SVMMA TOTIVS THEOLOGIAE

D. THOMÆ DE AQVINO;

ANGELICI, ET S. ECCLESIÆ, DOCTORIS;

Almi Ordinis Prædicatorum.

CVM ELVCIDATIONIBVS FORMALIBVS;

In quibus, vltra egregiam textus enodationem, innumeras penè hæreses, erroresq; recensendo, ac è vestigio suiipsius, & Diuinarum scripturarum, vel Summorum Pontificum, aut Conciliorum sacrorum, authoritate inuictissima ipsas interimendo; Quàm plena fideliq; manu Angelicus ille Doctor (velut apis argumentosa) Ecclesiæ CATHOLICAE inseruiat, singillatim ostenditur;

PER F. SERAPHINVM CAPPONI A' PORRECTA,

EIVSDEM ORDINIS, SACRAE THEOLOGIAE MAGISTRVM,

EDITIS; DEO OPT. MAX. DICATIS; S. R. E. CORRECTIONI SVBMISSIS.

Non ego autem, sed gratia Dei mecum. 1. Cor. 15.

Accessere porrò luculentissima, subtilissimaq; Commentaria

REVER. D. THOMÆ DE VIO CAIETANI, CARDINALIS S. SIXTI:

CVM S. THO. CONCORDANTIIS (QVAE MAGNA EST VTILITAS).

Ad singulos ferè articulos suprapositæ sunt ipsis correspondentes (quas inuenire licuit) citationes magnorum Theologorum, s. Sancti Bonauenturæ, B. Alberti Magni, &c.

Indices plurimi per teipsum facilè videndi adduntur; inter quos summoperè præstant illi, toti Summæ vniuersales, scilicet, Index contra hereses, cum earum validissimis vbique damnationibus; & Index prædicabilium Quadragesimæ, ac totius anni, tùm de tempore, tùm de Sanctis, cum eorum numeris ostendentibus, vbi talia tractentur in tota hac D. Thomę Summa. Ex his duobus indicibus vtilitas Catholicis Lectoribus, Doctoribus, & Prædicatoribus, quanta sit emersura: vix affatu consequi possibile est: id quod experimento à studentibus comprobabitur.

Adsunt & Caietani Opuscula, & illa eruditissima; quæ admodum R. P. CHRYSOSTOMVS IAVELLVS in primum tractatum primæ partis composuit.

Colliguntur & bis Quodlibeta: De præscientia & prædestinatione tractatus Sancti Thomæ: eidemque attributæ Quæstiones tùm de Motoribus orbium, tùm de Principio indiuiduationis: Augustini Hunnæi Axiomata de sacramentis Ecclesiæ, & Catechismus.

PRIMA PARS.

CVM PRIVILEGIIS.

VENETIIS, Apud Franciscum de Franciscis Senensem, M D XCVI.

DE ALTITVDINE DOCTRINÆ
THOMISTICAE PROLOQVIVM
OMNI VERITATE SVBNIXVM.

SACROSANCTA Romana Ecclesia, mater omnium fidelium, magistra fidei, & veritatis, ad quam (velut uniuersalem veritatis regulam) pertinet approbatio doctrinarum, declaratio dubiorum, determinatio tenendorum, confutatio errorum, Doctorem egregium Sanctum Thomam de Aquino iamdudum (diligenti discussione prehabita) quo ad doctrinam salubrem toti terrarum orbi dignum, & commendabilem prædicauit. *Cuius sit*

Irrefragabilis conclusio.

PROBATIO PRIMA.

ANTE omnia se offert ad præmissam conclusionem efficaciter corroborandam summus ille Pontifex Innocentius quintus: qui in serm. Ecce plusquam Salomõ hic, pro Diuo Thoma sic testatum reliquit. Huius Doctoris sapientia præ cęteris (excepta canonica) habet proprietatem verborum, modum dicendorum, ueritatem sententiarum: ita quod QVI EVM TENVIT, NVNQVAM INVENTVS EST A VERITATIS TRAMITE DEVIASSE; & qui eum impugnauit, SEMPER de veritate suspectus fuit. Hæc ibi.

PROBATIO II.

DOminus Papa Ioannes vigesimussecundus in bulla canonizationis diui Thomæ, sic ait. Beatus Thomas de Aquino ordinis fratrum prædicatorum, sacræ Theologiæ Doctor, nobilis quidem genere, sed nobilior conuersatione, fama clarus, uita clarissimus, in breui adeo scientia profecit, ut adhuc ætate iuuenis ad magisterium Parisiis (loco utique celeberrimo) assumptus magno inibi sui, suique ordinis, ac Parisiensis studii fauore per multorum annorum curricula cathedram regeret magistralẽ, quippe cum illi uita existentiam, conuersatio famam, doctrina pareret opinionem, opera diuulgationem, eademque tam breui cõfecta tempore admirationem merito exhiberent, ut illud psalmi, RIGANS MONTES DE SVPERIORIBVS SVIS, DE FRVCTV OPERVM TVORVM SATIABITVR TERRA, in eo uerissimè impleretur. Quod utique thema idem sanctus, dum esset in sacra pagina magisterium suscepturus assumpsit, quodq; (vt fertur) reuelatione sibi post suã orationem facta, didicerat, dum, propter iuuentutem suam ipse se inhabilem ad magisteriũ reputans quid proponerent in instanti principio, hæsitaret. Nã & in primitiuis scientiis, & diuersis philosophiæ partibus, (ut non esset ociosus, sed operaretur terrã) necnon in sacræ scripturæ pagina tam super nouum, quam uetus testamentum scripta, plurimaque alia DEI OPERA, in Dei laudem, fidei dilatationẽ, eruditionemque studẽtium, clara (cum sciens esset) famosa (cum cognitus) NON ABSQVE SPECIALI DEI INFVSIONE PERFECIT. Doctrina quippe prudẽtium facilis, & omnino sciens tis est, posse docere. Hæc ille.

Verissimũ de D. Thoma uaticinium experiẽtia teste.

Scripta diui Thomę uocantur Dei opera & non sine spãli Dei infusione, perfecta.

PROBATIO III.

Bulla Apostolica Vrbani Quinti approbans, & confirmant doctrinam Sancti Thomæ Aquinatis sacri ordinis Prædicatorum.

VRbanus episcopus seruus seruorum Dei uenerabili archiepiscopo Tholosano, & dilectis filiis cãcellario ecclesiæ Tholosanæ, uniuersisq; magistris, & Doctorib. cæterisque clericis, & laicis, in ciuitate & prouincia Tholosana cõmorantibus, salutem & Ap. be. Laudabilis Deus in sanctis suis, & in sui maiestate mirabilis, cuius ineffabilis altitudo prouidentiæ nullis inclusa limitibus, nullis terminis comprehẽsa, recti censura iudicii cęlestia pariter & terrena dispo nit, & sic cunctos eius ministros magnificat, altis decorat honoribus, & cœlestis efficit beatitudinis possessores: illos tamen (ut dignis digna rependat) potioribus attollit insigniis dignitatum, & præmiorum uberiori retributione prosequitur, quos digniores cognoscit, & commendat intensior excellentia meritorum. Sic & alma mater ecclesia eius sacra uestigia insequens, & exemplo inducta laudabili, licet uniuersos in regnis cęlestibus constitutos studiis honorare sollicitis non desistet; egregios tamen Doctores per quorum perlucida, & salutaria documenta eadem ecclesia illustratur, uirtutibusque & morib. informatur, libenter, & solerter exequitur, quæ sunt Dei, pręmissa meditatione perlustrans. Ad diuini nominis honorem & gloriam & exaltationem catholicæ fidei, salutemque fidelium ritè censuit, meritoque prouidit, eosdem in uniuersali ecclesia honorificentiæ potioris & impendiis attollendos. Sanè cũ sacrum & uenerabile corpus beati Thomæ de Aquino, ordinis fratrum prædicatorũ sit de mandato nostro ad ecclesiam fratrum prędicatorum Tholosanã de proximo transferendum, NOS ATTENDENTES QVANTA A DEO SCIENTIA DOTATVS, ORDINEM FRATRVM PRAEDICATORVM, ET VNIVERSALEM ECCLESIAM ILLVSTRAVERIT: ac beati Augustini uestigia insequens ecclesiam eandem doctrinis, & scientiis quam plurimis,

Lumen Ecclesiam catholicam illustrans est D. Thom.

adornauerit. Volentesque praeterea idem corpus speciali honorificentia attolli, vniuersitatem uestram requirimus & hortamur in domino Iesu Christo, uobis nihilominus per Apostolica scripta mandantes: quatenus dictum corpus, cum ad partes easdē transferretur, benignè & honorificè suscipientes illudq; deuote ac uenerabiliter pertractantes faciatis ab aliis (quantum in uobis est) cum debita honorificentia ac deuotione suscipi & tractari. VOLVMVS INSVPER, ET TENORE PRAESENTIVM VOBIS INIVNGIMVS; VT DICTI BEATI THOMAE DOCTRINAM TANQVAM VERIDICAM ET CATHOLICAM SECTEMINI: EAMQVE STVDEATIS TOTIS VIRIBVS AMPLIARE. Datum apud montem Flasconem. u. kal. Septēbris Pontificatus nostri anno sexto. Haec ibi.

Audiant oēs mandatū summi Pontificis.

PROBATIO IIII.

EAdem ecclesia Dei non Bullis tantum D.Th. (vt vidimus) doctrinam olim probauit, sed & hanc factis ipsis celeberrimis quasi quotidie probat. Quis sacrosancta generalia concilia Lugdunense, Viennēse, Florentinum, Lateranense, Tridentinum, post foelicem 1274. sancti Doctoris obitum peracta ad haec usque tempore 1595. vidit? Si uidit; nunquid non & Diuum Thomam ibi, fulgentissimum solem, agnouit? Num Thomisticas literas ibi clara uoce sonātes? Nonne ABYSSINAM hanc (quę prae manibus est) sacrae Theologiae summam inibi ab Orthodoxis ipsis patribus, tamquam è coelo allatam, & hilarissimo vultu recognitam, & corde tenerrimo dulciter amplexatam? Imo haec omnia uidit, agnouit, & manibus (si fitus erat) applausit; dum inter grauissimorum patrum suorum pientissimos actus doctrinam hanc, ueluti palmam in domo domini, mirabatur adeo florentem, frondentē, ramos grandes extendentem, fructificantem, totam Christi ecclesiam pro suo voto abunde reficientem. Legat, qui uoluerit, inter haec, maximè Florentinum, & Tridentinum, & cum a principio fermè usque ad calcem Angelicam hanc sapientiam ibi ad uiuum effigiatam conspexerit, diuino actus impulsu clamabit (opinor) ALMA MATER ECCLESIA, CHRISTI FVNDATA SANGVINE, SCEPTRA CONSCENDIT GRANDIA, NOVI DOCTORIS LVMINE: & iterum de hoc eodem lumine: STILVS BREVIS, GRATA FACVNDIA; CELSA, CLARA, FIRMA, SENTENTIA.

Floret in Conciliis D. Thom.

PROBATIO V.

SEd & vniuersitates studiorum generalium ab ecclesia, & conscientia edoctae mirificis hāc ipsam doctrinam praeconiis extulerunt; eiusque uerum sensum (non.n. omnibus patet: quandoquidem puteus altus est) declarantes, pro eadem contra minus intellectu urgentes murum se ualidum opposuerunt. Quarum uniuersitatum Florentissima una, ceu in aliarum omnium persona, de huiusmodi re sic authenticè locuta est.

Epistola vniuersitatis Parisiensis in fauorem doctrinae S.Tho.

Vniuersis praesentes literas inspecturis, Stephanus permissione diuina Parisiensis episcopus, salutem in omnium Saluatore. Magistra rerum experientia certis indiciis euidenter demonstrat: multa quibusdam temporibus ordinata consulte, nouis emergentibus causis succedentibus temporibus in contrarium debere consultius immutari. Dudum siquidem memoriae foelicis quidam praedecessores nostri Parisienses episcopi quosdam articulos, ne forsitan eos male intelligentes caderent in errorem, tanquam erroneos per excommunicationis sententiam damnauerunt, & interdixerunt expresse. Quorum tamen nonnulli doctrinam eximii Doctoris Beati Thomae de Aquino de ordine fratrum praedicatorum tangere ab aliquibus asseruntur. Quam articulorum, & sententiarum promulgationem uenerabilis uiri Decanus & capitulum ecclesiae Dominae nostrae, sicut ueritatis zelatores, intimius considerantes, necnon doctrinae ac famae Bea. Thomae praedicti inultam denigrationem, ueritatis occultationem, & sanctae Romanae Ecclesiae aliqualem dehonorationem, per uenerabilem uirum magistrum Annibaldum decanū, Atrebatensem Archidiaconum, sacrae Theologię Doctorem, & dominum Petrum de Fagello Parisiēsem canonicum, eorum propter hoc nuncios ad nos specialiter destinatos, nos requisierunt, nobisque supplicauerunt, quatenus uocatis omnibus sacrae Theologiae Doctoribus, ac cum eisdem communicato consilio, & deliberatione habita diligenti, & cum aliis etiam qui de talibus, & in talibus possunt ueritatis uiam aperiremus, per quam in praedictis articulis, inquantum doctrinam B.Thomae praedicti Doctoris egregii tangere possunt, & sanctae Romanae Ecclesiae & sancti praedicti Doctoris uenerabilis honorem ac reuerentiam seruaremus. Nos igitur attendentes cum eis, quod sacrosancta Romana Ecclesia mater omnium fidelium, & magistra fidei & ueritatis, in firmissima Petri Christi Vicarii confessione fundata, ad quam (uelut uniuersalem regulam, catholicae ueritatis) pertinet approbatio doctrinarum, declaratio dubiorum, determinatio tenendorum, & confutatio errorum, praefatum Doctorem eximium & uenerabilem, CVIVS DOCTRINA FVLGET ECCLESIA, VT SOLE LVNA, nuper sanctorum confessorum cathalogo ascribendum decreuit diligenti discussione & examinatione habita super uita sancta, & doctrina clara ipsius, ipsumque quoad uitam puram, & doctrinam salubrem, orbi terrae dignum, & commendabilem praedicauit. Cupientes igitur, gloriosum Deum in sanctis suis apud fidelium deuotionem in terris gloriosius exaltari, ac sacratissimae matris nostrae praedictę desiderantes uestigia sancta imitari, dictumq; confessorem & Doctorem gloriosum fęliciter in cęlis regnantem apud terrigenas deuotius & celebrius honorari, (psertim cum fuerit VNIVERSALIS ECCLESIAE LVMEN PRAEFVLGIDVM, GEMMA RADIANS CLERICORVM, FONS DOCTORVM, VNIVERSITATIS NOSTRAE PARISIENSIS SPECVLVM CLARISSIMVM, CANDELABRVM INSIGNE AC LVCENS: PER QVOD OMNES, QVI VIAS VITAE ET SCHOLAS DOCTRINAE SANAE INGREDIVNTVR, LVMEN VIDENT; CLARITATE VITAE, FAMAE CLARAE, ET SCIENTIAE LVCIDAE, VELVT STELLA SPLENDIDA ET MATVTINA REFVLGENS) per uenerabiles ac dilectos consiliarios nostros fideles magistrum Hugonem de Bisontio, cantorem Parisiensem, magistrum Stephanum de noua uilla, & Dominum Oddonem de Zenonis canonicum Parisiensem, inquisitione facta super dictis articulis apud Doctores Theologicae facultatis in eorum congregatione generali regentium, & non regentium, secularium & regularium, ad haec specialiter conuocata,

Est aliqualis dehonoratio S. Ro. ecclesiae denigrare doctrinā Thomisticam.

Vide quā reuerēter ubique nominēt Doctorē hunc sanctum.

Lumē mutuant a S. Thoma omnes, qui recte scholastici sunt

com-

comperto (per Dei gratiam) dictum cõfessorem beatum & Doctorem egregium NIL sensisse, docuisse, seu scripsisse, quod scientiæ fidei, uel bonis moribus aduersetur. De consilio uenerabilium uirorum, Decani, & capituli Parisiensis, & venerabilis patris D. Gulielmi (Dei gratia) Viennensis Archiepiscopi sacræ Theologię professoris, & aliorũ 23. magistrorum in Theologia, una cum Reuerendo Patre supra dicto, in literis cum earum sigillis per præfatos commissarios nobis missos, nec non & 39. bacalaureorũ in Theologia super hec p literas eorũ propriis subscriptionibus & sigillis munitas semper consulentiũ & rogantium humiliter & deuotè, & aliorum discretorum solenni ac maturo consilio super hoc habito: supradictam articulorum condemnationem, & excommunicationis sententiam, inquantum tangunt, uel tangere asseruntur sanam doctrinam S. Thomæ prædicti, & Doctoris eximij, ex certa scientia tenore præsentium totaliter annullamus. In cuius confirmationis testimonium sigillum nostrum præsentib. est appensum. Datum apud Bertiliacum anno 1325. die Iouis ante sacros cineres. Hęc ibi.

Nota ly nil.

¶ NOT. Vigilanter aduertendum est, quod Vniuersitas ipsa doctrinam Sancti Thomæ uocat sanam, etiam ubi tangi uidebantur: nec sufficit eis, uniuersaliter prędixisse ly nil sensisse, docuisse, seu scripsisse, quod scientiæ fidei, uel bonis morib. aduersetur. Et hoc faciunt, quasi ex hoc argumentando sic. *Si S. Thomæ* doctrinam, quæ uelut suspecta tangi a nobis secundum aliquos uidebatur, dicimus esse sanam, ergo multo magis omnis alia sancti eiusdem, quæ non uidebatur suspecta secundum iudicium nostrum teneri debet sana.

PROBATIO VI.

NEC mirum si Ecclesia a spiritusancto recta, vna cum filijs suis cœlestem D. Thomæ sapientiam pro uerè catholica solemniter (ut prætulimus) approbauit, quandoquidem suum imitari sponsum castissimam sponsam condecet. Sponsus eius dominus noster Iesus Christus Crucifixus quid fecit? Audite, & obstupescite. Ille ipse per semetipsum doctrinam hanc primò, antequam sponsa eandem sic (ut præfertur) acceptaret, ore suo diuinissimo confirmare publice dignatus est. Orabat Diuus Thomas attẽtius in templo Sancti Dominici de Neapoli: quando uisus est (Mirabile dictu) a terra quasi duobus cubitis, absque ullo corporeo fulcimẽto eleuatus. Super quo frater, qui hec uidebat, admirãs audiuit ab imagine Crucifixi, ad quam conuersus Sanctus Doctor orabat, prolatã clarius istã uocem. BENE SCRIPSISTI DE ME THOMA. Quam ergo recipies pro tuo labore mercedem? Et sanctum protinus respondentẽ, domine, non aliam, præter te. Hæc in eius legenda. Hanc ipsam perpetuò memorandã, nec satis unquam laudib. prosequendam a Christo domino confirmationem narrat Pius quintus Pontifex maximus, in Bulla de celebratione Doctoris eiusdem ad modum aliorum quatuor Doctorum ecclesiæ, ab Reuerendissimis & Illustrissimis Cardinalib. etiam subscripta. Miraculosus Crucifixus hic in templo supradicto, ad perpetuam rei memoriam, seruatur adhuc, & cum magna ueneratione a ciuib. accolis, alienigenis inuisitur, colitur, adoratur, præsertim in solemnitate prælibati S. Thomæ, quæ in toto regno Neapolitano, in gratiarum actionem pro tanto suo germine, de præcepto ecclesiæ agitur. Pro qua re, ac prædictorum, dicendorumque confirmatione nota Bullæ præfatæ sanctissimi domini nostri Pij quinti, pro quanto sufficit, tenorem; qui sequitur.

A Sanctissimo Crucifixo quid dicatur, attendite.

PROBATIO VII.

PIVS Episcopus seruus seruorum Dei, ad perpetuam rei memoriam. Mirabilis Deus in sanctis suis &c. Ex quo sanctorum laudabili numero, qui catholicam ueritatem corde, opere, & ore roborarunt, Angelici Doctoris Sancti Thomæ de Aquino ordinis fratrum prædicatorum in cœlum assumptio multis ante annis orbi terrarum, & diuinis, & propriis est comprobata testimoniis. Nam & miraculorum signis, quibus serui sui Thomæ perpetuæ ueræ pietatis opera nobilitare uoluit inexhausta Dei benignitas, & CERTISSIMA CHRISTIANA REGVLA DOCTRINAE; QVA SANCTVS DOCTOR APOSTOLICAM ECCLESIAM (INFINITIS CONFVTATIS HAERESIBVS) ILLVSTRAVIT, adductus fœli. record. Ioãnes 22. prædecessor noster, illo in sanctorum numerum relato, eius diem festum, &c. Sed quoniam omnipotentis Dei prouidẽtia FACTVM EST, VT ANGELICI DOCTORIS VI, ET VERITATE DOCTRINAE, ex eo tempore, quo cœlestib. ciuib. ascriptus fuit, MVLTAE, QVAE DEINCEPS EXORTAE SVNT HAERESES, CONFVSAE ET CONVICTAE DISSIPARENTVR: QVOD ET ANTE SAEPE, ET LIQVIDO NVPER IN SACRIS TRIDENTINI CONCILII DECERTIS APPARVIT; eiusdem memoriam, cuius meritis ORBIS TERRARVM A PESTIFERIS QVOTIDIE ERRORIBVS LIBERATVR, maiore etiam, quam antea grati & pii animi affectu colendam statuimus, &c. Itaq; ut in ciuitate & regno Neapolitano quod in &c. ex nobilissima familia Aquinate CLARISSIMVM HOC EDIDIT ECCLESIAE DEI LVMEN &c. festum D. Tho. solemniter de præcepto &c. in aliis autem orbis terræ partibus, quemadmodum sanctorum quatuor ecclesiæ Doctorum &c. Omnib. utriusq; sexus Christi fidelib. uerè pœnitentib. & confessis, qui in ipso S. Thomæ festiuitatis die sacellum, uel altare in ecclesia S. Dominici Neapoli situ, IN QVO SCRIPTORIS ANGELICI DOCTRINA SALVATORIS CRVCIFIXI ORE (sicut pia testatur hystoria) MIRABILITER PROBATA FVIT, a primis eius diei uesperis usque ad occasum solis deuotè uisitauerint, septem annos & totidem quadragenas, in cæteris autem orbis terræ partibus iis, qui eundem festum diem (ut præfertur) solemniter celebrauerint, & ad ecclesiam quæ apud eos fuerit, uel sacellum, aut altare sub eiusdem S. Thomę inuocatione, piè ac deuotè accesserint, quoties id fecerint, toties centum dies de iniuncta ipsis pęnitentia, per præsentes literas in perpetuum ualituras, misericorditer in domino relaxamus &c. Datũ Romę apud S. Petrum anno incarnationis Dominicæ. 1567. tertio idus Aprilus, Pontificatus nostri anno secundo.

Ego pius Catholicæ Ecclesiæ Episcopus.

Locus signi.

Vtinam dirigantur uię meę ad custod. iust. tuas.

Ego F. Cardinalis Pisanus, Episcopus Ostiensis.

Sic subsequenter 35. Cardinales se subscribunt.

Ex bullario literarum Apostolicarum.

D. Thomas corde, ore, & opere catholicam ueritatem cõprobauit.

S. Tho. hæresium, & præteritarum, & subsequentiũ, ualidissim[us] expugnator.

Ecclesiæ sãctæ Doctor decernitur.

Ore Christi Crucifixi doctrina cõfirmatur

¶ Not. Illud uero, quod de confutatis hæresibus, etiam post exortis, a Sancto Doctore Pontifex ipse breuibus testatur, quàm uerissimum sit: per sacræ

Thologiæ summam hanc Elucidationibus infrascriptis comitatam discurrenti fusius distinctiusque, singillatim patebit. Absit enim; ut uerbum tanti Pontificis, tot Cardineis etiam uallatum testimoniis, sit inane.

PROBATIO VIII.

TEstimonium habuit Beat. Thomæ scientia & a gloriosissima perpetuaque Virgine Dei genitrice Maria. Et a Sanctis Apostolorum Primoribus Petro & Paulo. Nam (ut communiter in ecclesia legitur, & a Papa Iulio 3. approbatur,) beatissima Dei mater Maria D. Thomæ quadam uice apparuit, & ipsum de suæ uitæ, & scientiæ, integritate certificauit. Addiditque, quod quicquid deliberatè per ipsam a domino petierat impetrasset, & maxime, quod statum sui ordinis non mutaret. Hæc ibi. Quam ergo scientiam Beatissima Virgo dixit esse integram, quis vnquam dubitabit, esse non integram? Immo uerò indè piè credendum fatebitur; quod illa eadem, quæ sic eum certificauit, singularem hanc ei sapientiam a filio suo impetrauerit. Item (ut ibi, supra) quadam nocte orationi insistentem, quo obscurus quidam scripturæ locus clarior sibi fieret, Petrus, & Paulus diuinitus instruxerunt. Hęc ibi. Ecce quos, & quantos, præceptores Sanctus Thomas habuit. Non mirum ergo, si diuus Paulus idem Apostolus (ut ibi tangitur) scholas B. Thomę uice quadam ingreditur, eique a seipso sciscitanti an in suis epistolis uerum habuisset intellectum, responderit; quod sic, quantum quis uiuens in corpore potest habere. Ab Ecclesia igitur sancta militante, scilicet & triumphante, cum capite suo, fit, ut, dum Sancti Thomæ doctrinam mirificè commendant, (ut per tot probationes uidimus,) sua commendatione hanc esse, quàm altissimam protestentur.

B. Virgo approbat doctrinam S. Thomæ

Apostoli Petrus, & Paulus.

Vide c. 9. uitam S. Th. positam ab tertiã eius partẽ, de Saluatore nostro.

Super epistolas. D. Pauli mirabilis expositor D. Th.

NOS F. HIPPOLYTVS MARIA, Beccaria, de Monte regali, sacræ Theologię professor, ac totius Ordinis Prædicatorum humilis generalis magister, & seruus. Viros doctrina insignes, virtuteque ac morum integritate conspicuos, quos pro Christi gloria, animarum salute, Christianæque religionis augmento, in via Domini diu laborasse, & iugiter laborare cognoscimus, sicut syncera dilectione prosequimur: ita, nè ab incœpto opere desistant, sed vt illud perficere studeant, monere, & hortari, &(vt nostri est muneris) animare solemus: quatenus de virtute in virtutem euntes tandem videre liceat Deum deorum in Syon.

Porrò eis, qui iuxta talentum sibi a Domino traditum nedum præsentes instruendo, sed & posteris doctrinæ suę monumenta relinquendo, Christianæ quidem reipublicæ plurimum vtilitatis, nostro uerò ordini multum ornamenti afferre possunt, quæ nostrarum sunt partium libentissimè impartimur: in idque incumbimus, ut laborum suorum fructus, & vigiliarum lucubrationes, ad communem omnium vtilitatem, in lucem diligenter edantur.

Quemadmodum, tenore præsentium nostri authoritate officij, tibi R.P. sacræ Theologię Magistro F. Seraphino Capponi de Porrecta, nostrę Prouinciæ LOMBARDIAE (cuius singularem eruditionem iam pridem perspectam habemus, & cognitam) concedimus; quinimmò in meritum SANCTAE OBEDIENTIAE mandamus; vt (seruatis omnibus; quæ iuxta decretum sacri Concilij Tridentini sess. 4. de editione, & usu sacrorum librorum, seruari debent) quantò citius typis committere, & prælo mandare studeas, Veritates Aureas super totam legem veterem, & Scholia super Compendium Theologicæ veritatis Alberti Magni, & Formalizationes, idest Elucidationes formales totius Summæ Angelici Doctoris S. Thomæ; necnon Explanationem totius fidei Christianæ super symbolum Apostolorum; & Obseruationes super Prædicabilia, Prædicamenta, libros Posteriorum, Physicæ, de Anima, Metaphysicæ, & quæcunque alia impressione digna à te præmeditata.

In nomine Patris, & Filij, & Spiritussancti. Amen.

Quibuscunq; in contrarium non obstantibus. In quorum fidem, his nostro sigillo munitis manu propria subscripsimus.

Romæ die 15. Augusti. 1590.

F. Hippolytus Maria, qui suprà, manu propria.

Locus sigilli.

REGVLAE AD LECTOREM.

PRO Elucidationum formalium, & probationum conclusionum, & responsionum argumentorum, & appendicum articulorum, notitia regulæ quædam ad Lectorem, candido suo ingenio reliqua per se in dies magis, multiplici emolumento assecuturum.

Probationum conclusionum.

Ly quia.

1 Probationes conclusionum ponuntur per ly, quia: ut nescientibus formam argumentandi condescendatur. Et ultra hoc ponuntur in forma: ut scientibus illam etiam satisfiat. In signum huius,

Forma argumentationis, prædicatur.

quod, s. ponantur in forma, remoueatur ly quia, & sic deductis omnibus alijs pro uno antecedente hypotheco copulatiuo, inferatur conclusio quæ probatur, præponendo ly ergo. Verbi gratia. Probatio cõclusionis articuli primi iacet sic. Quia necessarium est homini, si uult saluari, quòd cognoscat quædam de Deo; quæ rationem humanam excedunt, & illa per rationem humanam non potest homo cognoscere. Ecce probatio. Tunc si abstuleris ly quia, adiungendo ly ergo post totum residuum, dices in forma sic. Necessarium est h.s.u.s. quod c.q.d.D.q.r.h.e. & i. per r.h.u.p.h. cognoscere. ergo (en, conclusio literæ) necessarium fuit homini ad salutem, quod ei nota, fierent quædam per reuelationem diuinam, quæ rationem humanam excedunt. Hic est finis conclusionis pro parte correspondente isti probationi.

Antecedens.

2 Per antecedens hypotheticum copulatiuum, id est per propositionem hypotheticam copulatiuam, explicatur probatio quæque: aliquando autem, licet rarius, per antecedens cathegoricum, idest propositionem simplicem. Hoc patet in prædictæ probationis exemplo, quo ad antecedens hypotheticum copulatiuum. Id autem fit: ut forma argumentandi (si quis ea uti uoluerit) promptius occurrat, absque noua terminorum additione. Sic ergo quælibet probatio uno entymemate, seu consequentia, constabit. Exemplum habes supra 1.

Parentheses antecedentib. immixtæ.

3 Ideo inter illud antecedens ponuntur quædam per modum parenthesis, licet propriè nõ sint parentheses, ne fiat confusio in antecedente illo ex mixtura talium: sed ut & antecedens & illud appositum remaneant seorsum, unumquodque in sua puritate. Appositum illud uel interpositum est probatio, uel declaratio partis antecedentis, cui immediatè apponitur: ut patet consideranti. Talis modus inuentus est procedendi: ne aliquid necessarium summariè progredienti deesset, & ut breuitas (cui iuxta titulum libri, intendimus) conseruaretur. Omissæ sunt huiusmodi probationes alicubi, uidendæ nihilominus in textu Sancti Doctoris: eo quod, ut summarentur, non necessarium uisum est. Idcirco & opiniones aliorum, & rationes eorum, & oppugnationes solutionesve illarum, dimissæ sunt.

Textus ubique uidendus.

4 In his omnibus probationibus conclusionum, (sicut & in responsionibus argumentorum, & in appendicibus articulorum) præsupponitur semper: quod textus diui Thomæ uideatur. Et ideo multa, uel tacentur omnino, uel ad plenum non explicata, consultò dimittuntur, quæ sine textuali uisione desiderari possent. Sis ergo cautus, & prudens. Nõ enim

Intentio authoris & Doctori magistro suo consonis.

intentionis meæ fuit: aliquid seorsum a textu aut cum, aut sine, argumentationibus pertractare; sed nudam textus ueritatem, cum aliqua (quæ multa est, maximè contra hæreses) utilitate inde per se nascente, pro uirium modulo pauxillarum mearum succinctè enucleare: aperiendo potius uiam cultoribus ueritatis plus quippiam itineri iam patenti consonum inuestigandi, quam plurima sensa explicando. Hanc ob rem. Elucidationes formales, titulus operis est: ut ly. Elucidationes, textus pedissequam enodationem: ly. Formales, breuitatem condecentem, præseferendo promittat.

Responsionum argumentorum.

Rñsionum argumentorum.

1 Ad propositiones, quæ a Dialecticis uocantur Maximæ, reducuntur (quo ad fieri potuit) argumenta omnia, vt sic formaliter respondendo, glossatis eis pateat vtilitas maior, solutio clarior, lectio studiosis gratior. Maior: quia poterit extendi (vtpote propositio maxima) ad omnes scientiarum quarumuis ferè materias, cum glossemate suo: & sic pauca legendo plurima colliges, æreque numeraliter vno merces innumeras (prudens vti negociator, breui ditissimus euasurus) facilè comparabis. Clarior: quia formalis: materię tamen subiectę citius applicata. Gratior: vt quæ ingeniosum intellectum tantò suauius quantò argutius, trahens fastidium tollat.

Nodus.

2 Propositionum ipsarum sic glossandarum nodus tantummodo adducetur, idest verbulum illud, ex quo totum rei negotium pendet: quo videlicet soluto cætera facillimè soluuntur, & quo irresoluto reliqua irresoluta remanent. Ad hunc nodum (si profundius intuearis) responsa sua D. Thomas ita dirigit: vt ipsum mira dexteritate vsus, acu fęlicissimè tangat. Verbi gratia: in q.1. argumento primo (eligendo ex ipso propositionem maiorem) nodus est ly Conari. Respondens. D. Tho. ait sic. Ad primum ergo dicendum, q̃ licet ea, quæ sunt altiora hominis cognitione, non sunt ab homine per rationem inquirenda, sunt tamen a Deo reuelata, suscipienda per fidem. Nonne vides, hic sanctum Doctorem (taceo, quòd simul satisfacit authoritati ecclesiastici) respondere directè ad ly conari, quòd non per rationem inquirendo conandum sit, sed per fidem reuelata suscipiendo? Inspice formale nostrum responsum ex eo tractum, & sic vbique facias, vt Angelici Doctoris Angelicum ingenium non semel admireris.

Sensus affirmatiu' uel negatiuus.

3 Verbulum illud, seu vocula adducta, ex propositionibus literæ, vnde sumetur, dijudicanda semper est: vtrum in sensu affirmatiuo stet, vel negatiuo. Sic enim fiet, vt etiam formalia responsa mox posita sic, a. melius absque errore intelligantur.

De signo §.

4 Post formale responsum sequitur immediatè signum hoc. §. distinctiuum formę pręmissæ à secutura applicatione ad materiam, de qua ibi tractatur. Tale signum distinctiuum etiam interponitur, vt maximam illam argumẽti glossatam lucidius, sine mixtione alicuius materiæ agnoscas; agnitam in sua puritate (quandocunque volueris) facilius capias; captam, ad quam placuerit scientiam securius possidendam, pro tibi occurrenti seruitio manuducas.

Post signũ §. sequentia.

5 Post tale signum sequitur declaratio alicuius termini in formali responso praiacentis, deinde applicatio ad materiam, vel si nulla fiat termini talis declaratio,

claratio, mox post signum sequitur applicatio sic. Tunc nihil contra, vel abbreuiatè Tunc &c. Hoc est. Stante glossa data ad propositionem illam argumenti adductam, nihil concluditur contra intentam veritatem conclusionis articuli. Subsequitur è vestigio. ratio sic. Nam, vel, Licet enim, vel alia rationalis coniunctio. Et hæc sumitur ex littera, sicut & reliqua omnia; sed quandoque vicinius, quandoque remotius.

Primū de maiori.

6 Vt noueris, vnde in textu argumentorum vocabula, quibus respondeatur, assumantur: annotatum est sic, primum de maiori, vel primum de minori, vel, primum de antecedente, vel primum de conclusione, vel, primum ex Augus. vel, ex Gregorio, Hieronymo: Dionysio, vel huiusmodi. Adeo, quòd ly, primum designat numerum argumentorum, ly de maiori denotat propositionem, ly ex August. authoritatem, & quod dico de ly primum, de ly de maiori, de ly ex Augustino, dictum sit de ly secundum, tertium, quartum, &c. de ly de minori, conclusione, antecedente, &c. Practicam huius videbis positam in parte, quæ dicitur, 2.2.q.1.ar.1. post ad tertium, vsque ad appendicem suam. Breuissimo igitur compendiolo Maximas fermè infinitas habebis, vt per scientias varias ijs tibi discurrere detur, & vero sensu donatas, vt scientiarum ipsarum veritatem tueri possis, & falso sensu expresse priuatas, vt fallaces argumentationes vbilibet scientiarum ipsarum destructrices extricare valeas, Not. Conclusio argumentorum sæpe assignatur; tanquam per formale responsum glossanda. Hoc autem ideò fit: quia argumentorum præmissæ non sunt semper in debita forma, & modo dispositæ, vt possint vel negari, vel faciliter glossari. Nec mirum. Nam in coaceruandis illis absque delectu debiti ratiocinij argumentis, voluit Sanctus Doctor de pictum nobis reddere procedēdi modum hæreticorum: quo sub tumultuaria verborum congerie captiúculas falsi nominis scientię, 1. Tim. 6. tendunt insipientibus ad pauca respicientibus. Talibus enim illi operarij subdoli frequentant proponere quędam secundum se vera, sed malè compacta: ex quibus, non vt veris, sed vt malè compactis, syllogizatur falsum, & tales ad pauca, idest ad superficiem solum, non autem ad inordinatam syllogismi texturam, respicientes, a seductoribus illis facile decipiuntur: Porrò ijdem, si non ad pauca, sed ad omnia, respicerent, scirent vtique, quòd licet ex veris (quales præmissæ illæ sunt) possit syllogizari, nunquam tamen ex eis potest demonstrari falsum (qualis est tunc illata conclusio.) Quòd si hoc scirent; tūc sub pallio veritatis præmissarum non complecterentur conclusionis falsitatem: sed conclusionem ipsam, vtpote veritati multò ante scitæ approbatæque inimicam, totis viribus exploderent, ipsamque pro falsaria ab vniuersis indubitanter habendam, præ foribus conclamarent.

Vtilitas magna paucis inclusa.

Appendicum articulorum.

De utilitate mistica.

1 Vtilitatem, quam D. Thomas Aquinas ecclesiæ sanctæ Dei, cęlesti sua doctrina attulit viuus, affert quotidie & afferet in sęcula iam Beatus, ad plenum quis enarrabit? Non totam itaque, sed ex tota aliquā mihi ab eius sacris decisionib. per articulos suos vltrò oblatam (contra hęreses præcipuè) per appendices enarrare curaui. Pendet enim suapte natura ex articulis illis ipsa vtilitas: & ideo locus, ubi hæc explanatur, Appendix iure uocatur.

2 Per ly per rationem, in principio appendicis positā intelligitur ratio, uel rationes in corpore positæ ad probandas conclusiones, & etiam solutio argumentorū. Vtraq; .n. est ratio articuli; sed illa de corpore est directa, vt quæ ad ueritatis ostensionem prima facie ordinetur, hæc autem de responsis est indirecta, vt quæ non nisi per falsitatis exclusionem ad veritatem manifestandam perueniat.

3 A nomine communi quandoque denominatur hæresis, & dicitur error, quandoque a speciali, & dicitur hæresis, aliquando tamen per ly error non intelligitur hęresis propriè dicta, sed citra hæresim sic dictam quicunque alius iuxta subiectam materiam error. Ad discernendum autem, in quo sensu tunc sumatur nomen erroris: inspice ad canonicas damnationes, secundo numero nec adductas. Si enim a scripturis sanctis, uel a summis pontificibus, uel a legimitis cōcilijs, errorem huiusmodi damnatum reperies, tunc per ly error intelligi hæresim, dices. Idem etiam dicendum, quando positio denominata error, esset aliàs contra communem sensum ecclesiæ, in fide. Notandum quoque, ne erres, quòd hæresis nomine hic sumitur illud, quod a fide discordat secundum se, etiam quod authores illius nunquam suscepissent baptismum, ut sunt pagani, & iudæi. De dogmatibus namque secundum seipsos principaliter loquimur; qualesquales interim fuerint dogmatizantes.

ly hæresis ly error.

4 Damnantur quandoque eędem hæreses, & errores, & consequenter adducuntur, non tantum in uno loco, sed etiam in pluribus, & hoc fit propter diuersa motiua articulorum, uel etiam propter diuersas partes propositionum erronearum. Ex adductis, maxime canonicis, confutationibus errorum apparet simul, quisnam sensus fuerit illorum, ne forte bono sensu uestire aliquando uelis errores, qui secundum quod pro talibus referuntur, sic uestiendi non sunt. Non nominantur omnes errorum authores, sed antesignani, uel similes, quos memoriæ proditos licuit inuenire. Illorum argumento (si qua sunt) lectori leuando, & syncerae ueritati studens, de industria non adduxi, quoniam, præter quod friuola omnia & solubilia sunt (sic enim habet Leo decimus, in Concilio Lateranen. sess. octaua, de hæresibus,) hoc in opere pro tanto errores huiusmodi adducuntur, pro quanto utilitatem, quam Doctor Angelicus, lumen ecclesiæ, eidem multipliciter attulit, eos impugnando, ac expugnando, cernere possit.

Repetitio errorum.

Authores errorum.

5 Sæpius uidebis sic (Prat. Arnaldistæ; Albanenses, aut huiusmodi) uel sic (Directorium inquisitor. 2. p. quæst. 9. aut huiusmodi) uel simile. Intellige per hoc, quod Gabriel Prateolus Marcossius illam hæresim, uel errorem recitat titulis talibus, scilicet Arnaldistæ, Albanenses aut &c. Tunc uidere poteris librum suum de uitis hæreticorum, sectis, & erroribus. ubi multa scitu dignissima ad malam uitam, mortemque, hostium sanctæ ecclesiæ pertinentia reperies. Videbis quoto millesimo, & anno euomuerint illos errores, & hinc agnosces, quod doctrina sancti Thomæ posteriores etiam a multis annis post suum fœlicem transitum, hæreticos profligauit. Adeo quod doctrinam ipsam Angelicam in hoc sensu non immerito propheticam uocari posse, concludes. Per ly Directorium Inquisitorum, secunda parte, quæst. 9. intelliges, quod talis error a Directorio Inquisitorum in secunda parte, quæstione nona recitatur. Ex dictis alios quandoque ad huius-

Prat. Director. & allegationes

Doctrina S. Th. quo prophetica.

huiusmodi finem allegatos, per teipsum facilius intelliges. Nullum enim errorem attribuo ego cuiuis authori, sed ab alijs hoc mutuaui, & mutuatum esse per similes allegationes intelligi uolui: licet, de errorum talium damnationibus, secus dicendum sit. Ad seruandam tamen breuitatem factum esse nouiter, aduertas; quòd allegationes ex Gabriele Prateolo tunc tantum fient, quando in titulis alijs, ab expresso authore nominati erroris, ipse de tali re loquetur. Vt, si de Cerdonis errore in tit. Albanenses loquatur: sic dicetur. Error Cerdonis (Prac. Albanenses.) Aliàs semper, nisi specialis assignentur relatores, ipse pro relatore subintelligitur, etiam quòd taceatur.

6 Primo loco postquam. S. Doctor per rationem naturalem damnauit hæresim; secundo per eandem rationem sustentat Ecclesiæ dogmata; ostendendo uidelicet quòd ipsa meritò, & iure condemnauit hæresim illam. Et hoc fuit necessarium non quidem absolutè (cùm per fidem constet, Ecclesiam non posse in his errare, ut habes in Additione quæstione decimanona, articulo tertio. Appen. & in ueritatibus aureis super totam legem ueterem, Exod. decimotertio, conclus. sexta.) sed secundum quid, uidelicet ad faciendum, in sua conscientia saltem, obmutescere imprudentium (quales proculdubio hæretici sunt) ignorantiam. Possent enim ad excusandas excusationes in peccatis, dicere, & forsan inter se nunc mussitando mendaci bucca dicunt, quòd Ecclesia Romana seipsos erroresque suos absque ratione, sed solum pro libito condemnauit. Vt ergo conuertantur retrorsum, & erubescant: monstratur per Diui Thomæ rationes firmissimas, quòd Sanctæ Romanæ Ecclesiæ iure optimo, seu iustissimè tales hæreticas, & erroneas positiones pro condemnatis reprobauit. Idcirco, vt de necessitate salutis sint astricti, se, quamdiu non resipuerint, condemnatos fateri: tacitis Sanctorum Doctorum (qui multi & ueracissimi sunt) auctoritatibus, Pontificum solummodo maximorum, sacrorum conciliorum, aut diuinarum scripturarum, armis contra inimicos domus Dauid insurreximus: arma ipsa, pro saniori & uictricis ueritatis & cedendæ falsitatis notitia, ad literam extendentes, siue (vt aiunt) de uerbo ad uerbum fideliter transportantes. Vna igitur manu Diuus Thomas prosternit hostes; altera sustentat Ecclesiam, quorum utrumque insigniter factum in eiusdem Ecclesiæ maximam utilitatem, tanquam unum, conuertitur: ita ut omnes cum Papa Iulio III. pro D. Thoma in officio suo ueraciter exclament; ALMA MATER ECCLESIA, CHRISTI FVNDATA SANGVINE, SCEPTRA CONSCENDIT GRANDIA, NOVI DOCTORIS LVMINE: cuius dicti quanta sit ueritas, concilia sacra de quibus supra in, De altitudine (ut in eis est uidere) doctrinæ Thomisticæ, (ut in eis est uidere) mirificè probarunt. Quantæ uerò sint auctoritatis concilia etiam prouincialia, uide prima parte, q. 23. articulo quinto, append.

2. p rône. 3. p rône ostendas.

Præconiũ diui Thomæ.

7 Tertio in appendicibus loco, doctrinam illius articuli ex præmissis consolidatam esse, concluditur, & uerè sic est. Nam signum ueritatis (secundum Philosophum) hoc est, quando ex re illa, quæ uera dicebatur, soluuntur omnes dubitationes, maximè uerò, quando ex ipsa propulsantur errores. Erroris igitur exclusio est eius, quod hunc exclusit, ueritatis attestatio. Testimonium ergo ab inimicis habet S. Thomæ doctrina, dum ex ipsa (ut per appendices patet) hæreses effugantur. Rursus. Si uerum uero non contrariatur, sed concordat (ut ex Leone X. in Concilio generali sess. octaua, habetur:) & sancti huius doctrina Ecclesiæ ueritati concordat, maximè (ut ex ly secundo appendicum liquet,) apertissimè relinquitur ex hoc, quòd Ecclesiæ ueritas huius Doctoris ueritati sibi adeo côcordanti reciprocè suffragatur. Ab amicis ergo, & ab inimicis (ut supra) Doctoris Angelici ueritas commendatur.

ly 3. uide.

Duo efficacissima testimonia ueritatis diui Thomæ.

8 Per ly quomodo, (puta, primo habes, quomodo; secundo habes, quomodo; tertio uides, quomodo) excitare uolui ingenium tuum ad tantæ rei studium. Quasi per hoc tibi dicatur. Cura, ut bene applices a S. Thoma hic habita ad res istas nunc infrascriptas; quoniam substantia doctrinæ hic traditur, sed modus bonę applicationis a te requiritur: quatenus & tibi tradita discas; & illa discendo, bene dispensare coneris uigili ingenio tuo. Nota, quod quando dicitur, ly secundo habes quomodo per rationem ostendas, hanc, uel has meritò damnari a concilijs a &c. & postea sequuntur plura concilia, uel etiam sacræ scripturæ, ut summi Pontifices sine replicatione de ly habes quomodo per rationem ostendas, meritò hanc uel has damnari: tunc semper ubique subintelligitur, adeo quòd semel illud prædixisse accipitur pro singulis dictum. Sic enim non tantum ad damnationem errorum, sed etiam ad utilitatem a Diuo Thoma per articulum illum Ecclesiæ allatam, cui intendimus, respicitur.

ly quõ.

ly quõ p rône ostêdas, hoc merito dãnari, uel aliquid simile.

¶ NOT. Sæpissimè inuenies ly; Vt ly homo, ly uel dicendum, de ly bonum, per ly facies, examen ly inclinari, uel huiusmodi. Scito igitur, quòd ly uel est sumptum pro uulgari, ut in textu ly, uel dicendum, ly uel potest dici, uel sumitur materialiter, ut ly homo, ly inclinari, (idest hoc uocabulum, siue hæc dictio, Homo, Inclinari:) uel tanquam mixtum cum uulgari, & materiali, ut de ly bonum, per ly facies, (idest de ista dictione bonum, per istam dictionem, facies:) uel sumitur pro aliquo simili: quod faciliter per te conijcies. Hoc autem factum ex industria est: ut, & breuitati consuleretur, & confusio uocum euitaretur, & ut uenientibus nouitijs è Philosophia, ubi sunt familiares tales modi loquendi, conformaremur. Rursum aduerte: quòd curatum est præcipuè, ut expositio in his Elucidationibus formalibus esset literæ (quantum fieri potuit) pedissequa: ut ad sacræ Theologiæ summam hanc facilius capescendam nouitij assuefiant. Multum enim se assecutos cognoscent: si tanti Doctoris Beati Thomæ sensum literalem (ut par est) penetrauerint. Cęterum de hoc uide infrà ante prologum Sancti Doctoris.

Intentio elucidatoris.

NOT. 2. Citationes sic intellige, prima quæstio. &c. prima secunda, quæstio. &c. secunda secundæ, quæstio. &cæt. tertio, de saluatore quæstio. &cæt. tertio, de sacramen. quæstio. &c. Additione quæstio. &c. Hoc est, prima parte, quæstione &c. Prima secundæ, quęstione, &c. secunda secundæ, quęstione &c. Tertia parte, de saluatore nostro, quęstione &c. Tertia parte, de sacramentis, quæstione &c. Additiones, quæ insertæ sunt huic parti de sacramentis, quæstione &c. Citatur & Compendium Theologicæ ueritatis Alberti Magni, cum suis scholiis, & sic. Compend. Alb. schol. Item quodlibeta, & liber contra Gentiles, & scriptum senten-

sententiarum. D. Thomæ, sic; quolib. primo, &c. articulo secundo, &c. contra Gentiles libro, &c. prima distinctione, &c. secunda, distinctione, &c. tertia distinctione, &c. quarta distinctione &c.

¶Postremò nota; quod circa extensionem allegationem de uerbo ad uerbum a nobis obseruatam (ut dictum est supra, numero sexto,) usi sumus uariis translationibus, secundum quod librorum, unde extractæ sunt allegationes, occurrebat commoditas: Quocirca non mirum tibi sit; si uerbis quandoque plus, minus, diuersis (licet eundem sensum retineant) citationes ipsas transcriptas in Elucidationum uariis locis inueneris. Hoc siquidem uarietates translationum præmissarum signum est; non autem defectus fidelis transportationis de libro in librum:

Item. In assumendis illis testimoniis plerumque oportuit; aliqua rescindi de medio, & ad prolixitatem uitandam, & quia ad propositum illius materiæ, quæ tunc in Elucidationibus tractabatur, non erant necessaria. Ad quam rescissionem faciendam, & ad digitum ostendendā, (ne quis plus, quam debeat, miretur) usi fuimus, ferè semper, tali signo &c.

Finis Regulæ ad Lectorem.

INDEX
PRIMAE PARTIS SVMMAE
QVAESTIONVM ET ARTICVLORVM.

9 Vtrum

2 Vtrum

2 Vtrum

I N D E X

QVAE-

4 Vtrum

Quæstionum & Articulorum Indicis Finis.

PRINCIPALIVM SENTENTIARVM PRIMAE PARTIS D. THOMAE AQVINATIS ANNOTATIO.

A

Animam

B

Contin-

F

Finis,

G

Illu-

In-

L

M

Mitti

N

Q

R

Rationale

T

V

Vestigii

... licis Textus Primæ partis S.Thomæ Finis.

SINGVLARIVM COMMENTARIORVM PRIMAE PARTIS S. THOMAE LOCORVM

INDEX ALPHABETICVS.

Numeri vocant Articulos in ordine.

A

B

D

Dæmo-

E

L

M

Nomen

O

Potentiam

Relatio-

Sen-

Voluntas

Finis Commenti Cardinalis Caietani.

TABVLA PRINCIPALIVM SENTENTIARVM QVAE IN ELVCIDATIONIBVS PRIMAE PARTIS CONTINENTVR,

admodum utilis: secundum ordinem alphabeti.

Numeri articulos signant.

In

FINIS.

INDEX
PRAEDICABILIVM
TOTIVS ANNI, ET QVADRAGESIMAE, TAM DE SANCTIS QVAM DE TEMPORE.

Not. Quotiescunque citantur Additiones, uidenda est tertia pars de Sacramentis, post quęstionem trigesimam primam. Hanc enim mox sequuntur coniunctim illæ, secundum numeros etiam proprios.

An

An explicite credere misterium Christi non sit de necessitate salutis. 2.2f. quæst. secunda articulo 7. cum elucidationibus.

Hominem mollibus vestitum.) An circa exteriorem cultum possit esse virtus & vitium. 2.2f. quæst. 169. 1. cum elucidationibus.

An Prelati Ecclesiæ & sacerdotes peccent vtendo preciosis vestibus, præsertim in ministerio altaris. 2.2f.q.169.1. 2^m.cum elucidationibus.

An religiosi mendicantes, & religiosi alij peccent vtendo vestibus vilioribus, vbi supra.cum elucid.

An ornatus mulierum semper sit cum peccato mortali. 2.2f. q.169.2. cum elucid.

An mulieres sine peccato nudatis capillis possunt incedere. 2.2f. q.169.2.cum elucid.

An mulieres possint uti figmentis in facie ad colorandum sine peccato. 2.2f.q.169.2.cum elucid.

An liceat mulieri uti veste virili, vel e contra, vbi supra, art. 2. 3^m.cum elucid.

De cultu exteriori vide plura in Euang. dominicæ primæ post octauam Pentecost. cum elucid.

Et plusquam prophetam.) An Ioannes fuerit excellentior propheta quam Moyses. 2.2f. quæst. 174. 4. 3^m. cum elucidationibus.

Quomodo Beatus Ioannes fuerit plusquam propheta. 3.q.38. 1. 2^m.cum elucid.

Qui præparabit viam tuam antete.] Quomodo Ioannes præparauerit viam domini Christi. 3.q.38.1^m. 2.2^m. 3.cum elucidationibus.

In festo. Sanct. Thomæ Apostoli. Epist. Eccle. 14. & 15.

VIde Epist. in die B. Ioannis Euangelistæ Euang. Ioan. 20. Thomas autem vnus ex duodecim.
Vide Euang. Dominicæ primæ. post Pascha.

Dominica quarta Aduentus, Epist. ad Phil. 4.

GAudete.] De gaudio. 2.2.q.28. De uitijs gaudio oppositis. 2.2f.q.35.& 36. cum elucid.

Modestia vestra.) De modestia. 2.2f. quæst. 160. De speciebus modestiæ. 2.2f. quæst. 161. & sequent. cum elucidationibus.

Dominus enim prope est.] Quomodo Deus dicatur esse vbique, & in omnibus rebus per essentiam, potentiam, & præsentiam. 1^a quæst.8. articulo secundo, & 3. cum elucidationibus.

Quomodo specialiter dicatur esse in rationali creatura. 1^a. q. 8. 3. cum elucid.

Quomodo dicatur specialiter esse in sanctis. 1^a.quæst. 3. & 4m. cum elucid.

In omni oratione.] De oratione. 2.2f. quæst. 83. cum elucidationibus.

Nihil soliciti sitis.] An illicitum sit habere solicitudinem de temporalibus in rebus. 2.2f. quæstio. 55. 6. cum elucidationibus.

An aliquis debeat solicitus esse futurorum. 2.2f. quæst. 55. septimo. Vide Euangelium Dominicæ. 15f. post octauam Pentecost.

Et pax.] De pace. 2.2f. q.29.cum elucid.

Euang. Ioannis. 1.

ET confessus est, & non negauit.] De humilitate. 2.2f. q. 191. cum elucid.

De gradibus humilitatis, vbi supra art. vlt.

De uirtute veritatis, idest ueracitatis. 2. 2f. quæst. 109: cum elucidationibus.

De mendacio. 2.2f. q. 110.cum elucid.

An mendacium sit peccatum. 2.2f.quæst.110. 3. cum elucidationibus.

Quid ergo baptizas.] De Baptismo Ioannis. 3.q.38.cum elucidationibus.

De Baptismi sacramento. 3^a. q. 68. De lege, & gratia. 2.2f.q. 109. cum elucid.

Neque propheta.] De prophetia. 2.2f. quæst. 15. primo, & sequent.

Cuius ego non sum dignus.] De perfectione Dei. 1^a.quæst.4. cum elucid.

An ea quæ sunt humanæ naturæ in Christo possint dici de homine Christo, & contra. 3^a.q. 160.& præcipue artic. 4. cum elucidationibus.

In die Natiuitatis Christi, Epist. Tit. 3.

APparuit benignitas, & humanitas.] De infinita Dei bonitate. 1^a. quæst. 6. & quæst.7.& 3^a.q. 1. ar. 2. cum elucidationibus.

Non ex operibus quæ fecimus nos.] An ergo homo non possit mereri uitam æternam. 1. 2f. quæst. 114. 3. cum elucidationibus.

Sed secundum misericordiam suam. De Dei misericordia. 1^a. q. 21. cum elucidat.

Quomodo uita æterna sit gratia siue misericordia. 1.2f.q.114. 3.2^m.cum elucid.

Quomodo nascantur omnes filii iræ & peccato obnoxii. 1.2f.q. 81.1.& 3.cum elucid.

Per lauacrum regenerationis.] Cur Christus uoluerit dare hominibus gratiam susceptione sacramentorum. 3.quæst.61.1. cum elucidat.

Quomodo Baptismus dicatur lauacrum regenerationis. q.3. q.66.1.1^m.& ar. 9.eos.

Euang. Luc. 2.

EXijt edictum.] Cur Christum Cæsare Augusto describente uniuersum orbem, nasci uoluit. 3f.q.35.8.1^m.cum elucidationibus.

Cur Christus non statim post peccatum Adæ incarnatus est. 3.q.1.ar.5.cum elucid.

An non debuerit differre incarnationem usque ad finem mundi. 3.q.1.art.6.cum elucid.

Quæ uocatur Bethlehem.] Cur Christus uoluit in Bethlehem nasci. 3.q.35.7.cum elucidat.

Cur dicatur Propheta, de non exibit lex, & uerbum domini de Hierusalem, cum non sit natus in Hierusalem sed in Bethlehem. tertiæ, quæst. 35. 7. primum, cum elucidationibus.

An Christus conuenientius non fuisset natus Romæ, quæ erat domina orbis, ut eius fides innotuisset uniuerso orbi. 3. q.35. 7.3^m.cum elucid.

Maria desponsata sibi.] Quare Christus uoluit nasci de Virgine desponsata. tertia, quæst. 29. primo, cum elucidationibus.

Et peperit filium.] An fuit conueniens nasci Christum temporaliter, qui ab æterno natus erat & perfectus. 3^a.q.35. 2. cum elucid.

Cur Christus uoluit de fœmina nasci. 3. quæst. 31. 4. cum elucidationibus.

An Beata Maria semper Virgo fuerit uera mater Christi. 3.q. 35.3. cum elucid.

An possit dici Dei mater.] 3q. quæst. 35. 4. cum elucidationibus.

An in partu doloris aliquos pertulit. 3^a. quæst. 5. 6. cum elucidationibus.

Primogenitum.) An B. Maria cum Christus dicatur primogenitus filius eius, post Christum alios habuerit filios. 3^a.q. 28. 3.4^m.cum elucid.

Et pannis eum inuoluit.] An ibi fuerit aliqua obstetrix ad leuandum puerilem. 3^a. q.55.6. cum elucid.

Quia non erat ei locus in diuersorio.) Quorum Christus uoluit egere loco in diuersorio. 3. quæst. 35. 7.2^m. cum elucidationibus.

Cur Christus in hoc mundo uoluerit pauperem uitam ducere 3.q:40.3.cum elucid.

Et ecce Angelus domini.] An Christi natiuitas debuit annunciari per angelos. tertia. quæst. 35. 5. cum elucidationibus.

Et timuerunt timore magno.) Cur pastoris timuerunt ad aduentum angeli, qui non erat malus. 1f.quæst.41.3.& q.42. 1. cum elucid.

Ecce Euangelizo nobis pastoribus.] An fuerit superfluum natiuitatem Christi annunciari pastoribus, cum ante fuerat ea annunciata Mariæ & eius marito Ioseph. & in ore duorum stet omne uerbum. 3^a.q.36.2.cum elucid.

An angelus non debuisset potius natiuitatem Christi nunciare sacerdotibus in templo, qui nouerant legem, quam pastoribus. 3.q.36.3.& 4^m.cum elucid.

Quia natus est nobis saluator.] De incarnationis misterio. 1ª. q.13.& seq.cum elucid.

In die S. Stephani. Epist. Act. 6.

STephanus autem plenus gratia & fortitudine.] De officio Diaconorum. Additione.q 37.3 & 4. De dono fortitudinis 2.2f.q.123. cum elucid.
An plenitudo gratiæ non sit propria Christo 3ª. q. 7. artic.10. cum elucid.
De dono fortitudinis.2.2f.q.123.cum elucid.
Prodigia & signa.] De miraculis. 2.2f. quæst.178.cum elucidationibus.
Disputantes cum Stephano.] An cum infidelibus publice sit disputandum.2.2f.q.10.ar.7.cum elucid.
Vos semper spirituisancto restitistis.] De peccato in spiritumsanctum.2.2f.q.14.cum elucid.
An B. Stephanus dixerit Iudæis contumeliam. 2. 2f. q.72.2. 2m.cum elucid.
Iesum stantem.] Quomodo vidit Iesum stantem, cum iam ascendisset & sederet ad dexteram Dei patris. 3ª.q.58.1.3m. cum elucid.
Video cœlos apertos.] Quibus cœlum aperiatur. 3ª.q.49. 5. 3m. cum elucid.
Domine ne statuas illis hoc peccatum.] De perfecta inimicorum dilectione.2.2f.q.25.5.

Euang. Matth. 23.

ECce ego mitto ad vos &c. & ex ijs occidetis.] De ingratitudine.2.2f.q.107.cum elucid.
An ingratis sint beneficia subtrahenda. 2.2f. quæst. 107. cum elucidationibus.
De martyrio.2.2f.q.124.cum elucid.
De constanti confessione fidei & veritatis. 2.2f.q.3.cum elucidationibus.
Vt veniat super uos omnis sanguis.] An ergo aliquis puniatur pro peccato alterius. 1.2f.q. 87.8.cum elucid.
Quoties volui congregare.] An ergo voluntas Dei non semper impleatur. 1ª.q.16.6.11.cum elucid.
De duplici Dei voluntate, signi & beneplaciti. ibid.

In die Ioannis Apostol. & Euang. Epist. Eccle. 15.

QVi timet Deum.] De dono timoris.2.2f.q.19.cum elucidationibus.
De quadruplici timore, vbi supra.art.2.
Et firmabitur in illo & non flectetur.] An ergo homo in gratia constitutus non possit ea excidere. 1. 2f. q.19.10.& 2.2f. q.24.11.cum elucid.
Spiritu sapientiæ.] De dono sapientiæ. 2.2f. q. 45. cum elucidationibus.
Et intellectus.] De dono intellectus. 2. 2f.q.46.2.cum elucidationibus.
In medio ecclesiæ aperuit os eius.] An ergo concionator neglecto studio proprio confidet in solo diuino auxilio, & assistentia, & directione in verbi Dei prædicatione. 2.2f.q.13.4. 1m.cum elucid.

Euang. Ioannis. 20.

QVem diligebat Iesus.] Vtrum Christus magis dilexerit Ioannem, quam Petrum 3ª. q. 20. 4. 2m. cum elucidationibus.
Tu me sequere?] De uita contemplatiua. 2.2f. q.180.& seq. cum elucid.
De statu perfectionis. 2.2f.q.184.cum elucidat.
Quod discipulus ille non moritur.] An omnes morientur. 1. 2f.q.81.3.1m.cum elucid.
An ne mors sit pœna primorum parentum. 2. 2f.q.164.1.cum elucidat.

De innocentibus Epist. Apocal. 14.

HAbentes nomen eius.] De causa martyrij. 124. 5.cum elucidat.
An sola fides uel potius omnium uirtutum opera, ut in Deo referuntur, sint causa martyrij. ibid.
De aureola martyrum. Additione. quæst. 69. 9. cum elucidationibus.
Et cantabunt quasi canticum nouum.] Quid sit is, vel canticum nouum, quod martyres, & virgines tantum cantant. 2. 2f. q.152.5.3m.cum elucid.
De aureola martyrum. Additiones. quęst.96.6.cum elucidationibus.
Hi sequuntur agnum.] Quomodo quis dicatur agnum sequi quocumque uerit. 2.2f. quæst. 152. 5. 3m. cum elucidationibus.

Euang. Matth. 2.

ANgelus domini apparuit in somnis Ioseph.] An ita excellentiorem apparitionem angeli habuerit, sicut B. Maria 3.q.30. 5.2m.cum elucid.
Et fuge in Aegyptum.] De defectibus Christi. 3. q. 14.& 15. cum elucid.
Emittens occidit omnes pueros.] An innocentes fieri fuerint martyres. 2.2f.q.124.1. 1m.
Abimatu, & infra.] Quare Herodes occiderit omnes pueros, qui mundum excesserant 2m. annum ætatis suæ. 3ª. q. 36. 6.3m.cum elucid.
De tribus baptismatibus.3.q.66.11.cum elucid.
De baptismo paruulorum. tertia quæst. 68. 8. cum elucidationibus.
Verum baptismus auferat omnes pœnalitates. 3. q.69.4. cum elucidationibus.

Dominica infra octauam Natiuitatis, Epist. ad Gal. 3.

SVb elementis mundi huius seruientis.] An lex uetus erat lex seruitutis & timoris. 1.2f. q. 117. 1. & 2m. & q.91. 5. cum elucidation.
At ubi uenit plenitudo temporis.] An Christus fuerit congruo tempore natus. 3ª. quęstio. 35. 8. cum elucidationibus.
Misit filium.] De missione diuinæ personę, cum elucidationibus.
Factum ex muliere.] An Christus sumpserit carnem suam ex Maria.3ª.q.31.2.4.cum elucid.
Muliere.] An ergo B. Maria non fuerit uirgo in concipiendo Christum, cum mulier consueto modo loquendi ea dicatur, quæ a uiro cognita est. 3ª. quęst. 28. 1. 3m. cum elucidationibus.
Factum sub lege.] An Christus fuerit conuersatus secundum legem. 3ª.quęst.40.4.& 1.2.quæst.102. 2.4m. cum elucidationibus.
Cur Christus in se legis onus sustinere noluerit.3ª.quęst.37.1. cum elucid.
Vt adoptionem filiorum Dei.] De adoptione filiorum Dei.3ª. q.23.cum elucidat.
Quomodo Deus ex sua bonitate rationalem creaturam admittat ad beatitudinis hæreditatem.3ª.quęst.23. 1.cum elucidationibus.
Quę differentia sit inter filium Dei adoptiuum & naturalem. 3ª.q.23.2.cum elucid.
Quomodo quis per gratiam, & charitatem tantum efficiatur filius adoptiuus Dei.3.q.23.3.cum elucid.
De adoptione uide plura in Epist. Dominicæ octauę post octauam Pentec.

Euang. Luc. 2.

POsitus est hic in ruinam.] De scandalo.2. 2f.q. 53.cum elucidationibus.
An scandalum passiuum possit inueniri sine actiuo & contra. 2. 2f. q. 43. 1.4m.cum elucid.
Et tuam ipsius animam pertransibit gladius.] Quis sit iste gladius, qui animam B. Mariæ pertransiuit. 3. q. 27.4.2m. cum elucidat.
Et erat Anna prophetissa.] Quomodo manifestata sit Christi natiuitas Simeoni, & Annæ. 3ª. quęst. 36. 5.cum elucidationibus.
Quid significet quod Simeon, qui expectabat consolationem Israel, ultimo Christum cognouit, & pręcesserunt eum magici prætores, qui Christi natiuitatem non ita solicite expectabant. 3.q.6.6. 1m.cum elucid.

A tem-

A templo.] An oratio requirat determinatum locum. 2. 2ª. q.84.3.cum elucid.

Cur ligatur determinatus locus ad orandum. 2. q. 84. 3. 2^{m}. cum elucid.

Cur adoremus versus orientem potius, quam occidentem. 2. 2ª.q.84.3.3^{m}.cum eludic.

Ieiunijs.] De ieiunijs.2.2ª.q.147.cum elucid.

Obsecrationibus.] De oratione. 2. 2ª.q.83.De cantu Ecclesię 2. 2ª.q.81.cum elucid.

In ciuitatem suam Nazareth.] Cur Nazareth dicitur ciuitas Christi cum non in Nazareth, sed in Bethlehem natus sit. 3ª.q.35.7.2^{m}.cum elucidat.

Plenus sapientia.) An in Christo non fuerit ignorantia 3ª. q. 15:3.cum elucid.

In circuncisione Epist. Tit. 2.

APparuit gratia Dei.] De manifestatione Christi nati. 3. q.36.cum elucid.

Quomodo gratia saluatoris apparuit ijs,quibus natiuitas Christi non fuit manifestata. 3ª. quæst. 36. 1. 2^{m}. cum elucidationibus.

Impietatem.] De infidelitate.2.2.q.10.cum elucidat.

Sobriè.] de temperantia. 2.2ª.q.141. cum elucid.

Iustè.] De iustitia.2.2ª.q.58.cum elucid.

Piè) de Religione 2.2ª.q.81.cum elucid.

Qui dedit semetipsum pro nobis.] Quomodo Christus fuerit causa suæ passionis & mortis. 3ª. quęst. 47. 1. cum elucidationibus.

Vt nos redimeret ab omni iniquitate.] An per passionem Christi simus liberati a peccato. 3. quæst. 49.11. cum elucidationibus.

An per passionem Christi simus liberati a pœna peccati.]. 3ª. q.49.3.cum elucid.

Et mundaret, sibi populum acceptabilem.] An per passionem Christi simus a Deo liberati 3ª. quæst. 49. 4. cum elucidationibus.

Euang. Luc. 2.

POstquam consumati sunt dies octo.] Cur circuncisio differebatur vsque ad octauum diem. 3ª. q. 70.3.3^{m}.cum elucidationibus.

Vt circunciderctur.] An circuncisio fuerit conuenienter instituta.3.q.70.2.cum elucid.

An conferebat gratiam iustificantem. ibidem. 4. cum elucidationibus.

De efficacia sacramentorum.3ª.q.62.63.cum elucid.

Puer.] Cur Christus voluerit circoncidi, cum non contraxerit peccatum originale.3ª.q.37 1.cum elucid.

Cur Christus ab initio suæ conceptionis,& maxime effundendo sanguinem suum pro nobis ipso die suæ circuncisionis meruerit nobis salutem æternam, cur pati in cruce, & mori voluit. 3ª.q.48.1. 2^{m}.q.46.1.& quæst. 37. 1. 3^{m}. cum elucidationibus.

An liceat nunc circuncidi.] 2.2ª. q.103.4.cum elucid.

Et vocatum est nomen eius Iesus.] An hoc nomen fuerit conuenienter Christo impositum. 3.quæst.37.2.cum elucidationibus.

De nominibus Dei.] 1ª.q.13. cum elucid.

An alio modo poteramus saluari,quam per Christum. 1.2ª.q. 91.5.2^{m}. & 2. 2ª.q.2.art: 7.& 3. quæst. 68. 1. cum elucidationibus.

In die Epiphaniæ Epist. Isa. 60.

ILluminare.] An sine gratia homo nullum verum possit cognoscere.1.2ª.q.109.1.cum elucid.

An in statu innocētiæ unus homo habuerit omnium scientiam 1ª.q.94.3.cum elucid.

An pueri in statu innocentiæ mox nati habuissent perfectam scientiam & vsum rationis. 1.q. 101. 1. & 2. cum elucidationibus.

An ignorantia orta sit ex peccato. 1. 2ª. quæst.85. 3. cum elucidationibus.

Quia venit lumen tuum.] Quomodo Christus sit caput Ecclesiæ atque in membra sua sensum & motum gratiæ influat. 3ª.q.8o.6.1. cum elucid.

Quomodo Christus sit lumen & salus gentium,cū per seipsum eis non prædicauerit.3ª. q:42.1.4^{m}.cum elucid.

Et fortitudo gentium uenerit tibi.] An Christus etiam uenerit ad saluandas gentes.) 3ª.q. 36.3.3^{m}. 42. 1.& q.46. 4. cum elucid.

De conuersione gentium. 3ª. q. 55. 6. 3^{m}. & 2.2ª. q.176. 1. cum elucid.

Euang. Matth. 2.

IN Bethlehem.) Cur Christus uoluit nasci in Bethlehem. 3ª. q.35.7.& q 46.10. 1. cum elucid.

Ecce magi.) Quales fuerint hi Magi. 3ª. q. 36. 3. 2^{m}.& 5^{m}. cum elucid.

Ab oriente.) Vnde uenerant.3ª.q.36.3.& 3^{m}.& 3.4.& 6.3^{m}. cum elucid.

Hierosolymam.) Cur stella non duxit magis in Bethlehem, ubi Christus erat natus. 3ª. quæst. 36. 8. 3^{m}. cum elucidationibus.

Dicentes ubi est qui natus est.) Cur magi non timuerunt uiuente Rege Iudæorum alium adnunciare regem natum. 3ª. q.36.8.2^{m}.cum elucid.

Cur in Christi natiuitate stella noua in cœlo apparuit. 3ª.q.44.1.3^{m}.cum elucid.

Stellam eius.) Qualis stella fuerit quæ magis apparuit. 3ª. q. 36.7.cum elucid.

An fuerit creata in principio mundi tamquam una de cœlestibus stellis. ibidem.

An fuerit hæc stella cometa. 3ª. quæst. 36. 7. 3^{m}. cum elucidationibus.

Quo tempore stella hæc magis apparuit. 3ª. q. 366. 3^{m}. cum elucidation.

Eius.) An stella hæc fuerit certum signum natiuitatis Christi 3ª.q. 36.5.4m.cum elucid.

In Oriente.) An magis existentibus in Oriente stella hæc apparuit existens in terra Iuda, uel potius in Oriente præcedens eos usque in Iudæam. 3ª. quæst. 36. 2. cum elucidationibus.

Cur non gentes Orientales tantum,sed etiam Occidentales ex alijs mundi partibus saluentur per Christū, & cur solum in Oriente hæc stella apparuit.3ª.quæst.36.3.& 3^{m}. cum elucidationibus.

Venimus adorare eum.) An magi conuenienter uenerint ad Christum adorandum. 3ª.q.36.8.cum elucid.

Quo tempore post Christi natiuitatem uenerint.3ª.q.36. 6. & 3^{m}. cum elucid.

Cur Herodes & omnis Ierosolyma turbata. 3ª. q. 36.2. 3^{m}. cum elucid.

Antecedebat eos usque dum ueniens &c.) An, cum distincte domum,in qua Christus natus erat demonstrarit hæc stella, fuerit terræ uicina.3ª.q.36.7. cum elucid.

Adorauerunt eum.) De adoratione Christi. 3ª. q. 25. cum elucidat.

Obtulerunt munera aurum &c.) An his muneribus confiteantur Christum natum nullam regalem dignitatem præseferentem,verum Deum & hominem. 3ª.q.36.8.3^{m}.cum elucidationibus.

Dominica infra octauam Epiph. Epist. Rom. 12.

EXhibeatis corpora uestra hostiam sanctam.) An oblatio corporis per bona opera vt ieiunium, continentiam, martyrium &c. facta,sit sacrificium. 2. 2ª. q.85.3.& 2^{m}. cum elucidationibus.

De partibus temperantiæ. 2. 2ª. q. 144. Additione cum elucidationibus.

Vt probetis quę sit uoluntas Dei bona.) An liceat dubitare,& probare utrum uoluntas Dei sit bona. 2. 2ª. q.97.2.1^{m}.cum elucidationibus.

Non plus sapere quam oportet.) An circa contemplationem sapientiæ sit sapor & præsertim sobrietas.2.2ª.q.149.1. 1^{m}. cum elucid.

De humilitate & superbia. 2. 2ª. quæst.161.& 162.cum elucidationibus.

Vnicuique sicut Deus diuisit mensuram fidei.) An fides sit homini a Deo infusa. 2. 2ª. quęst. 6. primo cum elucidationibus.

An in uno inueniatur maior, quam in alio. 2.2ª. q. 5. 4. cum elucidat.

Sicut in uno corpore multa membra habemus.) Cur animæ intellectiuæ sit una forma,cur unitur & componitur ex diuersis partibus. 1. 2ª. quæst. 76. 5. tertium, cum elucidationibus.

In

In regno cælorum.] Cur cœlestis beatitudo regnum cęlorum dicatur. 1.2.q.4. ar.7.cum elucid.

Dominica tertia post Epiph. Epist. Rom. 13.

NEmini quicquam debeatis.] Quæ debeamus superioribus nostris in dignitate constitutis, & ratione quorum ea debeamus. 2.q.102. 2.3^{m}.cum elucid.

Nisi vt inuicem diligatis.] De dilectione proximi. 2.2æ. q. 23. ar. 1. 1. 2æ. cum elucid.

Qui enim diligit proximum.] Quis noster proximus censendus est 2. 2æ.q.25.10.1^{m}.cum elucid.

Quomodo quis noster proximus est.2. 2æ. q.44.7.cum elucidationibus.

Quæ sit ratio dilectionis proximi. 2. 2æ. q.25.1.& 12.3^{m}.& q. 44.7.cum elucid.

Legem impleuit.] Diligens proximum totam legem implear, an ergo lex solum vnum præceptum contineat scilicet de dilectione proximi. 1. 2æ.q.99.1.2^{m}.& q.105. 2.1^{m}. & 2. 2æ. q. 44. 2. 4^{m}.cum elucid.

An de charitate fuerant danda domino præcepta. 2. 2æ. q. 44. 1.cum eludic.

An sufficiant domino præcepta charitatis. 2. 2æ. q. 44. 3 cum elucid.

Non non adulterabis.] De singulis præceptis decalogi. 2.2æ. q.122.& 2.2æ.q.100.ab ar.3. vsque ad 1.2m.

Euang. Matth. 8.

AScendente Iesu in nauiculam.] An Christus assumpserit corpus carnale siue terrestre, cum eius defectibus. 3^{a}. q. 50.2.& 14.1. cum elucid.

Ita vt operiretur fluctibus, & erat illis ventus contrarius.] An sit iustum in hoc mundo iustos affligi. 1. q. 21. 4. 4^{m}. cum elucidation.

Cur peccantes prosperantur & innocentes puniantur. 1^{a}.q. 87. 7.2^{m}.& q.100.6.3m. cum elucid.

Quomodo uniuersa æque eueniant iusto. & improbo, bono & malo. 1. 2æ. q.114. 10. 4^{m}. cum elucidat. Vide plura hac de re Euang. Dominicę post Pasca.

Dicentes domine salua nos perimus.] De timore qui fortitudini opponitur. 2.2æ.q.125.cum elucid.

Modicæ fidei.] An fides in uno sit maior quam in alio. 2. 2æ. q.5.4.cum elucid.

Imperauit ventis, & mari.] An Christus fecerit miracula circa omnia elementa. 3.q.44.4.3m. cum elucid.

Domina quarta post Epiph. Epist. Col. 3.

INduite vos viscera misericordiæ.] Quę hominem maxime ad misericordiam excitare possunt. 2. 2æ. q. 30. 1. cum elucidationibus.

An defectus non sit ratio miserendi. 2. 2æ. quæst. 30. 4. cum elucidationibus.

Quam sit magna virtus misericordiæ. 2. 2æ. q. 30.4. cum elucidationibus.

Modestiam.] In quibus consistat modestia. 2. 2æ. q. 160. 1. & 2. cum elucid.

Patientiam.] Patientia quid. 2. 2æ. quæst. 136.1. cum elucidationibus.

An patientia sit maxima uirtutum. 2. 2æ. q.136. 2. cum elucidationibus.

Supportantes inuicem.] In quibus iniuriis mali sint tolerandi. 2.2æ.q.108. 1^{m}.& 4^{m}.cum elucid.

Super omnia autem hæc charitatem habete.] An charitas sit maximum inter uirtutes theologicas. 1.2æ. quæst. 66.6.cum elucidat.

An sit simpliciter excellentissima omnium uirtutum. 2. 2æ. q. 23.6. cum elucid.

Virtutum perfectionis.] An perfectio Christianę uitæ non attendatur specialiter secundum charitatem. 2. 2æ. quæst. 184.1.& 3^{a}.46. 3.cum elucid.

Omnia in nomine domini.] An bonitas uoluntatis, & operis dependat ex bonitate finis. 1. 2æ. quæst. 18.7.& 8.cum elucidationibus.

Euang. Matth. 13.

HOmini qui seminauit.] Qualis debeat esse, qui assumit officium prędicationis. 3^{a}. quæst. 41. 3. 2^{m}. & 2. 2æ. quæst. 185. 1. 4^{m}. cum elucidationibus.

Superseminauit zizania.] De disputatione cum infidelibus. 2.2æ.q.10.7.cum elucid.

Zizania.) Quid intelligatur per zizania. 1. 2.q. 64.2. 1.cum elucidationibus.

Quod nomine tritici significetur. ibidem. cum elucidationibus.

Vidimus & colligimus ea? & ait non.) An liceat occidere homines peccatores. 2.2æ.q 64.2.1^{m}.& q.108.3.

An quando tota communitas peccat, de ea uindicta sit sumenda. 2.2æ.q.108.1.5^{m}.cum elucid.

An quando maior pars communitatis peccat, tota communitas sit eradicanda, ibid.

An hæretici sint tolerandi. 2. 2æ. quæst. 11. 3. cum elucidationibus.

An sint cogendi ad fidem uel ad finem. 2. 2æ. q. 10. 8. cum elucidationibus.

Dominica in septuagesima Epist. 1. Corinth. 9.

NEscitis quod hi, qui in stadio.] De spe. 2.2æ.q.17.18.cum elucidat.

An non requirantur aliqua opera hominis, ad hoc ut beatitudinem consequatur a Deo. 1. 2æ. quæst. 5. 7. cum elucidationibus.

An actus bonus habeat rationem meriti. 1. 2æ. q. 21. 3. & 4. & 114.3.cum elucid.

An ęterna beatitudo sit obiectum spei nostrę. 2. 2æ. q. 17.2. cum elucid.

An hæc spes sit certa. 2.2æ.q. 18. 4. cum elucid.

Sic currite ut comprehendatis.) An Deus possit comprehendi a nobis. 1^{a}. q.12. 7.& 1^{m}. quæst. 17. 4. 3. 1^{m}. cum elucidationibus.

Nos autem incorruptam.) An beatitudo hominis consistat in aliquo bono creato. 1.2.q.2.8.cum elucid.

An consistat in diuitiis. 1.2.q.3.1. cum elucid.

An beatitudo sit aliquid increatum. cum elucid.

An consistat in uisione diuinæ essentiæ. 1. 2æ. q.3. ar.3. 3^{m}.cum elucidat.

Quomodo beatitudo sit per se stabilis & constans. 1. 2æ. q. 3. ar.3. 3^{m}.cum elucid.

An possit amitti. 1.2æ.q.5. ar.4.cum elucid.

castigo corpus.) De ieiunio. 2. 2æ. quæst. 147. cum elucidationibus.

Ad quid assumatur ieiunium, cum elucidationibus. 2. 2æ. q. 47. 1. 3.

An sit in præcepto. 2. 2æ. q.147. 3. vide plura de ieiunio in Euangelio dominicæ primæ Quadragesimæ.

Omnes sub nube fuerunt.) cuius signum & figura fuit protectio columnæ nubis, & transitus maris rubri? 3^{a}. quęst. 70.1. 2^{m}.

Euang. Matth. 20.

COnuentione autem facta.) An Deus constituat se nobis debitorem. 1.2æ.q 114. 2^{m}.& 1^{a}.quæst.21. 1. 3^{m}.cum elucidationibus.

In uineam suam.) De beatitudine. 1.2æ.q.2.q.3.q.4.& 5^{a}. Additione. q.97.cum elucid.

De merito bonorum operum. 1.2.q.1.4.cum elucid.

Pares illos nobis fecisti.) An iustitia Dei det æqualia inæqualibus. 1. quæst.65.2. 3^{m}. & 1^{a}. quæst. 23. 5. 3^{m}. cum elucidationibus.

Murmurabant aduersus patremfamilias.) An sancti in omnibus non approbent ordinationem atque dispositionem Dei suamque uoluntatem sanctissimæ eius uoluntati conforment. 1.2.q.19.10.& q.92. 2^{m}.& 2. 2æ. q. 104. 4. 3^{m}. cum elucidationibus.

An beati possint peccare. prima quæst. 62. 7. cum elucidationibus.

An beatitudo omni ex parte expleat & faciet appetitum hominis. 1.2æ.q.2.8.cum elucid.

An alicui beato desit aliquod bonum desiderandum. 1. 2.q.5. art 2. 3m. cum elucid.

Et ipsi singulos denarios.) Si singuli accipiant denarium, qui quantitate a seipso non differt, an ergo unus non sit alio beatior. 1. 2æ. q. 5. 2. 1^{m}. & 1^{a}. quæst. 12. 6. cum elucidationibus.

Non facio tibi iniuriam.) An in Deo sit iustitia. 1^{a}.q.21.1.cum elucidat.

Dominica in sexages. Epist. 2. Corin. 11. 12.

Euang. Luc. 8.

Dominica in quinquagesima Epist. Cor. 12.

Euang. Luc. 18.

De

De effectibus passionis Christi, 3ª.q.49.cum elucidationibus.
Gentibus.] Cur Christus pati voluit a Gentibus. 3ª.q.47.4.cum elucidat.
Et illudetur.] An Christus omnes passiones sustinuerit. 3ª. q. 46.5.cum elucidationib.
An dolor passionis Christi fuerit maior omnib. aliis doloribus, 3ª.q.46.6.cum elucid.
Occidentem.] An Christus sit ab alio occisus, quàm à seipso. 3ª.q.47.1.cum elucid.
De effectibus passionis Christi.3ª.q.9.cum elucid.
Et tertia die resurget.] An fuerit conueniens Christum tertia die resurgere 3ª.q.53.2.cum elucid.
An Christus fuerit tribus diebus in sepulchro. 3ª.q.51.4.cum elucidationib.
Et ipsi nihil horum intellexerunt.] Cur Christus interdum obscura multa docuit.3ª.q.42.3.cum elucid.
Cæcus quidam.] An Christus conuenienter circa homines miracula fecerit.3ª.q.44.3.cum elucid.
Fides tua te saluum fecit.] Cur operatio miraculorum attribuitur fidei.2.2æ.q.178.1.5^{m}.cum elucid.
Magnificans Deum.] De gratiarum actione. 2. 2æ. q. 106. cum elucidationib.
An homo teneatur gratias agere omni benefactori in omnibus. 2.2æ.q.106.3.cum elucid.
An magis teneatur ad gratias reddendas innocens, quàm pœnitens.2.2æ.q.106.2.cum elucid.

In die Cinerum. Euangelium Matth.6.

TV autem, cùm ieiunas, &c.] De abstinentia, 2. 2æ. q. 146. art.1.2.cum elucid. Contra tristitiam.i.acidiam, 2.2æ.q.35. art.1.2.3.cum elucid.
Nolite thesaurizare &c.] De beneficentia, 2.2æ. q.31. artic.1.2. cum elucid.
Patri tuo &c.] De charitate in Deum, 2.2æ.q.26.artic.2.3. cum elucid. Contra non diligentes proximum; cùm omnes sint fratres, vtpote filii eiusdem patris, 2. 2æ.q.26.art.4.5.6.cum elucidationibus.
Reddet tibi.] De desiderio participandi Deum, 1.q.12.artic.1. & 1.2æ.q.3.art 6.7.8.cum elucid. De merito, 1.2æ.q.114.ar.1.2.3.cum elucid.
Cùm ieiunatis &c.] De Gula, impugnando ipsam, tanquàm ieiunio contrariam, 2.2æ.q.148.artic.1.2.3.cum elucid.
Nolite thesaurizare &c.] De multiplici solicitudine, quam trahit secum appetitus thesaurizandi. 2.2æ. q. 55. artic. 6.7. cum elucid. De auaritia; quæ secundum cursum frequentiorem consequitur thesaurizare nimis cupientes, 2. 2æ. q.118. art.1.2.3.4.cum elucid.

Feria 5. post Ciner. Euang. Matth.8.

NOn inueni tantam fidem &c.] De fide catholica, 2.2æ.q.1.2.3.articulis suis, cum elucidat. Quid doceat eadem fides de Verbo incarnato, 2.2æ.q.2.artic.7. & 3.de Saluat.q.1.2.3. articulis suis, cum elucid. Fides viuit, si est cum charitate; aliter, non.2 2æ.q.4.art.3.& q.23.art.5.cum elucid.
Venient ab Oriente &c.] Venire dicit viam, qua mediante itur ad terminum. Ideò dic. Media, vltrà fidem, requiruntur ad recumbere cum Abraham &c.i. ad cœlestem beatitudinem, 1.2æ.q.113.art.4.& 2.2æ.q.2.art.2.cum elucid.
Sicut credidisti &c.] De articulis fidei, 2.2æ. q.1. artic.8.9. cum elucid. De virtutibus Theologicis in genere (nam & fides est virtus Theologica). 1.2æ.q.67.art.3.4.6.cum elucid.

Fer.6 post Ciner. Euang. Matth.5.

DIligite inimicos &c.] De dilectione inimicorum, 2. 2æ. q. 25.art.8.9.cum elucid. Contra odium proximi, quod opponitur dilectioni eius, secunda secundæ. q.36.art.2.cum elucidationib.
Cum facis eleemosynam &c.] De operibus misericordiæ tùm corporalibus, tùm spiritualibus, 2.2æ.q.30.artic.1.2.3.4.cum elucidationib.
Sed patri tuo &cæt.] vt suprà in die Cinerum, tractari potest materia.
Cùm oratis &c.] De oratione; quomodo tùm in qualitate, tùm in quantitate, &c.fieri debeat, secunda secundæ.q.83.articulis suis, cum Elucid. De Missa; quæ est oratio maxima, 3.de Salu. q.83.articulis suis, cum elucidationib.

Sabbato post Ciner. Euang. Marc.6.

COnfidite: ego sum, &c.] De spe; quòd scilicet sperandum sit semper, citra vanam præsumptionem, in Deo. secunda secundæ, quæst. 18.art.4. cum elucidationibus.
Nolite timere &c.] De multiplici timore, secunda secundæ, q. 19.art.2.3.4.cum elucid. Contra desperationem, secunda secundæ, q.20.articulis suis, & elucidationib.
Laborantes in remigando &c.] De virtutibus, quibus laboramus pro salutis portu acquirendo. 1.2æ. q.55. vsque ad q.62. cum articulis suis; & elucidat. De connexione, æqualitate, duratione, virtutum.1.2æ.quæst.65.66.67.cum articulis suis, & elucidationib.
Erat nauis in &c.] De pœnitentia, qua sicut naui & è medio mari peccatorum nostrorum liberamur, & ad portum salutationis adducimur, 3.de sacram.q.86.87.89. cum elucid.

Dominica in Quadrag. Epist.2.Cor.6.

ADiuuantes autem exhortamur.] De perseuerantia, 2.2æ.q. 37.cum elucid.
In quo perseuerantia consistat. ibid. art.1. & quid eo nomine significetur.ibid.ar.1.& 2^{m}.cum elucid.
An debeamus perseuerare vsque in finem.ibid.
An perseuerantia indigeat auxilio gratiæ, 2.2æ quæst.137.4.cum elucidationib.
In vacuum.] An opera virtutum in charitate facta mortificari possint, 3ª.q.86.4.cum elucid.
An opera mortificata per peccatum, rursus per pœnitentiam reuiuiscant, 3ª.q 89 5.cum elucid.
Ecce nunc tempus acceptabile.] An Christus conuenienti tempore pro salute generis humani sit incarnatus, 2.2æ.q.106.3. 3ª.q.1.art.5.& 6.cum elucid.
Nemini dantes vllam offensionem] An scandalum sit peccatum, & quantum peccatum. 2.2æ q.40.2.& 4.cum elucid.
An temporaria sint dimittenda propter scandalum vitandum, 2.2æ.q.45.8 cum elucid.
In patientia.] In quo consistat patientia, 2.2æ.quæst.136.1. cum elucidationib.
An sit idem quod longanimitas, 2.2æ.q.136.5.cum elucid.

Euangelium Matth. 4.

IN desertum.] Cur Christus voluerit in deserto tentari, 3ª. q.41.2.cum elucid.
An publice non debuerit tentari, 3ª.q.41.2.1 cum elucid.
Vt tentaretur.] Cur Christus voluit tentari, 3ª quæst. 41.1.cum elucidationib.
Quid tentare, 2.2æ.q.97 1.2.& 4 cum elucid.
Cur Christus post ieiunium tẽtari voluerit, 3ª.quæst.41.3.cum elucidat.
Quum Christus venerit vt dissolueret opera diaboli, cur ea passus est.3ª.q.41.1.2.cum elucid.
A spiritu.] A quo spiritu Christus sit ductus, 3ª. quæst. 41. 3. cum elucid.
A diabolo.] Cur Christus potius voluit tentari à diabolo, quàm à carne, 3ª q.41.1.3^{m}.cum elucid.
Ieiunasset.] Quid sit ieiunium, 2 2æ.q.147.1.cum elucid.
Ad quod ieiunium sit institutum, 2.2æ. quæst.147. 1.& 3. cum elucidationib.
An ieiunium sit necessarium ad salutem, 3ª.q.80. 2. & 2.2æ. q. 147.3.cum elucid.
An omnes teneantur quod est de præcepto Ecclesiæ, 2.2æ.quæstio.147.4.cum elucid.
An iniusti teneantur ad ieiunium ex præcepto, 2.2æ.quæst.147. 4.5^{m}.cum elucid.
Quo tempore sit ieiunandum, 2.2æ.q.147.5.cum elucid.
An nimium ieiunans peccet, 1.2æ.q.88.2.3^{m}.cum elucidat.
Quomodo violetur ieiunium, 2.2æ.q.147.6.cum elucid.
Quare nos ieiunamus solùm vsque ad nonam, cum Iudæi vsque ad vesperam ieiunabant. 2ª.q.147.7.1^{m}.cum elucid.
Cur Christus voluit ieiunare, cùm non indigeret ieiunio ad effectus ipsius ieiunii consequendos, idq; 40. diebus & noctibus. 3ª.q.4.2.3^{m}.cum elucid.
Postea esuriit.] Cur post 40. dies potius esuriit, quàm ante. 3ª. q.41.3.cum elucid.
Et accedens tentator.] An infra 40.dies fuerit nunquàm tentatus à diabolo, 3ª.q.41.3.2^{m}.cum elucid.
Si filius Dei es.] Cur diabolus vtebatur illis verbis, Si filius Dei es.3ª q.41.1.1^{m}.cum elucid.
Dic vt lapides.) An prima tentatio fuerit de gula, 3ª. q. 41. 4. cum elucid.
An Christus peccasset in gula faciendo de lapidibus panes ad subueniendum naturæ, 3ª.q.41.4. 1^{m} cum elucid.
Qui respondens dixit.) Cur Christus Deus & homo non prostrauit diabolum sua virtute cum præsumeret tentare. 3ª. q.41.4.cum elucid.
Et statuit eum super pinnaculum.) An videntibus cunctis statuerit

Feria secunda post 1. Dominicam Quadragesimæ Euangelium Matth. 25.

Feria tertia post primam Domin. Quadragesimæ Euangelium Matth.21.

Feria quarta post primam Domin. Quadragesimæ Euangelium Matth. 12.

Feria quinta post primam Domin. Quadragesimæ Euang. Matth.12. Ioan.8.

Feria

Feria sexta post primam Dominicam Quadragesimę Euangelium Ioan. 5.

ANgelus secundum tempus &c.] Quòd per solum Deum homo reparari potuit; & in quo sensu necesse fuit, Deum pro reparatione hominis incarnari; & in quo tempore (Deus enim incarnatus vocatur, Magni consilii angelus, Isa. 9. secundum interpretationem 70. interpretum ibi; vbi legimus nos, vocabitur nomen eius, admirabilis, consiliarius, Deus &cæt.) 3. de Sal. q. 1. per totum, & q. 3. art. 8. cum elucid.

Tolle grabatum tuum &c.] Quòd Deus potest agere præter ordinem causarum secundarum. 1. q. 105. art. 6. 7. & 3. de Salut. q. 44. per totum, cum elucid.

Qui me sanum fecit &c.] De obedientia uera; qua sola respondentes obstruimus os loquentium iniqua. i. omnes tentationes Pharisæorum; & quorumcumque aliorum. 2. 2f. q. 104. per totum, cum elucid.

Angelus Domini &c.] De Angelis, 1. q. 50. vsque ad 65. articulis suis, cum elucid.

Vis sanus fieri, &c.] De voluntate hominis, & libero arbitrio. 1. q. 19. art. 10. & q. 23. art. 5. & q. 62. ar. 4. & q. 83. ar. 2. & q. 113. art. 1. semper & ubique cum elucidationibus.

Ampliùs noli peccare &c.] De causis peccati ex parte nostra vitandis. 1. 2f. q. 76. 77. 78. articulis suis; cum elucid. De recidiuo, quantum noceat; & quomodo faciat redire peccata iam dimissa. 3. de sacram. q. 27. 28. 29. articulis suis; cum elucid.

Vis sanus fieri, &c.] De præparatione, seu dispositione nostra ad salutem necessaria. 1. 2f. q. 112. art. 2. & quæst. 113. art. 3. 4. 5. cum elucidationibus.

Sabbato post primam Dominicam Quadragesimæ, Euangelium Matth. 17.

HIc est filius &c.] Quòd, & quomodo in Deo ponatur Verbum. De comparatione Verbi ad Deum patrem, cuius est Verbum. 1. q. 34. art. 1. 2. 3. & q. 42. art. 3. cum elucid. Quòd filius est etiam imago, 1. q. 35. art. 1. 2. cum elucid.

Ecce nubes lucida &c.] Quòd amor in diuinis dicitur Spiritus sanctus (nam per nubem lucidam Spiritus sanctus intelligitur) 1. q. 37. artic. suis; cum elucid.

Resplenduit facies eius &c.] De merito Christi, vt homo est, 3. de Saluat. q. 19. art. 1. 3. 4. & q. 48. artic. 1. cum elucidationib. De gloria Sanctorum (nam per hanc transfigurationem, tanquàm per quoddam exemplar, figuratur, seu repræsentatur) 1. q. 12. art. 1. 2. & 1. 2f. q. 3. art. 6. 7. 8. & 3. de sacram. Addition. quæst 83. vsque ad 96. per totum. semper & vbique cum elucidationib.

Apparuerunt Moyses, & Helias &c.] De hoc, immo & de multis in transfiguratione Domini considerandis. 3. de Saluat. q. 45. per totum, cum elucid.

Dominica secunda Quadragesimæ Epist. 1. Thess. 4.

OBsecramus in Domino Iesu.] An liceat hominem adiurare. 2. 2f. q. 90. 1. cum elucid.

Vt abundetis magis.] De augmento charitatis. 2. 2f. q. 24. art. 4. cum elucid.

An charitas possit in hac vita esse perfecta. 2. 2f. quęst. 24. 8. cum elucidationib.

An inconuenienter distinguantur tres gradus charitatis, s. charitas incipiens, proficiens, & perfecta, 2. 2f. quæst. 24. art. 9. cum elucidationib.

Hæc est enim voluntas Dei sanctificatio vestra.] Cur præcepta Dei, dicatur voluntas Dei. 1ª. q. 19. art. 11. De voluntate signi, 1ª. q. 19. art. 11. cum elucid.

A fornicatione.] Cur fornicatio est peccatum, cum is qui fornicatur nulli videatur facere iniuriam, 2. 2f. q. 154. 2. & 4^{m}. cum elucidationib.

Vt sciat vnusquisque vas suum.] Cur adulterium sit peccatum, 2. 2f. q. 154. 8. cum elucid.

De castitate, & luxuria.] 2. 2f. q. 151. & seq. cum elucid.

De bonis matrimonii, Additione q. 49. cum elucid.

In sanctificatione & honore.] An actus matrimonialis semper sit peccatum, Additio. q. 41. 3. & 2. 2f. quæst. 153. 2. cum elucidationib.

An actus matrimonialis sit meritorius, Additio. quæst. 41. 4. cum elucid.

Non in passione desiderij.] An quandocumque aliquis vxorem cognoscens non intendens aliquod bonum matrimonij, sed solum delectationem, mortaliter peccet, Additio. quęst. 49. 6. cum elucid.

Neque circumueniat.] An dolus sit peccatum ad astutiam pertinens. 2. 2f. q. 55. 4. cum elucid.

An fraus sit peccatum pertinens ad astutiam.] 2ª. quæst. 55. 5. cum elucid.

De fraude, quæ contingit in emptione, & uenditione, aut uendendo rem pluris, quàm re uera ualeat, aut propter defectum rei venditæ, aut propter vitium rei venditę celatum. 2. 2f. q. 7. art. 1. 2. & 3. cum elucid.

Quoniam vindex est Dominus.] De effectibus & pœnis peccatorum, 1. 2f. q. 85. cum elucid.

An nullum peccatum inducat reatum pœnæ æternæ, 1. 2f. quęstio. 87. 3. cum elucid.

De pœna primi peccati, 2. 2f. q. 164. cum elucid.

Euangelium Matth. 15.

CLamauit dicens, Miserere.] De oratione, 2. 2f. q. 83. cum elucidationib.

An oratio debeat esse vocalis. 2. 2f. q. 83. 12. cum elucid.

An per orationes accipiamus quod Deus disposuit nobis dare. 2. 2f. q. 83. 1. 5. 2^{m}. cum elucid.

Cur Deus aliqua præstet non petentibus, 2. 2f. q. 83. 1. 3^{m}. cum elucidat.

Filia mea.] An possimus aliqd determinatè à Deo petere. 2. 2f. q. 83. 5. cum elucid.

An possit homo temporalia à Deo petere, 2. 2f. quæst. 83. 6. cum elucidat.

A Dæmonibus vexatur.] De impugnatione dæmonũ, 1ª. q. 114. Vide Euangelium Dominicæ seq. cum elucid.

Et accedentes discipuli rogabant eum.] An debeamus pro alijs orare. 2. 2f. q. 83. 7. cum elucid.

Non sum missus.] Cur gentibus Christus prædicare non debuit. 3ª. q. 42. 1. cum elucid.

Cum scriptum sit de Christo, Dedi te in lucem gentium, quomodo gentibus prædicare non debuit. 3ª. quæst. 42. 1. 1^{m}. cum elucidat.

Cur Christus prædicauerit Iudæis primò per se, Gentiles autẽ per Apostolos suos. c. 6. & 2^{m}. cum elucid.

Cur Christus non omnibus gentibus prædicauerit, sicut prædicauit mulieri huic Cananeæ & Samaritanæ. 1ª. q. 42. 1. 3^{m}. cum elucid.

Etiam Domine, nam & catelli.] De humilitate in quo consistit 2. 2f. q. 161. art. 1. 2^{m}. cum elucid.

An homo debeat se omnibus per humilitatem subijcere, 2. 2f. q. 161. 3. cum elucid.

De gradibus humilitatis. 2. 2f. q. 161. 6. cum elucid.

Mulier, magna.] Cum scriptum sit, Ante mortem ne laudes quemquam, quomodo Dominus Cananęam hanc laudauit. 2. 2f. q 115. 1. 1^{m}. cum elucid.

Magna est fides.] An fides sit in vno maior, quàm in alio. 2. 2f. q. 5. art. 14. cum elucid.

Fiat tibi sicut vis.] An oratio sit meritoria. 2. 2f. q. 83. 15. cum elucidationib.

An peccatores orando non impetrent aliquid à Deo. 2. 2f. q. 83. art. 16. cum elucid.

Feria secunda post secundam Domin. Quadragesimæ Euangelium Ioan. 8.

PRincipium, &c.] De conceptione filii à patre per generationem æternam. 1. q. 27. art. 2. & q. 33. artic. 1. cum elucidat. De proprietatibus, quæ conueniunt filio. 1. q. 34. artic. 2. & q. 35. art. 2. cum elucid.

Qui & loquor &c.] De vnione Verbi cum natura assumpta: qua factum est, vt visibiliter homo ipse loqueretur nobis. 3. de Sal. q. 1. art. 1. & q. 2. art. 2. & q. 4. art. 2. 3. cum elucid. Quòd persona diuina & humana in Christo sunt tantum vna numero; quæ diuina est. 3. de Sal. q. 4. art. 2. cum elucid.

Qui misit &cęt.] De proprietatibus patris, qui misit filium. 1. q. 41. art. 4. & q. 32. art. 3. De missione diuinarum personarum, 1. q. 43. per totum, cum elucidat. Quòd Deus est immobilis, æternus, perfectus. 1. q. 4. art. 1. 2. & q. 9. art. 1. 2. & q. 10. art. 2. semper & vbique cum elucid.

Feria tertia post secundam Domin. Quadragesimæ Euangelium Matth. 23.

SEcundum opera eorum &c.] Quòd contingit, creaturam à bonitate deficere secundum operationes suas in actionib. voluntariis. 1. q. 85. art. 1. 4. cum elucid.

Quæcumque ergo dicunt &c.] Quòd omnia subduntur diuinæ prouidentiæ. 1. q. 22. artic. 2. Et inferiores reguntur à Deo per superiores; etiam de corporibus. 1. q. 103. art. 6. cum elucidat. De multiplici obedientia ad superiores, 2. 2f. q. 104. articulis suis; cum elucid.

Vocari

Vocari Rabbi &c.] De paupertatis spiritus beatitudine, contra vanam gloriam, 2.2ſ.q.186.art.6. De dono ſcientiæ, conſilij, ſapientiæ (quibus vane vtuntur deſiderantes vocari ab hominibus Rabbi) .2.2ſ.q.8.art.4 5.& q.9.art.1.cum elucid.

Amant primos recubitus &c.] De ſuperbia, 2.2ſ.q.162.per totum. De gula, 2.2ſ.q.148.per totum; cum elucid.

Aggrauant, imponunt onera importabilia &c.] De prudentia, temperantia, fortitudine, iuſtitia (quibus, tanquàm cardinibus in oſtio, ſuperiores bene ſuſtentant ſubditos: & e contra.i. ſi carent illis virtutibus, ipſos male gubernant) . 2.2ſ.q.47.per totum, & q.123.artic.3.5.7.& q.141.art.1.7. & q.108.artic.2. vbique cum elucid. De dono pietatis; contra tales abuſus per Euangelium narratos, 2.2ſ.q.101.art.3.& quæſt.121.artic.1. cum Elucidat.

Feria quarta poſt ſecundam Domin. Quadrageſimæ Euangelium Matth. 8.

TRadetur gentibus ad &c.] Quòd non potuit eſſe ſufficiens meritum cuiuſcumque puri hominis ad totam naturã humanam reparandam: ideo Chriſtus mori voluit morte crucis. 3.de Saluat. quæſt 46.art.1.2.3.4.& quæſt.50.art.1.&c. cum elucidationib.

Dic, vt ſedeant &c.] Quòd ad regnũ Dei homo pertingere non poſſit propria virtute, ſed ſolum auxilio gratiæ diuinæ. 1.2ſ. q.109.art.6.& q.112.art.3.cum elucid.

Poteſtis bibere calicem &c.] Quomodo noſmetipſos habilitare debeamus ad gratiam, & virtutes; vt detur nobis regnum Dei, 1.2ſ.q.112.art.3. & q.114.art.8.cum elucid. Quod non ſufficit ſola fides ad aſſequendum illud regnum: ideo poſtulantibus illud, & credentibus, loquitur Chriſtus de operibus. 1.2ſ. q.113.art.4.& 2.2ſ.q 4.art.3.cum elucid.

Feria quinta poſt ſecundam Domin. Quadrageſimæ Euangelium Lucæ 16.

INduebatur purpura, & byſſo &c.] Quòd peccatores non diligunt ſemetipſos: & tamen tenentur ſemetipſos, etiam quantum ad corpus, ex charitate diligere. 2.2ſ.q.24.ar.11.& q.25. art.12.cum elucidat. De ſuperbia, 2.2ſ.quæſt.162.per totum, cum elucid.

Nemo illi dabat &c.] Quòd dilectio charitatis non ſiſtit ſolùm in Deo, ſed & ad proximum ſe extendit. 2.2ſ.q.25.artic.8.9. cum elucidation. De auaritia, ſeu crudelitate in pauperes, 2.2ſ. q.118.art.1.4.6.8.cum elucid.

Sepultus in inferno &c.] De inferno damnatorũ, 3. de ſacram. Addition.q.67.art.ſuis, & q.71.art.5.cum elucidat. De pœnis, & obſtinatione, & irreparabilitate damnatorum. ibid. q.97. 98.99.per totum, cum elucid.

Eleuans oculos vidit Abraham &c.] Quòd, & quomodo, damnati videant gloriam beatorum, 3.de ſacram. Addition. quæſt. 98.artic.9.

Epulabatur quotidie ſplendidè &c.) De gula, 2.2ſ. quæſt.148. per totum, cum elucid.

Feria ſexta poſt ſecundam Domin. Quadrageſimæ Euangelium Matth.21.

LOcabit eam alijs agricolis, qui reddant &c.) Quod clerici, maximè Epiſcopi, ſunt iſti poſtremi agricolæ: qui tenentur regere populum in ſpiritualibus; nec de floribus aut foliis, ſed de fructibus bonis animarum ſibi commiſſarum, principaliter curam gerere, 2.2ſ.q.184.art.8.& q.185.per totum, cum elucidat. Quòd vinea illa, i. Eccleſia ſancta catholica, nunquam deficiet. 3.de ſacram. Addition.q.19.artic.3.5.cum elucidat.& 1.2ſ.articulorum nume.568.cum elucid. De virtutibus theologicis, & cardinalibus; quæ ſunt neceſſariæ illi vineæ in ſpiritualibus regendæ ad fructuum bonorum redditionem, 2.2ſ. quæſt.1.vſque ad 7.de fide.itẽ q.17.vſque ad 19.de ſpe. item q.23.vſque ad 33.de charitate. item quæſt.47. de prudentia. item quæſt.58.de iuſtitia. item quæſt.123.de fortitudine. item q.141.de temperantia. ſemper, & vbique, cum articulis ſuis; & elucidationib.

Venite occidamus eum &c.) De inuidia, 2.2ſ.q.36.per totum, cum elucid. Quod Chriſtus non à ſeipſo, ſed ab aliis occiſus eſt, 3.de Sal.q.47.art.1.cum elucid. De peccato occidentium eum grauiſſimo, 3.de Sal.q.47.art.6.cum elucidat.

Fodit in ea torcular &c.) De cruce Chriſti (hæc enim eſt torcular) 3.de Saluat.q.46.art.4.9.10.11.cum elucid. De pœnitentia (hæc etiam eſt quoddam torcular) 3.de ſacram.q. 85. per totum, cum elucid.

Plantauit vineam &c.) De ſacramentis; quibus Eccleſia plantatur, 3.de ſacram.q.60. per totum. De cauſa, & numero ſacramentorum, 3.de ſacram.quæſt 64.65. per totum. De effectu ſacramentorum, 3.de ſacram.q.62.63.articulis ſuis. Semper, & vbique cum elucid.

Sepem circundedit &c.) Hæc eſt cuſtodia Angelorum. Quòd ab Angelis homines cuſtodiantur, 1.quæſt.113. per totum, cum elucidationibus.

Sabbato poſt ſecundam Dominicam Quadrageſimæ Euangelium Lucæ 15.

DA mihi portionem &c.) De voluntate & libero arbitrio hominis, 1.q.82.83. per totum, cum elucid.

Luxurioſe.) De luxuria, 2.2ſ. q.153. per totum, cum elucidat. De prodigalitate, 2.2ſ.q.119.per totum, cum elucid.

Fames valida &c.) Quod per peccatum mortale amittitur gratia Dei, ſeu charitas: & quod amiſſa charitate amittitur effectus charitatis (hæc eſt fames valida) . i. gaudium ſpirituale, 2.2ſ.q.24.art.12.& q.27.articulis ſuis, cum elucid.

Miſit illum in villam &c.) De peccato villanorũ (vt ita loquar) id eſt ingratorum: hoc eſt de obliuione qua homo obliuiſcitur Dei, & beneficiorum eius, non conſiderando &c. i.de ingratitudine, 2.2ſ.q.107.per totum, cum elucidat. De delectatione moroſa & venerea; De primis motibus, 2.2ſ.q.152. art.1.& 1.2ſ.q.74.art.3.4.cum elucidat.

In ſe autem reuerſus &c.) De contritione, 3.de ſacramen. Addition.quæſt.1.2.3.4.5.articulis ſuis; cum elucid. De confeſſione, 3.de ſacram. Addition.quæſt.6.vſque ad 11. cum art.ſuis, & elucid. De ſatisfactione, 3.de ſacram. Addition.q.12. vſque ad 15.cum articulis ſuis, & elucid.

Citò proferte ſtolam &c) De effectu charitatis, 2.2ſ.q 24.ar.2. De recuperatione virtutum per pœnitentiam, 3.de ſacramen. per totum. De iuſtificatione impij, 1. 2ſ.q.112.art.2. & q.113. per totum. Semper, & vbique cum elucidationib.

Dominica tertia Quadrageſimæ Epiſt.Epheſ.4.

EStote imitatores Dei.] An homo debeat ſuam voluntatem conformare voluntati Dei, 1.2ſ. quæſt. 19. 9. & 10. cum elucid.

An omnis Chriſti actio ſit nobis imitanda, 3^{a}. quæſt. 37. 1. 2. cum elucid.

De ſequendo Chriſto, vide Euang. In feſto conuerſionis Pauli.

Et tradidit ſemetipſum pro nobis.) An Chriſtus fuerit ex obedientia mortuus, 3^{a}.quæſt.47.ar.2.& quæſt.49.1.cum elucid.

Oblationem & hoſtiam.) An paſſio Chriſti fuerit operata per modum ſacrificij, 3^{a}.q.38. 3.cum elucid.

De ſacerdotio Chriſti, 3^{a}.q.22.cum elucid.

An Chriſtus fuerit ſimul ſacerdos & hoſtia, 3^{a}.q.22.art.2. cum elucidat.

Impudicitia.) Quid nomine impudicitiæ intelligatur, & vnde oriatur, 2.2ſ.q.148.6.cum elucid.

Aut turpitudo.) An obſcœna confabulatio, amplexus, & oſculatio ſint peccata mortalia, 2.2ſ.q.154.4. cum elucid.

Aut auaritia.) Quid accipiatur hic nomine auaritiæ, 2.2ſ.q.72. 2.4^{m}.& q.73.5.1^{m}.cum elucid.

De auaritia, 2.2ſ.q.118.cum elucid.

Scurrilitas.) Quid ſcurrilitas, 2.2ſ. q.148.6. Vnde oriatur. ibid. cum elucid.

Omnis fornicator aut immundus.) An fornicatio ſit peccatum mortale, 2.2ſ.q.154 2.3.cum Elucid.

Quod eſt idolorum ſeruitus.) Qua ratione auaritia dicatur idolatria, 2.2ſ.q.118.5.4^{m}.cum elucid.

Venit ira Dei.) Quomodo ira attribuitur Deo, cum paſſio non ſit in Deo, 1^{a}.q.3.2.2^{m}.& q.19.11.& q.20.1.2^{m}.cum elucid.

Euangelium Lucæ 11.

ET erat eiiciens dæmonium.) Quid ſint dæmones, 1^{a}.q.115. 5.cum elucidat.

An poſſit dæmon nocere homini quoad animam, & quoad corpus, 3^{a}.q.49.2.1^{m}.2^{m}.cum elucid.

An dæmones poſſint tranſmutare homines in beſtias, 1^{a}.q.114. 4.2^{m}.cum elucid.

Quomodo diabolus facit apparere corpus humanum corpus beſtiale, 1^{a}.q.114.4.2^{m}. cum elucid.

An dæmones vexant homines magis vno tempore, quàm alio. 1^{a}.q.115.5.1^{m}.cum elucid.

Cur dæmones per nechromanticos inuitati ſub certis conſtellationibus veniunt. 1^{a}.q.115.5.2^{m}.cum elucid.

Quomodo alliciantur carminibus, lapidibus, herbis, & ſimilibus. 1^{a}.q.115.5.3^{m}.cum elucid.

Cur

Cur dæmones faciunt quasdam leuitates, 1.2æ.q.89.4.3^{m}. cum elucidat.

An dæmones possint hominem impellere in peccatum, 1.2æ. q. 80.3. cum elucid.

Et cum eiecisset dæmonium.) Cur Christus obsessos à dæmonibus liberauit, 3ª.q.44.cum elucid.

Cur expellendo dæmones Dominus permittebat fortius discerpere dæmoniacos, 3ª.q.41.1.4^{m}.cum elucid.

De exorcismis quibus dæmon corporaliter & spiritualiter pellitur, 3ª.q.71.art.2.3.& 4.cum elucid.

In Beelzebub principe dæmoniorum.) Vtrum in dæmonibus sit prælatio, 1ª.q.109.2.cum elucid.

An obediant superioribus ex amicitia, 1ª.quæst.109.2.2^{m}. cum elucidat.

Eiicis dæmonia.) An virtute superiorum dæmonum inferiores à corporibus expellantur, 3ª.q.43.2.3^{m}.cum elucid.

Et alij tentantes.) An tentare sit peccatum, 2.2æ. quæst.97. 2. cum elucid.

Vt vidit cogitationes.) An anima Christi cognoscat cogitationes hominum, 3ª.q.10.art.2.cum elucid.

Omne regnum in se diuisum.) An sufficienter Dominus per has rationes in virtute Dei, & non diaboli eijceret dæmonia, 3ª.q. 43.2.3^{m}.cum elucid.

Cur omne regnum in se diuisum desoletur, 2.2æ. q. 37. 2. 3^{m}. cum elucid.

An sit concordia inter dæmones, 1ª.q.109.2.2^{m}. cum elucid.

Vniuersa arma eius auferet.) An per passionem Christi simus liberati à potestate diaboli, 1ª.q.49.art.2.cum elucid.

Reuertar in domum meam.] An dæmon qui superatur ab aliquo, non propter hoc ab impugnatione arceatur, 1ª. q.114.5. cum elucidationibus.

An per hoc quod spiritus immundus redit, culpa per pœnitentiam dimissa redeat. 3ª.q.48.1.2^{m}.cum elucid.

An peccata dimissa non redeant per ingratitudinem, 3ª.q.88.2. cum elucid.

Feria secunda post tertiam Domin. Quadragesimæ
Euangelium Luc.4.

QVanta audiuimus &c.] Quòd Deus est tàm bonus; vt non possit deficere à bonitate sua, & (quantum est in se) à communicatione eiusdem erga alios. 1. quæst. 6. per totum, cum elucid.

Fac & hic &c.] De præsumptione, & quòd causatur ex vana gloria, 2.2æ.q.21 per totum, cum elucidationib.

Impleti sunt ira &c.] De discordia. De contentione. De rixa. De ira. 2.2æ.q.37. per totum; q.38.per totum; q.41.per totum; q.158. per totum. Semper cum elucidat.

Non est propheta &c.] De prophetia, 2.2æ.q.171.vsque ad 174. cum elucidationib.

Vt præcipitarent eum &c.] De hæresi, & hæreticis apostaticis, blasfemis, (hi conantur præcipitare Christum in Papa suo Vicario generali, in scripturis à se malè intellectis, &c.) 2.2æ.q.2. art.10.& q.11.12.13.14.articulis suis; & cum elucid.

Per medium illorum &c.] De manifesta authoritate Papæ (ecce quòd per medium, i. apertè, vadit illæsa; quantum in se ipsa est) 2.2æ.q.1.art.10.& q.5.art.3. & 1.q.32.art.4.cum elucid. Et 3.de sacram. Addition. articulorum nume.94. 102. 168. cum elucidationib. semper.

Feria tertia post tertiam Dominicam Quadragesimæ
Euangelium Matth.18.

VAde, & corripe &c.] De correctione fraterna, 2.2æ. q.33. per totum. De dilectione proximi, 2.2æ.q.44.artic.7. De operib. misericordiæ, 2.2æ.q.30.31.33.per totũ; cũ eluc. vbiq;.

Dic Ecclesiæ &c.] Quòd obedire Ecclesiæ Romanæ est de necessitate salutis, 2.q.32.art.4.cum elucid. & 3.de sacram. Addition. articulorum nume.74.76.cum elucid.

Quæcumque alligaueritis super terram, erunt &c.] Quòd Ecclesia potest excommunicare, 2.2æ. articulorũ num.409. & 3.de sacram. Addition. articulorum num.82. Quòd valde timenda sit excommunicatio ab aliquo Ecclesiæ prælato inflicta; & quòd sit apud Deum rata, dummodo claue non errante fiat. 3.de sacram. Addition. articulorum nu.81.91.92. cum eluc. semper.

Feria quarta post tertiam Domin. Quadragesimæ
Euangelium Matth.15.

AVdito hoc verbo, scandalizati &c.] De scandalo vitando, & quandoque non vitando, 2.2æ.q.43 per totum. & 3.de Saluat.q.42.art.2.cum elucid. vbique.

Honora patrem tuum &c.] De honore parentum, 2.2æ. q.101. per totum, (hic honor ibi vocatur pietas) cum elucidationib.

Hypocritę; benè prophetauit &c.] De hypocrisi. De prophetis, 2.2æ.q.111. per totum. & q.173. per totum, cum elucidationib. semper.

Non lauant manus &c.] De conscientia erronea, & non erronea; vtrum liget. 1.2æ.q.19.art.5.6.cum elucid. & 1.q.79.art. 12.13.cum elucid.

Non omne, quod intrat in os &c.] De præceptis Ecclesiæ circa vsum ciborum; quòd obligant ex obedientia; quamuis cibus ex natura sua non coinquinet. 2.2æ.q.104. art.1.5. & q.146. 147.148.articulis suis; cum elucid.

Feria quinta post tertiam Dominicam Quadragesimæ
Euangelium Lucæ 4.

STans imperauit febri &c.] De diffinitione, & virtute miraculorum, 1.q.105.art.6.7. De miraculis Christi, 3.de Saluat. q.43.44.per totum; cum elucid.

Erat prædicans in Synagogis &c.] Quòd aureola detur prædicatoribus; & an conueniat Christo, 3.de sacram. Addition.q.96. artic.7.8.cum elucid.

Turbæ requirebant eum &c.] Quòd homo se debet præparare ad gratiam; & an præparanti se, gratia infallibiliter detur. 1.2æ. q.109.art.6.& q.112.art.2.3.cum elucid.

Rogauerunt illum pro &c.] De signis charitatis, 2.2æ. quæst.24. art.2.& q.112.art.3.cum elucidat. Quòd liceat orare pro alijs. Quòd sancti, etiam in cęlo, orant pro nobis. Quòd etiam ideo à nobis inuocandi sunt. 2.2æ.articulorum num.444.441. cum elucid. & 3.de sacram. Addition. articulorum num.300.301. 311.312.314.315. cum elucidat. & 3.de Saluat. articulorum nume.149.150.

Feria sexta post tertiam Dominicam Quadragesimæ
Euangelium Ioan.4.

VEnit in ciuitatem Sichar &c.] Quòd fuit conueniens diuinæ prouidentiæ, quòd homo repararetur: & quòd per solum Deum reparatio hæc fieri potuit, 3.de Saluat.quæst.1. art.1.2.& q.3.art.8.cum elucid.

Si scires donum Dei, &c.] De infinitate gratiæ Christi, ac sapientiæ, 3.de Saluat.q.8.artic.1.2.3.4. & quæst.9.per totum, cum elucid.

Hora quasi sexta &c.] De passione Christi; qui circa horam sextam ex itinere fatigatus propter portationem crucis ad montem Caluariæ, sedit sic, i. ab omnibus destitutus, super fontem aquarum viuentium, i. super crucem, vnde sanguis suus pretiosissimus copiosissime exibat, ad instarque fontis fluebat. 3.de Saluat.q.46.47. per totum; cum elucid.

Da mihi hanc aquam &c.] Quòd Deus specialiter prouidet homini per gratiam; per quam & ipse solus principaliter tollit peccatum; & consequenter amorem, cupiditatemque rerum mundanarum, 1.2æ.q.119.art.6.& q.112.art.3.4. cum elucid. De effectu sacramentorum, per quæ gratia datur, 3. de sacr. q.62.art.3.4. De numero eorum, 3.de sacram.quæst.65.artic. 1.2.cum elucidat.

Qui biberit ex aqua, quam dabo &c.] De excellentia charitatis, 2.2æ.q.24.art.2.11.& q.23.ar.8. cum elucid. De virtutibus, & earum commendatione, 1.2æ.quæst.55.art.4.immo & in alijs, cum elucid.

Non habeo virum &c.] De confessione, & contritione, 3.de sacram. Additio.q.1.2.3.per totum. & q.6.7.8.9.10.11.cum articulis suis, & elucid.

Quinque viros habuisti &c.] De matrimonio, 3.de sacram.q.41. vsque ad 68.per totum, cum elucid.

Patres nostri adorauerunt &c.] De multiplici adoratione, 3.de Salu.q.25.per totum, cum elucid. De virtute religionis Deo cultum debitum reddentis, 2.2æ.q.81. per totum. De actibus interioribus, & exterioribus eiusdem religionis, 2.2æ. q.82. 83.84.85.vsque ad 91. cum articulis suis, & elucidationib.

Sabbato post tertiam Dominicam Quadragesimæ
Euangelium Ioan.8.

MVlierem in adulterio &c.] Contra luxuriam & species eius, 2.2æ q.153.154.per totum, cum elucid. De morosa delectatione, 1.2æ.quæst.74. art.6.& 2.2æ.artic.4. ad tertium, cum elucid.

Digito scribebat &c.] De sapientia Christi, 3. de Saluat.q.9.per totum; cum elucid. De materia corporis Christi; quod non ex semine viri formatum est; sed digito Dei, i. ex virtute Spiritus sancti.

tus sancti.3.de Saluat.q.31.art.5. & q.32.art.2. & q.33.art.1.2.3.cum elucid.

Vnus post vnum &c.] De synderesi,1.q.79.art.12. cum elucid.

Nemo Dominus &c.] De vera poenitentia. Quod per eam tolluntur peccata, quibus homo erat damnabilis, 3.de sacramen. q.85.86.87.90.per totum; cum elucid.

Non amplius peccare &c.] De voluntate, & libero arbitrio hominis,1.q.83.art.2.3.4. De peccatis cordis,oris, operis,omissionis,1.2.q.72.art.7.8. q.79.art.1.2.3.cum elucid.vbique.

Dominica quarta Quadragesimae Epist.Gal.4.

QVae quidem sunt per allegoriam dicta.] An scriptura sacra habeat plures sensus, 1ª.q.1.art. 10.cum elucid.

In senectutem generans.] De differentia legis veteris & nouae, 1.2.q.91.5.cum elucid.

Cur lex vetus dicatur lex timoris & seruitutis, 1.2.q.107.1.2^m. cum elucid.

An lex vetus fuerit bona, 1.2.q.98.1.cum elucid.

An lex vetus non debuerit inducere homines ad obseruantiam praeceptorum per temporales promissiones & comminationes, 1.2.q.99.6.cum elucid.

Libera est.] An lex noua sit lex amoris & proinde libertatis, 1.2.q 107.1.2^m.cum elucid.

An lex noua sufficiat, 1.2.q.106.2.cum elucid.

Quae non paris.] An lex noua debuerit dari ab initio mundi, 1.2.q.106.3.cum elucidat.

An nulli durante statu veteris legis, siue testamenti pertinuerint ad nouam legem,& proinde saluati sint. 1.2.quest.106. 1.3^m.& 3.2^m. & quaest.107. 1.2^m. & 3^m. & quaest. 98.2. 4^m. cum elucid.

An similiter tempore noui testamenti pertineant aliqui ad vetus testamentum, 1.2.q.107.1.2^m. cum elucid.

Quia multi filij desertae magis.] An in noua lege praeter Iudaeos fuerint saluati Gentiles. 1.2.q.98.4.1.& 3.quaest.42.1. cum elucidationib.

Euangelium Ioan.6.

QVia videbat signa,quae faciebat.] An Christus signa & miracula facere debuerit,3ª.q.43.1.cum elucid.

Quid sit miraculum, 1.q.105.7. cum elucid.

An solus Deus possit facere miracula, 1.q.110.4. cum elucid.

An vnum miraculum non sit maius alio. 1ª.quaest.105. 8. cum elucidationibus.

An gratia miracula faciendi possit alicui sancto communicari, 1ª.q.13.2.3^m. & 2.2.q 178.cum elucidat.

Quare non omnibus sanctis detur gratia miraculorum, 2.2. q. 178,2.5^m.cum elucidat.

An miracula, quae Christus fecit, fuerint sufficientia ad ostendendum diuinitatem ipsius,3ª.q. 43.4.cum elucid.

Super his,qui infirmabantur.] An Christus conuenienter fecerit miracula circa homines, 3ª.q.44.3.cum elucid.

De miraculis, vide plura in Euang. In festo Ascensionis Domini.

Et uidisset,quia multitudo magna.] De eleemosyna, 2.2.q. 32.cum elucid.

An dare eleemosynam sit in praecepto,& quando, 2.2. q.32.5. cum elucidat.

De misericordia quanta sit virtus, 2.2.quaest.30.4.cum elucidationib.

Tentans eum.] Cur Christus tentet hominem cum eius mentem nouerit.2.2.q.97.2.cum elucid.

Accepit Iesus panes.] De sacramento Eucharistiae, 3ª. q.73. & seq.cum elucid.

Et cum gratias egisset.] Cur Christus in miraculis faciendis orauerit, 3ª.q.43.2.2^m.cum elucidat.

Vt autem impleti sunt.] Quomodo haec multiplicatio panum facta est.2.2.q.44.4.4^m.cum elucid.

Hic est vere propheta.] Prophetia,2.2. q.171.& sequentib.

An Christus fuerit propheta,3ª.q.7. art.8.cum elucid.

Feria secunda post quartam Domin. Quadragesimae Euangelium Ioan.2.

DOmus mea domus orationis &c.) De multiplici oratione,2.2.q. 83.per totum,cum elucid.

Omnes eiecit de templo &c.) Quod non est contra diuinam iustitiam;quòd quis pro temporali culpa sustineat poenam aeternam, 1.q.64.art.2. & 3.de sacram.Addition.99. art.1. & reliquis.Vbique cum elucid.

Columbas vendentes &c.) De simonia; qua spiritualia per columbarum simplicitatem denotata venduntur pro temporalibus,2.2.q.100.per totum,cum elucid.

Zelus domus tuae &c.) De zelo,1.2.q.28.art.4. De ira per zelum;& quòd est laudabilis valde.2.2.q.158.art.1.8.cum elucidat. De fortitudine. De iustitia,2.2.q.58.per totum,& 123. per totum, cum elucidationib.

Feria tertia post quartam Domin. Quadragesimae Euangelium Ioan. 7.

MIrabantur &c.) Quòd tàm mirabilis est Deus,vt per nulla nomina possit definiri.Quòd est intelligens,semper in actu,nunquam in potentia. Quod suum intelligere est suum esse, 1.q.13.art.1.& q.14.per totum,cum elucid.

Mea doctrina non est mea &c.) Quòd à Deo patre per generationem communicatur filio diuina sapientia; sicut & essentia: cùm illa duo sint vna res in Deo.1.q.27.art.2.& q.33.artic.1. & q.34.art.1.2.& q.42.art.2.4.6.cum elucid.semper,& vbiq. De multiplici scientia Christi, 3.de Saluat.q.9.10.11.12.cum articulis suis, & elucid.

Si circumcisionem accipit &c.) De valore circumcisionis tempore legis veteris,& legis naturae tantum. 1.2.q.102.artic.5.& q.103.art.3.4.& 3.de Saluat.q.40.art.4. & 3.de sacram.q.62. art.6.& q.70.per totum.semper cum elucidat. An legalia,& circumcisio nunc sint seruanda, 1.2.q. 103.art.3.4.

Feria quarta post quartam Domin. Quadragesimae Euangelium Ioan.9.

NEque hic peccauit, neque &c.) Quòd alia peccata primi Adae,consequenter & multo magis aliorum parentū peccata non traducuntur in posteros:sed tantum primum peccatum ipsius Adae in posteros traducitur, cum suis defectibus. 1. 2.q.82.art.3.4.cum elucid.

Alij dicebant, quia bonus &c.) De schismate. Quòd illi sunt schismatici,qui non recognoscunt Pontificem Romanum pro vicario Christi; & renuunt stare sub ipso. 2.2. q.39. per totum,cum Elucidat.

Ad natatoria Siloe &c.) De baptismo his aquis figurato;& de requisitis ad ipsum.3.de sacram.q.66. vsque ad 69.per totum, cum elucidationib.

Conspirauerant Iudaei &c.) De Antichristo, & similibus; quorum personam gerunt hi Iudaei aduersus Christum conspirantes.3.de Saluat.q.8.art.8.& 1.2.q.10.11.12.13.14.cum articulis suis,& elucid.semper & vbique.

Tu credis in filium &c.) Quòd Christus est verus filius Dei, 3.de Saluat.q.2.art.2.3.& q.4.artic.2.cum elucid. Item 2.2. articulorum num.42.107.108.139.257.297. cum elucid.

Feria quinta post quartam Domin. Quadragesimae Euangelium Lucae 7.

ECce defunctus &c.) Quòd mors est poena peccati originalis,1.2.q.82.art.3.4. Quòd charitas,per quam homo spiritualiter viuit,amittitur per vnum peccatum mortale; quodcumque sit illud; & sic homo in anima est defunctus. 2.2.q. 24.art.11.12.cum elucid.

Noli flere &c.) De tristitia; Dolore, & eorum causis,effectibus, atque remedijs.1.2.quaest.35.36.37.38.cum suis articulis;& elucidationib.

Tibi dico,surge &c. Dedit illum matri &c.) Quòd beneficentia est actus charitatis; etiam dare eleemosynam; & quòd abundanter (vt recta ratio dictat) est facienda. 2.2.q.32. per totum,cum elucid. De virtute miraculorum, 1.q. 105.artic.6.7. & 2.2.q.178.art.2.

Accepit omnes timor &c.) De timore bono, 2.2.q.19.artic. 1. 2.3.q.5. De dono pietatis, 2.2.q.121.per totum,cum elucid.

Feria sexta post quartam Dominicam Quadragesimae Euangelium Ioan. 11.

REsurget in nouissimo &c.) Quòd anima,quae remansit immortalis,reassumet (virtute omnipotentis Dei hoc faciente) corpus idem numero ; quod habebat antequàm separaretur ab ipso.Quòd in resurrectione illa vniuersali cessabit vsus ciborum, venereorum &c. 3.de sacram.Addition. q.75. vsque ad 87.per totum,cum elucid.

Vbi posuistis eum &c.) De peccato primo primi parentis; quod occasionaliter fuit à muliere; & mediante quo ipsi posuerunt nos in loco tàm infimo,i.sepulchro sub terra. Ac si dixerit Christus, Vos fuistis occasio,quòd frater vester moreretur, & sepeliretur:non autem mea corporalis absentia.De peccato agitur

igitur originali, 1.q.97.artic.1.2.4. & 1.2f.q.85. per totum,& q.87.art.7.cum elucid.

Iam fetet &c.] A quo tempore incipit fetor actualis, i. peccatũ mortale actuale, in puero; nisi in Deum conuertatur, 1.2f. q.89.art.6.cum elucid.

Soluite eum &c.] De contritione,confessione,satisfactione;quibus concurrentibus sacerdos confessarius in ministerio tali Apostolis succedens soluit eum:qui prius erat mortuus in peccato,& etiam sepultus,i. inueteratus in eo. 3.de sacram. Addition.q.1.vsque ad 5.de contritione; & q.6.vsque ad 11.de confessione;& q.12.vsque ad 15.de satisfactione; & quæst.17. vsque ad 20.de clauibus & earum vsu.i.absolutione. Quòd in nullo casu laici possunt soluere, nec vllæ mulieres, 3.de sacr. Addition.q.8.art.2.3. De potestate Papæ;etiam super defunctos per indulgentias,suffragia,&c.3.de sacram.Additio.q.25. 26.27.71.articulis suis,cum elucid.& 2.2f.q.10.art.12.& q.1. art.10.cum elucidationibus.

Sabbato post quartam Dominicam Quadragesimæ Euangelium Ioan.8.

EGo sum lux &c.] Quòd Verbum Dei incarnatum perfectũ fuit in gratia,& veritate; adeò vt posset illuminare mũdum; & etiam plures,infinitosque mundos, si essent. 3.de Salu.q.7. vsque ad 12.per totum; cum elucid.

Ego,& qui misit me,pater &c.] Quòd numerus diuinarum personarum non repugnat simplicitati Dei.1.q.30.art.1.3.Quòd oportet;distinctionẽ realem ponere inter personas secundum relationes; taleśq; relationes sunt reales, & sunt essentia diuina,1.q.28.art.1.2.3.cum elucid.semper.

Neque me scitis,neque patrem &c.] De proprietatibus conuenientibus patri,& filio, 1.q.33.art.1.2.3.& quæst.34.artic.1.& q.35.artic.2.cum elucidationib.

Dominica in Passione Epist. Hebr.9.

CHristus assistens pontifex futurorum.] An Christo conueniat esse sacerdotem,3.q.22.1.cum elucid.

De sacerdotio Christi,1.q.2......cum elucid.

Futurorum bonorum.] Quare Christus dicatur pontifex futurorum bonorum,3ª.q.2.2.5.cum elucid.

Non manufactum.] An Christus possit dici conceptus de Spiritusancto,3ª.q.32.2.cum elucid.

Sed per propriũ sanguinem.] An Christus fuerit hostia, quam ipse tanquam sacerdos Deo patri obtulit, 3ª. quæstio...... cum elucidationib.

Qualis hostia Christus fuerit......2.cum elucid.

Aeterna redemptione.] An sacerdotium Christi maneat in æternum,3ª.q.22.5.cum elucid.

Redemptione inuenta.] An Christus per suam passionem aperuerit nobis ianuam cœli,3ª.q.49.5.cum elucid.

An effectus sacerdotij Christi pertineat ad Christum, an solum ad alios, 3ª.q.22.4.cum elucid.

An sacerdotium Christi fuerit secundũ ordinem Melchisedech. 3ª.q.22.6.cum elucidationib.

Si enim sanguis hircorum.] An ceremoniæ veteris legis habebant vim iustificandi,& qualem. 1.secundæ,quæst.103.2.cum elucidationib.

Sanguis Christi emundabit.] An effectus sacerdotii Christi sit expiatio peccatorum,3ª.q.22.2.cum elucid.

An simus per passionem Christi Deo reconciliati, 3ª.quæst.49. cum elucid.

Ideo noui testamenti mediator est.] Quæ in mediatore confideranda,3ª.q.26.2.cum elucid.

Secundum quam naturam Christus dicitur mediator,3ª.q.26.2. cum elucid.

An esse mediatorem Dei,& hominum sit proprium Christo,3ª. q.26.1. cum elucid.

Euangelium Ioannis 8.

QVis ex vobis arguet.] An sit peccatum bonum suum cognoscere,illudque approbare, secunda secundæ, q.132.1. cum elucid.

An sit proprij nominis iactantia quando extollit se supra id, quod est in opinione hominum, secunda secundæ, q.112.1. cum elucid.

An Deus laudans & quærens suam gloriam peccet inani gloria, 2.2f.q.132.1.1m.cum elucid.

Quando sit laudabile appetere gloriam suam, & bonam famam. 2.2f.q.132.1.1m.cum elucid.

Si veritatem dico vobis.] De veritate, prima, quæst. 16. cum elucidat.

De virtute veritatis,siue veracitatis,2.2f.q.109.cum elucid.

Propterea vos non auditis.] An homo possit verum cognoscere fine gratia,1.2f.q.109.cum elucid.

An fides sit donum Dei, 2.2f.q.6.art.1.cum elucidat.

Cur audientium vnam & eandem prædicationem quidam credunt,& quidam non credunt, 2.2f.quæst.6.artic.1. cum elucidationib.

Quomodo moueat Deus intellectum creatum, 1.q.105.3.& q. 69.5.2m.cum elucid.

Responderunt ergo Iudæi,& dixerũt ei, Nonne bene dicimus.] An Christus non debuerit Iudæis prædicare sine eorum offensione,3ª.q.42.2 cum elucid.

Quia Samaritanus es.] An inuidia sit vitium capitale,2.2f.q.36. 4.cum elucid.

Quæ sint filiæ inuidiæ, ibid.ad 3m.cum elucid.

De contumelia vnde oriatur,secunda secundæ,quæst.72.4 cum elucidat.

De maledictione,2.2f.q.76.cum elucid.

Abraham mortuus est.] An omnes moriantur secundum corpus,1.2f.q.81.3.1m & addition.q.78.1.cum elucid.

An mors sit effectus peccati,prima secundæ,quæst.85.5.2m.cum elucidat.

Quomodo viuificentur mortalia corpora nostra per inhabitantem spiritum in nobis,1.2f.q.85.5.2m.cum elucid.

Si ego glorifico meipsum, gloria mea nihil est.] De inani gloria, quot modis gloria dicatur vana, 2. 2f. quæst.132. 1. cum elucidationib.

Ero vobis similis mendax.] Cur Dominus publicè Iudæorum vitia redarguerit.3ª.quæst.32.2. & 2.2f. q.72. 2. secundum, cum elucid.

Abraham pater vester exultauit.] An fuerit ex meritis ipsius Abrahæ, quod promitteretur ei semen, in quo benedicendæ essent omnes gentes, 1.2f.q.98.4.cum elucid.

Antequàm Abraham fieret ego sum.] An ille homo demonstrato Christo inceperit esse,3ª.q.16.9 cum elucid.

Iesus autem abscondit se,& exiuit de templo.] An Christus per hoc, quod in medio insidiantium staret, & non apprehenderetur,ostendebat deitatis suæ eminentiam.3ª.quæst.44.3.1m. cum elucid.

Feria secunda post Dominicam in Passione, Euangelium Ioan.7.

AD eum,qui misit me &c.] De missione personarum diuinarum, 1.q.43.per totum,cum elucid.

Hoc autem dixit de spiritu &c.] Quòd Spiritussanctus est nomen proprium personæ diuinæ; quæ procedit à patre & filio,tanquàm ab vno principio,& vnica spiratione,1.q.36. per totum,cum elucidationib. Quòd amor,& donum, sunt propria nomina Spiritussancti,1.q.37.38.per totum. De septem donis Spiritussancti,2.2f.q.8.artic.4.5.& q.9.artic.1.& q.52. art.1.4.De origine virtutum & gratiæ. 1.2f.q.109.artic.6. & q.112.art.3.semper,& vbique cum elucid.

Credentes in eum.] Quòd fides sola non sufficit ad salutem. 1. 2f.q.113.art.4 & 2.2f.q.2.art.2.cum elucid.

Qui credit in me: sicut &cæt.] Quod fidei obiectum est ueritas prima. Et quòd fidei non potest subesse falsum. Et quòd fides catholica fundatur in dictis sacræ scripturæ secundum verum sensum solummodò intellectæ(qui est sensus Ecclesiæ sanctæ Dei). 2.2f.q.1.art.1.3. & quæst.5.art.3 cum elucidationibus. Quod credere dicitur tribus modis, scredere Deum,Deo,in Deum,2.2f.q.2.artic.2.

Feria tertia post Dominicam in Passione, Euangelium Ioan.7.

NEque fratres eius credebant &c.] Quòd maximum peccatum est infidelitas.Quòd multas habet species. De pluribus circa infidelitatem,2.2f.q.10.per totum; cum elucid.

Si hæc facis,manifesta teipsum &c.] Contra vanam gloriã multa.2.2f.q.132. per totum. De superbia,2.2f.q.162.artic.suis. Contrà;de humilitate,2.2f.q.161.cum art.suis,& elucid.Item de dilectione Dei ex toto corde, ex tota anima, ex tota mente,ex tota virtute, 2.2f.q.44.ar.4. & q.27.ar. 3.5.6.cũ elucid.

Murmur multus erat &cæt.) Hoc murmur vt malum significat: quòd inter hæreticos diuersitates opinionum multæ de Christo futuræ erant:& ideò de talium diuersitate dicas,secundum quòd expediet.3.de Salute.q.16.artic.1.& potest cognosci ex 2.2f.q.1.art. 8. specialiter ad 3m.& 4m.

Erat festus &c.) De faciendis,& vitandis in die festo. An liceat pulsare musicalia,i.organa &c.in templis; & quomodo. 2.2f. q.91.art.1.& 1.2f.q.103.artic.3.ad quartum.

Feria quarta post Dominicam in Passione, Euangelium Ioan. 10.

EGo & pater vnū sumus &c.] De diuinitate Christi. Quòd sit Verbum patris. Quòd sit ei consubstantialis. 1. quęst. 42. art. 1. 3. 4. & q. 34. per totum, & quæst. 39. art. 2. cum elucidat. Item 3. de Saluat. articulorum num. 17. 42. 107. 108. 139. 197. semper & vbique cum elucidat.

Nemo potest rapere &c.] De Deo; quàm sit magnus, quàm potens, quàm perfectus, quàm infinitus, quàm immobilis. 1. q. 42. art. 4. & q. 25. art. 1. 2. 3. & q. 4. per totum; & q. 7. art. 1. 2. & q. 9. art. 1. 2. semper cum elucid.

Non estis ex ouibus &c.] De prædestinatione (cum sobrietate tamen ad populum, & magna circumspectionis prudentia. Non enim omnes capiunt verbum illud; nec omnia, quæ licent, omnibus expediunt, 1. Cor. 6.) 1. quæst. 23. per totum, cum Elucidat. De conformitate voluntatis nostræ, quæ conuenit ouibus, cum voluntate Dei, 1. 2æ. q. 19. artt. 1. 9. cum elucidationib.

Oues meæ vocem meam &c.] Quomodo gratia non denegatur præparanti se ad illam. De huiusmodi præparatione, 1. secundæ, q. 109. art. 6. & q. 112. art. 2. 3. cum elucid. De resistentia contra Deum, quæ non conuenit ouibus, 1. q. 19. artic. 6. & q. 113. art. 7. cum elucid.

Feria quinta post Dominicam in Passione, Euangelium Lucæ 7.

ATtulit alabastrū vnguenti &c.] Quòd spes est virtus theologica. Quòd non præcedit fidem. Multa de spe, 1. 2æ. quęstio. 62. artic. 3. & 2. 2æ. q. 17. per totum; & q. 18. articulis suis; cum elucid. semper.

Fides tua te saluam &c.] Quomodo hoc intelligitur, cùm fides sola non sufficiat ad salutem. 1. 2æ. quæst. 113. art. 1. 2. 3. 4. 5. 6. cum elucid. & 2. 2æ. quæst. 4. artic. 3. 4. 5. & quæst. 23. artic. 7. 8. cum elucidationib.

Stans retrò, secus &c.] De timore multiplici; & quomodo est initium sapientiæ, secunda secundæ, quæst. 19. per totum; cum elucidationib.

Vt cognouit &c.] De cognitione, quæ præcedit, pœnitentiam virtutem. De ipsa pœnitentia, 3. de sacram. q. 85. per totum, cum elucid.

Remittuntur ei peccata &c.] De iustificatione impij, 1. 2æ. quæstio. 113. per totum. De effectu pœnitentiæ, quod s. per eam peccata remittantur, & quot, & quanta, 3. de sacramen. quæstio. 86. per totum, & quæstio. 87. per totum, cum elucidationibus.

Vade in pace &cæt.] De recuperatione virtutum per pęnitentiam, 3. de sacram. quæst. 89. per totum, cum elucidationibus. De pace, 2. 2æ. quæstio. 28. 29. cum articulis suis, & elucidationibus.

Non habentibus illis, vnde redderent &c.] De impotentia hominis ad iustificationem, suis viribus solis; & ad reliqua suæ salutis. secunda secundæ, q. 109. articulis omnibus; cum elucidationib.

Quoniam dilexit multùm &c.] De charitate. De eius excellentia. Cui assimiletur, 2. 2æ. q. 23. 24. 25. per totum, cum elucidationibus.

Feria sexta post Dominicam in Passione; Euangelium Ioan. 11.

COllegerunt Pontifices &c] De inuidia; quàm magnum sit peccatum. secunda secundæ, quæst. 36. per totum. De odio contra Deum, & proximum, 2. 2æ. quæst. 34. per totum. Et alia multa de odio, 1. 2æ. quæst. 29. per totum. Semper, & vbique, cum elucid.

Nescitis quicquam, nec &c.] De superbia, secunda secundę, quęstio. 162. per totum. De derisione. De maledictione, secunda secundæ, quæst. 75. artic. 1. 2. & quæst. 76. artic. 1. 2. 3. 4. cum elucidationib.

Cùm esset Pontifex &cæt.] A fortiori ergo tracta de Primatu Petri; quòd scilicet Papa successor Petri, Vicariusque Christi, à Spiritusancto indefectibiliter regitur, quatenus Pontifex est, in his; quæ sunt fidei. Quod est super omnes; & quòd, licet esset quò ad mores malus; tamen, quamdiu stat in fide vera, remanet semper Papa, eiusdemque authoritatis supremæ in terris. 3. de sacramen. Addition. articulorum nume. 53. 93. 94. 102. 168. 78. 165. semper cum elucidationibus. & 1. quæst. 32. artic. 4. cum elucidat. & 2. 2æ. quæst. 1. artic. 10. cum elucid.

Sabbato post Dominicam in Passione, Euangelium Ioan. 12.

MAria accepit libram &c.] De gratitudine erga benefactorem, secunda secundæ, quæst. 106. per totum. Contrà ingratitudinem, secunda secundæ, quæstio. 107. articulis suis, cum elucid. Quòd eleemosynæ corporales (quæ assimilantur huic vnctioni factæ à Beata Maria Magdalena) habent effectum etiam spiritualem, 2. 2æ. q. 27. art. 1. 2. 3. & quæst. 32. artic. 5. 6. 7. cum elucidat.

Clarificaui, & iterum &c.) De multis rationibus incarnationis, qua Christus fuit à patre clarificatus, 3. de Saluat. quæstio. 1. artic. 1. 2. & quæst. 3. artic. 8. cum elucidat. De infinitate gratiæ, & sapientiæ Christi; quibus, vt homo, clarificatus est. 3. de Salu. q. 8. vsque ad q. 12. cum articulis suis, & cum elucidat.

Dominica Palmarum, Epist. Phil. 2.

QVi cum in forma Dei esset.) Cum Christus sit eiusdem formæ, siue naturæ cum Deo patre, quomodo igitur est alius ab eo. 1. q. 31. 2. ad 2. cum elucidat.

Non rapinam arbitratus est esse se æqualem Deo.) An filius sit patri æqualis. 1ª. q. 42. art. 4. & seq. cum elucid.

An diabolus & primus homo, voluerint rapere diuinitatem, 1ª. quæst. 63. 3. & 2. 2æ. quæst. 63. 2. & in argum. Sed contra. cum elucidat.

Exinaniuit.) An Deo competat humiliari, & secundum quam naturam. 2. 2æ. q. 161. 2. 4m. cum elucid.

Quomodo Christus dicitur exinanitus. 3ª. quæst. 57. 2. 2. cum elucidat.

Formam serui accipiens.) An conueniens fuerit Christum incarnari, 3ª. q. 1. art. 1. cum elucid.

An personę diuinę conueniat assumere naturam creatam, 3. q. 3. art. 1. cum elucid.

In similitudinem hominum.) An ergo Christus non assumpsit verum corpus humanum, 3ª. q. 5. 1. 1m. cum elucid.

Et habitu inuentus vt homo.) An ergo humana natura fuerit vnita verbo Dei accidentaliter. 3ª. quæst. 2. artic. 6. primum, cum elucid.

Obediens vsque ad mortem.) An Christus fuerit ex obedientia mortuus, 3ª. q. 47. 2. cum elucid.

De passione Christi, 3ª. q. 46. cum elucid.

Quanta sit perfectio mori ex obedientia, 2. 2æ. quæst. 124. 3. 2m. cum elucid.

Mortem autem crucis.) An Christus debuerit pati in cruce, 3ª. q. 46. 4. cum elucid.

Propter quod & Deus exaltauit illum.) An Christus per suam passionem meruit exaltari. 3ª. q. 46. 6. & 53. 1. & 59. 3. & 6. cum elucid.

Et donauit illi nomen, quod est.) Quomodo Deus dederit nomen, quod est supra omne nomen. 3ª. quæst. 49. 6. cum elucidationib.

Euangelium Matth. 29.

SCitis quia post biduum pascha fiet.) An conuenienti tempore Christus passus sit. tertia, quæstio. 46. 9. cum elucidationibus.

Ne forte fiat tumultus.) De seditione, 2. 2æ. quæst. 42. cum elucidationibus.

In quo consistat. 2. 2æ. q. 42. 1. cum elucid.

An resistētes malis, defendendo bonum commune sint seditiosi. 2. 2æ. q. 42. 2. cum elucidat.

Indignati sunt.) Quid sit indignatio, & vnde oriatur. 2. 2æ. q. 158. 7. cum elucid.

Me autem non semper habebitis.) An ergo Christum non habeamus quotidie in sacramento Eucharistiæ. 3ª. quæst. 75. 1. 2m. cum elucid.

Prima autem die azimorum.) Quæ dicebatur prima dies azimorum. tertia, quæst. 46. 9. primum. & quæst. 74. 4. primum, cum elucid.

Quando incipiebat pascha. 3ª. quæst. 46. 9. primum. & 74. 4. 1m. cum elucid.

Qui intingit mecum manum.) Quomodo Christus nulla secreta admonitione præcedere rectè denunciauerit, & publicauerit peccatum Iudæ. secunda secundæ, q. 33. 7. secundum, cum elucid.

Bonum erat ei si natus.) An esse sit magis appetibile, quàm non esse. 1ª. quæst. 5. art. 2. tertium. & 1. 2æ. quæst. 8. 1. tertium, cum elucid.

An damnati recta ratione & deliberatiua, vellent non esse. Addition. q. 98. 3. cum elucid.

Cęnan-

Feria secunda post Dominicam Palmarum, Euangelium Ioan.17.

Feria tertia, quarta, quinta post Domin. Palm. Euangelium Matth.26. Marc.14. Luc.22. Ioan.6.

In die Parasceues, Euangelium Ioan.18.

Sabbato sancto Euangelium Ioan.18.

In die sanctißimo Paschæ resurrectionis, & duobus sequentibus, Euangelium Marc.16. Luc.24. Ioan.20. 21.

Item in Dominica Paschæ, 1.Corinth.5.

Euangelium Marci vlt.

Resurrexit.] De resurrectione Christi, 3ª.quæst.53. & sequen. cum elucidationibus.
An fuerit necessarium Christum resurgere, 3ª.quæst.53. 1.cum elucidationibus.
Quando Christus resurrexit, 3ª.quæst.52.4.tertium, cum elucidationib.
An conueniens fuerit Christum tertia die resurgere, 3ª.q.53.2. cum elucid.
Qua virtute Christus resurrexerit, 3ª.quæst. 53.4.cum elucidationibus.
De resurrectione, Addit.quæstio.75.& sequentibus, cum elucidationib.
Præcedet vos in Galilæam.] Cur Christus voluit se conspiciendum Apostolis præbere in Galilæa, 3ª.quæst.55.3. quartum, cum elucidationib.

Feria secunda Paschæ, Epist. Act. 10.

INcipiens enim à Galilæa.] Cur euangelium inceptum est prædicari solis Iudæis, 1.2æ.quæst.98.4.3ª.quæst.92.1.cum elucidationib.
Quomodo vnxit eum Spiritusancto.] An in Christo fuerit gratiæ plenitudo, 3ª.q.7.9.& 10.cum elucid.
Et virtute.] An anima Christi habuerit omnipotentiam respectu executionis propriæ voluntatis, 3ª.quæst.13.4.cum elucidationibus.
Sanando omnes oppressos à diabolo.] Cur Christus voluit obsessos à dæmonibus liberare, 3ª. quæstio. 44.1. cum elucidationibus.
Suspendentes in ligno.] Cur Christus voluit suspendi in ligno, 3ª.q.46.4.cum elucid.
Hunc Deus suscitauit.] An ergo Christus propria virtute non resurrexerit, 3ª.q.53.4.cum elucidat.
Tertia die.] An conueniens fuerit Christum tertia die resurgere, 3ª.q.53 2.cum elucid.
Et dedit eum manifestum fieri non omni populo.] De manifestatione resurrectionis Christi, 3ª q.15.cum elucid.
Cur Christus noluit suam resurrectionem omnibus manifestari, 3ª.q.36.2.& q.55.1.cum elucidat.
Nobis quid manducabimus.] An Christo manducando, & bibendo post resurrectionem cum Apostolis ostendebat se vere resurrexisse, 3ª.q.55.6.cum elucid.
An comedere & bibere non repugnet conditioni gloriæ, 3ª. q. 55.6.2^{m}.cum elucidat.
Qui constitutus est à Deo iudex viuorum & mortuorum.] An iudiciaria potestas sit specialiter Christo attribuenda, 3ª. q. 59.1.cum elucid.
An ad iudiciariam potestatem Christi pertineant omnes res humanæ, 3ª.q.59.4.cum elucidat.
An potestas iudiciaria Christi etiam ad angelos se extendat, tertia, q.59.6.cum elucid.
Huic omnes prophetæ testimonium perhibent remissionem peccatorum.
An alio modo quàm per Christum potuerit homo saluari, 1.2æ. q.91.5.2^{m}.cum elucid.
An resurrectio Christi sit causa resurrectionis corporum, tertia, q.56.1.cum elucid.
An resurrectio Christi sit causa resurrectionis animarum, tertia, q.56.2.cum elucid.

Euangelium Lucæ 24.

ET ipse Iesus appropinquans.] Vbi Christus fuit tempore eo, quo discipulis suis non apparuit, tertia, quæst.55.3.2^{m}. cum elucidat.
Oculi illorum tenebantur.] An oculi istorum duorum discipulorum aliquibus præstigijs detinebantur, tertia, q.55.4.2^{m}. cum elucidat.
Estis tristes.] In quo consistat tristitia, 1.2æ. quæstio.35. 1.& 2. cum elucid.
De causa tristitiæ, 1.2æ.q.36.cum elucid.
Quantum mali proueniat ex tristitia, 1.2æ.quæst.37.cum elucidationib.
An omnis tristitia sit mala, 1.2æ.q.39.1. cum elucid.
Tu solus peregrinus es.) An Christus conuenienter apparuerit discipulis in alia effigie, tertia, quæstio.55.4. cum elucidationibus.
Quomodo per apparitionem Christi in aliena effigie non fuerit infirmata fides discipulorum de resurrectione Christi, 3ª. q. 55.4.3^{m}.cum elucidat.
Cur peregrinus in aliena forma Christus apparuit, 3ª. q.55.4. cum elucid.

Quibus ille dixit.) An Dominus alios interroget vt aliquid dicat, 3ª.q.12.3.1.cum elucid.
Potens in opere & sermone.) Qualis debeat esse concionator, 3ª.q.41.3.1^{m}.cum elucid.
Nos autem sperabamus.) An incipiebant intepescere circa fidē, 3ª.q.55.4.cum elucid.
O stulti & tardi corde.) An Christus hoc dicendo non dixerit contumeliam his duobus discipulis, 2.2æ.quæst.72.2.2^{m}.cum elucidationib.
An cæcitas mentis sit peccatum, secunda secundæ, quæst.15.1. cum elucid.
An cæcitas mentis oriatur ex vitijs carnalibus, 2.2æ. quæst.15.3. cum elucid.
Nonne hæc oportuit Christum pati, & ita.] Ad quid peruenit Christus per suam passionem, 3ª.quæst. 45.1. & quæst.46.1. cum elucidat.
Et ipse se finxit longius ire.) An Christus simulando se longius velle ire non peccauerit, 2.2æ.q.111.1.1^{m}. & 3ª.quæst.53.4. primum, cum elucid.
Et aperti sunt oculi eorum.) An ergo ambulauerant clausis oculis, tertia, q.55.4.3^{m}.cum elucidat.
Cur ad fractionem panis oculi eorum aperti sunt. ibidem.
Et ipse euanuit.) An euanescere ab oculis eorum non sit contrarium naturæ humanæ, tertia, quæst.55.6. secundum, cum elucidat.
Et aperiret nobis scripturas.) An discipulis his fuerit quoddam lumen impressum diuinitus ad intelligendas scripturas, 2.2æ. q.173.cum elucid.
Et apparuit Simoni.) Quoties Christus apparuit discipulis post resurrectionem, tertia, quæst.55.3.3^{m}.cum elucid.
Et quomodo cognouerunt eum in fractione panis.) De sumptione Eucharistiæ, 3ª.q.80.cum elucid.

Feria tertia Paschæ, Epist. Act. 13.

VObis verbum salutis huius missum est.) Quinam Deo reconcilientur per passionem Christi, 3ª. quæstio. 49.4. cum elucid.
Hunc ignorantes.) An persecutores Christi eum cognouerunt, tertia, q.47.5.cum elucid.
An ignorantia persecutorum Christi excusabat eos à peccato, tertia, q.47.5.& 3^{m}.cum elucidat.
Quorum Iudæorum culpam ignorantia diminuebat, tertia, q. 47.5. cum elucid.
De ignorantia late, 2.2æ.q.76.cum elucid.
An Iudæi peccauerint tanquam occisores Christi hominis, an potius tanquàm occisores Dei, tertia, q.47.5.3^{m}. & q.46.12. 3^{m}.cum elucid.
An peccatum crucifigentium Christum fuerit grauissimum, tertia, q.47.6.cum elucidat.
Qui in occisione Christi omnium maximè peccauerint, tertia, q.47.6.2^{m}.cum elucid.
Posuerunt eum in monumento.) An conueniens fuerit Christum sepeliri, 3ª.q.51.1.cum elucid.
Qui visus est per multos dies.) Cur discipuli Christi non viderint Christum resurgere, tertia, quæstio.55. 2.cum elucidationibus.
An Christus conuenienter cum discipulis suis conuersatus sit.3. q.55.3.cum elucidat.
Quoniam hanc Deus adimpleuit filijs vestris resuscitans.) An resurrectio Christi sit causa resurrectionis animarum. tertia, q.56.2.cum elucid.

Euangelium Luc. 24.

PAx vobis.) Quid pax, & quomodo à concordia distinguatur. 2.2æ.q.29.1.
De duplici pace patriæ, & viæ. 2.2æ.quæst 29. 2. quartum, cum elucidat.
An homo peccator habeat veram pacem, 2.2æ.q.29.3.primum, & art.2.3.cum elucid.
Palpate, & videte.) An ergo Christi corpus non resurrexerit gloriosum, 3ª. q.54.2.2^{m}.cum elucid.
Quia spiritus carnem & ossa non habet sicut me videtis habere.) An corpus Christi resurrexerit integrum, tertia, quæst.54.3. cum elucid.
An nihil sanguinis corporis Christi reseruetur in quibusdam ecclesijs, q.54.3.1^{m}.cum elucid.
Et cum manducasset.) An Christus verè comederit, 1ª. q. 51. 3.5^{m}.& 3ª.q.55.
An comestio non repugnet corpori glorioso, 3ª. quæst.54. 2.3^{m}. & 55.6.2^{m}. cum elucidat. 3ª.q.54.2.3^{m}. & 55. 6. secundum, cum elucid.

Cùm adhuc essem vobiscum.] An ergo post resurrectionem non erat cum eis, 3ª.q.55.3.cum elucid.
Necesse est impleri omnia.] Quomodo omnia scripta in lege per passionem Christi impleta sunt. 1.2ª.q.107.2.& 3ª.q.47.2.1ᵐ.cum elucidationib.
Prædicare in nomine eius pœnitentiam.] De sacramento pœnitentiæ, 3ª.q.84.& seq.cum elucid.

Dominica prima post Pascha, Epist. primæ Ioannis 5.

OMne quod natum est ex Deo.] De effectibus baptismi, 3ª.q.69.cum elucidat.
Quomodo superatur mundus, 3ª.q.15.2.3ᵐ.cum elucid.
Nisi qui credit, quoniam Iesus est filius Dei.] An credere explicite mysterium Christi, sit de necessitate, 2.2ª.quæst.2.art.7.cum elucid.
Sed in aqua & sanguine.] De effectib. passionis & sanguinis Christi, 3ª.q.49.cum elucid.
Tres sunt qui testimonium dant in Cœlo.] An esse diuinum sit trinitas personarum, 1ª.q.30.2.& 31.cum elucidat.
Pater.] An Christo baptizato conuenienter fuerit vox patris audita filium protestantis, 3ª.q.39.8.cum elucidat.
Verbum.] An opera & miracula a Christo facta, testimonium perhibuerint de Christo, 3ª.q.43.4.cum elucid.
Et Spiritussanctus.] An Spiritussanctus conuenienter super Christum baptizatum dicatur descendisse, 3ª.quæst.39.6.cum elucidationibus.
Et hi tres vnum sunt.] Cur dicimus quod Pater & Filius & Spiritussanctus vnum sunt, non vnus, 1ª.quæstio.31.2.quartum, cum elucid.
Vtrum tres personæ in diuinis sint eiusdem essentiæ, 1ª.q.39.2.cum elucid.
Cur nomina essentialia vt Deus, non prædicantur pluraliter de tribus personis, 1ª.q.30.2.cum elucid.
Aqua & sanguis.] An ex latere Christi profluxerit vera aqua, & verus sanguis, 3ª.quæst.66.4.3ᵐ.& 7.7.tertium, cum elucidationibus.
Habet testimonium Dei in se.] De testimonio Dei patris dicentis, Hic est filius meus dilectus, 3ª.quæst.40.8.cum elucidationib.

Euangelium Ioan. 20.

PAx vobis.] De pace, vt supra feria tertia Paschæ. An Christus sit pax nostra, 3ª.q.15.8.1ᵐ.cum elucid.
Insufflauit.] Cur Christus Apostolis suis insufflauerit Spiritum sanctum, 3ª.q.43.7.6ᵐ.cum elucid.
Quorum remiseritis peccata.] An sacerdos absoluens verè remittat peccata, Additio.q.18.3.& 3ª.quæst.84.3.3ᵐ.4ᵐ.5ᵐ.cum elucid.
De potestate clauium, Addit.q.18.cum elucid.
De virtute indulgentiarum, Addit.q.25.cum elucid.
Ianuis clausis.] Cum verum corpus in eodem loco cum alio corpore esse nequeat, quomodo Christus si habuerit verum corpus potuit intrare ianuis clausis, 3ª.quæst.54.1.primum, cum elucidat.
Infer digitum tuum huc.] Cur anima Christi in resurrectione resumpsit corpus cum cicatricibus, 3ª.quæst.54.4.cum elucidationib.
De cæteris qualitatibus corporis Christi resurgentis, 3ª.q.54.cum elucid.
Esse incredulus.] De infidelitate, secunda secundæ, quæstio.10.cum elucid.
Quia vidisti me.] An Thomas id, quod vidit, crediderit, 3ª.q.54.5.3ᵐ.cum elucid.
Beati qui non viderunt.] Cur igitur Dominus in multis argumentis coram discipulis suis præbuit seipsum viuum, 3ª.q.55.5.cum elucid.
Hæc autem scripta sunt.] Cur Christus per seipsum non scripsit doctrinam suam, sed per discipulos suos & Euangelistas, 3ª.q.42.4.cum elucid.

Dominica secunda post Pascha, Epist. 1. Petri 2.

CHristus passus est pro nobis.] An passio Christi nostram salutem operata sit per modum efficientiæ, 3ª.quæst.48.6.cum elucid.
An Christus sua passione aperuerit nobis ianuam regni cœlestis, 3ª.q.49.5.cum elucid.
Quæ sit differentia inter passionem Christi & Sanctorum quoad fructum ad nos inde deriuatum, 3ª.q.48.5.3ᵐ.cum elucid.
Quomodo Christus pro nobis potuit satisfacere cum ipse non peccauerit, 3ª.q.48.2ᵐ.1.cum elucidat.
Vt sequamur vestigia.] Cur Christus abunde pro nobis patiendo satisfecerit, cur aliquid a nobis præstandum exigitur, 3ª.q.49.1.4ᵐ.& 3.1ᵐ.2ᵐ.3ᵐ.cum elucid.
Qui peccatum non fecit.] An in Christo non fuerit aliquod peccatum, 3ª.q.14.3.& q.15.1.cum elucid.
Qui cum malediceretur non maledicebat.) De iniurijs verborum, 2.2ª.q.72.cum elucidat.
An aliquis debeat contumelias illatas sibi sustinere, 2.2ª.q.72.3.cum elucid.
Quando contumeliæ nobis illatæ non sunt sustinendæ, 2.2ª.q.72.3.cum elucidat.
An iniuriæ nobis illatæ si redundent in contumeliam Dei sint ferendæ, 2.2ª.q.108.1.3ᵐ.& 3ª.q.41.4.6ᵐ.cum elucid.
Tradebat autem iudicanti se iniuste.] Quonam modo Christus sua propinquæ mortis fuerit causa, 3ª.quæstio.47.1.& 3.2ᵐ.cum elucid.
Cur Christus seipsum tradendo Pilato, minus peccauit quàm Iudæi, 3ª.q.47.3.3ᵐ.cum elucid.
Peccata nostra ipse pertulit in corpore nostro.] An in Christo fuerit dolor sensibilis, 3ª.q.15.5.cum elucid.
An dolor passionis Christi, fuerit maior omnib. alijs doloribus, 3ª.q.46.6.cum elucid.
An dolor passionis Christi cum fruitione beata fuerit, 3ª.q.46.8.1ᵐ.cum elucid.
Cuius liuore sanati sumus.) Quantum boni nobis prouenerit ex passione Christi. 3ª.q.49.cum elucid.

Euangelium Ioan. 10.

EGo sum pastor bonus.] Qualis pastor sit Christus, 3ª.q.8.art.6.3ᵐ.cum elucid.
Qualis pastor Christus in vita sua fuerit, 3ª.q.40.3.& q.41.3.1ᵐ.4.cum elucid.
Bonus pastor animam suam.) Quod pertineat ad officium pastorale, 2.2ª.q.184.5.& 7.1ᵐ.cum elucid.
An cura pastoralis sit testimonium dilectionis Dei, 2.2ª.q.184.7.1ᵐ.& q.185.2.1ᵐ.cum elucid.
Ad quos propriè pertineat officium pastorale, 2.2ª.q.184.6.2ᵐ.& 3ᵐ.cum elucid.
An hi qui propriè habent curam animarum, Episcopi videlicet, sint in statu perfectionis, secunda secundæ, quæst.184.5.cum elucidat.
An Episcoporum status sit perfectior quàm religiosorum, 2.2ª.q.184.7.cum elucid.
An presbyteri, curati, & Archidiaconi sint in statu perfectionis, 2.2ª.q.184.6.cum elucid.
An presbyteri, curati, & archidiaconi obligentur ad ponendam animam suam pro ouibus suis, 2.2ª.quæst.184.6.3ᵐ.cum elucidationib.
An presbyteri, curati, & archidiaconi sint maioris perfectionis, quam religiosi, 2.2ª.q.184.cum elucid.
An liceat episcopatum appetere, secunda secundæ, quæst.185.1.cum elucid.
An liceat episcopatum iniunctum omnino recusare, 2.2ª.q.185.2.cum elucid.
Mercenarius autem.) Quis dicatur mercenarius, 2.2ª.q.185.5.primum, cum elucid.
Dimittit oues, & fugit.] An ergo non liceat episcopo aut pastori propter persecutionem aliquam temporalem gregem sibi commissum deserere, 2.2ª.q.185.5.cum elucid.
Cognoscunt me meæ.) An semper recurrendum sit ad prælatos super dispensationem ieiuniorum, & huiusmodi, 2.2ª.q.147.4.& q.88.12.cum elucid.
An subditi teneantur suis superioribus in omnibus obedire, 2.2ª.q.104.5.cum elucid.
Et vocem meam audient.] An prædicare sit proprium officium prælati, 2.2ª.q.187.4.cum elucid.
Et vnus pastor.) Cum præpositi ecclesiæ sint pastores, quomodo igitur vnus pastor est, tertia, quæst.8.6.tertium, cum elucidationibus.

Dominica tertia post Pascha, Epist. 1. Pet. 2.

A Carnalibus desiderijs, quæ militant.) An opera spiritualia & fructus Spiritussancti contrarientur operibus carnis, 1.2ª.q.11.4.cum elucid.
Conuersationem vestram habentes.] An scãdalum sit peccatum mortale, 2.2ª.q.43.4.cum elucid.
An sit peccatum quod aliquis velit bona sua ab alijs approbari, 2.2ª.q.332.1.& 1ᵐ.cum elucid.

Subie-

Euangelium Ioan.6.

Dominica quarta, Epist. Iac.1.

Euangelium Ioan.16.

Dominica quinta, Iac.1.

Euangelium Ioan.16.

In festo Ascensionis, Act.1.

Euangelium Marci 16.

Dominica post Ascensionem Epist.1.Pet.4.

Euangelium 15.16.Ioan.

In festo Pentecostes, Epist. Act.2.

Euangelium Ioan. 14.

Paracli-

Feria secunda Pentec. Act. 10.

Euang. Ioan. 3.

Feria tertia Pentecostes.

Euang. Ioan. 10.

In die Trinitatis, Epist. Rom. 11.

Euang. Ioan. 3.

ctionem proximi requiratur, ut bonum circa illum operemur. 2. 2ª. q. 32. cum elucid.

Euang. Luc. 14.

FEcit cœnam magnam.) De uisione diuinæ essentiæ. Addit. q. 93. cum elucid.
Quantum bonum sit beatitudo. 1. 2ª. q. 2. ar. 8. & q. 3. art. 2. 2m. & art. 8. cum elucid.
Cum æterna beatitudo per exteriora quædam bona, ut sunt cibus & potus, diuitiæ a Regnum in scripturis, significetur, an ergo ad beatitudinem requirantur bona & exteriora. 1. 2ª. q. 4. art. 7. 1m. cum elucid.
Dicere inuitatis ut uenirent.) Cur primum oportebat aduentum Christi Iudæis prædicari, & ad cœnam hanc uocari. 3ª. q. 42. 1. cum elucid.
Quia parata sunt omnia.) An Christus sua passione non aperuerit nobis ianuas cœli. 3ª. q. 49. 5. cum elucid.
An mors Christi fuerit operata ad nostram salutem. 3ª. q. 51. 6. cum elucid.
Villã emi & necesse habeo.) an ambitio sit peccatum. 2. 2ª. q. 131. 1. cum elucid.
Quot modis contingat appetitum honoris esse inordinatum. 2. 2ª. q. 131. 1. cum elucid.
An appetitus dignitatum sit ambitio. 2. 2ª. q. 131. 2. 2m. cum elucidationibus.
Iuga boum emi quinque.] De auaritia. 2. 2ª. q. 118. cum elucidationibus.
Vxorem duxi.) De luxuria & eius speciebus. 2. 2ª. q. 153. & 154. cum elucid.
De gula & ebrietate. 2. 2ª. q. 148. & 150. cum elucid.
Exi citò in plateas & uicos.) Quando Apostolis dictum sit, ut prædicarent gentibus. 3ª. q. 42. 1. cum elucid.
Et adhuc locus est. An sit certus numerus prædestinatorum. 1ª. q. 23. 7. cum elucid.
Compelle intrare.) An infideles sint cogendi ad fidem. 2. 2ª. q. 10. 8. cum elucid.

Dominica tertia post octauam Pente. Epist. 1. Petri.

HVmiliamini sub potenti manu Dei.) An humilitas propriè respiciat reuerentiam, qua homo Deo subijcitur. 2. 2ª. q. 161. 1. 5m. 2. 3m. & 4. 1m. cum elucid.
Quanta uirtus sit humilitas. 2. 2ª. q. 161. 5. cum elucid.
Vt uos exaltet.) Quomodo præmium humilitatis sit exaltatio. 2. 2ª. q. 161. 5. 3m. cum elucid.
Omnem sollicitudinem uestram proijcientes in eum.) An ergo non sit licitum sollicitudinem habere de temporalibus. 2. 2ª. q. 55. 6. & q. 188. 7. 2m. cum elucid.
Quot modis sollicitudo rerum temporalium reddatur illicita. 2. 2ª. q. 55. 6. & 2. 2ª. q. 108. 3. 5. cum elucid.
An dominus improbet si quis humano more temporalia procurret. 2. q. 55. 7. 3m. cum elucid.
Quoniam ipsi cura est de vobis.] An homo sub sit diuinæ prouidentiæ & quomodo mali, ibid.
Sobrij estote.] De abstinentia & sobrietate. 2. 2ª. q. 147. & 149. cum elucid.
Tanquam Leo rugiens circuit.] De impugnatione Demonum. 1ª. q. 114. cum elucid.
Vide Euang. Dominicæ 3ª. Quadrag.

Euang. Luc. 15.

QVia hic peccatores recipit & manducat cum illis.] Quibus uitandus sit conuictus peccatorum. 2. 2ª. q. 26. 6. 5m. cum elucid.
Secundum quid conuictus peccatorum sit omnibus uitandus. Ibidem.
Cur Christum cum peccatoribus conuersari uoluit. 3ª. q. 40. 2. cum elucid.
Cur Christus interdum a consortio hominum se subduxit. 3ª. q. 40. 1. 3m. cum elucid.
De dilectione peccatorum. 2. 2ª. q. 25. ar. 6. cum elucid.
Ita gaudium erit in cœlo super vno peccatore, quã super 99. iustis.] An pœnitens per pœnitentiam recuperet aliquod maius, quam innocens 3ª. q. 89. 3. cum elucid.
Si Deus plus gaudeat de pœnitente, quam multis innocentibus & per consequens magis diligat, an ergo Deus non semper magis diligat meliora. 1ª. q. 20. 4. 4m. & 3ª. q. 89. 3. cum elucidationibus.

Dominica quarta post octauam Pentecostes: Epist. Rom. 8.

EXistimo quod non sint condignæ passiones.) An ergo opera nostra non sint meritoria uitæ æternæ. 1. 2ª. q. 114. 3. & 5m.
De magnitudine gloriæ supra in Euang. Dominicæ. 2ª. post octauam Pentecost.
De patientia. 2. 2ª. q. 136. cum elucidat.
Quia & ipsa creatura liberabitur a seruitute corruptionis.] An mundus post iudicium innouabitur. Add. q. 91. 1. cum elucid.
Sed & nos ipsi primitias spiritus habentes, & ipsi intra nos gemimus.] An patientia sustinet aliqua propter bonum. 2. 2ª. q. 136. 6. cum elucid.
An bonum speratum quia differtur causet tristitiam, ibidem.
An beatitudo in hac uita haberi possit. 1. 2ª. q. 5. 3. cum elucidationibus.
Adoptionem filiorum Dei.] De adoptione uide Epist. Dominicæ infra oct. Natiuit.

Euang. Luc. 6.

EStote misericordes.] Quis dicatur misericors. 1ª. q. 2. 3. cum elucid.
Quid sit misericordia. 2. 2ª. q. 30. 1. cum elucid.
Quę hominem maxime ad misericordiam prouocent. 2. 2ª. q. 30. 1. cum elucid.
Qui sint maxime misericordes. 2. 2ª. q. 30. 2. cum elucidation.
In qua significatione misericordia sit uirtus. 2. 2ª. q. 30. 3. cum elucidationibus.
Quanta uirtus sit misericordia. 2. 2ª. quæst. 30. 4. cum elucidationibus.
Sicut pater vester.] Cum misericordia sit species tristitię, & Deo non competat tristitia, quomodo potest dici esse misericors. 1ª. q. 21. 4. & 1m. cum elucid.
An misereri sit proprium Deo. 2. 2ª. q. 30. 4. cum elucid.
An misericordia Dei repugnet iustitię eius. 1ª. q. 21. 3. 2m. cum elucidationibus.
An in omnibus operibus Dei sit misericordia & iustitia. 1ª. q. 21. 4. cum elucid.
Quomodo omnipotentia Dei parcendo & miserendo maxime manifestetur. 1ª. q. 21. 3. 3m. cum elucid.
Nolite iudicare.] An ergo non sit licitum iudicare. 2. 2ª. q. 60. 2. 5. cum elucid.
Quid requiratur ad hoc ut iudicium sit iustitiæ actus. 2. 2ª. q. 60. 2. cum elucid.
An iudicium ex suspicione procedens sit illicitum. 2. 2ª. q. 60. 3. cum elucid.
De falso testimonio. 2. 2ª. q. 70. cum elucid.
In qua mensura mensi fueritis.] In qua iustitia hæc diuini iudicij forma habeat locum. 2. 2ª. q. 61. 4. primum cum elucidationibus.
Quid uides festucam.] An ergo peccator non possit corripere peccatorum. 2. 2ª. q. 33. 5. cum elucid.
Quot morbis contingit peccatorum in corripiendo alium peccatorem delinquere. 2. 2ª. q. 33. 5. cum elucid.
Hypocrita.] In quo consistat hypocrisis. 2. 2ª. q. 111. artic. 3. cum elucid.
An hypocrisis tamquam species mendacii ueritati opponatur. 2. 2ª. q. 111. art. 3. cum elucid.
Quale & quantum peccatum sit simulatio. 2. 2ª. q. 111. art. 4. 4. cum elucid.

Dominica quinta post octauam Pentecostes. Epist. 1. Pet. 3.

OMnes unanimes.] De concordia. 2. 2ª. q. 29. cum elucidationibus.
Quid sit concordia. 2. 2ª. q. 29. 1. cum elucid.
An concordia ex charitate causetur. 2. 2ª. q. 37. 1. cum elucidationibus.
Quę concordia laudanda, & quæ uituperanda. 2. 2ª. q. 37. 1. 2m. cum elucid.
Quid sit discordia. 2. 2ª. q. 37. 2. cum elucid.
An omnis discordia in bono sit peccatum. 2. 2ª. q. 37. 1. 3m. cum elucidation.
Ex quo uitio tamquam radice oriatur discordia. 2. 2ª. q. 36. 2. cum elucid.
Compatientes.] De misericordia. 2. 2ª. q. 30. cum elucid.
Quomodo compatiamur peccantibus. 2. 2ª. q. 30. 1. 1m. cum elucidation.

Non

Euang. Luc. 5.

Dominica sexta post octauam Pentec. Epist. Rom. 6.

Euangelium Matth. 5.

Dominica septima post octauam Pentecostes. Epist. Rom. 6.

Euang. Mar. 8.

Dominica octaua post octauam Pentecostes Epist. 1. Rom. 8.

Non

Et

Euang. Luc. 18.

Dominica duodecima post octauam Pentecostes. Epist. 2. Cor. 3.

Euang. Marc. 7.

Dominica decimatertia post octauam Pentecostes, Epist. ad Gal. 3.

Euangelium Luc. 10.

Et

Dominica decimaquarta Epist. Gal. 5.

Euang. Ioan. 17.

Dominica decimaquinta. Epist. Galat. 6.

Euangelium Matth. 6.

Dominica decimaseptima post octauam Pentecostes, Epist. ad Eph. 3.

Euang. Luc. 8.

Dominica decimaseptima post octauam Pentecostes, Epist. Eph. 4.

Euang. Luc. 14.

Dominica decimaoctaua post octauam Pentecostes, Epist. 1. Cor. 1.

Euang. Matth. 22.

Dominica decimanona post octauam Pentecostes, Epist. Ephes. 4.

Iam non furetur.) De furto & rapina. 2.2æ.q. 66.cum elucidationibus.

De ludis & lusoribus.] 2. 2æ.q 168. cum elucid.

An liceat eleemosynas fieri ex illicite aquisitis. 2.2æ.q.32.7. cum elucid.

Quando liceat alicui furari vt eleemosynas largiatur. 2.2æ.q. 32.8.1^{m}.& q.66.7.3^{m}.cum elucid.

An liceat alicui furari propter necessitatem. 2.2æ.q. 66.7.cum elucidationibus.

Euangelium Matth.9.

AScendit Iesus in nauiculam.) An Christus assumpserit corpus carnale,& terrestre cum eius defectibus, & qualitatibus.3^{a}.q. 5.2.& 14.1.cum elucid.

Et ecce offerunt ei paralyticum.) An beneficia sint actus charitatis.2.2æ.q.31.1.cum elucid.

Quibus sit benefaciendum.) 2.2æ. q.31.2.& 3.cum elucid.

Videns autem Iesus fidé illorum dixit paralytico confide fili.]

An ergo homo possit alteri mereri primam gratiam. 1.2æ. q. 114.6.1^{m}.cum elucid.

An aliena deuotio prosit alteri ut supra in Euang. Dominicæ. 12æ.post septimam Pentec.

Remittuntur tibi peccata tua.) De contritione peccatorum. Addit.q.1.& seq.cum elucid.

De confessione & satisfactione peccatorum. Additio. q.6.& q. 12^{a}.cum elucid.

Cum uidisset Iesus cogitationes.) An anima Christi in uerbo cognoscat omnia.3^{a}.q.10.2.cum elucid.

Hic blasphemat.) Blasphemia quid sit,& quot modis contingat.2.2æ.q.13.1.cum elucid.

Blasphemia unde tamquam filia oriatur. 2.2æ. q. 158. 7. cum elucidation.

Surge tolle lectum.) An mors, & alii defectus corporales nascantur ex peccato.1.2æ.q.85.5. & 3^{a}. q.3^{a}.q.44.& 3.& 3^{m}. cum elucid.

Timuerunt.) De timore. 1. 2æ.q.41.& 42.& 2.2æ.q.19.cum elucidationibus.

Dominica uigesima post octauam Pentecostes, Epist. Eph. 5.

VIdete quomodo caute ambuletis, non quasi insipientes, sed ut sapientes.] Quæ sit vera prudentia. 2.2æ.q 47. 13.cum elucid.

An vera prudentia sit in peccatoribus. 2.2æ.q.47.13.cum elucidationibus.

An sit in omnibus habentibus gratiam.2. 2æ.q.47.14.cum elucidationibus.

Sed intelligentes quæ sit uoluntas Dei.) De duplici voluntate Dei signi videlicet & beneplaciti.1^{a}.q.19.11.cum elucid.

De duplici cognitione diuinæ uoluntatis. 2. 2æ.q.47.2.3^{m}.cum elucidation.

Nolite inebriari uino.) De ebrietate. 2.2æ.q.50. cum elucidationibus.

Ebrietas quid sit.] 2.2æ. q.1. 1. cum elucid.

An ebrietas sit peccatum & quale.2.2æ.q.150.2.& 2.cum elucidationibus.

An aliquis inebrians se sibi uomitum ex consilio medici excitãs peccet.2.2æ.q.150.2.3^{m}.cum elucid.

An ebrius mercatur duplices maledictiones. 2.2æ.q.150.4.1^{m}. & 1.2æ.q.76.4.4^{m}.cum elucid.

Vino.) An vsus uini totaliter sit illicitus. 2.2æ.q.129.7. cum elucidation.

Quibus maxime sit abstinendum a uino & simili potu inebriante.2.2æ.q.149.4.cum elucid.

In quo est luxuria.) An ex usu uini prouocetur concupiscentia et libido.2.2æ.q.148.8.1m.& q.149.4.cum elucid.

De luxuria & eius speciebus. 2.2æ.q.153.& 154.cum elucid.

Domino gratias agentes.] De gratiarum actione. 2.2æ.q.106. cum elucid.

Euang.Matth.22.

LOquebatur Iesus in parabolis.] Cur Christus in parabolis uoluerit loqui.3^{a}.q.49.3.& 3^{m}.cum elucid.

Qui fecit nuptias filio suo.) De incarnatione Dei siue coniunctione naturæ diuinæ cum humana. 3^{a}.q. 10. cum elucidationibus.

De sacramento matrimoniis eiusque significatione. Addition. q.42. 1. cum elucid.

De gratia Christi secundum quam est caput ecclesiæ. 3^{a}.q. 8. cum elucid.

Et misit seruos suos. Vt supra in Euangel. Dominicę secundæ post octauam Pentecost.

Et contumeliis affectos occiderunt.) Quantum peccatum sit ingratitudo qua benefacientibus male fit.2.2æ.q. 107.3.cum elucidation.

Iratus est.) Quomodo Deo tribuatur ira.1^{a}.q.3.2.2æ.cum elucidationibus.

At ille obmutuit.] An in iudicio cognoscere qualibet peccata qui fecit.Addit.q.87.1.cum elucid.

In tenebras exteriores.) An damnati erunt in tenebris corporalibus. Addit.q.97.4.cum elucid.

Ibi erit fletus.] An in damnatis erit fletus corporalis. Addit. q.97.3.cum elucid.

Et stridor dentium.] An damnati perpetientur frigus. Addit. q.97.1.3^{m}. cum elucid.

Cum damnati non affligantur sola pœna ignis, cur igitur in eorum damnationis expressione sit sola mentio ignis. Addit. q.97.1.1^{m}.cum elucid.

Multi sunt uocati pauci uero electi.] An non omnes Christiani sint saluandi. Addit.q.99.4.cum elucid.

Dominica uigesimaprima post octauam Pentecostes, Epist. Eph. 6.

QVoniam nobis non est colluctatio aduersus carnem & sanguinem.] An homines a dæmonibus impugnentur.1^{a}.q. 114.1.cum elucid.

Quomodo diaboli hominem impugnent, & ad peccatum inducere conentur. 1.2æ.q.80.1.& 2.cum elucid.

An omnia peccata procedant ex suggestione & tentatione dæmonum.1^{a}.q.114.3.& 1 2æ.q. 180.4.cum elucid.

An homo hominem non tentet. 1^{a}.quæst. 114. 2. cum elucidationibus.

An homo ualeat resistere diabolis. 1^{a}.q.114.1.2^{m}.& 1. 2æ.q.80. 3.cum elucid.

An diabolus semel ab aliquo repulsus & superatus, desistat ab eo tentando. 1^{a}.q. 114.4.cum elucid.

Sed aduersus principes, & potestates.] An in dæmonibus sit prælatio. 1^{a}.q.109.2.cum elucid.

Aduersus mundi rectores.] An diabolus sit rector & caput malorum.3^{a}.q.8.7.cum elucid.

Contra spiritualia nequitiæ in cœlestibus.) Vtrum aer iste sit locus pœnalis dæmonum. 1a.q 64.4.cum elucid.

Vt possitis resistere.] Quomodo homo resistat impugnationi dæmonum. 1a.q.114.1 2m.cum elucid.

State ergo succincti lumbos uestros.] De castitate.2.2æ.q.18.1. cum elucid.

Induti loricam iustitiæ.] De iustitia.2. 2æ.q. 58. cum elucidationibus.

In omnibus sumentes scutum fidei.] De effectibus fidei. 2.2æ. q.7.cum elucid.

Euang. Ioan. 4.

ERat quidam regulus cuius filius infirmabatur.) An mors & alii defectus corporales nascantur ex peccato. 1.2æ. q. 85.5.& 3m.q.44.3.& 3^{m}.cum elucid.

Cur aliquorum corpora pluribus defectibus subiacent, quorundam uero paucioribus. 1.2æ.q.85.5.1m.cum elucid.

Cum per baptismum liberemur ab omni peccato, cur non statim etiam liberamur ab omni pœna peccati, & pœnalitatibus huius uitæ. 1.2æ.q.85. 5.2^{m}.cum elucid.

Nisi signa & prodigia uideritis non creditis.] Cur miracula dicuntur signa & cur prodigia.2. 2æ.q.176. 1. 3^{m}. cum elucidationibus.

An miracula non euertant aut saltem diminuant meritum fidei. 3^{a}.q.55.5.2^{m}.& 3m.& 2.2æ.q.2.ar.10.cum elucid.

De miraculis uide plura in Euang. Dominicæ Lætare & in festo Ascensionis Domini.

Dicit ei Iesus uade filius tuus uiuit.) An anima Christi in uerbo cognoscat omnia.3^{a}.q.10.2.cum elucid.

An anima Christi habuerit omnipotentiam respectu executionis propriæ uoluntatis. 3æ. quæst. 13. quarto, cum elucidationibus.

Et credidit ipse.) Quid credere. q.2. articulo 1. cum elucidationibus.

An credere explicite misterium Christi sit de necessitate salutis apud omnes.2.2æ.q.2.ar.7.cum elucid.

Euang. Luc. 19.

ET ipse diues.] De diuitijs vide Euangel. Dominicę nonæ post octauam Pent. & 15. post octauam Pent.
Quia hodie in domo tua oportet me manere.) Cur Christus cum peccatoribus conuersari voluit. 3ª. q. 40. 1. Vide Euang. Dominicæ tertiæ post octauam Penteſt.
Excepit illum gaudens.) An Zachæus recipiendo Christum magis honorauerit eum quam centurio dicens se non esse dignum qui eum recipiat in domum suam. 3ª. quęst. 80. 10. 3m. cum elucidat.
Ecce dimidium bonorum meorum do pauperibus.) De eleemosyna. 2. 2f. q. 32. cum elucid.
An dare eleemosynam sit in pręcepto. 2. 2f. q. 32. 5. cum elucidationibus.
An aliquis debeat eleemosynam de necessario. 2. 2f. q. 32. 6. cum elucid.
An possit fieri de bonis illicitè acquisitis. 2. 2f. q. 32. 7. cum elucidationibus.
An eleemosyna sit abundanter facienda. 2. 2f. q. 32. 10. cum elucidationibus.
An Christus etiam dederit eleemosynas. 3ª. q. 7. 2. 3m. cum elucidationibus.
Et si aliquem defraudaui, reddo quadruplum.] An restitutio eius quod ablatum est sit ad salutem necessaria. 2. 2f. q. 62. 2. cum elucid.
Qui teneantur restituere ablatum. 2. 2f. quæst. 62. 6. 7. cum elucidationibus.
An vendens rem pluris quam reuera valeat, teneatur ad damni recompensationem. 2. 2f. quæst. 77. 1. secundum cum elucidationibus.
Quando propter defectum rei venditę, vel uitium cœlatum vendens teneatur ad restitutionem. 2. 2f. q. 77. 2. & 3. cum elucidation.
An quicquid ex pecunia usuraria aliquis lucratus est, teneatur ad eius restitutionem. 2. 2f. q. 78. 1. cum elucid.
An si quis impediat messem futuram effodiendo vel semina, vel incendendo herbas ipsius messis, teneatur ad ipsius messis restitutionem. 2. 2f. q. 62. 4. 1m. & 2m. cum elucid.
An si quis furtim accipiens rem suam apud aliud alium depositam uel iniuste detentam teneatur ad restitutionem. 2. 2f. q. 66. 5. 3m. cum elucid.
An inueniens rem non suam, teneatur eam Domino, & vero eius possessori restitueri. 2. 2f. q. 66. 5. 2m. cum elucid.
Cui restitutio sit facienda. 2. 2f. q. 62. 5. cum elucidat.
Quid faciendum iniusto alicuius rei possessori, cum impossibilis est ei restitutio. 2. 2f. q. 62. 5. 3m. & artic. 1. 1m. cum elucidationibus.
Quomodo restitutio fiet sine sui diffamatione. 2. 2f. q. 62. 6. 2m. cum elucid.
Quomodo possit fama ablata restitui. 2. 2f. q. 62. 1. 2m. cum elucidationibus.
Reddo quadruplum.] An nō sufficiat restituere simplum quod ablatum est. 2. 2f. q. 62. 3. cum elucid.

PRAEDICATIONES DE SANCTIS, Secundum ordinem mensium.

In die Conuersionis S. Pauli. Epist. Act. 9.

SAulus adhuc spirans minarum &.] An liceat aliquos innocentes occidere. 2. 2f. q. 64. 2. & 6. cum elucid.
Quis zelus sit bonus. 1. 2f. q. 28. 4. cum elucid.
Et subito circumfulsit eum lux.] Si Paulus consecutus est gratiam spirans adhuc minarum, an ergo non requiratur aliqua pręparatio siue dispositio ad gratiam ex parte hominis. 1. 2f. q. 112. 2. 2m cum elucid.
Cur conuersio Pauli tamquam miraculosa celebriter in ecclesia commemoratur. 1. 2f. q. 113. 10. cum elucid.
Ego sum Iesus Nazarenus.] An ergo Christus apparuerit Paulo post suam ascensionem. 3ª. q. 57. 6. tertium cum elucidationibus.
Et ibi dicetur tibi quid te oporteat facere.] An unus homo possit alium docere. 1ª. q. 117. 1. cum elucid.
Pro nomine meo pati.) Quæ sit causa martyrij. 2. 2f. q. 124. 5. cum elucid.
Et implearis spiritu sancto.] Quomodo singuli fideles impleantur siue pleni fiant gratia spiritus sancti. 3ª. q. 7. art. 7. & 2m. cum elucid.
Et surgens baptizatus est.) An omnes teneantur ad susceptionem baptismi. 3ª. q. 68. 1. cum elucid.
Prædicauit Iesum.] An explicite credere mysterium Christi sit de necessitate salutis. 2. 2f. quæst. 2. artic. 7. cum elucidationibus.

Euang. Matth. 9.

ECce nos reliquimus omnia.) An laudabiliter omnia relinquantur. 2. 2f. q. 186. 3. cum elucid.
An Apostoli nihil in communi possidebant. 2. 2f. q. 188. 7. cum elucidation.
Et secuti sumus te.) An ad perfectionem non sufficiat quod quis omnia relinquat, sed etiam requiratur quod sequatur Christum. 2. 2f. q. 184. 3. 1m. cum elucid.
Quomodo quis sequatur Christum. ibid. cum elucid.
Vos qui reliquistis omnia &c. sedebitis.) An iudiciaria potestas correspondeat uoluntariæ paupertati Addit. quęst. 79. 2. cum elucid.
Et omnis qui reliquerit domum, uel fratres, aut sorores, aut patrem.) An occasione religionis sint pertermittenda pietatis officia. 2. 2f. q. 101. ar. 4. cum elucid.
Centuplum accipiet.] An bona temporalia cadant sub merito. 1. 2f. quæst. 114. 10. & 2. 2f. quæst. 122. 5. quartum cum elucidationibus.
Et uitam æternam possidebit.] De ęterna beatitudine. 1. 2f. q. 2. usque ad 4m. 6m. cum elucid.
De præmiis beatitudinum.] 1. 2f. quæst. 69. 4. cum elucidationibus.

In festo Purificationis B. Mariæ Epist. Malach. 3.

ECce ego mitto Angelum meum, et præparauit.] Quomodo Ioannes præparauerit uiam Domini. 3ª. q. 38. 1. 2f 2m. 3. cum elucid.
Et statim ueniet ad templum sanctum suum.] De oblatione Christi. 3ª. q. 37. 3. cum elucid.
Vide hac de re Euang. huius diei.
Quod Christus sit caput ecclesię. primum, quæst. 5. cum elucidationibus.
Et angelus testamenti.] Quomodo Christus ueterem legem impleat, nouam legem dando. 1. 2f. quæst. 107. 2. cum elucidationibus.
Cur lex noua non est data ante Christum. 1. 2f. q. 106. 3. cum elucidation.
Ecce uenit de iudicio generali. Addition. q. 88. & sequ. cum elucidation.

Euang. Luc. 2.

POstquam impleti sunt dies purgationis Marię.) Cur mulieres reputentur interdum immundæ. 1. 2f. q. 102. 5. 4m. cum elucid.
Cum B. Maria nullam haberet immunditiam, cur ad templum tanquam purganda accessit. 3ª. q. 37. 4. & paucis primum cum elucid.
De purificatione Mariæ. 3ª. q. 37. 4 cum elucid.
Tulerunt Iesum in Ierusalem ut sisterent eum Domino.) Cur Christus uoluit in templo sisti Domino. 3ª. q. 37. 3. & 2m. cum elucid.
Omne masculinum adaperiens uuluam.) Cum Christus exiuerit de clauso uirginis vtero, quomodo ex hac lege debuit in templo offerri. 3ª. q. 37. 3. 1m. cum elucid.
Et ut darent hostiam.] Cum Christus sit principalis hostia ad quam omnes hostię ueteris testamenti tamquam figura ad ueritatem referuntur, & hostiæ non debeatur alia hostia, cur pro Christo alia hostia offertur. 3ª. q. 37. 3. tertium cum elucidationibus.
Par turturum.] Cur pro Christi non potius agnus quam par turturū aut duo pulli collumbarum oblatus est. 3ª. q. 37. 3 4m. cum elucid.
De Paupertate Christo tertia, quæst. 40. 3m. cum elucidationibus.
Quæ animalia offerebantur in sacrificijs ueteris legis. 1. 2f. q. 102. 2. cum elucid.
Parentes eius.) Cum Christus in terris patrem non habuerit cur dicuntur parentes eius. 3ª. quæst. 28. 1. primum cum elucidationibus.

In Cathedra. Petri. Epist. 1. Pet. 1.

ELectis.] Vtrum prædestinati eligantur a Deo. 1a. q. 23. 4. cum elucid.

Euangelium Matth.6.

In festo Matthiæ Apostoli.Epist.act.1.

Euang.Matth.1.

In festo Diui Thomæ Aquinatis Doctoris Angelici, & catholicæ Ecclesię Doctoris super Epistolam.Sap.7.

Super Euang. Matt. 5.

In festo Annunciationis B.Mariæ.Epist.Isai.7.

Euang.Luc.1.

An

In festo Philippi & Iacobi Apost. Epist. Sap. 5.

Euangelium Ioan. 14.

In festo inuentionis S.Crucis, Epist. Gal. 5. & 6.

Euangelium Ioan. 3.

In festo Natiuitatis B.Ioannis Baptistæ, Isa. 49.

Euangelium Luc. 1.

Quis

Non

Non est meum dare vobis,sed quibus paratum est.) De iudiciaria potestate Christi,3ª.q.59.cum elucidat.

An superbia sit peccatum mortale excludens hominem à regno cœlorum,2.2ª.q.162.6.cum elucid.

De prima beatitudine, Beati pauperes spiritu, 1.2ª.q.69. 3.& 4. cum elucidat.

Sed quibus paratum est à patre meo.] Si aliquibus paratum est sedere à dextris Christi,an ergo non sit proprium Christi sedere à dextris patris,3ª.q.58.4.4ᵐ.cum elucidat.

Et videns decem indignati sunt.) De contentione & discordia, 2.2ª.q.37.& 38.cum elucidat.

Sed quicumque voluerit inter vos maior fieri.) De humilitate, 2.2ª.q.161.cum elucidat.

In festo beatissimi Dominici super Epistolam 2.Timoth.4.

PRædica verbum &c.] Verbum in diuinis,quod est conceptio paterni intellectus personaliter dicitur, 1. 2ª. q. 93. 1. 2ᵐ. Verbum est imago patris, p.p.q.35. art.1. 2. De hoc Verbo,i. de Christo,3.p.per totum,cum elucidat.

In omni patientia, & doctrina &c.] Patientia est virtus, & non potest haberi sine gratia,2.2ª.q.137.art.1.2.3.cum elucidat.

Docere fit duobus modis, s.principaliter infundendo lumen : & instrumentaliter dirigendo, 3.p.q.69.5.2ᵐ. Docere domestica admonitione permittitur mulieri priuatim,non autem publice in Ecclesia, 3.p.q.55.1.3ᵐ. Sanam doctrinam non sustinebunt &c. De sacra doctrina, p.p.q.1.per totũ. A veritate auditum auertent &c. De veritate prima, 2.2ª.quæst.1.art.1. Veritas prima sola est obiectum formale fidei. ibidem, cum elucidationibus.

Homines peruersi peruertunt doctrinam Apostolorum,& sacrarum scripturarum ad suipsorum perditionem, 2.2ª. quæst. 1. art.10.primum.

Super Euang. Matth. 5.

VOs estis sal terræ &c.] Tria sunt necessaria Doctori ad hoc vt alios possit instruere in verbis diuinis, s. plenitudo cognitionis,probatio eorum,quæ dicit: & conueniens probatio eorum,quæ concipit, 1.2.q.111.art.4. Sal impedit corruptionem putredinis;in sale significatur discretio sapientiæ,vel etiam mortificatio carnis,1.2ª.q. 102.art.3.ad 14.Scientiæ donum est in omnibus habentibus charitatem: non autem, vt est gratia gratis data, 1.2.quæst.68.art.1.2.& 3.Sapientiæ donum præfertur omnibus septem donis Spiritussancti,1.2ª.q.68.7.1.

Si sal euanuerit &c.] Prædicator debet esse absolutus à cura terrum sæcularium:non debet esse semper in publico,non debet assumere prædicationis officium, nisi prius purgatus, & veritate perfectus,3.p.q.40.3.& art.1.3. & q.41.3ᵐ.

In festo B. Laurentii Epist.2.ad Corin.9.

QVi parcè seminat.) De beneficentia & eleemosyna, 2.2ª. q.31.& 32.cum elucidat.

An eleemosyna sit abundanter facienda, 2.2ª.quæst.32.10.cum elucidationib.

Et qui seminat in benedictionibus.) An diuersæ mansiones distinguantur penes diuersos gradus charitatis,Additio.q.93.3. cum elucidat.

Et non ex tristitia.] An tristitia minuat laudem, vel meritum boni,1.2ª.q.39.2.2ᵐ.cum elucidat.

Potens est autem Deus.) An homo mereatur augmentum gratiæ & charitatis, 1.2ª.q. 114.8.cum elucid.

De quinta beatitudine,& eius præmio, Beati misericordes,1.2ª. q.69.3.& 4.cum elucidat.

Iustitia eius manet in sæculum sæculi.) An virtutes morales maneant post hanc vitam, 1. 2ª.q.67.1.cum elucidat.

Euangelium Ioan.12.

NIsi granum frumenti cadens in terram.) An fuerit necessarium Christum pati pro humani generis liberatione,3ª. q.46.2. 1ᵐ.& 1.cum elucid.

In quibus Christus dicebat se granum mortificandum,& in quibus granum multiplicandum,3ª.q.42.cum elucid.

Qui odit animam suam.] An homo seipsum ex charitate diligere debeat,2.2ª q.25.4.cum elucid.

An alicui liceat seipsum occidere, secunda secundæ, quæst.64.5. cum elucid.

De martyrio,2.2ª.q.124.cum elucidat.

An B. Laurentius sustinuerit grauiores passiones & diuturniores quàm Christus, 3ª.q.46.6. 1ᵐ.cum elucidat.

Me sequatur.) Quomodo quis Christum sequeretur,2.2ª.quæstio.184.3.1ᵐ.cum elucid.

In festo Assumptionis B. Mariæ Virg. Epist. Eccles.24.

IN omnibus requiem quæsiui, & in hæreditate.] Quomodo Deus requiescat, & habitet in hominibus per gratiam, 1ª.q. 8.3.& q.43.3.cum elucid.

De assumptione B.Mariæ,3ª.q.27.cum elucid.

Et dixit mihi in Iacob inhabita.] Cui personæ conuenit mitti ad sanctificandam creaturam rationalem, 1ª. q.43. 1. 4. & 8. cum elucid.

An missio inuisibilis diuinæ personæ fiat solum secũdum donum gratiæ gratum facientis,1ª.q.43.7.cum elucid.

Requieuit in tabernaculo meo.] An pater sit in filio,& econtra. 1ª.q.42.5.cum elucid.

In Israel hæreditate.) Quare Iudæi præ cæteris à Domino assumpti,& legem acceperint,1.2ª.q.98.4.cum elucid.

Ab initio,& ante sæcula creata sum.) An ergo sapientia,quæ est filius Dei sit creatura,1ª.q.41.7.& 4ᵐ.cum eluci.

An processio quæ est in Diuinis possit dici generatio,1ª.q.27.2. cum elucid.

Euangelium Luc.10.

MVlier quædam Martha.] An hæ duæ mulieres gerant typum vitæ actiuæ & contemplatiuæ, 2.2ª.quæstio.171. cum elucidationib.

Accepit illum in domum suam.) De beneficentia & eleemosyna,2.2ª.q.31.& 32.cum elucid.

Audiebat verbum illius.] In quo consistat vita contemplatiua, 2.2ª.q.179.1.& 3ᵐ.& q.180.cum elucid.

An vita contemplatiua solum consistat in contemplatione Dei, an etiam in consideratione cuiuscumque veritatis, 2. 2ª. q. 180 4. cum elucid.

Martha autem satagebat circa frequens ministerium.] In quo consistat vita actiua, secunda secundæ,q.179.1.& quæst.181. 1.cum elucidationib.

De vita actiua,2.2ª.q.181.1.cum elucid.

Maria optimam partem elegit.] An vita contemplatiua sit potior quàm actiua, 2.2ª.q.182.1.cum elucid.

An vita contemplatiua sit maioris meriti quàm actiua,1.2ª.q.57. 1.& 2.2ª.q.182.2.cum elucid.

In festo S. Bartholomæi Apostoli Epist. ad Ephes.7.

IAm non estis hospites.] De conuersione gentium, vide Epist. in die Epiph.

Domestici Dei.] Quomodo dicamur filii Dei, 1ª.quæstio.33.3. cum elucid.

De spe vitæ æternæ, 2.2ª.q. 117.cum elucid.

Supra fundamentum Apostolorum.] Quomodo Apostoli dicuntur fundamenta Ecclesiæ,3ª.q.8.3.3ᵐ.cum elucid.

In quo omnis ædificatio constructa.) An alio modo possimus saluari quàm per Christum, 1.2ª. q.91. 5. 2ᵐ. & 2.2ª. q.2. art.7.& 3.q.61.1.cum elucid.

An credere explicitè mysterium Christi sit de necessitate salutis, 2.2ª.q.27.cum elucid.

In Spiritusancto.] De necessitate gratiæ, 1.2ª. quæst.109. cum elucidationibus.

Euangelium Marci 3.

VOcauit ad se quos voluit.) Cur Christus viles & pauperes discipulos elegit, 3ª.q.39.3.cum elucid.

An Deus eligendo aliquos faciat eos idoneos ad quod eos elegit,1ª.q.23. 4.3ᵐ.q.23.3.cum elucid.

De eligendis idoneis,2.2ª.q.85.3.cum elucid.

Et venerunt.) Quomodo Apostoli,& alii ita statim post vocationem secuti sunt,1ª.q.44.3.1ᵐ.cum elucid.

An ille qui citò credit sit leuis corde, 2.2ª.quæst.2. 9. primum, cum elucid.

Et ut mitteret eos prædicare.] Vide Euang. Dominicæ 6ª. & Dominicæ 2.post Pent.

An docere sit actus vitæ actiuæ, an verò contemplatiuæ, 2.2ª. q. 181.3.cum elucid.

Dedit illis potestatem curandi infirmitatem.] De gratia miraculorum, vide Euang. in die Ascensionis Domini.

Qui & tradidit illum.) Cur Iudas magis peccauerit tradendo Christum, quàm Deus pater, aut etiam ipse Christus se tradendo

dendo in mortem, tertia, quæstione 47.3. tertium, cum elucidationibus.

In festo B. Matthiæ Apostoli Epist. Ephes. 4.

Vnicuique vestrum data est gratia secundum mensuram.] Quomodo plenitudo gratiæ, quæ in Christo sicut in capite adunatur, ad membra eius diuersimode redundet, 2.2æ.q.183.2.cum elucid.

An in vno sit maior gratia quàm in alio, 1.2æ.q.112.4. cum elucidationib.

De gratijs gratis datis, 1.2æ.q.111.cum elucid.

Ascendens in cœlum captiuam.) An Christus duxerit secum aliquos captiuos in cœlum, 3a.q.57.6. cum elucid.

Quod autem ascendit.) Quomodo Christus dicatur descendisse, 3a.q.57.2.2m.cum elucid.

De descensu Christi ad inferos, 3a.q.52.cum elucid.

Super omnes cœlos.) An Christus ascenderit super omnes cœlos, q.57.4.cum elucid.

Vt adimplerentur omnia.) Cur Christus ascendit, 3a. q.57.1.& 2.cum elucid.

Et ipse dedit quosdam quidem Apostolos.) An in Ecclesia debeat esse diuersitas officiorum & statuum, 2.2æ. quæst.183.2. cum elucidationibus.

Euangelium Matth. 9.

Sequere me.] Vide de sequela Christi Euangelium in die Conuersionis S. Pauli.

Et surgens secutus est.) Cur ita statim Christum secutus est, 3a. q.44.3.1.cum elucid.

Ecce multi publicani & peccatores.) De conuictu peccatorum, vide Euang. Dominicæ tertiæ post octauam Pentec.

Non est opus valentibus medico.] De pœnitentia, 3a.quæst.84. & sequenti.

Misericordiam volo.) An ergo misericordia sit maxima virtutum, 2.2æ.q.30.4.1m.cum elucid.

Non enim veni vocare iustos.) An si homo non peccasset, Deus incarnatus fuisset, 3a.q.1.3.cum elucid.

In festo S. Michaelis Archang. Apoc. 8.

Loquens per Angelum suum.] Cur Deus loquitur homini per angelum suum, 1.2æ.q.98.3.cum elucid.

De locutione angelorum, 1a.q.107.cum elucidationib.

De ordine angelorum, 1a.q.108.cum elucid.

De actione angelorum in homines, 1a.quæst. 101. cum elucidationibus.

De missione & ministerio angelorum, 1a. quæst.112. cum elucidationib.

De custodia angelorum, 1a.q.113.cum elucid.

Et seruat ea.) An bona opera requirãtur ad beatitudinem, 1.2æ. q.4.7.& 3m.cum elucid.

Qui est.) An hoc nomen (qui est) sit proprium nomen Dei, 1a. q.13.11.cum elucid.

An hoc nomen (qui est) approprietur filio Dei, 1a.quæst.39.8. cum elucidationib.

Primogenitus mortuorum.) An Christus primò resurrexit, 3a. q.53.3.& q.66.1.cum elucid.

Euangelium Matt. 8.

Quis putas maior est.] An vnus alio possit esse beatior, 1.2æ. q.5.2.Addition. q.93.2.3.cum elucid.

Et efficiamini sicut paruuli.] De humilitate, 2.2æ. quæst. 161. cum elucid.

De gradibus humilitatis, 2.2æ.q.161.6. cum elucid.

De ambitione, 2.2æ.q.131.cum elucid.

De auaritia, 2.2æ.q.118.cum elucid.

Qui autem scandalizauerit.) De scandalo, 2.2æ. quæst.43. cum elucidationib.

Necesse est vt veniant scandala.) Cur Deus permittit mala, 1a. q.22.2.2m.cum elucid.

An obduratio & excæcatio semper ordinentur ad salutem eius, qui excæcatur & obduratur, 2a.q.79 4.cum elucidat.

Cum necesse sit euenire scandala & peccata non eueniant ex necessitate, an ergo scandalum non sit peccatum, 2.2æ. q.43. 2.1m.cum elucid.

Veruntamen væ homini.] An ergo scandalum sit peccatum mortale, 2.2æ.q.43.4.cum elucid.

Abscinde eum.) An ergo licet membrum præscindere propter peccatum vitandum, 2.2æ.q.65.1.3m.cum elucid.

Quando est licitum mutilare aliquem membro suo, 2 2æ. q.65. 1.cum elucidat.

Quia angeli eorum.) De custodia hominũ ab angelis, 1a.q.113. cum elucidationib.

An singuli homines à singulis angelis custodiantur, 1a.q.113.2. cum elucid.

Semper vident faciem patris.] An angelorum gloria minuatur dum ad nos veniunt, 1a.q.44. 4.3m. & quæst.112.1.tertium, cum elucidationib.

Si angeli occupentur circa custodiam hominum, an ergo vita actiua post hanc vitam maneat, 2.2æ.quæst.181.4.secundum, cum elucidat.

De custodia angelorum, vide Euangelium Dominicæ primæ Quadragesimæ.

In festo SS. Simonis & Iudæ Apostolorum Epist. Rom. 8.

Diligentibus Deum omnia cooperantur in bonum.] An excæcatio ad tempus cooperetur electis in bonum, eorũq; salutem promoueat.1.2æ.q.79.4.cum elucid.

His qui secundum propositum.] De prædestinatione, 1a.q.23. cum elucid.

Nam quos præsciuit.) An præscientia meritorum sit causa prædestinationis, 1a.q.23.5.cum elucid.

Vt sit ipse primogenitus.] Quomodo Christus dicatur primogenitus in multis fratribus, 1a. quæst.33. 3. 2m. & quæst.41. cum elucidationib.

Hos & iustificauit.] De iustificatione, secunda secundæ, q.113. cum elucidat.

Si Deus pro nobis.] An prædestinatio sit certa, 1a.quæst.23. 6. cum elucid.

Sed pro omnib. tradidit illum.] An Deus pater tradiderit Christum passioni, 3a.q.47.3.cum elucid.

Quomodo nos etiam cum illo.) De effectibus passionis Christi, 3a.q.49.cum elucid.

Qui etiam interpellat pro nobis.] An Christo competat orare, 2.2æ.q.83.10.1m.& 3a.q.21.1.3m.cum elucid.

Quia propter te mortificamur.] De afflictionibus iustorum. Vide Euangelium Dominicæ 5æ. post Epiphaniam. Et Epist. Dominicæ 6æ.& Euang. Dominicæ 3æ. post Pascha.

Quæ sit causa martyrij, 2.2æ.q.124.5.cum elucidat.

Certus sum enim quia neque mors.] An iusti non possint peccare, & Spiritumsanctum amittere, 1a.quæst.10.4.5. 1.secundæ, quæst.106.2.secundum, 2.2æ.q.24. 11.quæst.189. 10.1m. cum elucidat.

Euangelium Ioan. 15.

Haec mando vobis vt diligatis inuicem.] De charitate, 2.2æ.q.23.& seq.cum elucid.

De dilectione proximi, secunda secundæ, quæst.25.1. & 44.1. cum elucid.

De dilectione inimicorum, secunda secundæ, quæst. 25. 8. & 9. cum elucid.

Me priorem vobis odio habuit.] An Deus possit odio haberi, 2.2æ.q.34.1.cum elucidat.

An odium Dei sit maximum peccatorum, 2.2æ.quæst.34.2.cum elucidat.

An principes sacerdotum Christum occiderunt ex inuidia & odio, 3a.q.47. 3.& 3m.& 6.2m.cum elucid.

Ego elegi vos de mundo.] An homo possit resurgere à peccato sine auxilio gratiæ, 1.2æ.q.109.7.cum elucid.

An Deus quos eligit faciat idoneos ad id ad quod eos eligit, 3a. q. 27. 3.cum elucid.

Sed hæc omnia faciunt vobis propter nomen meum.] Quæ sit causa martyrii, 2.2æ.q.124.5.cum elucid.

Si non venissem peccatum non haberent.] An ergo nullum peccatum habere ad quos Christus non venit, 2.2æ.q.10.1. & 2. cum elucid.

Quæ alius nemo fecit.] An ergo miracula quæ Christus fecit non sint etiam ab alijs facta, 1a.quæst.43. 4. & primum, cum elucidationib.

Nunc autem & viderunt.] An persecutores Christi eum cognouerint, 3a.q.47.5.cum elucid.

In festo omnium Sanctorum. Epist. Apocal. 7.

Et clamauit voce magna, Nolite nocere.) An omnes electi sint saluandi, 1a.q.23.6.cum elucid.

An numerus prædestinatorum sit certus, 1a. quæst. 23. 7. cum elucid.

De libro vitæ, 1a.q.23.cum elucid.

Stantes ante thronum.) An animæ beatorum ante extremum iudicium deducantur ad cœlum, 1a.quæst.95. 1. secundum. 2.2.q.28.

2.2f.q.28.1.1m.q.83.11.3a.q.51.5.quæst.59.5.1m.Addition. q.69.2.cum elucidat.
An sancti à nobis sint inuocandi, 2.2f.quæst.83.4.1m.Addition. q.72.1.cum elucid.
An sancti cognoscant nostras preces, 2.2f.q.83.4.2.& Addition. q.72.1.cum elucidat.
An sancti qui sunt in patria orent pro nobis, 2.2f. quæst. 83. 11. cum elucidat.
An sanctorum orationes pro nobis factæ semper exaudiantur, Addition.q. 72.3.cum elucidat.
De imaginibus sanctorum, secunda secundæ, quæst.94.2. cum elucidationib.
Quomodo imagines sint colendæ, 2.2f.quæst.81.3.3m.cum elucidationib.
Cui festo veteris testaméti succedit festum omnium sanctorum, 1.2f.q.103.3.& 4m.cum elucidat.
Clamant voce magna dicétes, salus Deo.] De gratiarum actione, 2.2f.q.106.cum elucidat.
An salus nostra sit Christo adscribenda, 1.2f. q.1.5.2m. & 2.2f. q.2.7.cum elucidat.
Et ceciderunt in conspectu throni.] De adoratione, 2.2f. q.84. cum elucidat.
Dicentes, Amen.) An Deus sit ore laudandus, 2.2f. q. 91. 1.4. cum elucidat.
An cantus sint assumendi in laudem Domini, 2.2f. quæst.91.2. cum elucidationibus.

Euangelium Matth. 5.

Beati pauperes spiritu.] Quid beatitudinum nomine intelligatur, 1.2f.q.69.1.cum elucidat.
An conuenienter beatitudines annumerentur, 1.2f.quæst.69.3. cum elucidationib.
Cur B. Lucas enumerat solùm quatuor beatitudines, Matthæus verò octo, 1.2f.q.69.3.6m.cum elucid.
Quomodo sunt octo beatitudines cum sint solum septem dona Spiritussancti, 1.2f.q.69.3.5m.cum elucid.
Quomodo quo ordine singulæ beatitudines sint explicandæ, 1.2f.q.69 3.cum elucid.
Quoniam ipsorum est Regnum cœlorum.] An præmia quæ attribuuntur beatitudinibus pertineant ad hanc vitam, 1.2f. q.69.2. cum elucid.
An præmia beatitudinum conuenienter numerentur, 1. 2f. q. 69.cum elucid.
Cum præmium omnium bonorum operum sit sola vita æterna, cur alia præmia beatitudinibus assignantur, 1.2f. quæst. 69.4. primum, cum elucid.
An præmia posteriora sint maiora prioribus, 1.2f. q. 69. 4.7m. cum elucid.
Beati qui persecutionem patiuntur.] Qui fiat quisquis à bonis operibus non recedat propter aliquam persecutionem, 1.2f. q.69.3.5m.cum elucid.
Propter iustitiam.) Quæ sit causa martyrii, 2.2f.quæst.124.5. cum elucidat.
An aliquando martyrium cadat sub præceptum, 2.2f. q. 124. 3.1.cum elucidat.
Quoniam ipsorum est regnum cœlorum.) Cur in octaua beatitudine ponitur idem præmium quod in prima, 1. 2f. q.69.4. 2m. cum elucid.
Merces vestra copiosa est in cœlis.) Qui nomine cœlorum hic contineatur, 1a.q.63.4.& 1.2f.q.47.3m.cum elucid.

In die animarum Epist. 1. Thess. 4.

De dormientibus.) An mors sit pœna peccati, 1.2f.q.85.5. cum elucid. & 2.2f.q.164.1.cum elucid.
De qualitate animæ exeuntis, Addition.q.70.cum elucid.
De suffragiis mortuorum, Addition.q.71.cum elucid.
Si enim credimus quod Iesus mortuus. De morte Christi, 3a. q.50.cum elucid.
De resurrectione Christi, 3a.quæst.53. & sequen. cum elucidationibus.
Ita & eos qui dormierunt.) An resurrectio Christi sit causa resurrectionis corporum, 3a. quæst.56. 1. & addition. q.76.1. cum elucid.
De resurrectione, Addition.q.75.cum elucid.
Non præueniemus.] An omnium resurrectio erit in vno eodemque tempore, Addition. quæst.75.2.secundum, cum elucidationib.
In iussu & voce Archangeli.) An aliquo modo angeli ad resurrectionem cooperantur, Addition. quæst.76. 2. cum elucidationib.
Deinde nos qui viuimus.) An ergo non omnes moriemur, 1.2f. q.81.3.1m.& Addition.q. 78.1.cum elucid.

Et sic semper cum Domino erimus.) An ergo sancti iam non sint cum Domino ante resurrectionem, 1a.q.95. 1.2m. 2.2f. q.28.1.q.83.11. 3a.q.51. 5.quæst.59.5.1. Addition. q.69.2. cum elucid.
An beatitudo sanctorum sit maior futura post iudicium quàm est ante illud, Addition.q.93.2.cum elucid.
An beatitudo possit amitti, secunda secundæ, quæst.5. 4. cum elucid.

Euangelium Matth. 25.

Cum venerit filius hominis.] De iudicio generali, 1a.q.59. 5.& addition.q.88.& seq.
An iudiciaria potestas sit specialiter attribuenda Christo, 3a.q. 59.1.cum elucid.
In maiestate sua.] De forma iudicis venientis ad iudicium, Addition.q.90.cum elucid.
An in forma gloriosa apparebit, Addition.quæst.90.2.cum elucidationib.
An diuinitas à malis sine gaudio videri possit, Addition.q.90.3. cum elucid.
Et omnes angeli cum eo.) An angeli debeant iudicare, Additio. q.89.1.cum elucid.
Omnes gentes.) An omnes in iudicio comparebunt, Addition. q.89.5.cum elucidat. Vide Euangelium Dominicæ secundæ Aduentus.
Tunc dicet Rex.) An sententia fiet per locutionem vocalem, Addition.q.88.cum elucid.
Possidete paratum.) Quomodo Regnum Dei possideatur, 1.2f. q.69.4.cum elucid.
A constitutione mundi.) An prædestinatio Dei sit æterna, 1a.q. 23.8.& 1m.cum elucid.
Esuriui enim, & dedistis mihi manducare.) An ad beatitudinem requirantur bona opera, 1.2f.q.47.cum elucid.
An bona opera sint meritoria vitæ æternæ, prima secundæ, quæstio.114.3.cum elucid.
De operibus misericordiæ, 2.2f.q.32.2.cum elucid.
An ad Christum pertineat iudiciaria potestas quantum ad omnes res humanas, 3a.q.59.4.cum elucid.
Et ibunt hi in supplicium æternum.) De pœna damnatorum, Addit.q.97.cum elucid.
An ex diuina iustitia inferatur peccatoribus pœna æterna, Addition.q.99.1.cum elucid.
An diuina misericordia patiatur homines in æternum puniri, Addit.q.99.7.& 7.cum elucid.
An illi solum qui opera misericordiæ facere negligunt; æternaliter puniuntur, Addition.q.95.5.cum elucid.
An damnati sperent se ex igne interdum liberandos, 2.2f. q.18. 3.cum elucid.
Iusti autem in vitam æternam.] An iusti sperent beatitudinis continuationem, 2.2f.q.18.2.2m.cum elucid.
De æterna beatitudine, 1a.quæst.26.1.2f.quæst.2.3.4.& 5.cum elucidationib.
De visione diuinæ essentiæ, 1a.quæstio.12. Addition. quæst.92. cum elucidationibus.

In festo S. Martini.

Epist. Ecce sacerdos magnus &c. Euang. Sint lumbi vestri præcincti &c. vt suprà in festo S. Nicolai.

In festo S. Catherinæ virginis & martyris Epist. Eccles. 51.

Confitebor tibi Domine Rex.] Quotuplex sit confessio, 2. 2f. q.4.1. 1m.cum elucidat.
De gratiarum actione, secunda secundæ, quæst.106. cum elucidationibus.
Et liberasti corpus meum.] De castitate, secunda secundæ, quæstio.151.cum elucid.
Laudabit vsque ad mortem.] An Deus sit ore laudandus, 2.2f. q.91.cum elucid.
An cantus sint assumendi in laudem diuinam, 2.2f. quæst.91. 2. cum elucidat.
An gratiarum actio requiratur ad orationem, & præcedat postulationem, secunda secundæ, quæstio.83.17. tertium, cum elucidationib.
De religione & deuotione, secunda secundæ, quæst.81. & 82. cum elucidationib.
Respiciens etiam ad adiutorium hominum.] An aliquis licitè possit sperari in homine, secunda secundæ, quæst.17.4. cum elucidationib.

Euangelium

F I N I S.

INDEX

HAERESVM, ET ERRORVM A D. THOMA IN HAC TOTA SVMMA VNICE, ET IN EIVS ELVCIDATIONIBVS SVBINDE, CONDEMNATORVM.

Hæreſes aliquando nomine communi vocantur errores. Vbi ponitur hoc ſignum *. denotatur; quòd tractatur, damnanturque etiam in Veritatibus aureis ſuper totam legem veterem. Videbis ergo tunc in eis Veritatibus indicem hæreſum, & errorum, & indè ad loca ibi citata progredieris. Numeri articulos in ordine partium, ſiue Additionum, Sancti Thomæ ſignificant.

A

Bapti-

B

Christus

Nullo

Hoc

Hæreti-

I

L

M

Mariam

¶Mo-

N

O

Q

R

S

Sacer-

T

Nihil

Not. Nonnulla prædictorum virtualiter solum (licet rarius) in suo simili narrato explicitè, atque damnato, subintelliguntur narrari, simulque damnari.

FINIS.

D. THOMÆ DE AQVINO
ANGELICI, ET S. ECCLESIAE, DOCTORIS

Prima Pars Summæ Theologiæ,

CVM ELVCIDATIONIBVS FORMALIBVS

PER F. SERAPHINVM A' PORRECTA

Ordinis Prædicatorum, Sacræ Theologiæ Magiſtrum.

Editis; Deo Optimo Maximo dicatis; S. R. E. correctioni ſubmiſſis.

INTENTIO ELVCIDATORIS,
Tacitæ etiam obiectioni ſatisfaciens.

PRAESVMPTIONI (quæſo) aut ſuperfluitati nemo det, ꝙ poſt tantos uiros, mihi patres admodum reuerendos, Dominum Cardinalem Caietanum, Cryſoſtomum, Medinam, Bannes, nonnulloſq; alios, tantillus ego prouinciam ſcribendi ſuper ſacræ Theologiæ ſummam Doctoris Angelici ſumpſerim. Quandoquidē ſuperiorū mandatis (quale mihi tranſmiſſum, in fronte libri, patet,) obedire, quamuis ſupra uires proprias indè quippiam aggrediendum foret, præſumptionis non eſſe, Diuus Benedictus ſanxit in regula ſua dicēs, Etiamſi prælatus impoſſibile iubeat, tentandum eſt. Superflue uerò quis fieri rectè dixerit illud: qđ? vt fiat, magna ratione fulcitur. Tale quid nūc euenire mihi, uidere videor. Hinc namq; præmiſſos illos doctiſſimos magiſtros ſatis expatiari (ſic.n. ipſorum ferebat ætas, ſimul & ingenium) uel contra quoſdam doctrinā hāc Angelicam inſulse mordētes, uel circa quaſdam ſpeciales materias quaſi ex textu ortas, uel in alijs huiuſmodi occupatos intuitus ego; illinc uerò intra corticem Abyſſinæ literæ huius, adhuc latere plurima (nam puteus altus eſt) quæ & bene longam breuitatem, & miram utilitatē concernunt, inſpiciens; iunioribus ex ſtudio tali promouendis utramq; hanc eſcam eſurientib. miſertus ſum. Quocirca (latiorib. dubijs, opinionib. diſputationib. digreſſionib. &c. omiſſis) expoſitionem methodicam, literæ pediſſequam, uelut corporis animulam, excogitare ſum annixus; quæ & diuitias utiliſſimas Thomiſticæ breuitatis ſummatim explicaret, & accedentib. nouitijs mitiores cibos adminiſtraret. Adminiſtrabit autē (hoc faciēte Deo) ſi fracta ueluti cortice, nucleus educetur; ſi ceu ſpicis (Apoſtolorum more) manibus confricatis, ad grana latētia peruenietur; ſi, quaſi de abſtruſis fauorū cellis, mella extrahentur. Dominus igitur, pro ſua bona uoluntate, bouis in area ſua triturātis ingreſſum inſtruat, ꝓgreſſum dirigat, egreſſum cōpleat. Amē.

PROLOGVS.

QVIA catholicæ veritatis Doctor, non ſolum prouectos dēt inſtruere, ſed ad eū pertinet ēt incipientes erudire (ſecundum illud Apoſtoli 1. ad Cor. 3. Tāquā paruulis in Chriſto, lac uobis potum dedi, non eſcam.) propoſitum noſtræ intentionis in hoc opere eſt; ea, quæ ad Chriſtianam religionem pertinent, eo modo tradere, ſm ꝙ cōgruit ad eruditionē incipiētiū.

Conſideramus nanque huius doctrinę ɗ nouitios, in his quæ a diuerſis conſcripta ſunt plurimū impediri. Partim quidē propter multiplicationem inutiliū quæſtionū, articulorum, & argumētorū. Partim ēt, quia ea, quæ ſunt neceſſaria talibus ad ſciendum, nō tradūtur ſcđm ordinē diſciplinę: ſed ſcđm ꝙ requirebat librorū expoſitio, uel ſcđm ꝙ ſe p̄bebat occaſio diſputandi; Partim quidē, quia eorundem frequens repetitio, & faſtidium, & confuſionem generabat in animis auditorum.

Hæc igitur, & alia hmōi euitare ſtudentes, tentabimus cū confidentia diuini auxilii ea, quæ ad ſacram doctrinā ꝑtinēt, breuiter, ac dilucidè proſequi, ſecundum qđ materia patietur. Et ut intentio noſtra ſub aliquibus certis limitibus comprehendatur, neceſſarium eſt primò inueſtigare de ipſa ſacra doctrina qualis ſit, & ad quæ ſe extendat.

QVAE-

Tex. Propoſitum noſtræ intētionis in hoc opere eſt, &c.] Præſens ſancti Thomæ, quā ipſe proponit, intentio totum theologicū munus breui ſermone cōprehēdit i ly QVAE AD CHRISTIANAM RELIGIONEM PERTINENT: ita ut interroganti, unico uerbo reſpondere poſſimus. Tota theologia quid docet? Ea, quæ ad Chriſtianam religionē pertinent. Et meritò. (D.1153.) Nā cū religionis Chriſtianæ ſit (ut patet) cognoſcere Deum; in ipſumque per Chriſtū, qui uia eſt, moueri, & theologus in his edocēdis totus uerſetur (ut nunc infra patebit): liquidò conſtat uerum eſſe, quod diximus.

Tex. Tradere, ſecundum ꝙ congruit ad eruditionē incipientium] Hoc eſt (ut ex cōtextu ſequēti hr) q̄ōnib. & repetitionib. inutilib. reſecatis, ordinatè, breuiter, ac dilucidè, ꝓſequi ea, q̄ tradēda sūt.

Tex. Secundum ꝙ materia patietur.] Hoc dicitur ad occurrendum obiectioni ſimul, & admirationi ſtudentium. Poſſet enim quis totum hoc tripartitum (ut nunc infra dicetur) ſacræ theologiæ decurſum minutatim conſiderans, & quæſtiones ſexcentenas, undecim, per articulorum tria millia, centum, tredecim diſtributas cōperiens, itemque profundiſſima doctrinarum de Summa Trinitate, de prædeſtinatione, de Angelis, de ſalutifera Verbi incarnatione, de ſacroſancta Euchariſtia, ac huiuſmodi, attente ſcrutatus: poſſet, inquam, is non ſine magna admiratione obijciendo dubitare; quomodo ſtet cum tanto numero breuitas, & cum tanta profunditate luciditas, quæ in textu promittitur. Vt igitur & obiectionem hanc admirationis dubitatiuæ plenam de medio tollat, & ſeipſum in promiſſis ueracem cōprobet; Sanctus Doctor, poſt ly breuiter ac dilucide, addidit ly ſecūdum ꝙ materia patietur. Ac ſi, ad propoſitū, aperte dixerit. Breuitas, ac luciditas, in proſequendo theologalia, quam audis a me tibi promiſſā, nō intelligit abſolute (ut putas): ſed cū limitatione hac ſ. ſm ꝙ materia patiē. Tantus ergo numerus breuis eſt, tantaq; profunditas lucida: etſi nō omnino abſolute, tamē certe ut ꝓmiſſum eſt. Taceo, ꝙ ſtrictim adeò & clarè, in tot rerū ueritates ſufficienter determinando procedit: ut nec uoculam quidem ſuperfluere, nec aliquid in ſpeciem tenebricoſum eſſe, dicas.

Tex. Vt intentio noſtra ſub aliquibus &c] Hoc, quod nunc per decem articulos inueſtigandum proponitur, non ſolum huic primæ parti, ſed etiam toti theologiæ, præambulum quoddam eſt. Nam (ut de cæteris taceam): quicquid in theologia traditur, ad primū huius quęſtionis articulum, ueluti ad parantem ſibi uiam tutam, reſpicit. Id.n. omne partim excedit, partim non excedit, rōnē: idq; propterea ibi tractatum aliquē iure optimo ſibi uendicare, demōſtrat: quia ſic, & ſic in hoc primo primæ q̄ōnis articulo ſancitū eſt.

Tex. Ad quæ ſe extendat.] Hoc iſte primus articulus ſummatim oſtendit, quod poſtea paululūm fuſiùs frontiſpicium ſecundæ q̄ōnis explicat. Vt ex utroq; loco dicamus. Doctrina ſacra theologica ad quæ ſe extendit? Ad excedentia, & non excedentia, rōnem (ut in articulo illo primo): itē. Ad tractare de Deo, de motu rōnalis creaturę in Deū, de Chriſto ꝑ myſteriū humanitatis nos ducente in Deū (ut in frōte q̄ōnis illius). Sic.n. totā hanc ſacrę theologiæ sūmā sūmando legitur ibi. Primò tractabimᵘˢ de Deo. Scđò de motu rōnalis creaturæ in Deū. Tertiò de Chriſto; q. ſm ꝙ homo,

mo, via est nobis tendendi in Deum. Ecce tria illa, in quibus edocendis theologum totum uersari dicebamus. & quorum primum Diuus Thomas in hac prima, secundum in secunda, tertium in tertia, parte diligenter exequitur. De Deo igitur in præsenti tractat. Tum quo ad essentiam, a q. 2. vsq; ad q. 26. inclusiuè, ita ꝙ quicquid in toto illo spacio traditur, pertinet ad essentiam Dei: Tum quo ad personas, a q. 27. vsq; ad q. 43. inclusiuè; ita ꝙ quicquid in toto illo spacio traditur, pertinet ad diuinas personas: Tū quo ad dependentiam creaturarum a Deo, a q. 44. vsq; ad q. 119. inclusiuè; ita ꝙ quicquid in toto illo spacio traditur, pertinet aliquo modo ad dependentiam creaturarum ab ipso. En totus hic liber. Porrò tractatus de essentia habet quatuor tractatulos de Deo. s. An sit, q. 2. Quomodo sit, a q. 3. usq; ad q. 13. inclusiuè: Quomodo operetur, a q. 14. vsq; ad q. 25. inclusiuè: An beatus sit, q. 26. Tractatus uerò de personis habet quinq; tractatulos. s. De origine personarum. q. 27. De relationibus originis. q. 28. De personis absolutè, in communi a quæst. 29. vsque ad quæst. 32. inclusiuè: & in speciali a q. 33. usque ad q. 38. inclusiuè; De personis comparatiuè, a q. 39. usq; ad q. 43. inclusiue. Tractatus autem de dependētia habet tres tractatulos scilicet Qđ creaturæ a Deo dependent & in esse, a q. 44. usq; ad q. 46. inclusiue; & in distinctione, a q. 47. usq; ad q. 102. inclusiue; & in gubernatione, a q. 103. vsq; ad q. 119. inclusiue.

Epilogus.

¶ Primum igitur huius summæ uolumen, continet tres magnos tractatus. s. De diuina essentia, De diuinis personis, De diuinis operibus ad extra. Quorum tractatuum tractatuli (cum quilibet habeat suos) ascendunt ad numerum duodenarium. Quindecim ergo tractatib. communiter. i. tum paruis tum magnis connumeratis, absumitur Prima pars theologiæ Angelici Doctoris.

Summa summarū.

¶ De quo ergo tractatur in hoc uolumine? R. De Deo vno (per q. 25. Dempta præambula, priores) trino (per q. 17. sequentes) omnium aliorum creatore (per q. 76. subsequentes.) Subiectum ergo huius libri (largè loquendo. i. quod per totum librum extenditur) quid est? R. DEVS VNVS, TRINVS, CONDITOR MVNDI.

Comm. Cardinalis Caietani.

INTENTIO D. Thomæ in hoc prooemio manifestata, & ex parte officij Doctor. & ex parte nouitiorum, aduersari uidetur prima fronte intentioni meę: dum textus nouitijs cōstructus a me Doctoris subtilitatibus replendus creditur. Verum, si autoris rationes hic redditas, diligentius discusserimus, aberrasse meum propositum non videbitur. Nouitijs namque opus hoc conuenire dicitur, nō ratione facilitatis, aut superficialis, aut epilogalis, aut introductorij tractatus, sed ratione sectarum, superfluitatum, omissæ repetitionis, & pulcherrimi ordinis ab ipso inuenti. Vt enim, in processu apparet, omnes theologales difficultates, & ex proprijs hic distinctè tractantur. Et quoniam quandoque minus perspicaces, ac impares opus hoc, sortitur interpretes, multosque habuit impugnatores, & sectatores, multo plures pareret si perspicuum fieret; necessarium fore duxi, profecturis in Theologia exponere opus hoc, & non maiora, sed posteriora, & modernis minus nota apponere, iuxta mei uires ingenij; id omnes monens, ut dictorum tantum rationes uideant, atque examinent, & sic acquiescant, uel refutent. Non enim tanti sum, nec sic arrogans, ut meam proponam authoritatem; sed eatenus dico hic, & ubique, quatenus reddita ratio testatur. Propterea ubi defecero, correctori, ut adiutori gratias ago. Verba quoque erroris, falsitatis, deceptionis, ignorantiæ, & aliorum huiusmodi, non contra personas, sed contra opiniones, & hoc etiam quatenus minus solidæ sunt uel apparent, interpretanda esse uolo; quoniam personis nullo pacto, opinionibus uerò non nisi, ut dissonant, aduersari intendo.

Ferr. 1. contr. c. 4. & 6.
Scot. prol. 1. s. q. 1.
Riccar. 1. s. q. 1. prol.
Mairo. prol. 1. s. q. 21.
Bacco. 1. s. q. 21.
Aegi. 1. s. q. 4. 2. principali prol.
Henr. Gai. 1. p. q. 1. a. 19.
Cap. 1. 1. q. con. 6. in prol. q. in resp. ad 6. q. 3. con. 2. q. 1.
Nicol. de Nisri in p rin.
Henr. art. 3. q. 3. 4. & 5. & ar. 5. q. 3.
Bannes q. 1. art. 1.

QVAESTIO I.

De sacra doctrina Theologia, qualis sit, & ad quæ se extendat

ET PRIMO de eius necessitate.

CIRCA quæ quærenda sunt decem.

¶ Primo, De necessitate huius doctrinæ.
¶ Secundo, Vtrum sit scientia.
¶ Tertio, Vtrum sit una, uel plures.
¶ Quarto, Vtrum sit speculatiua, uel practica.
¶ Quinto, De comparatione eius ad alias scientias.
¶ Sexto, Vtrum sit sapientia.
¶ Septimo. Quid sit subiectū eius.
¶ Octauo, Vtrū sit argumētatiua.
¶ Nono, Vtrum uti debeat metaphoricis, uel symbolicis locutionibus.
¶ Decimo, Vtrum scriptura sacra huius doctrinæ, sit secundum plures sensus exponēda.

ARTICVLVS I.

Vtrum sit necessarium præter physicas disciplinas, aliam doctrinam haberi.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur, ꝙ non sit necessariū pter physicas disciplinas

SVPER Q. I. ART. I.

NOT. Circa ly Vtrum, quod singulis articulis præponitur, hoc pro uniuersalissima regula firmiter habendum est: quòd maximis rationibus adductus Sanctus Ecclesiæ Catholicæ Doctor quæsita sua (licet ipse in fidei, morum, cœterorumque theologalium, sana intelligentia procul dubio solidissimus esset) tali modo formauit. Primò quidem: ut dubitantibus in fide satisfaceret, iuxta monitum principis apostolorum catholicos Doctores sic alloquentis. 1. Petr. 3. Parati semper ad satisfactionem omni poscenti vos rationem de ea, quæ est in vobis, spe & fide: eosdemque dubitantes in veritate Christiana confirmaret. Vt igitur. B. Petro meliori, quo potest fieri, modo obediret: personam dubitabili modo poscentis induit (uelut alter Ioannes Baptista in persona discipulorum, non propria, quasi dubitando inquiens; Tu es, qui venturus es, an alium expectamus? Matth. 11.) quo distinctiùs, breuiùs, gratiosiùs, clariùs, firmiùs, semper & ipse ad satisfactionem poscentis rationem de theologicis paratior, & poscens ille ad redditam sibi de ijs rationem capescendam, fieret habilior. Secundò autem: vt per suas verissimas rationes plerumque naturales allatas palàm ostenderet: ea, quæ fidei sunt, non esse (ut hostes Ecclesiæ Sanctæ, oppositum garriendo, mentiuntur) contra rationem naturalem, sed ei ualde consentanea: licet sint suprà. Tertiò quoq; : vt veritatis aduersarios ualidiùs (tamquam fortior armatus superueniens, Luc. 11.) confusibiliùsq;, velut in suis ipsorum sedibus, confutaret, uniuersa eorū arma, in quib. confidebant, auferendo; & spolia eorum strenuè distribuēdo. Aufert quippe illorum arma, in quibus confidunt; dum argumenta eorum, quibus cæcitatem suam pro clara visione uenditare conantur, passim adducta responsis catholicis omninò dissoluit spolia uerò eorum distribuit; dum & credentes ipsorum talibus responsis a falsitate uendicatos ad ueram fidem reducit, & non credentes, ne sophisticis falsi nominis scientiæ illusionibus a uia recta in inuium abducantur, Angelico splendore defendit. Igitur per ly vtrum (reliquis, quæ sibi pro materierum diuersitate annectuntur, cointellectis) patēter ostenditur: ꝙ Diuus Thomas potens est & exhortari in doctrina sana: & eos, qui contradicunt, arguere (ut olim, se a suis desiderare, docebat Apostolus, cap 1. ad Titum). Nullo enim meliori modo, quam contradicentibus resistendo, & aperitur ueritas, & falsitas confutatur (ut dicit idem Sanctus, Opusculo 18. in fin.) Præ nimia itaque propria ignorantia rubore suffusi taceant Erasmizantes, aut similes, qui derisorio grunitu (uti sus Mineruam docens) eximij Doctoris huius ingenium carpere molientes coram puerulis iactitare præsumunt, quòd Thomas omnia posuit in verum. Si enim intelligerent hi ea, de quibus affirmant: scirent utique: decori, & quidem maximo, ascribendum esse (ut ex præmissis patet) hoc idem: quod ipsi uitio dant. Nam quid decorum magis: quàm perspicuis uerbis, rationibus ualidissimis (quantum natura tractatæ rei patitur) ostendere: quòd omnia, & singula dogmata theologica, non obstantibus in contrarium quibuscumq;, sunt & rationabilia, & uerissima, & conuenientissima? Quis uerò sapiens, Thomistica lectione instructus, nesciat: vniuersa bona hæc singillatim, & virtualiter cōtineri sub ly vtrū? Oia ergo Deū in sapientia fecisse, docuit p ly vtrum adiungendo rhū.

I
22. q. 2. a. 3. & 4. Et 1. prolo. a. 2. Et 1. contr. c. 4. & 6. Et ueri. q. 14. art. 11.

¶ Concl. Necessariū fuit hoi ad salutē, ꝙ ei nota fierēt ꝗdā p reuelatio-

uelationem diuinam, quæ rationem humanam excedunt. Ad ea etiam, quæ de Deo ratione humana inuestigari possunt, necessarium fuit hominem instrui reuelatione diuina.

¶PROB. Quia necessarium est homini, si uult saluari, quod eo gnoscat quædam de Deo, quæ rationem humanam excedunt: (est Deus, ut sic excedens, sit finis hominis secundum Esaiam: ideoq; ab homine præcognoscendus) & illa per rõnem humanam non potest homo cognoscere, (patet ex terminis) secunda autem pars. s. ad ea etiã &c. probatur. Quia si non reuelarentur diuinitus ea, quæ ratione humana inuestigari possunt, uix aliquis saluaretur (cum pauci post lõgum etiam tempus, cũ admixtione etiam errorum, ratione tãtum naturali cognoscãt Deũ, ex cuius tamen cognitione uera pendet humana salus.

μετὰ τὰ φυσικά, θεολογία, θεῖος λόγος.

*Aristo. 6. metaph. com. 2. tomo 3.

1^m de maiori.

Conari. R. per rationẽ solam inquirendo, non per fidem ipsa a Deo reuelata suscipiendo. §. Tunc nihil &c. Nam licet omnia necessaria inquirẽda sint, uel per rationem, uel per fidem, non tamen omnia per rationem, ut argumentum cum authoritate uolebat. Hoc responsũ confirmatur ex cõtextu ecclesiastici esse uerum in litera ly unde & ibidem, &c. Quasi dicat. Ideo plurima hæc ostẽsa sunt tibi, ut ad ea conaris inquirenda, non per nudam rationem, propter ly altiora te, ne q̃sieris, sed per fidem.

2^m de maiori.

Tractatur. R. Secundũ quod cognoscibilia sũt lumine naturali, non secundum, ꝗ cognoscibilia sunt lumine diuinæ reuelationis. §. Tũc nihil &c. Nam licet, si de omnibus entibus, secũdum ꝗ utroque modo cognoscibilia sunt, tractaretur in Physicis, esset superflua ista alia doctrina, tamen, quia de omnibus illis uno modo solum ibi tractatur, adhuc est necessaria ista alia. Idem enim tractari bis diuersimode potest esse necessarium, uel saltem utile: quamuis idem eodem prorsus modo tractari bis, sit superfluum. Vide hanc materiam totam 2. 2. q. 2. ar. 3. & 4.

¶COROLL. Ergo sacra doctrina de uno. s. de Deo (infra ar. 7.) considerat prædicata duplicia, scilicet excedentia rationem, & non excedentia illam, & ambo hæc prædicata unico medio diuina, scilicet reuelatione, assequitur, (ut patet in Biblia sancta.)

¶NOT. Vniuersalis. Dictum hoc in fine textus. s. Theologia, quæ ad sacram doctrinam, pertinet &c. quomodo aliquibus Sancti Thomæ dictis apparenter, licet uon uere, contrariu bene conueniat: uide in concordantiis eiusdem Sancti Doctoris a R. P. Bergomensi compilatas. Quæ ideo, & propter similia dubia in promptu solubilia, colligabuntur huic summæ post tertiam partem, de Saluatore nostro. Quandocũq; ergo inueneris in margine textus literam hanc maiusculam cum aliquo numero annexo. D. 699. 753. 1067. cui literæ correspondere solet in textu, d, paruũ: tunc recurre ad concordantias prædictas, quib. ritè uisis, consideratis, & (ut opus est) applicatis, omnia in luce clarescent. Propterea concordantias, quas nos hic specialiter, & alibi feceramus similes illis, nunc tamquam superfleas (prædictis iam colligatis) & hic, & alibi, ubiq; expunximus.

nas aliam doctrinam haberi. Ad ea. n. quæ supra rationem sunt, homo non debet conari, secundum illud Eccles. 3. Altiora te ne quæsieris. Sed ea, quæ rationi subdun tur, sufficienter traduntur in physicis disciplinis: superfluum igitur uidetur præter physicas disciplinas aliam doctrinam haberi.

¶ 2 Præt. Doctrina non potest esse nisi de ente: nihil enim scitur nisi uerum quod cum ente conuertitur. Sed de omnibus entibus tractatur in physicis disciplinis, & etiam de Deo: unde quædã pars philosophiæ dicitur theologia, siue scientia diuina, ut patet per * Philosophum in sexta, metaphys. Non fuit igitur necessarium præter physicas disciplinas aliam doctrinam haberi.

SED CONTRA est, quod dicitur 2. ad Tim. 3. Omnis scriptura diuinitus inspirata, utilis est ad docendum, ad arguẽdum, ad corripiendum, ad erudiendum, ad iustitiam. Scriptura autem diuinitus inspirata, non pertinet ad physicas disciplinas, quæ sunt secũdum rationem humanam inuentæ. Vtile igitur est præter physicas disciplinas esse aliam scientiam diuinitus inspiratam.

RESPON. Dicendum, quod necessarium fuit ad humanam salutẽ esse doctrinam quandã scdm reuelationẽ diuinam præter physicas disciplinas, quæ ratione humana inuestigantur. Primo quidem, quia homo ordinatur ad Deum, sicut ad quendam finem, qui comprehensionem rationis excedit, secundum illud Isai. 64. Oculus non uidit Deus absque te, quæ præparasti diligentibus te. Finem autem oportet esse præcognitum hominib. qui suas intentiones, & actiones debent ordinare in finem. Vnde necessariũ fuit homini ad salutem, quod ei nota fierent quædam per reuelationem diuinam, quæ rationem humanam excedunt.

Ad ea etiam, quæ de Deo rõne humana inuestigari possunt, necessarium fuit hominem instrui reuelatione diuina, quia ueritas de Deo per rationem inuestigata, a paucis & per longum tempus, & cum admistione multorum errorum homini proueniret. A cuius tamẽ ueritatis cognitione depẽdet tota hoĩs salus, quæ in Deo est. Vt igitur salus hominibus & conueniẽtius & certius ꝓueniat, necessarium fuit ꝙ de diuinis per diuinã reuelationem instruantur. Necessariũ igitur fuit, ꝑter physicas disciplinas, quæ per rationẽ inuestigantur, sacram doctrinam per reuelationem haberi.

AD PRIMVM ergo dicẽdum, quod licet ea, quæ sunt altiora hominis cognitione, uon sint ab homine per rationem inquirenda, sunt tamen a Deo reuelata suscipienda per fidem. Vnde & ibidẽ subditur. Plurima supra sensum hominum ostensa sunt tibi. Et in huiusmodi sacra doctrina consistit.

AD SECVNDVM dicendum, ꝙ diuersa ratio cognoscibilia diuersitatem scientiarum d inducit. Eandem enim conclusionem demonstrat astrologus & naturalis, puta quod terra est rotunda, sed astrologus per medium mathematicum, i. a materia abstractũ: naturalis autem per medium circa materiam cõsideratum. Vnde nihil prohibet de eisdem reb. de quib. physicæ disciplinæ tractãt, secundum ꝙ sunt cognoscibilia lumine naturalis rationis, & aliã scientiam tractare, secundum ꝙ cognoscuntur lumine diuinæ reuelationis. Vnde theologia, quę ad sacram doctrinam pertinet, differt secundum genus d ab illa theologia, quę pars philosophię ponitur.

ARTI-

APPENDIX.

Vtilitas ꝑ Ecclesia S. Dei.

EX articulo habes primo quomodo ꝑ per rationem confundas hæresim Dauidisgeorgii, seu Dauidicorum impiissime dicentium: Doctrinam omnem hactenus a Deo per Moysen & prophetas, per Christum & Apostolos traditam fuisse imperfectam, & ad salutem consequendam inutilem. Item hæresim Suencfeldii somniantis, scripturam sacram non esse uerbum Dei (ergo secundum eum, ut uidetur, non reuelatam.) Item, etiam hæresim Hermani Rissuich plusquam blaphemè dicentis. Nostram scripturam esse fatuam fictam Bibliam, delirum falsumque Euangelium, fidem fabulosam. Si res namque sic se haberet, ut hic impiissimus blasphemat: tunc profecto & non necessaria, & inutilis & noxia esset hæc sacra doctrina. Secundo habes hinc, quomodo per eandem rationem demonstres, has iustissimè fuisse a papa Innocentio in Concilio generali damnatas. Extra de sum. trin. & fi. cath. firmiter credimus & simpliciter confitemur, &c. quod sancta Trinitas primo ꝑ Moysen & sanctos prophetas, aliosque famulos suos, iuxta ordinatissimam dispositionem temporum doctrinam humano generi tribuit salutarem, & tandem unigenitus Dei filius Iesus Christus uerus homo factus uiam uitæ manifestius demonstrauit. Hæc ibi. Item etiam conciliis omnib. de hac re tractantibus damnatas, dum omnia libros ipsos sacros canonicosque appellarunt, pro talibusque susceperunt. Nouissime a Concilio Trid. sess. 4. decr. 1. sic. Qui ab ipsa synodo suscipiuntur, sunt infrascripti, quinque libri Moysi, Genesis, Exodus, Leuiticus, Numeri, Deuteronomium: deinde Iosue, Iudicum, Ruth, quatuor Regum, Paralypomenon duo, Esdræ duo Primus, scilicet & secundus qui & Nehemias, Tobias, Iudith, Hester, Iob, Psalterium Dauidicum 150. Psalmorum, Parabolæ Salomonis, Ecclesiastes, Cãticum Canticorum, Sapientia, Ecclesiasticus, Isaias, Hieremias, Baruch, Ezechiel, Daniel, duodecim prophetæ minores. s. Osea, Iohel, Amos, Abdias, Ionas, Micheas, Nahum, Abacuch. Sophonias, Aggeus, Zacharias, Malachias, Duo Machabæorum primus, & secundus. Testamenti noui quatuor Euangelia. s. scdm Matthęum, Marcum, Lucam,

D. 699. D. 1183. a

D. 1154. D. 1067. D. 1110. D. 1156.

Doctrina reuelata, quæ.

Lucam, & Ioannem, Actus Apostolorum a Luca Euangelista conscripti: quatuordecim Epistolæ B. Pauli Apostoli. s. ad Romanos, Corinthios duæ, Galathas, Ephesios, Philippenses, Collossenses, Thessalonicenses duæ, Timothæum duæ, Titum, Philemonem, Hebræos: Petri Apostoli duæ, Ioannis Apostoli tres, Iacobi Apostoli una, Iudæ Apostoli una, Apocalypsis Ioannis Apostoli. Si quis autem libros ipsos integros cum omnibus suis partib. prout in Ecclesia catholica legi consueuerunt & in ueteri vulgata latina editione habentur, pro sacris & canonicis non susceperit, Anathema sit. Statuit quoque & declarat sancta synodus, ut hæc uetus vulgata editio, quæ longo tot seculorum usu in Ecclesia ipsa probata est, in publicis lectionibus, disputationibus, prædicationibus, aut expositionibus, pro authentica habeatur, & ut eam nemo reiicere quouis prætextu audeat uel præsumat. Hæc ibi. Et merito quidem, quoniā præter quod ea tanta annorum numerositate in sancta Ecclesia recepta est: inter alias sacrorum uoluminum translationes & certior est & tutior & fidelior. Cæterum quoniam sensus scripturarum est anima literæ, a quo præcipuum fidei negocium pendet: ideo pro complemento declarandi præsentis articuli de doctrina sacra facientis mentionem, Concilii eiusdē in proposito loquentis canonem in eadem sess. decreto secundo, adducere necessarium duximus. Præterea (inquit) ad coercenda petulantia ingenia, decreuit sancta synodus, ut nemo suæ prudentiæ innixus, in rebus fidei & motum ad ædificationem doctrinæ christianæ pertinentium, sacram scripturam ad suos sensus contorquens: aut contra eum sensum, quem tenuit & tēnet sancta mater Ecclesia, (cuius est iudicare de uero sensu & interpretatione sanctarum scripturarum) aut etiam cōtra unanimem consensum Patrum, ipsam scripturam sacram interpretari audeat: etiam si huiusmodi interpretationes nullo unquam tempore in lucem edendæ forent. Qui contrauenerint, per ordinarios declarentur, & pœnis a iure statutis puniantur. Hæc ibi. Ex Concilio igitur hic damnatur Brentius dicens: ¹ * Quemlibet posse pro suo arbitratu exponere sacram scripturam. ² Nihil in ea difficile, nihil obscurum sibi persuasum habere. ³ * Item Sectarii. Qui scripturæ sacræ intellectum catholicum non admittunt. ⁴ * Item Quintinus. Qui scripturæ sacræ germanum, ac simplicem sensum non approbat. * Item Oecolampadius & Caluinus (Prat. Iudæorum hæreses.) Quorum ille cum Aquila Iudæo scripturæ sacræ sensum Isa. 7. peruertit dicens. Ecce Iuuencula concipiet. Hic uero testimonia de Trinitate, & Christi diuinitate loquentia cum Iudæis deprauat. ⁵ * Item Siblistæ dicentes: Scripturæ sacræ textum nudum solum recipiendum, legendum in scholis, atque populo, proponendum in Ecclesia absque ulla expositione, propterea quod omnes ⁶ sumus diuinitus edocti. * (ob hoc Sectarios crediderim ego, motos ad temeritatem illam euomendam, scilicet quod scripturam sacram, ac uerbum Dei tractare licet Laicis, etiam mulieribus, æquè, ac sacerdotibus.) ⁷ * Item Libertini. Qui irrident sacram ⁸ scripturam dicentes, se sequi spiritum uiuificantem. * Item Ioannes Vuiclef, Lutherus (Prat. Sectarii) dicentes: scriptura sacra adeo ex se est clara, ut nulla hominum de ea sit necessaria appro⁹batio. * Item Caluinus (Melchior Cano de locis theologicis lib. 2. cap. 6.) dicens Scripturæ sacræ iudicandæ non esse potestatem penes Ecclesiam, quasi quod ab huius nutu illius celsitudo pen¹⁰deat. * Item Lutherus (Melchior ibid. cap. 7.) dicens: scripturæ sacræ discernendæ a scriptura hominum, siue uerbi Dei a uerbis hominum, Ecclesiam habere quidem potestatem (contra Caluinum, ob hoc non damnatur Lutherus; at propter sequens, scilicet) sed proinde iudicem non esse. Ex Concilij autem decreto primo, scilicet de Canonicis libris supradicto, damnantur Ambro¹sius quidam. * Qui scripturæ sacræ utrumque testamentum reie²cit. * Item Carpocrates, Cedron, Manichæi seuerus (Prateo. Al³banenses: Libertini,) Qui totum uetus testamentum abiiciunt. * Item Lutherus (Alphonsus Castr. script. sac. 2.) Qui libros Machabæorum, eo quod tot suas, de suffragiis mortuorum, de pur⁴gat. de indulg. destruant hæreses, tollit. * Item Marcion, Cerdon (Alphonsus Castr. script. sac. 3.) Qui Euangelium Matthæi, ⁵ Marci, Ioannis, Item Cerinthus * (Alphonsus Castr. script. sac. 4.) ⁶ Qui Euangelium Marci, Lucæ, Ioannis. * Item Cerinthus Seuerus (Alphonsus Castr. script. sac. 5.) Qui librum Actuum Apo⁷stolorum. * Item Basilides. Qui Epistolas ad Titum, & Timo⁸theum. * Item Ebio. Qui omnes Pauli Epistolas, quoniam suæ positioni de obseruanda lege ueteri cum noua contradicunt, ne⁹gant. * Item Apocriphi. Qui solum Prophetas, & Apostolos ¹⁰recipiunt. * Item Lutherus. Qui Epistolas Apostoli Iacobi, secundam Petri. tertiam Ioannis Pauli ad Hebræos, Apocalypsim ¹¹Ioannis, aufert. * Item Alogianorum. Qui Euangelium Ioan¹²nis reiiciunt, & Apocalypsim. * Item Bulligerus (Prat. Iudæorum hæreses.) Qui Canonem cum Iudæis a Christianis habet distinctum, contendens duos libros posteriores Esdræ esse de Canone, & cum aliis Euangelicis reiiciens Machabæorum & Ecclesiastici libros. Ex eiusdem Concilii demum eodem primo decreto supradicto, ibi, scilicet cum omnibus suis partibus, prout &c. ¹ damnantur Appellitæ. * Qui primæ Ioannis c. 4. reiiciunt illud, omnis spiritus, qui sol Iesum (idest non confitetur, Iesum in carne uenisse) ex Deo non est. Item Lutherus. ² * Qui scripturæ sacræ loca, seu particulas, nouemdecim partim mutilauit, partim de¹prauauit, eo quod suis erroribus contradicerent. Ecce * Ostende mihi fidem tuam sine operibus, epist. Iacobi c. 2. corrupit sic osten de mihi fidem cū tuis operibus. (Hoc facit, ut bona de medio tol² lat opera.) * Certam uestram uocationem faciatis per bona opera 2. Pet. 1. Id totum, scilicet per bona opera, sustulit (simili inten³tione.) * Arbitramur, hominem iustificari per fidem. Rom. 3. Ad⁴didit. Solum (ut necessitatem operum excluderet.) * Factum ex muliere. Galat. 4. Adulterauit sic. Natum ex muliere (ut ue⁵ram Christi incarnationem ex B. Maria denigraret.) * Quomodo iterum conuertimini ad egena elementa, Galat. 4. peruertit sic, Ad leges mundi. (Vt ex hoc omnes leges ciuiles, forsan & ⁶& pontificias destrueret.) * Omnes peccauerunt, Ro. 3. Legit sic. Omnes sunt peccatores. (Vt actualitatem peccati ponendo in ho⁷minibus, cuncta hominum onera asserat esse peccata.) * Accipite armaturam Dei, ut possitis resistere in die malo, & in omnibus perfecti stare, Eph. 6. abstulit. Perfecti, legendo sic, ut in omnibus, quæ agitis, possitis stare, (ut nihil unquam perfecti affirmet es⁸se in homine.) * Vt abstineatis uos a fornicatione, Thessalon. 4. ⁹hoc omisit. (Ne sua opera carnalia destruerentur.) * Cum impositione manuum præsbyteri 1. Timoth. 4. uult per Præsbyteros, intelligi seniores laicos. (Vt libere sacerdotum ordinem laicis, ¹⁰etiam mulierculis, conferat.) * Per legem cognitio peccati. Ro. 3. corrupit addendo Solum (ut Mosaicam legem de qua ibi Pau¹¹lus, hoc modo minus dignam redderet.) * Illud 1. Timoth. 5. de uoti uiolati reis uiduis quod primam fidem irritam fecissent, non de uoto (ut tenet Christi Ecclesia, (sed de fide in Christum uiolata & abnegata, expungēdum uult. (Vt suas sancti monialium, ¹²monachorum, clericorumque, sacrilegas excuset nuptias.) * Nunquid non potestatem habemus sororem mulierculam circumducendi? 1. Corinth. 9. detorquet in sororem coniugalem. (Vt carnis habenas effundat, ducendi passim in coniugem, quæcumque concupiscentiæ hominum placuerit, & forsan ut suum etiam con¹³iugium sacrilegum cum monacha sola licitum esse ostendat.) * Verbum caro factum est. Ioan. transtulit sic. Verbum caro facta ¹⁴est (Ad quid, uiderit ipse.) * Verbum Domini manet in æternum. 1. Pet. 1. hoc amputauit. (ut de seipso uerificaretur illud. Si quis diminuerit de uerbi libri huius, auferet Deus partem eius de ¹⁵libro uitæ.) Ad * horam orationis nonam Actu. 3. peruertit sic, sub horam nonam ad orandum, (Vt statutas ab Ecclesia orandi ¹⁶horas auferret.) * Non introibit in eam aliquid coinquinatum Apocal. 21. legit sic, Nihil commune in eam introibit. (Ne peccati coinquinatio, quam ab homine numquam abesse uult, a cœlo¹⁷rum ingressu eum impediat.) * Quid admiramini, quasi nostra uirtute aut potestate, fecerimus? Actu 3. Iudæis ait Petrus cum sanasset claudum: Deo sit sic. Quasi nostro fecerimus merito. ¹⁸(Vt omne, ab Apostolis etiam, auferret meritum.) * Qui potest uos conseruare sine peccato. Epist. Iudæ, uastauit sic. Sine oppugnatione. (Peccati patronus non uult, peccatum homini abesse.) ¹⁹* Tibi soli peccaui, Psal. 50. Ex Hebræo se uertere mentitur sic. Tibi soli pecco. (idest, quicquid ago pecco, teste Brentio. Vt suā Lutherus perfidiam conseruaret, qua hominem ita uilificat, ut omnem actum cuiuscunque dicat esse peccatum.) Alios censuratores nebulosos taceo sciens, quod stultorum infinitus est numerus, & lectoribus studiosis, quibus prædicti uel similes quoquo modo in dies occurrent, in memoriam illud Isa. 51. reducā. Attendite ad Petram, unde excisi estis, & ad cauernam laci, de qua præcisi estis: Attendite ad Abraham patrem uestrum, & ad Sarram, quæ peperit uos. Pro agnoscenda tamen uel ignorantia mira, uel obstinatissima pertinacia hæreticorum prædictorum: uide canones Apostolorum antiquissimos, qui recepti sunt a sexta synodo. ut habetur in Decretis distin. 16. Placuit huic sanctæ synodo. Ibi canone 84. Cathalogum sacrorum librorum reperies: ubi inter alios & libri Machabæorum liber quatuor Euangelistarum, Epistolæ quatuordecim Pauli, Ioannis tres, Petri duæ, Iacobi una, Iudæ una, recipiuntur. In concilio quoque Carthaginensi tertio in eadem sexta synodo approbato, capitulo quadragesimoseptimo. Canonem diuinorum librorum idipsum dicentem leges. Sed Innocentium primum papam in Epistola tertia ad Exuperium Tholosanum Episcopum, cap. 7. uide libros eosdem esse de Canone, admittentem. Consule de his summam, uel corpus magnum, Conciliorum, & agnosce a tot seculorum curriculis codices continua successione pro Canonicis approbatos nō absque maximo sacrilegio hæreticaque labe a Nouatoribus istis nasutulis labefactari potuisse. ³ Tertio uides, quomodo ex omnibus præmissis uicissim Angelici Doctoris præsens firmetur articulus.

Errores cum autorib. suis circa sensū sacræ scripturæ.

Hæretici tollentes integros libros de Canone dānati.

Mutilātes in partib. scripturam, & deprauātes.

Luth. uilificat totum genus humanum.

Aurea monitio.

Comm.

Comm. Cardinalis Caietani.

IN titulo huius primi artic. tres terminos nota. Primo, ly necessarium: dupliciter. n. sumitur 5. Metaph. simpliciter, & ad finẽ. Hic sumitur secundo modo. Secundo ly physicas disciplinas. Dupliciter namque sciẽtia potest dici physica seu naturalis, q́d idem est: obiectiue, & sic est una pars scientiæ distincta, 6. metaphy. contra mathematicam, & metaphy. Et effectiue, quia secundum se nata est esse a principio naturali scientiarum. i. lumine intellectus agentis, & sic distinguitur physicum contra supernaturale. Et hoc modo sumitur in proposito, ubi physicæ disciplinæ appellantur omnes notitiæ acquisibiles lumine intellectus. Tertio, ly aliam doctrinam. Nõ dicit scientiam, opinionem, aut fidem, quod bene notandum esse in dubitando apparebit.

¶ In corpore sunt duæ cõclusiones rñsiuæ quæsito affirmatiuè, Prima est. Necessariũ est ad humanã salutem, esse doctrinã per reuelationẽ acceptã de multis, quæ humanã rõnẽ excedunt. Secunda est. Necessariũ est ad humanã salutẽ, esse doctrinam p reuelationem, de his quæ de Deo ẽt naturali rõne inuestigari possunt.

¶ Antequam probentur conclusiones, ad euidentiam distinctionis, & sufficientiæ conclusionum, nota duas distinct. Prima est ex primo contra gentiles. cap. 3. Duo sunt genera cognoscibilium de Deo principaliter: quædam demonstrabilia: quædam non nisi per reuelationem cognoscibilia. Illa sunt, trinitas personarum, beatitudo nobis promissa, incarnationis, & redemptionis mysteria. Illa uero sunt, Deum esse unum, immortalem, &c. Ratione reuelabilium tantum, posita est prima conclusio, ratione uero demonstrabilium posita est secunda. Altera distinctio est ex 5. Metaphysi. Necessarium ad finem dupliciter, ad esse, & ad bene esse. In prima conclusione sumitur necessarium primo modo, in secunda secundo modo.

¶ His præhabitis, probatur prima conclusio ex litera. Ordinatum ad Deum, ut finem, ignotum ratione naturali, consequendum tamen propria intentione, & actione, eget supernaturali disciplina, qua finem cognoscat, & operationes in illum dirigat: homo est huiusmodi: ergo. Probatur minor ex 64. c. Isa. Circa hanc conclusionem dubium statim occurrit, quid intelligatur hic nomine sacræ doctrinæ seu disciplinæ. Aut enim intelligitur fides, aut theologia. Si fides sequuntur duo inconuenientia. Primum est, quod idem bis quæreretur. Nam in secunda secundæ, q. 2. art. 3. quæretur, an credere aliquid supernaturale, sit necessarium ad salutem. Secundum est, quod æquiuoce sumitur sacra doctrina in hoc, & in sequentibus articulis. Nam constat quod in eis non sumitur pro fide. Si theologia, sequeretur quod fides absque theologia non sufficeret ad salutem hominis: quod est falsum. Sequela patet, quia in litera, dicitur, q̀ illa doctrina est necessaria ad salutem humanam. Falsitas uero consequentis & ex se patet, & ex ratione in litera assignata conuincitur, quia scilicet homo potest intentiones & actiones suas per fidei cognitionem in finem supernaturalem dirigere.

¶ Ad hoc dicendum est, quod sacra doctrina neq; sumitur pro fide, ut distinguitur contra theologiam, neque pro theologia, ut distinguitur contra fidem, sed sumitur pro cognitione a Deo reuelata siue formaliter, siue uirtualiter, ut habet rationem disciplinę, & doctrinæ abstrahendo a ratione crediti, & sciti. Cognitio em̃ qua egemus ad salutem prout a Deo docente in homine suscipitur, doctrina est & disciplina, iuxta illud Ioan. 6. Omnis qui audiuit a patre & didicit, uenit ad me. & de hac dicitur in conclusione hac, quod est necessaria ad salutem. Et quoniam cognitio huiusmodi ut disciplina est reuelata, abstrahit a ratione credendi, & sciendi, & a ratione reuelati formaliter, idest in seipso, & uirtualiter, idest in suis principijs, ideo hoc in loco, ubi de doctrina reuelata præter physicas disciplinas quæritur, ad nullum horum licet determinate descendere. Et sic aliud formaliter quæritur hic, & aliud quæretur inferius in Secunda secundæ; quia hic de doctrina, ibi de credere, & uniuoce sumitur hic sacra doctrina, & in sequenti articulo. Nec sequitur quod theologia ut distinguitur contra fidem sit necessaria, sed quod theologia ut abstrahit a fide & scientia, sit necessaria ad salutem, quod constat esse uerum propter rationem in litera assignatam. Nec ualet, fides sufficit: ergo theologia non requiritur. Tum quoniam in fide clauditur theologia (ut hic sumitur) sicut anima in homine. Tum quoniam scientia hæc apud Augustinum 13. de trinit. non solum nutrit, defendit, & roborat fidem, sed gignit eandem. Et uere sic est ex parte credibilium: fides enim licet sit a Deo infundente inclinationem ad credendum, est tamen ex auditu per uerbum Christi. quo ad credibilia, ut ad Rom. decimo; habetur in litera, & Sancto Thoma, & sic Theologia clauditur in fide, ut gignens eam. Et si inferatur, ergo quilibet fidelis adultus explicite credens, &c. est theologus: dicendum est, quod non simpliciter, sed particeps est theologiæ secundum quid, &c. scilicet, secundum principia, &c.

¶ Circa hanc partem est aduertendum, quod Scotus in 1. quæst. Prologi primi Sententiarum, nec a conclusione, nec à ratione discordat: sed a causa, quare finis ille est nobis naturaliter occultus. Nos enim dicimus, quod ideo finis ille est nobis naturaliter occultus, quia est supernaturalis finis animæ nostræ, & propterea quantumcumque perfecte nota esset nobis natura nostræ animæ quo ad naturalia, numquam cognosceretur sub ratione, qua ordinatur in talem finem, quia extra naturalium latitudinem est tam finis, qui illa animæ ratio. Ipse uero tenet, illum finem esse naturalem nostræ animæ, quamuis supernaturaliter adipiscendum, & tamen esse naturaliter incognitum, quia anima nostra non nobis naturaliter est nota, saltem pro statu isto, sub illa propria speciali ratione, qua ordinatur ad illum finem.

¶ Quod autem finis ille sit naturalis, probat tripliciter. Primo auctoritate Aug. in lib. de Prædestin. sanctorum. Proinde posse habere fidem sicut posse habere charitatem, naturæ est hominum, habere autem gratiæ est fidelium.

¶ Secundo ex appetitu. Homo naturaliter appetit illum finem, quem dicis supernatularem. ergo est ei naturalis.

¶ Tertio ex ratione naturalitatis. Potentiam comparata ad actum aut est naturalis, aut uiolenta, aut neutra, nec est ibi aliqua supernaturalitas: ergo intellectus, seu anima, naturaliter ordinatur ad uisionem Dei, seu fruitionem. Antecedens quo ad partem affirmatiuam declaratur, quia potentia aut inclinatur ad talem actum, aut repugnat tali actui, aut neutraliter se habet, si primo modo, est naturalis: si secundo, uiolenta: si tertio, neutra. Quo ad partem uero negatiuam declaratur differentia naturalitatis, a supernaturalitate, attenditur penes comparationem potentiæ ad agens naturaliter, uel supernaturaliter impressum in talem potentiam. Igitur comparando potentiam ad actum nulla est supernaturalitas. Consequentia uero probatur, ex eo quod anima inclinatur in omnem suam & præcipue summam perfectionem, qualis est actus fruitionis Dei, &c.

¶ Ad euidentiam huius difficultatis scito, quod apud nos potẽtia, aut est naturalis, aut uiolenta, aut obedientialis, & hoc tam in comparatione ad actum quam ad agens: nec aliqua est in rerum natura potentia neutra, omissis artificialibus, ut in quæstione de potentia neutra iuxta hunc articulum dicetur. Vocatur autem potentia obedientialis aptitudo rei ad hoc, ut in ea fiat, quicquid faciendum ordinauerit Deus, & secundum talem potentiam, anima nostra dicitur in potentia ad beatitudinem pollicitam, & finẽ supernaturalem, & alia huiusmodi.

¶ Vnde ad primum Scoti dicitur, q̀ Augustinus nõ dixit, quod posse habere fidem sit naturale homini, sed q̀ sit naturæ hominũ. Aliud est enim potentiam esse naturæ, & aliud esse naturalem. Primum enim significat subiectum potentiæ, secundum autem modum potentiæ, & ideo primum est uerum in proposito, secundum uero falsum. Potentia siquidem illa obedientialis ad fidem & charitatem, est in natura hominum, quia intellectiua est, non autem in natura leonina, quoniam sibi repugnat. Et hoc intendebat Augustinum. Ad secundum, negatur antecedens. Ad tertium uero negauit assumptum, & quo ad tertium membrum partis affirmatiuæ, & quo ad partem negatiuam, supernaturalitas siquidem attenditur etiam conferendo potentiam ad actum, quoniam sunt quidam actus, qui ex genere suo sunt simpliciter supernaturales, ut gratia, gloria, & alia huiusmodi, ut in alia quæstione patebit.

¶ Secunda aũt conclusio probatur: disciplina qua cõius, citi⁹ & tutius peruenitur ab hominib. ad cognitionẽ diuinorũ demonstrabilium, est homini necessaria: disciplina reuelata est hmõi, ergo. Omnia patent in litera & diffusius in primo contra Gẽtiles, c. 4.

¶ In responsione ad secundum, aduerte q̀ argũ erat hoc, omne ens est scibile per physicas disciplinas, ergo non restat aliquid scibile per doctrinam reuelatam, & consequenter non est necessaria. Consequentia prima probatur, quia nihil scitur nisi uerum, quod cum ente conuertitur. Antecedens uero patet sexto metaphy. & inductiue. Ad hoc autem dupliciter responderi potest secundum quod antecedens dupliciter distingui potest. Primo sic, Omne ens secundum omnia, quæ sunt cognoscibilia, uel non secundum, sed abstrabilia tantum a sensibilibus, est scibile per physicas disciplinas in primo sensu est falsum, in secundo uerum. Secundo sic, Omne ens omni modo, uel non omnimodo, sed inquantum illucescere potest per lumen intellectus agentis, est scibile per physicas disciplinas. In primo sensu est falsum: in secundo uerum. Quamuis autem utramque responsionem argumentum recipiat. placuit tamen authori secundam responsionem adhibere, non primam explicite: tum ut ex proprijs huius articuli, lumine, scilicet diuinæ reuelationis, oppositas difficultates soluere, tum quia prima responsio iam in corpore articuli in prima conclusione habebatur. Verumtamen Scotus in primo, quæstione prima Prologi, in solutione primi argumenti, pro philosophis hanc responsionem reprehendit, eo quod secundum eam non saluatur necessitas theologiæ: quam argumentum infringere intendebat. probat autem hoc sic. Ex hac responsione nihil aliud habetur nisi eadem per theologiã & alias scientias cognosci, quamuis alio modo: sicut per astrologiam, &

physicam scitur quod terra est rotunda: ergo non saluatur necessitas, sed distinctio theologiæ ab aliis. Tenet consequentia ex proportionalitate a te assignata: quoniam ex quo illa conclusio, terra est rotunda, est scita per alteram scientiarum, reliqua non est necessaria respectu illius quo ad sciendam conclusionem, quamuis sit distincta.

¶Ad hoc respondetur, ꝙ diuersitatem modi sciendi diuersitas obiecti formaliter sumpti, seu rõnis formalis obiecti comitatur: cõpatiendo tñ qñq; identitatẽ aliquo mõ alicuius cõclusionis, si adęquata est rõ modo: aut saltẽ comitatur diuersitas multarũ ueritatum scibilium, si inadæquata est, ut inferius ar. 3. patet. Vnde eædem res sub diuersis rationib. cognoscendi acceptæ, diuersitatem cognoscibilium inducunt. Et propterea dicendo, quod est diuersa ratio cognoscibiliũ implicite, insinuauit varietatẽ quoque cognoscibilium: scibilium, quam in prima conclusione expresserat. Et propter hoc negatur antecedens, quoniam ex hac responsione quamuis explicite, non habeatur nisi diuersitas modi cognoscendi, implicitẽ tamen habetur etiam diuersitas cognoscibilium.

¶Ad exemplũ aũt de Astrologia, licet dici posset, ꝙ exẽplorũ non requiritur assimilatio in omnibus, tamen exemplum sequendo dicitur, ꝙ sicut Astrologia alio lumine quã physica in aliquam conclusionem coincidit, & non in omnes: sic Theologia alio lumĩne & easdem ueritates, quas aliæ scientiæ, & alias ueritates de eisdem reb. considerat. Et sic quemadmodum Astrologia quamuis coincidat quoad materiam in aliquam conclusionem physicam: quia tamen alio lumine & consequenter alias ueritates considerat, est non solum diuersa, sed necessaria scientia, sic & Theologia est ab aliis diuersa & necessaria.

Alens. p. 1. su. q. 1. mem. 1.
Sco. 1. s. q. 4. prol.
Riccar. 1. s. q. 2. prol.
Duran. 1. s. q. 7. prol.
Mairo. 1. s. q. 14. prol.
Aegid. 1. s. q. 1. 2. prin. prol.
Cap. 1. q. 1. con. 3. & 5. in prol. con. 1.
Duran. 1. q. 1. 7. & 8.
Hen. gand. a. 6. q. 1. art. 6. q. 4.
Banens eodem loco.
P. de Pal. q. 2. prolo.

3 q. dist. 33. q. 1. a 2. q. 4. & 1. senten. prol. ar. 3. q. 2. & ueri. q. 14. art. 9. 3. & Boe. tri. q. 2. art. 2.

ARTICVLVS II.

Vtrum sacra doctrina sit scientia.

AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur, quod sacra doctrina non sit scientia. Omnis. n. scientia procedit ex principiis per se notis: sed sacra doctrina procedit ex articulis fidei, qui non sunt per se noti, cum non ab omnibus concedãtur; non enim omnium est fides, ut dicitur secundæ Thessalonic. 3. Nõ igitur sacra doctrina est scientia.

¶2 Præter. Scientia non est singularium. Sed sacra doctrina tractat de singularibus, puta de gestis Abrahæ, Isaac, & Iacob, & similibus. Ergo sacra doctrina non est scientia.

SED CONTRA est quod Augustin. dicit 14. de trinit.* Huic scientiæ attribuitur illud tantummodo, quo fides saluberrima gignitur, nutritur, defenditur, roboratur. Hoc autem ad nullam scientiam pertinet, nisi ad sacram doctrinam. Ergo sacra doctrina est scientia.

lib. 14. c. 1. a med. t. 3.

RESPON. Dicendum, sacram doctrinam esse scientiam. Sed sciendum est, quod duplex est scientiarum genus. Quædã. n. sunt, quę procedunt ex principiis notis lumine naturali intellectus, sicut Arithmetica, Geometria, & hmõi. Quędã uero sunt, quæ procedunt ex principiis notis lumine superioris sciẽtiæ: sicut perspectiua procedit ex principiis notificatis per Geometriã, & Musica ex principiis per Arithmeticam notis. Et hoc modo sacra doctrina est scientia, quia procedit ex principiis notis lumine superioris scientiæ, quæ scilicet est scientia Dei, & beatorum. Vnde sicut Musica credit principia tradita sibi ab Arithmetico, ita doctrina sacra credit principia reuelata sibi a Deo.

AD PRIMVM ergo dicẽdum, quod principia cuiuslibet scientiæ, uel sunt nota per se, uel reducuntur ad notitiã superioris sciẽtiæ, & talia sunt principia sacræ doctrinæ, ut dictum est.*

In cor. ar.

AD SECVNDVM dicendum, ꝙ singularia traduntur in sacra doctrina, nõ quia de eis principaliter tractetur, sed introducuntur, tũ in exemplum uitæ, sicut in scientiis moralib. tum etiam ad declarandũ auctoritatem uirorum, per quos ad nos reuelatio diuina processit, super quam fundatur sacra scriptura, seu doctrina.

ARTI-

SVPER Q. I. ART. II.

CONCL. Sacra Doctrina est sciẽtia subalternata.

¶PROB. Quia sacra doctrina procedit ex principiis, secunda autem pars. s. subal. probatur. Quia procedit ex notis lumine superioris scientiæ (. s. Dei ac beatorum, cum sit diuinitus reuelata art. 1.)

¶NOT. Procedere ex principiis, constituit scientiam, ex notis lumine proprio sciẽtiam nulli subalternam, ex notis lumine superioris scientiam ei subalternatam: Cuiusmodi ergo est illa superior, eiusmodi erit subalternatio. Nulli ergo humanæ scientiæ, neque inuentæ, neque inuenibili: subalternari unquam poterit Theologia hæc; quoniam illa, cui subalternatur, est scientia Dei & Beatorum. Ergo Theologia de qua conclusio, est Theologia uiatorum, & scientiarum uiatorum dignissima. Quia ergo uiatores inueniuntur. Ideo Theologia beatorum est subalternans. Quando igitur uiatores non erunt, & consequenter Theologia uiatorum non erit, puta post diem iudicii: Tunc Theologia beatorum non erit subalternans. Ergo in plus est Theologia subalternans, uel subalternata, quoniam illa semper fuit (cum ab æterno in Deo semper fuerit,) ista nõ, nisi quando uiatores inuenti sunt inueniuntur ac inuenientur. Et illa est sacra scriptura, ut supra ar. 1. per concilium ponitur.

1^m de minori. Per se. R. Vel immediate, i. in illa eadem scientia, uel mediate, idest in sibi superiori, §. Tunc &c. licet. n. sacra doctrina uiatorum non procedat ex principiis notis per se immediate, i. lumine proprio claro: procedit tamen ex notis per se mediate, i. in scientia sibi superiori.

¶NOT. 1. Nostra Theologia, ideo nouit sua principia lumine superioris scientiæ (ut habet litera) quia ab illa superiori scientia deriuatur fides uiatorum, quia nos credimus illis principiis, quæ ipsi clare uident.

NOT. 2. Commendabilis ubiquẽ mos Sancti Doctoris est: ex conclusionib. in corpore articulorum probatis, seu ex ipsarum conclusionum probationib. colligere, quid sit respondendum argumẽtis ueritatem illam impugnantib. Huius rei regnum manifestum est, quod ipse & hic, & alibi responsurus ad obiecta inquit. Ad primum ergo dicendum. Quid est ly ergo? Hoc est. Responsio hæc ad primum argumentum dicenda trahitur ex dictis in corpore articuli immediatẽ præmisso, tamquam ibi uirtualiter, idest implicite contenta: sed nunc pro solutionis argumenti faciliori captu explicite sub oculis omnium ponenda. Quod autem dico de primo responso, intellige etiam cõiter de reliquis. Nam ly ergo, quod in primo expresse ponitur, semper ferẽ in cæteris responsionibus subauditur, tãquã ipsis quoq; deseruiens, ac si dicatur. Ad secundum ergo dicendum. Ad tertium ergo dicẽdum. Commendabilis (dixi) est iste mos, quoniam sic procedẽdo D. Thomas simul & semel & diluit efficaciter argumenta, & ueritatem in corpore firmatam confirmat. Signum nãque, quod aliquid uerum sit est quãdo ex illo sic descripto definito uel alias clarato, obiectiones sibi aduersæ in cõtrarium adductæ, soluuntur. Istud. n. tamquam regulam irrefragabilem, docuit etiam practicẽ, philosophus in physicis, ubi ex determinatis de tempore, de loco, de &c. soluẽs contraria ipsorum, protestatur, se per hoc habere, quod prætermi nata de tempore, de loco, de &c. sunt uera (prout iam ante circa ipsa statuerat;) simulque magis in tali ueritate firmata.

2^m de maiori. Non est. R. principaliter: non, secundario. §. Tunc &c. Non. n. Theologia de singularib. est principaliter, sed per modum quandam introductorium.

APPENDIX.

EX articulo habes primo qũo per rationem conficias hæresim prædictam (ar. 1.) Hermani. Si, n. est scia: proculdubio, cũ scia sit uerorum (primo Posteriorum,) doctrina sacra non erit falsa. Item qũo per rationem confundas hæresim Raymundi Lull. (Directorium Inquisitorum 2. par. q. 9.) dicentis, omnes articulos fidei, Ecclesiæ sacra, potestatem Papæ, posse probari per rõnes necessarias, demonstratiuas, & euidentes. Hic enim Sanctus Thomas monstrat, ꝙ sacra doctrina est scientia subalternata, idest credens sua principia: non demonstratione sciens. Secundo habes: qũo p rõnem ostendas, Hermanum iustẽ damnatum a scriptura sacra 2. Cor. 11. Extollentẽ se aduersus scientiam Dei (. i. Theologiã) & Oseæ 4. Qm tu repulisti scientiam (. i. diuinitus prophetis reuelatam. Glo.) Ego repellam te. & sap. 13. uani sunt oẽs hoies, in quib. non subest scientia Dei, & in multis aliis locis. Item, quomodo per rationẽ ostendas, Raymundum ritẽ dãnatum ab Apostolo Heb. 11. fides est &c. non apparentium, & a Gregorio u. etiã de

Vtilitas p Ecclesia S. Dei.

a

de consilio fratrum suorum tum quoad præmissum dictum, tum quoad totam doctrinam suam. Viginti namque uolumina sua, ut uere hæreticalia condemnata sunt, diligenti examine præmisso, & tota doctrina sua generaliter interdicta. Vide directorium supra. Tertio uidere licet: quomodo ex his uicissim firmetur Angelica doctrina præsens.

Comm. Cardinalis Caietani.

IN titulo huius secundi articuli, nota duos terminos. Primo, ly scientia. Secundo, ly sacra doctrina. Scientia n. sumitur hic proprie, ut est intellectualis uirtus (sexto Ethicorum.) & habitus conclusionum per demonstrationem acquisibilis ex principiis. Et quoniam talia sunt subiecta, qualia permittũtur a prædicatis; consequens est, quod ly sacra doctrina, sumatur hic pro doctrina reuelata, ut est conclusionum. Neque. n. sumitur pro tota, quoniam stultum uidetur quærere, an tota cognitio claudens in se principia, & conclusiones sit scientia, cum constet, principiorum non esse scientiam, sed pro ipsa absolute, ut in primo articulo adiuncto respectu ad conclusiones: ita ꝙ sensus quæstionis est, an sacra doctrina, quam probauimus necessariam, quo ad conclusiones suas, habeat rationem scientiæ, an non: sed opinionis, &c. & sic idẽ omnino est subiectum quæstionis, & cõclusionis responsiuæ, & qõnes æquantur uere scitis iuxta doctrinam secundi posteriorum.

¶In corpore, proposita conclusione respõsiua, tria facit. Primo ponitur unica distinctio. Secundo modificatur conclusio responsiua. Tertio deducitur corollarium. Distinctio est, scientia duplex, alternans & subalternata, ex primo posteriorum. Differentia inter has est, quod subalternans procedit ex propositionibus per se notis, subalternata uero ex principiis notis non per se, sed lumine superioris scientiæ, ut patet in Arithmetica & Musica, Geometria & Perspectiua.

¶Circa hanc distinctionem, ac differentiam uide, ꝙ ex propria ratione scientiæ absolutè nascitur hæc differentia assignata in litera, & propterea tamquã prima & essentialis differentia inter subalternantem, & subalternatam suscipienda est, & ex his oportet omnes difficultates solui, si doctrina uera est. Scito igitur ꝙ de ratione scientiæ absolutè ut distinguitur contra alios habitus seu uirtutes intellectuales, est habere conclusiones uisibiles in alio. i. in principiis: quoniam omnis scientia ex principiis oritur necessario. Et ex hoc sequitur, ꝙ nec scientia subalternans, nec subalternata habet euidentiam conclusionum in seipsis, sed adiuto habitu principiorum. uerum in hoc differunt, quod subalternantis cõclusiones uisibiles sunt ex, & in principiis, immediatè. i. absque alio medio habitu: subalternate uero conclusiones uisibiles sunt ex, & in principiis per se notis mediate, mediante, scilicet habitu scientifico subalternante: Et hæc est essentialis, & per se differentia inter subalternantem, & subalternatam scientiam. Cæteræ autem conditiones sunt consequenter, aut sunt talis subalternæ, non subalternæ ut sic. Puta, quod una dicat, quia: & altera propter quid, aut quod obiectum addat differentiam accidentalem extraneam. Hęc namque est conditio subalternationis quo ad obiectum, illa uero subalternationis quo ad principia, gratia materiæ, ut infra patebit. Essentiale ergo, omni scientiæ proprie dictæ idest, discursiuæ, est habere conclusiones uisibiles, non in, & ex se, sed in & ex alio. Et ex his deducuntur quinque. Primo, quod omnis scientia est scientia ex sua continuatione ad habitum superiorem, quoniam non nisi ex illa continuatione euidentiam habet conclusionum. Et ut dicitur primo posteriorum. Non sciet non habens demonstrationem demonstrabilium. Demonstratio enim est quam continuat, non curando modo, actu uel potentia. Secundo, quod scientia subalternata est scientia ex continuatione, seu continuabilitate ad scientiam superiorem eadem ratione. Tertio, quod per se habitus principiorum proximorum subalternatæ est habitus scientificus subalternans. Quarto, quod scientia subalternans, & subalternata non necessario opponuntur ex parte obiecti, nec ex parte subiecti, sed potius ex parte conditionum medii, quia, scilicet medium in subalternante immediate iungitur principiis per se notis, subalternatæ uero mediate, mediante, scilicet habitu alterius speciei. Quinto, quod subalternata, & subalternans, sunt compossibiles in eodem subiecto, quia non opponuntur ex parte subiecti. Et ex his deducitur sextum quod principia proxima subalternatæ possunt duplici habitu, scilicet scientia superiori, & fide, ut in litera expresse dicitur, dum in corollario ponitur fides de principiis, & in distinctione ponitur lumen superioris sciẽtiæ de eisdem. Sed scientia superior est eorum habitus per se, quia ex essentiali comparatione, ex qua habet subalternata, quod sit scientia. Fides uero est eorum habitus per accidens, quia ratione subiecti in quo est, puta perspectiui, non geometræ. Est autem unum hic aduertendum, quod in prima, & essentiali conditione subalternatæ scientiæ concurrunt duo. Primum est ineuidentia in se cum euidentia ex, & in alio. Secundum est meditatio principiorum proximorum, quæ est causa illius ineuidentiæ in se, sed primum horum est formale, & consequenter omnino semper requisitum, secundum autem est materiale. Si enim posset saluari illa ineuidentia cum uisibilitate in alio absque mediatione, nihil minus subalternaretur illi. quia (ut iam patet ex dictis) penes illum modum euidentiæ est essentialis, & per se differentia inter subalternantem, & subalternatam, & hinc sequitur, quod non oportet principia subalternata ex formali ratione subalternationis habere propter quid, sed sat est, esse illo modo ꝓpositiones ineuidẽtes, & uisibiles.

¶Conclusio modificata est. Sacra doctrina est scientia subalternata scientiæ Dei, & beatorum. probatur. Habitus acquisitus ex principiis notis lumine scientiæ Dei & beatorum, est scientia subalternata illi; Sacra doctrina est huiusmodi. ergo.

Corollarium est, sacra doctrina credit principia reuelata sibi: a Deo. Probatur ex conditione subalterni artificis. Musica credit principia tradita sibi ab Arithmetico. ergo, &c.

Circa hunc articulum aduerte conclusionem responsiuam habere duas partes, scilicet & quod theologia est scientia, & quod est subalternata scientiæ Dei. Contra quidem primam partem multipliciter arguitur a Durando, Aureolo, & Gregorio de Arimino, ut habes hic a Capreolo ex conditionibus ipsius scire, & demonstrationibus assignatis primo posteriorum, & sexto Ethicorum. Ex parte obiecti, quia scientia est de necessariis: ista est de contingentibus, puta incarnatione, prædestinatione; glorificatione, &c. Ex parte principiorum, tum quia scientia est ex & per se notis, tum quia habitus principiorum scientiæ est superior habitu conclusionis. Ex parte certitudinis: tum quia sciens scit se scire, tum quia scientia est uirtus intellectualis. Et si dicatur, quod theologus scit se scire ex suppositione, scilicet si articuli fidei sunt ueri, ergo inquit Aureolus, ista est scientia consequentiarum, & non consequentium, & necessitatis consequentiæ, & non consequentis, & breuiter illationum, non rerum. Ex parte modi. Sacra doctrina inquit Scotus in tertia sentent. distinct. uigesimaquarta, quæstione prima, non est tradita per discursum syllogisticum, sed omnibus æque assentimus, ita quod non uni propter aliud: ergo antecedens manifestatur, quia licet arguatur primæ ad Corinth. capitulo decimoquinto, & a Doctoribus. Nulla tamen maior certitudo est probatæ, quam probantis, aut probatæ, & non probatæ, sed simpliciter propositæ, quod in scientia non contingit. Ex parte demum subiecti, fides & scientia apud te non stant simul, inquit Scotus ibidem, & q. 3. prologi primi. ergo.

¶Contra secundã aũt partem, seu minorem allatæ rõnis, multipliciter arguitur impugnando duo. Primo diuersitatẽ theologiæ nostræ a theologia Dei, & beatorũ. Scđo, ꝙ distinctio illa, q̃ est inter eas qualiscũq; sit, nõ est distinctio cũ requisitis conditionib. ad subalternantẽ, & subalternatã. Scotus igitur im 1. sent. q. 3. Prologi dupliciter inuehit contra primũ. Scientia Dei non põt esse nisi una formaliter; igitur nulla est subalternata. antecedens patet, q̃a Deitas non est nisi una rõ formalis. Præterea de eisdẽ ueritatib. primo impossibile est esse subalternantẽ, & subalternatã, quia q̃a ubi illa desinit, hæc incipit: istæ sunt de eisdẽ, ergo. Hæc duo motiua simul ab Aureolo innuuntur sub alia forma sic. Subiectũ subalternatæ addit ad subiectũ subalternantis, sed subiectum theologię nostræ nõ addit. ergo. Contra scđm aũt Scotus ibidẽ, & in tertio ubi supra, dupliciter arguit. Scĩa subalternata dependet a subalternante, ut a cã, ista non dependet sic a scĩa beatorũ. ergo. Probatur minor; causa scĩæ non est nisi obiectũ, potentia, subiectũ, uel lumẽ, quorũ nullũ est scĩa illorũ. Præterea, subalternata, & subalternãs sunt cõpassibiles in eodẽ subiecto, istæ nõ sunt cõpassibiles: ergo. Probatur minor, q̃a sequeretur, ꝙ idẽ esset simul cõprehensor, & uiator. Demum contra idem arguit Durandus, subalternans dicit propter quid, & subalternata quia: istæ non sic se habent, ergo: Probatur minor, quia theologalia non habent propter quid, & si habent, idem dicimus nos, & beati. Puta propter quid Christus est incarnatus, scilicet propter humanam salutem, &c.

¶Ad euidentiam huius difficultatis scito duo. Primum est, ꝙ theologia nostra potest dupliciter considerari. Vno modo scđm se. Alio modo, ut in nobis uiatorib. Si consideretur secundum se, sic proculdubio est scientia subalternata scientiæ beatæ quo ad euidentiam, cum ex eius continuabilitate scientiæ rationẽ induat, dũ procedit ex principiis scđm se notis lumine beato, & contra hoc paucæ, aut nullæ rationes militant, qm̃ primæ rõnes infringunt theologiã nostrã in nobis non esse scientiã, secundæ uero nõ esse subalternatã totaliter, non quoad aliquid. Si aũt consideretur, ut in nobis uiatoribus, sic difficultates moræ emergunt. Et putatur, quod etiam apud Sanctum Thomam sic accepta non sit scien-

scientia, nisi æquiuoce, ut alibi ipse dicere uidetur; nec sit subalternata nisi secundum quid, scilicet quo ad euidentiam, & si hæc considerentur, facilis esset quæstionis solutio. Verum mihi uidetur aliter esse interpretandum Sanctum Thomam quo ad secundum præcipue punctum. Nam quo ad primum punctum, scilicet, quod theologia nostra ut in nobis uiatoribus non sit, aut sit scientia, utraque pars potest sane intellecta dici, & quod non est scientia: scilicet non habet scientiæ rationem perfecta, quia non uere scit qui non potest resoluere in principia euidentia, & hoc intendit ubicumque hoc innuit: & quod est scientia imperfecta ratione status præsentis. Scientia enim imperfecta non est extra latitudinem scientiæ, & hoc affirmauit litera. Et ne daretur occasio male intelligendi, cum fuisset tantum quæsitum, utrum esset scientia, responsum est affirmatiue cum aduersatiua subiuncta, ut completa responsio esset cum ordinatione specificante, & non absolute, non enim probauit quod est scientia, sed quod est scientia subalternata, ut ex qualitate adiuncta intelligeres imperfectionem, quam in statu hoc habet.

¶ Quo ad secundum uerò punctum de subalternatione, uidetur mihi, quod de subalternatione simpliciter intendat litera. Tum quoniam de tali distruxerat ante conclusionem. Tum quia, ut patet ex dictis, subalternatio quo ad euidentiam oritur ex ratione scientiæ. Et propterea tenendum arbitror, quod theologia nostra secundum se, est uere scientia simpliciter subalterna: ut in nobis uero uiatoribus, est scientia imperfectè, sed simpliciter subalterna. Tu autem nomine, cum disputas, caue ne fallaris, pro eadem accipiens theologiam secundum se, & theologiam nostram secundum se, hæc enim ualde differunt, quoniam theologia secundum se est scientia, quam nata est parere Deitas secundum se, & hæc est theologia, quam Deus de seipso habet: sed theologia nostra distinguitur, si ly nostra, demonstret humanam naturam simpliciter, in theologia beatorum & uiatorum, non oportet autem distingui, si ly nostra, demonstret uiatores: & sic accipitur in proposito; hæc tamen potest accipi secundum se, & ut in nobis uiatoribus. Habes autem distinctionem hanc ultimam ex litera, dum in corollario manifeste loquitur de theologia nostra, ut in nobis uiatoribus: quorum est credere principia. Et in conclusione responsiua locutus est de eadem secundum se, conuenit siquidem ei secundum se oriri ex principiis notis secundum se lumine superioris scientiæ, &c. Secundum est: quod quia omnia nostra translata in Deum seclusis imperfectionibus transferri intelliguntur: consequens est, & quod scientia ratione euidentiæ, & certitudinis non quo ad discursus imperfectionem, & quod subalternate, non quo ad discursus demonstratiui probationem principia subalternate, sed quo ad euidentiam illorum, & causalitatem notitiæ eorum in aliis, transferantur in Dei scientiam, ac per hoc, non oportet ex subalternatione quod principia Theologiæ nostræ sint conclusiones Theologiæ beatorum, sed sat est quod sint propositiones euidentes Theologiæ beatorum. Sicut si geometria absque discursu esset, haberet quam nunc habet euidentiam de principiis perspectiuæ, sed non eodem modo, & nihilominus subalternans esset. Quia igitur conclusiones theologales procedunt ex articulis fidei ut principiis non in se euidentibus, sed in scientia Dei & beatorum, consequens est, quod habet essentialem conditionem constitutiuam scientiæ subalternatæ, & quod est scientia ex continuatione ad scientiam Dei & beatorum: & quod habitus per se principiorum eius est scientia diuina, habitus uero per accidens eorum est fides, & quod non opponitur scientiæ beatę ex parte obiecti, nec subiecti: sed secundum euidentiam, & ineuidentiam negatiue, & quod sint compossibiles in eodem subiecto simul. Nec est idem iudicium de scientia subalternata & fide: quoniam lumen diuinum absolute est per se ratio formalis huius notitiæ: inquantum scientifica est. Lumen autem diuinum obumbratum est per se ratio assensus fidei, quæ per accidens est, ut dictum est, habitus principiorum horum, & ideo habitus principiorum non remanebit in patria: scientia autem acquisita ex eis remanebit, iuxta illud Hieronymi: Discamus in terris, &c. Vnde ad rationes in oppositum contra primam partem inductas sigillatim propter nouitios respondendo dicitur.

¶ Et ad primum dicitur, quod incarnatio, & alia huiusmodi secundum se contingentia, ut subsunt huic scientiæ, sunt necessaria, quemadmodum ut scita a Deo sunt necessaria, ut in quæstione quartadecima patebit.

¶ Ad secundum uero iam patet, quod ista scientia est ex per se notis, idest euidentibus mediate, & hoc sufficit, iuxta illud primi Topicorum. Demonstratio est ex per se notis: uel ex his quæ per illa fidem sumpserunt. Habitus quoq; per se principiorum huius scientiæ est altior ipsa, quicquid sit de habitu per accidens, id est fide, quæ dici potest altior scientia quo ad adhæsionem, licet non quo ad euidentiam.

¶ Ad tertium autem dicitur quod Theologus scit, se scire non conditionaliter, sed subalternate, hoc autem non est scire illationes tantum, sed illata ex tali ineuidentia, nisi quod tale scire non est perfectum, nisi continuetur cum superiori scientia, quod non solum concedimus, sed docemus. Et similiter dicimus quod scientia subalterna usquequo non continuatur subalternanti, non est uirtus intellectualis, sed inchoatio uirtutis intellectualis, & ideo spectat ad eandem uirtutis speciem, scilicet scientiam.

¶ Ad quartum, quod est Scoti, negatur antecedens: quoniam in sacra scriptura traduntur demonstrationes uirtualiter, & generatur alius habitus a fide, ex deductione conclusionum ex articulis fidei. Nec est uerum quod omnibus assentiamus æquè seu eodem modo, quoniam articulis assentimus non propter aliud: conclusionibus autem, de quibus solis est hæc scientia, assentimus propter articulos. Et cum dicitur quod æquè assentimus probatis & simpliciter propositis, respondetur. Si omnia simpliciter credenda proponerentur, theologia nostra in se quidem esset scientia, quia conclusiones suæ secundum se natæ sunt deduci ex articulis fidei: sed quo ad nos, non esset scientia, sed fides, & non solum æque, sed eodem modo assentiremus omnibus: uerum quia de facto articuli proponuntur nobis simpliciter credendi, cætera autem ut ex articulis deducenda, ideo non eodem modo assentimus principiis & conclusionibus. Nec æque assentimus conclusionibus probatis & non probatis, propter quod circa non probatas tanta opinionum diuersitas in sacra doctrina toleratur, & propterea est scientia non solum in se, sed quo ad nos, imperfecta tamen.

¶ Ad ultimum autem iam patet, quod non ponimus fidem & scientiam de eodem simul, quia fides est de articulis, scientia autem de conclusionibus.

¶ Ad argumenta uero contra secundam partem respondendo dicitur, quod scientia de Deo adæquata, non potest esse nisi una, inadæquata uero potest multiplicari: talis autem est theologia. Vel dicatur, & melius, quamuis in idem redeat, quod antecedens est simpliciter falsum, quoniam ad unitatem scientiæ requiritur & unitas rationis formalis obiecti ut res, & unitas rationis formalis obiecti, ut obiectum, ut in sequenti patebit articulo. In proposito autem, quamuis Deitas sit una ratio formalis obiecti utriusque theologiæ ut res est, alia tamen est ratio formalis eiusdem obiecti ut obiectum est in utraque theologia: quoniã Deus ut clare uisus obiicitur beatis. Deus autem ut reuelatus abstrahendo a claritate & obumbratione, obiicitur theologiæ nostræ absolute sumptæ.

¶ Ad secundum dicitur, quod theologia nostra & beatorum nõ sunt de eisdem ueritatibus: prout manifeste patet de ueritatibus articulorum fidei, de quibus est theologia beatorum, non nostra. Et per hoc patet responsio ad formam argumenti Aureoli. Concedi siquidem potest, quod subiectum theologiæ nostræ addit aliquo modo subiectum theologiæ beatorum, accipiendo subiectum nostræ theologiæ pro toto aggregato ex subiecto ut re, & ut obiecto: sic enim subiectum est Deus reuelatus. Reuelationem autem constat addere differentiam accidentalem. At si pertinaciter ex parte obiecti ut res est, additionem talem quis exigat in subiecto subalternate, negatur assumptum uniuersaliter: licet in quibusdam uerificetur. Nec oppositum dicitur primo Posteriorum, sed docetur ibidem, quod una scientia non descẽdit in aliam, nisi subiectum sit sub subiecto simpliciter, uel sic, quod concedimus, dum dicimus scientiam beatorum descendere in nostrã, quia formale subiectum, ut res, est omnino idem utrobique, & ut obiectum huius, est obiectum illius.

¶ Ad reliqua uero obiecta contra secundum pũctum dicitur, quod ista scientia dependet a theologia beatorum ut a lumine, & quod sunt compossibiles simul in eodem. Nec sequitur quod idẽ sit simul uiator & comprehensor, sed sit simul comprehensor, & habens scientiam, quam acquisiuit in uia. Alio modo, non solum propter exclusionem discursus, sed propter perfectionem quam ex continuatione ad scientiam beatorum sortitur.

¶ Ad ultimum Durandi, negatur, theologales conclusiones nõ habere propter quid, quicquid sit de principiis. Et si idem propter quid, nos & bene dicamus, non tamen eodem modo, quia illi euidenter, nos autem absque euidentia. At si principia dicatur oportere habere propter quid, responsum est, quod sufficit quod non sit euidentia in subalternata, sed in subalternante, & hoc loquendo de propter quod proprie. Nulla namque est propositio purè theologalis, quæ non habeat aliquo modo propter quid.

¶ Et sic patet responsio ad omnia obiecta.

Aegi. 1. s. q. 3. a. princ. in prolo. *Hen. gan. ar. 6. q. 3. princ.*
Dur. p. q. 4. *Banes eo. loc.*
Cap. p. q. 3. & con. 4. q. 3. con. 3. a. 4. q. con. 6. q. 4. con. 3. *Alb. Mag. p. dist. p. ar. 3.*

ARTICVLVS III.

Vtrum sacra doctrina sit vna scientia.

AD TERTIVM sic proceditur. Videtur quòd sacra doctrina non sit una scientia: quia secundum Philosophum in primo Posteriorum,* vna scientia est quæ vnius generis subiecti. Creator autem & creatura, de quibus in sacra doctrina tractatur, non continentur sub uno genere subiecti. Ergo sacra doctrina non est una scientia.

¶ 2 Præterea, In sacra doctrina tractatur de Angelis, de creaturis corporalibus, de moribus hominum: huiusmodi autem ad diuersas scientias philosophicas pertinent: igitur sacra doctrima nõ est una scientia.

SED CONTRA est, quod sacra scriptura de ea loquitur sicut de una scientia: dicitur enim Sap. 10. Dedi illi scientiam Sanctorum.

RESPON. Dicendum, sacram doctrinam unam scientiam esse. Est enim unitas potentiæ & habitus consideranda secundum obiectum; non quidem materialiter, sed secundum rationem formalẽ obiecti: puta homo, asinus, & lapis conueniunt in una formali ratione colorati, quod est obiectũ uisus. Quia igitur sacra scriptura considerat, aliqua secundum quòd sunt diuinitus reuelata (secundum quòd dictum est *) omnia quæcunque sunt diuinitus reuelabilia, communicãt in una ratione formali [d] obiecti huius scientiæ: & ideo comprehendũtur sub sacra doctrina, sicut sub scientia una.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd sacra doctrina non determinat de Deo, & de creaturis ex æquo, sed de Deo principaliter, & de creaturis secundum quòd referuntur ad Deum, ut ad principium vel finem. Vnde vnitas scientiæ non impeditur.

AD SECVNDVM dicendum, ꝙ nihil prohibet inferiores potentias vel habitus diuersificari circa illas materias, quæ communiter cadũt sub una potentia uel habitu superiori, quia superior potentia uel habitus respicit obiectũ sub uniuersaliori ratione formali: sicut obiectũ sensus cõmunis est sensibile, quod comprehendit sub se visibile & audibile. Vnde sensus communis cũ sit una potentia, extendit se ad omnia obiecta quinque sensuum. Et similiter ea, quę in diuersis scientiis philosophicis tractantur, potest sacra doctrina una existens considerare sub una ratione, inquantum, s. sunt diuinitus reuelabilia. Vt sic sacra doctrina sit uelut quædam impressio diuinę scientiæ, quæ est vna simplex omnium.

AR-

SVPER QVAEST. I. ART. III.

COncl. Dicendũ, sacram doctrinam vnam scientiam esse.

¶ Prob. Quia sacra doctrina habet vnam rationem formalem obiecti, respectu omnium a se consideratorũ. (Hæc est diuina reuelatio): & vnitas, vel pluralitas, habitus attenditur penes formalem rationẽ obiecti, (Patet a simili de potentia.)

3 Inf. ar. 4. & in prol. ar. 2. 3. & 4. ca. & 5. 2.
* 1. Poster. tex. 43. c. 1.

¶ Not. Ratio formalis obiecti est, quæ respondetur ad ly quare: Ratio materialis obiecti ad ly quid. Ideo materialis etiam dicitur ratio obiecti ut quod, formalis autem ratio obiecti ut quo: materialis dicitur ratio obiecti per accidens (nam obiectũ illud, puta homo, videtur per aliud. i. ratione alterius, quia. s. coloratum est) formalis autẽ ratio per se: materialis dicitur rõ obiecti mediata, formalis autem immediata. Verbi gratia: Theologia quid cõsiderat? Creatorem, Creaturas. Quare, vel quomodo, ista considerat? Quia, vel secundũ quod, sunt reuelata.

1^m de maiori. Vnius. R. dicti secundũ analogiam saltem: non semper, secundum vniuocationem. §. Tunc nihil &c. Licet enĩ Creator & creatura non cadant hic sub una consideratione uniuoca, vt arguitur: cadunt tamen sub una consideratione analoga, vt nos intendimus.

¶ Coroll. Ergo ánaloga, sunt non tantum, quæ ad unum tertium referuntur, ut substantia & accidens, respectu entis: sed etiam illa, quorum unum refertur ad aliud, ut creatura, creator (primo sent. q. prologi ar. 2.).

2^m de maiori. Tractatur. R. sub formali ratione uniuersaliori: non sub coæquali ei, quia tractatur in physicis. §. Tunc &c. Multa enim, ut unum, sub ratione uniuersaliori inspiciuntur ab uno: quæ non, nisi ut multa, sub particulariori ratione multis (patet de sensibus).

Pro Angelicæ doctrinæ sano intellectu.

¶ Not. Per hoc dictum in corpore, s. quòd omnia considerata in Theologia communicant in hoc quòd sunt reuelata, seu ꝙ omnia hic considerantur secundum quòd reuelabilia sunt. Per hoc (inquam) dictum confirmatum supra ar. 1. & hic ad secũdum ar. 4. & expressius. 1. sententiarum prol. ar. 4. videtur S. Thom. velle, quòd ens diuinum reuelabile sit subiectum Theologiæ: cum illa sit una conditio, & quidem de principalibus, subiecti; ꝙ omnia, quę determinantur in scientia, comprehendantur sub illo. Consequenter igitur pugnare videtur hoc dictum cum dicto infra ar. 7. vbi statuitur quòd Deus est subiectũ huius scientiæ. Duo tamen dicta hæc stant simul. Ad quod sciendum, regulari debemus secundum illam de principalibus subiecti cõditionem, quòd s. omnia quæ tractantur in scientia; comprehenduntur sub subiecto illius scientiæ. Eo igitur modo, quo tractata in theologia continebuntur sub utrouis illorum subiectorum, siue (quod in idem redit) eo modo quo subiectum utrumque prædictorum prædicabitur de tractatis in theologia; eo, inquam modo erit dicendum subiectum. Nam ad regulam datam, quæ illa propositio conditionem præmissam subiecti continet, iudicium de qualitate subiecti (quonam. s. modo subiectum sit) regulandum est. Videmus autẽ quòd esse reuelabile de omnibus cõtentis in theologia, vt sic, prędicatur

Regula pro subiectis sciẽtiarum cognoscendis.

dicatur in recto; & quòd Deus de his omnibus prædicatur non semper in recto, sed ut plurimum in obliquo. Non enim omnia hic tractata sunt ipse Deus, sed (infra artic. 7. c. & secundum), aut Deus, aut conditionata aliqualiter ad Deum: omnia vero tradita hic, ut sic, sunt reuelata seu reuelabilia. Secundum igitur regulam præmissam fatendum erit, quòd ens diuinum reuelabile est subiectum formale (reuelabilitas enim est ratio formalis: vt hic in corpore dicitur,) adæquatum tamẽ, Theologię; & quòd Deus est subiectum formale, principale tamẽ. Declaratur ex Philosopho 5. Metaph. lect. 6. Sancti Doctoris circa principium & sic. Subiectum scientiæ, cũ sit duplex. s. adæquatũ & principale, diuersimode cognoscitur. Nam subiectum adæquatum est, quod de omnibus consideratis in illa sciẽtia prædicatur per se: subiectum autem principale, quod etiam attributionis dicitur, est qđ principaliter ibi cõsideratur, & ad quod ordinantur omnia ibi considerata. Cũ ergo Deus habeat conditionem subiecti principalis (vt patet ad literam ar. 7. c. & secundum.) & ens reuelabile conditionem subiecti adæquati (vt hic in corpore, & ad secundum) concludendum videtur, quòd ens diuinum reuelabile est subiectũ adæquatum huius scientiæ, & Deus principale. Cõfirmatur ex S. Doctore ista declaratio. Nam in primo sententiarum ar. 4. prologi in responsione ad primum dicit sic, Deus non est subiectum, nisi sicut principale intentum: & sub cuius ratione omnia, quæ sunt in scientia considerãtur. Hæc ibi. Nec mihi dicas, ꝙ ibi non est locutus secundum propriam sententiã, sed secundum aliorum, aut quòd erat iuuenis tunc, aut quòd se retractat nunc. Nam responderi ad hoc poterit primò; quòd ibi si loqueretur secundum sententiam aliorum statueret subiectum esse aut res, uel signa (ut Magister sententiarum,) aut opera reparationis (ut Vgo de S. Victo.) aut totum Christum (ut Linconiensis) quod tamen non facit, sed quasi de proprio loquens post narrationem harum opinionum ponit, quòd subiectum omnes tres prædictas inibi conditiones amplectentes est ens diuinum per reuelationem cognoscibile, i. (vt ipsomet exponente hic in prima parte art. 1. ad secundum didicimus) ens quodcunque secundũ quòd cognoscitur lumine diuinæ reuelationis. Secundò etiam ad illud responderi poterit id, quod & ipse pro Aristotelis præcipuo sensu respondet ad Auerroem. Dicenti enim Auerroi, quòd Philosophus repetitionem facit de motu quasi corrigens, seu explanans dictum suum in tex. 1. 8. Physic. respondet sanctus: hoc esse quasi ridiculum: quoniam Philosophus copiam habuit corrigendi librum suum, correctionemq; ponendi in loco proprio ordinate absque repetitione. Videtur ergo a simili respõdendum hic: quòd S. Thomæ copia affuit corrigendi dictum suum in primo sententiarum supra, ibique (cum nondum impressus esset) emendationem, seu declarationem talem ponendi; si uoluisset. Quod & fecisset, si iudicasset hoc expediens: ut ex tertia nunc responsione patebit. Tertiò igitur respondendum: quòd mos Diui Thomæ insinuat contrarium eius, quod pro instantia adducebatur. Nam, quando se uel iuxta aliorum opinionem, uel minus bene locutum alicubi uidet (videt autem faciliter pro fœlicissima sua memoria: cuius fęlicitatis propemodum supramundanæ testis est Cathena eius aurea super Euangelistas infinita fermè sanctorum dicta ad uerbum è memoria pro mentis): tunc sic dicere solet

Ar. præce.
D. 1154. Subiectum theologiæ.
Instantia quorundã. Responsio prima.
2
3

let: Hoc etiam aliquando mihi visum est, sed diligenter considerandi apparet hoc non esse verum, quia &c. Sic dicit in 3.q.9.ar.4. & q.12.ar.2.& q.70.ar.4.& q.62.art.6.ad tertium. item 1.2.q.8. ar.6. seipsum humillime, perparique sapientia retractans: Ex hoc lectoribus discretis subtiliter innuens; retractationes aut rarissimas, aut nullas (quod melius puto) sibi unquam ascribendas; nisi de huiusmodi ipse mentionem expressam fecerit. Sua igitur dicta profundius inspicienda semper mihi uidentur ex præmissis: & sensum suum alta mente repositum altius perscrutari, quam aut iuuẽtutem eius, aut opinionis eorum sequelam, aut retractationem, in eo prætexere. Ita enim fiet: Vt & tanto doctori debitus literarũ honor satius asseruetur: & studendi desiderium legentibus incitetur. Alioquin plures moderni pro studio magno absque causa sibi cras vendicabunt huiusmodi uerba: Erat iuuenis retractauit se; opinionem aliorum secutus est. Hactenus pro conformitate Angelicæ doctrinæ cum debita omnium reuerentia, dicta sufficiant.

APPENDIX.

Vtilitas pro Eccle. S. Dei.

EX artic. habes primò: quõ per rationem ostendas, sacram scripturam Sap. 10. rectè loqui in singulari de Theologia tanquam de una scientia dicens, dedit illi scientiam sanctorum. De tali etiam locutione circa Theologiam vide multas sententias supra ar. 2. & in pluribus locis scripturarum. Secundò vides: quomodo ex his vicissim Angelica firmetur præsens conclusio.

Comm. Cardinalis Caietani.

IN titulo nota duos terminos, s. subiectum, & prædicatum: ly enim sacra doctrina, sumitur pro tota scientia theologica: ly vna, supponitur pro unitate specifica speciei specialissimæ. Et aduerte caute quòd hic non quæritur utrum sit una simplex qualitas, sed utrum sit una scientia, secundum speciem, quicquid sit de modo unitatis ipsius sciẽtiæ in communi, an. s. sit una unitate simplicitatis, an unitate ordinis &c. Nihil enim refert ad propositũ, quid quisque sentiat. Sat est hic discutere an theologia sit sciẽtia una secundum speciem specialissimã, an non, sed sit diuisibilis in multas species: & ut mathematica diuiditur in geometriam, arithmeticam, &c. ita hæc diuidatur in sciẽtias plures, puta de Deo, de Christo, de moribus.

¶ In corpore est una conclusio responsiua data affirmatiuè. Sacra doctrina est scientia una. Probatur, unitas potentiæ & habitus est secundum unitatem rationis formalis obiecti, ergo sacra doctrina est scientia una. Antecedens declaratur in potentia uisiua, & ratione formali sui obiecti. Consequentia uerò probatur. Omnia considerata in sacra doctrina communicant in una ratione formali obiecti huius scientiæ, scilicet lumine diuinæ reuelationis: ergo.

¶ Ad euidentiam huius rationis nota duplicem esse rationem formalem obiecti in scientia, alteram obiecti ut res, alteram obiecti ut obiectum: vel alteram ut quæ, alteram ut sub qua. Ratio formalis obiecti ut res, seu quæ est ratio rei obiecti, quæ primò terminat actum illius habitus, & ex qua fluunt passiones illius subiecti, & quæ est medium in prima demonstratione, ut entitas in metaphysica, quantitas in mathematica, & mobilitas in naturali. Ratio autem formalis obiecti ut obiectum, uel sub qua, est immaterialitas talis, seu talis modus abstrahendi & diffiniendi: puta sine omni materia in metaphysica, cum materia intelligibili tantũ in mathematica, & cum materia sensibili, non tamen hac, ut in naturali. Necessitas autem, qualitas, & distinctio harum rationum sumenda est ex distinctione duorum generum, in quibus oportet locare obiectum scientiæ. Oportet enim quòd formaliter sit talis res, taliter scibilis. Et ideo oportet quòd habeat & rationem formalem constituentem formaliter ipsam in tali esse reali, & rationem formalem constituentem formaliter ipsam in tali esse scibili, ut sic reponatur & in genere rerum, & in genere scibiliũ: quemadmodum obiectum sensus est in duobus generibus, s. sub passibili qualitate, & sub sensibili. Aliæ namque sunt differentiæ & species passibiles qualitatis, & aliæ sensibilis. Illius enim sunt species, Color, Sonus, Odor, &c. Istius uerò species sunt, Visibile, Audibile, Odorabile, illius differentiæ sunt constitutiuæ rerum obiectarum istius differentiæ nihil ponunt in ipsis rebus obiectis. Illæ rursus constituunt subiecta, istæ passiones, iuxta illud 2. de Anima: ubi uisibile prædicatum secundi modi per se, seu passio ponitur coloris. Et quemadmodum sensus distinctio, & multiplicatio non attenditur, secundum quamcumq; diuisionem sensibilis qualitatis, sed solum secundum illam in illa quinque, ex quibus fluit diuisio per se sensibilis in eo quod sensibile, per proprias, s. differẽtias ipsius sensibiles: puta taliter immutatiuum esse sensus, &c. quoniam sensus dicitur diuidi secundum diuisionem sensibilis inquantum sensibile: Ita obiectum scientiæ est in genere entis, & in genere speculabilis, ita quod hæc duo genera aliis & aliis differentiis propriis diuiduntur in proprias species. Entis enim differentiæ propriæ sunt constitutiuæ entium in suis generibus realibus, sicut esse per se constituit substantiam, & esse in alio accidẽs, &c. Speculabilis autem propriæ differentiæ nihil ponunt in entibus. Vnde illæ intrinsece constituunt subiecta, istæ constituunt quasi passiones eorum: quandoquidem & speculabilitas entis passio est. Et propterea, illa sola entis diuisio diuersificat habitus speculatiuos, quæ infert propriam diuisionem speculabilis ut speculabile est per proprias differentias ipsius speculabilis: quæ penès diuersitatem modi abstrahendi a materia sumuntur 6. Metaphysicæ. Ita quòd primo diuiditur ratio entis in entitatem simpliciter, quantitatem, & mobilitatem, & Deitatem. Et ex hac fluit alia diuisio scibilis, in scibile per lumen metaphysicare, i. medium illustratum per abstractionem ab omni materia: & per lumen mathematicum, i. medium illustratum in materialitate sensibili, obumbratum tamen materia intelligibili, & per lumen physicum obumbratum, i. medium obumbratum materia sensibili, illustratum autem ex separatione indiuidualium conditionum: & per lumen diuinum, i. medium diuino lumine fulgens: quod scibile theologicũ constituit. Habet igitur obiectum scientiæ duplicem rationem formalem, alteram quidditatiuam ut res est: alteram denominatiuam sui simpliciter. Quidditatiuam autem sibi ut est sub genere scibilis, quod est esse sub genere obiecti, quoniam scibile, species est obiecti. Et ideo dictum est, quod altera est obiecti ut obiectum est: & quoniam quemadmodum sensus distinguitur secũdũ distinctionem sensibilis ut sic, ita scientia diuiditur secundum diuisionem scibilis ut sic: ita quòd ubi est una species specialissima scibilis, ibi oportet esse unam tantum speciem scientiæ quemadmodum etiam in sensu & sensibili accidit. Et ubi plures differentiæ scibilis ut sic reperiũtur, diuersas oportet scientiæ species ponere: & si his adiunxeris quòd differentiæ scibilis ut sic, sunt ipsæ rationes formales obiecti scibilis ut obiectum est, de necessitate sequitur, quòd vnitas & diuersitas specifica scientiarum attendantur penes unitatem & diuersitatem rationum formalium obiectorum, ut obiecta sunt, uel quod idem est rationum formalium obiectorum, ut obiecta sunt, uel quòd idem est rationum formaliũ sub quibus res sciuntur. Et hoc est quod in litera dicitur, dum ratio quare theologia sit una scientia assignatur, ex unitate rationis formalis sub qua, seu obiecti ut obiectum, i. luminis diuinæ reuelationis. Omnia enim dicuntur considerari in theologia, inquantum sunt diuinitus reuelabilia. Et sic patet uis & sensus rationis allatæ in litera.

¶ Circa hanc rationem sic expositam occurrit triplex dubium. Primum circa ipsam rationem; secundum circa antecedens: tertium circa propositionem assumptam in probatione consequentiæ. Et sunt sigillatim absoluenda ordine proposito.

¶ Circa rationem igitur literæ dubium occurrit: quia in æquiuocationem cecidit; quoniam in antecedente loquitur de ratione formali obiecti vt res est (ut patet ex eius probatione in uisu: assumitur namque coloris ratio pro ratione formali uisibilis: coloris autem ratio, est ratio formalis uisibilis inquantum res, ut patet.) Probatio uerò cõsequentiæ loquitur de ratione formali obiecti ut obiectum est: quoniam reuelabilitatem subsumit esse rationem formalem obiecti theologiæ. Ergo manifeste committitur æquiuocatio, sub ratione formali obiecti ut res, subsumendo rationem formalem obiecti ut obiectum.

¶ Ad hoc dicitur, negando assumptum; Quoniam antecedens supponit indistinctè pro ratione formali obiecti siue ut res, siue ut obiectum: quamuis sit manifestatum quo ad rationem formalem obiecti, ut res, tum quia notior est, tum quia conuertibiliter se consequuntur illæ duæ rationes formales, ut subiectum & passio, ut dictum est: & propterea absque æquiuocatione subsumi potuit de ratione formali obiecti ut obiectum est. s. reuelabilitate. Et merito magis ratio obiecti, ut obiectum subsumpta est, quàm ratio obiecti, ut res: tum quia ratio obiecti theologici, ut res, adhuc non est assignata, sed in art. 7. discutienda erat: alia uero est assignata & in 1. & in 2. art. Tum quia ratio illius ut res, non infert speciem specialissimam obiecti, ut sic, & consequẽter nec speciem specialissimam scientiæ, ut nunc patebit, & sic non habuisset intentum suum.

¶ Sed contra responsionem insurgit maior difficultas: quoniã si uerum est, quòd ratio formalis obiecti, ut res, & ratio eius, ut obiectum, se habent, ut subiectum, & passio conuertibiliter (vt præfata responsio sustinet, & prius est dictum) sequitur quòd theologia beatorum & nostra, conueniant in una ratione formali obiecti, ut obiectum est: & consequenter sint una scientia secundum speciem specialissimam, & consequenter ruit tota subalternatio articuli præcedentis, ut ibi arguebat Scotus; quia idem non subalternatur sibi. Probatur sequela sic. Istæ theologiæ conueniunt in ratione

ratione formali obiecti, vt res, quia deitas est ratio formalis vtrobique ergo in ratione formali obiecti, ut obiectum. Patet consequentia: quia illæ duæ rationes formales conuertibiliter se inferunt, vt subiectum & passio secundum dicta. Oportet enim conuenientia in unitate subiecti, ꝙ conueniatur in vnitate passionis illius: qm inseparabilis est passio a subiecto. Ad hoc dicitur, ꝙ illa propositio, s. ratio formalis obiecti, vt res, & ratio eius ut obiectũ, sicut conuertibiles, &c. verissima est, sané intellecta, s. de rõne formali obiecti, ut sic, adæquata rationi formali rei. Secus autẽ est de ratione formali obiecti, ut obiectum, inadæquata ratione formali obiecti, vt res, si contingit aliquod obiectum habere rationem inadæquatam: quoniã inadequatam non oportet conuerti cum ratione rei: sed inferre quidem illam, & non necessario inferri ab illa. Sic autem est in proposito: quia deitati respondet vna tantum ratio formalis adæquata obiecti, vt obiectum est, & hæc est lumen diuinum. Sed illa ratio formalis non est vna in specie, sed in genere: & diuiditur lumen diuinum euidens, & lumen diuinum reuelans, abstrahendo ab euidentia & ineuidentia, & lumen diuinum ineuidens: & primum est ratio sub qua theologiæ beatorũ, secundum nostræ, tertium fidei. Et propterea, cum unitate rationis formalis obiecti, ut res, stat diuersitas specifica rationum formalium obiecti illius, vt obiectum: & consequenter diuersitas specifica habituum. Et ideo, quamuis deitas conuertatur cum illa ratione adæquata, & mutuo se inferant, non tamen conuertitur cum aliqua specie illius: & consequenter nullam earum determinate infert, sed infertur a singulis: valet enim Deus, sub ratione deitatis est obiectum talis scientiæ: ergo sub lumine diuino, & econuerso. Sed non ergo sub lumine euidenti: aut, ergo sub lumine reuelationis, &c.

¶ Et ut scias radicem responsionis huius, aduerte, quòd licèt duæ rationes formales sæpius nominatæ se habeant conuertibiliter, vt subiectum & passio, non tamen conuertibiliter se habent in gradu unitatis: ita quòd si altera una est unitate specifica specialissime: altera quoque sit sic una: & si altera est una genere, ꝙ reliqua quoque sit una genericé, immò totum oppositum in pluribus apparet. Nam in obiecto metaphysicæ, ratio entis, est una minus quam genere. & tamen ratio suæ speculabilitatis, s. abstractio a materia sensibili & intelligibili, est una secundum speciem specialissimam. Et idem apparet in geometria & arithmetica: quarum subiecta habent unitatem genericam, ut res, & speciei athomæ, ut obiecta. Et per oppositum, quandoque ratio rei est una secundum speciem athomam, & ratio obiecti ut sic, est una secundũ genus, & in proposito contingit de deitate & lumine diuino. Et merito opposito modo obiectum theologiæ se habet ad obiecto prædictarum scientiarum, quia obiectum formale, ut res est, infinitum est. Consonat quippe rationi, ut rei species infinita excedat species obiecti finitas, quamuis adæquetur generi. Posset quoque dici, quòd ratio formalis obiecti dupliciter assignatur. s. ex parte obiecti: & hæc cõuertibiliter se habet ad rationem rei. Vel ex parte defectiuæ potentiæ: & hæc non conuertitur, sed infert rationem formalem rei, & non infertur ab illa. Sic autem est in proposito, quòd deitas & lumẽ diuinum conuertuntur: sed deitas & lumen diuinum sic non conuertuntur: sed tale lumen infert & claudit in se deitatem: non autem econuersò. Et ideo licitum fuisset etiam sub ratione formali rei subsumere lumen reuelationis: quoniam in hoc clauditur illa.

¶ Circa antecedens est dubium, habens campus valdè magnũ, de unitate, & diuersitate habitus & potentiæ ex obiecto: & propterea oporteret de hoc facere potius quæstionem specialẽ. Sat sit hic, quòd antecedens illud ex secundo de anima habetur, ubi potentiæ per actus, & actus per obiecta distingui dicuntur. Idem est enim de actu & habitu iudicium quo ad hoc.

¶ Circa propositionem assumptam in probatione consequẽtię .s. omnia considerata in sacra doctrina conueniunt in una ratione formali, id est, reuelabilitate, dupliciter dubitatur. Primò contra ipsam in se. Secundò contra ipsam ut appellatur ad inferendum unitatem specificam theologiæ. Contra ipsam quidem in se arguit Albertus Magnus in primo libro summæ suæ theologiæ: Reuelabilitas nihil ponit in re reuelata: ergo non est ratio formalis. Tenet sequela, quia ratio formalis ponit aliquid in obiecto, cuius est ratio. Deinde arguit Aureolus: Lumen diuinum se habet ad theologiam, ut intellectus agens ad scientias acquisitas: ergo non est ratio formalis.

¶ Præterea, Deus se habet ut preceptor: ergo sua reuelatio nõ est ratio formalis.

¶ Contra ipsam autem ut infert unitatẽ scientiæ arguit Aureolus: Si Deus reuelaret simul philosophiam, & geometriã, non propterea esset una scientia: ergo ex unitate reuelationis non sequitur unitas scientiæ, &c.

¶ Pro euidentia responsionum ad has obiectiones, ultra pdicta, scito, quòd lumen diuinæ reuelationis dupliciter comparari põt ad aliquam scientiam. Primò, ut infundens ad infusum, seu causa effectum: & sic non dat unitatem scientiæ: qm põt omnes sciẽtias quantumcũq; diuersas infundere. Alio modo, ut ratio seu modus cognoscendi obiecti, sub quo, seu qua attingatur res reuelata a cognoscente: & sic dat unitatem scientiæ. Et quamuis illa duplex cõparatio concurrat hic simul, non tamen oportet semper simul concurrere. Si enim Deus reuelaret mihi geometriam, non propterea reuelatio esset ratio sub qua, obiecti geometriæ meæ: quoniã ego scirem geometricalia sub illamet ratione formali, qua alii geometræ scirent. Sed in theologia concurrit utraq; comparatio, qm & hæc scientia non nisi per infusionem habita est, & res scitæ in ea attinguntur, & eis assentitur ut subsunt diuino lumini, ut modo cognoscibilitatis earum. Et propterea unitas theologiæ infertur in litera ex unitate diuini luminis, non ut infundens est, sed ut ratio formalis, sub qua modo superius exposito.

¶ Et ex his patet facilè respõsio ad obiecta. Nam ratio Alberti æquiuocat de rõne obiecti, ex conditionibus rõnis formalis obiecti, ut res, excludendo rõnem formalem obiecti, ut obiectum, &c. Prima autem rõ Aureoli deficit, quia lumen diuinum se habet, vt intellectus agens, sed non tantum: sed etiam ut rõ formalis obiecti ut obiectum est. Secunda uero eodem modo deficit, quia præceptoris illuminatio hic non solum est infusio, sed ratio rei infusæ sub qua. Et rursus falsum est, ꝙ ab uno præceptore ut sic possint plures scientiæ prouenire. Ad ultimum autem Aureoli tam patet, quòd consequentia nihil ualet: quia lumen diuinum, infundendo physicam simul & mathematicam, non concurrit ut ratio obiecti, ut obiectum est, sed ut infundens tantum, &c.

Scot. 1. s. q. 4. s. prol.
Duran. 1. s. q. 4. prol.
Richar. 1. s. q. 4. prol.
Mairo. 1. s. d. 48. q. 2.
Bacco. 1. s. q. 4. prol.
Aeg. 1. s. q. unic. p. 4. pro.
Cap. 1. q. 2. prol. q. 1. con. 5. & 6.
Banes eo. loc.
Alb. Mag. pr. dist. p. ar. 4.
Pa. de Pal. q. 1. prol.

4 Inf. ar. 5. c. & 1. prolo. ar. 3. q. 1.
* tex. 3. comm. 3.

ARTICVLVS IIII.

Vtrum sacra doctrina sit scientia practica.

AD QVARTVM sic proceditur. Videtur quòd sacra doctrina sit scientia practica. Finis. n. practicæ est operatio, secũdũ Phil. in 2. Metap.* Sacra autem doctrina ad operationem ordinatur, sm illud Iac. 1. Estote factores uerbi, & non auditores tantum. Ergo sacra doctrina est practica scientia.

¶ 2 Præt. Sacra doctrina diuiditur per legem ueterem & nouam. Lex autem pertinet ad scientiam moralẽ, quæ est scientia practica. Ergo sacra doctrina est scientia practica.

SED CONTRA. Oĩs scientia practica est de rebus operabilibus ab homine, ut moralis de actib. hominum, & ædificatiua de ædificiis: sacra autẽ doctrina est principaliter de Deo, cuius magis homines sunt opera: non ergo est sciẽtia practica, sed magis speculatiua.

RESPON. Dicendum, ꝙ sacra doctrina (vt dictũ est) una existens se extendit ad ea, quæ pertinent ad diuersas scientias philosophicas pp rationem formalem, quam in diuersis attendit. s. prout sunt diuino lumine cognoscibilia. vnde licet in scientiis philosophicis alia sit speculatiua, & alia practica: sacra tamen tñ doctrina comprehendit sub se utramque, sicut & Deus eadẽ sciẽtia se cognoscit, & ea, quæ facit. Magis tamen est speculatiua quam practica: quia principalius agit de rebus diuinis, quam de actibus humanis: de quibus agit secundum ꝙ per eos ordinatur homo ad perfectam Dei cognitionem, in qua ęterna beatitudo consistit.

Et per hoc patet rñsio ad obiecta.

SVP. QVAEST. I. ART. IIII.

CONCL. 1. Sacra doctrina comprehendit sub se utramque. i. & speculatiuam & practicam.

¶ PROB. Quia sacra doctrina cõsiderat sua, ut sunt diuino lumine cognoscibilia; & sub eodem lumine diuino cadunt vtraque (.s. practica, ac speculatiua). quia sacra doctrina est impressio diuinæ sciẽtiæ (ar. 3. in calce); Et Deus eadẽ sciẽtia cognoscit speculatiue seipsum, practice ac speculatiue illa quæ facit.

¶ CONCL. 2. Magis tamen est speculatiua, quàm practica.

Ar. præce.

¶ PROB. Quia principalius tractat de rebus diuinis, quam de actib. humanis.

1^m de maiori.

Practica. s. sm ꝙ practica: non sm ꝙ speculatiua. §. Tunc &c. Nã sacra doctrina, inquantum est practica, ordinatur ad operationẽ: non inquãtum speculatiua. Concludit ergo argumentum, quod est practica: non autem ꝙ nõ sit speculatiua.

2^m de maiori.

Moralem. s. Ordinantem

tem operationes humanas ad beatitudinem.i.ad Dei cognitionē: non aliter. §. Tunc nihil &c.

APPENDIX.

Vtilitas pro Eccle. S. Dei.

Hinc habes primò: quō ex ratione conuincas hæresim Aetii, Eunomii(Prat. Anomi) dicentium, quòd Deus nihil aliud a nobis requirit,quàm ut ipsum solum cognoscamus. Item hæresim Antinomorum blasphemantium, quòd lex Dei sit prorsus inutilis, & quòd neque ante, neque post iustificationem necessaria. Si enim ista Theologia est practica modo;quo exponitur hic; Deus utique ultra,quàm quòd cognoscamus ipsum,aliud a nobis requirit. Si autem practica sit, aut speculatiua, vel vtrumque simul,modo hic declarato:vtique non erit lex Dei prorsus inutilis, & iustificationi hominum non necessaria. Secundò habes: quomodo ex ratione demonstres,iure has a scriptura sacra Iacobi 1. fuisse prædamnatas in hæc verba. Estote factores verbi,& non auditores tantum fallentes vosmetipsos,quia si quis auditor est verbi,& non factor, hic comparabitur uiro consideranti uultum natiuitatis suæ in speculo (considerauit enim se,& abiit; & statim oblitus est;qualis fuerit;) qui autem perspexerit in lege perfectæ libertatis,& permanserit in ea non auditor obliuiosus factus, sed factor operis; hic beatus in facto suo erit. Ex Iacobo igitur Apostolo uides, quòd lex Dei est & utilis & necessaria ad iustificationem nostram.(Hæc est beatitudo quædā hic inchoata): & quòd Deus plus a nobis requirit,quam quòd cognoscamus eum. Itē ab Apostolo Paulo iure damnatas Galat.5.in Christo Iesu neque circumcisio aliquid ualet,neque præputium; sed fides,quæ per charitatem operatur. Ecce fides facit,nos cognoscere Deum, & tamen reuera non sufficit ad nostram salutem; sed requirit Deus etiam a nobis opera per charitatem facta. Damnatas iure monstrabis per rationem & a Concilio Tridentino sessio.6. Cano.19. Si quis dixerit: Nihil præceptum esse in Euangelio præter fidem, cætera esse neque præcepta neque prohibita,sed libera,aut decē præcepta nihil pertinere ad Christianos: Anathema sit. Et Can.20. Si quis hominem iustificatum, & quantumlibet perfectum dixerit non teneri ad obseruantiam mandatorum Dei & Ecclesię,sed tantum ad credendum: quasi uerò Euangelium sit nuda,& absoluta, promissio uitæ æternæ sine conditione obseruationis mandatorum; Anathema sit. & Canon.21. Si quis dixerit,Christum Iesvm a Deo hominibus datum fuisse vt redemptorem, cui fidant; non etiam ut legislatorem,cui obediant; Anathema sit. Hæc ibi. Item uniuersaliter de lege antiqua habet Apostolus Galat.5. Testificor rursus omni homini circuncidenti se, quoniam debitor est uniuersæ legis faciendæ. Hoc tu etiam intellige de omni, qui baptizatur, respectu Euangelii. Prædicta etiam faciunt contra hæresim Lutheri dicentis, fidem solam iustificare: & contra hæresim Aetii sub aliis uerbis a præmissis idem sic dicentem, fidem solam absque ullo alio opere esse satis ad uitam æternam consequendam.

¶Tertiò vides: quomodo ex iis uicissim firmetur conclusio, & declaretur.

Comm. Cardinalis Caietani.

IN titulo notandum est, quid nominis scientiæ speculatiuæ, & practicæ. Scientia speculatiua uocatur,cuius finis proprius non est nisi scire:scientia autem practica est,cuius proprius finis est operari,vel opere appetitus,vel potentiæ executiuæ,dicente Aristotele 2.Ethic. Huiusmodi sermonem suscipimus,non ut scientes simus,sed ut operantes,&c.

¶In corpore duæ conclusiones. prima est,Theologia nec est purè practica,nec purè speculatiua:sed altior, comprehendens in se eminentius rationem practici & speculatiui.

¶Antequàm conclusio probetur ad euidentiam sensus conclusionis,scito,quòd practicum & speculatiuum,neque sunt differentiæ essentiales, neque quasi passiones consequentes differentias essentiales,primò diuidentes scientiam in communi: sicut nec uisiuum & auditiuum sunt differentiæ primo diuidentes sensum in communi. Sed quemadmodum sensus prius diuiditur in communem & proprium, & deinde sensus proprius diuiditur in uisum, auditum,&c. ita scientia prius diuiditur in scientiam infinitam & finitam: & deinde scientia finita diuiditur in speculatiuam & practicam. Et ratio huius est, quia una ratio formalis obiecti finita, non potest habere utramque conditionem, & quòd sit ex qua sumatur regula operandi, & quòd sit in se scibilis, etiam si nulla posset ex ea regula operis sumi.sed oportet has duas conditiones in duabus fundari rationibus formalibus finitis,ut patet inductiuè. Sed si ratio formalis alicuius obiecti scibilis est infinita, iam ex sua infinita utramque in se conditionem comprehendit altiori modo quam sint in rebus finitis, eò quòd dispersa in inferioribus,unitè præueniuntur in superiori. Et propterea sicut præter sensus proprios datur sensus altioris ordinis,qui non est uisus,nec auditus,&cæt. ita præter scientias speculatiuas & practicas datur scientia altioris ordinis,non speculatiua nec practica:sed eminenter continens utramque. Et iuxta hunc sensum intelligitur conclusio. Vndè in litera dicitur, quòd licet in scientiis physicis alia sit speculatiua & alia practica,idest,practicum & speculatiuum faciant alietatem,quæ est differentia substantialis: sacra tamen doctrina una existens comprehendit, utrumque, utpote scientia altioris ordinis.

¶Probatur igitur conclusio in litera sic.Sacra doctrina una existens extendit se ad ea,quæ spectant ad scientias speculatiuas, & practicas:ergo ipsa est altior,comprehendit sub se utrumque. Antecedens probatur ex præcedente articulo: sacra doctrina attendit unam rationem communem speculabilibus & operabilibus,s. inquantum sunt diuinitus reuelabilia:ergo. Consequentia probatur:quia huiusmodi scientia est sicut scientia Dei,qui,scientia eadem scit se & opera sua: ergo.

¶Aduerte hic pro claritate literæ,tria. Primum circa probationem consequentiæ ex antecedente probato, quod illa probatio est optima,& a priori, & non per locum a simili. Cum enim Theologia nostra nihil aliud sit quam impressio & sigillum proprium scientiæ diuinæ(quoniam utraque est de Deo, inquantum Deus:& hæc ab illa deriuatur sub illius luminis propria quamuis parua participatione) consequens est, ꝙ unitas illius, unitatem istius,& altitudo illius,quo ad utrumq; genus extenditur, altitudinem istius inferat. Et propterea ly sicut, in litera pro probatione appositum,non dicit primam similitudinem,sed assimilationē proprii exemplari ad proprium exemplar,&c.

¶Secundum est,quòd media in litera posita sic se habēt, quòd hæc doctrina,ideo comprehendit sub se utrumque, scilicet speculatiuum & practicum, quia una existens extendit se ad omnia. Et hoc ideo, quia sub una ratione formali omnia considerat: & hoc ideo, quia est Imitatio propria scientiæ, qua se, & cætera Deus scit,&c.

¶Tertium est circa ly,unde licet in scientiis: potest enim elici alia ratio ad probandam eandem consequentiam. Intendit enim quòd quia si affirmatio est causa affirmationis, negatio erit causa negationis, & econuersò, ut dicitur in primo Posteriorum: cum ex antecedente habeatur unitas rationis formalis in theologia ex diuersitate rationum formalium physicarum scientiarum: & constet quòd diuersitas rationum formalium diuersificat physicas in speculatiuam & practicam:sequitur quòd ex non diuersitate, seu unitate rationis formalis theologiæ,ipsa erit una simul continens speculatiuam & practicam.

¶Secunda conclusio est. Theologia est magis speculatiua, quā practica. Probatur dupliciter. Primò, agit principalius de rebus diuinis,quæ de actibus humanis:ergo. Secundò sic, Agit de actibus humanis propter Dei speculationem:ergo. probatur antecedens,quia in speculatione consistit æterna beatitudo.

¶Circa prædicta aduertenda sunt duo. Primum est,quod hæc interpretatio primæ conclusionis, non est ficta, aut noua, sed in corpore articuli insinuata,ut patet diligenter ponderanti quid importat dicere,quod una existens extendit se, &c. & consideranti, quod loquitur de unitate specifica, quam constat per se vnū constituere. Per hoc enim manifestè excludit rudem interpretationem eorum,qui intelligunt theologiam comprehendere in se practicum & speculatiuum per modum aggregationis: iam enim nō esset una nisi per aggregationem, & non sub una ratione formali, sed duabus:& propriè non comprehēderet sub se utrumque, vt in litera dicitur,sed cōponeretur ex utroque. Et quorsum ratio de identitate scientiæ Dei adducta esset in litera? Et ut omnis horū euacuetur fantasia,uideant sanctum Thomam 2.2.q.5.artic.3.ubi expresè ponit sapientiam infusam esse altioris ordinis, quam sit speculatiuum & practicum eadem ratione quam hic assumit,quia scilicet quanto est altior ratio,tanto ad plura se extendit una existens. Et affertur alia ratio, quia scilicet hoc pertinet ad dignitatem: cum ergo ista scientia sit dignissima,ut patebit, & habeat rationem unam communem omnibus practicis & speculatiuis, & sit diuini ordinis:tenebris inuolui opus est eum, qui aliter interpretatur eam comprehendere utrumque,quàm ut scientia altioris ordinis. Patet etiam idem ex calce præcedentis articuli: ubi expresè hæc doctrina ad alias scentias proportionem habere dicitur,sicut sensus communis ad sensus proprios,& ideo non diuersificari ex differentiis obiectorum eārum, utpote altioris ordinis. Et tangitur utraque ratio hic assignata, & ex parte vnius rationis formalis altioris:& ex parte imitationis diuinæ scientiæ:quia.s. est impressio & sigillatio propria illius,quæ est una & simplex nō per aggregationem omnium. Nec obstat comparatio subiuncta in secunda conclusione: quoniam cum hoc quod est eminēter utrumque,stat quod sit formaliter utrumque,sicut sol est eminenter calefactiuus

refactiuus & exiccatiuus,& tamen formaliter. Et Deus est eminenter intelligens,& volens & exequens,& tamen formaliter. Nec intendit aliud per illam comparationem, nisi quòd scientia speculatiua magis accedit ad naturam theologiæ quàm practica, sicut si diceremus,quòd sensus communis magis habet de natura visus quam auditus,sensus esset,quòd conditiones visus & sensus communis magis conueniunt, quam conditiones auditus, & sensus communis. Nec secus est in proposito. Nec etiam obstat si alicubi S. Thomas dicit, quòd est simpliciter speculatiua, & secundum quid practica: quoniam ratio dicti est, quia speculatiuum sonat differentiam perfectam scientiæ,practicum uerò minus perfectã: & conditiones speculatiuæ magis conueniunt tam excellẽti scientiæ,quam conditiones practicæ. Dicitur ergo speculatiua simpliciter,i.sine additione aliqua,quia est formaliter speculatiua, eminenter tamen. Dicitur autem practica secundum quid,& non absolute,ne detur intelligi quòd sit scientia imperfecta: quales sunt illæ,quæ absolute dicuntur practicæ. Nec refert ad propositum, an ponatur habitus theologiæ & uniuersaliter scientiæ unius propter simplicitatem qualitatis: an unus propter unitatem ordinis specierum intelligibilium;utroque namque modo oportet altioris gradus esse vel ordinem, uel qualitatem, quàm sit ordo, aut qualitas constituens speculatiuam distinctam contra practicam & econuersò. Secundum est,quòd ex hac positione manifeste apparet,quòd nec ex eo,ꝙ conditiones scientiæ speculatiuæ,nec ex eo quòd conditiones scientiæ practicæ conueniunt huic scientiæ, potest inferri:ergo theologia est speculatiua:aut,ergo est practica,vt una distinguit contra aliam:si ergo est speculatiua,uel eminenter continens rationem speculatiuæ: & similiter ergo est practica, uel eminenter continens rationes practicæ, & similiter, ergo est affectiua uel eminenter continens rationes Scoti in prolo.quæst. 4. ex diffinitione scientiæ practicæ,& ex obiecto huius scientiæ: quia scilicet ex eo sumuntur principia regulantia praxim, & huiusmodi,non concludunt eam esse practicam. Sed si ualent, cõcludunt (ut dictum est) eam esse practicã, uel eminenter continere rationem practicæ. Et propterea,tu qui disputationibus vacas,vtere & hac responsione,& distinctione illa præcisè & non præcisè talis,puta regula operis seu speculari,&c. quòd enim est præcisè tale est,aut practicum aut speculatiuum, ꝙ autem est tale, sed non præcisè,est quid altius,ut patet ex dictis. Iuxta hæc remanet quæstio specialis de praxi,& practico seorsum habenda.

S. Bon. 1.5.d.7.q.1.ar.1. Scot.1 5.d.7.q.1. Richar.1.5.d.7.q.1. Duran.1.5.d.7.q.2. Mauro.1.5.d.7.q.2. Bacco.1.5.d.5.q.1. Aeg.1.5.q.2 secunda q. prin.prol. Cap.q.p. prol. con.4. Banes eo.loc.

§ 12.q.66.2. 5.3. & 1. prol. ar.1. & 2. cont. c.4.fin.

SVP. QVAESTIONEM I.

ART. V.

CONCL. Ista scientia omnes alias trãscendit, tam speculatiuas,quam practicas.

¶ PROB. Quia ista scientia est tum certior ratione luminis ad cognoscendum, tum dignior ratione materiæ principaliter tractatæ. Secunda autem pars. s. quam &c. probatur,quia ad ultimum finem huius doctrinæ oĩs aliarum practicarum fines ordinantur.

Incipit hec epist. Sebe sium nr̃m. declinando ad fi. illius, habeť. t. 3.

1^m de maiori.

Certitudo. R.secũdum naturam: non semper, quo ad nos.§.Tunc&c. ut patet in litera. Ex qua elicio, quòd hære tici ab ethnico confunduntur. Si enim ad manifestissima i natura(ut sunt substantiæ abstractæ) intellectus noster se habet,sicut ocul[9] noctuæ ad lumen solis: quomodo non magis ĩproportionabiliter ser me infirmus erit ad cognoscendum Deum ipsum, ut est principium gloriæ, & ad penetrandum fidem fideique doctrinam?Qua de re Papa Clemens ait. In scripturis diuinis sunt multa,quę possunt trahi ad eum sensum, quem sibi unusquisq; sponte præsumpserit. Sed nõ oportet. Non enim sensum alienum & extraneum debetis qrere, ut quoquo mõ ipsum ex scripturis confirmetis: sed oportet,scĩetiam ab eo discere scripturarum, qui eam a maioribus secundum ueritatem sibi traditam seruat. In decreto distin.37.Relatũ. Vide ibi: quòd de traditione primò dicit.

ARTICVLVS V.

Vtrum sacra doctrina sit dignior aliis scientiis.

AD QVINTVM sic proceditur. Videtur quòd sacra doctrina non sit dignior aliis scientiis. Certitudo enim pertinet ad dignitatem scientiæ. Sed aliæ sciẽtiæ, de quarum principiis dubitari non potest, videntur esse certiores sacra doctrina,cuius principia, s. articuli fidei dubitationem recipiũt. Aliæ igitur scientiæ uidentur ista digniores.

¶ 2 PRÆT. Inferiores scientiæ est a superiori accipere, sicut Musicus ab Arithmetico; sed sacra doctrina accipit aliquid a philosophicis disciplinis. Dicit enim Hieronymus in epistola[a] ad Magnum oratorem vrbis Romæ, quòd doctores antiqui intantum philosophorum doctrinis,atque sententiis suos resperserunt libros, ut nescias quid in illis prius admirari debeas,eruditionem sæculi, an scientiam scripturarum. Ergo sacra doctrina est inferior aliis scientiis.

SED CONTRA est, quod aliæ scientiæ dicũtur ancillæ huius:Prouerb.9. Misit ancillas suas uocare ad arcem.

RESPON. Dicendum, ꝙ cum ista scientia quantum ad aliquid sit speculatiua,& quantum ad aliquid sit practica omnes alias transcendit tam speculatiuas, quam practicas. Speculatiuarum enim scientiarum una altera dignior dicitur, tum propter certitudinem, tum per dignitatem materiæ. Et quantum ad vtrumq; hæc scientia alias speculatiuas scientias excedit. Secũdum certitudinem quidem: quia aliæ scientiæ certitudinem habent ex naturali lumine rationis humanæ,quæ potest errare: hæc autem certitudinem habet ex lumine diuinæ scientiæ,quæ decipi non potest. Secundum dignitatem verò materiæ: quia ista scientia est principaliter de his, quæ sua altitudine rationem transcendunt. Aliæ uero scientiæ cõsiderant ea tantum quæ rationi subduntur. Practicarum verò scientiarum illa dignior est, quæ ad ulteriorem finem ordinatur,sicut ciuilis militari. Nam bonum exercitus ad bonum ciuitatis ordinatur. Finis autem huius doctrinæ inquantum est practica, est beatitudo æterna,ad quam sicut ad ultimum finem ordinatur omnes alii fines scientiarum practicarũ. Vnde manifestum est s̃m omnem modum eam d dignioremesse aliis.

AD PRIMVM ergo dicendum, ꝙ nihil prohibet id, quod est certius secũdum naturam, esse quo ad nos minus certum propter debilitatem intellectus nostri: qui se habet ad manifestissima naturæ sicut oculus noctuæ ad lumen solis, sicut dicitur in 2.Metaph. Vnde dubitatio quæ accidit in aliquibus circa articulos fidei,non est propter incertitudinem rei, sed propter debilitatẽ intellectus humani:& tamen minimum, quod potest haberi de cognitione rerum altissimarum, desiderabilius est quã certissima cognitio, quæ habetur de minimis rebus, ut dicitur in 11.de animalibus. †

AD SECVNDVM dicendum, ꝙ hæc scientia accipere potest aliqd a philosophicis disciplinis, non ꝙ ex necessitate eis indigeat, sed ad maiorem manifestationem eorum quæ in hac scientia traduntur. Nõ enim accipit sua principia d ab aliis scientiis,sed immediatè a Deo per reuelationem. Et ideo non accipit ab aliis scientiis tanquam a superioribus,& d ancillis: sicut architectonicæ utuntur subministrantibus, ut ciuilis militari. Et hoc ipsum,quod sicut utitur eis,non est propter defectum, uel insufficientiam eius,sed propter defectum intellectus nostri: qui ex his, quæ per naturalẽ rationem (ex qua procedunt aliæ) cognoscuntur, facilius manu ducitur in ea,quæ sunt supra rationem,quæ in hac scientia traduntur.

Item de maiori. Pertinet. R. secundario: non, primo. §. Tunc nih.&c. Nam Theologia aliis scientiis præeminet nobilitate materiæ, quæ pertinet primo ad dignitatem scientiæ.

D.1155.

2^m de maiori.

Accipere. R. propter sui insufficientiam: nõ,propter intellectus nostri debilitatem iuuandam. §.Tunc nihil &c. Hieronymus enim loquitur tantum de accipere secundo modo.

¶ NOT. Dicto hic in corpore, quod. s. sacra doctrina est secundum omnem modum cæteris scientiis dignior, cõfirmato contra gentes lib.2.ca.4. non officit illud,quod Metaphysica est aliis dignior, 2. d. 3. q.1.c. d.14 q.2.2.quartum & Contra.3.c.25. & Eth.6.lect.6 prin. & Metaph.1.lect.1. med. nec utrique officit illud, quod Logica est dignior

† Lib.1. de partib.animaliũ. c.5. to.4.

D. 803.

D.113.

ARTI-

gnior cæteris scientiis Poster. 1. princip. Nam sacra Theologia est omnibus absolute dignior secundum omnem modum hic narratum. i. propter nobilitatem materiæ, certitudinem, & altiorem finem. Metaphysica autem est dignior omnibus humanitus inuentis, quia (vt ibi dicitur) ordinat eas. Cum igitur non ordinet sacram Theologiã; patet ex illamet ratione, quòd non est dignior, quàm illa. Logica uero dignior aliis est in ratione adminiculi: quod ibi annotauit sanctus Doctor dicens, quia est ars artium. i. adminiculum aliarum scientiarum. Ex Trin. 17. secundum. Item dicto hic ad secundum, quòd scilicet Theologia hæc imperat (ut architectonica) aliis tanquam ancillis, vtendo eis. Confirmato 1. prol. q. 1. 1. c & Contra. 3. c. 50. & Meth. princ. & 1 Corinth. 4. nõ obstat illud, quòd imperare est actus rationis, & non scientiæ 12. q. 17. 1. o. Nam imperare est actus rationis, ut principii obiectiui rei imperatæ ut res est: actus autem scientiæ est, ut principii directiui rei scitæ, ut scita est.

APPENDIX.

Vtilitas pro Eccle. S. Dei.

EX artic. habes primò: quomodo per rationem (Hæc ponitur in ad argumentum secundum) reiicias errorem Lutheri dicentis, quod scientiæ omnes speculatiuæ errores sunt. Item Arnoldi dicentis; scientias omnes philosophicas esse damnandas. Item Biblistarum dicentium; scientias nullas philosophicas addiscendas. Secundò habes: quomodo per rationem (Taceo Beati Hieronymi auctoritatem in secundo argumento) ostendas, ꝙ hi errores sunt merito damnati in decretis distinct. 37. de quibusdam locis) a synodo Eugenii Papæ, & sic. Ab uniuersis episcopis & c. omnino cura & diligentia habeatur, ut magistri & doctores constituantur, qui studia literarum, liberaliumq; artium dogmata assiduè doceant; quia in his maxime diuina manifestantur atque declarantur mandata. Hæc ibi. Item (ibi, Relatum nobis) a Papa Clemente. Cum ex diuinis scripturis integram quisque, & firmam regulam ueritatis susceperit; non absurdum erit: si aliquid etiam ex eruditione communi ac liberalibus studiis ad assertionem ueri dogmatis conferat; ita tamen ut, ubi vera didicit, falsa declinet. Hæc ibi. Item a Papa Leone Decimo in Concilio Lateranen. sessio. 8. Statuimus, ne quis in sacris ordinibus constitutus philosophiæ, aut poesis studiis publicè audiendo ultra quinquennium post grammaticam, & dialecticam sine aliquo studio Theologiæ, aut iuris pontificij incumbat. Verum exacto dicto quinquennio, si illis studiis insudare uoluerit, liberum sit eis; dum tamen simul, aut seorsum Theologiæ, aut sacris canonibus operam nauauerit. Hæc ibi Ecce, quòd Papa philosophiæ studium etiam in clero approbat: qui tamen in illa sessione plures errores damnabat. Item a Decreto distinct. 37. Turbat acumen legentis, & deficere cogit, qui eos a legendis secularibus libris omnibus modis existimat prohibendos, in quibus si qua inuenta sunt utilia, quasi sua sumere licet. Alioquin Moyses, & Daniel sapientia, & literis Aegyptiorum, Chaldæorumque non paterentur erudiri, quorum tamen superstitiones horrebant & delicias; Nec etiã ipse magister gentium aliquot uersus poetarum suis, uel scripturis, vel dictis indidisset. Hæc ibi. De hoc ultimo dicto decreti audi Paulum Titum adducentem illud Parmenidis poetæ, Cretenses semper mendaces, malæ bestiæ, uentes pigri. & primæ Corinth. decimoquinto. Menandri, corrumpunt bonos mores colloquia praua. & Actuum decimoseptimo illud Arathi. In ipso uiuimus, mouemur, & sumus. Item dist. 37. Qui de mensa a canone. Discant ergo ea mente doctrinam Chaldaicam (.i philosophiam; secundum contextum,) qua Moyses omnem sapientiam Aegyptiorum didicerat. Item ibi. Si quando cogimur &c. Tertio vides: quomodo ex his omnibus uicissim Angelica doctrina præsens declaretur, atque confirmetur.

Comm. Cardinalis Caietani.

Titulus clarus.

¶ In corpore una conclusio bimembris, responsiua quæstio affirmatiue. Sacra doctrina est dignior secundum quòd speculatiua omnibus speculatiuis, & secundum quòd practica omnibus practicis.

¶ Antequam probetur conclusio, aduerte quare in conclusione ponantur illæ specificationes, s. secundum quòd speculatiua, secundum quòd practica: non enim frustra hoc actum est. Sed ut ex præcedenti articulo patet, ista doctrina habet in se duo. Primum est, quod est scientia altioris ordinis, quam sint scientiæ physicæ. Sciendum est, quòd continet conditiones speculatiuæ, & practicę formaliter. Ratione primi non est dubium quin sit dignior cæteris, cum ponatur altioris ordinis. Sed quo ad secundum poterat dubitari: & propterea licet in titulo fuerit quæsitum absolute, in responsione deuentum est ad id quod poterat sub dubio cadere. Et responsum est, quod ipsa inquantum speculatiua, est dignior speculatiuis: & inquantum practica, practicis: omisso illo liquido, quòd absolute est omnium dignissima, quia altioris ordinis.

¶ Probatur ergo primo quo ad primam partem. inter speculatiuas dignior est una altera pro certitudinem, & dignitatem materiæ, ex primò de anima: hoc excellit quo ad utrumque: ergo. Probat minor quo ad primam partem: hæc est certa lumine diuino infallibili, aliæ lumine humano fallibili: ergo ista est certior. Int. illige secundum se, non nobis, ut patet ex responsione ad primum. Quo ãd secundam uero, hæc est de excedentibus rationem humanam, aliæ de subditis rationi humanæ: ergo ista est de dignioribus. Fundatur hæc ratio super illud 2. Metaph. Sicut oculus noctuæ ad lumen solis, & c. inde siquidem habetur, quod excedentia nim intellectus nostri sunt manifestissima in se ac lucidissima: ac per hoc propriæ rationes substantiarum intellectualium, quæ remanent occultæ propter excellentiam earum, sunt digniores illis earundem conditionibus, quas ex sensibilibus abstrahere possumus in metaphysica, &c. & ideo cum de huiusmodi excedentibus sit ista scientia, sequitur, quòd sit de dignioribus, non rebus, quia nulla res Deo est dignior, sed rerum conditionibus. Secundã autem conclusionis pars probatur. Practicarum illa dignior, quæ ad ulteriorem finem non ordinatur: sed finis huius, est finis ultimus finium omniũ aliarum: ergo. Probatur maior in ciuili, & militari. Minor uero, quia finis huius est beatitudo.

¶ Aduerte hic, ꝙ maior intelligitur non absolute, ut iacet, sed de practicis subordinatis: quoniam non est uerũ inter practicas disparatas digniorem esse, quæ ad ulteriorem finem non ordinatur. Dignius namq; est ministrare superioris ordinis arti, puta aurifici, principari in arte inferioris ordinis, puta figuli: sed inter practicas, quarum una subordinatur alteri, proculdubio maior est uera: & propterea in litera non subsumptum est absolute, quòd theologiæ finis non subordinatur ad alterum, sed sub sumpta sunt duo: & quòd omnes aliæ practicæ subordinantur isti, dicendo ꝙ fines aliarum scientiarum practicarum ordinantur ad finem istius: & ꝙ finis istius est ultimus, &c. Sic enim perfecta est ratio, omni exclusa calumnia. Sed memento hic primo illius distinctionis finis. s. in finem rationis operandi, seu rei operatæ: & in finem operãtis: qm̃ beatitudo æterna non est finis ultimus omnium operantium, cum multi operentur contra illam a uirtute recedendo, secundũ artes tamen rectũ operando; sed est finis omnium rationum operãdi, & omnium rerum operatarum: qm̃ omnia ordinantur ad bonum rationis, quod tandem ordinatur in beatitudinem æternam: & ideo in litera caute dicitur, ꝙ fines aliarum scientiarũ: & non dicitur, fines scientium ordinantur ad beatitudinem æternam. Memento secundo alterius distinctionis. s. finis intrinseci: & intellige, quòd finis extrinsecus theologiæ inquantum practica, est beatitudo, quę est ultimus finis, i. visio Dei, licet finis intrinsecus eius ut sic, sit operari. Nec hoc obstat efficaciæ rationis in litera factæ, quæ de fide intrinseco practicarum scientiarum loquitur: qm̃ litera loquitur de fine proximo, siue extra, siue intus: nihil. n. refert quo ad dignitatem practicæ, an finis causa nobilitans afferãtur intus, vel extra, dummodo sit proximus. sic aũt est in proposito, qm̃ in præcedenti art. dixit author, de operibus nostris tractamus, quatenus ꝙ ea ordinamur ad Dei cõtemplationem: cæteræ autem sciẽtiæ docent operari propter hunc finem remote. Hoc aũt. s. ꝙ hæc sciẽtia inquantũ practica hẽt. eundem finem proximũ, quem hẽt inquantum speculatiua, licet alio modo, quia extrinsece conuenit huic scientiæ, quia est secundum quid practica: si enim esset pure practica, speculari remotus eius finis esset.

¶ Responsio ad 2. duabus dist. utitur: accipere dupliciter, a superiori, vel ab inferiori: & hoc dupliciter. uel propter defectus, seu insufficientiam accipientis, uel subuentionem defectus alieni. Puta intellectus nostri in proposito.

Ferr. 3. cont. c. 4.
Aeg. 1. 5. q. 1. par. 2. pro.
Hen. gand. 1. ar. 6. q. 2.
Bane vt eodem loco.

6 1. prol. Lar. 3 & 2. prol. princ. & 1. cõ. c. 4. fin.

SVPER Q. I. ART. VI.

CONCL. Hæc doctrina est sapientia, non quidem in aliquo genere tantum, sed simpliciter maxima inter omnes sapientias humanas.

¶ PROB. Quia sacra doctrina de altissima causa tractat. Secunda autem

ARTICVLVS VI.

Vtrum hæc doctrina sit sapientia.

AD SEXTVM sic proceditur. Videtur, quòd hæc doctrina non sit sapientia. Nulla enim doctrina, quæ supponit sua principia aliunde, digna est nomine sapientiæ: quia sapientis est ordinare, & non ordinari. 1. Metaph. * Sed hæc doctrina supponit principia sua

Lib. 1. c. 2. to. 3.

autem pars.ſ.non quidem &c. probatur quia tractat de altiſſima cauſa totius vniuerſi. Tertia autem pars.ſ.maxima &c. probatur, quia de illa cauſa tractat propriiſſime. i. etiam quantum ad eius prædicata ſolum reuelatione cognoſcibilia,

¶ Coroll. Ergo Aug. ibi ſapientia eſt diuinorum cognitio, intelligit tantum de ſapientia ſimpliciter, vel humanitus inuenta, vt Metaphyſica, vel diuinitus reuelata, vt ſacra theologia. Item ergo Apoſtoli authoritas ſic intelligitur; Quod notum eſt Dei, manifeſtũ eſt in illis. Ideſt philoſophis notitia de Deo affuit quantum ad illa tãtum; quæ per effectus creatos poſſunt manifeſtari de ipſo.

Art. 2. huius q.

†6. Ethic. c. 7. paulo a prin. to. 5.

1^m de maiori.

Aliunde. ℞. i. ab aliqua ſcientia humana. §. Tũc nihil &c. ut patet. Iure autem a ſuperiori diuina, pricipiis ab ea ſumptis, regitur: quia noſtra hæc ſubalternatur ei. ar. 2.

¶ Coroll. Sapientis ergo non eſt ordinari a ſapientia humana, ſed a diuina: & ſapientis eſt ordinare humana, non diuina Hoc eſt. Sapientis eſt conformare ſenſum intellectũq; ſuum Deo, diuinis ſcripturis: non autem ipſius eſt uelle, intellectu ſuo metiri diuinas ſcripturas, ac Dei ordinationes. Contra hæreticos.

2^m de maiori.

Ad ſapientiam. ℞. Habitam per rationem naturalem: non autem, habitam per diuinam reuelationem. §. Tunc nihil &c. ut patet. Ex litera accipe, quòd dignitati altiſſimæ ſcripturæ huius derogaret: ſi ad tam infimum gradum deſcenderet vt vellet probare principia aliarum ſcientiarum.

Item de maiori.

Li. 1. c. 14. parũ a prin ca. 10. 3.

Probare. ℞. vel iudicare. ſ. de ipſis principiis. §. Tunc nihil &c. Vide ſecundũ reſpõſum ly ſed ſolum iudicare de &c. Ex textu habes, quòd ſapientia eſt caput ſcientiarũ, & in iudicando ſemper, & etiam in probando quandoque. Prima conditio conuenit ſapientiæ omni abſolute. Secunda omni humanæ. Ergo quatenus ſapientia eſt, iudicat de aliis, quatenus humana aliorum principia firmat. Secundo habes, quod ex hoc, quòd theologia noſtra ordinatur a Deo, ut pote eius ſcientiæ ſubalternata, ſequitur: quod ipſa ſciat bene iudicare de aliis: ſicut & ſpiritualis iudicat omnia. 1. Corint. 2. quia ipſe Dei ordinationi, voluntarie ſubiicitur. Ergo maius & melius eſt eſſe ſcientiam ſubalternatam ſcientiæ Dei, quàm eſſe ſcientiam ſupremam humanam: ſicut & maius, & melius eſt eſſe ſeruũ Dei, quam eſſe ſeruum dominum magnum totius mundi.

Tertium

3^m de minori.

Sapientia. ℞. Affectiua: non, ſpeculatiua tantum. §. Tunc nihil &c. Ex litera diſce: quòd ad cognoſcendum utrum aliqua ſapientia ſit affectiua, uel ſpeculatiua, inſpiciendum nobis eſt ad modum, quo iudicat de aliis.

aliundè (vt ex dictis patet. *) ergo hæc doctrina non eſt ſapientia.

¶ 2 Præter. Ad ſapientia pertinet probare principia aliarum ſcientiarum: vnde & caput dicitur ſcientiarum, vt 6. Ethic. patet. † Sed hæc doctrina non probat principia aliarum ſcientiarum. Ergo non eſt ſapientia.

¶ 3 Præt. Hæc doctrina per ſtudiũ acquiritur, ſapientia autem per infuſionem habetur: unde inter ſeptẽ dona Spiritus ſancti connumeratur, ut patet Iſa. 11. Ergo hæc doctrina non eſt ſapientia.

Sed contra eſt, quod dicitur Deuter. 4. in principio leg. Hæc eſt noſtra ſapientia, & intellectus coram populis.

Respon. Dicendum, ꝙ hæc doctrina maxime ſapientia eſt inter omnes ſapientias humanas, nõ quidem in aliquo genere tantum, ſed ſimpliciter. Cum enim ſapientis ſit ordinare, & iudicare, iudiciũ autem per altiorem cauſam de inferioribus habeatur: ille ſapiens dicitur in vnoquoq; genere, qui conſiderat cauſam altiſſimam illius generis, vt in genere ædificii artifex, qui diſponit formam domus, dicitur ſapiens, & architector, reſpectu inferiorum artificum, qui dolant ligna, vel parant lapides. vnde dicitur 1. Cor. 3. Vt ſapiens architector fundamentum poſui. Et rurſus in genere totius humanæ vitæ prudens ſapiens dicitur, inquãtum ordinat humanos actus ad debitum finem. vnde dicitur Prouerb. 10. Sapientia eſt viro prudentia. Ille igitur, qui conſiderat ſimpliciter altiſſimam cauſam totius vniuerſi, quę Deus eſt, maxime ſapiens dicitur. Vnde & ſapientia dicitur eſſe diuinorum cognitio (vt patet per Aug. de Trinit. †) Sacra autem doctrina propriiſſimè determinat de Deo ſecundum quòd eſt altiſſima cauſa: quia non ſolum quantum ad illud, quod eſt per creaturas cognoſcibile (quod philoſophi cognouerunt, ut dicitur Rom. 1. Quod notum eſt Dei, manifeſtum eſt in illir.) ſed etiam quãtum ad id, quod notum eſt ſibi ſoli de ſeipſo, & aliis per reuelationem communicatum. Vnde ſacra doctrina maximè dicitur ſapientia.

Ad primum ergo dicendum, quòd ſacra doctrina non ſupponit ſua principia ab aliqua ſcientia humana, ſed a ſcientia diuina, a qua ſicut a ſumma ſapientia omnis noſtra cognitio ordinatur.

Ad secundum dicendum, ꝙ aliarum ſcientiarum principia, vel ſunt per ſe nota, & probari non poſſunt: vel per aliquam rationem naturalem probantur in aliqua alia ſcientia. Propria autem huius ſcientiæ cognitio eſt, quæ eſt per reuelationem, non autem quæ eſt per naturalem rationem. Et ideo non pertinet ad eam probare principia aliarum ſcientiarum, ſed ſolum iudicare de eis. Quicquid enim in aliis ſcientiis inuenitur ueritati huius ſcientiæ repugnans, totum condemnatur ut falſum. Vnde dicitur 2. Corint. 10. Conſilia deſtruentes, & omnem altitudinem extollẽtem ſe aduerſus ſcientiam Dei.

Ad tertium dicendum, ꝙ cum iudicium ad ſapientem pertineat ſecundum duplicem modum iudicandi, dupliciter ſapientia accipitur. Contingit enim aliquem iudicare vno modo per modum inclinationis, ſicut qui habet habitum virtutis, rectè iudicat de his, quæ ſunt ſecundum virtutem agenda in quantum ad illa inclinatur. Vnde & in 10. † Ethic. dicitur, quòd virtuoſus eſt menſura & regula actuũ humanorum. Alio modo per modum cognitionis, ſicut aliquis inſtructus in ſcientia morali poſſet iudicare de actibus virtutis, etiam ſi virtutem non haberet. Primus igitur modus iudicandi de rebus diuinis pertinet ad ſapiẽtiam, quæ ponitur donum Spiritus ſancti, ſecundum illud Cor. 12. Spiritualis homo iudicat omnia, &c. Et Dio. † dicit 2. c. de diu. nom. Ierotheus doctus eſt non ſolum diſcens, ſed & patiens diuina. Secũdus autem modus iudicandi pertinet ad hanc doctrinam, ſecundum quòd per ſtudium habetur: licet eius principia ex reuelatione habeantur.

AR-

APPENDIX.

Vtilitas pro Eccle. S. Dei.

Ex artic. habes primò: quomodo per rationem derideas hæreſim Dauidicorum dicentem: quòd ſcriptura ſacra eſt imperfecta. Item Sectariorum errorem Libertinorum, qui ſacram ſcripturam irrident dicentes, ſe ſequi ſpiritum uiuificantem. Item Quintini, qui ſcripturæ ſacrę ſenſum germanum, ac ſimplicem non approbat. Itẽ hæreſes illas, quas in primo articulo recẽſuimus. Nam ſi ſapientia, & tanta quidem, eſt ſacra hæc doctrina: & ſapientia abſque ſenſu germano ueroque non datur (ut patet cum ſenſus uerus ſit ei, tanquã anima uiuo corpori:) conſtat ex hoc illos omnes errores profligari.

2. reſponſ.

Secundò habes: quomodo iure illos damnatos fuiſſe oſtendas, a Deuter. 4. ubi de ſacra ſcriptura diuinitus collata loquens Moyſes Iſraeli dicit. Hæc eſt ueſtra ſapientia & intellectus coram populis. Itẽ a Prouerb. 1. vbi Salomon de ſcripturæ ſacræ intelligentia excellenti loquens ait, Sapientiam atque doctrinam ſtulti deſpiciunt, in quo libro etiam ſubinde ſapientiam eandẽ appellat. Ergo ſtulti ſtulti ſunt & Dauidici, & Sectarii, & Libertini, & Quintinus, & ſimiles, qui de ſcriptura ſacra minus quam de ſapientia uera ſentiunt.

Li. 10. Eth. c. 5. parum ante fin. & li. 3. c. 4. t. 5

Cæterũ hæreticis omnibus ſacris literis detrahere plus, uel minus ſemper familiare fuit. Nam eas pro libito ſuo uel quo ad dignitatem extenuant (ut prędicti) uel aliter quam deceat interpretantur, vel eas (ſi fortè locus tàm patens contra ipſorum ueſaniam ſit: ut nec eorũ tenebroſis quantumuis extorſionibus deprauari poſſit) mutilant detruncant, e canone reiiciunt (ut in art. 1 append. prolixè narratum eſt): & tanquam iudices naſutuli in ſella propriæ temeritatis contra ſanctam Catholicam Eccleſiam ſedentes hoc ſuis erroribus apparenter (ut ipſi mentiuntur) ſubſcribens acceptant, illud tanquam indignum ſpiritu Paulino, Prophetico, Euangelico, uel huiuſmodi (vt aiũt) reprobant. Et quamuis neque hic inter eos conueniat; dum unus liber ab aliquibus, alius ab aliis reiiciatur, & qui reiicitur ab iſto, recipiatur ab illo: omnes tamen in hoc unum ſimul incumbunt, ut ſacræ ſcripturæ magnitudinem quoquo pacto diminuant. Canonicam

Ca. 2. parte 1. in fin.

Vafrities magna hæreticorum.

nonicam enim scientiam mysticam turrim esse Dauid, ex qua om nis armatura fortium. i. Catholicorum virorum pendet hæretici, uel nolentes agnoscunt: ideo eam labefactare conantur, ne arma habeamus, quibus virulenta ipsorum dogmata prosternere valeamus, leamus. Sed sapientia increata, a qua hæc nostra est sapientia (iam uicit malitiam. Tertio vides: quomodo ex his uicissim Angelica præsens doctrina, declaretur, atque confirmetur.

Comm. Cardinalis Caietani.

IN titulo nota ly sapientia.i.notitia ordinatiua,& indicatiua de aliis, ut caput: hoc enim sapientiæ nomen importat, ut patet 6. Ethic.in communi loquendo.

¶In corpore vna conclusio responsiua quæsita affirmatiuè. Sacra doctrina est maxime sapientia inter omnes sapientias humanas,non solum in genere,sed simpliciter.

¶Et aduerte,quòd ly simpliciter,determinat sapientiam humanam:sicut etiam ly in genere,ita quòd sensus est , quòd sacra doctrina,tam relata ad sapientias in genere, quam ad sapientiam humanam simpliciter,est maxime sapientia.

¶Probantur. Sacra doctrina determinat propriissimè de Deo secundum quod est altissima causa:ergo sacra doctrina est maxime sapientia,&c. Antecedens probatur,determinat de Deo nō solum, ut cognoscibili per creaturas,sed secundum quòd sibi soli naturaliter est notus.ergo propriissimè,&c.

¶Circa antecedens, & eius probationem nota, quòd ea, quæ nobis naturaliter occulta sunt de Deo, quemadmodum magis propria sunt de Deo in cognoscendo,ita & in essendo, & propter ea scientia determinans de Deo secundum illa,quæ soli Deo,sunt nota,est scientia de Deo ex propriis Dei,& ideo merito dicitur, quòd propriissime determinat de Deo.Et quoniam secundum huiusmodi propria habentur prima supremaque fundamenta causalitatis diuinæ:idcirco dicitur, quòd determinat, propriissimè de Deo,secundum quòd est causa altissima. Verumtamen hic cautus esto,quoniam ly secundum quod est altissima causa, dupliciter potest exponi. Vno modo,ut ly secundum, determinet rationem formalem Dei,ut est subiectum sacræ doctrinæ, & sic falsum est assumptum, quoniam, vt sequenti patet articulo, Deus inquantū Deus, est subiectum eius,& non inquantum causa altissima. Alio modo,ut ly secundum,determinet quandam specialem rationem Dei,clausam infra altitudinem conditionum pertinētium ad considerationem sacræ doctrinæ, eo quòd consequitur deitatem: & sic est uerum. Intendit enim litera, quòd sacra doctrina considerat de Deo propriissime, & consequenter secundum quòd èt causa altissima,quod ad sapientiam spectat.

¶Consequentia autem probatur. Iudicium de inferioribus habetur per causam altiorem, ergo considerans causam altissimam generis alicuius,est sapiens in illo genere, ergo considerans causam simpliciter altissimam totius uniuersi,id est, Deum,est maxime sapiens,ergo si qua considerat Deum propriissime secundum quòd est causa altissima, illa est maxime sapientia inter omnes, tam in genere,quam simpliciter, quod erat consequentia probanda. assumptum est clarum, & prima consequentia probatur quidem: quia sapientis est iudicare, & ordinare. Manifestatur verò in genere totius humanæ uitæ, cum authoritatibus scripturæ adiunctis, ut patet in litera. Secunda verò ex eodem probatur relinquitur medio, subintellecta proportionalitate causæ altissimæ in genere, ad sapientiam in genere, & causæ altissimæ simpliciter, ad sapientiam simpliciter: & ex testimonio Augustini confirmatur. Vocatur autem in hac deductione sapientiam simpliciter maximè sapientia, ad denotandum excessum eius super sapientias in genere. tertia autem consequentia per se nota relinquitur,quoniam si considerans simpliciter altissimam causam, id est Deum,est simpliciter,& maxime sapiens: respectu sapientium in genere hoc,aut illo; oportet, quòd considerans eandem causam altissimam ex propriis, non solum sit simpliciter, sed & maxime sapiens:& respectu sapientium in genere,& respectu sapientis simpliciter, utpote transcendens ipsum in hoc, quòd propria altissimę causæ rimatur:cum illa sistat in communibus, & his, quæ per communia sciri possunt.Omnes enim rationes, quas de Deo Metaphysica habet, aut sunt communes,si sunt simplices, ut ens,uerum,bonum:aut sunt ex communibus compositæ, si sunt propriæ Deo,ut actus purus,primum ens,&c.

¶In responsione ad tertium, inducitur laus Hierothei magistri Dionysij, quòd erat non solum discens secundum intellectum, sed patiens secundum affectum diuina: quoniam donum sapientiæ est in intellectu formaliter, in uoluntate autem causaliter: & dicitur patiens a passione, eo modo quo uehementer affecti circa aliquid, passionati dicuntur: in quo denotatur maxima uoluntatis inclinatio, ut iam habituata,& connaturalis affecta ad diuina,&c.

S.Bon. 1.s.q.1.prol.ar.1 Alens p.p.in q.1.memb.3 Scot.p.s.q.3.prol. Richar.1.s.q.6.prol. Duran.1.s.q.5.prol. Bacco.1.s.q.3.prol. Aeg.1.s.q.3.primo principio prol. Cap.1.q.4.& con.5.& in prol.fin.q.4.per totum.q.4.con.2. Banes eo.loc. Pet.de Pal.q.3.prol.

7 1.prol.ar.4 & 5.Meta. lec.6.

* Nō procul a princ.lib. to.1. Libr. 3. de orthod.fid. ca.14.

ARTICVLVS VII.

Vtrum Deus sit subiectum huius scientiæ.

AD SEPTIMVM sic proceditur. Videtur, quòd Deus non sit subiectum huius sciētiæ. In qualibet enim scientia oportet supponere de subiecto quid est, secundū Philos.in 2.Posteriorum: * sed hæc scientia non supponit de Deo quid est;dicit enim Damascenus,i Deo quid est,dicere impossibile est. ergo Deus non est subiectum huius scientiæ.

¶2 Præt.Omnia,quæ determinantur in aliqua scientia, comprehenduntur sub subiecto illius sciētiæ: sed in sacra scriptura determinatur de multis aliis quam de Deo, puta de creaturis & de moribus hominum:ergo Deus non est subiectum huius scientiæ.

SED CONTRA, illud est subiectum scientiæ, de quo est sermo in scientia: sed in hac sciētia fit sermo de Deo (dicitur enim Theologia quasi sermo de Deo)ergo Deus est subiectum huius scientiæ.

RESPON. Dicendum, quòd Deus est subiectum huius scientiæ. Sic enim se habet subiectū ad scientiam,sicut obiectum ad potentiam, uel habitum. Propriè autem illud assignatur obiectum alicuius potentiæ uel habitus, sub cuius ratione omnia referuntur ad potentiam uel habitum. sicut homo & lapis referūtur ad visum inquantum sunt colorata: unde coloratum est proprium obiectum uisus. Omnia autem pertractantur in sacra doctrina sub ratione Dei, vel quia sunt ipse Deus: vel quia habent ordinem ad Deum, vt ad principium,& finem: vnde sequitur quòd Deus verè sit subiectum huius scientiæ. quod etiam manifestum fit ex principiis huius scientiæ, quæ sunt articuli fidei,quæ est de Deo. Idem autem est subiectū principiorum,& totius scientiæ, cum tota scientia virtute cōtineatur in principiis. Quidam verò attendentes ad ea, quæ in ista scientia tractantur, & non ad rationem, secundum quam considerantur,assignauerunt aliter subiectū huius sciētiæ, uel res & signa:vel opera reparationis: vel totum Christū, idest caput,& membra. de omnibus enim istis tractatur in ista scientia,sed secundum ordinem ad Deum.

AD PRIMVM ergo dicendum,quod licet de Deo nō possimus scire quid est, utimur tamen eius effectu in hac doctrina,uel naturæ,uel gratiæ,loco diffinitionis ad ea, quæ de Deo in hac doctrina considerantur; sicut & in aliquibus scientiis philosophicis demonstratur aliquid de causa per effectum, accipiendo effectum loco diffinitionis causæ.

AD SECVNDVM dicendum,quod oīa alia quæ determinantur in sacra doctrina,cōprehenduntur sub Deo: nō ut partes, vel spēs, vel accidētia, sed vt ordinata aliqualiter ad ipsū.

ARTI-

SVPER Q. I. ART. VII.

COncl. Deus uere est subiectum huius scientiæ.

¶Prob. Quia omnia hic tractata adducuntur sub ratione Dei(vel quoniā sunt ipse Deus, uel quoniam habent ordinem ad ipsum,): & illud, sub cuius ratione omnia in scientia considerantur,est subiectum formale illius scientiæ.

1^m de maiori.

Quid est R. Vel a priori,uel a posteriori, idest ab effectu. §. Tunc nihil &c. Ex litera accipe: quòd præsupponere quid de subiecto est cognoscere diffinitionē eius.

2^m de maiori.

Comprehenduntur. R. Vel

θεολογία λόγος περὶ θεοῦ. 379 F. 154.

Vel vt partes vel ut species, uel ut accidentia, uel vt ordinata aliqualiter ad ipsum. §. Tunc nihil &c. Intellige literam omnia alia sic comprehendi sub Deo, quia considerantur sub hac ratione in tota theologia.

¶ Not. Quomodo dictum hoc in corp. quod. s. Deus est subiectum huius scientiæ, stet simul cum illa quòd ens reuelabile sit theologiæ subiectum: vide sup. art. 3. in notatione.

APPENDIX.

Vtilitas pro Eccle. S. Dei.

EX artic. habes: quomodo per rationem ostendas, hanc doctrinam iure uocari Theologiam. i. scientiam de Deo. Nam ethymologia hoc monstrat; a qua licitum esse arguere ad rem, de qua tractatur, ostendit & Eugenius Papa, & Cócilium Nicenum. Eugenius quippe. 16. q. 1. Placuit loquens de monacho ait, sicut piscis sine aqua caret uita, ita sine monasterio monachus. Agnoscat nomen suum; Monos enim græcé, latiné est unus. Achos græcé, latine est tristis. Vnde dicitur monachus. i. unus tristis. sedeat itaq; solitarius, & taceat; tristis, & officio suo uacet: quia mundo mortuus est, Deo aũt viuit. Concilium autem Nicenum ead. causa, & q. cap. placuit, sic ait, placuit omnibus residentibus in sancta Nicena synodo, ut monachorum conuersatio, & uita secundum ethymologiam nominis ab omnibus discrepet. Monachus enim græce, latine singularis dicitur. Vnde monachum per omnia singulariter (.i. non seculariter secundum glossam ibi) agere oportet. Hæc ibi. Cócilium igitur cum Papa ab ethymologia uult res cognosci; easq; fm illam regulari. Cum itaq; theologia secundum ethymologiam dicatur latine sermo de Deo; & id, de quo fit in scientia sermo, dicatur a philosopho subiectum scientiæ, patet & Concilio & Papæ antedictis conformari illos, qui dicunt; ꝙ subiectum sacræ theologiæ est Deus. Secundò igitur uides: quomodo ex iis Angelica doctrina, hæc declaretur, atque confirmetur.

Comm. Cardinalis Caietani.

IN titulo nota terminum utrumque, ly subiectum stat pro subiecto formali, & ly Deus tenetur formaliter. i. inquantũ Deus: ita ꝙ sensus est, an Deus inquantum Deus, sit subiectum formale huius scientiæ. Et ad bonitatem doctrinæ, cõsidera quid importet inquantum Deus. Ex declaratione Scoti in hac qõne, quemadmodum homo potest quadrupliciter accipi, Primò ut animal rõnale: & sic intelligitur quidditatiue inquantum homo. Secundo ut substantia, & sic accipit in cõi. Tertio ut naturaliter mansuetũ: & sic accipitur per accidens: quia esse mansuetum est accidens, seu passio hominis. Quartò ut nobilissimum animalium, & sic accipitur relatiue ad aliud. Ita in proposito ordine retrogrado procedendo, Deus potest considerari ut altissima causa & uniuersaliter fm quodcunque prædicatum respectiuum ad extra, & sic consideratur relatiue ad extra. Potest etiã considerari ut sapiens, bonus, iustus, & uniuersaliter secundum rationes attributales: & sic consideratur quasi per accidens: potest etiam considerari ut ens, &c. & sic consideratur in cõi. & ad hos tres modos quasi simplices reducuntur considerationes compositæ, puta ut actus purus, ut ens primum, &c. Consideratur namq; in huiusmodi Deus ut stat sub conceptu cõi, & relatiuo aut negatiuo, ut patet. Ante oẽs aũt hos modos potest considerari Deus secundum suam propriã quidditatem. hæc enim est prima secundum naturã cognitio omnium & fundamentum cæterarum, & hanc quidditatem circum loquimur deitatis nomine. Et sic quærendo, an Deus sub ratione deitatis ut distinguitur contra rationem bonitatis, &c. sit subiectum huius scientiæ, est quærere, utrum Deus sub ratione suæ propriæ quidditatis, sit subiectum formale huius scientiæ: ita ꝙ quidditas Dei sit ratio formalis huius subiecti ut res est, &c.

¶ In corpore duo ponuntur, primò conclusio responsiua quasi to affirmatiue: secundò referuntur aliorum dicta, Quo ad primũ conclusio est: Deus est subiectum huius scientiæ. Probatur dupliciter, primò obiectum alicuius potentiæ, uel habitus est, sub cuius ratione omnia referuntur ad potentiam uel habitum: ergo subiectum scientiæ est, sub cuius ratione, omnia considerantur in scientia: ergo subiectum huius scientiæ est Deus. antecedẽs manifestaĩ in obiecto uisus. Prima uero consequentia probatur. subiectũ ad scientiam se habet sicut obiectum ad potentiam uel habitum: ergo si obiectum, &c. Secunda autem consequentia probatur, omnia considerantur in sacra doctrina sub ratione Dei, ergo si subiectum, &c. Assumptum probatur, quia omnia uel sunt Deus, uel ad Deum ordinantur, ut principium, aut finem.

¶ Circa probationem primæ consequentiæ, aduerte quòd illa propositio assumpta, sicut obiectum ad potentiam, ita subiectum ad scientiam, non est opus quòd currat quo ad omnia, sed sat est proposito, quòd teneat quo ad proportionem rationis formalis: ita quòd sicut ratio formalis obiecti potentiæ est ea, qua omnia referuntur ad illam potentiam, ita ratio formalis subiecti sciẽtiæ est illa ratione cuius omnia considerantur in alia scientia. Vtrum autem teneat similitudo quo ad alia, puta quo ad communitatẽ, ut sicut obiectum formale potentiæ est aliquid cõe omnibus per se obiectis illius potentiæ, ita subiectum scientiæ debeat esse aliquid cõmune omnibus per se subiectis illius, non est pñtis propositi, quamuis manifeste pateat hinc quòd oportet hanc similitudinem saluare, quia ponitur subiectum huius scientiæ non aliqd commune, sed Deus vt Deus, quem vt sic, constat esse singulare quoddam. Nec obstat quod in primo sent. art. 4. prolo. dixerit S. Tho. quòd subiectum, scientiæ habet hanc conditionem, s. quod est commune per prædicationem: quoniam illud est uerum secũdum communiter accidentia, & non necessario: videmus enim cõmuniter in subiectis communiter assignatis sciẽtiis a doctoribus, illam conditionem inueniri, non tamen oportet, ut patet 4. Metaphysicæ, in scientia de sano. Posset quo que saluari communitas per prædicationem in omni subiecto, non in recto, sed in recto vel obliquo: sic enim etiam Deus de omnibus theologalibus prædicatur, quia sunt, aut Deus, aut Dei, aut ad Deum, aut a Deo, &c. Prima tamen responsio ad literam.

Circa propositionem assumptam in probatione secundæ consequentiæ, scilicet omnia considerantur in hac scientia sub ratione Dei, dubitatur simpliciter, & ad hominem. Simpliciter quidem arguit Gregorius de Arimino. si Deus sub ratione deitatis esset subiectum theologiæ, tam beatorum, quam nostræ, oporteret, quòd omnia cognoscibilia de Deo ratione deitatis caderent sub theologia: sed hoc est impossibile. Tum quia omnia simpliciter caderent sub theologia. Tum quia infinitæ ueritates caderent sub eadem. Per deitatem enim omnia cognoscibilia sunt, & infinita, &c. ut patet in scientia, quam Deus habet de seipso per essentiam suam. Ad hominem vero, quia ipsemet S. Thomas in Prologo primi sententiarum, articulo quarto, expresse dicit, subiectum huius scientiæ esse ens diuinum per inspirationem cognoscibile, & non Deum, nisi sicut subiectum principale: ergo &c.

¶ Ad primum horum neganda est consequentia propter duplicem rationem. Prima est, quia theologia siue nostra, siue beata, est scientia inadæquata subiecto. conditionalis autem illa est uera de scientia adæquata subiecto; solus enim Deus habet theologiam adæquatam eius subiecto formali. Sed hæc ratio nihil videtur ualere. Quoniam ratio formalis subiecti, & scientia, oportet, quòd adæquate sibi respondeant, alioquin scientiæ non distinguerentur per subiecta formalia, nec posset assignari ratio, quare magis ista, quàm illa de tali subiecto considerant. Vnde assignatur alia ratio negationis, & est, quia in antecedente illius conditionalis non fit mentio de ratione formali sub qua, cum tamẽ ex illa pendeat adæquatio, uel limitatio cognoscibilium de subiecto formali per rationem formalem illius ut res est: Deus eñ etsi ex ratione deitatis sit infinite cognoscibilis, tamen Deus ut Deus sub participato lumine gloriæ, est cognoscibilis infra certum limitem. Respectu singulorum, & similiter sub participatione luminis gratiæ est cognoscibilis secundum certos fines, &c. & ideo ad uerificandam illam conditionalem, oportet addere; si Deus inquantum Deus, sub lumine sibi adæquato esset subiectũ scientiæ alicuius, illa nosset omnia, &c. sed tunc patet falsitas subsumendæ propositionis, quia sola lux diuina in seipsa est tale lumen, nostræ autem & beatæ Theologiæ Deus in quantum Deus quidem, sed sub lumine diminuto, subiectum est; & ideo iuxta facultatem luminis est extensio scientiæ, non est ergo secundum extensionem rationis formalis, ut res est absolute, sed ut stantis sub ratione formalis obiecti, ut obiectum est mensuranda scientia.

¶ Ad secundum dicitur, quòd S. Thomas non asserendo, sed opinando sequens cõmuniter dictas conditiones subiecti ab aliis, illud dixit, ut patet ex modo loquendi, cum inchoando illam positionem dicit, si volumus ponere aliquid subiectum, in quo saluẽtur oẽs hæ conditiones, hic autem assertiue determinauit, quod etiam ex tunc inchoauerat, quoniam & ibi dicit, ꝙ omnia considerantur in hac sciẽtia sub ratione Dei: quare hoc est simpliciter tenendum; illud uero tanquam opinabile audiendum.

¶ Secunda ratio ad conclusionem est hæc, idem est subiectum principiorum, & totius scientiæ: Deus est subiectum principiorum huius scientiæ; ergo Deus est subiectum totius scientiæ. Maior probatur, quia tota scientia uirtualiter continentur in principiis. Minor uero, quia Deus est subiectum articulorum fidei. Circa propositionem assumptam ad probandum maiorem. s. tota sciẽtia uirtute continetur in principiis, dubium occurrit, quoniam ad uersari uidetur doctrinæ S. Tho. Nam sequitur, tota scientia uirtualiter continetur in principiis, ergo in subiecto principiorum, ergo in subiecto scientiæ, ergo duarum specierum disparatarum, immo generis & speciei secundum propria, singulis non potest es-

se scientia vna secundum speciem specialissimam: hoc est falsum apud sanctum Thomam: quoniam scientia de triangulo, & quadrato, & figura, &c. non solum secundum communia, sed secundū propria singulis vnius est speciei: ut patet in prima secundæ, & in primo Posteriorum: ergo. Prima consequentia patet, quia principia conficiuntur ex subiecti ratione. Secunda etiā patet: quia idē est subiectum principiorum, & scientiæ. Tertia autem, quia scientia unius speciei omnino disparatæ, quo ad propria, non continetur uirtualiter in alia specie, nec in genere ratione, ut sic: sicut nec passiones unius speciei continentur uirtualiter in alia, nec in ratione generis, ut patet.

¶ Ad hanc obiectionem oportet respondere, non solum ad hominem, sed simpliciter: quoniam illa uirtualis continentia ingerit dubium, non solum quia posita est hic in litera, sed simpliciter. Vnde Scotus in Prologo quæstion. 3. tenens, quòd virtualis continentia omnium veritatum pertinentium ad aliquam scientiam, est conditio constituens rationem subiecti formalis in scientia obiectioni præfatæ consentit, concedens uerum esse id, ad qđ ratio deducit, quodque reputamus falsum. Sciendum est igitur, quod duplex est de huiusmodi continentia opinio. Scotus namque putat subiectum scientiæ oportere continere primo uirtualiter ut causam sufficientem omnes veritates pertinentes ad talem scientiam: & probat hoc dupliciter. Primo, quia continet propositiones immediatas, quæ sunt principia uirtualiter continentia totam scientiam. Patet hoc, quia propositionis immediatæ prædicatum continetur in subiecto: subiectum autem est subiectum scientiæ: ergo. Secundò, quia subiectum est adæquata causa habitus: ergo continet primo uirtualiter totum ipsum: ergo omnes illius ueritates. Et secundum hanc opinionem tot sunt scientiæ secundum speciem, quot sunt non solum species rerum omnino disparatæ. quod dico propter species subordinatas, puta subiectum, & passionem, sed etiam quòd sunt rationes formalet rerum: quarum una non continetur uirtualiter in alia. & sic alia est scientia de animali ut sic, ad quam spectat considerare proprias animalis passiones tantum, quoniam solæ ipsæ uirtualiter in animali clauduntur, & alia de boue, inquantum bos, & alia de leone, inquantū leo, &c. S. Tho. uerò tenens scientias secari non secundum quòd secantur res absolute, sed prout sunt scibiles: tenet, quòd subiectum formale scientiæ exigit duas conditiones, ut ex litera habetur. Prima est, quòd ratione ipsius, omnia attingantur ab illa sciētia. Secunda, quòd uirtualiter contiñuat totam scientiam, non ut causa in seipso sufficiens, ut Scoto uoluit, sed in seipso quidem sumptum sufficiens ut causa prima, idest, in suo ordine, & non simpliciter. Sumptum autem, & in se, & participantibus ipsum, aut quomodolibet attributis ad ipsum sit sufficiens simpliciter. uocatur autem causa simpliciter sufficiens illa, quæ primo, idest, adæquatè est causa alicuius, ut subiectum propriæ passionis, siue immediate, siue mediante aliqua priore passione. Causa autem sufficiens in ordine, quæ licet sola non sufficiat ad effectum, in suo tamen ordine completa, & totalis causa est, ut sol est causa lucis. Et hoc modo, principia prima alicuius scientiæ continent uirtualiter omnes ueritates illius. s. ut primæ propositiones. Non enim ex primis propositionibus solis immediate, ut patet, neque mediantibus tantum his, quæ totaliter ex illis pendent, omnes ueritates sciuntur, sed ex illis ut primis, & aliis ut secundis, ac proximis causis conclusiones multæ sciuntur. Et hoc clarius patet in ipsis passionibus, quæ demonstrantur in scientia enim de numero, non oportet omnes passiones scibiles eadem scientia contineri virtualiter in numero primo. i. adæquate & sufficienter, loquēdo de numero in seipso: quoniam sic nec ex passiones binarii, nec trinarii scirentur ibidem, ut patet, sed bene oportet numerum in se continere uirtualiter omnes passiones huiusmodi, ut primam radicem earum, ut distinctum autem, & participatum in binario, & trinario, &c. oportet omnium passionum subiectum esse primum adæquatum. Ac per hoc principia talis scientiæ, quæ habent numerum pro subiecto, continent uirtualiter omnes ueritates, ut primæ causæ. Nec oportet, quòd sufficiant ad inferendas omnes conclusiones, nisi adiunctis propositionibus, quarum subiectum sit binarius, aut trinarius, &c. ut causis proximis: quemadmodum nec numerus in se causa est sufficiens ad passiones binarii, sed ut prima radix earum: & hoc in eo, quod scibiles, idest, inquātum sunt in tali specie scibiles, quicquid sit in esse naturæ. Et secundum hanc uiam manifestum est, quòd eandem scientiam secundum speciem, contingit esse de genere, & multis speciebus secundum singulorum propria. Et si quæratur, quis ergo erit limes scibilium in una scientia? Iam patet responsio ex dictis: limitantur namque scientiæ secundum species scibilium, ut sic, & non secundum species rerum. Et ideo tot species, & genera rerum sub una possunt comprehendi scientia, quot comprehendi contingit sub una specie scibili. Et ideo illa ratio formalis rerum, quæ primo fundat illam speciem scibilem. i. cui prius conuenit in ille modus abstractionis, uel diffinitionis, uel cognitionis, qui constituit illam speciem scibilis, est ratio formalis subiecti in illa scientia: & est prima radix omnium pertinentium ad illam scientiam, ut sic. Quod autem continentia virtualis talis, ut declarata est, sufficiat ad subiectum, & principia scientiæ, patet ex processibus scientiarum, tam in Mathematicis, quam in naturalibus. (Vtrobique namque multarum generum passiones proprie traduntur, puta, trianguli, & quadranguli: quas impossibile est adæquate contineri in subiecto geometriæ, ut patet.

¶ Ad primam ergo Scoti rationem iam dictum est. Ad secundam uerò ex eodem fundamento dicitur, quòd subiectum habitus continere uirtualiter totum habitum; potest dupliciter intelligi; uno modo, accipiendo subiectum in seipso, alio modo, ut inuentum in aliis per se participantibus quomodolibet ipsum. Et similiter continere uirtualiter dupliciter. s. adæquate, & ut primā causam. Subiectum in seipso continet uirtualiter, ut prima causa totum habitum, & non partem. sicut sol continet uirtualiter totum hominem, & non partem: ut prima tamen sui superior causa. Subiectum autem in se, & in participantibus, continet uirtualiter, & adæquate, ut tota causa totum habitū. Et sic patet ad dubium, & simpliciter, & ad hominem.

¶ Quo ad secundum referuntur tres aliorum assignationes Prima est Magistri Sentent. Secunda Hug. de S. Victo. Tertia est Linconensis.

¶ Sed aduerte modestiam authoris, quoniam primo excusando illos dicit, quod attenderunt ad materiam, quasi diceret, quod nō intendebant assignare subiectum formale. secundò omnia supradicta reducit ad subiectum formale a se assignatum, dicens omnia hæc tractari in ordine ad Deum.

Ferr. 1. cont. c. 3. 8.
Cap. in prol. q. 1. con. 6.
Banes eo. loc.

8 1. prol. ar. 5 & Boe tri. q. 5. ar. 7. & 1. cont. 3. & 8.

* Li. 1. de fi. c. 5. nō longe a fi to. 1

* Hom. 26. in euan. in prin. illius.

ARTICVLVS VIII.

Vtrum hæc doctrina sit argumentatiua.

AD OCTAVVM sic proceditur Videtur q hæc doctrina non sit argumentatiua. dicit enim Ambr. in lib. 1. de fide cath. * Tolle argumenta, ubi fides quæritur. Sed in hac doctrina præcipuè fides q̃ritur: vnde dicitur Io. 20. Hæc scripta sunt ut credatis. Ergo sacra doctrina non est argumentatiua.

¶ 2 Præter. Si sit argumentatiua, aut argumentatur ex auctoritate, aut ex ratione. Si ex authoritate, nō videtur hoc congruere eius dignitati (nam locus ab authoritate est infirmissimus secundum Boet.*) Si ēt ex ratione, hoc non congruit eius fini: quia secundum *Gregorium in Homilia, fides nō habet meritum, ubi humana ratio præbet experimentum. Ergo sacra doctrina non est argumentatiua.

SED CONTRA est, quod dicit ad Tit. 1. de episcopo amplectente eum, qui secundum doctrinam est fidelem sermonē, ut potens sit exortari in doctrina sana, & eos qui cō tradicunt arguere.

RESPON. Dicendum, quòd sicut aliæ scientiæ non argumentantur ad sua principia probanda, sed ex principiis argumentantur ad ostendendum alia in ipsis sciētiis, ita hæc doctrina non argumentatur ad sua principia probanda, quæ sūt articuli fidei: sed ex d eis procedit ad aliquid ostendendum, sicut Apostolus primæ ad Cor. 16. ex resurrectione Christi argumentatur ad resurrectionē cōem probandam.

SVPER Q. I.

ART. VIII.

CONCL. 1. Hæc doctrina non argumētatur ad sua principia probanda, quæ sūt articuli fidei, sed ex his procedit ad aliquid ostendendum.

¶ PROB. Quia & aliæ scientiæ sic se habent in suis; & Apostolus idipsum facto suo (1. Cor. 15.) docet.

Collígit ex illo super topica Cic. li. 6. nō procul a fin. ill.

¶ CONCL. 2. Sacra doctrina, cum non habeat superiorem, disputat contra negātes sua principia.

¶ PROB. Quia etiā Metaphysica, cū inter scientias humanas suprema sit, facit sic in suis.

¶ NOT. Concilium Lateranens. sub Leone Decimo, sess. 8. stat pro ultimis uerbis corporis, sic: Cumque uerum vero non contradicat, omnia philosophorum argumenta ueritati illuminatæ fidei contraria solubilia esse, definimus. Hæc ibi. Obserua diligenter ex litera duplicem modū disputandi in Theologia pro conditione aduersariorum, ne qñ, si prudēter nō discreueris hos modos in practica disputādi, derisui pateat: & vt sis operarius inconfusibilis in recte tractando uerbū ueritatis. 2. Ti. 2.

D. 603.

¶ NOT. Non absque causa S. Doctor nō sūdet.

der, quòd sit argumentatiua (vt patet in conclusionibus .) sed ipsam talem esse præsupponit. quia hoc passim ferme patebat. Nam Matth. 21. Vides dominum ex hoc dicto, Nunquam legistis, quia ex ore infantium & lactentium perfecisti laudem ? argumentari, se esse Messiam. Item ibi ex hoc, Nunquam legistis in scripturis, lapidem quem reprobauerunt ædificantes hic factus est in caput, &c. argumentatur ad idem. Item Luc 6. Nonne legistis, quid fecit Dauid, cum esurissent ipse, & qui cum eo erant; quomodo intrauit in domum Domini, & panes propositionis sumpsit, & manducauit ? argumentabatur ex hoc, quòd licitum erat discipulis suis esurientibus euellere, confricare, & manducare spicas die sabbathi. Item ex hoc Ioan. 7. si circuncisionem accipit homo in sabbatho, ut nō soluatur lex Moysi, mihi indignamini, quia totum hominē sanum feci in sabbato ? argumentatur, & quidem a fortiori, ad reuincendam eorum ingratissimam murmurationem. Item Matth. 19. ex hoc, quòd Deus creauit masculum & feminam, dicens, propter hoc homo &c. adhærebit uxori suæ, argumentando concludit; quòd matrimonii vinculum est inseparabile. Sunt & multa huiusmodi.

pro captu concl.

1^m de maiori.

Argumenta. R. Rationis humanæ, non ex articulis fidei sumpta. §. Tunc nih. &c. ut patet.

2^m de minori.

2a cor. art.

Si ex authoritate. R. humana: non, diuina. §. Tunc nih. &c. ut patet.

¶ In quibus libris diuinitus reuelatis fundetur locus hic argumentatiuus ab authoritate necessaria, Vide in primi articuli elucidatione.

Item ex Gre.

Experimentum. R. Ad probandum fidem inductum: non ad manifestandum aliqua alia hic tradita. §. Tūc nihil &c. Pro Gregorij aliis solutionibus, vide 32. q. 2. art. 4.

sed tñ considerandum est in scientiis philosophicis, quòd inferiores scientiæ, nec probant sua principia nec contra negantem principia disputant, sed hoc relinquitur superiori scientiæ, suprema verò inter eas. s. Metaphysica, disputat contra negantem sua principia, si aduersarius aliquid concedit, si autem nihil concedit, non potest cū eo disputare; potest tamen soluere rationes ipsius. Vnde sacra scriptura, cū nō habeat superiorem, disputat cū negante sua principia, argumentando quidem, si aduersarius aliquid concedat eorum, quæ per diuinam reuelationem habentur; sicut per authoritates sacræ doctrinæ disputamus contra hæreticos: & per vnū articulum contra negantes alium. Si uerò aduersarius nihil credat eorum, quæ diuinitus reuelantur: nō remanet amplius uia ad probandū articulos fidei per rationes, sed ad soluendum rationes, si quas inducit contra fidem. Cum enim fides infallibili ueritati innitatur, impossibile autem sit de vero demonstrari contrarium, manifestum est probationes, quæ contra fidem inducuntur, non esse demonstrationes, sed solubilia argumenta.

Ad primum ergo dicendum, quòd licèt argumenta rationis humanæ non habeant locum ad probandum, quæ fidei sunt, tamen ex articulis fidei hæc doctrina ad alia argumentatur, ut dictum est.

Ad secundum dicendum, quòd argumentari ex authoritate est maximè proprium huius doctrinæ, eo, quòd principia huius doctrinæ, per reuelationem habentur. Et sic oportet, quòd credatur authoritati eorum, quibus reuelatio facta est. Nec hoc derogat dignitati huius doctrinæ: nam licèt locus ab authoritate, quæ fundatur super ratione humana, sit infirmissimus; locus tamen ad authoritate, quæ fundatur super reuelatione diuina, est efficacissimus. Vtitur tamen sacra doctrina etiam ratione humana: non quidem ad probādum fidem (quia per hoc tolleretur meritum fidei) sed ad manifestandum aliqua alia, quæ traduntur in hac doctrina. Cū igitur gratia non tollat naturam, sed perficiat, oportet quòd naturalis rō subseruiat fidei: sicut & naturalis inclinatio uoluntatis obsequitur charitati. Vnde & Apostolus dicit 2. ad Corint. 10. in captiuitatem redigentes omnem intellectum in obsequium Christi. Et inde est, quòd etiam auctoritatibus philosophorū sacra doctrina utitur, ubi per rationem naturalem veritatem cognoscere potuerunt, sicut Paulus Act. 17. inducit verbum Arathi, dicens, sicut & quidam poetarum vestrorū dixerunt, genus Dei sumus. Sed tamen sacra doctrina huiusmodi auctoritatibus utitur quasi extraneis argumentis, & probabilibus. Auctoritatibus autem canonicæ scripturæ utitur propriè ex necessitate argumentando. Auctoritatibus autem aliorum doctorum Ecclesiæ, quasi arguendo ex propriis, sed probabiliter. Innititur enim fides nostra reuelationi Apostolis, & Prophetis factæ, qui canonicos libros scripserunt. Non autem reuelationi si qua fuit aliis doctoribus facta. * Vnde dicit Augustinus in epistol. ad Hieronym. Solis enim scripturarum libris, qui canonici appellantur, didici per honorem deferre, ut nullum auctorem eorū in scribendo errasse aliquid firmissimè credam. Alios autem ita lego, ut quantalibet sanctitate doctrinaque præpolleant: non ideo uerū putem, quòd ipsi ita senserunt, uel scripserunt.

Epis. 19. paulo post pri. to. 1.

AR-

APPENDIX.

Vtilitas pro Eccle. S. Dei.

Ex artic. habes primò: quomodo per rationem retundas hæresim Feliciani dicentis; In fidei disciplina rationibus potius, quàm sacræ scripturæ authoritatibus & testimoniis, agendum esse. Docetur enim in responsione ad secūdum totum oppositum. Secundò habes: quomodo per rationem ostendas, hanc rectè intelligi damnatam ab Vrbano Papa, ut habetur in libro Decretorum, distinct. 37. omnem uim inuentorum suorum in Dialectica disputantes ponunt hæretici, quæ (philosophorum sententia) definitur non astruendi uim habere, sed studium destruendi; sed non dialectica placuit Deo patri, & filio, & Spirituisancto. Regnum enim Dei in simplicitate fidei est, non in contentione sermonis. Hæc ibi. Ecce, quòd Papa anteponit fidem rationi, quod est in disciplina fidei non esse potius rationibus, quam authoritatibus scripturæ fidei (Hæc est Biblia) agendum. Comparatiue autem. i. respectu sacræ theologiæ, Papa loquitur ibi: quā talia de dialectica dicens Papa ibi loquit. & hoc sufficiat pro nunc; quā non agimus expositorē Canonū, nisi pro quanto errores contrarios destruunt. Item a Leone Decimo in Concilio Lateranens. sess. 8. sic; Dumtamen Theologiæ, aut sacris canonibus, operā nauauerint; ut in his sanctis, & utilibus, professionibus inueniant Domini sacerdotes; vnde infectas philosophiæ & poesis radices purgare, & sanare valeant. Hæc ibi. Vide, quòd Papa cum Cōcil. potiorem tribuit locū scripturæ sacræ, quam rationi; dum per theologiam humanas scientias posse ab infectione purgari determinat. Tertiò vides, quō uicissim ex his firmetur Angelica doctrina phā.

a

Probare & soluere nō idem.

AP-

Comm. Cardinalis Caietani.

IN titulo argumentatiua, i. probatiua eorum, quæ docet an nō, sed fortè simpliciter proponit, ut Scotus dicit contra articulū secundum.

¶ In corpore tres conclusiones. Prima est, Sacra doctrina non arguit ad principia, sed ad conclusiones ex principiis. Secunda est, Sacra doctrina disputat arguendo contra negantes principia ei⁹, si aliquid eius concedunt. Tertia, Sacra doctrina disputat soluendo tantum contra negantes principia, & nihil eius omnino concedentes.

¶ Et est semper sermo de principiis complexis cognitionis in hac sententia, i. articulis fidei, quicquid sit de principiis incomplexis, aut ipsius esse tantum.

¶ Prima conclusio probatur, Nulla scientia probat sua principia, sed ex eis conclusiones: ergo. Et confirmatur secunda pars conclusionis authoritate Apostoli primæ ad Corint. decimoquinto. Secunda uerò, & tertia conclusio similiter probatur: Scientia superna inter physicas disputat contra negantes principia, & defendit, soluendo saltem, si nihil concedunt: ergo & hæc doctrina habet utrumque. Antecedens declaratur ex differentia inter sciētias inferiores & supremam. Consequentia verò probatur: quia ista est scientia suprema. Deinde manifestantur sigillatim: secunda quidem, cum contra hæreticos ex uno articu. probamus aliū, &c. tertia uerò, quia contra ueritatem infallibilem nulla potest demonstratiua ratio esse: ergo omnes rationes contra ea, quæ sunt illius scientiæ, sunt rationes solubiles. Tenet sequela: quia hæc doctrina innititur infallibili ueritati.

¶ Circa tertiam conclusionē aduerte, quòd theologum posse soluere

uere rationes Philoſophorum contra ea, quæ ſunt fidei, contingit dupliciter. Vno modo ex creditis, vt puta, ſi dicenti, quòd omnis una res numero, eſt una hypoſtatice: reſpondet, Nego, quia Deus eſt trinus. Et ſic theologalis ſolutio non ſoluit, niſi credẽdo. Alio modo ex propoſitionibus ſcitis ſimpliciter, uel quo ad hoc, ut puta ſi reſponderet, Nego in re infinita, non quia ſciat eius contradictoriam, ſ. res infinita eſt plures hypoſtatice, ſed quia ſcit negatiue nullum haberi efficax medium ad illas probandum. Et dicitur ſcire negatiue, quando nullo medio cogitur intellectus. Et ſic theologus ſoluit ex ſcitis quo ad hoc. Quandoque autem ex ſcitis ſimpliciter, ut ſi ſoluat rationem contra accidentia in Sacramento altaris, quod accidentis eſſe non eſt ineſſe actualiter, ſed aptitudinaliter. In propoſito literam hanc intelligo de ſolutione theologali ſecundo modo. Et ſi inferetur, quia huiuſmodi ſolutio non eſt theologi, ut theologus eſt, quia non ex principiis theologiæ, negetur aſſumptum, quoniam theologia, non ſolum gaudet propriis, ſed etiam facit de extraneis propria, dum ad defenſionẽ ſuam aliarum ſcientiarum propoſitionibus utitur propter nos, ut in articulo 5. ad ſecundum tactum eſt. Et quamuis pura theologalia oporteat ex principiis manare theologalibus: theologalia tamen miniſterialiter non oportet, ſed ſat eſt eis ſeruire. Sic autẽ theologales ſunt huiuſmodi ſolutiones. Vnde minus bene uidentur ſentire, qui ſoluere theologiæ tribuunt, non niſi ex aliqua propoſitione credita. Et decepti ſunt, quia non diſcreuerunt inter ſolutionis, & probationis naturas. Probatio nãque eſt ex euidentibus, ſolutio autem eſt etiam ex his, quæ non apparent eſſe falſa, dato quòd non ſciantur eſſe uera. Et propterea theologus poteſt ſemper ſoluere, nunquam coacto intellectu ab aliqua propoſitione contraria his, quæ ſunt fidei quamuis eorum falſitatem non uideat.

¶ Circa probationem tertiæ concluſionis, ſcito, quòd aliud eſt ſcire omnes rationes contra fidem eſſe ſolubiles: & aliud eſt ſcire ſoluere eas. Primum probatur in litera, & probatio aſſumit unã propoſitionem creditam. ſ. hæc doctrina innititur ueritati infallibili: & propterea concluſio hæc non nobis hic euidens eſt. Secundum uerò in actu exercito conſiſtit, & liber contra gentil. his plenus eſt. Et quoniam ſolutio (ut dictum eſt & experimur) non requirit euidentiam, ſed non coactionem intellectus: & hoc in ipſo exercitio ſolutionis conuincitur, dum ratio cogens non adeſt: ideo ſcire ſoluere, ſeu ſoluere contraria huius doctrinæ non eſt credere, aut ex credere, niſi occaſionaliter: quoniam ex hoc quòd credimus, applicamus intellectum ad inueniendum defectus rationum, & propoſitionum contrariarum. Et hanc diſtinctionem bene nota, quia inaduertentia eius forte quoſdam in hac litera errare permiſit.

¶ In reſponſione ad ſecundum nota. 4. enumerata. ſ. authoritates ſacræ ſcripturæ, authoritates ſanctorum doctorum, rationes humanas, & authoritates Philoſophorum. Et ex primis quidẽ doctrina hæc procedere dicitur, ut ex propriis, & neceſſariis: ex ſecũdis autem ut ex propriis, ſed probabilibus: ex quartis uerò ut probabilibus, ſed extraneis. Et ſic tertiis nullus aſſignatur locus. Et propterea ſciendum eſt, quòd ratio humana, de qua hic eſt ſermo, nihil aliud eſt quam argumentatio aliqua ex ſolo naturali lumine robur habens. Et eſt duplex. Quædam neceſſario concludens, quæ vocatur demõſtratio. Et quædam probabiliter, quæ magnam habet latitudinẽ. Vtraq; autem in aliqua certa ſciẽtia phyſica clauditur, & cõſequenter extranea eſt a gñe ſcibili theologico: ac ꝑ hoc theologia ꝓcedit ex rõne humana ut ſic, ut ex extraneis. Et qm̃ nulla demonſtratio phyſica poteſt aſſerri ad theologalia, ut ſic (qm̃ theologalia, ut ſic ſunt, oportet reſolui in principia euidentia non lumine naturali, ſed diuino) ideo abſolute loquendo, ex rõne naturali procedit theologia, ut ex extraneis, & probabilibus: quemadmodum ex authoritatibus philoſophorum. Et propterea ſedes aſſignata authoritatibus philoſophorum, intelligenda eſt aſſignata etiam ratione naturali quam cognouerunt. In cuius ſignum ſimul tractabat utrumque: & ſic omnia enumerata ſũt locata. Sed dubium hic occurrit non diſſimulãdum. Si ex rõnibus naturalibus theologia procedit, ut ex extraneis, & probabilibus, cur tantus labor a doctorib. ſpeculatiuis aſſumptus eſt? quorſum libri contra Gentiles rationibus naturalibus pleni? &c. Aut. n. hi non tradunt theologiam, aut in extraneis nimis morati ſunt.

¶ Ad hoc breuiter dicitur, quòd demõſtrationes metaphyſicæ, & naturales, quæ afferuntur in ſacra doctrina, ſimpliciter quidem ſunt extraneæ, ſed ut miniſtræ theologiæ ad deſtruendas poſitiones oppoſitas concluſionibus, aut principiis theologalibus, aut ad ſoluendas rationes contra theologalia factas, aut ad ſtabiliendum ea de quibus theologia ſecundariò eſt, ut Deum eſſe, & unum eſſe, & immortalem, &c. non ſunt extraneæ. Sed ex eis procedit theologia, ut ex propriis, & quandoque neceſſariis, & miniſterialiter tamen, & non ratione ſui, ſed propter noſtri intellectus infirmitatem, ut in art. 5. ad ſecundum dictum eſt. Et propterea ſancti Doctores, qui ſpeculatiuo ingenio præditi fuerunt, intellectus humani defectui ſubuenire cupientes, rationes philoſophicas plurimas conati ſunt afferre ad aliquod horum trium, ut ſic uiri docti ea, quæ fidei ſunt, rationi non contraria comperientes facilius his, quæ fidei ſunt, adhærere poſſint, aut ſaltem ea non ſpernere, aut deridere. Suadetur autem huiuſmodi rationes, ut miniſtras proprias effici huius ſcientiæ propter nos, ex litera in tertia concluſione, & eius manifeſtatione: non enim aliter poſſunt ſolui obiectiones oppoſitæ ſufficienti ſolutione, niſi ex rationibus philoſophicis. Si namque ex creditis ſoluenda eſſent obiecta philoſophorum, ridiculo philoſophis theologi eſſent, &c.

¶ Circa hæc diligenter aduerte, ꝙ aliud eſt loqui de ratione humana, & aliud loqui de propoſitionibus notis ratione humana. In litera, ut declarauimus, inſinuatur, quòd ex ratione humana abſolute loquendo hæc doctrina procedit, ut ex extraneis, quoniam propoſitiones notæ naturali, non diuino lumine ut ſic, ſunt extraneæ, ſed tamen multæ propoſitiones notæ naturali lumine & demonſtratione ſecundum ſeipſas ſumptæ, ſunt uerè, & propriè theologales, ſub alio tamen lumine, ut in primo art. in reſponſione ad ſecundum patet, ut patet de iſtis, Deus eſt: Deus eſt unus: Deus eſt bonus, &c. Vnde, cum theologus arguit ex iſtis, arguit ex propriis, quamuis non propriè tantummodo notis, pro quanto ſunt non ſolum reuelata, ſed etiam ſcita.

Ferr. 3. cont. c. 150.
Banes eo loc.

SVPER Q. I. ART. IX.

Conc. 1. Conueniẽs eſt ſacræ ſcripturæ diuina, & ſpiritualia, ſub ſimilitudine corporalium tradere.

¶ Prob. Quia ſacra doctrina datur hominibus, quibus naturale eſt, ut per ſenſibilia ad intelligibilia ueniant. Secundò, quia ſacra doctrina datur etiã rudibus (Roman. primo.)

Primum

9. 1. prol. ar. 5 & di. 34. q. 3 ar. 1. & 2 & 3. con. c. 150. & tri. ar. 8. & quodli. 4. q. 1. & opuſ. 60. c. c. 1. fin. Ar. præce.

ARTICVLVS IX.

Vtrum ſacra ſcriptura debeat uti metaphoris.

AD NONVM ſic proceditur. Videtur ꝙ ſacra ſcriptura nõ debeat uti metaphoris. Illud enim quod eſt proprium infimæ doctrinæ, non uidetur competere huic ſcientiæ, quæ inter alias tenet locũ ſupremum, ut iam dictum eſt. Procedere autem per ſimilitudines uarias, & repræſentationes, eſt proprium poeticæ, quæ eſt infima inter omnes doctrinas: ergo huiuſmodi ſimilitudinibus uti non eſt conueniens huic ſcientiæ.

¶ 2 Præt. Hæc doctrina uidetur eſſe ordinata ad ueritatis manifeſtationem: vnde & manifeſtatoribus eius præmium promittitur. Eccl. 24. Qui elucidant me, vitam æternam habebunt. Sed per huiuſmodi ſimilitudines veritas occultatur; Non ergo cõpetit huic doctrinæ diuina tradere ſub ſimilitudine corporaliũ rerum.

¶ 3 Præt. Quantò aliquæ creaturæ ſunt ſublimiores, tanto magis ad diuinam ſimilitudinem accedunt: ſi igitur aliquæ ex creaturis tranſumerentur ad Deũ, tunc oporteret talem tranſumptionẽ maximè fieri ex ſublimioribus creaturis, & non ex infimis. Quod tamen in ſcripturis frequenter inuenitur.

SED CONTRA eſt, quod dicitur Oſee 12. Ego uiſionem multiplicaui eis, & in manibus Prophetarum aſſimilatus ſum. Tradere autem aliquid ſub ſimilitudine, eſt metaphoricum. Ergo ad ſacram doctrinam pertinet uti metaphoris.

RESPON. Dicendum, quòd conueniens eſt ſacræ ſcripturæ diuina, & ſpiritualia ſub ſimilitudine corporalium tradere. Deus enim omnibus prouidet ſecundum ꝙ competit eorũ naturæ: eſt autem naturale homini, ut per ſenſibilia ad intelligibilia ueniat: quia omnis noſtra cognitio a ſenſu initium habet. Vnde conuenienter in ſacra ſcriptura traduntur nobis ſpiritualia ſub metaphoris corporalium, & hoc eſt, quod dicit *Dionyſi. c. cœleſtis hierarc. Impoſſibile eſt nobis aliter lucere diuinum radium niſi varietate ſacrorum uelaminum circumuelatum. Conuenit etiã ſacræ ſcripturæ, quæ cõiter omnibus proponitur (ſecundũ illud ad Ro. 1. Sapientibus, & inſipientib. debitor ſum) ſpiritualia ſub ſimilitudinibus corporalium proponantur,

Cap. 1. circa med.

1^m de maiori. Non competere. R. Eadem ratione: non, alia §. Tunc &c. ut patet Dic ex litera; quia ratio formalis, non materialis, variat scientias. ar. 3.

2^m de minori. Occultatur. R. Infidelibus irridentibus, non fidelibus dignis & studiosis. §. Tunc nihil &c. ut patet. Ex litera dic: quod omnia in scriptura ordinatur ad promouendum bona, & impediendum mala.

3^m conclusio. Si igitur in aliqua ex &c. R. Si transsumere ex sublimioribus ad designandum diuina, esset nobis vtilius, quàm trãsumere ex infimis. §. Tunc nihil &c. ut patet. Ex litera dic, quod sacra scriptura, non tantum in rebus traditis (inquantum docet nos utilia,) sed etiam in modo illas tradendi, quæ ad utilitatem nostram, Sublimia ergo in docẽdo iacens monet quoscunque instructores, & in infirmioribus rite tractandis commorandum; si hoc expediens fuerit audientibus, & utilitatem verborum altitudini proponédam.

¶ Not. In his metaphoricis locutionib. recte intelligendis, duo seruanda sunt. Primo regula, quam ponit Augustin. libro octauo super Gen. ad literam, cap. 7. & est hæc; quòd quandocunque voces in significatione propria sensum absurdum, falsumque non dicũt: debent semper in sua propria significatione exponi. Aliter enim faciendo, stare firma non poterit ueritas sacræ scripturæ nobis; quoniam confugient omnes ad sensum metaphoricum. Cum uero in significatione propria sensum absurdum faciunt & falsum; tunc confugiendum est ad metaphoricum: ut ibi. Ego sum uitis uera, & uos palmites. Nam, seruando regulam hanc, vitabimus extremum uitiosum quorundam; qui præ delectatione figuratiuarum locutionum figuram ipsi fingunt, ubi figura nulla est. uitabimus & aliud extremũ eorum, qui ad instar Iudæorum omnia in significatione propria exponunt, etiam si metaphorice scripta sint. Porrò ad horum notitiam ampliorem, uide quæst. 68. art. 1. corp. in princip. ex B. Augustino. & q. 102. artic. 1. corp. princip. ex eodem Augustino, ubi quidam exemplis expositionis fabricandæ. Secundò discretionis iudicium in exponenda metaphora seruandum est; ne in errores, puerilesque ineptias incidamus habẽdo semper illud pro oculis, similitudo claudicat contum pedibus. Verbi gratia. Cũ scriptura sacra affert metaphoram, demus operam; ut naturam seu proprietatem rei qua metaphorice scriptura utitur, optimè intelligamus: & sic ex omnibus illius rei conditionibus illud solummodo annotemus, in quo adducta metaphora fundatur (non enim tenet in omnibus.) Vt Matthæi decimo. Estote prudentes sicut serpentes, & simplices sicut columbæ; sufficiat annotasse prudentiam serpentis & simplicitatem columbæ; ubi scilicet, utraque consistunt; cæteras proprietates ipsorum relinquendo.

tur, ut saltem, uel sic rudes eam capiant: qui ad intelligibilia secundũ se capienda non sunt idonei.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd poeta utitur metaphoris propter repræsentationem. repræsentatio enim naturaliter homini delectabilis est. Sed sacra doctrina utitur metaphoris propter necessitatem, & utilitatem, sicut iam dictum est.

AD SECVNDVM dicendum, quòd radius diuinæ reuelationis non destruitur propter figuras sensibiles, quibus circumuelatur, ut dicit Dionysius, sed remanet in sua ueritate, ut mentes quibus fit reuelatio, non permittat in similitudinibus permanere, sed eleuet eas ad cognitionem intelligibilium, & per eos, quibus reuelatio facta est, alii etiam circa hæc instruantur. Vnde ea, quæ in uno loco scripturæ traduntur sub metaphoris, in aliis locis expressius exponuntur. Et ipsa etiam occultatio figurarum utilis est ad exercitium studiosorum, & contra irrisiones infidelium; de quibus dicitur Matt. 7. Nolite sanctum dare canibus.

AD TERTIVM dicendum, quòd sicut docet Dionys. capit. 2. cœlestis hierarchiæ, magis est conueniens, quòd diuina in scripturis tradantur sub figuris uilium corporum, quam corporum nobilium. Et hoc propter tria. Primò, quia per hoc magis liberatur humanus animus ab errore. Manifestum n. apparet, quòd hæc secundũ proprietatem non dicuntur de diuinis, qd posset esse dubium, si sub figuris nobilium corporum describerentur diuina, maximè apud illos, qui nihil aliud a corporibus nobilius excogitare nouerunt. Secundò, quia hic modus cõuenientior est cognitioni, qua de Deo habemus in hac uita. Magis enim manifestatur nobis de ipso quid non est, quã quid est. & ideo similitudines illarum rerum, quæ magis elongantur a Deo, veriorem nobis faciunt æstimationem, quòd sit supra illud, quod de Deo dicimus, uel cogitamus. Tertiò, quia per huiusmodi, diuina magis occultantur indignis.

APPENDIX.

Ex artic. habes primò: quomodo per rationem ostendas; sacram scripturam rectè uti metaphoris Matth. 13. Simile est regnum cęlorum &c. & passim in euangelio. Itẽ ps. 77. Aperiam in parabolis os meũ. & Ose. 12. In manibus prophetarũ sum. Hæc hmôi, bene pro semper nota contra Iudæos, qui testm̃ vetus ubique in significatione uocum propria uolunt exponere: & hinc, iusto Dei iudicio, in perniciosissimos immergũtur errores. Scdo vides: quomodo ex his uicissim Angelica stabiliatur doctrina hæc.

In cor. art. Ca. 2. cœl. hierar. Ca. 2. ne multum rs motum ... Vtilitas pro Eccle. S. Dei.

Comm. Cardinalis Caietani.

In titulo uti metaphoris, est, uti locutionibus, quæ non uerificantur de his, de quibus dicuntur secundum propriam significationem, sed secundum aliquam similitudinem ad proprie significata, ut cum dicitur, quòd Deus noster ignis consumens est, utimur metaphora: quia Deus nõ est uere ignis, sed se habet ad modum ignis consumentis. & sic de aliis. Et occasionem sumit quæstio hæc ex secundo Posteriorum, ubi prohibentur metaphoræ in scientiis.

¶ In corpore una conclusio responsiua quæsito affirmatiue. Sacra doctrina congrue utitur metaphoris corporalium ad diuina, & spiritualia. Probatur dupliciter. Primò, Deus omnibus prouidet prout congruit eorum naturæ. ergo conuenienter homini in sacra doctrina spiritualia sub corporalibus similitudinibus traduntur. Antecedens patet. Consequentia uero probatur, quia naturale est homini ad intelligibilia per sensibilia duci. Probatur, quia omnis nostra cognitio oritur a sensu. Et confirmatur hæc ratio auctoritate Dionysii, &c. Secundò: Sacra doctrina proponitur omnibus hominibus communiter: ergò congrue spiritualia sub similitudinibus corporalium traduntur. Antecedens probatur, ad Ro. 1. Consequentia autem probatur, quia plures non sunt idonei ad intelligibilia secundum se, qui uel sic ea capere possunt.

¶ In responsione ad primum, dubium occurrit, quomodo verificetur, quod hæc doctrina vtatur metaphoris propter necessitatem, & utilitatem, ut dictum est. Nulla siquidem necessitas est, ut in corpore ostensa est. Secunda namque ratio utilitatem tantum infert, ut patet, prima uero conuenientiam, ut ipsa litera testatur. Et conuinci potest ex eo, quòd cõnaturalitas nostra ad sensibilia non infert necessitatem ad talia sensibilia. s. metaphoras. Et augetur dubium, quia nihil est metaphorice in scriptura traditũ quod non possit proprie doceri: nulla ergo est necessitas utendi metaphoris in hac doctrina, quamuis conuenienter, & utiliter eis utatur.

¶ Ad hoc dicendum mihi videtur, quòd uti metaphoris in hac doctrina est quodammodo necessarium, & quodammodo non: & hoc respectu non horum aut illorum, puta minus idoneorum, sed respectu hominis viatoris. Est siquidem necessarium propter melius consequendum finem. s. cognitionem Dei. Et hæc necessitas ostenditur per primam rationem literæ. Ex hoc namque quod cũ naturale est homini intelligibilia per sensibilia tãtum nosse, oportet si spiritualia facile, & suo modo cognoscere debet, ut per metaphoras cognoscat, quoniam metaphoræ supplent vices spiritualium specierum, quæ de spiritualibus haberi deberent secundum se. Non est autem necessarium simpliciter, quia etsi non absque fantasmatibus, tamen absque metaphoris posset homo etiã in hoc statu capere quæ dicuntur, licet non ita facile. Et per hoc patet solutio ad obiecta. Prima namque ratio ostendit non solum conuenientiam, sed ostendendo conuenientiam ex hoc ipso ostendit necessitatem, non simpliciter, sed propter melius. Et si contra hoc instetur authoritate Dionysii in litera allata, impossibile est: dici potest, quòd impossibile distinguitur sicut & necessariũ. quoniam impossibile & necessarium non æquipollent: & perinde est ac si diceretur, necesse est non aliter lucere nobis, &c.

Bannez com.

SVP. QVAEST. II.

ART. 2.

CONCL. 1. Hoc habet proprium ista scientia: quòd ipsæ res, significatæ per voces, etiam significant aliquid.

1. q. quol. 7. q. 6 ar. 2. & 3. Et po. q. 4. ar. 1. & 4. dist. 21. q. 1. ar. 3. q. 1. articu. 3. q. 1. 3. & Gal. 4. lectio. 6. Contra. 3.

¶ PROB. Quia in potestate authoris sacræ scripturæ (i. Dei) est; vt non tantum voces significent res (Hic est sensus literalis) sed etiam ut res significatæ significent alias res (hic est sensus spiritualis, & quidem triplex.)

¶ NOT. Ex ly proprium in cõclusione posito habes, quam derisibiles sint hi, qui mysticas expositiones in sciẽtiis humanis faciunt. Hinc merito tales allegoriæ, puta super Metamorphosim Ouidii Nasonis, & similia, ab ecclesia interdicuntur: quia propriam dignitatem hanc sacræ scripturæ sciẽtiis inferioribus attribuere, & consequẽter per hoc sacram scripturam nimis triuialẽ reddere, student. Vide 12. q. 104. art. 2. secundum, vbi expresse reprobantur talia a Sancto Tho. Vide & Cardinalem Caietanum super 3. q. 60. ar. 5. ad 1. & B. Hieronym. in epistola ad Paulinũ de omnibus diuinæ historiæ libris, cap 6. a ly ad sensum suum incongrua aptãt testimonia; quasi grande sit, & non viciosissimum, usq; in finem eiusdem capit. Vbi præsertim notabis ly Puerilia sunt hæc, & circulatorũ ludo similia &c. Videbis ibi cum quanto stomacho (& quidẽ iustissime) commoueatur ille sanctus, & tantus doctor, contra similes ineptissimos allegoristas. Nec mirum. Nã zelus domus Dei comedit eum; dum uidet illos, quantum in ipsis est, uilificare tantum, & sacras scripturas, ut id, quod est eis proprium (ut dicitur in hoc textu) tentent attribuere etiam prophanis literis; & altissima illa arcana, quæ catholicæ fidei sunt, ut hæc (indignum facimus) blasphemiæ facere ethnicis etiam, uel aliàs fabulosis authoribus peruia, communiaque, non erubescant. Vide q. 32. art. 1, corp. a ly qui autem

Cap. 3. in princ. habetur hic. lib. 10. 6.

Lib. 20. c. 1 circa med.

Ca. 5. eccl. hier. par. 1.

ARTICVLVS X.

Vtrum sacra scriptura sub una litera habeat plures sensus.

AD DECIMVM sic proceditur. Videtur quòd sacra scriptura sub una litera nõ habeat plures sensus, qui sunt, historicus, uel literalis, allegoricus, tropologicus, siue moralis, & anagogicus: multiplicitas enim sensuum in una scriptura parit confusionem, & deceptionem, & tollit arguendi firmitatem: vnde ex multiplicibus propositionibus non procedit argumentatio: sed secũdum hoc, aliquæ fallaciæ assignantur. Sacra autem scriptura debet esse efficax ad ostẽdendam ueritatem absq; omni fallacia. Ergo non debent in ea sub una litera plures sensus tradi.

¶ 2 Præt. * Augustin. dicit in libro de utilitate credendi, quòd scriptura, quæ testamentum vetus uocatur, quadrifariam traditur. s. secũdum historiam, secundum ethymologiam, secundum analogiam, secundum allegoriam. Quæ quidem quatuor a quatuor prædictis uidentur esse aliena omnino. Non igitur conueniens uidetur quòd eadem litera sacræ scripturæ secundũ quatuor sensus prædictos exponatur.

¶ 3 Præt. Præter prædictos sensus inuenitur sensus parabolicus, qui inter illos sensus quatuor non continetur.

SED CONTRA est, quod dicit Greg 20. Moralium: Sacra scriptura omnes scientias ipso locutionis suæ more transcendit: quia uno eodemque sermone dum narrat gestum, prodit mysterium.

RESPON. Dicendum, quod auctor sacræ scripturæ est Deus, in cuius potestate est, ut non solum uoces ad significandum accommodet (quod etiam homo facere põt) sed etiam res ipsas. Et ideo, cum in omnibus scientiis uoces significẽt, hoc habet proprium ista scientia, quòd ipsæ res significatæ per voces, etiam significant aliquid. Illa ergo prima significatio, qua uoces significant res, pertinet ad primum sensum, qui est sensus historicus, uel literalis. Illa uerò significatio, qua res significatæ per uoces, iterũ res alias significant, dicitur sensus spiritualis, qui super literalem fundatur, & eum supponit.

Hic autem sensus spiritualis trifariam diuiditur. Sicut enim dicit Apostolus ad Hebr. 7. Lex uetus figura est nouæ legis: & ipsa noua lex, ut dicit Dionysius in ecclesiast.* Hierar. est figura futuræ gloriæ. In noua etiam lege ea, quæ in capite sunt gesta, sunt signa eorum, quæ nos agere debemus. Secundum ergo quod ea, quæ sunt ueteris legis, significant ea, quæ sunt nouæ legis, est sensus allegoricus: secundum uerò quòd ea, quæ in Christo sunt facta, vel in his, quæ Christum significant, sunt signa eorum, quæ nos agere debemus, est sensus moralis: prout uerò significant ea, quæ sunt in æterna gloria, est sensus anagogicus. Quia verò sensus literalis est quem auctor intendit: auctor autem sacræ scripturæ Deus est, qui omnia simul suo intellectu cõprehendit, non est inconueniens, ut dicit Aug. 12. confess.* si etiam secundum literalem sensum in una litera scripturæ plures sint sensus.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd multiplicitas horum sensuũ non facit æquiuocationem, aut aliam speciem multiplicitatis: quia sicut iam dictum est, sensus isti non multiplicantur propter hoc, quod una uox multa significet, sed quia ipsæ res significatæ per uoces aliarum rerum possunt esse signa. Et ita etiã nulla confusio sequitur in sacra scriptura, cum omnes sensus fundẽtur super unum. s. literalem, ex quo solo potest trahi argumentum, nõ autem ex his, quæ secundum allegoriam dicuntur, ut dicit Augustin. in epist. contra Vincentium Donatistam. Non tamen ex hoc aliquid deperit sacræ scripturæ, quia nihil sub spirituali sensu continetur fidei necessarium, quod scriptura per literalem sensum alicubi manifestè non tradat.

AD SECVNDVM dicendum, quod illa tria, historia, ætyologia, analogia, ad unum literalem sensum pertinent. Nam historia est,* ut ipse August. exponit, cum simpliciter, aliquid proponitur: ætyologia verò, cum causa dicti assignatur, sicut cum Dominus assignauit causam, quare Moyses permisit licentiam repudiandi uxores. s. propter duritiam cordis ipsorum: Matthæi 19. Analogia uerò est, cum ueritas unius scripturæ ostenditur ueritati alterius non repugnare. Sola autẽ allegoria inter illa quatuor pro tribus spiritualibus sensibus ponitur, sicut & Vgo de sancto Victo.* sub sensu allegorico etiam analogicum comprehendit, ponens in tertio suarum sententiarum solum tres sensus, s. historicum, allegoricum, & tropologicum.

AD TERTIVM dicendum, quod sensus parabolicus sub literali continetur: nam per uoces significatur aliquid propriè & aliquid figuratiuè. * Nec est literalis sensus ipsa figura: sed id quod est figuratum. Non enim scriptura nominãs Dei brachium est literalis sensus, quòd in Deo sit membrum huiusmodi corporale: sed id, quod per hoc mẽbrum significatur, scilicet uirtus operatiua: in quo patet, quòd sensui literali sacræ scripturæ nunquam potest subesse falsum.

tẽ probare nititur &c. usque in finem eiusdẽ corp. Ex quo loco discurrenti proportionaliter ad illum locum patebit; quam magnis peccatis grauentur in hoc allegoristæ tales.

¶ CONCL. 2. Non est inconueniens; si, etiã secũdum literalem sensum, in una litera scripturæ plures sint sensus.

¶ PROB. Quia auctor sacræ scripturæ simul intendit significare plures res per easdem uoces: & sensus literalis est, quem intendit auctor per voces significare.

1^m de maiori.

Multiplicitas. R. Causata ex eo quòd una uox æqualiter significat multa: non ex eo quòd res per uoces significatæ significant alias res; maxime autem, si ista per res significatio fundetur super uno sensu literali. §. Tunc nihil &c. ut patet.

2^m ex August.

Secundum historiam, secundum ethymologiam, secundum analogiam. R. i. secundum literalem trifariam consideratum: non aliter. §. Tunc nihil &c.

Item ex eodẽ

Secundum allegoriam. R. Secundum sensum spiritualem triplicem iam dictum in corpore. §. Tunc nihil &c. ut patet.

3^m de maiori.

Non continentur. R. Verbaliter: non veraciter: sub sensu enim literali sic continetur. §. Tunc nihil &c. patet.

¶ Ex litera intellige articulum 9. Scripturã ergo sacrã vti metaphoris, parabolisve, est; ipsam tradere nobis sensũ lite-

Dicitur ei c. 18. 19. 20 24. & 31. to. 1.

In eod. art.

ἱστορία αἰτιολογία ἀναλογία ἀλληγορία τροπολογία ἀναγωγὴ παραβολή.

* Loco dicto in argumento.

* In prolo. lib. 1. de sacram. c. 4.

Aurum de parabolis.

QVAE-

literalem quandoque figuratiue. Ex litera etiam nota radicem erroris quorundam sensum literalem proprium a sensu literali figuratiuo non discernentium. qui, ut apud collectores stultitiarum hæreticorum patet, propter huiusmodi inscitiam in studiis suis stulti facti sunt psal. 13. Vide clariorem de hoc doctrinam 1. 2. q. 102. ar. 2. ad primum.

APPENDIX.

Vtilitas pro Eccle. S. Dei.

EX artic. habes primò: quomodo per rationem monstres, recte scripturam uti sensu literali Gal. 4. Abraham habuit duos filios; & spirituali allegorico, ibi. Quæ sunt per allegoriam dicta; & spirituali morali. 1. Cor. 10. patres nostri omnes sub nube fuerunt, mare transierunt &c scripta sunt autem hæc omnia ad correctionem nostram, & spirituali anagogico Hebr. 7. 8. 9. 10 ubi legis tabernaculum, sacerdotium, sacrificia, figurare dicit Apostolus non tantum in nouo testamento facta (quod est allegoricum) sed etiam cęlum ipsum in quo omnes a minimo usque ad maiorē scient Dominum (quod est anagogicum) Et hoc sit dictū quantum ad primam conclusionem cum suis annexis. Secundò habes: quomodo per rationem secundæ conclusionis ostendas; scripturā sacram merito introduci in sensu literali in nouo testamento, quamuis alium sensum literalem habeat in antiquo, ut Hebr. 1. Ego ero illi in patrem, & ipse erit mihi in filium: quod quidem dictum. 2. Reg. 7. de Salomone ad literam intelligitur, & tamen in sensu literali ibi ab Apostolo Messiæ applicatur. Et re uera non tantum iste locus, sed & omnes, qui in nouo testamento siue a Christo, siue ab Apostolis, siue ab Euangelistis, ad aliquid probandum adducuntur, duplicem sensum literalem habent. vnum secūdarium, alium principalem. secundarius est, qui tunc in antiquo testamento verificabatur (puta, quòd Salomon pro tempore bonę vitæ suæ esset filius Dei adoptiuus; quòd lapis materialis reprobatus ab ædificantibus multotiens; esset postea ad connectendum duos parietes in unum angulum aptissimus; quòd populus Israeliticus pro filio Dei adoptiuo habitus exierit Aegyptum tāquam ex Aegypto a Deo uocatus, &c.) principalis est, qui in testamento nouo adimpletur (puta, quòd Christus per Salomonem figuratus sit verus Dei filius, tanquam figurarum superexcedens figuram: q̄ Christus per lapidem figuratus, reprobatus sit multotiens a maioribus Iudæorum, & postea coniunxerit aptissime duos populos in unam fidem: quòd Christus a populo Israelitico figuratus sit, post moram in Aegypto propter Herodis persecutionem uocatus a Deo patre ex Aegypto per Angelum dicentem; surge Ioseph, accipe puerum, & Mariam matrem eius, & uade in terram Israel.) Nefandum enim est dicere; quòd Christus, Apostoli, uel Euangelistæ non efficaciter probent intentum suum per authoritates antiqui testamenti; maxime cum in his, tanquam in Catholicæ fidei apud infideles Iudæos, quorum conuersioni aut iustæ confutationi insistebant, firmioribus argumētis nim magnam facerent. Patet autem per Augustinum in epistola contra Vincentium Donatistam, quòd ex sensu literali solo trahi potest argumentum efficax, & non ex his, quæ secundum allegoriam dicuntur. Taceo, quòd nisi in sensu literali Christus, discipulive sui prophetas adducerent, a Iudæis ipsis, ultra quòd eos reuera nō cōuincerent, potuissent redargui dicentibus: quòd sensus ille, in quo adducebant prophetas, non erat literaliter (qui sensus præcipuus est) intentus a prophetis; & ideo quòd nolebant credere propter talia insufficientia motiua. Vt igitur noui testamenti ministros & efficaciter ex testamento ueteri probasse quod uolebant, & inexcusabiliter infideles Iudæos confudisse; fateri (ut par est) valeamus, tenendum est, ipsos authoritates antiquas in sensu literali ad probationem tunc propositæ rei induxisse. Hic est spiritus duplex prophetarum, quem Hæliseus ab Helia, quarto Regum secundo, postulabat; sensus uidelicet literalis: secundus ad antiquā, principalis ad nouum testamentum pertinens. Finis enim legis Christus est: & ideo literalis pro Christo a prophetis intentus iure est principalis, alio pro lege ueteri remanente secundo. Quando ergo alicubi inuenies dictum ab aliquo doctore; quod tales antiquæ sententiæ in nouo testamento adducuntur in sensu mystico: tu per sensum mysticum, seu spiritualem, intellige sensum magis occultum. Literalis enim pro antiquo tempore verificatus erat manifestus (ut patet;) literalis autem pro nouo est multum occultus, & solum prophetis, qui omnes ad dies Messiæ prophetabant, notus. Mysticum ergo sensum uocarunt illi doctores sensum literalem occultum, ad differentiam literalis manifesti: & consequenter non accipiunt mysticum uel spiritualem ut distinguitur contra literalem, sed ut contra qualitatem literalis, seu cōtra literalem talem. Ex hoc infringe errorem Iohan. Vuiclef, & Lutheri (Prat. Sectarii) dicentium; scriptura sacra adeo ex se clara est; ut nulla hominum sit de ea necessaria approbatio. Cuius damnationem iustam trahendam tibi dimitto ex q. 32. articu. 4. Tertiò vides: quomodo ex his uicissim Angelica doctrina præsens declaretur, atque confirmetur.

Comm. Cardinalis Caietani.

TItulus clarus.

¶In corpore duæ conclusiones. Prima respondet quæsito affirmatiue. Sacra doctrina sub una litera habet plures sensus, s. literalem & spiritualem: & hunc triplicem, s. allegoricum, moralem, & anagogicum. Probatur ex differentia inter hanc sciētiam & alias, ex differentia inter authores deriuata. Author huius doctrinæ est Deus, cæterarum homo; ergo in potestate huius authoris est accommodatio & uocum & rerum ad significandum, & non in potestate authoris aliarum: ergo in cæteris scientiis uoces tantum significant, in hac uero & uoces & res: ergo in hac est duplex sensus, scilicet literalis & spiritualis. Omnes consequentiæ patent. Et ultima declaratur: tum quia iuxta significationem uocum attenditur sensus literalis: iuxta significationem autem rerum attenditur sensum mysticus. Quo ad secundam uero partem declaratur distinguendo triplicem figurationem, ut clare patet in litera.

¶Circa hanc partem nota, cum accommodare res ad significandum nihil aliud sit quam facere eas esse non solum res, sed signa aliarum rerum, dupliciter intelligi potest res fieri signa. Vno modo in ipsa generatione rerum, ut. s. simul fiant ad hoc, ut sint res, & signa aliarum rerum. Alio modo aduentitiæ ut res iam factæ accipiantur, ut signa.

¶Si accommodatio rerum ad hoc, ut sint signa sumatur hoc secundo modo, non est proprium Dei, nec excedit hominis facultatem accommodare res ad significandum: nec est proprium huius scientiæ: quod res significent, quoniá res gestæ narratæ in aliis historiis possunt ab homine interpretari, ut signa aliarum, non solum per modum imitationis, ut gesta fortia antiquorum imitanda sint a successoribus, sed per modum significationis, ut. s. gesta illa, ut signa habeantur gerendorum.

¶Si autem sumatur accommodatio rerum ad significandū primo modo, dupliciter potest intelligi. s. uniuersaliter, & particulariter. Si particulariter, sic non excedit hominis potestatem: nam quilibet potest facere aliquos actus, uel aliquod artificiale, & faciendo illa, intendere per illa significare aliam rem, ut patet. Sed quod omnia quæ narrantur gesta in tot historiis, ut res ad doctrinam aliquam spectantes, ut sic sint ex sui constitutione signa aliarum rerum, hoc excedit humanam facultatem, hoc Dei est proprium, in hoc, hæc doctrina cæteras scientias excellit.

¶Est igitur sensus literæ, q̄ accōmodare res uniuersaliter spectantes ad doctrinam ad hoc, ut signa sint cum fiunt, est propriū huius doctrinæ, quia hoc a solo auctore huius doctrinæ fieri pōt: non enim ex adinuentione nostra, petra, de qua fluxit Iudæis aqua in deserto, facta est signum Christi, sed ad hoc ex illa petra fluxit aqua, ut in ueritate esset fons aquæ, & esset signum Christi, q̄ fōs est aquæ spiritalis, dicendo Apostolo. Bibebant de spiritali cōsequente eos petra: petra autem erat Christus, & sic de aliis.

¶Secunda conclusio est. Non inconuenit, in una litera scripturæ secundum sensum literalem esse plures sensus. Probatur dupliciter, primo ratione: Auctor scripturæ sanctæ est Deus, oīa simul suo intellectu comprehendens: ergo non inconuenit, &c. Probatur consequentia, quia sensus literalis est quem auctor scripturæ intendit; secundo auctoritate Aug 12. conf. Circa hanc conclusionem occurrit dubium, quia si sensus literalis potest multiplicari, nulla erit certitudo quis sensus sit intentus ad literā, quolibet p̄ferente suam expositionem interpretationem alterius. Cum enim de intentione Dei non aliter constet, oportebit omnes literæ expositiones, ut literalem acceptare, aut nullam.

¶Ad hoc breuiter dr̄, q̄ litera habēs multas expositiones, dupliciter se pōt hēre ad illas. Primo cōpatiens illas tā absolute, quā in ordine ad reliqua, quæ sunt fide, & tunc multitudo expositionum literaliū ad exercitationē nostrā confert, dignitatiq; auctoris attestatur, ut Aug. ibidem uult. Secundo, ut cōpatiens illas in se non tñ collata cū aliis literis sacræ scripturæ. Et tūc ex tali collatione excludūt possunt oēs illę interpretationes repugnātes vero admitti: Sicut. n. in rñsione ad 1. in litera dicitur, nihil necessarium ad salutem continet in sacra scriptura, qđ non literalem sensum alicubi manifeste tradatur; quamuis in aliqua litera obscure habeatur propter multitudinem expositionum. Et si deficeret collatio literæ obscuræ ad manifestandum, nunquam tamen deest collatio ad S. Eccles. auctoritatem, a qua non solū certificari possumus de literali sensu scripturæ, sed certi facti sumus de scriptura ipsa: Euangelio (inquit August. in epist. contra Fundamentum) non crederem, nisi me auctoritas Ecclesiæ admoneret.

Ferr. 3. cont. c. 10. 11.
Riccar. 1. 5. d. 3. q. 2. a. 1
Mairo. 1. 5. d. 1. q. 1.
Cap. 1. d. 2. q. 2.
Scot. 1. 5. d. 2. q. 2.
Duran. 1. 5. d. 3. q. 2. a. 1
Aeg. 2. d. 3. q. 2 prin. pri.
Bonona q. 2. ar. 1.

SVP. QVAEST. II. ART. I.

COncl. Hæc propositio, Deus est, quantum in se per se nota; sed non est nobis per se nota.

Ar. 7. q. præcedenti.

¶ Prob. Quia prædicatum est idem cum subiecto. Secunda pars. s. sed non &c. probatur quia nos non scimus de Deo quid est.

1^m^ de maiori.

Naturaliter inest. R. eo modo, quo naturaliter inest: non, alio. §. Puta transeundo a cognitione naturali alicuius in communi, ad esse nobis notum in singulari. Tunc nihil &c. Nam cognoscere Deum in communi cõsideratum existere, est nobis naturaliter notum; ut Damascenus dicit: non autem, Deum in singulari, ut conclusio intendit.

2^m^ de maiori.

Cognitis. R. Ab omnibus: non, ab aliquib. tantum. §. Loquendo de illis quæ sunt per se nota nobis; ut ibi philosophus. Tunc nihil &c. vide ad primõ, quòd non omnibus cognitum est Deum esse.

Item de minori. Maius autem est. R. In genere entium absolute: nõ in genere cognoscibilium tantum. §. Nisi. s. auferatur ly tantũ. Hoc autem non abstulerunt negantes Deum esse aliquid in rerum natura. §. Tunc nihil &c. Nam aliqui homines, puta isti (admisso, maius est in genere entium, quod est in re & intellectu simul; quam quod est in intellectu tantum) negarent; quòd idem sit sit maius in genere cogitabilium tantum: & consequenter, admissa sic, illa tanquam maxima, adhuc negarẽt Deũ existere: quem dicunt esse maius in genere tãtum cogitabilium. Qđ si concederent per ly Deus intelligi maius in genere etiam entiũ ad extra: tunc ex hoc cogerentur fateri, Deũ esse

11 3. d. 3. q. 1. art. 2. & 1. cont. c. 10. & 11. & ueri q. 10. art. 12. expo. q. 7. ar. 2. 11. *Lib. 1. orthod. fidei. c. 1. & 3.

* 1. Poster. tex. 6. ante med. to. 1.

QVAESTIO II.

De Deo, An Deus sit.

QVIA igitur principalis intentio huius sacræ doctrinæ est, Dei cognitionem tradere, & non solum secundum q in se est, sed etiã secundum q est principium rerũ & finis earum, & specialiter rõnalis creaturæ, ut ex dictis est manifestum, *ad huius doctrinæ expositionem intendentes.

¶ Primò, tractabimus de Deo.

¶ Secũdò, de motu rationalis creaturæ in Deum.

¶ Tertio, de Xpo qui secũdũ q hõ, uia est nobis tenendi in Deum.

CONSIDERATIO autem de Deo tripartita erit.

¶ Primo namq; cõsiderabimus ea, quæ ad essentiã diuinã pertinẽt.

¶ Secundo, ea quæ pertinent ad distinctionem personarum.

¶ Tertio, ea quæ pertinent ad processum creaturarum ab ipso.

CIRCA essentiam uero diuinam.

¶ Primo, considerandum est, an Deus sit.

¶ Secundo, quomodo sit: vel potius quomodo non sit.

Tertio, considerandum erit de his, quæ ad operationem ipsius pertinent, scilicet de scientia, & de voluntate, & potentia.

CIRCA primum quæruntur tria.

¶ Primo, vtrum Deum esse, sit per se notum.

¶ Secũdo, vtrũ sit demonstrabile.

¶ Tertio, An Deus sit.

ARTICVLVS I.

Vtrum Deum esse sit per se notum.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur quòd Deum esse sit per se notum. Illa enim nobis dicũtur per se nota, quorum cognitio nobis naturaliter inest, sicut patet de primis principiis. Sed sicut dicit Damasc.* in princ. lib. sui. Omnibus cognitio existendi Deum naturaliter est inserta: ergo Deum esse est per se notum.

¶ 2 Præt. Illa dicuntur esse per se nota, quæ statim cognitis terminis, cognoscuntur. quod Philosophus attribuit primis demonstrationis principiis, in 1. Poster. *Scito enim quid est totum, & quid pars, statim scitur, quod omne totum maius est sua parte: sed intellecto quid significet hoc nomen Deus, statim habetur, quòd Deus est. Significat ur enim hoc nomine id quo maius significari non potest: maius autem est, quod est in re & intellectu, quam quòd est in intellectu tantum: vnde cum intellecto hoc nomine Deus, statim sol in intellectu, sequitur etiam quòd sit in re: ergo Deum esse est per se notum.

¶ 3 Præt. Veritatem esse est per se notum: quia qui negat veritatem esse, concedit veritatem ~~non~~ esse, si enim ueritas non est, verũ est veritatem non esse. si autem est aliquid verum oportet, q veritas sit. Deus autem est ipsa veritas, Ioã. 14. Ego sum via, veritas & vita: ergo Deum esse est per se notum.

SED CONTRA, nullus potest cogitare oppositum eius, quod est per se notum, ut patet per Philos. in 4. Met. & 1. *Poster. circa prima demonstrationis principia. cogitare autem potest oppositum eius quod est Deum esse, secundum illud Ps. 52. Dixit insipiens in corde suo, nõ est Deus. ergo Deum esse non est per se notum.

RESPON. Dicendum, q contingit aliquid esse per se notum dupliciter, vno modo secundum se, & non quo ad nos, alio modo secũdũ se, & quo ad nos. Ex hoc enim aliqua propositio est per se nota, quod prædicatum includitur in rõne subiecti, ut homo est animal: nã animal est de ratione hominis. Si igitur notum sit omnibus de prædicato, & de subiecto quid sit, propositio illa erit omnibus per se nota, sicut patet in primis demonstrationum principiis, quorum termini sunt quædam cõmunia, quæ nullus ignorat, ut ens & non ens, totum & pars, & similia. Si autem apud aliquos notum nõ sit de prædicato, & subiecto quid sit, propositio quidem quantum in se est, erit per se nota, non tamen apud illos, qui prædicatum & subiectum propositionis ignorant. Et ideo contingit, ut dicit Boet. *ia lib. de hebd. quòd quædam sunt communes animi conceptiones, & per se notæ apud sapientes tantum: ut^d^ incorporalia in loco non esse. Dico ergo, quod hæc propositio, Deus est, quantum in se est, per se nota est: quia prædicatum est idẽ cum subiecto. Deus enim est suum esse, ut infra patebit. † Sed quia nos non scimus de Deo quid est, non d est nobis per se nota, sed indiget demõstrari per ea, q sunt magis nota quo ad nos, & minus nota, quo ad naturã, s. per effectus.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd cognoscere Deũ esse in aliquo communi, sub quadam confusione est nobis naturaliter insertum, inquantum. s. Deus est hominis beatitudo. homo. n. naturaliter desiderat beatitudinem; & quod naturaliter desideratur ab hoĩe, naturaliter cognoscitur ab eodem. Sed hoc non est simpliciter cognoscere Deum esse, sicut cognoscere uenientem non est cognoscere Petrum, quamuis sit Petrus veniens: multi enim perfectũ hominis bonum, quod est beatitudo, existimant diuitias; quidã uerò uoluptates, quidam autem aliquid aliud.

AD SECVNDVM dicendum, q fortè ille, qui audit hoc nomẽ Deus, nõ intelligit significari aliquid, quo maius cogitari non possit, cũ quidã crediderint Deũ esse, corpus. Dato et q quilibet intelligat hoc noĩe Deus significari hoc qđ dr̃, s. illud, quo maius cogitari non põt; non tñ pp hoc sequi quod intelligat id, qđ significatur p nomẽ, esse in rerũ natura, sed in apprehensione intellectus tm̃. Nec põt argui q sit sit in re, nisi daretur quod sit in re aliquid, quo maius cogitari nõ põt: qđ non est datũ a ponentibus Deum non esse.

AD TERTIVM dicendũ, q d veritatẽ esse in cõi est p se notũ, sed primã veritatẽ esse, hoc nõ ẽ p se notũ quo ad nos.

Comm.

* 1. Poster tex. ulti. a med. illius & tex. 5. circa fi. 4. Meta. tex. 9. in noiter to. & 5.

In lib. an omne qđ est sit bonum, circa prin. illius. D. 727. D. 822. q. 3. art. 4. D. 461. D. 4580.

470 D. 933.

D. 933.

esse in rerum natura: & sic, ly Deum existere, esset per se notũ nobis.

3^m^ de maiori.

Veritatem. R. In communi consideratam: non in speciali. §. i. vt ueritas; non ut ueritas talis, puta Deus. Tunc nihil &c. ut patet.

APPENDIX.

EX artic. habes primò: quomodo per rationem ostendas, & rectè dicit, & quid dicere uelit, psal. 13. Dixit insipiens in corde suo, non est Deus. Quis autem sit iste insipiens patet, quòd sunt Athæi. Hi enim dicunt (teste Gabriele Prateolo in tit. Athæi) Deum nullum esse: adiungentes etiam expressè affirmant, Nec Christum esse, nec diabolum, nec cœlum, nec infernum. Secundò uides: quomodo ex his uicissim, cum oppositum huius, scilicet Deus est, corde concipere potuerint, firmetur conclusio, & declaretur.

Vtilitas pro Eccle. S. Dei.

Comm. Cardinalis Caietani.

IN titulo huius primi articuli ly per se, non per aliũ mediũ m terminum, ly notum notitia euidenti: propositio enim per se nota dicitur quæ ex solis proprijs terminis est nota euidentia certa & infallibili, ut patet primo posteriorum. est ergo sensus tituli, utrum hæc propositio Deus est, sit per se nota.

¶ In corpore duo fiunt: primò distinguitur propositio per se nota, secundo respondetur quæsito. Quo ad primum distinctio est propositionis per se notæ, alia secundum se tantum, alia secundum se & quo ad nos, & hæc, aut quo ad nos omnes, aut quo ad sapientes tantum, & sic fiunt tria membra in litera. Declaratur distinctio cum suis membris ex una radice propositionis per se notæ in communi. propositio per se nota est: cuius prædicatum clauditur in ratione subiecti; ergo propositio per se nota secundum se, & quo ad nos, est, cuius prædicatum est in ratione subiecti, & nobis est nota ratio subiecti & prædicati: ut, Quodlibet est aut non est, &c. secundum se autem tantum, cuius prædicatum est in ratione subiecti: sed rationes terminorum nos latent: ergo secundum se & quo ad sapientes, cuius prædicatum est in ratione subiecti, & ratione subiecti, & rationes terminorum clarent apud sapientes, ut incorporalia non esse in loco. Et confirmatur hoc membrum auctoritate Boetij.

¶ Circa hanc partem aduerte, quod propositio per se nota ideo dicitur per se, idest non per alium medium terminum nota, quia excludit ly per se quemcumque alium medium terminum, & consequenter quamcumque præmissam ad notificandum causa, & cum propositio aliqua possit notificari a priori & a posteriori, oportet quod ly per se distinguatur. an excludat medium terminum a priori tantum, an a priori & posteriori simul. Si enim omnis propositio per se nota est, habens prædicatum in ratione subiecti, oportet ut semper ly per se, excludat mediũ a priori. sed quoniam contingit quod inter ea, inter quæ nullum est secundum, ut sunt cognita nobis, sit medium, ideo non semper excludit medium a posteriori: & propterea in litera distincta est propositio per se nota ex differentia inter terminos notos, & ignotos, idest ex differentia inter extrema propositionum, ut sunt nobis nota. Illæ enim quarum extrema non secundum se tantum, sed ut nota nobis sunt immediata, sunt omnibus per se notæ. Illæ uerò quarum extrema, licèt secundum se nõ tamen ut nota nobis, sunt immediata, sunt secundum se tantum per se notæ, non nobis, & similiter quarum extrema ut nota sapiẽtibus sunt immediata, sunt eis per se notæ.

¶ Circa hanc partem sunt multa dubia & argumenta Scoti, Aurel. & Gregorij: sed quoniam hæc ad librum posteriorem spectãt ubi in capite tertio diffuse hanc materiam tractaui, idcirco absq; eorum repetitione uidendæ sunt ibi solutiones argumentorum cum toto processu: Id tantum hic notato, quòd in litera non diffinitur propositio per se nota, dicendo quòd est, cuius prædicatũ ponitur in ratione subiecti, sed ponitur causalis; scilicet quod ex hoc quod prædicatum ponitur in ratione subiecti, sit propositio per se nota, quæ est conuertens respectu illius, & hoc ideò dico, quia bene uerum est apud Sanctum Thomam, quòd omnis propositio, cuius prædicatum cadit in ratione subiecti, est per se nota, sed non econuersò. quoniam cum unum generalissimum negatur de alio, & cum prima passio prædicatur de primo subiecto, sunt propositiones immediate secundum se, & consequenter secundum se per se notæ: si tamen alicubi sic diffinita reperitur, glossetur ly esse in ratione subiecti formaliter, uel uirtualiter proxime, non tamen extendatur talis locutio, quia minus propria est.

¶ Quo ad secundum, conclusio responsiua est hæc propositio Deus est, est per se nota secundum se, non nobis probatur prima pars: quia prædicatum est idem subiecto secunda autem, quia nos nescimus quid subiecti. & ex hoc sequitur corollarium: ergo ista egent manifestari per medium quo ad nos, id est, a posteriori effectu. Patet sequela: quia nobis non est euidens, & a priori caret medio.

¶ In responsione ad secundum aduerte, quòd contra secundam responsionem ibi datam, satis molestè quidam instant quasi roborando argumentum sic: excedens omne cogitabile non est per tuã responsionem: ergo non est excellens omne cogitabile, quod est oppositum quid nominis ipsius Dei. probatur consequentia: quia non excedit cogitabile existens & si ipsum esset, cogitaretur maius quam cogitatum non esset. Sed hæc obiectio non est alia ab obiectione facta in litera, & ideo eadem responsione soluitur distinguendo consequens, quod excedere omne cogitabile contingit dupliciter. Vno modo quod excellit in rerum natura, alio modo secundum esse cogitatum, & intendo non quod esse in rerum natura, aut obiectiuè sit ratio excessus, sed utimur eis in proposito, ut conditione rerum cogitatarum. Verbi gratia: conditiones perfecti oratoris cogitatæ possunt excedere omnem oratorem simpliciter. Vno modo, quod ille excessus sit in rerũ natura, alio modo, quod sit esse obiectiuo. Primo modo oportet ponere oratorẽ, perfectum existere. Secundo modo non, sed sufficit ipsum habere esse obiectiuum: rationem autem excedendi attendi dicimus penes nobilitatem conditionum cogitatarum in se. In proposito ergo dicitur, quod ex illo antecedente, excedens omne cogitabile non est, optime sequitur, ergo non est excedens in rerum natura omne cogitabile: imo non est sic excedens formicam, aut quodcũque minum existens, sed non ualet: ergo non est, excedẽs in se secundum esse obiectiuum omne cogitabile: imò sic excedit omne cogitabile. Et cum dicitur maius cogitabile esset, si esset in rerum natura: negatur hoc. Ista enim replica procedit aut ex ignorantia propriæ uocis, dum credunt isti, quod responsio data acceptans quid nominis assignatum Dei intendat, quod cum significatur hoc, scilicet maius omni cogitabili, significatur aliquid plenũ omni perfectione, abstrahendo ab existentia, & ideo instant, significetur plenum omni perfectione inclusa existentia in rerum natura, & sic significabitur, maius aut ex ignorantia inter actum signatum & exercitum. Conuenimus namque in quid nominis, & non dissentimus. Nihil excipimus in ratione excedendi, seu in actu signato: quamuis ab existere in actu exercito abstrahere opus sit: Vnde conceditur, quod significatur & cogitatur maius omni cogitabili cum omni perfectione, etiam existentiæ in rerum natura, in actu tamen signato: sed a significari & cogitari, ad esse non ualet argumentum. Et ideo in litera dicitur, quod hæc ratio nihil cõcludit: quia ab aduersarijs non conceditur maius omni cogitabili esse in natura rerum, licet concedatur, quod maius omni cogitabili significatur, & cogitatur esse in rerum natura; non ergo significatur maius significatum ut existens: sed etsi existerèt, non esset maius, sed esset quod non est nisi in cogitatione. Exemplum simile in speciali habetur: si fingamus latere nos nobilissimum animalium esse, & uellemus probare illud esse ex termini, scilicet, nobilissimum animalium est: quia si non est, ergo non est nobilissimum animalium, hic enim manifestiùs liquet, quod ratio excessus est nobilitas rei signatæ in se conditiones uero præcedentis sunt esse obiectiuum, & esse in rerum natura, & qualiter argumentum non ualeat ut patet exercenti. Logicè autem his molestiis unico uerbo silentium impones dicens, quod maius omni cogitabili importare existentiam in rerum natura contingit dupliciter, scilicet in actu exercito, uel signato, & quod secundo modo conceditur in proposito, primo modo non & quod si primo modo acceptaretur, sine dubio illa esset per se nota: maius omni cogitabili est: sicut ista, quod est, est: ratio autem quare non clauditur existere in actu exercito, est quia conceptum tantum est: quia nominibus res significantur ut cõceptæ, uerbis autem ut exercitæ. Vnde ista enũtiatio: existentia non est, nõn implicat contradictoria: ista autem. Quod existit, non est implicat contradictoria.

¶ In responsione ad tertium aduertendum, quod dum litera, respondendo concedit ueritatem esse in communi esse per se notum, consequentia factam arguendo acceptare, uidetur illud, scilicet nulla ueritas est: ergo uerum est nullam ueritatem esse. Scotus tamen in 1. d. 1. q. 2. in responsione ad tertium, reprehendit hanc consequentiam, dicens, eam peccare fallacia consequentis a pluribus causis ueritatis ad unam illarum. Tum quia licet ualeat, nulla ueritas est: ergo non est uerum aliquam ueritatem esse: non tamen ualet, ergo est uerum, nullam ueritatem esse: illa enim est negatiua, ista affirmatiua. Tum, quia ueritas aut sumitur fundamẽtaliter, aut formaliter: si nulla ueritas est, neutro modo uerum est illam esse: non fundamentaliter, quia nulla res fundans remanet: non formaliter: quia nullus intellectus restare poneretur, ergo affirmatiua non sequitur sed negatiua, ut dictum est.

¶ Ad hoc breuiter dicitur, quod cum secundum bonam logicã a propositione uera de inesse ad suam modalem de uero, sit optima consequentia, & econuersò: quia uerum, non est modus addens supra suam præiacentem: miror quomodo arguens huic consequentiæ se opposuit, ualet namque Sortes currit, ergo Sor. currere est uerum, & similiter: sor. non currit: ergo sortem non curręre est uerum, & patet in omnibus: & sic in proposito: nulla ueritas est, ergo nullam ueritatem esse est uerum. Et confirmatur quia ista, scilicet, nulla ueritas est, est quædam enuntiatio: ego significans uerum uel falsum, ex primo Periherm. sed apud eos significat uerum: ergo significat nullam ueritatem esse, esse uerum. Ad primam ergo obiectionem dicitur, quod nulla fallacia est, quia utraque illarum sequitur determinate illa, & prius sequitur ista affirmatiua de modo: ergo uerum est nullam ueritatem esse: quã illa negatiua, ergo non est uerum aliquam ueritatem esse; quoniã prima sequitur immediatè, secunda autem mediante illa; quoniã prima pertinet ad consistentiam ipsius propositionis in seipsa, secunda autem ad destructionem suæ cõtradictoriæ, scilicet aliqua ueritas est. Et rursus, licet destructio contradictoriæ ipsam statim sequeretur, dicendo nulla ueritas est, ergo non aliqua ueritas est: destructio tamen contradictoriæ cum modo de uero non sequitur, nisi in uirtute regulæ dictæ, scilicet, quod propositio uera de in esse æquiualet modali de uero: ideo enim sequitur, nulla ueritas est. ergo non est uerum aliquam ueritatem esse, quia æquiualet negationi illius contradictoriæ, scilicet non aliqua ueritas est: & sic

sic Sco. negando consequentiam, concessit illam nesciens, dum cō cessit illam super radice illius fundatam. Ad secundam uero obiectionem dicitur, quod ueritas sumitur ad minus fundamentaliter, & cum dicitur, quod nullum fundamentum remaneret, negatur. Dico enim quod ad remansionem ueritatum negatiuarum fundamentaliter, non requiritur remansio rerum. unde ueritas illius, nihil est nihil omni omnino re & intellectu secluso, remanet fundamentaliter: quia si intellectus esset, posset eis suam compositionē adæquare obiectaliter componendo hanc, nihil, est nihil, & hæc remansio sufficit: unde nec etiam modo ista propositio, nihil est nihil habet fundamentum ex parte rei significatæ, nisi modo dicto. Quod .n. dicitur ꝙ ueritas fundamentaliter est entitas, uerum est de ueritate positiua, non autem negatiua: fundamentum .n. negatiuæ ueritatis est non esse, & non est esse, ut patet.

Ferr. 1. contr. c. 12. 13. 14.
Aegi. 1. 5. d. 3. q. 3. princ. prim.
Cap. 1. d. 2. q. 1. con. 6.
Bannes eod. lo.
Alb. Mag. 1. dist. 3. ar. 2.

12
1. contr. c. 12. 13. & 14.
Et po. q. 7. ar. 3. & op. 3. c. 4.

¶ *Hunc articulum diffusè habes in q. de ue. q. 10. art. 12.*

ARTICVLVS II.

Vtrum Deum esse sit demonstrabile.

AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur, ꝙ Deum esse non sit demonstrabile. Deum enim esse est articulus fidei: sed ea, quę sunt fidei, non sunt demonstrabilia, quia demonstratio facit scire, fides autem de non apparentibus est, ut patet per Apostolum ad Hebræos vndecimo. ergo Deum esse non demonstrabile.

¶ 2 Præter. Medium demonstrationis est quod quid est: sed de Deo non possumus scire quid est, sed solum quid non est, ut dicit Dam. ergo non possumus demonstrare Deum esse.

Lib. 1. Ortho. fidei. cap. 4.

¶ 3 Præt. Si demonstraretur Deū esse hoc non esset nisi effectibus eius: sed effectus eius non sunt proportionati ei, cum ipse sit infinitus & effectus finiti: finiti autem ad infinitum non est proportio. cum ergo causa non possit demonstrari per effectum sibi non proportionatum, uidetur quod Deum esse non possit demonstrari.

SED CONTRA est, quod Apostolus dicit ad Rom. 1. Inuisibilia Dei, per ea, quæ facta sunt intellecta conspiciuntur. Sed hoc non esset, nisi per ea, quæ facta sunt, posset demonstrari Deum esse: primum, enim quod oportet intelligi de aliquo est, an sit.

RESPON. Dicendum, quod duplex est demonstratio. una, quę est per causā, & dicitur propter quid, & hæc est per priora simpliciter: alia est per effectum, & dicitur demōstratio quia, & hæc est per ea, quæ sunt priora quo ad nos, cum enim effectus aliquis nobis est, manifestior, quam sua causa, per effectum procedimus ad cognitionem causæ. ex quolibet autem effectu potest demonstrari propriam causam eius esse, si tamen eius effectus sint magis noti quo ad nos quia, cum effectus dependeant a causa, posito effectu necesse est causam præexistere. Vnde Deum esse secūdum quod non est per se notum, quo ad nos demonstrabile est per effectus nobis notos.

AD PRIMVM ergo dicendū, quod Deum esse, & alia huiusmodi, quę per rationem naturalem nota possunt esse De Deo, ut dicitur Rom. primo, non sunt articuli fidei, sed præambula ad articulos. Sic enim fides præsupponit cognitionem naturalem, sicut gratia naturam, & ut perfectio perfectibile nihil tamen prohibet illud, quod secundum se demonstrabile est, & scibile ab aliquo accipi, ut credibile, qui demonstrationem non capit.

AD SECVNDVM dicendum, quod cum demonstratur causa per effectum, necesse est uti effectu loco diffinitionis causæ ad probandum causam esse: & hoc maxime contingit in Deo, quia ad probandum aliquid esse, necesse est accipere pro medio quid significet nomen, non autem quod est, quia quæstio quid est, sequitur ad quæstionem an est. Nomina autem Dei imponuntur ab effectibus, ut postea ostendetur, * vnde demonstrando Deum esse per effectum accipere possumus pro medio quid significet hoc nomen Deus.

AD TERTIVM dicendum, quod per effectus non proportionatos causæ, non potest perfecta cognitio de causa haberi, sed tamen ex quocumque effectu potest manifestè nobis demonstrari causam esse, ut dictum est, * & sic ex effectibus Dei potest demonstrari Deum esse, licet per eos non perfectè possimus cognoscere secundum suam essentiam.

ARTI-

SVPER Q. II. ART. II.

CONCL. Deum esse, secūdum quod non est per se notum, quo ad nos est demonstrabile per effectus nobis notos.

¶ PROB. Quia ex quolibet effectu nobis notiori demonstrari potest causam esse [cum a causa dependeat effectus]: & Deum esse illorum nobis uisibilium causam, præsupponitur tamquam uerissimum q. 44. art. 1.

1m de maiori. Articulus fidei. R. Nō: sed præambulum ad fidem. §. Tunc nihil &c.

Item de minori. Quæ sunt fidei. R. Simpliciter: non, secundum quid. §. Tunc &c. ut patet. Ex litera dic; quod excedentia totaliter rationem, si credantur, dicuntur credibilia simpliciter, nō excedentia uero illam dicūtur credibilia secundum quid. De primis tantum loquitur Apostolus: Hebr. 11.

¶ NOT. Rationi humanæ peruia ponuntur in symbolo fidei, ut p hoc aperte mōstretur, quod fides non est contraria rationi [contra hæreticos dicentes oppositum]: imò quod fides perficit rationem, & ratio subseruit fidei tamquam perfectioni suæ, a simili de charitate, supra q. 1. ar. 8. secundum, Vide literæ secundum responsum ly nihil tñ prohibet, &c.

2m de maiori. Quod quid est. R. Vel quid significat nomen. §. eius rei, scilicet de qua fieri debet demonstratio. Tunc &c. ut patet. Ex litera dic: quod in demonstratione, quia non potest esse medium quod est, sed tantum, quid nominis, i. quid significet nomen: secus in demonstratione propter quid, & huiusmodi.

3m de conclusione. Cū ergo causa. R. quantū ad suam essentiam considerata, non quantum ad suum esse in rerum natura §. Tunc &c. Nā argumentū concludit, quod per effectus illos improportionatos non possumus cognoscere Deum quantum ad essentiam suam, quod & nos concedimus: sed nō concludit, quod non possumus per eos cognoscere Deum, quantum ad. An est, idest an sit, quod esset contra conclusionem.

D. 1293.

APPENDIX.

Vtilitas p Ecclesia S. Dei.

EX articulo habes primo quomodo per rationem conuincas errorem quorundam [ut refert Sanctus Thomas contra gentes li. 1. c. 12. & uerit. q. 10. ar. 12.] dicentium non posse a posteriori demonstrari Deum esse. Secundo habes: quomodo per rationem, hunc ostendas esse merito damnatum a sacris literis Sapient. 13. A magnitudine spéi & creaturæ cognoscibiliter poterit creator horum uideri. Si ergo aliqua prædicata, puta quod sit magnus pulcherrimus excellentissimus, de Deo possumus ex creaturis uidere, a fortiori hoc prædicatum. An sit de ipso ex eis poterimus cognoscibiliter, id est certitudinaliter uidere, quoniam quæstio An est, omnes alias quæstiones præcedit. Item a psalm. 103. Extendens cęlū sicut pellem. Ac si apertè dicat. Cęlum est tamquam extensus, idest apertus liber, ex cuius cognitione uelut ex libro homines edocentur de Deo. Sicut pellem, inquit, i. (ut diximus) sicut librum; quia libri antiquitus ex animalium pellibus fiebant. Nomine autem cœli, secūdum hanc expositionem, intelligi possunt omnes uisibiles creaturæ, a continente, & nobiliori, denominationem faciendo. Item ab Actu 14. Annunciantes uobis conuerti ad Deum, qui fecit cęlum & terram, & quidem non sine testimonio semetipsum reliquit, benefaciens nobis de cęlo dans pluuias, & tempora fructifera, im-

D. 563: Q. 13. ar. 1. D. 311. D. 566.

In cor. art.

Tertium

plens

plens cibo, & lætitia, corda hominum. Quem locum B. Ambr. 2. li. de uocatione gentium c. 1. exponens ait. Etiã ante sacras literas in testimonio Domino deseruiunt orbis, & innenarrabilis cęlorũ pulchritudo; per quam hominib. quædam tabulæ præbebantur, ut ueluti in paginis elementorum & cęlorum diuinæ institutionis doctrina legeretur. Item ad Ro. 1. Inuisibilia Dei per ea, quæ facta sunt, intellecta conspiciuntur. Quid clarius contra errorem præmissum? Nam inter prædicata inuisibilia Dei est primum, tanquam sine quo nihil aliud est, An existit. Tertio vides: quo ex his uicissim Angelica doctrina præsens firmetur, & declaretur. 3

Comm. Cardinalis Caietani.

Titulus clarus.

¶ In corpore duo, Primo distinguit demonstrationem in quia & propter quid, &c. Secundo respondet quæsito affirmatiuè unica conclusione: Deum esse, est demonstrabile a posteriori, seu per effectum probatur: effectus. n. dependet a propria causa, ergo posito effectu necesse est causam præexistere. ergo ex quolibet effectu, dummodo sit nobis notior, potest demonstrari propriã causam eius esse: ergo Deum esse est demonstrabile per effectus notiores nobis: omnia clara sunt, supponendo quod Deus habet aliquos notiores effectus, quod inferius patebit.

¶ In responsione ad primũ aduerte, quod nota de Deo naturali lumine dupliciter sumuntur. Vno modo secundum se. Alio modo, ut nobis nota: & similiter articuli fidei sumuntur secundum se, & ut crediti: si sumantur, utraque secundum se, sic non est uerum, quod illa sint præambula ad propositiones quæ sunt articuli fidei: sed quædam præcedunt, ut Deum esse: Deum esse unũ, bonum, & similia absoluta: quædam sequuntur, ut Deum esse primam causam rerum, &c. huiusmodi: nec propter hoc sequitur quod sint propositiones in theologia priores primis principiis: quamuis sequatur quod sunt aliquæ priores illis principiis, quæ sunt articuli fidei, quoniam præcedentes secundum se, sunt inter principia: iam enim dictum est in secundo articulo, quod articuli fidei secundum se, sunt per se principia theologiæ, ut crediti autem per accidens: si uero sumantur utraque ut nota nobis, sicut omnia huiusmodi naturaliter nota, sunt præambula: propter rationem in litera positam: & hoc tantum litera intẽdit: quare esto cautus.

¶ In responsione ad secundum aduerte, quod hæc doctrina de probatione quæstionis, an est, uera est quo ad nos: secundum talẽ namque ordinem quæstio quid est, sequitur an est, secundum se autem econuersò, ut in secundo posteriorum docetur.

ARTICVLVS III.

Vtrum Deus sit.

13 1. dist. 8. q. 1 ar. 1. & 1. cont. c. 13. Et op. 3. c. 3. & ueri q. 1. ar. 4. 7. & po. 4. 7.

AD TERTIVM sic proceditur. Videtur quod Deus non sit. Quia si unum contrariorum fuerit infinitum, totaliter destruetur aliud. Sed hoc intelligitur in hoc nomine Deus, scilicet quod sit quoddam bonũ infinitum: si ergo Deus esset, nullum malum inueniretur. Inuenitur autem malũ in mundo. ergo Deus nõ est.

¶ 2 Præter. Quod potest compleri per pauciora principia, non fit per plura. Sed uidetur, quod omnia quæ apparent in mundo possunt compleri per alia principia, supposito, quod Deus non sit, quia ea, quæ sunt naturalia, reducuntur in principium, quod est natura. Ea uerò quæ sunt a proposito, reducuntur in principium, quod est ratio humana, uel uoluntas. Nulla igitur necessitas est ponere Deum esse.

SED CONTRA est, quod dicitur Exod. 3. ex persona Dei. Ego sum qui sum.

RESPON. Dicendum, quod Deum esse quinque uiis probari potest.

Prima autem & manifestior uia est, quę sumitur ex parte motus. Certum est enim & sensu constat, aliqua moueri in hoc mundo: omne autem quod mouetur, ab alio mouetur. Nihil enim mouetur, nisi secũdum quod est in potentia ad illud, ad quod mouetur: mouet autẽ aliquid secundum quod est actu. Mouere enim nihil aliud est quam educere aliquid de potentia in actum. De potentia autem non potest aliquid reduci in actũ, nisi per aliquod ens in actu: sicut calidum in actu, ut ignis, facit lignum, quod est calidum in potentia, esse actu calidum, & per hoc mouet, & alterat ipsum. Non autem est possibile ut idem sit simul in actu & potentia secundum idem, sed solum secundum diuersa: quod enim est calidum in actu, nõ potest simul esse calidum in potentia, sed est simul frigidum in potentia. Impossibile est ergo quod secundum idem, & eodem modo aliquid sit mouens & motum, uel quod moueat seipsũ: omne ergo quod mouetur oportet ab alio moueri. Si ergo id, a quo mouetur moueatur, oportet & ipsũ ab alio moueri, & illud ab alio: hic autem non est procedere in infinitum, quia sic non esset aliquod primum mouens, & per consequens nec aliquod aliud mouens, quia mouentia secunda non mouent nisi per hoc quod sunt mota a primo mouente, sicut baculus non mouet nisi per hoc quod est motus a manu: ergo necesse est deuenire ad aliquod a nullo mouetur, & hoc omnes intelligunt Deum.

Ferr. 1 cont. cap. 14. Cap. 2. d. 6. q. 1. con. 1. & d. 3. q. 1. Banens eod. loco.

Secunda uia est ex ratione causæ efficientis. Inuenimus enim in istis sensibilib. esse ordinem causarum efficientium, nec tamen inuenitur, nec est possibile quod aliquid sit causa efficiens suiipsius, quia sic esset prius seipso, quod est impossibile: nõ autem est possibile quod in causis efficientibus procedatur in infinitum, quia in omnibus causis efficientibus ordinatis, primum est causa medii, & medium est causa ultimi, siuè media sint plura, siuè unum tantum: remota autem causa, remouetur effectus: ergo, si non fuerit primum in causis efficientibus, non erit ultimum, nec medium. Sed si procedatur in infinitum in causis efficientibus, non erit prima causa efficiens, & sic non erit nec effectus ultimus, nec causæ efficientes mediæ, quod patet esse falsum: ergo est necesse ponere aliquam causam efficientem primam: quã omnes Deum nominant.

SVPER Q. II. ART. III.

Ex 2. Met.

CONCL. Deum esse, quinque uiis probari potest.

¶ PROB. Quia datur primum mouens, primum efficiens, primum ex se necessariũ, Maximum ens, ens omnia naturalia gubernãs (ut de singulis patet in tex.) Et hoc primum, hoc maximũ, hoc ens, omnes homines dicunt esse Deum (ut patet.)

¶ NOT. Ex fine corporis, ly ergo est, &c. dic, quod opus omniũ rerum creatarum seu totius naturæ est opus intelligẽtiæ numquam errantis.

Tertia uia est sumpta ex possibili & necessario, quæ talis est. Inuenimus enim in rebus quædam, quæ sunt possibilia esse, & non esse, cum quędam inueniantur generari & corrumpi, & per consequens possibilia esse & non esse. Impossibile est autem omnia quæ sunt talia, semper esse, quia quod possibile est non esse, quandoq; non est. Si igitur omnia sunt possibilia nõ esse, aliquando nihil fuit in rebus. Sed si hoc est uerum, etiam nunc nihil esset, quia quod non est, non incipit esse nisi per aliquid quod est. Si igitur nihil fuit ens, impossibile fuit quod aliquid inciperet esse, & sic modo nihil esset: quod patet esse falsum. Non ergo omnia entia sunt possibilia, sed oportet aliquid esse necessarium in reb. Omne autem necessarium uel habet causam suæ necessitatis aliunde, uel non habet. Non est autem possibile quod procedatur in infinitum in necessariis, quæ habent causam suæ necessitatis, sicut nec in causis efficientibus, ut probatum

1m de maiori. Totaliter destruetur. R. Vel antecedenter, uel consequenter. §. Antecedenter, idest quia omnino non erit: consequenter, i. quia ex dato illo elicietur oppositum. Tunc &c. Nam ex hoc, quod Deus reperitur, malum omne totaliter destruitur consequenter, ut patet in litera. Et hoc sufficit ad uerificandam illam maximam in esse ctibus non infinite participantibus illud contrarium bonum infinitum, cuiusmodi sunt effectus hic in mūdo existentes.

In iam dictis in illo artic.

¶Not. Ex hac litera confutabis errorem Algazelis [Direct. Inquis. 2.p.q.4.] dicentis: Deus nō permittit mala fieri, ut eliciat bona: sed mala in mūdo proueniunt ex necessitate materię uel naturę. Huius erroris damnationes alias uide q.14. art. 16. & q. 22. ar. 2. Ex litera etiam dic, homines illos huic diuino operi e diametro esse contrarios, qui ex bonis sibi, uel aliis a Deo datis eliciunt mala (ut patet)

2m de maiori. Compleri. R. Perfectè non, aliqualiter tātum. §. Tunc &c. ut patet. Ex litera dic, quod remoto Deo, neque naturalia, neque uoluntaria agentia quicquam agere possent, & consequēter dic, quod horum actiones, [idest quod ista agant] sunt bona demōstratio, quod Deus existat.

2. metaph. com. 4. tomo 3.

APPENDIX.

Vtilitas p Ecclesia S. Dei.

Ex articulo habes primo quomodo interimas hæresim Atheorum dicentium. Nullum Deum esse. Hæc hæresis etiam supra art. 1. adducta est; sed ad aliud propositum, ut ibi patet. quoniam uidelicet ex conceptu illorum hoc sequebatur, quod Deum esse non est nobis naturaliter notum. Sic de multis erroribus & hæresibus faciemus, adducendo scilicet multotiens illas easdem: quod sane factum non reprehensibile iudicetur: quoniam, pro diuersis suis intentis seu propositis, diuersis etiam articulis sancti Doctoris impugnantur, & expugnantur. Non ergo uituperetur factum, sed pro diuersitate propositorum hæc de iisdem examen, & inde iudicabitur nō errorum uana repetitio, sed formalitatis illorum uaria, & necessaria uel utilis consideratio. Secundo habes, quomodo per rationē ostendas, hanc iustissime damnari ab omnibus scripturis, Conciliis, Pontificibus maximis, & in specie a symbolo fidei Patrum, in Nicea, in Constantinopoli, congregatorum, sic: Credimus in Deum. Ergo cum lyin Deum, præsupponat necessario ipsum esse, patet a fortiori intentum. Item ab Innocentio III Papa in Concilio generali. Extra de sum. Tri. & fid. Cathol. firmiter credimus, & simpliciter confitemur, quod Deus est. Item Exod. tertio. Ego sum qui sum. Si ergo Deus, qui est, non esset, tunc profecto nihil esset. Nam si de quo magis uidetur inesse, & non inest, tunc nec de quo minus inesse uidetur, inerit [est regula irrefragabilis in Logica.] Si ergo illi, qui de se est, de quo que magis inter omnia uidetur quod sit, non inerit esse: multo minus creaturis, quæ de se non sunt, de quibus utique minus uidetur ꝙ sint, inerit esse.

Tertio uides: quomodo ex his uicissim Angelica doctrina præsens stabilietur, & declaretur.

¶Not. Articulo seruit articulus in ord. 653. 553. 234. 118. 136.

---

probatum est: * ergo necesse est ponere aliquid quod sit per se necessarium, non habens causam necessitatis aliunde, sed quod est causa necessitatis aliis, quod omnes dicunt Deum.

Quarta uia sumitur ex gradib. qui in rebus inueniuntur. Inuenitur enim in rebus aliquid magis & minus bonum, & uerum & nobile, & sic de aliis huiusmodi. Sed magis & minus dicuntur de diuersis, secundum quod appropinquant diuersimode ad aliquid, quod maxime est: sicut magis calidum est, quod magis appropinquat maxime calido. Est igitur aliquid, quod est uerissimum, & optimum, & nobilissimū, & per consequens maxime ens. Nā quę sunt maxime uera, sunt maxime entia, ut dicitur 2. Metap. *Quod autem dicitur maxime tale in aliquo genere est causa omniū, quæ sunt illius generis, sicut ignis, qui est maxime calidus, est causa omnium calidorum, ut in eodem libro dicitur. Ergo est aliquid quod omnibus entibus est causa esse, & bonitatis, & cuiuslibet perfectionis, & hoc dicimus Deum.

Quinta uia sumitur ex gubernatione rerum: uidemus enim ꝙ aliqua, quæ cognitione carent, scilicet corpora naturalia, operātur propter finem, quod apparet ex hoc quod semper aut frequētius eodem modo operantur, ut consequantur id quod est optimum. Vnde patet quod non a casu, sed ex intentione perueniunt ad finē. Ea autem, quæ non habent cognitionem, non tendunt in finē, nisi directa ab aliquo cognoscentē, & intelligente, sicut sagitta a sagittante. ergo est aliquid intelligens, a quo omnes res naturales ordinantur ad finem, & hoc dicimus Deum.

Opus naturæ est opus intelligentiæ nō errantis.

Ad primum ergo dicendū, quod sicut dicit Augus. * in Enchirid. Deus cum sit summe bonus, nullo modo sineret aliquid mali esse in operibus suis, nisi esset adeo omnipotens, & bonus, ut bene faceret etiam de malo: hoc ergo ad infinitam Dei bonitatem pertinet, ut esse permittat mala, & ex eis eliciat bona.

Enchir. ca. 11. cir. prin. habet to. 3 omnia pro meliori.

Ad secundum dicendū, quod cum natura propter determinatum finem operetur ex directione alicuius superioris agentis, necesse est ea, quæ a natura fiunt etiam in Deum reducere, sicut in primam causam. Similiter etiam quæ ex proposito fiunt, oportet reducere in aliquam altiorem causam quæ non sit ratio, & uoluntas humana, quia hæc mutabilia sunt & defectabilia, oportet autē omnia mobilia & deficere possibilia, reduci in aliquod primum principium immobile, & per se necessarium: sicut ostensum est.

In isto art.

QVAE.

Comm. Cardinalis Caietani.

In titulo dubium statim occurrit ex primo posteriorum, nulla scientia probat subiectum suum & ut dicit Auerr. in 2. Physic. com. 26. nec a priori, nec a posteriori, sed supponit illud esse, aut per se notum ad sensum, uel intellectum, uel accipit aliunde: sed in hac scientia subiectum est Deus, ut in 1. q. dictum est: ergo non debet hic probari Deum esse; cōtra artem ergo hic articulus mouetur. Ad hoc dicitur, quod nulla scientia per se loquendo probat subiectum suum esse, per accidens autem non incōueniens scientiam aliquam probare suum subiectum esse. Sic autem est in proposito, quoniam occurrit, hic duplex accidens, propter quod scientia hic probat Deum esse. Primum est imperfecta illius participatio in nobis: si enim lumen diuinum plene participaremus constaret statim Deum esse. Secundum est conditio medii, scilicet quod est quasi extraneum, licet enim nulla scientia ex simpliciter propriis probet subiectum suum, ex extraneis tamen appropriatis probare potest: si notiora nobis sunt extranea illa quam esse illius subiecti. Sic autem contingit in proposito, quoniam theologia non ex propriis simpliciter, sed ex propriis ministerialiter, s. notis naturali lumine, quæ absolute sunt extranea, ut diximus, probat Deum esse, ut patet in decursu quæstionis.

¶In corpore est una conclusio responsiua quæsito affirmatiue scilicet, Deus est. & proponitur quinque uiis probanda, quas non est opus formare, cum & hic, & in primo contra Gent. & in quæstione de potentia, & in quæstione de ue. & in primo sentent. habeantur.

¶Circa has rationes in communi aduertendum est diligenter, quod possunt afferri ad duo: primo ad concludendum illud ens incorporeum, immateriale, æternum, summum, immutabile, primum, perfectissimum, &c. quod & quale, Deum tenemus esse, & sic istæ rationes habent plurimum disputationis, eo quod prima uia, ut in primo contra Genti. cap. 13. dicitur, non ducit ad motorem, magis immobilem quam sit anima intellectiua. secunda autem, ut dicit Auer. non ducit, nisi ad corpus cęleste, & eius motorem. Reliquarum quoque nulla magis sursum ducere uidetur, & ad hoc intentum non afferuntur hoc in loco hæ rationes, ut nūc patebit. Alio modo, afferri possunt ad concludendum quædam prædicata inueniri in rerum natura, quæ secundum ueritatem sunt propria Dei, non curando, quomodo, uel qualiter sint, &c. Et ad hoc intentum hic afferuntur, & sunt nihil fere difficultatis habentes secūdum philosophiam. Et ut melius intelligatur quod dicimus singillatim explanando dicitur, quod primæ uiæ ex parte motus sat est, quod inferatur, ergo datur primum mouens immobile, non curando utrum illud sit anima cęli, aut mundi. hoc enim quæritur in sequenti quæstione. Secundæ quoque uiæ ex parte efficientis, sat est, quod ducat ad primum efficiens, non curando,

rando, an illud sit corpus, uel incorporeum: hoc enim quæretur in sequenti quæstione. Tertiæ uerò uiæ ex parte necessarij, sat est, quod ducat ad primum necessarium non ex alio, non curando an sit unum, uel plura: hoc enim quæretur in q. 11. Quartæ quoque uiæ ex gradibus rerum, sat est ducere ad maxime ens, uerũ, bonum, nobile, a quo sunt omnium participationes. Et similiter quintæ uiæ ex gubernatione, sat est ducere ad primum gubernantem per intellectum, quicumque sit ille. omnia enim hæc prædicata, scilicet mouens, immobile, primum efficiens, necessarium, non ex alio, maxime ens, & primum gubernans intelligendo, sed secundum ueritatem propria Deo: & ideo concludendo hæc inueniri in rerum natura, concluditur directe, quasi per accidens, quod Deus est, id est, Deus non ut Deus, sed ut habens talem conditionem est, & consequenter ipsum substratum, scilicet Deus, ut Deus est. Ex his autem patet, quod nec rationes Auerrois contra Auicennam, nec Aureoli contra has rationes, sunt contra intentum huius articuli, nisi obiectio contra vltimam, & contra propositiones assumptas.

¶ Vnde sciendum est secundò: quod in prima ratione, quæ sumpta est ex 7. & 8. Physicorum, sunt duæ propositiones impugnatæ: Altera est, nihil mouet seipsum primò. Contra hanc enim Scotus in materia de grauibus, & leuibus, & uoluntate, &c. arguit, & quoniam hoc esset exire nostros limites, erit de hoc quæstio specialis. Altera est, primum est causa medii. hic enim assumitur tam in prima quàm secunda, & tertia ratione ad probandum, quod non proceditur in infinitum. Et contra eam, licet sit expresse Aristoteles in secundo Metaph. & octauo Physic. arguitur sic in substantia. Media causa, seu motor, si necessariò dependet a prima causa, seu motore, aut hoc habet quia media, aut quia causa, aut quia causa media: sed nihil horum est: ergo non oportet mediam causam dependere a prima. Assumptum patet ex sufficienti distinctione: destructio uero singulorum probatur: & primo, quod non ex ratione medii: quoniam medium dicitur respectu duorũ: hinc, scilicet, inde quorum est medium, & nõ necessariò respectu primi & ultimi, ut patet in mediis partibus proportionalibus circuli. Secundo quod non ex ratione causæ, quia causa respicit effectum, & non dependentiam ad prius aut primum, ut patet. Tertio quod non ex ratione composita, scilicet causæ mediæ: quoniã causa media ut sic, nihil aliud exigit quam ut in causando mediet: sed hoc, scilicet, in causando mediare sufficienter saluatur, si inter aliquam priorem causam & effectum aliqua media causalitas sit: ergo media causa ex ratione qua media causa, non exigit dependentiam a prima causa, sed a priore. Et confirmatur, quia secundum te, ista conditionalis est uera, si procederent in infinitum causæ, omnes causæ essent causæ mediæ: ergo rationem causæ mediæ non requiritur dependentia a prima, sed a priore, respectu cuius, & posterioris dicatur media.

¶ Ad hoc bñ dr, quod causa media ex eo quod cã media necessariò dependet a prima, ad cuius euidentiam oportet recolere, quod de ratione causæ est efficacia: nisi enim causa aliquid efficiat, causa in actu, de qua est sermo, dici non potest. Efficacia namque causæ in illius causalitate actuali consistit. & propterea nisi causalitas compleatur, neque causa in actu neque efficacia seu efficientia aliqua saluatur: oportet ergo ad hoc quod causæ ratio seruetur, ut causalitas illius compleatur, ac per hoc quicquid repugnat complemento causalitatis alicuius cã, repugnat causæ illi. Cum igitur cã media uere cã sit, oportet ipsam hře propriam causalitatem cõpletam. Tunc sic: complementum causalitatis causæ mediæ nullatenus potest esse sine dependentia a prima causa, ergo causa media, ut est causa media, dependet a prima: ergo optime dicit Arist. & habetur in litera, quod primum est causa medii. Consequentia nota, & antecedens probatur, si tolleretur prima causa, sic, quod ante omnem causam esset alia causa, numquã perficeretur causalitas istarum causarum essentialiter dependentium: ergo complementum mediarum dependet a prima. Conditionalis est clara, quia infinitas descensus, uel ascensus repugnat complemento. Consequentia autem patet, quia constat quod complementum mediæ causæ dependet ab aliqua antecedente, & non a priore tantum, ut patet ex conditionali, ergo a prima.

¶ Ad obiectionem autem in oppositum, cum dicitur, causa media nihil exigit, nisi quod in causando mediet, conceditur: sed cũ subsumitur, quod hoc saluatur respectu prioris causæ, negatur: quoniam impossibile est mediam causalitatem perfici, nisi sustentetur in prima: si enim ab infinitis prioribus dependet, numquam perfici poterit. Ad confirmationem uero negatur quod illa conditionalis, scilicet, si causæ essentialiter ordinatæ essent infinitæ, omnes essent causæ mediæ, sit Arist. aut nostra simpliciter, sed est ad hominem ponentem infinitatem, cum causis huiusmodi: apud hos namq; sequitur optime, quod cum omnes ponantur causæ, & nulla prima: igitur mediæ; sed ẜm ueritatem ex illo antecedente proceditur in infinitũ in causis, sequitur ergo nulla causa est, ut Arist. & S. Thomas deducũt, quia sequitur: ergo nõ est prima: ergo nec media: quia prima est causa mediæ, ut probatũ est.

¶ Circa illam propositionem in quarta uia assumptam, scilicet maximè tale in aliquo generè est causa omnium aliorũm, quæ sunt illius generis, quoniã impugnatur ab Aureolo, nota tres terminos. primò. quod aliud est esse maxime tale in aliquo genere, & aliud est esse primam seu perfectissimam speciem alicuius generis, unde non assumitur hic quod perfectissima species sit causa cæterarum, sed quod maxime tale, &c. Secundo, quod esse causam contingit in proposito dupliciter; scilicet effectiuam proprie, uel exemplarem: hoc in loco confuse assumitur esse causam, quoniam ad propositum non refert quali causalitate maxime ens bonum, & uerum sit causa esse bonitatis & ueritatis cæterorũ. Esse enim causam siue exemplarem omnium horum, siue effectiuam proprium est Dei. Tertio, quod cætera illius generis possunt accipi dupliciter, scilicet absolute, id est secundum totum id quod sunt, & possunt accipi secundum rationem illius generis: in proposito non sumuntur absolute: sed secundum quod habent illius rationem, non enim maxime calidum diximus causam reliquorum calidorũ secundum substantiam, & totum, quod sunt, sed solum inquãtum calida sunt, ita quod sensus propositionis assumptæ est, maxime habens rationem aliquam formalem est causa, siue exemplaris, siue effectiua reliquorum habentium eandem rationem formalẽ, ut sic. Ex hoc patet quod instantia Aureoli de albedine respectu colorum nihil ualet. Tum quia albedo non est maxime color. Tũ quia si esset maximè color, non oporteret propterea ipsam causare cæteras species coloris absolute, sed quantum ad rationem coloris, tantum quia dicere albedinem esse causam exemplarem reliquorum colorum quatenus colores sunt, nullum inconueniens est, cum perfectiora sint naturaliter exemplaria imperfectiorum, ut sic, & colores omnes quantò magis accedũt ad albedinem tanto plus habent lucis, & consequenter perfectionis ratione coloris. Circa quintam uiam est instantia quoque Aureoli, quam tamen prius excluserat. S. Thom. 3. contra Genti. cap. 63. scilicet, quod quidditates rerum naturalium sunt sufficientes causæ effectuum, qui naturaliter apparent ordinatæ, &c. in uniuerso: uide ibidem, & in q. de uer. q. 5. art. 2. & inuenies rationem insufficientiæ, esse unitatem ordinis, utilitates mutuas, connexiones contrariorum, &c. præter eam, quæ hic ponitur in responsione ad secundum: quia scilicet natura agit propter finem, & 2. physic. ergo aut a se conceptum, aut ab alio intendente directa, &c.

¶ Circa solutionem primi argumenti aduerte, quòd responsio literæ consistit in negatione consequentiæ: quia tamen non assignatur causa in communi, sed particulari materia, de qua est sermo: ideo in cõi loquendo scito primò, quod dicitur unum oppositorum excludare reliquum, potest dupliciter intelligi, scilicet formaliter, & effectiuè: formaliter quidem, unum oppositorum non excludit reliquum, nisi a suo receptiuo, ut patet, & sic in proposito, quia bonum diuinum infinitum est, omne malum excludit formaliter a Deo, non autem a creatura, quia non recipitur in creatura. sed in ipso tantum Deo. Effectiuè uerò unum oppositorum excludit reliquum, secundum quod efficit aliquid sibi simile, sicut vis solaris excludit frigus ab aere, secundum quòd assimilat sibi aerem in esse calido: & iuxta hanc oppositionem procedit argumentum, quod si unum oppositorum est infinitum, reliquum non solum excluditur ab eo formaliter, sed etiam effectiuè in quocũque inuentum fuerit, & hoc propter infinitatem suæ efficaciæ, cui nihil resistere potest, nisi aliud oppositum etiam esset infinitũ. Scito secundò, quòd Scot. in 1. senten. dist. 2. q. 1. ad primum, examinans hanc conditionalem dicit, ipsam ueram non solum formaliter, sed effectiuè in oppositis naturaliter agentibus, non autem in agentibus uoluntariè. Et soluit argumentum ad propositum, quia bonum infinitum agit uoluntariè: in litera autem simpliciter negatur consequentia, & assignatur ratio, quia scilicet ex infinita bonitate agentis, sequitur esse aliqua mala, ex quibus bonum resultet. Sed quoniam, ut dictum est, illa responsio immiscet modum causandi, scilicet per uoluntatem, attribuendo mala permissioni diuinæ, quæ ad uoluntatem spectat, ideo particularis est: uniuersaliter autem distinguendum uidetur antecedens: quoniam oppositum infinitum contingit dupliciter. Vno modo communicabile alijs secundum eandem rationem: sicut si ignis esset infinitè calidus. Calor enim est communicabilis aliis secundum eandẽ rationem, qua est in igne. Alio modo incommunicabile alijs secundum eandem rationem, quamuis sit participabile per quandam analogiam: sicut esse Dei est infinitum, non tamen communicabile alijs secundum eandem rationem, alioquin possent esse plures dij, quamuis sit participabile ab omnibus plus, & minus. Dico igitur, quod si unum oppositorum communicabile secundum eandem rationem est infinitum, reliquum non erit nec in eodem susceptibili, nec in alio quocumque. Si autem unum oppositorum incommunicabile secundum eandem rationem, participabile, tamen est infinitum; optimè sequitur, quod reliquum formaliter excludet a se, sed non sequitur. ergo reliquum effectiuè excludet a quolibet, etiam si ponatur naturaliter agere. Et ratio est, quia agens infinitum finitè participatum nõ excludit a participantibus totaliter suum oppositum sed oppositum infinitum incommunicabile, seu bonum infinitum est huiusmodi, ergo maior patet

ex

ex inductione. Si enim sol esset infinitè calidus, & calor non esset communicabilis inferioribus secundum eandem rationem, sed secundum quandam analogiā & imitationem tantum: sol inquam tum calidus, esset infinitum agens, finite tamen participatum; quia non secundum eandem rationem; ac per hoc non produceret in aliquo nisi caloris finitam participationem, & consequenter non excluderet omne frigus a participantibus ipsum, quia cum calore finite impresso stat aliquis gradus frigoris. Patet & ratione, quia quantæcumque uirtutis sit agens, non excludit effectiue oppositum, nisi inquantum est incompossibile effectui: sed existente agente infinito in se, finite autem participato, effectum nō oportet esse incompossibilem cuilibet gradui oppositi, quia effectus finitè habet rationem unius oppositi: ergo agens infinitū finite tm̄ participatum, non tollit effectiuè totaliter suū oppositū. Et propterea Deus gloriosus, qui est infinitum bonum, & si naturaliter ageret, non tolleret omne malum ab uniuerso: qm̄ finitè tm̄ participatur a quocumq;, & ex bonitate sua prodiret uniuersitas bonitatum constituentiū gradus diuersos in uniuerso: ex quorum naturis necesse est oriri malum, sicut ex natura lupi, mors agni, & ex natura elementorum corruptio mistorū, &c. Et ideo cum uando rationem in litera assignatam, merito negatur consequentia, quia ex infinita bonitate Dei oritur, mala esse, propter bonū tm̄ uniuersi, & non oritur mala non esse. Et sic ad infinitam Dei bonitatem spectat, ꝙ malum sit in effectibus suis, non in seipso.

Ferr. 1. contr. c. 26. & lib. 2. c. 3.
Cap 1. d. 14. q. 1. con. 2.
Banens q. 3. ar. 1.
Alb. Mag. 1. dist. 3. ar. 7.

SVPER Q. III. ART. I.

CONCL. Impossibile est, Deum esse corpus.

¶PROB. Quia nullum corpus mouet, nisi moueatur (ut deducetur in tex.) & Deus est mouens immobile. [1] Quia omne corpus est aliquo modo in potentia (ut patet in tex.) & Deus nullo modo est in potentia. [2] Quia nullum corpus est nobilissimum in entibus (ut textus declarat), & Deus est nobilissimum ens. [3]

1ᵐ de maiori.

Dimensionem. ¶. Proprie dictam: non, similitudinarie. §. Tunc nihil &c. ut patet in litera. Ex qua, cum authoritate Iob, dic: quod Deus est immensus in cognitione, in dignitate, in duratione, in dilectione,

QVAESTIO III.

De Dei simplicitate, in octo articulos diuisa.

COGNITO de aliquo an sit, inquirendum restat quomodo sit, ut sciatur de eo quid sit. Sed quia de Deo scire non possumus quid sit, sed quid non sit: non possumus cōsiderare de Deo quomodo sit, sed potius quomodo non sit.

¶Primò ergo considerandum est quomodo non sit.

¶ Secundò, quomodo a nobis cognoscatur.

¶Tertiò, quomodo nominetur.

POTEST autem ostendi de Deo quomodo non sit remouendo ab eo ea, q̄ ei non conueniunt, utpote compositionem, motum, & alia huiusmodi.

¶Primo ergo inquiratur de simplicitate ipsius, per quam remouetur ab eo compositio. Et quia simplicia in rebus corporalibus sunt imperfecta & partes.

¶ Secundo inquiretur de perfectione ipsius.

¶Tertio, de infinitate eius.

¶Quarto, de immutabilitate.

¶Quinto, de unitate.

CIRCA primum quæruntur octo.

¶ Primo, Vtrum Deus sit corpus.

¶ Secundo. Vtrum sit in eo compositio formæ & materiæ.

¶Tertio. Vtrum sit in eo compositio quidditatis, siuè essentiæ uel naturæ, & subiecti.

¶ Quarto, Vtrum sit in eo compositio, quæ est ex essentia & esse.

¶Quinto, Vtrum sit in eo compositio generis, & differentiæ.

¶Sexto. Vtrum sit in eo cōpositio subiecti & accidētis.

¶ Septimo. Vtrum sit quocumque modo compositus uel totaliter simplex.

¶Octauo. Vtrum ueniat in compositionem cum aliis.

ARTICVLVS PRIMVS.

Vtrum Deus sit corpus.

14
1. contr. c. 20. Et lib. 2. c. 3. princ. & lib. 4. c. 11. col. 2. & opus 3. c. 16. & 17.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur, ꝙ Deus sit corpus. corpus enim est quod habet trinam dimensionē; sed in sacra scriptura attribuitur Deo trinā dimensionem: dicitur enim Iob 11. Excelsior cęlo est, & quid facies? profundior inferno, & unde cognosces? longior terra mensura eius, & latior mari: ergo Deus est corpus.

¶2 Præt. Omne figuratum est corpus, cum figura sit qualitas circa quantitatem: sed Deus uidetur esse figuratus, cum scriptum sit Gen. 1. Faciamus hominem ad imaginem & similitudinem nostram. figura enim imago dicitur, secundum illud Heb. 1. Cum sit splendor gloriæ, & figura substantiæ eius, i. imago. ergo Deus est corpus.

¶3 Prǽt. Omne quod habet partes corporeas est corpus: sed scriptura attribuit Deo partes corporeas: dicitur. n. Iob 41. Si habes brachium ut Deus, & in psalm. Oculi Domini super iustos: &, dextera Domini fecit uirtutē: ergo Deus est corpus. *Psal. 33. & 117.*

¶4 Præt. Situs non conuenit nisi corpori: sed ea, quæ ad situm pertinent, in scripturis dicuntur de Deo: dicitur enim Esa. 6. Vidi Dominum sedentem, & Es. 3. Stat ad iudicandum Dominus. ergo Deus est corpus.

¶5 Præt. Nihil potest esse terminus localis a quo, uel ad quem, nisi sit corpus, uel aliquod corporeum, sed Deus in scriptura dicitur eē terminus localis ut ad quē, secundum illud Ps. Acce. ad eum, & illu. & ut a quo, secundum illud Hiere. 17. Recedentes a te in terra scribētur: ergo Deus est corpus. *Psalm. 33.*

SED CONTRA est, quod dicitur Ioan. 4. Spiritus est Deus.

RESPON. Dicendum absolutè Deum non esse corpus: quod tripliciter ostendi potest.

Primo quidem, quia nullum corpus mouet non motum, ut patet inducendo per singula. Ostensum est autē supra*, quod Deus est primum mouens immobile: unde manifestum est quod Deus non est corpus. *Q. 2. ar. 3.*

Secundo, quia necesse est id, qđ est primum ens, esse in actu, & nullo mō in potentia. Licet. n. in uno & eodē qđ exit de potentia in actū, prius sit potentia quā actus tpe, simpliciter tn̄ actus prior est potētia, quia qđ est in potentia, nō reducitur in actum nisi per ens actu. Ostensum est autem supra* qđ Deus est primum. Impossibile est igitur ꝙ in Deo sit aliquid in potentia: oē aūt corpus est in potentia, quia continuū inquantū hmōi, diuisibile est in infinitū: impossibile est igitur Deū esse corpus. *Q. præce. art. 3.*

Tertio, quia Deus est id qđ est nobilissimū in entib. ut ex dictis patet.* Impossibile est aūt aliquod corpus esse nobilissimum in entib. quia corpus aut est uiuū, aut non uiuum. Corpus aūt uiuum, manifestum est ꝙ est nobilius corpore non uiuo: corpus autē uiuum non uiuit inquantum corpus, quia sic omne corpus uiueret. oportet igitur quod uiuat per aliquid aliud, sicut corpus nostrum uiuit per animam. Illud autem per quod uiuit corpus, est nobilius quam corpus: impossibile est igitur Deum esse corpus. *Q. præced. art. 3.*

AD PRIMVM ergo dicendum, ꝙ sicut supra dictum est*, Sacra scriptura tradit nobis spiritualia, & diuina sub similitudinibus corporalium. unde, cum trinam dimensionem Deo attribuit sub similitudine quantitatis corporeæ, quantitatem uirtualem ipsius designat: utpote *Q. 1. art. 9.*

ctione, & (breuiter) in omnibus. Nam quicquid eſt in Deo, eſt Deus: qui ſecundum ſe eſt immenſus. Habet ergo dimenſionem ſine dimenſione.

2^m de maiori. Figuratum. R. Corporaliter, non ſpiritualiter. §. Idem dic de imagine. Tunc nihil &c. ut patet in litera. Ex qua, cum authoritate Geneſis, cognoſce damnari hæreſim quorundam innominatorum, ut teſtatur Aug. lib. de hæres. Ad quod uult Deum, cap. 76. dicentium: Imaginē Dei ad quam factus eſt homo, corpori, non animæ, eſſe impreſſam. Pro uberiori autem hęreſis huius damnatione, & textus reſponſalis declaratione, uide ueritates aureas ſuper legem ueterem, Gene. 1. concluſio 20.

c. 9. parum a medio.

te per profunditatem, uirtutē ad cognoſcendum occulta, per altitudinem, excellentiam uirtutis ſuper omnia, per longitudinem, durationem ſui eſſe, per latitudinē, affectum dilectionis ad omnia. * Vel ut dicit Dionyſ. 9. c. de diu. no. per profunditatem Dei, intelligitur incomprehēſibilitas ipſius eſſentiæ, per longitudinem, proceſſus uirtutis eius, omnia penetrantis, per latitudinem uero, ſuper extenſio eius ad omnia inquātum, ſcilicet ſub eius protectione omnia continentur.

Ad secvndvm dicendum, quod homo dicitur eſſe ad imaginem Dei, non ſecundum corpus, ſed ſecūdum id, quo homo excellit alia animalia, unde ſequitur Geneſ. 1. poſtquam dictum eſt, Faciamus hominem ad imaginem, & ſimilitudinem noſtram, ut præſit piſcibus maris, &c. excellit autem homo omnia animalia quantum ad rationem, & intellectum, unde ſecundum intellectum, & rationem, quę ſunt incorporea, homo eſt ad imaginem Dei:

Ad tertivm dicendū, quod partes corporeæ attribuuntur Deo in ſcripturis, ratione ſuorum actuum ſecundum quādam ſimilitudinem ſicut actus oculi eſt uidere, unde oculus de Deo dictus, ſignificat uirtutem eius ad uidendum, modo intelligibili nō ſenſibili, & ſimile eſt de aliis partibus.

Ad qvartvm dicendum, quod etiam ea, quę ad ſitum pertinent non attribuuntur Deo niſi ſecundum quandam ſimilitudinem, ſicut dicitur ſedens propter ſuam immobilitatem, & authoritatem, & ſtans propter ſuam fortitudinem ad debellandum omne quod aduerſatur.

Ad qvintvm dicendum, quod ad Deum non acceditur paſſibus corporalibus cum ubique ſit ſed affectibus mentis, & eodem modo ab eo receditur, & ſic acceſſus & receſſus ſub ſimilitudine localis motus deſignant ſpiritualem affectum.

ARTI-

3^m de maiori. Partes corporeas. R. Proprie dictas: non metaphorice. §. Tunc &c. Nam partes corporeæ attribuuntur Deo &c. ut in litera.

4^m de maiori. Situs. R. Proprie dictus: non, ſimilitudinarie. §. Tunc &c. ut in litera patet.

5^m de maiori. Localis. R. Proprie dictus: non, ſimilitudinarie. §. Tunc &c. Ad Deum enim non acceditur paſſibus corporalibus, nec iſtis ab eo receditur, ſed affectibus mentalibus: & conſequenter Deus non eſt terminus localis ad quem, uel a quo, proprie dictus, ſed terminus localis ad quem, & a quo, ſimilitudinarie dictus.

APPENDIX.

EX articulo habes primo: quomodo per rationem interrimas hæreſim Anthropomorphitarum [24. q. 3. Quidam,] Vadianorum dicentium, Deum eſſe corporeum, ſiue habere mēbra ut homines. Secundo habes, quomodo per rationem oſtendas hanc recte damnari a Chriſto Ioh. 4. ſpiritus eſt Deus. Ibi enim Samaritanam alloquens, quæ Deum circumſcribi in monte illo, uel in Hieruſalem arbitrari ſe innuerat, intendit per hæc uerba aſſerere, quod Deus talis ſpiritus eſt, ut omnino incircumſcriptibilis ſit, imo & loco quocumque indefinibilis: utpote qui non ſit ita hic, ut non alibi: ſed poſſit adorari, tamquā præſens, ubique. Nec igitur circumſcriptiue, nec definitiue, ipſum eſſe in loco ſignificans dicendo, Deus ſpiritus eſt. Vtique ipſum nullo modo corpus eſſe, aut corporea membra habere, denotauit. Itē a Papa Innocētio III. in Concilio generali, de ſum. Tri. & ſi. Cath. firmiter credimus, & ſimpliciter cōfitemur, quod &c. Deus eſt ſimplex omnino. Item a Decreto illo. Quidam 24. q. 3. Ibi namque, poſt, inter multas hęreſes connumeratam illam Anthropomorphitarum in fine dicitur. Hæ ſunt hereſes aduerſus catholicam fidem exortæ, & ab Apoſtolis, & a ſanctis Patribus, uel Conciliis, prædamnatæ. Hæc ibi. Et quoniam Anthropomorphitæ (ut moris eſt apud hæreticos) poſitionem ſuam ſacris ſcripturis (quales hic in argumentis aduerſus concluſionem adducuntur) falſo ſenſu diſtortis tueri contendebant: iccirco in eodem decreto tam contra illos, quam contra ſimiles, ſubiungitur. Sed & quicumque aliter ſcripturam ſanctam intelligit, quā ſpiritusſancti ſenſus efflagitat, a quo conſcripta eſt, licet de Eccleſia non receſſerit: tamen hæreticus appellari poteſt. Hæc ibi. Tertio uides: quomodo uiciſſim ex his ſtabiliatur, & declaretur, Angelica doctrina præſens.

Vtilitas p Eccleſia S. Dei.

Lectores ſcripturarum attendite.

3

¶ Not. Articulo præſenti ſeruit articulus in ordine nono, decimo, decimotertio.

Comm. Cardinalis Caietani.

IN titulo aduerte, quod ut ex conditionibus, quas Deo conuenire dictum eſt in præcedenti articulo, probando ipſum eſſe, manifeſte pateat quod non poteſt cadere in mentē alicuius Deū eſſe accidens, ſed oportet ipſum eſſe ſubſtantiam: idcirco terminata quæſtione an eſt, ex qua ſcitur ens de Deo, & ex annexis liquido conſtant qđ eſt ſubſtantia, ſtatim inquirit nunc an ſit corpus, ideſt an ſit ſubſtantia corporea, ita quod ly corpus, hic ſumitur proprie pro corpore qđ eſt in prædicamento ſubſtantiæ, ſiue illud ſit res ſimplex, ut Auerrois credit de corpore cæleſti, ſiue non inueniatur ſimplex, non eſt curæ. Huiuſmodi autem ſubſtantia trinam habet dimenſionem annexam ſecundum omnes, ſiue ipſa trina dimenſio ſit idem quod ipſa, ſiue non. Nullum enim horum uariat propoſitum. Subſtantia autem corporea hoc modo ſumpta, non ſolum diſtinguitur contra incorpoream, puta immaterialem ſubſtantiam, ſed etiam contra non corpus, ideſt formam etiam, quæ eſt corporis actus: neutrum enim horum eſt ſubſtantia corporea. ut ly corporea eſt differentia intrinſeca conſtituens corpus: quāuis formæ naturales dicantur ſubſtantiæ corporeæ, denominatiue a corporibus, quarum ſunt formæ, & ſic ſumitur corpus proprie, ut patet ex ſecundo de anima in principio, ubi Ariſto. quærit, an anima ſit corpus, & hoc modo ſumitur hic, ut ſingulariter etiam contra propter eos apparet ex tertia ratione in corpore adducta.

¶ Eſt ergo ſenſus tituli, an Deus ſit corpus, ideſt ſubſtantia, quæ uere & proprie eſt quanta, ſeu extenſa an non, ſed uel inextenſa omnino, aut extenſe actus; aut quouis alio modo ab ipſa corpulenta diſtinguatur.

¶ In corpore, una concluſio reſponſiua quæſito negatiue. Deus non eſt corpus; probatur tripliciter. Primo. Deus eſt primum mouens immobile: ergo non eſt corpus. Antecedens patet ex art. præcedente. Conſequentia probatur, quia nullum corpus eſt mouens immobile, quod probatur inductiue.

¶ Circa illam propoſitionem, nullum corpus mouet non motū, aduerte quod dupliciter intelligi poteſt. Primo ſumendo ly non motum actu, uel potentia, & ſic eſt manifeſta, & uere patet inductiue, & ſic conſonat minori, ſcilicet Deus eſt mouens immobile, & habetur intentum. Secundo ſumendo ly non motum actu; & ſic propoſito habet difficultatem: nec apparet inductiue, ſed eget ratione & limitatione. inductioni ſiquidem obſtat, quod magnes immotus trahit ferrum, & nix immota frigefacit, & coloratum immutat uiſum, &c. unde iudicio meo primo modo ſumitur hic. Verumtamen ſecundo etiam modo eſt uera, loquendo de motione pure locali, & ratio eius aſſignatur in 1. contra Gent. cap. 20. quia mouens oportet ſimul eſſe cum moto. ex hoc enim euidenter ſequitur, quod corpus mouens non poteſt manere, & corpus motū mutare locum, quoniam ſi motum tantum locum mutat, deſinit eſſe ſimul cum corpore mouente, quod manere ſupponitur in loco contiguo illi toto, unde in mouente motum eſt. Et ex hoc apparet excluſio inſtantiarum, quoniam non de motione pure locali erant, & de cæteris quidem patet. De magnete autem & ſimilibus habes ab Auerr. 7. phyſ. commen. 10. quod ipſa non mouēt, ſed alia mouent ad ipſa, quamuis non undecumque propter priuationem diſpoſitionis, quam ab eis per modum alterationis ſpiritualis

tualis acquirunt alicubi. sed de his, in sermone de dependentia reliquorum motuum a motu cęli, amplius dicetur: nunc hæc sufficiant hic, ubi ex locali motu proceditur.

¶ Secundo. Deus est primum ens: ergo actus purus: ergo non est corpus. Antecedens patet ex præcedenti art. Prima cōsequentia probatur. Actus est simpliciter prior potentia: ergo primum ens est actus absque potentia: quod est esse actum purum. Assumptum declaratur, ostendendo differentiam ordinis inter actum, & potentiam simpliciter, & respectu alicuius, cui conuenit utrūque, quia, scilicet in respectu ad hoc potentia est prior, sed simpliciter non in hoc uel in illo. actus est prior. quod probatur, quia omne quod est in potentia, non reducitur ad actum, nisi per aliquod ens actu. Secunda uerò consequentia probatur: omne corpus est in potentia: ergo. Assumptum probatur, quia omne corpus est continuum, in cuius ratione cadit potentia ad diuisionem: est enim diuisibile in semper diuisibilia, ut dicitur in sexto, Physicorum.

¶ Tertio, Deus est nobilissimum omnium entium: ergo non est corpus. Antecedens patet ex præcedenti artic. Consequentia probatur, quia corpori repugnat esse nobilissimum, quod probatur. Corpus aut est uiuum, aut non uiuum, sed neutrum est nobilissimum, quia non uiuo uiuum præstat, & uiuo præstat id quo uiuit, alioquin omne corpus uiueret; omnia clara sunt. Verumtamen propter instantiam quorumdam illa propositio; Viuens est nobilius non uiuente, quibusdam non uidetur uera, quia sequeretur quod formica esset nobilior cęlesti corpore, qđ communiter tenetur non uiuere, & tñ si cōparetur ad formicā, non in quantū uiuit, sed inquantū cæleste corpus, facilis est responsio. Dicitur.n. quòd formica ut uiuens, est nobilior corpore cælesti seclusa uita, & hoc est necessarium, quia hoc nihil aliud quam dicere, quod anima est nobilior quocumque corpore. Totus namque ordo animarum est supra totum ordinem corporum, ut patet. Sed si secundum ueritatem cęlum non est uiuum: tunc difficilior est responsio. non enim potest dici quod ista comparatio est uera formaliter, & non simpliciter, idest quod uiuens ut sic, est nobilius non uiuente ut sic. Tum quia illa comparatio esset puerilis, cum lapis ut sic, sit etiam nobilior non lapide ut sic, & uniuersaliter omne positiuum sua negatione. Tum quia non haberetur intentum in proposito, intendit enim destruere Deum esse in latitudine corporum, quia uita est nobilior corporeitate. cōstat namque, quod gradus uitalis in uniuerso superior est gradu naturæ, ut distinguitur natura contra animam, & quod corporeitas secundum totam latitudinem suam clauditur infra ordinem uitæ. igitur non secundum quid, sed simpliciter tota latitudo corporis est infra latitudinem uitæ, & propterea si Deus est nobilissimum ens, non potest esse corpus, quia datur ordo superior, scilicet uitalis, in quo patet esse uiuentia. Dicendum ergo est, quod uiuentia sunt simpliciter nobiliora non uiuentibus, ut ratione adducta patet & 16. de animalibus habetur. Et quod si cœlum non est uiuum, quod formica est simpliciter nobilius ens quam cęlum: cęlum tamen est nobilius corpus quam formica, & propter hanc nobilitatem in genere corporum multæ nobilitates secundum quid respectu uitæ sibi conueniunt, puta incorruptibilitas, &c. Arist. tamen primo, Ethicorum dicit, corpora cælestia, esse nobiliora etiam homine, quia tenet illa uiuentia, ut expresse in secundo cęli supponendum esse dicit.

Ferr. 3. contr. c. 17. 26.
S. Bo. 1. 5. d. 8. q. 1. a. 1.
Alens. p. p. su. q. 5. mem. 2.
Scot. 1. 5. d. 8. q. 1.
Riccar. 1. 5. d. 8. q. 1. a. 3.
Duran. 1. 5. d. 8. q. 4.
Bannes eod. lo.

25 1. contra c. 10. & 26. Et opusc. 3. cap. 9.

ARTICVLVS II.

Vtrum in Deo sit compositio formæ, & materiæ.

AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur, ꝙ in Deo sit cōpositio formæ & materiæ. Oē .n. quod habet aīam est cōpositū ex materia, & forma, quia anima est forma corporis, sed scriptura attribuit aīam Deo. Introducitur .n. ad Heb. 10. ex persona Dei, Iustus aūt meus ex fide uiuit, quod si subtraxerit se, non placebit animæ meæ. ergo Deus est compositus ex materia & forma.

¶ 2 Præt. Ira, gaudium, & hmōi sunt passiones cōiuncti, * ut dicit 1. de anima: sed hmōi attribuūtur Deo ī scrip. dr̄. n. in Ps. Iratus furore Dn̄s in populū suū: ergo Deus ex materia & forma ē cōpositus.

¶ 3 Præt. Materia est principiū idiuiduationis, sed Deus ur̄ eē indiuiduū, nō. n. de multis p̄dicatur. ergo ē cōpositus ex mate. & forma.

SED CONTRA, Oē cōpositum ex materia & forma est corpus: q̄titas. n. dimēsiua est q̄ primo inhęret materiæ: sed Deus nō est corpus, ut ōn̄sum est. * Ergo Deus nō est cōpositus ex materia & forma.

RESPON. Dicendum, ꝙ impossibile est in Deo esse materiam.

Primo quidē, quia materia est id qđ est in potentia: * ostensū est aūt, ꝙ Deus est purus d actus non habēs aliquid de potētialitate, unde impossibile est, ꝙ Deus sit cōpositus ex materia & forma.

Secundo, quia oē compositum ex materia & forma est perfectū, & bonum per suam formam: unde oportet ꝙ sit bonū per participationē scđm ꝙ materia participat formā. Primū aūt ꝙ est bonū, & optimū qđ Deus est nō est bonū per participationem, quia bonū per essentiā, prius est bono ꝑ participationem: unde impossibile est, quod Deus sit compositus ex materia, & forma.

Tertio, quia vnumquodq; agēs agit per suam formam, unde s̄m ꝙ aliquid se hēt ad suā formā, sic se hēt ad hoc qđ sit agens. qđ igitur primum est, & per se agens, oportet quod sit primo, & per se forma. Deus autem est primum agens, cum sit prima causa efficiēs ut ostēsum est. Est igitur per essentiam sua forma, & non compositus ex materia & forma.

AD PRIMVM ergo dicendū, ꝙ aīa d attribuitur Deo ꝑ similitudinē actus: qđ. n. uolumus aliq̄d nobis, ex aīa nostra est: unde illud dicitur esse placitum animæ Dei, qđ est placitum uoluntati ipsius.

AD SECVNDVM dicendū, ꝙ ira & hmōi attribuuntur Deo s̄m similitudinē effectus quia enim ꝓprium est irati punire, eius ira punitio metaphorice uocatur.

AD TERTIVM dicendum, ꝙ formæ, quæ sunt receptibiles in materia, indiuiduantur per materiam, quæ non pōt esse in alio, cū sit primū subiectū substans: forma uero quantū est de se, nisi aliquid aliud impediat, d recipi pōt a plurib. Sed illa forma, quę nō est receptibilis in materia, sed est ꝑ se subsistens, ex hoc ipso indiuiduatur, qđ non pōt recipi in alio, & hmōi forma est Deus. unde nō sequitur quod habeat materiam.

SVPER Q. III. ART. II.

CONCL. Impossibile est, quod Deus sit compositus ex materia & forma.

2 ¶ PROB. * Quia omne taliter compositum habet potentiam actui admixtam (ut patet in tex.) & Deus est

2 purus actus. * Quia omne taliter compositum est bonum per participationem (ut patet in tex.) & Deus est bonus

Tex. 12. & 14. & 15. 20 mo 2.

3 per essentiam. * Quia nullum taliter compositum est per se primo agens (ut declaratur in tex.) Deus est ꝑ se primo agens.

1 de maiori.

Animam. R. Propriè dictam, non, similitudinarie. §. Tunc &c. Nam anima attribuitur Deo per similitudinem &c. Vt in litera. Hinc caue hæreticum gnosticorū, dictum. Animam naturam Dei esse. Damnatur ibi 24. q. 3. Quidā.

art. præc.

2m de maiori.

q. 2. art. 3. D. 467.

Ira, gaudium, & huiusmodi. R. proprie dicta, non, similitudinarie. §. Tunc &c. Nam ira, & huiusmodi attribuuntur Deo &c. ut in litera. Pro quo aduerte quod sacra scriptura talibus

libus in Deo utitur metaphoris, ut & facilius nos, quibus loquitur, his similitudinib. adiuti dicta capiamus, & ex modo isto loquendi denotetur quandoque futurum esse, quod Deus per assumptionem habeat propriè animam, iram, gaudium, huiusmodique passiones, partes corporeas, & corpus. Id qđ iā factū est.

3m de maiori.

Indiuiduationis. R. Formarum materialium: non, immaterialium. §. Tunc &c. Nam Deus est forma immaterialis tantum. Ex litera dicas quod indiuiduum aliud est materiale aliud immateriale.

q. præced. art. 3.

APPENDIX.

D. 463.

EX articulo habes primo, qđo interimas hæresim Agarenorum dicentium, Deū habere animam alterius substantię minoris essentia Dei. Hos namque non potuisse totaliter imaginationē trāscēdere, puto: & ob hoc in prædictum errorem incidisse. Secundo habes, quomodo per rationem ostendas, hanc hæresim iure damnari a Papa Innocētio III. extra de sum. Trin. & fi. Cath. firmiter credimus & simpliciter confitemur, ꝙ &c Deus est simplex omnino. Tertio uides, quomodo ex his uicissim Angelica doctrina firmetur, & declaretur.

Vtilitas p Ecclesia S. Dei.

D. 731. 171 2

D. 634.

3

Comm.

Comm. Cardinalis Caietani.

IN titulo aduerte, quod licet apud S. Th. doctrinam esse corpus & esse compositum ex materia & forma, conuertantur, & idem sint, attamen non ut idem apud alios nec conuertuntur Auerr. n. ponit corpus in cœlo, & tamen non compositum ex materia & forma. Auicebron aũt ponit cõpositũ ex materia & forma in substantiis spiritualib. & tamen non corpus ideo ut omnifariam completa sit doctrina, præsens mouetur quæstio, an Deus sit compositus ex materia & forma, & propterea omnes rationes in litera positæ utuntur medijs abstrahentibus a corporeitate, & quantitate, quatenus excludant etiam materiam spiritualem.

¶In corpore una conclusio responsiua quæsito negatiue, impossibile est in Deo esse materiam, probatur tripliciter. Primo. Deus est purus actus, ergo non habet materiam, probatur sequela, quia materia est in potentia. Secũdo, Deus est primum bonum & optimum, ergo bonũ nõ per participationem, sed per essentiam, ergo non est compositus ex materia & forma. Antecedens ex præcedẽtib. patet; prima consequentia probatur, bonũ per essentiam prius est bono per participationem, ergo si Deus est primum &c. secunda uero, compositum est bonum per suam formam, ergo per participationem, secundum. s. q; materia participat formam, ergo si, &c. Tertio, Deus est prima causa efficiens, ergo est primum & per se agens, ergo est primo & per se forma, ergo non est compositus ex materia & forma. Antecedens cum prima consequentia relinquitur pro constanti. Secunda uero probatur omne agens agit per suam formam, ergo unumquodq; sic, se habet ad esse agens, sicut ad esse formam & econuerso, ergo si est primum & per se agens est primo & per se forma &c.

¶Circa primam consequentiam aduerte, q; æquiuoce quodam modo sumitur ly primum in antecedente & consequentis. Nam in antecedente sumitur, ut notat ordinem prioritatis respectu cæterorum efficientium, in consequente uero sumitur, ut significat ẽm quod ipsum, ut in primo posteriorum distinguitur. primo, contra per se & de omni, ita quod ex hoc q; Deus est inter causas efficientes prima, infertur, ergo Deus per se primo, i. ẽm q; ipsum efficiens, & tenet sequela, qm̃ non cõtingẽter, sed necessario, & secundum essentialem causalitatem super alia efficientia, conuenit ei esse primam inter efficientes causas, ut de se patet. his. n. constantib. iam patet, quod ei conuenit esse agens non per aliud, & quod quibuscumque conuenit, conuenit per ipsum igitur est primo agens iuxta doctrinam analyticam.

¶Circa consequentiam assumptam in probatione secundæ cõsequentiæ illã. s. agens, agit per suã formam, &c. aduerte, q; si forma est ratio agendi, ut in antecedẽte assumitur, & plures ab Aris. dicitur, necesse est q; unũquodq; sicut se hẽt ad formã ita se hẽat ad ratione agendi, & consequenter ad esse actiuũ a priori procedẽdo, sicut aliquid se hẽt ad esse actiuũ, ita se hẽat oportet ad rõnẽ agẽdi, & consequenter ad formã, ac p hoc ualet secunda cõsequẽtia, si aliquid est primo actiuum, est primo rõ agendi & forma, & sic non est compositũ ex materia & forma. Hanc aũt conuertibilitatẽ insinuat litera. dũ primo ďt, qď ẽm qď aliqđ se hẽt ad formã sic se hẽt ad hoc qď sit agẽs & deinde cõuertibilitatem subaudiẽdã uolẽs subdit, qđ igr̃ ẽ p se, primo agẽs, ẽ primo & p se forma.

¶Sed circa hæc occurrit dubium, quoniam hic processus uidetur sophisticus. quoniam sub hoc communi. s. se habere ad formã, descenditur determinate ad hoc spãle. s. esse formam. unumquodque. n. ita se habere ad formam, ut ad esse agens, uerissimum est, sed ex hoc non licet sub sumere, unumquodque ita se habere ad esse formam, sicut ad esse agens. Tum quia est sophisma consequentis. Tum quia hoc falsum est. quoniam ignis non ita se habet ad esse calorem, sicut se habet ad esse calefactiuum, quia ignis est primo calefactiuus. non tamen est primo calor, imo non est calor, sed habens illum per se primo, & tamen calor est forma illa, quæ est ratio calefaciendi, igitur ex hoc quod aliquid est per se primo agens, nihil aliud inferri potest, nisi quod per se primo habet formam, quę est ratio agendi, & non quod sit per se primo forma, ut in litera fit &c.

¶Ad hoc dicitur, quod oportet hic ad uertere duo. primo, quid importet ly per se primo, secundo, quod sermones interpretandi sunt semper secundum subiectam materiam. ex his. n. omnia erunt manifesta. Per se primo tale, ut dicitur, 1. post significat qď si tale non per aliud, & reliqua sint talia per ipsum, sed cum dicitur, non per aliud excluduntur non solum extrinseca, sed etiã partes, ut dicitur 7. Phy. ita quod illud, quod est tale ratione partis, non est per se primo tale, ac per hoc, illud cui conuenit esse agẽs ratione partis. s. formæ, non est per se primo agens, sed neque per accidens, sed per aliud. s. per partem. Et propterea nullum compositum ex materia & forma, potest esse per se primo actiuum; qm̃ omnia agunt non se totis, quia non ratione materiæ. repugnat. n. ei esse rationem agendi, cum de ratione eius sit potentia opposita actui, qui est ratio agẽdi. Et hinc patet qualiter ex se habere ad esse agens non solum licet inferre se habere ad formam, sed se habere ad esse formam, ut in litera factum est, & econuerso fieri posset a priori, nec ullum est sophisma. Ad instantiam aũt de calore dicitur, quod si sermones ponderentur ẽm materiam subiectã non fieret hæc obiectio, esse. n. actiuũ, in communi nullã perfectionẽ includit, conueniretq; potest alicui rei subsistenti in natura per se primo, ꝓprijssime, ut loquimur, esse uero calefactiuum imperfectionẽ claudit, qm̃ dicit esse actiuum sic. i. materialiter, & impossibile est qď conueniat alicui primo simpliciter, & absolute loquendo, quia oportet q; conueniat composito ex materia, & forma, cui non põt cõuenire agere nisi ẽm partẽ, sed tamen hmõi materiales actiuitates secundum proprias rões sumptæ, dicuntur conuenire alicui primo, eo modo quo possibile est inueniri primo in talium conuenientia. i. in genere materialium agentium, & non simpliciter. Et propterea instantia non est contra propositum, qm̃ licet de igne & calore, & alijs materialib. rationib. actiuis, non apparet uis consequentiæ, hoc est, quia in eis non inuenitur esse agens nec esse tale agens primo, sed esse tale agens primo in genere agentium materialium, ubi primitas non excludit partẽ, & tamen cõstat partem excludi per primitatẽ simpliciter. Stat igitur uis consequentiæ, quod si Deus est per se primo agens, ergo est per se primo forma, quia per se primo agens, est agens non per aliud, i. nec etiam per partem, sed se toto, ac per hoc oportet totum esse formam, & consequenter incompositum esse ex materia & forma.

¶In responsione ad tertium, dubium nascitur ex Durando contra assignatam ibidem causam indiuiduationis. s. recipi in materia uel non posse recipi in ea. Indiuiduum dicitur indiuiduum per negationem diuisionis, qua superius diuiditur in sua inferiora, & est indiuiduum per negationem essendi in alio sicut in subiecto inferiori, & non per negationẽ, essendi in alio, sicut in subiecto informationis, ed tam recipi in materia, quam non posse recipi in illa, spectant ad esse & non esse in alio, sicut in subiecto informationis, ergo nihil horum spectat ad indiuiduationem. sed æquiuocatio commissa est circa ly esse in alio, & subiectum. Maior patet, alioquin hoc album nõ esset indiuiduum, cum sit in alio, sicut in subiecto informationis. s. in hac substantia. Minor uero est per se nota. Et confirmatur, materia non est primum subiectum prædicationis. i. infimum subiicibile, sed est primum subiectum informationis, ergo ex hoc quod est primum subiectum, non est indiuiduũ, consequentia nota, antecedens probatur, quia materiæ etsi conueniat ex se negatio essendi in alio ut in subiecto informationis, non tamen conuenit ei negatio essendi in alio ut in subiecto inferiori, quoniam materia est quoddam uniuersale, & prædicatur de hac illa materia ut uniuersale & superius de suis inferioribus, ut patet alioquin materia non esset scibilis, cum scientia non sit nisi uniuersalium, male igitur uidetur litera assignasse rationem indiuidui ex materia.

¶Ad hoc est breuiter dicendum, concedẽdo quod alius est modus essendi in alio ut in subiecto inferiori, & alius in subiecto informationis, & similiter quod aliud est esse subiectum ibi & hic, sed cum hoc stat, quod naturam esse in alio ut superius in inferiori, non quocumque, sed singulari, & eam esse in alio per informationem, sunt idẽ non formaliter, sed causaliter, ita quod ad quidditatem aliquam esse in alio per informationem naturaliter, sequitur ipsam esse in alio ut inferiori singulari, & ad quidditatẽ non posse esse in alio per informationem, sequitur ipsam non posse esse in singulari ut inferiori, sed ipsam esse per se singularem, & hoc est, quod in litera dicitur. Assignat. n. esse uel non esse in alio per formationem pro radice indiuiduationis, & non pro formali constitutiuo indiuidui, ut obiectiones male interpretantur. Probare autem quod hæc sit radix indiuiduationis, præsentis excedit limites negotij. Inferius potius, ubi de indiuiduatione ex ꝓposito agetur, tractabitur. Sat est hic pro notitia literæ scire, quod apud nos ille modus essendi in alio per informationem, non est constitutiuus formaliter, sed causaliter indiuidui. Vnde ad obiectionem in oppositum dicitur, quod ex hoc, quod hoc album est, indiuiduum & in alio per informationem, nihil aliud habetur nisi quod esse in alio per informationem non est formale constitutiuum indiuidui, sed cum hoc stat, quod si albedinis natura non posset esse in alio per informationem, numquam album esset in hoc albo, ut superius in inferiori, & rursus, hoc album non esset hoc per positionem differentiæ indiuidualis supra naturam, sed per negationem omnis differentię indiuidualis, quoniam non esset diuisibilis in plura indiuidua, ut in litera dicitur de formis non receptibilibus in materia. Ad confirmationem quoque negatur consequentia, quia ex hoc quod materia est primum subiectum informationis, sequitur quod sit prima radix indiuiduationis positiue uel negatiue. Negatur quoque antecedens, quia materia est primum etiam subiicibile. i. infimum, non totale ut indiuiduum completum, sed partiale. Et cum instatur contra, quia est uniuersale quoddã, respondetur, q; materia, ẽm se non est uniuersale, nec pdicabile, ut patet ex eo quod ẽm se non est intelligibilis, & consequenter nec scibilis, sed materia in analogia ad formã uniuersalẽ, intelligitur uniuersalis, & fit prædicabile quoddã & scibile, &c. & propterea in litera dicitur, quod forma quantum est de se, põt esse in plurib. materia autem est primũ subiectũ, q a ergo

ergo omnis uniuersalitas est a forma, materia secundum se uniuersalis non est, & cum primum subiectũ sit omnium prædicamentorum, ipsa est & infimum subiicibile partiale tamen, & primũ subiectum informationis, ac per hoc undique indiuiduationis radix. Sed de his commentarijs de ente & essentia, & in q. duabus satis dictum est, & inferius amplius dicetur.

Ferr. 1. cont. c. 42. 45. Cap. 1. d. 4. q. 2. d. 8. q. 1. con. 4. con. 3. d. 8. q. 2. con. 5. Bannes eod. lo.

ARTICVLVS III.

Vtrum sit idem Deus quod sua essentia, uel natura.

AD TERTIVM sic proceditur. Videtur ꝙ non sit idem Deus quod sua essentia uel natura. Nihil enim est in se ipso, sed essentia uel natura Dei, quæ est deitas, dicitur esse in Deo, ergo vr ꝙ Deus nõ sit idẽ qđ sua essentia uel natura. ¶ 2 Præt. effectus assimilatur suæ causæ, quia oẽ agens agit sibi simile: sed in reb. creatis non est idẽ suppositum quod sua natura (non. n. idẽ est hõ quod sua humanitas) ergo nec Deus est idẽ qđ sua deitas.

CONTRA, de Deo dicitur quod est uita, & non solum quod est uiuens, ut patet Io. 14. Ego sum uia, ueritas, & uita. Sicut autem se hẽt uita ad viuẽte, ita deitas ad Deum, ergo Deus est ipsa deitas.

RESPON. Dicẽdum, quod Deus est idem quod sua essentia uel natura. Ad cuius intellectum sciendum est, quod in reb. cõpositis ex materia & forma necesse est quod differant natura, uel essentia & suppositum, quia essentia uel natura cõprehendit in se illa tm̃, quæ cadunt in diffinitione spẽi. sicut humanitas cõprehendit in se ea, q̃ cadunt in diffinitione hoĩs, his. n. homo est homo, & hoc signat humanitas, hoc. s. quo homo est homo. Sed materia indiuidualis cum accidentib. oĩb. indiuiduantib. ipsam non cadit in diffinitione spẽi. non enim cadunt in diffinitione hoĩs hæ carnes, & hæc ossa, aut albedo, uel nigredo, uel aliquam hmõi, unde hæ carnes & hæc ossa, & accidentia designantia hanc materiam non concluduntur in humanitate, & tñ in eo quod est hõ includunt, unde, id quod est hõ, hẽt in se aliquid qđ nõ hẽt humanitas, & ꝑpter hoc nõ est totaliter d idẽ hõ & humanitas; sed humanitas significatur ut pars formalis hominis, quia principia diffinientia habent d se formaliter, respectu materiæ indiuiduantis. In his igitur, d quæ nõ sunt composita ex materia & forma, in quib. indiuiduatio non est per materiã indiuidualem. i. per hanc materiam, sed ipsæ formæ per se indiuiduantur oportet d ꝙ ipsæ formæ sint supposita subsistentia, unde in eis non differt suppositum & natura. Et sic, cum Deus non sit compositus ex materia & forma, ut ostensum est, *oportet quod Deus d sit sua deitas, sua uita, & quicquid aliud sic de Deo prædicatur.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd de rebus simplicibus loqui nõ possumus, nisi per modum compositorum, a quibus cognitionem accipimus; & ideo de Deo loquentes utimur nominibus concretis, ut significemus eius subsistentiam, quia apud nos non subsistunt nisi composita, & utimur nominibus abstractis, ut significemus eius simplicitatem. Quod ergo dicitur, deitas uel uita, uel aliquid huiusmodi esse in Deo, referendum est ad diuersitatem, quæ est in acceptione intellectus nostri, & non ad aliquam diuersitatem rei.

AD SECVNDVM dicendum, quod effectus Dei imitatur ipsum non perfecte, sed secundum quod possunt, & hoc ad defectum imitationis pertinet, quod id, quod est simplex & unum, non potest repræsentari nisi per multa, & sic accidit in eis compositio, ex qua prouenit, quod in eis non est idem suppositum quod natura.

ARTI-

SVPER Q. III. ART. III.

16 a. contra 42. & 45. Et opusc. 3. c. 10.

CONCL. Deus est idem, quod sua essentia uel natura.

¶PROB. Quia Deus est forma non recepta in materia (ut patet ex dictis) & formæ non receptæ in materia sunt necessario sua supposita substantia (ad differentiam formarũ aliarum.)

1^m de maiori.

Nihil est in seipso. ℞. Quasi sit diuersum secundum intellectus nostri acceptionem a seipso. §. Tunc &c. Non. n. per hoc, quod essentia uel huiusmodi est in Deo, significatur aliqua diuersitas rei in ipso, sed omnis illa diuersitas, quæ uidetur ibi, est diuersitas secundũ nostrum modum intelligendi. Pro hac litera dic, ꝙ intellectus sic in re simplicissima diuersitatẽ accipiens non est falsus. Non enim per hoc asserit, neque asserere intendit, Deũ differre a sua essentia, sed tantum ostendit, se intelligere secundũ modum sibimet congruentem. Vide q. 13. ar. 12. tertium.

D. 731.

Hõ, Humanitas, cur nõ idẽ.

2^m de maiori.

D. 1147. 425.

Assimilatur. ℞. Secundum ꝙ potest, non ꝑfecte, §. Tunc &c. Nam effectus Dei imitantur deficienter ipsũ, & hoc ad defectum imitationis pertinet, quod &c. Vt in litera. Pro qua dic, si ars imitari nõ pt perfecte naturã, (Non. n. picturæ loquuntur. Nec Salomon in oĩ gloria sua, sicut unum lilium agri, uestitus est, Matt. 6.) multo minus poterit unq̃ creatura assimilari Deo totaliter. Vide q. 4. ar. 3.

APPENDIX.

Vtilitas p Ecclesia S. Dei.

EX articulo habes primo, quomodo per rationẽ interimas errorem in fide Gilberti natione Galli cognomento Porretani (ut refert Magister Bannes) negãtis, ꝙ Deus esset ueritas uel Deitas, propriè loquendo, sed interpretãtis, Deus est ueritas. i. Verus. Secundo habes quõ per rõnẽ ostendas, errorem hũc cum interpretatione talis (inquantum. s. negabat proprietatẽ sermonis de ly Deus est ueritas) fuisse merito damnatum in Concilio Remensi contra illum cõgregato. Nam ibi definitum fuit contrarium, s. quod illæ propositiones (Deus est ueritas, est Deitas, lux, uita &c.) sunt in proprietate sermonis ueræ. Imo & hæ, Deus est uerus est uiuens, &c. sunt in sensu magis proprio interpretandæ sic, Deus est ueritas est uita, &c. Huius Concilij acta reperies in Diuo Bernardo sermone 80. super Cantica Canticorum, ubi intendit definire ueritatem hanc tamquam de fide. Itẽ a scripturis sanctis sic per Concilium prædictũ interpretatis, Ioh. 1. de Deo. Vita erat lux uera & 14. Ego sum uia, ueritas, & uita, & 1. Ioh. 5. Hic est uerus Deus, & uita æterna. Item a Regulis catholicæ fidei, quæ explicãtur ab Augustino in lib. de fide ad Petrum, cap. 2. ubi loquendo de filio Dei sic dicitur. Qui utique quoniam uerus Deus est, etiam ueritas est, sicut ipse nos edocet dicens. Ego sum uia ueritas, & uita. De spiritu quoque Sancto Ioãnes Apostolus ait. Quia spiritus est ueritas. Et utique non potest naturaliter uerus Deus non esse, qui ueritas est. Hæc ibi. Vides ergo Beatum Augustinũ hic facere idem iudicium de dicere Deum esse naturaliter Deũ, & dicere Deum esse ueritatem. Sicut ergo Deus est proprie Deus, ita Deus est proprie ueritas, & qui negat Deum esse proprie ueritatem, negat Deum esse proprie Deum. Hæc pro Concilij definitione supradicta, & contra errorem illum, annotata etiam sint, Tertio uides, quomodo ex his uicissim firmetur, declaretur Angelica doctrina.

a D. 462. D. 466. D. 417. D. 639. D. 731. D. 1000. D. 114. ar. perfec. D. 1053.

3

Comm. Cardinalis Caietani.

IN titulo statim occurrit ambiguitas, pro quo supponit Deus in hoc quæsito, utrum Deus sit idem quod sua essentia. ex secundo namque argumento, & ex toto processu corporis articuli insinuatur, qđ supponit pro supposito diuino, qm̃ nihil aliud hic tractatur, nisi an suppositũ naturæ diuinæ, & ipsa natura sint idẽ. Ex ratione uero suppositi ostenditur oppositum, qm̃ ad rõnem suppositi requiruntur quinque conditiones. s. quod sit substantia, cõpleta, indiuidua, subsistens, incõicabiliter, substantia, propter accidentia, completa, propter partes, indiuidua, propter speciem subsistẽs, propter humanitatẽ Christi, incõicabiliter propter essentiã diuinã, q̃ est cõis trib. suppositis, & sic cũ suppositũ diuinũ idẽ significet qđ persona diuina, & in hoc articulo nulla fiat mentio de personarũ constitutiuis, consequens est quod ly Deus, non stat pro supposito diuino. & confirmatur hoc, quia inferius quæretur ex proposito, utrum persona & essentia in Deo sint idem, ergo. &c.

Ad hoc est ddm̃, ꝙ ly Deus pt tripliciter sumi. Primo ut signat concretũ quasi specificũ naturæ diuinæ. i. habens deitatẽ, sicut hõ signat habens humanitatẽ. Scđo, ut significat cõcretũ indiuiduale naturæ diuinæ. i. hũc habentẽ deitatem seu hunc Deum, sicut hõ põt supponere, pro hoc noĩe. Tertio ut significat suppositũ naturæ diuinæ, i. hũc incõicabiliter hñtẽ deitatẽ. i. hãc ꝑsonã diuinã, sicut

sicut homo potest supponere pro sorte. Sed hoc interest inter Deum ex una parte, & hominem cæterarumque naturarum concreta, ex alia parte, quod in aliis non distinguitur indiuiduum naturæ in concreto a supposito, non enim distinguitur hic homo ab humano supposito, aut econuerso. In Deo autem distinguitur indiuiduum naturæ in concreto .i. hic Deus, a supposito diuino, .i. Patre & Filio, & Spiritu Sancto, & ratio est, quia hic Deus est simul terminus singularis, & communis tribus suppositis, quod est impossibile conuenire indiuiduo aliarum substantiarum. Tripliciter ergo cum accipi possit, dico q hic non sumitur primo modo, quia ut in corpore articuli patet, id pro quo supponit ly Deus, claudit in sua ratione principia indiuiduantia Deum inquantum indiuiduantia sunt, quæ non significantur claudi in ly Deus quasi specifice supponēte. Neq; ēt sumitur tertio modo, tum quia nulla fit hic mentio de personalib. tum quia sub hoc sensu multa supponit p determinanda, & ppea inferius in hoc sensu quæretur in tractatu de personis diuinis, sed sumitur scđo modo. Ita q sensus est, utrū Deus .i. hic Deus, sit idē quod deitas. Sed aduerte, q hic Deus significans indiuiduū diuinæ naturæ, in concreto hēt duas conditiones in re, alterā negatiua, .s. q non significat suppositum naturæ diuinæ, & hoc secundum ueritatem loquendo. Alteram affirmatiuam .s. q æquiualet supposito quo ad habitudinem identitatis, uel distinctionis a natura, qm cōparatur ad illam ut habēs ad habitum, ut qđ est ad quo est, ut subsistens ad naturam in qua & qua subsistit, &c. Et tertiam conditionem hēt in opinione philosophorum, imo totius rōnis humanæ ſm facultatem naturæ .s. q ab omnibus accipitur ut suppositum naturæ diuinę, quia nulla deest sibi conditio suppositi, nisi incommunicabilitas, quam non conuenire sibi, quia communis tribus personis, non ratione, sed reuelatione fidei nouimus. Et ex hac sequitur quarta cōditio quo ad nos, q licet hic Deus non significet suppositum diuinum simpliciter, tamen significat suppositum diuinum stando infra limites tractatus de absolutis, qualis est præsens. Propter primam conditionem cauté loquitur litera tam quærendo, quam concludendo, & respondendo, semper .n. de Deo in speciali sermonem habens, nominat Deum, & deitatem, & numquam suppositum diuinum, propter alias uero tres conditiones utitur nomine suppositi & naturę in communi loquendo, & ex communib. regulis identitatis, aut distinctionis suppositi a natura quæstionem determinat, idem namque est iudicium de distinctione huius Dei a deitate, & suppositi a natura, quoniam æquiualet illud indiuiduum supposito quo ad hoc, distinguit .n. suppositum a natura, ut habens ab habito, & quod est, a quo est, & subsistens ab eo, quo subsistit, &c. Nec cōgruebat doctrinæ ordini, ut tractatui de absolutis immiscerentur respectiua reuelata, & tam remota ab his principiis, tot intercedentibus mediis quæstionibus decidendis.

¶ In corpore est una conclusio responsiua quæsito affirmatiuè. Deus est idem, quod sua essentia seu natura. Probatur. Ratio differentiæ inter naturam, & suppositum est distinctio naturæ a materia indiuiduali, ergo in formis simplicib. quæ per se ipsas indiuiduantur, non differt suppositum a natura, ergo Deus est sua deitas, & sua uita, &c. Antecedens probatur ex ratione distinctionis naturæ & suppositi in rebus materialibus notiorib. nobis. Natura cōprehendit in se ea tantum, quæ cadunt in diffinitione speciei, ergo non comprehēdit materiam indiuidualem, ergo ex hoc distinguitur a supposito. Assumptum patet. Et prima consequentia nunc facta probatur dupliciter. Primo, quia materia indiuidualis non clauditur in diffinitione speciei, ut patet de his carnibus respectu naturæ humanæ. Scđo, quia principia diffinientia habēt se formaliter respectu materię indiuiduantis, in cuius signum humanitas significatur, ut pars formalis hominis. secunda autem probatur, quia in suppositi ratione si diffiniretur, clauderetur materia indiuidualis, ut in Sorte. consequentia autem prima, ut per se nota relinquitur. secunda autem probatur, quia Deus non est cōpositus ex materia & forma, ut ex præcedenti patet articulo.

¶ Circa terminos assumptos in antecedente, & consequenter in tota hac ratione, distingue primo ly natura, & ly suppositus. Possumus .n. de eis loqui dupliciter, uno modo secundum rem tantū, alio modo secundum modum significandi. Sumuntur natura & suppositum secundum rem tantum, quādo sumuntur secundum proprias rationes rei quā significat natura, & rei quam significat suppositum, abstrahendo a modis significandi. v.g. qn sumitur natura humana ſm eius propriam diffinitionem, & sortes ſm eius rōnem propriam, nō curando, an natura significetur in abstracto, uel concreto, &c. sumuntur autem secundum modos significandi, cum sumuntur, ut stant sub nominib. primæ intentionis, puta humanitas, homo, sortes, sorteitas, &c. Sermo præsens est de natura, & supposito ſm rem, & non ſm modum significandi, hoc .n. potius logici, illud metaphysici negotij est. Et ideo cessant omnes argumentationes, & responsiones, quæ immiscent significari per modū partis, uel excludere a significatione, aut nec excludere nec includere, & similia quæ ad differentiam inter hæc ex modis significandi, non ex rebus spectat. Nec obstat, quod in corpore huius articuli inferatur, quod humanitas significatur ut pars formalis hominis, ad probandum quod natura non includat materiam indiuidualem, qm hoc allatum est, ut signum a posteriori notius ad manifestandum etiam ex modo significandi distinctionem secūdum rem naturæ, a materia indiuiduali. Distingue secundo ly differre seu differentia; est .n. duplex, secundum rationem & ſm rē. Et hęc subdiuiditur in differentiam realem inter rem & rem, & in differentiam realem inter rem includentem aliquid reale, & non includentem illud. Includere autem & nō includere nunc dicimus non ex modo significandi, sed ex ratione formali rei significatæ formaliter sumptæ. Et hæc rursus subdiuiditur in differentiā realem penes inclusionē alicuius realis intrinsece, sicut homo differt ab animali, quia includit intrinsece rationale, & penes inclusionē alicuius realis extrinsece, sicut disciplinabile differt ab homine, fingendo quod disciplinabilitas sit eadem res, quod natura hominis, quia includit extrinsece disciplinam ut actum, per quem diffinitur, quam non includit homo in sua ratione. Quatuor igitur cum sint modi differentiæ, ſm rōnem tm, ut est inter hominem & humanitatē, inter rē & rem, ut est inter sortem & Platonē, inter rē includentem intrinsece aliquid reale & abstrahentem, & inter includentem extrinsece aliquid reale, & abstrahētem ab illo, in antecedente assumpto, & tota hac rōne ac conclusione, sermo tm est de differentia tertio modo .i. penes inclusionē intrinsecā. Non .n. est hic sermo de dria secundū rōnem tm, qm suppositum & natura in oīb. ēt in Deo sic distinguuntur. Deus .n. & deitas rōne modi significandi, distinguuntur intantum, quod illa est hęretica, deitas generat deitatē, & ista catholica, Deus generat Deū, patet ut in principio decretaliū. Neq; ēt est hic sermo de differentia reali, qualis est inter rem & rem. Constat .n. quod natura substantialis, & suppositum, non possunt naturaliter sic distingui, ut sint totaliter duæ res diuersæ. Nec etiā est hic sermo de differentia reali extrinseca, quoniam fal[illegible] antecedens, & falsum esset, quod in substantiis immate[illegible]n differt suppositum & natura. In substantiis enim separatis suppositum a natura differt extrinsecé, quia suppositum ut sit, includit subsistere, quod est esse per se, non intrinsece, sed quodammodo quasi ut proprium actum, ad quem quodammodo deberet diffiniri si diffiniretur, natura autem non. Et propterea S. Thomas in Quolibe. secundo, q.2. ar.2. de tali differentia, loquens dixit, quod in Angelis differt suppositum a natura. relinquitur igitur, quod sit hic sermo de differentia penés inclusionem intrinsecam. Tum quia ratio assumpta in litera manifeste secundum talem differentiam distinguit suppositum a natura in rebus materialibus, quia .s. suppositum includit materiā indiuidualē, q̄ non includit natura, constat .n. hoc intelligi de intrinseca inclusiōe. Tū quia in separatis a materia tali differentia, non distinguitur suppositum a natura, ut hic affirmatur, ex eo, quod indiuiduantur per se ipsa, .i. quia idem est constituens naturam, & indiuiduum, ac per hoc nihil intrinsecum includit indiuiduum, quod non claudat natura, & econuerso. Tum qa idem censetur iudicium in litera de identitate suppositi naturæ in substantiis separatis, & Dei cum Deitate, hoc .n. non est simpliciter uerū, nisi de differentia intrinseca loquendo. qm (ut iam dictum est in quolibetis,) aliud protulit iudicium loquendo de differentia intrinseca. Est ergo sensus antecedentis, quod rō differentiæ intrinsecé inter naturam, et suppositum ſm rem, seu rōnes formales sumpta est distinctio naturæ a materia indiuiduali, & similiter sensus omnium conclusionum, quæ implicite hic continentur de supposito, & natura in rebus materialibus, & in separatis a materiis, etc eodem intellectu sumendus est. Et si prædicta diligenter inspexeris, complecteris dispositionem omnium rerum quo ad identitatem, & distinctionem inter suppositum, & naturā. Habes .n. in primis, quod suppositum, & natura non substantialiter constituens suppositum, siue sit natura accidentis, ut sortes, & eius complexio, siue sit substantia quasi aduentitia, ut humanitas uerbi Dei distinguuntur quadrupliciter, .s. ut res, & res, & intrinsecé, & extrinsecé, & secundum rationem. Habes secundo, quod suppositum, & natura in substantiis compositis distinguuntur intrinsece, & extrinsece, & secundum rationem. Habes tertio, quod in substantiis immaterialibus distinguuntur suppositum, & natura non intrinsece, sed extrinsece secundum rem, & secundum rationem. Habes quarto, quod in Deo nullo modo distinguuntur secundū rem Deus, & Deitas, sed ratione tantum modi significandi. Habes & concordiam dictorum S. Tho. & intellectū eorum, quæ in diuersis locis de hac materia scripta sunt.

¶ Circa primam consequentiam in litera factam, aduerte, quod ideo relicta est pro constanti, quia fundatur super illa regula posterioristica satis trita. Si affirmatio est causa affirmationis, negatio est causa negationis. & econuerso, & quoniam hæc maxima nō tenet nisi in causis propriis, ideo in antecedente ly ratio, cum dicitur ratio differentiæ, &c. supponit pro ratione propria. Itaque sensus est, propria, & præcisa ratio differentiæ intrinsece inter naturam, & suppositum, et tunc manifeste patet uis consequentiæ ex negatione talis rationis, negationem sui effectus inferens.

ARTICVLVS IIII.

Vtrum in Deo sit idem essentia & esse.

Fer. 1 cont. c. 28. & li. 2. c. 51. & li. 4. c. 11.
S. Bon. 1. s. d. 8. q. 2. ar. 1.
Alens. p. p. su q. 5. mem. 3
Scot. 1. s. d. 8. q. 2.
Riccar. 1. s. d. 8. q. 1.
Duran. 1. s. d. 8. q. 2.
Aegi. 1. s. dist. 5. q. 2. pri. prin.
Banens eod. loc.

17 1. d. 8. q. 1. art. 1. & 1. contra, ca. 22. & 25. & lib. 2. c. 52. & lib. 4. c. 11. tex. 4. & po. q. 7. artic. 2. & quo. 3. q. 3. & opusc. 3. cap. 11. 12. & 109.

AD QVARTVM sic proceditur. Videtur quod in Deo non sit idem essẽtia & esse. Si enim hoc sit, tunc ad esse diuinum nihil additur, sed esse cui nulla fit additio est esse commune, quod de omnibus prædicatur, sequitur ergo, quod Deus sit ens commune prædicabile de omnibus. hoc autem est falsum, secundum illud Sap. 14. incommunicabile nomen lignis & lapidibus imposuerunt, ergo esse Dei non est eius essentia.

¶ 2 Præt. de Deo scire possumus an sit, ut supra dictum est*, non autem possumus scire quid sit, ergo non est idem esse Dei, & quod quid est eius siue quidditas, uel natura.

q. 2. art. 2.

SED CONTRA est, quod Hila.* dicit in 6. de trini. Esse non est accidens in Deo, sed subsistens ueritas [illegible] ergo, quod subsistit in Deo, est suum esse.

li. 6. in fol. 2. a princ.

RESPON. Dicendum, quod Deus non solum est sua essentia, ut ostensum est, sed etiam suum esse: quod quidem multipliciter ostendi potest.

Primo quidem, quia quicquid est in aliquo, quod est præter essentiam eius, oportet esse causatum uel a principiis essentiæ, sicut accidentia propria consequentia speciem, ut risibile consequitur hominem, & causatur ex principiis essentialibus speciei, uel ab aliquo exteriori, sicut calor in aqua causatur ab igne. Si igitur ipsum esse rei sit aliud ab eius essentia, necesse est quod esse illius rei uel sit causatum ab aliquo exteriori, uel a principiis essentialibus eiusdẽ rei. Impossibile est autem, quod esse sit causatum tantum ex principiis essentialibus rei, quia nulla res sufficit quod sit sibi causa essendi, si habeat esse causatum. Oportet ergo quod illud, cuius esse est aliud ab essentia sua, habeat esse causatum ab alio. hoc autem non potest dici de Deo, quia Deum dicimus esse primam causam efficientem: impossibile est ergo, quod in Deo sit aliud esse, & aliud eius essentia.

al. extrinseca.

Secundo, quia esse est actualitas omnis formę uel naturæ. non. n. bonitas uel humanitas significatur in actu, nisi prout significamus eam esse, oportet igitur quod ipsum esse comparetur ad essentiam, quæ est aliud ab ipso, sicut actus ad potentiam; cum igitur in Deo nihil sit potentiale, ut ostensum est supra*, sequitur, quod non sit aliud in eo essentia, quam suum esse, sua igitur essentia est suum esse.

q. 3. art. 1.

Tertio, quia sicut illud, quod habet ignem, & non est ignis, est ignitum per participationem, ita illud quod habet esse & non est esse, est ens per participationem, Deus autem est sua essentia, ut ostensũ est.* si igitur non sit suum esse, erit ens per participationem & non per essentiam, nõ ergo erit primum ens, quod absurdum est dicere. Est igitur Deus suum esse, & non solum sua essentia.

ar. 3. huius quæst.

AD PRIMVM ergo dicendũ, quod aliquid, cui non fit additio, potest intelligi dupliciter, uno modo, ut de ratione eius sit quod non fiat ei additio. sicut de ratione animalis irrationalis est, ut sit sine ratione. Alio modo intelligitur aliquid, cui non fit additio, quia non est de ratione eius quod sibi fiat additio. Sicut animal commune est sine ratione, quia non est de ratione animalis communis ut habeat rationem sed nec de ratione ei⁹ est, ut careat ratione. Primo igitur modo, esse sine additione, est esse diuinum. Secundo modo esse sine additione, est esse commune.

AD SECVNDVM dicendum, quod esse dupliciter dicitur, uno modo significat actum essendi, alio modo significat compositionem propositionis, quam anima adinuenit coniungens prædicatum subiecto. Primo igitur modo accipiendo esse, non possumus scire esse Dei, sicut nec eius essentiam, sed solum secundo modo. Scimus. n. quod hæc propositio, quam formamus de Deo, cum dicimus, Deus est, uera est, & hoc scimus ex eius effectibus, ut* supra dictum est.

q. 2. ar. 2.

SVPER Q. III. ART. IIII.

COncl. Deus est suum esse.

¶ Prob.* Quia De⁹ non habet esse causatũ [cum sit prima causa efficiens,] & omne id, cuius esse est aliud ab essentia, habet esse causatum ab alio [patet de risibili, de calore]. * Quia Deus nihil hẽt potentiale (cum sit purus actus). Et essentia est potẽtia respectu esse a se diuersi. * Quia Deus est ens per essentiam, non per participatioñẽ (ut patet in tex.) Et essentia, quæ nõ est suum esse, est ens per participationem.

1 q. 2. art. 2. 2 3 ar. præced.

1^m de minori. Cui nulla fit additio. ℞. Ita quod possit ei fieri, non ita quod non possit ei fieri, §. Tunc nihil &c. ut in litera patet.

2^m de conclusione. Ergo nõ est idẽ eẽ Dei. ℞. Vt eẽ Dei significat compositionem propositionis, non, ut significat actũ essendi §. hoc est ut refertur ad cognitioñẽ nostram, qua. s. nos p effectus de Deo cognoscimus esse. i. an sit, non, ut ipsum esse Dei consistit in seipso. Tunc &c. Nam conclusio intelligitur de esse Dei sm quod in se est, nõ primo modo.

D. 1034.

APPENDIX.

Vtilitas p Ecclesia S. Dei.

EX articulo habes primo, quomodo per rationẽ demonstres, merito dictũ fuisse a Deo, Exod. 3. Ego sum qui sum. Hoc est, Ego sum esse meum, seu (quod idem sonat), substantia mea est esse suum, essentia mea, & esse meum in me sunt unum & idem. Substantiam ergo suam Deus uocat suum esse, & significat illam per hoc, quod dicit se esse. Alioquin, si hoc negetur, nihil sibi proprium assignasset Deus, quoniam & creaturæ sunt. Licet illarum substantia nõ sit suum esse. Literalis ergo sensus prædictę sententiæ, & similium, (puta Christi apud Ioh. 8. Antequam Abraham fieret, ego sum, & 18. ad quęrẽtes Iesum Nazarenum dicẽtes, Ego sum, & Exo. 3. Qui est, misit me ad uos,) est, quod Deus ita est, quod substantia sua est idem cum suo esse. Hinc est, quod respectu Dei alia non sunt, Esai. 40. omnes gentes quasi nõ sint sic sunt coram eo. Quia in aliis a Deo essentia non est idem cũ esse suo, sicut est in Deo. Secundo habes, quomodo per rationem ostendas (quantum ad esse Dei attinet) merito dixisse Innocentium III. in Cõcilio Lateranensi extra de sum. Trin. & fide Cath. firmiter credimus, & simpliciter confitemur, quod Deus uerus est simplex omnino. Hæc ibi. Ac si dixisset. In Deo esse non est accidens, sed est sua ipsius substantia, seu essentia. Tertio uides, quomodo ex his uicissim Angelica hæc doctrina firmetur, & declaretur.

D. 562. q. 2. art. 3. D. 461.

ARTI-

Comm. Cardinalis Caietani.

IN titulo, ly essentia significat deitatem, quæ per diffinitionem Dei importaretur, si diffiniretur, ly esse importat significatum per ly est secundum adiacens, cum dicimus, Deus est, & similiter, homo est, &c. ly idem, importat identitatem realem. Ita quod sensus est, utrum res significata per ly Deus, sit res significata per ly est, cum dicitur Deus est. Et scito, quod ista quæstio est subtilissima, & propria antiquis metaphysicis, a modernulis autem ualde aliena, quia tenent non solum in Deo, sed in omni re essentiam identificari existentiæ illius, fit ergo nostra hæc q. Ad alios autẽ erit quæstio specialis de distinctione esse ab essẽtia uniuersaliter.

¶ In corpore una conclusio. Deus est suum esse probatur tripliciter. Primo, Deus est primum efficiens, ergo hẽt esse non causatum ab extrinseco, ergo est suũ esse. Antecedens ex dictis patet, consequentia prima patet ex terminis, secunda autem probatur, oẽ conueniens alicui distinctum ab essentia eius, aut causatur ab essentia tm̄, aut ab extrinseco, ergo si esse distinguitur, causatur, uel ab intra, uel extra, sed ab intra tm̄, est impossibile, quia nihil est sibiipsi sufficiẽs causa, ut sit, ergo si ab extrinseco nõ est cãtum, est idem, quod est consequẽtia probanda. Scdo Deus est actus purus, ergo essentia eius non se habet ad esse, ut potentia ad actum, ergo est suum esse, antecedens patet, & prima consequentia est nota ex terminis, secunda probatur, esse actualitas omnis formæ, seu naturæ, ergo omnis natura distincta ab esse comparatur ab ipsum, ut potentia ad actum ergo, si non comparatur ut potentia, est ipsum esse. Assumptum probatur, quia nulla res significatur in actu, nisi significetur ut est.

¶ Aduerte hic, quod ista ratio fundatur super hoc, quod quæcumq; quidditas, uel natura, quantumcumq; sm rationem quidditatiuam sit actualis, relata tamen ad esse, hẽt rõnem potentiæ.

Sapientia

Sapientia namque, & bonitas, &c. actuatur per hoc quod dico est, & similiter humanitas, & equinitas, &c. & propterea dicitur, & quod esse est actualitas omnis formæ, & quod nulla natura significatur in actu ultimato, nisi prout significatur esse in actu exercito.

¶Tertio, Deus est primum ens, ergo est ens per essentiam, ergo est suum esse. Antecedens cum prima consequentia patet. secunda uero probatur a destructione consequentis dupliciter, primo ex quid nominis entis per essentiam sic. Non est suum esse. ergo habet esse, & non est ipsum esse, ergo est ens per participationem, ergo non est ens per essentiam, sicut si habet ignem & non est ignis, &c. secundo, Deus non est suum esse, & sua est essentia, ergo non est ens per essentiam, sed per aliud additum. omnia clara sunt.

¶In responsione ad secundum, dubium occurrit, quia uidetur implicare responsio duo cōtradictoria. si enim scimus, quod hæc propositio est uera, Deus est, ergo cognoscimus, ita esse in re, qđ Deus est: hoc autem est cognoscere, quod in ipso Deo est, ergo. Adhoc dubium, quod in 2. poster. c. 1. diffuse tractauimus, & Scot. in 1. sent. d. 3. q. 1. in prin. affert reprehendendo hanc responsionē, breuiter dicitur, quod hæc responsio est optima, & singularis de Deo, in hoc enim differt esse Dei a reliquorum entium esse, quod esse Dei est, quod quid est ipsius Dei. ut hic determinatur. Ita q hæc propositio, Deus est, est in primo modo dicendi per se, esse autem cæterorum non sic se habet, sed distinguitur a quidditatibus eorum. Et ex hoc nascitur, quod esse Dei secundum se, & absolute est proprius terminus, quæstionis quid est, & est terminus quæstionis an est secundum quid, idest ut fundat ueritatem propositionis. esse uero aliorum non spectat ad quæstionem quid est, quia non est prædicatum primi modi, ut patet inductiue, homo est, cælum est, &c. sed secundum se, & simpliciter spectat ad quæstionem an est. Et propterea, cum de aliis scimus quæstionem, an est, & dicimur scire esse, quod significat ueritate propositionis. & esse ipsius rei, quia scitur secundum proprium modum quo scibile est. Cum autem de Deo scimus an est, dicimur scire esse, quod significat ueritatem propositionis, & non scire esse Dei, nō quod terminus ultimus cognitionis nostræ sit esse ꝓpositionis, ut obiectio intellexit, quoniam terminus est esse Dei non absolute, sed ut respondet ueritati propositionis, & quia per hanc cognitionē non cognoscitur esse Dei propria quæstione, qua est secundum se cognoscibile, quia non scitur per quid.

Ferr. 1 cont. c. 17. 25.
S. Bo. 1. 5. d. 8. q. 4.
Alens. p. p. su. q. 58. mem. 4. ar. 1.
Scot. 1. 5. d. 8. q. 3.
Riccar. 1. 5. d. 8. q. 2.
Bacco. 1. 5. d. 9. q. 1.
Aegi. 1. 5. d. 8. q. 3. p. 2. pri. prin.
Bannes eod. lo.

18 1. d. 1. q. 42 & d. 19. q. 4. 2. & 1. cō tra, c. 17. & 25. & po. q. 7. 3. & opu. 3. c. 12. & opus. 2. c. 3. & 5.

ARTICVLVS V.

Vtrum Deus sit in genere aliquo.

AD QVINTVM sic proceditur. Videtur, quòd Deus sit in genere aliquo. Substantia. n. est ens per se subsistens, hoc autem maxime cōuenit Deo. ergo Deus est in genere substantiæ.

¶2 præt. Vnumquodq; mēsuratur per aliquid sui generis, sicut longitudines, per longitudinē, & numeri, per numerum, sed Deus est mensura omnium substantiarū, ut patet per Comm. 10. met. ergo Deus est in genere substantiæ.

SED CONTRA, Genus est prius fm intellectū, eo, qđ in genere cōtinetur, sed nihil ē prius Deo nec fm rē, nec secundū intellectū, ergo Deus non est in aliquo genere.

RESPON. Dicendum, q aliquid est in genere d dupliciter, uno mō simpliciter & proprie, sicut spēs, quæ sub genere cōtinentur. Alio modo ꝑ reductionē, sicut & principia & priuationes, sicut pūctus & unitas reducuntur ad genus quantitatis, sicut principia, cæcitas autem & omnis priuatio reducitur ad genus sui habitus.

Neutro aūt mō Deus est in gñe. Quod. n. nō possit esse spālis alicuius gñis, tripliciter ostēdi pōt.

Primo quidē, quia spēs constituitur ex genere & differētia, semper aūt id, a quo sumitur dria cōstituens spēm, se hēt ad illud unde sumitur genus, sicut actus ad potentiā, aīal. n. sumitur a natura sensitiua ꝑ modum cōcreationis. hoc. n. dicitur aīal, qđ naturā sensitiuā hēt, rōnalem uero sumitur a natura intellectiua, quia rōnale est, qđ naturā intellectiuam hēt intellectiuum autē comparatur ad sensitiuum sicut actus ad potentiam, & similiter manifestū est in aliis. unde cū in Deo non adiūgatur potentia actui, impossibile est, quod sit in genere tamquā spēs.

Secundo, quia cum esse Dei sit eius essentia, ut ostensum est: * si Deus esset in aliquo genere, oporteret q genus eius esset ens, nam genus significat essentiam rei, cū prædicetur in eo quod quid est. Ostēdit aūt Phil. in 3. met. * quod ens nō pōt esse genus alicuius, oē. n. genus hēt differentias, q̄ sunt d extra essentiā generis, nulla autē differentia posset inueniri, quæ esset extra ens, quia non ens nō potest esse differentia, unde relinquitur, quod Deus non sit in genere.

Tertio, quia omnia, quæ sunt in genere uno, cōicant in quidditate uel essentia generis, qđ prædicatur de eis in eo quod quid est, differuntur aūt scdm esse. non. n. idem est hois & equi, nec huius hominis, & illius hominis, & sic oportet q quæcumq; sunt in genere, differant in eis esse, & quod quid est, i. essentia. in Deo autem non differt, ut ostēsum est, * unde manifestum est, quod Deus d nō est in genere, sicut species.

Et hoc patet quod non habet genus, neq; differētias, neque est diffinitio ipsius, neque demonstratio nisi per effectum, quia diffinitio est ex genere & differentia, demonstrationis autem medium est diffinitio.

Quod autem Deus non sit in genere per reductionē, ut principium, manifestum est ex eo, quod principiū, quod reducitur in aliquod genus, non se extendit ultra genus illud, sicut punctum non est principiū, nisi quātitatis continuæ, & unitas quantitatis discretæ. Deus autē est principium totius esse, ut infra ostendetur: * unde non continetur in aliquo d genere, sicut principium.

AD PRIMVM ergo dicendū, q substantię nomen nō significat hoc solum, quod est per se esse, quia hoc, quod est esse, non potest per se esse genus, * ut ostensum est, sed significat essentiam, cui competit sic esse, idest per se esse, quod tamen esse non est ipsa eius essentia; & sic patet quod Deus non est in genere substantiæ.

AD SECVNDVM dicendum, quod obiectio illa procedit de mensura proportionata, hanc enim oportet esse homogeneam d mensurato, Deus autem nō est mensura proportionata alicui, dicitur tamen mensura omnium ex eo, quod unumquodque tantum habet de esse, quantum ei appropinquat.

SVPER Q. III. ART. V.

CONCL. Deus non est in genere aliquo, neque proprie neque per reductionem.

¶PROB. Quia Deus non est in genere ut species. [Cum Deus sit actus purus, sit suum esse, sit eius esse sua essentia], neque ut principium reductibile ad genus, (cum tale principium non extendatur ultra illud suum genus, & Deus extendatur satis plus ceu principium totius esse).

1^m de maiori. D. 673.

Ens per se subsistens. R. Negatur ista interpretatio nominis huius. §. Sic enim interpretari debet, substantia est essentia existens per se a suo differens realiter. §. Tunc nihil &c. Nam Deus est quidem substantia, sed non substantia prædicamentalis, hoc est essentia Dei, est ens per se subsistens, ita tamen quod non est differens realiter ab ipso suo esse. Interpretatio ergo erat de substantia prædicamentalis est.

2^m de maiori.

Mensuratur. R. Tamquam mensura sibi homogenea, non tamquā mensura superexcedente. §. Tunc &c. Nam Deus non est mensura proportionata alicui, sed superexcedēs mensura omnium.

APPENDIX.

EX articulo habes primo, quomodo ꝑ rationē ostendas [quantū attinet ad esse Dei in genere, uel non.] fuisse merito dictum ab Innocen. ubi supra, quod Deus & est omnino simplex, & est unum solum uniuersorum principium. Si enim est purus actus, erit animo simplex: & si extenditur ad omnia genera, erit uniuersorum principium. Alioquin si Deus esset in genere directe, non esset omnino simplex, cum omne tale actum potentiæ admixtū habeat, & si esset in genere per reductionem, nō esset uniuersorū principium, cum omne tale ad suum genus tantum extendatur. Secundo quomodo ex his uicissim firmetur conclusio, declarel, uides.

Velitas ꝑ Ecclesia S. Dei. ar. preced.

31. metap. textu 10. tom. 3. D. 678.

D. 457. q. 42. ar. 1.

Substantia prædicamentalis quid. In cor. art.

D. 870. D. 13.

Comm. Cardinalis Caietani.

IN titulo, genus sumitur proprie pro gnelogico, prout distinguuntur decem genera rerum.

¶ In corpore duo. Primo distinguitur. Secundo respondetur quæsito duab. conclusionib. iuxta duo membra distinctionis, adiũcto primæ conclus. uno corollario.

¶ Quo ad primum distinctio est, esse in genere dupliciter, directe, & reductiue, ut patet. Quo ad secundum 1. concl. responsiua quæsito negatiue est Deus non est directe in genere, probatur tripliciter. Primo Deus est actus purus, ergo non est directe in genere. probatur sequela; genus sumitur a potẽtia respectu eius a quo sumitur differentia, ergo omne existens in genere, habet actũ admistum potentiæ, ergo si est actus purus, &c. Antecedens declaratur in animali, & rationali, omnia clara sunt. Secundo, si Deus esset in genere, genus aliquod prædicaretur in quid de esse, ergo ens esset genus, sed hoc est impossibile, ergo, prima consequentia probatur, essentia Dei est ipsum esse, & genus prædicatur in quid de eo, cuius est genus, ergo si Deus esset in genere, &c. Secũda uero consequentia relinquitur pro cõstanti, quia ens, aut solum, aut maxime significat formaliter esse. Destructio uero ultimi consequẽtis probatur ex 3. met. nẽ genus hẽt drias extra se, ens nõ hẽt drias extra se, ergo, probatur minor, q̃a extra ens nõ remanet, nisi nõ ens, non entia autem impossibile est esse entis drias. ut patet.

¶ Circa hanc rationem posset primo dubitari de significatione entis, secundo de prædicatione eiusdem, an. s. prædicetur in quid, ut in hac ratione oportet tenere aduersarium dicentem Deum esse in genere. tertio de communitate eiusdem ad omnes reales rationes formales, an. s. in omnib. claudatur intrinsece, ut hic ex 3. meta. assumitur. De his autem omnib. in commentariis de ente, & essentia scripsimus: nec censeo replicandum, præcipue quia siue propter illam causam hic adductam, siue propter aliam, destructio consequentis ab oĩbus acceptatur. Sensus aũt rõnis hic adductæ est, q̃ differentias oportet esse extra genus, sic q̃ nec genus ponatur intrinsecẽ in formali significato differentiæ, neq; econuerso, quãuis genus ponatur in ratione differentiæ extrinsece, seu ut additũ sicut subiectum in ratione passionis, nullæ aũt inueniuntur rõnes reales distinguentes ens: in quarũ formalib. significatis non claudatur intrinsece ens, ergo. Et scito, quod Sco. in 1. dist. 3. q. 3. tenet oppositum huius minoris. putat namque esse quasdã differentias. s. ultimas, non includentes formaliter & intrinsece ens, & rursus tenet passiones entis non includere formaliter ac intrinsece ens. Sed de passionibus in q. 5. dicetur, de differentiis autem quamuis dicendum hic esset, quoniam tamen oportet nouos terminos ingerere, quia Sco. de differentiis sumptis non a formis, sed a realitatibus ultimis loquitur, expedit potius tacere quæstionem de hoc specialem ac diffusam, præter id quod ex tactum est de hoc in commentariis de ente & essentia.

¶ Tertio probatur, omnia directe in genere cõi causat in essentia, & differunt in esse, ergo habent essentiam distinctam ab esse, Deus non est hmõi, ergo antecedens probatur, quia conueniunt in quid generis, & distinguuntur penes aliud & aliud esse, ut patet in hoc homine & equo. consequentia autem relinquitur pro constanti, extructio quoque cõsequẽtis applicati ad Deum, patet ex præcedenti articulo, ergo, &c. Circa hanc rõnem dubium est. Tũ quia æquiuoce sumitur ly esse. In antecedente nãq; sermo est de esse specifico, ad quod differentia distinguens genus conducit, in consequente autem est sermo de esse actualis existentiæ, quod ab essentia distingui infertur. Tum quia ex distinctione inter principium conuenientiæ, & principium differentiæ in antecedente assumpta, non potest inferri maior distinctio, quam formalis. essentia namq; generis, in qua species conueniunt, & esse specificũ, quo quælibet species ab altera differt, non realiter, sed formaliter tantum differunt, & tamen infertur in litera distinctio realis inter essentiam & esse, igitur processus iste malus uidetur.

¶ Ad hanc obiectionem ualde diffuse dictum est in c. 6. de ente & essentia, ubi hanc rationem S. Th. facit, & propterea uñc breuiter dicitur, q̃ in antecedente sumitur esse & pro esse specifico & actualis existentiæ, quia de utroque uerificatur, imo uerificatio vnius infert uerificationem alterius. quia ideo differentia dicitur conducere ad esse; quia constituit proprium receptiuũ ipsius esse actualis existentiæ, ut ibi declaratum est & supra Porphyriũ. Nulla ergo est æquiuocatio. Et licet ex hoc quod aliquæ duæ rationes formales sic distinguuntur, quod altera sit formale principium conuenientia, & altera sit formale principium differentiæ, non possit simpliciter inferri distinctio realis inter eas, alioquin omne genus realiter oporteret distingui a suis differentiis. attamen gratia materiæ, & qua est sermo. s. essentiæ & esse optime potest inferri distinctio realis esse ab essentia, ex distinctiõe absolute inter genus & esse in quo distinguitur species. & ratio est, quia ista duo mutuo se consequuntur, existentia distinguitur formaliter a quidditate, & existentia distinguitur realiter a quidditate, ut ibidem declarauimus, ideo uide ibi &c.

¶ Corrollarium autem annexũ primæ cõclusioni est, Dei neq; est genus, nec differentia, nec diffinitio, nec demonstratio, nisi per effectum, patet sequela, quia diffinitio, &c.

¶ Conclusio uero sc̃da est ẽt negatiua, Deus non est in aliquo gñe reductiue ,pbaĩ, Deus est principiũ nõ alicuius gñis tm̃, sed totius eẽ, ergo nõ cõtineĩ reductiue in aliquo gñe: añs supponitur. Cõña probaĩ, oẽ q̃d est reductiue in aliquo gñe: est principiũ tm̃ illius generis, ut patet 12. metaph. de principiis prædicamentorum.

Circa hanc conclusionem occurrit dubium ad hominẽ, quia in 1. sen. dis. 8. q. 4. ar. 2. ad tertium, & in q. de potentia. q. 7. ar. 3. ad ultimum. S. Th. concedit Deum esse in genere substantiæ reductiue, quomodo hic determinatur oppositum.

¶ Ad hoc breuiter dr̃, q̃ ut manifeste apparet ex primo sen. nulla est repugnãtia interdicta hic & alibi. distinguitur siquidẽ ibi, q̃ esse in gñe, ut principium, stat dupliciter. Primo mõ ut principiũ contentum in illo gñe, & sic negatur Deum esse in gñe, ut principium. Alio modo, ut principium continens ipsum genus. & hoc modo Deus est quodãmõ in oĩb. gñib. & per appropriationem in genere substantiæ, tamq̃ã sibi magis appropinquante, & hoc conceditur in locis prædictis. Aduertendo, quod id quod in q. de potentia tacuit, in primo sent. suppletur. Vnde congrue dici potest quod Deus est in genere, ut principium, non quod reducitur ad genus, sed ad quod ipsum genus reducitur. Et quod sit mens S. Th. ex eo conijcere potes, q̃d in litera concludendo de Deo dicitur. unde non continetur in genere sicut principium, dicendo. n. non continetur, præseruauit se ab esse in genere, sicut principium, continens, ad quod, reducitur ordine quodam omne genus. & hoc idem insinuant uerba præcedentia, scilicet principium, quod reducitur in aliquod genus, non se extendit extra, &c.

¶ In responsione ad 2m, dubium occurrit, quia responsio non satisfacit obiectioni. Responsio siquidem tria dicit, primo quod maior est uera de mensura homogenea; secundo quod minor est falsa, Deus est mensura homogenea. tertio quasi glossando Auerroim, dicitur, quomodo Deus dr̃ mensura oĩum, quia unumquodq; tm̃ hẽt de eẽ quantum appropinquat sibi. Ex his autem non satisfit Auerrois authoritati inductæ, uolenti, q̃ Deus, qui est prima substantia, sit mensura substantiarum, sicut primus numerus aliorum numerorum, &c. & hoc ex proposito in eo loco ubi de mensuris homogeneis est sermo 10. metaph. commen. 7.

¶ Ad hoc br̃r dr̃, q̃ S. Th ad rem non uerba attendẽs optime satisfacit ẽt ẽm mentẽ Auerr. Nã genus põt dupliciter sumi: uno modo proprie. ut hic loquimur, & sic optime negatur quod Deus sit mensura homogenea gñis substantiæ, imo Auer. nullã intelligentiã posuit sic homogeneam substantiæ, & hoc in hac litera dr̃. Alio modo large pro coordinatione, & hoc modo Deus est mẽsura homogenea coordinationis substantiarum magis quã accidentium, quia ipse est substantia, & non est accidens. & hoc uoluit ibi Auer. quod tamen est esse mensuram extra genus substantiæ prædicamentalis, & est esse mensurã oĩum generum proprie, extra ea ut patet, & ideo dicitur in litera quod Deus dr̃ mensura omniũ.

¶ In ratione, quæ ad oppositum in hoc articulo affertur, est notandum, & dubitandum, q̃ ipso Deo nihil est prius, neq; ẽm rem, neque secundum intellectum, & propterea non habet genus. Videtur. n. hoc esse falsum, quoniam prædicata communia Deo & aliis priora sunt secundum intellectum ipso Deo, ut patet ex quod nõ conuertitur consequentia. Sed hoc cito aperitur distinguendo prius secundum intellectum dupliciter, ex parte rei, seu rationum formalium, uel quo ad nos nulla siquidem res, aut ratio formalis ex parte sui est prior Deo secũdum intellectum, in cuius signum nullum prædicatum datum datur secundum se abstractius, simplicius, prius ipso. Quo ad nos uero prior est sapientia quam sapientia diuina, secundum intellectum, & propterea non conuertitur consequentia quo ad nos. In litera autem intendit author primo modo, sic enim genus prius est illo, quod in genere reponitur.

19

1. d 8 q. 4. ar. 3. & 1. cõtra c. 23. & 31. & po. q. 7. ar. 4. & opus. 3. ca. 13. 23. 57. 65. & 66.

Ferr. 1. cont. c. 23. 34
Banñes eod. loc.

ARTICVLVS VI.

Vtrum in Deo sint aliqua accidẽtia.

SVPER Q. III. ART. VI.

COncl. Nullũ accidẽs in Deo esse pt. ¶ Prob.

AD sextvm sic proceditur. Videtur quod in Deo sint aliqua accidentia. Substãtia. n. nulli est accidens, ut dicitur in 1. phys. q̃ ergo in uno est accidens, non potest in alio esse substantia. Sicut probatur, q̃ calor non sit forma substãtialis ignis, quia in aliis est

¶ Prob. Quia Deus est purus actus. Et subiectum habens non est purus actus. Quia Deus ipsum suum esse. Et subiectum habens aliquid adiunctum nõ est suum esse. Quia

1 Tex. 27. & 30. tom. 2.

2 * Quia Deus est primũ ens. Et solum habens accidens commune [hoc est ens per accidens] non est primum ens:
3 * Quia Deus nihil habere potest in se causatum, & subiectum habens in se accidens proprium habet in se aliquid causatum.

1^m de antecedente. Nulli. B: De quo uniuoce dicatur cũ illo, cui est substantia, non, de quo analogice. §. Tunc, &c ut patet. Pro capitu meliori literæ uide. q. 13. art. 5. q. 14. art. 1. primum.

ante medium lib. de trin. D. 105 3.

2^m de minori. Genera accidentium: B Quæ omnia reducuntur ad principia substantiæ in genere contenta, & tandem cum principiis illis reducuntur ad principium existens extra omne genus, non aliter. §. Tũc nihil &c. ut patet. Pro litera dic, ergo reducuntur tandem ad Deum. Cum Deus sit hoc principiũ extra. artic. 5. nunc &c. ut patet.

q. 2. ar. 3.

In lib. qui dr. An oẽ quod est bonum sit a medio al ...

APPENDIX.

accidens, sed sapientia, uirtus, & huiusmodi, quæ in nobis sunt accidentia, Deo attribuuntur, ergo & in Deo sunt accidentia.

¶2 Præt. In quolibet genere est unum primum multa autem sunt genera accidentium. si igitur prima illorum generum nõ sunt in Deo, erunt multa prima extra Deum, quod est inconueniens.

SED CONTRA, Omne accidens in subiecto est. Deus autem non potest esse subiectum: quia forma simplex nõ potest esse subiectum, ut dicit Boe. * in lib. de Trin. ergo in Deo non potest esse accidens.

RESPON. Dicendum, ꝙ secundum præmissa, manifeste apparet, quod in Deo accidens esse non potest.

Primo quidẽ, quia subiectum comparatur ad accidens, sicut potentia ad actum: subiectum. n. secundum accidens est aliquo modo in actu, esse autem in potentia omnino remouetur a Deo, ut ex prædictis patet. *

Secundo, quia Deus est suum esse, ut Boe. dicit * in lib. de Heb. & licet id, quod est aliquid, aliud possit habere adiunctum, tamen ipsum esse nihil aliud adiunctum habere potest, sicut quod est calidum, potest habere aliquid extraneum quam calidum, ut albedinem, sed ipse calor nihil habet præter calorem.

Tertio, quia omne quod est per se prius est eo, quod est per accidens. Vnde cum Deus sit simpliciter primum ens, in eo non potest esse aliquid per accidens. Sed nec accidentia per se in eo esse possunt, sicut risibile est per se accidens hominis, quia huiusmodi accidentia causantur ex principiis subiecti. In Deo autem nihil potest esse causatum, cum sit causa prima, unde relinquitur, quod in Deo nullum sit accidens.

AD PRIMVM ergo dicendũ, ꝙ uirtus, & sapientia non uniuoce dicuntur de Deo, & de nobis, ut infra patebit. * Vnde non sequitur quod accidentia sint in Deo sicut in nobis.

AD SECVNDVM dicendum, quod cum substantia sit prior accidentibus, principia accidentium reducantur in principia substantiæ sicut in priora, quamuis Deus non sit primum contentum in genere substantiæ, sed primum extra omne genus respectu totius esse.

APPENDIX.

Ex articulo habes primo, quomodo per rationem ostendas [quantum pertinet ad esse uel non esse accidens in Deo.] Papã Innocentium merito dixisse. Extra de sum. Trin. & fide Cath. firmiter credimus & simpliciter confitemur, quod &c. Deus est simplex omnino. Si enim quodcumque minimũ accidens esset in Deo, tolleretur fides hæc: quod scilicet sit simplex omnino. Secundo, habes, quomodo per rationem hoc nobis fidei dogma ab Innocentio traditum a contrariis defendas. Tertio uides, quomodo ex his uicissim Angelica doctrina præsens declaretur atque firmetur.

Vtilitas p Ecclesia S. Dei.

q. 15. ar. 5.

Comm. Cardinalis Caietani.

IN titulo constat, quod quæritur de inesse formali, an aliqua accidentia sint formaliter in Deo, & est sermo de accidentib. realibus, & non de accidentibus, idest accidentalibus prædicatis, ut accidens est nomen secundæ intentionis, & ponitur quintum prædicabile.

¶In corpore una cõclusio respõsiua quæsito negatiuẽ. In Deo non põt esse accidens probatur tripliciter. Primo Deus est actus purus, ergo. Secundo. Deus est ipsum esse, ergo. Tertio, quia aut esset accidens per accidens. aut per se, non primum, quia Deus est primum ens, nec secundum, quia Deus est prima causa.

¶Circa secundam rõnem, aduerte ꝙ sicut inter abstractũ, & concretum ẽm intellectum, hæc est differentia, ꝙ abstractum ut sic nihil compatitur secum ẽm intellectum, concretum aũt multis permittitur misceri. Album namq; nõ inconueniẽt intelligere esse dulce, &c. sed albedo ut sic oẽ aliud a se excludit nihil. n. aliud est quo aliquid est album quam albedo, sed quod est albũ est ẽt aliud quandoq; quam album, puta pomũ dulce &c. Ita inter abstractũ ẽm rẽ, & cõpositũ ẽm rem, hæc est differentia, ꝙ res secundũ rẽ abstracta, est ipsa tm. Res uerò composita aliquid cõpatitur secũ, quod non est ipsa, & propterea hæc perfectio, quam significat ly esse, si ponatur abstracta secundum rem, ab omni eo, in quo esse est receptibile. i. ab omni natura generis, est purum esse, & nihil præter se compatitur in se, & consequenter nullum accidens habere potest. Compositũ autem ex esse natura, quod uocatur quod est, aliquid præter se in ipso permittitur habere, & hoc est quod in litera dicitur, quod ipsum esse, quia est abstractum, & quod nihil habet adiunctum sicut calor. Id autem, quod est, quia concretum, & ꝙ potest habere aliquid extraneũ, ut calidũ est ẽt album.

¶Circa tertiam rationem aduerte, quod ad utrumque membrum procedit ex propriis. Radix enim primi est, quia accidens per accidens naturaliter præsupponit accidens per se: quoniam uniuersaliter secundum quemcumque rerum ordinem per se prius est eo quod est per accidens, ut in secundo, & octauo, phys. dicitur. Radix autem secundi est, quia uniuersaliter primum alterans est omnino inalterabile, & primum mouens localiter est omnino immobile localiter. & consequenter prima causa omnino incausata: non esset autem omnino incausata, si aliquid causatum in se haberet, ut patet, &c.

¶In responsione ad primum habes optimam glosã illius, qđ uerè est, nulli accidit uniuoce sumptum, analogice aũt sumptum aliquid in uno est substãtia & in alio accidẽs, ut patet de sapiẽtia.

Ferr. 1 cont. c. 16. 18. 19. Bannes eod lo. Aegi. 1. 5. d. 8. q. 4. 1 prin. P. de Pal. 1. 5. d. 8. q. 1.

20 SVPER Q. III. ART. VII.

CONCL. Deus est omnino simplex.

¶PROB. * Quia nulla cõpositio est in Deo, [Patet ex inductione omnium articulorũ huius qõnis.]* Quia Deus est ens primum (ut patet) Et cõpositum non est ens primum.* Quia Deus non habet causam (ut patet) Et compositum habet.* Quia Deus est actus purus & Et cõpositũ nõ.* Quia in Deo nõ est aliquid, quod non sit Deus (ut patet). Et in composito est aliquid, quod non est ipsum.

Primum

1 d 3 q 4. a. 1 & 1 cõtra c. 16. 18 & 19. & po. q. 7. ar. 1. & opus. 3. c. 9. & 21. Et causis lec. 21.

ARTICVLVS VII.

Vtrum Deus sit omnino simplex.

AD SEPTIMVM sic proceditur. Videtur, quod Deus nõ sit omnino simplex. Ea. n. quæ sunt a Deo imitãtur ipsum, unde a primo ente sunt omnia entia, & a primo bono sunt omnia bona, sed in reb. quæ sunt a Deo, nihil est omnino simplex, ergo Deus non est omnino simplex.

¶2 Præt. Omne quod est, melius, Deo attribuendum est, sed apud nos composita sunt meliora simplicibus, sicut corpora mista elementis, & animalia plantis, ergo non est dicendum, quod Deus sit omnino simplex.

SED CONTRA est quod August. dicit 6. * de Trin. ꝙ Deus uere & summe simplex est.

REPON. Dicendum, quod Deum omnino esse simplicem multipliciter potest esse manifestum.

Primo quidem per supradicta in quæstione. * Cum enim in Deo non sit compositio neque quantitatiuarum partium, quia corpus non est: neque compositio formæ, & materiæ, neque in eo sit aliud natura & suppositum, neque aliud essentia & esse, neq; in eo sit compositio

c. 6. & 7. & totum l. 9.

Articulis præc. huius q.

1^m de maiori.

Imitatur. B. ficut causa ta, non ficut in causa. §. Tunc nihil &c. ut patet in textu. Ex quo sumito rationē irrefragabilem, quare Angelorum, immo quorumcumque etiam creabilium, essentia realiter differat ab ipsorum esse: quia. s. creata sunt.

q. 2. art. 3.

2^m de maiori.

Melius. B. secundum se absolute, non, apud nos tantum. §. Tūc &c. Nā composita nō sunt meliora absolute, sed apud nos.

q. 2. art. 3.

APPENDIX.

Vtilitas Ecclesiæ S. Dei.

EX articulo habes primo, quomodo p rationem interimas hęresim Arnaldistarum dicentium, In Deo esse quippiam compositū. Pro qua re uniuersaliter nota, q cum hæresis hæc & aliæ in tota summa ista recensitæ per rationem conuincatur, apertissimè ostenditur: & illas esse irrationabiles, & illarū authores absque ratione motos ad sic dicendum. Cum uero per responsiones argumenta in contrarium sacientia

Notatio utilissima ubique memoranda.

positio generis & differētię, neq; subiecti, & accidentis, manifestū est, qd Deus nullo modo compositus est, sed est omnino simplex.

Secundo, quia oē compositum est posterius suis cōponentib. et depēdens ex eis: Deus aūt est primum ens, ut supra ostensum est.

Tertio, quia omne compositū cām habet. quę.n. scdm se diuersa sunt, non cōueniūt in aliqd unū, nisi per aliquam causam adunantem ipsa. Deus autem non habet causam, ut supra ostēsum est, cū sit prima causa efficiens.

Quarto, quia in omni cōposito oportet esse potētiā, & actum qd in Deo nō est, quia uel una partiū est actus respectu alterius, uel saltem omnes partes sunt sicut in potentia respectu totius.

Quinto, quia oē compositū est aliquid, qd non conuenit alicui suarum partium, & quidē in totis dissimiliū partiū manifestū est: nulla.n. partium hois est homo, neq; aliqua partiū pedis est pes. In totis uero similium partium, licet aliquid, quod dicitur de toto dicatur de parte, sicut pars aeris est aer, & aquæ aqua, aliquid tñ dicitur de toto, qd non conuenit alicui partium. non.n. si tota aqua est bicubita, & pars eius. Sic igitur in oī cōposito est aliquid, qd non est ipsum. hoc autem etsi possit dici de habente formam, qd. s. hēat aliquid quod non est ipsum: puta in albo est aliquid, quod non pertinet ad rationem albi: tamen in ipsa forma nihil est alienum. unde, cum Deus sit ipsa forma, uel potius ipsum esse, nullo modo cōpositus esse potest. Et hanc rationem tangit Hil 7. de Tri. dicens, Deus qui uirtus est ex infirmis nō continetur, neque qui lux est ex obscuris coaptatur.

AD PRIMUM dicendum, q ea, quæ sunt a Deo, imitantur Deū sicut cāta primam causam. Est aūt hoc de ratione causati, quod sit aliquo modo compositum, quia ad minus esse eius est aliud quam qd quid est, ut infra patebit.

AD SECVNDVM dicendum, quod apud nos cōposita sunt meliora simplicib. quia perfectio bonitatis creaturæ non inuenitur in uno simplici, sed in multis, sed pfectio diuinæ bonitatis inuenitur in uno simplici, ut infra ostēdet.

cientia diluuntur, clarissime demonstratur, quod illarum authores, uel si quas rationum apparentias pro suis dictis habebant, non bene librarunt, nec quicquid in buccam ueniebat, indiscriminatim euomuerunt. Si enim argumenta ipsa iam a patronis errorum facta sunt (ut quādoque accidit,) tunc demōstratur primum: Si uero ab eis non facta sed tantum factibilia erāt (vt plerumque contingit,) tunc patet secundum. Vtroui autem modo euenerit, ipsos fuisse ignaros eorum argumentorum solutione constat. Secundo habes quomodo per rationem ostendas, prædictam hæresim merito damnari ab Innocē. III. in Concilio generali. Extra de sum. Tri. & fi. Cath. firmiter credimus & simpliciter cōfitemur, quod Deus, &c. est simplex omnino. Tertio uides, quomodo ex his utilium Angelica doctrina pręsens declaretur, & confirmetur.

libr. 7. de Trin.

RÃ irrefragabilis, qđ in angelorum imo omnium creabilium essētia realiter differant ab esse suo.

q. 4. ar. 1. & q. 6. art. 2.

¶ NOT. Articulo præsenti deseruit articulus in ordine 133. 24. 17. 14. 13. 333. 19. 162. 22. 23.

pro studio vario.

Comm. Cardinalis Caietani.

IN titulo omnino simplex in seipso, omnem a seipso compositionem, non componibilitatem excludens: de componibilitate, enim erit sequens art. &c. In corpore una conclusio responsiua quæsito affirmatiue: Deus est omnino simplex, probatur quinque mediis. primo, ex sufficienti numeratione modorum compositionis: secundo, quia primum ens, tertio, quia prima causa, quarto, quia, actus purus, quinto, quia ipsum esse.

¶ In responsione ad primū aduerte, quod Sco. in 1. dis. 8. in quæsito iuxta primam quæstionem, refert hāc positionem, quod unumquodque causatum est compositum, & reprehendit ex ratione. 1. quia si quodlibet causatum est compositum, accipiantur componentia, aut sunt simplicia, aut iterum composita, & sic aut procederetur in infinitum. aut erit status ad res simplices componentes, & cum constet componentia esse causata, sequitur quod non omne causatum est compositum, ut hic dicitur.

¶ Ad hoc breuiter dicitur, quod obiectio procedit ex malo intellectu literæ, causatum enim uel creatura potest sumi dupliciter, proprie. s. & large, si sumitur proprie sic cum tam causati, quā creaturæ sit proprie fieri, & esse, solæ res subsistentes dicuntur causata, seu creaturæ, cætera autem dicuntur concausata. & concreata, ut partes formæ, accidentia, &c. large autem omne aliud a Deo in rerum natura existens quocumque modo causatum dici potest. In proposito igitur causatum sumitur proprie ut distinguitur non solum contra causam, sed etiam contra concausatum, & ideo obiectio, quæ de concausatis loquitur, nihil obstat, unde in litera probatur causati compositio ex constantia ex esse & quidditate, hæc.n. proprie causati sunt compositiua non componentium & ut patet in primo sententia dist. 8. q. 5. art. 1. S. Th. fecerat illam rationem adductam a Scoto.

¶ In rñsione ad 2m esset uidendū an simplicitas sit pfectio simpliciter, sed scripsi iam de hoc in cōmentarus de ente & essentia.

Ferr. 1. cont. c. 17. 27. 28. Banons eod. loc.

SVPER Q. III. ART. VIII.

CONCL. Non est possibile Deū aliquo modo in compositionem aliorum uenire nec sicut principiū formale, nec sicut principium materialē.

¶ PROB Quia Deus est causa efficiens (q. 44. ar. 1.) Et causa efficiens non est idem numero cum forma facti neq; est idē specie cum materia. Quia Deus est primo per se agens (ut patet) & ueniens in aliorum compositionē non est pro se primo agens. Quia Deus est ens simpliciter primū (ut patet). Et ueniēs in cōpositionē nō est ens simpliciter primum.

21 1. d. 8 q. 3. ar. 2. & 1. cōtra c. 17. 27 & 28. & uerī q. 21. ar. 6. q. 6. ar. 6. cap. 4. non remote a princ. Serm. 38. sup illud.

2

ARTICVLVS VIII.

Vtrum Deus in compositionem aliorum ueniat.

AD OCTAVVM sic proceditur. Videtur quod Deus in compositionem aliorum ueniat. Dicit.n. Dion. 4. c. Cæl. Hierar. Esse omniū est quæ super esse est deitas: sed esse oīum intrat compositionem uniuscuiusque. ergo Deus in cōpositioné aliorū uenit.

¶ 2 Præt. Deus est forma, dicit.n. Augus. in lib. de uer. domini, qd uerbū Dei quod est Deus est forma quædam nō formata: sed forma est pars compositi: ergo Deus est pars alicuius compositi.

¶ 3 Præt. Quæcūque sunt & nullo mō differunt, sunt idē: sed Deus & materia prima sunt, & nullo modo differūt. ergo penitus sunt idem. Sed materia prima intrat compositionē rerū: ergo & Deus. Probatio mediæ. Quæcunque differunt, aliquibus differentiis differunt, & ita oportet ea esse composita: sed Deus & materia prima sunt omnino simplicia, ergo nullo modo differunt.

SED CONTRA est, quod dicit Dion. 2. c. de diu. no. quod neque tactus est eius. s. Dei, neque alia quædam ad partes commiscendas communio.

¶ 2 Præt. dicitur in lib. de causis, quod causa prima regit omnes res, præterquam si commisceatur eis.

In principio erat uerbū tomo 10. Et mal. q. 16. ar. 12. & opusc. 3. c. 17. 28. 211. & 222.

3

c. 2. car. in medio illius. Inter opera Aris. to. 3. in propositio 6.

RE-

Lib. 7. de ciui. Dei. c. 6. to. 5.

1m de maiori.
Omnium est. ☩. Effectiue, exemplariter, non essentialiter. §. Tunc nihil &c. Nam illud esse, quod intrat compositionem, est esse essentiale.

2m ex August.
Est forma. ☩. Exemplaris, non existens pars compositi. § Tunc nihil &c. ut patet.

3m de maiori.
Differunt. ☩. neque diuersa sunt. §. Manca ergo erat illa maior. Et ideo nihil contra: ut in litera patet.

Q. 2. ar. 3.

APPENDIX.

Vtilitas pro Eccle. S. Dei.

EX artic. habes primò: quomodo per rationem interimas hęresim Almarici (ut refert Cardinalis Turrecremata d. Eccl. libro 4. cap. 35.) dicentis: Deú esse essentiam omnium creaturarum, & esse omnium. Secundò habes: quomodo per rationem ostendas, hanc iustè fuisse damnatam ab Innocétio Tertio in Concilio generali. Extra de summa Trin. & fide Cathol. Damnamus. Vbi in fine dicitur sic: Reprobamus etiam & damnamus peruersissimum dogma impij Almarici: cuius mentem sic pater mendacii excæcauit; ut eius doctrina non tam hęretica censenda sit, quá insana. Hæc ibi. Licet autem Papa, in singulari dicat: tamen per illud singulare, s. peruersissimum dogma, intelligit totam doctrinam: ut in ipso mox contextu subiungit. Alii auté duo errores narrati in textu, vltra q ibidem per rationem improbátur, intelliguntur damnari a psal. 101. Initio tu Domine terram fundasti, & opera manuum tuarum sunt cœli, ipsi peribunt tu autem permanes, & omnes sicut uestimentum ueterascent; & sicut opertorium mutabis & mutabuntur, tu autem idem ipse es, & anni tui non deficient. Nam si Deus anima mundi, vel primi cęli, aut prima materia: & ita sint (ut in psalm. ait.) mutabilia, quomodo Deus erit omnino incommutabilis, ut ille idem psalmus testatur? Esset enim tunc mutabilis saltem per accidens: quoniam mutatis nobis, mutantur ea, quæ sunt in nobis. Sed in re tam manifeste falsa, ut sunt hi errores, non est, quòd amplius insudemus. Contra stultissimum illud Dauidis Dinantij, vide quæst. 15. art. 1. Tertiò cernere datur, quomodo ex his uicissim firmetur articuli conclusio.

Q. 1. ar. 1. D. 630.

Q. 2. art. 3.

D. 508. Tex. 24. & 25. to. 3.

¶ Not. Præsenti artic. seruit in ordine articulus 13. 14.

RESPON. Dicendum, q circa hoc fuerunt tres errores. Quidam enim posuerunt, q Deus esset aia mundi, ut patet * per Aug. in lib. 7. de ciu. Dei, & ad hoc etiá reducitur q quidam dixerunt Deú esse aiam primi cœli. Alii autem dixerunt Deum esse principiú formale omnium rerum. & hæc dicitur fuisse opinio Almarianorum. Sed tertius error fuit Dauid de Dinando, qui stultissimè posuit Deum esse materiam primá. Omnia enim hæc manifestam continet falsitatem: neque est possibile Deum aliquo modo in compositioné alicuius uenire: nec sicut principium formale, nec sicut principium materiale.

Primò quidem, quia supra * diximus, Deum esse primam causam efficientem. Causa autem efficiens cum forma rei factæ non incidit in idem numero; sed solum in idem specie: homo enim generat hominem. Materia uerò cum causa efficiente nó incidit in idem numero, nec in idem specie quia hoc est in potentia, illud uerò in actu.

Secundò, quia cum Deus sit prima causa efficiés, eius est primo, & per se agere. quod autem uenit in compositionem alicuius, nó est primo & per se agens, sed magis compositum: non enim manus agit, sed homo per manum, & ignis calefacit per calorem: vnde Deus potest esse pars alicuius compositi.

Tertiò, quia nulla pars compositi pôt esse simpliciter prima in entibus, neq; etiam materia & forma quæ sunt primæ partes compositorum: nam materia est in potentia: potentia autem est posterior actu simpliciter, ut ex dictis patet. Forma autem, quæ d est pars cópositi, est forma participata: sicut autem participans est posterius eo quod est per essentiam, ita & ipsum participatum: sicut ignis in ignitis est posterior eo, quod est per essentiá. Ostensum est autem, * quòd Deus est primum ens simpliciter.

AD PRIMVM ergo dicendum, q deitas dr̃ esse oium effectiuè & exemplariter, non aũt p essentiam.

AD SECVNDVM dicendum, q verbum est forma exemplaris, non autem forma, quę est pars cópositi.

AD TERTIVM dicendum, q simplicia non differunt aliquib. aliis differentiis: hoc. n. compositorum est: hó enim & equus differunt rationali & irrationali differentiis, quæ quidem differentiæ nó differunt amplius ab inuicem aliis differentiis, vnde si fiat vis in verbo, non propriè dicuntur differre, sed d diuersa esse. Vnde secundũ Phil. 10. Meta. † diuersum absolutè dicitur, sed omne differens aliquo differt. unde si fiat uis in uerbo, materia prima & Deus non differunt, sed sunt diuersa seipsis: vnde non sequitur quòd sint idem.

QVAE-

Comm. Cardinalis Caietani.

IN tit. uenire in compositionem alicuius, exigit quatuor conditiones. Prima est distinctio realis ab illo: quia eiusdem ad seipsum non est compositio. Secunda est coniunctio realis cum illo, quia ex sola coniunctione secundum rationem non fit compositio. Tertia est, quòd coniunctio sit secundum esse, quia ex sola cóiunctione reali secundum situm, uel alium respectum extrinsecũ non fit compositio. Quarta est, quòd alterum sit actus alterius, uel tertii actuati ab utroque si sit compositio per accidens, qualis est inter album, & dulce. si enim aliqua duo iungantur etiam secundum esse, & non in ratione actus, & potentiæ, (ut diximus) nũquam est compositio, ut patet, & de personis diuinis, & de verbo diuino incarnato: deest enim in huiusmodi ratio actus & poté tiæ. Quærere ergo, utrum Deus ueniat in aliarum rerum compositionem, est quærere, an rei alteri possit coniungi secundum esse, secundum rationem actus, uel potentiæ.

¶ In corpore duo. primò referuntur errores. secundò respódetur quæsito. Quo ad primum sunt tres errores. primus forsè Zabiorum ex 12. Metaph. com. 41. Secundus Almarianorum. Tertius Dauid de Dinando, ut patet. Quo ad secundum, conclusio responsiua quæsito, ac destructiua horũm errorũ est negatiua. Deus non potest uenire in compositionem alicuius: probatur tripliciter. Primò, Deus est prima causa efficiens, ergo non potest esse forma aut materia alicuius compositi; antecedens patet: consequentia probatur quo ad formam. Agens & forma effectus non coincidũt in idem numero; ergo si, &c. quo ad materiam vero, Agens, & materia non coincidunt in idem specie, quia illud actu, hæc potentia, ergo si, &c.

Circa hanc rationem occurrit dubium. probatio namque consequentiæ non uidetur ad propositum: ex hoc enim quòd efficiés non coincidit cum forma, aut materia effectus, nihil aliud sequitur, nisi quòd Deus, quia est efficiens, non est forma aut materia sui effectus; sed non sequitur, quòd absolutè non sit forma alicuius compositi. Ad hoc breuiter dicitur, quòd quia esse compositum infert esse effectum, quia omne compositum est factum, ut in præcedenti patet articulo. esse autem effectum primæ causæ efficientis. ut patet; ideo de primo ad ultimum, esse compositum est esse effectum primi efficientis, & propterea hoc pro constanti supponens ratio literæ, optime deducit consequentiam; si Deus est prima causa efficiens, non est forma, aut materia alicuius compositi, quoniam esset forma, uel materia sui effectus, quod est impossibile, quia agens non coincidit, &c.

¶ Secunda ratio, Deus est per se primo agens; ergo non est par alicuius, probatur consequentia; nullum componens est per se primo agens; ergo si, &c.

¶ Aduerte hic, quòd litera hæc cautè interpretanda est, non enim affirmat compositum per se primo agere, quod superius in artic. secundo negatum est; sed affirmat comparatiuam, quod agere per se primo magis conuenit composito, quàm componenti, quia illud est quod agit, hoc uerò est quo, cum hoc tamen stat, quod absolute, nec componens, nec compositum potest esse per se primo agens, ut prædictum est.

¶ Tertia ratio est. Deus est primum ens: ergo non potest esse pars etiam prima, puta materia, aut forma. Probatur consequentia quo ad materiam quidem, quia potentia est posterior actu, quo ad formam uero, quia actus participatus est posterior actu per essentiam, &c.

Tert.

Ferr. 1. contr. c. 28. Banes q. 4. ar. 1.

SVPER QV. IIII.

ART. 1.

CONCL. Deus est maxime perfect⁹.

¶ PROB. Quia Deus est primum principiũ actiuum (vt patet. Vide q. 44. ar. 1.): & principium tale est maxime perfectum (cum sit non solum in actu, sed etiã maxime in actu.)

1^m de maiori.

Perfectum. R. Considératum quo ad modum perfectionis. §. Pro litera de distinctione nominum, ut a quo, ut ad quod vide q. 13. art. 2. secundum. Tunc nihil &c. Deus enim dicitur perfectus, quantum ad significatum, huius nominis, perfectum: non autem quantum ad originem eiusdem nominis. Est enim Deus id, cui nihil deest; licet nõ aduenisse sibi per aliquam factionem hæc sufficientia.

2^m de minori.

Principia. R. prima secundum quid, non prima simpliciter. §. Tunc nihil &c. Deus enim est primum principium absolute, & simpliciter primum.

3^m de minori.

Imperfectissimum. R. non; sed perfectissimũ. §. Ad probationem negatur, quòd esse comparetur ad alia tanquam recipiens aliorum additionem: immò dicitur quòd cõparatur ad omnia alia, tanquam receptum ad recipientia (vt declaratur in tex.).

APPENDIX.

Vtilitas pro Eccle. S. Dei.

EX artic. habes primò: quomodo per rationem interimas hæresim Algazelis (Director. Inquisit. 2. p. q. 4.) dicentis; quod in Deo bonitas, scitas, & aliæ perfectiones, non dicunt aliquid positiue, sed tantum dicuntur per remotionem. Licet enim ille vocaliter dicat, Deum esse perfectum, tamen re vera (essentialiter loquendo) hoc negat. Contra hanc suam negationẽ, designatam pro ly tantum, pugnat articulus. Sed fusius in q. 13. art. 2. de hoc. Secundò habes: quomodo per rationem ostendas, hanc merito esse damnatam a Papa Innocentio III. in Concilio Lateranensi, citra de summa Tri. & fide Cath. Damnamus. Ibi enim circa finem dicit sic, Veritas ait. Estote perfecti sicut & pater vester cęlestis perfectus est. Ac si diceret manifestius, Estote perfecti pfectione gratiæ, sicut pater vester, cęlestis perfectus est pfectione naturæ. Hæc ibi. Dictum hoc Innocentii faciet pro q. 13. art. 2. ubi replicatur hic error. Tertio vides: quomodo ex his vicissim Angelica doctrina præsens firmetur, & declaretur.

¶ NOT. Præsenti articulo seruit in ordine articulus 13. 17. Item pro in responsione ad tertium dicto ly ipsum esse est perfectissimum omnium &c. vide Tabulæ magnæ aureæ S. Doctoris Concordantias post annexas nume. 555.

QVAESTIO IIII.

De Dei perfectione, in tres articulos diuisa.

POST cõsiderationem diuinæ simplicitatis, de perfectione ipsius Dei dicendum est. Et quia vnumquodq; secundum quòd perfectum est, sic dicitur bonum. Primò agendum est de perfectione diuina. Secundò de eius bonitate.

CIRCA primum quæruntur tria.

¶ Primo, vtrum Deus sit perfect⁹.

¶ Secundò, vtrum Deus sit vniuersaliter perfectus, omnium in se perfectiones habens.

¶ Tertio, vtrum creaturæ similes Deo dici possint.

ARTICVLVS I.

Vtrum Deus sit perfectus.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur q̃ esse perfectũ non conueniat de Deo. Perfectum enim dicitur quasi totaliter factũ: non conuenit esse factum: sed Deo: ergo nec esse perfectum.

¶ 2 Præter. Deus est primum rerũ principium: sed principia rerum videntur esse imperfecta. (semen enĩ est principium animalium & plantarum) ergo Deus est imperfectus.

¶ 3 Præt. Ostensum est supra,* q̃ essentia Dei est ipsum esse: sed ipsum esse videtur esse imperfectissimum, cum sit communissimum, & recipiens omnium additiones. ergo Deus est imperfectus.

Q. præced. ar. 4.

SED CONTRA est, quod dicit Matth. 5. Estote perfecti sicut & pater vester cœlestis perfectus est.

RESPON. Dicendum, quòd sicut* Philosophus narrat 12. Metaph. quidam antiqui philosophi. s. Pythagorici, & Leupippus, non attribuerunt optimum, & perfectissimum primo principio. Cuius ratio est, quia philosophi antiqui considerauerunt principium materiale tantum: primum autem principiũ materiale imperfectissimum est. Cum enim materia inquantum huiusmodi sit in potentia, oportet, quòd primum principium materiale sit maximè in potentia, & ita maximè imperfectum. Deus autẽ ponitur primum principium, non materiale, sed in genere causæ efficientis: & hoc oportet esse perfectissimum: sicut enim materia inquantum huiusmodi est in potentia, ita agens inquantum huiusmodi est in actu: vnde primum principium actiuum oportet maximè esse in actu: & per consequens maximè esse perfectum. secundum hoc enim dicitur aliquid esse perfectum, secundum quòd est actu: nã perfectum dicitur, cui nihil deest secundum modum suæ perfectionis.

Lib. 12. Meta. tex. 40. to. 2.

AD PRIMVM ergo dicendum, q̃ sicut dicit Gregor. Balbutiendo vt possumus excelsa Dei resonamus. quod enim factum non est, perfectum propriè dici nõ potest. Sed quia in his quæ fiunt, tunc dicitur esse aliquid perfectum, cum de potentia educitur in actũ, transsumitur hoc nomen perfectum ad significandum omne illud, cui non deest esse in actu, siue hoc habeat per modum perfectionis, siue non.

22 1. cont. c. 28 & uer. q. 2. ar. 3. 13. & Dion. 2. c. 13. c. 1.

AD SECVNDVM dicendum, q̃ principium materiale, quod apud nos imperfectum inuenitur, non potest esse simpliciter primum, sed præceditur ab alio perfecto. Nam semen, licèt sit principium animalis generati ex semine, tamen habet ante se animal, vel plantam, vnde deciditur. Oportet enim ante id, quod est in potentia esse aliquid actu, cum ens in potentia non reducatur in actum, nisi per aliquod ens in actu.

AD TERTIVM dicendum, q̃ ipsum esse est perfectissimum omnium: comparatur enĩ ad omnia ut actus: nihil enim habet actualitatem, nisi inquantum est: vnde ipsum esse est actualitas omnium rerũ, & etiam ipsarum formarum: vnde non comparatur ad alia sicut recipiens ad receptum, sed magis sicut receptũ ad recipiens: cum enim dico esse hominis, uel equi, uel cuiuscunque alterius, ipsum esse consideratur, ut formale & receptum, non autem ut illud, cui competit esse.

D. 559.

D. 562.

AR-

Comm. Cardinalis Caietani.

CIrca ordinem, & titulum quæstionis aduerte, quòd perfectio non significat aliquam perfectionem, ut bonitas, uita, sapientia, &c. neque significat omnes perfectiones in communi. Nõ enim quærendo, an aliquid sit perfectũ, quæritur, an habeat omnes perfectiones, siue determinate, siue indeterminate: sed significat modum essendi optimum secundum quacunque rationem formalem: licet extenso iam ab usu uocabulo, perfectio supponat sæpe pro re, aut ratione formali actuante aliquid: ut patet cum dicimus: quòd sapientia est perfectio, &c. Proprie igitur loquendo, ly perfectio, licet a totali factione primo deriuatum sit, apud philosophos modum essendi significat, non quemcunque, sed optimum: non al[illegible] certæ rei, sed cuiuscunque rei, cui apponitur, siue sit substa[illegible] accidens, [illegible] intelligi, & esse sub modo essendi multiplici, quorum unus est melior altero, sicut natura plantarum, & animalium habet in semine quendam modum essendi, & alium essendi modum habet in indiuiduis genitis. Et rursum alium in eisdem augmentatis, &c. & constat, quod primus est, & dicitur imperfectus, quia in potentia tantum est ibi natura specifica. secundus autem aliqualiter perfectus; tertius verò simpliciter perfectus, ut patet 4. Meteo. Perfectum enim unumquodque ibi dicitur, cum potest facere alterum quale ipsum est. Tunc enim habet naturam optimo modo. Vnde sicut quærere, utrum aliquid sit perfectum secundum talem vel talem rationẽ, puta scientiam, uel naturam, non est quærere utrum illud habeat aliquam aliam perfectionem, sed utrum habeat illam optimo modo: ita quærere absolute, & sine specificatione, ut in proposito sit, utrum Deus sit perfectus, non est quærere utrum Deus habeat aliquam perfectionem, neque utrum habeat omnes, cum hoc reseruetur 2. ar. sed est quærere, vtrum Deus id quod est, sit optimo

mo modo. hoc est enim esse perfectum. Testatur autem hunc esse manifestum sensum quæstionis, causa responsionis assignata in corpore art. Dicitur enim quòd Deus est perfectus, quia nō est in potentia, sed in actu. Constat enim quod esse in actu, vel in potētia ad modum essendi spectat. Et propterea ista quæstio immediate post q̄onem de simplicitate naturæ diuinæ ordinata est: stabilita namq; essentia, quærendū statim occurrit de modo essendi ipsius intrinseco: qualem ly perfectum significat. Non enim importat modum essendi rei in respectu ad aliquod circunstans, aut quouis modo extrinsecum, sed in seipsa. Vnde & Aristot. in 1. cap de natura uniuersi, tractans primo an sit perfectum, determinat: quoniam & quæstio an est, & an simplex, an compositum esset, quæ priores erant, relinquebantur per se notæ.

¶ In corpore duo. primo refertur opinio Pythagoricorum: secundo respondetur quæsito. Quo ad primum duo: opinio, q̄ principio non conuenit perfectio. Radix, quia principium materiale tantum intellexerunt, probat consequentiam: quia ut sic est in potentia. ergo.

¶ Quo ad secundum similiter duo: conclusio responsiua quæsito affirmatiuè. Deus est maximè perfectus. Radix oppositæ primę, quia s. est principium actiuum. probatur: actiuum oportet esse in actu. ergo primum actiuum maximè in actu ergo maximè perfectum. omnia patent. & vltima consequentia declaratur ex quid nominis perfecti. s. cui nihil deest de requisitis. Existenti enim in potentia deest id quod in actu esse potest: existenti autem in actu vt sic, nihil deest.

¶ In responsione ad tertium aduerte duo. Primo, quòd responsio stat in hac distinctione. Commune dupliciter, per modum actus, & per modum potentiæ. Communitas per modum actus consistit in recipi, communitas per modum potentiæ consistit in recipere. esse autem est communissimum per modum actus, quia ad omnia comparatur, ut receptum ad receptiua. ut patet. Secundò quòd hinc patet defectus Scoti in 4. Senten. distinct. 1. quæst. 1. contra hanc Sancti Thomæ positionem, scilicet, quòd esse secundum suam suam formalem rationem est perfectissima omniū, perfectionum arguentis ex communitate ipsius. Mirum est enim quòd hanc rationem affert ad concludendum, quam expresse S. Thomas soluerat tam clare.

Ferr. 1. cont. c. 28. 31. lib. 2. c. 2.
Cap. 1. d. 8. q. 4. d 30. q. 2. con. 1.
Bannes eodem loco.

23 3. d. 2. ar. 2. & 3. & 1. cō. c. 28. & 31. & lib. 2. c. 2 & opu. 3. c. 21. 22. 28. & 23. Q præced. ar. 7.

SVPER Q. IIII. ART. II.

CONCL. In Deo sunt perfectiones omnium rerum.

¶ Prim. Quia Deus est causa effectiua omnium (ut patet etiam q. 44. ar. 1. 2.): & in causa effectiua præexistit quicquid perfectionis est in effectu: Quia Deus est ipsum esse per se subsistens: & nihil de perfectione essendi pōt deesse ipsi esse per se subsistenti.

1 conclusio.

Ergo in Deo non sunt. &c. R. nisi perfectiones ... essent in Deo, ut quid unum, §. Tunc ni hil & c. ut patet.

2^m de maiori.

Opposita. R. Vt opposita, non, ut unum simplex. §. Tunc nihil &c. ut patet. Pro litera dic, quòd si opposita in seipsis, puta album & nigrum, non sunt opposita in intellectu nostro, (Ex q. 81. ar. 4. secudū): non mirum, quòd opposita in seipsis, nō sūt opposita in Deo.

C. 2. 5. parū ante med. & c 2. pa. 2. in prin.

3^m conclusionis illatio. Ergo ... illa ... §. Si loquantur vi uere, & ... R. negatur de esse per se subsistente. Alioquin si loquantur de esse participato, argumentum non est ad propositum: cum Deus non sit quodlibet esse distinctum contra viuere &c. ut est esse inanimatorum, de quo esse est consequentia argumenti.

li. 5. te. 21.

ARTICVLVS II.

Vtrum in Deo sint perfectiones omnium rerum.

AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur, quòd in Deo nō sint perfectiones omnium rerum: Deus enim simplex est, ut ostensum est: * sed perfectiones rerum sunt multæ, & diuersæ. ergo in Deo non sunt omnes perfectiones rerum.

¶ 2 Præt. Opposita non possunt esse in eodem: sed perfectiones rerū sunt oppositæ: vnaqueq; enim species perficitur per suam differentiam specificam: differentiæ autem, quibus diuiditur genus, & constituuntur species, sunt oppositæ: cū ergo opposita non possint simul esse in eodem, videtur q̄ non omnes rerum perfectiones sint in Deo.

¶ 3 Præt. Viuens est perfectius, q̄ ens, & sapiens, quam viuens, ergo & viuere est perfectius quam esse, & sapere quam viuere: sed essentia Dei est ipsum esse. ergo non habet in se perfectionem vitæ & sapientiæ, & alias huiusmodi perfectiones.

SED CONTRA est, quod dicit Dionys. † 5. cap. de diuin. nominib: quòd Deus in vna existētia omnia præhabet.

RESPON. Dicendum, q̄ in Deo sunt perfectiones omnium rerum. Vnde & dicitur vniuersaliter perfectus: quia non deest ex aliqua nobilitas, quæ inueniatur in aliquo genere. vt dicit Commen. in 5. Metaph. †. Et hoc quidem ex duobus considerari potest.

Primò quidem per hoc, q̄d quicquid perfectionis est in effectu, oportet inueniri in causa effectiua: vel secundum eādem rationē, si sit agens vniuocum, vt homo generat hominem: vel eminentiori modo, si sit agens æquiuocum: sicut in Sole est similitudo eorum, quæ generantur per virtutē Solis. Manifestū est enim q̄ effectus præexistit virtute in causa agente: præexistere aūt in virtute causæ agentis, non est p̄existere imperfectiori modo: sed ^d perfectiori licet præexistere in potentia causæ materialis sit p̄existere imperfectiori modo: eo q̄ materia inquantum huiusmodi est imperfecta, agens uero inquantum huiusmodi est perfectum: Cū ergo Deus sit prima causa effectiua rerum, oportet omnium rerum perfectiones præexistere in Deo secundum eminentiorem ^d modum. Et hanc rationem tangit Dion. 5. c. de di. nomi. † dicens de Deo, quòd non quidem hoc est, hoc autem non est, sed omnia est, ut omnium causa.

Secundò verò ex hoc, q̄d sup. ostensum est, † q̄ Deus est ipsum esse per se subsistens. Ex quo oportet, q̄ totam perfectionē essendi in se cōtineat. Manifestum est enim, q̄ si aliquod calidum non habeat totam perfectionem calidi. hoc ideo est, quia calor nō participatur s̄m perfectam rōnem; sed si calor esset per se subsistens non posset ei aliquid deesse de virtute caloris: vnde, cum Deus sit ipsum esse subsistens, nihil de pfectione essendi pōt ei deesse. Omnium ^d aūt perfectiones pertinent ad perfectionē essendi: secundū hoc enim aliqua pfecta sunt, q̄ aliquo modo esse habēt. vnde sequitur, quòd nullius rei perfectio Deo desit. Et hanc etiam rationem tangit Dion. 5. c. de diu. nom. dicens, quòd Deus non quodammodo est existens: sed simpliciter, & incircumscriptè totum in seipso uniformiter esse præaccipit: & postea subdit, quòd ipse esse subsistentibus.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd sicut sicut Sol, ut dicit Dion. 5. c. de di. no. sensibiliū substantias, & qualitates multas, & differentes, ipse vnus existens, & uniformiter lucendo, in seipso vniformiter p̄accipit, ita multò magis in cā oium necesse est p̄existere oia secundum naturalē vnionē: & sic, q̄ sunt diuersa, & opposita in seipsis, in Deo præexistunt ut unum, absque detrimento simplicitatis ipsius.

Et per hoc patet solutio ad secundum.

AD TERTIVM dicendum, quòd sicut in eod. ca. idē Dion. dicit, licet ipsum esse sit perfectius, quam vita: & ipsa vita, quā ipsa sapientia, si considerentur secundū q̄d distinguuntur rōne; tn̄ viuens est pfectius, q̄ ens tm̄: quia uiuens et est ens, & sapiens est ens, & uiuens. Licet igitur ens non includat in se viuēs, & sapiēs, quia nō oportet, q̄d illud, q̄d participat esse, participet ipsū s̄m oēm modū essendi; tn̄ ipsum esse Dei includit in se vitam & sapiētiā, q̄ nulla de pfectionib. essendi pōt deesse ei, q̄d est ipsum esse subsistēs.

D. 326. menti. Non enim est Deus esse per participationem, sed est esse per se subsistens, quod quidem est perfectius quā uiuere, cum ipsum esse subsistens includat omnem modum essendi, & consequenter vitā, ac sapientiam.

D. 709. Q. 3. ar. 4.

APPENDIX.

Vtilitas pro Eccle. S. Dei.

EX artic. habes primò: quomodo per rationem ostendas, meritò psalm. 93. de Deo dixisse: Qui plantauit aurem, non audiet, aut qui finxit oculum, non cōsiderat? Quasi dicat. Hoc

D. 469. c. 5. a med.

AR-

Hoc est clarum, quòd & audit & considerat, si plantauit aurem, si finxit oculum. nec de hoc omnino est dubitandum. Ecce, quod in causa effectiua vult primò reperiri perfectiones effectuum. Adde Apostolum pro minori, q. s. est causa effectiua omnium perfectionum in effectibus omnibus, Ro. 11. Ex quo omnia, per quem oia, in quo omnia. Ergo concludes, q scripturæ illæ affirmat, licet alijs verbis, q perfectiones omnium rerum sunt in Deo. Si vero perspexeris, quòd, ly per quem. dicit causam exemplarem, ex alio capite concludes idipsum. In causa enim exemplari patet esse, quicquid exemplatur ex illa. Secundò habes: quomodo per rationem sensum prædictũ scripturarum defendas. Tertiò vides: quomodo vicissim ex his firmetur Angelica doctrina præsens.

¶ Not. Præsenti articulo seruit articulus in ordine. 19. 35. 24. 13. 234. 20. 17.

Comm. Cardinalis Caietani.

IN titulo ly sint, non denotat aliquem specialem modum essendi, sed absolute sumitur: ita quòd nõ quæritur vtrum perfectiones sint in Deo formaliter, aut materialiter, sed absolute quouis modo sint; ly perfectiones, stat vniuersaliter pro omnibus perfectionibus, tam simpliciter, quam non simpliciter, ut patet ex processu articuli.

¶ In corpore est vna conclusio responsiua quæsito affirmatiuè: In Deo sunt perfectiones omnium rerum. probatur tripliciter. Primò ab authoritate, Deus dicitur vniuersaliter perfectus. i. secundum nobilitates omnium generum. ergo. Antecedens probatur authoritate Auer. 5. Meta. Secundo ratione sumpta ex Dionysio, Deus est prima causa effectiua rerum. ergo omnium rerum perfectiones præexistunt in Deo eminentiori modo. antecedens supponitur: consequentia probatur, quo ad primam partem: effectus præexistit virtuti in causa agente. ergo quicquid perfectionis est in effectu oportet in causa effectiua inueniri. ergo, si Deus, &c. omnium rerum perfectiones sunt in eo. Quo ad secundam uerò partem, probatur. Agens inquantum agens, est perfectum, ergo præexistere in virtute causæ agentis, non est præexistere imperfectiori, sed perfectiori modo. ergo quicquid perfectionis est in effectu, præexistit in causa effectiua, vel secundum eandem rationem, ut in uniuoca, vel secundum eminentiorem vt in æquiuoca, ergo si Deus est prima causa omnium, oportet eminentiori modo omnium perfectiones habere. Assumptum patet ex præcedenti art. prima consequentia probatur ex opposito. s. quia materia est imperfecta. Præexistere in potentia causæ materialis est, esse imperfectiori modo. Reliqua relinquuntur per se nota. Circa illam propositionem, præexistere in virtute causæ agentis, non est præexistere imperfectiori: sed perfectiori modo, dubium statim occurrit, quia, & est falsa, & contradicit alteri dicto literæ. Falsa quidẽ, quidem, quia effectus in causa efficientiæ quandoq; præexistit æquè perfecto modo, ut patet, cum Socrates generat Platonem. contra literam verò, quia expresse dicitur & bene quòd in causa uniuoca præexistit effectus secundum eandem rationem. igitur nõ perfectiori modo. Non deest quoq; nouitiis occasio dubitandi: quia videmus effectus etiam imperfectiori modo præexistere in multis causis, quæ sunt causæ vere effectiuæ, vt patet in seminibus, ex quibus effectiue producuntur animalia, & plantæ.

¶ Ad hoc breuiter dicendum est, quòd ly perfectiori modo, potest exponi dupliciter. Primò comparatiue, vt significat ex ui uocabuli, & tunc intelligitur non necessariò, sed permissiue, ita quòd particula negatiua, non imperfectiori modo, intelligitur necessariò, particula uero affirmatiua, sed perfectiori, intelligitur permissiue. & sic est verissima propositio, & significat, quòd præexistere in causa efficiente, necessariò est præexistere non imperfectiori modo, quàm sit modus essendi effectus, sed possibiliter est præexistere perfectiori modo. Secundò potest exponi interpretando comparatiuum pro positiuo perfectiori modo, i. modo perfecto, seu perfectionis. Prima tamen expositio literæ intento seruit, quoniam intendit probare, quod eminentiori modo in causa æquiuoca. Deoque perfectiones effectuum sunt. Ad nouitios autem respondetur ex doctrina Alexandri, ut refert Auer. 12. Metaph. comm. 14. quòd semina & alia huiusmodi, quibus formæ effectuum non assimilantur uniuoce, uel imitatiue, non sunt causæ efficientes, sed instrumenta causarum agẽtium: & propterea locātur in genere causarum effectiuarum ab Aristot. 5. Metaph. & 2. Phys. Præsens autem sermo de causis actiuis proprie non solum, ut distinguuntur contra alia genera causarum, sed ut distinguuntur contra instrumenta causarum, quæ non proprie causæ sunt.

¶ Circa ultimam consequentiam, aduerte, quòd fundatur super hoc, quòd prima causa effectiua rerum est causa æquiuoca, quod pro constanti relictum est. Tum quia ab omnibus admittitur. Tũ quia manifeste patet ex terminis. Si enim est effectiua rerũ diuersarum rationum, nulli earum est uniuoca, & si alicui earum est uniuoca. ergo non est effectiua aliarum. ergo non diuersarum.

¶ Secunda ratio a Dionysio quoque tacta est. Deus est ipsum esse per se subsistens. ergo continet in se totam perfectionem essendi, ergo omnes perfectiones rerum omnium. Antecedens supponitur, prima consequentia probatur a destructione consequentis, in terminis specialibus. s. caloris, & calidi perfectione, sic. Non continet totam perfectionem essendi, ergo non habet esse secundum perfectam rationem, ergo non est ipsum esse per se subsistẽs quod est oppositum antecedentis, quemadmodum calidum non habet totam calidi perfectionem. ergo non habet calorem secundum perfectam rationem. ergo non est calor per se subsistens. secunda autem consequentia probatur. Res dicuntur perfectæ secundum quòd habent esse. ergo omnium perfectiones pertinent ad perfectionem essendi, ergo si continet totam perfectionem essendi, &c.

¶ In responsione ad tertium, aduerte primò. quod uis argumenti fundatur super locum a coniugatis, dum dicitur, ens est imperfectus, quàm uiuens. ergo esse quàm uita, & ueritas antecedentis consistit in hoc, quia ens non includit uiuens, sed econuersò. Aduerte secundò, quòd in respõsione innuit hanc distinctionem ex parte rei, esse potest comparari ad uitam tripliciter. Primo formaliter, & præcise utrinque; ita quòd esse sumitur præcise pro actu essendi, & uita præcise pro eo quod formaliter addit supra esse, puta uiuere ut sic. & sic significantur nominibus abstractis, puta esse, uita, sapientia, &c. & in litera dicuntur comparari prout distinguuntur ratione; & sic esse est perfectius, quàm uiuere, & cæteræ perfectiones, quia est actualitas omnium, ut prædictum. Secundo potest comparari esse ad uitam absque præcisione, ita quod uita sumatur secundum id quod includit, & nõ tantum pro eo quod formaliter addit supra esse. & sic significantur nominibus concretis in litera; & dicuntur ens, uiuens, sapiens; & dicitur, quod uiuens est perfectius quam ens, quia includit ens, & aliquid perfectionis ultra. Tertio modo potest comparari esse in sua pura subsistentia ad reliqua quomodolibet sumpta, & sic significatur in litera per ly ipsum esse, & dicitur, quod includit in se uitam, sapientiam, & omnem essendi perfectionem; ut in corpore probatum est, & consequenter perfectissimum omnium. Ex his autem, quæ ex litera accepta sunt, habemus, & quod esse formaliter est perfectius cæteris formaliter; & quod ipsum esse est simpliciter perfectius, omnes perfectiones in se præhabens, ut ex primo sciamus, quod prædicatum illud, quod soli Deo quidditatiue conuenit, ut est formaliter nobilius cæteris perfectionibus. & ex secundo quòd ex hoc, quòd Deus est ipsum esse, habet omnes perfectiones. Habetur quoq; ex his responsio ad argumentum, quoniam neganda insinuatur consequentia, qm in antecedente sumitur uiuens, ut includit ens & aliquid ultra. In consequente uero sumitur secundũ id tm, qđ addit supra ens; & sic ostenditur, q non arguitur per locum a coniugatis, qui tenet qñ concreta præcisè formaliter tenentur sicut & abstracta, cuius oppositum hic accidit.

Part. 1. contr. c. 19 lib. 1. ca. 2.
Banes eo. loc.

SVPER QV. IIII.

ART. III.

24
1. d. 3. q. 1. ar. 1. con. c. 29. & li. 2. c. 1. & ueri. 2. ar. 32. Et po. quæst. 7. ar. 7.

CONCL. Illa, quæ sunt a Deo assimilantur ei; ut primo & uniuersali principio totius esse (.i. assimilantur ei, inquantum sunt entia, hoc est secundum aliqualem analogiã.).

¶ Prob. Quia Deus est omnium agens (ut patet); & agenti assimilatur effectus. Secunda autem pars. s. ut primo &c. probatur, quia Deo non assimilantur in genere, non in specie, sed secundum quandam analogiam (inquantum scili-

ARTICVLVS III.

Vtrum aliqua creatura possit esse similis Deo.

AD TERTIVM sic proceditur. Videtur q nulla creatura possit esse similis Deo. Dicitur enim in Psalmo. Non est similis tui in dijs Domine. sed inter oẽs creaturas excellentiores sunt, quæ dicuntur dii participatiuè: multo ergo minus aliæ creaturæ possunt dici Deo similes.

¶ 2 Præter. Similitudo est comparatio quædam: non est autem comparatio eorum, quæ sunt diuersorũ generum. ergo nec similitudo. Nõ enim dicimus, quòd dulcedo sit similis albedini: sed nulla creatura est eiusdem generis cum Deo, cum Deus non sit in genere, ut supra

Q. 3. art. 5. scilicet Deus est ens, & effectus Dei sũt entia.)

1^m de maiori. Similis. R. In specie, in genere; non secundum aliqualem analogiam. §. Tunc nihil & c. ut in conclusione patet.

2^m de minori. Non est autem compa ratio eorum &c. R. Sed tamen est comparatio eorum quæ sunt in genere, ad id quod est extra omne genus, tanquam omnium principium. §. Tunc nihil &c. Nam Deus non se habet ad creaturas &c. ut in littera.

3^m de maiori. Conueniunt in forma. R. Vel secundum speciem, vel secundum genus, vel secundum aliquam analogiã. §. Tunc nihil &c. Nam Deus & creaturæ cõueniunt in forma secundum analogiam aliquam tantum, prout ipse est ens per essentiam, illæ sunt entia per participationẽ.

4^m de antecedente. In similibus. R. vnius ordinis existentibus, nõ autem existentibus tanquam causa, & causatum. §. Tunc nihil &c. Nam Deus & creaturæ non sunt vnius ordinis: sed ad inuicem se habent tanquam causa, & causatum.

APPENDIX.

Vtilitas pro Eccle. S. Dei.

EX artic. habes primò: quomodo per rationem ostendas, recte fuisse a Concilio generali sub Innocentio Tertio dictum sic. Inter creatorem & creaturam, non potest tanta similitudo notari, quin inter eos maior sit dissimilitudo notãda. Hęc ponuntur extra de summa Trin. & fide cathol. Damnamus. Ibi ergo affirmatur, quòd creatura similis esse potest creatori, & quòd valdè imperfectè. Secundò habes: quomodo per rationem ostendas, scripturas de hac materia uocaliter diuersas optime concordare in sensu. Tertiò vides: quomodo ex his vicissim firmetur Angelica doctrina hæc.

¶ Not. Articulo pręsenti seruit articulus in ordine. 415. 434. 18. 32.

ostensum est. * ergo nulla creatura est similis Deo.

¶ 3 Præter. Similia dicuntur quæ conueniunt in forma: sed nihil conuenit cum Deo in forma: nullius. n. essentia rei est ipsum esse, nisi solius Dei. ergo nulla creatura potest esse similis Deo.

¶ 4 Præt. In similibus est mutua similitudo; nam simile est simili simile. Si igitur aliqua creatura est similis Deo, & Deus erit similis alicui creaturæ: quod est contra id, qđ dicitur Isa. 40. Cui similem fecistis Deum?

SED CONTRA est, quod dicit Genes. Faciamus hominem ad imaginem, & similitudinem nostrã. & 1. Io 3. Cum apparuerit, similes ei erimus.

RESPON. Dicendum, q cum similitudo attendatur secundũ conuenientiam, vel communicationẽ in forma: multiplex est similitudo secundum multos modos cõicandi in forma. Quædam enim dicuntur similia, quæ cõicant in eadem forma secundum eandẽ rõnem, & secundum eundem modũ: & hæc nõ solũ dñr similia, sed æqualia in sua similitudine. sicut duo æqualiter alba, dñr similia in albedine, & hæc est perfectissima similitudo. Alio modo dicuntur similia, quę cõicant in forma s̃m eandem rationem, & non secundum eundẽ modum: sed secundũ magis, & minus: vt minus album dr̃ simile magis albo, & hæc est similitudo ĩperfecta. Tertio modo dñr aliqua similia, quæ cõicant in eadẽ forma: sed non secundũ eandem rõnem, vt patet in agentibus non vniuocis. Cum. n. omne agens agat sibi simile inquãtum est agẽs, agit autẽ vnumquodq; secundũ suã formam, necesse est, q in effectu sit similitudo formæ agentis. Si ergo agens sit contentum in eadem specie cum suo effectu, erit similitudo inter faciens, & factum in forma, secundum eandẽ rõnem speciei, sicut homo generat hominem: si autem agens non sit contentum in eadem specie, erit similitudo, sed non secũdum eandẽ rõnem speciei, sicut ea, quæ generantur ex virtute Solis, accedunt quidẽ ad aliquã similitudinem Solis; non tñ vt recipiant formam Solis, secundum similitudinẽ speciei: sed secundũ similitudinẽ generis. Si igitur sit aliquod agens, qđ non in genere cõtineatur, effectus eius adhuc magis accedent remotè ad similitudinem formæ agẽtis, non tñ ita q participent similitudinem formæ agentis secundum eandem rationem speciei, aut generis: sed secundum aliqualẽ analogiam, sicut ipsum esse est cõe omnibus. Et hoc modo, illa, quæ sunt a Deo, assimilantur ei inquantum sunt entia, vt primo, & vniuersali principio totius esse.

AD PRIMVM ergo dicendum, q sicut dicit * Dio. 9. c. de di. nom. cum sacra scriptura dicit aliquid non esse simile Deo, non est contrarium assimilationi ad ipsum. Eadem enim sunt similia Deo, & dissimilia: similia quidem secundum q imitantur ipsum, prout cõtigit eum imitari, qui nõ perfectè imitabilis est. Dissimilia verò secundũ q deficiũt a sua causa: non solũ secundũ intensionẽ, & remissionem, sicut minus album deficit a magis albo: sed quia non est cõuenientia, nec secundum speciem, nec secundum genus.

cap. a med

AD SECVNDVM dicendum, q Deus non se habet ad creaturas, sicut res diuersorum generum: sed sicut id, quod est extra omne genus, & principium omnium generum.

AD TERTIVM dicendum, q non dicitur esse similitudo creaturæ ad Deum propter communicãtiã in forma, secundum eandem rationem generis, & speciei: sed secundum analogiam tantum: prout. s. Deus est ens per essentiã, & alia per participationem.

AD QVARTVM dicendum, quòd licet aliquo modo concedatur, quòd creatura sit similis Deo, nullo tñ mõ concedendum est, quòd Deus sit similis creaturæ: quia, ut dicit † Dio. 9. c. de di. no. In his, q̃ vnius ordinis sunt, recipitur mutua similitudo, non autem in causa, & causato. Dicimus enim quòd imago sit similis homini, & non ẽ conuerso. & similiter dici potest aliquo modo, quòd creatura sit similis Deo: non tamen quòd Deo sit similis creaturæ.

Hoc dictũ Dio. declaratur infra q. 42. ar. 1. ad 3. D. 246. D. 462. 415. 434. ca. 9. a me. D. 803. D. 850. D. 131. D. 471.

QVAE-

Comm. Cardinalis Caietani.

IN titulo dubium occurrit: quorsum iste articulus hoc in loco hic enim arguitur in perfectione substantiæ diuinæ in se. ergo non debet admisceri quæstio de creatura, qualis est ista. Ad hoc dicitur, quòd licet verbotenus hæc quæstio sit de creatura: secundum sensum tamen est de perfectione naturæ diuinæ. Quæritur enim hic: an perfectio naturæ diuinæ sit tanta, quòd nulla creatura possit ei esse similis, an non: hoc siquidem inquirendum supererat, postquam determinatum fuerat, & quòd est perfecta, & q est vniuersaliter perfecta. Sed aduerte, quòd non quæritur: utrũ perfectio diuina sit tanta, quod nulla res possit ei esse similis: sed quòd nulla creatura. Primum enim pertinet ad quæstionem de pluralitate deorum, & tractabitur in quæst. 11. Secundum autem spectat ad hunc locum.

¶ In corpore duo, primò distinguitur similitudo, secundo respõdetur quæsito. Quo ad primum similitudo triplex. prima secundum formam eiusdem rationis, & modi. secunda secundum formã eiusdem rationis, sed non modi. tertia secũdum formam, sed nec eiusdem rationis, nec modi. Probatur distinctio. Similitudo est conuenientia in forma, ergo multiplicatur iuxta modum communicandi in forma: ergo tripliciter, &c. omnia patet in littera.

¶ Quo ad secundum: conclusio responsiua quæsito est. Creaturæ sunt similes Deo, non secundum eãdem rationem specificam, aut genericam, sed secundum aliqualem analogiã. Conclusio hęc, habet quatuor partes: primam affirmatiuam, s. quod sunt similes Deo: secundam negatiuam, s. non secundum speciem: tertiam negatiuam, s. nec secundum genus: & quartam affirmatiuam, s. sed secundum aliqualem analogiam. Et primo probatur quo ad primam. omne agens agit per suam formam: ergo necesse est in effectu esse similitudinem formæ agentis. Et tunc potes subiungere: ergo necesse est creaturam esse similem Deo, consequentia probatur, quia omne agens agit sibi simile inquantũ est agens, i. secundum illud, quod est ei ratio agendi. Deinde quo ad secundam, & tertiam, & quartam, quia Deus non est agens contentum in specie, aut genere, sed principium uniuersale totius esse. omnia clara sunt in littera.

¶ In responsione ad ultimum, dubium occurrit circa authoritatem Dionysij. quoniam distinguit contra res unius ordinis, causam & causatum, ex hoc enim oportet, quod aut causa & causatũ sint uniuersaliter diuersorum ordinum, quod patet esse falsum in causis uniuocis, aut quod ambigue, & male, membrum hoc distinctionis sit positum. Ambigue quidem, quia, incertum est de quali causa, & de quali causato sit sermo. Male autem, quia contra res unius ordinis debent distingui res diuersorum ordinum, siue

siue causa sint, & causatum, siue non, hoc enim est per accidens.

¶ Ad hoc dicitur, quod distinctio illa artis est, certa, & formalis est, si recte intelligitur. Est siquidem non falsum, sed uerissimum, & necessarium, quod causa, & causatum uniuersaliter, & formaliter sunt diuersorum ordinum, sed nomine causae, & causati utimur, non pro relationibus, seu conditionibus, sed pro re, quae est ratio causandi: & similiter pro re, seu forma, quam causatum sortitur per causã; hae enim res sunt fundamenta similitudinis inter causatum, & causam, ut in omnibus. Possunt igitur fundamenta similitudinis inter aliqua dupliciter se habere, ut in litera dicitur. Uno modo quod sint eiusdem ordinis, ut haec & illa albedo, & hoc, & illud animal, &c. Et sic similitudo est relatio aequiparantiae, & mutua. Alio modo, quod alterum eorum formaliter ex propria ratione sit causatum ab altero, ut imago Socratis, & Socrates. Non enim accidit imagini Sortis dependentia a Sorte, & sic similitudo non est relatio aequiparantiae neque mutua, sed reducitur ad tertium genus relationum, positum 5. Metaph. de scientia, & scibili, &c. Huiusmodi autem causam, & causatum constat esse diuersorum ordinum. Impossibile namque est, eiusdem ordinis res sic se habere, quod de ratione formali unius sit dependentia ab altera: quoniam quicquid est de ratione unius, est de ratione alterius, & econtra.

¶ Unde patet responsio ad instantiam de causis uniuocis; ubi enim est uniuocatio, ibi non est causa, & causatum formaliter & per se, sed materialiter, & per accidens; quoniam forma effectus formaliter non dependet a forma causae, non enim humanitas, quae est in Socrate formaliter sumpta, dependet in esse, aut in fieri humanitate Platonis patris, sed humanitas Sortis, quia est haec, ideo dependet a patre: & consequenter humanitas, quae est fundamentum similitudinis inter patrem, & filium, non est de genere causae, aut causati, nisi materialiter, & per accidens, sed est de genere fundamentorum eiusdem ordinis. Quaecunque igitur formaliter sumpta sunt causa, & causatum, sunt diuersorum ordinum fundamenta similitudinis, ut subtiliter in litera adducitur; & consequenter est inter ea similitudo imitationis, & non purae similitudinis: & propterea non est mutua.

¶ Et hoc bene nota, & proportionaliter applica ad materiam de relatiuis non mutuis.

Cap. 1. d. 30. q. 3. com. 3. 2. d. 34. q. 1. com. 2. Banens q. 5. ar. 1.

QVAESTIO V.

De bono in communi, in sex articulos diuisa.

DEINDE quaeritur de bono. Et primò de bono in communi. Secundò de bonitate Dei.

CIRCA primum quaeruntur sex.

¶ Primo, utrum bonum, & ens sint idem secundum rem.

¶ Secundo, supposito, quòd differant ratione tantũ, quid sit prius secundum rationem, utrum bonum, vel ens.

¶ Tertio, supposito quod ens sit prius, utrum omne ens sit bonum.

¶ Quarto, ad quam causam ratio boni reducatur.

¶ Quinto, utrũ ratio boni consistat in modo, specie, & ordine.

¶ Sexto, quo diuidatur bonum in honestum, utile, & delectabile.

ARTICVLVS I.

Vtrum bonum differat secundum rem ab ente.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur quod bonum differat secundum rem ab ente. Dicit enim * Boet. in lib. de hebd. Intueor in rebus aliud esse quod sunt bona, & aliud esse quod sunt. ergo bonum & ens differunt secundum rem.

¶ 2 Praeter. Nihil informatur seipso: sed bonum dicitur per informationem entis, ut habetur in comen. lib. de causis, * ergo bonum differt secundum rem ab ente.

¶ 3 Praet. Bonum suscipit magis & minus: esse autem non suscipit magis & minus. ergo bonum differt secundum rem ab ente.

SED CONTRA est, quod August. dicit in lib. de doctrina Christiana, quod inquantum sumus; boni sumus.

RESPON. Dicendum, quod bonum & ens sunt idem secundũ rẽ: sed differunt secundum rõnem tantum: quod sic patet. Ratio enim boni in hoc consistit, quòd aliquid sit appetibile. unde Philos. in 1. Eth. dicit, † quod bonum est quod omnes appetunt. manifestũ est autẽ, quod unumquodq; est appetibile secundum quòd est perfectũ: nã omnia appetunt suam perfectioné. Intantum est autẽ perfectũ unumquodque, inquantũ est in actu: unde manifestum est, quòd intantũ est aliquid bonum, inquantum est ens; esse enim est actualitas omnis rei, ut ex superioribus patet. Unde manifestum est quòd bonum & ens sunt idem secundum rem: sed bonum dicit rationem appetibilis, quam non dicit ens.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd licet bonum & ens sint idem sm rem: quia tñ differunt secundũ rõné, non eodem modo dr aliquid ens simpliciter & bonũ simpliciter. Nã cum ens dicat aliquid propriè esse in actu: actus autẽ propriè ordiné habeat ad potentiã: sm hoc simpliciter aliquid dr ens, secundũ quòd primo discernitur ab eo, qđ est in potentia tm: hoc aũt est esse substantiale rei uniuscuiusq;. unde p suum esse substãtiale dr unumquoq; ens simpliciter: p actus aũt superadditos dr aliquid esse, secundum quid, sicut esse albũ significat esse sm quid. Nõ enim esse albũ aufert esse in potẽtia simpliciter, cum adueniat rei iã praeexistenti in actu. Sed bonum dicit rõnem perfecti, qđ est appetibile: & per consequens dicit rõnem ultimi: unde id, qđ est ultimo perfectũ, dicitur bonũ simpliciter: qđ aũt non habet ultimã pfectioné, quã debet habere, quãuis habeat aliquã perfectioné inquantum est actu, non tñ dicit perfectũ simpliciter, nec bonũ simpliciter, sed sm quid. Sic ergo sm primum esse, quod est substantiale, dr aliquid ens simpliciter & bonũ sm quid, i. inquantum est ens: secundũ verò ultimũ actum dicitur aliquid ens sm quid & bonum simpliciter. Sic ergo qđ dicit Boe. quod in rebus aliud est quod sunt bona, & aliud qđ sunt, referendũ est ad esse bonum & ad esse simplr: quia scđm primum actũ est aliquid ens simpliciter, & sm ultimum, bonũ simplr: & tñ sm primũ actũ est quodãmõ bonũ: & sm ultimũ actũ, est quodãmõ ens.

AD SECVNDVM dicendum, quod bonũ dicitur per informationem, prout accipitur bonum simpliciter secundum ultimum actum.

Et similiter dicendum ad tertium, quod bonum dicitur secundum magis & minus, secundum actum superuenienté, puta, secundum scientiam, vel virtutem.

SVPER QV. V. ART. I.

CONCL. Bonum & ens sunt idem secundum rem: sed differunt secundum rationem tantum.

¶ PROB. 1. Quia aliquid intantum est bonum, inquantum est ens. Secunda autem pars. s. sed differunt &c. probatur, quia bonum dicit rationem appetibilis, quam non dicit ens.

1m de antecedente. Bona. R. simpliciter, uel secundum quid: non, bona ut sic. §. Quod dico de bono, intellige etiam de esse. Tunc nihil &c. Non enim dicit conclusio, quòd ens simpliciter, aut ens secundum quid sit realiter idem cum bono simpliciter, vel cum bono secundum quid. Sed dicit quòd ens & bonũ conuertuntur realiter, i. quod quodlibet ens est bonum: & quòd quodlibet bonũ est ens. Hoc non est contra Boetiũ, nec aliquem sapienté; sed est omnino uerum: licet primum, sit & contra sapientem quemlibet, & falsum.

2m de minori. Nihil. R. Ut est idem sibiipsi: non aliter. §. Tunc nihil &c. Non argumentum loquitur de bono simpliciter, & de ente simpliciter seu etiam de ente secundũ quid. bonum autem sic acceptum differt realiter ab ente sic accepto. Vide ad primum.

3m de maiori. Bonum. R. Simpliciter dictum. s. secundum actus superuenientes, non aliter. §. Tunc nihil, &c. Nam etiam ens, ut est idem illi bono, suscipit magis, & minus, (cum actus ipsi superuenientes sint entia): licet ens, seu esse simpliciter sumptum, non suscipiat magis, & minus. Vide ad primum.

APPENDIX.

EX artic. habes primò: quomodo per rationem ostendas, meritò philosophum dixisse 3. Metaph. tex. 10. quòd ens non potest esse genus, quia est essentialiter.

---

25 3. d. 8. q. 1. ar. 3. & uer. q. 21. ar. 1. c. & ar. 8.

* In lib. an omne, qđ est, bonum sit, circa me diũ illius.

* In tex. p posit. 21. & 22.

Lib. 1. c. 32 circa prin. to. 3.

In princip. Eth. to. 5.

Q. 3. art. 4. & q. 4. art. 1. ad 3.

D. 191.

Titul. huius libri est An omne, quod é, bonum sit. circa med. ill.

AR-

tialiter intrinsecum omni differentiæ. Per hoc enim dixisse uoluit; quòd quæuis natura essentialiter est ens, & consequenter ꝙ bonum, seu natura boni, est realiter idem, quod est. Secundò habes, quomodo per rationem hoc dictum philosophicum declares, declaratumque defendas. Tertiò habes: quomodo per rationē demonstres, philosophum per supradictum suum dictum merito noluisse, quasi subintelligendo connotare; differentias entis nō esse idem formaliter cum ente, hoc est differre secundum rationē. Quartò vides: quomodo ex his vicissim firmetur Angelica doctrina hæc.

¶ NOT. Articulo præsenti seruit articulus in ordine 17. 22.

Comm. Cardinalis Caietani.

IN titulo quæstionis, statim occurrit dubium circa ordinem ipsius, cur hæc quæstio de bono fiat. Bonum enim neque prius conuenit enti, quàm unum, uerum, &c. neque prius conuenit naturæ diuinæ bonitas, quàm unitas, aut ueritas, ut patet. Neque hic ordinantur tractanda de Deo secundum rationem causæ, ut propterea bono debeatur primus locus, quia nominat rationem causæ finalis. Nulla igitur ratio apparet, quare hoc in loco, quæstio de bono ordinata sit.

¶ Ad hoc dicitur, quòd quæstio de bono dupliciter ordinari potest. Vno modo secundum se, & sic non debetur sibi iste locus, ut obiiciendo deductum est, sed quæstionem de perfectione statim, quæstio de infinitate sequitur, quærens de quantitate perfectionis diuinæ. Alio modo, ut est pars tractatus de perfectione & sic in capitulo de perfectione ordinanda est, & hoc modo in litera ordinatur. Et hoc insinuauit litera iam in principio quæstionis quartæ, ubi tractatus de perfectione inchoatur, & dicitur. Et quia unumquodque, secundum quod perfectum est, sic dicitur bonum. Primo agendum est de perfectione diuina. Secundò de eius bonitate. Quasi diceret, quòd propter perfectionem de bonitate tractandum est simul, quoniam in principio quæstionis septimæ, ubi aperiens, quod de bono per accidens, i. ratione perfectionis tractauit, dicit, Post considerationem perfectionis diuinæ de bonitate, &c. Nulla facta mentione de bonitate, de qua fecerat duas quæstiones. Quare autem de bonitate sub tractatu de perfectione quærantur, in promptu causa est in litera assignata, quia. s. esse perfectum est ratio, quòd aliquid dicatur bonum.

¶ In corpore est una conclusio responsiua, quæsito affirmatiuè. Bonum & ens sunt idem secundum rem, sed differunt secundum rationem tantum.

¶ Antequam probetur conclusio, aduerte nouitie terminos conclusionis differre, namque secundum rationem tantum latitudinem habet. Nam & quæ differunt in modo tantum significandi, ut homo & humanitas, rõne sola differunt. Et multa, quæ differunt rationibus diffinitiuis, ut lignum, & dolabile, sola ratione differunt. Propterea distingue, quod differre ratione dupliciter, s. ratione significata, seu concepta, alio modo ratione concipiente, seu significante. In proposito est sermo de differentia secundū rationem significante, ita quòd sensus est, quod bonum, & ens differunt secundum suas rationes formales, significatas eorum nominibus.

¶ Probatur ergo conclusio, primo quo ad primam partem sic. Bonum habet rationem appetibilis, ergo perfecti, ergo entis in actu, ergo entis, ergo bonum, & ens sunt idem secundum rem. Antecedens probatur ex 1. Ethi. Prima consequentia probatur, quia omnia appetunt suam perfectionem. Secunda vero relinquitur, ut nota. Tertia autem probatur, quia esse est actualitas omnis rei. Vltima autem patet, Deinde quo ad secundam partem, Bonum dicit rationem appetibilis quam non explicat ens. ergo differunt ratione.

Circa antecedens dubitatur, quoniam illud, quod dicitur de aliquo in secundo modo dicendi per se, non clauditur in ratione illius subiecti, sed econuersò, ut patet primo posteriorum. Sed appetibile dicitur de bono in secundo modo dicendi per se. ergo bonum non habet rationem appetibilis, sed econuersò. Minor probatur. Tum quia ideo aliquid est appetibile, quia bonum, & non econuerso. Tum quia bonum est obiectum formale appetitus. Appetibile autem est denominatio extrinseca sumpta ab appetitu, & habent se sicut color & uisibile. Constat autem quòd uisibile dicitur de colore in secundo modo, ex secundo de anima.

¶ Ad hoc potest dici dupliciter iuxta duos modos, quibus accipitur aliquid habere rationem appetibilis, s. formaliter & fundamentaliter. Si sumatur ly appetibile formaliter, tunc bonum dicitur habere rationem eius, non ut intrinsecam, sed ut passionē, si uerò sumatur fundamentaliter, tunc bonum dicitur habere rationem appetibilis intrinsece, quoniam propria ratio boni est fundamentum & causa propria appetibilitatis, sicut color uisibilitatis. Et licet utraque glossa sit absolutè uera, & prima ex principio commenti S. Thom. super libros Ethic. habeatur secunda, tamen in proposito est directè intenta, quoniam de intrinseca boni ratione est quæstio. Sed aduerte hic, quòd quamuis quodlibet horum, quæ in deductione rationis assumpta sunt, s. bonum, perfectum. ens in actu, & ens, importet fundamentum, & causam appetibilis, & propterea concluditur identitas realis inter ea solum, tamen bonum importat proximum fundamentum appetibilis, quia solum bonum significat rem illam, quæ fundat appetibilitatē, ut fundat, & causat eam, ita ꝙ quanto aliquid proprius accedit ad boni rationem, tanto magis exprimit fundamentum appetibilis; vt patet discurrenti per prædicta. Inter ens siquidem, & bonū mediant ens in actu, & perfectum, & constat quòd magis exprimitur ratio appetibilis per ens in actu, quam per ens, quoniā vnumquodq; appetitur secundum aliquod esse in actu præsens uel futurum, & adhuc magis perfectum, quod importat complemētum, quia & esse in actu appetitur ad complementum, & ultimo per bonum, quia nec complementum ipsum appetitur, nisi quia bonum est, aut apparet appetenti. Importat ergo bonum rationem appetibilis, i. fundamentum & rationem proximam, quare aliquid sit appetibile. quæ quia eadem est perfectioni, & esse, idem est, qđ ens, sed quia ut sic non exprimitur ab ente, sed absolute secundū se, ideo distinguitur ab ente ratione formali.

ARTICVLVS II.

Vtrum bonum secundum rationem sit prius quàm ens.

25 1. d. 18. q. 1. art. 3. & 1. cõ. c. 20. & ve: i. q. 20. a. 3. et Dio. 3. co. 1. c. 3. in prin.

AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur quòd bonū secundum sit prius quam ens. Ordo enim nominum est secundum ordinem rerum significatarum p̄ nomina. Sed Dion. inter alia nomina Dei, primò ponit bonum quā ens, vt patet in 3. c. de di. nom.* ergo bonum secundum rationem est prius quàm ens.

¶ 2 Præt. Illud est prius secundum rationem, quod ad plura se extendit: sed bonum ad plura se extendit quam ens: quia vt dicit* Dion. 5. c. de diu. nom. bonum se extendit ad existentia & non existentia; ens vero ad existentia tantum. ergo bonum est prius secundum rationem quam ens. (C. 2. 5. parū a princ.)

¶ 3 Præt. Quod est vniuersalius est prius secundum rationem: sed bonum videtur vniuersalius esse quā ens: quia bonum habet rationem appetibilis: quibusdam autē appetibile est ipsum non esse: dicitur enim Matth. 26. de Iuda, Bonum erat ei, si natus non fuisset &c. ergo bonum est prius quam ens, secundum rationem.

¶ 4 Præt. Non solum esse est appetibile, sed & vita & sapiētia & multa huiusmodi: & sic videtur quòd esse sit quoddā particulare appetibile, & bonum vniuersale bonum. ergo simpliciter est prius secundum rationem quam ens.

SED CONTRA est, quod dicitur in lib. † de causis, ꝙ prima rerum creatarum est esse.

RESPON. Dicendum, ꝙ ens secundum rationem est priusquam bonum. Ratio enim significata per nomen est id, quod concipit intellectus de re, & significat illud per vocem. illud ergo est prius secundum rationē, quod prius cadit in conceptione intellectus. Primò autem in conceptione intellectus cadit ens: quia secundum hoc, vnumquodq; cognoscibile est inquantum est actu, vt dr̄ † in 9. Met. vñ ens est propriū obiectū intellectus: & sic est primū itelligibile, sicut sonus est primū audibile: ita ergo secundū rõnem prius est ens q̄ bonum.

AD PRIMVM ergo dicendum, ꝙ † Dion. determinat de

Ferr. 1. contr. c. 20.
Cap. 1. d. 2. q. 1. conc. 2.
Banens eodem loco.

SVPER QV. V. ART. II.

CONCL. Secundum rationē prius est ens, quam bonum.

¶ PROB. Quia ens est id, quod primo cadit in intellectu (ut patet); & illud est prius secundum rationē, qđ primo cadit in intellectu (ut patet ex terminis).

1^m de maiori.

Ordo. R. Absolutus, si res

Propos. 4. iter opera Aris. to. 3. D. 559.

D. 572.

9. Metaph. tex. 20. c. 3.

Ca. 1. et 3. de diu. no.

res significatæ absolutè considerentur. Vel cau satiuus, si res significatę in genere causandi considerentur. §. Tunc nihil &c. Bonum enim esse ratione prius in genere causandi, (vt ait Dionys.) non infringit conclusionem, quæ dicit rationem entis esse priorem, absolutè loquendo.

2^m de maiori. Extendit. R. Secundum prædicationem: non secundum causalitatem. §. Loquendo. s. de esse prius secundum rationem absolutè consideratam, ut loquitur conclusio. Tunc nihil &c. ut patet. Vide ad primum.

3^m de maiori. Quando est uniuersalius. R. Per se: non per accidens tantū. §. Tunc nihil &c. ut in litera patet.

Cap. 5. de diu. no. parū a princ.

4^m de antecedente. Vita, sapiētia, multa huiusmodi. R. Vt sunt quædam entia: non aliter. §. Si enim vita, &c. non essent aliquid, non appeterentur: vt patet. Ratio ergo quod appetantur, est quia sunt ens; & sic ratio entis est prior, quàm ratio boni. Tunc nihil &c.

de diuin nominib. secundum quòd important circa Deum habitudinē causæ. nominamus enim Deum ut ipse dicit, ex creaturis, sicut causam ex effectibus: bonum autem cum habeat rationem appetibilis, importat habitudinem causæ finalis, cuius causalitas prima est, quia agens non agit nisi propter finem, & ab agente materia mouetur ad formam. unde dicitur quòd finis est causa causarum. Et sic in causando bonum est prius, quam ens, sicut finis quam forma: & hac ratione inter nomina significantia causalitatem diuinam, prius ponitur bonum quam ens. Et iterum: quia secundum Platonicos, qui materiā a priuatione non distinguentes dicebant materiam esse non ens, ad plura se extendit participatio boni, quam participatio entis: nam materia prima participat bonum, cum appetat ipsum: nihil autem appetit, nisi simile sibi: non autem participat ens, cum ponatur non ens. Et ideo dicit Dion. † quòd bonum extenditur ad non existentia.

Vnde patet solutio ad secundū. Vel dicendum quòd bonum extenditur ad existentia, & non existentia, non secundum prędicationem: sed secundum causalitatem: vt per non existentia intelligamus non ea simpliciter, quæ penitus non sunt: sed ea, quæ sunt in potentia, & non in actu: quia bonum habet rationē finis, in quo non solum quiescunt, q̄ in actu, sed ipsū et ea mouent, quæ in actu non sunt: sed in potentia tantum: ens autem non importat habitudinem causæ nisi formalis tantum, vel inhærentis, vel exēplaris: cuius causalitas non se extendit nisi ad ea, quæ sunt in actu.

AD TERTIVM dicendum, q̄ non esse secundum se, non est appetibile: sed per accidens: inquantum scilicet, ablatio alicuius mali est appetibilis: quod malum quidem aufertur per non esse: ablatio uerò mali non est appetibilis, nisi inquantum per malum priuatur quodam esse. Illud igitur, quod per se est appetibile, est esse: non esse verò per accidens tantum: inquantum, scilicet quoddam esse appetitur, quo homo non sustinet priuari, & sic etiam per accidens non esse dicitur bonum.

AD QVARTVM dicendum, quòd uita, & scientia, & alia huiusmodi sic appetuntur, ut sunt in actu. vnde in omnibus appetitur quoddam esse, & sic nihil est appetibile nisi ens, & per consequens nihil est bonum nisi ens.

APPENDIX.

Vtilitas pro Eccle. S. Dei.

EX artic. habes primò: quomodo per rationem ostendas, iure philosophum dixisse nono Metaph. cap. 20. quòd primum cadens in intellectu est ens: sive (quod in idē redit) quòd vnumquodq; est cognoscibile inquantū est actu. Secundò habes: quomodo per rationem hoc eius dictū in uero sensu declares, declaratumque defendas. Tertiò vides: quomodo ex his vicissim firmetur Angelica conclusio præsens.

¶ Not. Isti articulo seruit in ordine articulus 52. 28. 113.

AR-

Comm. Cardinalis Caietani.

IN titulo prius secundum rationem, id est secundum ordinem rationum formalium ipsorum: oportet enim ens, & bonum cum rationibus distinguantur. quòd secundum eas ordinata sint non alio proculdubio ordine, quàm qui aptus natus est esse inter rationes formales, qui uocatur ordo rationis, & habet consequenter prius, & posterius secundum rationem & consistit ordo iste in hoc, quòd ratio. s. posterior præsupponit aliam secundum se, non econuerso. Ita quòd sensus est, an boni ratio præcedat merito sui rationem entis.

¶ In corpore vna conclusio responsiua quæsito. Ens est prius secundum rationem, quam bonum. Probatur vnumquodque est cognoscibile inquantum est in actu. ergo ens est proprium obiectum intellectus. ergo est primum intelligile. ergo primo cadit in conceptione intellectus. ergo est prius secundum rationem, quam bonum. Antecedens probatur ex nono Metaphys. prima, secunda, & tertia consequentia reliquuntur per se notæ. quarta autem probatur, quia ratio significata per nomen est id, quod concipitur de re ad intellectu. omnia clara sunt. Concludit enim ratio hæc, non solum quòd ens est prius secundum rationem bono, sed omnibus aliis, ut patet.

¶ Circa hanc rationem dubium occurrit, quia aut intenditur inferre, quòd ens sit prius ordine rationis secundum se, aut quo ad nos. Si secundum se, hoc repugnat supradictis in quæstio. 3. articulo primo, ibi enim dictum est in litera, quòd Deo nihil est prius, neque secundum se, neque secundum intellectum. Ex hoc autem sensu sequitur quòd ens sit prius Deo secundum rationem: quoniam si ens est primum intelligibile, sicut sonus primum audibile, oportet cætera esse posteriora intelligibilia, ut patet ex primo posterior. quod enim primo conuenit alicui, cæteris conuenit ratione illius. Si quo ad nos, tunc non est respondendo satisfactum quæsito: vertitur namque in dubium, an ratio entis secundum se sit prior ratione boni, & non, an quo ad nos, sit prior.

¶ Ad hoc potest dupliciter dici. Primò quòd ens potest comparari ad alia, quæ sunt sui ordinis, id est ad alias rationes formales, & potest comparari ad res ipsas subsistentes. Si entis ratio comparetur ad alias rationes, accipiendo rationes rerum, ut distinguuntur contra res ipsas: sic ens est primum intelligibile secundum se, & cæt. sunt posteriora secundum intellectum. Sed inter ly cætera, non clauditur, quòd quid erat esse Dei, quoniam non potest esse ita ratio quin sit res, quia non potest abstrahere ab existenti, cum sit ipsum esse. Sed si entis ratio comparetur & ad rationes, & ad res, tunc non est simpliciter primum intelligibile: sed deitas est primum intelligibile. Ita quòd intelligibilitas prius inest Deo, quam enti, immò inest enti, quia inest Deo. Non enim Deus participatiuè est intelligibilis. Et sic uterque textus saluatur, quoniam ibi Deus absolute dicitur primum, secundum intellectum, hic uero ens dicitur primum inter rationes formales. Secundo potest dici, quòd hic accidit amphibologia in ly quo ad nos: quoniam potest determinare, uel ordinem, uel intelligibilia. Si determinat ordinem, tunc distinguitur contra ordinem secundum se: & sic procedit obiectio, & respondendum est, quod intenditur de ordine secundum se, quoniam ut patet ex titulo, non est hic quæstio de ordine cognitionis, quid scilicet prius a nobis cognoscatur, sed de ordine rationis, cuius scilicet ratio formalis sit prior. Si determinat intelligibilia, tunc distinguit intelligibilia nostra a non intelligibilibus a nobis. Et iuxta hunc sensum dicendum est, quod hic quæritur de intelligibilibus quo ad nos, id est, de intelligibilibus nostris, seu a nobis: ita quod sermo præsens est de ordine secundum se nostrorum intelligibilium: & secundum hoc, ens est primum secundum intelligibile inter intelligibilia a nobis. Deus autem est primum intelligibile simpliciter. Et hic sensus consonat superficiei literæ loquenti de obiecto intellectus nostri, dum significare per uocem admiscet. Quamuis hoc non cogat, quia sequentia de intellectu absolutè inquantum intellectus, cuius tantum obiectum proprium constat esse ens, interpretanda sint. omnis namque intellectus secundum naturam propriam sumptus, aliud sortitus est proprium obiectum. Diuinus siquidem deitatem, angelicus propriam substantiam, humanus quid est rei materialis, &c. vt suis locis patebit.

Fav.

Ferr. 1. cont. c. 37. 39. 40. Cap. 1. d. 24. q. 1. con. 3. Banes et loc.

SVPER QV. V.

27 1. cōt. c. 37. 39. et 40. Et lib. 3. c. 20. & veri. q. 21, art. 2. & 5.

ART. III.

CONCL. Omne ens, inquātum ens est, bonum est.

¶ PROB. Quia omne ens, ut sic, est aliquo modo perfectum: & id, quod aliquo modo perfectum, habet rationē boni.

* Art. 1. huius q.

1^m de antecedente. Al qd. ℞. i. determinatam aliquam naturam: non, rationem uniuersalem appetibilis. §. Tunc nihil &c. ut in litera patet.

2^m de maiori. Malum. ℞. Inquantum malum: non, inquantū aliquo modo ens. §. Tunc nihil &c. Nam nullum ens dicitur malum, inquātum est ens &c. ut in litera.

3. Metaph. tex. 4. to. 3

3^m de maiori. Bonum. ℞. In actu aliquo: non, in potentia tantum. § Vt est materia prima. Tunc ni. &c. vt patet. Glossa hæc datur, loquendo in maiori de appetibili in actu. Alioquin dicendum esset, quòd bonū secundum quòd bonū, est appetibile. Nam, si est bonum in actu, est appetibile in actu, si est bonum in potentia tantū (vt materia prima) est appetibile tantum in potentia, vel potius appetens. Nam ex eo, quod appetit bonum, monstrat se esse aliqd bo-

Art. 1. huius q.

ARTICVLVS III.

Vtrum omne ens sit bonum.

AD TERTIVM sic proceditur. Videtur, quod non omne ens sit bonum. Bonum enim addit supra ens,* vt ex dictis patet. Ea verò, quæ addunt aliquid supra ens, contrahunt ipsum: sicut substātia, quantitas, qualitas, & alia huiusmodi. ergo bonum cōtrahit ens: non igitur omne ens est bonum.

¶ 2 Præt. Nullum malum est bonum. Isa. 5. Væ qui dicitis malum bonum, & bonum malum: sed aliquod ens dicitur malum. ergo non omne ens est bonum.

¶ 3 Præt. Bonum habet rationem appetibilis: sed materia prima nō habet rationem appetibilis: sed appetentis tantum. ergo materia prima non habet rationem boni: non igitur omne ens est bonum.*

¶ 4 Præt. Philosophus dicit in 3. Metaph. ꝙ in mathematicis nō est bonum: sed mathematica sunt quædam entia, alioquin de eis non esset scientia. ergo non omne ens est bonum.

SED CONTRA. Omne ens ꝙd non est Deus, est Dei creatura: sed omnis creatura Dei est bona ut dicitur primæ ad Timoth. 4. c. Deus verò est maximè bonus. ergo omne ens est bonum.

RESPON. Dicendum, ꝙ omne ens inquantum est ens, est bonum.

Omne enim ens inquantum est ens, est in actu, & quodammodo perfectum: quia omnis actus perfectio quædam est: perfectum uero habet rationem appetibilis, & boni, vt ex dictis patet:* vnde sequitur omne ens inquantum huiusmodi bonum esse.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd substantia, quantitas, & qualitas, & ea quæ sub eis continẽtur, contrahunt ens applicando ens ad aliquam quidditatem, seu naturā: sic autem nō addit aliquid bonum super ens, sed rationem tantum appetibilis & perfectionis, quod conuenit ipsi esse in quacunque natura sit, vnde bonum non contrahit ens.

AD SECVNDVM dicendum, ꝙ nullum ens dicitur malum inquātum est ens: sed inquantum caret quodā esse: sicut homo dicitur malus inquantum caret esse virtutis, & oculus dicitur malus inquantū caret acumine visus.

AD TERTIVM dicendum, quòd materia prima sicut non est ens nisi in potentia, ita nec bonum nisi in potentia.

Licet secundum Platonicos dici possit quòd materia prima est non ens propter priuationem adiunctam: sed tamen participat aliquid de bono, scilicet ipsum ordinem, uel aptitudinem ad bonum: & ideo non conuenit sibi, quòd sit appetibile, sed quod appetat.

AD QVARTVM dicendum, quòd mathematica non subsistunt separata secundum esse, quia si subsisterent, esset in eis bonum, scilicet ipsum esse ipsorum: sunt autem mathematica separata secundum rationem tantum, prout abstrahunt ut a motu & a materia: & sic abstrahuntur a ratione finis qui habet rationem mouentis. Non est autem inconueniens, quòd in aliquo ente secundum rationem non sit bonum uel ratio boni, cum ratio entis sit prior quàm ratio boni, sicut supra dictum est.

bonum: quoniā omne simile diligit sibi aliquo modo simile.

4^m de minori. Entia. ℞. Secundum rationem: non, secundū rem. § Prout. s. considerantur a: Mathematico, seu vt sunt vestita modo considerationis Mathematicæ. Licet enim linea inueniatur in re: tamen linea secūdum modum Mathematicum. i. sine latitudine & profunditate, solum est in intellectu. Tunc nihil &c. Nam conclusio intelligi debet de ente secundum rem ad extra, ut ex calce literæ trahitur.

APPENDIX.

EX artic. habes primò: quomodo per rationem ostendas, rectè dictum fuisse Gen. 1. Vidit Deus cuncta, quæ fecerat, & erāt val de bona. Hoc est Omne ens creatum est bonum. De creatore verò dixit ipsemet Moysi. Exod. 33. ostendam tibi omne bonum. Nihil autem reperitur in rerum natura, nisi creator & creatura. Secūdò habes: quomodo per rationem has, & huiusmodi, scripturas contra insanientes tuearis. Tertiò vides: quomodo ex his vicissim firmetur conclusio.

¶ NOT. Iste articulo deseruit in ord. art. 25. 26. 424.

Vtilitas pro Eccle. S. Dei.

Pro capite conclus. qđ. s. oē ens reale, nō rō-nis tantum est bonum. Ar. præce.

AR-

Comm. Cardinalis Caietani.

IN corpore vna conclusio responsiua quæsito affirmatiuè, omne ens inquantum ens, est bonum, & additur ly inquantum in conclusione ad ostendendum, quòd non per accidens, sed per se conuenit omni enti esse bonum. probatur sic, omne ens ut sic, est actu. ergo perfectum. ergo appetibile, & bonum, omnia clara sunt. Prima consequentia probatur, quia omnis actus perfectio quædam est.

¶ In responsione ad quartum aduerte, ꝙ litera duo dicit.

¶ Primo namq; verificat assignando rationem quare mathematica non sunt bona. Secundò respondet argumento.

¶ Primum quidē fundatur sup hoc, ꝙ res sunt bonæ (ut infra patebit) aut quia sunt, aut quia talia sunt, aut quia ordinantur in bonum, mathematica autem, ut sic abstrahunt ab his omnibus. Ab esse quidem, quia ut sic non sunt ab esse autem tale, eadem ratione, quoniam esse tale, supponit esse; ab ordine autem ad bonum, quia abstrahunt a fine. Probatur, finis habet rationem mouentis, hæc autem abstrahunt a materiæ & motu.

Circa hanc partem occurrunt duo dubia. Primum est circa illā rationē, ꝙ ideo mathematica non sunt bona prima bonitate, quia non subsistunt separata, si enim hæc rō ualet, sequitur quod nulla res i uniuersali sumpta, est bona, qm̄ nulla res vniuersaliter sumpta, subsistit per Peripateticos: consequens est falsum. ergo. Secundum dubium est circa illam rationē, quod ideo mathematica abstrahunt a fine, quia abstrahūt a materia & motu, quia finis habet rōnem mouētis. dupliciter enim deficere vr̄ hæc rō. Primo quia sequeretur qđ metaphysicalia abstraherent a fine, qa magis abstrahunt a materia & motu q̄ mathematica. Secundo, qa ęqui uocatur de motu, qm̄ finis non hēt rōnem mouentis motu ꝓprie dicto, a quo abstrahit mathematicus, sed motu metaphorice dicto, quamuis ergo conclusio sit uera, ratio tamen nulla est.

¶ Ad primum dubium dr̄, quòd mathematica pn̄t sumi dupliciter. Vno modo fm id quod sunt absolutè, & sic idem est iudiciū de eis & naturalibus quo ad esse & bonitatem. Non. n. triāgulus magis abstrahit ab esse quam albedo, & sic de eis nō est hic sermo, sed dici de ipsis pōt quod sunt bona eo modo, quo entia. s. secundum suā indiuiduam in rerum natura existentia, &c. Alio modo considerantur ut mathematica sunt inquantum subsunt tali abstractionis modo, & sic negatur par esse iudiciū de eis, et de aliis rebus in vniuersali sumptis.

¶ Ad cuius euidentiam scito, quod licet oīa vniuersalia in hoc conueniant, quod non subsistunt in sua uniuersalitate, inter uniuersalia tn̄ physica, mathematica, & metaphysica, magna est differentia, quo ad subsistere in suis abstractionibus proprijs. Metaphysicalia

physicalia namq; secundum propriam abstractionem sumpta subsistunt, quoniam habent in rerum natura indiuidua abstrahentia ab omni materia sensibili & intelligibili, ut patet de intelligētiis. Mathematica verò secundum propriam abstractionē sumpta, nō existunt, qm̄ nullum habent in rerum natura indiuiduum abstrahens a materia sensibili. Non enim inuenitur hæc linea, nisi in terminatione corporis sensibilis. Naturalia autem cum nullam habeant propriam abstractionem: sed eam tantum, quæ cōis est omnibus scibilibus, s. qua vniuersale abstrahit a particulari, manifeste patet quòd subsistunt in rerum natura, dum habēt indiuidua subsistentia cum materia sensibili, & cæteris conditionibus in uniuersali scitis. Cum ergo in litera dicitur, quòd mathematica non subsistunt, non est interpretandum quòd uniuersalia mathematica vniuersaliter sumpta non subsistunt. hoc enim esset ridiculū pro ratione afferre, sed ꝙ mathematica, ut sic particulariter sumpta non subsistunt, seu (quod idem est) quòd mathematica ut sic, non habent aliquod indiuiduum existens in rerum natura. Et propterea neque sunt in uniuersali, neque in particulari, ac per hoc bona esse non possunt, quod de aliis rebus vniuersaliter sumptis dici non potest. Et sic patet nullitas consequentiæ ad oppositum factæ: & quare singulariter dicatur mathematicis quòd nō habent esse.

¶ Ad secundum verò dubium respondetur, ꝙ quia sermones semper interpretandi sunt secundum subiectam materiam: ideo quamuis non ualeat consequentia: abstrahit a materia, & motu. ergo a fine, ut patet in 12. Metaph. tex. 37. ubi ponitur finis in immobilibus: valet tamen consequentia hæc: mathematica abstrahūt a materia & motu. ergo a fine, quia mathematica nō sunt nata habere finem nisi materiæ & motus: quoniam secūdum rē sunt entia naturalia: si enim abstrahunt a materia & motu, oportet ea abstrahere a fine materiæ & motus. Et si abstrahunt a tali fine, abstrahunt totaliter a fine, quia non sunt nata habere alio modo finem. Et per hoc patet etiam responsio ad secundam obiectionem. Cum enim dicitur, finis habet rationem mouentis, ly mouentis, potest significare puram causalitatem finis, & sic æquiuoce dicitur mouens a motu propriè dicto: sed sic non sumitur hic. Potest quoque significare, & causalitatem finis & effectum eius: & tunc æquiualet huic quod dico, causantis motum: & sic sumitur in proposito, nec est aliqua æquiuocatio, sed sumitur utrobique motus propriè. Et specificatur qualis finis est mathematicorum, quasi diceret, quòd quia finis mathematicorum habet rationem mouentis. i. causantis motum propriè dictū, sicut & finis naturalium: consequens est, quòd si mathematica abstrahant a materia, & motu, quòd abstrahat a fine. Et sic ex eadem radice soluitur utraque obiectio.

¶ Secundo in eadem responsione satisfacit argumento: & argumentum quidem est hoc: mathematica non sunt bona, mathematica sunt entia. ergo quædam entia non sunt bona, in secundo tertiæ figuræ. Responsio autem consistit in negatione argumenti, quoniam sophisma est figuræ dictionis, uel a secundum quid ad simpliciter: ly namq; mathematica uidetur significare entia, & tamen significat entia sic abstracta: & propterea in litera negatur conclusio illata. s. quòd quædam entia non sunt bona, & conceditur conclusio quæ deberet inferri. s. quòd quædam entia, ut subsunt tali abstractioni non sunt bona. Nec hoc inconuenit ut in litera dicitur, quia ratio entis etiam abstrahit a ratione boni: sicut quia ratio hominis est prior risibilitate, potest sumi homo in aliquo priori, quia in primo modo dicendi per se, in quo conuenit sibi esse animal rationale, & non conuenit sibi esse risibilem. Nec potest tamen inferri: ergo aliquis homo non est risibilis, sed, ergo aliquis homo in aliquo priori abstrahit a risibili, in quo non abstrahit ab hominis ratione.

Circa hanc partem occurrit dubium, quomodo stent ista duo simul, mathematica formaliter loquendo non sunt nec in actu, nec potentia, ut dictum est, & mathematica habent rationem entis. cum ens non dicatur nisi de eo, quod est in actu, uel potentia.

¶ Ad hoc breuiter dicitur, quòd hæc duo sane intellecta stant simul. prima enim non negat esse vniuersaliter, sed negat esse sic. s. in tali abstractionis modo. Triangulus enim abstractus a materia sensibili, nec est, nec esse potest. s. secundum talem essendi modū in rerum natura. Et hoc est, quod in principio huius responsionis dicitur. secunda autem affirmat in confuso aliquod esse.

Constat autem, quod cum negatione unius modi essendi, stat affirmatiuè essendi in communi de eodem subiecto, quia potest verificari secundum alium essendi modum mathematica. ergo & nō sunt entia tali modo, & sunt absolute entia.

¶ Et si instetur ad propositum. ergo eodem modo dicendū est, quod non sunt bona tali modo, sed sunt absolute bona, & consequenter male dicitur quod mathematica non sunt bona: neganda est sequela, quoniam ad hoc quod aliquid habeat formaliter rationem entis, sufficit quod in se sit tale quod ei non repugnet esse in rerum natura. quocunq; id modo eueniat siue secundū suā abstractionem, siue non. Ad hoc autem quod habeat formaliter rationem boni, ultra hoc exigitur, quod ipsum sumatur in ordine ad esse, uel ad finem, &c. Modo triangulus &c. mathematica fm̄ suas quidditates hoc possident, ꝙ eis non repugnat existere, & ꝑpea entis rationem formaliter retinent, sed quia non considerātur in ordine ad esse & finem in rerum natura, ideo abstrahunt a boni rōne formaliter, non fundamentaliter. & ꝑpea in eis esse negatur. Cuius signum manifestum est, ꝙ nulla ibi conclusio demonstratur ꝑ bonū aut melius esse. Nulla ibi demonstrari pōt ꝑ causam finalem aut effectiuam, quæ respiciunt esse in rerum natura, sed tantum per formalem, illa enim est propria bono, hæc enti.

Ferr. 1. cont. c. 40. & lib. 3. c. 16. 17. 19.
Banens eodem loco.

SVPER QV. V.

ART. IIII.

CONCL. Bonum rationem finis importat.

¶ PROB. Quia bonū habet rationem appetibilis (cum bonum sit quod omnia appetūt): & esse appetibile est ratio finis.

1^m de maiori.

Bonū laudatur, vt pulchrum. ℞. Inquantum bonum, & pulchrum sunt idem subiecto; nō, ita quod sint idē ratione. §. Tunc nihil &c. ut patet in litera.

Secundum

ARTICVLVS IIII.

Vtrum boni habeat rationem causæ finalis

28 3. d. 38. li. 3 & 1. con. c. 40. fin. & lib. 3. c. 16. 17. & 19. & ver. q. 2. ar. 1. cor.

AD QVARTVM sic proceditur. Videtur, quòd bonū non habeat rationem causæ finalis, sed magis aliarum. Vt enim dicit Dionys. 4. de diu. nom. * bonum laudatur, vt pulchrum, sed pulchrum importat rationem causæ formalis. ergo bonum habet rationem causæ formalis.

* c. 4. par. 1. ante med. et p. 4. circa princip.

¶ 2 Præt. Bonum est diffusiuum sui esse vt ex verbis* Dion. accipit quibus dicit, quòd bonum est ex quo omnia subsistunt & sunt: sed esse diffusiuum importat rationem causæ efficientis. ergo bonum habet rationem causæ efficientis.

* ca. 3. circa princ. de diui. nom.

¶ 3 Præt. Dicit Aug. in 1. * de doctr. Christiana, ꝙ quia Deus bonus est nos sumus: sed ex Deo sumus, sicut ex causa efficiente. ergo bonum importat rationem causæ efficientis.

* Li. 1. c. 32 to. 3.

SED CONTRA est, quod * Phil. dicit in 2. Physic. quòd illud cuius causa est, est sicut finis & bonum aliorum: bonum ergo habet rationem causæ finalis.

† 2. Physic. tex. 31. t. 2.

RESPON. Dicendum, ꝙ cum bonum sit quod omnia appetunt: hoc autem habet rationem finis manifestum est quòd bonum rationem finis importat: sed tamen non bonì præsupponit rationem causæ efficientis, & rationē causæ formalis. Videmus enim ꝙ id quod est primum in causando, vltimū in causato, ignis. n. primo calefacit q̄ formam ignis inducat: cum tñ calor in igne consequatur formam substantialem, in causando aūt primū inuenitur bonum & finis, qui mouet efficientē: secundò actio efficientis mouēs ad formam: tertiò aduenit forma vnde ecōuersò esse oportet in causato, ꝙ primum sit ipsa forma, per quam est ens: secundò consideratur in ea virtus effectiua, secundū quòd est perfectum in esse; quia vnumquodque tunc perfectum est, quando potest sibi simile facere, vt dicit Philosoph. in 4. Meteororum. tertiò consequitur ratio boni, per quam in ente perfectio fundatur.

3. de anima tex. 34. t. 3.

AD PRIMVM ergo dicendum, ꝙ pulchrum, & bonū in subiecto quidem sunt idem: quia super eādem rem fundantur. s. super formam: & propter hoc bonum laudatur, vt pulchrum. sed ratione differunt: nam bonum propriè respicit appetitum: est enim bonum quod oīa appetunt: & ideo habet rōnem finis, nam appetitus est, quasi quidā motus ad rem. pulchrum autem respicit eitam cognoscitiuā: pulchra enim dicuntur quæ uisa placent: vnde pulchrum in debita proportione consistit: quia sensus delectatur in rebus debitè proportionatis, sicut in sibi similibus: nam & sensus ratio quædam est: & omnis virtus cognoscitiua. & quia cognitio fit per assimilationem, similitudo aūt respicit

formam;

2^m de maiori. Est diffusiuum. ℞. Secũdum rationem causæ finalis: non, secundum rationem causæ efficientis. §. Tunc nihil &c. ut patet.

3^m de minori. Efficiente. ℞. Propter bonitatem suã, tanquã causam finalem: non aliter. §. Tunc nihil &c. ut patet. Est ergo, ac si dixisset Aug. Deus nos fecit per uoluntatem suam; non ex necessitate naturæ: ad differentiam diuinarum personarum productarum, s. filii, & Spiritus sancti.

formam: pulchrum propriè pertinet ad rationem causæ formalis.

AD SECVNDVM dicendum, q bonum dicitur diffusiuum sui esse eomõ, quo finis dicitur mouere.

AD TERTIVM dicendum, q quilibet habens uoluntatem, dicitur bonus, inquantum habet bonam uoluntatem, quia per uoluntatem utimur omnibus, quæ in nobis sunt: vnde non dicitur bonus homo, qui habet bonum intellectum, sed qui habet bonam uoluntatem: uoluntas autem respicit finem, ut obiectum proprium, & quod dicitur quia Deus est bonus sumus; refertur ad causam finalem.

AR-

AP-

APPENDIX.

Vtilitas pro Eccle. S. Dei.

EX artic. habes primò: quomodo per rationem ostendas, rectè dixisse Philosophũ in 2. Phys. tex. 31. quod illud, cuius causa, est sicut finis & bonũ aliorum. Illud enim cuius causa fit aliquid, est bonum: qm̃ nemo intendens ad malum operatur. Est ergo, ac si dixisset; bonum habet rationem causæ finalis. Secundò vides: quomodo ex his uicissim firmetur conclusio.

¶ NOT. Præsenti articulo seruit articulus in ordine 157. 118. 209.

Comm. Cardinalis Caietani.

IN titulo habere rationem causæ finalis non sumitur hic ideo ticè, sed dupliciter, scilicet in actu signato, & in actu exercito. Si primo modo habere rationem causæ finalis intelligitur. sumitur fundamentaliter fundamento proximo. Non enim quæritur utrum bonum sit ratio causæ finalis, sed an sit proprium fundamentum illius. Quid autem sit ratio causæ finalis ex 2. Physic. & 5. Metaph. patet, i. cuius gratia aliquid fit, aut est. Vnde sensus tituli est: an res eo quia bona vẽdicet sibi hoc proprium quod sit cuius gratia. Si uerò secundo modo intelligitur, tunc habere rationẽ causæ finalis sumitur formaliter: ita quòd sensus tituli est, Vtrũ bonum formaliter sit formaliter ipsa ratio finis in actu exercito. i. exerceat causalitatem finalem. v.g. si dicatur, q A. fit autem simpliciter, aut tale, quia est bonum. an ex hoc ipso reddatur causa finalis. Et hic sensus est in iudicio meo intentus, quia formalis est, & tanto dignus ingenio. Et responsio ad hoc tendit. Circa hãc determinationem aduerte breuiter ueritatem, quam hinc habes de illa quæstione vtrum res sit causa finalis in intentione, aut in executione &c. Cum enim hic habeas, quod in secundo quoque physicorum habetur, quòd bonum importat finis rationẽ in actu exercito, quod etiam inductiue probatur, dum omnis ratio propter bonum, aut melius finem affert. oportet ut eadem ratione rem aliquam finem dicas, qua bonam eam asseris: ex supradictis autem patet q bonum formaliter vnumquoq; dicitur & est rõne esse: finis igitur rationem habet res ratione esse: ita quod sicut forma est ratio causandi effectiue: existere autem est conditio formæ efficientis, ita esse est ratio causandi finaliter esse autem in intentione est conditio esse causantis finaliter, esse autem in executione non est finis, sed terminus & effectus, tam finalis, quam efficientis. Et hoc inductione, non ratione eget. sanitas enim scientia, balneum, &c. appetitur, ut insit, ut habeatur &c. non in intentione, sed secundum esse naturale ipsius, & sic esse est ratio quòd appetatur res, quod idem est quod finalizare, sed nunquam aliquod borum finalizaret trahendo appetitum ad se, nisi esset in intentione, ut patet, ex hoc autem experimur sequi executionem rei, quę ut finis mouet. Et hoc uoluit Auer. 12. Metaphysic. comm. 36. Et hoc bene penetratum soluit omnes difficultates apud intellectum abstrahentem rem ab esse extra animam, ab esse in executione, & ab esse in intentione modo prædicto.

¶ In corpore duo. Primò respondetur quæsito. Secundo excluditur tacita obiectio. Quo ad primum est conclusio responsiua quæsito affirmatiue. Bonum habet rationem causæ finalis. Probatur appetibile habet rationem finis, bonum est appetibile. ergo bonum habet rationem finis.

¶ Quo ad secundum tacita obiectio est hæc, superius iam determinatum est, quòd bonum non habet rationem primi, sed ultimi potius. Modo autem dicitur, quòd habet rationem causæ finalis, quam constat habere rationem primi, cum finis sit causa causarum, quomodo ergo stant hæc simul, quòd bonum habeat rationem ultimi & primi? Hanc obiectionem excludendo, primò ponit responsionem, deinde probat ipsam. Responsio est q bonũ est ultimum in essendo, primum autem in causando, quamuis in litera prima pars responsionis huius tantum proponatur. Probatio etiam primum in causando, est ultimum in essendo, finis est primum in causando. ergo finis est ultimum in essendo, sed bonũ habet rationem finis, ergo maior probatur ex testimonio sensibilium. in quibus primum in causando, est ultimum in causato, ut patet in igne & calore. ergo absolute primum in causando, est ultimum in essendo.

¶ Circa maiorem aduerte terminos, quòd ly primum & ultimum denotant in proposito ordinem generationis, & supponunt pro formis, seu rationibus formalibus, quæ sunt principia causandi, & essendi, ly uerò in causando sumitur, ut distinguitur contra in essendo supponitur si quidem hic duplicem dari ordinem generationis inter res. Alterum in causando, alterum in essendo. Et ille quidem attenditur penes prius & post causare, ille verò penes prius & post esse, ita quòd illa res est prius in causando cuius causalitas non pendet a causalitate alterius, sed econuersò, & similiter illa res est prior in essendo, cuius esse non præsupponit esse alterius, sed econuersò. Est ergo sensus maioris, q res prior ordine generationis quo ad causalitatem, est posterior ordine generationis quo ad esse.

¶ Circa probationem maioris, aduerte, quòd ordo rerum in essendo potest considerari absolute, & sic sumitur in maiore, & potest considerari in tali genere puta causatorum, & sic sumitur in probatione maioris, ita quòd ab ordine in essendo inuento inter fundamenta prioris, & posterioris causæ, puta caloris, & formæ ignis in causato, manu ducere nos voluit ad ordinem in essendo simpliciter. Non enim intendebat maiorem ex ui probationis inferre, sed ostendere q non oportet eundem ordinem esse inter res in essendo, qui est in causando, nec econuersò, quod sufficienter ex illa probatione fit. Et rursus intendebat ad intelligibilia hæc, ex sensibilium testimonio eleuare, quod satis hic fit.

¶ Circa huius maioris & totius rationis uim, dubium occurrit, quia aut hic est sermo de ordine in causando & essendo absoluta, aut respectu huius & in hoc. Si absolutè, maior est falsa. Tũ quia ultimus finis omnium, puta Deus, est primum in causando & tamen non est ultimum, sed primum quoque in essendo. Tum etiã in exemplo literæ. Forma ignis non solum est primum in essendo, sed etiam in causando. nam prius forma ignis causat formaliter ignem, siue causantem siue causatum, quam calor effectiue calefaciat, & simile est in omnibus, semper enim forma præuenit & in esse & in causalitate formali. Si autem respectu huius aut in hoc. ergo non habetur intentum. Intendit enim absolute ordinẽ boni ad alia assignare, & non in hoc uel illo.

¶ Ad hoc dicitur, quòd hic sermo est de ordine in causando, & in essendo absolutè, sed obiectio peccat. Tum quia male interpretatur maiorem, non enim intendimus, quòd primum in causando. illud idem numero sit ultimum in essendo, respectu eorum, quorum est primum in causando, hæc enim uniuersalis est impossibilis, nec eam somniamus, sed intendimus, illud idem secundum rationem formalem, siue eandem specie, siue eandem genere. siue eandem secundum analogiam sit ultimum in essendo in ordine eorum, quorum est primum in causando. Et hoc modo ratio bonitatis diuinæ est prima in causando finaliter, & ipsamet secundum analogiam est ultima in essendo in re qualibet, ut patet ex artic. primo in responsione ad primum. Tum quia testimoniũ ex sensibilibus in litera adductum peruertis, ut enim iam dictum est, sensibilia hic adducta sunt, ut ex ordine in causando hoc, & in essendo in hoc causato, perciperemus ordinem in causando simpliciter, & in essendo simpliciter, non esse eundem. Vnde licet forma substantialis ignis sit prior in essendo, & in causando simpliciter, quam calor, non tamen est prior in causando hoc, s. hũc ignẽ generandum. Prius enim ordine generationis est calefactio, quã generatio formæ ignis. Alteratio enim præuia est generationi, & tamen primum, quod sortitur hic ignis genitus est forma ignis & calor consequitur formam, sicut uniuersaliter propria accidentia consequuntur formam. At si in sensibilibus ordinem simpliciter cupis inspicere, aduerte, quòd causalitas formalis pendet necessario ex effectiua, & liquebit quæsitum. Licet enim in hoc sensibili primum sit quod quid erat esse, quod spectat ad causam formalem, nulla tamen forma, aut quidditas, vere habet causalitatem formalem secundum rem, nisi ab aliqua causa sit effectiua, quam oportet propter finem agere, cum enim forma non sit causa formalis sui ipsius, sed alterius, puta compositi, & omne compositum (vt in q. 3. dictum est, & Auer. in 12 Metaph. comm. 15. testatur) ab alio fit, oportet ante omnẽ causalitatem formalẽ esse effectiuã, & ante hãc finalem, in essendo tñ primo inuenitur, & in cã forma,

forma, & in effectu similitudo formæ. secundò in causa vis actiua, & in effectu eius participatio. tertiò in causa bonitas, & in effectu complementum, quod est participatio bonitatis. Et sic simpliciter præposterus est ordo in essendo, & in causando. Pro notitia tamē literæ in calce scito nouitie, quòd duplicis perfectionis meminit, scilicet in esse & absolutè: & intendit perfectum in esse, perfectum substantialiter: perfectionem verò absolutè, quā dicit in ente fundari, per boni rationem, perfectionem rei simpliciter, seu totalē: hæc enim secundum boni simpliciter rationem attenditur, ut ex supradictis patet: tunc enim nihil omnino deest.

Cap. 1. d. 3. q. 3. conc. 4.

SVPER QV. V. ART. V.

CONCL. Ratio boni, secundum quòd consistit in perfectione, consistit etiam in modo, specie, & ordine.

¶ PROB. Quia esse perfectū consistit in habere formam (en spēs) commēsuratam ad sua principia effectiua, uel materialia (en modus) atq; tendentem iu id, quod sibi conuenit (en ordo).

¶ COROL. Ergo de bono tantum creato est conclusio.

1^m de minori.

Ad rōnem entis. R. nō: sed ad ens sub ratione boni. §. Ad probationē dī, q intelligit omnia entia sub ratione boni considerata; quando dicit ly omnia. Sap. 11.

2^m de antecedente.

Bona. R. Ve quibus: nō, vt quæ. §. Tunc negat consequentia. Vide literam.

3^m de maiori.

Modi, speciei, & ordinis. R. Particularium: non, omnium. §. Tūc &c. vt patet in litera. Sicut ergo malum nō tollit totaliter bonum, ita non tollit totaliter ista tria.

4^m de maiori.

Illud. R. Inquātum huiusmodi: non aliter. §. Inquantum hmōi. i. inquantū modus, inquantum species, inquantū ordo. Tunc nihil &c. Non enim modus, inquātum modus, est aliqñ malus, sed inquantum incongruus, vel alienus. Hoc idem intellige de spē, & ordine.

5^m de minori.

Non habent. R. Comparatiue ad corporalia non simpliciter. §. Tūc nihil &c. Nam, simpliciter loquendo, lux, hēt modum, speciem, & ordinem: licet non cōparatiuè ad corporalia, in quo sensu loquitur Ambrosius.

APPENDIX.

EX artic. habes primò: quomodo per rationem ostendas, recté dictum a Sap. 11. omnia in numero, pondere, & mensura constituisti dñe. Cui si iunxeris illud 1. Tim. 4. omnis creatura Dei bona est, videbis, quod ibi sapiens dixisse voluit, q ratio boni consistit in modo, specie & ordine. Nam per illa tria significantur modus, spēs, & ordo, vt habetur ex corpore, & ex Aug. in lib. de natura boni: cap. 3. Secundò vides: quomodo ex his vicissim firmetur conclusio.

¶ NOT. Præsenti art. seruit in ord. ar. 25. 344. 155. 33. 51. 241. 15.

ARTICVLVS V.

Vtrum ratio boni consistit in modo, specie, & ordine.

AD QVINTVM sic proceditur. Videtur q ratio boni nō consistat in modo, specie, & ordine. Bonum. n. & ens ratione differunt* vt sup. dictum est: sed modus, species & ordo pertinere ad rationem entis videntur, quia sicut dicitur Sap. 11. Omnia in numero, pōdere, & mensura disposuisti. Ad q̄ tria reducuntur, species, modus, & ordo: quia, vt dicit Aug.* 4. super Gen. ad literam. Mensura omni rei modum præfigit: & numerus omni rei speciem præbet, & pōdus omnem rem ad quietem, & stabilitatem trahit. ergo ratio boni nō consistit in modo, specie, & ordine.

¶ 2 Præt. Ipse modus, species, & ordo bona quædam sunt: si ergo ratio boni cōsistit in modo, specie, & ordine, oportet etiam quòd modus habeat modum, speciem, & ordinē & similiter species & ordo: ergo procederetur in infinitum.

¶ 3 Præt. Malum est priuatio modi, speciei, & ordinis: sed malum nō tollit totaliter bonum: ergo ratio boni non consistit in modo, specie, & ordine.

¶ 4 Præt. Illud in quo consistit ratio boni, nō potest dici malum, sed dicitur malus modus, mala species, malus ordo. ergo ratio boni nō consistit in modo, specie, & ordine.

¶ 5 Præt. Modus, species, & ordo ex pondere, numero, & mensura causantur, vt ex auctoritate Augustini inducta patet: * non autem omnia bona habent pondus, numerū, mēsuram: dicit enim Amb.*. in hex. q lucis natura est, vt non in numero, non in pondere, non in mensura creata sit: non ergo ratio boni consistit in modo, specie, & ordine.

SED CONTRA est, quod* dicit August. in lib. de natura boni. Hæc tria, modus, species, & ordo, tanquam generalia bona sunt in rebus a Deo factis: & ita hæc tria vbi magna sunt, magna bona sunt: vbi parua, parua bona sunt: vbi nulla, nullum bonum est. quod non esset nisi ratio boni in eis consisteret: ergo ratio boni consistit in modo, specie, & ordine.

RESPON. Dicendum, q vnū quodque dicitur bonum inquantū est perfectum: sic enim est appetibile; ut sup.* dictum est: perfectum autem dicitur, cui nihil deest sm modum suæ perfectionis. cū autem vnumquodq; sit id, quod est p suam formā: forma autem præsupponit quædā, & quædā ad ipsam ex necessitate consequuntur, ad hoc q aliquid sit perfectum & bonū, necesse est q formā habeat, & ea quæ cōsequuntur ad ipsam. Præexigitur aūt ad formā determinatio siue cōmensuratio principiorum, seu materialium, seu efficientium ipsam: & hoc significatur per modum: vnde dicitur, quòd mensura modum præfigit. Ipsa autē forma significatur per speciem, quia per formam vnumquodque in specie constituitur: & propter hoc dicitur q numerus speciem præbet: quia diffinitiones significantes speciē sunt sicut numeri secundum Phil. in 8. Met. * Sicut. n. unitas addita vel subtracta variat speciem numeri, ita in diffinitionibus differentia apposita, vel subtracta. Ad formam autem consequitur inclinatio ad finem, aut ad actionem, aut ad aliquid huiusmodi: quia vnumquodque inquantū est actu, agit & tendit in id, quod sibi conuenit secundum suam formam: & hoc pertinet ad pondus & ordinem: vnde ratio boni secundum quòd consistit in perfectione, consistit in modo, specie, & ordine.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd ista tria non consequuntur ens, nisi inquantum est perfectum, & secundū hoc est bonum.

AD SECVNDVM dicendum, q modus, species, & ordo, eo modo dicuntur bona, sicut & entia: nō quia ipsa sint quasi subsistētia, sed quia eis alia sunt & entia & bona: vnde non oportet quòd ipsa habeant aliqua alia, quibus sint bona: non enim sic dicuntur bona quasi formaliter aliis sint bona, sed quia ipsis formaliter aliqua sunt bona: sicut albedo non dicitur ens quia ipsa in aliquo sit: sed quia ipsa aliquid est secundum quid, vt album.

AD TERTIVM dicendum, q quodlibet esse est secundum formam aliquam: vnde secundum quodlibet esse rei, consequuntur ipsam modus, species, & ordo: sicut homo habet speciem, modum, & ordinem inquantum est homo: & similiter inquantum est albus, habet similiter modum, speciem, & ordinem: & inquantum est uirtuosus, & inquantum est sciens, & secundum omnia, quæ de ipso dicuntur. Malum autem priuat quoddam esse, sicut cæcitas priuat esse visus: vnde non tollit omnem modum, speciē, & ordinem, sed solum modum, speciem, & ordinem, quæ consequuntur esse visus.

AD QVARTVM dicendum, quòd sicut dicit Aug. in libro de natura boni, * omnis modus, inquantum modus bonus est: & sic potest dici de specie & ordine: sed malus modus, vel mala species, vel malus ordo, aut ideo dicuntur, quia minora sunt quam esse debuerunt: aut quia non his accommodanda sunt: vel ideo dicūtur mala, quia sunt aliena, & incongrua.

AD QVINTVM dicendum, quod natura lucis dicitur esse sine numero, & pondere, & mensura, non simpliciter, sed per comparationem ad corporalia, quia virtus lucis ad omnia corporalia se extendit, inquantum est qualitas actiua primi corporis alterantis, scilicet cœli.

Marginalia: 29 Ver. 1. q. 21 art. 6. — Art. 1. huius q. — 4. sup Ge. ad literam. ca. 3. in medio, to. 3. — In argum. primi. — Lib. 1. hexameron. c. 9 post med. to. 3. — * cap. 3. in med. to. 6. — Art. 1. & 3. huius q. — Vtilitas pro Eccle. S. Dei. — 8 Met. tex. 10. to. 3. — Ex c. 3. & 4 eiusd. to. 6.

Comm.

Comm. Cardinalis Caietani.

IN tit. nota terminos. Ratio boni non vniuersaliter, sed causati, vt patet in art. seq. in Deo. n. non habent hæc locum Et rursus rō boni non quolibet, sed boni vt quod. Modus, species, & ordo: trifariā inueniūtur S. Tho. vsum fuisse his terminis. Hic siquidem in corpore per modū intendit cōmensurationē principiorū efficientium, seu materialium: per speciem formā, per ordinē inclinationē ad aliquid In prima verò 2. q. 85. ar. 4. per speciem intēdit formā absolute: per modum mensurā ipsius formæ. Species. n. rerum sunt mensuratæ, sicut numeri per ordinē verò respectu ad aliud. In quæst. aūt de veritate q. 21. intendit per speciē formā: per modū cōmensurationē ipsius esse ad essentiā, cuius est. Ordinem verò pene respectu pfectiui finaliter in rōne boni clausum. Quæ tres expositiones, quamuis valde differre videantur quo ad vnū terminū, s. ly modus, si tñ subtilius perscrutemur, in vnum coeūt. cōmensuratio nāq; principiorū, mensura formæ, & cōmensuratio esse ad essentiā, mutuo se inferūt: ex tali. n principiorū harmonia tantæ pfectionis forma est, & ex tanta forma tm̄ esse ſm ordinē generationis: ſm verò perfectionis, seu finis ordinē: si tantæ pfectionis esse est producendū. ergo tantæ pfectionis formā, ac essentiam oportet supponi: & si hanc, ergo talē præcedentiū principiorum dispositionē. Rationē boni consistere in modo, specie, & ordine, dupliciter pōt intelligi. Vno mō, vt in partib. essentialibus, sicut ratio hōis consistit in aīali & rōnali. Alio modo, vt in partib. integralibus non rōnis, sed propriæ eius materiæ, sicut ratio hōis consistit in carnibus, ossibus, & neruis. Et hoc mō intelligo in proposito rōnē boni cōsistere in modo, specie, & ordine. Est ergo sensus tituli, an ratio boni, vt quod causati cōsistat in forma antecedentibus, & consequentibus, tanq̄ in partib. suæ propriæ materię.

¶ In corpore vna conclusio rñsiua quæsito affirmatiue Rō boni consistit in modo, specie, & ordine. Probatur: vnumquodq; est id, quod est per suā formā exigentem quædā antecedentia, & cōsequentia. ergo cui nihil deest ſm modum suæ naturæ, habet speciem, modū, & ordinē. ergo perfectum habet hæc. ergo bonū exigit hæc: antecedens quo ad vtramq; partem habet. Prima verò consequentia patet ex quid nominis, speciei, modi, & ordinis. Secunda verò tenet: per locum a diffinitione ad diffinitum. Tertia autem probatur, quia perfectio est ratio appetibilis.

¶ Circa hanc conclusionem occurrit dubium: quō potest saluari modus in bono substantiali angelorum, exponendo modum. i. commensurationem principiorum efficientiū, seu materialium, vt hic dicitur, cum in angelis non sint principia materialia, & efficiens eorum sit solus Deus, cuius actio est sua substantia.

¶ Ad hoc breuiter dr̄, q̄ iuxta cōpositionē in hoc loco positam saluatur modus boni angelici ſm substantiā quo ad principiū efficiens sic. Deus. n. agens pōt dupliciter sumi. Vno mō absolute, & sic tam ipse, q̄ sua actio est supra oēm modū. Alio modo ut agit ſm hanc uel illā ideam, & sic actio Dei est cōmensurata, ita huic, q̄ non alij, sicut & idea est, ita propria idea huius, quòd non alterius: & hoc modo actio pductiua Gabrielis est modificata, & modificans esse, & bonum substantiale Gabrielis: & hoc sufficit. Potest quoque secundum materiale principium saluari modus in angelis: quoniam essentia est, vt materia ipsius esse, & est commensurata illi, sed hoc magis ad alias expositiones spectat: quoniam modus hic antecedit formam, ut patet in litera.

SVPER QV. V. ART. VI.

Q. 99. ar. 9. co. & 22. q. 45. ar. 3. & 2. d. 25. q. 1. art. 2. co. & 3. Eth. le. 5 tex. 2. 1. Eth. ca. 6. aū med. to. 5.

CONCL. Hæc diuisio in honestū. s. vtile, & delectabile, pprie competit bono, secundum q̄ bonum est.

¶ PROB. Quia bonū, vt sic, terminat appetitum, aut tanquā medium in aliud, (en vtile), aut tanquā vltimū ut res est, (en honestū) aut tanquā vltimū ut quies (en delectabile.)

1ᵐ de maiori.

Bonum. ℞. Secundū q̄ est realiter idē cum ente: non, ſm propriā rōnem. §. Tunc &c. Conclusio enim loquit̄ de bono formaliter. i. secūdum rationem boni.

Lib. 2. in c. cuius titulus est vtilitate hic accipi nō eā quib. vulgus.

2ᵐ de maiori.

Opposita. ℞. Re: vel rōne. §. Tunc &c. Nā ista tria sunt opposita saltē ratione: quāuis, si proprie loquamur de vnoquoq; illorum bonorū, opponantur etiā secundum rē, ut patet in lfa.

Lib. 1. c. 9. & 10. to. 1.

3ᵐ maior.

Vbi vnū pp̄ter &c. ℞. Illa maior propositio tenet in vniuocis: non aūt in analogis. §. Tunc & c. Nā psens diuisio boni est diuisio sicut analogorū. De illa maiori vide 3. q. 18. ar. 2. ad tertium.

A P-

ARTICVLVS VI.

Vtrum conuenienter diuidatur bonū per honestum, vtile, &c.

AD SEXTVM sic proceditur. Videtur quòd non conueniēter diuidatur bonū per honestū, vtile, & delectabile. Bonum. n. sicut dicit Phil. in 1. Ethic. diuiditur p decē prædicamenta: honestum autē, vtile, & delectabile inueniri possunt in vno prædicamento. ergo nō conuenienter per hæc diuiditur bonū.

¶ 2 Præt. Omnis diuisio fit per opposita, sed hæc tria non vr̄ esse opposita: nā honesta sunt delectabilia: nullūq; inhonestū est vtile, qd̄ tñ oportet, si diuisio fieret p opposita, vt opponerent̄ honestū & vtile: vt ēt dicit* Tull. in lib. de offic. ergo prædicta diuisio nō est conueniēs.

¶ 3 Præt. Vbi vnū pp alterum, ibi vnum tm̄ est: sed vtile non est bonū, nisi propter delectabile, vel honestum. ergo non debet vtile diuidi contra delectabile & honestum.

SED CONTRA est, qd̄ Amb. in li. de* offi. vtitur ista diuisione boni.

RESPON. Dicendum, q̄ hæc diuisio propriè vr̄ esse boni humani. Si tñ altius & cōius rōnem boni consideremus, inuenitur hæc diuisio propriè cōpetere bono, ſm q̄ bonum est. Nā bonum est aliquid inquantū est appetibile, & terminus motus appetitus: cuius quidem motus terminatio considerari pōt ex consideratione motus corporis naturalis. Terminatur autem motus corporis naturalis, simpliciter quidē ad vltimū, ſm quid aūt ēt ad medium, per quod itur ad vltimū, quod terminat motū: & dicitur aliquis terminus motus inquantū aliquam partē motus terminat. Id aūt quod est vltimus terminus motus, pōt accipi dupliciter, vel ipsa res in quā tenditur, vtpotè locus, vel forma, vel quies in re illa. Sic ergo in motu appetitus id, quod est appetibile terminans motū appetitus ſm quid vt medium per quod tēditur in aliud, vocatur vtile. Id autē, qd̄ appetitur vt vltimum terminās totaliter motum appetitus, sicut quædam res, in quam per se appetitus tendit, vocatur honestum; quia honestum dicitur, qd̄ per se desideratur. Id autē, quod terminat motū appetitus, vt quies ī re desiderata, est delectatio.

AD PRIMVM ergo dicendum, q̄ bonum, inquantum est idē subiecto cum ente, diuiditur per decē prædicamenta: sed ſm propriam rationem competit sibi ista diuisio.

AD SECVNDVM dicendum, q̄ hæc diuisio non est per opposita res, sed per oppositas rationes, dicuntur tamen illa propriè delectabilia, quæ nulllam habent aliam rationem appetibilitatis, nisi delectationem, cum aliquādo sint & noxia & inhonesta. Vtilia verò dicuntur, quæ nō habēt in se vnde desiderentur, sed desiderantur solū, ut sunt ducentia in alterum, sicut sumptio medicinæ amaræ. Honesta verò dicuntur quæ in seipsis habent vnde desiderētur.

Vtile, delectabile. honestū, quid quam propriè dicat.

AD TERTIVM dicendum, q̄ bonum non diuiditur in ista tria, sicut vniuocum æqualiter de his prædicatū, sed sicut analogum, quod prædicatur secundum prius, & posterius: per prius enim prædicatur de honesto, & secundariò de delectabili, tertiò de vtili.

QVAE-

APPENDIX.

Vtilitas pro Eccle. S. Dei.

EX artic. habes primò: quomodo per rationem ostendas, phi los. meritò hanc boni sectionē innuisse in proœmio Met. qñ dixit. Bonum est qd̄ cuius grā vnam causarū est, & clarius 3. Met. tex. 3. & 2. Phys. tex. 31. dicendo; Bonū est, per qd̄ disponitur cā finalis. bonum. n. est desiderabile, & cā finalis est desiderabilis. 2 Scdò habes: quō per rōnē (vt fit hic i corp.) dictū illud in sensu talis sectionis explices, explicatumq; tuearis. 3 Tertiò vides: quō ex his vicissim concl̄o firmet̄.

Comm. Cardinalis Caietani.

TItulus clarus. ¶ In corpore duæ conclus. altera ſm cōem opinionē: altera propria. Prima est, hæc diuisio dr̄ proprie esse boni humani. Secunda est, hæc diuisio proprie est boni in eo, quod bonum. Probatur vtraq; sic. Terminus corporalis motus cōuenienter diuiditur per ea, quæ sunt proportionalia honesto, vtili, & delectabili. ergo terminus mot⁹ appetitiui bene diuiditur in honestū, vtile, & delectabile ergo & bonum. Antecedens declaratur ex diuisione termini motus in ſm quid & simpliciter. Et rursus termini simpliciter in ipsam rem terminantē, & quietem in ea. Consequentia verò prima probatur, quia terminus motus appetitiui ex terminatione motus corporalis innotescit. Secunda vero, quia bonum est id quod appetitur. Omnia sunt clara.

Ferr. 1. contr. c. 37.
Aegid. 2. 5. dist. 23. q. 1. ar. 1.
Tho. Arg. d. 23. quaest. 1. ar. 4.

SVPER QV. VI.

Art. 1.

Concl. Esse bonum praecipue cõpetit Deo.

¶ Prob. Quia Deus est omnium agens (ut patet etiã q. 44. art. 1.) & agens quanto est plurium rerum agens, tanto magis habet rationem boni.

1^m de maiori. Ratio boni. R. Creati: non aliter. §. Tunc nihil &c. Nam Deus est bonus ut Creator, non vt res creata. Modus est ergo in Deo, non ut in modificato, species, nõ ut in specificato, ordo non ut in ordinato, sed ut in litera.

2^m de maiori. Quod oĩa appetũt. R. Aliquo mõ sibiipsis sigillatim conuenienti: non eodem modo omnibus pari. §. Tunc nihil &c. ut patet in litera.

Item minor. Deum nõ omnia appetunt. R. Negatur. §. Ad probationem dicitur, q̃ est falsa. Nam omnia ipsum cognoscunt, vel cognitione sibi propria, uel cognitione alterius ipsa sic dirigentis. Vide q. 2. ar. 3. in fine corp.

31 1. cont. ca. 37. & ueri. q. 22. ar. 1.

QVAESTIO VI.

De bonitate Dei, in quatuor articulos diuisa.

Deinde quaeritur de bonitate Dei.

Et circa hoc quaeruntur quatuor.

¶ Primo, vtrum esse bonum conueniat Deo.

¶ Secundò, vtrum Deus sit summum bonum.

¶ Tertiò, vtrum ipse solus sit bonũ per suam essentiam.

¶ Quartò, vtrum omnia sint bona bonitate diuina.

ARTICVLVS I.

Vtrum esse bonum Deo conueniat.

Ad primum sic proceditur. Videtur q̃ esse bonum non conueniat Deo. Ratio enim boni consistit in modo, specie, & ordine: haec autem non videtur Deo cõuenire, cum Deus immensus sit, & ad aliquid non ordinetur: ergo esse bonum non conuenit Deo.

¶ 2 Praet. Bonum est, quod omnia appetunt: sed Deum non omnia appetunt, quia non omnia cognoscunt ipsum, nihil autem appetitur nisi notum ergo esse bonum non conuenit Deo.

Sed contra est, quod dicitur Tren. 3. Bonus est Dñs sperantibus in eum, animae quaerenti illũ.

Respon. Dicẽdum, quod bonũ esse pcipue Deo conuenit. Bonum enim aliquid est s͞m q̃ est appetibile: vnumquodq; aũt appetit suã perfectionem. pfectio autem & forma effectus est quaedã similitudo agentis, cum omne agens agat sibi simile. vnde ipsum agens est appetibile, & habet rationem boni: hoc autem est, quod de ipso appetitur, vt eius similitudo participetur. cum ergo Deus sit prima causa effectiua omnium, manifestum est, q̃ sibi competit ratio boni, & appetibilis.* vnde Dion. in lib. de diu. no. attribuit bonum Deo, sicut primae causae efficienti, dicens, q̃ bonus dicitur Deus, sicut ex quo oĩa subsistunt.

Ad primum ergo dicendum, q̃ habere modum, speciem, & ordinem, pertinet ad rationẽ boni causati, sed bonum in Deo est, sicut in causa: vnde ad eum pertinet imponere aliis modũ, speciẽ, & ordinem: vnde ista tria sunt in Deo, sicut in causa.

Ad secundum dicendum, q̃ omnia appetendo proprias perfectiones appetunt ipsum Deum inquãtum perfectiones omniũ rerum sunt d quaedam similitudines diuini esse, ut ex dictis patet. Et sic eorum, quae Deũ appetũt, quaedam cognoscunt ipsum s͞m, quod est proprium creaturae rationalis. Quaedam verò cognoscunt aliquas participationes suae bonitatis, quod etiam extenditur vsque ad cognitionem sensibilem. Quaedam vero appetitum naturalem habent absque cognitione, vtpote inclinata ad suos fines ab alio superiori cognoscente.

D. 468. D. 1176. D. 1182. Q. 5. art. 2.

APPENDIX.

Vtilitas pro Eccle. S. Dei.

Ex artic. habes primo: quomodo per rationem ostendas, recte dictum a psal. 105. Confitemini dño, qm̃ bonus, & a mille scripturarum locis. Secundo vides: quomodo ex his vicissim firmetur conclusio.

Ca. 4. pa. 1. inter prin. & med.

¶ Not. Isti articulo seruit in ordine art. 23. 234. 298.

Comm. Cardinalis Caietani.

Titulus clarus.

¶ In corpore vnica conclusio responsiua quaesito affirmatiuè, Deus est bonus.

Probatur ratione confirmata authoritate Dionysij, s. Deus est prima causa effectiua omnium, ergo appetibilis, ergo bonus, antecedens supponitur: prima verò consequentia probatur, vnumquodq; appetit suam propriam perfectionem. ergo similitudinẽ sui efficientis. ergo a fortiori ipsa causa effectiua est appetibilis. ergo si est prima causa &c. antecedens assumptum cũ omnib. consequentiis ex se est notum. Prima quidem, quia propria perfectio rei, est ipsa similitudo agentis. Secunda uerò, quia omne agẽs agit sibi simile, ac per hoc, si eius similitudo est appetibilis, multo magis ipsum agens erit appetibile. Caetera sunt clara.

Ferr. 1. cont. c. 41. 74. 95. & lib. 3. c. 17.
Banens 96. ar. 2.

32 1. di. 1. q. 2. ar. 2. 4. & 1. cõ. c. 41. 47. 95. 3. & 101. & lib. 3. c. 17. & po. q. 7. art. 1. cap. 20. & mal. qu. 3. ar. 1. ca.
* q. 3. art. 7.
* In princ. 1. lib. Ethic. to. 5.

SVPER Q. VI.

Art. II.

Concl. Deus est summum bonum simpliciter, & non solũ in aliquo genere, vel ordine rerum.

¶ Prob. Quia Deus habet omnes perfectiones desiderabiles, tanquam causa analoga omnium: & consequenter eas habet perfectissimo modo.

ARTICVLVS II.

Vtrum Deus sit summum bonum.

Ad secundum sic proceditur. Videtur q̃ Deus non sit summum bonum. Summum enim bonum addit aliquid supra bonũ, alioquin omni bono conueniret: sed omne, quod se habet ex additione ad aliquid, est cõpositum: ergo summum bonum est compositum. sed Deus est summe simplex,* vt supra ostensum est. ergo Deus nõ est summum bonum.

¶ 2 Prae. Bonum est quod omnia appetunt, vt dicit Philos. * sed nihil aliud est quod omnia appetũt, nisi solus Deus, qui est finis omnium; ergo nihil est aliud bonũ nisi Deus. Quod etiã videtur per id quod dicitur Matt. 19. Nemo bonus nisi solus Deus, sed summum dicitur in cõparatione aliorum, sicut summum calidum in comparatione ad omnia calida. ergo Deus non põt dici summũ bonũ.

¶ 3 Praet. Summum comparationẽ importat: sed quae non sunt vnius generis, non sunt comparabilia; sicut dulcedo inconuenienter dicitur maior vel minor quam linea. cum igitur Deus non sit in eodem genere cũ aliis bonis, ut ex superioribus patet: * videtur quòd Deus non possit dici summum bonum respectu eorum.

Sed contra est, quod* dicit Aug. 1. de Tr. quòd Trinitas diuinarum personarum est summum bonum, quod purgatissimis mentibus cernitur.

Respon. Dicendum, q̃ Deus est summum bonũ simpliciter, & non solum in aliquo genere, vel ordine rerum. Sic enim bonum Deo attribuitur, vt dictum est,* in quantum omnes perfectiones desideratae effluunt ab eo, sicut a prima causa: non autem effluunt ab eo, sicut ab agente vniuoco, vt ex superioribus patet, sed sicut ab agente, quod non conuenit cum suis effectibus, neque in ratione speciei, nec in ratione generis. Similitudo autem effectus in causa quidem vniuoca inuenitur vniformiter, in causa autem aequiuoca inuenitur excellentius, sicut calor excellentiori modo est in Sole, quam in igne. Sic ergo oportet, quòd cum bonum sit in Deo sicut in prima causa omniũ non vniuoca, quòd sit in eo excellentissimo modo, & propter hoc dicitur summum d bonum.

Q. 3. art. 5.
Q. 4. art. 3. ad 2.
Primo de Trinit. c. 2. circa prin. to. 3.
Ar. praec.
Q. 4. art. 3
D. 1176. D. 1182.

1^m de minori prima. Ex additione. ℞. Rei absolutæ: non, relationis secundum rationẽ tantum existentis in illo, cui fit additio. §. Tũc nihil &c. Nam summũ bonum addit super bonũ non &c. Vt in litera.

2^m de maiori. Appetunt. ℞. i. quicqd appetunt, appetunt sub ratione boni. §. Non autem sic intelligitur, quasi quòd vnumquodque bonum ab omnibus appetatur (vt putauit argumentum). Tunc &c. sed argũ ẽ extra ꝓpositũ, ut cõsideràti patet

3^m de minori. Quæ non sunt vnius generis. ℞. Ita quòd sint in diuersis generibus nõ, ita quòd vnũ illorum sit supereminens principium omnium generum. §. Tunc nihil &c. vt patet in litera. Vide etiam q. 3. ar. 5.

D. 2089.

Ad primum ergo dicendum, ꝙ summum bonum addit super bonum non rem aliquam absolutam, sed relationem tantum: relatio autem, qua aliquid de Deo dicitur relatiuè ad creaturas, non est realiter in Deo, sed in creatura, d in Deo verò secundum rationem. Sicut scibile relatiuè dicitur ad scientiam, non quia ad ipsam referatur, sed quia scientia refertur ad ipsam. Et sic non oportet, quòd in summo bono sit aliqua compositio, sed solum quòd alia deficiant ab ipso.

Ad secundum dicendum, ꝙ cum dicitur, bonum est quod omnia appetunt, non sic intelligitur quasi vnumquodq; bonum ab omnibus appetatur: sed quia quicquid appetitur, rationem boni habet. Quòd autem dicitur, nemo bonus nisi solus Deus, intelligitur de bono per essentiam, vt post dicetur.†

Ad tertium dicendum, ꝙ ea, quæ non sunt in eodem genere, siquidem sint in diuersis generibus contenta, nullo modo comparabilia sunt: de Deo autem negatur esse in eodem genere cum aliis bonis: non ꝙ ipsum sit in quodam alio genere, sed, quia ipsum est extra genus, & principium omnis generis. Et sic comparatur ad alia per excessum, & huiusmodi comparationẽ importat summum bonum.

APPENDIX.

Ex artic. habes primò: quomodo per rationem ostendas, rectè dictum psal. 144. Magnus dñs, & magnitudinis eius non est finis. Ac si diceret. Deus est bonitatis immensæ, seu Deus est summum bonum. Nã Deus non est mole magn⁹ q. 3. ar. 1. in his aũt, quæ non mole magna sunt, hoc est maius esse, quod est melius esse, secundum Aug. 6. de Trin. c. 8. circa med. Secundò vides: quomodo ex hoc, multisque aliis similibus locis, vicissim firmetur conclusio.

Vtilitas pro Eccle. S. Dei. art. sequẽ.

¶ Not. Articulo præsenti deseruit in ordine articu. 20. 24. 18. 31. 23. 33. 74.

Comm. Cardinalis Caietani.

In titulo nihil est difficile, summum enim addit respectum excessus supremi: ita ꝙ idem est vtrum sit summum bonum, & vtrum sit bonum excedens omnia alia bona, tam actu, ꝙ potẽtia.

¶ In corpore articuli vnica conclusio responsiua quæsito affirmatiue, Deus est summum bonum simpliciter. Hæc conclusio declaratur primò, deinde probatur. Declaratur quidem distinguendo implicite de summo bono simpliciter, vel in genere. Et uocatur summum bonum in genere, quod excedit cætera in illo ordine rerum, sicut summum bonum humanum fęlicitas excedens omnia humana bona, & sic de aliis. Simpliciter uero quod in tota entium latitudine supremum tenet locum, & propterea apponitur in conclusione ly simpliciter. Probatur autem sic. Bonum conuenit Deo sicut primæ causæ effectiuæ omnium non uniuocæ: ergo conuenit ei excellentissime: ergo est summum bonum simpliciter. Antecedens quo ad utramque partem ex dictis patet. Prima vero consequentia probatur ex differentia modi essendi effectus in causa vniuoca, & in causa æquiuoca seu analoga, quia in uniuoca eodem modo, in æquiuoca uero excellentiori. Aduerte tamen hic, quòd effectum esse in causa æquiuoca excellentiori modo contingit dupliciter. Vno modo formaliter & virtualiter simul. Alio modo virtualiter tantum. Exemplum primi. lumen & diaphaneitas in corporibus cœlestibus respectu inferiorum. Exemplum secundi, calor in Sole, & in corporibus inferioribus. In proposito est sermo, de effectu præexistente in causa non solum uirtualiter, sed etiam formaliter, vnde & Deus est bonus formaliter & uirtualiter. efficacia rationis fundatur super hoc, ꝙ uterque effectus causæ æquiuocæ excellentiori modo est in ipsa causa quam in effectu. Et ideo litera indistinctè de modo essendi effectus in cã æquiuoca loquitur qꝛ hoc sufficiebat intentio, s. ꝙ excellentissimo modo bonitas conueniret Deo. Iam. n. in præcedenti art. stabilitum erat, quod formaliter conuenit eidem.

¶ In rñsione ad 2. aduerte, ꝙ rñsio consistit in conuersione propositionis. Bonũ est qđ oĩa appetũt, i. qđ oĩa appetunt est bonũ.

¶ In rñsione ad 3. aduerte: ꝙ res diuersorum generum dñr nullo modo comparabiles, qꝛ accipiuntur ut sic, i. inquantum sunt in diuersis generibus, si enim sumerentur secundum aliquod prædicatum in quo conuenirent, possent comparari.

ARTICVLVS III.

Vtrum esse bonum per essentiam sit proprium Dei.

33 1 con. c. 39. & 40. & o pusc. 3. c. 109 110. 111. & 112. & uer. q. 21. ar. 5. *Q. 5. ar. 1. *4. Metap. tex. 1. 10. 3. Et Met. 19 tex. 9.

Ad tertium sic proceditur. Videtur quòd esse bonum per essentiam nõ sit proprium Dei. Sicut enim vnum conuertitur cum ente, ita & bonum,† vt supra habitum est: sed omne ens est vnum per suam essentiam, vt patet per Philos. in 4. Metaph. ergo omne ens est bonum per suam essentiam.

¶ 2 Præt. Si bonum est quod omnia appetunt, cum ipsum esse [illegible] desideratũ ab omnibus, ipsum esse cuiuslibet rei est eius bonum. Sed quælibet res est ens per suam essentiam. ergo quælibet res est bona per suam essentiam.

¶ 3 Præt. Omnis res per suam bonitatem est bona. Si igitur aliqua res est quæ non sit bona per suam essentiam, oportebit quòd eius bonitas non sit sua essentia. Illa ergo bonitas cum sit ens quoddam, oportet ꝙ sit bona, & siquidem alia bonitate, iterũ de illa bonitate quæretur: aut ergo erit procedere in infinitum, aut venire ad aliquam bonitatem, quæ non erit bona ꝑ aliã bonitatẽ. eadẽ ergo rõne standum est in primo: res igitur quælibet est bona per suã essentiã.

Sed contra est, quod dicit Boet. in lib. de hebdo.* quòd alia omnia a Deo, sunt bona per participationem: non igitur per essentiam.

In lib. An omne qđ est bonum sit, a medio ꝑcipue ad finẽ vsque. D. 193.

Respon. Dicendum, ꝙ solus d Deus est bonus per suam essentiam. Vnumquodq; enim dicitur bonum secundum quòd est perfectum. Perfectio autem alicuius rei triplex est. Prima quidem secundum quòd in suo esse constituitur. Secunda verò prout ei aliqua accidentia super adduntur ad suam perfectam operationem necessaria. Tertia uerò perfectio alicuius est per hoc, quòd aliquid aliud attingit sicut finem, vtpote prima perfectio ignis consistit in esse, quod habet per suam formam substantialem. Secunda uerò eius perfectio consistit in caliditate, leuitate, & siccitate, & huiusmodi. Tertia verò perfectio eius est secundum quòd in loco suo quiescit. Hæc autem triplex perfectio nulli creato competit secundum suam essentiam, sed soli Deo, cuius solius essentia est suum esse: & cui non adueniunt aliqua accidentia: sed quæ de aliis dicuntur accidentaliter, sibi conueniunt essentialiter, ut esse potentem, sapientem, & hmõi, sicut ex dictis patet.* Ipse ẽt ad nihil aliud ordinatur sicut ad finem, sed ipse est vltimus finis omnium rerum. Vnde manifestum est, ꝙ solus Deus habet omnimodam perfectionem ſm suam essentiam; & ideo ipse solus est bonus per suam essentiam.

Ferr. 1. cont. c. 39. 40.

SVPER QV. VI, ART. VI.

Concl. Solus Deus habet omnimodam perfectionem secundum suã essentiã, & ideo ipse solus est bonus per essentiam.

¶ Prob. Quia solius Dei essentia est suũ esse; & Deo soli nulla aduenit accidentia Et De⁹ solus ad nullũ aliũ finem ordinatur (vt patet ex 23 q. 3. art. &c.). Secunda autem pars. s. & ideo &c. ex se patet.

Q. 3. art. 6.

Primu n

1^m^ conclusionis illatio. Ergo omne ens &c. R. Negatur illatio. §. Nā vnum & bonum diuersam rationem important: licet ambo realiter conuertantur cum ente.

2^m^ minor. Sed quælibet res est ens per suam essentiam. R. Ita quod sua essentia non est realiter idem cum esse: non autem ita, quòd essentia sua sit realiter idem cum esse. §. Tunc nihil &cæ. Nam esse bonum per essentiam suam importat essentiam esse idem realiter cum esse suo. Alioquin essentia (vt patet) participabit esse, & consequenter omnes alias perfectiones: & propterea res, quæ talem essentiam habebit, non erit bona per essentiam suam, sed per participationem.

D.1191. In cor.art.

3^m^ de conclusione secunda. Bonitas, cum sit ens quoddam, oportet; quòd sit bona. R. vt quanon, vt quæ. §. Tunc nihil &c. Nō enim proceditur in infinitum, si illa bonitas est bona ut qua: licet procederetur, si esset bona ut quæ. Nec sit hoc mirum, quòd. s. illa bonitas sit tantum bona ut qua: quoniam & non est ens, quod est primum prædicatum, nisi ut qua.

Ad primvm ergo dicendum, q vnum non importat rationē perfectionis, seu diuisionis tātum, quæ vnicuiq; rei competit secundum suam essentiam. Simplicium autem essentiæ sunt īdiuisæ & actu potētia. Compositorum verò essentiæ sunt indiuisæ secundum actum tantum: & ideo oportet quòd quælibet res sit una per suā essentiam, non autem bona, vt ostensum est.*

Ad secvndvm dicendum, q licet vnumquodq; sit bonū inquantum habet esse, tamen essentia rei creatæ non est ipsum esse: & ideo non sequitur quòd res creata sit bona per suam essentiam.

Ad tertivm dicendum, q bonitas rei creatæ non est ipsa eius essentia, sed aliquid superadditum, uel ipsum esse, vel aliqua perfectio superaddita, uel ordo ad finem. Ipsa tamen bonitas sic superaddita dicitur bona sicut ens. & hac autem ratione dicitur ens, quia ea est aliquid, non quia ipsa aliquo alio sit. Vñ hac ratione dicitur bona, quia ea est aliquid bonum, non quia ipsa habeat aliquam aliam bonitatē, qua sit bona.

A R-

APPENDIX.

Ex artic. habes primo: quomodo per rationem ostendas, recte dictum Matth. 19. Mar. 10. Luc. 18. Nemo bonus nisi solus Deus, licet in contex. Lucæ dictum fuisset, q publicanus descenderat iustificatus, s. per iustitiæ participationem a Deo bonus effectus. Secundò habes: quō per rationē talia loca ī sensu catholico intelligas, intellectaq; defendas. Tertiò vides quō ex his vicissim firmetur conclusio.

Vtilitas pro Eccle. S. Dei.

¶ Not. Isti artic. seruit artic. in ordine 25.27. 16.17. 19.51. 29.

Comm. Cardinalis Caietani.

In titulo ly proprium distinguitur contra commune, ly per essentiam potest determinare subiectum, & potest determinare prædicatum. & siquidem determinat subiectum, tunc ly per essentiam distinguitur contra omne id quod est extra subiecti essentiam. Et est sensus, vtrum solus Deus per essentiam, ita quòd nō per aliquid extra suam essentiam sit sufficienter bonus formaliter. Si uerò ly per essentiam, determinat prædicatum, tunc distinguitur contra esse tale per participationem. Et est sensus, vtrū solus Deus sit bonus per essentiam, idest sit bonus non participatiuè. Vocatur autem participatiue tale, quicquid habet aliquam rationem formalem non secundum totam plenitudinem perfectionis possibilis conuenire tali rationi formali. Oportet enim quod huiusmodi est, partem illius tantum habere, & propterea participatiue tale dicitur. Et per oppositum tale per essentiam dicitur, quod ex ipso suo modo essendi omnem plenitudinem illi rationi formali possibilem naturaliter claudit: ut calor si per se subsisteret. In proposito autem, quamuis gratiæ materiæ hi duo modi coincidant, sequendo doctrinam S. Thomæ, quia quod est per essentiam primo modo bonum, est etiam bonum per essentiam secundo modo, & econuersò. quia tamen formaliter & vniuersaliter hi duo modi non coincidunt, quoniam Socrates est per suam essentiam homo, & tamen non est homo per essentiam, sed participatiuè. Solus enim homo Platonicus, si inueniretur, esset homo per essentiam. & præsens quæstio mota est de ipso bono per essentiam, & non directè de ipsa essentia diuina, quoniam in quæstio. 3. iam stabilita est illius simplicitas, & quòd nihil cōuenit sibi per aliquid additum suæ essentiæ: ideo ly per essentiam, se tenet ex parte prædicati, & distinguitur contra per participationē: & est sensus, vt supra diximus. Et hoc quantum est ex parte exponentis affirmatiuæ: nam ex parte negatiuæ ly per essentiam, se tenet ex parte subiecti, & est sensus, ut supra diximus. Et huic sensui fauent omnia argumenta literæ, & ratio in corpore assignata. Vnde hic exclusiue principaliter disputatur propter negatiuam exponentem, quasi affirmatiua ex tertia quæstione habita sit.

¶ In corpore vnica conclusio respōsiua quæsito affirmatiue. Solus Deus est bonus per essentiam. probatur hæc exclusiua quo ad vtramque exponentem simul sic. triplex perfectio. s. secundum q res in suo esse constituitur, &c. soli Deo conuenit per suam essentiam. ergo esse perfectum, ergo esse bonum. ergo solus est bonus per essentiam. Antecedens declaratur distinguendo triplicem gradum perfectionis rei, & ostendendo sigillatim soli Deo conuenire quidditatiuè, quia in primo clauditur esse, in secundo accidentia, in tertio finis ultimus. Prima consequentia relinquitur per se nota ex sufficienti diuisione. Secunda probatur, quia vnūquodque intantum est bonum, inquantum perfectum. Tertia relinquitur per se nota.

¶ Circa antecedens, dubium primò est, quòd esse in omnibus citra Deum sit aliud ab essentia, sed hoc est alibi tractandum.

¶ Dubium secundo esset, quomodo nulla essentia esset principium operationis, sed hoc inferius quæretur. Ad propositum tamen scito sufficere, q esse & principia operationis sint extra essentias omnium substantiarum formaliter, in Dei autem substantia omnia claudantur formaliter. Intentio tamen literæ est de inclusione, & exclusione reali, & non tantum formali.

¶ Circa primam consequentiam dubium occurrit, quia non uidetur efficax. Tum quia quælibet res est perfecta quidditatiue p suam essentiam, ut patet: nec huius oppositum sequitur ex illo antecedente. Tum quia consequentia hæc supponit, quòd esse sit de integritate perfectionis rei. vt patet: hoc autem non uidetur verum, quoniam esse est extra integritatem substantialem cuiusque rei citra Deum, in cuius signum nulla diffinitio dicit esse, ut dicitur primo posteriorum.

¶ Ad hoc dicitur breuiter, quòd res potest dici perfecta dupliciter, s. simpliciter & secundum quid, & quòd quamdiu res non est in rerum natura, quodcunque esse habeat siue obiectiuū, siue quidditatiuum, siue in causa, non dicitur esse perfecta simpliciter, sed secundum quid, i. in tali esse. Secundum autem esse in rerum natura dicitur perfecta simpliciter, quo ad perfectionem substantialem. Et propterea esse est de integritate primæ perfectionis cuiusque rei non ut pars quidditatis, sed vt actualitas eiusdem. Et per hæc patet responsio ad obiecta. Et si contra hoc instetur, eo quod res secundum suas essentias comparatæ, graduantur simpliciter ex perfectionibus essentialibus, ita quòd aqua est essentialiter perfectior quam terra, & aer quam aqua, & ignis quā aer, &c. igitur esse perfectum simpliciter conuenit rei ex sua essentia. Ad hoc est dicendum, quòd cum dicitur, nulla res alia a Deo est per suam essentiam perfecta simpliciter, intelligitur quòd ly per, denotat causam formalem, non qualemcunque, sed sufficientem, omni alio præciso, licet enim ignis essentia sit, qua formaliter ignis habet substantialem perfectionem, non tamen est sufficiens ratio, quòd ignis sit in sua substantiali perfectione, sed oportet quòd actuetur per ipsum esse. Vnde ad instantiam dicitur, quòd res graduantur ex suis essentiis in perfectione simpliciter, non præscindendo ab earum esse, immo includendo ordines ad ipsa, quoniā (ut diffusè ostendimus in commentariis de ente & essentia) differentia substantialis sumitur ab ordine ad esse, ut etiam Porphyrius insinuauit in ultima ac intima differentiæ diffinitione dicēs, quod conducit ad esse, ut ibidem posuimus.

¶ Circa ultimam consequentiam aduerte, quòd (ut diximus in titulo) quia gratia materiæ hæc duo mutuo se inferunt, a, est per suam essentiam bonum, & a, est bonum per essentiam, ideo litera non discreuit inter hæc. Et conclusio, quod solus Deus per essentiam est bonus, conclusum esse uoluit, quòd solus Deus est bonus per essentiam.

¶ In responsione ad primum aduerte tu Thomista, quod hic expresse habes, quod unum non dicit rationem perfectionis, ac consequenter nec unitas, nec eius species dicunt perfectionem simpliciter formaliter loquendo, sed abstrahunt a perfectione, & imperfectione.

Terr.

Ferr.in cont.cap.41. Cap.1.d.3.q.3.con.2.

SVPER QVAEST. VI. ART. IIII.

CONCL. 1. Vnumquodque dicitur bonum bonitate diuina, sicut primo principio exemplari, effectiuo, & finali, totius bonitatis.

¶ PROB. Quia bonitas diuina est primũ principium exemplare, effectiuum, ac finale, totius bonitatis creaturarum. Vide q. 44. articulo &c.

34 22.q.17.2. 3.c.& 1. cõtra c.41. & ueri.q.1.2. 4. & opusc. 72.c.6. li.8.c.3.circa prin.c.1.

¶ CONCL. 2. Vnumquodque dicitur bonũ similitudine diuinæ bonitatis sibi inhærente.

¶ PROB. Quia similitudo diuinæ bonitatis unicuique inhærẽs, est formaliter bonitas cuiusque.

1^m ex August.

In lib. An oẽ ens sit bonum, ante med.

Sed bonum. R. Exemplar primum, effectiuũ primum, finale ultimũ, non, inhærens formaliter. §. Tunc &c. Vide in corpore, & conclusiones.

2^m ex Boetio.

Bona. R. Ab extrinseco denominata, non, a formali intrinseco. §. Tũc nihil &c. ut patet considerãti conclusiones.

D.450.

APPENDIX.

Vtilitas p Ecclesia S. Dei. li.1. meta. apud Arist. tex.6.to.3

EX articulo habes primo, quomodo per rationem interimas hæreses Arnaldistarum dicẽtium, Deũ non esse authorem omnium bonorum. Item Pseudoapostolorum, Iustificatoriorum (Prateolus. tit. Cacangeli, Iustificatorii) dicentiũ, Iustitia sola Christi, nõ ulla nostra, nos iustos, & saluos esse, quicquid sit de nostris operibus, certum esse debere, quod gratis propter Christum peccata remissa sunt. Idem dicẽtium, Iustitiam hominis esse nullam apud Deum. Item d. Nullam in nobis esse Iustitiam. Item d. Iustitiam nostram Deum nobis imputare, etiam si iusti nõn simus. Contra Arnaldistas .n. militat prima conclusio cum probatione sua. Contra Pseudoapostolos, & Iustificatorios triumphat secunda. Secundo habes, quomodo per rationem ostendas, Arnaldistarum illam esse damnatam iustissime ab Apostolo 1. Corinth. Quid habes, quod non accepisti? Item ab Ecclesia in collecta, Deus a quo bona cuncta procedunt. Item a Papa, qui singulis annis in Bulla Cenæ Domini Arnaldistas excommunicat, qui & excommunicantur extra de hæret. cap. excommunicamus. De damnatis autem ab Ecclesia Augustinus uniuersaliter, sub exemplo tamen nonnullorum, in lib. de fide catholica di cit, Cum Celestius atque Pelagius ab Ephesina synodo sint damnati, quomodo poterunt illa capitula recipi, quorum damnantur authores? Similiter habes, quomodo per rationem ostendas, illas Pseudoapostolorũ omnes, & iustificatorium merito damnari simul a Concilio Tridentino Sess. 6. ca. 7. Vnica formalis causa est iustitia Dei, non qua ipse iustus est, sed qua nos iustos facit, qua uidelicet ab eo donati uere iusti sumus. iustitiam in nobis recipientes unusquisque secundum suã mensuram. Hæc ibi. Et Can. decimo, tam Arnaldistarum quàm horum positiones damnat, sic. Si quis dixerit, homines sine Christi iustitia, per quam nobis meruit, iustificari, aut per eam ipsam formaliter iustos esse, anathema sit. Hæc ibi. Nec mirandum, si de iustitia loquamur, cum de bonitate sit articulus, quoniam in idem redeunt bonitas, & iustitia. Contra hæresim Iustificatoriorum faciunt dicta articulorum numero 437. & in 1.2. articulorum nume. 600. 606. & Addition. articulorum numero 442. 56. & in ueritatibus Aureis super legem ueterem, Genes. decimoseptimo, concl. quinta, & Leuit. 11 concl. 7. & c. 15. concl. 4. & Deuteronom. 29. concl. 5. Tertio uides, quomodo ex his uicissim firmentur conclusiones.

¶ NOT. Articulo huic seruit articulus in ordine 336.134.33. 13.24. 234.

ARTICVLVS IIII.

Vtrum omnia sint bona bonitate diuina.

AD QVARTVM sic proceditur. Videtur, quod omnia sint bona bonitate diuina. Dicit.n. August. 8. de trin.* Bonum hoc, & bonum illud, tolle hoc, & tolle illud, & uide ipsum bonum si potes, ita Deum uidebis, non alio bono bonum, sed bonum omnis boni. sed unumquodque est bonum suo bono. ergo unumquodque est bonum ipso bono quod est Deus.

¶ 2 Præt. Sicut dicit Boe. in lib. de hebdo.* omnia dicuntur bona inquantum ordinantur ad Deum, & hoc ratione bonitatis diuinæ. ergo omnia sunt bona bonitate diuina.

SED CONTRA est, quod omnia sunt bona inquantum sunt, sed non dicuntur omnia entia per esse diuinum, sed per esse proprium, ergo non omnia sunt bona bonitate diuina, sed bonitate propria.

RESPON. Dicendum, ꝙ nihil [d] prohibet in his, quæ relationẽ important aliquid ab extrinseco denominari, sicut aliquid denominatur locatum a loco, & mensuratum a mensura. Circa uero ea, quæ absolute dicuntur, diuersa fuit opinio. Plato enim posuit omnium rerum species separatas*; & quod ab eis indiuidua denominantur quasi species separatas participando, ut puta quod Socrates dicitur homo secundum ideam hominis separatam. Et sicut ponebat ideam hominis & equi separatam, quam uocabat per se hominem, & per se equum, ita ponebat ideam entis, & ideam unius separatam, quam dicebat per se ens & per se unum, eius participatione. unumquodq; dicitur ens, uel unum, hoc autem quod est per se ens & per se unum, ponebat esse summum bonum, & quia bonum conuertitur cum ente, sicut & unum, ipsum per se bonum dicebat esse Deũm, a quo omnia dicuntur bona per modum participationis. Et quamuis hæc opinio irrationabilis uideatur quantum ad hoc, quod ponebat species rerum naturalium separatas per se subsistentes,* ut Arist. multipliciter improbat, tamen hoc absolute uerum est, quod aliquid est primum, quod per suam essentiam est ens & bonum, quod dicimus Deũ,* ut ex superioribus patet. huic etiã sententiæ concordat Aristot. A primo igitur per suam essentiam ente & bono, unumquodque potest dici bonum, & ens, inquantum participat ipsum per modum cuiusdam assimilationis, licet remote & deficienter, ut ex superioribus patet*. Sic ergo unumquodque dicitur bonum [d] bonitate diuina, sicut primo principio exemplari effectiuo, & finali totius bonitatis. Nihilominus tamen unũquodque dicitur bonum similitudine diuinæ bonitatis sibi inhærente, quæ est formaliter, sua bonitas denominans ipsum. Et sic bonitas una omnium, & etiam multæ bonitates.

Et per hoc patet responsio ad obiecta.

li.7. meta. a text. 10. usque ad finem lib.

q.2.ar.3.

q.4.ar.3.

D.284.

QVAE-

Comm. Cardinalis Caietani.

IN titulo aduerte nouitie, quod non quæritur utrum omnia sunt bona a bonitate diuina. sed utrum omnia sint bona bonitate diuina, ita quod sensus quæstionis non est, utrum omnia habeant, quod sint bona a diuina bonitate, sed sensus est, utrum bonitas diuina sit, qua res bonæ determinantur bonæ, sicut albedine denominantur alba, aut loco locata.

¶ In corpore quatuor facit, primo ponit duas distinctiones, simul innuens in quo conueniant, & differant philosophi, secundo ponit opinionem Platonis. tertio Arist. quarto respondet quæsito. Prima distinctio est, nominum quædam important absolutũ, & quædam relationem. Secunda est, denominatio est duplex, quędam intrinseca, & quædam extrinseca. Vocatur denominatio intrinseca, quando forma denominatiui est in eo, quod denominatur, ut album, quantum. & c. Denominatio uero extrinseca, quando forma denominatiui non est in denominatio, ut locatum, mẽsuratum, & similia. Conueniunt autem omnes in hoc, quod secundum nomina importantia relationem potest fieri denominatio extrinseca, ut patet de locato, & mensurato. Differentia uero est inter Platonem, & Arist. an secundum nomina importantia absolutum, possit fieri denominatio ab extrinseco. Et hoc est ad nostrum propositum, quia bonum est nomen absolutum, & bonitas diuina est extrinseca rebus alijs.

¶ Quo ad secundum ibi, Plato, ponit quatuor propositiones Platonis. Prima est species rerũ quę sunt separatę. scdã est, quod particularia denominantur ab illis, tertia est, quod inuenitur idea entis unius, & boni, ita quod illa est Deus, quarta, ab illa omnia denominantur bona, & secundũ sic Platonem respõdetur ad quęsitum affirmatiue.

¶ Quo ad tertium ibi, & quamuis, positio Aristotelis in primis duabus

duabus propositionibus discordet, in tertia uero concordat, de quarta nihil dicitur.

¶Circa hanc partem, dubium occurrit, quo pacto uerum sit, Aristotelem consentire Platoni de idea boni, cum expresse in primo Ethicorum impugnet eam.

¶Ad hoc breuiter dicitur cum Eustratio, & S. Tho. in 1. Ethic. quod inter Aristo. & Platon. non est hic differentia nisi uerbalis. Reprehendit enim Aristo. hoc, scilicet bonum per essentiam non debet poni per modum speciei separatæ, sicut homo per essentiã, &c. Non autem quin detur primum bonum per essentiam, quod Deus est, ut patet in 12. metaph. in fine.

¶Quo ad quartum, unica est conclusio responsiua, habẽs duas partes. omnia sunt bona bonitate diuina extrinsece, & causaliter, bonitatib. autem propriis formaliter, & intrinsece. Probatur a primo per essentiam bono unumquodq; pôt dici bonum per modum assimilationis, ergo unumquodque dicitur bonum bonitate diuina effectiue, & exemplariter, & finaliter, similitudine autem illius formaliter, ergo. Antecedens infertur ex præmissis. Consequentia autem notis terminis clara est ex se. Tres autem termini sunt notandi. Primus est, ly per modũ cuiusdã assimilationis. dupliciter n. contingit aliquid dici tale ab aliquo extrinseco, uno modo ita, quod ratio denominationis sit ipsa relatio ad extrinsecum, ut urina dicitur sana, sola relatione signi ad sanitatem. Alio modo ita, quod ratio denominationis sit, non relatio similitudinis, aut quæuis alia, sed forma, quæ est fundamentum relationis similitudinis ad illud extrinsecum, ut aer dicitur lucidus luce solari, ea ratione qua participat eam per formam luminis. Et quoniam ubi est denominatio primo modo, ibi est denominatio ab extrinseco pura, ubi autem est denominatio secundo modo, ibi est denominatio ab extrinseco. sed non sola, quoniam est etiam ab intrinseco, ut patet, & in proposito sic est, ideo in litera dicitur, ꝙ a primo per essentiã bono, omnia dicuntur bona per modum assimilationis. Ex hoc. n. statim sequitur, & quod denominatione extrinseca, & intrinseca possunt dici bona. Secundus est ly sicut notanter non absolute in litera dicitur, ꝙ unumquodque potest dici bonum diuina bonitate extrinseca denominatione, sed apponitur ly sicut, principio effectiuo, &c. Vt. n. iam tactũ est, denominatio extrinseca est duplex, quædam pura, & quædam causalis, Pura quidem est, qñ sola relatione ad denominantem formam denominatio fit. Causalis uero, qñ participatio effectus extrinsecæ causæ denominationem fundat. Vnde in proposito, quia unumquodque dicitur bonum diuina bonitate extrinsece, non quomodocumque, sed causaliter. ideo dictum est sicut in principio. Etsi hoc diligentius consideraueris, inuenies quod impossibile est in absolutis fieri denominationẽ extrinsecam, puram, quamuis possit fieri causalis. Tertius est ly exemplari. causa exemplaris distinguitur ab effectiua, & coordinatur inter formales, quia est uelut extrinseca forma rei. Significatur ergo Deum non solum facere bonitatem aliorum, sed exemplari illas ex sua, quod non accidit sic, cum dicitur, Deum facere bouem, aut leonem, ut patet.

Ferr. 1. cont. c. 43.
S. Bon. 1. 5. d. 2. q. 3. ar. 1.
Alens. p. p. su. q. 6. mem. 1.
Scot. 1. 5. d. 2. q. 1. & in quodl. q. 5.
Mairo. 1. 5. d. 2. q. 7.
Aegi. 1. 5. dist. 43. q. 1. pri. prin.
Bacon. q. 7. art. 1.
Cap. 1. d. 43. q. 1. con. 1. 2. & 3.

SVPER Q. VII. ART., 1.

CONCL. Deus est infinitus, & perfectus.

¶PROB. Quia Deus est esse irreceptum in aliquo, & cõsequenter eius amplitudo formalis per nihil contrahitur.

1^m^ de maiori.

Infinitum. ß. Materiale, non formale, §. Tũc &c Non enim Deus est infinitum, materiale, in cuius signum post ly in finitus apposuit conclu sio ly perfectus, sed est infinitum formale.

2^m^ de maiori.

Et infinitum. ß. Materiale, non formale. §. Tunc &c. ut patet in litera. vide ad primum.

3^m^ de conclusione 1. Quod nõ est. ß. Per aliquod distinguens a se diuersum, non per se ipsum, tamquam per se subsistens. §. Nam ita existens hoc quod non est aliud primo modo, est finitum, non autem secundo. Tunc &c. Nõ enim Deus distinguitur ab aliis per aliquod sibi additũ distinguens ipsum ab eis, sed per semetip-

1. d. 43. q. 2. ar. 1. & 1. cont. c. 43. & po. q. 1. ar. & opus. 3 ar. 18. 19. & 20.
*3. Physic. tex. 66. t. 2
*1. Physic. tex. 15. t. 2.
*q. 3. ar. 1.

QVAESTIO VII.

De infinitate Dei, in quatuor articulos diuisa.

POST considerationem diuinæ perfectionis, considerandum est de eius infinitate, & de existentia eius in rebus. attribuitur enim Deo quod sit ubique & in omnibus rebus, inquantum est incircumscriptibilis & infinitus.

CIRCA primum quæruntur quatuor.

¶Primo. Vtrum Deus sit infinitus.

¶Secundo, Vtrum aliquid præter ipsum sit infinitum secundum essentiam.

¶Tertio. Vtrum aliquid possit esse infinitum secundum magnitudinem.

¶Quarto. Vtrum possit esse infinitum in rebus secundum multitudinem.

ARTICVLVS I.

Vtrum Deus sit infinitus.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur ꝙ Deus non sit infinitus. Omne enim infinitum, est imperfectum, quia habet rationem partis & materiæ, ut dicitur in 3.* phys. sed Deus est perfectissimus. ergo non est infinitus.

¶2 Præt. Secundum Philosophum in 1.* phys. finitum & infinitum cõueniunt quantitati, sed in Deo non est quantitas, cum non sit corpus, ut supra ostensum est*, ergo non competit sibi esse infinitum.

¶3 Præt. Quod ita est hic quod nõ alibi, est finitum secundum locum, ergo quod ita est hoc quod non est aliud, est finitum secũdum substantiam, sed Deus est hoc & non est aliud, non enim est lapis, nec lignum. ergo Deus non est infinitus secundum substantiam.

SED CONTRA est, quod dicit Dama.* quod Deus est infinitus & æternus, & in circumscriptibilis.

RESPON. Dicendum, quod omnes antiqui philosophi attribuũt infinitum primo principio, ut dicitur in 3. phys.* Et hoc rationabiliter, considerãtes res effluere a primo principio in infinitũ. Sed quia quidã errauerunt circa naturam primi principii, consequens fuit, ut errarent circa infinitatem ipsius. quia. n. ponebant primum principiũ materiam, consequenter attribuerunt primo principio infinitatem materialem, dicentes, aliquod corpus infinitum esse primum principium rerum.

Considerandum est igitur, quod infinitum dicitur aliquid ex eo quod non est finitum. finitur autem quodammodo & materia per formam, & forma per materiam. Materia quidem per formam, inquantum materia, antequam recipiat formam, est in potentia ad multas formas, sed cum recipit unam, terminatur per illam. Forma uero finitur per materiam inquantum forma in se considerata, communis est ad multa, sed per hoc quod recipitur in materia fit forma determinatè huius rei. Materia autem perficitur per formam, per quam finitur. & ideo infinitum secundum ꝙ attribuitur materiæ, habet rationem imperfecti. est enim quasi materia non habens formam. Forma autem non perficitur per materiam, sed magis per eam eius amplitudo cõtrahitur. unde infinitum secũdum d qd se tenet ex parte formæ non determinatæ per materiam, habet rationem perfecti. illud autem quod est maximè d formale omnium est ipsum esse, ut ex superioribus patet*. cum igitur esse diuinum non sit esse receptum in aliquo. sed ipse sit suum esse subsistens, ut supra ostensum est, manifestum est quod ipse Deus sit infinitus & perfectus.

Et per hoc patet responsio ad primum.

AD SECVNDVM dicendum, ꝙ terminus quantitatis est sicut forma ipsius, cuius signum est, d quod figura, quæ consistit in terminatione quantitatis, est quædã forma circa quantitatem. Vnde infinitum quod competit quantitati est infinitum, quod se tenet ex parte materiæ, & tale infinitum non attribuitur Deo, ut dictum est*.

AD TERTIVM ergo dicendum, quod ex hoc ipso qd esse Dei est per se subsistens non receptum in aliquo, prout dicitur infinitum, distinguitur ab omnibus aliis, & alia remouentur ab eo. Sicut si esset albedo subsistens, ex hoc ipso quod non esset in alio, differret ab omni albedine, existente in subiecto.

lib. 1. Ortho. fidei cap. 4.
*3. Physic. tex. 30. t. 2.
D. 634.
D. 467. q. 4. ar. 1. & q. 3. ar. 4.
q. 3. ar. 4.
D. 613.
In cor. art.

ARTI-

semetipsum tamquam aliquod per se existens.sicut patet per exẽplum de albedine per se subsistente in litera. Remanet ergo Deus distinctus ab omni alio,& tamen infinitus secundum substãtiam. Nec est simile de loco,quoniam illud, quod ita est hic,quod non alibi,diffinitiue saltem ab uno loco distinguitur, ne sit in alio (ut spiritualia,)uel etiam circumscriptiue(ut corporalia.)

APPENDIX.

Vtilitas Ecclesiæ S.Dei

EX articulo habes primo, quomodo per rationem ostendas, merito dictum a Propheta Baruch.3. Magnus Dominus, & non habet finem, excelsus & immensus. Item a Papa Innoc. III. Extra de sum. Trin. & fi. cath. firmiter credimus, & simpliciter confitemur. quod Deus &c. est immensus. Item a regulis fidei catholicæ. (Hic liber est August. de fide ad Petrum)c. 9. firmissime tene, & nullatenus dubites, Trinitatem Deum esse immensum virtute non mole. Hæc omnia,pluraque huiusmodi, in iis similibusque uerbis talem sensum habent, quod scilicet Deus secundum substantiam suam & essentiam est infinitus. Secundo habes quomodo per rationem ueram intelligentiam prædicti sensus declares,atque defendas, falsamque oppugnes, ac expugnes. Tertio uides,quomodo ex his uicissim firmetur conclusio.

2

3

¶ NOT. Præsenti articulo seruit in ordine artic. 862. 134. 14.362.22.17.

Comm. Cardinalis Caietani.

IN titulo ly Deus, sumitur proprie,ut est nomen naturæ, ita quod de essentia,non de potentia,aut scientia Dei est quæstio. ly infinitum,cum sit nomen compositum ex in, & finitum habet ly in,negatiue,non priuatiue, ly uero finitum,terminos quantitatis perfectionalis dicit, cum finiti & infiniti ratio quantati congruet,secundum philosophum 1.phys. Et sicut duplex est quantitas,scilicet & molis & perfectionis,ita duplices sunt termini,& duplex est finitas & infinitas. hic autem cum exclusa iam sit quantitas molis a Deo,oportet intelligi de infinitate perfectionis. Et diligenter aduerte,quod quia,ut dicitur 3.physicorum,infinitum non est substantia,sed accidens rebus,consequẽs est, ut secundum rei naturam infinitas, aut finitas requiratur. Aliud siquidem est modus infinitatis rei,alius potentiæ,alius scientiæ. Infinitas siquidem quidditatiua attenditur penes exclusionem terminorum essentialium.puta differentiarum & similium, & quia in proposito quæstio est de infinitate naturæ diuinæ, ideo de infinitate perfectionis substantialis sermo est. Ita quod sensus est,utrum Deus secũdum suam essentiam sit tantæ perfectionis,quod omnes terminos seu limites essentiales excludat.

¶In corpore tria facit. primo, refert opinionem antiquorum. secundo, distinguit.de finitate & infinitate.tertio,rñdet quæsito.

¶Quo ad primum duo facit. Primum est apud antiquos, primum principium est infinitum,quia ex eo fiunt infinita. Secundũ, quidam antiquorum errantes, infinitatem molis attribuerunt primo,principio, quia posuerunt primum principium materiale, inde & consequens fuit ponere infinitatem quantitatiuam, eo q̃ quantitas sequitur materiam. Et sic error circa genus principii causauit errorem circa modum infinitatis.

¶Quo ad secundum,tam finitas quam infinitas perfectionis distinguitur,quia quædam se tenet ex parte materiæ,& quædam ex parte formæ. Et differunt in hoc, quod finitas ex parte materiæ dicit perfectionem,infinitas uero imperfectionem. ex parte uero formæ est econuerso.infinitas.n.dicit perfectionem, finitas autem imperfectionem, ut satis clare dicitur in litera.

¶Circa hanc partem,antequam ultra procedatur, est dubium tam contra finitatem quam contra infinitatem formæ. Contra finitatem quidem, quia forma bouis, imo apud S. Thom. etiam anima intellectiua perficitur ex coniunctione ad materiam,igitur finitas formæ non dicit imperfectionem,sed perfectionem. Cõtra infinitatem uero, quia negatio nullam perfectionem ponit, nec aliqua rex ex sola separatione ab alia perfectionem acquirit, igitur infinitas ex parte formæ non dicit perfectionem.

¶Ad primum horum dicitur,quod forma potest sumi dupliciter,scilicet absolute,in eo,quod forma,& secundum quid,idest in eo,quod talis,puta in formatiua materiæ,forma talis perficitur ex unione ad materiam,nõ autem forma in eo,quod forma. Et quia in proposito est sermo absolute secundum latitudinem formæ, cuius deteriorem partem constat esse illam, quæ est finibilis per materiam,altera parte libera,ac nullis materiæ terminis conclusibili remanente,ideo neganda est consequentia obiecta.

¶Ad secundum uero dicitur, quod licet negatio seu separatio non dicat formaliter perfectionem, dicit tamen fundamentaliter eam. Fundamentum enim negationis unibilitatis ad materiam, magnam perfectionem formæ significat,& hoc sufficit.

¶Quo ad tertium est una conclusio responsiua quęsito affirmatiue Deus est infinitus. Probatur,Deus est suum esse subsistens,ergo suum esse non est receptum in aliquo,ergo est infinitus, & perfectus, idest infinitæ perfectionis, scilicet infinitate tenente se ex parte formæ,antecedens patet ex quæst.3. Prima uero consequẽtia est per se nota, secunda autem probatur ex eo, quod esse est formalissimum omnium.

¶Circa hunc processum, dubium occurrit ex Scoto in 1. sent. distinct.2. respondendo primæ quæstioni, reprehendit siquidem radices,processum. Inquit in primis, quod processus noster est [illegible]lis, Forma finitur per materiam,ergo forma,quæ non est nota esse in materia, est infinita. Contra antecedens arguit. Omnis forma prius natura quam recipiatur in materia, est secundum se in tali gradu entium, igitur finita, uel infinita. Non igitur primo finitur per respectum ad negationem alicuius extrinseci,puta materiæ,uel cuiuscumque alterius. Contra processum uero, tũ quia sequeretur, quod essentia Angeli esset infinita, quia est forma nõ receptibilis in materia. Nec ualet,inquit, si dicatur,quod natura Angeli finitur per suum esse, quoniam apud nos,esse est posterius essentia,& sic natura in primo signo abstrahens ab esse cum sit infinita, ergo in secundo signo non est finibilis per esse. Tum quia peccat secundum sophisma consequentis, sicut illud tertio physico. Corpus finitur ad aliud corpus, ergo corpus non finitum ad aliquid aliud est infinitum. Circa eundem processum dubium occurrit,quia concesso toto, non uidebitur notitiis, quod sit responsum quæsito. Oportebat enim concludere, Deum esse perfectionis tantæ, ut omnes perfectionis limites excederet, nunc autem probatum est, q̃ Deus nullo est receptiuo coarctatus, quid distãs ualde uidetur a primo.

¶Ad euidentiam harum difficultatum,aduertendum est,quod litera occulte subdistinguit infinitatem formalem in infinitatem formæ & infinitatem esse,seu actus,qui est communior forma. Sicut enim duplex est actus scilicet esse,& forma,ita duplex est potentia receptiua,scilicet essentia & materia,& ita duplex est receptio & irreceptio,& similiter dupliciter duplex est finitas & infinita,semper loquendo ex parte actus. Et sicut esse est actus alterius rationis a forma,& essentia est alterius ordinis potentia a materia, ut differentia compositionis ex esse & essentia, & formæ in materia,& similiter finitas esse per essentiam,& formæ per materiam & econuerso,finitas essentiæ per esse & materiæ per formã. Et ut sigillatim dicatur, esse secundum se perfectionem quandã dicit, sed non potest imaginari quantam perfectionem dicat, nisi alicui naturæ intelligitur applicatum, puta sapientiæ, aut Gabrielis,&c.& ideo esse per hoc quod recipitur in aliqua essentia,limites perfectionis sortitur, secundum modum naturæ recipientis, ac per hoc si nulli omnino quidditati coniuncti ponitur,sed in seipso naturaliter subsistere, nullum essentialem terminum habebit. forma autem etsi secundum se perfectionem dicat, limitata tamen ad tantam perfectionem intelligi potest, etiam si nulli materiæ sit unibilis,ut de intelligentiis patet. Vnde manifeste colligitur quam differens sit finitio esse per essentiam,aut econuerso, & terminatio formæ per materiam, uel econuerso. penes illam namque attenditur finitum,uel infinitum simpliciter;penes istam uero finitum & infinitum secundum quid tantum. Verum quia esse & forma conueniunt in ratione actus, & receptibilis in alio, ideo ex finitate & infinitate formę ad infinitatem & finitatem esse procedi potest. Et proterea,litera ad insinuandam identitatem proportionalem inter vtriusque finitatem,& infinitatem, ex forma ad esse ascendit. ad insinuandam uero diuersam utriusque rationem,subsumpsit, non quod esse est prima forma, sed quod est formalissimum omnium. Et ex his patet facile responsio ad obiecta Scoti. Dico enim primo,quod antecedens illud,forma finitur per materiam,non loquitur de finitate simpliciter,sed tali,scilicet penes terminos materiales,& propterea obiectio nihil obstat. Et similiter ruunt instantiæ contra processum, quoniam uerum est naturam Angeli esse infinitam secundum quid. Et si instetur quo modo ergo ex illo fundamento probat litera infinitatem simpliciter ipsius Dei? patet responsio ex dictis.litera enim ex infinitate formæ,quæ est secundum q̃uid,manu duxit ad infinitatem formalissimi omnium,id est esse,quæ est simpliciter, & ex illa infert Deum infinitum simpliciter. Et quoniã eodem modo posset quis sequendo Scotum arguere de esse,sicut arguit de forma, ideo dico secundo, quod infinitum sicut & immateriale est prædicatum negatiuum, fundamentaliter tamen positiuum. Et sicut positiuũ clausum in ly immateriale,optime probatur ex naturali negatione materię,tam actu quam in potentia, ita positiuum clausum in significatione infiniti simpliciter,optime demonstratur conuenire Deo ex negatione terminorum essentialium,ut in litera fit. Vnde concedo quod esse prius natura est in seipso tantæ perfectionis, puta finitæ uel infinitæ, quam sit receptibile, aut irreceptibile in hoc uel illo, cum hoc tamen dico, q̃ hæc duo mutuo se consequantur,

quuntur, ita quod si esse est omnino irreceptibile, est infinitum simpliciter,& econuerso Et similiter si est finitum, est receptibile, & econuerso,& propterea potest argui a destructione antecedentis ad destructionem consequentis absque sophismate, ut in conuertibilibus contingit.

Et sic patet responsio ad Scotum.

¶ Ad id uero, quod nouitij obijciunt, ex dictis iam patere potest. iam enim ostensum est, quod omnimoda negatio receptionis ipsius esse subdatur super infinita perfectione simpliciter. Et aduerte quam formalis & ex proprijs doctrina sit S. Thomæ de essentiæ namque infinitate agens, essentiales terminos tãtum lustrauit nec digressus est ad concomitantiam, penes quæ attenditur infinitas potentiæ, aut intellectus, aut uoluntatis, ut alij minus perspicaces faciunt.

Ferr. 1. 5. d. 19. q. 2. ar. 1. Scot. 1. 5. d. 3. q. 5. Cap. 1. d. 43. q. 1. ar. 2. con. 1. Aegi. 1. 5. dist. 43. q. 2. pri. prin. &.

ARTICVLVS II.

Vtrum aliquid aliud quam Deus possit esse infinitum per essentiam.

AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur, quod aliquid aliud quam Deus possit esse infinitum per essentiam. Virtus enim rei proportionatur essentiæ eius. Si n. essentia Dei est infinita, oportet quod eius uirtus sit infinita. ergo potest producere effectum infinitum, cum quantitas uirtutis per effectũ cognoscatur.

¶ 2 Præt. Quidquid habet uirtutem infinitam, habet essentiam infinitam, sed intellectus creatus habet uirtutem infinitam (apprehendit enim uniuersale, quod se potest extendere ad infinita singularia) ergo omnis substantia intellectualis creata est infinita.

¶ 3 Præt. Materia prima aliud est a Deo ut supra ostensum est[*], sed materia prima est infinita, ergo aliquid aliud præter Deum potest esse infinitum.

SED CONTRA est, quod infinitum non potest esse ex principio aliquo, ut dicitur in 3. phys.[*] Omne autem quod est præter Deum est ex Deo, sicut ex primo principio. ergo nihil, quod est præter Deũ potest esse infinitum.

RESPON. Dicendum, quod aliquid præter Deum potest esse infinitum secundum quid, sed non [d] simpliciter, si enim loquamur de infinito secundum quod competit materiæ, manifestum est quod omne existens in actu habet aliquam formam; & sic materia eius est determinata per formã. Sed quia materia secundum quod est sub una forma substantiali, remanet in potentia ad multas formas accidentales, quod est finitum simpliciter, potest esse infinitum secundũ qd, utpote, lignum est finitum secundum suam formam, sed tamen est infinitum secundum quid, inquantum est in potentia ad figuras infinitas. Si autem loquamur de infinito secundum quod conuenit formæ, sic manifestum est, quod illa, quorum formæ sunt in materia, sũt simpliciter finita, & nullo modo infinita. Si autem sint aliquæ formæ creatæ non receptæ in materia, sed per se subsistentes, ut quidam de Angelis opinantur, erunt quidem [d] infinitæ secundum quid, inquantum huiusmodi formæ non terminantur, neque contrahuntur per aliquam materiam, sed quia forma creata sic subsistens habet esse, & non est suum esse, necesse est quod ipsum eius esse, sit receptum & contractum ad terminatam naturam. Vnde non potest esse infinitum simpliciter.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod hoc est contra rationem facti. quod essentia rei sit ipsum esse eius, quia esse subsistens non est esse creatum, unde contra rationem facti est, quod sit simpliciter infinitum. Sicut ergo Deus licet habeat potentiam infinitam, non tamen potest facere aliquid non factum, hoc enim esset contradictoria esse simul, ita non potest facere aliquid infinitum simpliciter.

AD SECVNDVM dicendum, q hoc ipsum, quod uirtus intellectus extendit se quodammodo ad infinita, procedit ex hoc, quod intellectus est forma non in materia, sed uel totaliter separata, sicut sunt substantiæ Angelorum, uel ad minus potentia intellectiua, quæ non est actus alicuius organi in anima intellectiua corpori coniuncta.

AD TERTIVM dicendum, quód materia prima non existit in rerum natura per seipsam, cum nõ sit ens in actu, sed potentia tantum. unde magis est aliquid concreatum, quam creatum. Nihilominus tamen materia prima etiam secundum potentiam non est [d] infinita simpliciter, sed secundum quid, quia eius potentia non se extendit, nisi ad formas naturales.

SVPER Q. VII. ART. II.

56 (q. 50. a. 24. & q. 6. 1. c. & 1. dis. 43. q. 1. ar. 2. c. & 1. met. to mo 10.)

CONCL. Aliquid præter Deum potest esse infinitum secũdum quid, sed non simpliciter.

¶ PROB. Quia materia sub forma remanet in potentia, ad multas formas, & forma immaterialis non contrahitur per materiam. Secunda autem pars, scilicet, sed non &c. probatur. Quia materia sub forma determinatur ꝑ formam, forma in materia determinatur per materiam, & esse receptum in essentia determinatur per essentiã.

1^m de conclusio. (q. 3. art. 2. & 1. ad 3.) Ergo potest &c. ℞. Nisi hoc, scilicet aliquod factum simpliciter esse infinitum, implicaret cõtradictionem. §. Vt bene declaratur in litera. Defect[*] ergo est ex parte facti, non ex parte Dei. (3. Physic. tex. 10. tomo 2.)

2^m de maiori. Essentiam infinitam. ℞. Vel simpliciter, uel secundum quid. §. secundum, scilicet quod habet uirtutem infinitã. Tunc &c. Nam uirtus illa intellectus est infinita tantum secundum quid, id est in genere intelligibilium, & ideo essentia sua non est infinita nisi secundum qd, ut declaratur in litera. (D. 736.)

3^m de minori. Est infinita. ℞. Secundum quid, non, simpliciter. §. Tunc nihil &c. ut patet inspicienti conclusionem.

APPEN-

APPENDIX.

EX articulo habes primo, quomodo, per rationem ostendas, recte dictum esse uirtualiter ab Innocentio Papa, quod nihil præter Deum potest esse simpliciter infinitũ, quando de sum. Trin. & fid. Cathol. dixit, firmiter credimus, & simpliciter confitemur q &c. Deus est unum uniuersorum principium. Hoc & idem dictum a symbolo fidei ibi, factorem cœli, & terræ uisibilium omnium, & inuisibilium. Nam si infinitum non potest esse ex principio aliquo, ut habetur 3. phisic. tex. 30. sequitur aperte, quod dum quis dicit a Deo, tamquam a principio, omnia creata esse, per hoc testatur, quod nullum creatum est infinitum simpliciter, seu per essentiam. Secundo habes quomodo sensum hunc catholicum Conciliorum ipsorum defendas ab his, qui ponerent, uel aliquod non esse a Deo tamquam a principio, iuxta intentionem Ecclesiæ ubi supra de sum. Trin. (.i. tã quam a principio effectiuo, exẽplari, finali,) uel aliqđ præter Deũ esse infinitum per essẽtiã. Tertio uides, quomodo ex his firmetur uicissim conclusio.

(Vtilitas Ecclesiæ S. Dei. — D. 111. — 2 — 3 — D. 854.)

¶ NOT. Præsenti articulo seruit articulus in ordine 162. 171. 21. 15. 151. 242. 433. 15. 241.

ARTI-

Comm. Cardinalis Caietani.

IN titulo aduerte, ly infinitum per essentiam, non significat idem quod res infinitæ perfectionis, quia ly infinitum, non accipitur hic ad infinitum tenens se ex parte formæ, quod dicit perfectionem, sed tenetur communiter, ut continet etiam infinitum ex parte materiæ, ut patet ex processu in corpore articuli, & in argumento tertio. Vnde infinitum per essentiam idem significat quod res essentiæ indeterminatæ omnino, id est, nec ad genus nec ad speciem aliquam, & hoc siue per se, siue reductiue. Et est quæstio de rebus singularibus, quarum tantummodo est, inueniri posse in rerum natura, quod dico propter res in abstractione sumptas, quas contingit adeo abstrahere, ut secundum aliquam rationem ad nullum sint genus arctatæ, tamen secundum rem etiam illa ratio in hac re existens ad aliquod est genus & speciem determinata.

minata. Ens enim in homine est in specie humana, &c. Ita q; sensus quõnis est, an præter Deum aliqua res in rerum natura existens, actu uel potentia, sit essentiæ indeterminatæ simpliciter.

¶In corpore unica est conclusio responsiua quæsito negatiue. Nulla res alia a Deo est infinita simpliciter, quamuis possit esse infinita secundum quid. Hæc conclusio habet duas partes, ut patet, & in litera quo ad utramque probatur, uerum quia infinitum est duplex, scilicet ex parte potentiæ, seorsum primo probat utrãque conclusionis partem in infinito materiali, deinde in formali. De illo, quia materia semper finitur per formam aliquã, ac per hoc non est infinita simpliciter, & tamen quia remanet in potentia ad infinitas formas, datur infinitum secundum quid. De hoc uero, quia forma creata, aut est in materia, & consequenter finitur per eam, aut subsistens sine materia & recipiens esse & hæc, quia sine materia, ideo infinita secundum quid, id est secundum terminos materiales, quia tamen habet esse receptum, est finita simpliciter. esse enim coaptatum ita huic certæ naturæ, quod nõ alii, limitatum oportet esse simpliciter, alioquin omnis in se naturæ perfectionem contineret, & a partibus uniuersi sufficienter enumeratis, conclusio uniuersalis proposita probata est, & satis clare, si præcedentia recolantur.

¶Aduerte nouitie, quod non dubitando, sed philosophico more deferendo proprio tractatui de Angelis inferius habendo, dicit quosdam opinari Angelos esse subsistentes substantias.

Cap. 2. d. 1. q. 1. art. 1.

SVPER Q. VII. ART. III.

CONCL. I. Impossibile est, aliquod corpus naturale esse infinitum.

¶PROB. Quia omne corpus naturale habet formam determinatam, & consequenter determinata. Secunda quia omne corpus naturale, habet aliquem motum naturalem, & corpus infinitum moueri non potest.

¶CONCL. 2. Impossibile est corpus aliqđ Mathematicũ esse actu infinitum.

¶PROB. Quia corpus Mathematicũ non potest fingi in actu, nisi sit formatum & consequenter figuratum.

1m de minori.

Infinito. R. In quadam potentia considerato, non, in actu. §. Tunc nihil &c. Nam conclusio loquitur de infinito actuali.

2m de maiori.

Rationem. R. Genericam, & specificam simul, nõ, genericam tantum. §. Tunc &c. Nam infinitum esse est cõtra rationẽ cuiuslibet speciei magnitudinis, & impossibile est aliquod eẽ actu in genere, qđ non est in aliqua eius specie.

3m minor. Sed cõtraria, &c. R. Si ambo cõtraria

37 Veri. q. 2. art. 2. & 9. quoli. ar. 1. & 12. quoli. art. 2.

*2. Physic. tex. 18. t. 3.

ARTICVLVS III.

Vtrum possit esse aliquid infinitum actu, secundum magnitudinem.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur q; possit esse aliquid infinitum actu secundum magnitudinem. In scientiis enim mathematicis non inuenitur falsũm, quia abstrahentium non est mendacium, ut dicitur* in 2. phys. sed scientię mathematicæ utuntur infinito secundum magnitudinem, dicit. n. Geometra in suis demonstrationibus, sit linea talis infinita. ergo non est impossibile aliquid esse infinitum secundum magnitudinem.

¶2 Præt. Id, quod non est contra rationem alicuius, non est impossibile conuenire sibi, sed esse infinitum non est contra rationem magnitudinis, sed magis finitum & infinitum uidentur esse passiones quantitatis, ergo non est impossibile aliquam magnitudinem esse infinitam.

¶3 Præt. Magnitudo diuisibilis est in infinitum, Sic enim diffinitur continuum, quod est in infinitum diuisibile, ut patet in 3. physic. Sed contraria nata sunt fieri circa idem, cum ergo diuisioni opponatur additio, & diminutioni augmentum, uidetur quod magnitudo possit crescere in infinitũ, ergo possibile est esse magnitudinem infinitum.

¶4 Præt. Motus & tempus habent quantitatem, & continuitatem a magnitudine, super quam transit motus, ut dicitur in quarto physic. sed non est contra rationem temporis & motus quod sint infinita, cum unumquodque indiuisibile signatum in tempore, & motu circulari sit principium, & finis. ergo nec contra rationem magnitudinis erit quod sit infinita.

SED CONTRA. Omne corpus superficiem habet, sed omne corpus superficiem habens est finitum, quia superficies est terminus corporis finiti. ergo omne corpus est finitum. Et similiter potest dici de superficie, & linea. nihil est ergo infinitum secundum magnitudinem.

RESPON. Dicendum, quod aliud est esse infinitum secundum suam essentiam, & secundum magnitudinem. Dato enim quod esset aliquod corpus infinitum secũdum magnitudinem, utpote ignis uel aer, non tamen esset infinitum secundum essentiam, quia essentia sua esset terminata ad aliquam speciem per formam, & ad aliquod indiuiduum per materiam. Et ideo habito ex præmissis, quod nulla creatura est infinita secundum essentiam, adhuc restat inquirere, utrum aliquid creatum sit infinitum secundum magnitudinem. Sciendum est igitur, quod corpus, qđ est magnitudo completa, dupliciter sumitur, scilicet mathematice, secundum quod consideratur in eo sola quantitas, & naturaliter, secundum quod consideratur in eo materia & forma. Et de corpore quidem naturali, quod non possit esse infinitum in actu manifestum est. Nam omne corpus naturale aliquam formam substantialem habet determinatam; cum igitur ad formam substantialem consequantur accidentia, necesse est quod ad determinatam formam consequantur determinata accidentia, inter quæ est quantitas. Vnde omne corpus naturale habet determinatã quantitatem, & in maius & in minus. Vnde impossibile est aliquod corpus naturale est aliquod corpus naturale infinitum esse. Hoc etiam ex motu patet, quia omne corpus naturale habet aliquem motum naturalem, corpus autem infinitum non posset habere aliquem motum naturalem, nec rectum, quia nihil mouetur naturaliter motu recto, nisi cum est extra suum locum, quod corpori infinito accidere non posset, occuparet enim omnia loca, & sic indifferenter quilibet locus esset locus eius, & similiter etiã neque secundum motum circularem quia in motu circulari oportet, quod una pars corporis transferatur ad locũ, in quo fuit alia pars, quod in corpore circulari, si ponatur infinitum, esse non posset, quia duæ lineæ protractæ a centro, quanto longius protrahuntur a centro, tanto longius distant ab inuicem, si ergo corpus esset infinitum, in infinitum lineæ distarent ab inuicem, & sic una numquam posset peruenire ad locum alterius. de corpore etiam mathematico eadem ratio est, quia si imaginemur corpus mathematicum existens actu, oportet quod imaginemur ipsum sub aliqua forma, quia nihil est actu nisi per suam formam, unde cum forma quanti inquantum huiusmodi sit figura, oportebit quod habeat aliquam figuram, & sic erit finitum, est enim figura, quæ termino, uel terminis comprehenditur.

Ex primo Physic.

Ex primo celi.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod Geometer non indiget sumere aliquam lineam esse infinitam actu, sed indiget accipere aliquam lineam finitam actu, a qua possit subtrahi quantũ necesse est, & hanc nominat lineã infinitã.

AD SECVNDVM dicendum, q; licet infinitum non sit contra rationem magnitudinis in communi, est tamẽ contra rationem cuiuslibet speciei eius, scilicet contra rationẽ magnitudinis bicubitæ, uel tricubitæ, siue circularis, uel triangularis, & similium. non autem est possibile in genere esse quod in nulla specie est, unde non est possibile esse aliquam magnitudinem infinitam, cum nulla species magnitudinis sit infinita.

AD TERTIVM dicendum, quod infinitum quod conuenit quantitati, ut dictum est*, se tenet ex parte materiæ, per diuisionem autem totius acceditur ad materiam, nam partes d se habent in ratione materiæ, per additionẽ autem acceditur ad totum secundum q; se habet in ratione formæ, & ideo non inuenitur infinitum in additione magnitudinis, sed in diuisione tantum.

art. 1. huius q. ad 2.
D. 732.
D. 852.

AD

ria ueniantur in rerum natura,non aliter.§. Tunc &c. Non enim inuenitur infinitum in additione magnitudinis,sicut in eius diuisione,propter rationem dictam in litera.

4^m de minori. Habent quantitatem. ℞. Sed non modum existendi quantitatis.§. Hic modus est esse secundum totum in actu simul. Tunc &c vt patet litera dic, quod præsens conclusio, sicut & articuli sequentis,(ut patet ex ad primum) loquitur de actu non quomodocunque sed de esse actu secundum totum simul. Ergo dari magnitudinem actu, ſm totum infinitā.(si esset possibile)non est contra conclusionem,sed, dari magnitudinē actu, secundum totum simul infinitam, esset contra conclusionem.

AD QVARTVM dicendum, ꝙ motus, & tempus non sunt secundum totum in actu, sed successiue, unde habent potentiam permistam actui. Sed magnitudo est tota in actu, & ideo infinitum, quod conuenit quantitati, & se tenet ex parte materiæ, repugnat totalitati magnitudinis, non autem totalitati temporis uel motus, esse enim in potentia conuenit materiæ.

ARTI-

APPEN-

APPENDIX.

EX articulo habes primo, quomodo per rationem ostendas, philosophum iure in 3.phys.tex.56.dixisse. Magnitudinē non esse actu infinitam. Itē tex.68. quia magnitudo non est augmentabilis in infinitum. Item tex. 35. quod corpus quodlibet aut una aut pluribus superficiebus terminatum est. Secundo habes quomodo per rationem huiusmodi loca declares declarataque tueris. Tertio uides, quomodo ex his vicissim conclusio stabiliatur.

Vtilitas p Ecclesia S.Dei.

1 2 3

¶ NOT. Isti articulo seruit articulus in ordine 136.35.

Comm. Cardinalis Caietani.

IN titulo possit simpliciter, secundum potentiam logicam.

¶ In corpore tria. primo,assignat causam quæstionis, quod non est uana,sed necessaria. secundo, distinguit.tertio respondet quæsito.

¶ Quo ad primum necessitas quæsiti ostenditur extraneitate infinitatis,secundum magnitudinem ab infinitate essentiæ, quia, scilicet aliud est esse infinitum secundum essentiam, & aliud secundum quantitatem, & probatur, cum naturalibus. Vbi aduerte,quod inter istas infinitates est duplex differentia. Vna separationis,qua una non est alia,& hæc est manifesta,dum in Deo reperitur infinitas essentiæ absque quantitate, & in istis inueniri forte potest infinitas quantitatis, absque infinitate essentiæ, ut patet in conditionali posita in litera. Altera consecutionis, quia una non infert aliam,quia. s.nec infinitum, secundum essentiam infert infinitum quantitatis,nec quod magis dubitari poterat, infinita magnitudo infert infinitam essentiam, ut in litera ostenditur, si esset ignis infinitus. & de hac differentia interpretanda est litera, quoniam est admodum ad propositum.

¶ Circa hanc partem,statim occurrit dubium,nouitiorum mentem turbans,eo quod,ut dicitur octauo physicorum,in magnitudine infinita oportet esse uirtutem infinitam,ergo essentiam infinitam.uirtus enim non excedit essentiam.quare,si esset ignis infinitus,esset uirtutis infinitæ,& consequenter essentiæ infinitæ.falsum est ergo,quod in litera dicitur,quod si esset magnitudo infinita, non haberet essentiam infinitam.

¶ Ad hoc breuiter dicitur,quod obiectio laborat in æquiuoco, ly enim infinita essentia,potest intelligi dupliciter. Primo de infinitate propria essentiæ, inquantum essentia, quæ, ut ex dictis patet,nihil aliud est quam indeterminatio,idest,carentia terminorū essentialium,scilicet generis & differentiæ. Secundo de infinitate communiter sumpta siue quantitatiua,&c. In proposito,obiectio procedit de infinitate secundo modo. Litera autem loquitur de infinitate primo modo, & ideo signanter in litera dicitur, infinitum secundum essentiam, & non dicitur infinita essentia. Melius enim explicatur infinitas essentialis per ly secundum essentiam, vt patet.

¶ Quo ad secundum distinctio est ista, corpus potest sumi dupliciter,physicé,pro subiecto trinæ,dimensionis,& mathematice, pro ipsa trina dimensione absolute. litera est satis clara.

¶ Aduerte hic,quod famosa illa distinctio corporis, positi a Magno Alberto in primo physico.de corpore triplici scilicet mathematico,physico, & metaphysico, quamuis non habeatur explicite a Sancto Thoma, doctrinæ tamen suæ non solum non aduersatur, sed congruit, quoniam apud ipsum etiam compositum ex materia & forma substantiali, ut præuenit aptitudinem suipsius ad quantitatem & motum, corpus est ad metaphysici considerationem spectans. Sed quoniam respectu infinitatis secundum magnitudinem, corpus physicum & metaphysicum non ponunt in numerum, ideo hic substratum trinæ dimensioni compositum,s. ex materia & forma,unicum tantum membrum constituit,& corpus physicum appellatur, quia secundum formam naturalem speciem sortitur, ut patet inductiue.

¶ Quo ad tertium respondetur quæsito iuxta duo distinctionis positæ membra,duabus conclusionibus negatiue. Prima est,nullum corpus naturale potest esse infinitum secundum magnitudinem. Probatur dupliciter,primo a priori. formam substantialem sequuntur accidentia, ergo determinatum formam determinata accidentia,ergo determinata quantitas & in maius & in minus,ergo omne corpus naturale habet determinatam quantitatem, & in maius,& in minus,ergo non potest esse actu infinitum. Secunda consequentia probatur, quia quantitas est unum de accidentibus, sequentibus formam substantialem. tertia uero probatur, quia omne corpus naturale habet determinatam formam substantialem.

¶ Circa primam consequentiam, dubium occurrit, quem sensum habeat. Aut enim ly determinata accidentia importat determinationem genericam,seu specificam, & tunc est sensus,quod talem formam in specie,puta ignis,sequuntur talia accidentia secundum speciem,puta calor,lux, talis figura,leuitas, &c.iuxta hūc sensum consequentia est optima,sed non infert propositum, ex tali enim sensu non sequitur secunda consequentia. Ergo quantitas determinata & in maius,& in minus. Quantitas enim maior & minor non sunt diuersarum specierum,ut patet. Aut significat etiā determinationem gradualem, quo ad qualitates, & extensiones, quo ad quantitatem,& tunc est sensus, quod formam determinatam sequuntur non solum ita hæc accidentia secundum speciem, quod non illa, sed ita accidentia in tali gradu seu extensione, ꝙ non in alio. Et secundum hunc sensum,proculdubio est hic intenta,sed potest adhuc dupliciter intelligi. Primo quod certam formam sequuntur determinata accidentia non solum in toto, sed in omnibus, & singulis partibus, puta quod formam aquæ sequitur certa quantitas non solū in aliqua tota aqua,sed in quibuscūque partibus integralibus. & hic sensus alienus est a ueritate, & proposito; quoniam non datur minima pars aquæ, aut albi,ut dicitur in lib.de sensu,& sensato, sed quacumque parte data, datur minori inexistens in homogeneis. Secūdo,quod certam formam sequuntur determinata accidentia in toto,& partibus possibilibus seorsum existere. Et hic sensus est directe intentus, quoniam in partibus inexistentibus tantum non est proprie forma,sed formæ pars tam actu, quam potentia,in litera autem dicitur, quod formam determinatam sequuntur accidentia, & quantitas determinata.Sed unde in hoc sensu consequentia valeat,quoque sit illius fundamentum,latet. Et ideo uertitur in dubium. Primo quo ad determinationem,quantitatis in minus. Secundo quo ad determinationem eiusdem in maius.

¶ Scotus in secundo senten.dist.2.q.9. nititur probare oppositum, & sustinere quod non datur minimum in homogeneis substantiis, potens per se existere, sed quacumque aqua data, potest minor per se existere, & sic forma eius non determinat sibi certā quantitatem in minus,ut in litera dicitur. Arguit ergo ex ratione quanti quinto metaph.sic. Non magis essentiale est,quāto posse diuidi in partes,quam quod utrumque eorū, in quæ diuiditur possit esse hoc aliquid.ergo singulæ partes quantæcumque aquæ possunt per se existere. Antecedens patet ex 5.meta. consequentia uero manifesta est ex se,& nihilominus consequens confirmatur quadrupliciter. Tum quia partes sunt eiusdem rationis cum toto quo ad materiam,& formam.ergo per se existere,quod non repugnat toti,non repugnat parti. Tum quia quælibet pars habet naturam,unde non repugnat sibi esse indiuiduum eiusdem speciei cum toto. ergo potest esse indiuiduum, & consequenter per se existere. Tum quia partes sunt naturaliter priores toto. ergo eis non repugnāt esse prius tempore,&c. Tum quia posita illa aqua minima circumscripto omni corruptiuo, etiam continente si diuidatur,aut post diuisionem,quæ erat una aqua in actu & multę in potentia, erunt aquæ plures in actu, & habetur intentum, aut non, & si non. ergo annihilata est aqua absque corruptiuo.probatur,quia sola diuisio non corrumpit probatur,quia diuidit in partes homogeneas ex quib.constat totum,ergo diuidit in aquas,aut aqua componitur ex non aquis,ut partibus integralib. Nec est.inquit, repugnantia ex parte paruæ quantitatis, quia forma aquæ cum tam parua quantitate præfuit.

¶ Contra determinationem uero quantitatis in maius, arguitur ratione,& authoritate. Ratione quidem,dato quocumq; igne si appo-

si apponatur combustibile dispositum . certum est quod comburet. Illud ergo crescit quantum est ex se in infinitum. Et confirmatur authoritate Arist. 2 de anima, tex. 41. ignis augeretur, in infinitum, si in infinitum apponeretur combustibile. non ergo datur maximus ignis.

¶ Ad euidentiam huius difficultatis nota primo, quod non intendimus hic tractare totaliter de maximo, & minimo quoniam esset extra propositum, sed solum an detur maximum, & minimum ex intrinseco, hoc enim exigit ratio assumpta in litera, uolens, quod ex intrinseco, ex forma scilicet substantiali, una quoq; substantia naturalis uendicet sibi certam quantitatem, tam in maius, quam in minus, & ideo has paucas rationes in hac disputatione adduximus. Fiet autem Deo dante specialis quæstio de maximo, & minimo uniuersaliter. Nota secundo, quod duas rationes ab Aristo habemus ad hoc. Alteram primo physico, tex. trigesimo sexto, scilicet quantitas totius consurgit ex quantitatibus partiũ, &c. Sed ista ratio, ut patet procedit ex suppositione, supponit. n. dari maximum, & concludit dari minimum, alioquin totum non esset certæ quantitatis. Alteram in primo de anima, textu quadragesimoprimo scilicet omnium natura constantium determinata est ratio. &c. Et hæc ratio. ut inquit Scotus, loquitur de animatis, in quibus tantum habet locum augmentum proprie dictũ, de quo ibi est sermo. Verum quicquid sit de illo textu Sanctus Thomas, uniuersalizauit illam, & quod ibi de anima dicitur de omni forma substantiali assumpsit, scilicet quod uendicat sibi certam quantitatem, & probauit eam secundum doctrinam traditam quinto metaphysicorum, & secundo physicorum, scilicet quod causæ effectibus, & econuerso comparantur, & commensurantur. Ex hoc enim sequitur, quod si formam substantialem naturaliter in communi sequitur quantitas, ergo determinatam formam determinata quantitas, sed quantitas non alio modo determinat, quam secundum terminos, non enim corporeitas hominis, & aquæ differt specie, ut posset dici, quod determinatam formam sequitur determinata quantitas secundum speciem, igitur sequitur quantitas determinata secundum terminos. Quamuis etiam si quantitates differrent specie, adhuc tamen haberetur fundamentum consequentiæ, ex eo quod determinata forma est uis determinate, ac per hoc nihil consequens ad ipsam potest esse infinitum, si enim haberet calorem, raritatem, quantitatem, aut quodcumque accidens infinitum, iam a forma finita esset uis infinita, quod non est intelligibile, quia ergo formam physicam in communi sequuntur accidentia consequens est ut certam formam, ac per hoc rem certæ uis sequantur certa accidentia, non solum ita hæc, quod non illa, sed etiam ita in tali gradu, uel termino summo, imo uel medio, quod non in maiori aut minori. & sic habetur, unde tenet consequentia literæ, non solum de quantitate, sed de omnibus accidentibus.

¶ Ad rationem ergo Scoti, (concesso antecedente) negatur cõsequentia, & ratio est, quia utrumque scilicet diuidi in partes, & illas posse esse hoc aliquid, si realiter intelligatur, nõ conuenit quãto per se positiue, sed non repugnanter, ut patet de quantitate cęli. Quantum enim illud, nec potest actuali diuisione diuidi, nec potest aliqua pars eiusdem, seorsum existere. & tamẽ, est uere quantum. Vtraque ergo conditio posita in ratione quanti potest impediri ne exerceatur a forma naturali, quę coniuncta est quantitas. Vnde illa diffinitio conuenit quanto ut sic, & tamen alicui quanto repugnat. Et si contra hoc afferatur ratio illa Scoti, quandocunque aliqua per se consequentia aliqua duo sunt incompossibilia, & illa duo sunt incompossibilia, sed conditiones quanti & formę minimi sunt incompossibiles, ergo quantum & forma minimi sunt incompossibiles. Respondetur primo applicando totum argumentum ad naturam cęli, quæ non patitur diuisionem.

¶ Secundo, quia multiplicare non est soluere, quod illa maior est uera de per se consequentibus positiue, non autem non repugnanter. unde uelocitabilitas in infinitum, conuenit motui per se non repugnanter, inde & demonstratur de eo, motui in naturali cuilibet repugnat, ut patet secundo cęli. textu trigesimonono, & propterea motus, & naturalitas non sunt incompossibiles. Posset tamen aliter dici, quod illæ conditiones non intelliguntur secundum actualem diuisionem, sed secundum designationem & quod sic, omne quantum est diuisibile, & quælibet pars potest esse hoc aliquid secundum designationem, & tunc etiam nihil contra propositum nostrum sequitur.

¶ Ad primam confirmationem negatur sequela, quia aliquam conditionem requirit forma aquæ in per se primo perfectibili, quam non requirit in parte illius. Vna autem harum conditionum est tanta quantitas, & simile est iudicium de tanto calore, &c.

¶ Ad secundam quoque eodem modo dicitur, quod non sufficit ad posse esse indiuiduum eiusdem speciei communicare in natura, sed oportet adiungere conditiones requisitas ad per se existere. Quicquid enim habet naturam aquæ cum conditionibus necessarijs ad per se existendum, potest esse aquæ indiuiduum, & non aliter.

¶ Ad tertiam negatur consequentia quo ad partes inexistentes tantum.

¶ Ad ultimum dicitur quod si poneretur minimus ignis tantummodo, & diuideretur, quod nõ solum corrumperetur, sed annihilaretur, licet tam antecedens, quam consequens sit impossibile. Nec oportet quærere aliud destructiuum, quam diuisionem, quoniam etsi diuisio ut sic non sit corruptiua, diuisio tamen talis, scilicet minimi naturalis, est uniuersaliter corruptiua, & in tali ca su annihilatiua. Nec ignis minim⁹ est unus in actu & multus in potentia, nisi eo modo quo partes dicuntur esse in potentia in toto, quia scilicet sunt per se esse non proprium, sed totius, sicut & partes cęli sunt in toto in potentia.

¶ Ad ea uero, quæ contra maximum obiiciuntur, respondetur, quod maximum ignem dari, potest intelligi dupliciter, uno modo loquendo de indiuiduo ignis per se uno. alio modo de uno quasi per aggregationem. Et dico, quod datur extrinsece maximus, & minimus ignis in per se uno indiuiduo. quamuis non detur maximus unus quasi per aggregationem, nisi ab extrinsece, quia scilicet uniuersi natura non patitur ignem superare cætera elemẽta, &c. Vocatur autem ignis indiuiduum per se unum, illud quod cõstat sic ex una necessario in actu tam forma, quam materia, quod per solam diuisionem non possent fieri duo ignes. Nec hoc consistit in indiuisibili, sed tota latitudo a quantitate minima ignis, ad quantitatem duorum minimorum exclusiue, constituit per se unum numero ignem. Quantitas autem duorum minimorum, & maior facit unum quasi per aggregationem. Et idem est iudicium de aqua, & aliis elementis, & huiusmodi humidis. Nec ex his modis intelligas plantam non esse per se unam, quæ est una in actu & multæ in potentia, quoniam partes plantæ organicæ sunt. Et ad complementum naturale indiuidui eius requiritur, quod habeat omnes partes, &c. Non sic est in huiusmodi homogeneis, ut patet. Opposito ergo combustibili cuicumque igni, &c. concedendum est, quod combureret, & quod cresceret in infinitum, sed non esset per se unus numero ignis. Et sic patet responsio ad authoritatem Aristotelis.

¶ Circa probationem secundæ consequentiæ occurrit dubium, quia falsum assumitur, scilicet quod quantitas sit unum accidentium sequentium formam substantialem, cum constet quantitatem esse accidens consequens materiam. Nec ualet dicere, quod quantitas consideratur dupliciter, scilicet absolute, & ut terminata, & quod licet absolute sit consequens materiam, terminatio tamen eius sequitur formam. hæc enim, licet sint uera, non tamen ad propositum, quia litera ex hoc quod quantitas consequitur formam infert. ergo est terminata. unde si assumptum esset quod quantitas quo ad terminationem sequitur formam, esset petitio principij.

¶ Ad hoc uidetur dicendum, quantitatem dupliciter sumi posse. Vno modo secundum, id, quod est in ea de actu, & sic sequitur formam: alio modo secundum id quod est in ea de potentia, & sic sequitur materiam. Et quoniam plurimum in ea est quod spectat ad materiam potentiæ, ut patet in definitione quanti 5. metap. ideo absolute ponitur accidens consequens compositum ratione materiæ. Et quoniam in proposito est sermo de quantitate in actu, quia de infinito in actu, ideo in proposito utens litera quantitate ex parte actus, attribuit ipsam formæ, & ex hoc quod ipsa secundum quod est actu sequitur formam, infert. ergo est terminata sicut cætera consequentia formam.

¶ Secundo probatur conclusio ex ratione mobilitatis. Omne corpus naturale habet aliquem motum naturalem, ex primo cœli, tex. quinto. Nullum corpus infinitum est naturaliter mobile. ergo. Probatur minor, utendo distinctione motus naturalis facta primo cœli. Quia non potest moueri motu recto, eo quod omne tale potest extra locum suum saltem secundum partes esse. Nec motu circulari, eo quod lineæ a centro circuli protractæ, quanto longius protrahuntur, tanto inter se magis distant. ergo in corpore infinito distarent inter se infinite, ergo numquam una perueniret ad locum alterius, ergo numquam una pars corporis infiniti circularis, potest uenire ad locum ubi est alia. ergo implicat ipsum moueri, & sumpta est hæc ratio ex primo cęli, textu trigesimoprimo.

¶ Secunda conclusio est, nullum corpus mathematicum potest esse infinitum in actu: probatur, si est corpus actu, ergo habet formam, ergo figuram. ergo terminum, ergo non est infinitum. prima consequentia probatur, quia nihil est actu nisi per formam suam. Secunda uero, quia forma corporis de genere quantitatis, ut sic, est figura. tertia autem ex diffinitioue figuræ, & hæc ratio sumpta est ex tertio physicorum, tex. 40.

¶ In responsione ad secundum aduerte, quod si diligenter inspiciatur, negat infinitum esse passionem quantitatis, quamuis concedat ei non repugnare. Et si contra hoc afferatur textus decimusquintus primi phys. finiti & infiniti, ratio quantitati congruit, in promptu est responsio, quod hoc nõ ideo dicitur, quod quantitas uendicat sibi infinitatem, sed econuerso, quia infinitas uendicat sibi quantitatem, quoniam non est intelligibile infinitum, nisi quantum,

¶ Ad

quantum, sicut etiam dicitur, uacui ratio conuenit loco. intendūt enim per hoc philosophi, quod si ista inueniuntur, oportet reperiri in quantitate & loco, &c.

¶ In responsione ad tertium aduerte, ꝙ licet responsio sumpta sit ex tertio physico. ex quo sumptæ et reliquæ responsiones. ad primum quidem ex textu septuagesimo primo, ad quartum autē ex septuagesimoquarto. Ad hoc uero ex sexagesimosexto. Licet inquam ita sit, obstant tamen huic responsioni dicta S. Tho. in 3. part. q. 9. ar. 12. & in 3. sent. dist. 13. q. 1. art. 2. q. 3. ad 1. imo etiam hic in articulo sequenti in responsione ad secundum, concedendo augmentum figurarum in infinitum. in tertio quoque physico. expresse Aristoteles concedit tex. 59. & 60. magnitudinem augeri in infinitum, sicut & diuidi.

¶ Ad hoc breuiter respondetur cum Arist. ibidem quod, magnitudinem augeri, in infinitum, potest dupliciter intelligi. Primo ea ratione, quia semper potest fieri sibi additio secundum partes proportionales, & sic ibidem dicitur, quod augeri potest in infinitū, sed per tale augmentum numquam excedetur certa magnitudo signata. Secundo, quia semper potest fieri additio simpliciter, ita quod excedat omnem certam quantitem. Et sic distinguendum est, quia aut loquimur de magnitudine, stando infra limites continui, aut de ea ut induit rationem discreti. Primo modo, nec augmento naturali, nec intellectuali, continuum est augmentabile in infinitum, & causa assignatur in litera.

¶ Secundo modo autem augmentabile est in infinitum, sicut & numerus, & ad hoc pertinet augmentum figurarum in infinitum. Dixi

Dixi autem de continuo ut sic, quod nec intelligibili augmento est augmentabile in infinitum, non quod intellectus non possit, quacumque magnitudine data, fingere maiorem, & sic infinitum, sed quoniam in natura continui ut sic, non est potentia ad huiusmodi augmentum, in natura tamen numeri materialis est, & similiter in natura continui est potentia ad diminutionem in infinitum, ut patet ex eius ratione. Et sic omnia consonant, diuersis modis intellecta.

¶ Circa rationem assignatam in litera, dubium occurrit ex Scoto in tertio senten. distinct. decimatertia, quæstione prima. impugnat siquidem eam sic. Quilibet numerus est unus secundum se formaliter ex octauo Meta. ergo in augmentationi numeri accedit ur ad formam. ergo accessus ad formam non prohibet augmentum in infinitum. ergo male in litera dicitur, quod ideo magnitudo non augetur in infinitum, quia accedit ad totum & formam.

¶ Ad hoc dicitur, quod cum numerus augmentabilis in infinitum non sit quilibet numerus, sed numerus continuorum, ut patet tertio physi. textu 68. Augmentatio numeri non accedit ad numerum simpliciter, sed talem, s. partium continui, ac per hoc manifeste acceditur non ad totum, sed ad partem, sicut & diuisio continui ex qua causatur, augmentatio autem continui ad totū simpliciter accedit. Neganda est ergo prima consequentia Scoti, quoniam a numero ad numerum talem, idest, materialem arguit, qđ non licet in proposito, quia ly materialis, minuit rationem numeri, quo ad formalitatem, quia addit materialitatem formæ, & permiscet actum potentiæ, ut patet.

Cap. 1. d. 43. q. 1. ar. 4. con. 3. d. 43. q. 1. a. 2. con. 4.
Banens eod. loc.

SVPER Q. VII. ART. IIII.

38

Veri. q. 2. ar. 10. Et 9. quol. art. 1.

CONCL. 1. Impossibile est esse multitudinem actu infinitam per se.

¶ PROB. Quia tunc aliquid dependeret ex infinitis, & consequenter eius generatio nūquam compleretur, (quod est inconueniens).

¶ CONCL. 2. Impossibile est esse actu multitudinem infinitā per accidens.

¶ PROB. 1. Quia oportet, omnem multitudinem esse in aliqua specie multitudinis, & omnis species multitudinis est finita. Secundo quia oportet, omnem multitudinem in rerum natura existētem esse creatam, & omne creatum sub certo numero clauditur necessario. (Cum sub certa aliqua intentione creationis claudatur.)

¶ CONCL. 3. Possibile est, dari multitudinem infinitam in potentia.

Super 3. Physic.

¶ PROB. Quia augmentum multitudinis consequitur diuisionem magnitudinis, & infinitum in potentia inuenitur in diuisione magnitudinis.

1^m de maiori.

Reduci ad actum. R. Secundum modum sui esse, non aliter. §. Tunc &c.

ARTICVLVS IIII.

Vtrum possit esse infinitum in rebus secundum multitudinem.

AD QVARTVM sic proceditur. Videtur ꝙ possibile sit esse multitudinem infinitam secundum actum. Non. n. est impossibile id, quod est in potentia reduci ad actum, sed numerus est in infinitū multiplicabilis, ergo non est impossibile esse multitudinem infinitam in actu.

¶ 2 Præt. Cuiuslibet speciei possibile est esse aliquod indiuiduum in actu, sed species figuræ sunt infinitæ, ergo possibile est esse infinitas figuras in actu.

¶ 3 Præt. Ea, quæ non opponuntur adinuicem, non impediunt se inuicem, sed posita aliqua multitudine rerum, adhuc possunt fieri alia multa, quæ eis non opponuntur. ergo non est impossibile aliqua iterum simul esse, cum eis, & sic in infinitum. ergo possibile est esse infinita in actu.

SED CONTRA est, quod dicitur Sap. 11. Omnia in pondere, numero, & mensura disposuisti.

RESPON. Dicendum, quod circa hoc fuit duplex opinio. Quidam enim sicut Aui. & Algazel dixerunt *, quod impossibile est esse multitudinem actu infinitā per se, sed infinitam per accidens multitudinem esse non est impossibile. Dicitur enim multitudo esse infinita per se, quando requiritur ad aliquid ut multitudo infinita sit, & hoc est impossibile esse, quia sic oporteret quod aliquid dependeret ex infinitis, unde eius generatio numquam compleretur, cum non sit infinita pertransire.

Per accidens autem dicitur multitudo infinita, quando non requiritur ad aliquid infinitas multitudinis, sed accidit ita esse. Et hoc sic manifestari potest in operatione fabri ad quam quædam multitudo requiritur per se. s. quod sit ars in anima, & manus mouens, & martellus, & si hæc in infinitum multiplicarentur, numquam opus fabrile compleretur, quia dependeret ex infinitis causis. Sed multitudo martellorum, quæ accidit ex hoc, ꝙ unum frangitur, & accipitur aliud, est multitudo per accidens. accidit .n. ꝙ multis martellis operetur, & nihil differt utrum vno uel duob. uel plurib. operetur, uel infinitis, si infinito tempore operaretur, per hunc igitur modum posuerunt, ꝙ possibile est esse actu multidinem infinitam per accidens. Sed hoc est impossibile, quia omnem multitudinem oportet esse in aliqua specie multitudinis. Species autem multitudinis sunt, secdm species numerorum. Nulla autē species numeri est infinita, quia quilibet numerus est multitudo mensurata per unum. Vnde impossibile est esse multitudinem infinitam actu, siue per se, siue per accidens. Itē, multitudo in rerum natura existens est creata, & oē creatū sub aliqua certa intentione creantis comprehenditur, non .n. in uanum agens aliquod operatur. Vnde necesse est, quod sub certo numero omnia creata comprehendantur. Impossibile est ergo esse multitudinem infinitam in actu, etiam per accidens. Sed esse multitudinem infinitam in potentia possibile est, quia augmentum multitudinis consequitur diuisionem multitudinis. Quanto enim aliquid plus diuiditur, tanto plura secundum numerum resultant. Vnde sicut infinitum inuenitur in potentia in diuisione continui, quia proceditur ad materiam, ut supra ostensum est, * eadem ratione etiam infinitum inuenitur in potentia in additione multitudinis.

*art. præc.

&c. ut in litera patet.

2^m de maiori.

In actu. R. Secundum modum sui esse, non aliter. §. Tunc &c. ut patet in litera, unde ad primum.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod unumquodque, quod est in potentia, reducitur in actum secundum modum sui esse, dies enim non reducitur in actum, ut sit tota simul, sed successiue, & similiter infinitum multitudinis non reducitur in actum ut sit totum simul, sed successiue, quia post quamlibet multitudinem, potest sumi alia multitudo in infinitum.

AD SECVNDVM dicendum, quod species figurarum habent infinitatem ex infinitate numeri. Sunt enim species figurarum, ut Trilaterum, Quadrilaterum, & sic inde.

Tertium

de.

3m de minori.

Non opponuntur. q. ut multa, non, ut infinita actu sm totū simul. §. Tūc &c. ut de se patet.

de. Vnde sicut multitudo infinita numerabilis, nō reducitur in actū, quod sit tota simul, ita nec multitudo figurarum.

Ad tertium dicendum, quod licet quibusdam positis alia poni non sit eis oppositum, tamen infinita poni opponitur cuilibet speciei multitudinis. Vnde non est possibile, esse aliquam multitudinem actu infinitam.

QVAE-

APPENDIX.

Vtilitas p Ecclesia S. Dei.

Ex articulo habes primo, quomodo ostendas, merito esse dictum Sap. 11. Oia in numero pondere, & mensura, disposuisti. Hoc est. Non potest esse. Infinitum in numero, i. sm multitudinē, neq; in mensura, i. sm magnitudinē, neq; in pondere, i. sm essentiā. Secūdo hēs, quō hūc sensum scripturæ p rōnem defendas, facientia in contrarium dissoluēdo. Quod dico hic in gratiā præmissæ authoritatis dictum acciperent, p art. 3. & 2. qm̄ authoritas illa, ut patuit, duob. prædictis articulis etiam conuenit. Tertio uides, quomodo ex his uicissim firmetur conclusio.

¶Not. Præsenti articulo deseruit articul. in ord. 247. 37.

Comm̃. Cardinalis Caietani.

IN titulo secundum multitudinem quamcunque siue de genere quantitatis, siue extra genus, & hinc patet, quod ista quæstio est altior & uniuersalior, quam inquisitio, quæ fit tertio physico, quoniam ibi de materiali tantum multitudine sequente diuisionem continui sermo est, hic autem de multitudine uniuersaliter, siue materiali, siue immateriali.

¶ In corpore duo, primo refert opinionem Auicennæ & Algazelis.

¶ Secundo improbando eam respondet quæsito.

¶Quo ad primū duas propositiones refert ac eas declarat. Altera est, impossibile est esse in actu multitudinem infinitā per se. Altera, possibile est esse in actu multitudinem infinitam per accidens. Declarantur ambæ, manifestatis illis terminis, infinita per se multitudo & infinita per accidens: probantur uero, quia nunquā compleretur opus, si ex infinitis per se dependeret, secus autem per accidens, ut patet in exemplo literæ.

¶Quo ad secundum, sunt duæ conclusiones respōsiuæ quæsito secundum diuersitatem actus a potētia. Prima est, impossibile est esse in actu infinitam multitudinē siue per se, siue per accidens.

¶Secunda est, possibile est esse multitudinem infinitam in potentia. Prima conclusio probatur dupliciter. Oīs multitudo actu existens, est in aliqua specie multitudinis. ergo est secundum aliquam speciem numeri, ergo est finita, antecedens patet. prima uero consequentia probatur, quia species multitudinis sunt secundum species numerorum. secunda, quia numerus est multitudo mensurata per unum.

¶Circa primam consequentiam, & eius probationem dubitatur, quia multitudo est quid communius quam numerus, & consequenter debet habere species plures quam numerus. aliquin cō munioris rationem non retineret, non ergo species multitudinis sunt secundum speciem numeri. Et confirmatur hoc, quia dici potest quod species multitudinis finitæ sunt secundum species numeri, non autem species multitudinis absolute, & attestatur his Arist. quinto metaph. cap. de quanto, dicens, quod pluralitas finita est numerus, quasi infinitatem excipiat.

¶Ad hoc breuiter dicitur, quod cum ignota ex notioribus naturaliter cognoscamus, & experiamur omnis multitudinis species, quas nouimus proportionales esse speciebus numeri, satis consonat arti, ut possit uniuersalis propositio formari, quod omnis species multitudinis est secundum aliquam speciem numeri. Ad obiectionem autem dicitur, quod aliud est omnes species multitudinis esse species numeri. quod falsum est & aliud, omnes species multitudinis esse secundum species numeri, id est proportionales illis, quod assumptum est & uerum, unde multitudo, quia uniuersalius quid est, habet multo plures species, quam numerus. quia habet omnes species numeri, & omnes species multitudinis immaterialis, quæ proprie non est numerus, &c. Et per hoc patet ad confirmationem, quod illud uoluntarie, non rationabiliter diceretur. Textus autem Aristotel. nihil officit, quandoquidem nihil ex illo ad propositum dici potest, nisi quod pluralitas infinita non esset numerus, sed hoc non obstat processui huic, sed magis confirmat secundam consequentiam, ut patet.

¶Secundo probatur eadem conclusio. omnis multitudo in rerum natura actu existens est creata, ergo comprehenditur sub aliqua certa intentione creantis, ergo certo numero, ergo impossibile est quod sit infinita. Antecedens patet: prima uero consequentia probatur, quia non in uanum agens aliquid operatur. Reliquæ relinquuntur ut euidentes.

¶Circa hanc rationem dubitatur. quoniam aut assumit falsum, aut non infert intentū. Quum. n. assumitur, q̄ omne creatum sub aliqua certa intentione creantis comprehenditur, aut intelligitur de intentione certa certitudine finis, aut certitudine medii, per quod acquiritur finis. Si certitudine finis, tunc dupliciter exponi potest, aut ita quod ipsum creatum sit certus finis, aut ita quod habeat certum finem. Si igitur sensus est, quod omne creatum comprehenditur sub aliqua intentione creantis ut certus finis, propositio uidetur manifeste falsa, quoniam aliquid creatum nec est finis creantis, nec alicuius alterius creaturæ, puta infinita creatura. Si uero est sensus, quod omne creatum comprehenditur sub aliqua creantis intentione ut ad certum finem, propositio est uerissima, quia Deus ipse & participatio suæ bonitatis est certus cuiusque creati finis intentus a creante, sed tunc nihil infert ad propositum, ex hoc enim non sequitur, ergo sub certo numero. Si autem sensus est, quod omne creatum comprehenditur sub aliqua intentione creantis, ut certum medium per quod acquiritur finis, propositio uidetur falsa, & non probata. Falsa quidem, quia potest aliter comprehendi sub intentione creantis quam hoc modo, potest enim intendi non ut certum medium ad acquirendum finem, sed ut comitans, seu prouenient ex certo medio, per quod acquiritur finis, ut patet ex Auer. duodecimo, Metap. com. 37. ubi uult, quod intelligentiæ moueant orbes ut assimilentur Deo in faciendo entia, & ad hoc sequitur infinitas circulationes esse causatas ab eis & infinitos effectus, & infinitas animas esse creatas apud Auicennam. Non probata autem, quia ex illo medio, nullū agens operatur aliquid in uanum, nihil aliud potest inferri, nisi, ergo agit propter finem, quo cōcesso, diceretur quod multitudo infinita est propter finem extrinsecum. s. Deum & conseruationē perpetuæ assimilationis causantis ipsam ad Deū, ut philosophi dicunt.

¶Circa eandem rursus rōnē dubium occurrit, quia cōmitti in ea uidetur sophisma a sensu diuiso ad compositū, a quolibet creato ad multa, imo infinita collectiue procedendo. Quamuis enim quodlibet creatum sit terminus alicuius certæ intentionis & operationis ipsius creantis. multa tamen creata non oportet esse terminum alicuius intentionis & operationis, sed multarum intentionum & creationum, & consequenter infinita creata erunt termini infinitarum intentionum, sicut & creationum.

¶Circa eandem ad huc rationem dubium est, quia radix eius. s. omne creatum comprehēditur sub aliqua certa intentione creantis, licet sit uera in creatis per se, in creatis tamen per accidens negaretur ab Auic. Multitudo enim per accidens infinita non est intenta nisi per accidens, ut in litera dicitur, & consequenter non creatur nisi per accidens. Vocatur autem creatum per accidens, quod ad præparationem alterius opus est creari, ut contingit de anima intellectiua quæ præparato a natura corpore disposito semper creatur. Et quia infinita corpora fuerunt iam præparata, infinitæ animæ sunt creatæ, quibus ut sic accidit remansisse in actu, quia incorruptibiles sunt, & sic earum infinitas non ponitur per se intentā, sed consequens ad æternitatem generationis humanæ.

¶ Ad euidentiam huius processus. Nota primo, quod ly creatum potest sumi proprie, ut distinguitur contra causatum, & potest sumi communiter, ut non referat dicere causatum, aut creatum. Et quod sumatur communiter uniuersalis probatio literæ insinuat, dum ad illius probationem assumpsit quod non in uanū agens operatur. Quod autem sumatur proprie ipsa uerbi formalis significatio ostendit: parum autem aut nihil refert utro modo sumatur. Si. n. sumitur proprie, ponderanda sunt uerba probationis, quum dicit, aliquid operatur, idest proprium terminum operationis attingit. Et per hoc excluduntur omnia consequentia ad proprium & intentum opus agentis, & de omni creato uerificatur quod est proprius terminus creationis. si uero sumitur communiter, creatum restringendum est ad proprie causatum, ut distinguitur contra creatum. Verum utroque modo restringitur ad causata uel creata actu existentia, ita quod collapsa excluduntur, & hoc insinuatur in litera, quum dicitur creantis, quod enim creatum est & perseuerat continue quodammodo creatur, quia conseruatur, pendet enim & in fieri, & in esse a creante. Comprehenditur autem sub creantis intentione non solum quod actualiter comprehenditur, sed quod comprehensibile est, dato q̄ actu non comprehenderetur. Ex hoc autem quod assumpta propositio non est nisi de actu existentib. quæ proprii termini actionis sunt, solutio omnium obiectorum habetur, omnia siquidem actu existentia potest creator, & ut medium ad acquisitionem alicuius finis ordinare, & ut finem per aliquid aliud, assequendum intendere, ex quo enim actu existere ponitur, iam terminata eius

productio ponitur, & consequenter, ut medium ad aliquid acquirendum dirigi potest. Et similiter potuit esse finis intentus & acquisitus per aliquod medium, nec ratio finis, nec ratio medii ad finem repugnat ei quod actu existat. Et propterea cum intentio non sit proprie nisi finis, & medii per quod acquirendus est finis, omne actu existens comprehensibile est sub certa intẽtione creantis, tam ut finis, quam ut medium, ut finis quidem, tum quia nulla est creatura adeo infinita, quæ non sit aut esse possit finis alicuius alterius. Tum quia saltem est certus finis suæ productionis. Tum quia hoc intelligitur quantum est ex se, nulli enim creato actu existenti, repugnat quantum est ex se ratio finis, quamuis forte aliquid nullius sit finis. Vt medium autem, quia post ipsum restant multæ, aut multorum productiones & nobilitates, ad quarum aliquam potest ordinari ut medium, quod iam est ens in actu. Nec obstat prima contra hoc membrum obiectio, quoniam ut iam patet ex dictis, formaliter loquendo de creato, non potest esse consequens proprium creationis terminũ, sed oportet creatum creationem terminare: tale autem oportet esse intentum vt finis, aut medium ad finem. Nec est uerum, quod non sit probata, quoniã ex illa assumpta propositione, agens non operatur aliquid in uanum, optime ex fine operationis exterioris concluditur terminus interioris intentionis, ex eo enim, quod nullius agentis operatio est in uanum, sed ad certum terminum proprium, oportet quod intentio operantis sit etiam respectu certi termini, quoniã intentio agentis statuit finem operationi, & sic patet responsio ad prima obiecta.

¶ Ad secundam uero dubitationem dicitur, quod tota multitudo existentium in actu potest accipi ut unum creatum, quoniam non excedit uniuersum, quod unius primo intenti creati rationẽ habet, consequens est quod non solum singula creata, sed omnia simul, modo actu coexistant, sunt comprehensibilia sub aliqua una certa intentionẽ creantis. Et propterea nullum sophisma in proposito committitur, ubi ex propositione aduersariĩ, quod actu existat infinita multitudo infertur, ergo est comprehensibilis sub certa intentione creantis. ergo non est infinita, quia tam ratione medii ad consequendum finem, quam ratione finis repugnat infinitas multitudini.

¶ Ad tertium autem dubium dicitur, ꝙ creatum per accidens potest dupliciter intelligi. Vno modo ut per accidens distinguitur contra per se. Et hoc modo negatur dari creatum per accidens, qm̃ omne creatum est per seipsum terminus creationis, alioquin non fieret ex nihilo. Alio modo ut per accidens distinguitur contra per se primo, & significat idem quod per aliud. Et hoc modo datur creatũ ꝑ accidens, i. per aliud, saltem occasionaliter. Et hoc modo, animæ intellectiuæ tam apud aduersarium quã nos, creantur per accidens, quamuis apud nos magis per accidens, quam ad ipsum. Sed hoc non aufert, quin sint per seipsas intentæ singulæ, sicut & per seipsas creatæ, quoniam quamuis inter se habeant ordinem per accidens, relatæ tamen ad creantem sunt & per se intentæ, & productæ, imo magis per se quam quodcunque corruptibile, quoniam res incorruptibiles perfectiores, & digniores sunt uniuersi partes; ac pro hoc magis intentæ. Cuius signum est, quod in sphæra actiuorum, solæ species sunt per se intentæ, quia solæ sunt perpetuę. Et quoniam non solum singulæ, sed infinitæ simul ponuntur in actu, consequens est (ut dictum fuit) ut omnes sint per se intentæ & productæ, utpote sub aliqua una certa intentione comprehensibiles, imo & simul producibiles, quantum est ex se in actu.

¶ Aduerte hic, quod ex hoc loco habetur, quod S. Tho. ademit sibi omnem uiam concordiæ, cum doctrina Arist. iuxta expositionem suam. Tenet namque, Aristotelem putasse animas intellectiuas immortales, & numeratas secundum numerum corporum, & constat Arist. tenuisse generationem æternam. Ex his autem manifesto sequitur animas humanas esse actu infinitas, quod hic decernitur impossibile. Et in secundo contra Gent. c. 81 dicitur, non repugnare doctrinæ. Arist. in 3. physi. & primo cęli. quia utrobique de infinito materiali sermo fuit.

¶ Circa hanc cõclusionẽ multa afferũtur a Capreolo argumenta ex Greg. & Adã, sed oĩa ad tria reducũtur. Primo ergo arguit sic. Dãtur infinitæ partes ꝓportionales actu in cõtinuo. ergo pñt dari separatæ. ergo. Probatur sequela, q̃a oẽ absolutũ existẽs, põt diuina potentia conseruari sine eo qđ non est de essentia illius, sed continuatio unius cũ alia non est de essentia partium. ergo.

¶ Secundo Deus in quolibet initio cuiusque partis proportionalis unius horæ, potest creare angelum, ergo in una hora creare infinitos in actu. Et confirmatur, quia quicquid potest Deus successiue, potest simul in rebus permanentibus.

¶ Tertio. non minoris potentiæ est Deus, quam infinitæ animæ si essent, & quam ignis inferni, sed illæ possent infinita simul, & ignis infinitos cruciatus si essent ibi infinitæ animæ. ergo.

¶ Ad prima duo argumenta respondetur breuiter, ꝙ ibi est sophisma a sensu diuiso ad compositum. Quamuis. n. de ratione singularum partium non sit continuatas cum alia, est tamen de rõne omnium simul, quia de ratione earum simul est esse potentia cui repugnat singularum ab inuicem separatio. Et similiter implicat numerare initia omnia partium proportionalium horæ, quia ponitur ea successiua numeratione cõpleta in fine horæ, & tum infinita, si. n. infinita nunquam numerabuntur, & si complebuntur, nõ erunt infinita. potest ergo Deus in singulis initiis, non autem in omnibus. Et per hoc ad confirmationem, quia nec simul nec successiue potest producere infinita actu existentia.

¶ Ad tertium autem, concesso toto, nihil habetur contra intentũ: quoniam non ex defectu diuinæ potentiæ, sed ex impossibilitate rei factibilis consurgit, quod infinita in actu esse nequeunt. Cũ quo tamen stat, quod illæ conditionales sunt ueræ, sicut si homo est leo, est rugibilis, non tamen sequitur, ergo Deus potest facere hominem rugibilem.

¶ Secunda conclusio responsiua est; infinitum secundum multitudinẽ inuenitur in potẽtia. Probatur: infinitũ inuenitur in potẽtia ẽm diuisionẽ cõtinui. ergo ẽm multitudinẽ. Probatur sequela, quia augmẽtum multitudinis sequitur diuisionẽ magnitudinis: antecedens patet, & probatur, quia proceditur ad materiam.

Fer. 3 cont. c. 68.
Scot. 1. s. dist. 38.
Aegi. 1. 5. d. 36. q. 3. p. prin.
Cap. 1. d. 36. q. 1. con. 1.
Bonent eod. loc.

QVAESTIO VIII.

De existentia Dei in rebus, in quatuor articulos diuisa.

QVIA vero infinito conuenire uidetur quod ubiq; & in omnibus sit, considerandum est, utrum hoc Deo conueniat.

ET CIRCA hoc quæruntur quatuor.

¶ Primo. vtrum Deus sit in omnibus rebus.

¶ Secundo. vtrum Deus sit ubique.

¶ Tertio. vtrum Deus sit ubique per essentiam, & potentiam, & præsentiam.

¶ Quarto. vtrum esse ubique sit proprium Dei.

ARTICVLVS I.

Vtrum Deus sit in omnibus rebus.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur, quod Deus non sit in omnibus rebus. Quod enim est supra omnia, non est in omnibus rebus, sed Deus est supra omnia, secundum illud Psa. Excelsus super omnes gentes dominus, &c. ergo Deus non est in omnibus rebus.

art. 1. & 3. contr. c. 68. Psal. 112.

¶ 2 Præter. Quod est in aliquo, continetur ab eo, sed Deus non continetur a rebus, sed magis continet res, ergo Deus non est in rebus, sed magis res sunt in eo. Vnde Aug. in lib. 83. q. dicit, * quod in ipso potius sunt omnia quam ipse alicubi.

li. 83. q. 20. in prin. habetur, to. 4

¶ 3 Præt. Quanto aliquod agens est uirtuosius, tanto ad magis distans eius actio procedit, sed Deus est uirtuosissimum agens, ergo eius actio pertingere potest ad ea etiam, quæ ab ipso distant, nec oportet quod sit in omnibus.

¶ 4 Præt. Dæmones res aliquæ sunt, nec tamen Deus est in dæmonibus, non enim, est conuentio lucis ad tenebras ut dicitur secundo ad Corinth. sexto, ergo Deus non est in omnibus rebus.

SED CONTRA. Vbicunque operatur aliquid, ibi est, sed Deus operatur in omnibus, secundum illud Isai. 26. Omnia opera nostra operatus es in nobis domine. ergo Deus est in omnibus rebus.

RESPON. Dicendum, quod Deus est in omnibus rebus, non quidem sicut pars essentiæ, uel sicut accidens, sed sicut agens adest ei in quod agit. Oportet enim omne agens

SVP. Q. VIII. ART. 1.

CONCL. Deus sicut agens est in omnibus reb. & intime, nõ autem sicut pars essentiæ, uel sicut accidens.

¶ PROB. 1. Quia Deus immediate creat, esse omnium, quamdiu res in esse conseruãtur & oportet omne agens iungi ei, in quod immediate agit (ex 7. phys.) Secunda autem pars. s. & intime probatur. Quia esse profundius inest reb, quam qualibet alia creata in re existentia. Tertia autem pars. s. non autem, &c. patet ex q. 3. art. 8.

39 1. d. 32. q. 1.

Primum

1m de maiori. Non est in omnibus rebus. ℞. Eo modo, quo est supra omnia, non, modo per conclusionē explicato. §. Tunc &c. ut patet.

li. 7. phys. a tex. 10. usque ad 13. inclusiue, tom. 2.

2m de maiori. Quod est. ℞. Corporaliter, non, spiritualiter. §. Tunc &c. Nam Deus non continetur corporaliter in rebus. Sed spiritualiter, modo per cōclusionem expresso. cui sensui non contradicit Augustin. adductus.

3m maior. Quando aliquod agens, &c. ℞. Si agens in illud agat per media, non, si in illud agat immediate. §. Tūc &c. Nam Deus in res agit non per media sed immediate modo in cōclusione habito.

q. 7. ar. 1.

4m de antecedente. Res. ℞. Deformes culpa, non, res absolute. §. Tunc &c. Nam conclusio intelligitur de reb. ut res, non, ut culpa deformes.

In cor. art.

agens coniugi ei, in quod immediate agit, & sua uirtute illud contingere, unde in 7. phys.* probatur, quod motum, & mouens oportet esse simul. Cum autem Deus sit ipsum esse per suam essentiā, oportet quod esse creatum sit proprius effectus eius, sicut ignire est proprius effectus ipsius ignis. Hunc autem effectum causat Deus in rebus non solum quando primo esse incipiunt sed quamdiu in esse conseruantur, sicut lumen causatur in aere a sole quamdiu aer illuminatus manet. Quamdiu igitur res habet esse, tandiu oportet ꝙ Deus adsit ei secundum modum, quo esse habet. Esse autem est illud, quod est magis intimum cuilibet, & quod profundius omnibus inest, cum sit formale respectu omnium quæ in re sunt (ut ex supra dictis patet*.) Vnde oportet quod Deus sit in omnibus reb. & intime.

Ad primum ergo dicendū, ꝙ Deus est supra omnia per excellentiam suę naturæ, & tamē est in omnibus rebus, ut creans omnium esse, ut supra dictum est.

Ad secundum dicendum, ꝙ licet corporalia dicantur esse in aliquo sicut in continente, tamen spiritualia continent ea, in quib. sunt sicut anima continet corpus. unde & Deus est in rebus, sicut continēs res, tamen per quandā similitudinē corporalium dicūtur oīa eē in Deo, inquantum continentur ab ipso.

Ad tertium dicendum, ꝙ nullius agentis quantumcunq; uirtuosi, actio procedit ad aliquid distans, nisi inquantum in illud ꝑ media agit. Hoc aūt ad maximā uirtutē Dei pertinet quod immediate in omnib. agit. Vnde nihil est distans ab eo, quasi in se illud Deum nō habeat. Dicuntur tamen res distare a Deo per dissimilitudinem naturæ uel gratiæ, sicut & ipse est super omnia per excellentiam suæ naturæ.

Ad quartum dicendum, ꝙ in dæmonibus intelligitur, & natura, quæ est a Deo, & deformitas culpæ, quæ non est ab ipso. Et ideo nō est absolute concedendum, ꝙ Deus sit in dæmonibus, sed cum hac additione, inquantum sunt res quędā. In rebus autem, quæ nominant naturam non deformatam absolute dicendum est, Deum esse.

ARTI-

A P P E N D I X.

Vtilitas Ecclesiæ S. Dei.

Ex articulo habes primo, quomodo per rationem interimas heresim Basilidis somniantis, Deum in circulo solis contineri. Non ergo in omnibus rebus erat Deus, si ibi, tamquam arctatus continebatur. Secundo habes, quomodo per rationem ostendas, hanc merito damnari a Hiere. 23. Putas ne, Deus è uicino ego sum dicit Dominus, & non Deus de longe? Nunquid non cœlum & terram ego impleo, dicit Dominus? Ac si aperte per hanc interrogandi phrasim dicat. Hoc est manifestissimum, & de hoc nulli aliqualiter dubitandum, quod Deus uniuersorum, & in omnibus rebus ego sum. Nam in cęlo, & terra continētur omnes res, tamquam nominibus extremorum suorum denominatæ. Item a Sapientia prima, Spiritus Domini repleuit orbem terrarum, & hoc quod continet omnia, &c. Item a mille locis tum sciptūrarum tum Conciliorum, tum Ecclesiasticorum dogmatum, quandocumque de hac materia tam clara sermo inciderit. Tertio uides, quomodo ex his uicissim Angelica doctrina firmetur.

¶ Not. Articulo præsenti suffragatur articulus in ordine 44.516.142.508.226.17.242.22.40.69.

Comm. Cardinalis Caietani.

IN titulo ly Deus, sumitur formaliter, ut est nomen naturæ diuinæ, ut distinguitur contra potentiam, ita quod non quæritur de Deo secundum potentiam quamcunque, sed secūdum substantiam, ut patet ex introductione huius quæstionis, & ex titulo totius tractatus, usque ad 14. quæst. Quod ut melius intelligatur, distingue ly Deus dupliciter, uno modo secundum seipsum, alio modo secundum eius diffusam uirtutem. Non est hic quæstio, an uirtus diuina diffusa sit in omnia, sed, an ipse Deus secundum seipsum sit in omnib. ly sit in, non sumitur determinate pro aliquo speciali modo essendi in, sed indistincte, & in communi. Et hoc bene nota, quia Sco. in 2. dist. 2. q. 1. part. 2. illius dist. non intellexit hunc titulum, sed differenda est eius ratio usque ad examen conclusionis, ut melius percipiatur.

¶ In corpore articuli est una conclusio, responsiua quæsito affirmatiue, habens duas partes. Deus est in omnib. rebus intime. Probatur primo, prima pars. Deus est ipsum esse per essentiam. ergo habet esse creatum pro proprio effectu, non solum in fieri, sed in conseruari, ergo est in omnibus sicut agens, & non sicut accidens, ut pars. ergo est in omnibus rebus. Prima consequentia declaratur a simili, sicut ignire est proprius effectus ignis. Et ly quo ad conseruari, declaratur, sicut lumen causatur a Sole quandiu est aer illuminatus. Secunda uero sequela probatur, quia omne agēs oportet coniungi ei in quod immediate agit. quod probatur authoritate 7. phys. tex. 5. mouens & motum oportet esse simul. Secunda autem pars conclusionis. s. ly intime, probatur sic. esse est formale respectu omnium, quæ in re sunt. ergo inest profundius omnibus. ergo est intimum cuilibet. ergo Deus proprius actor essendi est in omnibus intime.

¶ Circa hunc processum primo declaranda est forma. deinde termini, & post examinabuntur singula. Nota ergo, quod in textu prima consequentia non infert utrumque, s. quod esse dependeat & in fieri & in conseruari, sed tantum quod sit proprius effectus. Visum est autem iungere utrumque in uno consequente, quia in litera, omnino secundum horum non probatur, sed declaratur tantum exemplo luminis. Et quia uere consequentia ualet, ut inferius, quum de dependentia, & conseruatione rerum erit sermo, patebit, propter ea etiam hic superficietenus manifestantur, quia inferius in loco proprio probabuntur.

¶ Nota secundo, ꝙ in consequente secundæ consequentiæ subintelligitur ly immediatum. ut enim patet ex probatione, sermo est de agente proximo sed immediate agente, ut sic. nec est sermo de quacūque immediatione, sed suppositi. Agens enim potest dupliciter dici immediatum, ut docetur in tertio contra Gen. c. 70. scilicet immediatione uirtutis, & immediatione suppositi. Est autem immediatio uirtutis, quando uirtus agentis iungitur effectui non mendicando talem coniunctionem ab aliqua alia uirtute. Et propterea quanto agens est superius, tanto immediatius agit immediatione uirtutis, quoniam inferius agit uirtute superioris, & non econuerso. Immediatio autem suppositi est, quando inter suppositum agens & effectum, nullum mediat suppositum subordinatum coagens. Et propterea quanto agens est inferius, tanto est immediatius immediatione suppositi. Et quoniam hic est sermo de ipso Deo secundum seipsum, an sit in rebus, ideo immediatio suppositalis est ad propositum, ita quod consequens illud intendit, quod Deus est in omnibus ut agens immediatum suppositaliter, id est, proximum & propinquissimum suppositaliter, ita quod inter Deum & quamlibet rem, nullum mediat suppositum agens illam. Patet autem hunc esse sensum literæ. Tum ex probatione ibidem inducta, quam constat non nisi de sic proximo agente & mouente uerificari. Tum quia ex sola immediatione uirtutis non infertur. ergo Deus secundum seipsum est in omnibus, sed secundum eius diffusam & participatam uirtutem, ut Auic. ponens primam intelligentiam tantum Deum per seipsum produxisse, concederet. Quomodo autem hoc uerum sit, facile manifestabitur.

¶ Nota tertio, ꝙ consequens primæ consequentiæ. s. ergo hēt esse pro proprio effectu, ꝓpōt dupliciter intelligi quantū ad ꝑsens spectat. Vno modo ut ly propriū distinguitur contra cōe, & sic est sensus, esse est effectus a solo Deo proueniens, excludendo omnem mediam causam effectiuam. Et hunc sensum accipit Scot. in 4. dist. 1 q. 1. & male, seu de hoc in q. 45. inferius disputabitur. Alio modo ut ly, proprium distinguitur contra alienum. Alienū aūt in proposito dicitur omne quod per aliud inest, et si ꝑ se insit, & sic propriū idem significat quod per se primo. Et hic est intentus & uerus sensus, esse. n. est per se primo effectus primæ cau-

sæ & ratio cuiusque rei, quod sit a prima causa, ut in prædicto loco patebit. Et hoc directe intendit consequentia literæ, uolens quod abesse per essentiam deriuetur omne esse ut sic, & proprius effectus, idest per se primo effectus. Et quamuis, ut ibi patebit, possit multis modis uerificari, ad propositum tamen unus sufficiat, per quem magis liquet præsens litera dicitur ergo esse proprius, seu per se primo effectus Dei, quia solus Deus potest omnia facere, quæ exiguntur ad hoc ut aliquid sit, quicquid sit illud. omnis enim res aut est materialis, aut immaterialis, si materialis ad esse eius exigitur materia, quæ a solo Deo creatur, & conseruatur, si immaterialis, a Deo solo est, ut inferius probabitur, cum de potentia creatiua tractabitur. Et hinc patet, quod in omni re est aliquid productum & conseruatum a solo Deo proxime & immediate. In rebus quidem materialibus substantia materiæ primæ, in separatis autem ipsa substantia. Et propterea, Deus dicitur agens omnium immediate immediatione suppositi. Non enim dicitur in litera, quod Deus est agens immediatum omnium quo ad omnia, sed quo ad aliquid, scilicet ad esse, quia omnia agit immediate, quo ad aliquid requisitum ad esse illius. Et propterea assumpsit pro medio termino causalitatem quam habet Deus respectu ipsius esse, quod omnibus oportet esse commune, quod enim non participat esse, non est.

¶ Nota quarto, quod in probatione secundæ partis conclusionis esse dicitur profundius ac intimius omnibus, quia est formale respectu omnium, & merito. nihil enim in re aliqua est, quod nó actuetur per esse, siue pars essentialis, siue integralis, siue prædicatum substantiale uel accidentale, omnem enim gradum, omné rationem esse attingit, multa tamen in re sunt, quæ non sunt substantia, aut corpus, &c. profundius ergo omnibus, & quod ultimo in resolutione restat, & quod primo compositionem terminat, est esse &c.

¶ Circa sensum conclusionis & tituli, dubium occurrit ex Sco. in 1. dist. 2. q. 5. Ibi enim. Quæro, inquit, quid intendis quærere & concludere, aut præsentiam Dei in omnibus ratio operationis, aut ratione immensitatis. Si primum, ergo committitur petitio principii, quia conclusio est, Deus est in omnib. i. coniunctus omnibus ut agens, & medius terminus est hoc idem, ut patet in litera. Et præterea, hæc conclusio non est ad propositum, quia quæstio tua est de præsentia, quæ spectat ad immensitatem Dei, ut in introductione quæstionis poni. Si secundum, ergo præsentia immensitatis concluditur apud te a posteriori, ex præsentia agentis ut sic. Et tunc sequitur ulterius, ergo substantia spiritualis est in loco prius natura quam aliquid operetur, quod tu negas in materia de loco angelorum.

¶ Ad hoc dicitur, quod coniunctio Dei cum rebus potest sumi dupliciter. Vno modo pro ipso contactu, quo Deus ipse rem per seipsum tangit. Alio modo pro relatione præsentiæ, qua denominatione relatiua dicitur præsens secundum se alicui. Si sumitur primo modo, sic Deum esse in rebus, nihil aliud est quam immediate producere, & conseruare res. Si uero sumitur secundo modo, sic est relatio rationis in Deo consequens contactum prædictum.

¶ Ad obiectionem ergo Scoti dicitur, quod formaliter loquendo, hic est quæstio de præsentia spectante ad immensitatem, sed non de illa, quam ipse fingit priorem omni contactu, sed præsentia immensitatem consequens, cum non possit intelligi absque extremorum existentia, nisi sumatur in potentia. Aut est ipse contactus creaturarum, quo creaturæ fiunt & sunt sic, quod impossibile esset aliquid fieri aut esse quod non totaliter tangatur a Deo, sicut præsentia corporis infiniti ad omnia loca, esset contactus omnium locorum, sic quod impossibile esset poni locum, qui non tangeretur ab eo. Sed in hoc fallitur imaginatio, quia contactus localis supponit utrumque extremum, contactus autem diuinus non supponit, sed facit creaturas, alioquin non esset is quo res fiunt & sunt. Aut est relatio præsentiæ, qua Deus relatiue dicitur actualiter præsens creaturæ, & hæc manifeste sequitur existentiam creaturæ. In proposito igitur dicendum est, quod quæritur de præsentia immensitatis indistincte. Nec sequitur, ergo datur alia præsentia spiritualis substantiæ prior operatione, quoniam præsentia immensitatis, coincidit cum præsentia per operationem. Nec sequitur, ergo est ibi petitio principii, tum quia quæstio & conclusio est de præsentia indistincte. medium autem est præsentia per modum agentis immediati, & sic est processus ab inferiori ad superius affirmatiue. Tum quia dato quod quæstio & conclusio esset de coniunctione contactus, medium est diffinitio ipsius coniunctionis, & sic non est petitio, quoniam concluditur quasi passio de subiecto, per diffinitionem passionis, dum ostenditur Deum esse per seipsum coniunctum omnibus, per diffinitionem eius quod est esse coniunctum per seipsum, quod nihil aliud est quam immediate immediatione suppositi agere ac conseruare omnia. Tum quia si quæstio, & conclusio est de esse in rebus per relationem præsentiæ, per medium est quasi causa, seu fundamentum maioris extremitatis.

¶ Et sic patet ꝙ si quæstio ista intelligitur de esse in reb. specialiter, processus est a priori. s. a diffinitione passionis, uel a fundamento relationis. Si autem indistincte, sic est ab inferiori ad superius affirmatiue, & sic nunquam admittitur uitium.

¶ Circa probationem secundæ consequentiæ occurrit dubium ex Scoto in prima distin. 37. q. unica ubi uult, & quod ista assumpta propositio, agens oportet coniungi ei in quod immediate agit est falsa, & quod illa Arist. mouens & motum oportet esse simul, est, quasi per accidens, & quod processus iste, ex his inferens Deū secundum seipsum esse præsentem omnib. non ualet. Primum igitur probat sic, Sol agit immediate ubi non est ergo antecedens, probatur, quia Sol generat in uisceribus terræ, mineram, uel aliquod mixtum, & proximum principium elicitiuum, talis generationis est substantia Solis, ergo. Quod enim substātia solis sit principium generationis substantialis illius mixti. patet. Quod autem sit proximum principium, probatur, quia antecedens quodcunque siue lumen, siue quodlibet aliud, non potest esse principium substantiæ. Præterea, agens naturale non posse agere in distans nisi præagat in præsens, oritur ex altero horum, scilicet aut ex concursu duarum potentiarum subordinatarum in eodem agente, aut ex imperfectione potentiæ actiuę non potentis producere perfectius, nisi procedendo de imperfectiori ad perfectius. exemplum primi, Sol non generat hoc nisi illuminet medium, exemplum secundi generans non generat nisi alteret & disponat, &c. ergo agens non posse agere in distās quin agat in præsens, est propter istas conditiones. Igitur non est necessarium simpliciter. Quia potest dari agens, in quo neutra harum conditionum habet locum. Et hinc sequitur secundum, quia propter istas conditiones uerificatur de mouentibus, & motis. Et tertium, quia Deus est agens omnipotens, in quo nulla harum conditionum reperitur, & propterea ex hoc quod immediate producit aliquid, non sequitur necessario, ergo secundum seipsum est præsens illi. Et confirmatur, inquit, hoc tertium dupliciter. Primo, quia si Deus esset in aliquo certo situ, posset immediate producere aliquid in quacunque distantia, quia esset omnipotens. ergo ex immediata productione non necessario infertur præsentia secundum essentiam. Secundo, quia posito priori, non necessario sequitur positio posterioris, sed præsentia Dei secundum potentiam est prior præsentia eius secundum substantiam, ergo posita illa, non est necesse poni illam probatur minor, quia prius natura, creatura terminat actum diuinæ potentiæ, quam sit ei Deus præsens, ut patet in prima mundi productione.

¶ Ad euidentiam horum sciendum est, quod quia in his agentibus, quæ apud nos sunt, inuenitur duplex præsentia agentis ad passum. Altera situalis. qua ultima eorum sunt simul. Altera uirtualis, qua operatio agentis attingit effectum, seu passum. nullum attingendo medium, siue intersit aliquid, siue non, distincta est etiam in agentibus spiritualibus duplex præsentia. Altera secundum substantiam, qua ipsa substantia agentis definita, aut quasi definita est huic passo. Altera secundum uirtutem, sicut in supradictis. Et propter hanc duplicem, præsentiam laborauit tantum Scotus, imponens S. Thom. utramque contradictionis partem, & quod posuit primam præsentiam in hoc articulo, & quod negauit eam in materia de loco angelorum, & quod plus est, quod apud Sanctum Thomam. hic præsentia secundum substantiam est prior quam secundum potentiam. Sed longe aliter est, quoniam apud Sanctum Thomam, licet aliud sit esse præsentem secundum substantiam, & aliud secundum potentiam, non tamen aliud est esse præsente secundum substantiam, & aliud secundum potentiam, immediate attingentem effectum seu passum. præsentia enim potentiæ, ut in sequenti patet art. non exigit immediationem suppositi. Nec tamen sunt omnino idem, esse præsentem secundum substantiā, & s̄m potētiam immediate agenté, &c. Sed distinguuntur sicut ratio presentiæ, & res presens. Quoniam immediate attingere est ratio præsentiæ non solum potentiæ, sed substantiæ. Ita ꝙ, sicut substantia situata situ est præsens, & tñ ipsa substantia est præsens, ita substantia spūalis immediata attinctio ne est præsens, ita ꝙ ipsa substantia est præsens & non operatio eius ut quod. Et sic istæ duæ præsentiæ in spiritualib. non omnino duæ sunt, nec omnino una. sed habēt se medio modo. s. ut quo & qd, & propterea diximus, ꝙ in litera quæ ex immediate attingere concludit presentiam substātiæ. proceduntur a diffinitione ad diffinitum, idest a ratione, ad id cuius est ratio.

¶ Ad rationes ergo Sco. sigillatim dicendo. Ad primā negatur quod Sol agat immediate in distans, falsumq; est ꝙ forma substātialis sit elicitiuum principium generationis mineræ, quoniā substantia nullius operationis est proximum, & elicitiuum principiū, ut in q. 77. ostendetur diffuse. Nec inconuenit accidens esse principium instrumentale generationis substantiæ. Instrumentū enim non est causa, sed causæ organum.

¶ Ad secundum uero dicitur, ꝙ propter neutram illarum causarum, conuenit agentibus naturalibus non posse agere in distans nisi in propinquum præagat, sed est propter imperfectionem negatiue pertinentem ad uirtutem actiuam inquantum limitata est, & ideo reseruatur hoc soli Deo, hanc rationem ex sensib. accepimus.

cepimus. Illas uero Sco. sinit unde Arist. 7. physic. inductiue ex sensibilibus probat mouens etiam intentionale, & motum oportere esse simul, ut patet ibi de obiectis sensuum.

¶ Et si quæratur, quæ uniuersalis ratio sit, quod agens, & immediatum patiens oportet esse simul, seu coniungi. Respondetur, q cum esse simul, seu coniungi, & immediate attingere non uniformiter se habeant, non potest eis uniformis ratio assignari. Iam enim dictum est, quod præsentia substantiæ, & præsentiæ potentię immediate in quibusdam sunt omnino diuersæ, in quibusdam autem coincidunt. Et propterea dicendum est, quod ubi hæ præsentiæ sunt omnino diuersæ, præsentia operationis infert præsentiam potentiæ, ex limitatione agentis. Vbi autem sunt quasi idem, illatio tenet ex identitate illarum. Et propterea propositio illa, omne agens, &c. est uniuersaliter uera in omnibus agentibus, quamuis ex diuersis radicibus in diuersis, & ideo ex ipsa merito procedi potuit ad inferendam præsentiam immensitatis diuinæ in omnibus. Et per hoc patet responsio ad utramque confirmationem. Ad primam quidem negatur conditionalis, quoniã ex illo antecedente sequitur, & illud consequens & eius contradictorium, ac per hoc neutrum sequitur. Si enim Deus esset in aliquo certo situ, ex eo quod Deus omnipotens, sequitur quod posset in quodcunque ubicũque, ex eo uero quod incerto situ, sequitur quod nihil posset nisi mediante proximo, hoc enim spectat ad rationem limitati situaliter, & sic patet quod sequitur utraq; pars contradictionis simul, & consequenter multa.

¶ Ad secundam uero dicitur, quod licet uerum sit prius non inferre necessario posterius, quando sunt omnino diuersa, attamen hæ præsentiæ non sunt omnino diuersæ, sed (ut dictum est) coincidunt in spiritualibus, ut ratio, id cuius ratio, & propterea se habent aliquo modo ut prior & posterior.

¶ In responsione ad tertium, aduerte primo, quod distantia in proposito est quadruplex, scilicet, situalis, naturalis, suppositalis & virtualis. Situalis patet. Naturalis uero est dissimilitudo naturæ. suppositalis autem mediatio suppositi. Virtualis demum mediatio uirtutis uirtualiter. Propositio autem illa agens quanto uirtuosius, tanto potest agere in distantius, loquendo non de agente tali, uel tali, sed absolute, de sola distantia naturæ, est uera simpliciter. De distantia enim situs, patet q est falsa, quia nõ omne agens habet situm etiam diffinitiue. De distantia quoque uirtutis patet etiam, quia quanto agens est superius, & consequenter uirtuosius, tanto est propinquius uirtualiter, ut patet ex dictis. De distantia autem suppositi est aliquo modo uera, simpliciter autem .i. totaliter, falsa. Potest siquidem dupliciter intelligi. Vno modo sic, agens quanto uirtuosius, tanto potest in distantius suppositaliter, quoad aliquid, & sic est uerissima. Vnde Deus posset per infinita quodammodo supposita media cooperantia, educere formam bouis, de potentia, uel materia, uel aliquid huiusmodi facere, quæ ipse non producit immediate, immediatione suppositi, sed uirtutis tantum. Alio modo sic. Tanto potest in distantius suppositaliter secũdum se totum, & sic propositio est falsissima, imo ut in litera dicitur, hoc ad maximam Dei potentiam spectat, ut nihil compati possit distans secundum se totũ suppositaliter, quia in quolibet subsistente, oportet aliquid esse productum ac conseruatum continue a Deo immediate, immediatione suppositi, ut dictum est. Et quia de ista distantia præsens articulus loquitur, ac de præsentia illi opposita, ideo in littera absque alia distinctione negata est, & bene propositio illa intendens de distantiori secundum se totum, & non secundum aliquid sui. De distantia autem naturæ, cuius etiam litera meminit, propositio est simpliciter uera, quia quanto agens est uirtuosius tanto ex elongatiori potentia potest facere sibi simile, adeo ut creator ex nullo modo simili producere possit, scilicet ex nulla potentia, quia ex nihilo.

¶ Aduerte secundo q in litera fit mentio de distantia suppositali, & de cõiunctione uirtuali penetrante, & superante quodãmodo distantiam suppositalem, & immediatione suppositali, & ex hoc quod non distantia suppositalis, sed coniunctio uirtualis penetrans inuentam suppositalem distantiam, spectat ad perfectionem uirtutis, infertur implicite, ergo non distantia, sed coniunctio agentis cum effectu, sequitur perfectionem agentis, & ex hoc infertur explicite, ergo ad maximam Dei uirtutem pertinet ut nihil a se distare suppositaliter possit secundum se totum, sed oporteat ipsum esse coniunctum suppositaliter omnibus, & est processus iste p locũ a maiori, si in productione in qua inuenitur distantia suppositalis, ipsa distantia non sequitur perfectionem agentis, sed potius coniunctio penetrans illam, ergo simpliciter ipsa distantia suppositalis non spectat ad perfectionem agentis, sed potius coniunctio. ergo posse agere in distantius secundum se totum suppositaliter, non sequitur perfectionem uirtutis, sed potius coniunctum oportere esse omnibus, ad maximam uirtutem spectat.

Fer. 3 cont. c. 68.
Scot. 1. dist. 37.
Ricc. 1. d. 37. q. 3.
Cap. 1. d. 37. q. 1. con. 2.
Banens eod. loc.
Alber. Mag. prima d. 37. art. 1.

40 1. d. 37. q. 1. ar. 1. & 3. & 3. cont. ca. 68.

Huius li. titulus est. An oẽ qđ est, bonum sit. circa principiũ illius.

ARTICVLVS II.

Vtrum Deus sit vbique.

AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur, quod Deus non sit ubique. Esse enim ubique significat esse in omni loco. Sed esse in omni loco non conuenit Deo cui non conuenit esse in loco, nam incorporalia, ut dicit Boet. in li. de hebdom. * non sunt in loco. Ergo Deus non est ubique.

¶ 2 Præt. Sicut se habet tempus ad successiua, ita se habet locus ad permanentia. Sed unum indiuisibile actionis uel motus, non potest esse in diuersis temporibus. ergo nec vnum indiuisibile in genere rerum permanentium potest esse in omnibus locis. Esse autem diuinum non est successiuum, sed permanens. Ergo Deus non est in pluribus locis. Et ita non est ubique.

¶ 3 Præt. Quod est totum alicubi, nihil eius est extra locum illũ. Sed Deus si est in aliquo loco, totus est ibi (non enim habet partes) ergo nihil eius est extra locum illum. Ergo Deus non est ubique.

SED CONTRA est, quod dicitur Hier. 23. Cœlum, & terram ego impleo.

RESPON. Dicendum, quod cũ locus sit res quædam, esse aliquid in loco, potest intelligi dupliciter. Vel per modum aliarum rerum, idest, sicut dicitur aliquid esse in aliis rebus quocunque modo, sicut accidẽtia loci sunt in loco. Vel per modũ proprium loci, sicut locata sunt in loco. Vtroque autem modo secundum aliquid Deus est in omni loco quod est esse ubique. Primo quidẽ, sic est in omnibus rebus, ut dans eis esse, & uirtutem, & operationem, sic enim est in omni loco, ut dans ei esse, & uirtutem locatiuam. Item locata sunt in loco inquantum replent locum, & Deus omnem locum replet, non sicut corpus (corpus enim dicitur replere locum inquantum nõ compatitur secum aliud corpus,) sed per hoc, quod Deus est in aliquo loco non excluditur, quin alia sint ibi, imo per hoc replet omnia loca, quod dat esse omnibus locatis, quæ replent omnia loca.

AD PRIMVM ergo dicendũ, quod [d] incorporalia nõ sunt in loco per contactum quantitatis dimensiuæ, sicut corpora, sed per contactum uirtutis.

D. 8 1 1.

AD SECVNDVM dicendum, q indiuisibile est duplex, unum, qđ est terminus continui, ut punctus in permanẽtibus, & momentum in successiuis. Et hmõi indiuisibile in permanentib. quia hẽt determinatũ sitũ, non põt esse in plurib. partib. loci, uel in plurib. locis, & similiter indiuisibile actionis uel motus, quia habet determinatum ordinem in motu, uel actione non põt esse in plurib. ptib. tpis. Aliud autem indiuisibile est, qđ est extra totum genus continui, & hoc modo substantiæ incorporeæ, ut Deus angelus, & aĩa dicũtur esse indiuisibiles. Tale igitur indiuisibile nõ applicatur

SVP. Q. VIII.

ART. II.

CONCL. Deus est in omni loco, & per modum quo est in omnibus rebus, & per modum, quo locata sunt in loco.

¶ PROB. 1. Quia Deus dat omni loco tum esse, tum uirtutem locatiuam, secunda autem pars, scilicet & per modum, quo locata, &c. probatur. Quia Deus replet omnem locum (in quantum scilicet dat esse omnibus locatis, quæ replẽt omnia loca.)

1[m] de maiori.

Esse omni loco. ℞. Vel per contactum quantitatis uirtualis. §. Tunc &c. Nam Deus per contactum quantitatis uirtualis est in loco, uirtute enim sua dat loco, ut possit contineri locata, & dat contentis in loco esse, ut puta existens in illis, & faciens, ut contineantur in loco.

2[m] de conclusione prima.

Ergo nec unum indiuisibile. ℞. tamẽ terminũ conti-

Comm. Cardinalis Caietani.

Titulus clarus.

¶ In corpore una conclusio responsiua quæsito affirmatiuè. Deus est omnino immutabilis. probatur triplici ratione, & authoritate. primò sic, Deus est primum ens. ergo actus purus. ergo omnino immutabilis. antecedens probatum fuit in q. 2. Prima consequentia probatur, quia actus est naturaliter prior potentia. Secunda verò, quia in omni mutabili oportet esse potētiam. Secundò sic. Deus est omnino simplex. ergo non potest mutari. Probatur sequela, quia omne quod mutatur, est aliqualiter compositū, quia quo ad aliquid manet, s. subiectum & quo ad aliquid non. Tertio sic. Deus est infinitus. ergo non potest se extendere vel pertingere ad aliquid de nouo. ergo non potest moueri. Prima cōsequentia probatur, quia infinitum comprehendit in se totam essendi perfectionem. secunda uerò, quia omne quod mutatur pertingit ad aliquid, ad quod prius non pertingebat. authoritas est antiquorum philosophorum, qui quasi a ueritate coacti, primum principium immobile fecerunt.

S. Bon. 1. 5. d. 3. q. 3. ar. 2. Alens. p. p. su. q. 6. men. 2. Scot. p. 5. d. 8. q. 5. Richar. 1. 5. d. 8. q. 1. Duran. 1. 5. d. 8. q. 3. Maero. 1. 5. d. 9. q. 1. Aegid. 1. 5. d. 8. q. 1. 3. princ.

SVPER Q. IX.

ART. I.

CONCL. Impossibile est: Deum aliquo modo mutari.

¶ PROB. 1. Quia Deus est actus purus: & quodcunque mouetur habet admixtam potētiam. ² Quia Deus est infinitus; & omne motum est aliquo modo compositum. ³ Quia Deus est infinitus; & nullum motum est infinitum.

43 1. d. 8. q. 2. ar. 1. & opu scu. 3. c. 4.

1^m^ de maiori.

Mouet. R. Physicè: nō, Metaphysicè. §. Tunc nihil &c. Nam Deus non mouet physicè seipsum: nec contrarium sentit ibi Augustinus.

2^m^ ex Sapien.

Mobilior. R. Ratione similitudinis suæ gradatim in res proceden tis: non, ratione motus physici. §. Tunc ni. &c. ut patet.

3^m^ de maiori.

Appropinquari, elongari. R. Proprie accepta: non, metaphorice. §. Tunc nihil &c. Nam metaphoricè accipiuntur approbari: & elongari, quando Deo attribuuntur.

APPENDIX.

Q. 2. art. 3. Vtilitas pro Eccle. S. Dei. Q. 2. art. 3.

Ex artic. habes primò: quomodo per rationem interimas hæreses Secundini, & Agnoetarum dicentium, Deus est mutabilis. Itē, Deus quod non extat præsciens, quod extat sciens, quod extitit memoria tenens: non eodem modo semper se habet: vt qui cognitionem transferat ad præsentia præterita, futura. ² Secundò habes: quo modo per rationē ostēdas, merito has damnari a Papa Innocen. Tertio in Concilio generali, extra de sum. Trin. & fide Cath. firmiter credimus & simpliciter cōfitemur ꝙ Deus &c. est incōmutabilis. Hæc ibi. Vide (licet sufficiat ista Ecclesiæ definitio) etiam alias damnationes harum q. 14. art. 7. & q. 16. art. 8. Item ab Ecclesia i officio S. Trinitatis; Te semper idē esse viuere, & intelligere profitemur. Item a regulis fidei traditis ab Augustino in lib. de fide ad Petrum. c. 4. firmissimè tene, & nullatenus dubites; sanctam Trinitatem solum uerum Deum sicut æternum, ita incommutabilem solum naturaliter esse. Hoc enim significat, cum dicit famulo tuo Moysi, Ego sum, qui sum. Hinc in psalmo dicitur. In principio Domine terrā fundasti, & opera manuum tuarum sunt cœli; ipsi peribunt, tu autem permanes, & omnes sicut vestimentū ueterascēt, & sicut opertorium mutabis eos, & mutabuntur; tu autem idem ipse es, & anni tui non deficient. Hæc ibi. Tertiò vides: quomodo ex his uicissim firmetur conclusio.

D. 467.

Q. 3. art. 7

Loco citato in arg.

¶ NOT. Præsenti articulo suffragatur articulus 12. 20. 33. 14. 23. 53. 5 II.

QVAESTIO IX.

De Dei immutabilitate, in duos articulos diuisa.

CONSEQVENTER considerandum est de immutabilitate, & æternitate diuina, quæ immutabilitatem consequitur.

Circa immutabilitatem verò quæruntur duo.

¶ Primo, vtrum Deus sit omnino immutabilis.

¶ Secundò, vtrum esse immutabile sit proprium.

ARTICVLVS I.

Vtrum Deus sit omnino immutabilis.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur ꝙ Deus non sit omnino immutabilis. Quicquid enim mouet seipsum, est aliquo modo mutabile. Sed sicut ' Aug. 8. super Genes. ad literam: Spiritus creator mouet se, nec per tempus, nec per locum. ergo Deus est aliquo modo mutabilis.

Lib. 8. sup Gen. c. 20. in fi. to. 1.

¶ 2 Præt. Sapient. 7. dicitur, de Sapiētia, quòd est mobilior omnibus mobilibus. Sed Deus est ipsa sapiē tia. ergo Deus est mobilis.

¶ 3 Præt. Appropinquari & elongari motum significant: huiusmodi autem dicuntur de Deo in scriptura Iaco. 4. Appropinquate Deo: & appropiquabit vobis. ergo Deus est mutabilis.

SED CONTRA est, quòd dicitur Malac. 3. Ego Deus, & non mutor.

RESPON. Dicendum, quod ex præmissis, ' ostenditur Deum esse omnino immutabilem.

Primò quidem: quia supra ostensum est, ' esse aliquod primum ens, quod Deum dicimus: & ꝙ huiusmodi primum ens oportet esse purum actum absq; permistione alicuius potentiæ, eo ꝙ potentia simpliciter est posterior actu. Omne autem, quod quocunque mutatur, est aliquo modo in potentia. Ex quo patet, quòd impossibile est Deum aliquo modo mutari.

Secundò, quia omne, quod mouetur quantum ad aliquid manet, & quantum ad aliquid transit: sicut quod mouetur de albedine in nigridinem, manet secundū substantiā, & sic in omni eo, quod mouetur, attenditur aliqua compositio. Ostensum est autem sup. ' ꝙ in Deo nulla est compositio: sed est omnino simplex. Vnde manifestū est, quòd Deus moueri non potest.

Tertiò, quia omne, quod mouetur, motu suo aliquid acquirit & pertingit ad illud, ad quod prius non pertingebat: Deus autem, cum sit infinitus cōprehendens in se oēm plenitudinem perfectionis totius esse, nō potest aliquid acquirere, nec extendere se in aliquid, ad qd prius non pertingebat. Vnde nullo modo sibi competit motus. Et inde est quòd quidam antiquorū, quasi ab ipsa veritate coacti, posuerunt primum principium esse immobile.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod Aug. † ibi loquitur ſm modū, quo Plato dicebat primum mouēs mouere seipsum: omnem operationem nominans motum, ſm quod ēt ipsum intelligere, & velle, & amare motus quidam dicūtur. Quia ergo Deus intelligit, & amat seipsum, secundum hoc dixerunt, quòd Deus mouet seipsum, non autem secundum, quod motus, & mutatio est existentis in potentia: vt nunc loquimur de mutatione, & motu.

AD SECVNDVM dicendum, ꝙ sapientia dicitur mobilis esse similitudinariè: ſm quòd suam similitudinem diffundit vsq; ad vltima rerum: nihil. n. esse potest, ꝙ nō procedat a diuina sapientia per quādā imitationem, sicut a primo principio effectiuo, & formali, prout etiā artificiata procedunt a sapientia artificis. Sic igitur inquantum similitudo diuinæ sapientiæ gradatim procedit a supremis, quæ magis participant de eius similitudine vsque ad infima rerum, quæ minus participant, dicitur esse quidam processus, & motus diuinæ sapientiæ in res, sicut si dicamus Solem procedere vsque ad terram, inquantum radius luminis eius usque ad terram pertingit. Et hoc modo exponit Dion. cap. 1. cęlest. hierar. dicens, quod omnis processus diuinæ manifestationis, venit ad nos a patre luminum moto.

Capit. 1. in princ.

AD TERTIVM dicendum, quòd huiusmodi dicuntur de Deo in scripturis metaphoricè. Sicut enim dicitur Sol intrare domum vel exire, inquantum radius eius pertingit ad domum: sic dicitur Deus appropinquare ad nos, vel recedere a nobis, inquantum percipimus influentiam bonitatis ipsius, vel ab eo deficimus.

Ferr.

Ferr. 1. cont. c. 13. 14. 15.
Cap. 1. d. 8. q. 3. con. 1. vbi supra comm. 2.
Banens q. 9. ar. 1.
Aegid. 1. 5. dist. 8. q. 2. 3. princ.
Alb. Mag. 1. d. 8. art. 16.

44
1. q. 14. ar. 5 & q. 15. ar. 7. & 1. d. 8. q 3. ar. 1. & 2. & di. 19. q. 5. ar. 3. & 1. cont. ca. 13. 4. & 15 & op. 3. c. 4 16. 17. 124 & 222.

ARTICVLVS II.

Vtrum esse immutabile sit Dei proprium.

AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur, quod esse immutabile non sit proprium Dei. Dicit enim Philosoph. in 2. Metaph.* ꝙ materia est in omni eo, quod mouetur: sed substantiæ quædam creatæ sicut angeli & animæ, non habent materiam, vt quibusdam videtur: ergo esse immutabile non est proprium Dei.

* 2. Metaphy. textu 12. to. 3.

¶ 2 Præt. Omne, quòd mouetur, mouetur propter aliquem finem; quod ergo iam peruenit ad vltimũ finem, non mouetur: sed quædam creaturæ iam peruenerunt ad vltimum finem, sicut omnes beati. ergo aliquę causæ sunt immutabiles.

¶ 3 Præt. Omne quod est mutabile, est variabile: sed formæ sunt inuariabiles: dicitur enim in lib. Sex principiorum,* ꝙ forma est simplici & inuariabili essentia consistẽs. ergo non est solius Dei proprium esse immutabile.

Capit. de forma in princ. to. 1

SED CONTRA est, quod dicit Aug.* in lib. de natura boni: Solus Deus immutabilis: quæ autem fecit, quia ex nihilo sunt, mutabilia sunt.

De nat. boni. ca. 1. t. 6.

RESPON. Dicendum, quòd solus Deus est omnino immutabilis, omnis autem creatura aliquo modo est mutabilis. Sciendum est enim, quòd mutabile potest aliqd dici dupliciter. Vno modo per potentiam, quæ in ipso est. Alio modo per potentiam, quæ in altero est. omnes enim creaturæ antequã essent, non erãt possibiles esse per aliquam potentiam creatam, cum nullum creatum sit æternum: sed per solam potentiam diuinam, inquantum Deus poterat eas in esse producere. Sicut autem ex voluntate Dei dependet, quòd res in esse produxit; ita ex voluntate eius dependet, quod res in esse conseruat: non enim aliter eas in esse conseruat, quam semper eis esse dando: vnde si suam actionem eis subtraheret, omnia in nihilum redigerentur, vt patet per Aug.* super Gen. ad literam. Sicut igitur in potentia creatoris fuit, vt res essent antequam essent in seipsis, ita in potentia creatoris est, postquam sunt in seipsis, vt non sint. Sic igitur per potentiam, quæ est in altero, s. in Deo, sunt mutabiles inquantum ab ipso ex nihilo potuerunt produci in esse, & de esse possunt reduci in non esse. Si autem dicatur aliquid mutabile per potẽtiam in ipso existentem, sic etiam aliquo modo omnis creatura est mutabilis. Est enĩ in creatura duplex potentia, s. actiua, passiua. dico autem potentiam passiuam, secundum quam aliquid assequi potest suam perfectionem. vel in essendo, vel in consequendo finem. Si igitur attendatur mutabilitas rei secundum potentiam ad esse, sic nõ in omnibus creaturis est mutabilitas: sed in illis solũ, in quibus illud quod est possibile in eis potest stare cum non esse. Vnde in corporib. inferioribus est mutabilitas & secundũ esse substãtiale: qa materia eorum põt esse cum priuatione formæ substantialis ipsorum: & quantũ ad esse accidẽtale, si subiectum compatiatur secum priuationem accidentis: sicut hoc subiectum homo, compatitur secum non album, & ideo potest mutari de albo in non album. Si verò sic tale accidens, quod consequatur principia essentialia subiecti, priuatio illius accidentis non potest stare cum subiecto. Vnde subiectum non potest mutari secundum illud accidens, sicut nix non potest fieri nigra. In corporibus verò cęlestibus materia non compatitur secum priuationem formæ: quia forma perficit totam potentialitatem materiæ: & ideo nõ sunt mutabilia secundum esse substantiale: sed secundum esse locale: quia subiectum compatitur secum priuationẽ huius loci, vel illius. Substantiæ verò incorporeæ, quia sunt ipsæ formæ subsistentes, quæ tamen se habent ad esse ipsarum sicut potentia ad actum, non compatiuntur secũ priuationem huius actus: quia esse consequitur formam: & nihil corrumpitur nisi per hoc, quod amittit formam. Vnde ipsa forma non est potentia ad non esse: & ideo huiusmodi substantiæ sunt immutabiles d & inuariabiles secundum esse: & hoc est quod dicit Dionys.* 10. cap. de d i uin. nomin. quod substantiæ intellectuales creatæ mundæ sunt a generatione, & ab omni variatione sicut incorporales & immateriales: sed tamen remanet in eis duplex mutabilitas: vna secundum quòd sunt in potentia ad finem, & sic est in eis mutabilitas secundum electionem de bono in malum, vt Damasc.* dicit. Alia secundum locum: inquantum virtute sua finita possũt attingere quædam loca, quæ prius non attingebant: quod de Deo dici non potest, qui sua infinitate omnia loca replet, vt supra dictũ est.* Sic igitur in omni creatura est potentia ad mutationem: vel secundum esse substantiale, sicut corpora corruptibilia: vel secundum esse locale tantum, sicut corpora cęlestia: vel secundum ordinem ad finem, & applicationem virtutis ad diuersa, sicut in angelis: & vniuersaliter omnes creaturæ communiter sunt mutabiles secundum potentiam creantis, in cuius d potestate est esse & non esse earum. Vnde, cum Deus nullo istorum modorum sit mutabilis, proprium eius est, omnino immutabilem esse.

Li. 4. c. 22. circa prin. to. 3.

D. 123. * Ca. de di. di. no. part. a princ.

Lib. 2. c. 3. & 4.

Q. 8. art. 2.

Epilogus de mutatióe, & mutabilibus. D. 896.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd obiectio illa procedit de eo, quod est mutabile secundum esse substantiale, vel accidentale. De tali enim motu philosophi tractauerunt.

AD SECVNDVM dicendum, ꝙ angeli boni supra immutabilitatem essendi, quæ competit eis secundum naturã, habent immutabilitatem electionis ex diuina virtute, tamen remanet in eis mutabilitas secundum locum.

AD TERTIVM dicendum, ꝙ formæ dicuntur inuariabiles, quia nõ possunt esse subiectum variationis, subiiciuntur tamen variationi inquantum subiectum secundũ eas variatur; vnde patet, quòd secundum quòd sunt, sic variantur. non enim dicuntur entia quasi sint subiectum essendi: sed quia eis aliquid est.

¶ Et sic patet solutio ad obiecta.

SVPER QV. IX.

ART. II.

CONCL. Solus Deus est omnino immutabilis.

¶ PROB. Quia Deus non est mutabilis, per potentiam in alio existentem, nec per potentiam in se ipso existentem, (Siue loquamur quantum ad esse accidentale: siue quantum ad substã tiale, siue quã tum ad ordinem ad finem, vel per electionẽ, vel per applicationem virtutis ad diuersa loca.) Et omnis creatura est mutabilis, per potẽtiam in alio, i. in Deo existentem, atque aliquo prædictorum modorum per potentiam in seipsa.

1^m de maiori.

Mouetur. ℞. Per potentiam in se, vel quantũ ad esse substantiale, vel quantum ad accidentale, non per potentiam in alio. neque per potentiam in se aliter quã diximus. §. Tunc nihil &c. Licet enim angeli & animæ ex eo, quòd carent materia per potentiam in seipsis existentem non moueatur quantum ad esse substantiale, neque quantum ad esse accidentale crassum (vt de albo ad non album,) mouentur tamen per potentiam suam quantum ad ordinem in finem, uel eligendo aliquid vel applicando virtutem suã ad loca diuersa: & ultra hoc per potentiam in alio mobilia sunt, inquantum possunt annihilari a Deo, aut ab ipso, quocunque modo sibi placuerit mutari.

2^m de conclusione prima.

Non mouetur. ℞ Motione ad finem illum: non, motione alia. §. Tunc nihil &c. Nam beati, licet non moueã tur ad finem, mouẽtur aliter. s. per applicationem ad loca diuersa: & ultra hoc, sunt mutabiles per potentiam in alio. Non enim per hoc tollitur facultas a Deo, quin posset eos annihilare si uellet, licet nunquam hoc volet: sed cõseruationem illorũ sic in beatitudine immutabilem in ęternum & volet & efficaciter operabitur.

3^m de maiori.

Variabile. ℞. Vel vt quòd: uel ut quo secundum. s. quòd est: & secundum quòd est mutabile. §. Tunc nihil &c. Quia enim formæ sunt tantum ut quo, ideo sunt tãtum mutabiles, ut quo: ideo & tantum uariabiles ut quo.

1^m de maiori.

Id per essentiam. ℞. Illius alicuius, non suam propriam. §. Tunc &c. Nam Deus dicitur esse in aliquo per essentiam, non quasi sit de essentia illius alicuius, sed modo explicato ꝑ conclusionem.

2^m de maiori.

Non deesse ℞. Quantum ad uisionem, non quantum ad substantiã propriam. § Tunc &c. vt patet per conclusionem.

3^m de maiori.

Ita. ℞ Quantum ad esse principium rerum, non, quantum ad esse in rebus illis. §. Tunc &c ut patet in litera.

4^m de conclusione. Si ergo De^9 &c. ℞. Si q̃libet perfectio superaddita faceret Deum esse in aliquo, ut cognitum, & amatum. §. alias negatur consequentiã.

APPENDIX.

Vtilitas ꝑ Ecclesia Dei.

Ex articulo habes primo, quomodo per rationem internas hęreses Manichæorũ (in litera) dicẽtium ut ibi. Item primo Athæorũ, secundo Philosophorũ quorundã, tertio Auerrois, quarto Rabbi Moysi. (Direct. Inquisit. 2. par. q. 4.) dicẽtium primo quod prouidentia Dei de reb humanis nulla est, ꝙ secundo prouidentia ulla diuina mundus non regitur, quod tertio prouidentia Dei non est de indiuiduis, & de hic inferius existentibus quod quarto prouidentiam aliquorũ Deinõ hẽt quo ad spẽm, & singularia, uñ cõtingentia particularia nõ sunt sub diuina prouidẽtia. Itẽ aliquorum Philosophorum (Direc ibi) dicentium, a 1 primo angelo processisse fm, & sic deinceps usq; in finẽ, secundo aiam nostrã ꝑcessisse a datore formarum, qui est ultima intelligentia, tertio corpora cælestia esse ꝑducta ab aiab. corporum cęlestiũ, & quarto unã illorum aiam esse productam ab alia, i inferiorẽ a superiori a primo cælo processisse, & sic deinceps usq; ad ultimum Contra Manichæos in stat articulus per ly Deus est ubique per potentiam, cõtra Athæos cum similibus per ly per præsentiã, contra ultimos philosophastros per ly per essentiam. Secundo habes, quõ ꝑ rõnem ostẽdas, merito Manichęos damnari ab Hester 13. Domine Deus in ditione tua cuncta sunt posita (ibi de temporalibus etiam ad literam loquitur,) & Athæos cum similibus ad Hebr. 4. non est ulla creatura inuisibilis in conspectu eius, ultimos a Concilio Niceno primo, Credimus in Deum factorem omnium uisibilium & inuisibilium. Hæc ibi. Tertio uides, quomodo ex his uicissim Angelica firmetur conclusio.

¶Not. Præsenti art. suffragatur in ordine art. 58. 228. 136. 342. 29. 155. 226. 132. 32. 17. 18.

bet parte domus. Secundum uero substantiam vel essentiam, dicitur aliquid esse in loco, in quo eius substantia habetur.

Fuerunt ergo aliqui, scilicet Manichæi, qui dixerunt diuinæ potestati subiecta spiritualia esse & incorporalia, uisibilia uero, & corporalia subiecta esse dicebant potestati principii contrarii. Contra hos ergo oportet dicere, quod Deus sit omnibus per potentiam suam.

Fuerunt uero alii, qui licet crederent omnia esse subiecta diuinę potentiæ, tamen prouidentiam diuinam usque ad hæc inferiora corpora non extendebant, ex quorum persona dicitur Iob 22. Circa cardines cęli perambulat, nec nostra considerat. Et contra hos oportuit dicere, quod sit in omnibus per suã præsentiam.

Fuerunt vero alii, qui licet dicerent omnia ad Dei prouidentiã pertinere, tñ posuerunt omnia nõ immediate esse a Deo creata; sed ꝙ immediate creauit primas creaturas, & illæ creauerunt alias. Et contra hos oportet dicere, quod sit in omnib. per essentiam. Sic ergo est in omnibus per potentiam, inquantum omnia eius potestati subduntur. Est ꝑ præsentiam in omnibus, inquantũ omnia nuda sunt, & aperta oculis eius. Est in omnibus per essentiam, inquantum adest omnibus ut causa essendi, sicut dictum est.*

Ad primum ergo dicendum, quod Deus dicitur esse in omnibus per essentiam, non quidem rerum, quasi sit de essentia earum, sed per essentiam suam, quia substãtia sua, adest omnibus, ut causa essendi, sicut dictum est.*

Ad secundum dicendum, ꝙ aliquid potest dici præsens alicui, inquantum subiacet eius conspectui, quod tamen distat ab eo secũdum suam substantiam, ut dictum est.* Et ideo oportuit duos modos poni. s. per essentiam, & præsentiã.

Ad tertium dicendum, ꝙ de ratione scientiæ & uolũtatis est, quod scitum est in sciente, & uolitum in uolente. Vnde secundũ scientiam & uoluntatem magis res sunt in Deo, quam Deus in rebus. Sed de ratione potentiæ est, quod sit principium agendi in aliud. vnde secundum potentiam agens comparatur, & applicatur rei exteriori, & sic per potentiam potest dici agens esse in altero.

Ad quartum dicendum, quod nulla alia perfectio superaddita substantiæ, facit Deum esse in aliquo, sicut obiectũ cognitũ, & amatũ, nisi gratia, & iõ sola grã facit singularẽ modũ essendi Deũ in rebus. Est autem alius singularis modus essendi Deum in homine per vnionem, de quo modo suo loco agetur, tertia parte, quæst. 2.

art. 1. huius quæst.

art. 1. huius quæst.

In corp. ar.

ARTI-

Comm. Cardinalis Caietani.

Titulus ex quid nominis in corpore clarus.

¶In corpore duo. primo distinguit, secundo rñdet quæsito ibi. sic ergo. Quo ad primũ distinctio est ista. Deus est in aliquo dupliciter. s. effectiuẽ, & obiectiuẽ. Differunt quo ad propositũ hi modi, quia primus est generalis, eo quod effectiue Deus est in omnib. Secundus specialis, eo, ꝙ obiectiue est tm̃ in creatura rõnali. Et uocatur hic modus esse per gratiã, eo ꝙ ex gratia hẽt creatura rõnalis, ꝙ cognoscat, ac diligat Deum actu, uel habitu. Rursus modus generalis essendi, in omnib. distinguitur in esse ꝑ essentiã, præsentiã, & potentiã. Vt patet in Rege respectu loci proprii, & loci, in prospectu suo, & regni sui, & inde applicando ad Deum.

¶ Aduerte hic primo, ꝙ quamuis litera in principio corporis ponat distinctionem modi essendi Dei in rebus, scilicet effectiue, uel obiectiue, postmodum tamen non subdiuidit modum essendi in esse per essentiam, præsentiam, & potentiam, quoniam falsa esset subdiuisio, sed intendit subdistinguere modum generalẽ, quo Deus est in omnibus & accipit distinctionem ex rebus humanis, applicatque ad Deum respectu omnium creatorum.

¶ Aduerte secundo, quod in litera non solum applicantur declarati modi ad Deum, sed probatur quodãmodo rectam esse interpretationem eorum, ex eo, quod singuli contra singulos excellentium hominum errores ponuntur. Contra Manichæos namque, esse per potentiam, idest esse in omnibus immediate, immediatione uirtutis. Ita quòd omnia agunt quicquid agunt uirtute Dei. Contra Auer. uero esse per præsentiam penetratiuã omnium, & singulorum suo intuitu. Contra Auicen. autem esse per essentiam, idest immediate immediatione suppositi, quia in quolibet est aliquid creatum a Deo immediate.

¶Quo ad secundum respondet quæsito affirmatiue. Deus est in omnibus per præsentiam, essentiam, & potentiam.

¶Circa singulos modos singula occurrunt dubia, ex Aureolo, ut refert Capreolus, in 1. d. 37. Circa illum quidem modum specialem, dubium est. tũ quia Deus est obiectiue in non sanctis, & in quibusdam sanctis, puta infantibus non obiectiue, tum quia Aug. dicit, Deum esse in sanctis, quia intensius.

¶Ad hoc breuiter dicitur, quod iste modus, scilicet per gratiã, non distinguitur cõtra modum essendi Dei obiectiue, sed est pars eius a sacris Doctoribus per gratiam nominatus, & importat Deũ esse obiectiue, ut intellectum notitia pariẽte charitatem, quod patet solis sanctis conuenire, & etiam infantib quia habitum fidei, & charitatis ex baptismo sortiuntur. Aug autem & Magister, modum hunc non formaliter, ut S. Tho. sed causaliter descripserunt. Ex hoc enim, quod Deiformes facit rationales creaturas, quod est intensius, & plenius operari, consurgit Deum cognosci, & charum haberi ab eis. Contra modum per præsentiam arguit, quia cognitum est in cognoscente, & non econuerso. Ac per hoc, secundum cognitionem non debet dici Deus esse in rebus.

¶Ad hoc breuiter dicitur, quod in cognitione sunt duo, modus cognoscendi, & uis cognitionis. si attendatur modus, optime procedit obiectio, si uero uis cognitionis, sic est econuerso, quoniam uis cognitionis consistit penetratione omnium, usque ad intima quæque. unde ad Hebræos quarto dicitur de Dei sermone, quem constat esse intellectus signum, quod pertingit usq; ad diuisionem animæ, & spiritus, compagum quoque, ac medullarum, cognitionumque, & intentionum cordis. Et ad hoc attendens diuus Thomas dixit, Deum esse per præsentiam in omnibus. Quamuis etiam, & dici possit quod aliud est loqui de notitia absolute, & aliud de notitia intuitiua, de qua hic est sermo. hic enim ad res ex propria ratione qua intuitiua est,

APPENDIX.

Vtilitas pro Eccle. Dei.

EX artic. habes primò: quomodo per rationem ostendas, me rito esse dictum a psal. 101. Ipsi cęli peribunt, tu autem permanes, & & sicut opertorium mutabis eos, & mutabuntur; tu autem idem ipse es. Si cœli mutabiles. ergò multo magis ea, quæ sub cœlo sunt. Item ab Isa. 40. omnes gentes quasi non sint sic sunt, coram eo. Hoc est. Potest Deus facere, quòd non sint: consequenter mutabiles sunt per potentiam in alio. Item a Iob. 26. columnæ cœli contremiscunt & pauent aduentum eius. Hoc est. Angeli. Si loqueris de beatis intellige hanc sententiam iuxta doctrinam supra in ad secundum, ne erres: Et nota illum timorem, ac pauorem nō esse de posse amittere beatitudinem (cum sint de æterna illa permanentia securissimi:) sed esse de maxima reuerētia ad Deum supra in infinitum excellentem clare visum: & designare beatos cognoscere certò se posse annihilari ab ipso quamuis cognoscant simul se nūquam annihilandos, vel quoquomodo a tanta beatitudine remouendos. Item a 1. Thim. 6. Qui solus habet immortalitatem. Hoc est omnimodam inuariabilitatem. Eo enim modo loquitur ibi Apostolus: quo omnis mutatio est quędam mors: secundum Augustinum libro 3. contra Maximinum, capit. 12. & in epistola ad Dioscorum. Item a Regulis fidei catholicæ (liber est Augustini de fide ad Petrum) cap. 20. firmissime tene, & nullatenus dubites omnem creaturam naturaliter mutabilem a Deo incommutabili factam. Hæc ibi. Secundò vides: quomodo ex his uicissim firmetur conclusio.

¶ NOT. Præsenti articulo seruit articulus in ord. 39. 508. 365. 367. 40. 31. 393. 29. 49. 265. Item pro in corpore dicto ly, in ipsa forma non est potentia ad non &c. vide tabulæ magnæ D. Tho. Concordantias post anne. num. 122.

Comm. Cardinalis Caietani.

IN titulo, proprium sumitur, vt distinguitur contra commune: mutabile sumitur negatiuè, vt negat omne mutabilitatis genus.

¶ In corpore articuli una est conclusio responsiua quæsito affirmatiuè. Solus Deus est omnino immutabilis. hæc conclusio cū sit exclusiua, habet exponentem affirmatiuam, Deus est omnino immutabilis probatam in precedenti articulo, & negatiuam, nihil aliud a Deo est omnino immutabile, cui æquiualet vniuersalis affirmatiua de prædicato finito, seu opposito. s. omne aliud a Deo est aliquo modo mutabile. Et propterea in litera hæc uniuersalis affirmatiua probatur primo. Deinde epilogando colligitur ꝓbatio totius exclusiuæ responsiuæ quæsito. probatio autem illius vniuersalis affirmatiuæ fit dupliciter. Primò quo ad vnam cōem speciem mutationis, secundò quo ad singulas vniuersi partes secūdum diuersas mutationes. Probatur ergo primo, ꝙ omnis creatura est mutabilis per potentiā in altero sic: omnis creatura est mutabilis de nihilo in aliquid. & rursus ex aliquo in nihil ergo. s. antecedens patet. cōsequentia probatur, quia ex simplici voluntate Dei pendet creatio & conseruatio. Secundò quòd omnis creatura est mutabilis per potentiam in se vel secundum esse substantiale & accidentale, puta locum, vel secundum malum & bonum, & applicationem ad diuersa. Probatur, in omni creatura est aliquid potens stare cum priuatione esse substantialis uel localis, vel boni, & contactus virtutis huius: ergo. antecedēs patet distinguendo tres vniuersi partes. Sphæram elementorum cum mixtis: corpora cœlestia, & substantias spirituales. consequentia probatur, quia omnis mutatio secundum potentiam in se est ex possibili esse cum utroque oppositorum.

¶ Circa ea quæ dicuntur aduerte primò, ꝙ cum in litera distinguitur potentia passiua in potentiam ad esse, & ad consecutionē finis, non distinguitur consecutio finis contra esse in communi, ac si nullum poneret esse: sed contra esse absolute, quod est esse substantiale, ut dicitur 7. Metaph. vel contra esse, ut est proprius effectus actus primi. Consecutio namq; finis in actu secundo consistit. Aduerte secundò, quòd in litera ad perfectionem doctrinæ non solum ponuntur ea, quæ ad conclusionem spectant directè, quæ. s. mutabilitatem omnis creaturæ pandunt, sed etiam ea, quæ ad immutabilitatem aliquam earum spectant. Et quoniam de his inferius ex proposito erit sermo, in locis propriis, cum de angelis, ac cęlestibus tractabitur, nunc pertranseundum est. De aliis autē mutabilitatem concernentibus modò tractandum est.

¶ Circa primum membrum distinctionis, vt in litera applicatū ad mutationem ex nihilo & in nihil, &c. occurrit turba multa inuehentium ex ignorantia peripateticæ philosophiæ. Non possunt siquidem, aut nolunt percipere, quòd aliquid creatum sit secundum se immutabile substantialiter, & tamen mutabile per potentiam in alio. Mutabile dico modo exposito. Et licet rationes, ac uerba eorum multiplicentur, ac dilatentur, radix tamen duplex est. altera rationis, altera authoritatum. Ratio est, quia accepto angelo, quæritur, aut est ens possibile, aut necessarium: si possibile, habet intentum. Nam possibile esse, & non esse, non est prædicatum accidentale, aut extraneum, ut dicitur 10. Metaphys. sed est substantia, uel in substantia. Si necessarium. ergo impossibile non esse. ergo per nullam potentiam potest non esse. Nulla namque potentia potest impossibile. Authoritas est Auerrois primo celi, con. 124. & 12. Metaph. con. 41. Algazel quoq; dicit possibile esse, quòd alio non existente non est. Repugnat etiam fidei ponere aliquid præter Deum esse necessarium. ergo.

¶ Ad horum euidentiam tria notāda sunt, ex quibus omnia ad hanc materiam spectantia, a quibuscunq; obiecta soluuntur. Primum est, quòd magna differentia est inter necessarium, & possibile, ut sunt differentiæ entis ueri. Inquantum enim sunt differentiæ entis ueri, sumuntur logicè: & consistunt in sola habitudine terminorum, ut patet. Vt autem sunt differentiæ entis per se, quę significat substantiam, quantitatem, &c. vt dicitur quinto, & sexto Metaph. sic sunt conditiones substantiales rerum intrinsecæ ipsis rebus, ut 10 Metaph. textu ultimo dicitur de corruptibili, & incorruptibili. Aliud est ergo loqui de necessario, & possibili, ut sunt differentiæ reales: & aliud ut sunt differentiæ habitudinis terminorum, quoniam hoc modo abstrahunt a potentia in se, vel in alio: immò ab omni potentia propriè dicta, quoniam inueniuntur in mathematicis secundum nullam vere potentiam, ut dicitur in 5. Metaph. capite de potentia, & in conclusione eiusdem in principio. Illo uero modo attenditur secundum intrinseca rerū. Vnde distinguatur tam necessarium, quàm possibile in reale, & logicum, ne fiat confusio. Secundum est, quòd potentia in re existens ad non esse, a qua res possibilis dicitur, non potest, etiam si fingendi licentia detur, aliter poni, quàm secundariò, quia. s. est in in re potentia ad aliud esse impossibile huic esse, quoniam, nulla potentia nullusq; appetitus respicit primo non esse, ut dicitur 1. Ethic. unde oportet, ut res carens potentia ad aliud esse incompossibile huic, careat etiam potentia ad non esse. Et cum constet, quòd potentia realis ad aliud esse remaneat, & perficiatur in aduentu illius, consequens necessariò est, ut omne, in quo est potentia ad non esse, habeat, uel sit aliquid potens remanere cum priuatione eius esse, quod actu habet: & ideo in litera optime dicitur, quòd possibile per potentiam in se, oportet esse istiusmodi: intendens de possibili reali. Et per oppositum, necessarium reale, quod æquiualet immutabili, est quod caret tali potentia. Et hinc sequitur, quòd aliquid est possibile logice, quod tamen est necessarium reale. Possibile quidem a logice, quia neutra pars contradictionis de secundo adiacente, implicat contradictionem, puta, nec ista, cęlum est: nec, ista, cœlum non est. necessarium vero reale, quia in eo non est potentia ad aliud esse, ac per hoc, nec ad priuationem esse, quod habet. Et quoniam supponimus, quod quicquid non implicat contradictionem, est possibile, non solum logicè, sed potentia reali omnipotentis Dei. ideo possibile logicum vocari potest etiam possibile reale, extrinsece tamen, quia per potentiam in alio. Et propterea in litera, ubi de Deo agitur, & rebus possibile per potentiam in alio dictum est. Tertium est, quòd cōmune est omni rei diuersæ a Deo, habere non hanc conditionem affirmatiuam proprie loquendo, s. ex se non esse, sed habere hanc negatiuam, s. non ex se esse, quia ab alio pendet, non solum in fieri, sed in conseruari, quemadmodum aer non ex se est illuminatus. Et propter hanc conditionem dicitur, quòd creaturæ sunt ex se nihil, & ex originis natura defectibiles sunt: & quòd possunt non esse, & multa alia, quæ omnia ad prædictum sensum sūt reducenda, quoniam dependentiam ab alio in fieri, & conseruari tantum ponunt, non potentiam in creatura ad oppositum. His igitur prælibatis, iam patet responsio ad omnia. Ponit enim Sanc. Thom. hic & in secundo contra Gen. cap. 30. & 55. & in quæst. de potentia. quæst. 5. artic. 3. & ubique, angelos, & corpora cœlestia entia necessaria realia, possibilia tamen logice, & per potentiam in alio; & solum Deum omnimodo necessarium. Nec hoc repugnat philosophiæ, aut fidei. Non philosophiæ quidem, ut iam patet. Nec etiam philosophis, quoniam æquiuocant de possibili, & necessario, ut facile patet inducendo. Dicere autem quòd repugnat fidei, summæ est ignorantiæ, qualis moderno tempore regnare videtur apud quosdam Parisienses, qui præfatum sancti Thom. capitulum, ut suspectum habent, sed hos cum sua ignorantia relinquamus. Non enim sunt digni, de quibus verba fiant in re tam ardua.

Aegid.

Aegid. 1.5. dist. 8. q. 2. 2. princ.
Banens q. 10. ar. 1.

SVPER QV. X. ART. I.

CONCL. Ex duobus congrue notificatur aeternitas: primo ex hoc quòd id quod est in aeternitate, est interminabile, i. principio & fine carens. Secundò ex hoc quòd aeternitas successione caret tota simul existens.

¶ PROB. 1. Quia (ab oppositis) quod est in tempore habet terminos tempore. Secunda autem pars. ∫. secundò per hoc &c. probatur, quia ratio temporis est sitis i. successione prioris, ac posterioris in motu.

1^m de maiori. Negatiue dicitur. R. Ad denotandum modum nostrũ cognoscendi: non ad denotandum quod negatio sit semper de essentia eorum, quae dicũtur interminabilia. §. Tunc nihil &c. Nam deficientia nõ sũt in quibus definiendis interminabile primo modo ponitur, ut hic licet sint deficientia, in quibus ponitur secundo modo.

2^m minor. Duratio autem &c. R. Negatur ista minor. §. Loquendo, vt sit in cõclusione de duratione: quae conuenit aeternitati propriè dictae. Nam talis duratio magis attenditur secũdam operationem, & consequentes secundũ viuere, quam secundũ esse.

3^m de maiori. Quod habet partes. R. Vel id cui nihil deest. §. Tunc nihil &c. ut patet.

4^m de maiori. Plures dies, plura tempora. R. Proprie dicta: non metaphoricè. §. Tunc nihil &c. vt patet in litera. Intellige maximam argumẽti ly Plura tempora nõ possunt esse simul, de plurib. temporibus aequalibus tantum. Nam uidemus, quod menses in anno: dies in mense, horae in uno die, continentur simul.

5^m de antecedente. Sunt idẽ. R. Sed nõ dicũtur semper ad idẽ, & secundum idem. §. Tunc nihil &c. ut litera docet.

6^m maior. Posset 6o &c. R. Negatur ista maior loquendo de duratione inquantum imponat immutabilitatem, & indeficientiam. §. Tunc nihil &c. ut in litera patet.

QVAESTIO X.

De Dei Aeternitate, in sex articulos diuisa.

DEINDE quaeritur de aeternitate. Et circa hoc quaeruntur sex.

¶ Primo, quid sit aeternitas.
¶ Secundò, vtrũ Deus sit aeternus.
¶ Tertio, vtrum esse aeternum sit proprium Dei.
¶ Quarto, vtrum aeternitas differat ab aeuo, & tempore.
¶ Quinto, de differentia aeui, & temporis.
¶ Sexto, vtrum sit vnum aeuum tãtum, sicut est vnum tempus & vna aeternitas.

ARTICVLVS I.

Vtrum conuenienter diffiniatur aeternitas, quod est interminabilis uitae tota simul, & perfecta possessio.

45 1. d. 8. q. 2. art. 1. & di. 19. q. 2. ar. 1 & po. q. 3. ar. 14. 10.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur quòd non sit conueniens diffinitio aeternitatis, quam Boet. * ponit 3. de consol. dicens, quòd aeternitas est interminabilis vitae tota simul & perfecta possessio. Interminabile enim negatiuè dicitur. Sed negatio non est de ratione, nisi eorum quae sunt deficiẽtia: quod aeternitati non competit. ergo in diffinitione aeternitatis nõ debet poni interminabile.

* lib. 3. pro sa. 2. circa princ.

¶ 2 Praet. Aeternitas durationem quandam significat: duratio autem magis respicit esse quam uitam. ergo non debuit poni in diffinitione aeternitatis vita: sed magis esse.

¶ 3 Praet. Totum dicitur quod habet partes. Hoc autem aeternitati non conuenit, cum sit simplex. ergo inconuenienter dicitur tota.

¶ 4 Praet. Plures dies non possunt esse simul, nec plura tempora. Sed in aeternitate pluraliter dicũtur dies & tempora. dicitur enim Mich. 5. Egressus eius ab initio a diebus aeternitatis, & a Rom. 16. ca. Secundum reuelationem mysterii temporibus aeternis taciti. ergo aeternitas non est tota simul.

¶ 5 Praet. Totum & perfectũ sunt idem. Posito igitur quod sit tota, superfluè additur quòd sit perfecta.

¶ 6 Praet. Possessio ad durationem non pertinet. aeternitas autem quędam duratio est. ergo aeternitas non est possessio.

RESPON. Dicendum, quod sicut in cognitionem simpliciũ oportet nos venire per composita: ita in cognitioné aeternitatis oportet nos venire per tempus, quòd nihil aliud est quam numerus motus secundum prius & posterius. Cum enim in quolibet motu sit successio, & vna pars est post alteram, ex hoc quod numeramus prius & posterius in motu, apprehendimus tempus, quod nihil aliud est quam numerus prioris & posterioris in motu. in eo autem quod caret motu & semper eodẽ modo se habet, non est accipere prius & posterius. Sicut igitur ratio temporis cõsistit in numeratione prioris & posterioris in motu, ita in apprehensione vniformitatis eius, quod est omnino extra motum, consistit rõ aeternitatis. Item, ea dicuntur tempore mensurari, quae principium & finem habent in tempore, ut dicitur in 4. Physico.* & hoc ideo, quia in omni eo, quod mouetur, est accipere aliquod principium, & aliquem finem. Quod verò est omnino immutabile, sicut nec successionem, ita nec principium, aut finem habere potest. Sic ergo ex duobus notificatur aeternitas. Primò ex hoc, quod id, quod est in aeternitate, est interminabile, i. principio & fine carẽs: vt terminus ad vtrumq; referatur. Secundò per hoc, quòd ipsa aeternitas, successione caret tota simul existens.

* 4. Physic. textu 120. to. 8

AD PRIMVM ergo dicendum, quod simplicia consueuerunt per negationem diffiniri, sicut punctus est cuius pars non est: quod non ideo est, quòd negatio sit de essentia eorum, sed quia intellectus noster, qui primò apprehendit composita, in cognitionem simplicium peruenire nõ potest, nisi per remotionem compositionis.

AD SECVNDVM dicendum, quod illud, quod est verè aeternum, nõ solum est ens: sed viuens: & ipsum viuere se extendit quodammodo ad operationem, non autem esse; protensio d autem durationis videtur attendi secundum operationẽ magis quam secundum esse: vnde & tempus est numerus motus.

AD TERTIVM dicendum, quod aeternitas d dicitur tota, nõ quia habet partes: sed inquantum nihil ei deest.

AD QVARTVM dicendum, quod sicut Deus cum sit incorporeus, nominib. rerum corporalium metaphoricè in scripturis nominatur, sic aeternitas tota simul existens nominibus temporalibus successiuis.

AD QVINTVM dicendũ, quod in tempore est duo considerare. s. ipsum tempus, quod est successiuum: & nunc temporis, quod est imperfectum. Dicit ergo tota simul ad remouendum tempus: & perfecta ad excludendum nunc temporis.

AD SEXTVM dicendum, quod illud, quod possidetur, firmiter & quietè habetur: ad designandã ergo immutabilitaté, & indeficiẽtiam aeternitatis, vsus est nomine possessionis.

APPENDIX.

EX artic. habes primò: quomodo per rationem ostendas: psalmum 89. iure Deo sic locutum, Mille anni an te oculos tuos, tanquã dies hesterna quae praeteriit. Hoc est. In aeternitate tua continentur plura tempora, tanquã in uno, nunc totaliter simul existenti. Adeo enim nihil de futuro expectat vel habet aeternitas: vt mille anni futuri sint in ipsa tanquã dies hesterna: & non solum tanquam dies hesterna, sed etiam tanquam sic hesterna vt totaliter praeteriit. Nam quandoque de die hesterna relinquitur aliqua minima particula, vel aliquod minimum uestigium: adeo quod illa aliqualiter remanet in illo uestigio: puta dies hesterna hodie etiã est inquantum facit me antiquiorem, seniorem, magis expertum &c. quam antea fuerim. Nõdum ergo hodie dies hesterna totaliter praeterit. Sed cum de sua praeteritione aliquid relinquerit in me, aliquid etiam hodie praeteriti ego participo. Vt igitur demõstret psal. quòd aeternitas ita est tota simul, ut nihil omnino praeteriti, quòd nihilque proresus futuri, habeat: asserit, quòd mille anni sũt ante oculos Dei tanquã dies hesterna quae praeterit: quasi dixerit. Praeterita & futura sunt sine ulla successione uel uariabilitate in aeternitate, tanquam in uno praesentialiter posito ante oculos. Itẽ 2. Pet. 3. Vnum hoc vos non lateat charissimi, quia unus dies apud Dominum, sicut mille anni, & mille anni sicut dies vnus. Hoc est. Aeternitas

Vtilitas pro Eccle. S. Dei.

D. 721.

D. 571.

AR-

ternitas fine extensione extenditur ad quodcunque & quantumcunque & quomodocunque distans tempus, hic per mille annos significatum; adeo quòd tota diuersitas temporum vel quantumcunque durationum est quid simplex actualiter simul præsens in illa. Vnde eiusdem facilitatis est Deo cognoscere mille annos, i. quodcunque quantumcunque siue in præteritum siue in futurũ distans tempus, sicut cognoscere præsentialiter & oculariter diem vnum. A simili igitur uariabilia sunt in æternitate inuariabiliter, plura simpliciter, remotissima præsentialiter, successiua permanenter, priora, & posteriora simul, numerabilia sine numero, difformia vniformiter. Secundò habes: quomodo per ratione & præmissas scripturas damnari, meritò demõstres hæresim Theophronii Agnoetarũ ducis ignorantissime dicentis: Deus quod non extat præsciens, quod extat sciens, quod extitit memoria tenens, non eodem modo semper se habet, ut qui cognitionem suã transferat ad præsentia, præterita futura. Alias huius damnationes, vide q.14.art.7.& q.9.ar.1.& q.16.art.8. Tertiò vides: quomodo ex his uicissim Angelica firmetur conclusio.

Comm. Cardinalis Caietani.

Titulus clarus.

¶ In corpore quatuor. primo, modus inuestigandi diuinam æternitatem. secundò prosequitur illum, quo ad particulas positas in diffinitione intrinsece. ibi: Cum enim. tertio quo ad particulas positas in diffinitione, ut additum ibi, Item ea dicuntur. quartò, applicando ad propositum omnia, respondetur quæsito affirmatiue, ibidem, sic igitur.

¶ Quo ad primum æternitas cognoscenda est per tempus, probatur, quia se habet ad ipsum, ut simplex ad compositum. Aeternitas enim, ut patebit. est unitas, tempus uero numerus. Illa absq; successione, hoc prioris, & posterioris, &c. Constat autem, quòd numerus compositus est respectu unitatis. & similiter prius, & posterius componunt respectu eius, quod stat absque his differentiis.

¶ Quo ad secundum ratio æternitatis consistit in apprehensione uniformitatis eius, quod est omnino extra motum. Declaratur, ratio temporis consistit in numeratione prioris, & posterioris in motu. ergo. probatur consequentia, quia proportionaliter se habent, sicut tempus ad successionem partis post partem in motu, ita æternitas ad rem carentem his. Aduerte hic, quòd hæc propositio in litera posita, s. ratio æternitatis consistit in apprehensione uniformitatis: potest dupliciter exponi quo ad ly in apprehensione. Vno modo, quod significet illam consistere in apprehendi, seu cognosci ita qđ æternitas sit completiue ab anima, sicut de tpe dicitur. Et sic, iudicio meo, nõ intelligitur, eo quod unitas uniformitatis perennis actu est absque actu animæ, non minus, quàm unitas essentiæ diuinæ. Alio modò, quod significet idẽ quod in conceptione obiectiua, qua frequenti usu uocamus rationem, ac si dixisset, ratio æternitatis consistit in apprehensione. i. in rõne uniformitatis. Et hic est sensus intentus. Sed tamen adhuc potest dupliciter exponi: quoniam potest interpretari formaliter, uel materialiter: formaliter quidem, ita ut rõ æternitatis sit ipsa uniformitas. Materialiter vero, ut sit unitas uniformitatis. Et quamuis quidam materialiter hanc literam interpretandam putent propter uerba S. Th. in 1. sent. dist. 19. q. 2. ar. 1. vbi dicit, quod sicut prius, & posterius motus, ut numerata constituunt tempus, ita permanentia actus, ut una unitate, ut habet rationem mẽsuræ, est æternitas: & ex hoc solutas putent omnes obiectiones Aureoli recitatas in 9. dist. t. a Capreolo, quia procedunt contra hoc dictũ formaliter, & non materialiter intellectum. Ego tamen formaliter textum, & cæteros intelligo; motus ea ratione, quia nihil cogit ad materialem sensum. semper enim formalis intellectus reliquis præponitur, si saluari æque potest. Scito igitur, quod cum uniformitas sit species unitatis, dicit enim unitatem contractam ad formam. Rem enim uniformem synonyme dicimus rem vnius formæ. Addere unitatem ad uniformitatem est nugatio, sicut addere animal homini, vnde in primo sententiarum non dicitur, quod uniformitas actus, ut una, sed permanentia actus, ut una. Ac per hoc dicere æternitatem esse uniformitatem, & dicere esse unitatem, non differunt, nisi quia specialius, perfectius, atque melius dicitur uniformitas, sicut uniuersaliter melius explicat naturam rei genus proximum, quam remotum. Et propterea merito in hac litera postremo edita, melior declaratio posita est. Consistit igitur æternitatis ratio in ratione uniformitatis, vt vniformitas rationem mensuræ habet. Patet autem hanc esse mentem literæ, ex eo, quod expresse apprehensio, i. ratio uniformitatis, proportionaliter apponitur contra numerationem prioris, & posterioris motus. Rationes autem Aureoli facile soluuntur. consistunt enim in his duobus punctis.

¶ Primum est, vniformitas est ipsa immutabilitas, & cõsequenter est, quod mensuratur æternitate. ergo non est formaliter æternitas. tenet consequentia, quia aliud attributum est immutabilitas, & aliud æternitas. Antecedens probatur, quia uniformitas opponitur motui, quo ad eius varietatem. ergo.

¶ Secundum est, tempus nõ est formaliter difformitas motus. ergo æternitas non est formaliter uniformitas eius, quod est extra motum, & tenet sequela ex progressu huius literę. Ad hæc si quidem respondetur ostendendo quõ se habeat uniformitas ad immutabilitatem. res enim ut in præmissa patuit quæstione, dr̃ & est immutabilis per negationem potentiæ quomodolibet ad aliter se habere, & ex hoc innascitur in se negotio omnis successionis, & consequenter omnis numeri prioris, & posterioris: hoc autẽ adiuncta ratione mensuræ est esse vniforme. vniformitas enĩ nihil aliud, quam vnum cui primo ratio mensuræ conuenit: vt dicitur 10. Metaph. in forma vniuersalissime accipiẽdo formam ponit. Et propterea vniformitatis noĩe, vtimur etiã in motu, sicut & vnitas omnia circuit: & hinc prouenit, quod vniformitas est multiplex iuxta res, quibus applicatur, sicut & vnitas. Alia est enim uniformitas motus, alia rei permanentis, alia mensurati, alia mensuræ: & tñ arguentes utitur vniformitatis vocabulo, ac si esset uniuocũ contra Aristotelis doctrinam 4. Metaph. Formaliter ergo ad rationes Aureoli negatur, quod vniformitas sit formaliter immutabilitas, immò est, vt eius passio: & similiter negatur, quod sit, quod mensuratur, immò est mensura. Ad probationem vero dicitur, quod varietati motus opponitur vniformitas nõ absolutè: sed motus eo modo, quo primum motum vniformem dicimus: sed non de tali est hic sermo: sed de vniformitate, ut mensura est immutabilitatis. Ad secundum verò negatur sequela: quoniam difformitas motus, & vniformitas immobilis, non proportionaliter se habent ad rationem temporis, & æternitatis, quia ad ratione æternitatis sat est unitas formæ immutabilitas. Ad rationem verò temporis, nõ sat est diuersitas formæ motus: sed exigitur, quòd sit diuersitas talis formæ. s. prioris a posteriore, ut sic; & ideo cum difformitas motus non dicat nisi diuersam formam motus, non ponit numerum talis formæ motus secundum prioritatem, & posterioritatem, & consequenter non sufficit ad temporis rationem vniformitas autẽ rei immobilis, quia ponit unitatem omnis formæ, i. conditionis rei immutabilis, omnia complectitur constituentia æternitatem formaliter.

¶ Quo ad tertium. Res omnino immutabilis caret principio, & fine. Probatur, quia caret successione. declaratur, quia mensuratum tempore habet principium, & finem in tempore, ex eo, quod omne momentum habet principium, & finem.

¶ Aduerte hic breuiter, quia hæc ex 4 Physic. sumpta sunt, quod directe sermo præsens est de principio, & fine durationis, excepta ultima propositione, in qua probatur mensuratum tempore, habere terminos durationis, ex terminis subiecti motus. Non enim loquitur de terminis durationis subiecti, cum possit mobile puta cœlum poni æternum, sed terminus magnitudinis subiecti: Et intendit, quòd quia omne mobile, ab aliquo in se termino incipit moueri, & usque ad alium in se terminum mouetur. ideo omne mensuratum tempore, habet principium & finem durationis. Et est optima ratio a priori; eo quod prius & posterius in motu & tempore, ex priori & posteriori magnitudinis mobilis & spatii sunt, ut patet in 4. & 6. Physic. Aliud autem dixi terminum, à quo, & ad quem, siue formaliter & materialiter ut in motu recto, siue formaliter tantum, ut in motu circulari. Nec obstat si cęlum ponatur semper ab æterno motum, quia ut in secundo cęli dicitur, sat est quod incęperit uirtualiter, i. habet in se, unde si incepisset inchoatus esset eius motus, puta punctum arietis.

¶ Quo ad quartum conclusione responsiua elicitiue ponitur affirmatiue, s. diffinitio illa est conueniens. Probatur, quia notificat æternitatem ex duobus, s. ex proprio mensurato in ly interminabilis uitæ, & ex propria quidditate, in ly tota simul existens.

¶ Aduerte hic, quod quia diffinitio processu compositiuo inuestigatur ministrante diuisione, idcirco in litera distinxit, ex parte mensuræ mensuram durationis in mensuram per modum numeri successiui, & per modum unitatis immobilis, & exclusa prima, quia tempus est secundam intulit. ex parte uero mensuratum distinxit mensuratum interminatum principio & fine, & in interminatum utrinque. & excluso primo, quia temporale est, intulit secundum. Cumque hæc in æternitatis diffinitione adducta ponantur, conueniens conclusa est. Nec officit, quòd omissum est ly perfecta. Tum quia implicite tactum est, ponendo vniformitatem immobilis omnino. Talis enim nõ est uniformitas ipsius nũc temporis, cum non sit extra motum. Tum quia in responsione ad quintum erat hoc explicandum.

Fer.

Ferr. 1. cont. c. 15.
Cap. 1. d. 9. q. 1. ar. 2. con. 1. con. 4.
Aegid. 1. 5. dist. 8. q. 2. 3. princ.
Banens. ar. 2.

46
1. dist. 2. q. 1 ar. 1. c. & 1. cont. c. 15. & po. q. 3. ar. 17. 23. & opu. 3. c. 5. 6. 7. & 8.

ARTICVLVS II.

Vtrum Deus sit aeternus.

AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur, quod Deus non sit æternus. Nihil enim factum potest dici de Deo: Sed æternitas est aliquid factum. Dicit enim Boet.* quod nunc fluens facit tẽpus: nunc stans facit æternitatem. & Augustinus dicit in libro 83. Quæstionum, quòd Deus est auctor æternitatis. ergo Deus non est æternus.

* Lib. 5. de consola. ex prosa ult.

¶ 2 Præt. Quod est ante æternitatem, & post æternitatem, non mensuratur æternitate. Sed Deus est ante æternitatem (vt dicitur in libro * de causis.) & post æternitatem, dicitur enim Exo. 3. quòd Dominus regnabit in æternum & vltra, ergo esse æternum non conuenit Deo.

* Propo. 2. inter opera Arist. t. 3.

¶ 3 Præt. Aeternitas mensura quædam est. Sed Deo non conuenit esse mensuratum. ergo non competit ei esse æternum.

¶ 4 Præt. In æternitate non est pręsens, præteritum, vel futurum cum sit tota simul, vt * dictum est. Sed de Deo dicuntur in scripturis verba præsentis temporis, præteriti, vel futuri. ergo Deus non est æternus.

Ar. præce.

SED CONTRA est, quod dicit Athanasius, Aeternus pater, æternus filius, æternus Spiritussanctus.

In suo symbolo de cõfessione fidei.

RESPON. Dicendum, quod ratio æternitatis consequitur immutabilitatem, sicut ratio temporis consequitur motum, vt ex dictis patet.* Vnde cum Deus sit maximè immutabilis, sibi maximè cõpetit esse æternum. Nec solum est æternus: sed est sua æternitas: cum tamen nulla alia res sit sua duratio: quia non est suum esse. Deus autem est suum esse vniformæ. Vnde sicut est sua essentia, ita sua æternitas.

Ar. præce.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd nunc stans, dicitur facere æternitatem secundum nostram apprehensionem. Sicut enim causatur in nobis apprehensio temporis, eo quòd apprehendimus fluxũ ipsius nunc, ita causatur in nobis apprehensio æternitatis inquantũ apprehendimus nunc stans. Quòd autem dicit Augustin.* quòd Deus est author æternitatis, intelligitur de æternitate participata. Eo enim modo communicat Deus suam æternitatem aliquibus, quo & suam immutabilitatem.

Et per hoc patet solutio ad secundum. Nam Deus dicitur esse ante æternitatem, prout participatur a substantiis immaterialibus. Vnde & ibidem * dicitur, quòd intelligentia parificatur æternitati. Quod dicitur in Exod. Dominus regnauit in æternum & vltra. sciendum quòd æternum accipitur ibi pro sæculo: sicut habet alia translatio. Sic igitur dicitur quòd regnabit vltra æternum: quia durat vltra quodcunque sæculum, idest vltra quamcunque durationem datam. Nihil est enim aliud sæculum quam periodus cuiuslibet rei, vt dicitur in lib. 1. de cęlo. * Vel dicitur etiam vltra æternum regnare: quia si etiam aliquid aliud semper esset (vt motus cęli secundum quosdam Philosophos) tamen Deus vltra regnat: inquantum eius regnum est totum simul.

Loco citato in arg.

Eadem posit. 1. cir. ca fi. to. 2.

Lib. 1. de cœlo textu 100. to. 1.

AD TERTIVM dicendum, quod æternitas non est aliud quam ipse Deus. Vnde non dicitur Deus æternus; quasi sit aliquo modo mensuratus: sed accipitur ibi ratio mensuræ secundum apprehensionem nostram tantum.

AD QVARTVM dicendum, quod verba diuersorum temporum attribuuntur Deo inquantum eius æternitas omnia tempora includit: non quòd ipse varietur per præsens, præteritum, & futurum.

AR-

SVPER QV. X. ART. II.

CONCL. Deus est maxime ęternus, immò est sua ęternitas.

¶ PROB. 1. Quia est maximè immutabilis. Secunda autem pars. s. immò &c. probatur, quia Deus non solũ habet esse vniforme: sed est suũ esse vniforme.

1^m de maiori.

Factum. ℞. Secundũ rei veritatem, non secundum apprehensionẽ nostram. §. Tunc nihil &c. vt patet pro litera dic: quod in Augustino ly æternitatis accipitur pro æternitate participata, non essent alia: & consequenter quod non attingitur sensus conclusionis, & per cõsequens nec offenditur per suã authoritatem.

2^m de maiori.

Aeternitatem. ℞. Essentialiter sumptam: non quouis alio modo. §. Tunc nihil &c. Nã æternitas in illis auctoritatibus non sumit essentialiter, vt diffinita est art. 1. sed aliis modis.

3^m de maiori.

Mensura. ℞. Secũdum apprehensionem nostram accepta: non, secundũ rem quasi. s. quod Deus sit realiter mensuratus. §. Tunc nihil &c. vt in litera patet.

4^m de maiori.

Nõ est. ℞. Formaliter: non, eminentialiter. §. Inquantum, s. ęternitas omnia tẽpora includit simplex existens. Exẽplum sit de scuto vnico, plurimos denarios simpliciter continente. Tunc nihil &c. Nã verba diuersorum temporum attribuuntur Deo &c. vt in litera.

& ab Inn. III. in Concilio generali: extra de sum. Trin. & fid. Cath. fuisse dictum sic: firmiter credimus & simpliciter confitemur, quod Deus &c. est æternus. Dicitur autem hic a Papa æternus, quia (vt ibi D. Tho. noster exponit) caret principio & fine: & quia eius esse variatur per præteritũ & futurum. Nihil enim ei subtrahitur: nec aliquid ei de nouo venire potest, vnde dicit ad Moysen Exod. 3. Ego sum qui sum, quia. s. eius esse non nouit preteritum & futurum sed semper præsentialiter est. Item a symbolo Athanasij (quod compendiosa fidei regula vocatur a Concilio Flor.) Aeternus Pater, æternus filius, æternus Spiritus sanctus; & tñ non tres æterni, sed vnus æternus. Item, a regulis catholicæ fidei, traditis ab Augustino in lib. de fide ad Petrum, cap. 3. sic; firmissime tene, & nullatenus dubites, Patrem & filium, & Spiritum sanctum, i. sanctam Trinitatem, unum uerum Deum sine initio sempiternũ esse. Propter quod scriptum est: In principio erat Verbum, & Deus erat Verbum hoc erat i principio, apud Deũ. Hæc denuò sempiternitas intimatur in psalmo. vbi dicitur. Deus autem Rex noster ante sæcula, & in alio loco. Sempiterna quoq; eius virtus & diuinitas. Hæc ibi. Secundò habes: quomodo per rationem ostendas, rectè dictum a simili in scripturis, quod Deus est ipsa æternitas, Quando enim dicitur Ioan. 14. Ego sum via, veritas, & & vita. Item quando dicitur 1 Cor. 1. Christũ Dei virtutem, & Dei sapientiam; tunc a simili dicitur (ut patet) quod Deus est ipsa æternitas. Tertiò vides: quomodo ex his uicissim firmetur conclusio.

2

3

APPENDIX.

Vtilitas pro Eccle. S. Dei.

EX artic. habes primò: quomodo per rationem ostendas, recte

¶ N o t. Præsentem articulum iuuat artic. in ord. 43. 45. 88.

Comm. Cardinalis Caietani.

TItulus clarus.

In corpore duo. Primo directè respondit quæsito affirmatiuè. Deus est maximè æternus. probatur. Deus est maximè immutabilis: ergo est maximè æternus. probatur sequela, quia æternitas consequitur immutabilitatem, sicut tempus motum. Secundo assignatur modus, quo est æternus: ponendo aliam conclusionem, s. Deus est sua æternitas: hoc enim est dicere quòd non est æternus denominatiue, sed essentialiter. Hanc autem conclusionem primò ostendit claudere in se quandam singularem Dei excellentiam. Secundò probat. Tertiò declarat. Cũ enim æternitas sit spẽs durationis, dicendo quòd Deus est sua æternitas, dicitur quoque, quod est sua duratio. hoc autem, i. rem esse suam durationem, singulare est in Deo; nulli siquidem alteri conuenire in litera dicitur. Probatur deinde simul & conclusio & singularitas inclusa in ea. Deus est suum esse uniforme: & nihil aliud a Deo est suum esse, ergo solus est sua duratio, quæ æternitas in eo est. Declaratur postremò a simili, quia sicut est sua essentia, ita est sua æternitas.

Circa uim, ac sensum probationis secundæ conclusionis, aduerte, quod res hic sumitur pro re subsistente, cuius tantum est esse proprie loquendo. Ita quod, non intendit litera, quòd omnis res alia a Deo distinguatur a sua duratione, cum tempus non distinguatur ab ipsa, sed intendit quòd nulla res quæ est quod est, & quod durat, est sua duratio. Vis autem rationis consistit in hoc, quòd cum res esse & duratio, ordine quodã se habeant: quoniam

niam duratio non inest rei nisi mediante esse. Non enim res durat nisi ratione sui esse: quia namque retinet esse, durat res omnis, & non ob aliud. cum inquam ita sit, consequens est quòd si alterum extremorum non est idem medio, quòd nec sit idem reliquo extremo. Magis enim distant extrema inter se, quã a medio. Res autem durans alia a Deo, quæ est unum extremum, non est idem quod suum esse, vt supponimus. ergo nec est idem quod sua duratio, quæ extremum alterum est.

Circa eandem probationem dubium Aureolo apud Capreolum in 9. dist. primi occurrit. impugnat siquidem id, quod impliciте dicitur, quod æternitas Dei sit formaliter duratio, quia omnis duratio alteri comparata est maior, minor, aut æqualis. æternitas non est huiusmodi: probatur, quia non potest intelligi maior seclusо post uel ante plus durare, ergo omnis duratio maior habet ante uel post, quod repugnat æternitati.

Ad hoc breuiter potest dupliciter responderi. Primo negando minorem, & ad probationem dicitur, quod durationem maiorẽ includere prius post in se, contingit dupliciter. vno modo formaliter. alio modo uirtualiter, & eminenter, sicut calor est in Sole. & quòd æternitas est maior cæteris. & uerificatur de ea durare prius uel post tempus aliquod, quia in se illa præhabet eminenter. Secundò, potest responderi negando maiorem propriè loquendo, quoniã comparatio propriè non fit nisi in unius rationis rebus. Aeternitas autem est duratio alterius omnino rationis a tempore. Et hoc secundum se loquendo, quamuis concepta vt coexistens tempori comparetur etiam a viris illustribus.

In responsione ad primum, aduerte duo. Primum est, quòd sicut punctum motum dicitur causare lineam: & tamen in nullo genere causæ causat illam in esse. Et propterea non est causa lineæ in esse reali, sed est causa eius in esse cognito, quia facit cognitionem illius in nobis, ita nunc stans dicitur causare æternitatem non in esse reali, sed in esse cognito, quia causat rationem illius in nobis. Et quemadmodum impossibile est punctum moueri, & tamen concipimus, & dicimus punctum motum, i. si moueretur, causare lineam, ita dato, quòd impossibile sit nunc stare, attamen optime dicimus, nunc stans facit æternitatem. i. si staret, constitueret æternitatem. Secundum est, quòd hinc patet, quam vanus contra nos fuerit labor rationum. Aureol. ubi supra ad impugnandum hoc dictum Boetij, & Sancti Thomæ, quia nunc non potest concipi, ut stans, & ad remouendum nunc a Deo, æquiuocat namque de nunc: immo supponit non dari, nisi nunc temporis, cum tamen nunc æternitatis sit alterius rationis a nunc temporis. Et rursus, ut dictum est, ipsum nunc temporis si staret, æternitatem constitueret, sicut punctus si moueretur, lineã faceret, quare non opus est sensui obiectiones suas adducere. r Ex his enim facillime soluuntur.

Ferr. 1. cont. c. 15.
Aegid. 1. 5. d. 8. q. 2. a. princ.
Banes ar. 3.

47
1. d. 8. q. 2. ar. 2. & dist. 19. q. 1. a. 1. & 4. d. 49. q. 1. ar. 2. q. 3. & 1. cont. c. 5. & cau sis l. 2.

SVPER QV. X. ART. III.

CONCL. Aeternitas verè, & propriè in solo Deo est.

¶ PROB. Quia solus Deus est omnino immutabilis. q. 9. ar. 2.

1^m de minori.

Plures æternitates. R. Essentiales: non, participatæ. §. De ijs Daniel. Tunc nihil &c. ut patet, non enim implicat solum Deum esse æternum essentialiter, & esse plures æternitates participatas, sicut implicat esse plures essentiales.

Id habet Hierony. ad Damasum in epi. Qm̃ vetusto a med. to. 3. referẽ & 2. sen. d. 8. parag. A.

2^m de Euangelio.

Ignem æternũ. R. Propter interminabilitatem tãtum. §. Tunc ni. &c. ut patet. Nam in hoc quod dico Deus est æternus, non importatur solũ interminabilitas: sed multa alia. Vide artic. 1. & 2.

Ar. prece.

*Q. 9. ar. 1. & 2.

Nota; quòd tẽpus strictè sumptum post diẽ iudicii non erit, & consequenter nec in inferno, Apocal. 10. Iurauit per viuentem in sęcula sęculorum, quòd tempus non erit amplius: tps autẽ large sumptũ adhuc erit, vt in litera.

3^m de maiori.

Est æternum. R. Secundum quòd est necessarium: non aliter. §. Tũc nihil &c. Nam principia demonstrationis &c. sunt solum necessaria secundum quòd sunt in intellectu aliquo stabili veritate suffulto. & consequenter sunt solum æterna in quantum sunt in intellectu aliquo æterno.

ARTICVLVS III.

Vtrum esse æternũ sit propriũ Dei.

AD TERTIVM sic proceditur. Videtur quòd esse æternum non sit soli Deo proprium. Dicitur enim Dan. 12. quod qui ad iustitiam erudiunt plurimos, erunt quasi stellæ in perpetuas æternitates. Non autem essent plures æternitates; si solus Deus esset æternus. Non igitur solus Deus est ætern[us].

¶ 2 Præt. Matt. 25. dicitur. Ite maledicti in ignem æternum. non igitur solus Deus est æternus.

¶ 3 Præt. Omne necessarium est æternum. Sed multa sunt necessaria, sicut omnia principia demonstrationis, & omnes propositiones demonstratiuæ. ergo nõ solus Deus est æternus.

SED CONTRA est, quod dicit Aug.* in lib. de fide ad Petrum. c. 6. Deus est qui exordium non habet: quicquid autem exordium habet, non est æternum: solus ergo est ęternus.

RESPON. Dicendum, quòd æternitas verè, & propriè in solo Deo est: quia æternitas immutabilitatem consequitur: vt ex dictis patet.* Solus autem Deus est omnino immutabilis, vt est superius ostensum.* Secundum tamen quòd aliqua ab ipso immutabilitatem percipiunt, secundum hoc aliqua eius æternitatem participant. Quædam ergo quantum ad hoc immutabilitatem sortiuntur a Deo, ꝙ nunquã esse desinunt: & secundum hoc dicitur Eccl. 1. de terra, quòd in æternum stat: & sic æternitas angelis attribui potest, secundum illud Psal. Illuminans tu mirabiliter a montibus æternis. Quædam etiã æterna in scripturis dicuntur propter diuturnitatem durationis: licet corruptibilia sint, sicut in psal. dicuntur montes æterni. & Deuter. 35. etiã dicitur, De pomis collium æternorum. Quædam autem amplius participant de ratione æternitatis, inquantum habent intransmutabilitatem, vel secundum esse, vel vlterius secundum operationem: sicut angeli, & beati, qui verbo fruũtur: quia quantum ad illam visionem verbi non sunt in sanctis volubiles cogitationes, ut dicit Aug. 15.* de Trinit. Vnde & videntes Deum dicuntur habere vitam æternam: secundum illud Io. 17. Hæc est uita æterna, vt cognoscant, &c.

AD PRIMVM ergo dicendum, ꝙ dicuntur multæ æternitates secundum quòd sunt multi participantes æternitatem ex ipsa Dei cõtemplatione.

AD SECVNDVM dicendum, ꝙ ignis inferni dicitur æternus propter interminabilitatem tãtum. Est tamen in pœnis eorum transmutatio, secundum illud Iob 24. Ad nimium calorem trãsibunt ab aquis niuium. Vnde in inferno non est vera æternitas: sed magis tempus secundum illud Psal. Erit tempus eorum in sęcula.

AD TERTIVM dicendum, ꝙ necessarium significat quendã modum veritatis. Verum aũt ſm Phil. 6. Meta.* est in intellectu. Sedum hoc igitur vera, & necessaria sunt æterna, quia sunt in intellectu ęterno, qui est intellectus diuinus solus. vnde non sequitur, ꝙ aliquid extra Deum sit æternum.

15. de Tri. c. 16. in fi. to. 3.

6. Metaph. tex. 8. to. 3.

APPENDIX.

Vtilitas pro Eccle. S. Dei.

EX artic. habes primò: quomodo per rationem interimas hęreses Arnaldistarum, Albanensium, Fęlicis Manichæi, Origenis, Aristotelis, dicentiũ: Præter Deum esse aliquid ęternum: Mundum fuisse ab æterno, & materiam elementorum, ex qua factus est mundus, non esse factã sed Deo coæternam: Terram esse Deo coæternã: Creaturas coæternas esse Deo: Mundus, motus, cœlum, tempus, generatio, & corruptio, non inceperunt, fuerunt ab æterno, & erunt in æternum. Secundò habes: quomodo per rationem ostẽdas omnes has merito fuisse damnatas a Papa Innocen. Tertio in Concilio generali, extra de summa Trin. & fid. Cathol. firmiter credimus & simpliciter confitemur, ꝙ vnus solus est verus Deus &c. qui ab initio temporis utramq; condidit creaturam spiritualem & corporalem &c. & (ut prætermiserat) est creator omniũ visibilium & inuisibiliũ, corporalium, & spiritualium. Ecce, quòd omnia, secundum definitionem Ecclesiæ, habent initium temporis; & consequenter sunt temporalia, non æterna. Item a regulis fidei traditis ab Augustino in lib. de fide ad Petrũ firmissimè tene & nullatenus dubites, sanctã Trinitatem solum uerum Deum sicut æternum, ita solum naturaliter incommutabilem esse. Hæc ibi. Videsne, quòd solus Deus dicitur hic æternus? Reliquum huius capituli potes videre supra quæst. 9.

2 D. 572.

AR-

quæst.9.ar.1. Item a Cōcilio Niceno primo, in confessione fidei, sic. Credimus in vnum Deum omnium visibilium: inuisibiliumq; factorem. Hæc ibi. Hi namq; sancti Concilii Patres creationem rerum omnium: quam videbant in symbolo Apostolorum cuius expositioni contra errores intendebabt voluerunt per hoc declarare esse temporalem non æternam. Quasi dixissent. Deus est omnium rerum ita creator, quòd est illarum factor. Creator inquantum de nihilo condidit, factor, pro quanto eas in tempore produxit. Poterat enim ly creatorem ab apostolis dictum interpretari ex vi vocabuli pro conditore etiam ab æterno: sed per ly factoré, cum additur ad ly creatorem pro expositione, non per creationis quidditatis destructione, dicamus necesse est, quòd nō possit amplius interpretari, nisi pro conditore temporali, i. in tempore res producente. Tertio ex his uti sim Angelica quomodo firmetur conclusio vides.

¶ Not. Præsentem articulum iuuat art. in ord. 46. 43. 44. 333.

Comm. Cardinalis Caietani.

IN titulo proprium distinguitur contra commune.

¶ In corpore duæ conclusiones. Prima est, æternitas verè, & propriè est in solo Deo Probatur. Solus Deus est omnino immutabilis. ergo solus Deus est verè, & propriè æternus. tenet sequela, quia æternitas immutabilitatem consequitur. Secunda est ęternitas participatiue inuenitur in aliis. probatur. immutabilitas participatur quadrupliciter ab aliis. ergo æternitas. tenet sequela: quia inquantum aliqua sunt immutabilia, intantum sunt æterna. antecedens declaratur secūdum quatuor gradus immutabilitatis. Primus est secundum diuturnitatem: & in hoc sunt corruptibilia, sed longæua ualde: vt montes, & colles. Secundus est secundum perpetuitatem secundum totum. & in hoc sunt elementa corruptibilia secundum partes, & non secundum totum. quamuis in litera præpostero ordine numerentur hi gradus. Tertius est secundum incorruptibilitatem substantialem simpliciter, & in hoc sunt cœlestia, & angeli. Quartus est secundum immutabilitatem operationis eiusdem numero omnino, & in hoc sunt beati, ut sic.

¶ In responsione ad tertium, ne sen nouitie, quomodo intelligatur, quod necessarium significat quendam veritatis modum, memento secundi libri perihermenias, ubi de modalibus agitur, & uidebis necessarium in actu signato modum compositionis, in qua sola est veritas, addere supra propositionem: & sic intelliges necessarium in actu exercito, cuius argumentum hoc meminit, modum compositionis vere exercere, a quo necessariam dicuntur, & principia, & conclusiones demonstrationum.

Arg. 2. sent. dist. 2. q. 1. ar. 1. & de mens. Arg. q. 6. Tho. de Ar. d. 2. quæst. 1. ar. 3. Cap. 1. d. 9. q. 1. ar. 2. con. 2. 2. d. 2. q. 1. con. 2. Alb. Mag. 1. d. 9. art. 3.

48 Infar. 5. & 1. di. 10. q. 2 ar. 1. & 2. d. 2. q. 1. ar. 1 & quo. 5. q. 4. & quo. 10 q. 2. & po. q. 3. art. 14. 18.

ARTICVLVS IIII.

Vtrum æternitas differat ab æuo, & tempore.

AD QVARTVM sic proceditur. Videtur, quod æternitas non sit aliud a tempore. Impossibile est enim duas esse mensuras durationis simul nisi vna sit pars alterius. Nō enim sunt simul duo dies, vel duæ horæ: sed dies & hora sūt simul, quia hora est pars diei. Sed æternitas, & tēpus sunt simul: quorum vtrumq; mensuram quādam durationis importat. Cum igit ęternitas non sit pars tēporis: quia æternitas excedit tempus, & includit ipsum, vr quòd tempus sit pars æternitatis, & non aliud ab æternitate.

¶ 2 Præt. Secundum Philos. in 4.* Phys. nunc temporis manet idem in toto tempore. Sed hoc vr constituere rationem æternitatis: quòd sit idé indiuisibiliter se habens in toto decursu temporis. Ergo æternitas est nunc temporis. Sed nunc temporis non est aliud sm substantiam a tēpore. ergo æternitas non est aliud secundum substantiam a tempore.

¶ 3 Præt. Sicut mensura primi motus est mensura omnium motuū, vt dicitur in 4. Phys. *ita videtur, quòd mensura primi esse sit mensura omnis esse. Sed æternitas est mensura primi esse, quod est esse diuinum. Ergo æternitas est mensura omnis esse. Sed esse rerum corruptibilium mensuratur tempore. ergo tempus vel est æternitas, vel aliquid æternitatis.

SED CONTRA est, quod æternitas est tota simul. In tempore autem est prius & posterius. ergo tēpus, & æternitas non sunt idem.

RESPON. Dicendum, quod manifestum est, tempus, & æternitaté non esse idem. Sed huius diuersitatis rationem quidā assignauerunt ex hoc, quòd æternitas caret principio, & fine, tempus autem habet principium & finem. Sed hæc est differētia per accidens, & non per se: quia dato quòd tempus semper fuerit, & semper futurum sit secundum positionem eorum, qui motum cęli ponunt sempiternum adhuc remanebit differentia inter æternitatem, & tps, vt dicit Boet.* in lib. de consolat. ex hoc quòd æternitas est tota simul, quod tempori non conuenit: quia æternitas est mensura esse pmanentis, tempus uerò est mensura motus. Si tamen prædicta differentia attendatur quantum ad mensurata, & nō quantum ad mensuras, sic habet aliam rationem: quia solum illud mensuratur tpe, quod habet principium, & finé in tpe, vt dicitur in 4. Phys.† Vnde si motus cœli semp duraret, tempus non mensuraret ipsum secundum suā totam durationem, cum infinitum non sit mensurabile, sed mēsuraret quamlibet circulationem, quæ habet principium, & finem in tpe. Potest tn̄ & aliam rationem habere ex parte istarum mēsurarum, sic accipiatur finis, & principium in potentia: quia etiam dato quòd tempus semper duret, tn̄ possibile est signare in tpe & principium & finem accipiēdo aliquas partes ipsius sicut dicimus principium & finé diei, vel anni, quod non cōtingit in æternitate. Sed tn̄ istæ differentiæ consequuntur eam, quæ est per se & primo drīam, per hoc quod æternitas est tota simul, non autem tempus.

Prosa 6. libro 5.

4. Phy. tex. 120. to. 2.

AD PRIMVM ergo dicendū, quòd ratio illa procederet, si tempus, & æternitas essent mensuræ vnius generis. quod patet esse falsum ex his, quorū est tps & ęternitas mensura.

AD SECVNDVM dicendum, quòd nunc temporis est idem subiecto in toto tempore: sed differens rōne: eo quòd sicut tempus respondet motui, ita nunc tpis respondet mobili: mobile autem est idem subiecto in toto decursu tpis, sed differens ratione inquantum est hic & ibi: & ista alternatio est motus. Similiter fluxus ipsius nunc, secūdum quòd alternatur ratione est tempus. Aeternitas autem manet eadem & subiecto & ratione. Vnde æternitas nō est idem quod nunc temporis.

AD TERTIVM dicendum, quòd sicut ęternitas est propria mensura ipsius esse, ita tempus est propria mensura motus. vnde secundum quòd aliquod esse recedit è permanentia essendi, & subditur transmutationi: secundum hoc recedit ab æternitate, & subditur tempori. Esse ergo rerum corruptibilium, quia est trāsmutabile, nō mēsuratur ęternitate, sed tpe, d tempus enim mensurat non solum quæ trāsmutantur in actu, sed quæ sunt transmutabilia. vnde, non solum mensurat motum, sed etiam quietem: quæ est eius, quod natum est moueri, & non mouetur.

D. 11. 51.

SVPER QV. X. ART. IIII.

CONCL. Manifestum est: æternitatem non esse idem cū tempore.

¶ PROB. 1. Quia æternitas est tota simul, non autem tempus. 2. Quia æternitas non habet principium, & finē, neque actu, (sicut tempus de facto habet,) neque potentia (sicut tēpus, etiam quòd esset æternum, haberet:) 3. Quia æterna non habent principium, & finem in æternitate, sicut temporalia habent vtrumque illorum in tempore.

* 4. Phys. tex. 121. & 104. to. 2.

1m de maiori. Mensura durationis. R. Vnius generis: non, diuersorum generis. §. Tunc nih. &c. Nā æternitas & tēpus sunt mēsuræ diuersorum generum.

Li. 4. Phys. te. 133. t. 2.

2m de minori. Idem indiuisibiliter se habens. R. Secundum rem, & ratione simul; non, secūdum rem tm̄. §. Tunc &c. Nam nunc temporis est idem subiecto in toto tempore, differens ratione &c. vt in litera.

3m de maiori. Omnis esse. R. Intransmutabilis omnino. i. Et in potentia. §. Tunc nihil &c. Nā solus Deus habet

RA-

habet esse omnino, i. etiam secundum potentiam quamcunque, in transmutabile. q. 9. ar. 2.

APPENDIX.

Ex artic. habes primò: quomodo per rationem ostendas, scripturam merito distinxisse tempus ab æternitate in psal. 101. Ipsi peribunt, tu autem permanes, & omnes sicut uestimentum ueterascent, & sicut opertorium mutabis eos & mutabuntur, tu autem idem ipse es, & anni tui non deficient. Cũ enim distinguat temporalia a Deo æterno in duratione: patet, quòd etiam distinguit tempus ab æternitate. Item in 2. Pet. 3. Ipsi gloria, & nunc & in diem æternitatis. Hoc est In tempore sit ei gloria; &, cum tempus non erit amplius (Apocal. 10.) perseueret eius gloria in æternitate. Vbi apertissimè distinguit B. Petrus Apostolus tempus ab æternitate; & ostendit, quòd tempus ipsum, tanquam habiturum finem, non est ita diuturnum sicut æternitas; & quòd ipsa æternitas, vtpote non variata per dies, est stabilis non successiua, cuius oppositum de tempore intelligendum ex hoc relinquit. Secundo vides: quomodo uicissim ex his firmetur articulus.

¶ Not. Iuuat articulum præsentem articulus in ordine 40. 45. 49.

Comm. Cardinalis Caietani.

In titulo aliud realiter.

¶ In corpore quinque. Primò ostendit, quod dubiũ in hoc quæsito sit, non quæsitum, sed ratio quæsiti. Secundò refert quandam opinionem circa dubium, s. rationem alietatis inter hæc. s. propter habere principium, & finem, & non habere, &c.

¶ Tertio improbatur, quia hoc est per accidens. Probatur, quia hac differentia sublata remaneret alia a Boetio posita, scilicet per esse totum simul, & esse successiuum. quartò saluatur improbata opinio secundum duplicem sensum, s. intelligendo illam differentiam quo ad mensurata, vel de principio, & fine in potentia. Quintò respondetur quæsito inquantum dubitabile est, una conclusione complectente quodammodo omnia dicta, & est ista, Inter æternitatem, & tempus per se primò differentia est per esse totum simul, & non esse huiusmodi. Ita quòd reliqua hanc consequuntur, & relinquitur ex dictis nota.

¶ Aduerte hic, quòd opinio recitata in litera, tres sensus habere potest. primò de habere principium, & finem in seipsa mensura, in actu tamen. secundò in mensuratis, similiter in actu. tertio in potentia, in seipsa tamen mensura. Et quia cum aliqua differentia de aliquo assignatur, intelligitur quod illa differentia insit illi in seipso. Et rursus cum absolutè dicimus principium aut finem, intelligitur in actu, ideo primus sensus absolutè improbatus est, secundus uero & tertius, qui possunt exponendo differri: deinde appositi ut ueri sunt. Sed quoniam non radicalem differentiam, sed secundariam tangebant, ideo ultimo respondendo radicem posuit: omnia in litera clarè patent.

¶ Circa illud dictum in secundo sensu, scilicet, quod motus cæli si esset æternus non mensuraretur tpe ẽm totum, sed ẽm partes. Dubium occurrit ex Scoto in secundo, distin. 2. q. 3. Sed quia hoc spectat ad quartum Physicorum in textu 1 : 7. ideo hic ubi non ex proposito tangitur omittatur. Et similiter dubitatio circa identitatem nunc in toto tempore tactam in responsione ad secundum: quum tractetur in eodem quarto a textu 103. usque ad textum 108. ibidem Deo dante tractabitur. & de his est quæstio specialis.

¶ In responsione ad tertium est dubium circa illud dictum, scilicet, quod esse rerum generabilium mensuretur tempore. Arguit enim contra illud Scotus in secundo distin. secunda. quæstione quarta, uolens quod absolute mensuretur æuo. Sed quia in sequenti articulo æui natura notificanda est, & eodem utitur Scot. argumento contra hoc, & contra hoc, & contra mensuram operam operationis angelicæ, idcirco usque ad sequentem differatur articulum.

ARTICVLVS V.

De differentia æui & temporis.

49

AD QVINTVM sic proceditur. Videtur quòd æuum non sit aliud a tempore. Dicit enim Aug.* 8. super Gen. ad lit. quòd Deus mouet creaturam spiritualem per tempus, sed æuum dicitur esse mensura spiritualium substantiarum ergo tempus non differt ab æuo.

[Margin: Locis sup. ar. 4. notat. * 8. super Gen. c. 20. 22. 23. t. 3.]

¶ 2 Præt. De ratione temporis est, quòd habeat prius & posterius. de ratione verò æternitatis est q; sit tota simul, vt dictum est:* sed æuum non est æternitas. Dicitur enim Eccl. 1. quòd sapientia æterna est ante æuum. Ergo non est totum simul, sed habet prius & posterius, & ita est tẽpus.

[Margin: Ar. præce.]

¶ 3 Præt. Si in æuo non est prius & posterius: sequitur q; in æuiternis non differat esse, uel fuisse, vel futurum esse. Cum igitur sit impossibile æuiterna non fuisse; sequitur q; impossibile sit ea non futura esse. Quod falsum est, cum Deus possit ea reducere in nihilum.

¶ 4 Præt. Cum duratio æuiternorum sit infinita ex parte post, si æuum sit totum simul, sequitur, quòd aliquod creatum sit infinitum in actu, quod est impossibile. non igitur æuum differt a tempore.

SED CONTRA est, quod dicit Boet.* qui tempus ab æuo ire iubes.

[Margin: Libro 3. de conso. metro. 9. i pri.]

RESPON. Dicendum, quòd æuum differt a tempore, & ab æternitate, sicut medium existens inter illa. Sed horum differẽtiam aliqui sic assignant dicentes, quòd æternitas principio, & fine caret, Aeuum habet principium, sed non finem: tempus autem habet principium & finem. Sed hæc differentia est per accidens: sicut supra dictum est:* quia si etiam semper æuiterna fuissent, & semper futura essent, vt aliqui ponunt, vel etiam si quandoq; deficerent (quod Deo possibile esset) adhuc æuum distingueretur ab æternitate, & tempore. Alii uero assignant differentiam inter hæc tria per hoc, quod æternitas non habet prius & posterius: tempus autem habet prius, & posterius cum innouatione, & ueteratione: æuum habet prius, & posterius sine innouatione, & ueteratione. Sed hæc positio implicat contradictoria. Quod quidem manifestè apparet si innouatio, & ueteratio referantur ad ipsam mensuram. Cum enim prius & posterius durationis non possit esse simul, si æuum habet prius & posterius, oportet quòd priore parte æui recedente, posterior de nouo adueniat: & sic erit innouatio in ipso æuo sicut in tempore. Si uerò referatur ad mensurata: adhuc sequitur inconueniens. Ex hoc enim res temporalis inueteratur tempore, quòd habet esse transmutabile, & ex transmutabilitate mensurati est prius & posterius in mensura, vt patet ex quarto Physicor.* Si igitur ipsum æuiternum non sit inueterabile, nec innouabile, hoc erit quia esse eius est intransmutabile. Mensura ergo eius non habebit prius, & posterius. Est ergo dicendum, quòd, cum æternitas sit mensura esse permanentis, secundum quòd aliquid recedit a permanentia essendi, secundum hoc recedit ab æternitate. Quædam autem sic recedunt a permanentia essendi, quòd esse eorum est subiectum transmutationis, uel in transmutatione consistit: & huiusmodi mensurantur tempore: sicut omnis motus, & etiam esse omnium corruptibiliũ. Quædam verò recedunt minus a pmanentia essendi, quia esse eorũ nec in trãsmutatione cõsistit, nec est

[Margin: Ar. præce.]

[Margin: S. Bon. 2. 5. d. 2. q. 2. ar. 1. Richar. 2. 5. d. 3. q. 2. Duran. 2. 5. d. 2. q. 5. D. Bon. d. 2. ar. 1 q 3. Cap. 2. d. 2. q. 2. con. 1. Banes ar. 5. Pe. de Pal. 5. d. 18. q. 1. Scot. 2 5. d. 2. q. 3. Mairo. 2. 7. d. 2. q 3. Aegid. 1. 5. d. 2. q. 1. ar. 3.]

SVPER QV. X.

ART. V.

CONCL. Aeuum differt a tempore, & ab æternitate, sicut medium existens inter illa.

¶ PROB. Quia tempus habet in se prius, & posterius; æuum non habet in se ista, sed ei iungi potest; æternitas, neque in se habet ista, neque ei iungi potest.

[Margin: 4. Physico. text. 120. to. 2.]

1^m^ ex Auguſt. Creaturam ſpiritualem. ℞. Secundum affectiones, & intellectiones eius cõſideratã: non, ſecundum eius eſſe, neque ſecundũ viſionem gloriæ. §. Tunc nihil &c. Nunc enim loquimur de eſſe eius naturali in concluſione: dicentes, quòd talis creatura menſuratur æuo.

2^m^ de maiori. Habeat. ℞. In ſe ſubſtantialiter: non, quaſi aduentitiè, ſeu accidentaliter. §. Tunc nih. &c. Nam æuũ habet prius, & poſterius quaſi aduentitiè & accidentaliter. Vide in corpore.

3^m^ de concluſione prima. Non differat. ℞. Secundum ſe: non, ſecundum acceptionem intellectus noſtri. § Conſiderantis. ſ. eſſe æuiternorum per comparationem ad diuerſas partes temporis, uel etiam ſupponentis aliquid diuerſimode ſe habens ad potentiam diuinam. §. Tunc nihil &c. Concluſio enim intẽdit, quòd æuum non habet prius & poſterius ſecundum ſe differentia: & hoc ſibi ſufficit.

Epilogus probatiuus concluſ.

4^m^ de concluſione prima. Infinitum. ℞. i. Non finitum aliquo alio: non aliter. §. Tunc nihil &c. Non enim eſt inconueniens; quòd creatum aliquod ſit actu infinitum hoc modo, i. quòd non finiatur aliquo alio (puta, tempore:) licet ſit inconueniens, quòd ſit actu infinitum modo declarato. q. 7. art. 2. 3. 4.

D. 129. Lib. 8. ſup Gen. c. 20. to. 3. D. 585. D. 871.

eſt ſubiectum tranſmutationis: tamen habent tranſmutationem adiunctam, vel in actu, vel in potentia: ſicut patet in corporibus cœleſtibus, quorum eſſe ſubſtantiale eſt intrãſmutabile: tñ eſſe intrãſmutabile habet cũ tranſmutabilitate ſ̃m locum, & ſimiliter patet de angelis ꝙ ſi habent eſſe ᵈ tranſmutabile cũ tranſmutabilitate, ſecundum electionem; quantum ad eorum naturam pertinet: & cum tranſmutabilitate intelligentiarum, & affectionum, & locorum ſuo modo. Et ideo huiuſmodi menſurantur æuo: quod eſt medium inter æternitatem, & tempus. Eſſe autem, quod menſurat æternitas, nec eſt mutabile, nec mutabilitati adiunctum. Sic ergo tempus habet prius, & poſterius: æuum autem non habet in ſe prius, & poſterius, ſed ei coniungi poſſunt. æternitas autem non habet prius, neque poſterius, neq; ea compatitur.

Ad primum ergo dicendum, quòd creaturæ ſpirituales quãtum ad affectiones, & intelligentias, in quibus eſt ſucceſſio, menſurantur ᵈ tempore. Vnde & Auguſtin. ibidem dicit, quòd per tempus moueri, eſt per affectiones moueri. Quantum verò ad eorum eſſe naturale menſurantur æuo. Sed quantum ad viſionem gloriæ, participãt æternitatem.

Ad secundum dicendum quòd æuum eſt totum ſimul, non tamen eſt æternitas: quia compatitur ſecum prius, & poſterius.

Ad tertium dicendum, quòd in ipſo eſſe angeli in ſe conſiderato non eſt differentia præteriti & futuri, ſed ſolum ſecundum adiunctas mutationes. Sed quòd dicimus angelum eſſe, vel fuiſſe, vel futurum eſſe, differt ſecundum acceptionem intellectus noſtri, qui accipit eſſe angeli per comparationem ad diuerſas partes temporis. Et cum dicit angelum eſſe, vel fuiſſe, ſupponit aliquid, cum quo eius oppoſitum, non ſubditur diuinæ potentiæ. Cum verò dicit futurum eſſe, nondum ſupponit aliquid. Vnde cum eſſe, & non eſſe angeli ſubſit diuinæ potentiæ, abſolutè conſiderando poteſt Deus facere, quòd eſſe angeli non ſit futurum, tamen non ᵈ poteſt facere, quod non ſit dum eſt, vel quòd non fuerit poſtquam fuit.

Ad quartum dicendum, ꝙ duratio æui eſt infinita: quia non finitur tempore. Sic autem eſſe aliquod creatum ᵈ infinitum, quod non finiatur quodam alio, non eſt inconueniens.

AR-

APPENDIX.

Ex artic. habes primò: quomodo per rationem oſtendas, merito ſcripturam diſtinxiſſe tempus, æternitatem, & æuum a ſe inuicem. Eccleſiaſt. 1. Omnis ſapientia a Domino Deo eſt, & cum illo fuit ſemper, & eſt ante æuum. *Ly* Eſt, dicit æternitatem; ly Fuit, tempus, ly ãnũ, æuum. Quaſi ergo dicat. Sapientia in Deo eſt ſemper: & prout ly ſemper cadit ſuper tẽpus, & prout ſuper æuum, & prout ſuper æternitatem. Secundò habes: quomodo per rationem oſtendas, Philoſophum iure tempus, æuum, æternitatẽque diſtinxiſſe in ſua Metaphyſica. Dũ enim Metaphyſic. 10. tex. 4. dicit, quòd menſura, & menſuratum debent eſſe proportionata, & in eadem Metaphy. lib. 2. ac 12. innuit, quòd eſſe angelicum eſt ſuperius ad eſſe rerum corruptibilium, inferius tamen ad eſſe diuinum: tunc fundamentaliter, ſeu uirtualiter ſtatuit: ꝙ tres ſunt durationes menſurantes iſta tria eſſe, & quòd ſunt diſtinctæ ãb inuicem, ac differentes, ſicut iſta tria eſſe. Huiuſmodi autem menſuræ ſunt tempus, æuum, æternitas. Tertiò vides: quomodo ex his uiciſſim firmetur concluſio.

Vtilitas pro Eccle. S. Dei.

D. 499.

3 D. 736. Pro hoc vide ſu. q. 72. art. 2.

¶ Not. Pro articulo hoc facit articulus in ordine 48. 45. 44. 333. 308. 153. 52. 102.

AP-

Comm. Cardinalis Caietani.

Titulus clarus.

¶ In corpore articuli quatuor. Primò reſpõdet quid in hoc quæſito clarum, quidue ambiguum. Secundò tractat quandã opinionem. Tertiò aliam. Quartò propriam reſpondendo quæſito.

¶ Quo ad primum clarum eſt, æuum medium eſſe inter æternitatem & tempus; ambiguum quomodo eſt medium propter multitudinem opinionum.

¶ Quo ad ſecundum. Primò ponitur opinio dicens, mediationẽ attendi penes habere principium, & finem. Secundò improbatur, quia mediatio hæc eſt per accidens, ut patet, ſi æuiterna producta eſſent ab æterno.

¶ Quo ad tertium. Primò ponitur ſecunda opinio dicens: mediationem attendi penes carere in nouatione, & veteratione, & tamen habere prius & poſterius: quatenus in primo conueniat cum æternitate, & in ſecundo cum tẽpore. Secundò improbatur dupliciter, iuxta duplicem intellectum, quem habere poteſt. ſ. vel referendo vtramq; conditionem ad ipſum æuum, vel referendo ſecundam ad æuum, & primam ad æuiternum menſuratum æuo. Contra primum ſenſum arguit ſic, Prius & poſterius ſecundum durationem non poteſt eſſe ſimul: ergo recedente priore de nouo aduenit poſterius, ergo ſi in æuo eſt prius & poſterius erit innouatio & inueteratio. Contra ſecundum ſic, æuiternum nec eſt innouabile, nec inueterabile, ergo eſt intranſmutabile. ergo menſurã eius caret priore, & poſteriore. Antecedẽs eſt tutum. prima cõſequentia patet ex ſe, & probatur ex 4. Phyſic. quia tranſmutabilitas eſt propria cauſa inueterationis, ergo intranſmutabilitas non inueterationis, iuxta illud, ſi affirmatio eſt cauſa affirmationis, &c. Secunda verò conſequentia probatur ex 4. Phyſ. quia tranſmutabilitas menſurati eſt cauſa prioris & poſterioris in menſura. ergo trãſmutabilitas erit cauſa negationis prioris, & poſterioris in eodem. iuxta eandem radicem.

Circa has rationes aduerte, quòd Sco. in 2. diſt. 2. q. 2. hanc opinionem non ſequitur: ſoluere tamẽ nititur has rationes literæ defendendo ſecundum ſenſum. Dans exemplum ſic; ſi poneretur caro non habens partem, & partem ſub quantitate, tunc in mẽſura eſſent partes, & non in eo cuius eſſent, & ſic in propoſito eſſe angeli eſt abſq; innouatione; & tñ menſura eſt ſucceſſiua. Vñ ad rationem factam directè contra hoc rñdet, negando in ſñia, ꝙ tranſmutabilitas menſurati, ſit præciſa cã ſucceſſionis in menſura. Sed cõtra, hæc rñſio facilè conuincitur falſa; tum ad hominẽ, tum ſimpliciter. Ad hoiem quidẽ, quia ſi ſucceſſio in menſura ſtat in mutatione, & immutatione proprii ſubiecti, ſeu menſurati. ergo arguere a ſucceſſione menſuræ ad tranſmutationem ſubiecti nõ ualet; ſed eſt ſophiſma conſequentis, ſed ipſe Scot. ibidem fatetur, ꝙ ille proceſſus eſt bonus, & ab effectu ad cãm. ergo. Et cõfirmat̃, qa Ariſt. vſus eſt illo, nec ꝓceſſus literæ eſt alius ab illo. ſi. n. ſucceſſio eſt in menſura. dicimus, ergo in mẽſurato, quia uariatio mẽſurati eſt cã ſucceſſionis in mẽſura. Mirũ valdè eſt de hoc homine cum eandemmet rationem, quia Ariſt. approbat, quia S. Th. improbat. Et propterea neceſſe eſt, ut, aut approbationẽ, aut improbationẽ propriam neget. Simpliciter autem quoniam diuiſibile impoſſibile eſt, quòd certificetur ex propriis per diuiſibile, ergo impoſſibile, quod menſuratur per illud, & tenet ſequela, quia menſura eſt certificatio menſurati. Antecedens uero patet in exemplo ſuo. Nunquam enim ſciretur quanta eſſet caro indiuiſibilis per quantitatem diuiſibilem, ſi eius eſſet. Vnde & de facto per quãtitatem ſpecierum in Euchariſtia non menſuratur corpus Chriſti,

quia

quia non eſt ſub ea diuiſibiliter. Et idem eſt iudicium in quantita
te durationis: ſi enim ipſa eſt extenſa, nunquam menſurabitur in-
diuiſibile, & inextenſum ſecundum durationem. Quomodo enim
ſciet ut ſit illius duratio naturalis, etiam fingi non poteſt. oportet
igitur menſuræ extenſæ reſpondere menſuratum extenſum: & in
diuiſibili indiuiſibile, vt litera ex Ariſt. deduxit.

¶ Quo ad quartum concluſio reſponſiua quæſito eſt. Aeuũ eſt
medium inter æternitatem, & tempus quia eſt immutabile, muta
bilitati tamen coniunctum. probatur. Aeternitas eſt propria mẽ-
ſura eſſe totaliter permanentis. ergo penes receſſum a permanen-
tia attenditur elongatio ab æternitate. ergo mutatio, aut muta-
tionis ſubiectum maxime recedit ab ipſo. ergo medium eſt immu
tabile. mutationi tamen annexum actu, vel potentia. Patet
ſecunda ſequela, quia mutatio permanentiæ opponitur directe: &
æternitas ipſa nec mutatio eſt, nec mutationem quouis modo ſe-
cum compatitur, vltima autem cum cæteris clare patet

¶ In reſponſione ad primum, aduerte ꝙ Scot. arguit cõtra qua
tuor propoſitiones Prima eſt affirmatiua, operationes angeli mẽ-
ſurantur tempore. Secunda eſt negatiua virtualiter incluſa in præ
cedente, operationes angeli non mẽſurantur æuo. Tertia eſt affir
matiua. viſio beata in angelis menſuratur æternitate participata.
Et hæ omnes habentur in hac reſponſione ad primũ, ut patet in li
tera. Quarta verò etiam affirmatiua eſt: Eſſe rerum generabilium
menſuratur tempore. hæc enim in reſponſione ad vltimum artic.
præcedentis. & in corpore huius poſita eſt, cum dictum eſt, quòd
tam id quod in tranſmutatione conſiſtit. i. motus, quam id, quod
mutationi ſubiicitur, quod experimur eſſe noſtrum eſſe ſubſtan-
tiale, tempore menſuratur. Arguit ergo primò in 2. ſent. di. 2. q 4.
contra ſecundam propoſitionem, probando illius contradictoriã,
quam tenet vt veram. ſ. operationes angeli menſurantur æuo tri-
pliciter. Primò ſic, Eſſe & operatio angeli habent uniformem mo
dum manendi dum manent ergo habent menſuram eiuſdem ra-
tionis. Antecedens patet: quia utrumque eſt indiuiſibile, & tamen
defectibile. probatur conſequentia, quia menſuræ proportionãtur
diuerſis modis manendi, vt patet de ſucceſſiuis & permanẽtibus.
Secundo ſic Actus beatificus menſuratur æuo, vt per Aug. patet
de fide ad Petrum, ca. 18. ergo. Tertiò, operatio angeli non men-
ſuratur æternitate nec tempore: ergo æuo.

Ad euidentiam huius difficultatis, aduerte, ꝙ Sco. ibidem tres
menſuras durationis ponit: tempus, æuum, & æternitatem: ita ꝙ
tẽpus rem ſucceſſiuam. æuum permanentem, defectibilem tamen
æternitas autem rem omnino indefectibilem menſuret. Et pro-
pterea tenet eſſe ſubſtantiale rerum, ad quas impoſſibile eſt eſſe
motum, & operationes angelicas, &c. ſecundum ſe menſurari æuo
& tota radix eius eſt illa maxima: Quæcunque uniformem habẽt
modum manendi, dum manent, habent menſuram eiuſdem ra-
tionis. In præſenti autem litera diſtinguuntur menſura duratio-
nis penes mutabilitatem & immutabilitatem rerum. Et uerè ſic
eſt, quoniam menſura durationis eſt certificatiua naturalis dura-
tionis rei ſecundum ſe, alioquin fruſtra eſſet. naturalis autem du-
ratio rei ex mutabilitate, aut immutabilitate naſcitur: loquor de
mutabili, uel immutabili propriè, i. ex intrinſeco, quoniam ex tali
mutabilitate tantum pendet naturalis duratio rei. Nihil enim re
fert ad naturalem durationem rei, an in alio ſit potentia deſtructi
ua eius, an non: ſed ſolum, an ipſa ſit, vnde poſſit deficere an non,
& in hoc errauit manifeſte Scot. dicens, nec aliquando non eſſe,
nec poſſe non eſſe per propriam potentiam variat menſuram rei.
Et fundamentum eius eſt valdè debile, ſ. quia ſi angelus annihilan
dus eſſet, nihil minus menſuraretur æuo. Liquet enim quòd natu
raliter non fore aliquando, & ſimiliter poſſe naturaliter non eſſe,
variant naturam rei, quia corruptibile & incorruptibile, vt dicitur
10. Metaph. ſub ſubſtantia aut in ſubſtantia. variant inquam natu
ram genericè, adeò vt nihil ſit eis vniuocũ. ergo nec propria men
ſura eſt eadem. Et ex hoc prouenit, ꝙ annihilandus angelus men-
ſuratur æuo: quia. ſ. annihilatio non prouenit ex natura eius, ſed
ab extraneo, ipſe enim quantum eſt de ſe, ſemper eſſet. Dicimus
ergo rem omnino immutabilem æternitate menſurari, immutabi
lem autem ſimpliciter & mutabilem ſecundum quid æuo, muta-
bilem autem ſimpliciter tempore. Et propterea, cum angelus ſit
immutabilis ſubſtantialiter, mutabilis tamen accidentaliter æuo
menſuratur. Operationes verò eius naturales, quia naturaliter
ſunt mutabiles, æuo menſurari nequeunt, Aeuo namq; menſura-
tum æuiternum eſt, æuiternum autem naturaliter perpetuũ eſt:
nullum autem naturaliter mutabile, eſt naturaliter perpetuũ. Ad
fundamentum autem Scoticum, diſtinguenda primo eſt propoſi-
tio illa: quoniam ſi ſit in ſenſu compoſito, eſt falſiſſima, qm̃, vt dici
tur in primo periher. vnumquodq; neceſſe eſt eſſe dum eſt: & ſic
omnia manentia dum manent habent uniformem modum eſſen-
di, quia ſunt neceſſario: & tamen non habet eandem mẽſuram.
Nec ad hunc ſenſum arguens facit illam, ſed abſolute, ſeu in ſen-
ſu diuiſo. Et tunc dicitur, quòd modus manendi eſt multipliciter
diſtinguibilis, ſ. vel penes neceſſarium & poſſibile, vel penes perma-
nens & ſucceſſiuum, vel penes defectibile & indefectibile: & quo-
cunq; modo ſumatur, ſemper eſt falſa, quoniam nec omne neceſ-
ſarium conuenit in menſura, ſed alia eſt menſura neceſſarii om-
nino, vt Dei, & alia neceſſarii ſimpliciter: poſſibilis autẽ ſm̃ quid,
vt ſunt reliqua incorruptibilia. Et ſimiliter omnia poſſibilia non
menſurantur una menſura, qm̃ quædam tẽpore continuo, & quę-
dam tempore diſcreto, vt dicetur. Similiter non omne permanẽs
conuenit in menſura, vt patet de ſuperioribus, & inferiorib. Nec
omnia ſucceſſiua: qm̃ alia eſt menſura ſucceſſiuorum ſucceſſione
continua, & alia ſuccedentium ſucceſſione diſcreta, ut dicetur:
De defectibili autem & indefectibili, iam patet defectibilitatem
non eſſe modum rei, ut ab eis ſumitur, ſed dicere potentiã extra-
neam: & propterea non eſt ad propoſitum: & eſſet nihilominus fal
ſa, ex eo ꝙ non omne defectibile unica menſura certificatur. Ex
his autem ſimplicibus patet reſponſio ad modos compoſitos: pu-
ta permanens defectibiles, & ſimiles. Ad formam ergo propoſitio
nis dicendum eſt, quòd habere uniformem modum manendi in-
trinſecum rei & per ſe reſpicientem naturalem durationem rei,
eſt ratio uniformis ſeu eiuſdem menſuræ durationis, & non abſo-
lute habere uniformem modum manendi, & ideo falſum eſt ante
cedens illius conſequentiæ. Et iam excluſa eſt eius probatio.

¶ Ad ſecundum negatur antecedens, ut patet in litera, nec eſt
verum quòd Aug. dicat illud niſi in ſenſu inferius manifeſtando
accipiendo ſcilicet æuum pro æternitate participata.

¶ Ad tertium negatur antecedens pro ſecunda parte, quia ope
ratio angeli mẽſuratur mẽſura temporis nõ continui, ſed diſcreti.

¶ Cõtra primam propoſitionem. ſ. operationes angeli menſurã
tur tempore, arguit Scotus ibidem, ſed qm̃ argumenta ſua mili-
tant contra tenentes eas menſurari tempore diſcreto, quod ſit ſpe
cies quantitatis, & hæc propoſitio non eſt S. Thom qm̃ apud nos
tempus diſcretum nihil aliud eſt, quam numerus prioris & poſte-
rioris in motu diſcreto, qui nihil aliud eſt quam ſucceſſio opera-
tionis ſpiritualis ad aliam operationẽ ſpiritualẽ, quales ſunt duæ
intellectiones ſine fantaſmatum ſeruitio. Numerus autem de præ
dicamento quantitatis ſequitur diuiſionem continui, oportet ut
tempus hoc ſit numerus tranſcendens compoſitus ex unitatibus
tranſcendentibus, quia (inquam) ſic eſt, unum tãtum ex Scoto mo
tiuum afferendum cenſui. ſ. quia ponuntur multa tempora ſine ne
ceſſitate, oportet etiam multiplicari tempora non ſolum in pluri
bus, ſed in eodem reſpectu actuum intellectus & uoluntatis, &c.
hæc autem uidentur inconuenientia. ergo.

¶ Ad hoc breuiter dicitur, ꝙ neceſſitas magna eſt multiplican-
di tempus in continuum & diſcretum, propter ſpirituales opera-
tiones ſubſtantiarum ſpiritualium, carerent enim aliter proportio
natis menſuris. Illæ enim cum ſint immediate ſibi inuicem ſucce
dentes, & inſtantaneæ ſecundum ſe, quia quælibet eſt tota ſimul,
eleuantur manifeſte ſupra tempus continuum & eius inſtantia:
ad æui autem excellentiam non attingunt, quia corruptibiles na-
turaliter ſunt. Oportet ergo ut ſine propria menſura remaneant
tam nobilia entia, aut tempus diſcretum ponere, cuius inſtantibus
operationes ipſæ in ſe menſurentur. Hæc enim ſunt ipſæ motus
ſpirituales angelorum, cuius numerus eſt tempus, per quod dicit
Aug mouere Deum ſpiritualem creaturam Multiplicatio autem
temporis diſcreti in pluribus angelis, aut in eodem, iudicio meo,
non eſt neceſſaria niſi materialiter; quemadmodum etiam tẽpus
continuum, quo noſtra menſurantur, materialiter multiplicatur
in omnibus mobilibus, & æuum in omnibus æuiternis. Conſonũ
namq; rationi videtur, ut ſicut omnia æuiterna ſimpliciſſimo æuo
menſurantur, quod ſolum eſt æuum formaliter. ita omnes opera-
tio huiuſmodi ſimpliciſſima operatione, ſeu ſimpliciſſimo nunc
illius menſuretur; & ſimiliter omnis ſucceſſio operationum ſim-
pliciſſima ſucceſſione. Talis autem operatio & ſucceſſio eſt ea,
quæ in primo operante temporaliter inuenitur, quem conſtat
eſſe ſupremum angelum, in quo, ut dicetur, eſt etiam æuum. Et
quia operationes intellectus ſunt naturaliter priores & ſimpli-
ciores operationibus uoluntatis, erit vnum tempus omnium hu-
iuſmodi temporalium, quod eſt primò menſura operationum
ſuccedentium in intellectu primi angeli: & ex conſequenti & ex-
trinſecè menſura cæterarum operationum tam ſuarum quã alio-
rum ſpiritualium. Cum his tamen, ut dictum eſt, ſtat ꝙ quaſi ma-
terialiter multiplicetur huiuſmodi tempus iuxta numerum men
ſuratorum operum; eo quòd unum & multa, quæ conſequuntur
ens, multiplicantur cum rebus ipſis. Dixi autem quaſi materiali-
ter, quia non oportet ꝙ omnino uniuocè ſaluetur proportio tem
porum noſtrorum ad tempus cuius ſubiectum eſt primus motus,
& proportio horum temporum ad ſimpliciſſimum tempus eorũ,
ſed ſat eſt, ſi eſt quaſi talis.

¶ Contra tertiã verò propoſitionẽ. ſ. operatio beata mẽſuratur
æternitate participata, arguit idẽ in 4. d. 49. q. 6. operatio beata nõ
eſt immutabilior æuiterno. ergo nõ mẽſuratur æternitate, ſed æuo.
Cõſequentia nota Et añs probatur. Tum quia operatio beata eſt
ſimpliciter minus nobilis, quàm ſubſtantia angeli beati, qm̃ ſubſtã
tia eſt nobilior accidente. Tum quia perfectio ipſius operationis
beatæ non eſt immutabilior ſubſtantia eiuſdẽ operationis, qm̃ id
qđ ineſt alicui p accidens, non eſt immutabilius eo qđ ineſt p ſe.
Conſtat autem ꝙ ſubſtantia operationis menſuratur æuo. ergo.

¶ Præt. Aeternum, vt distinguitur contra æuiternum, non solũ est totum simul, sed etiã est indefectibile carens potentia ad non esse: sed nullum creatum est huiusmodi. ergo.

¶ Ad euidentiam huius difficultatis scito, quòd quamuis æuũ nihil aliud sit quam æternitatis participatio, distinguitur tamen à Sancto Thoma hic, & in 3. contra Gen. capit. 16. & in 4. Sent. 49. q. 1. artic. 2. quæst. 3. æternitas participata ab æuo: non sicut perfectum a minus perfecto in eadem specie, sed sicut perfectius a minus perfecto diuersorum ordinum. Aeternitas quippe cum sit propria mensura diuini esse, participata æternitas, consequenter est propria mensura esse diuini ordinis. Esse autem diuini ordinis dico, quod possibile est connaturale esse cuicunq; creaturæ [illegible]tæ, aut factibili: de quo in quæst. 12. latior erit sermo. Aeuum autem est mensura esse immutabilis quidem, sed naturalis ordinis. Et hæc est per se primò differentia inter æternitatẽ participatam, & æuum. Ex hac enim & aliæ differentiæ fluunt, & omnes difficultates soluuntur. Quia enim operatio beata diuini est ordinis, ideo æternitate dicitur mensurari participatiuè. Hinc etiam oritur vis conclusionis impugnatæ a Scoto. f. Intellectus creatus non potest ex se in operationem beatam: ergo mensuratur æternitate. Ex primo siquidem antecedente sequitur, ergo diuini est ordinis. & post, ergo mensuratur ęternitate.

¶ Vnde ad primam rationem Scoti negatur antecedens: quoniam operatio beata, dato, quod ipsa in se non esset immutabilior æuiterno: est tamen immutabilioris ordinis, quia diuini, & propterea dicitur, & est immutabilior secundum suum genus. Dixi autem, dato quod non sit, &c. quia minor mutatio sufficit ad nõ esse operationis beatæ, quam substantiæ angeli, quia hæc exigit annihilationem, illa non. Et rursus immutabilior, quia plura mutabilia immutabilius continet, vna siquidem visio beata absq; omni mutatione continet visionẽ omniũ spectantium ad vniuersum eminenter. Nullum autem æuiternum ad hanc immutabilitatem ascendere potest.

¶ Ad probationem autem primam dicitur, quòd sicut actus est simpliciter nobilior potentia: & tamen substantia est simpliciter nobilior accidente: & ratione primi actus intelligendi est nobilior materia prima, ratione secundi econtra. Ita in proposito, & hæc est vera, quòd substantia est nobilior accidente. Et similiter hæc, quòd esse diuini ordinis est nobilius esse naturali: & propterea vtrumque est verum in diuersis ordinibus. Substantia quippe angeli est nobilior secundum esse naturæ, operatio autem beata secundum excellentiam deitatis. Et si propriè loqui uolumus, æqui uoce comparari videntur.

¶ Ad secundam autem probationem, negatur, quòd substantia operationis beatæ mensuretur æuo. substantia enim operationis, & eius perfectio una res numero sunt, & eadem mensuratur mensura. Vnde non solum beatitudo operationis, sed ipsa operatio beata mensuratur æternitate participata. Falsum quoque est, quòd perfectio non sit immutabilior substantia operationis, eo modo quo distinguuntur, quoniam substantia operationis si sine perfectione beatitudinis esset, in instanti temporis discreti mensuraretur. Perfectio autem deitatis mensuram æternitatis adducit: non eo modo quo accidens superinducitur, sed eo potius modo quo differentia generi aduentens naturam affert specificam. Et propterea, non ualet probatio in oppositum de Deo quod inest per accidens. constat enim quòd natura generica, aut quasi generica secundum se non talis, aut tantæ pfectionis sit ex perfectione differentiæ aduenientis: quæ tamen generi accidere conceditur, perfectionem tantam, ac talem assequitur. ita quod vnum ens perfectũ sit, & sic est in proposito.

Ad secundam autem obiectionem principaliter dicitur, quòd propriè loquendo, beatus ut sic, caret potentia ad non esse beatum: sicut cœlum caret potentia ad non esse rotundum. Quemadmodum enim materia prima si reciperet formam unam æquiualentem omnibus formis generabilium & corruptibilium, careret potentia ad non esse illius formæ, ita intellectus habens actum beatum, caret potentia ad non esse illius actus. Actus enim ille est omnium bonorum non aggregatione, sed eleuatione perfectus: & ideo beat, ac immutabilem beatum reddit. Extenso autem uocabulo, vt arguens utitur vocando potentiam non esse potentiam logicam vel obiectiuam, dicitur, quòd æternum per essentiã oportet carere omnino potentia ad non esse: non autem per participationem, sed sat est vt distinguatur contra æuiternum diuersitate ordinis, quia illud, scilicet est ordinis æterni per essentiam, illud vero naturæ.

Contra quartam propositionem arguit Scotus in secundo, ubi supra, non aliter quàm contra primam, scilicet esse substantiale habet eundem manendi modum quamdiu est, quem habet æuiternum, quia successione caret &c. ergo. Sed ad hoc non oportet aliter respondere, quam superius. Non enim penes habere esse modo successiuo, vel permanenti distinguuntur mensuræ, sed penes mutabile & immutabile, ut dictum est. Sed aduerte hic, quòd Scotus ibidem nititur soluere rationem Sancti Thomæ ad hoc in responsione ad tertium in præcedenti articulo factam, scilicet quia motus est mensura non tantum motûs, sed etiam quietis. Ait enim quòd substantia bouis absolutè mensuratur æuo; quies autem eius, tempore, nec aliud ex illa sequitur ratione. Sed hæc responsio non est sufficiens euasio, quoniam tempus comprobatur in litera, mensurare non solum quietem, sed rem quiescentem, quoniam omne quiescens est mobile, omne autem mutabile secundum quod mutabile, mensuratur tempore. Constat autem quod secundum substantiam nos sumus mutabiles. ergo secũdum substantiam temporales. Et stat uis rationis in hoc. Motus & quies substantialiter accepti, idest mutatio substãtialis, & quies sub esse substantiali non solum in actu, sed in potentia mensurantur tempore. ergo esse substantiale nostrum mensuratur tempore; antecedens patet ex eo quod actus & potentia ad eiusdem ordinis mensuram spectant, ut ex primo cęli, & 4. Physic. habetur; consequentia autem tenet ex eo, quod potentia talis, substantialis est, ut 10. Metaph. dicitur.

In responsione ad secundum occurrit dubium circa illam propositionem, æuum est totum simul. Impugnatur siquidem ab illa opinione refutata in litera sic. Aeuum continuè fit a Deo, ac per hoc potest deficere, ab esse, & consequenter potest annihilari, ac deinde iterum creari, igitur non est totum simul. Et habes in Sco. & in Capreolo in 1. dist. 2. q. 2.

Ad hęc facile patet responsio ex dictis. æuum enim siue æuiternum, non continuè fit propriè loquendo, sed conseruatur a Deo. Nec potest deficere ab esse ex intrinseco, sed Deus potest ipsum annihilare. Et propterea non sequitur, ergo non est totum simul. Si enim posset ex intrinseco esse plus, aut minus, aut præcise tantum secundum durationem, tunc non esset totum simul, sed ex eo quod Deus potest, non sequitur hoc in natura æui, seu æuiterni. Natura enim rei non est metienda secundum vires diuinas, sed proprias. In casu autem annihilationis & recreationis dicitur, quod esset successio instantium mensurantium creationem, annihilationem, & recreationem, & non ipsius æui. Instantia enim illa nihil æui sunt. sed sunt partes temporis discreti, cuius iam meminimus. Idem enim esset tunc iudicium de illo angelo, sicut esset de duobus angelis, quorum unus prius altero crearetur, uteretur enim æuo tunc ille vnus quasi duo.

In responsione ad tertium, aduerte quod ibi distinguitur esse angeli dupliciter, uno modo absolute. & sic non habet præteritum, nec futurum; sed subditur diuinæ potentiæ, & potest non esse per potentiam in alio. Alio modo ut coexistens differentiis temporis realis, uel imaginarii; & habet præteritum & futurũ; & sic dicimus quòd fuit, & quod erit, & sic secundum futurum subditur diuinæ potentiæ: non secundum præteritum. Quia supponitur incompossibile, ut in litera dicitur. Et nota, quod authoritas Hier. ad Marcellam, solus Deus non nouit præteritum, & futurum, & similiter Augustinus. Præsens si stat, est æternitas. & similes intelliguntur secundum se; & omnia quæ in eis sunt. Angelus enim secundum affectiones habet præteritum & futurum; similiter æuum patet adiuncta, non stat; ut in præcedenti artic. dictum est.

S. Bon. 2. s. d. 2. q. 3.
Marro. 1. d. q. 4.
D. Bon. d. 2. q. 2. ar. 1.
Cap. 2. d. 2. q. 2. con. 6. d. 2. q. 2. con. 1.
Pe. de Pal. 2. s. d. 17. q. 2
Scot. 2 s. d. 3. q. 4.
Aegid. 2. s. d. 2. q. 1. ar. 2.
Tho. de Ar. d. 2. quæst. 1. ar. 4.
Banes ar. 6.

50
2. d. 2. q. 1. art. 2. & 5. q. 1. q. 4.

ARTICVLVS VI.

Vtrum sit vnum æuum tantum.

AD SEXTVM sic proceditur. Videtur, quòd non sit tãtum vnum æuum. Dicitur enim in apocryphis Esdræ: Maiestas & potestas æuorum est apud te Domine.

¶ 2 Præt. Diuersorum generum diuersæ sunt mensuræ. Sed quædam æuiterna sunt in genere corporalium, s. corpora cœlestia, quædam uerò sunt spirituales substantiæ. s. angeli. non ergo est vnum æuum tantum.

¶ 3 Præt. Cum æuum sit nomen durationis, quorum est vnum æuum, est vna duratio. Sed non omnium æuiternorum est vna duratio: quia

SV-

SVPER QV. X.

ART. VI.

CONCL. Est vnũ æuum tantum, sm veriorem opinionem.

¶ PROB. Quia æuiternum primum, quo uelut simplicissimo generis sui omnia alia æuiterna mensurantur, est

est tantum vnum, secundum veriorem opinionem.

1m ex Esdra.

Aeuorum. R. i. sæculorum: non, autem æuorum propriè dictorum, ut supra art. 5. §. Tunc nihil &c. Nam conclusio accipit æuum propriè: non aliter. Vide, quod sit sæculum, sup. ar. 2. secundum.

2m de maiori.

Diuersorum generum. R. Inesse transmutabili, vel intransmutabili: non in esse naturæ tantum. §. Tunc nihil &c. Nam licet corpora cœlestia, & spiritualia differant &c. ut in litera.

3m de maiori.

Vna. R. Vnitate ordinis ad primum æuiternum, quod mensuratur æuo: non, vnitate cuiusque æuiterni in seipso considerati. §. Quando. s. durare incipiat. Tunc nihil &c. Nam nec omnia temporalia simul incipiunt &c. vt in litera.

4m de maiori.

Non dependet. R. Dependentia talis, quod vnum sit simplicius aliis: non semper, dependentia tali, quòd unum sit causa aliorum. §. Tunc nihil &c. Nam ad hoc, quod aliqua mensurentur per &c. ut in litera. Quòd autem primus motus sit causa aliorum motuum non facit: quòd ideo alii per ipsum primum mensurentur, quia est causa illorum, sed quia est in genere motuum aliquid simplicius illis. Esse ergo causam mensuratorum nõ est de essentia mensuræ, quamuis possit ei accidere: sed esse simplicius mensuratis, ut sic, est de essentia mensuræ. Argumentum ergo erat fallacia secundum nõ causam vt causam.

Li. 1. Phys. tex. 101. t. 2

quædam post alia esse incipiunt, vt maximè patet in animabus humanis. Non est ergo vnum æuum tantum.

¶ 4 Præt. Ea, quæ non dependent ab inuicem, non videntur habere vnam mensuram durationis. Propter hoc enim omnium temporalium videtur esse vnum tempus; quia omnium motuum quodammodo causa est primus motus: qui prius tempore mensuratur. Sed æuiterna non dependent abinuicẽ: quia vnus angelus non est causa alterius. Non ergo est vnum æuum tantum.

Sed contra. Aeuum est simplicius tempore, & propinquius se habens ad æternitatem: sed tempus est vnum tantum. ergo multo magis æuum.

Respon. Dicendum, quod circa hoc est duplex opinio. Quidam enim dicunt, quod est vnum æuũ tantum, quidam quòd multa. Quid autem horum verius sit oportet considerare ex causa vnitatis temporis. In cognitionẽ enim spiritualium per corporalia deuenimus. Dicunt autem quidam, esse unum tempus omnium temporalium propter hoc, quòd est vnus numerus omnium numeratorum: cum tempus sit numerus secundum Philosophum.* Sed hoc non sufficit: quia tempus non est numerus, ut abstractus extra numeratum, sed vt in numerato existens: alioquin non esset continuus: quia decem vlnæ panni continuitatem habent non ex numero, sed ex numerato. Numerus autem in numerato existens non est idem omnium, sed diuersus diuersorum. Vnde alii assignant causam vnitatis temporis ex vnitate æternitatis, quæ est principium omnis durationis. Et sic, omnes durationes sunt vnum, si consideretur eorum principium. Sunt verò multæ, si consideretur diuersitas eorũ, quæ recipiunt durationem ex influxu primi principii. Alii verò assignant causam vnitatis temporis ex parte materiæ primæ, quæ est primum subiectum motus, cuius mẽsura est tempus. Sed neutra assignatio sufficiens videtur: quia ea, quæ sunt vnum principio, vel subiecto, & maximè remoto non sunt vnum simpliciter, sed secundum quid. Est ergo ratio vnitatis temporis, vnitas primi motus, secundum quem cum sit simplicissimus, omnes alii mensurantur, vt dicitur in decimo Metaph.* Sic ergo tempus ad illum motum comparatur non solum ut mensura ad mẽsuratum, sed etiam vt accidens ad subiectũ: & sic ab eo recipit unitatem. Ad alios autem motus comparatur solum, ut mensura ad mensuratum. Vnde secundum eorum multitudinem non multiplicatur: quia vna mensura separata, multa mensurari possunt. Hoc igitur habito sciendum, quòd de substantiis spiritualibus duplex fuit opinio. Quidam enim dixerunt, quòd omnes processerunt a Deo in quadam æqualitate, vt Origen. dixit,* vel etiam multæ earum, vt quidam posuerunt. Alii verò dixerunt, quòd omnes substantię spirituales processerunt a Deo quodam gradu & ordine. Et hoc videtur sentire Dion.* qui dicit 10. capit. cœlest. hierarch. quòd inter substantias spirituales sunt primæ, mediæ, & vltimæ, etiã in uno ordine angelorum. Secundum igitur primam opinionem necesse est dicere, quod sunt plura æua secundum quod sũt plura æuiterna prima æqualia. Secundum aũt secũdã opinionẽ oportet dicere, quod sit vnum æuũ tantum: quia, cum vnumquodq; mensuretur simplicissimo sui generis, (vt dicitur in 10. Met.*) oportet quod esse omnium æuiternorum mensuretur esse primi æuiterni, quod tanto est simplicius, quanto prius. Et quia secunda opinio uerior est, (vt infra ostẽdetur.*) concedimus ad præsens vnum esse æuum tantum primo.

10: Metap. tex. 4. t. 3.

Libro i. periarchion, c. 8. to. 4.

Cap. 10. & 4. a med.

Li. 10. Met. tex. 3. & 4. to. 3.

Q. 50. ar. 4

Ad primvm ergo dicendum, quod æuum aliquando accipitur pro sæculo: quod est periodus durationis alicuius rei: & sic dicuntur multa æua, sicut multa sæcula.

Ad secvndvm dicendum, quod licet corpora cęlestia & spiritualia differant in genere naturæ, tamen cõueniunt in hoc, quod habent esse intransmutabile. Et sic mensurantur æuo.

Ad tertivm dicendum, quòd nec omnia temporalia simul incipiunt, & tamen omnium est vnum tempus propter primum, quod mensuratur tempore. Et sic omnia æuiterna habent vnum æuum propter primum: etiam si non omnia simul incipiant.

Ad qvartvm dicendum, quod ad hoc quod aliqua mensurẽtur per aliquod unum, non requiritur quòd illud unum sit causa omnium eorum, sed quòd sit simplicius.

APPENDIX.

Ex artic. habes primò: quomodo per rationem ostendas, philosophum rectè posuisse unum æuum tãtum. Tunc autem virtualiter posuit, vnum tãtum æuum dari: quando vnum tantum reperiri tempus determinauit, ut 4. Physic. tex. 110. dicẽs, quòd tempus est numerus numeratus, & tex. 130. &c. ubi tempus passionẽ primi motus dicit. Sciebat enim & quòd æuum est simplicius tempore, sicut etiam esse mensuratũ ab æuo est simplicius ipso esse mensurato a tempore. (De hoc uide appendicem artic. quinti.) & quod æuum est propinquius æternitati, quæ maximè vna est. Vndè tum ad tempus, tum ad æternitatem, respiciendo, vnum æuum tantum tunc inueniri virtualiter insinuare uoluit, quando tempus esse tantum unum expressè decreuit. Secundò vides: quomodo ex his vicissim stabiliatur conclusio.

Vtilitas pro philosophia.

2

¶ Not. Articulo præsenti aliquid correspondet in articulo per ordinem. 422. 250 264 530. 421.

AP-

QVAE-

Comm. Cardinalis Caietani.

In titulo vnum numero.

¶ In corpore 4 primò ponuntur opiniones diuersæ de quæsito. Secundo, ponitur via discutiendi quæ opinio sit uerior: & dicitur, quòd ex causa unitatis temporis est procedendum: & probatur, quia in cognitione spiritualium per corporalia peruenimus. Tertio, ipsam viam ingreditur, ubi quatuor opiniones de causa unitatis temporis afferuntur. Prima ex unitate numeri. Secunda ex unitate principii. s. æternitatis. Tertia ex unitate primi subiecti. s. materiæ primæ. Quarta ex vnitate primi motus. Et prima quidẽ reprobatur sic, tẽpus non est numerus absolutè, sed numeratus, in motu s. cõtinuo: ergo non ex vnitate numeri est vnus. Secũda vero & tertia simul sic. Tẽpus est vnũ simpliciter, ergo non est vnũ principio, & subiecto remoto tñ tenet sequela, quia vnũ subiecto vel principio sunt vnũ sm quid. Quarta autẽ probatur sic. Primus motus est simplicissimus, ergo mensura cęterorũ. ergo cõparatur ad tẽpus, nõ solũ vt mensuratũ ad mensurã, sed ut subiectũ ad accidens: ergo ex eius vnitate est tẽpus vnũ. consequentia prima probatur ex 10. Met. Aliæ uero relinquunt per se notæ, quia cõstat quod quãtitas primi mẽsurati est ipsius mẽsura cõiuncta, cæterorũ vero separata. Et propterea nõ multiplicatur ad multiplicationẽ cæterorũ, sed primi tñ, sicut vniuersalis accidens multiplicatur ad multi-

plicationem subiecti. cum ergo primum non multiplicatur, ergo nec mensura, vt in proposito. Quartò, principaliter ex illa assignata via ad quæsiti rñsionem inducit, iuxta duas opiniones de angelis duas conclusiones ponens. Altera est: qua sunt multa. probatur, prima æuiterna sunt multa. ergo. Altera est, æuum est vnum tñ. probatur, primũ æuiternũ est vnum tñ. ergo. Antecedētia sunt ipsæ opiniones diuersæ consequentiæ fundantur sub processu facto de unitate temporis, cuius radix fuit, mensura multiplicatur ad multiplicationem primi mensurati, & qm ex his non habet rñsio ad quæsitum certa, ideo subdit tenendam esse secundam conclusionem. Quia probabilior est illius opinio, ut inferius patebit, & sic conclusio responsiua est: Aeuum est tantum unum.

¶ Aduerte hic, quòd sicut quilibet motus habet propriũ prius & posterius in seipso, ita etiam habet proprium numerum numeratum illorum: & consequenter proprium tempus: sed quoniam non cuiuslibet motus numerus est certificatiuus omnium motuum ex natura sua, sed tantum numerus primi motus, propter eius simplicitatem maximam: ideo solus primi motus numerus temporis complete rationem habet. Et propterea, tempus est unum numero formaliter completeque sumptum: & sunt multa tempora quasi materialiter seu incompleté. Et simile est iudicium de æuo. Eodem enim modo est unum & multa. Vtrum autem æuum sit accidens, aut esse, aut essentia æuiterni in quæstione speciali quærendum est, Metaphysici quippe negotii hoc est.

¶ Circa ea quæ hic definita sunt, complura sunt dubia. Primo namque Scot. in 2. dist. 2. & q. 3. reprehendit, quòd primũ æuiternum mensuretur æuo, & quamuis ipsum primum sit extrinseca mensura aliorum. Vnica ratione. Mensura ex natura rei est notior ex natura rei mensurato, sed nihil est in primo æuiterno notius ipsa substantia æuiterni. ergo nihil est in eo, qđ habeat rationem mensuræ substantiæ eius. Durandus autem reprehēdit mensurationem extrinsecam unius æuiterni, per aliud æuiternum triplicitér. Primò sic. Illud cuius duratio est certior ex propria ratione quam ex comparatione ad extrinsecum non mensuratur secundum durationem per extrinsecum, sed æuiternum est huiusmodi. probatur, quia propria eius ratio est esse immutabile secundum naturam. Secundò, duratio infinita non est mensuralis. ergo. Tertiò non quantum, non est mensurabile. ergo. tenet sequela, quia æuum caret successione. Hæc & plura, recitantur a Capreolo in secundo, dist. 2. consulto tamen omissis cæteris dicemus, vnde omnia soluentur.

¶ Ad euidentiam igitur huius scito, quòd vt ex dictis patere potest, æuiternum non mensuratur æuo siue intrinsecè, siue extrinsecè per modum quantitatis continuæ, aut successiuæ, aut discretæ: sed per modum unitatis, quoniam æuum est indiuisibile: totum simul, &c. Cum enim æuum sit unitas immutabilis, ijs æ mutabilitati coniunc. æ, quanto aliquod mutabile minus est immutabilitati coniunctum, tanto est immutabilius & minus compositum, ac per hoc simplicius, & consequenter, magis unum, supponimus autem nunc quod æuiternum, quanto interius tanto pluralitati maiori coniunctius est: vnde & habet species minus uniuersales, & operationes minus ambientes locorum, aut corporum. Et propterea supremum æuiternum tanquam maxime immutabile inter immutabilia sic, idest mutationi iuncta, est maxime vnum: & consequenter ex natura sua habet, vnde per accessum & recessum ab eo, cætera æuiterna ut sic mensurantur extrinsecè.

¶ Ad Scotum ergo negatur minor. Dico namque, quòd æuum existens in primo æuiterno siue sit eius substantia, aut existentia, siue non, est notius in ratione mensuræ ipsa æuiterni substantia, vt immutabilis: quoniam æuum nihil aliud est quam unitas p modum mensuræ talis immutabilitatis, ac per hoc ipsum æuum est formaliter unitas, cui primo debetur ratio mensuræ, ut patet 4. & 10. Metaph. substantia autem sic immutabilis est denominatiuè vna, & hanc denominationem importat ly æuiternum. Cõstat autem vniuersaliter, quod id, quòd est formaliter tale, est certius & notius ex natura rei, eo quòd est denominatiuè tale. Quamuis igitur substantia angeli sit simpliciter notissimum omnium, quæ in eo sunt, æuum tamen in genere, seu in ratione mensuræ est notius illius substantia, sicut quamuis substantia corporea sit notior secundum se quantitate, in genere tamen mensuræ quantitas est notior secundum se.

¶ Ad Durandum verò respondendum est negando maiorem, ut patet in perfectione & mensura quidditatiua. Perfectio namq; quidditatiua melius cognoscitur ex intrinseco, quam ex extrinseco, & tamen unaquæque quidditas mensuratur prima quidditate sui generis, est ergo sophisma secundum non causam ut causam, non enim causa mensuræ extrinsecæ est melior certitudo ab extra quam intra. Sed dependentia certitudinis intrinsecæ ab extrinseca, ut a simpliciori, ut dictum est. Ad secundum uero & tertium similiter dicitur, quòd nihil ualent de mensurabili per unitatem. Infinitum enim, & non quantum uniformitatis rationem non subterfugiunt. Restat adhuc dubium, quid sit illud primum æuiternum: sed quoniam per accidens esset huic proposito, in tractatu de angelis dicetur.

Cap. 1. d. 24. q. 1. con. 1. & 3.
Bannes. q. 11. ar. 1.

SVPER QV. XI. ART. I.

CONCL. Vnum non addit supra ens, rem aliquam; sed tantum negationem diuisionis.

¶ PROB. Quia vnum nihil aliud significat, nisi ens indiuisum, & omne ens est indiuisum, (Ecce negatio diuisionis solum addita per vnum super ens.)

1m de minori. Sed unum. R. Quod est principiũ numeri; non, quod conuertitur cum ente. §. Tunc nih. &c. Conclusio. n. loquitur de ente transcendēte, non de ente principio numeri; & illud ab isto ente multum differt.

Secundum

51 q. 10. art. 3. c. & c. d. 24. 3. 3. & 3. Met. lib. 12 & 13. 6.

QVAESTIO XI.

De Vnitate Dei, in quatuor articulos diuisa.

POST præmissa, considerandum est de diuina vnitate.

¶ Et circa hoc quæruntur quatuor.

¶ Primo, vtrum vnum addat aliquid supra ens.

¶ Secundò, vtrum opponantur vnum & multa.

¶ Tertiò, vtrum Deus sit vnus.

¶ Quarto, vtrum sit maximè vnus.

ARTICVLVS I.

Vtrum vnum addat aliquid supra ens.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur, quòd vnum addat aliquid supra ens. omne enim, ꝙ est in aliquo genere determinato, se habet ex additione ad ens, quod circuit omnia genera. Sed vnum est in genere determinatum: est enim principium numeri, qui est speciei quantitatis. ergo vnum addit aliquid supra ens.

¶ 2 Præt. Quod diuidit aliquid commune se habet ex additione ad illud. Sed ens diuiditur per vnum: & multa. ergo vnum addit aliquid supra ens.

¶ 3 Præt. Si vnum non addit supra ens, idem esset dicere vnum & ens. Sed nugatoriè dicitur, ens, ens. ergo nugatio esset dicere ens vnum. Quod falsum est, Addit igitur vnũ supra ens.

SED CONTRA est, quod dicit Dion. Iul. cap. de di. no. Nihil est existentium non participans vno. Quod nõ esset, si vnum adderet supra ens, quod contraheret ipsum. ergo vnum non habet se ex additione ad ens.

Cap. 2. non multũ procul a princ.

RESPON. Dicendum, quòd vnum non addit supra ens, rem aliquam, sed tantum negationem [d] diuisionis. Vnum enim nihil aliud significat quam ens indiuisum. Et ex hoc ipso apparet quod vnum conuertitur cum ente. Nam omne ens, aut est simplex, aut cõpositum. Quod autem est simplex, est indiuisum & actu, & potentia. Quod autem est compositum, non habet esse, quamdiu partes eius sunt diuisæ, sed postquam constituunt & componunt ipsum compositum. Vnde manifestum est, quòd esse cuiuslibet rei consistit in indiuisione. Et inde est, ꝙ vnũquodque sicut custodit suum esse, ita custodit suam vnitatem.

D. 79.

Hinc diuisum est eorũ, nunc...

AD PRIMVM igitur dicendum, ꝙ quidam putantes idem esse unum quod conuertitur cum ente, & quòd est principium numeri, diuisi sunt in cõtrarias positiones. Pythagoras enim, & Plato videntes, quòd vnum quod cõuertitur cum ente, non addit aliquam rem supra ens, sed significat substantiam entis prout est indiuisa, existimauerũt sic se habere de vno quod est principium numeri. Et quia numerus componitur ex vnitatibus, crediderunt quòd numeri essent substantiæ omnium rerum. Econtrario aũt Auic. consi-

2^m de maiori.

Additione. B. Secundũ rationem saltem: non semper, secundum rē. §. Nō semper addit aliquod reale: licet semper addat aliquid rationis. §. Tunc nihil &c. Nam vnum addit aliquid rationis supra ens licet non aliquod reale: vt in conclusione dicitur.

3^m de maiori.

Non addit. B. Aliquid secundum rationem: non, aliquid secundum rem. §. Tunc nihil &c. Nam ideo non est nugatio &c. ut in litera.

APPENDIX.

EX artic. habes primò: quomodo per rationem ostendas, rectè a philosopho esse dictum 10. Metaphys. tex. 8. Ens & unum significant eandem essentiam, sed differunt secundum modum. Itē ibidem; Ens & unum non significant idem omnibus modis, sed significant idem secundum subiectum & diuersa secundum modum. Secundò vides: quomodo ex his vicissim firmetur conclusio.

¶ Not. Præsentem articulum iuuat articulus in ordine 29. 33. 157. 175.

consideranis, quòd vnum quod est principium numeri addit aliquam rem supra substantiam entis. (aliàs numerus ex vnitatibus compositus non esset species quantitatis.) credidit, quòd unum quod conuertitur cum ente, addat rem aliquam super substantia entis: sicut album supra hominem. Sed hoc manifestè falsum est: quia quælibet res est vna per suam substantiam. Si enim per aliquid aliud esset vna quælibet res, cum illud iterum sit vnum, si esset iterum vnum per aliquid aliud, esset abire in infinitum. Vnde standum est in primo. Sic igitur dicendum est, quòd vnũ quod conuertitur cum ente, non addit aliquam rem supra ens, sed vnum, quod est principium numeri addit aliquid supra ens, ad genus quantitatis pertinens.

AD SECVNDVM dicendum, ꝙ nihil prohibet id, quod est vno modo diuisum, esse alio modo indiuisum: sicut quod est diuisum numero, est indiuisum secundum speciem: & sic continget aliquid esse vno modo vnum, alio modo multa. Sed tamen si sit indiuisum simpliciter, vel quia est indiuisum secundum id, quod pertinet ad essentiam rei, licet sit diuisum quantum ad ea, quæ sunt extra essentiam rei, sicut quod est vnum subiecto & multa secundum accidentia, vel quia est indiuisum in actu, & diuisum in potentia, sicut quod est vnũ toto & multa secundum partes: huiusmodi erit vnum simpliciter, & multa secundum quid. Si verò aliquid econuersò sit indiuisum secundum quid & diuisum simpliciter, vtpotè quia est diuisum secundum essentiam, & indiuisum secundum rationem, vel secundum principium siue causam: inerunt multa simpliciter, & vnum secundum quid: & quæ sunt multa numero, & vnum specie, vel vnum principio. Sic igitur ens diuiditur per vnum, & multa, quasi per vnum simpliciter, & multa secundum quid. Nam & ipsa multitudo nō contineretur sub ente: nisi contineretur aliquo modo sub vno. Dicit. n. Dion. vlt. c. de di. no. ꝙ non est multitudo non participans vno: sed quæ sunt multa partibus, sunt vnũ toto: & quæ sunt multa accidentibus, sicut vnũ subiecto: & quæ sunt multa numero, sunt vnum specie, & quæ sunt speciebus multa, sunt vnum genere: & quæ sunt multa processibus, sunt vnum principio.

AD TERTIVM dicendum, ꝙ iō nō est nugatio, cũ dr̃ ens vnum, quia unum addit aliq̃d ſm rationem supra ens.

AR-

Comm. Cardinalis Caietani.

CIrca ordinem quæstionis huius, & præcedentium, dubium est: quoniam vnum prius conuenit enti quam simplicitas, & immutabilitas, & reliqua tractata, a q. 3. hucuique: ergo inconuenienter vltimo loco tractatur de vnitate. antecedēs probatur, qm̃ omne ens est vnum. non autem simplex nec immutabile. prius autem est a quo non conuertitur consequentia.

¶ Ad hoc dicitur quòd sicut tractatus de animalis natura secũdum omnia prædicata quidditatiua, præcedit tractatum de vnitate animalis, ita tractatus de natura diuina secundum omnia prædicata quasi quidditatiua, præcedit tractatum de vnitate illius, quoniam unitas est quasi passio entis: & unitas talis rei est, quasi passio illius. Quatuor autem de quibus tractatum hactenus est post quæstionem, An est de natura diuina, s. simplicitas & perfectio, infinitas & immutabilitas, in latitudine quidditatiuorum prædicatorum clauduntur, ut patet inductiuè, & ideo prius de illis pertractatum est, & ad eorum complementum insertæ sunt quæstiones de bonitate, de existentia Dei in rebus, deque æternitate. Et sic quasi expedita quidditate ad passionem primam, scilicet unitatem deuenit. Hanc autem esse mentem authoris, ex introductione quæstionis tertiæ superius in litera posita conijcere potes, ibi enim hæc quinque tractanda proponuntur. Nec obstat obiectio allata, negatur enim quòd unitas sit prior supradictis. Et ad probationem dicitur, quòd prius est a quo non conuertitur consequenter ratione sui, non autem si ratione alterius. Verbi gratia, esse coloratum respectu hominis est a quo non conuertitur consequentia, non tamen est prius homine quamuis sit communius prædicatum: & hoc quia coloratum non ratione sui, sed ratione subiecti sui est, a quo non conuertitur consequentia, ratione namque, subiecti valet: est homo, ergo est coloratum. & non econuersò. Vnde id a quo non cõuertitur cõsequentia, est prius vel includit aliq̃d prius, rōne cuius nō cõuertitur cõsequētia. & sic in proposito, vnũ nō est formaliter prius, sed includit ens, rōne cuius non valet sequela. Est vnum ergo imutabile, sed econuerso.

¶ Titulus clarus.

¶ In corpore duæ cõclusiones. Prima directè responsiua quæsito, vnum addit supra ens, non rem aliquam, sed solam negationē diuisionis. probatur. vnum nihil aliud significat quam ens indiuisum. Ergo. Secunda vero conclusio est corolaria, vnum conuertitur cum ente, & nihilominus probatur. Esse cuiuslibet rei consistit in diuisione. ergo. antecedens probatur dupliciter. primo inductiuè in esse simplicium, & compositorum, secundo a signo, quo vnumquodque custodit suam unitatem sicut entitatem. omnia patent clare in litera.

Circa primam conclusionem occurrit dubium ex duplici capite, quoniam & Auic. tenet, vnum addere rem aliquam supra ens. & Sco. tenet addere realitatem quandam. Sed quia contra Auic. positionem in 4. Metaph. ab Aristot. & hic disputatur in litera. Sco. opinio in 4. Met. tangenda est. Putans ergo unum signare passionem entis, dicit ipsum importare formaliter rem positiuā, eandem realiter ipsi enti: sicut uniuersaliter tenet passionē identificari proprio subiecto probareq; nituntur sequaces eius intentum ibidem multipliciter. Primò unum formaliter. i. vt distinctum contra ens, est idem realiter quod ens, ergo est aliquid positiuum, tenet sequela, quia negatio non pōt identificari enti reali. ¶ Secundò, vnum formaliter est extra nihil, vt potentis passio, ergo est positiuum. Tertio, vnũ formaliter habet rōnē primæ mensuræ & principii numeri, ergo ut prius. Quartò vnum dicit perfectionē simpliciter. ergo. ꝓbatur añs. tũ q̃a in vnoquoq; est melius ipsũ q̃ nō ipsũ. Tũ q̃a fit reductio ad summe vnũ, sicut ad summe bonũ & iustum, &c. hoc. n. est propriũ perfectionum simpliciter.

¶ Ad hoc breuiter rñdetur. & primò quidē distinguitur añs, quia est idē, contingit dupliciter. s. positiue & negatiue. Vnum aũt formaliter est idem enti negatiue, quia non aliam naturā signat, sed eandē alio mō, ut dicitur 4. Met. & sic cõsequētia nihil valet.

Ad secundum uero dicitur, ꝙ vnum formaliter non est magis extra nihil quam alia priuatiua, seu negatiua in genere, est ergo extra nihil sic. & tunc negatur consequentia.

Ad tertium autem negatur consequentia. qm̃ mensurare cōe est positiuis & negatiuis, nō solũ. n. in gñibus entiũ simplicissimũ mensurat reliqua, sed ēt in gñibus ęgritudinũ & peccatorũ, ut patet in moralibus. Minimũ. n. in vitiis gulæ mensura est reliquorũ. & minimum absolute. i. unum mensurat multitudinem absolute vtrumq; tñ est negatiuum. s. multitudo, & unum, ut in litera huius quæstionis dicitur. Idem aũt intelligo numerum transcendentem, & multitudinem absolute: & propterea consequens est negatiui numeri negatiuum principium esse.

Ad quartum negatur antecedens. Vnũ. n. non dicit ꝑfectionē, nisi diuisio priuata dicat imperfectionē. Vnde sicut relatio formaliter non dicit perfectionē simpliciter, ita nec unitas eius, alioquin paternitas & filiatio diuinæ essent simul imperfectæ quia nō una. Et sicut esse substantiale dicit perfectionē, ita & unitas eius. Abstrahit ergo unum a perfectione, & imperfectione.

Ad primam vero probationem ex diffinitione Ansel. dicitur, quòd deficit hic illa particula, melior. Quoniam quod non est bonum, non potest esse melius.

Ad secundam uerò dicitur, ꝙ reductio illa non est propria perfectionibus simpliciter, sed cōis negatiuis generalibus. Vnde fit reductio ad summe immuta[illegible] summe immateriale. &c. Quãuis etiam posset congrue dici [illegible]alia: vt dicitur 4 & 7. Met. analogũ

absolutè inuestigatum queritur pro primo, ac per hoc primo vnũ, quod est vnũ substãtiale, est perfectio simpliciter, & reducitur ad summe unum: sed ex hoc nihil habetur contra intentum nostrũ, quia ratione substantiæ quam implicat perfectio ista, inest.

¶ In responsione ad primũ. Aduerte, quod Scotistæ inuehũtur contra rationem Auer. in 4 Metaph. com. 3. contra Auic. qua hic est S. Th. Aiunt enim ꝙ est sophistima figuræ dictionis, qñ mutatur quo in quod. Id namq; quo res est vna, est unum ut quo, non ut quod: & ideo non sequitur processus in infinitum: sicut nec ab albo, & albedine. Sed hæc reprehensio valde rudis est. Tum quia constat in transcendentibus concretum vere prædicari de abstracto. Entitas enim est ens, & unitas una: & per hoc non mutat quo in quod. Sed utitur ratio ipso quo, utroq; modo, s. ut quo, & qđ. Et ideo optime concludit: nec est simile de albo & albedine, quia non est alba. Tum quia si unũ addit naturam aliam supra ens, puta supra hominem, aut leonem, qua ratione hæc est vera, natura hominis est una, eadem erit uera, natura unitatis est una: omnis. n. natura una est. Nec excusat hoc adiacentia naturæ. s. quia natura vnitatis semper inest alii & propterea est quo. Commune namq; est omni naturæ siue subsistenti, siue inexistenti esse vnam, ut patet in accidentibus. ergo stat ratio in suo robore. De vno autem, quod est principium numeri, quale accidens sit, præsentis non est negotij, sed erit quæstio specialis.

¶ In respõsione ad secundum, nota diligenter: quoniam hoc argumentum fluctuare facit eruditos: quia non penetrant hãc rationem. Scito quòd responsio literæ stat in illis verbis. Ens diuiditur per unum & multa, quasi per unum simpliciter & multa secũdum quid. Et ly simpliciter, & secundum quid. non determinant ly unum, aut ly multa, sed determinãt ly diuiditur. Et est sensus, ꝙ ens diuiditur simpliciter per unum, & secundum quid per multa. i. unum continetur simpliciter sub ente, multa autem secũdum quid, vnde & statim hoc probatur in litera. Nam & ipsa, inquit, multa non continentur sub ente, nisi ut participant uno. Et quoniam constat, quòd natura talis diuisionis est, ꝙ membrum simpliciter equatur diuiso absolute sumpto: & merito, qñ membrũ secundum quid non sapit diuisum nisi secundũ quid: nõ stat rño optime, & ꝙ vnũ cõuertitur cũ ente. & tñ est diuisionis mẽbrũ. Exẽplũ huius est. si distinguit hõ in hoiem in actu, & hoiem in potentia. Et similiter domus in domum in actu & potẽtia, &c. Reliqua in hac responsione posita sunt ad perfectionem doctrinæ, & ad explanationem intenti: qm & unum tam simpliciter, quam secundũ quid & multa tam simpliciter quàm secundum quid, uno participant.

Cap. 1. d. 24. q. 1. con. 4.

SVPER Q. XI.

ART. II.

[52 / 2. dist. 24. q. 1. ar. 3. 4. & 10. met. lec. 4.]

CONCL. Vnum opponitur multis; sed diuersimode.

¶ PROB. Quia patet. Secunda autem pars. s. sed diuersimode, probatur, quia uel per modũ mensuræ & mensurati unum opponitur multitudini: (Vt unũ principiũ numeri multitudinis quæ ẽ numerus) vel per modum priuationis: (Vt unũ transcẽdens multitudini: uelut indiuisum diuiso.)

[Ar. præce.]

1^m de maiori.

Opposito. ℞. Secundũ ꝙ est oppositum: non, ẜm ꝙ non est oppositum. §. Tunc nihil &c. Non enim multitudo aliqua est unum, ẜm ꝙ multitudo; sed ẜm ꝙ ad aliquid colligitur: & econtra unum secatur in multa. Vide declarationem in litera.

2^m de maiori.

Ex suo opposito. ℞. Inquantum est oppositũ, non, inquantum nõ est oppositũ. §. Tunc &c. Partes enim, ut entia, vel corpora componũt tota; non ut opposita totis.

3^m de maiori.

Vni. ℞. Vno modo cõsiderato; non, pluribus modis. §. Tunc nih. &c. Nã multitudini, vt absolute consideratur, opponitur vnum, & eidem, ut per excessum cõsideratæ opponitur paucum; non autem ẜm eandem cõsiderationẽ acceptæ.

[10. metap. tex. a 10. 3.]

4^m minor. Hoc autẽ vr̃ inconueniens. ℞. Negatur

ARTICVLVS II.

Vtrum vnum et multa opponantur.

AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur quòd vnum & multa non opponantur. Nullum enim oppositum prædicatur de suo opposito: sed omnis multitudo est quodammodo unum, vt ex * prædictis patet. ergo vnum non opponitur multitudini.

¶ 2 Præt. Nullum oppositum constituitur ex suo opposito: sed vnum constituit multitudinem. ergo non opponitur multitudini.

¶ 3 Præt. Vnum vni est oppositum sed multo opponitur paucum. ergo non opponitur ei vnum.

¶ 4 Præt. Si vnum opponitur multitudini, opponitur ei sicut indiuisum diuiso: & sic opponit̃ ei vt priuatio habitui. Hoc autem vr̃ inconueniens, quia sequeretur, ꝙ vnum sit posterius multitudine, & diffiniatur per eam, cum tamen multitudo diffiniatur per vnum. Vndè erit circulus in diffinitione: quod est inconueniens. non ergo vnum & multa sunt opposita.

SED CONTRA: quorum rationes sint oppositæ, ipsa sunt opposita. Sed ratio vnius consistit in indiuisibilitate, ratio verò multitudinis diuisionem continet. ergo vnum & multa sunt opposita.

RESPON. Dicendum, quod vnum opponitur multis, sed diuersimodè. Nam vnum quod est principiũ numeri, opponitur multitudini, qui est numerus, vt mẽsura mensurato. Vnum enim habet rationẽ primæ mensuræ, & numerus est multitudo mensurata per vnum, vt patet ex 10.* Met. Vnũ verò quod conuertitur cum ente, opponitur multitudini per modum priuationis, vt indiuisum diuiso.

AD PRIMVM ergo dicendum, ꝙ nulla priuatio tollit totaliter esse quia priuatio est negatio in subiecto, ẜm * Phil. Sed tñ omnis priuatio tollit aliquod esse. Et ideo in ente ratione suæ cõitatis accidit ꝙ priuatio entis fundatur in ente: quod nõ accidit in priuationibus formarũ spiritualium vt visus, vel albedinis, vel alicuius hmõi. Et sicut est de ente, ita est de vno, & bono, q̃ cõuertuntur cũ ente. Nã priuatio boni fundatur in aliquo bono: & similiter remotio vnitatis fundat̃ in aliquo vno. Et exinde cõtingit qđ multitudo est quoddã vnũ: & malum, est quoddam ꝺ bonũ: & non ens est quoddam ens. Non tñ oppositũ prædicatur de opposito, quia alterũ horum est simpl̃r, & alterum ẜm quid. Quod. n. ẜm quid est ens, (vt in potentia) est non ens simpliciter. i. actu, vel qđ est ens simpliciter in gñe substantiæ, est nõ ens ẜm quid, quantũ ad aliquod esse accidentale. Sil̃r ergo qđ est bonũ ẜm quid, est malũ simpl̃r, vel econuersò: & similiter, quod est vnum simpliciter, est multa ẜm quid, & ecõuersò.

[In post prædicamẽtis, ca. de oppositis, & 4. Metap. tex. 4. to. 1. & 3.]

[D. 291.]

AD SECVNDVM dicendum, ꝙ duplex est totũ. Quoddam homogeneũ, quod cõponitur ex similibus partibus: quoddã vero heterogeneũ, quod cõponitur ex dissimilibus partibus. In quolibet aũt toto homogeneo, totũ constituit̃ ex partibus habẽtibus formam totius, sicut quælibet pars aquæ est aqua & talis est cõstitutio cõtinui ex suis partib. In quolibet aũt toto heterogeneo, q̃libet pars caret forma totius. Nulla. n. pars domus est domus, nec aliqua pars hominis est hõ. Et tale totũ est multitudo. In quãtũ ergo pars eius non hẽt formã multitudinis, cõponitur multitudo ex vnitatibus, sicut domus ex non domibus: non ꝙ vnitates constituant multitudinẽ ẜm id, quod habent de ratione indiuisionis, prout opponuntur multitudini ᵈ sed secundum hoc, quod habent de entitate: sicut & partes domus constituunt domum per hoc quod sunt quædam corpora, non per hoc, quod sunt non domus.

[D. 1137.]

AD TERTIVM dicendum, ꝙ multũ accipit̃ dupliciter. Vno mõ absolutè, & sic opponitur vni. Alio modo ẜm quod importat excessum quendã, & sic opponitur pauco, vnde primo modo duo sunt multa, non autem secundo.

AD QVARTVM dicendum, ꝙ vnũ opponit̃ priuatiuè multis, in quantum in rõne multorũ est quòd sint diuisa.

¶ Vndè oportet, ꝙ diuisio sit prius vnitate non simpl̃r, sed ẜm rõnem nostræ apprehensionis. Apprehẽdimus. n. simplicia per cõposita. Vñ diffinimus punctũ, cuius pars non est, vel principiũ lineæ. Sed multitudo ẽt ẜm rõnem cõsequenter se habet ad vnũ: quia diuisa nõ intelligimus habere rationem multitudinis, nisi per hoc quod utrique diuisorum attribuimus vnitatem. vnde vnum ponitur in diffinitione multitudinis, non autem multitudo in diffinitione vnius. Sed diuisio cadit in intellectu ex ipsa negatione entis, ita quòd primò cadit in intellectu ens. Secũdò quòd hoc ens non est illud ens, & sic secundò apprehendimus diuisionem. Tertiò vnum: quartò multitudinem.

[Quatuor per ordinẽ apprehẽsa.]

AR-

gatur ista. §. Ad probationē negatur: q̄ sequatur illud. Nam sequitur solum, q̄ unū sit posterius diuisione. Qđ quidem est uerū ſm rationem apprehensionis nostræ, non autem simpliciter.

Vtilitas pro Eccle. S. Dei.

APPENDIX.

EX articulo habes primo, quomodo per rationem demonstres, recte philosophum dixisse 4. Meta. tex. 4. Vnum opponitur multo, idem diuerso, simile dissimili, æquale inæquali. Item ibidem. Vnum significat aut negationem multitudinis, aut priuationem absolutam. Secundo uides, quomodo ex his uicissim firmetur articulus.

Comm. Cardinalis Caietani.

TItulus clarus.

In corpore una conclusio, responsiua quæsito affirmatiue. Vnum opponitur multis diuersimode probatur, unum principium numeri opponitur numero & mensurato, unum autē conuersum cum ente, opponitur ut indiuisum diuiso, ergo. Antecedens pro prima parte probatur ex 10. Metap. quia uni primo conuenit mēsura, & numerus est multitudo mensurata. pro secunda patet consequentia autem est euidens, quia alia est oppositio relatiua, alia priuatiua.

¶ Aduerte hic, quod quamuis litera intendat de diuersis unitatibus, & multitudinibus loqui, ex hac tamen doctrina optime deducere poteris, quod eadem unitas diuersimode sumpta, scilicet ut principiū numeri, & ut indiuisa opponitur diuersimode eidem multitudini diuersimode sumptæ, scilicet sub ratione numeri, & sub ratione diuisi. Et sic hæc distinctio erit, quandoque rerum, quandoque rationum, & quando est rationum conuenit utrique uni, & utrique multitudini, quoniam, & unum conuersum cum ente principium est numeri transcendentis, & unum in prædicamento quantitatis est indiuisum.

¶ In responsione ad secundum, dubium occurrit quomodo uerificatur quod multitudo componitur ex unitatibus, non secundum id quod habent de indiuisione, sed secundum id quod habent de entitate. hoc enim in multitudine transcendenti, de qua litera loquitur, manifeste est impossibile. Quoniam aūt hic est sermo de multitudine, ut multitudo est, aut de rebus multis. Non de rebus multis, ut patet ex ui argumenti, & responsionis, cum dicitur, quod multitudo est totum heterogeneum. De ipsa autē multitudine constat, quod non componitur ex rebus unis, sed ex unitatibus. Alioquin multitudo transcendens, ut multitudo est, esset substantia, utpote ex substantiis rerum composita.

¶ Ad hoc dicitur quod tam unum quam multa transcendenter sumi possunt dupliciter. Vno modo substantialiter alio modo cōplectiue, seu formaliter. Si sumantur primo modo, constat quod multitudo componitur ex rebus unis, & quod est substantia seu ens reale, & sic uidetur secundum planum literę sensum textus primo interpretandu. Et si obiiciatur, ergo non loquitur de multitudine formaliter, dicitur, quod loquitur de multitudine formaliter quantum ad id, quod realiter est. Altius tamen atque formalius loquendo, dicendum mihi uidetur, quod hic est sermo de vnitate, & multitudine formaliter, & uniuersaliter, & quod per illa uerba, unitates secundum id, quod habent de entitate, non intendit litera rem, quæ est una, sed intendit ipsam unitatis naturam. prout entis actum exercet. Quod ut clarius percipiatur, ab uno in genere quantitatis incipiamus. Vnitas de genere quantatis sumi potest dupliciter. Vno modo ut est non numerus, quod est esse non diuisum in se, quemadmodum numerus est diuisus in plures unitates. Et sic patet quod non componit numerum, sicut nec non domus componit domum. Alio modo ut est in se talis entitas puta accidens, & sic componit numerum. Vnitas quoque transcēdens dupliciter sumi potest. Primo, vt est indiuisa, quod est esse non multitudinem. Et sic impossibile est componere multitudinē ratione dicta. Alio modo secundum id quod est, id est secundum ipsam negationem diuisionis, non inquantum exercet actum priuationis, sed inquantum habet entis rationem. Et sic componit multitudinem formaliter, & completiue sumptam. Ita, quod hæc distinctio contracta ad unum, & multa transcendenter, non est distinctio priuationis a subiecto positiuo, sed est distinctio actus priuatiui ab actu positiuo. Ita quod ipsa indiuisio ut exercet actum priuationis, non componit. Et ipsamet ut cuiusdam entitatis rationem habet, componit multitudinem, quæ secundum veritatem negatiuum ens formaliter est magis, quam vnum, & quod hæc sit mens literæ, non solum ex formali sensu patet, sed ex responsione ad quartum, vbi dicitur, quod diuisa non habent rationem multitudinis, nisi vtrumque diuersorum habeat rationem vnius, hic enim manifeste apparuit, quod multitudo formaliter ex vnitatibus formalitatis consurgit, & consequenter ex negationibus, quoniam solam negationem formaliter addere docuerat in præcedenti articulo.

¶ In responsione ad quartum, dubium occurrit, quomodo verificentur illa verba, Diuisio est prior vnitate non simpliciter, sed secundum nostrę apprehensionis rationem. Videtur enim quod diuisio simpliciter prior vnitate, quoniam habitus naturaliter est prior priuatione. Diuisio autem se habet ad vnitatem vt habitus ad priuationem. ergo. Nec potest dici, quod diuisio non est vere habitus, quo priuat unitas secundum se. Sed est habitus secundum nostrum modum intelligendi, quia oporteret assignare saltem circumlocutiue, quis est ille habitus quo priuat secundum se vnitas. Nec facile esset hoc fingere, quia ille habitus secundum se aut est quid positiuum, aut negatiuum. Si positiuū ergo aliquid positiuum vltra ens est ante vnitatem, quod est impossibile. Si negatiuum, ergo aliqua negatio est ante vnitatem, & si hoc non inconuenit, cur inconuenit diuisioni, quæ negatio est esse ante vnitatem.

¶ Ad hoc dicitur, quod labor est in æquiuoco. Ambæ siquidē propositiones sunt veræ, & quod diuisio est prior vnitate simpliciter, idest secundum se in esse intelligibili tamen, eo quod diuisio negatio est, quæ ens rationis. Et est quod diuisio est posterior vnitate simpliciter, idest secundum esse simpliciter, quod est esse in rerum natura. Esse enim intelligibile est secundum quid tantum. Prima propositio probatur ex dictis. Non enim intelligibile, quod affirmatio non sit prior negatione. Esse autem vnum, est esse hoc, & non esse non hoc. vbi patet, quod in ratione vnius clauditur negatio alterius extremæ contradictionis. Extrema igitur contradictionis, quorum est ipsa diuisio, præcedunt naturaliter vnitatem. Primo enim est homo, & in eodem priori est non homo, in esse intelligibili. Et sic est diuisio. Deinde homo est homo, & non est homo, quod est esse unum, idest indiuisum. Non enim est diuisum in se ita ut sit homo, & non homo.

¶ Penes priuationem enim huiusmodi diuisionis vnumquodque est & dicitur. Si vnum priuatiuum nomen est secundum veritatem, vt supponimus. Nullum autem inconueniens est negationem diuisionis esse priorem negatione vnitatis. Quamuis impossibile sit positionem diuisionis in re, esse ante positionem vnitatis. Secunda autem propositio patet ex se. Non enim oportet ad hoc quod homo sit, & intelligatur vnus, vt negatio hominis sit in aliqua natura, puta bouina, aut cœlesti. Si enim solus homo esset, vnus nihilominus esset sicut ante mundi creationem Deus erat vnus. Et Deus in nulla erat re Creatis autem aliis posita est diuisio Dei a non Deo in rerum natura. De qua diuisione dicit litera, quod non est prior simpliciter, vt patet ex calce responsionis, vbi dicitur. Secundo apprehendimus, q̄ hoc ens non est illud ens, & sic apprehendimus diuisionem. Quid clarius? hoc ens non est illud ens dicendo diuisionem in rerum natura expressit. Et propterea eandem diuisionem dixit, q̄ simplicia ex compositis diffinimus. Diuisionem ergo tam realem, quam positiuam postposuit unitati formaliter. Non autem contradictoriam in esse intelligibili.

Ferr. 1. cont. cap. 24.
S. Bo. 1. 5. dist. 2. q. 1. ar. 1.
Alens. p. p. su. q. 14. mem. 2
Scot. 1. 5. d 2. q. 3.
Duran. 1. 5. d. 2. q. 1.

ARTICVLVS III.

Vtrum Deus sit ubique.

53 ī q. 103. ar tic. 3.
Et 1. d. 2. a. & 2. d. 1. 1. q. 1. ar. 1. & 1 cōt. c. 42.

SVPER Q. XI. ART. III.

COncl. Impossibile est esse plures Deos.

¶Prob. 1. Quia Deus ſm idē est Deus, hic Deus. Secundo q̄a duo non possunt esse æque totaliter perfecta. Tertio quia Deus est primum per se reducens omnia in vnum ordinem.

Primum

AD TERTIVM sic proceditur. Videtur, quod Deus non sit unus. Dicitur enim 1. ad Corint. 8. Si quidem sunt dii multi, & domini multi.

¶ 2 Præt. Vnum, quod est principium numeri, non potest prædicari de Deo, cum nulla quantitas de Deo prædicetur similiter, nec unū quod conuertitur cum ente, quia importat priuationem, & omnis priuatio imperfectio est, quæ Deo non competit. Non est igitur dicendum, quod Deus sit unus.

SED CONTRA. [illegible] dicitur Deut. 6. Audi Israel [illegible] Deus tuus unus est.

Et po. q. 3 art. 6. & opusc. 3. c. 15. & 12. Meta phys. 6.

RE-

1^m ex Corint.

Sunt dij multi. R. Secundum errorem quorundam, nõ, secundum rei ueritatem. §. Tunc &c. Nam conclusio intelligit, quod est unus tantum secundum rei ueritatem.

2^m de antecedẽte minori.

Similiter nec vnum, quod conuertitur cum ente. R. Negatur istud. §. Ad probationem dicitur, qđ priuatio Deo non competit secundũ se, sed per modum, quo cognoscitur a nobis, ut in litera.

q.3.art.3.

APPENDIX.

q.9.ar.2. Vtilitas pro Eccle. S. Dei.

EX articulo habes primo, quomodo per rationem euellas hæreses Petri statorii, Gnosticorum, Manichæorum dicentium, Deum non unum, sed tres esse Deos, Deos esse duos. Secundo habes, quomodo per rationem ostendas, has merito damnari a Concilio Niceno in symbolo, seu confessione, fidei. Credimus in unũ Deum. Item ab omnibus aliis Conciliis sequentibus, & de hac re tractantibus, quoniam omnia in fide conueniunt cum synodo Niceno. Item specialiter a Papa Innocẽtio III. in Concilio Lateranẽsi. Extra de sum. Trin. & fid. Cath. Firmiter credimus & simpliciter confitemur, quod vnus solus verus Deus. Item a regulis fidei, traditis in lib. Augustini de fide ad Petrum, cap. 1. firmissime tene, & nullatenus dubites, Patrem & Filium & Spiritumsanctum unum esse naturaliter Deum,

RESPON. Dicendum, quod Deum esse unum ex tribus demonstratur. Primo quidem ex eius simplicitate. Manifestum est enim, q illud unde aliquid singulare, est hoc aliquid, nullo modo est multis communicabile. Illud enim unde sortes est homo, multis communicari potest, sed id, unde est hic homo, non potest communicari, nisi uni tantum. Si ergo sor. per id esset homo, per quod est hic homo, sicut non possunt esse plures sortes, ita non possent esse plures homines. Hoc autem conuenit Deo. nam ipse Deus est sua natura, ut supra ostensum est. * Secundum igitur idẽ est Deus, & hic Deus. Impossibile est igitur esse plures Deos.

¶ Secũdo uero ex infinitate eius perfectionis. Ostensum est enim supra, * quod Deus comprehendit in se totam perfectionem essendi. Si ergo essent plures dii, oporteret eos differre. Aliquid ergo conueniret uni quod non alteri. & sic ille, in quo esset priuatio, non esset simpliciter perfectus. Si autem hoc esset, perfectio alteri eorum deesset. Impossibile est ergo esse plures Deos. Vnde, & antiqui Philosophi quasi ab ipsa coacti ueritate ponentes principium infinitum, posuerunt unum tantum principium.

¶ Tertio ab unitate mundi. Omnia enim, quæ sunt, inueniuntur esse ordinata ad inuicem, dum quædam quibusdam deseruiunt. Quæ autem diuersa sunt, in unum ordinem non cõuenirent, nisi ab aliquo uno ordinarentur. Melius enim multa reducuntur in unum ordinem per vnum, quam per multos, quia per se unius unum est causa, & multa non sunt causa unius, nisi per accidens, inquantum, scilicet sunt aliquo modo unum. Cum igitur illud, quod est primum, sit perfectissimum, & per se, non per accidens, oportet quod primum reducens omnia in unum ordinem sit unum tantum. Et hoc est Deus.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod dicuntur dii multi secundum errorem quorundam, qui multos Deos colebant, existimantes planetas, & alias stellas esse Deos, vel etiam singulas partes mundi. Vnde subdit, Nobis autem unus Deus, &c.

AD SECVNDVM dicendum, quod unum secundum quod est principium numeri, non prædicatur de Deo, sed solum de his, quę habent esse in materia. Vnum enim, quod est principium numeri, est de genere mathematicorum, quæ habent esse in materia, sed sunt secundum rationem a materia abstracta. Vnum uero, quod conuertitur cum ente, est quoddã metaphysicum, quod secundum esse non dependet a materia. Et licet in Deo non sit aliqua priuatio, tamen secundum modum apprehensionis nostræ, non cognoscitur a nobis nisi per modum priuationis, & remotionis. Et sic nihil prohibet aliqua priuatiue dicta de Deo prædicari, sicut quod est incorporeus, infinitus, & similiter de Deo dicitur, quod sit unus.

Deum, in cuius nomine baptizati sumus. Cũ enim aliud nomen sit Pater, aliud Fili⁹, aliud Spũssanctus, hoc, est vni que vnum naturæ nomen horum trium, qđ dicitur Deus: Qui dicit in Deuteronomio, vidi te, qm ergo sum Deus, & non est alius præter me, & de quo dicitur, Audi Israel Dominus Deus tuus, Deus vnus est, &, Dominũ Deum tuum adorabis, & illi soli seruies. Hęc ibi. Itẽ ab Ecclesia in Decretis 24.q.3. Quidam. Ibi recensita prædicta hæresi de pluritate Deorũ, cum multis aliis, postremo ait. Hæ sunt hæreses aduersus catholicã fidem exortæ, & ab Apostolis & a sanctis patribus vel Conciliis dãnatæ, q̃ licet in se multis erroribus diuisæ inuicem sibi dissentiant, cõi tamen nomine aduersus Ecclesiam Dei conspirant. Sed & quicunq; aliter scripturam sacrosanctam intelligit, quã sẽsus spũssancti flagitat, quo conscripta est, licet de Ecclesia non recesserit, tamen hæreticus appellari potest. Hæc ibi. Subiuncta uerba, a ly sed, & quicunque &c. dicuntur, ad ostendendum, quod non debemus attendere ad authoritates scripturarum adductas ab hæreticis, nisi adducantur in sensu spiritussancti donato Ecclesię sanctæ Apostolicæ Romanæ. Veniunt enim ad nos plerunque in uestimentis ouium, cum interiori tamen corde lupino, & ideo per illa uerba in tali casu contra illos reddimur cauti. Tertio uides, quomodo ex his uicissim firmetur conclusio.

Comm. Cardinalis Caietani.

TItulus quærit de unitate numerali.

¶ In corpore vna conclusio responsiua affirmatiue. Deus est unus probatur tripliciter. Primo, Deus eodẽ modo formaliter est Deus & hic, ergo est unus, antecedens patet ex q.3 quia idem est omnino hic Deus, & natura diuina. consequentia probatur. Impossibile est plurificari hunc, ergo & Deum. Secundo, Deus est vniuersaliter perfectus, ergo unus, probatur consequentia a destructione consequentis, ducendo ad oppositum antecedentis, ut clare patet in litera. Tertio, Deus omnia quæ in uniuerso sunt per se reducit in unum ordinem, ergo Deus est unus.

¶ Quo ad primam partem. antecedens probatur, quia diuersa non conueniunt in unum ordinem nisi ab aliquo.

¶ Quo ad secundum uero sic, Deus est perfectissimum, & primũ principium, ergo est per se & non per accidens principium. consequentia uero probatur dupliciter. Tum quia melius per unum disponuntur res quam per plura principia. Tum quia unius non est causa per se nisi unum, per accidens autem plura.

SVPER Q. XI. ART. IIII.

COncl. Deus est maxime unus.

¶ PROB. Quia Deus est maxime ens [cum sit ens per se subsistẽs,] maxime indiuisus, [cũ sit omnibus modis simplex.]

54 q.18.ar.3. c.& q.39.a. 3.c.& cãusis 1.2.1.

Pimum

ARTICVLVS IIII.

Vtrum Deus sit maxime unus.

AD QVARTVM sic proceditur. Videtur, quod Deus non sit maxime unus. unum enim dicitur [illegible] priuationem diuisionis. Sed [illegible] non recipit magis, & minus. Ergo Deus non dicitur magis unus, quam alia, quæ sunt unum.

¶ 2 Præt. Nihil uidetur esse magis indiuisibile, quam id quod est indiuisibile actu, & potentia, cuiusmodi est punctus & unitas. Sed in tantum dicitur aliquid magis unũ, inquantum est indiuisibile. Ergo Deus non est magis unũ, quam unitas & punctus.

¶ 3 Præt. Quod est per essentiam bonum, est maxime bonum. Ergo quod est per essentiam suam unum, est maxime

1^m de minori. Priuatio. R. Secundum se considerata, nõ, sm conditionem sui oppositi. §. Tunc &c. Secundum.n. quod Deus nullo modo diuisus est, dicitur magis indiuisus quam alia, & consequenter maxime unus, ut ex litera hr.

2^m de minori. Inquantum est diuisibile. R. Et ens. §.

Manca ergo illa ppositio. Cum ad esse maxime unũ reqrãtur duo, & unum tantum requiri adducat. Tunc, addito ad illam propositionem ly & ens, nihil contra.ut in litera patet.

3^m de consequentia 1. Per essentiã suam. R. Maxime simplicem, & maxime ens, non aliter. §. Tunc &c. Nam licet omne ens sit unum per suam substantiam &c. ut in litera. Horum fundamentalis ratio iã dicta est, quod scilicet ad maximam unitatem non unum tantum, sed duo requiruntur, ut ex conclusionis probatione, & responsione ad secundum habes.

4. metap. tex. 3. to. 3.

me vnum. Sed omne ens est vnum per suam essentiam, ut patet per Philosophum * in 4. Metaph. Ergo omne ens est maxime vnum. Deus igitur non est magis vnum, quam alia entia.

SED CONTRA est, quod dicit Boet. quod inter omnia, quæ vnum dicuntur, arcem tenet vnitas diuinæ trinitatis.

RESPON. Dicendum, quod cũ vnum sit ens indiuisum, adhoc quod aliquid sit maxime vnum, oportet, quod sit, & maxime ens, & maxime indiuisum. Vtrumque autem competit Deo. Est enim maxime ens, in quantum est non habens aliquod esse determinatum per aliquã naturam, cui adueniat, sed est ipsũ esse subsistens omnibus modis indeterminatum. Est autem maxime indiuisum, in quantum neque diuiditur actu, neque potentia secundũ quemcunque modum diuisionis, cum sit omnibus modis simplex, vt supra * ostensum est. Vnde manifestum est, quod Deus est maxime vnus.

q. 3. ar. 7.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod licet priuatio secundum se nõ recipiat magis, & minus, tamen secundum quod eius oppositum recipit magis, & minus, etiam ipsa priuatiua dicuntur secundum magis, & minus. Secundum igitur, quod aliquid est magis diuisum, uel diuisibile, vel minus, vel nullo modo, secundum hoc aliquid dicitur magis, & minus, vel maxime vnum.

AD SECVNDVM dicendum, quod punctus, & vnitas, quæ est in principium numeri, non sunt maxime entia, cum non habeant esse, nisi in subiecto aliquo. Vnde neutrum eorum est maxime vnum. Sicut enim subiectum non est maxime unum propter diuersitatem accidentis, & subiecti, ita nec accidens.

AD TERTIVM dicendum, quod licet omne ens sit unum per suam substantiam, non tamen se habet æqualiter substantia cuiuslibet ad causandam unitatem, quia substantia quorundam est ex multis composita, quorundam uero non.

QVAE-

APPENDIX.

Vtilitas Ecclesiæ Dei.

EX articulo habes primo, quomodo per rationem confundas errorem falsissimum cuiusdam Petri de Alyaco (ut refert Pater Bannes hic) in 1. dist. 5. q. 5. ad primum, contra tertiam conclusionem dicentis, quod persona diuina est magis una, quam natura diuina. Nam Sanctus Thomas, per ly Deus, intelligit naturam diuinam, quoniam hoc nomen Deus est nomen naturæ, ut dicit Aug. supra ar. 3. in appendice recitatus, & probatur infra q. 13. art. 8. Determinans ergo, quod Deus est maxime unus, determinasse uoluit, quod natura diuina est maxime una. supra maximum autem non datur maius, ex consequenti tamquam determinatum reliquit, quod persona diuina non est magis una, quam natura diuina. Nec mihi dicas, quod natura diuina hic maxime determinatur una per comparationem ad res creatas, non ad personam diuinam, quoniam hæc fuga est. Licet enim per comparationem ad res creatas natura illa sit maxime una, tamen hic determinatur, quod est maxime una simpliciter & absolute, ut probationem conclusionis penetranti patet. Ex eo autem, quod absolute maxime una est, sequitur postea, quod etiam per comparationem ad res creatas, sit maxime una. Secundo habes, quomodo per rõnem ostendas, prædictum errorem intelligi damnatum fuisse, extra de sum. Trin. & fi. Cath. firmiter credimus, & simpliciter confitemur, quod unus solus est uerus Deus &c. tres quidem personæ, sed una essentia substantia seu natura, simplex omnino, & infra capitulo Damnamus, inquit idem Papa in Concilio, credimus & confitemur, quod una quædam summa res est incomprehensibilis, quæ ueraciter est Pater & Filius & Spiritussanctus tres simul personæ ac singillatim quælibet earundem, & ideo in Deo solummodo trinitas est non quaternitas, quia quælibet trium personarum est illa res, uidelicet substantiæ essentia seu natura diuina &c. & infra. Ac dici non potest, quod partẽ substantiæ suæ illi dederit & partem sibi retinuerit, cum substantia patris indiuisibilis sit, utpote simplex omnino. Hæc ibi. Audis, naturam diuinam esse simplicem omnino, ac per hoc indiuisibilem omnino, ac per hoc unam omnino? Si indiuisibilis est omnino, ergo [secũdum Papæ definitionem] non est diuisibilis aliquo modo, & tamen Petrus ille de Alyaco ibi subdebat, quoniam (inquiens) natura diuina est communicabilis multis, & aliquo modo diuisibilis. At Papa in capitulis illis concedit, quod est communicabilis multis scilicet Patri & Filio & Spiritusancto, sed negat, quod per hoc sit diuisibilis aliquo modo, dicens, est indiuisibilis utpote simplex omnino, idest indiuisibilis, quia simplex, indiuisibilis omnino, quia simplex omnino. Poterat enim esse indiuisibilis, quia simplex, etiam quod non adderetur ly omnino [ut patet de multis indiuisibilibus creatis:] sed non esset indiuisibilis omnino, nisi esset simplex omnino. Voluit ergo ad literã planam definire, sicut & definiuit, quod natura diuina eo modo est indiuisibilis, quo simplex, & consequenter quod est indiuisibilis omnino, quia simplex omnino. Ecce ostensum a summo Pontifice, quod negãda est illa consequentia. Natura diuina communicabilis est personis, ergo est diuisibilis aliquo modo. Negandam ergo per hoc docuit & illam. Est communicabilis, ergo non est omnino una. Ergo & negare docuit istam. Persona diuina est incommunicabilis, ergo est magis indiuisibilis seu (quod idem est) magis una, quam natura. Cæterum deceptus est ille in hoc, quod communicabilitatem credidit importare aliquam diuisibilitatem. Hoc tamẽ falsissimum est. Nam diuisionis nomen uitamus in diuinis, ne fauere Arrio uideamur. q. 31. art. 2. cum tamen communicabilitatis nomine conuenienter vtamur. q. 27. ar. 3. secundum. Denique si persona magis una esset, quam natura, uideretur poni quaternitas in diuinis, cõtra prædictam Ecclesiæ definitionem. Quomodo enim quælibet personarum esset natura illa, & natura illa esset quælibet personarum [ut supradicit Ecclesia,] si persona diuina esset magis una, quã natura? Notanda quoque sunt illa uerba concilii dicentis, firmiter &c. quod unus solus est uerus Deus. Nam dixit ly solus, non ad committendum nugationem, quæ committeretur, si ly solus esset idem, quod ly unus. Neque ad denotandum, quod sit solitarius, cũ & nomine solitarii non utamur in diuinis contra Sabellium. q. 31. art. 2. & mox consortium personarum esse ibi subiungat. Sed ad ostendendum, quod unitas diuinæ naturæ est sola. i. excedit omnem aliam unitatem in tantum, ut respectu huius unitatis nulla alia unitas reperiri uideatur, & consequenter quod est maxime una, quinimo maxime incomprehensibiliter una. Iccirco post ly unus solus, subiungit Papa ly incõprehensibilis. Vide etiam recte, quid significent Ecclesiæ in officio sanctissimæ Trinitatis uerba hæc. Gratias tibi Deus, uera & una trinitas, una & summa deitas, sancta & una unitas. omnia hæc uisa, præsertim ly una unitas, bene applica contra prædictum errorem. Tertio uides, quomodo ex his uicissim firmetur conclusio.

Comm. Cardinalis Caietani.

TItulus clarus ex dictis.

¶ In corpore una conclusio responsiua affirmatiue, Deus est maxime unus, probatur. Deus est maxime ens, & maxime indiuisus. ergo. antecedens probatur, quo ad primam partem, quia est ipsum esse. quo ad secundam, quia omnino simplex omni diuisibilitate caret. consequentia autem probatur ex ratione unius includentis ens, & indiuisionem, omnia clara sunt in litera.

¶ In responsione ad primum dubium est, quo modo priuatio suscipit magis, & minus, propter diuisionem. Ipsa enim diuisio, negatio est, de qua est eadem quæstio quomodo suscipit magis, & minus.

¶ Ad hoc respondetur breuiter, quod diuisio suscipit magis, & minus ratione fundamenti. Magis enim rationale distat a lapide, quam boue. Et propterea [illegible] diuisio inter hominem, & lapidem, & propterea [illegible] generis in quo conueniunt homo, & lapis, ut pat[illegible]

Fer.

Ferr. 3. cont. c. 5. 54. 57. Banens q. 12. art. 1.

SVP. Q. XII. ART. I.

CONCL. Simpliciter concedendum est, quod beati essentiam Dei uideant.

¶ PROB. 1. Quia si intellectus creatus nō posset uidere diuinam essentiam, tunc uel homo numquam beatitudinem obtinebit, uel hominis beatitudo consistit in alio quam in Deo, [quod est contra fidem.] Secundo quia tunc desiderium naturæ rationalis remaneret inane.

1m ex Ioan. 1.

Nemo uidit. R. Comprehensiue propriè, nō, facialiter absq; comprehensione tali. §. Tunc &c. Nam conclusio loquitur in secundo, non in primo sensu.

2m de maiori.

Omne infinitum. R Materiale, non formale. §. Tunc &c. Nam Deus est infinitus secundo modo tantum.

3m de maiori.

Existentiā. R. Siue sint suum esse, siue non. §. Tunc &c. Nam Deus est existens primo modo tantum. Non enim sic dicitur a Dionysio de non existente, quasi nullo modo sit exitēs, sed quia &c. ut in litera.

4m de maiori.

Proportionē. R. Quę saltem est habitudo vnius ad alterum. §. Tūc &c. Licet enim intellectus creati ad Deum, & uniuersaliter finiti ad infinitum, non sit proportio quantitatiua, est tamen proportio habitudinalis, ut habes in litera.

APPENDIX.

Vtilitas pro Eccle. S. Dei.

EX articulo habes primo, quomodo per rationem interimas hæreses Trinitariorum, Almarici, Arnaldistarum dicentiū. Diuina essentia in se nec ab angelo nec ab homine uidetur, nec ui debi-

55 22. q. 5. ar. 1. c. & q. 93 ar. 2. c. 3. & 3. cōt. c. 5. 54. & 57. & ueri. q. 8. arti. 1. & quo 7. ar. 2. & quol. 10. 6. & opusc. 1. q. 104. &

QVAESTIO XII.

Quomodo Deus a nobis cognoscatur, in 13. articulos diuisa.

QVIA In superioribus considerauimus qualiter Deus sit secundum seipsum, restat considerandum qualiter sit in cognitione nostra, id est, quomodo cognoscatur a creaturis.

¶ ET circa hoc quæruntur 13.

¶ Primo. Vtrum aliquis intellectus creatus possit uidere essentiam Dei.

¶ Secundo. vtrum Dei essentia uideatur ab intellectu per aliquā speciem creatam.

¶ Tertio. vtrum oculo corporeo Dei essentia possit uideri.

¶ Quarto. vtrum aliqua substantia intellectualis creata ex suis naturalibus, sufficiens sit uidere Dei essentiam.

¶ Quinto. vtrum intellectus creatus ad uidendum Dei essentiam indigeat aliquo lumine creato.

¶ Sexto. vtrum uidentium essentiam Dei vnus alio perfectius videat.

¶ Septimo. vtrum aliquis intellectus creatus possit comprehendere Dei essentiam.

¶ Octauo. vtrum intellectus creatus uidens Dei essentiam, omnia in ipsa cognoscat.

¶ Nono. vtrum ea quæ ibi cognoscit, per aliquas similitudines cognoscat.

¶ Decimo. vtrum simul cognoscat omnia quæ in Deo uidet.

¶ Vndecimo. vtrum in statu huius vitæ possit aliquis homo essentiam Dei videre.

¶ Duodecimo. vtrum per rationē naturalem Deum in hac uita possimus cognoscere.

¶ Tertiodecimo. vtrum supra cognitionem naturalis rationis sit in præsenti uita aliqua cognitio Dei per gratiam.

ARTICVLVS I.

Vtrum aliquis intellectus creatus possit Deum uidere per essentiam.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur, quod nullus intellectus creatus possit Deum per essentiam uidere. Chryso. enim super Ioan. * exponens illud quod dicitur Ioan. 1. Deum nemo uidit unquam, sic dicit, ipsum quod est Deus non solum prophetæ, sed nec Angeli uider[illegible] archāgeli. Quod enim creabilis est naturæ, qua[illegible] [illegible]cerit quod increabile est? Dionys. & prim[illegible] [illegible] di. no. loquens de Deo dicit. Neque sen[illegible] [illegible]e phantasia, neque opinio, nec ratio, nec scientia.

Matth. 5. Hom. 14. in Ioā. aliquātulum princ. t. 3. capit. 1. a med. illi°. q. 7. art. 1.

¶ 2 Præt. Omne infinitum in quantū huiusmodi, est ignotum, sed Deus est infinitus, ut supra * ostensum est, ergo secundum se est ignotus.

¶ 3 Præt. Intellectus creatus non est cognoscitiuus nisi existentium. Primum enim quod cadit in apprehensione intellectus est ens. Sed Deus non est existens, sed supra existentia, vt dicit Dionys. ergo non est intelligibilis, sed est supra omnem intellectum.

¶ 4 Præt. Cognoscentis ad cognitum oportet esse aliquam proportionem, cum cognitum sit perfectio cognoscentis. Sed nulla est proportio intellectus creati ad Deum, quia in infinitum distant. ergo intellectus creatus non potest videre essentiam Dei.

SED CONTRA est, quod dicitur primæ Ioan. 3. videbimus eum sicuti.

RESPON. Dicendum, quod cum vnumquodque sit cognoscibile, secūdum quod est in actu, Deus, qui est actus purus absque omni permistione potentiæ, quantum in se est, maxime cognoscibilis est. Sed quod est maxime cognoscibile in se alicui intellectui cognoscibile non est, propter excessum intelligibilis supra intellectum. Sicut sol, qui est maxime visibilis, videri non potest a vespertilione propter excessum luminis. Hoc igitur attendentes quidam posuerunt, quod nullus intellectus creatus essentiam Dei videre potest. Sed hoc inconuenienter dicitur. cum enim vltima hominis beatitudo in altissima eius operatione cōsistat, quæ est operatio intellectus, si nunquam essentiam Dei videre potest intellectus creatus, vel nunquam beatitudinem obtinebit, vel in alio eius beatitudo consistet, quā in Deo. Quod est alienum a fide. In ipso enim est vltima perfectio rationalis creaturæ, quod est ei principium essendi. Intantum enim vnumquodque perfectum est, inquantum ad suum principium attingit. similiter etiam est præter rationem. Inest enim homini naturale desiderium cognoscendi causam, cum intuetur effectum, & ex hoc admiratio in hominibus consurgit. Si igitur intellectus rationalis creaturæ pertingere non possit ad primam causam rerum, remanebit inane desiderium naturæ. Vnde simpliciter concedendum est quod beati Dei essentiam videant.

D. 761.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod vtraque authoritas loquitur de visione comprehensionis. Vnde præmittit * Dion. immediate, ante verba proposita dicens, Omnibus ipse est vniuersaliter incomprehensibilis, & nec sensus est, &c. Et Chrysos. parum post verba prædicta subdit, uisionem hic dicit certissimam patris considerationē, & comprehensionem tantam, quātam pater habet de filio.

c. 1. de diu. no. aliquantulum a princ. D. 366. eadem ho. 14. parum ante medium. t. 3.

AD SECVNDVM dicendum, quod infinitum, quod se tenet ex parte materiæ non perfectæ per formam, ignot[illegible] est secundum se, quia omnis cognitio est per formam. Sed infinitum, quod se tenet ex parte formæ non limitatæ per materiam, est secundum se maxime notum. Sic autem Deus est infinitus, & non primo modo, vt * ex superioribus patet.

q. 7. art. 1.

AD TERTIVM dicendum, quod Deus non sic dicitur non existens, quasi nullo modo sit existens, sed quia est supra omne existens, inquantum est suum esse. Vnde ex hoc non sequitur, quod nullo modo possit cognosci, sed quod omnem cognitionem excedat, quod est ipsum non comprehendi.

AD QVARTVM dicendum, quod proportio dicitur dupliciter. Vno modo certa habitudo vnius quantitatis ad alteram, secundum quod duplum, triplum, & ęquale sunt species proportionis. alio modo quælibet habitudo vnius ad alterum, proportio dicitur. Et sic potest esse proportio creaturæ ad Deum inquantum se habet ad ipsum, ut effectus ad causam, & ut potentia ad actum. Et secūdum hoc, intellectus creatus proportionatus esse potest ad cognoscēdum Deum.

ARTI-

debitur. Deum non uideri in se, sed in creaturis, sicut lumē in aere, Deum non per essentiam uideri a beatis, sed per quandam claritatem illius essentiæ, in qua consistit beatitudo. Secundo habes, quomodo per rationem ostendas, has omnes recte damnati a Cōcilio Florentino tractatu de purgatorio, sic. Definimus illorum animas, qui post baptismum susceptum nullam omnino peccati maculam incurrerunt, illas etiam, quæ post contractam peccati maculam, uel in suis corporibus uel eisdem exutę corporib. (prout superius dictum est) sunt purgatæ, in cęlum mox recipi, & intueri clare ipsum Deum trinum & unum, sicuti est. Hæc ibi. Item a Matth. 18. Angeli eorum in cęlis semper uident faciem patris mei, qui in cęlis est. Item a Concilio Lateranensi, Extra de sum. Trin. & fi. Cath. cap. Damnamus, specialiter tota doctrina Almarici reiicitur, sic. Reprobamus etiam & condemnamus peruersissimum dogma impii Almarici. Vbi per dogma intendit omnia dogmata, ut ex contextu sequenti, scilicet cuius doctrina &c. patet. Item ab Apocal. 22. sedes Dei & Agni in illa [scilicet ciuitate celesti Hierusalem] erunt, & serui eius seruient illi, & uidebunt faciem eius. Vide ar. 2. appen. Tertio uides, quomodo ex his uicissim stabiliatur conclusio.

¶ NOT. Seruit articulo præsenti in ordine articulus 30. 35. 27. 311. 433. 26. 52 408. 157.

Comm. Cardinalis Caietani.

IN titulo, intellectus creatus non humanus, (& hoc bene nota) possit, absolute siue per potentiam in alio, siue in se, uidere: per essentiam. idest intelligere quidditatiue, ita ut complete sciat terminare quęstionem quid est de Deo. Cognoscere enim de aliquo quid, est uidere illud per essentiam, complete autem dico terminare, quid est, ut distinguitur contra incomplete, eo modo, quo sciens cōmunia prædicata essentialia alicuius incōplete scit. oportet. n. scientem quid, habere omnia prædicata quidditatiua usque ad ultimam differentiam inclusiue. Et non summe complete, i. cōprehensiue, imo scire quid est, habet latitudinem quoad modum sciendi. Diuiditur. n. in comprehendere & apprehendere. Et rursus apprehendere habet multos gradus, ut infra patebit. Est igitur quęstio, an aliquis creatus intellectus possit scire de Deo quid est. Et si dubitas de hac expositione, uide primum contra Gent. c. 3. & tertium eiusdem cap. 4. & 5.

¶ In corpore 4. primo, ponitur causa dubitandi. secūdo, recitatur opinio negatiua. tertio improbatur. quarto respondetur quæsito.

¶ Quo ad primū est una propositio, Deus est in se maxime cognoscibilis, propter excessum tamen eius respectu alterius, est alicui incognoscibilis. prima pars probatur, quia Deus est actus purus. secunda uero declaratur exemplo solis & uisus.

¶ Aduerte hic, ꝙ cum ex 2. Meta. habeatur, ꝙ difficultas cognoscendi ex duob. oriri possit. s. ex obiecto, uel potentia, & hic est qō de huiusmodi difficultate, seu possibilitatē, consonum fuit, ut non prætermitteretur hic quod causa dubii non est ex parte obiecti, sed ex parte excellentiæ obiecti supra potentiam, quod est esse ex parte potentiæ.

¶ Quo ad secundum opinio quorundam est, intellectus creatus non potest uidere Dei essentiam, ratio eorum est ipsa excellentia Dei supra intellectum creatum, ut in litera dicitur, ibi, hoc igitur quidam attendentes.

¶ Aduerte hic, ꝙ hæc opinio iudicio meo non est Aui. aut philosophorum, qm̄ saltem prima intelligentia creata cognoscit quid est Deus, apud Aui. quoniam ipse est illius proximum principiū, sed hæc opinio fuit aliquorum Christianorum, ut puto, & ideo contra eam ex his, quæ fidei sunt, disputat, ut patebit.

¶ Quo ad tertium reprobatur opinio præfata dupliciter. Primo, si nullus intellectus creatus pōt uidere Deum, ergo uel nunquam suam beatitudinem obtinebit, uel beatitudo eius in alio consistit quam in Deo. consequentia probatur, quia beatitudo hominis consistit in altissima eius operatione, quæ est intelligere. consequens autem pro prima parte est manifeste impossibile, pro secunda est alienum a fide. Et ne hoc uoluntarie dici uideatur, ꝓbatur. Deus est principium essendi creaturæ rationali, ergo felicitas creaturæ rationalis consistit in coniunctione ad Deum, consequētia probatur, quia unumquodq; in tātum est perfectū in quantum suo coniungitur principio, & est propositio sumpta ex lib. de causis.

¶ Circa probationem consequentiæ posset dubitari, quia arguit a superiori ad inferius affirmatiue. s. ab altissima operatione, quæ est intelligere, ad talem intellectionem. Sed facile respondetur, quia altissimæ operationis nomine, non intelligitur ipsum genus operis, puta intelligere, ut superficies literæ præsefert, sed summum illius generis. i. intellectio altissima, &c. unde nulla intercedit fallacia. Nec obstat, ꝙ determinauerit genus operis, hoc enim propter hominem cui insunt alterius generis opera, puta sensibilia, fecit. Meminit autem hominis in probatione, & tamen illatio erat de intellectu creato in communi, ut ex notiorib. doctrinam traderet, & eandem esse rationem quo ad hoc de intellectu creato omni innueret, imo, & a minori argumentum faceret: si namque hominis beatitudo in intellectione altissima consistit, a fortiori aliorum quoque intellectualium felicitas altissima erit speculatio.

¶ Circa destructionem consequentis, quo ad secundam partē aduerte, quod uolens author aduersarios conuincere, quod illud sit contra fidem, attulit propositionem quam oportet expresse credere, s. quod Deus est creator omnis creaturæ rationalis. Et ex hac arguit, ergo in eo qęscit. vnde illa ratio assumit antecedēs, vt creditum, & consequentiam ratione deducit, & ideo optime concludit apud fideles. Et propterea errant qui contra Auic. hāc rationem ex S. Thom. referunt.

¶ Secundo improbatur opinio sic, si intellectus creatus non potest uidere Deum, ergo non potest ipsam rerum causam uidere, ergo desideriū naturæ erit inane. prima consequentia relinquitur per se nota. secunda autem probatur, homini inest naturale desiderium uidendi causam uisis effectib. ut eius admiratio attestatur. ergo.

¶ Circa hanc rationem dubium duplex occurrit. Primum est simpliciter, & ad hominem. Non enim uidetur uerum, quod intellectus creatus naturaliter desideret uidere Deum, quoniam natura non largitur inclinationem ad aliquid, ad quod tota uis naturæ perducere nequit, cuius signum est, quod organa natura dedit cuilibet potentiæ quam intus in anima posuit. Et in secundo cęli dicitur, quod si astra haberent uim progressiuam, natura dedisset eis organa oportuna. Implicare igitur uidetur, quod natura det desiderium uisionis diuinæ. Et quod non possit dare requisita ad uisionem illam, puta lumen gloriæ, &c. Apud S. Tho. quoque doctrinam, ut dictum est in 1. artic huius operis, homo, non naturaliter, sed obedientialiter ordinatur in felicitatem illam, ergo.

¶ Secundum uero dubium est, quia concesso toto processu, nō sequitur intentum, infert. n. tantum, ergo prima causa uideri potest, & non, ergo Deus. Dicam enim, quod Deus inquantum causa rerum, uideri desideratur, & non secundum substantiam suam in se. Et sic scietur non quid est absolute, sed quid est, ut creator, ut gubernator, &c. ut patet in nobis. Desideramus enim ex primo motu scire quid est illa substantia, ut primus motor, & huius conditionibus, ut sic notis, quiescit desiderium, ut patet in complemento scientiarum.

¶ Ad euidentiam horum scito, quod creatura rationalis potest dupliciter considerari, uno modo absolute, alio modo, ut ordinata est ad felicitatem. Si primo modo consideretur, sic naturale eius desiderium non se extendit ultra naturæ facultatem, & sic concedo, quod non naturaliter desiderat uisionem Dei in se absolute. Si uero secundo modo consideretur, sic naturaliter desiderat uisionem Dei, quia ut sic, nouit quosdam effectus, puta gratiæ, & gloriæ, quorum causa est Deus, ut Deus est in se absolute, non ut uniuersale agens. Notis autem effectibus, naturale est cuilibet intellectuali desiderare notitiam causę. Et propterea desiderium uisionis diuinæ, (etsi non sit naturale intellectui creato absolute.) est tamen naturale ei supposita reuelatione talium effectuum Et sic tam ratio hic allegata, quam reliquæ rationes ad idem collectæ, in capitulo quinquagesimo, tertii contra Gent. concludunt inane fore desiderium intellectualis naturæ certæ, si Deum uidere non possit. Non oportuit autem exprimi, quod de creatura intellectuali non absolute, sed ut ordinata ad felicitatem esset sermo. Quia commune est cuilibet scientiæ, quod semper intelligantur termini formaliter, ut subsunt illi scientiæ, ut patet de quantitate in physicis. Constat autem ex 2. contra Gent. capitulo quarto, quod creaturæ non sunt de consideratione theologica, nisi ut ordinantur gubernātur, prædestinantur a Deo in Deum, ut supremum omnium finem, alioquin non in ordine ad altissimam causam, & propriam theologo theologica considerarentur, unde se patet.

¶ Quo ad tertium conclusio responsiua est, beati uident Dei essentiam. Nec aliter probatur, quam reprobatione contradictoriæ. Oportet. enim alteram contradictionis partem esse ueram.

Ferr. 3. cont. c. 49.
Cap. 4. d. 49. q. 5. con. 1.
3. d. 5. q. 2. cont. 3. & 4. d. 49. q. 5. con. 2.
Banens eod. loc.

SVP. Q. XII.

56

ART. II.

4. d. 49. q. 2. ar. 1. & uer. q. 8. ar. 1. & quo. 7. ar. 1. & 3. cont. c. 49. & opus. 3. c.

CONCL. Ex parte rei uisæ, quam necesse est aliquo modo uniri uidenti, p nullam similitudinem essentia Dei uideri potest.

¶ PROB. 1. Quia per similitudines inferioris ordinis rerum non possunt clare cognosci superiora. Secunda quia nulla forma, quæ non est suum esse, potest repræsentare diuinam essentiam, quæ est suum esse. Et omnis forma creata est alia a suo esse. Tertio quia circumscriptum non pōt perfecte repræsentare incircumscriptum, & omnis forma creata est circumscripta, essentia autem diuina est incircumscripta.

* lib. 9. de Tri. ca. 11. circa med. tom. 3.

15. de Tri. c. 9. parum a med. t. 3.

¶ NOT. In conclusione dicitur ly ex parte rei uisę, ad differentiam potentiæ uisiuæ. Nam ex parte huius, requiritur similitudo. art. 5.

1^m ex Ioan. Similes. R. Similitudine ex parte intellectus uidentis, non similitudine ex parte rei uisæ, §. Tunc &c. ut patet.

2^m ex August. Nouimus. R. In via, nō in patria. §. Tunc &c. Nam cōclusio loquitur de notitia in patria, nō in uia.

3^m de minori. Rei intellectæ. R. Quę non est suum esse, non quæ est suum esse. Tūc &c. Nam diuina essentia est ipsum esse unde &c. ut in litera.

APPENDIX.

Vtilitas pro Eccle. S. Dei.

EX articulo habes primo, quomodo per rationem interimas hæresim quorundam Direct. Inquis. 2. p. q. 8. Hæresi 7. dicentium, Animarum beatarum uisio, qua uidēt diuinam essentiam, nō est uisio intuitiua, & facialis. Secundo habes, quomodo per rationē ostendas, hanc merito damnari a scripturis 1. Cor. 13. Videmus nunc per

D. 485.

2

ARTICVLVS II.

Vtrum essentia Dei ab intellectu creato per aliquam similitudinem uideatur.

AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur, quod essentia Dei ab intellectu creato per aliquā similitudinem uideatur. Dicitur enim primo Ioann. tertio. Scimus quoniam cum apparuerit, similes ei erimus, & uidebimus eum sicuti est.

¶ 2 Præt. August. dicit 9.* de Trin. Cum Deum nouimus, fit aliqua Dei similitudo.

¶ 3 Præt. Intellectus in actu est intelligibile in actu, sicut sensus in actu est sensibile in actu. Hoc autem non est nisi inquantum informatur sensus similitudine rei sensibilis, & intellectus, similitudine rei intellectæ. Ergo si Deus ab intellectu creato uidetur in actu oportet quod per aliquam similitudinem uideatur.

SED CONTRA est, quod dicit Aug. 15.* de Trin. quod cum Apostolus dicit, uidemus nūc p speculū in ænigmate. Speculi & ænigmatis nomine quæcunque similitudines ab ipso significatæ intelligi possunt, quæ accommodatæ sunt ad intelligendum Deum. Sed uidere Deum per essentiam non est uisio ænigmatica, uel speculatiua, sed cōtra eam diuiditur. Ergo diuina essētia non uidetur per similitudines.

RESPON. Dicendum, quod ad visionem tam sensibilem quam intellectualem duo requiruntur, s. virtus visiua, & vnio rei uisæ cum visu. Non enim fit uisio in actu, nisi per hoc quod res uisa quodammodo est in uidente. Et in rebus quidem corporalib. apparet, quod res uisa non potest esse in uidente per suam essentiam, sed solum per suam similitudinem. Sicut similitudo lapidis est in oculo, per quam fit uisio in actu, non autem ipsa substantia lapidis. Si autem esset una, & eadem res, & quæ esset principium uisiuæ uirtutis, quæ esset res uisa, oporteret uidentem ab illa re & uirtutem uisiuam habere, & formam per quam uideret. Manifestū est autem, quod Deus & est author intellectiuæ uirtutis, & ab intellectu uideri potest. Et cum ipsa intellectiua uirtus creaturæ non sit Dei essentia, relinquitur quod sit aliqua participata similitudo d ipsius, qui est primus intellectus. Vnde & uirtus intellectualis creaturæ lumen quoddam intelligibile dicitur, quasi a prima luce deriuatum, siue hoc intelligatur de uirtute naturali, siue de aliqua perfectione superaddita gratiæ, uel gloriæ. Requiritur ergo ad videndum Deum aliqua Dei similitudo ex parte uisiuæ potentiæ, qua scilicet intellectus sit efficax ad uidendum Deum. Sed ex parte uisæ rei, quam necesse est aliquo modo vniri uidenti, per nullam similitudinem creatam Dei essentia uideri potest. Primo quidem, *quia sicut dicit Dionysius primo de diu. nomi. per similitudines inferioris ordinis rerum, nullo modo superiora possunt cognosci. Sicut per speciem corporis non potest cognosci essentia rei incorporeæ. Multo igitur minus per speciem creatam quamcumque potest essentia Dei uideri. Secundo, quia essentia d Dei est ipsum esse eius, ut supra* ostensum est, quod nulli formæ creatæ competere potest. Non potest igitur aliqua forma creata esse similitudo d repræsentans videnti Dei essentiam. Tertio, quia diuina essentia est aliquod incircumscriptum continēs in se supereminenter quicquid potest significari uel intelligi ab intellectu creato. Et hoc nullo modo per aliquam speciem creatam repræsentari potest, quia omnis forma creata est determinata secundum aliquam rationem uel sapientiæ, vel virtutis, vel ipsius esse, aliciuus huiusmodi. Vnde dicere Deum per similitudinem videri, est dicere diuinam essentiam non uideri. Quod est erroneum. Dicendum ergo, quod ad videndum Dei essentiam requiritur aliqua similitudo ex parte visiuæ potentiæ, scilicet lumen diuinæ d gloriæ, confortans intellectum, ad videndum Deum. De quo dicitur in Psalm. In lumine tuo uidebimus lumen. Non autem per aliquā d similitudinem creatam Dei essentia uideri potest, quæ ipsam diuinam essentiam repræsentet vt in se est.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod authoritas illa loquitur de similitudine, quæ est per participationem luminis gloriæ.

AD SECVNDVM dicendum, quod Augustin. ibi loquitur de cognitione Dei, quæ habetur in via.

AD TERTIVM dicendum, quod diuina essentia est ipsum esse. Vnde sicut aliæ formæ intelligibiles, quæ non sunt suum esse, uniuntur intellectui secundum aliquod esse, quo informat ipsum intellectum, & faciunt ipsum in actu, ita diuina essentia unitur intellectui creato vt intellectum in actu, per seipsam faciens intellectum in actu.

per speculum in ænigmate, tunc autem facie ad faciem. Speculi autem, & ænigmatis nomine similitudines quę cunque ab Apostolo significatæ intelligi possunt, quę nunc accommodatæ sunt ad intelligendum Deum, ut inquit Aug. 15. de tri. c. 9. Ergo secundum Apostolum sic uidebimus Deum absque ulla media similitudine. Item a conciliis, & scripturis adductis supra ar. 1. Dicere enim diuinam essentiam uideri per similitudinem, est ac si diceretur, essentiam diuinā nō uideri ab intellectu creato, ut deducitur in corpore articuli. Item a Papa Benedicto undecimo in Extrauagan te quæ incipit, Benedictus Deus in donis suis &c. de concilio fratrū suorum diligenti præhabita discussione dicēte sic. Hac in perpetuū ualitura constitutione authoritate apostolica diffinimus, quod &c. animæ sanctorum omniū etiam ante resumptionem corporum suorū, & iudicium generale, post ascensionem Domini nostri Iesu Christi in cœlum, fuerunt sunt, & erunt in cęlo cęlorum regno &c. ac post Domini mortem uiderunt, uident, & uidebunt diuinam essentiam immediate, se bene clare, & aperte eis ostendentem, quodque sic uidentes eadem diuina essentia perfruuntur. Quodque postquā inchoata fuerit uel erit talis intuitiua & facialis visio & fruitio in eisdem, eiusdem uisio, & fruitio sine aliqua intercisione intermissiōe seu euacuatiōe pdictæ uisionis, & fruitionis continuata existit, & continuabitur usq; ad finale iudicium, & ex tunc usque in sempiternum. Hæc ibi. Illa ergo uisio est immediata, clara, aperta, intuitiua, facialis. Tertio vides, quo modo ex his uicissim firmetur conclusio.

cap. 1. non multū procul a principio.

D. 461. q. 3. ar. 4.

D. 485.

D. 986.

D. 1082.

3

¶ NOT. Articulum hunc iuuat in ordine articulus 65. 420. 17. 23. 25.

Comm.

Comm. Cardinalis Caietani.

IN titulo aduerte, quod aliud est, quod quæritur, & aliud est occasio quærendi Quæritur enim indefinite, An ad uisionem diuinam concurrat aliqua similitudo quomodocunque, concurrat, sed quærendi occasio est, quia dubitatur. An Deus possit uideri per aliquam similitudinem ex parte rei uisæ, idest, quæ sit repræsentatiua ipsius Dei, ut ratio uidendi, sicut species uisibilis repræsentat corporali uisui coloratum.

¶ In corpore tria. Primo naturam uisionis, quo ad hoc, quod est requirere similitudinem declarat. Secundo respondet quæsito, ibi, manifestum est autem. Tertio epilogat expressius quædam manifestans.

¶ Quo ad primum tria dicuntur, ex quibus quartum opportunum insinuatur.

¶ Primum est, numerus requisitorum ad diuisionem, & dicitur quod sunt duo scilicet uirtus uisiua, & unio rei uisæ cum uidente. Et probatur, uisio non fit actu, nisi res uisa sit aliquo modo in uidente. ergo.

¶ Secundum est modus unionis, & dicitur, quod est duplex, scilicet per essentiam ipsius rei uisæ, & per similitudinem eius. & manifestatur in corporalibus, quia lapis non est in oculo, sed species lapidis, uterque enim modus expressus est, quamuis alter negatus a corporalibus, quasi per hoc innueret, in spiritualibus non impossibile fore.

¶ Tertium est modus similitudinis, & dicitur, quod est duplex, scilicet ex parte rei uisæ, & ex parte uirtutis uisiuæ, declaraturq; secundum membrum ex ui illius conditionalis ueræ, si uirtus uisiua habet esse a re uisa, uirtus uisiua non solum esset ipsa, sed similitudo rei uisæ, ut patet, quia effectus est similis causę. Ex his autem habes quartum, scilicet quod uisio potest tripliciter fieri. primo per essentiam rei uisæ, secundo per essentiam uirtutis uisiuæ. tertio per similitudinem mediam repræsentantem rem uisam uisiuæ uirtuti, ut enim patet, ex dictis, tot modis contingit unionem rei uisæ cum uidente uariari. Verum ut in litera conso ni simus, nomine essentiæ uirtutis uisiuæ, non intelligas tantum ipsam uim uisiuam, sed quicquid se tenet ex parte eius s. quodcunque confortatiuum, aut eleuatiuum, &c. ipsius uis uisiuæ, siue illud sit lumen gratię, uel gloriæ. Totum enim hoc alio uocabulo dicitur similitudo ex parte uidentis, ut patet in his, quæ subiungitur in litera.

¶ Quo ad secundum duæ conclusiones responsiuæ quæsito ponuntur. Prima affirmatiua. Ad uidendũ Deũ exigitur aliqua similitudo ex parte uirtutis uisiuæ. Secũda negatiua. Ad uidendũ Deũ impossibile est concurrere aliq̃ similitudinẽ mediã ex parte rei uisæ. Prima cõclusio probatur. Deus est author intellectus creati potentis ipsũ uidere, ergo intellectus creatus est participata similitudo ipsius essentiæ diuinæ, ergo ad uisionem Dei, &c. antecedens patet cum prima consequentia, quæ nihilominus confirmatur per locum a diuisione, quia non est ipsa diuina substantia. consequens quoque confirmatur a signo, quia intelligibilis uis lumen dicitur &c. omnia clara sunt. Secunda autem conclusio probatur tripliciter. Primo sic. Res superior non uidetur per similitudinem inferioris ordinis, ergo Deus non uidetur per aliquam creatam similitudinem. Antecedens probatur authoritate Dionysii, & declaratur exemplo corporeæ similitudinis. consequentia uero patet per locum a minori. Secundo, nulla res creata est suum esse, ergo per nullam rem creatam potest uideri Deus. Antecedens supponitur. consequentia probatur, quia Deus est suum esse. Tertio sic, omnis res creata est determinata ad genus aliquod. ergo nulla est infinita. ergo per nullam potest uideri Deus. ultima consequentia probatur, quia Deus est infinitus secundum omnem modum essendi & intelligendi.

¶ Contra has rationes, quamuis Aureolus apud Capreolum in 4. distin. 49 q. 5. multipliciter arguat, tota tamen uis rationum cõtra hoc consistit, in hoc quod omnes allatæ rationes peccant non distinguendo, sed idem iudicium faciendo de specie in essendo, & in repræsentando. cum tamen constat ualde magnam differentiã interesse. Vnde species inquit inferioris ordinis in essendo, & habens esse distinctum ab essentia atque finita in essendo, est in repræsentando, & supremi ordinis, & habens esse idem cum essentia atque infinita, hæc enim insunt ei obiectiue, illa formaliter, nec hoc inconuenit magis quam speciem lapidis esse accidens formaliter, & substantiam obiectiue, &c.

¶ Ad euidentiam horum scito, quod indistinctio inter per se & per accidens errandi occasionem præbet. species quidem rerum, de quibus est sermo, per se quidem non habent quod sint substantiæ, uel accidentia, sed hoc accidit eis, uerum per se exigit talis species quod sit repræsentatiuum alterius non per modum signi, quoniam quodlibet potest significare quodcunque, sed per modũ similitudinis. Vnde philosophi, ut primo de anima dicitur, conuenerunt in hoc, quod cognitio fit per assimilationem. Et si cognitio debet esse quidditatiua, oportet speciem esse similem non solum secundum genus, sed speciem specialissimam formaliter, uel eminenter. Nunquam enim anima nostra domum quidditatiue nouit, nisi apud se speciem domus, quæ sit quod quid est domus, habeat. Oportet igitur speciem, qua uidenda est res, esse quid est ipsius rei, non secundum modum essendi naturalem rei uisæ, sed in alio essendi modo, qui formaliter sumptus & abstrahitur ab esse substantiali, & accidentali, ut de se patet. Et exigit quod sit nobilior, aut saltem æque nobilis quam sit nobilitas modi essendi rei uisæ, ut inductiue patet. Et ratione probatur, quia cognoscens ut sic, habet nobiliorem essendi modum cognitum in seipso, ut cognitionem terminat. Ex his autem ad rationem literæ descendendo dicitur, quod speciem esse inferioris ordinis potest dupliciter intelligi, scilicet per se uel per accidens, species inferioris ordinis per accidens, sumitur, quum consideratur quod per accidens est in essendo. Per se uero, quum consideratur quod est magis uel minus de articulata aut eleuata, qualiter uidemus species in sensibus propriis esse inferioris ordinis respectu specierum phantasiæ, & has respectu specierum intellectus nostri. Et constat, quod per species sensus non possunt imaginabilia, nec per imagines possunt intelligibilia uideri, & iuxta hunc sensum militat prima ratio, ut patet in exemplo literæ, Deus enim adeo eleuatæ est naturæ, ut omnis quouis modo dearticulata species, qualẽ oportet creatam quamcunque esse, inferioris sit ordinis per se, in quantum scilicet species. Nec obstat distinctio, quod in essendo uel in repræsentando. Iam enim ostensum est, quod loquendo de esse speciei formaliter & per se ut sic. nihil refert dicere in essendo, & in repręsentando, quoniam oportet speciem secundum proprium esse, q̃ quid est rei uisæ: & consequenter eiusdem ordinis cum re. Et secundum modum essendi per accidens se habere ad substantiale, aut accidentale esse cum in aliquo sit substantia, & in aliquo accidens. Si species igitur est inferioris ordinis per se, impossibile est quod sit similis quidditatiue rei superioris ordinis. Et nota, quod non dicitur, quod species inferior non possit uisionem facere superioris, quoniam Angelus inferior uidet forte superiorem naturaliter, sed dicimus, quod species inferioris ordinis hoc non põt. Constat enim Deum non solum superiorem omni creato intellectu, sed ordinis altioris esse, etiam apud philosophos, ut patet in 12. Metaph. comment. 44. Secunda quoque ratio assumit, & bene, quod quemadmodum species domus in mente oportet, quod sit forma domus, ita species Dei cuius forma est ipsum esse, oportet quod sit ipsum esse, & super hoc fundetur similitudo ad Deũ. Nec uult ista ratio, quod species Dei sit ipsum esse in esse naturali, sicut est Deus. Sed quod sit ipsum esse in aliquo modo essendi. Alioquin, similis non esset species quidditati diuinæ, sed repugnaret aliquid esse secundum rem ipsum esse, in quocunque modo essendi creato, aut creabili, quoniam quouis modo reali ponatur res esse, semper est ens per participationem, in illo modo essendi. ergo. Tertia autem ratio ex eadem procedit radice, speciẽ namque Dei quidditatiuam oportet esse non hoc uel illud, sed infinitum ens, aut secundum esse naturale, aut secundum aliquid aliud esse reale, alioquin realis similitudo, & adæquata qualem cognitio exigit, non habetur, sed impossibile est secundum quodcunque esse creatum dari unum aliquod simile adæquatæ infinitis perfectionibus. ergo. Vnde patet quod distinctio de esse & repræsentari contracta ad repræsentare per modum similitudinis, non est distinctio, nisi diuersarum conditionum essẽdi. Et ppea, q̃ uniuersaliter negatur de esse reali, sufficienter negari probatur de esse in repræsentando per modum similitudinis. Et propterea diuinum S. Tho. ingenium ad distinctionem descendere dedignatum est, puerile siquidem putauit quæ de esse creato liquido negando probauerat, ad talem, & talem essendi conditionem creatam adaptare. Sed alii decepti sunt, ut dictum est propter non distinguere inter per se & per accidens.

¶ Quo ad tertium duo epilogando concludit, & quod exigitur similitudo rei ex parte potentię eleuandæ, & quod nulla est similitudo ex parte Dei, s. repræsentatiua, confirmaturque primum authoritate scripturæ.

¶ Aduerte quod licet superficietenus consideranti appareat, q̃ similitudo ex parte uidentis per accidens concurrat ad Dei uisionem in quantum similitudo est, quoniam non ponitur ut assimilet, sed ut confortet, eleuetque intellectum. Interius tamen perscrutanti apparebit, quod per se requiritur in quantum similitudo non ut repræsentandi actum habeat, sed constituendi in esse simili ipsi Deo quasi eiusdem rationis. Oportet enim uidentem Deum, esse Deum quodammodo diuinæque naturæ consortem. Constitutiuum autem intellectus creati in esse diuino, est ipsum gloriæ lumen, & propterea merito similitudo hæc a sanctis exaltatur. atque repetitur.

¶ Aduerte hic, quod ibi habetur, quod beati non possunt formare uerbum de Deo, quẽ uisio fit sic, quamuis possint formare uerbum de his, quæ in Deo uidentur. Cum enim uerbum sit similitudo expressa, & eius ui repræsentans rem conceptam, quam species impressa, si impossibile est inuenire speciem impressam creatam respectu alicuius, propter eminentiam rei cognitæ, multo magis impossibile est inuenire speciem expressam. Omnes enim rationes

rationes contra illam, ſunt contra iſtam, & omnem aliam ſpecié. Videbunt ergo omnia in verbo Dei, quod in principio erat apud Deum, & non in aliquo uerbo creato, quia tam non uiderent ut in litera dicitur.

¶ In reſponſione ad tertium, Aduerte quod hic ponitur eſſentia diuina conſtituens intellectum beatum in actu uice ſpeciei intelligibilis. Hoc autem qualiter poſſibile ſit. dupliciter exponi poteſt. Primo ſecundum communem curſum iudicantium de intellectu & ſpecie intelligibili, ſicut de duobus agentibus partialibus. Secundum enim hanc uiam dicitur, quod ſpecies intelligibilis poteſt dupliciter ſumi. primo ut eſt forma inhærens, ſecundo ut gerit uicem intelligibilis. Et quod primum per accidens concurrit ad intelligere, ſecundum uero per ſe. Quoniam ex hoc habet comprincipiare intellectionem. Et propterea, ſi inuenitur obiectum, per ſeipſum potens comprincipiare intellectionem cũ tali intellectu, ipſum per ſeipſum dicitur uniri intellectui, & facere ipſum in actu, abſque hoc, quod det eſſe formaliter ipſi intellectui. Et quamuis hanc uiam quandoque ſectatus docuerim, & forte ſcripſerim, eleuatis tamen mentis oculis, uilem nimis aſpicere uideor naturam cognoſcitiuam, ſi de ea quaſi de naturalib. agentibus iudicatur. Si anima enim ſupra naturam eſt, ut uegetatiua, quæ eſt infima teſtatur, dum ad omnes poſitionis differentias ſimul mouet, quanto magis intellectus? Dicendum eſt ergo, quod quamuis intellectus & ſpecies intelligibilis, ſe habeant quaſi duo partialia agentia, quorum alterum ſubſtantiam, alterum ſpeciem intellectioni præbet, hæc tamen proportio non eſt prima, ſed ante ipſam eſt, quod ſe habent ſicut materia & forma, & hoc per ſe loquendo. Et propterea quamuis ſecunda proportio ex dictis ſaluetur, non tamen prima, præſertim quod ex intellectu, & ſpecie ſit magis unum, quam ex materia & forma, ut Auerr. in tertio de anima recte docuit. Oportet igitur ſaluare quod intellectus uidens Deum, prius natura ſit Deus, & tamen nulla intentio intellecta ſit in eo, & poſt uideat Deum. Vt autem in tertio contra Gent. cap. 51. dicitur, eſſentia diuina, etſi nullius forma eſſe poſſit in genere entium, ideſt in eſſendo, poteſt tamen eſſe forma intellectus creati in genere intelligibilium. Et ibi quidem redditur pro cauſa, quia eſt ipſa actualitas in genere intelligibilium, quia eſt ipſa ueritas, quæ eſt propria forma intellectus in genere intelligibili, ut habes ibi diffuse. Hic uero aſſignatur pro cauſa, quia eſt ipſum eſſe, & intendit iudicio meo, quod ex hoc quod natura aliqua non eſt ſuum eſſe, habet quod non ſit omne ſuum eſſe. Et per oppoſitum, ex hoc quod natura aliqua eſt ipſum eſſe, habet quod ſit omne ſuum eſſe. ſuum autem dico, ideſt, ſui ordinis. Ex his enim, ſubintellecta illa maxima declarata in litera, ſ. cognitio quidditatiua non fit niſi per eſſe eiuſdem uel ſuperioris ordini reſpectu rei cognitæ, manifeſte ſequitur, quod eſſentia diuina habet hoc ſingulare, quod eſt illud eſſe intelligibile, quod exiſtimaretur dare intellectui, ſi uniretur illi per ſpeciem. Ac per hoc ipſa ex hoc quod eſt ipſum eſſe, habet & quod ſit, & quod ſit forma intelligibilis ſeipſa reſpectu intellectus uidentis ipſam. Sed adhuc mens non quieſcit, oportet enim dicere quid importat hoc, ſcilicet eſſentiam diuinam facere formaliter intellectum in actu, in genere intelligibilium.

¶ Ad euidentiam huius ſcito. quod in communi loquendo, ſpeciem intelligibilem uniri perfecte intellectui, non eſt ipſam inhærere intellectui: quoniam ita unio conſtituit intellectum non in actu, ſed in habitu, ſed eſt ipſum conſtituere in actu ſecundo. Ad hoc enim ponitur ſpecies intelligibilis ut ſic, ut intelligens ſit intellectum in actu completo. Ipſam autem conſtituere in actu ſecundo, eſt ipſam non eſſe actum ſecundum, ſed habere ſe ad actum ſecundum ut formа ad eſſe. Quemadmodum enim forma eſt principium eſſendi materiæ, ita quod idem eſt, eſſe materiæ & formæ diuerſimode, ut patet de lumine in diaphano, & colore in aqua, &c. ita ſpecies intelligibilis, ſi actu eſt in genere intelligibili, eſt intelligendi principium. Ita quod intelligere eſt ut ipſius eſſe. Et propterea quamuis aliquo modo actiua ſit ſpecies intellectionis, melior tamen, & potior, eſt proportio ipſius formalis, quam actiua. Speciem igitur uniri actu intellectui, eſt conſtituere ipſum in hoc quod eſt eſſe actu intelligentem. Eſſe autem actu intelligentem, nihil aliud eſt quam intellectum eſſe perfecte ipſum cognitum. Cognoſcere namque aliquid, ut inferius patebit, nihil aliud eſt quam eſſe etiam illud in actu completo. Ex his autem ad diuina balbutiendo aſcendentes dicimus, quod diuinam eſſentiam uniri intellectui per ſe ipſam, & conſtituere formaliter ipſum in actu in genere intelligibili, eſt ipſam facere formaliter intentionem eſſe actu ultimo, ipſum Deum intelligibiliter, ſublatis omnibus, quæ imperfectionis ſunt. Hoc autem ſufficienter fit ſubſtantia ipſa diuina concurrente ad uiſionem beatam immediate ut obiectum, & principium uiſionis formale. Dixi autem ſublatis imperfectionibus, quia viſio beata non eſt actus, & eſſe ſubſtantiæ diuinæ, quia hoc imperfectionis eſſet, ſicut eſſet ſpeciei intelligibilis creatæ, ſi poneretur.

Bannes eod. lo.

ARTICVLVS III.

SVP. Q. XII. ART. III.

COncl. Impoſſibile eſt, Deum uideri poſſe aliqua potétia ſenſitiuæ patris:

¶ Prob. Quia poté tia ſenſitiua non poteſt ſe extendere ultra corporalia, & Deus omnino eſt incorporalis.

1ᵐ ex Iob. In carne mea ℞. i. exiſtens in carne mea, non auté oculo carnis meæ. §. Tũc &c. ut patet.

Item ex eod. Oculus. ℞. Mentis, non corporis. §. Tunc &c. ut patet.

2ᵐ de maiori. Incorporalia. ℞. Sicut viſibi.

57 4. d. 49. q. 2 ar. 2. li. 22. de Ciuit. Dei. c. 29. cir. med. tom. 5.

Vtrum eſſentia Dei uideri poſſit oculis corporalibus.

AD TERTIVM ſic proceditur. Videtur, ꝙ eſſentia Dei uideri poſſit oculo corporali. Dicitur enim Iob 19. In carne mea videbo Deum, &c. & 42. Auditu auris audiui te, nunc autem oculus meus uidet te.

¶ 2 Præt. Auguſtinus dicit ultimo. * de ciuitate Dei, ca. 29. Vis itaque præpollentior oculorum erit illorum, ſcilicet glorificatorum, non ut acutius uideant, quam quidam perhibentur uidere, ſerpentes uel aquilæ. Quátalibet enim acrimonia cernendi eadem animalia uigeant, nihil aliud poſſunt uidere quam corpora, ſed ut uideant & incorporalia. Quicunque autem poteſt uidere incorporalia, poteſt eleuari ad uidendum Deum, ergo oculus glorificatus poteſt uidere Deum.

¶ 3 Præt. Deus poteſt uideri ab homine uiſione imaginaria. Dicitur enim Iſa. 6. Vidi dominum ſedentem ſuper ſolium. &c. Sed viſio imaginaria a ſenſu originem habet, phantaſia enim eſt motus factus a ſenſu ſecundum actum, ut dicitur in tertio de anima, ergo Deus ſenſibili uiſione uideri poteſt.

SED CONTRA eſt, quod dicit Auguſtinus in * libro de videndo Deum ad Paulinam. Deum nemo uidit unquam, uel in hac uita ſicut ipſe eſt, uel in angelorum uita, ſicut uiſibilia iſta, quæ corporali uiſione cernuntur.

Epiſ. 112. c. 9. to. 2.

RESPON. Dicendum, quod impoſſibile eſt Deum uideri ſenſu uiſus uel quocunque alio ſenſu, aut potentia ſenſitiuæ partis. Omnis enim potétia huiuſmodi eſt actus corporalis organi, ut infra dicetur * Actus autem proportionatur ei, cuius eſt actus. Vnde nulla huiuſmodi potentia, poteſt ſe extendere ultra corporalia. Deus autem incorporeus eſt, ut ſupra * oſtenſum eſt. Vnde nec ſenſu, nec imaginatione uideri poteſt, ſed ſolo intellectu.

ar. ſequẽti & q. 78.

q. 3. art. 1.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod cum dicitur. In carne mea uidebo Deum Saluatorem meum, non intelligitur, quod oculo carnis ſit Deum uiſurus, ſed quod in carne exiſtens poſt reſurrectionem uiſurus ſit Deum. Similiter qđ dicitur, nunc oculus meus uidet te, intelligitur de oculo mentis, ſicut Epheſ. 1. dicit Apoſtolus, Det uobis ſpiritum ſapientiæ in agnitione eius, illuminatos oculos cordis ueſtri.

AD SECVNDVM dicendum, quòd Auguſtinus loquitur inquirendo in uerbis illis, & ſub conditione. Quod patet ex hoc * quod præmittitur. longe itaque potentiæ alterius erunt, ſcilicet oculi glorificati, ſi per eos uidebitur incorporea illa natura. Sed poſtmodum hoc determinat dicés. Valde credibile eſt ſic, nos uiſuros mundana tunc corpora cęli noui & terræ nouæ, ut Deum ubique præſentem, & uniuerſa etiam corporalia gubernantem clariſſima perſpicuitate uideamus, non ſicut nunc inuiſibilia Dei per ea quæ facta ſunt, intellecta conſpiciuntur, ſed ſicut homines, inter quos uiuentes motuſque uitales exercentes uiuimus, mox ut aſpicimus, non credimus uidere, ſed uidemus. Ex quo

Eodé lib. 22. c. 29. tomo 6.

visibilia per accidens non, sicut uisibilia per se.§. Tunc &c. Nam uidere Deum sic, ut ex corporib. uisis in eius cognitionem exurgamus, non est uidere diuinam essentiam oculo corporali.

3m de maiori. Deus.ā.i.forma aliqua repræsentans Deū, non autem.§.diuina essentia. Tunc &c. Nā conclusio loquitur de diuina essentia secundum se considerata, sicuti est. quo patet, quod hoc modo intelligit oculos glorificatos Deum uisuros, sicut nunc oculi nostri uident alicuius uitam. Vita autem non uidetur oculo corporali, sicut per se uisibile, sed sicut sensibile per accidens. Quod quidem a sensu non cognoscitur, sed statim cum sensu ab aliqua alia uirtute cognoscitiua. Quod autem statim uisis corporibus diuina præsentia ex eis cognoscatur per intellectum, ex duobus con-

APPENDIX.

Vtilitas Ecclesiæ Dei.

Ex articulo habes primo, quomodo per rationem te unice defendas ab hæresi Vadianorum ponentiū, Deū, ut homines, habere mēbra, siue habere corpus. Hi suam positionē probare poterant, uel etiam probabant, argumentis isdem aut etiam similibus in contrarium conclusionis catholicæ hic adductis, dicendo, Deus oculo corporali uideri potest, per authoritatem Iob 19.42. Augustinum, Isa. sexto, &c. ergo Deus est corpus seu habet, ut nos, membra corporea. Cum igitur hic soluantur illa sua argumenta in fulcimentum erroris prædicti adducibilia, patet, quod per rationem ab errore tali, & te defendere & illam positionem esse erroneam ostendere potes. Scito quoque hæresim prædictam loqui de Deo, ut Deus est, alioquin non hæresis, sed catholica ueritas, esset dicere, Deus humanatus hēt corpus. Cæterū, simpliciter, ut iacet, est hæresis hæc, Deus est uel hēt corpus. Secundo habes quomodo per rationem ostendas, hos merito damnari a Papa Benedicto supra articulo secundo, quando dicit, quod animæ ante reassumptionem corporum suorum diuinam essentiam uidebunt. Ergo non oculo corporali. Addas, quod Deus dicitur semper inuisibilis, quia incommutabilis extra de sum.tri & fid.cath. Item Filius [inquit Fœlix Papa primus in epistola ad Benignum episcopum consultus de rebus fidei] secundum hominis formam uisibilis dicitur, secundum uero Deitatis substantiam inuisibilis prædicatur, ut Paulus multis in locis ostendit. Hæc est apostolorum uiua traditio. Hæc ille. Deitas autem filii est una numero trium personarum. Videbitur Deus, per Benedictum supra, etiam post reassumptionem corporum ab animabus sanctis, & per Fœlicem tunc etiam inuisibilis permanebit, ergo secundum mentem istorum Pontificum tunc post reassumptionem corporum nunquam uidebitur oculo corporali, sed uirib. corporeis inuisibilis in æternum manebit. Item a scripturis, uel a &c. notatis in q.93.ar.6.& q.3.ar.1. ubi similis error sub nomine Anthropomorphitarum ponitur. [Plurimæ namque hæreses, & errores, multos habuere patronos, qui non omnes neque hic neque alibi semper nominantur.] Damnata enim utrauis prædictarum hæresum, damnata intelligitur utraque, cum una utranuis ad se trahat [ut consideranti patet.] Tertio uides, quomodo uicissim ex his firmetur conclusio.

tingit, scilicet ex perspicuitate intellectus, & ex refurgentia diuinæ claritatis in corporibus innouatis.

Ad tertium dicendum, quod in uisione imaginaria non uidetur Dei essentia, sed aliqua forma in imaginatione formatur, repræsentans Deum, secundum aliquem modum similitudinis, prout in scripturis diuinis, diuina, per res sensibiles, metaphorice describuntur.

Comm. Cardinalis Caietani.

Titulus clarus:

¶ In corpore una conclusio negatiue responsiua quæsito. Impossibile est Deum uideri sensu uisus, & quacumque alia ui sensitiuæ partis. probatur, potentia sensitiua est actus corporis, ergo est commensurata corpori, ergo non se extendit ultra corporalia, ergo ad Deum. antecedens patet, consequentia prima probatur, quia actus proportionatur ei, cuius est actus; secunda patet ex secunda, tertia, quia Deus est omnino incorporeus. omnia plana sunt.

ARTICVLVS IIII.

Vtrum aliquis intellectus creatus per sua naturalia diuinam essentiam videre possit.

58

4.d.49.q.42.ar.6.& ueri. q.8. art.3.&3. cont.c.50. c.4.p.4. parum ante medium.

Ad quartum sic proceditur. Videtur quod aliquis intellectus creatus per sua naturalia diuinam essentiam uidere possit. Dicit enim Dion.* 4. c. de diui.no. quod angelus est speculum purum, clarissimum, suscipiēs totam (si fas est dicere) pulchritudinem Dei. Sed unumquodque uidetur dum uidetur eius speculum. Cum igitur angelus per sua naturalia intelligat seipsum, uidetur quod etiam per sua naturalia intelligat diuinam essentiam.

¶ 2 Præt. Illud, quod est maxime uisibile, fit minus uisibile nobis propter defectum nostri uisus, uel corporalis uel intellectualis. Sed intellectus angeli non patitur aliquem defectum. Cum ergo Deus secundum se sit maxime intelligibilis, uidetur quod ab angelo sit maxime intelligibilis. Si igitur alia intelligibilia per sua naturalia intelligere potest, multo magis Deum.

¶ 3 Præt. Sensus corporeus non potest eleuari ad intelligendam substantiam incorpoream, quia est supra eius naturam. Si igitur uidere Deum per essentiam sit supra naturam cuiuslibet intellectus creati, uidetur quod nullus intellectus creatus ad uidendum Dei essentiam pertingere possit. Quod est erroneum, ut ex supradictis patet.* Videtur ergo quod intellectui creato sit naturale diuinam essentiam uidere.

ar.1 huius quæst.

Sed contra est, quod dicitur Rom. 6. Gratia Dei uita æterna. Sed uita æterna consistit in uisione diuinæ essentiæ, secundum illud Ioan. 17. Hæc est uita æterna, ut cogn. te solum uerum Deum, &c. Ergo uidere Dei essentiam, conuenit intellectui creato per gratiam, & non per naturam.

Ferr.3.cont.c.50. Scot.3.s.dist.46.q.3. Cap.1.d.2.q.1.con.3.& 4.d.49 q.4.conc.1. Banens eod.loc.

Respon. Dicendum, quòd impossibile est ꝙ aliquis intellectus creatus per sua naturalia essentiam Dei uideat. Cognitio.n. contingit sm ꝙ cognitum est in cognoscente. Cognitum aūt est in cognoscente secundum modū cognoscentis. Vnde cuiuslibet cognoscentis cognitio est secundum modum suæ naturæ. Si igitur modus essendi alicuius rei cognitæ excedat modum naturæ cognoscentis, oportet ꝙ cognitio illius rei sit supra naturam illius cognoscentis. Est autem multiplex modus essendi rerum. Quædam enim sunt quorum natura nō habet esse nisi in hac materia indiuiduali, & huiusmodi sunt omnia corporalia. Quædam uero sunt, quorum naturæ sunt per se subsistentes, non in materia aliqua, quæ tamen non sunt suum esse, sed sunt esse habentes. Et huiusmodi sunt substantiæ incorporeæ, quas angelos dicimus. Solius autem Dei proprius modus essendi est, ut sit suum esse subsistens. Ea igitur, quæ non habent esse nisi in materia indiuiduali, cognoscere est nobis connaturale, eo ꝙ anima nostra per quā cognoscimus est forma alicuius materiæ. Quæ tamen habet duas uirtutes cognoscitiuas. Vna, quæ est actus alicuius corporei organi. Et huic connaturale est cognoscere res secundum quod sunt

SVP. Q. XII.

Art. IIII.

Concl. Impossibile est, quod aliquis intellectus creatus per sua naturalia essentiam Dei uideat.

¶ Prob. Quia cuiuslibet cognoscentis cognitio est secundum modum suæ naturæ, & modus essendi naturæ diuinæ excedit modum essendi cuiuscunque naturæ creatę.

Modus essendi rerū triplex.

Primum

1^m^ de minori. Videtur. ℞ Per similitudinem, non per essentiam. §. Tunc &c. ut patet.

2^m^ de maiori. Defectum. ℞. Vel priuatiuum, uel negatiuum. §. Tunc &c. Nam Angelus patitur defectum negatiuum, licet non priuatiuum. Nos autem utrumque possumus pati.

3^m^ de probatione antecedentis. Natura. ℞. Omnino materialem, non aliqualiter a materia eleuatã. §. Tunc &c. Nam similitudo sensus ad intellectum tunc negatur.

D.752.

sunt in materia indiuiduali. Vnde sensus non cognoscit nisi singularia. Alia uero uirtus cognoscitiua eius est intellectus, qui nõ est actus alicuius organi corporalis. Vnde ꝑ intellectum connaturale est nobis cognoscere ᵈ naturas, quæ quidem non habent esse nisi in materia indiuiduali, non tamen secundum ꝙ sunt in materia indiuiduali, sed s(ecundu)m ꝙ abstrahuntur ab ea per considerationem intellectus. Vnde secundum intellectum possumus cognoscere huiusmodi res in uniuersali, quod est supra facultatẽ sensus. Intellectui autem angelico, connaturale est cognoscere naturas non in materia existentes. Quod est supra naturalem facultatẽ intellectus animæ humanæ secundum statũ præsentis uitæ, quo corpori unitur. Relinquitur ergo quod cognoscerẽ ipsum esse subsistens, sit connaturale soli intellectui diuino, & quod sit supra facultatem naturalem cuiuslibet intellectus creati, quia nulla creatura est suum esse, sed habet esse participatum. Non igitur potest ᵈ intellectus creatus, Deum per essentiam uidere, nisi inquantum Deus per suam gratiam se intellectui creato coniungit, ut intelligibile ab ipso.

Ad primum ergo dicendum, quod iste modus cognoscendi Deũ, est angelo connaturalis, ut scilicet cognoscat eum per similitudinem eius in ipso angelo refulgentem. Sed cognoscere Deum per aliquam similitudinem creatam non est cognoscere essentiam Dei, ut supra ostensum est.* Vnde non sequitur, ꝙ angelus per sua naturalia possit cognoscere essentiam Dei.

ar. 2. huius quæs.

Ad secundum dicendũ, quod intellectus angeli non habet defectum, si defectus accipiatur priuatiue, ut scilicet careat eo quod habere debet. Si uero accipiatur negatiue, sic quælibet creatura inuenitur deficiens, Deo comparata, dum non habet illam excellentiam, quæ inuenitur in Deo.

Ad tertium dicendum, quod sensus uisus, quia omnino materialis est nullo modo eleuari potest ad aliquid immateriale. Sed intellectus noster, uel angelicus, quia secundum naturam a materia aliqualiter eleuatus est, potest ultra suam naturam per gratiam ad aliquid altius eleuari. Et huius signum est, quia uisus nullo modo potest in abstractione cognoscere id, quod in concretione cognoscit, nullo enim modo potest percipere naturam, nisi ut hanc. Sed intellectus noster potest in abstractione considerare, quod in concretione cognoscit. Etsi enim cognoscat res habentes formam in materia, tamen resoluit compositum in vtrumque, & considerat ipsam formam per se. Et similiter intellectus angeli, licet connaturale sit ei cognoscere esse concretum in aliqua natura, tamen potest ipsum esse secernere per intellectum, dum cognoscit quod aliud est ipse, & aliud est suum esse. Et ideo cum intellectus creatus per suam naturam, natus sit apprehendere formam cõcretam, & esse concretum in abstractione, per modum resolutionis cuiusdam, potest per gratiam eleuari, ut cognoscat substantiam separatam subsistẽtem, & esse separatum subsistens.

AR-

APPENDIX.

Vtilitas pro Eccle. S. Dei.

Ex articulo habes primo, quomodo per rationẽ euellas hæreses Beguinarũ & Begardorum, Cęlestii & Pęlagii dicentium, omnem intellectualem naturam in seipsa naturaliter esse beatam. Item absque gratia Christi hominem posse omnia præcepta Dei implere, & suis meritis uitam æternam consequi. Nũ uides, illos ponere, ꝙ per sua naturalia intellectus creatus possit uidere diuinam essentiã?

2 D.193.

Secundo habes, quomodo per rationem ostendas, has iuste damnari a Conciliis Viennensi, Clement. de hęret. Ad nostrum, ubi, recensita hęresi illa Begardorum, & Beguinarum cum quibusdam aliis a Papa subditur. Cum ex debito commissi nobis officii huiusmodi sectam detestabilem, & præmissos ipsius execrandos errores [ne propagentur ulterius & per eos corda fidelium damnabiliter corrumpantur] extirpare ab ecclesia catholica, necessario habeamus: Nos sacro approbante concilio sectam ipsam cum præmissis erroribus damnamus, & reprobamus omnino, inhibentes districtius, ne quis ipsos de cætero teneat approbet uel defendat. Eos autem, qui secus egerint, animaduersione canonica decernimus puniendos. Porro diœcesani & illarum partium inquisitores hæreticæ prauitatis &c. in illos, quos culpabiles repererint [nisi abiuratis sponte prædictis erroribus pœnituerint, & satisfactionem exhibuerint competentem] debitam exerceant ultionem. Hæc ibi. Item a Tridentino sess. sexta, Canon. prima, contra Pelagianam illam. si quis dixerit, Hominem suis operibus, quæ uel per humanæ naturæ uires, uel per legis doctrinam fiunt, absque diuina per Iesum Christum gratia posse iustificari coram Deo, Anathema sit. Concilium ergo per canonem hunc reprobat radicaliter, quod possit quis propriis uiribus naturalibus uitam æternam consequi, id est diuinam essentiam uidere. Radix enim salutis huius est iustificatio, & consequenter si damnatur, quod quis uiribus naturalibus possit iustificari, multo magis damnatur, quod possit quis naturalibus uiribus uidere diuinã essentiam. Item a Mileuitano capitulo quarto, suorum decretorũ. Quisquis dixerit gratiam Dei propter hoc tantum nos adiuuare ad non peccandum, quia per ipsam nobis reuelatur intelligentia mandatorum, ut sciamus quid appetere, quid uitare debeamus, nõ autem per illam nobis præstari, ut quod faciendum cognouerimus, etiam facere diligamus atque ualeamus, Anathema sit. Et capitulo quinto, inquit. Quicunque dixerit, ideo nobis gratiam iustificationis dari, ut quod facere per liberum arbitrium iubemur, facilius possimus implere per gratiam, tamquam si gratia non daretur, non quidem facile, sed tamen possemus implere diuina mandata. Anathema sit. Hoc, & Concilium Tridentinum sess. sexta, Canon. secundo, replicauit sic, si quis dixerit, ad hoc solum diuinam gratiam dari ut facilius homo iuste uiuere ac uitam æternam promereri possit, quasi per liberum arbitrium sine gratia utrumque, sed ægre tamen, & difficulter, possit, Anathema sit. Decisiones ergo illæ Cõciliorum reprobant saltem radicaliter, quod possit quis propriis uiribus, &c. ut supra. Tertio uides, quomodo ex his uicissim firmetur conclusio.

¶Not. Præsenti articulo seruit articulus in ordine 55. 266. 281. 422. 424. 136. 285. 56.

Comm. Cardinalis Caietani.

In titulo nihil est obscurum aduertentibus, quod ly per sua naturalia, denotat causam sufficientem.

¶In corpore est unica conclusio responsiua quæsito negatiue. Impossibile est, quod aliquis intellectus creatus per sua naturalia essentiam Dei uideat. Probatur unica ratione sic. Cognitio fit secundum quod cognitum est in cognoscente. ergo secundum modum cognoscentis, ergo secundum modum naturæ ipsius cognoscentis. ergo si modus essendi alicuius rei cognitæ excedat modum naturę cognoscentis, cognitio illius rei, est supra naturam illius cognoscentis. ergo cognoscere ipsum esse subsistens, est supra facultatem naturalem cuiuscunque intellectus creati, solique intellectui diuino connaturale, ergo intellectus creatus non potest Deum per essentiam uidere, nisi per gratiam. Prima consequentia probatur, quia cognitum est in cognoscente secundum modum cognoscentis, secunda uero relinquitur nota. tertia autem manifeste sequitur ex præcedentibus, & nihilominus, in litera declaratur, & a posteriori inductiue probatur, distinguẽdo modos essendi rerum cognoscibilium, ut sic in tres, & ostendendo eos proportionaliter respondere tribus modis essendi naturæ cognoscitiuæ, ut clare patet in litera. quarta autem consequentia probatur, quia nulla creatura est suum esse, sed habet esse participatum. ultima autem est per se nota.

¶Circa declarõnẽ, ac probationẽ tertiæ cõsequentiæ aduerto duo.

duo. Primo, quod licet in litera ponantur tres tantum modi essendi ex parte rei cognitæ. scilicet esse in hac materia, & esse sine materia, & esse ipsum esse subsistens, idest sine omni potentia, quia tamen primus modus distinguitur, non in plures modos essendi. & ideo tres tantum sunt, sed in duos modos, quorum alter est rei, alter rationis, f. esse in hac materia, & abstrahere ab illa, seu singulariter, & uniuersaliter, & singularia, ut sic ad naturam spectant cognoscitiuam cuius est esse actum corporis, quia ad sensitiuam, uniuersalia uero ad naturam, quæ quodammodo est in corpore, & quodammodo non, quia ad intellectiuam humanam, quæ partim est separata, & partim coniuncta, ut dicitur in secundo phys. tex. 26. ideo ordines cognoscentium multiplicari possunt secundum modos essendi. magis quam ordines cognitorum. Et propterea in litera in homine, in quo utraque iungitur natura ponitur intellectus in altiori ordine quam sensus, ex hoc tamen nihil deperit rationi efficaciæ. Tum quia sicut uniuersale, & singulare ad unũ essendi modum spectant, scilicet ad esse in materia, ita anima sensitiua, & humana ad unum modum essendi pertinent, scilicet ad esse formam, quod quid erat esse, & perfectionem corporis physici. ut in secundo de anima probatur. Tum quia ex his optime habetur, quod modus essendi naturæ cognitæ, nunquam excedit modum naturæ cognoscentis. quod est intentum. Secundo aduerte, quod ex hoc processu literæ inducendo ex singularibus, & sensu, uniuersalibus, & intellectu humano, substantiis immaterialibus, & intellectibus separatis optime infertur, quod modus essendi naturæ cognitæ non excedit modum naturæ cognoscentis, & est signum, quod ille excessus est causa non cognitionis, ut in probatione consequentiæ a priori est assumptum, & sic optime infertur, ergo cognitio ipsius esse per se subsistentis, soli intellectui diuino est connaturalis, ac per hoc supra cæteros est.

¶ Circa tertiam consequentiam dubium occurrit. Scotus siquidem in quarta distinct. 49. quæstio. 11. & in primo distinct. 3. quæst. 3. & in quolibet. quæstio. 14. artic. secundo eam impugnat, ad diuersa tamen proposita. nam in primo quolib. arguit eam quo ad intellectum nostrum respectu sui naturalis obiecti, in quarto aũt respectu essentiæ diuinæ, & intellectus creati.

¶ Arguit ergo sic primo. conditionalis illa non sequitur ex præmissis, ergo antecedens probatur, quia ex hoc quod cognitum est in cognoscente secundum modũ naturæ cognoscentis, nihil aliud habetur, nisi quod cognitio est perfectio proportionata cognoscẽti, & similiter obiectum cognitionis. Ex hoc autem non sequitur æqualitas intenta, scilicet quod cognoscentis natura debet æquari obiecto, uel excedere. Et confirmatur. Ex proportione inter obiectum, & potentiam sequitur magis dissimilitudo, & inæqualitas, sicut inter motiuum, & mobile, & materiam & formam. Talis siquidem est proportio inter potentiam, & obiectum, unde oculus uidet, & cælum, & terram, & tamen non habet modum essendi similem cęlo, & terræ, quum illud sit incorruptibile, & magis ad propositum, idea lapidis non est similis lapidi in modo essendi.

¶ Secundo, quia si illa conditionalis esset uera, sequeretur, ꝙ angelus inferior non cognosceret superiorem, quia modus essendi superioris excedit modum inferioris.

¶ Tertio, quia ex illa sequitur, quod intellectus creatus, etiam illustratus lumine gloriæ non posset uidere Deum probatur sequela, quia modus essendi totius huius, scilicet intellectus illustrati, & habituati, &c.

¶ Quarto, specialiter arguit contra eam ut applicatur ad intellectum nostrum & obiectum in litera assignatum, quia si ista conditionalis est uera ex natura potentiæ cognoscitiuæ, sequitur, quod beati nunquam uidebunt Deum. probatur sequela, quia nulla potentia potest eleuari supra suum obiectum adæquatum. uisus. n. non potest eleuari ad uidendum fantasma, nec aliquis habitus, aut uis superaddita potest eleuare potentiam supra suum obiectum, sed infra obiecti latitudinem, quoniam potentia prius respicit obiectum ex se, quam habitus adueniat, ut patet.

¶ Vltimo addit, quod arguit litera ex propositionibus non syllogisticis.

¶ Ad euidentiam horum scito, quod ut in q. 14. latius dicetur radicaliter initium cognitionis est ex eo, quod natura aliqua est non solum ipsa, sed alia. Et quoniam esse alia non contingit uno tantum modo, diuersi ordines cognoscentium surgunt ex diuersis modis essendi alia. Diuersi autem modi essendi alia, surgunt ex diuersis gradibus ipsarum naturarum Quæ sunt non solum ipsæ sed alia. Et propterea secundum diuersum ordinem ipsarum naturarum cognoscentium oportet ponere diuersos modos, quibus cognoscens est cognitum. Et ex hoc manifeste sequitur, quod esse cognitum modificatur secundum modum naturæ cognoscentis, & non econuerso. Et quia cognitio naturalis sequitur modum, quo naturaliter cognoscens est cognitum, idcirco oportet quod mensura naturalis cognitionis sit ipsa cognoscentis natura, uerbi gratia anima humana est substantia, ultima inter intellectuales. Ac per hoc naturaliter sortitur, quod sint infimo modo intellecta, ea quæ cognoscenda sunt. Et hinc surgit, quod ipsam oportet esse cognitam dearticulate, iuxta ipsorum naturas, & hinc surgit, quod ipsam oportet habere cognitã a phantasmatibus, & consequenter quod capacitas eius naturalis non extendat se ad hoc, quod sint illa cognoscibilia, quæ sunt separata a materia. Angelus autẽ. quia eleuatioris est essentiæ, utputa materiam nullo modo requirentis ad sui modi essendi perfectionem, & ipse est alia excellentiori modo quam anima nostra, unde est hæc materialia, & inferiora eminenter, superiora autem participatiue. Et hæc est radix rationis factæ in litera, quæ fundatur supra hoc, quod cognitum est in cognoscente secundum modum naturæ cognoscentis, & ꝙ cognitio sit secundum modum, quo cognitum est in cognoscente. tam enim ex declarata radice patet, quod ex his sequitur, quod si cognoscentis natura est inferioris ordinis, quam sit natura cognita, quod non poterit ex propriis uiribus ad uisionem illius se extendere, eo, quod non est illud nisi modo proprio sibi, quod est nõ esse illud, nisi diminuta quadam participatione, quæ ad uisionem non sufficit. Ex hac eadem quoque radice omnia obiecta facile soluuntur, terminos literæ prius notantibus. Est siquidem hic sermo non de cognitione uniuersaliter, sed de uisione, id est, cognitione complete quidditatiua. Rursusque sermo est de huiusmodi cognitione, non quocunque modo possibili. sed ex propria natura cognoscentis sufficienter. Modus autem essendi cognoscẽtis, & cogniti, non secundum speciem, sed genus, aut quasi genus sumitur. Et ex his sequitur, quod obiecta, quæ assignantur potentiis, non sunt obiecta adæquata extensiue. sed sunt obiecta adæquata intensiue naturaliter, quia supra illa non potest naturaliter potentia quidditatiue penetrare, sed infra.

¶ Vnde ad primam obiectionem dicitur, ꝙ optime illa conditionalis sequitur ex permissis subtiliter intellectis, ut expositum est. Ex hoc enim quod cognitio naturalis debet proportionari naturæ cognoscenti, manifeste sequitur, quod natura cognoscẽs, non potest esse inferioris ordinis quam sit naturaliter cognitum ab ea quidditatiue. Talis namque cognitio inferiores uires excedit. Nec est uerum quod Scotus imponit literæ, scilicet quod ue lit æqualitatem seu similitudinem inter cognitum, & naturam cognoscitiuam secundum se. Hoc enim nec somniauimus, sed litera hic docuit, quod inter cognitum, & naturam, cognoscitiuam, secundum se exigitur non excessus ex parte cogniti, & ut dictum est sed sermo est de non excessu in modo essendi generico, & cognito quidditatiue ac naturaliter. Vnde non oportet aliter ad opposita respondere. Intellectus siquidem diuinus. aut angelicus excedit hæc omnia & genere, & plusquam genere, & tamen omnia quidditatiue nouit. Quod autem de oculo respectu cęli affertur, puerile est, quoniam cęlum ut uisibile non habet alium essendi modum, quam mixtum, utrumq; enim est singulare sensibile, &c. Corruptibile autem, & incorruptibile sunt differentiæ accidentales uisibilis, ut sic, quemadmodum & cæteræ substantiales differẽtiæ accidunt uisibili, cum substantia sit per accidens uisibilis, unde uisus non uidet aliquod uisibile excedens ipsum in modo essendi quod est intentum literæ.

¶ Ad secundam uero obiectionem negatur sequela, quia Angeli non differunt inter se in modo essendi generice, sed omnes conueniunt, ut in litera dicitur, in hoc quod sunt formæ, non in materia omnino.

¶ Ad tertiam similiter negatur sequela, quoniam excessus obiecti supra modum cognoscentis non assignatur in litera pro causa. uisionis obiecti quomodocumque, sed ex propriis uiribus, cognoscentis. Argumentum autem supponit esse causam non uisionis absolute, & ideo peccat secundum non causam, ut causam.

¶ Ad quartam negatur quoque sequela, quoniam (ut iam patet) de obiecto non quocumque quidditatiue cognoscibili naturaliter est sermo. Concedo autem. quod intellectus ex natura sua, non potest quidditatiue cognoscere altius quid, quam sit natura animæ nostræ, cum quo tamen stat, quod potest per gratiam eleuari ad quidditatiue cognoscendum etiam Deum, non enim conuenit potentiam eleuari ad cognoscendum aliquid quidditatiue, quod est extra obiectum quidditatiue, cognoscibile a se naturaliter. Sed obiectio procedit ac si obiectum hoc assignatum esset obiectum adæquatum extensiue, ut sonus respectu auditus, & ideo peccat. Iam enim dictum est, quod hic est sermo de obiecto adæquato intensiue ex natura potentiæ secundum proprias uires, & non de obiecto adæquato extensiue, extra quod nullus habitus adducere, quomodolibet potest potentiam. Propositiones autem, ex quibus litera procedit, etsi nõ sunt syllogisticæ formaliter, sunt tamen uirtualiter, ut superius eas ordinauimus ualde facile, absque tanta mixtura, quantam fecit Scotus.

Verr. 3. cont. c. 51. 52. Cap. 4. d 49. q. 4. cont. 2. Bauens eod. loc.

SVP. Q. XII. ART. V.

59 3. contr. c. 51. 52. & 55 & opu. 3. c. c. 105. c. 4. d. 49. q. 2. art. 7. & ue ri q. 3. art. 3. 14.

CONCL. Oportet, ꝙ aliqua dispositio supnaturalis [Hæc dicitur lumen gloriæ creatum] intellectui super addatur ad hoc, ꝙ intellectus eleuet ad videndā diuinā essentiā.

¶PROB. Quia essentia diuina, quæ fit uidētis creati forma intelligibilis, excedit naturā intellectus creati, & quicquid eleuatur ad formam excedentē naturam suam, oportet ꝙ disponatur dispositione supra naturam suam.

1m de antecedente. Per se lucidum. R. Et potētiā vidētis: nō excedēs, nō aūt potētiā uidētis excedens. §. Tūc &c. Nā licet Deus sit p se lucidus, tñ potentiā intellect⁹ creati excedit. Vnde requiritur lumē gloriæ non quia Deus uisus non sit per se lucidus, sed quia excedit potentiam uidentis.

2m de maiori. Per mediū. R. In quo, nō sub quo. §. Tūc &c. Nam lumen istud non requiritur ad uidendū, &c. ut in litera.

3m de antecedente. Qđ est creatū. R. Et nō est ordinis diuini, non autē, si est ordinis diuini. § ordinis diuini dr̄ hic, qđ facit creaturam deiformē. Tunc &c. Nā lumē glorię est ordinis diuini. Vnde lumē gloriæ non potest esse naturale creaturæ, nisi &c. ut in litera.

D. 910. D. 936. ar. præced.

ARTICVLVS V.

Vtrum intellectus creatus ad uidendum Dei essentiam aliquo creato lumine indigeat.

AD QVINTVM sic procedit. Vr ꝙ intellectus creatus ad uidendū essentiā Dei, aliquo lumine creato nō indigeat. Illud. n. qđ est p se lucidū in reb. sēsibilib. alio lumine nō indiget ut uideat. Ergo nec in intelligibilib. Sed Deus est lux itelligibilis. Ergo nō uř p aliqđ lumē creatū.

¶ 2 Præt. Cum Deus uidetur p mediū, non uidetur p suā essentiā. Sed cum uidetur per aliquod lumen creatum, uidetur per medium. Ergo non uidetur per suam essentiā.

¶ 3 Præt. Illud, qđ est creatū nihil p hibet alicui creaturæ esse naturale. Si ergo p aliqđ lumē creatū Dei essentia uidet, poterit illud lumē esse naturale alicui creaturæ. Et ita illa creatura nō indigebit aliquo alio lumine ad uidēdū Deū. Qđ est impossibile. Nō est ergo necessariū ꝙ omnis creatura ad uidendum Dei essētiam, lumen super additū requirat.

SED CONTRA est, ꝙ dicitur in Ps. In lumine tuo uidebimus lumē.

RESPON. Dicendū, ꝙ oē, qđ eleuatur ad aliquid, qđ excedit suā naturā, oportet ꝙ disponatur aliqua dispōne, q̄ sit supra suā naturā. Sicut, si aer dēat accipere formā ignis, oportet ꝙ disponať aliqua dispōne ad talē formā. Cū aūt aliquis intellect⁹ creatus uidet Deū per essentiā, ipsa essentia Dei fit forma intelligibilis intellectus. Vñ oportet, ꝙ aliqua dispō supernaturalis ꝺ ei superaddať ad hoc, ꝙ eleueť in tantā sublimitatē. Cū igitur uirtus naturalis intellectus creati nō sufficiat ad Dei essentiā uidēdā, ut ōnsū⁹ est, oportet qđ ex diuina gr̄a supacrescat ei uirtus intelligēdi. Et hoc augmētū uirtutis intellectiuæ illuminationē intellectus uocamus, sicut & ipsū intelligibile uocatur lumē, uel lux. Et istud est lumē, de quo dr̄ Apoc. 21. ꝙ claritas Dei illuminabit eā. s. societatē beatorum Deum uidentium. Et s̄m hoc lumen, efficiuntur deiformes, i. Deo similes, s̄m illud primæ Ioā. 3. Cum apparuerit, similes ei erimus, & uidebimus eum sicuti est.

AD PRIMVM ergo dicendū, ꝙ lumē creatū, est necessariū ad uidēdū Dei essentiā, non ꝙ per hoc lumen, Dei essentia intelligibilis fiat, q̄ s̄m se intelligibilis est, sed ad hoc ꝙ intellectus fiat potēs ad intelligēdū p modū, quo potētia fit potētior ad operandum per habitum. Sicut d etiam & lumen corporale necessarium est, in uisu exteriori inquantum facit medium transparens in actu, ut possit moueri a colore.

AD SECVNDVM dicendū, quod lumen istud non requiritur ad uidendum Dei essentiam quasi similitudo, in qua Deus uideatur, sed quasi perfectio quædam intellectus confortans ipsum ad uidendum Deum. Et ideo potest dici, quod non est mediū, in quo Deus uideatur, sed sub quo uidetur. Et hoc non tollit immediatam uisionem Dei.

AD TERTIVM dicendum, quod dispositio ad formam ignis, non potest esse naturalis nisi habenti formam ignis. Vnde lumen gloriæ non potest esse naturale creaturæ, nisi creatura esset naturæ diuinæ, quod est impossibile. Per hoc enim lumen fit creatura rationalis deiformis, ut dictum est.

APPENDIX.

EX articulo habes primo, qūo per rōnem conuellas hæresim Begardorū, & Beguinarū dicentiū. Aiam nō indigere lumine glorię ipsam eleuāte ad Deum vidēdū, & eo beate fruēdū. Scđo hēs, qūo p rōnē ońdas, hanc merito dānari a Papa in Cōcilio Viennensi, Clemēt. tit de hæret. Ad nr̄um. Ibi. n. annumerata inter multas alias īsanias Begardorū hac, q̄ retulim⁹, dānat eā illa forma uerborū, q̄ art. 4. suprascripta est. Vide tu illic pro quo loco ēt facit. q. 62. ar. 1 & q. 23. ar. 1. & q. 62. ar. 1. Tertio uides, qūo ex his uicissim firmetur conclusio.

In 4. d. 49. D. 562.

¶NOT. Præsenti articulo seruit in ordine articulus 312. 58.

ARTI-

Comm. Cardinalis Caietani.

IN titulo intellectus creatus actu uel potentia indiget, non propter melius, sed simpliciter ad consequendam uisionem Dei.

¶ In corpore unica conclusio responsiua quæsito affirmatiue. Intellectus creatus eget lumine creato ad uisionem diuinam, probatur. intellectus creatus uidens Deum, habet essentiam diuinam pro forma intelligibili. ergo eget dispositione supernaturali eleuāte ad tantam sublimitatem. ergo augmento gratuito uirtutis intellectiuæ. ergo lumine creato. antecedēs patet ex art. 2. cōsequentia prima probatur ex illa maxima. Omne quod eleuatur aliquid excedens suam naturam, oportet disponi dispositione, quæ sit supra suam naturam. declaraturq; in natura aeris, & ignis. secunda autem consequentia probatur, quia naturalis uirtus intellectus creati non sufficit ad uidendam Dei essentiam. tertia uero probatur, quia augmentatio intellectiuæ uis illuminatio uocatur, quod declaratur, quia ipsum intelligibile ut sic, dicitur lumen uel lux. Et confirmatur authoritate Apocalyp. 21. Demum ponitur effectus formalis talis luminis, & dicitur quod est facere deiformes. probaturque authoritate primæ Ioan. 3. Et sic declarauit, an est, & quid est ipsius luminis.

¶Circa illam maximam, nota ꝙ aliquid esse supra naturā alicuius cōtingit dupliciter. Vno mō dignitate, q. s. est supra gradū essentialē naturæ alterius, ut ignis respectu aeris. Alio modo potestate, seu efficacia, quia, s. est supra posse alterius, ut lumen respū aeris, quamuis aer sit substantia, & lumē sit accidēs. In proposito sumitur secundo modo. Et propterea supernaturale simpliciter, si primo mō sumiť, Deus tñ est. secūdo aūt modo, charitas, gratia, lumen glorię, & alia hmōi supernaturalia sunt, quia superant facultatem omnis naturæ creatæ, & creabilis tam actiue, quam passiue: actiue quidem, quia possunt in effectus, quos non potest natura aliqua. Passiue uero, quia non possunt fieri, aut pullulare a quacunque natura, & sic sumitur hic supernaturalis dispositio.

¶Circa primæ consequētiæ probationem dubium est. Primo quia si illa maxima est uera, sequitur processus in infinitum in dispositionibus, & patet sequela. quia dispositio ipsa supernaturalis est quædam forma. ergo oportet ipsam antecedi ab alia dispositione supernaturali, iterum illam ab alia eadem ratione, & sic deinceps. Secundo oritur dubium, quia dato, ꝙ illa maxima sit uera, nō tenet tñ nisi in uere formis & materiis. Mō essentia diuina non est uere forma intellectus creati uidentis ipsam, cum non det formaliter illi esse undique. ergo ratio nulla uidetur.

¶Ad primum horum breuiter dicitur cum S. Th. alibi, quod illa propositio est uerissima de forma, quæ est ut terminus generationis, non autem de illa, quæ est ut uia ad terminum. uidemus. n. in naturalib. quod est eadem rō ut materia disponatur pro forma substantiali terminante generationem, & pro accidentalib. præuiis ad illam, ut patet de aqua, igne, & calore, & propterea non sequitur processus in infinitum, sed est status in forma, quæ se habet ut dispositio, dispositionis enim non oportet esse dispositionē sicut formę oportet esse dispositionem. Ad secundum aūt dicitur per interemptionem, essentia namque diuina est uere forma intelligibilis, & non naturalis, & ideo non oportet quod det formaliter esse, sed quod det formaliter intelligere, speciei namq; intelligibilis in actu perfecto esse, est ipsum intelligere. Nec solum essentia diuina est uere forma in esse intelligibili intellectus creati uidentis ipsam, sed etiam est forma ut ultimus generationis terminus. Non. n. est ut forma intelligibilis in habitu, sed in actu, cum qua intelligere non ponit in numerum cum forma cuius est. Non enim sunt duo termini generationis, forma, & eius esse, sed unus eodem quippe cursu proportionaliter currit esse intelligibile.

¶Circa probationem secundæ consequētiæ aduerte, qđ litera simul duo facit, dū, & consequētiā probat, & quasi aliud medium ad conclusionem innuit: probat quidem subintelligens, quod essentiam diuinam esse formam intellectus, & uidere Deum, idem sint. Ac per hoc dispositio eleuans ad diuinam essentiam est ad

quod

quod eleuat ad uidendum. Et consequenter, cum intellectus creatus sit insufficiens ex se, illa dispositio est ipsa eleuatio, seu augmétatio uirtutis intellectiuæ, reddens ipsam sufficientem ad uidendum. Aliud quodammodo innuit medium pro quantũ augmentum hoc ad duo poni insinuatur, & ad disponendum intellectum, pro tam excelsa forma intelligibili, & ad uires præbendum eidem, ut possit elicere actum uisionis. Hoc enim secundum tangitur, cum de insufficientia intellectus ad uidendũ, & augmento uirtutis intellectiuæ fit mentio.

¶ Circa terminos consequentis nota primo ly augmentum, ex 3. cont. Gét. c. 53. q dupliciter pôt uirtus agentis augeri. Vno mô per simplicem intensionem, & sic aqua calida fit calidior. Alio mo do per alterius formæ appositionem, sicut uirtus aeris augetur p superadditum lumen. In proposito est sermo de augmento secundo modo, & non primo. Quoniã prima augmentatio non dat nisi operationem eiusdem rationis, perfectiorem tamen, secunda auté eleuat ad operationé alterius spéi, & generis, & ordinis qsique ut patet. Scdo, ly gratuiti. Cũ.n. qd fit de intellectu tã creato, q̃ creabili, oportet q augmento opus est augmentum ipsum esse supra naturam omnis intellectus tam creati, quam creabilis. Ac per hoc extra totum ordinem cõnaturalium, & consequenter q sit de ordine gratuitorum non ex modo consequendi tantum, ut uita resurgentium, sed ex ipsa substantia, seu quidditate sua, ut charitas.

¶ Contra hanc conclusionem multi arguunt, in primis Sco. in 3. dist. 14. q. 1. & in 4. dis. 49. q. 11. arguit quadrupliciter. Primo, obiectum ex se lux intelligibilis, sufficienter potens mouere intellectum ad sui uisionem, non eget lumine coagente sibi ad causandam uisionem. Deus est huiusmodi. ergo. Secundo, si lumen gloriæ ponitur ut forma, qua intellectus fiat & sit sufficiens ad uidendum Deum. ergo per aliquam formam creatam possibile esset naturaliter uidere Deum: probatur sequela, quia sicut cæcus miraculose illuminatus naturaliter uidet, ita beatus supernaturaliter illuminatus, naturaliter uidet Deum. Lumé enim gloriæ sicut quælibet perfectio posita in intellectu, perficit intellectum naturaliter, quamuis supernaturaliter ponatur. Tertio, quia quicquid potest Deus mediante causa effectiua secunda, potest sine illa. Sed lumen gloriæ ponitur ut efficiat uisionem, ergo. Quarto, quia magis uidetur necessarium ponere speciem intelligibilem Dei quam lumen gloriæ, sed illa non ponitur. ergo. probatur antecedens, quia illa esset propter perfectionem intellectus, ut memoria est, illud autem perficit in actu secundo, ad quod sufficit obiectũ præsens in seipso, ut ex dictis patet.

¶ Durandus deinde dupliciter arguit. Primo, lumen gloriæ ponitur propter excellentiam obiecti super intellectum creatum, ut patet in litera huius articuli. ergo frustra, probatur consequétia, quia obiectum in infinitum excedit, non solum intellectum creatum secundum se, sed etiam cum tali lumine. Et consequéter lumé tale non reddit intellectum de improportionato proportionatum. Secundo, quia quicquid sit, frater Thomas in 4. dist. 49. tenet quod uisio Dei potest communicari homini in solis dispositionib. uiæ, ergo non exigitur lumen gloriæ, quod est propria dispositio patriæ. Multa alia recitantur. Apud Capreolum. dist. 49. q. 4. argumenta, quæ consulto omitto: aut. n. supponũt intellectũ pure passiue concurrere ad uisioné Dei, aut quia ex his facile soluuntur, uel a suis authoribus soluta sunt.

¶ Ad primum Scoti breuiter potest concedi totũ, & dici quod indigentia nó est ex parte Dei seu obiecti, sed ex parte intellectus creati. unde consideratis utrisque negatur maior.

¶ Ad secundum dicitur, quod hic est seruandum illud: Sententiam tene, sed linguam cohibe, simpliciter quidem nullum inconueniens est concedere, quod per aliquam formam creatam, non tamen ut speciem, intellectus creatus naturaliter videt Deum. Quoniã quilibet habitus, & omnis forma est ex propria natura principium proprii actus. Habens enim charitatem ut sic, naturaliter diligit Deum meritorie, &c. Non enim minus charitas inclinat ad actum proprium quam cæteri habitus, signum autem naturalitatis est delectatio. Experimur enim nos delectabiliter omnia operari, quorum habitus habemus siue naturales, siue supernaturales. Veruntamen ne errandi occasio sumatur, distinguendũ est, quod uidere Deum naturaliter per aliquam formam creatam, potest intelligi dupliciter. Vno modo per formam creatam & naturalem, seu connaturalem. alio modo per formam creatam supernaturalem, & non solum supernaturaliter. Et quod primo modo est impossibile, ac refutatum, secundo uero modo est necessarium. Et tale est lumen gloriæ: illuminatus quidem illo, naturalissime uidet Deum, adeo ut impossibile sit, non uidere illum stante lumine. Vnde patet, quod non est simile de cæco illuminato, & de intellectu illuminato, quia ibi uis data est naturalis, licet supernaturaliter data, hic uero uis data est supernaturaliter, & data est supernaturalis.

¶ Ad tertium negatur argumentum. est enim sophisma figuræ dictionis, mutatur siquidem quid in quale, seu ad aliquid. Visio enim Dei creata non significat rem absolute, sed significat actum in ordine ad agens creatum, & sic est simile, sicut si argueretur, Deus producit actum meritorium mediante uoluntate, & charitate Petri. ergo potest producere illum sine eis.

¶ Ad quartum negatur antecedens, nec probatio aliquid ualet, quoniam memoria intellectiua impertinens est felicitati, quæ consistit in actu & non in habitu. Et bene aduerte, quod Scotus cum sequacibus non potest amplius in hac materia sustineri, quoniam in Clementina, ad nostrum, de hære. expresse erroris damnantur dicentes, quod anima non indiget lumine gloriæ eleuante ipsam ad uidendum Deum, ubi cernis ecclesiam amplexam S. Thom. doctrinam determinasse, non solum indigentiam luminis, sed causam scilicet ut eleuetur anima ad talem uisionem, ut in litera dicitur.

¶ Ad primum Durandi, concesso antecedente, negatur sequela. Ad probationem dicitur, q ex peruersa interpretatione procedit: poni enim propter excellentiam obiecti supra potentiam contingit, uno modo ut adæquetur excessus augendo potentiam. Et iuxta hunc sensum procedit probatio, sed contra nullum militat. Alio modo, ut excessus non prohibeat attractionem potentiæ ad tam excellens obiectum. Et ad hunc sensum ponitur lumen gloriæ propter excellentiam obiecti supra potentiam. Contra auté hunc sensum manifeste patet probationem non procedere. Quod si fiat uis in hoc, q de non proportionato fieri dicitur proportionatus. Iam habita est responsio in litera. in art. 1. in respõsione ad ultimum declarando, quomodo intelligitur proportionis nomen in proposito.

¶ Ad secundũ dicitur, q Durãdus noluit intelligere illa S. Th. verba. q. 2. art. 7. Lumen siquidé gloriæ potest dupliciter haberi. Vno modo per modum passionis, alio modo per modum habitus. Primo modo, non ponit hominem extra uiam. Secundo modo est propria patriæ dispositio, & ideo quum in solis dispositionib. uiæ dicitur idest in dispositionibus non ponentib. hominem extra uiam simpliciter intelligitur. Et q hæc sit mens uera S. Th. ex eo liquet, quod in q de ue. q. 10. at. 11. ponit idem, quod in 4. & tamen in eisdem q. de ue. q. 13. art. 2. & q. 20. artic. 2. sic exponit, & similiter in 2. 2. q. 175. art. 3. quare indubie sic tenendum est.

¶ In responsione ad tertium, quoniam subtilis ualde doctrina traditur, aduerte duo. Primo quid est tam esse, quam fieri connaturale alicui. Secundo quæ sit proportio inter lumen gloriæ, & diuinam substantiam. Esse connaturale est oriri, seu pullulare ex intrinsecis illius naturæ, ut ex 2. Phys. patet & in motu elementorum apparet. Fieri uero connaturale est, quod id, quod non fluit ex principiis alicuius, fluat ex principiis eius. hoc aut imaginari nullo modo potest, nisi natura transferatur in naturam, sic enim solummodo principia, a quibus aliquid fluit, effici possunt principia eius, a quo non fluit. Proportio inter lumen gloriæ, & diuinã essentiam, non in esse naturæ, sed in esse intelligibili, est proportio proprii connaturalis, ad naturam a qua fluit. Quod sic ex dictis probatur. lumen gloriæ nihil aliud est quam uis ut propria dispositio unitiua diuinæ essentiæ, ut formæ intelligibilis, atque factiua uisionis diuinæ. Ad hæc enim duo lumen gloriæ poni patet ex dictis, sed habere diuinam essentiã ut formam intelligibilem, & similiter uidere Deum, soli Deo est cõnaturale; ergo lumẽ gloriæ soli diuinæ naturæ connaturale est. Et hinc sequitur, diuinam essentiam, & lumen gloriæ esse eiusdem ordinis eo modo, quo dispositio ultima, & forma sunt eiusdé ordinis. s. quo ad connaturalitatem, quia. s. cuicumq; naturale est unum, & reliquum, & cui non unũ, neutrũ, propterea in litera dicitur, q lumen gloriæ nõ pôt esse connaturale alicui, nisi illa res transferatur in diuinã naturam. Ex his aũt patet falsitas opinionis Scoti in 1. q. Prol. 1. sent. uolentis q naturale & supernaturale non distinguant res, sed habitudines ad causas actiuas. Lumen siquidé gloriæ & charitas & dona Spiritus Sancti. & si qua sunt hmôi, oĩa sunt supernaturalia entia, non solum quia a solo agente supernaturali causari possunt, sed quia nulli creaturæ factæ aut factibili connaturalia esse possunt, propter quod dicuntur entia supernaturalia, imo diuini ordinis. Et si contra hoc obiiciatur, de distantia infinita inter Deum, & lumen gloriæ, aut q aliud est loqui de lumine gloriæ per essentiam, & aliud de eo per participationé. Et q licet lumen gloriæ per essentiam sit propriũ Deo, non tñ per participationem, de quo tñ loquimur, facile responderi pôt, q distantia infinita nihil aliud infert nisi q inter quodcunq; lumen gloriæ creatũ & Deum, sunt infiniti medii gradus. Inter dispositioné namq; propriã & formã substantialem est maxima distantia, & longe maior quam inter duas substantias, & tamen illæ sunt eiusdem ordinis, quo ad connaturalitatem, & istæ non, quamuis istæ magis conueniant in natura, quia forte sunt eiusdem speciei, ut Socrates, & Plato, &c. Maior ergo uel minor distantia nihil facit ad propositum, igitur non infinita. Nec decipimur ut secunda obiectio proponit. Quoniam sicut tota latitudo uisionis diuinæ essentiæ, soli Deo est connaturalis, diuersimode tamé, quia in summo incommunicabiliter ad extra. Circa summum uero communicabiliter plus & minus in infinitum, sic tota latitudo luminis gloriæ & charitatis, &c. similiter tota latitudo habendi diuinam essentiam. ut formam intelligibilem soli Deo est connaturalis, sed in summo incommuni-

municabiliter, limitate autem communicatur, non tñ cõnaturale sit alteri. Sicut si lux acceperetur, ppria qualitas solis, tota latitudo lucis est connaturalis soli tm, sed in summo incommunicabiliter. Circa summum uero communicabilis, non ita ut sit connaturale aliis, quia non ut fluat ab illis (si astra ponantur extraneæ naturæ a solis natura) sed ut sit eorum ex diffusione a luce solari.

Ferr. 3. cont. c. 56.
Bannes eod. loc.

SVPER Q. XII. ART. VI.

60
4. d. 49. q. 2. ar. 4. & 3 cont. c. 56.

CONCL. Qui plus habebit de charitate, perfectius Deum uidebit, & perfectior erit.

¶PROB. Quia ubi maior charitas, ibi maius desiderium ad susceptionem amati, & talis sic desideranti, tamquam per hoc magis parato, plus de lumine gloriæ dante facultaté uidendi Deum tribuitur.

1ᵐ ex Ioan. Sicuti é. ℞. Ex parte Dei uisi, nõ ex parte uidentis. §. Idest omnes uidebunt eũ existentem uno modo in seipso, sed unus auctiori modo, & consequenter non sicuti est modus minus acutus alterius uidentis Deũ. Tunc &c. ut in litera patet.

ar. 5. huius quęst.

2ᵐ ex August. Plus. ℞. Ex parte illius rei intellectæ, non ex parte modi illam rem intelligendi. §. Paritas ergo est ex parte rei, disparitas ex parte potentiæ uisiuæ. Tunc &c. ut patet conclusionem intelligenti.

li. 83. quæ. q. 32. i pr tom. 4.

3ᵐ de consequentia. Secundum differentiam. ℞. Gloriosam, non naturalem §. Tunc, &c. Licet enim homines non possint esse æquales angelis, secundum facultatem in tellectiuam naturalẽ, possunt tamen esse illis & æquales, & quandoque superiores secundum facultatem intellectiuam gloriosam.

APPENDIX.

Vtilitas pro Eccle. S. Dei.

EX articulo habes primo, quomodo per rationẽ interimas hæresim Iouiniani. dicẽtis. Beatos omnes pares esse in gloria, & in beatitudine cęlesti nullam esse præmiorum differentiam. Secundo habes, quomodo per rationem ostendas, hanc merito damnari a Concilio Florentino sic. Definimus animas intueri clare ipsum Deum, trinum & unum sicuti est, meritorum tamen diuersitate alium alio perfectius. Hæc concilium in literis sanctæ unionis. Item a Concilio Telensi contra Iouinianum congregato, in rescripto ad Siricium Papam, sic. Nec miramur si luporum rabiem grex Domini perhorruerit, in quibus Christi uocem non recognouit. Agrestis enim vlulatus est, nullam uirginitatis gratiam, nullum castitatis ordinem reseruare, promiscue oĩa uelle cõfundere diuersorũ gradus abrogare meritorum, & paupertatem quandam cęlestium remunerationum inducere, quasi Christo una sit palma, quam tribuit, ac non plurimi abundent tituli præmiorũ. Hæc illud. Negabat Iouinianus & disparitatẽ meritorum, ut uel sic disparitatis præmiorũ negationem coloraret, ideoque Telense Concilium etiam de meritorum inęqualitate ipsum damnans uerba fecit. Item ab eodem infra sic, itaque Iouinianum, Germinatorem, Fælicem, Plotinum, Genialem, Martialem, Lanuarium, & Ingeniosũ, quos sanctitas tua damnauit, scias apud nos quoque secundum iudicium tuum esse damnatos. Hæc ibi. Horum autem scripta omnia, quę ab Ecclesia damnata sunt cointelliguntur esse damnata, ut alibi ꝑ auctoritates maiorum fusius habitum est. Itẽ a regulis fidei traditis ab Augustino in lib. de fide ad Petrum, c. 25. firmissime tene, & nullatenus dubites, ideo Christum filiũ Dei ad iudicandum uiuos mortuosque uenturum, ut homines quos hic dono gratiæ suæ &c. glorificet, & secundum promissionem suam æqua les sanctis angelis faciat &c. Vbi diuersa erit sãctorum gloria, sed una erit omnium uita æterna. Hæc ibi. Item a B. Hieronymi. Expositione fidei catholicæ ad Damasum Papam, sic. Credimus unam esse vitam sanctorum omniũ, sed præmia pro labore diuersa, e cõtrario pro modo delictorum, peccatorum quoque esse supplicia. Et infra. Iouiniani damnamus hæresim, qui dicit nullam in futuro meritorum esse distantiam, nosque eas ibi habituros esse uirtutes, quas hic habere neglexerimus. Et infra. Hæc fides est, Papa beatissime quam in Ecclesia didicimus, quamque semper tenuimus, & tenemus. Item a Gelasio Papa dist 15. Sancta Romana Ecclesia Opuscula Iouiniani & Galli Apochrypha, idest, (ut principio expressit) a Catholicis uitanda. Item per rationem ostendas, quod iuste fuit olim Romæ hic error damnatus, teste B. Hieronymo lib. 2. contra Iouinianum. Tertio uides, quomodo ex his uicissim firmetur conclusio.

ar. 2. huius quęst.
ar. praeced.
ar. praeced.

ARTICVLVS VI.

Vtrum uidentium essentiam Dei vnus alio perfectius uideat.

AD SEXTVM sic proceditur. Videtur, quòd uidentium essentia Dei, vnus alio perfectius nõ uideat. Dicitur enim 1. Io. 3. Videbimus Deũ sicuti est, sed ipse uno modo est. Ergo uno modo uidebitur ab omnibus. Non ergo perfectius & minus perfecte.

¶ 2 Præt. August. dicit in * lib. 83. q. quod unam rem non potest unus alio plus intelligere. Sed omnes uidentes Deum per essentiam, intelligunt Dei essentiã. Intellectu enim uidetur Deus, non sensu, * ut supra habitum est. Ergo uidentium diuinam essentiam unus alio non clarius uidet.

¶ 3 Præt. Quod aliquid altero perfectius uideatur, ex duobus contingere potest, uel ex parte obiecti uisibilis, uel ex parte potentiæ visiuæ uidentis. Ex parte autem obiecti, per hoc quod obiectum perfectius in uidente recipitur. s. secundũ perfectiorem similitudinem, quod in proposito locum non habet. Deus enim non per aliquam similitudinẽ sed per eius essentiam præsens est intellectui essentiam eius uidenti. Relinquitur ergo, quod vnus alio perfectius eum uideat, quod hoc sit secundum differentiam potentia intellectiua. Et ita sequitur quod cuius potentiæ intellectiua naturaliter est sublimior, clarius eum uideat. Quod est inconueniens, cum hominibus promittatur in beatitudine æqualitas Angelorum.

SED CONTRA est, quod vita æterna in uisione Dei consistit, secundum illud Ioã. 17. Hęc est uita æterna, &c. Ergo si omnes æqualiter Dei essentiam uident in vita æterna omnes erunt æquales, cuius contrarium dicit Apost. 1. Cor. 15. Stella differt a Stella in claritate.

RESPON. Dicendum, quòd uidentium Deum per essentiam vnus alio perfectius eũ uidebit. Qđ quidem non erit per aliquam Dei similitudinem perfectiorem in uno quam in alio, cum illa uisio non sit futura per aliquam similitudinem, * ut ostensum est. Sed hoc erit per hoc, quod intellect* unius habebit maiorem uirtutem, seu facultatem ad uidendum Deum quam alterius. Facultas autem uidendi Deum non competit intellectui creato secundum suam naturam, sed per lumen gloriæ, quod intellectum in quadã deiformitate constituit, * ut ex superioribus patet. Vnde intellectus plus, participans de lumine gloriæ perfectius Deum uidebit. Plus autem participabit de lumine gloriæ, qui plus habet de charitate, quia ubi est maior charitas, ibi est maius desiderium. Et desiderium quodammodo facit desiderantem aptũ & paratum ad susceptionem desiderati. Vnde qui plus habebit de charitate, perfectius Deum uidebit & beatior erit.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod cum dicitur, videbimus eum sicuti est, hoc aduerbium sicuti, determinat modum uisionis ex parte rei, uisæ, ut sit sensus, videbimus eũ ita esse sicuti est, quia ipsum esse eius videbimus quod est eius essentia. Nõ autem determinat modum visionis ex parte uidentis, vt sit sensus, quod ita erit perfectus modus uidendi, sicut est in Deo perfectus modus essendi.

Et per hoc etiam patet solutio ad secundum. Cum enim dicitur ꝙ rem unam unus alio melius non intelligit, hoc habet ueritatem si referatur ad modum rei intellectę, quia quicunque intelligit rem esse aliter quam sit, non uere intelligit, nõ autem si referatur ad modum intelligendi, quia intelligere unius est perfectius quam intelligere alterius.

AD TERTIVM dicendum, quod diuersitas uidendi non erit ex parte obiecti, quia idem obiectum omnib. præsentabitur, s. Dei essentia, nec ex diuersa participatione obiecti per differẽtes similitudines, sed erit per diuersam facultatem intellectus, non quidem naturalem, sed gloriosam, ut dictum est. *

AR-

Comm.

Comm. Cardinalis Caietani.

Titulus clarus:

¶ In corpore tria. Primo proponitur conclusio responsiua quæsito affirmatiue, scilicet. Videntium Deum unus perfectius uidebit quam alius. Secundo excluditur falsa huius causa. Tertio probatur ex uera causa.

¶ Quo ad secundum aduerte, quod idem obiectum melius ab uno uideri quam ab alio ex duobus oriri potest. Primo, quia per limpidiorem speciem ab uno uidetur quam ab alio, sicut experimur quod per speciem in aere melius uidemus quam per eam in aqua, & per meliora ocularia similiter. Secundo etiam oriri potest ex acutiore uisu. patet stante nanque identitate uisibilis cum æqualitate speciei & uisiuæ uirtutis, impossibile est fingere unde melior fiat uisio. Distantia namque, & medium, &c. omnia ad speciei qualitatem spectant. litera ergo primam causam excludit sufficienter, ex hoc quod uisio illa non est futura per speciem, secundam autem amplectitur.

¶ Quo ad tertium probatur conclusio sic uidẽtium Deũ unus alio habet maiorem charitatem. ergo maius desiderium. ergo est magis aptus, & paratus ad susceptionem Dei, ergo habet maius lumen gloriæ. ergo maiorem facultatem ad uidendum Deum. ergo perfectius uidebit Deum quam alius. Antecedens supponitur. prima consequentia nota est, ex terminis cum secunda & tertia. charitas enim ipsa est, desiderium Dei. Desiderium autem constat præparationem magnam esse ad desiderati complexum, lumen uero gloriæ nihil aliud esse quam dispositionem ad Dei susceptionem, ut iam dictum est. Et propterea desiderii quantitati respondere oportet, sicut dispositionem aptitudini, & præparationi. Quarta autem consequentia probatur, quia non naturæ, sed gloriæ lumen constituit intellectum in quadam deformitate. Ex hoc namque, quod diuinæ naturæ participes simus possumus ipsum uidere. Vltima autem patet.

ARTICVLVS VII.

Vtrum uidentes Deum per essentiam ipsum comprehendant.

61

4. d. 49. q. 1. art. 3. & 3. cont. c. 53. & uer q. 8. art. 2.

AD SEPTIMVM sic proceditur. Videtur, quod uidentes Deum per essentiam, ipsum comprehendant. Dicit enim Apostol. Phil. tertio. Sequor autem si quomodo comprehendam. Non autem frustra sequebatur. Dicit enim ipse, primo Corinth. nono. Sic curro, non quasi in incertum. Ergo ipse comprehendit, & eadem ratione alii, quos ad hoc inuitat dicens, sic currite ut comprehendatis.

Epist. 112. cap. 9. circa principiũ, tom. 2.

¶ 2 Præt. Vt dicit August. in lib.* de uidendo Deum ad Paulinam, illud comprehendit quod ita totum uidetur, ut nihil eius lateat uidentem; sed si Deus per essentiam uidetur, totus uidetur, & nihil eius latet uidentem, cum Deus sit simplex, ergo a quocunque uidetur per essentiam, comprehenditur.

Si dicatur quod uidetur totus, sed non totaliter. contra. Totaliter uel dicit modum uidentis, uel modum rei uisæ. Sed ille, qui uidet Deum per essentiam, uidet eum totaliter, si significetur modus rei uisæ, quia uidet eum sicuti est,* ut dictum est. Similiter uidet eum totaliter, si significetur modus uidentis, quia tota uirtute sua intellectus Dei essentiam uidebit. Quilibet ergo uidens Deum per essentiam, totaliter eum uidebit. Ergo eum comprehendet.

art. præce.

SED CONTRA est, quod dicitur Hier. 32. Fortissime, magne, potens, Dominus exercituum nomen tibi, magnus consilio, & incomprehensibilis cogitatu. Ergo comprehendi non potest.

Nota q multis etiã in præsenti uita dies uidere bonos.

RESPON. Dicendum, quod comprehendere Deum impossibile est cuicunque intellectui creato, attingere uero mente Deum qualitercumque magna est beatitudo,* ut dicit August.

Epist. 112. c. 9. tom. 2.

Ad cuius euidentiam sciendum est, q illud comprehenditur, qd perfecte cognoscitur. perfecte autẽ cognoscitur, quod tantum cognoscitur, quantum est cognoscibile. Vnde si id, quod est cognoscibile per scientiam demonstratiuã opinione teneatur, ex aliqua ratione probabili concepta, non comprehenditur, puta, si hoc quod est triangulum habere tres angulos æquales duobus rectis aliquis sciat, per demonstrationem comprehendit illud. Si uero aliquis eius opinionem accipiat probabiliter, per hoc quod a sapientibus, uel pluribus ita dicitur, non cõprehendet ipsum, quia non pertingit ad illum perfectum modũ cognitionis, quo cognoscibilis est. Nullus autem intellectus creatus pertingere potest ad illum perfectum modum cognitionis diuinæ essentiæ, quo cognoscibilis est, quod sic patet. Vnumquodq; enim sic cognoscibile est, secundum q est ens actu. Deus igitur cuius esse est infinitũ,* ut supra ostensum est, infinite cognoscibilis est. Nullus autẽ intellectus creatus potest Deum infinite cognoscere. Intantum enim intellectus creatus diuinam essentiam, perfectius uel minus perfecte cognoscit, inquantum maiori uel minori lumine gloriæ perfunditur. Cum igitur lumen gloriæ creatum in quocumque intellectu creato receptum non possit esse infinitum, impossibile est, quod aliquis intellectus creatus Deum infinite cognoscat. Vnde impossibile est quod Deum a comprehendat.

q. 7. art. 1.

Ferr. 3. cont. c. 53. Bannes eod. 7.

SVP. Q. XII. ART. VII.

CONCL. Impossibile est, quod aliquis intellectus creatus Deum infinite cognoscat, unde impossibile est quod Deum comprehendat.

D. 668. D. 366.

¶ PROB. 1. Quia lumen gloriæ creatũ non pôt esse infinitũ. Scđa aũt pars. s. unde &c. probatur. Quia per lumen finitũ non pôt quis uidere Deum, tñ quantum cognoscibilis est.

1m ex Philip.

Comprehendã. & Cõprehensione largius dicta, non proprie. §. Tũc &c. Nam conclusio de comprehẽsione, ꝑprie dicta tm̃ intelligitur.

2m ex August.

Illud &c. uidentem. R. Mutilate affertur auctoritas Augustini. §. Addendũ. n. est sic. Aut cuius fines circumspici uel circũscribi possunt. Tũc nihil &c. ut patet.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod comprehensio dicitur dupliciter. Vno modo stricte & proprie secundum q aliquid includitur in comprehẽdente. Et sic nullo modo Deus comprehenditur, nec intellectu, nec aliquo alio, quia cum sit infinitus, nullo finito includi potest, ut aliquid finitum eum infinite capiat, sicut ipse infinitus est. Et sic de comprehensione nunc quæritur. Alio modo comprehensio largius sumitur secundum quod comprehensio insecutioni opponitur. Qui enim attingit aliquem quando iam tenet ipsum, comprehendere eum dicitur. Et sic Deus comprehẽditur a beatis secundum illud Cant. 3. Tenui eum, nec dimittam. Et sic intelliguntur authoritates Apostoli de comprehensione. Et hoc modo cõprehensio est una de tribus dotib. animæ, quæ respondet spei, sicut uisio fidei, & fruitio charitati. Non. n. apud nos omne quod uidetur iam tenetur, uel habetur, quia uidentur interdũ distantia, uel quæ non sunt in ptãte nostra. Neq; iterũ oĩbus, quæ hẽmus, fruimur, uel quia non delectamur in eis, uel quia non sunt ultimus finis desiderii nostri, ut desideriũ nostrum impleant, & quietent. Sed hæc tria habent beati in Deo, quia & uident ipsum, & uidendo tenẽt sibi præsentem in potestate habentes semper eum uidere, & tenentes fruuntur sicut ultimo fine desiderium implente.

Tertium

AD SECVNDVM dicendum, q non propter hoc Deus incomprehensibilis dicitur, quasi aliquid eius sit, quod nõ uideatur, sed quia nõ ita perfecte uidetur sicut uisibilis est, sicut cum aliqua demonstrabilis propositio per aliquam probabilem rationem cognoscitur, non est aliquam eius quod non cognoscatur, nec subiectum, nec prædicatum, nec compositio, sed tota non ita perfecte cognoscitur, sicut cognoscibilis est. Vnde Aug.* diffiniendo comprehensionem dicit, quod totum comprehenditur uidendo, quod ita uidetur ut nihil eius lateat uidentem, aut cuius fines circũspici, uel circumscribi possint, tunc enim fines alicuius circumspiciuntur, quando ad finem in modo cognoscendi illam rem peruenitur.

Loco citato in argumento.

3m de maiori. Modum tiſæ rei. R. Ita quod aut totus modus obiectæ rei cadat ſub cognitione, aut modus obiectæ rei ſit modus cognoſcentis. §. Horum ultimű non poteſt conuenire creaturæ. Tunc nihil &c. ut in litera patet.

APPENDIX.

Vtilitas pro Eccle. S. Dei.

Ex articulo habes primo, quomodo per rationem retundas præſumptionem hæreticalem Anomorű. Qui ſe naturam Dei cõprehẽdere ſicut ſemetipſos, dicebant. Item cuiuſdam Auguſtini de Roma Archiepiſcopi Nazareni (ut refertur in Concil. Baſil. ſeſſio. 22.) dicentis, quod anima Chriſti uidet Deum tam clare, & intenſe, quam clare & intenſe Deus uidet ſeipſum. Secundo habes, quomodo per rationem oſtendas, has merito fuiſſe damnatas a Concilio Baſilienſi ſeſſ. prædicta, ſic, quendam libellum æditum ab Auguſtino de Roma archiepiſcopo Nazareno cuius primus tractatus de ſacramento diuinitatis Ieſu Chriſti, & eccleſiæ intitulatur, ſecundus de Chriſto capite & eius inclyto principatu, alius de charitate Chriſti circa electos & de eius infinito amore, tanquam non ſanam, & erroneam in fide doctrinam continentem, cum ſuis defenſoriis hæc ſancta ſynodus damnat & reprobat &c. Et infra, enumerata ad literam hæreſi prædicta cum multis aliis in libello illo contentis, concludit ſic. Quas propoſitiones & alias, ex eadem radice procedentes tanquam erroneas in fide damnat, & reprobat hæc ſancta ſynodus

AD TERTIVM dicendum, quod totaliter dici modű obiecti, non quidẽ ita φ totus modus obiecti nõ cadat ſub cognitione, ſed φa modus obiecti non eſt modus cognoſcentis. Qui igitur uidet Deum per eſſentiam, uidet hoc in eo φd infinite exiſtit, & infinite cognoſcibilis eſt. Sed hic infinitus modus non competit ei, ut. ſ. ipſe infinite cognoſcat. Sicut aliquis probabiliter ſcire poteſt aliquam propoſitionem eſſe demõſtrabilem, licet ipſe eam demonſtratiue nõ cognoſcat.

due anno. 1435. Geſta ab iſto Concilio, quamuis alias non approbato Nicolaus quintus propter ſecuritatem animarum, & cauenda pericula conſcientiarum in Bulla ſua confirmat tantum quantum ſpectat ad cenſuras & cauſas beneficiales. De aliis nihil, nec de probatione eius Concilii, anno 1449. ſui põtificatus anno tertio. Hæc dicta ſunt, ne reiiciatur Concilii in hac parte, qua contra Auguſtinum de Roma adductum eſt, quãdoquidem per Bullã Nicolai, quoad hoc geſta eius probari uidetur. Dic ergo tua ſortiori. Si de anima Chriſti ſancitum eſt, ut ſupra, multo magis de quibuſcunque aliis creatis ſancitum intelligitur. Multo igitur magis ab iſto Concilio per prædicta damnatur Anomorum ſuperciliosa hæreſis. Item ab Apoſtolo primo, Timot. ſexto. Solus lucem habitat inacceſſibilem, quem nullus hominum uidit, ſed nec uidere poteſt. Quæ ſententia ſane quoad uiſionem comprehenſiuam proprie ſolum intelligenda eſt. Item a Gelaſio Papa diſtinct. decimaquinta. Sancta Rom. Eccleſ. ſic: Hæc & his ſimilia, quæ &c. Eunomius &c. eorumque diſcipuli docuerunt uel conſcripſerunt ſub anathematis indiſſolubili uinculo in æternum confitemur eſſe damnata. Hæc ibi. Prateolus modo narrat ducem Anomorum fuiſſe Eunomium. Item ab Innocen. de ſum. Trin. & fi. Cath. firmiter credimus &c. quod Deus eſt incomprehenſibilis. Tertio uides, quomodo ex his uiciſſim ſtabiliatur concluſio.

Comm. Cardinalis Caietani.

Titulus in corpore declaratur.

¶ In corpore una concluſio reſponſiua quæſito negatiue. impoſſibile eſt cuicunque intellectui creato comprehẽdere Deű. Probatur. Impoſſibile eſt lumen gloriæ creatum in quocunque intellectu eſſe infinitum. ergo impoſſibile eſt cuicunque intellectui creato infinite cognoſcere Deű. ergo impoſſibile eſt cognoſcere quantum cognoſcibilis eſt cognoſcere perfecte. ergo impoſſibile eſt comprehendere Deum. Antecedens patet prima conſequentia probatur, ex eo quod magis & minus uidere Deum attenditur ſecundum maius & minus lumen gloriæ, & conſequenter infinite uidere ſecundum infinitum lumen gloriæ. ſecunda uero conſequentia probatur, quia Deus eſt infinite cognoſcibilis, quia eſt infinitæ entitatis, & actualitatis. tertia autem probatur inductionem in propoſitione ſcibili, quæ ſi opinione teneatur non perfecte cognoſcitur. quarta autem probatur ex diffinitione ipſius comprehendere, quod ſcilicet eſt perfecta cognitio.

Ferr. 3. cont. c. 54. 57.
Cap. 4. d. 49. q. 6. ar. 1. & 2.
Banens eod. loc.

SVP. Q. XII. ART. VIII.

61

4. d. 49. ar. 5. & ueri. q. 8. a. 4. & 3. cont. 54. & 57. lib. 4. dia. c. 33. in fi. & li. 2. Mora. cap. 3.

CONCL. Nullus intellectus creatus uidendo Deum poteſt cognoſcere omnia, quæ Deus facit, & facere poteſt.

¶ PROB. Quia hoc eſſet comprehendere eius uirtutem, & nullus creatus intellectus totaliter ſeu proprie Deű comprehendere poteſt.

¶ CONCL. Horum quæ Deus facit, & facere poteſt, tanto aliquis intellectus plura cognoſcit, quanto perfectius Deum uidet.

¶ PROB. Quia quanto aliqua cauſa perfectius uidetur, tanto plures effectus in ipſa uidentur.

ARTICVLVS VIII.

Vtrum uidentes Deum per eſſentiam omnia in Deo uideant.

AD OCTAVVM ſic proceditur. Videtur, quod uidentes Deum per eſſentiam, omnia in Deo uideant. Dicit enim Grego.* in quarto. dial. Quid eſt quod non uideant, qui uidentem omnia uident? ſed Deus eſt uidens omnia, Ergo qui uident Deum, omnia uident.

Item. Quicunque uidet ſpeculum, uidet ea, quæ in ſpeculo reſplendent. Sed omnia quæcunque ſunt uel fieri poſſunt, in Deo reſplendent, ſicut in quodam ſpeculo, ipſe enim omnia in ſeipſo cognoſcit. Ergo quicunq; uidet Deű, uidet omnia, quæ ſunt & quæ fieri poſſunt.

¶ 2 Præt. Qui intelligit id quod eſt maius, poteſt intelligere minima, ut dicitur* 3. de Anima. Sed omnia, quæ Deus facit uel facere poteſt, ſunt minus quam eius eſſentia. Ergo quicunque intelligit Deum, poteſt intelligere omnia, quæ Deus facit uel facere poteſt.

3. de Aia, text. 7. c. 2.

Primum

¶ 3 Præt. Rationalis creatura omnia naturaliter ſcire deſiderat, ſi igitur uidendo Deum non omnia ſciat, non quietatur eius naturale deſiderium. Et ita uidendo Deum non erit beata, quod eſt inconueniens. Videndo igitur Deum omnia ſcit.

SED CONTRA eſt, quod angeli uident Deum per eſſentiam, & tamen non omnia ſciunt. Inferiores enim angeli purgantur a ſuperioribus a neſcientia, ut dicit Diony, * 7. ca. Cæle. hierar. Ipſi etiam neſciunt futura contingentia & cogitationes cordium. hoc enim ſolius Dei eſt. Nõ ergo quicumque uident Dei eſſentiam, uident omnia.

c. 7. a med.

RESPON. Dicendum, quod intellectus creatus uidendo diuinam eſſentiam non uidet in d ipſa omnia quæ facit Deus, uel facere poteſt. Manifeſtum eſt enim quod ſic aliqua uidentur in Deo ſecundum quod ſunt in ipſo. Omnia autem alia ſunt in Deo, ſicut effectus ſunt uirtute in ſua cauſa. Sic igitur uidentur omnia in Deo, ſicut effectus in ſua cauſa. Sed manifeſtum eſt, quod quanto aliqua cauſa perfectius uidetur, tanto plures eius effectus in ipſa uideri poſſunt. Qui enim habet intellectum eleuatum, ſtatim uno principio demonſtratiuo propoſito ex ipſo multarum concluſionum cognitionem accipit. Quod non conuenit ei, qui debilioris intellectus eſt, ſed oportet quod ei ſingula explanentur. Ille igitur intellectus poteſt in cauſſa cognoſcere omnes cauſſæ effectus, & omnes rationes effectuum, qui cauſſam totaliter comprehendit. Nullus autem intellectus creatus totaliter. Deum comprehendere poteſt, ut oſtenſum eſt. Nullus igitur intellectus creatus uidendo Deum poteſt cognoſcere omnia, quæ Deus facit, uel poteſt facere. Hoc enim eſſet comprehendere

D. 177.

Conditio intellectus tardi & eleuati.

ar. præced.

1ᵐ ex Greg. Videant. ℞. Quantum est ex sufficientia obiecti visi: non quantum est ex imperfecta comprehensione videntium. §. Tunc nihil &c. ut patet. Ex litera intellige tu verum sensum, in ly Christus totum mundum sufficientissime saluauit: & alia huiusmodi. Item, quid est ad quod non saluantur: qui sub tãto saluatore omnium viuũt? Proprio filio suo non pepercit: sed pro nobis omnibus &c. quomodo non etiam cum illo omnia nobis donauit? & alia multa huiusmodi.

2ᵐ de maiori. Videt. ℞. Comprehensiue: non, sine cõprehensione. §. Tunc nihil &c. Nam creaturæ beatæ vident circa comprehẽsionem Deum ar. 7.

3ᵐ ex 3. de anima. Minima. ℞. Eo modo, quo minima: non aliter. §. Tũc nih. &c. Nam licet oĩa, quæ Deus potest facere, si seorsum extra deũ videantur, sint minus: quàm videre diuinam essentiam: tamen illa eadem in Deo viso uisa, sunt quid plus, quàm Deum solum absq; illorum visione in Deo videre (vt patet.)

In cor. art.

4ᵐ de antecedente. Omnia. ℞. Pertinẽtia ad perfectionem intellectus sui: non, omnia absolutè. §. Tunc nihil &c. Nam naturale desiderium rationalis creaturæ est ad &c. ut in litera. Quam notabis contra curiosos de prædestinatione, & de huiusmodi: de factis dictis cogitatis aliorum, & de huiusmodi.

dere eius uirtutem. Sed horum, quæ Deus facit, uel facere potest, tantò aliquis intellectus plura cognoscit, quanto perfectius Deum videt.

Ad primum ergo dicendum, quòd Greg. loquitur quãtum ad sufficientiam obiecti, scilicet Dei, quòd quantum in se est sufficienter continet omnia, & demonstrat. Non tamen sequitur ꝙ vnusquisque videns Deũ omnia cognoscat: quia non perfectè comprehendit ipsum.

Ad secundum dicendum, ꝙ videns speculum non est necessarium, quòd omnia i speculo videat nisi speculum visu suo comprehendat.

Ad tertium dicendum, ꝙ licèt maius sit videre Deũ, quam omnia alia, tamen maius est videre sic Deum, ꝙ omnia in eo cognoscantur, quàm videre sic ipsum: ꝙ non omnia sed pauciora, vel plura cognoscantur in eo. Iam enim * ostensum est, quod multitudo cognitorum in Deo, consequitur modũ videndi ipsum, vel magis perfectũ, vel minus perfectum.

Ad quartum dicendum, ꝙ naturale desiderium rationalis creaturæ est ad sciendũ omnia illa, quæ pertinent ad perfectionem intellectus. & hæc sunt; species & genera rerum & rationes earum, quæ in Deo uidebit quilibet uidens essentiam diuinam. Cognoscere autem alia singularia, & cogitata, & facta eorum, non est de perfectione intellectus creati: nec ad hoc eius naturale desiderium tendit: nec iterũ cognoscere illa, quæ nondum sunt, sed fieri a Deo possunt. Si tñ solus Deus videretur, qui est fons, & principium totius esse, & veritatis, ita repleret naturale desiderium sciendi, quòd nihil aliud quæreretur: & beatus esset: vnde dicit * Augustin. 5. confess. Infelix homo qui scit omnia illa. s. creaturas: te autem nescit. Beatus autem, qui te scit, etiam si illa nesciat. Qui uerò te & illa nouit, non propter illa beatior est: sed propter te solùm beatus.

AR-

AP-

APPENDIX.

Ex artic. habes primò: quomodo per rationem ostendas, meritò dictum a domino Mar. 13. De die illo (. s iudicii) nemo scit, neque Angeli Dei. Item psalm. 23. Quis est iste rex gloriæ? Item Isa. 63. Quis est iste, qui uenit de Edom tinctis uestibus de Bosra? In his enim locis manifeste innuitur: ꝙ videntes diuinam essentiam non uident omnia in illa. Nam Angeli Dei semper uidẽt faciẽ patris Matth. 18. & tamen per primã authoritatem ignorãt diei iudicii tempus: per cæteras duas introducuntur tãquam dubitantes de aliquibus mysteriis ad Christum, & ad salutẽ humanã pertinentibus interrogare; quomodo videlicet circa hæc res se habeat. Sic illas authoritates interpretantur. DD. Dionys. 7. cæl. hierar. & Hieronymus super Isaiæ locum præmissum. Adde & illud Eph. 3. Quæ sit dispensatio sacramẽti absconditi in Deo, vt innotescat principibus & potestatibus in cœlestibus per Ecclesiã multiformis sapiẽtia Dei. Vide BB. Hieronymum & Chrysost. exponentes hunc locum. Secundo: quomodo ex his scripturis vicissim firmetur conclusio, clarissime vides.

Vtilitas pro Eccle. S. Dei.

D. 177.

Ad curiosos de prædestinatione de re, & factis, de cogitatis, de reb. aliorũ.

Nota pro fœlici vita, lib. 9. conf. c. 4. in prin. to. 4.

2

¶ Not. Articulo isti seruit articulus in ordine 521. 288. 84. 289.

Comm. Cardinalis Caietani.

In titulo, ly omnia, distribuit pro omnibus rebus rerumq; rationibus absolutis, & respectiuis: realibus & rationibus, non solum quæ sunt quocunque modo, sed quæ non implicant contradictionem esse, i. pro omnibus simpliciter: ly in Deo: intelligitur obiectiue: ita quod in hoc obiecto quod est Deus, videant omnia inclusa in eo quomodolibet.

¶ In corpore vna conclusio responsiua quæsito negatiuè. Nullus intellectus creatus videre potest in Deo omnia, sed plura uel pauciora iuxta modum videndi Deum. Probatur. quæcunq; videntur in Deo, videntur secundum, quòd sunt in ipso. ergo videntur, ut effectus uirtualiter contenti in causa. ergo plura uel pauciora, secundum quòd perfectius uel minus pfectè videtur Deus. ergo non omnia, nisi Deus totaliter comprehendatur. ergo, a nullo intellectu creato videri possunt omnia in Deo: sed plura, uel pauciora iuxta modum videndi ipsum. Antecedens patet, consequentia prima probatur, quia omnia sunt in Deo, ut in causa eminentissima. secunda uerò probatur: quia quanto aliqua causa pfectius cognoscitur, tanto plures in ea effectus videntur. Et manifestatur hoc ex differentia intellectuum humanorum, circa propositum aliquod principium multarum conclusionum. tertia ex secunda euidenter sequitur. quarta autem probatur, quia nullus intellectus creatus potest Deum comprehendere.

¶ Circa primam consequentiam, dubium occurrit ex Scoto: & cæteris ponentibus in Deo esse res ut in speculo uoluntario Formaturq; ratio contra literam sic. Res sunt in Deo non solum ut in causa, sed ut in speculo uoluntario. ergo sophisma consequentis committitur, inferendo. ergo res in Deo videntur præcisè ut in causa. Constat enim quòd ly præcisè subintelligitur in litera. Alioquin non inferret intentum, ut patet. Antecedens probatur & authoritate Aug. in lib. de videndo Deum. Deus est speculum uoluntarium, & si uult videtur, & si non uult non uidetur, & ratione, quia Deus repræsentat omnia distinctè, ut speculum: & nó indistinctè tantum, ut causa. & propterea cum totus literæ processus fundetur super hoc, quòd Deus repræsentet non nisi ut causa indistinctè, ruere videtur.

Ad euidentiam huius scito ex q. de ver. quæ. 12. ar. 6. quòd res sunt in Deo propriè ut in causa. Metaphoricè autem ut in speculo, Deus enim est uerè & propriè causa. non uerè & propriè speculum, sed metaphorice. Dicitur enim speculum, quia distinctè repræsentat, sed non est propriè speculum, quia non repræsentat impressa ab alio, ut speculi ratio habet, propter quam conditionem verbo Dei a patre procedenti speculum appropriatur. Sap. 7. Candor est enim lucis æternæ, & speculum sine macula: utpote patris expressa imago. Constat autem ex Dionys. & Aug. theologiam symbolicam non esse argumentatiuam. nihil igitur ex hoc metaphorico nomine efficax inferri potest. Ad authoritatem ergo August. dicitur quòd est locutio metaphorica, propter illam conditionem, quia. s. distinctè repræsentat. Voluntarium autem dicitur ratione uoluntariæ collationis luminis gloriæ, & tanti luminis. Et hoc respectu visionis beatæ: respectu vero nouarum reuelationum, Deus non concurrit obiectiue: sed causaliter, & propterea omnino est uoluntarium, & quasi speculum exemplare.

Ad rationem autem in oppositum dicitur, quod uere peccat secundum fallaciam consequentis, ac si repræsentare distinctè uno modo contingat. s. sicut in speculo. Vbi scito, quòd repræsentare distinctè dupliciter contingit. Vno modo, quod distinctio se teneat ex parte repræsentantis, ut apparet in speculo, in quo quælibet species repræsentans aliquid, remanet distincta a specie repræsentante aliquid in eodem speculo. Alio modo ita quod distinctio se teneat ex parte repræsentatorum, ut si dicamus, anima intellectiua repræsentat distinctè formam corporeitatis, & formam mixti, & animam vegetatiuam, & animam sensitiuam, hæc enim non habent in natura intellectiuæ animæ distincta fundamenta similitudinum illarum ad eam, sed per unum & idem natura animæ intellectiuæ omnibus respondet, ut similis non minus quam si singulorum proprium similitudinis fundamentum haberet, ita enim repræsentat proprias conditiones cuiusque, ac si singulorum

rum adæquata esset species. Et ratio est, quia excedere non impedit perfectionem repræsentandi: nihil enim minus species albi repræsentaret ipsum si cum hoc per idem repræsentaret etiam nigrum. Peccat ergo ratio dupliciter. Primò, quia ex sensu metaphorico arguit. Secũdo, quia supponit quod distinctè repræsentare nõ sit nisi distinctio ex parte repræsentantis, quòd iam patet esse falsum: & in proposito falsissimum. Deus enim gloriosus non habet in sua natura effectus suos distinctè ex parte sui: sed ex parte effectuum, quia ipse est actus perfectissimus omnia vnitissime præhabens: & ex perfectione tam eminente habet, quòd ita est propriũ exemplar huius, & illius, i. ita propria huius, & propria illius habet, ac si singulorum distinctum exemplar esset. Vnde consequentia literæ intelligitur cum ly præcisè: vt arguendo dicitur, & optima est, quia in Deo omnia alia a se non sunt nisi distinctè & unitissime, quod est esse uirtualiter in causa. Hæc enim est uere ueritas secundum theologiam, & philosophiam, ut in q. 14. S. Thom. dicet. Et bene nota quoniam sine hoc fundamento semper errabis de Deo: & aliis in eo existentibus, aut visis loquens; & in pueriles vulgaresque loquacitates incides.

¶ Circa probationem secundæ consequentiæ dubium occurrit. Nam Scotus in 3. distinct. 14. q. 2. dicit, quòd hæc probatio continet fallaciam consequentis. Quoniam dato quòd sit uerum quod in litera dicitur, s. quòd cognoscens perfectius causam plures effectus in ea uideat, non propterea sequitur esse uerum econuerso, s. quòd eum, qui plura uidet, oporteat causam perfectius uidere. Et tamen totus processus fundatur super hac propositione subintellecta: & non super illa expresse posita in litera. Quòd autem illa propositio conuertens illam sit falsa: probat Scotus ibidem tripliciter in communi. Primò, causa inquantum causa, nullam perfectionem accipit a causato, quia est prior. ergo cognitio principii, vt est causa, non perficitur per cognitionem conclusionum.

¶ Præterea. Accipio unum principium cognitum in aliquo gradu, & quæro: vtrum eius cognitione non aucta, possit per ipsum cognosci aliqua conclusio, aut non: si sic. habetur propositum: & si una, pari ratione possunt aliæ in eo clausæ sciri absque perfectiori notitia principii. si non, ergo in hoc gradu cognitum principiũ, non est principium, quia nullius est principium.

¶ Preterea. Primò posteriorum, quid est supponitur; & quia est passionis scitur, sed cognitio quid est non perficitur per notitiam posterioris, quia. ergo notitia principii non fit perfectior propter hoc quòd facit scire principatum.

¶ Durandus quoque & Gottifre. contra eandem instant probationem pro quanto innitur manifestationi illi de principio, & conclusionibus. Tum quia non simile est quo ad contineri: quoniam conclusiones continentur in principio, in potentia, & confuse in causa autem prima, effectus continentur in actu, & distinctè. Tũ quia non est simile quo ad cognosci. quoniam in principio non cognoscuntur conclusiones in actu, nisi facta deductione, subsumptione, applicatione, &c. in prima autẽ causa simpliciter effectus uisr.

Ad horum euidentiam scito, quòd uideri aliquid potest dupliciter. Vno modo in seipso obiectiue: sicut speculum oppositum visui uidetur in seipso. Alio modo in alio obiectiue: sicut res post tergum videntis sitæ, videntur in speculo. Videntur enim non in se: sed in sibi similibus speciebus in speculo relucentibus: & sicut est in corporalibus, ita in spiritualibus. In proposito igitur non est sermo de omnium visione in seipsis, sed in alio obiecto. s. non tamen ut in speculo, sed ut in causa, ut ex dictis patet. Videri autem aliquid in, uel ex causa, intelligimus non qualitercunq; se habente visa causa ad effectus visionem. sed si se habeat ut per se sufficiens causa illius. Alioquin non ex ui uisionis causæ uideretur effectus, sed aliunde. Hoc autem stante, declaratur intentum sic. Idẽ manens idem, semper quantum est ex se facit idem. ergo causa cognita in aliquo gradu manens eadem omnino tam in esse, quã in cognosci, semper facit idẽ, ergo impossibile est quod ut sic faciat cognosci aliquem effectum, quem a principio cognosci non fecit. ergo non potest plurium effectuum notitiam parere, nisi mutata, sed non in esse. ergo in cognosci, & non in minus, ut patet. ergo in magis cognosci, quod est intentum. Vnde patet, quòd plura videre in causa & perfectius uidere causam, sunt conuertibiliter se consequentia, quoniam & si perfectius causam videt. plura in ea uidet, & si plura in ea uidet perfectius ipsam uidet. Alioquin plura in eo uidere esset effectus sine causa. Si enim perfectior modus uidendi causam, huiusmodi causa non est, aliqua alia causæ noua dispositio huius effectus causa erit, nec facile erit fingere illam dispositionem in esse, vel in cognosci.

Ex his autem iam patet responsio ad Scotum. In conuertibilibus enim non cadit sophisma consequentis, sed uno posito reliquum poni intelligitur.

¶ Ad obiectiones autem, quas contra ueritatem manifestatam, quæ est uera in causa & effectibus, & in principio, non solũ in cognoscendo, sed essendo, & conclusionibus facile respondetur, dicendo, quòd Scotus, aut fuit, aut simulauit se cæcũ. Aliud est enim notitiam conclusionum in aut ex principio, ut causa sufficiente præexigere perfectiorem notitiam principii. Et aliud est facere ipsam perfectionem. Hæc enim distant plusquam cœlum & terra. In litera docetur primum, & non secundum. Et arguens in prima, & tertia ratione impugnat secundum tantum. Vnde breuiter concedatur gratis, quòd nec cognitio principii, ut causæ, perficitur per notitiam conclusionis, nec quòd notitia quid est, perficitur per notitiam, quia est, quæ est demonstrationis effectus: sed utrobique cæteris partibus supponitur maior notitia principii, & quicquid est. si ex ui cognitionis ipsorum illa sciuntur modo, & prius non.

¶ Ad secundam uerò obiectionem quæ interrogat, utraq; pars responderi potest. Primò dicendo, quòd principium in aliquo gradu cognitum, ut sic nullius est principium in cognoscendo actu propter imperfectionem cognitionis; & non ex natura illius principii. hoc enim nullum inconueniens est. Secundò dato, quòd in quolibet gradu cognitum sit principium alicuius conclusionis & in cognoscendo negatur sequela. ergo ipsum non aucta eius cognitione erit principium cognoscendi unam aliam. & si quæratur, quare est quòd ad aliquam conclusionem sufficiat minima uisio principii, & ad aliam non? Respondet S. Tho. in quæst. de ueritate q. 8. art. 4. & 12. quòd uisa causa in promptu est, vnde aliquas conclusiones in aut ex ea percipiamus, quia sunt manifestius in ea. non sic autem est de omnibus, quia multi sunt latentiores effectus, ut experientia testatur.

¶ Ad primam autẽ aliorum obiectionem dicitur, quòd immò est similis continentia, quoniam principium demonstrationis inquantum habet uim actiuam respectu conclusionum, continet eas in actu, & consequenter non confuse, sed distinctè ex parte cõtentorum, in suo tamen ordine. Commune est enim omni causæ actiuæ continere effectus in actu formaliter, uel eminenter.

¶ Ad secundã autẽ dr quod licet multũ referat cognosci ex alio, & cognosci in alio: & per discursum & sine discursu, &c. Quo ad notitiam tamen pluralitatis effectuum, propter causam notam, ita quod ly propter denotat causam sufficientem, nihil refert. Par enim est iudicium cæteris paribus. Et propterea litera utriusque meminit, & cognitionis in alio, quasi per totum, & cognitionis ex alio, in manifestatione adducta, de principio demonstratiuo. Posset etiã dici, quod litera intendit de cognitione in alio tantum, & quod etiam conclusiones cognosci possunt in principio, & non solum ex principio, ut patet in termino scientiæ, ubi resolutis conclusionibus principiis uidentur omnia. Et quod si quis in principio uiso plures uidere incipit conclusiones, ille proculdubio absque omni discursu perfectius principium penetrat, & angelicæ potius quã humanæ naturæ est, quoniam illius est intelligere, nostrum ex ratiocinari. Nec obstat, quod litera nominet cognitionem ex principio. quoniam declaratio est a posteriori. Ex hoc enim quod experimur, quod cognoscere ex principio plura prouenit ex maiori cognitione principii, signum habemus, quod cognoscere plura in causa, nõ nisi ex maiori causæ cognitione procedit, quia si de quo minus videtur, & inest, ergo de quo magis. non ergo adductum est principium demonstratiuum. ut simile causæ in cognitionis modo respectu conclusionum &c. sed ut signum a posteriori, quare taceant mordaces.

Circa tertiam consequentiam dubium ex propriis ipsius diuinæ cognoscibilitatis occurrit. primo ex Aureolo & Gottifre. directe contra consequentiam sic. Cognoscere omnia in Deo habet latitudinem. ergo non infert comprehendere Deum, quod stat in indiuisibili. consequentia nota. & antecedens probatur. cognoscere omnia in Deo contingit dupliciter, & habendo cognitionem infinitam extensiue, & habendo cognitionem infinitam intensiue, quæ sola est comprehensio. quia perfectio cognitionis penes intẽsionem attenditur per se loquendo. ergo cõtingit cognoscere oĩa in Deo clare & magis clare & infinite clare, quod est comprehendere. habet igitur uisio omnium in Deo latitudinem. Et confirmatur, omnia alia a Deo si ponerentur, non adæquarent in essendo, Dei infinitum esse. ergo si omnia ponantur cognosci non adæquant eius cognoscibilitatem. ergo non sequitur comprehensio ex cognitione omnium.

¶ Scotus quoque ubi supra, dupliciter cõtra hoc arguit. Primo sic, si a, insunt b, & c, ordine quodam, ita quod b, si tota ratio, quare inest c, si uidens b, non comprehendit a. ergo multo minus uidens c, comprehendit a. Exemplum de subiecto, & de duabus passionibus, quarum una inest mediante alia, si uidens primam non comprehendit subiectum. ergo nec uidens secundam. Sed Deo inest infinitas intensiua, & in eo sunt omnia, & infinitas in intensiua est quare in eo sunt omnia, & ad uidere infinitatem intensiuã, non sequitur comprehensio Dei, ut patet. ergo nec ad uidere omnibus in Deo sequitur Dei comprehensio.

¶ Secundo sic. Cognoscens unum effectum in uerbo non comprehendit illum effectum, nec uerbum, ut est illius causa. ergo quocunque effectus cognoscat, non comprehendet ullum eorum, nec uerbum, ut est causa alicuius eorum. ergo cognoscens omnes, non comprehendit, nec eos, nec Deum.

¶ Ad euidentiam horum scito, quod uidere omnia est non solum uidere quot, sed quantum potest diuina uirtus, quoniam ibi est

est non solum extensio secundum numerum, sed intensio secundum perfectionem; quoniam Deus non solum potest quocunque facto facere aliud; sed quocunque facto potest semper facere perfectius. vnde quamuis impossibile sit omnia fieri, siue in esse, siue in cognosci; hæc tamen conditionalis est uera, quod si fierent, fieret adæquatus effectus diuinæ potentiæ: & similiter si cognoscerentur, cognosceretur adæquatus effectus eiusdem. Constat autẽ, quòd cognito adæquato effectu alicuius virtutis ipsam uirtutem comprehendere facile est. Quod si sic accidit ex cognitione omnium in se, multò magis cognitio omnium in causa præsupponit comprehẽsionem ipsius causæ. Quoniam tanta præsupponitur cognitio, quanta est uis causandi: alioquin ex causæ notitia, effectus adæquatus, idest, vniuersalitas possibilium nesciretur.

¶ His autem prælibatis, Ad primum negatur antecedens. Probatio autem assumit, aut supponit unum falsum, quod possit in Deo sciri quot, absque eo, quòd sciatur quantum potest. Hoc enim monstratum est esse falsum. Videre igitur omnia in Deo, & Deũ infinite, mutuo consequuntur.

¶ Ad confirmationem potest dici dupliciter. primò negando cõsequentiam ultimam, quia licet ex cognitione omnium non sequatur comprehensio, sequitur tamen ex cognitione omnium in Deo, seu causa. Et de hac est sermo, non de illa. Videtur quoque mihi, quòd possit dici secundo, quòd omnia adæquare diuinum esse, aut cognosci, potest dupliciter intelligi: Vno modo, quòd æqualis sit entitas, aut cognoscibilitas Dei, & illorum. Et hoc modo nõ adæquarent. Alio modo, quòd cognoscibilitas Dei, seu diuinæ virtutis, ut sic, non esset maioris cognoscibilitatis, quam eius quã representarent omnia, sicut dicimus, quòd intelligere est effectus adæquatus animæ intellectiuæ, & tamen non est æqualis entitatis, nec cognoscibilitatis primo modo, sed secundo: & hoc modo, omnia adæquarent diuinum esse, & diuinam cognoscibilitatem. Verum, ut dictum est, contradictionem implicat, omnia fieri, siue in esse, siue in cognosci, semper enim quocunque facto potest aliud, atque perfectius facere, & quocunque reuelato, potest aliud reuelare: inexhauribilis quippe est diuina uirtus.

¶ Ad primum Scoti dicitur, quòd maior est vera, seruato eodẽ modo essendi in, non autem variato. In his enim quæ formaliter alicui insunt ordine quodam &c. propositio est uera. & propterea tenet in exemplo adducto. In his autem, quorum primum inest formaliter, & secundum causaliter, vera non est. Quoniam sicut a priori uisio causæ infert uisionem formaliter existentium in ea, non autem omnium contentorum uirtualiter in illa, quoniam illa manifestè in ea apparent, hæc autem latent in uirtute: ita econuersò, uisio omnium uirtualiter contentorum in causa, infert a posteriori comprehensionem causæ: visio autem formaliter inexistẽtium, infert uisionem tantum ipsius causæ, quia illa sunt de ordine latentium. illa uero manifestorum in causa. Et propterea quando b, inest formaliter a, causæ: & c, inest uirtualiter, stat quod uisio bene inferat comprehensionem a: & tamen uisio c, infert illam. Sic autem est in proposito: quoniam infinitas intensiua est in Deo formaliter: omnia autem sunt in eo non formaliter, sed uirtualiter. Et consequenter illa patet uiso Deo: & econtra. Ista autem quia latenter insunt, iuxta modum uisionis Dei uidentur. Et propterea uisio istorũ omnium in causa, utpote de ordine occultorũ præsupponit comprehensionem eius, non autem uisio finitatis. Variato igitur mõ essendi in, falsa est illa maior. hic aũt uariari. ergo.

Ad secundum uero eiusdem dicitur, ꝙ comprehendere aliquẽ effectum potest intelligi dupliciter. Vno modo ꝙ cognoscatur ipsum secundum omnia etiam possibilia per potentiam in eo existentem. Alio modo ꝙ cognoscatur ipsum secundum omnia etiã possibilia quomodolibet, siue per potentiam in se, siue in alio. Si primo modo sumitur comprehendere, nego quod uidens lapidẽ in uerbo, non cõprehendat ipsum. Dico. n. ꝙ anima Christi uidet in uerbo omnem creaturam, & quicquid est in potentia eius. Et consequenter comprehendit omne creatum primo modo. Et eadem ratione cõprehendit verbũ, vt est illius ut sic, cã. Cuius signũ est, ꝙ ac comprehendẽdum hoc non exigitur, ꝙ perfectius uideat uerbum: nec hoc est comprehendere Deum nisi secundum quid, quod non inconuenit. Si autem sumatur cõprehendere secundo modo, sic negatur ultima consequentia. qm̃ aliquis, & aliqui effectus quotcunq; non sunt adæquatum obiectũ diuinæ potentiæ. oẽ autẽ possibile est eius obiectum adæquatũ, & effectus adæquatus. Et propterea, non est idem iudicium de uno aut aliquibus, & omnibus: sicut nec de inadæquato & adæquato effectu. Peccat ergo argumentum ab inæquali ad æquale arguens. Cognoscere. n. inæqualem effectum in causa, quamuis non præexigat comprehẽsionẽ illius, cognoscere tum æqualẽ ꝑexigit. Multa alia argumenta in hac materia habes in Capreolo in 3. dist. 14. q. 2. Et in 4. dist. 49. q. 6. uide ibi, hæc enim loco huic opportuna uisa sunt.

ARTICVLVS IX.

Vtrum ea, quæ videntur in Deo à videntibus diuinam essentiam, per aliquas similitudines videantur.

AD NONVM sic proceditur. Videtur, quod ea, quæ videntur in Deo a videntibus diuinã essentiam, per aliquas similitudines videantur. Omnis enim cognitio est p assimilationẽ cognoscẽtis ad cognitum: sic. n. intellectus in actu fit intellectũ in actu, & visus in actu visibile i actu, inquantũ eius similitudine isormat' ut pupilla similitudine coloris. Si igit' intellectus vidẽtis Deũ p essentiã intelligat I Deo aliquas creaturas oportet ꝙ earũ siĩitudinib. isormet'.

63 Veri. q. 8. ar. 5.

¶ 2 Præt. Ea, quæ prius vidimus, memoriter tenemus. Sed Paulus vidẽs in raptu essentiã Dei (vt dicit Aug. * 12. super Ge. ad lit.) postquã desiit essentia Dei videre, recordatus est multorũ, quæ in illo raptu viderat: vñ ipse dicit ꝙ audiuit arcana verba, q̃ nõ licet homini loqui. 2. Cor. 12. ergo oportet dicere, ꝙ aliquæ similitudines eorum, quæ recordatus est, in eius intellectu remanserint. Et eadem ratione quando præsentialiter videbat Dei essentiam, eorum, quæ in ipsa videbat aliquas similitudines uel species habebat.

12. sup Gene. ca. 3. & 28. tom. 3.

SED CONTRA est, quod per vnam speciem vĩ speculum: & ea quæ in speculo apparent. sed oĩa sic vñr in Deo sicut in quodã speculo intelligibili. ergo si ipse Deus non vĩ per aliquã similitudinẽ, sed per suã essentiam: nec ea quæ in ipso uidentur per aliquas similitudines siue species vñr.

RESPON. Dicendum, ꝙ videntes Deũ per suã essentiã ea q̃ in ipsa essentia Dei vidẽt, non vident per aliquas spẽs, sed per ipsam essentiã diuinã intellectui eorũ vnitam. Sic. n. cognoscitur vnũquodq; ſm ꝙ siĩitudo eius est in cognoscente. Sed hoc cõtingit dupliciter. Cum. n. quæcunq; uni & eidẽ sunt similia, sibi inuicẽ sint similia: virtus cognoscitiua dupliciter assimilari põt alicui cognoscibili. Vno modo ſm se, qñ directè eius similitudine informatur. Et tunc cognoscitur illud ſm se. Alio modo ſm ꝙ informatur specie alicuius: qđ est ei simile. Et tunc non dr̃ res cognosci in seipsa, sed i suo siĩi. Alia. n. est cognitio, qua cognoscit' aliqs hõ in seipso, & alia qua cognoscit' in sua imagine. Sic ergo cognoscere res per earũ similitudines in cognoscente existẽtes, est cognoscere eas in seipsis seu in propriis d naturis, sed cognoscere eas prout earum similitudines præexistunt in Deo, est videre eas in Deo. Et hæ duæ cognitiones differunt. Vnde ſm illam cognitionem, qua res cognoscũtur a videntibus Deũ per essentiam, in ipso Deo non videntur per aliquas similitudines alias, sed per solã essentiam diuinam intellectui præsentem: per quam & Deus videtur.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd intellectus creatus uidentis Deum, assimilatur rebus quæ vidẽtur in Deo, inquantum unitur essentiæ diuinæ: in qua rerum omnium similitudines præexistunt.

AD SECVNDVM dicendum, ꝙ aliquæ potẽtiæ cognoscitiuę sunt, q̃ ex speciebus primò cõceptis alias formare possunt. Sicut imaginatio ex ꝑcõceptis specieb. mõtis & auri, format speciẽ mõtis aurei: & intellẽs ex ꝑconceptis spẽbus generis & dr̃iæ, format rõnẽ speciei. & siĩiter ex similitudine imaginis formare possumus in nobis similitudinẽ eius, cuius est imago. Et sic Paulus vel quicunq; alius videns Deũ, ex ipsa uisione essentiæ diuinę põt formare in se similitudines rerũ, quæ in essentia diuina videntur. Quæ remanserũt in Paulo ẽt postquã desiit Dei essentiam uidere. Ista tamen uisio, qua uidentur res per huiusmodi species sic conceptas, est alia a visione, qua uidentur res in Deo.

Sap. 1 d. 2 q. 1. con 1.

SVPER QV. XII. ART. IX.

COncl. Res ipsę secundum illã cognitionẽ, qua a uidentibus Deum per essentiã in Deo cognoscuntur, nõ vñr per aliquas similitudines alias: sed ꝑ solam essentiã diuinam intellectui præsentẽ, ꝑ quam & Deus uidetur.

D. 141.

¶ PROB. Quia illæ res sic uisæ cognoscunt non in propriis naturis per species sibi propriè adæquatas; sed per suũ simile seu exemplar.

1^m de antecedente. Assimilatio nem. 2. causatam a specie, cogniti, relucente uel in seipso cognito, uel in alio in quo ipsum cognitũ cognoscitur. §. Tunc &c. ut patet in litera.

2^m de maiori. Tenemus. 2. Per species

cies vel prius in videndo habitas; vel ex rebus visis prius sine speciebus formatas nouiter a nobis. §. Tunc nihil &c. Nam de Apostolo tantum secundo modo verificatur, ut habes in litera.

APPENDIX.

Vtilitas pro Eccle. S. Dei.

EX artic. habes primò: quomodo per rationem ostendas, merito dictum ab Apostolo 1. Corin. 13. Videmus nunc per speculum in ænigmate, tunc autẽ a facie ad faciem. Loquebatur D. Paulus de mysteriis fidei omnibus (vt patet in textu ly omnem fidem): & dicit nos cognituros illa omnia non amplius per speculum in ænigmate. i. per species adæquatas ea ineuidenter, licet certitudinaliter, repræsentantes; sed a facie ad faciẽ. Vult ergo D. Paulus hic dicere: quòd multa creata, de quibus sunt multi articuli fidei (vt sunt mysteria incarnationis Domini, & redemptionis humanæ) videbuntur in patria facialiter, i. per essentiam diuinam facialiter uisam. Non ergo per proprias species creatas uidebuntur. A simili dicas de aliis in Deo uisis. Adde: quod videretur ignorantia propriæ vocis dicere: ꝙ huiusmodi uidentur in Deo, & ꝙ uidentur sibi per proprias adæquatas singulorum similitudines. Nam cognoscere aliquid in seipso est differens a cognoscere ipsum in alio, in hoc, quod tunc in seipso cognoscitur, quando per propriam speciem cognoscitur; in alio uerò cognoscitur, quando per speciem alterius ipsum repræsentantis cognoscitur. De hoc vide responsionem ad primum. Secundò habes: quomodo per rationem illum sensum rectum Apostoli declares, declaratumq; catholicè defendas. Tertiò vides: quomodo ex his vicissim firmetur conclusio.

2 3

¶ Not. Præsenti articulo seruit articulus in ordine 56. 84. 297. 285. 296.

Comm. Cardinalis Caietani.

TItulus clarus est. Intendit enim per aliquas similitudines, & species intelligibiles præter ipsam diuinam essentiam.

¶ In corpore, vna conclusio responsiua quæsito negatiuè. Videntes Deum non uident in eo alia per species eorum: sed per ipsam diuinam essentiam intellectui eorum unitam. Probatur: vnumquodque sic cognoscitur, secundum quòd similitudo eius est in cognoscente. ergo dupliciter contingit aliquid cognosci. s. per similitudinem sui, & per similitudinem similis, ergo in se & in alio. ergo alia videri in Deo, est uideri non per proprias similitudines, sed secundum similitudines suas in Deo. ergo uisa in Deo non per species, sed per solam essentiam diuinam intellectui vnitam videntur. Prima consequentia probatur ex eo, quòd quæcunq; uni, & eidẽ sunt similia, sibi etiam inuicem sunt similia. Ex hoc enim manifeste sequitur alterum membrum, quod poterat uerti in dubium. Secunda uero consequentia probatur per locum a conuertibilibus: cognosci namq; per sui speciem est in seipso, ut obiecto cognosci, & econuersò. & similiter cognosci per alterius speciem, est in alio obiecto cognosci, tertia autem probatione non eget. Constat nàque, quòd res uideri in Deo est videri in alio, cui res assimilatur, & pro tanto dicuntur habere suas similitudines in Deo, sicut quilibet effectus habet aliquid in causa cui assimilatur. Vltima autem consequentia quo ad secundam partem tenet ex ante determinatis, quòd essentia diuina nõ per speciem, sed per seipsam iungitur intellectui. Et propterea cum in litera ex ui præsentis discursus debuisset concludi. Ergo visa in Deo non per proprias species, sed per speciem Dei uidentur: Illarum tamen est, per ipsam essentiam diuinam intellectui unitam videantur. Tenet namque ipsa non solum locum obiecti in quo alia uidentur; sed supplet etiam uices speciei qua intellectus assimilatur obiecto. Circa hæc Capreolus in 3. dist. 14. quæst. 2. & in quarto, distinct. 49. quæst. 6. quædam recitat argumenta ex quodam Hibernico, & Aureolo, omissione digna hoc in loco, aut quia etiam ex litera pueri scirent soluere, aut quia quærunt distinctionem cognitionis matutinæ a uespertina: de quibus ut sic inferius erit tractandum.

Ferr. 3. cont. c. 58. 59. Banes eodem loco.

SVPER Q. XII. ART. X.

COncl. Ea, quæ videntur in uerbo, non successiuè, sed simul uidentur.

¶ Prob. Quia omnia uisa in uerbo uidentur non per singulas eorum similitudines, sed per unam essentiam diuinam: & multa specie una intelligibili simul intelliguntur (patet de diuersis partibus alicuius totius.)

1^m de maiori.

Intelligere. R. Per unã sibi propriam & adæquatam speciem: non aliter. §. Tunc nih. &c. ut patet in litera.

2^m de maiori.

Creaturam spiritualẽ. R. Quantum ad eius cognitionem naturalẽ cõsideratam: non, quantum ad cognitionem in uerbo. §. Tunc nih. &c. ut patet. Ex litera disce, quòd ab veritate speciei intelligibilis dependet simultas, vel nõ simultas, intellectorũ.

APPENDIX.

Vtilitas pro Eccle. S. Dei.

EX artic. habes primo: quomodo per rationem ostendas, qđ uisionem beatorũ, quã. s. beati uident diuinã essentiam in eaq; alia Daniel rectè uocauit æternitates: dicens cap. 12. qui ad iustitiam erudiunt plurimos, erũt sicut stellæ in perpetuas æternitates. Voluit. n. per hoc demõstrare: ꝙ beati uident ea, quæ vident in diuina essentia, non successiuè, sed simul. Alioquin illæ beatorum visiones nõ benè viderentur vocari æternitates. Nam æternitas ẽ tota simul, nõ successiua habitæ rei possessio, q. 10. art. 1. Item ꝙ ps. 81. Beatos uocat Deos dicens, Ego dixi Dij estis. Vult ergo ꝙ beati sint Deiformes, seu ꝙ intellectus eorũ, tunc sit Deiformis. Cũ igitur Deus non intelligat successiuè sed simul quæcunque intelligit: tunc intellectus noster dr̃ Deiformis, qñ a se intellecta non successiuè, sed simul intelliguntur. Propheta itaq; dũ vult ꝙ beatorũ intellectus sit Deiformis: velle vr̃, ꝙ quæcunq; beati in essentia diuina intelligunt, simul intelligant. Secundo vides: quò ex his vicissim firmetur cõclusio.

¶ Not. Præsenti ar. deseruit articulus in ordine 292. 86. 63.

D. 193. D. 76. Ar. præce. D. 129. D. 140.

64 3. con. c. 58 & 59.

ARTICVLVS X.

Vtrum uidentes Deum per essentiã, simul uideant omnia, quæ in ipso uident.

AD DECIMVM sic proceditur. Videtur, ꝙ videntes Deũ per essentiam non simul uideant omnia, quæ in ipso vident. Quia secundum * Philos. contingit multa scire, intelligere verò unum. Sed ea, quæ videntur in Deo intelliguntur. Intellectu enim uidetur Deus. ergo non contingit a uidentibus Deum simul multa uideri in Deo.

* 4. Topic. c. 4 in declaratione loci. 33. t. 3.

¶ 2 Præt. Aug. dicit * 8. super Gen. ad literam, quòd Deus mouet creaturam spiritualem per tempus, hoc est per intelligentiam, & affectionem. Sed creatura spiritualis est Angelus, qui Deum uidet. ergo uidentes Deum successiuè intelligũt & afficiuntur. tempus enim successionem importat.

8. super Genes. ca. 22. & 23. to. 3.

SED CONTRA est, quod Aug. dicit vlt. * de Trin. Non erunt uolubiles nostræ cogitationes ab aliis in alia euntes, atq; redeuntes: sed omnem scientiam nostram uno simul conspectu uidebimus.

Lib. 15. de Trin. c. 16. in fi. t. 3.

RESPON. Dicendum, quod ea, quæ videntur in uerbo, non successiue, sed simul uidentur. Ad cuius euidentiam considerandum est, quòd ideo nos simul non possumus multa intelligere, quia multa per diuersas species intelligimus. diuersis autem speciebus d non potest intellectus unius simul actu informari ad intelligendum per eas: sicut nec unum corpus potest simul diuersis figuris figurari. Vnde contingit, quòd quando aliqua multa vna specie intelligi possunt, simul intelliguntur. Sicut diuersæ partes alicuius totius, si singulæ propriis speciebus intelligantur, successiuè intelliguntur, & non simul. Si autem omnes intelligantur vna specie totius simul intelligentur. Ostensum * est autem, quòd ea, quæ videntur in Deo, non uidentur singula per suas similitudines, sed omnia per una essentiam Dei. Vnde simul & non successiuè uidentur.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd sic vnum tãtum intelligimus, inquãtum una specie intelligimus. Sed multa una specie intellecta, simul intelliguntur. Sicut in specie hominis intelligimus animal & rationale: & in specie domus parietem & tectum.

AD SECVNDVM dicendum, ꝙ Angeli quantum ad cognitionem naturalem, qua cognoscunt res per species diuersas inditas, non simul omnia cognoscunt. Et sic mouetur secundum intelligentiam per d tempus, sed secundum quòd vident res in Deo, simul d eas vident.

Comm.

Comm. Cardinalis Caietani.

Titulus clarus ex dictis.

¶ In corpore, vna conclusio responsiua quæsito affirmatiuè. Omnia, quæ videntur in uerbo non successiuè, sed simul videtur. Probatur, omnia visa in uerbo vidētur non per proprias species, sed per solam essentiam diuinam. ergo simul. Antecedens ex præcedente articulo patet, consequentia probatur. Ratio quare non possumus simul multa intelligere, est pluralitas specierum: ergo ubi non est pluralitas specierum, nihil prohibet multa simul intelligere. Assumptum probatur dupliciter, s. rōne, & experientia. Ratione quidem sic, intellectus non potest simul pluribus speciebus ad intelligendum, i. in actu completo informari, ut patet a simili in corpore respectu figurarum. ergo pluralitas specierum impedit simul multa intelligere. Experientia autem, quoniam experimur, quòd intelligere multas partes alicuius totius per proprias species non possumus simul: & tamen easdem per speciem totius simul intelligimus in toto. Cum unitate ergo speciei stat multa intelligere simul: non autem cum pluralitate.

¶ Aduerte hic primò, quòd sunt multa dubia. An, s. de omnibus speciebus sit verum, quod pluralitas impediat. An tantum de his, quæ sunt eiusdem ordinis. Et rursus, an de quacunque pluralitate specierum sit sermo, an de aliqua, quæ. s. non ordinetur ad vnum, &c. Verum quia hæc ex proposito in tractatu de Angelis exquirentur: ideo differantur.

¶ Aduerte secundò, quòd ex hac ratione, non habetur ꝙ oporteat omnia per unam speciem repræsentata simul intelligi. Sed habetur, quòd possibile est secundum naturam intellectus ex quo nullum adest impedimentum. Et quia in uisione uerbi omne bonum possibile poni de facto debet: quoniam beatitudo est status omnium bonorum aggregatione perfectus. Et in bonis melior est actus potentia; ut dicitur 9. Metaph. ideo in litera declarata possibilitate conclusum est, quòd de facto omnia simul uidentur.

¶ Contra conclusionem huius literæ Scot. in 3. d. 14. q. 2. tenēs quòd anima Christi non omnia simul in uerbo, sed successiuè ad quodcunque se uoluerit conuerti, uideat. Arguit dupliciter. Primò sic. Experimur, quod attentio circa plura obiecta simul est minus perfecta. ergo impossibile videtur potentiam finitam, perfecta attentione uidere infinita simul. Secūdo sic: si actualiter videret infinita, ergo perfectio illius animæ in infinitum excederet perfectionem alterius animæ, quod videtur inconueniens.

¶ Ad hæc breuiter supponendo, quod anima Christi uideat in uerbo infinita, ut etiam argumenta supponunt: & est uerum, facile respondetur, quod attentio circa plura, ut plura intelligibilia, est minus perfecta simul, sed non circa plura, ut unum intellectū, Quæcunque autem unica specie intelliguntur, ut unum intelligibile obiiciuntur. Vna enim species unum intelligibile per se est, nec est multa, nisi ut unum sunt. Et propterea videre, siue plura, siue infinita in uno non minuit attentionem circa singula in illo, quoniam non ponunt in numerum, nec inter se, nec cum illo, ut visa in eo. Et hoc bene nota. Vnde uana est, ista alia causa ficta à Scoto ad impediendum multa simul intelligere. Diminutio siquidem attentionis ex diuersitate specierum causatur. cum vnitate enim speciei stat perfectissima attentio.

¶ Ad secundum uero, & potest negari consequentia. videre. n. finita, aut infinita in Deo, non specificat, aut per se modificat, seu quantificat visionem Dei. Sed eius causa. s. perfectius, vel imperfectius videre Deum. Nec valet, Videt adeò perfecte, ut uideat infinita. ergo uidet infinite, quoniam uisis infinitis unius ordinis, restant infinita alterius ordinis, & uisis illis restant alia. Et ut patuit, nunquam omnia uideri possunt. Et potest negari destructio consequentis. Anima quippe Christi, vt alibi uidendum est, excedit in infinitum omnes alias animas, & angelos, non sicut infinitū excedit infinitum, quia etiam anima Christi finitum habet gloriæ lumen, sed sicut res superioris ordinis excedit omnia inferioris ordinis, quia, s. si in infinitum inferiora crescerent, nunquam adæquarent rem superioris ordinis, ut patet inductiue. Christus enim est caput super omnem ecclesiam triumphantem, &c.

¶ Circa illam similitudinem in litera positam. s. sicut corpus non potest simul formari diuersis figuris, &c. dubium occurrit: Scotus namque in primo, dist. 2. q. 1. tertiæ partis illius distinctionis, in responsione ad tertium argumentum, reprehendens Algazelem authorem huius similitudinis, dicit, quod nihil ualet propter duo, Primo, quia hic tollitur id, quod ibi est ratio impossibilitatis. probatur, quia rationes oppositorum non sunt oppositæ in intellectu, ut patet 9. Metaphysi. Secundo, quia species intelligibiles non sunt figuræ, sed formæ simplices secundum commentatorem 6. Metaph.

¶ Ad hæc breuiter dicitur cum S. Tho. in 1. 2. q. 54. ar. 1. ad ultimum, quod ratio similitudinis consistit in hoc, quod est terminare. sicut enim figura est terminatio corporis, sic species intelligibilis non in habitu, sed in actu est terminatio intellectus, ut ex supra dictis patet. Et propterea sicut impossibile est pluribus termi nis idem corpus simul terminari, ita intellectum pluribus speciebus in actu. Vnde ad obiectionem primam dicitur, quod peccat secundum non causam, ut causam. non enim causa impossibilitatis figurarum est oppositio proprie dicta, cum inter figuras nō sit contrarietas, nec in re, nec in intellectu. Et ideo illud ex 9. Meta, sic, non est ad propositum.

¶ Ad secundam autē dr, qđ species intelligibiles in actu nō sūt, ut figuræ, quo ad multa, puta extensionem, limitationem, &c. sunt tamen ut figuræ, quo ad hanc cōditionē, s. terminare id, cuius sūt: & hoc stat cum simplicitate formæ: immo ex sua simplicitate habent, qđ termini sint in tā excellēti esse, quale est esse itellectiuū.

ARTICVLVS XI.

Vtrum aliquis in hac vita possit videre Deum per essentiam.

65 4. d. 49. q. 2 ar. 7. & ver. q. 10. art. 11. & quo. 1. q. 1. ar. 1. & 3. cont. c. 45

AD VNDECIMVM sic proceditur. Videtur, quod aliquis in hac uita possit Deum per essentiam videre. Dicit enim Iacob. Genes. 32. Vidi Deum facie ad faciē. Sed videre facie ad faciem, est videre per essentiam, ut patet per illud, quod dicitur 1. Corinth. 13. Videmus nunc per speculum & in ænigmate: tunc autem facie ad faciem. Ergo Deus in hac vita per essentiam uideri potest.

¶ 2 Præt. Numeri 12. dicit dominus de Moyse, Ore ad os loquor ei. Sed qui ore ad os loquitur Deo palam, & nō per ænigmata & figuras, videt Deum. Sed hoc videre est, Deum per essentiam videre. ergo aliquis in statu huius vitæ potest Deum per essentiam videre.

¶ 3 Præt. Illud, in quo alia omnia cognoscimus, & per qđ de aliis iudicamus, est nobis secundum se notum. Sed omnia etiam nunc in Deo cognoscimus. Dicit enim Aug. * 12. confess. Si ambo videmus verum esse quod dicis; & ambo videmus verum esse quod dico: vbi quæso illud videmus? Nec ergo in te, nec tu in me, sed ambo in ipsa, quę supra mentes nostras est incommutabili veritate. Idem etiam in libro de vera religione dicit, quòd secundum veritatem diuinam de omnibus iudicamus. Et 12. de Trinit. * dicit, quòd rationis est iudicare de istis corporalibus secundum rationes incorporales, & sempiternas. Quæ nisi supra mentem essent, incommutabiles profectò non essent. ergo & in hac vita ipsum Deum videmus.

12. Cōf. ca. 25. parū a med. to. 1. Cap. 31. p totum, hi. to. 1. * 12. de Tri. c. 2. circa fi. to 3.

¶ 4 Præt. Secundum Augustin. 12. super Genes. * ad literam, Visione intellectuali uidentur ea, quæ sunt in anima per suam essentiam. Sed visio intellectualis est de rebus intelligibilibus, non per aliquas similitudines sed per suas essentias, vt ipse ibidem dicit. ergo, cum Deus sit per essentiam suam in anima nostra, per essentiam suam uidetur a nobis.

12. sup Genes. c. 25. & præc. to. 3.

SED CONTRA est, quod dicitur Exod. 32. Non uidebit me homo & uiuet. Glo. Quandiu hic mortaliter uiuitur, videri per quasdam imagines Deus potest, sed per ipsam naturæ suæ speciem non potest.

Ferr. 1. cont. c. 45. Scot. 2 s. d. 3. q. 9. & 1. q prol. Richar. 2 s. d. 23. q 4. Bannes eod. loco.

SVPER QV. XII. ART. XI.

CONCL. Ab homine puro Deus per essentiā uideri non potest; nisi ab hac uita mortali separetur.

¶ PROB. Quia homo purus hic naturaliter non cognoscit aliqua nisi uel materialia, uel quæ per materialia cognosci possunt; & diuina essentia neque est materialis, neque per materialia cognosci potest.

Primum

RESPON. Dicendum, ꝙ ab homine puro Deus videri per essentiam non potest, nisi ab hac vita mortali separetur. Cuius ratio est, quia, sicut * supra dictum est, modus cognitionis sequitur modum naturæ rei cognoscētis Anima

D. 667. ar. 1. huius quæst.

1^m de minori.

Facie ad faciem. R. Id est clarè absolutè: non autem, clare comparatiuè. §. Sicut de Iacob & de huiusmodi. Tunc nihil &c. ut patet in litera. Ex qua dicas, quod visio clara comparatiuè tantum, dicitur quædam eminentia insolita prophetiæ, vel contemplationis: quæ comparata ad alias solitas visiones potest quodã modo dici facialis, licet absolute non sit.

D. 354. D. 752. art. 2. & 9. huius q. D. 482.

2^m ex Nume.

Videt. R. Miraculosè præter ordinem communem & supernaturaliter; non, alio modo. §. Tunc nihil &c. Nam cõclusio intelligitur de cognitione naturali.

3^m de maiori.

In quo. R. Tanquam in obiecto cognito: non, tanquam in principio cognitionis. §. Tunc nihil &c. ut in litera patet. Pro qua melius intelligenda, quòd, scilicet Deus, tãquam principium cognitionis tantum, nunc est illud, in quo alia omnia cognoscimus, & per quod de aliis iudicamus: vide q. 84. ar. 5.

D. 712.

4^m ex Augustino.

Quæ sunt in anima. R. Tãquam intelligibilia in intellectu; non aliter. §. Tunc nihil &c. Nam Deus non est in anima viatorum primo modo: sed beatorum.

2. 2. q. 174.

AP-

ma autem nostra quamdiu in hac vita viuimus, habet esse in materia corporali. vnde naturaliter non cognoscit aliqua nisi, quæ habent formã in materia: vel quæ per huiusmodi cognosci possunt. Manifestum est autem, quòd per naturas rerum materialium diuina essentia cognosci non potest. Ostensum est enim supra, *quòd cognitio Dei per quamcunque similitudinem creatam, non est visio essentiæ ipsius. Vnde impossibile est animæ hominis secundum hanc vitam vitam viuentis essentiam Dei uidere. Et huius signum est, quòd anima nostra quanto magis a corporalibus abstrahitur, tanto intelligibilium abstractorum fit capacior. Vnde in somniis & alienationibus a sensibus corporis magis diuinæ reuelationes percipiuntur, & præuisiones futurorum. Quod ergo anima eleuetur vsque ad supremum intelligibilium, quod est essentia diuina, esse non potest quamdiu hac mortali vita vtitur.

Ad primum ergo dicendum, quòd secundum Dionys. 4. c. cœlesti. hierarc. sic in scripturis dicitur aliquis Deum vidisse, inquantum formatæ sunt aliquæ figuræ, vel sensibiles, vel imaginariæ secundum aliquam similitudinem aliquod diuinum repræsentantes. Quod ergo dicit Iacob: Vidi Deum facie ad faciem: referẽdum est non ad ipsam diuinam essentiam sed ad figuram, in qua repræsentabatur Deus. Et hoc ad ipsum quandam prophetiæ eminentiam pertinet, ut uideatur persona Dei loquentis, vel loquens Deus, licet imaginaria visione, ut infra patebit, * cum de gradibus prophetiæ loquemur. Vel hoc dicit Iacob, ad designandum quandã eminentiam intelligibilem contemplationis supra communem statũ.

Ad secundum dicendum, quod sicut Deus miraculosè aliquid supernaturaliter in rebus corporeis operatur, ita etiam & supernaturaliter & præter communem ordinẽ mentes aliquorum in hac carne viuentium, sed non sensibus carnis vtentium, vsque ad visionem suæ essentiæ eleuauit, ut dicit Aug. * 12. super Genes. ad literam. & in libro de uidendo Deum, de Moyse qui fuit magister Iudæorum, & Paulo, qui fuit magister Gentium. Et de hoc plenius tractabitur, cum de raptu eius agemus.

Ad tertium dicendum, quod omnia dicimur in Deo uidere, & secundum ipsum de omnibus iudicare, inquantum per participationem sui luminis omnia cognoscimus, & diiudicamus. Nam & ipsum lumen naturale rationis, participatio quædam est diuini luminis, sicut etiam omnia sensibilia dicimus videre & iudicare in Sole, i. per lumen Solis. Vnde dicit Augustinus * primo Soliloqui. Disciplinarum spectamina uideri non possunt: nisi aliquo velut suo sole illustrentur, videlicet Deo. Sicut ergo ad videndum aliquid sensibiliter non est necesse, quòd uideatur substantia solis, ita ad uidendum aliquid intelligibiliter, non est necessarium, quòd videatur essentia.

Ad quartum dicendum, quod visio intellectualis est eorum, quæ sunt in anima per suam essentiam, sicut intelligibilia in intellectu. Sic autem Deus est in anima beatorum, non autem in anima nostra, sed per præsentiam, essentiam, & potentiam.

APPENDIX.

Ex artic. habes primo: quomodo per rationem elidas hæresim Begardorum & Beguinarum dicentium: hominem in præsenti uita posse consequi finalem beatitudinem secundum omnem perfectionis gradum, quem habebit in patria atque in uita beata. Vnde, secundum istorum diabolicam illusionem, poterat homo in præsenti videre diuinam essentiam clare; cum ista sit hominis finalis beatitudo. Secundò habes: quomodo per rationẽ ostendas; hanc iure fuisse damnatam a Papa Clemente in Concilio Vienensi. Clementina de hæret. Ad nostrum. Ibi enim recensito hoc inter alios prædictorũ errore, subiunxit damnationem in forma: quam habes supra quæstio. ista articu. 4. Item ab Euaristo Papa, epistola prima ad Episcopos Africanos sic: Eam lucem inaccessibilem, quam Pater & filius inhabitant, nullus in hoc mortali corpore constitutus potest aliquatenus contueri. Tertiò vides quomodo ex his vicissim firmetur conclusio.

¶ Not. Articulo isti deseruit articulus in ordine 397. 58. 174. 435. 63. 56. 424. 175. 420. 442. 41. 174.

Vtilitas pro Eccle. S. Dei. D. 102. 12. su. Ge c. 26. 27. & 28. to. 3. Et epi. 112. t. 2. D. 482. D. 484. 2. 2. q. 175. ar. 3. præcipue. 1. lib. Soliloq. c. 8. in princ. t. 1. D. 193. 192. 199.

A R-

Comm. Cardinalis Caietani.

IN titulo possit absque speciali miraculo, quo ad hoc, quòd fit in hac vita: & non sumitur ly possit, i. non implicet contradictionem.

¶ In corpore una conclusio responsiua, quæsito negatiuè. Deus non potest videri per essentiam ab homine puro in hac uita mortali. Vbi nota duos terminos, ly puro, propter Christum, qui simul erat uiator, & comprehensor: ly mortali, propter statum hominum post resurrectionem: in quo corpus non impediet uisionẽ Dei per essentiam. Probatur autem conclusio dupliciter. Primo a priori: modus cognitionis sequitur modum naturæ cognoscentis, ergo modum essendi animæ nostræ, quo est in corpore mortali, sequitur cognoscere formas in materia, aut per eas. ergo nõ potest in statu tali videre Deum per essentiam. Antecedens, cum prima consequentia patet, quia hoc cognoscere quidam modus cognoscendi est, præcipuè respectu superiorum. Secunda autem probatur, quia per nullam speciem aut naturam creatam potest videri Deus. Secundò probatur a signo: quanto magis anima nostra a corporalibus abstrahitur, tanto intelligibilium abstractorum fit capacior. ergo eleuatio ad supremum intelligibiliũ, quod est diuina essentia, exigit separationem ab hac uita mortali. Antecedens manifestatur, quia in somniis & alienationibus a sensibus corporis, magis diuinæ reuelationes percipiuntur & præuisiones futurorum.

¶ Contra signum allatum in litera inuehit Scot. in 4. distin. 45. q. 2. contra somnium dupliciter. Primo, quia tunc quanto somnus esset profundior, tanto magis talia uiderentur. hoc est falsũ. ergo. consequentia probatur, quia tunc est maior abstractio a sensibus. Secundo, quia maius miraculum videtur, quòd in somno reuelatur ueritas, quam in uigilia, intellectu non nimis circa sensibilia intento, quoniam naturale est in uigilia habere usum rationis, non autem in somno. Contra alienationes verò inuehit, quia hoc fundamentum videtur sumptum ex fictionibus Mahumeti, qui dicitur epilepticus fuisse, & ad operiendam miseriam suam dicebat oportere se cadere Angelo loquente sibi, &c. Inde Auicen. reueritus legem suam in metaphysica, docuit hæc de alienationibus.

¶ Ad euidentiam horum scito primo ex S. Tho. in q. de ueritate, q. 12. art. 9. & secunda secundæ q. 172. art. 1. ad cognitionem duo concurrere. s. receptionem, & iudicium. Quo ad receptionem cognoscibilium abstractio a sensibus confert, quo ad iudicium uero non: quoniam impressiones subtiles superiorum, quiescentes melius percipimus, sed iudicare perfectè nequimus nisi facta resolutione, an consonent sensibilibus, ut dicitur tertio cœli, & 6. Ethic. Vnde litera semper utitur nominibus pertinentibus ad receptionem: s. capacem esse & percipere. Scito secundo quòd cum sermo nes intelligendi sint infra genus, de quo est sermo, & hic sit sermo de nostro intellectu, & consequenter de fantasia in actu quia oportet intelligentem fantasmata speculari, manifeste sequitur ut hic non sit sermo de quali, aut quantacumque abstractione a corporalibus, sed infra latitudinem intellectus in actu. Et ex his omnia soluuntur, quoniam patet quòd prima sequela nihil ualet, quia som-

somnus profundus abstrahit extra latitudinem intellectus in actu. Et similiter, licet firmaius miraculum iudicium veritatis in somno, non tamen receptio. Et simile est in omnibus alienationibus iudicium, vndecumque ueniant: si enim infra latitudinem intellectu, in actu abstrahunt quanto magis fantasia circa spiritualia occupatur ministrando intellectui, tanto intellectus intelligibilium superiorum est capacior, vtpote uicinior & minus turbata. Et inde prouenit, quòd melancholicorum, alii omnino expertes sunt superiorum, quia s. adeo turbatam habēt fantasiam vt intellectus in actu haberi nequeat, sicut in pueris ex humido accidit. Alii superiorum multa loquuntur, & prædicunt vera, alii pauca, secundum quòd plus aut minus impediuntur interiores vires. Et secundum quòd melius habent disposita fantasmata, & secundum altiora fantasmata in his quam in illis, &c. Nec sunt hæc ex lege Mahumeti, vt hic dicere non est veritus, sed ex philosophia naturali ex experientia, ex sacra scriptura, ex sacris doctoribus. Et de philosophia & experientia dictum est, quamuis non desint philosophorum authoritates in de somno & uigilia. Sacra autem scriptura, plena est uisionibus in somniis: immo Num. 12. Deus locuturū se prophetis in somniis promittit. Et Ioel. 2. dicitur: inter effectus Spūssancti, somnia somniabunt, &c. Aug. quoque 12. super Gen. ad literā inquit, animæ humanæ, secundum ꝙ a sensib. abstrahitur, conuenit futura præuidere. Greg. quoq; in 4. dial. hoc idem docet: imò dicit hoc conuenire animæ, uel ex naturæ subtilitate, aut reuelatione superiorum. Taceat ergo præsumptuosa hæc uox: Christianissima doctrina hæc est, & philosophica simul.

Scot. 1. 5. d. 3. q. 1.
Alens. p. p. su. q. 2. mem. 1. ar. 1.
S. Bon. 1. 5. d. 3. q. 1. ar. 1
Ricar. 1. 5. d. 3. q. 1. ar. 1.
Duran. 1. 5. d. 3. q. 1.
Mairo. 1. 5. d. 3. q 1.
Bacco. 1. 5. d. 3. q. 1.

66

SVPER Q. XII.

ART. XII.

CONCL. Per rationem naturalē in hac uita cognoscimus de Deo habitudinem ipsius ad creaturas, quod s. est omnium ipse causa; & differentiam creaturarum ab ipso, quòd. s. ipse non est aliquid eorum quæ ab eo creantur (& hoc nō propter eius defectum, sed propter eius excellentiam).

¶ PROB. Quia creaturæ sunt effectus a Deo tanquam a causa dependentes, & consequenter ex illis possumus perduci in cognitionem omnium horū de Deo.

1^m de miaori.

Non capit. ℞. Quo ad quid est: non, quo ad an est §. Tunc nih. &c. Nam conclusio non loquitur de cognitione quid, sed de An.

2^m de maiori.

Fantasmate. ℞. Vel rei secundum cognitæ: vel sui effectus. §. Tunc nihil &c. Nam Deus naturali, &c. ut in litera.

Tertium

Boet. tri. q. 1. ar. 2. & 1. di. 3. q. q. 1. ar. 1.

* Li. 5. inter med. & finē prosæ 4.

Q. 3. art. 7.

3. de anima tex. 30. habetur ēt de me. & rem. ca. 10. 2.

* Lib. 1. de Tri. c. 2. p. 1. a prī. t. 3

ARTICVLVS XII.

Vtrum per rationem naturalē Deum in hac vita cognoscere possumus.

AD DVODECIMVM sic proceditur. Videtur, quod per naturalem rationem Deum in hac vita cognoscere non possumus. Dicit enim Boet. * in lib. de consolat. quòd ratio non capit simplicem formam: Deus autem maximè est simplex forma, vt sup. ostensum est. * ergo ad eius cognitionem ratio naturalis peruenire non potest.

¶ 2 Præt. Ratione naturali sine fantasmate nihil intelligit anima, vt dicitur i tertio de anima. * Sed Dei, cum sit incorporeus, fantasma in nobis esse non potest. ergo cognosci non potest a nobis cognitione naturali.

¶ 3 Præt. Cognitio, quæ est per rationem naturalem, communis est bonis & malis, sicut natura eis cōmunis est; cognitio Dei competit tantum bonis. Dicit enim Augʃt. primo de Trin. * quòd mentis humanæ acies in tam excellenti luce non figitur, nisi per iustitiam fidei emundetur. ergo Deus per rationē naturalem cognosci non potest.

SED CONTRA est, quod dicitur Rom. 1. Quod notum est Dei, manifestum est in illis, i. quod cognoscibile est de Deo per rationem naturalem.

RESPON. Dicendum, quod naturalis nostra cognitio a sensu principium sumit. Vnde tantum se nostra naturalis cognitio extēdere potest, inquātum manuduci potest per sensibilia. Ex sensibilibus autē non potest usque ad hoc intellectus noster pertingere, quòd diuinā essentiam videat: quia creaturæ sensibiles sunt effectus Dei uirtutem causæ non adæquantes. Vnde sensibilium cognitione non potest tota Dei virtus cognosci: & per consequens nec eius essentia videri. Sed quia sunt eius effectus a causa dependentes ex eis in hoc perduci possumus, vt cognoscamus de Deo an est: & vt cognoscamus de ipso ea, quæ necesse est ei conuenire: secundum quòd est prima omnium causa excedens omnia sua causata. Vnde cognoscimus de ipso habitudinem ipsius ad creaturas, quòd s. omnium est causa: & differentiam creaturarum ab ipso quòd scilicet ipse non est aliquid eorum, quæ ab eo causantur: & quòd hæc non remouentur ab eo propter eius defectum, sed quia super excedit.

AD PRIMVM ergo dicendum, ꝙ ratio ad formam simplicem pertingere non potest, vt sciat de ea quid est, potest tamen de ea cognoscere, vt sciat an est.

AD SECVNDVM dicendū, quod Deus naturali cognitione cognoscitur per fantasmata effectus sui.

AD TERTIVM dicendum, quod cognitio Dei per essentiam, cum sit per gratiam non competit nisi bonis, sed cognitio eius quæ est per rationem naturalem potest competere bonis, & malis. vnde dicit Augʃt. * in lib. Retractationum: Non approbo quod in oratione dixi, Deus, qui non nisi mundos uerum scire voluisti. respon deri enim potest multos etiam non mundos multa scire vera, scilicet per rationem naturalem.

3^m ex Augustino. Non igitur. ℞. Per gratiam: non, per naturalem cognitionem. §. Tunc nihil &c. Nam de naturali tantum cognitione conclusio loquitur; & consequenter ne ganda uenit minor illa, ꝙ cognitio Dei competit tantum bonis.

APPENDIX.

EX artic. habes primò: quomodo per rationem ostendas, merito scripturam sacram in locis multis, & philosophiam testari, nos posse cognoscere intellectu naturali Deum, in hac uita. De quibus qa in quæst. 2. art. 2. pro aperiendo tibi uiam tactum est, nihil in præsenti est dicendum. Vide tu illic. Secundo habes: quomodo huiusmodi scripturarum testimonia catholicè interpretari ualeas; atque a contrariis defendere. Tertiò vides: quomodo ex his uicissim firmetur conclusio.

¶ NOT. Præsentem articulum iuuat articulus in ordine 422. 23. 20. 12.

Vtilitas pro Eccle. S. Dei.

2

3

Lib. 1. Retr ca. 4. to. 1. id dixerat August. 1. libro Solilog. c. 1 to. 1.

Comm. Cardinalis Caietani.

IN titulo cognoscere non dicit, videre, ut superius: sed cognoscere, i. intelligere, quomodocunque id contingat per rationem naturalem, idest naturali lumine acquisibilem.

¶ In corpore una conclusio responsiua quæsito affirmatiuè, cū corollario. Conclusio est. Possumus in hac uita per rationem naturalem cognoscere Deum, secundum quòd est prima omnium causa excellentissima. Probatur, naturalis nostra cognitio oritur a sensu, ergo tantum extenditur quantum sensibilia manuducunt: ergo extenditur non ad uisionem Dei, sed ad cognitionem eius, secundum quòd prima omnium causa excellentissima. Antecedens cum prima consequentia patet. secunda uerò quo ad primā partē probatur. sensibilia non sunt adæquatus effectus diuinæ uirtutis: ergo ex eis non pōt tota virtus diuina cognosci, ergo nec essentia eius videri. Quo ad secundā vero partē probatur. sensibilia sunt effectus dependentes a Deo, sut prima cā. ergo ex eis potest Deus ut prima cā cognosci. Corollariū est: tria cognoscimus ex sensibilibus de Deo. causalia negatiua, & supereminentia. Ad cāsalitatē quidē pertinentia sunt fm triplex genus causæ: non solum ꝑdicata causalitatē importantia, puta exemplar, factiuū, finis, &c. sed ꝑdicata absoluta, ꝗ ex causalitate a posteriori inferunē, ut esse, viuere, nosse, &c. Et ad hæc reducuntur oīa relatiua ad creaturas. Negatiua aūt, quæ ex conditionibus antedictis consequunē: ut ꝙ incorporeus, ꝙ infinitus, ꝙ immutabilis. Ad superuenientiā aūt spectantia ex eisdē consequuntur, ut quòd est super omne esse, & intelligibile, & intellectum. hæc enim omnia ex necessitate consequuntur ex habitudine inter Deum & sensibilia. Reliqua autem obscura sunt naturaliter nobis in hac uita.

SVPER QV. XII. ART. XIII.

CONCL. Per gratiam perfectior cognitio de Deo habetur a nobis, quam per rationem naturalem.

67 q.32.ar.1. & 1. d.3.q.1.ar.4.& vers. q.10.ar. vlt. & Boe. tri.q.1.ar.4. *Ca.1.in fi. illius.

¶ PROB. Quia per infusionem luminis gratuiti & lumen naturale intellectus confortatur; & interdum vel fantasmata ad exprimendum diuina magis apta vel etiam res sensibiles, ad aliquid diuinum explicandum, diuinitus formantur.

1^m ex Dionys.

Ignoto. R. Quantũ ad quid est: non, quantum ad pleniorẽ cognitionẽ citra quid est. §. Tum. s. ratione effectuum eius: tum ratione prædicatorũ supernaturalium ipsi Deo, ex reuelatione superna attributorũ. Tũc nihil &c. ut patet.

2^m conclusio.

Ca.1.circa med.

Ergo per gratiam &c. R. Nisi lumen naturale ex infusione luminis gratuiti fortificaretur ad magis cognoscendum. §. Tunc nihil &c. Nam ex fantasmatibus vel a sensu acceptis, secundũ &c. ut in litera.

3^m de minori.

Homil.26. in Euan. a med. illius.

Cognitio. R. Procedẽs ex uisione credentis: nõ procedens ex uisione eius cui creditur. §. Tunc &c. ut patet in lit.

APPENDIX.

Vtilitas pro Eccle. S. Dei. Hieron. in illum locũ. to.9.

EX artic. habes primo: quomodo per rationem interimas hæreses Raymundi Lull. & Suencfeldij (Direct. Inquisi.2.p.q.9.ar.98.) quorum primus ait; Sicut verius cognoscimus ea quæ videmus, quam ea quæ palpamus: ita sumus dispositi ad cognoscendum veritatem per rationẽ, quam per fidem. Secundus autẽ inquit. Homo quilibet prȩditus est ea iustitia, sapientia, charitate, atque virtutibus omnib. pari dignitate & modo: quibus Deus essentialiter est præditus. Nõ ergo, secundum istos superbissimos homunciones maximeq; ignaros, maior cognitio de Deo poterat haberi per gratiam quàm per naturalem rationem. Secũdò habes: quomodo per rationem ostendas; has iustissime damnari a scripturis sanctis. 1. Cor. 2. Quam sapientiã nemo principium huius sæculi cognouit; nobis autẽ reuelauit Deus p spiritum suum. Item Ro. 8. quid oremus sicut oportet nescimus, ipse autẽ spiritus adiuuat infirmitatem nostram, & postulat pro nobis gemitibus inenarrabilibus. Itẽ a mille locis scripturarum specialiter Hebr. 11. Fides est argumẽtũ non apparẽtium. Ecce. Non apparẽt multa rõni humanæ naturali; q̃ tñ per fidem certo cognoscuntur. Itẽ (pro cõfusione illorum a Phil. 2. Met.) Intellectus noster se habet ad manifestissima naturæ: sicut oculus noctuæ ad lumen solis. Applica tu. Item a Papa Greg. 11. post diligentem examinationem p viginti & ultra magistros in Theologia super viginti volumina Raymundi Lull. tandẽ vt vere hæreticalia de fratrum suorũ consilio cõdemnata sunt; & eius doctrina ghaliter inter dicta, quȩ plusquã quingentos artic. erroneos continebat: de quibus il le unus est, qui sup. fuit positus. Vide Direc. ibi. Suencfeldianã verò arrogantiã, Luciferinãq; superbiam quæ scripturæ, quȩ Cõcilia, quæ iura Põtificia, Cæsareaq; & philosophica nõ abhorreant, nõ stomachẽtur, non condẽnent? Iõ specialia contra tã manifestã insaniã consultò hic omittuntur. Tertiò vides: quomodo ex his vicissim Angelica firmetur conclusio.

ARTICVLVS XIII.

Vtrum per gratiam habeatur altior cognitio Dei, quàm ea, quæ habetur per rationem naturalem.

AD DECIMVMTERTIVM sic proceditur. Videtur, quòd per gratiam non habeatur altior cognitio Dei, quam ea, quæ habetur per naturalem rationem. Dicit.n. Dionys.* 1.lib. de mystica theologia, q̃ ille, qui melius vnitur Deo in hac vita, vnitur ei sicut omnino ignoto. Quod etiam de Moyse dicit: Qui tamen excellentiam quandam obtinuit in gratiæ cognitione. Sed coniungi Deo, ignorando de eo quid est, hoc contingit etiam per rationem naturalem. ergo per gratiam non plenius cognoscitur a nobis Deus, quã per rationem naturalẽ.

¶ 2 Præt. Per rationem naturalem in cognitionem diuinorum peruenire non possumus, nisi per fantasmata, sic etiam nec secundum cognitionem gratiæ. Dicit enim Dionys.* 1.c. cœlest. hier. quòd impossibile est nobis aliter lucere diuinum radium, nisi veritate sacrorum velaminum circumuelatum. ergo per gratiam non plenius cognoscimus Deum, quam per rationẽ naturalẽ.

¶ 3 Præt. Intellectus noster per gratiam fidei Deo adhæret. Fides autem non videtur esse cognitio. Dicit enim Greg.* in hom. quòd ea, quæ non videntur, fidem habent, & non agnitionem. ergo per gratiam non additur nobis, aliqua excellentior cognitio de Deo.

SED CONTRA est, quòd dicit Apost. 1. Corint. 2. Nobis reuelauit Deus per spiritum suum illa, s. quæ nemo principum huius sæculi nouit, id est, philosophorum: vt exponit glo.*

RESPON. Dicendum, q̃ per gratiam perfectior cognitio de deo habetur a nobis, quam per rationẽ naturalem. Quod sic patet. Cognitio enim quam per naturalem rationem habemus, duo requirit. s. fantasmata ex sensibilibus accepta, & lumen naturale intelligibile: cuius virtute intelligibiles conceptiones ab eis abstrahimus.

¶ Et quantum ad vtrumq; iuuatur humana cognitio per reuelationem gratiæ. Nam & lumen naturale intellectus confortatur per infusionẽ luminis gratuiti: & interdum etiã fantasmata imaginatione hominis formantur diuinitus magis exprimentia res diuinas: quã ea, quæ naturaliter a sensibilibus accipimus sicut apparet in visionibus prophetalibus. Et interdum etiam aliquæ res sensibiles formantur diuinitus, aut etiam voces ad aliquid diuinũ exprimendum, sicut in baptismo visus est Spiritussanctus in specie columbæ: & vox Patris audita est, Hic est filius meus dilectus.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd licèt per reuelationem gratiȩ, in hac vita non cognoscamus de Deo, quid est, & sic ei quasi ignoto coniungamur: tamẽ plenius ipsum cognoscimus, inquantum plures & excellentiores effectus eius nobis, demonstrantur, & inquãtum ei aliqua attribuimus ex reuelatione diuina, ad quæ ratio naturalis nõ pertingit, vt Deum esse trinum, & vnũ.

AD SECVNDVM dicendum, q̃ ex fantasmatibus, vel a sensu acceptis secundum naturalem ordinẽ, vel diuinitus in imaginatione formatis tanto excellentior cognitio intellectualis habetur, quanto lumen intelligibile in homine fortius fuerit. Et sic per reuelationem ex fantasmatibus plenior cognitio accipitur ex infusione diuini luminis.

AD TERTIVM dicendum, q̃ fides cognitio quædã est, inquantũ intellectus determinatur per fidem ad aliquod cognoscibile. Sed hæc determinatio ad vnum non procedit ex uisione credentis, sed a visione eius, cui creditur. sic inquantum deest uisio deficit a ratione cognitionis, quæ est in scientia. Nã scientia determinat intellectum ad vnũ per visionem, & intellectum primorum principiorum.

QVAE-

Comm. Cardinalis Caietani.

TItulus clarus.

¶ In corpore, vna conclusio responsiua quæsito affirmatiuè. perfectior cognitio de Deo habetur per gratiam a nobis quã per rationem naturæ. Probatur, humana cognitio per gratiã iuuatur, & quo ad lumen intellectuale, & quo ad fantasmata. ergo perfectior est cognitio. Cõsequentia probatur, quia cognitio nostra ex his duobus consurgit. Antecedens verò probatur, quia per gratiã interdum formãtur fantasmata melius exprimentia diuina: interdum res sensibiles, interdum voces. ergo. Exemplum primi, in uisionibus Prophetarum, secundi, in columba baptismi Christi, tertii, in uoce ibidem audita.

¶ Aduerte hic, quòd cognitio per gratiam in hac vita de Deo, præfertur naturali, non ex parte modi, quia sic naturalis est potior, cum sit per modum euidentiæ (ut in responsione ad tertiũ dicitur) sed ex parte obiecti extensiuè, & intensiuè. ut in responsione ad primum dicitur, quia plura & occultiora rationi naturali, ac per hoc nobiliora & manifestiora secundum se per gratiam cognoscimus, ut quòd est trinus, &cæt. Hæc enim tanto aliis præstant quanto eorum cognoscibilitas tam alta est, ut soli Deo sint naturaliter euidentia, ut in principio libri contra Gentiles aperitur.

¶ Ad- S. Bon.

S. Bon. 1.5.d.22.q.1.a.1 Scot. 1.5.d.22.q.1. Duran. 1.5.d.22.q.1. Aegid. 1.5.d.22.q.1.pr. prim. Cap. 1.d.22.q.1.con.3. & 4. Bannes q.13.ar.1. Alens. 1.p.fu.q.48.mem.3 Ricar. 1.5.d.22.q.1. Maro. 1.5.d.22.q.1.

SVPER Q. XIII.

ART. I.

CONCL. Deus potest nominari à nobis ex creaturis: non tamen ita, ꝙ nomen significans ipsum exprimat diuinam essentiam secūdū quod est in se.

¶PROB. Quia Deus sic, i. secundum habitudinem principii, excellétiæ & remotionis cognoscitur a nobis ex creaturis (q.12. ar.12.) Secunda autem pars. s. non tamen &c. probatur, quia Deus non pōt hic per suam essentiam cognosci a nobis, (q.12. art.11.)

1ᵐ ex Dionys. Neque nomen &c. Neque opinio. R. adæquās Deum: non, aliquo modo eum significans, & repræsentans. §. Tūc nihil &c ut patet. Immo, si inspiciatur conclusio argumentum hoc est tā quam secundæ partis eius.

2ᵐ de conclusione. Nullum nomen. R. Cōsideratum quo ad modum significandi: non, quo ad significatum. §. Tunc nihil &c. Nam cōclusio suprapolita intendit de nominibus, quo ad significatū tm.

3ᵐ minor. Quorū nihil competit Deo. R. Nisi remotis imperfectionibus illorum nominum. §. Tunc nihil &c. Nam & conclusio, cum ista limitatione intelligitur, quandoquidem, secūdum habitudinem excellentiæ denominari Deum ex creaturis, dicit.

68 1.d.22.q.1. art.1.

* Cap. 1. a med. illius.

APPENDIX.

Vtilitas pro Eccle. S. Dei.

EX artic. habes primo: quomodo per rationem ostendas, recte dictum ab Isa. 42. Ego Dn̄s, hoc est nomen meum: & nihilominus benedictū a Cōcilio Lateran. sub Innoc. III. de sum. Trin. & fi. cath. firmiter credimus & simpliciter cōfitemur, ꝙ &c. Deus est ineffabilis. Per Isaiā enim sicut per Moysen Exo. 3. (Dominus vir pugnator, omnipotens nomen eius,) ostēditur quod Deus nominatur ex creaturis. per Concilium verò, quòd huiusmodi nomina diuinam essentiam secundū ꝙ est in seipsa, nec exprimunt, nec reprimere possunt. Secūdò habes: qūo per hanc & rationem articuli derideas hæresim Suencfeldii art. 13. q. 13. narratam.

QVAESTIO XIII.

De nominibus Dei, in duodecim articulos diuisa.

CONSIDERATIS his, quæ ad diuinam perfectioné pertinent, procedendum est ad considerationem diuinorum nominum. vnumquodq; enim nominatur a nobis secundum quòd ipsum cognoscimus.

CIRCA hoc quæruntur duodecim.

¶Primo, vtrum Deus sit nominabilis a nobis.

¶Secundo, vtrum aliqua nomina dicta de Deo prædicentur de ipso substantialiter.

¶Tertio, vtrum aliqua nomina dicta de Deo propriè dicantur de ipso, an omnia attribuantur ei metaphoricè.

¶Quarto, vtrum multa nomina dicta de Deo sint synonima.

¶Quinto, vtrum nomina aliqua dicantur de Deo, & creaturis vniuocè, vel æquiuocè.

¶Sexto, Supposito quòd dicantur analogicè, vtrū dicantur de Deo per prius, vel de creaturis.

¶Septimo, vtrum aliqua nomina dicantur de Deo ex tempore.

¶Octauo, vtrum hoc nomé Deus sit nomé naturæ, vel opationis.

¶Nono, vtrum hoc nomen Deus, sit nomen communicabile.

¶Decimo, vtrum accipiatur vniuocè, vel æquiuocè secūdum ꝙ significat Deum per naturam, & per participationem & secūdum opinionem.

¶Vndecimo, vtrum hoc nomé qui est, sit maximè proprium nomé Dei.

¶Duodecimo, vtrum propositiones affirmatiuæ possint formari de Deo.

ARTICVLVS I.

Vtrum aliquod nomē Deo cōueniat.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur ꝙ nullum nomé Deo conueniat. Dicit enim Dion.* 1.c. de diu, no. ꝙ neq; nomen eius est, neque opinio. Et Prou. 30. dicitur. Quòd nomen eius, & quòd nomen filii eius si nosti?

¶2 Præt. Omne nomen aut dicitur in abstracto, aut in concreto: sed nomina significantia in concreto nō competunt Deo, cum simplex sit: neque nomina significantia in abstracto, quia non significāt aliquid perfectum subsistens. ergo nullum nomen potest dici de Deo.

¶3 Præt. Nomina significant substantiam cum qualitate: verba autē, & participia significant cum tpe: pronomina autem cū demōstratione, vel relatione. Quorum nihil cōpetit Deo, quia sine qualitate est, & sine omni accidente, & sine tpe, & sentiri nō potest vt demōstrari possit, nec relatiuè significari: cum relatiua sint aliquorum antedictorū recordatiua, vel nominum, vel participiorum, vel pronominum demonstratiuorum. ergo Deus nullo modo potest nominari a nobis.

SED CONTRA est, quod dicitur Exo. 15. Quasi vir pugnator omnipotens nomen eius.

RESPON. Dicendum, quòd fm Philosoph.† voces sunt signa intellectuum, & intellectus sunt rerum similitudines. Et sic patet, quòd voces referuntur ad res significandas mediante conceptione intellectus. Secundum igitur quòd aliquid a nobis intellectu cognosci potest, sic a nobis potest nominari: ostēsum est autem sup. ꝙ Deus in hac uita a nobis non potest videri per suam essentiā, sed cognoscitur a nobis ex creaturis fm habitudinem principii, & per modū excellentiæ & remotionis. sic igitur potest noīari a nobis ex creaturis. Non tñ ita ꝙ nomen significans ipsum exprimat diuinam essentiā fm ꝙ est. Sicut hoc nomen homo exprimit sua significatione essentiā hominis secundum quòd est: significat enim eius diffinitionem declarātem eius essentiā. Ratio enim quam significat nomen, est diffinitio.

Lib. 1. periherm. ca. 1. to. 1.

Artic. 11. q. præc. D. 48 a.

AD PRIMVM ergo dicendum, ꝙ ea rōne dr̄ Deus nō habere nomen, vel esse supra noīatioñé, quia essentia eius est supra id, qd̄ de Deo intelligimus, & voce significamus.

AD SECVNDVM dicendum, ꝙ quia ex creaturis in Dei cognitionem venimus, & ex ipsis eum nominamus: nomina, quæ Deo attribuimus, hoc modo significāt, fm ꝙ competit creaturis materialibus: quorum cognitio est nobis connaturalis, ut sup. dictum est.† Et quia in huiusmodi creaturis ea, quæ sunt perfecta & subsistentia sunt composita: forma autem in eis non est aliquid completum subsistens, sed magis quo aliquid est: inde est ꝙ omnia nomina a nobis imposita ad significādum aliquid completum subsistens, significant in concretione, prout competit compositis. Quę aūt imponuntur ad significādas formas simplices, significant aliquid non vt subsistēs, sed vt quo aliqd est: sicut albedo significat vt quo aliquid est albū. Quia igitur & Deus simplex est, & subsistēs est, attribuimus ei noīa simplicia, & nomina abstracta ad significandā simplicitatem eius, & nomina concreta ad significandum subsistentiam, & perfectionem ipsius: quamuis vtraque nomina deficiāt a modo ipsius, sicut intellectus noster non cognoscit eum, ut est secundum hanc vitam.

q. præced. art. 4.

AD TERTIVM dicendum, ꝙ significare substantiā cū qualitate, est signare suppositū cū natura, vel forma determinata, in qua subsistit. Vn̄ sicut de Deo dn̄r aliqua ī cōcretione ad signadū* substantiā, & pfectioné ipsius, sicut iā dictū est.* ita dn̄r de Deo noīa significantiā substātiā cū qualitate. Verba verò & participia consignificātia tp̄s dn̄r de ipso, ex eo ꝙ æternitas includit oēs tp̄s. Sicut enim simplicia subsistentia, non possumus apprehēdere, & significare nisi per modum compositorum, ita simplicem æternitaté non possumus intelligere, vel uoce exprimere, nisi per modum temporalium rerum: & hoc propter connaturalitaté intellectus nostri ad res compositas & tp̄ales. Pronomina vero demonstratiua dicuntur de Deo fm ꝙ faciunt demonstrationé ad id, quod intelligitur, non ad id quod sentitur. Secundum. n. ꝙ a nobis intelligitur, fm hoc sub demonstratione cadit. Et sic fm illum modum, quo noīa & participia & pronomina demonstratiua de Deo dicuntur, fm hoc & pronominibus, & nominibus relatiuis significari potest.

Subsistentiam. In solutione præc.

ratam. Si enim Deum non possumus perfectè nominare; utique pars sapientia cum Deo seipsum per seipsum perfectissime nominante praediti non sumus. Secunda ergo pars conclusionis est contra Suencfeldianam insaniam: cuius quidem oppositum ipse ibi supra virtualiter dicit. Tertiò etiam habes: quomodo per eandem rationem demonstres: hanc haeresim ritè damnari a Concilio supradicto ibi Deus est inestabilis. Quartò vides: quomodo ex his vicissim stabiliatur conclusio.

¶ Not. Praesenti articulo deseruit articulus in ordine 65.66. 58.182.16.70.72.

Comm. Cardinalis Caietani.

Titulus clarus.

¶ In corpore una conclusio responsiua quaesito affirmatiuè cum modificatione. conclusio est, Deus potest a nobis nominari ex creaturis, non autem secundum, quòd est secundum se. Probatur conclusio quo ad vtramque partem simul. voces sunt signa intellectuum: & intellectus sunt similitudines rerum. ergo voces referuntur ad res significandas mediis intellectibus: ergo secúdum quòd aliquid a nobis intelligitur sic potest a nobis nominari ex creaturis, & non secundum quòd est secundum se. Antecedens ex philosophi 1. periherm. consequentia verò tam prima quàm secunda relinquitur nota. Vltima autem probatur, quo ad primam consequentis partem, quia Deus cognoscitur a nobis ex creaturis tripliciter, vt dictum est. Quoad secúdam vero: quia Deus in hac vita non potest videri a nobis per essentiam. Et ad claritatem terminorum, subditur in litera declaratio exemplaris ab opposito: quomodo nomina non significant Deum secundũ, ꝙ in se est. & intendit, quòd significare rem secundum quòd est, est significare terminum naturae illius: vt ly homo, ꝙ impossibile est hic de Deo haberi, quoniam omnia nomina significát terminos, aut rerum communium, aut negationum, vel respectuum, &c. vel compositorum ex his, vt patet inductiuè.

¶ Circa hanc partem occurrit dubium. Scotus siquidem in 1. distinct. 22. quaest. vnica, discutiens hanc propositionem assumptá, sicut res intelligitur, ita & nominatur: distinguit eam, s. quo ad impositionem nominis, vel quo ad vsum nominis impositi, & tria dicit.

¶ Primò, ꝙ quo ad impositionem vr̃ falsa. quod probat sic. Substantia non intelligitur a nobis distinctè in propria natura: & tamen significatur. ergo imponere possumus nomina distinctius significantia quã intelligimus: consequentia verò & antecedés pro secunda parte probatur, quia cognitis (v. g.) accidentibus, & proprietatibus lapidis, imponimus nomen illi substantiae lapidis, intendentes illam significatum iri per nomen: & tamen non cognoscimus distinctè illam. Secundò, ꝙ quo ad vsum est simpliciter falsa. Tertiò, quòd multis nominibus potest vti viator exprimentibus diuinam essentiã sub ratione ipsius essentiae diuinae. Probantur haec duo, quia verisimile est esse in sacra scriptura hmói nomina, vt Iudaei dicunt de nomine tetragrammaton, &c. siue imposita fuerint haec nomina a Deo, siue ab Angelo.

¶ Ad haec pro quanto veritati non consonant, dicendum est. Et ad primum quidem quòd non est imaginabile imponi nomen distinctius significans quam concipiatur: & in litera redditur causa: quia uoces significant res non nisi media conceptione intellectus: igitur significatio causatur ex conceptione: ergo distincta significatio supponit distinctam conceptionem, & confusa confusam, & maior maiorem, & minor minorem, &caet. Quare ab hac vniuersalissima regula de causa & causato haec excipienda sunt. Probatio autem sua nihil valet, tum quia antecedens pro prima parte est falsum. Tum quia pro secunda parte male probatur. Dico. n. & ita esse experimur, ꝙ cognitis accidentib. cognoscimus rem quandam sublatere, & fm se esse & subsistere, &c. & hmói res nunquam magis significabitur, q̃ cognoscetur. si. n. cognoscet̃ cófuse, vt in exéplo dato, nũquã significabit̃ nisi cófusè. ex tali siquidé noĩe nunq̃ aliq̃s plus intelliget, q̃ pfectus ipositor apprehéderit: quãuis ex meliori ingenio, ꝓprio, cognito alicuius nominis significato in re discurrendo alia cognoscat: sicut ex principiis cóclusiones deducimus: sed hoc nó est ex ui significationis noĩs. Vnde & ipsemet Scot. ibidé sub dubio primum dictum relinquet tandem vr̃. De secundo verò bene dicit Scotus: experimur. n. ꝙ multis nominibus vtimur cófusè notis antequã ad notitiam distinctam illorum terminorũ veniamus. De tertio aũt, quia (experientia teste) nullum tale nomen diuinum habemus. Et rursus, quia frustra hominibus talia darentur: q̃m nos non possumus Deum fm se cognoscere. Et quia sine sufficientia authoritate nouitas haec dicitur. Et quia Dion. in 1 coel. Hierarc. dicit, impossibile est nobis aliter lucere diuinum radium, nisi uarietate sacrorum velaminũ occultatum: videtur mihi simpliciter falsum dictum Scoti, & dicẽdum ut in litera dicitur, ꝙ Deus in hac vita non est a nobis nominabilis, nisi ex creaturis, & hoc tam quo ad impositioné, quam vsum.

¶ In responsione ad secundum dubitare nouitius posset, quo pacto abstractum significat ut quo & non per modum subsistentis, cum sit nomen substantiuum, ut albedo. substãtiui autem proprium est per modum substantiae significare. Ad hoc breuiter dicitur, quòd incidit hic Sophisma consequentis, a modo substantiae ad hunc modum determinate affirmando: Substantiuum quidem significat per modum substantiae i. per se stantis. i. solitarie, & non per modũ subsistentis. Et si instetur, quòd etiam simitas significat curuitatem in naso: & consequenter non significat formam solitariè, sed cum subiecto. Respondetur, quòd hic non est quaestio de significatione & consequentibus ad ipsam, sed de modo significandi abstractum autem & concretum in significatione conueniunt: quia utrumque puram formam significat, ut in praedicamentis de albo dicitur. & ex natura significatae formae oportet utrumque copulare subiectum formae significatae. Sed eo modo significandi differentia est, quia concretum importat subiectum, & compositum ex modo significandi, ut primum significatum, in cuius signum dicimus, quòd simum est nasus curuus, prius nasum, quam curuitatem exprimentes. Abstractum verò subiectum ex modo significandi, aut non importat, sed ex natura rei significatae: aut si importat, non importat principaliter, sed vltimo. Vnde econuersò dicimus, quòd simitas est curuitas nasi. Significat igitur abstractum per modum substantiae, quo ad hoc, quia significat illud per se, id est, non cum alio ex modo significandi; & hoc aut simpliciter, aut principaliter. Concretum autem ex modo significandi principaliter significat aliud cũ re primo significata. Vnde dictum Auicennae reprehensum ab Auerroi. quinto metaph. commen. 12. si ratione modi significandi intelligitur uerum fuit. Nec ratio Auerrois concludit oppositum: quoniam non tenet nisi formaliter significatu ex ui significationis.

Ferr. 1. cont. c. 51.

SVPER QV. XIII.

ART. II.

CONCL. Nomina quae affirmatiuè, & absolutè de Deo dicuntur (vt bonus, sapiens, & huiusmodi) diuinam substantiam significant, imperfectè tamen.

69 Po. q. 7. ar. 4. & 5. & 1. di. 2. art. 2. & 1. con. c. 51.

¶ PROB. Quia intellectus noster cognoscit ex creaturis Deum in se praehabere omnes earum perfectiones q. 4. art. 2. & q. 13. artic. 12. Secunda autem pars. s. imperfectè &c. probatur, quia creaturae repraesentant imperfectè diuinam substãtiam (. i. perfectiones illas prout sunt in Deo.)

Ca. 1. ante medium.

ARTICVLVS II.

Vtrum aliquod nomen dicatur de Deo substantialiter.

AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur quod nullum nomen dicatur de Deo substantialiter. Dicit. n. Damas.* oportet singula eorum, quę de Deo dicuntur, non quid est secundum substantiã significare, sed quid non est ostédere, aut habitudinem quandam, aut aliquid eorum, quae assequuntur naturam, vel operationem.

¶ 2 Praet. Dicit Dion.* 1. c. de diui. nom. Omnium sanctorum theologorum hymnum inuenies ad beatos thearchiae processus manifestatiuè & laudatiuè Dei nominationes diuidentem. Et est sensus, ꝙ nomina, quae in diuinam laudé sancti doctores assumunt, fm processus ipsius Dei distinguuntur. Sed quod significat processum alicuius rei, nihil sigñat ad eius essentiam pertinens. ergo nomina dicta de Deo, non dicuntur de ipso substãtialiter.

¶ 3 Praet. Secundum hoc nominatur aliquid a nobis secundum quod intelligitur. Sed non intelligitur Deus a nobis in hac vita secundum suam substantiam: ergo nec aliquod nomen impositum a nobis dicitur de Deo secúdum suam substantiam.

SED CONTRA est, quod dicit Aug.† 7. de Trin. Deo hoc est esse, quod fortem esse, vel sapientem esse, & si quid de illa simplicitate dixeris, qua eius substantia significatur.

Libro 7. de Tr. c. 1. & 2. per totum. Et lib. 6. c. 4. to. 3.

1^m ex Damasc.
Significare. ℞. Perfecte: non, imperfecte. §. Tunc nihil &c. ut patet considerandi conclusionem.

2^m ex Dionys.
Secundum processus. ℞. Vt a quibus nomina illa imponuntur: non, vt ad quos significados imponuntur. § Tunc nihil &c. Nam licet illud quod significat processum ut ad quem significandum imponitur, non significet substantiam; cum processus ipse non sit substantia, tamen id, quod significat processum, ut a quo ad significandum aliquid imponitur, potest significare substantiam. Nā in significatione nominum aliud est quandoque &c. ut in litera.

In lib. qui dicitur. i. doctorū dubiorum.

3^m de minori.
Suam substantiam. ℞. Prout in se est: non, secundum quòd repræsentatur per perfectionibus creaturarum. §. Tūc nihil &c. Nam substantiā Dei, secūdum quòd in perfectionibus creaturarum repræsentatur tunc significare possumus: & sic intendit conclusio.

APPENDIX.

Vtilitas pro Eccle. S. Dei.

EX artic. habes primo: quomodo per rationem ostendas hæresim Algazelis. (Director. Inquisit. 2. p. q. 4.) somniantis; quòd perfectiones Deo attributæ, puta sanctitas, bonitas, &c. nihil dicunt positiuè in Deo. Secundò habes: quomodo per rationē demonstres hanc iustissime damnari a scripturis, quæ passim Deum vocant sanctum bonum, suauem, & huiusmodi, si catholice intelligantur. Item particulariter a Leuit. 19. Sancti estote, quia ego sanctus sum Dñs Deus vester. Si enim vt Algazel. vult, sanctitas dicit tantum remotionē in Deo; sufficeisset populo cui sic loquebatur, non esse malum: & tamen vltra hoc requirebatur ad eius sanctitatem aliquid positiuum, s. timere patrem, & matrem; sabbatha custodire. Sic enim mox ibi subiungitur; Vnusquisque patrē suum, & matrē timeat, sabbata mea custodite: ego Dominus Deus vester. Nolite conuerti ad

q. 3. ar. 2.

catur. ergo omnia nomina huiusmodi significant diuinam substantiam.

RESPON. Dicendum, quod de nominibus, quæ de Deo dicūtur negatiue, vel quæ relationem ipsius ad creaturam significant; manifestum est, quòd substātiam eius nullo modo significant, sed remotionē alicuius ab ipso, vel relationē eius ad alium, vel potius alicuius ad ipsum. Sed de nominibus, quæ absolutè & affirmatiuè de Deo dicūtur, sicut bonus, sapiens, & huiusmodi, multipliciter aliqui sunt opinati. Quidam enim dixerunt, ꝙ hæc omnia nomina, licet affirmatiuè de Deo dicantur, tamen magis inuēta sunt ad aliquid remouēdum a Deo, quam aliquid ponendum in ipso. Vnde dicunt; quòd cum dicimus Deum esse viuentem, significamus quòd Deus non hoc modo est sicut res inanimatæ, & similiter accipiēdū est in aliis, & hoc posuit Rabbi Moys.* Alii verò dicunt, quòd hæc nomina imposita sunt ad significandum habitudinem eius ad creata, vt cum dicimus Deus est bonus, sit sensus, Deus est causa bonitatis in rebus, & eadem ratio est ī aliis. Sed vtrumq; istorum videtur esse inconueniens propter tria. Primo quidē, quia secundum neutram harū positionum posset assignari ratio: quare quædam nomina magis de Deo dicerentur quam alia. sic enim est cā corporum, sicut est causa bonorū. Vnde si nihil aliud significatur, cū dicitur, Deus est bonus, nisi Deus est causa bonorū, poterit similiter dic, quòd Deus est corpus, quia est causa corporum. Item per hoc qđ dicitur, quod est corpus remouetur quòd non sit ens in potentia tantū sicut materia prima. Secundò, quia sequeretur, quòd omnia nomina dicta de Deo per posterius dicerētur de ipso. Sicut sanum per posterius dicitur de medicina, eo quòd significat hoc tantum ꝙ sit causa sanitatis in animali, quod per prius dicitur sanum. Tertiò, quia hoc est contra intentionem loquentiū de Deo. Aliud enim intendunt dicere, cum dicunt Deum viuentem, quā quòd sit causa vitæ nostræ: vel quòd differat à corporibus inanimatis. Et idò aliter dicendum est, quòd huiusmodi quidem nomina significant substantiam diuinam & prædicātur de Deo substantialiter, sed deficiunt a repræsentatione ipsius. quod sic patet. Significant enim sic noia Deū, secundum ꝙ intellectus noster cognoscit ipsum. Intellectus autem noster cum cognoscat Deū ex creaturis, sic cognoscit ipsum secundū quòd creaturæ ipsum repræsentāt. Ostensum est autem supra, * quòd Deus in se præhabet omnes perfectiones creaturarum, quasi simpliciter & vniuersaliter perfectus. Vnde quælibet creatura intantum eū repræsentat, & est ei similis, inquātum perfectionem aliquam habet, non tamen ita, quòd repræsentet eum, sicut aliquid eiusdem speciei, vel generis, sed sicut excellens principium, a cuius forma effectus deficiunt: cuius tamen aliqualem similitudinem effectus consequuntur: sicut formæ corporum inferiorum repræsentant virtutem solarem. Et hoc supra expositum est, * cum de perfectione diuina agebatur. Sic igitur prædicta nomina diuinam substantiam significant, imperfectè tamen, sicut & creaturæ imperfectè eam repræsentant. Cum igitur dicitur, Deus est bonus, non est sensus, Deus est causa bonitatis, vel Deus non est malus: sed est sensus, id, quod bonitatem dicimus in creaturis, præexistit in Deo: & hoc quidem secundum modum altiorem. Vnde ex hoc non sequitur, quòd Deo competat esse bonum inquantum causat bonitatem: sed potius è conuersò, quia est bonus, bonitatē rebus diffundit: secundum illud Aug. † de doctrina Christiana, inquantum bonus est, sumus.

q. 3. art. 2. & 3.

Libro i. de doct. Chr. c. 32. to. 3.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd Damasc. ideo dicit, quod hæc nomina non significant quid est Deus, qui a nullo istorum nominū exprimitur quid est Deus perfectè, sed vnumquodq; imperfectè eum significat, sicut & creaturæ imperfectè eum repræsentant.

AD SECVNDVM dicendum, ꝙ in significatione nominum aliud est quandoque, à quo imponitur nomen ad significandum, & id, ad quod significandum nomen imponitur. Sicut hoc nomen lapis, imponitur ab eo, quod lædit pedem, non tamen imponitur ad hoc significandum, quod significet lædens pedem, sed ad significandam quandam speciem corporum, alioquin omne lædens pedem esset lapis. Sic igitur dicendum est, quod huiusmodi diuina nomina, imponuntur quidem a processibus deitatis. Sicut enim secundum diuersos processus perfectionum creaturæ Deum repræsentant, licet imperfectè: ita intellectus noster, secundum vnumquemq; processum, Deum cognoscit & nominat: sed tamen hæc nomina non imponit ad significandum ipsos processus, ut cum dicitur: Deus est viuens: sit sensus, ab eo procedit uita: sed ad significandum ipsum rerum principium prout in eo præexistit vita, licèt eminentiori modo, quam intelligatur vel significetur.

Ly bore, viuens, & dictū de Deo quē sensus habeat in signdo.

AD TERTIVM dicendum, ꝙ essentiam Dei in hac vita cognoscere non [d] possumus secundum quod in se est, sed cognoscimus eam secundum, quod repræsentatur in perfectionibus creaturarum. Et sic nomina a nobis imposita eam significant.

D. 448.

ad idola, nec Deos conflatiles facietis vobis. Duo igitur exigit sanctitas, quam Deus a populo requirit, s. seruare præcepta negatiua. Nolite conuerti ad &c. & seruare præcepta affirmatiua. Vnusquisq; patrem timeat, &c. Ergo & declinare a malo, & facere bonum, sanctitatem Deo similem in nobis constituit. Quod si in Deo sanctitas non nisi remotionem mali importat; dixisset Deus; Sancti estote, quia ego sanctus sum: Nolite cōuerti ad idola, &c. nullam penitus faciendo mentionem de præceptis affirmatiuis. Alioquin videret Deus velle, nos esse sanctiores se: cum ipse (secundum illum) tantum remotiue sit sanctus, & tamen a nobis non remotiuā tantum, quæ dicit non esse malum, sed etiam positiuam, quæ dicit facere bonum, sanctitatē requirit. Item ab ipso Directorio Inquisitor. sic in principio illius quæstionis dicente: Antiqui philosophi vt Platonici, Stoici, Pythagorici, Epicuri, in genera li; Aristoteles, Peripatetici, Auerroes, Auicenna, Algazel, Asundus, & Rabbi Moyses, in speciali; multos errores & hæreses contra fidē sanctam nostram posuerunt: quod patet prosequendo, vt sequitur. Et post inter multos enumerat illum Algazelis prædictum: qui etiā cum Rabbi Moyse (ut hic dicitur) coincidit. Item a locis supra q. 4. art. 1. & 2. citatis. Tertio vides: quomodo ex his uicissim firmetur conclusio.

Quo in sensu creaturæ Deū repræsentāt.

Ferr. 1. cont. c. 30.
Aegi. 1. 5. d. 22. q. 3. mito princ.
Cap. 1. d. 22. q. 1. con. 2. con. 1.

70 Po. q. 7. ar. 4. ad 6. & 1 d. 8. q. 4: ar. 3. & d. 22. art. 2. & 1. con. c. 30. Art. 1. huius q.

SVPER QV. XIII. ART. III.

CONCL. Nomina significantia perfectiones absolute quantum ad id, quod significant, competunt proprie Deo, & magis proprie, quàm creaturis, ac per prius dicuntur de eo; quantum uero ad modum significandi non proprie dicuntur de Deo.

¶ PROB. Quia nomina hæc significant perfectiones, quæ vere sũt in Deo, (quæst. 4. ar. 2.) Secunda autem pars. s. & magis &c. probatur, quia perfectiones significatæ sunt secũdũ eminentiorem modum in Deo, (ibi:) Tertia autem pars. s. ac per prius &c. probatur, quia perfectiones creaturarum procedunt ex perfectionibus existentibus in Deo. Quarta autem pars. s. quantum vero &c. probatur, quia (ly quantum uerò &c.) huiusmodi nomina habẽt modum significãdi, qui competit creaturis.

Ca. 2. parũ ante med. & 4. similiter.

1^m de minori.

In princip. prologi. li. 2. de fide ad Gratianum. to. 2.

Nomina creaturarum. R. Includentia in suo significato etiam modũ imperfectum creaturarum: non significantia ipsas tantum perfectiones absolute. §. Tunc &c. ut patet in litera.

2^m de maiori.

Ar. præce. huius q.

Nomen. R. Sumptum in eo sensu, in quo ab aliquo verius remouetur; non, sumptũ in sensu in quo de aliquo verius prædicatur. §. Tũc nihil &c. Nam hmõi nomina, si sumantur quo ad modum importatũ, remouentur a Deo: si autem sumatur quo ad significatum, verius de Deo quàm de creatis prædicantur. Vide conclusionem; & perspicies, quòd argumentum sic glossatum non est contra illam, sed est quædam probatio eius ab authoritate Dionysij.

ARTICVLVS III.

Vtrum aliquod nomen dicatur de Deo propriè.

AD TERTIVM sic proceditur. Videtur quòd nullum nomẽ dicatur de Deo propriè. Omnia enim nomina, quæ de Deo dicim⁹, sunt a creaturis accepta: vt dictum est. * Sed nomina creaturarum metaphoricè dicuntur de Deo; sicut, cum dicitur, Deus est lapis, vel leo, vel aliquid huiusmodi. Ergo nomina dicta de Deo dicuntur metaphoricè.

¶ 2 Præt. Nullum nomen propriè dicitur de aliquo: a quo verius remouetur, quam de eo prædicetur: Sed omnia huiusmodi nomina, bonus, sapiẽs, & similia, verius remouentur a Deo, quam de eo prædicẽtur: vt patet per Dionys. * 2. ca. cœl. Hierar. ergo nullum istorum nominum propriè dicitur de Deo.

¶ 3 Præt. Nomina corporum non dicuntur de Deo nisi metaphoricè: cum sit incorporeus. Sed omnia huiusmodi nomina implicant quasdã corporales conditiones. significant enim cum tempore, & cum cõpositione, & cum aliis huiusmodi, quæ sunt conditiones corporum. ergo omnia huiusmodi nomina dicũtur de Deo metaphoricè.

SED CONTRA est, quod dicit Ambr. * in lib. 2. de fid. Sunt quędã nomina, * quæ euidenter proprietatem diuinitatis ostendunt: & q̃dam quæ perspicuam diuinæ maiestatis exprimunt veritatẽ. alia vero sunt quæ translatiuè per similitudinem de Deo dicuntur. non igitur omnia nomina dicuntur de Deo metaphoricè: sed aliqua dicuntur propriè.

RESPON. Dicendum, quòd sicut dictum est, * Deũ cognoscimus ex perfectionibus procedẽtibus in creaturas ab ipso, quæ quidẽ perfectiones in Deo sunt, secundum eminentiorem modum, quam in creaturis. Intellectus autem noster eo modo apprehendit eas, sm quòd sunt in creaturis, & secundum quod apprehendit, ita significat per nomina. In nominibus igitur, quæ Deo attribuimus, est duo considerare, s. perfectiones ipsas significatas, vt bonitatem, vitam, & huiusmodi, & modum significandi. Quantum igitur ad id quod significant huiusmodi nomina, propriè cõpetunt Deo, & magis propriè quam ipsis creaturis: & per prius dicuntur de eo. Quantum vero ad modum significandi, non propriè dicuntur de Deo: habent ñ modum significãdi, qui creaturis competit.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd quædam nomina significant huiusmodi perfectiones, a Deo procedentes in res creatas: hoc modo, quòd ipse modus imperfectus, quo a creatura participatur diuina perfectio, in ipso nominis significato includitur: sicut lapis significat aliquid materialiter ens: & huiusmodi nomina nõ possunt attribui Deo nisi metaphoricè. Quædam uerò nomina significant ipsas perfectiones absolutè, absque hoc, quòd aliquis modus participãdi claudatur in eorum significatione: ut ens, bonum, viuens, & huiusmodi: & talia propriè dicuntur de Deo.

AD SECVNDVM dicendũ, q̃ ideo huiusmodi noĩa dicit Dionys. negari a Deo, quia id quod significatur per nomen, non conuenit eo modo ei, quo nomen significat, sed excellentiori modo. Vnde ibidem dicit Dionys. * Quòd est super omnem substantiam, & vitam.

AD TERTIVM dicendum, q̃ illa nomina, quæ propriè dicuntur de Deo, important conditiones corporales non in ipso significato nominis, sed quantum ad modũ significandi. Ea vero, quæ metaphoricè de Deo dicuntur, important conditionem corporalem in ipso suo significato.

3^m de maiori.

Nomina corporum. R. Importãtia corporum cõditiones in suo significato: non, importantia illas tantum in modo significandi. §. Tũc &c. Nam conclusio intẽdit de nominibus importantibus tantum conditiones corporũ in modo significandi, non autem in suo significato.

APPENDIX.

EX artic. habes primò: quomodo per rationem ostendas, rectè in Decretis 24. q. 1. ca. Odi, & proieci, dictũ fuisse. odire & proiicere, & non odorari, humana dicitur similitudine; vt nos affectum Dei nostris sermonibus agnoscamus. Hæc ibi. Quasi ad literã planiorem dicat. Aliqua nomina dicũtur metaphoricè de Deo: licet aliqua propriè ex consequenti dicãtur de ipso. Secundò ex hoc decreto regulam vnam principaliter ad literam sumere potes; aliã ex cõsequẽti. Prima sit hęc. Quando scriptura sacra Deo attribuit aliquid, quod est hominis vel alterius creaturæ, tunc per metaphoram, seu similitudinem loquitur, non per proprietatem. Altera virtualiter inclusa, & ex consequenti hinc habita sit hæc. Quando sacræ literæ attribuunt Deo aliquid, quod non est proprium creaturæ, sed est perfectio secundum seipsam absolute: tunc de Deo loquitur non per similitudinem sed per proprietatem. Regularum harum sensum declarant responsiones datæ in textu ad argumenta. Pro hoc articulo facit etiam appendix art. 2. Tertiò vides: quomodo ex his uicissim firmetur. conclusio.

Vtilitas pro Eccle. S. Dei.

Cõcordat cũ Damas. Dion. iccirco ex hoc rhso uide bene glosatum Damascenũ sup 1 ad primũ ante præmissi. Eodẽ ca.

3

¶ NOTAT. Fauet articulo huic in ordine articulus 68. 69. 125. 9.

Comm. Cardinalis Caietani.

IN titulo ly propriè potest sumi dupliciter, vno modo, vt distinguitur contra cõiter. Et sic animal non dicitur proprie de hoie, quia dicitur de aliis. Alio modo, ut distinguitur contra metaphoricè: & sic animal dicitur proprie de hoie, florere autem non. Proprie enim dici, est significatum nominis inueniri in eo, de quo dicitur sm se. Metaphorice autem est significatum nominis inueniri in eo, de quo dicitur secundum suam similitudinem tãtum; hic sumitur propriè, ut distinguitur contra metaphoricè.

¶ Circa ordinem horum articulorum dubium occurrit, qm̃ p̃posterus vr ordo seruatus in 2. & 3. ar. quia in ordine cõpositiuo communiora prius tractanda sunt. Cõius autem est nomen proprie dictum de aliquo, quam substantialiter, quoniam accidentalia noĩa & proprie dicuntur, ut patet dicendo, Socrates est albus.

¶ Ad hoc breuiter dr, q̃ ordo horum articulorũ est optimus. non tñ attenditur penes cõitatem maiorem & minorem, sed inti miorem, ac priorem rationem dubitandi. Prima namq; quæstio cum sit quæstio an est, ideo prima quærendi ratio est, an Deus sit nominabilis, secundam uerò quæstionem constat esse q̃nem quid est, & ideo secunda quærendi ratio est, quid in Deo est nominabile, substantia s. sua, an relatio, an negatio, &c. tertia vero q̃stio, quoniam est quia est, ideo tertio loco quærendum est, quomodo Deus nominatur, & inter hos modos datur latitudo. Nam primus spectat ad ipsam nominis prædicationem. s. proprie,

prie, vel metaphoricè, secundus ad unitatem, & multitudinem. s. synonime, &c. Constat autem, quòd talis est ordo seruatus in litera: optimus igitur est. Nec est uerum, quòd dici propriè sit cō munius, quàm dici substantialiter: sed habent se sicut excedentia, & excessa: quoniam dici substantialiter, contingit, & propriè, & metaphoricè. Possumus enim quod quid est rerum, metaphoricè significare, ut antiqui fecerunt, vnde post determinationem, quòd dicuntur nomina de Deo substantialiter, merito dubitatum est, an dicantur de Deo propriè.

¶ In corpore duo. primo distinguit. secundo rñdet quæsito. Quo ad primum distinguit ea, quæ sunt in nomine dicto de Deo sic. In nominibus Deo attributis sunt duo. s. perfectio significata, & modus significandi. Probatur hæc distinctio sic. Perfectiones procedentes in creaturas a Deo, sunt eminentiori modo in Deo, quam in creaturis, ergo habent in se duo, s. ipsam perfectionē, & modum essendi: ergo conceptus nostri de Deo habent in se duo proportionaliter, s. rem conceptam: & modum concipiendi: ergo nomina attributa Deo habent in se duo. s. rem significatā, & modum significandi. antecedens patet cum prima consequentia: secū da vero probatur, quia Deum ex his perfectionibus cognoscimus non quomodolibet, sed secundum modum, quo sunt in creaturis, idest, quòd Deum ex effectibus suis sic cognoscimus, ꝙ modus essendi effectuū, redundat in nostrum modum concipiendi proportionaliter. & sic conceptus de Deo in duo distingui oportet, non tanquam in diuersa concepta, sed in unum, ut rem conceptā, & alterum, vt modum non rei conceptæ, sed ipsius conceptus, qui tamen modus ipsius conceptus a modo rei conceptæ deriuatur, tertia autem sequela euidens est.

¶ Quo ad secundum iuxta membra duo, distinctionis factæ, respondet quæsito unica conclusione bimembri. Est aūt conclusio Aliqua nomina dicta de Deo propriè & magis & prius dicuntur de Deo quo ad rem significatam, nulla autem quo ad modum significandi, hæc ultima pars probatur, quia habent modum significandi proprium creaturarum. Prima autem pars relinquitur per se nota ex dictis in quæst. 4.

¶ In responsione ad primum aduerte ly in ipso nominis significato, ꝙ intelligitur de significato formali proprio, non autem de materiali, & cō: sapientia enim non significat qualitatem nisi gratia materiæ, & tanquam quid cōe: ex formali enim, & sibi proprio significato, nec qualitas, nec habitus, nec aliquid aliud insinuatur nisi ratio ordinandi, iudicandi, regendi denique, &c. quam contingit esse substantiam, & accidens, habitum, & actum, &c.

Ferr. 1. cont. c. 5.
Cap. 1. d. 8. q. 4. con. 1. & 2.
Bannes ar. 4.

ARTICVLVS IIII.

Vtrum nomina dicta de Deo, sint nomina synonima.

AD QVARTVM sic proceditur. Videtur quod ista nomina dicta de Deo sint nomina synonima. Synonima. n. nomina dicuntur, quæ omnino idem significant. Sed ista nomina dicta de Deo omnino idem significant in Deo: quia bonitas Dei est eius essentia, & similiter sapientia. ergo ista nomina sunt omnino synonima.

¶ 2 Præt. Si dicatur, ꝙ ista nomina non significant idem scdm rē, sed secundum rationes diuersas. Contra: ratio cui non respondet aliquid in re est vana: si ergo istæ rationes sunt multæ & res est vna, videtur, quòd rationes istæ sint vanæ.

¶ 3 Præt. Magis est vnum quod est vnum re & ratione, quàm quod est vnum re & multiplex ratione. Sed Deus est maxime vnus. ergo videtur quòd nō sit vnus re & multiplex ratione. Et sic nomina dicta de Deo, non significant rationes diuersas. & ita sunt synonima.

SED CONTRA. Omnia synonima sibi inuicem adiuncta, nugationem adducunt: sicut si dicatur, vestis, indumentum. Si igitur omnia nomina dicta de Deo sunt synonima, non posset conuenienter dici Deus bonus, vel aliquid huiusmodi, cum tamen scriptum sit Hierem. 32. Fortissime, magne, potens, Dominus exercituum nomē tibi.

RESPON. Dicendum, quod huiusmodi nomina dicta de Deo non sunt synonima, Quod quidem facile esset videre, si diceremus, quòd huiusmodi nomina sunt inducta ad remouendam, vel ad designandam habitudinem causæ respectu creaturarum. Sic enim essent diuersæ rationes horum nominum secundum diuersa negata, vel secundum diuersos effectus cōnotatos. Sed secundum quòd dictum est, *huiusmodi nomina substantiam diuinam significare licet imperfectè, etiam planè apparet secundum præmissa* quòd habent rationes diuersas. Ratio enim quā significat nomen, est conceptio intellectus de re significata per nomen. Intellectus autem noster, cū cognoscat Deum ex creaturis, format ad intelligendum Deum conceptiones proportionatas perfectionibus procedentibus a Deo in creaturas. Quæ quidem perfectiones in Deo præexistunt vnitè, & simpliciter, in creaturis verò recipiuntur diuisè, & multipliciter: Sicut igitur diuersis perfectioibus creaturarum respondet vnum simplex principium, repræsentatum p diuersas perfectiones creaturarum varié & multipliciter, ita variis, & multiplicibus conceptibus intellectus nostri respondet vnum omnino simplex, secundum huiusmodi conceptiones imperfectè intellectum. Et ideo nomina Deo attributa, licet significent vnam rem, tamē quia significant eam sub rationibus multis, & diuersis, non sunt synonima.

Et sic patet solutio ad primum, quia nomina synonima dicuntur q̇ significant vnum secundum vnam rationem. Quæ enim significant rationes diuersas vnius rei, nō primò & per se vnum significant, quia nomen non significat rem, nisi mediante conceptione intellectus, ut dictum est.

AD SECVNDVM dicendum, ꝙ rationes plures horum nominum, nō sunt cassæ & vanæ, quia omnibus eis respondet vnum quid simplex, per oia huiusmodi multipliciter, & imperfectè repræsentatum.

AD TERTIVM dicendum, ꝙ hoc ipsum ad perfectam Dei vnitatem pertinet, ꝙ ea, quæ sunt multipliciter & diuisim in aliis, in ipso sunt simpliciter & vnitè. Et ex hoc contingit, quòd est vnus re, & plures secundum rationem: quia intellectus noster ita multipliciter apprehendit eum, sicut res multipliciter ipsum repræsentant.

73 Po. q. 7. ar. 6. & 1. con. ca. 5.

SVPER Q. XIII.

ART. IIII.

CONCL. Huiusmodi nomina perfectionum dicta de Deo non sunt synonima.

¶ PROB Quia illud, quod significant, secundum diuersas rationes significant.

1m de maiori. Omnino idem ℞. Et secundum rem & secundum rationem simul: non, secundum rem tātum. § Tunc nihil &c. Nam huiusmodi nomina non significant secū dum eandem rationē: licet significent eādem rem.

2m conclusio. Si ergo istæ &c. ℞. Si istæ rationes repræsentarent perfecte rem illam unam. §. Tunc nihil &c. Neq; enim istæ rationes sigillatim, neq; simul omnes, acceptæ representant perfecte rem illam: ideo etiá ꝙ essent plures, quā sunt, rationes hæ, res una eis correspondet, ac super excedit. Vt si dicamus per exemplum. Plures lucernæ accensæ in nocte lucent quidem, & valde lucent: tamen et si multò plus multiplicarentur, adhuc unum lumen solis quod nitūtur representare, longo interuallo omnium illarum lumina etiam simul accepta superexcederet.

3m de maiori. Ratione. ℞. Considerata quantum est ex parte illius unius rei: non, quantum est ex parte intellectus deficientis ab ipsius vnitate. §. Tūc nihil &c. Nam intellectus noster in infinitū deficit ab unitate eminentissima Dei: & ideo quanto magis rationes seu conceptus multiplicat ad eam representādam, tanto amplius ex hoc nobis inferendum relinquit; quòd res illa in seipsa est eminētius una. Cæterum Deus secundum se est unus, & secundum rem & secūdum rationem.

Art. 2. huius q.

Art. 1. huius q.

APPENDIX.

EX artic. habes primo: quomodo per rationem demonstres, recte fuisse dictum a Iob 33. semel loquitur Deus, & secundo idipsum nō repetit. Quod si dicta nomina essent synonyma, videretur id ipsum prorsus (& re. s. & ratione) repetere, dum loquitur in scriptura sic: Bonus, suauis, longanimis, fortis, patiens, admirabilis, misericors, iustus &c. in eodē ēequandoq; contextu. Neque negandum, quòd huiusmodi nominibus frequenter utantur sacræ literæ. Videtur ergo ibi voluisse dicere Iob, quòd nomina huiusmodi, quæ Deus de seipso loquitur, nō sunt synonima.

Vtilitas pro Eccle. S. Dei.

D. 186.

Art. 1. huius q.

Adde:

Adde: quòd, repetēdo penitus idem & re & ratione, videretur negationem committere; quod est inconueniens, ut habetur ex argumento, sed contra. Tanto magis autem incōueniens hoc est: quanto excusationem quandā videretur obtendere Hermano, Quintino, Libertinis, Ioanni de Parma, plusq̃ blasfemè calumniantibus, q̃ scriptura est fatua, ficta, delira, ridenda, pro fabulis habēda, continens citra veritatē quædā ad decorem & ornamentum (Prat. Hermanus Risswich, Quintinus, Libertini; Direc. Inqui. 2. p. q. 9.) Contra illud apertissimum testimonium de Diuina sapientia in sacris literis loquente, Prouerb. 8. Iusti sunt omnes sermones mei, non est in eis prauum quid neq; peruersum; recti sunt intelligentibus, & æqui inuenientibus scientiam. Item Micheæ 2. Nonne verba mea bona sunt cum eo, qui rectè graditur? Ne igitur videatur vel apparenter fauere his hæreticis: semel loquitur scriptura sacra, & idipsum non repetit, modo supra exposito. Facit contra prædictos blasphemos impijssimos q. 1. ar. 1. & 6. Secundò vides: quomodo ex his uicissim firmetur conclusio.

¶ Nota. Articulum præsentem iuuat in ord. art. 68. 69. 79.

Comm. Cardinalis Caietani.

IN titulo synonima, i. idem omnino significatum habentia, ita quod idem sit dicere, Deus est sapiens, & Deus est bonus, &c.

¶ In corpore respondet quæsito unica cōclusione negatiue sic. Nomina huiusmodi attributa Deo, non sunt synonima probatur dupliciter. Primo secundum illas duas uias in ar. 2. confutatas. Secundo iuxta sententiam, quam sequimur. Prima probatio est, rōnes horum nominum sunt diuersæ secundum diuersa negata, aut causata apud illos. ergo non sunt synonima. Secunda probatio est, intellectus noster cognoscit Deum ex creaturis, ergo cōceptiones nostræ de Deo sunt proportionatæ perfectionibus procedentibus a Deo in creaturas: ergo sunt variæ, & multiplices, atque uni omnino simplici correspondentes, ergo rationes huiusmodi nominū Deo attributorum sunt diuersæ. ergo nomina huiusmodi nō sunt synonima. Antecedens cum prima, consequentia patet. Secunda autem probatur ex ui proportionis, quia sicut idem simpliciter omnino, multis perfectionibus repræsentatur in esse reali, ita in esse intentionali, quod est dicere, ita multis conceptionibus. tertia verò probatur, quia cōceptio ipsa est rō nois. vltima est p se nota.

¶ Circa illam propositionem assumptam ad probandum tertiā consequentiam. s. ratio, quam significat nomen, est conceptio intellectus de re significata, est dubium, tum quia 4. Met. text. com. 28. dicitur, quòd ratio, quam significat nomen, est diffinitio. Constat autem, quòd diffinitio nōn est conceptio, cū identificetur diffinitio. tum quia ratio nomen est secundæ intentionis: conceptus autem primæ.

Ad hoc breuiter dicitur, q̃ ratio apud philosophos, & theologos in proposito, dupliciter sumi potest: s. formaliter, vel denominatiue, sicut album sumitur pro albedine formaliter, & pro re quæ est alba, denominatiue. Si sumitur formaliter, sic est nomen intentionis secundæ, & significat relationem quandam. Si denominatiuè, sic significat conceptionem, & diffinitionem, sed diuersimode conceptio enim mētalis ratio nominis dicitur, quia est id, quo refertur nomen in significatum extra animam. diffinitio autem, quia est id, quo explicatur nominis significatum. In præsenti autem litera constat rationem sumi denominatiuè pro conceptione mentali: & dicta est significari per nomen, quia significatur proximè. Diffinitio autem est ratio significata per nomen ultimò. & sic patet solutio obiectorum.

¶ Aduerte hic, quòd quæstio præsentis literæ non est de rebus sed de nominibus. Et propterea, quamuis præsens quæstio potuisset forte decidi ex diuersitate rationum formalium obiectiuarū, vt Scotistæ faciunt, immiscendo materiam de rebus. s. de distinctione attributorum diuinorum, diuinum tamen authoris ingenium, quum didicit ex primo perihermenias, quòd nomina sunt signa earum, quæ sunt in anima passionum, formalissime diuersitatem significationis in nominibus ostendit: ex diuersitate conceptionum animæ significatarum absque mistione aliarum difficultatum de rebus. Cum hac. n. decisione stat utraque pars contradictionis in materia de attributis: propter quod tanta operis diuinitas fœdetur, non est hic tractandum de distinctione illa attributorum. sed sit quæstio specialis.

¶ In responsione ad secundum, nota q̃ in pluribus conceptibus clauduntur duo. s. assimilatio ad obiectum, & pluralitas eorum. Si quæratur ergo multis de re, puta Deo, conceptibus, quid respondet in re? respondendum est q̃ ipsis conceptibus respōdet res vna multipliciter imitabilis, sed repræsentabilis. pluralitati autem ipsorum conceptuum non respōdet pluralitas in re obiecta, sed eminentia illius, ex qua habet quòd unite contineat, quod diuisim ab alio apprehenditur. Vnde arguere ex distinctione conceptuum ad distinctionem obiectæ rei, est arguere à distinctione effectuum ad distinctionem causæ. Quod patet esse ridiculum, quoniam cum multitudine effectuum stat unitas causæ, ut patet: & propterea in litera utrumque tangitur, dum dicitur, quòd eis respondet vnum simpliciter, multipliciter repræsentatum.

¶ In responsione ad tertium, aduerte q̃ illa propositio, Deus est vnus re, & plures secundum rationem, pōt dupliciter pcipi. Vno modo ut sit multiplex ratione subiectiue. i. q̃ sit subiectum pluriū conceptuum, & est falsa, quoniam vnicus est conceptus in intellectu diuino, quo se, & omnia simul intelligit. Alio mō obiectiuè. i. q̃ est obiectum pluriū conceptuū, siue actualiter, siue virtualiter, & sic est uera, & ad propositū: ita q̃ Deus dr̃ multiplex s̄m rationē. i. est obiectū verificās actu vel virtute plures cōceptiōes de eo.

¶ In eadem responsione, aduerte radicē prædictæ propositionis ex parte Dei, esse eminentem eius unitatem. ex parte verò intellectus nostri esse proportionem eius ad sensibilia. & intendit, quòd causa talis, ac tantæ pluralitatis rationum de Deo, quæ nominibus significantur. est tanta elongatio nostri intellectus ab illa summa vnitate, q̃ adeo dearticulate intelligit, quemadmodum in rebus extra diuersificantur imitationes diuinæ. Sicut enim extra, aliud est iustitia, aliud sapientia, &c. ita etiam in intellectu nr̃o, & hoc, ut infra patebit, quia est infimus, intellectus. Et nota q̃ nō dixit, quia intellectus accipit a rebus, sed dixit, quia intellectus ita multipliciter apprehendit, sicut res multipliciter repræsentant, vnde si intellectus noster nō acciperet scientiam a rebus, vt cōtigit in Adam, nihil minus idē sequitur, ex hoc, qđ intellectus pportionalis est rebus, vt in litera dicitur. Ex hac aūt radice, tu qui alios respicis, hīc facile potes radicē pluralitatis rōnum de Deo. Si. n. tanta pluralitas oritur ex summa unitate obiecti respectu intellectus tam remoti, minor pluralitas orietur ex eadem, respū intellectus propinquioris. Nulla aūt pluralitas erit respectu propinquissimi. Et cum constet, quòd propinquissimus intellectus non sit, qui ab intellectu aliquo modo distinguitur, solus diuinus intells restat, respectu cuius ex illa summa unitate, nulla conceptuū pluralitas oritur. Radix ergo absolutè & vniuersaliter, loquendo, & nō tm̃ respectu nr̃i. Quare Deus est multiplex rōne, est eius perfecta unitas, & finitas intellectus creati. Quod iō hic diximus, quia ex hac litera deducitur non qđ ad hanc spectet qōnem, q̃ de nominibus est, & consequenter non nisi de dependentibus a nobis.

Ferr. 1. cont. c. 32. 33.
Scot. 1 d. 3. q. 2.
Mauro. 1. pro. 2. q. 12.
Cap. 1. d. 22. q. 2 con. 5. & d. 35. q. 2. ar. 2. con. 10. d. 30. q. 1. & 2. con. 3.
Banens eodem loco.

72
Po. q 7. ar. 7. & opu 3 c. 27. & 1. cont. c. 32. 33. & 34.

SVPER QV. XIII. ART. V.

CONCL. Impossibile est: aliquid de Deo & creaturis pdicari uniuoce; nec pure æquiuoce: sed analogice.

¶ Pro. Quia nomina dicta de utrisque dicuntur secundum rationem diuersam de illis (puta de creaturis secundum rationē comprehendentis rem significatam: de Deo secundum rationem non comprehendentis illam.) Secunda autem pars. s. nec pure & æquiuoce probatur, quia tunc ex creaturis nihil de Deo posset cognosci, aut demonstrari; hoc faciente fallacia æquiuocationis. Tertia autem pars

ARTICVLVS V.

Vtrum ea quæ de Deo dicuntur, & creaturis, vniuocè dicantur de ipsis.

AD QVINTVM sic proceditur. Videtur quòd ea, quæ dicuntur de Deo & creaturis, vniuocè de ipsis dicantur. Omne enim æquiuocum reducitur ad vniuocum, sicut multa ad vnum.

Nam si hoc nomen canis, æquiuocè dicitur de latrabili, & marino, oportet quòd de aliquibus vniuocè dicatur, scilicet de omnibus latrabilibus. Aliter enim esset procedere in infinitum. Inueniuntur autē q̃dam agentia vniuoca, quæ conueniunt cum suis effectibus in nomine & diffinitione, ut homo generat hominem: quædam verò agentia æquiuoca, sicut Sol causat calidum, cum tamen ipse non sit calidus nisi æquiuocè. Videtur igitur quòd primum agens, ad quod omnia agentia reducuntur, sit agens uniuocū. & ita, quæ de Deo, & creaturis dicuntur, vniuocè prædicantur.

¶ 2 Præt. Secundū æquiuoca nō at-

pars. §. sed & probatur, quia non possumus nominare Deum nisi ex creaturis: & consequenter quicquid dicitur de utrisque dicitur de illis secundum quod est aliquis ordo creaturæ ad Deum ut ad causam (in qua, si præexistunt excellenter omnes rerum perfectiones).

10. li. Met. tex. 4. to. 3.

1^m de maiori.

Reducitur. R. In prædicationibus: non, in actionibus. §. Tunc nihil &c. ut patet in litera.

2^m de maiori.

Similitudo. R. Perfecta: non, imperfecta §. Accipiendo in illa maiori æquiuoca pro analogis, seu pro æquiuocis a consilio, quod idé est. §. Tunc nihil &c. ut patet.

3^m de maiori.

Mensura. R. Proportionata: non, superexcedens §. Tunc nihil &c. Nam Deus nó est mensura &c ut in litera.

4^m de maiori.

Aequiuocè. R. Vel analogicè. §. Si sit. Ratio non totaliter diuersa; sed secundum habitudinem causæ & causati, aut prioris & posterioris ad aliquod unum.

5^m maior. Deus plus distat &c. R. Deus tamen sic distans est causa creaturarum, & creaturę sunt aliquãdo creatori similes. q. 4. art. 3. §. Tunc nihil &c. Nam de creaturis, quæ in argumento adducuntur, ad inuicem collatis nó est idem iudicium.

Ar. præce.

APPENDIX.

Vtilitas pro Eccle. S. Dei.

Ex artic. habes primo: quomodo per rationem ostendas, Papam Innocentium in Concilio generali, de sum. Trin. & fide cath. Damnamus, merito dixisse; Estote perfecti perfectione gratiæ, sicut & pater vester cœlestis perfectus est perfectione naturæ, utraq; uidelicet suo modo: qa inter creatorem & creaturam non potest tanta similitudo notari, qn inter eos sit maior dissimilitudo. Hæc ibi. Ecce; quod Papa ponit analogiam inter creaturam, & creatorem. Secundò

tendatur aliqua similitudo. Cũ igitur creaturæ ad Deum sit aliqua similitudo, secundum illud Genes. 1. Faciamus hom. ad imag. & si. nost. videtur, quòd aliquid vniuocè de Deo, & creaturis dicatur.

¶ 3 Præt. Mensura est homogenea mensurato, vt dicitur in 10. Met.* Sed Deus est prima mensura oium entium vt ibidé dicitur. ergo Deus est homogeneus creaturis, & ita aliquid vniuocè de Deo, & creaturis dici potest.

Sed contra. Quicquid prædicatur de aliquibus secundũ idem nomen, & non sm eandem rationẽ prædicatur de eis æquiuocè. Sed nullum nomen conuenit Deo secũdum illam rationem, secundũ quã dicitur de creatura. nam sapientia in creaturis est qualitas, nó autem in Deo: genus autem variatum mutat rationem; cum sit pars diffinitionis: & eadem ratio est in aliis. Quicquid ergo de Deo, & creaturis dicitur, æquiuocè dicitur.

¶ 2 Præt. Deus plus distat a creaturis, quam quæcunq; creaturæ ab inuicem. Sed propter distantiam quarundam creaturam contingit ꝙ nihil uniuocè de eis prędicari potest: sicut de his, quæ non cõueniunt in aliquo genere. ergo multo minus de Deo, & creaturis aliquid vniuocè prædicatur, sed omnia prædicãtur æquiuocè.

Respon. Dicendum, quod impossibile est aliquid prædicari de Deo & creaturis vniuocè. Quia omnis effectus non adæquans uirtutem causæ agentis, recipit similitudinem agentis, non secundum eandem rationem, sed deficienter: ita & quod diuisim & multipliciter est in effectibus, in causa est simpliciter & eodem modo. sicut Sol secundum unam virtutem, multiformes & varias formas in istis inferioribus producit. Eodem modo, vt supra* dictum est, omnes rerum perfectiones, quæ sunt in rebus creatis diuisim & multipliciter, in Deo præexistunt unitæ. Sic igitur, cum aliquod nomen ad perfectionem pertinens de creatura dicitur, significat illam perfectionem distinctam secundum rationem distinctionis ab aliis, puta cum hoc nomen sapiens de homine dicitur, significamus aliquam perfectionẽ distinctam ab essentia hominis, & a potentia, & ab esse ipsius & ab omnibus huiusmodi. Sed cum hoc nomen de Deo dicimus, non intendimus significare aliquid distinctũ ab essentia, vel potentia, uel esse ipsius. Et sic, cum hoc nomen sapiens de homine dicitur, quodammodo describit, & comprehendit rem significatam, non autem cum dicitur de Deo: sed relinquit rem significatam, ut incomprehensam & excedentem nominis significationem. Vnde patet, quod non secundum eandem rationem hoc nomen sapiens d de Deo, & de homine dicitur. Et eadem ratio est de aliis. Vnde nullum nomen vniuocè de Deo, & creaturis prædicatur. Sed nec etiam purè æquiuocè, ut aliqui dixerunt. Quia secundum hoc ex creaturis nihil posset cognosci de Deo, nec demonstrari: sed semper incideret fallacia æquiuocationis. Et hoc est tam contra Philoso.* qui multa demonstratiuè de Deo probat, quam etiam contra Apostolum dicentem Roman. 1. Inuisibilia Dei per ea, quæ facta sunt, intellecta, conspiciuntur. Dicendum est igitur, quòd huiusmodi nomina dicuntur de Deo & creaturis secundum analogiam, id est, proportionem. Quod quidem dupliciter d contingit in nominibus: vel quia multa habent proportionem ad vnum, sicut sanum dicitur de medicina & vrina: inquantum utrumque habet ordinem & proportionem ad sanitatem animalis. Cuius hoc quidem signum est, illud verò causa, vel ex eo quod vnum habet proportionem ad alterum: sicut sanum dicitur de medicina & animali, inquantum medicina est causa sanitatis, quæ est in animali. Et hoc modo aliqua dicuntur de Deo & creaturis analogicè, & non æquiuocè purè, neque vniuocè. Non enim possumus nominare Deum, nisi ex creaturis, vt supra* dictum est. Et sic quicquid dicitur de Deo & creaturis, dicitur secundum quod est aliquis ordo creaturæ ad Deum, ut ad principium & causam: in qua præexistunt excellenter omnes rerum perfectiones. Et iste modus communitatis medius est, inter puram æquiuocationem, & simplicem uniuocationem. Neque enim in his, quæ analogicè dicuntur est vna ratio, sicut est in vniuocis: nec totaliter diuersa sicut in æquiuocis: sed nomen, quod sic multipliciter dicitur, significat diuersas proportiones ad aliquid vnum. Sicut sanum de vrina dictum, significat signum sanitatis animalis: de medicina verò dictum, significat causam eiusdem sanitatis.

Ad primum ergo dicendum, quòd licèt in prædicationibus oporteat æquiuoca ad vniuoca reduci, tamen in actionibus agens non vniuocum ex necessitate præcedit agens vniuocum. Agens enim non vniuocum est causa vniuersalis totius speciei, ut Sol est causa generationis omnium hominum. Agens verò vniuocum non est causa agens vniuersalis totius speciei (alioquin esset causa suiipsius, cum sub specie contineatur) sed est causa particularis respectu huius indiuidui: quod in participatione speciei constituit. Causa igitur vniuersalis totius speciei, non est agens vniuocum. Causa autem vniuersalis est prior particulari. Hoc autem agens vniuersale, licet non sit vniuocum, non tamen est omnino æquiuocum: quia sic non faceret sibi simile: sed potest dici agens analogicum. Sicut in prædicationibus omnia uniuoca reducuntur ad vnum primum non uniuocum: sed analogicum, quod est ens.

Ad secundum dicendum, quòd similitudo creaturæ ad Deum est imperfecta, quia etiam nec idem secundũ genus repræsentat, vt supra* dictum est.

Ad tertium dicendum, quòd Deus non est mensura proportionata mensuratis. Vnde non oportet, quòd Deus & creaturæ sub uno genere contineantur.

Ea verò, quæ sunt in contrarium, concludunt quòd nó vniuocè huiusmodi nomina de Deo & creaturis prædicentur, non autem quòd æquiuocè.

cundò vides: quomodo ex his vicissim stabiliatur conclusio.

¶ Not. Articulo huic fauet articulus in ordine 71. 23. 24. 18. 68. 77. 50.

D. 474.

συνώνυμον ὁμώνυμον ἀνάλογον.

8. lib. Phy & 12. Met to. 3.

D. 210.

Ar. 1. huius quæst.

Pro captu huius q.

q. 4. ar. 3.

Comm. Cardinalis Caietani.

IN titulo, ly vniuoce, sumitur, vt prædicamentis diffiniuntur vniuoca. Nec oportet addere aut minuere, vt etiam in fine huius articuli dicitur.

¶ In corpore quatuor. Primò respōdet quæsito negatiuè, quòd non vniuoce. Secundò, quòd nec æquiuoce pure. Tertiò affirmat quòd analogicè. Quartò comparat analogiam ad duo prædicta. Quo ad primum conclusio negatiua est. Nomina cōia Deo & creaturis non dīr de eis vniuoce. Probatur sic, oīs effectus inadæquatus recipit diuisim & multipliciter, quòd in causa est simpliciter, & eodem modo, ergo recipit similitudinem agentis non secundum eandem rationem: ergo creaturæ participant diuisim, &c. perfectiones, quę in Deo vnitæ sunt, ergo nomina cōia perfectionem importantia, quum de creaturis dīr, significant aliquid distinctum ab aliis, de Deo autem dicta non significant aliquid vt distinctum. ergo huiusmodi nomina dicta de creaturis, comprehendunt rem significatam, de Deo autem relinquunt rem significatam, vt excedentem nominis significationem. ergo hmōi nomina nō dicuntur de Deo & aliis secundum eandem rationem: ergo non dicūtur vniuocè de Deo, & creaturis. Antecedens declaratur exemplo Solis & inferiorum. ita quòd declaratio non est tam exēplaris, quā proportionalis. Ex qua etiam proportionalitate, prima consequentia manifesta relicta est cum secunda. tertia autem cum reliquis in litera, vt per se nota relinquitur, eo quòd a significatis formalibus ad significantia ut sic, quo ad vnitatem, & pluralitatem rationis liquidum est processum esse optimum. Ipsum tamen consequens tertiæ consequentiæ, & quartæ, declaratur exemplariter in id sapiens, quod est nomen commune Deo, & creaturis multis.

¶ Circa primam consequentiam occurrit pro nouitiis dubiū: quia non vř valere, eo, quòd multa sunt eiusdem rationis (genere, uel saltem uniuoce uniuocatione logica, de qua est sermo) in corporibus inferioribus & cœlestibus, tamen inferiora hæc comparantur ad cœlestia corpora, ut ad causas unite habentia, quæ hic diuisim participantur. Antecedens patet. Corporeitas enim & diaphaneitas & lumen, &c. sunt eiusdem rationis hic, & ibi.

¶ Ad hoc breuiter dicitur, quòd illa maxima assumpta in antecedente, ex qua infertur diuersitas rationis, intelligitur formaliter. i. ut sic, ita quòd semper participatio diuisim eius, quòd simpliciter, ac unite est in causa, excludit identitatem rationis ēt logicā, ab illa re participata: non autem ab aliis si qua alia sunt effectui, & causæ communia, non ex vi talis participationis. Sic autem cōtingit in obiectionibus allatis. Nam diaphaneitas, & similia, diuisim sunt in superioribus sicut & hic. Corporeitas autē si unite ibi est, s. absq; compositione materiæ & formæ, vt putat Aue. uniuoce non dicitur de illis, & istis. vnde ipse Auer. negat super Porph. corpus esse genus prædicamenti substantiæ. Et ponit corpus compositū, si autem ex materia & forma resultat etiam ibi: iā patet quòd diuisim ēt ibi habetur. Propterea dicito, quòd corpora cęlestia inquātum habent aliquid unite, quod participatur hic diuisim, vt videtur virtutibus actiuis, quarum omnes, aut multas in unica lucis natura habent, nihil habent eiusdem rationis cum istis.

¶ Circa tertiam consequentiam difficultas occurrit non parua, ex duobus capitibus. Primo, quòd consequentia nihil valet: quoniam procedit a rerum conditionibus ad nominum conditiones. Constat enim intellectum nostrum, a quo dependent nomina, natum esse adunata diuidere, & propterea posse intelligere, & significare perfectionem: puta sapientiam absque intellectione, & significatione conditionum suarum: quas habet in se, puta, quod sit idem cum aliis, aut non idem. unde consequentiæ istæ nihil ualent: sapientia est in creaturis res distincta a iustitiā, &c. ergo nomen sapientiæ dictum de creaturis, significat sapientiam cum distinctione eius a iustitia, &c. sicut non ualet: quantitas in mistis est res coniuncta colori, ergo nomen quanti dictum de mistis, significat quantitatem coniunctam colori, &c. Secundo, quia quicquid sit de consequentia, ipsa tamen propositio consequens, in qua sustentatur præsens positio, est in se falsa. Et manifestatur hoc ratione sic. Sapientiæ nomen absolutè, aut significat sapientiam finitam, aut infinitam, aut utramque, aut neutro modo, sed abstrahit a finitate & infinitate. Non primum, quia sic ista esset falsa, Deus est sapiens. Non secundum, quia sic ista esset falsa, homo est sapiens. Nec tertium, quia sic utraque prædictarum esset falsa: ergo quartum. & si sic: ergo dicendo, homo est sapiens, & Deus est sapiens, ly sapiens non magis significat quid distinctum in prima quàm in secunda, quia simpliciter & absolute in utraque prædicatur absque additione aliqua. Et confirmatur, quia positionis huius author in hoc videtur deceptus, quod non distinxit inter formale significatum nominis, & materiale suppositum eiusdem. Quamuis enim quum dico, homo est sapiens, ly sapiens gratia materiæ subiectæ prædicet rem distinctam, &c. quia. s. ipsa sapientia in homine est res distincta ab eius esse, &c. Ex formali tamen suo significato non prædicat nisi sapientem esse, siue unitate, siue non ibi sit secundum rem.

¶ Ad euidentiam horum tria facere oportet. primò declarare terminos assumptos. Secūdo excludere falsum sensum huius processus. Tertiò manifestare verum. Scito quòd significare aliquid ut distinctum, seu in ratione distincti, contingit dupliciter. Vno modo formaliter, i. significare aliquam distinctionē illius ab aliis: & sic non intelligitur in litera. Alio modo fundamentaliter, seu causaliter, & hoc est significare aliquid ut fundans distinctionem sui ab aliis, & sic sumitur in proposito. Intendit enim litera, quòd sapientia & alia huiusmodi significent in creaturis, nō quod quid est sapientia, & distinctionem eius a iustitia, sed quod quid est sapientiæ, ut fundat diuersitatem sui a iustitia. Hoc autem, (ut infra patebit,) non aliunde habet sapientia quam ex sua quidditate. Et ideo significare sapientiam, ut distinctam ab aliis, nihil aliud est quam significare sapientiam ut quidditatem. Quum autem audis ly ab aliis, non intelligas ab vniuersis cæteris: quoniam sic omne nomen etiam in Deo significat aliquid distinctum. Nec est in hoc differentia aliqua inter nomina diuina & creaturarum. Sed intelligas ab aliis perfectionibus simpliciter, uel ab aliis possibilibus in eodem inueniri, ut litera aperte præ se fert. Potest autem processus iste habere duos sensus. Primus est, ut ex identitate & distinctione reali perfectionum, inferatur differentia nominum quo ad significare perfectionem ut distinctam, & significare non ut distinctam: & iuxta hunc sensum procedunt obiectiones factæ: sed hic sensus est falsus, ut obiiciendo probatum est, nec est intentus in litera. Alter uerò sensus est, ut ex identitate & distinctione formali perfectionum inferatur prædicta nominum differentia, & hic sensus est intentus verus, formalis, & concludens intētum. Ad cuius euidentiam scito, quòd duas perfectiones iungi ad propositum, contingit dupliciter. s. identice & formaliter. Identice quidem, vt si fingamus, quòd sapientia Socratis & eius iustitia sint unamet res. Formaliter autem potest imaginari dupliciter. Primò si fingamus, quòd propria ratio formalis sapientiæ, & propria ratio iustitiæ sint una ratio formalis. Ita, quòd illa una ratio non sit tertia ratio, sed sit tātum propria sapientiæ, & iustitiæ ratio, & huiusmodi identitas est simpliciter impossibilis implicansq; duo contradictoria. Si enim illæ duæ non sunt una ratio tertia. ergo non sunt una ratio, quoniam nulla ratio est identitatis formalis vnius ad aliam. ex quo secundum se non sunt una. & si sint una ratio: ergo sunt una tertia ratio; eo quòd una secundum se non est altera. Secundo potest intelligi, si fingamus rationem sapientiæ, & rationē iustitiæ eminenter claudi in una ratione formali superioris ordinis, & identificari formaliter. Et hæc identitas est non solum possibilis: sed de facto, omnium perfectionum in Deo. non est enim putandum rationem formalem propriam sapientiæ esse in Deo, sed ut in litera habetur, ratio sapientiæ in Deo, non sapientię propria est, sed est propria superioris, puta deitatis, & communis eminētia formali iustitiæ, bonitatis, potentiæ, &c. Sicut enim res quæ est sapientia, & res, quæ est iustitia in creaturis, eleuantur in unam rem superioris ordinis, s. deitatem: & ideo sunt una res in Deo: ita ratio formalis sapientiæ, & ratio formalis iustitiæ, eleuantur in unā rationem formalem superioris ordinis. s. rationem propriam deitatis: & sunt una numero: ratio formalis eminenter utramque rationem continens, non tantum uirtualiter, ut ratio lucis continet rationem caloris, sed formaliter, ut ratio lucis continet rationem uirtutis calefactiuæ. Vnde subtilissime diuinum S. Tho. ingeniū, ex hoc quòd ratio sapientiæ in Deo est formaliter. non solum ipsa, sed etiam ratio iustitiæ, & consequenter est ratio propria non sapientiæ, sed alicuius tertiæ. In creaturis autem est formaliter ipsa propria ratio sapientiæ. Intulit ergo, alia est ratio sapientiæ in Deo, & alia sapientiæ in creaturis: ac per hoc nomen cōmune nō dicitur de eis secundum unam rationem. Quod ut clarius percipiatur, exempla subdamus. Si enim quæratur quid est homo inquantum sapiens: respondetur, quòd ordinatiuus vel aliquid huiusmodi. Si uerò quæratur, quid est Deus inquantum sapiens: respondendum est, quod aliquid eminenter præhabēs in se esse charitatiuum. Vbi manifeste patet, quòd licet ly sapiens sit nomen commune Deo & homini, ratio tamen utriusque secundum illud nomen, non est omnino eadem, propter hoc, quia ratio sapientiæ in homine est solum ipsa: in Deo vero est ipsa & alia, immo nec ipsa nec alia, sed altior quædam ratio. & hoc est quod in litera acute perspecta dicitur.

¶ Ad obiectiones autē in oppositum dicitur. Et ad primū quidem dř, quòd processus iste non arguit ex conditionibus rerū ad conditiones nominum absolute, sed ex diuersitate rationis formalis significatæ per nomen in hoc, & in illo, ad destruendam uniuocationem nominis, ut enim patet ex dictis, non ex identitate, aut diuersitate reali, sed ex identitate & diuersitate formali perfectionū inter se intellecta procedit litera. Nec licuisset etiam ex formali identitate perfectionum inter se destruere vniuocationē nominis. nisi ex formali identitate eorum, quæ secundū se non sunt idem, constaret sequi tertiam rationem altiorem omnibus hmōi diuersis. Ex hoc enim quòd non nisi tertia ratio est, proxime liquet formalis distinctio perfectionis eleuatæ & non eleuatæ, seu identificatæ formaliter aliis, & non identificatæ formaliter aliis.

¶ Ad

¶ Ad secundum uero dicitur, quod argumentum supponit sapientiæ nomen absolute, non ut significat speciem qualitatis, sed transcendenter sumptum significat aliquam rationem formalem unam simpliciter. Quod tamen hic quæritur & disputatur, & concluditur esse falsum, quia significat rationem formalem unam secundum analogiam, & nō simpliciter. Quomodo autem ratio una secundum analogiam prædicatur de pluribus, diffuse tractatum a nobis est in tractatu de analogia nominum. Vnde ad quæsitum dicendum esset, quod importat utramque sapientiam, sed non per modum uniuoci, & ideo sequela nihil ualet, quæ hoc supponit.

¶ Ad confirmationem autem dicitur, quod quum dico, Deus est sapiens, ly sapiens, ex formali suo significato importat sapientiam eandem formaliter iustitiæ, &c. imo ut rectius loquar, significat non sapientiam, sed aliquid eminenter præhabens rationem sapientiæ. Quum uero dico, homo est sapiens, ly sapiens prædicat ipsam sapientiæ rationem, ut patet ex responsionibus reddendis quærentibus quid est Deus ut sapiens, & quid est homo ut sapiens. Illud enim formaliter nomen significat, quod responderetur quærenti quid est, inquantum habet illud nomen. Non est igitur deceptus author, sed rationem uniuocorum formalem formalissime est intuitus, iuxta Arist. diffinitionem.

¶ Contra prædictam conclusionem Scotus in 1. dist. 2. quæst. 1. & 3 & dist. 8. q. 2. arguit multipliciter. Tum quia nomina huiusmodi habent conceptum certum in communi, stante dubitatione de conceptibus Dei & creaturæ. Tum quia processu metaphysicales utuntur una ratione formali in huiusmodi, & auferendo ab ea omnes conditiones imperfectionis attribuūt eam Deo. Tum quia aliter Deus non esset naturaliter cognoscibilis aliquo simplici cōceptu, eo quod ille conceptus non clauderetur essentialiter, nec uirtualiter in aliquo relucente in phantasmate. Tum quia omnis comparatio est in aliqualiter uniuoco ex 7. physic. Constat enim Deum esse perfectius ens quam creatura. Et quamuis diffuse hęc in commentariis de ente & essentia tractata sint, nunc tamen breuiter respondetur.

¶ Ad primum quidem. Illud argumentum nihil aliud concludit, nisi alietatem conceptus sapientiæ. Verbi gratia, in communi sapientia Dei & sapientia creaturæ, sed ex hoc inferre, ergo uniuocus conceptus, est sophisma consequentis. Quoniam conceptus analogus est etiam alius ab inferioribus, non tamen eo alietatis modo, quo est alius conceptus uniuocus ab uniuocatis, quia hic est alius ut præcisus ab eis, ille uero ut continens eos, ut diffuse scripsimus in tractatu de analogia nominum.

¶ Ad secundum uero dicitur, quod metaphysicales processus utuntur una ratione simpliciter in principio inquisitionis, sed in termino utuntur ratione una non simpliciter, sed secundum analogiam. sic enim est una ratio sapientiæ, quando expoliata est ab imperfectionibus. Vnde non est par ratio, ut Scotus obiicit, de lapide & sapientia, quia ratio lapidis nec in principio, nec in termino inquisitionis potest remanere una analogice saluata formaliter in Deo & lapide, quia semper lapidis ratio imperfectionem claudit.

¶ Ad tertium autem dicitur, quod Deus est cognoscibilis conceptu simplici contento in obiecto relucente in phantasmate participatiue, uel imitatiue. Nec oportet quod contineatur essentialiter, aut uirtualiter. datur enim tertius modus.

¶ Ad quartum deinde dicitur, quod comparatio fit etiam in analogo, quod medium est inter uniuocum & æquiuocum, & ideo negatur assumptum. Quum enim dicitur, Deus est perfectius ens creatura, comparatio fit in ratione entis una secundum analogiā, & sic communis utrique, ut alibi docuimus.

¶ Quo ad secundum conclusio negatiua est. huiusmodi nomina non dicuntur de Deo & aliis pure æquiuoce. Probatur sic. si dicerentur æquiuoce, nihil posset ex creaturis cognosci, aut demonstrari de Deo. Sed hoc est contra Philos. & Apost. ergo. Consequentia probatur, quia incideret fallacia æquiuocationis, destructio uero consequentis patet.

¶ Aduertenda sunt hic duo. Primum est, ly pure. non enim in litera dicitur absolute, quod non æquiuoca, sed cum limitatione dicitur, quod nō sunt pure æquiuoca. Addita est autem hæc limitatio, quia secundum ueritatem, analoga comprehenduntur sub æquiuocis, quæ in prædicamentis diffiniuntur. Aequiuoca enim multipliciter inueniuntur. Quædam enim sunt quorum nomen est commune, & ratio secundum illud nomen est diuersa totaliter, & hæc uocantur pure æquiuoca. Et de his loquitur litera hæc. Quædam uero sunt, quorum nomen est commune, & ratio secundum illud nomen est diuersa secundum aliquid, & hæc multis modis inueniuntur, comprehenduntque sub se analoga, ut alibi ostendimus. Secundum est, ly nihil in consequente positum, non supponit pro nihilo simpliciter, quoniam dato quod omnia huiusmodi nomina æquiuoca essent, adhuc possemus cognoscere, quod Deus est creator, & super omnia, & quod non est corpus, &c. sed supponit pro nihilo formaliter communi Deo, & creaturis, puta esse ens, actum, bonum, sapientem, &c. Nihil enim horum posset sciri de Deo, sed semper incideret fallacia æquiuocationis, ut patet.

¶ Quo ad tertium conclusio responsiua affirmatiue hæc est, quæcumque nomina sunt communia Deo & creaturis, dicuntur de eis secundum analogiam unius ad alterum, idest creaturæ ad Deum. Declaratur, ly unius ad alterum, distinguendo analogiam nominum, scilicet, quia uel est ratione proportionis aliquorum inter se, & hæc uocatur unius ad alterum, uel ratione proportionis aliquorum non inter se, sed ad tertium, & hæc uocatur duorum ad tertium, seu multorum ad unum. exempla patent in litera. Probatur deinde conclusio, quo ad primam quidem partem per locum a diuisione, propter quod in litera dicitur, dicendum est igitur, &c. Quo ad secundam uero sic, Deum non possumus nominare nisi ex creaturis. ergo nomina communia utriusque dicuntur secundum ordinem unius ad alterum. Quo ad tertiam uero, quia Deus est causa in qua præexistunt omnium rerum perfectiones.

¶ Memento hic, quod exempla ponimus non quod ita sint, sed ut discentes intelligant. Non enim ens est analogum Deo & creaturis, secundum denominationem extrinsecam, ut sanum, sed in hoc tenet similitudo, quod utrobique est analogia ratione ordinis duorum inter se, quamuis dissimiliter sit hic & ibi. Nam inter Deum, & creaturam est similitudo formalis imitatiua, quæ etiam in litera tangitur, dum creaturas ordinari in Deum dicitur, ut causam, in qua præexistunt perfectiones omnes. Inter animal uero sanum, & urinam, non est similitudo, sed relatio significationis, & propterea ibi est analogica communitas, secundum prædicationem formalem. hic autem proprie est communitas attributionis ad unum secundum prædicationem quamcumque, siue extrinsece, siue intrinsece, &c.

¶ Quo ad quartum conclusio est. Iste modus prædicationis medius est inter uniuoca, & æquiuoca. probatur per locum a diffinitione ad diffinitum. hic non est una ratio simpliciter, nec diuersa totaliter, sed secundum quid eadem, & secundum quid diuersa. significat, enim diuersas proportiones ad unum, & propterea ratione diuersarum proportionum est diuersitas secundum quid, ratione uero unius rei ad quam, uel secundum quam illæ diuersæ proportiones sunt, est secundum quid una, ut patet in exemplo de sano, &c. ergo. Hanc materiam si uis plene intelligere, uide sæpe dictum opusculum de analogia nominum.

¶ In responsione ad primum dubium occurrit, quia finis respōsionis contradicit principio eiusdem. in principio siquidem dicitur, quod æquiuoca reducuntur in uniuocum in prædicationib. In calce autem dicitur quod in prædicationibus uniuoca reducuntur in non uniuocum.

¶ Ad hoc dicitur dupliciter. primo in hac responsione facta est duplex comparatio in prædicationibus. Prima est inter uniuoca, & pure æquiuoca, & hæc facta est in principio. Secunda est inter uniuoca, & non uniuoca, & hæc facta est in fine, & ideo nulla est contradictio. Sed hæc responsio difficultatem patitur, eo quod sic non est satisfactum argumento. Vis enim argumenti stat in hoc. quod uniuocum habet se ad æquiuocum, ut unum ad multa. Cōstet autem quod hoc est uerum non solum de pure æquiuocis, sed quocunque modo æquiuocis, seu non uniuocis. Quoniam unum non solum est prius multis simpliciter, sed multis secundum quid, & sic uniuocum restat prius omnibus non uniuocis, utpote aliquo modo multitudinem includentibus in se. Propterea respondendum uidetur secundo, quod utrobique facta est comparatio inter eadem, scilicet uniuoca & æquiuoca in communi. seu non uniuoca. Et tamen nulla est contradictio. Quoniam in principio est sermo de reductione resolutiua prædicati in se, in fine autem de reductione resolutiua diuersorum prædicatorum. Aliud est enim resoluere diuersa in unum, aliud autem resoluere aliquid in seipso. Ibi enim unum reducitur in aliud, hic autem unū distinguitur in sua, ut patet in naturalibus. Ad propositum igitur, quando sermo fuit de ordine diuersorum prædicatorum, dictum est quod non uniuocum est prius. Quia ens est primum ad quod cætera reducuntur. Quum uero sermo fuit de resolutione prædicati in se, dictum est quod uniuocum præcedit non uniuoca sicut unum multa. Eo quod ens ipsum, quod analogice dicitur de homine & albo, resoluitur in seipsum uniuoce dictum de hominibus, & uniuoce quoque dictum de albis, & hoc concludebat uis argumenti. Conclude ergo quod comparando diuersa prædicata inter se, analogum præcedit, resoluendo autem idem prædicatum in se, uniuocum præcedit, ut unum multa. Reliqua quæ in hac responsione de agentium ordine dicuntur, infra, quum de actione Dei ad extra tractabitur, patebunt.

Ferr. 1. cont. c. 54.
Bannes art. 6.

SVP. Q. XIII. Art. VI.

CONCL. 1. Omnia nomina metaphorice de Deo dicta dicuntur per prius de creaturis, quã de ipso.

¶PROB. Quia huiusmodi nominum, secundum, quod dicuntur de Deo, significatio declarari non potest nisi per hoc, quod de creaturis significant, [cum dicta de Deo nil aliud significent, quam similitudines ad tales creaturas.]

¶CONCL. 2. Nomina ,pprie dicta de Deo, quantum ad rem significatam, dicuntur prius de Deo, quam de creaturis, sed, quantum ad impositionẽ nominis, per prius imponuntur creaturis.

¶PROB. 1. Quia nomina non metaphorica dicũtur essentialiter de Deo. Secunda autem pars, scilicet sed &c probatur. Quia nos prius cognoscimus creaturas.

1^m de maiori.

Nominamus. R. Nomẽ imponendo ab illo, nõ semper, per nomen impositum prius significãdo illud, quod uidelicet sic cognoscimus. §. Tunc &c. Nã licet hoc nomen bonus ex creaturis prius imponatur a nobis, tamen prius significat bonitatem in Deo, quam in creaturis. Vide conclusionem secundam.

2^m ex Dionis.

Ex creaturis nominamus. R. Et proprie, & metaphorice. §. Tunc &c. Nam alia ratio est de nominibus de Deo metaphorice dictis, & alia de nominibus de Deo proprie dictis: licet utraque ex creaturis sumantur.

3^m de maiori.

De causa omnium. R. Sed non tantum. §. Tunc &c. Nam licet id, quod dicitur de aliquo tantum per causam, posterius dicatur de illo, tamen id, quod dicitur de aliquo & per causam & per proprietatem, non dicitur posterius de illo.

73 1. eõ. c. 34.
lib. 1. Peri herm c. 1. id habet Aris. to. 1.
†Cap. 1. de di. no. aliquãtulum ante finẽ.
Cap. 1. de mys. Theolog. parum ante med.
4. Metap. tex 28. tomo 3. D. 107. 180.

ARTICVLVS VI.

Vtrum nomina per prius dicantur de creaturis quam de Deo.

AD SEXTVM sic proceditur. Videtur quod nomina prius dicantur de creaturis quã de Deo. Secundum enim quod cognoscimus aliquid, secundum hoc illud nominamus, cum nomina secundũ Philosophum * sint signa intellectuum. Sed per prius cognoscimus creaturam quam Deum. Ergo nomina a nobis imposita per prius cõueniunt creaturis quam Deo.

¶ 2 Præt. Secundum Dionys. † in li. de diui. nomi. Deum ex creaturis nominamus. Sed nomina a creaturis translata in Deum per prius dicuntur de creaturis quam de Deo, sicut leo, lapis, & huiusmodi. Ergo omnia nomina, quæ de Deo, & de creaturis dicuntur, ꝑ prius de creaturis quam de Deo dicuntur.

¶ 3 Præt. Omnia nomina, quæ cõmuniter de Deo & creaturis dicuntur, dicuntur de Deo sicut de causa omnium, ut dicit Dion.* Sed quod dicitur de aliquo per causam, per posterius de illo dicitur, per prius enim dicitur, animal sanum quam medicina, quæ est causa sanitatis. Ergo huiusmodi nomina, per prius dicuntur de creaturis, quam de Deo.

SED CONTRA est, quod dicitur Ephe. 3. Flecto genua mea ad patrem domini nostri Iesu, ex quo omnis paternitas in cælo, & in terra nominatur, & eadem ratio uidetur de nominibus aliis, quæ de Deo & creaturis dicuntur. Ergo huiusmodi nomina per prius de Deo quam creaturis dicuntur.

RESPON. Dicendum, quòd in omnibus nominibus, quæ de pluribus analogice dicuntur, necesse est, quod omnia dicantur per respectum ad unum. Et ideo, illud unũ oportet, quod ponatur in diffinitione omnium. Et quia ratio, quam significat nomen, est diffinitio, ut dicitur in 4. Metaphysic.* necesse est, quod illud nomen d per prius dicatur de eo, quod ponitur in diffinitione aliorum, & per posterius de aliis secundum ordinem, quo appropinquant ad illud primum, uel magis, uel minus. Sicut sanum, quod dicitur de animali, cadit in diffinitione sani, quod dicitur de medicina, quæ dicitur sana inquantum causat sanitatem in animali, & in diffinitione sani, quod dicitur de urina, quæ dicitur sana, inquantum est signum sanitatis animalis. Sic ergo omnia nomina, quæ metaphorice de Deo dicuntur, per prius de creaturis dicuntur, quam de Deo, quia dicta de Deo nihil aliud significant, quam similitudines ad tales creaturas. Sicut enim ridere dictum de prato, nihil aliud significat quam quod pratum similiter se habet in decore cum floret, sicut homo cum ridet, secundum similitudinem proportionis, sic nomen leonis dictum de Deo, nihil aliud significat, quam quod Deus similiter se habet, ut fortiter operetur suis operibus, sicut leo in suis. Et sic patet, quod secundum quod dicũtur de Deo, eorum significatio diffiniri non potest, nisi per illud, quod de creaturis dicitur. De aliis autem nominibus, quæ non metaphorice dicuntur de Deo, esset etiam eadem ratio, si dicerentur de Deo causaliter tantum, ut quidam posuerunt. Sic enim cum dicitur, Deus est bonus, nihil aliud esset, quam Deus est causa bonitatis creaturæ. Et sic, hoc nomen bonum dictum de Deo, clauderet in suo intellectu bonitatem creaturæ. Vnde bonum per prius diceretur de creatura quam de Deo.

Sed supra ostensum est, * quod huiusmodi nomina non solum dicuntur de Deo causaliter, sed etiam essentialiter. Cum enim dicitur, Deus est bonus, uel sapiens, non solum significatur quod ipse sit causa sapientiæ uel bonitatis, sed quod hæc in eo eminentius præexistunt. Vnde secundum hoc dicendum est, quod quantum ad rem significatam per nomen, per prius dicuntur de Deo quam de creaturis, quia a Deo huiusmodi perfectiones in creaturas manant, sed quantum ad impositionem nominis per prius a nobis imponuntur creaturis quas prius cognoscimus. Vnde & modum significandi, habent, qui competit creaturis, ut supra * dictum est.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod obiectio illa prócedit quantum ad impositionem nominis.

AD SECVNDVM dicendum, ꝙ non est eadem ratio de nominibus, quæ metaphorice de Deo dicuntur, & de aliis, ut † dictum est.

AD TERTIVM dicendum, quod obiectio illa procederet, si huiusmodi nomina solum de Deo causaliter dicerentur, & non essentialiter, sicut sanum de medicina.

ar. 2. huius quæst.
ar. 3. huius quæst.
In cor. arti

APPENDIX.

EX articulo habes primo, quomodo per rationem ostendas, merito dictum ab Apostolo Ephes. 3. Flecto genua ad patrem Domini nostri Iesu Christi, ex quo omnis paternitas in cælo, & in terra nominatur. Vbi Apostolus tenet, quod paternitatis nomen de Deo, & creaturis dictum conueniat prius Deo, quam creaturis. De similibus autem est idem iudicium. Consule supra articulorum 2. & 3. appendices, quantum expedit. Secundo uides, quomodo ex his uicissim stabiliatur conclusio.

¶NOT. Seruit articulo presẽti articulus in ord. 77. 187. 70. 69.

Vtilitas Ecclesia S. Dei.

ARTI-

Comm. Cardinalis Caietani.

TItulus ut iacet in sua amplitudine intelligitur, ut ex responsione patet.

¶ In corpore quatuor. Primo regula traditur ad discernendum de quo per prius nomen dicitur, & de quo posterius. Secundo respondetur quæsito quo ad nomina metaphorica. Tertio, quo ad proprie dicta secundum opinionem in secundo articulo confutatam, quarto secundum ueritatem.

¶ Quo ad primum regula est. Analogum prius dicitur de eo, quod ponitur in aliorum diffinitione quam de aliis. Probatur. In omni nomine analogo est unum respectum a cæteris, ergo illud unum ponitur in diffinitione aliorum, ergo illud unum est prius cæteris secundum rationem illius analogi. Declaraturque hoc exemplariter in hoc analogo, quod est sanum. Antecedens cum prima consequentia non aliter probatur, secunda uero consequentia probatur, quia ratio, quam significat nomen, est diffinitio, ac per hoc prius secundum diffinitionem illius nominis est prius secundum eius rationem, quod nihil aliud est quam analogum prius dici de illo quod diffinit cætera, quam de aliis.

¶ Circa antecedens, & primam eius consequentiam dubium non

non dissimulandum occurrit. Primo ad hominem, quia ipsemet S. Th. in q. de ve. q. 2. art. 11. dicit non esse uerum uniuersaliter, quod primum analogatum poni debeat in rationibus aliorũ analogatorum. Secundo simpliciter. Tum quia ex dictis patet, sapientiam analogice dici de Deo & aliis, & tamen creatura non dicitur sapiens in ordine ad Deum, nec econuerso, ut patet, sed uterque dicitur sapiens absolute. Tum quia in ratione hominis ut sapiens non clauditur sapientia Dei. Nec in ratione Dei, ut sapiens est, clauditur sapientia hominis, ergo.

¶ Ad hoc breuiter dicitur, quod analoga inueniuntur duobus modis. Quædam enim significant ipsos respectus ad primum analogatum, ut patet de sano. Quædam uero significant fundamenta tantum illorum respectuum, ut communiter inuenitur in omnibus uere analogis proprie & formaliter saluatis in omnibus analogatis. Propositio ergo illa uniuersalis in antecedente assumpta, intelligenda est uniuersaliter in primo modo analogiæ. Ita quod sensus est, quod in omnibus nominibus, quę de pluribus analogice, idest secundum diuersos respectus dicuntur, oportet poni unum. In quæstione autem de ueritate, de secundo modo analogiæ dixit oppositum. Et hæc responsio est uniuersalior ea, quam alibi assignauimus, ex q. de uer. quia ista responsio habet locum etiam in analogicis secundum proportionalitatem, metaphorice tamen dictis: in his enim etiam unum ponitur in ratione alterius propter prædictam causam. Ad ea uero, quæ secundo loco obiiciuntur, in 4. parte huius articuli dicetur.

¶ Quo ad secundum conclusio responsiua est. Nomina metaphorice dicta prius dicuntur de creaturis quam de Deo. Probatur, ratio horum nominum, ut dicuntur de Deo, non potest intelligi absque ratione eorundem, ut dicuntur de creaturis, ergo. Antecedens patet exemplariter in communi quidem de ridere, in proposito autem de leone. consequentia uero tenet ex regula assignata.

¶ Quo ad tertium conclusio hypothetica est. Si communia nomina proprie dicta dicerentur de Deo, causaliter tantum diceren tur, per prius de creaturis de Deo. Probatur. Eorum significatio ut de Deo dicuntur, non posset intelligi sine significatione eorũdum in creaturis. ergo. Antecedens patet in exemplo boni. consequentia uero tenet ex assignata regula.

¶ Quo ad quartum conclusio responsiua est. Huiusmodi nomina quo ad rem significatam, prius de Deo, quo ad impositionem nominis prius de creaturis dicuntur. Probatur hæc conclusio quo ad primam partem. Hæc nomina non solum significant Deum esse talem causaliter, sed etiam essentialiter, & a Deo emanant alio rum perfectiones. ergo de Deo per prius quam aliis quo ad rem.

¶ Quo ad secundam uero partem. Creaturas prius cognoscimus & nominamus. ergo. Probatur secundo ex signo, habent modum significandi, quod conuenit creaturis, ergo.

¶ Circa illud dictum in probatione primæ partis conclusionis, scilicet huiusmodi nomina non solum significant quod Deus sit causa, sed quod sit essentialiter talis, dubium occurrit. Si enim quũ dicitur. Deus est bonus, sensus est, Deus est causaliter, & formaliter bonus, sequitur primo, quod ly bonus, dictum de Deo non significet unum, contra Arist. 4. metaph. Sequitur secundo oppositum intenti, quoniam esset sensus, Deus est causa bonitatis aliorũ & in seipso bonitatem habens, ubi manifeste patet, aliorum bonitatem cadere in ratione Dei, ut bonus est.

¶ Ad hoc dicitur, quod uerba illa possunt dupliciter sane intelligi. Primo ut intelligantur de possibili seorsum, id est quod huiusmodi nomina possunt dici & uerificari de Deo utroque modo, .s. causaliter & formaliter, seorsum tamen, ita quod ista, Deus est bonus, est uera causaliter sumpta, & est etiam uera formaliter sumpta, & non quod simul importet utrumque. Et sic nullam ambiguitatem ingerit obiectio opposita, quia de utraque simul significatione loquitur.

¶ Secundo, ut exponantur de utroque significato simul, & sic oportet dicere, quod huiusmodi nomina, dicũtur de Deo formaliter, & causaliter, sed fundamentaliter, uerbi gratia, quum dicitur Deus est bonus, non solum significatur quod Deus est habens bonitatem, sed etiam quod Deus habet rationem bonitatis talem, qualis nata est fundare causalitatem bonitatis aliorum ita quod, ly talem, non modum aut rationem aliquam addit supra bonitatem diuinam, sed circumloquitur illam formalem rationem, secundum quam Deus dicitur bonus. Iam enim diffinitum est, quod illa non est eadem cum nostra, nisi secundum analogiam. Illa autem ratio quamuis causalitatem non importet, fundat tamen cã proxime, & simile est de aliis. Et sic nulla remanet ambiguitas, quoniam secundum hoc, nomina huiusmodi significant unũ. Nec oportet cointelligi bonitatem creaturæ, quoniam non important causalitatem formaliter, sed fundamentaliter tantum. Vtraque responsio est bona, prima tamen magis literalis, eo q contra opinionem confutatam loquitur litera. Et constat, quod opinio illa loquebatur de significatione causalitatis, non fundamentaliter, sed formaliter, ut patet.

¶ Circa eiusdem partis probationem & ipsam primam partem, aduerte, quod quum dicitur nomina huiusmodi communia, prius dici de Deo quantum ad rem significatam, non intelligas hoc materialiter, sed formaliter. Ita quod, hoc uerificari oportet de re formaliter significata. Et ratio assignata in litera complectitur utrumq; necessarium ad hoc. s. & q nomen saluatur formaliter, & q illa ratio formalis, est prior secundum rem cæteris, quod probatur, quia est causa cæterarum. Neutrum enim horum seorsum sufficeret ac concludendum nomina prius dici de illo, ut patet inductiue. Ratio enim sani in causa, licet sit prior secundum rem ratione sani in animali, quia tamen ratio sani non formaliter in causa est, posterius de causa dicitur. Ratio quoque boni, licet sit formaliter in homine, non tamen prius dicitur de eo quam de aliis. Nec te conturbet quispiam dicens, ergo non est eadem ratio de omnibus nominibus communibus Deo & aliis. Eo quod quædam sunt, quorum formales rationes & si saluantur in Deo, non sunt causæ quod cætera sint talia, quoniam illæ rationes formales nullam causalitatem habent, memento authoritatis Apostolicæ in litera positæ ad Ephes. 3. Flecto genua mea ad p. d. mei Iesu Christi, ex quo omnis paternitas in cęlo & in terra nominatur. Si namque paternitas diuina, quæ relatio est, atque per hoc a causalitate aliorum remotissima, causa est cæterarum paternitatum, a fortiori, bonitas est causa omnis bonitatis, & scientia omnis scientiæ, & sic de aliis. Et si quæratur in quo genere causæ, nunquam duo genera desunt, scilicet finalis & formalis exemplaris, quicquid sit de efficientia.

¶ Circa eandem partem, dubium adhuc occurrit ad hominem. Tum quia in artic. 2. huius quæst. oppositum uidetur dictum, quum dictum est, quod dicendo, Deus est bonus, sensus est, id quod bonitatem in creaturis dicimus, eminentius in Deo præexistit. Ecce aperte uides in significatione boni in Deo posita, claudi bonitatem creaturę, & consequenter prius dici debere de creaturis. Rursus in artic. quinto, dictum est, quod hæc nomina dicuntur de creaturis, in ordine ad Deum. ergo in ratione horum nominum, ut dicuntur de creaturis, clauditur Deus, ergo prius de Deo, ita quod Deus ponitur in diffinitione aliorum, cuius oppositum hic tenetur, & patet.

¶ Ad hoc breuiter dicitur, q ſm ueritatem hæc nomina dicuntur analogice, i. proportionaliter, & prius de Deo quam aliis, quia cũ utrisq; dicantur formaliter, formalitas tamen in Deo prior est ſm rem formalitate illa in aliis. Non tamen est sic prior, ut. s. diffiniens est prius diffinito, sed est prior ut causa exemplaris saltem est prior exemplato. Et propterea, sicut omnia exemplata sunt talia in ordine ad exemplar, sic omnes creaturæ dicuntur tales, puta bonæ in ordine ad diuinã bonitatem. Et sicut non oportet exẽplata significari cum ordine ad exemplar, quamuis illud habeant, ita non oportet bonitatem creaturæ significari in ordine ad bonitatem diuinam, quamuis secundum esse illam semper respiciant ut exemplar. uerba igitur 5. ar. & similia, hic non sunt confutata, sed exposita, q. s. intelliguntur secundum esse, & non ſm significari, nisi fundamentaliter, pro quarto rationes formales per ea significatæ in creaturis fundant ordinem ad Deum ut causam. Verba autem 2. art. non fuerunt inducta ut diffiniretur significatio nominis in Deo posita, sed ut exponeretur ex notiorib. nobis, & ideo nihil obstant. Nulla enim comparatio aut connotatio alterius, clauditur in ratione huiusmodi nominum, tam cum de Deo, quã quum de creaturis dicuntur, sed uere absolute dicuntur, quum absolutas significant perfectiones. Et per hæc patet solutio obiectorum in prima parte huius corporis articuli.

---

74 Inf. q. 34. art. 3. 2. & q. 43. ar. 2. & 1. d. 14. q. 1. art. 1. 5. & d. 30. ar. 2. per totum, & 2.

S. Bo. 1. s. d. 30. q. 1. ar. 1. Scot. 1. s. d. 30. q. 1. Duan. 1. s. d. 30. q. 1. Bacco. 1. s. d. 30 q. 1. Cap. 1. d. 30. q. 1. ar. 2. con. 1. d. 2. q. 1. con. 2. d. 30 q. 1 con. 3. & 4. 2. con. 2. d. 14. q. 1. con. 1. Banens art. 7. Alb. Mag. prima dis. 30. art.

ARTICVLVS VII.

Vtrum nomina quæ important relationem ad creaturas, dicantur de Deo ex tempore.

AD SEPTIMVM sic proceditur. Videtur quod nomina, quæ important relationem ad creaturas, non dicantur de Deo ex tempore. Omnia enim huiusmodi nomina significant diuinam substantiam, ut communiter dicitur. Vnde & Amb. [a] dicit, quod hoc nomen Dominus, est nomen potestatis, quæ est diuina substantia, & crea-

art. 6. & 7. Pe. Pal. 1. s. d. 30. q. 3. Alens. 1. p. su. q. 1. mem. 2 Rice. 1. s. d. 30. q. 3. Mauro. 1. s. d. 30. q. 1.

SVP. Q. XIII. ART. VII.

CONCL. Quædam nomina importãtia relationem ad creaturam

ca. & dist. 37. q. 2. ar. 3. c. & 3. & d. 38. ar. 4. 1. & 3. dist. 32. ar. 3. li. 3. de fid. ca. 1. circa med. to. 3.

turam ex tempore de Deo dicuntur, & nó ab æterno.

¶PROB. Quia creatura in tempore, nó ab æterno mutata est, licet Deus omnino ab æterno immotus remã serit, & ad nouiter denominandum relatiuũ non eiusdem ordinis sufficit mutatio correlatiui [patet de columna &c.]

1^m de conclusione. Huiusmodi nomina. ℞. Considerata quantum ad hoc, quod significãt uel directe uel indirecte essentiam diuinã, non considerata quantum ad relationem ad creaturas per ipsa importatam uel principaliter uel consequenti. §. Tunc nihil &c. Nam in conclusione articuli huiusmodi nomina secundo modo considerantur.

2^m de maiori. Factum ℞. Vel secundum rem, uel secundũ rationem tantum. §. Tunc &c. Nam sicut relationes, quæ dicuntur de Deo ex tẽpore, &c. ut in litera.

3^m de maiori. Relationem. ℞. Consequen-

tio significat Dei actionem quæ est eius essentia. Sed diuina substantia non est temporalis, sed æterna. Ergo huiusmodi nomina non dicuntur de Deo ex tempore, sed ab æterno.

¶2 Præt. Cuicumque conuenit aliquid ex tempore potest dici factũ. Quod enim ex tempore est albũ, fit album. Sed Deo non conuenit esse factum. ergo de Deo nihil prædicatur ex tempore.

¶3 Præt. Si aliqua nomina dicuntur de Deo ex tempore propter hoc quod importãt relationẽ ad creaturas, eadem ratio uidetur de omnib. quæ relationem ad creaturas important. Sed quædam nomina importantia relationem ad creaturas dicuntur de Deo ab æterno (Ab æterno enim sciuit creaturam, & dilexit, secundum illud Ier. 31. In charitate perpetua dilexi te. Ergo & alia nomina, quæ important relationem ad creaturas, ut dominus & creator, dicuntur de Deo ab æterno.

¶4 Præt. Huiusmodi nomina relationem significant. Oportet igitur, quod relatio illa, uel sit aliquid in Deo, uel in creatura tantũ. Sed non potest esse quod sit in creatura tantum, quia sic Deus denominaretur dominus a relatione opposita, quæ est in creaturis, nihil autem denominatur a suo opposito. Relinquitur ergo quod relatio est aliquid in Deo. Sed in Deo nihil potest esse ex tempore, cum ipse sit supra tempus. Ergo videtur quod huiusmodi nomina non dicantur de Deo ex tempore.

¶5 Præt. Secundum relationem dicitur aliquid relatiue, puta secundum dominium dominus, sicut secundum albedinem albus. Si igitur relatio dominii non est in Deo secundum rem, sed solum secundum rationem, sequitur, quod Deus non sit realiter dominus, quod patet esse falsum.

¶6 Præt. In relatiuis, quæ non sunt simul natura, unum potest esse altero non existente, sicut scibile existit non existẽte scientia, ut dicitur in prædic. Sed relatiua, quæ dicuntur de Deo, & creaturis, non sunt simul natura. Ergo potest aliquid dici relatiue de Deo ad creaturam, etiam creatura non existente. Et sic huiusmodi nomina, dominus, & creator, dicuntur de Deo ab æterno, & non ex tempore.

SED CONTRA est, quod dicit Aug. 5. de trin.* quod hæc relatiua appellatio dominus, Deo conuenit ex tẽpore. *[5. de Trin. c. 16. to. 3.]*

RESPON. Dicendum, quòd quædam nomina importantia relationem ad creaturam, ex tempore de Deo dicuntur, & non ab æterno. Ad cuius euidentiam sciendum est, quod quidam posuerunt relationẽ non esse rem naturæ, sed rationis tantum. Quod quidem apparet esse falsum, ex hoc, ipsæ res naturalem ordinem & habitudinem habẽt adinuicem. Verumtamen sciendum est, ꝙ cum relatio requirat duo extrema, tripliciter se habere potest adhoc quod sit res naturæ, & rationis. Quandoque. n. ex utraque parte est res rationis tantum, quando. s. ordo, uel habitudo non potest esse inter aliqua nisi secundum apprehensionem rationis tantum, utpote cum dicimus idẽ, eidem idem. Nam secundum quod ratio apprehendit bis aliquod unum, statuit illud ut duo, & sic apprehendit quandam habitudinem ipsius ad seipsum. Et similiter est de omnibus rationibus, quæ sunt inter ens, & non ens, quas format ratio inquantum apprehendit non ens, ut quoddam extremum. Et idem est de omnibus relationibus, quæ consequuntur actum rationis, ut genus, & species, & huiusmodi. Quædã uero relationes sunt quantum ad utrumque extremum res naturæ, quando scilicet est habitudo, inter aliqua duo, secundum aliquid realiter conueniens utrique. sicut patet de omnibus relationibus, quæ consequuntur quantitatem ut magnum & paruum, duplum & dimidium & huiusmodi. nam quantitas est in utroque extremorum. & simile est de relationibus, quæ consequuntur actionem & passionem, ut motiuum & mobile, pater & filius, & similia. Quandoq; uero relatio in uno extremorum est res naturæ, & in altero est res rationis tantum. & hoc contingit, quãdocunque duo extrema non sunt unius ordinis sicut sensus & scientia referuntur ad sensibile & scibile, quæ quidem in quantum sunt res quædam in esse naturali existentes, sunt extra ordinem esse sensibilis & intelligibilis. Et ideo in scientia quidem & sensu est relatio realis, secundum quod ordinantur ad sciendum uel sentiendum res, sed res ipsæ in se consideratæ sunt extra ordinem huiusmodi. unde in eis nó est aliqua relatio realiter ad sciẽtiam & sensum, sed secundum rationem tantum, inquantum intellectus apprehendit ea, ut terminos relationũ scientiæ, & sensus. Vnde Philoso. dicit in 5. Metaphys.* quod non dicuntur relatiue, eo quod ipsa referantur ad alia, sed quia alia referuntur ad ipsa. Et similiter dextrum non dicitur de columna, nisi inquantum ponitur animali ad dextram. Vnde huiusmodi relatio non est realiter in columna, sed in animali. *[li. 5. Meta: tex. 26. t. 3.]*

Cum igitur Deus sit extra totum ordinem creaturæ, & omnes creaturæ ordinentur ad ipsum, & non econuerso, manifestum est quod creaturæ realiter referuntur ad ipsũ Deum, sed in Deo non est aliqua realis relatio d eius ad creaturas, sed secundum rationem tantum, inquantũ creaturæ referuntur ad ipsum. Et sic nihil prohibet huiusmodi nomina importantia relationem ad creaturam prædicari de Deo ex tempore, non propter aliquam mutationem ipsius, sed propter creaturæ mutationem, sicut columna fit dextera animali, nulla mutatione circa ipsam existente, sed animali translato. *[D. 1089.]*

AD PRIMVM ergo dicendum, quod relatiua quædam sunt imposita ad significandum ipsas habitudines relatiuas, ut Dominus, seruus, pater, & filius, & huiusmodi, & hæc dicuntur relatiua secundum esse. Quædam d uero sunt imposita ad significandas res, quas consequuntur quædam habitudines sicut mouens & motum, caput & capitatum, & alia huiusmodi quæ dicuntur relatiua secundum dici. Sic igitur & circa nomina diuina hæc differentia est consideranda dupliciter. Nam quædam significant ipsam habitudinem ad creaturam, ut Dominus. Et huiusmodi nó significant substantiam diuinam directe, sed indirecte, inquantum præsupponunt ipsam, sicut Dominium præsupponit potestatem, quæ est diuina substantia. Quædam uero significant directe essentiam diuinam, & ex consequenti important habitudinem, sicut saluator, creator, & huiusmodi, significant actionem Dei, quæ est eius essentia. Vtraque tamen nomina ex tempore de Deo dicũt quantum ad habitudinem, quam important, vel principaliter vel consequenter, non autem quantum ad hoc quod significant essentiam, uel directe, uel indirecte. *[D. 1099.]*

AD SECVNDVM dicendum, quòd sicut relationes, quæ de Deo dicuntur ex tempore, non sunt in Deo nisi secundum rationem, ita nec fieri, nec factum esse dicitur de Deo, nisi secundum rationem, nulla mutatione circa ipsum existente, sicut est id, Domine refugium factus es nobis.

AD TERTIVM dicendum, quod operatio intellectus & uoluntatis est in operante. Et ideo nomina, quæ significant relationes consequẽtes actionem intellectus vel uoluntatis, dicuntur de Deo ab æterno. Quæ vero consequuntur actiones procedentes fm modum intelligendi ad exte-

quentem actiones procedentes in exteriorem effectum, non con sequentem actiones immanentes intellectus & uoluntatis. §. Tūc &c. Nam relationes adductæ in minori ꝓpositione sunt relatiōes secūdo modo acceptæ, & ideo diuertit minor a sensu conclusionis.

4^m minor. Sed non potest esse. quod sit in creatura tātum. ℞. Negatur, si intelligatur de esse secundum rem. §. Ad probationem dicitur, quod. Nihil denominatur a suo opposito, nisi secundum quod cointelligitur opposita relatio in illo sic denominato, ut in litera. Tunc nihil &c. ut ibi patet.

5^m de antecedente. Relatiue ℞. Non tamen semper. Relatiue sic. §. Sic idest secundum rationem. Verbi gratia. Secundum relationem dominii, quæ in Deo est relatio rationis tantum, Deus dicitur relatiue, idest dicitur dominus, sed non dicitur relatiue sic, idest non dicitur dominus secundum rationem tantum, quāuis relatio domini sit in Deo relatio rationis tantum. Tūc ergo nihil &c. ut consideranti patet.

Lib. 5. Metaph. tex. 20. 20. 3.

6^m de maiori. Quæ nō sunt simul natura. ℞. Inquantum nō sunt simul natura, non inquantum sunt simul natura. §. Tunc &c. Nam ista relatiua, Dominus & seruus, sunt simul

exteriores effectus, dicūtur de Deo ex tempore, ut saluator, creator, & huiusmodi.

Ad quartum dicēdum, quod relationes significatæ per huiusmodi nomina, quæ dicuntur de Deo ex tempore, sunt in Deo secūdum rationem tantum, oppositæ autem relationes in creaturis sunt secundum rem. Nec est inconueniens, quod a relationibus realiter existentibus in re, Deus denominetur, tamen secundum quod cointelligūtur per intellectum nostrū oppositæ relationes in Deo, ut sic Deus dicatur relatiue ad creaturam, quia creatura refertur ad ipsum, sicut philosophus dicit in quinto, metaphys.* quod scibile dicitur relatiue, quia scientia refertur ad ipsum.

Ad quintum dicendum, ꝙ cum ea ratione referatur Deus ad creaturam, qua creatura refertur ad ipsum, cum relatio subiectionis realiter sit in creatura, sequitur ꝙ Deus non secundum rationem tantum, sed realiter sit Dominus. Eo enim modo dicitur Dominus, quo creatura ei subiecta est.

Ad sextum dicendum, quod ad cognoscendum utrum relatiua sint simul natura uel non, non oportet considerare ordinem rerum, de quibus relatiua dicuntur, sed significationes ipsorum relatiuorum. Si enim unum in sui intellectu claudat aliud, & econuerso, tunc sunt simul natura, sicut duplum, dimidium, & pater, & filius, & similia. Si autem unum in sui intellectu claudat aliud, & non econuerso, tunc non sunt simul natura. Et hoc modo se habent scientia, & scibile. Nam scibile dicitur secundum potentiam, scientia autem secundū habitum, vel secundum actum. Unde scibile secundum modum suę significationis præexistit scientiæ. Sed si accipiatur scibile secundum actum, tunc est simul cum scientia s^m actum. Nam scitum non est aliquid nisi sit eius scientia. Licet igitur Deus sit prior creaturis, quia tamen in significatione Domini claditur ꝙ habeat seruum, & econuerso, ista duo relatiua dominus & seruus, sunt simul natura. Unde Deus non fuit Dominus antequam haberet creaturam sibi subiectam.

mul natura iuxta significationes suas, ut declaratur in litera, quāuis in aliquo alio sensu non sint simul, ut ibi dicitur.

APPENDIX.

Ex articulo habes primo, quomodo per rationem ostendas, recte dici a psalm. 9. factus est Dominus refugium pauperi. Item octuagesimonono. Domine refugium factus es nobis. Item 117. factus est mihi Dominus in salutem. Item 49. Deus meus factus est fortitudo mea. Per hæc enim innuitur, ꝙ nomina importantia relationem ad creaturam dicuntur de Deo ex tēpore, cum eatenus alicui quippiam conueniat ex tempore, quatenus ei conuenit esse factum, [ut ex ad secundum habetur.] Sic & Concilium Nicænum dixit ly factorem, dum declarabat symbolum Apostolorum dicens ly creatorem, ad significandum, quod Deus creauit in tempore, cælum &c. Hoc Conciliū iuuatur ab his, quæ hic Sanctus Thomas dicit in responsione ad secundum applicata ad argumentum, & uice uersa iuuatur a Concilio doctrina circa ly factum esse. Secundo uides, quomodo ex scripturis præmissis, ac similibus, firmetur conclusio.

Vtilitas ꝓ Ecclesia S. Dei.

¶Not. Præsenti articulo auxiliatur in ordine articulus 165. 227. 94. 191. 169.

ARTICULUS

Comm. Cardinalis Caietani.

Titulus clarus est ex tempore, scilicet dominus, saluator, & creator, &c.

¶ In corpore quinque facit.

¶Primo proponit conclusionem responsiuam quæsito.

¶Secundo, claudit amplam uiam probandi conclusionem.

¶Tertio ibi, uerumtamen, ueram uiam aggreditur.

¶Quarto ibi, quum igitur Deus, probat conclusionem.

¶ Quinto ibi, non propter aliquam, excludit tacitam obiectionem.

¶Quo ad primum conclusio responsiua quæsito. est affirmatiua, & particularis, s. quædam nomina importantia relationem ad creaturas, dicuntur de Deo ex tempore.

¶Quo ad secundum scito, quod hæc conclusio ideo difficultatem aliquam habere uidetur, quia nulla res noua, potest Deo aduenire, & propterea si huiusmodi nomina non ponunt rem aliquā realem in Deo, nulla erit difficultas. Si autem ponunt rem realē, secus esset. Et quoniam litera intendit probare conclusionem ex hoc medio, scilicet quia non ponunt in Deo, nisi relationem rationis, idcirco amplissima uia, quæ ad hoc statim ducebat, s. nulla relatio est res naturæ, quia erronea, est statim exclusa, & hoc est primum. Recitatur autem hic error ab Auerroe, 12. Metaph. com. 19. Confutaturque hic sic: Res naturales habent ordinem, habitudinemque naturalem adinuicem, ergo consequentia patet, & antecedens, præter euidentiam, quam habet ex 12. Metaph. com. 52. ubi ordo uniuersi bonum eiusdem dicitur, ut per se manifestum assumitur.

¶Hic esset quærendum, an dentur relationes reales, sed quoniam egrederemur propositi limites, fiat quæstio specialis.

¶Quo ad tertium, uia propria ad inuestigandum medium conclusionis inferendæ est, uidere, quando relatio est res naturæ, & quando non. & unde habet, quod sit res naturæ, & unde quod nō sit nisi rationis. Hanc ergo uiam ingrediendo, sic proceditur. Relatio exigit duo extrema, ergo tripliciter potest inueniri res naturæ, aut rationis, scilicet aut ex parte utriusque erit res rationis, aut ex parte utriusque erit res naturæ, aut ex altera res naturæ, & ex altera res rationis, antecedens patet, consequentia uero probatur. Extrema tripliciter uariantur, scilicet quod inter aliqua nō nisi per rationem est habitudo, aut in utroque est res aliqua, unde alterum respiciat, aut unum respicit alterum non eiusdem rationis. Assumptum quo ad primam partem declaratur ex contentis sub ea, tribus modis relatiuorum, s. respicientium idem, & non entium, & iuxta secundas intentiones. Ubi nota quod in primo gradu, intellectus facit extrema non entia, sed extrema, dum distinguit unum in duo. In secundo uero, intellectus facit unum extremum, & ens & extremum. Quo ad secundam uero partem, declaratur ex duobus generibus relatiuorum sub ea contentorū, scilicet consequentium quantitatem, & actionem, & passionem, ut patet in 5. Metaphy. Quo ad tertiam uero declaratur similiter ex duobus, scilicet sensu, seu scientia, &c. & dextro in columna, Authoritateque Arist. confirmatur.

¶Hic multa dicuntur, contra quæ obiicitur ab alijs, puta quod inter ens, & non ens, non est relatio realis. Et quod inter motiuū, & mobile est relatio realis. Et quod scientia habet relationē realem ad scibile, sed quoniam hæc per accidens hic dicuntur, ideo fient de his speciales quæstiones.

¶ Verumtamen unum ualde arduum dubium dissimulandum non est circa illa uerba literę, in quibus dicitur, quod relationes rationis in altero extremo, puta scibili & sensibili sunt, inquantū intellectus apprehendit ea ut terminos relationum oppositarum puta scientiæ, & sensus. Est autem dubium duplex, primo circa sensum literæ. Deinde circa rem. Circa sensum quidem. An intendat quod correlatiuum exigatur ad hoc, ut extremum subintelligatur sub ratione termini ipsius relatiui, uerbi gratia: An relatio dominii exigatur ad hoc, ut Deus intelligatur, ut dominus est creaturæ inquantum eius est serua, uel potius intendat, quod correlatiuum comitatur intellectum alterius extremi sub ratione termini, ita quod, relatio dominii concomitatur Deum apprehensum, ut terminum. Multum aūt refert, an sic, aut sic intendat. Quoniā in primo, correlatiuū ponitur de intrinseca ratione termini imo ponitur

ponitur terminus ipse,in secundo uero,ponitur correlatiuum consequi rationem termini. Et consequēter in primo sensu ponitur, quod terminus relatiui oportet esse relatiuum in secundo uero, quod est absolutum ens. Et propterea nascitur ardua de hoc quæstio. An terminus relatiui,ut sic, sit ens absolutum,uel respectiuū.

¶Et quoniam h= quæstio necessaria est hic, & intacta, nisi a Scoto,a quo uidetur male desinita,idcirco tractanda est. Scot.ergo in 1.dist. 30.q.1.motus (ut reor)ex uerbis huius literæ,ut more suo caperet, probat multipliciter, quod terminus relatiui inquantū terminus est,est res absoluta,ac per hoc,nullū oportet ponere correlatiuum,ut terminet alterum relatiuum, nec secūdum rem,nec secundum rationem. Probatque hoc quadrupliciter. Primo sic. Per se differentia inter relatiua tertii modi,& alia est,quia cætera sunt mutua,ista autem,quæ sunt tertii modi, non sunt mutua.ergo in relatiuis tertii modi,terminus est res absoluta. Antecedens patet 5.Meta.c.ad aliquid, consequentia uero est per se nota,quia ex quo non est correlatiuum, & est terminus.ergo res absoluta est,quæ terminat Secundo sic. Actus diffinit potentiam, & nō econuerso.ergo actus ut terminus, est res absoluta. Antecedēs patet 9.Metaph.consequentia probatur. Actus diffinit potentiā ut terminat relationem potentiæ ad ipsum,& diffinit, ut prior est quam potentia.ergo ut terminus est prior potentia, sed ut correlatiuum non est prior potentia, quia correlatiua mutuo se diffiniunt,ut dicit Porphyrius. ergo, ut correlatiuum non est terminus,ergo ut res absoluta. Tertio sic. Relatiuum,ut sic diffinitur ꝑ terminum,ergo terminus est prior relatiuo, ergo termino, ergo terminus non est ipsum correlatiuum. Antecedens patet prima uero consequentia tenet ex 7. & 9. Metaphys. ibi enim prioritas substantiæ respectu accidentis,& hic actus respectus potentiæ habetur,ex hoc diffiniunt illa.secunda uero cōsequentia patet, quia aliter daretur circulus in priore & posteriore secundum diffinitionem,quod est impossibile.

¶Quarto sic. In relatiuis tertii modi alterum extremum nullam relationem habet,nisi dum actualiter consideratur,& terminat relationem reliqui extremi ad se nullo intellectu considerante imo etiam existente,ergo terminat ratione absoluti,& non ratione relationis cointellectæ. Hæc sunt motiua Scoti satis subtilia & putauit ea efficacia,ita ut eorū conclusionem ueram asserat. Vt autem cognoscatur quantum a uero distet opinio hæc, ex textu 5.Metaphysic.in quo se fundauit,inchoandum est. Errauit siquidem dupliciter in illo textu. Primo,quia ipse supponit textum illum intelligi de extremis,seu fundamentis relatiuorum. Ita quod Arist.uoluerit dicere,quod quædam extrema sunt, quæ dicuntur ad aliquid propter relationes,quas habent ad inuicem. Quædam uero propter relationem quæ est in uno extremo tantum. Hoc enim esse contra sensum.imo uerba Arist. patet sic. Arist. ibi explicite dicit se ponere differentiam,inter ea, quæ secundū se sunt ad aliquid. Sed constat, quod fundamenta relationum non sunt ad aliquid nisi per accidens ut ibidem expresse dicitur. ergo non intelligitur textus ille de reb.quæ denominantur relatiue, sed de ipsis ad aliquid. Nec potest aliter saluari textus ille.

¶Secundo. Errat in differentia assignata,in textu siquidem illo non dicitur,quod quædam sunt mutua relatiua, & quædam non sunt,ut Sco.somniauit,sed differentia assignatur in causa, seu ratione essendi ad aliquid. Ita quod tex. affirmat etiam relatiua tertii modi utrinque esse ad aliquid.,Sed differentiam ponit in hoc, quod in relatiuis primi, & secundi modi ratio, quod sint ad aliquid,est utrumque hoc ipsum quod est aliud se habere. In relatiuis uero tertii modi ex parte unius extremi,ratio,ꝙ sit ad aliquid non est,hoc ipsum quod est ad aliud se habere,sed aliud se habere ad ipsum,ubi manifeste patet, quod tota differentia consistit in ratione essendi ad aliquid, & non in esse mutua,uel non mutua. Et quoniam tex. ille est fundamentum theologorum in materia huius articuli speculatiue scribentium,ideo ad maiorem claritatem discutiendus est sic. Textus ille implicat duo contradictoria, ergo.antecedens manifestatur. Textus loquitur de his,quæ secundum se sunt ad aliquid, & negat de aliquo illorum hoc ipsum qđ est,esse ad aliud se habere ergo negat diffinitionem a diffinito,seu quod æquiualet a parte subiecta per se diffiniti. Antecedens patet pro utraque parte. In illo textu dicit enim scibile,& sensibile, & alia huiusmodi sunt per se ad aliquid,& quod non dicuntur ad aliquid,quia ipsa ad aliud sint,sed quia alia dicuntur ad ipsa. consequentia patet ex diffinitione ad aliquid posita ab ipso Aristotele in prædicamentis. Et cum hæc contradictio sit manifesta dicendū uidetur. quod Arist. loquitur de ad aliquid secundum sua fundamenta quum dicit,ipsa non sunt ad aliud, sed alia id ipsa. Et hic paralogismus(ut reor)mente retentus decepit omnes,qui in hoc textu errauerunt. Ad cuius solutionem scito, quod quia metaphysicus tractat de relatiuis, ut sunt per se partes entis, idest ut sunt entia realia,idcirco differentia ista est intelligenda de relatiuis secundum,quod entia realia sunt,& non de eis sumptis,ut abstrahunt ab ente reali,idest secundum quod important,ad,non curando de esse eorum quemadmodum in prædicamentis diffinita sunt. Et propterea omissa ibidem est differentia ista. Inter relatiua.ergo per se differentia ponitur quo ad esse reale,ꝙ ponit,non qđ supponunt,in hoc ꝙ quædam relatiua sunt,ꝙ ideo entia realia sunt, quia ipsa sunt in rerum natura talia entia. quod ad aliud se habent. Quædam uero non sunt entia realia, quia ipsa in rerum natura sint ad aliud. Sed hæc sola ratione inter realia numerari possunt,quia alia realia dicuntur ad ipsa, ita quod differentia cōsistit in hoc, per se relatiuorum quædam sunt relatiua realia per denominationem seu prædicationem intrinsecam. Quædam uero per denominationē extrinsecā. Ab alterius enim realitate relatiua ipsa quoque inter realia relatiua connumerantur. Et iuxta hūc sensum consonat dictum commune,scilicet quod ex hoc textu habetur, quod omnia relatiua non sunt mutua quo ad realitatem. Nec obstat si obiiciatur quod textus non meminit de esse reali, quoniam supponitur quod de tali esse loquatur, ex eo quod metaph.sic est tractare de reb.ut sunt partes entis realis,& consequēter de relatiuis,ut sunt ad aliquid in re,& non ut intelliguntur ad aliquid. Et hinc patet quod nulla est contradictio quoniam non negatur diffinitio de deffinito,sed insinuatur, quod illa diffinitio conuenit ad aliquid siue sit ens reale, siue sit ens rationis, nec illa negatur de ad aliquid,sed negatur a quibusdam, poni esse in rerū natura quod sit ad aliud, cum quo tamen stat quod formaliter illamet,hoc ipsum,quod sunt ad aliud sunt, ut diffinitio eorum exigit. Laborat ergo argumentum in æquiuoco. Singulare ergo est in relatiuis tertii modi, quod alterum ideo tātum est in re ad aliquid,quia reliquum est ad ipsum.

¶Ex his autem facile patet responsio ad quæsitum quo ad relatiua tertii modi. Sed ut uniuersalis doctrina habeatur,scito,quod nomine termini in proposito intelligitur id, ad quod relatiuum dicitur,& quod in diffinitione relatiui oportet ponere.hæc enim duo ipsemet Scot.concedit conuenire in termino. Tunc sic,si absolutum,ut sic esset terminus relatiui.sequeretur primo quod cū in diffinitione ad aliquid dicitur. Ad aliquid sunt quibus hoc ipsum,quod sunt, est ad aliud se habere,ly aliud supponeret pro re absoluta,& sic duplum,hoc ipsum quod est,non est ad aliud,idest dimidium,nec seruus est ad Dominum,nec pater ad filium, &c. hoc autem ex prædicamētis,& expositoribus constat esse falsum. omnes enim dicunt,quod ly aliud supponit pro termino, & assignando illud dant correlatiuum. Imo textus expresse dicit,quod Dominus non dicitur ad aliquid aliud in seruo existens, nisi ad ipsum sub ratione serui. Et Auerr.ibidem dicit, quod semper id,ad quod dicitur relatiuum, oportet esse in prædicamento relationis. Sequeretur secundo, quod in diffinitione alicuius creaturæ necessario caderet Deus sub propria ratione absoluta. Et cum hoc sit impossibile, sequeretur, quod aliqua creatura naturalis remaneret incognoscibilis naturaliter,patet sequela de creatione passiua,de relatione uniuersi ad Deum ultimum finem,&c. Sequeretur tertio, quod relatiuum exigeret in diffinitione sua ex parte termini duo,scilicet correlatiuum,& absolutum. Et quum ex prædicamentis patet,quod correlatiuum exigitur,ut id ad quod dicitur,illud absolutum quare exiget nulla est ratio.

¶Sequeretur quarto,quod in diuinis personis non possent saluari relationes ad intra, nisi ponendo personas distingui realiter in absolutis: tenet sequela, quia relatiuum reale exigit terminum realiter a se distinctum. Si ergo paternitatis diuinæ terminus est res absolute, ergo aliqua res absoluta in diuinis distinguitur a patre realiter. Dicendum est ergo cum peripateticis, & cæteris philosophis,quantum uidisse me recolo, quod terminus relatiui, & correlatiuum idem sunt,imo terminare relatiuum,est in ratione correlatiui cuiusque.

¶Et ad primam obiectionem Scoti iam patet responsio. Terminus enim relatiui tertii modi est correlatiuum illius, & hoc ex illo tex. 5.metaphy.expresse dicitur, quum dicitur ibidem de termino, quod est ad aliquid secundum se, & ꝙ ad ipsum dicitur aliud,hoc enim non potest,nisi de correlatiuo uerificari,ergo. Quomodo autem de eodem uerificetur etiam quod ipsum non dicitur ad aliud,iam declaratum est.

¶Ad secundam autem obiectionem dicitur,quod falsum supponitur, scilicet quod de actu, ut terminat relationem potentiæ, ibi sit sermo. Ibi enim tractatur de natura potentiæ, & de natura actus secundum transcendentes relationes,quibus essentialiter potentia respicit actum. Et actus talis respicit potentiam. Et uult Arist. quod quia potentia non potest absque actu intelligi, actus autem potest,& intelligi, & esse absque potentia,ut patet de actu puro,ideo actus est prior potentia ex malo ergo intellectu literæ illius procedit obiectio, quamuis possit dici, quod huiusmodi relatiua, quorum unum importat actum, & reliquum potentiam, non sunt bene assignata,& ideo nec sunt simul natura,nec se diffiniunt inuicem,&c. ut Auerrois in prædicamentis dixit.

¶Ad tertiam obiectionem proprie loquendo negandum est antecedens,quia ut Magnus docuit Alber. Relatiuum non diffinitur per terminum,sed ad terminum,quia non habet esse per terminū in quocunque genere causæ,sed ad terminum. consequentia autē omnino est falsa,quia stat diffiniens esse simul natura, & intellectu cum diffinito.

¶Ad

¶Ad authoritates autem Arist. dicitur quod tenent, quia loquuntur de materia, in qua inter diffiniens, & diffinitum est ordo. vbicunque enim inter diffiniens & diffinitum oportet esse ordinem, ibi ualet consequentia: ergo diffiniens est prius ubi autem nullus est ordo, non potest inferri prioritas. Inter correlatiua autem nullus est ordo, sed sunt omnino simul, ut patet in postprædicamentis, ergo. Et aduerte, q hæc obiectio militat contra authorem suum, arguendo sic. Quicquid sit de termino, certum est in relatiuis mutuis unum esse diffinitiuum alterius, & econuerso, ergo prius, & posterius secundum diffinitionem, &c. consequentia nota. antecedens uero est Porphirii hic allegati a Scoto pro se. ergo.

¶ Ad ultimam, quæ tertiet nouitios, patet solutio ex uerbis Arist. Negatur siquidem antecedens, quoniam in relatiuis tertii modi utrumq; extremũ simul hẽt relationem, sed dissimiliter, quia unum est relatiuum propter relationem, quæ est in ipso ad aliud. Reliquum uero est relatiuum propter relationem realẽ alterius ad ipsum relatiuum. Nec requirenda est alia existentia illius correlatiui, quam existentia sui comparis, quoniam ab ea extrinseca denominatione etiã ipsum dicitur esse. Hoc enim est singulare in relatiuis tertii modi, quod relatiuũ reale dicitur ab terminum non realem formaliter, nisi denominatione extrinseca, qui tamen est realis fundamentaliter, seu quo ad substratum, uel denominatum. Ex his autem patet respõsio ad dubitationem motam circa sensum literæ huius. Ex quo nãque constat, quod Deus non terminat seruitutem, nisi ut Dominus formaliter, quia ly Dominus est proprius terminus serui, patet quod intentio literæ est, quod correlatiuum oportet cointelligi in aliquo, si illud debet intelligi sub ratione termini. Nec obstant his uerba S. Tho. in q de potentia Dei. q. 7. art. 10. ad 4 ubi dicit, quod terminare ordinem seruitutis creatæ, quod clauditur in ratione Domini, conuenit Deo. Et intendit, quod conuenit Deo secundum rem, ut patet ex argumento ad quod respondet. Hoc inquam non obstat, quoniam intelligitur determinare fundamentaliter. Hoc. n. conuenit Deo secundum rem, sicut potestas coercendi subditos. Et q hoc intendat ex eo manifestatur, quia quo ad ordinem ad subditos negat conuenire Deo, quoniam nec formaliter, nec fundamentaliter Deus habet, unde ordinetur ad subditos.

¶Quo ad quartum probatur conclusio intenta sic. Deus est extra totum ordinem uniuersi, ita q creaturæ ordinantur ad ipsũ, & non econuerso. ergo creaturæ realiter referuntur ad Deum. In Deo autem non est ad creaturas relatio, nisi rationis. ergo nihil prohibet quædam nomina importantia relationem, dici de Deo ex tempore. Antecedens patet: prima autem consequentia ex illa maxima, in præcedenti parte posita, scilicet, quandocunque extrema non sunt unius ordinis, & unum respicit aliud in reliquo, non est relatio, nisi rationis, ergo si Deus est extra ordinem, &c. secunda autem consequentia est per se nota.

¶ Contra rationem adductam in litera pro hac conclusione, Scot. dupliciter instat in loco præallegato. Primo inquit. Ratio ista petit principium, quia quum Deus manifeste sit prior creatura, ac per hoc aliquem ordinem habet, ut prius ad posterius, assumendo, quod in eo non est ordo, nihil aliud est, quam assumere, q Deus non habet ordinem realem ad creaturam, hoc autem erat probandum. Secundum sophisma consequentis, quia negatio ordinis non infert negationem relationis in communi, quoniam nõ negationem relationum æquiparantiæ. Et tamen litera ex negatione ordinis, negationem realem relationem.

¶Aureolus quoque, ut habes in 3. d. primi in Capreolo, contra hanc rationem instat. sed quoniam assumit, uel motiua soluta S. Tho. expresse, uel assumit aliud ab hac ratione loco illius, ideo omittenda censui.

¶Ad obiecta ergo Scoti dicitur, quod in æquiuoco laboramus, in litera. n. est sermo non de ordine formaliter, quia est relatio, sed de ordine fundamentaliter. Ita quod esse eiusdem ordinis nihil aliud est, quam esse eiusdem rationis, quo ad causam relationis, & esse nõ eiusdem ordinis, est esse alterius rationis. Ita quod, inter ea sola est relatio realis utrinque, in quib. est eadem causa referendi unum ad aliud. Sed hoc contingit multis modis, quia in relatiuis primi modi. s. pertinentium ad quantitatem, est identitas specifica in causa. In relatiuis autem secundi modi, s. pertinentium ad actionem, & passionem, est identitas quasi specifica, seu formalis, quia utrinque causa est perfectio propria, quamuis in patiente, ut habeatur, & in agente, ut conseruetur, ut Auerro. de intelligentiis 12. Metaphysic. com. 36. docuit. In relatiuis autem tertii modi, s. spectantium ad mensuram, & mensuratum, in altero extremo nulla causa est referibilitatis suæ ad aliud, & propterea alterius ordinis dicitur quo ad causam relationis. Vnde patet, quod non petit principium: non est enim idem dicere, in Deo nulla est causa, ut referatur ad creaturam, quamuis in creatura sit causa referendi ipsam ad Deum, & dicere. in Deo non est ordo realis ad creaturas, sed illud est causa huius. Et propterea processus iste, est a causa ad effectum. Nec peccat secundum consequens, quia non loquitur de ordine formaliter, sed fundamentaliter, quem etiam in relatiuis æquiparantiæ oportet esse. duo enim alba eiusdem rationis sunt, & simpliciter, & quo ad hoc, ut causent ad se inuicem respectus, hoc autem est esse eiusdem rationis.

Quo ad quintum. Aduerte, quod intenta conclusio ex duobus impediri posset. Primo ex ipso significato formali horum nominum, s. si significarent in Deo aliquam rem naturæ, quia in Deo nulla res naturæ potest temporaliter poni. Secundo ex fundamẽto illius rationis. Dato. n. quod Dominus non ponat supra Deum nisi relationem rationis, & ex hoc, non prohibeatur temporalitas, si tamen ista relatio rationis non posset denominare temporaliter, nisi propter mutationem aliquam in ipso denominabili, oporteret dicere, quod nullum huiusmodi nomen potest dici de Deo ex tempore, quoniã in Deo nulla possibilis est mutatio, sed est omnino immobilis, ut in q. 9 dictum est. Quia igitur litera ista iam impedimentum ex formali significatio exclusérat, ut confirmatam conclusionis probationem afferret, secundum impedimentum exclusit, præfatæ obiectioni tacite respondendo, dum dixit, quod Deus dicitur ex tempore Dominus. v. g. non propter mutationem aliquam in ipso, sed in creatura, probaturq; hoc ex simili.

¶In responsione ad quartum perspicaciter aduerte, quod correlatiuum tertii modi, ut scibile, seu in proposito Dominus, & similia, possunt iudicari esse secundum duo entis genera. Primo in genere entis simpliciter. Secundo in genere entis secundũ quid, idest entis rationis. Si loquamur de eis secundum esse simpliciter, tunc ipsa non alia ratione sunt, nisi quia comparia sua, quæ terminantur ad ipsa formaliter, sunt in rerum natura, ita quod ad eorum esse extra animam, hoc sufficit. sunt enim contenta hoc debilissimo essendi modo. Et sic esse Dominum nihil ponit in Deo, secluso omni intellectu, nisi terminare formaliter relationem serui, quam Deus secundum se terminat subiectiue, i. ut quasi subiectum termini formalis, sed ponit, uel supponit bene aliquid in creatura. s. relationem seruitutis ad Deum, ut subiectum, &c. nec ipsum terminare formaliter seruitutis relationem plus aliquid ponit, quam sit esse ipsius terminati, licet alio modo illud ponat. Et secundum hoc, Deus est Dominus de nouo, & sine omni intellectu sola seruitute creaturę, quia esse Dominum, nullum esse in rerum natura ponit, nisi esse sui oppositi. Nec est inconueniens in materia relatiua, unum oppositorum esse, quia aliud est, ut Aristoteles docuit, & ratio est, quia opposita relatiua in hoc a ceteris oppositis differunt, quod se simul ponunt, nec unum in distinctione alterius constituitur, ut Sanctus Thomas docuit. At si obiceris, quod in materia relatiua non sit denominatio ab extrinseco, ut in 2 contra Gent. c. 13. determinatur. Respondeo, quod hoc est uerum formaliter, non autem realiter. Non enim Deus dicitur Dominus a seruitute formaliter, sed a relatione Domini, quę est velut ei inhærens, sed tamen Deus dicitur Dominus, & realiter Dominus a realitate seruitutis, quia esse Dominum nullum esse ponit, nisi quod terminus est realis seruitutis. Et sic ista denominatio est formaliter ab intrinseco, & realiter ab extrinseco. Si autem loquamur de eis secundum esse rationis, sic esse Dominum ponit in Deo relationem rationis. Et sic dicitur & uere quod Deus dicitur Dominus a Dominio, quia est relatio rationis, non quod hic sint duę relationes Domini, altera extra animam, & altera rationis, sed quia illa relatio Domini, quæ tam debili modo ens dicitur, dupliciter iudicata est a doctorib. quandoque secundum esse proprium, & sic dicta est relatio, & ens rationis tantum, quia nullũ habet proprium esse, nisi per rationem Quandoque secundũ esse alienum, s. oppositi a quo entis nomen utcunque meretur, & sic dicta est ens, & inter entis partes enumerata quinto metaphy. quia alia dicitur ad ipsam. Et quia sic nullum esse ponit in denominato, sed in termino tantum, ideo semper & simpliciter de istis dicitur, quod nullum esse ponunt in denominato, puta Deo aut scibili, nisi rationis, quod spectat ad esse proprium. Et bene nota, q non dicitur, q nullũ esse ponunt, sed q nullum esse in denominato ponunt, quia ponunt esse in terminato opposito, quod sufficit ad eorum esse extra. Et si hanc distinctionem perspexeris, atq; sciueris applicare, diuersa doctorum dicta uerificabis, puta quod istę relationes non sunt entia extra animam. hoc enim uerum est secundum esse proprium, & quod ista sunt, quia opposita sunt, hoc uerum est secundum esse alienum. Videbisque Sanctum Thomam vtrumque tetigisse in hac respõsione. Augustinum quoq; in quinto de Trinit. capitulo ultimo. Aduertes quoque nouitius compatiens author, magis usus est relatiuis istis secundum esse rationis, quam secundum illam essendi diminutionem non facile intelligibilem. Ex his quoque patet, quomodo nullo intellectu considerante, potest dici Dominus Deus formaliter, & quomodo nõ nisi fundamentaliter, &c. distinguendo de esse proprio uel alieno ipsius. Habesque hinc defectum Scoti in primo distinctione 30. quæstione prima, credentis quod Deus dicitur Dominus ex sola relatione, quæ est in creatura. ponit enim effectum formalem, scilicet esse Dominum absque causa formali. s. relatione Domini, quod non est intelligibile.

Alb. Mag. prima dis. 1. art. 11.

SVP. Q. XIII. ART. VIII.

CONCL. Hoc nomen Deus, quantum ad id a quo imponitur ad significandum est nomen operationis.

¶PROB. Quia ad significandum imponitur ex uniuersali rerũ prouidentia.

¶CONCL. 2. Hoc nomen Deus ex prædicta operatione assumptum impositum est ad significandum naturam diuinam. Vnde quantũ ad id, ad quod significãdum imponitur, est nomen naturæ.

¶PROB. 1. Quia Deum [cum non sit nobis in sui natura notus] ex operationib. seu effectib. suis nominamus. Secda aũt pars, f. unde &c. probatur. Quia patet, id ex primo sequi.

1^m de conclusione. Operationẽ significat. ℞. Vt a qua, non ut ad quam. §. Tunc &c. Vt patet ex conclusionibus.

2^m de minori. Diuina natura. ℞. Considerata secundũ quod in se est, non. Considerata secundum modum causalitatis uel negationis uel eminẽtiæ, §. ut habetur. q. 12. ar. 12. Tunc &c. Nam secundum quod naturam alicuius rei ex eius &c. ut in litera.

75 1. d. 2. in expo. lit. & d. 18. ar. 5. 6. Et d. 32. q. 2. art. 2. li. 1. ortho. fidei. c. 12. θεὸς θέειν αἴθειν θεᾶσθαι

In prologo lib. 1. de fide cir. prin. to. 2. c. 3. ad Galat. post med to. 5. li. 1. de fide ad gran. c. 1

APPENDIX.

EX articulo habes primo, quomodo per rationem ostendas, recte esse dictum Isa. 45. Vere tu es Deus absconditus. Innuit namque propheta hic, q͂d hoc nomẽ, Deus est nomen naturæ. i. significãs naturam diuinam. Alio quin si id esse nomen operationis. i. significans operationem uidisset, dixisset, Vere tu es De^s manifestus. Manifestissimæ. n. sunt operationes Dei, uidelicet cęlũ, terra, mare, gubernatio & conseruatio mundi. Econtra uero natura diuina est nunc nobis ĩm q͂ in se est occultissima cum habitet lucem inaccessibilem 1. Tim. 6. Propterea Deus dicitur absconditus anthonomatice, i. in superlatiuo gradu, seu plusquã omnia alia. Item recte esse dictũ Galat. 4. His, qui natura non sunt Dii, seruiebatis. Quasi dicat Apostolus. Deus, cui ego cum mei similibus seruio, est Deus natura, & cõsequẽter hoc nomẽ, Deus, est nomen naturæ. Itẽ a regulis fidei, traditis ab Augustino in lib. de fide ad Petrum, c. 1. sic, cũ. n. aliud nomen sit pater, aliud filius aliud spiritussanctus, hoc, est uuque unũ naturæ nomen horum trium, quod dicitur Deus. Hæc ibi. Item ab Ambrosio in lib. de fide, ut dicitur in argumento, sed contra. Secũdo uides, q̃uo ex his uicissim firmetur secunda conclusio.

Vtilitas pro Eccle. S. Dei.

¶NOT. Præsenti loco seruit art. in ord. 69. 112. 66. 68.

art. 1. huius quæst.

cap. 12. parum ante medium.

ARTICVLVS VIII.

Vtrum hoc nomen Deus sit nomen naturæ.

AD OCTAVVM sic proceditur. Videtur quod hoc nomen Deus nõ sit nomẽ naturæ. Dicit enim Damas. in 1.* lib. quod Deus dicitur a theyn quod est curare & fouere uniuersa, uel ab ethyn, idest, ardere. Deus enim noster ignis consumens est. uel a theaste quod est considerare omnia. Hæc autem omnia ad operationẽ pertinent. Ergo hoc nomen Deus, operationem significat, & non naturam.

¶2 Præt. Secũdum hoc aliquid nominatur a nobis secundum quod cognoscitur. Sed diuina natura est nobis ignota. Ergo hoc nomen Deus non significat naturam diuinam.

SED CONTRA est, quod dicit Amb. in lib. 1. de fide.* quod Deus est nomen naturæ.

RESPON. Dicendum, quod nõ est semper id idem id, a quo imponitur nomen ad significandum, & id ad quod significandum nomen imponitur. Sicut enim substantiam rei ex proprietatibus, uel operationibus eius cognoscimus, ita substantiam rei denominamus, quandoque ab aliqua eius operatione, uel proprietate. Sicut substantiam lapidis denominamus ab aliqua actione eius, quia lædit pedem, non tamen hoc nomen impositum est ad significandum hanc actionem, sed substantiam lapidis. Si qua uero sunt, quæ secundum se sunt nota nobis, ut calor, frigus, albedo, & huiusmodi, non ab aliis denominantur. Vnde in talibus idem est quod nomen significat, & id a quo imponitur nomen ad significandum. Quia igitur Deus non est notus nobis in sui natura, sed innotescit nobis ex operationibus, uel effectibus eius, ex his possumus eum nominare, ut supra* dictum est. Vnde, hoc nomen Deus est nomen operationis quantum ad id, a quo imponitur ad significandum. Imponitur enim hoc nomen ab uniuersali rerum prouidentia. Omnes enim loquentes de Deo, hoc intendunt nominare Deum, quod habet prouidentiam uniuersalem de rebus. unde dicit Dionys.* 12. c. de di. nominibus, quod deitas est quæ omnia uidet prouidentia, & bonitate perfecta. Ex hac autem operatione hoc nomen Deus assumptũ, impositum est ad significandum diuinam naturam.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod omnia, quæ posuit Dama. pertinent ad prouidentiam, a qua imponitur hoc nomen Deus ad significandum.

AD SECVNDVM dicẽdum, quod secundum quod naturam alicuius rei ex eius proprietatibus & effectibus cognoscere possumus, sic eam nomine possumus significare. Vnde, quia substantiam lapidis ex eius proprietate possumus cognoscere secdm seipsam, quid sciendo quid lapis, hoc nomen lapis ipsam lapidis naturam, secundum quod in se est, significat. Significat enim diffinitionẽ lapidis, per quam scimus quid est lapis. Ratio enim, quam significat nomen, est diffinitio, ut dicitur in 4. Metaph. Sed* ex effectibus diuinis diuinã naturam non possumus cognoscere secundum quod in se est, ut sciamus de ea quid est, sed per modum eminentiæ, & causalitatis & negationis, ut supra dictum est.* Et sic hoc nomen Deus significat naturam diuinam. Impositum est enim nomen hoc ad aliquid significandum supra omnia existens, quod est principium omnium & remotum ab omnibus. Hoc enim intendunt significare nominantes Deum.

li. 4. Metaphysi. text. 28. com. 3.

q. 12. ar. 12.

Comm. Cardinalis Caietani.

IN titulo nomen naturæ, sumitur, ut distinguitur contra nomẽ tam operationis, quam perfectionis, quasi superadditæ naturæ per modum proprietatis.

¶In corpore una est conclusio responsiua quæsito cum distinctione sic. Deus est nomen naturæ, quo ad id, ad quod nomen impositum est, operationis uero quo ad id, a quo impositũ est. Hæc conclusio in litera probatur, quo ad duo, s. quo ad distinctionem, quam in se claudit, & quo ad secundam partem, prima autem pars ut nota relinquitur. Probatur distinctione sic, nomina rerũ per se cognitarum habenti id a quo & ad quod nomen imponitur idem. Rerum autem per alia tantum, puta effectus operationes, aut proprietates, cognitarum habent, id a quo, aliud ab eo, ad q͂d nomen imponitur, sed nomina diuina sunt rerum secundi ordinis. ergo in eis aliud est a quo &c. ergo ly Deus habet aliud a quo, &c. Maior probatur, quia sicut cognoscitur, ita nominatur. Et manifestatur exemplo lapidis, quo ad secundam partem, & qualitatum sensibilium, quo ad primam. Minor patet ex dictis in q. 12. Secunda autem conclusionis pars probatur, ly Deus est impositum ab uniuersali prouidentia, ergo. Antecedens probatur dupliciter. Primo ex communi usu loquentium. Secundo authoritate Dion. Et confirmatur in responsione, authoritate Damas.

Cap. 2. d. 3. cont. 8. Alb. Mag. 1. d. 2. ar. 12.

SVP. Q. XIII. ART. IX.

CONCL. 1. Hoc nomen Deus est incommunicabile secũdum rem, sed communicabile secundum opinionem.

¶PROB. 1. Quia ly Deus significat naturam

76 q. 29. ar. 4. 1. & 1. d. 4. q. 1. ar. 2. 3. & d. 21. q. 2. ar. 3. 4. & po. q. 7. ar. 3. 1.

Ar. præce.

ARTICVLVS IX.

Vtrum hoc nomen Deus sit communicabile.

AD NONVM sic proceditur. Videtur q͂ hoc nomen Deus sit communicabile. Cuicunque. n. communicatur res significata per nomen, communicatur, & nomen ipsum. Sed hoc nomen Deus (ut dictum est*) significat diuinam na-

tam diuinam, & a diuina natura est incommunicabilis. Secunda autem pars, scilicet &c. probatur. Quia Intellectus humanus non intelligit formam per se ipsam subsistentem, qualis est Deus, secundum quod est in se ipsa [sic enim ly Deus esset incommunicabile secundum opinionem,] sed intelligit eam ad modum rerum compositarum habentium formas in materia, quæ sunt multiplicabiles.

ar. præced.

¶Coroll. Ergo Manichei Marcionistæ, Secundinus, [supra q. 11. ar. 3.] pluralitatem deorum ideo posuerunt, quia opinionem propriam [sicut & omnes alii hæretici,] & rei ueritatem, secuti sunt. Opinio autem ipsorum falsa ideo est, quia diuinam secundum mensuram rerum creatarum, & quidem materialium, [pro, miranda cæcitas,] metiri uoluerunt. Vide literam.

¶Concl. 2. Hoc nomen Deus est communicabile secundum rem, non secundum totam suam significationem [in quo sensu prima conclusio loquebatur,] sed secundum aliquid eius per quandã similitudinem.

¶Prob. Quia illi, qui participant aliquid diuinum dicuntur ex hac similitudine dii. (Exẽplo patet de his, qui dicuntur Leones propter participationẽ fortitudinis.)

D. 1148.

¶Concl. 3. Si eẽt aliquod nomen impositũ ad significandum Deũ non ex parte naturæ, sed ex parte suppositi secundum quod consideratur, ut hoc aliquid illud nomen esset incõmunicabile oib. modis.

¶Prob. Quia singulare ex hoc ipso, ꝙ est singulare, est diuisum ab omnib. aliis, & consequenter omne nomen impositum ad significãdum aliquod singulare [i. suppositum] est incommunicabile tum secundum rem, tum secũdum rationem.

D. 307. D. 1197.

1^m de maiori.

Communicatur & nomen. ℞. Secundum quod ei communicatur rei significata per nomen, non aliter. §. Tunc nihil &c. ut patet ex conclusionibus bene hunc applicatis.

turam, quæ est communicabilis aliis, secundum illud 2. Pet. 1. Magna & pretiosa promissa nobis donauit, ut per hoc efficiamur diuinę consortes naturæ. Ergo hoc nomen Deus est communicabile.

¶2 Præt. Sola nomina propria non sunt communicabilia. Sed hoc nomen Deus non est nomẽ propriũ, sed appellatiuũ, quod patet ex hoc, ꝙ habet plurale secũdum illud Ps. 81. Ego dixi, dii estis. Ergo hoc nomen Deus est communicabile.

¶3 Præt. Hoc nomen Deus imponitur ab operatione, ut dictum est *. Sed alia nomina quæ imponuntur Deo ab operationib. siue ab effectibus sunt cõmunicabilia, ut bonus, sapiens, & huiusmodi. Ergo hoc nomen Deus est communicabile.

Sed contra est, quod dicitur Sap. 14. Incommunicabile nomen lignis, & lapidibus imposuerunt, & loquitur de nomine Deitatis. Ergo hoc nomen Deus est nomen incommunicabile.

Respon. Dicendum, quòd aliquod nomen potest esse communicabile dupliciter. Vno modo proprie. Alio modo per similitudinem. Proprie quidem cõmunicabile est, quod secundum totam significationem nominis, est communicabile multis. Per similitudinem aũt communicabile est, quod est communicabile secundum aliquid eorũ, quæ includuntur in nominis significatione. Hoc enim nomẽ leo proprie d communicatur omnibus illis, in quibus inuenitur natura, quam significat hoc nomen leo. Per similitudinem uero communicabile est illis, qui participant quod leoninum, ut puta audaciam, uel fortitudinem, qui metaphorice leones dicuntur. Ad sciendum autem quæ nomina proprie sunt communicabilia considerandum est, quod omnis forma in supposito singulari existens, per quod indiuiduatur, communis est multis, uel secundum rẽ uel secundum rationem saltem. Sicut natura humana communis est multis secundum rem d & rationẽ, natura autem Solis, non est communis multis secundum rem, sed secũdum rationem tãtum. Potest enim natura Solis intelligi ut in pluribus suppositis existẽs. Et hoc ideo, quia intellectus intelligit naturam cuiuslibet speciei, per abstractionem a singulari. Vnde esse in uno supposito singulari uel in pluribus, est præter intellectum naturæ speciei. Vnde seruato intellectu naturæ speciei, potest intelligi ut in pluribus existens. Sed singulare ex hoc ipso quod est singulare, est diuisum ab omnibus aliis. Vnde omne nomen impositum ad significandum aliquod singulare, est incommunicabile & re & ratione. Non enim potest in apprehensione cadere pluralitas huius indiuidui. Vnde nullum nomen significans aliquod indiuiduum, est communicabile multis proprie, sed solum secundum similitudinem, sicut aliquis metaphorice potest dici Achilles, inquantum habet aliquid de proprietatibus Achillis, scilicet fortitudinem. Formæ uero, quæ non indiuiduantur per aliud suppositum, sed per se ipsas, quia scilicet sunt formæ subsistentes, si intelligerentur secundũ quod sunt in seipsis, non d possent communicari nec re, neque ratione, sed forte per similitudinem, sicut dictum est de indiuiduis. Sed, quia formas simplices, per se subsistentes non possumus intelligere secundum quod sunt, sed intelligimus eas ad modum rerum compositarum, habentium formas in materia, ideo ut dictum est, * imponimus eis nomina concreta significantia naturam in aliquo supposito. Vnde quantum pertinet ad rationem nominum, eadem ratio est de nominibus quæ a nobis imponuntur ad significandum naturas rerum compositarum, & de nominibus, quę a nobis imponuntur ad significandum naturas simplices subsistentes. Vnde, cum hoc nomen Deus impositum sit ad significandum naturam diuinam, * ut dictum est, natura autem diuina multiplicabilis non est, ut supra * ostensum est. sequitur quod hoc nomen Deus incommunicabile d quidem sit secundum rem sed communicabile quidem sit secundum opinionem, quemadmodum hoc nomen Sol, esset communicabile secundum opinionem ponentium multos Soles. Et secundum hoc dicitur Galat. quarto. His, qui natura non sunt dii seruiebatis. * Glo. non sunt dii natura, sed opinione hominum. Est nihilominus communicabile hoc nomen Deus, non secundum suam totam significationem, sed secundum aliquid eius per quandam similitudinem, ut dii dicantur, qui participant aliquid diuinum per similitudinem secundum illud, Ego dixi, dii estis. Si uero esset aliquod nomen impositum ad significandum Deum non ex parte naturæ, sed ex parte suppositi, secundum quod considerantur, ut hoc aliquid illud nomen esset omnibus modis incommunicabile, sicut forte est nomen Tetragrammaton apud Hebræos. Et est simile si quis imponeret nomen Soli designans hoc indiuiduum.

Ad primum ergo dicendum, quod natura diuina non est communicabilis, nisi secundum similitudinis participationem.

Ad secundum dicendum, quod hoc nomen Deus, est nomen appellatiuum, & non proprium, quia significat naturam diuinam, ut in habente, licet ipse Deus secundum rem non sit nec vniuersalis nec particularis. Nomina enim non sequuntur modum essendi qui est in rebus, sed modum essendi secundum quod in cognitione nostra est. Et tamen secundum rei veritatem est incommunicabile, secundum quod dictum est de hoc nomine Sol. *

Ad tertium dicendum, quod hæc nomina bonus, sapiens, & huiusmodi similia imposita quidem sunt a perfectionibus procedentibus a Deo in creaturas, non tamen sunt imposita ad significandum diuinam naturam, sed ad significandum ipsas perfectiones absolute. Et ideo etiam secundum rei ueritatem sunt communicabilia multis. Sed hoc nomẽ Deus impositũ est ab operatione propria Deo, quam experimur continue ad significãdam diuinã naturã.

2^m de maiori.

Propria. ℞. Et secundum essendi in rebus, & secundum modum essendi in cognitione nostra, non secundum modum essendi tantum in rebus. §. Tunc nihil &c. Nam hoc nomen Deus, secundum rei ueritatem est incõmunicabile, & consequenter proprium. Licet secundum modum, quo est in cognitione nostra, sit appellatiuum, ut habetur in litera.

3^m de minori.

D. 634.

Quæ imponuntur Deo ab

ar. 1. huius q. ad 2 arg.

ar. præced. q. 11. ar. 3 D. 465.

Glosa interlinearis ibi.

Ergo (colligendo ea prædicta in corpore) significare ad modũ rerum cõpositarum est significare aliquius naturã ut in habẽte. In cor. art.

ab operationibus, siue ab effectibus. R. & significant ipsos effectus, seu perfectiones, absolute, non autem si etiam significent naturam diuinam. §. Tunc &c. Nam hoc nomen, Deus, imponitur ex effectibus Dei, sed tamen significat naturam diuinam. Alia autem nomina in argumento adducta & imponuntur ex operationibus Dei, & ordinantur ad significandas perfectiones illas operatas,

APPENDIX.

Vtilitas Ecclesia Dei.

EX articulo habes primo, quomodo per rationem interimas hæreses prærecitatas in appendice quæstione vndecima, articulo tertio. Secundo habes, quomodo per rationem ostendas, rite damnatas illas fuisse a scriptura sacra, Sapientia sapientia decimaquarta. Incommunicabile nomen lignis, & lapidibus imposuerunt. Vbi per nomen incommunicabile intelligit, ut ibi patet, nomen Deitatis. Item a regulis fidei traditis ab Augustino in libro de fide ad Petrum capitulo decimonono. Sic firmissime tene, & nullatenus dubites, neque Angelos, neque quamlibet aliam creaturam eiusdem naturæ esse, cuius est secundum naturalem diuinitatem suam summa Trinitas, qui est unus naturaliter Deus, Pater, & Filius & spiritus sanctus. Neque enim unius naturæ esse poterant ille qui fecit, & ea quæ fecit. Hæc ibi. Ex quibus aperte monstratur, quod hoc nomen, Deus, est nomen secundum rei ueritatem incommunicabile. Consule append. artic. 10. Tertio uides, quomodo ex his uicissim firmetur conclusionem.

¶ Not. Articulum illum adiuuat articulus in ordine 73. 75. 53. 48.

Comm. Cardinalis Caietani.

Titulus clarus.

¶ In corpore quatuor.

¶ Primo distinguit ly communicabile.

¶ Secundo tradit regulas quasdam.

¶ Tertio respondet quæsito.

¶ Quarto perficit doctrinam de communicabilitate diuinorum nominum.

¶ Quo ad primum. Communicabilitas duplex ponitur, scilicet proprie & metaphorice, & satis clara est litera, & in qua & definitur utrumque membrum, & exemplo in leonis nomine aperiuntur.

¶ Quo ad secundum ponuntur quatuor regulæ, ad discernenda nomina communicabilia ab aliis, & quam differenter sint communicabilia. Duæ regulæ ad sensibilia spectant, duæ autem ad formas separatas, & sic nihil uniuersi prætermissum est.

¶ Prima regula est, omne nomen significans naturam distinctam ab indiuiduo, est communicabile proprie, secundum rem uel secundum rationem saltem. Probatur a priori. omnis forma in supposito indiuiduante existens, est secundum se prædicto modo communis, ergo. Antecedens quo ad communitatem rei probatur in natura hominis, quo ad communitatem uero rationis tantum probatur ex natura solis. Sic natura specifica intelligitur a nobis abstrahendo a singulari, ergo esse in uno uel pluribus singularibus est præter intellectum naturæ specificæ, ergo seruato intellectui naturæ specificæ, potest etiam sol intelligi, ut in pluribus existens.

¶ Aduerte hic quod communicabilitas proprie subdiuisa insinuatur in hac regula, scilicet in communicabilitatem secundum rem, & rationem simul, & secundum rationem tantum, & insinuatum est simul, quod fundamentum communicabilitatis realis est intentio illius naturæ in multis. Quæ ut Auicen. dixit, trifariam inuenitur, scilicet. Aut in actu simultaneo, ut patet in natura humana, cuius sunt simul actu plura singularia. Aut in actu successiuo, ut dicitur de Phenice, quod uita sequentis, mortem exigit prioris. Aut in potentia tantum, ut domus mille angulorum, si numquam fiet. Fundamentum autem communicabilitatis secundum rationem tantum, ex parte nostri intellectus assignatum est, & dictum, quod est cognitio naturæ absque cognitione indiuiduantium, & hæc pluribus modis contingit, ut infra patebit.

¶ Secunda regula est, omne nomen significans singulare, est incommunicabile proprie, tam secundum rem quam rationem, licet sit communicabile metaphorice. Probatur a priori quo ad primam partem, quia singulare, ut sic, est diuisum ab omnibus aliis. Quo ad secundam uero, quia non potest in apprehensione intellectus cadere pluralitas huius indiuidui. Quo ad tertiam autem exemplo Achillis.

¶ Tertia regula est, omne nomen significans formam non indiuiduam per aliud suppositum, sed per seipsam secundum quod in se est, est incommunicabile proprie, & re & ratione, quamuis non metaphorice. Probatur a priori quo ad primam partē, quia sunt per seipsas subsistentes. Quo ad secundam uero, quia sic intelligerentur secundum quod sunt. Sed scito quod huiusmodi nominibus caremus, quia non possumus intelligere tales formas, secundum quod in se sunt.

¶ Quarta regula est omne nomen, quod habemus, significans huiusmodi formas per se subsistentes, est communicabile proprie non secundum rem, sed secundum rationem tantum. Probatur ultima pars a priori, huiusmodi formæ intelliguntur a nobis non suo modo, sed modo rerum compositarum, scilicet habentium formam in materia, ergo quantum ad rationem nominum idem est iudicium de nominibus significantibus formas, siue separatæ sint, siue in alio. Antecedens probatur ex signo, imponimus illis formis nomina concreta, ergo intelligimus illas modo compositorum. Antecedens patet, & consequentia probatur. Concreta significant naturam in aliquo, ergo, si, &c.

¶ Aduerte hic latitudinem insinuatam in communicabilitate nominum secundum rationem. Sol enim & Gabriel, uerbi gratia nomina communia sunt secundum rationem, sed dissimiliter. Sol enim ideo communicabilis dictus est, quia natura sua abstrahit ab hoc, & consequenter præter eius rationem est unitas, aut pluralitas singularium. Gabriel uero, quia intelligitur per modum quo intelliguntur naturę compositorum. Quæ ut planius intelligas, scito, quod ly secundum rationem uniuersaliter, & proprie loquendo in proposito non sona diffinitionem, sed importat modum essendi in ratione nostra. Ita quod sensus est, quod omnis natura specifica, ut obiecta est intellectui nostro cōmunis est pluribus, quia obiicitur non ut hæc, sed ut natura specifica, siue ipsa secundum rem sit ex alio hic, ut natura solis, & sensibilium omnium, siue ex se sit hic, ut de Deo patet, & de angelis probabile est. Latitudo autem manifeste hic habetur, quod natura Solis cum non sit ex se hic, & ex parte sui, & ex parte intellectus, habet quod obiiciatur intellectui nostro, non ut hic, & consequenter communitas eius secundum rationem, habet utrinque fundamentum. Natura autem Gabrielis cum sit ex se hic, ex solo modo intelligendi nostro, sortitur, quod nobis obiiciatur ut ipsa, & non ut hic. Et propterea communicabilitas ista ex nostra tantum parte habet fundamentum. Vnde hinc habere potes, quo modo intelligendum sit, quod Gabriel est uniuersale & prædicabile de multis, & species. &c. Hæc enim, & similia sufficit uerificari, non de eis absolute, sed ut obiectis seu cognitis a nobis. Et quoniam diffuse de his in commentariis scięte & essentia scripsimus, non est opus hic eadem replicare.

¶ Quo ad tertium respondet quæsito una conclusio trimembri, hoc nomen Deus est incommunicabile secundum rem, communicabile autem secundum opinionem, & secundum similitudinē. Probatur prima pars, natura diuina significata hoc nomine est incommunicabilis secundum rem. ergo. Secunda quoque declaratur exemplo Solis, & confirmatur authoritate glosæ ad Galat. 4. Tertia uero pars declaratur in participantibus diuina, adiuncta authoritate Psalmi.

¶ Aduerte hic quod quia prædicta conclusio cum sequente ex prædictis regulis sequitur manifeste, ideo non oportuit alias addere probationes.

¶ Quo ad quartum ponitur hæc conclusio. esset aliquod nomen diuinum significans naturam illam inquantum hanc. illud esset omnino incommutabile proprie ad extra. Manifestaturque exemplo ficto in Sole, inferiturque dubium de nomine Tetragrammaton. Aduerte hic quod hæc conclusio non solum ad doctrinæ huius complementum posita est, sed ex uera (ut reor) dubitatione, quæ est de illo nomine quod apud Hebr. in tanta fuit reuerentia. Nos enim nomen illud in actu exercito latet, quamuis in actu signato dicatur Tetragrammaton. Et propterea litera dubitatiue loquitur.

Ferr. com. c. 32. 33.

SVP. Q. XIII.

ART. X.

CONCL. Hoc nomen Deus dictũ secundum naturam, participationem & opinionem, non accipitur nec æquiuocè, sed Analogicè.

77 sup. ar. 5. c. & infra q. 29. ar. 4. & prol. 2. 2. & d. 35. ar. 4. & 1. côtr. c. 32. & 33. & 34. & ue ri. q. 2. art. 11. & po. q. 7. arti. 7. & opusc. 7. ca. 17.

¶ PROB. Quia hoc nomen Deus, secundum, quod pro uero Deo sumitur, tenetur in ratione Dei: non autem in ratione Dei tenetur, quando sumitur pro Deo, uel participatiue, uel opinatiue dicto, quamuis ad rationem Dei quodammodo referatur [inquantum, scilicet aliquã similitudinem Dei uel habet, uel habere dicitur.]

1^m^ de maiori.

Significatio. R. Non autem. Prædicatio tantum. §. Tunc &c. Nam Deus, ut significat uerum Deum, prædicatur de Idolo falsè quidem secundum catholicum, uerè autem secundum paganum. Eadem ergo est significatio utrobique. Sed eiusdem nominis idem significantis diuersa prædicatio. Nominum autem multiplicitas non attenditur secundum nominis prædicationẽ, sed secundum &c. ut in litera.

2^m^ de minori.

Primo periher. c. 2. L. aliis uerbis æquipollẽtib. to. 1.

Vniuoce. R. secundum significationem respectu quorundam hominum non secundum significationem iuxta rei ueritatem. §. Tunc &c. Nam conclusio intelligit, quod non prædicatur uniuoce secundum rei ueritatem.

3^m^ de maiori.

Vna. R. Secundum significationem iuxta ueritatem rei, non secundum significationem iuxta intentionem aliquorum. §. Tunc &c. ut patet uide ad secundum.

4^m^ de minori.

Aequiuoce. R. Large, non pure. §. Tunc &c. Nam conclusio intelligit, quod non æquiuoce pure. Aequiuoca autem large sumpta sunt idem quod analoga. Licet æquiuoca pure, idest æquiuoca a casu,

ARTICVLVS X.

Vtrum hoc nomen Deus, uniuocè dicatur de Deo per participationem, secundum naturam, et secundum opinionem.

AD DECIMVM sic proceditur. Videtur quod hoc nomen Deus uniuocè dicatur de Deo per naturam, & per participationem, & secundum opinionem. Vbi .n. est diuersa sig̃natio nõ est contradictio affirmantis & negantis, æquiuocatio enim impedit contradictionem. Sed catholicus dicens, idolum non est Deus, contradicit pagano dicenti, idolum est Deus. Ergo Deus, utrobique sumptum uniuoce dicitur.

¶ 2 Præt. Sicut Idolum est Deus, secundum opinionem & non secundum ueritatem, ita fruitio carnaliũ delectationum dicitur felicitas secundum opinionem & non secundum ueritatem. Sed hoc nomẽ beatitudo uniuoce dicitur de hac beatitudine opinata, & de hac beatitudine uera, ergo & hoc nomẽ Deus uniuoce dicitur de Deo secundum ueritatem, & de Deo secũdum opinionem.

¶ 3 Præt. Vniuoca dicuntur quorum est ratio una. Sed catholicus cum dicit unum esse Deum, intelligit nomine Dei rem omnipotentẽ, & super omnia uenerandam, & hoc idem intelligit gentilis cum dicit, idolum esse Deum. Ergo hoc nomen uniuoce dicitur utrobique.

SED CONTRA illud, qđ est in intellectu, est similitudo eius quod est in re, ut dicitur in * 1. perihermen. Sed animal dictum est de animali uero & de aiali picto, æquiuoce dicitur. Ergo hoc nomen Deus dictũ de Deo uero, & de Deo secundum opinionem æquiuoce dicitur.

¶ 4 Præt. Nullus potest signare id quod nõ cognoscit. Sed gentilis nõ cognoscit naturam diuinam. Ergo cum dicit idolum est Deus, non signat ueram deitatem, hanc autem signat catholicus dicẽs unũ eẽ Deũ. Ergo hoc nomen Deus non dicitur uniuoce, sed æquiuoce de Deo uero, & de Deo secundum opinionẽ.

RESPON. Dicendum, quòd hoc nomen Deus in præmissis tribus significationib. non accipitur neque uniuoce, neque æquiuoce, sed analogice. Quod ex hoc patet. Quia uniuocorum est omnino eadem ratio, æquiuocorum est omnino ratio diuersa: in analogicis uero oportet quod nomen f̃m unam significationem acceptum, ponatur in diffinitione eiusdem nominis secundum alias significationes accepti. sicut ens de substantia dictũ ponitur in diffinitione entis secũdum φ de accidente dicitur, & sanum dictũ de animali ponitur in diffinitione sani f̃m φ dicitur de urina & de medicina. Huius .n. sani, quod est in animali urina est significatiua, & medicina factiua, sicut accidit in proposito. Nam hoc nomen Deus, secundum φ pro Deo uero sumitur in ratione Dei, sumitur secundũ φ dicitur Deus secundum opinionẽ uel participationẽ. Cum .n. aliquem nominamus Deum scđm participationem intelligimus nomine Dei aliquod habens similitudinem ueri Dei. Similiter cum idolum nominamus Deũ, hoc nomine Dei intelligimus significari aliquid, de quo homines opinantur φ sit Deus, & sic manifestũ est, qđ alia & alia est significatio nominis, sed una illarũ significationum clauditur in significationibus aliis. Vnde manifestum est quod analogice dicitur.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod nominũ multiplicitas non attenditur scđm nominis p̃dicationẽ, sed f̃m sig̃nationẽ. Hoc .n. nomẽ hõ de quocũq; prędicetur, siue uere, siue falsè, dicitur uno modo. Sed tũc multipliciter diceretur, si p hoc nomen homo intenderemus sig̃nare diuersa, puta, si unus intenderet significare per hoc nomen homo, id quod uere est homo, & alius intẽderet sig̃nare eodem nomine lapidẽ, uel aliquid aliud. Vnde patet quod catholicus dicens idolum non esse Deum, contradicit Pagano hoc asserenti, quia uterque utitur hoc nomine Deus, ad significandum uerũ Deum. Cum .n. Paganus dicit idolũ esse Deum, non utitur hoc nomine scđm quod significat Deum opinabilem. Sic .n. uerum diceret, cum & catholici interdum in tali significatione hoc nomine utantur, ut cum dicitur, omnes dii gentiũ dæmonia.

Et similiter dicendum ad 11. Et 111. Nam illæ rationes procedũt secundum diuersitatem prædicationis nominis, & non secundum diuersam significationem.

AD QVARTVM dicendum, φ animal dictum de animali uero & de picto, non dicitur pure d æquiuoce. Sed * Philosophus largo modo accipit æquiuoca scđm quod includunt in se analogam, quia & ens d quod analogi esse dicitur, aliquando dicitur æquiuoce prædicari de diuersis prædicamentis.

D. 513. In ante p. c. de æquiuocis, to. 1. D. 549.

AD QVINTVM dicendum, quod ipsam naturam Dei prout in se est, neq; catholicus, neq; paganus cognoscit, sed uterque cognoscit eã, f̃m aliquã rõnẽ causalitatis, uel excellẽtiæ, uel remotiõis, ut sup. * dictũ est. Et f̃m hoc in eadẽ sig̃natione accipere põt gentilis hoc nomẽ Deus (cum dicit, idolum est Deus) in qua accepit ipsũ catholicus dicẽs, idolũ nõ est Deus. Si uero aliquis eẽt, q f̃m nullã rõnẽ Deum cognosceret, nec ipsum nominaret, nisi forte sicut proferimus nomina, quorum significationes ignoramus.

q. 12. ar. 12

uerba, sunt ab analogis diuersa.

5^m^ de maiori.

Non cognoscit. R. Secundum id, quod de ipso nõ cognoscit, nõ secundum id quod de ipso cognoscit. §. Tunc Nam ipsam naturam Dei, prout in se est neque catholicus, neque paganus cognoscit, sed uterque, &c. ut in litera.

APPENDIX.

Vtilitas pro Eccle. S. Dei.

EX articulo habes primo, quomodo per rationem interimas hæreses Ophitarum, Caianorum, Sethianorum, Angelicorum, Heliognosticorum, Gollitridianorũ, Cainanorum, Cainanorum: Dæmoniorum, Atheorum, Musoritarum, Muscaronitarum, Ranaitarum dicentiũ, Adorandum esse serpentem, eo quod serpens qui decepit Euam fuerit Christus. Item Cain esse adorandum. Item adorandum esse Seth. Item adorandos esse Angelos. Item adorandum esse solem. Item adorandam esse Mariam Virginem, ut Deum. Item adorandum esse Iudam illum proditorem. Item adorandos esse sodomitas. Chore. Datan, & Abiron. Item adorandum esse dęmonem. Item adorandos esse Mures, Muscas, Ranas, Arbores. Adde hæresim. Marcionis, Serpenticolarum dicentium, Serpentem creatore meliorem esse, atque honore prosequendum. Item serpentem æneũ esse adorandum eique sacrificandum. Hi nanque Deitatem, uel diuinitatis aliquid, aliquo modo prædictis rebus secundum eorum opinionem adorandis attribuebãt, & consequẽter,

ter, hoc nomen Deus uniuoce dici de Deo secundum opinionem participationem,& naturam dicebant. Secundo habes, quomodo per rationem ostendas illas omnes iustissime fuisse damnatas a regulis fidei traditis ab Augustino &c. uide appendicem articulo nono, ubi conspicies naturam Dei nulli prorsus esse communicabilem, ita scilicet quod Deitas uniuoce conueniat creatori,& creaturæ. Item ab Apostolo Rom. primo. Mutauerunt gloriam incorruptibilis Dei in similitudinem imaginis corruptibilis hominis,& uolucrum,& quadrupedum,& serpentium, propter quod tradidit illos Deus in desideria cordis eorum immunditiam, ut contumeliis afficiant corpora sua in semetipsis. Vbi Apostolus de uitio sodomitico [quod, & fusius explicat in sequentibus] facit mentionem, forsan tangere uoluit idolatriam etiam Cainaiorum, qui sodomitas forte præ amore illorum infatuati, adorandos dicebant. Et coluerunt, [subdit Apostolus] & seruierunt creaturæ potius, quam creatori, qui est Deus benedictus in sæcula. Ecce idolatria omnium supradictorum, & similium, explosa. Item ab Ezechia quarto Reg. decimooctauo, qui serpentem illum æneum, Iudæos ab illius idolatrica adoratione compescendo, confregit. Item a scripturis Isa. quadragesimotertio, ante me non est formatus Deus,& post me non erit, & quadragesimoquinto. Extra me non est Deus. Item a symbolo fidei. Credo in unum Deum. Item a Papa in Concilio generali de summa Trinitate, & fide Catholica, firmiter credimus, & simpliciter confitemur, quod unus solus est uerus Deus unum uniuersorum principium. Item a Deuteronomii capitulo sexto, ut repetitur Matth. 4. Dominum Deum tuum adorabis & illi soli seruies. Cauendum tamen est hic uenenū mixtum ab hæreticis, qui hac auctoritate fulti negant adorationes sanctorum uel scripturam hanc male intelligentes uel adorationē sanctis exhibitam a Christianis peruertentes. Non enim latriæ, de qua ibi scriptura tantum loquitur, adorationem sanctis alius a Deo Christiani exhibent. Qualem autem illis deferant, alias cum de adoratione in tertia, quæstione uigesimaquinta, a D. Thom. tractabitur, ostendetur. Non enim hic recensentur prædicta, nisi pro quanto articulo præsenti contra ponuntur, ut uisum est. Consule appen. art. 9 Tertio uides, quomodo ex his uicissim Angelica firmetur conclusio.

¶ Not. Præsenti articulo seruit articulus in ordine 72. 73. 55. 66.

Comm. Cardinalis Caietani.

IN titulo aduerte quod ly Deus quandoque uerificatur de his tribus suppositis, scilicet Deo uero, & Deo participatiue, & Deo opinatiuæ, ut patet quum Moyses dictus est Deus Pharaonis, & Beelzebub, Deus Accaron. Quandoque autem de solo uero Deo affirmatur, ut cum dicitur quod unus tantum est Deus. Non uertitur hic in dubium, an ly Deus, ut significat habentem ueram deitatem, sit uniuocum, hoc enim est per se notum, esse non solum uniuocum, sed incommunicabile, ut dictum est. Et propterea de omnibus aliis prædicatur negatiue secundum illam significationem. Sed quod dubitatur hic, est, an quum uere affirmatur ly Deus de his tribus, [cum scilicet dicitur quod Dominus ipse est Deus, & quod Moyses est Deus Pharaonis, & Beelzebub est Deus Accaron uniuoce sumatur, an æquiuoce, uel analogicæ, id est, unam uel plures. Et si plures, omnino aut secundum quid habeat significationes. Et sic patet titulus cū responsione ad primum.

¶ In corpore una conclusio responsiua quæsito, hoc nomen Deus, dicitur de his tribus non uniuoce, nec æquiuoce, sed analogice. Probatur ex rationibus terminorum quo ad singulas partes. uniuoca eandem omnino. Aequiuoca diuersam omnino, Analoga primam in aliis clausam rationem habet. Sed ly Deus, dictum de his non primo, nec secundo, sed tertio modo se habet, ergo est analogum. Maior ex se nota, quam optime notabis ad effugandam a te & aliis ignorantiam prauæ dispositionis in materia de analogia, &c. Minor autem probatur inducendo in singulis. Constat enim, quod participatiue Deus, & similiter opinatus Deus, absque ueri Dei ratione intelligi nequit, sed bene econuerso, sicut depictus aut opinatus leo absque ueri leonis cointellectiōe intelligi non potest.

Alb. Mag. prima dis. 2. art. 13.

SVP. Q. XIII. ART. XI.

78 CONCL. Hoc nomen qui est triplici ratione est Dei nomen maxime proprium.

¶ PROB. 1. Quia ly. Qui est, significat ipsum esse, & nullam formam aliam ab ipso esse. Secundo quia nullum modum essendi determinat, & consequenter nominat substantiæ pelagus infinitum. Tertio quia significat esse in præsenti tantum.

1. d. 8. q. 1. art. 1. & 3. po. q 6 ar. 2. c. & q 7. ar. 1. c. h. & 5. & q. 10. art. 1. 9. & Dion 5. in li 3. i prin cip. 76. ar. 9. huius quæst. † cap. 3. in prin. illius

Primum

ARTICVLVS XI.

Vtrum hoc nomen, qui est, sit maximè nomen Dei proprium.

AD VNDECIMVM sic proceditur. Videtur, quod hoc nomen, qui est, non sit maxime proprium nomen Dei. Hoc enim nomen Deus, est nomen incommunicabile, ut* dictum est. Sed hoc nomen, qui est, non est nomen incommunicabile. Ergo hoc nomen, qui est, non est maxime proprium nomen Dei.

¶ 2 Præt. Dionys. dicit † 3. capit. de di. nom. quod boni nominatio excellenter est manifestatiua omniū Dei processionum. Sed hoc maxime Deo conuenit, quod sit uniuersale rerum principium, ergo hoc nomen bonum, est maxime proprium Dei, & non hoc nomen, qui est.

¶ 3 Præt. Omne nomen diuinum uidetur importare relationem ad creaturas, cum Deus non cognoscatur a nobis, nisi per creaturas. Sed hoc nomen, qui est, nullam importat habitudinem ad creaturas. ergo hoc nomē, qui est, non est maxime proprium nomen Dei,

SED CONTRA est, quod dicitur Exod. tertio, quod Moysi quærenti, si dixerint mihi quod est nomen eius, quid dicam eis, & respondit ei Dominus, sic dices eis. Qui est, misit me ad uos. ergo hoc nomen, qui est, est maxime proprium nomen Dei.

RESPON. Dicendum, quòd hoc nomen, qui est, triplici ratione est maxime proprium nomen Dei. Primo quidem propter sui significationem. Non enim significat formam aliquam, sed ipsum esse. Vnde cum esse Dei sit ipsa eius essentia. & hoc nulli alii conueniat, ut supra* ostensum est, manifestum est, quod inter alia nomina hoc maxime proprie nominat Deum. Vnumquodque, enim denominatur a sua forma. Secundo propter eius uniuersalitatem. Omnia enim alia nomina uel sunt minus communia, uel si conuertantur cum ipso, tamen addunt aliqua supra ipsum secundum rationem. Vnde quodammodo informant & determinant ipsum. Intellectus autem noster non potest ipsam Dei essentiam cognoscere in statu uiæ, secundum quod in se est, sed quemcunque modum determinet circa id, quod de Deo intelligit, deficit a modo quo Deus in se est. Et ideo, quanto aliqua nomina sunt minus determinata, & magis communia, & absoluta, tanto magis proprie dicuntur de Deo a nobis. Vnde & Damascenus,* dicit, quod principalius omnibus, quæ de Deo dicuntur nominibus est, qui est, totum enim in seipso comprehendens uelut quoddam pelagus substantiæ infinitum, & indeterminatum. Quolibet enim alio nomine determinatur aliquis modus substantiæ rei, sed hoc nomen, qui est, nullum modum essendi determinat, sed se habet indeterminate ad omnes. Et ideo nominat ipsum pelagus substantiæ infinitum. Tertio uero ex eius significatione. significat enim esse in præsenti. & hoc maxime proprie de Deo dicitur, cuius esse non nouit præteritum, uel futurū, ut dicit Aug. in* 5. de Trin.

q. 3. art. 4.

li. 1. Orth. fi dei. c. 1.

li. 5. de tri. c. 2. t. 3. & lib. 83. q. q. 17. to. 4.

AD

1^m de conclusione. Ergo Hoc nomen, qui est, &c. Consideratum quantum ad id, ad qd imponitur, non autem quantum ad id a quo imponitur, neque quantum ad modum significandi, & consignandi. §. Tunc &c. Nā conclusio in secundo tantum sensu accepit ly qui est.

2^m de minori. Deo. &c. Secundum qd est causa, non secundū quod est absolute. §. Tunc nihil, &c. Nam conclusio loquitur de Deo quantum ad esse absolute & simpliciter, non quantum ad esse causam, uel secundum quid.

In cor. ar.

3^m de maiori. Relationem ad Creaturas. &c. Vel sui impositionem ex perfectionib. a Deo in creaturas. §. Tunc &c. Nam hoc secundum sufficit uerificari de isto nomine. Qui est. Maior ergo erat manca.

τετραγραμματον

AD PRIMVM ergo dicendum, quod hoc nomen, qui est, est magis proprium nomen Dei, quā hoc nomen Deus, quantū ad id, a quo imponitur, s. ab esse, & quantū ad modum significandi, & cōsignificandi ut dictum est. *Sed quantum ad id, ad quod imponitur nomen ad significandum, est magis proprium hoc nomen Deus, quod imponitur ad significandum naturam diuinam. Et adhuc magis proprium nomen est tetragrammaton, quod est impositum ad significandam ipsam Dei substantiam incommunicabilem, & (ut sic liceat loqui) singularem.

AD SECVNDVM dicendum, ꝙ hoc nomen bonum, est principale nomen Dei, quantum est causa, nō tamen simpliciter. nam esse absolute præintelligitur causæ.

AD TERTIVM dicendum, ꝙ non est necessarium, quod omnia nomina diuina, importent habitudinem ad creaturas, sed sufficit, ꝙ imponantur ab aliquibus perfectionibus procedentibus a Deo in creaturas, inter quas prima est ipsū esse, a qua sumitur hoc nomē, qui est.

A R-

APPENDIX.

Vtilitas pro Eccle. S. Dei.

EX articulo habes primo, quomodo per rationem ostendas, merito dictū a Deo. Exod. 3. Qui est misit me ad uos. Quærebat. n. ibi Moyses a Deo, quod esset nomen eius, ut sciret nunciare filiis Israel, quo nomine uocaretur ipse, qui eum ad illos mittebat, & nota, quod Moyses, secundum literam inquirit de nomine magis proprio quam sit hoc nomen Deus, & consequenter de nomine maxime proprio. Pro cuius captu, aduerte, quod Moyses sciebat, hunc quem alloquebatur esse Deum, in cuius signum præmittitur ibi. Abscōdit Moyses faciem suā, non enim audebat aspicere contra Deū. Quo modo autem Deum pro Deo uereretur, nisi ipsum uocari, & esse, Deum cognosceret? Ipsemet igitur Moyses sciēs hoc noie, Deus, uocari Deū, inquirit non de noie ꝑprio qđ est ly Deus, sed de noie maxime ꝑprio, i. inquirit, an Deus quē scit iā noiare Deū habeat aliud nomē sibi magis peculiare. Concludendū ergo est secundū literā planam, quod de nomine proprio magis, quā sit hoc nomen Deus, & consequenter de nomine maxime proprio intelligitur responsum illud. Qui est misit me ad uos. Consule, quæstio. tertia, artic. 4. & melius adhuc penetrabis sensum authoritas huius. Secundo uides, quomodo ex his uicissim firmetur conclusio.

¶ NOT. Articulo huius deseruit in ordine articulus 76. 15. 17. 26.

Comm. Cardinalis Caietani.

IN titul. proprium cum tripliciter sumi possit, ut distinguitur contra commune, & ut distinguitur contra metaphoricum, & ut distinguitur contra extraneū. In proposito directe sumitur tertio modo, ita quod proprium intimum, maxime autem proprium, id est maxime intimum, significat in proposito. Inter nomina siquidem non metaphorice dicta de aliquo, datur latitudo, dum unius formalis ratio magis intrinseca est illi, quam alterius, &c. Ly maxime autem, comparationem excessiuam dicit, respectu cæterorum diuinorum nominum, siue communia sint, ut bonus, sapiens, &c. siue propria, ut Deus, creator, &c. Verum autem hæc comparatio extendatur etiam ad nomina diuina composita, non apparet, quoniam nulla fit in toto articulo de compositis mentio, sed solum de simplicibus, propterea restabit adhuc sub dubio an ly qui est, sit magis proprium nomen Dei, quam ly summum bonum, seu ly ens infinitum, &c.

¶In corpore una est conclusio responsiua quæsito affirmatiue.

¶ Sed aduerte quod hæc conclusio potest dupliciter formari. Primo sic. hoc nomen, qui est, est maxime proprium nomen Dei triplici ratione. Ita quod ly triplici ratione sit pars conclusionis, & sit determinatio ly maxime proprium, & sit sensus, est maxime proprium quo ad tria scilicet significationem, modum significandi, & consignificandi, ut in responsione ad primum exprimitur. Alio modo potest formari sine tali limitatione, sic, hoc nomen, qui est, est maxime proprium nomen Dei, & sic ly triplici ratione, non est pars conclusionis, sed continuatio conclusionis cum probationibus, quasi diceret, & probatur tripliciter. Primo sensui duo fauent, scilicet interpositio ly triplici ratione inter subiectum, & prædicatum conclusionis in litera, & explicatio in responsione ad primum facta. Secundo qnoque sensui fauent duo. Primo, quia in litera secundum singulas rationes sigillatim infertur conclusio sine limitatione. Secundo, quia sine limitatione conclusio est simpliciter uera, & quoniam parui refert quo quis modo eam formet, age ut lubet.

¶Probatur ergo in litera conclusio quo ad primum, uel primo sic. Qui est, significat non formam aliquam, sed ipsum esse, ergo significat essentiam solius Dei, ergo est maxime proprium Dei. Prima consequentia probatur, quia solius Dei essentia, est esse, secunda autem, quia unumquodque denominatur a sua forma.

¶Circa hanc rationem dubitatur, quia non concludit intentum. secunda enim consequentia non infert, quod hoc nomen sit magis proprium quam alia nomina, sed quod hoc nomen conueniat magis Deo quam aliis rebus, quia significatio eius in Deo saluatur essentialiter, in aliis uero est extra essentiā, & tamen concludendum erat, ut etiam in litera infertur, quod hoc nomen est magis proprium quam alia nomina.

¶ Ad hoc breuiter dicendum est, quod ratio literæ concludit utrumque, quoniam ex hoc quod significatum formale ly qui est, est ipsum esse, optime sequitur, & quod magis conueniat Deo quam aliis, quia illa essentialiter, aliis non & quod magis conueniat Deo quam alia nomina, qui est essentiale prius cæteris, cum cætera posterius quid significent. Hoc autem implicite in litera insinuatum est ly esse, uel in ly non formam aliquam, quasi diceret, non significat formam aliquam, ut cætera nomina, puta sapiens uiuens, &c. De transcendentibus autem constabat ea posteriora esse ipso esse, & propterea non oportuit solicitari authorem circa hæc.

¶Quo ad secundum, uel secundo probatur conclusio sic. essentia Dei non potest a nobis pro statu uiæ intelligi modo quo in se est. ergo omne intellectum quocumq; modo determinatū, deficit a modo quo Deus in se est, ergo quanto aliqua nomina sunt minus determinata, tanto magis proprie dicuntur de Deo a nobis. ergo qui est, est maxime proprium nomen Dei, ultima cōsequentia probatur in litera, quia cætera nomina, aut sunt minus cōia, aut si conuertuntur, addunt aliquid rationis saltem, supra ipsum. Et confirmatur authoritate Dama. Priores autem consequentiæ in litera non probantur. Et prima quidem rationem non egebat quoniam ex se satis liquet. Si. n. modus Dei est incognitus, sequitur, quod omnis modus cognitus deficiat a modo Dei. Secunda qnoque plane inde deducitur, quoniam si omnis modus cognitus deficit a modo Dei, ergo quanto determinatior modus, tanto magis deficit, quoniam defectus iste ex eminentissima amplitudine modi essendi Dei procedit. Ac per hoc quanto ratio significata ꝑ nomē est amplior, aut absolutior, tanto minus recedit ab illo interminato pelago diuinæ substātiæ, est hoc est magis proprie dic. nō. n. aliqđ nomē adæquat modū Dei, sed quia minus deficit magis proprium dicitur. Ita ꝙ minime inter alia recedere, est maxime proprie dici. Deficere autem in proposito communiter sumitur, quædam. n. nomina ut transcendentia minus determinata deficiunt negatiue, plus tamen & minus, ut dictum est adeo ut quædam alia, i. determinata, deficiant contrarie, ut corpus, &c. Omnis ergo determinatio deficit, quis dissimiliter.

¶Aduerte hic, ꝙ ly est, dupliciter pōt determinari. s. ex parte ꝑdicati, & ex parte subiecti. Prędicati, q̄dē, quū dr, est sapiens, uel bonus, &c. Subiecti aūt quū dr, homo uel bos est, &c. hoc aūt nomē, qui est, merito indeterminatissimū dr, quia utrinq; ly, qui est, indeterminatū sīgnat. Non. n. sīgnat, qui est bonus, aut sapiens, aut substantia, sed absolutissime, qui est absque quacunque determinatione. Ex parte ēt ly, qui cum nulla significetur natura, sed cum sit relatiuum substantiæ, cōissime importat substantiam, nō ut est certū genus, sed ut ois essentia, substantia dicitur. Et propterea Damascenus pelagus infinitū substātiæ significare dixit, substātiæ qui-

quidem, ratione ly, qui. pelagus autem infinitum ratione ly est, absque omni determinatione, potest.n. determinari infinitis determinationibus, hoc autem maxime manifestat, quod adeo eminens est, ut infinities infinitos essendi modos, etiam cogitabiles, eminentissime comprehendat.

¶ Quo ad tertium uero, uel tertio, probatur conclusio ex consignificatione: qui est, significat esse in præsenti, ergo maxime proprie conuenit Deo. tenet sequela. præsentialitas.n. est maxime propria Deo, ut patet per Augustinum.

¶ Aduerte hic, quod ly, qui est, tripliciter potest considerari. Vno modo absolute, & formaliter, & sic considerandum est hic, nec differt ly, qui est, ab ente formaliter, sed quo ad tres conditiones. Prima est, quia ens nõ ita explicite explanat actum essendi. Scd'a est, quia ens non consignificat tempus aliquod. Tertia est, quod relatiuum clausum in ly ens, est neutri generis, ut patet exponendo ens, idest quod est, ut expresse ab Aristotele exponitur pluries neutrum autem genus, cum informe sit, magis ex parte materiæ se tenet. Masculinum autem cum formatum sit, actualitatem insinuat. Vnde dicendo, qui est, actualitas magis insinuatur existentis, quam dicendo, quod est. Propter quas conditiones adiunctas his, quæ in litera dictæ sunt, ly, qui est. secundo modo consideratur, ut merito appropriatum Deo, & sic cum ratio appropriationis sit, quia ipse solus in rei ueritate est: cætera autem sunt, & non sunt, pro quanto deesse possunt, & dum sunt, non sunt, nisi sic, id est tantæ, & talis perfectionis, & non absolute, oportet, ut hoc nomen sic sumptum, eminentiam summam in essendo insinuet, non ex significatione, sed ex appropriatione, sicut si hoc nomen cognoscens, inter homines alicui excellentissimi intellectus approprietur, quasi cæteri in comparatione ad ipsum non cognoscerẽt, &c. Tunc enim, licet non uariaretur nominis significatio, plus tamen insinuaret, quam significaret formaliter, cum ex huiusmodi appropriatione ostenderetur excellentia illius. Vnde proposito, licet qui est, formaliter sumptum de omni existente uerificetur, nec pelagus substantiæ infinitum denotet nisi eo modo quo ens, ut appropriatum tamen consideratur, esse quod est ipsa Dei essentia, eminentissime in Deo ponit, pelagusque illud infinitum in diuino esse ponit, ac per hoc infinitatem, per indeterminatione, quã in communi importat, ad infinitatem per eminentiam trahit, æternum esse illud innuendo propter quod nullum nomen simplex, quo ad conceptum, habemus, quod magis explicet diuinam naturam quidditatiue quam ly, qui est. Tertio modo consideratur, qui est, ut est primum membrum huius analogi, scilicet qui est, & ly qui est non ex appropriatione, sed ex propria ratione est nomen proprium Dei, & uerificantur de eo omnia supradicta, alia tamen ratione, quia non ex appropriatione, sed ex propria significatione, ut dictum est. Et quoniam analogum simpliciter prolatum stat pro primo, idcirco ly qui est, absolute pro primo sumitur, & est propriissimum Deo propter supradicta, & hæc sequere, quoniam & uera, & authori consona sunt, absolute ac formaliter loquenti.

¶ In responsione ad primum, dubium occurrit, quia distinctio facta ibidem nõ habet locum in proposito, quoniam in ly qui est, idem est, a quo nomen imponitur, & ad quod nomen imponitur, ergo si est magis proprium nomen quo ad unum, erit quo ad utrumque, & tamen in litera dicitur, quod magis proprium quo ad id a quo, & non quo ad id ad quod, quomodo possunt hæc simul stare?

¶ Ad hoc breuiter dicitur, quod licet idem sit, non tamen ad idem comparatur. In utroque enim nomine, scilicet ly qui est, & ly Deus, sunt duo, scilicet a quo & ad quod & comparationem proportionaliter faciendo, scilicet comparando a quo unius ad a quo alterius, & ad qđ unius ad ad quod alterius, facile patet sensus clarus literæ, quod esse est magis proprium Deo, quam uniuersalis prouidentia, quod & deitas est magis propria Deo, quam esse, quoniam deitas, importat illam naturam quasi secundum differentiam specificam, ly uero qui est, importat eandem quasi secundum genus. Verumtamen quod quia conceptum, ly Dei, quantum ad id ad quod imponitur, non habemus nisi in alio, conceptum uero, ly qui est, quantum ad utrumque habemus, idcirco licet Deus secundum se magis proprium nomen ac intimius sit, quo ad nos tamen magis explicatiuum est Dei ly qui est, quam ly Deus, propter rationem dictam. Et scito quod ly qui est, ut appropriatum, seu primum analogatum nomen est, unicum tantum conceptum formalem importat, ita quod non componitur ex duobus conceptibus, ut color albus, neque ut ens per se, neque ut summum bonum, neque ut ens infinitum. Et cum tanta simplicitate explicat pelagus infinitum substantiæ, immo si recte ac perfecte concipitur, explicat quasi causam quare Deus sit ens infinitum, non enim, quia ens infinitum ideo est qui est, sed quia est qui est, ideo esse infinitæ perfectionis est. Vnde non recte sensisse uidetur Scot. in 1.d.3. q.1. dicens, quod simplicior & perfectior conceptus proprius Deo, nobis possibilis sit cõceptus huius nominis ens infinitum. Iam enim patet, quod conceptus ly, qui est simplicior, perfectior, ac prior est.

Ferr. 1. cont. c.36.
Aegid. 1.s. d.4.3.pr.q.1.

SVP. Q. XIII.

ART. XII.

79

CONCL. Propositiones affirmatiue possunt uere formari de Deo.

¶ PROB. Quia intellectus noster cognoscit Deum, secũdum diuersas conceptiones, quib. tamen omnibus etiam cognoscit, unam numero rem correspondere, & illam pluralitatem per hanc [subiecti scilicet ac prædicati] illam que unitatem repræsentat per compositionem (idest per copulam affirmatiuam.)

Primum

ARTICVLVS XII.

Vtrum propositiones affirmatiuæ possint formari de Deo.

1. d. 4. q. 2. art. 1. & 2. cont. c. 36. c. 4. parum ante med.

AD DVODECIMVM sic proceditur. Videtur, quod propositiones affirmatiuæ non possunt formari de Deo. Dicit enim Dionysius * 2. capit. cælestis Hierarc. quod negationes de Deo sunt ueræ, affirmationes autem incompactæ.

li. de Trin. ante med. lib.

¶ 2 Præt. Boetius dicit in † lib. de Trinit. quod forma simplex subiectum esse non potest. Sed Deus maxime est forma simplex vt sup. * ostẽsum est. Ergo non potest esse subiectum, sed omne illud, de quo propositio affirmatiua formatur, accipitur ut subiectum, ergo de Deo propositio affirmatiua formari non potest.

q. 3. ar. 7. & 8.

¶ 3 Præt. Omnis intellectus intelligens rem aliter quam sit, est falsus, sed Deus habet esse absque omni compositione, * ut supra probatum est. Cum igitur omnis intellectus affirmatiuus intelligat aliquid cum compositione, uidetur qđ propositio affirmatiua uere de Deo formari nõ possit.

q. 3. art. 7. pręcipue.

SED CONTRA est, quod fidei non subest falsum, sed propositiones, quædam affirmatiuæ subduntur fidei, ut pote quod Deus est trinus & unus, & quod est omnipotens, ergo propositiones affirmatiuæ possunt uere formari de Deo.

RESPON. Dicendum, quòd propositiones affirmatiuæ possunt uere formari de Deo. Ad cuius euidentiam sciendum est, quod in qualibet propositione affirmatiua uera, oportet quod prædicatum & subiectum significent idem secundum rem aliquo modo, & diuersum secũdum rationem. Et hoc patet iam in propositionibus quæ sunt de prædicato accidentali, quam in illis quæ sunt de prædicato substantiali. Manifestum est enim quod homo & albus sunt idem subiecto, & differunt ratione, alia enim est ratio hominis, & alia ratio albi. Et similiter cum dico, homo est animal, illud enim ipsum quod est homo, uere animal est. In eodem enim supposito est, & natura sensibilis, a qua dicitur animal, & rationalis, a qua dicitur homo. Vnde & hic etiam prædicatum & subiectum sunt idem supposito, sed diuersa ratione. Sed in propositionibus, in quibus idem prædicatur de seipso, hoc aliquo modo inuenitur, inquantum intellectus id quod ponit ex parte subiecti, trahit ad partem suppositi, d quod uero ponit ex parte prædicati, trahit ad naturam formæ in supposito existentis, secundum quod dicitur quod prædicata tenentur formaliter, & subiecta materialiter. Huic uero diuersitati, quæ est secundum rationem, respondet pluralitas prædicati & subiecti, identitatem uero rei significat intellectus per ipsam compositionem. Deus autem in se consideratus est omnino unus, & simplex, sed tamen intellectus noster secundum diuersas d conceptiones ipsum cognoscit, eo quod non potest ipsum ut in seipso est, uidere. Sed tamen, quamuis intelligat ipsum sub diuersis conceptionibus, cognoscit tamen, quod omnibus suis conceptionibus respondet una, & eadem res simpliciter. Hanc ergo pluralitatem, quæ est secundum rationem repræsentat per plu-

D. 105 a.

D. 216.

ralitatem

talitatem prædicati & subiecti, unitatem uero repræsentat intellectus per compositionem.

Ad primum ergo dicendum, quod Diony. dicit affirmationes de Deo esse incompactas uel inconuenientes, secundum aliam translationem, inquantum nullum nomen Deo competit secundum modum significandi, ut supra * dictum est.

Ad secundum dicendum, quod intellectus noster, non potest formas simplices subsistentes secundum quod in seipsis sunt comprehendere, sed apprehendit eas secundum modum compositorum, in quib. est aliquid quod subiicitur, & est aliquid quod inest. Et ideo apprehendit formam simplicem in ratione subiecti, & attribuit ei aliquid.

Ad tertium dicendum, quod hæc propositio, intellectus intelligens rem aliter quam sit, est duplex, ex eo, quod hoc aduerbium aliter, potest determinare hoc uerbum, intelligit, ex parte intellecti, uel ex parte intelligentis*. Si ex parte intellecti, sic propositio uera, & est sensus: Quicumque intellectus intelligit rem esse aliter quam sit, falsus est. Sed hoc non habet locum in proposito, quia intellectus noster formans propositionem de Deo, non dicit eum esse compositum, sed simplicem. Si uero ex parte intelligentis, sic propositio falsa est. Alius est.n. modus intellectus in intelligendo, quam rei in essendo. Manifestum est.n. quod intellectus noster res materiales infra se existentes, intelligit immaterialiter, nõ quod intelligat eas esse immateriales, sed hẽt modũ immaterialem in intelligendo. Et similiter cũ intelligit simplicia, quæ sunt supra se, intelligit ea secundum modum suum.s. compositè, non tamen ita quod intelligat ea esse cõposita, Et sic intellectus noster non est falsus, formans compositionẽ de Deo.

1^m ex Dionys.

Incompactæ. ℞ Ratione modi significandi, non ratione significati. §. Tunc &c. Nam quo ad significatum de propositionibus loquitur conclusio, non quo ad modum significandi. Vide art. 1.

2^m ex Boet. Forma simplex. ℞ Apprehensa, secundum quod in seipsa est, non apprehẽsa per modum compositorum. §. Tunc &c. Nam conclusio ostendit, se loqui de apprehensionibus, seu cognitionibus secundo modo factis vide ar. 1. & 9.

Ari. 3. huius q. & 1. d. 22 ar. 2. 1. & d. 34. q. 3. art. 1. c. & po. q. 7. art. 5. 2.

3^m de maiori.

Aliter. ℞. Vt se tenet ex parte rei intellectę, non, ut se tenet ex parte intelligentis. §. Tũc &c. vt patet in litera.

Vtilitas pro Eccle. S. Dei.

APPENDIX.

Ex articulo habes primo, quomodo per rationẽ demonstres, a sacris literis, & Conciliis merito formari propositiones affirmatiuas de Deo. Vt Deus multus est ad ignoscendũ. Isa. 55. Itẽ fidelis De⁹ in omnibus uerbis suis, & sanctus in omnibus operibus suis. psal. 144. Item passim per totum capitulum primum, & secũdum Papæ Innoc. in Concilio. Extra de sum. Trin. & fid. Cath. Secundo habes, quomodo per rationem illarũ propositionum uerum sensũ a falso discernas, & consequenter ab errore teipsum, ab hæreticorumque insultatione scripturam sacram defendas. De similibus hæreticis uide quæst. 1. artic. 1. & 6. & quæst. hanc 13. art. 4. in appendicibus. Tertio uides, quomodo ex his uicissim firmetur cõclusio.

2

3

¶ Not. Præsenti articulo seruit in ordine articulus 20. 18. 418. 37. 424. 60. 70. 71. 430.

Comm. Cardinalis Caietani.

Titulus clarus est.

¶ In corpore uniuoca conclusio responsiua quæsito affirmatiue. Propositiones affirmatiuæ ueræ possunt de Deo formari. Probatur, omnis propositio affirmatiua significat identitatem aliquam secundum rem prædicati, & subiecti, cum distinctione eorundem secundum rationem, sed in Deo inueniuntur hæc duo, ergo Minor probatur dupliciter. Primo inductiue in propositionib. accidentalibus, & essentialib. s. & in quib. prædicatum & subiectũ habent secundum se rationes diuersas, & in quib. non. Secundo ratione. Propositio affirmatiua habet copulam, prædicatum, & distinctionem ratione pluralitatis extremorum. Minor uero probatur: Deus non cognoscitur a nobis, ut est in sua omnimoda unitate, sed sub diuersis rationibus unus & simplex. ergo.

¶ Aduerte Thomista, quod hinc habes, quod Deus apud S. Thom. est unius tantum rationis formalis eleuatæ comprehendentis omnia, &c. hoc enim intendit cum dicit hic, quod est omnino unus, & simplex; alioquin aduersatiua subiuncta cum eius causa non consonaret. s. sed tamen intellectus noster secundum diuersas conceptiones ipsum cognoscit, quia non potest ipsum, ut in se est uidere. Si ergo posset ipsum, ut est uidere, non distingueret deitatem a sapientia, nec sapientiam a bonitate secundum rationem, ut modo facit, dicendo. Deus est sapiens, & bonus, &c. unica ergo est in Deo formalis ratio tantum.

QVAESTIO XIIII.

De scientia Dei, in sexdecim articulos diuisa.

Post considerationem eorum, quæ ad diuinam substantiam pertinent, restat considerandum de his, quæ pertinent ad operationem ipsius. Et quia operatio quædam est, quæ manet in operante, quædam uero, quæ procedit in exteriorem effectum: Primo agemus de scientia & uoluntate (nam intelligere in intelligente est, & uelle in uolente) & postmodũ de potentia Dei, quæ consideratur, ut principium operationis diuinæ in effectum exteriorem procedentis, quia uero intelligere, quoddam uiuere est, post considerationem diuinæ scientiæ, considerandum est de uita diuina. Et quia scientia uerorum est, erit etiam considerandum de ueritate & falsitate. Rursum, quia omne cognitum in cognoscente est, rationes autem rerum secundum quod sunt in Deo cognoscente, Ideæ uocantur, cum consideratione scientiæ erit etiam adiungenda consideratio de Ideis.

Circa scientiam uero, quæruntur sexdecim.

¶ Primo, vtrum in Deo sit scientia.
¶ Secundo, vtrum Deus intelligat seipsum.
¶ Tertio, vtrum comprehendat se.
¶ Quarto, vtrum suum intelligere sit sua substantia.
¶ Quinto, vtrum intelligat alia a se.
¶ Sexto, vtrum habeat de eis propriam cognitionem.
¶ Septimo, vtrum scientia Dei sit discursiua.
¶ Octauo, vtrum scientia Dei sit causa rerum.
¶ Nono, vtrum scientia Dei sit eorum, quæ non sunt.
¶ Decimo, vtrum sit malorum.
¶ Vndecimo, vtrum sit singularium.
¶ Duodecimo, vtrum sit infinitorum.
¶ Tertiodecimo, vtrum sit contingentium futurorum.
¶ Quartodecimo, vtrum sit enuntiabilium.
¶ Quintodecimo, vtrum scientia Dei sit uariabilis.
¶ Sextodecimo, vtrum Deus de rebus habeat speculatiuam scientiam uel practicam.

Ferr. 1. cont. c. 44.
Cap. 1. d. 35. q. 1. con. 1. con. 2 & ar. 2. con. 1. q. 2. art. 1 con. 2. con. 7. con. 2.
Aegi. 1. s. d. 35. q. 1. p. prin.
Alb. Mag. 1. d. 35. art. 1.
Banens q. 14. art. 1.

SVP. Q. XIIII. ART. 1.

Concl. In Deo perfectissime est scia.

¶ Prob. Quia immaterialitas alicuius rei est ratio quod illa rei cognoscitiua, & De⁹ est non solum immaterialis sed etiam in summo gradu immaterialitatis.

ARTICVLVS PRIMVS.

Vtrum in Deo sit scientia.

Ad primum sic proceditur. Videtur quod in Deo non sit scientia. Scientia enim habitus

80 1. d. 35. art. & 1. contra, capit. 44.

& po. q. 8. ar. 1. c. 2. & q. 9. art. 5. cor. & uer. q. 2 ar. 1. & opu. 3 ca. 28. & 15. & 12. mel. 6.

1^m^ de antecedente. Scientia. ℞. Vt connotat modum conuenientem creaturæ, non ut scientia §. Tunc &c. Nam de scientia, ut scientia, loquitur conclusio.

2^m^ de maiori. Causata. ℞. In nobis, non in omni cognoscente conclusiones. §. Tunc &c. Nam ea, quę sunt diuisim, & multipliciter in creaturis, in Deo sunt &c. ut in litera.

q. 3. ar. 5.

3^m^ de maiori. Scientia. ℞. Considerata secundum modum scientiæ creatæ, non secundum modum scientiæ increatæ. Tunc &c. ut patet.

APPENDIX.

Vtilitas Ecclesiæ Dei.

Ex articulo habes primo, quomodo per rationem ostēdas, tum scripturas passim tum Pōtifices summos tum Concilia semper, quando de hoc tractatur, reponere in Deo sciētiam perfectissime. Secundo habes quomodo uerum sensum omnium præmissorum a falso uendices, & teipsum in esse catholico inter huiusmodi custodias. Tertio uides, quomodo ex his uicissim firmetur conclusio.

li. 3. de anima, tex. 37 tom. 2.

Nota. Præsenti articulo deseruit articulus in ordine 35. 36. 41 7 66. 11. 24. 34. 23. 71. 72. 86.

tus est qui Deo non competit, cum sit medius inter potentiam & actū. Ergo scientia non est in Deo.

¶ 2 Præt. Scientia (cum sit conclusionum) est quædam cognitio ab alio causata scilicet ex cognitione principiorum. Sed nihil causatum est in Deo. Ergo scientia non est in Deo.

¶ 3 Præt. Omnis scientia uel uniuersalis, uel particularis est. Sed in Deo non est uniuersale, & particulare, ut ex superioribus patet.* Ergo in Deo non est scientia.

Sed contra est, quod Apostolus dicit. Ro. 11. O altitudo diuitiarum sapientiæ, & scientiæ Dei.

Respon. Dicendum, quòd in Deo perfectissime est scientia. Ad cuius euidentiam considerandum est, quod cognoscentia a non cognoscentibus in hoc distinguuntur, quia non cognoscentia nihil habent, nisi formam suam tātum, sed cognoscens natum est habere formam etiam rei alterius, nam species cogniti est in cognoscente. Vnde manifestum est, quod natura rei non cognoscentis, est magis coarctata & limitata. Natura autem rerum cognoscentium, habet maiorem amplitudinem, & extensioné. Propter quod dicit * Philos. 3. de anima, quod anima est quodammodo omnia. Coarctatio aut formæ, est per materiam. Vnde & supra diximus, quod formæ secūdum quod sunt magis immateriales, secundū hoc magis accedunt ad quandam infinitatem. Patet igitur, quod immaterialitas alicuius rei est ratio, quod sit cognoscitiua, & secundum modū immaterialitatis est modus cognitionis. Vnde in * 2. de anima dicitur, quod plantæ non cognoscunt propter suam materialitatem. Sensus autem cognoscitiuus est, quia receptiuus est specierum sine materia. & intellectus adhuc magis cognoscitiuus, quia magis separatus est a materia, & immistus ut dicitur in * 3. de anima. Vnde cum Deus sit in summo immaterialitatis, (ut ex † superioribus patet) sequitur, quod ipse sit in summo cognitionis.

2. de anima textu 126. tom. 2.

3. de anima tex. 4. usq; ad 7. to. 2. 1 q. 7. ar. 2.

Ad primum ergo dicendum, quia perfectiones procedentes a Deo in creaturas, altiori modo sunt in Deo (ut supra dictum est*) oportet, quandocunq; nomē sumptum a quacumque perfectione creaturæ Deo attribuitur, secludatur ab eius significatione omne illud, quod pertinet ad imperfectum modum qui competit creaturæ. Vnde scientia non d est qualitas in Deo, uel habitus, sed substantia, & actus purus.

D. 475.

Ad secundum dicendum, quod ea, quæ sunt diuisim & multipliciter in creaturis, in Deo sunt simpliciter, & unite, ut supra dictū* est. Homo aūt fm diuersa cognita, habet diuersas cognitiones. Nam fm quod cognoscit principia, dicitur habere intelligentiā, scientiā uero, scdm quod cognoscit conclusiones, sapientiam, secūdum quod cognoscit causam altissimam consilium uel prudentiam fm qd cognoscit agibilia. Sed hęc omnia Deus una, & simplici cognitione cognoscit, ut* infra patebit. Vnde simplex Dei cognitio, omnib. istis nominib. nominari pōt ita tamen, ab unoquoq; eorum fm quod in diuinā prædicationé uenit secludatur quicquid imperfectionis est, & retineatur quicquid perfectionis est. Et secundum hoc dicitur Iob 12. Apud ipsum est sapientia, & fortitudo, & ipse habet cōsilium & intelligentiam.

q. 3. art. 4.

ar. 7. huius quæst.

Regula notāda ualde est semper.

Ad tertium dicendum, quod scientia est secūdum modum cognoscentis. Scitum enim est in sciente secūdum modum scientis. Et ideo cum modus diuinæ essentiæ sit altior quam modus quo creaturæ sunt, scientia diuina non habet modum creatæ scientiæ, ut scilicet sit uniuersalis d uel particularis, uel in habitu, uel in potentia, uel secundum aliquem talem modum disposita.

D. 63 2. D. 285.

ARTI-

Comm. Cardinalis Caietani.

Titulus scientia. nomine scientiæ intelligimus cognitionem intellectiuam certam. & euidentem.

¶ In corpore una conclusio responsiua quæsito affirmatiue. In Deo est scientia perfectissime. probatur. Immaterialitas ratio est aliquid sit cognoscitiuum, & secundum modum immaterialitatis est modus cognitionis, sed Deus est in summo immaterialitatis, ergo Deus est in summo cognitionis, quod est habere perfectissimam scientiam. Maior habet duas partes, & quo ad utramque probatur. Quo ad primam partem dupliciter. Primo ratione sic. Esse cognoscens est ex habere formam suam & alterius, ergo ex amplitudine naturæ, ergo ex immaterialitate. Antecedens probatur, quia in hoc differt cognoscens a non cognoscente. Prima uero consequentia ex se est euidens, quia quod est ipsum & alia, est magis amplum quam quod est ipsum tantum, & confirmatur authoritate tertii de anima. Anima est quodammodo omnia. Secunda uero consequentia probatur ex dictis in q. 7. quod coarctatio formæ est ex materia & infinitas formarum per recessum a materia Secundo probatur maior authoritate Arist. 2. de anima, plātæ non cognoscunt propter suam materialitatem. Quo ad secundam uero partem probatur maior ex gradibus cognoscēdi in sensu, & intellectu. Ille. n. cognoscitiuus est, quia receptiuus specierū sine materia. Iste magis, quia separatus, & immistus, ut dicitur 3. de anima Minor autem ex supradictis est nota.

¶ Circa differentiam assignatam inter cognoscentia, & non cognoscentia dubitatur. Aut quum dicitur, quod cognoscens natum est esse etiam alia, intendis quod ly esse intelligatur per identitatem, & sic falsum est, quoniam anima intellectiua non est nata esse idem quod lapis, quod bos, &c. Aut per informationem, & tūc. aut per intentionalem, & sic est falsa differentia, quia aer non est cognoscens, & tamen recipit colores intentionaliter. Aut naturalem, & tunc est falsissima. Tum quia lapis non est in anima. Tū quia non cognoscentia hoc modo sunt alia. Similiter ly alia, aut stat pro omnibus, & sic est falsum, quia sensus non est natus esse omnia, sed quædam. Aut pro quibusdam, & sic differentia est nulla quoniam commune est omnibus, quæ apud nos sunt, esse non solum ipsa, sed quædam alia aliquo modo, scilicet per informationem, quoniam omnia, non solum sunt substantiæ in se, sed habent ad minus sua accidentia conformia naturis propriis. Ignis enim non solum est ignis, sed leue, rarum, lucidum calidum. Et quemadmodū hæc habent sua accidentia ita cognoscens habet sua propria accidentia, species intentionales. vnde in hoc nulla apparet differentia inter cognoscentia, & non cognoscentia.

¶ Ad euidentiam huius difficilis ac ardui fundamenti magnæ partis Metaphysicæ ac Philosophiæ naturalis, duo facienda sunt. Primo formaliter dicendum est ad obiectiones. Secundo radix omnium producenda est in lucem. Ad obiecta facile dicitur, quod ly esse, abstrahit a modis essendi per identitatem, aut informationem, & similiter ly alia, abstrahit ab omnibus, aut quibusdam, sicut etiam ly cognoscitiuum abstrahit a tali, & tali cognoscitiuo. Aliquod enim cognoscens est, quod est omnia per identitatem, ut Deus. Aliquod, quod est aliqua per identitatem, & aliqua per informationem, ut Angeli. Aliquod, quod est omnia per informationem, ut anima nostra. Aliquod, quod est aliqua per informationem, ut anima pure sensitiua. Et propterea differentia in communi posita, abstrahit ab omnibus his modis, ut nullus excludatur, sed omnes in confuso contineantur.

¶ Radix autem ista elucescit, si intuemur per se differētiam, inter modum quo cognoscens est cognitum, & quo materia habet formam. Et similiter quam differenter fit unum ex cognoscente, & co-

& cognito, & materia & forma. Idem enim iudicium est de esse & de uno, cum eâdem naturam significent, vt in 6. Met. dicitur. Sciendum est ergo, quòd per se differentia in hoc est. Quòd cognoscēs est ipsum cognitum actu, uel potentia. Materia autem nunquam est ipsa forma. Ex hac differentia quo ad esse sequitur differentia quò ad unitatem: quòd scilicet cognoscens, & cognitum sunt magis unum, quàm materia, & forma, ut egregiè dixit Auerr. in 3. de anima commen. 5. Et rationem reddidit modo dictam: quia ex intellectu, & intellecto, non fit tertium sicut ex materia, & forma: assignando enim pro ratione maioris vnitatis exclusionem tertij aperte docuit vnitatem consistere in hoc, quia unum est aliud. Vnde Arist. in 3. de anima hoc idem præ docuit dicens: quod anima est omnia sensibilia & intelligibilia. Ostenditur autem hanc esse veram per se differentiam ex eo quòd omnes communes animi conceptiones, & conclusiones ei consonant: scilicet qđ accidit cognoscitiuo & cognitiuo diuersitas inter ea, & similiter compositio eorum. Et similiter quod cognitum habeat esse intentionale in cognoscēnte, & quod in nulla natura possunt adeò eleuari materia, & forma subiectum & accidens, ut unum sit idem alteri saluis rationibus eorũ, vt de cognoscente, & cognito comperimus.

¶ Necessitas autem hoc ponendi, ex duabus nascitur positionibus. Altera est: unumquodque operatur secundum quod est actu. 3. Physicor. Altera est: cognitum est principium specificatiuum cognitionis, ex 11. Metaphys. ex his sequitur, quod cum cognoscens debeat esse sufficiens principium suæ propriæ operationis, quæ est cognoscere: quia hoc omnib. perfectis naturis commune est: oportet quod sit specificatiuũ principium illius, quod est esse cognitum. Et si his adiungas ex 2. cœ. li. 10. comm. 17. quod unumquodque est propter suam operationem sequetur quod natura cognoscitiua est talis secundum se, ut sit actu vel potentia ipsum cognitum, qđ est esse non solùm ipsa, sed alia, vt in littera dr. Et si hæc cōparaueris ad reliqua entia, uidebis differentiam inter cognoscentiam & non cognoscentia manifestari ex hoc. Reliqua namque entia, aut recipiunt formas propter ipsarum formarum operationes, aut propter operationem tertij compositi ex recipiēte, & recepto. Exemplum primi in aqua calida, & uniuersaliter in subiecto, & accidentali forma. Calefactio enim non est propria operatio aquæ, sed caloris. Et idem est iudicium quò ad hoc de aqua frigida: licet enim frigiditas sit naturalis potentia aquæ frigefacere tamen frigidi, non aquæ propria est operatio. Exemplum secundi patet in formis substantialibus: materia enim non recipit formam propter operationem ipsius materiæ, sed compositi ex ipsa & forma. Cognoscens autem recipiens cognitum, non recipit ipsum propter operationem alicuius compositi, resultantis ex eis: neque propter operationem ipsius cogniti: sed propter specificationem propriæ operationis ipsius cognoscētis. Visus enim recipit uisibile, propter speciem visionis: quam constat esse uisus propriam operationem. Nec obstat, quod uisibile ut receptum in visu sit accidens, & visus sit subiectum: quoniam hoc est per accidens. i. ex necessitate materiæ: & nō est per se primò intentum forma .n. intētio seu species visibilis, non inquantum accidens: sed inquantum visibile, transiens in visum specificat: sed quia hoc non patitur talis natura sensibilis, nisi per intentionem esse, ideo gratia materiæ concurrit accidens, non tamen destruit ꝑ se intentum, sed in gradu minus perfecto constituit. Vt.n. alibi discutiendum est, & ab Auer. 12. Meta. & 3 de anima hr. Cognoscibile, & cognitum nō eadem intentione in omnibus sunt vnum sed magis & minus diminute: adeò quòd in solo Deo sunt omino idem. Et sic patet sensus differentiæ assignatæ: & quàm subtiliter naturam cognoscētium tradidit hic diuus Thom. quam in hoc consistere non solùm ex Arist. & Aug (vt patet ex dictis) sed etiam ex Alberto ostenditur in tractatu de intellectu & intelligibili. Et hoc diligentissime oportet pro fundamento habere, quotiens de intellectu est sermo, quoniam ex eo multarum quæstionum cōclusiones pendent, puta de concursu obiecti, & intellectus ad intellectionem. Et similiter de concursu speciei intelligibilis, &c. Et hic apparebit, quam rudes fuerint qui de sensu, & sensibili, intellectu, & intelligibili, deque intelligere, & sentire tractantes, tanquam de aliis rebus iudicāt. Et disces eleuare ingenium, aliumque rerum ordinem ingredi.

ARTICVLVS II.

Vtrum Deus intelligat se.

AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur quod non Deus nō intelligat se. Dicitur .n. in lib. de † causis, ꝙ omnis sciens, qui scit suam essentiam, est rediens ad essentiam suam reditione completa: sed Deus non exit extra essentiam suam, nec aliquo modo mouetur: & sic non competit sibi redire ad essentiam suam. ergo ipse non est sciens essentiam suam.

¶ 2 Præt. Intelligere est quoddā pati & moueri, vt dicitur in 3. † de anima: scientia etiam est assimilatio ad rem scitam: & scitum etiam est perfectio scientis. Sed nihil mouetur, vel perficitur a seipso, neque similitudo sibiipsi est, vt Hilar. † dicit. ergo Deus non est sciens seipsum.

¶ 3 Præt. Præcipuè Deo sumus similes secundum intellectum: quia secundum mentem sumus ad imaginem Dei, † vt dicit Aug. Sed intellectus noster non intelligit se, nisi sicut intelligit alia, ut dicitur in 3. † de anima. ergo Deus non intelligit se, nisi fortè intelligendo alia.

SED CONTRA est, quod dicitur 1. ad Cor. 2. Quæ sunt Dei, nemo nouit nisi spiritus Dei.

RESPON. Dicendum, quòd Deus per se ipsum intelligit. Ad cuius euidentiam sciendum est, quòd licèt in operationibus, quæ transeunt in exteriorem effectum, obiectum operationis, quod significatur vt terminus, sit aliqd extra operantem: tamen in operationibus, quæ sunt in operante, obiectum quod significatur vt terminus operationis, est in ipso operante: & secundum quòd est in eo, sic est operatio in actu. Vnde dicitur in † lib de anima, quòd sensibile in actu est sensus in actu d & intelligibile in actu est intellectus in actu. Ex hoc enim aliquid in actu sentimus uel intelligimus, quòd intellectus noster uel sensus, informatur in actu per speciem sensibilis, vel intelligibilis. Et secundum hoc, tantum sensus, vel intellectus aliud est a sensibili uel intelligibili: quia utrumque est in potentia. Cum igitur Deus nihil potentialitatis hēat, sed sit actus purus, oportet quòd in eo: intellectus & intellectum sint idem omnibus modis, ita .s. vt neque careat specie intelligibili: sicut intellectus noster cum intelligit in potentia, neque species intelligibilis sit aliud a substantia intellectus diuini: sicut accidit in intellectu nostro, cum est actu intelligens: sed ipsa species intelligibilis est ipse intellectus diuinus, & sic seipsum per seipsum intelligit.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd redire ad essentiam suam, nihil aliud est, quam rem subsistere in seipsa. Forma .n. inquantum perficit materiam dando ei esse, quodammō supra ipsam effundit: inquantum verò in seipsa habet esse, in seipsam redit. virtutes igitur cognoscitiuæ, quæ non sunt subsistentes, sed actus aliquorum organorum, non cognoscunt seipsas: sicut patet in singulis sensibus. Sed virtutes cognoscitiuæ d per se subsistentes, cognoscunt seipsas. Et propter hoc dicitur in libro de causis, quòd sciens essentiam suam, redit ad essentiam suam. Per se autem subsistere maxime conuenit Deo. Vnde secundum hunc modum loquendi, ipse est maxime rediens ad essentiam suam, & cognoscens seipsum.

AD SECVNDVM dicēdum, quòd d moueri & pati sumuntur æquiuocè, secundum quòd intelligere dicitur esse quoddam moue-

81 Veri. q 2. art. 2. & 1. cōt. c. 47. & 48. & l. 4. c. 11. co. 3. & d. 35. art. 2. & 12. Met. li 8.
* Prop. 15. in prin. t. 3. inter opa Arist.
† Lib. 3. de aia. tex. 12: & 28. to. 2.
† Lib. 3. de Trini. non multū remote ante finem.
† Lib. 15. de Tri. ca. 1. & lib. 6. super Gen. c. 12. ad me. t. 3.
* Lib. 3. de anima, tex. 15. to. 2.
* Lib. 3. de anima, tex. 36. & 37. to. 2.
D. 762.

Ferr. 3. cont. c. 47.
Cap. 1. d. 35. q. 1. d. 35. q. 1. ar. 2. con. 2.
Pe Pal. 1. 5. d 35. q. 1.
Aegid. 1. 5. d. 35. q. 2. pr. prin.
Bannes ar. 2.

SVPER Q. XIIII. ART. II.

CONCL. Deus intelligit per seipsum.

¶ PROB. Quia intellectus diuinus neque caret specie intelligibili ad se intelligendum, neque est aliud ab ipsa specie intelligibili.

1[m] de maiori.

Rediens ad essentiam suam redditione completa. R. In seipso subsistens: non autem ꝑ motum; tanquam extra essentiam suam existens, ad ipsam rediens. §. Tunc nihil &c. ut patet in textu. D. 1123.

2[m] de maiori.

Intelligere: scientia; scientis. R. Vt ista concernunt potentiā passiuā: non, vt dicunt purū actū. §. Tunc &c. Nam intelligere Dei scientia Dei, Deus sciēs, non est in potentia ad intelligendum, ad sciendū, ad hoc quòd perficiatur ab obiecto, sed ista tria sunt ibi purus act9 D. 755.

Ar-

Loco cita. in argum.

Argumentum ergo valeret de nobis, sed non de Deo.

3^m de maiori.

Similes. R. Deficiéter, & in ordine existentiũ, & in ordine intelligibilium: non, perfecte. §. Neque enim intellectus noster est actus purus in quocunque ordine loquaris; cum tamé in utroque Deus sit actus purus. Tunc &c.

APPENDIX.

Vtilitas pro Eccle. S. Dei.

EX artic. habes primo: quomodo per rationem ostendas, recte dictum ab Apostolo 1. Cor. 2. Quæ sunt Dei, nemo nouit, nisi spiritus Dei. Item recté dictum ab Innoc. Papa de sum. Trin. & fid. cath. firmiter credimus, & simpliciter intelligimus, quod &c. Deus est omnino simplex. Apostolus enim ibi fatetur, quod Deus intelligit seipsum, & Innoc. quod Deus per seipsum intelligit seipsum. Nam si Deus non per seipsũ intelligeret seipsum sic Deus nõ esset omnino simplex. Non enim videtur intelligi posse; quod sit omnino actus purus, qui non per seipsũ cognoscit. Si enim cognosceret per aliquid aliud, cognosceret ad minus per speciẽ intelligibilem: & consequenter reciperet illam speciem, tanquam potentiale quoddam recipiẽs formam suam. Quod si potentia in Deo esset & actus (actus esset illa species intelligibilis ab ipso numeraliter diuersa:) vtique Deus non esset omnino purus actus. Cum igitur dicit Papa, quòd Deus est omnino simplex: vult dicere quod Deus seipsum non intelligit per speciẽ a se numero diuersam. Secundò vides: quomodo ex his vicissim pro qualibet parte firmetur conclusio.

ri vel pati: vt dicitur in tertio de anima. Non enim intelligere est motus, qui est actus imperfecti, qui est ab alio in aliud: sed actus perfecti, existens in ipso agente. Similiter etiam quòd intellectus perficiatur ab intelligibili, vel assimiletur ei, hoc conuenit intellectui, qui quandoque est in potentia, quia per hoc quod est in potentia, differt ab intelligibili, & assimilatur ei per speciem intelligibilem, quæ est similitudo rei intellectæ: & perficitur per ipsam, sicut potentia per actum. Sed intellectus diuinus, qui nullo modo est in potentia, nõ perficitur per intelligibile, neque assimilatur ei, sed est sua perfectio, & suum intelligere.

AD TERTIVM dicendum, quod esse naturale non est materiæ primæ, quæ est in potentia: nisi secundum quòd est reducta in actum per formam. Intellectus autem noster possibilis se habet in ordine intelligibilium, sicut materia prima in ordine rerum naturalium: eo quòd est in potentia ad intelligibilia, sicut materia prima ad naturalia. Vnde intellectus noster possibilis non potest habere intelligibilium operationem, nisi inquantum perficitur per speciem intelligibilem alicuius. Et sic intelligit seipsum per speciem intelligibilem, sicut & alia. Manifestum est autem quòd ex eo quòd cognoscit intelligibile, intelligit ipsum suum intelligere, & per actum cognoscit potentiam intellectiuam. Deus autem est sicut actus purus tam in ordine existentium, quam in ordine intelligibilium: & ideo per seipsum, seipsum intelligit.

¶ NOT. Articulo huic deseruiunt articulus in ordine 180. 183. 485. 304. 437. 570.

ARTICVLVS

Comm. Cardinalis Caietani.

TItulus clarus est.

¶ In corpore vna cõclusio responsiua quæsito affirmatiuè, Deus intelligit seipsum per seipsum, probat. Deus est absque omni potentialitate actus purus, ergo intellectus & intellectum sunt omnibus modis idem; ergo intelligit seipsum per seipsum. Antecedens patet. prima vero consequentia fundatur super duas propositiones. Altera est: obiectum intellectus oportet esse actu in intelligente ad hoc vt intelligat. Altera est: omnis diuersitas intellectus ab obiecto est propter admistam naturam potentiæ. Prima probatur ex drĩa inter operationem transeuntem & immanentem, quia ista intus habet terminum. Scda, ex libro de anima sic: sensus in actu est idem cum sensibili in actu: & similiter intellectus in actu, cum intelligibili in actu. Non autem est hic eadem potentia, ergo ideutitas horum sequitur actualitatem status eorum: diuersitas verò potentialitatem. Ex his enim manifesté patet sequela prima sic. Intelligibile oportet esse in intelligente, & non est aliquo modo distinctum nisi per potentiam. ergo intelligibile illius in quo nulla est potentiam, nullo modo distinguitur ab eo. Si ergo Deus est absque potentia, &c. ergo, &c. Deinde in litera explanatur consequens, quo ad ly omnibus modis, excludendo duos diuersitatis modos. s. inter actum & potentiam, & inter substantiam, & accidens. Secunda consequentia patet.

¶ Circa verba literæ in secunda propositione fundante consequentiam, aduerte, quòd hoc quod dicitur. s. secundum hoc tantum sensus uel intellectus aliud est a sensibili, uel intelligibili, quia utrumque est in potentia; dupliciter exponi potest. Primò, ut ly vtrumque, referat potentiam & obiectum. Secũdo, vt referat ambas potentias, quas nominauerat. s. sensitiuam & intellectiuam. Et si iste secundus sensus teneatur, nihil scabrositatis occurrit, & planus literæ sensus seruatur. Si vero primus sensus intentus dicatur, eget nitore, quoniam ex hoc haberetur expresse, quòd ad distinctionem inter cognoscentem & cognitum, exigitur potentialitas, non solum in cognoscente, sed etiam in cognito, quod nõ est vsquequaque verum. Potest enim hoc dupliciter intelligi. Primò, quod exigatur potentialitas in utroque ita quod utrumq; sit secundum se potentiam habens; & hæc duplex potentia sit radix distinctionis. Et hoc est falsum ut patet, quum Deus videtur ab aliquo intellectu creato. Tunc enim obiectum est actus purus, & tamen distinctio est inter intellectum & obiectum. Secũdo, quòd exigatur potentialitas vtriusque respectu huius, i. quòd obiectum sit potentia intelligibile ab ipso intellectu, & intellectus sit in potentia aliqua ad intelligendum illud, & hoc est verum. Sed iudicio meo non est hic intentum. Tum quia vna potentialitas, s. potentia sufficit. Tum quia ista potentialitas obiecti non in se, sed respectu huius, non est potentialitas imperfectionis, de qua loquimur. Tum quia utraque ista potentia resoluitur tandem quo ad hunc effectum, qui est distinctio inter obiectum & potentiam, inter potentialitatem ipsius cognoscitiuæ virtutis. Tum quia planus sensus literæ primam expositionem optimè amplectitur, & proposito satisfacit, & ideo primum sequamur.

¶ Circa expositionem consequentis: vbi ly omnibus modis idẽ explanatur per exclusionem duorum, scilicet status potentialitatis, & diuersitatis intellectus à specie intelligibili: dubium occurrit, Quia exclusio horum non sufficienter explanat omnimodam identitatem intellectus & intellecti, & hoc probatur in Angelo intelligente ipsum. Constat enim, quod nec est in potencia. Neque species, qua se intelligit, est aliud à substantia sua, & tamẽ intellectus, & intellectum non sunt omnibus modis idem, etiam intelligendo seipsum. Tum quia hoc est proprium Dei. Tũ quia conceptus, quem format de seipso, non est substantia sua, quicquid ille sit.

¶ Ad hoc dupliciter dicitur. Primò, quòd ly ita scilicet, vt neque careat specie, neque species sit aliud, &c accipiatur limitatiue, id est, quod per hęc duo limitetur id quod dixerat, scilicet omnibus modis idem: ac si dixisset, sunt omnibus modis idem quo ad hæc duo, & sic dubium motum locum non habet.

¶ Et licet hic sensus literæ consonet, pro quanto in articulo quarto, quærendum restat, vtrum intelligere Dei sit idem quod ipse Deus, considerantibus tamen quod hic est sermo de intellecto, & intellectus identitate, & quod dubium restans de intelligere, remanet pro quanto sunt aliquæ difficultates ex propriis ipsius intelligere, ut distinguitur contra intellectum, dici aliter posse videtur: acceptando quòd ly ita, s. neque careat specie, &c. teneatur expositiue.

¶ Et ad dubium motum, respondetur quòd exclusio horũ duorum, adæquat omnimodam identitatem intellectus & intellecti, Sed noĩe speciei non est intelligenda species impressa tm̃, sed vniuersaliter tàm impressa, q̃ expressa. Vbi enim intellectus, & spẽs vniuersaliter non distinguitur, ibi intellectus & intellectũ omnino est idẽ. Et hoc in doctrina S. Tho. est indubie verum, qm̃ conceptus ipse est species expressa, quæ in solo Deo est substantia. Et in nullo alio saluatur integre exclusio horum duorum. Verũ aũt hoc sufficiat ẽm aliorum philosophorum dogmata, non est p̃sentis negotii, sed in 3. de anima, vel in 12. Met. dicetur. Quod autem sic uniuersaliter in præsenti litera sumatur species, textus isinuat per illa uerba, cum est actu intelligens. Si de specie impressa tantum intenderet, non oportuisset dicere, cum est actu intelligens: cum illa etiam insit, cum intellectus noster non est in actu intelligens, sed dormiens. vnde explanando speciẽ intelligibilem per statum intellectus in actu secundo, insinuauit, quòd vniuersaliter de specie loqueretur concurrente ad actum secundum, qui est intelligere. Constat autem ad illum concurrere utramque speciem. De specie ergo vniuersaliter est sermo interpretandus, vt vniuersalior sit sensus.

Ferr. 1. cont. c. 3.

SVPER Q. XIIII.

Art. III.

82

3. di. 14. ar. 2. q. 1. & 2. Et 1. cont. co. 3. & ver. q. 2. ar. 2. 5. & q. 20. ar. 4 c. & opu. 3. cap. 106. 223. & 264 & opusc. 9. ca. 73.

CONCL. Deus perfectè comprehendit seipsum.

¶ PROB. Quia Deus cognoscit se tantum, quantum cognoscibilis est. (Cum tanta sit virtus eius in cognoscendo, quanta est actualitas eius in existendo).

* to. 4. lib. 83. q. q. 14.

1^m de maiori. Quod comprehēdit se. R. Tanquam existens aliud a se & includens se: non, tanquam idem sibi existens & nihil sui ignorans. §. Tunc &c. Nam secundo modo intelligitur conclusio.

* q. 7. ar. 1.

* lib. 83. q. q. 14. to. 4.

2^m de antecedente. Secundum quòd est apud Deum: non, in sensu quocunque. §. Tunc nihil &c. Nam cum dicitur, Deus est finitus sibi, intelligendum est non in sensu quocunque, sed in sensu secundum Deum approbato, i. secundum quandā similitudinem proportionis, quia &c. ut in littera.

Vtilitas Ecclesiæ Dei.

APPENDIX.

EX artic. habes primo: quomodo per rationem ostendas, merito esse dictum a psal. 146. Magnus dominus noster & magna virtus eius, & sapientiæ eius non est numerus. Hoc est. Dominus noster tāta sapientia pollet, ut comprehēdat semetipsum. Si enim minori modo cognoscit seipsū Deus, quàm sit cognoscibilis: iam patet, quòd sapientiæ eius est numerus. Non enim modo infinito tunc se cognosceret, sicut modo infinito est, i. non tantum se tunc cognosceret, quantum cognoscibilis est. Secundò vides: quomodo ex his vicissim firmetur conclusio.

Lib. 9. Me tex. 10. t. 3.

* Ar. 1. huius q.

¶ NOT. Isti articulo deseruit articulus in ordine 35. 61. 55. 81. 80. 861.

ARTICVLVS III.

Vtrum Deus comprehēdat seipsum.

AD TERTIVM sic proceditur. Videtur q Deus non comprehendat seipsum. Dicit enim Aug. in * lib. 83. Quæstionum, quòd id, quod comprehendit se, finitum est sibi: sed Deus est omnibus modis infinitus. ergo non comprehendit se.

Si dicatur quòd Deus infinitus est nobis, sed sibi finitus. Contra, Verius est vnumquodque secundū quòd est apud Deum, quam secundum quòd est apud nos: Si igitur Deus sibiipsi est finitus, nobis autē infinitus: verius est Deum esse finitum, quam infinitum, quod est cōtra prius determinata. * Non ergo Deus comprehendit seipsum.

SED CONTRA est, quod dicit Aug. * ibidem: Omne quod intelligit se, comprehendit se, sed Deus intelligit se. ergo comprehendit se.

RESPON. Dicendum, quòd Deus perfectè comprehendit seipsum, quod sic patet. Tunc enim dicitur aliquid comprehendi, quando peruenitur ad finem cognitionis ipsius: & hoc est quando res cognoscitur ita perfectè, sicut cognoscibilis est. Sicut propositio demōstrabilis comprehenditur, quando scitur per demonstrationem, non autem quando cognoscitur per aliquam rationem probabilem. Manifestum est autem, quòd Deus ita perfectè cognoscit seipsum, sicut perfectè cognoscibilis est. est enim vnumquodque cognoscibile secundem modum sui actus. Non enim cognoscitur aliquid secundum q in potentia est, sed secundum q est est in actu, vt dicitur in 9. *Metap. Tanta est autem virtus Dei in cognoscēdo, quanta est actualitas eius in existendo: quia per hoc qd actu est, & ab omni materia & potentia separatus, Deus cognoscitiuus est, ut * ostensum est. Vnde manifestū est, quòd tantum seipsum cognoscit, quantum cognoscibilis est. Et propter hoc seipsum perfectè comprehendit.

AD PRIMVM ergo dicendum, q comprehendere, si propriè accipiatur, significat aliquid habens & concludens alterum. Et sic oportet q omne comprehensum sit finitū, sicut omne inclusum. Non sic autem comprehendi dicitur Deus a seipso, vt intellectus suus sit aliud quam ipse, & capiat ipsum & includat. Sed huiusmodi locutiones per negationem sunt exponendæ. Sicut enim Deus dicitur esse in seipso, quia a nullo exteriori continetur: ita dicitur cōprehēdi a seipso, quia nihil est sui quod lateat ipsum. Dicit enim Aug. in * lib. de vidē do Deum, quòd totum comprehenditur uidendo quod ita videtur, vt nihil eius lateat videntem.

Epist. 112. ad Paulin. ca. 9. circa princ. to. 2.

AD SECVNDVM dicendum, q cum dicitur: Deus finitus est sibi, intelligendum est secundum quandā similitudinem proportionis, quia sic se habet in non excedēdo intellectum suū, sicut se habet aliquid finitū in non excedē do intellectum finitum. Non autem sic dicitur Deus sibi finitus, quòd ipse intelligat se esse aliquid finitum.

Comm. Cardinalis Caietani.

TItulus clarus ex corpore.

¶ In corpore vna conclusio responsiua quæsito affirmatiuè, Deus perfectè comprehendit seipsum. Probatur, Deus ita perfectè cognoscit seipsum, sicut perfectè cognoscibilis est. ergo perfectè comprehendit seipsum. Ans probatur sic. Vnumquodque tm̄ est cognoscibile, quantum est actu, ergo tāta est Dei cognoscibilitas, quanta est actualitas. Rursus: Deus est cognoscitiuus per hoc, q est actus ab omni materia & potentia separatus. ergo tanta est vis cognoscitiua, quanta est actualitas. igitur vtrumque concludendo sequitur, Tanta est cognoscibilitas, quanta uis cognoscitiua, & econuerso. Assumptum primum patet ex 9. Meta. Assumptum verò secundum ex art. 1. & 2. Consequentia autem probatur ex ratione comprehensionis sic: Comprehendere, est ad finem cognitionis alicuius peruenire: ergo est ita perfectè cognoscere rem, sicut res est cognoscibilis. ergo si Deus ita perfectè cognoscit, sequitur. ergo comprehendit. omnia sunt clara: & tamen in littera declaratur ratio comprehensionis exemplariter, in cognitione propositionis demonstrabilis. Finis enim cognitionis ipsius non habetur, quousque demonstretur, quoniam semper maneret plus cognoscibilis, quàm cognita esset.

ARTICVLVS IIII.

Vtrum ipsum intelligere Dei, sit eius substantia.

83

1. con. c. 46. & 47. & li. 4. c. 11. & 12 & opu. 3. c. 29. & 30. et 31.

AD QVARTVM sic proceditur. Videtur quod ipsū intelligere Dei non sit eius substantia. Intelligere enim est quædam operatio. Operatio autem aliquid significat procedens ab operante. ergo ipsum intelligere Dei nō est ipsa substantia.

¶ 2 Præt. Cum aliquis intelligit se intelligere, hoc non est intelligere aliquid magnum, vel principale intellectum, sed intelligere quoddam secundarium & accessorium. Si igitur Deus sit ipsum intelligere, intelligere Deum erit sicut cum intelligimus intelligere. Et sic non erit aliquid magnum intelligere Deum.

¶ 3 Præt. Omne intelligere est aliquid intelligere. Cum ergo Deus intelligit se, si ipsemet non est aliud quàm suū intelligere, intelligit se intelligere: & intelligere, se intelligere se: & sic in infinitum. Non ergo ipsum intelligere Dei, est eius substantia.

SED CONTRA est, quod dicit Aug. * lib. 7. de Trinit. Deo hoc est esse, quod sapientem esse. Hoc autem est sapientem esse, quod intelligere. Ergo Deo hoc est esse, quod intelligere. Sed esse Dei est eius substantia, vt supra * ostensum est. Ergo intelligere Dei est eius substantia.

li. 7. de tri. cap. 7. to. 3

* q. 3. ar. 4.

RESPON. Dicendum, quod est necesse dicere, quòd itelligere Dei est eius substantia. Nam si intelli-

Ferr. 3. con. c. 46. 47. Cap. 1. d. 35. q. 1. ar. 2. con. 3.

SVPER Q. XIIII.

Art. IIII.

CONCL. Necesse est dicere, quòd intelligere Dei est eius substantia.

¶ PROB. Quia alitèr intelligere esset perfectio diuinæ substantiæ, tanquam aliquid aliud ab ea: & consequenter diuina substantia non esset actus purus.

Primum

1m de minori. Opatio. ℞. Exiens ab operãte, nõ, manens in ipſo. §. Tũc &c. Nã intelligere eſt opatio manẽs in opatione, et conſequenter hoc non obſtat, quin poſſit eſſe ſubſtantia Dei.

li. 12. Met. tex. 39. c. 3.

2m de antecedente. Se intelligere. ℞. Quod intelligere non eſt per ſe ſubſiſtens: non autem, quod intelligere eſt per ſe ſubſiſtens. §. Tunc nihil &c. Nam intelligere Dei eſt per ſeſi ſubſiſtens.

Art. 2. huius q.

3m de antecedente. Omne intelligere: ℞. Quod intelligere nõ eſt in ſeipſo ſubſiſtens: non autem, quod eſt in ſeipſo ſubſiſtens. §. Tũc nihil etc. vt patet ad ſecundum.

q. 3. art. 4. & 7.

q. 3. art. 7. præcipuè.

gere Dei ſit aliud quam eius ſubſtantia, oporteret, ut dicit Philoſ. in * 12. Metaph. quòd aliquid aliud eſſet actus & perfectio ſubſtantiæ diuinæ: ad quod ſe haberet ſubſtantia diuina ſicut potentia ad actum, quod eſt omnino impoſſibile. Nã intelligere eſt perfectio & actus intelligentis. Hoc autem qualiter ſit, conſiderandum eſt. Sicut enim * ſupra dictum eſt, intelligere non eſt actio progrediens ad aliquid extrinſecum, ſed manet in operante ſicut actus & perfectio eius: prout eſſe eſt perfectio exiſtẽtis. Sicut. n. eſſe conſequitur formã, ita intelligere ſequitur ſpeciem intelligibilem. In Deo autem non eſt forma, quæ ſit aliud quam ſuum eſſe, ut ſupra * oſtenſum eſt. Vnde cum ipſa ſua eſſentia ſit etiam ſpecies intelligibilis, ut dictum eſt: * ex neceſſitate ſequitur, quòd ipſum eius intelligere ſit eius eſſentia & eius eſſe. Et ſic patet ex omnibus præmiſſis, ꝙ in Deo intellectus: & id quod intelligitur, & ſpecies intelligibilis, & ipſum intelligere, ſunt omnino vnum & idem. Vnde patet per hoc, quòd Deus dicitur intelligens: nulla multiplicitas ponitur in eius ſubſtantia.

Ad primum ergo dicendũ, quòd intelligere non eſt operatio exiens ab ipſo operante, ſed manens in ipſo.

Ad secundum dicendum, ꝙ cum intelligitur illud intelligere, quod non eſt ſubſiſtens, non intelligitur aliquid magnum, ſicut cum intelligimus intelligere noſtrum. Et ideo non eſt ſimile de ipſo intelligere diuino, quod eſt ſubſiſtens.

Et per hoc patet reſponſio ad tertium. Nam intelligere diuinũ, quod eſt in ſeipſo ſubſiſtens, eſt ſui ipſius & non alicuius alterius, vt ſic oporteat procedere in infinitum.

APPENDIX.

Vtilitas pro Eccle. S. Dei.

Ex articulo habes primò: quomodo per rationem deuites, etiã in eſſe intelligibili diuino, hæreſim Arnaldiſtarum dicẽtium; in Deo eſſe quippiam compoſitum. Secundò habes; quomodo per rationem mõſtres, Cõcilium ſub Innocentio Papa, de ſumma Trin. et fide Cath. firmiter, merito damnare illam ibi. Credimus firmiter, & ſiplicitur cõfitemur, quod Deus eſt ſimplex omnino. Et qũo eſſet ſimplex omnino: ſi etiã in eſſe intelligibili non eſſet ſimplex, ita quòd ipſe ſubſtantialiter non eſſet ſuum intelligere? Concilium enim dicendo ly omnino, amplectitur eſſe Dei & naturale, & intelligibile. Voluit ergo per ly ſimplex omnino, ſi in eſſe intelligibili loquamur; quòd intellectus, & id quod intelligitur, & ſpecies intelligibilis, & ipſum intelligere, ſunt in Deo vnum omnino & idem. Vide quæſt. 3. articulo 7. & quæſt. 14. ar. 2. Tertiò vides: quomodo viciſſim ex his firmetur præſens articulus.

¶ Not. Iſti articulo auxiliatur in ordine articulus 16. 17. 81. 10.

Comm. Cardinalis Caietani.

Titulus clarus.

¶ In corpore duo, primò cõcluſio reſponſiua quæſito affirmatiuè, ſecundo epilogus antedictorum.

¶ Quo ad primum, concluſio eſt. Intelligere Dei, eſt eius ſubſtantia: probatur dupliciter. Primo ducendo ad impoſſibile cum Ariſtot. ſi intelligere Dei eſſe aliud a ſubſtantia. ſequeretur, quod diuina ſubſtantia ſe haberet ad aliquid aliud, vt potentia ad actum perfectiorem, hoc eſt impoſſibile. ergo conſequentia probatur, quia intelligere eſt perfectio & actus intelligentis. Secundo probatur oſtenſiue; ſubſtantia Dei eſt ſuum eſſe, & ſua ſpecies intelligibilis. ergo intelligere Dei eſt ſua ſubſtantia. Antecedens: quo ad primam partem, patet ex quæſtione tertia.

¶ Quò ad ſecundam ex ſecundo articulo huius quæſtionis cõſequentia verò probatur, Intelligere eſt actus manens in intelligente, vt eſſe: ergo ſi ſubſtantia intelligentis eſt ſuum eſſe, & ipſa ſpecies intelligibilis oportet quòd ſit ſuũ intelligere. Aſſumtum probatur: quia intelligere conſequitur ſpeciem, vt eſſe formam.

¶ Ad euidentiam conſequentiæ cum ſua probatione, quoniam occulta aliqualiter eſt propter ſui profunditatem, ac formalitatẽ, notanda ſunt duo. Primò quòd in litera quatuor dicuntur de intelligere. ſ. quòd manet in intelligente, quòd vt actus & perfectio eius: quòd vt eſſe eſt actus exiſtentis; quòd conſequitur intelligibilem ſpeciem, vt exiſtere formam. quorum duo prima non probantur, quia clara ſunt: tertium autem probatur per quartum, qđ relictum eſt pro conſtanti. Aduerte ſecundò quòd quartum dictum. ſ. quod intelligere conſequitur ſpeciem intelligibilem, vt eſſe formam, quo ad tria, quantum ad propoſitum ſpectat, verificatur. Primò quò ad cauſalitatem; quoniam forma eſt ratio eſſendi; & ſpecies intelligibilis eſt ratio intelligendi. Secundò quo ad neceſſitatem, quoniam formam in actu neceſſario comitatur exiſtere, & ſpeciem intelligibilem in actu, non medio modo inter potẽtiam & actum, neceſſario comitatur itelligere. Tertio, quò ad modum cauſandi, quoniam forma complendo quod eſt, facit eſſe; & ſpecies inteligibilis in actu non in genere entis, ſed in genere intelligibilis, complendo intellectum, facit inteligere; vt ex primo arti. huius quæſtionis, & dictis in q. 12. Patere poteſt. Ex his autem & præcipue ex hoc ultimo liquet tertium dictum litteræ: quod eſt effectus huius quarti. Sequitur enim ex his quòd intelligere eſt perfectio intelligentis, vt exiſtere eſt perfectio exiſtentis. i. intelligere ea proportione perficit intelligentem, qua eſſe perficit exiſtentem: immo intelligere eſt ipſum eſſe intelligentis in genere intelligibili, ſicut eſſe eſt ipſum eſſe entis in genere entium. Aduerte tertio, quòd ſubſtantia diuina eſt forma; immo actus purus, & in genere entium & in genere intelligibilium. Et ratione primi eſt ratio eſſendi, & dicitur ens. Ratione verò ſecundi eſt ratio intelligendi, & uocatur forma, ſeu ſpecies intelligibilis. Vndè eſſe Dei reſpondet ſubſtantiæ ſuæ, vt puro actui in genere entium. Intelligere verò reſpondet eidem in genere intelligibilium. & proportionabiliter ſic, quod intelligere eſt eſſe ſubſtantiæ diuinæ ut ſpecies eſt intelligibilis in genere intelligibili, vt exiſtere eſt eſſe eiuſdem in genere entium. Et propterea conſequentia cum ſua probatione fuit optima & formalis, arguens ex concurſu vtriuſq; formæ in vnam, & identificatione illius vnius cum proprio eſſe ſecundum vnum genus. Ex his enim duobus in antecedẽte aſſumptis, primò quòd ſubſtantia eſt ipſa ſpecies intelligibilis, ac per hoc eſt forma in vtroque genere: ſecũdo quòd ſubſtantia Dei eſt ſuum eſſe, ac per hoc identificat ſibi eſſe in genere entium, infertur, ergo oportet etiam ꝙ ſit ſuum intelligere. i. ꝙ identificet ſibi eſſe ſuum, quod ſibi conuenit in genere intelligibili. Nõ enim minor eſt efficacia, infinitas, aut actualitas ſubſtantiæ diuinæ in genere intelligibili, quàm in genere entium. Et ſi oppoſitũ diceretur, ſequeretur quòd non eſſet actus purus in genere intelligibili. Intellectus enim in actu in genere intelligibili, qui claudit in ſe naturam cognoſcentis & cogniti ut ſic, comparatur ad intelligere vt potentia ad actum, ut ens ad eſſe.

Quo ad ſecundum epilogus adunans triplicem identitatem patet, cum corollario ſuo, quod nullam ponit diuerſitatem in Deo ipſum eſſe intelligentem. omnia clara ſunt.

ARTICVLVS V.

Ferr. 1. cont. c. 48. 49.
Scot. 1. ſ. d. 35.
Ricar. 1. ſ. d. 35. q. 3.
Aegi. 1. ſ. d. 3. 5. q. 3. p. prin.
Cap. 1. d. 35. q. 2. con. 2. d. 2. q. 1. con. 5. d. 35. q. 2. con. 1. & ar. 2. co. 4.
Pe. Pal. 1. ſ. d. 35. q. 2.

84

ſ. di. 35. ar. 2. & ver. q. 2. ar. 4. & 1 cont. c. 48. & 49.

Vtrum Deus cognoſcat alia à ſe.

Ad qvintvm ſic proceditur. Videtur quòd Deus non cognoſcat alia a ſe. Quæcunque enim ſunt alia a Deo, ſunt extra ipſum. Sed Auguſt. dicit in * libro 83. Quæſt. quòd neq; quicquam Deus extra ſeipſum intuetur. ergo non cognoſcit alia a ſe.

* li. 83. q. q. 46. poſt medium to. 4.

¶ 2 Præt. Intellectum eſt perfectio intelligentis. Si ergo Deus intelligat alia à ſe, aliquid aliud erit perfectio Dei, & nobilius ipſo.

SVP. Q. XIIII. Art. V.

Concl. Neceſſe eſt Deum cognoſcere alia a ſe.

¶ Prob. Quia Deus ſuam virtutem, vt eſt cauſa effectiua entium per-

SV-

Quod est impossibile.

¶ 3 Praet. Ipsum intelligere, speciem habet ab intelligibili, sicut & omnis alius actus à suo obiecto. Vndè & ipsum intelligere tantò est nobilius, quantò etiam nobilius est ipsum quod intelligitur. Sed Deus est ipsum suum intelligere, * vt ex dictis patet. si igitur Deus intelligit aliquid aliud à se, ipse Deus specificatur per aliquid à se; quod est impossibile. Non igitur intelligit alia à se.

SED CONTRA est, quod dicitur Hebr. 4. Omnia nuda & aperta sunt oculis eius.

RESP. Dicendum, quod necesse est Deum cognoscere alia à se. Manifestum est enim quod seipsum perfectè intelligit: Alioquin suum esse nō esset perfectum, cum suum esse sit suum intelligere. Si autem perfectè aliquid cognoscitur, necesse est, quòd virtus eius perfectè cognoscatur. Virtus autem alicuius rei perfectè cognosci non potest, nisi cognoscantur ea, ad quæ virtus se extendit. Vnde cum virtus diuina se extendat ad alia, eo quòd ipsa est prima causa effectiua omnium entium (* vt ex supradictis patet:) necesse est quòd Deus alia à se cognoscat. Et hoc etiam euidentius fit si adiungatur, quòd ipsum esse causæ agentis primæ, s. Dei, est eius intelligere. Vnde quicunque effectus præexistunt in Deo, sicut in causa prima, necesse est, quòd sint in ipso eius intelligere: & quòd omnia in eo sint secundum modum intelligibilem. Nam omne quod est in altero, est in eo secundum modū eius, in quo est.

Ad sciēdum autem qualiter alia a se cognoscat, considerandum est, quòd dupliciter aliquid cognoscitur. Vno modo in seipso: alio modo in altero. In seipso quidem cognoscitur aliquid, quando cognoscitur per speciem propriam adæquatam ipsi cognoscibili: sicut cū oculus videt hominem per speciē hominis. in alio autem videtur id, quod videtur per speciem continētis: sicut cum pars videtur in toto, per speciem totius, vel cum homo videtur in speculo, per speciem speculi, vel quocunque alio modo cōtingat aliquid in alio videri.

Sic igitur dicendum est, ꝙ Deus seipsum videt in seipso, quia seipsum videt per essentiam suam. Alia autem a se, videt non in ipsis, sed in seipso, in quantum essentia sua continet similitudinem aliorū ab ipso.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd verbum Aug. dicentis, quòd Deus nihil extra se intuetur, non est sic intelligendum, quasi nihil, qd extra se intueatur, sed quia id, quod est extra seipsum, non intuetur nisi in seipso, ut * dictum est.

AD SECVNDVM dicendum, ꝙ intellectum est perfectio intelligentis, non quidem secundum suam substantiam, sed secundum suā speciem, secundum quam est in intellectu, ut forma & perfectio eius. Lapis enim non est in anima, sed species eius, vt dicitur in † 3. de anima. Ea verò, quæ sunt alia a Deo intelliguntur a Deo, inquantū essentia Dei continet species eorum, vt dictum † est. Vnde non sequitur, ꝙ aliquid aliud sit perfectio diuini intellectus, quā ipsa essentia Dei.

AD TERTIVM dicendum, ꝙ ipsum intelligere non specificatur per id, quod in alio intelligitur, sed per principale intellectum, in quo alia intelliguntur. Intm.n. ipsum intelligere specificatur per obiectum suum, inquantū forma intelligibilis est principium intellectualis operationis. Nam oīs operatio specificatur per formā, quæ est principium operationis: sicut calefactio per calorem. Vn per illā formā intelligibilem specificatur intellectualis operatio, quæ facit intellectum i actu. Et hæc est species principalis intellecti, quæ in Deo nihil est aliud, quam essentia sua, in qua oēs species rerum cōprehenduntur. Vnde nō oportet, ꝙ ipsum intelligere diuinum, vel potius ipse Deus specificetur per aliud quam per essentiam diuinam.

AR-

Ar. praece.

perfectè cognoscit. q3 omnes effectus sunt in ipso Dei intelligere secundum modum intelligibilem: (cum Deus sit suum intelligere, ac omne, quod est in aliquo, sit in eo secundū modum eius, in quo est.)

1^m de minori.

Extra seipsum. ℞. Vt ꝑ hoc denotatur illud, in quo aliquid cognoscitur: non, vt per hoc denotatur illud, quod cognoscitur. §. Tunc &c. Nam verbum Augustini dicentis &c. vt in litera. Vide etiam in corpore circa finem ibi. Ad sciendum autē qualiter alia a se &c.

2^m de antecedente.

Intellectū. ℞. Secundū suam speciem consideratum: non, secundum suam substantiam. §. Tunc nihil &c. Ea eīn, quæ sunt alia a Deo, intelliguntur a Deo in quantum essentia Dei &c. ut in litera.

q. 2. ar. 3.

3^m de maiori.

Intelligibili. ℞. Principale, in quo alia: non, quod in alio. § Vt declaratur in litera. Tūc nihil &c. vt ibi patet.

APPENDIX.

Vtilitas ꝓ Ecclesia S. Dei.

EX artic. habes primo: quō per rōnē ostendas, meritò dictū a regulis fidei, traditis ab Augustino in lib. de fide ad Petrum, ca. 31. Firmissime tene, & nullatenus dubites; Trinitatem Deum incommutabilem rerum omnium, atque operum tam suorum, quàm humanorum certissimum cognitorem. Hæc ibi. Item a scripturis sanctis ferè ubique: specialiter psal. 93. Dominus scit cogitationes hominum: Genes. 1. Vidit Deus cuncta quæ fecerat, & erant (.i. etiam & hoc esse cognouit) valde bona Hierem. 28. Si occultabitur vir, & ego non videbo eum? Secūdò habes: quomodo ꝑ rationem omnia prædicta in sensu catholico intelligas, intellectaq; ab insolentibus argutiis defendas. Et hoc sit vniuersaliter dictū nūc pro semper in omnibus similibus: vbi vtilitas afferri designatur sanctæ Ecclesiæ a D. Thoma, ad intelligendas scripturas, vel Concilia, vel spectantia alia ad catholicam fidem. Semper enim subintelligendum relinquitur: quod doctrina S. Thomæ dat etiam Ecclesię apostolicæ modum defendendi quæ pro tunc adducuntur & similia a quibuscunque aduersariis: etiam quòd hoc specialiter ibi non explicaretur. Tertiò vides: quomodo ex his vicissim firmetur conclusio.

¶ NOT. Pro isto articulo facit in ordine articulus 81. 90. 63. 820. 82. 83. 13. 280. 93.

In cor. art.

3 Li. 3. de anima tex. 38. co. 2.

In cor. art.

Comm. Cardinalis Caietani.

TItulus in cōmuni quærit non distinguendo qd̄ q d est ab an est.

¶ In corpore duo. primo respondet quæsito affirmatiue. secundò assignat modum, quo verificatur conclusio.

¶ Quod ad primum conclusio est. Necesse est Deum cognoscere alia à se: probatur dupliciter.

¶ Primo sic: Deus perfectè seipsum intelligit. ergo perfectè cognoscit virtutem suam; ergo ea, ad quæ se extendit uirtus sua: ergo alia à se. Antecedens licet ex prædictis probatum sit, iterum probatur, ducendo ad impossibile. s. si Deus non perfectè se intelligit, ergo esse suum non est perfectum: hoc est impossibile. Et tenet sequela: quia suum esse est suum intelligere. Prima consequentia relinquitur per se nota. Secunda vero probatur: quia aliter virtus non perfectè cognoscitur, vt patet. Tertia autem: quia virtus diuina se extendit ad alia à se. i. quod probatur: quia est prima causa omnium.

¶ Secundò probatur sic, seù confirmatur. Esse primæ causæ est eius intelligere. ergo omnes effectus præexistentes in prima causa, sunt in eius intelligere; ergo sunt in ea non intelligibili. probatur sequela, quia vnumquodque est in altero modo eius, in quo est.

¶ Circa has rationes aduerte, quòd bis in litera sumitur hæc propositio, esse Dei est eius intelligere, semel ad probandum antecedens primæ rationis, & semel constituitur antecedens secundæ rationis. Et prima quidem vice, de diuinis humano more loquendo interpretari potest vtroque modo. s. formaliter & identice. Formaliter quidem, quia intelligere est formaliter esse Dei; inquantum intelligens est, vt patet ex dictis. Et propterea si esset imperfectum, esse Dei concluderetur imperfectum. Identificè vero, quia etiam sic infertur intentum, sub intellectis propositionibus communibus, quoniam cum intelligere Dei subiectiuè, & obiectiuè sit capax perfectionis oīmode fm se: & sit idem cum esse Dei, si est imperfectum, necessario sequitur, ergo esse Dei est imperfectum a posteriori, ex imperfectione posterioris, inferendo imperfectionem prioris identificantis sibi posterius. Si enim omnino perfectum esset identificans, nullam imperfectionem identificati permitteret. Sed secunda vice ambiguum est quoniam pacto sumatur. Si enim sumitur formaliter falsum est, quo nam hic est sermo non de esse Dei quasi in communi vt prius, sed de esse Dei vt fundat virtutem actiuam, quia in tali esse præexistunt omnes

nes effectus causæ actiuæ. Tale autem esse aliud est formaliter ab intelligere, cum sit perfectio naturaliter prior, &c. Si verò sumitur identice, assumptum est verum, sed ratio nihil valet: quoniam ex formali & identica non sequitur formalis, sic autē esset in proposito, quoniam illa, omnes effectus præexistūt in esse primæ causæ, est formalis. illa vero: esse primæ causæ, est suum intelligere, est identica. Et consequenter ex eis non potest inferri illa formalis: ergo omnes huiusmodi effectus sunt in intelligere Dei. Et confirmatur dubitatio, quia nō ualet, omnes effectus sunt in esse Dei, esse Dei est relatio, ergo omnes effectus sunt in relatione, & per modum relationis. Et similiter non valet subsumendo, esse Dei est eius velle, ergo omnes effectus sunt in velle Dei. & per modū voluntatis: igitur nec de intelligere valet.

¶ Ad hoc dicitur dupliciter. Primò, quòd in hoc antecedente illa propositio: intelligere Dei est suum esse, identica est quo ad nos, licet secundum se sit formalis. Et cum dicitur, ex identica & formali, &c. conceditur. Sed cum hoc stat, quòd ex tali identica cum tali formali, sequatur formalis, i. licet non sequatur gratia formæ, sequitur tamen gratia materiæ. Sic autem est in proposito, quoniam de perfectionibus naturalibus Dei loquendo, ex identitate earum sequitur, quòd quicquid est in una modo proprio illius, est in alia modo proprio illius alius. Et hoc ideo est, quia perfectiones naturales Dei habent naturaliter quicquid perfectionis habere possunt, secundum suas rationes formales. Et cum omnes possint esse infinitæ, sunt æquales. Et sic quælibet modo sibi proportionali, ad omnia se naturaliter extendit, ad quæ una se extendit. Et propterea cum intelligere Dei sit perfectio naturalis ipsius Dei, & esse similiter, & sunt idem, consequens est, quòd quæcunque sunt in esse ut esse, & per modum entis, sunt in intelligere, ut in intelligere & per modum intelligibilem. Et ex hoc patet solutio ad instantias. Nam relationes diuinæ & pertinentia ad illas, non sunt perfectiones formaliter, velle autem alia, cum pertinentibus ad ipsum, licet sit perfectio, non tamē est naturalis, sed libera.

¶ Secundò dicitur & melius, & proculdubio ad mentem literæ, quòd illa propositio est formalis, quicquid eīn sit de esse Dei, esse tamen Dei ut primæ causæ ut sic, intelligere est, quoniā non ex eo quòd est, sed ex eo quòd intelligit, & ut intelligit, nō ut est, causat & causatiuus naturaliter est. Nec est uerum, quòd effectus intellectualis causæ ut sic, præexistant in esse ut præuenit intelligere, immò quòd præexistant in esse, est per accidens. i. ex hoc ꝙ intelligere est esse, vt in nobis respectu artificialium experimur. Intelligere quippe fundat actiuam uirtutem omnis intellectualis causæ ut sic, & consequenter primæ. Et propterea notanter in litera dicitur, hoc esse euidentius, si adiungatur, ꝙ esse primæ cāæ sit eius intelligere. Et sic cessant obiectiones. velle enim est determinans causam intellectualem ad alterum oppositorum producendum, non autem constituens ipsam: & propterea esse primæ causæ non est velle formaliter, sed intelligere.

¶ Circa consequentiam secundam eiusdem rationis, aduerte, quod consequens dupliciter interpretari potest, secundum quod intelligibile dupliciter sumitur. Vno modo ut distinguitur contra sensibile, & sic esse modo intelligibili in aliquo, nihil aliud est quā esse immaterialiter in illo, & iuxta hunc sensum plana est consequentia: quoniam si esse est idem quod intelligere, cum intelligere sit necessario immateriale, quod est in esse, erit immaterialiter: quia unumquodque est in aliquo modo illius in quo est. Alio modo ut distinguitur contra ens, prout genus intelligibile distinguitur a genere entis. Et sic esse modo intelligibili in aliquo, est relucere in eo ut obiectum possibile intelligi. Et iuxta hūc sensum consequentia quoque plana est, quia si esse est intelligere, omnia, quæ sunt in esse, sunt in intelligere ut intelligere est. i. intelliguntur, & si intelliguntur: ergo sunt ut intellecta seu intelligibilia: quoniam unumquodq; est in aliquo per modum eius in quo est: ac per hoc quæ sunt in intelligere, sunt modo intelligibili. Inter hos autem duos sensus hoc referre videtur in proposito, quod iuxta primum sensum ex primo antecedente, absque medio sequitur. Iuxta secundum uero, per consequentiam aliam mediam, quæ in litera fit. Et quamuis litera neutrum excludat, quia tamē secundus infert primum, & subtilior ac formalior est, ideo amplectendus est.

¶ Quo ad secundum assignatur modus, quo alia a Deo cognoscuntur ab ipso unica conclusione. Alia a Deo, cognoscuntur a Deo, non in seipsis, sed in ipso Deo. Probatur, Deus uidet seipsum & alia per essentiam suam. ergo seipsum in seipso, alia autem a se, non in seipsis, sed in substantia sua. antecedens patet. consequentia uero probatur, distinguendo uidere dupliciter in seipso, & in alio, & diffiniendo utrumque. Ex diffinitioninus namq; eorum, patet sequela, nam si uideri in seipso, est uideri per propriam & adæquatam speciem, uideri uero in alio, est uideri per speciem alterius in quo illud est, ut in litera dicitur, consequens est, quod ex hoc quod Deus per essentiam suā ut speciem, uidet se & alia, quod se in se, alia non in seipsis, sed in ipso uideat, quia constat ꝙ essentia sua est species adæquata Deo, & non aliis.

¶ Aduerte hic duo pro explanatione literæ. Primo sensum distinctionis factæ in litera de cognitione in seipso uel in alio, quod ly in seipso seu alio tenetur obiectiue, ita quod videri in ipso, significat uideri non in alio obiecto seu uiso. Videri autem in alio, significat uideri in alio obiecto, seu in alio uiso. Secundo uerificationem diffinitionum membrorum, cum enim quælibet species intelligibilis aut sensibilis habeat aliquod adæquatum obiectum, & illud proculdubio sit primo & primum, & illius repræsentatum & obiectum, oportet quod si aliquod est adæquatum obiectū speciei, quod non in alio obiecto repræsentetur ab illa, sed in seipso, & econuerso, si aliquod non in alio obiecto repræsentatur ab aliqua specie, oportet quod sit adæquatum, repræsentatum per illā. Si enim est inadæquatum, ergo repræsentatur in alio. s. adæquato: nam omni speciei oportet respondere aliquod obiectum adæquatum, in quo omnia continentur repræsentata per illam, alioquin non esset adæquatum illi. Et similiter si aliquid repræsentatur in alio obiecto, oportet quod sit inadæquatum obiectum repræsentatum per illam speciem, ut patet, unde patet ratio vtriusque diffinitionis. optime enim diffinitur uisum in seipso esse, quod per adæquatam sibi speciem videtur. Et similiter uisum in alio esse, quod per speciem continentis, in quo scilicet, relucet, videtur.

¶ Circa has diffinitiones occurrit simul dubium difficile, cum radice diuersitatis opinionum, de modo quo Deus videt alia.

¶ Ad cuius euidentiam oportet prælibare, quod species repræsentatiua plurium ad obiectum adęquatū cōparatur uno modo, ad obiectum verò inadæquatum comparari potest duobus modis. Nam obiectum adæquatum non nisi immediate immediatione obiectiua repręsentare potest: obiectum vero inadæquatum potest repręsentare mediate, & immediate: mediate quidem repræsentando ipsum prout est in obiecto adæquato, tunc enim repræsentat ipsum mediante obiecto adæquato. immediate vero repręsentando ipsum secundum se abstrahendo a modo, quo est in obiecto adæquato, tunc enim immediate immediatione obiectiua; de qua sola est hic sermo ipsum repræsentat, & ut sic non repręsentat ipsum mediante obiecto primo. Exemplum huius est, si ponatur aliquod uisibile, puta lignum iuxta speculum, & in prospectu sortis videntis, & ponamus siue uere, siue false, quod nō sit alia species in sorte qua uidet ipsum lignum in seipso. & qua uidet lignum in speculo (vtroque enim modo experimur nos simul idem uidere) apparet enim quod species uisibilis illa existēs in uidente, comparatur ad lignum dupliciter. s. immediate, inquātum est ratio uidendi illud in seipso, & mediate, inquantum est ratio uidendi illud in speculo. Ex hac autem enucleatione ruit primo definitio prima. Nam hanc manifeste sequitur; quod stat aliquid videri in seipso, & tamen non per speciem adæquatam sibi, ut patet in inadæquato rep̄sentato inquantum immediate refertur ad speciem repræsentantem. Ruit secundo totus processus literæ circa modum, quo alia a Deo cognoscuntur. Nam hic dicitur, quod licet valeat consequentia, videtur per speciem continentis; ergo nō vr̄ in alio, non tn̄ valet: ergo vr̄ tantū in alio, sed ꝙ idē est, ergo non videtur in seipso, quia illa species continentis potest ad contentum dupliciter comparari. Immediate. s. & mediate, &c. & tn̄ in litera expresse utrumq; infertur. Oritur tertio hinc diuersa circa modum diuinæ cognitionis opinio. Nam opinātes, quod essentia diuina, quæ sola est ei ratio intelligendi, seu species intelligibilis, respicit alia a Deo dupliciter immediate. s. & mediate: concedunt consequenter, quod Deus cognoscit alia a se dupliciter. s. in seipso, & in seipsis rebus cognitis per unam tantum rationem cognoscendi, essentiam. s. diuinam solam. Opinātes uero, quod essentia diuina ut ratio cognoscendi, non potest repręsentare cognitū aliquod immediate, nisi obiectum adæquatum: consequenter dicunt Deum seipsum tantum in seipso alia uero in se Deo, & non in seipsis videre.

¶ Circa conclusionem quoque & diffinitionem nisi in alio, occurrit dubium ex Scoto in 35. dist. 1. tenente, quod Deus per essentiam suam ut rationem cognoscendi, cognoscit alia a se in seipsis in esse obiectiuo, seu cognito positis, per actum intelligendi diuini intellectus. Ex cuius positione potest contra prædicta talis formari ratio, uisum in alio, & uisum per speciem continentis non conuertuntur, igitur hæc non est diffinitio illius. consequentia patet, & antecedens probatur; lapis videtur à Deo per speciem continentis, quia per essentiam Dei, quæ est species sui, & aliorum eminenter, & tamen videtur in seipso obiectiue, ergo. Probatur hæc secunda pars assumpti. Intellectus diuinus actuatus quodammodo essentia sua vt specie intelligibili, est in actu primo sufficienti ad producendum in esse intelligibili quodcumque intelligibile: ergo intellecto se, intelligendo lapidem producit lapidē in esse cognito: ac per hoc intelligit lapidem in seipso. Argumenta verò Scoti, quæ in eadem quæst. facit, ad sequentem articulum magis spectant: vbi de cognitione distincta aliorum agetur.

¶ Ad euidentiam huius difficultatis, duo notanda sunt.

¶ Primò, quod licēt in hoc omnes conueniant, quod essentia diuina

diuina siuè, vt ratio cognoscēdi siuè vt obiectū cognitionis (vtrunque enim sibi conuenit) eminenter continet omnia intelligibillia: in hoc tamen dissentio; quoniam rudiores putant, quòd in essentia diuina contineatur alia cum quadam distinctione relucent res in speculo. Sapientes verò docent, q in essentia diuina continentur omnia indistinctè, & eleuatè, ut effectus in causis eminētibus, sic tamen perfectè, ac si distinctè continerentur. Et quoniam hoc proculdubio est verum ut naturæ causarum ostendunt, ex hoc patere potest, quòd essentia diuina ut species intelligibilis non repræsentat alia immediate, sed mediante seipsa ut obiecto: habet enim se ad alia sicut species causæ ad effectus, ad quos causa illa se potest extendere.

¶ Secundò notandum est, q esse cognitum seu obiectiuum, &c. non vniformiter ab omnibus doctoribus interpretatur. Sco.n. ibidem, & in sequenti distinctione putat, q esse cognitum repræsentatum & quicquid aliud æqualiter, est esse quoddam distinctum contra esse in rerum natura: non tñ est apud eum esse essentiæ, sed potius esse sm quid, & essentiæ, & existentiæ rerum. Nec putat tale esse, esse relatiuum, sed absolutum. sm quid tñ, & fundās relationē, ut patet ibidem. Et quo ad hoc non differre dicit respectu huius intellectus, puta humani, aut illius puta diuini. & in tali esse ponit omnia alia a Deo produci per actū intellectus diuini: & sic intelligi illa in seipsis, & nō solū in essentia diuina vt in cā.

¶ S. Tho. aūt in q de ve. q. 21. docuit chimericum hoc esse, qm̄ ens rationis distinctum contra ens reale, sufficienter euacuari dixit per negationem & relationem. Constat enim q tale esse non est reale, igitur rationis, igitur negatiuum, aut relatiuum. Et vere mirum est, quo in medium lumen offenderunt isti. Constat eñ primò ex significatione nominū, q cognosci est denominatio extrinseca; & q res dicitur uisa aut cognita denominatione extrinseca: & consequenter non per aliquod esse cognitum quod formaliter habeat. Constat secundò, q esse repræsentatum non est aliquid in repræsentato, sed sola extrinseca denominatio: alioquin imago alicuius chimeræ haberet uim productiuam chimeræ in tali esse, quod est fatuum. Constat tertiò, quòd quia non est pluralitas sine necessitate ponenda, & omnia optime saluantur, ponendo esse cognitum repræsentatum, &c. esse tantummodo esse relatiuum, frustra excogitatum est tale esse. secunda pars assumpti patet inductiue: & ideo nolo morari. Aduersatur quoque hoc proprijs dictis Scoti, qm̄ sequitur ex hoc, quòd lapis prius habeat talē esse quam intelligatur a Deo. probatur, quia prius ponitur in esse repræsentato per essentiam diuinam ut speciem intelligibilē, quam in esse cognito per actum intellectionis, quia prior est repræsentatio, quam cognitio, ut causa effectu. Nec bene quoq; sonat apud fideles, dicere q Deus naturali necessitate non libere producit extra se alia a se in esse absoluto, quamuis sm quid. Contrariatur demum hoc philosophiæ explicite ac optime cōfitenti, quòd Deus nihil intelligit extra se nō solum formaliter sed obiectiue, quia quicquid intelligit, intelligit per essentiam propriam ut formam intelligibilem: & in essentia propria, ut obiecto, nec alio potest diuertere intuitum suum ut isti fingunt.

¶ Ad obiectiones ergo in oppositum dicitur quòd illæ diffinitiones formaliter intellectæ nullam habent instantiam, sed sunt in communi verissimæ: etiam quacunq; hypothesi facta. Visum enim in se ut sic, non per alterius speciem, sed propriā, aut ut propriam, quòd est idem quod per propriā formaliter uideri oportet: apud species concedentes, inter quos est sermo & econuersò, quod per propriam, aut communem ut propriā vr, in seipso uidetur. Et similiter est de diffinitione uisi in alio. Visum.n. in alio, ut sic, per illius continentis speciem vr, & econuersò quod per cōtinentis speciem, vt sic videtur in alio uidetur. Vnde siue uerum siue falsum sit, quod eadem species possit mediate, & immediate repræsentare inadæquata, nihil refert in proposito: quoniam formaliter loquimur illa autem distinctio materialiter speciem continentis, seu adæquatam considerat, ut patet ex dictis.

¶ Ad obiectionē aūt ex Scoto dr, quod fundamentū illud Scoticum supponit hoc falsum, s. qđ esse cognitum sit quoddam esse absolutum, &c extra intellectū. qm̄ (vt ex dictis patet) nihil aliud est, q̄ esse relatiuum denominatione extrinseca. Vnde ad rōnē formaliter cōcedatur, qđ Deus per essentiā suam ut speciem, est in actu primo sufficienti ad producendū quodcunq; in esse cognito. Et cū infertur: ergo lapidem, cōcedatur. Sed cum vlterius inferē; ergo talia producta habent esse in seipsis, negatur; quoniam nihil aliud tali productione fit, nisi denominatio extrinseca. Ex hoc enim quod Deus intuendo suam essentiam intuetur in ea lapidē consequitur, quod lapis habet istam denominationem extrinsecam, quod dicitur cognitus a Deo. nec aliquid oportet acquirere, ut patet, cum hoc sufficiat.

Ferr. 1. cont. c. 50. 63.
Aegi. l. 1. d. 38. q. 1. p. p.
Cap. 1. d. 35. q. 2. con. 3. d. 36. q. 1. con. 1.

ARTICVLVS VI.

Vtrum Deus cognoscat alia a se propria cognitione.

SVP. Q. XIIII. ART. VI.

85 1. d. 35. ar. 3. & di. 36. q. 1. ar. 1. & 1. cō. c 6. & 63. vsq; 72. & li. 3. c. 75 & 76. & ver. q. 2. ar. 4 & 5. & opu. 3. c. 134. & 135.

CONCL. Deus cognoscit omnes res propria cognitione secūdum quod ab aliis distinguuntur.

¶ PROB. Quia essentia diuina est actus perfectus, omnes autē alii imperfecti per comparationem ad illū: & per actum perfectū cognognoscuntur cognitione propria actus imperfecti. Quia Deus seipsum perfectè non cognosceret, nisi cognosceret quomodocunque participabilis est sua perfectio. Quia Deus nō sciret perfectè naturam ipsam essendi, nisi sciret omnes modos essendi.

*Ar. præc.

*q. 13. ar. 1.

AD SEXTVM sic proceditur. Videtur quod Deus non cognoscat alia a se propria cognitione. Sic enim cognoscit alia a se, *vt dictum est, secūdum quòd alia ab ipso in eo sunt, sed alia ab eo sunt in ipso sicut in prima causa cōmuni, & vniuersali. ergo & alia cognoscūtur a Deo, sicut in causa prima, & vniuersali. Hoc autem est cognoscere in vniuersali, & non secundū propriam cognitionem. ergo Deus cognoscit alia a se in vniuersali, & non secundum propriam cognitionem.

¶ 2 Præt. Quantum distat essentia creaturæ ad essentia diuina: tātum distat essentia diuina ab essentia creaturæ. Sed per essentiam creaturæ non potest cognosci essentia diuina: vt supra* dictum est. ergo nec per essentiam diuinam potest cognosci essentia creaturæ. Et sic cum Deus nihil cognoscat, nisi per essentiam suam, sequitur quòd nō cognoscat creaturam secundum eius essentiam, vt cognoscat de ea quid est. Quod est propriam cognitionem de re habere.

¶ 3 Præt. Propria cognitio non habetur de re, nisi p propriam eius rationem. Sed cum Deus cognoscit omnia p essentiam suam, non videtur quòd vnumquodq; per propriam rationem cognoscat. Idem enim non potest esse propria ratio multorum & diuersorum. Non ergo habet propriam cognitionem Deus de rebus, sed communem. Nam cognoscere res non secundum propriam rationem est cognoscere res solum in communi.

SED CONTRA. Habere propriam cognitionem de rebus: est cognoscere res non solum in communi, sed secundum, quòd sunt abinuicem distinctæ. Sic autem Deus cognoscit res. Vnde dicitur Hebr. 4. quòd pertingit vsq; ad diuisionem spiritus & animæ, compagum quoque & medullarum: & discretor cogitationum & intentionum cordis: & non est vlla creatura inuisibilis in conspectu eius.

RESPON. Dicendum, quòd circa hoc quidam errauerunt, dicentes quòd Deus alia a se non cognoscit nisi in communi, s. in quantum sunt entia. Sicut. n. ignis si cognosceret seipsum, vt est principium caloris, cognosceret naturam caloris, & omnia alia inquantum sunt calida: ita Deus inquantum cognoscit se ut principium essendi, cognoscit naturam entis, & omnia alia inquantum sunt entia. Sed hoc non potest esse. Nam intelligere aliquid in communi, & non in speciali, est imperfectè aliquid cognoscere. Vnde intellectus noster, dum de potentia in actum reducitur, pertingit prius ad cognitionem vniuersalem, & confusam de rebus quam ad propriam rerum cognitionem, sicut de imperfecto ad perfectum producens: vt patet in * 1. Phys. Si igitur cognitio de rebus aliis a se esset in vniuersali tantum, & non in speciali, sequeretur quòd eius intelligere non esset omnibus modis perfectū, & per consequens eius esse, quod est contra ea, quæ superius * ostensa sunt. Oportet igitur dicere quòd alia a se cognoscat propria [d] cognitione, non solum secundum quòd cōmunicant in ratione entis, sed secundum quòd vnum ab alio distinguitur. Et ad huius euidentiam considerādum est: quòd quidam volentes ostendere, quòd Deus per vnū cognoscit multa, vtuntur quibusdam exemplis: vt puta q si cētrum cognosceret seipsum, cognosceret omnes lineas

lib. 1. Phys. in priorib. com. to. 2.

*q. 4. ar. 1. & ar. 3. 4. & 5 huius q.

D. 472.

1[m] de maiori. Sic. ℞. Vt dicit modũ ex parte cognoscentis: non, vt ex parte rei cognitæ. §. Tunc nih.&c. Nam Deus per hoc, ꝙ in seipso continet res, cognoscit eas in propria natura,& non solũ secũdum quòd sunt in seipso.

2[m] de maiori. Distat. ℞. In ratione finiti & infiniti: non, in ratione repræsentationis vnus ab altero. §. Tunc nihil &c. Nam essentia diuina repræsentat perfecte creaturas: & creaturæ ipsam perfecte non repræsentant.

3[m] minor. Non videtur, quòd vnumquodq; per propriam rationẽ cognoscat. ℞ Negatur. § Ad probationem: ꝙ nihil probat. Nam idẽ non potest esse diuersorum propria ratio per modum adæquationis, sed, per modum alicuius excedentis participabilis diuina essentia est omnium propria ratio secundo modò.

* q.5.art.1. & 2.

APPENDIX.

Vtilitas Ecclesiæ S. Dei.

EX artic. habes primo: quo per rõnẽ interimas hæresim Auerrois, & Algazelis (Direc. inquisit. 2 par. q 4.) dicentium; quòd Deus nõ cognoscit res singulares in ꝓpria forma. Secũdò habes: quo per rationem ostendas, hæresim hãc (licet ipsi forsan non fuerint christiani) fuisse meritò dãnatam Hebr. 4. vbi loquens Aposto. de Deo filio inquit: sermo Dei efficax est, & penetrabilior oĩ gladio ancipiti, & pertingens vsque ad diuisionem spũs & aĩæ compagum quoque & medullarũ,& discretor cogitationũ,& intẽtionum cordis: & non est vlla creatura inuisibilis in conspectu eius. Vides nè hic: minutissima q̃que, minutissime, distinctissimè, propriissimè, à Deo cognosci. Alioqn si vel res aliqua quantumcunq; minima, vel modus rei quantũlibet paruulus vel rei differentia, aut cæterorum quippiam etiã abstrusissimum ac nullius ferme entitatis Dei lucidissimam cognitionem subterfugeret: iam falsificaretur illud apostoli, quod non est vlla creatura inuisibilis in conspectu eius. Nec ad insaniã hæreticalem Petri Abaylardi recurres dicentem, quòd extra Deũ est aliquid quod neque creator, neque creatura est: qm (si R. P. Bañes credimus) à Concilio Sennonensi olim damnata est. Itẽ à regulis fidei catholicæ per D. Augustinum expressis, in lib. de fide ad Petrum, c. 31. firmissimè tene & nullaten* dubites, Trinitatẽ Deũ incommutabilem rerũ omnium atq; operum tam suorum, quam humanorum certissimum cognitorem. Itẽ a symbolo fidei sic. Credo in Deum omnipotẽtem. Sub omnipotentia. n. includitur apud fideles omnium scientia: ut est in 1. 2. q. 1. art. 8. ad 2. Tertiò vides: quomodo ex his vicissim firmetur conclusio.

progredientes a centro, vel lux si cognosceret seipsam, cognosceret omnes colores. Sed hæc exempla, licèt quantum ad aliquid similia sint .s. quantum ad vniuersalem causalitatem, tamen deficiunt quantum ad hoc quòd multitudo,& diuersitas non causantur ab illo vno principio vniuersali, quantum ad id, qđ principium distinctionis est: sed solum quantum ad id, in quo communicant. Non enim diuersitas coloris causatur ex luce solum, sed ex diuersa dispositione diaphani recipientis. Et similiter diuersitas linearum ex diuerso situ. Et inde est, quòd huiusmodi diuersitas, & multitudo non potest cognosci in suo principio secundum propriam cognitionem, sed solùm in communi. Sed in Deo non sic est: supra enim * ostensum est, quòd quicquid perfectionis est in quacunq; creatura, totum præexistit & continetur in Deo secundum modum excellentem. Non solum autem id in quo creaturæ communicant, scilicet ipsum esse ad perfectionẽ pertinet, sed etiam ea, per quæ creaturæ adinuicem distinguuntur: Sicut uiuere,& intelligere, & huiusmodi, quibus uiuentia a non uiuentibus, & intelligentia a non intelligentibus distinguuntur. Et omnis forma, per quam quælibet res in propria specie constituitur, perfectio quædam est. Et sic omnia in Deo præexistunt, non solum quantum ad id, quod commune est omnibus, sed etiam quantum ad ea, secundum quæ res distinguuntur. Et sic cum Deus in se omnes perfectiones contineat, comparatur Dei essentia ad omnes rerum essentias non sicut commune ad propria, ut vnitas ad numeros, uel centrum ad lineas: sed sicut perfectus actus ad imperfectos: vt si dicerem: homo ad animal: vel senarius, qui est numerus perfectus, ad imperfectos sub ipso contentos. Manifestum est autem quòd per actum perfectum cognosci possunt actus imperfecti, non solum in communi, sed etiam propria cognitione. Sicut qui cognoscit hominem, cognoscit animal propria cognitione & qui cognoscit senarium, cognoscit trinarium propria cognitione. Sic igitur cum essentia Dei habeat in se quicquid perfectionis habet essentia cuiuscunque rei alterius, & adhuc amplius: Deus in seipso potest omnia propria cognitione cognoscere Propria enim natura uniuscuiusque consistit, secundum quòd per aliquem modum diuinã perfectionem participat. Non autem Deus perfecte seipsum cognosceret, nisi cognosceret quomodocunq; participabilis est ab aliis sua perfectio. Nec etiam ipsam naturam essendi perfectè sciret, nisi cognosceret omnes modos essendi. Vnde manifestum est, ꝙ Deus cognoscit oẽs res propria cognitione, secundum quòd ab aliis distinguuntur.

AD PRIMVM ergo dicendum, ꝙ sic cognoscere aliquid, sicut in cognoscente est, potest dupliciter intelligi. Vno modo secundum ꝙ hoc aduerbium, sic, importat modũ cognitionis ex parte rei cognitæ: & sic falsum est. non enim semper cognoscens cognoscit cognitũ secundum illud esse quod habet in cognoscente. Oculus enim non cognoscit lapidem secundũ esse quod habet in oculo, sed per speciem lapidis quam habet in se, cognoscit lapidem secũdum esse quod habet extra oculum. Et si aliquis cognoscens cognoscat cognitum secundũ esse quod habet in cognoscente, nihilominus cognoscit ipsum secundum esse, quod habet extra cognoscentẽ. Sicut intellectus cognoscit lapidem ſm esse intelligibile, quod hẽt in intellectu, inquantũ cognoscit se intelligere, sed nihilominus cognoscit esse lapidẽ in propria natura. Si verò intelligatur ſm ꝙ hoc aduerbium, sic, importat modũ ex parte cognoscentis, uerum est, ꝙ sic solum cognoscens cognoscit cognitum, ſm ꝙ est in cognoscente. Quia quanto perfectius est cognitum in cognoscente, tanto perfectior est modus cognitionis.

Sic igitur dicendũ est, ꝙ Deus non cognoscit res esse in seipso, sed ꝑ id ꝙ id seipso cõtinet res, cognoscit easĩ ꝓpria natura: & tãto pfectius, quãto pfectius est vnũqdq; in ipso.

AD SECVNDVM dicẽdum, ꝙ essentia creaturæ cõparatur ad essentiã Dei, ut actus imperfectus ad perfectum. Et ideo essentia creaturæ non sufficienter ducit in cognitionem essentiæ diuinæ: sed econuersò.

AD TERTIVM dicendũ, ꝙ idẽ non põt accipi, ut rõ diuersorũ per modũ adæquationis. Sed diuina essentia est aliquid excedens omnes creaturas. Vnde potest accipi ut propria ratio uniuscuiusque secundum quòd diuersimodè est participabilis: uel imitabilis, a diuersis creaturis.

AR-

Comm. Cardinalis Caietani.

TItulus de ꝓpria cognitione. Cognitio propria de aliquo dupliciter intelligi põt. Primò, vt distinguitur cõtra cõem ex parte actus cognoscendi. i. de ipso solo: & sic de nulla re, Deus habet propriam cognitionem, quia solam unicã habet cognitionem, quæ nullius est solius, sed ita est huius, quòd ẽt omnium aliorũ.

¶Secundò, vt distinguitur contra cõem ex parte rei cognitæ. i. de propriis ipsius. Et sic sumitur in proposito. Quærimus enim an Deus sic cognoscat alia a se, vt itueat, q̃ sunt ꝓpria singulorũ.

¶In corpore tria. Primò respondet quæsito affirmatiuè. Secũdò assignat modum uerificationis eius. Tertiò, probat simul conclusionem responsiuam,& modum eius duabus rationibus.

¶Quo ad primum tria. Primo ponitur opinio Auerr. ex 12. Met. comm. 5. Et de hac recitãtur duo. s. ipsa opinio. s. quod Deus cognoscit omnia, secundum quod communicant in esse, & modus eius, quia. s. cognoscendo se ut est primum essendi principium, declaraturque hoc exemplo ignis.

¶Secundo reprehenditur, ducendo ad impossibile. si Deus sciret alia tãtum in quantum entia. ergo intelligeret entia in cõmuni tm̃. ergo in confuso & in potentia, ergo imperfecte; ergo intelligere

ligere Dei nõ esset omnibus modis perfectum: ergo nec esse Dei: quod est impossibile.

¶ Aduerte, quod cognitio attingens aliquin ſm prædicata cõia tm̃, potest dici imperfecta in potentia, confusa, in cõi, vniuersalis, &c. dupliciter. Vno modo ex parte rei cognitæ: & hoc modo proculdubio verum est, quod cognitio talis habet has conditiones. Alio modo ex parte ipsius cognitionis in se: & sic non semper est uerum, q cognitio talis. i. sistens in cõibus habeat has cõditiones. alioquin Met. quæ sistit in cõib. omnium esset imperfecta ex parte actus, &c. Vnde tres primæ consequentiæ, ex parte rei cognitæ sumptæ, sunt ex se euidentes: & probatur in litera ex 1. Phy. vt patet. Nec euadit responsio Auer. dicentis q, quia obiectum sciẽtiæ Dei non est ens, quod est vniuersale ad omnia in cõi in potentia confuse, & imperfecte oĩa cõprehendens, sed essentia Dei, q nec est vniuersalis, nec particularis, &c. ideo scientia Dei non est uniuersalis, nec particularis, non cõis, nec propria. sed æquiuoce est a nostra scientia eleuata. Hoc. n. licet sit uerum, non tñ soluit obiectum: quia prædicata cognita de rebus in essentia diuina, oportet esse aut cõia, aut propria rebus, aut particularia, aut uniuersalia: quamuis primum obiectum neutrum sit: & ad prædicata cognita referendo, procedunt optime tres primæ consequentiæ: oportet enim scientiam Dei si terminatur ad cõia tãtum rerum: quòd vt sic ex parte rerum cognitarum dicatur in confuso, in potẽtia &c. quia istæ sunt conditiones prædicatorum cognitorum.

¶ Circa quartam consequentiam, in qua ad perfectionẽ cognitinis in seipsa transitur, aduerte, q non infertur, ergo cognitio Dei est imperfecta priuatiue, quia negaret cõsequentiam Auerrois dicendo, quòd cognitio Dei est perfectissima: & tamen non attingit res, nisi ut sunt entia, quia non est apta nata attingere plus de rebus. Sed infertur, ergo non est omnibus modis perfecta. quod negari non potest a ponentibus antecedens, quia de esse ponitur hic modus perfectionis: quo. s. attingat ad propria rerum. Hic. n. modus aliquam perfectionem dicit cum nulla admixta imperfectione: & consequenter aptus natus est esse in illo intelligere, in quo sunt omnes nobilitates omnium intelligentiam ab imperfectionibus præcisibiles, quale est intelligere Dei, sicut & esse eius habet omnium entium nobilitates. ut in litera dicitur.

¶ Tertio ex hac reprehensione infertur conclusio rñsiua quæsito affirmatiue. Deus cognoscit alia a se propria cognitione. Ex quo enim impossibile est, quòd sistat in communibus, ergo oportet, quòd ueniat ad propria, & declaratur in litera, quid importet cognoscere propria cognitione. s. cognoscere res non solum secundum conditiones, quibus communicant, sed secundum eas, quib. adinuicem distinguuntur: hæc enim sunt singulis propria.

¶ Quo ad secundum tria fiunt. Primo recitantur exempla, quibus alii nituntur ostendere modum, quo Deus cognoscendo se, nouit alia & sunt de luce, & colore, & patet. Secundo ostendũtur hæc exempla non ostendere intentum sic, Res & a Deo sunt secundum duo. s. secundum id in quo communicant: & propria quibus distinguuntur: hæc exempla non sunt similia quo ad propria, sed quo ad id in quo communicant. ergo huius rationis in litera primo ponitur; & declaratur minor: in utroque exemplo de lineis respectu centri: & coloribus respectu lucis; & patet secundò maior sic, quicquid perfectionis est in rebus, continetur in Deo eminenter: sed non solum id in quo communicant, sed distinguẽs est perfectio, ergo totum est in & a Deo, hæc ultima minor declaratur inductiue in uiuentibus: in cognoscentibus, in propriis formis rerum. Tertiò affertur proportionatum exemplum ad declarandum intentum, & est, quòd Deus se habet ad alia, sicut actus perfectus ad imperfectos, ut homo ad animal. probatur quo ad esse, quia essentia Dei continet omnẽs rerum perfectiones excellẽter. Deinde probatur quo ad cognosci, quia perfecte cognito actu pfecto, cognoscuntur in eo omnes imperfecti: & quo ad cõmunia, & quo ad propria, ut patet in exemplo adducto.

¶ Aduerte hic, quòd essentia Dei habet duas cõditienes in continentia aliorum, una est excellentia, quia. s. est in infinitum perfectior cæteris, & sic eminentes res continet. Altera comprehẽsio, quia. s. comprehendit seipsa omnem perfectionem positiuã repetibilem in quacunque; ita quòd nulla res comparata ad ipsam addit aliquid positiuum, quod non contineatur in essentia Dei. Et hoc quia est ipsum esse, præhabens in se omnem essendi modum. Ambas autem has conditiones inueniri in aliqua re creata nõ uidetur possibile: comparando tamen actum perfectum posteriorẽ ordine generationis ad actus imperfectos priores generatione, vt hominem ad animal, animam intellectiuam ad alias; tetragonum ad trigonum, senarium ad trinarium, &c. aliquo modo hoc saluatur, & idcirco in litera exempla hæc afferuntur, ut. s. ostendatur, & excellentia, & comprehensio omnis positiui: utrumq; eñ hæc exempla ostendunt, & ideo ostendunt intentum, quamuis inepta sint exempla omnia ad tam eminentem continentiam. Et propterea in litera inducendo exempla dicitur, ut si dicerem homo ad animal, quasi diceret, si concessa licentia, licet, &c.

¶ Quo ad tertium probatur cõclusio simul cum declarato eius modo, dupliciter. Primo, essentia Dei habet in se quicquid perfectionis est in quocunque, & amplius. ergo Deus cognoscendo se cognoscit omnia propria cognitione. Antecedens patet ex dictis, consequentia uero probatur a destructione consequentis sic. Si Deus cognoscendo se non nouit alia propria cognitione, ergo nõ nouit quomodocunque est participabilis sua perfectio. Patet ista sequela ex illa propositione implicite contenta in antecedente. s. propria cuiusque natura consistit in aliquo modo participãdi diuinam perfectionem, ergo non perfecte nouit seipsum. Tenet ista, ex ipso antecedente, in quo dicitur, quod ipse claudit in se omnẽ modum perfectionis.

¶ Sequitur igitur ex destructione consequentis, aut falsitas antecedentis, aut hoc impossibile, quod Deus non perfecte nouit se ipsum, quod etiam redundat in falsitatem antecedentis, quia si sic esset, essentia diuina non esset infinitæ perfectionis, & consequenter non omnem mõdum perfectionis possibilem eminenter contineret.

¶ Secondo probatur sic. Si Deus cognoscendo se non cognosceret alia propria cognitione. ergo non perfectè cognosceret omnes modos essendi. ergo non perfecte cognosceret naturam essendi, omnes consequentiæ sunt euidentes formaliter, seu ut sic acceptæ ex antedictis.

¶ Et aduerte. q hæc ratio directe est contra opinionem in principio corporis recitatam, immo ex illius fundamento procedens contra ipsam, quia quum sit ipsum esse, cognoscendo perfecte se cognoscit naturam essendi, sicut homo separatus apud Platonẽ cognoscendo se, cognosceret perfecte humanitatis naturam: ergo omnem modum essendi, ergo omnem naturam. Quia omnis natura nihil aliud est, quam aliquis modus essendi.

¶ Nec fallaris in exemplo adducto, quia homo separatus nõ cognosceret humanitatem cũ hoc modo quo est in materia Socratis: & cum illo quo est in materia Platonis, immo ex hoc cõsurgat ad inueniendum propositum. Ideo enim homo separatus cognoscẽdo se, non cognoscere hos modos particulares, quia isti modi aliunde sunt, quam ex ipsius participatione. s. ex materia, sed si fingas præter id, quod ex parte humanitatis se tenet, qđ nihil aliud adsit, de necessitate sequetur, quod cognita humanitate cognoscentur omnes eius modi. Sic autem cõstat se habere esse ad omnia. Nihil enim est in quacunque re quin sit aliquod esse. Et propterea esse, quod est in re, non aliunde, quam ab esse prouenit. Et secluso eo, quod ex parte ipsius esse se tenet, nihil restat, quoniam & materia, & omnia, participationes quædam & modi quidam essendi sunt. Et ideo propter ipsius esse uniuersalitatem, ex qua modi essendi omnia constituunt secundum quamcunq; positiuã rationem, sequitur quod cognita natura essendi, cognoscãtur omnia secundum proprias conditiones. Et quia hanc uniuersalitatẽ non uidit prima opinio, ideo errauit, iudicans de esse, sicut de aliis perfectionibus specialibus, s. uiuere, intelligere, &c. præter quæ & eorum modos sunt alia, cum tamen, ut patet, præter esse, & illius modos restet nihil.

¶ Aduerte hic, quod quum tota dissensio in hac quæstione uersetur circa modum, quo in uno obiecto cognito omnia cognosci possint, manifeste apparet, q communis animi conceptio sapientũ fuit, quod Deus non aliter intelligit alia a se, nisi intelligendo ea in se. Quare cautus esto, quum nouas legis adinuentiones.

¶ In responsione ad primum aduerte, quod quum dicitur, lapis videtur in Deo, ly in, potest denotare modum obiecti. i. modum quo lapis obiicitur, & potest denotare modũ rei cognitæ, ut sic. i. modum cognitum, quia lapis nõ solum obiicitur in ipso Deo, sed etiam modus ille essendi in Deo cognoscitur. Sed inter hæc est differentia, quoniam denotando modum obiecti uerificatur cum dictione exclusiua, ita qđ ista est, lapis videtur Deo in ipso Deo tantum, quia non aliter obiicitur Deo, quam in ipso Deo côtentus, ut ex dictis patet. Sed denotando modum cognitum, nõ uerificatur cum dictione exclusiua, ita quod lapis uidetur a Deo ſm esse, quod habet in ipso Deo, sed non tantum; quia lapis etiã uidetur a Deo secundum esse quod licet in hoc, & illo lapide, secundum esse, quod habet in causis suis, tam materiali, quam effectiua & breuiter secundum omnes modos essendi, non solum sibi conuenientes, sed possibiles. Deus enim uiuendo in seipso tantum lapidem uidet lapidem, secundum omnes modos essendi quos habet, & habere potest, & hoc in litera a, iis uerbis dicitur, ut patet.

¶ In responsione ad tertium, aduerte, quod hinc patet, q apud S. Tho. ad hoc, ut Deus in essentia intellecta intelligat omnia secundum proprias rationes, sufficit eminens perfectio diuinæ essentiæ, quã omnes & singulas perfectiones omnium ipsam diuersimode imitantium oñcit. & amplius. Nec exigi ponit ad hoc aliquas relationes, ut in secunda opinione recitata a Scoto in 35. dist. 1. dicitur. Propterea rationes, quas contra illas relationes Scotus facit non sunt contra S. Thom. in hac materia. Quantum autem ualeant cõtra positionem S. Thom. de ideis, in sequenti quæstione uidebitur.

Ferr.1.con. c.55.58.
Aegid.1.5. d.38.q.1.pr.prim.
Cap.1.d.35.q.2.ar.2.con.3.& 5.
Alb.Mag.1.d.39.ar.3.

86
1.con.c.55.56.& 57.& po.q.9.art.2.10.& quo li.1.ar.2.2.& opusc.3.c.29.
* 2.Top.c.4.in declaratione loci 33.to.1.
*q.14.ar.2.& 5.

ARTICVLVS VII.

Vtrum scientia Dei sit discursiua.

AD SEPTIMVM sic proceditur. Videtur, quod scientia Dei sit discursiua. Scientia enim Dei non est secundum scire in habitu. Sed secundum * Philosophum in 2. Topic. scire in habitu contingit multa simul: sed intelligere actu vnum tãtum. Cum ergo Deus multa cognoscat (quia & se & alia, ut * ostensum est.) videtur quòd non simul omnia intelligat, sed de vno in aliud discurrat.

¶ 2 Præt. Cognoscere effectũ per causam est scire discurrentis. Sed Deus cognoscit alia per seipsum, sicut effectum per causam. ergo cognitio sua est discursiua.

¶ 3 Præter. Perfectius Deus scit vnamquamque creaturam quã nos sciamus. Sed nos in causis creatis cognoscimus earum effectus: & sic de causis ad causata discurrimus. ergo videtur similiter esse in Deo.

SED CONTRA est, quod Augustinus dicit in* 15. de Trinitate. Quòd Deus non particulatim uel sigillatim omnia videt: velut alternante conceptu, hinc illuc, inde huc: sed omnia uidet simul.

Lib. 15. de Trin. c. 14. med. to. 3

RESPON. Dicendum, quòd in scientia diuina nullus est discursus: quod sic patet. In scientia enim nostra duplex est discursus. Vnus secundum successionem tantum. Sicut cum postquam intelligimus aliquid in actu, cõuertimus nos ad intelligendum aliud. Alius discursus est secundum causalitatem. Sicut cum per principia peruenimus in cognitionem conclusionũ. Primus autem discursus Deo conuenire non potest. Multa enim quæ successiuè intelligimus, si vnũquodque eorum in seipso consideretur, omnia simul intelligimus, si in aliquo vno ea intelligamus. Puta si partes intelligamus in toto, uel diuersas res videamus in speculo. Deus autem omnia uidet in uno, quod est ipse, ut* habitum est. Vnde simul & non successiuè omnia videt. Similiter etiã & secundus discursus Deo competere non potest. Primò quidem: quia secundus discursus præsupponit primum: procedentes enim a principiis ad conclusiones non simul utrumque considerant. Deinde quia discursus talis est procedentis de noto ad ignotum. Vnde manifestum est: quòd quando cognoscitur primum, adhuc ignoratur secundum. Et sic secundum non cognoscitur in primo: sed ex primo. Terminus verò discursus est, quando secundum videtur in primo, resolutis effectibus in causas. Et tunc cessat discursus. Vnde cum Deus effectus suos in seipso videat sicut in causa, eius cognitio non est discursus.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd licèt sit vnum tantum intelligere in seipso: tamen contingit multa intelligere in aliquo vno, vt dictum est.*

AD SECVNDVM dicendum, quod Deus non cognoscit per causam quasi prius cognitam, effectus cognitos: sed eos cognoscit in causa. Vnde eius cognitio est sine discursu: vt dictum est.*

AD TERTIVM dicendum, quòd effectus causarum creatarũ videt quidem Deus, in ipsis causis multò melius quàm nos: non tamen ita quòd cognitio effectuum causetur in ipso ex cognitione causarum creatarum sicut in nobis. Vnde eius scientia non est discursiua.

AR-

SVPER Q. XIIII.

ART. VII.

CONCL. In scientia diuina nullus est discursus.

¶ PROB. 1. Quia ibi non est discursus nec secundum successionẽ (cum Deus omnia uideat in uno,) nec secũdum causalitatem (cũ in Deo non cadat neque discursus ille primus, neque ignorãtia:) 2. Quia Deus videt effectus in seipso, tanquã in omnium causa.

1^m ex Philosopho. Intelligere actu. R. Per speciem illius tantũ: non, per speciem vnam multorum. §. Tunc ni. &c. Nam Deus per suam essentiam, tanquã per omnium speciem, intelligit actu omnia simul.

2^m de maiori. Per causam. R. Prius cognitam: non, in causa simul cum effectib. cognita. § Tunc nih. &c. Nam Deus cognoscit effectus per causam secundo modo, i. simul cum effectibus cognitam.

3^m de maiori. Perfectius. R. Absolutos (.i. remota omni imperfectione) non, in genere discursus. §. Tunc nihil &c. ut patet i textu. Hinc scito: multa dicere perfectionem in inferioribus, quæ absolute, i. secundum se, nõ dicunt perfectiorem. Alioquin etiam in superioribus dicerent perfectionem: cum tamen id non faciant. Verbi gratia. Discurrendo cognoscere est in hominibus perfectio: quod tamen absolutè, i. secundum se, perfectio non est: in cuius signum imperfectionem in angelis dicit, & in Deo: ideoque ibi non ponitur.

APPENDIX.

Vtilitas pro Eccle. S. Dei.
Ar. 4. & 5. huius q.

EX artic. habes primo, quomodo per rationem interimas hæresim Agnoetarum dicentem; Deus quod nõ extat præsciens, quod extat sciens, quod extitit memoria tenẽs, non eodem modo semp se habet, ut qui cognitionem transferat ad præsentia, præterita, & futura. Vides; hic ab istis scolis poni in Deo discursum? Secundò hẽs: quomodo per rationẽ ostendas, q hanc iurè damnauit olim Apostolus Iacob. cap. 1. Apud quem non est transmutatio, nec vicissitudinis obumbratio. Loquitur ibi de Deo, & quo ad scientiam. in cuius signum præmittit, quòd est pater luminum, & subdit, quòd genuit nos verbo ueritatis, quorum utrumque scientiam denotat, siue connotat. Sine discursu igitur, qui est quædam conceptuum. hinc illuc inde huc alternatio (secundum Augustinum 15. de Trinita. ca. 14.) est cognitio Dei secundum Iacobum; qui illam alternationem vocat transmutationem, aut uicissitudinem, aut vicissitudinis obũbrationem. Item damnatur Hebr. quarto. Omnia nuda & aperta sunt oculis eius. Sunt (inquit) aperta & nuda: non, dicit, fuerunt, aut erunt: quasi quòd eius cognitio transferatur ad præsentia, præterita & futura: quod sine aliquo discursu esse nõ posset. Non ergo De^9 particulatim, aut singillatim omnia quasi unum post aliud vel vnum ex alio nouit (secundum Apostolum Paulum:) sed omnia, simul, unico intuitu videt. Tertiò cognoscere potes: quomodo ex his uicissim firmetur conclusio.

In cor. art. & ar. præc.

In cor. art.

Comm. Cardinalis Caietani.

TItulus clarus est in principio corporis.

¶ In corpore vna conclusio respõsiua quesito negatiuè. Sciẽtia Dei nullo modo est discursiua. Probatur, in scientia Dei non est discursus secundum successionem, neque secundum causalitatem. ergo nullo modo est discursus. Consequentia probatur ex sufficienti distinct. discursus, quæ in nobis manifestatur clare. Antecedens autem quo ad primam partem probatur. discursus secundum successionem consistit in intelligẽdo unum post aliud. Sed Deus omnia uidet in uno, quod est ipse, ergo non discurrit intelligendo unum post aliud. Quò ad secundum uerò probatur dupliciter. Primò, quia discursus secundus includit primum. Secundò, quia secundus est de noto ad ignotum, & consequenter est notitia secundi ex primo, & non in primo: sed Deus cognoscit omnia in primo, ergo non discurrit. Sed scientia sua est, sicut scientia in termino discursus. ea enim resolutis iam effectibus in causas, uidet effectus in causis, sic proportionaliter: absque præuia in resolutione, Deus omnia in seipso omnium causa uidet. Et memento hic corrigere codicem si hoc modo se habet. Tertius uerò discursus; debet enim legi. Terminus uerò discursus est.

Ferr. 1. cont. c. 61. 62.
Cap. 1. d. 35. q. 2. ar. 2. con 8.
Bonav. ar. 8.
Pe. de P. 1. 3. d. 38. q. 2.

87 i. d. 78. ar. 1. & 1. con. c. 61. & 62. & uer. q. 2. ar. 14.

ARTICVLVS VIII.

Vtrum scientia Dei sit causa rerum.

AD OCTAVVM sic proceditur. Videtur quod scientia Dei non sit causa rerum. Dicit enim Orig. super epist.* ad Rom. Non propterea aliquid erit: quia id scit Deus futurum: sed quia futurum est, ideo scitur a Deo antequam fiat.

¶ 2 Praet. Posita causa ponitur effectus: sed scientia Dei est aeterna. Si ergo scientia Dei est causa rerum creatarum, videtur quod creaturae sint ab aeterno.

¶ 3 Praet. Scibile est prius scientia & mensura eius, ut dicitur in* decimo Met. Sed id, quod est posterius & mensuratum, non potest esse causa. Ergo scientia Dei non est causa rerum.

SED CONTRA est, quod dicit August.* de Trinita. uniuersas creaturas & spirituales & corporales, non quia sunt ideo nouit Deus, sed ideo sunt quia nouit.

RESPON. Dicendum, quod scientia Dei est causa rerum. Sic. n. scientia Dei se habet ad omnes res creatas: sicut scientia artificis se habet ad artificiata. Scientia autem artificis est causa artificiatorum, eo quod artifex operatur per suum intellectum. Vnde oportet quod forma intellectus sit principium operationis: sicut calor est principium calefactionis. Sed considerandum est, quod forma naturalis, inquantum est forma manens in eo, cui dat esse, non nominat principium actionis, sed secundum quod habet inclinationem ad effectum. Et similiter forma intelligibilis non nominat principium actionis secundum quod est tantum in intelligente: nisi adiungatur ei inclinatio ad effectum, quae est per uoluntatem. Cum enim forma intelligibilis ad opposita se habeat (cum sit eadem scientia oppositorum) non produceret determinatum effectum nisi determinaretur ad unum per appetitum, ut dicitur in 9.* Meta. Manifestum est autem quod Deus per intellectum suum causat res: cum suum esse sit suum intelligere. vnde necesse est, quod sua scientia sit causa rerum, secundum quod habet uoluntatem coniunctam. vnde scientia Dei secundum quod est causa rerum, consueuit nominari scientia approbationis.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod Orige. locutus est attendens rationem scientiae, cui non competit ratio causalitatis, nisi adiuncta voluntate, ut dictum est.*

Sed quod dicit ideo praescire Deum aliqua, quia sunt futura: intelligendum est secundum causam consequentiae: non secundum causam essendi. Sequitur enim si aliqua sunt futura, quod Deus ea praescierit: non tamen res futurae sunt causa, quod Deus sciat.

AD SECVNDVM dicendum, quod scientia Dei est causa rerum secundum quod res sunt in scientia. Non fuit autem in scientia Dei, quod res essent ab aeterno. vnde quamuis scientia Dei sit aeterna, non sequitur tamen quod creaturae sint ab aeterno.

AD TERTIVM dicendum, quod res naturales sunt mediae inter scientiam Dei & scientiam nostram. Nos enim scientiam accipimus a rebus naturalibus, quarum Deus per suam scientiam causa est. vnde sicut scibilia naturalia sunt priora quam scientia nostra & mensura eius, ita scientia Dei est prior quam res naturales, & mensura ipsarum. sicut aliqua domus est media inter scientiam artificis, qui eam fecit, & scientiam illius, qui eius cognitionem, ex ipsa iam facta capit.

AR-

SVPER Q. XIIII. ART. VIII.

CONCL. Scientia Dei, secundum quod habet uoluntatem coniunctam: est causa rerum.

¶ Prob. Quia scientia Dei ad creata se habet sicut scientia artificis ad artificiata: & hoc ad hoc, quod causet artificiatum, determinatur ad unum per appetitum seu per uoluntatem.

* li. 7. sup. illud; Quos vocauit hos & iustifica uit to. 3.

* Li. 10 Metaph. tex. 5. to. 3.

1^m ex Orige.

Scit. R. Praecise: non, adiuncta uoluntate. §. Tunc nihil &c. ut patet per conclusionem.

* lib. 15. de Trin c. 13. in med. t. 3 & li. 6. c. 10.

Itẽ ex Orige.

Ideo. R. Vt dicit rationem consequentiae: non, ut dicit causam essendi. §. Tunc nihil &c. Nam hoc modo secundo loquitur tamen conclusio, ut patet in tex.

2^m de maiori.

Posita causa. R. Secundum quod effectus sunt in illa causa: non aliter. §. Tunc nihil &c. Nam licet scientia Dei sit secundum se aeterna: non tamen, secundum quod creaturarum productio est in illa, est aeterna: in quantum voluit creaturas produci in tempore, licet ab aeterno uoluerit hoc.

3^m de maiori.

Scientia. R. Nostra: non, Dei. §. Tunc nihil &c. Non enim scibilia sunt causa, uel mensura scientiae Dei: sed econuerso.

Hoc enim idem sonat, quod Deum non causare res per scientiam adiuncta libera ad vtrum libet voluntate: vt vult articulus. Secundo habes: quomodo per rõnem ostendas: hãc esse damnatam merito ab Apoc. 4. omnia creasti, & per tuam voluntatẽ erant, & creata sũt. Ecce, quod per uoluntatem Dei & erant producibilia in actu, & de facto producta sunt. Si per uoluntatem Dei; ergo rõnabilẽ, nõ irrõnabilẽ; ergo per scientiam intellectus quã voluntas sibi comitem iũgit. Itẽ a psal. 103. omnia in sapientia fecisti, & ab apostolo Eph. 1. qui operatur omnia secundũ cõsilium uoluntatis suae. Secundum consilium, inquit. Ecce sciẽtia; voluntatis suae, Ecce sciẽtiae iuncta uolũtas. Ergo, secundum Apostolum scientia cum volũtate est causa omnium creatorum, & non eueniunt de necessitate, quasi Deus illas operetur ex necessitate naturae. Item a Concil. Toletano 1. de regu. fidei cathol c. 21. sic; Animã hominis creaturã dicimus Dei volũtate creatam. Haec ibi. Ergo a simili, omnes creaturae Dei uoluntate creatae sunt: secundum Concilium. Item a Synodo Later. anno Dñi 1140. sub Innoc. III. celebrata in suo capite Arnaldo Arnaldistae damnãtur, quando & Arnaldistae ipsi singulis annis Romae i coena Dñi excõicantur: & extra de haer. c. Excõicamus. Authorum aũt damnatorũ dicta oia (nisi fiat exceptio) dãnata intelliguntur; secundum

2 Lib. 9. tex. 10. to. 3.

In cor. art.

Vtilitas p Ecclesia S. Dei.

APPENDIX.

EX artic. habes primo: quo per rõnem destruas haeresim Arnaldistarum dicentem: Deum agere ex necessitate naturae; Hoc

Aug. in lib. de fide catholica, dicentem. Cum Coelestius atq; Pelagius in Ephesina Synodo sint damnati. Quomodo poterunt illa capitula recipi, quorum damnantur authores? Tertio vides: quomodo ex his viciflim Angelica firmetur conclusio. 3

Comm. Cardinalis Caietani.

Titulus.

¶ Aduerte quod hic articulus est magni momenti; quoniam hic inchoatur quaestio de modo, quo Deus producit res extra se. Quaerere enim an scientia Dei sit causa rerum, nihil aliud est, quam quaerere, vtrum Deus causet per intellectum. Verum, quia causalitas rerum potest dupliciter considerari. Primo secundum se, & sic de ea inferius erit specialis tractatus, ubi omnia plene examinabunt. Alio modo ut est qualitas scientiae diuinae: & sic hoc in loco quaeritur, ut complete ostendatur qualis sit scientia Dei an scientia Dei habeat hanc conditionem. s. esse causam rerum.

¶ In corpore una conclusio respõsiua quaesito affirmatiue. Scientia Dei est causa rerum. Circa quam conclusionem in litera tria fiunt. Primo probatur. Secundo ostenditur in communi modus, quo scientia Dei est causa in actu secundo. Tertio probatur efficaciter conclusio cum modo iam expresso.

¶ Quo ad primum scientia Dei se habet ad res ut scientia artificis ad artificiata, sed scientia artificis est causa artificialium. ergo scientia Dei est causa rerum. Maior non probatur usque ad tertiam partem corporis. Minor autem probatur. Artifex operatur per suum intellectum: ergo forma intellectus est principium operationis; sicut calor calefactionis; & tunc subaudi, sed scientia est ipsa forma intellectus eius. ergo, omnia sunt clara.

¶ Quo ad secundum determinatur in communi, sciẽtia est causa non nisi adiuncta uoluntate. Probatur, scientia non significat rationem causae ex hoc tantum quod est in sciente, sed ex inclinatione ad effectum. ergo non nisi ex adiuncta uoluntate. Antecedens probatur ex simili in forma naturali, puta calore Consequẽtia uero probatur, scientia ex se, se habet ad opposita. ergo determinatio ad alteram partem est ex appetitu adiuncto. Assumptũ & consequentia habentur 9. Metaph.

¶ Aduerte hic quod litera satis caute loquitur de forma naturali. Nõ enim dicit quod forma naturaliter actiua puta calor eget aliqua incli-

inclinatione superaddita ad hoc ut sit principium actionis, cum hoc sit falsum. sed dicit quod ipsa forma, s. calor inquantum habet hoc, s. esse, seu manere in subiecto, ex hoc siue ut sic, non habet quod sit seu significetur ut principium actionis. Et hoc verum est: quoniam aliter sequeretur quod omnis forma, quæ est in aliquo, esset principium actionis, quod est falsum. Sed quamuis ex hoc non habeat rationem actiui, requiritur tamen hoc ad rationem actiui. Inclinatio autem ad opus est, quæ dat formæ rōnem actiui. Nec refert quo ad propositum an talis determinatio sit ab intrinseco ex ipsa natura formæ, ut patet de calore, an ab extrinseco ut contingit in scientia, quæ ut probatum est causæ in actu secundo rationem non habet, nisi ut habet uoluntatem adiunctā. Sola enim sumpta nihil unquam causabit nisi causaret opposita simul: quod est impossibile.

¶ Quo ad tertium repetitur conclusio adiuncto modo, s. scientia Dei est causa rerum secundum quod habet uoluntatem adiūctam. Probatur ratione, quæ est etiam probatio maioris in principio assumptæ. Esse Dei est suum intelligere. ergo Deus est causa rerum per intellectum. ergo scientia Dei est causa rerum secundum quod habet uoluntatem adiūctam. Antecedens patet: & prima consequentia relinquitur, ut nota. secunda auté assignato modo, quo intellectus est causa rerum patet. Et nihilominus confirmatur in litera ex singularitate nominis, quia scientia Dei ut causa consueuit dici scientia approbationis.

¶ Circa primam consequentiam huius rationis dubium occurrit, quia. s. sit radix huius consequentiæ, Esse Dei est suum intelligere; ergo Deus est agens per intellectum: habet enim instantiā dupliciter. Primò secundum ueritatem. non enim ualet, esse Dei est suum intelligere: ergo Deus producit filium vel Spiritum sanctum per intellectum: cum uterque producatur a Deo per naturam, ut infra patebit. Secundo secundum opinionem tenentium Deum agere ex necessitate naturæ. Cōcederent enim illi philosophi, quod esse Dei est eius intelligere: sed negarent sequelam dicendo, quod Deus producit res per intellectum concomitanter tantum: quia. s. intelligit se facere eas, sed per naturam solam causaliter.

¶ Ad hoc breuiter dicitur, quod radix huius consequentiæ est ista propositio: agere per intellectum est perfectius superius & vniuersalius, quam agere per naturam. quæ propositio probatur in secundo contra Gentiles. 23. super hac enim supposita, optimè sequitur, si esse Dei est eius intelligere. ergo omnes effectus Dei sunt in Deo intelligibiliter, ut ex supra dictis patet: quia oportet effectus præexistere in ipsa essentia causæ. secundum modū essentiæ ipsius causæ: si autem omnia sunt & in esse Dei, & in intelligere eius, ut sic, & perfectius superius vniuersaliusque est esse causam rerum per intelligere, quam per esse tantum, constet Deo tribui deberi, quod perfectissimum, quod supremum, quod uniuersalissimum est in causando, & causandi modo absque ulla calumnia sequitur: ergo Deus est causa rerum per intellectum.

¶ Ad obiectionem ergo in oppositum pro philosophorum aliquorum opinione iam patet: ꝙ male negarent consequentiā. Ad ea vero, quæ tangit materiā de Trinitate, dicitur quod obiectio non est ad propositū, quia sermo est de uere causa effectiua, quæ non potest intelligi absque essentiali diuersitate causæ & causati. Productiones autem ad intra non sunt causalitates veré & propriè. Nec pater est uere & proprie causa filii, cum eadem numero sit utriusque substantia, & ideo nō est mirum si non tenet ibi. Posset quoque nihilominus aliter dici, quod hæc consequentia tenet, supposito ꝙ ex parte producibilis, non repugnet produci per intellectum: si enim repugnaret ex parte producibilis, quamuis habet esse intelligibiliter in causa, &c. nunquam tamen sequeretur quod posset per intellectum produci ut patet. Constat autem quòd sic est in proposito. nam personis diuinis repugnat produci per modum artificiati, non autem aliis rebus. Et ideo respectu aliarum rerum infertur: ergo Deus est agens per intellectum, & non respectu personarum diuinarum. Earum enim est author per naturam, ut infra patebit.

¶ In responsione ad secundum, expecta discussionem eius, quæ, cum per se de causalitate rerum tractabitur, discutietur.

Ferr. 1. con. c. 69.
S. Bon. 1. s. d. 35. 39 q. finali 42.
Alens. 1 p. s. q. 23. mem. 3. ar. 4.
Scot. 1. s. d. 83. & 39.
Mauro. 1. s. d. 38. & 39.

88
1. d. 38. ar. 4. & uer. q. 1. ar. 8. & 1. con. c. 59.

ARTICVLVS IX.

Vtrum Deus habeat scientiam non entium.

AD NONVM sic proceditur. Videtur, ꝙ Deus non habeat scientiam nisi entium. Sciētia enim Dei non est nisi verorum. Sed verū & ens conuertuntur. ergo scientia Dei non est non entium.

¶ 2 Præt. Scientia requirit similitudinem inter scientem & scitū. Sed ea, quæ non sunt, non possunt habere aliquam similitudinem ad Deū, qui est ipsum esse. ergo ea, quæ nō sunt, non possunt sciri a Deo.

¶ 3 Præt. Scientia Dei est causa scitorum ab ipso. Sed non est causa non entium, quia non ens non habet causam. ergo Deus non habet scientiam de non entibus.

SED CONTRA est, quod dicit Apostolus ad Roman. 4. Qui vocat ea, quæ non sunt, tanq̄ ea quæ sūt.

RESPON. Dicendum, quòd Deus scit omnia quæcunque sunt quocunq; modo. Nihil autem prohibet ea, quæ non sunt simpliciter, aliquo modo esse. Simpliciter ei sunt, quæ actu sunt. Ea verò, quæ non sunt actu, sunt in potentia, vel ipsius Dei, vel creaturæ: siue in potentia actiua, siue in passiua: siue in potentia opinandi uel imaginandi: vel quocunque modo significandi. Quæcunque igitur possunt p creaturam fieri, vel cogitari; vel dici, & ét quæcunq; ipse facere pōt, omnia cognoscit Deus: ét si actu non sint. Et pro tanto dici pōt, ꝙ habet etiā non entiū scientiam. Sed horū, quæ actu non sunt, est attēdenda quædā diuersitas. Quædā. n. licet non sint nunc in actu, tñ vel fuerunt, vel erunt: & oia ista dr̄ Deus scire scientia visionis. Quia cum intelligere Dei, qđ est eius esse, æternitate mēsuretur, quę sine successione existēs totū tp̄s comprehendit, præsens intuitus Dei fertur in totū tp̄s, & in omnia quæ sunt in quocunque tp̄e, sicut in subiecta sibi præsentialiter.

Quædā verò sunt, quæ sunt ī potentia Dei vel creaturæ, quæ tñ nec sunt, nec erunt, neq; fuerunt. Et respectu horum non dr̄ habere scientiam visionis, sed simplicis intelligentiæ. Quod ideo dicitur quia ea, quæ uidentur apud nos, habent esse distinctum extra videntem.

AD PRIMVM ergo dicendum, ꝙ s̄m quòd sunt in potentia, sic habent veritatem ea, quæ non sunt, actu, verum est enim ea esse in potentia: & sic sciuntur a Deo.

AD SECVNDVM dicendum, ꝙ cū Deus sit ipsum esse, intm̄ vnumquodque est, inquantum participat de Dei similitudine: sicut vnūquodque intantū est calidū, inquantum participat caloré. Sic & ea, q̄ sunt in potentia, etiam si non sunt in actu, cognoscuntur a Deo.

AD TERTIVM dicendum, ꝙ Dei scientia est cā rerū volūtate adiūcta. Vñ nō oportet ꝙ quæcunq; scit Deus, sint, vel fuerint, vel futura sint: sed solū ea, q̄ vult esse, vel p̄mittit esse. Et uerū: nō est ī sciā Dei, vt illa sint, sed ꝙ esse possint.

2. respons.

SVPER Q. XIIII.

ART. IX.

CONCL. Deus habet scientiam non entium.

¶ PROB. Quia Deus habet scientiam eorū, quæ non sunt actu, sed tantum in potētia quacunque, uel creaturæ, vel creatoris; siue reducibili quandoque ad actū, siue nunquam reducibili.

1^m de minori.

Verum. ℞. Secundum quod uerum: non, secū dum quod uerum tantum in actu. §. Tunc nihil &c. Nam sciētia est etiam entium tantum in potentia; quæ uocantur non entia in cōclusione. Non ens enim in actu conuertitur cum uero in potentia tantum & sic est uerum, licet non in actu.

2^m de minori.

Aliquam similitudiné. ℞. Talem quasi sint in actu: non, talem quasi sint in potentia. §. Tūc nihil &c. Nam arguit, ac si vnius tantum fariná si similitudo inter scientem & scitum requisita. Cum tamen sit duplicis, ut diximus. Quæ autem sunt non entia in actu, cum sint entia in potentia saltē creatoris, aliquam similitudinem habēt ad ipsum esse subsistens, i. ad Deum; licet aliquā aliā non habeant.

3^m de maiori.

Scientia Dei. ℞. Voluntati suæ iunctæ: non, ut scientia præcisè, §. Tūc nihil &c. ut patet ī tex.

Item de maiori.

Scitorū. ℞. De quibus est in scientia Dei, ut sint: nō tantum, de quibus est in scientia Dei ut esse tantum possint. §. Tūc nihil &c. ut patet. Vide secundum respōsum literæ ly & iterum non est &c. Quæcunq; ergo sunt in scientia Dei ut sint, hæc de facto erunt; & sunt, priusquam fiant, non entia in actu: postquam autem facta fuerint, sunt entia in actu; sed quæ sunt in sciētia Dei, ut esse tantum

tum possint, hæc nunquam erunt, & semper vocantur, ac sunt, nō entia. Huiusmodi verò non entium ultimo modo dictorū Deus non est causa, quia nullam habent causam: primo autem modo dictorum est causa: sed tam primorum, quam ultimorum habet scientiam.

APPENDIX.

Vtilitas pro Eccle. S. Dei.

EX articulo habes primo, quomodo per rationem ostendas, recte Apostolum dixisse Rom. 4. Deus vocat ea quæ nō sunt, tanquam ea quæ sunt: & Daniel. 13. Tu Domine omnia nosti antequàm fiant. Vbi in apostolo nota, quòd Deus cognoscit nō entia & ut sunt in seipso & ut sunt in seipsis. Vocat (inquit) ea quæ non sunt, tanquam ea quæ sunt. Subsume tu. Sed ea, quæ sunt, cognoscit in seipsis, non tantū in seipso: ergo ea, quæ non sunt cognoscit etiam in seipsis. Nec obstat, quòd ea quæ nō sunt, nō sunt in seipsis: quoniam licet non sint in seipsis, ut mensurantur tempore vel æuo; sunt tamen in seipsis etiam tunc, ut ad illa uidēda modo prorsus illo, quo in seipsis futura sunt pro tempore, extenditur æternitas. Videt itaque Deus Socratem non ambulaturū tantum, sed & actu ambulantem; antequam Socrates actu sit in semetipso apud semetipsum, f. ut creata mensura mensuratur: quamuis non antequam sit actu in semetipso apud Deum, i. ut ad quodlibet suum esse perfectissimè videndum æternitas coextenditur. Alioquin si non cognosceret Deus nō entia ab æterno eo modo, quo actualiter suo tempore sunt: tunc scientia Dei aut uariabilis, aut imperfecta, esset. Variabilis quidem quia, quando illa non entia reducerentur ad actum in tempore, tunc de illis cognosceret aliquid quod non cognoscebat prius (cognosceret enim ea in seipsis, quę prius in seipsis, vt subiiciebatur, nō cognoscebat:) Imperfecta vero, quia tunc si ea non cognosceret in seipsis, aliquid esset in rebus quod Deus ad plenum non agnosceret. Adde pro isto vltimo incōuenienti; q tūc nos cognosceremus aliqd (ut patet,) quod Deus non cognosceret: id quod etiam philosophus pro maxima absurditate habet 3. de anima to. 80. & 3. Met. to. 15. Insipientissimus, inquit, esset Deus, si illa ignoraret, quæ homines visu percipiunt. Conclusio igitur articuli intelligitur sic. f. quòd Deus cognoscit non entia non solum ut sunt in potentia ipsius Dei, & in potentia causarum creatarum, sed etiam ut sunt in seipsis: loquendo tamen de non entibus, quæ aliquando erūt in actu. Non entia enim quæ ad actum inquam replicentur, non possunt cognosci ut in seipsis sunt; quia nunquam erunt. Vide 1. 2. articulorum numero 485. notāt. post ad primum. Et contra Gentiles lib. primo, capitulo 67. 68. & libro tertio, capitulo 154. Tertiò vides: quomodo ex his uicissim firmetur conclusio. 3

Comm. Cardinalis Caietani.

TItulus clarus.

¶ In corpore, duo. Primo respondet quæsito affirmatiuè. Secundò assignat differentiam quandam inter scientiam diuersimode non entium.

¶ Quo ad primum conclusio est. Potest dici quòd Deus habet scientiam non entium. Probatur: Deus scit omnia quæ sunt quocunque modo, ergo omnia quæ possunt per potentiam suā, quam creaturæ fieri, cogitari, & dici. ergo eorum quæ non sunt actu. ergo potest dici, q Deus habet scientiam non entium. Prima consequentia probatur: distinguendo modos essendi, idest simpliciter & secundum quid, & subdiuidendo secundum quid iuxta multiplicem diuersitatem potentiæ. f. creatoris uel creaturæ, actiuæ uel passiuæ, realis uel opinatiuæ, &c. Secunda verò consequentia est per se nota: quia non sunt actu hæc omnia. Tertia quoque est euidens, quia ex quo non sunt entia simpliciter, sed in potentia, quæ est conditio diminuens optime de eis uerificatur absolute negatio entis & sic sunt non entia: sicut de homine in potentia vere dicitur non homo, & de arca in potentia non arca.

¶ Quo ad secundum differentia est nominalis, quòd quædam non entia dicitur Deus scire scientia uisionis, quædam uerò simplicis intelligentiæ. Et ratio nominum est, quia uisa apud nos habent duas conditiones. Altera est, quòd sunt præsentialiter obiecta uidenti. Altera quòd habent esse distinctum extra uidentem. Et propterea illa quæ quandoque sunt, uisionis scientia intelligi dicuntur: quæ vero nunquam, non uideri, sed simplici intelligentia sciri dicuntur. Illa enim habent has duas conditiones propter æternitatem scientiæ diuinæ, &c. ista neutram.

¶ Circa hanc partem est dubitatiuncula: quoniam ista differentia non spectat ad non entia ut sic, sed magis ad non entia in quantum sunt entia: & consequenter per accidens pertinet ad hunc articulum: in quo de scientia non entium agitur. Assumptum patet, quia ea quæ quandoque sunt, pertinēt ad scientiam uisionis, ea ratione, quia sunt entia quandoque in actu, & non inquantum non entia. ergo.

¶ Ad hoc breuiter dicitur, quòd ista differentia tangit non entia utroque modo, scilicet in quantum sunt, & inquantum non sunt. Eorum enim, quæ nunquam sunt, sed semper sunt in potentia, non solum ipsæ entitates in potentia, sed negationes actualitatis simplici intelligentia noscuntur. Et similiter eorum, quæ quandoque actu sunt non solum entitates in actu tali tempore, sed negationes ab actu tali alio tempore uisionis scientia cognoscuntur ab æterno. Et horum ratio est: quia negatio affirmationem cognoscitur: & illius genus sequitur in essendo, & cognoscendo secundum se. Et sic differentia ista est complete complectens non entia ad propositum.

ARTICVLVS X.

Vtrum Deus cognoscat mala.

89
1. di. 36. q. 1. ar. 2. & ver. q. 2. art. & 15. & 1. cō. c. 71. & 11. quoli. q. 2. art. unico.
* Tex. 25. to. 2.
* Ench. ca. 11. to. 3. Et li. 3. cōfess. c. 7. to. 1. ar. 2.
Ar. 2. huius q.
* ar. 5. & 6. huius q.
* C. 2. circa fin. to. 5.

AD DECIMVM sic proceditur. Videtur quod Deus non cognoscat mala. Dicit enim Philosophus in * tertio de Anima, quòd intellectus, qui non est in potentia, non cognoscit priuationem: sed malum est priuatio boni, ut dicit * Augustinus. Igitur, cum intellectus Dei numquam sit in potentia, sed semper actu, ut ex dictis patet, * videtur quòd Deus non cognoscat mala.

¶ 2 Præt. Omni scientia vel est causa sciti, uel causatur ab eo: sed scientia Dei non est causa mali, nec causatur a malo. ergo scientia Dei non est malorum.

¶ 3 Præter. Omne quod cognoscitur, cognoscitur per suam similitudinem, vel per suum oppositum. Quicquid autem cognoscit Deus, cognoscit per suam essentiā, * vt ex dictis patet. Diuina autem essentia neque est similitudo mali, neque ei malum opponitur. Diuinæ enim essentiæ nihil est contrarium, ut dicit Augustinus * 12. de ciuitate Dei. ergo Deus non cognoscit mala.

¶ 4 Præter. Quod cognoscitur non per seipsum, sed per aliud, imperfectè cognoscitur. Sed malum non cognoscitur a Deo per seipsum: quia sic oporteret q malum esset in Deo. oportet enim cognitum esse in cognoscente. Si ergo cognoscitur per aliud. f. per bonū, imperfectè cognoscetur ab ipso, quod est impossibile, quia nulla cognitio Dei est imperfecta. ergo sciētia Dei non est malorum.

Ferr. 1. cont. c. 71.
Aegi. 1. s. d. 36. q. 2. p. prin.
Bannes ar. 9.

SED CONTRA est, quod dicitur Prouerb. 15. Infernus & perditio coram Deo.

RESPON. Dicendum, quòd quicunq; pfectè cognoscit aliquid, oportet q cognoscat oīa, quæ pñt illi accidere. Sunt autem quædā bona, quibus accidere pōt, ut per mala corrumpantur: vnde Deus nō pfectè cognosceret bona, nisi etiam cognosceret mala. Sic autem est cognoscibile vnūquodque, fm quòd est: unde cum hoc sit esse mali, qd est priuatio boni: per hoc ipsum q Deus cognoscit bona, cognoscit & mala sicut per lucem cognoscūtur tenebræ. Vnde dicit Dion. * 7. c. de diu. nom. Quòd Deus per seipsum tenebrarum accipit uisionem, non aliundè videns tenebras quam a lumine.

SVP. Q. XIIII. ART. X.

CONCL. 1. Deus non perfectè cognosceret bona, nisi etiam cognosceret mala.

¶ PROB. Quia sunt quædam bona, quibus accidere possunt mala: & nihil perfectè cognoscitur, nisi etiam cognoscantur sibi accidere possibilia.

¶ CONCL. 2. Per hoc ipsum quod Deus cognoscit bona, cognoscit mala.

¶ PROB. Quia vnūquodque cognoscibile est secundum quòd est & esse mali, est priuatio boni.

* non multum a me.

Primum,

1m de maiori. Non cognoscit. R. Per priuationē in seipso existentē, nō, p bonū oppositū. §. Tūc &c. Deus.n. p bonū, nō p priuationē in se existētem, cognoscit malū.

2m de maiori. Sciti. R. Vel in seipso considerati: uel in suo opposito tantum.i.bono. §. Tunc nihil &c. Deus enim est causa sciti mali, non considerati ut malum, sed considerati ut in suo opposito.i.Deus est causa boni per quod scitur malum.

Lib.5. de aia,tex.23. & 25.co.2.

3m de maiori. Per suum oppositum. R. i. per oppositum sibi, vel in seipso, uel in aliquo ad seipsum pertinente, puta suo effectu §. Tunc nihil &c. Nam secundo tantum Deo opponitur malū: & consequenter quando cognoscit per suam essentiam malum, cognoscit per suum oppositum secundo. Diuinæ namque essentiæ in suo effectu consideratæ aliquid opponitur: licet ei in seipsa consideratæ nihil. Vide infra art. 16.

4m maior. Quod cognoscitur &c. Imperfectè cognoscitur. R. Si est cognoscibile per seipsum: non aliter. §. Tunc nihil &c. Malum enim per se cognoscibile non est, sed per aliud.

Ad primum ergo dicendum, quòd verbum philosophi est sic intelligendum, quòd intellectus, qui non est in potentia, non cognoscit priuationem per priuationem in ipso existentem. Et hoc cōgruit cum eo, quod suprà dixerat: quòd punctum, & omne indiuisibile, per priuationem diuisionis cognoscitur. Quod contingit ex hoc: quia formæ simplices & indiuisibiles non sunt actu in intellectu nostro, sed in potentia tantum. Nam si essent actu in intellectu nostro, non per priuationē cognoscerentur. Et sic cognoscuntur simplicia a substantiis separatis. Deus igitur non cognoscit malum per priuationem in se existentem, sed per bonum oppositum.

Ad secundum dicendum, q scientia Dei non est causa mali, sed est causa boni, per quod cognoscitur malum.

Ad tertium dicendum, q licèt malum non opponatur essentiæ diuinæ, quæ non est corruptibilis per malum: opponitur tamen effectibus Dei, quos per essentiam suam cognoscit, & eos cognoscēs, mala opposita cognoscit.

Ad quartum dicendum, quod cognoscere aliquid per aliud tantum, est imperfectæ cognitionis, si illud sit cognoscibile per se. Sed malum non est per se cognoscibile: quia de ratione mali est, q sit priuatio boni. Et sic neque diffiniri, neque cognosci potest, nisi per bonum.

APPENDIX.

Vellitur p Ecclesiā. Dei.

Ex artic. habes primo: qūo per rōnē interimas hæresim Albanensium dicētem; q Deus ex se non præscit aliquod malū, sed per suum aduersariū. s. Dæmonē. Secundo habes: quomodo per rationē ostēdas, hanc rite fuisse damnatam a Prouerbior. decimoquinto. Infernus & perditio coram Deo. Item a psal. 50. malum coram te feci, & 68. Delicta mea a te non sunt abscondita. Item a Luc. 15. Peccaui in cœlum, & coram te. & a mille locis. Tertiò vides: quomodo ex his vicissim firmetur conclusio.

Comm. Cardinalis Caietani.

Titulus clarus.

¶In corpore primò respondet quæsito affirmato quòd sic est: secundo quomodo est.

¶Quo ad primum, conclusio responsiua directè quæsito affirmatiue est, Deus cognoscit mala. probatur. Deus perfectè cognoscit omnia bona, ergo scit omnia quæ possunt quibuscunq; illorū accidere: ergo scit mala. Antecedens cum prima consequentia relinquitur pro euidenti. secunda verò probatur; quia sunt quædam bona, quibus potest accidere ut per mala corrumpātur, ut patet tàm de bono naturali, quàm morali.

¶Quo ad secundum, Modus cognoscendi est per aliud; ita, q hæc conclusio, Deus cognoscit mala per bona, probatur, declaratur, & confirmatur. Probatur. primò. Esse mali consistit in priuatione boni. ergo cognoscibilitas mali consistit in negatione boni. igitur Deus propter hoc cognoscit mala, quia bona scit. Antecedens patet, consequentia vero probatur, quia vnumquodque eo modo quo habet esse, habet cognosci. Declaratur deinde exemplo: sicut tenebræ noscuntur per lumen, Confirmatur demū authoritate Dion. vt patet in litera.

Ferr.1.con. c.50.63.
Aegid.1.s. d.38.q.3.pr. prin.
Cap.1.d. 35.q.2.con.4.
Alb.Mag.d. 39.ar.9.

ARTICVLVS XI.

Vtrum Deus cognoscat singularia.

90
1.d.3.ar.3. & d.36.q.1 art.1. & 1. c.c.50.63. vsq; 72. & lib.3.c.75. & 76.& veri.q.2.ar.4 & 5. & op. 3.& c 134. & 135.
† Lib.2.de aia, tex.1. & 1. Phys. tex.49.c.2.

SVPER Q. XIIII. ART. XI.

Concl. Deus cognoscit singularia.

¶Prob. Quia intātum se extendit sciētia Dei, inquantum se extendit sua causalitas; & sua causalitas non tantum se extendit ad formas, sed etiam ad materiam immò ad totum esse rei, (cum totum esse sit factum per ipsum.)

Primum

Ad vndecimum sic proceditur. Videtur quod Deus non cognoscat singularia. Intellectus.n. diuinus immaterialior est, quam intellectus humanus: sed intellectus humanus propter suā immaterialitatem non cognoscit singularia: sed sicut dicitur in 1. de † Anima, ratio est vniuersalium sensus verò particularium. ergo Deus non cognoscit singularia.

¶2 Præt. Illæ solæ virtutes in nobis sunt singularium cognoscitiuæ, q̄ recipiunt species non abstractas à materialibus cōditionibus, sed res in Deo sunt maximè abstractè ab oī materialitate. ergo Deus nō cognoscit singlā.

¶3 Præt. Omnis cognitio est per aliquam similitudinē, sed similitudo singularium, inquantum sunt singularia, nō videtur esse in Deo: quia principium singularitatis est materia: quæ cum sit in potentia tantum: omnino est dissimilis Deo, qui est actus purus. non ergo Deus potest cognoscere singularia.

Sed contra est, quod dicitur Prouer. 16. Omnes viæ hominum patent oculis eius.

Respon. Dicendum, quòd Deus cognoscit singularia. Oēs.n. perfectiones in creaturis inuentæ, in Deo præexistunt s̄m altiorē modū, vt ex* dictis patet. Cognoscere aūt singularia ptinet ad pfectionē nr̄am. Vn̄ necesse est, q De° singularia cognoscat. Nā & Philos. pro incōueniēti hēt q aliqd cognoscat a nobis, q nō cognoscat a Deo. vn̄ cōtra Emped. arguit in 1. de aīa. *& in 3. Met. q accideret Deū esse insipiētissimū, si discordiā ignoraret. Sed pfectiones, quę in inferiorib. diuidunt, in Deo simpliciter & vnitæ existūt. vn̄, licèt nos p aliā potentiā cognoscamus vniuersalia & imaterialia, & p aliā singularia & materialia: Deus tn̄ p suū simplicē intellectū, utraq; cognoscit. Sed qualiter hoc esse possit, qdā manifestare volētes dixerūt, q De° cognoscit singularia p cās vniuersales. Nā nihil est i aliquo singl'arīū, q nō ex aliqua cā oriat vniuersali. Et ponunt exēplū. Sicut si aliquis astrologus cognosceret oēs motus vniuersales cęli, posset pnūciare oēs eclipses futuras. Sed istud nō sufficit, qa singularia ex causis vniuersalib. sortiunt quasdā formas & virtutes, q̄ quantūcunq; adinuicem coniungantur, non indiuiduant, nisi p materiā indiuiduale. vn̄ qui cognosceret Socratē per hoc, q est albus, vel Sophronici filius, vel quicquid aliud sic dicatur, nō cognosceret ipsum inquātū est hic homo. vnde s̄m modum pdictum, Deus non cognosceret singularia in sua singularitate. Alii verò dixerunt, qd Deus cognoscit singularia, applicando causas vniuersales ad particulares effectus. Sed hoc nihil est: quia nullus pōt applicare aliquid ad alterū, nisi illud pcognoscat: vnde dicta applicatio nō pōt esse rō cognoscendi particularia, sed cognitionē singulariū psupponit. Et ideo, aliter dicēdū est, q cum Deus sit causa rerum per suam scientiam, vt dictū est* intm̄ se extendit scientia Dei, inquantū se extendit eius causalitas. vn̄, cum virtus actiua Dei se extendat nō solum ad formas, a quib. accipitur ratio vniuersalis, sed ēt vsq; ad materiā (vt inf. ōndet*) necesse est q sciētia Dei vsq; ad singularia se extēdat, q̄ p materiā indiuiduantur. Cum enim sciat alia à se per essentiā suā, inquantū est silitudo rerum, vel

* q.4.ar.1.

Lib.1. de aia, tex.80. Et li.3.Meta. tex.15. to.2. & 3.

Art.8. huius q.

q.44. ar.2

3m Propter suam immaterialitatem. ℞: Non; sed propter a se factam abstractionem. § Causa ergo quare intellectus noster ignoret singularia, non est immaterialitas eius (ut arguebatur) sed est abstractio, de qua in litera. Et ideo data responsio mõstrat: quòd argumentum peccat per fallaciam secundum non causam, ut causam.

2m de minori.

Abstractæ. ℞. Secundũ esse suum: non, secundum etiam virtuté repræsentandi totaliter qualiter abstractę a nobis. §. Tunc nihil &c. Nam species abstracta secundum esse suũ in Deo, i. diuina essentia habet virtutem repræsentandi quæq; singularia: species autem a nobis abstractæ repræsentant tantum vniuersalia.

3m de maiori.

D.753.

Similitudiné. ℞. Quantumcunque tenuem: non semper, similitudinem rei secundum se actuatæ. §. Tunc ni. &c. Non enim solum Deo similatur ens actu; sed etiam ens in pura potẽtia. Licet eñ Deus non sit ens in potentia: est tamen ens. q. 13. ar. 11. item q. 4. art. 2. ad tertium. & vltra hoc, est causa entis talis, Infra q. 44. art. 2.

vel ut principium actiuum earum; necesse est, quòd essentia sua sit principium sufficiens cognoscendi omnia, quæ per ipsum fiunt, non solum in vniuersali, sed etiam in singulari. Et esset simile de scientia artificis, si esset productiua totius rei, & non formæ tantum.

Ad primum ergo dicendum, quòd intellectus noster speciem intelligibilem abstrahit a principiis indiuiduantibus. Vnde species intelligibilis nostri intellectus, non potest esse similitudo principiorũ indiuidualium. Et propter hoc, intellectus noster singularia non cognoscit. Sed species intelligibilis diuini intellectus, quæ est Dei essentia, non est immaterialis per abstractionem, sed per seipsam, principium existens omnium principiorum, quæ intrant rei compositionem, siue sint principia speciei, siue principia indiuidui. vnde per eam Deus cognoscit non solum vniuersalia, sed etiam singularia.

Ad secundum dicendum, ꝙ quamuis species intellectus diuini secundum esse suum non habeat conditiones materiales, sicut species receptæ ĩ imaginatione & sensu: tamen virtute se extendit ad immaterialia & materiale, ut dictum est. *

Ad tertium dicendum, ꝙ materia licet recedat a Dei similitudine sm suã potentialitaté, tamen inquantum vel sic esse habet, similitudiné quandã retinet diuini esse.

AR-

APPENDIX.

Visitas pro Eccle. S. Dei.

Ex articulo habes primò: quomodo per rationem interimas hæresim Auerrois & Algazelis (Direct. Inquisit. 2. par. q. 4.) blasphemantium, quòd Deus non cognoscit singularia in propria forma. Hanc ex seipsa hæresim adduximus etiam supra ar. 6. quia & contra illum articulum pugnabat in alio quodammodo sensu; inquantum. s. res non cognosci a Deo propria cognitione, continet. Secundò habes: quomodo per rationem ostendas, hanc meritò damnari ibi a Directorio vniuersaliter, sic. Antiqui philosophi ut &c. Auerroes, Algazel multos errores & hæreses contra sanctam fidem nostram posuerunt, ut patet prosequendo ut infra. Item damnari a psal. 138. Domine probasti me, & cognouisti me, tu cognouisti sessionem meã & resurrectionem. Ecce singularia, immò etiam singularissimæ conditiones: ut & infra. Intellexisti (inquit) cogitationes meas de longe, semitam meam & funiculũ meum inuestigasti. Ecce: quòd non tãtum cognoscit singularia hominibus angelisq; ignota. s. cogitationes; sed etiam faciliter ea cognoscit, quoniam de longe. Facilis enim subtilis & acutus est oculorum nostrorum intuitus: cum a longé videt minima, quæ sunt hic cogitationes. Item a Iob 31. Nonne Deus ipse cõsiderat vias meas, & cunctos gressus meos dinumerat? Quasi aperté dicat, sic; & stultissimi sunt, qui hanc ueritatem apertissimam negant; & hæc ueritas cuiq; aperta esse deberet. Ad significandum enim ista tria utitur modo interrogatorio. Hinc dicimus: quòd Catholicus Ecclesiæ Doctor S. Hieronymus veritaté hãc negare noluit: sed ꝙ (ut in primo sententiarum distinctione 39.) in suis infrascriptis de prouidentia verbis talem præcise habuit sensum, qualem Apostolus ibi. 1. Cor. 9. Nunquid cura est Deo de bobus? Infra quæst. 22. ar. 2. quintum. item ꝙ Hieron. intendit in suis infrascriptis de sciẽtia verbis, ꝙ Deus nõ, per momenta singula, res varie se per talia momenta habentes, cognoscit; sed quòd omnes illas, aliasq; res & simul & unico intuitu nouit. Vt supra. ar. 7. patet. Sancti autem Hieronymi verba super Abacuch 1. Sic se habent. Absurdum est, ad hoc deducere diuinam maiestatem, ut sciat per momenta singula, quot culices nascantur, quotué moriantur; quota pulicum & muscarum sit multitudo: quot ué pisces natent in mari, & similia. Non simus tam fatui adulatores Dei: ut, dum prouidentiam eius ad ima retrudimus, in nosipsos iniuriosi simus, eandem irrationabilium & rationabilium prouidentiam esse dicentes. Hæc ibi. Adde; quòd Beatus Hieronymus in commentariis super prophetas inseruit multa (sicuti & hoc) ex aliorum, non ex propria, sententia (teste ipsomet libro primo contra Ruffinum.) Illum ex propria sententia; vide locum capitulo trigesimo secundo Hieremiæ ibi, Deus uniuersæ carnis & cæt. & eum scientiam exactissimam omnium, ac prouidentiam, Deo attribuere conspicies; ut decet catholicum. Tertiò vides: quomodo vicissim ex his firmetur conclusio.

In cor. art. D. 80.

3

Comm. Cardinalis Caietani.

Titulus, singularia rerum materialium. De his enim est dubiũ non de singularibus immaterialibus: cum iam dictũ sit, quòd nouit seipsum, quem singularem esse constat.

¶ In corpore, primo respondet directé quæsito, quòd sic. Secũdo, tractatur quomodo.

¶ Quo ad primum tria. Primo respondet quæsito affirmatiué, Deus cognoscit singularia, probatur. Omnes perfectiones in creaturis inuentæ, præexistunt in Deo altiori modo; cognitio singularium est perfectio hominis. ergo præexistit in Deo altiori modo.

¶ Secundo, ostendit uim huius motiui ex authoritate Arist. Rõ enim ista fundatur in hoc, ꝙ opus sit, oẽ cognitum a nobis, cognosci a Deo: & hoc assumpsit Arist. contra Empedoclé. Tertio declarat illam particulam in conclusione adiunctam ex ui medii. s. altiori modo, in hoc attendi, dicens, ꝙ nos per diuersas potẽtias cognoscimus singularia & uniuersalia Deus aũt simplici intellectu omnia tã materialia, quã immaterialia cõprehendit, & probatur, quia quæ diuiduntur in inferioribus, sunt simpliciter & unite in Deo.

Aduerte hic, quod quia maior propositio non est uera de pexistentia formali, nisi in perfectionibus simpliciter: ideo licet nostrũ cognoscere singulare, & sentire sit idem: litera non dixit, sentire, sed cognoscere singulare pertinet ad nostrum. Sentire enim non est perfectio simpliciter, nec præexistit in Deo formaliter, sed virtualiter tantũ. Cognoscere autem singulare, est perfectio simpliciter, & concludendum erat hic, quod præexistit in Deo formaliter.

¶ Quo ad secundum tria sunt, iuxta opiniones duas & determinationem. Prima ergo opinio circa modum, quo Deus intelligit singularia, stat in hoc, qđ Deus cognoscit singularia cognoscendo omnes eorum causas vniuersales. Probatur hoc sufficere. Nihil est in aliquo singulari, quod non ex aliqua uniuersali cã insit, ergo cognitis omnibus causis vniuersalibus cognoscitur totũ singulare. Declaratur etiam exemplo in eclipsi. Refutatur hæc opinio, si Deus cognosceret singularia cognoscendo tantum uniuersales causas; ergo non cognosceret singularia in sua singularitate, cuius oppositum probatum est, consequentia probatur. Totum aggregatum, quod est in singulari ex causis uniuersalibus, ut sic, non sufficit ad constituendum singulare. ergo. Assumptũ probatur & manifestatur. probatur, quia dempta materia signata, seu principio indiuiduationis, quicquid illud sit, cum uniuersale non esse constet, nunquã constituetur singulare. Manifestatur vero hoc in homine exemplariter.

¶ Secunda veró opinio stat in hoc. Deus cognoscit singularia applicando vniuersalia ad particularia. Contra: applicatio non est nisi ad præcognitum, ergo applicatio uniuersalis ad particulare præsupponit cognitionem singularis non facit.

¶ Determinatio autem est. Deus cognoscit singularia per essentiam suam. Probatur quo ad primam partem sic. Scientia Dei est causa rerum. Ergo se extendit ad omnia, ad quæ se extendit eius causalitas. ergo ad singularia. Antecedens cum prima consequentia est notũ. Secunda vero probatur, quia Deus est cã nõ solum formæ, sed materiæ indiuiduantis. Quo ad secundã partem sic, Deus scit alia a se per essentiã suam, ut similitudo seu actiuũ principium est eorum. ergo essentia sua est sufficiens principium cognoscendi omnia, quæ per ipsum fiunt, etiam in singulari. ergo cognoscit singularia per suam essentiam. Antecedens patet ex dictis consequentia uero ex terminis & probatione primæ

partis patet. Vltimò declaratur tota ratio exemplo scientiæ artificis, si fingamus, quòd sit causa formæ & materiæ artificiati.

¶ Aduerte, quòd tota determinatio huius literæ, supponit Deum esse causam proximam materiæ primæ: de quo, quia inferius fiet specialis quæstio, supponatur nunc: hoc enim concesso reliqua clara sunt & indubitata.

¶ In responsionibus ad argumenta, multa discutienda sunt, sed non hic. sed inferius in locis propriis patebunt.

---

91 — 3. q. 10. ar. 3. & 1. d. 39. q. 1. a. & veri. q. 2. ar. 9 & ar. 5. 4. & 3. con. c. 69 & 71. & op. 3. c. 135.

Ferr. 1. con. c. 69. 71.
Aegid. 1. s. d. 39. q. 3. pr. prin.
Alb. Mag. 1. d. 39. d. 4.
Pe de P. 1. s. d. 39. q. 2.

ARTICVLVS XII.

Vtrum Deus possit cognoscere infinita.

AD DVODECIMVM sic proceditur. Videtur quod Deus non possit cognoscere infinita. Infinitum enim, secundum quòd est infinitum, est ignotum: quia infinitum est, cuius quantitatem accipientibus, semper est aliquid extra assumere, vt dicitur in 3. Physic.* Aug. etiam dicit 12. de† ciuitate Dei, quòd quicquid scientia comprehenditur, scientis comprehensione finitur: sed infinita non possunt finiri. ergo non possunt scientia Dei comprehendi.

(* li. 3. Phy. tex. 63. t. 2. † Lib. 12. de ciu. Dei, c. 18. post medium to. 5.)

¶ 2 Præt. Si dicatur quòd ea, quæ in se sunt infinita, scientiæ Dei finita sunt. Contra. Ratio infiniti est, quòd sit impertransibile, & finiti, quòd sit pertransibile, vt dicitur in 3. Phys.* sed infinitum non potest transiri, nec a finito, nec ab infinito, ut probatur in sexto Physic.* ergo infinitum non potest esse finitum finito, neque etiam infinito. Et ita infinita non sunt finita scientiæ Dei, quę est infinita.

(* Li. 3. tex. 34. to. 2. † Li. 6. Physic. a tex. 60 vsq; ad 66. to. 2.)

¶ 3 Præt. Scientia Dei est mensura scitorum. Sed contra rationem infiniti est, quòd sit mensuratum. ergo infinita non possunt sciri a Deo.

SED CONTRA est, quod dicit August. 12. de ciuitate Dei.* Quamuis infinitorum numerorum nullus sit numerus, non tamen incomprehensibilis est ei, cuius scientiæ non est numerus.

(* Lib. 12. de ciuit. c. 18. a med. to. 5)

RESPON. Dicendum, quòd Deus sciat non solum ea, quæ sunt actu, sed etiam ea, quæ sunt in potentia vel sua, vel creaturæ, ut* ostensum est: hæc autem constat esse infinita: necesse est dicere, quòd Deus sciat infinita. Et licèt scientia uisionis, quæ est tantum eorum quæ sunt, vel erunt, uel fuerunt non sit infinitorum, ut quidam dicunt, cum non ponamus mundum ab æterno fuisse, nec generationem & motum in æternum mansura, ut indiuidua in infinitum multiplicentur: tamen, si diligentius considerentur, necesse est dicere, quòd Deus etiam scientia visionis, sciat infinita. Quia Deus scit etiam cogitationes & affectiones cordium, quæ in infinitum multiplicabuntur creaturis rationalibus permanentibus absque fine. Hoc autem ideo est, quia cognitio cuiuslibet cognoscentis, se extendit secundum modum formæ, quæ est principium cognitionis. Species enim sensibilis, quæ est in sensu, est similitudo solum unius indiuidui, vnde per eam solum indiuiduum cognosci potest. Species autem intelligibilis intellectus nostri, est similitudo rei quantum ad naturam speciei, quæ est participabilis a particularibus infinitis. Vnde intellectus noster per speciem intelligibilem hominis, cognoscit quodammodo homines etiam infinitos, sed tamen non inquantum distinguuntur ab inuicem, sed secundum quòd communicant in natura speciei, propter hoc quòd species intelligibilis intellectus nostri, non est similitudo hominum quantum ad principia indiuidualia, sed solum quantum ad principia speciei. Essentia autem diuina, per quam intellectus diuinus intelligit, est similitudo sufficiens omnium quæ sunt, vel esse possunt, non solum quantum ad principia communia, sed etiam quantum ad principia & propria vniuscuiusque, vt * ostensum est. vnde sequitur, quòd scientia Dei se extendat ad infinita, etiam secundum quòd sunt abinuicem distincta.

(Art. 9. huius q. — D. 472. Ar. præce.)

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd infiniti ratio congruit quantitati secundum Philosophum in primo Physicorum.* De ratione autem quantitatis est ordo partium: Cognoscere ergo infinitum secundum modum infiniti, est cognoscere partem post partem. & sic nullo modo contingit cognosci infinitum. Quia quantacunque quantitas partium accipiatur, semper remanet aliquid extra accipientem. Deus autem non sic cognoscit infinitum, vel infinita quasi enumerando partem, post partem, cum cognoscat omnia simul, non successiuè, vt supra* dictum est. Vnde nihil prohibet ipsum cognoscere infinita.

(Li. 1. Phy. tex. 15. c. 2. — Ar. 7. huius q.)

AD SECVNDVM dicendum, quòd transitio importat quandam successionem in partibus. Et inde est, quòd infinitum transiri non potest, neque a finito, neque ab infinito. Sed ad rationem comprehensionis sufficit adæquatio: quia id comprehendi dicitur, cuius nihil est extra comprehendentem. Vnde non est contra rationem infiniti, quòd comprehendatur ab infinito. Et sic, quod in se est infinitum, potest dici finitum scientiæ Dei, tanquam comprehensum, non tamen tanquam pertransibile.

AD TERTIVM dicendum, quòd scientia Dei est mensura rerum non quantitatiua: qua quidem mensura carent infinita: sed qua mensurat essentiam, & veritatem rei. Vnumquodque enim intantum habet de veritate suæ naturæ, inquantum imitatur Dei scientiam: sicut artificiatum inquantum concordat arti. Dato autem quòd essent aliqua infinita actu secundum numerum puta infiniti homines, vel secundum quantitatem continuam, vt si esset aer infinitus (vt quidam antiqui dixerunt) tamen manifestum est, quòd haberent esse determinatum & finitum, quia esse eorum, esset limitatum ad aliquas determinatas naturas. vnde mensurabilia essent secundum scientiam Dei.

SVPER Q. XIIII. ART. XII.

CONCL. 1. Necesse est dicere: quòd Deus sciat infinita.

¶ PROB. Quia Deus cognoscit omnia existentia in actu quomodocunque, ac in potentia quacunque: & ista proculdubio sunt infinita.

¶ CONCL. 2. Necesse est dicere, quòd Deus* etiam scientia visionis sciat infinita.

¶ PROB. Quia Deus scientia visionis cognoscit omnia quæ pro aliqua differentia temporis sunt actu: & huiusmodi erunt infinita (puta cogitationes, affectiones cordium &c.)

1m de maiori. Secundum quòd infinitum. R. i. enumerando partem post partem successiuè: non autem, cognoscendo illius infiniti omnia simul. §. Tunc nihil &c. Conclusio enim intèdit: quòd Deus cognoscit infinita secundo modo tantum.

2m de conclusione. Finitum. R. Per modum transitionis: non, per modum comprehensionis. §. Tunc nihil &c. Nam infinitum est Deo finitum secùdo modo tantum.

3m de maiori. Mensura. R. Regulatiua veritatis naturæ: nō, quantitatiua. §. Tunc nihil &c. Nam scientia Dei est scitorum mensura primo modo tantum.

APPENDIX.

EX articulo habes primo, quomodo per rationem ostendas, rectè dictum fuisse ab Ecclesiast. 42. Cognouit Dominus omnem scientiam, annuncians quæ præterierunt, & quæ superuentura sunt, & reuelans uestigia occultorum: non præterit illum omnis cogitatus, & non abscondit se ab eo vllus sermo. Hæc autè proculdubio sunt infinita, cum animæ humanæ sint immortales. Item ab Isa. quadragesimo. Deus sempiternus Dominus, qui creauit terminos terræ: nec est inuestigatio sapientiæ eius. Item a psal. 146. Magnus Dominus noster, & magna virtus eius, & sapientiæ eius non est numerus. Si sapientię eius non est numerus; ergo infinita est; ergo ipse cognoscit infinita. Secundò vides: quomodo ex his vicissim stabilitur conclusio.

(D. 477. D. 215.)

ARTI-

Comm. Cardinalis Caietani.

Titulus clarus.

¶ In corpore tria. Primo, respondet quæsito absolute. Secundo, specialiter de scientia uisionis. Tertio, assignat causam utriusque conclusionis.

¶ Quo ad primum, conclusio responsiua de scientia absolute est, Deus scit infinita. probatur. Deus scit omnia in actu, & omnia, quæ sunt in potentia, tam sua, quam creaturæ. ergo scit infinita. Patet sequela, omnia ista constat esse infinita.

¶ Quo ad secundum, an scientia uisionis sit infinitorum, duo dicit. Primo refertur opinio negatiua, cum eius motiuo, generatio, nec est æterna a parte ante, nec a parte post. ergo qui sunt, erunt & fuerũt sũt finita. ergo scientia visionis non est infinitorũ. Secundo, confutatur motiuum, & probatur conclusio affirmatiua. Cogitationes, & affectiones, creaturæ rationalis multiplicabuntur æterno a parte post. ergo scientia uisionis est infinitorũ. Et sic opinio prima non lustrauit omnem generationem, sed eam tantum, quæ ex cęli motu pendet, & ideo errauit.

¶ Quo ad tertium assignatur propter quid Deus nouit infinita absolute, & scientia uisionis, sic. Cognitio se extendit secundum extensionem formæ, quæ est cognitionis principium, ergo cognitio Dei est secundum extensionem essentiæ suæ, ergo extendit se ad infinita, etiam secundum quod sunt ab inuicem distincta. Et sic simul probatur, quia & propter quid quæsiti. Antecedens probatur inductiue, inchoando a cognitione, & specie sensibili, & procedendo per intellectionem, & speciem intelligibilem nostram, in sensu species se extendit ad unum numero tantum, & sic sensatio. in intellectu nostro species ad unum formaliter, in quo communicant infinita in potentia, & similiter intellectio nostra se extendit. Prima consequentia probatur, quia essentia Dei est forma, per quam intellectus diuinus intelligit. Secunda uero, quia essentia Dei extendit se in repræsentando ad omnia, quæ sunt, & esse possunt, non solum quo ad principia communia, sed propria cuiusque, ut iam dictum est.

Vtilitas pro Eccle. S. Dei.

ARTICVLVS XIII.

Vtrum scientia Dei sit futurorum contingentium.

AD DECIMVMTERTIVM sic proceditur. Videtur quod scientia Dei non sit futurorum contingentiũ. A causa enim necessaria procedit effectus, sed sciẽtia Dei est causa scitorum, ut supra [a] dictum est. Cum ergo ipsa sit necessaria, sequitur scita eius esse necessaria. nõ ergo scientia Dei est contingentium.

(92 infra q. 86. art. 3. & 4. & 1. d. 38. a. 5. & 1. contra, c. 67. & veri. q. 2. a. 12. & quolib. 12. q. 3. ar. 8. huius quæst.)

¶ 2 Præt. Omnis conditionalis, cuius antecedens est necessarium absolute, consequens est necessarium absolute. Sic enim se habet antecedens ad consequens, sicut principia ad conclusionem. Ex principiis autem necessariis, non sequitur conclusio, nisi necessaria, ut in 1. Poster. [b] probatur. Sed hæc est quædam conditionalis uera, si Deus sciuit hoc futurum esse, hoc erit, quia scientia Dei non est, nisi uerorum. Huius autem conditionalis antecedens est necessarium absolute, tum quia est æternum, tum quia significatur, ut præteritum. Ergo & consequens est necessarium absolute. Igitur quicquid scitur a Deo est necessarium, & sic scientia Dei non est contingentium.

(lib. 1. post. tex. 17. t. 3.)

¶ 3 Præt. Omne scitum a Deo necesse est esse, quia etiam omne scitum a nobis necesse est esse, cum tamen scientia Dei certior sit quam scientia nostra. Sed nullum contingens futurum necesse est esse. Ergo nullum contingens futurum est scitum a Deo.

SED CONTRA est, quod dicitur in Psal. 32. Qui finxit sigillatim corda eorum, qui intelligit omnia opera eorum, scilicet hominum. Sed opera hominum sunt contingentia, utpote libero arbitrio subiecta. Ergo Deus scit futura contingentia.

RESPON. Dicendum, quòd cum supra [c] ostensum sit, quod Deus sciat omnia non solum quæ actu sunt, sed etiam quæ sunt in potentia sua uel creaturæ, horum autẽ quædam sunt contingentia nobis futura, sequitur q̃ Deus contingentia futura cognoscat.

(ar. 9. huius quæst.)

Ad cuius euidentiam considerandũ est, q̃ contingens aliqd̃ dupliciter põt considerari. Vno modo in seipso, secũdum quod iam in actu est, & sic non consideratur ut futurum, sed ut præsens, neque ad utrumlibet contingens, sed ut determinatum ad unum, & propter hoc sic infallibiliter subdi potest certæ cognitioni, utpote sensui uisus, sicut cum uideo Socratẽ sedere. Alio modo potest considerari contingens, ut est in sua causa. Et sic consideratur, ut futurum, & ut contingens nondum determinatum ad unum, quia causa contingens se habet ad opposita, & sic contingens non subditur per certitudinem alicui cognitioni. Vnde quicunque cognoscit effectum contingentem in causa sua tantum, non habet de eo nisi coniecturalem cognitionem. Deus autem cognoscit omnia [d] contingentia, non solum prout sunt in suis causis, sed etiam prout unũquodque eorum est actu in seipso. Et licet contingentia fiant in actu successiue, non tamen Deus successiue cognoscit contingentia, prout sunt in suo esse, sicut nos, sed simul, quia sua cognitio mensuratur æternitate, sicut etiam suum esse. Aeternitas autem tota simul existens ambit totum tempus, ut supra [e] dictũ est. Vnde omnia, quæ sunt in tempore, sunt Deo ab æterno præsentia, non solum ea ratione qua habet rationes rerum apud se præsentes, ut quidam dicunt, sed quia eius intuitus fertur ab æterno supra omnia, prout sunt in sua præsentialitate. Vnde manifestum est, quod contingentia & infallibiliter a Deo cognoscuntur, inquantum subduntur diuino conspectui secundum suam præsentialitatem, & tamen sunt futura contingentia, suis causis comparata.

(D. 44.)

(q. 10. ar. 2. & 4.)

AD PRIMVM ergo dicendum, quod licet causa suprema sit necessaria, tamen [f] effectus potest esse contingens propter causam proximam contingentem. Sicut germinatio plantæ est contingens propter causam proximam contingentem, licet motus solis, qui est causa prima sit necessarius. Et similiter scita à Deo sunt contingentia propter causas proximas, licet scientia Dei, quæ est causa prima sit necessaria.

AD SECVNDVM dicendum, q̃ quidam dicunt, quod hoc antecedens, Deus sciuit hoc contingens futurum, non est necessarium, sed contingens, quia licet sit præteritũ tamen importat respectum ad futurum. Sed hoc non tollit ei necessitatem, quia id quod habuit respectum ad futurum necesse est habuisse licet etiã futurum non sequatur quandoque. Alii uero dicunt, hoc antecedens esse contingens, quia est compositum ex necessario, & contingenti, sicut istud dictum est contingens. Socratẽ esse hominem album. Sed hoc etiam nihil est, quia cum dicitur, Deus sciuit esse futurum hoc contingens, contingens non ponitur ibi nisi ut materia uerbi, & non sicut principalis pars, propositionis. Vnde contingentia eius uel necessitas, nihil refert ad hoc quod propositio sit necessaria,

Ferr. 1. cont. c. 67.
S. Bo. 1. s. d. 35. 39. q. 5. ar. 2.
Alens. 1. p. su. q. 23. mem. 3. ar. 4.
Scot. 1. s. dist. 38 & 39.
Mairo. 1. s. d. 38. & 39.
Cap. 1. d 38. q. 1 & d. 4. q. 1. ar. 3. con. 1. d. 38. q. 1. ar. 2. con. 1. d. 36. ar. 2. con. 1. d 38. q. 1. ar. 2. con. 4. d. 38. q. 1. ar. 2. con 2. d. 38. q. 1. con 4. ar. 2. co. 5. 6. 7.
Banens art. 13.
Pe. de P. 1. 5. d. 38. 33.

SVP. Q. XIIII. ART. XIII.

CONCL. Deus futura contingẽtia cognoscit.

¶ PROB. Quia De[us] cognoscit omnia quæ sunt in potentia creaturæ [ar. 12.] & quædã horum sunt contingentia nobis futura (ut patet.)

1[m] de maiori. D. 3

A causa. B. Prima, & secũdaria p̃xima simul, non, prima tantum. §. Ad producendum ergo effectum contingentem, sufficit, quod causa proxima solum non sit necessaria. Tunc nihil &c. Nam multa habent causas proximas non necessarias, licet prima sit semper necessaria.

2[m] de maiori.

Consequens. B. Acceptum

ptum ſecundum quod accipitur antecedens, non acceptum in alio ſenſu ab antecedente. §. Tunc nihil &c. Licet enim quicquid ſcitur a Deo ſit neceſſarium in ſenſu antecedentis, ideſt ſit neceſſarium ſecundum quod ſubeſt ſcientiæ diuinæ, tamen non ſemper eſt neceſſarium in ſenſu alio, id eſt non eſt neceſſarium ſecundum quod eſt in ſeipſo ad extra productum.

3^m de maiori.

Eſſe. R. Secundum modum quo eſt ſcitum, nõ abſolute ſecundum, ꝙ in proprijs cauſis ſeu naturis conſiderantur. §. Vide ad ſecundum etiam. Nota hic exemplum pulcherrimum de illo qui totam uiam intuetur, & recole illa, quæ diximus in appendice ſupra artic. 9. illa huc, & illa illuc, prout oportuerit applicãdo. Sed prius gloſſa formali data, mox ſubinferas. Tunc &c. Nam omne ſcitum a Deo neceſſe eſt eſſe ſecundum quod ſubeſt ſcientię diuinæ, non ſemper ſecundum quod in proprijs naturis ſingula cõſiderantur.

ria, uel contingens, uera uel falſa. Ita enim poteſt eſſe uerum, me dixiſſe hominem eſſe aſinum, ſicut me dixiſſe ſortem currere uel Deum eſſe, & eadem ratio eſt de neceſſario, & contingẽti. Vnde dicendum eſt, ꝙ antecedens eſt neceſſarium abſolute. Nec tamen ſequitur, ut quidã dicunt, quod conſequens ſit neceſſarium abſolute, quia antecedens eſt cauſa remota conſequentis, quod propter cauſam proximam contingens eſt. Sed hoc nihil eſt. Eſſet enim conditionalis falſa, cuius antecedens eſſet cauſa remota neceſſaria, & conſequens effectus contingens. Vtputa, ſi dicerem. Si ſol mouetur, herba germinabit. Et ideo aliter dicendum eſt, quod quando in antecedente ponitur aliquid pertinens ad actum animæ cõſequens eſt accipiendum non ſecundum eſſe quod in ſe eſt, ſed ſecundum quod eſt in anima. Aliud enim eſt eſſe rei in ſe ipſa, & eſſe rei in anima. Vtputa, ſi dicam. Si anima intelligit aliquid, illud eſt immateriale, intelligendum eſt quod illud eſt immateriale ſecundum quod eſt in intellectu, non ſecundum quod eſt in ſeipſo. Et ſimiliter ſi dicam. Si Deus ſciuit aliquid, illud erit. Conſequens intelligendum eſt prout ſubeſt diuinæ ſciẽtiæ. ſ. prout eſt in ſua præſentialitate. Et ſic neceſſarium eſt, ſicut & antecedens. Quia omne quod eſt, dum eſt, neceſſe eſt eſſe, ut * dicitur in 1. Periherm.

lib. 1. Periher. c. 6. de clinãdo ad finem. to. 1.

AD TERTIVM dicendum, quod ea, quæ temporaliter in actu reducuntur, a nobis ſucceſſiue cognoſcuntur in tempore, ſed a Deo in ęternitate, quæ eſt ſupra tempus. Vnde nobis, quia cognoſcimus futura contingentia inquantum talia ſunt, certa eſſe non poſſunt, ſed ſoli Deo, cuius intelligere eſt in æternitate ſupra tempus. Sicut ille, qui uadit per uiam, non uidet illos, qui poſt eum ueniunt, ſed ille, qui ab aliqua altitudine totam uiam intuetur, ſimul uidet omnes tranſeuntes per uiam. Et ideo illud, quod ſcitur a nobis, oportet eſſe neceſſarium etiam ſecundum quod in ſe eſt, quia ea, quæ in ſe ſunt contingentia futura, a nobis ſciri non poſſunt. Sed ea, quæ ſunt ſcita a Deo, oportet eſſe neceſſaria ſecundum modum, quo ſubſunt diuinæ ſcientiæ (ut dictum * eſt) non autem abſolute, ſecundum quod in proprijs cauſis conſiderantur. Vnde & hæc propoſitio, omne ſcitum a Deo neceſſarium eſt eſſe, conſueuit diſtingui, quia poteſt eſſe de re, uel de dicto. Si intelligatur de re, eſt diuiſa & falſa: & eſt ſenſus. Omnis res, quam Deus ſcit, eſt neceſſaria. Vel poteſt intelligi de dicto, & ſic eſt compoſita, & uera, & eſt ſenſus, hoc dictum ſcitum a Deo eſſe eſt neceſſarium. Sed obſtant quidam dicentes, quod iſta diſtinctio habet locum in formis ſeparabilibus a ſubiecto. Vt ſi dicam, album poſſibile eſt eſſe nigrum. Quæ quidem de dicto eſt falſa, & de re eſt uera. Res enim quæ eſt alba, poteſt eſſe nigra, ſed hoc dictum, album eſſe nigrum, numquam poteſt eſſe uerum. In formis autem inſeparabilibus a ſubiecto, non habet locum prædicta diſtinctio. Vt ſi dicam, coruum nigrum poſſibile eſt eſſe album, quia in utroque ſenſu eſt falſa. Eſſe autem ſcitum a Deo eſt inſeparabile a re, quia quod eſt ſcitum a Deo, non poteſt eſſe non ſcitum. Hæc autem inſtantia locum haberet, ſi hoc quod dico ſcitum, importaret aliquam diſpoſitionem ſubiecto inhærentem, ſed cum importet actum ſcientis ipſi rei ſcitæ (licet ſemper ſciatur) poteſt aliquid attribui, ſecundum ſe, quod non attribuitur ei inquantum ſtat ſub actu ſciendi. Sicut eſſe materiale attribuitur lapidi ſecundum ſe, quod non attribuitur ei ſecundum quod eſt intelligibile.

Exemplũ pulcherrimum.

In cor. art.

APPENDIX.

Vtilitas p Eccleſia S. Dei.

EX articulo habes primo, quomodo per rationem oſtẽdas, recte eſſe dictum Iſa. 41. Dicite nobis, quæ uentura ſunt, & dicemus, quia Dij eſtis uos. Vbi inſinuare uidetur, fuiſſe etiam apud gentiles, tanquam communis animi conceptio, habitum, quod naturę diuinæ eſſet proprium hoc, cognoſcere infallibiliter futura contingentia. Item in pſalm. 138. & oẽs uias meas præuidiſti, quia non eſt ſermo [ſcilicet a te occultus] in lingua mea. Noſtrarum autem uiarum, atque ſermonum, multa ſunt contingentia futura. Item tu Domine [ſubdit] cognouiſti omnia nouiſſima. Item in Sap. 8. Scit ſigna & monſtra, antequam fiant euentus temporum, & ſæculorum. Inter nouiſſima autem, & monſtra &c. ſunt aliqua futura contingentia. Secundo uides, quomodo ex his uiciſſim firmetur concluſio.

ARTI-

Comm. Cardinalis Caietani.

TItulus clarus tam quo ad ly futura, quam quo ad ly contingentia.

¶In corpore quatuor. Primo reſpondet, ꝙ ſic. Secundo, quomodo ex parte cogniti ibi, Ad cuius euidentiam. Tertio quomodo, & quare ex parte cognoſcentis. ibi. Et licet. Quarto ponitur quoddam corollarium. ibi, Vnde manifeſtum eſt.

¶Quo ad primum concluſio reſponſiua quæſito affirmatiue eſt. Deus cognoſcit futura contingentia. Probatur, Deus ſcit omnia non ſolum quæ ſunt actu, ſed quæ ſunt in potentia ſua, & creaturæ, ergo ſcit futura contingentia. Antecedens patet ex dictis, conſequentia probatur, quia quædam horum ſunt contingentia futura nobis.

¶Aduerte, quod iſta additio, ſcilicet nobis non ponitur, ut limitatio, aut conditio diminuens rationem futuri, ſed ut declaratio, hæc enim ſunt futura ſimpliciter, quia ſunt ſecundum ſeipſa futura, & non tantum quo ad nos. Sed declarantur futura ſimpliciter, per futura nobis, quia ſunt futura ſecundum illam menſuram durationis, qua nos menſuramur, ſcilicet ſecundum tempus, & non ſecundum æternitatem, ut infra patebit.

¶Quo ad ſecundum ponuntur duo modi, quibus contingentia futura ſubduntur diuinæ cognitioni, differenter tamen. Et ſic ponitur hæc concluſio, contingentia futura cognoſcuntur a Deo prout ſunt actu in ſeipſis, & prout ſunt in cauſis ſuis, ſed primo modo certe; ſecundo modo uero, inquantum cognoſcibilia ſunt. Probatur, & declaratur, diſtinguendo contingentia futura ſecundum duplicem ſtatum, ſcilicet in actu, & in potentia cauſarum, & ponendo differentias tres inter hos ſtatus. Prima eſt quo ad differentiã temporis, quia ut in actu, habet rationem præſentis, ut in potentia, futuri. Secunda quo ad contingentiam, quia ut in actu, habet rationem determinati ad unum, ut in potentia, contingentis ad utramque partem. Tertia quo ad cognitionem, quia ut in actu, poteſt ſubdi certæ cognitioni, ut patet de uiſione corporali, ut in potentia non niſi coniecturæ, &c. Ex his manifeſte ſequitur intentum.

¶Aduerte hic, quod aliud eſt loqui de natura contingentiæ, & aliud eſt loqui de ſtatu contingentiæ. Cum enim contingentia ſit differentia entium non accidentalis, ſed ſubſtantialis, quoniam unumquodque ſecundum propriam naturam in ſeipſo eſt ens cõtingens, uel neceſſarium, &c. & natura rei non uarietur, ſed ſit eadem in actu, & in potentia, oportet, quod res contingens, ſiue ſit in actu, & præſens, ſiue in potentia, & futura, ſemper ſit naturæ contingentis, ac per hoc differentia poſita in litera inter contingens in actu, & in potentia, præſens, & futurum, non eſt differentia naturæ, quaſi aliã naturã habeat ſic, & aliã ſic, ſed eſt dr̃ia ſtatus eiuſdem naturæ. Poteſt enim una eadem natura, ſua ratione ſalua,

falsa, diversos habere status in actu & in potentia, praesentis, & futuri, &c. Status enim actualitatis est status determinati ad alteram partem contradictionis, status uero in causa ad utramlibet, est status indeterminationis. Constat autem quod contingentia se tenet ex parte indeterminationis, necessitas autem ex parte determinationis. Et ideo, res contingens ut futura & in potentia, dicitur habere rationem contingentis quo ad statum, ut praesens autem in actu dicitur habere rationem necessarii quo ad statum. Rursus, res quantumcunque contingens, ex statu praesentiae contrahit quendam necessitatis modum ex suppositione status, ad ipsam sub tali statu pertingentem, ut patet ex primo perihermenias, quia unumquodque quod est, quando est, necessario est. Res autem ut futura, seu in potentia, cum non sit, talem necessitatis modum non contrahit, sed contingens, & in statu contingente absque tali necessitate relinquitur. Et propterea in litera dicitur, quod contingens ut praesens, ut potest subdi infallibili & certae scientiae, & in calce responsionis ad secundum dicitur, quod ut sic, est necessarium.

¶ Quo ad tertium, primo ponitur modus, quo Deus haec nouit, scilicet simul. Et quoniam ex eadem radice pendet ratio, quare Deus haec cognoscat, ideo in litera proposito modo simultatis, ex eius causa propter qd ẽt quid quaesitae conclusionis ostenditur. Propterea formato conclusionem continentem etiam modũ, & causam, & ponatur haec conclusio, Deus cognoscit omnia futura contingentia secundum statum quo actu sunt, ab aeterno simul. Probatur, aeternitas tota simul existens ambit totum tempus, & Dei cognitio mensuratur aeternitate, ergo & simul, quae successiue fiunt nouit, & omnia quae sunt in tempore sunt praesentia Deo ab aeterno non solum quia rationes eorum habet pręsentes apud se, sed quia eius intuitus ab aeterno fertur supra omnia, ut sunt in sua praesentialitate, ergo contingentia, etiam inquantum secundum suam praesentialitatem subduntur diuino conspectui, infallibiliter cognoscuntur a Deo. Antecedens quo ad secundam partem probatur, quia esse Dei mensuratur aeternitate.

¶ Quo ad quartum, Corollarium est quod ex his patet, quod haec duo stant simul, scilicet quod aliquid sit futurum contingẽs, & quod certitudinaliter cognoscatur, quia secundum diuersos status haec insunt. Subdi enim certae cognitioni conuenit ei, secundũ quod est actu, sic enim terminat diuinum intuitum, esse uero contingens futurum conuenit ei, secundum quod est in causis suis, ut iam patet ex dictis.

¶ Circa dicta in hoc articulo aduertendum est, quod hic sunt duo dicta dubitabilia. Primum & praecipuum est, ratio adducta ex parte aeternitatis, secundum est ratio inclusa ex parte rationum rerum, quas Deus apud se habet. Dicitur enim in litera, quod omnia sunt praesentia Deo ab aeterno, non solum propter rationes rerum, quas apud se Deus praesentes habet, sed quia eius intuitus ab aeterno fertur &c. ubi manifeste duae causae assignantur, quod res sint praesentes Deo ab aeterno, scilicet rationes rerum, & aeternitas. Per rationes quidem sunt praesentia omnia in ratione cogniti, idest ut cognita cognoscenti. Per aeternitatem autem, ut coexistentia coexistenti. Primo ergo examinabitur, & cum Dei lumine ac diui Thomae suffragiis, defendetur principalis ratio de aeternitate. Secundo ratio inclusa de rationibus rerum.

¶ Circa rationem de aeternitate duo uertuntur in dubium. Primo illa propositio, omnia quae fiunt in tempore, sunt praesentia aeternitati. Secundo, applicatio huius ad conclusionem intentam, scilicet quod ideo Deus cognoscit certe contingentia futura.

¶ Contra propositionem ergo illam, Scotus in 1. d. 40. arguit quadrupliciter. Primo, quod non est, nulli potest coexistere, sed futura non sunt, ergo. maior probatur, quia coexistere dicit relationem realem. Secundo, si omnia coexistunt aeternitati, ergo omnia sunt simpliciter in actu, ergo nõ possunt postmodum poni in actu, prima consequentia probatur, quia quod habet esse in actu in seipso respectu causae primae, est simpliciter in actu, quod enim est tale respectu primae causae, est tale simpliciter. Tertio, quia si sic est, ergo sessio mea crastina, bis produceretur a Deo. probatur consequentia, quia iam est praesens in seipsa aeternitati, ergo producta, & adhuc non est, ergo producenda, &c. Quarto, & est confirmatio primi, & destructio exempli S. Thom. in primo contra gen. c. 67 & fundamenti eius. Coexistentia fluentium circa stans, exigit existentiam utriusque extremi pro eadem mensura durationis, sed impossibile est, quod duo instantia temporis simul existant in eadem mensura durationis, ergo impossibile est, quod coexistant simul alteri extremo, s. aeternitati. Maior patet in centro, & in circumferentiae punctis, si fingamus puncta illa non stare, sed fluere. Certum est n. quod singula quando essent, coexisterent centro, sed nunquam simul, non ex defectu centri, sed ipsorum, quia s. simul non sunt, & ita est de aeternitate, & tẽpore.

¶ Contra applicationem rationis ad conclusionem, arguit idẽ Scotus ibidem tripliciter. Primo sic, sessio mea futura, ut futura est, aut scitur a Deo certe, aut non si sic, ergo non oportet ponere ipsam in actu existere ad hoc ut certe sciatur, si non, ergo aliter nouit Deus facta quam fienda contra Augustinum quinto super Gene. ad literam. Probatur consequentia, quoniam cum facta erit dicta sessio, certe scietur a Deo. Secundo sic scientia Dei nõ accipit certitudinem ab alio obiecto, quam propria essentia, ergo non est certa ex hoc quod sessio est in actu, sed aliunde. Antecedens probatur quia alioquin intellectus diuinus uilesceret. Tertio sic. Aeuum angeli secundum istos coexistit toti tempori, ergo angelus secundum istam rationem poterit naturaliter cognoscere omnia futura contingentia.

¶ Ad has obiectiones respondendo praemitto, quod iste locus ab aduersantibus iudicatur plenus contradictionis, & erroris a sequentibus autem doctrinam Sancti Thomae reputatur adeo obscurus, ut neminem hactenus uiderim, siue scripto, siue uerbo assertiue tueri hoc dictum, & me iam annis forte quindecim fateor latuisse. Sed nudiustertius, dum super commentatione huius articuli meditarer, illuxit (ut arbitror) diui Thomae ope. ueritas plana & in manifesto posita, & ideo paucissimis uerbis pertransita. Sciendum est igitur primo ad euidentiam terminorum, quod esse praesens, seu coexistere aeternitati, formaliter loquendo, abstrahit a praesentia cogniti ad cognoscentem, quoniam si aeternitas esset res non cognoscitiua, & lapis quandoque esset, esset ibi uera praesentia siue coexistentia absque cognitione aliqua. Patet quoque ex hoc, & ex litera, quod sermo est de esse rerum, quae fiunt in tempore, non obiectiuo, nec potentiali. &c. sed de esse in actu in rerum natura secundum seipsas extra causas suas, ita quod sermo praesens est de coexistentia reali contingentium in actu ad aeternitatem, & sic cum dicitur omnia esse praesentia aeternitati, sensus est omnia secundum suum esse in actu in rerum natura, sunt praesentia, idest coexistunt aeternitati.

¶ His praelibatis aduerte, quod res temporales esse praesentes aeternitati potest intelligi dupliciter. Vno modo sic, quod in quolibet nunc temporis sint praesentes aeternitati, ita quod coexistentia cuiuslibet rei ad aeternitatem mensuratur quolibet instanti temporis. Et hunc sensum acceperunt, quantum uidetur mihi, aduersarii ex uerbis Sancti Thomae. Sed errauerunt. hoc enim nunquam somniauit S. Thomas, immo manifeste implicat contradictionem. Quoniam coexistentia rei ad aeternitatem, aequatur in duratione mensurae eiusdem existentiae, cum non coexistat, nisi secundum suam actualem existentiam, sed existentia instantis, in quo cras sol oritur, non mensuratur instante aliquo praecedente aut sequente. ergo nec quolibet.

¶ Pręt. Si instans semper idest pro quolibet instanti temporis coexisteret ęternitati, ergo coexisteret aliis instantibus temporis tam pręteritis quam futuris. Et sic illud instans non esset labens, & omnia instantia essent unum instans in ueritate, & plura instantia temporis eiusdem essent simul, & praeteritum & futurum essent pręsens &c. quę omnia sunt manifeste impossibilia. Alio modo potest intelligi, quod in quolibet nunc ęternitatis, sint pręsentes ęternitati, ita quod coexistentia cuiuslibet rei ad ęternitatem saluetur in quolibet nunc ęternitatis, & hic sensus est uerus & intentus a diuo Thoma. Verus quidem, quia cum ęternitas non habeat nisi unũ nunc, quod ęquatur ipsi ęternitati, & excedit omnẽ tempus, necesse est quod omne instans nostri temporis, & quicquid in illo est aut fit, saluetur in nunc ęternitatis, & mensuretur ab illo, non ut a mensura adaequata, sed excessiua. Vnde ut clarius euadas laqueos a rebus ad propositiones, & a propositionibus ad res procedendo, iste propositiones, omnia quę fiunt in tempore, sunt praesentia aeternitati, uel sunt praesentia Deo ab aeterno, uel sunt semper praesentia Deo, & similes, distinguendae sunt, quia ly sunt, aut consignificat nunc temporis, aut nunc aeternitatis, & similiter ly ab aeterno, aut ly semper, aut tenetur sincathegorematice, idest quod distribuat pro omni temporis differentia, aut cathegorematice, idest quod importet sempiternitatem perfectam quae importatur in aeternitate & ipsius nũc. Et primo modo sunt falsae, secundo autem uerae. Verum quippe est & indubitatum primum instans huius horae esse in nunc aeternitatis, & similiter uerum est, ultimum instans illius horae. non in hoc nunc temporis, qđ est principium unius horae, sed in nunc aeternitatis eodem esse, pro alio tamen instanti temporis, ut de se patet. Et propterea non inconuenit duo contradictoria secundum nunc temporis, esse in eodem nunc aeternitatis &c. Quod autem hic sensus sit intentus in litera, ex duobus patet. Primo ex eo quod sic omnia dicta uerificantur & consonant. Cum enim nunc, siue temporis, siue aeternitatis, non possit distingui in praesens, praeteritum, & futurũ, sed praesens tantum est, demonstrando in actu signato nunc aeternitatis, uerum est dicere, omnia aeternitati esse praesentia, ut patet dicendo, omnia in nunc aeternitatis sunt praesentia aeternitati, & similiter consignificando in actu exercito nunc aeternitatis, uerissimum est dicere, omnia sunt praesentia aeternitati. Sed fallitur imaginatio dum respicit ly sunt, & ex consuetudine nostra, putat consignificare oportere nunc temporis. Secundo ex eo quod sic optime redditur ratio quaesiti, & intenti in litera. Ex hoc namque, ꝙ omnium existentiae temporales secundum nunc aeternitatis sumptae, sunt praesentes aeternitati, optime ac directe sequitur, quod illi uisioni, quae aeternitate mensuratur, omnia secundum suas existen-

existentias simul simultate instãtanea æternitatis, sunt præsentia. Ac per hoc uisio illa, quia terminatur ad res præsentes, certa ac infallibilis est, sicut & nostra.

¶ Et confirmatur, quia quemadmodum ad hoc, quod aliquid sit præsens uisioni nostræ corporali, nihil aliud exigitur, nisi quod illud uisibile sit, & adsit pro mensura durationis qua mensuratur, & est ipsa uisio, ita ad hoc quod aliquid sit præsens secundum se diuino conspectui, exigitur quod sit & adsit secundum illam durationis mensuram, qua mensuratur uisio diuina. hæc autem est æternitas, ergo sat est, quod sint secundum æternitatem sumpta præsentia, & non præterita, aut futura, quamuis secundum tempus sumpta, sint futura. Vnde patet responsio ad omnes obiectiones, contra illam propositionem. Omnia sunt præsentia Deo ab æterno. Omnes enim laborant in æquiuoco, accipientes res ut sunt in tempore, uel instãtib. cum tñ hic sit sermo de temporalib. & ipso tempore, & eius instãtibus, ut sunt seu utitur æternitate.

¶ Et per hæc eadem patet responsio ad argumenta quæ afferuntur a Capreolo in 36. dist. primi ex Aureolo.

Ad obiectiones autem secundo loco contra applicationem rationis ad propositum, respondetur, & ad primam, cum dicitur. Sessio mea crastina, ut futura, aut scitur certe, aut non. respondetur distinguendo, quod illa sessio futura, ut futura, non habet esse nisi in suis causis, ad causas autem suas potest dupliciter comparari. Vno modo ut indeterminatas ad producendam crastinam sessionem meam, uel eius negationem.

¶ Alio modo, ut determinatas ad illius productionem magis, quam oppositi, uel cum exclusione oppositi. Futura primo modo non sumuntur, ut futura, sed ut futura penitus contingentia. Futura autem secundo modo, sumuntur quidem ut futura, sed declinant a contingentia, secundum quod determinatio causarum ad alteram partem magis, uel minus, uel totaliter exigit. Futura igitur contingentia, ut futura ex causis indeterminatis, non sunt scibilia, ut in litera dicitur, nec a Deo, nec a quocunque, quia non sunt entia, nec in actu nec in potentia magis ipsa, quam opposita. Ex causis autem determinatis sunt cognoscibilia iuxta determinationem causarum. Et cum dicitur, ergo Deus aliter nouit facta, quam fienda, simpliciter negatur consequentia, quia ly aliter, in authoritate Aug. dicit modum cognoscẽdi ex parte cognoscentis, qui in Deo non uariatur.

¶ Ad probationem autem superfluum est respondere, adeo puerilis, uidetur: dicit. n. cognoscit autem sessionẽ certitudinaliter Deus, cum illa fuerit actu, quis enim ignorat Deo nullam accedere cognitionem? unde debet dicere, & tamen cognoscit illam certitudinaliter secundum eius actualem existentiam, sed hoc nõ probat consequentiam. Aliud est enim, quod aliter se habeãt res, ut factæ, quam ut fiendæ ad Dei cognitionem, & aliud quod aliter Deus nouit facta quam fienda. Illud. n. est uerum in materia contingenti loquendo, hoc autem est falsum. Illud significat, quod res aliam dispositionem habet, ut facta, & aliam ut fienda, quia ut facta inducit necessitatem quandam, ut fienda non. Et sic ut facta est scibilis, certe ut fienda non. Et rursus ut facta potest certũ intuitum Dei terminare, ut fienda non.

¶ Ad secundam dicitur, quod aliud est scientiam Dei capere certitudinem ex sessione Socratis, & aliud est sessionem Socratis non esse capacem ut sit terminus certæ Dei notitiæ, nisi secundũ quod est in se certa. Primum enim inconuenit. Secundum autem est necessarium. Primum non habetur ex litera, sed secundum quare conceditur tota ratio, utpote nihil contra nos dicens, sed supponens falsum, scilicet quod ex hac positione habeatur, quod scientia Dei capiat certitudinem ab alio obiecto, quam substantia sua: deberet enim supponere, quod exigit certitudinem etiam in alio obiecto, seu termino scientiæ suæ, non solum in substantia sua, hoc enim hinc habetur, & non quod capit certitudinem ab alio.

¶ Ad tertiam dicitur, quod dupliciter deficit. Primo, quia cognitio Angeli, qua cognoscit temporalia, non mensuratur æuo, & ideo ratio nihil infert. Secundo, quia repræsentatio singularium temporalium per principium cognitionis angelicę, scilicet speciei intelligibilis, non mensuratur æuo, sed de nouo aduenit. Et ideo impossibile, est quòd futura contingentia naturaliter sciant angeli, ut inferius patebit.

¶ Contra secundam autem rationem conclusionis, scilicet quia Deus habet apud se rationes omnium rerum, arguit Scotus ubi supra, interpretans per rationes rerum ideas earum quadrupliciter. Tum quia rationes extremorum quantumcumque perfectæ, non pariunt notitiam complexionis eorum contingentis. Tũ quia mere naturaliter ante omnem determinationem uoluntatis diuinæ repræsentant, quando adhuc contingentia determinata non sunt. Tum quia ex eadem radice sequitur, quod eodem modo sunt contingentium futurorum de facto & non futurorũ, sed simpliciter possibilium. Tum quia non magis repræsentant hoc fore illo tempore, quam alio ex eadem radice.

¶ Ad huius difficultatis solutionem præmittenda sunt tria. Primò, quod licet idea & ratio se habeant sicut superius, & inferius, quoniam idea est terminus tantum intellectus, ratio autem communis est, & ad terminum, & ad principium intellectionis, quia tamen ut in quæstione sequente dicitur, principium intelligendi in Deo non plurificatur, sed terminus in intelligendo creaturas, & in litera pluraliter dicitur rationes rerum esse apud Deum præsentes, idcirco merito per ly rationes rerum, interpretamur ideas earum, quas constat comparari ad intellectum diuinum ut quod intelligit, & non ut quo, ut in sequenti quæstione dicitur. Secundo, præmitto, quod hæc quæstio non coincidit cum illa, an per eandem ideam Deus cognoscat subiectum, & accidentia, quoniam aduersarii per has argumentationes intendunt inferre, quod nec per eandem, nec per diuersas ideas Deus cognoscit complexionem contingentem. Hæc dixerim, ne quis credat anticipari hic quæstionem ibi tractandam, sed disputatur hic, quod ideæ non se extendunt ad repręsentandum complexionem contingentem, quod potius esset in sequenti quæstione differendum, sed propter rationem S. Thom. hic inclusam, & a Scoto Aureolo, & Gregorio in hac materia impugnatam, hoc in loco tractanda uisa est. Præmitto tertio, quod licet secundum uiam tenentium quod ideæ non sunt idem cum substantia diuina, hoc sit difficile, aut impossibile, apud tenentes tamen ideas esse ipsam diuinam essentiam, facillime patet ideas se extendere ad repręsentandas ueritates contingentes. Cum enim essentia diuina sit & ratio intelligendi omnia ut principium, & ratio intelligendi omnia ut obiectum, ut patet ex supradictis, & ipsa ut principium seu species intelligibilis, sit etiam secundum Scotum hic, sufficiens repręsentatiuum omnium etiam ueritatum contingentium, oportet quod ipsamet ut obiectum sit etiam sufficiens ratio omnium etiam ueritatum contingentium, alioquin ipsa ut obiectum non adæquaret seipsam, ut speciem intelligibilem, quod est impossibile. Et sic, cum ideæ sint ipsa essentia, ut est obiectiua ratio rerum consequens est, quod se extendant etiam ad ueritates contingentes.

¶ His prælibatis dicitur, quod cum apud S. Thom. ideæ sint ipsa essentia Dei, ut est obiectiua rerum ratio, optime dictum est, quod quia rationes seu ideas rerum præsentes apud se habet Deus, ideo nouit omnia futura contingentia certe, unde ad primam obiectionem simpliciter negandum est assumptum, potest tamen pro claritate doctrinæ distingui, quod idea alicuius quidditatis potest dici dupliciter perfecta. Vno modo, ut perfectio dicit modum intrinsecum rei cuius est, & sic uerum est assumptum, quia quantumcunque perfecte repręsentetur homo secũdum omnem scilicet suæ intrinsecæ entitatis modum, numquam repręsentaretur coniunctio eius cum scissione, seu fortuita inuentione thesauri. Alio modo, ut perfectio dicit totalitatem omnimodam rei, & sic falsum est assumptum, quoniam si homo repręsentatur secundum omne esse suum (hoc enim est totaliter repręsentari, quia secundum omnia sua esse) necesse est, quod repræsentetur secundum esse quod habet in tali, & tali coniunctione contingenti. Sic autem perfecte repræsentant ideæ diuinæ res & ideo assumptum in proposito est falsum.

¶ Ad secundum autem & reliqua, negatur antecedens, quod est radix omnium, scilicet quod ideæ mere naturaliter repræsentent, quicquid repræsentant. Dicimus namque quod aliquid repræsentant mere naturaliter, puta quidditatis rerum, & aliquid non mere naturaliter, sed naturaliter ex suppositione libera, scilicet existentias rerum & coniunctiones contingentes. Illa enim repræsentant ante omnem actum uoluntatis diuinæ, illa autem supposita libera determinatione diuinæ uoluntatis, ad alteram partem contradictionis, ut ipsemet Scotus acceptat de repręsentatione horum in essentia, ut ratione intelligendi. Et sic patet cætera ruere, quoniam non eodem modo se habent ad futura, & non futura & ad hoc tempus & aliud, sed determinatæ sunt ex supposita uoluntate diuina.

¶ Et per hæc patet responsio ad argumenta Gregorii contra idem in 38. dist. primi.

¶ In responsione ad primum aduerte, quod duo ex ea habentur ambigua. Primum est, quod scientia Dei, quæ est prima causa, est necessaria. Secundum est, quod scita a Deo sunt contingentia propter causas proximas, necessaria autem relata ad scientiam Dei. Et quamuis secunda pars huius dicti non habeatur hic formaliter, explicatur tamen formaliter in responsione ad secundum, & tertium.

¶ Contra primum enim dictum, manifestè obstat libertas diuinæ scientiæ respectu creaturarum ut factibilium, & diuinæ causalitatis. Deus enim liberè fecit scibilem factionem creaturarum, quia ipsam uoluit. si ipsam noluisset, nec a Deo, nec ab alio sciretur, & ex eadem radice patet quod est causa libera. igitur scientia, Dei respectu eorum quæ fiunt ut sic, nec est necessaria quo ad scire, nec quo ad causare, omnino igitur falsum est, quod scientia Dei, quæ est prima causa, est necessaria.

¶ Contra secundum autem dictum obiicitur. Aut intendit quod unum & idem in se est contingens & necessarium simul, scilicet quod contingentiam habeat a causis propriis, necessitatem uero a causa prima. Et hoc est impossibile, quia contingens & necessarium

rium ſunt differentiæ ſubſtantiales entium & oppoſitæ, ut patet, ergo impoſſibile eſt quod idem ſit contingens & neceſſarium ſecundum idem, quantumcunque ad diuerſas cauſas comparetur, & tenet ſequela, quia natura rei non mutatur in ſe propter diuerſitatem habitudinum ad diuerſas cauſas. Aut intendit quod res in ſe contingens, ad primam cauſam habet habitudinem neceſſariam, ad cauſas autem proximas, habet habitudinem contingentem, ſeu econuerſo, quòd prima cauſa habet habitudinem neceſſariam ad effectum in ſe contingentem, cauſæ uero proximæ, habent habitudinem contingentem ad eundem. Et contra hoc arguit Scotus in primo diſt. 2. q. 2. & diſt. 8 q. 4 & diſt. 39 in hac q. 4. Primo ſic. Cauſa, quæ mouet, inquantum mota, ſi neceſſario mouetur, neceſſario mouet, ſed omnis cauſa ſecunda mouet ſeu agit inquantum mota a prima, ergo, ſi neceſſario mouetur a prima, neceſſario quoque mouet ipſa, & ſic nulla datur cauſa contingens.

¶ Præt. Cauſa prior prius naturaliter & ſimpliciter reſpicit effectum, quam cauſa poſterior, ergo in illo priori, cauſa prima dabit effectui neceſſitatem. Igitur in ſecundo inſtanti naturæ, cauſa proxima non poteſt eandem dare contingentiam.

¶ Præt. Omnis effectus contingens cauſæ ſecundæ poteſt produci a Deo immediate, ſtante identitate naturæ illius effectus. ergo eſſet contingens ſublatis cauſis ſecundis, a ſola prima cauſa dependens, ergo.

¶ Præt. Deus de facto multa contingentia immediatè produxit, ergo res non ſunt contingentes ex proximis cauſis, ſed a prima cauſa principaliter.

¶ Ad huius difficultatis euidentiam ſcito, quod de radice unde oritur contingentia diſputare, directe nō ſpectat ad hunc locum, in quo de contingentibus in eo quod ſcitis, non in eo quod cauſatis eſt quæſtio, ſed ſpectat partim ad q. 19. in qua de uoluntate Dei ut cauſa eſt rerum quæritur, quoniam ſcientia non cauſat niſi determinata a uoluntate, partim ad quæſtionem. 115. in qua de neceſſitatione inferiorum a ſuperioribus corporibus diſputatur. Sed quia in hoc primo argumento literæ agitur de contingentibus in eo ꝙ cauſatis a ſcientia Dei, quia illa ſcientia eſt non ſolū ſcientia, ſed cauſa ſcitorum, & in reſponſione dicitur non ſolum ꝙ ſtat cauſam proximam eſſe contingentem, & remotam neceſſariam, ſed quod ſtat etiam cauſam ſimpliciter primam eſſe neceſſariam, & hoc illi reputant impoſſibile, ideo duo agenda ſunt. Primo agetur de hoc in communi, an repugnent illa. Secundo oſtendetur quod de facto ſit, quomodo. ſ. Deus eſt cauſa neceſſaria, & quis ſit ſenſus huius literæ.

¶ Quo ad primum, ne ſimus in æquiuoco. Neceſſarium dupliciter ſumitur ad propoſitum. Primo modo ſimpliciter. ſ. quod omnino impoſſibile eſt aliter ſe habere. Alio modo immutabiliter, ꝙ ſcilicet non poteſt mutari de hoc in oppoſitum, quamuis abſolute potuiſſet eſſe oppoſitum, & non hoc. In litera de utraque neceſſitate ſit mentio, reſpondendo ad primam. De neceſſitate quidē ſimpliciter, cum dicitur in communi, quod cauſa remota poteſt eſſe neceſſaria, & effectus contingens, & exemplificatur de motu ſolis, quem conſtat numerari a Philoſophis inter cauſas neceſſarias ſimpliciter. De neceſſitate autem immutabilitatis, cum in ſpeciali de ſcientia Dei dicitur, quod eſt cauſa neceſſaria. Non enim eſt neceſſaria cauſa ſimpliciter, cum potuiſſet non eſſe cauſa, ſed eſt neceſſaria immutabilitatis neceſſitate, quia ex quo determinata eſt ut cauſa ſit, & ad tales effectus tantum producendos, non poteſt mutari. In propoſito igitur dico, quòd non repugnat effectum eſſe contingentem, & cauſam remotam, ſiue illa ponatur prima ſimpliciter, ſiue non, eſſe ſimpliciter neceſſariam. Et hoc conuincitur in ſyllogiſmis, ubi concluſio contingens ſequitur ex maiore neceſſaria, & minore contingente, & ex primis principijs neceſſariis omnes propoſitiones pendent. Conuincitur etiam ratione, quia pluralitas ab unitate, motus ab immobili, difforme ab uniformi oportet quod procedat. Sed contingens habet rationem pluralitatis, motus, & difformitatis, quia poteſt aliter ſe habere. Neceſſarium autem, unius immobilis, & uniformis, quia impoſſibile eſt aliter ſe habere, ergo contingens a neceſſario, & non econuerſo procedit naturaliter, ac per hoc non repugnat, ſed conſonat contingenti, quod a ſimpliciter neceſſario ortum habeat. Conuincitur etiam euidentia caſualium, quæ apud nos accidunt, ut in litera dicitur, niſi quis neget ueram contingentiam in iſtis inferioribus. Suadetur quoque authoritate Ariſto. & Auer. & plurium Philoſophorum.

¶ Nec ſuſtinendus eſt Scotus in 2. diſt. 1. q. 3. dicens, quod Philoſophi conceſſerunt latenter duo contradictoria, dicendo aliquid contingenter fieri, & primam cauſam neceſſario cauſare. Nec rationes eius hoc deducunt. Vnde ad primam, quæ eſt eius Achilles, quam toties replicauit, reſpondetur ex duplici capite, diſtinguitur enim primo ly inquantum mota ab alia, aut oſtendit cauſam præciſam, aut concauſam. ſi præciſam, ſic illa propoſitio implicat in adiecto, ſi enim cauſa ſecunda eſt cauſa, ergo non præciſe mouet, quia mota, ſed etiam ex ſe aliquid confert. Et ſi præciſe mouet quia mota, nihil ex ſe confert, & ſic non eſt cauſa. Si uero

uero concauſam, principalem tamen, negatur aſſumptum, quoniam ſtat, quòd neceſſario moueatur, & non neceſſario moueat aliud, quia motio cauſæ prioris modificatur in cauſa ſecunda, ſecundum modum ipſius cauſæ ſecundæ. Et ſic, licet a prima cauſa moueatur neceſſario ſecunda, recepta tamen motio in ſecunda, ſi ſecunda cauſa imaginetur contingens, modificatur contingentia recipientis. Et quoniam prius natura modificatur, quam impellat ad mouendum, motio illa iam modificata ad cauſam contingentem, mouebit ſecundam ad mouendum non neceſſariò, ſed contingenter. Et ſi cauſa ſecunda ponatur cauſa naturalis, poſſibilis tamen deficere motio illa iam modificata ad naturam cauſæ ſecundæ, mouebit illam ſecundam ad mouendum non neceſſariò, ſed ut in pluribus iuxta modum proprium ipſius cauſæ ſecundæ, & non primæ. Et ſic patet ruina totius Scotici ædificii ex uno capite. Rurſus diſtinguitur ly mota ab alia, altera diſtinctione, ſcilicet aut motione præuia propriæ actioni, ſicut aqua calefacit calefacta ab igne, aut motione cooperante intrinſece ad propriam actionem. Primo modo, dato quod eſſet uera, aut ſuſtentabilis, ſecūdo tamen modo ſuſtineri non poteſt dicta propoſitio, quoniam cauſa cooperans intrinſece, cooperatur unicuique ſecundum modum eius cui cooperatur. Talis eſt autem cooperatio primæ cauſæ, de qua ſcriptum eſt, quòd attingit a fine uſque ad finem fortiter, & diſponit omnia ſuauiter, iuxta ſcilicet modum cuiuſq; cooperans vnicuique Ad ſecundam uero obiectionem dicitur, quod illa prioritas uniuerſaliter non eſt ſecundum aliquam quaſi durationem naturæ, ut in uno inſtanti naturæ effectus attingatur a prima cauſa. & in alio a ſecunda, ut arguens imaginatur, ſed eſt ſecūdum independentiam & immediationem uirtutis, quia prior independentius, & immediatius immediatione uirtutis attingit effectum quam ſecunda, in eodem tamen inſtanti naturæ effectus ab utraque attingitur. Nec propterea ſequitur, ergo ſimul ſuſcipit neceſſitatem & contingentiam, quia non attingitur a prima ſecundum ſe & ſeorſum, ſed modificata in ſecunda, ſed ſequitur, ergo ſuſcipit contingentiam a duabus cauſis ſimul neceſſaria & cōtingente. Ad tertiam & quartam obiectiones dicitur, quod non eſt contra hoc, quod modo diſcutimus in communi, ſed deſcendunt ad cauſalitatem cauſæ primæ de facto. Et propterea patebit nunc quid dicendum.

¶ Quo ad ſecundum igitur, ſcilicet quomodo prima cauſa de facto, cauſet, breuiter dicitur, quod prima cauſa proprie loquendo, nec eſt cauſa neceſſaria ſimpliciter, neque contingens, ſed ſuperior utraque. Nec habemus magis proprium uocabulum, quam ut dicatur, quod eſt cauſa libera. Neceſſitas enim ſimpliciter repugnat libertati contingentia uero imperfectionem in libertate importat, quia ponit mutabilitatem, & idcirco D. Thom in 1. ſent. diſt 38 præueniens inepta modernorum uocabula, negat Deum cauſare contingenter. Cum enim regulare ſit, quod ſuperius præhabet in ſe unite, quæ inferioribus ſunt ſparſa, conſequens eſt ut cauſa prima ſuperior neceſſariis & contingentibus, præhabeat in ſe non formaliter, ſed eminenter naturam, & modum cauſarum neceſſariarum & contingentium, & ſit cauſa utrorumque, & cooperetur utriſque ad earum proprios effectus ſecundum modos earum. Et propterea nos, quibus omnis cauſa uidetur neceſſaria, aut contingens, ſtupemus, non præualentes uidere, quomodo una cauſa ſit communis neceſſariis & contingentibus immediate. Sed ſi eleuemus mentis oculos in excellentius genus cauſæ, eminentioremque cauſandi modum, ceſſat ſtupor, & omnia conſonant, quamuis remaneamus in caligine, non intuentes illum modum, quo omnibus intrinſece illabens, cunctis iuxta ſuos modos cooperatur, & hoc eſt ualde attendendum in huiuſmodi materijs. Appellatur tamen Deus, uel eius ſcientia, cauſa neceſſaria, propter neceſſitatem non ſimpliciter, ſed immutabilitatis, quæ in eo etiā inquantum cauſa formaliter ſaluatur. Vnde cum quæritur, utrum prima radix contingentiæ ſit diuina uoluntas, an cauſæ proximæ. Reſpondendum eſt cum duplici diſtinctione circa ſenſum quæſiti. Prima eſt, de ly diuina uoluntas, poteſt enim intelligi diuina uoluntas, ideſt contingentia in diuina uoluntate, ut moderni intelligunt, & ſic reſpondendum eſt negatiuè. Tum quia ſupponit falſum, ſcilicet uelle diuinum eſſe contingens, cum non contingens, nec neceſſarium, ſed liberum & neceſſarium immutabilitatis neceſſitate ſit. Tum quia etiam ſi uoluntas diuina neceſſariò ſimpliciter cauſaret, adhuc ſaluari poteſt contingentia, ut patet ex dictis, propter modificatam pertingentiam ad effectus ultimarum cauſarum defectibilium, aut ad utrumlibet. Poteſt etiam intelligi diuina uoluntas abſolute, ideſt efficacia ſui uelle, & ſic reſpondetur cum diuo Thoma affirmatiuè quoniam diuina uoluntas eſt cauſa adeo efficax, ut ſuo imperio efficiat & neceſſaria, & contintia. Secunda autem diſtinctio eſt de ly, prima radix. Poteſt enim intelligi prima, ideſt propria, & dicendum eſt negatiuè, ut patet ex dictis. Poteſt quoque intelligi prima, ideſt principalis, & primaria, & ſic patet, quod reſpondendum eſt affirmatiue. Ex his autem patet quid ad tertiam, & quartam obiectionem Scoti dicendum eſt, concedendo enim aſſumpta, dicitur quod illa eſſent contingentia propter efficaciam primæ cauſæ, & propter ſupplementum

rem supplens uicem causæ contingentis, in tertia obiectione, & ipse est causa proxima, in quarta obiectione, non contingens formaliter, sed contingens uirtualiter, ut patet ex dictis. Sensus autem uerborum literæ in responsione ad secundum, & tertium, quo ad hoc, Res scitæ relatæ ad scientiam Dei sunt necessariæ, nihil obstat proposito, quoniam non est ibi sermo de rebus scitis relatis ad scientiam Dei ut causam, sed ut scientiam. Si enim omnia scita referantur ad scientiam diuinam, ut effectus ad causam, sic quædam sunt necessaria, & quædam contingentia. nec aliquid est simul necessarium & contingens, nec aliquid habet habitudinem necessariam ad talem causam ex parte causæ, seu (rectius loquendo) nec ad aliquid habet habitudinem necessariam talis causæ, sed liberam ad omnia & immutabilem, ut patet ex dictis. Si autē referantur ad diuinam scientiam ut scientiam, cum omne scitum, ut sic, sit impossibile aliter se habere, ut patet primo Posteriorū, sic omnia scita sunt necessaria, non in se simpliciter, sed ex suppositione, secundum eam dispositionem, ex qua habent quod sint scita, idest terminantia diuinum intuitum, hoc est dictu, quod licet cursus Socratis sit in se & simpliciter contingens, tamen cursus Socratis supposito quod sit, necessarius est, dum est, ut patet primo Perihermenias. Et si adiungas his, quod cursus Socratis non est capax, ut terminet intellectum certū, nisi ut præsens dum est, consequens erit, quod cursus Socratis relatus ad diuinam scientiam ut sic, est necessarius, idest, in statu necessitatis, quamuis in se sit contingens, & relatus ad causas proximas sit contingens. Et sic patet, & ratio, & sensus omnium, & responsio ad obiecta. Benedictus Deus.

¶ In responsione ad secundum tria sunt ambigua. Primum est: quod illud antecedens est absolute necessarium. Secundum est, illa regula. Quando in antecedente ponitur aliquid pertinens ad actum animæ, consequens est accipiendum non secundum esse quod habet in se, sed in anima. Tertium est applicatio huius ad propositum.

¶ Circa primum diligenter aduerte, quod disceptantibus de hoc, æquiuocatio pabulum præbet, adeoque abducit, ut Thomistæ quidam cæcutiant in medio lumine, glosantes literam contra eius intentionem. Scito igitur, quod quæstio de necessitate scientiæ, uel præscientiæ Dei respectu futurorum, potest, quantum ad propositum spectet, dupliciter discuti. Primo absolute, & secundū rem. An scilicet Deus necessario sciat, A, esse futurum, & hæc quęstio clara iam est, quia non necessario absolute, sed libere nouit, A, esse futurum, cum quo tamen stat, quod necessario necessitate immutabilitatis, nouit, A, esse futurum, ut patet ex dictis. Et in hoc, nescio Doctorem aliquem discordare. Sed hoc est extra propositum præsentis argumenti, quod uim propositionum discutit, non rerum absolute. Alio modo potest discuti, ut significatur per tales propositiones, & sic de ea in hoc argumento est sermo. Vnde licet primo modo, idest secundum rem absolute, nulla sit differentia inter illam, Deus scit a. futurum, & illam, Deus sciuit a. futurum, quia scientia Dei in se est æterna, nec transit in præteritum &c. Magna tamen differentia est inter eas secundo modo, quia in prima significatur scire Dei, ut præsens, in secunda uero, ut præteritum. Et ideo tanta est differentia inter eas, quanta inter necessitatem propositionis de præsenti, & de præterito in materia contingenti, accipiendo contingens, ut est differentia materiæ propositionum, cum distinguitur triplex materia propositionum, scilicet remota, necessaria, & contingens. Constat autem ex communibus, quod inter propositionem de præsenti & præterito ueram, in materia contingenti, puta Socrates sedet. & Socrates sedit, hæc est differentia, quod illa de præsenti non est necessaria absolute, quamuis sit necessaria cum appositione, dum sedet, ut dicitur in primo periherm. Ista uero de præterito est necessaria absolute, ut patet ex contradictoriis earum, huius enim contradictorium est simpliciter impossibile, etiam per diuinam potentiam, scilicet Socrates non sedit. Illius uero contradictorium absolute est possibile, scilicet Socrates non sedet. Quia quamuis uere sedeat, non tamen necessario, sed qui iam sedit, non solum uere sedit, sed necesse est ipsum sedisse. quoniam impossibile est ipsum non sedisse. Hoc enim solo priuatur Deus, ingenita facere quæ facta sunt, dixit Agathon 6. Ethicor. Cum igitur omnis propositio uera de præterito, sit necessaria, consequens est, quod licet illa sit contingens, Deus uult, A, fore, ista tamen necessaria, Deus uoluit, A, fore. Et similiter licet hæc sit contingens, Deus scit, A, fore. ista tamen est necessaria, Deus sciuit, A, fore. Et sic patet, quam optime, ac subtiliter D. Thom. in litera dixerit, quod illud antecedēs, Deus sciuit, A, foræ, est necessarium absolute. Et quod non intendit quod si tantum necessarium, idest immutabile (ut quidam glosant, & male) nam frustra addidisset ly absolute, & laborasset alios reprehendendo. Patet etiam quod nihil officit necessitati absolute illius, transitus actus sciendi super futuro contingenti, quātumuis multum hoc referat, loquendo de scientia Dei absolute. Patet etiam, quod posteriores non uidentur intellexisse hunc locū. Et ideo uentilantes hoc argumentum, ad scientiam Dei in se absolute, & propositiones de præsenti diuerterunt, ac si æquiualerent

rent

rent illis de præterito. hæc de primo.

¶ Quo ad secundum Greg. de Arimino in 1. dist. 38. arguit hanc regulam falsitatis, quia ualet, Scio lapidem esse materialem, ergo lapis est materialis, & tamen constat, quod consequens intelligitur de lapide in seipso, & non secundum esse quod habet in anima. Et similiter possunt afferri mille instantiæ, puta, Scio Socratem currere, ergo Socrates currit &c.

¶ Ad hoc dicitur, quod ista regula formaliter & bene intellecta, est uerissima. Formaliter quidem. Tum quia intelligenda est de consequente quo ad id, quod infertur in eo ex ui actus animę positi in antecedente, & non ex aliquo alio assumpto in antecedente. Tum quia intelligenda est de illo ex ui actus animę illato ut sic, seu inquantū infertur ex tali actu, & non absolute. Bene autem, quia esse in anima, & ly esse in se non sic interpretanda sunt ut prima facie apparet, prout scilicet esse in anima distinguitur contra esse in rerum natura. Sed ly esse in anima sumitur hic, ut est commune ad illum modum essendi, quo distinguuntur entia in anima ab entibus extra animam, & ad illud esse seu illam dispositionem, qua res terminat actum animæ. Esse uero in se sumitur hic stricte, pro esse quod debetur ei absolute, ut sic, id est inquantum conuenit ei absolute, siue tale esse conueniat sibi secundum prædicata quidditatiua, Puta, homo est animal, siue secundum prædicata existentiæ, ut Socrates est, aut currit. Ita quòd sensus regulæ est, quod quando in antecedente ponitur aliquid pertinēs ad actum animæ, consequens inquantum sequitur ex ui illius actus animæ, est intelligendum secundum esse quod habet in anima, idest secundum esse obiectiuum, uel secundum conditiones in obiecto terminantes actum animæ, & non secundum esse qđ habet in se, idest, & non est illud intelligendum absolute & simpliciter, ut sic. Quod autem regula sic intellecta sit uerissima, probatur, quia actus animæ, de quibus est sermo, sunt immanentes, nec sunt nisi cognoscere & appetere. Tales autem actus ut sic, nihil ponunt in suis obiectis, & ideo quod ex eorum ui infertur conuenire obiectis ut sic, non conuenit rebus obiectis absolute. Dico autem ut sic, quia gratia materiæ propter coincidentiam cōuenientium absolute alicui, & illatorum de eodem ex ui actus animæ, contingit id quod infertur ex actu animæ conuenire rei absolute, & in se, sed hoc accidit illato inquantum pendet ex actu animæ. Vnde cum ista consequentia, scio Socratem cursurum, ergo Socrates curret, sit optima, & cōsequentia teneat ex ui actus sciēdi, quia scilicet est certus, uerus, & infallibilis, consequens non est accipiendum in se, id est tanquam una propositio uera, certa & infallibilis per se ipsam seorsum, sed ut consequens ex tali antecedente, i. ergo Socrates curret, ea ueritate, certitudine & infallibilitate, qua scitur cursurus. Et hoc ideo dictū est, quia actus animæ non infert in eo aliam certitudinem, ueritatem, & infallibilitatē. Ista uero consequentia, scio hominem esse corruptibilem, ergo est corruptibilis, est bona, sicut præcedens, & formaliter intellecta infert consequens intelligendum sicut præcedens, sed gratia materiæ, consequens etiam seorsum sumptum, est certum. Quod autem hæc sit mens literæ, patet ex eo quod in litera sub ly esse in anima, duo subsumuntur. Alterum pertinens ad esse obiectiuum in illo exemplo, intelligendo lapidem, ergo lapis est immaterialis. Alterum spectans ad conditionem inhærentem rei obiectæ, qua res terminat actum animæ in illa propositione, quæ est consequens conditionalis propositæ, scilicet a, erit, exponendo quod debet accipi, ut subest diuinæ scientiæ, idest, ut est in sua præsentialitate. Constat enim quod de esse in actu præsentialiter ipsius a, in rerum natura loquitur. Illud enim est illa conditio, secundum quam terminat diuinum intuitum, ut patet ex dictis Et si iunxeris simul, quod esse in actu conuenit a, in seipso, & quod accipere a, ut terminat scientiam Dei, idest, secundum suam præsentialitatem, non est accipere a, in se ipso, sed secundum quod est in anima; manifeste uidebis quod a, tunc tantum sumitur secundum esse in se, quando sumitur secundum id quod conuenit ei absolute ut sic, & non ut infertur ex actu animæ, ut exposuimus.

¶ Et sic patet responsio ad obiecta, quia materialiter militant, non formaliter, & male interpretantur, ly esse in anima, hæc de secundo.

¶ Quo ad tertium s. applicationem regulæ ad proposita ambiguitas surgit.

¶ Primo quia in litera committitur implicatio in adiecto, dicēdo quod consequens sumitur ut subest scientiæ Dei, scilicet prout est in sua præsentialitate: implicat enim quod aliquid si sumitur ut futurum ut sic, sumatur ut præsens. Constat autem quod in consequente dicente, a erit, a sumitur, ut futurum, ergo non stat quod hoc consequens significans a ut futurum, sumatur ut præsens, quamuis stet, quod res futura sumatur ut præsens. Aliud enim est iudicium de ipsa re absolute, & de ipsa ut significata per orationem de futuro, ut patet ex dictis, unde non uidetur intelligibile quod hoc consequens, a erit, sumatur ut præsens, quia si sumitur ut præsens, iam non est ly a, erit, sed a est, & si est illa propositio, a erit, iam non sumitur ut præsens. Secundo dubitatur, quia incompacta, & dissona uidetur responsio hæc, quoniam antecedens

tecedens

tecedens accipit scientiam ut significatam in præterito, & non ut æternitate mensuratam. Et consequens accipiendum dicit, ut præsens; hæc enim non congruunt ad inuicem, eo quod, ut patet ex dictis, res ut præsens respondet æternitati, & actu cognitionis, ut mensuratur æternitate. Tertio dubitatur, quia ista responsio dato quod sit uera, non tamen est sufficiens, quia tota responsio recurrit tandem ad necessitatem rei sua præsentialitate. Ex dictis autem superius constat, quòd etiam sublata illa ratione præsentialitatis rerum ad æternitatem, adhuc Deus hēt certā notitiā cōtingentium, propter rationes rerum apud se præsentes. Igitur cum hoc argumentum militet simpliciter, & non secundum illam rationem tantum, ut in litera fit: ergo insufficiens.

¶ Ad euidentiam horum prædeclarandus est sensus literæ. Ad cuius perceptionem nota, quòd illud consequens uerum, s. a, erit, claudit duo, scilicet futuritionem ipsius a, & præsentialitatē quandoque ipsius a. Oportet enim ad eius ueritatem utrunque cōcurrere, & quòd sit futurum, & quòd quandoque illa de secundo adiacente de præsenti sibi correspondens scilicet a est, sit uera. Cum autem (ut ex dictis patet) a in sua tantum futuritione inspectum, non sit certe intuitus capax, propter sui defectum, quia scilicet nō habet rationem certi cognoscibilis, oportet quòd a ut præsens sumatur ad hoc ut certi intuitus terminus sit. Ac per hoc illud consequens, a erit, quum ratione futuritionis non sit terminus certi intuitus, quòd a quandoque sit, relinquitur quod ratio, quare terminet certum intuitum est inclusa in eo propositio de præsenti sibi correspondens scilicet a est, ita quod istud consequens, a erit, non aliunde certo intuitu cognoscitur uerum, nisi quia uidetur ista sibi respondens, & inclusa in eo, scilicet a est quandoque. Est igitur sensus literæ, quod ista propositio, scilicet a erit, quæ est cōsequens in conditionali proposita, potest sumi dupliciter. Primo absolute, & sic non est necessaria, & potest sumi ut substat diuinæ scientiæ id est, ut est terminus intuitus certi & infallibilis, & sic est necessaria illo necessitatis modo, quo ista est necessaria, a est dum est, quia ly a erit, est terminus diuini intuitus inquantum includit in se illam de præsenti, scilicet a est, & non inquantum est futurum.

¶ Ad primam ergo obiectionem negatur, quod hic sit implicatio in adiecto, quoniam hic non accipitur futurum formaliter, ut præsens, sed est explicatio & distinctio inclusorum in propositione de futuro. Distinguitur hic præsentialitas futura ipsius a, contra futuritionem eius, & utraque clauditur in illo consequente. Et docetur, quod illud consequens, est certe cognitionis capax, ratione præsentialitatis, & non ratione futuritionis. Et quia sub præsentialitate, est necessarium sequitur, quod hoc consequens sumptum secundum eam dispositionem in qua subest diuinæ scientiæ sit necessarium, ubi patet nullam intercedere implicationem.

¶ Ad secundam autem obiectionem facilè dicitur, quòd actus sciendi in Deo per uerbum præteriti temporis, non consignificatur ut præteritus, consignificaretur enim falso, sed consignificatur ut coexistens præterito. Nihil autem obest æternitati actus coexistentia a, ad præteritum, immo eam concomitatur.

¶ Ad tertiam autem dicitur breuiter, quòd obiectio procedit ex malo intellectu literæ. Non enim responsio ista fundatur super æternitate actus, aut super coexistentia rerum ad æternitatē, ut obiectio supponit, sed fundatur super dispositione, secundum quam res est scibilis, aut non scibilis. Res enim contingens futura ut sic, non est scibilis, sed ut præsens est scibilis, ut patet ex dictis, & hoc est uerum, siue sciatur præsentialitas rei ratione æternitatis, siue ratione idearum in mente diuina repræsentantium res cum conditionibus existentiæ, siue ratione essentiæ diuinæ repræsentantis prædicta in ratione speciei intelligibilis, siue ratione specierum infusarum in mente alicuius, puta alicuius angeli, uel animæ Christi. Nihil enim refert in proposito, quo quis modo ponat præsentiam rei cognosci. Sat est in proposito, quod consequēs non est cognoscibile certe, nisi ratione præsentialitatis inclusæ corresponsiue.

¶ In responsione ad tertium omnia ex prædictis patent. Illud tamen aduerte, quod in principio responsionis ubi assignatur differentia inter necessitatem sciti a nobis, & a Deo, quia illud dupliciter, oportet esse certum, s. in se, & ut subest scientiæ, hoc autem ut scitum tantum. Redditur ratio huius differentiæ ex æternitate intuitus diuini. Et quidem ratio est bona sufficiensque, sed non est sola, quare caue ne fallaris.

Ferr. 1. cont. c. 58.
Aegi. 15. d. 38. q. 2. a. prin.
Cap. 1. d. 35. q. 2. a. 2. con. 6. con. 4.
Alb. Mag. prima dis. 39. art. 5.
Pet. de Pa. 1. s. d. 38. q. 2.

Infra q. 16. a. 7. primũ. & 1. d. 38. a. 3. & d. 41. a. 5. c. & 1. con. 58. sextũ. & c. 59. Et ue. q. 2. a. 7

ARTICVLVS XIIII.

Vtrum Deus cognoscat enuntiabilia.

AD DECIMVMQVARTVM sic proceditur. Videtur quod Deus non cognoscat enuntiabilia. Cognoscere enim enuntiabilia conuenit intellectui nostro, secundum quòd componit & diuidit. Sed in intellectu diuino nulla est compositio. Ergo Deus non cognoscit enuntiabilia.

¶ 2 Præt. Omnis cognitio fit per aliquam similitudinem. Sed in Deo nulla est similitudo enuntiabilium, cum sit omninò simplex. Ergo Deus non cognoscit enuntiabilia.

SED CONTRA est, quod dicitur in Psal. 93. Dominus scit cogitationes hominum. Sed enuntiabilia continentur in cogitationibus hominum. Ergo Deus cognoscit enuntiabilia.

RESPON. Dicendum, quòd cum formare enuntiabilia sit in potestate intellectus nostri, Deus autem scit quicquid est in potentia sua, uel creaturæ, ut supra * dictum est, necesse est quod Deus sciat omnia enuntiabialia, quæ formari possunt. Sed sicut scit materialia immaterialiter & composita simpliciter, ita scit enuntiabilia non per modū enuntiabilium, quod scilicet in intellectu eius sit compositio uel diuisio enuntiabilium, sed unumquodque cognoscit per simplicem intelligentiam intelligendo essentiā vniuscuiusque. Sicut si nos in hoc ipso quod intelligimus quid est homo, intelligeremus omnia, quæ de homine prædicari possunt. Quod quidem in intellectu nostro non contingit, qui de uno in aliud discurrit, propter hoc, quod species intelligibilis sic repræsentat unum, quod non repræsentat aliud. Vnde intelligendo quid est homo, non ex hoc in ipso alia quæ ei insunt, intelligimus, sed diuisim secundum quandam successionem. Et propter hoc, ea quæ seorsum intelligimus, oportet nos in unum redigere, per modum compositionis, uel diuisionis enuntiationem formando. Sed species intellectus diuini, scilicet eius essentia, sufficit ad demonstrādum omnia. Vnde intelligendo essentiam suam, cognoscit essentias omnium, & quæcunque eis accidere possunt.

AD PRIMVM ergo dicendū, quod ratio illa procederet, si Deus cognosceret enuntiabilia per modum enuntiabilium.

AD SECVNDVM dicendum, quod compositio enuntiabilis significat aliquid esse rei. Et sic Deus per suū esse quod est eius essentia, est similitudo omnium eorum, quæ per enuntiabilia significantur.

SVP. Q. XIIII.

ART. XIIII.

CONCL. Necesse est, quod Deus sciat omnia enunciabilia, quæ formari possunt, non per modum enunciabilium, sed per simplicem intelligentiam.

¶ PROB. 1. Quia Deus scit quæcunque sunt in potentia creaturæ, & in huiusmodi potentia est formare enūciabilia. Secunda autē pars, scilicet non per modum &c. probatur. Quia in intellectu Dei non est compositio neque diuisio. Tertia autem pars, scilicet sed per &c. probatur. Quia intellectus diuini species (hæc est essentia diuina) repræsētat ei omnia simul.

ar. 9. huius quæst.

1[m] de maiori.

Enūciabilia. B. Per modum enunciabilium, nō aliter. §. Tunc &c. Nā per conclusionem patent omnia.

2[m] de maiori.

Similitudinem. B. Vel formalem, uel eminentem. § Tunc &c. Nam in Deo est aliqua enūciabilium similitudo eminens, quæ est diuina essentia, licet non similitudo formalis, propter rationem adductā in argumento.

APPENDIX.

EX articulo habes primo, quomodo per rationem demonstres, merito esse dictū de Deo a Sapiē 8. Scit uersutias hominum, & sermonum, & dissolutiones argumētorum. Item ab Eccl. 42. Dominus scit omnē scientiam, non præterit eū ullus cogitatus nec ullus sermo. Item ab Apostolo Hebr. 4. nō est ulla creatura inuisibilis apud Deum. Subsume tu. Sed scientia nostra, puta metaphysica, continet enunciabilia, uersutię sermonum, argumentorum, enunciabilia, & ipsa enunciabilia sunt aliquæ creaturæ, ergo Deus, cum sciat omnia hæc per sci-

Vtilitas p Ecclesia S. Dei.

scripturas hic recensitas, scit enunciabilia. Item ab Isa. quinquagesimoquinto. Cogitationes meæ non sunt cogitationes uestræ, neque uiæ meæ uiæ uestræ, dicit Dominus. Subsume tu. Sed cogitationes aliquæ nostræ sunt enunciabilia per modum enunciabilium, ergo Deus per modum enunciabilium enunciabilia nõ cognoscit. Cognoscit ergo suo modo illa, non nostro modo. Nam & de unoquoque loquendum est, ac sentiendum, secundum modum conformem non mihi & illi, & illi, sed conformem rei ipsi, de qua loquimur. Secundo uides, quomodo uicissim ex his firmetur conclusio.

Comm. Cardinalis Caietani.

Titulus clarus.

¶ In corpore duo. Primo respondet quæsito, quod sic. Secundo quomodo.

¶ Quo ad primum conclusio respõsiua quæsito affirmatiuè est. Deus scit enunciabilia, probatur. Deus scit quicquid est in potentia tam sua, quam creaturæ, sed enuntiabilia sunt in potestate nostra, ergo Deus scit omnia illa.

¶ Quo ad secundum ostenditur modus, quo Deus cognoscit enuntiabilia una conclusione. Deus scit enuntiabilia non componendo & diuidendo, sed per simplicem intelligentiam, id est, non per modum secundæ operationis intellectus, sed primæ. Probatur dupliciter. Primo a simili. Deus scit materialia immaterialiter, composita simpliciter, ergo enuntiabilia, non enuntiando, sed intuendo. Et declaratur quomodo hoc esse possit, exemplo ficto in intellectu nostro, si intelligendo quid hominis, intelligeremus ipsum esse album &c. Secundo ratione. Species intellectus diuini, id est, eius essentia, sufficit ad demonstrandum omnia, ergo Deus intelligendo essentiam suam, intelligit essentias omnium, & quæcumque eis accidere possunt. Antecedens patet, consequentia fundatur super hoc, quod ratio necessitans ad intelligendum componendo & diuidendo est, quia species intelligibilis est limitata in repræsentando, quod probatur in litera sic. Species intelligibilis repræsentat sic unum, quod non aliud. ergo intelligendo per illam speciem unum, puta quid est homo, non intelliguntur alia, quæ ei accidunt, seu possunt accidere, ergo diuisim homo, & accidentia intelliguntur, ergo oportet a in unum redigere componendo, ut intelligamus unum inesse alii, igitur de primo ad ultimum, si species repræsentat sic unum, quod non aliud, intellectus cogitur componere. Et quia si affirmatio est causa affirmationis, negatio est causa negationis, in causis propriis, consequens est, quod si species intelligibilis repræsentat sic unum, quod etiam alia, quod nulla est componendi necessitas, sed simpliciter intuitu obiecti per illam speciem repræsentati omnia intelliguntur, ut consequentia assumpta dicebat.

¶ Aduerte hic, quod ista uerba literæ possunt dupliciter accipi. Primo ut limitatio speciei intelligibilis in repræsentando, sit ratio componendi, & diuidendi. Et hic sensus est falsus, & contra mentem Sanct. Thom. inferret enim quod angeli componendo intelligerent, quoniam habent species limitatas. Secundo ut limitatio talis, id est, respectu eorum, quæ nata sunt alicui conuenire, sit ratio componendi. Et hic sensus est uerus & intentus. Verus quidem, quia ex hoc, quod species ita repræsentat subiectum, & non prædicatum, oritur compositio. Et non ex hoc quod repræsentat subiectum, & non quodcunque aliud omnino impertinens tali subiecto. Intentus autem, quia & in litera bis hoc innuitur. Primo in exemplo de homine, cum dicitur, intelligeremus omnia, quæ de homine prædicari possunt.

¶ Secundo cum in ratione infertur sequendo idem exemplum. Non ex hoc ipso alia, quæ ei insunt, intelligimus. Verum de hac materia in tractatu de Angelis diffusè dicetur inferius.

Aegid. 1. 5. d. 38. q. 1. 3. prin.
Cap. 1. d. 35. q. 2. ar. 2. conc. 9.
Alb. Mag. d. 1. dist. 41. art. 5.
Banens ar. 15.

94

Inf. q. 19. ar. 7. cont. & 1. d. 38. a. 2. & a. 5. cont. & d. 39. q. 1. ar. 5. quintũ. & uerit. q. 2. art. 5.

SVP. Q. XIIII. ART. XV.

CONCL. Oportet scientiam Dei esse omnino inuariabilem.

¶ PROB. Quia scientia Dei est eius substantia, & eius substãtia est omnino inuariabilis.

1^m de minori.

Ad creaturam. ℞. Secũdum ꝙ in seipsa est, nõ sm quod in seipsa in Deo est. §. Tunc &c. ut patet. Duæ responsiones in litera datæ quarum secunda est ibi, uel aliter dicendum est, & ex aliquo modo licet differant, tamen faciliter reducuntur in idẽ, & ideo diuisim hic nõ formalizantur. Cæterum si uis uidere primum responsum formalizatum uide q. 13. ar. 7. ad tertium.

2^m de maiori.

Potest scire. ℞. Ita ꝙ id oẽ ab æterno sciat, non ita quod eius aliquid quandoque de nouo sciat. §. Tunc nihil &c. Non enim sequitur quod si Deus põt plura facere quam faciat; possit plura scire quam sciat. Quoniam ab æterno sciuit Deus & se posse plura facere quã faciat, & quæ sint illa plura quæ potest facere, quæ tamen nunquã faciet. Vides ergo manifestè, quod numquam aliquid scit de nouo, sed neque aliquid Deus potest de nouo, licet effectus aliquis fiat, uel fieri possit ab ipso, de nouo.

Tertium

ar. 1. huius quæst. q. 9. art. 1.

ARTICVLVS XV.

Vtrum scientia Dei sit uariabilis.

AD DECIMVMQVINTVM sic proceditur. Videtur, quod scientia Dei sit uariabilis. Scientia, enim relatiue dicitur ad scibile. Sed ea, quæ important relationem ad creaturam, dicuntur de Deo ex tempore, & uariantur secundum uariationem creaturarum. Ergo scientia Dei est uariabilis secundum uariationem creaturarum.

¶ 2 Præt. Quicquid potest Deus facere, potest scire, sed Deus potest plura facere quam faciat. Ergo potest plura scire quam sciat. Et sic scientia sua potest uariari secundum augmentum, & diminutionem.

¶ 3 Præt. Deus sciuit Christum nasciturum. Nunc autem nescit Christum nasciturum, quia Christus nasciturus non est. Ergo nõ quicquid Deus sciuit, scit. Et ita scientia Dei uidetur esse uariabilis.

SED CONTRA est, quod dicitur Iacob. 1. quod apud Deum non est transmutatio, neque uicissitudinis obumbratio.

RESPON. Dicendum, quod cum scientia Dei sit eius substantia ut ex † dictis patet, sicut substantia eius est omnino immutabilis, ut supra * ostensum est, ita oportet scientiam eius omnino inuariabilem esse.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod dominus, & creator, huiusmodi important relationes ad creaturas secundũ quod in seipsis sunt. Sed scientia Dei importat relationem ad creaturas, secundum quod sunt in Deo, quia secundum hoc est unumquodque intellectum in actu quod est in intelligente. Res autem creatæ sunt in Deo inuariabiliter, in seipsis autem uariabiliter. * Vel aliter dicendum est, quod dominus, & creator, & huiusmodi important relationes, quæ consequuntur actus, qui intelliguntur terminari ad ipsas creaturas secundum quod in seipsis sunt, & ideo huiusmodi relationes, uarie de Deo dicuntur secundum uariationem creaturarum. Sed scientia, & amor, & huiusmodi important relationes, quæ consequuntur actus, qui intelliguntur in Deo esse. Et ideo inuariabiliter prædicantur de Deo.

Secunda responsio.

AD SECVNDVM dicendum, quod Deus scit etiam ea, quæ potest facere, & non facit. Vnde ex hoc, quod potest plura facere, quam facit, non sequitur quod possit plura scire, quam sciat, nisi hoc referatur ad scientiam uisionis, secundum quam dicitur scire ea, quæ sunt in actu secundum aliquod tempus. Ex hoc tamen quod scit, quod aliqua possunt esse, quæ non sunt, uel etiam non esse, quæ sunt, non sequitur quod scientia sua sit uariabilis, sed quod cognoscat rerum uariabilitatem. Si tamen aliquid esset, quod prius Deus nesciuisset, & postea sciret, esset eius scientia uariabilis, sed hoc esse non potest, quia quicquid est, uel potest esse secundum aliquod tempus, Deus in æterno suo scit. Et ideo ex hoc quod ponitur aliquid esse secundum quodcumque tempus oportet poni quod ab æterno sit scitum a Deo. Et ideo non debet concedi, quod Deus possit plura scire quam sciat, quia hæc propositio implicat quod ante nesciuerit, & postea sciat.

D. 295.

AD

3m conclusio. Ergo non &c. R. Si ad enunciabilia referatur, non si referatur ad immutationē diuinæ sciētiæ i seipsa. §. Tūc ergo negatur illa cōsequētia scilicet, & ita scientia Dei est uariabilis. Nam in seipsa (ut conclusio intēdit) semper immutabilis perseuerat, etiā quod mutabilia sciat.

D. 478.

APPENDIX.

Vilitas p Ecclesia S. Dei. In prędicamen.ca. de substantia, declinādo ad ti. 10. 1.

Ex articulo habes primo, quomodo per rationem interimas hæreses Agnoetarum quæ & supra ar. 7. adducta est, dicentem, Deus quod non extat &c. Item Secundini dicentis, Deus est mutabilis. Cum enim scientia Dei sit Deus, si Deus est mutabilis sequitur

Ad tertium dicendum, quod antiqui nominales dixerunt, idem esse enuntiabile Christum nasci, & esse nasciturum, & esse natū, quia eadem res significatur per hęc tria. s. natiuitas Christi, & secundū hoc sequitur, quod Deus quicquid sciuit sciat, quia modo scit Christū natum, quod significat idem ei, quod est Christum esse nasciturū. Sed hæc opinio d falsa est. Tum quia diuersitas partium orationis diuersitatem enuntiabilium causat. Tum etiam quia sequeretur, quod propositio, quæ semel est uera, esset semper uera, qd est contra Philosophum, * qui dicit, quod hæc oratio, Sor. sedet, uera est eo sedente, & eadem falsa est, eo surgente. Et ideo concedendum est, quod hæc non est uera, quicquid Deus sciuit scit, si ad enuntiabilia referatur, sed ex hoc non sequitur, quod scientia Dei sit uariabilis. Sicut enim absque uariatione diuinæ scientiæ est, quod sciat unā, & eadem rem quandoque esse, & quandoque non esse, ita absque uariatione diuinæ scientiæ est, quod scit aliquod enuntiabile quandoq; esse uerum, & quandoque esse falsum. Esset autē ex hoc scientia Dei uariabilis, si enuntiabilia cognosceret per modum enuntiabilium cōponendo, & diuidendo. sicut accidit in intellectu nostro. Vnde cognitio nostra uariatur, uel secundū ueritatem & falsitatem, puta si mutata re, eandem opinionem de re il la retineamus. Vel secundum diuersas opiniones, ut si primo opinemur aliquem sedere, & postea opinemur eum non sedere, quorum neutrum potest esse in Deo.

174. 191. 88. 80. 43. 44.

quitur aperte, secundum eum, scientiam Dei esse uariabilem. Secundo habes, quomodo per rationem ostendas, ipsas rectè damnari a Papa Innocentio III. in Concilio. Extra de sum. trinitate, & fide cathol. lic. firmiter credimus, & simpliciter confitemur, quod Deus est in commutabilis. Item a Iac. primo, ut supra artic. 7. adducitur. Vbi ad literam dicit ly transmutatio. Item a Malac. Ego Deus & non mutor. Recole semper in his, quod scientia Dei est Deus. Tertio uides, quomodo uicissim ex his firmetur conclusio.

2

3

¶Not. Articulum præsentem iuuat articulus in ordine

Pro studio uari. coor.

Comm. Cardinalis Caietani.

Titulus clarus.

¶In corpore una conclusio responsiua quæsito affirmatiuè. Scientia Dei non est uariabilis, probatur, substantia Dei est omnino immutabilis, ergo scientia Dei est omnino inuariabilis. Probatur consequentia, quia scientia est ipsa substantia Dei.

¶In responsione ad tertium, circa illud dictum, s. hæc non est uera, quicquid Deus sciuit, scit, si ad enuntiabilia referatur, dubiū occurrit ex triplici capite. Primo sic. Sicut enuntiabilia, quandoque sunt uera, & quandoque non, & ideo prius scita nesciuntur, ita res quædam puta Sor. quandoque est ens, & quandoque non, ergo etiam res corruptibiles prius scitæ nesciuntur, ergo nulla est differentia inter enuntiabilia & res, quo ad hoc, cuius oppositum ex litera habetur. consequentia patet. & propositio probatur, quia non magis fundat scibile uerum, quam ens. Vnumquodque enim cognoscibile est, secundum quod est ens. Et confirmatur, quia sicut Deus ab æterno intuetur natiuitatem Christi pro tali tempore, ita hoc enuntiabile, Christus nascitur pro eodem tempore. Et sicut intuetur non esse natiuitatis Christi pro aliis temporibus, ita falsitatem prædicti enunciabilis, ergo sicut non dicitur ne scire natiuitatem Christi quam sciuit, sic non debet concedi nescire illud enuntiabile, quod sciuit. Secundo sic optime sequitur Deus nescit aliquid eorum, quæ sciuit. ergo pauciora scit, quam sciuit, consequens dicitur non concedendum in responsione ad secundum, quia implicat sensum compositum, consequentia autem probatur, quia minutus est de facto numerus scitorum.

¶Tertio sic. Deus sciuit aliquod enuntiabile, quod nescit, ergo scire suum transiuit in nescire, ergo uariatio est in scientia Dei. Nec uidetur sufficere responsio posita in litera, quia non idem esse iudicium de enuntiabili, & de re, litera sustinet.

¶Ad euidentiam huius materiæ notanda sunt duo. Primo, q inter enuntiabile, & rem, hæc est differētia ad propositum, quod enunciatio eadem manens, & perseuerans mutatur de uera in falsam, & consequenter de scibili in nescibilem, & econuerso, ut patet. Res autem si mutatur de esse in non esse, aut econuerso, non perseuerat, & propterea non potest demonstrari una, & eadem res manens modo scibilis, & modo nescibilis, sicut una enuntiatio. Secundo aduertendum est, quod de uariatione scientiæ Dei potest dupliciter esse sermo. Primo ex parte actus sciendi, & sic omnino est immutabilis, tam actu, quam potentia, ut dicitur in responsione ad secundum, quamuis scientia uisionis potuisset ad plura, uel pauciora determinari, ab æterno absolute loquendo. Sed semel determinata omnino ex parte Dei inuariabilis est. Alio modo ex parte scitorum. Et sic non quo ad res, sed quo ad enūtiabilia, nihil prohibet ipsam mutari, quia mutatio ista nullam mutationem ponit in Deo, sed in enuntiabili scito, quia scilicet mutatur de scibili in nescibile, & econuerso. Ex his autem patet responsio ad obiecta. Ad primum enim iam assignata est differentia inter rem, & enuntiationem illius quare non est eadem ratio, &c. Et ad confirmationem nihilominus addendum est, quod res, scilicet natiuitas Christi, determinat sibi certum sui esse tempus. Enunciatio autem, scilicet Christus nascitur, nullum certum tempus consignificat, sed præsens in communi, seu uagè secundum tempus quo formatur, aut profertur & ideo modo est uerum, & modo falsum, quia alicui præsenti adæquatur, & alicui non, perseuerans tamen idem omnino quod non potest dici de re, quæ certum habet sui esse tempus præsens.

¶Ad secundum autē conceditur referendo ad enuntiabilia ex parte eorum, nec oppositum docuit litera in responsione ad secūdum, quoniam ibi est sermo de augmento, & diminutione scientiæ diuinæ ex parte Dei. & reputatur inconueniens augmentatio, non solum de facto, sed de possibili. Et propterea quantum est ex parte Dei, negandum est plura scire, quam sciat. Et quod hæc sit mens literæ patet, quia potentiam Dei ad determinandam scientiam uisionis pertractat, inferens non debere concedi Deū posse plura scire, quam sciat, propter sensum compositum inferentem mutabilitatem ex parte Dei, quia infert scientiam Dei iam determinatam posse a Deo mutari.

¶Ad tertium uero negatur sequela, ut patet ex dictis, quia hoc non est propter uariationem sciētiæ, sed sciti. Et licet non sit idem iudicium de re & enuntiatione, quo ad hoc, quod idem se saluo, mutetur de scibili in nō scibile, ut dictum est, tamen quo ad hoc, quod uariatio utriusque non redundat in uariationem diuinæ scientiæ, idem est iudicium. Et quo ad hoc adducitur in litera declaratio a simili, ex rerum uariatione sumpta, non quo ad primum.

Argi. 1. s. d. 35. q. 3. prin. 2.
Cap. 1. d. 35. q. 2. arti. 2. con. 1.

SVP. Q. XIIII. ART. XVI.

95
Inf. q. 37. 2. 3. & cor. & 12. q. 3. a. 5.

Concl. 1. Deus de seipso hēt sciētiam speculatiuam tantum.

¶Prob.

ARTICVLVS XVI.

Vtrum Deus de rebus habeat scientiam speculatiuam.

Ad decimumsextum sic proceditur. Vr ꝙ Deus de reb. nō hēat scientiam speculatiuam. Scientia. n. Dei est causa rerum ut supra ostensum est. * Sed sciētia speculatiua nō est causa rerum scitarum. Ergo scientia Dei nō est speculatiua.

¶2 Præt. Scientia speculatiua est p abstractionem a rebus, quod diuinæ scientiæ non competit. Ergo scientia Dei non est speculatiua.

Prima S. Thom.

¶Prob. Quia Deus non est operabilis [sic ergo hæc scientia neque quoad finem neque quo ad rem est practica.]

¶Concl. 2. Deus de omnibus aliis habet scientiam speculatiuā, & practicam.

L ¶Prob.

primum, & 1. sen. in prolog. & ueri. q. 3. ar. 3. con. ar. 8. huius quæst.

¶PROB. 2. Quia quicquid nos modo speculatiuo cognoscimus, Deus multo magis cognoscit. Secundam uero partem, scilicet & practicam, concl. mox sequens hoc declarat.

¶CONCL. 3. Deus de his, quæ potest facere, sed secundum nullum tempus facit practicam scientiam non habet secundum quod practica dicitur a fine. sic autem practicam sciētiam habet de his quæ secundum aliquod tempus facit, mala uero licet ab eo non sint operabilia, sub practica eius scientia cadunt.

li. 6. meta. tex. 2. & li. 2. ca. 2. non procul a prin. to. 3.

¶PROB. 1. Quia finis practicæ est operari. Et Deus non uult ea operari [ista tamen sciētia est practica quātum ad rem, de qua est cum sit de re operabili.] Secunda autē pars, scilicet sic autem, &c. probatur. Quia Deus uult operari quandoque ista. Tertia autem pars, scilicet mala uero &c. probatur. Quia De[us] permittit, uel impedit, uel ordinat ea.

1^m de minori.

Rerum. ℞. aliarum seipso non aliter. §. Tūc nihil &c. Pro litera aduerte, quod scientia de seipso nullo modo est practica, de omnibus aliis aliquo modo est practica. De fiendis quidem actu quādoque est practica quantum ad obiectum [cum res illa scita sit operabilis, & quantum ad finem cum de facto terminānda sit res illa ad opus] de fieri autem possibilibus tantū est practica, quantū ad obiectum tantum.

li. 3. de anima tex. 49 tom. 2.

2^m de antecedente.

Sciētia speculatiua. ℞. Inquantum humana, non inquantum speculatiua præcisē. §. Tunc &c. Concedit enim cōclusio, quod Deus habet scientiam speculatiuam, ut sic, sed non concedit, quod habeat speculatiuam modo humano. Vide in appendice ar. 14. regulam.

3^m de maiori.

Nobilius ℞. Absolute, non tantum comparatiue. §. Tunc &c. Licet enim speculatiua comparata practicæ sit nobilior, non tamen est nobilior absolute, idest omnibus modis. Ita scilicet pro non detur in scientia aliquid nobilius speculatiua. Scientia enim speculatiua, & practica simul, quando obiectum scientiæ est operabile, est nobilior, quam speculatiua tantum ut patet. Nec omnino negandum illam scientiam simul esse practicam, quia scientia illa, si etiam practica non esset, imperfecta esset. Cum igitur in Deo nihil sit imperfectum, & quod est nobilius Deo attribuendum sit, patet quod de rebus operabilibus habet scientiam speculatiuam simul & practicam.

A P P E N D I X.

Vtilitas pro S. Ecc.

EX articulo habes primo, quomodo per rationem primæ conclusionis interimas hæresim Metamorphistarum dicentium, corpus Christi cum ascendit in cęlum, plane Deum factum, & omnino proprie dici debere, corpus Christi esse Deum. Ergo Deus secundum istos, ut patet discurrenti, est factus. Ergo de Deo, secundum istos, potest esse scientia practica, cum sit quoddam factibile seu operabile, contra quod pugnat articuli prima conclusio. Secundo habes, quomodo per rationem ostendas, hanc hæresim merito fuisse damnatam a symbolo fidei Niceno 1. Constātinopolitano 1. sic. Natum non factum. Item a symbolo Athanasii per Concilium Florentinum, mox post tractatum de sacramentis, & acceptato, & compendiosa fidei regula uocato sic. Pater a nullo est factus. Filius non factus, Spiritus sanctus non factus Hæc ibi. Cōsequenter ergo Deus non est factus. Item a Concilio Tridentino sess. 3. Credo in &c. Genitum nō factum. Nec mirandum, si quod de filio tantum dicit Nicænum Constantinopol. Tridentinum applicemus toti trinitati, quoniam. Licet esse genitum soli filio conueniat, tamen esse non factum omnibus personis competit iuxta sensum illorum Conciliorum. Tertio habes, quomodo per rationē tertiæ conclusionis interimas hæresim Petri Abaylardi, [Prat. Arnaldistæ] dicentis, Deum non posse facere nisi quæ facta sunt. Cuius contrarium supponit prima pars tertiæ conclusionis. Cæterum huius Petri damnationem per Ecclesiam recte factam uidebimus infra q. 25. artic. quinto. Item habes, quomodo per rationem destruas hęresim Algazelis. [Direct. Inquisit. 2. par. q. 4.] dicētis. Deus non permittit mala fieri, ut eliciat bona, sed mala in mundo proueniūt ex necessitate materiæ uel naturæ. Cuius cōtrarium dicit tertia pars tertiæ conclusionis. Cæterum & rationem ampliorem, & damnationem per Ecclesiam factam contra Algazelem, uide infra, quæstione uigesimasecunda, artic. 2. Pro nunc sufficiat audire Directorium ipsum uniuersaliter damnantem sic. Antiqui philosophi &c. Algazel multos errores & hæreses contra fidem sanctam nostram posuerunt, quod patet prosequendo ut sequitur. Et postea inter alios recitat sententiam Algazel supradictam. Quarto uides, quomodo uti cissim ex his fit metur conclusiones.

2 3 D. 7180. D. 479. 4

SED CONTRA. Omne, quòd est nobilius, Deo est attribuēdum. sed scientia speculatiua est nobilior, quam practica, ut patet per Philosophum in principio metaph.* Ergo Deus habet de rebus scientiam speculatiuam.

RESPON. Dicendum, quod aliqua scientia est speculatiua tantū, aliqua practica tantum, aliqua uero secundum aliquid speculatiua, & secundum aliquid practica. Ad cuius euidentiam sciendum est, qđ aliqua scientia potest dici speculatiua tripliciter.

Primo ex parte rerum scitarum, quæ non sunt operabiles a sciente, sicut est scientia hominis, de rebus naturalibus, uel diuinis.

Secundo, quantum ad modum sciendi. Vt puta, si ædificator, consideret domum diffiniendo, & diuidendo, & considerando uniuersalia prædicata ipsius. Hoc siquidem est, operabilia, modo speculatiuo considerare, & non secūdum quod operabilia sunt. Operabile enim est aliquid per applicationem formæ ad materiam, non per resolutionē compositi in principia uniuersalia formalia.

Tertio, quantum ad finem. Nā intellectus practicus differt fine a speculatiuo, sicut dicitur in tertio de anima.* Intellectus enim practicus ordinatur ad finem operationis, finis autem intellectus speculatiui est consideratio ueritatis. Vnde si quis ædificator consideret qualiter posset fieri aliqua domus, non ordinans ad finem operationis, sed ad cognoscendum, tantum erit (quantum ad finem) speculatiua consideratio, tantum de re operabili. Scientia igitur, quæ est speculatiua rōne ipsius rei scitæ, est speculatiua tantum. Quæ uero speculatiua est secundum modum uel finem est secundum quid speculatiua, & secundum quid practica. Cū uero ordinatur ad finem operationis, est simpliciter practica. Secundum hoc ergo dicendum est, quod Deus de seipso habet scientiam speculatiuam tantum, ipse enim operabilis non est. De omnibus uero aliis habet scientiam, & speculatiuam & practicam. Speculatiuam quidem, quantum ad modum. Quicquid enim in rebus nos speculatiue cognoscimus diffiniendo, & diuidendo. hoc totum Deus multo perfectius nouit. Sed de his, quæ potest quidem facere, sed secūdum nullum tempus facit, non habet practicam scientiam, secūdum ꝙ practica scientia dicitur a fine. Sic autem habet practicam scientiā de his, quæ secundum aliquod tempus facit. Mala uero, licet ab eo non sint operabilia, tamen d sub cognitione practica ipsius cadunt d sicut & bona, inquantum permittit uel impedit uel ordinat ea, sicut & ęgritudines cadunt sub practica sciētia medici, inquātum per artem suam curat eas.

AD PRIMVM ergo dicendū, ꝙ scientia Dei est causa, non quidē suiipsius, sed aliorum. Quorundam quidē actu. s. eorum, quæ secundum aliquod tempus fiunt. Quorundam uero uirtute, s. eorum, quæ potest facere, & tamen nunquam fiunt.

AD SECVNDVM dicendum, ꝙ scientiam esse acceptam a reb. scitis, non per se conuenit scientiæ speculatiuæ, sed per accidens inquantum est humana.

Ad id uero, quod in contrarium obiicitur dicendum, quod de operabilib. perfecta scientia nō habetur, nisi sciantur inquantum operabilia sunt. Et ideo, cum scientia Dei sit omnibus modis perfecta, oportet quod sciat ea, quæ sunt a se operabilia inquantum huiusmodi, & nō solum secundum quod sunt speculabilia. Sed tamen non receditur a nobilitate speculatiuę scientiæ, quia omnia alia a se, uidet in seipso. Seipsum autem speculatiue cognoscit, & sic in speculatiua suiipsius scientia, habet cognitionem, & speculatiuam, & practicā omnium aliorum.

QVAE-

Comm.

Comm. Cardinalis Caietani.

Titulus clarus.

¶ In corpore duo. Primo in communi distinguit scientiam speculatiuam, & practicam. Secundo respondet quæsito.

¶ Quo ad primum distinctio est ista. Scientia quædam est speculatiua tantum, quædam practica tantum, quædam secundum quid practica, & secundum quid speculatiua. Declaratur sic. scientia dicitur speculatiua tripliciter, scilicet ex obiecto, aut modo aut fine ergo quædam est speculatiua tantum, &c. Antecedens declaratur exemplariter, consequentia probatur, quia speculatiua ex obiecto est speculatiua tantum speculatiua uero ex modo tantũ, aut fine tantum, est secundum quid practica, & secundum quid speculatiua, quæ uero nullo horum modorum speculatiua est, relinquitur quod practica tantum sit.

¶ Circa hanc partem aduerte primo, quod practicum & speculatiuum hic sumitur non solum ut sunt conditiones scientiæ secũdum se sed etiam ex parte scientis. Et propterea dicitur, quod ars domificatiua non intendentis domificare, est speculatiua ex fine, & practica ex modo, & obiecto, glossandum est enim de fine ex parte scientis, & non ipsius sciẽtiæ. Quoniam si loquimur de fine ipsius scientiæ, ipsa est etiam practica ex fine, quoniam finis eius, est domificatio. Et hoc si aduerteris, deludes irrisiones aduersariorum. Aduerte secundo, quod sic ut speculatiua est tripliciter, ita practica. Prima ex obiecto, modo, & fine etiam scientis, & hæc est tantum practica. Secunda ex obiecto modo & fine scientiæ, nõ scientis, & hæc est uere practica. Sed in litera dicitur secundum quid speculatiua ex parte finis scientis. Tertia ex obiecto, sed non modo neque fine scientiæ, & hæc est etiam secundum quid practica, scilicet ex parte obiecti, & secundum quid speculatiua, scilicet ex modo & fine scientiæ, quia se concomitantur. Quum enim aliquid practice scitur, iam ex se ad opus ordinatur, & econuersò. Aduerte tertio, quod per speculatiuam ex modo tantum, idest de obiecto operabili modo speculatiuo, non intelligitur scientia de operabili in uniuersali, quoniam scientia de operabili, siue sit per principia proxima operationis, siue per principia remota & uniuersalia operationis, sub eodem membro cadit. Sed intelligitur scientia de operabili scrutans non quomodo res fiat, sed quid est, &c. ut in litera dicitur. Talis enim cognitio non spectat ad artifices, sed ad Philosophos, qui cum sciãt quid est cithara, aut domus scientiam tamen illa faciendi, non habent.

¶ Quo ad secundum tria dicuntur. Primo comparatur scientia Dei ad ipsum Deum. secundo ad alia a se. tertio respondetur cuidam tacitæ obiectioni. De primo ponitur conclusio. Scientia Dei de seipso est speculatiua tantum, probatur, quia ipse non est operabilis. De secundo ponitur conclusio. Scientia de aliis a se est speculatiua & practica, etiam diuersimode, probatur primo, quod sit speculatiua, quia omnia nouit modo speculatiuo quod sunt, &c. Deinde quod sit practica, diuersimode quia de factibilibus, quæ nunquam fiunt, practicam habet uirtute, id est ex obiecto, & modo, & fine scientiæ, non fine scientis. De his uero quæ de facto quandoque fiunt, habet practicam simpliciter, & actu. Obiectio autem, cui respondetur, est, quia mala non facit Deus, neque sunt de numero factibilium aut factorum a Deo, quomodo ergo hæc ad scientiam practicam spectabunt? Respondetur, quod sicut medicina est non solum sani, sed ægri ita scientia Dei non faciendo, ordinando, impediendo, &c.

¶ Aduerte hic, quod de scientia Dei possumus loqui dupliciter. Primo absolute secundum quod in se est, & sic cum sit una & simplex præhabens, in se eminenter omnem scientiæ perfectionem, neque est practica, neque speculatiua, sed altius quid eminẽter continens utrumque iuxta ea, quæ in prologo dicta sunt.

¶ Alio modo in respectu talis sciti, & sic dicitur hic de ea, quod est speculatiua, aut practica. Respectu quidẽ huius sciti quod est essentia sua, non ut essentia est adæquatum obiectum scientiæ, sic enim pertinet ad scientiam Dei absolute, sed ut est quoddam speciale scitum distinctum contra alia scita scilicet alia a Deo, est speculatiua. Respectu uero aliorum est practica, &c. ut in litera dicitur.

¶ Circa positas conclusiones dubium occurrit ex Scoto, ipse siquidem in prologo primi sententiarum tenet oppositum primæ conclusionis, dum definit scientiam Dei de seipso esse simpliciter practicam, aut nihil sibi deesse quin sit practica, nisi quod uoluntas Dei, non est bona ex regula, sed naturaliter ex seipsa, & in 38. distinction primi tenet oppositum secundæ conclusionis, quo ad hoc, quod Deus habet scientiam practicam de aliis a se, uult enim quod non habeat scientiam practicam de aliis a se, sed speculatiuam. Ratio eius contra primam conclusionem cõsistit in hoc. Scientia de essentia Dei est prior naturaliter amore illius essentiæ, & rectificatiua illius, ergo est practica. Et ad rationem pro conclusione in litera positam, scilicet quia Deus non est operabilis, respondet quod Deus est operabilis, id est, attingibilis per operationem immanentem, amoris scilicet. Ratio uero contra secundum consistit in hoc. Nulla notitia de rebus ante determinationem diuinæ uoluntatis dictat res esse agendas, ergo nulla est ibi notitia practica de rebus. Antecedens patet, & consequentia probatur, quia scientia practica est dictatiua ad operandum. In prologo autem fundat se super prioritate sic, nulla notitia de rebus, &c. est prior actu uoluntatis diuinæ, &c. ergo non est practica.

¶ Ad has autem obiectiones suppositis his, quæ in Prologo dicta sunt, & in quæstione speciali de praxi, non est difficile respondere. Ad primam. n. neganda est consequentia, quicquid sit de antecedente. plus. n. exigitur ad notitiam practicam, ut ibi patuit. Solutio rationis nostræ a Scoto data ualeret quidẽ, si Deus, aut operatio, qua a se ausfatur, fieret, uel etiam regulariter scientia practica.

¶ Oportet nanque omnem causam esse causam, uel operationis uel effectus, scientia autem practica causam sonat, ut patet ex nomine, & a meta. Et respectu quidem creaturarum factibilium, causa in Deo ponitur in ordine ad effectum, non in ordine ad factionem, quia illa est substantia Dei. Respectu autem ipsius Dei quo ad neutrum poni potest, quia nec ipse, nec operatio fit, aut pendet. Ridiculum ergo est audire Deum esse operabilem scientia sua practica.

¶ Ad obiectionem uero contra secundam conclusionem primo loco factam, negatur consequentia, falsum enim manifeste est, quod notitia practica debeat esse dictatiua ad operandum, satis est enim quòd sit regulatiua. Ars enim domificatiua, non dictat domificandum esse, immo est indifferens ad opposita, ut patet 9. Metaph.

¶ Et per hoc patet responsio ad obiectionem secundo loco adductam, falsum quippe est assumptum, quoniam ut dicitur 9. Metaph. potentia rationalis quam constat esse notitiam practicam, determinatur ab appetitu, & non econuersò. Et ideo præsupponitur ab appetitu ut indifferens. Vnde mirum est de isto homine, quomodo præclarum eius ingenium non aduertit, quod quemadmodum ars domificatiua absolute, præuenit actum uoluntatis, & præueniunt a uoluntate, ut determinatiua ipsius ad operandum, & præuenit executionem, scilicet ipsam domificationem, ita rationes omnium operum factibilium a Deo, naturaliter in essentia diuina relucent, præueniendo omnem uoluntatis actum, sed præueniri ea oportet a uoluntate diuina, ut determinẽtur ad operandum. Vnde quædam rationes sunt determinatæ ad operandum, & quædam non, ut in litera dicitur. Et illæ etiam, quæ determinatæ sunt a diuina uoluntate, præueniunt executionem s. factionẽ ad extra. Nec refert ad propositum, utrum potẽtia executiua in Deo sit ipsa uoluntas, an tertia potentia, quoniam etiam ipsa uoluntas, ut determinans præcedit, & ut exequens sequitur.

Ricc. 1. d. 36. q. 2.
Per. de Pa. 1. 5. dis. 36. q. 3.
Banem q. 15 ar. 1.

QVAESTIO XV.

De Ideis, in tres articulos diuisa.

SVP. Q. XV.

ART. I.

CONCL. Necesse est ponere Ideas in mente diuina.

¶ PARS. Quia oportet ponere mundum a Deo esse factum secundum similitudinem ad formam quam mente præ conceperat Deus. [Cum non a casu, sed per intellectum factus sit mundus.]

POST considerationem de scientia Dei, restat cõsiderare de ideis.

ET CIRCA hoc quæruntur tria.

¶ Primo. An sint ideæ.

¶ Secundo. vtrum sint plures, uel una tantum.

¶ Tertio, vtrum sint omnium, quæ cognoscuntur a Deo.

ARTICVLVS I.

Vtrum Ideę sint.

96 Inf. q. 44. a. 3 & 1. dis. 36. q. 2. ar. 2. & uer. q. 3. ar. 1.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur quod ideæ non sint. Dicit. n. Dion. †. 7. c. de di. no. quod Deus non cognoscit res secundum ideam. Sed ideæ non ponuntur ad aliud, nisi ut per eas cognoscantur res. Ergo ideæ non sunt.

† c. 7. a me. q. 14. ar.

¶ 2 Præt. Deus in seipso cognoscit omnia, ut sup. * dictũ est,

1^m^ de maiori.

Secundum Ideam. R. Existentem extra seipsum, non in seipso. §. Tunc &c. ut patet.

2^m^ conclusio.

Ergo nec alia. R. nisi sua diuina essentia si cõpararetur ad alia, haberet rationem ideæ, cuius rationem non habet, si compararetur ad ipsum Deum. §. Tũc &c. Non enim est eadem ratio de cognoscere se per Ideam, & cognoscere alia sic.

3^m^ de conclusione.

Ideas. R. diuersas realiter a diuina essentia, nõ diuersas solum ratione. §. Ratio essentiæ est, q sit, ratio Ideæ est, qd sit exemplar, uel principium cognoscitiuum rerum art. 3. Ideo nihil contra, ut patet.

lib. 83. q. q. 46. parum a prin. t. 4.

Nie.

APPENDIX.

D. 783. Vtilitas p Ecclesia S. Dei.

Ex artic. habes primo, quomodo per rationem interimas hęresim, quæ huic reducitur Arnaldistarum dicentium, Deum agere ex necessitate naturæ. Contra hanc enim pugnat articulus, si intelligant (ut uidetur) quod creaturæ quandam resultantiam sicut solis radius a sole, emanãt a Deo. Tunc siquidem Deum non agere per intellectũ, ponũt, & consequenter ideas in ipso esse negant. Secundo hẽt qũo per rõnem demonstres recte damnatam fuisse illam hæresim a Sap. 7. omnium est artifex sapientia, & 8. quis horũ quæ sunt magis, qua il la est artifex. Hic enim scriptura in Deo ponit ideam sm ueritatem licet hoc nomine nõ utatur. Diffinitur nanque idea est forma intellectui obiecta intra ip si existens, ad quam artifex aspiciens operatur. Si ergo Deus est artifex creaturarum, per intellectum ac uoluntatem agit, & consequẽter ideam aspiciẽs, quæ in suo intellectu est, eas operatur. Vnde hãc fidei certitudinem uidẽs beatus Augustinus (ut refert Sãctus Thomas in de uerit. quæstione tertia, articulo primo,) dicit. Infidelis est, qui negat ideã in mente diuina, & alibi scilicet libro 83. quæstionum q. quadragesimosexto, idem Augustinus ait. Non esse negãdum aliquo modo, qd in Deo sint formæ, & rationes omnium rerum producibilium. Idea autem in Græco, est idem quod forma ratio uel species in Latino, secundum eundem Augustinum ibi. Cæterum, quod certum sit secundum fidem, Deum agere per intellectum, & uoluntatem liberam, uide q. 14. art. 8. in appen. Tertio uidere licet, quomodo ex his uicissim firmetur conclusio.

¶ Not. Præsenti articulo deseruit articulus in ordine 97. 236. 237. 85. 84. 246. 48.

sed seipsum non cognoscit per idẽ. Ergo nec alia.

¶ 3 Prętr. Idea ponitur, ut principiũ cognoscendi, & operandi sed essentia diuina est sufficiens principium cognoscendi, & operandi omnia, non ergo necesse est ponere ideas.

SED CONTRA est quod dicit Aug.* in lib. 83. q. Tanta uis ideis constituitur, ut nisi his intellectis, sapiens esse nemo possit.

RESPON. Dicendum, quòd necesse est ponere in mente diuina ideas. Idea. n. græcè, latinè forma dicitur. Vnde per ideas intelliguntur formæ aliarum rerum præter ipsas res existentes. Forma autem alicuius rei præter ipsam existens ad duo esse potest, uel ut sit exemplar eius cuius dicitur forma, uel ut sit principium cognitionis ipsius, secundũ quod formæ cognoscibilium dicuntur esse in cognoscente. Et quantũ ad utrũq; est necesse ponere ideas. quod sic patet. In omnib. n. quæ nõ a casu generantur, necesse est formã esse ad finem generationis cuiuscunque. Agens autem non ageret propter formam nisi inquantum similitudo formæ est in ipso. Quod quidem cõtingit dupliciter. In quibusdam. n. agẽtib. præexistit forma rei fiendæ secundũ esse naturale, sicut in his, quæ agunt per naturã. sicut homo generat hoĩem, & ignis ignẽ. In quibusdam uero secundum esse intelligibile, ut in his, quæ agũt p er intellectũ. sicut similitudo domus præexistit in mente ædificatoris. Et hæc potest dici idea domus, quia artifex intẽdit domum assimilare formę, quam mente concepit. Quia igitur mundus, non est casu factus, sed est factus a Deo per intellectũ agentem, (ut infra † patebit) necesse est quod in mente diuina sit forma ad similitudinem cuius mũdus est factus. Et in hoc consistit ratio ideæ.

q. 46. art. 1.

AD PRIMVM ergo dicendũ, q Deus nõ intelligit res secundum ideam extra se existentem, & sic etiam Arist.* improbat opinionem Platonis de ideis, secundum quod ponebat eas per se existentes, non in intellectu.

li. 3. metap. a tex. 10. usque ad fi. lib. 10. 3.

AD SECVNDVM dicendum, q licet Deus per essentiã suam, se & alia cognoscat, tamen essentia sua est principium operatiuum aliorũ, non autem suiipsius, ideo habet rõnem ideæ secundum quod ad alia comparatur, nõ autem secundũ, q comparatur ad ipsum Deum.

AD TERTIVM dicendum, q Deus sm essentiam suã est similitudo omnium rerum. Vnde idea in Deo nihil est aliud quam Dei essentia.

ARTI-

Comm. Cardinalis Caietani.

IN titulo nihil aliud notandũ est, nisi quod quid nominis ideæ in corpore declaratur.

¶ In corpore tria. Primo proponit conclusionem responsiuam quæsito. Secundo assignat quid nominis ideę. Tertio probat conclusionem responsiuam.

¶ Quo ad primam conclusio responsiua quæsito affirmatiue est. Necesse est ponere ideas in mente diuina. Vbi aduerte, quod esse in mente sumitur formaliter, idest, inquantum mens est. Hoc autem est esse obiectiue, ut intellectum in Intelligente, & non ut forma in eo, cuius est forma. Sensus ergo conclusionis est, quod necesse est ponere idea obiectiue in intellectu diuino.

¶ Quo ad secundum, idea significat formam alicuius rei præter rem ipsam existentem, & declaratur ex idiomate Gręco. Si uis ideæ diffuse diffinitionem uidere, lege, quæst. 3. de ueri. artic. 1.

¶ Quo ad tertium probatur conclusio proposita sic. Mundus non est factus casu, sed est factus a Deo per intellectum agentem, ergo forma mundi est finis suæ generationis. ergo in mente diuina est forma, ad similitudinem cuius mundus est factus. ergo in mente diuina est idea. Antecedens, quo ad utramque autem supponitur & inferius monstratur est in loco suo. Primo autem consequentia probatur ex illa maxime in omnibus, qua generantur non a casu, forma est fini generationis. secunda uero consequentia duo infert, scilicet & quod forma ad cuius similitudinem, &c. est in Deo, & quod est tali modo, scilicet in mente diuina, idest, obiectiuè, & quo ad utrumque in litera probatur. Quo ad primum, quia commune est omni agenti præhabere similitudinem intentæ formæ, quo ad secundum uero est differentia inter agens naturale, & a proposito in modo habendi illam similitudinem, quia illud secundum esse naturale, ut patet in igne, hoc secundum esse intelligibile, ut patet in artifice, si ergo Deus est agens per intellectum, ergo, &c. Tertia deinde consequentia probatur, quia in hoc consistit ratio ideæ. probatur. Ratio ideæ est, ut sit forma præter rem, exemplar rei, & principium cognitionis, &c.

¶ Aduerte hic diligenter, quod in litera caute dicitur, quod idea ponitur, ut exemplar, & non dicitur ut principium essendi. Quia principium essendi sonaret formam qua agens agit. Idea autem non significat talem formam, sed formam, quam agens concipit, ad cuius similitudinem operatur, & non qua operatur, & hoc est proprie exemplar. Et propterea in exemplo de domificatore expresse subiungitur, quod idea domus est forma, quam mente concipit, & non ars domificatiua. Similiter cum litera dixisset, quod idea est principium cognitionis, statim addidit limitationem secundum quod formæ cognoscibilium dicuntur esse in cognoscente, quasi diceret, non dico, quod idea est principium cognitionis, quia hoc sonaret, quod ipsa esset ratio cognoscendi. ut species intelligibilis, sed quod ipsa est principium cognitionis eo modo, quo formæ cognoscibilium obiectiue in cognoscente existentes, principia cognitionis ipsarum rerum cognoscibilium dicuntur. Et quoniam in penultimo consequente totum hoc continebatur, scilicet forma mundi præter mundum existens, & causalitas exemplaris, & modus essendi intelligibiliter, seu obiectiue, ideo merito ultima consequentia ex his, quæ ad rationem ideæ spectant, & iam posita erant, probata est, prægnantibus uerbis, scilicet, & in hoc consistit ratio ideæ.

¶ In responsione ad tertium, dubium occurrit, quia falsum, & inconsonans uidetur, quod idea sit essentia diuina. Falsum quidem inquit Scot. in 1. distinct. 35. quia tota ratio ideæ saluatur in lapide habente esse obiectiuum in intellectu diuino, ergo idem in Deo non est essentia diuina. Antecedens patet applicando totam

totam ideæ rationem. Et confirmari posset assumendo diffinitionem positam in q de ueri q. 3. art. 1. & eam quæ ex hoc ar. habetur, scilicet quod est forma alicuius rei præter ipsam rem, exéplar, atq; principium sic cognitionis eiusdem. consequenter autem probatur, esse obiectiuum non est esse reale, sed est esse diminutum. ergo non est essentia diuina. Inconsonans autem, quæ idea aut est essentia diuina, ut est, aut essentia diuina, ut est obiecta intellectui diuino. si primo modo, ut in artic. sequenti innuitur, ubi dicitur, quod idea, ut essentia diuina est sit immutabilis. hoc enim conuenit essentiæ diuinæ secundum quod ens est. Male ergo responsum est ad principale quæsitum articuli. Et probatur sequela. quæstioni an est de re habente esse in rerum natura, & in intellectu, male respondetur affirmatiue, per esse, quod habet in intellectu prætermisso esse in rerum natura, sicut quærenti an sphæra ignis sit, male responderetur, quod est in intellectu. Et ratio est, quia esse in intellectu est esse secundum quid, esse in rerũ natura est esse simpliciter. Quæstio autem an est, quærit de esse simpliciter, & propterea si respondeatur de esse in mente, insinuatur, quod illa res non habet aliud esse, sed esse in mente est eius esse simpliciter. Si igitur idea est essentia secundum esse reale, male responsum est quæsito. Necesse est ponere ideas in mente diuina. Si autem idea est essentia, ut obiecta est intellectui diuino. male ergo dictum est, qđ est ipsa essentia diuina, qm̃ essentia diuina, ut obiecta, nó hẽt esse reale, sed obiectiuũ. Et si per impossibile essentia diuina non esset i rerũ natura, & eẽt obiecta intellectui, ideæ ratio saluaretur. Ideam ergo esse idem, quod essentia est per accidens, imo superfluum, quia natura cuiusque rei est obiecta intellectui diuino, secundario tamen, etiam si nunquam identificaretur essentiæ diuinæ, ut obiecta est intellectui diuino, quoniam ipsa cognoscitur a Deo non solum, ut est in priori obiecto, sed secundum se. Hæ rationes non sunt ex Scot. formaliter, sed ut ueritas elucescat, partim ex ipso, partim ex litera, eas formandas credidi.

¶ Ad euidentiam horum duo uidenda sunt, ex quibus solutio omnium pendet. Primo quomodo idea se habeat ad esse. Secundo quid sit esse obiectiuum.

¶ Quo ad primum scito, quod (ut ex allegatis locis patet) de ratione ideæ est esse exemplar rei. De ratione autem exemplaris est esse formatiuum rei mediante agente per intellectum. Vnde ibidem dicitur, quod si omnia agerent de necessitate naturæ, non ponerentur ideæ. De ratione autem formatiui sic est esse in mente. nunquam enim exemplar aliquod est sic formatiuum, nisi potentia remota, nisi sit in mente, & non est in mente, tantum formatiuum sic saluatur. Modus ergo essendi exemplaris necessarius est esse in mente. Cæteri autem modi essendi sunt per accidens absolute loquendo. Et propterea in litera, quæstioni an est, de ideis responsum est, quod sunt in mente diuina. Esse namque in mente est simpliciter necessarium esse idearum, & formaliter conuenit ideæ, ut idea est. Nec curauit author de esse idearum in rerum natura, ut Platoni attribitur. Quoniam hic theologiam tradebat, & de diuino intellectu. Illa autem discussio metaphysicalis est, ad tractatum de separatis substantiis spectans. Vnde patet, quod idea in Deo est, formaliter loquendo, essentia diuina, ut in mente est diuina. Nec oppositum in illis uerbis sequentis articuli dicitur. Quoniam ly immutabile, claudere intelligitur in se rationem exemplaris, ac per hoc, ut de dictis patet, idea dicitur essentia diuina, ut exemplar est, idest ut formatiua est rei medio intellectu, hoc autem patet, non cõuenire essentiæ secundum quod est mere naturaliter, sed secundum est obiecta diuinæ menti. Sed quod est esse sic, scilicet obiectiue, quod secundo loco uidendum e. ut. Scot. in 1. d. 36. determinat, quod esse cognitum, non est esse reale absolutum, aut respectiuum, nec est esse relatiuum secundum rationem, sed est esse diminutum rei, siue absolute, siue relatiue, quod uocatur esse secundum quid, ita quod res habens talẽ modum essendi, fundat relationem rationis ad intellectum, putatque lapidem, &c. entia producta esse ab æterno a Deo per actũ intellectus diuini in tali esse, & huiusmodi entia sm quid esse, & uocari ideas, quia eis conueniunt oẽs conditiones idearum, ut arguendo fuit deductum. Ego autem peripatetico lacte educatus, ac in aere, ut aiunt, loqui nesciens, præter latitudinem entis realis, solum ens rationis noui 5. & 6. Meta. Ens autem, rationem, aut negationem didici a S. Thom. in q. de uer. q. 21. art. Vnde, cum esse obiectiuum non sit modus essendi secundum rem, neque sit negatio, restat, quod sit esse relatiuum secundum rationem in communi loquendo. Sed quoniam esse diuinum est tantæ excellẽtiæ, ut omnes essendi modos, siue extra animã, siue in aĩa eminenter præhabeat, oportet ut & esse naturale ipsius diuinæ essentiæ, sit non solum ordinis intelligibilis, & in actu purissimo, sed sit etiam (& non per accidens) esse obiectiuum eiusdem respectu intellectus sui, alioquin non omnes essendi modos unico modo eminentissime contineret, ac per hoc, nec essentia diuina, ut obiecta intellectui habet esse diminutum, nec aliqua res, ut obiecta diuino intellectui habet esse diminutum. Et de essentia diuina, quidem manifesta sequitur, quia eius esse obiectiuum est esse naturale ipsius Dei propter eius eminentiam. De aliis uero sequitur ex eo, quod alia non aliter possunt obiici Deo, quam in obiecta essentia diuina: nihil enim Deus intelligit extra se, sed omnia in se tantum. Ita quod in se cognoscit vtrumque, scilicet, & lapidem in essentia obiecta, & lapidem absolute, & lapidem hunc, & lapidem in anima mea, &c. omnia enim hæc nouit, sed modus quo hæc obiiciuntur, est unus scilicet in essentia diuina. Et consequenter esse obiectiuum rerum respectu intellectus diuini, non est esse relatiuum, sed absolutum realissimum, scilicet esse Dei. Et quia idea in Deo, de qua est sermo, significat res secundum tale esse, ideo merito dictum est, quod est ipsa essentia diuina, &c.

¶ Ad primam ergo obiectionem in oppositum negatur sequela. Ad probationem autem dicitur, quod licet esse obiectiuum in communi, non sit reale, esse tamen obiectiuum apud intellectum diuinum, est reale.

¶ Ad secundam autem iam patet, quod idea in Deo est essẽtia diuina, ut obiecta diuino intellectui, &c. Et cum arguitur, ergo male dictum est, quod essentia sit, negatur sequela. Tum quia nó est dictum, quod est essentia inquantum habet esse naturale. Tum quia si hoc sine reduplicatione fuisset dictum, uerificaretur ꝓ unitatem utriusque in Deo. Essentia .n. diuina habet utrumque modum essendi eminenter, in suo unico excellentissimo modo essendi. Et propterea, affirmando identitatem ideæ cum essentia, non sequitur formaliter loquendo more humano. ergo affirmatur identitas cum essentia, inquantum est in rerum natura. In litera autem non affirmatur hoc secundum, sed primum. Et ideo illæ duæ consequentiæ, quæ obiiciendo subiunctæ sunt scilicet ergo ideam in Deo esse idem cum essentia diuina, est per accidens, ergo est superfluum, nihil ualent, quia identitas cum essentia est per se & necessaria, ex eo quod nihil potest obiici intellectui diuino nisi in essentia diuina, ita quod modus, quo res obiectæ obiiciuntur, necessario est esse in obiecta essentia, alioquin Deus intelligeret aliquid extra se, & uilesceret eius intellectus, ut 12. metap. patet, unde falsum & impossibile est, quod lapis obiiciatur in Deo in seipso lapide obiectiue. Quod tamen argumentũ assumit & supponit ex ignorantia mea.

¶ Ad illam autem hypotheticam deductionem, si essentia diuina non esset in rerum natura, & esse obiecta suo intellectui, saluaretur ratio ideæ, ergo identitas ideæ cum essentia est per accidens. Admissa conditionali, negatur ulterior sequela, imò sequitur oppositum, quia stante illa conditionali, idea esset ipsa essentia ut obiecta. Et si dicatur, ergo ideam esse essentiam diuinam, secundum esse reale est accidens, negatur sequela. Quoniam esse obiectiuum essentiæ diuinæ apud intellectum Dei non est per accidens reale, sed per se, ex eminentia propria ipsius. Sed fallĩ multos contingit in hoc, ex eo quod consideratur esse obiectiuũ absolute, & reale absolute, quæ constat non esse idem. Cum hic sit sermo de esse obiectiuo tali reali, ex quibus oritur identitas, balbutiendi tamen accepta licentia.

Ferr. 1. cont. c. 54.
Scot. 1. d. 5. 35. q. 1.
Aegid. 1. 5. d. 36. q. 2. a. prin.
Cap. 1. d. 36. q. 1. con. 3. d. 36. q. 2. con. 2.
Pet. de Pa. 1. 5. d. 36. q. 3.

97
1. d. 36. q. 1. a. 2. & in c6 tra c. 54. & uer. q. 3. a. 5. & opusc. 9. q. 66.

SVP. Q. XV. ART. II.

CONCL. Necesse est ponere plures Ideas.

PROB.

ARTICVLVS II.

Vtrum sint plures ideæ.

AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur, quod non sint plures ideę. Idea. n. in Deo est eius essentia, sed essentia Dei est una tantum, ergo & idea est una.

¶ 2 Præt. Sicut idea est principium cognoscendi & operandi, ita ars, & sapientia, sed in Deo non sunt plures artes, & sapientiæ. Ergo nec plures ideæ.

Si dicatur quod ideæ multiplicãtur secundum respectus ad diuersas creaturas. Cõtra. Pluralitas idearum est ab æterno, si ergo ideæ sunt plures, creaturæ autem sunt temporales, ergo temporale erit causa æterni.

¶ 3 Præter. Respectus isti, aut sunt secundum rem in creaturis tantũ, aut etiam in Deo, si in creaturis tantũ (cum creaturæ non sint ab æterno) plu

¶ PROB. Quia oportet ponere ordinem vniuersi esse intentum per se a Deo, atq; creatum, & consequenter proprias rationes partium huius totius esse in Deo. [Patet de ædificatore.

Primum

ralitas idearum non erit ab æterno, si multiplicentur solum, secundum huiusmodi respectus. Si aũt realiter in Deo, sequitur, ꝙ alia pluralitas realis sit in Deo, quã pluralitas personarum, quod est contra Dama. * dicentem, ꝙ in diuinis omnia unũ sunt, præter in generationem, generationem, & processionem. Sic igitur non sunt plures ideæ.

SED CONTRA est, ꝙ dicit Aug. in li. 83. q. ideæ sũt principales quædam formæ, uel rationes rerum stabiles atque incommutabiles, quia ipsæ formatæ non sunt, ac per hoc æternæ, ac semper eodem modo se habentes, quæ diuina intelligentia continentur. Sed cum ipsæ neque oriantur, neque intereant, secundũ eas tamen formari dicitur omne qđ oriri & interire potest, & omne qđ oritur & interit.

RESPON. Dicendum, quòd necesse est ponere plures ideas. Ad cuius euidentiam considerandum est, quod in quolibet effectu illud quod est ultimus finis, proprie est intentum a principali agente, sicut ordo exercitus a duce. Illud autem, quod est optimum in reb. existens, est bonum ordinis uniuersi, ut patet per Philosophum in 12. Met. * Ordo igitur uniuersi est proprie a Deo intentus, & non per accidens proueniens secundum successioné agentium, prout quidam dixerunt, quod Deus creauit primum creatũ tantum, quod creatum creauit secũdum creatum, & sic inde quousque producta est tanta rerum multitudo, secundum quam opinionem, Deus non haberet nisi ideam primi creati. Sed, si ipse ordo uniuersi est per se creatus ab eo, & intentus ab ipso, necesse est, qđ habeat ideã ordinis uniuersi. Ratio autem alicuius totius haberi non potest, nisi habeantur propriæ rationes eorum, ex quibus totum constituitur. Sicut ædificator, speciem domus concipere non posset, nisi apud ipsum esset propria ratio cuiuslibet partium eius. Sic igitur oportet qđ. in mente diuina, sint propriæ rationes omnium rerum. Vnde dicit August. * in lib. 83. quæst. quod singula propriis rationibus a Deo creata sunt. Vnde sequitur, quod in mẽte diuina sint plures ideæ. Hoc autem quomodo diuinæ simplicitati non repugnet, facile est uidere, si quis consideret ideam operati esse in mente operantis, sicut quod intelligitur, non autem sicut species, qua intelligitur, quæ est forma faciens intellectum in actu. Forma enim domus in mente ædificatoris est aliquid ab eo intellectum, ad cuius similitudinem domum in materia format. Non est autem contra simplicitatem diuini intellectus, quod multa intelligat, sed contra simplicitatem eius esset, si per plures species eius intellectus formaretur. Vnde plures ideæ sunt in mẽte diuina, ut intellectæ ab ipso. Qđ hoc modo potest uideri. Ipse enim essentiam suam perfecte cognoscit, unde cognoscit eam secundum omnem modum, quo cognoscibilis est. Potest autem cognosci non solum secundum quod in se est, sed secundum quod est participabilis secũdum aliquem modum similitudinis a creaturis. Vnaquæque autem creatura habet propriã speciem, secundum quod aliquo modo participat diuinæ essentiæ similitudinem. Sic igitur inquantũ Deus cognoscit suam essentiam ut sic imitabilem a tali creatura cognoscit eam, ut propriam rationem, & ideam huius creaturæ. Et similiter de aliis. Et sic patet, quod Deus intelligit plures rationes proprie plurium rerum quæ sunt plures ideæ.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod idea nõ nominat diuinam essentiam inquantum est essentia, sed inquantum est similitudo, uel ratio huius uel illius rei. Vnde secundũ quod sunt plures rationes intellectæ ex una essentia, secundum hoc dicuntur plures ideæ.

AD SECVNDVM dicendum, quod sapientia & ars significantur, ut quo Deus intelligit, sed idea, ut quod Deus intelligit. Deus autem uno intellectu intelligit multa, & non solum secundum quod in seipsis sunt, sed etiam secundum quòd intellecta sunt, quod est intelligere plures rationes rerum. Sicut artifex dum intelligit formam domus in materia, dicitur intelligere domũ, dum autem intelligit formam domus ut a se speculatam, ex eo quod intelligit se intelligere eam, intelligit ideam, uel rationem domus. Deus autem, non solum intelligit multas per essentiam suam, sed etiã intelligit se intelligere multa per essentiam suam. Sed hoc est intelligere plures rationes rerum, uel plures ideas esse in intellectu eius ut in intellectas.

AD TERTIVM dicendum, ꝙ huiusmodi respectus, quibus multiplicantur ideæ, non causantur a rebus, sed ab intellectu diuino, comparante essentiam suam ad res.

AD QVARTVM dicendum, quod respectus multiplicantes ideas, non sunt in rebus creatis, sed in Deo.

Non tamen sunt reales respectus, sicut illi quibus distinguuntur personæ, sed respectus intellecti a Deo.

1m de maiori.

Essentia. ℞. Inquãtum est similitudo huius uel illius rei, non inquantũ essentia. §. Tunc &c. Ex litera dic, ꝙ Ideæ & essentia diuina sunt idem realiter. Sed nõ formaliter. Nam essentia dicitur absolute, idest consideratur, ut ĩ se est. Idea dicitur comparatiuẽ, i. consideratur ut refertur ad res, tanquam similitudo, uel ratio earum. Idcirco essentia, ut sic remanente una potest multiplicari ipsa, non ut ipsa, sed ut idea Vide art. 1. tertiũ. Concl. de idea formaliter loquitur, non realiter. Nam realiter loquendo essentia diuina est idea creaturarũ omnium quæ essentia non nisi una realiteresse potest. Quod autem essentia diuina sit realiter idea patet per Clementem Alex. lib. 4. 5. stromatum, qui crebro inquit diuinam essentiã esse oium rerum ideã, & per Augustinum qui in li. 83. q. 4. 46. ait ideã esse formam & rationẽ incommutabilem, immortalem æternam. [Hoc soli diuinæ essentiæ conuenire potest.] & per Boetium. 3. de consol. qui uocat ideã exemplum supernum. [Hoc solius diuinæ essentiæ est,] & per Diony. li. de diu. no. c. 5. qui ideas appellat rationes rerum effectrices, [nihil autem est ratio effectiua omnium rerum, nisi essentia diuina.]

li. 1. ca 9. & 10. & 11.

li. 83. q. q. 46. a med. tom. 4.

li. 12. meta. tex. 52.

2m de maiori.

Ita. ℞. Quantum ad esse principium, non quantum ad esse principium sic uel sic. §. Nam idea est principium quod, sapientia & ars est principium quo. Tunc &c. ut patet.

3m conclusionis illatio.

Ergo temporale &c. Negatur illatio. § Nam ideæ sunt cautæ ab æterno non a reb. Sed a diuino intellectu, comparante essẽtiam suã ad res in tpe fiendas. Nec tñ in Deo est aliquid realiter causatum Licet ex hoc, ꝙ essentia comparatur ad res illas, resultet quidã respectus dictus, Idea.

li. 83. q. q. 46 post medium. to. 4

4m de antecedente.

Sũt. ℞. Reales, non intellecti scilicet a Deo. §. Tunc &c. Nam personæ in Deo realiter sunt reales [ut Damascenus intelligit,] Ideales aũt respect⁹ in Deo realiter sunt intellecti non fantastice. Licet nõ sint reales.

Pro declaratione cõclusionis usq; in finem.

APPENDIX.

Ex articulo habes primo, quomodo per rationem, tamquã in radice, interimas hæresim Simonis Magi dicentis: Mundum non esse creatum a Deo. Itẽ Basilidianorũ somniantium: Mundum non a Deo factum. Item Albanensium blasphemantium. Mundum a malo principio in sua malignitate factum fuisse. Has per rõnẽ directe si uis explodere, uide q. 65. art. 1. sed nunc tanquam indirecte contra illas pugnat articulus si sunt enim plures ideæ in Deo, sequitur (cognito quid ideæ nomine significetur) quod ideata fecit Deus. At ideata sunt omnes res mundi, seu totus mundus, ergo totum mundum operatus est De⁹. Vnde per oppositũ ad positionem istorum sequitur, quòd non sunt plures ideæ in Deo. Secundo habes, quomodo per rationem ostẽdas, has omnes esse iure damnatas a Ioã. primo, omnia per ipsum facta sunt, & sine ipso factum est nihil. Quod factum est in ipso uita erat. Hunc locum sancti patres exponentes dicunt, per hoc ab Euangelio significari rerum omnium rationes præexistere in mente diuina, & August. specialiter inquit, sicut in mente artificis est forma seu ratio rei artificiatæ producendæ, ita res omnes producibiles a Deo habent suas rationes, & formas in intellectu Dei supremi artificis. Notabis etiam hic super ly. Quod factum est in ipso uita erat, quod in responsione ad primum huius articuli diximus, scilicet quod idea secundum rem est una tantum, quæ est diuina essentia existens per se uita [ut Euãgelista ait] & secũdum formalem rationem ex pluribus. Item damnatas ab Apostolo Hebr. undecimo. Fide credimus aptata

Vtilitas p Ecclesia S. Dei.

a

Quid sit intelligere ideas.

ætata esse secula uerbo Dei, ut ex inuisibilibus uisibilia fieret. Hoc est, (ut communiter interpretatione a sanctis patribus recepta utamur). Vt ex inuisibilibus rationibus in diuina mente inuisibiliter præexistentibus uisibilia hæc ad extra fierent. Ideas autem rationes esse, superius audistis. Tertio uides, quomodo ex his uicissim Angelica firmetur conclusio.

Comm. Cardinalis Caietani.

Titulus clarus.

¶ In corpore tria facit. Primò respondet quæsito affirmatiuè. Secundo ostendit, q hæc pluralitas non repugnat diuinæ simplicitati. Tertiò ostendit quomodo hic pluralitas est.

¶ Quo ad primum conclusio responsiua est. Necesse est ponere Ideas plures. Probatur. ultimus finis in quolibet effectu est proprie intentus a principali agente. ergo ordo uniuersi est proprie intentus, & per se factus a Deo, ergo in mēte diuina est idea ordinis uniuersi, ergo in ea sunt propriæ rationes omnium rerū, ergo in ea sunt plures ideæ. Antecedens manifestatur in ordine exercitus & duce. Prima uero consequentia probatur, quia optimum in rebus existens est ordo, quod firmatur ex 12. meta Et cōfirmatur ueritas consequentis ex destructione opinionis Auicen. &c. secunda autem est per se nota. tertia uero probatur, quia ratio totius haberi non potest, nisi habeantur rationes omnium ex quibus totum constituitur, ut patet in domo, & eius partib. Confirmatque ueritas consequentis authoritate Aug. ultima demum consequentia non eget probatione.

¶ Aduerte, q notanter in primo antecedente non dicitur ultimus finis, sed dicitur ultimus finis in quolibet effectu, qm̄ hic est sermo de fine intrinseco effectus, & non de fine, qui est extra effectu, ut.n. patet 13. Metaph. tex. 51. Bonum uniuersi est duplex. s. in ipso uniuerso manens, & aliud extra ipsum. primum est ordo, secundum est Deus, propter quem est etiam ipse ordo. Ordo ergo uniuersi, quia est optimū in toto uniuerso, oportet esse ultimū in hoc effectu, qui est uniuersum, & consequenter respondere principali agenti, q supponimus esse Deū. Et sic Deus est actor per se, & finis ipsius ordinis, quēadmodū dux respectu ordinis exercitus.

¶ Aduerte secundò, q litera, ut ostenderet uim huius medii, ad inferendam pluralitatem Idearum in Deo, inseruit opinionem Auic. de modo, quo pluralitas emanauit creaturarū, de qua inferius erit sermo, si.n. distinctio creaturarum non per se intenta esset a Deo, sed ex parte Dei esset per accidens, scilicet propter successionem agentium, seu quouis alio modo, non habemus uiam concludendi in Deo exēplaria multorum, sed unius tantū. Nullus enim opifex exigit ideam eorum, quæ sunt per accidens.

¶ Quo ad secundum ostenditur, q pluralitas idearum non repugnat diuinæ simplicitati ex differentia, quæ est inter quod, & quo aliquis intelligit utiturque tali ratione multiplicare, quod non repugnat simplicitati, sed multiplicare quo, sed idea est quod & non quo. ergo multitudo idearum non repugnat simplicitati diuinæ. maior probatur, quia multa intelligere non ponit compositionem, aut imperfectionem, &c. sed bene hoc ponit multis speciebus intelligere: minor probatur inductiue ex idea domus in mente artificis, &c.

¶ Circa differentiam in litera assignatam, inter quod & quo intelligitur, dubium occurrit. Primo aut est sermo de pluralitate reali, aut rationis. si reali, utriusque pluralitas præiudicat diuinæ simplicitati. si rationis, utrumque potest pari ratione plurificari. Quoniam essentia diuina ut species comprehendit omnes species intelligibiles, quemadmodum ipsa ut obiecta comprehendit omnia obiecta, & sic æqua est utrinque pluralitas secundum rationem. Secundò, intellectum a Deo non potest esse nisi unum numero, ut patet 12. Metap. ergo repugnat multiplicare quod intelligitur a Deo. falsum est ergo, quod pluralitas eius quod intelligitur, non præiudicat. Tertio in Deo est sapientia, & ars, & scientia, ergo quo intelligitur, multiplicatur in Deo. probatur sequela, quia se habent ut quo Deus intelligit, ut etiam expresse, litera dicit in responsione ad secundum.

¶ Ad euidentiam horū scito, quantū ad ly quo. & qđ, q hic est sermo de quo & qđ in actu exercito, s. de illis rōnib. formalib. seu reb. quæ exercent actū ipsius quo, uel actū ipsius qđ ut in proposito. Idea est qđ intelligitur in actu exercito, qm̄ signat, id qđ se habet ad intellectionē ut obiectū uel terminus. Ars uerò est quo in actu exercito, quia importat, id qđ se hēt ut principiū formale intellectionis, & sic de aliis. Quantū uero ad multitudinē, seu pluralitatē scito, q hic est sermo non de pluralitate realis, nec de pluralitate rōnis formaliter loquēdo, sed de pluralitate simpliciter, qđ aut quo. Ita q intentio literæ est ponere dr̄iam in hoc, q rō formalis exercēs actum, qđ pōt multiplicari simpliciter, poterítq; absolute dici multæ. Rō uerò exercens actū quo, non pōt sic multiplicari, ut possit absolute dici multæ. Ad primā ergo obiectionem in oppositū patet rñsio: dicimus.n. q quia idea est, qđ intelligitur & ad pluralitatē cogniti sufficit oīs distinctio rōnis. nam aliud cognitū est punctū ut principiū & aliud ut finis, ideo ad pluralitatē ideatū sufficit distinctio illa relatiua, qua essentia ut sic imitabilis est unū cognitū, & ut sic imitabilis est aliud cognitū, &c. Ad pluralitatem uero principii intelligendi, nō sufficit qualibet distinctio rōnis, sed requiritur distinctio s̄m propriā, & per se rōnē principii intelligēdi. Iō non est par rō multitudinis ipsius quo & ipsius qđ. quū ergo dr̄, essentia diuina ita plura continet obiecta sicut rō, cōceditur, sed negatur, q sicut pluralitas illa, quę intelligitur in ipsa obiecta sufficit ad pluralitatē simpliciter ipsius qđ ita eadē pluralitas quæ intelligitur in eadē ut rō seu spēs intelligendi, sufficiat ad pluralitatē ipsius quo, propter rōnem iam dictā. Ad secundam aūt obiectionem dr̄ dupliciter. Primò q intellectum a Deo non est nisi unum, ut distinguitur contra multa disparata, & nō ut simpliciter distinguitur contra multa. Ideæ nō sunt multa cognita disparata nec inter se, nec ab essentia diuina, qm̄ quælibet est ipsa essentia. Contra simplicitatē namq; intellectus est, si multa disparata cognita ut sic, i. in esse cognito (formaliter.n. loquimur) hēret, ut in nobis contingit, qm̄ triangulū, & bouē intelligimus. Hēc aūt multa cognita non disparata, imò in uno numero cōicantia non præiudicat simplicitati. Scđo, q intellectum per se primo a Deo oportet esse unū. Idea aūt est intellectū per se scđo, & iō cōpatit̄ multitudinē. Non.n. dictū est in litera, quod oē quod pōt multiplicari, sed q multiplicare quod, non præiudicat simplicitati. Sat autem hoc uerificatur, si quod per se secundo plurificari potest.

¶ Ad tertiam autē dr̄ q laborat in æquiuocō. Non.n. intendit litera qđ in Deo non possint poni plura diuersarum rōnum quo, sed quod nullum eorum pōt multiplicari, nō.n. sunt in Deo multæ sapientiæ, neq; multæ artes, &c. sed sunt in Deo multæ ideę.

¶ Quo ad tertium ōnditur modus, quo p̄dicta pluralitas obiectiua est in intellectu diuino, Deus perfecte intelligit essentiam, ergo cognoscit eam omni modo, quo cognoscibilis est, ergo cognoscit eam non solum s̄m se, sed secundum, q estquocumq; mō participabilis a creatura, ergo cognoscit ut sic imitabilem a tali creatura, ergo ut propriam rationem huius creaturæ, ergo cognoscit plures rerum rationes, quas uocamus ideas. Antecedens patet, cum prima consequentia, secunda autē probatur. Quia Deus utroque modo est cognoscibilis. Quarta autem probatur, quia species creaturarum, sunt secundum modos participandi diuinæ essentiæ similitudinem. Quinta autem patet ex eo, quia par est de creatura hac & aliis iudicium.

¶ In responsione ad primum aduerte diligenter, quod hic non est sermo de quacumque similitudine, sed exemplari tantum. Imitabile autem exemplariter non est, nisi obiectum intellectus. Et propterea, licet essentia diuina absolute sit prius imitabilis quam sit obiecta non tamen est prius imitabilis exemplariter, quam sit obiecta, quia de ratione exemplaris (ut dictum fuit) est esse obiectiuum, unde, si Deus non esset intellectuale agens, essentia sua esset quidem imitabilis, sed non exemplariter, ac per hoc non haberet rationem ideæ, & hoc insinuat litera dicens, quod non nominat essentiam, sed rationem intellectam ex ea.

¶ In responsione ad secundum, & tertium, propter clariorem intellectum nota simul tria. Primo, q idea significat essentiam diuinam imitabilem exemplariter. Et quia imitabilitas potest sumi dupliciter, s. fundamentaliter, i. pro absoluto, & formaliter, i. pro respectu, tripliciter ideę significatio imaginari potest Primo, ut significet absolutum tantum. Secundo respectiuum tantum. Tertiò utrumque. Et quidem q non tantum fundamentum imitabilitatis significet ex eo probatur, quia cum illud sit omnino unum in omnibus ideis, quia est ipsa simplicissima essentia diuina, in qua non potest distingui absolutum imitabile a lapide, ab absoluto imitabili a leone, non posset sustineri pluralitas idearum in Deo. Plures .n. ideas intelligere est impossibile, nisi significatum ideæ plurificatum intelligatur. Quod etiam non tantum respectum significet ex eo patet, quod essentiam diuinam significare dicitur. Vnde relinquitur, quod utrumque significet non eo modo quo ly uestis significaret hominem album, si utrique imponeretur, quoniam sic idea non haberet unam rationem, sed ex eo modo quo nomina significant absolutum relatiue, ut saluator creator &c. ac per hoc de ratione ideæ in Deo sunt & essentia & relatio, non ut partes componentes unam communem rationem, sed ut res, & modus, ut determinabile, & determinatio, ut commune & proprium, Secundo nota, quod ideas tam in artificibus, quam in Deo, contingit intelligi dupliciter, primo, ut aliorum sunt ideæ, secundo ut in seipsis sunt Exemplum utriusq; membri hētur in litera, in rñsionē ad s̄m. Quum artifex faciendam domum contemplatur, ad ideā domus intellectio terminatur, ut idea est domus. Cum autem artifex in actu reflexo ipsam, quam mēte cōcepit, ideā cōsiderat, ad ipsam intellectio terminatur, ut in se est eodem quoq; mō in Deo contingit. Ex hac autē distinctione facile percipere potes, ideas constitui non p intelligi ipsas ut in se, sed per intelligi ipsas ut ideas aliorū. Nec refert ad p̄positū, an illud intelligi sit actualiter, aut habitualiter. Et propterea cōceditur, q in Deo sūt plures

ideæ, antequam sint ideæ intellectæ secundum se. Et propter hoc in litera in calce responsionis ad secundum, de secundo modo quo intelliguntur, dicitur, & hoc est plures ideas esse in intellectu eius, ut intellectas, quia aliud est plures ideas esse in intellectu eius & aliud est plures ideas esse in intellectu eius ut intellectas. Primum n. dicit eas esse obiectiue in intellectu, ut aliorum rōnes; secundum uero dicit eas esse obiectiuè, ut secundum se intellectæ, ideo addidit ut intellectas. Tertio nota, ꝙ respectus isti distinguentes ideas, quum sint ẽt constitutiui earum, non consequuntur actũ intellectus diuini intelligentis ideas, sed fiunt per actum intellectus diuini intelligentis essentiam suam comparatiue. Ita ꝙ non est imaginandum, ꝙ prius intelligatur essentia ut imitabilis, & deinde sequatur respectus idealis, sed quod ipsa intellectio essentiæ, ut imitabilis est constitutio respectus idealis. Ex hoc autem habes, ꝙ respectus ideales non ponuntur necessarii ad hoc, ut Deus indistinctè intelligat creaturas, ut quidam interpretari uidentur. Constat.n. ꝙ perfectio intellectionis diuinæ non mendicat a respectibus rationis sed ponuntur necessarii, ut necessario constituti ex perfection intellectionis diuinæ. Vnde in corpore articuli author dixit, quo quia Deus perfectissime intelligit essentiam suam, ideo intelligit eam ut tot modis imitabilem. Hoc enim est constitui plures respectus ideales, intelligique plures ideas, ut aliorum rationes sũ, & intelligere creaturas distinctè in essentia diuina sibi obiecta. Et hæc si bene contẽplatus fueris, obiectiones aliorũ deridebis, quas non adduxit, quia non contra sensum expositum doctrinæ San Thom. militant.

Scot. 1. sẽ. d. 36.
Cap. 1. d. 36. q. 1. con. 4. & 5.
Bannes eod. loc.

SVP. Q. XV. ART. III.

CONCL. Idea secundum quòd exemplar, se habet ad omnia quę a Deo fiũt secundum aliquod tẽpus, secundum uero, quod Idea principium cognoscitiuum est, se habet ad omnia, quæ cognoscuntur a Deo, etiam si nullo tempore fiant, & ad omnia, quæ a Deo cognoscuntur, secundum propriã rationem, & secundum ꝙ cognoscuntur ab ipso per modum speculationis.

98
1 d. 36. q. 2. a. 3. & 1. d. 1. q 1. ar. 2. c. & uer. q. 3. ar 4. 5. 6. & 7. & 8.

¶PROB. 1. Quia Idea secundum ꝙ exemplar, pertinet ad practicam cognitionem. Secunda autem pars, scilicet secundum uero ꝙ &c. ꝓbatur. Quia Idea secundum quod principium cognitionis dicitur propriè ratio & ptinet ad scientiam speculatiuam.

¶COROLL. Ergo (ut ex conclusione respondeatur ad quęsitũ formaliter) omnium, quæ cognoscit Deus, sunt Ideæ in Deo, vel ad cognitionem speculatiuam tantum, uel ad practicam etiam, pertinentes.

1^m^ conclusio.

Ergo non omniũ &c. ℞. Nisi cognoscantur ꝑ propriam rationem. §. si. n cognoscãtur per ꝓpriam rationem, omnia huiusmodi habent Ideam in Deo, non aliter, sic intelligebatur conclusio. uide q. 14. ar. 10. & 16.

2^m^ de maiori.

Cognoscit ℞. Cognitio ne speculatiua, non, practica denominata a fine. § quamuis practica denominata ab obiecto illa cognoscat. Vide q. 14. ar. 16. § Tunc &c. licet. n. non hẽat illarum Ideam

ARTICVLVS III.

Vtrum omnium, quę cognoscit Deus, sint ideæ.

AD TERTIVM sic proceditur. Videtur ꝙ non omniũ, quæ cognoscit Deus, sint ideæ in ipso. Mali. n. idea non est in Deo, quia sequeretur malum esse in Deo, sed mala cognoscuntur a Deo. Ergo nõ omnium, quæ cognoscuntur a Deo sunt ideæ.

¶ 2 Præt. Deus cognoscit ea, quæ nec sunt, nec erunt, nec fuerunt, ut supra dictum est*. Sed horum non sunt ideæ, quia dicit Dion.† 5. ca. de di. no. quod exemplaria sunt diuinæ uoluntates determinatiuæ, & effectiuæ rerum. Ergo non omniũ, quæ a Deo cognoscuntur, sunt ideę in ipso.

ar. 9. præc. quæst.
cap. 5. non multum remote ante finem.

¶ 3 Præt. Deus cognoscit materiã primam, quæ non potest habere ideam, cum nullam habeat formã. Ergo idem quod prius.

¶ 4 Præt. Constat quod Deus scit non solum species, sed etiam genera, & singularia, & accidentia, sed horum non sunt ideæ, secundum positionem Platonis, qui primus ideas introduxit, ut dicit Augus.* Non ergo omnium cognitorum a Deo sunt ideæ in ipso.

lib. 83. q. q. 46. to. 4.

SED CONTRA. Ideæ sunt rationes in mente diuina existentes, ut per Augus.* patet, sed omnium quę cognoscit Deus, habet proprias rationes, ergo omnium, quæ cognoscit, habet ideam.

li. 83. q. q. 46 po. l me dium. to. 4.

RESPON. Dicendum, quòd cum ideæ a Platone ponerentur principia cognitionis rerum, & generationis ipsarum, ad utrumque se habet idea, prout in mente diuina ponitur. Et secundum quod est principium factionis rerum, exemplar dici potest, & ad practicam cognitionem pertinet. Secundum autem ꝙ principium cognoscitiuum est, propriè dicitur ratio, & potest etiam ad scientiam speculatiuam pertinere. Secundum ergo quod exẽplar est, secundum hoc se habet ad omnia, quæ a Deo fiunt secundum aliqđ tempus; secundum uero quod principium cognoscitiuum est, se habet ad omnia, quæ cognoscũtur a Deo, etiamsi nullo tempore fiant, & ad omnia, quę a Deo cognoscuntur secundum propriam rationem, & secundum ꝙ cognoscuntur ab ipso per modum speculationis.

AD PRIMVM ergo dicendũ, quod malũ cognoscitur a Deo non per propriam rationem, sed per rationem boni. Et ideo malum non habet in Deo ideam, neque secundum ꝙ idea est exemplar, neque secundum quod est ratio.

AD SECVNDVM dicendum, ꝙ eorum quæ neq; sunt, neq; erũt, neque fuerunt, Deus non habet practicam cognitionem, nisi uirtute tantum. Vnde respectu eorum non est idea in Deo, secundum quod idea significat exemplar, sed solum secundum quod significat rationẽ.

AD TERTIVM dicendum, ꝙ Plato, secundum quosdam, posuit materiam non creatam, & ideo nõ posuit ideam esse materiæ, sed materię concausam. Sed quia nos ponimus materiam creatam a Deo, non tamen sine forma, habet quidem materia ideam in Deo, non tamen aliam ab idea compositi. Nam materia secundum se, neque esse habet, neque cognoscibilis est.

AD QVARTVM dicendum, quod genera non possunt habere ideam aliam ab idea speciei, secundum quod idea significat exemplar quia nunquam genus fit, nisi in aliqua specie. Similiter etiam est de accidentibus, quæ inseparabiliter concomitantur subiectum, quia hæc simul fiunt cum subiecto. Accidentia autem, quæ superueniunt subiecto, specialem ideam habent. Artifex enim per formam domus facit omnia accidentia, quæ a principio concomitantur domum. Sed ea, quæ superueniunt domui iam factæ, ut picturæ, uel aliquid aliud facit per aliquam aliam formam. Indiuidua uero secundum Platonem, non habebant aliam ideam, quam ideam speciei. Tũ quia singularia indiuiduantur per materiam, quam ponebat esse increatam, ut quidam dicunt, & concausam ideæ. Tum quia intentio naturæ consistit in speciebus, nec particularia producit, nisi ut in eis species saluentur. Sed prouidentia diuina non solum se extendit ad species, sed ad singularia, ut infra dicetur.*

q. 22. ar. 3.

Ideam ut dicitur exẽplar (sic loquit. de Ideis Dion.) habet tñ Ideam illarum alio modo.

3^m^ de antecedente.

Ideã. ℞. Aliã ab Idea compositi, non eandem cum Idea compositi. §. Tunc &c. Nam sufficit hoc ad saluandum, ꝙ Deus cognoscit materiam per Ideam.

4^m^ de minori.

Ideæ. ℞. Aliæ ab Idea speciei & subiecti, non eædem cum Ideis spẽi & subiecti. § Tunc &c. ut patet in litera. Loqmur de Idea, ut dicitur exemplar. Et per ly horum intelligimus pro nunc genera & accidentia inseparabilia tantũ. Nam accidentia separabilia, i. superuenientia, tẽ habent propriã Ideam [patet de picturis aduenientib. domui iam factæ,] & singularia secundum rei ueritatem.

¶NOT. Ad uitandum errorem insanum Almarici per Ecclesiã damnatum, aduertas, quæ sequuntur. Quando in corpore articuli dicitur, quod idea est principium factionis rerum, caueto diligenter, ne a contextuali declaratione recedas dicente, ꝙ Idea secundum ꝙ est principium factionis rerum exemplar dici potest. Quasi dicat. In hoc sensu tantum idea potest dici principium factionis rerũ, quia est exemplar. Hęc dixerim, ne fortan aliter interpretans impingeres in dogma Almarici dicẽtis ideas in mẽte diuina creare & creari posse. Damnatur. n. tota

tota Almarici doctrina a Papa Innoc. III. extra de sum. Trin. & fide cath. Damnamus. Hic enim in fine dicitur: Reprobamus etiã & condemnamus peruersissimum dogma impii Almarici, cuius mentem sic pater mendacii excæcauit, ut eius doctrina non tã hæretica quam insana sit censenda. Hæc ibi. Per ly dogma autem Papa intelligit vniuersam eius doctrinam: ut patet per verba sub iuncta, ut eius doctrina: & per scholiatorem Direc. inquisit. prima parte, schol. 1.

APPENDIX.

Ex artic. habes: quomodo per rõnem repellas errorem. supra q. 14. ar. 6. dictum Auerrois, & Algazelis (Direct. inquisi. 2. par. q. 4.) garrientium; quod Deus non cognoscit singularia in propria forma. Si enim omnium rerum habet propriissimam cognitionem, & rationem: utique omnia cognoscit per cuiusque ideam, & consequenter omnia in propria forma. Quomodo autẽ damnetur ab Ecclesia illorum positio: uide Direc. ubi su. & ar. 11. Secundò videre potes: qũo ex his vicissim Angelica hæc doc. &c.

Vtilitas p Ecclesia S. Dei.

Comm. Cardinalis Caietani.

Titulus clarus.

¶ In corpore duo. primò distinguit, secundò respõdet quæsito.

¶ Quòad primum, Idea diuina dupliciter sumitur, vt exemplar, & vt ratio. Manifestatur distinctio dupliciter. primò ex differẽtia duorum officiorum attributorum ideis a Platone, generare & cognitionem facere: secundò ex differentia speculatiui, & practici.

¶ Quoad secundum respõdet quæsito duabus propositionibus affirmatiuis iuxta membra distinctionis præmissæ. Prima est: idea secundum quòd exemplar est omniũ, quæ a Deo secundũ quodcunque tempus fiunt. Secunda est, idea ut ratio, est omnium factibilium & cognoscibilium secundum proprias rationes tam speculatiue, quam practice. Hæ propositiones non aliter in litera probantur: quoniam ex q. 14. ex prædictis patent. Illud non tamen prætereas, quod idea ut ratio, sumitur pro ratione obiectiua, ut in primo articulo ipsa litera exposuit. dicitur igitur idea, ratio obiectiua rei. Hoc etiam modo idea Platonica, ratio cognoscendi esset.

¶ In responsione ad tertium, aduerte, quòd hic S. Th. retractat dicta in q. de ve. q. 3. ar. 5. & in 1. sen. di. 36. ar. ult. de idea materiæ primæ. Nec oportet fingere glossas: quia medius terminus hic assumptus, s. quia secundum se non est cognoscibilis, expresse alibi dicta elidit, ut patet intuenti. Sed dubium hic restat, cuius cõpositi idea, materiæ primæ sit idea. Si tamen litera perspicaciter uideatur, facile patebit, quòd idea ut ratio respondens materiæ primæ, est idea corporis, quod est genus in prædicamento substantiæ: quoniam secundum illius formam diffiniretur, si diffiniretur. Idea enim ut ratio, est omnis cognoscibilis per propriam rationem: ut in litera dicitur. Idea autem eius ut exemplar, nõ est alio modo quærẽda quam ideæ generum, de quibus in litera dicitur, quòd non habent aliam ideam a specie &c.

QVAESTIO XVI.

De veritate, in octo articulos diuisa.

Qvoniam autem scientia verorum est: post considerationem scientiæ Dei, de veritate inquirendum est.

Circa quam quæruntur octo.

¶ Primò, vtrum veritas sit in re, vel tantum in intellectu.

¶ Secundò, vtrum sit tantum in intellectu componente & diuidente.

¶ Tertiò, de comparatione veri ad ens.

¶ Quartò, de comparatione veri ad bonum.

¶ Quintò, vtrum Deus sit veritas.

¶ Sextò, vtrum omnia sint vera veritate vna, vel pluribus.

¶ Septimò, de æternitate veritatis.

¶ Octauo, de incommutabilitate ipsius.

ARTICVLVS I.

Vtrum veritas sit tantùm in intellectu.

99
1. d. 19. q. 5 art. 1. 7. & ve. q. 1. a. 1.

Ad primvm sic proceditur. Videtur q̃ veritas non sit tantum in intellectu, sed magis in rebus. August. * enim in lib. Soliloq. reprobat hanc notificationem veri, Verum est id, quod videtur, quia secundum hoc, lapides, qui sunt in abditissimo terræ sinu, non essent veri lapides: quia non videntur.' Reprobat etiam istam, verum est q̃d ita se habet, vt videtur cognitori, si velit & possit cognoscere: quia secundum hoc sequeretur quod nihil esset verũ, si nullus posset cognoscere, & diffinit sic verum.* Verum est id quod est. & sic videtur, quòd veritas sit in rebus, & non in intellectu.

*L. 2. Sol. ca. 5. to. 1.

Eod. lib. & cap.

Soliloq. li. 2. c. 5. in fi. to. 1.

¶ 2 Præt. Quicquid est verum, veritate verum est: Si igitur veritas est in intellectu solo, nihil erit verum nisi secundum quod intelligitur: quod est error antiquorum Philosophorum,* qui dicebant omne quod videtur, esse verum. Ad quod sequitur, contradictoria simul esse vera: cũ contradictoria simul a diuersis vera esse videantur.

* Vt patet 11. Metap. te. 6. & li. 4 a tex. 19. vsque ad 25. to. 3.

¶ 3 Præt. Propter quod vnumquodque, & illud magis, vt patet primo posteriorum.* Sed ex eo quòd res est, vel non est, est opinio, vel oratio vera, vel falsa, secundum Philosophum* in prædicamentis. ergo veritas magis est in rebus, quam in intellectu.

* 1. poster. tex. 5.

* c. de substantia, nõ procul a fi. to. 1.

Sed contra est, quod dicit Philosophus 6. Metaph.* quòd verum & falsum non sunt in rebus, sed in intellectu.

*li. 6. Met. tex. 8. to. 3.

Respon. Dicendum, quòd sicut bonum nominat id, in quod tendit appetitus: ita verum nominat id, in quod tendit intellectus. Hoc autem distat inter appetitum & intellectum, siuè quamcunque cognitionem, quia cognitio dicitur secundum quòd cognitum est in cognoscente: appetitus autem est secundum quòd appetens inclinatur in ipsam rem appetitam: & sic terminus appetitus, quod est bonum, est in re appetibili. Sed terminus cognitionis, quod est verum, est in ipso intellectu. Sicut autem bonũ est in re, inquantũ habet ordinẽ ad appetitum, & propter hoc ratio bonitatis deriuatur a re appetibili in appetitum, secundum quòd appetitus dicitur bonus, prout est boni; ita, (cum verum sit in intellectu, secundum quòd conformatur rei intellectæ,) necesse est, quòd ratio veri ab intellectu ad rem intellectam deriuetur vt res etiam intellecta vera dicatur, secundum quòd habet aliquem ordinem ad intellectum. Res autem intellecta ad intellectum aliquem, potest habere ordinẽ, vel per se, vel per accidens. Per se quidem habet ordinem ad intellectum, a quo dependet secundum suum esse: per accidens autem ad intellectum, a quo cognoscibilis est. Sicut si dicamus, quòd domus comparatur ad intellectum artificis per se, per accidens autem comparatur ad intellectũ, a quo non dependet. Iudicium autem de re non sumitur secundum id quod inest ei per accidens, sed secundum id, quod inest ei per se. Vnde vnaquæque res dicitur vera absoluta s'm ordinẽ ad intellectum, a quo dependet. Et inde est, quòd res artificiales dicuntur veræ per ordinem ad intel-

D. 322.

D. 594.

Cap. 1. d. 39. q. 3. Bannes q. 16. ar. 1. Alb. Mag. 1. d. 46. ar. 16. & 17.

SVPER Q. XVI.

Art. 1.

Concl. Veritas principaliter est i intellectu; secundariò in rebus, secundum q̃ comparantur ad intellectum, ut ad principium.

¶ Prob. 1. Quia terminus cognitionis, q̃d est verum, est in intellectu (ut fiat cognitio secundum quod cognitũ est in cognoscente): Se cunda autem pars. s. ut ad &c. probatur, quia veritas ad intellectum, a quo dependet res, habet per se ordinẽ, non ad alium; & iudicium rei sumendum est de re secundum id, quod inest ei per se.

Primum

1^m ex diffinitione prima D. Aug. Videtur. R. Nobis non Deo. §. aliter non reprobaretur. Tunc nihil &c.

Item ex diffinitione scda. Cognitori. R. Homini, non Deo. §. Aliter non reprobaretur. Tunc nihil &c.

Item ex diffinitione tertia. Veritas. R. Rei: non, ut ueritas. §. Hoc enim modo secundo veritas est in intellectu, illo autem primo est in rebus per respectum ad intellectum a quo res ipsæ dependent. Tunc nihil &c. vide conclusionem.

Li. de vera rel. cap. 36. to. 1.

2^m de consequentia. Intelligit. R. a Deo: non, ab hominibus. §. Tunc nihil &c. Nam antiqui ibi loquebantur de hominibus: ideo errabant. At si de Deo locuti essent: verum dixissent.

* Li. de vera rel. c. 36. a med. to. 1.

In dialo. de veri. ca. 13.

Tertium

intellectum nostrum. Dicitur enim domus vera, quæ assequitur similitudinem formæ, quæ est in mête artificis: & dicitur oratio vera, inquantum est signum intellectus ueri. Et similiter res naturales dicuntur esse veræ, secundum q assequuntur similitudinem specierum, quæ sūt in mente diuina. Dicitur enim uerus lapis, quia assequitur propriam lapidis naturam secundum præcōceptionem intellectus diuini. Sic ergo veritas principaliter est in intellectu secundariò vero in rebus secundum quòd comparantur ad intellectum ut ad principium. Et secundum hoc veritas diuersimodè notificatur. Nam Aug. in lib. de vera* relig. dicit, quòd veritas est, qua ostenditur id quod est. Et Hilarius dicit, quòd verum est declaratiuū, aut manifestatiuum esse. Et hoc pertinet ad veritatem secundum quòd est in intellectu. Ad veritatem autē rei secundum ordinem ad intellectum, pertinet diffinitio Augu.* in lib. de vera relig. talis. Veritas est summa similitudo principii, q sine vlla dissimilitudine est. Et quædam diffinitio Ansel.* talis. Veritas est rectitudo sola mente perceptibilis. Nam rectum est, quod principio cōcordat. Et quædam diffinitio Auic. talis. Veritas uniuscuiusque rei est proprietas sui esse quod stabilitum est ei. Quod autem dicitur quòd veritas est adæquatio rei & intellectus, potest ad utrunque pertinere.

Ad primum ergo dicendum, quòd August. loquitur de veritate rei, & excludit a ratione huius veritatis, comparationem ad intellectum nostrum. Nam id, quod est p accidens, ab unaquaque diffinitione excluditur.

Ad secundum dicendum, q antiqui philosophi species rerū naturalium non dicebant procedere ab aliquo intellectu, sed eas prouenire a casu. Et quia considerabant, quòd uerum importat comparationem ad intellectum, cogebantur veritatem rerum constituere in ordine ad intellectum nostrū. Ex quo inconuenientia sequebantur, quæ Philosoph. prosequitur in 4. Met.* Quæ quidem inconuenientia non accidunt, si ponamus veritatem rerum consistere in comparatione ad intellectum diuinum.

Ad tertium dicendum, q licèt veritas intellectus nostri a re causetur, non tñ oportet q in re per prius inueniatur ratio ueritatis sicut neque in medicina per prius inuenitur ratio sanitatis quam in animali. Virtus enī medicinæ non sanitas eius causat sanitatem, cum non sit agens uniuocum. Et similiter esse rei non ueritas eius causat ueritatem intellectus. Vnde Philos. dicit † quòd opinio, & oratio uera est ex eo, q res est, non ex eo quòd res uera est.

Comēt. cita tis in argu.

Loco citato in argu.

3^m de minori. Est, vel non est. R. Non autem ex eo quòd res est vera, vel non est vera. §. Tunc nihil & cæt patet in textu.

APPENDIX.

Vtilitas pro philos.

Ex artic. habes primo, quomodo per rationem ostendas, recte dictum a Philosopho 6. Metaphy. tex. 8. quod verum, & falsum non in rebus, sed in intellectu sunt. Secūdò habes: quomodo ex ratione philosophiam ipsum in vero sensu intelligas, atque defendas. Tertiò vides: quomodo ex philosopho vicissim conclusio stabilitur.

¶ Not. Si plura vis facientia ad intelligentiam dictorum in hoc articulo vide huius primæ partis in ordine articulos 163. 269. 107. 407. 131. 299. 132.

Comm. Cardinalis Caietani.

Titulus clarus.

¶ In corpore duo. Primo respondet quæsito. Secundo assignat rationem plurium diffinitionum veritatis. ibi, Et secundū hoc veritas.

¶ Quo ad primum, conclusio responsiua quæsito est: Veritas principaliter est in intellectu, secundario in rebus in ordine ad intellectum, a quo dependent. Hæc conclusio habet tres partes. & quo ad ad primam quidem probatur. Verum est terminus intellectus. ergo est in intellectu. Antecedens declaratur ex proportionali conuenientia inter uerum & bonum, quia sicut bonū significat id, in quod tendit appetitus, ita uerum id, ad quod tendit intellectus. Consequentia uerò probatur ex differentia inter appetitum & cognitionem ex 6. Metaph. quia ille extra, hæc intus perficitur.

¶ Quo ad secundam uerò partem s. quòd secundario in rebus, probatur ibi, (sicut autem bonum) uerum est in intellectu secundum quod conformatur rei intellectæ. ergo ratio ueri ab intellectu ad rem intellectam deriuatur. ergo res intellecta vera dicitur secundum quòd habet ordinem ad intellectum. Antecedens manifestatur ex proportionali conuenientia inter bonum & verum. quia sicut bonum est in re ut conueniens est appetitui, ita uerum in intellectu &c. Consequentia quoque utraq; ex eadem radice probatur: prima, quia ex bono in re, bonitas ad appetitum deriuatur secunda quoque, quia ex hoc, appetitus boni dicitur bonus.

¶ Quo ad tertiam autem partem, s. a quo dependent, probatur ibi, Res autem intellecta, dupliciter. primò ratione, secundo ab affectibus. Ratio est, Iudicium de unaquaq; re non fit secundū ea, quæ insunt per accidens, sed per se: ergo unaquæq; res dr vera absolute secundum ordinem ad intellectum, a quo dependet. Antecedens patet; consequentia vero probatur ex differentia inter ordinem rei ad intellectum causatiuum, uel cognoscitiuum tātum, quia. s. ad istum per accidēs, ad illum per se ordinem habet: quod declaratur exemplo domus, respectu artificis, & non artificis. Effectus autem testimonium præbentes his, sunt artificialia & naturalia. artificialia enim tam mechanica, ut domus, quam liberalia, ut oratio, uera absolute sunt, si conformia sunt artibus. Naturalia quoque uera absolute sunt, si consonant opifici, quem supponimus esse primum intellectum.

¶ Circa prædicta duæ propositiones aduertēdę sunt. prima est. Verum est id in quod tendit intellectus, sicut bonum, &c. hæc. n. inferius ar. 3. ad tertium discutietur. altera est, Cognitio est secūdum q cognitum est in cognoscente. Appetitus autem secūdum inclinationem ad rem. Et hæc in q. 82. ar. 3. defendetur, ubi comparabitur intellectui uoluntas.

Quo ad secundum redditur ratio sex diffinitionum ueritatis: quod tres pertinent ad uerum in re, duæ ad uerum in intellectu, & una ad uerum utrobique: omnia clara sunt.

Bannes eod. loco.

SVPER Q. XVI. ART. II.

100

1. d. 19. q. 1 arti. 1. 7. & ue. q. 1. ar. 3 * Li. 3. tex. 26. to. 2.

Concl. Veritas propriè loquēdo est in intellectu componente & diuidente: nō autem in sensu, neque in intellectu cognoscēte quod quid est.

¶ Prob. Quia veritas propriè importat aliquid ut cognitū, nō ut conforme tantum: & cognoscere rei ad intellectum conformitatem est solum intellectus componentis, & diuidentis: (Licet sensus ac

ARTICVLVS II.

Vtrum veritas sit in intellectu componente & diuidente.

Ad secundum sic proceditur. Videtur, quod veritas non sit solum in intellectu componente & diuidente. Dicit enim Philosophus in tertio de anima,* quòd sicut sensus propriorum sensibiliū semper ueri sunt, ita & intellectus eius quod quid est. Sed compositio & diuisio non est neque in sensu, neque in intellectu cognoscente, quòd quid est. ergo veritas non solum est in componente & diuisione intellectus.

ac intellectus simplex sit conforme quoddam propriorũ obiectorũ.)

Nota quod conclusio loquitur de intellectu humano.

1^m ex Philosopho. Verum. R. Vt conformia quidam: non, vt cognoscentia conformitatem talem. § Tunc nihil &c. Nõ enim sine causa cõclusio addit ly propriè loquendo; quod propriè declarauit probatio. Vide tu. Sunt ergo ueri & sensus & intellectus dicti a philosopho: sed nõ propriè veri.

Li. 6. Met. tex. 8. 10. 3.

Ar. præce.

2^m de maiori. Adæquatio. R. Vt cognita; nõ, vt conformis tantum.

APPENDIX.

Vtilitas pro philos.

EX artic. habes primo: quomodo per rationem demonstres; rectè sensisse philosophum, quando 6. Met. tex. 8. dixit, quòd circa simplicia & quod quid est non est veritas, nec in intellectu, neque in rebus. Intellige tu, a simili, neque in sensu. Secundò habes: quomodo per rationẽ sensum verum philosophi ibi attingas, atque defendas. Tertio uides: quomodo ex philosopho vicissim stabilietur conclusio.

¶ NOT. Si plura uis facientia ad illud quod in corpore dicitur de sensu: vide huius primæ partis artic. in ordine. 108. 99.

¶ 2 Præt. Isaac dicit in lib. de diffinitionibus, quòd veritas est adæquatio rei & intellectus, sed sicut intellectus complexorum potest adæquari rebus: ita intellectus incõplexorum & etiam sensus sentiens rem ut est. Ergo ueritas non est solum in compositione & diuisione intellectus.

SED CONTRA est, quod dicit Philosophus in sexto Metaph. * quòd circa simplicia & quod quid est, non est veritas, nec in intellectu, neque in rebus.

RESPON. Dicendum, quòd uerum (sicut dictum est.*) secundum sui primam rationem est in intellectu. Cum autem omnis res sit vera secundum quòd habet propriam formam naturæ suæ: necesse est quòd intellectus inquantum est cognoscens, sit uerus, inquantũ habet similitudinem rei cognitæ, quæ est forma eius inquantum est cognoscens. Et propter hoc per conformitatem intellectus & rei, veritas diffinitur. Vnde conformitatem illam cognoscere, est cognoscere veritatem. Hanc autem nullo modo sensus cognoscit. Licet enim visus habeat similitudinem uisibilis, non tamen cognoscit comparationem, quæ est inter rem visam, & id quod ipse apprehendit de ea. Intellectus autem conformitatem sui ad rem intelligibilem cognoscere potest: sed tamen non apprehendit eam secundum quòd cognoscit de aliquo quod quid est. Sed quando iudicat rem ita se habere sicut est forma, quam de re apprehendit, tunc primò cognoscit & dicit uerum. Et hoc facit componendo, & diuidendo. Nam in omni propositione, aliquam formam significatam per prædicatum, uel applicat alicui rei significatæ per subiectũ, uel remouet ab ea: & ideo bene inuenitur, quòd sensus est verus de aliqua re, uel intellectus cognoscendo quod quid est, sed non quòd cognoscat aut dicat uerum. Et similiter est de vocibus complexis, aut incomplexis. Veritas quidem igitur potest esse in sensu, vel in intellectu cognoscente quod quid est, ut in quadam re uera, non autem ut cognitum in cognoscente: quod importat nomen ueri. Perfectio enim intellectus post uerum ut cognitum. Et ideo propriè loquendo, veritas est in intellectu componente & diuidente, non autem in sensu, neque in intellectu cognoscente quod quid est.

Et per hoc patet solutio ad obiecta.

A R-

Comm. Cardinalis Caietani.

TItulus clarus apud retinentes, quòd intellectus componens, & diuidens, non significat substantiam, aut potentiã aliquã, sed operationem intellectus, vocatam compositio, & diuisio, in 3. de anima.

¶ In corpore est unica conclusio responsiua quæsito affirmatiuè. Veritas propriè loquendo, est tantum in intellectu componẽte, & diuidente. Hæc conclusio habet duas exponentes, s. ueritas propriè loquendo est in intellectu componente, & diuidente, & quòd in nullo alio. Probantur namque ambæ simul in litera sic. Omnis res est vera secundum quòd habet propriam formam suæ naturę: ergo intellectus, ut cognoscens est verus, secundum quòd assimilatur rei cognitæ. ergo veritas est conformitas intellectus, & rei. ergo cognoscere veritatem est cognoscere conformitatem cognitionis ad cognitum. ergo nec sensus, nec intellectus, quod quid est, sed intellectus iudicans, ita esse sicut apprehenditur, cognoscit primo, & dicit uerum. ergo intellectus componens, & diuidens cognoscit uerum. ergo in eo tantum est uerum secundum propriũ modum nomine veri importatum. ergo in eo tantum est verum propriè loquendo. Prima consequentia probatur, quia similitudo rei cognitæ est propria forma intellectus, ut cognoscens. Secũda uerò manifestè tenet ex suo antecedente probato: adiuncta illa propositione, in principio corporis articuli posita.* s. verum secundum sui primam rationẽ est in intellectu. Si enim sic est, & veritas intellectus attenditur secundum similitudinem ad rem, consequens est, quòd veritas per cõformitatem intellectus, & rei desinenda sit. Tertia autem, ut nota relinquitur, & uere nota est, quoniam si ueritas cognitionis consistit in similitudine, seu conformitate intellectus, & rei, oportet ut cognoscere ueritatem sit cognoscere conformitatem hanc, s. intellectus, & rei, & econuersò, cognoscere hanc conformitatem, sit cognoscere ueritatem. Quarta uerò quo ad partes negatiuas declaratur in uisu & intellectu simplici. Quo ad affirmatiuam verò, nec probatione nec manifestatione eget. Quinta autem probatur, quia in omni propositione, aliquam formam significatam per prædicatum, applicat rei significatæ per subiectum, uel remouet ab ea. Sexta uero probatur, quia uerum est perfectio intellectus, ut cognitum, & manifestatur ex differentia, ex supradictis consequente, inter cognoscentem esse uerum, & cognoscentem cognoscere uerum. Illud enim est cognoscentem esse uerum, ut quandam rem & ideo conuenit sensui, & intellectui, quod quid est, & uocibus in complexis: hoc autẽ est habere verum, ut cognitum in cognoscente, & ideo in intellectu componente vocibusque complexis, ut signis, &c. Vltima demum consequentia per se nota est; ut patet.

¶ Ad euidentiam horum aduerte, quòd planus sensus, quem superficies huius literæ prima fronte ostendit, videtur quod quia cognitio sensus, puta uisus, aut etiam simplicis intellectus, conformis est rei: ideo vera dici potest. Sed quia non potest illam conformitatem, quæ est inter ipsam cognitionem simplicem, & rem, cognoscere: ideo non cognoscit uerum, & quia intellectus componens illam cognoscit uerum. Sed huiusmodi sensus alienus est ab hac litera secundum ueritatem. Tum quia falsum est, quòd intellectus simplex non cognoscat illam conformitatem, quoniã conformitas illa, diffinibile quoddam est, & consequenter simplici intellectu cognoscitur. Tum quia illa conformitas non cognoscitur nisi reflexè ab intellectu: verum autem cognoscitur directè, & non reflexe tantum. Tum quia medius terminus in litera adductus ad probandum, quod conformitas, in qua consistit ueritas, cognoscatur ab intellectu componendo, uel diuidendo, non esset ad propositum, ut patet applicanti. Vt igitur præsens litera cum qualibet sibi simili pateat, notato quatuor. Primo, quod aliud est loqui de intellectu etiam in actu secundo, & aliud de intellectu inquantum cognoscens: & similiter aliud est loqui de veritate illius, & aliud de ueritate istius. Ad ueritatem enim intellectus in actu secundo, non plus requiritur quam ad ueritatem sensus in actu secundo. unde & intellectus & sensus in actu, uerus dicitur, ut quædam res uera, quando cognitio assimilatione ad cognitum informatur. Ad ueritatem autem intellectus, ut cognoscens est, exigitur, quod ueritas sit in eo, ut est cognoscens; hoc autem non est nisi sit in eo, ut cognita. Et propterea litera inuestigans ubi propriè uerũ sit, a propria forma intellectus non in actu primo aut secundo, sed ut cognoscens est procedit: & uult quod propria eius forma ac perfectio est similitudo cogniti, non quæ est principium cognitionis, sed quæ est terminus, uel quasi terminus seu perfectio ad quam attingendo perficitur. Pro quo nota secũdo, quòd similitudo rei cognitæ dupliciter sumitur quantum ad propositum spectat. Primò pro specie intelligibili, siue sensibili simplici. i. per modum incomplexi repræsentantis, quicquid sit illa species. Secundo pro specie repræsentatiua cogniti ut sic siue complexe siue incomplexe, quicquid sit illa, siue species impressa, siue expressa, siue ipsa cognitio: hæc enim non uariant propositũ. In præsenti litera non sumitur similitudo cogniti primo modo, ut superficialis expositio intelligit, sed secundo, ita quod sensus literæ est, quod similitudo attacta seu assecuta a cognitione, est propria forma, & perfectio intellectus ut cognoscens est, & illa cognitio quæ suiipsius conformitatem cum recognoscit, illa cognoscit uerum: & nulla alia, quomodocunque sit illa conformitas. s. siue per modum complexi siue incomplexi. Tertiò nota, quòd cognoscere con-

conformitatem sui ad cognitum contingit dupliciter. s. in actu signato, & in actu exercito. Cognoscere conformitatem in actu signato, est cognitionem terminari ad relationem conformitatis. Cognoscere uero conformitatem in actu exercito, est cognoscere aliquid in se ut conforme cognito. Quod ut clarius percipiatur, manifestatur in actu dicendi, quoniam clarius apparet propositū in ipso. Dicit quispiam conformitatem intellectus & rei in actu signato, cum hæc uerba, seu significata eorum in communi uel in speciali materia quam intelligit, dicit mentaliter uel uocaliter: dicit autem in actu exercito, quoniam aliquid dicit ut conforme rebus. Nunquam autem dicit aliquid ut cōforme uel difforme rei, quamdiu incomplexum aliquod dicit: dicendo enim homo, aut centaurus, aut uacuum: nihil dico ut conforme uel difforme rei alicui: sed cum primò dicit, homo est: aliquid dicit conforme uel difforme rei. quoniam dicit aliquid significans hominem esse, ut de se patet: & simile est de credere, & cognoscere. Cognoscere igitur conformitatem sui ad rem, nihil aliud est quam cognoscere aliquid in se ut conforme rei: hoc autem nihil aliud est quā apprehendere complexum aliquod. Apprehendēdo enim ly homo est, apprehendo aliquid ut conforme. In proposito, non sumitur cognoscere conformitatem primo modo, ut superficialis illa expositio accepit, sed secundo. Et propterea in litera probatur, quòd cognoscere sui conformitatem ad rem, est proprium intellectus componentis & diuidentis, ex eo quòd enunciatio omnis, ponit uel remouet aliquid a subiecto. si enim cognoscere conformitatē sui ad rem, est cognoscere aliquid in se ut conforme rei, & nunquam cognoscitur aliquid in se ut conforme, nisi cum cognoscitur enuntiatio, quam constat esse in enunciante & conformitatē, uel difformitatem ad rem importare: oportet quòd solus intellectus enuntians cognoscat ac dicat conforme, uel difforme ut sic. Et quia hoc solum est dicere & cognoscere uerum in actu exercito, ideo solus intellectus componens, & diuidens cognoscit, & dicit uerum. Et uerum in actu exercito est in solo intellectu componente, & diuidente, ut cognitum & dictum in cognoscente, & dicente. Ita enim distinguendum est de cognitione ueri in actu exercito, & signato, sicut de prædictis. Quam distinctionem si nō capis, ex distinctione hac quo ad significationem percipies & nominum quilibet: habetur, significare enim uerum, ut logicalibus instructionibus habetur, dupliciter inuenitur. s. in actu exercito, & signato. Nam ly uerum, significat uerum, sed nō exercet ipsum, sed ly homo est bipes, significat uerum, quia exercet ipsam ueritatem. Et ly homo est alatus, significat falsum in actu exercito, &c. Et propterea in primo perihermenias dicitur: quod enuntiatio est oratio significans uerum, uel falsum. s. in actu exercito, quod est significare conforme rei, uel difforme, ut sic.

¶ Ex his autem patet quartū, quod obscuritatē magnam in hac materia ponit. s. φ ueritas est conformitas intellectus, & rei, hoc enim pōt intelligi de ueritate rei, uel de ueritate absolute. Et primo modo est optime dictum, quoniā ueritas, qua omnis res ī suo gradu essendi dicitur uera, siue cognoscat, siue non, consistit in cōformitate horum duorum, ut patet ex litera hac & præcedēte. Secundò autem modo, ut prima fronte apparet, est benedictum, sed particulariter intelligendum, quia non conformitas cuiuscunque intellectus, sed intellectus complexi tantum, est ueritas, ut patet ex dictis. Sed si altius diffinitionem hanc perscrutati fuerimus, inueniemus, quod uniuersaliter & proprie loquendo hæc diffinitio soli ueritati absolute conuenit, & non ueritati rei, nisi extensiue. Conformitas enim intellectus ad rem, dupliciter potest in intellectu inueniri. vno modo per accidens, alio modo per se. Nulli enī intellectui incomplexo, ut sit sic, conuenit per se conformitas ad rem, quia incomplexum, ut sic, respectum nullum æqualitatis, aut inæqualitatis ad alterum exercet, quamuis forte adæquatum alteri de facto sit, ut patet inductiue. Complexa autem enuntiatio mentalis omnis, per se exercet in propria ratione, quòd sit æqualis & inæqualis enuntiatæ rei: quoniā essentialiter est similitudo, quòd hoc insit, uel non insit illi. Et siquidem inest, quod repræsentat in esse, conformis dicitur, sin aūt nō, difformis. Cum igitur aliquis intellectus sit ex propria ratione conformis, aut difformis: & de ratione ueritatis absolute sit conformitas intellectus consentaneum est, quòd de intellectu, cui per se conuenit conformitas, est sermo. Ita quòd sensus est, ueritas est conformitas intellectus, & rei, i. ueritas est intellectus per se conformis rei, uel conformitas intellectus per se subiecti conformitatis, ut sic in diffinitione ueritatis ponatur intellectus tanquam subiectum non per accidens, sed per se. Talis autem est intellectus componens, ut dictum est. Vnde Arist. 4. Metaph. tex. 27. diffiniuit uerum, & falsum p enuntiabile dicens, φ uerum est ens esse, & non ens non esse: falsum autem ens non esse, & non ens esse. Ita quòd enuntiabile diffiniuit uerum, & uerum enuntiationem: ut ostendatur uerum proprie in huius compositione tantum inueniri, ut uerum exercite.

Cap. 1. d. 2. q. 1. co. 2. Bannes eod. loco.

SVPER Q. XVI. ART. III.

Conci. Sicut bonum conuertitur cū ente, sic & uerum.

101 ver. q. 1. ar. 21. & 1 di. 19. q. 5. art. 17.

¶ Prob. Quia uerū habet ordinē ad cognitionem; & vnūquodq; in tantū est cognoscibile, inquātū hēt de esse.

* Ar. 1. huius q:

1^m conclusio.

Ergo nō conuertūtur. ℞. Eodem modo: non, modo variato. § Nā uerum, quod est in rebus. (in ijs enim est secūdario) & ens nō cōuertitur, ſm subiectum uerum autem, qd̄ est in intellectu, & ens cōuertuntur ſm φ uerū est manifestatiuum ens est manifestatum.

lib. 2. Met. tex. 4. to. 3.

Item cōclus.

Ergo non cōuertūtur. ℞. Secundum rem & rationem simul; non ſm rem tm̄. §. Tunc &c. Non. n. conclusio intendit, quòd cōuertantur ſm rem & rōnē simul, sed sicut bonum cōuertitur cum ente. i. quod cōuertantur ſm rē tm̄. vide literæ sedm̄ illud ly Quis posset dici, &c.

* Lib. 3. de aia, tex. 37. to. 2.

2^u de maiori.

Non ens. ℞. Reale & ra-

ARTICVLVS III.

Vtrum verum & ens cōuertantur.

Ad tertivm sic proceditur. Videtur, quod verū & ens non conuertantur. Verum enī est proprie in intellectu (ut dictū* est:) ens autem proprie est ī rebus. ergo non conuertuntur.

¶ 2 Præt. Id quod se extēdit ad ens, & non ens, non conuertitur cū ente: sed verum se extendit ad ens & non ens. nam verum est quod est esse, & quod non est, non esse. ergo verum, & ens non conuertuntur.

¶ 3 Præt. Quæ se habent secūdum prius & posterius, non videntur cōuerti: sed verum videtur prius esse quàm ens. nam non intelligitur nisi sub ratione veri. ergo videtur φ non sint conuertibilia.

Sed contra est, quod dicit Phil. 2. Met.* quòd eadem est dispositio rerum in esse & veritate.

Respon. Dicendum, quod sicut bonum habet rōnem appetibilis, ita verum habet ordinem ad cognitionem. Vnumquodq; autē inquantum habet de esse, intantū est cognoscibile. Et propter hoc, dr̄ in 3. de anima,* quòd anima est quodammodo omnia secundū sensum & intellectum. Et ideo sicut bonū conuertitur cum ente, ita & verū. Sed tamen sicut bonū addit rationem appetibilis supra ens, ita & verum comparationem ad intellectū.

Ad primvm ergo dicendum, quòd verum est in rebus, & in intellectu (vt dictum est.*) Verum autē quod est in rebus, conuertitur cum ente secundum substantiam. Sed verum quod est in intellectu, conuertitur cum ente, vt manifestatiuū cum manifestato. Hoc enim est de ratione veri, vt dictum est.* Quamuis posset dici, quòd etiam ens est in rebus, & in intellectu sicut, & verum, licèt verum principaliter in intellectu, ens verò principaliter in rebus. Et hoc accidit propter hoc, quòd verum, & ens differunt ratione.

Ad secvndvm dicendum, φ non ens non habet in se vnde cognoscatur, sed cognoscit, inquantum intellectus facit illud cognoscibile. vnde verum fundatur in ente, inquantum non ens est quoddam ens rationis, apprehensum. s. a ratione.

Ad tertivm dicendum, φ cum dicitur, quòd ens non potest apprehendi sine ratione veri, hoc potest dupliciter intelligi. Vno modo, ita quòd non apprehendatur ens, nisi ratio veri assequatur apprehensionem entis. Et sic locutio habet veritatem. Alio modo posset sic intelligi, quod ens non posset apprehendi, nisi apprehenderetur ratio veri. Et hoc falsum est. Sed verum non potest apprehendi, nisi apprehendatur ratio entis, quia ens cadit in ratione ueri. Et est simile, sicut si comparemus intelligibile ad ens. non enim potest intelligi ens quin ens sit intelligibile. Sed tamen potest intelligi ens, ita, quòd non intelligatur eius intelligibilitas. Et similiter ens intellectum est verum, non tamen intelligendo ens, intelligitur uerum.

rationis simul: non, reale tm̄. §. Tunc &c Nā illud non ens, ad quod se extendit uerū, dicendo uerum est qd̄ nō est non esse, est ens rationis. Licet nō sit ens reale; & hoc sufficit ad uerificandam cōclusionē. Non uult. n. dicere cōclusio, qd̄ uerū & ens reale conuertātur. sed quod uerū est ens complectendo ens reale & rōnis simul hoc nōie, i. siue sit ens reale siue sit rōnis. Conuertuntur.

Art. 1. huius q.

Art. 1. huius q. Respon. 2.

3^m de minori.

Conuerti. ℞. Secūdum rem

D. 346.

AR-

rem & rationem simul:non,secundum rem tantum.§.Tunc nihil &c.Nam.quod sit posterius uel prius ratio ueri uel non entis(circa quod declarandum insistit litera) hoc non facit quòd secundũ rem non conuertantur:& hoc tantum uult conclusio,quòd secũdum rem conuertantur. Ex responsione hac ad tertium habes regulam pluries a Diuo Thoma seruatam,quæ est hæc. Quando iam in eodem articulo respondit ad argumentum eadem solutione diluendum:ipse,tanquam ad eam solutionem prius dictam argumentum posterius remittens,formalem responsionem non adducit. Sed ex abundantiori doctrina aliud inibi tactum declarat,Verbi gratia Hic in tertio difficultas erat in ly conuerti(Hoc enim intendit infringere quòd.s.non conuertantur) & tamen nihil de hoc nunc respondetur;sed ad declarandum, quomodo alterum illorum sit prius uel posterius (quod argumétum tetigit.) insistitur.Si quæris quare;hoc est quia per iam datas ad priora argumenta solutiones poterat a studentibus etiam ad tertium,istud applicari solutio: ut nos ostendimus.

APPENDIX.

EX articulo habes primo: quomodo per rationem demonstres,philosophum rectè dixisse tertio de anima,tex.37.quòd anima est quodammodo omnia secundum sensum & intellectũ. Item 2.Met.t.4.quod eadem est dispositio rerum in esse & ueritate.Vtrobique enim significat; quod ens & uerum conuertũtur. Secundò habes: quomodo per rationem philosophum ipsum in uero sensu intelligas,atque defendas. Tertiò vides: quomodo ex his vicissim firmetur conclusio.

Vtilitas pro philos.

2

3

¶ Not. Si plura vis ad corporis declarationem facientia, recurre ad huius partis articulos 99.25. 27.

Comm. Cardinalis Caietani.

IN titulo ly uerum,in suæ analogiæ communitate sumitur, ut ex responsione ad primum habetur.

¶In corpore una conclusio responsiua quæsito affirmatiuè. Verum & ens conuertuntur. Probatur ratione includéte simul vim medii, & manifestationem ex proportionali similitudine ueri, & boni. Vis medii est,vnumquodque inquantum habet de esse, in tantum est cognoscibile.ergo ens & uerum conuertuntur. Antecedens manifestatur ex authoritate tertio de anima, in qua dicit, Animam esse omnia,quia est omnia cognoscibilia, hoc enim non esset uerum, nisi cognoscibilitas adæquaret esse, ut patet,consequentia uerò probatur, quia uerum importat ordinem ad cognitionem,i.cognoscibile, Proportionalis autem similitudo consistit in tribus. Primò in hoc,sicut bonum significat appetibile, ita uerum cognoscibile. Secundò quòd sicut bonum conuertitur cũ ente,ita uerum. Tertiò sicut bonum addit supra ens ordinem ad appetitum,ita uerum ordinem ad intellectum.

¶Circa hoc est unum dubium, quoniam uis medii consistit in hoc,quòd verum importet cognoscibile in communi,ut patet, & in uerbis literæ & ex authoritate inducta ex 3.de anima. hoc aũt esse falsum litera in calce dicit. Quoniam dicit, quod importat ordinem ad intellectum, ac per hoc importat cognoscibile sic, s. per intellectum,& non cognoscibile in communi, & uerè sic est, quoniam, vt in primo articulo dictum est,uerum importat id, in quod tendit intellectus.

¶Ad hoc breuiter dicitur negando, quod uis medii exigat, ꝙ uerum significet cognoscibile in communi.sufficit enim,quod uel significet cognoscibile in communi,uel significet tali modo,sic qđ ille modus sit ita amplus quod se extendat ad omnia, ad quæ se extendit cognoscibile in communi,nihil enim refert ad uim rationis. an uerum importet cognoscibile in communi . an aliquid illi æquiualens utrobique enim sequitur conuertibilitas ueri cum ente. Sic autem est in proposito,quoniam intelligibilitas ad omnia se extendit, ad quæ se extendit cognoscibilitas, omne enim cognoscibile est intelligibile, & vnumquodque quantum habet de esse,tantum habet de intelligibilitate. Inchoauit autem a cognoscibili litera, & peruenit ad intelligibile, ut a facilioribus traderet disciplinam, hoc quod diximus subintelligendum relinquens.Sicut etiam dicens. Vnumquodque inquantum habet de esse,in tantum est cognoscibile,relinquit,& econuerso, quod tamen subintelligi oportet, ut conuertibiliter se consequantur ens & verum.

¶In responsione ad tertium dubium occurrit, quoniam respõsio hæc,repugnare uidetur supra & alibi,dictis S.Thom. Dictum est enim in 1.ar.quod uerum est in quod tendit intellectus, sicut bonum est, in quod tendit appetitus. Et alibi dicitur,quod verũ est obiectum intellectus. Modo autem dicitur, quod ueri ratio assequitur apprehensionem entis obiectum enim intellectus non sequitur,sed præuenit potius intellectionem. Videtur etiam contra ueritatem, quoniam non ideo ens est uerum, quia apprehenditur,sed econuerso.quia est uerum ideo appreheditur,siue actu, siue potentia.

¶Ad hoc dicitur,quod verũ dupliciter sumitur, ut patet ex dictis.s. pro ueritate rei,& propriè, & quod proprie est terminus intrinsecus intellectionis,& obiectum intrinsecum eius,immo propria intelligentia perfectio obiectiua. Et sic uerum non consequitur, nec præcedit intellectionem, sed simul est perficiens ipsam. Et de hoc non loquitur præsens litera, sed litera, articuli primi, quæ infert,uerum esse in intellectu. Verum autem rei,est posterius quidem ente, prius autem cognitione & est obiectum intellectus non formale(quoniam illud est ens)sed est conditio propria obiecti formalis. Ens enim licèt secundum omnes conditiones, & modos & rationes terminet intellectum, dum omnia intelligũtur actu,uel potentia, certam tamen exigit conditionem generalem,qua exercet hoc,quod est perficere intellectum obiectiue, & hanc addit uerum supra ens.Non enim quomodolibet perficit intellectũ,sicut nec quomodolibet perficit appetitum, nec quomodolibet agit. Vñ inter uerũ,& bonũ quamuis conueniant in hoc, ꝙ utrũq; est obiectum,& terminans,&c.hoc interest,quod bonũ, obiectum formale uoluntatis, uerum autẽ conditionem obiecti formalis significare uidetur.Et propterea omnis appetitio est appetitio boni formaliter,omnis autem intellectio non est intellectio ueri formaliter,ut in litera dicitur,sed rei ueræ : ita quod ly rei,notat rem intellectam, & ly ueræ conditionem qua res intelligitur.propter quod rationes Scoti in prima distinc. tertia quæne quarta,uel quinta, quibus impugnat uerum esse propriũ obiectum intellectus, non oportet soluere, quoniam de obiecto formali loquuntur,quod in hac litera docetur non esse.Ad opposita igitur dicendum est.quod dicta S.Thom. nec inter se, nec ueritati aduersantur,quoniam non intendit hoc littera, quod ratio ueri consequatur apprehensionem de ueritate rei loquendo, sed quod ratio ueri astat seu assistit apprehensioni, hoc enim intẽdit per ly assequatur. assequi enim propriè loquendo, non est sequi, sed potius pertingere, Manifestè enim littera ostendit,quod nihil aliud intendit, nisi quod uerum est quando ens intelligitur, & tamen uerum non intelligitur,ut etiam exemplum de intelligibilitate ostendit. Constat enim prius obiectum esse intelligibile, quàm apprehendatur. Nec propterea ponimus uerum in re,absque ordine ad intellectum, sed ponimus primo ens, deinde ens ut perfectiuum intellectus, & tertio intelligibile, quoniam intelligibile est,quia uerum est, & non econtra. In hoc autem quod est esse perfectiuum intellectus, manifeste patet ordo ad intellectum.

ARTICVLVS IIII.

Vtrum bonum secundum rationem sit prius quàm verum.

102 Veri.q.21. ar.3.

AD QVARTVM sic proceditur. Videtur ꝙ bonum, secundum rationem sit prius quam verum. Quod enim est vniuersalius,secundum rationem prius est,vt patet ex primo Physic.* sed bonum.est vniuersalius quã verum.Nam verum est quoddam bonum.s.intellectus. ergo bonum prius est secundum rationem quam verum.

*Lib.1.Ph. tex. 49. & et 1.tex.1. lib.10.2.

¶2 Præt. Bonum est in rebus, verum autem in compositione,& diuisione intellectus,ut dictum * est. Sed ea quæ sunt in re, sunt priora his, quæ sunt in intellectu. Ergo prius est secundum rationẽ bonum quam verum.

* Ar.2.huius q.

¶3 Præt. Veritas est quædam species virtutis, ut patet in 4. Ethic. * Sed virtus continetur sub bono. Est enim bona qualitas mentis, ut dicit Aug.* ergo bonum est prius, quàm verum.

Li.4.& hic cap.7.to.5.

SED CONTRA, quod est in pluribus est prius ſm rationem. Sed verum est in quibusdam in quibus non est bonum. s.in Mathe. Ergo verum est prius quam bonum.

SVPER Q. XVI. ART. IIII.

CONCL. Verum (absolute loquendo,)prius est,quàm bonum.

¶ PROB. Quia ratio veri se habet propinquius ad ens, quã ratio boni: quia uerum respicit cognitionem;& hęc antecedit appetitũ boni.

*Lib.6.c6. Iulianum, c.7. to.7.

Primum

1^m de maiori.

Prius est. R. Secundum quòd est vniuersalius; nō semper, simpliciter. §. Potest enim esse vniuersalius in genere tantum (vt puta appetibilium ut patet de bono, non simpliciter: & potest esse vniuersalius tantum in genere puta cognoscibilium)& simpliciter(ut patet de uero) Ideo bonum ex eo, quod vniuersalius est prius tantum in genere:& verum ex eo, quod uniuersalius est prius simpliciter. Tūc &c. Cōclusio. n non sine cā apposuit illam particulā. Absolute loquendo. Voluit enim per hoc innuere: quod veri ratio est prior simpliciter, & boni in aliquo sensū, i. in genere.

2^m de minori.

Priora. R. Secundum quòd entia, non secundum quòd bona, i. secūdum rationem entis, non secundum rationē boni. §. Tunc nihil &c. Concludit enim argumentum, quod ratio entis est prior, quàm ratio veri; quod nos concedimus; sed nihil ad rem.

RESPON. Dicendum, quòd licèt bonum & uerum supposito cōuertantur cum ente, tamen ratione differunt. Et secundum hoc uerum absolutè loquendo prius est, quam bonum: quod ex duobus apparet. Primò quidē ex hoc, quòd verum propinquius se habet ad ens, quod est prius, quam bonum. Nā verum respicit ipsum esse simpliciter & immediatè, ratio autem boni consequitur esse, secundum quòd est aliquo modo perfectum sic enim appetibile est. Secūdò apparet ex hoc, quòd cognitio naturaliter præcedit appetitum. Vnde, cum uerum respiciat cognitionem, bonum autē appetitum, prius erit verum quam bonum secundum rationem.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd uolūtas & intellectus mutuo se includunt. nam intellectus intelligit voluntatem, & voluntas uult intellectum intelligere. Sic ergo inter illa, quæ ordinantur ad obiectum uoluntatis, continentur etiā ea quæ sunt intellectus, & econuersò. Vnde in ordine appetibilium bonum se habet ut uniuersale & uerū ut particulare. in ordine autem intelligibilium est econuersò. Ex hoc ergo, quòd uerum est quoddam bonum, sequitur quòd bonum sit prius in ordine appetibilium, non autem quòd sit prius simpliciter.

AD SECVNDVM dicendum, quod secundum hoc est aliquid prius ratione, quod prius cadit in intellectu. Intellectus autem per prius apprehendit ipsum ens & secundariò apprehendit se intelligere ens, & tertiò apprehendit se appetere ens. Vnde primò est ratio entis, secundò ratio ueri, tertio ratio boni: licet bonum sit in rebus.

AD TERTIVM dicendum, quod virtus, quæ dicitur veritas, non est veritas communis, sed quædā ueritas, secundum quam homo in dictis, & factis ostendit se ut est. Veritas autem uitæ dicitur particulariter, secundum quod homo in uita sua implet illud, ad quod ordinatur per intellectum diuinum: sicut etiam dictum * est, veritatem esse in cæteris rebus. Veritas autem iustitiæ est secundum quòd homo seruat id, quod debet alteri secundum ordinem legum. vnde ex his particularibus veritatibus non est procedendum ad ueritatē communem.

3^m de conclusione. Quam verū. R. Particulare: non, commune. §. Tunc &c. Nam conclusio loquit̄ de vero cōiter sumpto: vt patet.

APPENDIX.

EX artic. habes primo: quomodo per rationem ostendas philosophum iure dixisse. 6. Metaph. text. 8. verum & falsum esse in mente, bonum autem & malum esse in reb^9. Hoc est uerum, vtpote menti uicinius, quam bonum, prius cadit in intellectu quam bonū; id est prius intelligere se ens aliquis apprehendit quam apprehendat se appetere ens: & consequen. et verum secundum rationem est prius, quàm bonum. Secundo habes: quomodo per rationem dictum illud philosophi in vero sensu intelligas intellectumque defendas. Tertio vides: quomodo ex his vicissim conclusio stabiliatur.

¶ NOT. Artic. huic seruit articulus in ordine 25. 26. 100. 410. 107. 99.

Vtilitas pro philos. Ordo intel ligendi.

Art. 1. huius q. 2

3

Tertium

Comm. Cardinalis Caietani.

IN titulo ly secundum rationem, propriè cadit supra ly bonū, & uerum, & non supra ly prius, quamuis in idem redeat uterque sensus, si accipiatur prioritas rationis secundum se, ut ex responsione ad primum sumi potest non quo ad nos tantum. Est ergo sensus: vtrum ratio boni sit prior ratione ueri.

¶ In corpore duo. Primò excluditur tacita obiectio contra ipsam quæstionem. Secundò respondetur quæsito.

¶ Quo ad primum dicitur, quod licet utrumque horum cōuertatur cum ente suppositaliter, distinguūtur tamen ratione. Dixit enim hoc, quoniam cum ordo supponat distinctionem. & quæstio hæc de ordine boni & ueri, oportet ipsorum distinctionem præhabere. Ex dictis autem hactenus habetur, quod idem sunt bonum & uerum, quòd ens, & consequenter inter se, Quomodo ergo nunc quæritur de ordine? Hæc enim obiectio per pauca illa uerba in principio literæ excluditur, quoniam in eis declaratur, quòd identitas est in supposito non in ratione formali horum, sed in hac distinguuntur.

¶ Quo ad secundum respondetur quæsito unica conclusione. Veri ratio absolute est prior ratione boni. Probatur dupliciter, primò. Verum sequitur esse simpliciter, & immediate, bonum autem consequitur esse secundum quod est aliquo modo perfectum, i. secundum quod habet aliquo modo rationem perfectionis. ergo uerum est propinquius enti, quam bonum. ergo est prius. Antecedens pro secunda parte probatur, quia ens est sic appetibile, i. ens non habet rationem appetibilis, nisi ut rationem perfectionis induit. Quod patet. Tum quia ens non secundum quamcunque considerationem comitatur boni ratio, ut patet in Mathema. Tum, quia omne appetens appetit perfectionem aliquam. Secunda quoque consequentia probatur, quia ens constat esse prius bono, immo primum simpliciter. Secundo probatur conclusio. Verum respicit cognitionem, bonum autem appetitū. ergo uerum est prius bono: probatur sequela, quia cognitio naturaliter præcedit appetitionem.

Ferr. 1. con. c. 59. 60.

SVPER Q. XVI.

ART. V.

103

1. 2. q. 3. ar. 7. cor. & q. 93. ar. 1. ad 3. & 2. 2. q. 27. art. 4. c. & 1. cōt. c. 59. & 60. 61 & 62. & li. 3. ca. 51. & opu. 3. cap. 105. & Io. 14. lec. 2. Lib. de vera relig. ca. 36. to. 1.

CONCL. Non solum in Deo est veritas, sed ipse est ipsa prima & summa ueritas.

¶ PROB. Quia esse Dei est & conforme suo intellectui (ergo in ipso est veritas,) & suū intelligere (ergo ipse est veritas). Secunda autem pars. f. sed ipse &c. probatur, quia suū intelligere est mensura omnis alterius & esse, & intellectus. Tertia autem pars. f. & summa &c. probatur, quia est summum esse & intelligere.

ARTICVLVS V.

Vtrum Deus sit veritas.

AD QVINTVM sic proceditur. Videtur, quod Deus non sit veritas. veritas enim consistit in compositione, & diuisione intellectus, sed in Deo non est compositio, & diuisio. ergo non est ibi veritas.

¶ 2 Præt. Veritas secundum * Aug. in lib. de vera relig. est similitudo principii. Sed Dei non est similitudo ad principium. ergo in Deo nō est veritas.

¶ 3 Præt. Quicquid dicitur de Deo, dicitur de eo ut de prima causa omnium. Sicut esse Dei est causa omnis esse: & bonitas eius ē causa omnis boni. Si ergo in Deo sit ueritas. ergo omne uerum erit ab ipso. Sed aliquem peccare est verum. ergo hoc erit a Deo. Quod patet esse falsum.

SED CONTRA est, quod dicitur Io. 14. Ego sum via, veritas, & vita.

RESPON. Dicendum, quòd sicut * dictum est, veritas inuenitur in intellectu secundum quòd apprehendit rem ut est, & in re secundum quod habet esse conformabile intellectui. Hoc autem maximè inuenitur in Deo. Nam esse suum, non solum est conforme suo intellectui, sed etiam est ipsum suum intelligere, & suum intelligere est mensura, & causa omnis alterius esse, & omnis alterius intellectus, & ipse est suum esse & intelligere. vnde sequitur

Art. 1. huius q. & 2.

Primum

tur, quòd non ſolum in ipſo ſit veritas, ſed quòd ipſe ſit ipſa ſumma & prima veritas.

Ad primvm ergo dicendum, quòd licet in intellectu diuino non ſit compoſitio & diuiſio, tamen ſecundum ſuam ſimplicem intelligentiam iudicat de omnibus, & cognoſcit omnia complexa. Et ſic in intellectu eius eſt veritas.

Ad secvndvm dicendum, ꝙ verum intellectus noſtri eſt ſecundum quòd conformatur ſuo principio. ſ. rebus, a quibus cognitionẽ accipit. Veritas etiam rerum eſt, ſecundum quòd conformantur ſuo principio. ſ. intellectui diuino. ſed hoc, propriè loquendo, non poteſt dici in ueritate diuina, niſi fortè ſecundum quòd veritas appropriatur filio, qui habet principium. Sed ſi de veritate eſſentialiter dicta loquamur, non poteſt intelligi, niſi reſoluatur affirmatiua in negatiuam, ſicut cum dicitur, Pater eſt a ſe, quia non eſt ab alio. Et ſimiliter dici poteſt ſimilitudo principii veritas diuina, inquantum eſſe ſuum non eſt ſuo intellectui diſſimile.

Ad tertivm dicendum, ꝙ non ens, & priuationes, non habent ex ſeipſis veritatem, ſed ſolũ in apprehenſione intellectus. Omnis autem apprehenſio intellectus a Deo eſt: vnde quicquid eſt veritatis in hoc, quod dico, iſtum fornicari eſt verum, totum eſt a Deo. Sed ſi arguatur, ergo iſtum fornicari eſt a Deo, eſt fallacia accidentis.

1^m de maiori. In compoſitione, & diuiſione intellectus. ℞. Vel in iudicando de rebus, & cognoſcendo complexa ſecundum ſimplicem intelligentiam. §. Tunc &c. vt patet. Pro litera dic: quòd illa maxima argumenti ut iacet, de veritate tantum humana intelligitur (vt artic. 2.) gloſſata autem ſic, vniuerſaliter de omnibus intellectib. proportionaliter tamen (quod dico propter angelorum ſimplicem intelligentiam verificatur.)

2^m ex Auguſtino. Eſt ſimilitudo. ℞. Affirmatiuè expoſita, vel negatiuè. §. Affirmatiuè exponitur ueritas noſtra rerum filio appropriata; negatiuè in diuinis eſſentialiter dicta. Tunc nihil &c. Hoc enim ꝙ filius ſit ſimilis ſuo principio, & eſſe diuinum non ſit intellectui ſuo diſſimile declarat ad plenum, quod Deus eſt veritas.

3^m de concluſione ſecunda. Omne verum. ℞. Inquantum verum; non inquantum non ens, aut priuatio. §. Nota fallaciam accidentis (vt in litera) pro ſemper: vt Caluini cauillofis blaſphemiis, quibus Deum in nobis effectorem peccati ſtatuit ſcias, & reſpondere & ipſum ignorantiſſimum in hoc nebulonem oſtendere (Prar. Caluiniſtæ.) Ad argumentum tamen vformaliter mox, data gloſſa, dicas. Tunc nihil &c. Nam peccatum vt peccatum, eſt non ens, ſiue priuatio: non autem eſt aliquod verum.. Vide 1. 2. q. 79. ar. 1.

APPENDIX.

Vtilitas pro Eccleſ. S. Dei

Ex articulo habes primo: quomodo per rationem intermas hæreſim Armenorum Deum eſſe mendacem. Item quorundam aliorum, qui (vt innuere videtur Melchior Cano de locis Theologicis lib. 2. cap. 3.) impudenter dixerunt: Deum potentia ordinaria mentiri poſſe: & Deum potentia ordinaria per adminiſtrum poſſe uel mentiri uel fallere. Contra hos omnes pugnat articulus. Si enim Deus veritas eſt: iam cum abſtractum non compatiatur ſecum uel minimum contrarii. (Vt albedo nõ poteſt eſſe aliqua ex parte nigra.) patet apertiſſime: ꝙ minimum mendaciũ, nec de poſſibili etiam, in Deum nunquam cadere poteſt. Secundò habes: quomodo per rationem oſtendas, has omnes meritò fuiſſe dãnatas. Hierem. 10. Dñs autem Deus verus eſt. & Nu. 1. Non eſt Deus quaſi homo; ut mentiatur; Sap. 1. Abominatio eſt Domino labia mendacia, pſal. 5. Perdes tu Deus, omnes q loquuntur mendaciũ: Rom. 3. Eſt autẽ Deus verax omnis autem homo mendax. Mendaces ergo ſunt prædictas hæreſes dicentes. Itẽ ibidem Apoſtolus; ſi iniquus eſt Deus. Quomodo iudicabit hunc mundum? Iniquus autem eſſet, ſi mendax eſſet: & proportionaliter, i. ſi de facto mendax, de facto iniquus, ſi de poſſibili mendax, de poſſibili iniquus: Quocunque autem modo ſit iniquus: quomodo (inquit ille) iudicabit hunc mundum? Vide ibi, ſi uis, auream D. Thomæ expoſitionem. Tertiò vides: quomodo ex his uiciſſim firmetur concluſio. 3

¶ Not. Plura, ſi uis, ad clariorem notitiam: hic dictorum facientia uide articulus 83. 132. 253. in ordine. Primi duo ſeruiunt corpori, tertius reſponſioni ad tertium.

Comm. Cardinalis Caietani.

Titulus clarus.

¶ In corpore una concluſio reſponſiua quæſito. In Deo nõ ſolum eſt veritas, ſed ipſe eſt veritas prima & ſumma. Concluſio hæc claudit in ſe quatuor partes. Prima eſt quòd in Deo eſt veritas, ut in re, ſecunda, quòd in Deo eſt veritas obiectiuè, tertia, quòd Deus eſt veritas, quarta, quòd eſt prima & ſumma. Ex quo ad omnes in litera probatur. Quo ad primam quidem, Eſſe Dei eſt non ſolum conforme ſuo intellectui, ſed etiam ipſum intelligere. ergo eſt maximè uerum ueritate rei. probatur ſequela, quia ueritas in re eſt ſecundum quòd habet eſſe conformabile intellectui. Quo ad ſecundam uero, intelligere Dei eſt menſura omnis alterius eſſe, & intellectus, ergo cognoſcit uerum, probatur ſequela, quia ueritas in intellectu eſt ſecundum quòd apprehendit rem ut eſt. Conſtat enim intellectionem menſurantem omne eſſe, oportere apprehendere res eſſe ut ſunt, & ſimiliter menſurantem omnem intellectum etiam componentem & diuidentẽ. oportere apprehendere quicquid a quocunque apprehenditur. Quo ad tertiam autem Deus eſt ſuum eſſe & ſuum intelligere. ergo eſt ipſa ueritas, & patet ſequela. Ex eo enim quod eſt ſuum eſſe, ſequitur, ergo eſt ipſa ueritas rei. Ex eo autem, quod eſt ſuum intelligere, ſequitur, ergo eſt ipſa ueritas in intellectu. Quo ad quartam autem particulam, probatio non ſpecialiter affertur, ſed ex inſertis in præcedentibus habetur. Ex eo namque quòd ſuum eſſe & intelligere, habet rationem primæ menſuræ, & cauſæ omnis eſſe, & intellectus, manifeſtè ſequitur, quòd quæ illic eſt ueritas, ſumma & prima eſt.

Aegid. 1. 5. d. 19. q. 2. pr. prin.

ARTICVLVS VI.

Vtrum ſit una ſola ueritas, ſecundũ quàm omnia ſunt uera.

104

1. 2. q. 95. ar. 1. & 1. d. 19 q. 5 ar. 2. & ver. q. 1. ar. 4. & 8. & pſ. 11. co. 2.

Ad sextvm ſic proceditur. Videtur, quod vna ſola ſit veritas, ſecundum quam omnia ſunt vera: quia ſecundum * Auguſt. Nihil eſt maius mente humana, niſi Deus. Sed veritas eſt maior mente humana, alioquin mens iudicaret de veritate: nunc autem omnia iudicat ſecundum veritatem, & non ſecũdum ſeipſam. ergo ſolus Deus eſt veritas. ergo non eſt alia veritas quam Deus.

* lib. 14. de Tri. c. 8. & lib. 15. c. 1. circa fi. t. 3:

¶ 2 Præt. Anſel. dicit in li. † de veritate, quòd ſicut tempus ſe habet ad temporalia, ita veritas ad res veras; ſed vnum eſt tempus omnium temporalium. ergo una eſt veritas, qua omnia uera ſunt.

† In dialo. de ver. c. 13 circa finẽ.

Sed contra eſt, quod in pſ. 11. dicitur; Diminutæ ſunt ueritates a filiis hominum.

Respon. Dicendum, quod quodammodo vna eſt veritas, qua omnia ſunt vera, & quodammodo non. Ad cuius euidentia ſciendum eſt, quòd quando aliquid prædicatur vniuocè de multis, illud in quolibet eorum ſecundum propriam rationem inuenitur, ſicut animal in qualibet ſpecie animalis: ſed quando aliqd dicitur analogicè de mul-

SVPER Q. XVI. Art. VI.

Concl. Quodãmodo vna eſt veritas, qua omnia ſunt uera: & quodammodo non.

¶ Prob. Quia veritas ſecundum quòd eſt in rebus, eſt una, inquãtum omnes res, dicuntur vere per ordinem ad unam primam veritatem. Secunda autem pars. ſ. quodammodo &c. probatur, quia veritas ſecundum propriã rationem, i. ſecundum quod eſt in intellectu; multiplicatur ſecundũ multitudinem, tum intellectum diuerſorum, tum diuerſorum cognitorum ab eodem intellectu.

¶ Coroll. Ergo veritas illa vna, eſt veritas diuina, ſecundum quam denominant omnia uera ueritate rei: & veritates illæ plures, ſunt diuerſi conceptus intellectuum creatorũ. Ergo ueritas rerum eſt tantum una analogicè, prout. ſ. res quæcunque dicuntur veræ ſecundũ quod conformãtur cõceptui diuino de ſeipſis habito:

D. 547. D. 118.

habito: & veritas intellectuum, i. secundũ propriam rationé sumpta, est multiplex prout singuli intellectus sunt veri singulis suis veritatibus proprie sumptis.

1m de conclusione. Est veritas. R. p se subsistens: nó aliter. §. Tũc nihil &c. Stat enim dũ hoc, quòd sint plures aliæ veritates nó subsistentes: & consequéter quòd hæ sint mente humana maiores secundũ quid; licet solus Deus sit ista maior simpliciter per aug.

D. 1098.

Art. 1. huius q.

2m de conclusione. Vera. R. Veritate rei: non aliter. §. Concordat ergo Ansel. conclusioni.

tis, illud inuenitur secundũ d propriam rationem in vno d eorũ t intum, a quo alia denominantur. Sicut sanũ dicitur de animali, & vrina, & medicina, non φ sanitas sit nisi in animali tantum, sed a sanitate animalis denominatur medicina sana, inquantum est illius sanitatis effectiua, & vrina inquantũ est illius sanitatis significatiua. Et quamuis sanitas d non sit in medicina, neque in vrina, tñ in utroque est aliquid, per quod hoc quidem facit, illud aũt significat sanitatem. *Dictum est autem, quòd veritas p prius est in intellectu, & per posterius in rebus, fm φ ordinantur ad intellectum diuinum. Si ergo loquamur de veritate, prout existit in intellectu, secundum propriã rationem, sic in multis intellectibus creatis sunt multæ veritates, etiam in uno, & eodem intellectu secundum plura cognita. Vnde dicit* gl. super illud Psal. 11. Diminutæ sũt veritates a filiis hominũ &c. quòd sicut ab una facie hominis, resultant plures similitudines in speculo, sic ab vna veritate diuina resultant plures veritates. Si verò loquamur de veritate secũdum quòd est in rebus, sic omnes sunt veræ una prima veritate, cui vnumquodque assimilatur secundum suã entitaté. Et sic licet plures sint essentiæ, vel formæ rerum, tamen vna est veritas diuini intellectus, secundũ quã omnes res denominantur veræ.

Ad primum ergo dicendum, quòd aĩa non fm quãcunque veritatem iudicat de reb. omnibus, sed fm veritatem d primam: inquantũ resultat in ea sicut in speculo, fm prima intelligibilia. Vnde sequitur quod veritas prima sit maior aĩa. & tñ etiam veritas creata, quæ est in intellectu nostro, est maior anima non simpliciter, sed fm quid, in quantũ est perfectio eius, sicut etiã scientia posset dici maior anima. Sed verũ est, qd nihil subsistens est maius mente rationali, nisi Deus.

Ad secundum dicendum, φ dictum Anselmi veritaté habet, fm quòd res dicuntur veræ per comparationem ad intellectum diuinum.

AR-

Est gl. Augus. in istũ ps. 11. to. 8.

Velitas pro Eccle. S. Dei.

APPENDIX.

EX artic. habes primo, quomodo per rationem cõcordare valeas ad inuicé ista. Roma. 3. Est autem Deus verax, omnis autem homo mendax, & Ecclesi. 15. Viri veraces inuenientur in illa. Ecce. Vna tantum veritas ab Apostolo ponitur, quæ est veritas diuina, & plures ab Ecclesiastico. Ab una ergo ueritate quodammodo omnia denominantur uera (secundum scripturam) & quodammodo non. Vide conclusionem, & bene applica. A simili facit ad hoc, quod dictũ fuit q. 6. ar. 4. Secundò habes: quomodo a simili ex ratione demonstres, quod nonnullorum propositio, illa, s. Iustum solum Deum omnes homines iniquos, sit erronea; & φ censura generalis in Bibliam hanc, ut falsò ab hæreticis, ex tertio, uel quarto Tobiæ deductam, pro erronea meritò damnat. Nam vltra rationem articulorum huius & 4. supra, est contra sacram scripturam: quæ multos appellat iustos: Abraham. s. Isaac, Iacob &c. Tertio vides: quomodo ex his vicissim stabiliatur conclusio.

2 D. 191. 3

Comm. Cardinalis Caietani.

TItulus clarus.

¶ In corpore una conclusio responsiua quæsito. Veritas qua omnia sunt uera, quodammodo est una, & quodammodo non. Probatur hæc conclusio, quo ad utramque partem simul hoc modo. Veritas per prius est in intellectu, & per posterius in rebus in ordine ad intellectum diuinum. ergo veritas in intellectu existẽs, secundum propriam rationem multiplicatur & in diuersis intellectibus creatis, & in uno & eodem secundum diuersa cognita: veritas autem, qua omnes res ueræ dicuntur, est una ac prima. Antecedens patet ex dictis. Consequentia autem quo ad vtriusque partis illationem probatur ex differentia inter uniuocum & analogum in hoc, quòd illud in quodlibet uniuocato saluatur secundum propriam rationem: istud autem in primo tantum ponit propriam rationem; in aliis autem fundatum ordinem ad primũ. Exempla habentur in litera. Quo ad id uerò, quod in secunda parte consequentis implicitè clauditur. s. quòd omnia respiciant veritatem intellectus diuini, probatur, quia illi unumquodq; assimilatur secundum suam entitatem. Et confirmatur prima pars consequentis authoritate glossæ, ut patet in litera.

¶ Circa partem primam consequentis, dubium occurrit. Aut illa pars. s. Veritas intellectus multiplicatur, non est in litera probata nisi authoritate glossæ: aut ueritas inuenitur uniuocè in omnibus intellectibus, saltem creatis, utrumque autem horum est inconueniens. ergo. Assumptum probatur. In litera, nulla probatio est nisi ex differentia inter uniuocum & analogum: & ex parte analogi (ut patet in litera) non infertur multiplicatio, sed ex parte uniuoci. ergo aut non probatur, aut probatur ex conditione uniuoci, quod multiplicatur ad multiplicationem uniuocatorum, & sic supponitur ueritatem uniuocè inueniri in omnibus intellectibus creatis. Quòd autem utrumque horum sit inconueniens manifestatur. Et primum quidem, quia in litera post differentia inter uniuocum & analogum, ac applicationem eius ad materiam, de qua est sermo statim cum nota illationis concluditur, dicendo, Si ergo loquamur &c. Secundum autem, quia ueritas in intellectu nostro est compositio & diuisio: in intellectu uerò angelico & diuino est simplex intelligentia eminenter, præhabens quicquid & nostra simplex intelligentia, & compositio, & diuisio habet.

¶ Circa eãdem quoque partem dubium occurrit, quia videtur litera implicare. Quoniam si analogum in uno tantum secundum propriam rationem saluatur, & ex quæst. 13. constat omnia nomina communia Deo, & aliis esse analoga, & consequenter ueritatem analogicè inueniri in intellectu diuino, & aliis intellectibus, sequitur quòd in multis intellectibus non sunt multæ ueritates, sed omnes intellectus sunt ueri una sola ueritate, s. intellectus diuini, & econuersò, si ueritas multiplicatur ad multiplicationem intellectuum uerorum. ergo non per prius & posterius dicitur de eis, quia quod per prius & posterius dicitur, in uno tantum formaliter inuenitur, ut litera sonat.

¶ Circa secundam quoq; partem consequentis dubium occurrit, quia cum dicitur, omnia esse vera ueritate diuina, loquendo de ueritate rei, aut intelligitur secundum denominationem extrinsecam, aut intrinsecam, non intrinsecam, ut patet. ergo extrinsecam. & si sic, ergo res aut non sunt ueræ formaliter, quòd est inconueniens, quia unaquæque res habet in se propriam veritatem rei, qua dicitur uera, ut patet de sensu respectu proprii sensibilis, aut sunt ueræ utroque modo, sicut in q. de bono dictum est, quod omnia sunt bona bonitate diuina exemplariter, finaliter, & effectiuè, & tamen cum hoc sunt bonitatibus propriis formaliter bonæ, & si sic, ergo non sunt veræ sola veritate diuina.

¶ Ad primam dubitationem dicitur negando disiunctiuam illam, quoniam datur tertius modus exponendi literam. Ad cuius euidentiam scito, quod in uniuoca prædicatione duo clauduntur, s. prædicari formaliter de uniuocatis, & prædicari de eis secundum eandem omnino rationem formalem, ut patet in animali respectu bouis, & leonis. Multiplicatio autem eius ad multiplicationem subiectorum. non conuenit ei ex secundo, quoniam ipsi soli conueniret, quod constat esse falsum: sed conuenit ei ex primo, in quo communicat cum aliquibus non uniuocis. Vnde cum in proposito sit sermo de uniuoco, inquantum multiplicatur ad multiplicationem subiectorum, consequens est quod propositio in cuius virtute tenet sequela quo ad primã partem, non est ista, Vniuocum multiplicatur ad multiplicationem uniuocatorum, sed ista communior, & clausa in prædicta, Prædicatum formaliter multiplicatur ad multiplicationem subiectorum. Et tunc concedo, quod subsumi intelligitur, quod ueritas sit formaliter prædicatum respectu intellectus, & sic infertur. ergo ueritas multiplicatur ad multiplicationem intellectuum, immo intellectorum, siue in uno, siue in diuersis intellectibus. Meminit autem litera potius uniuoci, quàm prædicati formaliter, ut a notioribus traderetur disciplina.

¶ Ad secundam uero dubitationem dicitur, quod illa regula de analogo tradita in litera, non est uniuersalis de omni analogiæ, modo, immo propriè loquendo, ut patet primo Ethic. nulli analogo conuenit, sed conuenit nominibus ad unum uel in uno, aut ab uno quæ nos abusiuè uocamus analoga. Veritas autem, si comparetur

paretur ad res & intellectus, est nomen ab uno, quoniam in intellectu solo ueritas, a qua res dicuntur uerae. Si uero comparetur ad intellectus inter se, sic est nomen analogum. Nam proportionaliter saluatur, formaliter tamen in quolibet intellectu cognoscente uerum. Esse ergo nomen aliquod secundum propriam rationem in uno tantum, est conditio nominum quae sunt ad unum, aut ab uno &c. & non nominum proportionaliter dictorum. Veritas autem respectu intellectus diuini & aliorum, proportionale nomen est, & ideo non sequitur quod in solo Deo sit. Iam enim dictum est in solutione primi dubii, quod omni praedicato formaliter de pluribus, conuenit plurificari ad plurificationem subiectorum, siue illud sit uniuocum, ut animal, siue proportionale, ut ens, &c. De huiusmodi autem differentia nominum plene scriptum inuenies in tractatu de analogia nominum.

¶Ad dubium autem contra secundam partem conclusionis, responsio ex litera habetur, ubi dicitur, quod licet plures sint essentiae, uel formae rerum, tamen una est ueritas &c. Haec enim uerba post probatam conclusionem adiuncta sunt ad declarandam differentiam inter bonitatem, & ueritatem, quo ad hoc, quoniam res omnes dicuntur bonae dupliciter, intrinsece & extrinsece, ut in quaest. sexta, dictum est. Verae autem dicuntur extrinseca tantum denominatione, ita quod nulla est in rebus formaliter ueritas, sed imitatiue, seu adimpletiue respectu intellectus diuini, & causaliter respectu nostri intellectus speculatiui. Si enim nullus esset intellectus, nulla res, uera, nullus sensus uerus dici posset, nisi aequiuoce, ut in quaestio. de uerit. quaest. 1. artic. quarto, dicitur. Quemadmodum si non esset sanitas animalis, nulla medicina, nullaque diaeta sana dici posset. Et omnium una est ratio, quia scilicet in ratione ueri in rebus, cadit ueritas intellectus, & sani in medicina & diaeta, cadit sanitas animalis, & sic de aliis, sublata enim diffinitione, non remanet idem nomen, nisi aequiuoce.

Aug. 2. c. d. 19. q. 3. prim. 2 prin.

SVPER Q. XVI. ART. VII.

105 1. d. 19. q. 5. a. 3. & uer. quaest. 1. in ar tic. 1. li. 2. c. 8. habet unu simile. to. 1.

CONCL. In Deo solo ueritas aeternitatem habet.

¶PROB. 1. Quia ueritas propriè est in intellectu tantum. Et solus intellectus diuinus est aeternus.

1m de maiori.

Rō circuli. Duo & tria esse quinque. R. Cōsiderata, ut sunt in intellectu diuino, nō aliter. §. Diffinitiōes. n. & hmōi non sunt aeterna, nisi secundum qđ sumuntur ut sunt in aliquo intellectu aeterno. Ideo nihil contra. Nam potius cōclusioni subscribit argumentum. Sic. n. glossatū firmat, q in Deo solo ueritas aeternitatem habet, ut patet.

2m de maiori.

Quod est semper. R. Affirmatiue ex ponendo, non negatiuè. §. Tunc &c Vniuersalia. n. sunt sempernegatiue tantū, & cōsequēter non sunt aeterna, nisi in intellectu aeterno, qui est solus Deus.

q. 10. ar. 3.

3m de maiori.

Semper fuit uerum eē futurum. R. Quatenus in causa sēpiterna fuit ut esset futurū, non aliter. §. Tunc &c. Non. n. ex hoc sequitur, aliquid esse aeternum, nisi in intellectu, seu causa sempiterna. Et cōsequēter ex hoc firmat̄ cōclusio.

4m de maiori.

Principio & fine. R. Secundum rei ueritatem acceptis, non secūdum apprehensionem tantum nostri intellectus. §. Sic ergo non erit aeternum, nisi secundum apprehensionem nostram, quemadmodum illud primum, esset aeternum secundū rei ueritatem. Omne igitur quod caret principio & fine est ęternū eo modo. s. quarto caret principio. & fine, Si .n. hiis caret secūdum ueritatē, uero est aeternū, si non, non? (vt diximus.) Formale igitur glossa data, mox inferas. Tunc &c.

art. 1. huius quaest.

ARTICVLVS VII.

Vtrum ueritas creata sit aeterna.

AD SEPTIMVM sic proceditur. Videtur, q ueritas creata sit aeterna. Dicit enim Aug. in *lib. de lib. arbit. quod nihil est magis ęternum quam ratio circuli. & duo & tria esse quinque. Sed horum ueritas, est ueritas creata. Ergo ueritas creata est aeterna.

¶2 Praet. Omne quod est semper, est aeternum, sed uniuersalia sunt ubique & semper. Ergo sunt aeterna. Ergo & uerū quod est maxime uniuersale.

¶3 Praet. Id qđ est uerum in pręsenti, semper fuit uerum esse futurum. Sed sicut ueritas propositionis de praesenti est ueritas creata, ita ueritas propositionis de futuro. Ergo aliqua ueritas creata est aeterna.

¶4 Praet. Omne quod caret principio & fine est aeternum, sed ueritas enuntiabilium caret principio, & fine, quia si ueritas incepit cum ante non esset, uerum erat ueritatem non esse, & utique aliqua ueritate uerum erat, & sic ueritas erat antequam inciperet. Et similiter si ponatur ueritatem habere finem, sequitur quod sit, postquam defecerit. uerum enim erit ueritatem non esse. Ergo ueritas est aeterna.

SED CONTRA est, qđ solus De⁹ est aeternus, ut supra habitum est.*

RESPON. Dicendum, quod ueritas enūtiabilium non est aliud quā ueritas intellectus. Enuntiabile. n. est in intellectu, & est in uoce. Secūdum autem q est in intellectu, hēt per se ueritatem, sed secundum qđ est in uoce, dicitur uerum enuntiabile, secundum quod significat aliquam ueritatē intellectus, non propter aliquam ueritatem in enuntiabili existentem, sicut in subiecto, sicut urina dicitur sana non a sanitate, quae in ipsa sit, sed a sanitate aialis, q̄ signat. Similiter et* supradictū est, q res denominantur uerae a ueritate intellectus. Vn̄ si nullus intellectus eēt aeternus, nulla ueritas eēt aeterna. Sed qa solus intellectus diuinus est aeternus, in ipso solo ueritas aeternitatē hēt. Nec pp hoc sequitur q aliqd aliud sit aeternū q̄ Deus qa ueritas intellectus diuini est ipse Deus, ut supra *ostensum est.

AD PRIMVM ergo dicendū, q rō circuli & duo & tria esse quinq; habēt aeternitatē in mente diuina.

AD SECVNDVM dicendū, quòd aliquid esse sp & ubique, pōt intelligi dupliciter. Vno mō, quia hēt in se unde se extendat ad oē tps, & ad oēm locum, sicut Deo cōpetit esse vbiq; & sp. Alio mō, quia nō hēt in se quo determinetur ad aliquē locū uel tps, sicut materia prima dicitur esse una, nō quia hēt unā formā, sicut hō est unus ab unitate vnius formae, sed per remotionē omniū formarū distinguētiū. Et p hunc modū qdlibet vniuersale dicit̄ eē vbiq; & sp inquantū uniuersalia abstrahuntur ab hic & nunc, sed hoc non sequitur ea esse aeterna nisi in intellectu si quis sit aeternus.

AD TERTIVM dicendū, quòd illud, quod nunc est, ex eo futurum fuit antequam esset, quia causa sua erat, ut fieret. Vnde sublata causa, non esset futurū illud fieri. sola autē causa prima est aeterna. Vn̄ ex hoc non sequitur, quod ea quae sunt, sp fuerit verum ea esse futura, nisi quatenus in causa sempiterna fuit, vt essent futura, quae quidem causa solus Deus est.

AD QVARTVM dicendum, q quia intellectus noster non est aeternus, nec veritas enuntiabilium, quę a nobis formantur, est aeterna, sed quandoque incaepit. Et antequam huiusmodi veritas esset, nō erat verum dicere veritatem talem non esse nisi ab intellectu diuino, in quo solū veritas est aeterna, sed nunc verum est dicere veritatem tunc non fuisse. Quod quidem nō est verum nisi veritate, quae nunc est in intellectu nostro, non autem per aliquam veritatem ex parte rei, quia ista est veritas de non ente. Nō ens autem non hēt ex se ut sit verū, sed solummodo ex intellectu apprehendente ipsum. Vnde intantum est verum dicere veritatem non fuisse, inquantum apprehendimus non esse ipsius, vt praecedens esse eius.

APPENDIX.

EX ar. habes primo: quomodo per rationem tanquam in radice, interimas haeresim Trinitariorū blaterātiū, quod intellectus noster est aeternus. Si .n. hoc esset: aliqua ueritas, puta q̄ est in intellectu humano, esset aeterna, & cōsequenter cōtra hāc positionē pugnat radicaliter articulus. Secūdo habes, qūo per rationem ostēdas, hanc meritò damnatā ab Innoc. III. Papa in Concilio generali Laterano, extra de sum. Trin. & fi. cath. firmiter credimus, &c. q solus Deus sua omnipotenti virtute ab initio tēporis de nihilo condidit creaturam angelicam, mundanam, & humanā. Haec ibi. En de mēte Concilij esse, q nullus intellectus praeter diuinum est aeternus, cum sit in tēporis initio factus, & consequēter, q ueritas in solo Deo ęternitatē habet. Praesens igitur conclusio est de fide. Vnde si qua forsan uel in sacra scriptura uel Orthodoxis doctorib. uel philosophia sonare uiderentur oppositū, catholice interpretanda sunt, ut hic, & supra, q. 10. ar. 3. fit a sancto Doctore. Cum n. ab Ecclesia sancta quippiā, ut de fide tenendum, determinatū est, tunc ad eius normam quaecunq; a quibuscunque (quātalibet forsan doctrina & sanctitate alias pfulgeant) dicta, scripta &c. omnino regulanda sunt.

Vtilitas p S. Ecclesia.

Regula utilis per erroribus uitandis.

Comm. Cardinalis Caietani.

Titulus clarus.

¶ In corpore, vna conclusio responsiua quæsito negatiuè. Nulla ueritas creata est æterna. probatur. Veritas enuntiabilium, rerum, nihil aliud est quam ueritas intellectus, ergo si nullus intellectus esset æternus, nulla ueritas creata eẽt æterna. ergo in solo intellectu diuino ueritas æternitaté hét, ergo nulla ueritas creata est æterna. Antecedens quo ad primam partẽ probatur. Enuntiabile in uoce, est uerum significatiuæ tantum, sicut urina est sanabile. In mẽte autem est per seipsum idest formaliter uerum, ergo: quo ad secundam uero ex dictis assumitur. Prima consequentia relinquitur nota per se, eo quod nõ datur alia ueritas pręter tres has scilicet in re, in signo, & in intellectu. Secunda probatur, quia solus intellectus diuinus est æternus. Tertia autem, quia ueritas in intellectu diuino est ipse Deus, ut in ar. 5. dictum est, creata autẽ ueritas est aliud a Deo.

¶ Aduerte hic duo. Primo, quod conclusio principalis non ponitur formaliter in litera, sed uirtualiter in illa uniuersaliore propositione. Nihil aliud, quam Deus est æternum, quia ueritas Deus est. Secundo, quod ex hoc loco apertissimè habes, quod nullum secundario obiectum diuini intellectus ponendum est, quod sit aliud a Deo, quoniam si propositiones cognitæ, seu earum ueritas, quod idem est, in intellectu diuino sunt Deus, quanto magis lapis, & quicquid aliud incomplexe significatur! & hoc est bene notandum, ad confirmandam notitiam de intelligere diuino traditam.

SVP. Q. XVI. ART. VIII.

CONCL. Veritas diuini intellectus est immutabilis, ueritas autem intellectus nostri est mutabilis.

106 1.d 19.q.5. a.3. & uer. q 1.ar.6. 2.de li.arb. ca. 12. non procul a fine to. 1. & de uera Religione ca. 30.

¶ PROB. Quia in intellectu diuino non potest esse alternatio opinionum, neque eius acceptionem potest subterfugere res aliqua. Secunda autem pars, scilicet ueritas autem &c. probatur. Quia uel de re eodem modo se habente aliam opinionem accipere possumus, uel de re mutata eandẽ opinionem tenere ualemus.

1^m ex August.

Veritas. R. Diuina, non creata. §. Tunc &c. stat .n. cum dicto Augustini q̃ ueritas nostra sit mutabilis, diuina autẽ immutabilis. Imo vtrũque illinc ex. Augustino elicitur, si cõsideres.

In dial. de ueri t. ca. 8. & 12.

2^m de maiori.

Remanet. R. Secũdum identitatem numeralẽ, non s̃m communissimã consideratione. §. Tũc &c. Nõ enim remanet creata ueritas, secundũ identitatẽ numeralẽ. i. non remanet illa, quæ erat prius. Licet remaneat s̃m communissimam ueritatis considerationem, inquantum scilicet semper aliqua ueritas remanet.

3^m de maiori.

Si ueritas enũciationis. R. vt significantis ueritatem intellectus, non ut res quædam est. §. Tunc nihil &c. Nã ueritas primo modo sumpta mutatur ad mutationem rei significãtis, nec Ansel. dicit contrarium, cum secundo modo tantum loquatur.

ar. 1. huius quæst.

4^m de maiori.

Eadem causa. R. Eodẽ modo se habẽs, non diuerso. §. Tũc &c. Licet enim

ARTICVLVS VIII.

Vtrum ueritas sit immutabilis.

AD OCTAVVM sic proceditur. Videtur quod ueritas sit immutabilis. Dicit. n. Aug. in li.* 2. de libero arbitrio quod ueritas non est æqualis mẽti, quia esset mutabilis sicut & mens.

¶ 2 Præt. Id quod remanet post omnem mutationem, est immutabile, sicut prima materia est ingenita & incorruptibilis, quia remanet post omnem generationem, & corruptionem. Sed ueritas remanet post omnem mutationem, quia post omnem mutationem uerum est dicere esse uel nõ esse. Ergo ueritas est immutabilis.

¶ 3 Præt. Si ueritas enuntiationis mutatur, maxime mutatur ad mutationem rei. Sed sic non mutatur. ueritas enim secundum* Ansel. est rectitudo quædam in quantũ aliquid implet id, quod est de ipso in mente diuina. Hæc autem propositio Socrates, sedet, accipit a mẽte diuina, ut significet Socratem sedere, quod significat etiam eo non sedente. Ergo ueritas propositionis nullo modo mutatur.

¶ 4 Pręt. Vbi est eadem causa, & idẽ effectus, sed eadem res est causa ueritatis harum trium propositionũ Socrat. sedet, sedebit, & sedit. Ergo eadem est harum ueritas. Sed oportet quod alterum horum sit uerum. Ergo ueritas harum propositionũ immutabiliter manet, & eadem ratione cuiuslibet alterius propositionis.

SED CONTRA est, quod dicitur in Psal. 11. Diminutæ sunt ueritates a filiis hominum.

RESPON. Dicendum, quòd (sicut supra* dictum est) Veritas proprie est in solo intellectu, res autem dicuntur uerę a ueritate, quæ est in aliquo intellectu. Vnde mutabilitas ueritatis consideranda est circa intellectum. Cuius quidem ueritas in hoc consistit, quod habeat conformitatem ad res intellectas. Quæ quidem conformitas uariari potest dupliciter, sicut & quælibet alia similitudo ex mutatione alterius extremi. Vnde uno modo uariatur ueritas ex parte intellectus ex eo, quod de re eodem modo se habente aliquis aliam opinionem accipit. Alio modo si opinione eadem manente, res mutetur. Et utroque modo fit mutatio de uero in falsũ. Si ergo sit aliquis intellectus in quo non possit esse alternatio opinionum, uel cuius acceptionem nõ potest subterfugere res aliqua, in eo est immutabilis ueritas. Talis autẽ est intellectus diuinus, ut ex superioribus patet.* Vnde ueritas diuini intellectus est immutabilis, veritas autem intellectus nostri mutabilis est non quod ipsa sit subiectum mutationis, sed in quantum intellectus noster mutatur de ueritate in falsitatem, sic enim formæ mutabiles dici possunt. Veritas autẽ intellectus diuini est, secundum quam res naturales dicuntur ueræ, quæ est omnino immutabilis.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod Aug. loquitur de ueritate diuina.

AD SECVNDVM dicendum, q̃ uerum & ens sunt conuertibilia. Vnde sicut ens non generatur, neque corrumpitur per se, sed per accidẽs, inquantum hoc uel illud ens corrũpitur uel generatur ut dicitur in* 1. Phy. ita ueritas mutatur, non q̃ nulla ueritas remaneat, sed quia non remanet illa ueritas quæ prius erat.

li. 1. Phys. tex. 76. t. 2. Veritatem duplicẽ habet, p̄pter aliæ res vnam unde.

AD TERTIVM dicendum, q̃ propositio non solũ hẽt ueritatẽ sicut res aliæ ueritatem habere dicuntur, inquantũ implent id, quod de eis est ordinatum ab intellectu diuino sed dicitur habere ueritatem quodam speciali modo inquãtum significat ueritatem intellectus. Quæ quidem consistit in conformitate intellectus, & rei. qua quidem subtracta mutatur ueritas opinionis, & per consequens ueritas propositionis. Sic igitur hæc propositio, Socrates sedet, eo sedẽte uera est, & ueritate rei, inquantum est quædam uox significatiua, & ueritate significationis, inquantum significat opinionem ueram. Socrate uero surgente, remanet prima ueritas, sed mutatur secunda.

AD QVARTVM dicendum, q̃ sessio Socratis, quę est cã ueritatis huius propositionis, Socrates sedet, non eodẽ modo se habet dum Socrates sedet, & post quam sederit, & antequam sederet. Vnde & ueritas ab hoc causata, diuersimo de habet, & diuersimode significatur propositionibus de præsenti, præterito, & futuro. Vnde non sequitur, quod licet altera trium propositionum sit uera, quod eadem ueritas inuariabilis maneat.

¶ harum trium propositionũ, Socrates sedit sedet sedebit, causa ueritatis [puta Socrates & sessio] sit eadem semp, non tamen eodem modo est semper se habẽs. Ideo ueritas harũ mutatur, quia causa s̃m modum diuersũ mutatur.

APPENDIX.

Vtilitas p̄ S. Ecclesia.

EX articulo habes primo, quomodo per rationẽ interimas hæresim Theophroniĩ Agnoetarũ ducis [Pra. Agnoetæ] blasphemantis, q̃ Deus, quantũ ad cognitionem non eodẽ modo semper se habet. Item Secũdini blatterãtis, q̃ Deus est mutabilis. Horum. n. utraq; opinio ab articulo expugnatur, dum ueritatẽ diuinam immutabilem esse determinat. Secundo hẽs quõ p rõnẽ ostẽdas, has merito dãnatas ab Innoc. III. extra de summa Trinit. & fide cath. firmiter credimus &c quod Deus est omnino incommutabilis. Ergo & diuinam ueritatem Papa per hoc intelligit quoniam ueritas

q. 14. ar. 15.

Pro declaratione cõclusionis.

QVAE-

veritas diuina est ipse Deus; vt ibi dicitur in capitulo: Damnam[*]: & in eodem capitulo, firmiter, propterea simplex omnino uocatur. Cæterum si quis cõtrarium secundæ partis diceret, (id quod forsan Trinitarii ponendo intellectum nostrum æternum, vt sup. art. 7. dicerent) habes etiam: quomodo per rationem conuincas, ostendendo s. quòd veritas nostra est mutabilis. Habes quoque i quo modo demonstres id iure damnatum esse ab Apostolo 1. Timot. 6. Qui solus Deus habet immortalitatem. Hoc est (vt SS. Doctores Aug. & Thomas exponunt omnimodam incommutabilitatem. Consule circa prædicta q. 9 ar. 1. & 2. Tertiò vides: quo modo ex his vicissim firmetur conclusio.

¶Not. Vide, pro vberiori doctrina, articulum 44. 94. in ordine. Sic enim hic dicta, & in corpore & ad tertium melius intelliges; intelligendumq; communicabis.

Comm. Cardinalis Caietani.

Titulus clarus.

¶In corpore vna cõclusio responsiua quæsito cum vno corollario: conclusio est. Veritas intellectus diuini est immutabilis nostri autem intellectus est mutabilis. Circa quam conclusionem tria dicuntur. Primò redditur ratio, quare respondetur de veritate intellectus, cum quæsitum fuerit, de veritate in communi, & dicitur in principio corporis quòd hoc fit, quia ueritas in solo intellectu est formaliter, ergo & mutabilitas & immutabilitas eius, cæteræ enim in conditione sequuntur esse. Secundò probatur conclusio. Tertiò declaratur ille terminus mutabilis in conclusione positus, Potest enim sumi dupliciter, scilicet subiectiuè & terminatiuè, in proposito sumi dicitur terminatiuè & non subiectiuè, & ratio est, quia formæ, sic idest terminatiuè uocantur mutabiles, non subiectiuè. Probatur igitur conclusio sic. Veritas intellectus est conformitas intellectus ad res. ergo potest variari ex parte intellectus & rei. ergo si sit aliquis intellectus absque alternatione opinionum, & cuius acceptionem nulla res subterfugiat, eius ueritas est immutabilis. ergo ueritas intellectus diuini est immutabilis, nostri uerò mutabilis antecedens patet. prima consequentia probatur: quia omnis similitudo potest ex parte extremorum uariari. secunda autem: quia ista uariatio ex parte intellectus consistit in mutatione acceptionum. ex parte uero rei in latente mutatione rei: tertia autem relinquitur euidens. Corollarium autem est, ueritas secundum quam res naturales dicuntur veræ, est omnino immutabilis, probatur, quia est ueritas intellectus diuini.

SVPER Q. XVII. ART. I.

Conc. 1. Falsitas sicut & ueritas, pri[*] est in intellectu: in rebus autem per ordinem tantum ad intellectum.

¶Prob. 1. Quia uerum & falsum apponũtur & opposita sunt circa idem. Secunda autem pars. s. in rebus &c. probatur. Quia hoc patet de ueritate. q. 19. articu. primo, & secundo, & consequenter de falsitate etiam, tanquam ab oppositis, patet.

¶Conc. 2. Res artificiales, dicuntur falsæ simpliciter, & secundum se inquantũ deficiunt a forma artis.

¶Prob. Quia res artificiales dependent ab intellectu artificis inquantum habet Ideam artis, (ad cuius exẽplar intendit facere artificiatum.)

¶Conc. 3. In rebus dependentibus a Deo non potest esse falsitas talis per comparationem ad diuinum intellectum: nisi forte in agentibus uoluntarijs.

¶Prob. 1. Quia quicquid i rebus accidit ex ordinatione diuina procedit. Secunda autem pars. s. nisi &c. probatur. Quia in agentium uoluntariorum potestate est subducere se ab ordinatione diuini intellectus.

¶Conc. 4. Res naturales per ordinem ad intellectum nostrum, ad quem comparantur per accidens, possent dici falsæ non simpliciter sed secundum quid, & hoc dupliciter.

¶Prob.

107

Supra q. 16. ar. 1. & 2. & 1. dis. 9. q. 5. art. 1 & 1. cõt. c. 60. & veri. q. 1. art. 10. & per hier. lec. 3.

* li. 2. ca. 8. in fi. to. 1.

† cap. 33. a med. to. 1.

* q. 16. ar. 1.

* li. de vera relig. c. 34. to. 1.

QVAESTIO XVII.

De falsitate, in quatuor articulos diuisa.

DEINDE quæritur de falsitate.

Et circa hoc quæruntur quatuor.

¶ Primò, vtrum falsitas sit in rebus.

¶ Secundo, vtrum sit in sensu.

¶ Tertiò, vtrum sit in intellectu.

¶ Quarto, De oppositione veri & falsi.

ARTICVLVS I.

Vtrum falsitas sit in rebus.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur, quòd falsitas non sit in rebus. Dicit enim Aug. in * libro Soliloq. Si verum est id quod est, falsum non esse vspiam concludetur, quouis repugnante.

¶ 2 Præt. Falsum dicitur a fallendo: sed res non fallunt, vt dicit Aug. in † lib. de vera relig. quia non ostendunt aliud quã suam speciem. ergo falsum in rebus non inuenitur.

¶ 3 Præt. Verum dicitur in reb. per comparationem ad intellectum diuinum, vt sup. * dictum est. sed quęlibet res, inquantũ est, imitat' Deũ. ergo quælibet res vera est absque falsitate. Et sic nulla res est falsa.

SED CONTRA est, quod dicit Aug. in * lib. de vera relig. quòd omne corpus est verum corpus, & falsa vnitas: quia imitatur vnitatẽ, & nõ est vnitas. Sed quælibet res imitatur diuinam bonitatem, & ab ea deficit. Ergo in omnibus rebus est falsitas.

RESPON. Dicendum, quòd cum verum & falsum opponantur; opposita autem sunt circa idem: necesse est, vt ibi prius quæratur falsitas, vbi primò veritas inuenitur, hoc est in intellectu. In rebus autẽ neque veritas, neque falsitas est nisi per ordinem ad intellectum. Et qa vnumquodque secundum id, quod conuenit ei per se, simpliciter nominatur secundum autem id, quod conuenit ei per accidens, nõ nominatur nisi secundum quid: res quidem simpliciter falsa dici posset p comparationem ad intellectum, a quo dependet, cui comparatur per se, in ordine autem ad alium intellectum, cui comparatur per accidens, non posset dici falsa nisi secundum quid. Dependent autem ab intellectu diuino res naturales: sicut ab intellectu humano res artificiales. Dicuntur igitur res artificiales falsę simpliciter & secundum se inquantum deficiunt a forma artis. Vnde dicitur aliquis artifex opus falsum facere, quando deficit ab operatione artis. Sic autem in rebus dependentibus a Deo, falsitas inueniri non potest per comparationem ad intellectum diuinum, cum quicquid in rebus accidit, ex ordinatione diuini intellectus procedat: nisi fortè in uoluntariis agentibus tantum, in quorum potestate est subducere se ab ordinatione diuini intellectus: in quo malum culpæ consistit, secundum quòd ipsa peccata, falsitates & mendacia dicuntur in scripturis secundum illud *Psalm.* 4. Vt quid diligitis vanitatem & quæritis mendacium? Sicut per oppositum, operatio virtuosa ueritas vitæ nominatur, inquantum subditur ordini diuini intellectus, sicut dicitur Ioan. 3. Qui facit ueritatem uenit ad lucem. Sed per ordinem ad intellectum nostrum, ad quem comparantur res naturales per accidens, possunt dici falsæ, non simpliciter, sed secundum quid, & hoc dupliciter. Vno modo secundum rationem significati, ut dicatur illud esse falsum in rebus, quod significatur uel repræsentatur oratione vel intellectu falso, secundum quem modum, quælibet res potest dici esse falsa quantum ad id, quod ei non inest. sicut si dicamus diametrum esse falsum commensurabile, ut dicit Philosoph. in * 5. Metaphy. & sicut dicit Augustinus in † libro soliloquiorum, quòd tragędus est falsus Hector. sicut econtrario potest unumquodque dici verum secundum id, quod competit ei. Alio modo per modum causæ, & sic dicitur res esse falsa quæ nata est facere de se opinionem falsam. Et quia innatum est nobis per ea quæ exterius appa-

¶Prob. 1. Quia res naturales non dependent a nostro intellectu, & res in ordine ad intellectum, a quo, non dependet, potest dici tantum falsa, secundum quid. Secunda autem pars. s. & hoc &c. probatur. Quia hoc potest esse uel secundum rationem significati, uel per modum causæ.

Pri-

D. 594.

* lib. 5. Metaph. text. 34. to. 3.

† lib. 2. solilo. ca. 10. to. 1.

1^m^ ex Augustino. Quod est. ℞. Secundum id, qd' est, & etiam secundum id, quod non est: non autem secũdũ id quod est tantum. §. Tunc nihil &c. Nam si id quod est, secundum etiam id quod non est, diceretur verum. profectò nihil falsum reperiri posset alicubi. Falsam eñ non dicimus rem aliquam, nisi secundum ꝙ illa non est, ut habet litera.

Lib. 2. Soliło. ca. 6. in fi. to. 1.

Li. 5. Met. tex. 34. & 3

2^m^ de maiori. Fallendo. ℞. Siue per se, siue per accidens. §. Tunc nihil &c. ut patet. Sufficit ergo, quod res fallant, per accidens. Licet non fallant per se, ut ibi D. Augustinus.

Loco primo dicto.

3^m^ de maiori. Diuinum. ℞. Et nā m. §. Licet diuersimode. Vt in conclusionibus. Tunc nihil &c. Licet enim per respectum ad intellectum diuinum, non possit res esse falsa; tamen per respectum

rent de rebus iudicare, eo quòd nostra cognitio a sensu ortum habet, qui primò & per se est exteriorum accidentium: ideo ea quæ in exterioribus accidentibus habent similitudinem aliarum rerum dicũtur esse falsa secundum illas res, sicut fel est falsum mel, & stannum est falsum argentum. & secundum hoc dicit August. in * libro Soliloquiorum, quòd eas res esse falsas nominamus, quæ verisimilia apprehendimus. Et philosophus dicit in * quinto Metaph. quòd falsa dicuntur quæcunque apta nata sunt apparere aut qualia non sunt, aut quæ non sunt. Et per hunc modum etiam dicitur homo falsus, inquantum est amatiuus falsarum opinionum uel locutionum, non autem ex hoc, quòd potest eas confingere: quia sic etiam sapiẽtes & scientes falsi dicerentur, vt dicitur in * 5. Metaph.

Ad primvm ergo dicendum, quòd res comparata ad intellectũ, secundum id quod est dicitur vera: secundum id quod non est dicitur falsa. Vnde verus tragedus est falsus Hector, vt dicitur in * 2. Soliloquiorum. Sicut igitur in his, quæ sunt, inuenitur quoddam non esse: ita in his, quæ sunt inuenitur quædam ratio falsitatis.

Ad secvndvm dicendum, ꝙ res per se non fallunt, sed per accidens. Dant enim occasionem falsitatis, eo quòd similitudinem eorũ gerunt, quorum non habent existentiam.

Ad tertivm dicendum, ꝙ per comparationẽ ad intellectũ diuinum nõ dñr res falsæ: ꝙ esset eas esse falsas simpliciter: sed per comparationẽ ad intellectum nostrum, quòd est, eas esse falsas fm quid.

Ad qvartvm, quòd in oppositum obiicitur dicendum, quod similitudo, vel repræsentatio deficiens, non inducit rationem falsitatis, nisi inquantũ p̃stat occasionem falsæ opinionis. Vnde non ubicunque est similitudo dicitur res falsa: sed ubicunque est talis similitudo, quę nata est facere opinionẽ falsã: non cuicunque, sed ut in pluribus.

AR-

ctum ad nostrum potest.

1. Soliloq. c. 10. to. 1.

4^m^ ex Augustino. Imitatur. ℞. Imitatione præstante occasionem falsæ opinionis pluribus: non, imitatione deficienter tantum reprę sentante id quod imitatur. §. Tunc nih. &c. Non enim ex eo, quòd res deficit ab imitando aliquid dicitur falsa: sed ex eo, quòd de se dat occasionem deceptionis pluribus.

APPENDIX.

Vtilitas pro philos.

Ex artic. habes primo, quomodo per rationem ostendas philosophum &c. Secũdò habes: quomodo per rationem dictum illud philosophi &c. Tertiò vides: quomodo ex his vicissim &c. Omnia uţ sup. q. 16. ar. 4. in appẽdice, & uide ne erres in applicando; quamuis mediocriter saltem eru dito applicatio non sit multum difficilis.

Comm. Cardinalis Caietani.

Titulus clarus.

¶ In corpore tria. Primo declaratur quid significat falsitas simpliciter, & secundum quid rerum. Deinde ponuntur duæ conclusiones responsiuæ quæsito. Prima est: falsitas simpliciter non est in rebus dependentibus a Deo, nisi fortè in uoluntariis. Secunda est: falsitas secundum quid, est in rebus dupliciter.

¶ Quo ad primum intendit, quòd falsitas simpliciter rei, consistit in difformitate rei ad intellectum, a quo dependet: falsitas autem secundum quid in difformitate rei ad intellectum a quo non dependet. Vtrumque autem horum simul probatur sic. verum & falsum opponuntur. ergo ubi primò est ueritas, ibi primò falsitas. ergo falsitas est in intellectu, & non in rebus, nisi in ordine ad intellectum. ergo falsitas simpliciter rerum consistit in difformitate ad intellectum, quem per se respicit. ergo ad intellectum a quo dependet. ergo falsitas secundum quid rei consistit in difformitate ad intellectum per accidens. ergo a quo non dependet. Prima consequentia probatur: quia opposita sunt circa idem: secunda quoque, quia veritas est in intellectu, & non in rebus nisi in ordine ad intellectum. tertia autem, quia vnumquodque nominatur simpliciter ab eo, quod conuenit per se. quarta uero, quia intellectus, a quo dependet res, per se respicitur: quinta autem cum sexta probatur ex oppositis tertiæ, & quartæ, quia scilicet ab intellectu per accidens denominatur res secundum quid, & quia intellectus, a quo res non pendet, est per accidens.

¶ Quo ad secundum, prima conclusio responsiua, scilicet falsitas simpliciter non est in rebus dependentibus a Deo, nisi fortè in uoluntariis, probatur: res naturales dependent ab intellectu diuino, sicut artificiales ab intellectu humano. ergo falsitas simpliciter naturalium consisteret in difformitate ad intellectum diuinum. ergo in rebus dependentibus a Deo non est falsitas simpliciter nisi forte in uoluntariis. Antecedens supponitur, consequentia probatur, quia res artificiales dicuntur falsæ simpliciter inquantum deficit a forma artis. & manifestatur hoc ex usu loquendi. dicitur enim aliquis falsam grammaticam fecisse, quia defecit ab arte grammaticæ. Et sumitur hic deficere non negatiue, sed contrariè. quod idem est, quod esse difforme. Defectus enim negatiue constituit opus imperfectum. Sed contrarie constituit falsum. Et ideo ut clarior esset sensus, vsus sunt in consequentiis difformitatis nomine, secunda uerò consequentia probatur: quicquid in rebus accidit, exceptis his in quorum potestate est subducere se ab ordine diuini intellectus, ex ordinatione intellectus diuini procedit. ergo in rebus dependentibus a Deo &c. Et confirmatur exceptio authoritate scripturæ directè, & ex opposito authoritate quoque scripturæ confirmato. s. veritate uitæ dicta de actu uirtuoso.

¶ Aduerte hic tria, Primum est, quòd litera res naturales proponit dependere ab intellectu diuino, ut artificiales ab humano, & tamen non infert. ergo in naturalibus, sed uniuersalissimè. ergo in rebus dependentibus a Deo, &c. Fecit autem hoc, quia idem iudicium est de omnibus, & de naturalibus, omnia enim quatenus ab ipso pendent, statutum in eo habent quod eis conueniat, ut conformia oportet esse, exceptis uoluntariis. Secundum est, quòd omnia alia Deo, possunt comparari ad intellectum diuinũ dupliciter. Vno modo, vt cognita ad cognoscentem. Alio modo ut mensurata ad mensuram, seu regulata ad regulam. Si primo modo comparentur, nulla est differentia inter alia, & uoluntaria quo ad subductionem ab ordine respectus intellectus diuini, quoniam omnia æque nuda, & aperta sunt coram eo. Sed si comparetur secundo modo, sic est differentia posita in litera: quoniã in rebus aliis nihil accidit nisi ex aliquo ordine regulato a diuino intellectu, licet ordo non congruat huic, ut patet in monstris. In uoluntariis autem accidit deformitas moralis, non ex ordine aliquo a Deo statuto. Nullum enim rerum ordinem statuit, ex quo culpa fieret, nullaque regula in Deo est, cui culpa cõformis sit. Sed ex potentia peccandi liberi arbitrii, quæ ut sic, nec per se, nec per accidens est a Deo, ut alibi patet. Tertium est, quod in litera dicitur. Nisi forte in voluntariis. Non quia dubium est, sed quia non est necesse in uoluntariis inueniri huiusmodi falsitatem. Vel quia adhuc de uoluntariis non est determinatum.

¶ Secunda uero conclusio, scilicet falsitas secundum quid est in rebus, dupliciter declaratur. Res naturales relatæ ad intellectum nostrum, sunt, & significatæ, & causæ, & significantur quandoq; secundum id, quod non inest, & nata sunt quandam facere de se falsam opinionem: ergo utroque modo in eis potest dici falsitas secundum quid. Antecedens patet quo ad omnes partes inductiue. Consequentia autem probatur ex ratione falsitatis confirmatur utrumq; membrum authoritatibus Augustini, & Aristotelis, ut patet in litera. Omnia clara sunt.

SVPER Q. XVII. Art. II.

CONCL. 1. Contingit falsitatem esse in sensu ex eo, quòd apprehendit vel iudicat res aliter, quam sint.

¶ PROB. Quia veritas est in sensu eo quòd apprehendit res, vt sunt: nō eo quòd isensus cognoscat veritatē, & de falsitate iudicandum est per oppositū ad veritatem.

¶ CONCL. 2. Circa sensibilia propria sensus non habet falsam cognitionem, nisi per accidens, & vt in paucioribus.

108 ver. 1. ar. 10 & periher. l. 3. *c. 33. circa med. to. 1.

¶ PROB. Quia propriorum sensibilium similitudo est primo, & per se in sensu suo. Secūda aūt pars. s. nisi &c. probatur, quia propter indispositionem organi, sensus non conuenienter recipit formā sensibilium.

*4. Meta. tex. 24. t. 3.

¶ CONCL. 3. De sensibilibus communibus, & per accidens potest esse falsum iudicium in sensu rectè disposito.

¶ PROB. Quia sensus non refertur directè ad illa; Sed vel per accidens, uel ex consequenti.

lib. 2. Solil. c. 6. in fine, to. 1.

1^m de minori.

Non fallamur. ℞. Circa sentire, nō quandoque circa rem sensatam. §. i. circa hoc quod sentiamus aliquid non circa quid sit illud aliquid. Tunc nihil &c. Nā cū prædicto sensu Augustini sic intellecto stat; quòd falsitas sit in sensu, modo in conclusionibus digesto.

Q. 16. ar. 2.

2^m ex Philosopho.

Sensui. ℞. Circa proprium obiectum: non aliter. §. Tunc &c. ut patet uidenti conclusiones.

3^m de maiori.

Non est verum, nec falsum. ℞. Per modū quo cognoscitur uerum & falsum: non per modū quo aliquid conformatur rei, vel non. §. Vide conclusionem primam, & q. 16. ar. 2. Tunc ni. &c. sufficit enim ad uerificandas quæstiones supradictas: quòd falsitas modo aliquo ibi exposito in sensu reperiatur.

ARTICVLVS II.

Vtrum in sensu sit falsitas.

AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur quod in sensu non sit falsitas. Dicit enim Aug. in * lib. de vera relig. Si omnes corporis sensus ita nuntiant ut afficiuntur, quid ab eis amplius exigere debemus ignoro. Et sic videtur quòd ex sensibus non fallamur. sic falsitas in sensu non est.

¶ 2 Præt. Philosophus dicit in * 4. Metaph. quòd falsitas non est propria sensui, sed phantasiæ.

¶ 3 Præt. In complexis non est verum nec falsum; sed solum in complexis. Sed componere, & diuidere non pertinet ad sensum. Ergo in sensu non est falsitas.

SED CONTRA est, quod dicit August. * in lib. Soliloq. Apparet nos in omnibus sensibus similitudine lenocinante falli.

RESPON. Dicendum, quòd falsitas non est quærenda in sensu, nisi sicuti ibi est veritas. Veritas autem non sic est in sensu, ut sensus cognoscat veritatem, sed inquantū verā apprehensionem habet de sensibilibus, vt * sup. dictum est. Quod quidem contingit, eo quòd apprehendit res ut sunt. Vnde contingit falsitatem esse in sensu ex hoc quòd apprehendit, vel iudicat res aliter, quam sint. Sic autē se habet ad cognoscendum res, inquantum similitudo rerum est in sensu. Similitudo autē alicuius rei est in sensu tripliciter. Vno modo primo & p se, sicut in uisu est similitudo colorū, & aliorum propriorum sensibiliū. Et alio modo per se, sed nō primò, sicut in visu est similitudo figuræ, vel magnitudinis, & aliorum communium sensibilium omniū. Tertio modo, nec primo, nec per se, sed per accidens. Sicut in visu est similitudo hominis, non inquantum est homo, sed inquantum huic colorato accidit esse hominē. Et circa propria sensibilia sensus non habet falsam cognitionem, nisi per accidēs, & in paucioribus. ex eo. s. q̃ propter indispositionem organi, non cōuenienter recipit formam sensibilē, sicut & alia passiua propter suā indispositionem deficienter recipiūt impressionem agentium. Et inde est, quòd propter corruptionem linguæ, infirmis dulcia amara esse videntur. De sensibilib. verò communibus & per accidens, pōt esse falsum iudiciū etiā in sensu rectè disposito, quia sensus nō directè refertur ad illa, sed p accidens, vel ex cōsequenti inquantū refertur ad alia.

AD PRIMVM ergo dicendū, quòd sensum affici, est ipsum eius sentire. Vnde per hoc, quòd sensus ita nuntiant, sicut afficiuntur, sequitur quòd non decipiamur in iudicio, quo iudicamus nos sentire aliquid: sed ex eo quòd sensus aliter afficitur interdum, quàm res sit, sequitur, quòd nuntiet nobis aliquā do rem aliter quam sit. Et ex hoc fallimur per sensum circa rem, non circa ipsum sentire.

AD SECVNDVM dicendum, q̃ falsitas dicitur non esse propria sensui quia non decipitur circa proprium obiectū. Vnde in alia trāslatione planius dicitur, quòd sensus proprii sensibilis falsus nō est. Phātasiæ autē attribuitur falsitas: quia repræsentat similitudinem rei etiā absentis. Vnde qñ aliquis conuertitur ad similitudinem rei tanquā ad rem ipsam, prouenit ex tali apprehensione falsitas. vnde etiā Philos. in * 5. Metaph. dicit, quòd vmbræ, quòd picturæ, & somnia dicūt falsa, inquantum non subsunt res, quarum habent similitudinem.

AD TERTIVM dicendum, q̃ ratio illa procedit, quòd falsitas nō sit in sensu, sicut in cognoscente verum, & falsum.

AR-

APPENDIX.

Vtilitas pro philos.

EX artic. habes primo: quomodo per rationem ostendas, philosophum rectè dicere, q̃ sensus non decipitur circa propriū sensibile 4. Met. t. 24. & 2. de aīa t. 152. & per rationem habes: quo modo intelligatur. Ergo & per rationem ostende: quòd philosophus ibi iure voluit ab oppositis, q̃ sensus circa quædam sensibilia decipiuntur. Secundo ex responsione ad secundum. (ibi. Vmbræ picturæ; & somnia dicūtur falsa; inquantum non subsunt res, quarum habet similitudinem) habes: quomodo per rationem naturalem, quæ hic est authoritas illa philoso. in 5. Metaph. tex. 34. ostendas: merito dictum ab Apostolo 1. Cor. 8. Idolum nihil est. Nam quia idola sunt falsa eo, quòd non subest res, quarū habent similitudinem: & falsum: inquantum falsum, nihil est: ideo dixit Apostolus, quod idola gentium nihil sunt, seu falsa sunt. Nec obstat huic psal. 113. Simulachra gentium argentum & aurum: quia Apostolus de idolis, ut idola sunt, loquitur psal. autem de illis, ut materia quædam sunt, & ideirco utrumq; verum est. Nā quātum ad materiam sunt aliquid, puta aurum, argētum, lapis, opera manuum hominum: sed quantum ad repræsentationem (Simulachrū enim, ut simulachrum repræsentare debet aliquid) nihil sunt. Nec obstat: q̃ aliquid, puta Iuppiter, Mercuri*, &c. ut res quædam repræsentatur per hæc, vel illa simulachra gentilium: quoniam quamuis materialiter, ut obiiciebatur, repræsentent aliquid: tamē formaliter, in quo sensu loquitur Apostolus, nihil repræsentant omnino. Formalitas enim repræsentationis idoli ex intentione adorantiū sumenda est. Quia igitur adorantes idola intēdebāt adorare rem per idola repræsentatam, tāquā rem in veritate adorabilem: & res illa repræsentata non erat in ueritate adorabilis: ideo formaliter nihil repræsentabant. Non enim Iuppiter, qui materiali ter repræsentabatur p simulachrum suū, erat in ueritate res adorabilis; & consequenter non eo modo repræsentabatur, quo a paganis intendebatur. Cum enim honor sit præmium virtutis (etiam secundum Philosophum:) patet quod Iuppiter & alii paganorum Dii non erant honorādi, multoq; minus adorandi. Homines namq; finaliter etiā, fuerunt scelestissimi: quam ueritatē testimonio quoque idolatrarum ipsorum corroboratam uidere lubet. Suadebat Quintianus tyrannus sanctæ Agathæ (ut in uita eius ab Ecclesia probata fertur) adorare Deos, quando bēata respondit: Sit vxor tua ut Dea tua Venus, & tu sicut Deus tuus Iuppiter. Quo audito Quintianus virginem alapis cædi iussit dicens, in iniuriam iudicis noli garrire. Cui mox inquit Agatha; miror, te virum prudentem ad tantā stultitiam deuolutum; ut illos dicas Deos quorum uitam nec tu nec uxor tua uelis imitari. Stantibus tamen his, fascinabantur gētes a diabolo: ne uoluntate bonum hoc, quod intellectu præconceperant, sequerentur; & sic tādem intellectu etiam iusto Dei iudicio excæcati idola ipsa pro Diis habebant atque colebant. Verum quoniam propter nostrū affirmare, uel negare, nihil mutatur in re, propter eorum iam reprobum sensum non fiebat: q̃ prædicti homines per idola repræsentati essent digni honore. Consequēter itaque idola in veritate formaliter erant nihil, propter rationem hic a philosopho dictam, quia uidelicet nō suberāt res, quarum gerebant similitudinem. Per eandem ergo rationem ab oppositis habes: q̃ nostræ sacræ imagines nō sunt idola, sed aliquid & uerum & magnum & adorabile: quoniam res ipsæ subsūt forma-

Li. 3. Met. tex. 34. t. 3.

formaliter. i. modo illo, quo ab Ecclesia sancta nobis per imagines proponuntur, uidelicet ut adorabiles dulia hyperdulia, uel latria. Virtutibus enim decorati, finaliter saltem, fuerunt omnes, qui per venerandas imagines nobis in Ecclesia repræsentatur; & plus uel minus, sicuti adorandi exhibentur: Anathema sit ergo (inquit Concilium Nicænum secundum, action. 7.) qui ad sacras Christianorum imagines dicta in scripturis contra idola applicare uoluerit. Ex prædictis ergo damnatur hæresis dicens: imaginem Christi esse idolum. Item ex dictis in Compend. Alber. Mag. lib. quinto, cap. 58. & 60. schol. Tertiò videre licet: quomodo ex iis uicissim Angelica doctrina præsens declaretur, atq; confirmetur.

Comm. Cardinalis Caietani.

Titulus ex principio corporis est clarus.

¶ In corpore duo. Primo declarat tituli sensum. secundò respondet quæsito ibi. Sic autem.

¶ Quo ad primum dicit, quod sensus quæstionis est, verum sensus sit falsus, i. habens falsam apprehensionem, i. apprehendat rem aliter, quam est: & non utrum sit falsus, idest cognoscat uel dicat falsum. probatque hoc ex ueritate sensus: quia eodem modo in eo inuenitur ueritas, s. ut consistit in apprehensione rei sicut est. Et sic etiam patet, quid significat falsitas sensus, s. apprehendere rem aliter quàm est.

¶ Quo ad secundum, conclusio responsiua quæsito est. Sensus respectu proprii obiecti non est falsus nisi per accidens: sed respectu sensibilis communis, & per accidens, est falsus. Probatur: sensus sic cognoscit res ut assimilatur eis: ergo quædā per se primò: quædam per se non primò: & quædam per accidens cognoscit, ergo respectu sensibilis proprii non nisi per accidens fallitur, respectu uerò aliorum falli potest. Antecedens patet.

Consequentia autem prima probatur: quia tripliciter similitudo in sensu inuenitur, s. per se primo, &c. Secunda autem consequentia in litera non probatur, nisi ex hoc, quòd ad per se primò sensibile directè sensus refertur: ad alia vero ex consequenti, uel per accidens. In articulo tamen sequenti ratio assignabitur. Quo ad exceptionem tamen. i. nisi per accidens, manifestatur. & de qua sit accidente intelligatur: quia in dispositione organi. Et probatur, quia hoc est commune omnibus passiuis. s. in dispositionem eius impedire receptionem formæ. Et confirmatur experientia in sensu gustus.

¶ In responsione ad primum, nota distinctionē sensus ex quæstio. de ver. q. 1. ar. 2. Sensus dupliciter. Vno modo ut cognoscit res: secundò, ut offert superiori potentiæ, & hoc dupliciter, s. ut res quædam, & ut indicatiuus rerum. Primo modo sensus tractatus est hic, & dictum est, quòd est uerus respectu proprii sensibilis &c. Secundo autem modo, s. ut res offerens se in actu secundo superiori, est semper simpliciter uerus, sicut & cæteræ res iuxta determinationem in articulo præcedenti. Et hoc modo accepit sensum Aug. in authoritate inducta. Tertio autem modo, s. ut nuntius rerum, est falsus quandoque causaliter: quia natus est pluries facere falsam æstimationem de re. Semper ergo sensus facit ueram æstimationem de dispositione propria, sed non de dispositione rerum sensatarum: & hoc intendit responsio literæ huius, distinguens iudiciū ex sensibus duplex, s. de ipso sensu in actu, & de re sensata. Et quo ad primum non fallimur per sensum, sed quo ad secundum.

Ferr. 1. con. c. 108.
Bannes ar. 5.

109

ver. q. 1. ar. 12. & 1. di. 19. q. 5. ar. 1. 7. & 3. cont. c. 108. §. 4.
* lib. 83. q. q. 32. in pr. to. 4.
li. 3. de aīa, tex. 51. t. 3

SVPER Q. XVII. ART. III.

CONCL. 1. Circa quod quid est intellectus nō decipitur: in componendo autem vel diuidendo potest decipi.

¶ PROB. Quia sicut res naturalis nō deficit ab esse, quod sibi cōpetit secundum suā formam: ita virtus cognoscitiua nō deficit in cognoscendo respectu rei illius, cuius similitudine informatur. Secūda autem pars. s. in cōponendo &c. probatur, q. a sicut res naturalis pōt deficere ab aliquib. accidentibus, vel consequentibus: ita virtus cognoscitiua potest deficere circa aliquid cōsequens ad obiectum primum, uel accidens ei, (puta cum intellectus rei, cuius quidditatem intelligit, attribuit aliquid; quod eam non consequitur.)

¶ CONCL. 2. In operatione intellectus, qua cognoscitur quod quid est, potest per accidens esse falsitas.

¶ PROB. Quia compositio falsa intellectus potest illi operationi admisceri. (hoc autem contingit dupliciter ut in litera.)

Ar. præce.

1m ex August. Non intelligit. s. Idest, non iudicat de eo per reductionem verā in suum quod quid est: non autem falso non intelligit. §. Tunc ni. &c. Aug. n. non negat, q in intellectu sit falsitas; imo per illa verba eam esse ibi qnq; poni. Qui fallitur, inquit, nō intelligit id in quo fallitur: Ecce, quòd talis p Augu. intelligit, & intelligendo fallitur, q a falso intelligit: & hoc quia non intelligit id in quo fallitur.

ARTICVLVS III.

Vtrum falsitas sit in intellectu.

AD TERTIVM sic proceditur. Videtur q falsitas non sit in intellectu. Dicit enim Aug. in * libro 83. q. Omnis qui fallitur, id in quo fallitur, non intelligit. Sed falsum dicitur esse in aliqua cognitione, secundum quòd per eam fallimur. ergo in intellectu non est falsitas.

¶ 2 Præt. Phil. dicit in 3. * de anima quòd intellectus semper est rect[o]. Non ergo in intellectu sit falsitas.

SED CONTRA est, quod dicitur in 3. de anima, quòd vbi compositio intellectuum est, ibi verum, & falsum est: sed compositio intellectuum est, in intellectu. ergo verū, & falsum est in intellectu.

RESPON. Dicendum, quòd sicut res habet esse per propriā formā, ita virtus cognoscitiua habet cognoscere per similitudinem rei cognitæ. Vnde sicut res naturalis non deficit ab esse, quod sibi cōpetit secundum suam formā, potest autem deficere ab aliquibus accidentalibus, vel consequentibus: sicut homo ab hoc, q [a] habere duos pedes, non autem ab hoc, quod est esse hominem: ita virtus cognoscitiua non deficit in cognoscendo respectu illius rei, cuius similitudine informatur. potest autem deficere circa aliquid consequens ad ipsam, vel accidens ei, sicut [c] est dictum, q visus non decipitur circa sensibile proprium, sed circa sensibilia cōia, quæ consequenter se habent ad ea, & circa sensibilia per accidens. Sicut autē sensus informatur directè similitudine propriorū sensibiliū, ita intellectus informatur similitudine quidditatis rei. Vnde circa qd quid est, intellectus non decipitur: sicut neq; sensus circa sensibilia ꝓpria. In componendo vero, vel diuidendo potest decipi, dum attribuit rei, cuius quidditatem intelligit, aliquid quod eam non cōsequitur, vel quod ei opponitur. Sic. n. se habet intellectus ad iudicandum de huiusmodi, sicut sensus ad iudicandū de sensibilibus cōmunibus, vel per accidens. Hæc tamen differentia seruata, quæ supra circa veritatē dicta est, quòd falsitas in intellectu esse potest, non solum, quia cognitio intellectus falsa est, sed quia intellectus eā cognoscit sicut & veritatem. In sensu autem falsitas non est vt cognita, vt † dictum est: Quia verò falsitas intellectus per se solum circa compositionem intellectus est, per accidens etiam in operatione intellectus, qua cognoscit quod quid est, potest esse falsitas, inquantum ibi compositio intellectus admiscetur. Quod potest esse dupliciter, vno modo, secūdum quòd intellectus diffinitionem vnius attribuit alteri: vt in diffinitione circuli attribuat homini: vnde diffinitio unius rei est falsa de altera. Alio modo, secundum quòd partes diffinitionis componit ad inuicem, quę simul sociari non possunt. Sic enim diffinitio non est solum falsa respectu alicuius rei, sed est falsa in se. vt si formet talem diffinitionem, Animal rationale quadrupes, falsus est intellectus sic diffiniendo: propterea quòd falsus est in formando hanc compositionem, Aliquod animal rationale est quadrupes. Et propter hoc in cognoscendo qdditates simplices non potest esse intellectus falsus, sed vel est verus, vel totaliter nihil intelligit.

Q. 16. ar. 2.

Ar. præce.

pro capite de ly dupliciter, quod ponitur in parte conclusionis ꝓ dicta.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd [d] quia quidditas rei est proprium obiectum intellectus: propter hoc, tunc propriè dicimur aliquid intelligere, quando reducentes illud in quod quid est, sic de eo iudicamus: sicut accidit in demonstrationibus, in quibus non est falsitas. Et hoc modo intelligitur uerbum † Augustini, quòd omnis qui

D. 752.

Loco citat.

2^m ex Philosopho. Intellectus & Principiorum & ipsius quod quid est: non aliter. §. Tunc nihil &c. Stat enim ꝙ intellectus principiorũ, & quod quid est semper sit rectus; & tamen intellectus aliquorum aliorum non semper.

qui fallitur. non intelligit id in quo fallitur: non autem ita, quòd in nulla operatione intellectus aliquis fallatur.

AD SECVNDVM dicendum, ꝙ intellectus semper est rectus, secundum quòd intellectus est principiorum, circa quæ non decipitur ex eadem causa, qua non decipitur circa quod quid est. Nam principia ꝑ se nota sunt illa, quæ statim intellectis terminis cognoscuntur, ex eo quòd prædicatum ponitur in diffinitione subiecti.

ARTICVLVS.

APPENDIX.

Vtilitas pro philos. EX artic. habes primo: quomodo per rationem demonstres, philosoph. 3. de anima, t. 51. rectè dixisse. Vbi compositio est intellectuum, ibi uerum & falsum est. Secundò habes: quomodo per rationem eius dictum in uero sensu intelligas, intellectumq; defendas. Tertiò vides: quomodo ex his uicissim firmetur articulus.

¶ Not. Dictis in corpore seruit articulus 295. 429. & in responsione ad primum ar. 422. in ordine.

Comm. Cardinalis Caietani.

TItulus clarus.

¶ In corpore tria. Primò, in quo intellectu est, aut nõ est falsitas. Secundò ibi (hac tamen differentia) quomodo in illo intellectu, in quo est, in inuenitur falsitas. Tertiò ibi (quia uerò falsitas) quomodo & quando ex illo deriuatur falsitas in intellectu, in quo non est.

¶ Quo ad primum est hæc conclusio. Falsitas non est in intellectu quod quid est, sed componente & diuidente. Hæc conclusio probatur ratione, & manifestatur simul in se, & in sua probatione ex proportionali similitudine intellectus & sensus. Ratio igitur est hæc. Res naturalis non deficit ab esse, quod sibi conuenit secundum suam formam, sed deficere potest ab accidentibus, uel consequentibus. ergo virtus cognoscitiua non deficit a cognitione illius, cuius similitudine informatur, sed accidentium eius, uel consequentium. ergo intellectus circa quod quid est non decipit, sed in componendo, vel diuidendo. Antecedens probatur inductiue in homine, consequentia uerò probatur. Sicut res se habet ad esse per formam, ita uirtus cognoscitiua ad cognoscere per similitudinem rei cognitæ. ergo, si res non potest deficere, &c. Secũda uerò consequentia quo ad primam partem probatur quia intellectus informatur similitudine quidditatis: quo ad secundã uerò, quia componendo attribuitur quidditati aliquid uel non consequens, uel oppositum. Similitudo autem proportionalis est, Sicut sensus visus se habet ad sensibile proprium, ita intellectus ad quod quid est. Et sicut ille informatur, directè similitudine proprii sensibilis, ita hic similitudiue quidditatis, & propterea in neutro, ut sic, est falsitas. Sicut quoque ille se habet ad sensibilia communia, & per accidens, ita hic ad iudicandum de consequentibus, vel accidentibus quidditati, quod fit componendo, vel diuidẽdo. Et propterea in utroque potest esse falsitas.

¶ Circa antecedens aduerte, quòd potest bene, & male interpretari. Male quidem, si intelligatur quòd esse rei naturalis non põt deficere. hoc enim non est uerum, nisi in rebus incorruptibilibus. Bene autem si intelligatur, quòd esse rei naturalis non potest deficere, ipsa re naturali salua, & sic intendit litera. vnde non dicit, ꝙ nulla res naturalis potest deficere sed dicit, quòd non potest deficere ab esse quod sibi competit secundum suam formam, tanquã si diceret, quòd nulla res habens aliquam formam, dum habet illam potest deficere ab esse quod conuenit secundum illam. Et est propositio per se nota, quia esse, est de ratione formæ, ut patet 7. Metaphysic.

¶ Circa probationem consequentiæ, illam s. proportionalem, Sicut res habet esse per propriam formam, ita uirtus cognoscitiua cognoscere per similitudinem rei cognitæ. aduerte, quod cognoscere, est ipsum esse speciei cognoscibilis, quando est vere actu in genere cognoscibili. sicut diximus, quòd intelligere est ipsum esse speciei intelligibilis actu in genere intelligibili, & non medio modo existentis, ita quòd hoc est commune omni cognoscitiuæ virtuti, siue sensitiui, siue intellectiui ordinis. s. quòd cognoscere, est esse speciei, qua cognoscit sumendo illam speciem (quicquid illa sit,) in actu in genere cognoscibili, quicquid sit de esse eius actu in genere entium. Et hoc est valde notandum pro notitia partis sensitiuæ, & intellectus.

¶ Quo ad secundum est hæc conclusio. Falsitas est in intellectu cõponente dupliciter. s. formaliter, & obiectiue, probatur, & manifestatur. Probatur quidem, quia veritas est in eodem intellectu eisdẽ modis. Manifestatur verò ex differentia ad sensum, ut patet.

¶ Quo ad tertium ponitur conclusio una cum suo corollario. conclusio est. Falsitas est in intellectu quod quid est per accidens. probatur, & manifestatur. Probatur quidem sic. Falsitas per se est in compositione intellectuum tantum. ergo in intellectu quꝰ quid est habet locum ratione compositionis admistæ. ergo inuenitur in eo per accidens. omnes consequentiæ sunt notæ. Prima enim fundatur super hoc, quòd ex primo tali, cætera oportet dici talia, inquantum participant illud, ut patet primo posteriorum. secunda super hoc, ꝙ non est de ratione quod quid est, esse compositũ: quod etiã patet. Manifestatur autem conclusio distinguendo duos modos, quibus compositio admiscetur intellectui circa quod qd est. Primus consistit in coniunctione diffinitionis cum diffinito. Secundus in coniunctione partium diffinitionis, ut patet in litera. & differunt in hoc hi modi, quòd error in secundo, constituit quod quid est in se falsum: primus autem falsum huic.

¶ Corollarium est, quòd in cognoscendo quidditates simplices, intellectus non potest esse falsus, sed aut uerus, aut nullus.

¶ Circa primum modum falsitatis, & hoc corollarium, occurrit dubium, Tum quia coniunctio diffinitionis cum diffinito est extra intellectum quod quid est. Intellectus enim quod quid est lineæ, non dicit, Linea est longitudo, cuius extrema sunt duo puncta, sed dicit tantum; Longitudo, cuius extrema sunt duo puncta. hæc enim est diffinitio, quam solam constat ad primam operationem intellectus spectare. Illud autem totum, Linea est longitudo &c. ab intellectu componente dicitur. sicut etiam dicitur, Linea est curua, uel recta, cur ergo magis falsitas illius coniunctionis, quam huius, primæ imponitur operationi. Tum quia iste modus falsitatis ita habet locum in simplicibus, sicut in compositis: põt n. simplicissimus cõceptus iungi, cui non conuenit quidditatiue. Et sic in simplicibus potest etiam esse error per accidẽs, cuius oppositum litera sonat in corollario.

¶ Ad euidentiam horum scito, quòd sicut res se habet ad esse, ita ad cognosci: & propterea quantũ differt coniunctio diffinitionis cum diffinito a coniunctione cum cæteris, tantum interest ut exigatur cognitio illius coniunctionis ad quod quid est, & nõ coniunctionis cum aliis. Coniunctio enim diffinitionis cum diffinito, dat diffinitioni quòd sit quod quid est. Nulla enim ratio est quidditas, nisi inquantum est alicuius entis quidditas. Et propterea cognoscere quod quid est, non contingit, nisi cognoscatur cõiunctio diffinitionis cũ diffinito. Si enim cognosceretur diffinitione sciendo cuius rei sit, non sciretur quidditas aliqua, sed quid significat nomen. sic enim se haberet huiusmodi diffinitionem apprehẽdẽs: sicut modo se habet formans conceptum montis aurei, uel cuiuscunq; alterius figmenti ex non impossibilibus. non sic autem se habet ad quod quid est, coniunctio cum passionibus, & aliis: quoniã absque illis, quidditatis ratio saluatur. Quia ergo quod quid est, essentialiter exigit in essendo id cuius est, quãuis non hoc vel illud oportet ut etiã i cognosci illud exigat ac per hoc illi coniunctio, ad primam spectat operationem intellectus, sicut & cõiunctio partium diffinitionis, quamuis hæc ultima magis. Et quoniam coniũctio diffinitionis cum diffinito, si secundum se iudicetur, cõsurgit ex compositione diffiniti (nisi enim esset compositum, locum in eo non haberet abstractio diffinitionis ab eo, quantum est ex se, cum nihil abstrahat secundum se ab omnino seipso) propterea si absque quidditas inuenitur ita simplex, ut. s. sit rei simplicis quidditas, circa illam nullus ex parte sua error esse potest, sicut nulla est compositio. Et per hoc patet responsio ad obiecta.

¶ In responsione ad primum aduerte, quod ideo quidditas, dicitur proprium obiectum intellectus, quia intellectus in communi se habet ad quidditatem, sicut uisus ad colorẽ, ita quod per se primo cognoscit, quod quid est, & ab ipso tantum perficitur, & mouetur per se primo: Huius autem ratio assignatur, Tum quia species intelligibilis primo est quidditatis, ut in corpore articuli dicitur; Tum quia in quod quid est, clauditur cognitio omnis complexionis, siue conuenientis, siue disconuenientis, adeo quod, si quis perfectè penetraret quidditates rerum, perfectè intelligeret i eis omnes propositiones de earum accidentibus, ut inferius in tractatu de Angelis patebit, Tum quia quod quid est, cognoscibile est ex se. complexio autem non nisi ex quod quid est. In cuius signũ principia cognoscimus, inquantum terminos cognoscimus, ut ditur primo Posterior. Et omnes dubitationes resoluendo in quod quid est iudicamus.

ARTICVLVS IIII.

Vtrum uerum & falsum sint contraria.

AD QVARTVM sic proceditur. Videtur quod verum & falsum non sint contraria. Verum enim & falsum opponuntur, sicut quod est, & quod non est: nã verũ est id quod est, vt dicit* August. Sed quod est & quod non est, non opponuntur ut contraria. ergo verũ & falsum non sunt contraria.

¶ 2 Præt. Vnum contrariorum nõ est in alio: sed falsum est in uero. Quia sicut dicit Aug. * in lib. Soliloq. Tragœdus non esset falsus Hector, si non esset verus Tragœdus. Ergo verum & falsum non sunt contraria.

¶ 3 Prę. In Deo non est contrarietas aliqua. Nihil enim diuinæ substantiæ est cõtrarium, vt dicit Aug. 22. de ciu.* Dei: sed Deo opponitur falsitas. nam Idolum in scriptura mendacium nominatur. Ierem. 8. Apprehenderunt mendacium gl.* idest, idola. Ergo verum & falsum non sunt contraria.

SED CONTRA est, quod dicit Philos. in 2. perihcr.* Ponit enim falsam opinionem veræ contrariam.

RESPON. Dicendum, quòd verum & falsum opponũtur vt cõtraria, & non sicut affirmatio & negatio, ut quidam dixerunt.

Ad cuius euidentiam sciendum est, ꝙ negatio neq; ponit aliquid, neq; determinat sibi aliquod subiectum. Et propter hoc põt dici tam de ente, quam de non ente: sicut nõ videns & non sedens. Priuatio autem non ponit aliquid, sed determinat sibi subiectum. Est enim negatio in subiecto, ut dicitur quarto Meta.* Cæcum enim non dicitur, nisi de eo quod est natum videre. Contrarium vero & aliquid ponit, & subiectum determinat. Nigrum enim est aliqua species coloris. Falsum autem aliquid ponit. Est enim falsum (vt dicit Philosophus quarto Metaph.) ex eo quod dicitur, vel videtur aliquid esse quod non est, vel non esse quod est. Sicut enim verum ponit acceptionem adæquatam rei, ita falsum acceptionẽ rei non adæquatam. vnde manifestum est, quòd verum & falsum sunt contraria.

AD PRIMVM ergo dicendũ, quòd id, quod est in rebus, est veritas rei: sed id quod est ut apprehensum, est verum intellectus, in quo primo est veritas. Vnde & falsum est id, quod non est ut apprehensum. Apprehendere autem esse, & non esse, contrarietatem habet, sicut probat Philoso ph. in 2. periher.* quòd huic opinioni, Bonum est bonum; contraria est, Bonum non est bonum.

AD SECVNDVM dicendum, ꝙ falsum non fundatur in vero sibi cõtrario, sicut nec malum in bono sibi contrario, sed in eo quod sibi subiicitur. Et hoc ideo in utroque accidit: quia verum & bonum contraria sint falsò & malo, & conuertuntur cum ente. Vnde sicut omnis priuatio fundatur in subiecto, quod est ens: ita d omne malũ fundatur in aliquo bono, & omne falsum in aliquo vero.

AD TERTIVM dicendum, ꝙ quia contraria & opposita priuatiuè nata sunt fieri circa idem, ideo Deo prout in se consideratur, nõ est aliquid contrarium, neque ratione suæ bonitatis, neque ratione suæ veritatis: quia in intellectu eius non potest esse falsitas aliqua. Sed in apprehensione nostra habet aliquid contrarium: nam veræ opinioni de ipso contrariatur falsa opinio. Et sic idola mendacia dicuntur, opposita veritati diuinæ, inquantum falsa opinio de idolis contrariatur ueræ opinioni de vnitate Dei.

AR-

Li. 4. Met. tex. 17. t. 3.

Lib. 2. Periher. c. ult. to. 1.

D. 292.

Cap. 1. d. 36. q. 1. con. 6. d. 36. q. 1. con. 7.

SVPER Q. XVII. ART. IIII.

CONC. 2. Verum & falsum opponuntur ut contraria: & non sicut affirmatio, & negatio.

¶ PROB. Quia verum & falsum ponunt aliquid in subiecto a se determinato. Secunda autem pars. s. & non sicut &c. probatur, qa negatio nec ponit aliquid, nec determinat sibi subiectum.

110

12. q. 64. ar. 2. 3. & 1. d. 9. q. 5. ar. 1. 8. & uer. q. 1. ar. 10. 5.

*li. 2. Solil. c. 5. in fine, to. 1.

1^m de minori.

Quod est, & quod non est. ℞. Sumpta ut in rebus: non, ut apprehensa ab intellectu. §. Licet enim rem esse, & rem non esse, non sint contraria; nõ apprehẽdere rem esse & apprehẽdere rem non esse cõtraria sunt. Tũc nihil &c. Loquitur. ℞. Cõclusio de vero & falso, ut in intellectu.

*li. 2. Solil. c. 10. to. 1.

2^m de maiori.

In alio. ℞. Sibi contrario: non, in eo ꝙ sibi subiicitur. §. Tunc &c. Ex hoc enim ꝙ malũ fundatur in bono, & falsũ in vero non fit: quod malum oppositum bono cõtrarietur ei. neq; quòd falsum oppositũ vero nõ cõtrarietur ei: Licet ex hoc fiat, quòd malum istud, quod fundatur in isto, bono, nõ fit ei oppositum; & falsum istud quod fundatur in isto uero, non fit ei oppositum.

*lib. 12. de ciu. Dei. c. 2. circa fin. to. 5.

* Est Hier. in illum locum. to. 5.

*2. Perihe. c. ult. to. 1.

3^m de maiori.

Deo. ℞. In se considerato: non apprehẽso a nobis. §. Tunc &c. vt patet. Pro litera vide appendicẽ ar. 2. ut cognoscas quõ idolũ est mendacium, & ẽ alia ratione. Deo igĩt, ẽm quòd ab insipientibus apprehenditur, aliquid potest esse contrarium: sed ei, vt in seipso consideratur, impossibile est aliquid esse contrariũ, propter rationem dictã in litera. Ex qua hæreticam insaniã Caluini interimere datur blasfemantis: ꝙ Dei lex, & Dei voluntas sæpe sunt inter se cõtraria. Repererat iste theologiæ inscius i scripturis (opinor) nonnulla quæ voluntati rectæ superficialiter videntur opponi: & hic ex ignorantia cæcutiẽs voluntarie misellus incidit in errorem. Voluit in cęlum ponere os suum, & lingua eius transiuit in terra. Satius fuisset illi, cũ ueris discipulis Dñi (orthodoxorum omnium speculo) sensum uocis eius non intelligentibus dicere, Nescimus quid loquitur (Io. 16.) quàm cum superciliosis quibusdam aliis (hæreticorũ norma) auditis, & non intellectis, Christi uerbis in blasfemiam prorumpere dicendo; Durus est hic sermo, & quis potest capere illum? Io. 6. Veri discipuli propriam fatendo ignorantiã mox à Dño illuminati sunt: talẽs autem ineptitudinẽ sermoni & consequenter sibiipsis aptitudinẽ intellectus attribuendo a sequela Chri, & propria superbia defecerunt, ut de utrisq; in locis allegatis apertissime patet. Discant hi, qui legis diuinæ verba legũt, siue audiunt qõo ad uerum illorum sensum perueniant: ne propriæ (nimirum cũ Caluino) innitentes prudẽtiæ in errores infantium cũ Caluino prolabantur. Sed ad rẽ. Debuerat cum suis Caluinus nunquã de lege Dei censurã proferre, debuerat audire legem eãdem sese lectitantibus inclamantem, vsque quo paruuli diligitis infantiam? (Prouer. 1.) si quis est paruulus veniat ad me: relinquite infantiam & viuite & ambulate per vias prudentiæ. (Prou. 9.) Interroga patrem tuum & annũciabit tibi, maiores tuos, & dicent tibi. Dicãt ergo maiores damnantes Caluinũ, & imprimis Apost. 2. Tim. 2. de Deo & eius lege, loquens: si non credimus (inquit) ille fidelis pmanet seipsum negare non potest. item Dauid ps. 144. fidelis Dñs in oĩb. verbis suis: & quo modo fidelis in verbis omnib⁹, & seipsum nõ negaret: si uoluntas ei⁹ & lex eius ad inuicem qñque contraria forẽt? Sed nec inter se cõtraria esse possunt; quia seipsum nõ solũ non aliquãdo negabit, sed nec vnquam negare potest. Item psal. 18. Lex Dñi immaculata, cui subscribit Paulus Roman. 7. Lex sancta, & mandatũ iustũ, & bonũ. Quomodo ergo tunc macula uoluntas Dei, peruersa, iniusta & mala: si legi suæ esset cõtraria sæpe? Contra psal. 91. Rectus dñs Deus noster, & non est iniquitas in eo. Leuit. 19. 10. Estote sancti quia sanctus sum: & adeo sctũs ut memoria eius sãcta sit; psal. 29. Confitemini memoriæ sanctitatis eius & ut sanctitatem nobis impartiatur. Exo. 31. Ego dñs qui sanctifico uos. Blasphemia igitur plusquã horrenda est, id quod dixit Caluinus. Item Rom. 7. Cõdelector legi Dei scdm interiorẽ hominem. Si igitur uoluntas Dei legi suæ non tm̃ qñque nõ consentit, sed sæpe contrariatur: nunquid non Paulus uoluntate Dei, & cõsequẽter deo melior erit? utiq; secũdum pdictam blasphemiam: & sic hæresi primæ iungeretur hęresis ista secunda. Abiens ergo Caluinus discat qd est: si bestia tetigerit mentem, lapidabitur (Heb. 12.) Hoc quasi exponens, Concilium Constantinopolitanum sextum cano. 19. ait. Si ad scripturã pertinens controuersia aliqua recitata fuerit, ne eã aliter interpretentur: quam quomodo Ecclesiæ & doctores suis scriptis exposuerunt; ne, dum quandoq; ad id anhelant, ab eo, quòd conuenit excidant. Hæc ibi. Vnde idem Concilium actio. 12. pro aureo oium documento in materia fidei statuit sic. Omnino necesse est, non solum secundum sensum sequi sanctorum Patrũ dogmata; sed & eisdem uocibus uti cum illis; nihilq; penitus innouari. Hæc ibi. Quid modo PP. SS. dixerint audiuimus & alibi, & hic.

Li. 4. Met. tex. 4. & li. 5. tex. 27. to. 3.

APPENDIX.

EX artic. habes primo: quomodo per rationem ostendas, philosophum rectè locutum 2. perhier. cap. ult. dum falsam opinionem ueræ contrariam dicit. Secundò vides: quomodo ex his vicissim firmetur conclusio.

Vtilitas pro philos.

a

Comm.

Comm. Cardinalis Caietani.

IN titulo, ly contraria, sumitur proprie, ut contrarietas distinguitur contra alias oppositionum species.

¶ In corpore, una conclusio responsiua quæsito affirmatiue. Verum, & falsum sunt contraria. Probatur sic. Falsum est dici, uel uideri ens non esse, aut non ens esse, ergo falsum significat acceptionem inadæquatam rei, ergo falsum ponit aliquid, & determinat sibi subiectum. ergo nec contradictorie, nec priuatiue, sed contrarie opponitur uero. Antecedens probatur ex 4. Metaphysicorum, tex. 27. Prima consequentia patet, & ex significatione ueri, quia scilicet ponit acceptionem adæquatam rei, confirmatur. Secunda autem est ex se euidens, quia acceptio difformis est aliquid. Vltima autem probatur ex differentia inter opposita contradictorie, priuatiuè, & contrariè, quia scilicet in illa alterum est pura negatio absque subiecto, in secunda negatio in subiecto, in tertia positio in subiecto.

¶ Aduerte hic, quod litera supponit, uerum & falsum opponi, tanquam per se notum, & solum modum oppositionis uenatur, ac determinat. Et ideo consequentia tertia nullam patitur calumniam. Confirmatio quoque primæ consequentiæ ex significatione ueri ualde efficax est, si quarto Metaphysicorum creditur, quoniam ibidem nulla disparitas, quoad significare positiuum ponitur, & tamen utrumque diffinitur. Verum enim, inquit Aristoteles, est ens esse, & non ens non esse. falsum autem ens non esse, & non esse. Vnde qua ratione uerum significat positiuum, scilicet enunciationem enti, & non enti conformem, eadem falsum significat enuntiationem utrique difformem, & non significat negationem conformitatis, ut illi in litera recitati putauerunt.

¶ Circa primum consequēs, scilicet falsum ponit acceptionem inadæquatam rei. aduerte, quod dupliciter potest intelligi. Vno modo, quod falsum significet formaliter acceptionem difformen, ut nigrum, colorem congregatiuum. Alio modo, quod ponat relationem difformitatis formaliter, & acceptionem fundamentaliter, sicut dissimile significat relationem, & ponit qualitatem. Primo modo non potest intelligi, quoniam sequeretur, quod unum contrariorum formaliter sumptum transiret in reliquum, quod non est intelligibile, non enim potest percipi, quod albedo fiat nigredo, sed quod res, quæ est alba mutetur in nigram, patet autem sequela ex prædicamentis, ubi dicitur, quod eadem numero oratio suscipit uerum, & falsum, si enim unamet enunciatio est modo uera, & modo est falsa, & tam uerum, quam falsum formaliter significat enuntiationem, oportet, quod unum contrarium formaliter recipit alterum. Vnde ex hoc ipso, quod unamet numero oratio est modo uera, modo falsa, patet, quod uerum, & falsum, aliquid in oratione significant, & non ipsam enuntiationem. In cuius signum, cum subsumendum esset in litera. Quod falsum significat aliquod positiuum in certo subiecto, nihil aliud subiunctum est, nisi quod falsum ponit acceptionem inadæquatam, ut inadæquationem significari in acceptione intelligeres. Est tamen circa hoc aduertendum, quod sicut simile, & dissimile contrariè opponuntur, & dupliciter contingit ea contrariari, scilicet ratione fundamenti, sicut cum album simile alteri albo mutatur in nigrum, quod est dissimile albo, & ratione termini, si scilicet terminus mutaretur in nigrum, ita uerum cōtrarie quidem opponitur falso, & dupliciter potest contingere. Ex parte quidem termini, cū eadem oratio de uera fit falsa, propter mutationem rei significatæ, ut patet in materia contingenti. Ex parte autem fundamenti, cum fundamenta ipsa sunt contraria. fundamentum autem ueritatis, & falsitatis, ut ex dictis patet, est enuntiatio, seu acceptio intellectus. Enuntiationum autem, ut in secundo periher: probatur, contrarietas inuenitur primo inter affirmatiuam, & negatiuam eiusdem de eodem, &c. quarum alteram oportet esse ueram, & alteram falsam igitur de primo ad ultimum, mutatur intellectus de uero in falsum ex parte fundamenti, dum de enuntiatione unius partis contradictionis transit in altam. Quoniam autem mutatio ex parte termini in uero, & falso, aut non est uere contrarietas, eo quod sine sui mutatione de uno in aliud oratio transit, aut si pro uera contrarietate, qualis inter relatiua esse potest, acceptatur, non habet contrarietatis rationem ex mutatione termini (quoniam mutatio termini contingit, & de contrario in contrarium, & de affirmatione in negationem, aut econuerso,) mutatio autem de uero in falsum ex parte fundamenti, habet rationem contrarietatis ex mutatione inter fundamenta, quia scilicet mutatio intellectus de opinione affirmatiua in negatiuam, aut econuerso, est uere inter contraria, & quod plus est, ex contrarietate fundamētorū innascitur contrarietas, & ueri, & falsi secundū terminum (nam ideo hæc oratio, Socrat. sedet, eo surgente dicitur suscipere aliud contrarium, scilicet falsum, quia est contraria illi, quæ est uera, scilicet Socrates non sedet, nisi enim esset inter ipsas orationes contrarietas, mutatio de uero in falsum ueræ contrarietatis rationem non haberet.) propterea in litera non fit mentio, nisi de contrarietate ex parte fundamenti innata, & merito, quia relationis naturam secundum fundamenti naturam maxime uidemus, eo quod aut est idem cum eo, aut naturalis eius quasi passio.

¶ In responsione ad secundum, uideto, quod largè utitur contrarietatis uocabulo ibidem, prout, scilicet etiam priuatiuam continet oppositionem, ut patet de bono, & malo transcendenter sumptis, & ex uerbis subiunctis, scilicet. Sicut omnis priuatio fundatur in subiecto, ita omne malum &c. Fecit autem hoc author non incuria, sed quia, quo ad uim argumenti, idem est iudicium de contrariis, & priuatiuè oppositis, insinuare uoluit, quod responsio propria etiam debet esse eadem, siue contrarie, siue priuatiue opponantur. Et propterea contrarietatis nomen extendere docuit.

QVAESTIO XVIII.

De uita Dei, in quatuor articulos diuisa.

QVONIAM autem intelligere uiuentium est, post considerationem de scientia, & intellectu diuino, considerandum est de uita ipsius.

ET CIRCA hoc quæruntur quatuor.

¶ Primo, Quorum sit uiuere.

¶ Secundo, Quid sit uita.

¶ Tertio, vtrum uita Deo conueniat.

¶ Quarto, vtrum omnia in Deo sint uita.

ARTICVLVS PRIMVS.

Vtrum omnium naturalium rerum sit uiuere.

121 AD PRIMVM sic proceditur. Videtur quod omnium rerum naturalium sit uiuere. Dicit enim Philosophus in octauo physicorum, quod motus est ut uita quædam natura existentibus omnibus. Sed omnes res naturales participant motum. Ergo omnes res naturales participant uitam.

¶ 2 Præt. Plantæ dicuntur uiuere, inquantum habent in seipsis principium motus augmenti & decrementi. Sed motus localis est perfectior, & prior secundum naturam quā motus augmenti & decrementi, ut probatur in 8. Physic. * Cum igitur omnia corpora naturalia habeant aliquod principium motus localis, uidetur quod omnia corpora naturalia uiuant.

li. 8. Physi. tex. 55. et 57. simul tom. 2.

¶ 3 Præt. Inter corpora naturalia imperfectiora sunt elementa. Sed eis attribuitur uita dicuntur enim aquæ uiuæ. Ergo multo magis alia corpora naturalia uitam habent.

SED CONTRA est, quod dicit Dion. 6. c. de diui. nom. * quod plantæ secundum ultimam resonantiā uitæ habent uiuere. Ex quo potest accipi, quod ultimum gradum uitę obtinent plantę. Sed corpora inanimata sunt infra plātas. Ergo eorum non est uiuere.

c. 6. nō procul a prin.

RESPON. Dicendum, quòd ex hi, quæ manifeste uiuunt, accipere possumus, quorum sit uiuere, & quorum non sit uiuere. Viuere autem manifestè animalibus conuenit. Dicitur enim in libro de uegetabilibus, * quod uita in animalibus manifesta est. Vnde secundum illud oportet distinguere uiuentia a non uiuentibus, secundum qđ animalia dicuntur uiuere, hoc autem est in quo primo manifestatur uita, & in quo ultimo remanet. Primo

Aristo. in l. 1. de plantis, c. 1. in princ. to. 4.

Banens q. 18. ar. 1.

SVP. Q. XVIII.

ART. I.

CONCL. Viuentia dicuntur quęcūque se agunt ad motū. & ad operationem aliquam, alia uero, quæ naturaliter non se agunt, non possunt dici uiuentia, nisi per quandam similitudinem.

¶ PROB. 1. Quia id in quo manifestatur primo uita, & in quo ultimo remanet, est se ex se mouere, motu uel perfecti uel imperfecti. Secunda autem pars, scilicet nisi per &c. probatur. Quia hoc patet in responsionib. ad primum & tertium.

Primum

1^m de maiori.

Vita, R. Per similitudinem, non per proprietatem. §. Tunc &c. ut patet per conclusionis ultimam partem.

2^m de maiori.

Habent in seipsis princip. sui motus. R. quando sunt in sua dispositione naturali, non in accedendo ad eam uel recedendo ab ea. §. Tunc nihil &c. Nā grauia & leuia non mouētur naturaliter, nisi quando sunt extra dispositionem naturalē, & ideo non est similis ratio.

Item de maiori. Habent in seipsis principium motus. R. Ita quod tali motu mouent seipsa, non ita quod tantū mouentur ab extrinseco motore. §. Tunc &c. Corpora enim inanimata habent sui motus localis principium in seipsis, ita quod tali motu moueantur ab extrinseco motore, non ex se. Vide responsum secundum ly & praeterea corpora grauia &c.

3^m de minori.

Vita. R. Similitudinaria,

li. 3. de anima te. 28. Et li. 2. te. 118. tom. 2.

Primo autem dicimus animal uiuere, quando incipit ex se motum habere, & tandiu iudicatur animal uiuere, quādiu talis motus in eo apparet, quando uero iam ex se non habet aliquem motum, sed mouetur tantum ab alio tunc dicitur animal mortuum per defectum uitæ. Ex quo patet, quod illa proprie sūt uiuentia, quæ seipsa secundum aliquam speciem motus mouent, siue accipiatur motus proprie, sicut motus dicitur actus imperfecti, idest existentis in potentia, siue motus accipiatur communiter, prout motus dicitur actus perfecti, prout intelligere & sentire dicitur moueri, ut dicitur in tertio de anima, * ut sic uiuentia dicantur quæcunque se agūt ad motum uel operationē aliquā: ea uero, in quorum natura non est ut se agant ad aliquem motum uel operationem uiuentia dici non possunt, nisi per aliquam similitudinē.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod uerbum illud Philosophi, potest intelligi uel de motu primo, s. corporum cælestium, uel de motu communiter. Et utroque modo motus dicitur quasi uita corporum naturalium per similitudinem, & non per proprietatem. Nam motus cœli est in uniuerso corporalium naturarum, sicut motus cordis in animali quo conseruatur uita. Similiter et quicumq; motus naturalis hoc modo se habet ad res naturales, ut quędam similitudo uitalis operationis. Vnde si totum uniuersum corporale esset unum animal, ita quod iste motus esset a mouente intrinseco, ut quidam posuerunt, sequeretur quod motus esset uita omnium naturalium corporum.

AD SECVNDVM dicendum, ꝙ corporibus grauibus & leuibus, nō competit moueri nisi secundum quod sunt extra dispositionem suæ naturæ, utpote cum sunt extra locum proprium. Cum enim sunt in loco proprio & naturali, quiescunt sed plantæ & aliæ res uiuentes, mouentur motu uitali, secundum hoc, quod sunt in sua dispositione naturali, non autem in accedendo ad eam uel in recedendo ab ea, immo secundum quod recedunt a tali motu, recedunt a naturali dispositione. Et præterea, corpora grauia, & leuia mouentur a motore extrinseco uel generante qui dat formā uel remouente prohibens, ut dicitur in 8. phy. * & ita nō mouēt seipsa, sicut corpora uiuētia.

li. 8. Physi. tex. 32. t. 2.

AD TERTIVM dicendum, ꝙ aquæ uiuæ dicuntur quæ habent continuum fluxum. Aquæ n. stantes, quæ non continuantur ad principium continue fluens, dicuntur mortuæ, ut aquæ cisternarum & lacunarum. Et hoc dicitur ꝑ similitudinem. Inquantum enim uidentur se mouere, habent similitudinem uitæ, sed tamen non est in eis uera ratio uitæ, quia hunc motum non habent a seipsis, sed a causa generante eas, sicut accidit circa motum aliorum grauium, & leuium.

ria, non propria §. Tūc &c. Sicut enim similitudinaria uita aquis tribuitur, ita & aliis inanimatis. si taliter dispositæ sint attribui potest.

APPENDIX.

Ex articulo habes primo, quomodo per rationem ostendas, & bene dixisse philosophum in diuersis locis de hac materia, & uaria sua dicta de hoc concordare in uero sensu possis. Verbi gratia. De mineralibus, in libro mineralium, tractat tanquam de non uiuentibus, item de elementis, tanquam de huiusmodi, in libris de generatione. At de plantis, in de uegetabilibus, tamquā de uiuentibus. Secundo uides, quomodo ex doctrina philosophi uicissim Angelica firmetur doctrina hæc.

Vtilitas pro philosophia.

Secunda responsio.

Comm. Cardinalis Caietani.

Titulus clarus.

¶In corpore una conclusio responsiua quæsito. Illa propriē sunt uiuentia, quæ seipsa secundum aliquam speciem motus mouent. Hæc conclusio primo probatur, deinde explanatur. Probatur. Differentia uiuentium a non uiuentibus, ex manifestioribus sumenda est, ergo ex uita animalium. ergo ex eo in quo primo manifestatur uita, & in quo ultimo remanet, ergo ex mouere seipsum, ergo illa proprie sunt uiuentia, quæ seipsa secundum speciem aliquam motus mouent. Prima consequentia probatur authoritate libri de uegetabilibus. tertia autem probatur, quia tandiu iudicatur animal uiuere, quandiu ex eo motus apparet &c. Explanatur uero quo ad terminos, dicendo quod ly motus communiter sumitur, & ab opposito, quia quæ non se agunt non nisi similitudinarie uiuere dicuntur.

¶In responsione ad secundum. Aduerte quòd non intendit litera limitare conclusionem iam probatam, quasi addenda fuisset hæc particula, scilicet in sua naturali dispositione, sed intendit, ꝙ ex ista differentia, scilicet quod grauia & leuia non mouent se in sua naturali dispositione, uiuentia autem sic, habetur quod illis nō conuenit absolute mouere se, sed uiuentibus tantum. propterea quia hinc manifestatur, quod motus illorum per se spectat ad accessum ad perfectionem naturalem, et consequenter spectat ad cōplementum generationis ipsorum. Et quia nihil generat se, sed ab eo, a quo generatur complectur suum generari, ideo motus grauium et leuium generanti attribuitur. In motu autem uiuentium manifeste patet nihil horum inueniri. Et propterea sola uiuentia se ipsa mouent. Et hæc sunt ualde notanda in materia de motu grauium et leuium, quoniam subtilissima et clarissima ratio eorum motus hic habetur.

SVP. Q. XVIII. ART. II.

CONCL. 1. Viuere quantum ad illud ad quod significandum imponitur, nil aliud est, quam esse in natura se naturaliter ad motum & operationem agente, & uita significat hoc ipsum, sed in abstracto.

¶PROB. Quia ly uiuere, & ly uita, imponitur ad significandum substantiam, quæ naturaliter mouet aliquo motu seipsam.

¶CONCL. 2. Vita sumitur quādoque, minus proprie, pro operationibus uitæ.

¶PROB. Quia ly uiuere, et ly uita assumitur ab operationibus uitæ.

Primum

112

1. 2. q. 3. ar. 2. 3. et q. 56. ar. 1. 2. et 2. q. 19. 2. 71. cor. et 1. Met. con. 9. in princ. text. 13. et 34. tom. 2.

ARTICVLVS II.

Vtrum uita sit quædam operatio.

AD SECVNDVM sic proceditur. Vř ꝙ uita sit quædam operatio. Nihil, enim diuiditur nisi per ea, quæ sunt sui generis. Sed uiuere diuiditur per operationes quasdā, ut patet per Philosophum in 2. lib. de anima, qui distinguit uiuere per quattuor, scilicet alimento uti, sentire, moueri s'm locum, & intelligere, ergo uita est operatio quędam.

¶2 Præt. Vita actiua dicitur alia esse a contemplatiua. Sed contemplatiui ab actiuis non diuersificantur nisi secundum operationes quasdā, ergo uita est quædam operatio.

¶Præt. Cognoscere Deum est operatio quædam. hæc autem est uita, ut patet per illud Io. 17. Hęc est autem uita æterna, ut cognoscant te solum uerum Deum. Ergo uita est operatio.

SED CONTRA est, quod dicit Philosophus in secundo de anima. * Viuere, uiuentibus est esse.

li. 2. de anima textu. 37. tom. 2. q. præced. art. 3. D. 752.

RESPON. Dicendum, quod (sicut ex dictis patet *) intellectus noster, qui proprie est cognoscitiuus quidditatis rei ut proprii obiecti, accipit a sensu, cuius ꝓpria obiecta sunt accidentia exteriora. Et indè est, quòd ex his, quæ exterius

1^m de minori.

Per operationes quasdam. B Vel per ipsum esse operantium sic. §. Tunc nihil &c. ut patet.

2^m de minori.

Vita B. idest operatio, quasi per modum naturæ procedens. non autem esse essentiale ipsius uiuentis. §. Tunc &c. ut patet ex secunda conclusione.

3^m de minori.

Est uita. B. i. operatio qualificata, nó esse substantiale autem. §. Qualificata, inquam, hoc est per modú naturæ procedens, idest delectabiliter. Vide ad secundú. Tunc &c. ut ibi patet.

APPENDIX.

Ex articulo habes primo, quomodo per rationem ostendas, philosophum, 1. de anima tom. 37. recte dixisse, uiuere uiuétibus est esse. Ité lib. nono Ethicorum capit. 9. Viuere est principaliter [inter alias scilicet operationes] sentire & intelligere. Secundo habes, quo modo ex ratione ipsius animastici dictum de uiuere pro esse substantiali. Ethicale uero pro operatione intelligas, ac sic intellectum bene defendas. Tertio uides, quomodo uicissim ex his firmetur conclusiones.

¶ Not. Intelligendo corpori seruit art. 66.107.163. in ordine. Pro studio uarietate coornádo.

exterius apparét de re, deuenimus ad cognoscendam essentiam rei. Et quia sic nominamus aliquid sicut cognoscimus illud (ut ex supradictis patet*) inde est, quod plerumque a proprietatibus exterioribus imponuntur nomina ad significandas essentias rerum. unde huiusmodi nomina, quandoque accipiuntur proprie pro ipsis essentiis rerú, ad quas significandas principaliter sunt imposita*, aliquando autem sumuntur pro proprietatib. a quib. imponuntur. & hoc minus proprie. Sicut patet quod hoc nomen corpus impositum est ad significandú quoddam genus substantiarum, ex eo, quod in eis inueniuntur tres dimensiones. Et ideo aliquando ponitur hoc nomen corpus ad significádas tres dimensiones, secundum quod corpus ponitur species quátitatis. Sic ergo dicendum est & de uita. nam uitæ nomen sumitur ex quodam exterius apparenti circa rem, quod est mouere seipsum, non tamen est impositum hoc nomen ad hoc significandum, sed ad significandam substantiam, cui conuenit secundum suam naturam mouere seipsam, uel agere se quocumque modo ad operationem. Et secundú hoc, uiuere nihil aliud est, quam esse in tali natura, & uita significat hoc ipsum, sed in abstracto. sicut hoc nomen cursus significat ipsum currere in abstracto. Vnde uiuum non est prædicatum accidentale, sed substantiale. Quádoque tamen uita sumitur minus proprie pro operationibus, uitæ, a quibus nomen uitæ assumitur, sicut dicit Philosophus nono Ethicorum*, quod uiuere principaliter est sentire, uel intelligere.

Ad primum ergo dicendum, quod philosophus ibi accipit uiuere pro operatione uitæ. Vel dicendum est melius, quod sentire & intelligere & huiusmodi, quandoque sumuntur pro quibusdam operationibus, quádoque autem pro ipso esse sic operantium. Dicitur enim nono Ethico.* quod uiuere est sentire uel intelligere, idest habere naturam ad sentiendum, uel intelligendum, & hoc modo distinguit Philoso. uiuere per illa quatuor. Nam in istis inferioribus quatuor sunt genera uiuentium, quorum quædam habent naturam solum ad utendum alimento, & ad consequentia, quæ sunt augmentum & generatio: quædam ulterius ad sentiendum, ut patet in animalibus immobilibus, sicut sunt ostrea: quædam uero cum his ulterius ad mouendum se secundum locum, sicut animalia perfecta ut quadrupedia, & uolatilia, & huiusmodi: quædam uero ulterius ad intelligendum, sicut homines.

Ad secundum dicendum, quod opera uitæ dicuntur, quorum principia sunt in operantibus, ut seipsos inducant in tales operationes. Contingit autem aliquorum operum inesse hominibus non solum principia naturalia (ut sunt potentiæ naturales) sed etiam quædam superaddita, ut sunt habitus inclinantes ad quædam operationum genera, quasi per modum naturæ, & facientes illas operationes esse delectabiles. Et ex hoc dicitur, quasi per quandá similitudinem, quod illa operatio quæ est homini delectabilis, & ad quam inclinatur, & in qua conuersatur, & ordinat uitam suam ad ipsam, dicitur uita hoís. Vnde quidam dicuntur agere uitam luxuriosam, quidam uitam honestam. & per hunc modum uita contemplatiua ab actiua distinguitur, & per hunc etiam modum cognoscere Deum dicitur uita æterna. Vnde patet solutio ad tertium.

Margin: q. 13. ar. 1. — li. 9. Ethic. c. 9. to. 5. — Secunda responsio. — li. 9. Ethic. c. 9. to. 5. — Vita finis dicitur operatio talis. — Ergo figuræ antiquæ legis magna parte significat figuratum .i. decimũ ecclesiasti q infra me facta tunc, a quibus assumebatur p plura ad significandum illatũ boni testamenti, ora tore autẽ, etiam uisũ re iudæorum, eis figura conuenient illic. Vtilitas p philosoph.

Comm. Cardinalis Caietani.

Titulus clarus est.

¶ In corpore una conclusio responsiua quæsito, uita proprié est esse substantiale, minus proprie uero est operatio. Hæc conclusio quo ad utramque partem simul probatur sic. Intellectus noster accipit a sensu. ergo ex his, quæ apparent exterius de re cognoscimus essentiam. ergo plerumque ex proprietatibus exterioribus imponuntur nomina ad significandas essentias rerum. ergo huiusmodi nomina quandoque accipiuntur proprie pro ipsis essentiis, & minus proprie pro proprietatibus, a quibus imponuntur, ergo uitæ nomen sumitur proprie pro substantia cuius naturæ conuenit mouere se, & minus proprie pro operatione uitali, ergo uiuere proprie nihil aliud est, quam esse in tali natura, ergo uita significat hoc ipsum. ergo uiuum non est prædicatum accidentale, sed substantiale, ergo de primo ad ultimum, uita proprie est esse substantiale, minus proprie est operatio. Prima consequentia secundum duo clausa in consequente, scilicet exteriora, & quidditas, ex duobus in antecedente clausis, scilicet intellectu, & sensu, probatur. Primum est, quia intellectus est cognoscitiuus quidditatis rei. Secundum uero est, quia accidentia exteriora sunt propria sensus. Secunda consequentia probatur, quia sicut cognoscimus, sic nominamus. Tertia declaratur in hoc nomine corpus, respectu substantiæ, & quantitatis. Quarta probatur, quia uitæ nomen sumitur ex exterius apparente, scilicet mouere se, &c. Quinta per se nota relinquitur. Sexta probatur, quia uita non differt a uiuere nisi penes modum significandi, scilicet in abstracto, & declarat exemplo cursus. Septima est per se nota. Et confirmatur nihilominus secunda pars conclusionis authoritate. 9. Ethicorum.

ARTICVLVS III.

Vtrum Deo conueniat uita.

Ad tertium sic proceditur. Videtur quod Deo nó conueniat uita. Viuere enim dicuntur aliqua secundum quod mouent seipsa, ut dictum est.* Sed Deo non competit moueri. Ergo neque uiuere.

¶ 2 Præt. In omnibus, quæ uiuunt, est accipere aliquod uiuendi principium. Vnde dicitur in 2. de anima †, quod anima, est uiuentis corporis causa, & principium. Sed Deus non habet aliquod principium. Ergo sibi non competit uiuere.

¶ 3 Præt. Principium uitæ in rebus uiuentibus quæ apud nos sunt, est anima vegetabilis, quæ non est nisi in rebus corporalibus. Ergo rebus incorporalibus non competit uiuere.

Sed contra est, quod dicitur in Psal. 83. Cor meum, & caro mea exul. in Deum uiuum.

Respon. Dicendum, quod uita maximè propriè in Deo est.

Margin: 113 1. con. c. 97. 98. 99. & li. 4. c. 13. fi. & Io. 14. l. 2. co. 2. & 2. male. 6. co. c. fin. — Ferr. 1. con. c. 97. 98. 99. — ar. præced. li. 2. de anima, tex. 36 tom. 2.

SVP. Q. XVIII. ART. III.

Conc. In Deo maxime est uita.

¶ Prob. Quia natura Dei est suum intelligere, idque, quod habet, non determinatur ab alio, & consequenter Dei operatio est maxime ei ex seipso.

Primum

1^m de maiori.
Mouent. R. Motu uel perfecti, uel imperfecti. §. Tunc &c. Sufficit enim ad hoc, quod aliquid moueat seipsum, quod moueatur motu perfecti, idest intelligat seipsum, & Deus maxime intelligit semetipsum, supra q. 14. ar. 2.

2^m de maiori.
Quæ uiuunt. R. Ita q̃ suum uiuere non sunt, non ita quod suum uiuere sunt. §. Tunc, &c. Nam ita uiuit Deus, q̃ ipsemet est suum uiuere, & sua uita.

3^m de antecedente.
Viuentibus. R. Corruptibilibus, non incorruptibilibus. §. Tunc &c. Nam Deus non uita corruptibili, sed incorruptibili uiuit.

APPENDIX.

Vtilitas p̃ S. Eccl.

EX articulo habes primo, quomodo per rõnẽ ostẽdas de Deo esse recte dictũ Matth. 16. Tu es Christus filius Dei uiui, & 1. Tim. 4. speramus in Deum uiuum, & psal. 83. Cor meũ, & caro mea exultauerunt in Deum uiuum, & similia. Secundo habes, quomodo p̃ rationem in sensu catholico intelligas huiusmodi loca, intellecta que defendas. Tertio uides, quomodo uicissim ex his firmetur conclusio.

Pro studio var. coor.

¶ NOT. Intelligendo corpori seruit art. 111.124. 385. 369. 411. 407.500. Responsioni ad primũ ar. 425.276. 287. in ordine.

Ad cuius euidentiam considerandum est, quod cum uiuere dicatur aliqua secundum quod operantur ex seipsis, & non quasi ab alijs mota, quanto perfectius competit hoc alicui, tanto perfectius in eo inuenitur uita, in mouentibus autem & motis tria per ordinem inueniuntur. Nam primo finis mouet agentem, agens uero principale est qd per suam formam agit. & hoc interdum agit per aliquod instrumentum, quod non agit ex uirtute suæ formæ, sed ex uirtute principalis agentis. Cui instrumento competit sola executio actionis, inueniuntur igitur quædam, quæ mouent seipsa non habito respectu ad formam uel finem, quæ inest eis a natura, sed solum quantum ad executionẽ motus, sed forma, per quam agunt, & finis propter quem agunt, determinantur eis a natura, & huiusmodi sunt plantæ, quæ secundum formam inditam eis a natura, mouent seipsas secundum augmentum, & decrementum. Quædam uero ulterius mouent seipsa, non solum habito respectu ad executionem motus, sed &t quantũ ad formam, quæ est principium motus, quam per se acquirunt. & huiusmodi sunt animalia, quorum motus principium est forma non a natura indita, sed per sensum accepta. Vnde quanto perfectiorem sensum habent, tanto perfectius mouent seipsa. nam ea, quæ nõ hẽnt nisi sensum tactus, mouentur solum infra seipsa motu dilatationis, & constrictionis, ut ostrea parum excedentia motum plantæ. Quæ uero habent uirtutem sensitiuam perfectam, non solum ad cognoscendum coniuncta & tangentia, sed etiam ad cognoscẽdum distantia, mouent seipsa in remotum motu processiuo. Sed quamuis huiusmodi animalia, formam quæ est principium motus per sensum accipiant, non tamen per seipsa præstituunt sibi finem suæ operationis, uel sui motus, sed est eis inditus a natura, cuius instinctu ad aliquid agendum mouentur per formam sensu apprehensam. Vnde supra talia animalia sunt illa, quæ mouent seipsa, etiam habito respectu ad finem, quem sibi præstituunt. Quod quidem non fit nisi per rationem & intellectum, cuius est cognoscere proportionem finis, & eius quod est ad finem, & unum ordinare in alterum. Vnde perfectior modus uiuendi est eorum quæ habent intellectum, hæc .n. perfectius mouent seipsa. Et huius est signũ, quod in uno & eodem homine uirtus intellectiua mouet potentias sensitiuas, & potentiæ sensitiuæ per suum imperium mouent organa, quæ exequuntur motum. Sicut etiam in artibus uidemus, quod ars, ad quam pertinet usus nauis, scilicet ars gubernatoria, præcipit ei quæ inducit formam nauis, & hæc præcipit illi, quæ habet executionem tantum in disponendo materiam. Sed quamuis intellectus noster ad aliqua se agat, tamen aliqua sunt ei præstituta a natura, sicut sunt prima principia, circa quę non potest aliter se habere, & ultimus finis, quem non potest uelle. Vnde licet quantum ad aliquid moueat se, tamen oportet quod quantum ad aliqua, ab alio moueatur. Illud igitur cuius sua natura est ipsum eius intelligere, & cui id, quod naturaliter habet, non determinatur ab alio, hoc est quod obtinet summum gradum uitæ. tale autem est Deus, unde in Deo maxime est uita. Vnde Philosophus in 12. met.* ostenso quod Deus sit intelligens, concludit quod habeat uitam perfectissimam & sempiternam, quia intellectus eius est perfectissimus, & semper in actu.

li. 12. meta. te. 51. to. 3.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod sicut dicitur in 9. metap.* duplex est actio. Vna quæ transit in exteriorem materiam, ut calefacere, & secare. Alia quæ manet in agente, ut intelligere, sentire, & uelle, quarum hæc est differentia. Quia prima actio non est perfectio agentis, quod mouet, sed ipsius moti, secunda autem actio est perfectio agentis. Vnde quia motus est actus mobilis, secunda actio inquantum est actus operantis dicitur motus eius ex hac similitudine, quod sicut motus est actus mobilis, ita huiusmodi actio est actus agentis, licet motus sit actus imperfecti, scilicet existentis in potentia, huiusmodi autem actio est actus perfecti, id est existentis in actu, ut dicitur in 3. de anima. Hoc igitur modo, quo intelligere est motus, id quod se intelligit, dicitur se mouere. Et per hunc modum etiam Plato posuit, quod Deus mouet seipsum, non eo modo quo motus est actus imperfecti.

li. 9. meta. tex. 19. t. 3.

AD SECVNDVM dicendũ, q̃ sicut Deus est ipsum suũ esse & suum intelligere, ita & suum uiuere. Et propter hoc sic uiuit, quod non habet uiuendi principium.

AD TERTIVM dicendum, q̃ uita in istis inferioribus recipitur in natura corruptibili, quæ indiget & generatione ad conseruationem speciei, & alimento ad conseruationem indiuidui. Et propter hoc in istis inferiorib. non inuenitur uita sine anima uegetabili. Sed hoc non habet locum in rebus incorruptibilibus.

ARTI-

Comm. Cardinalis Caietani.

IN titulo, conueniat, intelligitur formaliter, nõ uirtualiter Deo uitæ perfectionem conuenire in q. 4. p robatum est.

¶ In corpore una conclusio responsiua quæsito. Vita maxime proprie in Deo est. ubi antequam probetur. nota quod author aliud quærit, & aliud respondet. Quærit enim simplicem quæstionem an est uita Dei. Respondet autem de eminentissimo modo uiuendi. fecit autem hoc, quoniam Deum uiuere, ex supra dictis satis constabat, cum declaratum sit ipsum esse intellectualis naturæ. Sed quomodo uiuat, ex proprijs ostendendum erat. probatur ergo sic. Viuere dicuntur aliqua inquantum operantur ex seipsis, non quasi ab alijs mota, ergo quanto perfectius hoc conueniat alicui, tanto perfectius in eo inuenitur uita, ergo mouentia se quo ad finem, formam, & executionem, perfectius uiuunt, quam mouentia se quo ad formam & executionem tantum, & hæc, quã mouentia se tantum quo ad executionem, ergo illud, cuius natura est ipsum esse & intelligere, & id quod naturaliter habet non determinatur sibi ab alio, obtinet summum uitæ gradum, ergo in Deo maxime est uita.

¶ Ad euidentiam secundæ consequentiæ, quia comparatio intelligi non potest, nisi gradus comparatorum ostendantur, litera graduat mouentia se, & ex ipsa graduatione necessitatem consequentiæ ostendit. Duo ergo facit. primo ostendit ea, ex quibus graduantur uiuentia, secundo, tres gradus uiuentium ordinat. Tria autem sunt ex quibus mouentia se graduantur, scilicet, finis, forma, & executio. Et propterea aliqua mouent se ad executionem tantum, aliqua ad executionem & formam, & hæc perfectius mouent se, aliqua ad executionem, & formam, & finem, & hæc perfectissime. In primo ordine sunt plantę, ut patet ex motu augmenti. In secundo sunt animalia, ut patet ex eo, quod principium motus eorum non est forma a natura indita, sed per sensum accepta, & ratione latitudinis in ipsis animalibus inuentæ, scilicet quod quantò perfectius sentiunt, tantò perfectius mouent seipsa, quod manifestatur in differenti motione animalium perfectorum, et imperfectorum. In tertio sunt intellectum habentia, quod probatur, quia solius rationis ac intellectus est cognoscere, proportionem

nem suis,& eius quod est ad finem, neutrumque in alterum ordina-re, ergo & præstituere sibi finem, & declaratur signo eminentia huius uitæ,ex eo quod in uno & eodem homine pars intellectiua mouet potētias sensitiuas, & per illas corporalia organa. Cōfirma turque exemplo in artificialibus. Pro tertia autem consequentia, ponit litera in supremo uiuendi gradu latitudinem, & sic summum in eo declarat. Mouentium ergo se ad executionem, formā, & finem, alia mouent se quo ad quædam, quædam uero ab alio sortiuntur. Alia mouent se quo ad omnia, ita quod nihil ab alio habent, in primo ordine sunt intellectus creati. In secundo uerò Deus ipse. Et primum probatur in intellectu nostro. Quo ad intel lectum quidem, quia præstituta sunt ei prima principia, quo ad uo luntatem uero, quia præstitutus est ei ultimus finis, quem non po test non uelle. Cætera sunt nota, & confirmatur processus ex pro cessu Arist. 12. Metaphysic.

¶Circa secundum uiuendi gradum dubium occurrit, quomodo uerum sit, quod animalia per seipsa acquirant formam, qua se mouent. Sensus enim ut in secundo de Anima dicitur, est potentia passiua a sensibili, & sentire in pati consistit, ergo animalia ad habendam formam sensibilem pure passiuè concurrunt, non ergo acquirunt eam per seipsa.

¶Ad hoc breuiter, uerè tamen (quia non est hic locus proprius huius materiæ) dicitur, quod licet ad habendam formam sensibilem in genere entium, seu medio modo inter potentiam & actū, sensus exterior concurrat pure passiue, ad habendam tamen eam in genere cognoscibilium seu in actu simpliciter, seu puro, sensus etiam exterior concurrit, non solum passiuè, sed & actiue. Et ratio est, quia anima ut in 2. de anima dicitur, est causa effectiua illius alterationis, in qua consistit sentire, seu (& in idē redit) illius alterationis, quæ est sentire. Constat autem, q̃ sentire, nō est pati a sensibili, q̄m & diaphanum uideret, sed est pati uitaliter a sensibili, hoc autem est sensum esse actu ipsum sensibile, ut ex dictis in q. 14. Igitur animal hēt formā sensibilē & ab alio, & facit eam in se. Et ꝑpea optime in litera dicitur, q̃ mouet se quo ad formā, & acquirit eam per seipsum &c. Et hæc bene nota, ut scias diuersa & Aristotelis, & S. Thomæ dicta sanè intelligere.

Part. 4. con. 1. 13.

SVP. Q. XVIII.

ART. IIII.

114 *a contra G. 13. fin. & ve ri. q. 4. ar. 8*

CONCL. Omnia in Deo sunt uita diuina.

¶PROB. Quia omnia creata sunt in Deo ut intellecta, & in Deo intellectus, intellectū, intelligere, sunt idem quod suum uiuere, seu uita sua.

1^m ex Act. 17. In ipso. ℞. Tamquam in causa, & tanquam in cognoscente. § Tunc nihil &c Nam ideo res non sunt in Deo motus, sed uita quia essentia diuina, in qua sunt modo dicto, nō est motus sed uita. Hinc est, quod motus, ut est in Deo cognoscente, non est motus sed uita, & uita utique diuina.

E. de uerit. religio. ca. 29. circa med. to. 1.

2^m de minori. Confirmari. ℞. Secundum rationem formæ, non necessario, secundum modum essendi. §. Tunc &c. Nam ideo in seipsis non uiuentia sunt uita in Deo, quia ibi habent alium modum essendi, licet habeant eandem rationē formæ. Exemplum de domo &c.

... distinguit Aug. tract. 1. super Io.

3^m de conclusione. Sint. ℞. Simpliciter, non quantum ad esse hoc, §. ut Almaricus isto modo sentire uidetur. Vide appendicem sequentem. Tunc &c. ut patet in litera.

a præced.

4^m de conclusione. Scita. ℞. Per suam rationem, non per rationem oppositi sui. §. Tunc &c. Non enim sequitur quod mala scita sint uita in Deo, quoniā mala cognoscuntur per suum oppositum, supra q. 14. ar. 10.

ARTICVLVS IIII.

Vtrum omnia sint uita in Deo.

AD QVARTVM sic proceditur. Videtur quod non omnia sint uita in Deo. Dicitur enim Act. 17. In ipso uiuimus, mouemur, & sumus, sed non omnia in Deo sunt motus, ergo non omnia in ipso sunt uita.

¶2 Præt. Omnia sunt in Deo sicut in primo exemplari. Sed exemplata dicuntur conformari exēplari. Cum igitur non omnia uiuant in seipsis, uidetur quod omnia in Deo sint uita.

¶3 Præt. Sicut Aug. dicit in lib. de vera * rel. Substantia uiuens est melior qualibet substantia non uiuente. Si igitur ea, quæ in seipsis nō uiuunt, in Deo sunt uita, uidetur q̃ ueriora sint res in Deo quam in seipsis. Quod tamē uidetur esse falsum, cum in seipsis sint in actu, in Deo uero in potentia.

¶4 Præt. Sicut sciuntur a Deo bona, & ea quæ fiunt secundum aliquod tempus, ita mala, & ea quæ Deus potest facere, sed numquam fiunt. Si ergo omnia sunt uita in Deo, inquantum sunt scita ab ipso, uidetur quod etiam mala, quæ numquam fiunt, sunt uita in Deo, inquantum sunt scita ab eo. Quod uidetur inconueniens.

SED CONTRA est, quod dicitur Ioan. 1. Quod factum est, in ipso uita erat, sed omnia per Deum facta sunt. ergo omnia in Deo sunt uita.

RESPON. Dicendum, quòd sicut dictum est, * uiuere Dei est eius intelligere, in Deo autem est idem intellectus, & quod intelligitur, & ipsum intelligere eius. Vnde quicquid est in Deo ut intellectu, est ipsum uiuere, uel uita eius. Vnde cum omnia, quæ facta sunt a Deo, sint in ipso ut intellecta, sequitur quod omnia in ipso sunt ipsa uita diuina.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod creaturæ in Deo esse dicuntur dupliciter. Vno modo, inquantum continentur, & conseruantur uirtute diuina, sicut dicimus ea esse in nobis, quæ sunt in nostra potestate. Et sic creaturæ dicuntur esse in Deo, etiam prout sunt in propriis naturis. Et hoc modo intelligendum est uerbum Apostoli dicentis. In ipso uiuimus, mouemur, & sumus, quia etiam nostrum uiuere, & nostrum esse, & nostrum moueri, causatur a Deo. Alio modo dicitur res esse in Deo sicut in cognoscente. Et sic sunt in Deo per proprias rationes, quæ non sunt aliud in Deo ab essentia diuina. Vnde res, prout sic in Deo sunt, sunt essentia diuina. Et quia essentia diuina est uita, non autem motus, inde est quod res hoc modo loquendi in Deo non sunt motus, sed uita.

AD SECVNDVM dicendum, quod exemplata oportet conformari exemplari secundum rationem formæ, non autem secundum modum essendi. Nam alterius modi esse habet forma quandoque in exemplari, & in exemplato. Sicut forma domus in mente artificis habet esse immateriale & intelligibile, in domo autem, quæ est extra animam, habet esse materiale, & sensibile. Vnde rationes rerum, quæ in seipsis non uiuunt, in mente diuina sunt uita, quia in mente diuina habent esse diuinum.

AD TERTIVM dicendum, q̃ si de ratione rerum naturalium non esset materia, sed tantum forma, omnibus modis veriori modo essent res naturales in mente diuina per suas ideas, quam in seipsis. Propter quod & Plato posuit, quod homo separatus erat uerus homo, homo autem materialis est homo per participationem. Sed quia de ratione rerum naturalium est materia, dicendum quod res naturales uerius esse habent simpliciter in mente diuina, quam in seipsis, quia in mente diuina habent esse increatum, in seipsis autem esse creatum. Sed esse hoc, utpote homo uel equus, verius habent in propria natura quam in mente diuina, quia ad ueritatem hominis pertinet esse materiale, quod non habent in mente diuina. Sicut domus nobilius esse habet in mente artificis, quam in materia, sed tamen uerius dicitur domus, quæ est in materia, quam quæ est in mente, quia illa est domus in actu, hæc autem domus in potentia.

AD QVARTVM dicendum, q̃ licet mala sint in Dei scientia, inquantum sub Dei scientia comprehenduntur, non tamen sunt in Deo sicut creata a Deo, uel conseruata ab ipso, neque sicut habētia rationem in Deo. Cognoscuntur n. a Deo per rationes bonorum, unde non potest dici, quod mala sint uita in Deo. Ea uero, quæ secundum nullum tempus sunt, possunt dici esse uita in Deo, secdm quod uiuere nominat intelligere tātum, inquantū intelliguntur a Deo, non autem secundum quod uiuere importat principium operationis.

D. 713. secundum tempus aliquod facta & standum tps possibilia tamen sunt uita in Deo, sed diuersimode.

APPENDIX.

EX articulo habes primo, quomodo per rationem demonstres,

Vtilitas p S. Ecclesia.

QVAE-

stres, rectè dictum a Ioan. c. 1. quod factum est, in ipso uita erat. Hoc est, omnia, quæ per ipsum facta sunt, in Deo sunt uita anthonomatice dicta, i. uita diuina, seu [quod dici solet a scholasticis] omnia creata in Deo sunt creatrix essentia. Secundo consequenter habes, quomodo ex ratione reiicias erroneum sensum circa hoc Almarici (ut refert Cardinalis Turrecremata, de Ecclesia li. 4. c. 35.) dicentis, sicut alterius naturæ nó est Abraham & alterius Isaac, sed unius & eiusdem, sic omnia esse unú, & omnia esse Deú. Alium. n. sensum, damnabilemque, in hoc suo dicto ipsum habuisse tanquam manifestum relinquit Papa Innoc. III. dum extra de sum. tri. & fi. cath. Damnamus, dicit sic. Reprobamus impijssimum dogma impij Almarici, cuius mentem sic pater mendacij excæcauit, ut eius doctrina non tam hæretica, quam insana, sit censenda. Hæc ibi. Per ly dogma intellige uniuersam eius doctrinam ut supra q. 15. ar. 3. declaratum est in notatione ultima. Tertio uides, quomodo uicissim ex his uicissim firmetur conclusio.

¶ NOT. Dictus in corpore seruit art. in ordine 83. 103. In responsione ad tertium. 363. In ad quartum 97. 98.

Pro studio var. coor.

Comm. Cardinalis Caietani.

Titulus clarus est.

¶ In corpore una conclusio responsiua quæsito affirmatiuè. Omnia in Deo sunt uita diuina. probatur. In Deo idem est intellectus, intellectum, & intelligere. ergo quicquid est in Deo ut intellectum, est Dei uita. ergo omnia in Deo sunt uita diuina. Prima consequentia probatur, quia uiuere Dei, est eius intelligere, secunda uero, quia omnia quæ facta sunt, in ipso sunt ut intellecta.

¶ Aduerte hic. Primo quod quia perfectæ uitæ ratio non saluatur nisi in reb. quæ quandoq; fiunt, ut in responsione ad quartum patebit, ideo litera quasi limitauit ly omnia, ad omnia facta, id est, quæ secundum aliquod tempus facta sunt, fiunt, aut fient. Aduerte secundo, quod ut responsione ad quartum patet, hæc propositio hic posita. Quicquid est in Deo ut intellectum, est uita eius, interpretanda est de intellecto per se, ad excludendum mala quæ sunt intellecta per aliud, scilicet per bona.

¶ In responsione ad tertium. si eleuare uis responsionem ac rationem hanc ad oia, nomine materiæ intelligi omne quod se tenet ex parte materiæ, idest potentiam. Idea enim diuina in hoc excedit Platonicam, quod ista est immaterialis tantum, illa uerò & materiæ & potentiæ expers, actus purus est. Et propter ea Gabriel, de cuius ratione non est materia, sed potentia, uerius in seipso est Gabriel, quam in Deo, sed litera meminit materiæ tantum, quia de non uiuentibus argumentum loquitur, quæ constat materialia esse, & manifestum impedimentum habere, ne sint uerius ipsa in Deo.

¶ In responsione ad quartum, recolito quod in articulo secúdo dictum est, quod uiuere proprie significat ipsum esse uiuentis. q́ď est principium operationis uitalis, minus proprie uero operationem uitalem. Ex hoc autem sequitur, quod aliquid potest dici uiuere, uel uita, dupliciter. Vno modo, quia est ipsa operatio uitalis, & sic omnia quorum in Deo est ratio seu similitudo, uiuunt in ipso, quia sunt eius intelligere. Secundo, quia est principium uitalis operationis, & sic sola bona, quæ quandoque fiunt, uiuunt in Deo, quoniam sola hæc in Deo mouent seipsa ad esse extra Deú, sunt, n. in Deo uelut creatrices essentiæ. Reliqua autem factibilia non uiuunt hoc modo, quoniam numquam mouent se ad hoc, q́ fint in seipsis. Et intendit litera in calce huius responsionis, quod clarius expressum fuerat in q. de ueri. q. 4. ar. ult.

Ferr. 1. cont. c. 72. 73.
Aegi. 1. s. d. 45. q. 1. i. prin.
Cap. 1. d. 45. q. 1. con. 1. & 2.
Banens q. 19 ar. 1.
Alb. Mag. 1. dist. 45. a. 1.
Pe. de Pa. 1. s. d. 45. q. 1.

QVAESTIO XIX.

De uoluntate Dei, in duodecim articulos diuisa.

POST considerationem eorum, quæ ad diuinam scientiam pertinent, considerandum est de his, quæ pertinent ad uoluntatem diuinam, ut sit prima consideratio de ipsa Dei uoluntate. Secunda de his, quæ ad uoluntatem absolute pertinét. Tertia de his, quæ ad intellectum in ordine ad uoluntatem pertinent.

CIRCA ipsam autem uoluntatem quæruntur duodecim.

¶ Primo, vtrum in Deo sit uoluntas.
¶ Secundo, Vtrum Deus uelit alia a se.
¶ Tertio, Vtrú quidquid De⁹ uult, ex necessitate uelit.
¶ Quarto, Vtrum uoluntas Dei sit causa rerum.
¶ Quinto, vtrum uoluntatis diuinę sit assignare aliquam causam.
¶ Sexto, vtrum uoluntas diuina semper impleatur.
¶ Septimo, vtrum uoluntas Dei sit mutabilis.
¶ Octauo, vtrum uoluntas Dei necessitatem reb. uolitis imponat.
¶ Nono, vtrum in Deo sit uoluntas malorum.
¶ Decimo, vtrum Deus habeat liberum arbitrium.
¶ Vndecimo, vtrú sit distinguenda in Deo uoluntas signi.
¶ Duodecimo, vtrum conuenienter circa diuinam uoluntatem ponantur quinque signa.

SVP. Q. XIX. ART. I.

CONCL. Oportet in Deo esse uoluntatem.

¶ PROB. Quia intellectus est in Deo [q. 14.] & intellectum consequitur uoluntas [cú natura intellectualis habeat ad bonum per formam intelligibilem apprehensum habitudinem talem, ut bonum illud nódum habitum quærat, ac in ipso iam habito quiescat.]

1^m de maiori.

Finis & bonum. R. Vel extra uoluntatem existens, uel intra uoluntatem, seu realiter idem uoluntati existens. §. Tunc &c. Nam ipsemet Deus est essentialiter finis, sicut essentialiter bonus, & ideo non primo, sed secundo modo in eo est finis.

Secundum

ARTICVLVS PRIMVS.

Vtrum in Deo sit uoluntas.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur quod in Deo sit uoluntas. Obiectum. n. uoluntatis est finis & bonum, sed Dei non est assignare aliquem finem. Ergo uoluntas non est in Deo.

¶ 2 Præt. Voluntas est appetitus quidam. appetitus auté, cum sit rei non habitæ, imperfectionem designat, quæ Deo non competit. Ergo uoluntas non est in Deo.

¶ 3 Præt. Secundum Philosophum in 3. de anima, †uoluntas est mouens motum. Sed Deus est primum mouens immobile, ut probatur. 8. Phy. Ergo in Deo non est uoluntas.

SED CONTRA est, quod dicit Apostolus Roma. 12. Vt probetis quæ sit uoluntas Dei.

REPON. Dicendum, in Deo uoluntatem esse, sicut & in eo est intellectus. Voluntas. n. intellectum consequitur. Sicut. n. res naturalis habet esse in actu per suam formam, ita intellectus intelligens actu per suam formá intelligibilé. Quælibet autem res ad suam formam naturalem hanc hét habitudinem, ut quando non habet ipsam, tendat in eá & quando habet ipsam, quiescat in ea, & idem est de qualibet perfectione naturali quod est bonum naturæ. Et hæc habitudo ad bonum in rebus carentibus cognitione, uocatur appetitus naturalis. Vnde, & natura intellectualis ad bonum apprehensum per formam intelligibilem similem habitudinem habet, ut scilicet cum habet ipsum quiescat in illo, cum uero non habet, quærat ipsum, & utrumque pertinet ad uoluntatem. Vnde in quolibet habente intellectum est uoluntas, sicut in quolibet habente sensum est appetitus animalis. Et sic oportet in Deo esse uoluntaté, cum sit in eo intellectus. Et sicut suum intelligere est suum esse, ita suum uelle.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod licet nihil aliud a Deo sit finis Dei, tamen ipsemet est finis respectu omnium, quæ ab eo fiunt, & hoc per sua essentiam, cum per suam essentiam sit bonus, ut supra ostensum est*. Finis. n habet rationem boni.

115 3. q. 18. ar. 1. cor. & 1. d. 35. a. 1. & 2. & cont. c. 72. & 73. para. gr. 2. & li. 4 c. 19. & uer. q. 23. a. 1. & opu. 3. c. 32 & 35.

li. 3. de anima tex. 54. lib. 8. Phys. tex. 49. s. 2.

q. 6. ar. 3.

AD

2^m de minori. Appetitus autem. R. Qui aliquando non habet bonum, quod appetit; non, qui semper habet bonum hoc §. Tunc &c. Nam in Deo est maximè appetitus secundo modo, cùm maximè amet se, & delectetur in se: licet appetitus primo modo dictus non sit in eo. Minor ergo illa erat manca.

3^m de maiori. Volũtas. R. Cuius obiectum princ.pale est extra ipsam voluntatem: non, cuius obiectum principale est idem illi. §. Tunc, &c. Nam obiectũ principale voluntatis diuinæ, quod est sua essentia, est realiter idem, cum voluntate.

AD SECVNDVM, dicendum, quod voluntas in nobis pertinet ad appetitiuam partem. Quæ licèt ab appetendo nomineiur, non tamen hunc solùm habet actum ut appetat, quæ non habet sed etiam ut amet quod habet, & delectetur in illo. & quantum ad hoc voluntas in Deo ponitur, quæ semper habet bonum quod est eius obiectum, cum sit indifferens ab eo secundum essentiam, ut dictum est.

AD TERTIVM dicendum, quod voluntas cuius obiectum principale est bonum, quod est extra uoluntatem, oportet, quòd sit mota ab aliquo. Sed obiectum diuinę uoluntatis est bonitas sua, quæ est eius essentia. vnde cum uoluntas Dei sit eius essentia, non mouetur ab alio à se, sed à se tantum eo modo loquendi, quo intelligere, & velle dicitur motus. Et secundum hoc Plato dixit, quòd primum mouens mouet seipsum.

ARTI-

1 APPENDIX.

In corpo. art.

EX articulo habes primo, quomodo per rationem ostendas, meritò poni voluntatem in Deo à scripturis sanctis Ro. 12. Vt probetis, quæ sit voluntas Dei bona, psal. 113. omnia quæcunque voluit, fecit Ezech. 18. Nunquid voluntatis meæ est mors impij dicit dominus, & non magis vt conuertatur & viuat? Psal. 17. saluum me fecit, quoniã voluit me: Hester. 13. Domine Rex omnipotens in ditione tua cuncta sunt posita, & non est qui possit resistere voluntati tuæ secundo habes: quõo hæc, similiaq; dicta in catholico sensu intelligas, & sic intellecta defendas. tertio vides: quomodo vicissim ex his hmetur conclusio.

Vtilit. pro S. Eccl.

2

3

¶N o T. Intellectui corporis deseruit artic. in ordine 198. 87. 88. Responsioni ad tertium 111.

Comm. Cardinalis Caietani.

IN titulo, voluntas sumitur dupliciter. Primò pro actu uolendi. Secundò pro principio seu potentia elicitiua actus volendi. Nec refert in proposito, quo quis modo accipiat, quia ubi vnum, ibi reliquum, & econuersò.

¶In corpore tria. Primò proponitur conclusio respõsiua quæsito cum suo medio. Secundo probatur medium, manifestatur uis eius deduciturque cõclusio quò ad primam partem. Tertiò idem probatur quo ad secundam partem in calce.

¶Quò ad primum conclusio est. In Deo est voluntas sic, quòd suum uelle est suum esse, medium autem est, Voluntas sequitur intellectum, in Deo autem est intellectus. ergo.

¶Aduerte hic duo. Primo, ꝙ licet secunda conclusionis pars non expresiè ponatur in litera, sed concludatur tantum in calce, implicitè tamen proposita intelligitur in 1y, sicut, cum proponitur voluntatem esse in Deo sicut intellectum. Secũdo, quod quia medium est proprium subiectum voluntatis. (Intellectiuum.n. est per se primo volitiuum) Idem erit probare, quòd intellectũ sequitur voluntas, & probare à priori uoluntatem esse, & quid est voluntas, & propter quid est voluntas, quamuis voluntatem esse in communi probatione non egeat, quia experimur eam esse in nobis. Et propterea valde notanda sunt quæ sequuntur, vtpotè arduum arcanum indicatura.

¶Quò ad secundum proceditur sic. Intellectus intelligens est actu per suam formam, intelligibilem, sicut res naturalis est per suam formam. ergo natura intellectualis bonum apprehensum per formam intelligibilem, cum non habet, quærit: cum habet, quiescit in illo. ergo in quolibet habente intellectum est voluntas. ergo in Deo est voluntas. Prima consequentia probatur ex ui proportionalis similitudinis inter formam naturalem, & intelligibilem in antecedente assumpta: quia quælibet res naturalis habet hæc duo. Primum est, habitudo talis ad formam, seu perfectionem naturalem, vt in habita quiescat, in non habita verò inclinetur. Secundum est, quòd talis habitudo in carentibus cognitione, vocatur appetitus naturalis. Secunda verò probatur ex eadẽ radice dupliciter. Primò, quia vtrunq; illorum spectat ad uoluntatem. Secundò ex proportionali, quia ex eadem causa, in quolibet habente sensum est appetitus animalis. Tertia autem consequentia probatur, quia in Deo est intellectus.

¶Circa primam consequentiam dubium est, quia expresiè declinat proportionalis similitudo a forma intelligibili ad bonum apprehensum per illam. Exigebat enim processus iste, vt illatum esset, ergo natura intellectualis, ita se habet ad formam intelligibilem, quòd in habita quiescit, & in non habitam inclinatur, quia forma intelligibilis est, sicut forma naturalis. Et tamen in littera declinatum est ad bonum apprehensum per formam intelligibilem. Malus ergo videtur hic processus, vtpote sine fundamento. Et augetur dubitatio, quia forma intelligibilis est intus, bonum vero apprehensum est extra, vt patet in 6. Metaphy.

¶Circa secundam quoque consequentiam, dubium est. Quia ex tali processu nihil habetur, nisi quod in natura intellectuali est appetitus formæ intelligibilis, vel etiam rei apprehensæ: sed non habetur ex hoc, quod ille appetitus sit actus elicitus, quod tamen probandum erat: probatio siquidem illius consequentiæ, scilicet quia istud appetere spectat ad uoluntatem, præsupponit uoluntatem quam quærimus.

¶Ad euidentiam horum prænotanda est differentia inter appetitum naturalem, & animalem, prout diuiditur in rationale, & sensitiuum, &c. Differunt namque primò, quia animalis est speciale genus, potentiæ animæ, vt patet 2. de anima: naturalis vero cõmunis est omnibus. Secundo quia naturalis consequitur rationẽ formalem rei absolutè, Animalis verò sequitur naturam inquantum apprehensiua est. Tertiò, quia naturalis est actu ex sola natura. Animalis vero non potest exire in actum nisi ex apprehensione. Quartò, quia appetere naturaliter non est actus elicitus, sed ipsa inclinatio huius adhoc. Appetere autem animaliter, est operatio, quæ est actus secundus. Quintò, quia appetitus naturalis est ad vnum: animalis vero ad multa iuxta multitudinem apprehensorum bonorum. Sextò, quia naturalis est rei, quia conueniens illi particulari potentiæ appetenti. Animalis verò est rei, quia conueniens toti seu supposito. Septimò, quia naturalis in actu inest rei ab alio: animalis verò ex se, quia bonum mouet inquantum apprehensum a seipso appetente, & non ab alio. Ex his autem patet, quod modo intendimus. s. quod quicquid appetitur non quatenus apprehensum, naturali appetitu appetitur. Quicquid autem appetitur, quia apprehensum, elicito actu appetitus sensitiui, aut intellectiui appetitur. Vnde apprehensio ipsa dupliciter põt appeti. Primò naturali appetitu, & sic ab intellectu appetitur, inquantum intellectus naturaliter inclinatur in hanc perfectionem suam, quæ est apprehendere res. Secundò rationali appetitu, & sic à uoluntate appetitur, vt apprehensa, vt patet, cum consideran do, quam excelsum. ac optimum sit uidere Deum, aut intelligere naturas corporum cœlestium, &c. optamus illam habere cognitionem, & gauderemus si illam haberemus, hos enim actus, voluntatis non naturæ opera esse experimur in nobisipsis, Habetur autem ex hac ueritate manifeste, quòd appetere actu elicito sequitur apprehensionem sicut appetere naturaliter, sequitur naturam aliquam etiam imperfectissimam, puta materiam primam. Et si contemplatus fueris, quod cognoscere est cognoscentem esse actu cognitum, & quòd quia omne esse est secundum aliquam formã, quòd hoc esse, quod significat cognoscere, est secundum formam cognoscibilem actu in genere cognoscibili, uidebis duo. Primò, ꝙ formam intelligibilem constituere intellectum in actu est constituere ipsum in esse rem apprehensam, vt sit. Et consequenter in processu literæ à forma intelligibili ad rem apprehensam in prima consequentia, nullum fuit uitium, nulla obliquitas, sed artificiosa expressio, quòd de forma intelligibili loquebatur, non in genere entium, sed in genere intelligibili, non qualitercunque, sed inquantum constituit intellectum esse ipsum cognitũ apprehensibiliter. Secundo, quòd quia omne esse sequitur appetitus, & proportionaliter quale esse, talis appetitus, meritò, quia duo tantum sunt genera essendi, primum secundũ quòd res est aliquid secundum naturale esse secũdum verò secundum quòd res est aliquid apprehensibiliter, oportet duplicem appetitum ponere, & proportionaliter, ut scilicet quia primum genus essendi consistit in esse per modum actus primi, secundum autem cõsistit in esse per actũ secundum, qui est apprendere, ideò appetere appetitu sequente esse naturale, non est actus secundus, sed inclinatio, ut dictum est, appetere verò appetitu sequente esse, quod in cognitione consistit. est actus secundus elicitus à uirtute appetitiua consequente naturam, inquantum apprehensiua est. Et hoc est verè fundamentum in litera assumptum. hæc est proportionalis similitudo formæ naturalis, & intelligibilis, unde manifeste incepit ex hoc, quod sicut forma naturalis constituit ens, ita forma intelligibilis constituit cognoscens. i. ens tali modo, ut hic, & ex præcedentib. patet. Ac per hoc patet solutio ad utrunque dubium. Neque enim pro-

num alterius, fatendum est, ꝙ inclinatio apprehensiua, tendat & in bonum alterius. Secunda quoque quia si hoc inuenitur in aliqua uolūtate, præcipue in diuina, utpote perfectissima, & quę magis facit sibi simile, quam quęcunque alia uoluntas, & quodcunq; agens perfectum, qm̄ ab ea omnis deriuatur perfectio. In hoc aūt processu sic fundato. latet hæc propositio falsa. s. Deum uelle alia, est perfectio quædam suæ uoluntatis, ergo processus malus. Quod enim illa propositio in hoc claudatur processu patet, quia si inclinatio in bonum alterius, perfectio non supponeretur non ualeret processus ergo ponenda est in uoluntate, & ergo in diuina, præsertim, quod omnia, quæ Deo & creaturis communia sunt, ut uoluntas, & intellectus &c. ad ipsum oī imperfectione sublata transferri intelligimus. quo ad id, quod perfectionis est. Quod autem illam propositio sit falsa, patet, quia si Deus nullum aliud a se uellet, esset æque perfectus sicut modo est. Velle igitur alia, nullam ei perfectionem addit.

¶ Ad hoc potest dupliciter responderi, iuxta duos sensus, quib. potest intelligi Deum uelle aliam. Primò uelle actualiter esse. Secundo uel re potentialiter alia, i. esse uolituū aliorum siue, uelit alia, siue non. Et siquidem intelligatur conclusio illa secundo modo, nulla est ambiguitas, quoniam esse uolitiuum aliorum est perfectio in Deo, sicut esse factiuum aliorum est perfectio naturæ. Nec potuit Deus non esse uolitiuus aliorum, quamuis potuit nō uelle alia. Si uero intelligatur conclusio etiam primo modo, difficile est soluere dicendum tamen mihi uidetur, quod de uoluntate in communi loquendo, consequentia est optima, quoniam ad perfectionem actus uoluntatis spectat amor amicitiæ, & liberalitas, &c. quib. aliorum bona uolumus, d esset. n. huiusmodi perfectio actibus uoluntatis, in cuius signum charitas uoluntati infunditur, gratia enim nō mutat naturam subiecti, sed perficit illud per modum ipsius. De uoluntate autem diuinam loquendo consequentia bona est, sed proportionalitas ualde ponderanda. Si inclinatio in bonum aliorum est perfectio naturæ per modum naturæ, consequens est quod inclinari in bonū aliorum erit perfectio uoluntatis per modum uoluntatis. i. uoluntaria. Et si inclinari in bonum aliorum per modum uoluntatis, est perfectio uoluntatis, ergo inclinari in bonum aliorum per modum uoluntatis diuinæ, erit perfectio uoluntatis diuinæ. Sed cum dicis per modum uoluntatis diuinæ, duas limitationes addis perfectioni, altera est, ꝙ est uoluntaria, altera est ꝙ omnino libera, ac imdependens, utpote primæ uoluntatis naturæ conformis. Concedere aūt ꝙ Deum uelle alia, est perfectio uoluntaria & omnino libera, nullum incōueniens est. Neque. n. ex hoc sequitur, ꝙ Deo potuit deesse esse aliqua perfectio. s. uelle alia, sed ꝙ potuit deesse aliquam perfectio uoluntaria ac omnino libera. Hæc. n. est conditio diminuens rōnem perfectionis, respectu eius in quo est, qm̄ significat suum oppositum non esse imperfectionem.

¶ Circa eandem deductionem imò uerba literæ dubium occurrit. Quoniā ex hoc processu sequi uidetur, ꝙ Deus non solum uelit alia, sed ꝙ uelit omnia quæ uelle potest. Et hoc in litera exprimitur dum dicitur, ꝙ ad diuinam spectat uoluntatem ut bonum aliis communicet secundum ꝙ possibile est. hoc autem est falsum quoniam multa posset Deus velle, quæ non vult, vt patet.

¶ Ad hoc breuiter dicitur, quod cum Deum uelle alia, ut in sequenti articulo patebit, sit omnino liberum, nec ullam habeat causam, nō potest nisi post factum, aut ex reuelatione cognosci, quod Deus vult alia, & consequenter quod vult hæc vel illa. Nec ad hoc ostendendum factus est literæ huius processus, sed ad ostendendum quod uelle alia ad perfectionem, uoluntariam tamen, uoluntatis diuinæ spectat, omnia autem, uel quædam hæc, uel illa uelle, hinc non habetur, nec haberi potest, quoniam cum hic concludatur perfectio voluntaria, & diuina uoluntas sibiipsi sit lex & ratio, nihil aliud rationabiliter dici hinc potest, quam quod in litera dicitur, quod scilicet ad eam spectat alia uelle secundum quod possibile est, sumendo possibile a potentia ordinata, & non a potentia simpliciter. Nam hoc tantundem est, ac si diceretur, secundum quod ipsa diuina uoluntas vult.

¶ Quo ad secundum, distinguitur duplex modus, quo aliquid est uolitum, scilicet ut finis, & ut ad finem, & dicitur quod Deus vult se vt finem, alia ut ad finem. Et probatur, seu manifestatur quomodo utrumque horum sit, cum dicitur, inquantum concedecet diuinam bonitatem etiam alia ipsam participare. Experimus siquidem in nobis, quod cum nosipsos perfecte amamus, non solum volumus nos esse, uiuere, &c. sed etiam volumus nobis quod nos decet, & ex hoc uolumus benefici esse, non principaliter, ut aliis bona uelimus, sed quia uolumus quod nos decet, sequitur aliorum bonum. Cum autem deceat diuinam bonitatem participari, Deus aliis vult bona, quia decet se, seu bonitatem suam, & consequenter se vult vt finem, & alia a se ut ad finem, quia propter se, modo dicto. Nec hoc est minuere liberalitatem, aut amorem Dei erga nos adeo commendatum, sed est aperire quam immensæ amabilitatis sit diuina bonitas, ostendereque creaturam non esse talis modi amabilitatis capacem. Nihil enim minus habet, quod eo, quo non potest modo amari, a Deo non amatur, quinimmo amor liberalissimus uersus nos manifestatur, cum videtur quod diuinam bonitatem sic participari decet, quod oppositum non dedecet, sic decet, quod nihil sibi, sed nobis tantum confert Hinc patet, quod Deum uelle libere hanc decentiam, est nostrum eligere bonum, quia est uelle sic suam bonitatem, ut etiam nos simus, poterat enim absque ullo damno suo uelle etiam sic eam, quod nihil eam participaret, ut in sequenti patet articulo.

ARTICVLVS III.

Vtrum quicquid Deus vult, ex necessitate uelit.

AD TERTIVM sic proceditur. Videtur ꝙ quicquid Deus vult, ex necessitate uelit. Oē. n. æternū est necessariū, sed quicquid Deus vult, ab æterno vult, alias uoluntas eius esset mutabilis, ergo quicquid vult, ex necessitate vult.

¶ 2 Præt. Deus vult alia a se, inquantum vult bonitatem suam, sed Deus bonitatem suam ex necessitate vult. ergo alia a se ex necessitate vult.

¶ 3 Præt. Quicquid est Deo naturale, est necessarium, quia Deus est p se necesse eē, & principiū oīs necessitatis, vt sup. ostensum est, sed naturale est ei uelle quicquid vult, quia in Deo nihil potest esse præter naturam, ut dicitur in 5. Met. ergo quicquid vult, ex necessitate vult.

¶ 4 Præt. Nō necesse eē, & possibile nō eē, æquipollent. Si igitur nō necesse est, Deū uelle aliquid eorū, quę vult, possibile est ēt eū non uelle illud, & possibile est eū uelle illud qđ nō vult. Ergo uolūtas diuina ē cōtingēs ad utrūlibet. Et sic impfecta, quia oē cōtingens est imperfectū, & mutabile.

¶ 5 Pręt. Ab eo, qđ est ad utrūlibet, nō sequitur aliqua actio nisi ab aliquo alio inclinetur ad unū, ut dr Cōm. in 2. Phys. * Si ergo uoluntas Dei in aliquib. se habet ad utrumlibet, sequitur, quod ab aliquo alio determinetur ad effectum, & sic habet aliquam causam priorem.

¶ 6 Præt. Quicquid Deus scit, ex necessitate scit, sed sicut scientia diuina est eius essentia, ita uoluntas diuina. Ergo quicquid Deus uult, ex necessitate uult.

SED CONTRA est, quod dicit Apos. Ephes. 1. Qui operatur oīa sm̄ consiliū uoluntatis suæ. Qđ aūt operamur ex consilio uoluntatis, nō ex necessitate uolumus, nō ergo quicquid Deus vult, ex necessitate vult.

RESP. Dicendū, ꝙ necessariū dr̄ aliquid dupliciter. s. absolute, & ex suppositiōe. Necessariū absolute iudicat, aliqd ex habitudine terminorū, utpote qa pdicatū est in diffinitiōe subiecti, sicut necessariū est hominē eē aīal, uel qa subiectū est de rōne pdicati, sicut hoc ē necessariū, numerū eē parē, uel imparē, sic aūt nō est necessariū Socr. sedere. Vnde nō est necessarium absolute, sed pōt dici necessarium ex suppositione. Supposito enim quod sedeat, necesse est eum sedere dum sedet.

Circa diuina igitur volita hoc cōsiderādū est, ꝙ aliquid Deū uelle est necessariū absolutè, nō tñ hoc est verū de oīb. q̄ uult. Voluntas. n. diuina necessariā habitudinem hēt ad bonitatē suā, q̄ est proprium eius obiectum. Vnde bonitatē suā esse, Deus ex necessitate uult, sicut & uoluntas nostra ex necessitate uult, beatitudinem. Sicut & quælibet alia potētia necessariam habitudinem habet ad proprium, & principale obiectum, ut uisus ad colorem, quia de sui ratione est, ut in illud tendat. Alia autem a se Deus vult, inquantum ordinantur ad suam bonitatem, ut in finem. Ea aūt, quæ sunt

117
1. d. 43. q. 2. per totum & d 47. ar. 1. & 1. cōt. c. 80. 81 82 83. & 89. & li. 2. c. 25. & 27. & li. 3. c. 97. & ueri. q. 23. ar. 4. & pot. q. 3. art. 15.

2. Physic. tex. 48:

Ferr. 1. cont. c. 80. 81. 82.
Aegi. 1. s. d. 45. q. 1. prim. prin.
Cap. d. 45. q 1. a. 2. con. 2. con. 3. d. 38. q. 1. con. 1.
Banens ar. 3.

SVP. Q. XIX. ART. III.

CONCL. Bonitatē suam esse Deus est necessitate vult.

¶ PROB. Quia uolūtas diuina hēt necessariā habitudinē ad bonitatē suā, [patet a simili de qualibet potentia respectu sui proprii, & principalis obiecti.]

¶ CONCL. 2. Alia a se Deū uelle, non est necessarium absolute, & tamen necessarium est ex suppositione.

¶ PROB. 1. Quia bonitati diuinę ex aliis nihil accrescit. Secda autē pars. s. & tñ &c. pbaī. Quia supposito quod Deus uelit hoc, Deus non pōt nō uelle hoc:

Primum

1m de maiori. Necessarium ℞. Vel absolutè, uel ex suppositione §. Tunc &c. ut patet in cōclusionib.

2m maior. Deus uult alia se, inquantum uult bonitatem suam. ℞. Non tamen eodem modo uult alia, quo vult bonitatem suam. §. Tunc &c. ut patet.

3m de minori.

Sed naturale ℞. Vel voluntarium §. Tunc &c. Nō enim uelle alia est Deo innaturale, licet non sit naturale, sed est uoluntarium. Argumētum ergo decipiebatur in credendo, ꝙ naturale, & innaturale, essent opposita immediata, ita ꝗ quod non est unum esset necessario aliud.

4m de conclusione 1. Si igitur nō necesse est. ℞. Propter defectū diuinæ uoluntatis, non ꝑ defectus aliorū a Deo uolitorum. §. At negatur tunc, ꝙ id fit non necesse propter primum, cum propter secundum tantum fit. Ex defectu enim boni creati prouenit, ꝙ non fit necesse Deum uelle illud, & non ex inefficatia diuinæ uoluntatis. Exemplum de sole &c.

5m de antecedente. Quod ad vtrūlibet est. ℞. Ex seipso, non aliunde. §. Tunc &c Nā uoluntas diuina, quantum est ex se, non est ad vtrumlibet, sed hoc qđ nō necessario uelit alia a se, prouenit aliunde. Vide ad quartum.

6m de maiori. Ita. R. Quantum ad cōparationem ad diuinā essentiam, non quantū ad comparationem ad res. §. Tunc &c. Nunc enim loquitur conclusio de uoluntate diuina per comparationem ad res. Nam uoluntatē diuinam esse idem realiter cum diuina scientia præsupponit uerissimum esse conclusio, sed tamen uoluntatem ipsam habere necessariam habitudinē ad uolita creata, sicut scientia habet, negat.

D.490.

ad finem, non ex necessitate volumus uolentes finem, nisi sint talia, sine quib. finis esse non potest. sicut volumus cibum, uolentes conseruationem uitæ, & nauē, volentes transfretare. Non sic autem ex necessitate volumus ea, sine quib. finis esse potest, sicut equum ad ambulandū, quia sine hoc possumus ire, & eadē ratio est in aliis. Vnde, cum bonitas Dei sit perfecta, & esse possit sine aliis, cū nihil ei perfectionis ex aliis accrescat, sequitur, quod alia a se eū uelle, non sit necessarim absolute, & tamen necessarium est ex [d] suppositione. Supposito enim quod uelit, non potest non uelle, quia non potest uoluntas eius mutari.

Ad primum ergo dicendū, ꝙ ex hoc quod Deus uult ab æterno quicquid vult, non sequitur quod necesse est eum illud uelle, nisi ex suppositione.

Ad secunum dicendum, quod licet Deus ex necessitate uelit bonitatem suam, non tamen ex necessitate uult ea, quæ uult, propter bonitatem suam, quia bonitas eius potest esse sine aliis.

Ad tertium dicendum, ꝙ non est naturale Deo uelle aliquid aliorū, quæ non ex necessitate uult neque tamen innaturale, aut cōtra naturam, sed est uoluntarium.

Ad quartum dicendum, ꝙ aliquando aliqua causa necessaria habet non necessariam habitudinē ad aliquem effectum, quod est propter defectum effectus, & non propter defectū causæ. Sicut uirtus Solis habet non necessariam habitudinem ad aliquid eorum, quæ contingenter hic eueniūt, non propter defectū uirtutis solaris, sed propter defectum effectus nō necessario ex causa prouenientis. Et similiter, ꝙ Deus, non ex necessitate uelit aliqd eorum quæ uult, non accidit ex defectu uoluntatis diuinæ, sed ex defectu, qui competit uolito secundum suam rationem, quia. s. est tale, ut sine eo esse posit perfecta bonitas Dei. Qui quidem defectus consequitur omne bonum creatum.

Ad quintum dicendum, ꝙ causa, quæ est ex se cōtingens, oportet & determinetur ab aliquo exteriori ad effectum. Sed uolūtas diuina, quæ ex se necessitatem habet, determinat seipsā ad uolitum, ad quod habet habitudinem non necessariam.

Ad sextum dicendū, ꝙ sicut diuinum esse, in se est necessarium, ita, & diuinum velle, & diuinū scire. Sed diuinum scire habet necessariam habitudinem ad scita, non aūt diuinum uelle ad uolita, quod ideo est quia scientia habetur de reb. ſm ꝙ sunt in sciente, uoluntas autem comparatur ad res secundum quod sunt in seipsis. Quia igitur oīa alia habent necessarium esse secundum quod sunt in Deo, non autem secundum ꝙ sunt in seipsis, habent necessitatem absolutam, ita quod sint per seipsa necessaria, propter hoc Deus quæcumque scit, ex necessitate scit non autem quæcumque uult ex necessitate vult.

APPENDIX.

Ex art. hēs primo, qūo per rōnem interimas hæresim Arnalditarum dicentiū, Deū agere ex necessitate naturę. In idem n. redit, Deū ex necessitate velle alia a se & Deū agere ex necessitate naturę, si tn̄ a dicentib sic ponatur, ꝙ Deus agat ꝑ intellectū & uolūtatem. Nā agere ex necessitate naturæ pōt intelligi dupliciter, uno mō, ꝙ nō cōcurrat ꝑ se intellectus & volūtas ad actionē illā (ut sol emittit radios,) alio mō, ꝙ concurrant illæ potētię ve naturæ qđā sunt [sic ꝑducuntur in diuinis ꝑsonæ.] Si Arnalditæ primū sensū in positiōe sua hēnt, sic in q. 15. ar. 1 adducti sunt, & confutati, si aūt sensū ſm, sic nunc adducuntur, & cōtra illos sistitur articulus. Scđo hēs, qūo per rōnē ohdas, illā hæresim merito fuisse dānatā Ephes. 1. Qui Deus operatur oīa ſm consiliū uolūtatis suæ. Ecce, de mente Apostoli ꝑductio creaturarū quarumcunq; est per consilium volūtatis Dei. i. ꝑ uoluntatē suā ad utrūlibet se hn̄tem. Noīe aūt cōsilii utitur in hoc Apostolus, pro quantocūq; sit de his ꝙ pñt sic, uel aliter fieri, & nō de his quę necessitate eueniunt. Per hoc ergo insinuat, ꝙ creatura a voluntate Dei, non de necessitate processit. Itē aliunde damnantur Arnalditæ. Vide q. 14. art. 8. appendicem. Tertio uides, quomodo ex his uicissim firmetur conclusio.

Vtil. ꝑ S. Eccl.

a

3

ARTI-

¶ Not. Corpori deseruit art. in ord. 122. 407. 416. 55. 113. 408.

Comm. Cardinalis Caietani.

Titulus in corpore declaratur.

¶ In corpore duo. Primo, declaratur ly necessario in titulo positū, quot modis sumitur, & distinguitur necessarium absolute, & ex suppositione, ut clare patet. Secundo ponitur conclusio responsiua quæsito, s. Deus necessitate absoluta uult aliquid, non oīa, nisi suppositione. Hæc conclusio hēt tres partes. Et primo probatur quoad primam sic. voluntas sicut & quælibet potentia necessariā hēt habitudinem ad proprium, & principale eius obiectum, ergo Deus ex necessitage uult bonitatē suā esse, ergo Deus uult necessario aliquid. Añs probatur dupliciter. s. inductione, & rōne, inductio fit in uoluntate nostra, & in uisu. Rō affertur, quia de rōne potentiæ est, ut in illud. s. proprium, & primum obiectum tendat. Cōsequentia aūt probatur, quia bonitas diuina est proprium, & adæquatum obiectū uoluntatis diuinæ. Deinde probatur quoad secundam partem sic. Ea quæ sunt ad finem, nō ex necessitate uolumus uolentes finem, nisi sint talia sine quib. finis, esse nō pōt. Sed alia a se uult Deus inquantum ordinantur ad diuinā bonitatē, ut bnē, & sine eis pōt diuina bonitas esse, ergo alia a se Deus nō ex necessitate uult, nō ergo oīa ex necessitate abloluta uult. Maior ꝓbatur, manifestaturq; inductiuè in trib. exēplis, quorum prima duo spectant ad exceptionem, & tertiū directe ad ꝑiacentem. Minor verò probatur, quia bonitas Dei ex se sola sic est ꝑfecta, ꝙ ex aliis nihil ei perfectionis accrescit. Demum ꝓbatur conclusio quoad tertiā partem sic. Voluntas Dei non pōt mutari, ergo supposito ꝙ uelit, non pōt non uelle, ergo necessitate suppositionis uult alia a se, qđ erat probandum, & sic probata est tota conclusio proposita.

¶ Circa probationem primæ partis conclusionis aduerte, ꝙ illa maxima. Oīs potentia hēt habitudinem necessariā ad proprium obiectum, non intelligitur quoad exercitium actus, sed quoad specificationem eius, i. non sonat qđ oīs potētia necessario exerceetur circa obiectū, cū experiamur potētias qñq; otiosas esse, sed quod si exercetur, oportet ꝙ circa ꝓpriū obiectū exerceatur. Hoc. n. idē est ac si diceretur, ꝙ exercitus actus necessariā hēt habitudinē ad propriū potentiæ obiectum, hoc aūt est, qđ per illam maximā intenditur, & optime ꝓposito deseruit, in quo nō quæritur de exercitio actus, sed de specificatione exerciti actus. Non. n. est q̄situ, an Deus uelit, sed an quicqd uult, necessariò uelit. Vbi manifeste patet, ꝙ de exercito actu insinuato in ly qcqnid uult, specificationē quærit, an. s. necessariā, aut nō necessariā habitudinē ad uolitū habeat. De ueritate aūt inductionis, quo ad utrumq; introductorū nō est ꝑsentis speculationis, an. s. uisus sic se habeat ad colorem, & uoluntas nostra ad beatitudinē. Nihil n. ad ꝓpositum hoc refert, qm̄, si sic nō se hn̄t ad illa, hn̄t se tn̄ sic ad propria obiecta, quæcunque sint illa. Exempla enim ponimus, ut discentes intelligant.

¶ Circa probationem secundæ partis dubium occurrit. Falsum namque uidetur, quod nihil perfectionis accrescat diuinæ bonitati ex aliorum uolitione, nam & in articulo præcedente, & in 1. contra Gent. cap. 76. expressius habetur, quod ex hoc, quod

Deus

Deus uult suam perfectionem, uult alia. Igitur ex uolitione aliorum pendet perfectè esse uolitam essentiam diuinam. Et si sic est, cum oporteat essentiam diuinam esse perfectissime uolitã a Deo sequitur, ergo necessariò alia sunt uolita a Deo, cuius oppositum hic & ibi determinatur, nec potest dici ad hoc, quod præsens litera non dicit, quòd ex uolitione aliorum nil perfectionis diuinæ bonitati accrescit, sed ex ipsis aliis uolitis nil perfectionis ei accrescit, hoc enim puerile est. Tum quia sic processus literę de uolitione loquitur aliorum nullus esse. Tum quia obiectio militat contra ipsam uolitionem, etiam si numquam esse hæc litera. Nec potest rursus dici quòd diuinam bonitatem perfectè amari non pendet ex uolitione aliorum, sed potius econuerso, scilicet quòd uolitio aliorum pendet ex hoc quòd diuina bonitas est perfecte uolita. Quoniam licet hoc sit uerum, ut ibidem dicitur non euadatur tamen a difficultate obiecta, stante enim hoc adhuc sequitur alia necessariò esse uolita a Deo. Quoniam diuina bonitas necessariò est ab eo non solum uolita, sed perfectè uolita, hoc autem necessario concomitatur aliorum uolitio, ut dictum est. ergo.

¶ Ad hoc est dicendum, quòd modus, quo res est uolita, est duplex, quidam intensiuus, quidam extensiuus, & quod inter hos tantum differt, quod primus graduat perfectionem amoris, secundus autem non, sed extendit ipsum. Et si quandoque inuenitur scriptum, quòd secundus pertinet ad perfectionem, intelligendum est de perfectione extensiua, & non simpliciter. Vnde in proposito, diuina bonitas necessariò est perfectissime uolita a Deo, perfectione intensiua, quia est infinitè amata, sicut est infinitè amabilis, sed non necessariò est perfecte uolita perfectione extensiuã, sed libere. Amari autem sic, scilicet secundum condecentiam ad extra, seu ut diffundatur participetur, & multiplicetur secundum suam similitudinem. non ad perfectionem intensiuam, sed extensiuam pertinet, & consequenter non cum necessariò, sed cum libere conuenientibus Deo computandum est. Quia igitur diuina bonitas libere est sic perfecte uolita a Deo, ideo liberè alia uult, & non conuerso. Et ideo proprie loquendo, nec ex aliis nec ex aliorum uolitione, aliquid perfectionis etiam extensiue, diuinæ bonitati accrescit, sed econuerso, ex perfecta extensiuè uolitione suæ bonitatis, Deus esse & alias perfectiones, uult alijs.

¶ In responsione ad quintum & quartum, nota diligentissime doctrinam in primo contra Gent. c. 83. de contingentia ad utrũlibet dupliciter inuenta, scilicet quandoque ex parte causæ, & quandoque ex parte eius, ad quod dicitur. Et plene intelliges ea, quæ hic dicuntur breuissime. Ex his autem, quæ hic dicuntur, & ibi explanantur, hes. quam rudis & nouus sermo sit Scoti in 1. distinct. 39. uoluntatem diuinam primam causam contingentem appellantis. Ex quippe non est in diuina uoluntate contingentiam dicere, sed ut in litera dicitur, est in se necessaria non necessariam habens habitudinem ad secundario uolita, si necessarium aut contingens ei tribuendum est. Magis proprio enim uocabulo liberam illam dicere debemus, ut alibi S. Th. docet quoniam libertas media est inter necessitatem & contingentiam. Illa enim impossibilitatem aliter se habendi, hæc possibilitatem aliter se habendi successiue, i. mutabiliter ponit, libertas autem absque mutabilitate aliter se haberi posse significat.

¶ In responsione ad sextum aduerte, quod illa propositio. Quæcunque Deus scit, de necessitate scit, si intelligatur de scientia simplicis intelligentiæ, quæ scilicet naturaliter præcedit actum uoluntatis, uerissima est, nec in ea dubium. Et sic uidetur intendere litera, quæ de scientia aliorum ut distinguitur contra uoluntatem eorum tractat in hoc argumento. de his enim uerum est, quod habent esse in Deo ex necessitate. Si quis autem dictum hoc accipit de scitis a Deo omnib. qualitercunque animaduertat, qđ complexiones contingentes, puta me nunc scribere, non sunt. ueræ necessario, sed libere, & consequenter, in libere in Deo habent esse, & non ex necessitate. Ac per hoc prædicta ratio in his non habet locum. Est tamen quidam necessitatis modus etiam in horum scientia apud Deum, qui non est in eorum uolitione, quia oẽ scibile, quã primum est scibile, oportet scitum esse a Deo, non aũt oẽ uolibile, quã primum est uolibile, oportet esse a Deo volitũ, ut patet. Et sic diuersitatis est, quia oẽ uerũ oportet esse in Deo, & consequenter cognitum, qa cognitum sm quod in cognoscente est, cognoscitur, oẽ aũt bonum non oportet esse, aut fore in seipso, & consequenter non oportet esse uolitum a Deo. Ex hoc aũt patet differentia supradicta inter diuersa scita a Deo quia illa, quæ ex se sunt scibilia, absoluta necessitate cognoscuntur a Deo. Illa uero quæ fortiuntur ueritatẽ, & consequenter scibilitatẽ ex uoluntate diuina supposita eorum ueritate necessario sciuntur, nihil autem aliud a Deo, quantũcunq; supponatur bonũ, necessario est ab eo uolitum, ut patet. Vnde de scibilib. & amabilib. formaliter loquẽdo, possunt uerba literæ uniuersaliter intelligi, ut. s. omne scibile sit necessario scitum a Deo, non autem oẽ amabile est necessario uolitum, quia omne scibile habet necessario esse in Deo, quis quorundam scibiliũ scibilitas non sit necessaria. Non aũt oẽ amabile hẽt esse aut fore necessario. Et bene notato, saneq; intelligito uerba literæ in redditione causæ prius &c. qm nõ intendit necessitatẽ simpliciter ab uniuerso excludere, quam in secundo cont. Gent. c. 30. probat, sed necessitatem essendi, quoniã nullam rem eẽ est simpliciter necessarium nisi Deum. Et hoc insinuant illa uerba. Ita quod sint per seipsa necessaria, & simpliciter intendit, quod necesse est omnia, uel omnia scibilia, habere esse in Deo.

ARTICVLVS IIII.

Vtrum uoluntas Dei sit causa rerum.

118 i d 45. a. 3. & 1. cõt. c. 97. & li. 4. cap. prin. & po. q. 3. art. 15. & ps. 50 to. 1. & Io. 5. li. 3. cap. 4. circa prin.

AD QVARTVM sic proceditur. Videtur quod Dei non sit causa rerũ. Dicit. n. Dion. c. 4. de di. no.* Sicut noster Sol non ratiocinans aut præeligens, sed per ipsum esse illuminat omnia participare lumen ipsius ualentia, ita & bonum diuinum per ipsam essentiam omnibus existentibus immittit bonitatis diuinæ radios, sed omne quod agit, per uoluntatem agit, ut ratiocinans, & præeligens ergo Deus non agit per uoluntatem, ergo uoluntas Dei non est causa rerum.

¶ 2 Præt. Id, quod est per essentiam, est primum in quolibet ordine, sicut in ordine ignitorum est primum, quod est Ignis per essentiam, sed Deus est primum agens, ergo est agens per essentiam suam, quæ est natura eius. Agit igitur per naturam, & non per uoluntatem. Voluntas igitur diuina non est causa rerum.

¶ 3 Præt. Quicquid est causa alicuius per hoc quod est tale, in causa per naturam, & non per uoluntatem. Ignis enim causa est calefactionis, quia est calidus, sed artifex est causa domus, quia uult eam facere. Sed Aug. dicit in 1. de doctr. Christian.* quod quia Deus bonus, est sumus. Ergo Deus per suam naturam est causa rerum, & non per uoluntatem.

li. 1. de do. Chri. c. 32. tom. 3.

¶ 4 Præt. Vnius rei una est causa sed rerum creatarum est causa scientia Dei, ut supra dictum est.* Ergo uoluntas Dei non debet poni causa rerum.

q. 14. ar. 8.

SED CONTRA est, quod dicitur Sap. 2. Quomodo posset aliquid permanere, nisi tu uoluisses?

RESPON. Dicendum, quod necesse est dicere uoluntatem Dei esse causam rerum, & Deum agere per uoluntatem, non per necessitatem naturæ, ut quidam existimauerunt. Quod quidem apparere põt tripliciter. Primo quidem ex ipso ordine causarum agentium. Cum enim propter finem agat intellectus & natura, ut probatur in secundo, Physicorum.* Necesse est ut agenti per naturam prædeterminetur finis, & media necessaria ad finem, ab aliquo superiori intellectu. Sicut sagittæ prædeterminatur finis, & certus modus a sagittante. Vnde necesse est, quod agens per intellectum, & uoluntatem sit prius agente per naturam. Vnde, cum primum in ordine agentium sit Deus, necesse est quod per intellectum, & uoluntatem agat. Secundo ex ratione naturalis agentis, ad quod pertinet ut unum effectum producat, quia natura uno, & eodem modo operatur, nisi impediatur. Et hoc ideo, quia secundum ꝙ est tale, agit, unde quamdiu est ta-

Ferr. 1. cont. cap. 97.
Cap. 1. d. 41. q. 1. con. 8.
Alb. Mag. 1. dist. 45. ar. 4 & 8.
Banes ar. 4.

SVP. Q. XIX. ART. IIII.

CONCL. Necesse est dicere, uoluntatem Dei esse causam rerum, & Deum agere per uoluntatem, non per necessitatem naturæ.

2. Phy. te. 49. to. 2.

¶ PROB. 1. Quia necesse est dicere, Deum esse causam priorẽ omnibus aliis, & causa agens per uoluntatem est causa prior agente per naturam. Secundo quia necesse est dicere, esse diuinum esse indeterminatum, & agens per naturam habet esse determinatum. Tertio quia necesse est dicere quod effectus procedunt a causa secundum quod præexistunt in ea, & effectus Dei præexistunt secundum modum intelligibilẽ in eo.

1^m de minori.

Et præligẽs. R. Vt electio tenetur simpliciter non ut electio tenetur secundum quid. §.i. vt dicit præuiam cognitionem ad dandum huic, non, ut dicit exclusionem quandam.i. communicationem beneficii solum huic,uel illi. Tunc &c. Deus enim non tantum quibusdã suam bonitatem communicat,sed omnibus, licet uni magis, quam alteri secundum suam præuiam cognitionem diuinam.

q.7. ar.2.

2^m de conclusione prima.

Natura. R. Et intelligere,& uelle. § Tunc &c. Nam ex eo ꝙ Deus agit per uoluntatem, & intellectum, non excluditur,quin ipse tunc agat per essentiam suã. Essentia enim eius est realiter suum intelligere,& uelle.

3^m de maiori.

Per hoc, quod est tale. R. Nisi illud tale assignetur pro ratione uolendi. §. Tunc &c. Stat enim simul,quod Deus creat nos per uoluntatem suam, & creat nos ratio uolendi creare nos.

4^m de maiori.

Vna. R. Vno modo tantum considerata, non diuerso. §. Nam plures causæ secundum diuersas considerationes possunt concurrere ad productioné eiusdem effectus. Ideo nihil contra. Nam scientia Dei secũdum unam considerationem est causa rerũ, & uoluntas secundum aliam.

le,non facit nisi tale, omne enim agens per naturam, habet esse determinatum. Cum igitur esse diuinum non sit determinatum, sed contineat in se totam perfectionem essendi, non potest esse quod agat per necessitatem naturæ, nisi forte causaret aliquid indeterminatum & infinitum in essendo, quod est impossibile, ut ex superioribus patet. *Nõ igitur agit per necessitatem naturæ, sed effectus determinati ab infinita ipsius perfectione procedunt secundum determinationem uolũtatis, & intellectus ipsius. Tertio ex habitudine effectuum ad causam, secundum hoc enim effectus procedunt a causa agente, secundum qđ præexistunt in ea, quia omne agẽs agit sibi simile. Præexistunt autem effectus in causa secundum modũ causæ, unde cum esse diuinum sit ipsum eius intelligere, præexistunt in eo effectus eius secundum modum intelligibilem, & per modum intelligibilem procedunt ab eo, & sic per consequens per modum uoluntatis. Nam inclinatio eius ad agendum quod intellectu conceptũ est, pertinet ad uoluntatem. Voluntas igitur Dei est causa rerum.

Ad primum ergo dicendum, quod Dionys. per uerba illa nõ intendit excludere electionem a Deo simpliciter, sed secundum quid, inquãtum scilicet, non quibusdam solum bonitatem suam communicat, sed omnibus, prout scilicet electio discretionem quandam importat.

Ad secundum dicendũ, quòd quia essentia Dei est eius intelligere & uelle ex hoc ipso quod per essentiam suam agit, sequitur quod agat per modum intellectus, & uoluntatis.

Ad tertium dicendum, ꝙ bonum est obiectum uoluntatis. Pro tanto ergo dicitur, quia Deus bonus est, sumus, inquantum sua bonitas est ei ratio uolendi omnia alia, ut supra dictum est.*

Ad quartum dicendum, quod unius, & eiusdem effectus, etiam in nobis, est causa, scientiæ ut dirigens, qua concipitur forma operis, & uoluntas, ut imperans, quia forma ut est in intellectu tantum, non determinatur ad hoc qđ sit uel non sit in effectu, nisi per uoluntatem. Vnde intellectus speculatiuus nihil dicit de operando. Sed potentia est causa ut exequẽs, quia nominat immediatum principium operationis, sed hæc omnia in Deo unum sunt.

ARTI-

APPENDIX.

Ex articulo habes primo, quomodo per rationem ostendas, rectè dictum Deo Sap. 11. Quomodo posset aliquid permanere, nisi tu uoluisses? & alia similia. Secundo habes, quomodo per rationem in sensu catholico hæc intelligas intellectaq; defendas. Tertio uides, quomodo ex his & dãnetur hæresis Arnaldistarum articulo tertio narrata, contra quã iste quoque articulus pugnat, & uicissim stabilitur conclusio.

Vtilitas p S.Ecclesiæ. ar.2. in Solu.ad 2.spẽcipue.

2

3

¶ Not. Deseruio corpori articulus in ordine 13.87.510.83.25. 115.1. responsioni ad primum 238. ad quartum 87.

Pro studio

Comm. Cardinalis Caietani.

Titulus clarus.

¶ In corpore duo. Primo, proponit conclusionem, secundo probat conclusionem tripliciter.

¶ Quoad primum tria dicit. Primò, conclusionem responsiuam quæsito affirmatiuè, scilicet: Voluntas Dei est causa rerum. Secundo quid hoc importat, s. Deum agere per uoluntatem, & non per naturæ necessitatem. Tertio, quod quidam existimarunt Deum agere per naturæ necessitatem.

¶ Vbi aduerte, ꝙ agere per necessitatem naturæ dupliciter põt intelligi. Primò ut idem sonat, ꝙ agere naturaliter eo modo, quo agentia naturalia 2. Physic. tex. 49 & 9 Metap. tex. 3. & 10. distinguuntur contra agentia a proposito. Et sic agere naturaliter, est agere non quia agens uult hoc, dato etiam ꝙ uelit illud, sed est agens, quia est tale, ut patet in generatione hominis, quamuis n. Socrates uelit genere, non tamen generat, quia uult, sed quia est talis dispositionis naturalis, &c. Secundo sumi potest, ut idem sonat ꝙ agere non liberè, eo modo quo dicimus ꝙ nõ libere, sed necessitate naturali Deus vult se, & nos uolumus bonum. Et quamuis utrumque de Deo existimatum sit, & ꝙ agat non quia uult, quamuis volens, sed quia est talis naturæ, ut secundo contra Gent. c. 23. dicitur. Et ꝙ agat, quia intelligit, & uult, naturali tamen necessitate, tale intelligere, & uelle habens, ut ibidem in c. 26. & 27. tangitur. In præsenti tamen litera primo modo sumitur agere per necessitatem naturæ, ita ꝙ intentio præsens est ostendere, ꝙ Deus agit, quia uult, & non quia est. Ex coniunctione autem conclusionis præcedentis articuli cum hac, sufficienter hr solutio secundæ quõnis, quia si agit, quia uult, ut hic ostditur, & se tantum uult naturaliter, &c. libere, ut ostsum est, ergo aget a'ia, qa illa uult libere.

¶ Quoad secundum, probatur tripliciter intenta conclusio Primò ex ordine agentium, sic. Tã natura quam intellectus agit propter finem, ergo agenti per naturam prædeterminatur finis, & mediũ ab aliquo intellectu, ergo agens per intellectum est prius agente per naturam. ergo Deus est agens per intellectum, & uolũtatem. Antecedens probatur ex 2. Physi. Prima consequentia manifestatur exemplo sagittæ, secunda relinquitur per se nota, tertia verò probatur, quia Deus est primum agens. Nec te moueat, ꝙ secunda consequentia sic leuiter tacta est, quia communis animi conceptio est, qđ agere ꝓp finẽ, exigit finẽ cognosci, uel ab ipso tendente in finem, uel aliquo dirigente, ut in saggitta contingit. Et quia constat naturam, ut sic, non cognoscere, ideo liquet, quod oportet a cognoscente dirigi. Inter agere quoque per intellectũ, & per uoluntatem, nulla differentia est in proposito, quoniam nec intellectus agit absque uoluntate, quæ est appetitus intellectiuus, nec uoluntas absque intellectu, quia bonum intellectum mouet eam. Et ideo nullum uitium committitur ex uno in aliud declinando.

¶ Secundò probatur ex ratione naturalis agentis, sic. Agens p naturam, agit quia est tale, ergo operatur uno modo, ergo unum effectum, ergo habet esse determinatum, ergo Deus non põt agere per naturam, ergo determinati effectus ab infinita illius bonitate procedunt secundum determinationem intellectus, & uoluntatis. Antecedens probatur ab effectu, quia quamdiu est tale, non facit nisi tale. Prima consequentia cum secunda, & tertia relinquitur nota, & prima quidem cum secunda procedit a priori, tertia, ꝓp quam antecedens cum priorib. est inductum, a posteriori infert prius, ut patet. quarta vero primo probatur, quia esse diuinũ non est determinatum, quod ex eo patet, quòd continet in se totam essendi perfectionem, secundo manifestatur uis probationis ducendo ad impossibile. Si esse infinitum causaret naturaliter, causaret aliquid infinitũ in essendo, hoc est impossibile, ergo. Quinta autem consequentia ex ui distinctionis agentium patet. Et aduerte, quod ista ratio concludit quod Deus non potest naturaliter agere aliquem unum effectum per seipsum solum. Si quis autem poneret Deum solum nullam rem integraliter causare, sed concausantib. aliis causis ipsum dare esse effectib. diceret quod proprius effectus diuini esse infiniti, est esse indeterminate ẽm se, sed determinate tamen sp inuentum ꝓp secundas causas. Sed hoc a seipso discordat, qm̃ si esse diuinum est infinitum oportet ab ipso præemanasse esse oı̃um illarum cãrum concausantium, qꝛ oẽm essendi modum ab infinito esse oportet prouenire, & si sic est, ergo concedere oportet quod Deus aliquem effectum per seipsum solum integraliter producere põt, ergo non per necessitatẽ naturæ, nisi dari possit effectus infinitus ẽ, ut litera dicitur, stat ergo ratio.

Tertio

Tertio probatur ex habitudine effectuum ad causam sic effectus praeexistunt in causa secundum modum causae, ergo effectus praeexistunt in Deo secundum modum intelligibilem, ergo procedunt ab eo secundum modum intelligibile, ergo per modum uoluntatis, ergo uoluntas Dei est causa rerum. Prima consequentia probatur, quia esse Dei est eius intelligere, secunda probatur, quia effectus procedunt a causa secundum modum, quo praeexistũt in causa, quod probatur, quia omne agens agit sibi simile, tertia consequentia probatur, quia inclinatio ad agendum id, quod per intellectum conceptum est, uoluntatis est ultima est per se nota.

¶Circa propositionem assumptam in probatione secundae consequentiae dubium occurrit Quia aut est falsa, aut dissonat a sua probationem, utrumque est inconueniens, ergo. Propositio enim literae est ista. Effectus procedunt a causa secundum quod praeexistũt in ea, & probatio eius subditur, quia omne agens agit sibi simile. Tunc sic, aut propositio intendit de modo effectus procedentis, aut de modo procedendi, si intendit quod effectus procedens a causa habet modum essendi similem modo, quo praeexistit in causa, probatio quidem est consona, ut patet, sed ipsa est falsissima, quoniam domus procedens ab artifice non assimilatur domui in mente in modo essendi, nec sequitur ex illa maxima, quae intelligitur quantum ad formam, qua agit. Si aũt intendit de mõ procedẽdi, s. quod effectus a causa procedit illo vel simili modo, quo praeexistit in ea, tũc probatio nõ est ad propositum, quia ut diximus, intelligitur quoad formã, qua agens agit, & non quoad modum quo forma est in eo & nihilominus hẽt multas instantias, quoniam domus hẽt esse intelligibile in agente, procedit tamen ab eo sensibiliter, & calor hẽt esse incorruptibile, & uniuersale in luce Solis, procedit tñ corruptibiliter, et particulariter. Vndique igitur ambiguitas est.

Ad hoc dicitur, quod illa maxima, omne agens agit sibi simile quãuis uniuersaliter non uerificetur, nisi quoad formam, non tamen est arctanda ad formam, sed est intelligenda cum ly quantum põt. Videmus. n. quod si fuerit actiuum uniuocum uehementis uirtutis, quod facit sibi simile, non solum quoad formam, sed quoad indiuiduales conditiones. Mas. n forte generat marem, & iracundus iracundum, ut in 7 dicitur Eth. In modo igitur quo effectus procedit a causa, consideranda sunt duo. Primo, modus processionis tenens se ex parte causae. Et secundo, modus eiusdem tenens se ex parte effectus. Si. n. attendimus ad modum procedendi ex parte cãe uniuersaliter uerificatur, quod processio est similis modo existẽdi in causa, quia est illius modus prius effectus in gñe causae efficientis, ita quod sicut forma procedens est a forma in cã, & propterea similis illi, ita modus procedendi ex parte causae, est a modo praeexistendi in causa, & consequenter similis illi, quia oẽ agens agit sibi simile, & sic patet quõ illa propositio assumpta, & est uera, de modo procedendi, & optime probatur per illã maximam.

¶Sed si attendamus modum procedendi ex parte effectus, sic propositio assumpta, ut dictum est, non uniuersaliter uerificatur, nec ad hoc est inducta sua probatio, neque ipsa, quoniam modus ille, propriè loquendo, magis est modus participandi, uel suscipiendi causam, quam procedendi ab ea. & ideo instantiae allatae non militant contra intentum, quoniam de modo participandi loquuntur ex parte affectus. Litera autem loquitur de modo procedendi a causa ex parte ipsius causae. Domus enim procedit ab arte intelligibiliter, quoniam a prohaeresi, ut dicitur 3. Metaph. quamuis in materia sensibiliter suscipiatur, ac per organa fiat. Effectus quoque corporum coelestium ex parte eorum procedunt incorruptibiliter, & uniuersaliter iuxta modum formarum, quibus agunt, procedunt enim per actiones eorum aeternas, et commensuratas eis, quamuis participatio eorum apud sphaeram generabilium, et caetera sit corruptionis, et dearticulationis plena, quia passio non aequatur actioni.

Ferr. 1. cont. c. 86. Aegi. 1. s. d. 49. q. 1. prin. prin. Banes ar. 5.

ARTICVLVS V.

Vtrum uoluntatis diuinae sit assignare aliquam causam.

AD QVINTVM sic proceditur. Videtur quod uoluntatis diuinae etiam sit assignare aliquam causam. Dicit enim August. † lib. octuagesimotertio quaestio. Quis audeat dicere Deum irrationabiliter omnia condidisse? Sed agenti uoluntario, quod est ratio operandi, est etiam causa uolendi. Ergo uoluntas Dei hẽt aliquã causam.

¶2 Praet. In his quae fiunt a uolente, qui propter nullam causam aliquid, uult non oportet aliam causam assignare nisi uoluntatem uolentis, sed uolũtas Dei est causa omnium rerum, ut ostensum est.* Si igitur uoluntatis eius non sit aliqua causa, non oportebit in omnibus rebus naturalib. aliam causam quaerere, nisi solam uoluntatem diuinã, Et sic omnes scientiae essent superuacuae, quae causas aliquorum effectuum assignare nituntur, quod uidetur inconueniens. Est igitur assignare aliquam causam uoluntatis diuinae.

¶3 Praet. Quod fit a uolente non propter aliquam causam, dependet ex simplici uoluntatem eius. si igitur uoluntas Dei non habeat aliquam causam, sequitur quod omnia quae fiunt, dependeant ex simplici eius* uolũtate, & non hẽant aliquam causam aliam, quod est inconueniens.

SED CONTRA, est quod dicit August.* in lib. 83. q. Omnis causa efficiens, maior est eo quod efficitur, nihil tñ maius est uolũtate Dei non ergo causa eius quaerenda est.

RESPON. Dicendum, quod nullo modo uoluntas Dei causam habet.

Ad cuius euidentiam cõsiderandum est, quod uoluntas consequatur intellectum, eodem modo contingit esse causam alicuius uolentis ut uelit, & alicuius intelligentis ut intelligit. In intellectu autem sic est, quod si seorsum intelligat principium, & seorsum conclusionem intelligẽtia principii est causa scientiae conclusionis. Sed intellectus in ipso principio inspiceret conclusionem, uno intuitu apprehendens utrumque, in eo scientia conclusionis non causaretur ab intellectu principiorum, quia idem non est causa suiipsius, sed tamen intelligeret principia esse causas conclusionis. Similiter est ex parte uoluntatis, circa quam sic se habet finis ad ea quae sunt ad finem sicut in intellectu principia ad conclusiones. Vnde si aliquis uno actu uelit finem, & alio actu ea quae sunt ad finem, uelle finem erit ei causa uolendi ea quae sunt ad finem, sed si uno actu uelit finem, & ea quae sunt ad finem, hoc esse non poterit, quia idem non est causa suiipsius. Et tamen erit uerum dicere, quod uelit ordinare ea, quae sunt ad finem, in finem. Deus autem sicut uno actu omnia in essentia sua intelligit, ita uno actu uult omnia in sua bonitate. Vnde sicut in Deo intelligere causam non est causa intelligendi effectus, sed ipse intelligit effectus in causa, ita uelle finem, non est ei causa uolendi ea, quae sunt ad finem. Sed tamen uult ea, quae sunt ad finem, ordinari in finem. Vult ergo hoc esse propter hoc, sed non propter hoc uult hoc. D. 489.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod uoluntas Dei rationabilis est, non quod aliquid sit Deo causa uolendi, sed inquantum uult unum esse propter aliud.

AD SECVNDVM dicendum, quòd cum uelit Deus effectus sic esse, ut ex* causis certis proueniãt ad hoc quod seruetur ordo in rebus, non est superuacuum etiam cum uoluntate Dei causas quaerere. Esset tamen superuacuum, si aliae causae quaererentur ut primae, & non dependentes a diuina uoluntate. Et sic loquitur August. in tertio, de Trinit.* Placuit uanitati philosophorum etiam aliis causis effectus contingentes tribuere, cum omnino uidere non possent superiorem caeteris omnib. causam. i. uoluntatem Dei.

lib. 3. de tri. c. 2. in medio to. 3.

Banes est, quod effectuum possumus non solum uoluptatem Dei tamquam primam causam inquirere, sed etiam alias causas tamquam secundas a prima ipsa dependentes.

Tertium

SVP. Q. XIX. ART. V.

119 1. d. 41. arg. 3. cor. et 1. cont. c. 86. Et li. 2. ca. 28. & 29. & li. 3. c. 97 lib. 83. q. q. 46. parum a med. t. 4.

CONCL. Nullo modo uoluntas Dei causam habet.

¶PROB. Quia Deus uno actu uult omnia in bonitate sua [sicut etiã intelligit simul conclusiones in principiis,] & nihil est causa sui ipsius.

1m ex August. Irrationabiliter. R. Inquantum uoluerit unũ esse propter aliud, non inquantũ uoluerit propter aliquid, tamquam ab isto aliquo motus. §. Tunc &c. Aliud est enim Deum propter aliquid, tamquam uolitionis suae causam, uelle hoc, & aliud, Deũ uelle hoc esse propter illud, idest hoc ordinari ad illud. Primum negamus, secũdum affirmamus. Vide calcem corporis articuli. (Art. praec.)

2m de maiori. Nullam causam. R. A seipso dependentem, non seipso priorem. §. Tunc nullum inconueniens sequitur. Licet enim Deus a nulla causa moueatur ad uolendum, tamen uult causas, secundas a seipso dependentes concurrere etiam ad effectuum productionem. Hinc est,

lib. 83. q. q. 27. in fin. tom. 4.

3m de conclusione. Non habeat. s. uniuersaliter, i. respectu omnium effectuum, non particulariter, i. respectu primorum tantum effectuum. §. Tunc &c. Nam Deus primo modo, i. respectu omnium effectuum dem ptis primis, habet causam a seipso dependentem[uide ad primum & secundum,] licet nõ secundo modo, idest respectu primorum. Ideo primi effectus ex simplici uoluntate diuina pendent, alii non.

AD TERTIVM dicendum, quod cum, Deus uelit effectus esse propter causas, quicũque effectus præsupponunt aliquem alium effectũ, non dependent ex sola Dei uoluntate, sed ex aliquo alio. Sed primi effectus ex sola diuina uoluntate depẽdent, ut pote si dicamus, quod Deus uoluit hominem habere manus, ut deseruirent intellectui operando diuersa opera, & uoluit eum habere intellectum ad hoc quod esset homo, & uoluit eum esse hominem ut frueretur ipso, uel ad complementum uniuersi. Quæ quidem non est reducere ad alios fines creatos ulteriores. Vnde huiusmodi dependent ex simplici uoluntate Dei, alia uero ex ordine etiam aliarum causarum.

APPENDIX.

Vtilitas pro S. Ecclesia.

EX articulo habes primo, quomodo per rationem tamquã in radice destruas errorem Trinitariorum dicentium, Præordinauit Deus ad unam aliquem ab æterno propter aliqua eius bona futura. In idem n. tandem redire uidetur hoc cum ly uoluntatis diuinæ est assignare aliquam causam, & propterea contra Trinitarios ipsos pugnat articulus. Secundo habes, quomodo per rationẽ ostendas, errorẽ hunc tamquam in radice esse iure damnatũ a &c. Vide q. 23. art. 5. & ibi inuenies huius damnationem. Tertio uides, quomodo ex his uicissim firmetur cõclusio.

¶Not. Corpori de seruit in ordine artic. 115. 415. 84. 89. 143. 129. 86. responsioni ad tertium 234.

Pro studio uaric. coor.

Comm. Cardinalis Caietani.

TItulus intelligendus, ut sonat de uera causa.

¶In corpore una conclusio respõsiua quæsito negatiuè. Voluntatis diuinæ nulla est causa. Hæc conclusio probatur, manifestatur, & saluatur simul id, quod difficultatem in hac re facit, scilicet Deus uult alia propter finem. Probatio est. Voluntas eodem actu uolens finem, & ea quæ sunt ad finem, non habet uolitionem causatam, ergo uoluntas diuina non habet causam. Antecedens probatur, quia idem non est causa suiipsius, & manifestatur ab opposito, scilicet quando alio actu uolumus finem, & alio ea quæ sunt ad finem. Consequentia uero probatur, quia uoluntas diuina uno actu uult omnia in sua bonitate. Manifestatio uero consistit in propositionali similitudine inter intellectum, & uoluntatem quo ad modum habendi, uel non habendi causam, habendi quidem, quia intellectus alio actu intelligens principia & conclusiones, habet scientiam causatam. Non habendi uero, quia intellectus eodem actu principia & conclusiones intelligens, non habet conclusionem scientiam causatam ex principiis eadem ratione, quia scilicet, idem non est causa suiipsius. Id autem quod difficultatem ingerit, scilicet quod Deus uult alia propter finem saluatur primo distinguendo, quod aliud est uelle alia propter finem, & aliud est uelle alia esse inter finem, & quod hoc secundum est uerum, non autem primum. Secundo aperiendo hoc ex inchoata proportionalitate, quia intellectus intelligens uno actu conclusiones, & principia, non intelligit conclusiones ex principiis, tamen intelligit conclusiones esse ex principiis, & proportionaliter est in uoluntate. Causa autem totius proportionalitatis huius in litera tangitur, cum dicitur, quia uoluntas sequitur intellectum.

¶Ad euidentiam eorum quæ hic dicuntur, & in responsione ad tertium, aduerte has quatuor propositiones. Prima est hoc est propter hoc. Secunda, Deus uult hoc esse propter hoc. Tertia, hoc est uolitum a Deo propter hoc aliud uolitum ab eodem. Quarta, Deus uult hoc, quia uult illud aliud. Inter has autem manifesta differentia, quoniam prima de rebus absolute loquitur. Secunda autem de eisdem, ut uolitis simplici uoluntate a Deo. Tertia autem & quarta, causalitatem unius uolitionis respectu alterius includere uidentur, quantum ex hac litera apparet, negandæ uidentur istæ duæ ultimæ, cum expresse dicitur, quod Deus non propter hoc uult hoc uerum, si diligentius consideremus intentionem authoris, & responsionem ad tertium cum doctrina tradita in 1. contra Gent. c. 87. 88. quo ad rem quidem dicendum est, quod actus uoluntatis diuinæ attingens hoc uolitum, puta uniuersum, uel hominem ex parte actus, caret causa non solum ut tale ens, sed esse etiam ut attingens tale uolitum ita quod attingentia uelle diuini respectu uniuersi ex parte actus non, causatur ex attingentia uelle diuini respectu bonitatis suæ. Et hoc intendit cum dicit, quod Deus non propter hoc uult hoc. Idem tamen actus ex parte uoliti habet causam, ita quod attingentia passiua unius causatur ex attingentia passiua alterius, idest esse uolitum unius causatur ex esse uolito alterius, ita quod non solum hominem esse causatur in genere causæ finalis ex uniuersi perfectione, sed etiã hominem esse uolitum a Deo, causatur ex hoc, quod uniuersum est uolitum a Deo. Et si infertur a passiua ad actiuam, uolitum causatur a uolito, ergo uelle causatur a uelle. negandus est processus. Vel distinguendum est, quod processus talis tenet, quando passiuum æquatur actiuo. Quando autem actio excedit passionem, ita quod actio est vna, passiones sunt multæ, stat passionem causari ex passione absque hoc, quod actio causetur, & merito, quia causare & causari, diuersitatẽ exigunt. Et propterea unitas actionis attingentis tot passa, causalitatem a se excludit, multiplicatio autem passionum iuxta numerum passorum causalitatem vnius ab altera non excludit. Quo ad propositionem uero dicendum uidetur, quod non solum primæ duæ, sed etiam tertia bene sonat, quoniam non ponit dependentiam uolitionis ex parte actus, sed ex parte uoliti, & expresse in loco allegato dicitur, quod unum uolitum a Deo est causa alteri quod cadat sub ordine uoluntatis diuinę. Quarta autem, quoniam dependentia significat ex parte actus concedenda seu in usum deducenda non est, sed pie exponenda, & ex parte uoliti interpretanda, si alicubi inuenitur. Hinc quoque habes differentiam in secundum argumentum & tertium in litera. Secundum enim loquitur de causis rerum uolitarum absolute. Tertium vero de causis rerum in ordine ad uoluntatem diuinam ex parte tantum uoliti. Verbi gratia primũ intendit quod non sit quærendum, quare homo habet manus, se secundum uero quod non sit quærendum quare Deus uoluit hominem habere manus, & illud quidem spectat ad primam propositionem, hoc ad tertia proprie loquendo, & sic intelliges responsiones.

Scot. 1. s. d. 46. q. 1.
S. Bon. 1. s. d. 47. q. 1 a. 1.
Alens. 1 p. q. 36 mem. 2.
Riccar. 1. s. d. 47. q. 1.
Duran. 1. s. d. 46. q. 1.
Cap. 1. d. 45. q. 1. d. 38. q. 1. con. 4. d. 45. q. 1. a. con. 4.
Banes ar. 6.

120

1 d 47. a. 1. & a. 2. co. & ne q. 23. a. 2. corp. & quoli. 11. a. 3. corp. & quol. 12. a. 4 cor.

ARTICVLVS VI.

Vtrum uoluntas semper Dei impleatur.

AD SEXTVM sic proceditur. Videtur quod uoluntas Dei non semper impleatur. Dicit enim Apostolus 1. ad Timoth. 2. quod Deus uult omnes homines saluos fieri, & ad agnitionem ueritatis uenire. Sed hoc nõ ita euenit. Ergo uoluntas Dei nõ sp impletur.

¶2 Præt. Sicut se habet scientia ad uerum, ita uoluntas ad bonum, sed Deus scit omne uerum. Ergo uult omne bonum, sed non omne bonũ fit. multa enim bona possunt fieri quæ non fiunt, non ergo uoluntas Dei semper impletur.

¶3 Præt. Voluntas Dei cũ sit causa prima, non excludit causas medias, ut dictum * est. Sed effectus causæ primæ põt impediri per defectum causæ secundæ, sicut effectus uirtutis motiuæ impeditur pp debilitatem tibiæ. Ergo & effectus diuinæ uoluntatis potest impediri propter defectum secundarum causarum. Non ergo uoluntas Dei semper impletur.

* ar. præced.

SED CONTRA est, quod dicitur in Psal. 113. Omnia quæcunque uoluit Deus fecit.

RESP. Dicendum, necesse est uoluntatẽ Dei sp impleri.

Ad

SVP. Q. XIX. ART. VI.

COncl. Necesse est, semper uolũtẽ Dei semper impleri.

¶Pr. a. Quia sicut necesse est omne quod est contineri sub forma simpliciter vniuersali. i. sub ente, ita necesse est omnem effectum contineri sub agẽte simpliciter uniuersali. [hoc agens est diuina uoluntas] & consequẽter impossibile est quod diuina uoluntas non semper impleatur.

Primum

1^m^ ex Apostolo. Vult. R. Secũdum quid, non simpliciter. §. Oẽs homines singillatim saluos fieri. Voluntas scdm quid, est aŭt uoluntas, uoluntas simpliciter, est consequens. Tunc &c. Cõclusio.n.intelligitur de uoluntate simpliciter, (ut patet consideranti probationem eius) & hæc circa salutẽ hominum est, semper adimpletur.

Item ex Apostolo. Oẽs. R. Qui saluabuntur, non absolute oẽs. §. loquendo de uoluntate simpliciter tantum. Nã uolũtate fm quid uult oẽs uniuersaliter saluos, &c. ut in primo responso. Et nota q hæc secunda expositio tandem redit in idem cũ illa, quæ dicit, q ly oẽs tenetur pro generib. singulorum, non pro singulis generum. Genera .n. singulorum .i. aliqui de quolibet genere .i. statu conuertentur, & saluabuntur iuxta illud Apoc. 7. Vidi turbã magnam, quam dinumerare nemo poterat ex omnib. tribub. & populis & linguis stantes añ thronum. Non dicit, oẽs tribus, & populos & linguas, ergo non singula indiuidua saluabũtur. Qui plures expositiões uoluerit, uideat Diuũ Thomam super epistolas D. Pauli, ibi.

2^m^ de maiori. Ita. R. Quantum ad se habere ad uerũ, & bonum, non quantum ad uniuersaliter se habere ad illa. §. Scientia .n. refertur ad uerum, uoluntas ad bonum, sed scientia ad oẽ uerum, uolũtas non ad omne uerum, uoluntas non ad omne bonum, ficut in litera. Tunc ergo nihil &c.

3^m^ de minori. Causæ primæ. R. In aliquo genere, non simpliciter .i. non uniuersaliter primæ. §. Tunc &c. Nã diuina uoluntas est causa uniuersaliter prima, non autem illę adductę in argumento, licet sint in aliquo genere primæ.

Lib. 1. de præs. san. c. 2. Enchiridii c. 103. t. 3. Et li. 4. c. 6. Iulianum. c. 1. to. 7. Li. 2. Orthodoxę fidei. ca. 19. non multũ à fi. Au. ad ar. fal. ipsor. a. 2. & 3 cor. & gr. c. 15.

APPEN-

Ad cuius euidentiam cõsiderandam est, quod cum effectus conformetur agenti secundum suam formam, eadem ratio est in causis agẽtib. quæ est in causis formalibus. In formis autem sic est, quod licet aliquid possit deficere ab aliqua forma particulari, tamẽ forma uniuersali deficere nõ põt. Põt.n. esse aliquid, quod non est homo, vel viuum, nõ autem potest esse aliquid, quod nõ sit ens. Vnde hoc idem in causis agẽtib. contingere oportet, potest enim aliquid fieri extra ordinem alicuius causæ particularis agentis, non aũt extra ordinem alicuius causæ vniuersalis, sub qua omnes causæ particulares comprehenduntur, quid si aliqua causa particularis deficiat a suo effectu, hoc est propter aliquã aliam causam particularem impedientem, quæ cõtinetur sub ordine causę vniuersalis. Vnde effectus ordinem causæ vniuersalis nullo modo potest exire. Et hoc ẽt patet in corporalib. Potest enim impediri, quod aliqua stella non inducat suũ effectum. Sed tamen quicumque effectus ex causa corporea impediente in reb. corporalib. consequatur, oportet quod reducatur per aliquas causas medias in vniuersalem virtutem primi cęli. Cum igitur voluntas Dei sit vniuersalis causa omniũ rerũ, impossibile ẽst, q diuina uolũtas suum effectũ non consequatur. Vnde qd recedere uidetur a diuina uoluntate secundum unũ ordinem relabitur in ipsam scdm aliũ. Sicut peccator, qui quãtum est in se, recedita diuina uoluntate peccando, incidit in ordinem diuinę uoluntatis, dum per eius iustitiam punitur.

AD PRIMVM ergo dicendũ, q illud uerbũ Apostoli, q Deus uult oẽs hoĩes saluos fieri, &c. põt tripliciter intelligi, uno modo, ut sic accommoda distributio secundum hũc sensum, Deus uult saluos fieri oẽs homines, qui saluantur, non quia nullus homo sit quem saluum fieri nõ uelit, sed quia nullus saluus fit, quẽ non velit saluum fieri, vt dicit August.* Secundo potest intelligi, vt fiat distributio pro generibus singulorum, & non pro singulis generum, secundum hunc sensum Deus vult de quolibet statu hominum saluos fieri mares & fœminas, Iudæos, & Gentiles paruos, & magnos, non tamen omnes de singulis statibus. Tertio secundum Damas.† intelligitur de voluntate antecedente, non de voluntate consequente. Quæ quidem distinctio non accipitur ex parte ipsius voluntatis diuinæ, in qua nihil est prius vel posterius, sed ex parte uolitorũ.

Ad cuius intellectum considerãdum est, q vnũ quodq; fm q bonũ est, sic est volitũ a Deo. Aliquid aũt põt esse in prima sui consideratione, fm q absolute consideratur, bonum vel malum, quod tamẽ prout cum aliquo adiuncto consideratur, quę est consequens cõsideratio eius econtrario se hẽt. Sicut hominem viuere est bonũm, & hoĩem occidi est malum fm absolutam considerationem. Sed si addatur circa aliquẽ hominem, q sit homicida vel viuẽs in periculum multitudinis, sic bonũ est eum occidi, & malum est eum viuere unde potest dici, q iudex iustus antecedenter vult omnem hominẽ viuere, sed consequenter vult homicidam suspẽdi. Similiter Deus antecedenter vult omnem hominẽ saluari sed consequenter vult quosdam damnari, secundum exigentiã suæ iustitiæ. Neq; tamẽ id quod antecedenter volumus simpliciter uolumus, sed secundum quid, quia voluntas comparatur ad res, secundũ q in seipsis sunt, in seipsis autẽ sunt in particulari. Vnde simpliciter volumus aliquid secundum quod volumus illud consideratis omnib. circunstãtiis particularib. quod est cõsequenter velle. Vnde potest dici, q iudex iustus simpliciter uult homicidã suspendi, scdm quid vellet eũ uiuere .s. in quantum est homo. Vnde magis potest dici velleitas, quã absoluta voluntas. Et sic patet quod quicquid Deus simpliciter vult, fit, licet illud quod antecedenter vult, non fiat.

AD SECVNDVM dicendum, q actus cognoscitiuæ uirtutis est secundum q cognitum est in cognoscente, actus autem virtutis appetitiuæ est ordinatus ad res secundum quod in seipsis sunt. Quicquid autẽ potest habere rationem entis, & ueri, totum est virtualiter in Deo, sed non totum existit in rebus creatis. Et ideo Deus cognoscit omne uerum, non tamen uult oẽ bonum, nisi inquantum vult se, in quo virtualiter omne bonum existit.

AD TERTIVM dicendum, q causa prima tunc potest impediri a suo effectu per defectum causæ secundę, quando non est uniuersaliter prima sub se omnes causas comprehendens quia sic effectus nullo modo posset suum ordinem euadere, & sic est de uoluntate Dei, ut dictum est.*

In cor. art.

APPENDIX.

EX ar. habes primò, quõ per rõnẽ ostẽdas, recte dictũ Hester. 13. non est qui possit resistere uoluntati tuę, & si decreueris saluare nos, continuo liberabimur: Item Isa. 46. consiliũ meũ stabit, & omnis uoluntas mea, fiet. Itẽ psal. 113. oĩa, quæcunq; voluit Dñs, fecit. Hic .n. & ubiq; in hmõi mõstrare uult scriptura sacra, q uoluntas Dei sp adimpletur. Secũdo habes, quõ per rõnẽ prædictum sensũ catholice defendas, & alias, quæ in scriptura uidetur in contrarium, concilies, puta dicto Mat. 23. quoties uolui cõgregare filios tuos, & noluisti? Prouẽr. 1. Vocaui & renuistis &c. Actuum 7. Vos sp spũisãcto restitistis. Ex rñsione .n. ad primum trahere poteris olum istorum concordem sensum absque p iudicio conclusę ueritatis. Solent & concordari per distinctionem uoluntatis beneplaciti & signi, de qua infra ar. 11. & 12. Ex eadem rñsione ad primũ hẽs, quõ per rõnẽ patresq; reiicias hæresim Caluini impiissime dicentis, Deũ creasse genus humanum ad perpetuam damnationem & interitum potissime. Cuius hæresis damnationem hẽs ibi clarissimam ab Apostolo 1. Ti. 2. Vult oẽs &c. & latius q. 41 ar. 1. in appendice. Taceo, q insensã pstertim est hæc impietas mysterio incarnationis, passionis, mortis Christi, pp nos hoĩes & nostrã salutem facto, imò & oibus aliis diuinæ erga nos beneuolentiæ ueracib. signis, puta tum spiritualib. tum corporalib. beneficiis &c. Absit ergo hæc a fidelium cordib. ingratitudo tanta, atq; blasphemia. Tertio uides, quõ ex his uicissim stabiliatur articulus.

Vtilitas p S. Ecclesia.

D. 280

¶NOT. Corpori de seruit ar. in ordine 136. 137. 119. responsioni ad secundum 11. 19.

Pro studio uarietate coornãdo.

ARTI-

Comm. Cardinalis Caietani.

IN tit. nota duo. Primo q uoluntas sumitur hic non pro uelleitate sed pro uelle simpliciter. Secundo, q aliud est quærere, vtrum omne quod fit, Deus uelit, & aliud utrum omne qd Deus uult fiat: non quæritur primum, sed secundum, qm hoc solum importat titulus, de primo autem in articulo nono erit sermo.

¶In corpore una cõclusio rñsiua quæsito affirmatiue. Necesse est

est uoluntatem Dei semper impleri. Probatur sic, in formis sic est ꝙ a forma uniuersali nihil potest deficere, quamuis aliquid possit deficere ab aliqua forma particulari, ergo hoc idẽ oportet esse in causis agentib. qđ extra ordinẽ agentis simpliciter uniuersalis, sub quos oẽs causæ particulares comprehenduntur nihil fieri potest, quamuis extra ordinem alicuius agentis particularis aliquid fiat. Ergo impossibile est ꝙ diuina uoluntas suum effectum non consequatur. Oportet igitur ipsam semper impleri. antecedens declaratur in prædicatis essentialiter ordinatis, quoniam ibi manifesta est uniuersalitas formarum. prima uero consequentia probatur, quia effectus conformatur agenti ſm suam formam. secunda uerò cõsequentia probatur, quia uoluntas Dei est uniuersalis causa omniũ rerum. Præter has autem probationes primum consequẽs, quod est proprium fundamentum huius conclusionis confirmatur, & manifestatur. Confirmatur quidem, ex ratione deficiendi ab intento effectu, quia. s. est concursus alterius causæ non contentæ ut sic sub illa Manifestatur autem in effectib. stellarum & primi cæli. Secundum quoque consequens, quod ipsa est ipsa conclusio, manifestatur ex peccatore, in quo uidetur non impleri diuinam uoluntatem, & omnia clara sunt in litera.

¶ Circa hunc processum nota quatuor. Primo, quod defectus, de quo est sermo in litera, non sumitur hic negatiuè, sed contrariè, quoniam in utroque genere causæ potest defectus negatiuè ab uniuersalissima causa inueniri. Cæcitas enim non est ens, nec tamen est enti contraria, sed tali enti, puta uisui, & peccator, peccando deficit a diuina uoluntate negatiuè, non enim agit quod Deus uult, non tamen contrariè, ut patebit. Secundo quòd eadem ratio est quo ad causas agentes, & formales quo ad hoc expressum idest uniuersalem extensionem, & non oportet quo ad cætera, hoc enim sequitur ex illa maxima, effectus cõformatur agenti secundum formam, manifeste namque hinc sequitur, quod extensio formæ & agentis proportionaliter se habet. Tertio quod notanter in litera dicitur. Peccator recedere uidetur a diuina uoluntate, quoniam simpliciter non agit peccans contra uoluntatem Dei consequentem, ut patet ex eo quod Deus uult permittere hunc, nunc, sic, &c. peccare, sed agit pro tanto contra diuinam uoluntatem, quia contra antecedentem eius uoluntatem agit, & quia non uolitum a Deo. Voluntate consequente agit, & quia contra præcepta ac prohibitione eius, quod dicitur in litera, agere contra unum ordinem uoluntatis eius, facit, & quia digna odio uoluntatis diuinæ perpetrat. Quarto, quod ea, quæ hic dicuntur de impedimento causarum agentium, intelligenda sunt formaliter, infra ordinem causarum effectiuarum ut sic, quoniam si considerarentur impedimenta materiæ ut sic, aliter forte diceretur. Sed de his inferius erit sermo diffusus, cum de gubernatione rerum loquemur. Nunc hæc sat sunt, quoniam uoluntas diuina adeo vniuersalis est causa, ut etiam omnis materiæ conditiones eidem subsint.

Ferr. 1. cont. c. 82. lib. 2. cap. 25.
Scot. 1 s. d. 46.
Cap. 1. d. 38. q. 1. ar. 2. con. 8.
Alb. Mag. 1. dist. 45. ar. 10.

ARTICVLVS VII.

Vtrum uoluntas Dei sit mutabilis.

AD SEPTIMVM sic proceditur. Videtur quod uoluntas Dei sit mutabilis. Dicit enim Dominus Genes. 6. Pœnitet me fecisse hominem. Sed quemcumque pœnitet de eo quod fecit, habet mutabilem uoluntatem, ergo Deus habet mutabilem uoluntatẽ.

¶ 2 Præt. Ieremiæ decimo octauo, ex persona domini dicitur, Loquar aduersus Gentem, & aduersus regnum, ut eradicem, & destruam, & disperdam illud, sed si pœnitentiam egerit, gens illa a malo suo, agam, & ego pœnitentiam super malo, quod cogitaui, ut facerem ei. Ergo Deus hẽt mutabilẽ uoluntatẽ u.

¶ 3 Præt. Quicquid Deus facit, uoluntariè facit. sed Deus non semper eadem facit. nam quandoque præcipit legalia obseruari, quandoque prohibuit. Ergo habet mutabilem uoluntatem.

¶ 4 Præt. Deus non ex necessitate uult quod uult, ut supra dictum est. * Ergo potest uelle, & non uelle idem. Sed omne quod habet potentiam ad opposita, est mutabile, sicut quod potest esse, & non esse, eo mutabile secundum substantiam, & quod potest esse hic, & nõ esse hic, est mutabile ſcdm locũ. Ergo Deus est mutabilis secundum uoluntatẽ.

SED CONTRA est, quod dicitur Nu. 23. Non est Deus quasi homo, ut mentiatur, neque ut filius hominis, ut mutetur.

RESPON. Dicendum, quòd uoluntas Dei est omnino immutabilis. Sed circa hoc considerandum est, quod aliud est mutare uoluntatem, & aliud est uelle aliquarum rerum mutationem. Potest enim aliquis eadem uoluntate immobiliter permanente, uelle quod nunc fiat hoc, & postea fiat contrarium. Sed tunc uoluntas mutaretur si aliquis inciperet uelle, quod prius non uoluit, uel desineret velle quod uoluit. Quod quidem accidere non potest, nisi præsupposita mutatione uel ex parte cognitionis, uel circa dispositionẽ substantiæ ipsius uoluntatis. Cum enim uoluntas, sit boni, aliquis de nouo dupliciter potest incipere aliquid uelle, uno modo sic, quod de nouo incipiat sibi illud esse bonum, qđ non est absque mutatione eius. Sicut adueniente frigore, incipit esse bonum sedere ad ignem, quod prius non erat alio modo sic, ꝙ de nouo cognoscat illud esse sibi bonum, cum prius hoc ignorasset. Ad hoc. n. consiliamur, ut sciamus quid nobis sit bonum. Ostensum est autem supra,* ꝙ tam substantia Dei, quam eius scientia est omnino immutabilis. Vnde oportet uoluntatẽ eius oĩno esse immutabilẽ.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod illud uerbũ domini, metaphoricè intelligendum, est, secũdum, similitudinẽ nostram. Cũ. n. nos pœnitet, destruimus quod fecimus, quis hoc esse possit absque mutatione uolũtatis, cum ẽt aliquis homo absque mutatione uoluntatis interdum uelit aliquid facere, simul intendens postea illud destruere. Sic igitur Deus pœnituisse dicitur, secundum similitudinẽ operationis, inquantum hominem quem fecerat, per diluuium a facie terræ deleuit.

AD SECVNDVM dicendum, quod uoluntas Dei cum sit causa prima & uniuersalis, non excludit causas medias, in quarũ uirtute est ut aliqui effectus ꝓducãtur. Sed quia omnes causæ mediæ non adæquant uirtutem causæ primæ, multa sunt in uirtute, & scientia, & uoluntate diuina, quæ non continentur sub ordine causarum inferiorum, sicut resuscitatio Lazari. Vnde aliquis respiciens ad causas inferiores dicere poterat, Lazarus non resurget, respiciẽs uero ad causam primam diuinam poterat, dicere, Lazarus resurget. Et utrumque horum Deus vult, scilicet quod aliquid quandoque sit futurum secundum causam inferiorem qđ tamen futurum non sit secundum causam superiorem, uel ecõuerso. Sic ergo dicẽdũ est, qđ Deus aliq̃n pronuntiat aliquid futurũ ſm ꝙ continetur in ordine cãrum inferiorũ, vt puta ſm dispõnẽ naturæ uel meritorũ, qđ tñ nõ fit, quia aliter ẽ in cã superiori diuina. Sicut cum prædixit Ezechiæ. Dispone domui tuæ, quia morieris, & non uiues (ut habetur Esa. 38.) neque tamen ita euenit, quia ab æterno aliter fuit in ſcĩa, & uoluntate diuina quę immutabilis est, Propter qđ dicit Greg. * quod Deus immutat ſnĩam, non tñ mutat consiliũ. s. uoluntatis suæ. Quod ergo dicit, pœnitentiam agã ego, intelligitur metaphoricè dictum, nã homines quando non implent quod comminati sunt, pœnitere uñr.

q. 9. ar. 1. & q. 14. ar. 15. simul.

D. 490. lib. 25. mora. c. 23. in medio.

121 1. d. 39. q. 1. ar. 1. cor. & ad 3. & 4. & 1. contr. c. 82. & lib. 2. c. 25. fi. & li 3. c 91. & 98. fi. & po. q. 3. ar. 7.

SVP. Q. XIX. ART. VII.

CONCL. Oportet, uoluntatem Dei esse omnino immutabilem.

¶ PROB. Quia uolũtas non potest mutari, nisi ex parte uel dispositionis substantię uolũtatis, uel ex parte cognitionis, & tam substantia uoluntatis diuinæ, quam scientia Dei, est omnino immutabilis.

1^us de minori.

Quemcunque pœnitet. R. Proprie, non secundum similitudinem operationis. § Tunc nihil &c. Nam Deum pœnitet quandoque secundum similitudinem operationis nostræ, inquantum destruit quod fecit [sicut & nos, quando pœnitemus,] numquam tamen proprie, quia in tranquillitate iudicat. Sapien. 12.

ar. 3. huius quæst.

2^m ex Hier. 18.

Loquar. R. Pronunciando secũdum quod continetur in causis secundis, non secundum quod continetur in prima. § Tunc &c. Quia enim causa mutata mutatur effectus, & causa secunda, secun-

AD

secundum quam pronuntiatur comminatio, mutatur: ideo, & effectum ipsum mutari, oportet. Quia uerò causa prima immutabilis perseuerat: ideò effectus secundum ipsam, non tantum ab ipsa, pronunciatus mutari non potest. Pro ly agam & ego pœnitentiam &c. vide ad primum.

Art. 3. huius quæst.

3^m de maiori. Voluntarie B. Voluntate rerum mutabilitatem quandoque volente: non, voluntate quandoque mutabili §. Tunc &c. vt patet.

Ad tertium dicendum, quod ex ratione illa non pôt concludi, quod Deus habeat mutabilem uoluntatem, sed quod mutationem velit.

Ad quartum dicendum, quod licet Deum velle aliquid non sit necessarium absolutè, tamen necessarium, est ex suppositione propter immutabilitatem diuinæ uoluntatis, ut supra dictum est.*

4^m de antecedente. Necessitate. B. Absoluta: non suppositionis §. Tunc &c. Nam licet omne, quod habet potentiam absolutam ad opposita, tam ante electionem, quam post, sit mutabile: non tamen omne quod habet potentiam illam ante electionem tantum: sicuti est de Deo.

APPENDIX.

Ex articulo habes primo, quomodo per rationem conuincas hæresim Caluini vlulantis sic: Dei lex & Dei voluntas sæpè sunt inter se contraria. Viderat forsan iste vanus Theologus scripturas gen. 6. Hier. 18. vel huiusmodi & ex impotentia penetrâdi tantum lumen scripturarum, tanquam noctua ad lumen solis, merito oppressus a gloria in terram illam tenebrosam & opertâ mortis caligine, vbi nullus ordo sed sempiternus horror inhabitat (hæresim dico,) miserrime cecidit. Hæc autê Caluinistica impietas complecti intra seipsam videtur, quòd diuina voluntas sit mutabilis; vt quæ a lege Dei voluntarie data discordet. Si enim dando legem, voluntatem habuit sic, & sic, illam dâdi (vt apud omnes sapientes verè præsupponitur:) & quandoque voluntas eius pugnat cum lege iam data: vtiq; post legis dationê mutata erit eius voluntas. Iccircò articulus iste contra illam in tali sensu militat. Dixi, in tali sensu: quia in quodam alio sensu supra quæst. 17. ar 4. ad tertium adducitur, oppugnatur, & expugnatur. Vide tu ibi: vt & inde, si opus est huic loco suffrageris. secundo habes: quomodo per rationem demonstres, illam meritò esse olim damnatam nu. 23. Non est Deus quasi homo ut mentiatur: neque vt filius hominis vt mutetur. Vide, si vis, plura ad huius damnationem, supra q. 9. ar. 1. & 2. tertio vides: quomodo ex his vicissim firmetur conclusio.

2

3

¶Not. Responsioni ad primum seruit articulus in ordine. 125. ad secundum 66.72. Concordantias eiusdem ex eod. nu. 490.

Pro studio var. coop.

Comm. Cardinalis Caietani.

Titulus clarus est.

¶ In corpore est una conclusio responsiua quæsito affirmatiue. Voluntas Dei est omnino immutabilis. Probatur. voluntas est boni: ergo dupliciter tantum potest incipere velle. s. quia incipit vel esse, vel cognosci sibi bonum. ergo non potest incipere velle absque præsupposita mutatione intellectus, vel dispositionis substantiæ propriæ. ergo non, est mutabilis absque aliqua harum mutationum. ergo voluntas Dei est immutabilis omnino. Prima consequentia aliter non probatur, ipsum tamen consequês declaratur quoad vtranque partem, ex calefieri, & consilio. Secunda est per se nota. Tertia autem differentia inter mutare voluntatem, & velle mutationem, manifestatur. Quarta demum probatur: quia tam substantia, quam scientia Dei est omnino immutabilis.

¶Circa has consequentias duo nota. Primo quòd antecedens tanquam vulgata propositio est diminutè scriptum: subintelligi enim oportet ly intellecti. Et tunc manifestè patet primam consequentiam non egere probatione: quoniam si velle est tantum respectu boni intellecti, oportet quod noua uolitio sit aut ex nouitate boni, aut ex nouitate intellectionis. Secundò quod tertia consequentia in litera non habetur in se, sed in sua tantum probatione, sed ad claritatem maiorem expressimus illam.

¶Circa primam consequentiam dubiû occurrit propter ly sibi in consequente positum. Videtur enim quod illa particula falsificet consequens, & non sequatur ex antecedente. Falsum quidem reddat consequens, quia potest aliquis incipere velle, quia incipit esse vel cognosci bonum alteri: vt manifeste patet in autore amicitiæ. Quod non sequatur vero ex antecedente, clare liquet, quoniam bonum alterius sub bono clauditur intellecto. Ad hoc dicitur, quod vt patet 8. Eth. Amabile quidem bonum, vnicuiq; aût proprium: & ppea voluntas primo est boni proprij, secundario autê est boni alieni. vnde & ibidem dicitur, quod amicabilia quæ sunt ad alios venerunt ex amicabilibus, quæ sunt ad se. Propter quod consequentia illa, si de bono per se primo volito seu volibili intelligatur, est optima formaliter. Si autem de bono uniuersaliter intelligitur, ut antecedens sonat consequentia tenet etiam formaliter, & fundatur super hoc, quod mutabilitas seu nouitas volitionis circa aliena, oritur ex mutabilitate amoris proprij, & immutabilitas circa aliena ex immutabilitate circa propria, & hoc rationabiliter quia amor aliorum oritur ex proprio. Ex hoc enim patet quod in consequente, alienus amor etsi non formaliter, uirtualiter tamen est inclusus, & consequenter incipere velle: quia incipit esse vel cognosci bonum alteri, non est alia ratio seu alius modus incipiendi velle ab his, qui in consequente sunt expressi, & sic cessat, & obiectio falsitatis, quia illi alij modi non ponuntur in numerum cum istis, nec excluduntur, sed clauduntur in his uirtualiter, & obiectio consequentiæ, quia vt dictum est, infertur nouitas volitionis respectu boni vniuersaliter, quamuis difformiter, quia respectu proprij formalis, respectu alieni virtualiter. Fecit autem hoc author, non tantum breuitatis gratia, sed ea potius ratione motus, quia de uoluntate diuina loquebatur, de qua perspicuum ex dictis erat, quod alia non uult nisi bonitatem propriam volendo, ita quod ipsa sola est ei volendi causa. & sic in materia, de qua est quæstio, sat fuit uniuersalem maiorem de proprio bono assumere verissimam formaliter, minor enim iam probata est. s. Deus quicquid vult, bonitatem propriam volendo vult.

¶In respôsione ad quartum diligenter aduerte, quod intentio eius est negare in Dei voluntate potentiam ad opposita, quoniâ in ea nulla omnino est potentia, sed est velle eius aut necessariû simpliciter, vt velle se, aut necessariû immutabiliter, vt uelle alia, & huc tendunt manifeste verba literæ in responsione, ex negatione necessarij absolutè, eligêdo necessariû immutabiliter, quasi dixisset, quod ex negatione necessarij absolutè, nô sequitur potêtia seu possibile fm aliquâ potentiâ, sed stat, quod ponatur necessariû immutabiliter. Non. n. cû dr: Deus pôt uelle hoc, aut oppositû: ly pôt, denotat possibile secundû aliquam potentiam, sed possibile ex habitudine terminorû, vt expresiè hês in primo côtra Gentiles, c. 83. Et ppea imaginatio Scotica in 1. d. 39. q. 1. de potentia priore naturaliter actu absq; mutabilitate, quâ in voluntate diuina fingit voluntaria est, oîs. n. potêtia côtradictionis, est cû mutabilitate aliqua, vt 9. Met. habetur, & argumentû hoc in litera factû côuincit.

122 1. 2. q. 10. a. 4. Et 1. con tra. c. 85. & lib. 2. c. 29. & lib. 3. c. 73. vsque 78. & 79. fi. Et veri. q. 23. ar. 5. Et 1. perìher. le. 14.

Ferr. 1. con. c. 85. lib. 2. c. 29. Arg. 1. sd. 25. q. 1. ar. 3. Capr. 1. d. 46. q. 1. ar. 2. cond. 1. d. 38. q. 1. con. 2. & 3. Banes ar. 8.

ARTICVLVS VIII.

Vtrum uoluntas Dei necessitatem rebus uoluntatis imponat.

SVP. Q. XIX. ART. VIII.

Concl. Diuina uolûtas quibusdâ volitis necessitatê imponit, non aût omnibus.

¶Prob. Quia ex efficacia diuinæ uoluntatis, non tantû fit, quod vult: sed etiam modo illo quo fieri uult: Et ipsa vult quædam fieri necessario, quædam contingenter [cum ut lit ordinem seruari in rebus; quod patet ex hoc, quod alijs causas necessarias, alijs contingentes præparauit.]

Ad octavvm sic proceditur. Videtur quod uoluntas Dei rebus volitis necessitatem imponat. Dicit enim Augu. in Enchi. *Nullus fit saluus, nisi quem Deus uoluerit saluari. Et ideo rogandus est ut uelit, quia necesse est fieri si uoluerit.

* Enchiridi c. 103. tom. 3.

¶ 2 Præt. Omnis causa, quæ nô potest impediri, ex necessitate suum effectum producit, quia & natura sêper idem operatur, nisi aliquid impediat, vt dicitur in 2. Physicor.† sed voluntas Dei non potest impediri. dicit enim Apos. ad Ro. 9. Voluntati. n. eius quis resistit? Ergo uoluntas Dei imponit reb. uolitis necessitatem.

† Lib. 2. Physic. te. 84. tom. 2.

Primum

1^m ex Augustino. Necesse. R. Necessitate conditionali non, necessitate absoluta §. Tunc &c. Posito enim, q Deus aliquid uelit, necesse est illud esse, & eo modo esse, quo Deus uoluit, licet absolute non sit necesse neq; Deum velle hoc, neque hoc esse.

2^m de maiori. Producit. R. Modo illo quo producere vult, non modo necessario tantum §. Tunc &cæt. Nam Deus producit modo illo, quo uult, suos effectus.

3^m de maiori. Absolute. R. Vel conditionaliter secundũ modum. s. illius prioris §. Tunc &c. Nam omnia habent ex prioris, scilicet Deo, necessitatem vel absolutam vel conditionalem, secundum modum prioris, scilicet Dei, idest secundum q Deus voluerit.

APPENDIX.

EX articulo habes primo, quomodo per rationem interimas hæresim Ioannis Vuicleff. somniantis. Necessitate absoluta omnia euenire. Hoc.n. in idem redit tandem cum hoc, quod voluntas Domini rebus uolitis necessitatem imponat. Secũdo habes, quomodo per rationem, hanc recte damnatam esse ostendas a Concilio Constantiensi sess. 8. vbi etiam doctrina eius in 45. articulis explicata damnatur in hæc verba. Hæc sancta Synodus præfatos ar. 45. examinari fecit, & sępius recenserit quib. examinatis, fuit repertum, aliquos & plures ex ipsis fuisse & esse, notorie hæreticos & a sanctis Patribus reprobatos, alios non catholicos sed erroneos, alios scandalosos & blasphemos, quosdam piarum aurium offensiuos, nonnullos eorum temerarios, & seditiosos. Propterea Cõcilium pronunciat hæreticum Ioãnem Vuicleff, ac memoriã eiusdem condemnat, & mãdat exhumari ossa ipsius, & cremari. Hæc ibi. Item a Concilijs omnibus, Romani pontificibus, scripturis sanctis, damnata pro hæresi intelligitur illa: quando de libero arbitrio tractant, ac ipsum esse liberum statuunt, quãdo de consilijs captandis hortantur, quando vitia uituperanda pœnarumque meritoria, contraque uirtutes laudabiles cœlestibusque præmijs iure donandas prædicant. Hæc enim omnia supradicta perirent, si uolitis diuina uoluntas necessitatem absolutam imponeret, seu si omnia ex necessitate absoluta contingerent, atque ideo huiusmodi sanctiones cum his venenosis dogmatib. stare non possunt; & consequenter per has ipso facto anathematizata subaudiuntur. Tertio vides: quomodo ex his viceßim firmetur conclusio.

¶ Not. Corpori, vtcunq; seruit articulus in ordine. 22. 120. 238. Responsioni ad primum 119.

Vtil. pro S. Eccl. — Pro caput opinionis refutatæ & refutantis. D. 324. Multa per hæc intelligũtur, esse damnata. — Pro caput conclusionis. Pro studio uar. coor.

¶ 3 Præt. Illud, quod habet necessitatem ex priori, est necessarium absolutè, sicut animal mori est necessarium, quia est ex contrariis compositum. Sed res creatæ a Deo comparantur ad voluntatem diuinam sicut ad aliquid prius, a quo habent necessitatem: cum hæc conditionalis sit uera, Si aliquid Deus vult, illud est, omnis autem conditionalis vera est necessaria. sequitur ergo, quod omne, quod Deus vult, sit necessarium absolutè.

SED CONTRA. Omnia bona, quæ fiunt, Deus vult fieri. si igitur eius voluntas imponat rebus volitis necessitatem, sequitur quòd omnia bona ex necessitate eueniunt, Et sic perit lib. arbitrium, & consilium, & omnia huiusmodi.

REPON. Dicendum, quod diuina voluntas quibusdam volitis necessitaté imponit, non autem omnibus. Cuius quidem rationem aliqui assignare voluerunt ex causis mediis: quia ea, quæ producit per causas necessarias, sunt necessaria: ea verò, quę producit per causas cõtingentes, sunt contingentia. Sed hoc non videtur sufficienter dictũ propter duo. Primo quidem quia effectus alicuius primæ causæ est cõtingens propter causam secundam ex eo quòd impeditur effectus causæ primæ per defectum causæ secundæ sicut virtus Solis per defectum plantæ impeditur. Nullus autem defectus causę secundæ impedire potest quin voluntas Dei effectum suum producat. Secundò, quia si distinctio contingentium a necessariis referatur solum in causas secundas, sequitur hoc esse prętet intentionem & uoluntatem diuinam, quod est inconueniens. Et ideo melius dicendum est, quod hoc contingit propter efficaciam diuinæ voluntatis. Cum enim aliqua causa efficax fuerit ad agendum, effectus consequitur causam, non tantum secundum id quod fit, sed etiam secundum modum fiendi, vel essendi. Ex debilitate.n. virtutis actiuæ in semine cõtingit quod filius nascitur dissimilis patri in accidentibus quæ pertinent ad modũ essendi. Cum igitur uoluntas diuina sit efficacissima, non solũ sequitur q fiant ea, quæ Deus uult fieri, sed quòd eo modo fiant, quo Deus ea fieri vult. Vult autem quædam fieri Deus necessariò quædam contingenter, vt sit ordo in rebus ac complementum vniuersi. Et ideo quibusdam effectibus aptauit causas necessarias, quæ deficere non possunt, ex quibus effectus de necessitate prouenniunt. quibusdam autem aptauit causas contingentes defectibiles, ex quibus effectus cõtigenter eueniunt. Non igitur propterea effectus voliti à Deo eueniunt contingenter, quia causæ proximæ sunt contingentes: sed propterea, quia Deus voluit eos cõtingenter euenire, contingentes causas ad eos præparauit.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd per illud verbum Aug. intelligenda est necessitas in rebus uolitis à Deo non absoluta, sed conditionalis; necesse est.n. hanc conditionalem veram esse si Deus hoc vult, necesse est hoc esse.

AD SECVNDVM dicendũ, quòd ex hoc ipso quod nihil uoluntati diuinæ resistit, sequitur quòd non solum fiant ea, quæ Deus vult fieri, sed quod fiant contingenter vel necessario, quæ sic fieri uult.

AD TERTIVM dicendũ, quòd posteriora habent necessitatem a prioribus secundum modũ priorũ. Vnde & ea, quæ fiunt a uoluntate diuina, talem necessitatem habent, qualé Deus vult ea habere. s. uel absolutã, uel condõnalem tãtum. Et sic non oia sunt necessaria absolutè.

ARTI-

Comm. Cardinalis Caietani.

IN titu. nota duo. Primo quod hic est sermo de necessitate absoluta, qua quædam partes uniuersi dicuntur necessaria, ut corpora cœlestia, & intelligentiæ, quædam uero contingentia, ut fortuita, & casualia, & libera. Secundò, quòd aliud est quærere, utrum omnia sint necessaria, & aliud est quærere, vtrum omnibus uolitis a Deo imponatur necessitas. primum enim non est præsentis negotij, quoniam non est hic consideratio de uniuerso, aut partibus eius, sed de diuina uoluntate. Secundum autem importat, an ex hoc, quòd aliquid est uolitum a Deo, sequatur illud esse in se necessarium absolute. Et hoc hic quæritur, nil enim aliud ad hunc spectat tractatum, nisi quid ex diuina uolitione res uolitæ sortiuntur. hic est ergo sensus tituli.

¶ In corpore tria facit. Primò ponit conclusionem responsiuam quæsito. Secundo tractat circa rationem illius conclusionis quandam opinionem. Tertio assignat ipse ueram rationem conclusionis.

¶ Quo ad primum conclusio responsiua clare patet in litera. Diuina uoluntas quibusdam uolitis a se necessitatem imponit, & quibusdam non.

¶ Quoad secundum duo facit. Primo recitat opinionem. s. quod quidam putarunt rationem huius esse disparitatem mediorum agentium, quia. s. quędam agit per causas medias necessarias, & quædam per causas contingentes. Deinde reprehendit hanc opinionem dupliciter. Primò sic, Diuina uoluntas est causa prima nõ impedibilis ob defectum cuiuscunque causæ secundæ, ergo diuina uoluntas non habet effectum contingentem propter causam secundam, & probatur consequentia, quia effectus primæ causæ est contingens propter defectum causæ secundæ, ex eo quod impeditur effectus primæ causæ per defectum secundæ, ut patet de Sole, & plantę respectu perficiendi fructus. Secundò ducendo ad inconueniens sic: Distinctio necessarij a contingente refertur tantum in causas secundas, ergo est præter intentionem, & uoluntatem diuinam, quod est inconueniens.

¶ Circa primam rationem dubium est, eo quod prima propositio, supra quam tota fundatur ratio, falsa uidetur. Non enim distinguit inter modificari, & impediri. Effectus enim contingens propter contingentiam secundæ causæ non prouenit ex impeditione semper, primæ causæ, sed quandoque ex modificatione primæ causæ in secunda, & sic uidetur intellexisse opinio illa, q quia diuina uoluntas modificatur in causa contingente, ideo habet effectus contingentes.

¶ Circa

¶Circa secundam quoque rationem duplex dubitandi ratio occurrit: tum quia antecedens recedit a quæsito, vt in titulo declaratum est. loquitur enim de distinctione inter necessarium, & contingens absolute: tum quia consequentia nihil valet. Dato enim quod contingentia esset propter causas secundas, stat contingentium esse volitam a Deo, quoniam ab eo sunt volitæ propter perfectionem vniuersi ipsæ causæ contingentes: & consequenter effectus earum: & sic vndique ruere videntur rationes ambæ.

¶Circa ipsam opinionis reprehensionem etiam dubium occurrit, quoniam irrationabiliter reprehendi videtur. Quia dato, quod sit aliqua alia altior causa contingentiæ, ipsa tamen natura causarũ secundarum defectibilium seu liberarum, propria contingentiæ causa est: ac propter hoc reprehensioni non debuit esse locus, quando effectui propria est reddita causa, quamuis non omnis.

¶Ad euidentiam horum sciendum est quod quamuis, vt in titulo dictum est, alia quæstio formaliter sit de causa contingentiæ & alia de causa contingentiæ volitæ à Deo: quia tamen voluntas diuina vnumquodque, vult esse propter suam causam in quocunque genere causę, concidunt ambæ quæstiones quo ad materiam, & propterea non extra propositum immò ad hoc necessarium est de causa contingentiæ disserere. Et reuera nihil aliud in dubium vertitur hic, nisi quæ sit prima propria radix contingentiæ: & hoc in genere causæ efficientis.

¶Nec descendit sermo præsens ad contingentiam talem, vel talem, sed contingentiæ absolute propriam ac primam radicem quærit, an scilicet sit aliqua conditio causarum secundarum, an sit aliqua condicio ipsius diuinæ voluntatis, quæ est prima omnium causa.

¶Et opinio quidem in litera recitata, ac reprehensa, credit radicem huiusmodi, esse conditionem secundæ causæ, id est defectibilitatem seu possibilitatem contradictionis in causis secundis inuentam. Quod ut melius intelligatur, sciendum est, quòd instrumentum defectiuum dupliciter contingit concurrere ad artis opus.

¶Vno modo vt defectus non sit electus ab artefice, sed sit consequens instrumentum electum ex necessitate materiæ.

¶Secundo modo vt defectus ipse sit electus ab artifice. Verbi gratia scriptor dupliciter potest vti malo calamo. Primò quia statuit se vti omni genere calami. Secundò, quia statuit se facturum malas literas. In primo casu, cum scriptor vtens calamo lapideo, malas format literas, aduertenda sunt duo. Primò quòd tam malitia calami, quam malitia literarum non cadit sub electione scriptoris, sed consequitur malitia ex necessitate materiæ. Non enim ipse malum elegit calamum, sed quia omne genus calami elegit, ex necessitate lapideæ materię defectus in calamo resultauit: & propterea deformitas literarum reducitur vt in propriam & primam radicem in ipsam conditionem calami, & non in scriptorem, qui si idoneo vteretur calamo, bonas litteras faceret, & sic conditio calami est impeditiua virtutis scriptoris, modificatæ per calamum. In secundo verò casu, deformitas literarum cum defectus calami sub electione cadit scriptoris: immo ex hoc ipso malum calamum elegit, vt malas lineas formet, quatenus instrumentum habeat conforme malo effectui intento, & sic virtus scriptoris modificatur quidem in calamo malo, sed non impeditur, imo defectus ipse calami obsequitur eidem: quoniam electus est ad modificationem virtutis suæ vt suauiter intentum defectuosum effectum attingat.

¶Tenet igitur ad propositum applicando, recitata opinio, quòd Deus gloriosus, quia omni genere causarum secundarum vti statuerit. & infra latitudinem causarum secundarum inueniuntur quædam defectiuæ, vel ad vtrumlibet, propterea sequatur contingentia. Et sic intellecta opinio hæc, optimè reprehensa est: Est. n. reprehensibilis, vt in litera dicitur, ob modestiam authoris: quia in sufficienter causam reddit contingentiæ: immo, ut in fine corporis huius articuli tangitur, & ex dictis iam patere potest propriam causam contingentiæ non reddidit. Quoniam dum conditionem secundæ causæ propriam radicem dixit, primæ causæ in qua, est vera radix locum non reliquit, vt in exemplo dato apparet. Et per hoc patet solutio tertiæ dubitationis.

¶Reprehensa quoque rationabiliter vtroque est medio: quoniam virtutem primæ causæ modificari in secunda, etsi contingat dupliciter, s. cum impedimento & sine impedimento eius vt in exemplo dato manifestum est. vtrobique enim uirtus scriptoris, malo modificata est calamo, semper tamen quando defectus in effectu reducitur in conditionem causæ secundæ tanquam in primã radicem, oportet quòd conditio causæ secundæ sit impediens; & non solum modificans primæ efficaciam. Et quia sic opinio illa tenet, ideo prima ratio efficax contra ipsam est, & sic prima dubitatio clarificata est. Ad ea autem quæ in secunda dubitatione allata sunt, ex eodem fundamento patet respõnsio, non enim recessum est a proposito: quia quæstiones, ut iam diximus, quo ad materiam coincidunt.

¶Neque sub directa voluntate diuina caderet contingentia, sed esset in uniuerso ex necessitate materiæ, id est ex necessitate naturarum causarum secundarum, ut in exemplo dato apparet, hoc autem est valde inconueniens, quoniam contingentia est de primis partibus entis, & inuenitur in naturis purè sensibilium, & in naturis purè intellectualium, & in natura media inter utramque, puta humana.

¶Quo ad tertium tria facit.

¶Primò reddit causam veram propositæ conclusionis dicens, quod est efficacia diuinæ voluntatis.

¶Secundò manifestat hoc sic. effectus consequitur causam efficacem, non tantum secundum id quòd fit, sed etiam secũdum modum essendi, vel fiendi: ergo ea, quæ Deus vult fieri, sortiuntur a voluntate sua, non solum quod fiant, sed etiam modum quo vult quod fint & fiant, ergo quædam ab ea habent, quòd fiant necessario, & quædam contingenter, ergo ex hoc quibusdam effectibus adaptauit causas necessarias, & quibusdam contingentes: non imponit ergo omnibus volitis necessitatem diuina uoluntas: quia tantæ efficacię est ut fiant res etiam quomodo vult. Antecedens manifestatur in litera in generatione filii, quo ad similitudinem accidentium. prima uero consequentia probatur: quia uoluntas Dei est efficacissima causa. secunda autem, quia Deus vult contingentiam & necessitatem, quod probatur ex causa finali propria, scilicet ex perfectione uniuersi. tertia autem manifestatur, quia contingentia præexigunt causas contingentes, & necessaria necessarias, ut proximas, & conformes sibi causas: aliter enim non essent omnia disposita suauiter. Vltima autem patet de primo ad ultimum.

¶Tertio ex determinatione iam facta redit ad reprehendendũ prærecitatam opinionem dicens, quod est totum oppositum eius, quod illa dixerat, quoniam ex hoc sequitur, quod ideo Deus uoluit causas contingentes, quia uoluit contingentia in uniuerso, & non econuerso, quia causæ contingentes sunt uolitæ, ideo consecutiue uolita est contingentia. & hæc quidem iam in exemplis supra positis explanata sunt. Ad pleniorem tamen determinationis huius intelligentiam scire debent nouitii, quod aliud est uelle aliqd, & aliud est facere illud, vt in nobis experimur, & propterea in illa uoluntate, quæ non solum est uoluntas, sed efficax causa, quãuis respectu causabilis idem sit uelle & facere, ex uelle tamen discursi conceditur ad facere, & sic in litera, quia Deus uult res & modos essendi ac fiendi rerum, ad efficere proceditur, vt. s. quia illud velle efficacissimum est, & res & modi uoliti fiunt.

¶Circa istam materiam, quoniam hic est proprius locus, iterum sciendum est, quod post hæc scripta diui Thomæ noua surrexit opinio de prima radice contingentiæ, posita a Scoto in 1. sent. dist. 2. q. 2. & d. 8. q. 2. & dist. 39. quæst. 1. Credit enim, quod prima radix contingentię sit quidem conditio diuinæ voluntatis, & in hoc concordat nobiscum: sed nos dicimus, quod illa conditio est summa efficacia illius, ipse autem dicit, quòd est contingentia illius. & quantum ad propositum spectat, nomine contingentiæ in diuina uoluntate, intendit libertatem illius, ita quod imaginatur, quod quia Deus libere vult & causat, ideo est contingentia in uniuerso, adeoque huic sententiæ inhæret, ut dicat nihil posse euenire contingenter si Deus omnipotens libere non causaret, dixitque Aristo. cum cæteris philosophis contradictoria concessisse, cum aliquid contingenter fieri asseruerunt, & tamen Deum agere de necessitate putauerunt. Affert autem complura, tum ad probationem, tum ad defensionem suæ positionis. Verum, quia quædã ipsa stant ad contingentiam talium, id est, rerum subditarum corporibus cœlestibus, & de his erit sermo proprius, cum de gubernatione rerum inferius agetur, ideo illa tantum hic afferenda censui, quæ contingentiam absolute respiciunt. Afferam ergo primo rationes suas, deinde dicam quid mihi de hac opinione uidetur. Tertio respondebitur rationibus eius.

¶Prima ratio & potissima, quæ mouit Scotum est hæc. Causa mouens inquantum mota, si necessario mouetur, necessario mouet. sed omnis causa secũda est mouens inquãtum mota a prima. ergo si necessario mouetur, necessario mouet, igitur si prima causa non contingenter causat, nihil in uniuerso contingenter fit, & sic contingentia in uniuerso est ex hoc, quod Deus contingenter uult & causat, & probatur minor, quia nulla causa secunda agit aliquid nisi in uirtute primæ. Secunda ratio est, prima causa prius naturaliter respicit effectum, quam quæcunque alia causa, ergo si necessario causat, omnis effectus in illo priori habet necessariam habitudinem ad ipsam, ergo nullus effectus fit contingenter, & probatur secunda sequela, quia impossibile est, quod idem effectus habeat habitudinem contingentis & necessarii, respectu tam eiusdẽ quam diuersarum causarum. Videtur autem mihi hãc opinionem & in se & in suis fundamentis esse falsam.

¶Primo, quia ex ipsa sequitur hanc partem uniuersi non esse a Deo, ut ab agente a proposito. quod est & contra Theologos, & contra Philosophos, & probatur sequela sic. Effectus agẽtis a proposito ut sic oportet esse electum ab eo, ut patet 9. Meta. ubi potentia rationalis a prohæresi determinari ad agendum dicitur, sed si contingentia oritur ex modo uolendi ipsius Dei, ipsa non electa, sed consequens modum eligendi. ergo ipsa nõ est effectus Dei ut

vt agentis a proposito. Et sic contingentia est in vniuerso præter intentionem Dei: vtpote consequens, modum volendi eius, non volitionem ipsam.

¶Secundò, quia dato, ꝙ diuina voluntas non libere, sed natura li necessitate vellet, & causaret, salua tamen efficaciæ suæ virtute, hoc vniuersum quale nunc est, adhuc cõtingentia saluaretur, tum quia essent causæ defectibiles, tum quia essent agentia libera: puta homines. Et hoc euidentius apparet, si fingamus mundum non esse a Deo, sed quasi ex se: tunc enim manifeste apparet, ꝙ ex hoc ipso, ꝙ non omnis effectus habet per se causam, aliquid contingenter euenit. ut patet 6. Met.

¶Ad primam autem rationem Scoti, multipliciter responderi potest.

¶Primo distinguendo ly mota, seu ly mouetur. Dupliciter.n. contingit secundam causam moueri a prima. vno modo motione præuia propriæ actioni, sicut baculus mouet lapidem motus a manu. alio modo motione cooperatiua intrinsece propriæ actioni, & quicquid sit de maiore in primo sensu, in secundo tamen est falsa, in quo tantum verificatur minor. non enim oportet cum aliquis vult aliquid, seu cum Sol illuminat, primam causam præuia motione cooperari. sed sufficit & exigitur eam intrinsecè cooperari tali electioni uel illuminationi. & hoc quia cooperatio in unoquoque est secundum naturã vniuscuiusque, sic enim disponit omnia suauiter. Vnde siue necessario, siue libere cooperetur Deus, nihil minus creata voluntas libere utitur illa cooperatione.

¶Secundo distinguendo ly inquantum mota, quoniam potest denotare causam præcisam, & potest denotare concausam. Et

¶Et si quidem denotet causam precisam, minor est falsa. non enim causa secunda mouet ob hoc precise, quia mouetur, sed etiã ex uirtute propria. si autem denotet concausam, maior est falsa: quoniam stat causam secundam necessario moueri a prima, & cũ hoc ipsum moueri modificari ex natura causæ secundæ, & sic mouere causæ secundæ prouenit non ex moueri tantum, sed ex moueri & modo proprio ipsius causæ secundæ. Ex tali autem modo consurgere potest, ꝙ non necessario mouet, ut patet in causis defectibilib. illa autem propositio adiuncta, s. causa secunda, nihil agit, nisi in uirtute primæ, non iuuat: quoniã non est sensus ꝙ causa secunda nullam uirtutem habeat nisi primę, sed ꝙ ipsa secunda nullum effectum producit, nisi uirtute primæ concurrente, & coniungente uirtutem secundę suo effectui, quoniam prima omnia attingit immediate immediatione uirtutis, ut in q.8. declaratum est. Ad secũdam uero rationem dicitur, ꝙ prima consequentia nihil ualet, qm prima causa non attingit effectum secũdæ causæ in se ipso, sed modificata cooperatione sua iuxta modum ipsius causæ secundæ, & propterea effectus secundæ causæ in nullo priori haberet necessariã habitudinem ad primam, sed solã ex se contingẽter fieri habitudinem haberet. Illa.n. propositio assumpta non est sic intelligenda, quasi sit aliqua duratio naturæ, in cuius primo instãti causa prima respiciat effectum, & in secundo, causa secunda. puerilis.n. hic est sensus, ex quo tamen consequẽtia processisse ut, sed est intelligenda quo ad independentiam, & intimitatẽ, attingit.n. prima causa effectum secundæ & independentius & intimius, quã secunda, ut patet in principio libri de causis. & propterea dicitur respicere prius. Ex hoc aũt sensu nihil consequentia ualere patet.

Ferr. 1. cont. c. 95. lib. 2. c. 25.
Riccar. 1. sed 46. q. 2.
Aeg. 1. s. dist. 46. q. 2. prin.
Bannes. ar. 9.

123 2. d. 46. ar. 4. Et 1. contra ca. 95. Et lib. 2. c. 25. fina. Et po. q. 1. art. 6. & 5. quo q. 3. art. 2.

ARTICVLVS IX.

Vtrum uoluntas Dei sit malorum.

AD NONVM sic proceditur. Videtur quòd voluntas Dei sit malorum. Omne enim bonum, quod sit, Deus vult; sed mala fieri bonum est dicit enim Aug. in Enchi. *Quamuis ea, quæ mala sunt, inquantum mala sunt, non sint bona, tamen vt non solum sint bona, sed etiam ut sint mala, bonum est fieri. Ergo Deus vult mala.

* C. 96. circa princi. to. 3.

¶ 2 Pręt. Dicit Dion. 3.c. de di.no. Erit malum ad omnis idest uniuersi perfectionem conferens. Et Aug. dicit in Ench.† Ex omnibus consistit vniuersitatis admirabilis pulchritudo, in qua etiam illud, quod malum dicitur, bene ordinatum, & loco suo positum eminentius commendat bona, vt magis placeant, & laudabiliora sint dum cõparantur malis. Sed Deus vult omne illud, ꝙ pertinet ad perfectionem, & decorem vniuersi, quia hoc est, qđ Deus maximè vult in creaturis. Ergo Deus vult mala.

Enchir. ca. 10. in fin. & 11. in prin. tom. 3.

¶ 3 Preter. Mala fieri, & non fieri sunt contradictorie opposita, sed Deus non vult mala non fieri, quia cum mala quædam fiant, non semp volũtas Dei impleretur. Ergo Deus vult mala fieri.

SED CONTRA est, quod dicit Augu.[a] in lib. 83. q. Nullo sapiente homine authore, fit homo deterior est autem Deus omni sapiente homine præstantior, multo igitur minus Deo authore fit aliquis deterior. illo aũt authore fit aliquid qđ fit illo volente. non ergo uolente Deo fit homo deterior. constat autem ꝙ quolibet malo fit aliquis deterior. Ergo Deus non vult mala.

Li. 84. q. q. 2. tom. 4.

RESPON. Dicendum, ꝙ cũ ratio boni sit ratio appetibilis (vt supra dictum est[a]) malũ autem opponatur bono, impossibile est, ꝙ aliquod malum d inquantũ huiusmodi appetatur, neq; appetitu naturali, neq; animali, neq; intellectuali, qui est volũ luntas. tamen aliquod malum appetitur per accidens, inquantum consequitur ad aliquod bonum. & hoc apparet in quolibet appetitu. Non enim agens naturale intendit priuationem uel corruptionẽ, sed formam, cui coniungitur priuatio alterius formæ, & generationem vnius, quæ est corruptio alterius. Leo.n. occidens ceruum, intendit cibũ, cui coniungitur occisio aialis. similiter fornicator intendit delectationem, cui coniungitur deformitas culpæ malum aũt, quod coniungitur alicui bono, est priuatio alterius boni. Nunquam igitur appeteretur malum, nec per accidẽs, nisi bonum, cui coniungitur malum, magis appeteretur, quam bonum quod priuatur per malum. Nullum autem bonum Deus magis vult, quam suam bonitatẽ. vult tamen aliquod bonum magis quam aliud quoddam bonũ. Vnde malum culpæ, quod priuat ordinem ad bonum diuinum, Deus nullo modo vult, sed malum naturalis defectus, vel malum pœnæ vult, volendo aliquod bonum cui coniungitur tale malum. Sicut volendo iustitiã vult pœnã, & volẽdo ordinẽ naturæ seruari vult quædam naturaliter corrumpi.

Q. 5. ar. 1.

AD PRIMVM ergo dicendum, ꝙ quidam dixerunt, ꝙ licèt Deus non uelit mala, vult tamen mala esse, vel fieri, quia licet mala non sint bona, bonum tamen est mala esse, vel fieri quod ideo dicebant, quia ea, quæ in se mala sunt, ordinantur ad aliquod bonum. quem quidem ordinem importari credebant in hoc, ꝙ dicitur mala esse vel fieri. Sed hoc non rectè dicitur, quia malum non ordinatur ad bonũ per se, sed per accidens. Præter intentionem.n. peccantis est, ꝙ ex hoc sequatur aliquod bonum, sicut præter intentionem tyrannorum fuit, ꝙ ex eorum persecutionibus claresceret patientia martyrum. & ideo non põt dici, ꝙ talis ordo ad bonum importetur per hoc, quod dicitur, malum esse vel fieri sit bonum, quia nihil indicatur secundum illud, quod cõpetit ei per accidens, sed secundũ illud, ꝙ competit ei per se.

D. 836.

AD SECVNDVM dicendum, quod malum[d] non operatur ad perfectionem & decorem vniuersi, nisi per accidens, vt dictum

---

SVP. QVEST. XIX.

ART. IX.

CONCL. Deus nullo modo uult malum culpæ, sed malum naturalis defectus, uel malum pœnæ, uolẽdo aliquod bonum, cui coniungitur tale malum.

¶PROB. Quia nunquam appetitur, nec ẽt per accidens, malum, nisi bonum cui iungitur malum, magis appetatur, quã bonum, quo priuatur per malum (ut homo nunquã appeteret fornicationem, nisi delectationẽ cui iungitur culpa magis appeteret quã amicitiam diuinam, quę tollitur per culpam,) & Deus nullum bonũ magis uult, quam bonitatem suam, licet uelit magis aliquod bonum, quam aliud quod dam bonum.

1m de maiori.

Bonum. B. Per se non per accidens §. Tunc, & c. Nam mala fieri, vel esse, est bonum per accidens tantum. Et ideo hoc simpliciter, seu per se est malũ. Vnde Deus non uult mala fieri, sed permittere, uult mala fieri. Vide in ad tertium. Vel dicas ad illam maiorem (& idem redit) omne bonum, inquãtum bonum, quod fit, Deus uult, Modo mala fieri, uel esse, non est bonum, sed permittere illa fieri, uel esse.

2m de minori.

Pertinet. B. Per se, nõ per

D. 784. D. 1061. D. 1100.

Nota di- ſtartum Apoſtoli.

per accidens §. Tunc &c. vt patet. Pro litera aduerte Apoſtolum poſt ly. Vbi abundauit delictum ſuperabundauit & gratia, dicentem Manebimus in peccato vt gratia abundet? Abſit. Ex quarum clauſularum habes, ꝙ malū ſecunda non prima per ſe pertinēt ad perfectionem: ex accidens tantum (idest non ratione ſui) pertinet ad illam. Alioquin, ſi malum per ſe pertineret ad perfectionem: dixiſſet, Manebimus in peccato, vt gratia abundet? Ita. Manere ergo in peccato, facere peccatum, peccatum fieri, malum culpæ, eſt malum, eſt odibile: non autem eſt bonum, nec amabile, vel laudabile, vel eligibile.

In ſolu. ad arg. præc.

dictum eſt. Vnde de hoc quod dicit Diony. quòd malum eſt ad vniuerſi perfectionem conferens, concludit inducendo quaſi ad inconueniens.

AD TERTIVM dicendū, quòd licet mala fieri, & mala non fieri, contradictoriè opponantur: tamen velle mala fieri, & velle mala non fieri, non opponuntur contradictoriè, cum vtrūq; ſit affirmatiuū. Deus igitur neq; vult mala fieri, neque vult mala non fieri, ſed vult permittere mala fieri. & hoc eſt bonum.

ARTI-

3^m de maiori. Mala fieri & non fieri. ℞. Non tamen, velle mala fieri, & velle mala non fieri §. Tunc &c. vt patet. Pro litera concluſioni iuncta dic: quod Deus vult permittere tātum mala culpæ fieri; & quòd vult mala naturalium defectuum atque pœnarum fieri. Vnde culpam nullo modo, id eſt nec etiam per accidens, cauſat: naturales verò defectus ac pœnas: cauſat. Iſta facit, illam, i. culpam tantum permittit. Vide, quantum ſit deterior culpa, quam quæcunque pœna: ex quo tam longiori interuallo a primo bono, ideſt à Deo disiungitur culpa, quàm pœna. Vide 1.2.q.79 ar.1.2.

APPENDIX.

Vid. p S. Eccl.

EX articulo habes primo, quomodo per primæ partis concluſionis rationem interimas hæreſes diabolicas Caluini ſic furientis Deus non modo permittit fieri peccata quæ homines faciunt, ſed etiam fiunt volente Deo & impellente: Item ſic; Dei opera omnino ſunt ſimpliciter omnia peccata quæ fiunt ab hominibus. Item ſic, Nullum furtum, nulla ſcortatio, nullum adulteriū, ſit ab homine, quod Deus non efficiat in homine. Item ſic, Deus non nō tantum permittit malum, ſed etiam id operatur efficaciter: Itē ſic, Deum eſſe non tantum malorum, ſed etiam peccati, authorem; Item ſic, Deo volente & iubente diabolus mentitur in cordibus hominum; Item ſic, Deus non ſolum eſt cauſa omnis mali, ſed etiam hominibus, vt mala operentur, malas cogitationes in cordibus illorū ſpirat; adeoque vt non homines peccent, ſed Deus ſit efficiēs, & volens peccatum; Item hæreſim Melanctonis (Melchior Cano de locis theologicis li.2.c.4.i reſolutione ſexti argumenti) ſic blaſphemantis: Dei opus ita eſt adulterium Dauidis, ſæuitia Manlij, proditio Iudæ, æque ac conuerſio Pauli. Secundo habes: quomodo per rationem monſtres, vniuerſas has iuſtiſſime damnari à Iacob. 1. Nemo, cum tentatur, dicat, quoniam a Deo tentatur, Deus enim intentator malorum eſt, ipſe autem neminē tentat: Item ab Iſa.c.65. faciebatis malū in oculis meis, & quæ nolui elegiſtis, & c.66. feceruntq; malum in oculis meis, & quæ nolui elegerunt: Item à Concilio Tridentino ſeſſ.6. Canon.6. ſi quis dixerit, mala opera ita vt bona Deum operari nō permiſſiuè ſolùm ſed etiam propriè & per ſe, adeo vt ſit eis proprium opus non minus proditio Iudæ, quam vocatio Pauli; Anathema ſit. Hæc ibi. Tertio habes, quomodo per ſecundæ partis cō cluſionis rationem reijcias poſitionem Colluthi; propter quā velut hæreticus eſt damnatus dicentis, ꝙ Deus non eſt malorum factor. Item hæreſim Manetis [Prat. Anthropomorphitæ, Audeani, Vadiani] dicentis, Deum neque ignem neque tenebras creaſſe. Videbantur enim hæc [reor] Maneti quædam mala. Quarto habes: quomodo per rationem oſtēdas iure has eſſe damnatas ab Iſa.45. Ego Dominus formans lucem & creans tenebras, faciens pacem, & creans malum. Ego Dominus faciens omnia hęc. Quinto videas quomodo viciſſim ex his firmetur præſens Angelica doctrina.

2 3 4 5

¶ NOT. Deſeruit articulo huic in ordine articulo 95. 136. 26.

Pro ſtudio uarie.coor.

Comm. Cardinalis Caietani.

IN titulo aduerte duo.

¶ Primò quòd voluntas hic non ſumitur, vt ſe extendit ad velle, & non velle, eo modo quo videre ſe extendit ad videre, & non videre: dum viſu percipimus tenebras. Conſtat enim bonum, & malum opponi, & ad voluntatem ſpectare per velle, aut non velle. Nec rurſus ſumitur velle vt ſe extendit ad velle, & nolle, quoniam conſtat Deum multa mala nolle, quæcunque ſcilicet non permittit ſuos electos incurrere, ſed ſumitur velle proprie pro actu poſitiuo per modum acceptantis, nolle enim ſignificat actum poſitiuum, ſed per modum repellentis, & ꝙ ſic ſumatur hic voluntas, patet ex ratione, quæ in littera ponitur ad probandam concluſionem reſponſiuam, in hoc enim ſolo ſenſu probatur. Secundo, quòd malum eſt priuatio boni debiti, oportet enim omnes has conditiones habere negationem, ſi mali rationem habet. Malum verò pœnæ præter hoc includit rationem inuoluntarij, culpæ autem voluntarij hic autem quæritur de malo in communi reſpondebitur autem diſtincte. In corpore una eſt concluſio reſponſiua quæſito habens tamen plures partes; Deus nullo modo uult malum culpæ, vult tamen per accidens malum naturalis defectus, & malum pœnæ.

¶ Probatur. malum bono opponitur, ergo impoſſibile eſt, malum appeti, niſi coniunctum bono magis appetito quàm alterum bonum priuatum per malum, ergo impoſſibile eſt malum culpæ eſſe uolitum a Deo, poſſibile tamen eſt malum tam naturalis defectus quam pœnæ eſſe à Deo uolitum, prima conſequentia probatur: quia ratio boni eſt ratio appetibilis, & quo ad primam partem declaratur, atque manifeſtatur in omni genere appetitus ſcilicet naturalis, animalis, & intellectualis: in actione naturali, & appetitu leonis, & voluntate fornicatoris. Quo ad ſecundam autem partem probatur; quia omne malum coniunctum alicui bono eſt priuatio alterius. ſecūnda autem cōſequentia, quo ad primam partem probatur: quia nihil eſt magis uolitum à Deo quam bonū ſuum, cui malum culpæ opponitur quo ad ſecundam manifeſtatur; quia Deus vult vnum bonum magis alio, & in pœnalibus quidem magis vult iuſtitiam, quam bonum pœna priuatum, in naturalibus quoque magis vult ordinem naturæ, quàm uitam huius āgni comeſti a lupo.

¶ Circa probationem ſecundæ conſequentiæ aduerte, ꝙ in littera non dicitur, ꝙ malum culpæ priuat bono diuino, ſed quod priuat ordine ad ipſum. Et propter hoc dubium oritur, quia nihil videtur valere illa ratio, omne enim malum priuat aliquo ordine ad bonitatem diuinam; quoniam omnis ordo ad eam eſt, ſicut ad ultimum finem, & primum fontem, &c. ergo ex hoc, ꝙ malum culpæ priuat ordine ad bonum diuinum, non ſequitur quod nō poſſit eſſe uolitum a Deo per accidens, & ſi de ipſo ſequitur, ergo & de quolibet alio malo.

¶ Ad hoc breuiter dicitur, quòd malum culpæ in hoc differt a cæteris malis, quòd ipſum quantum eſt ex ſe, eſt priuatiuum boni diuini ſecundum ſeipſum, ſi eſſet priuabile, quemadmodum amor amicitiæ erga Deum eſt poſitiuum boni diuini ſecundum ſe, ſi eſſet ponibile, cætera autem mala reſpiciunt bonitatem diuinam in aliquo particulari effectu.

¶ Et propterea cautè in littera vtrumque inſinuatum eſt. ſ. & ꝙ priuaret bono diuino ſecundum ſe, in hoc quod dixit, quod Deus nihil magis vult quam bonitatem ſuam, & quòd de facto non priuat ipſo ſed ordine ad ipſum, quod intellige ſecundum ſeipſum, ut hinc habeas differentiam a cæteris malis. Et per hoc patet reſponſio ad dubium. Non enim eſt eadem ratio de ordine ad diuinam bonitate ſecundum ſeipſam, & de ordine ad eam ſecundum aliquam certam participationem ipſius.

¶ In reſponſione ad primum aduerte duo. Primò, quòd in littera iudicium de malo culpę ſecundum ſe, fit ex intentione peccantis, propterea, quia malum culpæ non eſt effectus reducibilis in cauſas ſuperiores, ſed propria cauſa habet ipſum peccantem ut ſic. Iudicium autem de vnaquaque re, ſecundum propriam eius cauſam agendum eſt.

¶ Secundo, quod authoritati Augu. arguendo adductæ nihil in littera reſpondetur, & niſi ſit deffectus codicis, omiſſa non uidetur, quia ex dictis hic apparet, gloſſa illorum uerborum Auguſtini. ſ. quod intelligenda ſunt per accidens, mala enim eſſe eſt bonum fieri non per ſe, ſed per accidens.

Ferr. 1. cont. c. 88. Ca. 1. d. 1. q. 3. con. 1. Bannes. ar. 1.

SVPER Q. XIX. ART. X.

CONCL. Deus respectu illorum, quæ non ex necessitate vult, liberum arbitrium habet.

¶ PROB. Quia Deus alia a se vult, non ex necessitate vel ex naturali instinctu: & liberum arbitrium habetur respectu illorum, quæ non necessario, aut naturali instinctu volumus.

124 2. d. 45. q. 1. ar. 1. Et 1. c. 88. Et veri. q. 24. ar. 3. & mal. q. 16. ar. 5. cor. * Est Epis. ad Damasum Papã non longe a fin. to. 4. † Ar. præc. * Lib. 2. de fide ca. 3. parum a med. to. 2. Et li. de spiritus.

1^m^ ex D. Hieronymo. Liberi arbitrij. ℞. Defectibilis: non ut sic §. Tunc, &cæt. Nam liberum arbitriũ ut sic, idest ut liberum arbitrium, non habet ꝙ sit defectibile, quoniam de ratione eius non est defectibilitas. Non enim de ratione libertatis est deficere. Immo hoc ut [patet] dicit minus de libertate, quoniam infirmitatem libertatis importat. Deus ergo habet liberum arbitrium adeoq; liberum, ut deflecti in peccatum non possit. Contra malos homines pallio suæ libertatis vitia sua excusantes nota hanc de libero arbitrio doctrinam, ut scias non esse libertatis, ut sic, peccare.

ARTICVLVS X.

Vtrum Deus habeat liberum arbitrium.

AD DECIMVM sic proceditur. Videtur, quod Deus nõ habeat liberum arbitrium. Dicit enim Hieronymus Homilia * de filio prodigo, Solus Deus est, in quẽ peccatum non cadit, nec cadere potest: cætera cum sint liberi arbitrii in vtramque partem flecti possunt.

¶ 2 Præterea. Liberum arbitrium est facultas rationis, & voluntatis, qua bonum & malum eligitur: sed Deus non vult malum, ut dictum est. † Ergo liberum arbitrium non est in Deo.

SED CONTRA est, quod dicit Ambrosius in lib. de Fide * Spiritus sanctus diuidit singulis prout vult, idest libero voluntatis arbitrio, non necessitatis obsequio.

RESPON. Dicendum, quod liberum arbitrium habemus respectu eorum, quæ non necessariò volumus, vel naturali instinctu. Non enim ad liberum arbitrium pertinet, quòd volumus esse felices, sed ad naturalem instinctum. Vnde & alia animalia, quæ naturali instinctu mouentur ad aliquid, non dicuntur libero arbitrio moueri. Cũ igitur Deus ex necessitate suam bonitatem velit, alia verò non ex necessitate (vt supra ostensum est. *) respectu illorum, quæ non ex necessitate, vult, liberum arb. habet.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod Hieron. uidetur excludere a Deo liberum arbitrium non simpliciter, sed solum quantum ad hoc quòd est deflecti in peccatum.

AD SECVNDVM dicendum, ꝙ cum malum culpę dicatur per auersionem a bonitate diuina, per quã Deus omnia vult (ut supra ostensum est *) manifestum est, quòd impossibile est eum malum culpæ velle. Et tamen ad opposita se habet in quantum velle potest hoc esse, uel non esse. Sicut & nos non peccãdo possumus velle sedere, & non velle sedere.

2^m^ de maiori. Bonum & malum. ℞. idest aliquo modo opposita, non autem moraliter opposita §. Alioquin illa diffinitio liberi arbitrij, non est diffinitio liberi arbitrij ut sic, sed est diffinitio eius ut viatorum, seu ut defectibile est. Malum quod potest eligi à Deo est defectus naturalis creatus, & pœnæ, non autem culpa, quæ est malum moraliter. Vide artic. nonum. Formaliter autem respondendo; mox, data illa glossa paruula, infer. Tunc nihil contra. Nam liberum arbitrium Dei est ad aliquo modo opposita. Quando loqueris de libero arbitrio uide ne confundas diffinitionem liberi arbitrij ut sic, & liberi abitrij ut defectibilis, & multas euasisti argumentorum angustias. Vide ad primum etiam.

De libero arbitrio.

APPENDIX.

EX articulo habes primo: quomodo per rationem interimas hæresim Petri Abarlardi dicentis, Deum agere ex necessitate naturæ. Hoc enim idem est, quod negare in Deo liberum arbitrium, modo per conclusionem exposito. Secundo habes: quomodo per rationem ostendas, hanc meritò esse damnatam ab Apostolo 1. Cor. 12. Hæc omnia operatur vnus atque idem spiritus diuidens singulis prout vult. Hoc est exponente. Ambrosio 2. de fide c. 3. pro libero suæ uoluntatis arbitrio, non necessitatis obsequio. Item a Rom. 9. Cuius vult misseretur, & quem vult indurat: &, An non habet potestatem figulus luti ex eadem massa facere aliud quidem uas in honorem, aliud verò in contumeliam? Ecce, quòd habet Deus, sub exemplo figuli, hanc potestatem per uoluntatem suam, ergo ab apostolo patenter ponitur in Deo liberum arbitriũ. Quam totam sententiam Apostoli, consequenter & liberum in Deo arbitrium, expressius prædixerat Christus Deo Patri sic loquens Matt. 11. Abscondisti hęc a sapientibus & prudentibus [en uasa in contumeliam.] & reuelasti ei paruulis [en vasa in honorem,] ita pater, quoniam sic placitum est ante te [en quod habet per suam uoluntatem potestatẽ illam, quod est habere liberum arbitrium.] Item a Hiere. 18. Ecce figulus faciebat opus suum per rotam, & dissipatum est uas, quod ipse faciebat e luto, manib. suis, conuersusque fecit illud uas alterum, sicut placuerat in oculis eius ut faceret, & factum est uerbum domini ad me dicens: Nunquid sicut figulus iste non potero uobis facere domus Israel, ait dominus? Ecce sicut lutum in manu figuli, sic uos in manu mea. Repente loquar aduersus &c. si pœnitentiam egerit gens &c. & ego agam pœnitentiam super malo, quod cogitaui ut facerem ei, & subitò loquar de gente & regno, ut ædificem & plantem illud si fecerit malum in oculis meis, pænitentiam agam super bono, quod locutus sum ut facerem ei. Vide hic in Hieremia expressissimè liberum Dei arbitrium [sine mutabilitate sui tamen, ut supra articulo septimo] tum ex assimilatione ad figulum, qui sicut sibi placuerat idem uas secundo fecit alterum, idest altero modo [puta uas gloriæ de uasæ contumeliæ,] tum ex uaria Dei pænitentia ibi descripta de bono, & malo. Item ab eodem capitulo 31. Ecce dies veniunt dicit dominus, & feriam domui Israel & Iuda fœdus nouum, non secundum pactum, quod pedigi cum patribus uestris. Quod clarius pro libero Dei arbitrio. Facere, & non facere secundum prius, quod fecerat? Item a Genes. primo fecit hominem ad imaginem suam, Si ergo homo habet secundum partem, qua factus est ad imaginem Dei, liberum arbitrium [teste Concilio Tridentino sess. sexto capitulis, & canonibus, multis, testibus sacris scipturis, omnibusque concilijs de hac materia tractantibus,] magis utique liberum habebit arbitrium Deus, ad cuius exemplar imaginemque formatus est homo. Etenim liberum arbitrium, ut sic, dicit perfectionem, cum dicat facultatem liberè operandi, & quæ dicunt perfectionem, ut sic, in Deo ponenda sunt, remotis omnibus imperfectionibus, si quas haberent fortè connexas. 12. quæst. 14. art. 1. secundum. Tertio uides, quomodo ex his uicissim firmetur conclusio.

Vtil. p S. Eccl. 2

* Ar. 3. huius q.

Art. 3. huius quæst.

3 Pro stud.

¶ NOT. Corpori seruit in ordine ar. 412. 113. 117.

Comm. Cardinalis Caietani.

TItulus in corpore & ex usu clarus est, quo ad quid nominis quod hic sufficit.

¶ In corpore una conclusio responsiua, Deus habet liberum arbitrium. Probatur Deus uult non ex necessitate alia a se, ergo respectu illorum habet liberum arbitrium. probatur consequẽtia qa liberum arbitrium est eorum, quæ non necessario, uel naturali instinctu sunt uolita, quod manifestatur, & in nobis respectu felicitatis, & in aliis animalibus, respectu eorum, quæ naturali instinctu appetunt.

Aegid. 1. s. d. 45. q. 1. 3. prin.

SVPER Q. XIX. ART. XI.

125

CONCL. In Deo distinguitur propriè dicta voluntas hæc dicitur voluntas beneplaciti, & metaphorice dicta hęc dicitur voluntas signi.

¶ PROB. Quia signum uoluntatis hoc mo-

ARTICVLVS XI.

Vtrum sit distinguenda in Deo voluntas signi.

AD VNDECIMVM sic proceditur. Videtur quod non sit distinguenda in Deo voluntas signi. Sicut enim voluntas Dei est causa rerum, ita & scientia. Sed non assignantur aliqua signa ex parte diuinæ scientiæ. Ergo neque debent assignari aliqua signa ex

metaphoricè dicitur voluntas; [& essentialis ipsa voluntas, distinguuntur [patet ex se.]

1^m de maiori.

Ita ℞. Quantum ad esse quodammodo causam: non, quantum ad esse causam immediatam §. Tunc &c. Nam signum attribuitur voluntati, non quia sit rerum causa quocunque modo [puta mediate, vt scientia:] sed quia est ipsarum causa immediata. Et ideo non mirum: si attribuantur signa voluntati; cum tamen scientiæ non attribuantur.

2^m de conclusione. Si igitur signa &c. superflue assignantur. ℞. Si assignarentur ibi ad hoc, vt essent signa ꝙ Deus vellet: non, si assignantur ibi ad denotandum quod quæ sunt in nobis signa volendi, dicuntur diuinæ voluntates in Deo § De voluntatibus. s. metaphoricè loquendo. Tunc nihil contra Huiusmo di enim assignata Deo non significant, quòd Deus velit: sed significant quod signa voluntatis]

Q.13.ar.3. præcipue.

D.462.

parte diuinæ uoluntatis.

¶ 2 Præt. Omne signum, quod non concordat ei, cuius est signum, est falsum. Si igitur signa, quæ assignantur circa voluntatem diuinam, non concordant diuinæ voluntati, sunt falsa: si autem concordant, superfluè assignantur. Nō igitur sunt aliqua signa circa voluntatem diuinam assignanda.

Sed contra est, quod voluntas Dei est vna, cum ipsa sit Dei essentia: quandoque autem pluraliter significatur, vt cum dicitur, Magna opera domini exquisita in omnes voluntates eius. Ergo oportet, ꝙ aliquando signum voluntatis pro voluntate accipiatur.

Respo. Dicendum, ꝙ in Deo quædam dicuntur propriè, & quædam secundum metaphoram, vt ex supra dictis patet. [a] Cum autem aliquæ passiones humanę in diuinam prædicationem metaphoricè assumuntur, hoc fit secundum similitudinem [d] effectus. Vnde illud, quod est signum talis passionis in nobis, in Deo nomine illius passionis metaphoricè significatur. Sicut apud nos irati punire consueuerunt: vnde ipsa punitio est signum iræ. Et propter hoc, ipsa punitio nomine iræ significatur, cum Deo attribuitur. Similiter id, quod solet esse in nobis signum voluntatis, quando metaphoricè in Deo voluntas dicitur. sicut cum aliquis præcipit aliquid, signum est, quòd velit illud fieri. Vnde præceptum diuinum quandoque metaphoricè voluntas Dei dicitur, secundum illud Matth. 6. Fiat voluntas tua, sicut in cœlo & in terra. Sed hoc distat inter voluntatem & iram: quia ira de Deo nunquam propriè dicitur, cum in suo principali intellectu includat passionem: voluntas autem propriè de Deo dicitur; Et ideo in Deo distinguitur voluntas propriè, & metaphoricè dicta. Voluntas enim propriè dicta, uocatur voluntas beneplaciti. voluntas autē metaphoricè dicta, est voluntas signi eo quod ipsum signum uoluntatis, voluntas dicitur.

Ad primum ergo dicendum, quod scientia non est causa eorum, quæ fiunt, nisi per voluntatem. Nō enim quæ scimus facimus, nisi velimus, & ideo signum non attribuitur scientiæ, sicut attribuitur uoluntati.

Ad secundum dicendū, quòd signa uoluntatis dicuntur voluntates diuinæ, non quia sunt signa quòd Deus velit: sed quia ea, quę in nobis solent esse signa volendi, in Deo diuinæ voluntates dicuntur. Sicut punitio non est signum, quòd in Deo sit ira, sed punitio ex eo ipso, quòd in nobis est signum iræ, in Deo dicitur ira.

Nota exēplum.

tatis nostræ [idest quod nos velimus, vel nolimus] dicuntur voluntates in Deo.

APPENDIX.

Ex articulo habes primo, quomodo per rationem ostendas rectè voluntatem Dei quandoque pluraliter, vt Psal. 110. Magna opera Domini exquisita in omnes voluntates eius, quandoque singulariter, vt Psal. 29. & vita in voluntate eius, in scripturis sanctis nominari. Secundo habes: quomodo per rationem in sensu catholico vtrunque dictum intelligas; intellectumque catholicè defendas. Tertio vides: quomodo vicissim ex his firmetur conclusio.

¶ Not. Corpori seruit art. in or. 70 121. 73. Responsioni ad primum 87.

Vtil. ꝓ S. Eccl. ad intelligen. scrip.

Pro studio var. coor.

Comm. Cardinalis Caietani.

Titulus in corpore declarabitur quo ad illum terminum, voluntas signi ly verò distinguenda, signat non participationem ipsius voluntatis signi in plures, sed distinctionem ipsius a voluntate beneplaciti, de qua hactenus habitus est sermo. Ita quòd sensus quæstionis est: vtrum distinguenda sit voluntas signi in Deo a voluntate simpliciter, seu beneplaciti.

¶ In corpore vna conclusio responsiua quæsito affirmatiuè. In Deo distinguitur voluntas signi à voluntate simpliciter.

¶ Manifestare, in Deo, signum voluntatis dicitur voluntas: ergo voluntas dicitur in Deo metaphoricè, ergo distinguenda est voluntas signi à voluntate beneplaciti. Antecedens declaratur authoritate Matt. 6. consequentia verò prima manifestatur ex proportionalitate signi alicuius passionis & signi volitionis, ut patet in ira & punitione, &c. secunda autem consequentia manifestatur ex differentia inter iram, & voluntatem in hoc, quòd illa inuenitur etiam propriè in Deo, & ex terminis, quia voluntas signi nihil aliud est, quam voluntas metaphoricè dicta; voluntas verò beneplaciti, est voluntas propriè dicta. Vnde patet, quòd distinctio, voluntatis diuinę in voluntatem beneplaciti, & signi, non, est distinctio rei, sed vocis in suas significationes.

Bannes. a. 102.
Alb. Mag. 1. dist. 45. artic. 11.

SVP. Q. XIX.

Art. XII.

Conci. Ista quinque præceptum, prohibitio, consilium, operatio, ac permissio, nominantur interdum nomine voluntatis diuinæ, tanquam signa voluntatis.

¶ Prob. Quia præceptum, prohibitio cōsilium dicitur Dei voluntas [Matth. 6.] operatio quoque ac permissio [Aug. in Ench.] Secunda autem pars. s. tanquam signa &c. probatur, quia cōsueuimus declarare nos velle aliquid vel per nosmetipsos, aut respectu præsentis temporis] tunc declaramus operatione, permissione,] Vel per alios, aut respectu futuri temporis [tunc declaramus consilio præcepto, prohibitione.]

126
1. d. 45. a. 4.
Et uerit. q. 23. art. 3.

ARTICVLVS XII.

Vtrum conuenienter circa diuinam uoluntatem ponantur quinque signa.

Ad dvodecimvm sic proceditur. Videtur quòd inconuenienter circa diuinam voluntatem ponantur quinque signa, scilicet prohibitio, præceptum, consilium, operatio, & permissio. Nam eadem, quæ nobis præcipit Deus, vel consulit, in nobis quandoque operatur, & eadem, quæ prohibet, quandoque permittit. Ergo non debent ex opposito diuini.

¶ 2 Præt. Nihil Deus operatur, nisi volens, vt dicitur Sap. 11. Sed voluntas signi distinguitur a uoluntate beneplaciti. Ergo operatio sub voluntate signi comprehendi non debet.

¶ 3 Præterea. Operatio & permissio communiter ad omnes creaturas pertinēt, quia in omnibus Deus operatur, & in omnibus aliquid fieri permittit. Sed præceptum, consilium, & prohibitio, pertinent ad solam rationalem creaturam. Ergo nō veniunt conuenienter in unam diuisionem, cum non sint unius ordinis.

¶ 4 Præt. Malum pluribus modis contingit quam bonum quia bonum contingit vno modo, sed malum omnifariā, ut patet per Philosophum in 2. ethyc. & per Dion. in 4. c. de di. no. † Inconuenienter igitur respectu mali assignatur vnum signum tantum, scilicet prohibitio, respectu uerò boni duo signa. s. consilium & præceptum.

Respon. Dicendum, ꝙ huiusmodi signa uoluntatis dicuntur ea, quibus consueuimus demonstrare nos aliquid uelle.

Eth. c. 6. a me. to. 5. Dion. c. 4. aliquātulū a medio.

Primum

1^m de conclusione. Diuidi. R. Tanquam cadentia semper super diuersa res, non, tanquam signa diuersimode declarantia aliquem velle aliquid circa eandem rem §. Tunc &c. ut patet in litera.

2^m de minori. Voluntas signi distinguitur. R. Tanquam metaphoricè dicta uoluntas, non, ita quod de aliquo vno [idest operatione] non possit esse & voluntas metaphorica, & voluntas propria §. Tunc &c. Nam de vna & eadem operatione potest esse voluntas beneplaciti, & uoluntas.

Li.8. Phy. tex.32.t.2.

3^m de conclusione. Ergo non, &c. R. Nisi hoc, s. non esse vnius ordinis, proueniret tantum ex diuersitate rerum de quibus dicuntur illa sic diuisa §. Ideo negatur consequentia, scilicet ly ergo non &c. propter rationem dictam in litera.

Ench.c.95 in fine t.3.

4^m de antecedente. Malum. R. Considera tum in seipso [.i. inquantum ex defectu singularum circunstantiarum contingit,] non, considera tum in relatione ad voluntatem diuinam [in quantum, s. ab ea discordat.] §. Tunc &c. Nam secundo modo, non primo, consideratur malum in præsenti articulo.

velle. Potest autem aliquis declarare se velle aliquid vel per seipsum, vel per alium. per seipsum quidem, inquantum facit aliquid, vel directè, uel indirectè, & per accidens. Directè quidem, cum per se aliquid operatur: & quantum ad hoc dicitur esse signum operatio. Indirectè autem, inquantum nó impedit operationé. nam remouens prohibens dicitur mouens per accidens, ut dicitur in 8. Physic.* Et quantum ad hoc dicitur signum permissio. Per alium autem declarat se aliquid velle inquantum ordinat alium ad aliquid faciendum vel necessaria inductione. quod fit præcipiendo, qd quis vult, & prohibendo contrarium, vel aliqua persuasoria inductione, quod pertinet ad consilium. Quia igitur his modis declaratur aliquem velle aliquid, propter hoc ista quinque nominátur interdum nomine voluntatis diuinæ, táquam signa uoluntatis. Quod enim præceptum consilium, & prohibitio dicátur Dei voluntas, patet per id quod dicitur Matth. 6. Fiat uoluntas tua, sicut in cœlo & in terra. Quod autem permissio, vel operatio dicátur Dei uoluntas patet per Aug. qui dicit in Ench.* Nihil fit nisi omnipotens fieri velit: vel sinendo ut fiat, vel faciendo. Vel potest dici, q permissio, & operatio referuntur ad præsens. permissio quidem ad malum, operatio uerò ad bonum. Ad futurum uerò prohibitio respectu mali, respectu verò boni necessarii præceptum, respectu uerò super abundantis boni, consilium.

Ad primum ergo dicendum, quod nihil prohibet circa eandem rem aliquem diuersimode declarare se aliquid uelle. Sicut inueniuntur multa nomina idem significantia. Vnde nihil prohibet, idem subiacere præcepto, & consilio, & operationi, & prohibitioni, uel permissioni.

Ad secundum dicendum, q sicut Deus potest significari metaphoricè uelle id, quod non uult uoluntate propriè accepta, ita potest metaphoricè significari uelle id, qd propriè vult. Vnde nihil prohibet de eodem esse uoluntatem beneplaciti, & uoluntatem signi. Sed operatio semper est eadem cum voluntate beneplaciti, non autem præceptum, uel consilium. Tum quia hęc est de præsenti, illud de futuro. Tú quia hæc per se est effectus voluntatis, illud autem per alium, ut dictum est.

Ad tertium dicendum, q creatura rationalis est domina sui actus. & ideo circa ipsam specialia quædam signa diuinæ voluntatis assignantur, inquantum rationalem creaturam Deus ordinat ad agendum uoluntariè & per se. Sed aliæ creaturæ non agunt nisi motę ex operatione diuina. Et ideo circa alias non habent locum nisi operatio & permissio.

Ad quartum dicendum, quod omne malum culpę, licet multipliciter contingat, tamen in hoc cóuenit q discordat a uoluntate diuina. Et ideo vnum signú respectu malorum assignatur, s. phibitio. Sed diuersimodè bona se hńt ad bonitaté diuiná, quia quædá sunt, sine qb. fruitioné diuinæ bonitatis consequi non possumus, & respectu horum est præceptum: qdá uerò sunt, quib. perfectius cósequimur, & respectu horum est consilium. Vel dicédum, q consilium est non solum de melioribus bonis assequendis, sed etiá de minoribus malis uitandis.

APPENDIX.

Ex articulo habes primo, quomodo per rationem ostendas, rectè dictum Rom. 9. Cuius vult miseretur & quem vult indurat, & Matth. 23. Quoties volui congregare filios tuos, & noluisti? Ecce hic quinque illa signa voluntatis diuinę. Cuius vult, ly vult stat pro operatione [nam de eadem operatione & voluntas, signi & uoluntas beneplaciti potest dici. Vt in ad secundú,] Quem vult, ly uult stat pro permissione [idest quem permittit indurari, induratur, non ex Deo tamen, sed ex seipso:] quotiens uolui, ly uolui stat pro præcepto, consilio, prohibitione. Aliquando. n. præceptis, quádoq; consilijs, nonnunquam prohibitionibus, nos congregare sub alas suas quærit Dominus. Non sunt ergo inuentiones nouorum scholasticorum, quos ad nauseam vsque odit [Lutherus, ut patet legentibus Gabrielem Prateolum, ti. Lutherani]: sed ex sacris sunt accepta ista quinque diuinæ uoluntatis signa, & uoluntas Dei nominata. Secundo habes, quomodo concordes scripturas dicentes, quod uoluntas Dei semper impletur, & q quandoque non impletur, quod uoluntati eius nihil resistere potest, & quod peccatores uoluntati eius resistunt, & similia. Tertio vides, quomodo uicissim Angelica ex his firmetur conclusio.

Vtil. p S. Eccl.

a

b

AP-

Comm. Cardinalis Caietani.

Titulus in primo argumento explanatus, dum explicantur ipsa quinque signa in hoc uersu contenta. Præcipit, ac prohibet, permittit, consulit, implet.

¶ In corpore unica est conclusio responsiua affirmatiue. Ista quinque signa conuenienter ponuntur circa diuinam uoluntatē. Manifestatur primo ex parte uolentis, ex eo quod his quinq; modis declaramus nos aliquid uelle. Secundo ex parte uoliti, ex eo quod distinguuntur penes præsens, uel futurum malum, & bonum, necessarium & superabundans, inter seriturque quod ita sit de facto, s. quod hæc quinque dicantur diuinæ uoluntates authoritate Matt. 6. & Augustini.

Ferr. t. cont. c. 89. 90.
Cap. 1. d. 2. q. 1. arg. 5.
Ae col. cont. 3. con.

SVPER Q. XX. ART. I.

Concl. Necesse est ponere amorem in Deo.

¶ Prob. Quia necesse est ponere uolútaté in Deo [q. 19. art. 1. &] & primus motus uoluntati est amor [cum amor respiciat bonum in communi, quod primo est obiectum uoluntatis.]

Primum

QVAESTIO XX.

De amore Dei, in quatuor articulos diuisa.

Deinde considerandú est de his, quæ absolutè ad uoluntatem Dei pertinent. in parte autē appetitiua inueniuntur in nobis, & passiones animæ, ut gaudium, amor, & huiusmodi, & habitus moralium uirtutum, ut iustitia, fortitudo, & huiusmodi. Vnde primò considerabimus de amor Dei. Secundo de iustitia Dei, & misericordia eius.

Circa primum quæruntur quatuor.

¶ Primò, Vtrum in Deo sit amor.
¶ Secundò, Vtrum amet omnia.
¶ Tertiò, Vtrum magis amet unum, quam aliud.
¶ Quartò, Vtrum meliora magis amet.

ARTICVLVS PRIMVS.

Vtrum amor sit in Deo.

Ad primum sic proceditur. Videtur, quod amor non sit in Deo. Nulla enim passio est in Deo amor est

127 Inf. q. 82. art. 5. 1. &

.3d.32: ar. 11. Et 1.cór. c.89.90.91 & 96. Et li. 4.to.19.

1^m de minori.
Amor. R. Vt est actus appetitus sensitiui, nó, vt est actus voluntatis §. Tunc &c. Non enim ponitur amor, vt passio, in Deo, sed vt actus voluntatis.

2^m conclusio.
Ergo nec amor. R. Si amor diceret imperfectionem vt illa prædicta, non aliter §. Tunc &c. Nam amor nó importat imperfectionem de se, sicut ira tristitia & similia.

c. 4. par. 2. & par. 1. nó multum ante finé.

3^m Ex D. Diony.
Vnitiua concretiua. R. Vel cum compositione, vel sine § Tûc &c. Nam absq; compositione, est vis vnitiua, & concretiua amor in Deo, non autem cum cópositione.

APPENDIX.

Vid. p S. Eccl.

EX articulo habes primo, quomodo per rationem interimas hæresim Nouatia ni seu Nouati [Præt. Cœlestiani] horribiliter blasphemantis, Deum esse crudelem. Maxime veró illã reiicies: si articulum sequẽtem, q. s. Deus amet omnia, huic adiunxeris. Secundo habes: 2 quomodo per rationẽ demonstres, illam iure esse damnatam ab apostolo Iohanne in prima sua epistola cap. 3. Deus Charitas est per hęc enim, & a fortiori quidem, damnatur, quia non tantũ amor in Deo esse dicitur, sed ẽt ipsemet amor essentialiter Deus esse statuitur. Non potest igitur vel quantũcunque minima crudelitas esse in Deo, quandoquidem sicut in albedine nigredinem vel tantillam esse impossibile est, licet in re alba possit esse aliqua nigredo: ita in amore reperiri posse vel minimum oppo-

est passio. ergo amor nó est in Deo.

¶ 2 Præt. Amor, ira, tristitia, & huiusmodi cótra se diuidũtur: sed tristitia & ira nó dicuntur de Deo, nisi metaphoricè. ergo nec amor.

¶ 3 Pręt. Dion. dicit 4. ca. de di. no.* Amor est vis vnitiua, & concretiua. Hoc autem in Deo locum habere nõ potest, cum sit simplex. Ergo in Deo non est amor.

SED CONTRA. Est quod dicitur. 1. Io. 4. Deus charitas est.

RESPON. Dicendum, quod necesse est ponere amorem in Deo. Primus enim motus voluntatis, & cuiuslibet appetitiuæ virtutis, est amor. Cum. n. actus voluntatis, & cuiuslibet appetitiuæ virtutis, tendat in bonum & malũ, sicut in propria obiecta, bonum aũt principalius, & per se, est obiectum voluntatis & appetitus: malum aũt secundariò, & per aliud, in quantum. s. opponitur bono, oportet naturaliter esse priores actus voluntatis & appetitus, qui respiciunt bonum, his qui respiciunt malum, vt gaudium quam tristitia, & amor quã odium. Semper enim quod est per se, prius est eo, quod est per aliud. Rursus ꝙ est cõius, naturaliter est prius. Vnde & intellectus per prius hẽt ordinem ad verũ cõe, quam ad particularia quædã vera. Sunt aũt quidam actus voluntatis & appetitus respicientes bonum sub aliqua speciali conditione, sicut gaudium & delectatio est de bono præsenti & habito, desiderium aũt & species de bono nondum adepto. Amor aũt respicit bonum in cõi siue sit habitum, siue non habitum: vnde amor naturaliter est primus actus voluntatis & appetitus. Et propter hoc omnes alii motus appetitiui præsupponunt amorem, quasi primam radicẽ. Nullus. n. desiderat aliquid, nisi bonum amatum: neq; aliquis gaudet, nisi de bono amato. Odium ẽt non est nisi de eo, quod contrariatur rei amatę. Et similiter tristitiã, &c. huiusmodi, manifestum est in amorem referri, sicut in primum principium. vnde in quocũque est voluntas vel appetitus, oportet esse amorem. Remoto enim primo, remouentur alia. Ostensum est autẽ * in Deo esse voluntatem, vnde necesse est in eo ponere amorem.

Q. 19. a. 1.

AD PRIMVM ergo dicẽdum, ꝙ vis cognitiua nõ mouet, nisi mediante appetitiua. & sicut in nobis ratio vniuersalis mouet mediante ratione particulari, vt dicitur in 3. de Anima † ita appetitus intellectiuus, qui dicitur voluntas, mouet in nobis mediante appetitu sensitiuo: vnde proximum motiuum corporis in nobis est appetitus sensitiuus. Vnde semper actum appetitus sensitiui cõcomitatur aliqua transmutatio corporis, & maximè circa cor, quod est primum principium motus in animali. Sic igitur actus appetitus sensitiui, inquantum habent transmutationem corporalem annexam, passiones dicuntur, non autem actus voluntatis. Amor igitur, & gaudium, & delectatio secundum ꝙ significant actus appetitus sensitiui, passiones sunt: non autem secundum d ꝙ significant actus appetitus intellectiui. & sic ponuntur in Deo. Vnde dicit Philosophus in 7. Ethicor.* quod Deus vna, & simplici operatione gaudet: & eadem ratione sine passione amat.

Tex. 57. & 58. tom. 2.

D. 978.

Li. 7. Eth. c. ult. ad finem. t. 5.

AD SECVNDVM dicendum, ꝙ in passionibus sensitiui appetitus est considerare aliquid quasi materiale, s. corporalem transmutationem, & aliquid quasi formale, quod est ex parte appetitus. Sicut in ira. vt dicitur in 1. de Anima,* materiale est accensio sanguinis circa cor, vel aliqd huiusmodi: formale verò, appetitus vindictæ. Sed rursus ex parte eius, quod est formale, in quibusdam horum designatur aliqua imperfectio: sicut in desiderio, quod est boni non habiti, & in tristitia, quæ est mali habiti. & eadem ratio est de ira, quæ tristitiam supponit. Quædam verò nullam imperfectionem designant, vt amor, & gaudium. Cũ igitur nihil horum Deo conueniat secundum illud, quod est materiale in eis, vt dictum est.* illa, quæ imperfectionem important, etiam formaliter. Deo conuenire non possunt, nisi metaphoricè propter similitudinem effectus, vt supra dictum est. † Quæ autem imperfectionem non important, de Deo propriè dicuntur, vt amor, & gaudium, tamen sine passione, vt dictum est.

Li. 1. de aïa text. 15. & 63. 64. t. 2.

Ad præc.

Q. 3. art. 2. ad 2. & q. præc. a. 11. in isto art. & q. pc. ar. 11.

AD TERTIVM dicendum, quòd actus amoris semper tendit in duo, scilicet in bonum, quod quis vult alicui: & in eum, cui vult bonum. Hoc enim est propriè amare aliquem, velle ei bonum. Vnde in eo, quod aliquis amat se, vult bonum sibi. Et sic illud bonũ quęrit sibi vnire inquantum potest. Et pro tanto d dicitur amor vis vnitiua, etiam in Deo, sed absque compositione: quia illud bonum, quod vult sibi, non est aliud quam ipse, qui est per suam essentiam bonus, vt supra ostensum est. † In hoc vero quod aliquis amat alium, vult bonum illi. Et sic vtitur eo tanquam seipso, referens bonum ad illum, sicut ad seipsum. Et pro tanto dicitur amor vis concretiua, quia alium aggregat sibi habens, se ad eum sicut ad seipsum. Et sic etiam amor diuinus, est vis concretiua absque compositione, quæ fit in Deo, inquantum aliis bona vult.

D. 105.

Q. 6. ar. 5.

oppositi fingi nequit, licet in aliqua re amante possit & fingi, & esse. Tertiò vides quomodo vicissim ex his firmetur conclusio.

3 Nota.

ARTI-

Comm. Cardinalis Caietani.

TItulus clarus est, quærit enim de inesse formaliter. Iam. n. constat omnia in Deo esse virtualiter.

¶ In corpore unica est conclusio responsiua quæsito affirmatiue. In Deo est amor. Probatur, motus uoluntatis & cuiuslibet appetitiuæ virtutis tendit in bonum per se, in malum aũt per aliud. ergo primus uoluntatis motus & cuiuslibet appetitiuæ uirtutis, est in bonum in communi: ergo primus actus uoluntatis, & appetitus est amor, ergo in quocunque est uoluntas, uel appetitus oportet esse amorem. ergo in Deo necesse est ponere amorem. Antecedens declaratur quia malum non cadit sub appetitu, nisi inquantum opponit bono.

¶ Consequentia vero prima quo ad primam partẽ, s. ꝙ primus actus tẽdat in bonum. Probatur ex eo ꝙ id quod est per se prius est eo quod est per aliud. Quo ad secundum uero, s. in communi, quia communius naturaliter est prius, cuius signum ad propositũ est, ꝙ intellectus prius respicit uerum cõe quã vera particularia. Secunda autẽ consequentia probatur ex differentia obiecti amoris, ad obiecta aliorum actuum uoluntatis & appetitus quia amor est respectu boni in cõi. desiderium autem spes, & delectatio, respectu boni specialis, puta præsentis, uel futuri. Et confirmatur ex hoc, ꝙ oẽs alii motus appetitiui nascuntur ex amore, qđ manifestatur inductiue in actib. desiderij, gaudij, odij, tristitiæ, &c. Tertia autẽ consequẽtia ꝓbatur, quia remoto primo, remouent alia.

alia. Quarta autem probatur: quia in Deo est voluntas. Circa prædicta duo occurrunt notanda. Primò, quod cum in litera dicitur, quod amor respicit bonum in communi, ly in communi, non significat idem quod vniuersale, sed significat idem quod solute, Amor. n. omnis est boni absque alia limitatione, delectatio autem est boni coniuncti, &c. Dixi autem hoc quia litera vsque ad vltimam consequentiam loquitur etiam de amore, qui est in appetitu sensitiuo, quem constat non attingere bonum secundum sensum vniuersale, sed absolute. Nec tamen, efficaciæ illius probationis, quod est communius naturaliter est prius, per hoc aliquid adimitur, quoniam bonum absolutè, ad bonum cum certa conditione se habet proportionaliter, vt commune ad proprium seu vt communius ad minus commune. Secundò quòd dum id litera dicitur, quòd amor est primus actus voluntatis & appetitus, nomine appetitus intelligit totam latitudinem appetitiuæ virtutis in qualibet natura, & non quamlibet potentiam appetitiuam. Et per hoc excluditur instantia de primo actu irascibilis. Licet enim primus eius actus non sit amor, sed spes: primus tamen actus totius appetitus: sensitiui distincti in concupiscibilem, & irascibilem, est amor.

Cap. 1. d. 45. q. 1. con. 10. & 11. d. 45. q. 1. con. 4. 5. 6. 7. & 8.

SVP. Q. XX.

Art. II.

128 3. 2. q. 110. ar. 1. cõ. Et 3. d. 32. ar. 1. 2. & 3. Et 1. cõ. c. 91. Et li. 3. c. 150. prin ci. Et veri. q. 27. ar. 1. cor. & uir. q. 2. art. 7. ad 2. C. 4. par. 1. declinãdo ad fi.

CONCL. Deus omnia, quæ sunt amat, non tamẽ eodem modo sicut nos.

¶ PROB 1. Quia Deus vult aliquod bonum cuilibet existenti[cum voluntas Dei sit causa omnium rerum.] Et amare aliquem est velle bonum ei. Secunda autem pars scilicet nõ tamen, & probatur. Quia nos amamus res, quoniam bonæ sunt, & quoniam Deus amat res, ideo bonæ sunt.

1[m] Ex D. Diony. Extra se. R. Ratione prouidentiæ, qua prouidet bono amato sicut sibi, non aliter §. Tunc, &c. Deus enim fit extra se quodammodo fit, secũdum D. Dionysium.

† li. 8. Eth. c. 2. & u. t. 3

2[m] conclusionis 1. illatio. Ergo Deus non &c. R. Negatur illatio §. Nam Deus amat ea in seipsis ab æterno per hoc solũ quod ea fuerũt in Deo ab æterno, & ipse cognouit ea in proprijs naturis. Literam hanc notato pro semper ut scias de mente expressissima D. Thomæ esse, quod Deus cognoscit futura non tantum, ut in seipso, sed etiam ut in seipsis. Taceo quòd Deus nunquam cognosceret ea ut in seipsis, si ea sic ab æterno non cognouisset, quandoquidem nil Deo accrescet vel decrescit de cognitione per quantamlibet successionem, [illegible] sua scientia omnino immutabilis sit. Hinc uidebis apertissime prædestinationem infallibilẽ, & scientiam Dei certissimam de futuris cõtingentibus, & quomodo vocat ea quæ non sunt tanquam ea quæ sunt. Vide q. 14. ar. 9. Elucid. & libros contra gentes ibi citatos.

Ab æterno Deus cognouit oĩa in propriis naturis. Q. 19. ar. 4.

ARTICVLVS II.

Vtrum Deus omnia amet.

AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur quòd Deus nõ omnia amet. Quia secundum Diony. 4. c. de di. no. * Amor amãtem extra se ponit, & eum quodammodo in amatum transfert. Inconueniens autem est dicere, quod Deus extra se positus, in alia trasferatur. Ergo incõueniens est dicere, quod Deus alia a se amet.

¶ 2 Præter. Amor Dei æternus est. sed ea, quæ sunt alia a Deo, non sunt ab æterno nisi in Deo. ergo Deus non amat ea nisi in seipso: sed secundum quod sunt in eo, non sunt aliud ab eo. ergo Deus non amat alia a seipso.

¶ 3 Præt. Duplex est amor, s. concupiscentia & amicitiæ. sed Deus creaturas irrationales non amat amore concupiscentiæ: quia nullius extra se eget. Nec etiam amore amicitiæ: quia non potest ad res irrationales haberi, vt patet per philosophum in 8. Ethicorum. † Ergo Deus non omnia amat.

¶ 4 Præter. In Psal. dicitur, Odisti omnes, qui operantur iniquitatem, Nihil aũt simul odio habere & amatur, ergo Deus non omnia amat.

SED CONTRA est, quod dicitur Sap. 11. Diligis omnia quæ sunt, & nihil odisti eorum, quæ fecisti.

RESPON. Dicẽdum, quod Deus omnia existentia amat. nam omnia existentia inquantum sunt, bona sunt. Ipsum enim esse cuiuslibet rei quoddam bonum est, & similiter quælibet perfectio ipsius. Ostensum est autem supra, quod voluntas Dei est causa omnium rerum. Et sic oportet, quod intantum hẽat aliquid esse, aut quodcũq; bonum, inquantum est volitum a Deo. Cuilibet igitur existenti, Deus vult aliquod bonum vnde, cum amare nil aliud sit, quam velle bonum alicui manifestum est, quod Deus omnia quæ sunt, amat, non tamen eo modo, sicut nos. Quia enim volũtas nostra non est cã bonitatis rerum, sed ab ea mouet sicut ab obiecto, amor noster, quo bonum alicui volumus, non est causa bonitatis ipsius, sed econuersò bonitas eius vel vera, vel æstimata prouocat amorem, quo ei volumus & bonũ conseruari quod habet, & addi quod non habet, & ad hoc operamur. Sed amor Dei infundens & creãs in bonitatẽ in reb.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd amans sic fit extra se in amatum translatum, inquantum vult amato bonum, & operatur per suã prouidentiam, sicut & sibi. Vnde dicit Dion. 4. c. de * diu. nom. Audẽdũ est aũt & hoc pro veritate dicere, quod & ipse omnium causa per abũdantiam amatiuæ bonitatis extra seipsum fit ad omnia existentia prouidentiis.

AD SECVNDVM dicẽdum, quod licet creaturæ ab æterno nõ fuerint nisi in Deo, tamen per hoc quod ab æterno in Deo fuerunt, ab æterno Deus cognouit res in propriis naturis. Et eadem ratione amauit. sicut & nos per similitudines rerum, quæ in nobis sunt cognoscimus res in seipsis existentes.

AD TERTIVM dicendũ, quòd amicitia non potest haberi, nisi ad rationales creaturas, in quibus contingit esse redamationem & communicationem in operibus vitæ, & quibus contingit bene euenire, vel male secundum fortunam & fœlicitatem, sicut ad eas propriè beneuolentia est. Creaturę aũt irrationales nõ possunt pertingere ad amandum Deum, neq; ad cõicationem intellectualis & beatæ vitæ, qua Deus viuit. Sic igitur Deus, propriè loquendo, non amat creaturas irrationales amore amicitię, sed amore concupiscentiæ, inquãtum ordinat eas ad rationales creaturas, & etiam ad se ipsum, non quasi eis indigeat, sed propter suam bonitatem, & nostrã vtilitatem. Concupiscimus enim aliquid & nobis & aliis.

AD QVARTVM dicendum, quòd nihil prohibet vnum & idem secundum aliquid amari, & secundum aliquid odio haberi. Deus aũt peccatores d inquãtum naturę, q̃dam amat. Sic enim & sunt & ab ipso sunt. Inquantum verò peccatores sunt, non sunt, sed ab esse deficiunt, & hoc in eis a Deo non est. Vnde secundum hoc, ab ipso odio habentur.

¶ Ex litera ly sicut & nos per similitudines &c. [ut per speciem intelligibilem lapidis nõ cognosco solum lapidem, ut estin intellectu meo, sed etiam ut est ad extra in seipso.] Elicetu, & dic. Ergo per imagines beatorum apostolorum amo, adoro illos in seipsis, in q̃tum. s. cognitio mea, amor, adoratio terminatur ad archetypum. 3. q. 25. art. 3.

Notãdum vtilissimũ.

Loco citato in ar. 1.

3[m] de minori. Amore concupiscẽtiæ. R. Indigentiam importante non, ordinationem unius creaturæ & ad aliam & ad seipsum Deum §. Tũc &c. ut patet in litera.

4[m] de minori. Nihil simili R. Et secũdum idem, non secundum diuersa §. Tunc, &c. Nam Deus idem secũdum diuersa & amat & odit.

APPENDIX.

EX articulo habes primo, quomodo totaliter id Nouati destruas, quod in articulo primo fuit notatũ. Si enim Deus omnia amat, & intime, quomodo crudelis esse potest. Secundo habes: quomodo per rationẽ varias iuxta sensum scripturas catholicè concordes, ut ly odio sunt Deo impius, & impietas eius Sap. 14. & ly. Diligis omnia, quæ sunt, & nihil odisti eorum quæ fecisti. Sap. 11. Nota autem contra Nouatum, qui forsan ex odio Dei cõtra peccatores posset inferre Deum[ut nominat ipse] crudelem aliquo modo, nota inquantum, quod hoc, etiam si uellet, non posset inferre. Nam odire peccatores non est crudelitatis, sed amoris

2 Vtl. P S. Eccl.

D. 96.

amoris & iustitiæ. Ex hoc enim ꝙ amat aliquem, prouenit: ꝙ nõ sufferat videre illum sordidum, & consequenter ꝙ odis & sordes eius & ipsum quatenus sordidus est. Vides ergo: ꝙ odire impium mõstrat, ꝙ Deus diligit illum hominem. Iustum est etiam, ipsum odire impium, quoniam impietatis est, vt odiatur, sicut virtutis, vt ametur, & iustitiæ est, vt reddat vnicuiq; suũ. Quod dixi de impietate, dicas ēt de impio, vt sic qm̃ impius, vt sic, est creatura ve stita impietate. Tertio vides: quo ex his vicissim firmet cõclusio. 3

¶ Not. Articulo præsenti seruiunt articuli in ordine 87. 118. 142. 127. 84. 304. Pro studio

Comm. Cardinalis Caietani.

Titulus est clarus.

¶ In corpore vnica est conclusio Deus amat oĩa existẽtia, nõ tamen eo modo sicut nos. Hæc conclusio quoad primã partẽ sic probatur. Omnia existẽtia, inquantum sunt, bona sunt & sic ꝙ hoc habent, inquantum sunt volita à Deo. ergo cuilibet existenti Deus vult aliquod bonum. ergo Deus omnia quæ sunt amat. Antecedens quo ad primam partẽ Probatur: quia ipsum esse, & quælibet rei perfectio, bonitas quædam est. Quo ad secundam verò, quia voluntas Dei est causa rerum. Consequentia verò prima probatione non eget: secunda autem probatur ex eo, quod amare, nihil aliud est quam velle alicui bonum. Quo ad secundam autem partem manifestatur conclusio, quia amamus moti a bonitate rei Amatæ. Deus autem amat creando, & infundendo bonitatem quam amat.

Ferr. 1. cont. c. 91.

SVPER Q. XX. ART. III.

129 3. d. 26. ar. 1. ad 2. Et 3. d. 19. ar. 5. q. 1. & d. 32. ar. 4. Et 1. cõt. c. 91.

Concl. 1. Deus ex parte actus voluntatis non magis, quædam aliis amat.

¶ Prob. Quia Deus vno simplicissimo actu voluntatis eodem modo semper habente diligit omnia.

¶ Concl. 2. Necesse est dicere, ꝙ Deus, ex parte boni amato voliti, quædam alijs magis amat.

¶ Prob. Quia si Deus non magis sic amaret vnum quam aliud, tunc non esset aliquid alio melius [Cũ tota rerum bonitas ex amore Dei causetur.]

1m ex Sap. 6. Aequaliter. R. i. æquali sapientia & bonitate §. Tunc &c. vt patet. in tex. Concordat con clusionibus.

Trac. 110. in Euang. Io. a med. illius to. 9.

2m de maiori. Amor Dei. R. Considerătus ex parte actus voluntatis, non, considerătus ex parte boni creaturis voliti §. Tũc &c. Nã Deus vult bonum creatum omnibus creaturis, quod quidem est modo maius, modo minus, non autem bonum increatum, quod semper idem est.

3m de maiori. Ita. R. Quantum ad extensionem ad res creatas: non, quantum ad inclusionem quandam obiectorum magis & minus ad Deum spectantium §. Tunc &c. vt patet in litera.

ARTICVLVS III.

Vtrum Deus æqualiter diligat omnia.

AD TERTIVM sic proceditur. Videtur quòd Deus æqualiter diligat omnia. Dicitur. n. Sap. 6. æqualiter est ei cura de omnibus: sed prouidentia Dei quam habet de rebus, est ex amore, quo amat res. ergo çqualiter amat oia.

¶ 2 Præter. Amor Dei est eius essentia: sed essentia magis & minus non recipit. ergo nec amor eius. nõ igitur quædam aliis magis amat.

¶ 3 Præt. Sicut amor Dei se extendit ad res creatas, ita scientia & voluntas. sed Deus non dicitur scire quædam magis quam alia, neque magis velle. ergo nec magis quædam aliis diligit.

SED CONTRA. Est quod dicit Aug. * super Io. Omnia diligit Deus quæ fecit, & inter ea magis diligit creaturas rationales, & illis eas amplius, quę sunt membra vnigeniti sui: & multo magis ipsum vnigenitum suum.

RESPON. Dicendum, quod cũ amare sit velle bonum alicui, duplici ratione potest aliqud magis vel minus amari. Vno modo ex parte ipsius actus voluntatis, qui est magis vel minus intensus. Et sic Deus non magis quædam aliis amat, quia omnia amat vno, & simplici actu voluntatis, & semper eodem modo se habente. Alio modo ex parte ipsius boni, quod aliquis vult amato. Et sic dicimur aliquem magis alio amare cui volumus maius bonum: quamuis non magis intensa voluntate. Et hoc modo necesse est dicere quòd Deus quædam aliis magis amat. Cum enim amor Dei sit causa bonitatis rerum, (vt dictum est *) nõ esset aliquid alio melius, si Deus non vellet vni maius bonũ q̃ alteri.

Art. præc.

AD PRIMVM ergo dicẽdum, quòd dicitur Deo çqualiter esse cura de omnibus, non quia æqualia bona sua cura omnibus dispenset, sed quia ex æquali sapientia & bonitate omnia administrat.

AD SECVNDVM dicendum, ꝙ ratio illa procedit de intẽsione amoris ex parte actus voluntatis, qui est diuina essentia. Bonum autem quod Deus creaturæ vult, non, est diuina essentia. Vnde nihil prohibet illud intendi vel remitti.

AD TERTIVM dicendum, quòd intelligere, & velle, significant solum actus, non autem in sua significatione includunt aliqua obiecta, ex quorum diuersitate, possit dici Deus magis vel minus scire aut velle sicut circa amorẽ dictũ est.

In cor. ar.

APPENDIX.

Vid. p S. Eccl.

EX articulo habes primo: quomodo per rationem interimas hæreses Lutheri [R. P. Bañes, hic] dicentis, ꝙ omnes sunt æqualiter iusti, & quod omnes sunt ad æqualẽ gloriam prędestinati. Item hæresim Catharorum [Cardinale Turrecremata, de Eccl. li. 4. ca. 35.] dicentium, omnes fore pares i gloria ac in pęna. Si enim Deus, per secundã conclusionem, inęqualiter diligit, vtique non erit æqualitas iustorum in iustitia, nec prædestinatorũ ad gloriã, nec præmiatorum in retributionibus sibi correspondentibus, quoniã omne bonum nostrũ ab amore Dei causatur, & præmia secundũ bona meritoria recipimus. Secundo habes: qũo per rationem demonstres, has omni iure fuisse breuib. damnatas a Concilio Flor. sess. public. 1439. sic. Definimus &c. animas purgatas in cœlũ mox recipi & intueri clarè ipsum Deum Trinum, & vnum sicut est, pro meritorum tamen diuersitate, alium alio pfectius. Illorum autem animas, qui in actuali mortali peccato, vel solo originali decedunt mox in infernum descendere, pœnis tamen disparibus puniendas. 2

Hæc ibi. En ꝙ Cõcilium merita diuersa, demerita disparia, inæqualem tum in gloria, tum in pœnis retributionem, decernit, & consequenter portas prædictas inferorum conuellit. Amplectitur etiam prædestinationẽ ad illa inæqualia inæqualiter factã in suo præmisso decreto, quandoquidem inæqualia dari ad çqualia prædestinatis, nobis omninò impossibile fore, cum Deus sit solus ille, Cuius prouidentia in sua dispositione nunquam fallitur (ut ab initio canit Ecclesia) Tertiò vides: quomodo ex his vicissim firmetur secunda conclusio. Nam de prima, cum Deus sit etiam secundum philosophum actus purus, quis dubitat? Et si quis insipiẽs dubitet, per dicta in q. 3. quæ est de simplicitate Dei, obstruatur os loquentium iniqua vide ibi, si opus sit. 3

Comm. Cardinalis Caietani.

Titulus clarus est.

¶ In corpore duo facit. Primo distinguit quòd inæqualiter amare contingit dupliciter, & probat distinctionem ex eo, ꝙ amare est velle bonum alicui. Secundo respondet quæsito duab. conclusionibus iuxta prædicta membra distinctionis. Prima conclusio est, Deus ex parte actus amandi omnia æqualiter amat. probatur, amat vno simplici, & semper eodem modo se habente actu voluntatis, ergo æqualiter. Secunda conclusio est. Deus ex parte boni voliti amato, quædam amat magis aliis probatur, si Deus nõ vellet vni maius bonum quam alteri, non esset aliquid alio melius, hoc est manifeste falsum, ergo. consequentia probatur, quia amor Dei est causa bonitatis rerum.

Bannes.q.20.a.4.

SVP. Q. XX.

ART. IIII.

130 3.d.32. ar. 5.q.1.2.3. & 4. & dis. 31.q.2.art. 3.q.3.

CONCL. Necesse est dicere: quod Deus semper magis diligat meliora.

¶ PROB. Quia ex hoc sunt aliqua meliora, quod Deus eis maius bonum vult.

¶ COL. Ergo implicat contradictionem dicere hoc, quod videlicet sint, vel esse possint aliqua meliora, & quod Deus non, magis diligat illa.

1^m minor. Sed Deus magis &c. R. Negatur illa minor. §. Authoritas illa Rom. 8. non probat istam. Ratio est quia Christus ex hoc, quod datus est pro nobis in mortem non est factus deterior. Quinimmo ex hoc, vltra suam excellentiam semper conseruatam, factus est victor gloriosus. Hæc autem bona præ omnibus alijs Christus est consecutus: quia Deus eum magis amabat, quam genus humanum.

Trac.vl.in Ioan.inter prin.& medium to.9.

2^m de minori. Plus dilexit. R. In casu indigentię maioris: non, absolutè §. Tunc &c. conclusio enim loquitur absolute.

Cap. 3. in Esaiam su. illud Peccatú ut Sodomæ prædicauerũt. tom.5.

3^m de conclusione. Non ergo semper magis diligit R. Dilectione quomodocunq; accepta: non, dilectione correspondente rebus secundum quod meliores sunt §. Tunc &c. Nam per illam glossam formalem soluitur argumentum, quomodocunque dicatur circa illam dubitationem de Petro & Iohanne. Sufficit enim, quod illo modo, quo illorum alter fuit melior, magis a Domino dilect* est.

4^m de maiori. Melior est. R. Cæteris paribus, non semper §. Tunc &c. vt patet pro litera dic, quod pœnitenté esse quandoque meliorem innocentæ, facit euangelium illud Lucæ facilius intelligi, & conclusionem manere inconcussam demonstrat apertius.

Artic. 2. & præc.

Primum

ARTICVLVS IIII.

An Deus semper magis diligat meliora.

AD QVARTVM sic proceditur. Videtur quod Deus non semper magis diligat meliora. Manifestum est.n. quod Christus est melior toto genere humano, cum sit Deus & homo, sed Deus magis dilexit genus humanum, quam Christum, quia dicitur Ro. 8. Proprio filio suo non pepercit, sed pro nobis omnibus tradidit illum, ergo Deus non semper magis diligit meliora.

¶ 2 Præt. Angelus est melior homine. vnde in Psal. 8. dicitur de homine, Minuisti eum paulo minus ab Angelis: sed Deus plus dilexit hominem quam Agelum. dicitur.n. Heb. 2. Nusquam Angelos apprendit, sed semen Abrahæ apprendit. ergo Deus non semper magis diligit meliora.

¶ 3 Præt. Petrus fuit melior Ioanne: quia plus Christum diligebat. vnde dominus sciens hoc esse verú interrogauit Petrũ dicés, Simõ Ioãnis diligis me plus his? sed tamen Christus plus dilexit Ioãnem q̃ Petrum, vt.n. dicit Augu.* super illud Io. 20. Simon Ioannis diligis me? hoc ipso signo Io. a cæteris discipulis discernitur: non quod solum eum, sed quod plus eum cæteris diligebat. non, ergo semper magis diligit meliora.

¶ 4 Præt. Melior est innocens pęnitente, cum potentia sit secunda tabula post naufragium, vt dicit Hiero.* sed Deus plus diligit pęnitenté quam innocentem, quia plus de eo gaudet. Dicitur enim Luc. 15. Dico vobis, quod maius gaudium erit in cœlo super vno peccatore potentiã agente, quam super nonaginta nouem iustis, qui non indi. pœni. ergo Deus non semper magis diligit meliorem.

¶ 5 Præt. Melior est iustus præscitus quã peccator prędestinatus: sed Deus plus diligit peccatorem prædestinatum, quia vult ei maius bonum. s. vitam æternam. ergo Deus non semper magis diligit meliora.

SED CONTRA. vnumquodq; diligit sibi simile, vt patet per illud quod habetur Eccl. 13. Omne animal diligit sibi simile: sed in tantum aliquid est melius, inquantum est Deo similius. ergo meliora magis diliguntur a Deo.

RESPON. Dicendum, quod necesse, est dicere secundum prædicta, quòd Deus magis diligat meliora. Dictum est enim * quod Deum diligere magis aliquid, nihil aliud est quam ei maius bonum velle. voluntas enim Dei est causa bonitatis in rebus. Et sic ex hoc sunt aliqua meliora, quòd Deus eis maius bonum vult. vnde sequitur quod meliora, plus amet.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod Deus Christum diligit, non solum plus quam totum humanum genus, sed etiam magis quam totã uniuersitatem creaturarũ: quia. s. ei bonum voluit, quia dedit ei nomen, quod est sup omne nomen, vt verus Deus esset. Nec eius excellentiæ deperiit ex hoc, quod Deus dedit eum in mortem pro salute humani generis: quinimmo ex hoc factus est victor gloriosus. Factus enim est principatus super humerum eius, vt dicitur Esa. 9.

AD SECVNDVM dicendum, quod naturam humanam assumpta a Dei verbo in persona Christi (secundũ prædicta*) Deus plus amat quam omnes Angelos, & melior est, maxime ratione vnionis. sed loquendo de humana natura cõiter, eam Angelicæ comparando, secũdũ ordinem ad gratiam & gloriam æqualitas inuenitur. cum eadem sit mensura hominis & Angeli, vt dicitur Apo. 20. ita tamen quod quidam Angeli quibusdam hominibus, & quidam homines quibusdam Angelis quantum ad hoc, potiores inueniuntur. Sed quantum ad conditionem naturę Angelus est melior homine. nec ideo naturam humanam assumpsit Deus, quia hominem absolutè plus diligeret, sed quia plus indigebat. Sicut bonus paterfamilias aliquid pretiosius dat seruo ægrotanti, quod non dat filio sano.

AD TERTIVM dicendũ, quòd hæc dubitatio de Petro & Ioanne multipliciter soluitur. Aug.* nanque refert hoc mysterium dicens, quod vita actiua, quæ significatur per Petrum plus diligit Deum quam vita contemplatiua, quę significatur per Ioannem, quia magis sentit præsentis vitæ angustias, & aestuantius ab eis liberari desiderat, & ad Deum ire. Contemplatiuam verò vitam Deus plus diligit: quia magis eam conseruat, non enim finitur simul cum vita corporis, sicut uita actiua.

Quidam verò dicunt, quod Petrus plus dilexit Christũ in membris, & sic etiam a Christo plus fuit dilectus. vnde ei ecclesiam commendauit. Ioannes vero plus dilexit Christum in seipso. & sic etiam plus ab eo fuit dilectus. vnde ei commendauit matrem. Alii vero dicunt, quod incertum est, quis horum plus Christum dilexerit amore charitatis, & similiter quem Deus plus dilexerit in ordine ad maiorem gloriam vitæ ęternæ. Sed Petrus dicitur plus dilexisse, quantum ad quandam promptitudinem, vel feruorem. Ioannes vero plus dilectus, quantum ad quædam familiaritatis indicia, quæ Christus ei magis demonstrabat propter eius iuuentutem, & puritatem. Alii vero dicunt, quod Christus plus dilexit Petrum quantum ad excellentius donum charitatis, Ioannem uero plus, quãtum ad donum intellectus. Vnde simpliciter Petrus fuit melior, & magis dilectus: sed Ioannes secundum quid. Præsumptuosum tamen videtur hoc diiudicare, quia, vt dicitur Prouerbio 16. Spirituum ponderator est dominus, & non alius.

Trac.vl.in Io. a med. tom.9.

AD QVARTVM dicendum, quod pœnitentes, & innocentes se habent sicut excedentia & excessa. Nam siue sint innocentes, siue pænitentes, illi sint meliores, & magis dilecti qui plus habent de gratia: cæteris tamen paribus innocentia dignior est, & magis dilecta. Dicitur tamen Deus plus gaudere de pœnitentæ, quam de innocente: quia plerunque pęnitenties cautiores, humiliores, & feruentiores resurgunt. Vnde Gregorio* dicit ibidem, quod dux in prælio eum militem plus diligit, qui post fugam cõuersus fortiter hostem premit, quam qui nunquam fugit, nec vnquam fortiter fecit. Vel alia ratione, quia æquale donum gratiæ plus est comparatum pænitenti, qui meruit pœnam, quam innocenti, qui non meruit. Sicut centum marchæ maius donum est si detur pauperi, quam si dentur regi.

Homi. 34. in euãg. alı quantulũ a prin.

AD

AD QVINTVM dicendum, ꝙ cum uoluntas Dei sit causa bonitatis in rebus, secundum illud tēpus pensanda est bonitas eius, qui amatur a Deo, secundum quod dādum est ei bonitate diuina aliquod bonum. Secundum ergo illud tempus, quo prædestinato peccatori dandum, est ex diuina voluntate maius bonum, melior est, licet secundum aliquo aliud tempus sit peior, quia, & secundum aliquod tempus non est nec bonus, neque malus.

5m de conclusione. Meliora. ℞. Pro tempore illo considerata, quæ non sunt meliora, non autem, pro tempore quo sunt meliora §. Tunc &c. Nā considerando peccatorem ut prædestinatus est, magis diligitur á Deo, quam iustus reprobatus, ut reprobatus est. Licet peccatorē illum, vt peccator est detestetur, & iustum hunc, ut iustus est diligat. Vnde vterque & amatur, & odio habetur, secūdum diuersa.

APPENDIX.

Vtil. p S. Eccl.

EX articulo habes primo, quomodo per rōnem errorem Iohannis Huss, dicentis, Præscitus etsi aliquando sit in gratia secundum præsentem iustitiam tamen nunquam est pars sanctæ Ecclesiæ, & prædestinatus semper manet membrum Ecclesiæ, Licet aliquando excidat a gratia aduentitia sed non a gratia prædestinationis. Hic enim Deum semper non diligere meliora, fatetur, dum præscitum in gratia, non uult, pro tunc esse membrum Ecclesiæ, eius membrum dicit esse prædestinatum extra gratiam. Contra hunc militat totus articulus, specialiter responsio ad quintum. Nec mirum, si sic loquitur quoniam ipsemet Hus Ecclesiam statuit esse congregationem prædestinatorum siue sint in gratia, siue non, & hoc, eiusdem est unum inconueniens damnatum a Concilio Constātiēsi sess. 15. & vno inconuenienti dato, secundum philosophū, necesse est multa sequi. Secundo habes: quomodo per rationem ostendas, errorem illum primo narratum iure damnatum fuisse a Concilio ipso Constantiensi sess. prædicta. Ibi.n. pronunciata est sententia damnationis articulorum 30. & consequenter huius illis connumerati Iohannis Huss. sub eadē forma, qua condemnati sunt articuli Iohannis Vuicleff. Hāc formam uide ad uerbum scriptam supra q. 19. art. 8. in appendice. Tertio uides, quomodo uicissim ex his firmetur conclusio.

3 Pro studio

¶Not. Huic articulo sancti Thomæ seruit artic. in ordine 536. 128. 129. 145.

Comm. Cardinalis Caietani.

TItulus est clarus.

¶In corpore vna conclusio responsiua quæsito affirmatiuè. Deus magis diligit meliora, probatur. Voluntas Dei est causa bonitatis in rebus ergo Deū magis diligere aliquid, nihil aliud est quam uelle illi maius bonum. ergo ex hoc aliqua sunt meliora ꝙ Deus magis bonum vult. ergo meliora plus amat.

¶In responsione ad quintum dubium ingerunt verba in calce posita. s. quod peccator prædestinatus, secundum aliquod tēpus non est nec bonus, neq; malus. Videtur. n. sententia hæc & falsa, & contra authoris doctrinā, qm̄ tam angelus quam homo secundum ipsum fuit creatus in gratia, & quilibet homo contrahit peccatum originale. Et dato ꝙ non essent creati in gratia uno tātū instāti, & nō per aliquod tēpus fuissent neq; boni neq; mali, omnino igitur apparent hæc uerba falsa. Ad hoc tripliciter dicitur. Primò ꝙ hæc verba sunt uera de possibili, quicquid sit de facto & nomine temporis intelligitur oīs mensura durationis, & in instantanea. Tā angelus. n. quā homo qūque, s. in primo instanti potuit esse neq; bonus neq; malus moraliter. Secundò, ꝙ uerificantur de bonitate & malicia morali personali, i. per propriū actum, infans. n. q̄uis sit malus peccato naturæ, ex proprio tū opere neq; bonus neq; malus est. tertio ꝙ ista sunt simpliciter uera & absolutē intelligenda absq; restrictione aliqua, & licet peccator pdestinatus postq̄ habuit esse, semp fuerit bonus aut malus, qn̄doque tū, s. per infinitū tps quo non fuit neque bonus, neq; malus fuit.

Et hæc expositio magis formalis est, & ꝓposito cōsona, & absque quæstio. Intendit n. litera docere non esse mirum, peccatorem prædestinatum, esse pro aliquo tempore peiorem & minus amatū, ex eo ꝙ pro aliquo tempore non erat aliquo modo amatus, quando, s. non erat, quoniam tunc neque bonus neque malos erat, uniuersaliter loquendo de bono & malo, ut patet.

QVAESTIO XXI.

De iustitia, & Misericordia Dei, in quatuor articulos diuisa.

POST considerationem diuini amoris, de iustitia & misericordia eius agendum est.

ET Circa hoc quæruntur quatuor.

¶Primò, Vtrum in Deo sit iustitia.

¶Secundò, Vtrum iustitia eius veritas dici possit.

¶Tertiò. Vtrum in Deo sit misericordia.

¶Quartò, Vtrum in omni opere Dei sit iustitia & misericordia.

ARTICVLVS PRIMVS.

Vtrum in Deo sit iustitia.

131 4. d. 46. q. 1. a. 1. q. 1. & 1. cōtra. c. 93.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur, quod in Deo non sit iustitia. Iustitia enim contra temperātiam diuiditur, temperantia ait nō est in Deo ergo nec iustitia.

¶ 2 Præt. Quicunque facit omnia pro libito suæ uoluntatis, non secundum iustitiam operatur; sed sicut dicit Apo. ad Ephe. 1. Deus operatur omnia secundum cōsilium suæ voluntatis. non ergo ei iustitia debet attribui.

¶ 3 Præterea. Actus iustitiæ, est reddere debitum: sed Deus nulli, est debitor. ergo Deo non competitur iustitia.

Huius li. ticulus est. An oē qđ est, bonum sit circa finē illius.

¶ 4 Præterea. Quicquid est in Deo, est eius essentia, sed hoc non competit iustitię. dicit enim Boet.* in lib. heb. ꝙ bonum essentiam, iustum verò actum respicit. ergo iustitia non competit Deo.

SED CONTRA est, quod dicitur in Psalm. 10. Iustus dominus, & iustitiam dilexit.

Ferr. 2. cont. c. 93. Capi. 1. d. 45. q. 1. con. 12. 13. 14. & 15. Bannes. 21. ar. 1.

RESP. dicendum, quòd duplex est species iustitiæ. Vna q̄ consistit in mutua datione, & acceptione, ut puta, quæ consistit in emptione, & uenditione, & aliis huiusmodi cōicationibus, vel cōmutationibus. Et hæc dicitur a Philosopho in 5. Eth.* iustitia commutatiua, vel directiua commutationum, siue cōicationum, & hæc non competit Deo, quia ut dicit Apost. Rom. 2. Quis prior dedit illi, & retribuetur ei? Alia quæ consistit in distribuendo, & dicitur distributiua iustitia, secundum quod aliquis gubernator, uel dispensator, dat vnicuiq; secundum suam dignitatem. Sicut igitur ordo cōgruus familiæ, uel cuiuscūq; multitudinis gubernatæ demōstrat huiusmodi iustitiam in gubernāte: ita ordo uniuersi, qui apparet tā in rebus naturalibus, quam in rebus voluntariis, demōstrat Dei iustitiam. Vnde dicit Dion.* 8. cap. de diu. no. Oportet uidere in hoc veram Dei esse iustitiam, quod omnibus tribuit propria, secundum vniuscuiusque existentium dignitatem, & vniuscuiusque naturam in proprio saluat ordine, & uirtute.

lib. 5. Eth. cap. 4.

cap. 8. non procula fine, & c. 9. a medio.

SVPER Q. XXI.

ART. 1.

CONCL. Iustitia cōmutatiua non competit Deo.

¶PROB. Quia ponere in Deo talem iustitiā est contra Apostolum 11.

CONCL. 2. Iustitia distributiua est i Deo.

¶PROB. Quia ordo congruus uniuersi qui in rebus, tum naturalibus, tum uoluntariis est, demonstrat, iustitiam distributiuā esse in Deo, rectore mundi.

1m conclusio. Ergo nec iustitia. ℞. si iusti-

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd virtutum moralium quædam sunt circa passiones, sicut tempo-

iustitia esset circa passiones, sicut temperantia §. Tunc &c. Nam iustitia est circa operationes, & quæ sunt circa operationes possunt remoto omni defectu attribui Deo.

Q.q.19.ar.11.& q.20.ar.1.

2^m maior. Quicunque facit, &cet. R. Nisi liberum suæ voluntatis esset iustum §. Tunc &c. Intantum.n. hoc liberum est iustum in Deo, vt nõ possit nõ esse iustum: immo ut sit ipsamet iustitia. Hic est, q altissimam quæstionem prædestinationis illam, s. quare hunc trahat & illum non trahat, resoluit Dominus noster in diuinum placitum, tanquam in illud, quod non potest non esse iustissimum: volens per hoc innuere q sua ibi resolutio data deberet quietare quemcumque, quamuis petulantissimũ intellectum. Quis enim audiendo, quod sic faciens Deus iustissime fecit, & optime, non quiescat, tantæ imperscrutabili iustitię, ac bonitati pro debita reuerentia caput inclinans, dicendo cum propheta psal. 60. Misericordiam & veritatem eius quis requiret? Resolutio autem prædicta domini est in Matth. 11. confiteor tibi pater, &cet. quia abscondisti hæc a sapientibus, & prudentibus, & reuelasti ea paruulis. Ita pater: Quoniam sic placitum est ante te.

Li.3. Eth. c.10.

D 815. D.833. Nota utilissima.

lib.10. Eth. cap.8.

3^m de maiori. Reddere debitum. R. Ita, quod vel reddens illud, sit debitor ei, uel non

temperantia circa concupiscẽtias: fortitudo circa timores, & audacias: mansuetudo circa iram. Et huiusmodi virtutes Deo attribui nõ possunt, nisi secundum metaphoram: quia in Deo neque passiones sunt, vt supra dictum est: neque appetitus sensitiuus, in quo sunt huiusmodi virtutes, sicut in subiecto, vt dicit Philosophus in tertio Ethicorum. Quædam verò uirtutes morales sunt circa operationes, ut puta, circa dationes & sumptus, vt iustitia & liberalitas & magnificentia, quæ etiam non sunt in parte sensitiua, sed in voluntate. Vnde nil prohibet hominis virtutes in Deo ponere, non tamen circa actiones ciuiles: sed circa actio Deo conuenientes. Ridiculum est enim secundum virtutes politicas, Deum laudare, vt dicit Phil. in 10. Eth.

Ad secvndvm dicendum, quod cum bonum intellectum sit obiectum volũtatis, impossibile est Deũ velle nisi quod ratio suæ sapientiæ habet. Quæ quidem est sicut lex iustitiæ, secundum quam eius voluntas recta & iusta est. Vnde quod secundum suam voluntatem facit, iustè facit: sicut & nos quod secundũ legem facimus, iustè facimus. Sed nos quidem secundum legem alicuius superioris, Deus autem sibiipsi est lex.

Ad tertivm dicendũ, q vnicuique debetur, quod suum est. Dicitur aũt esse suum alicuius, qd ad ipsum ordinatur. Sicut seruus est dñi, & non econuerso. Nã liberum est, qd sui causa est. In nomine ergo debiti, importatur quidam ordo exigentiæ, vel necessitatis alicuius ad qd ordinatur. est aũt duplex ordo considerandus in rebus. Vnus, quo aliquid creatum ordinatur ad aliud creatum. Sicut partes ordinãtur ad totum, & accidentia ad substantias, & vnaquæque res ad suũ finẽ. Alius ordo quo omnia creata ordinantur in Deũ. Sic igitur & debitum attendi põt dupliciter in operatione diuina. Aut sm, q aliquid debetur Deo. aut secũdum q aliqd debetur rei creatæ & vtroq; modo Deus debitum reddit. Debitum.n. est Deo, vt impleatur in rebus id, qd eius sapientia & voluntas hẽt, & quod suam bonitatem manifestat. & sm hoc iustitia Dei respicit decẽtiam ipsius, secundum quam reddit sibi quod sibi debetur. Debitum & est alicui rei creatæ, q habeat id, qd ad ipsam ordinãtur. Sicut homini q habeat manus, & q ei alia animalia seruiant. Et sic & Deus operatur iustitiam, quando dat vnicuiq; quod ei debetur sm rationem suæ naturæ & conditionis. Sed hoc debitum dependet ex primo: quia hoc vnicuiq; debetur, quod est ordinatum ad ipsum, sm ordinem diuinæ sapientiæ. Et licet Deus hoc modo debitum alicui det, non tamen ipse est debitor, quia ipse ad alia non ordinatur, sed potius alia in ipsum. Et ideò iustitia quandoque dicitur in Deo condecentia suę bonitatis: quandoq; verò retributio pro meritis. Et vtrũque modum tangit Anselm. dicens: cũ punis malos, iustũ est, quia illorum meritis conuenit. Cũ verò parcis malis iustum est. quia bonitati tuæ condecens est.

Ad qvartvm dicendum, q licèt iustitia respicit actum, non tñ per hoc excluditur quin sit essentia Dei, quia & id, quod est de essentia rei, potest esse principium actionis. Sed bonum non super respicit actũ, quia aliquid dicitur esse bonum nõ solum secundum quod agit, sed etiam secundum quod in sua essentia perfectum est. Et pp hoc ibidem dicitur, q bonum comparatur ad iustum, sicut generale ad speciale.

non sit ei debitor §. Tunc &c. Deus enim reddit quidem debitũ vt in litera, sed non tanquam ex hoc alioni debitor.

4.^m conclusio. Ergo iustitia nõ &c. R. Nisi essentia Dei posset esse principium actionis §. Tũc &c. Nam licet iustitia respicit actum, non tamen &c. ut in textu.

APPENDIX.

Ex articulo habes primo: quomodo per rationem reijcias hæresim Gnosticorum Appellis, Albanẽsium dicentium: reperiri Deum malum. Si enim Deus malus est, iniustus non est, & si iustitia in Deo est, Deus malus esse non potest. Nec obstat illos posuisse duos Deos, vnum bonum alterum malum: quoniam in veritate est tantum vnus Deus qui est bonus supra q. 11. ar. 3. Extra de sum. Trin. & fi. Cath. firmiter credimus, & simpliciter confitemur, quod vnus solus, est verus Deus. Secundo habes: quomodo per rationẽ demonstres, hæc rectè damnatam fuisse a ps. decimo. Iustus dominus & iustitias dilexit, & a mille scripturarum locis. Tertio vides: quomodo vicissim ex, his firmetur conclusio.

Vtil. & Sc. Eccl.

Nota. Huic articulo seruiunt aliqualiter articuli in ordine 119. 134. 125. 127.

Pro stud. varie. con.

ARTI-

Comm. Cardinalis Caietani.

Titulus, vt iam patet ex dictis, querit, vtrum iusti tia sit formaliter in Deo.

¶In corpore duo facit.

¶Primò enim distinguit iustitiam in duas species, s. commutatiuam, & distributiuam.

¶Secundò, respondet quæsito duabus conclusionibus, iuxta numerum specierum iustitię.

¶Prima conclusio est negatiua, In Deo non est iustitia commutatiua. probatur authoritate Apostoli, Quis prior, &c.

¶Secunda est affirmatiua, In Deo est iustitia distributiua, & probatur. Iustitia distributiua est, secundum quam datur vnicuique secundum suam dignitatem. ergo ordo vniuersi demonstrat Dei iustitiam. igitur in eo est iustitia. Consequentia probatur ex proportionali, quia sicut ordo familię congruus ostendit iustitiã in gubernante, ita ordo uniuersi, &c. & confirmatur authoritate Dionysij.

¶Circa primam conclusionem dubium est, Tum quoniam falsum videtur, in Deo non esse iustitiam commutatiuam, quoniam forma diuini iudicij fit secundum iustitiam commutatiuam, dum recompensat, & præmia meritis, & supplici peccatis ut expresse author dicit in secunda secundæ. q. 61. art. 4. ad primum. Tũ quoniam probatio non videtur sufficiens, quoniam ad iustitiam commutatiuam spectat non solum retributio, sed etiam ipsa prior datio. Non solum enim emptio, sed etiam uenditio iustitia commutatiua regulatur. Et propterea ex negatione secundi actus in Deo non videtur sufficienter illata negatio talis iustitiæ, quoniam saluatur etiam in primo actu. Ad hæc retrogrado ordine respondetur, q neuter actus commutatiuę iustitiæ locum habet in Deo, quia sicut non potest dare pro acceptis, ita nec potest dare pro accipiendis, nihil enim sibi ex creaturis accrescere potest. Excluditur quoq; ex hoc, q nemo potest prius aliquid dare Deo, vterq; actus ab ipso, quoniam si nemo potest prius dare, consequens est q nemo possit æquiualens reddere, & consequenter q Deus non possit pro æquiualente accipiendo dare, & sic commutatiua iustitia, quæ æqualitatem inter datum, & acceptum facit, locum in eo habere non potest. Ad primam verò dicitur, q inde non potest haberi, nisi q quidam modus commutatiuæ iustitiæ in diuina distributione seruatur, dum pro de meritis supplicia, & pro meritis premia dispensat. hic autem intenditur, q in Deo non est ipsa iustitia commutatiua.

¶In responsione ad tertiũ, aduerte doctrinã traditã in secundo cõtra Gent. in c. 28. & 29. & melius hæc intelliges uidẽs q hoc potius est iustũ cõdecẽtiæ in ordine ad Deũ, quã simpliciter iustũ.

SVPER

SVPER Q. XXI. ART. II.

CONCL. Iustitia, Dei, quæ constituit ordinem in rebus conformem rationi sapientiæ suæ, quæ est lex eius, conuenienter ueritas nominatur.

¶PROB. Quia iustitia Dei est concordantia rerum ad legem, & lex ista est intellectus diuinus, ad quem ut causam concordantia rerum est ueritas.

¶COL. Ergo concordantia rerum, ut iustarum, ad intellectum diuinum, ut legem, dicitur iustitia, cōcordantia rerum, ut causatarum ad intellectum diuinum, ut causam, dicitur ueritas.

1m de maiori. Iustitia. R. Quantū ad imperium, non quantum ad legem regulantem §. loquimur de iustitia quantum ad legem regulantem considerata, ut patet in conclusione.

2m de antecedente. Veritas. R. Consistens in conformitate signi, ad signatum, non consistens in conformitate effectus ad causam §. Tunc, &cæt. Nam conclusio loquitur de ueritate secundo modo.

132 4. d. 4. q. 1. ar. 1. 2. & 3. * In dialo. ueritat. c. 13. † 6. Eth. c. 1. & 6. metaph. tex. 8 t. 5. & t. 3. * Lib. 4. Eth. c. 7. t. 5 q. 16. ar. 2.

ARTICVLVS II.

Vtrum iustitia Dei sit ueritas.

AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur, q iustitia Dei non sit veritas. Iustitia enim est in uoluntate. Est enim rectitudo uoluntatis, ut dicit Ansel.* ueritas autem est in intellectu secundū Phil. in 6. metaph. † & in 6. Eth. Ergo iustitia non pertinet ad ueritatem.

¶ 2 Præt. Veritas secundum Phil. in 4. Eth. * est quædam alia uirtus a iustitia. Non ergo ueritas pertinet ad rationem iustitiæ.

SED CONTRA est, quod in Psal. 84. dicitur, misericordia & ueritas obuiauerunt sibi. Et ponitur ibi ueritas pro iustitia.

RESP. Dicendū, q ueritas consistit in adæquatione intellectus, & rei, sicut supra dictum est.* Intellectus aūt, qui est cā rei, comparatur ad ipsam sicut regula & mensura. Econuersò aūt est de intellectu qui accipit sciētiam a rebus. Qn̄ igitur res sunt mensura & regula intellectus, veritas consistit in hoc q intellectus adequatur rei, ut in nobis accidit. Ex eo. n. q res est uel non est, opinio nostra, & oratio uera uel falsa est. Sed qn̄ intellectus est regula, vel mensura rerum, ueritas consistit in hoc, q res adæquantur intellectui. Sicut dicitur artifex facere verū opus, qn̄ concordat arti. Sicut aūt se hn̄t artificiata ad artē, ita se hn̄t opera iusta ad legē, cui concordāt. Iustitia igitur Dei, q̄ constituit ordinē in reb. cōformē rōni sapiētię suæ, q̄ est lex eius, cōueniēter ueritas noiatur. Et sic ēt dr̄ in nobis ueritas iustitiæ.

AD PRIMVM ergo dicēdū, q iustitia quantū ad legē regulātē est in rōne, uel intellectu. Sed quātum ad imperium, quo opera regulantur secundum legem, est in uoluntate.

AD SECVNDVM dicendū, q veritas illa, de qua loquit Phil. ibi est, q̄dā uirtus, per q̄ aliquis demōstrat se talē in dictis, uel factis, qualis est. Et sic cōsistit in cōformitate signi ad significatū, non aūt in conformitate effectus ad causam, & regulam, sicut de ueritate iustitię dictum est *.

In corp. ar tic. 2

APPENDIX.

Vid. p S. Eccl.

EX articulo habes primo; quomodo per rationem ostendas recte ueritatem fuisse positam pro iustitia a psalm. 14. Vniuersæ uiæ Domini misericordia & ueritas. Item 91. Ad annunciandum mane misericordiam tuam, & ueritatem tuam per noctem. Item 88. Misericordias Domini in æternum cantabo, in generatione, & generationem annuntiabo ueritatem tuam in ore meo. Item 88. Veritas mea & misericordia mea cum ipso. Itē 60. Misericordiā & ueritatem eius quis requiret? Item 56. Magnificata est usque ad cœlos misericordia tua, & ueritas tua usque ad nubes. Item 83. Misericordiam, & ueritatē diligit Deus. Ibi namque, & in multis alijs sacræ scripturæ locis ueritas ponitur p iustitia, ut apertissime patet per correspondentiam ad misericordiā sibi condiuisam. Pro iustitia autem ponitur ueritas. Vt iustitiam Dei alienam omnino a quantumlibet parua iniustitia, quæ falsitas est, per hanc loquendi formulam agnoscas. Ac si clarius per hoc dicatur. Sicut impossibile est, ueritatem in abstracto sumptam admittere secum uel minimam falsitatem, Licet res uera, quod falsum est, quandoque admittat, ita impossibile omnino, est iustitiam diuinam secum, uel minimam iniustitiam compati. Secundo uides, quomodo uicissim ex his firmetur conclusio.

¶NOT. Articulo huic seruiunt in ordinē articu. 11. 87. 102. 99. 100. 131.

Pro stud.

Comm. Cardinalis Caietani.

TItulus est clarus.

¶In corpore una conclusio responsiua quæsito affirmatiuè. Iustitia Dei conuenienter ueritas nominatur. Probatur, Veritas intellectus regulantis, & mensurantis res, consistit in adequatione rerum ad intellectum, iustitia autem consistit in conformitate operum ad legem, cui concordat, ergo iustitia Dei conuenienter ueritas nominatur. Antecedens pro prima parte probatur ex conuenientia, & differentia ueritatis in intellectu accipiente a rebus, & causante res. Conuenientia quidem, quia veritas consistit semper in adæquatione intellectus, & rei. Differentia autem, q a in intellectu causato, est adæquatio intellectus ad res, in causante autem, est adæquatio rerum ad intellectum pro secunda uero parte, quia sicut se habent artificiata ad artem, ita se habent opera iusta ad legem, consequentia autem probatur, quoniam iustitia Dei facit ordinem in rebus conformen sapientiæ suæ, quæ est omnium lex. Et confirmatur tota manifestatio ex eo, q etiam in nobis sic inuenitur veritas iustitiæ.

ARTICVLVS III.

Vtrum misericordia competat Deo.

133 2. 2. q. 30. a. 1. & 4. d. 46. q. 2. ar. 1. q. 1. & 1. cō. c. 91. & psal. 24. * Lib. 2. orth. fid. c. 14 † Gl. interlinearis ibi.

AD TERTIVM sic proceditur. Videtur, quod misericordia Deo non competat. Misericordia enim est species tristitiæ, ut dicit Damascenum. Sed tristitia non est in Deo. Ergo nec misericordia.

¶ 2 Præterea. Misericordia, est relaxatio iustitiæ, sed Deus non potest prætermittere, id quod ad iustitiam suam pertinet. Dicitur enim 2. ad Tim. 2. Si non credimus, ille fidelis permanet, seipsum negare non potest. negaret autem seipsum, ut dicit glossa † ibidem, si dicta sua negaret. ergo misericordia Deo non competit.

SED CONTRA est, quod dicitur in Psalm. 110. Miserator, & misericors dominus.

RESP. dicendum, quòd misericordia, est Deo maximè attribuenda, tamen secundum effectum non secundum passionis affectum. ad cuius euidentiam considerandum est, quòd misericors dicitur aliquis quasi habens miserum cor, quia, scilicet afficitur ex miseria alterius per tristitiam, ac si esset eius propria miseria. Et ex hoc sequitur, quod operetur ad depellendam miseriam alterius, sicut miseriam propriam, & hic, est misericordiæ effectus. Tri-

Ferr. 1. cont. c. 91.

SVPER Q. XXI. ART. III.

CONCL. Misericordia, est maxime Deo attribuenda, secūdum effectum, non secundum passionis affectum.

¶PROB. Quia Deo maxime competit miseriam alterius subleuare (cum Deus sit maxime perfectus,) Secunda autē pars. s. non secundum, &c. probatur. Quia tristari de miseria alterius non conuenit Deo.

1^m de maiori. Misericordia ℞. Quantum ad passionis affectum sumpta: non, quantum ad suum effectum §. Tunc &c. vt patet per conclusionem.

2^m de maiori. Misericordia est relaxatio iustitiæ. ℞. negatur illa maior §. Immo dicendum q̃ misericordia est plenitudo siue superexaltatio iustitiæ, Et nota q̃ D. Iacobus Apostolus loquitur de misericordia quæ vere est misericordia: non, de quibusdam quorundã misericordijs indiscretis, ac falsò vocatis clementijs, quę tamen re vera omnibus conside ratis sunt relaxatio iustitię [vt arguitur.] Misericordia verò discreta, quæ sola secũdum veritatem misericordia est, adiuuat iustitiam: & hęc in Deo est secundum effectum.

¶De misericordia notandum.

q.6.ar.4. Deus fm quatuor d' largiri pfe ctiones. q.6.ar.3.& 4. † Ar.1.huius q.

stari ergo de miseria alterius non, competit Deo: sed repellere miseriam alterius, hoc maximè ei competit, vt per miseriam quemcunque defectum intelligamus. Defectus autem non tolluntur, nisi per alicuius bonitatis perfectionem. Prima auté origo bonitatis Deus est, vt supra ostensum est. * Sed considerandum est, quòd elargiri perfectiones rebus pertinet quidem, & ad bonitatem diuinam, & ad iustitiam, & ad liberalitatem, & misericordiam: tamen secundum aliam, & aliam rationem. Communicatio enim perfectionum absolutè considerata pertinet ad bonitatem, vt supra ostensum est. * Sed in quantum perfectiones rebus a Deo dantur secundum earum pro portionem pertinet ad iustitiam, vt dictum est supra † Inquantum vero non attribuit rebus perfectiones propter vtilitatem suam, sed solum propter suam bonitatem, pertinet ad liberalitatem. Inquantum verò perfectiones datæ rebus a Deo omnem defectum expellunt, pertinet ad misericordiam.

Ad primum ergo dicendum, quod obiectio illa procedit de misericordia quantum ad passionis affectum.

Ad secunum dicendum, quod Deus misericorditer agit, non quidem contra iustitiam suam faciendo: sed aliquid supra iustitiam operando, sicut si alicui, cui debentur centum denarij, aliquis ducentos det de suo tamen non contra iustitiam facit: sed liberaliter vel misericorditer operatur. & similiter si aliquis offensam in se commissam remittat. Qui enim aliquid remittit, quodammodo donat illud. vnde apostolus remissioné donationem vocat Eph. 5. Donate inuicem sicut, & Christus vobis donauit. Ex quo patet, q̃ misericordia non tollit iustitiam: sed est quædam iustitię plenitudo. Vnde dicitur Iac. 2. q̃ misericordia superexaltat iudicium.

APPENDIX.

Vtil. p S. Eccl.

Ex articulo habes primo: quomodo iterum hęresim nouati, seu Nouatiani q. 20. ar 1. narratam interimas blasfemo ore dicentis; Deum esse crudelem. Secũdo habes: quomodo ostẽdas hãc fuisse meritò prædamnatam ab Apostolo 1. Cor. 1. Deus totius cõsolationis, patet misericordiarum; Item a psal. 144. suauis Dominus vniuersis, & 91. Rectus Dominus noster, & non est iniquitas in eo. Quis modo nesciat, crudelitatem esse iniquitatem: & crudelem aliquibus non esse suauem vniuersis? Item à Canticis Canticorum, vbi postquam, capitulo quinto, Ecclesia sponsi Dei humanati dixit mirabiles amabilitatis conditiones singillatim à ly, Dilectus meus candidus, & rubicundus &c. in fine uniuersa de eo possibilia dici concludens inquit, Guttur illius suauissimum, & Totus desiderabilis. Si totus ergo desiderabilis; vtique nulla ex parte crudelis. Crudelitas enim non est desiderabilis [vt patet,] neque crudelis, ut sic, est diligibilis. Et tamen sponsa Ecclesia sancta ibi languere se testatur præ amore erga suum sponsum Christum totum desiderabilem. Tandem si Deus non tantum miserator est, & misericors, sed est ipsa misericordia: [psal. 58. Deus, susceptor meus es, Deus meus misericordia mea;] vtique nec minimum crudelitatis, aut alicuius misericordiæ tantæ oppositi in Deo esse potest. Tertio vides: quomodo ex his vicissim firmetur conclusio.

¶Not. Articulum hunc iuuant artic. in ordine. 128. 127. 34. 32. 1. 6. 131. Pro stud.

Comm. Cardinalis Caietani.

Titulus iam patet ex vsu.

¶In corpore duo facit. Primò respondet quæsito. Secundo clarificat responsionem. Conclusio responsiua est, misericordia est maxime in Deo, non secundum passionis affectum: sed secundum effectum. Probatur tristari de miseria aliena non conuenit Deo, sed repellere eam, hoc maximè ei conuenit. ergo misericordia non quantum ad affectum, sed quantum ad effectum maxime Deo conuenit. Antecedens explanatur, quo ad ly miseria, vt scilicet sonet defectum quemcunque, & probatur quo ad secundam partem sic. Defectus non tolluntur nisi per alicuius bonitatis perfectionem. ergo hoc maximè pertinet ad Deum, quia ipse est prima bonitatis origo. Consequentia autem probatur: quia affectus misericordis est tristitia, effectus verò est depulsio alienæ miseriæ. Clarificatio autem consistit in differenti habitudine diffusæ à Deo perfectionis ad eius bonitatem, iustitiam, liberalitatem, & misericordiam, & satis claré est in litera.

Ferr. 1. cont. c. 28.

SVP. QVEST. XXI.

Art. III.

Concl. Necesse est, quod in quolibet opere Dei misericordia, & ueritas inueniantur?

¶Prob. Quia neque debitum Deo, neque debitum creaturę cuicumque [hoc est iustitia. ar. 1. ad tertium] potest in operib. Dei ab eo prætermitti, & opus. Diuinæ iustitiæ præsupponis semper, ceu primam radicem, opus diuinæ misericordiæ.

134 4. dis 46. q. 2. ar. 2. q. 2. Et 2. con. c. 28. & ver. q. 28. ar. 1. ad 8 & po. q. 5. a. 4. ad 6. Et ps. 24 & ad Ro. 15.

ARTICVLVS IIII.

Vtrum in omnibus operibus Dei sit misericordia & iustitia.

Ad quartum sic proceditur. Videtur quòd nõ in omnibus Dei operibus sit misericordia, & iustitia. Quædam enim opere Dei attribuuntur misericordiæ, ut iustificatio impii quædam verò iustitiæ, ut damnatio impiorum. Vnde dicitur Iac. 2. Iudicium sine misericordia fiet ei, qui non fecerit misericordiam. non ergo in omni opere Dei apparet misericordia & iustitia.

¶ 2 Præter. Apostolus ad Roma. 15. conuersionem Iudęorum attribuit iustitiæ, & veritati, cõuersionem aũt gentium misericordiæ, ergo non in quolibet opere Dei est iustitia & misericordia.

¶ 3 Præt. Multi iusti in hoc mundo affliguntur. hoc autem est iniustum. Non ergo in omni opere Dei est iustitia, & misericordia.

¶ 4 Præterea. Iustitiæ est reddere debitum, misericordiæ autem subleuare miseriam. & sic tam iustitia, quam misericordia aliquid præsupponit in suo opere. Sed creatio nihil præsupponit. ergo in creatione neque misericordia est. neque iustitia.

Sed contra est, quod dicitur in Psalm. vigesimoquarto. Omnes uiæ domini misericordia, & ueritas.

Respon. Dicendum, quod necesse est, quòd in quolibet opere Dei misericordia, & ueritas inueniantur, si tamen misericordia pro remotione cuiuscunque defectus accipiatur, quamuis non omnis defectus propriè possit dici miseria: sed solum defectus rationalis naturæ quam contingit esse fęlicem, nam miseria fælicitati opponitur. Huius autem necessitatis ratio est; quia cum debitum, quod ex diuina iustitia redditur, sit uel debitum Deo, vel debitum alicui creaturæ, neutrum potest in aliquo opere Dei prætermitti. Non enim potest facere aliquid Deus, quod non sit conue-

Primum

nicns

1^m^ de antecedens. Quædam opera Dei attribuuntur, &c. ℞. Hæc tamen attributio fit ex abundantius apparenti denominãdo, non alterum concludẽdo. §. Tunc &c. Aliud enim est excludere misericordiam Dei ab aliquo opere suo, uel iustitiam aliud, denominare opus illud magis a misericordia uel iustitia. Primum numquã fit a sacris literis, neque potest fieri, secundum plerumque fit (vt arguitur.)

2^m^ de antecedente. Iustitiæ. ℞. Secundum unam rationem excellenter consideratæ ibi, non existenti singulariter ibi. §. Tunc &c. ut patet. vide ad primum.

Item. De antecedente. Misericordiæ. ℞. Excludenti iustitiam talem, non excludenti iustitiam absolute, idest, non excludenti iustitiam omnẽ. §. Tunc &c. vt patet. vide ad primum.

3^m^ de minori. Hoc est iniustum. ℞. Nisi ex iusta causa fieret. §. Tunc &c. Nam impossibile est Deum facere quicquam non ex iusta causa.

4^m^ de maiori. Ali-

niens sapientiæ, & bonitati ipsius, secundum quem modum diximus aliquid esse debitum Deo. Similiter etiam quicquid in rebus creatis facit secundum conuenientem ordinem, & proportionem facit, in quo consistit ratio iustitiæ. Et sic oportet in omni opere Dei esse iustitiam. Opus autem diuinæ iustitiæ semper præsupponit opus misericordiæ, & in eo fundatur. Creaturæ enim non debetur aliquid nisi propter aliquid in eo præexistens, uel præconsideratum. Et rursus si illud creaturæ debetur hoc erit propter aliquid prius. Et cum non sit procedere in infinitum, oportet deuenire ad aliquid, quod ex sola bonitate diuinæ uoluntatis dependeat, quæ est ultimus finis. Vtpote si dicamus quod habere manus, debitum est homini propter animam rationalem, animam uero rationalem habere ad hoc quod sit homo, hominem uero esse propter diuinam bonitatẽ. Et sic in quolibet opere Dei apparet misericordia, quantum ad primam radicem eius. Cuius uirtus saluatur in omnibus consequentibus, & etiam uehementius in eis operatur, sicut causa primaria uehementius influit, quam causa secunda. Et propter hoc etiam ea, quæ alicui creaturæ debentur, Deus ex abundantia suæ bonitatis largius dispensat, quam exigat proportio rei. Minus enim est quod sufficeret ad conseruandum ordinem iustitiæ, quam quod diuina bonitas cõfert, quæ omnẽ proportionem creaturę excedit.

Ad primum ergo dicendum, quod quædam opera attribuuntur iustitiæ, & quædam misericordiæ, quia in quibusdam misericordia. Et tamen in damnatione reproborum apparet misericordia, non quidem totaliter relaxans, sed aliqualiter alleuians, dum punit citra condignum. Et in iustificatione impii apparet iustitia dum culpas relaxat propter dilectionem, quam tamen ipse misericorditer infundit. Sicut de Magdalena legitur Lucæ septimo capitulo. Dimissa sunt ei peccata multa, quoniam dilexit multum.

Ad secundum dicendum, quod iustitia, & misericordia Dei apparet in conuersione Iudęorum, & gentium. Sed aliqua ratio iustitiæ apparet in conuersione Iudæorum, quæ non apparet in conuersione gentium, sicut quod saluati sunt propter promissiones patribus factas.

Ad tertium dicendum, quod in hoc etiam quod iusti puniuntur in hoc mundo, apparet iustitia, & misericordia, inquantum per huiusmodi afflictiones aliqua leuia in eis purgantur, & ab effectu terrenorum in Deum magis eriguntur secundum illud Greg. Mala, quæ in hoc mundo nos prẹmũt, ad Deum nos ire compellunt.

Habetur ad sensũ, li. 26. moral. c. 9.

Ad quartum dicendum, quod licet creationi non præsupponatur aliquid in rerum natura, præsupponitur tamen aliquid in Dei cognitione. Et secundum hoc etiam saluatur ibi ratio iustitiæ inquantum res in esse producitur, secundum quod conuenit diuinæ sapientiæ, & bonitati. Et saluatur quodammodo ratio misericordiæ, inquantum res de non esse in esse mutatur.

Aliquid. ℞. Existens in Dei cognitione, & in rerum natura simul, uel existens in Dei cognitione tantum. §. Tunc &c. Nam in creatione præsupponitur aliquid secundo modo quamuis non primo.

APPENDIX.

Vtilitas S. Ecclesia.

Ex articulo habes primo, quomodo per rationem declares recte a scripturis attribui Deo, quod in cunctis operibus suis misericordia simul & iustitia utat ut a ps. uigesimoquarto. Vniuersæ uiæ Domini misericordia & ueritas. Secundo habes quomodo per rationem scripturas apparenter circa hoc dissonantes concordare possis. Tertio uides, quomodo ex his uicissim firmetur concl.

¶ Not. Articulo seruit artic. in ordine 131.138.119.

QVAE-

Comm. Cardinalis Caietani.

Titulus clarus est.

¶ In corpore vnica est conclusio responsiua quæsito affirmatiue, scilicet. In quolibet opere Dei misericordiã, & iustitiam oportet inueniri.

¶ Circa quam tria facit. Primo misericordiæ nonne extendit, extendendo nomen miseriæ ad omnem defectum, & rationem extensionis assignat, quia cum miseria opponatur fęlicitati, in sola rationali creatura, quæ fælicitatis est capax, miseria proprie inueniri potest.

¶ Secundo probat conclusionem quoad iustitiam sic. Debitum ex diuina iustitia contingit dupliciter, scilicet Deo uel creaturæ, & neutrum potest aliquo opere Dei prætermitti, ergo in omni opere Dei oportet esse iustitiam. Antecedens quo ad primam partem habetur ex dictis in 1. art. ad tertium, quo ad secundam uero manifestatur, quia non potest facere Deus aliquid, quod non congruat sapientiæ, & bonitati ipsius, & similiter quicquid in rebus creatis facit conuenienti ordine, & proportione disponit.

¶ Aduerte hic, quod illa propositio in litera posita, neutrum potest in aliquo opere Dei prætermitti, non est intenta ab authore prout sonat, quoniam in opere creationis proprie nulla potest inueniri ratio debiti respectu alicuius creaturæ, sed solum respectu sapientiæ, & uoluntatis diuinæ, ut in responsione ad quartum hic habes, sed est interpretanda quoad opera prouidentiæ, & gubernationis, ad quod insinuandum cum illa manifestatur in litera, notanter dicitur, quicquid in rebus creatis facit Deus, quasi diceret, quod quidquid facit, facit creatione supposita.

¶ Probatur deinde conclusio quo ad misericordiam sic. Opus diuinæ iustitiæ semper præsupponit opus misericordiæ, & in eo fundatur, ergo in quolibet opere Dei apparet misericordia, quantum ad primam eius radicem. Antecedens probatur, quia reducitur debitum in aliquid ex sola diuina bonitate collatum, quod probatur, quia aliter procederetur in infinitum, & declaratur exemplariter.

¶ Tertio, quia ex hac probatione uidebatur quod misericordia concurreret ad opera Dei quasi remota causa, ideo declarat, quod concurrit eminentius quam iustitia, & hoc dupliciter.

¶ Primo, quia causa primaria uehementius influit quam secunda, & sic uis misericordię, & saluatur, & uehementius operatur in omnibus consequentibus.

¶ Secundo ab effectu, quia debita alicui creaturæ largius Deus dispensat, quam proportio rei exigat, & hoc abundantia bonitatis suæ. Patet autem sic esse, quia minus eo quod de facto diuina bonitas confert, ad conseruandum iustitiæ ordinem sufficeret.

Ferr.

Ferr. 1. cont. c. 9. 94.
Cap. d. 4. q. 1. a. 2. con. 2.
Banns ar. 3.

SVP. Q. XXII.

ART. I.

CONCL. Necesse est, ponere prouidentiam in Deo.

¶ PROB. Quia necesse est ponere, quod ratio ordinis rerum, seu ratio ordinandorum in finem, præexistat in mente Diuina. (Cum bonum ordinis rerum in finem in rebus existens, sit creatu a Deo.)

1^m ex Philosopho.

Sit bene consiliatiua. R. Præsuppositiue, & sit proprie præceptiua. §. Adducitur ergo diminute sensus philosophi. Tunc nihil &c. Nam Deus bene præcipit de ordinandis in finem, & hoc proprie ad prudentiam sufficit, licet & prærequiratur consilium, quod secundum quod est inquisitio de dubiis, Deo non conuenit.

Item minor.

Prudentia autem Deo competere non potest. R. Negatur hęc minor. §. Nam prouidentia etiam ut consiliatiua, in quantum consilium dicit certitudinem cognitionis, competit Deo. Licet non alio modo, ut dixit prima responsio. Vide secundum responsum ly quamuis etiam dici possit, quod ipsa ratio &c.

2^m de minori.

Sed prouidentia. R. Id est prouidentiæ executio, non autem ratio ordinis rerum in finem. §. Tunc nihil &c. Nam secundo modo conclusio accipit prouidentiam (ut probatio docet.)

3^m de minori.

Videtur. R. Falso, non uere. §. Ad probationem dicitur quod non concludit intentum, neque absolute, neque in Deo. Non absolutè, quia inæqualiter includit uoluntatem & intellectum. Non in Deo, quia intellectus diuinus est eadem res, cum sua uoluntate. Ideo nil contra.

APPENDIX.

EX articulo habes primo, quomodo interimas hæresim Athæorum dicentium, nullum esse Deum, nullam prouidentiam diuinam. Item Philosophorum. [Direct. inquis. 2. par. q. 4.] dicentium, Prouidentia ulla diuina mundus non regitur. Secundo habes, quomodo per rationē demonstres, has merito damnatas fuisse a Matth. 6. Pater uester cælestis pascit illa, (scilicet uolatilia cæli,) & lilia agri Deus sic uestit, ut nec Salomon in omni gloria sua coopertus sit sicut unum ex istis. Item a Sap. 8. Attingit a fine, usque ad finē fortiter & disponit omnia suauiter. Itē Sapien. 14. Tua autem prouidentia, Pater, ab initio cuncta gubernat. Item Iudith 9. Hoc factum est quod ipse uoluisti, omnes enim uiæ tuæ paratæ sunt, & tua iudicia in tua prouidētia posuisti. Tertio uides, quomodo ex his uicissim firmetur conclusio.

¶ NOT. Articulum hunc iuuant articuli in ordine 137. 505. 341. 116. 33. 134. 115. 119. 118.

Margin: Vtil. Eccl. § S. — q. præced. ar. 4. — 1. d. 39. q. 2. art. 1. & 3. contr. c. 77. q. 19. ar. 4. — Prouidentię propria diffinitio. — 3 — Pro studio var. coqe.

QVAESTIO XXII.

De Prouidentia Dei, in quatuor articulos diuisa.

CONsideratis autē his, quæ ad uoluntatem absolutè pertinent, procedendum est ad ea, quæ respiciunt simul intellectum & uoluntatem. Huiusmodi autem est prouidentia quidem respectu omnium, prædestinatio uero, & reprobatio, & quæ ad hæc consequuntur, respectu hominum specialiter in ordine ad æternam salutem. Nam & post morales uirtutes in scientia morali cō sideratur de prudentia, ad quā prouidentia pertinere uidetur.

CIRCA prouidentiam autem Dei quæruntur quatuor.

¶ Primo, vtrum Deo conueniat prouidentia.

¶ Secundo, vtrum omnia diuinæ prouidentiæ subsint.

¶ Tertio, Vtrum diuina prouidentia immediate sit de omnibus.

¶ Quarto, vtrum prouidentia diuina imponat necessitatem rebus prouisis.

ARTICVLVS I.

Vtrum prouidentia Deo conueniat.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur quod prouidētia Deo non conueniat. Prouidentia enim secundum Tullium * est pars prudentia autem (cum sit bene consiliatiua secundum Philosophum in 6. Ethic. †) Deo competere non potest, qui nullum dubium habet unde eum consiliari oporteat. Ergo prouidentia Deo non competit.

¶ 2 Præt. Quicquid est in Deo, est æternum. Sed prouidentia non est aliquid æternum, est enim circa existentia, quæ non sunt æterna secundum Dam. ergo prouidentia non est in Deo.

¶ 3 Præt. Nullum compositum est in Deo, sed prouidentia uidetur esse aliquid compositum, quia includit in se uoluntatem, & intellectum, ergo prouidentia non est in Deo.

SED CONTRA est, quod dicitur Sap. 14. Tu autem pater gubernas omnia prouidentia.

RESPON. Dicendum, quod necesse est ponere prouidentiam in Deo. Omne enim bonum quod est in rebus, a Deo creatum est, ut sup. ostensum est *. In rebus autem inuenitur bonum non solum quantum ad substantiam rerum, sed etiā quantum ad ordinem earum in finem, & præcipue in finem ultimū, qui est bonitas diuina, ut sup. habitum est *. Hoc igitur bonum ordinis in rebus creatis existens, a Deo creatum est. Cum autem Deus sit causa rerum per suum intellectum, & sic cuiuslibet sui effectus, oportet rationem in ipso præexistere, ut ex superioribus patet, † necesse est quod ratio ordinis rerum in finē, in mente diuina præexistat. Ratio autem ordinandorum in finem proprie prouidentia est. Est enim principalis pars prudentiæ, ad quam aliæ duæ partes ordinantur, scilicet memoria præteritorum, & intelligentia præsentium, prout ex præteritis memoratis, & præsentibus intellectis, coniectamur de futuris prouidendis. Prudentiæ autē proprium est, secundum Philos. in 6. Ethic. * ordinare alia in finem, siue respectu suipsius, sicut dicitur homo prudens, qui bene ordinat actus suos ad finem uitæ suæ, siue respectu aliorum sibi subiectorum in familia, uel ciuitate, uel regno, secundum quem modū dicitur Matt. 24. Fidelis seruus & prudens quem constituit dominus super familiam suam, secundum quem modum, prudentia, uel prouidentia Deo cō uenire potest. Nam in ipso Deo nihil est in finem ordinabile, cum ipse sit finis ultimus. Ipsa igitur ratio ordinis rerum in finem, prouidentia in Deo nominatur. Vnde Boet. 4. de consol. * dicit, quod prouidentia est ipsa diuina ratio in summo omnium principe constituta, quæ cuncta dispo nit. Dispositio autem potest dici tam ratio ordinis rerum in finem quam ratio ordinis partium in toto.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod secundum Philos. in sexto Ethic. † Prudentia proprie est præceptiua eorum, de quibus eubulia recte consiliatur, & synesis recte iudicat. Vnde licet consiliari non competat Deo secundum q consilium est inquisitio de rebus dubiis, tamen præcipere de ordinandis in finem, quorum rectam rationem habet, competit Deo, secundum illud Psal. Præceptum posuit, & non præteribit. Et secundum hoc competit Deo ratio prudentiæ, & prouidentiæ. Quamuis etiam dici possit, quod ipsa ratio rerum agendarum consilium in Deo dicitur, nō propter inquisitionem, sed propter certitudinem cognitionis, ad quam consiliantes inquirendo perueniunt. Vnde dicit Ephes. 1. Qui operatur omnia secundum consilium uoluntatis suæ.

AD SECVNDVM dicendum, q ad curam duo pertinent, s. ratio ordinis, quæ dicitur prouidentia, & dispositio & executio ordinis, quæ dicitur gubernatio, quorum primum est æternum, secundum temporale.

AD TERTIVM dicendum, q prouidentia d est in intellectu, sed præsupponit uoluntatē finis. Nullus. n. præcipit de agendis propter finem, nisi uelit finem. Vnde præsupponit, & prudentia uirtutes morales, per quas appetitus se habet ad bonum, ut dicitur in 6. Ethic. * Et tamen si prouidentia ex æquali respiceret uoluntatem, & intellectum diuinum, hoc esset absque detrimento diuinæ simplicitatis, cum uoluntas, & intellectus in Deo sint idem, ut supra dictum est.

Margin: 135 3. conten. c. 94. & uc. q. 5. ar. 1. li. 2. de inuent. fo. 4. ante finē libri. c. 5. & 9. tomo 5. — q. 6. art. 4. — li. 6. Ethic. ca. 12. circa med. to. 5. — li. 4. de consol. pros. 6. paulo a principio. — li. 6. Eth. c. 9. & 10. simul, to. 5. — 1. Respōsio — D. 1077. — li. 6. Eth. c. 12. in med. tom. 5. q. 19. art. 1. & 3.

Comm. Cardinalis Caietani.

Titulus clarus est.

¶ In corpore vnica est conclusio responsiua quæsito affirmatiue necesse est esse prouidentiam in Deo. Et probatur, omne bonum quod est in rebus est creatum a Deo, ergo bonum ordinis rerum in finem, & præcipue ultimum est creatum a Deo. ergo ratio ordinis rerum in finem in mente diuina præexistit, ergo in eo est prouidentia. Antecedens patet. prima uero consequentia probatur, quia in rebus creatis non solum inuenitur bonitas secundum substantias rerum, sed secundum ordinem earum in finem, & præcipue ultimum. Secunda autem probatur, quia Deus est causa rerum per intellectum. Tertia autem probatur, ex ipsa diffinitione prouidentiæ, quia scilicet est ratio ordinis rerum in finē, & declarantur singulæ particulæ. Primò quod sit ratio, quia est principalis pars prudentiæ. Secundò quod sit ordinis in finem, quia proprium prudentiæ est ordinare in finem. Tertiò quòd sit rerum ex differentia inter prudentiam monasticam, & œconomicam vel politicam quoniam illa est ratio ordinis propriorum actuum ad finem uitæ suæ, ista uero est ratio ordinis subiectorum sibi in finem eorum, ut patet Matth. 24. Ex hac enim distinctione sequitur, quòd prouidentia diuina non est pars prudentiæ monasticæ, quoniam illa impossibilis est Deo, quia nihil habet ordinabile in finem, sed est pars prudentiæ quasi politicæ, immo monarchicæ, & consequēter oportet quod sit ordinans res ipsi subiectas in suos fines. Et confirmatur hæc definitio authoritate Boe. &c. & ex differentia inter prouidentiam, & dispositionem.

¶ Circa diffinitionem prouidentiæ dubium difficile occurrit, an cum dicitur ordinis rerum in finem, intelligatur, & ipse ordo in finem, & peruentio ad finem, an ordo tantum. Est autem ratio dubitandi, quia expresse in quæstionibus de ueritate q. 6. ar. 1. dicitur, quod prouidentia diuina est ratio ordinis in finem, & non euentus idest consecutionis ipsius finis, in sequentibus autem plures habetur oppositum, & in sequenti artic. in responsione ad primum, & in artic. quarto, apertissime & articulo sexto, sequentis quæstionis, ita ut non sit locus inficiationi. Ad hoc breuiter iudicio meo dicendum est, quod author mutauit sententiam in melius, & id de mente sua tenendum est, quod hinc, & ex tertio contra gent. capitulo 94. habetur, scilicet quod prouidentia est ratio ordinis in finem quo ad vtrumque, scilicet ordinationis & consecutionis. Et hoc rationabilius est, quoniam prouidentia ad uoluntatem Dei consequentem spectat, & ad omnia quomodolibet entia ut in sequentibus patebit, se extendit ut causa per se, cum his enim non stet, prouidentiam ordinem tantum respicere sic enim multa præter ipsam euenirent, sicut de facto præter rerum ordinem eueniunt, sed non præter ordinem, & euentum.

ARTICVLVS II.

Vtrum omnia sint subiecta diuinæ prouidentiæ.

AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur quòd non omnia sint subiecta diuinæ prouidentiæ. Nullum. n. prouisum est fortuitum. Si ergo omnia sunt prouisa a Deo, nihil erit fortuitum, & sic perit casus, & fortuna, quod est contra communem opinionem.

136 Inf. q. 103. ar. 5. & 1. d. 39. q. 2. & art. 2. & 1. cont. c. 164. 94. & 111. & uer. q. 5. 2. 2. & 4. & op. 3. c. 124. 132. & 133. & opusc. 15. c. 13. 14. & 15. Ezec. 5. 9. 10. & 11. c. 5.

¶ 2 Præt. Omnis sapiens prouisor excludit defectum, & malum, quantum potest, ab his quorum curam gerit. Videmus autem multa mala in rebus esse. Aut igitur Deus non potest ea impedire, & sic non est omnipotens, aut non de omnibus curam habet.

¶ 3 Præt. Quæ ex necessitate eueniunt, prouidentiam, seu prudentiam non requirunt. Vnde secundum Philosophū in sexto Ethic. prudentia est recta ratio contingentium de quibus est consilium, & electio. Cum igitur multa in rebus ex necessitate eueniant, non omnia prouidentiæ subduntur.

¶ 4 Præt. Quicunque dimittitur sibi, non subest prouidentiæ alicuius gubernantis, sed homines sibiipsis dimittuntur a Deo, secundum illud Eccles. 15. Deus ab initio constituit hominem, & reliquit eum in manu consilii sui, & specialiter mali, secundum illud, Dimisit illos, secundum desideria cordis eorum. Non igitur omnia diuinæ prouidentiæ subsunt.

¶ 5 Præt. Apostol. 1. Cor. 9. dicit quod non est Deo cura de bobus, & eadem ratione de aliis creaturis irrationalibus. Non igitur omnia subsunt diuinæ prouidentiæ.

SED CONTRA. Est quod dicitur Sap. 8. de diuina sapientia, quod attingit a fine usque ad finem fortiter, & dispo. omnia suau.

RESPON. Dicendum, quod quidam totaliter prouidentiam negauerunt, sicut Democ. & Epicurei, ponentes mundum factum esse casu. Quidam uero posuerunt incorruptibilia tantum prouidentiæ subiacere, corruptibilia uero non secundum indiuidua, sed secūdum species, sic enim incorruptibilia sunt, ex quorum persona dicitur Iob 22. c. Nubes latibulum eius, & circa cardines cæli perambulat neque nostra considerat. A corruptibilium autem generalitate excepit Rabbi Moyses homines propter splendorē intellectus, quo participant. In aliis autem indiuiduis corruptibilibus aliorum opinionem est secutus. sed necesse est dicere, omnia diuinæ prouidentiæ subiacere, non in uniuersali tantum, sed etiam in singulari. Quod sic patet. Cum enim omne agens agat propter finem, tantum se extendit ordinatio effectuum in finem, quantum se extendit causalitas primi agentis. Ex hoc enim contingit in operibus alicuius agentis aliquid prouenire non ad finem ordinatum, quia effectus ille consequitur ex aliqua alia causa præter intentionem agentis. Causalitas autem Dei, qui est primum agens, se extendit usque ad omnia entia nō solum quantum ad principia speciei, sed etiam quantum ad indiuidualia principia, non solum incorruptibilium, sed etiam corruptibilium. Vnde necesse est, omnia quæ habent quocumque modo esse, ordinata esse a Deo in finem secundū illud Apostoli ad Rom. 13. Quæ a Deo sunt, ordinata sunt. Cum ergo nihil aliud sit Dei prouidentia quā ratio ordinis rerum in finem, ut dictum est, necesse est omnia inquātum participant esse, intantum sub di diuinæ prouidentiæ. Similiter et supra ostensum est, quod Deus omnia cognoscit, & uniuersalia & particularia. Et cum cognitio eius comparetur ad res sicut cognitio artis ad artificiata (ut supra dictum est) necesse est quod omnia supponantur suo ordini, sicut omnia artifex subdun. ordi. artis.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod aliter est de causa uniuersali, & de causa particulari. Ordinem enim causæ particularis aliquid potest exire, non autem ordinem causæ uniuersalis. Non enim subducitur aliquid ab ordine causæ particularis, nisi per aliquam aliam causam particularem impedientem, sicut lignum impeditur a combustione per actionem aquæ. Vnde, cum omnes causæ particulares concludantur sub uniuersali causa, impossibile est aliquem effectum ordinem causæ uniuersalis effugere. Inquantum igitur aliquis effectus ordinem alicuius causæ particularis effugit, dicitur esse casuale, uel

Ferr. 1. cont. c. 163. 94. cap. 1. d. 38. q. 1. con. 4. Banez eod. loc. Pe. de Pa. 1. s. d. 39. q. 3.

SVP. Q. XXII. ART. II.

CONCL. Necesse est dicere, omnia subiacere diuinæ prouidentiæ, non tantum in uniuersali, sed etiam in singulari.

¶ PROB. 1. Quantū tum se extendit ordinatio effectuum, in finem; quantum se extendit causalitas primi agētis, & causalitas primi agentis, [i. Dei] se extēdit ad omnia tam corruptibilia quam incorruptibilia, tam quo ad principia qualibet speciei, quam quoad principia qualibet indiuidualia. Secūdo qa cognitio Dei comparatur ad res, sicut cognitio artis ad artificiata, & cognitio Dei est de omnibus tum uniuersalibus, cum singularib.

ar. præced. D. 472. D. 237. q. 14. art. 6. & 11.

Notatio. Conclusioni huic, cum sit certa secū dum fidem, non repugnat B. Hier. sup Abachuch. Licet uideatur, ut patet supra. q. 14. art. 11. Vide ibi, & cognosce B. Hieronimū malleum hæreticorum non esse fractum, sed validissimè (pro more suo) illos contundentem; Hiere. c. 32. Deus uniuersæ carnis &c. Ibi enim apertissime dicit, quod NIHIL EST, QVOD FVGIAT PROVIDENTIAM ET SCIENTIAM, DEI.

1m de antecedente. Fortuitum. R. Respectu causæ illius, respectu

ctu cuius dicitur prouisum, non respectu alterius. §. Tunc &c. Nã respectu Dei nullum est fortuitum. Licet per respectum ad alias causas multa sint fortuita.

2^m^ de maiori. Prouisor. ℞. Particularis, non uniuersalis. §. Pro literæ captu faciliori dic, quod uniuersalis puisor ab his quorũ curã gerit exclu dit oẽ malũ tm̃ quantũ decet, sine [qđ idẽ est] tantũ quantum iustum est, non autem tantum quantum potest, particularis autem excludit a rebus prouisis omne malum tantum, quantum potest. Ideo mox, data formali glossa, dic. Tunc nil contra.

3^m^ de antecedente. Prouidentiam. ℞. Humanam, non diuinam. §. Tunc &c. Conclusio namque de diuina prouidentia, non de humana loquitur.

4^m^ de maiori. Quicumque dimittitur sibi. ℞. Tanquam a prouidentia diuina seclusus, non tanquam ad finem seipsum sub prouidentia diuina agens. §. Tunc &c. Nam secundo modo, nõ primo, sibi dimittitur homo per illam authoritatem, ut uiuat secundum prouidentiã suã. Sub prima ergo prouidentia, tanquam sub prima mẽsura regitur oĩs prouidentia nostra.

5^m^ ex Apostolo. Cura. ℞. Sic priuilegiata, ut cura de homine, non autẽ specialis, quantum ad omnia, & singula principia etiam indiuidualis. §. Tunc nihil &c. Pro literæ captu dic, quod illa locutio est comparatiue tantum intelligenda similis ei, quæ ab eodem Apostolo dicitur Ephes. 6. Non est nobis colluctatio aduersus carnem, & sanguinem, sed aduersus principatus, &c. Quis enim ob hoc dictum neget eundem Apostolum ibi. Caro concupiscit aduersus spiritum, &c. Galat. 5. Vide etiã q. 20. ar. 2. in conclusione ly non tamen eodẽ modo sicut nos. Nam cura de bobus, immo de quibuscunque minutissimis reb. est specialissima absolutẽ. Licet nõ sit sic priuilegiata ut illa de homine, ut patet in litera. Absit. n. ut contradicamus psal. 148. Ignis grãdo, nix, glacies, spiritus procellarum, quæ faciunt uerbum eius. Qui locus secundum August. s. super Gen. ad lit. c. 21. monstrat Dei prouidentiam circa quæque minutissima, & quæcunque fortuita & casualia, ita ut quæcunque uideri possunt nobis talia, faciãt uerbum eius, i. ab ipso Deo per uerbum suum sint prouisa, & taliter, ut ipsa non prætereant, nec pauxillum quidem, uerbum eius, i. ordinationem eius sapientia plenam.

fortuitum respectu causę particularis, sed respectu causæ uniuersalis a cuius ordine subtrahi non potest, dicitur esse prouisum. sicut & concursus duorum seruorum, licet sit casualis, inquantum ad eos, est tamen prouisus a domino, qui eos scienter sic ad unum locum mittit, ut unus de alio nesciat.

Ad secundum dicendum, quod aliter de eo est, qui habet curã alicuius particularis, & de prouisore uniuersali, quia prouisor particularis excludit defectum ab eo, quod eius curæ subditur, quantum potest sed prouisor uniuersalis permittit aliquem defectum in aliquo particulari accidere, ne impediatur bonum totius. Vnde corruptiones, & defectus in reb. naturalib. dicuntur esse contra naturam particularem, sed tamen sunt de intentione naturæ uniuersalis, inquãtum defectus vnius cedit in bonum alterius, uel etiam totius uniuersi. nã corruptio unius, est generatio alterius, per quam species conseruatur. Cũ igitur Deus sit vniuersalis prouisor totius entis, ad ipsius prouidentiam pertinet, ut permittat quosdam defectus esse in aliquibus particularibus rebus, ne impediatur bonum vniuersi perfectum. Si enim omnia mala impedirentur, multa bona deessent vniuerso. Non enim esset uita leonis, si non esset occisio animalium, nec esset patientia martyrum, si non esset persecutio tyrannorum. Vnde dicit Aug. in Ench. * Deus omnipotens nullo modo sineret malum aliquod esse in operib. suis, nisi usque adeo esset omnipotens, & bonus, ut benefaceret etiã de malo. Ex duabus autẽ rationib. quas nunc soluimus, uidentur moti fuisse, qui diuinæ prouidẽtię subtraxerunt corruptibilia, in quibus inueniuntur casualia, & mala.

Enchi. c. 11. ad principium t. 3.

Ad tertium dicendum, quod homo nõ institutor naturæ, sed vtitur in operibus artis, & uirtutis ad suum usum rebus naturalibus. Vnde prouidentia humana non se extendit ad necessaria, quæ ex natura proueniunt, ad quæ tamen se extendit prouidentia Dei, qui est author naturæ. Et ex hac ratione uidentur moti fuisse, qui cursum rerum naturalium subtraxerunt diuinæ prouidentiæ, attribuentes ipsum necessitati materiæ, ut Democritus, & alii naturales antiqui.

Ad quartum dicendum, quod in hoc quod dicitur, Deum hominem sibi reliquisse, non excluditur homo a diuina prouidentia, sed ostẽditur, quod non præfigitur ei uirtus operatiua determinata ad unum, sicut rebus naturalibus, quæ aguntur tantum, quasi ab altero directæ in finem, non autem seipsa agunt, quasi se dirigentia in finem, ut creaturæ rationales per liberum arbitrium, quo consiliantur, & eligũt, unde signanter dicit. In manu consilii sui. Sed quia ipse actus liberi arbitrii reducitur in Deum, sicut in causam, necesse est, ut ea, quæ ex libero arbitrio fiunt diuinæ prouidẽtiæ subdantur. Prouidẽtia enim hominis continetur sub prouidentia Dei, sicut causa particularis sub causa uniuersali. Hominum autem iustorũ quodam excellentiori modo Deus hẽt prouidẽtiã, quã impiorũ, in quantũ nõ permittit contra eos euenire aliquid, qđ finaliter impediat salutẽ eorum. Nam diligentib. Deũ oĩa cooperantur in bonum, ut dicitur Ro. 8. Sed ex hoc ipso, quod nõ retrahit a malo culpæ, dẽ eos dimittere, nõ tñ ita, quod totaliter ab eius prouidẽtia excludantur alioqn in nihilum deciderẽt, nisi p eius ꝓuidentiã cõseruarẽtur. Et ex hac rõne uidetur motus fuisse Tullius, qui res humanas, de quib. consiliamur diuinæ prouidentiæ subtraxit.

Ad quintum dicendũ, quod quia creatura rationalis habet per liberum arbitrium dominium sui actus (ut dictum est *) speciali quodam modo subditur diuinæ prouidentiæ, ut. s. ei imputetur aliquid ad culpam, uel ad meritum, & reddatur ei aliquid ut pœna, uel præmium. Et quantum ad hoc, curam Dei Apostolus a bobus remouet, non tamen ita quod indiuidua irrationalium creaturarum ad Dei prouidentiam non pertineant, ut Rabbi Moysi existimauit.

q. 1. ar. 20.

ARTI-

APPENDIX.

Vtil. p S. Eccl.

Ex articulo habes primo; quomodo per rationem interimas hæresim Rabbi Moysi [Direct. Inquis. 2. p. q. 4.] dicentis prouidentiam aliquorum Deus non habet quo ad speciem & singularia, nec contingentia particularia sunt sub diuina prouidentia. Item Auerrois [Directoriũ ibi] dicentis. Prouidentia Dei non est de indiuiduis, & de hic inferis existentibus. Item Athæorum dicentium, Prouidentiam Dei de rebus humanis nullam esse. Secundo habes, quomodo per rationẽ monstres, has omnes recte damnati a Christo Matth. 10. & Lu. 12. Capilli capitis uestri omnes numerati sunt Item Luc. 21. Capillus de capite uestro nõ peribit. Item Matth. 10. Nonne duo passeres asse ueneunt? Et unus ex illis nõ cadet super terram sine patre uestrõ, multis passeribus meliores estis uos. Item Luc. 12. Nonne quinque passeres ueneunt dipondio? Et unus ex illis non est in obliuione coram Deo multis passeribus pluris estis uos. Contra illas hæreses quid clarius ad ostendẽdum, quod Deus minutissima curat, & multo magis nos? Nota etiam ualidissima argumenta Christi Matth. 6. Respicite uolatilia cœli quæ non serunt neque metunt neq; cõgregant in horrea, & Deus pascit illa. Nonne uos magis pluris estis illis? Hoc est. [ut ait Luc. 12.] Quanto magis uos, qui pluris estis illis? Aliud argumentum Matth. Si fœnum agri, quod hodie est, & cras in clibanum mittitur, Deus sic uestit; quanto magis uos modicæ fidei? Ecce inanimata quoque etiã mox transeuntia, tã nobiliter a Deo prouideri testatur Christus. Nihil ergo uel minimum uel uilissimũ uel quantumuis cito transitorium est, quod singularissima a Deo prouidentia non custodiatur in omnibus semper & vbique. [Hæc uoluit per hæc sua dicta teneri pro certissimo Christus.] Hac tamen ueritate uisa, non sumas occasionem dicendi in sensu malo, omnia diuinæ prouidentiæ esse committenda. Hæc enim propositio est suspecta, eo quod uideatur tollere industriam humanam, & deducta ab hæreticis ex 11. Ecclesiastici. [Confide, inquit, in Deo, & mane in loco tuo. Vel ex alio simili,] ut notat censura generalis in Bibliã. Nollent enim per hanc propositionẽ hæretici, nos satagere ut p bona opera certã nostrã uocationem & electionẽ faceremus, quod est contra monitum Principis

Responsio tacitæ obiectionis.

APPEN-

pis Apostolorum 2. Petri 1. Si tamen in catholico sensu intelligatur illa propositio, acceptari debet, ac obseruari quemadmodum nos lõgo discursu admonet Christus. Matt. 6. vbi narrata Dei subtilissima prouidentia concludit. Nolite ergo soliciti esse dicentes, quid mãducabimus &c. & Apostolus. Philip. 4. Dñs prope est [.s. per prouidẽtiam.] nihil soliciti sitis. Audi sensum catholicum. Labor exercendus (teste ibi B. Hiero.) Solicitudo tollenda. psal. 36. Spera in Domino, & fac bonitatem. Non tollit operandi curam [ut intendit hæreticus] ex hoc, ꝙ per speciẽ ueram committenda ola nostra prouidentiæ diuinæ vult propheta, sed ex hoc nos magis ad faciendũ bonitatẽ inuitat. Sis ergo cautus, ne decipiaris. Tertio tãdem uides qũo ex his uicissim Angelica firmetur cõclusio. 3

¶ Not. Seruit huic articulo in ordine, articulus 251. 287. 90. 235. 88. 85. 220. 253. 223. 113. 120. 504. 554.

Comm. Cardinalis Caietani.

Titulus nulla eget expositione. Qui enim dicit omnia, nihil excludit.

¶ In corpore duo facit. Primo refert tres opiniones circa quæsitum, prima est Democriti & Epicuri, dicendum nihil esse subiectum diuinæ prouidentiæ. Secunda est Auerrois in 12. metaph. commem. 52. & 54. dicentis, res incorruptibiles solas subdi diuinæ prouidentiæ. Tertia est Rabbi Moysi dicentis, non solum incorruptibilia, sed etiam singularia humanæ tamen speciei tantũ, diuinæ subiecta prouidentiæ. Rationes autem ex quibus amanarunt opiniones, in litteram arguendo adducuntur. Secundo respondet quæsito secundum ueritatem unica conclusione, quam dupliciter probat. Est ergo conclusio responsiua. Omnia diuinæ prouidentiæ subiacent, non tantum in uniuersali, sed etiam in singulari. & probatur primo sic Omne agens agit propter finem, ergo omnia subiecta causalitati primi agentis, sunt etiam subiecta ordinationi eiusdem in finem, ergo omnia quæ habent quocunque modo esse sunt ordinata a Deo in finem, ergo omnia, inquantum habent quomodo libet esse, in tantum diuinæ subiiciuntur prouidentiæ. Prima consequentia manifestatur ab opposito, quia scilicet propterea in operibus alicuius agentis aliquid interuenit non subditũ illius ordini, qm effectus ille non subiicitur cãlitati illius causæ, sed ex aliqua alia causa pter intentionem ipsius prouenit. Secunda uero consequentia probatur, ex eo, quod causalitas Dei extendit se usque ad omnia etiam indiuidualia &c. Et confirmatur eius consequens, authoritate Apostoli. Tertia autem consequentia probatur ex ipsa diffinitione prouidentiæ, quia scilicet est ratio ordinis rerum in finem.

¶ Circa hanc rationem nota tria. Primum est, quod prima consequentia propterea probata est a posteriori, quoniam per se ex ui antecedentis tenet. Cum enim dico. Omne agens agit propter finem, causalitatem agentis significo, in hoc quod dico, agit; ordinationem uero effectus in finem significat, ly, propter finem. Causalitatis ergo amplior non est ordinatione, nisi agat non propter finem. Et propterea optime sequitur, & fine alio medio, quod si actio est propter finem, tantum se extendit ordinatio in finem, quantum causalitas, quia ly propter, adæquat ly agit. Secundum est, quod causalitatis nomen in litera positum, quo ad præsens negotium, ponderandum est, & satis proprie accipiendum, quoniam non sumitur pro quocumque modo aliquid facere, sed pro facere aliquid sic, quod per ipsam actionem suã faciat id, quod effectus dicitur per seipsum, ita quod illud uere illam conditionem, quæ facta est ab illa causalitate habeat, in cuius signum in litera, effectus per accidens alicuius causæ, dicitur esse per causalitatem alterius causæ, & non illius causæ, cuius dicitur effectus per accidẽs sic autem intellecta causalitas nihil aliud est quam causalitas per se. Nec tamen oportuit in litera exprimi ly per se, quoniam in sermonibus scientificis omnia interpretanda sunt per se.

¶ Tertium est, quod cum dicitur hic, quod causalitas Dei extendit se usque ad omnia &c. intelligendum est prout dictum & expositum fuit in quæstione 8. s. per essentiam, & potentiã: aliter processus iste nihil ualeret, ut facile patere potest consideranti.

¶ Secunda ratio ad conclusionem est, Deus omnia cognoscit, etiam in particulari, ut artifex eorum, ergo necesse est, quod omnia supponantur suo ordini, & probatur sequela, quia omnia artificiata, subduntur ordini artis.

¶ Aduerte hic, quod non est intentio literæ ponere identitatem artis, & prouidentiæ, quoniam earum differentia est manifesta, dum ars respicit ipsam substantiam artificiatorum, prouidentia autem ordinem in finem, sed intendit proportionaliter se habere artem, & prouidentiam, & propterea, &c. In cuius signum, litera in probatione consequentiæ utitur ly sicut, quod est nota nõ identitatis, sed similitudinis proculdubio proportionalis hic.

¶ In responsione ad primum, aduerte, quod tam fortuitum quã casualem, relatiuum est, & propterea non oportet, id quod in se, & simpliciter est fortuitum, esse fortuitur respectu omnis agẽtis. Hæc est enim differentia inter absoluta, & respectiua, quod quando est aliquid in se simpliciter tale secundum aliquod prædicatum absolutum, non definit esse aut dicit tale ex comparatione ad quodcunque, quando uero aliquid est tale in se, & simpliciter secundum aliquod prædicatum respectiuum, non solum non habet tale prædicatum in ordine ad quodcunque, sed ad correlatiuum tantum, uerum etiam oppositum prædicatum respectiuũ, in ordine tamen ad aliud correlatiuum, sortiri potest, ut patet de albo, quod cum absolute sit alteri albo simile, ad nigrum tamen comparatum, est dissimile. Sic igitur quia res dicuntur fortuitæ uel casuales in ordine ad naturam, & intentionem creatam, non inconuenit, quod in ordine ad diuinam intentionem non fortuitæ, sed per se intentæ sint & dicantur, ita tamen, quod secundum se sumptæ simpliciter causales, seu fortuitæ, & sint & dicantur ea ratione, quia unaquæque res est, & iudicatur secundum proprias & proximas causas. Et per hoc patet non contradicere doctrinam hanc de prouidentia diuina doctrinæ traditæ in philosophia naturali, & sexto Metaph. quoniam utrobique res examinatæ iudicatæque sunt secundum quod pendent ex proximis uel saltem particularibus causis, quales sunt omnis causæ creatæ, quarum nec intentionibus nec causalitatibus subest modus, quo effectus causatur, s. necessario, uel cõtingenter. hoc enim proprium est primæ causæ, quæ respicit ens in eo quod ens.

¶ In responsione ad secundum, dubium occurrit, quo pacto mala culpę sint permissa a Deo propter perfectionem uniuersi. Tum quia si Deus cooperatus fuisset cum gratia sua, tam angelis, quam hominibus qui lapsi sunt, ad perpetuam in bono perseuerentiam, ut possibile fuit, uniuersum multo melius esset, eo quod nihil ab ordine respiciente diuinam uoluntatem secundum se, qui est supremus ordo in uniuerso, defecisset, quoniam in tali defectu malum culpæ consistit, ut supra dictum fuit. Tum quia uirtutes, quæ ex malo culpæ occasionantur, ut patientia martyrum, & pœnitentia &c. non deessent uniuerso, quoniam inuenirentur secundum præparationem animi. Ad hoc dicitur, quod integritas uniuersi maius bonum est, quam quodcunque particulare bonum creatum, ut patet Gen. primo. exigit autem uniuersi integritas, uirtutes, & si qua sunt alia ex malo occasionaliter prouenientia, non solum in statu imperfecto, sed in statu perfecto, constat autem perfectum uirtutis statum consistere in actu secundo, & non in habitu, ut patet primo Ethicorum & duodecima Metaphy. c. deessent ergo multæ perfectiones uniuerso, puta iustitia punitiua, patientia martyrum, & similia, immo quod maxime ponderandum est, deesset uniuerso hostia illa diuini suppositi, quam in cruce obtulit, quod adeo bonum fuit, & est, ut excedat in bonitate omne malum culpæ, non solum hominum, sed dæmonum. Vnde & ipse ordo in diuinam bonitatem secundum se, quamuis ex malo culpę sit læsus, tantum tamen boni ad eundem ordinem spectantis ex malo culpæ Deus effecit, & fœliciter actum cum uniuerso dicere possimus, cum Deus mala culpæ permisit, iuxta illud Gregorii. O felix culpa, &c. Subest etiam naturalis ratio, cur malum culpæ permissum fuerit, scilicet suauis rerum dispositio. Potentia namque peccandi ab uniuerso subtrahi non potuit sine illius maxima iactura in amissione omnium creaturarum intellectualium, ut alibi patet. Actus autem pacti ab huiusmodi potentia progrediens, quamuis prohiberi, idest non permitti, potuisset, suauis tamen dispositio liberi arbitrii creati hoc non exigit, sed magis, ut sua ui seipsum agat. Et quoniam ad prouidentiam diuinam spectat disponere omnia suauiter, sapientissime elegit Deus permissionem malorum culpæ. Nec fallaris cum legis in litera, mala esse de intentione naturæ uniuersalis ac perinde mala culpæ esse de intentione primi, & uniuersalissimi agentis. Hęc enim non ita sunt intelligenda, ut ipsa mala sint uolita, seu intenta fiue per se, fiue per accidens, quoniam hoc esse impossibile de malo culpæ supra manifestatum est, sed quod ipsa mala, non sunt nolita, seu exclusa per intentionem, seu uolitionem causæ primæ, & quod permissio malorum culpæ est intenta propter integritatem ac perfectionem uniuersi, & secundum permissionem hanc tenet similitudo proportionalis inter intentionem naturæ uniuersalis respectu malorum naturalium, & intentionem Dei gloriosi respectu malorum culpæ.

Ferr.

Ferr. 2. cont.c.69.70. Aegi.1. s. d.39. q.3. 2. prin.

SVP. Q. XXII. ART. III.

137 Inf. q. 113. art. 6. & 3. cõ.c.76.77 83.& 94.& opu. 3.cap. 154.& opu. 15.c.14.

CONCL. I. Deus quantum ad rationem ordinis prouidet immediate omnibus.

¶PROB. Quia De^s in suo intellectu habet rationem omnium, etiam minimorum, & quascunq; causas quibuscunque effectibus præfecit, causis illis dedit uirtutem perducendi tales effectus.

¶CONCL. 2. Deus quantum ad executionem ordinis prouisi, non prouidet immediate omnibus [idest, quantum ad executionem illam sunt aliqua media diuinæ prouidentiæ.]

c. 17.to.3. ¶PROB. Quia gubernat Deus inferiora per superiora.

li. 12.meta phi.tex.52. tom.7.

1^m de minori. Prouideat. R. Quantum ad executionem prouidentiæ suæ, non quantum ad cognitionem ordinis rerum prouisarum in finem. §. Tunc nihil &c. vt patet. Nam si per se non cognosceret res, hoc inferret, ignorantiam in eo, non dignitatem.

li.19. Moralium,c.16. ante med.

Firmissimè ergo multo magis, q. 14.ar.9.tenendum est, quod Deus quo ad cognitionem immediate prouidet, non quo ad executionem.

2^m de conclusione. Prouidet. R. Quantũ ad executionem, non quantum ad cognitionem prædictã. § Tunc &c. vt patet per Conclusiones.

3^m ex August. Melius est. R. Nobis, non absolute. §. Tunc &c. vt patet. Ex litera dic. Ergo quicquid est melius absolute, Deo attribuitur, non quicquid est melius huic. Alioquin quia melius est cani esse iracũdum quàm non, Deo magis attribuendum esset furiosum esse, quam tranquillum. Et sic de huiusmodi. Quo quid absurdius?

ARTICVLVS III.

Vtrum Deus immediate omnibus prouideat.

AD TERTIVM sic proceditur. Videtur, quod Deus nõ immediate omnibus prouideat. Quicquid enim est dignitatis, Deo est attribuendum, sed ad dignitatem alicuius regis pertinet, quod habeat ministros, quibus mediantibus subditis prouideat. Ergo multo magis Deus non immediate omnibus prouidet.

¶ 2 Præt. Ad prouidentiam pertinet res in finem ordinare. Finis autem cuiuslibet rei est eius pfectio, & bonum. Ad quamlibet autẽ causam pertinet effectum suum perducere ad bonum. Quælibet igitur causa agens, est causa effectus prouidentiæ. Si igitur Deus omnib. immediate prouidet, subtrahũtur omnes causæ secundæ.

¶ 3 Præt. Aug.* dicit in Ench. quod melius est quædam nescire, quam scire, ut uilia. Et idem dicit Phil. in * 12. met. sed omne qd est melius, Deo est attribuendum. Ergo Deus non habet immediate prouidentiam quorundam uilium, & malorum.

SED CONTRA est, quod dicitur Iob 34. Quem constituit alium super terram? aut quem posuit super orbem quem fabricatus est? Super quo* dicit Greg. Mundum per seipsum regit, quem per seipsum condidit.

RESPON. Dicendum, quod ad prouidentiam duo pertinent, scilicet ratio ordinis rerum prouisarum in finem, & executio huius ordinis, quæ gubernatio dicitur. Quantum igitur ad primum horum Deus immediate omnib. prouidet, qui in suo intellectu habet rationem omnium etiam minimorum, & quascunque causas aliquibus effectibus profecit, dedit eis uirtutem ad illos effectus producendos. Vnde oportet quod ordinem illorum effectuum in sua ratione præhabuerit. Quantum autem ad secundum sunt aliqua media diuinę prouidentiæ, quia inferiora gubernat per superiora, non propter defectum suæ uirtutis, sed propter abundantiam suæ bonitatis, ut dignitatem causalitatis etiam creaturis communicet. Et secundum hoc excludit opinio Pla. quam * narrat Greg. Nyssenus, triplicem prouidentiam ponentis. Quarum prima est summi Dei, qui primo, & principaliter prouidet rebus spiritualibus & consequenter toti mundo quantum ad genera, species, & causas uniuersales. Secunda uero prouidẽtia est, qua prouidetur singularibus generabilium, & corruptibilium. Et hãc attribuit diis, qui circumeunt cęlos, idest substantiis separatis, quæ mouent corpora cælestia circulariter. Tertia vero prouidentia est rerum humanarum, quam attribuebat dæmonibus quos Plat. ponebant medios inter nos, & Deos, ut narrat August. nono, * de Ciuitate Dei.

lib. 8. de Prouidentia, c. 3.

li. 9. de Ciui. Dei.c.1. & 2. 5. & li. 8. c.14.

AD PRIMVM ergo dicendũ, quod habere ministros executores suæ prouidentiæ pertinet ad dignitatem regis. Sed quod non habeat rationem eorum, quæ per eos agenda sunt, est ex defectu ipsius. Omnis enim scientia operatiua tanto perfectior est, quanto magis particularia considerat, in quibus est actus.

AD SECVNDVM dicendum, ꝙ per hoc quod Deus habet immediate prouidentiam de reb. omnibus non excluduntur causæ secundę, quæ sunt executrices huius ordinis, ut ex supradictis patet.*

AD TERTIVM dicendum, ꝙ nobis melius est nõ cognoscere, mala, & vilia, inquantum per ea impedimur a consideratione aliquorũ meliorum, qui non possumus simul multa intelligere, & inquantum cogitatio malorum peruertit interdũ uoluntatem in malum. Sed hoc nõ habet locum in Deo, qui simul omnia uno intuitu uidet, & cuius uoluntas ad malum flecti non potest.

q.19. art.5. & 8. 3 D.929.

APPENDIX.

Vtil. & S. Eccl.

EX articulo habes primo, quomodo per rationem ostendas, rectè dictum Iob trigesimoquarto. Quẽ constituit alium super terram, aut quem posuit super orbem, quẽ fabricatus est? Hoc est secundum B. Gregor. decimoquarto, moral. capitulo uigesimosexto. Mundum per seipsum regit, quem per seipsum condidit, [scilicet Deus.] Item recte dictum ab Ecclesia, Deus, qui miro ordine Angelorum ministeria hominumque dispensas, concede propitius, &cæt. Ecce quod Ecclesia testatur, Deum mediantibus Angelis prouidere hominibus, & mediantibus ministeriis hominum prouidere aliquibus aliis hominibus. Secundo habes, quomodo per rationem intelligas vtrumque dictum in sensu catholico, & ad inuicem cõcordare scias. Tertio uides, quomodo ex his uicissim firmetur conclusio.

¶NOT. Articulo huic deseruit articulus in ordine 105.135.122. 119.

ARTI-

Comm. Cardinalis Caietani.

IN titulo, ly immediate, significat negationem medii prouisoris ad prouidentiæ diuinæ complementum, & sensus est. Verum ad actum prouidendi omnibus, qui Deo conuenit, requiratur, aut etiam concurrat aliquis medius prouisor, ut sic.

¶ In corpore tria facit. Primo distinguit actus prouidentiæ in duo, scilicet in ordinare, & executionem statuti ordinis, & primus proprie dicitur prouidere, secundus uero gubernare. Secundo respondet quæsito duabus conclusionibus iuxta hos duos actus. Prima est, Deus immediatè prouidet omnibus quo ad rationem ordinis. Secunda uero est, Deus per aliqua media prouidet quantum ad executionem. probatur prima, Deus habet in intellectu suo rationem omnium etiam minimorum, & dedit causis, quas effectib. præfecit, uirtutem ad illos effectus producendos, ergo in sua ratione præhabet ordinem illorum effectuum in finem, ergo Deus per seipsum prouidet omnibus quo ad rationem ordinis. Secunda uero probatur, quia Deus gubernat inferiora per superiora, & excluditur statim tacita obiectio contra eam, dum dicitur, quod gubernare per media conuenit Deo, non propter defectum virtutis, &c. ut patet in litera.

¶Attende nouitie, quod inter prouidere, & gubernare hoc interest, quod prouidere est operatio manens, gubernare uero transiens. Et propterea prouiderentur per seipsum, ponit imperfectionem in ipso prouidente, quoniam importat ipsum non statuere in mente sua totum omnium ordinem in omnem finem, sed partem tantum, gubernare uero per media non ponit imperfectionem in gubernante, nisi ex eius defectu procedat, sed ponit actionem eius transeuntem multis quasi instrumentis expleri, quod inconuenire Deo patet.

¶ Tertio excluditur ex dictis opinio Plat. satis clarè, de qua tamen

tamen si diffinè uidere cupis quomodo impugnetur, lege tertiũ contra Gen.c.76. ibi enim aduertes etiam, quod non est intentio nis præsentis, excludere medios prouisores, ut executores diuini ordinis pertingentis usque ad minima (hoc.n. esset etiam tollere prudentiam humanam) sed excludere medios prouisores ut prouisores tantum, idest ita prouisores, quod non executores præfati ordinis, sed alterius, in diuino actu aliter non comprehensi. Et si uis perspicere conclusiones plenius hic positas, lege tertium contra Gen.c.94. ubi nunc facta distinctio cum eisdem conclusionib. diffusius ponitur, & manifestatur in principio solutionis.

Aegi. 1.5. dist.39. q.2. prin.
Cap. 1.d.4. q.1. a.3. con. 2.d.4. q.1.a.3. con.6.
Bannes eod.loc.

ARTICVLVS IIII.

Vtrum prouidentia rebus prouisis necessitatem imponat.

AD QVARTVM sic proceditur. Videtur, quod diuina prouidentia necessitatem reb. prouisis imponat. Omnis enim effectus qui habet aliquã causam per se, quæ iam est, uel fuit, ad quam de necessitate sequitur, prouenit ex necessitate, ut Philosophus probat in sexto* Metaphysic. Sed prouidentia Dei, cum sit æterna præexistit, & ad eam sequitur effectus de necessitate, non enim potest diuina prouidentia frustrari. Ergo prouidentia diuina necessitatem rebus prouisis imponit.

¶ 2 Præt. Vnusquisque prouisor stabilit opus suum quantum potest, ne deficiat, sed Deus est summè potens. Ergo necessitatis firmitatem rebus a se prouisis tribuit.

¶ 3 Præt. Boe. dicit † 4. de con. ꝙ fatum ab immobilibus prouidentiæ proficiscens exordiis, actus fortunasq; hominũ indissolubili causarum connexione astringit. Videtur ergo quod prouidentia necessitatem rebus prouisis imponat.

SED CONTRA est, quod dicit Dion. 4. cap. de diui. no. quod corrumpere naturam non est diuinæ prouidentiæ, hoc autem habet quarundam rerum natura quod sint contingentia. Non igitur diuina prouidentia necessitatem reb. imponit contingentiam excludens.

RESP. dicendum, quòd prouidentia diuina quibusdam rebus necessitatem imponit non autem omnibus, ut quidam crediderunt. Ad prouidentiam enim pertinet ordinare res in finem. Post bonitatem autem diuinam, quæ est finis a rebus separatus, principale bonum in ipsis rebus existens, est perfectio uniuersi, quæ quidem non esset, si non omnes gradus essendi inuenirentur in rebus. Vnde ad diuinam prouidentiam pertinet, omnes gradus entium producere. Et ideo quibusdam effectibus præparauit causas necessarias, ut necessario euenirent, quibusdam uero causas contingentes, ut euenirent contingenter secundum conditionem proximarum causarum.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod effectus diuinæ prouidentiæ non solum est aliquid euenire quocunque modo, sed aliquid euenire uel contingenter, uel necessario. Et ideo euenit infallibiliter, & necessario quod diuina prouidentia disponit euenire infallibiliter, & necessario & euenit contingenter, quod diuinæ prouidentiæ ratio habet ut contingenter eueniat.

AD SECVNDVM dicendum, ꝙ in hoc est immobilis, & certus diuinæ prouidentiæ ordo, quod ea, quæ ab ipso prouidentur, cuncta eueniunt eo modo quo ipse prouidet, siue necessario, siue contingenter.

AD TERTIVM dicendum, ꝙ indissolubilitas illa, & immutabilitas quam Boe. tangit, pertinet ad certitudinem prouidentiæ, quæ nõ deficit a suo effectu, neque a modo eueniendi, quem prouidit, non autem pertinet ad necessitatem effectuum. Et considerandum est, quod necessarium, & contingens proprie consequuntur ens, inquantum huiusmodi. Vnde modus contingentiæ, & necessitatis cadit sub prouisione Dei, qui est uniuersalis prouisor totius entis, nõ autem sub prouisione aliquorum particularium prouisorum.

SVP. Q. XXII. ART. IIII.

138

CONCL. Prouidentia diuina rebus quibusdam necessitatem imponit, non autem omnibus.

¶ PROB. Quia ad prouidentiam diuinam pertinet ordinare res in finem, qui est perfectio uniuersi, & perfectio hæc non esset, nisi omnes gradus essendi inuenirentur in rebus [idest nisi inuenirẽtur effectus a causis necessariis necessario profluentes effectusque a causis contingentibus contingenter producti.]

Sup. q.19. ar.8 & 12. q.10. ar.4. & 1.d.39.q. 2. art.2. & 2.cõ. c.69. 70. 71. 93. 60.& 94 & opusc. 3. c. 141.& 142. & opusc.15. c.11.
li.6. Metaphy.tex.7. tomo 3.

1^m de maiori.

Prouenit de necessitate. ℞. Eo modo quo uoluit ipsa causa per se, illum prouenire, non, ita quod effectus ipse prouenienz sit semper secundum rem necessarius. §. Tunc &c. Aliud est enim sequi ad causam de necessitate eo modo, quo disposuit causa, aliud est, effectus sequentes esse secundum se necessarios. Sunt enim quandoque contingẽtes de necessitate, quia causa uoluit, sic eos de necessitate sequi.

† li.4. de cõsol. prosa 6. parũ ante mediũ.

c.4. non multũ remote ante finem.

2^m de maiori.

Ne deficiat. ℞. Et quãtum ad euentum, & quantũ ad modum euẽtus, etiam contingentẽ a se prouisore intentũ, non tantum, quantum ad euentum, euentusque modum necessarium, §. Tunc &c. Deus enim promisit ab æterno ne deficiat suus effectus, a modo eueniendi, quem statuit, ita quod non potest deficere, quin illo modo præordinato eueniat, & tamen effectus in se erit contingens.

3^m ex Boetio. Indissolubili. ℞. Quantum ad euentum, & modum euentus, non quantum ad necessitatem effectuum. §. Et euentus igitur effectus, & modum euentus eius, siue contingens siue necessarius, sub Dei prouidentia cadit. Ideo mox formali glossa data, dicat. Tunc nihil &cæt. Nam sub Deo prouisores stat etiam modus euentus contingentis ita, ut indissolubiliter seu infallibiliter ueniat effectus contingens, si hoc Deus uoluit.

APPENDIX.

Vuil. & S. Eccl.

EX articulo habes primo; quomodo per rationem dissipes hæresim Iohannis Vuicleff ponentis, omnia ex necessitate absoluta prouenire. Item Melanctonis dicentis, si ad prædestinationem referas humanam uoluntatem, nec in internis, nec in externis operibus ulla est libertas, sed eueniunt omnia iuxta diuinam prædestinationem. Vbi ignarus ille propriam uocem non intelligens accepit ly eueniunt omnia iuxta diuinam prædestinationem, pro ly eueniunt omnia de necessitate absoluta, ut patet ex ipsiusmet uerborum contextu. Per hoc enim dictum uult exclusam esse libertatem humanam, quæ tamen reuera, licet omnia [ut etiã nos concedimus] eueniant, iuxta diuinam prædestinationem, nullo modo excluditur, excluderetur autem si omnia de necessitate absoluta prouenirent. Nesciuit, ergo ille misellus, uel noluit, distinguere inter necessitatem conditionalem, & necessitatem absolutã, ut sæpius docuit sanctus Thomas. Ne cui autem mirum sit, si de prædestinatione loquẽtem hæresim huc retulimus, quoniam hæc, cum prædestinatio sit pars prouidentiæ, in prouidentiam redundat. Secundo habes, quomodo per rationem ostendas, merito has fuisse damnatas a Concilio Constantiẽsi supra q.19. articulo 8. Dum enim in octaua, sess. damnauit articulum Iohannis Vuicleff in ordine uigesimum septimum, damnasse eo intelligitur omnem alium similem sub quacumque forma uerborum idem uera dicentem. Hæc est enim regula utilissima omnium doctrinarum, canonum scripturarum. Quoniam de sensu principaliter fit sermo. Tunc ergo condemnatum intelligimus, & Melanchtonis dogma prędictum ab eodem Concilio. Item a Papa & Concilio quolibet damnari errores huiusmodi iudicandum est, qui uel quod, dari liberum arbitrium sanxerunt. Sic enim statuendo intelliguntur simul reprobare omnia illa, quæ liberum arbitrium reuera tollunt, qualia sunt Vuicleffi & Melanctonis prædictæ positiones. Vide q.19. articulo 8. appendicẽ. Tertio ex his quomodo uicissim firmetur conclusio inspicere licet.

2 *Regula uerissima uniuersaliter.* *3*

¶ NOT. Articulo huic seruit in ordine art. 105. 143. 122.

Comm. Cardinalis Caietani.

Titulus ex dictis in q.19.ar.8.clarus est. Est enim, quæstio utrũ ex positione diuinę prouidentiæ modo declarato, sequatur quod omnia prouisa sunt necessaria.

¶ In corpore duo facit. Primo proponit conclusionem responsiuam, annexa recitatione oppositæ opinionis. Secundò probat conclusionem ipsam. Conclusio est. Diuina prouidentia imponit necessitatem quibusdam, & non omnibus probatur sic. Ad prouidentiam diuinam pertinet ordinare res in finem, ergo ad perfectionem uniuersi. ergo omnes gradus entiũ producere, ergo quibusdam effectibus præparare causas necessarias, & quibusdam cõtingentes, non igitur ad eam spectat omnibus necessitatem imponere. Prima consequentia probatur, quia perfectio uniuersi est principale bonum existens in ipso, bonitas.n. diuina est longe maius bonum, sed separatum ab uniuerso, & finis eius separatus, ut patet 12. Metaph. Secunda autem probatur, quia perfectio uniuersi non esset, si non omnes essendi gradus inuenirentur in reb. Tertia uerò, quia oportet ad hoc ut necessariò, uel contingenter eueniant effectus causas proximas etiã huiusmodi. Hic non opus est amplius repetere disputationem de contingentia, sufficiunt si quidem supra dicta etiam huic loco.

¶ In responsione ad primum, dubitatio occurrit ualde ardua, & forte ab humano intellectu in solubilis. Ad cuius euidentia, ut melius percipiatur in quo consistit dubitatio, aduertendum, est, ꝙ aliud est, A, contingenter euenire, & aliud est, A, necessario euenire, & aliud est, A, infallibiliter, seu ineuitabiliter euenire. tã primum enim quam secundum importat ordinem effectus ad causam in actu positam. Illud quidem, quod sua causa habet potentiam ad utrumlibet, hoc uerò, quod sua non potest deficere ab ipsius causalitate, sed tertium communius est utroque, quoniam & contingentia, & necessaria sequuntur diuinam prouidentiam positam in actu infallibiliter, seu ineuitabiliter, & cũ hoc illa sequuntur contingenter. & illa necessario. Ex his enim quamuis quiescat intellectus, attendens ad responsionem in litera positam circa saluationem contingentiæ, fluctuat tamen circa connexionem prædictæ infallibilitatis cum libero arbitrio, imò, ut rectius loquar, cum libero euentu ipsarum operationum, quas liberas dicimus, & similiter cum ambiguo euentu contingentium aliorum. Cum.n. in operatione libera sit considerare ipsam uoluntatem, illius causam, & euentum, seu executionem ipsius nunc, ita ꝙ non opposite, quamuis difficile, non sit saluare naturam talis causæ, s. liberæ cum prædicta infallibilitate, eo quia huiusmodi infallibilitas nihil dat, uel aufert causæ ad utrumlibet, sed cum ipsa stat, ꝙ causa habeat potentiam indifferentem ad illud infallibile, & ad eius oppositum, & propter hoc diuina prouidentia non adimit cõtingentiam a rebus. Verum saluare prædictam infallibilitatem cũ indifferentia, seu libertate executionis seu euentus, hoc opus hic labor est. Si.n. infallibile est, me diluculo primo futuro scribere, quamuis potentiam habeam ad utrumlibet, idest, ad scribendum tunc, uel ad non scribendum tunc, attamen potentia illa atque libertas non exhibit in actum negationis scribendi sed affirmationis, sic, quod ineuitabile est quin affirmatio eueniat & si sic est, cum iam ab æterno diuina prouidentia sit in actu determinata respectu omnium immutabilis, & infallibilis &c. sequitur quod de facto omnia ineuitabiliter eueniant, quamuis quædam contingenter, & quædam necessariò. Notanter autem dixi, de facto, quia de possibili absolutè loquendo, potest Deus non determinare prouidentiam suam ad hæc, uel illa futura. Sed cum iam determinata est, repugnat immutabilitati efficaciæ uniuersalitati, atque certitudini suæ euitabilitas euenientium. Et si omnia ineuitabiliter eueniunt de facto, ut quid consiliamur, & conamur ad hæc magis, quàm illa prosequenda uel uitanda? Nil enim minus uidetur ex hoc destrui pars moralis, omnisque conatus Ecclesiæ, atque exhortatio ad bonum, quam ex negatione contingentiæ. Quamuis enim negatio euitabilitatis, & negatio contingentiæ non æquiualeant, ut iam patet ex dictis, quoad proposita tamen inconuenientia æqualiter uidentur. Nullus enim consiliatur de ineuitabili, nec aliquis conatur, aut hortatur, aut orta circa ineuitabilia.

¶ Ad hanc dubitationem nihil scriptum reperi in S. Tho. quoniam nullibi eum mouisse hanc recolo, sed semper studuit ad saluandam contingentiam. In aliis quoque Doctoribus nihil hactenus comperi ad quæstionem istam, nisi quæ communiter dicuntur de sensu composito & diuiso, de necessitate consequentiæ, & consequentis, de libertate electionis diuinæ in æternitate, deque natura causarum ad utrumlibet in uniuerso inuentarũ. Sed hæc omnia, ut ex dictis patet, intellectum non quietant, quoniam, ut iam dictum est, non de Deo secundum se considerato, sed secundum quod de facto est, & similiter non de ipsis naturis causarum aut rerum, nec de necessitate, aut contingentia, sed de compossibilitate ineuitabilium euentuum cum contingentia, & libertate eorundem est quæstio. Non enim satisfit quæsito, dicendo, quod actus eueniens est euitabilis, & ineuitabilis. Euitabilis quidem secundum se, ineuitabilis uerò secundum quod est prouisus. Licèt enim hoc sit uerum, tamen non soluit nodum, quoniam actus eueniens de facto, est iam prouisus ab æterno. Et esse prouisum, uincit conditiones ipsius secundum se, & consequenter actus eueniens est simpliciter, idest omnibus consideratis ineuitabilis, & secundum quid, id est solutariè sumptus, euitabilis, sicut proiectio mercis tempore naufragii est simpliciter uolita, quia omnibus cõsideratis est uolita, & secundum quid est nolita, quia secundum se proiectio ipsa displicet. Nihil quoque ad propositum facit dicere, quod esse prouisum nihil ponit in actu eueniente. In hoc enim exemplo manifestè apparet nihil ad rem referre an ponat, uel nõ ponat, esse namque uolitum nihil ponit in proiecta merce, & tamen &c. Nec etiam euaditur dicendo, quod quia actus eueniens est prouisus a Deo, & ineuitabilitas eius sequitur esse prouisum, ut res respectiua Deum actus eueniens est de facto ineuitabilis respectu Dei, non autem respectu nostri. Hoc enim æquiualet nihilo, quoniam si de facto ineuitabilis est a Deo, ergo & de facto ineuitabilis est, & simpliciter, & a nobis, quoniam impossibile est a quocumque uitari, quod a Deo de facto uitari non potest, propter ipsius summam efficaciam. Oportet igitur, si quæstionis huius ueritas quietare debet intellectum nostrum. alterum duorum dicere, aut quod esse prouisum non sequatur ineuitabilitas, aut quod ineuitabilitas euentus prouisi non deroget euitabilitati eorundem euentum. Et hoc secundum quidem propter rationem supra adductam, nõ capio quomodo possit uerificari, liquet enim quod non nisi secundum quid euitabilitas saluari apparet. Primũ autem quamuis communiter a Doctorib. destruatur, dicentibus ꝙ esse prouisum, seu uolitum, seu prædestinatum (pro eodem.n. quo ad hãc difficultatem omnia accipio) sequitur ineuitabilitas. Ego tamen non ut opponam me contra torrentem, nec asserendo, sed stante semper captiuitate intellectus in obsequium Christi, suspicor, quod quemadmodum esse prouisum, nec contingentiam, nec necessitatem ponit in euentu prouiso, ut in litera dicitur, quia Deus est causa superexcedem, eminenter præhabens necessaria & contingentia (per hoc enim euadit S. Thom. ab illa ratione 6. Meta. hic allata. Intendit enim quod propositiones Arist. uerificantur in causis particularibus, quarum aliæ sunt necessariæ, aliæ contingentes, aliæ per se. & aliæ per accidens, non autem in causa uniuersalissima excedente necessarias, & contingentes per se & per accidens, quoniam ad eam spectat producere ut effectus, non solum res, sed omnes rerum & euentuũ modos,) Ita eleuando altius mentis oculos ipse Deus ex sua altiori, quam cogitare possimus, excellentia, sic rebus euentibusque prouideat. ut esse prouisum ab eo, sequatur aliquid altius quam euitabilitas, uel ineuitabilitas, ut sic ex passiua prouisione euẽtus, neutrius combinationis alterum membrum oporteat sequi. Et si sic est. quiescet intellectus non euidentia ueritatis inspectæ, sed altitudine in accessibili ueritatis occultæ. Et hoc ingeniolo meo satis rationabile uidetur, tum propter rationem prædictam, tum quoniam, ut ait Grego. minus de Deo sentit, qui hoc tantum de illo credit, quod suo ingenio metiri potest. Nec propterea negandũ aliquid eorum, quæ ad diuinam immutabilitatem, actualitatem, certitudinem, atque uniuersalitatem, & similia, spectare scimus, aut ex fide tenemus suspicor, sed aliquod occultum latere, uel ex parte ordinis, qui est inter Deum & euentum prouisum, uel ex glutino inter ipsum euentum, & esse prouisum arbitror, & sic intellectum animæ nostræ oculum noctuæ esse considerans, in ignorantia sola quietem illius inuenio. Melius est enim tam fidei catholicæ, quam philosophiæ, fateri cæcitatem nostram, quàm asserere tanquam euidentia, quæ intellectum non quietant, euidentia namque quietativa est. Nec propterea omnes Doctores præsumptionis accuso, quoniam balbutiendo ut potuerunt, immobilitatem ac efficaciam summam, & æternam diuini intellectus, uoluntatis, potestatisque insinuare intenderunt omnes per infallibilitatem ordinis diuinæ electionis ad euentus omnes, quorum nihil præfatæ suspicioni obstat, quæ altius quid in eis latere credit. Et uere si sic prædicaretur, nullus forte circa prædestinationem erraret Christianus, sicut non errat in materia Trinitatis, quia dicitur, & scribitur, & ita est, quod occulta est humano intellectui, & sola fides sufficit. Optimum autem atque salubre consilium est in hac re, inchoare ab his, quæ certo scimus, & experimur in nobis, scilicet quod omnia, quæ sub libero arbitrio nostro continentur, euitabilia a nobis sunt, & propterea digni sumus pœna, uel præmio. Quomodo autem hoc saluò, diuina saluetur prouidentia ac prædestinatio &c. credere quod sancta mater Ecclesia credit. Scriptum est enim. Altiora te ne quæsieris, plurima enim sunt tibi supra sensus hominum reuelata. Et hoc est unum de illis.

QVAESTIO XXIII.

De prædestinatione in octo articulos diuisa.

POST considerationem diuinæ prouidentiæ agendum est de prædestinatione, & de libro uitæ.

ET circa prædestinationem quæruntur octo.

¶ Primo, vtrum Deo conueniat prædestinatio.

¶ Secundo, Quid sit prædestinatio, & utrum ponat aliquid in prædestinato.

¶ Tertio, vtrum Deo competat reprobatio aliquorum hominum.

¶ Quarto, De comparatione prædestinationis ad electionē, utrū scilicet prædestinati eligantur.

¶ Quinto, Vtrum merita sint causa uel ratio prædestinationis, uel reprobationis, aut electionis.

¶ Sexto. De certitudine prædestinationis, utrū, scilicet prædestinati infallibiliter saluentur.

¶ Septimo, vtrum numerus prædestinatorum sit certus.

¶ Octauo, vtrum prædestinatio possit iuuari precibus sanctorum.

ARTICVLVS I.

Vtrum homines prædestinentur a Deo.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur quòd homines non prædestinentur a Deo. Dicit enim Dam. in * 2. lib. Oportet cognoscere, quod omnia quidem præcognoscit Deus, non autē omnia prædeterminat. Præcognoscit enim ea in nobis sunt, non autem ꝙ prædeterminat ea, sed merita & demerita humana sunt in nobis, in quantum sumus nostrorum actuū domini per lib. arb. Ea ergo, quæ pertinent ad meritum, uel demeritum, non prædestinantur a Deo. Et sic hominū prædestinatio tollitur.

¶ 2 Præt. Omnes creaturæ ordinatur ad suos fines per diuinā prouidentiam, ut sup. dictū est. * sed aliæ creaturæ non dicuntur prædestinari a Deo, ergo nec homines.

¶ 3 Præt. Angeli sunt capaces beatitudinis, sicut & homines, sed angelis non competit prædestinari, ut uidetur, cum in eis nunquam fuerit miseria, prædestinatio autem est propositum miserendi, ut dicit * Aug. ergo homines non prædestinantur.

¶ 4 Præter. Beneficia hominibus a Deo collata, per spiritum sanctum uiris sanctis reuelantur secundum illud Apost. 1. Cor. 2. Nos autē non spiritum huius mundi accepimus, sed spiritum, qui ex Deo est, ut sciamus quæ a Deo donata sunt nobis. Si ergo homines prædestinarētur a Deo, cum prædestinatio sit Dei beneficium, esset prædestinatis nota sua prædestinatio. Quod patet esse falsum.

SED CONTRA est, quod dicitur Rom. 8. Quos prædestinauit, hos & uocauit.

RESPON. Dicendum, quod Deo conueniens est homines prædestinare. Omnia. n. diuinæ prouidentiæ subiacent, ut sup. * ostēsum est. Ad prouidentiam autem pertinet res in finem ordinare, ut dictū est. * Finis autem, ad quem res creatæ ordinantur a Deo, est duplex. Vnus, qui excedit proportionem naturæ creatæ, & facultatem, & hic finis est uita æterna, quæ in diuina consistit, quæ est supra naturam cuiuslibet creaturæ, ut sup. habitum est. * Alius autem finis est naturæ creatæ proportionatus, quem. s. res creata potest attingere secundum uirtutem suæ naturæ. Ad illud autē ad quod non potest aliquid uirtute suæ naturæ peruenire, oportet quod ab alio transmittatur, sicut sagitta a sagittante mittitur ad signū. Vnde proprie loquendo, rationalis creatura, quæ est capax uitæ æternæ, perducitur in ipsā quasi a Deo transmissa, cuius quidem transmissionis ratio in Deo præexistit, sicut in eo est ratio ordinis omnium in finem, quam diximus esse prouidētiam. Ratio autem alicuius fiendi in mente actoris existens, est quædā præexistentia rei fiendæ in eo. Vnde ratio prædictæ transmissionis creaturæ rationalis in finē uitæ æternæ, prædestinatio nominatur, nam destinare est mittere. Et sic patet, quod prædestinatio quantum ad obiecta, est quædam pars prouidentiæ.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod Da. nominat prædeterminationem impositionē necessitatis, sicut est in reb. naturalib. quæ sunt prædeterminatæ ad unū. Quod patet ex eo quod subdit, non. n. uult malitiam, neque compellit uirtutem, unde prædestinatio non excluditur.

AD SECVNDVM dicēdum, quod creaturæ irrationales non sunt capaces illius finis, qui facultatem humanæ naturæ excedit. Vnde non proprie dicuntur prædestinari, etsi aliquando abusiue prædestinatio nominetur respectu cuiuscunque alterius finis.

AD TERTIVM dicendum, quod prædestinari conuenit angelis, sicut & hominib. licet nunquā fuerint miseri. Nam motus non accipit speciem a termino ad quē. Nihil. enim refert quantum ad rationem dealbationis, utrum ille qui dealbatur, fuerit niger, aut pallidus, uel rubeus. Et similiter nihil refert ad rationem prædestinationis, utrum aliquis prædestinetur in uitam æternam a statu miseriæ, uel non. Quamuis dici possit, quod omnis collatio boni supra debitum eius, cui confertur, ad misericordiam pertineat, ut supra dictum est. *

AD QVARTVM dicendū, ꝙ etiam si aliquib. ex spāli priuilegio sua prædestinatio reueletur, nō tñ conuenit ut reueletur oīb. quia sic illi, qui nō sunt prædestinati, desperarent, & securitas in prædestinatis negligentiam pareret.

Ferr. 3. cont. c. ult.
Cap. 1. d. 40. q. 1. con. 1. & 2.
Bannes q. 23. ar. 1.
Alb. Mag. 1. Assum. 40.
Pe. de Pa. 1. 5. d. 40. q. 1.

SVP. Q. XXIII. ART. 1.

CONCL. Deo conueniens est homines prædestinare.

¶PROB. Quia Deo conueniens est, per prouidentiam suam res habentes finem supernaturalem transmittere in illum, & huius transmissionis habere ab æterno rationem in seipso.

1m ex Damasceno. Nō omnia prædeterminat. ℞. Imponendo omnib. necessitatem ad unum determinatum, non aliter. §. Tunc nihil &c. Deus enim nō præfigit necessitatem operibus istis, uel illis, hominum. Sicut brutorum. Licet prædestinet homines. Nam prædestinatio non imponit necessitatem absolutā prædestinatis, sicut nec uoluntas uolitis, nec prouidentia prouisis q. 19. ar. 8. & q. 22. ar. 4.

2m de maiori. Fines. ℞. Naturales, nō supernaturales. § Tūc &c. Nam prædestinari dicitur proprie quis respectu tantum finis supernaturalis.

139 1. d. 40. q. 1. ar. unico & 3. cont. Gent. cap. 30. in princip.

3m minor. Sed Angelis &c. ℞. Negatur ista minor. §. Non enim bene uidetur contrariū. Ad probationem dicitur, quod nihil concludit. Nam motus nō accipit speciem a termino a quo, sed a termino ad quem, &c. ut in litera.

Item minor. Sed Angelis. ℞. Negatur ista minor. § Non enim bene uidetur cōtrarium. Ad probationem dicitur, quod in eis fuit miseria largo modo sumpta. Licet non stricto modo. Sic ergo propositum miserendi largo modo erga eos fuit. Nam in hoc sensu largiori omnis creatura fuit quandoque misera, immo est ex se misera. Licet ex Deo in se operante esset beata, & fœlicissima. Nemo enim habet de suo, nisi mendacium & peccatum, ut ait Concilium Arausicanum contra Pelagianos congregatum cap. 22. uide literæ secundum respōsum ly, quamuis dici possit, quod omnis, & cætera.

q. præcedenti ar. 1. & 2.

Vnū simile habēt de prædestinatione sanctorum, c. 10. to. 7.

Cōcilium de proprio creaturæ.

4m de antecedente. Reuelātur. ℞. Quando est expediens, non autem quando non est expediens. §. Tunc &c. Non enim expedit, quòd prædestinatis omnibus sui prædestinatio reueletur. Ex litera infert sic. Sic non expedit ut prædestinatio prædestinatis passim reueletur ergo multo minus conueniens est, ut prædestinationem sui quis sibi absque speciali reuelatione attribuat. Bene igitur Concilium Trident. sess. 6. cap. 12. admonet sic, Nemo quamdiu in hac mortalitate uiuitur, de arcano diuinæ prædestinationis mysterio usque adeo præsumere debet, ut certo statuat se omnino esse in numero prædestinatorum, quasi verum esset ꝙ iustificatus aut amplius peccare non posset, aut si peccauerit certam sibi resipiscentiam promittere debeat. Nam, nisi ex speciali reuelatione sciri non pōt, quos Deus sibi elegerit. Hæc ibi. Item

q. præcedēti, ar. 4.
q. præcedēti, a. 1. & 2.

Conc. Triden. de prædestinatio. q. 12. ar. 4.

quid nominis de lib. prædestinatio.

Secunda responsio.

q. 21. ar. 3. & 4.

Item eadem sess. canon. 15. damnat oppositum sic, si quis dixerit hominem renatum & iustificatum teneri ex fide ad credendum, se certo esse ex numero prędestinatorum, Anathema sit, & cano. 16. si quis magnum illud, usque in finem perseuerantiæ donum se certo habiturum absoluta, & infallibili certitudine dixerit, nisi hoc ex speciali reuelatione didicerit Anathema sit, & canon. 22. si quis dixerit, iustificatum, uel sine speciali auxilio Dei in accepta iustitia perseuerare posse, uel cum eo non posse. Anathema sit. Hæc ibi. Non est ergo sibi blandiendum alicui de suimet prædestinatione certa, uel de huiusmodi, ut hinc ex Sancto Doctore, ante concilii tempus elicitur.

Contra arrogantiam hęreticis.

APPENDIX.

Vtilitas pro S. Eccl.

Ex articulo habes primo, quomodo per rationem interimas hæresim Caluini impie dicentis, quod Deus creauit genus humanum ad perpetuam damnationem, & interitum, potissime. Videtur.n. hic prædestinationem hominũ a Deo fieri, negare, nè intentio Dei potissima, qualem ipse ponit frustretur. Secundo habes, quomodo per rationem ostendas, hanc merito ab Apostolo damnatam, dum Ro. 8. Fatetur Deum homines ad glorificationẽ æternam prædestinare dicens. Quos prædestinauit hos, & uocauit magnificauit glorificauit. Item a Concilio Tridentino supra ad quartum dum in illis cap. & canon. prædestinari ad uitam homines a Deo præsupponit. Item a Concilio Arausicano c. 25. dicente. Aliquos ad malum diuina potestate prædestinatos esse non solum non credimus, sed etiam, si sunt qui tantum malum credere uelint, cum omni detestatione in illos anathema dicimus. Hęc ibi. Si concilium omnino detestatur anathematizando dicentes, quod aliqui ad malum a Deo prædestinantur, quanto magis Caluinum intelligitur damnasse tunc, qui genus humanum ad tantum malum (ut supra) & quidem potissimè dicit esse a Deo creatum? Vide q. 19. ar. 6. & q. 24. art. 1. Tertio uides, quomodo uicissim ex his Angelica doctrina & udeclaretr.

¶ Not. Seruit articulo huic articulus in ordine. 135. 138. 136. 58. 131. 138. 133. 134.

Comm. Cardinalis Caietani.

In titulo aduerte, quod hic quę ritur de diuina prædestinatione, non simpliciter ex modo quærendi, sed respectu hominũ, utrumque tñ est intentum. Et propterea in corpore determinat quæstionem, an est, simpliciter, in responsionibus uero argumentorum, respectu hominum.

¶ In corpore ponitur unica conclusio responsiua quæsito affirmatiue. In Deo est prædestinatio, cum uno corollario in calce. Probatur conclusio sic. Vita æterna in diuina uisione consistens, est finis excedens proportionem & facultatem naturæ creatæ, ergo rationalis creatura illius capax perducitur in ipsam, quasi a Deo transmissa, ergo huius transmissionis ratio in Deo præ existit, ergo in Deo est prædestinatio. Antecedens & declaratur distinguendo duplicem finem, in quem a diuina prouidentia creatura ordinatur, scilicet, proportionatum & superexcedentem, & probatur ex supradictis in quæstione duodecima. Prima consequentia probatur, quia ad id ad quod non potest aliquid sua uirtute pertingere, oportet ab alio transmitti, sicut sagitta a sagittante. Secunda uero probatur, quia in eo est ratio ordinis omnium in finem, quæ uocatur prouidentia. Tertia autem probatur sic. Ratio rei fiendæ in mente actoris præexistens, est quædam præexistentia, ergo ratio huiusmodi transmissionis fiendæ, est præexistens transmissio, ergo est prædestinatio, probatur hoc ultimum, quia destinare, est mittere, & prædestinatio, est ratio huiusmodi transmissionis, in uitam æternã. Corollarium uero, est, Prędestinatio quantum ad obiecta est pars prouidentiæ & probatur, quia prouidentiæ diuinæ subiacent omnia, quo ad ordinem in finem.

¶ Aduerte hic, quod prædestinatio ex parte actus non ponitur pars prouidentiæ, quoniam actus diuinus nec partis nec totius rationem in se habet, sed quantum ad obiecta, pars ponitur prouidentiæ, quoniam quodlibet trium subiectorum prædestinationi, pars est subiectorum prouidentiæ. Res est enim creatura rationalis, ordo uero transmissio, finis uita æterna. Constat autem quodlibet horum, partem esse totius entis, ordinis, & finis creati prouidentiæ subiecti.

¶ Circa hanc partem nota differentiam inter S. Th. doctrinam & alios, de quorum numero est Scot. in 40. dis. primi, Putant.n. prædestinationem proprie electionem, & consequenter actum diuinæ uoluntatis significare. Hic autem expresse dicitur, quod actum intellectus importat, sicut & prouidentia, quoniam pars est prudentiæ. Ad cuius maiorem claritatem recolito, quod diuinus intellectus nostro more loquendo, primo excogitauit ordinem eligendorum, ac mittendorum in uitam æternam, cumque suæ uoluntati proposuit acceptandum, deinde libere sua uoluntas illum ordinem exequendum elegit, & sic tertio ordo, qui prius, id est, secundum se rationem excogitati habebat, modo habet rationem statuti. Diuersitas igitur opinionum in hoc consistit, quod illi ipsam electionem, quæ ordinem illum excogitatum ac proposuit statuit, prædestinationis nomine intelligendam dicunt. Nos autem non ordinem excogitatum, sed ordinem statum in ipsa authoris mente, prædestinationis nomine significamus. Et quoniam diuersitas hæc uocabulis est potius quam rebus eo quod hæc omnia requiri ad prædestinationem nullus ambigit. Vnusquisque in suo sensu abundet, modo nominib. utamur, ut plures.

Aegi. 1. d. 40. q. 1. & 2. art. 2. 1. prin.
Cap. 1. d. 40. q. 1. con. 3.
Bannes. ar. 2.

ARTICVLVS II.

Vtrum prædestinatio aliquid ponat in prædestinato.

SVP. Q. XXIII. ART. II.

140 1. d. 40. q. 1. art. 1.

Concl. 1. Prædestinatio non est aliquid in prædestinatis, sed in prædestinante tantum.

¶ Prob. Prædestinatio est pars prouidẽtiæ. Et prouidentia nõ est in rebus prouisis, sed est quædam ratio in mente prouisoris.

¶ Concl. 2. Executio præmissæ prędestinatiõis est passiue quidem in prædestinatis, actiue autem in Deo.

¶ Prob. Quia prædestinati uocantur a Deo, & magnificantur.

¶ Not. Pro conclusione

Sup. illud Qui factus est ei secũdum carnem, to. 3.

Ad secundum sic proceditur. Videtur, quod prædestinatio ponat aliquid in prædestinato. Omnis.n. actio ex passioné in fert. Si ergo prædestinatio actio est in Deo, oportet quod prædestinatio passio sit in prędestinatis.

¶ 2 Præt. Orig. dicit[*] super illud Rom. 1. Qui prædestinatus est &c. Prędestinatio est eius qui non est, sed destinatio eius est qui est. Et Augus. dicit in lib. de prædestinatione sanctorum. Quid est prædestinatio nisi destinatio alicuius existentis? Ergo prędestinatio non est nisi alicuius existẽtis, & ita ponit aliquid in prædestinato.

¶ 3 Præter. Præparatio est aliquid in præparato, sed prædestinatio est præparatio beneficiorum Dei, ut dicit Aug. in[*] li. de prædestinatione sanctorum. Ergo prædestinatio est aliquid in prædestinatis.

¶ 4 Pręt. Temporale non ponitur in diffinitione æterni, sed gratia, quæ est aliquid temporale, ponitur in diffinitione prædestinationis nam prędestinatio dicitur esse præparatio gratiæ in præsenti, & glorię in futuro. Ergo prædestinatio non est aliquid æternum. Et ita oportet quod non sit in Deo, sed in prædestinatis, nam quicquid est in Deo, est æternum.

Sed contra, est, quod Aug.[*] dicit, quod prædestinatio est præscientia beneficiorum Dei, sed præ scientia non est in præscitis, sed in præsciente. Ergo nec prædestinatio est in prædestinatis, sed in prædestinante.

Resp. Dicendũ, quòd prædestinatio nõ est aliquid in prædestinatione secunda, dic. Licet passiuè quodãmodo concurrãt homines (ut hic dicitur,) non tamen propter hoc, concurrere illos ad suã salutem mere passiue, intelligendum est scit enim Sanctus Thomas qui nostro libero arbitrio assentimus uel dissentimus Deo mouenti si uolumus 1. 2. qu. q. 112. articulo secundo, & quæst. 113. art. 3. 5. 7. scit etiã quod Deus rebus prouisis non imponit necessitatem q. 22. art. 4. & quæst. 19. art. 8. Hæc de libero arbitrio confirmat. Concilium Tridentinũ sess. 6. can. 4. si quis dixerit, liberum hominis arbitrium a Deo motum nihil cooperari Deo excitanti, atque uocanti assentiendo quoad obtinendã iustificationis gra-

li. de bono perseuerãtiæ, ca. 14. tomo 7.

Li. 2. q. est & bono perseuerantiæ c. 14. to. 7.

gratiam se disponat ac præparet, nec posse dissentire si uelit. Sed uelut inanime quoddam nihil omnino agere, mereq; passiue se habere. Anathema sit.

q. 22. art. 1.

1^m^ de antecedente. Actio. R. Transiens, non immanens. §. Tūc &c. Nam prædestinatio de qua in prima cōclusione, est actio tantum imminens.

2^m^ ex Origene. Destinatio. R. p reali missione sūpta, non pro mentali proposito. §. Tunc &c. Nam secūdo modo loquimur nunc, cum antequam creaturæ essent, facta sit prædestinatio.

Item ex Augustino. Prædestinatio. R. i. pdestinationis executio, non autem ab æterno. § i. ratione antecessionis importatæ considerata. Tunc &c. ut patet. Quod si dicas Augustinum sumere prædestinationē ibi pro æterna, respondendū erit, q̃ sumit ly alicuius existētis pro existente in mente diuina non pro existente temporaliter in semetipso.

q. 14. a. 4. & 18. ar. 3. ad 1.
D. 33.

3^m^ de maiori. Præparatio. R. Patientis, ut patiatur, non agentis, ut agat. §. Tunc &c. Nam prędestinatio

ris, sed in prædestinante tantū. Dictū* est. n. q̃ prædestinatio est quædam pars prouidentiæ. Prouidētia autem non est in reb. prouisis, sed est quædam ratio in intellectu prouisoris, ut sup. dictū est.* Sed executio prouidentiæ, quæ gubernatio dicitur, passiue quidē est in gubernatis, actiue autem est in gubernante. Vnde manifestum est, q̃ prædestinatio est quædā ratio ordinis aliquorum in salutem ęternam in mēte diuina existens, executio autem huius ordinis est passiue quidem in prædestinatis actiue autem est in Deo. Est autem executio destinationis uocatio, & magnificatio, secundum illud Apost. Rom. octauo. Quos prædestinauit, hos & uocauit, & quos uocauit, hos & magnificauit.

AD PRIMVM ergo dicendum, q̃ actiones in exteriorem materiā transeuntes, inferunt ex se passionem, ut calefactio & secatio, non autem actiones in agente manentes, ut sunt intelligere, & uelle, ut * sup. dictum est, & talis actio est prædestinatio. Vnde prædestinatio non ponit aliquid in prædestinato, sed d executio eius, quæ transit in exteriores res, ponit in eis aliquem effectum.

AD SECVNDVM dicēdum, quod destinatio aliquando sumitur pro reali missione alicuius ad aliquem terminum, & sic destinatio non est nisi eius quod est. Alio modo sumitur destinatio promissione, quā aliqui mente concipit, secundū quod dicimur destinare, quod mente firmiter proponimus. Et hoc secundo modo dicitur 2. Mac. 6. c. quod Eleazarus destinauit non admittere illicita propter uitę amorem, & sic destinatio potest esse eius quod nō est. Tamen prædestinatio ratione antecessionis quam importat, pōt esse eius quod non est, qualitercūque eis destinatio sumatur.

AD TERTIVM dicendū, q̃ duplex est præparatio. Quædam patiētis, ut patiatur, & hæc præparatio est in præparato. Quædam alia est agentis, ut agat. & hæc est in agente, & talis præparatio est prædestinatio, prout aliquod agens per intellectum dicitur se præparare ad agendum, inquantum præconcipit rationem operis fiendi. Et sic Deus ab æterno præparauit prædestinando, concipiens rationem ordinis aliquorum in salutem.

AD QVARTVM dicendum, q̃ gratia non ponitur in diffinitione prædestinationis, quasi aliquid existens de essentia eius, sed inquantum prædestinatio importat respectum ad gratiam, ut causæ ad effectum, & actus ad obiectum. Vnde non sequitur, quod prædestinatio sit aliquid temporale.

natio, cum sit ab æterno, est præparatio secundo modo dicta.

4^m^ de maiori. Temporale. R. Vt existens de essentia æterni, non ut aliquod considerata ab ipso ęterno. §. Tunc &c. Nam gratia in tempore danda concurrit secundo modo, nō primo, ad p destinationē ęternam.

APPENDIX.

Ex articulo habes primo, quomodo per rationem recte dictum ostendas ab Apostolo. Ephes. 1. Elegit nos ante mundi constitutionem, & Rom. 8. Quos prædestinauit, hos & uocauit, & magnificauit, & glorificauit. Quia. n. prædestinatio nihil ponit in prędestinato, ideo potuit esse ante mundi constitutionē, quia uero prædestinationis executio aliquid ponit in prædestinato, ideo electorum uocatio fit in tēpore. Secundo habes, quomodo per distinctionem datam concordes illa Apostoli dicta, & si qua sunt similia. Tertio uides, quomodo uicissim ex his Angelicæ conclusiones stabiliantur.

Vid. p S. Eccl.

¶ NOT. Articulo deseruit articulus in ordine. 276. 139. 135. 113.

Pro studio uarietate.

Comm. Cardinalis Caietani.

IN titulo. Vtrum ponat aliquid, i. cum dicitur, Socrates est prędestinatus, utrum ly prædestinatus, prædicet aliquod ens in Socrat. substantiale, aut accidentale, ut cum dicitur, Socr. est animal, uel Socr. est albus, aut nihil ponat in eo, sed denominet tantum denominatione extrinseca, sicut cum dicitur, album uidetur.

¶ In corpore unica est conclusio responsiua quæsito negatiuè. Prædestinatio non est aliquid in prædestinato, sed in prædestinante tantum probatur & manifestatur conclusio. Probatur quidem sic, Prouidētia nihil ponit in prouisis, sed in intellectu tantū prouisoris rationem ordinis, &c. ergo prædestinatio in mente tantum diuina, ponit rationem ordinis electorum &c. Et probatur consequentia quia prædestinatio pars est prouidentiæ. Manifestatur uero ex differentia inter ipsam prædestinationem, & illius executionem, quoniam hæc actiue sumpta ponit aliquid in exequente ipso, scilicet Deo, & aliquid in prædestinatis. Et declaratur hoc ex differentia simili inter prouidentiam, & gubernationem, quæ actiue quidem in gubernante, passiue uero in gubernatis ponit aliquid. Et quoniam executio prædestinationis aliquo uno proprio caret nomine, idcirco in litera duobus exprimitur, dum subditur, quod est uocatio, & magnificatio, ex testimonio Apostoli, &c.

Ferr. 2. & 3. cont. c. ult.
Aegi. 1. 5. d. 40. q. 2. a. prim.
Cap. 1. d. 40. q. 1. con. 5. & 6.
Bannes ar. 3.

141

SVP. Q. XXIII. ART. III.

i. d. 40. q. 4. ar. 1. & 2. & 3. con. c. 1. & Rom. 9. li. 2. fina.

CONCL. Pertinet ad diuinam prouidentiam, ut permittat aliquos a uita æterna deficere, & hoc dicitur reprobare.

¶ PROB. Quia pdestinatio est pars prouidentiæ, & ad prouidentiam pertinet permittere aliquem defectū in reb. sub ea contentis. q. 22. ar. 2. secundū.

¶ NOT. In fine corporis articuli habes, quid intelligatur p nomen hoc. Reprobatio, ne erres. Ex huius em ignorātia multi in hac materia decipiūtur. Attente igitur id considera, & præ oculis in tali materia sēper habeto.

ARTICVLVS III.

Vtrum Deus aliquem hominem reprobet.

AD TERTIVM sic proceditur. Videtur quòd Deus nullum hominem reprobet. Null⁹. n. reprobat quem diligit, sed Deus omnem hominem diligit, secundum illud Sapien. Diligis omnia, quæ sunt, & nihil odisti eorū, quæ fecisti. Ergo Deus nullum hominem reprobat.

¶ 2 Præt. Si Deus aliquem hominem reprobat, oportet quod sic se habeat reprobatio ad reprobatos, sicut prædestinatio ad prædestinatos, sed prędestinatio est causa salutis prædestinatorum ergo reprobatio erit causa perditionis reproborum. Hoc autem est falsum, dicitur. n. Oseæ 13. Perditio tua Israel ex te est, tantummodo ex me auxilium tuum. Non ergo Deus aliquem reprobat.

¶ 3 Præter. Nulli debet imputari quod uitare non potest, sed si Deus aliquem reprobat, non potest uitare quin ipse pereat, dicitur enim Eccl. 7. Considera opera Dei, quod nemo possit corrigere, quem ipse despexerit, ergo non esset hominibus imputandum quod pereunt, hoc autem est falsum.

Primum

1^m^ de maiori. Reprobat. R. secundum illud, secundum quod eum diligit, non secundum illud secundum quod eum non diligit. §. Tunc &c. Nam enim Deus reprobat hominem aliquem secundum illam considerationem, qua eum diligit, sed ut in litera.

Non ergo Deus aliquem reprobat.

SED CONTRA est, quod dicitur Mal. 1. Iacob dilexi, Esau autem odio habui.

RESPON. Dicendum, quod Deus aliquos reprobat. Dictum, enim est * supra, quod prædestinatio est pars prouidentiæ. Ad prouidentiam autem pertinet permittere aliquem defectum in rebus quæ prouidentiæ subduntur, ut sup. * dictum est. Vnde, cum per diuinam prouidentiam homines in uitam æternam ordinentur, pertinet etiã ad diuinam prouidentiam, ut permittat aliquos ab isto fine deficere, & hoc dicitur reprobare. Sic igitur, sicut prædestinatio est pars prouidentiæ respectu eorum, qui diuinitus ordinantur in æternã salutem, ita reprobatio est pars prouidentiæ respectu illorũ, qui ab hoc fine decidunt. Vnde reprobatio nõ nominat præscientiam tantum, sed aliquid addit secundum rationem, sicut & prouidentia, ut sup. dictum est. * Sicut. n. prædestinatio includit uoluntatem conferendi gratiam & gloriam, ita reprobatio includit uoluntatem permittendi aliquem cadere in culpam, & inferendi damnationis pœnam pro culpa.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod Deus omnes homines diligit, & etiam omnes creaturas, inquãtum omnib. uult aliquod bonum, non tamen quodcumque bonum, non tamen quodcunq; bonũ uult omnibus. Inquantum igitur quibusdam non uult hoc bonum, quod est uita æterna dicitur habere odio, uel reprobare.

AD SECVNDVM dicendum, quod aliter se habet reprobatio in causando, quam prædestinatio. Nam prædestinatio est causa, & eius quod expectatur in futura uita a prædestinatis, s. gloriæ, & eius quod percipitur in præsenti, s. gratiæ, reprobatio uero nõ est causa eius quod est in præsenti, s. culpæ, sed est causa derelictionis a Deo. Est tamen causa eius quod redditur in futuro, s. pœnæ æternæ. Sed culpa prouenit ex lib. arb. eius qui reprobatur & a gratia deseritur. Et secundum hoc uerificatur dictũ prophetæ, scilicet Perditio tua Israel ex te.

AD TERTIVM dicendum, quod reprobatio Dei non subtrahit aliquid de potentia reprobati. Vnde cum dicitur, quod reprobatus non põt gratiam adipisci, non est hoc intelligendum secundum impossibilitatem absolutam, sed secundum impossibilitatem conditionatam, sicut supradictum est, * quod prædestinatũ necesse est saluari necessitate cõditionata, quæ non tollit libertatem arbitrii. Vnde licet aliquis non possit gratiam adipisci, qui reprobatur a Deo, tamen quod in hoc peccatũ, uel illud labatur, ex eius lib. arb. contingit. Vnde & merito sibi imputatur in culpã.

ARTI-

2^m^ maior Hypotetica. Si, &c. oportet quod sic &c. R. Negatur ista maior hypotetica. §. Pro litera dic, qđ iustum est Deũ derelinquere quemcũque derelinquit, & idcirco dicitur ibi, quod Deus est causa huius derelictionis. Alioquin si id iustum non esset Deus, qui est ipsamet iustitia neminem derelinqueret, immo nec derelinquere unquam posset. Non enim iniusta potest efficere, quia seipsum negare nõ potest 2. Tim. 2. Non est ergo culpandus Deus qui derelinquit, sed is, qui derelinquitur, si quis ex hoc culpari debeat & Deus tanquam in hoc uerè iustus, laudandus. (Sicut & in cæteris omnibus.) Nam Dei prædestinatio, & Deus nemini est Causa labẽdi. Licet sit multis causa standi. Vt dicitur in decretis 23 q 4. cap. Nabuchodonosor &c. legas per totum. Confirmatur doctrina responsi textualis ex cõcilio Trident. sess. 6. c. 11. Deus sua gratia semel iustificatos non deserit nisi ab eis prius deseratur. Hæc ibi. Et ca. 13. Deus (nisi ipsi illius gratiæ defuerint) sicut cæpit opus bonum, ita perficiet, operans uelle, & perficere. Hæc ibi. Reminiscere tu, quod Deus omnia cuiuscunq; opera uidet ab æterno. q. 14. ar. 9. & 11. & uide et 1. 2. q. 2. ar. 5. ad primũ, ly qđ quẽ auxiliũ quibuscũq; &c. Vide, ne erres in applicando oĩa ad ppositũ, sed cũ sapiẽti prudẽtia.

art. 1. huius quæst.

q. 22. ar. 2.

q. præc. a. 1.

D 96.

Aug. lib. 1. ad simpl. q. 2. & li. 1. de præde. & g. c. 1. Fulg. li. 1. ad Mon. de præd. Dei.

3^m^ de maiori. Non potest. R. Impossibilitate absoluta, nõ conditionata. §. Tunc &c. Nam impossibilitas conditionata, sicut nec necessitas conditionata non tollit libertatem arbitrii, & consequenter non facit, quod non sit peccatum, quod tali necessitate, uel uitandi impossibilitate, fit. Condemnabitur autem quis, quia peccauit, quod quidem ex libero arbitrio procedit. Hinc non dicet Christus damnandis. Ite in ignem æternum, quia ante mundi constitutionem reprobari a me estis, sed dicet, Ite &c. quia esurienti mihi nõ dedistis manducare. Hoc autem non erat absolute impossibile ipsis. Prædestinatio nãque & reprobatio non inducit necessitatem correctionis, uel obdurationis, cum boni per gratiam corrigantur, & mali suo libero arbitrio pereant. 23. quæst. 4. Nabuchodonosor.

Nota duplicem necessitatem & impossibilitatem.

APPENDIX.

EX articulo habes? primo, quomodo ostendas rectè fuisse dictum Malach. primo. Esau autem odio habui. Secundo habes, quomodo per rationem id catholicè intelligas, scripturisq; aliis concordes, puta Sapien. 11. Nihil odisti eorum, quæ fecisti Item 2. Pet. 3. Nolens aliquos perire, sed omnes ad pœnitentiam reuerti. Aliud est enim uelle quod iustum est, ad quod sequitur, absque uel minima Dei culpa, aliquem perire. Aliud est uelle de se aliquem perire. Primum Deus, cum sit iustus, uult, ideo reprobare, seu odire, dicitur, secundum Deus, cum non sit crudelis, numquam uult, ideo non delectatur in perditionibus nostris. Tob. 3. Sap. 1. & non uult mortem peccatoris. Ezech. 18. 31. Vide quæst. 19. ar. 6. & 9. & q 20. ar. 2. Tertio uides, quomodo uicissim ex his firmetur conclusio.

¶ NOT. Huic articulo deseruit articulus in ordine. 130. 139. 135. 136. 117. 92. 138. 122.

Vtilitas pro S. Eccl.

Aug. lib. 1. de præde. & g. c. 6. & 9. ad ar. fal so impos. 2 13. 14. 15. & Ans. de conc. præde. c. 2.

q. 19. ar. 3.

Pro studio

Comm. Cardinalis Caietani.

IN titulo reprobare in communi significat repulsionem alicuius tamquam indigni, in proposito autem indignitas illa attenditur respectu uitæ æternæ.

¶ In corpore duo facit. Primo respondet quæsito affirmatiuè determinando quæstionem, an est. Secundo ibi. Sic igitur determinat quæstionẽ, quid est. Et quãuis hoc non fuerit directe quæsitum, quia tamen propria causa an est, est quid est, ut in 2. poste. dicitur, merito utrumque simul determinatur. Quo ad primum est hæc conclusio. Deus aliquos reprobat. Probatur. Ad prouidentiã pertinet permittere aliquem defectum in reb. illi subiectis, ergo ad prouidẽtiam diuinam pertinet permittere aliquos a uita æterna deficere, ergo aliquos reprobare. Antecedens patet ex dictis. Prima uero consequentia probatur, quia ad diuinam prouidentiam pertinet ordinare homines in uitam æternam. Secunda autem, quia hoc nihil aliud est quam reprobare.

¶ Circa hanc rationem dubium occurrit, quoniam tota uis eius non infert intentum. Aut enim intendit inferre, quod reprobatio, seu permisio defectus a uita æterna, recte infertur ex hoc, quod prouisoris est permittere, aut intendit quod ex hoc recte infertur quod permissio si est, pertinet ad prouidentiam. Et quidem intendit hoc secundum non respondet quæsito, quoniam ex hoc non habetur, quod Deus aliquos reprobat, sed quod si reprobat, reprobare ad prouidentiam suam spectat. Si autem intendit primũ, tunc ratio nihil ualet, immo committitur sophisma consequẽtis, dum arguitur a prouidentia in communi respectu finis in communi ad prouidentiam respectu huius finis, scilicet uitæ æternæ. Quamuis enim ad prouidentiam uniuersi exigatur permissio alicuius defectus, & similiter prouidentiæ in communi non repugnet permittere aliquos defectus, non tamen omnis prouidentia hoc exigit, ut patet de prouidentia necessariorum, ut sic, & tamẽ litera infert, ac si illa propositio, scilicet. Ad prouidentiam pertinet permittere, esset uniuersalis. Ad hoc breuiter respondetur, quod primus sensus est directe de intentione literæ, quoniam sic respondet quæsito. Nec oportet propterea sophisma aliquod admittere, nec illa propositione, ut simpliciter uniuersali, uti, sed uniuersali in materia defectibili secundum se. Ita quod sensus est. Ad prouidentiam rerum secundum se defectibilium a fine, spectat permittere &c. & tunc optimè sequitur, ergo prouidentia diuina habet hunc actũ, s. permittere aliquos deficere a uita æterna, quoniam creaturæ, rõnales sunt defectibiles ab hoc fine. Et si quæras fundamentum illius præmissæ, scito, quod est suauis dispositio rerum prouisarum. Ex hoc. n. quod prouidentia suauiter disponit defectibilia suis uiribus, relinquit, & sic eueniunt defectus.

¶ Quo

¶Quo ad secundum, tria de reprobatione dicit. Primo, quod est pars prouidentiæ, & probat hoc ex proportionalitate ad prædestinationem. Secundo, quod non est tantum præscientia, & probat ex hoc suo toto, scilicet ex prouidentiam „quæ manifeste addit sup. præscientiam. Tertio, quod includit uoluntatem permittendi mittendi casum, & puniendi culpam & probat hoc rursus ex proportionalitate ad prædestinationem in hoc, quod illa respicit, & ad qđ est præsentis seculi, & quod futuri &c. Ex his autem facile colligitur quid est reprobatio, quod scilicet est præscientia cum uoluntate permittendi culpam, & damnandi propter culpam.

Agi 1.s.d.41.q.1.ar. 1. & 2.

SVP. Q. XXIII. ART. IIII.

142 Inf. q. 24. ar.1.con. & 1.d. 41.ar.1. & 2. & ue. q.6.a 1.co. & 2.& 10. 3. lec.2. ca. 4. circa prin. Arg.

CONCL. Omnes prædestinati sunt dilecti, & electi a Deo.

¶PROB. Quia non transmittitur aliquid in finem, nisi præexistente de hoc uoluntate in transmittente, & talis uoluntas in Deo transmittēte est [prius secundum rationem] dilectio, atque [posterius, secundum rationem] electio.

1^m de maiori.

Bonitatem. R. In communi consideratam, non in particulari. §. Tunc nihil &c. Nam si consideratur communicatio, &c. ut in litera. Pro Dionysio. Vide quæst. 19. artic. 4. secundum.

2^m de maiori.

Electio. R. Voluntatis ad eligendum prouocatæ a bono existente in re eligenda, non aliter. §. Tunc & c. Nam quando uoluntas eligentis prouocatur, &c. perge ut in litera.

ar. 1. huius q. prouidē tia prudentiam quid. q. 22. ar. 2.

3^m de minori.

Vult. R. Secundum quid, non simpliciter. §. Tunc, &c. Nam suū uelle simpliciter, quo scilicet ad saluté uult hunc & non illum discretionem, [ut patet] denotat & de hoc uelle non de uelle secundum quid loquuntur determinationes articuli uide ad primum.

q. 20. ar. 2. & 3.

APPENDIX.

Vtil. p. S. Eccl.

Ex articulo habes primo, quomodo per rationem ostēdas, recte sacram scripturam asserere, quod prædestinati eliguntur a Deo, ut Ephe. primo. Elegit nos in ipso ante mundi constitutionem Matth. vigesimoquarto. Dies illi propter electos breuiabuntur secundo Tim. secundo, omnia autem sustineo propter electos, primo Timoth. quinto. Testor coram Deo in Christo, Iesu & electis Angelis eius. Secundo habes, quomodo per rationem, ultra sacram scripturam damnari possint, si qui forte dicerent contrarium. Dixi ly forte, ad declarandum, quod uix hoc inuenies. Nam & hæretici tanquam ab ipsa ueritate coacti utuntur nomine electionis, de prædestinatis loquendo, & ut in specia li dicamus, Theodorus Beza. Iste enim inquit. Electis nulla pec cata esse moralia, & reprobis nulla uenialia. Ecce, quod prædestinatos, quos a reprobis se cernit, a Deo eligi putat, quamuis cum ista ueritate hęreticū quippiam [ut illorum moris est] admisceat, scilicet illis mortalia nulla peccata esse, istis uenialia nulla. Contra quod clamant exempla Apostolorum Petri, & Pauli, atque proditoris Iudæ Petro enim dicitur Luc 22. tu aliquando conuersus, ergo per hoc denotatur patenter, quod aliquando fuit auersus, id quod per peccatum solum mortale fit. Paulus prius fuit blasphemus & Ecclesię Dei persecutor, & incredulus & omnium peccatorum primus primo, Timot. primo, ergo aut ista secundum se non sunt peccata mortalia, & nullus peccatorū peccat mortaliter, aut Paulus peccauit mortaliter, omnia sunt clara, præterquam non intelligentibus neque quæ loquuntur, neque de quibus affirmant. Itē concilium Cōstantiense damnat has utrasque propositiones Io. Huss. sess. decimaquinta, Vera est. Paulus nūquam fuit membrum diaboli, licet fecerit actus quosdam actibus Ecclesiæ malignantium consimiles. Altera. Præscitus, etsi aliquando sit in gratia secundum præsentem iustitiam, tamen numquam est pars sanctæ Ecclesiæ. Quid clarius contra Bezam. De Iuda proditore simul & de aliis dicit Christus. Ioan. sexto. Nonne duodecim uos elegi? At post electionem unus illorum diabolus factus est. Tertio uides, quomodo ex his uicissim firmetur conclusio.

ar. 3. huius quæst.

Dilectio, est electio in nobis aliter ordinatur qđ i Deo.

q. 6. ar. 4.

In cor. ar. & q. 20. ar. 2.

Aug. Ser. 11. de uer. Apost. aliquantulū a prin. c. 10. q. 19. ar. 6.

3 Pro studio

¶Not. Articulo seruit articulus in ordine. 118. 128. 139. 135. 137. 120. 141. 34.

ARTICVLVS IIII.

Vtrum prędestinati eligantur a Deo.

AD QVARTVM sic proceditur. Videtur, quod prædestinati non eligantur a Deo. Dicit. n. Dion.* 4. c. de diui. no. quod sicut sol corporeus non eligēdo omnib. corporib. lumē immittit, ita & De' suam bonitatem, sed bonitas diuina communicatur præcipue aliq. bus, secundum participationē gratiæ & gloriæ, ergo Deus absq; electione gratiam & gloriā cōicat, qđ ad prædestinationem pertinet.

¶2 Præt. Electio est eorum, quæ sunt, sed prædestinatio ab æterno, est etiam eorum quæ non sunt, ergo prædestinantur aliqui absque electione.

¶3 Præt. Electio quandam discretionem importat, sed Deus uult omnes homines saluos fieri, ut dicitur 1. Tim. 2. ergo prædestinatio quę pręordinat homines in salutem, est absque electione.

SED CONTRA est, quod dicitur Ephe. 1 Elegit nos ipso ante mū di constitutionem.

RESP. dicendum, quòd prædestinatio secundum rationem præsupponit electionem, & electio dilectionē. Cuius ratio est, quia prędestinatio, ut dictum est, * est pars prouidentiæ. Prouidētia autem sicut & prudentia, est ratio in intellectu existens præceptiua ordinationis aliquorum in finem, ut sup. dictum est *. Non autem præcipitur aliquid ordinandum in finem, nisi præexistente uoluntate finis. Vnde prædestinatio aliquorum in salutē æternam præsupponit secundum rationem, quod Deus illorum uelit salutem. Ad quod pertinet electio & dilectio. Dilectio quidem inquātum uult eis hoc bonum salutis æternę. Nam diligere est uelle alicui bonum, ut supra dictum * est. Electio autem inquantum hoc bonū aliquibus præ aliis uult cum quosdam reprobet, ut sup. dictum est. * Electio tamen & dilectio aliter ordinantur in nobis & in Deo, eo ꝙ in nobis uoluntas diligendo non causat bonum, sed ex bono præexistente incitamur ad diligendum. Et ideo eligimus aliquem quem diligamus. Et sic electio dilectionem præcedit in nobis. In Deo autem est econuerso. Nam uoluntas eius, qua uult bonum alicui diligendo est causa quod illud bonum ab eo præ aliis habeatur. Et sic patet, ꝙ dilectio præsupponitur electioni secundum rationem, & electio prædestinationi. Vnde omnes prædestinati sunt electi & dilecti.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod si cōsideretur communicatio bonitatis diuinæ in cōmuni, absq; electione bonitatem suam cōicat, inquantum, scilicet nihil est quod non participet aliquid de bonitate eius, ut sup. dictum * est. Sed si consideretur communicatio istius uel illius boni, non absque electione tribuit, quia quædam bona dat aliquibus quæ non dat aliis. Et sic in collatione gratiæ & gloriæ attenditur electio.

AD SECVNDVM dicēdum, quod quando uoluntas eligentis prouocatur ad eligendum a bono in re præexistente, tunc oportet quod electio sit eorum quæ sunt, sicut accidit in electiōe nostra. Sed in Deo est aliter ut dictum est.* Et ideo sicut dicit Aug. † Eligūtur a Deo qui non sunt, neq; tamē errat q eligit.

AD TERTIVM dicendū, quòd (sicut supra, * dictum est.) Deus uult omnes homines saluos fieri antecedenter, (quod non est simpliciter uelle, secundum quid) non autem consequenter, quod est simpliciter uelle.

ARTI-

Comm. Cardinalis Caietani.

IN titulo, electionis uocabulum proprie sumitur, prout sonat actum uoluntatis, quo optione proposita unum mauult altero.

¶In corpore una est conclusio rñsiua affirmatiuè. Oēs ꝑdestinati sunt electi, & dilecti a Deo. Probatur. Prudentia est rō in intellectu existens, præceptiua ordinationis aliquorū in finem, ergo prouidentia est rō præceptiua &c. Ergo ꝑdestinatio est rō præceptiua ordinis aliquorum in uitā æternam, ergo prædestinatio aliquorum præsupponit, quod Deus illorum uelit salutē, ergo præ-

¶In

destinatio præsupponit electionem, & electio dilectionem, ergo omnes prædestinati sunt electi & dilecti a Deo. Prima consequentia probatur quia sicut est de prudentia, ita de prouidentia. Et aduerte, quod ly sicut, potius expressiuè, quam similitudinarie tenetur, quoniam prouidentia, ut superius dictum fuit principalis prudentiæ pars est, imò est ipse præcipuus actus prudentiæ politicæ. Secunda uero in litera explicite non habetur, sed ob clariorem contextum apposita est, & patet ex eo, quod prædestinatio est pars prouidentiæ. Tertia autem probatur, quia non præcipitur aliquid ordinandum in finem, nisi præexistente uoluntate finis. Et hoc intellige de uere interiori præcepto, quod dico propter exterius præceptum, quod signum diuinæ uoluntatis in q. 19. positum est. Illo enim modo præceptum sumēdo, multa Deus præcipit, quæ non vult, ut patet in peccatoribus. Quarta autem probatur, quia ad tale uelle diuinum pertinet & electio, & dilectio. Et quoniam in hac quarta consequentia tria inseruntur, scilicet electio, & dilectio, & ordo inter & dilectionem diuinam, ideo singula in litera manifestantur. Et primo quod ex tali uelle sequatur dilectio quia eis vult hoc bonum, diligere enim est uelle illi bonum. Secundo, quod electio, quia hoc bonū uult illis præ aliis quos reprobat. Tertio quod electio dilectionem præsupponit, & hoc ex differentia inter ordinem horum actuum in nobis, & in Deo, quoniam in Deo dilectionem præcedit, in nobis uero econtra, & ratio est, quia uoluntas sua causat bonitatem rerum, nostra autem a bonitate rerum mouentur.

¶Circa differentiam nunc assignatam, aduerte quod prædicta differentia est intelligenda respectu unius & eiusdem obiecti, & rursus de prima ratione electionis, aliter non apparet uera differentia ista uniuersaliter intellecta, cum enim amor sit primus actus uoluntatis, non possumus eligere nisi præamemus, sed tamē ex amore circunstantiarum eligimus hunc, ut ipsum amemus, ut patet in electione uxoris, & sic respectu huius, & non simpliciter in nobis electio dilectionem præcedit, manifeste quoque in dilectione nostra beneficia patet, quod quamuis benefacere præcedat electionem eiusdem cui benefaciat, dum omnes æquo amore prosequeremur, fieri tamen non potest, ut effectus in amato ex solo nostro amore prouenieus, ad electionem eiusdem nos ducat, quoniam stante paritate amoris sequi non potest electio, disparitas autem si fiat in amando ab obiecti circunstantiis magis amatis mouemur ad eligendum hunc præ aliis ut ametur. Et sic dilectio nostra non potest esse prima electionis ratio respectu eiusdem quamuis possit esse secundaria, ut cum ex amore alicuius eligitur illemet ut ametur ad aliquod aliud bonum, ut quotidie fit, In Deo autem oportet dilectionem huius præcedere ut primam, & totā causam ex parte amat electionis illius, quia electio disparitatem unius ab altero supponit, & tota disparitatis ratio in creatura est bonum, illi a Deo uolitum & sic dilectionis electionis est ratio apud Deum.

Ferr. 3. cont. c. ult.
S. Bon. 1. 5. *d. 41. q. 2. ar. 1.*
Alens. 1 p. s q. 28. men. 3. ar. 1.
Scot. 1. 5. d. 41. q. 1.
Riccar. 1. 5. d. 41. q. 1.
Duran. 1. 5. d. 41. q. 2.
Mairo. 1. 5. *d. 42. q. 4.*
Aegi. 1. 5. d. 41. q. 2. pri. prin.
Cap. 1. d. 41. q 1. con. 1. q. 1. con. 2. con. 3. con. 4. con. 5. 6. & 7.
Iannes ar. 5.

143
1. d. 41. a. 3. & 3. cō. c. ult. & uer. q 6 a. 2. & 10. s3. li. 3. & 10. 1. l. 3. & c 8. li. 6. & c. 9. l. 1. & Eph. 1. lec. 1. & li. 4. Ad Rom. c. 9. tom. 5

ARTICVLVS V.

Vtrum præscientia meritorum sit causa prædestinationis.

AD QVINTVM sic proceditur. Videtur quòd præscientia meritorum sit causa prędestinationis. Dicit. n. Apost. Rom. 8. Quos præsciuit, hos & prædestinauit. Et gl. Amb. super illud * Rom. 9. Miserebor cui miserebor &c. dicit misericordiam illi dabo quem præscio toto corde reuersurum ad me. Ergo uidetur, quod præscientia meritorum sit causa prædestinationis.

¶ 2 Pręt. Prædestinatio diuina īcludit diuinam uoluntatem, quæ irrationabilis esse non pōt, cum prædestinatio sit propositum miserendi, ut Aug. dicit. † Sed nulla alia ratio potest esse prædestinationis nisi p̄scientia meritorum. Ergo præscientia meritorum est causa, uel ratio prædestinationis.

† De præ. san. ca. 10. tom. 7.

¶ 3 Pręt. Non est iniquitas apud Deum ut dicitur Ro. 9. Iniquū aūt esse uidetur, ut æqualib. inæqualia dētur. Oēs aūt hoīes sunt æquales, & ſm naturam, & ſm peccatū originale. Attenditur autem in eis inæqualitas secundum merita, uel demerita propriorum actuum. Non igitur inæqualia pręparat Deus hominib. prædestinando, & reprobando, nisi propter differentium meritorum pręscientiam.

SED CONTRA est, quod dicit Apost. ad Tit. 3. Non ex operib. iustitiæ, quæ fecimus nos, sed secundum suam misericordiā saluos nos fecit. Sicut aūt saluos nos fecit, ita & prædestinauit nos saluos fieri. Non ergo præsciētia meritorum est causa, uel ratio prædestinationis.

RESPON. Dicēdum, quod cum prędestinatio includat uoluntatem ut sup. dictum est, * sic inquirēda est ratio prædestinationis, sicut inquiritur rō diuinæ uoluntatis. Dictum est autem supra, * ꝙ nō est assignare causam diuinæ uoluntatis ex parte actus uolendi, sed potest assignari ratio ex parte uolitorum, inquantum .s. Deus uult esse aliquid propter aliud. Nullus ergo fuit ita insanæ mentis, qui diceret merita esse cām diuinę prædestinatiōis ex parte actus prædestinātis. Sed hoc sub quæstione uertitur, utrum ex parte effectus prædestinatio hēat āliquā causam. Et hoc est quærere, utrum Deus pręordinauerit se daturum effectum prædestinationis alicui pp merita aliqua. Fuerunt igitur quidam, qui dixerunt, ꝙ effectus prædestinationis præordinatur alicui pp merita p̄existentia in alia uita, & hæc fuit positio Orig. qui posuit animas humanas ab initio creatas, & secundum diuersitatem suorū operum diuersos status eas sortiri in hoc mundo corporib. unitas. Sed hanc opin. excludit Apostolus Ro. 9. dicens cum nondum nati fuissēt, aut aliquid egissent boni uel, mali, non ex operibus, sed ex uocante dictum est, quia maior seruiet minori. Fuerunt ergo alii qui dixerunt, quod merita pręexistentia in hac uita sunt ratio & causa effectus prędestinatiōis. Posuerūt. n. Pelagiani ꝙ initium benefaciendi sit ex nobis, consummatio autem a Deo. Et sic ex hoc contingit quod alicui datur prędestinationis effectus, & non alteri qui unus initium dedit separando, & non alius.

SED CONTRA hoc est, quod dicit Apostolus, 2. Corin. 3. quod non sumus sufficientes cogitare aliquid a nobis quasi ex nobis. Nullum autem anterius principium inueniri potest, quam cogitatio. Vnde non potest dici, quod aliquod in nobis initiū existat, quod sit ratio effectus prędestinationis. Vnde fuerunt alii, qui dixerunt, ꝙ merita sequentia prędestinationis effectū, sunt rō prædestinationis, ut

SVP. Q. XXIII. ART. V.

CONCL. 1. Nil prohibet aliquem effectum prædestinationis esse causam & rationem alterius.

¶PROB. Quia effectus posterior prædestinationis est ratio finalis prioris, & prior est ratio meritoria posterioris.

¶CONCL. 2. In cōmuni impossibile est, quod totus effectus p̄destinationis habeat aliquam causam ex parte nostra.

¶PROB. Quicquid est in homine ordinans cum ad salutem, etiam ipsa pręparatio ad gratiam, totum est effectus prædestinationis.

¶NOT 1. Aliud tamen (secundū D. Thomę sensum, & ſm concilium. Valentinum in appen. ponendum) sentiendum est circa reprobatorum merita.

¶NOT. 2. In fauorē secundę cōclusionis est concil. Arausicanū sub Leone primo celebratum sic in canone, seu capite 22. dicens. Nemo habet de suo nisi mendacium & peccatum. Si quis autem homo habet ueritatē atque iustitiā ab illo fonte est, quem sitire debemus in hac heremo, ut ex eo, quasi guttis irrorati quibusdam, non deficiamus in uia. Hæc concilium.

ar. præce.

q. 19. ar. 5.

¶CONCL. 3. Prædestinatio ex parte effectus accepti in communi, ītotius effectus, habet diuinam bonitatē pro ratione.

¶PROB. Quia totus effectus prædestinationis procedit ex diuina bonitate, tanquam ex principio primo efficiente, & ordinatur ad illam tanquā in finem.

Declaratur titulus.

¶NOT. Ad hunc sensum intellige illud inquantum ad prædestinationem applicabile, est. Matth. 11. Abscondisti hæc a Sap. & reuelasti ea paruulis. Ita pater quoniam [ea ratio] sic placitum fuit ante te. Ergo diuina bonitas est ratio ut supra. Ad idem facit psa. 17. Saluum me fecit, quoniam uoluit me, & 22. deduxit me sanitas iustitiæ propter nomen suum, & 43. Nec. n. in gladio suo, &c. sed dextera tua, &c. qm̄ cōplacuisti in eis.

Primum

ut intelligatur quod ideo Deus dat gratiam alicui, & præordinauit se ei daturum, quia præsciuit eum bene usurũ gratia. Sicut si rex det alicui militi equum quem scit eo bene usurum. Sed isti uidetur distinxisse inter id quod est ex gratia, & id quod est ex li.arb. quasi non possit esse idem ex utroq;. Manifestũ est autem, quod id quod est gratię, est prædestinationis effectus, & hoc non potest poni ut ratio prædestinationis cum hoc sub prædestinatione concludatur. Si igitur aliquid aliud ex parte nostra sit ratio prædestinationis, hoc erit præter effectum prædestinationis. Non est autem distinctum quod est ex libero arbitrio, & ex prædestinatione, sicut nec est distinctũ quod est ex causa secunda, & causa prima. Diuina enim prouidentia producit effectus per operationes causarum secundarum, ut supra dictum est. * Vnde, & id quod est per liberũ arbitriũ est ex prædestinatione. Dicendum est ergo, quod effectum prædestinationis considerare possumus dupliciter. Vno modo in particulari, & sic nihil prohibet aliquem effectum prædestinationis esse causã & rationem alterius. Posteriorem quidem prioris secundum rationem causæ finalis, priorem uero posterioris secundum rationem causæ meritorię. Quæ reducitur ad dispositionem materiæ. Sicut si dicamus, quod Deus præordinauit se daturum alicui gloriam ex meritis, & quod præordinauit se daturum alicui gratiam, ut mereretur gloriã. Alio modo potest considerari prędestinationis effectus in cõi, & sic impossibile est, quod totus prædestinationis effectus in communi habeat aliquam causam ex parte nostra Quia quicquid est in homine ordinãs ipsum in salutem, comprehenditur totum sub effectu prædestinationis, etiam ipsa præparatio ad gratiam. Neque enim hoc fit nisi per auxilium diuinum, secundum illud Thren.ult. Conuerte nos domine ad te, & conuertemur. Habet tamen hoc modo prædestinatio ex parte effectus pro ratione diuinam uoluntatem, ad quã totus effectus prædestinatiõis ordinatur ut in finem, & ex qua procedit sicut ex principio primo mouente.

Ad primum ergo dicendum, quod usus gratiæ præscitus, non est ratio collationis gratiæ, nisi secundum rationem causæ finalis, ut dictum est. *

Ad secundum dicẽdum, quod prædestinatio habet rationem ex parte effectus in communi ipsam diuinam bonitatem. In particulari autem unus effectus est ratio alterius, ut dictum est. *

Ad tertium dicendũ, quòd ex ipsa bonitate diuina ratio sumi potest prædestinationis aliquorũ, & reprobationis aliorum. Sic enim Deus dicitur omnia propter suam bonitatem fecisse, ut in rebus diuina bonitas repræsentetur. Necesse est autẽ, quod diuina bonitas (quæ in se est una & simplex) multiformiter repræsentetur in rebus propter hoc, quod res creatæ ad simplicitatem diuinam attingere non possunt. Et inde est quod ad completionem uniuersi requiruntur diuersi gradus rerum, quarum quædam altum, & quædam infimum locum teneant in uniuerso. Et ut multiformitas graduum conseruetur in rebus Deus permittit aliqua mala fieri ne multa bona impediantur, ut supra dictum * est. Sic igitur consideremus totum genus humanum, sicut totam rerum uniuersitatem. Voluit igitur Deus in hominibus quantum ad aliquos, quos prædestinat, suam repræsentare bonitatem, per modum misericordiæ parcendo, & quantum ad aliquos, quos reprobat, per modũ iustitiæ puniendo. Et hæc est ratio quare Deus quosdã eligit, & quosdã reprobat. Et hanc cãm assignat Apost. ad Rom. 9. dicens. Volens Deus ostendere iram, idest uindictam iustitiæ & notã facere potentiam suam, sustinuit, idest permisit in multa patientia uasa iræ apta in interitum, ut ostenderet diuitias gloriæ suæ in uasa misericordiæ, quæ præparauit in gloriam. Et 2. Tim. 2. dicit. In magna domo non solum sunt uasa aurea & argentea, sed etiam lignea & fictilia, & quædam quidem in honorem quędam in contumeliam. Sed quare hos elegit in gloriam, & illos reprobauit, non habet rationem, nisi diuinam uoluntatem. Vnde August. dicit super Ioannem. Quare hunc trahat, & illum non trahat, noli uelle diiudicare, si non uis errare. Sicut etiam in rebus naturalibus potest assignari ratio, cum prima materia tota sit in se uniformis, quare una pars eius est sub forma ignis, & alia sub forma terrę, a Deo in principio condita, ut sic sit diuersitas specierum in rebus naturalibus. Sed quare hæc pars materiæ est sub ista forma, & illa sub alia, dependet ex simplici diuina uoluntate sicut ex simplici uoluntate artificis dependet, quod ille lapis est in ista parte parietis, & ille in alia, quamuis ratio artis habeat, quod aliqui sint in hac, & aliqui sint illa. Neque tamen propter hoc est iniquitas apud Deum, si inæqualia non inæqualib. præparat. Hoc.n. esset contra iustitiæ rationem, si prædestinationis effectus ex debito redderetur, & non daretur, ex gratia. In his enim quæ ex gratia dantur, potest aliquis pro libito suo dare cui uult plus, uel minus, dummodo nulli subtrahat debitum, absque præiudicio iustitiæ. Et hoc est quod dicit pater familias. Matthę. 20. cap. Tolle quod tuum est, & Vade, an non licet mihi quod uolo, facere?

q.19.art.5. — In cor. art. — Hinc literis sanũ intellectum oĩa dico fecit, pp semetipsum seu pp bonitatẽ suã. — q.22. ar.2. — Au.li.1. ad sim.q.2. & de prædi. & gr.c.3. & lib. 6. Hypog. & li. de prædi.san. c.12. & lib. 2.cap.8. — Tract. 26. non remote a princ. tom.9.

1m de conclusione. Sic causa. ℞. Finalis tantum, non aliter. §. Tũc &c. ut patet. Expone ergo D. Ambr. sic. Misericordiam illi dabo quem, &c. idest ut in toto corde reuertatur ad me. Nam licet præsciat Deus Petrum post trinam negationẽ reuersurum ad se, tamen ex hoc non mouetur ad prædestinandum Petrum. Quinimmo ex hoc q Deus secundũ beneplacitũ suũ prædestinauit Petrum ideo Petrus reuersus est ad Deum. Misericordiam ergo dedit Petro, quem præsciuit, &c. non quia præsciuit &c. Primum horum dicit Ambrosius, quod non facit contra conclusionem articuli principaliter intentam, secundum non dicit, qđ esset contra ipsam. Pro antedicta expositione catholica nota concilium Arausicanum sub Leone primo, dicens. Tales nos amat Deus, quales futuri sumus ipsius dono non quales sumus nostro merito. Hæc ibi canone seu Cap. 12. Nota & Apostolũ Ephes. 1. dicentem, Elegit, [id est prædestinauit] nos ante mundi constitutionem, ut essemus sancti. Non dicit elegit nos, quia futuri eram' sancti, sed ut essemus sancti. Quid clarius?

2m de minori. Nisi præscientia meritorum. ℞. Considerata secundum rationem & causæ finalis respectu gratiæ habendæ, & causæ meritoriæ respectu gloriæ consequendæ, non aũt cõsiderata secundum rationẽ causæ cuiuscumque respectu totius effectus prædestinationis. §. Tunc &c. ut patet per conclusiones.

3m minor. Iniquum, &c. ℞. Si prædestinationis effectus redderetur ex debito, non si talis effectus datur ex gratia. §. Tũc &c. Nam ex gratia, non ex debito, datur.

In cor. art. APPENDIX.

Vid. p S. Eccl.

Ex articulo habes primo, quomodo per rationem proijcias errorem Trinitariorũ errorem dicentium, quod Deus propter alicuius bona futura pręordinauit aliquem ab æterno. Secundo habes, quomodo per rationem ostendas errorem hunc iuste dãnari a Concilio Arausicano cano. 12. & 22. vide ad primum, & notationem secundæ conclusionis. Si.n. nemo habet de suo, &c. utique uidetur, quod Deus propter alicuius bona opera futura nõ præordinauerit, seu prędestinauerit aliquem ab æterno. Itẽ si. Tales nos Deus amat, quales, &c. uidetur utique idem, quod immediate supra. Item a Concilio Tridentino sess. sexta, videtur in suo simili dãnatus, quando canon. tertio, sic ait. Si quis dixerit, sine præueniente spiritussancti adiutorio hominem credere sperare diligere aut pęnitere posse, sicut oportet, ut ei iustificationis gratia conferatur, Anathema sit. A simili ergo dicere, quod homo sine præueniente, diuino adiutorio mereri possit, ut sibi prædestinationis gratia conferatur dicere, inquam hoc concilio illi dissonare videtur, & tanto magis, quanto gratia prædestinationis pluris est quam gratia iustificationis [ut patet.] Cæterum, si uis, audi ordinariam glossã Decreti 23 q.4. Vasis iræ. Si uere [inquit] uolumus loqui, nõ est concedendũ quod futura bona sint cã prædestinationis. Hæc ibi. Item merito damnari a concilio Valentino cuius definitiones in

in 1.2.& 3.capitulis sunt in hæc uerba. De præscientia Dei, prædestinatione, & quæstionibus alijs, in quibus fratrum animi non parũ scandalizati probantur, ILLVD TANTVM FIRMISSIME TENENDVM CREDIMVS; QVOD EX MATERNIS ECCLESIAE VISCERIBVS NOS HAVSISSE GAVDEMVS. Deum præscire, & præsciisse æternaliter & bona quæ boni erant facturi, & mala quæ mali sunt gesturi, quia uocem scripturæ dicentis habemus, Deus æternæ qui absconditorum es cognitor qui omnia nosti antequam fiant. Fideliter tenemus, & placet tenere bonos eum præsciisse omnino per gratiam suã bonos futuros, & per eandem gratiam æterna præmia accepturos, malos autem eum præsciisse per propriam malitiam malos futuros, & per suam iustitiam æterna ultione damnandos, ut secundum psalmistam, quia potestas Dei est & Domini misericordia, reddat unicuique secundum opera sua. NEC PRORSVS VLLI malo præscientiam Dei imposuisse necessitatem ut aliud esse non possit, sed quod ille futurus erat ex propria uoluntate, Deus qui nouit omnia antequam fiant, præscit ex sua omnipotentia & incommutabili maiestate. NEC EX præiudicio eius aliquem, SED EX merito propriæ iniquitatis, credimus condemnari. NEC IPSOS MALOS ideo perire, quia boni esse non potuerunt, sed quia boni esse noluerunt, suoque uitio in massa damnationis merito, uel originali, uel etiam actuali permanserunt. SED ET DE PRAEDESTIONE DEI placuit, & fideliter placet, iuxta Apostolicam auctoritatem quæ dicit, An non habet potestatem figulus luti ex eadem massa facere aliud uas in honorem, aliud uero in contumeliam? ubi & statim subiungit, quod si uolens Deus ostendere iram & notam facere potentiam suam sustinuit in multa patientia uasa iræ apta siue præparata ad interitum, ut ostenderet diuitias gratiæ suæ in uasa misericordiæ quæ præparauit in gloriam: fidénterque fatemur prædestinationem electorum ad uitam & præscientiam impiorum ad mortem; IN ELECTIONE TAMEN SALVANDORVM MISERICORDIAM DEI PRAECEDERE MERITVM BONVM, IN DAMNATIONE AVTEM PERITVRORVM MERITVM MALVM PRAECEDERE IVSTVM DEI IVDICIVM. Prædestinatione autem Deum ea TANTVM statuisse, quæ ipse uel gratuita misericordia, uel iusto iudicio facturus erat, secundum scripturam dicentem. Qui fecit, quæ futura sunt. In malis uero ipsorum malitiam præscisse, quia ex ipsis est, non prædestinasse, quia ex illo non est. Pœnam sane malum meritum eorum sequentem Deum, qui omnia prospicit, præsciuisse & PRAEDESTINASSE, quia iustus est, apud quem est (ut Sanctus Aug. ait) de omnibus omnino rebus tam fixa sententia, quam certa præscientia. Ad hoc siquidem fieri sapientis dictum, parata sunt derisoribus iudicia, & mallei percutientes stultorum corporibus. De hac immobilitate præscientiæ & prædestinationis Dei, per quam apud eum futura iam facta sunt, apud Ecclesiasten bene intelligitur dictum. Cognoui quod omnia opera quæ fecit Deus perseuerent in perpetuum, non possumus his addere nec auferre quæ fecit Deus, ut timeatur. Verum aliquos ad malum prædestinatos esse diuina potestate, uidelicet ut quasi aliud esse non possint non solum non credimus, Sed etiam, si sunt qui tantum mali credere uelint, cum omni detestatione (sicut Arausica Synodus) illis anathema dicimus. Hucusque Valentinum Concilium. Singula huius uerba grãdi consideratione pondera, quoniam & aurea sunt, & ad plures quæstiones decidendas damnando oppositum faciunt. Dixi ly damnando oppositum, quoniam ad hoc etiam ualet auctoritas conciliorum prouincialium, quale est Valentinum præmissum. Vnde Concilium Nicænum secundum de huiusmodi concilijs loquens in actione tertia sic ait. Locales autem synodos non auersamur, sed magis amamus, amplectimur, & recipimus, earum etiã diuinitus inspiratas canonicas constitutiones, correctiones, & utiles earum legislationes summa obseruantia colimus, Item in canone primo sic. A sanctis Apostolis prius editos canones, & a sanctis uniuersalibus & localibus synodis amplectentes, eos anathematizamus, qui ab ipsis anathematizati fuere, deponimus, qui depositi fuere, nihilque his adicimus, non inexplebiles (ut auari) existentes, sed his, quæ ab illis constituta sunt, contenti sumus. Hæc omnia Conc. Nicænum. Per synodos locales intendit prouinciales, quoniam eas distinguit contra uniuersales, & quoniam etiam prouinciales restringuntur ad unum locum particularem. Non enim de omni loco ad synodum prouincialem conueniunt Patres (quod fit in generali, sed tantum de loco uno, scilicet de illa prouincia. Valent prædictæ concilii Valentini definitiones etiam ad alia multa in aliis articulis dicta, prout prudens lector per se cõsiderabit. Si qui ergo Doctores authentici uideantur aliquando tenuisse uel scripsisse contrarium exponãtur [si possunt] pie secundum exemplar monstratum nobis ab Angelico Doctore erga Beatum Ambrosium hic. Vt quo ad fieri potest securius procedamus ne forte in Anathemata præmissa conciliorum impinguamus, & hæresi Pelagianæ uel in sono uerborum aliqualiter appropinquare uideamur. Tertio uides, quomodo ex his vicissim Angelica hæc doctrina declaretur atque confirmetur.

Dogmata S. Ecclesiæ d.pd. &c.

Caue anathema.

3

¶ NOT. Articulo huic deseruit articulus in ordine 122. 138. 312.249.250.142.119.368.137.136.

Comm. Cardinalis Caietani.

Titulus in corpore declaratur.

¶ In corpore tria facit. Primo declarat titulum. Secundo tractat tres opiniones circa quæsitum. Tertio respondet quæsito. Quo ad primum distinguit quod prædestinationem causari ex præscitis meritis potest intelligi dupliciter. Primo ex parte actus & sic nulla est quæstio. Secundo ex parte effectus, & sic uertitur in dubium. Manifestatque hanc distinctionem cum suis membris ex diuina uoluntate, quoniam ipsa clauditur in prædestinatione, eadem siquidem distinctione uti oportet cum de causa, quare Deus uelit aliquid quæstio est, ut ex supra dictis patet, & litera est clara.

¶ Quo ad secundum prima opinio est Ori. dicentis præterita ante hanc uitam merita animarum, causam esse prædestinationis. Et confutatur authoritate Apostoli. Cum nondum boni aliquid egissent, &c. Secunda est Pelagianorum dicentium quod merita præexistentia in hac uita, sunt ratio prædestinationis, quia initium benefaciendi ex nobis est, sed hæc confutatur authoritate Apostoli, quod non sumus sufficientes cogitare, &c. Cõstat enim quod cogitatio est primum ex nobis initium cooperandi bene. Tertia opinio est, quod merita futura, in hac tamen uita, sunt causa prædestinationis. Et ad hanc opinionem reducitur opinio retractata Augu. scilicet quod fides futura fuit ratio prædestinationis Iacob, magis quam Esau. Sed hanc opinionem confutat author in litera sic. Si aliquid ex parte nostra esset causa prædestinationis, illud non clauderetur sub prædestinationis effectu, sed totum quod inuenitur in bono usu gratiæ, est effectus prædestinationis ergo nihil, quod est in bono usu gratiæ, est causa prædestinandi. probatur destructio consequentis sic. Non est distinctum id quod est a causa secunda, & a causa prima, ergo non est distinctũ quod est ex libero arbitrio & prædestinatione, ergo id quod est per liberum arbitrium, est ex prædestinatione, prima consequentia nunc facta probatur, quia diuina prouidentia producit effectus per operationes causarum secundarum.

¶ Circa hanc partem aduerte, quod Henricus de Gandauo. Quodl.4.ar.19.& Quodl.5. art.5. tenet opinionem satis propinquam huic modo confutatæ dicens, quod bonus usus non gratiæ, ut præcedens dixit opinio, sed liberi arbitrii, est causa prædestinationis. Et quoniam ratio facta in litera directe militat contra talem opinionem, idcirco conatur soluere eam, & probare suam opinionem. Et suam quidem probat authoritate. Aug. Venit de occultissimis meritis, &c. vt habes a magistro. 41. distin. deinde ratione tripliciter. Tum quia electio præsupponit disparitatem eligendi a reprobando, tum quia iustitia semper est comes misericordiæ, & sic aliquam congruentiam ex parte prædestinandi oportet inueniri ad misericordem prædestinationem, tum quia reprobationis est aliqua causa ex parte nostri, ergo & prædestinationis. Rationem autem præsentem arguit, negando quod ex indistinctione, eius quod est ex libero arbitrio & diuina gratia, sequatur quod est ex parte liberi arbitrii totaliter claudatur sub prædestinatione seu eius effectu, quoniam stat indistinctum esse bonum usum liberi arbitrii, qui est a gratia & libero arbitrio, & tamen ipsum esse quodammodo a libero arbitrio, quo non est a gratia, & sic eo modo quo est noster, & non gratiæ potest esse causa prædestinationis. Quod autem bonus usus liberi arbitrii aliquo modo sit ipsius quo non est gratiæ, patet authoritate August. super illud. Adiuua nos Deus salutaris noster, ubi uult nos cooperari gratiæ.

¶ Adhæc, quoniam manifeste eiusdem est difficultatis hæc opinio cum recitata in litera, breuiter nunc est dicendum. Et authoritati Aug. magister respondet dicens, eam retractatam in simili, & bene dicit, quoniam expresse ipse Aug. hanc retractationum suarum regulam tradidit ut sententia alicubi retractata, ubique in operibus suis retractata censeatur, ad rationes autem dicitur, quod electio supponit dilectionem, ex qua est disparitas, sed dilectio non est extra prædestinationem, ex iustitia quoque in primis effectibus non in ordine ad creaturas & bonitatem, sed sapientiã diuinam comes est requirendã. Nec est idem iudicium de reprobatione, & prædest. quoniam in reprobatione est aliquid extra totum reprobationis effectum, scilicet culpa, non sic autem est in præde-

prædestinato, in quo totum ordinans ipsum in uitam æternam, est prædestinationis effectus. Et ex hoc apparet error solutionis allatæ, uidetur enim quod ille idem fecit iudicium de gratia gratum faciente, de qua loquitur Augustinus, & de qua uerificatur, quod bonus usus liberi arbitrii aliquo modo est a nobis, quo non est a gratia & de gratia prædestinationis, i. gratuita prædestinatione: cum tñ differat plusquam cœlum & terra quia sub istã cadunt non solum actus charitatis, sed omnes eorum modi & gratuita auxilia. Et breuiter, vt in litera dicitur, omne ordinans prædestinatum in vitam æternam, & sic, cum bonus vsus liberi arbitrij prout est a nobis sit vnum de his, quib. ordinamur in vitam æternam; quia ordinamur ut libere cooperãdo, bene illam consequamur, sequitur, ꝙ non solum ipse bonus vsus liberum arbitriũ sed etiam modus quo est a nobis cadat sub prædestinatione quãuis non cadat sub gratia gratum faciente. & sic in litera cum dicitur non esse distinctum quod a liberum arbitrium & prædestinatione, intelligendum est non solum quo ad ipsum actum, sed etiam quo ad omnem modum eius, hac per hoc de omnimoda distinctione interpretandum est, & sic fit finis opinionum.

¶Quo ad tertium, respondet quæsito cum distinctione tribus conclusionibus. Distinctio est effectus prædestenationis, potest sumi dupliciter scilicet in communi, vel in particulari. Et non intendit de communitate & singularitate secundum prædicationẽ, sed secundum totalitatem & partitionem, ita ꝙ per commune intendit prædestinationis totum effectum siue in omnibus siue in aliquo vno prædestinato: per particulare vero intendit partem aliquam totius effectus prædestinationis in aliquo vno prædestinato particulari, siue etiam in omnibus in communi, hoc enim nihil refert ad propositum. Prima ergo conclusio est. Effectus particulares prædestinationis nihil prohibet habere causam, sic quod alter alterius sit causa, & econuerso, Declaratur, quia posterior est finis prioris, & prior velut materia posterioris, vt meritũ præmij, &c. Secunda verò conclusio est totus effectus prædestinationis nullam habent causam ex parte nostra Probatur quia totum in nobis nos ordinans in uita æternam, est prædestinationis effectus, quia etiam ipsa præparatio, iuxta illud, Conuerte nos domine ad te, & conuertemur. Tertia autem conclusio est. Totus effectus prædestinationis habet pro causa diuinam bonitatem. probatur: quia ipse est, & vltimus illius finis, & eiusdem primam ratio tanquam primum mouens voluntatem diuinam ad prædestinandum.

¶Responsio ad tertium quoniam multa continet, & singula fere verba impugnata sunt ab Henr. & Aur. distincte tractanda ac examinanda est. Tria igitur in hac responsione facit. primo causa reprobationis & prędestinationis in communi assignet. Secundo causam earundem in singulari, ibi. Sed quare hos elegit, Tertio directe respondet argumento, ibi, Neque tamen &c.

¶Quo ad primum, intendit hanc conclusionem. Deus homines quosdam reprobat, & quosdam prædestinat. vt bonitas sua repræsentetur, & per modum misericordiæ percitiuæ, & per modum iustitiæ punitiuæ. Probatque hanc dupliciter. primo ratione. Secundo authoritate Apost. ad Ro 9. & ad Ti. 2. Ratio sumitur ex proportionali similitudine vniuersi & generis humani in ordine ad vitam æterna, & consistit in hoc, quod quemadmodum bonitas diuina est finalis profectionis vniuersi, sic ex ea habetur ratio diuersitatis graduum rerum secundum summum, & infimum & permissionis malorum, ita ex eadem habetur ratio diuersorũ graduum in genere humano secundum misericordiam parcendo, & secundum iustitiam puniendo, & declaratur assumptum, quia bonitas diuina est finis omnium vt repræsentabilis per ea, & cum sit vna & simplex nec aliqua creatura ad eius simplicitatem pertingere possit, oportet vt diuersis rebus repręsentetur, & cõsequenter, si vniuersum perfecte infra latitudinem tamen creaturæ debet illam representare, oportet ex omnibus constare gradibus ab imo vsque ad summum, & si hæc debẽt conseruari, multa oportet mala permittere, vt superius declaratum fuit.

¶Circa hanc rationem. 4. occurrunt impugnata. primum est proportio inter genus humanum & vniuersum. arguit enim hoc Henricus dicens, debuisse fieri proportionem inter vniuersam creaturam rationalem, & vniuersum, saluatur namque repręsentatio diuinæ bonitatis in iustitiam punitiua respectu dæmonum, & sic ratio in hominibus nihil valet.

¶Secundum est, proportio inter gradus vniuersi & gradus hominum, non est inquit Henr. par de eis ratio, quoniam omnes species vniuersi sunt de perfectione per se vniuersi, nõ autem omnes species actuum moralium, quod probatur quia nullus defectus siue culpæ siue pœnæ, pertinet per se ad perfectionem vniuersi. Constat autem multos actus morales vt mendaciũ furtum, & his similia, mali culpę esse species.

¶Tertium est applicatio iustitię ad reprobos. Saluatur .n. iustitia inquit Aur. in prędestinatis, iuxta illud Apostoli. Quã reddet mihi dominus in illa die iustus iudex.

¶Quartum est causalitas finalis attributa iustitiæ punitiuæ, respectu reprobationis in communi, contra hoc enim arguit vterque. Henr. quidem quia non videtur rationabile vt Deus fieri peccata permittat, vt ea postmodum puniat, imo in hominibus videmus quod qui permittit aliquem peccare si posset eum prohibere, vel impedire peccat. non igitur hoc attribuendũ est Deo, Et confirmat hoc Aureo. quia non sunt facienda mala vt veniãt bona, sed reprobatio absque omni de merito est mala ergo nõ est a Deo facienda propter hoc solum ut appareat in sua iustitia bonitas. Præterea inquit Aur. iustitia punitiua non est per se intenta, sed tantum ex suppositione culpæ punitibilis. ergo ipsa non est principalis causa reprobationis sed peccatum prius ipsa, & rursus. ergo nulla necessitas est, vt aliquid fiat in vniuerso, ad hoc vt iustitiam punitiua elucescat.

¶Ad primum horum dicẽdum est, ꝙ licet potuisset tota creatura rationalis poni vt vniuersum, rationabiliter tamen author genus humanum posuit, non quia duo vniuersa constituant homines & Angeli, sed quoniam de facto constat quosdam hominũ reprobari, & quosdam prædestinari, tanquam ipsum genus humanum cuiusdam uniuersi ex tot gradibus constantis rationem habeat, & ꝙ hæc sit mens literæ insinuant illa verba. Si igitur consideremus totum genus humanum vt tot in rerum vniuersitatẽ, ex nota siquidem conditionali innuit ꝙ non tam ex ui rationis, quam ex facto proportionalitatem hanc exercebat.

¶Ad secundum dicitur ꝙ arguens forte somnians, hoc obiecit huic literæ, nusquam enim reperitur talis proportio facta.

¶Ad tertium vero dicitur dupliciter Primò quod non ex relucentia iustitiæ, sed iustitiæ talis reprobationem litera infert, talis autem nõ saluatur in prædestinatis. Secundo dicitur, quod etiam ex ratione iustitiæ potest inferri reprobatio, quoniam iustitia proprie dicitur opus in quo maxime ipsa relucet, & minus misericordia, sicut econuerso, misericordia absolute dicitur ubi quasi totum ipsius est paruum relinquens locum iustitię, & sic licet in prędestinatis aliquid iustitiæ saluetur, ut abundantia tamen eius eluceat, reprobatio fit.

¶Ad quartum, ut bene intelligatur responsió & S.Th. doctrina, prælibare oportet, ꝙ in reprobatione sunt tria, permissio peccati, ipsum peccatum, & æterna punitio, nec hæc tria sunt effectus reprobationis diuinæ quemadmodum omne ordinans uitã ęternam erat effectus prædestinationis, propter quod non possumus hic recte dicere totum effectum reprobationis, uel partem ut distinximus de effectu prædestinationis, sed debemus cautius loquendo dicere totum quod est in reprobatione, vel id quod est in ea ex uirtute reprobantis. Et tunc scito, quod apud diuum Tho. ut patet super 9. c. Epist. ad Rom. diuersa est sententia de cã prædestinationis & reprobationis, quoniam ultimus effectus reprobationis, s. punitio, habet causam ex parte reprobari. s. culpã, cuius nullo modo Deus est actor, prædestinationis aũt ultimi effectu. s. beatitudinis, licet sit aliqua causa in nobis, s. meritum, id tñ totum est a prædestinante. Et sic, si de effectu toto utriusque s. reprobationis & ꝓdestinationis est sermo, nulla de peccato q̃stio inferi debet, sed de his tantũ, quæ a reprobante & ꝓdestinãte sunt quæ bona oportet esse, & de his dicitur, quod diuina bonitas eorum causa est. Si autem est sermo de toto eo quod in reprobo inuenitur, sic aliquid est a Deo, atque diuina bonitate, aliquid uero nec a Deo, nec propter diuinam bonitatem, immo auersio est ab illa, ut patet de peccato mortali. Et ideo licet præscientia meritorum non concedatur causa prædestinationis, præscientia tamen demeritorum causa quodam speciali modo est reprobationis, quia propter demerita præscita nec a se præparata statuti Deus a se quosdam perpetuo puniendos, ut sua bonitas etiam in tali iustitia participetur. Atque sic modi illam participandi, a sua sapientia statuti impleantur. Cum igitur relucentia diuinæ bonitatis in iustitia punitiua finis, & ratio reprobationis in litera dicitur, referendum est ad ipsos effectus reprobationis scilicet permissionem peccatorum, & pœnas culpæ præparatas, uel redditas, & non quoad peccatum. Non enim finis eius est bonum aliquid, vt ex supradictis patet. Nec ad ipsos effectus sic referendum est ut aliæ causæ singulorum excludantur, ut aduersarii intellexisse uidentur. Et ideo decepti sunt, quoniam, ut in litera expresse dicitur permissionis malorum, conseruatio diuersorum est causa. Et ad mala culpæ applicando, suauis dispositio creaturarum rationalium & hominum, manifeste est causa permissionis peccatorum, dum homines quidam relinquuntur in manu proprii consilii, punitionis quoque culpa, quæ nullo modo est a Deo, est causa demeritoria. Vnde omnia argumenta tam Henrici quam Aureoli, a falsa interpretatione huius literę procedunt, dum relucentiam diuinæ iustitiæ finem reprobationis effectuum excludendo, alias causas & præcipue culpam intellexerunt a S. Thom. poni, cuius oppositum iam manifestauimus. Singillatim igitur respondendo, ad primum dicitur, quod alius est ordo inter effectus prædestinationis & effectus reprobationis, non enim posterior est finis prioris, quemadmodum, ibi præmium est finis meriti. non. n. dicimus quod ideo Deus permittit peccata ut puniat, sed dicimus quod permittit & punit propter relucentiam iustitiæ suæ, & quia hoc est totus reprobationis effectus, idcirco reprobationis

ratio

ratio diuina iustitia merito dicitur. Nec est verum ꝙ quicunque potest impedire peccatum alterius, peccat si permittit. hoc.n.non habet locum nisi in eo qui tenetur ad impediendum, vt in regimine etiam humano experientia docet: multa enim suauitas regiminis deperiret, si permissio non esset licita. Ad confirmationem verò Aureo. dicitur ꝙ reprobatio quo ad vltimum effectũ, i. punitionem dato quod esset mala siue omni demerito, quo ad primum tamen, s. permissionem demeriti, etiam si nulla alia subesset causa nisi relucentia iustitiæ diuinę mala non est, quoniã permissio ipsa nihil adimit cadenti de his quæ sibi debentur, sed tantum gratuitum negat amorem Dei, ad tenendum ne cadat. Vnde, cum permissio secundum se non sit mala, & relucentia diuinę bonitatis in iustitia punitiua sit magnum bonum, si ad nihil aliud permissio ordinaretur, adhuc bona esset. Negandum est ergo & ꝙ reprobatio quo ad primum eius effectum, seclusa omni alia causa, esset mala, & ꝙ reprobatio quo ad omnes eius effectus, ponatur a nobis sine omni alia causa, ut iam patet ex dictis. Ad vltimum dicitur negando assumptum, s. Iustitia punitiua non est ꝑ se intenta: non enim vno modo dicitur per se intentum. Aliquid est enim per se primo intentum, & aliquid per se non primo, id enim est per se primo intentum, quod bonum cum sit, in se intẽtionem omnium ad ipsum quomodolibet facientium adæquat. i. ꝙ tam ipsum quam omnia ad ipsum quomodolibet concurrentia intenduntur ab eo, respectu cuius est per se primo intentum. Id autem dicitur per se non primo intentum, quod in se quidem bonum est, ac intentum: sed ex aliquo, nullo modo intento occasionatur. de horum numero est iustitia punitiua, quæ ex peccatis puniendis occasionem habet. Quòd autem huiusmodi perfectiones malum culpæ præsupponentes, per se intentæ sint & dicendæ sint, relucentia diuinæ bonitatis in passione Christi testatur. Constat enim eam per se intentam esse a Deo, dum per ipsam intenta fuerit tota latitudo fælicitatis omnium purę hominũ prædestinatorum, & gloria sui corporis cum cæteris, quæ sibi & alijs meruit, & tamen ex malo culpæ occidentium ipsum occasionari oportuit. Vnde neutra consequentia aliquid valet, & de prima quidem satis patet. de secunda quoque solicitari non oportet: quoniam manifeste liquet, quod propter hæc, bona ex malo culpæ occasionata, multa in vniuerso rationabiliter fieri expedit, ut patet in exemplis adductis.

¶ Quo ad secundum intendit hanc conclusionem, Causa quare Deus illos prædestinat, illos reprobat, est sola Dei voluntas. Et probat eam authoritate Augu, atque proportionali similitudine ad partes ac situs materiæ tam in naturalibus, quam artificialibus, vt clare patet in litera.

¶ Circa hanc parte tria occurrunt impugnata. Primum est ipsa conclusio; secundum est exemplum naturale: tertium exemplũ artificiale. Contra exemplum quidem vtrunque obijcit Henr. primo, quia in partibus) materiæ. siue arti, siue actori naturę subiectis, æqua est ratio, in hominib. autem istis, & illis est dispar ratio, aliter dispositio hoc quam illo Aureolus deinde, quia huiusmodi partes materiæ carent sensu, ac experientia boni & mali, homines autem illi, & illi, experiuntur & bona & mala pœnæ, & propterea non est par ratio, quoniam in exemplis sola voluntas sufficit, quia nulli fit iniuria: in proposito autem non sufficit, quia fit iniuria patientibus & afflictis. Contra conclusionem quamuis arguat Aureolus ac Henricus, quia tamen non alia tangitur difficultas, quam dudum discussa & manifestata, pertransire expedit. Non enim hæc conclusio aliud intendit, nisi ꝙ stantibus supradictis, s. causis reprobationis & prædestinationis in communi, nulla est causa quare illæ causæ cum suis effectibus magis applicentur ad hunc hominem, quam ad illum, nisi diuina voluntas. Quare. n. hunc permittat cadere, illum, vero teneat ne cadat, ex sola eius voluntate dependet. Quare vero hunc puniant, non ex sola Dei voluntate dependet, sed ex demerito huius, vt diximus de punitione reprobatorum in communi. Vnde concludendo, quare in hoc reprobationis effectus primus, & non in illo, sola Dei voluntas est causa. Non enim ex diuina bonitate, aut ex inæquali dispositione (quoniam nulla est ante primum effectum, ut in corpore articuli probatum fuit contra Henrici positionem) ratio habetur, quare in hoc, magis quam illo, hic ponatur effectus. Ex his autem patet primo solutio obiectionum Aureoli, quoniam impugnat quod nunquam somniauimus, s. quod Deus prolibito uoluntatis suæ magis hunc, quam illum punit & affigit, putans hoc intendisse literam hanc, & exempla adducta, cum tamen ad primos effectus, s. permissionem & dilectionem, omnia respiciant. Patet quoque responsio ad Henricum: quoniam ante primos effectus prædictos ęque sunt dispositi isti, & illi, sicut partes materiæ primæ, & lapides respectu domus &c.

¶ Quoad tertium, respondetur argumento, Non esse iniquitatis æqualibus inæqualia præparare in gratuitis. sed in debitis. Et confirmatur authoritate patrisfamilias Matth. 20.

¶ Aduerte hic, quod tam Henricus, quam Aureolus hunc passum reprehendere conantur: quia reprobatio non est de numero gratuitorum. punire enim non est gratiæ, sed iustitiæ, in iustitia autem locum non habet uerbum patrisfamilias. Sed ad hoc facilima est responsio. Reprobatio enim, ut iam dictum fuit, quo ad vltimum effectum, i. punire, iustitiæ actum exercet, in qua ut expresse litera dicit non licet unicuique facere quod vult. Quo ad primum autem effectum. idest, permissionem peccati &c. negationem actus misericordiæ, seu, gratiæ exercet. Et quia non solum gratuitum est dare maiorem vel minorem gratiam, sed simpliciter dare, & non dare illam, infra latitudinem gratuitorum comprehenduntur, idcirco reprobare, & prædestinare, inter gratuita merito connumerantur, quamuis diuersimode, ut patet ex dictis, & propterea optime ad ea sententia patrisfamilias, est applicata.

Cap. 1. d. 45. q. 1. a 3. con. 3. & 7. con 5.
Alb. Mag. 1. distin. 40. art. 16.

ARTICVLVS VI.

Vtrum prædestinatio sit certa.

AD SEXTVM sic proceditur. Videtur, quod prædestinatio non sit certa: quia super illud Apoc. 3. c. Tene quod habes, ne alius accipiat coronam tuam dicit Aug. ꝙ alius non est accepturus nisi iste perdiderit. Potest ergo & acquiri & perdi corona, quę est prædestinationis effectus. Non est igitur prædestinationis certa.

¶ 2 Præt. Posito possibili nullum sequitur impossibile. Possibile est aũt aliquem prædestinatum (ut Petrũ) peccare, & tunc occidi autem posito sequitur prædestinationis effectũ frustrari. Hoc igitur non est impossibile. Non ergo est prædestinatio certa.

¶ 3 Præt. Quicquid Deus potuit, potest. Sed potuit non prędestinare quem prædestinauit. Ergo nunc potest non prædestinare. Ergo prædestinatio non est certa.

SED CONTRA est, quod super illud Roma. 8. Quos præsciuit hos & predestinauit &c. dicit glo. Prædestinatio est præ scientia & præparatio beneficiorum Dei, qua certissime liberantur quicunque liberantur.

RESP. dicendum, quòd prædestinatio certissimè & infallibiliter consequitur suum effectum, nec tamen imponit necessitatem, vt. s. effectus eius ea necessitate proueniat. Dictum est * enim supra, ꝙ prædestinatio est pars prouidentiæ. Sed non omnia quæ prouidẽtiæ subduntur, necessaria sunt, sed quędã contingenter eueniunt secundum conditionem causarum proximarũ, quas ad tales effectus diuina prouidentia ordinauit. Et tamen prouidentiæ ordo est infallibilis, vt supra * ostensum est. Sic igitur, & ordo prædestinationis est certus & tamen libertas arbitrii non tollitur, ex qua contingenter prouenit prædestinationis effectus.

Ad hoc etiam consideranda sunt quæ supra dicta sunt de diuina scientia & de diuina uoluntate, quæ contingentiam

SVPER Q. XXIII. Art. VI.

144 1. d. 40. q. 3. art. uni. & 5. quol. q. 1 ar. 2. & 11. quol. ar. 3. & 12. quol. ar. 3. & ue. q. 6. art. 3. & 5. & ad Heb. 12. l. 4. 6. Li. de eo. rec. & gr. c. 13. tom. 7.

CONCL. Prædestinatio certissime & infallibiliter, cõsequitur effectũ suum, nec tamen imponit necessitatem, ut. s. effectus eius ex necessitate proueniat.

¶ PROB. Quia nec prouidentia diuina, nec diuina scientia, nec diuina uoluntas necessitatem prædictam rebus prouisis, scitis & uolitis imponunt. Licet prouisa scita uolita, certissime & infallibiliter, secundum quod Deus ab æterno præordinauit, semper eueniant. [hęc omnia patet ex supradictis,] & prędestinatio est pars prouidentiæ, scientiam uoluntatemque diuinam includentis.

¶ NOT. Sic intellige decretum, quod licet prædestinatio Dei, vel præscientia falli nõ possit, non ideo omnia prædestinata necessario eueniunt: sed quia bona absque eius gratia, & mala præter eius scientiam, euenire non possunt. 23. q. quarta. Vasis iræ.

Sumitur ex Aug. li. de bono ꝑseue. c. 14. tom. 7.

Art. 1. huius q.

Q. 22. ar. 4

Q. 14. art. 13. & q. 19. ar. 8.

Primum

1m de Apocalypsis 3. Coronam tuam. ℞. Ex meritò gratiæ habendam, non, ex prædestinatione diuina §. Non est ergo contra propositum. Nos enim loquimur nunc de corona habenda ex præordinatione diuinæ prædestinationis, non tantum, ex merito gratię iustificationis. Nam multi habentes gratiam, quamuis mereantur coronam ęternam tunc, decidunt postea a gratia, & consequẽter amittunt etiam coronam promeritam, id quod accidere non potest, de corona ex decreto prædestinationis danda.

2m de maiori. Possibili ℞. Secundum ꝙ est possibile, non, secundum, quod est impossibile §. Tunc &c. vt patet. Ergo dixit bene decretum, ꝙ prædestinatus inquantum prædestinatus non possit damnari, de pœnitentia d.4. cap. peccatum. Et Cap. Nouit Deus.

Nota bonitaté Dei.

3m de miaori. Potest ℞. Absolute, non ex suppositione §. Tũc &c. Nam ad verificandam conclusionem sufficit, quod non possit ex suppositione. Sic enim nunquam retractabit. quod prædestinauit, & consequenter certa erit prædestinatio.

tiam a rebus non tollunt, licet certissima & infallibilia sint.

Ad primum ergo dicendum, ꝙ corona dicitur esse alicuius dupliciter. Vno modo ex prædestinatione diuina, & sic nullus coronã suam amittit. Alio modo ex merito gratiæ. Quod enim meremur, quoddammodo nostrum est. & sic suam coronam aliquis amittere potest per peccatum mortale sequẽs. Alius autem illam, coronam amissam accipit, inquantum loco eius subrogatur. non enim permittit Deus aliquos cadere, quin alios erigit, secundum illud Iob. 34. Conteret multos & innumerabilis, & stare faciet alios pro eis. Sic enim in locum angelorum cadentium substituti sunt homines, & in locum Iudæorum gentiles. Substitutus autem in statum gratiæ etiam quautum ad hoc coronam cadentis accipit, quod de bonis, quæ alius fecit, in ęterna uita gaudebit, in qua vnusquisque gaudebit de bonis tam a se, quam ab aliis factis.

Ad secundum dicendum, ꝙ licet sit possibile eum qui est prędestinatus, mori in peccato mortali secundũm se consideratum, tamen hoc est impossibile, posito, prout. s. ponitur eum esse prædestinatum. Vnde non sequitur quod prædestitio falli possit.

Ad tertium dicendum, ꝙ cum præstinatio includat, diuinam uoluntatem, sicut supra dictum est * quod Deum uelle aliquid creatũ est necessarium ex suppositione propter immotabilitatem diuinæ uolũtatis, non tamen absolutè, ita dicendum est hic de prędestinatione. vnde nõ oportet dicere, qđ Deus possit nõ ꝑdestinare quẽ ꝑdestinauit, ĩ sensu composito acciptẽdo, licèt absolutè cõsiderando Deus possit prędestinare, uel non prædestinare, sed ex hoc non tollitur prædestinationis certitudo.

ARTI-

APPENDIX.

Vtil. pro Ecc.S.Dei

Ex articulo habes primo, quomodo per rationem demonstres, merito inter regulas fidei catholicæ. [Hic est liber Augustini de fide ad Petrum.] cap. 32. dici firmissime tene, & nullatenus dubites, omnes quos vasa misericordiæ gratuita bonitate Deus fecit, ante constitutionem mundi in adoptionem filiorum Dei prædestinatos a Deo. Neque perire posse aliquem eorum quos Deus prædestinauit ad regnum cœlorum, nec quenquam eorum, quos Deus non prædestinauit ad vitam, vlla posse ratione saluari. Prædestinatio enim illa gratuita donationis, est præparatio, qua nos Apostolus ait prædestinatos in adoptionem filiorum Dei per Iesum Christum in ipsum. Hæc ibi. Secundo habes, quomodo per rationem ostendas eos decipi, qui ex hoc, ꝙ certissimam esse prædestinationem uiderunt, uel arbitrii nostri libertatem sustulerunt, Vel operum qualitatem nihil prodesse nobis, aut obesse dixerunt. Contra hos enim pugnat articulus in calce corporis dicens ly, Et tamen libertas arbitrij non tollitur, & in argumento primo ac secundo, dum ad hæc operum qualitatem; idest bonitatem uel malitiam, facere aliquid in ista materia declarat. Per rationem igitur interimas hæresim Melanctonis dicentis: Si ad prędestinationem referas humanam voluntatem, nec in internis, nec in externis ulla est libertas, sed eueniunt omnia iuxta prædestinationem diuinam sup. q. 22. art. 4. Item hæresim quorundam idiotarum in Hollandia & Frisia. 1534. ortam Alfonso Castro referente, dicentium. Ex sola prędestinatione, & pręscientia diuina omnia pendere & nulli homini bonum opus ꝓdesse, aut malũ obesse. Item hęresim prædestinatorum [sic huius authores uocat Sigibertus monachus in suis chronicis] dicentium. Prędestinatis ad vitam æternam a Deo quæcunque scelera ab eis commissa non obesse, & pie uiuentib. bonorum operum laborẽ non prodesse, si a Deo ad mortem sunt ordinati. Item similẽ Iohãnis Huss. [supr. q. 20. 4.] dicentis. Prædestinatum a Deo ad uitam etiamsi ipse mala opera agat, nunquam posse esse membrum diaboli, & prędestinatum ad mortem, quantumcunque ipse bene uiuat, nunquam posse esse membrum Dei, & si aliquando sit in gratia secundum præsentem iustitiam, tamen nunquam esse partem Ecclesiæ. Tertio habes, quomodo per rationem ostendas, omnes has recte damnari a Concilio Constantiensi, dum sess. 15. damnat errores Iohan. Huss. Vniuersas enim similes in sensu positiones, ut sunt prędictę intelligitur damnasse sancta Ecclesia quando vnam illarum expresse damnauit, Vide sup. q. 22. ar. 4. quęst. 19. ar. 8. Item a Gen. 4. vbi dominus alloquitur Cayn reprobum dicens. Nonne, si bene egeris, recipies. Quasi dicat. Non est dubitandum de hoc, Sed [inquit] sub te erit appetitus eius, & tu dominaberis illi. s. peccato. Poterat reprobus hic dicere: ex quarto ego sum reprobatus a te, non possum non peccare, ideo audit sed sub te erit appetitus eius & tu dominaberis illi. Quasi dicat ei Deus. Nõ est hoc uerum, quia per reprobationem meam non tollitur tua libertas ad dominandum appetitui peccati, nec tollitur hoc ꝙ bona opera, si ea feceris, tibi prosint, & ab oppositis, non tollitur libertas ad peccãdum prædestinatis, neque hoc, quod mala, si ea fecerint, eis obsint. Ex his uidetur, ꝙ Cayn erat imbutus prædictis hęresibus, quando has ab eius mente præmissis uerbis Dominus euellere conatus est. Quarto uides, quomodo ex his uicissim Angelica firmetur conclusio.

2

Art. 4. huius q.

3

4

Pro studio

¶ Not. Seruit articulo huic in ordine articulus, 138. 139. 92. 122. 117.

ARTI-

Comm. Cardinalis Caietani.

In titulo, aduerte ex quęstionibus de ueritate, q. 6. art. 3. quod ly Certa, potest dupliciter intelligi, s. certitudine cognitionis, vel certitudine ordinis. Cum enim prædestinatio duo in se claudat. s. præcognitionem, & pręcausalitatem, potest attendi certitudo eius, & quo ad cognitionem, ut. s. habeat certam cognitionẽ de prędestinatis effectibus, & euentibus; & potest rursus attendi certitudo eius quoad causalitatem, ut scilicet habeat infallibilem ordinem in attingendo ac perducendo ad prędestinatos effectus. Et quoniam prima certitudo non exit limites scientię diuinæ, de qua satis abunde tractatum est, certitudo uerò ordinis proprias habet difficultates in hac materia, propterea hic titulus, de certitudine ordinis, est intelligendus. ita quod sensus est, An prędestinatio, in quantum causa, habeat infallibilem ordinem ad effectus intentos.

¶ In corpore una est conclusio responsiua, habens tamen duas partes. Prædestinatio est certa, non tamen necessitatem imponit. Probatur quo ad utranque partem simul dupliciter. Primo ex parte prouidentiæ, sic. Prouidentię ordo est infallibilis, & tamen quędam prouidentiæ subiecta contingenter eueniunt secundum conditiones causarum proximarum. Ergo & prędestinationis ordo est certus, & tamen prædestinationis effectus contingẽter eueniunt iuxta libertatem arbitrij. Antecedens patet in quæstione præcedente. Consequentia autem probatur, ꝙ prędestinatio est pars prouidentię.

¶ Secundò manifestabilis dicitur conclusio ex supradictis similibus cõditionibus scientia, & uoluntatis diuinę respectu contingentium.

¶ Aduerte hic, ꝙ manifestè litera, adęquat certitudinem prouidentię certitudini prædestinationis, immo ex certitudine ordinis illius probat a priori certum ordinem istius. Ita quod, sicut omne prædestinatum, ita omne prouisum infallibiliter euęnit. Verba autem S. Th. in quęstionibus de ueritate. q. 6. ar. 3. cum ponitur differencia inter prędestinationem & prouidentiam in hoc, ꝙ pro-

prouidentia non est certa respectu euentus finis particularis in materia contingenti, prædestinatio autem est certa, non sunt interpretanda vt sonant, vt ex hac litera & supradictis patet. Non enim intendit, ꝙ prouidentiæ diuinæ non subiacent tales euentus, nec quòd oppositum eueniat prouisi euentus, sed ꝙ multi ordines huiusmodi causarum contingentium ad aliqua futura, sub diuina prouidentia cadunt, & tamen illa futura nunquam erunt, vt patet de multis præparationibus huiusmodi causarum, quibus tamen non eueniunt intenta; sub prædestinatione autem nullus cadit ordo particularis alicuius ad aliquod futurum, quin etiam sub eadem cadat euentus illius futuri. Et nascitur hęc differentia ex amplitudine ambitus prouidentiæ, quia. s. sub ipsa omnis ordo clauditur, siue cum euentu futuri, siue non, sub prædestinatione autem soli ordines habentes euentum ad intentum finé & in particulari, nullus.n. ordo deficiés a proprio intento vt sic sub ipsa cadit. Veruntamen non sunt extendenda nec usitanda uerba illa, quoniam ordo deficiens a proprio euentu, non est prouisus a Deo, quo ad euentum, sed quo ad ipsum ordinem, & non euentum proprium, & propterea nihil certitudinis adimit prouidentiæ, huiusmodi non euentus. Propter quod diximus & dicimus, ꝙ in melius uerba mutauit author simpliciter de prouidentiæ certitudine tractans hic, adæquándo eam prædestinationi. Nec illorũ meminit, qm nunc dicta pia interpretatione ex parte rerũ sustineri vtcunq; possunt. Cætera aũt quæ circa certitudiné pdestinationis disputãda essent, iam discussa sunt in præcedenti quæstione de prouidentia, unde non oportet eam amplius repetere.

Argi. 1. s. 40. q. 2. ar. 2. Cap. 1. d. 40. q. 1. art. 3. con. 8. B. ...ar. 7.

ARTICVLVS VII.

Vtrum numerus prædestinatorum sit certus.

AD SEPTIMVM sic proceditur. Videtur, quod numerus prędestinatorum non sit certus. Numerus enim cui potest fieri additio, non est certus: sed numero prædestinatorum potest fieri additio, vt uidetur: dicitur enim Deuteron. 1. ca. Dominus Deus noster addat adhunc numerum multa milia * Glo. 1. diffinitum apud Deum, qui nouit qui sunt eius. Ergo numerus prædestinaturum non est certus.

¶ 2 Præt. Non potest assignari ratio, quare magis in hoc numero, quam in alio, Deus homines pręordinet ad salutem: sed nihil a Deo sine ratione disponitur. Ergo non est certus numerus saluandorũ præordinatus a Deo.

¶ 3 Præt. Operatio Dei est perfectior quam operatio naturæ. sed in operibus naturæ bonum inuenitur vt in pluribus, defectus autem, & malum vt in paucioribus. Si igitur a Deo institueretur, numerus saluãdorum, plures essent saluandi quã damnandi, cuius contrarium ostenditur Matt. 7. vbi dicitur, Lata & spaciosa est via, quæ ducit ad perditionem, & multi sunt qui intrant per eam. Angusta est porta & arcta uia quæ ducit ad uitam, & pauci sunt qui inueniunt eam. Non ergo est præordinatus a Deo numerus saluandorum.

SED CONTRA est, quod Aug. dicit in lib. * de correptione, & gratia, Certus est prædestinatorum numerus qui neque augeri potest, neque minui.

RESP. Dicendum, ꝙ numerus prædestinatorum est certus. Sed quidam dixerunt eum esse certum formaliter, sed non materialiter, ut puta, si diceremus certum esse, ꝙ centum vel mille saluentur, non autem quod hi, vel illi. Sed hoc tollit certitudinem prædestinationis, de qua iam diximus. Et ideo oportet dicere, ꝙ numerus prædestinatorum sit certus Deo non solum formaliter, sed etiam materialiter. Sed aduertendum est, ꝙ numerus prædestinatorum, certus Deo dicitur, nõ solum ratione cognitionis, quia. s. scit quot sunt saluãdi (sic enim Deo certus est etiam numerus guttarum pluuiæ, & arenæ maris) sed ratione electionis, & diffinitionis cuiusdã.

Ad cuius euidentiam est sciendum, quod omne agens intendit facere aliquid finitum, vt ex supradictis de infinito apparet. Quicunque autem intendit aliquam determinatam mensuram in suo effectu, excogitat aliquem numerum in partibus essentialibus eius, quæ per se requiruntur ad perfectionem totius. Non enim per se eligit aliqué numerum in his, quæ non principaliter requiruntur, sed solum propter aliud. Sed in tanto numero accipit huiusmodi, inquantum sunt necessaria propter aliud. Sicut ædificator excogitat determinatam mensuram domus, & etiá determinatum numerum mansionum, quas vult facere in domo, & determinatum numerum mensurarum parietis vel tecti. Non autem eligit determinatum numerum lapidum sed accipit tot, quot sufficiunt ad explendam tãtam mensuram parietis. Sic igitur considerandum est in Deo respectu totius vniuersitatis, quæ est eius effectus. Præordinauit enim in qua mensura deberet esse totum vniuersum, & quis numerus esset conueniens essentialibus partibus vniuersi, quę. s. habent aliquo modo ordinem ad perpetuitatem, quot scilicet sphæræ, quot stellæ, quot elementa, quot species rerum. Indiuidua verò corruptibilia non ordinantur ad bonũ vniuersi quasi principaliter, sed quasi secundario, inquantum in eis saluatur bonum speciei. Vnde licet Deus sciat numerum omnium indiuiduorũ, non tamen numerus vel bonum vel culicum, vel aliquorum huiusmodi est per se præordinatus a Deo. Sed tot huiusmodi diuina prouidentia produxit, quot sufficiunt ad specierum conseruationem. Inter omnes autem [d] creaturas principalius ordinantur ad bonum vniuersi creaturę rationales, quæ inquantum huiusmodi incorruptibiles sunt, & potissime illæ, quæ beatitudinem consequuntur, quæ immediatius attingunt vltimum finem. Vnde certus est Deo numerus prædestinatorum, non solum per modum cognitionis, sed etiam per modum cuiusdam principalis præfinitionis. Non sic autem omnino est de numero reproborum, qui videntur esse pręordinati a Deo in bonum electorum, quibus omnia cooperantur in bonum. De numero autem omnium prædestinatorum hominum quis, sit, dicunt quidam, quod tot ex hominibus saluabuntur, quot angeli ceciderunt, Quidam vero, ꝙ tot saluabuntur, quot angeli remanserunt. Quidam verò, quod tot ex hominibus saluabuntur quot angeli ceciderunt, & insuper tot quot fuerunt angeli creati. Sed melius dicitur, ꝙ soli Deo est cognitus numerus electorum in superna fælicitate locandus.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd verbum illud Deuteron. est intelligendum de illis, quæ sunt prænotati a Deo respectu præsentis iustitiæ. Horum enim numerus, & au-

Q. 7. ar. 2 & 3.

D. 805.

Glo. ordinaria ibid.

Li. de correct. & gra. ca. 13. & 7.

Ar. præc.

SVPER Q. XXIII.

145 1. d. 4. q. 3. a. vni. & veri. q. 6. a. 4.

ART. VII.

CONCL. Oportet dicere, ꝙ numerus prædestinatorum sit certus Deo, nõ tantum formaliter, sed etiam materialiter.

¶PROB. Quia quilibet intendens determinatam mensuram in suo effectu, statuit aliquem certum numerum in partibus essentialibus eius, quæ principaliter ad perfectionem illius totius effectus requiruntur, [patet de ædificatore,] & Deus [sicut oẽ agens] intendit determinatam mensuram in suo effectu [idest, ut pro nunc loquamur in prędestinatione.]

1m de Deuterono. 1. Ad hunc numerũ.

℞. Præ finitum a Deo respectu præsentis iustitiæ, non præfinitum a Deo respectu prædestinationis §. Tunc &c. vt patet. literæ adde Decretum, quod multi uidentur prædestinati merito præsentis iustitiæ, non autem prædestinatione claritatis æternæ. de pœnitentia. d. 4. In domo patris. Licet autem nemo possit saluari nisi prædestinatus, omni tamen delinquenti adhibenda, est correctio, sicut medicina adhibetur omni languenti licet sciatur neminem ultra terminũ a Deo præfixum uictu rum. 23. q. 4. Nabuchodonosor.

Se-

2° de maiori. Non potest assignari. ℞. A nescientibus proportionem partiũ principalium harũ ad tale bonum totius vniuersi: non, a scientibus talem proportionem §. Tunc &cęt. Nam Deus, & quidem solus, per se nouit hanc proportionem, & cõsequenter ipse solus scit assignare tanti precisè, idest nec pluris, nec paucioris numeri præfixi, rationem.

& augetur & minuitur, & non numerus prædestinatorum.

Ad secundum dicendum, ꝙ ratio quantitatis alicuius partis, accipienda, est ex proportione illius partis ad totum. Sic enim est apud Deum ratio, quare tot stellas fecerit, vel tot rerum species, & quare tot prędestinauit ex proportione partium principalium ad bonum vniuersi.

Ad tertium dicendum, ꝙ bonum proportionatum communi statui naturæ accidit ut in pluribus & deficit ab hoc bono, vt in paucioribus. Sed bonum quod excedit communem statum naturæ, inuenitur, ut in paucioribus, & deficit ab hoc bono, vt in plurib. Sicut patet, ꝙ plures homines sunt qui habent sufficiẽtẽ scientiã ad regimen vitæ suę, pauciores aũt qui hac scientia carent, qui motiones vel stulti dñr, sed paucissimi sunt respectu aliorũ, qui attingunt ad habendã profundam scientiã intelligibilium rerũ. Cum igitur beatitudo æterna in uisione Dei consistens, excedat cõem statum naturæ, & præcipue secundum ꝙ est gratia destituta per corruptionem originalis peccati, pauciores sunt qui saluantur. Et in hoc ẽt maximè misericordia Dei apparet, ꝙ aliquos in illam salutẽ erigit, a qua plurimi deficiunt, ſm cõem cursum, & inclinationem naturæ.

3° de minori. Bonum. ℞. Proportionatum communi statui naturæ, non, excedens communem statum naturæ §. Tunc nihil &c. vt patet. Hoc quod. s. plures homines deficiunt ab æterna salute designat nobis duo primum ꝙ æterna uita excedit communem statum naturæ, secũdum est ꝙ maxima Dei misericordia, est saluare aliquos homines. Nam vltra hoc, ꝙ illa excedit communem statum naturæ, homo in se habet inclinationem continue oppositam a diametro vitę æternæ, cum ab adolescentia sua (ecce continuitas seu diuturnitas inclinationis) non tantum sensus, non tantum cogitatio, sed simul & sensus & cogitatio, humani cordis prona sint in malum Gen. 8.

Et hac responsione hẽs ꝙ illa auctoritas Matt. 7. ad ductaloquitur tm̃ de hõib. & maxime secũdum statũ naturæ illorũ corruptæ.

APPENDIX.

Ex articulo habes primo, quomodo per rationem ostendas, esse rectè dictum a regulis catholicę fidei, idest in August. lib. de fide ad Petrum cap. 32. quod nullus a Deo prędestinatus potest finaliter a vitę ęternę consecutione deficere, & e contra de pręscitis, idest reprobis. Verba eius adducta vide supra artic. 6. Item rectè dictum a Christo Iohan. 10. Nemo potest rapere oues meas de manu mea. Item ab Apostolo 2. Tim. 2. Firmum Fundamentum Dei stat, habens signaculum hoc, Nouit Dominus, qui sunt eius. Hæc ibi. Ne autem hac veritate male utendo cadas in hæreses art. 6. narratas addidit immediate, & discedat ab iniquitate omnis, qui inuocat nomen Domini. Quasi expresse dicat. Signaculum prædestinationis continet numerum formaliter etiã certũ, ideo dicitur ibi: Nouit Dominus, qui sunt eius continet, & media cooperante libero arbitrio facta ad certitudinem illam assequendam, ideo ibi connectitur: Discedat ab iniquitate omnis, qui inuocat nomen Domini. Si ergo prædestinatus non discederet ab iniquitate, idest. Si non faceret bona opera conformia prædestinationi, uel si faceret opera mala difformia illi, non saluaretur, quia signaculum ambo illa simul continet, nec unum sine altero ibi esse potest. Alioquin si de qualitate operum quis rationem non hẽat, ut prænolati hæretici [ar. 6. appẽ.] corrũpit seu falsificat illud signaculũ. Integer ergo legatur liber nõ mutilus seu falsus, & tunc nullus error, sed omnia catholico sensui erunt consona. Prædicta nihilo minus hippothetica stante verissima, adhuc cathegorica pariter vera est. s. quod. Nemo rapiet oues de manu mea, quod numerus prædestinatorum formaliter certus. Nec illa opponuntur ad inuicem, quandoquidem diuersorum generum sunt cathegorica, & hypotetica propositio. Secundo habes, quomodo per rationem concordes varia, superficietenus scripturarum dicta circa numerum bonorum sine præiudicio conclusionis, & regularum fidei. Tertio vides, quomodo ex his uicissim Angelica firmetur conclusio.

¶Not. Seruit huic loco articulus in ordine 251. 488. 144. 36. Pro studio

Comm. Cardinalis Caietani.

Titulus clarus est.

¶ In corpore tria facit. Primo de certitudine numeri prędestinatorum absolutè. Secundo de numero reproborum. Tertio de certitudine quo ad nos, numeri prædestinatorum tractat.

¶Quo ad primum hæc est conclusio responsiua quæsito affirmatiue. Numerus prædestinatorum, est Deo certus non solum formaliter, sed materialiter, non solum ut cognitus, sed vt electus & prædefinitus. Conclusio hæc habet tres partes principales, & prima quidem. s. quod sit Deo certus pro constanti relinquitur. Secunda autem, s. non solum formaliter, sed materialiter, & declaratur quoad terminos dum quidam hoc negantes asseruntur, & probatur ducendo ad inconueniens sic. Si numerus prędestinatorum esset Deo certus formaliter tantum, tolleretur certitudo ordinis prædestinationi attributa in præcedenti articulo, hoc est inconueniens. ergo patet consequentia, quia staret Petrũ esse prædestinatum, & tamen non saluari, & sic prędestinatio non infallibiliter suum sortiretur effectum. Tertia autem. s. non solum ut cognitus, sed ut prædefinitus, & declaratur quo ad terminos exemplo numeri guttarum pluuiæ & arenę maris quo ad ly cognitus, & differentia inter numerum mansionum domus, & mensuratarum parietis, &c. & numerum lapidum respectu ædificatoris, quo ad ly prædefinitus, & probatur sic. Omnes agens intendit facere aliquod finitum. ergo intendit aliquam determinatam mensuram in suo effectu. ergo excogitat aliquem numerum in partibus principalibus per se requisitus ad totum. ergo Deus ꝑordinauit, in qua mensura debet esse totum uniuersum. ergo prædefiniuit quis esset conueniens numerus uniuersi essentialibus partibus, id est, perpetuis. ergo prędefiniuit certum numerum prædestinatorum. Antecedens ex quæstione septima supponitur. Secunda autem consequentia declaratur ex differentia inter numerum principaliter requisitorum ad opus, & numerum eorum quæ requiruntur solum propter aliud. illorum namque numerus prædefinitur, illorum autem tantus præcipitur, quanto opus erit ad constructionem priorum. Tertia autem probatur, quia totum uniuersum est proprius effectus Dei. Quarta uero, quo ad illum terminum. s. partes uniuersi, declaratur ex differentia inter corruptibilia, & incorruptibilia, ut sic, in hoc quod illa propter se, hæc autem propter speciei salutem ad uniuersum spectant. & ex hoc inseritur corollarium pertinens ad prouidentiam Dei. s. ꝙ numerus indiuiduorũ corruptibilium extra speciem humanam est Deo certus. non prædefinitiuè, sed præcognoscitiuè, numerus autem specierum vtroque modo est Deo certus, & similiter numerus elementorum, astrorum, & sphærarum. Quinta demum probatur, quia creaturæ rationales beatitudinem consequentes ordinantur ad bonum uniuersi prę cæteris creaturis. quod probatur, quia ex eo quod rationales, sunt simpliciter incorruptibiles, ut sic, ex eo autem quod beatitudinem consequuntur immediatius attingunt ipsum ultimum finem totius uniuersi, s. Deum.

Circa antecedens, dubium occurrit propter infinitatem motus. Constat enim quod apud philosophos, motores orbium intendunt semper mouere, & consequenter intendunt facere effectum infinitum, & tamen in litera assumitur, quod omne agens intendit facere finitum. Ad hoc dupliciter respondetur Primò, quod hoc assumptum intelligitur de effectu in actu. de tali enim probatum est in quæstione. 7. quod non potest intendi ab aliquo agente, motus autem cœli constat, quod non est infinitus in actu, & propterea non obstat proposito. Dicerent secundo Philosophi quod motores orbium non intendunt per se primo circulationes infinitas, sed assimilationem ad Deum in causando alia, quæ quia mouendo conseruatur, ideo quasi per accidens intendunt semper mouere, tanquam infinitę circulationes non sint propter se: sed quia tot requiruntur ad motorum perfectionem conseruandam, seu diffundendam, quo ad Deum gloriosum.

¶Circa declarationem partium uniuersi dubium occurrit, qm̃ in primo cęli. Arist. & San. Tho. corpora tantum simplicia partes secundum speciem uniuersi ponunt, hic autem adiunguntur species mistorum & uegetabilium & animalium. Ad hoc dupliciter dici potest. Primo, quod in primo cœli est sermo de perfectione substantiali uniuersi, hic autem de perfectione quasi per modum passionis, habent enim se omnes corporales species ad simplicia corpora, ut passiones ad subiectum, dum ex eis & actiue & materialiter

terialiter fiunt & constat. Secundo dicitur, quòd vniuersum potest sumi dupliciter. Vno modo pro vniuerso corporeo vt sic, & hoc modo tractatur in primo cæli, & constituitur ex solis simplicibus corporibus, quoniam nulla corpulentia est in vniuerso nisi simplicium corporum, omnis enim mistorum corporalis materia ex elementis est, alio modo pro vniuerso perfectionis, & sic tractatur hic, & ad eius integritatem exiguntur omnes species, ut in litera dicitur: non enim perfectiones specificę corporum istorũ ex simplicibus corporibus vt sic sunt, sed ex altiori quadam natura, vt patet de perfectione vitali.

¶ Circa conclusionem ipsam aduerte, ꝙ Aureolus apud Capreolum in 4. d primi, eam nititur impugnare, sed quoniam non arguit ex proprijs certi numeri: sed ex omnibus pertinentibus ad discretionem prędestinatorum a reprobis, & æquiuocat de fine vniuersi, & hæc superius patēt, idcirco pertranseundũ censui: ex his n. facile patet omnium solutio.

¶ Quo ad secundum est hęc conclusio. Numerus reproborum non est omnino sic certus. Et probatur. Electis omnia cooperantur in bonum. ergo, reprobi præordinati, sunt a Deo in bonum electorum. ergo numerus reproborum non, est sic omnino certus.

¶ Aduerte hic ly sic omnino, in reprobis enim sunt duo. s. ipsa creatura, & id quod pertinet ad esse reprobum quo ad naturam, eodem modo prędefinitus est numerus electorum & reproborũ, quoniam vtrique eiusdem naturę sunt incorruptibilis, rationalis, &c. quoad gratuita vero, sicut electi prædiffiniti sunt propter seipsos, vt. s. proprijs actibus atque fœlicibus vltimum finem simpliciter attingant, reprobi vero quasi irrationabiles creaturæ per ut sunt, non ad bonum proprium, quoniam felicitate priuati sũt; sed alienum scilicet Dei, & electorum, ita numerus electorum est certus propter se. Numerus autem reproborum propter aliud, idest, electos. Vnde considerando reprobos ratione subiecti, dicimus, ꝙ est certus eorum numerus etiam prædiffinitiuè. Considerando autem eos quatenus reprobi sunt dicimus, ꝙ non sunt in certo numero prędiffinitiue, sed quasi tot diuina prouidentia reprobis vtitur, quot ad electorum bonum conferre conspicit. Et hanc distinctionem per illa verba (non sic autem omnino est) intendit litera, dicens enim (non sic) exclusit reprobos a principalibus & per se primo partibus vniuersi, apponens autē ly (omnino) exemit eos a partibus pure propter aliud, & sic quasi medios locauit propter incorruptibilitatem subiecti, &c. ut diximus.

¶ Quoad tertium tractatur numerus prædestinatorum hominum, an nobis sit certus, referunturque tres opiniones, & nulla earum approbatur, sed quarta apponitur melior.

¶ Aduerte hic, ꝙ opiniones istæ nō reprehenduntur. Tũ quia in materia valde dubia, & per certitudinem occulta nobis opinatiue locuti sunt authores. Tum quia authores opinionem harum, illustres, ac etiam sancti videntur, fuisse secundam namque opinionem Gregorii esse constat, melior autem omnib. quarta dr̄, quia authoritati Ecclesiæ innititur dicentis in collecta secreta, Deus cui soli cognitus est numerus electorũ in superna fœlicitate locandus, & ad hoc inuendum eisdem verbis author vsus est in litera.

Aegi. 1. s. d. 41. q. 2. ar. 2. Alb. Mag. distin. 41. art. 1.

SVPER Q. XXIII.

ART. VIII.

146 v. d 41. a. 4° & 3. d. 17 a° 2. q. 1. ad 3° & 4. d. 45° q. 3. a. 3. ad 5. & veri. q. 6. ar. 6.

CONCL. 1. Quantum ad præordinationē Diuinam nullo modo prædistinatio potest iuuari præcibus sanctorum.

¶ PROB. Quia præcibus sanctorum nō fit quod aliquis ab æterno prędestinetur a Deo (vt patet.)

¶ COL. Ergo a simili, orationibus propriis, vel aliis bonis operib. non fit, ut aliquis æternaliter prædestinetur a Deo. Se inuicem ergo iuuant articuli quintus & octauus, dũ in quinto dicitur, quod merita non sunt causa prædestinationis, & hic dicitur quod audisti.

Valde notanda.

¶ CONCL. 2. Quantum ad effectum prędestinationis Diuinæ, dicitur prędestinatio iuuari præcibus sanctorum, & alijs bonis operibus.

¶ PROB. Quia prædestinatio est pars prouidentiæ, & prouidentia non tollit causas secundas, immo causas istas taliter sub ipsa ordinat ad effectus, vt sine istis naturales effectus non prouenirent, [patet apertissime.]

¶ COL. Ergo dicere omnino oportet, quod taliter prædestinatur a Deo salus alicuius, vt etiam sub prædestinatione cadat quicquid promouet ipsum ad salutem [sup. art. 5.] siue sint orationes suæ, vel aliorum, siue alia quæcunque opera sua, vel alterius, vel Christi, uel sanctorum. Ita. s. quod sine huiusmodi medijs salutem nunquam consequeretur. Vide calcē corporis, ly vnde prædestinatis conādum est ad &c. & consequēter unde quam toto cœlo terraque sint & errantes, & alios in errorem mittentes, hæretici in principio corporis positi.

Greg. li. 2. dial. c. 8.

ARTICVLVS VIII.

Vtrum prædestinatio possit iuuari precibus sanctorum.

AD OCTAVVM sic proceditur. Videtur, quod prædestinatio non possit iuuari precibus sanctorum. Nullum enim æternum impeditur ab aliquo temporali. Et per consequens non potest temporale iuuare ad hoc ꝙ aliquod æternum fit. Sed prædestinatio est æterna. cum igitur præces sanctorum sint temporales, non possunt iuuare ad hoc, quod aliquis prædestinetur. Non ergo prædestinatio iuuatur precibus sanctorum.

¶ 2 Pręt. Sicut nihil indiget consilio, nisi propter defectum cognitionis, ita nihil indiget auxilio, nisi pp defectum virtutis. Sed neutrum horum competit Deo prædestinanti. Vnde dicitur Rom. 11. Quis adiuuit spiritum domini? aut quis consiliarius eius fuit? Ergo prædestinatio non iuuatur precibus sanctorum.

¶ 3 Præt. Eiusdem est adiuuari, & impediri. Sed prædestinatio non potest aliquo impediri. Ergo non potest aliquo iuuari.

SED CONTRA est, quod dicitur Genes. 25. quod Isaac rogauit Deum pro Rebecca vxore sua, & dedit conceptum Rebeccę. Ex illo autem conceptu natus est Iacob, qui prædestinatus fuit. Non autem fuisset impleta prædestinatio, si natus non fuisset. Ergo prædestinatio iuuatur precibus sanctorum.

RESPON. Dicendum, quod circa hanc quæstionem diuersi errores fuerunt. Quidam. n. attendentes certitudinem diuinę prædestinationis, dixerunt superfluas esse orationes, vel quicquid aliud fiat ad salutem æternam consequendam, quia his factis vel non factis, prædestinati consequuntur, reprobati non consequuntur. Sed contra hoc sunt omnes admonitiones Sacræ scripturæ, exhortantes ad orationem, & ad alia bona opera. Alii vero dixerunt, ꝙ per orationes mutatur diuina prædestinatio. Et hæc dicitur fuisse opinio Aegyptiorum qui ponebant ordinationem diuinam, quam fatum appellabant, aliquib. sacrificiis, & orationib. impediri posse. Sed contra hoc ēt est auctoritas Sacræ scripturę. Dicit. n. 1. Reg. 15. Porro triumphator Israel non parcet, neque pęnitudine flectetur. Et Rom. 2. dicitur quod sine pęnitētia sunt dona Dei, & vocatio. Et ideo aliter dicendum, quod in prædestinatione duo sunt consideranda. s. ipsa præordinatio diuina & effectus eius. Quantum igitur ad primũ, nullo mō prædestinatio iuuatur precib. sanctorum. Nō enim precib. sanctorum fit, quod aliquis prædestinetur a Deo. Quantum vero ad secundum dicitur prædestinatio iuuari precib. sanctorum, & aliis bonis operibus, quia prouidentia (cuius prædestinatio est pars) non subtrahit causas secundas: sed sic prouidet effectus, vt ēt ordo causarũ secundarũ subiaceat prouidentiæ. Sicut igitur sic prouidentiæ. Sicut igitur sic prouidentur naturales effectus, vt ēt causæ naturales ad illos naturales effectus ordinētur, sine quib. illi effectus non ꝓuenirent, ita p̄destinatur a Deo salus alicuius, ut ēt sub ordine p̄destinationis cadat q̄cquid hoiem ꝓmouet in salutē, vel orationes proprię, uel aliorũ, vel alia bona, uel q̄cquid huiusmodi, sine q̄b. aliquis salutē nō cōsequitur. Vñ p̄destinatis conādũ est ad bene operādũ, & orādũ, quia p huiusmodi, prædestinationis effectus certitudinaliter impletur. Propter qd dr̄. 2. Pe. 1. Satagite, vt p bona opera certam vestra vocationem, & electionem faciatis.

Hæresis prima.

corolariũ.

Iª maior. Non potest &c. ℞ Potest tamē temporale iuuare ad hoc: quod illius ęterni effectus in tempore consequendus, detur nobis §. Tunc &cet. vt patet in conclusionibus.

Secun-

AD PRIMVM ergo dicendum, quod ratio illa ostendit,

2^m de maiori. Nisi propter defectum virtutis. R. Vel pp executionem suæ operationis, absq; mendicatione virtutis §. Tunc &c. Vt patet in litera. Vigilanter nota ly nec hoc est propter defectum. Diuinæ virtutis, sed quia &c. & hinc vide bonitatem magnam Dei nobilitatem nos, dum a nobis requirit opera nostra meritoria, & e diametro hæreticam prauitatem, tum bonitati. Diuinæ, tum nobilitati nostræ inuidentem, dū opera præmissa tollere conatur de medio.

3^m de maiori. Eiusdem R. Impedibilis, non autem, non impedibilis §. Causa illa prima tunc dicitur impedibilis, quando secūdæ causę possunt egredi ordinem illius, quando autem ordinem illius egredi nō possunt. [vt est in proposito] tunc causa prima non est impedibilis. Ideo mox, data glossa formalis dic: tunc &c. Nam causalitas Dei non est impedibilis per creaturas.

dit, quod prædestinatio non iuuatur precibus sanctorum quantum ad ipsam præordinationem.

AD SECVNDVM dicendum, q aliquis dicitur adiuuari per alium dupliciter. Vno modo in quantum ab eo accipit virtutem, & sic adiuuari, infirmi est, vnde Deo nō competit, & sic intelligitur illud, Quis adiuuit spiritum domini? Alio modo dicitur quis adiuuari per aliquē per quem exequitur suam operationem, sicut dominus per ministrum. Et hoc modo Deus adiuuatur per nos, in quantum exequimur suam ordinationem, secundum illud. 1. ad Cor. 3. Dei enim adiutores sumus. Neque hoc est propter defectum diuinæ uirtutis, sed quia vtitur causis medijs, ut ordinis pulchritudo seruetur in rebus, & etiam creaturis dignitatem causalitatis communicet.

AD TERTIVM dicendum, q secundę causæ non possunt egredi ordinem causæ primę vniuersalis (vt supra dictum est *) sed ipsum exequuntur. Et ideo prædestinatio per creaturas potest adiuuari, sed non impediri.

APPENDIX.

Vid. p S. Eccl.

EX articulo habes primo, quomodo per rationem interimas hęreses prædictas artic. 6. Ioannis Huss. dicentis, prędestinatum a Deo ad vitam, etiam si mala agat, nunquam posse esse membrum diaboli, & Prædestinatum ad mortem, quantumcunque ipse bene viuat, nunquam posse esse membrum Ecclesiæ. Et alias similes ibi, cuiuscunque sint, numeratas. Adde & hanc illis eiusdem Ioannis Huss. dicentis, gratia prædestinationis est vinculum, quo corpus Ecclesiæ, & quodlibet eius membrum, iungitur Christo capiti indissolubiliter. Sub lyindissolubiliter, enim latet venenum alijs suis positionibus simile, idest, q siue bonum siue malū faciant, prædestinati saluabuntur. Taceo quod in solis prędestinatis ponit Ecclesiam militantem, quod per scripturas est proprium solius Ecclesię triumphantis, & cōsequenter blasphemum est & hęreticum. Hoc enim suo loco [Deo operante] condemnatum demonstrabimus. Secundo habes, quomodo ostendas, Consilium Constantiense illas omnes iustissime damnasse. Vide sup. artic. 6. 7. & locis ibi citatis, quo & concilij verba reperias, & ab alijs quoque huiusmodi prophanas voces damnatas fuisse compertas. Tertio uides, quomodo ex his uicissim conclusio stabiliatur.

Vide magnam Dei bonitatē in hoc, q requiri a nobis operā, ut saluetur Q. 19. a. 6.

¶ NOT. Articulo huic deseruit in ordine articulus. 137. 136. 120.

Comm. Cardinalis Caietani.

TItulus clarus est.

¶ In corpore tria facit. Primo duas opiniones tractat. Secundo respondet quæsito.

¶ Quoad primum, opiniones, & earum improbationes satis in litera patent. Et scias, q ut in articulo sexto. Quæst. 6. de ueritate habetur, prima opinio ex Epicureis, secunda ex Stoicis orta uidetur, aut potius ex Aegyptijs in Stoicos deriuata, & in eam Auicenna quoque incidisse uidetur. Et quoniam extremæ sunt, prima credente quod nostra nihil conferunt secunda vero, quod totum faciunt, cum etiam ipsum prædestinantem mutant, rationabiliter media sententia utra comprobatur. s. quod aliquo modo sic, & aliquo modo non, ut in litera subiungitur. Quoad secundū ergo, respondetur quæsito duabus conclusionib. iuxta duo distinctionis membra, distinctio est. In prædestinatione sunt duo, s. pordinatio, & effectus. Prima conclusio est. Prædestinatio quoad prę ordinationem nullo modo, iuuatur precib sanctorum, & probatur, quia non fit sanctorum precibus, q aliquis præordinetur a Deo in uitam æternam. Secunda est. Prædestinatio quoad effectum iuuatur precibus sanctorum, & alijs bonis operibus, & probatur. Prouidentia non subtrahit causas secundas, sed eis utitur sic, ut sine illis prouisi effectus nō prouenirēt. ergo prędestinatio salutis alicuius continet sub suo ordine quicquid illum promouet in salutem, quæcunque sint illa, ita q sine eis, salutem ille non consequeretur. ergo prædestinationis effectus per huiusmodi orationes, & opera certitudinaliter impletur, quod erat intentum. Antecedens patet ex dictis, & manifestatur in naturalibus prima uerò consequentia, quæ sola explicite habetur in litera, probatur quia prædestinatio est pars prouidentiæ, reliqua se parent. Annectitur quoq; corollarium in litera, imo inseritur per modū exhortationis quia ad mores plurimum res hæc prodest. Confirmaturque authoritate Petri Apostoli, ut satis clare, patet in litera.

Cap. 1. d. 40. q. 1. con. 4. d. 40. q. 1. con. 7.

SVP. Q. XXIIII.

ART. I.

COncl. Ipsa prędestinatorum cō scriptio dicitur liber vitæ.

¶ Prob. Quia apud homines, ad quorum similitudinem dicitur liber vitę in Deo, consuetum est, quod electi ad aliquid honorifi cum conscribantur in libro aliquo nobili. Et omnes prædestinati eliguntur a Deo ad aliquod honorificum, i. ad vitam æternam.

¶ Col. Quid ergo est liber vitæ? Est notitia Dei, qua firmiter retinet se aliquos prædestinasse ad uitam æternam. Ipsa enim notitia firmiter retenta dicitur conscriptio. Hinc apostolus de huiusmodi cōscriptione loquēs ait, Nouit dominus qui sunt eius. 2. Timoth. 2. quod firmū fundamentum mox prædixerat, ut notitiam illam firmiter retineri a Deo, significaret.

147 1. d. 40. q. 1. a. 1. ad 5. &

QVAESTIO XXIIII.

De libro uitæ, in tres articulos diuisa.

DEINDE considerandum est de libro uitę.

ET circa hoc quęruntur tria.

¶ Primò, Quid sit liber uitę.

¶ Secundò, Cuius vitę sit liber,

¶ Tertiò, Vtrum aliquis possit deleri de libro vitę.

ARTICVLVS PRIMVS.

Vtrum liber uitæ sit idem quod prædestinatio.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur quòd liber uitæ non sit idem quod prędestinatio. Dicitur enim Eccl. 24. Hęc omnia liber vitę Glo. idest, nouum & vetus testamentum. hoc autē non est prędestinatio. Ergo liber vitę non est idē quod prędestinatio.

¶ 2 Pręt. Aug. in † lib. 20. De Ciu. Dei. ait, quod liber uitę est quędam vis diuina, qua fiet vt cuicunq; opera sua bona, vel mala in memoria reducantur. Sed uis diuina non uidetur pertinere ad prędestinationem, sed magis ad attributum potentię. Ergo liber uitę non est idem quod prędestinatio.

¶ 3 Pręt. Prędestinationi opponitur reprobatio. Si igitur liber uitæ esset prædestinatio, inueniretur liber motus, sicut liber uitæ.

SED CONTRA est, quod dicitur in glo. super illud Psal 68. Deleantur de libro uiuentium. Liber iste est notitia Dei qua prædestinauit ad uitam quos præsciuit.

RESP. Dicendum, quod liber uitæ in Deo dicitur metaphorice secundum similitudinem a rebus humanis acceptam.

3. d. 31. q. 1. ar. 2. q. 1. p totū & q. 1. ad 1. & uer si. q. 7. ar. 4. & psal. 39. & Phil. 4. * gl. interlinearis ibid. † Li. 20. de Ciui. Dei. c. 14. a medio to. 5. gl. ordina. ibidē. & sumitur ex Cassiodoro. ar. 4. q pc.

Primum

1^m de Eccl. 24. C. Liber vitæ. ℞. i. liber eorum, quę sicut agenda ducunt in vitam nō aut liber eorum, qui sunt electi ad vitam §. Tunc &c. Secundo enim modo tantum fit sermo pręsens de libro vitæ.

2^m de August. Liber vitę. ℞. i. liber eorum quæ sicut iam facta ducunt ad vitam vel abducunt a vita: nō aūt, liber electorum ad vitam æternam §. Tūc &c. Nam primo modo non loquimur nunc de libro vitæ, sed secundo.

3^m de conclu-nc. Si igitur &c. ℞. si consuetum esset apud homines conscri bi eos qui repudiātur, non aliter. Nam vt dixit conclusionis probatio, liber in Deo dicitur ad similitudinē earum, quæ homines in huiusmodi facere consueuerunt.

Diffinitio formalis libri vitæ.

4^m Sed contra. Prędestinauit. ℞. sic tamen ꝙ prædestinatio est secūdum rem idem, quod liber vitę, non totaliter secundum rationē. §. Ex litera ergo habes sensum conclusionis articuli.

APPENDIX.

EX articulo habes primo, quomodo per rationē interimas hæresim impijssimam Caluini dicentis: Deum creasse genus humanum ad perpetuam damnationem & interitum, potissime. Dicit enim litera, quod prędestinatio dicitur in Deo liber vitæ, non mortis, cum tamen secundum huius impii blasphemiam, dici deberet potius liber mortis, quam vitæ. Secundo habes, quomodo per rationem demonstres, hanc iustissime fuisse damnatam a scripturis per hoc, quod librum vitæ Deo attribuunt, non autem librum mortis. Item per hoc, quod dicitur Ezech. 18. Nunquid voluntatis meæ est mors impii dicit Dominus, & non magis ut conuertatur & viuat? Notato verba: Impius, vt impius, est mortis filius, genus humanum, vt sic, ab impietate abstrahit, & consequenter ipsum, vt sic, non est mortis filius. Rursum. Impius, vt sic, est singulare quoddam genus humanum, vt sic singularia fere infinita complectitur. Si ergo voluntatis Domini nō est, quod impius moriatur, utique sequetur, a fortiori, non esse volūtatis Domini, quod genus humanum ppetuo moriatur & adhuc a fortiori, Deū nō creasse genus humanū potissime ad damnationem perpetuam & interitū. Rursum. Si uoluntatis Domini est, quod impius conuersus viuat, & ut viuat vult Dominus quod conuertatur: fatebimur utique a fortiori: voluntatis Domini esse, quod genus humanum viuat, & sim impietate est, quod cōuertatur, & uiuat Deū igitur creasse genus humanum ad vitam potius, quam ad mortem, cum Ezechiele, dicentes, Caluinisticam prauitatem toto corde detestabimur in æternum. Hanc detestationem contra perditos homines, qualis Caluinus est, olim factam a sacro Concilio Arausicano uide q. 23. art. 1. quinto, vbi, & in q. 19. ar. 6. multa contra desperatum hunc hominem cōspiceres. Tertio quomodo vicissim Angelicus his firmetur præsens articulus ex ijs uidere licet.

Vtil. p S. Eccl.

ceptam. Est.n. consuetum apud homines, ꝙ illi, qui ad aliquid eligun tur, conscribuntur in libro vt pote milites vel consiliarii, qui olim dicebantur patres conscripti. Patet autem ex præmissis, quod omnes prædestinati eliguntur a Deo ad habendum vitam ęternam. Ipsa ergo prędestinatorum conscriptio dicitur liber vitę. Dicitur autem metaphoricè aliquid conscriptum in intellectu alicuius, quod firmiter in memoria tenet, secundū illud Prou. 3. Ne obliuiscaris legis meæ, & pcepta mea cor tuum custodiat. & post pauca sequitur. Describe illa in tabulis cordis tui. nam & in libris materialibus aliquid conscribitur ad succurrendum memoriæ. Vnde ipsa Dei notitia, qua firmiter retinet se aliquos prædestinasse ad vitam æternam, dicitur liber vitę. nam sicut scriptura libri est signum eorum, quæ fienda sunt, ita. Dei notitia, est quoddam signum apud ipsum eorum qui sunt perducendi ad vitam æternam, secundū illud. 2. Tim. 2. Firmum fundamentum Dei stat, habens signaculum, hoc, nouit dominus qui sunt eius.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd liber uitæ potest dici dupliciter. Vno modo conscriptio eorum, qui sunt electi ad uitam, & sic loquimur nunc de libro vitæ. Alio modo potest dici liber vitæ conscriptio eorum, quæ ducunt in uitam. Et hoc dupliciter. Vel sicut agendorum, & sic nouum, & vetus testamentum dicitur liber vitæ. vel sicut iam factorum, & sic illa uis diuina qua fiet, vt cuilibet in memoria reducantur facta sua, dicitur liber vitæ. Sicut etiam liber militiæ potest dici, vel in quo scribūtur electi ad militiam, vel in quo traditur ars militaris, vel in quo recitantur facta militum. Vnde patet solutio ad secundum.

AD TERTIVM dicendum, ꝙ non est consuetum conscribi eos, qui repudiantur, sed eos qui eligun tur. Vnde reprobationi non respondet liber mortis, sicut prædestinationi liber vitæ.

AD QVARTVM dicendum, ꝙ secundum rationem differt liber vitæ a prædestinatione. Importat.n. notitiam prędestinationis, sicut etiam ex glossa inducta apparet.

In argumēto sed contra.

3

Comm. Cardinalis Caietani.

IN titulo aduerte, quod non incipit a quæstione, an est, sed a quæstione, quid est supponens ex authoritate scripturæ librū uitæ esse, & propter affinitatem cum prędestinatione quærit qd sit, quærendo an sit idem quod prædestinatio, quatenus ex diuersitate illa, habeatur quid est.

¶In corpore duo facit. Primo dicit quid nominis. secundo quid rei.

¶Quoad primum tria dicit. Primo quod liber uitæ non ,pprie, sed metaphorice dicitur in Deo. Secūdo quòd significat scriptionem prædestinatorum. Tertio originem huius metaphoræ, quod scilicet ex humanis libris, in quibus scribuntur consiliarii, seu milites.

Quoad secundum est conclusio. Liber uitæ in Deo est notitia firma, ac significatiua prædestinatorum. hæc conclusio quoad duas partes manifestatur. Primo quoad ly firma, authoritate Prouerb. 3. deinde ratione, quia conscriptio in libris materialibus fit ad succurrendum memorię. Secundò quo ad ly significatiua, & hoc ex ratione metaphorę, quia sicut scriptura libri est signum agendorum, ita notitia Dei est signum repræsentans ipsi perducēdos in uitam æternam. Et confirmatur secundæ ad Thim. 2. Ex his autem facile patet quæsitum, quod in responsione ad quartū exprimitur, quoniā principaliter quærebatur quid est liber uitę, quod in corpore decisum est.

SVPER Q. XXIIII.

ART. II.

COncl. Propriè liber uitæ respicit uitam gloriæ.

¶Prob. Quia id ad quod proprie eligitur quis habet rationem finis [patet de milite.] Primum

148 Ver. q 7. a. 5. 6. 7. & 3. d. 31. q. 1. a. 2. q. 1.

ARTICVLVS II.

Vtrum liber uitæ sit solum respectu uitæ gloriæ prædestinatorum.

AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur, quod liber vitæ non sit solum respectu uitæ gloriæ prædestinatorum. Liber enim vitæ est notitia uitæ. Sed Deus per vitam suam cognoscit omnem aliam vitam. Ergo liber vitæ præcipue dicitur respectu uitæ diuinæ, & non solum respectu uitę prædestinatorum.

¶ 2 Præter. Sicut uita gloriæ est a Deo: ita vita naturæ. Si igitur notitia uitæ glorię dicitur liber uitæ, etiam notitia vitæ naturæ, dicetur liber vitæ.

¶ 3 Præt. Aliqui eliguntur ad gratiam, qui non eliguntur ad uitam gloriæ, ut patet per id quod dicitur Io. 6. Nonne duodecim uos elegi, & unus ex uobis diabolus est? Sed liber uitæ est conscriptio electionis diuinæ, ut dictum est. Ergo etiam est respectu uitæ gratiæ.

Art. præc.

SED CONTRA est, quod liber vitæ est notitia prædestinationis, ut dictum est, sed prædestinatio non respicit uitā gratiæ

Art. præc.

1^m de maiori. Notitia vitæ. R. idest notitia electorum ad vitam, non autem notitia habentium, naturali vitam illam. §. Tunc &c. ut patet.

2^m conclusione. Si igitur notitia &c. R. Si respectu uitæ naturæ esset electio, sicut respectu vitæ gloriæ, non aliter §. Tunc &c.

3^m de minori. Electionis. R. Simpliciter: non, secundũ quid tantũ §. Tũc nihil &c.

Electio, prędestinatio, quõo se habeant.

¶ Corol. Ergo omnes pdestinati sunt electi, sed non omnes electi sunt prædestinati. Nã prædestinatio semper dicit realem consecutionem uitæ æternæ in seipsa (ut in corpore articuli sequentis,) electio autem non, nisi sit electio simpliciter. Ergo liber uitæ simpliciter sumptus est idem, quod prædestinatio, nõ autẽ liber uitæ secundũ quid sumptus. Hæc dicta sint pro sano intellectu conclusionis articuli primi, & responsionis ad quartũ eiusdẽ.

Art. pced. Q. 23. ar. 1.

Vtil. pro Ecc. S. Dei

APPENDIX.

Hinc habes, quomodo ex ratione intelligas recte factum, quod in sacris literis liber uitæ respectu gloriæ dici perhibetur: ut psal. 39. Dan. 12. Apocal. 13 & 21. Luc. 10. Philip. 4 In psalmo enim prædicto dicit Christus in propheta (ut exponit Apostolus Hebr. 9.) In capite libri (scilicet vitæ) scriptũ est de me, & hoc tum quia Christus est caput omnium prædestinatorum, tum quia ad gloriam tanquam Christi cohæredes ibi scripti sunt. In Daniele autem manifeste ad gloriam refertur liber, cum ibi dicitur; saluabitur populus tuus omnis, qui inuentus fuerit scriptus in libro (scilicet vitæ.) In Apocalypsi, & liber vitæ uerbaliter exprimitur, & ibi scriptus in gloriam æternam uerò tandem reducitur. Nomina (inquit Christus in Luca) vestra scripta sunt in cęlis: cui dicto si iunxeris illud ad Philippenses scilicet quorum nomina scripta sunt in libro vitæ, clarissimè per spicies, quòd liber vitæ respectu glorię dicitur. Secundo consequenter habes, quomodo ex sacris literis vicissim stabiliatur conclusio pseos.

gratiæ, nisi secundum quòd ordinatur ad gloriam. Non enim sunt prædestinati qui habent gratiam, & deficiunt a gloria. Liber igitur uitæ nõ dicitur nisi respectu gloriæ.

Respon. Dicendum, quòd liber vitæ, ut * dictum est, importat conscriptionem quandam, siue notitiam electorum ad uitam. Eligit autem aliquis ad id, quod non competit sibi secundum suam naturam. Et iterum id ad quod eligitur aliqs habet rationem finis, non enim miles eligitur, aut conscribitur ad hoc ꝙ armetur: sed ad hoc ꝙ pugnet, hoc enim est proprium officium, ad quod militia ordinatur. Finis autem supra naturam existens, est vita gloriæ, ut supra * dictum est. Vnde pprie liber uitæ respicit uitã glorię.

Ad primum ergo dicendum, quod uita diuina etiam prout est vita gloriosa, est Deo naturalis, vnde respectu eius non est electio, & per consequens neque liber uitę, non enim dicimus quòd aliquis homo eligatur ad habendum sensum, vel aliquid eorum quæ consequuntur naturam. Vnde per hoc etiam patet solutio ad secundum, respectu, n. vitæ naturalis non est electio neque liber uitę.

Ad secundum dicendum, ꝙ uita gratiæ non habet rationem finis, sed rationem eius, quod est ad finem. Vnde ad uitam gratiæ non dicitur aliquis eligi, nisi inquantum uita gratiæ ordinatur ad gloriam. Et propter hoc, illi qui habent gratiam & excidunt a gloria, non dicuntur esse electi simpliciter, sed secundum quid. Et similiter non dicuntur esse scripti simpliciter in libro uitæ, sed secundum quid, prout scilicet de eis in ordinatione & notitia diuina existit, quod sint habituri aliquem ordinem ad uitam æternam secũdum participationem gratiæ.

Comm. Cardinalis Caietani.

Titulus clarus est.

¶ In corpore est una conclusio responsiua quæsito affirmatiuè. Liber vitæ proprie respicit uitam gloriæ. Probatur sic, Liber uitæ est notitia electorum ad uitam. ergo ad uitam supra naturam & finalem. ergo proprie ad uitam glorię. prima consequentia probatur, quia id ad quod aliqui eliguntur, habet duas conditiones, scilicet & quòd non conueniat eis secundum suas naturas, & quod habeat rationem finis, & declaratur hoc secundum exemplo militis. Secunda uero consequentia probatur, quia uita gloriæ est finis supernaturalis. Aduerte hic, quod litera assignans primam conditionem eius, ad quod aliquid eligitur, non dixit quod est supra facultatem naturæ, quia hoc falsum fuisset, cum pugnare ac cõsulere, vires naturæ non excedant, sed dixit negatiuam, scilicet, non conuenit ex natura, non enim ex natura sortitur aliquis, quod ad hanc rempublicam tutandam pugnet, aut consulat, sed ex alio principio gubernante, scilicet rempub. & ex hac accommodatione extulit librum vitę ad uitam non solum nõ ex natura, sed supra omnem facultatem cuiuscumque naturę creatæ.

Bannes. art. 3.

SVP. Q. XXIIII. ART. III.

Concl. Delentur aliqui realiter de libro vitę, aliqui autem nunquam.

¶ Coroll. Ergo deleri, & non deleri, de libro vitę, non est tantum, referendum ad opinionem hominum.

¶ Prob. * Quia conscripti ex gratia hic habenda tantum ad uitam ęternam deficiunt quandoque re uera a consecutione uitę ęternę (patet de angelis apostaticis, de Iuda proditore &cęt.) Secunda uero pars, scilicet aliqui autem &c. probatur. Quia conscripti ex prędestinatione diuina ad vitã ęternam nunquam re uera ab eius assecutione deficiunt (cum prędestinatio sit infallibilis. q. 23. art. 6.)

149 1. d. 31. q. 1. a. 2. & d. 40 q. 1. ar. 2. ad 5. & q. 3. ad 3. & phil. 4. li. & hebd. 12. l. 4. fin. * lib. 20. de ciui. Dei c. 15. ĩsi. to. 5

Conscripti dupliciter.

¶ Not. Sic intellige decretum, ꝙ scriptura, qua quis scribitur in libro vitę, fit aut secũdũ psentem iustitiam, aut pręscientiam, de pęni. d. 4. si ex bono. & c. pec catum. Item, ꝙ secundum pręscientiam ibi scribi, est ad uitam ęternã pręordinari. de pęnit. ibidem. Item ꝙ secundum pręsentem iustitiam ibi scribi est operari ea, quorum meritο fit dignus ęterna salute. de pęnit. d. 4. Nouit Deus.

Decretum

Glosa ordinaria ibid.

ARTICVLVS III.

Vtrum aliquis deleatur de libro vitæ.

Ad tertium sic proceditur. Videtur quòd nullus deleatur de lib. uitæ. Dicit enim Aug. in * 20. de Ciuit. Dei, quòd præscientia Dei, quæ non potest falli, liber uitæ est. Sed a præscientia Dei non potest aliquid subtrahi. similiter neque a prędestinatione. Ergo nec de libro vitę potest aliquid deleri.

¶ 2 Præt. Quicquid est in aliquo, est in eo per modum eius in quo est: sed liber vitæ est quid æternum & immutabile. Ergo quicquid est in eo, est ibi non temporaliter, sed immobiliter & indelebiliter.

¶ 3 Præt. Deletio, scripturæ opponitur, sed aliquis non potest de nouo scribi in libro uitæ. Ergo neque inde deleri potest.

Sed contra est, quod dicitur in Psal. 67. Deleantur de lib. uiuentium.

Respon. dicendum, ꝙ quidam dicunt, ꝙ de libro uitæ nullus potest deleri secundum rei ueritatẽ, põt tñ aliquis deleri secundũ opinionẽ hominum. Est enim cõsuetũ in scripturis ut aliquid dicatur fieri, qñ innotescit, & secundũ hoc aliqui dñr esse scripti in lib. uitæ, inquantũ homines opinantur eos ibi scriptos pp præsentem iustitiam, quam in eis vident. Sed quãdo apparet, uel in hoc seculo, vel in futuro, ꝙ ab hac iustitia exciderunt, dñr inde deleri. Et sic etiam exponitur in * glo. deletio talis, super illud Psalm. 68. Deleantur de lib. uiuentium. Sed quia non deleri de libro vitæ ponitur inter præmia iustorũ, sm illud Apo. 3. Qui vicerit sic, vestietur vestimentis albis, & non delebo nomen eius de libro uitæ (quod autem sanctis repromittitur, non est solum in hominum opinione)

Primum

nem) potest dici, ꝙ deleri uel non deleri de libro vitæ, non solùm ad opinionem hominum referendum est, sed etiam quantum ad rem. Est enim liber vitæ conscriptio ordinatorum in vitam æternam, ad quam ordinatur aliquis ex duobus, scilicet, ex prædestinatione diuina, & hæc ordinatio nunquam deficit, & ex gratia: quicunque enim gratiam habet, ex hoc ipso est dignus vita æterna. & hæc ordinatio deficit interdum, quia aliqui ordinati sunt ex gratia habita ad habendum vitam æternam, a qua tamen deficiunt per peccatum mortale. Illi igitur qui sunt ordinati ad habendum vitam æternam ex prædestinatione diuina, sunt simpliciter scripti in lib. uitæ, quia sunt ibi scripti ut habituri uitam æternam in se ipsa, & isti nunquam delentur de libro uitæ. Sed illi qui sunt ordinati ad habendum uitam æternam, non ex prædestinatione diuina, sed solum ex gratia dicuntur esse scripti in libr. uitæ, non simpliciter, sed secundum quod, quia sunt ibi scripti, ut habituri uitam æternam non in seipsa, sed in sua causa, & tales possunt deleri de lib. uitæ, ut deletio non referatur ad notitiam Dei, qua si Deus aliquid præsciat, postea nesciat, sed ad rem scitam, quia scilicet Deus scit aliquem prius ordinari in uitam æternam, & postea non ordinari cum deficit a gratia.

AD PRIMVM ergo dicendum, ꝙ deletio (vt dictum est *) nō refertur ad librum uitæ ex parte pꝛæscientiæ, quasi in Deo sit aliqua mutabilitas, sed ex parte præscitorum quæ sunt mutabilia.

AD SECVNDVM dicēdum, ꝙ licet res in Deo sint immutabiliter, tamen in seipsis mutabiles sunt. Et ad hoc pertinet deletio lib. vitæ.

AD TERTIVM dicendum, ꝙ eo modo quo aliquis dicitur deleri de lib. vitæ, potest dici, quòd ibi scribatur de nouo, vel secundum opinionem hominum, vel secūdum ꝙ de nouo incipit habere ordinem ad vitam æternam p gratiam. Quod etiam sub diuina notitia comprehēditur, licèt non de nouo.

QVAE-

1m de minor. A p̄sentia Dei. ℞. Cōsiderata ex parte pꝛęscientię: non, ex parte præscitorum §. Pro litera facilius capienda inspice ly vt deletio non referatur ad notitiam Dei quasi &c. vt habes in fine corporis. Sic ergo intellige ly Deus sciuit, Christum nasciturum, & nunc scit Christū nō nasciturum, & nunc scit Christum non nasciturum, aliaque huiusmodi multa: quæ vtique uerificantur absque minimo impedimento immutabilitatis scientiæ diuinæ: vt etiam patet. quæstione decimaquarta, articulo decimoquinto ad tertium.

2m de maiori. Est in eo. ℞. Secundum ꝙ est in eo: non, secundum aliam cōsiderationem. §. puta secundum quòd est in seipso. Exēplum. Lapis est in intellectu meo, secundum quod est in eo, per modum innaturalem: non tamen ex hoc sequitur, quòd lapis idem sit immaterialis in seipso consideratus. Tunc nihil &c. ter. Nam deletio non est secundum ꝙ est in Deo: sed secundum quòd consideratur ex parte rerum delendarum: ut habes in ad primum.

Notitia quo absq; mutatione

3m de minor. De nouo. ℞. Ex parte notitię diuinę accepto: non, ex parte cognitorum. §. Pro litera dic exemplum. Intellectus tuus immaterialis cognoscit immaterialiter materialia, & immaterialiter dicit, ea esse materialiter materialia. Ergo, a fortiori, Deus immutabilis cognoscet immutabiliter mutabilia; & immutabiliter dicet ea esse mutabiliter mutabilia.

In cor. ar.

APPENDIX.

HINC habes: quo modo ex ratione intelligas psalmum sexagesimooctauo. Deleantur de libro uiuentium & Apocalypsi tertium. Non delebo nomen eius de libro uitæ, & si qua sunt huiusmodi. Secundo quomodo ex his uicissim Angelica firmetur conclusio.

Vtil. pro S. Eccl.

Comm. Cardinalis Caietani.

TItulus clarus.

¶ In corpore duo facit primo tractat quandam opinionem: secundò respondet quæsito secundum propriam sententiam. Quo ad primum. primò refert duas propositiones quorundam opinantium. prima est: Nullus deletur de libro uitæ secundum rei ueritatem. secunda est. Aliqui delentur de libro uitæ secundum opinionem hominum & declaratur secundæ propositionis consonantia cum sacra scriptura, quia apud ipsam quandoque dicitur res fieri, quando innotescit, & consequenter deleri, quando apparet deleri propter priuationem gratiæ. Deinde arguit primam propositionem cum summa modestia falsitatis, quia præmium repromissum sanctis, secundum rem & non solum, secundum opinionē intelligendum est, &c.

¶ Quoad secundum duo facit. Primò respondet quæsito sic: Deleri vel non deleri de libro vitæ, non solum ad opinionem hominum referendum est, sed etiam quantum ad rem. Et probatur hæc conclusio quo ad partem ultimam, quam intendit sic: Liber vitæ est conscriptio ordinatorum in uitam æternam. ergo ordinatorum ex prædestinatione & præsenti gratia. ergo ordinatorum indefectibiliter & defectibiliter. ergo scriptorum simpliciter & secundum quid. ergo indelebilium & delebilium secundum ueritatem rei, quod erat intentum. prima consequentia probatur, quia ad uitam æternam ex his duobus aliquis ordinatur, & de prædestinatione quidem patet, de præsenti autem gratia probatur, quia quicumque habet gratiam ex hoc ipso dignus est uita æterna. Secunda autem probatur, quia ordo gratiæ est defectibilis, prædestinationis verò indefectibilis. Tertia uerò, quia indefectibiles sunt scripti ad uitam æternam in seipsa, defectibiles uerò sunt scripti ad uitam æternam in sua causa scilicet meritoria. Vltima autem patet ex terminis. secundo explanatur sensus in quo intelligēda est dicta conclusio ibi, ut deletio non referatur, &c. potest enim dupliciter interpretari. Vno modo ex parte intellectus diuini, secundo modo ex parte rei scriptę, ut clare patet in litera.

¶ Circa antecedens super quo fundatur totus discursus, dubiū occurrit. Quoniam cum diffinitum non se extendat ultra suam diffinitionem, aut liber uitæ malè diffinitus est in primo articulo, dicendo, quod est conscriptio prædestinatorum aut malè extenditur, hic liber uitę ad ordinatos in uitam æternam, siue prædestinatos siue non. Et augetur dubitatio: quia si liber uitæ extenditur ad omnes ordinatos in uitam æternam, non solum constituti in præsenti gratia, sed omnes christiani, immo & omnes homines essent scripti in libro uitæ: quoniam omnes ordinati sunt in uitam æternam, ex hoc ipso, quòd rationales sunt, iuxta illud Augustini de prædestinatione sanctorum, posse habere charitate naturæ est hominum.

¶ Ad hoc respondetur, quòd diffinitio superius data fuit perfecta, utpote explicans substantialia libri uitæ, conscriptio enim prædestinatorum ad substantiam pertinet libri uitæ: conscriptio autem ordinatorum secundum pręsentem iustitiam habet se ad librum vitæ, vt accidens: quia ut consequens substantiale. Non enim ad librum uitæ spectat talium conscriptio, nisi ex hoc ipso, quòd est liber uitæ gloriæ, ad quam soli pręddestinati conscribuntur, nam vt in responsione ad tertium præcedentis articuli dicitur constituti in præsenti gratia pro tanto ad conscriptionem libri uitæ spectantur, pro quanto vitam illam gloriosam, pro nunc, aliquo modo participant, & hic dicitur & in idem redit, quòd propterea conscribuntur, quia vitam æternam in sua causa habituri sunt; Ex his enim patet, quòd ad librum vitæ pertinet conscriptio habentium præsentem gratiam ex consequenti, & sic talis conscriptio est extra substantiam libri vitę. Nec in diffinitione debuit exprimi, sed (ut in litera fit) post modum deduci. Ad aliam autem obiectionem tacite ex litera respondetur, quòd non quomodolibet ordinati in vitam ęternam, sed ordinati sic, quòd sunt digni vita ęterna conscribuntur in lib. vitę. Et propterea neque debes Christiani (si aliquis est qui nunquam fuit in gratia, quod posset accidere in fictè accedente ad baptismum) neque omnes homines, sunt aliquo modo scripti in lib. vitę: quamuis potentiam quandam ualde remotam ad illam uitam habeant.

¶ Circa ea, quę in calce literę posita sunt scito, quòd deleri ex parte deletorum non importat scripturę cassationem, sed mutatione de scriptis in non scriptos, qui enim heri fuit in gratia, & consequenter inter scriptos, lapsus hodie mutatus est per peccati maculam, desiitque inter scriptos esse, & hoc uocatur deleri ex parte rei scriptę, ut patet in litera.

Ferr.2.cont. c.16. & lib. 2. c.78.
S. Bon. 1.s. d. 43. q. 1. a.1.
Alens.1 p.s.q. 21.mem.1. ar.1.
Scot.1.s.d.42.q.1.
Riccar.1.s.d.43.q.1.
Duran 1.s. d.43.q.1.
Aegi.1. s.d. 42. q.1.prin. prin.
Cap.1. d. 42. q.1.con.1. a.3.
Bannes q.25.ar.1.
Pe.de Pal.s.d.42.q.1.

QVAESTIO XXV.

De diuina potentia, in sex articulos diuisa.

POST considerationem diuinæ prescientię & uoluntatis, & eorum, quę ad hoc pertinent, restat considerãdum de diuina potentia.

CIRCA hoc quęruntur sex.

¶Primo, vtrum in Deo sit potentia.

¶Secundo, vtrum eius potentia sit infinita.

¶Tertio, vtrum sit omnipotens.

¶Quarto, vtrũ possit facere, quod ea, quæ sunt p̃terita, non fuerint.

¶Quinto, vtrum Deus possit facere, quę non facit, uel prætermittere quæ facit.

¶Sexto, vtrum quę facit possit facere meliora.

ARTICVLVS I.

Vtrum in Deo sit potentia.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur quòd in Deo non sit potentia. Sicut enim prima materia se habet ad potentiam, ita Deus (qui est agens primum) se habet ad actum. Sed prima materia secundum se considerata, est absque omni actu. Ergo agens primum (quod est Deus) est absque potentia.

¶2 Præt. Secundum Philos. * in 9. Met. qualibet potentia, melior, est eius actus. Nã forma est melior quã materia, & actio quam potentia actiua, est enim finis eius, sed nihil est melius eo, quod est in Deo, quia quicquid est in Deo, est Deus, ut supra * ostensum est. Ergo nulla potentia est in Deo.

¶3 Præt. Potentia est principium operationis. Sed operatio diuina est eius essentia, cum in Deo nullũ sit accidens, essentiæ autem diuinæ non est aliquod principium. Ergo nulla potentia est in Deo.

¶4 Præt. Supra * ostensum est, ꝙ scientia Dei, & uoluntas eius sunt causa rerum, causa autem & principium idem sunt. Ergo non oportet in Deo assignare potentiam, sed solum scientiam, & uoluntatem.

SED CONTRA est, quod dicitur in Psal. 88. Potens es Domine, & ueritas tua in circuitu tuo.

RESPON. Dicendum, quod duplex est potentia, scilicet passiua (quæ nullo modo est in Deo) & actiua, quam oportet in Deo summe ponere. Manifestum est enim quod unumquodque secundum quod est actu, & perfectum, secundum hoc est principium actiuum alicuius. Patitur autem unumquodque secundum quod est deficiens & imperfectum. Ostensum * est aũt supra, quod Deus est purus actus & simpliciter, & uniuersaliter perfectus, neq; in eo aliqua imperfectio locum habet. Vnde d sibi maximè competit esse principium actiuum, & nullo modo pati. Ratio autem actiui principii conuenit potentiæ actiuæ, nam potentia actiua est principium agendi in aliud, potentia uero passiua est principium patiendi ab alio, ut Philosophus dicit. * quinto Meta. relinquitur ergo quod in Deo maxime sit potentia actiua.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod potentia d actiua non diuiditur contra actum, sed fundatur in eo. Nam unumquodque agit secũdum quod est actu potentia uero passiua diuiditur contra actum, nam unumquodque patitur secundum quod est in potentia. Vnde hæc potentia excluditur a Deo, nõ autem actiua.

AD SECVNDVM dicendum, quod quandocunque actus est aliud a potẽtia, oportet, quod actus sit nobilior potentia. Sed actio Dei non est aliud ab eius potentia, sed utrumque est essentia diuina, quia nec esse eius est aliud ab eius essentia, unde d non oportet quod aliquid sit nobilius quam potentia Dei.

AD TERTIVM dicendum, quod potentia in rebus creatis non solum est principium actionis, sed etiam effectus. Sic igitur in Deo saluatur ratio potẽtiæ quantum ad hoc, quod est principium effectus, non autem quantum ad hoc quod est principium actionis, quæ est diuina essentia, nisi fortè secundum modum intelligendi, prout diuina essentia (quę in se simpliciter præhabet quicquid perfectionis est in rebus creatis) potest intelligi, & sub ratione actionis, & sub ratione potentiæ, sicut etiam intelligitur, & sub ratione suppositi habentis naturam, & sub ratione naturæ. Sic igitur in Deo saluatur ratio potentiæ, quantum ad hoc, quod est principium effectus.

AD QVARTVM dicendum, quod potentia non ponitur in Deo, ut aliquid differens a scientia, & uoluntate secundum rem, sed solum secundum rationem, inquantum, scilicet potentia importat rationem principii exequentis id, quod uoluntas imperat, & ad quod scientia dirigit, quæ tria Deo secundum idem conueniunt. Vel dicendum, qd ipsa scientia uel uoluntas diuina secundum quod est principium effectiuum, habet rationem potentiæ. Vnde consideratio scientiæ & uoluntatis præcedit in Deo considerationem potentiæ, sicut causa præcedit operationem, & effectum.

SVP. Q. XXV. ART. II.

CONCL. Potentia passiua nullo modo est in Deo, & actiuam oportet in Deo summè ponere.

¶PROB. 1. Quia nulla imperfectio locum habet in Deo, & unumquodque patitur, secundum quod est imperfectum. Secũda autem pars, scilicet & actiuam &c. probatur. Quia Deus est naturaliter summe perfectus, & unumquodque agere potest secundum quod est perfectum.

150 1.d.42.q.1. ar.1. & 1.cõ tra c.26. & li. 2. c.7.8. 9.& 10. Et po.q.1.a.1.

1^m de maiori. Potentiam. ℞. Passiuã non actiuam. §. Tunc nihil &c. Concluditur enim ex hoc tantum, quod Deus est absque omni potentia passiua, id quod est prima pars conclusionis. Ex litera quoque elice, quod & materia prima est sua potentia passiua, & Deus est sua potentia actiua.

Li.9. Meta. tex.19. t.3.

q.7.ar.3. Actus ad potẽtiam.

2^m de maiori. Qualibet potentia. ℞. Cuius actus est aliud ab ipsa, non cuius actus est idem cum ipsa. §. Tunc &c. Nam potentia Dei est suus actus.

3^m de maiori. Operationis. ℞. Et effectus, simul, uel effectus tantum. §. Tunc &c. Nam potentia Dei est principium realiter effectus tantum, licet potentia creaturarum sit utriusque, scilicet effectus, & operationis.

q.14. art.8. & q.19.a.4

4^m de conclusione. Potentiam. ℞. Quasi distinctam realiter a sciẽtia, & uoluntate, non quasi distinctam ratione ab ipsis. Tunc &c. Nam potentia non ponitur in Deo, ut aliquid, &cæt. ut in litera.

Item de maiori. Scientia Dei, & uoluntas. ℞. Secundum quod sunt principium effectiuũ, non secundum, quod sunt præcise scientia, & uolũtas. §. Alioquin omnis scientia, & uoluntas esset causa rerũ, quod patet falsum de humana. Tunc & cæt. Nam, ultra quod in Deo ponuntur secundum quod scientia, & uolũtas, debent etiam ibi poni secundum qd sunt principium effectiuum, & hoc est potentia. Potentia ergo diuina est scientia ipsa & uoluntas, secundum quod sunt principium effectiuum. Vide secũdum responsum ly uel dicendum, quod ipsa & c quod est declaratio quædam etiam clarior primi responsi.

q.3.ar.2 q. 4.ar.1.et 2.

D: 494.

Scientia, et uoluntas, Dei dupliciter considerantur.

li. 5. meta. te.17. to.3.

D.55.

APPENDIX.

HInc habes, quomodo ex ratione reiicias hæresim Dauidis de Dinantio ponentis, Deum esse materiam primam. Nam materia prima est potentia passiua. Secundo habes, quomodo ex ratione ostendas & catholicum sensum Ephes. 1. Confortamini in potentia uirtutis eius scilicet Domini, & hæresim hanc per Apostolum ibi iuste esse damnatam. Consule q.3.ar.8. Tertio uides, quomodo ex his uicissim firmetur conclusio.

Vtilitas p S. Eccles.

D.55.

1

3

2. Respon.

Item

Comm. Cardinalis Caietani.

IN titulo. Potentia significat principium operationis ad extra, seu transeuntis. extenso operationis nomine, tam ad actionem quam ad passionem.

¶ In corpore respondetur quæsito unica distinctione, & duabus conclusionibus mixtis, iuxta duo distinctionis membra. Distinctio est, potentia est duplex, actiua, scilicet & passiua. Conclusio prima est. Potentia passiua nullo modo est in Deo, secunda est. Potentia actiua maximè est in Deo. Probatur hæc secunda, unumquodque secundum quod est in actu, & perfectum, est principium actiuum, ergo Deo maximè competit esse principium actiuum, ergo in eo maximè est potentia actiua. Prima consequentia probatur ex eo, quia Deus est actus purus, & uniuersaliter perfectus. Secunda uero, quia ratio principij actiui conuenit potentiæ actiuæ, ut patet ex diffinitione eius 5. & 9. Met. &c. Prima autem eodẽ mõ ex negatione oppositorum probatur. Vnumquodq; patitur secundum quod est deficiens, & imperfectum, ergo Deo nullo modo conuenit pati, ergo nec potentia passiua, consequentia eodem modo probatur, quia scilicet, in Deo nulla est imperfectio, &c.

¶ In responsione ad secundum, & tertium, difficilia ualde uerba discutienda occurrunt. Tria namque de actione, ut distinguitur contra effectum, dicuntur. Primum est, quod actio si est distincta a potentia actiua, est nobilior ipsa potentia. Secundum est, ꝙ actio in creaturis principiatur a potentia. Tertium est, ꝙ actio sic se habet ad potentiam actiuam, quod si transferatur in Deũ, oportet actionem ipsam esse essentiam diuinam. Hæc. n. omnia liquido habẽtur in litera. Est autẽ ratio arduæ dubitationis hęc. Actio transiens puta mouere, ut distinguitur contra effectum, aut solum dicit motum ab hoc, aut aliquid aliud, si tantum significat motũ ab hoc, oportet ea quæ hic dicuntur uerificari, aut de sola relatione ab hoc, aut de solo motu, aut de toto composito, s. motu ab hoc, sed de nullo horum uerificantur primum, & tertium dictũ, nihil. n. horum est nobilius potentia actiua motoris Saturni. Et qđ magis urget, nihil horum est quod oporteat identificari diuinæ substantiæ, si ponamus Deum sine omni medio mouere corpus aliquod quod constat non esse impossibile, tunc. n. manifestè uidere quisque potest motum non oportere identificari substantiæ diuinæ. Et similiter relationem non oportere identificari eidem, quamuis oporteret ipsam non esse realem ex parte Dei, ut ex supradictis patet, & consequenter nec motum ab hoc identificari eidem diuinæ essentiæ oportere. Si uerò significat aliquid aliud, ruunt omnia in 3. Phy. tradita. Ruere quoque uidetur opi. dicens actionem esse subiectiuè in passo, quæ tamen ex Arist. ibidem. & in 2. de ani. sumpta uidetur. Ad hoc dicendum mihi uidetur, qđ apud S. Th. actio transiens præter motum, & relationem dicit aliquid subiectiuè in agẽte. Probatur hoc & manifestatur. Probatur quidem ratione unica iam tacta, conuincente intellectum meum, sustinendo utramque uiã positam in responsione ad 4. Actio transiens significat aliquid subiectiuè existens in agente creato, identificatum autem realiter substantiæ in agente increato, sed motus ab hoc ut importat tantum motum, & relationem non significat aliquid huiusmodi, ergo motus ab hoc modo exposito, non est totum actionis transeuntis. Maior habetur & in 2 con. Gen. c. 9. rõne ult. & quoad secundam partem habetur in mille locis, ubi de creatione, gubernatione, & quibuslibet aliis actionib. & potentiis diuinis ad extra est sermo, ut hic etiam patet. Minor autem patet resolutiuè. Constat. n. quod Deo mouẽte uel angelo, in neutro motus esset, relatio autem, quamuis in angelo esset, in Deo tamẽ nullo reali modo esset, quia nec per inhæsionem, ut patet, nec per identitatem, ut in 2. contra Gen. c. 12. in prin. probatur manifestè. Et si diceretur ad hanc rationem, quod maior est uera, nõ ex una sed ex diuersis radicib. quia quo ad agentia creata, est uera ratione relationis, quam oportet subiectiuè existere in agente quoad agens uerò increatum est uera ratione actionis immanentis, quã solam in Deo ponit actio transiens præter factum & relationem. Si sic (inquam) diceretur præcipuè propter authoritatem S. Tho. in 2. contra Gen. c. 23. ratione 4. subtiliter quidem euaderetur, non tamen sufficienter. Ad cuius euidẽtiam scito, quòd ut in hoc arti. in responsione ad quartum litera dicit, duobus modis sustinetur potentia actiua in Deo. Vno modo, ut sit uelut potentia executiua intellectus, & uoluntatis. Alio modo, ut sit ipsa uoluntas consulta, &c. ut efficax respectu effectuum. Et si hic secundus modus qui forte uerior est, ponatur, nulla in hac materia ex actionis transeuntis natura angustia esse, quoniam in rei ueritate nulla in Deo poneretur tunc actio transiens, sed immanens tantũ, habens efficaciam transeuntium, iuxta illud, Dixit, & facta sunt. Et hanc uiam secutus uidetur S. Th. in authoritate allegata, & in c. 35. ubi expresse negat mediam actionem. Si autem primus modus teneatur, tunc mota difficultas uim habet, nec satisfit ex respõsione data, quæ ad actiones immanentes iuxta alterum modum dicendi recurrit. Oportet. n. si potentia quasi media in Deo ponitur quod actio transiens in eo quoque ponatur, & consequẽter identificata substantiæ suæ, ut hic patet, & expresse in 1. contra Ge. c. 9 dicitur, dum eadem asseritur ratio de idẽtificatione intellectualium operationum, & aliarum cum substantia diuina. Et quoniam ut in litera patet, S. Th. utranque uiam sustinet, consequens est ꝙ non insufficienter saluatur mens atq; doctrina eius, recurrendo ad actiones immanentes. Et sic relinquitur, quod maior assumpta ex una & eadem radice in omni agente, cui uere conuenit actio trãsiens, sit uera, alioquin non esset formalis. Et cum nec ratione relationis, nec ratione motus uerificetur uniuersaliter, relinquitur quod aliquid aliud actio transiens significat in agente. Verba autẽ in oppositum adducta ex. 23. c. & ex. 35. & similia possunt interpretari quod procedunt iuxta illam uiam, namque illud opus omnibus uiis uti uidetur ad intentum.

¶ Declaratur autem occultum hoc latuisse etiam in 3. Physic. & similibus locis ex suo compari, scilicet passione, de qua proportionaliter dicitur, quod est motus in hoc, sicut de actione, quod est motus ab hoc, quemadmodum enim constat, quod in passione sunt tria. s. motus, relatio inhærentiæ ipsius motus ad subiectum, & fundamentum illius relationis, quod est essentialiter passio, siue illud sit passiua actuatio subiecti, siue esse formæ fluentis, ut actuans subiectum, siue quodcunque aliud, ita ex parte actionis non solum motus, & relatio significatur, sed ly ab, significat prius ipsam essentiam actionis operationem, scilicet in agente propter perficiendum aliud. Sed quoniam propriis uocabulis caremus, nominibus relationum, scilicet præpositionibus ab, & in, utimur ad occulta significanda, ut sæpe contingit, & sic omnes tex. consonant. Cum his enim stat actionis transeuntis, & passionis eundem esse actum. quoniam actio huiusmodi, ut sic propter perficiẽdum passum est, & propterea ratione illius actus perfectio passi, & esse in passo &c. dicitur ipsa actio. Nec plura hic dicenda uidentur, quoniam præsenti proposito sat sunt.

Ferr. 4. con. c. 44. 65.
S. *Bona. 1. s. d. 42. q. 3.*
Riccar. 1. s. d. 43. q. 5.
Mairo. 1 s. d. 43. q. 2.
Alb. Mag. 1 Assum. 4[?] art. 1.
Scot. 1 s. d. 43. q. 2.
Alens. 1. p. q. 21. mem. 5. art. 2.
Duran. 1. s. d. 42. q. 2.
Bannes eodem loco.
Pe. de Pa. 1. 5. di. 43. q. 1.

151
1. di. 43. q. 1. ar. 1. & 4. con. c. 44. & c. 65. & po. q. 1. ar. 2. & opu. 3. c. 19 & op. 9. c. 4. & 12. Meta. l. 6. fin. tex 63. 64. & 65. to. 2.

ARTICVLVS II.

Vtrum potentia Dei sit infinita.

AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur quòd potentia Dei non sit infinita. Omne enim infinitum est imperfectum, secundum Phi.* in 3. Physic. sed potentia Dei non est imperfecta. Ergo non est infinita.

¶ 2 Præter. Omnis potentia manifestatur per effectum, alias frustra esset. Si igitur potentia Dei esset infinita, posset facere effectum infinitum, quod est impossibile.

¶ 3 Præter. Philosophus probat in † octauo Physicorum, quod si potentia alicuius corporis esset infinita, mouerent in instanti, Deus autem non mouet in instanti, sed mouet creaturam spiritualem per tempus, creaturam uero corporalem per locum, & tempus, secundum August.* octauo, super Genesim ad literam, non ergo est eius potentia infinita.

SED CONTRA est quod dicit Hilar. † Octauo de Tri. quod Deus est immensæ uirtutis uiuens, potẽs. Oẽ autem immensum est infinitum, ergo uirtus diuina est infinita.

RESP. Dicendũ, ꝙ sicut iam dictum est, *sm hoc potentia actiua inuenitur in Deo, sm ꝙ ipse actu est. Esse autem eius est infinitum inquantum non est limitatum p aliquid recipiens, ut patet per hæc, q̃ supra dicta* sunt, cum de infinitate diuinæ essentię ageretur. Vnde necesse est ꝙ actiua potentia Dei sit infinita. In oĩb. n. agentibus hoc inuenitur, quod quanto aliquod agens perfectius hẽt formã, qua agit

SVP. Q. XXV. ART. II.

CONCL. Necesse est, quod actiua potentia Dei sit infinita.

¶ PROB. Quia essentia diuina, per quam Deus agit, est infinita, & potentiam agentis oportet esse infinitam, quãdo forma, qua agit est infinita [patet exẽplo caloris.]

Primum

li. 8. Physi. tex. 79. t. 2.

li. 8. sup. gene. ca. 20. 22. & 23. tomo 3.
lib. 8. non multũ procul ante medium.
art. præce.
q. 7. art. 5.

1^m de maiori.

Infinitum. R. Materiale, non formale. §. Túc &c. Nam conclusio intendit tantum de infinito formali, quando potentiam Dei esse infinitam dicit.

q. 7. ar. 1.

2^m de maiori.

Potentia. R. agentis uniuoci, non autem, non uniuoci. §. Tunc &c. Nam Deus non est agens uniuocum.

Item de conclusione. Esset infinita. R. Et ordinata ad effectum, ut ad finem. §. Posset facere, idest facto faceret. Tunc &c. Nam potentia Dei nõ ordinatur ad finem, sed est finis effectus cuiusque. Ideo nunquam potest esse frustra, etiam si nihil produceret, neque negari ex hoc infinita. Pro litera dic, quod potest, quantum est de se, producere infinitum effectum, licet, quantum est ex parte effectus, non fiat neque fieri possit talis productio ex quæstione septima, articulo secundo, primum. Quolib. nono, primo modo, Quolib. duodecimo, secundo modo. Vide responsum secundum ly, & tamen etiam si &c.

q. 7. art. 1.

q. 3. ar. 5. & q. 4. art. 3. 2. respon.

3^m ex Philos.

Alicuius corporis. R. Non tamen alicuius incorporei. §. Túc &c. Nam, cum potentia Dei sit alicuius incorporei, philosophus non loquitur ibi de illa.

agit tanto est maior eius potentia in agendo: Sicut quanto est aliquid magis calidum, tanto habet maiorem potentiam ad calefaciendum. Et haberet utique potentiam infinitam, ad calefaciendũ, si eius calor esset infinitus. Vnde, cum ipsa essentia diuina (per quam Deus agit) sit infinita (sicut supra * ostensum est) sequitur quod eius potentia sit infinita.

Ad primum ergo dicendum, quod Philosophus loquitur de infinito, quod est ex partes materiæ non terminatæ per formam, cuiusmodi est infinitum, quod congruit quantitati. Sic autem non est infinita diuina essentia (supra * ostensum est,) & per consequens nec eius potentia. Vnde non sequitur quod sit imperfecta.

Ad secundum dicendum, ꝙ potentia agentis uniuoci tota manifestatur in suo effectu. Potentia enim generatiua hominis nihil potest plusquam generare hominem. Sed potentia agentis non uniuoci, nõ tota manifestatur in sui effectus productione. Sicut potentia solis nõ tota manifestatur in productione alicuius animalis in putrefactione generati. Manifestum est autem quod Deus non est agens uniuocũ. Nihil enim aliud potest cum eo cõuenire neque in specie, neque in genere, ut supra * ostensum est. Vnde relinquitur quod effectus eius semper est minor, qua potentia eius. Non ergo oportet quod manifeste-tur in finita potentia Dei in hoc quod producat effectum infinitũ. Et tamen etiam si nullum effectum produceret, non esset Dei potentia frustra, quia frustra est quod ordinatur ad finem, quem non attingit. Potentia autem Dei non ordinatur ad effectum sicut ad finem, sed magis ipsa est finis sui effectus.

Ad tertium dicendum, quod Philo. in octauo, Physicorum probat, quod si aliquod corpus haberet potentiam infinitam, quod moueret in non tempore. Et tamen ostendit, quod potentia motoris cœli est infinita, quia mouere potest tempore infinito. Relinquitur ergo secundum eius intentionem, quod potentia infinita corporis si esset, moueret in non tempore, non autem potentia incorporei motoris. Cuius ratio est, quia corpus mouens aliud corpus, est agens uniuocum. Vnde oportet quod tota potentia agentis manifestetur in motu. Quia igitur quanto mouentis corporis potentia est maior tanto uelocius mouet, necesse est quod si fuerit infinita, moueat improtionabiliter citius, qđ est mouere in non tempore. Sed mouens incorporeũ est agens non uniuocum. Vnde nõ oportet, quod tota uirtus eius manifestetur in motu, ita quod moueat in non tempore. Et præsertim, quia mouet secundum dispositionẽ suæ uoluntatis.

APPEN-

APPENDIX.

Vtilitas pro S. Eccles.

Hinc habes, quomodo ex ratione reprobes hæresim Ioannis Vuiclef [Alfonsus Castrus adu. hær. Futura contingentia] dicentis, ꝙ potentia Dei, & actualis creatio sũt eiusdem mensuræ. Ex quo nimirũ sequi uidetur, quod potentia Dei nõ sit immensa. Mensuratur. n. (secundũ istum) æqualiter cum actuali creatione, & actualis creatio, cũ omnia creata & simul sumpta sint finita, non est infinita. Imò cum nullum creatum esse possit infinitum simpliciter, licet posset creari aliquod infinitum sm quid, q. 7. potentia Dei, secundum illũ, non esset simpliciter infinita, etiam quod eiusdem mensuræ ab eo poneretur cũ creatione potentiali. Secundo hẽs, quõ ex rõne eadẽ ostẽdas, hæresim hanc iuste ab Innocentio in Concilio generali esse damnatam, de sum. Tri. & fi. cath. firmiter credimus, & simpliciter cõfitemur, quod Deus est immensus. Siue. n. accipias ly immensus, pro substantia Dei, siue pro potentia nihil refert ad intentum, quoniam in utroque sensu sequitur, potentiam Dei esse infinitam. Nã quicquid est in Deo, est Deus, ergo si Deus immensus, & eius potentia immensa. Tertio habes, quomodo ex his uicissim firmetur conclusio præsens.

2

3

Comm. Cardinalis Caietani.

In titulo ly infinita, significat infinitatem intensiuam.

¶ In corpore unica est conclusio responsiua ad quæsitum affirmatiuè. Potentia Dei est infinita, probatur. Esse Dei est infinitum, ergo actiua potentia Dei est infinita. Antecedens patet ex q. 7. consequentia probatur, quia potentia actiua Deo conuenit secundum quod est in actu. i. fundatur super eius actu, & quantitas potentiæ consequitur quantitatẽ actus. quod probatur ex illa uniuersali. Quãto aliquod agens est perfectius in forma qua agit, tanto maior est potentia eis, ut patet in calefactiuo, &c. litera est clara.

¶ In responsione ad tertiũ multa dicenda essent de infinitate potentiæ motiuæ, quæ prolixa ualdè sunt, & in spãli, quã de hoc fecimus qõne, discussa sunt, quare pro nunc transeundum puto.

Ferr. 1. cont. c. 22. & 25.
S. Bon. 1. s. d. 42. q. 3.
Alens. 1. p. q. 21. men. 5. ar. 1.
Scot. 1. s. d. 43. q. 1.
Riccar. 1. s. d. 42. q. 3.
Duran. 1. s. d. 42. q. 2.
Mairo. 1. s. d. 43. q. 2.
Cap. 1. d. 41. q. 1. con. 6.
Bannes ead. loc.

152

3. q. 13. ar. 1. co. & 1. con. c. 22. & 25. & po. q. 7 a. 1. q. 2. ar. 3. & q. 9. ar. 1.

SVP. Q. XXV. ART. III.

Concl. Communiter confitentur omnes, Deum esse omnipotentem.

¶ Prob.

ARTICVLVS III.

Vtrum Deus sit omnipotens.

Ad tertium sic proceditur. Videtur, quod Deus non sit omnipotens. Moueri. n. & pati aliquid, omnium est, sed hoc Deus non potest. Est. n. immobilis, ut supra dictum * est non igitur est omnipotens.

¶ 2 Præt. Peccare, aliquid agere est. Sed Deus nõ põt peccare, neq; seipsũ negare ut dicitur secũdę Tim. 2. ergo Deus non est omnipotens.

¶ 3 Præt. De Deo dicitur ꝙ omnipotentiam suã parcendo maximè, miserando manifestat. Vltimũ igitur, quod põt diuina potentia, est parcere, & misereri. Aliquid autem est multo magis quam parcere, & misereri, sicut creare alium mundum uel aliquid huiusmodi. Ergo Deus non est omnipotens.

¶ 4 Præt. Super illud 1. Corinth. 1. Stultam fecit Deus sapientiam huius mundi dicit. * glo. Sapientiam huius mundi fecit Deus stultam ostendendo possibile, quod illa impossibile iudicabat. Vnde uidetur quod non sit aliquid iudicandum possibile uel impossibile sm inferiores causas prout sapientia huius mundi iudicat,

Est Ambrosii in hunc locũ, tom. 5.

¶ Prob. Quia communiter confitentur omnes, Deũ posse oĩa, quæ non implicant cõtradictionem [cũ hoc sit de Euãgelio ly. Nõ est impossibile apud Deum omne uerbũ,] & posse huiusmodi est esse omnipotentem.

Primum

Obiectum omnipotẽtiæ est omne uerbũ.

dicat,

1^m de conclusione. Omnipotēs. ℞. Potentia passiua, non actiua. §. Tunc &c. Nam moueri, est quoddam pati, & potentia passiua a Deo excluditur, art. 1.

2^m de maiori. Agere est. ℞. Non, sed est deficere in agendo, idest deficere a debita actione. §. Tunc &cæt. Quia enim Deus est omnipotens, ideo non potest peccare. Vnde si peccare posset, non esset omnipotens. Loquitur ergo conclusio de potentia, quæ est uere potentia, non de illa, quæ re vera est impotentia, licet nominaliter dicatur potentia. Litera ly quamuis philosophus &c. respōdet obiectioni tacitæ.

3^m minor. Aliqd autem est &c. ℞. Negatur illa propositio scilicet consideratis. §. omnibus considerandis, quæ importantur in parcendo & miserando, Tūc &c. Nam in parcendo, & miserando continentur & mundi creatio, & eius recreatio, & ei⁹ æterna glorificatio, & omnium bonorum institutio, & consequenter non tantum omnipotentia, sed etiam maxima omnipotentia.

lib. 5. me. tex.17.c.3

4^m illatio ex Glos. 1. Cor. 1. Vnde uidetur, quod nō &c. ℞. Negatur illatio, §. Debet enim inferri aliter, ut monstrat textus ly in hoc autem reputatur stulta mundi sapientia &c. Vt inferendo sic dicatur. Vnde uidetur, quod non sit iudicandum aliquid esse impossibile secundum causam primam, etiam quod sit impossibile secundum causas secundas. Male ergo intelligebatur sensus Apostoli, & glossæ, quasi quod loquerentur tm̄ de possibili, uel impossibili, secundum potentiam diuinam, i. de his, quæ immediatè a solo Deo nata sunt fieri, cū tamen aliū sensum habeant in uerbis suis. Tūc &c. Nam residuū argumenti fallitur credens, quod impossibilitas, uel necessitas rerum dicatur secūdum conditionē causæ primæ, & tamen attenditur secundum conditionem causæ directæ proximæ. Sit ergo necessarium, ut est, quod Deus sit omnipotens, sint omnia Deo possibilia, adhuc tamen contingentia, impossibilitas, necessitas saluabitur in rebus, secundum quod proxima cuiusq; rei causa disposita erit.

APPEN-

dicat, sed secundum potentiam diuinam, si igitur Deus sit omnipotens omnia erunt possibilia, nihil ergo impossibile. Sublato autē impossibili tollitur necessarium. Nam quod necesse est esse, impossibile est non esse. Nihil ergo erit necessarium in rebus, si Deus est omnipotens, hoc autem est impossibile, ergo Deus non est omnipotens.

Sed contra est, quod dicitur Lucæ 1. Non erit impossibile apud Deum omne uerbum.

Respon. Dicendum, quod communiter confitentur omnes Deum esse omnipotentem. Sed rationem omnipotentiæ assignare, uidetur difficile. Dubium enim potest esse quid comprehendatur sub ista distributione, cum dicitur, omnia posse Deum. Sed si quis rectè consideret (cum potentia dicatur ad possibilia) cum Deus omnia posse dicitur, nihil rectius intelligitur quā quod possit omnia possibilia, & ob hoc omnipotens dicatur. Possibile autem dicitur dupliciter secū dum Phil. in * 5. Meta. Vno modo per respectum ad aliquam potentiam, sicut quod subditur humanæ potentię dicitur esse possibile homini. Non autem potest dici, ꝙ Deus dicatur omnipotēs, quia possit omnia quæ sunt possibilia naturæ creatæ, quia diuina potentia in plura extenditur. Si autem dicatur quod Deus sit omnipotens, quia pōt omnia quæ sunt possibilia suę potentiæ, erit circulatio in manifestatione omnipotentię, hoc enim nō erit aliud quam dicere quod Deus est omnipotens, quia pōt omnia quæ potest, relinquitur igitur qd Deus dicatur omnipotēs, quia potest omnia possibilia absolute, quod est alter modus dicendi possibile. Dicitur autem aliquid possibile uel impossibile absolute, ex habitudine terminorum. Possibile quidē quia prędicatū non repugnat subiecto, ut Socratem sedere. Impossibile uero absolutè, quia prædicatum repugnat subiecto, ut hominem esse asinum. Est autem considerandum ꝙ cum unum quodq; agens agat sibi simile, unicuique potentię actiuæ correspondet possibile ut obiectū proprium secundum rationē illius actus, in quo fundatur potentia actiua. Sicut potentia calefactiua refertur, ut ad propriū obiectum ad esse calefactibile. Esse autem diuinum, super quod ratio diuinæ potentię fundatur, est esse infinitum, non limitatū ad aliquod genus entis, sed pręhabens in se totius esse perfectionem. Vnde quicquid potest habere rationem entis, continetur sub possibilibus absolutis, respectu quorum Deus dicitur omnipotens. Nihil autem opponitur rationi entis, nisi non ens. Hoc igitur repugnat rationi possibilis ab soluti, quod subditur diuinæ omnipotentiæ, quod implicat in se esse & non esse simul. Hoc enim omnipotentiæ non subditur, non propter defectum diuinę potentiæ, sed quia non potest habere rationem factibilis, neque possibilis. Quæcūque igitur contradictionem non implicant sub illis possibilibus continentur, respectu quorum dicitur Deus omnipotens. Ea uerò, quæ contradictionem implicant, sub diuina omnipotentia non continentur quia non possunt habere possibilium rationem. Vnde conuenientius dicitur, quod ea non possunt fieri, quam quod Deus non possit facere. Neque hoc est contra uerbum Angeli dicentis, non erit impossibile apud Deum omne uerbum. Id enim quod contradictionem implicat uerbum esse non potest, quia nullus intellectus potest illud concipere.

Ad primum ergo dicendum, quod Deus dicitur omnipotens secundū potentiam actiuam, non secūdum potentiam passiuam, ut dictum est* unde quod non pōt moueri, & pati, non repugnat omnipotentiæ.

D.49.45. ar.1. huius q.& in illo

Ad secundum dicendum, quod peccare est deficere a perfecta actione, unde posse peccare est posse deficere in agendo, quod repugnat omnipotentię. Et propter hoc Deus peccare non potest, qui est omnipotens. Quamuis * Philosophus dicat in quarto, Topic. quod potest Deus & studiosus praua agere. Sed hoc intelligitur uel sub conditione, cuius antecedens, sit impossibile, ut puta si dicamus quod potest Deus praua agere si uelit. Nihil enim prohibet conditionalem esse ueram, cuius antecedens & consequens est impossibile. Sicut si dicatur, si homo est asinus habet quatuor pedes. Vel ut intelligat, quod Deus potest aliqua agere, quæ nunc praua uidentur, quæ tamen si ageret, bona essent. Vel loquitur secundum communem opinionem gentilium, qui homines dicebant transferri in Deos, ut Iouem, uel Mercurium.

ca.2.id innuit. to.1.

Ad tertium dicendum, quod Dei omnipotentia ostenditur maxime in parcendo, & miserando, quia per hoc ostenditur Deum habere summam potestatem, quod liberè peccata dimittit. Eius enim, qui superioris legi astringitur, non est liberè peccata condonare. Vel quia parcendo hominibus, & miserando perducit eos ad participationem infiniti boni, qui est ultimus effectus diuinæ uirtutis. Vel quia (ut supra dictum * est) effectus diuinæ misericordiæ est fundamentum omnium diuinorum operum, nihil enim debetur alicui nisi propter id, quod est datum ei a Deo non debitum. In hoc autem maxime diuina omnipotentia manifestatur, quod ad ipsum pertinet prima institutio omnium bonorum.

q.21.art.3.

Ad quartum dicendum, quod possibile absolutum non dicitur neque secundum causas superiores, neque secundum causas inferiores, sed secundum seipsum. Possibile uerò, quod dicitur secundum aliquam potentiam nominatur possibile secundum proximam causam, unde ea, quæ immediatè nata sunt fieri a Deo solo, ut creare, iustificare, & huiusmodi, dicuntur possibilia secundum causam superiorem. Quę autem nata sunt fieri a causis inferioribus dicuntur possibilia secundum causas inferiores. Nam secundum conditionem causę proximæ, effectus habet contingentiam, uel necessitatem, ut supra dictum * est. In hoc autem reputatur stulta mundi sapientia, quia ea, quæ sunt impossibilia naturæ, etiam Deo impossibilia iudicabat, & sic patet, quod omnipotentia Dei impossibilitatem, & necessitatem a rebus non excludit.

D.324. q.14.a.13.

ARTI-

APPENDIX.

Vtil. pro S. Eccl.

Hinc habes, quomodo ex ratione reprobes hæresim Bezanitarum blasphemantium, quod Deus non sit omnipotens, & Rabbi Moysis [Direct. Inquisit. 1. par. quæst. quarta,] ignorantissime dicentis, Deo aliqua esse impossibilia, ut quod accidés sit sine subiecto. Secundo habes, quomodo per rationem ostendas, hanc rite damnari in Gen. 17. Ego Deus omnipotens, & in symbolo fidei Credo in Deum omnipotentem, & in de sum. tri. & fi. cath. firmiter credimus & c. quod Deus est omnipotés. Matt. 19. omnia Deo possibilia sunt. Tertio vides, quomodo ex his uicissim firmetur conclusio.

Comm. Cardinalis Caietani.

IN titulo ly omnipotens, dupliciter distribui potest scilicet pro omnipotentia, & pro omni possibili, non quæritur hic, utrum sit omnipotens, idest habeat omnem potétiam. Quoniam iam in 2. art. determinatum est, quod in Deo nulla est potentia passiua, sed quæritur utrum sit omnipotens, idest, possit omnia.

¶ In corpore duo principaliter facit. Primo q̃d hic certũ, & ambiguũ sit dicit. Secundo ambiguitatem soluit, ibi. Sed si quis & c.

¶ Quoad primũ duo dicit, primo ꝙ pars affirmatiua q̃onis est ab oĩb. cõfessa. Scd̃o ꝙ diffinitio oĩpotentiæ, q̃ dèret esse propriũ mediũ ad inferendam confessam conclusioné difficilis est, quia dubitatur pro quib. distribuit ly oĩa, cum dicitur Deũ posse omnia.

¶ Quo ad s̃m tria dicit, primum ꝙ ly oĩa, distribuit possibile absolute. Scd̃o, quòd ly possibile absolute denominat quicquid hét rationem entis, actu, uel potentia. ibi. Est aũt considerandum. Tertio excludit ab hmõi distributione, & denominatione sola implicantia contradictionem, ibi. Nihil autem opponitur, & c.

¶ Primũ horum. s. ly oĩa, distribuit possibile absolute, probatur distinguendo possibile dupliciter. s. s̃m aliquam potentiam, uel absolute, ex 5. Meta. Et destruendo ꝙ non põt intelligi de possibili primo modo, quia nec respectu potentiæ creatæ, q̃ diuina poté tia excederet datum obiectum, nec respectu potentiæ increatæ, q̃ esset circulus in hmõi explanatione, & infert per locum a diuisione, ꝙ intelligitur de possibili secundo modo, explanans quid significat hmõi possibile. quod. s. consistit in habitudine terminorum, & c. Secundum aũt. s. quod possibile absolute denominat q̃cquid põt esse probatur sic. Oẽ agẽs agit sibi simile, ergo unicuiq; potentię actiuæ respondet, ut proprium obiectum possibile s̃m illum actum, qui est ratio agendi, ergo potentiæ actiuæ Dei, respõdet possibile secundum rationem entis. prima consequentia manifestatur in potentia calefactiua, & eius obiectio, secunda autem probatur, quia esse Dei quod est ei ratio agendi, est esse præhabens quidem in se totius esse perfectionem, non tamen esse tale uel tale secundum quodcunque genus. Tertium uero prædictorum duo claudit, primum est, omnia quæ contradictionem non implicant, clauduntur sub omnipotentia, secundum est, omnia quæ contradictionem implicant, non clauduntur sub omnipotentia. Et primo probatur utrunque simul sic. Nihil opponitur rationi entis nisi non ens, ergo nihil repugnat possibili absolute, nisi implicans in se esse & non esse simul, ergo sola implicantia contradictionem non habent rationem possibilium, ergo ea, quæ implicant, non clauduntur, & ea, quæ non implicant, claudũtur sub omnipotentia. Deinde docet modum loquendi honestum in exclusis ab omnipotentia, & demum ostendit hanc exclusionem non esse contra Angelicam authoritatem, ut clare patet in litera.

¶ Circa prædictam assignationem obiecti diuinæ potentiæ, dubium occurrit. Quia si omne possibile absolute, omneque ens ac non implicans contradictionem sub omnipotentia clauditur, Deus ipse continebitur sub sua omnipotentia, quoniam Deum esse, de numero horum est, ut patet.

¶ Ad hoc & similia dicendum est quod cum sermo præsens sit de omnipotentia factiua, cum dicimus omne possibile, oẽ ens, oẽ non implicans contradictionem, semper sub intelligitur causabile effectiuè, sic enim excluduntur & diuina & peccata & quæcunque sunt potentiarum passiuarum, & imperfectarum ut sic.

¶ Circa probationem secundi, dubium occurrit quoniam non videtur sufficienter inferre intentum. Ex hoc enim quod potentia actiua Dei fundatur super esse infinito & uniuersaliter perfecto, debuisset inferri, ergo obiectum potentię actiuæ Dei est possibile esse infinite & uniuersaliter perfecte, sicut de potentia calefactiua infertur, quod est calefactibile, q̃d in litera non fit, sed infertur, ergo obiectum eius est possibile esse absque alia probatione.

¶ Ad hoc dicitur, quod ut ex præcedenti patet articulo, hæc est differentia inter causam uniuocam, & æquiuocam, quod causæ uniuocæ respondet aliquod adæquatum obiectũ in effectu, æquiuocæ uero non. Et propterea cum esse Dei duas habeat conditiones ad propositum, s. eleuationem supra genera & uniuersalitaté perfectionis, nec possit fingi aliquod causabile cum his conditionibus in singulari, consequens est ut sumatur in uniuersali. Tale autem est esse quoniam ad nullum determinatum est genus, & ad omnes se perfectionum modos extendit, & propterea satis subtiliter in litera proportionale obiectum, sicut potentiis uniuocis assignatum est quicquid potest entis rationem habere.

¶ Circa probationem tertii dicti, dubium occurrit, quoniã prætermissum uidetur non ens. Ex eo namque quod nihil opponitur enti nisi non ens inferendum erat, ergo non ens opponitur possibili absolute, quia opponitur enti, & non debebat tantum inferri, ergo quæcunque implicant simul ens & non ens repugnant possibili. Nec potest ad hoc dici, quod implicite utrumque illatum est q̃n (ut patet in litera) illatum est, quod sola implicantia contradictionem repugnant possibili. Constat. n. quod non entia absq; implicatione contradictionis inueniuntur. Vnde ambiguitas relinquitur q̃uo eo prætermisso saltatũ sit ad ens & non ens simul.

¶ Ad hoc dicitur, quod ut patet. 5. Metap & 2. Phy. Eadem est actiua causa obiecti & sui oppositi, diuersimode tamen, quia faciendo, causat obiectum proprium, non faciendo autem oppositũ ut patet de nauta ibidem. Et sic in dubio non erat, non ens cadere sub actiua potentia Dei, cuius proprium obiectum assignatum est ens, oportet. n. illam faciendo ens, non faciendo non ens respicere, & cum multa non entia absq; implicatione contradictionis sint non entia ut patet in materia contingente, consequens est q̃d non ens prætermissum non fuit, sed clauditur sub non implicantib. contra dictionem. Propter quod saltus nullus in litera factus est, sed ex eo quod solum non ens opponitur enti, & constat quod non opponitur ei diuisum, sed coniunctum in eodem, de eodem ad idem & c. optime illatum est, ergo continens ens & non ens simul solum repugnat possibili. Et non debuit, nec potuit inferri. ergo non ens repugnat possibili, quia nec repugnat enti, nisi cũ illis conditionib. constituentib. contradictionem ut de se patet.

¶ Circa hanc positionem aduerte, quod præsenti proposito sufficit, quod quicquid implicat contradictionem inquantum huiusmodi excludatur ab omnipotentia, nec hoc uertendum est in dubium. Vtrum autem hoc uel illud implicet contradictionem alterius negotii est. Et similiter, utrum uno uel plurib. modis contingat implicari contradictionem nihil refert. Omnia enim quæ secundum se implicant contradictionem, uere impossibilia sunt ut fiant etiam a Deo. Et per hoc patet responsio ad argumenta Aureoli apud Capreolum in 1. dis. 42. q. prima.

¶ In responsione ad quartum aduerte, quod per sapientiam huius mundi non intelligimus Philosophiam secundum se, q̃ illa non iudicat falsum, sed intelligitur Philoso. secundum quod utuntur ea homines huius mundi ex quorum defectiuo lumine temerarium prodit iudicium quo impossibilia causis secundis impossibilia absolute iudicata sunt, ut incarnatio Dei, & c.

Ferr. 2. cont. c. 25. Bannes eod. loc.

SVP. Q. XXV. ART. IIII.

153 22. q. 152. a. 3. ad 2. & 1. d. 42 q. 2. a. 2. & 2. cõtr. c. 25. & po. q. 1. a. 3. & 5. quo. q. 2. ar. 1.

COncl. Præterita non fuisse, non subiacet diuinæ potentiæ.

¶ Prob. Quia præterita non fuisse, implicat contradictionem [Hiero. Aug. Philophus.]

¶ Corol. Ex hoc ergo, quod non potest a Deo fieri præterita non fuisse, nullo modo infirmatur omnipotentia diuina, quoniam implicantia contradictionem non cadunt sub obiecto omni potentiæ diuinæ, sicut nec oculi aquillini minus acuti dicuntur ex hoc, quod non percipiunt sonum, aut odorem, qui tamen tales verè

Non posse quando in ferat, uel nõ inferat debilitaté potentia.

ARTICVLVS IIII.

Vtrum Deus possit facere quod præterita non fuerint.

AD QVARTVM sic proceditur. Videtur, ꝙ Deus possit facere ꝙ præterita nõ fuerint. Qd. n. est impossibile per se magis est impossibile, quam quod est impossibile per accidens. Sed Deus potest facere id quod est impossibile per se, ut, cæcum illuminare, uel mortuum resuscitare, ergo multo magis potest Deus facere illud, quod est impossibile per accidens. Sed præterita non fuisse est impossibile per accidens accidit enim Socratem non currere, esse impossibile ex hoc ꝙ præterit, ergo Deus põt facere quod præterita non fuerint.

¶ 2 Præt. Quicquid Deus facere potuit, potest, cum eius potentia non minuatur, sed Deus potuit facere

verè dicerentur, si colorem aliquem uidere non possent. Ratio. quia nec sonus nec odor cadunt sub obiecto uisus, & ideo si non uideantur non potest esse ex imperfectione uisionis, sed ex defectu obiecti. Detur obiectum oculo suum, tunc ex non uisione illius licebit inferre debilitatem potentiæ, aliter non. Sit enim quantumcunque uigorosa uisiua potentia, nunquam obiectum non suũ attinget quod uti que ex defectu obiecti contingeret, quia scilicet non sibi assignatur proprium, sed pro suo assignatur non suum. Ita in proposito. Detur aliquid non implicans cõtradictionem, tunc, si Deus non potest in illud, non est omnipotens. Detur implicans contradictionem, tunc, etiã quod Deus in illud non possit, nihil minus ex hoc est omnipotens, quam erat, sed totus defectus est ex parte obiecti, quia scilicet pro suo assignatur non suum. Hæc bene memora semper. Verumtamen diligentissime nota contra ignorantiam multorum, qui sibi nimiam fidentes contendunt sæpius, uel saltem aliquando, contradictionem terminorum ibi esse, ubi re uera non est. Vnde fit, ut multa dicant Deo impossibilia, quæ tamen in rei ueritate Deo possibilia sunt. Ne ergo quis sic de ipso per ignorantiam blaspheme loquatur, & ideo peccet. 1. 2. quæst. 76. articulo secundo, tertio, ponderet primo, illud Luc. 1. non est impossibile apud Deum omne uerbum, certificetur secundo secundum rectam rationem, quod illud sibi occurrens implicet reuera cõtradictionem, uideat tertio, ꝙ ita correcte, & reuerentur loquatur, ut omnis impossibilitas factionis intelligatur tunc ab omnib. esse (sicuti re uera est) ex parte rerum, quia. s. sunt infactibiles, nulla autem impotentia intelligatur unquã ex parte Dei. Puta dicẽdo. Deus quantum est ex sua omnipotentia, põt ista etiam facere, sed ista, quantum est ex sua ipsorum contradictione seu infactibilitate, nõ possunt ab eo fieri. Porrò, ne circa tales materias aliqñ in uerbis offendas, sit tibi ꝓ regula. B. Aug. limitata locutio, quę recitatur infra q. 41. ar. 6. ad secundum. Vide & ibi notition. cum corollar.

Ad Eustachiũ de custodia uirginitatis, aliquantulũ a princ. to. 1.

ar. præce. & q. 7. art. 2. ad 1.

lib. 26. contra Faustũ, c. 5. in princ. to. 6.

li. 6. Ethic. c. 2. in fine tom. 5. D. 495.

1^m^ de maiori. Impossibile per accidens, B. Secundum quod est impossibile per accidens, non secundum quod impossibile plusquam per se. §. Hoc est illud quod absolutam contradictionem implicat. Tunc &c. Nam licet præterita non fuisse sit &c. Vt in litera.

antequam Socrates curreret, qđ nõ curreret, ergo postquã cucurrit, põt Deus facere, quod non cucurrerit.

¶ 3 Pręt. Charitas est maior uirtus, quam uirginitas. Sed Deus potest reparare charitatem amissam, ergo, & uirginitatem, ergo potest facere, quod illa, quæ corrupta fuit non fuerit corrupta.

SED CONTRA, est, quod Hier.* dicit. Cum Deus omnia possit, non potest de corrupta facere incorruptam, ergo eadem ratione non potest facere de quocumque alio præterito quod non fuerit.

RESPON. Dicendum, quod sicut supra dictum * est, sub omnipotentia Dei non cadit aliquid quod contradictionem implicat. pręterita autem non fuisse, contradictionem implicat. Sicut enim contradictionem implicat dicere, qđ Socrates sedet & non sedet, ita quod sederit, & non sederit. Dicere autẽ quod sederit, est dicere, quod sit pręteritum, dicere aũt qđ non sederit, est dicere, quod non fuerit. Vnde pręterita nõ fuisse non subiacet diuinæ potentiæ. Et hoc est quod Aug.* dicit contra Faustum. Quisquis ita dicit. si Deus omnipotens est faciat, ut quæ facta sunt, facta non fuerint, non uidet hoc se dicere, si Deus omnipotens est, faciat ut ea, quę uera sunt, eo ipso, quod uera sunt, falsa sint. Et Philosophus dicit in * sexto Ethicorum, quod hoc solo priuatur Deus, ingenita d facere quæ sunt facta.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod licet præterita non fuisse sit impossibile per accidens, si consideretur id, quod est præteritum, i. cursus Socratis, tamen si consideretur præteritum sub ratione præteriti, ipsum non fuisse est impossibile nõ solum per se, sed absolutè contradictionem implicans, & sic est magis impossibile quam mortuum resurgere, quod non implicat contradictionem, quod dicitur impossibile secundum aliquam potentiam. s. naturalem. Talia enim impossibilia diuinæ potentiæ subduntur.

AD SECVNDVM dicendum, ꝙ sicut Deus quantũ est ad perfectionem diuinę potentiæ omnia potest sed quędam non subiacent eius potentiæ, quia deficiunt a ratione possibilium, ita si attendatur immutabilitas diuinę potẽtiæ, quicquid Deus potuit potest. Aliqua tamen olim habuerũt rationem possibilium dũ erant fienda, quæ iam deficiunt a ratione possibilium dum sunt facta. Et sic dicitur Deus ea nõ posse, quia ea non possunt fieri.

AD TERTIVM dicendum, quod omnem d corruptionem mẽtis & corporis Deus auferre potest a muliere corrupta, hoc tamen ab ea remoueri non d poterit, quod corrupta non fuerit, sicut etiam ab aliquo peccatore auferre non potest quod non peccauerit, & quod charitatem non amiserit.

ARTI-

2^m^ de maiori. Potest. B. Quantum est ex parte immutabilitatis diuinę potentiæ, non quantum est ex parte rerum. §. Tũc &c. Nam sicut Deus quantum &c. Vt in litera. Vide simile supra q. 14. ar. 15. tertium, & q. 24. ar. 3. cor.

3^m^ de 1. conclusione. Virginitatẽ B. Vt ipsa dicit integritatem mentis, & corporis, non ut stat sub contrario in rõne præteriti. §. Sic enim respicit sui amissionem uirginitas, non quomodocũque, sed in ratione contradictoria. Tunc &c. Primo nanque modo uirginitatem amissam reparare, non est facere, quod præterita non fuerint, ut patet. Omnem ergo corruptum, &c. ut in tex.

APPENDIX.

Ex articulo habes primo, quomodo ex ratione ostendas, plenum esse ignorantia er rorem illum Bezamitarum, quo dicũt, Deũ non esse omnipotentem, nisi ad omne facinus improbis se impulsorem & actorem præbuerit. Sicut enim hi. nõ intellexisse per hoc se monstrant quid est esse omnipotentem, qui ponerent uel Deũ, ex quo est omnipotẽs, posse facere preterita non fuisse. Vel Deum non esse omnipotentem nisi possit facere præterita non fuisse ita isti Bezanitæ, per hoc, quod dicunt, ut audisti, semetipsos declarant ignorare, quid sit omnipotentia. Mitto, quod utrique contradictoria ponunt. Quemadmodum enim implicat, præterita non fuisse, ita implicat contradictionem Deum esse Deum, & ipsum posse peccare. Natura siquidem bonitatis est Deus, & peccatum bonitas non est imò oppositum bonitati. Si ergo Deus posset peccare, seu præbere se adiutorem ad peccandum tunc Deus non esset Deus & per consequens non esset ipsa essentia bonitatis sic Deus esset Deus, & simul non esset Deus, esset ipsa essentia bonitatis, & simul non esset, quod procul dubio implicat contradictioné. Scđo uidere potes, qũo ex his firmetur cõclusio præsens.

Vtilitas ꝓ S. Eccl.

D. 499.

D. 3169.

Contradictoria dicit Deum posse peccare ponens.

Comm. Cardinalis Caietani.

IN titulo aduerte, quod præteritum sumitur dupliciter, s. formaliter, & denominatiue, idest pro ipsa pręteritione, & pro re quę pręterijt, in proposito, quamuis utroque modo sumi possit, directe tamen & per se primo sumitur, pro re, quæ præterijt. Ita quod sensus quæstionis est, an Deus possit expoliare rem, quæ præterijt a præteritione, hoc enim est facere eam non fuisse, sicut quærimus, an Deus possit expoliare substantiam a quantitate, & facere hoc, esset facere substantiam, quæ est quanta, non quantam.

¶ In corpore unica est conclusio responsiua quæsito negatiuè, Præterita non fuisse non subiacet diuinæ potentię. Probatur primo ratione. Sub omnipotentia Dei non cadit implicans contradictionem præterita non fuisse implicat contradictionem, ergo. Probatur minor dicere, quod fortes sederit, & non sederit implicat, sicut quod sedet & non sedet, sed hoc est dicere, pręteritum non fuisse ergo. Deinde confirmatur authoritate Aug. & Arist.

Aduerte hic, quod præteritum significatur in actu signato per ly præteritum, & in actu exercito per uerba præteriti temporis, ut fuit, cucurrit, sedit &c. & propterea in litera per actum exercitum declaratur actus signatus. Et si diligenter perspecta fuerit hac ratio, cessant omnia argumenta ex Grego. allata apud Capre. 42. dist. 1. Ex hac enim liquet ratio, quare Deus non potest expoliare Adam a præteritione, hoc .n. esset expoliare ipsum a fuisse. Et cum alterum cõtradictoriorum oporteat de quocumque semper uerificari, si Adam expoliaretur nunc a fuisse, uerificaretur de ipso non fuisse, & sic fuisset & non fuisset, fuisset quidem quia ex quo semel uestitus est fuisse, uere fuit, non fuisset autem quia

quia ex positione esset ipso fuisse, & sic duo contradictoria essent simul vera, quod non est intelligibile. Ex hoc etiam patet, q nihil officit proposito quod fuisse acciderit Adæ, sicut esse & fore, non enim magis contra dicunt, sortes est homo & non est homo, quam sortes currit, & non currit, & qui curret, & non curret, ret, & quam cucurrit & non cucurrit. Nihil enim refert ad contradictioné materia necessaria, uel contingens. Et propterea in responsione ad primum utrunque tangitur, scilicet accidétalitas & impossibilitas absoluta concomitans implicationem contradictionis.

ARTICVLVS V.

Vtrum Deus possit facere quæ non facit.

AD QVINTVM sic proceditur. Videtur quòd Deus non possit facere nisi ea, quæ facit, Deus.n. non potest facere, quę non præsciuit & prçordinauit se facturum, sed non prçsciuit, neque præordinauit se facturum, nisi ea, quæ facit. Ergo non potest facere nisi ea, quę facit.

¶ 2 Præter. Deus non potest facere nisi quod debet, & quod iustum est fieri: sed Deus nō debet facere, quæ non facit, nec iustum est ut faciat quę nō facit. Ergo Deus non potest facere nisi quę facit.

¶ 3 Præter. Deus non potest facere nisi quod bonum est, & conueniēs rebus factis, sed rebus factis a Deo non est bonum, nec conueniens aliter esse quam sint. Ergo Deus non potest facere nisi quę facit.

SED CONTRA est, quod dicitur Matth. 26. An non possum rogare patrem meum, & exhibebit mihi modo plusquam duodecim legiones Angelorum? Neque autem ipse rogabat, neque pater exhibebat ad repugnádum Iudæis. ergo Deus potest facere quod non facit.

RESP. Dicendū, quòd circa hoc quidam dupliciter errauerunt. Quidam enim posuerunt Deum agere quasi ex necessitate naturæ, vt sicut ex actione rerum naturalium non possunt alia prouenire, nisi quę eueniunt, vt pote ex semine hominis homo, ex semine oliuę oliua, ita ex operatione diuina non possint aliæ res, vel alius ordo rerum effluere nisi sicut nunc est. Sed supra * ostendimus, Deum non agere quasi ex necessitate naturæ, sed voluntatem eius esse omnium rerum causam, neque & ipsam uoluntatem naturaliter, & ex necessitate determinari ad has res. Vnde nullo modo iste cursus rerum sic ex necessitate a Deo prouenit, quod alia prouenire non possent. Alii vero dixerunt quòd potentia diuina determinatur ad hunc cursum rerum propter ordinem sapientiæ, & iustitiæ diuinæ, sine quo, Deus nihil operatur. Cum autem potētia Dei, (quę est eius essentia,) nō sit aliud quam Dei sapientia conuenienter quidem dici potest quòd nihil sit in Dei potentia quod non sit in ordine diuinæ sapientiæ, nam diuina sapientia totum posse potentię comprehendit. Sed tamen ordo a diuina sapientia rebus inditus (in quo ratio iustitiæ consistit, vt supra dictum * est) non adæquat diuinam sapientiam, sic, ut diuina sapientia limitetur ad hunc ordinem. Manifestum est autem, quod tota ratio ordinis, quam sapiens rebus a se factis imponit, a fine sumitur. Quando igitur finis est proportionatus rebus propter finem factis, sapientia facientis limitatur ad aliquem determinatum ordinem. sed diuina bonitas est finis improportionabiliter excedens res creatas. Vnde diuina sapientia non determinatur ad aliquem ordinem rerū, vt non possit alius cursus rerum effluere. vnde dicendum est simpliciter, quod Deus potest alia facere, quam quæ facit.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd in nobis, in quibus est aliud potentia & essentia, a uoluntate & intellectu & iterum intellectus aliud a sapientia, & uoluntas aliud a iustitia, potest esse aliquid in potentia, quod non potest esse in voluntate iusta, vel in intellectu sapiente, seu in Deo est idem potentia, & essentia, voluntas & intellectus, & sapientia, & iustitia. Vnde nihil potest esse in potentia diuina, quod non possit esse in uoluntate iusta ipsius, & intellectu sapiente eius. Tunc, quia uoluntas non determinatur ex necessitate ad hæc vel illa, nisi forte ex suppositione, vt supra dictum * est. neque sapientia Dei iustitia determinatur ad hunc ordinem (ut supra dictum est *) nihil prohibet esse aliquid in potentia diuina, quod non vult & qd nō continetur sub ordine quem statuit rebus. Et qa potentia intelligitur vt exequens, voluntas autem ut imperans, & intellectus & sapientia ut dirigens, quod attribuitur potentiæ secundum se consideratę, dicitur Deus posse secundum potentiam absolutam. & huiusmodi est omne illud, in quo potest saluari ratio entis, ut supra dictum est. * Quod autem attribuitur potentiæ diuinæ secundum quod exequitur imperium uoluntatis iustæ. hoc dicitur Deus posse facere de potentia ordinata. Secundum hoc ergo dicendum est, quod Deus potest alia facere de potentia absoluta, quam quæ prçsciuit, & præordinauit se facturum, non tamen potest esse quod aliqua faciat, quæ non præsciuerit, & præordinauerit se facturum, quia ipsum facere subiacet præscientiæ & præordinationi, nō autem ipsum posse, q est naturale. Ideo.n. Deus aliquid facit quia vult, non tamen ideo potest quia vult, sed quia talis est in sui natura.

AD SECVNDVM dicendum, q Deus non debet aliqd alicui nisi sibi. Vnde cum dicitur, quod Deus non potest facere nisi quod dēt, nihil aliud significatur nisi quod Deus non potest facere nisi quod ei est conueniens, & iustum. Sed hoc quod dico conueniens & iustum, potest intelligi dupliciter. Vno modo sic, quod hoc quòd dico conueniēs & iustum, prius intelligatur coniungi cum hoc verbo est, ita quod restringatur ad standum pręsentibus & sic referatur ad potētiam, & sic falsum est quod dicitur, est enim sensus, Deus non potest facere nisi quod modo conueniēs est & iustum. Si vero prius coniungatur cum hoc uerbo, potest (quod habet uim ampliandi) & postmodum cum hoc verbo, est, significabitur quoddam præsens & confusum, & erit locutio uera sub hoc sensu, Deus non potest, nisi

Ferr.1.cont.c.23.

SVP. Q. XXV.

ART. V.

154
1.d. 43. q. 2. Et 2. cō. c. 23. usq; 30. Et li. 3. c. 98. & 5. Et po. q. 1. a. 5.

CONCL. Dicendum est simpliciter, quod Deus potest alia facere, quam quæ facit.

¶PROB. Quia fatendum est simpliciter, q diuina sapientia non limitatur ad aliquem ordinem rerum ita, ut non possit alium cursū rerum instituere [cum finis, quem ipsa sapientia ordinem statuēdo inspicit, improportionabiliter excedat omnes res creatas,] & q potentia Dei in operando concomitatur sapientiam Dei ordinantem.

¶COL. Si sapientia ergo Dei limitaretur ad hunc rerum ordinem, & potentia limitaretur.

¶NOT. Contra iudiciorum Dei nimium scrutatores, blasphemos, huiusmodique insensatos, aduerte pro semper illud in textu, quod. s. Deus sine ordine sapientiæ suæ atque iustitiæ nihil operatur, immo plus expresè dicito, q Deus sine ordine illarum nihil vnquam potest operari, quoniam potentia Dei, est idem cum illis. Pro quo vide etiā responsionem ad primum.

1^m de maiori.

Q.19.ar.3

Non potest facere. R. De potentia ordinata, non, de potentia absoluta §. idest non faciet vnquam, licet possit ex natura sua facere. Tūc &c. Nam conclusio loquitur de potētia Dei simpliciter, idest quatenus potentia, hoc est de potentia Dei absoluta.

2^m de miaori.

Nisi quod debet, & qd iustum est fieri. R. idest. Nisi id quod, si faceret, esset conueniēs, & iustum, non autem. Nisi id quod nunc est conueniens, & iustum §. Tunc, &cet. Nam Deus de potentia absoluta potest facere, quod non conuenit secundo modo, licet nō possit facere quod nō conuenit primo modo, ut patet. Pro litera vlterius nota, quod scds. sensū qui exploditur, uult ad talé ordinem præsentem rerum limitare & sapientiam & iustitiam & potentiam Dei, primus autem, qui acceptatur, illa illimitata relinquit.

Tertium

Q.21.a.2.

Q.19.a.3. In cor.art. D.501.

Art.3.huius q.

3m de maiori. Nisi quod bonum est, & conueniens rebus. R. idest nisi id, quod, si faceret, esset bonum & conueniens rebus non autem, Nisi id quod nunc factis rebus est bonum & conueniens §. Tunc &c. Nam licet ille cursus rerum sit determinatus &c. Vt in litera. Vide etiam ad secundum & proportionaliter huc applica, quæ ibi dicuntur.

nisi id quod si faceret, esset conueniens & iustum.

Ad tertium dicendum, quod licet iste cursus rerum sit determinatus istis rebus, quæ nunc sunt, non tamen ad hunc cursum limitatur diuina sapientia, & potestas. Vnde licet istis rebus, quæ nunc fiunt, nullus alius cursus esset bonus & conueniens, tamen Deus posset alias res facere, & alium eis imponere ordinem.

APPENDIX.

V. il. p S. Ecl.

Ex articulo habes primo, quomodo ex ratione reijcias hæresim Petri Abailardi, [Alfonso Castr. adu. hær. Deus. quarto] dicentem, quod Deus non potest facere nisi ea, quæ facit. Secundo habes: quomodo ex eadem ratione 2 ostendas, hanc iuste damnari Matth. 26. An non possum rogare patrem meũ & exhibebit mihi modo plusquam 12. Legiones angelorum? Nec tamen ipse Christus hoc patrem rogabat, nec pater eas legiones ad eximẽdo Christũ a Iudæis exhibebat. Itẽ Matth. 19. omnia apud Deũ possibilia sunt. Quę s. nõ implicat contradictionẽ: cuiusmodi est, quod Deus possit facere, quæ non facit. Tertio vides: 3 quomodo ex his vicissim firmetur conclusio.

Comm. Cardinalis Caietani.

Titulus clarus est.

¶ In corpore tria facit. Primo tractat quandam opinionem secundo tractat aliam. Tertiò respondet quæsito.

¶ Quo ad primum, opinio quædam erronea, tenet partem negatiuam, quia tenet Deum agere ex necessitate naturæ, & declaratur ex actione naturalium proportionaliter, & tandem reprehenditur, quia falso innititur fundamento, vt patet ex dictis in q. 19. vbi vterque modus naturalis necessitatis, scilicet spectans ad naturam, & spectans ad voluntatem, a diuina actione remotus est.

¶ Quo ad secundum, tria ordinate facit. Primò ponit ipsam opinionem tenentem quoque partem negatiuam: sed alia ratione, quæ est talis. Deus nihil potest operari absque ordine sapientiæ & iustitię suæ, ordo autem sapientiæ & iustitiæ suæ non extẽdit se ultra ea, quæ quandoque fiunt. ergo. Secundo examinatur hæc ratio quo ad primam propositionem, approbando eam, quia diuina potentia ęqualis est suæ sapientiæ, & econuerso, propter identitatem mutuam. Tertio examinatur & reprehenditur quo ad secundam propositionem probando suam contradictoriam, scilicet: Diuina sapientia non arctatur ad ordinem stabilitum qui nunc est, tali ratione. Tota ratio ordinis, quam sapiens rebus a se factis imponit, sumitur a fine. ergo a fine proportionato rebus propter finem sapientia facientis limitatur ad certum ordinem, & a fine improportionabiliter excedente non limitatur, ergo diuina sapientia non determinatur ad aliquem rerum ordinem sic, vt non possit alius effluere. Antecedens patet cum prima cõsequentia. cuius consequentis secundam partem opposui, quoniam implicite tantum in littera habetur, & tamen ex illa pendet vis rationis. Constat autem eam subintelligendam fuisse ex posterioristica regula. Si affirmatio est causa affirmationis &c. si enim commensuratio finis ratio est limitationis ad certum ordinem, quia tota ratio ordinis est a fine, oportet quòd in commensuratione finis per excessum sit ratio nõ limitationis ex eadẽ causa. secunda vero consequentia probatur, quia diuina bonitas quę finis est omnium improportionabiliter excedit omnem stabilitum ordinem rerum.

¶ Quoad tertium conclusio responsiua quęsito est. Deus põt alia facere quam quæ facit. Nec aliter hæc conclusio probatur, quia examinando propositas opiniones, exclusæ sunt omnes causæ restrictiuæ diuinæ potentiæ ad ea quæ fecit cum enim obiectum eius, vt dictum est, sit possibile absolute, si restringeretur ad possibile quod facit, aut hoc esset ratione naturæ agentis, aut ratione quasi potẽtiarum, aut ratione quasi habituum, cum in Deo non cadant impedimenta & indispositiones, &c. Hæc autem omnia sunt exclusa in litera. in prima quidem opinione, natura & uoluntas, ac per hoc intellectus implicite. in secunda uero habitus, scilicet sapientia & iustitia. Vnde omnibus restrictiuis exclusis, restat ambitus diuinæ potentiæ in sua latitudine ad possibile absolute. 3

S. Bon. 1. 5. d. 44. q. 1. ar. 1.
Scot. 1. 5. d. 44. q. 1.
Riccar. 1. 5. d. 44. q. 1.
Bannes eodem loco.
Alb. Mag. 1. distin. 44. art. 2.
Pe. d. Pa. 1. 5. di. 44. q. 1.
Duran. 1. 5. d. 44. q. 1.
Aegi. 1. 5. d. 42. q. 1. prim
Cap. 1. d 44. q. 1. con. 5. 5. & 6. 7. & 8.

155
1. d. 44. a. 1. 2. & 3. & 3. d. 13. ar. 1. q. 2. ad 2. & 3. Et p. q. 3. ar. 16. ad 17.

ARTICVLVS VI.

Vtrum Deus possit meliora facere ea, quæ facit.

AD SEXTVM sic proceditur. Videtur quòd Deus nõ possit meliora facere ea, quã facit. Quicquid enim Deus facit, potentissime & sapientissimè facit: sed tanto fit aliquid melius, quanto fit potentius & sapientius. Ergo Deus non potest aliquid facere melius quam facit.

Li. 3. cõtra Maximin. c. 7. ad fin. to. 6.

¶ 2 Pręt. Augu. * contra Maximinum sic argumentatur, Si Deus potuit & noluit gignere filium sibi æqualem, inuidus: fuit eadem ratione, si Deus potuit res meliores facere quam fecerit, & noluit, inuidus fuit. Sed inuidia est omnino relegata a Deo. ergo Deus vnumquodque fecit optimum. non ergo Deus potest aliquid facere melius quam fecit.

Ench. c. 10. tom. 3.

¶ 3 Præt. * id quod est maxime & valde bonum, nõ potest melius fieri. quia maximo. nihil est maius. Sed sicut Aug. dicit in * Ench. bona sunt singula, quæ Deus fecit, sed simul vniuersa valde bona, quia ex omnibus consistit uniuersitatis admirabilis pulchritudo. Ergo bonum vniuersi non potest melius fieri a Deo.

¶ 4 Præt. Homo Christus est plenus gratia & veritate, & Spiritum habet non ad mensuram. & sic non potest esse melior. Beatitudo etiam creata dicitur esse summum bonũ, & sic non potest esse melius. Beata etiam uirgo Maria, est super omnes choros Angelorum exaltata, & sic non potest esse melior. non igitur omnia quæ fecit Deus potest facere meliora.

SED CONRA est, quod dicitur ad Ephe. 3. quod Deus potest omnia facere abundantius quam petimus, aut intelligimus.

RESP. dicendum, quod bonitas alicuius rei est duplex. Vna quidem, quæ est de essentia rei, sicut esse rationale est de essentia hominis, & quantum ad hoc bonum, Deus non potest facere aliquam rem meliorem, quam ipsa sit (licet possit facere aliquam alia ea meliorem) sicut etiam non potest facere quaternarium maiorem quia si esset maior, iam non esset quaternarius, sed alius numerus. sic. n. se habet additio differentiæ substantialis in diffinitionibus, sicut additio unitatis in numeris, ut dicitur. 8. Metaphy. Alia bonitas est, quę est extra essentiam rei. sicut bonum hominis est esse uirtuosum uel sapientem, & secundum tale bonum potest Deus res a se factas facere meliores. Simpliciter autem loquendo qualibet re a se facta potest

li. 8. Metaph. tex. 10. t. 3.

SVPER Q. XXV. ART. VI.

CONCL. 1. Quantum ad bonum, quod, est de essentia rei, Deus non potest facere aliquam rem meliorem, quam ipsa sit.

¶ PROB. Quia non potest facere quaternarium maiorem [implicat enim contradictionem,] & additio differentiæ substantialis in diffinitionibus rerum est, sicut additio unitatis in numeris.

¶ CONCL. 2. Quantum ad bonum, quod est extra essentiam rei, Deus potest, res a se factas facere meliores.

¶ PROB. Quia de se patet [ut de Apostolis &c.]

¶ CONCL. 3. Simpliciter loquendo, qualibet re a se * facta potest Deus facere aliam meliorem.

¶ PROB. Quia hoc de se patet ex pręcedẽti quinto articulo [cum ibi determinetur, quod potentia Dei, est maior, quam sit cursus rerum.]

Primum

1^m de maiori. Potentissime,& sapientissime. R. Vt dicunt modum ex parte facientis, non, ex parte rerum factarum §. Tunc &c. Nam conclusiones loquuntur de melioritate ex parte factorum, non ex parte Dei facientis, vt patet.

2^m de maiori. Eadem ratione si Deus &c. R. Si de ratione rerum fuisset, quod fuissent meliores, non aliter §. Tunc &c. Nam de ratione filij, quāuis sit, quod æquetur patri, non est tamen de ratione creaturæ alicuius, ꝙ vt melior, quam a Deo facta est.

D.502. D.115. 202. D.294.

3^m de maiori. Maxime. R. Absolute non, ex suppositione §. Tunc &c. Nam vniversum est maxime bonum suppositis rebus nunc existentibus, non aliter, & sic maximo potest fieri aliquod maius, licet non maximo absolute. Dicta in textu applica. etiam ad tertium articuli quinti.

In corp. ar.

4^m conclusione. Meliora. R. Ex illa parte, qua habent dignitatem infinitam ex Deo non aliter §. Tunc &cet. Nam conclusio dicens, quod Deus eandem rem, uel aliam potest facere meliorem non sumit rem ex illa parte, qua habet dignitatem infinitam, sed sicut dictum est.

test. d Deus facere aliam meliorem.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod cum dicitur Deum posse aliquid facere melius quam facit, si ly melius sit nomen, verum est, qualibet enim re, potest facere aliam meliorē. Eandem vero potest facere meliorem quodammodo, & quodammodo non, sicut * dictum est. Si verò ly melius sit aduerbium, & importet modum ex parte facientis, sic Deus non potest facere melius quam sicut facit, quia non potest facere ex maiori sapientia, & bonitate. Si autem importet modū ex parte facti, sic potest facere melius, quia potest dare rebus a se factis meliorem modū essendi quantum ad accidentalia, licet nō quantum ad essentialia.

AD SECVNDVM dicēdum, quod de ratione filij est quod æquetur patri, cum ad perfectum venerit, non est autem de ratione creaturę alicuius, quod sit melior quam a Deo facta est. Vnde non est similis ratio.

AD TERTIVM dicendum, quod vniuersum (suppositis istis rebus) non potest esse melius propter decentissimum ordinem his rebus attributum a Deo, in quo bonum vniuersi consistit. Quorum si vnum aliquod esset melius, corrumperetur proportio ordinis. Sicut si vna chorda plus debito intenderetur, corrumperetur cytharę melodia. Posset tamen Deus alias res facere, vel alias addere istis rebus factis, & sic esset illud vniuersum melius.

AD QVARTVM dicendum, ꝙ humanitas Christi ex hoc, quod est vnita Deo, & beatitudo creata ex hoc quod est fruitio Dei, & beata virgo ex hoc, ꝙ est mater Dei, habent quandam dignitatem infinitā ex bono infinito, quod est Deus, & ex hac parte non potest aliquid fieri melius eis, sicut non potest aliquid melius esse Deo.

A P-

APPENDIX.

Hinc habes, quomodo ex ratione confundas hæresim Petri Abailardi [Alfon. Cast. adu. hær. Deus. 4.] blasphemantis, Deum non posse facere res aliter, quam facit. Hanc Vuicleff hæretico attribuit Pater Dominus. Bañes 1. q. 25. art. 6. tenuit (inquiens) ꝙ diuina potentia adæquatur his effectibus quos fecit, ita ut nec alios nec meliores posset facere. Petrus Abaylardus (subditis pater) sequutus est hunc errorem. Secūdo habes: quomodo ex eadem ratione, quæ (vt vidisti) ex articulis ꝓcedentibus pendet, ostendas, hanc iure esse damnatam in symbolo fidei. Credo in Deum omnipotētem. Si enim omnipotens: ergo eius potentia non adęquatur his effectibus ita, vt non possit, & alios & meliores efficere & eosdem secundum tamen, ꝙ non implicat contradictionem, vt in corpore dictum est. Dānatione quoque prædictæ hæresis vide ex Eph 3. Deus potens est omnia facere abundantius, quam petimus aut intelligimus. Vt patet in argumento sed contra. Tertio uides quomodo ex ijs doctrina hæc Angelica ni-cissim declaretur, atque confirmetur.

Vuil. p. S. Eccl. D.502. 1 3

Comm. Cardinalis Caietani.

IN titulo continentur duæ quæstiones, altera formaliter, s. vtrum Deus possit meliorare facta. altera virtualiter, s. vtrum Deus possit facere alia meliora factis. Clauditur enim hæc secunda in prima ratione primi facti quod est vniuersum quoniam meliora ratio vniuersi ex alijs rebus pendent, vt in responsione ad tertium dicitur.

¶ In corpore vtrique quęsito respondetur duabus distinctionibus & tribus conclusionibus. Prima distinctio explicata est de bonitate, s. substantiali uel accidentali. Secunda est implicite de re eadem, vel diuersa. Prima conclusio est res eadem non potest fieri melior substantialiter, & probatur quia differentia substantialis se habet ut unitas in numeris &c. Secunda est, res eadē potest fieri melior accidentaliter. Tertia est, Deus qualibet re a se facta, potest facere aliam meliorem. Nec aliter hic probantur hæ conclusiones, quoniam ex prædictis sequuntur. Si enim obiectū diuinę potētiæ est possibile absolute, & hęc sunt de numero possibilium, ꝙ ex eo percipi potest, ꝙ nulla apparet contradictio in his, consequens est, ꝙ hæc possit Deus facere.

¶ Circa tertiam conclusionem dubitatur ex Scoto, & ex Aureolo. Scotus siquidem implicite in tertio sententiarum. d. 13. q. 2. tenet oppositum tali ratione. Accepta aliqua determinata creatura ex parte inferiori quæ sit A, quæritur ascendendo, aut est status ad aliquam supremam, & habetur oppositum, aut non, sed potest procedi in infinitum, & tunc sic: Quanto aliqua creatura magis excedit A, tanto est perfectior, & per consequens creatura quæ in infinitum excedit, est in infinitum perfectior, & ita erit in se intensiue infinita, quod est impossibile. Aureolus vero apud Capreolum in 43. dist. primi, sex medijs contra hanc conclusionem inuenit valde, prolixis, quorum vim tantum afferam. Primò ergo arguit. Si procederetur in infinitum in perfectionibus speciebus, superior esset quoddam totale perfectionale respectu inferiori, & consequenter esset continens perfectiones omnium aliarum creaturarum, & consequenter infinitę perfectionis, quod est impossibile. Prima consequentia tenet, quia superior continet ꝑfectionem inferioris, & adhuc plus. Vltima autem tenet, quia huiusmodi perfectiones apud te sunt infinitæ. Secundo sic. Processus ad mensuram est finitus. ergo processus ad superius in speciebus perfectionibus est finitus consequentia patet ex 10. Met. Tertio sic. Vniuersitas specierum creabilium distat a diuina perfectione. sicut finitum ab infinito. ergo est finitæ perfectionis. ergo impossibile est in ipsa, in infinitum procedere ascendendo patet sequela, quia processus in infinitum secundum perfectionem excedit omnem finitem perfectionem. Quarto. Processus ad unitatem & totalitatem est finitus. ergo processus iste est finitus. probatur sequela, quia est ad unitatem, & totalitatē uniuersi. Quinto sic, id, in quod primo a Deo incipiendo descenditur, oportet dari. ergo non proceditur in infinitum ascendendo, consequentia nota, & antecedens probatur ex illa maxima Dion. Infima iungūtur supremis per media, ita quod supremum infimi, attingit infimum supremi, &c. Sexto sic. Deus & infima creatura sunt duo extrema, non distantia in infinitum per modum intercidentis medij, sed per infinitatem alterius extremi. ergo inter ea nō possunt esse infinita media.

¶ Ad euidentiam horum scito, ꝙ cum hic non sit sermo nisi de potentia Dei & possibili absolute, cum dicimus, quod quacunque creatura facta, potest fieri alia perfectior, non denotatur aliqua potentia in creatura ad aliam vlteriorem creaturam sicut in numeris accidit, sed denotatur inconsummabilitas possibilis absolute. Est enim infinitum sicut infinitum materiale, quod quocunque posito vel accepto semper restat aliud accipiendum. Denotatur quoque inexhauribilitas diuinæ potentiæ, quoniam est infinitę actualitatis simpliciter. ita quod nullo participato actu exhauritur, sed semper restat ulterior exhauriendus actus. vnde ad rationem Scoti facile respondetur concesso processu in infinitum, negando quod sequeretur aliqua creatura in infinitum excedens infimam, quoniam inter infimam, & quancunque aliam signabilem, semper est finita distantia, ut patet in numeris. Omnes enim hæ obiectiones adductę, aut multæ earum in hoc fallantur, quod non discernunt inter processum in infinitum, id est in aliquod unum numero infinitum, & inter processum in infinitum, id est nunquam in ultimum, sed semper in aliquod, sic ꝙ restet aliud ulterius. Et si bene aduertimus iuxta primum sensum, ly infinitum, est terminus ad quem processus, & habet uim nominis. in 2. autem habet uim aduerbii. & est modus ipsius processus. Nos enim utimur processu in infinitum iuxta secundum sensum, quoniam nominibus est utendum ut plures utuntur, & manifeste patet ex 3. Phy. sic accipi. Arguentes autem accipiunt impli-

implicitè uel explicitè procedi in infinitum iuxta primum sensum, quod nec somniauimus, nec ex processu in infinitum quem ponimus, sequitur.

¶ Ad primam autem Aureoli obiectionem dicitur quod ratio illa peccat tripliciter, primo in hoc, quod, modo diximus, Secundo, in hoc, quod male interpretatur illam propositionem, Perfectio superior includit inferiorem, & aliquid ultra, ista.n. non est vera de perfectionibus ultimarum differentiarum, in nulla siquidem intelligentia clauditur uirtualiter quicquid positiue perfectionis ponit ultima differentia bouis, hoc enim est Dei propriũ ut alibi uidendum est. Tertio in hoc, quòd non distinguit inter esse infinitæ perfectionis simpliciter, & esse infinitę perfectionis in genere. In quo etiam errauit tertia ratio, quoniam si tota uniuersitas creabilium esset, essent quidem infinitæ perfectiones specificæ, non tamen essent infinitum ens, quoniam singula, & omnia simul essent entia per participationem. Et similiter si essent aliqua una creatura æquiualens omnibus illis, non esset infinitæ perfectionis simpliciter, sed in genere Sicut si essent infinita animalia, aut unum animal eis æquiualens, non sequeretur nisi infinita perfectio in genere animalis. Et sic minima intelligentiarum cum sit altioris ordinis forma, esset perfectior omnibus eis, utpote sub genere animalis.

¶ Ad secundam obiectionem dicitur, quod peccat tripliciter. Primò, quia processus iste non est ad mensuram, cum non sit ad terminum aliquem. Secundò, quia non distinguit inter totalem processum, de quo tamen est tota quæstio. & singulos partiales processus, de quibus non est quæstio, quoniam constat quemlibet esse finitum & ad mensuram materialiter idest ad rem, quę si esset, esset mensura. Et hic est tertius error quod.s. non distinguit inter processum ad mensuram materia iter & in potentia, non naturali, sed logica, & diuina, & mẽsuram in actu, & ut sic. Tertia quoque ratio tripliciter errat. Primò, quia putat uniuersitatem creabilium plus posse actu accipi, quam uniuersitatem numerorum. Secundò in hoc, quod diximus, quod æquiuocat de infinita perfectione. Tertiò in hoc, quod non uidet, quod infra infinitum in genere, finitum autem simpliciter, potest in infinitum procedi simpliciter, quod est intentum. Quarta autem peccat, sicut secunda. Tum quia, processus iste totalis non est ad unitatem, & totalitatem uniuersi, quia nullum habet terminum ut tam dictum est. Tum quia singuli partiales processus sunt ad vnitatem & totalitatẽ vniuersi non nisi in potentia logica & diuina. Tum quia sũt ad huiusmodi vnitatem & totalitatem materialiter & non formaliter, non enim implicat contradictionem, q̃ fierent plures creaturæ absque aliquo vniuerso, per se ex eis resultante.

¶ Ad quintam aũt patet responsio, Quod illud dictum Dion. intelligitur de creaturis inter se, & non de cõnexione inter creaturam & Deum. Vnde non datur primum possibile descendẽdo a Deo, nec vltimum ascendendo ad eundem, & sic uana est q̃stio, Vtrum sit finitum uel infinitum. De facto aũt semper datur primum factum, quod est perfectionis finitæ. Sexta demũ obiectio, seipsam interimit, q̃m infinita distantia ex infinitate alterius extremi, infert necessario infinita intercidentia media, si nõ actu, tñ in potentia, vt manifeste patet in quantitate continua. Nõ enim potest intelligi quod inter lineam infinitam & lineam pedalem, non possint intercidere infinitę lineæ mediæ. s. bipedalis, tripedalis, & sic in infinitum. Vnde consequentia allata nihil ualet.

Ferr. 1. cont. c. 100. 101.

SVPER Q. XXVI.

ART. I.

CONCL. Beatitudo maxime Deo competit.

¶ PROB. Quia, & perfectum, & intelligentem, esse [Hęc duo includit nomen beatitudinis] conueniunt excellentissime Deo.

¶ COROL. Si quis ergo, puta religiosus, haberet omnia bona, non esset fœlix, nisi ueraciter cognosceret suã sufficientiam in bonis illis habitis. Nam ad esse beatum requiritur intelligentia habentis. Vnde erit, quis simul fœlix in hac uita, & miser, si multa bona habeat, & non sit intelligens modo dicto.

1m de maiori.

Aggregatione. ℞. Vel per modum compositionis accepta, vel per modum simplicitatis. §. Tunc &c. Nam licet bonorum aggregatio per modum compositionis non sit in Deo: tamen ibi est per modum simplicitatis.

2m de maiori.

Est. ℞. Per accidens, idest respectu eam acquirentis, non, per se idest respectu quorum cunque eam habentiũ §. Tunc &c. Habet.n. eam Deum sine acquisitione.

156 Infr. q. 62. ar. 4. co. Et 2. d. 1 q. 2. a. 1. ad 4. & d. 154. q. 3. a. 3. ad 1. Et 1. cõ. c. 100 & 101. Prof. 2. pa. rũ a princ. li. 1. Eth. c. 9. paulo a prin. to. 5.

QVAESTIO XXVI.

De Diuina beatitudine, in quatuor artitulos diuisa.

VLTIMO autẽ post cõsiderationẽ eorũ, quę ad diuinæ essentiæ vnitatem pertinent, considerandũ est de diuina beatitudine.

Et circa hoc quæruntur quatuor.

¶ Primò, Vtrum beatitudo Deo competat.

¶ Secundo, Secũdum quid dicitur Deus esse beatus. Vtrum secundum actum intellectus.

¶ Tertiò, Vtrũ sit essentialiter beatitudo cuius libet beati.

¶ Quartò, Vtrum in eius beatitudine omnis beatitudo includatur.

ARTICVLVS PRIMVS.

Vtrum beatitudo Deo competat.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur quòd beatitudo Deo non conueniat. Beatitudo enim secundum Boet.* in 4. de Conso. est status omnium bonorum aggregatione perfectus, sed aggregatio bonorum non habet locum in Deo, sicut nec compositio. Ergo Deo non conuenit beatitudo.

¶ 2 Præter. Beatitudo siue fœlicitas est prẽmium virtutis secundũ Philosoph. in* 1. Ethico. Sed Deo non conuenit præmium, sicut nec meritum. Ergo nec beatitudo.

SED CONTRA, est, quod dicit Apost. 1. ad Tim. vlt. Quem suis temporibus ostendet Deus beatus & solus potest Rex Regum, & Dominus Dominantium.

RESPON. Dicendum, quod beatitudo maxime Deo competit. Nihil enim aliud sub nomine beatitudinis intelligitur nisi bonum perfectum intellectualis naturæ, cuius est suam sufficientiam cognoscere in bono quod habet, & cui competit, vt ei contingat aliquid vel bene vel male, & sit suarum operationũ domina. Vtrunque autem istorum excellentissime Deo conuenit, scilicet perfectum esse, & intelligentẽ. Vnde beatitudo maximè conuenit Deo.

AD PRIMVM ergo dicendũ, quòd aggregatio bonorũ est in Deo non per modum compositionis, sed per modum simplicitatis, quia quę in creaturis multiplicia sunt, in Deo præexistunt simpliciter & unite, vt supra dictum est

AD SECVNDVM dicendum, q̃ est premium uirtutis accidit beatitudini uel fœlicitati, inquantum aliquis beatitudinem acquirit, sicut esse terminum generationis accidit enti, inquantum exit de potentia in actum. Sicut igitur Deus habet esse quamuis non generetur, ita habet beatitudinem quamuis non mereatur.

APPENDIX.

HInc habes, quomodo ex ratione ostendas, iure a sacris literis beatitudinem attribui Deo. 1. Tim. ult. Deus beatus, & solus potens. Ex ratione quoque habes intelligentiam hanc sanam, quod ly solus potest etiam referri ad ly beat*, ut dicatur, Deus solus, idest solum beatus. Solus enim ipse est naturaliter beatus, ut patet in ad secundũ alij uero per meritum bonarum operationum gratia formatum. Hęc naturalitas significata, est in conclusione, per ly maxime, ut dicatur beatitudo maxime, i. naturaliter competit Deo. Secundo uides. quomodo ex his firmetur uicissim conclusio.

Vtil. & S. Eccl.

a Q. 2. ar. 2. & q. 18. a. 4

ARTI-

Comm. Cardinalis Caietani.

TItulus clarus est.

¶ In corpore una est conclusio responsiua quæ suo affirmatiue. Beatitudo maxime conuenit Deo. Probatur. Beatitudo est bonum perfectum intellectualis naturæ. ergo maxime cõuenit Deo. Antecedens habet duas partes. s. quòd sit bonum perfectũ, & q̃ sit intellectualis naturæ, prima quasi per se nota relinquitur. Secunda autem probatur ratione conditionem intellectualis naturæ, s. cognitionis sufficientiæ capacitatis boni vel mali, & dominij operationum, & secunda quidem respondet bono prima perfecto. tertia autem vtrique, consequentia uerò probatur, quia vtraque pars antecedentis maxime inuenitur in Deo.

SVPER

SVP. Q. XXVI. ART. II.

CONCL. Attribuenda est Deo beatitudo secundum intellectum.

¶ PROB. Quia beatitudo est bonum perfectum intellectualis naturæ: & perfectissimum in natura intellectuali est intelligere.

¶ NOT. Ratio hæc concludit vniuersaliter q cuiusuis intellectualis naturæ creatæ beatitudo consistit in intelligendo, licet hoc maxime de creatore concludat, per cuius beatitudinis assimilationem alii beati sunt.

1^m conclusionis. Secundū essentiā. R. Nō, secundum rationē essentiæ §. Tunc, &c. Nam conclusio sic intelligitur, quod beatitudo cōuenit Deo secundum intellectum, i. secūdum rationem intellectus, licet secūdum essentiam ei conueniat.

2^m de conclusione. Dicitur. R. Consequentertnon, essentialiter §. Tunc

157 a.d.16.ar. 2.cor. Titulus huius libri est an oē qd est, bonum sit. circa fine illius.

lib.32.c.5. inter medium & fi.

E.22. de Ciui. Dei ca. 29.aliquātulū a principio. 5. ar. præc.

ARTICVLVS II.

Vtrum Deus dicatur beatus secundum intellectum.

AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur, q Deus non dicatur beatus secundum intellectū. Beatitudo enim, est summum bonum dicitur in Deo secundum essentiam, Et bonum respicit esse secundum essentiam secundum Boe. in lib. de hebdo. Ergo & beatitudo dicitur in Deo secundum essentiā, & non secundum intellectum.

¶ 2 Præt. Beatitudo habet rationē finis. Finis autem est obiectum voluntatis sicut & bonum. Ergo beatitudo dicitur in Deo secundum voluntatem, & non secundum intellectum.

SED CONTRA est, quod Gregor. dicit * 32. moralium, Ipse gloriosus est, qui dum seipso perfruitur, accedentis laudis indigens non est. Esse autem gloriosum significat esse beatum. Cum igitur Deo fruamur secundum intellectum, quia visio est tota merces (vt dicit * Augustinus) videtur, quod beatitudo dicatur in Deo secundum intellectum.

RESP. Dicendum, quod beatitudo (sicut dictum * est) significat bonum perfectum intellectualis naturę: Et inde est, quod sicut vnaquęque res appetit suam perfectionem, ita, & intellectualis natura naturaliter appetit esse beata. Id autē quod est perfectissimum in qualibet intellectuali natura, est intellectualis operatio secundū quam capit quodammodo omnia. Vnde cuiuslibet intellectualis naturæ creatæ beatitudo consistit d in intelligendo. In Deo autem non est aliud esse & intelligere secundum rem, sed tantū secundum intelligentiæ rationem. Attribuenda ergo est Deo beatitudo secundum intellectum sicut, & aliis beatis, qui per assimilationem ad beatitudinem ipsius, beati dicuntur.

AD PRIMVM ergo dicēdum, q ex illa ratione probatur, quod Deus sit beatus secundum suam essentiam, non autem quod beatitudo ei conueniat secundum rationem essentiæ, sed magis secundum rationem intellectus.

AD SECVNDVM dicendum, q beatitudo cum sit bonum, est obiectum voluntatis: obiectum autem præintelligitur actu potentiæ. Vnde secundum modum intelligendi prius est beatitudo diuina, quam actus d voluntatis in ea requiescentis. Et hoc nō potest esse nisi actus intellectus. Vnde in actu intellectus attenditur beatitudo.

ARTI-

Tunc &c. Immo argumentum est pro. Conclusio enim quærit, in quo essentialiter consistat beatitudo: & dicit eam consistere in actu intellectus non voluntatis, propter rationem & hanc ad secundum demonstratiuam. Quam & tu pro semper memoriæ, intelligendo, mandabis. Vide 1.2.q. 3.ar.4 & q.4.ar. 2.

D.271. & D. 308. & D.656.

APPENDIX.

HIc habes: quomodo ratione ostendas, beatitudinem rectè actui intellectus ascribi Iohan. 17. Hæc est vita æterna, vt cognoscant te solum verum Deum & quem misisti Iesum Christum. Secundo habes, quomodo hos, & similes, passus sacræ scripturæ rationabiliter intelligas, pariter etiam illos, qui beatitudinem actui voluntatis attribuunt. Vt Esai. sedebit populus meus in multitudine pacis, & ps. 147. Quiposuit fines tuos pacē, & vbicunq; iucunditatem delectationē uel simile attribuunt beatitudini. Tertio habes: quomodo ex his vicissim firmetur articulus.

1 Vtil. p S Eccl. 3

D.621.

Comm. Cardinalis Caietani.

TItulus formaliter intelligendus est, ita quod est sermo de intellectu, vt intelligitur formaliter distinctus a substātia & voluntate diuina. E quoniam eadem est ratio, vt in corpore dicitur de beatitudine sanctorum, idcircò ad hūc articulum spectat quæstio illa communis ac trita. Vtrum beatitudo consistat in actu intellectus, aut voluntatis. reliquorum enim beatitudo similitudo quędam diuinę est beatitudinis.

¶ In corpore vnica est conclusio responsiua quæsito affirmatiuē. Beatitudo attribuenda est Deo, & alijs beatis secundum intellectum. Hæc conclusio & probatur & declaratur. probatur quidē sic. Beatitudo est bonum perfectum intellectualis naturæ, ergo est perfectissimum in intellectuali natura, igitur consistit in intelligendo. ergo tam Deus quam alij. beati sunt secundum intellectum. Antecedens & patet ex dictis, & manifestatur ab effectu, quia.s. intellectualis natura naturaliter appetit esse beata, sicut vnaquæque res suam perfectionem. Prima vero consequentia in litera non habetur explicitè, sed apposuimus eam ad claritatem doctrinæ, & ex se patet. Secunda autem probatur quia perfectissimum in qualibet intellectuali natura est intellectualis operatio, quod probatur, quia secundum eam capit quodammodo omnia. Vltima autem & patet ex se, & quo ad alios probatur, quia alij dicuntur beati per assimilationem ad beatitudinem Dei, manifestatur autem quo ad ly intellectum in Deo ex hoc, q licet esse, & velle, & intelligere in Deo sint idem, quia tamen differunt ratione, ideo conuenienter secundum rationem formalem loquendo, intellectui Dei specialiter attribuitur beatitudo.

¶ Circa hæc dicta, triplex est, quæstio. Prima utrum beatitudo naturaliter appetatur. Secunda, vtrum operatio intellectus sit omnium perfectissima. & quantum valeat ratio hic assignata ad hoc. Tertia utrum ipsa conclusio vera sit. hæc enim omnia dicuntur in litera, & habent diuersos opinantes. Et quoniam prima quæstio in q. 82. tractabitur, sufficiat hic scire, quod natura intellectualis, tripliciter naturaliter appetit beatitudinem. Primò, appetitu. i. inclinatione naturali, & sic uerificatur uniuersaliter. Secundò, appetitu, idest actu appetendi naturali simpliciter & sic uerificatur de Deo & beatis. Tertio, appetitu, i. actu appetendi naturali quo ad specificationem actus, libero autem quo ad exercitiū eius dem, & sic uerificatur quo ad homines. Experimur enim, & respectu beatitudinis non possumus habere nolle quamuis in potestate nostra sit libere uelle, uel non velle illam actualiter. Sed de his erit tunc sermo latior.

¶ Secunda quoque quæstio ibidem ex proposito tractabitur. & propterea pertranseundum nunc est. Circa tamen rationem hic illatam aduerte, q nobilitatem actus intelligendi supra cæteros non ex obiecto, ut tunc fiet, sed ex modo probat, intellectio enim fit capiendo intellectum, quod constat esse omnia. Amatio autem & uniuersaliter uolitio, non fit capiendo rem amatā, sed potius econuerso. Intellectus enim intelligendo habet intellectum in se, voluntas autem amando quasi exit ad amatum, & cum nobilius sit (cæteris paribus habere aliquid, quam tendere in illud, ideo intellectio ex modo proprio sui generis nobilior est omni alia operatione. Vnde cum Deus essentiam propriam habeat pro obiecto tam intellectus quam voluntatis, & actus intellectus ex modo sui generis sit nobilior, merito secundum intellectum beatus dicitur, & idem est iudicium de alijs beatis: quoniam ex parte obiecti æqualitas est. Vnde ad tertiam quæstionem descendendo scito, quòd Scotus in 4.d.49.q.4. tenet oppositum, volens beatitudinē consistere principaliter in actu voluntatis, quæ est nō delectatio, sed amor, probatque intentum tripliciter. Primò sic. Velle tendit immediate in Deum, vt in finem ultimum. ergo immediatius est ultimo fini, & consequenter primo appetibili quam intelligere. Secundo. Aut velle est propter intelligere, uel econuersò, aut neutrum propter alterum: sed primum est peruersum secundum Ansel. lib. 2. cur Deus homo, c. 1. Tertium autem est impossibile, ut patet ergo relinquitur secundum, ergo amare est finis intellectionis, & consequenter nobilius. Tertiò sic. Inter intrinseca summe uolendum est aliquod uelle. ergo in eo consistit beatitudo. Antecedens probatur, & de appetitu naturali, qui est inclinatio, & de appetitu libero recto, quoniam uoluntas plus appetit perfectionem sui in ultimo fine, quam perfectionem intellectus. Fiunt & multa alia argumenta contra hanc conclusionem, recitata a Capreolo 49.d.4.q.2. quæ breuitatis causa omitto, præsertim, quia ex dicendis in q.82. & in solutione horum omnia quodammodo patebunt.

patebunt. Scito igitur ꝙ valde differre comparare intellectione ꝙ amorem beati inter se & viatoris. Et rursus simpliciter aut secundum quid idest secundum hoc genus. Tam simpliciter enim quam in beato, intellectio melior est finis volitionis. In uiatore autem, dilectio præstat, quia tendit in Deum secundum seipsum. Et similiter secundum quid idest in ratione agentis seu mouentis primum tenet locum. Et inde prouenit, quod secundum voluntatem dicamur simpliciter boni ac mali. Et consequenter ꝙ actus eius dicatur pessimus & optimus, & quod tendat in Deum secundum genus nobilissimum causæ, scilicet ut finē. eius enim est mouere agens, & ꝙ sit domina & formaliter libera &c. hæc enim omnia ad nobilitatē secundum quid spectant. Vnde ad primum Scoti patet responsio, quoniam peccat secundum non causam, vt causam oportet enim immediatius coniunctum esse optimo absoluitē & non vt fini, si beatitudo concludenda est quæ consistit in perfectissimo simpliciter.

¶ Ad secundum quoque iam patet, ꝙ Anselmus de amore uiatoris interpretandus est.

¶ Ad tertium autem nihil omnino valet. Tum quia sicut voluntas naturali appetitu magis vult volitionem, ita intellectus intellectionē, omnis. n. potentia tali appetitu tendit in sua primo. Tum quia falsum est, quod uoluntate libera, voluntas sibi magis quam intellectui velit, quoniam actus elicitus ad hoc ab institutore naturæ datus est appetitus animali, vt primo appetat supposito. Et propterea si intellectio est maior perfectio suppositi, quam uolitio recta uoluntas ma vult intellectionem quam uolitionem.

Ferr. 1. cont. c. 102.

SVPER Q. XXVI.

ART. III.

158
1. 2. q. 3. a. 1.
Et 4. d. 42. q. 1. ar. 2. q. 1. Et 1. cō. c. to. 2.
Q. 6. ar. 2.
Q. 6. ar. 2. & 4. q. 11. ar. 3.

CONCL. 1. Si Beatitudo considere tur ex parte obiecti, solus Deus est beati cuiuslibet beatitudo.

¶ PROB. Quia ex hoc solo est aliquis beatus, ꝙ Deum intelligit.

¶ CONCL. 2. Si beatitudo consideretur ex parte actus intelligendi beatitudo est q̃d creatum in creaturis beatis, in Deo autem, etiam secundum hoc, est aliquid increatum.

¶ PROB. Quia actus, qui est intelligere, est in creaturis aliquid creatum, in Deo autem aliquid increatum. Vide 1. 2. q. 3. ar. 1.

1ᵐ de conclusione. Beatitudo. a. Sumpta quoad obiectum non semper, quo ad actum intelligendi §. Nam, hoc secundo modo est quandoque etiam summum simpliciter bonum, ut in Deo, quandoque non, ut in nobis. Tunc &c. Nam est pro prima conclusione argumentum, tanquam eius probatio, sine præiudicio secundæ. Pro litera dic quod licet impossibile sit, esse plura summa simpliciter bona, tamen possunt esse plura bona summa secūdum quid.

D. 271. 308.

ARTICVLVS III.

Vtrum Deus sit beatitudo cuiuslibet beati.

AD TERTIVM sic proceditur. Videtur, quod Deus sit beatitudo cuiuslibet beati. Deus. n. est summum bonum, vt supra* ostēsum est. Impossibile est autem esse plura summa bona, vt etiam ex superioribus patet. † Cum igitur de ratione beatitudinis sit, ꝙ sit summū bonum, videtur ꝙ beatitudo non sit aliud quam Deus.

¶ 2 Præt. Beatitudo est finis rationalis naturę ultimus. Sed esse ultimum finem rationalis naturæ soli Deo conuenit. Ergo beatitudo cuiuslibet beati est solus Deus.

SED CONTRA. Beatitudo vnius est maior beatitudine alterius, secundum illud 1. Cor. 15. Stella differt a stella in claritate. Sed Deo nihil est maius. Ergo beatitudo est aliquid aliud quam Deus.

RESPON. Dicendum, quod beatitudo intellectualis naturæ consistit in actu ᵈ intellectus. In quo duo possunt considerari, s. obiectum actus, quod est intelligibile, & ipse actus, qui est intelligere. Si igitur beatitudo consideretur ex parte ipsius obiecti, sic solus Deus est beatitudo, quia ex hoc solo est aliqs beatus, ꝙ Deum intelligit secundum illud Aug. in * 5. li. confess. Beatus est qui te nouit etsi alia ignoret. Sed ex parte actus intelligentis beatitudo est quid creatū in creaturis beatis, in Deo autem est etiam secundum hoc aliquid increatum.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod beatitudo quantum ad obiectum est summum ᵈ bonum simpliciter, sed quantum ad actum in creaturis beatis, est summum bonū non simpliciter, sed in genere bonorum participabilium a creatura.

AD SECVNDVM dicendum, ꝙ finis est duplex, s. cuius & quo, ut Philosophus dicit. s. ipsa res & usus rei. Sicut auaro est finis pecunia, & acquisitio pecunię. Creaturæ igitur rationalis est quidem Deus finis ultimus, ut res, beatitudo autem creata, vt usus, uel magis fruitio rei.

2ᵐ de minori. Vltimum finem. a. Vt res est, acceptum: non, ut fruitio rei §. Tunc, &c. Nam hoc secundo modo beatitudo creata est ultimus finis.

lib. 5. conf. 4. in prin. to. 1.

D. 1176. 187.

APPENDIX.

EX articulo habes, quomodo per rationem ostendas, recte dictum quandoque a scripturis. 1. primo Corin. 15. stella differt a stella claritate [loquendo de beatis,] & Io. 14. In domo patris mansiones multæ sunt, quandoque autem dictum, Genes. 15. Ergo Deus merces tua magna nimis, & Matth. 20. Conuentione facta cum operariis ex denario diurno. Secūdo habes, quomodo rationabiliter cōcordes utrunque, & quando, s. in primis locis plures esse beatitudines innuit, & quando, in secundis unam tantum. Tertio quomodo ex his uicissim Angelicæ firmentur conclusiones, uides.

Vtil. p. S. Eccl.

Comm. Cardinalis Caietani.

IN titulo ly Beatitudo, non est arctandum ad beatitudinem Dei, sed simpliciter & absolute respectu omnis beati interpretandum est.

¶ In corpore duæ sunt distinctiones bimembres cum tribus conclusionibus. Prima distinctio est. Beatitudo est duplex. s. obiectiua & formalis, quæ est ipse actus. Secunda est beatorum, s. Dei & creaturarum beatarum. Prima conclusio est. Deus est beatitudo obiectiua omnium beatorum, & ad hoc affertur authoritas Aug. Secunda est. Deus non est beatitudo formalis creaturarum beatarum. Tertia est. Deus est beatitudo formalis suipsius. nec alia ratione probantur, nisi quia actus intelligendi creaturę, est quid creatum, in Deo autem increatus.

¶ Circa secundam conclusionem scito, quod quidam apud Capreolum, in 2. distinct. 3. q. 2. impugnant illam moti, tum ex perpetuitate infinitæ uisionis beatæ, tum ex impossibilitate naturali infinitarum intensissimarum specierum in eodem intellectu creato, tum ex possibilitate partis affirmatiuæ, scilicet quod ipsa intellectio diuina potest esse ęque pręsens, & intima cuilibet intellectui creato, sicut intellectio creata, tum authoritate Aug. & Philosophorum, sed hæc parum ualent. Visio namque beata sanctorum creatum quid est finitę perfectionis simpliciter, infinitę uero secundum quid, idest obiectiue, incorruptibilis quoque est undique secundum potentiam naturalem loquendo, quoniam, & ex parte subiecti & obiecti, & coniunctionis utriusque nulla ad corruptionem potentia est. Nec ex hoc sequitur, animam non tot posse recipere species intensas simul quin plures, uisio in primis beata non ponit in numerum cum aliis intellectionibus quoniam communissimi, altiorisque ordinis est. Datur deinde status in speciebus, ad quas est naturalis potentia & præcipue simul in actu, ut in tractatu de Angelis clarius patebit. Impossibile quoque est operationem uitalem meam non ab intrinseco meo esse cum in hoc ratio meæ uitæ consistat, esset enim uitalis & non uitalis & propterea cum beatitudo sit operatio uitalis beatorum, implicat diuinam essentiam esse illam, & aut antecedens est falsum, aut est sophisma figurę dictionis, ab æquali præsentia ad modum. Authoritates quoque obiectiue intelligendæ sunt, si uere adducuntur.

Ferr.

Ferr.1.con.c.ult.
Bann.q.26.ar.4.

SVP. Q. XXVI.

ART. IIII.

159
I.cõt.c.ult.

CONCL. Quicquid est desiderabile in quacunque beatitudine vel vera vel falsa, totum eminentius in diuina beatitudine præexistit.

¶PROB. Quia Deus habet perfectissime fœlicitatem & contemplatiuam, & actiuam, & terrenam[modo tamen sibi Deo concedente,] omnibus imperfectionibus omnino remotis.

1^m^ de maiori.

Falsæ. R. Secundum quod deficiunt a ratione veræ beatitudinis, non, secundum quod sunt beatitudines §. idest non secundum, quod habent aliquid de similitudine, etiam tenuissima, veræ beatitudinis. Tunc &c. Nam huiusmodi beatitudines sunt in Deo, inquantum beatitudines, non inquantum deficiunt a beatitudine, idest non inquantum sunt falsæ. Hoc modo intellige conclusionem.

Q.4.ar.2.

ARTICVLVS IIII.

Vtrum in Dei beatitudine omnis beatitudo includatur.

AD QVARTVM sic proceditur. Videtur, quod beatitudo diuina non complectatur omnes beatitudines. Sunt enim quędam beatitudines falsę. Sed in Deo nihil pōt esse falsum. Ergo diuina beatitudo non complectitur omnem beatitudinem.

¶ 2 Præt. Quædam beatitudo secūdum quosdam consistit in reb. corporalibus sicut voluptatibus diuitiis, & huiusmodi. Quæ quidē Deo conuenire non possunt, cum sit incorporeus. Ergo beatitudo eius non complectitur omnem beatitudinem.

SED CONTRA est, quod beatitudo est perfectio quędam: diuina autem perfectio complectitur omnem perfectionem, vt supra ostensum est. Ergo diuina beatitudo cōplectitur omnem beatitudinem.

RESP. Dicendum, quod qcquid est desiderabile in quacūque beatitudine vel vera vel falsa, totum eminentius in diuina beatitudine præexistit. De contemplatiua enim fœlicitate, habet continuam & certissimam contemplationem sui & omnium aliorum. de actiua vero, gubernationem totius vniuersi. De terrena uero fœlicitate, quæ consistit in voluptate, diuitiis, potestate, dignitate, & fama secundum Boet. in 3. de consol. habet gaudium de se, & de omnibus aliis pro delectatione. Pro diuitiis habet omnimodam sufficientiam, quam diuitiæ promittunt, pro potestate, omnipotentiam, pro dignitate, omnium regimen, pro fama uerò, admirationem totius creaturę.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd beatitudo aliqua secundum hoc est falsa, secundum quod deficit a ratione veræ beatitudinis, & sic non est in Deo. Sed quicquid habet de similitudine quantuncunque tenuis beatitudinis, totum præexistit in diuina beatitudine.

AD SECVNDVM dicendum, quod bona, quæ sunt in corporalibus corporaliter, in Deo sunt spiritualiter secundum modum suum. Et hæc dicta sufficiant de his, quæ pertinent ad diuinæ essentiæ unitatem.

2^m^ de minori.

Conuenire. R. Corporaliter, non, spiritualiter secundum modum suum §. Tunc &c. Nam hoc patet in corpore per Boetium. Hinc declaratur conclusio quo ad terrenam fœlicitatē maxime, & ly modo sibi condecenti.

D.710.

APPENDIX.

EX articulo habes: quomodo per rationem monstres, rectè Deum in scripturis uocari omne bonum Exo. 33. ostendam tibi omne bonum Secundo habes: quomodo catholicè per hæc, & similia intelligas in proposito, ly Deus est omne bonū, idest Deus continet in se omnes beatitudines. Non enim est omne bonum tantum causaliter uel per remotionem (ut dicit error Algazelis, & Rabbi Mosis. Direct. inquisit. secunda parte quæstio quarta) sed vere, & proprie. supra q. 13. articulo 2. 3. Tertio quomodo ex his firmetur uicissim Angelica conclusio, vides.

Vtil. p S. Eccl.

2

3

Secundum

Comm. Cardinalis Caietani.

IN titulo, omnis beatitudo distribuit pro omni specie, fœlicitatis. Ly vero in eius beatitudine, nō significat substantialem, seu primam simpliciter beatitudinem: de qua in pręcedentibus duobus articulis habitus est sermo, sed statum potius beatificum, de quo primo articulo tractatum est, ita quod sensus quæstionis est, vtrum. s. Deus sit in tali statu beatitudinis, quod omnem habeat fœlicitatis speciem ac perfectionem.

¶In corpore vnica est conclusio responsiua quæsito. In diuina beatitudine eminentius præexistit quicquid, est desiderabile in quacunque beatitudine tam uera quam falsa. Et probatur inductiue in triplici genere fœlicitatis, scilicet contemplatiuæ, actiuę, & terrenæ, consistentis in quinque, ut omnia clare patent in litera.

¶Circa contemplatiuam fœlicitatem aduerte, quod quidam ex verbis Aris. 3. de anima dicētis quòd intellectus speculatiuus nihil dicit de fugiendo aut prosequendo, resecant a contemplatiua fælicitate omnem delectationem, & amorem, glossantes, ut potuerunt, admirabiles delectationes decimo. Eth. Sed re uera errasse videntur: in communi siquidem loquendo, contemplationē rerum excellentium, sequitur delectatio intellectualis per modum naturalis resultantiæ, quoniam operationem optimam coniungentem naturalissimo obiecto, necessario sequitur delectatio, vt patet ex delectationis diffinitione. 2. Rheto. Nec contra hoc militat authoritas tertij de anima, quæ de prosecutione animaliter non naturaliter loquitur, i. de, actu appetitus tanquam eligibili, non tanquam naturaliter concomitante, ut hic accidit. Ad propositum autem descendendo, ambiguitas hęc non habet locum, quoniam uisio beata nec practica, nec speculatiua est, sed altioris ordinis eminenter utranque præhabens.

¶Circa actiuam fælicitatem aduerte hic quod quidam minus penetrantes perfectiones rerum ac per hoc non aduertentes, quod perfectio actiuæ partis committit in agere, dixerunt quod felicitas practica consistit in actu uoluntatis. Litera aūt propter dictam rationem ponit eam in actione executiua, uniuersali sc. s. gubernatione vniuersi, & merito, quoniam finis practicę est operari.

Ferr.1.cont.c.11.
Aeg.1.5.d.13.q.1.prin.
Bannes.q.27.a.1.

SVP. Q. XXVII.

ART. 1.

CONCL. Fides catholica processionem secundum emanationem intelligibilem, ponit in diuinis.

¶PROB. Quia fides catholica ponit in diuinis processionē[Ioh. 7. Ego ex Deo processi,] & ea, quæ in Deo dicūtur, sunt intelligenda secundum similitudinem supremarum creaturarum, i. intellectualium substantiarum[cum Deus sit super omnia.]

Primum

TRACT. DE TRINITATE.

QVAESTIO XXVII.

De processione diuinarum personarum, in quinque articulos diuisa.

CONSIDERATIS autem his, quæ ad diuinæ essētiæ vnitatem pertinent restat cōsiderare de his, quæ pertinent ad Trinitatem personarum in diuinis. Et quia personæ diuinę secundū relationes originis distinguuntur, secundum ordinem doctrinæ, prius considerandum est de origine, siue de processione. Secundò de relationibus originis. Tertiò de personis.

CIRCA processionem quæruntur quinque.

¶Primò, Vtrum processio sit in diuinis.

¶ Secundò, Vtrum aliqua processio in diuinis generatio dici possit.

¶Tertiò, Vtrum pręter generationem aliqua alia processio possit esse in diuinis.

¶Quartò, Vtrum illa alia processio possit dici generatio.

¶Quintò, Vtrū i diuinis sint plures processiones quā duę.

ARTICVLVS PRIMVS.

Vtrum processio sit in diuinis.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur, quod in Deo non possit esse aliqua processio. Processio. n. significat motū ad

160
1. d ft. 13.

ar. 1. Et 4. cõtra c. 11. Et po. q. 10 ar. 4.

1^m de maiori.
Processio. R. Quæ est vel motus localis, vel actio tendens ad extra, non, quæ est actio manens intra §. Tunc &c. Nam modo secundo accepta processio solum, est in diuinis, ut docet conclusio.

2^m de minori.
Q. 2. ar. 3. Procedēs. R. Processio ne ad extra, non processione intelligibili ad intra §. Immo procedēs secunda processione, quanto perfectius procedit, tanto magis est vnum cū eo a quo procedit. Tunc &c. vt patet ex ad primum. Ex litera vides; quomodo verbū diuinum & spiritus sanctus sint penitus idem essentialiter cum patre, a quo procedunt, id quod videre etiam est in respōsione ad tertiū sub exemplo.

3^m de maiori.
Procedere. R. Vt extraneum, & diuersum, non, vt intimū per modum intelligibilem §. Tunc &c. Nam in diuinis est solum procedere secundo modo. Ex litera inferes dicēdo. Ergo filius, est primum principium de principio primo. Primū quidem principium est filius, quia est essentialiter idem cum patre, a que procedit, est autē de principio primo, qa realiter persona filij a patre procedit, & personaliter ab eo distinguitur. Hęc etiam de spiritusancto, cum sit verus Deus, seruato modo processionis eius ab vtroque dices.

APPENDIX.

Veil. p S. Eccl.

Hinc habes, quomodo ex ratione in sensu catholico intelligas scripturas, vbicūq; ponunt processionem in diuinis, vt Ioh. 18. ex Deo processi, & 17. Exiui a patre, & quomodo ex ratione eadem mon strēs, illas rite processionem ibi ponere. Secundo habes, quomodo Trinitarios, i. negantes Trinitatem in diuinis, quocūque nomine interim specialiter uocentur, confundere incipias ex ratione. Hic in articulus cum multis sequentib. est quasi fundamentum præparatorium ad ponendam sanctam Trinitatem, & aduersarios eius cōfundendos. Tertio habes; quomodo tanquam in radice monstres, Trinitarios huiusmodi esse iustissime tum per scripturas, tum per Ecclesiā [quod suo loco specatim ostendemus] dānatos. Quarto uides: qūo uicissim firmet pſens Angelica doctrina.

ad extra, sed in diuinis nihil est mobile neque extraneum. Ergo neque processio.

¶ 2 Præt. Omne procedens est diuersum ab eo a quo procedit. Sed in Deo non est aliquam diuersitas, sed summa simplicitas. ergo in Deo non est processio aliquam.

¶ 3 Prę. Procedere ab alio, uidetur rationi primi principii repugnare: sed Deus, est primum principium vt supra* ostensum est. ergo in Deo processio locum non habet.

SED CONTRA est, quod dicit Dominus Io. 7. Ego ex Deo ꝓcessi.

RESP. Dicendum, ꝙ diuina scriptura in reb. diuinis nominibus ad processionem pertinentibus utitur. Hanc autem processionem diuersi diuersimodè acceperunt. Quidā. n. acceperunt hanc processionem s̄m ꝙ effectus procedit a causa. Et sic accepit Arrius, dicens filium procedere a patre sicut primam eius creaturam, & Spiritumsanctum procedere a patre & filio sicut creaturam vtriusq;. Et s̄m hoc, neq; filius, neq; spiritussanctus esse verus Deus. Qd est contra id, quod dicitur de filio 1. Io. vlt. Vt simus in vero filio eius. Hic est uerus Deus. Et de Spiritusancto dicitur 1. Cor. 3. Nescitis qa mēbra vestra tēplum sunt Spiritussancti: templum aūt habere solius Dei est. Alii uero hanc processionem acceperunt secundum ꝙ causa dicitur procedere in effectum, inquantum vel mouet ipsum, vel similitudinem suam ipsi imprimit. Et sic accepit Sabellius dicēs, ipsum Deum patrē filiū dici, secundum ꝙ carnē assumpsit ex Virgine, & eundē dicit Spiritum sanctum secundum quod creaturam rationalē sanctificat, & ad uitam mouet. Huic autem acceptioni repugnant uerba Dn̄i de se dicētis Io. 5. Non pōt facere a se filius quicquam. & multa alia, per quæ ostenditur, quod non est ipse pater qui filius. Si quis aūt diligenter consideret, uterq; accepit processionem, secundum quod est ad aliquid extra. Vnde neuter posuit processionem in ipso Deo. Sed cum omnis processio sit secundum aliquam actionem sicut secundum actionem quæ tēdit in exteriorē materiā, est aliqua processio ad extra, ita secundum actionē, quæ manet in ipso agente, attenditur processio quædam ad intra. Et hoc maximè patet. In intellectu, cuius actio, s. intelligere manet in intelligente. Quicunq; autem intelligit, ex hoc ipso quod intelligit, procedit aliquid intra ipsum, quod est conceptio rei intellectæ ex ui intellectiua prouenIens, & ex eius notitia procedens. Quā quidem conceptionē uox significat, & dicitur uerbū cordis, significatum verbo vocis. Cum aūt Deus sit super omnia, ea quæ in Deo dicuntur non sunt intelligenda secundū modū infimarum creaturarū, quæ sunt corpora, sed secundum similitudinem supremarū creaturarum, quæ sunt intellectuales substantiæ, a quibus etiam similitudo accepta deficit a repræsentatione diuinorū. Nō ergo accipiēda est processio s̄m ꝙ est incorporalib. vel per motū localē, vel actionē alicuius causæ in exteriorē effectū, ut color a calefaciente in calefactū, sed s̄m emanationem intelligibilem, vtpote uerbi intelligibilis a dicente, quod manet in ipso. Et sic fides catholica processionem ponit in diuinis.

AD PRIMVM ergo dicendum, ꝙ obiectio illa procedit de processione, quę est motus localis, uel q̄ est s̄m actionē tendentem in exteriorem materiā, uel in exteriorem effectum, talis aūt processio non est in diuinis, ut dictum* est.

AD SECVNDVM dicendū, ꝙ id, qđ procedit s̄m processionē, q̄ est ad extra, oportet esse diuersū ab eo, a quo procedit. Sed id, qđ procedit ad intra processu intelligibili, non oportet esse diuersū, imo q̄nto pfectius ꝓcedit, tāto magis est vnū cū eo, a quo ꝓcedit. Manifestū est. n. ꝙ q̄to aliqd magis itelligit', tāto cōceptio intellectualis est magis intima itelligēti, & magis unū. Nā itellect' s̄m hoc ꝙ actu itelligit, s̄m hoc fit magis unū cū itellectio. Vñ cū diuinū itelligere sit i fine pfectionis (ut sup. dictū est) necesse est, ꝙ verbū diuinū sit pfecte unū cū eo, a quo ꝓcedit absq; oī diuersitate. Q. 14. ar. 2

AD TERTIVM dicendū, ꝙ ꝓcedere a principio, & extraneū & diuersum, repugnat rationi primi principii, sed procedere ut intimum & absq; diuersitate per modū intelligibilē, includitur in rōne primi principii. Cum. n. dicim* ædificatorē principiū domus in rōne huius principii, includit' cōceptiu suæ artis, & includeret' in rōne primi principii, si ædificator esse primū principiū. Deus āt q est primū pricipiu rerū, cōparat' ad res creatas artifex ad artificiata.

Comm. Cardinalis Caietani.

Ordo præsentis tractatus satis patet in litera. Vnde ad articulū primū descendēdo aduerte in tit. illius. Primo ꝙ ly processio, sumitur cōiter, non descendendo ad talē, uel talem processionem. Secūdo quod ly sit, sumitur proprie ut distinguitur esse contra intelligi, i. esse secundum rem contra esse secūdum rōnē. Tertio qđ ly in, sumitur proprie, ut denotat modū essendi in aliquo formaliter. Quarto ꝙ ly diuinis, sumitur strictissime pro his quæ sunt uere Deus. Ita quod sensus quæstionis est, an in ipso Deo formaliter inueniatur secundum rem processione aliqua.

¶ In corpore tria facit primo respondet quæsito quo ad id qđ liquet. Secundò, duos errores circa id quod latet, tractat. Tertio respondet quęsito determinando & ap[illegible]endo occultum.

Quoad primum unū dicit, de quo n[illegible] est dubium, s. diuina scriptura utitur noībus, processionē, signifi[illegible]ntibus cum de Deo loquitur, ex hoc. n. subintellecto. quod scriptura nō dicit falsum loquitur in hac parte Metaphoricè manifeste h[illegible] oportet in diuinis aliq processionē esse ac saluari, sed ambiguū restat qualis sit illa processio. Vnde circa hoc ambiguum, reliquum huius literæ occupatur.

¶ Quoad secundum ponitur primo error Arrii dicentis hāc processionem esse effectus a causa. & reprehenditur authoritatibus Scripturæ, Ponitur deinde error Sabelii, exponentis hanc processionem esse causæ in effectum, & similiter reprehenditur. Et quidem hic breuiter errores hi tanguntur; quoniam diffusiussunt alibi consutati & tractati, ut patet in quarto contra Gentiles.

¶ Quo ad tertium tria dicit, Primo iter parans ad duo processionum genera, vtriusque erroris cæcitatem aperit, ex eo, quod diligenter intuenti, dum uterque studet saluare processionem in Deo neuter in eo sed extra eum processionem ponit: & cā fuit, quia uterq; processionē ad extra tantum posuit. Secundo duplex processionis genus inueuiri dicit. s. ad extra & ad intra, manifestat hoc sic sicut actio est duplex. s. transiens, & immanens, ita processio quædā est secundū actionem transeūtē, & qdā s̄m immanentē & omnis processio actionem sequatur. ergo quędam est processio secundum hanc actionem, quæ est intelligere, & probatur hæc sequenda

sequenda,quia processio an intra.i.secundum actionem immanentē maxime patet in intellectus quod probatur: quia in quocunque intelligente ex hoc ipso q intelligit, procedit conceptio rei intellectæ ex vi intellectiua & eius notitia. Prouenïens,nuncupata verbum cordis & significata verbo uocali apud nos. Tertio & vltimo ponit conclusionem responsiuam,In Deo est processio secundum emanationem intelligibilem,& probatur sic. Deus est super omnia,ergo ea quæ in Deo dicuntur, sunt intelligenda secūdum similitudinem non corporum,sed intellectualium substantiarum. ergo processio non est in eo secundum actionem in exteriorem effectum,sed secundum emanationem intelligibilem, Et confirmatur, quia sic fides catholica ponit processionem in diuinis, prima consequentia probatur ex eo,quod corpora sunt infimæ creaturæ intellectus vero supremæ, quamuis etiam ipsę deficiant a diuina similitudine. Secunda vero vt nota inductiue in motu locali & alteratione relinquitur.

¶ Circa prædicta plura occurrunt dubia, primo circa illam propositionem,secundum actionem immanentem est processio quædam ad intra,vt enim apud Capreolum 17.d.1.q.2. patet,arguunt contra hoc Scot. Aureolus, Durandus, Petrus de Pal. & Gerar. de Carmelo. Et consistit vis arguendi in hoc. Inter actionem immanentem & transeuntem hoc interest. q per illam est aliquid operatum,per illam nihil. ergo ruit propositio fundamentalis in materia de processione diuina. Antecedens patet ex 9. Meta. & 1. Eth. consequentia vero est per se nota. Et confirmatur inquit durandus,quia ex sentire velle nihil producitur. ergo nec ex intellectione. Et cōfirmatur addit Gerar. quia cuiuscūq; operationis est aliquid operatum illud est ea nobilius. actu autem secundo immanente nihil est nobilius. ergo. Circa eandem propositionem aliud occurrit dubium,an ipsa actio immanens sit ipsa productio actiua eius,quod procedere dicitur secundum ipsam Scot. siquidem in 27.d.1. q.1. tenens partem negatiuam arguitur contra hoc tripliciter. Primo ex ratione. iam dicta,quia operatio immanens est actus vltimus. Secundo,quia si intellectio esset actio productiua termini impossibile esset intelligere eam esse,& non esse illius terminum, ut patet de calefactione & calore,sed non est impossibile intelligere intellectionem esse absque termino. ergo tertio,quia sic intelligentia gigneret verbum,& non memoria,quod est contra Aug.

¶ Circa illum propositionē.s. Quicunq; intelligit ex hoc ipso q intelligit,procedit aliquid intra ipsam dubiū occurrit. Tum quia beati ut sic, intelligunt Deum,& tn̄ non formant verbū de eo. ergo falsa est dicta propositio. Antecedens patet,quia aliter Deus ut obiectum beatitudinis posset aliqua specie creata representari,q in 12.q. reprehensum est. Tū quia seclusa fide,scimus q Deus intelligit & tamen nō possumus ex hoc probare. Processionē esse in eo, ergo illa propositio est credita, & non scita,aut intellecta,vel est falsa.

¶ Circa eandem propositionem dubium occurrit an conceptus intellectus sit aliud ab ipsa actuali intellectione, vt litera vult, an sit idē qđ ipsa, Sco.n. in 27.d. primi oppositū tenet cū multis aliis a Capreolo recitatis ibi.q.2. quadrifariā aūt diuisi sunt impugnatores. Quidā nāq; ipsam dist. ab actu intelligendi impugnat qdā. vero cā dist. veram. Alij aūt cām eiusdē non vera sed impositā. s. ad perfectius representandum uel cognoscendū. Alij demū ducendo ad impossibile. Et dist ipsam quidē Sco. & Dur. conatur infringere ratione & authoritate. Ratio quidem Scoti in 27. dist. 1. per viam diuisionis infert verbum esse actuale intellectionem. Et qm̄ exclusio uiæ nostræ in secundo dubio adducta fuit, nunc pertranseamus. Durandus aūt ibidem arguit sic. Verbū seu conceptus consistit in ratione manifestatiui, vel alteri. ergo ne detur processus in infinitum, primum verbum quod est uerbum cordis, est ipsa manifestatio per essentiam, hæc autem est ipsa actualis intellectio ergo. Et confirmatur, quia tale per denominationem extrinsecā reducitur ad tale intrinsece. ergo cū rō manifestatiui non cōueniat nisi extrinsece uerbo exteriori, oportet fieri reductionem ad aliquid, quod intrinsece per essentiā manifestet, hoc aūt est actualis intellectio, ergo ut prius. Secundo sic Qñcunq; aliqua uirtus eget duabus formis ad operandum, habita una adhuc est in potentia essentiali, quia est in potentia non solum ad operationem sed formā. ergo si ponitur uerbū, intellectus in actu, primo erit adhuc in potentia essentiali. Tertio arguit in 6. d. primi, quia duæ formæ eiusdem speciei essent in eodem subiecto. Cætera aūt quæ contra cām distinctionis, aut contra possibilitatem eius adducuntur, uide si uis singillatim in Capreolo, ex dicendis namq; omnium solutio facilli exercitatis patebit.

¶ Circa aliā propositionē, s. Cōceptio rei intellectæ, ex ui intellectiua & eis notitia pcedit, dubiū est de quali notitia intelligat, s. habituali an actuali. Quod.n. non uerificetur, de habituali probat Dur. in 27. dist. primi, quia pfectius non procedit a minus perfecto intellectus aūt cum sola specie imperfectior est uerbo, seu conceptu. Nec ualet si dicatur, q licet spēs sit imperfectior conceptu, tñ intellectus cū spē, est pfectior conceptu, hoc inq̄ nihil est. Tū quia sicut producens est intellectus cū spē, ita pductum est intellectus cū uerbo. Tū q a de quasi formali principio & termino pcessionis est qō quid eorum sit perfectius, & non de compositis, ut patet inductiue in omnibus, h c aūt constat terminū. i. conceptum esse nobiliorē specie, igitur species non, est illa notitia a qua procedit. Quod aūt non sit actualis notitia, multipliciter probat Scot. in 1. d. 2. cuius argumenta omitto, quia ut patebit non sunt cōtra nos.

¶ Ad primum dubium dr̄, q dr̄a illa inter actionem immanentē & transeuntem, non est sic ample intelligenda ut sonat, sed uel quo ad necessitatem, vel quo ad ordinem. Et iuxta primā glossam sensus est, operatio transiens habet necessario operatū, immanens aūt non necessario infert aliquod operatum, & sic cessant obiectiones omnes, ut patet. Et absque dubio hæc fuit mens Philosophi, & manifeste continet ueritatē, ex eo.n. q habitus ex frequentatis actib. immanentibus generātur, manifeste patet non repugnare actioni immanenti habere opus præter se. Iuxta secūdam uero glossam sensus est, q actio transiens hēt opus, sic q ordinatur ad ipsum opus. Actio uero immanens non habet opus, quia non p se ordinatur ad opus aliquod, sed si qñ habet opus, illud ordinatur ad ipsam. Et utrumq; horum accidit in proposito, quia nec intelligere necessario producit conceptum, nec qñ format ipsum ordinatur ad conceptum, sed econuerso conceptus ordinatur potius ad perfectionem ipsius intelligere: Vnde patet responsio ad omnia obiecta. Et etiam ad additionem Gerardi, qm̄ operatum est nobilius; quando operatio per se ordinatur ad ipsum, non autem quando est potius econuerso, ut manifeste patet in actu & habitu.

¶ Ad secundam dubitationē dicendū, q omnes vñr in hoc conuenire, quod productio intellectualis uerbi est dicere intellectualiter, excepto Durando in 27. distin. primi. Sed dr̄a opinionum est in hoc an dicere in ratione sua claudat actum intelligendi, an solam productionē, siue illa sit aliquis alius actus secundus, siue relatio significata per modum actus secundi. Scot n. ut patet in 1. d 2. q. vlt. & di 27. & in quolibetis q. 1. distinguit in intellectu duplicē actum secundum alterū qui est operatio, & alterum, qui est productio, & uult. quod intelligere sit actus secundus, qui est operatio, dicere uero sit actus secundus, qui est productio, ordinatque illos duos actus inter se, respectu eiusdem principii, s. intellectus in actu primo, sic, quod Intellectus prius naturaliter est operans quā producens, seu dicens, & sic apud ipsum dicere seu producere uerbū non est actus intelligendi, quamuis sit actus intellectus. Sed quod hæc positio non sit conueniens, unica tm̄ rōnem ad hominē, suadetur sic. Causa habens duos effectus inter se ordinatos, ita q neuter est alterius causa, sic se haber, q essentialior est comparatio vtriusq; ad causam, quam inter se. ita q si per impossibile adimeretur primus, non propter hoc neganda est habitudo secundi ad causam, sed intellectus in actu primo, est ut causa habens hos duos effectus, s. intelligere & dicere, ordinatos inter se ita quòd neutrum est causa alterius: ergo si per impossibile subtraheretur intelligere, non propter hoc sequitur quod subtrahatur dicere, & sic illa conditionalis est possibilis, si intellectus non intelligeret, diceret, quod manifeste implicat contradictionē, quid enim diceret si nihil consideraret? Maior est ipsius Scoti in 2. dis. 1. q. 1. art. 3 minor autem est eiusdem in locis prædictis. Impossibilitas autem conclusionis est euidens S. Tho. aūt ubiq; tenet, q dicere est intelligere exprimendo, uel exprimere intelligendo, ita quòd utrūq; horum est de eius rōne. Et si diligentius uerba huius articuli considerentur, intellectio ipsa est productio conceptus non curando pro nūc an oīs intellectio sit productio uerbi, an non. Dicit.n. expresse litera, q per actionem immanentem, quę est intelligere, conceptus seu uerbum procedit, nulla ergo remanet apud ipsum actio alia ab intelligere, quæ sit actio seu productio conceptus. Si.n. tertium actionis genus intenderet, processus hic totus rueret. Fiunt autem contra hanc positionem obiectiones bifariam. Aliæ.n. intendunt, quod intelligere non est actio productiua, aliæ uero quod dicere non est intelligere, & primæ quidem allatæ sunt mouendo dubitationem, reliquæ autem, quoniam notionalia immiscentur, in q. 34. ubi de uerbo specialiter tractabitur, soluentur. Hic enim in communi est sermo. Et quoniam principium est, prolixum esse decet secundum Platonis præcepta, quatenus ex principiis bene discussis facilior sit ad reliqua aditus.

¶ Ad primā ergo obiectionem Scoti ex dictis iam patet responsio, quia ideo operatio immanens dicitur, & est actus ultimus, & quia non necessario producit opus, & quia si producit illud, magis est propter ipsam quam econuerso.

¶ Ad secundam uero dicitur, quod aliquam operationem esse actionem productiuam termini, contingit dupliciter, uno modo necessario, alio modo permissiue, & quod conditionalis assumpta a Scoto non est uera in actione productiua permissiue, qualis est intellectio, ut in solutione primi dubij dictum est.

¶ Ad tertium autem dicitur, q æquiuocatur, intelligentia.n. apud Aug. non gignit uerbum ut principium formale, seu actiuū ut quo, sed memoria, in hoc tamen stat quod aliqua intelligentia sit ipsa gignitio uerbi, ut nos dicimus.

¶ Ad tertium dubium dicitur, quod ly quicunque, distribuit tātum pro hominibus uiatoribus, intendit.n. ex his, quæ in nobis uidentur, eleuare ad inuisibilia & incomprehēsibilia Dei. Nos enim

intelligendo ſemper conceptũ aliquem formamus adæquatũ, vel inadæquatum actui primo, perfectum vel imperfectum &c. Vnde ad obiectiones non eſt aliter reſpondendum, ſed concedenda eſt earum concluſio, ſ. q̃ non oportet omnem intellectum in actu proferre verbum, & non ſolum in Deo & beatis, ſed etiam in intelligentijs quo ad intellectionem ſuiipſius hoc verum videtur. Beatus.n. verbum partiale, nõ autem adæquatum viſioni proferre poteſt, plus enim videt quã dicere poſſit quocunq; creato verbo. Angelus aũt ſeipſum per ſeipſum ẽt obiectiue præſentialiter habẽs, vane verbum formaret de ſe ſibi. Vnde vniuerſaliter de omni intellectu loquendo, illa propoſitio. Quicunq; intelligitur &c. credita eſt, non ſcita.

¶ Ad quartã dubitationẽ, licet multi cũ Sco. in 27. d. 1. rñdeant affirmãdo idẽtitatẽ cõceptus & actualis intellectionis cuiuſdã primo genitæ &c. S. Th. tñ vt expreſſe habetur inferius, q. 34. ar. 1. ad ſecundum tenet conceptum eſſe aliud ab actu intelligendi, vt terminum ab eo cuius eſt terminus.

¶ Ad cuius euidentiã ſciendũ eſt, q̃ in parte intellectiua præter potẽtias actus, & habitus poſuit terminũ actus ea neceſſitate, vt obiectũ actus ſecũdi hẽretur præſens ipſi actui obiectiue. Obiectũ.n. intellectus dupliciter, põt eſſe præſens intellectui. Primo, vt con principiũ actus intelligendi, & hoc fit per ſpẽm intelligibilẽ. Secundo, vt obiectũ: obiectũ.n. vt obiectũ, nõ ſignificat cauſam, vel principiũ actus, ſed terminũ actus, & hoc oportet fieri per conceptũ, qui verbũ ſpeciesq; expreſſa q̃nq; dr̃ alioquin obiectũ intellectus non eſſet intra actualiter actualitate actus ſecundi. Quod.n. ad hoc officiũ nõ ſufficiat ſpẽs intelligibilis, ex eo patet, quia hoc eſt officiũ termini. illi aũt cõpetit rõ principij. Quod ẽt nõ ſufficiat ipſe actus intelligendi, ex eo probatur, q̃ officiũ obiecti nõ eſt officiũ ipſius actus ſecundi, niſi intellectione reflexa. Vñ cõceptus ſeu verbum apud nos, eſt res non intelligibilis, ſed intellecta actu in eſſe intentionali, & ea neceſſitate ponitur, qua ponitur obiectũ intellectus in actu intus. Hanc aũt eſſe mentem S. Th. ſi quis dubitat, legat ipſum in 1. cont. Gent. c. 53. & in 4. co. 11. & in quęſtionib. de potentia q. 8. ar. 1. & q. 9. art. 1. & 3. vnde patet eos, de quorũ numero vt Dur. in 29. d. primi, qui imponunt nobis, verbum poni pp notitiã perfectiorẽ, aut expreſſiorẽ repręſentationem, minus bene dixiſſe. Aduerte tñ & diligẽter, q̃ conceptũ ſeu verbum eſſe obiectũ & terminum actus intelligendi, poteſt intelligi dupliciter. Vno modo, in quantũ imago alterius, i. ſm rem repręſentatam, i. q̃ ipſa res concepta terminat actũ intelligendi. Modus vero eſſendi ſic ſpiritualiter intus, eſt conditio rei obiectæ & intellectæ. Alio modo inquantum res talis eſt, puta qualitas ſpiritualis, &c. & primo quidẽ mõ intendimus nos conceptum eſſe obiectũ intellectus in actu, & non ſecundo niſi reſpectu actus reflexi. Vnde patet ruina omnium argumentorũ contra hanc uiã procedentium, & ex eo quod res ipſæ, puta leo, bos &c. intelliguntur actu recto, & nõ ſpecies in anima, & ex eo q̃ idem quod quid eſt, obiectum eſt omniũ intellectuum, & ex alijs huiuſmodi. Non diſcernere.n. inter obiectum, vt rem, & obiectum, ut rei imaginẽ, vt ſic, cauſa erroris eſt. Diſcernentes autem hæc, & attendentes, duabus præfatis conditionibus conceptus. ſ. q̃ eſt res, & q̃ eſt imago, vtendo illa propoſitione Ariſt. Inde memoria & reminiſcentia. Idem eſt motus in imaginem, & rem cuius eſt imago, facile omnia ſoluuntur & interpretantur, qua ratione dicitur, quod verbum eſt obiectum &c. Et quoniam actus intelligendi, & conceptus ſimul ſunt & non ſunt, ſimul quoque ſunt & non ſunt principium alicuius. ita quod ſicut contingit, actum intelligendi eſſe cauſam alterius actus intelligendi, vel volendi, ita & conceptum, pro uno enim computantur quo ad agere.

¶ Ad rationem autem Scoti in oppoſitum non oportet aliter reſpondere, ſatisfactum eſt enim illi in ſecundo dubio.

¶ Ad Durandum autem dicitur, q̃ prima ratio ſua peccat quadrupliciter. Primo, in fundamento: quia eſſe manifeſtatiuum, quã uis ſit de ratione verbi, non tamen vt differentia eius conſtitutiua, cum conueniat etiam non verbo, vt patet ſi intelligamus Deũ quo ad abſoluta tantum, ut philoſophi faciunt, omnia ſiquidẽ manifeſtari intelligeremus ſimplici intellectione abſque conceptu. Secundo, quia ratio manifeſtatiui cum ad manifeſtatum ſit, relationem tantum rationis dicit. Vnde inferius dicetur quod Pater manifeſtat ſe & Spiritum ſanctum, & omnia ſuo verbo. Tertiò, quia eſſe manifeſtatiuum non qualitercunque conuenit verbo, ſed eſſe manifeſtatiuum expreſſum ab alio, ut inferius patebit. Vnde non oportet fieri reductionem ad manifeſtationem ſimpliciter per eſſentiam, ſed ab alio expreſſam. Tale aũt non eſt intellectio, quam ut in 34. q. manifeſtatur, conſtat non includere eſſe ab alio. Quartò, quia niſi abutamur uocabulis ſi uerbum eſt manifeſtatiuũ rei dictæ manifeſtatio conſequenter nihil aliud eſt quam ipſa prolatio uerbi. Conſtat autem q̃ uerbum non debet reduci ad prolationem eo ordine reducendi, quo participans reducitur ad per eſſentiam, de quo loquitur arguens. Reducendum eſt igitur uerbũ extra ad interius tanquam dependens ad id, a quo dependet, & inter ipſa uerba cordis, quodlibet creatum reducitur ad diuinum, quod ſolum eſt per eſſentiam, iuxta illud. Et Deus erat uerbum.

Ad ſecundam reſpondetur, q̃ maior non eſt vera, niſi utraque forma ſit præuia actui, conceptus autem eſt forma non præuia, ſed terminans actum ut patet ex dictis.

¶ Ad tertiam uero dr̃, q̃ conceptus, & actus, & ſpecies non ſunt formę eiuſdem ſpẽi in eſſendo. ſed ſpecies eſt completiuũ ſubiecti actus eſt eſſe, conceptus obiectum, licet in repræſentando ſeu attingendo, i. obiectiue, omnia ſint eiuſdem rationis tãquam partialia concurrentia ad unum completum eſſe in actu tale, &c.

¶ Ad quintam dubitationem dicendum eſt, tres eſſe hic opiniones. Prima eſt, q̃ notitia, quę concurrit ad productionem conceptus ſeu verbi, ut forma qua agens agit, eſt actus ſecundus, ſ. intelligere, & hanc uiam uidetur ſequi Henricus. Secunda eſt, quod talis notitia eſt uelut actus primus tãtum. Hanc uiam uidetur ſequi Scotus in 1. d. 2. q. 7. Tertia eſt, quod neceſſario eſt notitia per modum actus primi, contingenter tamen eſt quandoq; actualis intellectio, & hæc eſt uia S. Th.

Ad cuius euidẽtiã ſcito ex q. de ue. q. 4. a. 2. q̃ notitia, a qua procedit cõceptus põt eſſe triplex, iuxta triplicẽ modũ, quo in ẽtur nobis actualis notitia Prima eſt quaſi habitualis, i. p modum actus primi, fit.n. intelligere ex actu primo. Scd̃a eſt notitia complexa principiorũ, fit.n. ex ipſa ſcie. Tertia eſt ſimplex intelligentia prioris q̃dditatis, fit.n. ex ipſa notitia poſterioris. Et q̃m hi ultimi modi talẽ cõceptũ reſpiciũt, & nõ cõceptũ abſolutẽ, iõ abſolute loq̃ndo, & p ſe cõcept⁹ a notitia p modũ primi act⁹ pcedit tm̃, talis tñ cõcept⁹ pt aliũde pcedere, uñ nõ oportet hic multũ ſolicitũ eſſe.

¶ Ad rõnẽ tñ Durãdi dicẽdũ eſt. q̃ ſpẽs ſeu habitus, & actus dupliciter cõparari pñt. Vno mõ quoad modũ eſſẽdi, & alio mõ quoad ſpecificationẽ. Inuenitur.n. utrũq; horum in eorum quolibet. Si cõparẽtur primo mõ, ſic actus eſt nobilior habitu, ſeu ſpe, ut dr̃ 1. Eth. & rõ eſt q̃a actus eſt ſimpr̃ actus, illa uero hñt eſſe mediũ inter actum & potẽtiã & hoc nihil aliud eſt q̃ dicere, quod & res cognita nobiliori mõ adeſt aiæ, cum adeſt actu ſcd̃o, q̃ cum adeſt habitu ſeu actu primo, & anima nobiliori mõ ſe hẽt cum actu attingit res, quã cum habitu. Nec actus quo ad modum eſſendi p̃dictum producitur a ſpecie, ſed ab intellectu. Si ãt cõparentur ſcd̃o mõ, ſic reſpectu eiuſdẽ obiecti loquendo, paris nobilitatis ſunt, & ſic actus adequatus ſpẽi manat ab ea quaſi effectus a cã uniuoca. habet.n. actus q̃ ſit talis a principio formali, qd̃ eſt ſpecies, ut accidit etiam in alijs. Et ſic patet ſolutio rationis Durandi, quæ non ſolum contra nos, ſed & contra ipſum Ariſt. militabat.

Circa ſecundã cõſequentiã ad cõcluſionem principalem dubiũ occurrit, eo q̃ falſum eſt q̃ pceſſio ſm actionem ad extra ſit ppria infimis creaturis. ſ. corporalib. Manifeſtum eſt.n. q̃ ipſe intellectuales ſubſtantiæ procedunt a Deo ſecundum actionem ad extra & ſic proceſſus literæ falſo uidetur inniti fundamento.

¶ Ad hanc dubitationem breuiter dr̃, q̃ procedere ſm actionẽ ad extra, computari uř in litera inter proceſſiones corporales, nõ ea rõne, q̃ ipſa in corporalib. tãtum inueniatur, ſed quia eſt adeo cõis, ut etiam in corporibus inueniatur, & in ipſis corporalib. manifeſtius relucet. Valde.n. uilem oportet eſſe proceſſionem, quæ rei omni quantumcunque infimæ conuenit. propter quod in propoſito, ubi graduantur proceſſiones, inter corporales tanq̃ infimas merito cõputata eſt, & excluſa a proprio proceſſionis mõ inuẽto in ſubſtãtijs intellectualib. quę ſupremũ tenẽt locum in uniuerſo.

In reſponſione ad tertium, caue ne ſis præceps, colligendo ex uerbis illis in ratione primi principij claudi realem proceſſionẽ, quam ponit fides abſolute, ſed quomodo hoc intelligatur, inferius q. 45. art. 6. patebit.

Ferr. 4. cont. c. 1. io. 11.
Alenſ. 1. p ſ. q. 43. md. 2.
Riccar. 1. ſ. d. 13. q. 3.
S. Bon. 1. ſ. d. 13. q. 2. a. 1
Scot. 1. ſ. d. 13. q. 1.
Duran. 1. ſ. d. 13. q. 2.
Bacco. in corpore quaſtionis q. unica.
Cap. 1. d. 9. q. 1. con. 1. d. 6. q. 1.

161
4. cont. c. 1. & 11 E: opuſ. 3. ca. 52.

ARTICVLVS II.

Vtrum aliqua proceſsio in diuinis generatio dici poſsit.

AD SECVNDVM ſic proceditur. Videtur quod proceſſio quæ eſt in diuinis, non poſſit dici generatio. Generatio.n. eſt mutatio de non eſſe in eſſe corruptioni poſita, & utriuſque ſubiectum eſt materia. Sed nihil horum competit diuinis. Ergo non poteſt generatio eſſe in diuinis.

¶ 2 Præt. In Deo eſt proceſſio ſm modum intelligibilem, ut dictum* eſt ſed in nobis talis proceſſio non dr̃ generatio. Ergo neque in Deo.

Pet. de Pal. 1. ſ. d. 4.
Aegi. 1. ſ. d. 4. q. 1. prin.
Bannes eodem loco.

SVP. Q. XXVII. ART. II.

Ar. præc.

CONCL. Proceſſio verbi in diuinis generatio dicitur.

¶ PROB.

¶Prob. Quia talis processio est & per modū intelligibilis actionis,quæ est operatio vitæ, & a principio coniuncto,& secundum rationem similitudinis, & in eadem natura existens.

Q.7.a.1. & q.11.ar.4.

¶Col. Ergo verbū ipsum procedens dicitur reuera filius,& tāto verius, quanto eius vita non exit de potentia in actum, neque in diuersitatem numeralem naturę.

1m de maiori.

Generatio. R. Exiens de potentia in actum, non,generatio ut generatio §. Tunc&c. Nam generatio primo modo sumpta non, est in diuinis, sed secundo modo.

2m de maiori.

Modum intelligibilē. R. Qui est substantia intellectus,non,qui est alia res ab intellectu §. Tūc &c. Non enim est similis ratio de processione ab intellectu nostro, & ab intellectu diuino,quoniam intelligere in nobis non, est ipsa substantia intellectus,vt in litera patet.

3m de conclusione prima.

Receptum R. Ab alio, non semper, in aliquo subiecto § Tunc, &c. Nam licet nullum esse receptum in aliquo subiecto sit esse subsistens(ut arguitur,) tamen esse receptum ab alio tātum, potest esse subsistens. Ex litera ergo dic(si vis fiat in uocabulis) qđ filius Dei habet esse acceptum, non autē esse receptū. Sic enim esse p se subsistens, & esse receptū contraponuntur, esse vero per se subsistens, & esse acceptum, possunt stare simul.

¶ 3 Præt. Omne genitum accipit esse a generante. Esse ergo cuiuslibet geniti est esse receptum. Sed nullum esse receptum est per se subsistens. Cum igitur esse diuinum sit esse per se subsistens(vt supra probatum * est)sequitur ꝙ nullius geniti,esse, sit,esse diuinum. Non est ergo generatio in diuinis.

Sed contra est,quod dicitur in psal. 2. Ego hodie genui te.

Respon. Dicendum, ꝙ processio uerbi in diuinis dr̃ generatio.

Ad cuius euidentiam, sciendum est,ꝙ nomine generationis dupliciter vtimur. Vno modo communiter ad omnia generabilia,& corruptibilia, & sic generatio nihil aliud est quā mutatio de non esse ad esse. Alio modo propriè in viuentib. & sic generatio significat originē alicuius viuentis a principio viuente coniuncto, & hęc propriè dicitur natiuitas. Non tamen omne huiusmodi dicitur genitum, sed propriè quod procedit secundum rationem similitudinis: Vnde pilus, vel capillus non habet rationem geniti,& filii, sed solum quod procedit secundum rationē similitudinis non cuiuscunq;. Nam vermes qui generātur in aĩalib. non habent rōnem generationis, & filiationis,licet sit similitudo secundum genus sed requiritur ad rōnem talis generationis, ꝙ procedat secundum rōnem similitudinis in natura eiusdē speciei, sicut homo procedit ab homine, & equus ab equo. d In viuentibus aūt quæ de potentia in actum vitæ procedunt, sicut sunt homines & animalia, generatio vtranque generationem includit. Si autem sit aliqđ viuēs,cuius uita non exeat de potētia in actum, processio(si qua in tali viuente inuenitur) excludit oĩno primam rationē generationis, sed pōt habere rationem generationis, quæ est propria uiuentium. Sic igitur processio verbi in diuinis hēt rationem generationis. procedit.n. per modum intelligibilis actionis, quæ est operatio vitæ, & a principio coniuncto, vt supra iam dictū * est,& secundum rationem similitudinis. Quia conceptio intellectus est similitudo rei intellectæ,& in eadem natura existens. Quia in Deo idē est intelligere, & esse, vt supra ostensum est. Vnde processio uerbi in diuinis dicitur generatio, & ipsū verbum procedens dicitur filius.

Art. præc.

Ad primum ergo dicendū,ꝙ obiectio illa ꝓcedit de generatione ſm rōnē primā ꝓut importat exitū de potentia in actum. Et sic nō inuenitur in diuinis, ut supra dictū est.

In cor. ar.

Ad secundum dicendū ꝙ intelligere in nobis nō est ipsa substātia intellectus. Vñ verbū qđ ſm intelligibilē operationē ꝓcedit in nobis, nō ē eiusdē naturæ cū eo a quo procedit. Vnde nō propriè & cōplete cōpetit sibi rō generationis. Sed intelligere diuinū est ipsa substātia intelligentis,ut supra ostensum est. vnde verbū procedens procedit ut eiusdē naturæ subsistens. Et pp hoc propriè dicitur genitum & filius. Vnde & his quæ pertinent ad generationē viuentiū, vtit. Scriptura ad significandā processionē diuinę sapiētiæ, s. cōceptione, & partu. Dicitur.n.ex pſona diuinæ sapiētię, Prouerb. 8. Nōdū erant abyssi,& ego iā concepta erā. Ante colles ergo parturiebar. Sed in intellectu nostro vtimur noĩe conceptionis ſm ꝙ in verbo nostri intellectus inuenit similitudo rei intellectæ,licet non inueniatur naturę identitas.

Q.14.ar.4.

Ad tertium dicendū, ꝙ nō oē acceptū est receptū in aliquo subiecto,alioquin nō posset dici, ꝙ tota substātia rei creatæ sit accepta a Deo, cū totius substātiæ nō sit aliqđ subiectū receptiuū. Sic igitur id qđ est genitū in diuinis,accipit esse a generāte,nō tanq̃ illud esse sit receptū in aliqua materia,uel subiecto, ꝙ repugnat subsistētiæ diuini eē. Sed secundum hoc dicitur esse acceptū, inq̃tum procedēs ab alio hēt esse diuinū, nō quasi aliud ab esse diuino existēs. In ipsa.n.perfectione diuini esse cōtinetur,& verbū intelligibiliter procedens & principium uerbi,sicut & quęcunque ad eius perfectionem pertinent,ut supra dictum est.

Q.4.ar.2. q.14.ar.4.

APPENDIX.

Hinc habes,quomodo ex ratione ostēdas,iure positam fuisse generationem in diuinis tum a quatuor Cōcilijs principalissimus, scilicet Nicęno primo, cōstantinopolitano primo, Ephesino primo, & Calcedonensi.dū in confessione fidei verbū vocant genitum[si genitum ibi ponunt, ergo & generationē, qua generatur,]& consequenter ab omnib.alijs Cōcilijs de fide in filium Dei genitum, tractantib.tū a scripturis, sanctis ps.2. Ego hodie genui te, quod psalmi dictū ab Apostolo Heb.1. generationi filii à pre applicatur, item Psal. 109. Ex utero ante luciferum genui te. Secundo habes,quomodo ex ratione huiusmodi omnia de generatione dicta in sensu catholico, & intelligas, & contra veritas hostes defendas. Tertio quomodo ex his uicissim Angelica firmetur conclusio uides.

Q.3.a.4.& q.14.ar.4.

ARTI-

Comm. Cardinalis Caietani.

Titulus, de generatione formaliter intendit, & clarior erit in corpore.

¶In corpore duo facit. Primo distinguit prædicatum quæsiti,i. generationem. Secundo respondet quæsito affirmatiue.

¶Quoad primum,distinguit, describit, & comparat generationem. Distinctio est,generatio dupliciter,s.cōiter,& propria uiuentib. Descriptio uerò membrorum est. Generatio cōis omnib.est mutatio de non esse ad esse,ut patet 5.Physi. Generatio propria viuentibus(quæ natiuitas propriè dicitur,)est origo viuentis,a uiuente coniuncto secundum similitudinem eiusdem naturæ. Comparatio demum est quoad separabilitatem & coniunctionē utriusque,cum enim constet,quod prima separatur a secunda, & rursus quod in uiuentibus,quæ apud nos,sunt, vtraque simul concurrit, ea ratione quia exeunt de potentia ad actum, de necessitate sequitur,ꝙ si aliquod uiuens nascitur absque exitu de potentia ad actū quod ibi generatio secunda separatur a prima.

¶Circa diffinitionem natiuitatis, sola illa particula coniuncto, obscura aliqualiter est eius tamen expositionem prolixam habes in 4. contra Gentile c.11.

¶Quoad secundum,conclusio responsiua est. Processio uerbi in diuinis habet rationem generationis secundo modo. Et probatur, sigillatim probando tali processioni conuenire quatuor conditiones integrantes rationem natiuitatis. Quod enim sit operatio uitalis,patet ex actione intelligibili. Quòd verò a principio coniuncto, patet ex articulo præcedente, & præcipue in responsione ad secundum. Quòd autem sit secundum rationem similitudinis, probatur,quia conceptio intellectus similitudo est rei intellectæ. Quod demum sit in eadem natura, probatur, quia in Deo idem est intelligere,& esse,& sic non solum infertur conclusio, sed etiam ipsius corollarium,scilicet, quòd uerbum procedens in diuinis est filius.

¶Circa rōnem ultimi dicti in litera,s.ꝙ ideo verbum diuinum procedit,ut res eiusdem naturæ cum Deo, quia ibi intelligere est esse. Aduerte quod hæc ratio pluries in hoc opere repetita in 4. contra Gent.c.11.exponitur,& dicitur,quod tenet pro tanto,quia in communi loquendo esse,cōceptus seu uerbi,est intelligi,& propterea ubicunq; intelligere,qđ identificatur ipsi intelligi,est accidens,ipsum quoque verbū est accidens,ubi aūt intelligere est esse substantiale, ibi quoque uerbum est substantia, & quia sic est in diuino,

diuinis, ideo verbum diuinum est substantia diuina. Conceptus autem omnium creaturarum intellectualium sunt accidentia.

¶Sed circa hanc rationem, dubium occurrit ex duplici capite. Primò ex eo qđ intelligi, nihil ponit in re intellecta, & consequenter nõ potest esse reale esse ipsius conceptus. Secundo, quia actus intelligendi distinguitur aliter a cõceptu, & ẽm hanc viam est ipsũ esse intellectus in actu pfecto, igitur nõ pt esse ipsũ esse cõceptus.

Ad euidẽtiã horũ sciendũ est, ꝙ qa verbũ vt uerbũ est ipsũ intellectũ in actu interius, hẽt tria. Ex eo.n. ꝙ est intellectũ in actu, sequtur ergo esse eius vt sic intelligi: ut patet inductiuè de viso in actu, & reliquis. Ex eo verò ꝙ est interius intellectũ, i. in quo res intellecta actu intelligẽdi exprimitur sequitur, ergo esse eius est sic intelligi, vt. s. interius, in quo &c. Sic aũt intelligi est aliqđ esse reale, qin est esse expressam actu similitudinẽ obiecti. Ex eo verò ꝙ est sic obiectum in actu, habet ꝙ sit vnum de concurrentib. ad perfectionem actus intelligendi. Et consequenter ꝙ intellectio, quę est ipsum esse intellectus in actu, ac per hoc est esse omnium concurrentium ad perfectionem intellectus in actu, sit esse ipsius verbi.

¶Vnde ad primam obiectionẽ dicitur, quod licet intelligi nihil ponat in re intellecta, intelligi tñ sic, i. vt propriũ interius intellectũ aliquid reale ponit, nõ in re intellecta uniuersaliter, sed in re intellecta sic, i secundum esse quod habet interius in conceptu.

¶Ad secũdam verò dicitur, ꝙ intellectio est esse, & intellectus, & spẽi intelligibilis, & verbi, diuersimode tamen qa intellectus, & speciei est esse ut intelligere: uerbi autem in intelligi, illorum qua principiorum, istius ut termini, illorũ quasi unius completi subiecti, istius, ut obiecti. Vnde nullum inconueniens sequitur, nisi qa putet eodem esse nõ posse distincta realiter existere, quod falsum esse patet in materia forma, & composito.

¶Circa rationem generationis applicatæ ad diuinam processionẽ dubium occurrit ex Aureolo apud Capreolum in 9. d. primi. Arguit. n. sic. Si diuina processio prędicta ratione diceretur generatio: sequerentur duo impossibilia. Primum est, ꝙ filius nõ esset eo verbum quo filius, & econtra, contra Aug. 7. de Trin. c. 4. & tenet sequela: quia nec generatio verbi in nobis est generatio substantiæ viuæ, nec generatio filij apud nos est generatio verbi. Secũdum est, ꝙ processio Spiritus sancti esset generatio: Et probatur sequela, quia sibi competit tota illa definitio. Sed ad hæc facilis est responsio, negando vtramque consequentiam, nec probatio primæ aliquid valet: quia in nobis filius procedit per actionem transeuntem, & verbum per operationem quæ est accidens, in Deo aũt nihil horum locum habet. Quare autem proprietas filij exprimatur etiam verbi nomine, in 34. q. ar. 2. ad tertium patet. Probatio quoque secundæ consequentiæ falsum assumit, quoniam, ut in articu. 4. ex proposito tractabitur: deficit illa conditio per modum similis.

¶In responsione ad tertium notato aurea uerba in calce illius, s. ipsa perfectione diuini esse continetur, & verbum, &c. Perspicue enim apparet hic quod nulla est distinctio formalis actu in essentiam diuinam, & proprietates personales, & attributa, & reliqua quæ in Deo formaliter saluantur, ipsa. n. perfectio diuini esse si secundum se (ut sic liceat loqui) diffiniretur hęc omnia in se cõcluderet, & propterea omnem huiusmodi distinctionem in Deo non nisi uirtualiter, in intellectu uero secundum rationẽ ponito.

Ferr. 4. cont. c. 23.
Cap. 1. d. 6. q. 1. con. 1.
Pet. de Pal. 1. 5. d. 6. q. 3.
Aeg. 1. 5. d. 13. q. 2. prin.
Bannes eodem loco.

ARTICVLVS III.

Vtrum sit in diuinis alia processio a generatione uerbi.

AD TERTIVM sic proceditur. Videtur, ꝙ non sit in diuinis alia processio a generatione verbi. Eadẽ. n. rõne erit aliqua alia processio ab illa alia processione: & sic procederetur in infinitum: ꝙ est inconueniens. Standum est igitur in prima, vt sit vna tantum processio in diuinis.

¶ 2 Præt. In omni natura inuenitur tantum vnus modus communicationis illius naturæ. Et hoc ideo est: quia operationes secundum terminos habent vnitatem, & diuersitatem. Sed processio in diuinis nõ est nisi secundum communicationem diuinæ naturæ. Cum igitur sit vna tantum natura diuina (vt supra * ostensum est) relinquitur ꝙ vna sit tantum processio in diuinis.

¶ 3 Præt. Si sit in diuinis alia processio ab intelligibili processione verbi, non erit nisi processio amoris, quæ est secundũ voluntatis operationem. Sed talis processio non potest esse alia a processione intellectus intelligibili: quia volũtas in Deo non est aliud ab intellectu, vt supra * ostensum est. Ergo in Deo non est alia processio pręter processionem verbi.

SED CONTRA est, ꝙ Spiritus sanctus procedit a patre: vt dicitur Ioan. 15. Ipse aũt est alius a filio, ẽm illud Io. 14. Rogabo patrem meũ & alium paracletum dabit uobis. Ergo in diuinis, est alia processio præter processionem verbi.

RESP. Dicendum, quòd in diuinis sunt duę processiones, s. processio verbi, & quędam alia.

Ad cuius euidentiam considerandum est, quod in diuinis non est processio nisi secundum actionẽ, quæ non tendit in aliquid extrinsecum, sed manet in ipso agente. Huiusmodi autem actio, in intellectuali natura est actio intellectus, & actio voluntatis. Processio autẽ verbi attenditur secundum actionem intelligibilem. Secundum aũt operationem voluntatis inuenitur in nobis quædam alia processio scilicet processio amoris, secũdum quã amatum est in amante, sicut per cõceptionem verbi, res dicta vel intellecta, est in intelligente. Vnde & præter processionem verbi ponitur alia processio in diuinis, quę est processio amoris.

AD PRIMVM ergo dicendum, ꝙ nõ est necessarium procedere in diuinis processionibus in infinitũ. Processio enim, quæ est ad intra in intellectuali natura, terminatur in processione voluntatis.

AD SECVNDVM dicendum, ꝙ quicquid est in Deo, est Deus. vt supra * ostensum est. Quod non contingit in aliis rebus. Et ideo per quãlibet processionem, quæ non est ad extra, communicatur diuina natura, non autem aliæ naturę.

AD TERTIVM dicendum, ꝙ licet in Deo non sit aliud volũtas, & intellectus, tamen de ratione voluntatis & intellectus est, ꝙ processiones, quæ sunt secundum actionem vtriusque, se habeant secundũ quendã ordinem. Non. n. est processio amoris nisi in ordine ad processionem verbi. Nihil. n. potest voluntate amari, nisi sit in intellectu conceptũ. Sicut igitur attenditur quidam ordo verbi ad principium a quo procedit, licet in diuinis sit eadem substantia intellectus, & conceptio intellectus: ita licet in Deo sit idem voluntas, & intellectus, tamen quia de rõne amoris est, ꝙ nõ procedat nisi a conceptione intellectus, habet ordinis distinctionẽ processio amoris a processione verbi in diuinis.

162

1. d. 18. q. 1. art. 2. & 4. cont. c. 23. fi. & po. q. 10. ar. 2.

SVP. Q. XXVII. ART. III.

CONCL. Præter processionẽ verbi ponitur alia processio in diuinis, quæ est processio amoris.

¶PROB. Quia processio in diuinis est secundum actionem immanentẽ in natura intelligibili [ar. 1.] & actio huiusmodi est uel intellectus, secundũ quam attẽditur processio uerbi, uel uoluntatis, secundum quam attenditur processio amoris.

¶PROB. eadem breuior. Actio immanẽs in natura intelligibili est duplex [a. 5.] ergo pter processum verbi &c.

Q. 11. ar. 3.

1^m maior. Eadem ratione erit &c. ℞. Nisi processio ad intra terminaretur in processione voluntatis §. Tũc &c. Nã sistitur in processione voluntatis, & ideo non proceditur in infinitũ.

Q. 19. ar. 1.

2^m de maiori. Natura. ℞ Creata, non, increata §. Tunc & cet. Non. n. est eadem ratio de communicatione naturę creatæ, & icreatæ.

3^m minor. Sed talis processio, &c. ℞ Negatur minor §. Nec probatio valet. Nam licet uoluntas diuina & intellectus sint unũ: tamen habent ordinem quendã actiones vtriusque. Et hoc sufficit ad faciẽdum, ꝙ vna processio, non sit alia, sed sint duæ. Ex litera quoque sumas tibi iuuamen pro q. 26. art. 2. & dic. Si nihil potest uoluntate amari, nisi sit intellectu conceptũ: ergo nullus potest uoluntate cõquiescere in beatitudine nisi habeat beatitudinẽ. Ergo uolũtate frui beatitudine, cõseqtur ad hẽre beatitudinem. Ergo nõ pt essentia beatitudinis cõsistere in uoluntate: cũ essentia beatitudinis sit ipsum habere illam, & voluntas pręsupponat ipsum habere. Ergo essentia beatitudinis consistit in intellectu, ad quam beatitudinem, iam per intellectum habitam & ipso consistentem sequitur, quod uoluntas in eadem beatitudine per amorem suum conquiescat.

APPENDIX.

Hinc habes, quõmodo ex ratione ostendas, merito, duas in Diuinis processiones assignari. Io. 15. 14 Chri-

Vtilitas pro S. Eccles. Q. 4. art. 3. & 4.

Christus .n. Ioh.8. dicit,ego ex Deo processi. Ioh.15 spiritussanctus procedit a patre,Ioh.14 Alium paracletum dabit vobis. Ecce ergo vna processio Ioh.8. Ecce vna Ioh.15. Ecce alia & alia[ergo duæ] Ioh. 14. per quarum vnam procedit vnus, per aliam alius 28.habes radicaliter:quomodo ex ratione reijcias hæresim Dosithæi dicentis,spiritum Dei nõ esse. Si namque spiritussanctus, seu spiritus Dei non esset,frustra assignaretur processio alia a processione verbi,& si frustra ista non assignatur(vt uerum est) proculdubio spiritus Dei per ipsam procedens est. Tertio habes etiam radicaliter : quomodo ex ratione monstres,hanc rite damnatam ab Innocentio 3. in Concilio Lateranensi de sum.tri.& fi.cath. firmiter,& a Greg.10.in Conc. Lugdunensi,de summ.trin.& fid. cath. 16.fideli ac deuota . Ibi.n. Pontifex vterq; Romanus spiritumsanctum esse profitetur. Ab omnib.etiã scripturis de spiritus sancti existentia mentionem facientibus damnatam intelligimus hæresin hanc Dosithæi. Tertio quõ ex his vicissim Angelica firmetur conclusio præsens, vides. Nam quoscunq; canones spiritũ sanctũ esse, & aliũ esse a filio,ponentes[vt supra fit]pro cõclusione stare,saltẽ per suppositionem,dicimus; quandoquidẽ huiusmodi omnes dari duas processiones,vt duas ipsas personas statuant,præsupponunt.

Comm. Cardinalis Caietani.

IN titulo ly alia,significat veram alietatem,& propter ly fit,oportet q significet alietatem realem.non.n.est vera alietas processionum realium,nisi sit realis,ly in diuinis,sumitur sicut in 1. art. declaratum est,& eodem modo est intelligendum in singulis illius quæstionis articulis,ne oporteat idem pluries repetere.

¶In corpore vna est conclusio responsiua quæsito affirmatiue. In diuinis præter processionem verbi est alia processio , quæ est processio amoris. Et ꝓbatur sic. In natura intellectuali apud nos, præter processionem verbi secundum actionem intelligibilem, est alia processio,s.amoris secundum operationem voluntatis:ergo in diuinis præter processionem verbi est alia processio,&c. Antecedens probatur ex proportionali,quia sicut per conceptionem uerbi intellectum est in intelligente:ita per processionem amoris amatum est in amante:consequentia uero probatur,quia in diuinis non est processio nisi secundum actionem immanentem naturæ intellectualis,quam constat esse hanc duplicem intellectus , & uoluntatis.

Circa hoc occurrint primo dubium , simile dubio moto circa processionem verbi,an.s.per actum voluntatis procedat aliqnid in ea tanquam terminus eiusdem. Et præter communes rationes ex parte actionis immanentis sunt aliæ ex proprijs uoluntatis. Videtur.n.primo contradicere hoc ipsimet S.Th.in q de ue.q.4.art. 2.ad septimum,ubi dicit,q in uoluntate nihil procedit nisi p modum operationis,& quod secus est in intellectu . Secundo,contra hoc arguunt tam Sco quam alij,tenentes amorem productum esse actum amandi,ut spiratum, quemadmodum uerbum tenent esse actu intelligendi genitum,magisque authoritatib.arguunt,quã rationibus. Omnes autem authoritates, & rationes huc tendunt, q Spiritus sanctus est amor:amor autem actus est amandi.

¶Circa illa uerba,secundum quam amatum est in amante,dubium occurrit ex Aureolo apud Capreolum,x di. primi. Is enim multis argumentis nititur hoc impugnare,& simpliciter,& ad hominem. Veruntamen omnia eius motiua in hoc consistunt,amor, seu impulsus uoluntatis,consistit in tendentia ad rem amatam , & non in similitudine illius , ergo per processionem amoris non fit amatum in amante;sed econuerso,amans trahitur,transformatur, & est in re amata iuxta illud Matth.6. Vbi est thesaurus tuus, ibi est cor tuum .

¶Ad euidentiã horum sciendum est,q quia ea quæ sunt uolũtatis,minus nota minusque nominata sunt,ex his quæ in intellectu apparent,proportionaliter ea quæ in volũtate sunt, author definiuit,ita q quemadmodum intelligendo formamus conceptum, ita amando inclinationẽ quandam in amatum facimus intus, quæ q a nomine caret,amor,impulsus,inclinatio, affectioque vocatur. Verum inter intellectum & voluntatem nõ solũ differentia est in hoc,q terminus illius est similitudo,illius aũt affectio, sed etiã in hoc,q res quæ in intellectu est terminus, habet modum & nomẽ termini,ut patet de verbo & conceptu. Res verò terminans in uoluntate,licet secundum rem sit terminus,nec modum tamen, nec nomen hẽt termini,qm & est & significatur,ut in aliud tẽdens,cõstat autem q in aliud tendere:conditio est non termini, sed uiæ. Et propter hanc rationem,scripta sunt verba illa in q.de ue. vt patet diligenter totam responsionem conferenti ac penetranti , unde nihil officiunt proposito. Et ex eadem radice patet responsio ad reliqua obiecta in 1.dubio,penuria siquidẽ uocabulorum,amoris nomen ad eius terminum extendit.

Ad secundam autem dubitationem dr,q argumẽta in duobus peccant. Primò in hoc,q non uident tertium modum essendi in , præter per essentiam & similitudinem,s. per inclinationem seu affectionem,quomodo esse deorsum est in graui,& esse sursum in leui:hic.n.ut in 4.contra Gent.c. 19. explanatur,tertius est modus, & iuxta hunc amatũ est in amante,ut de se patet. Secundo in hoc q non librando quid sit amatum esse in amante,putant hanc cõsequentia ualere, Amatũ fit a uoluntate in amante,ergo amatum trahitur ad amãtẽ,cũ tamen nihil ualet,quia amatum non aliter fit in amante nisi sm affectionẽ amãtis in amatum,& consequẽter ex hoc ipso q sic fit,trahitur,transformatur, impellitur amans,in amatum obiectiuẽ.& sic in eo est . Patere que facile poterat hoc ex ipsa amati rõne. Amari.n.non est trahi, sed trahere amantem & consequenter fieri ut amatum,non est fieri ut tractum,sed ut tranhens,ac per hoc si aliquid fit in uoluntate ut amatũ,nõ fit ut tractũ ad ipsã, sed econtrario ut tranhens ipsam. Et hoc mõ fate mur similitudinẽ proportionalẽ literæ inter intellectũ & uoluntatẽ currere,s.quo ad hoc q sicut ibi fit res intellecta,ita hic res amata,sed diuersimode,ut dictũ est,& amplius dicetur inferius.

¶In responsione ad secundum aduerte, quod responsio consistit in hoc, quod maior illa non tenet in natura infinita identificante sibi omnia , quamuis inueniatur uera in aliis , quia finitæ sunt,& propterea ex eis assumpta est uelut maxima .

¶In rñsione ad tertium nota duo. Primum est,q tertiũ argm intendebat concludere non esse maiorem distinctionẽ inter has processiones,qui sit inter intellectum & uoluntatẽ,& consequenter sicut inter intellectũ & uolũtatẽ in Deo nõ est uere alietas , ita nec inter processiones Rñsio aũt intendit ondere,quod distinctio inter processiones est maior,immo quod inter eas est alietas stante identitate intellectus & uoluntatis , & hoc propter ordinem originis inter eas,qui tamen oritur ex rationibus principiorum,s.intellectus & uoluntatis,inter quæ non est talis ordo. Ita quod est distinctio in principiatis,& non est in principiis,& ex ratione ipsorum principiorum est ordo originis, non in seipsis, sed in processionibus secundum ipsa,& sic alietas processionum quæsita in corpore articuli implicite tantum determinata, hic explicite manifestatur ex ordine originis .

¶Secundum aduertendum hic est,quod in litera dicitur,quod de ratione amoris est,quod procedat a conceptione intellectus, & consequenter in diuinis, quod processio sit a processione . Est enim primo hic dubium an sit de ratione processionis amoris in primo modo dicendi per se,an in secundo. Est & rursus dubium an de ratione amoris sit procedere a uerbo inquantum uerbum, an solum inquantum uerbum est res intellecta. Est & tertio dubium,an præfatus ordo originis sit præcise id,quo realiter distinguuntur ipsæ processiones . ita quod secluso ipso non esset realis inter eas distinctio. Sed quoniam in q.36.ar.2.discutienda hæc sunt,ubi melius quoque intelligentur post tractatum personarum dininarum, idcirco hic pertranseamus.

¶Quinque tamen nullo pacto prætereunda censui. Primũ est quod constat , quod accipiendo conceptum pro re concepta seu cognita ut sic,processionem amoris oportet esse a conceptu. Incognita n. nequaquam diligere possumus , & propterea in litera quasi per se notum dicitur,quod de ratione amoris est oriri a cõceptu. Secundum est quod res cognita est causa amoris in genere causæ efficientis , quod ex eo patet quod in litera dicitur , quod amor habet ordinem originis ad conceptum. Constat.n ordinem originis in proposito ordinem esse secundum modum efficientię, consonatque huic sententiæ illud Auer. in 12. metaph. com.36. Balneum in anima est agens desiderium,&c.

¶Tertium est,quòd quãuis amor oriatur effectiuè a duobus, s. a uoluntate, & a re amabili cognita,sicut & uerbum ab intellectu, & intelligibili una cum intellectu, magna tñ differentia percipienda hic est. Conceptus.n.producitur ab utroq, in ui unius efficientis cõpleti,& in rõne rei . Amor autem producitur a uolũtate & re amabili cognita,non ut integrantib.unũ agens,sed ut e diuerso ac diuersis rõnibus cõcurrentibus. A uoluntate enim oritur in ratione rei, Ab amabili aũt in ratione cogniti. Amabile.n.ut cognitũ amorem parit , uoluntas autem ut talis res . Et hæc pro nunc sufficiant pro fundamentis dicendorum de amore , & Spiritusancto .

¶Quartum est,q Sco.in 1.d.13.ex illo uerbo,ordinis,intellexit hunc locum de dist.processionum secundum prius & posterius, & impugnauit tripliciter . Primo , quia illa non est prima distinctio processionũ,nã ideo illa prior,hæc posterior,q a,illa est talis,& ista talis. Secundò,quia processiones diuinæ sunt relationes. Relationes autem non distinguuntur primo,per alias relationes.

Tertio , quia illæ relationes ordinis, sunt aliæ a relationibus originis, quod probatur : quia sunt inter alia extrema. Nam relatio originis , est inter productum , & producens, relatio uerò ordinis est inter originem , & originem . male ergo exposita est litera . Sed ad hæc facilis , est responsio , ex ipso enim progressu illius tractatus apparet sensus , literę simul , cum ratio-

ne, quare sic quasi diminutè, locutus sit hoc in loco author, manifestabitur enim inferius, quod in diuinis non est ordo nisi originis, & quòd ille non includit relationes prioris & posterioris. Et propterea distinctio ordinis hic posita male exposita est, pro distinctione secundum prius & posterius, quoniam est distinctio ordinis originis. Et si contra hoc dicatur quod ista distinctio non, est prima, de distinctione reali loquendo, negatur assumptum, nam vt inferius patebit solæ relationes originis realiter distinguunt in diuinis, de formali autem distinctione iam patet responsio ex corpore articuli, & ex articulo sequenti, quod scilicet distinguuntur vna per intellectum, alia per voluntatem. Vnde ille ordo non addit super ipsas origines alias relationes, vt secunda obiectio vult. Nec est uerum quod alia sunt secundum rem extrema relationũ originis & ordinis, quoniam productum & eius passiua origo in diuinis, sunt unamet relatio eodemque ordine quo productum, scilicet Spiritussanctus est a producto, scilicet filio, processione istius, illius est a processione istius, quod est oriri ab illa. Tacuit autem author hic, hæc, quoniam more suo a magis vniuersalibus ad minus uniuersalia suo loco tractanda procedit, ordinem hic, ordinem deinde specificabit originis.

¶ Quintum est, ꝙ argumenta Scoti ibidem contra tenentes processiones istas distingui penes principia distincta secundum rationem, puta intellectum & uoluntatem; non sunt contra viã nostram quoniam non militant nisi contra tenentes quod distinctio realis processionum pendet ex distinctione rationis principiorum, quod alienum est a doctrina S. Th. Quamuis enim (ut in litera dicitur) ex ratione intellectus & uoluntatis nascatur harum distinctio, non tamen distinctio harum oritur ex distinctione illorum. Aliud est enim dicere, ex intellectu & uoluntate seu ex rationibus eorum, & aliud, est dicere ex distinctione ipsorum, primum enim significat ipsum Deum seu rem realem, secundum uerò eius rationis.

Ferr. 4. cont. c. 23.
Scot. 1. s. d. 13. q. 1.
Cap. 1. d. 6. q. 2. con. 4. d. 10.
Q. 1. con. 2. & d. 13. q. 2. con. 3.
Bannes eodem loco.

163
1. d. 13. a. 3. Et 4. cont. c. 23.

SVP. Q. XXVII.

ART. IIII.

CONCL. Processio amoris in diuinis non dẽt dici generatio.

¶ PROB. Quia processio amoris non consideratur secundum rationem similitudinis, & generatio attenditur secundum rationem similitudinis.

1m de maiori.

Procedit in similitudinem naturę, ℞. Ex propria ui processionis, nõ ex ui naturę tantum. Tunc, &c. Quod enim procedens per modum amoris procedat in similitudinem naturę in Diuinis, hoc non est ex vitalis processionis, per modum, s. voluntatis, sed est ex vi naturę diuinę, quia. s. quicquid in Deo est Deus est. Ex litera ergo dic spiritussanctus est Deus non: quia procedit per modum voluntatis, sed q a hoc suum procedere per modum voluntatis est in Diuinis, seu in natura Diuina.

In suo symbolo fidei.

2m de maiori.

Ita. ℞. quantum ad hoc, quod similitudo est de ratione utriusque, non quantum ad hoc, quod similitudo sit eodẽ modo de ratione, vtriusque §. Tunc &c Nam verbo conuenit generari ratione similitudinis inquantum. s. ipsum est similitudo generantis: id quod non conuenit spiritussancto. Amor. n. procedit ex similitudine, idest ex eo, quod aliquis est similis Petro, amatur a Petro, non autem amor, est similitudo amantis, neque ex amore procedit similitudo. Sic ergo a filio, qui, est similitudo patris generantis, procedit spiritus sanctus, qui est diuinus amor: non autem econtra.

3m de maiori.

Specie. ℞. Nominata, uel innominata, a nobis §. Tunc &cet. Nam sufficit: quod processio per modum uoluntatis speciale nomen, quantum est de se, habeat. Licet illud speciale nomen a generatione differens non sit nobis notum.

ARTICVLVS IIII.

Vtrum processio amoris in diuinis sit generatio.

AD QVARTVM sic proceditur. Videtur, ꝙ processio amoris in diuinis sit generatio. Quod .n. procedit in similitudine naturæ in viuentibus, dicitur generatum & nascens. Sed id qđ procedit in diuinis per modum amoris, procedit in similitudine naturæ, alias esset extraneum a natura diuina, & sic esset processio ad extra. Ergo quod procedit in diuinis per modum amoris, procedit vt genitum & nascens.

¶ 2 Præt. Sicut similitudo est de ratione verbi, ita est etiam de ratione amoris. Vnde dicitur Eccl. 13. ꝙ omne animal diligit simile sibi. Si igitur ratione similitudinis, verbo procedenti conuenit generari & nasci, videtur etiam, quod amori procedẽti conuenit generari.

¶ 3 Præt. Non est in genere quod non est in aliqua eius specie. Si igitur in diuinis sit quędam processio amoris, oportet ꝙ præter hoc nomen commune, habeat aliquod nomen speciale. Sed non est aliud nomen dare nisi generatio. Ergo videtur, ꝙ processio amoris in diuinis sit generatio.

SED CONTRA est, quia secundũ hoc sequeretur, ꝙ spiritussanctus q procedit vt amor, procederet ut genitus. quod est contra illud Athanasii. Spiritussanctus à patre, & filio non factus, nec creatus, nec genitus, sed procedens.

RESP. Dicendum, ꝙ processio amoris in diuinis non debet dici generatio. Ad cuius euidentiam sciendum est, ꝙ hęc est differentia inter [d] intellectum & voluntatem, ꝙ intellectus fit in actu per hoc, quod res intellecta est in intellectu secundum suam similitudinem. voluntas autem fit in actu, non per hoc ꝙ aliqua similitudo voliti sit in voluntate, sed ex hoc quòd voluntas habet quandam inclinationem in rem volitam. Processio igitur, quæ attenditur secundum rationem intellectus est secundum rationem similitudinis. Et intantum potest habere rationem generationis, quia omnes generans generat sibi simile. Processio autem quę attenditur secundum rationem voluntatis, non consideratur secundum rationem similitudinis, sed magis secundum rationem impellentis & mouentis in aliquid. Et ideo, quod procedit in diuinis p modum amoris, non procedit vt genitum, vel vt filius, sed magis procedit vt Spiritus. Quo nomine quædam vitalis motio & impulsio designatur: prout aliquis ex amore dicitur moueri vel impelli ad aliquid faciendum.

AD PRIMVM ergo dicendum ꝙ quicquid est in diuinis, est vnum cum diuina natura. Vnde ex parte huius vnitatis nõ potest accipi propria ratio huius processionis, vel illius: secũdum quam una distinguatur ab alia, sed oportet ꝙ propria ratio huius vel illius processionis accipiatur secundum ordinem vnius processionis ad aliam. Huiusmodi autem ordo attenditur secũdum rationem voluntatis, & intellectus. Vnde secundum horum propriam rationem sortitur in diuinis nomen vtraque processio, quod imponitur ad propriam rationem rei significandam. & inde est quod procedẽs per modum amoris: & diuinam naturam accipit, & tamen non dicitur natum.

AD SECVNDVM dicendum, ꝙ similitudo aliter pertinet ad verbum, & aliter ad amorem. nam ad verbum pertinet in quantum ipsum est quędam similitudo rei intellectę sicut genitum est similitudo generantis. sed ad amorem pertinet, non ꝙ ipse amor sit similitudo, sed in quantum similitudo est principium amandi. Vnde nõ sequitur quòd amor sit genitus, sed ꝙ genitum sit principium amoris.

D. 1116.

AD TERTIVM dicendum, quod Deum nominare non possumus nisi ex creaturis, vt dictum est supra. [e] Et quia in creaturis communicatio naturæ non est nisi per generationem, processio in diuinis non hẽt proprium, vel speciale nomen nisi generationis. Vnde processio quæ non est generatio, remansit sine speciali nomine: sed potest nominari spiratio, quia est processio spiritus.

Q. 13. ar. 1.

APPENDIX.

Vtilitas & S. Eccles.

HInc habes, quomodo ex ratione ostendas, iure in symbolo Athanasij. [Hoc tanquam regula fidei censetur a Concilio Florentino, in Decretis super unione Iacobinorum, & Armeniorum, ibi. Sexto

ARTI-

Sexto Compendiosam illam fidei regulam per beatissimũ Athanasium ipsis præbemus, uidelicet. Quicunq; uult saluus esse &c.) de spiritusancto dici, quod non est genitus, sed procedens. Item a Cõcilio Toletano primo in assertione fidei cõtra Priscillianistas ibi. Est ergo ingenitus pgenitus filius, nõ genitus paracletus, sed a patre filioq; procedẽs. Hæc ibi. Ab his. n. partib. sic dicẽtib. insinuatur, quod processio amoris, seu spiritus sancti, non debet dici generatio, & ideo probatio conclusionis articuli potest aduersariis ostendere, ab eis esse de spiritusancto sic recte dictum. Secundo illa ratione potes etiam reiicere Caluinum irrationabiliter crédere nolentem symbolo Athanasii [Prat. trinitarii.] Item Petrum statorium, & Georgium Brandam, illud symbolum non Athanasii, sed Satanasii plusquam iniuriosé dicẽte [Prat. Lucas sternberger,] licet in catholica Ecclesia cantari soleat item Valentinistas blasphemé dicentes, symbolum Athanasii esse sophisticum, quod quartum inducat Deum, & sacrilegum, quod soluat Christum. Tertio demum quomodo ex his uicissim Angelicus præsens firmetur articulus, uides.

Comm. Cardinalis Caietani.

IN titulo aduerte diligenter ly generatio. Cum. n. in præcedẽti ar. determinatum sit, q; processio amoris non est processio uerbi, & in 2. ar. determinatum fuit quod processio uerbi est generatio, absque quæstione liquet quod processio amoris non est illa generatio, quæ est processio uerbi, & consequenter constat, quod processio amoris realiter distinguitur a generatione illa in diuinis, & de his non hic est quæstio. Vnde nil aliud hic quæritur, nisi uerum amoris processioni in diuinis conueniat ratio formalis generationis. Et sic diligenter perscrutanti apparet, q; sicut præcedens titulus quæsiuit distinctionẽ realem processionis a processione, ita, hic quærit formalẽ non ẽm quãcumq; rõnẽ, sed ẽm rõnẽ generationis. Et uere restabat hoc quærendum, qm̃ stabilitis processionib. uerbi & amoris in diuinis, & q; illa est generatio, & illud filius, oportebat inquirere ac decidetur an ista quoq; sit generatio, & cõsequẽter iste quoq; filius, an nõ. Et hoc est qđ q̃rit.

¶ In corpore duę sunt conclusiones, prima est directe responsiua quæsito. Processio amoris in diuinis non est generatio. Secunda est responsiua intento. Procedens in diuinis per modum amoris procedit ut spiritus. Antequam tamen probentur conclusiones, aduerte quod licet quæsitum unum fuerit, ad perfectionem tamen doctrinæ probatio non solum quæsito simplici, sed & intentæ differentiæ quasi constitutiuæ ipsius processionis satisfacit. Ita, quod simul manifestatur in litera, & quod & quare processio amoris non est generatio, & quæ sit differentia eius constitutiua, quam differt a generatione, & est spiratio.

¶ Probatur ergo directe primo prima conclusio ex differẽtia inter intellectum, & uoluntatem sic. Intellectus hẽt hæc tria ordinate, primo quod sit in actu similitudinẽ rei intellectæ, secundo quod ex hoc processio in intellectu est scd̃m rationẽ similitudinis, tertio quod hic ex hoc habet rationem generationis, quia oẽ generans generat sibi simile. Voluntas autem totaliter ex opposito. primo fit in actu, non scd̃m similitudinem uoliti, sed scd̃m inclinationem in illud, secundo ex hoc, processio in uoluntate nõ est secundum rationem similitudinis, sed impellẽtis, tertio, ex hoc processio ista non est generatio, nec procedens est genitus, aut filius, & tunc subiungitur probatio secundæ conclusionis, q; s. procedat ut Spũs per modum subsequentis consequentiæ sic. Spũs importat uitalem quandam motionem cum impulsu non qualemcumque, sed eam qua ex amore dicimur moueri uel impelli, ergo procedens in uoluntate per modum impulsus procedit ut Spũs, quod erat intentum. Et sic utraque conclusio simul est probata. Et fundatur processus uis super illa particula posita in diffinitione generationis, s. secundum similitudinem. Ita quod quia processio aliqua ex propria ratione formali est uel non est secundum similitudinem, est, aut non est generatio. Sane tamen intelligendo quoad constructiuam, quia intelligitur concurrentib. cæteris particulis, quæ sunt de ratione generationis, ad destructiuam. n. sufficit istius tantum particulæ negatio, eo quod rationes formales sunt sicut numeri, ut dicitur 8. metaphy.

¶ Circa differentiam primam inter intellectum & uoluntatem assignatam, dubium occurrit, de quo actu interpretanda sit, an de primo, an de secundo. Et siquidem interpretatur de actu primo, falsa uidetur ex parte uoluntatis, quoniam fictio uidetur, quod ad hoc quod uoluntas uelit aliquid, præexigatur in ea aliqua inclinatio faciens ipsam formaliter in actu primo, sicut species intelligibilis se habet ad intellectum proportionaliter. Si uero intelligitur de actu secundo, oportet assignare quomodo oriatur ex hac differentia secunda, cum hac enim stat, quod utrobique sit processio secundum similitudinem, ut patebit in sequenti dubio.

¶ Circa secundam differentiam dubiũ occurrit, quia falsa quoque uidetur ex parte uoluntatis, nec sequi ex prima, imo potius contradicere primæ, quod sic manifestatur. Procedere scd̃m similitudinem in proposito, est terminum processionis ex ui processionis esse similem producenti in actu, ut patet de uerbo respectu intellectus in actu primo, sed amor procedit ut similis uoluntati in actu primo, quia impulsus procedit ab impulsu sicut in intellectu similitudo expressa a similitudine impressa, ergo & falsum est, quod in uoluntate non sit processio secundum similitudinem, & ex hoc ipso, q; uoluntas fit in actu per inclinationem, sequitur, qđ producat inclinationem, & consequenter sibi simile agat non minus quã intellectus proportionalitate seruata. Nec refert quoad propositum, utrũ uoluntas sit in actu primo per seipsã aut per inclinationẽ superadditã, ipsa nãq; scd̃m se est inclinatio quædã.

¶ Circa tertiam differentiam, immo potius circa ipsius radicem in litera allatam, s. quod omne generans generat sibi simile, dubiũ occurrit, quoniam affertur non causa ut causa, facere enim sibi simile non est proprium generanti, sed commune est omni agenti omne enim agens producit sibi simile secundum formã qua agit, & consequenter, cum uoluntas sit agens non minus ista causa concludet de processione uolũtatis quam de processione intellectus, & sic non solum est hic peccatum secundum non causam differentiæ ut causam, sed quod peius est, infertur oppositum intenti.

¶ Circa totum hunc processum dubium occurrit ad hominem quoniam contradicere uidetur doctrina hæc dictis in quæstionib. de potentia Dei q. 10. ar. 2. ibi, namque negatur processiones has distingui seipsis, hic uero determinatur eas distingui propriis earum rationibus, hoc autem idem est, quod seipsis formaliter.

¶ Ad euidentiam horum prælibanda sunt duo. Primo, quod illa maxima. Omnẽ agẽns agit sibi simile secundum formam qua agit, est uera, quando forma est ratio agendi in ratione rei, non oportet autem ueram esse, quando forma est rõ agendi ut cognita. Et est ratio diuersitatis, quia agere ut res, est agere quia talis est, ac per hoc oportet agere tale quale ipsum est, agere uero ut cognitum, non est agere quia est tale, sed quia cognoscitur tale. Ex hoc autem quod aliquid cognoscitur tale, non oportet sequi simile illi, sed stat, sequi solum inclinationem in illud ut in nobis experimur. Scd̃o q; pars appetitiua, qm̃ necessario mouetur a cognito, hoc habet singulare, & quod aliquo modo agat in rõne rei, & aliquo modo rõne cogniti. Cum n. amor primũ locum tenens in appetitu, ab appetitu, & appetibili cognito necessario oriatur, si consideremus amorem ut procedit ab appetitu, sic procedit ut a re si autem ab appetibili sic ut a cognito, & si ut ab utroque simul quasi ab agente, & quasi ratione agendi diuersa tñ rõne ut ſ dximus, sic meliori uocabulo, mixtum hoc fieri, procedendique modũ exprimere non occurrit, quam per modum appetitus uitalis. Et ẽm hoc facilis est responsio ad tria dubia primo mota, & ut ordine retrogrado respondeatur sigillatim a radice incipiendo.

¶ Ad tertium dubium dicitur, quod licet non sit proprium generantis, ut distinguitur contra agens, agere sibi simile, est tamen proprium ei, ut distinguitur contra agens per modum impulsus, seu uitalis appetitus intus, ut in litera accipitur, quia hic distinguitur contra agens in se ratione cogniti, quale est appetitiuum, & sic est sibi proprium, & sic assignata causa, & est uere causa seu differentia, & infert intentum.

¶ Ad secundum autem dicitur, quod comparando amorem ad quasi partiales causas sic inuenitur oriri a simili, & a non simili a simili quidem, pro quanto oritur ab appetitu, a non simili uero, pro quanto ab appetibili. Sed comparando ipsum ad totale suum productiuum, s. uoluntatẽ quasi agentem, & uolibile cognitũ quasi rationem agendi, sic procedit a non simili. non. n. amorem similitudo rei amatæ, sed inclinatio in illam, & manifeste tractatur in litera Ponit namque differentiam in hoc, quod conceptus est similitudo rei intellectæ. Amor autem ut sic, non est similitudo eiusdem quæ res est amata, unde patet responsio ad obiecta.

¶ Ad primum autem dubiũ dicitur, quod litera potest de utroque actu intelligi. Et de primo quidem non sic intelligenda est, ut argumentum fingit, sed quod uoluntas in actu primo in se fit actu per inclinationem, non curando utrum illa inclinatio sit rei superaddita uoluntati, aut sit idem quod ipsa, utrumque namque uidetur uerum, respectu diuersorum in uoluntate nostra, inclinatur namque naturaliter uoluntas in beatitudinem, & inclinatur rursus affectione superaddita in hæc uel illa bona, quibus afficitur ex consuetudine, passione, aut ratione. De actu uero secundo non est dubium. Quoad illationem uero consequentium differentiarum, & literæ contextum, & de actu secundo interpretanda est. Ex hoc enim ipso, quod terminus intellectus in actu est similitudo rei intellectæ. terminus autem uoluntatis in actu non est similitudo rei uolitæ, sed impulsus potius in illam, manifeste sequitur quod totale productiuum conceptus facit sibi simile secundum formam, quæ est ei ratio agendi. Totale uero pductiuũ amoris nõ facit sibi simile scd̃m illam formã, quæ est ei, quasi rõ agendi. s. rem uolitam, & sic satisfit obiectis. Ad quarti dubij euidentiam sciẽdum est, primo q; aliud est aliqua distingui seipsis formaliter, & aliud est aliqua formaliter distingui seipsis primo.

Ad primum.n.sufficit,q per aliquid sibi essentiale fiat distinctio, siue illud sit pars diffinitionis,siue tota diffinitio. Ad secundũ aũt non sufficit hoc,sed exigitur,quod sint primo diuersa,ita quod di stinguantur non per aliud distinctiuum. Secundo scito,quod quẽadmodum diuersorum ordinum entia sunt,ita & rationes forma les eorum, & propterea oportet quorundam entium diffinitiones includere aliquid extra essentiam diffinitã,non propter melius,sed ex necessitate absoluta,ut patet de relationib.propter qđ cum de huiusmodi entib.sermo est, & dicimus quod seipsis distin guuntur,aut non distinguũtur,aut aliquid aliud habent,attendere oportet,quod dupliciter potest intelligi. Vnõ modo ut ly seipsis, ostendas proprias essentia. Alio modo ut ostendat proprias essentias cum præcisione,non solum eorum quę sunt in suis diffinitionib.per additamentum clausa, sed etiam transcendentis ordinis ad illa. Et siquidem hoc secundo modo intelligatur,ut plurimum propriæ uocis ignorantia est,quoniam huiusmodi essentiæ intrinsecæ claudunt talem ordinem in seipsis,nec ab eo abstrahi possũt. Primo autem modo,optima est interpretatio, quoniã unaquęq; res intrinsecum constitutiuum,& consequenter distinctiuũ oportet quod habeat, & quoniam huiusmodi intrinseca ordinẽ quendam ad extrinseca habent,ideo & a Philo.& a S.Tho.frequenter dicuntur hæc conuenire per extrinseca, puta terminũ obiectum subiectum, &c. Idem.n. est sensus horum cum primo apud sanè intelligentes. Et hic oportet ualde notare in materia de potentijs,operationib.motib.& alijs huiusmodi. Ex his namque, omnium ueritas facile apparet. His prælibatis,ad dubium dicendum est,q apud S.Th. processiones istæ non distinguuntur seipsis primo,imò exponendo ly seipsis cum præcisione ordinis transcendentis ad principia,terminos,&c. huiusmodi dicere, quod distinguantur seipsis primo, est nihil dicere, & hæc duo intendebat in loco adducto, ut ibidem patet, quoniam de ultimate distinctiuis loquitur,& principia terminosq; examinat. Sed distinguũtur apud ipsum formaliter per illas particulas, seu differentias in earũ diffinitionib. clausas intrinsece.s.per modum similis, & per modum impulsus,ut expresse patet in litera. Et hunc sensum seruando,potest concedi quod distinguuntur seipsis,sicut etiam potest eodem modo concedi de boue,& homine,non tamen consueuimus huiusmodi sermone uti,nisi in ultimate distinctiuis, & distinctis, sed non est quæstio facienda de uerbis. Hinc autem patet in hoc Sco. in 13.dist.1.dissentire a S.Th quoniam tenet istas processiones distingui seipsis primo,ita quod in nullo conueniunt,nec tamen aliqua hoc ratione probat. Et in promptu erat, & est contra eũ obiectio,quod istæ processiones cõueniunt in multis prædicatis quidditatiuis, ut puta quod processio diuinæ personæ sit immaterialis.

Scot.i.5.d.2.q.7.
Bannes eodem loco.

SVP. Q. XXVII. ART. V.

164
In q.28.a 4.cor.& q. 37.a.1.cor. & q.41.a.6 cor. & po. q 10. art. 2. arg. ad op.

CONCL. Nulla alia processio potest esse in Deo, nisi duæ, scilicet uerbi, & amoris.

¶PROB. Quia in Deo non potest accipi processio, nisi secundum actiones immanẽtes in natura intellectuali, & huiusmodi actiones non possunt esse,nisi duæ,[scilicet intelligere,uelle.]

¶NOT. Licet intelligere, & uelle diuina sint totaliter actiones immanentes,tamen intelligere, & uelle, nostra nunc non uidentur totaliter remota a genere actionum ad extra, propter rationem ipsius sentire in litera dictam. Sicut enim sentire perficitur p actionem sensibilis in sensum, ita nostrum nunc intelligere, & consequenter uelle, perficitur per actionem phantasmatum sensatorum in intellectum. Ergo,si ob illud non est totaliter remotum ab actionum genere ad extra ipsum sentire,uidetur, quod & ob id ipsum intelligere nostrum nũc non sit totaliter a tali genere actionum remotum.

ARTICVLVS V.

Vtrum sint plures processiones in diuinis, quam duæ.

AD QVINTVM sic proceditur. Videtur q sint plures processiones in diuinis,quam duæ. Sicut.n.scientia, & uoluntas attribuitur Deo,ita & potentia. Si igitur secundum intellectum,& uoluntatẽ accipiuntur in Deo duæ processiones,uidetur quod tertia sit accipiẽda secundum potentiam.

¶2 Præt. Bonitas maxime uidetur esse principium processionis cum bonum dicatur diffusiuum sui esse. Videtur igitur quod secundum bonitatem aliqua processio in diuinis accipi debeat.

¶3 Præt. Maior est fœcũditatis uirtus in Deo, quam in nobis, sed in nobis non est tantum una processio uerbi, sed multæ, quia ex uno uerbo in nobis procedit aliud uerbum, & similiter ex uno amore alius amor,ergo,& in Deo sunt plures processiones,quam duæ.

SED CONTRA est, quod in Deo non sunt nisi duo procedentes, s. filius,& Spiritus sanctus. Ergo sũt ibi tantum duæ processiones.

RESP. Dicendum,quod processiones in diuinis accipi possunt nisi s̃m actiones quæ in agente manẽt. Huiusmodi autem actiones in natura intellectuali,& diuina nõ sunt nisi duæ, s.intelligere & uelle. Nam sentire,quod & uidetur esse operatio in sentiente, est extra naturam intellectualem, neque totaliter est remotum a genere actionũ d quæ sunt ad extra. Nam sentire perficitur per actionem sensibilis in sensum. Relinquitur igitur quod nulla alia processio possit esse in Deo nisi uerbi,& amoris.

AD PRIMVM ergo dicẽdum,q potentia est principiũ agendi in aliud. Vnde secundum potentiam accipitur actio ad extra. Et sic secundum attributum potentiæ non accipitur processio diuinæ personæ, sed solum processio creaturarum.

AD SECVNDVM dicendum,q bonũ (sicut dicit Boet.* in li.de Hebdomadib.) ptinet ad essentiã, & nõ ad operationẽ, nisi forte sicut obiectum uoluntatis. Vnde,cum processiones diuinas s̃m aliquas actiones necesse sit accipere s̃m bonitatẽ,& huiusmodi alia attributa, non accipiuntur aliæ processiones nisi uerbi, & amoris, secundum quod Deus suã essentiam,ueritatem, & bonitatem intelligit & amat.

AD TERTIVM dicendum,quod (sicut supra habitũ est*) Deus uno simplici actu omnia intelligit,& similiter omnia uult. Vnde in eo nõ potest esse processio uerbi ex uerbo,neque amoris,ex amore,sed est in eo solum unum uerbum perfectum, & unus amor perfectus. Et in hoc eius perfecta fœcunditas manifestatur.

QVAE-

D. n.11.

& intelligendo ueritatem suã producit Verbum.

3^m de maiori.

Maior. R. 1. Perfectior, non autem numerosior. §. Tunc &c. Immo argumentum est pro conclusione. Nam ex eo, quod per utramuis processionem producitur quid perfectissimum,patet apertè, & quod illa fœcunditas est sine fine maior intensiuè omnibus fœcũditatibus nostris etiam simul sumptis, & quod multiplicari nõ potest. Quod enim nostra fœcunditas multiplicetur,puta quod unus pater habeat plures filios, est ex imperfectione, quia scilicet unus filius non adæquat totam fœcunditatis uirtutem,a qua processit.

In lib. An oẽ qđ est, bonum sit, circa illum finem.

APPENDIX.

Vtilit. pro S.Eccl.

HInc habes, quomodo ex ratione ostendas, duas tantum personas procedẽtes merito poni in diuinis, & a scripturis sacris,& a symbolo fidei, & ab omnibus legitimis Concilijs de hoc tractantibus. Si enim duæ tantum, sunt processiones ibi, quarum utrauis persona producitur perfectissima in summo patet, quod ibi duo tantum procedentes sunt. Secundo habes,quomodo ex eadem ratione, extensione quadam proportionali, intelligas contrariam sententiam [quod scilicet sint plures processiones,quam duæ] esse damnatam, de sum. Trin. & fid. cath. Damnamus. Ibi enim Papa Innoc. in concilio abhorret in diuinis quaternitatem, quæ deducitur ex trinitate personarum, & re absoluta extra personas,ergo a simili,detestatur quaternitatem,quæ aliunde ueniret. Conclusionem enim istã,scilicet,quaternitas datur in diuinis condemnat uniuersaliter, licet hanc ex materia,quam ibi tractat, Abbatis Ioachim specialiter tunc resultari ostendat. Quis modo nesciat,quaternitatem diuinarum personarum dari,si plures sint processiones duabus? Tertio quomodo ex his uicissim Angelica doctrina firmetur articuli, uides.

q.14.a.5.& 7.q.19.a.5.

a

1^m de conclusione. Tertia. R. Ad extra tamen existens,non existens ad intra. §. Tũc &c. Nam de processionibus ad intra tantum est conclusio. Ex litera quoque dic,quod datur tertia processio existens a Deo, sed non tertia existens a Deo in diuinis. Hoc est. Non datur processio tertia, quæ procedat aliqua persona diuina, sed quia a Deo procedant creaturæ.

2^m de antecedente. Principium. R. Vt obiectum uoluntatis,non. Vt actio. §. Tũc &c. Processiones enim,de quibus loquimur, secundum actiones aliquas attenduntur,non secundum obiecta illarum actionum, puta non s̃m ueritatẽ,& bonitatẽ. Ex litera dic,q bonitas asseritur esse processionis principium, ut uoluntatis obiectum, inquantum Deus amando bonitatem suam producit spiritumsanctum, sicut

&

Comm.

Comm. Cardinalis Caietani.

Titulus ex prædictis est clarus.

¶In corpore vnica est conclusio responsiua quæsito. Nulla processio potest esse in diuinis nisi verbi, & amoris. Probatur sic, Processiones diuinæ non possunt accipi nisi secundũ actiones immanentes, ergo non nisi secundum intelligere, & velle: ergo non nisi verbi, & amoris. Prima consequentia probatur dupliciter: primò, quia in natura intellectuali non est aliud genus actionis immanentis: constat enim Deum naturæ esse purè intellectualis. Secundò, quia sentire, quod tertium est genus immanẽtium, non est omnino extra operationes transeuntes: pro quanto fit ab obiecto extrinseco.

¶Circa antecedens, quod est fundamentum dictorum, & dicendorum in materia de Trin. aduerte, quòd dupliciter impugnari potest à negantibus productiones in diuinis esse ipsas actiones immanentes: in hac enim negatiua conueniunt Scot. & Durandus, vt superius allegatum fuit. & contra Scot. quidem argutum est, recitata eius opinione. Vnde nunc restat Durandi dicta refellere. Ipse namque in 10. dist. primi, non annuens huic rationi ad 6. dist. se remittit: in qua, & hanc literam impugnauit, & suam fundauit opinionem. Arguit ergo quòd processiones diuinæ non attenduntur penes intelligere, & velle: quia hæc sunt essentialia communia omnibus personis, & idẽ realiter: productiones autem sunt secundum omnes actus notionales: nec omnibus conueniunt, & distinguuntur realiter. Opinatur autem ipse, processiones diuinas attendi secundum actus naturæ, præcisis intellectu, & voluntate, & omnibus actibus eorum: & in hoc etiam à Scoto dissentit, ponente eas attendi secundùm actus intellectus, & voluntatis, quamuis illos actus distinguat ab intelligere, & velle. Fundatque Durandus opinionem suam sic: Communicatio naturæ prouenit ex fœcunditate ipsius naturæ. ergo non prouenit ex intellectu, & voluntate. Seclusis igitur his, sicut remanet natura, ita remanet & fœcunditas, & actus cõmunicatiuus naturæ: ergo &c. Antecedens & patet inductiue, & est per se notum, & firmatur authoritate Hilarij, omnib. creaturis substantiã voluntas attulit, &c. consequentia verò probatur ex eo quòd qualis est ordo inter aliqua, cum distinguuntur realiter similis est ordo inter illa cum distinguuntur ratione: patet autem quòd natura prior est intellectu, & voluntate, & similiter actus naturæ actibus eorum. Et confirmatur, quia si calor esset intelligens, & volens, non calefaceret inquantum intelligens aut volens, sed ex natura sicut nunc: per se igitur, & primo communicare naturam, est actus naturæ, omni alio secluso: hæc est vis positionis Durandi.

¶Ad euidentiam huius difficultatis nota primò, q natura nullũ actum habere potest, nisi ille sit actio immanens aut transiens: impossibile namque est tertium genus operationis, seu productionis inuenire, etiam si fingendi detur licentia: eo quòd oportet omnem actum secundum esse perfectiuum esse agentis, aut acti, & inducendo singulas vniuersi naturas sufficiens huic propositioni testimoniũ perhibetur, etiam si adducta ratio deesset.

¶Nota secundo, quòd fœcunditas non est conditio omnis naturæ: non enim omnis natura potest communicare seipsam secundum eandem rationem, seu vniuocè. sic enim modo loquimur. Constat namque Solem non posse generare alium Solem, & similiter procul est ab intelligentijs actus communicatiuus propriæ naturæ: cuius ratio redditur inferius q.45.art 5. ad primum.

¶Nota tertiò, quòd in illa natura, cui conuenit fœcunditas, eo modo inuenitur communicare se, quo inuenitur agere ad communicationem sui. Cum autem in diffinitione naturæ 2. Phys. ponatur primum non proximum principium, non est in quacumque natura requirendum, quod sit seclusa qualibet potentia proximũ, & immediatum principiũ operationis, sed sat est, quod sit primum illius principium mediante potentia eius naturali, vt in elementis, & animalib. patet. Ex his autẽ inductiue manifestis, atque rationi consonis deducitur primo, q si qua est natura fœcunda communicabilis per suam actionẽ transeuntem, illa non inquãtum intelligens, volens, aut sentiens: sed seclusis omnib. his habet actum sui cõmunicatiuũ per potentiam suam, qui est actio transiens Si qua autẽ natura est fœcunda, cui repugnet communicari per actionem transeuntem, qualis est omnis natura purè intellectualis, illa habet per potentiam, vel potentias suas actum communicatiuum sui de genere actionum immanentium: & cum huiusmodi actiones in natura intellectuali non sint nisi actus, intellectus, & voluntatis, solæ namque istæ sunt naturales potẽtiæ propriæ naturæ, purè intellectualis: sequitur quòd si qua natura purè intellectualis est fœcunda, actus communicatiuus ipsius est, actus intellectus, aut voluntatis, vel vterque, & hæc est ratio literæ huius inchoatæ iam à primo art. huius quæstionis contra Arrium, &c.

¶Ad obiectiones igitur in oppositum dicitur: & primò ad primã, q ex omnibus illis nihil aliud habetur, nisi q processiones, seu productiones nõ sunt actiones immanẽtes præcise, quod nos docemus, tenentes q sunt intelligere exprimendo verbũ, & similiter velle spirando, & sic de alijs, vt inferius latius patebit. Ad radicem autẽ opinionis concessa antecedente propositione, neganda est sequela: quoniam stat q actus communicatiuus naturæ sit ex fœcunditate eius: & tamen non præueniat quocumque ordine actum intellectus aut voluntatis, eo quòd naturæ illi repugnat communicari per alium actum quàm intellectus aut voluntatis. Ad probationem verò sequelæ cum dicitur, qualis est ordo, &c. concessa maiore negatur minor, quoad id quod supponit, s. q naturæ fœcundæ debeatur actus sui communicatiuus seclusis cæteris. hoc enim est falsum, vt declarauimus. Et si instetur, quia intellectus præsupponit naturam fœcundam, ergo actus intellectus præsupponit actum naturæ fœcundæ: neganda est causalis, & sequela, quamuis præiacens illius causalis sit vera: & ratio negationis est, quoniam huiusmodi argumentationes non tenent in subordinatis, quorũ eadem est operatio, ita quod primum non nisi per secundum operari potest, vt contingit in proposito. Et si quæratur causa quare natura non potest seclusa potentia operari, nulla est alia ratio, nisi quia est natura. debetur enim sibi ex hoc esse primum, non proximum operis principium. repugnat enim naturæ communicari per talem priorem actum, vt diximus. Fallit autem videtur imaginatio ex hoc, quòd imaginatur quis naturam, & intellectum se habere quasi duas naturas: cum tamen ad propositũ oporteat imaginari, quòd intellectualitas sit differentia constitutiua naturæ in tali ordine, seu genere rerum, quod aut sit infœcunda, aut fœcunditas eius sit per actus intelligibiles: & sic est in rei veritate. Et ex hoc patet nihil officere proposito veritatem illius conditionalis, de calore, & similibus: quoniam veræ sunt de formis communicabilibus per actionem ad extra, & quas fingimus habere se vt sic ad intellectualitatem vt proprietatem: & non vt determinatiuam differentiam ad modum communicationis sui, vt in proposito accidit. Vnde processiones diuinæ putandum est, quòd omnium processionum in se perfectiones præhabeant eminenter. Et quia sunt ex fœcunditate naturæ, ideo sunt ipsius communicatiuæ. Et quia sunt in natura purè intellectuali, ideo sunt actus intellectus & volũtatis. Et quia sunt perfectè simpliciter, ideò neutra multiplicatur, &c.

SVPER Q. XXVIII. ART. 1.

Ferr. 4. cont. c. 14.
Aegid. 1. s. d. 26. q. 1. 2. princ.
Cap. 1. d. 30. q. 1. con. 1. & 3.
Bannes q. 28. ar. 1.
Alb. Mag. 1. d. 8. art. 34. & dist. 26 art. 6.
Pet. de Pal. 1. s. d. 26. q. 1.

CONCL. Necesse est; q relationes, quæ secundum processiones diuinas accipiũtur, sint relationes reales.

¶PROB. Quia quando aliquæ res secũdum suam naturam ad inuicem ordinatæ sunt, necesse est; relationes in huiusmodi rebus inuẽtas esse reales: & processiones in diuinis sunt ad inuicem ordinatæ in identitate naturæ.

QVÆST. XXVIII.

De relationibus diuinis, in quatuor articulos diuisa.

DEINDE considerandum est de relationibus diuinis.

ET circà hoc quæruntur quatuor.

¶ Primò, Vtrum in Deo sint aliquæ relationes reales.

¶ Secundò, Vtrum illæ relationes sint ipsa essentia diuina, vel sint extrinsecus affixæ.

¶ Tertiò, Vtrum possint esse in Deo plures relationes realiter distinctæ ab inuicem.

¶ Quartò, De numero harum relationum.

ARTICVLVS I.

Vtrum in Deo sint aliquæ relationes reales.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur quòd in Deo nõ sint aliquæ relationes reales. Dicit enim Boet. in lib. de Tri.* quòd cum quis prædicamenta in diuinam vertit prædicationẽ, cuncta mutantur in substantiam quæ prædicari possunt, ad aliquid verò omnino non potest prædicari. Sed quicquid est realiter in Deo, de ipso prædicari potest. ergo relatio non est realiter in Deo.

¶2 Præt. Dicit Boet.† in eod. lib. quòd similis est relatio in Trinitate patris ad filium, & vtriusque ad Spiritumsanctũ, vt eius quod est idem, ad id quòd est idem. Sed huiusmodi relatio est rationis tantum, quia omnis relatio realis exigit duo extrema realiter. ergo relationes quæ ponuntur in diuinis, non sunt reales relationes, sed rationis tantum.

¶3 Præt. Relatio paternitatis est relatio principii. Sed cum dicitur, Deus est principium creaturarum, non importatur aliqua relatio realis, sed rationis tantum. ergo nec paternitas in diuinis

165 1. d. 26. q. 2. art. 1. Et di. 33. ar. 1. in corp. & 4. cõt. c. 14. Et p. q. 2. ar. 6. cor. & q. 8. ar. 1. & op. 3. cap. 53.

* In med. lib. de Tri.
† Circa fin. lib. de Tri.

1m de fine maioris. Prædicari. ℞. Per modum inhærentis: non per modum ad aliud se habentis. §. si consideretur. f. relatio secundum propriam relationis rationem. Tunc &c. Nam quicquid est in Deo realiter, de ipso potest prædicari vel per modum inhærentis [.i. per comparationẽ ad illud cui inest, vel per respectum ad alterum] Cuncta, quæ de Deo prædicantur primo modo, vertũtur in substantiam: quæ autem secundo modo, remanent relationes.

Duobus modis ꝓdicãt aliqua de Deo.

2m de maiori. Similis est. ℞. Quãtum ad identitatem substantiæ: non, quantum ad idẽtitatem numeralem personarum. §. Tũc &c. Nam licet huiusmodi relationes sint similes relationibus identitatis in hoc, quod nõ tollunt identitatem substantiæ: tamen sunt relationes realr distinctę, inquantum personas tanquam extrema sua realiter distincta habent. Verbi gratia. Paternitas filiatio non tollunt vnitatẽ numeralem essentiæ; habent tamẽ personas realiter distinctas, scilicet patrem & filium, tanquam sua extrema.

3m de maiori. Principij. ℞. In eadem natura existentis: non, in diuersa. §. Tunc &c. Nam Deus est creaturarum principium in diuersa natura existens. Vnde non est eadem ratio. Ex litera dic: quòd Deus personas producit ex necessitate naturæ; licet non coactitiè. Per intellectũ ergo & voluntatẽ producit personas, sed ex necessitate naturæ: per intellectum & voluntatem producit creaturas, sed voluntariè, i. ita ꝙ potest etiam non producere.

Productio nes personarum, & creaturarũ differunt.

4m de minori. Operationem intellectus. ℞. Solam: non, fundatam in rebus relatiuè ad inuicem realiter cõparatis. §. Tunc &c. Nã relationes huiusmodi in diui-

* q. præce. art. 2. & 4.

in diuinis est relatio realis. Et eadem ratione nec aliæ relationes, quæ ponuntur ibi.

¶ 4 Præt. Generatio in diuinis est secundũ intelligibilis verbi processionem: sed relationes quę consequuntur operationem intellectus, sunt relationes rationis. ergo paternitas & filiatio, quę dicuntur in diuinis secũdum generationem, sunt relationes rationis tantùm.

Sed contra est, quòd pater non dicitur nisi à paternitate, & filius a filiatione: si igitur paternitas & filiatio non sunt in Deo realiter, sequitur, quòd Deus non sit realiter pater, aut filius, sed secundum rationem intelligentiæ tantum: quod est hæresis Sabelliana.

Respon. Dicendum, quòd relationes quædam sunt in diuinis realiter. Ad cuius euidentiã considerandum est, quòd solum in his quæ dicuntur ad aliquid, inueniũtur aliqua secundum rationem tantum, & non secundum rem. Quod non est in aliis generibus: quia alia genera (vt quantitas & qualitas) secũdum propriam rationem significãt aliquid alicui inhærens. Ea verò quę dicuntur ad aliquid significant secundum propriã rationem solum respectum ad aliud. Qui quidem respectus, aliquando est in ipsa natura rerum, vtpotè quando aliquæ res secundum suam naturam ad inuicem ordinatæ sunt, & inuicem inclinationem habent. Et huiusmodi relationes oportet esse reales. Sicut in corpore graui est inclinatio & ordo ad locum medium. Vnde respectus quidam est in ipso graui respectu loci medii: & similiter est de aliis huiusmodi. Aliquãdo verò respectus significatus per ea quæ dicuntur ad aliquid, est tantum in ipsa apprehensione rationis conferentis vnum alteri: & tunc est relatio rationis tantũ. Sicut cum comparat ratio hominem animali, vt speciem ad genus. Cum autem aliquid procedit à principio eiusdem naturæ, necesse est quòd ambo, scilicet procedens, & id à quo procedit, in eodem ordine conueniant. & sic oportet, quod habeant reales respectus adinuicem. Cum igitur ꝓcessiones in diuinis sint in identitate naturę (vt ostensum est *) necesse est, quòd relationes quę secundum processiones diuinas accipiuntur, sint relationes reales.

Ad primum ergo dicendum, quòd ad aliquid dicitur omnino non prędicari in Deo secũdum propriam rationẽ eius, quod dicitur ad aliquid, inquantum s. propria ratio eius quod ad aliquid dicitur, non accipitur per comparationem ad illud cui inest relatio, sed per respectum ad alterum: non autem per hoc excludere voluit quòd relatio non esset in Deo, sed ꝙ non prędicaretur per modum inhęrentis secundum propriam relationis rationem, sed magis per modum ad aliud se habentis.

Ad secundum dicendum, ꝙ relatio, quæ importatur per hoc nomen idem, est relatio rationis tãtum; si accipiatur simpliciter idem: quia huiusmodi relatio non potest consistere, nisi in quodam ordine, quem ratio adinuenit alicuius ad seipsum secundum aliquas eius duas considerationes. Secus autem est, cum dicuntur aliqua eadem esse non in numero, sed in natura generis, siue speciei. Boet. igitur relationes quę sunt in diuinis, assimilat relationi identitatis: non quantũ ad omnia, sed quantũ ad hoc solũm, ꝙ per huiusmodi relationes non diuersificatur substantia, sicut nec per relationem identitatis.

Ad tertium dicendum, ꝙ cũ creatura procedat à Deo in diuersitate naturæ, Deus est extra ordinẽ totius creaturę, nec ex eius natura est eius habitudo ad creaturas. Non enim producit creaturas ex necessitate suę naturæ, sed per intellectũ & per voluntatem, vt suprà dictũ † est. Et ideo in Deo nõ est realis relatio ad creaturas, sed in creaturis est realis relatio ad Deum: quia creaturæ continentur sub ordine diuino, & in earum natura est, quòd depẽdeant à Deo. Sed processiones diuinę sunt in eadem natura. Vnde non est similis ratio.

Ad quartum dicendũ est, ꝙ relationes quę consequuntur solam operationẽ intellectus, in ipsis rebus intellectis sunt relationes rationis tãtum, quia s. eas ratio adinuenit inter duas res intellectas. Sed relationes, quæ consequuntur operationẽ intellectus, quę sunt inter verbum intellectualiter procedens, & illud à quo procedit, nõ sunt relationes rationis tantũ, sed rei: quia & ipse intellectus, & ratio est quædam res: & comparatur realiter ad id quod procedit intelligibiliter: sicut res corporalis ad id quod procedit corporaliter. Et sic paternitas & filiatio sunt relationes reales in diuinis.

diuinis sunt inter procedens, & à quo procedit, & consequenter nõ consequũtur operationem solam intellectus, quasi adinueniẽtem in rebus intellectis istas relationes; sed consequuntur operationẽ intellectus res realiter ad inuicem relatiuè distinctas concernentem.

APPENDIX.

Hinc habes: quomodo ex ratione tanquàm in radice confundas hęresim Sabellij impie dicentis, ꝙ vna persona sunt pater, filius, spiritussanctus; nec differunt realiter personaliter. Nam, cũ pater sit paternitate pater, filius filiatione, spiritussanctus processione; si paternitas filiatio processio sunt relationes reales: patet, ꝙ pater, filius, & spiritussanctus sunt personæ realiter distinctæ. Sicut e cõuerso hęresis illa Sabelliana sequeretur: si negaretur articuli conclusio, s. ꝙ relationes ipsę sint reales. Secũdò habes: quomodo ex ratione tanquàm in radice ostendas, hęresim prædictã iure esse damnatã à symbolo Athanasij compẽdio fidei regula [suprà q. 27. ar. 4.] dicente, Alia est persona patris, alia filij, alia spiritussancti. Itẽ à Papa Innocentio sic. Hæc sancta Trinitas ſm communem essentiã indiuidua: & ſm proprietates [.i. relationes] personales discreta. Hæc in de sum. Trin. & fi. cath. firmiter. Item à Concilio Toletano 11. can. 1. sic. In relatiuis personarũ nominibus pater ad filium, filius ad patrem, spiritussanctus ad vtrosque, refertur: quæ, cùm relatiuè tres personę dicantur, vna tantũ substantia creditũ. Hæc ibi. Item à Concil. Florentino, de processione spiritussancti. In diuinis omnia sunt vnum, vbi nõ obuiat relationis oppositio: Hæc ibi. Item ab omnib. alijs de hac re tractantibus. Tertiò, quomodo ex pręmissis vicissim firmetur S. Doctoris conclusio, vides.

Vtilitas pro Eccle. S. Dei.

2

† q. 19. ar. 4. & 4. Et q. 14. art. 8. D. 1084.

3

ARTI-

Comm. Cardinalis Caietani.

IN titulo ly reales, quid significet patet: quare autem addatur, In corpore, litera dicet: quia s. non omnes relationes sunt reales: ly sint in Deo significat modum essendi in Deo formaliter. Et quoniã in numero plurali quæritur: insinuatur & quod intendit an in Deo sint plures relationes reales: & quòd de relationibus ad intra est quæstio: Relationes enim ad extra & superius tractatæ sunt, & magis essent Dei ad alia, quàm in ipso Deo secundum seipsum: quomodo de eo loquimur.

¶ In corpore tria facit: primò proponit conclusionem responsiuã: secũdò tractat illum terminum reales: tertiò probat conclusionem. Quo ad primum cõclusio responsiua quæsito affirmatiue est: Relationes

tiones quædam sunt in diuinis realiter. Quo ad secundũ, & redditur ratio quare apponatur supra relationẽ realitas, & quis sit respectus realis, & quis rationis. Ratio primi est differentia inter ad aliquid & alia genera: quoniã cæterorum generum omnia sunt secundũ rem: ad aliquid verò aliqua sunt secundum rationem tantum, & aliqua secundum rem. Et nascitur hæc differentia ex una alia, s. quòd cætera secundum propriam rationem significat aliquid alicui inhærere, ad aliquid verò secundum propriam rationem significat tantum respectum ad aliud.

¶ Circa hæc dicta multa sunt dubia. Primò circa primam differentiam ex parte vtriusque extremi. Ex parte quidẽ ad aliquid sic. Ad aliquid, vt est vnum genus distinctum contra alia genera secundum propriam rationem suam formalem, est ens reale: quoniam est pars, membrum, seu modus entis realis, diuisi in decem genera. ergo falsum est, ꝙ hoc sit singulare in genere ad aliquid ꝙ aliqua inueniantur secundum rationem. Et si diceretur, ꝙ hic non est sermo de aliquid, vt est vnum genus: sed vt est analogum quoddã ad omnia relatiua. Repellitur hæc responsio ex litera distinguente ad aliquid contra alia genera. Constat. n. distinctum contra genera, vnum ex generibus esse. Ex parte autem reliquorum generum dubitatur. Quoniam in omnibus videtur inueniri aliquid secundũ rem, & aliquid secundum rationem, rosa enim intellecta, substantia est secundum rationem: & similiter triangulus abstractus, & sic de alijs. Ergo non est proprium relationi habere aliquid secundum rationem. In genere quoque quantitatis inueniuntur vtroque modo speciales, reales quidem vt corpus, rationis autem formaliter, vt tempus, saltem apud sanctum Thom. ergo.

¶ Circa secundam differentiã dubium quoque vtrinq; occurrit. Ex parte quidem ad aliquid simile præmisso: quoniam genus ad aliquid non significat ex propria ratione solum ad, sed ad reale: alioquin pars entis realis non esset formaliter. Ex parte verò aliorũ generum: quoniam actio secundum propriam rationem non significat aliquid alicui inhærens, vt etiam S. Tho. testatur alibi, id est, in q. de potentia, q. 8. art. 2. Non ergo omne aliud genus accidentis secundum propriam rationem significat aliquid inhærens alicui.

¶ Ad has dubitationes ordine retrogrado respondendo, vt à radice inchoemus: dicendum est, ꝙ ad aliquid seu relatio secundũ propriam rationem nihil aliud est, quam id quo primò à cæteris diuersum est, hoc autem neque est esse ens, neque esse accidens, seu inhærens, neque esse quid reale: quoniã hæc omnia communia sunt: sed est ad aliud se habere, quod dictione simplici optime significatur per ly ad. Et propterea quandocũque de ad aliquid seu relatione secundum propriam rationem loquimur, de Ad, est sermo. Et quoniam multæ relationes sunt reales, multæ rationis tantum, & quælibet habet suum Ad, consequens est, ꝙ Ad inquantum Ad, neque reale neque rationis ens necessariò sit, sed vtrumque permissiuè. Nec inconuenit aliquod sic abstrahens à reali, esse secundùm quandã sui partem modificatum ad differentiam entis realis, & quoniam in illa parte includitur formaliter ly Ad, tanquàm proprium distinctum, licet modificatum, idcirco etiam de relationibus realibus loquendo formaliter, secundum id quod est eis proprium, quod distinguuntur à reliquo rerum genere, intelligi potest de Ad inquantum Ad. Et sic patet, quòd non refert quandoque loqui de ad aliquid, & de ad aliquid reali, cum s. loquimur de eis secundum eam conditionem simplicem, quæ est eis propria: quia interpretandum est vtrobique de. Ad hoc. n. solum est inter simplicia proprium, vt de se patet. Et per hoc patet responsio tam ad primum q̃ ad secundum dubium ex parte ad aliquid. Et patet ratio quare dicatur: ꝙ relationes secundũ propriã rationem nihil ponunt in relatiuo, &c. hæc. n. omnia quantum est ex ratione Ad, vt sic vera sunt: quáuis ex tali Ad, puta reali falsa essent. Et propterea caute loqui oportet: nam aliter loquendũ est de speciebus & vniuersaliter relationibus necessariò realibus ex proprijs rationibus, vt paternitas & filiatio, & alia huiusmodi: & aliter de relationibus absolutè: istæ. n. significant tantum ad aliquid, illæ verò ad aliquid reale. Ad obiectionem verò ex parte aliorum generum in secundo dubio, dicitur, ꝙ litera non comparat ad aliquid ad cætera omnia genera in secunda differentia: sed ad genera absoluta, ut s. quantitatem & qualitatem, quæ tantum in litera exprimuntur. Et hanc esse S. Thom. mentem testantur verba eiusdem in 1. dist. 26. q. 2. artic. 1. expressè in hac differentia explicantis omnes alias formas absolutas. Et propterea si actio est forma absoluta, quicquid sit de modo significãdi, de quo loquitur author in q. de potentia, ex parte rei, & est & habet ꝙ significetur vt inhærens. Si autẽ est forma respectiua, nihil obstat proposito. posset tamen concessa expressione ad alia genera dici, ꝙ per ly inhærens, intelligitur non hoc quod significat formaliter hoc vocabulum inhærens: sed omnis modus essendi, ex sua ratione formali significans esse in rerum natura. Et hoc modo clauduntur omnia genera alia ab ad aliquid, etiam substantia: imo & reliqua entia, siue in genere, siue extra genus. Et hanc esse mentẽ literæ sumi potest ex eo, ꝙ nec propria ratio qualitatis, nec quantitatis consistit in inesse: cum inesse cõmune sit omnibus generibus accidentis, sed consistit in quodam modo inessendi: tali tamẽ, quod ex proprio sibi soli formali ponit aliquid in rerum natura: cuius oppositum in relatione intendebat litera ostendere.

¶ Ad

¶ Ad primum verò dubium ex parte aliorum generũ dicitur, ꝙ procedit ex malo intellectu assignatæ differentiæ. Relatio. n. est (vt sic loquar) essentia quædam, cuius quibusdam subiectiuis partib. repugnat esse in rerum natura: & vendicant sibi esse rationis tantum, quibusdam autem conuenit esse in rerum natura. Et rursus relatio est tale ens, cui additum esse in ratione non est cõditio diminuens, sicut in alijs. rosa. n. secundum rationem non est rosa, neque Homerus in opinione est Homerus. Relatio autem in ratione est vera relatio. Et iterum relatio non secundum aliquid est ens naturæ, & secundum aliquid rationis, puta completiue, sed simpliciter quandoque est ens rationis. Et per hoc patet responsio ad obiecta: tempus enim & similia completiue tantum pendent à ratione. Nec rosa aut triangulus, secundũ esse rationis est vera rosa, aut triangulus verus. Nec distinctio rosæ in esse naturæ, & esse rationis est distinctio diuersarum quidditatum: quarum vna sit ens reale, & altera sit ens rationis: vt in relatione contingere diximus: sed est distinctio vnius & eiusdem secundum diuersos modos essendi, s. simpliciter, vel secundùm quid.

¶ Quis autem sit respectus realis, & quis rationis explanatur distinguendo, quod respectus quandoque est in ipsis naturis rerum quandoque in apprehensione rationis tantum: & ille quidem est, cum duæ aliquæ res inclinationẽ, seu ordinem ad inuicem habent, vt patet de graui & loco deorsum: ille autem est cum ratio confert vnum alteri, vt ostenditur in specie & genere.

¶ Aduerte hic duo. Primum est, ꝙ litera interpretanda est de relationibus realibus mutuis: quoniam de his intendimus, & de ordine seu inclinatione fundamentali, vt q. 13. expositum est. Secundum est, ꝙ nomine rationis conferentis, intelligendus est intellectus quouis modo intelligens vnum in comparatione ad alterum, vt vniuersalis sit doctrina: quot autem modis hoc contingat, in 1. sent. distin. 26. q. 2. art. 1. & q. de potentia, q. 7. art. 11. habes.

¶ Circa hanc partem dubium occurrit ex 45. distinc. primi ipsius Sco. putantis, ꝙ non omnis relatio rationis sit ab intellectu, sed aliqua a voluntate, & aliqua ab imaginatiua: probatq; hoc tali ratione. Omnis potentia potens habere actum circa obiectum existens, non vt existens, & illud obiectum comparare ad aliud, ad quod ex natura rei non comparatur, potest in obiecto vt obiectum est, causare relationem ipsius ad aliud: sed voluntas est huiusmodi, quoniam potest vti Deo ad creaturam, & alijs similiter. ergo potest causare huiusmodi relationem. Tunc vltra: talis relatio constat quòd non est realis: ergo rationis, non per opus intellectus.

¶ Ad hoc ex 5. & 6. Metaph. dicendum est, quòd cum ens non inueniatur distinctum ac tractatum nisi in ens per se diuisum in decem genera: & ens per accidens discussum in 6. Metaphysicæ: & ens verum in 5. inchoatum, & in 6. determinatum: fictio videtur ponere alium modum essendi: ipse nãque Aristoteles ens in anima sufficienter se determinasse putauit determinando de ente vero. Vnde huiusmodi relationes nullum aliud habent actuale esse, nisi quoniã propositio de ipsis est vera. Distinguendum tamen est, quòd relatio rationis potest considerari dupliciter. Vno modo secundùm suum esse, & sic non habet esse nisi in intelligi. Alio modo secundũ suam quasi proximam causam seu fundamentum: & sic causatur & a voluntate & ab imaginatiua, imo etiam á visu exteriori: visus namque attingendo colorem causat in eo relationem visi ad videntem. Et similiter dextrũ animalis causat relationem dexteritatis in columna: & tamen hæ relationes non sunt actu nisi cum intelliguntur. Vnde cum voluntas ex se distincta contra rationem, & similiter quælibet alia potentia sic causent relationem in obiecto: quia non alio modo causant, quam si essent causæ naturales in patiẽte disposito, &c. efficerent vt resultaret relatio realis. faciunt enim & hoc modo vt resultet relatio rationis: quando ens rationis esse potest. hoc autem cum consistat in intelligi, nunquam est actualiter nisi intelligatur: præexistentibus namque prædictis fundamentis quasi habitualiter est. Vnde maior Scoti intellecta de causalitate & relatione rationis secundum esse actuale, falsa est: vera autem secundum esse fundamentale. Et propterea in litera dicitur, quod huiusmodi respectus est in sola apprehensione rationis.

¶ Quo ad tertium probatur proposita conclusio sic. Quandocũq; aliquid procedit a principio eiusdem naturæ, ambo sunt eiusdem ordinis, & consequenter habent reales respectus adinuicem: sed processiones in diuinis sunt in identitate naturæ; ergo relationes secundum processiones diuinas sunt reales, quod erat intentum: omnia ex dictis clara sunt.

¶ In respons. ad primum nota nouitie, ꝙ quia prædicari fundatur super inesse eadem ratione qua relatio ex propria ratione non inest, & tamen secundum rem quandoque inest, dicitur etiam ꝙ non prædicatur, & tamen prædicatur sic, s. per modum ad aliud.

¶ In respon. ad secundũ habes, ꝙ relatio identitatis specificæ seu genericæ est relatio realis mutua. ex illo verbo, secus autem est &c. quamuis etiam si hoc non diceretur, posse, ratione conuinci, quia non minus duæ humanitates similes sunt in natura, quàm duæ albedines: sed relatio similitudinis specificæ inter duo alba est realis. ergo & inter duos homines, &c. Et est hoc valde notandum & aduertendum, cum tractatur de fundamento relationis, aut de distinctione

ctione relationis à fundamento. Habes.n.hinc ꝙ relatio immediatè fundatur in substantia, & ꝙ distinguitur realiter à fundamento, quoniam constat apud S.Tho.huiusmodi relationes esse accidentia in prædicamento relationis posita. Nec obstat primo dicto,ꝙ alibi dicetur,relationem oportere fundari in substantia mediantib. aliis generibus propter sui debilitaté:hoc.n.intelligitur non realiter,sed formaliter. Similitudo.n est relatio,quæ dicitur fundari supra quãtitatem:quia vnũ fundat illam,vt patet 5. Metaph & tamen constat, ꝙ secundum rem qualitates & vniuersaliter formæ eiusdem rationis fundant illã, sub ratione tamen vnius, prout vnum in substantia facit idem in quantitate æquale,in qualitate simile. Secundo autem dicto quomodo reliqua consonent, posterius perscrutandum est.

Ferr. 4. con. c. 14.
Scot. 1. s. d. 34.
Cap. 1. d. 33. q. 1. con. 1. & 3.
Bannes eodem loco.

166

1.d.33.a.1. Et 4. con. c. 14. & po. q. 8. art. 2. & quol. 6. artic. 1. Et opu. 3. c. 54. 55. & 57. Et opus. 9. q. 6. & 10. 56. fin.

SVPER Q. XXVIII. ART. II.

CONCL. In Deo nõ est aliud esse relationis, & esse essentiæ, sed unũ & idem secundum rem: differens tantum secundum intelligentiæ rationem.

¶ PROB. 1. Quia quicquid in rebus creatis habet esse accidentale, fm ꝙ trãsfertur in Deum, habet esse substantiale: & nihil substantiale est in Deo, nisi sua essentia. Secunda autem pars, s. differens &c. probatur: Quia in relatione importatur respectus ad suum oppositũ, qui non importatur in nomine essentiæ.

* lib. 5. de Tri. c. 5. in princ. to. 3.
† Lib. 7. de Trin. c. 1. à med. to. 3.

1m de maiori.

Dicitur secundum substantiã. R. i. prædicatur per modum substantiæ: non autem est fm suũ esse idem quod substantia. §. Tunc &c. Nã relatio in Deo dicitur secundum substantiã, i. est idem realiter quod diuina substantia; & [secundum sensum B. Augustini] non dicitur secundum substantiam, i. non est idem ratione cũ diuina substantia. Substãtia namque prædicatur per modum substantiæ: & relatio, secundum ꝙ relatio, prædicatur per modum respicientis ad alterum. In litera nota: ꝙ prædicari per modũ substantiæ, est prædicari vt existens in eo, de quo dicitur.

* In ca. ad aliq. l, t. 1.
* q. 3. art. 4. & q. 4. art. 2. finul.

2m de antecedente primo.

Aliquid. R. Aliud fm rem: vel aliud secundũ nominis rationé. § Tũc nihil &c. Nam in Deo præter relationem non est aliquid aliud fm ré; sed solum considerata nominum ratione. Ex litera dic: quod hic tractari potest, vtrum relatio creata distinguatur à suo fundamento.

3m de concl. 1.

Sit ipsa diuina essentia. R. Et diuina essentia sit relatio tantum. §. Tunc nihil &c. Nam diuina essentia non cõtinet solũm illud, quod significat

ARTICVLVS II.

Vtrum relatio in Deo sit idem quod sua essentia.

AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur quòd relatio in Deo non sit idem quod sua essentia. Dicit enim August. in 5. de Trinit.* quòd nõ omne quod dicitur in Deo, dicitur secundum substantiam. Dicitur enim ad aliquid sicut pater ad filium. Sed hæc non secundum substantiam dicuntur. ergo relatio non est diuina essentia.

¶ 2 Præterea. Augustinus dicit 7. de Trinit.† Omnis res quæ relatiuè dicitur, est etiam aliquid excepto relatiuo: sicut homo dominus, & homo seruus: Si igitur relationes aliquę sunt in Deo, oportet esse in Deo aliquid aliud præter relationes: sed hoc aliud non potest esse nisi essentia. ergo essentia est aliud à relationibus.

¶ 3 Præterea. Esse relatiui est ad aliud se habere, vt dicitur in Prædicamentis.* Si igitur relatio sit ipsa diuina essentia, sequitur quòd esse diuinæ essentiæ sit ad aliud se habere. quod repugnat perfectioni diuinæ esse: quod est maximè absolutum,& per se subsistens, vt suprà ostensum* est. Non igitur relatio est ipsa essentia diuina.

SED CONTRA, Omnis res quę non est diuina essentia, est creatura. Sed relatio realiter competit Deo. si ergo non est diuina essentia, erit creatura, & ita ei non erit adoratio latriæ exhibenda. contra, quod in præfatióne cantatur: Vt in personis proprietas, & in maiestate adoretur æqualitas.

RESPOND. Dicendum, quòd circa hoc dicitur Gilbertus Porretanus errasse, sed errorem suum postmodum in Rhemensi Concilio reuocasse. Dixit enim quòd relationes in diuinis sunt assistentes, siue extrinsecus affixæ. Ad cuius euidentiam considerandum est, quòd in quolibet. nouem generum accidentis, est duo considerare. Quorum vnum est esse quod competit vnicuique ipsorum secundum quod est accidens: & hoc communiter in omnibus est inesse subiecto. accidentis enim esse est inesse. Aliud quod potest considerari in vnoquoque, est propria ratio vniuscuiusque illorum generum. Et in aliis quidem generibus à relatione, vtpotè Quantitate & qualitate, etiam propria ratio generis accipitur secundum comparationem ad subiectum. nam quantitas dicitur mensura substantię, qualitas verò dispositio substantiæ. Sed ratio propria relationis [d] non accipitur secundum comparationem ad illud in quo est, sed secundum comparationem ad aliquid extra. Si igitur consideremus (etiam in rebus creatis) relationes secundum id, quod relationes sunt, sic inueniuntur esse assistentes, non intrinsecus affixæ, quasi significantes respectum quodammodo contingentem ipsam rem relatam prout ab ea tendit in alterum. Si verò consideretur relatio secundum quòd est accidens, sic est inhærens subiecto, & habens esse accidentale in ipso. Sed Gilbertus Porretanus considerauit relationem primo modo tantum. Quicquid autem in rebus creatis habet esse accidentale, secundum ꝙ transfertur in Deum habet esse substantiale. nihil.n. est in Deo, vt accidens in subiecto: sed quicquid est in Deo, est eius essentia. Sic igitur ex ea parte qua relatio in rebus creatis habet esse accidentale in subiecto, relatio realiter existens in Deo habet esse essentiæ diuinæ, idé omnino ei existens. In hoc verò quòd ad aliquid dicitur, non significatur aliqua habitudo ad essentiã, sed magis ad suum oppositum. Et sic manifestũ est, quòd relatio realiter existens in Deo est idem essentiæ secundum rem, & non differt nisi fm intelligentiæ rationem, prout in relatione importatur respectus ad suum oppositum, qui non importatur in nomine essentiæ. Patet ergo quòd in Deo non est aliud esse relationis, & esse essentiæ, sed vnum & idem.

D. 1086.

AD PRIMVM ergo dicendũ, quòd verba illa Aug. non pertinent ad hoc, quòd paternitas, vel alia relatio quæ est in Deo secundũ esse suum, non sit idem quod diuina essentia, sed quòd non prædicatur secundum modum substantiæ, vt existens in eo de quo dicitur: sed vt ad alterum se habens. Et propter hoc, dicuntur duo tantum esse prædicamenta in diuinis: quia alia prædicamenta important habitudiné ad id, de quo dicũtur, tam secundũ suum esse, q̃ secundum proprii generis rationem. Nihil auté quod est in Deo, potest habere habitudinem ad id in quo est, vel de quo dicitur, nisi habitudinem identitatis propter summam Dei simplicitatem.

AD SECVNDVM dicendũ, quòd sicut in rebus creatis, in illo quod dicitur relatiuè, non solum est inuenire respectum ad alterum, sed etiã aliquid absolutum: ita & in Deo. sed tamen aliter, & aliter. nã id quod inuenitur in creatura, præter id qd' cótinetur sub significatione nominis relatiui, est alia res. In Deo autem non est alia res, sed vna & eadem: quæ nõ perfectè exprimitur relationis nomine, quasi sub significatione talis nominis cõprehensa. Dictum est.n. suprà* cũ de diuinis nominib. agebatur, quòd plus continentur in perfectione diuinę essentię, q̃ aliquo nomine significari possit. Vnde non sequitur, ꝙ in Deo, præter relationé, sit aliquid aliud secundũ rem, sed solũ considerata nominum ratione.

* q. 13. per totam, & art. 2. præcipuè.

AD TERTIVM dicendũ, quòd si in perfectione diuina nihil plus contineretur, quàm quod significat nomen relatiuum, sequeretur quòd esse eius esset imperfectum, vtpotè ad aliquid aliud se habens: sicut si non cótineretur ibi plus, quàm quod nomine sapientiæ significatur, non esset aliquid subsistés. Sed quia diuinæ essentiæ perfectio est maior quàm quod significatione alicuius nominis comprehendi possit: non sequitur, si nomen relatiuum, vel quodcumque aliud nomen dictum de Deo, non significat aliquid perfectum, quòd diuina essentia habeat esse imperfectum; quia diuina essentia comprehendit in se omniũ generum perfectionem, vt suprà dictum* est.

* q. 4. ar. 2

ARTI-

est nomen relatiuum: sed ipsius essentiæ perfectio est maior, quàm quòd significatione cuiuscumque nominis nostri compręhẽdi possit. Ex litera igitur intellige sacram scripturam ibi, Deus est maior corde nostro, & similia. Ex ly si in perfectione &c. sequeretur, quòd esse eius esset imperfectum; ne trahas quòd hic de mente sancti Doctoris sit, quòd relatio dicat imperfectionem, vel perfectionem. Vult enim tantum inferre, sicut & infert; quòd admisso solo relatiuo in diuinis, tunc esse diuinum esset imperfectum, id est non esset quid subsistens.

APPENDIX.

Vtilitas pro Eccle. S. Dei.

Hinc habes: quomodo ex ratione conuincas hæresim Gilberti cognomento Porretani natione Galli, ab eo tamen reuocatam, dicentem: Relationes in diuinis esse tantum assistentes, siue extrinsecus affixas. Vnde secundum eius dictum; relationes, realiter in Deo existentes non erant idem secundum rem, quod ipsa essentia. Secundò habes: quomodo ex eadem ratione ostendas, hanc iustè damnatam fuisse à Concilio Rhemensi definiente, quòd relationes realiter in Deo existentes sunt idem secundum rem cum ipsa essentia. Item virtualiter à Concilio Florentino approbante illud Theologorum; quòd scilicet in diuinis omnia sunt vnum vbi non obuiat relationis oppositio. Cùm igitur relatio non opponatur essentiæ diuinæ (vt patet): sequitur, quòd Concilium Florentinum per hoc illam hæresim damnauit. Sequentes igitur propositiones differunt in veritate & falsitate. Videlicet, Hæc propositio. Paternitas non est filiatio, est vera; hæc autem, essentia non est filiatio, est falsa. Item illa, Paternitas opponitur filiationi, est vera; & illa, essentia opponitur filiationi, est falsa. Oportet igitur esse aliquam distinctionem inter essentiam, & relationes huiusmodi: Non realem, cum hoc sit contra Ecclesiam, ergo secundum rationis intelligentiam, id est secundum modum significandi terminorum, [vt in corpore articuli]. Tertiò vides: quomodo ex ex ijs firmetur vicissim Angelica doctrina præsens, atque declaretur. 3

Comm. Cardinalis Caietani.

Titulus in corpore articuli clarificatur.

¶In corpore tria facit. Primò, refert errorem quendam. Secundo, tractat radicem recitati erroris, & eliciendæ veritatis. Tertio ibi (quicquid autem) respondet quæsito secundum veritatem. Quò ad primum tria dicit. Primum errorem circa quæsitum, s. relationes in diuinis sunt assistẽtes, seu extrinsecus affixæ. Secundum est, quod hic error dicitur, quòd fuit Gilberti Porretani. Tertium est, quod dicitur errorem suum postmodum reuocasse.

¶Quo ad secundum tria dicuntur. Primò distinguitur tam relatio quam quodcumque aliud genus accidentis in duas rationes formales, quarum altera cõmunis est omnibus huiusmodi generibus: & hæc est ratio accidentis, i. inesse subiecto, quoniam accidẽtis esse, est inesse. Altera est propria ratio vniuscuiusque eorum, & penes hanc relationis genus differt ab alijs absolutis: quòd aliorum propriæ rationes, significant rem in ordine ad subiectum: relationis autem non in ordine ad subiectum, sed terminum, i. differũt quo ad affirmationem & negationem huius causalis à ex propria ratione ponit aliquid in subiecto. Affirmatiua enim est vera in alijs generibus: negatiua autem in relatione, vt ex supradictis patet. Secundò, ꝙ relationes etiam in rebus creatis si sumantur secundũ id quod habent ex propria ratione relationis tantum: sic sunt assistentes. Si autem secundum id quod habent inquantum sunt accidentia, sic sunt inhærentes. Tertio, ꝙ ratio erroris Gilberti fuit, quia considerauit relationem secundum id tantum, quod ex propria ratione habent, propterea enim dixit eas extrinsecus affixas. si enim inhæsionem considerasset, vt litera subsequenter facit, aliter dixisset.

¶Quo ad tertium ergo, vnica ponitur conclusio responsiua cum vno corollario conclusio est. Relatio realiter existens in Deo, est idem essentiæ secundum rem, & non differt nisi secundum rationẽ. & probatur quo ad primam partem sic: Quicquid in rebus creatis habet esse accidentale, translatum in Deum, habet esse substãtiale. ergo relatio in Deo existens, habet esse essentiæ. Antecedens probatur. quia in Deo nihil est vt accidens in subiecto, sed quicquid est, est eius substantia: consequentia verò, quia relatio in creaturis, ex parte in, habet esse accidentale. Quo ad secundam autem partem sic: in relatione importatur respectus ad suum oppositum, in essentiæ vero nomine non: ergo &c.

¶Corollarium est: Esse relationis, & esse essentiæ in Deo, est omnino vnum & idem. Vbi diligenter aduerte, quòd quia esse in, significat esse actualis existentiæ accidentis in proposito. Actualis autem existentia etiam relationis non est ad aliquid, vt expresſè docet Sanctus Thom. in 1. distin. 33. q. 1. artic. 1. ad primum. ideo actualis existentia relationis diuinæ est omnino idem cum actuali existentia ipsius diuinæ essentiæ, quia non differt ab illa etiam ratione: sicut quod quid est relationis intelligitur differre a quod quid est essentiæ, vt respectiuum ab absoluto. Et hoc est quod Augustinus dixit, quòd idem est quo pater est Deus. & quo est: non autem eo pater, quo Deus, & sic habemus non solum realem identitatem relationis cum essentia, sed omnimodam identitatem existentiæ vtriusque Et propterea vna est actualis existentia omnium diuinarum relationũ, quamuis inter se distinguantur realiter ipsæ relationes.

¶In respon. ad secundum, circa illa verba (id quod inuenitur in creatura, præter id quod continetur sub significatione nominis relatiui, est alia res: in Deo autem non est alia res, &c.) dubiũ magnum est de relationis distinctione à fundamento, & simpliciter: & in doctrina S. Th. Quidam n. etiam Thomistæ tenent relationẽ esse eandem rem cũ fundamento. Quidam autem tenent, quòd distinguitur realiter à fundamento. Alij autem tenent quasdã relationes identificari fundamentis, quasdã verò distingui realiter ab eis. Quid autẽ horum verius sit, aut secundũ mentem S. Th. ex rationib. & propositionibus suis discutere oportet. Opinio ergo prima consona videtur, S. Tho. ex quatuor propositionibus eius, Prima est communis omnibus. s. esse proprium vniuscuiusque formæ simplicis incipit & desinit cum illa. Secunda etiam communis est ex 5. Physic. Relatio generaĩ in aliquo nulla mutatione in eo facta. Tertia propria S. Th. Inesse cuiusque formæ accidentalis distinguitur realiter ab essentia accidentis, & ab esse subiecti. Quarta etiam propria S. Th. Inesse relationes non est ad aliud se habere. Ex his. n. sequitur quod Socrate solo existente albo, similitudo coalborum non est, genito autem Platone albo in Socrate est similitudo: & nullum absolutum de nouo acquisiuit, alioquin vere mutatus esset. Ergo aut in esse similitudinis est idem, quod inesse albedinis, & consequenter similitudo est idem quod albedo secundum rem: aut præerat inesse similitudinis absque similitudine: quod est contra primam propositionem. Simpliciter autem & ad hominem fundatur hęc opinio super tacto fundamento, s. generationis absque mutatione: Super compositione: quia s. non est compositius album simile, quàm album, & expresse in q. 7. de potentia Dei, art. 8. dicitur, quod relatio non componit cum eo cuius est: Et super minima sua entitate inter cętera prædicamenta, vt dicit Auer in 12. Metaph. commen. 19. per hoc enim oportet, ꝙ sit minoris entitatis quàm tempus, quod est vtcumque ens sine anima, vt dicitur 4. Phys. Opinio verò distinguens quasdam relationes a fundamentis, & quasdam non, est Scoti in 2. dist. 1. q. 5. & in 3. distin. 3. & in quolibetis, q. 3. tenentis has duas vniuersales. Relatio cuius fundamentum potest remanere sine termino distinguitur realiter a fundamento. Altera est. Relatio cuius fundamentum non potest esse sine termino, est eadem, realiter fundamento. Probatq; vtramque propositionem ex eadem radice: primam quidem, quia ex quo non implicat contradictionem, fundamentum remanere absque relatione, sequitur quod sunt duæ res: implicat enim vnam & eandem rem simul esse & non esse, secundum verò ex opposito, quia ex quo implicat contradictionem, fundamentum esse sine relatione, sequitur quòd sunt vna res. Opinio verò dicens relationem omnem realem distingui realiter à fundamento, est sine dubio S. Thom. quàmuis multi Thomistæ ipsum non intellexerint: habeturque manifeste & ex authoritatibus eius, & sequitur ex propositionibus suis. Manifeste siquidem in hac litera ponit differentiam inter relationem in creaturis & in diuinis, quo ad hoc, quòd in creaturis id quod inuenitur præter contentum sub significatione nominis relatiui, est alia res: in diuinis autem est eadem, constat autem quod fundamentum non continetur sub significatione nominis relatiui. Habentur quoque propositiones indubitatæ apud eum tres. Prima est, quòd nulla substantia in genere, potest idem esse realiter quod relatio, vt patet in quæst. de potentia, q. 8. artic. 2. ad primum. Secunda est: aliqua relatio realis fundatur immediatè in re quæ est substantia, vt patet in artic. præcedente de relationibus similitudinis, seu identitatis specificæ: ita quòd inficiari non potest patet quoque ex relatione creationis passiuæ, de qua in suo loco erit sermo, constat enim eam supra substantiam fundari. Tertia autem, quæ ex istis manifeste sequitur, est quòd in realibus relationibus creaturarum, relationes in sunt substantijs, & compositionem faciunt accidentis ad subiectum, vt patet in 1. sentent. distin. 33. q. 1. ar. 1. in calce corporis. Ex his enim manifeste sequitur, quòd omnis relatio realis fundata immediatè in substantia, distinguitur realiter a fundamento apud S. Thomam. Ex his autem & radice primæ propositionis deducitur alia vniuersalis simpliciter, scilicet quòd omnis relatio realis in creaturis distinguitur realiter à fundamento. Habetur enim ex his, quòd relatio realis fundata in substantia habet proprium esse in, & proprium esse ad, & cum constet quòd esse in est eius actualis existentia: sequitur quòd genus generalissimum relationis est forma habens propriam existentiam, & cum non per accidens sit res: cui debeatur inesse, quoniam ly accidens, essentialiter prædicatur de eo, consequens est, quòd cuilibet, suo inferiori hoc conuenit. Et confirmatur, quia alioquin non prędicaretur accidens in primo modo dicendi per se, de qualibet relatione contenta sub genere ad aliquid: & tenet sequela: quia non seipsa formaliter esset res ex qua flueret inesse: sed ex forma fundamenti

damenti tantum. Radix autem primæ propositionis est, quia est diffinita ad vnum genus: & per consequens excluditur ab alio genere, vt ibi dicitur. hæc enim ratio, si bona est ac sufficiens, infert distinctionem quoque realem relationis à quantitate & qualitate: oportet enim maiorem, seu antecedens sic formare. Res diffinita ad vnũ genus, realiter excluditur ab alio genere; sed substantia creata, &c. & similiter æque vera est subsumptio, sed quantitas & qualitas est diffinita ad vnum genus, ergo. Est igitur mens S. Tho. quòd omnis relatio realis prædicamenti ad aliquid, distinguitur realiter à fundamento. Quod autem positio hæc magis consonet veritati, ex doctrina Aristot. 12. Metaph. ponentis alia esse principia relationis, & alia qualitatis, & aliorum generum percipi potest; & ex ratione adducta, s. quòd relatio est essentialiter accidens: & consequenter habet proprium in, vtpotè secundum propriam essentiam & solutione obiectionum ad oppositum. Ad rationem igitur Sco. dicitur, quòd falso innititur fundamento. multa enim sunt distincta realiter, quorum vnum implicat contradictionem esse sine altero: vt patet apud ipsum de partibus essentialibus simul sumptis, & tertia entitate, & vniuersaliter de illis, inter quæ est essentialis dependentia. Nec prodest dicere, quòd ipsemet Scot. fecit hanc exceptionem, satis est.n. proposito, quod non posse esse sine altero, non infert indistinctionē realem. Et sicut tu, de essentiali dependentia excipis, ita & alijs licebit excipere de necessaria connexione, &c. Nec etiam est verum vniuersaliter, quòd remanens distinguatur realiter à corrupto: vt manifestè patet in calore remisso. non enim distinguitur realiter à seipso prius intenso. Vnde radix illa sic absolute: indistinctionem realem non probat vniuersaliter, quamuis suadeat. Quomodo autem vtatur illa Aristot. in Topic. & vti illa possumus, alterius est negotij. hæc enim sufficiunt proposito. Ad rationes verò primę opinionis dicitur: & primo ad primam, quæ maximam vim habet: quòd inesse similitudinis, Socrate tantum existente albo, neque omnino est, neque omnino non est, sed quodammodo est, & quodammodo non est: est enim incompletè, non est autem completè: & quoniam esse actualiter, sonat esse completè, ideo ista negatiua est vera, inesse relationis non est, cum qua tamen stat veritas affirmatiuę cum conditione secundum: quia s. inesse relationis est quodammodo, id est, incompletè: & propter debilitatem sui esse ex sola appositione termini completur: resultante siquidem ad, resultat & complementum ipsius inquantum non ex defectu fundamenti similitudo incompletum esse habebat, sed ex defectu termini: & propterea consequens est, quòd posito termino, qui deficiebat, compleat fundamentum quasi prolem, aut fructum, seu effectum suum. Cuius exemplum, simile, & ad hoc propositum assert S. Thom. in q. 7. de potentia Dei, artic. 9. ad septimum de esse actionis: subtracto namque calefactibili si esset calor calefactiuus, calefactio actiua non esset actualiter, nec inesset agenti, vt accidens in subiecto, & tamen apposito calefactibili statim esset & inesset actio in agente propter eandem causam: quia s. tam relatio quam actio tollitur actu, subtracto extrinseco termino, vel passo, & remanet radicaliter, seu causaliter. Et ex hoc vt ibidem dicitur, soluitur ratio de mutatione: quod enim sic remanet, non oportet noua mutatione generari: quoniam ex parte causarũ sufficientia iam est in actu, sed quasi impediuntur ex subtractione extrinseci. Et similiter in corruptione nõ propriè est mutatio: ex quo remanet actu illa causarum sufficientia. mutatio enim propriè dicta terminus est alterationis: hic autem interuenit tantũ naturalis quædam resolutio, aut illius depositio. Componere autem relationem cum fundamento, compositiuęq; esse album simile, quàm albũ non solum non inconuenit, immo est necessarium, quia similitudo realis est essentialiter accidens. sed fallitur imaginatio quãdoque: quoniam relationum nomina non explicitè offerunt sua significatione inesse. Nec obstant authoris verba in loco obiecto assignata: quoniã causa ibidem ostendit: quòd de relatione formaliter. i. de Ad, loquitur: dum dicit, quia non significat aliquid in subiecto, &c. vt expressè in sequenti art. ad septimum aperuit. Minimæ denum entitatis relatio inter cætera prædicamenta, & est & dicitur: quia ex proprio sibi, i. Ad, non habet ꝙ sit reale, imò quantũ est ex hoc, potest in ratione solũ inueniri: & ideo quidam putauerunt esse de secundis intellectis. Tempus autē, & reliqua oportet (vt dictum est) esse entia realia aliquo modo. Circa prædicta aduerte, ꝙ licet quibusdã relationibus assentiat Scot. S. Th. ꝙ distinguantur realiter à fundamentis, vt patet ex dictis: non tamen conueniunt in hoc, ꝙ inesse relationis distinguatur realiter ab eius essentia: sicut nec vniuersaliter, ꝙ esse & essentia distinguantur in creaturis realiter. Nec tamen intelligas inesse relationis distingui ab ipsa sicut alia relatio, aut sicut res omnino absoluta. verumque.n. horum est falsum esse nãque relationis in genere est relationis, reductiue tamen, vt eius actualitas: sicut esse substantiæ in genere substantiæ, & esse qualitatis in genere qualitatis, &c. Scot. autem non potest vitare vnũ impossibile, s. ꝙ idem relatiuum dicatur bis, id est, ad terminos ex duabus partibus. Si enim v. g. similitudo realiter refertur ad terminum & fundamentum seipsa, manifestum est, ꝙ simile bis dicitur: sed actualis inhærentia similitudinis in fundamento apud Scot. est ipsa relatio similitudinis: quia ipsa relatio similitudinis quasi fundans relationem inhæsionis, non potest absque contradictione esse sine fundamento, vt ipsemet dicit: ergo similitudo bis dicitur.

¶ In respon. ad tertium dubium occurrit circa illa verba. sequeretur ꝙ eius esse esset imperfectum, vtpote ad aliquid aliud se habēs. Ex hoc.n. videtur ꝙ relatio dicat imperfectionem: quod tamē constat esse falsum: quia nec perfectionē dicit, nec imperfectionē alioquin, vel imperfectio esset in Deo, vel vna persona haberet aliquam perfectionē, quam non haberet alia. Quòd autem hoc sequatur ex his verbis manifestatur sic. Si esse ad aliquid non diceret imperfectionē, ex hoc ꝙ alicuius esse esset ad aliud se habere, non sequeretur ꝙ esset imperfectum, vt patet: sed secundum literam sequitur, illud esse, esse imperfectũ: ergo esse ad aliquid dicit imperfectionem. Ad hoc dicitur. ꝙ litera non assumpsit, pro antecedente esse aliqd, sed esse solum ad aliquid excludēdo omne absolutum: non tantum formaliter, sed realiter, vt patet ex illo verbo, In perfectione diuina non solum in abstractione conceptus, sed in rerum natura, vt patet in litera. Ex hoc autem ante edente liquido sequitur, ergo esset imperfectum: quia omne ꝙ nihil aliud est secundũ rem in rerũ ordine, q̃ relatio: aut est ens rationis, aut accidens, quorum vtrũque est imperfectum. Non obstant ergo verba literæ veritati illi: quòd relatio formaliter nec imperfectionem nec perfectionem dicit.

Aegid. 1. s. d. 33. q. 3. princ.
Cap. 1. d. 2. q. 3. ar. 2.
Bannes eodem loco.

ARTICVLVS III.

Vtrũ relationes quæ sunt in Deo, realiter abinuicem distinguantur.

AD TERTIVM sic proceditur. Videtur, quòd relationes, quę sunt in Deo, realiter abinuicem non distinguantur. Quæcumque enim vni & eidem sunt eadem, sibiinuicem sunt eadem. Sed omnis relatio in Deo existens est idem secundum rem cum diuina essentia. ergo relationes secundum rem abinuicē non distinguuntur.

¶ 2 Præt. Sicut paternitas & filiatio secundum nominis rationem distinguuntur ab essentia diuina, ita & bonitas & potentia. Sed propter huiusmodi rationis distinctionem non est aliqua realis distinctio bonitatis & potentiæ diuinæ. ergo neque paternitatis & filiationis.

¶ 3 Prętc. In diuinis non est distinctio realis nisi secundum originem: sed vna relatio non videtur oriri ex alia. ergo relationes non distinguuntur realiter abinuicem.

SED CONTRA est, ꝙ dicit Boet. in lib. de Trinit. * quòd substantia in diuinis continet vnitatem. si ergo relationes non distinguuntur abinuicem realiter, non erit in diuinis Trinitas realis, sed rationis tantum. quod est Sabelliani erroris.

RESPOND. Dicendum, ꝙ ex eo quòd aliquid alicui attribuitur, oportet, quòd attribuantur ei omnia quæ sunt de ratione illius. Sicut cuicumque attribuitur homo, oportet quòd attribuatur ei esse rationale. De ratione autem relationis est respectus vnius ad alterum, secundum quem aliquid alteri opponitur relatiuè. Cùm igitur in Deo realiter sit relatio (vt dictum * est) oportet quòd realiter sit ibi oppositio. Relatiua d autem oppositio in sui ratione includit distinctionem. Vnde oportet, quòd in Deo sit realis distinctio, non quidem secundum rem absolutam, quæ est essentia, in qua est summa vnitas & simplicitas, sed secundum rem relatiuam.

*Non multum à fine libri.

*Ar. 1. huius quæst. D. 915.

SVPER Q. XXVIII. ART. III.

167

Inf. q. 30. art. 1. cor. art. 2. cor. Et po. q. 2. art. 5. & 6. cor.

CONCL. Oportet, quòd in Deo sit realis distinctio prædictarum relationum: nõ quidem secundum rem absolutam; sed secundũ rem relatiuam.

¶ PROB. primò: Quia in re absoluta, id est in diuina essētia, est summa vnitas, atque simplicitas. Secunda aũt pars, s. sed secũdum &c. probatur; Quia in Deo est realiter relatio [art. 1.] & vbicumque est realis relatio, oportet, quòd ibi sit realiter relatiua oppositio in sui ratione includēs distinctionem [secundum, scilicet, rem relatiuam].

¶ NOT. Si relatio est in aliquo secundum rationem tantum, tunc oppositio illa relatiua dicit distinctionem rationis tãtum, vt Petrus est idem sibi: sin autem relatio est realiter in aliquo, tunc relatiua oppositio dicit distinctionem realem. Propter hoc litera præmiserat, quòd in Deo est realis relatio; post ex hoc ipso nũc infert, quòd oppositio illa relatiua includit oppositionem realem.

Primum

Ad

3m de maiori. Eadem. ℞. Re, & ratione: non, re tantum. §. Tunc &c. Nam relationes diuinæ cum essentia diuina sunt idem re: non autem ratione.

2m conclusio. Ergo nec paternitatis, & filiationis. ℞. Nisi paternitas, & filiatio, vltra distinctionem rationis importarét oppositionem in rationibus proprijs. Tunc nihil &c. Non enim est similis ratio de his, & alijs in argumento adductis: quæ tamen censimilis putabatur.

*li.2.Phy. tex.21.&.2.

3m de maiori. Originem. ℞. Vel quia oriuntur aliqua ab inuicem: vel quia accipiuntur per oppositum secundum originem alicuius ab alio. §. Tunc nihil &c. Nam quamuis relationes &c. vt in litera.

D. 34. *li.3.Phy. tex.11.&.2.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd secundum Philosophum in 3. Physic. * argumentum illud tenet, quòd quæcumque vni & eidem sunt eadé, sibiinuicem sunt eadem, in his quæ sunt idem re & ratione, sicut tunica & indumentum: non autem in his quæ differunt ratione. Vndè d ibidé dicit, * quòd licèt actio sit idem motui, similiter & passio: non tamen sequitur quòd actio & passio sint idé: quia in actione importatur respectus, vt à quo est motus in mobili, in passione verò, vt qui est ab alio. Et similiter licèt paternitas sit idem secundum rem cum essentia diuina, & similiter filiatio: tamen hæc duo in suis propriis rationibus important oppositos respectus. Vnde distinguũtur abinuicem.

AD SECVNDVM dicendum, quòd potentia, & bonitas non important in suis rationibus aliquam oppositionem. Vndè non est similis ratio.

AD TERTIVM dicendũ, quòd quamuis relationes, propriè loquendo, non oriantur vel procedant abinuicem, tamen accipiuntur per oppositum secundum processioné alicuius ab alio.

APPENDIX.

Vtil. pro E.S. Dei.

HInc habes: quomodo per rationem conuincas tanquàm in radice hæresim Sabellianam dicentem, quòd in diuinis Trinitas est rationis non realis. Si.n. relationes istæ oppositæ, de quibus artd loquitur, realiter distinguuntur: vtique & Trinitas: quæ, sm Boetium, multiplicatur per huiusmodi relationes distinguetur realiter; hoc est pater & filius & spiritussanctus à se inuicé distinguentur realiter. Quemadmodũ è conuerso, si non distinguerentur realiter relationes huiusmodi; sequeretur prędicta hæresis: quod s. Trinitas ibi non esset realis. Secundò habes: quomodo ex eadem ratione ostendas, hãc iuste fuisse damnatam à Concil. primo Niceno, & à Conc. Romano sub B. Syluestro Papa: dum ambo ipsa damnauerũt Sabellium, vt in summa Conciliorum. Augustinus enim in, de fide catholica inquit: Quomodo poterũt capitula illa recipi, quorum [in aliqua s. legitima Synodo, vt patet ibi per contextum] damnantur authores? Damnatus igitur error in authore suo intelligitur. Tertiò, quomodo ex his vicissim firmetur conclusio, vides.

1 2 3

Comm. Cardinalis Caietani.

IN titulo ly relationes, indefinitè, non vniuersaliter tenetur: quoniam non est præsentis intentionis discurrere, an omnes relationes diuinæ distinguantur realiter abinuicem, vt patet de paternitate & spiratione actiua, sed an sint aliquæ in Deo relationes reales, quæ distinguantur realiter abinuicem.

¶ In corpore vna est conclusio responsiua quæsito affirmatiuè, In Deo est realis distinctio secundum rem, non absolutam, sed relatiuam. Probatur sic. In Deo est realiter relatio, ergo in eo est respectus relatiue oppositus alteri. ergo relatiua oppositio, ergo realis distinctio: ergo non secundum rem absolutam; quia in ea est summa vnitas & simplicitas: ergo secundum rem relatiuam. Prima consequentia cum cæteris probatur ex illa maxima. Quando aliquid attribuitur alicui, oportet attribui etiam omnia quæ sunt de ratione illius: hæc enim patet inductiue in homine, & reliquis, subsumendo sub ista, quòd respectus oppositus est de ratione relationis, & oppositio de ratione respectus huiusmodi, & distinctio de ratione oppositionis, &c. vt clarè patet in litera.

¶ Circa prædicta duplex occurrere potest nouitio dubium. Primò circa illam maximam, quia non videtur vera, quoniam multa attribuuntur Deo absque his, quæ sunt de diffinitione eorum, vt patet de sapientia, & iustitia, & alijs huiusmodi. Secundò circa illam consequentiam, ergo in eo est oppositio relatiua, quoniam non valet: in Socrate albo est respectus realis similitudinis relatiuis oppositus. ergo in eo est oppositio relatiua: sed ergo in eo est alterum extremum oppositionis relatiuæ: & consequenter non valet vlterior illatio literæ, ergo in eo est distinctio relatiua: sed ergo in eo est vnum extremum distinctionis relatiuæ: & sic ruit totus processus literę.

¶ Ad primum horum facillimè ex supradictis patet responsio: quòd scilicet illa maxima intelligitur de ratione formali quo ad id, quod est illi proprium, non excludendo communia transcendentias quicquid enim clauditur in huiusmodi ratione formali rei attributæ Deo, saluatur in Deo. Obiectiones autem in oppositum semper assumunt falsum, puta, quòd de tali ratione iustitiæ, seu sapientiæ, sit qualitas aut habitus, &c.

¶ Ad secundum verò dicitur, quòd in primo antecedẽte ex supra dictis ac manifestatis includitur ly ad intra. Ita quod antecedens totum est, in Deo est realiter relatio ad intra: & tunc optime valent consequentię, quoniam sequitur vtrumque extremum oportere esse in ipso Deo: & per hoc cessant obiectiones ad oppositum tactæ, quoniam procedunt de relatiuis ad extra.

¶ In responsione ad primum, aduerte Aureoli obiectionem apud Capreolum in 1. distinc. 2. quæst. 3. artic. 1. Talis est identitas extremorum inter se, qualis est eorum in tertio: sed illa in proposito est realis: ergo & illa. maior probatur, quia aliter rueret fundamentum syllogismorum ex vnitate medij inferens extrema coniuncta, vel diuisa. Ad hoc breuiter negatur simpliciter maior, nec super illa fundatur syllogismi in primo Priorum, sed super illa. Eadem medio, sunt eadem inter se, aliud est enim loqui de identitate, & aliud de qualitate identitatis. Hæc autẽ propositio dupliciter quantum ad propositum spectat, glossatur. Primò, vt litera dicit, quòd est absolutè vera, quando sunt omnino eadẽ tertio, i. realiter & formaliter, alioquin sophisma accidentis non committeretur in syllogismis ex huiusmodi variatione. Secundò, quòd est vera quo ad id, secundũ quod identificantur medio, seu quo ad rationem identificationis in medio. secundum id. n. eadem medio, sunt etiam eadem inter se. Et hæc est directe mens Arist. (vt puto) & compręhendit sub se primam glossam, & sic vniuersaliter videtur vera. Non autẽ oportet eadem medio identificari inter se, secundum id in quo non identificantur medio: id est, quòd non est ratio identificationis ipsi medio. Et propter hoc, multa accidunt sophismata in his, quæ aliquo modo vniuntur, & aliquo modo non: & sic est in proposito, vt ex præcedenti patet articulo.

Aeg. 1. s. d. 25. q. 2. 2. prin.

SVP. Q. XXVIII. ART. IIII.

168 Inf. q. 30. ar. 1. cor. Et art. 2. cor. & ad 1.

COncl. Secundum quamlibet duarum processionũ in diuinis oportet accipere duas relationes oppositas.

¶ Coroll. Ergo quatuor sunt ibi relationes prædictæ, & quatuor tantum. Nam duę processiones tantũ sunt ibi.

¶ Prob. Quia secundum quãlibet illarum processionũ oportet accipere relationẽ vnam principij ad à se procedentem: & aliam procedentis ad suum principium.

ARTICVLVS IIII.

Vtrum in Deo sint tantùm quatuor relationes reales, scilicet paternitas, filiatio, spiratio, & processio.

AD QVARTVM sic proceditur. Videtur, quòd in Deo non sint tantũ quatuor relationes reales, s. paternitas, filiatio, spiratio, & processio. Est. n. considerare in Deo relationes intelligentis ad intellectũ, & volentis ad volitum. Quæ videntur esse relationes reales, neque sub prædictis continentur. Non ergo sunt solum quatuor relationes reales in Deo.

¶ 2 Præt. Relationes reales accipiũtur in Deo secundum processionem intelligibilem verbi. Sed relationes intelligibiles multiplicantur in infinitum, vt Auicen. dicit. ergo in Deo sunt infinitæ relationes reales.

¶ 3 Præt. Ideę sunt in Deo ab æterno, vt suprà dictum † est, non autem distinguuntur abinuicem nisi secundum respectum ad res, vt suprà dictum * est: ergo in Deo sunt multò plures relationes æternæ.

¶ 4 Præt. Æqualitas, & similitudo, & identitas sunt relationes quædam, & sunt in Deo ab æterno. ergo plures

¶ Not. vniuersalis. Doctor sanctus quãdoque non curat respondere directe ad quæsitum; sed radicaliter tantum [vt hic] & hoc facit, vt breuitati suæ familiari studeat, & nihilominus pro more suo solide qsito satisfaciat. Exempli causa. Expectabas hic, vt diceret expresse

Stylus breuis, & copiosus, vniuersalr an notandus.

† q. 15. a. 2. * q. 15. artic. 2.

expressè ly. In diuinis sunt quatuor tantū relationes reales, s. paternitas, filiatio, spiratio, procuratio: & tamen hoc iplicite dicere magis elegit tanquàm in eius expressa probatione dicēs, secundū quālibet duarum &c. Sic enim & responsionem simul & suam probationem diuersimode breuibus insinuauit. Hoc tu commēda memoriæ pro multis locis: ne sancto Doctori probro detur id: vnde magnam laudem meretur.

** li. 7. Phy. tex. 21. c. 2.

† li. 5. Met. tex. 20. c. 3.

2m de antecedente.

Quæ videntur esse relationes reales. ℞. Si in Deo non esset idem intellectus & intellectū, volens, & volitum. §. Tunc nihil &c. vt patet. Sūt ergo relationes adductæ in argumēto relationes, rationis tantū. Nec est simile de verbo, & re intellecta. Verbum enim est, quod ex re intellecta, concipitur: & consequēter non est idem iudiciū de verbo & re intellecta; nec de relationibus intellectus ad intellectum: & de relationibus concipientis, ad rem conceptā. i. Verbum. Applica tu dicta nunc suo modo ad Spiritumsanctum: ꝙ scilicet non idem iudicium de re volita, & illo: & consequenter nec de relationibus volentis ad volitum, & de relationibus spirantis ad rem spiratam, id est spiritumsanctum.

D. 1080.

* Lib. 1. de Trinit. c. 1. circa fin. & lib. 6. c. 7. circa prin. tom. 3.

D. 1089.

† vq 13. artic. 7.

D. 555.

* q. 27. ar. 3 præcipue.

2m de minori.

Intelligibiles. ℞. Consequentes alios, & alios actus intelligendi: non, consequentes vnū actū intelligendi tantum. §. Tunc &c. Nā Deus vno actu omnia intelligit: non pluribus; vt nos; de quibus Auic. intelligit.

† q. 27. a. 4.

relationes sunt ab æterno in Deo, quàm quæ dictę sunt.

SED CONTRA. Videtur ꝙ sint pauciores: quia secundū Philos. in 3. Phys.* Eadem via est de Athenis ad Thebas, & de Thebis ad Athenas. Ergo videtur ꝙ pari ratione eadem sit relatio de patre ad filiū, quæ dicitur paternitas: & de filio ad patrem, quæ dicitur filiatio. Et sic non sunt quatuor relationes in Deo.

RESPOND. Dicendum, quòd secundum Philosophum in 5. Metaphys.† Relatio omnis fundatur vel supra quantitatem, vt duplum & dimidium: vel supra actioné & passionem, vt faciens & factū, pater & filius, dominus & seruus, & huiusmodi. Cum autē quantitas non sit in Deo: est. n. sine quātitate magnus, vt dicit Aug.* Relinquitur ergo ꝙ realis relatio in Deo esse non possit, nisi super actioné fundata: non autē sup actiones secundū quas procedit aliquid extrinsecū à Deo: quia relationes Dei ad creaturas non sunt realiter in ipso, vt suprà dictū † est. Vnde relinquitur quòd relationes reales in Deo nō possunt accipi nisi secundū actiones, secundum quas est processio in Deo intra, sed nō extra. Huiusmodi autē processiones sunt duę tantum, vt suprà dictū est.* Quarū vna accipit secundum actionem intellectus, quæ est processio verbi: alia secundum actioné voluntatis, quæ est processio amoris. Secundum q̄libet autē processioné oportet duas accipere relationes oppositas, quarum vna sit procedentis à principio, & alia ipsius principij. Processio autem verbi dr̄ generatio secundū propriā rationem, qua cōpetit rebus viuentibus. Relatio autē principij generationis in viuentib. perfectis, dr̄ paternitas. Relatio verò procedentis à principio dicitur filiatio. Processio verò amoris non habet nomen proprium, vt suprà dictum † est. Vnde neque relationes, quæ secundum ipsam accipiuntur. Sed vocatur relatio principij huius processionis, spiratio: relatio autem procedentis, processio: quamuis hæc duo nomina ad ipsas processiones, vel origines pertineát, & non ad relationes.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd in his quibus dicitur intellectus, & intellectum, volens & volitum potest esse realis relatio, & scientiæ ad rem scitam, & volentis ad rem volitam. Sed in Deo est idem omnino intellectus, & intellectum: quia intelligendo se intelligit omnia alia, & eadem ratione voluntas & volitum. Vnde in Deo huiusmodi relationes non sunt reales, sicut neque relatio eiusdem ad idem. Sed tamen relatio ad verbum est realis: quia verbum intelligitur, vt procedens per actionem intelligibilem, non autem vt res intellecta: Cum enim intelligimus lapidem, id quod ex re intellecta concipit intellectus vocatur verbum.

AD SECVNDVM dicendū, quòd in nobis relationes intelligibiles in infinitum multiplicantur, quia alio actu intelligit homo lapidem, & alio actu intelligit se intelligere lapidem, & alio etiam intelligit hoc intelligere: & sic in infinitum multiplicantur actus intelligendi, & per consequens relationes intellectæ. Sed hoc in Deo non habet locum, quia vno actu tantùm omnia intelligit.

AD TERTIVM dicēdum, quòd respectus ideales sunt intellecti à Deo. Vnde ex eorum pluralitate non sequitur, quòd sunt plures relationes in Deo: sed quòd Deus cognoscat plures relationes.

AD QVARTVM dicendū, quòd æqualitas similitudo in Deo nō sunt relationes reales, sed rationis tātùm, vt infrà* patebit.

AD QVINTVM dicendum, quòd via est eadem ab vno termino ad alterum, & econuerso, sed tamen respectus sunt diuisi. Vnde ex hoc non potest concludi, quòd eadem sit relatio patris ad filium, & econuerso. Sed posset hoc concludi, de aliquo absoluto, si esset medium inter ea.

3m conclusionis illatio.

Ergo Deo &c. ℞. Negatur illatio. §. Non enim bene infertur: sed deberet dici. Ergo Deus cognoscit multò plures relationes æternas. Et tunc nihil &c. vt patet.

4m de antecedente.

Relationes. ℞. Rationis tantum: non reales. §. Tunc &c. Nam de realibus tantum loquitur conclusio.

5m ex Philos.o

Eadem via. ℞. Sed, non idem respectus. §. Tunc nihil &c. Nam de respectibus, seu relationibus loquitur cōclusio: non de aliquo absoluto.

APPENDIX.

EX artic. habes primò: quomodo per rationé tanq̄ in radice cōuincas hæreticos negantes tres personas in diuinis reaľr inter se distinctas, quarū vna. s. spiritussanctus procedat à duabus per cōem spirationé. Nam si paternitas ibi est, ergo pr̄: si filiatio, ergo filius: si processio, ergo spiritussanctus; si spiratio, ergo pr̄ & filius vnica illa spiratione spirant spiritūsanctū. Sed de his specialiter hæreticis, & de rōnibus formaľr, non tantū radicaľr eos conuincētibus, infrà q. 30. ar. 2. Et alijs locis directe cōtra hos tractantib. de præmissa veritate personarū &c. (Deo duce) videbimus. Secūdo habes: qūo per rationé radicalé ostendas, ꝙ Concilia omnia tres personas modo supradicto catholico in diuinis esse decernētia, & illos hęreticos iuste dānant, & præsentis articuli cōclusionem vicissim virtualiter, eam s. supponendo, cōfirmant.

Vtilitas pro Eccle. S. Dei.

D. 720.

* q. 41. a. 4. ad 3.

Ter-

Comm. Cardinalis Caietani.

TItulus clarus.

¶ In corp. vnica cōclusio responsiua quæsito affirmatiuè. In Deo sunt tantū quatuor relationes reales, s. paternitas, filiatio, spiratio, & processio. Probatur sic. In Deo sunt relationes reales, & non consequentes quantitatem nec actionem ad extra, ergo sunt consequētes actiones ad intra. ergo in eo sunt tantū relationes cōsequētes duas processiones ad intra, ergo sunt quatuor tantum relationes reales: ergo sunt istæ, paternitas, filiatio, spiratio, & processio. Antecedens quo ad quantitaté probatur: quia in eo nō est quantitas, vt patet ex Aug. quoad actioné ad extra probaī ex supradictis in q. 13. Prima vero cōsequentia probaī ex 5. Met. quia s. relatio omnis fundatur super quantitaté, aut actionem & passionem. Secunda autem probaī ex dictis, quia s. ſm actiones immanentes duæ tantum sunt processiones. Altera ſm intellectum, & altera ſm voluntatem: illa verbi, hęc amoris. Tertia autē, quia ſm quamlibet processioné oportet duas oppositas relationes esse, procedentis, & à quo procedit. Quarta demum probatur, quo ad nomina primarum duarum sic. Processio verbi dicitur generatio secundū propriam rationé natiuitatis viuentiū, & relatio principij huius natiuitatis dicitur paternitas, nati verò dicitur filiatio, ergo: quo ad duas verò reliquas manifestatur sic. Processio amoris caret nomine proprio: ergo & relationes secundum ipsam. Et rursus vocatur processio seu spiratio: ideo cōuenienter relatio principij hic vocatur spiratio: relatio verò spirati vocatur, vsurpato nomine, processio; & sic patet totum.

¶ Circa propositionem illam ex 5. Metaph. iterum aduerte, ex q. de potentia Dei, quæst. 7. art. 9. quòd intelligitur secundum modum non secundum rem, id est, omnis relatio realis fundatur super quātitatem &c. id est, super re quæ est quantitas, aut alia re, vt induit rationem quantitatis. vnde vnum in substantia facit idem: & vnum in qualitate facit simile: vnum enim ad quantitatem pertinet modaliter. Sed tunc duplex occurrit hic dubium. primò quantum valeat ratio literæ, procedens ex eo quòd in Deo non est quantitas secundū rem: vt patet ex inducta authoritate Aug. Secūdò, quia falso adduci videtur authoritas ex 5. Metaph. quoniā ibi ponitur tertius

modus

modus relatiuorum,ut etiam ibi S. Th. exponit, scilicet mensuræ, & mensurabilis non quantitatiuè.

¶ Ad primum horum dicitur, quod quia secundum ueritatem author tenet nullam relationem realem in Deo consequi quantitatem, ratio, tam secundum rem quam secundum modum, & inferius tractaturum se promittit in responsione ad quartum de huiusmodi relationibus, consequentibus, quantitatem secundum modum, puta æqualitate & similitudine, ideo hic summariè pertransiuit contentus ratione de quantitate secundum rem. Et si instes, ergo ex hoc artic. non sufficienter concluditur intentum, respondetur quod sufficienter quantum præsentis loci erat, (quoniam ab hoc loco illæ relationes relegantur inferius tractandæ, (quamuis non sufficienter absolute, si omnia hic fuissent perlustranda, propter quod ne limitatus hic tractatus, errandi occasio alicui foret, protestatur in responsione ad quartum se inferius hoc completurum in loco proprio, ubi de communibus relationibus diuinis personis agetur. sic enim, institutus ordo exigebat.

¶ Ad secundum uero dubium dicitur quia hic est sermo de realibus relationibus inter res eiusdem ordinis, immo eiusdem naturæ, seu saltem mutuis. Relatiua autem tertii modi, ut ibidem patet, in hoc differunt ab aliis, quia non sunt mutua, ideo nulla commissa est in alligando falsitas, est enim uera illa uniuersalis in realibus relationibus mutuis, de quibus est sermo.

I

QVAESTIO XXIX.

De personis diuinis, in quatuor articulos diuisa.

Præmissis autem his quæ de processionibus relationibus præcognoscenda uidebantur, necessarium est aggredi de personis.

Et primo secundum considerationem absolutam, & deinde secundum comparatiuam considerationem. Oportet autem absolutè de personis, primo quidem in communi considerare, deinde de singulis personis.

Ad communem autem considerationem personarum quatuor pertinere uidentur, primo quidem significatio huius nominis persona. Secundo uero numerus personarum. Tertio, ea quæ consequuntur numerum personarum, uel ei opponuntur ut diuersitas & similitudo & huiusmodi. Quarto uero, ea quæ pertinent ad notitiam personarum.

Circa primum quæruntur quatuor.

¶ Primo. De diffinitione personæ.

¶ Secundo. De comparatione personæ ad essentiam subsistentiam, & hypostasim.

¶ Tertio. Vtrum nomen personæ competat in diuinis.

¶ Quarto. Quid ibi significet.

ARTICVLVS PRIMVS.

De diffinitione personæ.

169 3.q.2.ar.2. cor. & 1. d. 25.art.1. & po.q.9.a.1. 2.& de vni. art.1. Tertia pagina a principio libri.

Ad primum sic proceditur. Videtur quòd incompetés sit diffinitio personæ quam Boetius * assignat in lib. de duabus natu. quæ talis est. Persona est rationalis naturæ indiuidua substantia. Nullum enim singulare diffinitur. Sed persona significat quodam singulare. Ergo persona inconuenienter diffinitur.

¶ 2 Præt. Substantia (prout ponitur in diffinitione personæ aut sumitur pro substantia prima, aut pro substantia secunda, si pro substantia prima, superflue additur indiuidua, quia substantia prima est substantia indiuidua, si uero stat pro substantia secunda, falso additur & est oppositio in adiecto. Nam secundæ substantiæ dicuntur genera uel species. Ergo diffinitio est male assignata.

¶ 3 Præt. Nomen intentionis non debet poni in diffinitione rei. Non enim esset bona assignatio si quis diceret, homo est species animalis. Homo enim est nomen rei, & species est nomen intentionis. cum igitur persona sit nomen rei, significat enim substantiam quandam rationalis naturæ. Ergo in conuenienter indiuiduum (quod est nomen intentionis) in eius diffinitione ponitur.

¶ 4 Præt. Natura est principium motus & quietis in eo in quo est per se, & non per accidens, ut dicitur in 2. Physic. *Sed persona est in rebus immobilibus, sicut in Deo & in Angelis. Non ergo in diffinitione personæ debuit poni natura, sed magis essentia.

li. 2. Phys. tex.3.to.2.

¶ 5 Præt. Anima separata est rationalis naturæ indiuidua substantia, non autem est persona. Inconuenienter ergo persona sic diffinitur.

Resp. Dicẽdum, quod licet uniuersale, & particulare inueniantur in omnibus generibus, tamen speciali quodammodo indiuiduum inuenitur in genere substantiæ. Substantia.n. indiniduatur per seipsã, sed accidentia d indiuiduantur per subiectum, quod est substantia. Dicitur, enim hæc albedo inquantum est in hoc subiecto. Vnde etiã conuenienter d indiuidua substãtiæ habent aliquod speciale nomen præ aliis. Dicũtur.n. hypostases, uel primæ substantiæ. Sed adhuc quodam specialiori & perfectiori modo inuenitur particulare, & indiuiduum in substantiis rationalibus, quæ habent dominium sui actus, & non solum aguntur sicut alia, sed per se agunt. actiones autẽ in singularibus sunt. Et ideo etiam inter cæteras substantias etiam quoddã speciale nomen habent singularia rationalis naturæ, & hoc nomen est persona. Et ideo in prædicta diffinitione † psonæ ponitur substantia indiuidua, inquantũ significat singulare in genere substantiæ, additur autem rationalis naturæ, inquantum significat singulare in rationalibus substantiis.

Ad primum ergo dicẽdum, quod licet hoc singulare uel illud diffiniri non possit, tamen id quod pertinet ad communem rationem singularitatis, diffiniri potest. Et sic Phil. * diffinit substãtiam primam, & hoc modo diffinit Boetius personam.

Ad secundum dicendum, quod secundum quosdam d substantia in diffinitione personæ ponitur pro substantia prima, quæ est hypostasis, neque tamen superflue additur indiuidua, quia nomina hypostasis uel substantiæ primæ, excluditur ratio uniuersalis & partis. Non enim dicimus, quod homo communis sit hypostasis, neque etiam manus d cum sit pars. sed per hoc, quod additur indiuiduum, excluditur a persona ratio assumptibilis. humana.n. natura in Christo non est persona, quia est assumpta a digniori, s. a uerbo Dei. Sed melius dicendum est, quod substantia accipitur communiter prout diuiditur per primam & secundam, & per hoc, quod additur indiuidua, trahitur ad standum pro substantia prima.

Aegi.1.s.d.25.q.3. pri. prin. Cap.1.d.25. q.1.con.1. & c.23.q.1.con.3. Alb.Mag.1.d.25.a.1. Pet. de Pal. 1. 5. d.23. q.1.& d.25.q.2.

D.19.

SVP. Q. XXIX.

Art. 1.

Concl. Inter cæteras substantias quoddam speciale nomen habent singularia rationalis naturæ, & hoc nomen est persona.

D.719.

¶ Corol. Ergo data personæ definitio per Boetium est competens. Nam diffinitio illa speciale quoddam dicit rationalis naturæ. Hic memento mirabilis styli a S. Doctore fer usati, uide ar.4.q.28.

¶ Prob. Quia ibi debet esse speciale nomen substantiæ singularis ubi specialiori modo inuenitur particulare, in genere substantiæ, [cum sic sibi omnia correspondeant, ut patet.] & in genere substantiæ, seu naturæ, rationalis inuenitur specialiori modo particulare (ut de se patet.)

Posita in arg.1.huius art.

1^m de maiori.

Singulare. B. Vrstat pro hoc, uel illo singulari, non ut dicit communẽ rationem singularitatis. §. Tunc nihil &c. Nam ly persona accipitur pro communi ratione singularitatis, quãdo diffinitur a Boetio.

In li. prædicamẽt.c.de Substãtia. tom.1.

D.1026.

2^m de maiori.

Aut sumitur pro substantia prima aut pro substantia secunda. B. Aut sumitur communiter, idest non se restringendo ad hanc, uel illam substantiam. §. Tunc &c. Nam ly substantia sumitur communiter in hac definitione.

D.718.

Tertium

3^m de antecedente. Nomen intentionis. ℞. Vt ſtat pro nomine intentionis, non, ut ſtat pro aliquo nomine reali. §. Tunc &c. Nam ly indiuiduum, ſumitur in hac definitione, ut dicit aliquod reale, puta realẽ modum ſubſiſtendi, qui cõuenit ſubſtantiis particularibus.

4^m de concluſione. Natura. ℞. Vt ſignificat generationem uiuentium, uel principium intrinſecum cuiuſcunque motus, non, ut ſtat pro differentia ſpecifica. §. Tunc &c. Nam in definitione hac ſumitur ſecundo modo. Quod autem natura ſic accepta ponatur hic conuenientius, quam eſſentia, patet in calce literæ.

Li. 5. tex. 5. tom. 3.

5^m de antecedente. Indiuidua. ℞. i. Pars ſpecialis humanæ naturæ, non, autem prima. §. Tunc &c. Nam per ly indiuidua, intelligimus in definitione primam ſubſtãtiam, dicendo ly indiuidua ſubſtantia, non autem partem ſubſtantiæ. Ex litera dic, quod neque pars actu, neque pars in potentia, poteſt dici ſubſtantia prima, ſeu [quod idem eſt Græcè] hypoſtaſis. Nam ſubſtantia prima dicit totum, non partem. Idem ergo eſſet dicere, Animam eſſe hypoſtaſim, quod dicere animam non eſſe unibilem corpori, quod eſt blaſphemum.

Ad tertium dicendum, quod quia ſubſtantiales differentiæ non ſunt nobis notæ, uel etiam nominatæ non ſunt, oportet interdũ uti differentiis accidentalibus loco ſubſtantialium, puta, ſiquis diceret. Ignis eſt corpus ſimplex calidum, & ſiccum. Accidentia enim propria ſunt effectus formarum ſubſtantialium, & manifeſtant eas. Et ſimiliter nomina intentionum poſſunt accipi ad diffiniendum res, ſecundũ quod accipiuntur pro aliquibus nominibus rerum quæ nõ ſunt poſita. Et ſic, hoc nomen indiniduũ, ponitur in diffinitione perſonæ ad deſignandum modum ſubſiſtendi, qui cõpetit ſubſtantiis particularibus.

Ad quartum dicendum, quod ſecundum Philoſophum in 5. Meta,* Nomẽ naturæ primo impoſitum eſt ad ſignificandam generationem uiuentium quæ dicitur natiuitas. Et quia huiuſmodi generatio eſt a principio intrinſeco, extenſum eſt hoc nomen ad ſignificãdum principiũ intrinſecum cuiuſcunque motus. Et ſic diffinitur natura in 2. Phyſ. † Et quia huiuſmodi principium eſt formale uel materiale, cõiter tam materia quam forma dicitur natura. Et quia per formam completur eſſentia uniuſcuiuſque rei, communiter eſſentia uniuſcuiuſque rei (quam ſignificat eius diffinitio) uocatur natura. Et ſic accipiť hic natura. Vñ Boet.* in eodem li. dicit, quod natura eſt unũquodque informans ſpecifica differentia. Specifica.n. differentia eſt, quæ complet diffinitionem, & ſumitur a propria forma rei. Et ideo conuenientius fuit, quod in diffinitione perſonæ, quæ eſt ſingulare alicuius generis determinati, uteretur nomine naturæ, quã eſſentiæ, quæ ſumitur ab eſſe, qđ eſt cõiſſimum.

li. 2. Phyſ. tex. 3. to. 2.

In libr. de duab. naturis, in pag. 2. a prin.

Ad quintum dicendum, ꝙ anima eſt pars humanæ ſpeciei. Et ideo, licet ſit ſeparata, quia tamen retinet naturam unibilitatis, non poteſt dici ſubſtantia indiuidua, quæ eſt hypoſtaſis, uel ſubſtantia prima, ſicut nec manus, nec quæcumque alia partium hominis. Et ſic non competit ei neque diffinitio perſonæ, neque nomen.

ARTI-

APPENDIX.

Vtilit. pro S. Eccl.

Ex articulo habes primo, quomodo per rationem conuincere poſſis, hypoſtaſim naturæ rationalis & perſonam eſſe idem, & conſequenter quomodo per eandem rationem ex ſibillare ualeas illos, qui ignorando propriam uocem in hanc inciderũt hæreſim, quod in Chriſto ſunt duæ hypoſtaſis. Licet ſit una tantũ pſona. [Hoc refert Doctor Sanctus, 3. q. 2. ar. 3. q. 16. ar. 1. & cõtra 4. cap. 38.] Secundo habes, quomodo ex eadem ratione monſtres, concilium quintum Conſtantinopolitanũ, [ut ibi q. 2. adducitur] iuſte damnaſſe prædictam ipſorum ignorantiam, dum hæreſim illam damnauit, eodemque ſuo facto præſentis art. concluſione approbaſſe.

Comm. Cardinalis Caietani.

In titulo aduerte quod cum unaquęq; ars terminis utatur, ꝑut in illa arte conſueuerunt accipi, quod ex eo liquet, quia ſignificatio nominum eſt ad placitum, & tãto magis translatio ex una ſignificatione in aliam, cum inquam ſic ſit, rõnabile eſt ut princeps oium ſcientiarum ſacra theologia propriis quoq; gaudeat uocabulis. Et ꝓpterea non quæritur hic de perſonæ nomine utcumque, ſed ut eſt in uſu theologorum, conſtat enim aliter perſonam accipi apud canoniſtas, & aliter apud alios. Et propterea Laurẽtius Valla ineruditè Boetium arguit malæ diffinitionis perſonæ, eſt.n. ea optima, ut in hoc patebit ar. ſi de perſona hoc modo intelligatur, ut etiam ipſe intendebat.

¶ In corpore tria facit. Primo oſtenditur dignitas indiuidui ſubſtantiæ, ſecundo dignitas indiuidui rationalis naturæ, tertio reſpõdetur quæſito. Quo ad primum intendit quod indiuidum ſubſtantiæ conuenit quidem cum indiuiduis omnium generum in hoc, quod unumquodque eſt particulare ſeu indiuiduum, differt tamẽ ab aliis quo ad duo, ſcilicet, quoad cauſam indiuiduationis, & quoad nominis ſpecialitatem. Subſtantia enim indiuiduatur per ſeipſam. accidens autem per ſubiectum, quod eſt ſubſtantia, quod manifeſtatur in hac albedine. Et propterea indiuiduum ſubſtantia ſpeciale ſortitum eſt nomen, & uocatur hypoſtaſis ſeu prima ſubſtantia, quod non inuenitur in generib. accidentium.

¶ Circa hæc dicta multiplex occurrit dubium Primo ex parte ſubſtantiæ, quomodo ſit uerum in doctrina S. Th. quod ſubſtantia indiuiduatur per ſe ipſam, cum apud ipſum diſtinctio numeralis primo conueniat quantitati, & per illam ſubſtantiis materialibus ac cæteris, & ſic de ratione indiuidui ſubſtantiæ, cum ſit diſtinctio ab aliis, ſequitur quod ſubſtantia indiuiduetur quo ad intrinſecum diſtinctiuum per quantitatem, & non per ſeipſam, ut in litera dicitur.

¶ Secundo, dubium eſt ex parte accidentium, quoniam quantitas per ſeipſam indiuiduatur, ut patet ex diffinitione 5. Metaph. Quantum eſt quod diuiditur in ea quæ inſunt, quorum ſingulum natum eſſe hic, & in mathematicis abſtractionib. manifeſte patet dari hanc lineam, &c. nullo imaginato ſubiecto. Dubium quoque nonnullum parit litera in eo, quod exprimit ſubiectum indiuiduans accidens, eſſe ſubſtantiam, cum manifeſte pateat hanc conditionalem eſſe ueram. Si albedo eſſet in hac quantitate, ſine ſubſtantia eſſet hæc, & conſequenter illa cathegorica eſt falſa.

¶ Tertio, dubium eſt ex parte quoque accidentis, quo intelligitur, quia indiuiduatur per ſubiectum, an ſ. intrinſecè, an extrinſecè, id eſt, an cum dicitur hæc albedo, in ly hæc claudatur intrinſecè ſubiectum an extrinſecè, eo modo quo naſus cadit in ſignificatione ſimitatis uel ſimili. Si enim clauditur extrinſecè tantum, ſequitur quod accidens indiuiduatur per ſeipſum intrinſecè. Si autem clauditur intrinſecè, ſequitur quod hæc albedo non eſt ens, nec unum per ſe conſequenter in nullo genere, ac per hoc male dicitur in litera, quod in quolibet genere inuenitur uniuerſale & particulare.

¶ Ad primum horum quantum ſpectat ad hanc literam, facile dici poteſt, quod hic non eſt ſermo de ſubſtantia tali, puta materiali, ſed de ſubſtantia abſolute, ac per hoc de uniuerſis ſubſtantiæ indiuiduis, non quatenus indiuidua ſunt talis, uel talis ſubſtantiæ, ſed quatenus indiuidua ſunt ſubſtantiæ. Tum quia ſic tantum eſt ſermo formalis. Tum quia ſic propriè interpretatur intenta differentia inter indiuiduum ſubſtantiæ, & indiuiduum accidentis, hæc enim differunt, primo inquantum indiuiduum ſubſtantiæ & inquantum indiuiduum accidentis, per communia omnibus ſubſtantiæ indiuiduis ex una parte, & per communia omnibus accidentibus indiuiduis ex alia parte. Talia.n. ſunt quæ conueniunt his inquantum huiuſmodi ſunt indiuidua. Et per hoc patet reſponſio ad reliqua dubia, quoniam inſtantias afferũt de indiuiduis accidentium, non quatenus accidentium ſunt indiuidua, ſed quatenus ſunt talium accidentium indiuidua, puta quãtitat. ſ. uel qualitatis mediate efficientis ſubſtantiam ut albedo eſt quæ exempli cauſa in litera eſt adducta, ut addiſcentes intelligãt. ſtat ergo literę ueritas inconcuſſa, quod indiuiduum ſubſtantiæ, ut ſic per ſeipſum eſt indiuiduum, quoniam conſtat ut ſic, nullã habere dependentiam ab accidente, & quod indiuiduum accidẽtis ut ſic quoniam a nullo alio oportet dependere ſubiecto, niſi ſubſtantia per ſubſtantiam ſubiectam indiuiduetur.

¶ Ad ultimum autem dubium dicendum eſt, propter rationẽ in obiiciendo tactam, quod hoc accidens non includit ſubiectum intrinſeca, ſed per additamentum, ita quod ſicut in diffinitione accidentis clauditur ſubiectum, non ut eſſentiæ intrinſecum, ſed per additamentum ita in diffinitionem huius accidentis ſi diffiniretur, clauderetur hoc ſubiectum per additamentũ, & non intrinſecè. Nec hoc repugnat literæ in dr̃ia aſſignata, qm̃ ſicut accidens non põt intelligi abſq; dependentia a ſubiecto, ita nec hoc

absque dependentia ab hoc subiecto. hæc autem substantia, ut sic nullam includit dependentiam ad aliquid extrinsecum, & ideo per seipsum substantia, indiuiduatur, accidens autem per substantiam.

¶ De substantia autem materiali & de talib. accidentib. quo in diuiduentur, alterius negotii est, eritq; de hoc quæstio specialis. Nunc autem scito, quod apud me, substantia materialis indiuidua tur per materiam sub certis dimensionib. tamquam per proprium & intrinsecum, non solum constitutiuum, sed distinctiuum chime ricum est.n. hos actus separare secundum rem. Per materiam autem sub certis dimensionibus, non intelligo (ut olim exposui in cō mentariis de ente & essentia) materiam cum potentia ad quantitatem, quoniam potentia illa (ut patet in 12. met. in tractatu de principiis prædicamentorum) est in genere quantitatis, & sic Socrates non esset unum per se. Sed intelligo materiam distinctam numero, non ut subiectum quantitatis, sed ut prius natura ipsius fundamentum, radix, & causa, ita quod, ipsa materia in se est prius sic distincta quam quanta, ut sic effectus proportionetur causæ distinctio enim numeralis, quia Socr. distinguitur a Platone inquantum sunt illi homines, non est distinctio quantitatiua, sed fundamentum quantitatiuæ distinctionis. Et similiter principium distinctiuum huius hominis ab illo ut sic, est radix & fundamentum quantitatis, & consequenter distinctionis sequentis ipsam. Hoc autem est materia, quæ est altera pars compositi primo terminantis generationem substantialem in rerum natura in primo instanti naturæ ante adhæsionem accidentium, oportet enim pro tunc esse singulare distinctum ab uniuersali, & per se ens, ac unū, quod absque constitutiuo in esse hoc intelligi nequit, per idem autem unumquodque est hoc, & a cæteris distinguitur. Nec propterea nego illam maximam ex sensibus Arist. ac S. Th. habitam, scilicet, quod distinctio numeralis materialis primo conuenit quantitati, & consequenter per illam cæteris, secundum doctrinam posteriorum, quoniam participare naturam eius cui primo conuenit aliquid, pluribus modis contingit. Nec oportet illam formaliter saluari in omnibus ipsam participantibus, ut in 1. posteriorum ostendimus. Materia autem, quæ radix fundamentumq; est quantitatis, nō est etiam in illo priori extra participantia quantitatis naturam immo (ut melius loquamur) est quasi præhabens quantitatis naturam. Et quoniam magis præhabere quam participare, si participantia naturam aliquam, quoquomodo possunt in effectum illius, quanto magis præhabentia naturam illam, hoc poterunt? oportet enim omnem effectum primo alicui conuenientem ab illo in se, uel suis participantib. aut a præhabentibus fieri ut inductiue patet etiam in affectibus formalibus, in uegetatiuo & sensitiuo, & similibus, quamuis distinctio de qua loquimur, non sit formalis effectus quantitatis, nec materia huiusmodi sic contineat quantitatem Sed hæc dicta sunt, ut legentes intelligā, reliqua autem huius materiæ, ibidem tractata sunt.

¶ Quoad secundum, ostenditur dignitas indiuiduorum rationalis naturæ inter omnia indiuidua substātiæ similiter quo ad duo. Primo, quo ad modum essendi principium operationum, quia scilicet indiuiduum rationalis naturæ solum habet dominium sui actus, & quod hoc spectet ad dignitatem indiuidui probat litera ex hoc, quod actiones sunt singularium, primo Metaphys. Secundo quo ad specialitatem nominis, quia reliqua ut indiuidua sunt tales naturæ puta irrationalis, nomen proprium non meruerunt, hoc autem sortitum est speciale nomen, quod est persona, propter prædictam dignitatem. Et sic habemus & propositas dignitates, & quid nominis personæ in hoc quod dicitur, quod est nomen indiuidui rationalis naturæ. restat ergo tertium.

¶ Quoad tertium igitur, respondetur quæsito unica conclusione responsiua affirmatiue, implicite tamen. Diffinitio personæ est competens, & manifestatur sic. Præfata diffinitio explanat ambas proprietates indiuidui rationalis naturæ, ergo est competens. Antecedens declaratur, quia eam, quæ conuenit sibi inquantum est singulare substantiæ explanat per ly substantia indiuidua. Eam uero, quæ conuenit sibi inquantum singulare rationalis naturæ, explanat per ly rationalis naturæ, cum enim indiuiduum inferioris sit etiam indiuiduum superioris, utriusque conditiones habere oportet. Et rursus, cum indiuiduo duo attribuantur, scilicet, esse, & operari, uniuersalia enim neutrum habent, per utrumque primo, scilicet per esse, secundo per operari indiuidua significauit.

¶ In responsione ad primum, & tertium, habes, ꝙ aliquid reale. s. modus subsistendi ultra naturam specificam conuenit indiuiduis substantiæ, ut latius declarauimus in prædicamentis. Et responsione uero ad secundum habes, quod substantia indiuidua nō sumitur, hic, ut distinguitur contra substantiam uniuersalem, sed ut distinguitur contra essentiam substantiæ, tam uniuersalem quā particularem. Hæc enim tantum uocatur substantia prima suppositum, persona &c. Quid autem addat supra hanc humanitatem substantia prima, seu suppositum, cum tractabitur de unione uerbi cum natura humana, discutietur.

¶ Ad propositum autem sufficit scire, quod addit omnimodam in communicabilitatem, ita ꝙ nec communis esse potest, nec assumi, ratione enim primi deitas, ratione uero secundi hæc humanitas, suppositum non est.

¶ In responsione ad quintum, aduerte, quod hinc habes, quod ex hac Boetii diffinitione, non sequitur animam esse personam, ut Scotus in prima, distinctione uigesimatertia, uoluit, non penetrans quid importat substantia prima, quæ hic dicitur indiuidua.

Cap. 1. d. 4. q. 2. con. 2. Alb. mag. 1. d. 23. ar. 20. Pet. de Pal. 1. 5. d. 34. q. 1.

SVP. Q. XXIX.

ART. II.

170 1. d. 2. 2. 3. & pot. q. 9. artic. 1. In 3. pag. a prin. lib.

CONCL., Quod hæc tria nomina subsistentia, res naturæ hypostasis, significāt in toto genere substantiarum. Hoc ly persona significat in genere substantiarum, rationalium, & consequenter non est idem, quod essentia.

¶ COROL. In genere ergo substantiarum rationalium, omnia illa tria sunt idem cum persona. Licet absolute non.

¶ PROB. Quia persona in genere substātiarum rationalium per se existit, non in alio opponitur alicui naturæ communi, supponitur accidentibus, rōne, primi est subsistētia, ratione secundi est res naturæ, ratione tertii est hypostasis, id est substantia prima secunda autem pars, scilicet, & consequenter, &c. de se patet [cum essentia dicatur quidditas rei, subsistentia autem res naturæ, hypostasis, & persona dicatur suppositum quidditatis illius.]

ARTICVLVS II.

Vtrum persona sit idem quod hypostasis, subsistentia, & essentia.

AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur quod persona sit idem quod hypostasis, subsistentia, & essentia. Dicit enim Boet.* in li. de dua. natu. quod Græci naturæ rationalis indiuiduam substantiam hypostaseos nomine uocauerunt. Sed hoc ēt apud nos significat nomen personæ. Ergo persona omnino idem est quod hypostasis.

¶ 2 Præt. Sicut in diuinis dicimus tres personas, ita in diuinis dicimus tres subsistentias. Quod non esset, nisi persona, & subsistētia idem significarent. Ergo idem significant persona & subsistentia.

¶ 3 Præt. Boet. dicit in commen. prædicamentorum, quod usia (qđ est idem quod essentia) significat compositum ex materia, & forma. Id autē qđ est cōpositū ex materia est indiuiduum substantiæ; quod & hypostasis & persona dicitur. Ergo omnia prædicta nomina idem significare uidentur.

SED CONTRA est, quod Boe.* dicit in lib. de duabus naturis, quod genera, & species subsistunt tantum, indiuidua uero non subsistunt tantum, uerum etiam substant. Sed a subsistendo dicuntur subsistentiæ, sicut a substando substantiæ uel hypostases, cum igitur esse hypostases uel personas, non conueniat generibus uel speciebus, hypostases uel personæ, non sunt idem quod subsistentiæ.

Aliquantulum a prin. li. videlicet a princip.

¶ 4 Præt. Boe. dicit in com. prędicamentorum, quod hypostasis dicitur materia usiosis autem (idest subsistentia) dicitur forma. Sed neque forma neque materia potest dici persona. Ergo persona differt a prædictis.

RESP. dicendum, ꝙ sm Philosophum in 5. Meta.* substantia dicitur dupliciter. Vno modo dicitur substātia q̄ddi tas rei, qua signat diffinitio, sm ꝙ dicimus, quod diffinitio significat substantiam rei. Quā quidem substantiā Græci usiam uocant, quod nos essentiam dicere possumus, alio modo dicitur substantia subiectum, uel suppositum, quod subsistit in gn̄e substantiæ. Et hoc quidem cōiter accipiendo nominari potest, & nomine significante intentionem. Et sic dicitur suppositum. Nominatur etiam tribus nominibus significantibus rem. Quæ quidem sunt res naturæ, subsistentia, & hypostasis, secundum triplicem consi-

οὐσία οὐσίωσις ὑπόστασις πρόσωπον.

Primum

1^m de conclusione. Hypostasis. R. Sumpta secundum usum loquendi, non secundum propriam significationem. §. Tunc &c. Nam in conclusione nostra sumitur hypostasis secundum propriam significationem.

2^m de minori. Et subsistentia. R. Sumpta in natura rationali, non in quacunque, §. Tunc nihil &c. Nam conclusio loquitur de subsistentia in quacumque natura sit. Ex litera ly ne possit esse erroris occasio, nota quod latini limatius loquuntur, siue sunt magis in suis nominibus circumspecti, quã græci. Item ex tota responsione literæ pręcise [ut iacet] nota regulam quandam Sancto Doctori familiarem. Et hęc est, quod quando argumenta difficultatem uel in corpore uel in prioribus argumentis pręctactam ac resolutam iterum directe tangunt, tunc Sanctus Doctor nouam responsionem pro eodem modo soluendo non adducit, quasi ex hoc innuens, quod uult esse per præmissa etiam isti nouo argumento satisfactum. Vnde tunc, tanquam solutione iam prius data ad aliquod inibi nouiter declarandum, [si opus est] se totum conuertere solet. Exemplum. Argumentum hoc secundum, formaliter tangebat difficultatem de identitate subsistentiæ, & personæ, responsio autem nihil dicit, an sint idem uel non subsistentia, & persona, sed ad declarandam maiorem, scilicet, sicut dicimus tres personas in diuinis, ita tres subsistentias, se totaliter conuertit. Quare nihil dicit, an sint idem uel non? Quia iam in corpore, & quasi a simili ad primum prius soluta fuerat ad plenum talis difficultas. Hanc regulam recole pro multis huiusmodi locis, etiam si amplius non repetatur, ne breuitatem Angelicæ doctrinæ necessitati dicendorum officere credas.

Regula vniuersalis pro more S. Doct. assequendũ.

derationem substantiæ sic dictæ. Secundum enim quod per se existit, & non in alio, uocatur subsistentia. Illa enim subsistere dicimus, quæ non in alio, sed in se existunt. Secundum vero quod supponitur alicui naturæ communi, sic dicitur res naturæ, sicut hic homo est res naturę humanæ, secundum uero quod supponitur accidentibus, dicitur hypostasis uel substantia. Quod autem hæc tria nomina significant communiter in toto genere substantiarum, hoc nomen persona significant in genere rationalium substantiarum.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod hypostasis apud Gręcos ex propria significatione nominis habet, quod significet quodcunque induiduũ substantię, sed ex usu loquendi habet, quod sumatur pro indiuiduo rationalis naturæ, ratione suæ excellentiæ.

AD SECVNDVM dicendum, quod sicut nos dicimus in diuinis pluraliter tres personas & tres subsistentias, ita Græci dicunt tres hypostases. Sed quia nomen substantiæ quod secundum proprietatem significationis respondet hypostasi, æquiuocatur apud nos cũ quandoque significet essentiam, quandoque hypostasim, ne possit esse erroris occasio, maluerunt pro hypostasi transferre subsistentiá quã substantiam.

AD TERTIVM dicendum, quod essentia proprie est id, quod significatur per diffinitionem. Diffinitio autem complectitur principia speciei, non autem principia indiuidualia. Vnde in rebus compositis ex materia & forma, essentia significat non solum formam, nec solum materiam, sed composi-

3^m de minori. Ex materia, & forma. R. His, non in communi sumptis. § Tunc &c. licet enim compositum ex materia & forma his, id est ex materiæ hac, & forma hac sit indiuiduum substantiæ, & consequenter personas [si in naturis intellectualibus semper sistatur,] tamen compositum ex materia & forma sic communiter sumptis non est indiuiduum nec persona, sed essentia, id est essentia [si de essentiis materialibus in Boetio loquamur.]

4^m de maiori. Subsistunt, R. Vt quibus, non ut quæ, §. Tunc nihil &c. Nam subsistentia dicitur a subsistendo, ut quod, cum ipsamet subsistat, & ideo diuersum iudicium fieri debet de generibus speciebus, & subsistentia.

tum ex materia & forma communi prout sunt principia speciei. Sed compositum ex hac materia, & ex hac forma, habet rationem hypostasis & personæ. Anima enim, & caro, & os, sunt de ratione hominis. Sed hæc anima, & hæc caro, & hoc os sunt de ratione huius hominis. Et ideo hypostasis & persona addunt, supra rationem essentiæ principia indiuidualia, neq; sunt idem cum essentia in compositis ex materia & forma ut supra, dictũ est*, cum de simplicitate diuina ageretur.

AD QVARTVM dicendum, quod Boet. dicit genera, & species subsistere, inquantum indiuiduis aliquibus competit subsistere, ex eo, quod sunt sub generibus & speciebus in prædicamento substantiæ comprehensis, non quod ipsæ species uel genera subsistant, nisi secundum opinionem Platonis, qui posuit species rerum, separatim subsistere a singularibus. Substare uero competit eisdem indiuiduis in ordine ad accidentia, quæ sunt præter rationem generum, & specierum.

AD QVINTVM dicendum, est quod indiuiduum compositum ex materia & forma, habet quod substet accidenti ex proprietate materiæ. Vnde & Boet. dicit in libro secundo, de trinitat.* Forma simplex subiectũ esse non potest. Sed quod per se subsistat, habet ex proprietate suæ formæ, quæ non aduenit rei subsistenti, sed dat esse actuale materiæ, ut sic indiuiduum subsistere possit. Propter hoc ergo hypostasim attribuit materiæ, & usiosim siue subsistentiam formæ, quia materia est principium substandi, & forma est principium subsistendi.

5^m ex Boetio. Dicitur, Dicitur R. Ratione principii, non ratione identitatis. §. Tunc nihil contra, ut patet consideranti, & applicanti, textum.

D. 1147.

q. 3. ar. 3.

ARTI-

APPENDIX.

EX articulo habes primo, quomodo per rationem conuincas ignorantiam ponentium hypostasim, & subsistentiam in natura intellectuali non esse idem cum persona. Et quomodo per eandem rationem irridere ualeas ponentes hanc hæresim, quod in Christo sunt duæ subsistentiæ. Vide supra articulo primo, & teipsum rege secundam illam appendicem in uidendo. D. Thomam recitantem hanc ipsam. Sicut & illam, cum eius damnatione. Secundo quo ad secundam partem conclusionis habes, quomodo per ratione tanquam in radice reiicias ponentes uel quod in Christo est una natura sicuti una persona, uel quod in Christo sunt duæ personæ sicuti duæ naturæ. Videntur enim hæreses hæ processisse eis (ultra alia falsa motiua.) ex ignorantia hac, quod scilicet noluerunt intelligere, quod persona & natura siue essentia differunt realiter (ut hinc habetur.) Tertio quomodo ex iisdem rationibus radicaliter demonstres, has hæreses iure damnatas a Conciliis de quibus speciatim in suis locis dicetur. Quarto videre datur, quomodo his conciliis tamquam acceptantibus ... quod persona est idem cum subsistentia in natura intellectuali, & quod persona non est idem cum essentia, item quo modo ex hæresibus illius damnatis, tamquam ex oppositis firmetur uicissim tota Angelica conclusio.

Vtilit. pro S. Eccl.

D. 1137.

D. 639.

li. 1. de trinitate med.

Comm. Cardinalis Caietani.

IN titulo ly sit, ostendit, quod de uera identitate est quęsito. ¶ In corpore una est, conclusio responsiua. Persona significat in genere rationalium substantiarum quod hæc tria nomina, scilicet subsistentia, res naturę, & substantia seu hypostasis, significãt communiter in toto genere substantiarum. Et manifestatur duabus distinctionibus. Prima est, substantiæ in essentiam, & substantiam primam. Secunda est ipsius primæ substantiæ in nomina tria, duo quidem rei, & unum intentionis, ut clare patet in litera. Ex his namque manifestatur, & quo modo persona non est idem quod essentia, & quomodo est idem quod hypostasis, & subsistentia.

Cap.

Q.13.1.d.29 q 1 con. 3. Bannes q. 29 a.1. Alb.mag.1.d.23.ar.1.

SVP. Q. XXIX. Art. III.

171 1.d.23.a.1. & po. q. 9. ar.3.c.1 pa rum a prin cip.

CONCL. Conueniens est, ut hoc nomē persona de Deo dicatur: non tamen eo dē modo, quo dicitur de creaturis, sed excellentiori.

¶PROB. Quia ly persona significat perfectissimum in tota natura, & omne, quod est perfectionis, Deo attribuendum est. Secunda autem pars. s. non tamen &c. phatur. Quia sic est de omnibus nominibus quæ ex creaturis Deo attribuuntur sup.q.13.

Aliqu Stulū a princ. pag. 3. a prin.li.

1^m de maiori. Expressa. R. Secūdum sensum, & uocē simul uel secundum sensum tātum. §. Tunc &c. Nā ly persona, quo ad sensum, inuenitur, & sæpius sacra scriptura cū ibi frequentissime legatur q Deus est per se ens maxime, perfectissimè intelligens. Hæc autem duo sunt desinitio, & cōsequenter sensus personæ, ut patet p Boetium sup.ar.1. In litera bene nota pro sēper, quod non omnis nouitas uitanda &c.

Eodem loco nunc p xime dicto Ira Epis. ad Damas. q incipit qm uetusto, in medio illius, to. 3. arg.1. ar.1. huius q.

2^m de minori. Sed hoc. R. i. persona, quantum ad id, a quo nomen imponitur, cōsiderata, non quantum ad id ad quod significādum imponitur. §. Tūc &c. Nam conclusio accipit personam, quantum ad id, quod significat non quantum ad impositionis nominis originem.

q.14.ar.12.

3^m de minori. Hypostasis. R. Quantū ad a quo nomen imponitur considerata. Ve ad secundum. §. Tunc nihil &c. vt patet.

Item ex Hiero. Nomine hypostasis. R. Non plenè noto, non autem plene noto. §. Tunc &c Nam hoc nomen est nunc plene notum, & de tali, ut sic loquitur conclusio.

4^m minor. Sed diffinitio personæ, &c. R. Negatur ista minor. Ad probationem primam dicitur sic. Ratio proprie dicta importat discursiuam cognitionem non aūt ratio communiter dicta quę natura intellectualem sonat. In secundo tm̄ sensu loquitur deffinitio. Ad probationem secundam dicitur sic. Deus non potest dici indiuidua substantia. Vt ly indiuidua concernit materiam, non ut dicit incommunicabilitatem tantum, & ut ly substantia dicit substare accidentibus, non ut dicit existere per se tantum.

q.13.ar.3.

ARTICVLVS III.

Vtrum nomen persona sit ponendum in diuinis.

AD TERTIVM sic proceditur. Videtur, quod nomen personę non sit ponendū in diuinis Dicit.n. Dion. in prin. de di. nom. Vniuersaliter non est audiendum aliquid dicere nec cogitare de supsubstantiali occulta diuinitate, præter ea, quæ diuinitus nobis ex sanctis eloquiis sunt expressa. Sed nomen personæ non exprimitur, nobis in sacra scriptura noui uel ueteris testamenti. Ergo non est nomine personæ utendum in diuinis.

¶2 Præt. Boe. dicit in li. de di. na. † Nomen personæ uidetur traductum ex his personis quæ in comediis, tragædiisq; homines repræsētabant. Persona. n. dicta est a personando, quia concauitate ipsa, maior necesse est ut uoluatur sonus. Græci uero has personas prosopa uocant ab eo, q ponantur in facie, atque ante oculos obtegant uultū. Sed hoc nō potest competere in diuinis, nisi forte secundum metaphoram. Ergo nomen personæ non dicitur de Deo nisi metaphoricè.

¶3 Præt. Omnis persona est hypostasis, sed nomen hypostasis nō videtur Deo condecere cum secundū Boe. * significet id quod subiicitur accidentib. quæ in Deo non sunt. Hie. † etiam dicit, quod in hoc nomine hypostasis, uenenū latet sub melle. Ergo hoc nomen persona nō est dicendum de Deo.

¶4 Præt. A quocumque remouetur diffinitio & diffinitum. Sed diffinitio personæ sup. posita * non uidetur Deo competere. Tum quia ratio importat discursiuam cognitionem quæ non competit Deo, ut supra ostensum est †. & sic Deus non potest dici rationalis naturæ. Tum quia Deus dici non potest indiuidua substantia, cum principiū indiuiduationis sit materia Deus autem immaterialis est, neque etiā accidentib. substat, ut substantia dici possit. nomen ergo personę Deo attribui non debet.

SED CONTRA est, quod dicitur in symbolo Athanasii, Alia est persona patris, alia filii, alia spiritus sancti.

RESPON. Dicendum, quod persona significat id, quod est perfectissimum in tota natura, scilicet subsistens in rationali natura. Vnde, cū omne illud quod est perfectionis, Deo sit attribuēdum, eo quod eius essentia continet in se omnem perfectionem, conueniens est, vt hoc nomen psona de Deo dicatur. Non tm̄ eodē modo quo dicitur de creaturis: sed excellentiori modo, sicut & alia nomina, quæ creaturis a nobis imposita Deo attribuuntur, sicut supra ostensum est, * cum de diuinis nominibus ageretur.

AD PRIMVM ergo dicendum, q licet nomen personæ in Scriptura ueteris vel noui testī, non inueniatur dictū de Deo, tn̄ id quod nomen significat multipliciter in sacra scriptura, inuenitur assertū de Deo. s. q est maximè per se ens. & perfectissimè intelligens. Si autem oporteret de Deo dici solū illa fm vocē, q sacra scriptura de Deo tradit, sequeretur q nunquam in alia lingua posset aliquis loqui de Deo nisi in illa, in qua primo tradita est scriptura veteris vel noui testamēti. Ad inueniendum aūt noua nomina, antiquam fidem de Deo significantia coegit necessitas disputandi cum hereticis. Nec hęc nouitas vitanda est cū non sit prophana vtpote a scripturarum sensu non discordans. Docet autem Apostolus prophanas vocum nouitates vitare 1. ad Tim. ultimo.

AD SECVNDVM dicēdum, q quāuis hoc nomen persona non conueniat Deo quantū ad id, a quo impositū est nomen, tamen quantum ad id ad quod significandū imponitur, maxime Deo conuenit. Quia enim in comœdiis, & tragœdiis repræsentabantur aliqui homines famosi, impositum est hoc nomen persona ad significandum aliquos dignitatem habentes. Vnde consueuerunt dici personæ in ecclesiis, quę habent aliquam dignitatem. Propter quod, quidam diffiniunt personam dicentes, quod persona est hypostasis proprietate distincta ad dignitatem pertinēte. Et quia magnæ dignitatis est in rationali natura subsistere, ideo omne indiuiduum rationalis naturæ dicitur persona, ut dictum est. * Sed dignitas diuinæ naturæ excedit omnem dignitatem. Et secundum hoc maximè competit Deo nomen personæ.

ar.1.huius quæst.

AD TERTIVM dicendū, quod nomen hypostasis non competit Deo quantum ad id, a quo est impositum nomē cum non substet accidentibus competit autem quantū ad id, ad quod est impositum ad significandum rem subsistentem. Hier. * autem dicit sub hoc nomine uenenum latere, quia antequam significatio huius nominis esset plene nota apud Latinos hæretici per hoc nomen simplices decipiebant, ut confiterentur plures essentias, sicut confitentur plures hypostases, propter hoc, quod nomen substantiæ (cui respondet in græco nomen hypostasis) communiter accipitur apud nos pro essentia.

In epi. ad Dam. qm uetusto. t. 2

AD QVARTVM dicendum, quod Deus potest dici rationalis naturæ secundum quod ratio non importat discursum, sed cōiter intelligibilem naturam. Indiuiduum autem Deo competere non potest quantum ad hoc, quod indiuiduationis principium est materia, sed solum secūdum quod importat incommunicabilitate. Substantia uero conuenit Deo secundum quòd significat existere per se. Quidam tamen dicunt, quod diffinitio superius a Boe. † data, non est diffinitio psonæ fm quod persona in Deo dicimus. Propter qd Ricar. de Sancto Vict. * corrigere uolens hanc diffinitionem, dixit, quod persona scdm quod de Deo dicitur, est diuinæ naturæ incommunicabilis existentia.

ar. 1. huius q. arg. 1. li. 4. de tri. c. 18. & 25.

APPENDIX.

Hoc habes, quomodo ex ratione hæresim Deistarū quatenus uidētur horruisse nomen personæ in diuinis dum dixerunt, Personas non esse in diuinis, & si tres sint Pater, & filius, & spiritussanctus. Ex eadem quoque ratione argue re potes temeritatem Laurentij Vallæ, qui lib. 6. elegantiarum c. 34. negat (si credimus. R. P. D. Bannes) in Deo esse personam, falsa ista imaginatione deceptus, quod ly persona solum qualitatē significet. Secūdo hēs, quomodo per eandem ratio-

Vtil. p S. Eccl.

rationem ostendas, iure totam sanctam Ecclesiam, atque concilia omnia de sanctissima Trinitate loquentia, uti nomine personæ in diuinis, puta dum tres ibi asseruht esse personas. Item ex responsione ad primum habes quomodo per rationem illam pulcherrimam atque efficacissimam ly sequeretur quod nunquam &c. rejcias hæresim Biblistarum dicentium, scripturæ sacræ textum nudum solum recipiendum sine ulla expositione. Similiter & Erasmi in epistola nūcupatoria operum D. Hilarii, ut refert Melchior Cano de locis The. lib. 3. cap. 1.] dicentis. Nihil ultra, quam sacris proditum, esse definiendum. Cætera omnia esse problemata in illud reijcienda tempus, cum sublato speculo uidebimus Deum de facie. Habes quoque inde consequenter, quomodo ex eadem ratione ostendas, hanc illorum amborum iuste fuisse damnatam facto ipso in Conciliis dum nomen personæ posuerunt in Diuinis, non quia hoc expresse ad literam in sacris scripturis haberetur, sed quia sic litera illarum interpretanda erat. Tertio tandem quomodo ex his omnibus uicissim firmetur præsens doctrina vides.

Comm. Cardinalis Caietani.

IN titulo quæritur vtrum sit formaliter.

¶ In corpore unica est conclusio habens duas partes. Persona de Deo dicitur excellentiori modo quam de creaturis. Probatur quoad primam partem. Essentia Dei continetur in se omnem perfectionem, ergo omne quod est perfectionis, est Deo attribuendū ergo est id quod est perfectissimum in tota natura, ergo persona. Et declaratur hæc ultima consequentia, quia significat subsistens in rationali natura. Quo ad secundam uero partē, quia alia noia cōia Deo & creaturis excellētiori mō dīr, ut patet ex supradictis.

¶ Circa hunc processum dubium est, quomodo sit uerum, quod persona significet perfectissimum in tota natura. Tum quia natura specifica perfectior uidetur indiuiduo. Tum quia sequeretur quod in diuinis esset distinctio imperfectissima.

¶ Ad horum euidentiam sciendum est, ꝙ persona in cōi loquēdo, sigñat pfectissimum in tota natura, nō qa personalitas sit pfectissimum oium, sed qa natura intellectualis, (ꝗ est oium pfectissima in suo cōpleto esse) est ens pfectissimum oium cōstat aūt qđ nisi p seipsā in rerum natura subsistat qūocumque hoc sit, pfecta non est. Et ppea quia persona significat dignitatem talis naturæ subsistentis, ideo perfectissimum in tota natura merito sighat. Vñ non obstat si indiuidua materialia sint propter naturam. Tum quia non sit hic cōparatio personæ ad naturam. imo natura clauditur in persona. Tum quia sermo præsens de persona in cōi, & non in naturis materialib. est. Secunda uerò obiectio soluitur per hoc, ꝙ in rōne personæ in cōi, etsi claudatur aliquid perfectissimum in tota natura, clauditur tñ aliquid abstrahens a perfectione, & imperfectione, sigñat.n rē naturæ intellectualis subsistentē incōicabiliter. Incōicabilitas.n. nec perfectionem nec imperfectionem dicit. Et quoad hoc distinguuntur personæ diuinæ, non aūt quoad ea, quæ perfectionis sunt. Et sic neganda est sequela uel distinguendum est, ut diximus. Sed adhuc restat dubium, qñ si persona quo ad aliquid abstrahit a perfectione sequeretur, ꝙ ex ui processus facti in litera, integra ratio personæ non concluderetur in Deo, quoniam ex imperfectione essentiæ diuinæ, litera infert rationem personæ tamquam rem perfectissimā in Deo reperiri.

¶ Ad hoc dicitur, ꝙ ex perfectione diuinæ essentiæ prouenit, non solū ꝙ sit omnis perfectio, sed quicquid necessario inest his, quæ perfectionem dicunt, de quorum numero est incōicabilitas, & propterea ex perfectione essentiæ diuinæ est, ꝙ sit persona quo ad omnia quæ clauduntur in ratione personæ, imo (ut superius habitum est) de ratione perfectionis diuinæ est, ꝙ Deus ipse sit trinus secundum hmōi res incōicabiles quas personas dicimus.

S. Bon. 1. s. d. 25. q. 1. a. 2.
Alens. 1. p. s q. 56. mem. 2.
Scot. 1 s. d. 25. q. 1.
Riccar. 1 s. d. 25. q. 1.
Duran. 1. s. d. 23. q. 1.
Mairo. 1. s. d. 24. q. 4.
Cap. 1. d. 25. q. 1. con. 3.
Bannes ar. 4.
Alb. Mag. 1. d. 10. a. 11.
Pe. de Pa. 1. 5. d. 23. q. 2.

172
1. d. 23. a. 3 & d. 26. q. 1. a. 1. & po. q. 9. ar. 4. c. 6. cir. prin.

SVP. Q. XXIX.

ART. IIII.

CONCL. 1. Persona diuina significat relationem, ut subsistentem.

¶ PROB. Quia persona in quacunque natura significat id quod est distinctum in illa natura [patet ab exemplo de significatione personæ humanæ,] & distinctio in diuinis nō fit nisi per relationes originis, quæ relationes sunt ipsa, & essentiam [ergo relationes subsistunt.]

¶ CONCL. 2. Persona diuina significat essentiam in recto, & relationem in obliquo. Licet secundum aliam considerationem, significet essentiam in obliquo, & relationem in recto.

¶ PROB. Quia persona diuina non significat relationem, inquātum est relatio, sed per modum subsistentis [vt dicit prima conclusio] atque hypostasis, quę in diuinis relatione distinguitur. [Ergo relatio ponitur in ratione personę diuinæ, in obliquo.] Secunda autem pars, scilicet, licet &c. probatur. Quia. Hoc nomen persona diuina significat hypostasim in natura diuina.

Primum

li. 6. de tri. ca. 4. & sequentib & li. 5. de tri. c. 9. in fine, tom. 3.

li 4. Meta. tex. 28. t. 3

ar. 1 huius quæst.

Post med. lib. de tri.

ARTICVLVS IIII.

Vtrum hoc nomen persona, significet relationem.

AD QVARTVM sic proceditur. Videtur quod hoc nomen persona, non significet relationem sed substantiam in diuinis. Dicit enim Aug. * in 7. de Trin. Cum dicimus personam patris, non aliud dicimus quam substantiam, ad se quippe dicitur persona, non ad filium.

¶ 2 Præter. Quid quærit de essentia. Sed sicut dicit Aug. † in eodem loco, cum dicitur. Tres sunt qui testimonium dant in cęlo, pater, uerbum, & spiritus sanctus, & quæritur. Quid tres? respondetur tres personæ. Ergo hoc nomen persona significat essentiam.

¶ 3 Præt. Secundum Philos. quarto Metaph. * Id quod significatur per nomen, est eius diffinitio, sed diffinitio personæ est rationalis naturæ indiuidua substantia, ut dictum est. † Ergo hoc nomen persona significat substantiam.

¶ 4 Præt. Persona in hominibus & Angelis non significat relationem sed aliquid absolutum. Si igitur in Deo significaret relationem, diceretur æquiuoce de Deo, & hominib. & Angelis.

SED CONTRA est, quod dicit Boe. in lib. de Trinit. * quod omne nomen ad personas pertinens, relationem significat. Sed nullum nomen magis pertinet ad personam quam hoc nomen persona, ergo hoc nomen persona relationem significat.

RESPON. dicendum, quod circa significationem huius nominis persona in diuinis, difficultatem ingerit, quod pluraliter de tribus prædicatur præter naturam essentialium nominum, neque etiam ad aliquid dicitur, sicut nomina quæ relationem significant. Vnde quibusdam uisum est, quod hoc nomen persona simpliciter ex uirtute uocabuli, essentiam significet in diuinis, sicut hoc nomē Deus, & hoc nomen sapiēs. Sed propter instātiam hæreticorum, est accōmodatū ex ordinatione Concilii, ut possit poni pro relatiuis, & pręcipue in plurali, uel cum nomine partitiuo. Vt cum dicimus tres personas, uel alia est persona patris, alia filii. In singulari uero potest sumi pro absoluto & pro relatiuo. sed hæc non uidetur sufficiens ratio, quia si hoc nomen persona, ex ui suæ sigñationis, non habet ꝙ significet nisi essentiam in diuinis, ex hoc quod dictum est, tres personas, non fuisset hęreticorum quietata calumnia, sed maioris calumniæ data esset eis occasio. Et ideo alii dixerunt, ꝙ hoc nomen persona in diuinis, significat simul essentiam & relationē. Quorum quidam dixerunt, ꝙ significat essentia in recto, & relationem in obliquo, quia persona dicitur quasi p se una. Vnitas aūt pertinet ad essentiam, quod autem dicitur per se, implicat relationem obliquè. Intelligit.n. pater p se esse quasi relatione distinctus a filio. Quidā uero dixerunt econuerso, ꝙ significat relationem in recto & essentiā in obliquo, quia in diffinitione personæ, natura ponitur in obliquo, & isti propinquius ad ueritatem accesserunt.

Ad euidentiam igitur huius quæstionis considerandum est, ꝙ aliquid est de significatione minus communis, quod tamen non est de significatione magis cōis. Rōnale.n. includitur in sigñatione hominis, qđ tñ non est de sigñatione aīalis. Vñ, aliud est quærere de significatione animalis, & aliud

aliud est quærere de significatione animalis, qd est hõ. Similiter, aliud est quærere de sigñitione huius no minis persona in cõi, & aliunde de significatione person e diuinę. Persona.n. in cõi significat substãtiam indiuiduam rationalis naturæ, ut dictum est. * Indiuiduũ d aũt est, qd est in se indistinctum, ab alus uero distinctum. Persona igitur in quacumq; natura, significat id, qd est distinctum in natura illa, sicut in humana natura significat has carnes, hæc ossa, & hanc animã, quæ sunt principia indiuiduantia hominem, quæ quidem licet non sint de sigñatione personæ, sunt tñ de sigñatione personæ humanæ. Distinctio autẽ in diuinis nõ fit nisi per relationes originis, ut dictum est sup.* Relatio aũt in diuinis non est sicut accidẽs inhærens subiecto, sed est ipsa diuina essentia. Vnde est subsistẽs sicut essentia diuina subsistit. Sicut ergo deitas est Deus, ita paternitas diuina est Deus pater, qui est persona diuina. Persona igitur diuina significat relationem ut subsistentem. Et hoc est significare relationẽ per modum substantiæ, quę est hypostasis subsistẽs in natura diuina, ut nõ sit aliud quam natura diuina. Et scdm hoc uerum est, ꝗ hoc nomen persona significat relationẽ in recto, & essentiã in obliquo, non tñ relationẽ inquantum est relatio, sed inquantum significatur per modũ hypostasis. Similiter & significat essentiã in recto, & relationem in obliquo inquantum essentia idem est qd hypostasis. Hypostasis aũt significatur in diuinis, ut relatione distincta. Et similiter relatio per modum relationis significata cadit in ratione pſonæ in obliquo. Et ſm hoc & dici potest, ꝗ hæc significatio huius nominis persona, non erat percepta ante hęreticorum calumniam. Vnde non erat in usu hoc nomen persona, nisi sicut unum aliorum absolutorum. Sed postmodum accommodatum est hoc nomen persona ad standum pro relatiuo ex cõgruẽtia suæ significationis, ut s. hoc qd stat pro relatiuo, non solum habeat ex usu (ut prima opinio dicebat) sed etiam significatione sua.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd hoc nomẽ persona dicitur ad se, non ad alterum, quia significat relationem non per modum relationis, sed per modum substantiæ, quę est hypostasis. Et secundum hoc, Aug. dicit quod significat essentiã prout in Deo essentia est idem cum hypostasi, quia in Deo non differt quod d est, & quo est. D.1081.

AD SECVNDVM dicendum, quod quid quandoque quærit de natura quam significat diffinitio, ut cum quæritur, quid est homo? respondetur, animal rationale mortale. Quandoque uero quærit suppositum, ut cum quæritur, quid natat in mari? & respondetur, piscis. Et sic quærentib. quid tres, responsum est, tres personæ.

AD TERTIVM dicendum, quod in intellectu substantiæ indiuiduæ, idest distinctæ uel incommunicabilis, intelligitur in diuinis relatio, ut dictum est. * In cor. ar.

AD QVARTVM dicendum, ꝗ diuersa ratio minus communium, non facit æquiuocationem in magis cõi. Licet.n. sit alia propria diffinitio equi & asini, tamen uniuocantur in nomine aïalis, quia cõis diffinitio animalis conuenit vtriq;. Vnde non sequitur, ꝗ licet in significatione personæ diuinæ contineatur relatio, nõ aũt in significatione angelicæ personæ uel humanæ, ꝗ nomen personæ æquiuocè dicatur. Licet nec etiam dicatur uniuocè, cum nihil uniuoce de Deo dici possit, & de creaturis, ut sup. ostensum. * q.13.ar.5.

QVAE-

1^m ex August.

Persona. ℞. Vt significat relationem per modum substantiæ, [i. hypostasis,] nõ ut connotat relationem per modum relationis in obliquo. §. Scdm ꝗ habes in corpore post scdam conclusionem. §. Tunc &c. Pater.n. ex probatis conclusionib. quomodo uerificentur illę opiniones uariæ. ar.1.huius quæs. D.728.

2^m de maiori.

De essentia. ℞. Et quandoq; de supposito. §. Tunc &c. Ex conclusionib.n. uides, ꝗ persona utrumque diuersimode, secundum diuersas cõsiderationes, significat. q.27.ar.2. & 3.

3^m de minori.

Indiuidua. ℞. i. Distincta. Vel per absolutum uel per relationem. §. Per absolutũ, ut in creaturis, per relationẽ, ut in diuinis. Vide in corpore. Tũc &c. ut patet.

4^m de conclusione.

Si igitur in Deo &c. Si diuersa rõ min⁹ cõium faceret diuersitatẽ æquiuocã in magis cõi, §. Tũc &c. Nã hoc. s. ꝗ diuersa rõ minus communium faciat, &c. est falsũ, ut patet in litera.

APPENDIX.

Hinc habes, qũo ex rõne diuersas patrũ sniãs de sigñatione huius noïs personę in sano sensu intelligas, & qũo & uerba illorũ ex rõne salues. Nec parũ nobis hoc emolumẽti ęstimetur, a quoquam. Nã documẽtum uere aereum, qđ nobis filijs suis sanctũ conciliũ Cõstantinopolitanũ sextũ actione duodecima, tale est. Oino (inquit) necesse est, non solum ſm sensum sequi sanctorũ Patrum dogmata, sed & eisdem uocib. uti cũ illis, nihilq; penitus innouari. Secũdo qũo ex his uicissim conclusiones stabiliantur uides. Vid. ꝓ S. Ioci. 1

Comm. Cardinalis Caietani.

Titulus clarus est, & in corpore magis explanabitur.

¶ In corpore quatuor facit. Primo rationem difficultatis innuit. Secundo, refert quasdam opiniones. Tertio respondet quæsito. Quarto, ex determinatione præmissa saluat quodammodo prærecitatas opiniones.

¶ Quoad primum, duas conditiones oppositas in hoc nomine inuentas. causas assignat difficultatis, non significat.n. ad aliquid, & pluraliter tamen in diuinis ponitur. hæc.n. est conditio relatiuorum repugnans absolutis. Illa ad absoluta spectat.

¶ Quoad secundum, tres affert opiniones. Prima personæ nomẽ æquiuocat, & uidetur magistri. 25. d. 1. Sed hæc refellitur quo ad causam & rem, quia maior data fuisset occasio calumniæ, &c. Secunda essentiam in recto, relationẽ uerò in obliquo, tertia uerò econuerso, personam significare dicit, ut satis clare habetur in litera.

¶ Quoad tertium conclusio responsiua quæsito est. Persona diuina significat relationem per modum substantię. i. hypostasis in natura diuina, hæc conclusio ex parte subiecti includit duos terminos. s. persona diuina, ex parte uerò prædicati includit tres terminos. s. ly relationem, ly per modum hypostasis, & ly in natura diuina, & quoad singulos declaratur in litera. quoad subiectum quidem dicitur. Primo, quod aliud est quærere, & loqui de significatione personæ & aliud de significatione personæ diuinę. Secundo, qđ persona, & persona diuina se habent sicut animal & homo & ex hoc sequitur tertium, ꝗ ly persona diuina ponitur ad circumloquendum incomplexum nomen, sicut si animal rationale poneremus loco hominis. Et sic titulus quæstionis clarior apparet, qm̃ qõ est de sigñatione nõ ly personæ cum prędicatur de Deo quoniam sic discussa est eius distinctio, prædicatur.n. persona communiter dicta, sed personæ diuinę, an. s. totum hoc significet relationem aut essentiam. Ex parte autem prædicati sigillatim manifestatur conclusio, & primo quidem, quod significet relationem sic. Persona in communi significat substantiam indiuiduam rationalis naturæ, ergo, persona talis naturę significat distinctum in illa natura, ergo persona diuina significat relationem originis. Prima consequentia probatur, quia de ratione indiuidui est indistinctio in se, & distinctio ab aliis, & explanatur in persona humana. Secunda autem consequentia probatur quia distinctio in diuinis, non est nisi per relationes originis. Deinde probatur, quod per modũ substantiæ, idest hypostasis sic. Relatio in diuinis non est accidens sed diuina essentia, ergo est subsistens sicut illa, ergo paternitas diuina est Deus pater, sicut deitas est Deus ergo persona diuina significat relationem subsistentem, ergo per modum hypostasis. Demum quoad ly in natura diuina, declaratur, excludendo tacitam obiectionem de identitate naturę, & hypostasis in diuinis, & intendit, quod licet subsistens in diuina natura sit idem quod ipsa cum hoc tamen stat, quod persona significat rem subsistentẽ, non per modum naturæ, sed per modum substantiæ, quæ est hypostasis in illa natura, quia ratione distinguuntur. Circa illam particulam, Relationem, aduerte, quòd ut S. Thom. in quæstione de potentia, q. 8. ar. 4. exponit, personam diuinam significare relationem, potest intelligi dupliciter, uno modo formaliter, alio modo materialiter, & uult ibidem, quòd materialiter tantum significet relationem originis, formaliter uerò hypostasim diuinæ naturæ. Et per hanc distinctionem multæ soluuntur obiectiones. Videtur tamen mihi, quod hoc in loco altius perscrutatus propriam rationem subiecti. i. personæ diuinæ, intendat quod non solum materialiter, i. tamquam id in quo necessario saluatur, sed etiam formaliter relationẽ diuina pſona includat, nõ tñ determinate paternitatẽ aut filiationem. De ratione.n. formali diuinæ hypostasis ſm ueritatem est, relatio originis, quamuis non ista uel illa. In cuius signũ, nihil hic soluitur ex illa distinctione, sed omniũ difficulta-

tum ratio redditur, diuersitas inter modum significandi, & rem significatam, quia, s. res significata est relatiua, significatur autem absolutè per modum hypostasis.

¶ Circa probationem illius particulæ per modum hypostasis, aduerte, quod licet non ualeat. A. significat relationem subsistentem, ergo significat eam ut subsistentem, ut in litera fieri uidetur, ualeret tamen, si. A. ex propria ratione significaret per modũ subsistentis id quod significat, & quoniam persona manifeste significatur per modũ subsistẽtis, ad probandum, q̃ significaret relationem per modum subsistentis, non erat opus nisi probare, quod significaretur relatio & quod ipsa subsisteret, & hoc fit perspicuè in litera.

¶ Circa prædicta simul occurrunt obiectiones Sco. ex primo, di. 23. & 25. Arguit. n. quod nec relatio, nec substantia prima aut secunda, nec aliquid positiuum quidditatiuum diuinis personis, significatur nomine personæ, in diuinis. Et quod non relatio, quidem, probat, quia ad quodcumque dicitur relatiuum inferius ad idem dicitur relatiuum superius, licet non primo, ergo si persona dicit relationem, sicut pater est pater filii primo, ita esset persona filii non primo, quod est falsum. Quòd verò nihil positiuum quidditatiuum personis, probat, quia ab ultimis distinctiuis, & constitutiuis personarum, nihil potest abstrahi commune dictum de eis in quid, quia sunt primo diuersa, alioquin posset de eis quæri in quo conueniunt, & in quo differunt. Quod autem nec substantia prima probat, quia subsistens, indifferens est ad absolutum, & relatiuum.

¶ Ad has obiectiones, loquendo de persona diuina de qua uidetur etiam Sco. loqui, ut patet ex secundo motiuo adducto, breuiter dicendum, est propter rationem adductam in litera, quod ipsa significat relationem originis in communi, non per modum relationis, sed hypostasis. Et quia relatio originis constitutiua diuinæ personæ non solum in speciali, ut paternitas, sed etiam secundum rationem relationis hypostaticę, clauditur quidditatiuè in ratione diuinæ personæ, puta patris, eo modo quo superius clauditur in ratione inferioris, & ipsa eadem relatio substantia prima, seu hypostasis diuinæ naturæ, idcirco oppositum omnium trium illatorum a Sco. tenemus. Et ad primam obiectionem patet responsio ex litera, quoniam illa maior non est uera, quando relatiuum significatur per modum absoluti, ut contingit in proposito, & idcirco sequela est nulla. Ad secundam uerò obiectionem dicitur, quòd aliud est loqui de rebus, & aliud de conceptibus, quamuis enim a rebus sub conceptibus ultimate distinctiuis, non possit abstrahi commune aliquid dictum in quid de illis conceptibus, præter transcendentia, a rebus tamen ipsis absolutè, quantumcumque simplicibus potest abstrahi prædicatum aliquod commune uniuocum quasi generis uel speciei, & non solum quasi proprium. modo nulla causa est in proposito, quod si persona diuina significat aliquod commune prędicatum in quid de diuinis personis, quod illud oportet esse commune cõstitutiuis personarum quoad ultimos suos conceptus, abstractè & præcise sumptis. hanc enim conditionalem supponit illud motiuum, quam non oportet esse ueram, nec ab ipso est probata. Ad tertiam autem obiectionem negatur, quod ratio subsistentis (accipiendo subsistens per modum hypostasis, ut tam in diffinitione. Boe. quam in diffinitione. Ricar. exprimitur, applicando ad diuina) abstrahat ab absoluto, & respectiuo, immo est respectiua, quã uis possit a nobis absolute concipi, ut de facto significatur personæ diuinæ nomine. Et quoniam nihil aliud est prima substãtia in diuinis quam huiusmodi res respectiua subsistens, &c. ideo persona diuina significando rem respectiuam huiusmodi, significat substãtiam primam diuinæ naturæ & significando substantiam primam diuinæ naturæ significat relationem originis subsistentem, &c. Quoad quartum redit ad opiniões prærecitatas. Et primo ad tertiam de relatione in recto, & natura in obliquo, dicitque hoc uerificari de relatione, non ut relatio, sed ut subsistens. Relatio enim dupliciter sumi potest, scilicet: ut relatio, puta æternitas, seu qua aliquid ad aliud refert, & ut hypostasis seu quo quasi denominari intelligitur relatiuum, ut ly, pater, substantiue sumptum. Deinde ad secundam opinionem de essentia in recto, & relatione in obliquo, & dicit hoc uerificari de essentia non formaliter, sed identificè, idest, vt idẽtificatur hypostasi, & de relatione ut relatio est. Demum ad primam opinionẽ de æquiuocatione & ac commodatione, & dicit tria, primo significationem fuisse olim occultam, secundo affirmat accommodationem, tertio, quod causa accommodationis non est usus, ut prima dicebat opinio, sed ipsa uera: & propria significatio nominis, & sic patet solutio nodi propositi in principio corporis, nam personæ nomen ratione rei significatæ pluri ficatur realiter in diuinis, ratione uero modi significandi non dicitur ad aliquid.

Ferr. 4. cont. c. 25.
Aegi. 1. 5. d. 2. q. 1. a. prin.
Cap. 1. d. 2. q. 3.

QVAESTIO XXX.

De pluralitate personarum in diuinis, in quatuor articulos diuisa.

DEINDE quæritur de pluralitate personarum.

ET circa hoc quæruntur quatuor.

¶ Primo, vtrum sint plures personæ in diuinis.

¶ Secundo, Quot sint.

¶ Tertio, Quid significent termini numerales in diuinis.

¶ Quarto. De communitate huius nominis persona.

SVP. Q. XXX. ART. I.

CONCL. Plures sunt personæ in diuinis.

¶ PROB. Quia sunt plures relationes reales in diuinis, & persona est relatio ut res subsistens in natura diuina.

1^m de antecedente. Indiuidua substantia. R. Idest suppositũ, non autem essentia numero una. §. Tunc &c. Nã in Deo plura supposita. Licet non plures essentias, ponimus.

2^m de conclusione. Multo igitur minus, &c. R. Nisi relationes illæ

ARTICVLVS I.

Vtrum sit ponere plures personas in diuinis.

173
1. d. 2. ar. 4. & 5. & 4. con. c. 5. & 25. po. q. 9. arg. 5. & op. 3. c. 50. & quol. 7. q. 3. ar. 1.
q. 27. ar. 3.
Boe in lib. de tri. ante med. illius.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur quòd non sit ponere plures personas in diuinis. Persona enim est rationalis naturæ indiuidua substantia. Si ergo sunt plures personæ in diuinis, sequitur quod sint plures substantiæ. Quod uidetur hæreticũ.

¶ 2 Præt. Pluralitas proprietatum absolutarum, non facit distinctionem personarum, neque in Deo neque in nobis, multo igitur minus pluralitas relationum. Sed in Deo nõ est alia pluralitas nisi relationum, ut supra dictum est.* Ergo non potest dici, quod in Deo sint plures personæ.

¶ 3 Præt. Boe.† dicit de Deo loquens, quod hoc uere unum est in quo nullus est numerus, sed pluralitas importat numerum. Ergo non sunt plures personæ in diuinis.

¶ 4 Præt. Vbicunque est numerus ibi est totum & pars. Si igitur in Deo sit numerus personarum, erit in Deo ponere totum & partem. Quod simplicitati diuinæ repugnat.

SED CONRA est, quod dicit Athanasius†, Alia est persona patris, alia filii, alia spiritussancti. Ergo pater & filius & spiritussanctus, sunt plures personę.

In suo symbolo fidei.

RESP. Dicendum, quod plures esse personas in diuinis, sequitur ex præmissis. ostensum est enim supra, quod hoc nomen persona, significat in diuinis relationem, ut rẽ subsistentem in natura diuina. Supra autem habitum est, † q̃ sunt plures relationes reales in diuinis. Vnde sequitur q̃d sint plures res subsistentes in diuina natura. Et hoc est esse plures personas in diuinis.

ar. 4. q. præced.
q. 27. a. 1. 3. & 4.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod d substantia non ponitur in diffinitione personæ secundum quod significat essentiam, sed secundum quod significat suppositum. Quod patet ex hoc quod additur indiuidua. Ad significandum autem substantiam sic dictam, habent Græci nomen hypostasis. Vnde sicut nos dicimus tres personas, ita ipsi dicunt tres hypostases. Nos autem non consueuimus dicere tres substantias, ne inteligerentur tres essentiæ, propter nominis æquiuocationem.

D. 1026.
Aug. li. 5. de trin. c. 8. & & li. 7. c. 6.

AD SECVNDVM dicendum, quod proprietates absolutæ in diuinis (ut bonitas, & sapientia) non opponuntur adinuicem, unde neque realiter distinguuntur. Quamuis ergo eis conueniat subsistere, non tamen sunt plures res subsistentes, quod est esse plures personas, proprietates autem absolutę in rebus creatis non subsistunt, licet realiter abinuicem distinguantur, ut albedo & dulcedo. Sed proprietates relatiuæ in Deo & subsistunt, & realiter abinuicem distinguuntur ut supra dictum est.* Vnde pluralitas talium proprietatum, sufficit ad pluralitatem personarum in diuinis.

q. 28. art.

AD

illę ultra hoc, quod subsistunt, oppositionem ad inuicem dicerent §. Tunc &cæt. Absoluta enim talem oppositionem non dicunt, & ideo inter se non distinguuntur realiter. Cum ergo relatiua talem ad inuicem dicant oppositionem realiter inter se distinguantur necesse est.

3^m de maiori. Numerus. R. Absolutorũ: nõ, relationũ, §. Tõc &c. Nã pluralitas cũ respectũ ad alterũ sm earum rõnẽ dicãt, [ut in litera] non prę iudicat simplicitati diuinæ. Multiplicatio siquidem relationum, vt dicunt ad, non variat rem absolutam. Neque enim homo pater est compositior in substantia seu in absoluto, ex eo, quod refertur ad 12. filios, quam ipsemet erat, quando unũ uel nullum omnino genuerat filium. Clarissimum certe hoc est ad sensum. Ergo tam simplicissimus essentialiter est Deus nunc, cum in huiusmodi tribus personis existit, quãtum esset, si sine ipsis, immo sine ulla tali persona existeret. Vide infra. q. 39. ar. 1. ad primum.

Exemplũ notabilissimum. Loco citato.

AD TERTIVM dicendum, quòd a Deo propter summam vnitatem & simplicitatem excluditur omnis pluralitas absolute dictorũ, non autem pluralitas relationum, quæ relationes prædicantur de aliquo ut ad alterum. Et sic, compositionem in ipso de quo dicuntur nõ importat, ut Boet.* in eodem libro docet.

AD QVARTVM dicẽdum, quod numerus est duplex. s. numerus simplex vel absolutus, vt duo, & tria, & quatuor. Et est numerus, qui est in rebus numeratis, vt duo homines & duo equi. Si igitur in diuinis accipiatur numerus absolutè, siue abstractè, nihil prohibet in eo esse totum & partẽ, & sic non est nisi in acceptione intellectus nostri, non enim numerus absolutus a rebus numeratis est, nisi in intellectu. Si autem accipiamus numerum prout est in rebus numeratis, sic in rebus quidem creatis, unum est pars duorum, & duo trium, ut unus homo duorum, & duo trium, & sic non est in Deo, quia tantus est pater, quanta tota trinitas, ut infra patebit. †

4^m de antecedente. Ibi. R. idest in rebus numeratis creatis, non autem propter in rebus [relatiuis, s.] numeratis increatis. §. Tunc &c. Nam personæ illæ diuinæ sunt increatæ, & consequenter non est ibi totum, & pars, rerum numeratarum, idest una persona nõ est minoris quam omnes tres simul. Totum autem & pars sic accepta simplicitati diuinæ repugnarent, si ibi essent, cui tamen non repugnat totum & pars numeri abstractè sumpti, quæ ibi sunt. Ibi enim sunt una duæ tres personæ, & duæ sunt numeri maioris, quã una, & tres quam duæ. Licet non maioris rei numeratæ [ut diximus] puta maioris dignitatis potestatis iustitiæ misericordiæ &c. Diuinæ ergo personæ sunt maioris, vel minoris numeri numerantis, sed non maioris uel minoris numeri numerati. Notãdum hic est aureum dictum concilii Toletani undecimi in pronunciatione fidei catholicæ. Sancta Trinitas (inquit) nec recedit a numero, nec capitur numero.

Numerus duplex, totũ & pars dupliciter sumuntur.

¶ NOT. Quomodo stet dictum in responsione ad primum, q scilicet substantia in diffinitione personæ significat suppositum cum illo dicto supra quæst. 29. 1. secundum quod scilicet ly substantia ibi stat communiter prout diuiditur in primam & secundam, vide supra ibi.

APPENDIX.

Vtil. pro S. Eccl.

EX articulo habes, primo quomodo per rationem retundas hæresin Deistarum dicentium personas non esse in diuinis, quamuis tres sint pater & filius & Spiritussanctus & hæresim Noeti atque Sabellii, asserentium. In diuinis personam vnam tantum esse diuersis nominibus nominatam, & hæresin Serueti, cum Iudæis in hoc aduersus Dominum conuenientis blaterando, Deum ut unum ita in eo unicam esse personam. [vide Pateolum titulo Iudęorum hæreses.] & hæresin. Angelitarum, & Concobarditarum. [Nicophorus lib. 18. cap. 49. Histor. Eccl.] blasphemãtium, quod vna subsistentia sit Pater Filius & Spiritus sanctus. Secundo habes, quomodo per rationem demonstres, has fuisse merito damnatas Gen. 1. Faciamus hominem ad imaginẽ & similitudinem nostram. Ibi enim loquitur persona patris ad personam filii, est personam Spiritussancti (secundum expositionem sanctorum Doctorum.) Item a catholicæ fidei confessione B. Hieronymi ad Damasum papam, sic, impietatem Sabellii declinantes tres personas expressas sub proprietate distinguimus, non ipsum sibi patrem, ipsum sibi filium, ipsum sibi Spiritumsanctum, esse dicentes, sed aliã patris aliã filii Spiritus sancti esse personam, Non enim nomina tãtum, sed etiam nominum proprietates, idest personas & subsistentias confitemur. Nec pater filii, aut Spiritussancti personam, nec rursus filius aut Spiritussanctus patris nomen personamque aliquando recipit, sed pater semper pater est filius semper filius est, Spiritussanctus semper Spiritussanctus est itaque substantia unum sunt, personis ac nominibus distinguuntur. Hæc ille, uide quæstionem 42. ar. 2. & q. 18. art. 3. & q. 30. ar. 4. & 2. & q. 39. ar. 1. Item merito &c. supra. Item merito damnatas Genesis 19. Pluit dominus super Sodomam & Gomorram ignem & sulphur a domino. Pluit enim Dominus filius a Domino patre. Secundum uenerabiles expositiones patrum. Item a Io. 8. Solus nõ sũ, sed ego, & qui misit me pr. Nã si filius esset persona una (ut hæreses quędam supradictæ blasphemant) filius tunc esset solus, etiam quod cum eo esset pater, quod sub exemplo patet. Tullium enim solum ad filium Marcum Rhetoricam scripsisse dicimus, etiam si Ciceronem illam eandem scripsisse sciamus, quia Tullius & Cicero persona est una, licet uaria sint nomina. Cum ergo dicat filius patrem esse secum, ita ut ex hoc non sit solus, patentissimè, per hoc demonstrat, quod pater, & filius sunt, non tantum distincta nomina, sed etiam distinctæ personæ. Item merito, damnatas ab omnibus Conciliis, atque scripturis, de hac re tractantibus, & in sensu catholico intellectis, ut est illud Ioh. 10. Ego & pr unũ sumus. Si. n. realiter filius & pr esset una psona dixisset (ut patet.) Ego & pr unũ sũ, nõ aũt unũ sumus. Itẽ dãnatas merito a Leone primo Põt. max. sancto simul & docto. Hic in epist. 71. aliàs 93. ad Asturiensem Episcopũ Priscilliani starũ errores explodẽs inqt. Primo itaq; capitulo demonstrat, q̃ impie sentiãt de Trinitate diuina, q & patris, & filii, & Spiritussãcti, unã asserunt esse psonã, tanquã idẽ Deus nũc pr, nũc filius, nũc Spũssanctus noiet, nec alius sit q genuit, alius q genitus est, est, alius qui de utroque processit, sed singularis unitas in tribus, quidem uocabulis, non in trib. sit accipienda personis. Quod blasphemiæ genus de Sabellij opinione sumpserunt, cuius discipuli etiam Patri passiani merito nuncupãtur, quia si ipse est filius q & pater, Crux filii patris est passio, & quicquid in forma serui filius, patri obediendo, sustinuit totum in se pater ipsa suscepit. Quod catholicæ fidei sine ambiguitate contrarium est, quę Trinitatem unitatis sic Homousion confitetur, ut patrẽ & filium & spũmsanctum sine confusione indiuisos, sine tpe sempiternos, sine differentia credat æquales. Hæc ibi. Tertio quõ ex his omnib. uicissim Angelica firmetur conclusio, aperte uides.

D. 97.

Leonis pro pe decret. notabilia.

Comm. Cardinalis Caietani.

TItulus manifeste quærit de reali pluralitate.

¶ In corpore unica est conclusio responsiua quæsito affirmatiue. In diuinis sunt plures personæ, & probatur sic ex dictis. In diuinis sunt plures relationes reales ergo sunt plures res subsistẽtes in diuina natura, ergo plures personæ, & tenet sequela, quia persona diuina significat relationem ut rem subsistentem.

¶ In responsione ad secundum, ubi ex eo quod non opponuntur in diuinis sapientia & bonitas, infertur quod non distinguuntur realiter, non oportet aliud huius consequentiæ fundamentũ iacere, quam quod sola oppositio relatiua res diuinas distinguit. Non enim absolute intulit ex negatione oppositionis, negationẽ distinctionis, sed explicite opposuit ly in diuinis. Et propterea hoc sufficit ad propositum.

Fer. q. com. c. 12. 13. 25. Egi. l. 1. d. 10. q. 2 2. p.

SVP. Q. XXX. ART. II.

COncl. Necesse est, ponere tres psonas tantum in Diuinis.

¶ PROB. Quia personę sunt relationes subsistentes ad inuicẽ realiter distinctæ rõne op-

ARTICVLVS II.

Vtrum in Deo sint plures personæ quam tres.

AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur q in Deo sunt plures personæ quam tres. Pluralitas enim personarum in diuinis est secundum pluralitatem proprietatum relatiuarum, ut dictum est. Sed quatuor sunt relationes in di-

oppositionis, & relationes personale. ad inuicem oppositæ sunt tantum tres (scilicet Paternitas, filiatio, processio.)

¶ Not. Cum dicitur in prima parte antecedentis, quod personæ sunt relationes subsistentes, intelligitur hypostatice (id est per modum substantiæ, quæ est hypostasis, ut habuisti, q. 29. ar. 4.) & hæ uocantur etiam relationes personales, propter rationem dictam hic in responsione ad primum, atque in secunda parte eiusdem antecedētis pro ly subsistentes ponitur ly personales.

1m de maiori.

Proprietatem relatiuarum. R. idest Relationum propriarum, non autem relationum tantum. §. Tunc &c. Licet enim sint quatuor relationes in diuinis, ibi tamen sunt tres tantum relationes propriæ, quæ etiam dicūtur proprietates relatiuæ, & relationes personales, & proprietates personales. Hæ personales sunt paternitas, filiatio, processio, illæ solum relationes sunt paternitas, filiatio, spiratio processio.

2m de maiori.

Differt. R. Differentia attenta secundum rationem essentiæ eiusdem, non, Differentia attenta secundum rationem similitudinis ex vi procedendi. §. Tunc &c. Hic enim attendimus rationem similitudinis ex vi procedendi, non rationem essentiæ præcise, ideo dicimus, quod processio per modum naturæ cum processione per modum intellectus est eadem. non autem cū processione per modū amoris.

3m de maiori.

Excellentius. R. Excellentia existente per modum compositionis, nō aliter. § Tunc &c. Nā diuina excellentia non est per modum compositionis, sed aliter.

4m de minori.

Bonitas R. Eadem numero cum bonitate patris: non, alia a bonitate patris. §. Tunc &c. Valeret enim tantum conclusionis illatio, si esset alia ab illa.

Item de minori.

Bonitas. R. Coniuncta relationi procedendi ab aliis: non, coniuncta relationi communicandi se alteri personæ diuinæ. §. Tunc &c. Licet enim sit in patre & spiritusancto bonitas eadem, non tamen est cum eadem relatione. Non ergo ratione defectus bonitatis in spiritusancto existentis est quod spiritussanctus non producat personam diuinam, sed ratione relationis talis cum bonitate iunctæ. Talis enim relatio contradictionem implicaret, si spiritussanctus ex bonitate sic habita communicaret se producendo diuinam personam. Nam si habet illam, ut sibi communicatam a personis possibilibus esse in diuinis, iā ex hoc non potest aliam personam producere, & si potest, iam non habet bonitatem illam, ut sibi ab omnibus huiusmodi personis communicatam.

Implicat spūmsanctum producere personā diuinā, & filiū generare.

Q. 27. ar. 3 & 4.

Loco nunc citato.

tinis (ut supra dictum est) scilicet paternitas, filiatio, communis spiratio, & processio. Ergo quatuor personæ sunt in diuinis.

¶ 2 Præt. Non plus differt natura a uoluntate in Deo, quam natura ab intellectu, sed in diuinis est alia persona, quæ procedit per modum voluntatis, ut amor, & alia, quæ procedit per modum naturæ, ut filius. Ergo est etiam alia, quæ procedit per modum intellectus, ut uerbum, & alia, quæ procedit per modum naturę, ut filius. Et sic iterum sequitur quod non sunt tantum tres personę in diuinis.

¶ 3 Præt. In rebus creatis quod excellentius est, plures habet operationes intrinsecas, sicut homo supra alia animalia habet intelligere & uelle, sed Deus in infinitum excedit omnem creaturam. Ergo non solum est ibi persona procedens per modum uoluntatis & per modum intellectus, sed infinitis aliis modis, Ergo sunt infinitæ personæ in diuinis.

¶ 4 Præt. Ex infinita bonitate patris est, quod infinitè seipsum cōmunicet producendo personam diuinam, sed etiam in Spiritusancto est infinita bonitas. Ergo Spiritussanctus producit diuinam personā, & illa aliam, & sic in infinitum.

¶ 5 Præt. Omne quod continetur sub determinato numero, est mensuratum, numerus enim mensura quædam est. Sed personæ diuinæ sunt immensę, ut patet per Athanas.* Immensus pater, immensus filius, immensus Spiritussanctus. Non ergo sub numero ternario continentur.

In suo symbolo fidei.

Sed contra est, quod dicitur. 1. Io. ultimo. Tres sunt qui testimonium dant in cœlo, pater, verbum, & spiritussanctus. Quærentibus autem quid tres, respondetur, Tres personæ, ut Aug. dicit.* de tri. 7. Sunt igitur tres personæ tantum in diuinis.

Ca. 4. & sequentibus to. 3.

Resp. Dicendum, quod secundum præmissa † necesse est ponere tantum tres personas in diuinis. Ostensum * est enim quod plures personæ sunt plures relationes subsistētes ab inuicem realiter distinctæ. Realis autem distinctio inter relationes diuinas, non est nisi in ratione oppositionis relatiuæ. Ergo oportet duas relationes oppositas ad duas personas pertinere. Si quæ autem relationes oppositæ non sunt, ad eandem personam necesse est eas pertinere. Paternitas ergo & filiatio (cum sint oppositæ relationis) ad duas personas ex necessitate pertinent. Paternitas igitur subsistens est persona patris, & filiatio subsistens est persona filii. Aliæ autem duæ relationes ad neutram harum oppositionem habent, sed sibi inuicem opponuntur. impossibile est igitur quod ambæ uni personę conueniant. Oportet ergo quòd vel vna earum conueniat vtrique dictarum personarum, aut quòd vna vni, & alia alii, non autem potest esse, quod processio conueniat patri, & filio, vel alteri eorum, quia sic sequeretur, quòd processio intellectus, quæ est generatio in diuinis, secundum quam accipitur paternitas & filiatio, prodiret ex processione amoris. secundum quam accipitur spiratio & processio, si persona generans & genita, procederent a spirāte. Quod est contra præmissa.* Relinquitur ergo, quòd spiratio conueniat, & personæ patris, & personę filii, ut pote nullam habens oppositionem relatiuam, nec ad paternitatem, nec ad filiationem. Et per consequens oportet, quòd conueniat processio alteri personæ, quæ dicitur persona Spiritus sancti, quæ per modum amoris procedit, ut supra habitum est* Relinquitur ergo tantum tres personas esse in diuinis. s. patrem, & filiū, & Spiritum sanctum.

Art. præc. & art. 4. q. 29.

Art. præc.

Ad primum ergo dicendum, quod licet sint quatuor relationes in diuinis, tamen una earum. s. spiratio, non separatur a persona patris & filii, sed conuenit utrique. Et sic licet sit relatio, non tamen dicitur proprietas, (quia non conuenit vni tantum personæ) neque relatio personalis idest constituens personam. Sed hę tres relationes, paternitas, filiatio, & processio, dicuntur proprietates personales, quasi personas constituentes: nam paternitas est persona patris, filiatio persona filii, processio persona spiritus sancti procedentis.

Ad secundum dicendum, quod id quod procedit per modum intellectus, vt verbum procedit secundum rationem similitudinis, sicut etiam id quod procedit per modum naturæ. Et ideo supra dictum est † quod processio uerbi diuini, est ipsa generatio per modum naturæ. Amor autem in quantum huiusmodi, non procedit, ut similitudo illius a quo procedit, licet in diuinis amor sit coessentialis in quantum est diuinus. Et ideo processio amoris, non dicitur generatio in diuinis.

Q. 27. a. 3.

Ad tertium dicendum, quod homo (cum sit perfectior aliis animalib.) habet plures operationes itrinsecas, quam alia animalia, quia eius pfectio est per modū cōpositionis. Vnde in angelis, qui sunt perfectiores, & simpliciores, sunt pauciores operationes intrinsecę quam in hoīe, quia in eis non est imaginari, sentire, & hmōi: sed in Deo, fm rem non est nisi una operatio, quæ est sua essentia. Sed quō sunt duæ processiones supra ostensum est.*

Q. 27. a. 2. & 4.

Ad quartum dicendum, quod ratio illa procederet, si spiritus sanctus haberet aliam numero bonitatem a bonitate patris, oporteret. n. quod sicut pater per suam bonitatem producit personam diuinam, ita & spiritus sanctus. Sed una & eadem bonitas, patris est, & spiritus sancti. Neque etiam est distinctio, nisi per relationē, personarum. Vnde bonitas conuenit spiritui sancto, quasi habita ab alio, patri autem sicut a quo communicatur alteri. Oppositio autem relationis non permittit, ut cum relatione spiritus sancti, sit relatio principii respectu diuinæ personæ, quia ipse procedit ab aliis personis, quæ in diuinis esse possunt.

a. respon.

Item

AD

nitatem. Ex declaratione hac dic etiam de filio, quod ratione bonitatis æqualis cum patre & tantæ potentiæ cum eo, filius potest generare alium filium, sed non ratione relationis iunctæ illi bonitati & potentiæ. Nam filius habet illam bonitatem & potentiam, ut sibi filio totaliter perfecto communicatam a patre. Implicat mō quod filius sit totaliter perfectus per generationem [.i. quod pater totam vim generandi explicet, generando filium unum] & quod filius talis possit multiplicari [idest quod possint esse plures filii in diuinis, siue per generationem patris, siue per generationē filii actiuam.] Nam si filius, ut cum ita relatione sic exposita consideratus, potest generare, iam non habet quicquid per generationem potest communicari, &, si hoc habet, iam non potest communicare aliquid per generationem alicui personæ diuinæ. Sic intellige Augustinum ibi, filius non genuit, non quia non potuit, sed quia non oportuit. Hoc idem de spiritusancto respectu actiuę spirationis sentias a simili dixisse Augustinum.

AD QVINTVM dicendum, quod numerus determinatus (si accipiatur numerus simplex qui est tātum in acceptione intellectus) per unum mensuratur. Si uero accipiatur numerus rerum in diuinis psonis, sic non cōpetit ibi rō mensurati, quia eadem est magnitudo triū psonarum, ut infra patebit. Idem autem non mensuratur per idem.

5^m de maiori. Numero. B. Rerum, non, simplici. §. Tūc &c. Nam esse mensuratum numero simplici stat cum esse immenso, sicut esse totum & pars numero simplici compatitur secum esse simplicissimum [vt ar.1. ad quartum] licet esse mensuratum numero rerum non compatiatur esse immensum, sicut etiam esse totum & pars numero numerato contra ponebatur ipsi esse simplicissimo.

APPENDIX.

HINC habes, quomodo ex ratione explodas hæresim Iudæorum impie dicentium. Personas non esse tres, & hæresim Valentini [Prat. Antiluterani] dicentis quod personas tres in vna Dei essentia statuentes errant, & nouellum errorem [ut recitat Vigilius papa & martyr in ca. 2. Epistolæ suæ ad Eutherū] designantem quodammodo per subductionem unius syllabæ cōiunctiuæ, unam esse personam filii ac spiritussancti & consequenter duas tantum esse personas diuinas, scilicet Patrem & aliam quę sit filius ac spiritus sanctus. Heresis.n. omninò est duas tantū ibi esse personas, & ex consequenti error maximus est subducendo unam syllabam coniunctiuā dicere, Gloria patri & filio spirituisancto. Secundo habes has iure esse damnatas (ultra dicta ar. 1. in appendice quæ possunt ad hunc locum ptinere) ab eodem Vigilio inibi sic scribēte. Illud autem nouelli esse indicamus erroris, quod cum in fine Psalmorum ab omnibus catholicis ex more dicatur Gloria Patri, & Filio, & Spiritui sancto, aliqui (sicut indicas) subducta vna syllaba coniunctiua perfectum conantur minuere uocabulum trinitatis, dicendo Gloria Patri & Filio Spirituisancto. Quamuis ergo ipsa nos ratio euidenter edoceat, quia subducta vna syllaba, Personam filii & spiritussancti unum quodammodo esse designent, tamen ad errorem talium conuincendum sufficit, quod Dominus Iesus Christus designans, in inuocatione Trinitatis credentium debere baptisma celebrari, dixit. Ite, docete omnes gentes baptizantes eos in nomine Patris & Filii & Spiritussancti. Ergo, cum non dixerit. In nomine Patris, & Filii, Spiritussancti, sed æqualibus distinctionibus Patrem & Filium & Spiritumsanctum iusserit nominari, cōstat, illos omnino a doctrina dominica deuiare, qui huic uoluerint confessioni derogare. Qui, si in errore permanserint, socii nobis esse non possunt. Hæc Vigilius. Non ergo pauciores sunt personæ diuinæ, quam tres. Item merito esse damnatas a Papa Innocentio in Concilio generali extra de sum. tri. & fi. cat. firmiter credimus, &c. q unus solus est Deus, Pater & Filiꝰ & Spiritussanctus. Non ergo sunt plures, quam tres, clariusque idipsum uidebis, si ibi inspicias capitulum Damnamus, ubi Concilium audire non potest nomen quaternitatis in diuinis. Esset autem quaternitas utique ibi, si quatuor essent personæ. Tertio uides, quomodo ex his uicissim Angelica firmetur conclusio.

Nota, quę sit hæc una vocula (et) in Eccl.

Comm. Cardinalis Caietani.

IN titulo aduerte, quod intentio literę est non solum discutere, an sint plures personæ quam tres, sed etiam an sint pauciores, puta duæ tantum. Et hoc patet, tum ex propositione quæsitorum in principio huius quæstionis (dicit enim litera ibi, quod secundo quærendum est quot sint) tum ex conclusione responsiua in corpore articuli proposita & illata, est enim una exclusiua, scilicet. Personę diuinę sunt tantum tres, ad cuius ueritatem patet oportere uerificari, quod nec sunt plures nec pauciores.

¶ In corpore unica conclusione exclusiua respondet quęsito. Necesse est ponere personas in diuinis tres tantum. Et probatur simul quo ad utramque exponentem sic. Plures personæ diuinę sunt plures relationes subsistentes ab inuicem realiter distinctę sola oppositione relatiua ergo omnes relationes oppositæ ad distinctas personas, non oppositæ ad eandem pertinent, ergo paternitas & filiatio ad duas spectat personas, sicque paternitas est persona patris, & filiatio est persona filij, Tunc ultra. ergo aliæ duę relationes, s. spiratio & processio, neutri præmissarum, sed sibinuicé oppositæ, ad unam personam non spectant, ambæ ergo vel una earum conuenit utrique dictarum personarum, vel vna vni & alia alii, sed processio non potest conuenire vtrique, quia processio intellectus prodiret ex processione amoris, ergo spiratio conuenit utrique, utpote nulli earum opposita, ergo processio conuenit alii personæ, ergo sunt tantum tres personæ, s. pater & filius & spiritussanctus.

¶ Circa hunc processum dubium occurrit non paruum, de modo procedendi, diminutus enim manifeste uidetur & truncus. Tum quia proponit disiunctiuam, s. quod spiratio, & processio sic se habent, quod uel una earum conuenit patri & filio, uel vna patri & alia filio, & tamen non discutit secundam partem disiunctiuę ex cuius discussione pendet, an personæ sint pauciores quā tres. Tum quia proponit etiam negatiuam habentem duas partes, scilicet processio non conuenit patri & filio uel alteri eorū. Et tamen non probat eam nisi quo ad primam partem, ut manifeste conuincit ratio literæ & subiuncta uerba testantur, s. si persona generans et genita procederent a spirante.

¶ Circa eundem quoque processum dubium est, quoniam implicare uidetur contradictoria. Ex una enim parte dicitur quod sola relatiua oppositio distinguit realiter in diuinis, et quod relationes secundę conbinationis, s. spiratio et processio, non opponūtur relationibus primę, s. paternitati & filiationi, & ex alia parte probatur realis distinctio processionis a paternitate & filiatione. Ex his enim arguo sic. Ex primo dicto, sola oppositio relatiua distinguit realiter, sed processio non opponitur relatiuè paternitati, aut filiationi, ex secundo dicto, ergo non distinguitur realiter Et econuerso processio distinguitur realiter a paternitate, & filiatione, ergo opponitur illi relatiue, uel. ergo non sola oppositio relatiua distinguit realiter in diuinis, omnia sunt contra literam, ergo.

¶ Ad primam dubitationem dicendum est, quod decuit omnia membra discutienda proponere explicite. ne aliquod eorum uideretur obliuioni traditum, & ut ostenderetur ex conclusione processus proposita omnia implicite fuisse discussa Modus autē, quo absque defectu omnia discussa intelliguntur in hac breui litera, est hæc. illatio in communi, quod altera earum scilicet spirationis processionis inest utrique, s. patri, et filio, aut una uni et altera alteri, et subiuncto in speciali, quod processio nec utrique, nec alteri inest, incępit prosequi primam partem tam primæ q̄ secundæ propositionis, an scilicet una vtrique idest patri, & filio insit, & hoc examinando inchoauit a processione, intulitque partem negatiuam, s. quod ipsa non conuenit utrique. Et eadem uia gradiendo consequenter reliquam, s. spirationem, conclusit conuenire utrique. Et sic absoluto prius membro, prius proposito ut rectus ordo poscebat, reliqua membra proposita non fuit opus amplius discutere, quoniam ex affirmatione primi, & pręmissis huius processus, manifeste inueniuntur exclusa, dictum est enim quod spiratio, & processio ad eandem non possunt pertinere personam, & nunc illatum est, quod spiratio conuenit patri, & filio, ergo manifeste sequitur, quod processio nec utrique nec alteri conuenit, & quod non potest esse quod una uni, & altera alteri conueniat, quæ proposita fuerant. Nec obstat processui huic sic exposito, quod cum nota illationis litera inferat dicens, Relinquitur ergo, quod spiratio. Illatio enim illa non respicit omnia antedicta, sed cōes canones hic p̄missos & uim dualitatis relationum, s. processionis, & spirationis, et intendebat, quod quia si nō obuiat oppositio, altera harū identificatur utriq; scilicet patri, et filio, et processio non potest identificari utrique, relinquitur q spiratio identificetur utrique, utpote nullam habens ad utramque oppositionem, sic enim infert litera, et non absolute sine additione præfati medii, ut patet intuenti.

¶ Ad secundam uero dubitationem, breuiter dicitur, quod cum oppositio relatiuæ distinguens diuina sit secundum ordinē originis. dupliciter possunt dici aliqua ibidem relatiue opposita scilicet ratione relationis, uel ratione originis, opposita ratione relationis sunt tantum correlatiua, ut pater et filius adinuicem, et spirans, et procedens ad inuicem, ratione autem originis opposi-

sunt quæcunque sic se habent quod unum oportet esse ab alio & non econtra. Dico ergo primo, quod secunda combinatio non opponitur primæ ratione relationis, & hoc intendit litera dicens neutram harum, oppositionem habere ad aliquam illarum. Secũdo, quod processio opponitur vtrique, ratione originis, quia origo amoris est ab intellectu, & non econtra. Et hoc intendebat litera excludens processionem a patre, & filio, est enim oppositio hic, oppositio relatiua originis, spiratio autem nec rõne relationis, nec ratione ordinis originis, aliquam habet ad paternitatem, & filiationem oppositionem, & propterea merito coincidit cum vtraque. Et si diuersis rõnib. interpretando oppositionem relatiuã, nulla est implicatio in hoc processu, ut patet ex dictis, & efficaciter probatum est personas diuinas esse tres tantum.

¶ In responsione ad secundum aduerte, si uis complete uidere quare processio intellectus, & naturæ coincidit, non autem uolũtatis tres differẽtias positas in qõnib. de potẽtia, q. 10. ar. 2. ad 11.

S. Bona. 2. s. d. 24. q. 1. ar. 2.
Alens. 1. p. sum. q. 45. mem. 1.
Scot. 1. d. 24. q. 1.
Ricar. 1. s. d. 23. q. 1.
Duran. 1. s. d. 24. q. 2.
Mairo. 1. s. d. 24. & 25.
Egi. 1. s. d. 24. q. 2. prin.
Cap. 1. d. 24. q. 1. con. 2. c. 1.
Alb. mag. 1. d. 2. ar. 19.
Pet. de Pal. 1. s. d. 24. q. 1. & 2.

175 1. d. 24. q. 1. a. 3. & po. q. 9. ar. 7. & quol. 10. q. 2. ar. 1.

ARTICVLVS III.

Vtrum termini numerales ponant aliquid in diuinis.

AD TERTIVM sic proceditur. Videtur quod termini numerales ponant aliquid in diuinis. Vnitas enim diuina est eius essentia, sed omnis numerus est unitas repetita. ergo omnis terminus numeralis in diuinis significat essentiam, ergo ponit aliquid in Deo.

¶ 2 Præt. Quicquid dicitur de Deo & creaturis eminentius cõuenit Deo quam creaturis. Sed termini numerales in creaturis aliqd ponunt. Ergo multo magis in Deo.

¶ 3 Præt. Si termini numerales non ponunt aliquid in diuinis, sed inducuntur ad remouendum tñ, ut per pluralitatem remoueatur vnitas, & per unitatem pluralitas, sequitur, quod sit circulatio in ratione, confundens intellectum, & nihil certificans, quod est inconueniens. Relinquitur ergo, ꝙ termini numerales aliquid ponũt in diuinis.

SED CONTRA est, quod Hilar. dicit in 4. de Trin. "Sustulit singularitatis ac solitudinis intelligentiam professio consortii, quod est ꝓfessio pluralitatis. Et Ambr. dicit in li. de fi. † Cum unum Deũ dicimus, unitas pluralitatem excludit deorũ, non quantitatem in Deo ponimus. Ex quib. videtur, ꝙ hmõi noĩa sunt inducta in diuinis ad remouẽdum, non ad ponendum aliquid.

Lib. 4. de Trin. ante medium.

Amb. li. 1. de fide c. 2. ante med. to. 2.

RESP. Dicẽdum, quod Magister in sententiis ponit, quod termini numerales, non ponunt aliquid in diuinis, sed remouent tantum. Alii uero dicunt contrarium. Ad euidentiam igitur huius considerandum est, quod omnis pluralitas consequitur aliquam diuisionem, est autem duplex diuisio. Vna materialis, quæ fit secundum diuisionem continui, & hac consequitur numerus qui est species quantitatis. Vnde talis numerus non est nisi in rebus materialibus habentibus quantitatem. Alia est diuisio formalis quæ fit per oppositas uel diuersas formas. Et hanc diuisionem sequitur multitudo quę non est in aliquo genere, sed est de transcendentib. ſm qd ens diuiditur per unum & multa. Et talẽ multitudinem solam contingit esse in rebus immaterialib. Quidam igitur non considerantes nisi multitudinem solam, quæ est species quantitatis discretę (quia uidebant ꝙ quantitas discreta non habet locũ in diuinis) posuerunt, quod termini numerales non ponunt aliquid in Deo, sed remouent tantum. Alii uero eãdem multitudininem considerantes dixerũt, ꝙ sicut scientia ponitur in Deo ſm rõnẽ propriam scientiæ, non autẽ secundum rõnem sui generis (quia in Deo est qualitas) ita numerus in Deo ponit̃ ſm ꝓpriã rõnẽ numeri, nõ aũt secundũ rõnẽ sui generis, qđ est q̃titas. Nos aũt dicimus, ꝙ termini numerales, secundum ꝙ ueniunt in ꝓdicationẽ diuinam, nõ sumunt̃ a numero, q est spẽs q̃titatis, quia sic de Deo non dicerentur nisi metaphoricè, sicut & aliæ proprietates corporalium, sicut latitudo, longitudo, & similia. Sed sumuntur a multitudine, secundum ꝙ est transcẽdens. Multitudo autẽ sic accepta hoc modo se hẽt ad multa de quib. prædicatur, sicut unum qđ conuertitur cum ente ad ens. Hmõi autẽ unũ (sicut supra dictũ est * cũ de Dei unitate ageretur) non addit aliquid supra ens nisi negationem diuisionis tñ. Vnum. n. significat ens indiuisum. Et ideo de quocunque dicatur unũ, signatur illa res indiuisa; sicut unum dictum de hoie signat naturam, uel substantiã hoĩs non diuisam. Et eadem rõne cum dñr res multæ, multitudo sic accepta significat res illas cum indiuisione circa unamquanque earum. Numerus aũt q est spẽs quantitatis ponit quoddam accidens additũ supra ens, & similiter unum quod est principium numeri. Termini ergo numerales significant in diuinis illa de quib. dñr, & super hoc nihil addunt nisi negationẽ, ut dictum est, & quantum ad hoc, ueritatem dixit Magister in sententiis. Vt cum dicimus, essẽntia est vna, unum significat essentiam indiuisã, cum dicimus, persona est una, significat personam indiuisam, cum dicimus, personæ sunt plures, significantur illæ personæ & indiuisio circa unamquanque earum, quia de ratione multitudinis est, quod ex unitatibus constet.

Q. 11. ar. 1.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod unum cum sit de transcendentibus est communius q̃ substantia, & q̃ relatio, & similiter multitudo. Vnde potest stare in diuinis & pro substantia, & pro relatione secundum quod competit his quibus adiungitur. Et tamen per huiusmodi nomina supra essentiam uel relationem, additur ex eorum significatione propria, negatio quędam diuisionis, ut dictũ est.*

In corp. & loco ibi citato.

AD SECVNDVM dicendum, quod multitudo, quæ ponit aliquid in rebus creatis, est species quantitatis, quæ nõ transmittitur in diuina prædicationem, sed tantum multitudo transcẽdẽs, quæ nõ addit supra ea de quib. dicitur, nisi indiuisionem circa singula. Et talis multitudo dicitur de Deo.

AD TERTIVM dicendum, ꝙ unum non est remotiuũ multitudinis, sed diuisionis, quæ est prior ſm rõnem quã unum vel multitudo. Multitudo aũt non remouet unitatem, sed remouet diuisionẽ circa vnũqdq; eorũ, ex quib. constat multitudo. Et hæc supra exposita sunt, * cum de diuina unitate ageretur. Sciendum tñ est ꝙ authoritates in oppositum inductæ, non probant sufficienter propositum licet enim pluralitate excludatur solitudo, & unitate deorum pluralitas, non tamen sequitur quod his nominibus hoc solum significetur. Albedine enim excluditur nigredo non tamen nomine albedinis significatur sola nigredinis exclusio.

Q. 11. ar. 2.

ARTI-

SVP. Q. XXX. ART. III.

CONCL. Termini numerales significant in diuinis illa de quibus dicuntur, & super hoc nihil addũt, nisi negationem.

¶ PROB. Quia termini numerales in diuinis non sumuntur a numero, quæ est species quantitatis, sed a multitudine, ſm ꝙ est transcendens, & multitudo talis nihil addit supra res, de quib. dicitur, nisi negationem tantum diuisionis.

1^m de maiori.

Essentia ℞. Indiuisa, nõ aliter. §. Tũc &c. ut patet per conclusionem. Significat enim unitas essentiam, de qua dicitur, & super hoc nil, nisi negationem, addit. Quando etiam de relatione dicitur unitas, tale esto iudicium.

2^m de minori.

Numerales. ℞. De spẽ quãtitatis, nõ, tales qua les ponunt̃ in Deo. §. Tunc &c. ut patet per conclusionem.

3^m de conclusione prima.

D. 1074.

Sequitur. ℞. Stante fal so illo [qđ. s. ꝑ pluralitatem remoueatur unitas & ꝑ unitatẽ pluralitas,] non stante illo uero (ꝙ. s. ꝑ pluralitatẽ remoueatur indiuisio & ꝑ unitatẽ diuisio) §. Tunc &c ut patet. Vide q. 11. ar. 2. quartum.

4^m contra de conclusione.

Ad remouendum aliquid

quid. ¶. Sed, non tantum ad hoc. §. Tunc &c. Nam, ut dicit conclusio, huiusmodi termini & significant illa de quibus dicuntur, & super hoc nil, nisi negationem, addunt. Ecce ergo, quod non re mouent tantum. Ex litera hac ad argumentum in oppositum videtur, saltem ualde probabiliter, haberi quod argumenta ad oppositum inducta in doctrina reliqua S. Tho. probent sufficienter propositum, pro quo probando inducuntur. Signum huius est, quod, quando non probant sufficienter, a S. Doct. corriguntur, (ut hic.)

De argumentis in contrarium.

A P P E N D I X.

Ex articulo habes, quomodo per rationem ostendas [facit & hoc pro art. 3. q. 28.] Concilium Toletanum undecimum in pronunciatione fidei catholicæ, recte dixisse sic. In relatione personarum numerus cernitur, in diuinitatis uero substantia quid enumeratum sit, non comprehenditur. Ergo hoc solo numerũ insinuãt, quod ad inuicem sunt, & in hoc numero carent, quod in se sunt. Hæc ibi, verbi gratia. Ex consilio ergo isto uides, quod termini numerales significant ea de quibus dicuntur, numerus relationes, unum essentiam. Cęterum audi ex Concilio 6. Constantinopolitano, quod hi termini addunt solam negationem. Sancta Trinitas numerabilis personalibus est subsistentiis, & sancta vnitas extra omnem numerum est, & hęc quidem indiuisibilem habet diuisionem, & inconfusam gerit coniunctionem. Hæc ibi secundo uides quomodo Concilia ista per articuli rationem contra proteruos defendãtur, & quomodo articuli conclusionem Angelicam uicissim confirment.

Comm. Cardinalis Caietani.

IN titulo termini numerales sunt, unus, duo, tres, &c. ponere aliquid, est significare aliquid positiuum, ita quod sensus est cum dicimus quod pater & filius sunt duo, an ly duo prædicet aliquid positiue, ut sapiens, aut pater, an solam negationem, ut ly incorporeus.

¶ In corpore quatuor facit. Primo refert duas extremas opiniones alteram magistri in 24 dist. 2. tenentis solam negationem his terminis significari, alteram oppositam. Secundo ponit quandam distinctionem de pluralitate pro fundamento tam ueritatis inueniendę, quam erroris uitandi. Tertio prærecitatarum opinionum radices ostendit. Quarto respondet determinando.

¶ Quo ad secundum, quia primum patet distinctio est ista. Pluralitas est duplex scilicet materialis, & transcendens. Et probatur sic. Diuisio est duplex, s. continui, & oppositarum vel diuisarum formarum, ergo & pluralitas quoniam diuisionem sequitur. Et manifestantur membra distinctionis ex duabus aliis differentiis præter prædictam radicalem, quia scilicet materialis est species quantitatis, transcendens autem, in nullo est genere. Et rursus, illa non est nisi in quantis, ista est in separatis a materia.

¶ Quo ad tertium utraque opinio solam materialem multitudinem quæ numerus uocatur, inspexit, sed alio calle incessit, cessit, dum imperfectionem altera, altera uero ultimam differentiam, quasi absque imperfectione considerauit. Et sic illa ad remouendum ista ad ponendum terminos numerales assumptos dixit.

¶ Quo ad quartum, conclusio responsiua quæsito est. Termini numerales in diuinis significant illa de quibus dicunt solã negationem addendo. Et probatur ac declaratur, probatur quidem sic. Termini numerales in diuinis non sumuntur a numero qui est species quantitatis, sed a multitudine transcendente. ergo significant illa de quibus dicuntur sola negatione addita. Antecedens quoad partem negatiuam, quæ directe est contra radicem utriusque opinionis præmissæ probatur, quia aliter sequeretur, quod non dicerentur de Deo nisi metaphorice, & probatur sequela, quia proprietates corporales non nisi metaphorice de Deo dicũtur, ut patet de latitudine, & longitudine, &c. Quoad partem uero affirmatiuam, licet explicite non probetur, sequitur tamen ex differentia inter utraque multitudinem, & pręcipue ex illa, quæ se tenet ex parte subiecti, constat enim diuina esse de ordine immaterialium. Consequentia uero probatur ex differentia inter utranque multitudinem ac utriusque principium unitatem, quo ad significandum aliquid positiuum uel negatiuum sic. Vnum trãscendenter significat rem, quæ una dicitur, addita tantum negatione diuisionis, ergo nulla transcendenter significat res quæ plures dicuntur addita tantum negatione diuisionis circa unanquanque, multitudo enim ex vnitatibus constat, vnum uero quod est principium numeri, & ipse numerus, certum accidens positiuumque significat, alioquin quantitatis species non esset &c. ergo si termini numerales in diuinis sumpti sunt a multitudine transcẽdenti significant res illas, quibus adduntur sola negatione addita, quod erat probandum, manifestatur autem applicando ad essentiam, & personas, ut clare patet in litera.

¶ Circa prædicta aduerte primo, quod ex litera habes, quod opinio authoris differt quod radicem ab utraque opinione præmissa. Quoad conclusionem uero simpliciter differt a secunda, quam tamen absque ratione aliquam approbare uidetur Scotus in quolibet, q. 14. circa principium artic. 3. dum tunc nomen de Deo dictum a specie quantitatis discretę abstrahit. A prima uero differt secundum aliquid, quia scilicet, non pure negatiue signi ficare dicit, quamuis etiam negationem importare concedat cum ipso magistro.

¶ Aduerte secundo, quod sunt hic multæ propositiones disputabiles, scilicet, quod numerus est una certa species quantitatis & quod non inuenitur nisi in rebus quantitatis. Et quod unũ principium numeri est aliquod accidens positiuum materiale. Sed quoniam pręsentis negotii non sunt, erit, si tempus dabitur de his quæstio specialis.

¶ Aduerte tertio, quod cum in litera dicitur quod multitudo nihil addit supra res nisi in diuisionem circa unamquamque dupliciter intelligi potest. Primo, quod ly. Nihil supponat pro positiuo, præsens enim discussio ad hoc sit, ut sciatur an positiuum aliquid addat, aut solam negationem non curãdo, utrum unam uel plures, certum est enim multitudinem includere plures negationes, scilicet eam quam claudit unitas, quæ est indiuisio in se, & eam quam addit multitudo, quæ est distinctio unius unitatis ab alia. Secundo, quod ponderetur ly res illas in numero plurali, significat enim in actu exercito diuisionem unius ab alia & sic supra res diuisas multitudo non addit nisi negationem diuisionis, circa unamquamque, & hoc modo ly nihil, stat tam pro positiuo, quam pro negatiuo.

Egid. 1. s. d. 25. q. 1. pri. prin.
Cap. 1. d. 25. d. 23. q. 1. con. 2. & d. 23. q. 1. con 4.
Pe. de Pa. 1. s. d. 1. q. 2.

ARTICVLVS IIII.

Vtrum hoc nomen persona possit esse commune tribus personis.

AD QVARTVM sic proceditur. Videtur, quod hoc nomen persona, non possit esse commune tribus personis, nihil enim est commune tribus personis nisi essentia. Sed hoc nomen persona, non significat essentiam in recto. Ergo non est commune tribus.

¶ 2 Præt. Commune opponitur incommunicabili. Sed de ratione personæ est, quod sit incommunicabilis, ut patet ex diffinitione. Ricar. de sancto Vict. supra polita.* Ergo hoc nomen persona nõ est cõe trib.

¶ 3 Præt. Si est commune tribus, aut ista communitas attenditur secundum rem, aut secundum rationem. Sed non secundum rem, quia sic tres personæ essent una persona. Nec iterum secundum rationem tãtum, quia sic persona esset uniuersale. In diuinis autem non est uniuersale, nec etiam particulare, neque genus, neque species, ut supra ostensum est.* Non ergo hoc nomẽ persona est commune tribus.

SED CONTRA est, quod dicit Augu. 7. de Trin.† quod cum quæreretur quid tres, responsum est, tres personæ, quia commune est eis id quod est persona.

Q. 3. ar. 5.

RESP. Dicendum, quod ipse modus loquendi ostendit hoc nomen persona, tribus esse commune cum dicimus tres personas, sicut cum dicimus tres homines, ostendimus hominem esse commune tribus. Manifestum est est autem, quod non est communitas rei, sicut una essentia communis est tribus, quia sic sequeretur unam esse personam

Lib. 7. de Trin. c. 4. & sequentib. & li. 5. c. 9. in fin. to. 3.

176 SVPER Q. XXX.

1. d. 25. a. 3. & po. q. 8. ar. 3. ad 11. & q. 9. a. 4. ad 4.

ART. IIII.

CONCL. Hoc nomen. Persona est commune secundum rationem tribus personis diuinis.

Q. 39. art. ad 4. arg. Significatũ personæ.

¶ PROB. Quia ly persona significat rem subsistẽtem distinctam ab aliis in natura intellectuali, & hoc [quod scilicet unaquęque earum subsistat distincta ab aliis in natura intellectuali diuina.] est cõmune secundum rationem omnibus personis diuinis.

Primum

1m de maiori. Commune. ℞. Communitate rei, non communitate rationis. §. Tunc &c. Nam ly persona est communis communitate rationis. Vt dixit conclusio.

2m de maiori. Incommunicabili. ℞. Secundum quod incommunicabile est, nõ secundum quod communicabile, §. Tunc &c. Nam licet persona, ut persona, sit incõmunicabilis [puta persona Petri non est persona Pauli,] tamen persona, quoad modum suum incommunicabiliter existendi, est communis pluribus. Non enim Petrus tantum, sed & Paulus, & Iohãnes &c. incommunicabiliter existit. Ex litera ista intellige conclusionem, quoniam esse commune secundum rationem est esse commune secundum illum modum, seu [qđ in idem redit] personæ rationem, quæ vtique est ille modus incommuniter excusandi, esse communem.

Pro cõclusionis captu.

3m de minori. Neque secundum rationem. ℞. Negatur ista particula minoris. §. Ad probationem, ꝙ scilicet tunc ly persona esset uniuersale, negatur propter duplicem rationem, quam habes in litera.

Vtile pro philosophia. D. 730.

¶ Nor. Tradita in præsentibus quæstionibus 29. & 30. faciunt multum ad intelligendum philosophum, cũ dithinit substantiam primam, & Doctores, cũ super porphyrium dicunt, quod indiuiduũ vagum (ut ly persona) est quodam commune cum tamen neque genus, neque species, neque differentia, neque proprium, neque accidens, sit & quod prędicatur non in quid nec in quale, sed in cuiusmodi. Vide Gaetanum super Porphiriũ.

nã trium, sicut essentia est una.

Qualis autem sit communitas, inuestigantes diuersimode locuti sunt. Quidam enim dixerunt, quod est cõmunitas negationis propter hoc quod in diffinitione personæ ponitur incommunicabile. Quidam autem dixerunt quod est communitas intentionis, eo quod in diffinitione personę ponitur indiuiduũ, sicut si dicatur, quod esse speciem est commune equo & boui, & vtrumque horum excluditur per hoc, quod hoc nomen personæ, non est nomen negationis, neque intentionis, sed est nomen rei. Et ideo dicendum est, quod etiam in rebus humanis hoc nomen persona est commune communitate rationis, non sicut genus, uel species, sed sicut indiuiduum vagum. Nomina enim generum uel specierum, ut homo, uel animal, sunt imposita ad significandum ipsas naturas communes, non autem intentiones naturarum communium, quæ significantur his nominibus genus uel species. Sed indiuiduum uagum (ut aliquis homo) significat naturam communẽ cum determinato modo essendi, qui competit singularibus, ut scilicet sit per se subsistens distinctum ab alijs. Sed in nomine singularis designati, significatur determinatum distinguens. Sicut in nomine Socr. hæc caro, & hoc os. Hoc tamen interest, quod aliquis homo significat naturam, vel indiuiduum ex parte naturæ cum modo existendi qui competit singularibus. Hoc autem nomen persona, non est impositum ad significandum indiuiduum ex parte naturæ, sed ad significandum rem subsistentem in tali natura. Hoc autem est commune secũdum rationem omnibus personis diuinis, vt vnaquæque earum subsistat in natura diuina distincta ab alijs. Et sic, hoc nomen persona, secundũ rationem est commune tribus personis diuinis.

Ad primum ergo dicedum, ꝙ ratio illa procedit de communitate rei.

Ad secundum dicendũ, quod licet persona sit incommunicabilis, tamen ipse modus existendi incommunicabiliter, potest esse pluribus communis.

Ad tertium dicendum, quod licet sit communitas rationis & nõ rei, tamen non sequitur quod in diuinis sit uniuersale uel particulare, uel gen⁹ uel species, tum quia neq; in rebus humanis communitas personæ est communitas generis uel speciei, tum quia personæ diuinæ habent unum esse, genus autem & species & quodlibet uniuersale prędicatur de pluribus, secundum esse differentibus.

ARTI-

APPENDIX.

Hinc habes, primo quomodo per rationem reijcias hæreses prædictas super articulum primum & secundum, pro quanto negat ly personam esse commune nomen in diuinis, & specialiter hæresim Sabellianorum (Directorium inquisit. 2. par. q. 6.) ipsam trinitatem in officiorum nominibus, non in personis ponentium, atque ideo dicẽtium, Patrem Deum dici filium inquantum carnem ex Virgine assumpsit, eundemque dici spiritumsanctum inquantum rationalem creaturam sanctificat. Quis non uideat, hos negare sic asserendo, quod nomen personæ sit commune tribus personis? Vnam enim re uera tantum ibi statuunt ista dogmata personam, secundo habes, quomodo ostensa ex ratione, prædictam hæresim esse damnatam merito per Ecclesiam in Decreto 24. quæstio. 3. capitulo. Quidam. in cuius fine, recensita inter alias hæresi Sabellianorum, dicitur sic Hæ sunt hæreses aduersus catholicam fidem exortæ, & ab Apostolis & a sanctis patribus, uel Conciliis damnatæ, quæ licet in se diuisæ multis erroribus inuicem sibi dissentiant, communi tamen nomine aduersus Ecclesiam Dei conspirant. Tertio quomodo ex his vicissim armetur cõclusio, uides.

Vtil. pro S. Eccl.

Comm. Cardinalis Caietani.

Titulus clarus est.

¶ In corpore tria facit. Primo ostendit quid clarũ & quid ambiguum hic sit. Secundo refert aliorum opiniones circa illud ambiguum. Tertio rñdet quæsito determinando. Quoad primũ, tria dicit. Primo de cõitate huius nois, ꝙ est manifesta, & ꝓbat ex ipso mõ loquendi, dicimus. n. tres ꝑsonas. Scđo, de modo cõitatis, ꝙ est ẽt manifestus negatiue, quoad modũ illum quo essentia diuina est cõis. quia non est una persona cõis tribus personis. Tertio de modo cõitatis, ꝙ restat ambiguus, quõ. s. persona sit cõis trib.

¶ Quoad secundum duæ referunt opiniones. Altera ꝙ est cõitas negationis. Altera, qđ est cõitas intentionis, illa super diffinitione Ricardi, ista sup diffinitione Boetii fundata est vtraq; tñ reprehenditur ex ꝓdeterminatis in præcedenti quæstione designatione personæ quod. s. est nomen significans indiuiduũ, relationem ꝑ modum hypostasis, & in cõi substantiam primam rõnalis naturæ, ac per hoc nec intentionis nec negationis est nomen. Et cũ communitas attendatur penes significatum, sequitur, quod non sit cõmunitas intentionis aut negationis sed rei significatæ.

¶ Quoad tertiũ. cõclusio rñsiua quæsito est, Nomen ꝑsonę est cõe trib. ꝑsonis diuinis scđm rõnẽ, non sicut genus, uel spẽs sed sicut indiuiduum vagũ. Hæc conclusio primo declaratur, secundo probatur. Declaratur quidem ex differentia inter significationes nominum generici, seu specifici indiuidui vagi, & singularis, & rursus ex differentia diuersorum nominum indiuidui uagi quia. s. hõ seu animal, significat ipsam naturam, aliquis homo, seu persona humana significat naturam cum determinato modo essendi. Socrates uero significat hoc subsistens in natura. Sed & aliquis homo, & persona non eodem modo idem significant, quoniam persona ex parte modi. s. subsistentiæ. Aliquis uero homo ex parte naturæ particularizationis adiuncto modo significat. Probatur autem sic. Esse subsistens distinctum ab aliis, commune est trib. ꝑsonis diuinis, ergo personæ nomen est eis sic commune, etsi antecedenti adiungas, quod ipsum non se habet ad personas diuinas vt species, aut genus, sed ut indiuiduum uagum, infertur tota conclusio, ut proposita est.

¶ Circa prædicta aduerte, quod cũ in diuinis dicimus, Pater est Deus & rursus, Pater est persona diuina, licet prædicatum secundæ respectu prędicati primæ dicat modum illius, ac propterea dicatur commune, ut indiuiduum uagum, respectu tamẽ subiecti est prædicatum essentiale. Tum ex ratione communi quia modus subsistendi essentialis, est ex singularibus substantię. Tum ex ratione speciali, quia persona diuina relationem significat, quã constat essentialiter prædicari de paternitate uel filiatione. Et esset simile de colore respectu albedinis & nigredinis, si albedo & nigredo constituerent singulare substantię. Vnde patet, quod Scotus de significatione & communitate personę in supradictis tractans locis, & ponens communitatem negationis, aut positiui per modum proprii, & a præsenti deuiauit doctrina, & nihil probauit oppositum.

Egi.

Ægid. 1. s. d. 24. q. 2. 1. parte.
Alb. mag. 1. d. 21. ar. 1.

SVP. Q. XXXI.

ART. I.

CONCL. Sicut ponitur pluralitas personarum in diuinis, ita ibi utendum est nomine trinitatis.

¶ COR. Ergo omnes hęreses, quæ negãt ueram pluralitatem personarum in diuinis, [vt hęreses Sabellij, Iudęorum, cæterorumque in quæst. 30. positorum,] negant necessario, & ueram trinitatem in diuinis, nosque merito debere uti ibi nomine trinitatis. Ergo quæcũque faciunt contra negãtes primum, faciunt etiam contra negantes secundum. Ergo quæcunque Concilia damnasse merito supra dicuntur primum, damnasse merito intelligun tur & secundum.

¶ PROB. Quia hoc idem, quod significat pluralitas indeterminate, significat ly Trinitas determinate.

177 1. d. 24. q. 2. 2. 2. & 2. d. 1. q. 1. ar. 5. cor. & op. 3. c. 30. 50. 51. & 52.

1^m de maiori.

Substantiam, uel relationem. R. Vel numerum personarum relatarum adinuicem. §. Tunc &c. Nam ly Trinitas significat numerũ personarum relatarum ad inuicem. Argumentum ergo peccabat in insufficienti diuisione.

2^m de maiori.

Collectiuum. R. Quantum ad multitudinem suppositorum, nõ, quãtum ad unitatem. §. Tunc &c. Nam quantum ad vnitatem essentię, cum sit vnitas maxima, non dicitur trinitas in diuinis, sed quantum ad numerum suppositorum. Nota illam argumenti propositionem, s. Vnitas importata per nomen collectiuum est minima unitas contra Abbatis Ioachim hæresim, quod. Vnitas in diuinis esset collectiua, ex qua etiã monstres, hęresim hãc iure damnari, extra de summa trin. & fi. cath. Damnamus.

3^m de maior.

Omne trinum est triplex. R. Negatur ista. §. Nam & Concilium Toletanum undecimum hanc negandam esse docuit, dum in pronun- ciatione fidei catholicæ dixit. Hæc est sanctæ Trinitatis relata narratio, quæ non triplex, sed Trinitas & dici & credi debet. Hęc ibi.

Concilium Tol.

In suo symbolo fidei.

4^m de conclusione.

Erit. R. Quo ad personas numeratas, non quoad numerum essentiæ. §. Tunc &c. Nam, cum dicimus Trinitas est in Deo, denotamus tria esse supposita naturæ diuinæ, non autem naturam diuinam esse ter unam. Pro remouenda autem erroris in litera adducti argumentando forsan occasione Concilium Toletanum undecimum, ubi supra dixit. Nec recte dici potest, ut in uno Deo sit Trinitas, sed quod, unus Deus est Trinitas. Hæc ibi. Absolute tamen, idest sine talis occasionis remouendæ intentione, dici recte potest, Trinitas est in Deo. Vnde legis Concilio Lateranense dixisse sic. Ideo in Deo solummodo est Trinitas, non quaternitas. Extra de sum. trin. & fid. cath. Damnamus. Vel dic pro concordia, quod, ly Trinitas est in Deo, potest dici recte (ut nunc per ultimum Cõcilium uidisti, sed recttius dicitur, Deus unus est Trinitas, in quo sensu. Recte, scilicet pro Rectius accipiendo, locutum est Concilium Toletanum.

Cõcilium Tol.

Cõcilium Lat. D. 358.

5^m de maiori.

In omnibus. R. Negatur ly in omnibus. §. Nam Trinitas non potest de trina propter rationes literę, cum tamẽ trinitas realiter dicatur de Deo.

Li. 2. c. 24.

QVAESTIO XXXI.

De his quæ ad unitatem vel pluralitatem pertinent in diuinis, in quatuor articulos diuisa.

POST hęc considerandũ est de his, quæ ad unitatem uel pluralitatem pertinent in diuinis.

ET circa hoc quæruntur quatuor.

¶ Primò, De ipso nomine trinitatis.

¶ Secundò, Vtrum possit dici, filius est alius a patre.

¶ Tertiò, Vtrum dictio exclusiua, quæ videtur alietatem excludere, possit adiungi nomini essentiali in diuinis.

¶ Quartò, Vtrum possit adiungi termino personali.

ARTICVLVS I.

Vtrum sit trinitas in diuinis.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur, quod non sit trinitas in diuinis. Omne enim nomen in diuinis vel significat substantiã uel relationem. Sed hoc nomen trinitas, non significat substantiam, prædicaretur enim de singulis personis, neque significat relationem, quia non dicitur secundum nomẽ ad aliud. Ergo nomine trinitatis nõ est utendum in diuinis.

¶ 2 Præt. Hoc nomen trinitas, uidetur esse nomen collectiuum, cum significet multitudinem. Tale autem nomen non conuenit in diuinis, cũ unitas importata per nomen collectiuũ, sit minima unitas. In diuinis autem est maxima unitas. Ergo hoc nomen trinitas, non conuenit in diuinis.

¶ 3 Præt. Omne trinum est triplex sed in Deo non est triplicitas cum triplicitas sit species inæqualitatis. Ergo nec trinitas.

¶ 4 Præt. Quicquid est in Deo, est in unitate essentiæ diuinæ, quia Deus est sua essentias. Si igitur trinitas est in Deo, erit in unitate essentię diuinæ, & sic in Deo erunt tres essentiales unitates, quod est hęreticum.

¶ 5 Præt. In omnibus quæ dicuntur de Deo, concretum prædicatur de abstracto. Deitas enim est Deus, & paternitas est pater. Sed trinitas non potest dici trina, quia sic essent nouem res in diuinis, quod est erroneum. Ergo nomine trinitatis non est utendum in diuinis.

SED CONTRA est, quod Athanasius * dicit, quod Vnitas in trinitate, & trinitas in unitate, ue neranda sit.

RESPON. Dicendum, quod nomen trinitatis in diuinis, significat determinatum numerum personarum. Sicut igitur ponitur pluralitas personarum in diuinis, ita utendum est nomine trinitatis, quia hoc idem, quod significat pluralitas indeterminate, significat, hoc nomen trinitas determinate.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod hoc nomen trinitas, secundum etymologiam uocabuli, uidetur significare unam essentiam trium personarum, secundum quod dicitur trinitas quasi trium unitas. Sed secundum proprietatem uocabuli significat magis numerum personarum unius essentiæ, & propter hoc non possumus dicere, quod pater sit trinitas, quia non est tres personæ. Non autem significat ipsas relationes personarum, sed magis numerum personarum adinuicem relatarum, & inde est, quod secundum nomen, ad aliud non refertur.

AD SECVNDVM dicendum, quod nomen collectiuum duo importat, scilicet pluralitatem suppositorum, & unitatem quandam, scilicet ordinis alicuius. Populus enim est multitudo hominum sub aliquo ordine comprehensorum. Quantum ergo ad primũ, hoc nomen trinitas, cõuenit cũ noĩb. collectiuis, sed quantum ad secundum differt, quia in diuina trinitate, non solum est unitas ordinis, sed cum hoc, est etiam unitas essentiæ.

AD TERTIVM dicendum quod trinitas absolute dicitur. Significat enim numerum ternarium personarum. Sed triplicitas significat proportionem inæqualitatis, est enim species proportionis inæqualis, sicut patet per Boet. * in arithmetica. Et ideo non est in Deo triplicitas, sed trinitas.

AD QVARTVM dicendum quod in trinitate diuina intelligitur & numerus, & psonæ numeratæ. Cũ ergo dicimus trinitatẽ in vnitate, non ponimus numerum in unitate essentiæ, quasi sit ter una, sed personas numeratas ponimus in unitate naturæ, sicut supposita alicuius naturę dicuntur esse in natura illa. E conuerso autem dicimus unitatem in trinitate, sicut natura dicitur esse in suis suppositis.

AD QVINTVM dicendum, quod cum dicimus, trinitas est trina ratione numeri importati, significatur multiplicatio eiusdem numeri in seipsum, cum hoc quod dico trinum, importet distinctionem in suppositis illius, de quo dicitur. Et ideo non potest dici, quod trinitas sit trina, quia sequeretur si trinitas esset trina, quod tria essent supposita trinitatis, sicut cum dicitur, Deus est trinus, sequitur, quod sunt tria supposita deitatis.

AP-

ARTI.

APPENDIX.

Hinc habes, primo quomodo ex ratione [iuncto ad hoc articulo 1. & 2. q. 30. si opus fuerit] confundas hæresim Iacobitarum dicentium, Trinitatem sanctam non esse, sed solum unitatem, & dementissimam blasphemiam hæreticalem quorundam in Bohemia (Prat. Paulus Samosetanus,) infernali furia dicentium, Trinitatem esse cerberum tricipitem, & irrisionem hæreticam Lucæ Sternbergen Trinitatem deridendo utrum mas, vel fœmina sit, impudentissime mentientis, Trinitatem quãdam fœminam esse, quæ tres habeat maritos, & hæresim Trinitariorũ [Prat. Antiluterani] qui Trinitatem ore blasphemo violarunt, & hæreticam Caluini temeritatem non recipientis testimonia, quæ de trinitate sunt, ex Genesi & Athanasii symbolo deducta, Immo Trinitatis vocem adeo abhorrentis, vt Concilium Nicænum ac symbolum Athanasij eam confitentia non receperit (Vide Prateolum, titulo Trinitarii. Vbi describit, Caluinum nunquam fateri voluisse quod trinitas sit.] Secundo habes, quomodo ex ratione demonstres, has omnes merito damnatas a Conciliis per hoc quod sanctam trinitatem in diuinis posuerunt, a Pontificibus summis a sacris literis. Concilia sunt Nicænum primũ, Constantinopolitanum primum, Ephesinum primum, Calcedonense Toletanum vndecimum in symbolis suis, seu declarationibus, catholicæ fidei, & (breuiter) ab omnibus, quæ de hac re tractarunt. Immo ab ipsis Apostolis, dum in symbolo fidei dixerũt, Vnum Deum Patrem, & Filium, & Spiritumsanctum, Pontifices maximi sunt Alexander primus in Epistola ad omnes orthodoxos, ubi de fide sanctæ Trinitatis tradit multa congestis testimoniis pluribus veteris testamenti, & Sixtus primus in Epistola ad uniuersos Christi fideles, & Vigilius in Epistola ad Eutherum capite sexto. Sacræ literæ sunt Matth. ult. In nomine Patris & Filii & Spiritussancti, & frequenter in Euangelio, ubicunque de patre, filio, spiritusancto, seu paracleto fit mentio. Item habes, quomodo ex ratione demonstres, quod Olipius Trinitatem blasphemando seuere punitus merito est. Dum enim hic Olipius Arrianus Carthaginensis episcopus in balneis sanctam Trinitatem blasphemiis afficeret, tribus igneis fulminibus ab Angelo uisibiliter missis miserabiliter decidit, ut refert Iacobus Philippi ordinis Eremitarum lib. 9. supplementi Chronicorum. Tertio uidere datur, quomodo ex his vicissim Angelica firmetur conclusio.

Vtil. pro S. Eccl.

Insolita, sed iustissima, Olipii punito.

Comm. Cardinalis Caietani.

In titulo, trinitas secundum propriam significationem uocabuli sumitur.

¶ In corpore unica est conclusio affirmatiue respondens, Trinitatis nomine in diuinis est utendum. Et probatur sic. In diuinis ponitur pluralitas personarum, ergo ponenda est etiam trinitas earundem, probatur consequentia, quia quod significat pluralitas indeterminate, significat trinitas determinate, importat enim determinatum numerum. s. trinarium. Et procedit hæc ratio supposita veritate fidei. s. ꝙ in diuinis sunt vere tres personæ.

Ægid. 1. s. d. 24. q. 2. a. 2. prin.
Alb. Mag. 1. d. 21. ar. 1.

SVP. Q. XXXI.

Art. 1.

178

1. d. 5. 2. 1. & d. 24. q. 2. ar. 1.

Concl. Conuenienter dicere possumus, quod filius alius est a patre.

¶ Prob. Quia, ly Alius, masculine sumptum non importat, nisi distinctionem suppositi, & Filius est aliud suppositum a Patre.

Primum

ARTICVLVS II.

Vtrum filius sit alius a patre.

Ad secundum sic proceditur. Videtur quod filius nõ sit alius a patre. Alius enim est relatiuum diuersitatis substantiæ. Si igitur filius est alius a patre, videtur quod sit a patre diuersus. Quod est contra Augu. 7. de trin.* ubi dicit, quod cum dicimus tres personas, non diuersitatem intelligere uolumus.

¶ 2 Pre. Quicunque sunt alii abinuicem, aliquo modo abinuicem differunt. si igitur filius est alius a patre, sequitur quod sit differens a patre. Quod est contra Ambr. in 1. de Fide.† ubi ait, Pater, & filius deitate unum sunt, nec est ibi substantiæ differentia, neque ulla diuersitas.

¶ 3 Praet. Alienum ab alio dicitur. Sed pater non est alienus a filio dicit enim Hilar. in 7. de trin.* quod in diuinis personis nihil est diuersum, nihil alienum, nihil separabile. Ergo filius non est alius a patre.

¶ 4 Pręt. Alius & aliud idem significat, sed sola generis consignificatione differunt. Si ergo filius est alius a patre, uidetur sequi, quod filius sit aliud a patre.

Sed contra est, quod Aug.† dicit in li. de fide ad Petrum. Vna est enim essentia patris & filii & spiritussancti, in qua non est aliud pater, aliud filius aliud spiritussanctus, quãuis personaliter sit alius pater, alius filius, alius spiritus sanctus.

Respon. Dicendum, quod quia ex verbis inordinate prolatis incurritur hæresis (ut Hier. dicit*) si cum de trinitate loquimur, cum cautela & modestia est agendum, quia ut Aug. dicit in 1. de trin.† Nec periculosius alicubi erratur, nec laboriosius aliquid quæritur, nec fructuosius aliquid inuenitur. Oportet autem in his quæ de trinitate loquimur, duos errores oppositos cauere temperate inter utrumque procedentes, scilicet errorem Arrii, qui posuit cum trinitate personarum trinitatem substantiarum, & errorẽ Sabellii, qui posuit cũ unitate essentię unitatẽ psonæ.

Ad euitandum igitur errorem Arrii (uitare debemus in diuinis, nomen diuersitatis d & differentiæ, ne tollatur unitas essentiæ, Possumus autem uti nomine distinctionis propter oppositionem relatiuam. Vnde sicubi in aliqua scriptura authentica, diuersitas uel differentia personarũ inuenitur, sumitur diuersitas, uel differentia pro distinctione. Ne autem tollatur simplicitas diuinæ essentiæ, vitandum est nomen separationis & diuisionis quę est totius in partes, ne autem tollatur æqualitas, uitandum est nomen disparitatis, ne uero tollatur similitudo, uitandum est nomen alieni & discrepantis. Dicit enim Amb. in li. de Fid.* ꝙ in patre & filio non est discrepans, sed vna diuinitas Et secundum Hila. (ut dictum est †) in diuinis nihil est separabile. Ad uitandum uero errorem Sabellii uitare debemus singularitatem, ne tollatur communicabilitas essentiæ diuinæ. Vnde Hilar. dicit. 7. de trin. Patrem & filium singularem Deum prædicarem, sacrilegum est. Debemus etiam uitare nomen unici, ne tollatur numerus personarum. unde Hilar.† in eod. lib. dicit, quod a Deo excluditur singularitas, atque unici intelligentia, dicimus tamẽ unicum filium, quia non sunt plures filii in diuinis. Neque tamen dicimus unicum Deum, quia pluribus deitas est communis, Vitamus etiam nomen confusi, ne tollatur ordo naturæ, a personis, unde Amb. dicit 2. de Fide* Neque confusum est, ꝙ unum est, neque multiplex esse põt, quod indifferens est. Vitandum est etiam nomen solitarii ne tollatur cõsortium trium personarum. Dicit enim Hil. in 4. de trin.† Nobis neque solitarius, neque diuersus Deus est confitendus, hoc autem nomen alius, masculine sumptum, non importat nisi distinctionem suppositi, vnde cõuenienter dicere possumus, quod filius est alius a patre, quia, s. est aliud suppositum diuinę naturæ, sicut est alia persona & alia hypostasis.

Ad primum ergo dicendum, ꝙ alius, quia est sicut quoddam articulare nomen tenet se ex parte suppositi unde ad eius rõnem sufficit distinctio substantiæ, quæ est hypostasis uel persona. Sed diuersitas requirit distinctionem substantiæ, quæ est essentia. Et ideo non possumus dicere, ꝙ filius sit diuersus a patre, licet sit alius.

AD

* lib. 7. de tri. c. vlt. t. 3.

Lib. 1. de fide ad Gratianum. c. 2. ante medium. to. 2.

Hila. 7. de tri. non longe a fi. lib.

De fide ad Petrum c. 1. post medium to. 3.

Citatur 4. sen. in magist. d. 13. in fin.

† L. 1. & tr. c. 3. in princ. to. 3.

D. 702. Septimum uitanda.

Amb. L. 1. & fide c. 2. ante med. t. 2. Loco citato in arg. 3. quatuor vitanda. Lib. 7. de tri. nõ multum fine lib.

*Loco ante citato. tom. 2. Lib. 4. non multũ ante medium.

ctionem suppositi. §. Tunc nihil &c. Non enim sequitur, quòd sit diuersus; licet sit alius.

2^m de antecedente. Alij. R. Secundum formam: non tantum, secundum suppositum. §. Tunc &c. Non.n. à patre filius est alius secundum formam, licet secundum suppositum.

Ex litera dic: quòd ly differens, & diuersus, cadit super essentiam: ly distinctus, & alius, super suppositum. Ideò prima reijcimus, secunda amplectimur.

3^m maior. Alienum ab alio dicitur. R. Tamê alienû importat extraneitatem, ac dissimilitudinem; quorum neutrum importat alius. §. Tunc nihil &c.

4^m maior. Alius & aliud idem significant. R. Negatur ista propositio. § Ad illam, quæ est quasi huius probatio, s. quod sola generis consignificatione differunt, dicitur: ꝙ differunt explicite ad lrãm sola &c. sed implicitè, i. in sensu ad illã literæ differentiam consecutiuo, non differunt sola generis consignificatione. Nam ad istã generis differentiã hę consequens: ꝙ ly alius personã, & ly aliud essentiã significat. Neutrũ n. genus est informe, masculinum autẽ est formatum, & fœmininum, i. aliquod vt indeterminatum, hoc est indistinctum, importat neutrum: [vt patet etiam apud nos] ista duo distinctum.

D.934.

* In 2. arg.
† Damasc. lib. 3. orth. fid. cap. 6. & 7.

† In corp. art.

AD SECVNDVM dicendũ, quòd differentia importat distinctionẽ formæ. Est autẽ tantum vna forma in diuinis, vt patet per id quod dr̃ Phil. 2. Qui cũ in forma Dei esset. Et ideo nomen differentis non propriè cõpetit in diuinis, vt patet per authoritatem inductam. * Vtitur tamen Damasc. † nomine differentię in diuinis personis, secundum quòd proprietas relatiua significatur per modũ formæ. Vndè dicit, quòd non differunt abinuicem hypostases secundum substantiam, sed secundũ determinatas proprietates. Sed differentia sumitur pro distinctione, vt dictum † est.

AD TERTIVM dicẽdum, quòd alienum est quod est extraneum & dissimile. Sed hoc non importatur cum dicitur alius; & ideò dicimus filium alium à patre, licèt non dicimus alienum.

AD QVARTVM dicendum, ꝙ neutrũ genus est informe, masculinũ aũt est formatum & distinctum, & similiter & fęmininum. Et ideò conuenienter per neutrũ genus significatur essentia cõis, per masculinum aũt & fœmininum, aliquid d suppositũ determinatũ in communi natura. Vnde etiam in rebus humanis, si quæratur, Quis est iste? rñdetur, Socrates, quod nomen est suppositi. Si aũt quæratur quid iste, respondetur, animal rationale & mortale. Et ideo quia in diuinis distinctio est secundum personas, non autem secundum essentiam, dicimus ꝙ pater est alius à filio, sed non aliud. & econuersò dicimus, quòd sunt vnum: sed non vnus.

impium; vtique non est alius ab ipso patre tãquàm persona à persona; quòd si est sic alius, vtique per hunc artic. confunditur impius. Similiter habes: quomodo per rationem reijcias hęresim Suenefeldij dicentem, ꝙ filius Dei est energia illa quę est in Verbo Dei prædicato. Vide ergo; ꝙ negat, filium Dei esse personam; & consubstantialem patri. Item: quomodo hæreticum commentũ Agarenorũ cum Iudæis, Cerdoneq; conspirantiũ, atque dicentiũ; ꝙ Deus non potest habere filium, cũ vxorẽ non habeat: si enim (inquiunt) haberet filium, omnia iam essent in periculo, tanquam futura sit inde seditio, & necessariò inter eos schisma oborsurum. Ridiculum hoc, ac impijssimũ figmentũ est cõtra omnes articulos suprà, hic & infrà tractantes aliquid de filio Dei: & consequenter per rationem singulorum ipsorum articulorum deridere iuste potes istorum insaniam; increatas personas passionibus creatis affici posse credẽtium. Phantasticum hoc Agarenorum delirium atque scelus congrue suprà q. 27. art. 2. ratione dicta exsibilare potes. Secundò habes: quomodo ex ratione ostendas, has omnes merito intelligi damnatas. extrà de sum. Trin. & fide cath. Damnamus. Ibi enim circa medium capituli Innocentius Papa in Concilio generali dicit sic. Licet igitur alius sit pater, alius filius, alius spiritussanctus, non tamẽ aliud: sed id, quod est pater, est filius, & spiritussanctus idem omnino, Vt secundum Orthodoxam, & catholicam fidem, consubstantiales esse credantur. Hæc ibi. Qui Papa suprà ibi præmiserat sic, Pater & filius & spiritussanctus tres simul personæ &c. sed est pater qui generat, filius qui gignitur, spiritussanctus qui procedit, vt distinctiones sint in personis, & vnitas in naturã. Hæc ibi. Tertio vides: quomodo ex his vicissim firmetur doctrina Thomistica.

D.598.

D.848.

2

3

APPENDIX.

Vtilitas pro Eccle. S.Dei.

EX art. habes primò: quomodo per rationẽ reijcias hęresim Pauli Samoletani dicentem: filium non substantiuum ac personalẽ, ac sempiternũ, esse cum Patre, sed prolatiuum tantũ, i. quasi aerem quendã esse; non autem personam viuam & sempiternã cum sempiterno patre credendam. Si enim non est persona, secundum hunc impium;

Comm. Cardinalis Caietani.

IN titulo hoc & sequentib. huius quęstionis, quæstio est de his terminis secundum proprias suas significationes, ita quòd veras ac sanas reddant propositiones, puta, filius est alius à patre &c.

¶ In corp. quatuor facit. Primò ostẽdit modũ seruandũ in sermone de Trinitate, s. caute & modestè, & declarat hoc dupl̃r. Primò in cõi, authoritatibus Hieronymi & Augustini. Secundò in speciali, propter extremos errores Arrij & Sabellij. Secundo dicit quatuor cauenda nomina propter Arriũ, s. diuersitatis, diuisionis, disparitatis, & alieni. Tertiò quatuor similiter cauenda propter Sabellium, s. singularis, vnici, confusi, & solitarij. Quartò respondet quæsito affirmatiuè: filius est alius à patre, probatque hoc sic. Alius masculinè sumptũ, non importat nisi distinctionẽ suppositi. ergo, probatur consequentia, quia filius est aliud suppositum diuinę naturę, quod patet ex æquiualenti, quia s. est alia persona & alia hypostasis. Quod autem distinctio locum habeat in diuinis, vt deductio supponit in corpore articuli, probatur ex natura oppositionis relatiuæ.

Pet. de Pal. 1. s. d. 21. q. 2.

SVP. Q. XXXI. —Art. III.

ARTICVLVS III.

Vtrum dictio exclusiua Solus, sit addenda termino essentiali in diuinis.

CONCL. 1. Si hæc dictio, solus, accipiatur cathegorematicè, nullo modo potest adiungi alicui termino in diuinis.

¶ PROB. Quia dictio exclusiua cathegorematice sumpta dicit solitudinem circa terminum, cui adiungitur: & dicere Deum esse solitarium est hæresis Sabelliana.

¶ CONCL. 2. Hanc dictionem, solus, sincathegorematice sumptã nihil prohibet adiungere alicui termino essentiali in diuinis.

¶ PROB. Quia dictio exclusiua syncathegorematice sumpta excludit alia omnia à consortio prædicati eius, cui adiungitur: & Deus habet prædicatã quædam, à quorum consortio omnia alia de iure seiunguntur [Hinc ergo dicimus, solus Deus est æternus].

179
1 distin. 21. q. 1. art. 1.
* li. 2. c. 3. à med. illius tom. 1.

† Lib. 6. de Trinit. c. 9. in princip. tom. 3.

AD TERTIVM sic procedit. Vr ꝙ dictio exclusiua, solus, nõ sit addẽda termino essentiali in diuinis, quia ẽm Philos. in elenc. * Solus est qui cũ alio non est: sed Deus est cum angelis & sanctis animabus. ergo nõ possumus dicere Deum solum.

¶ 1 Præt. Quicqd adiungit termino essentiali in diuinis, põt pędicari de qualibet psona per se & oĩbus simul. quia. n. cõuenienter dr̃ sapiens Deus possumus dicere, pater est sapiens Deus: & trinitas est sapiens Deus: sed August. in 6 de Trinit. † dicit. Consideranda est illa sententia, qua dicitur non esse patrem verũ Deum solum. ergo non potest dici solus Deus.

¶ 3 Præt Si hæc dictio solus, adiungitur termino essentiali, aut hoc erit respectu prędicati personalis, aut respectu prædicati essentialis: quia hæc est falsa: solus Deus est pater, cum & homo sit pater. Neque etiã respectu prædicati essentialis, quia si hæc esset vera, solus Deus creat, videtur sequi, ꝙ hæc esset vera, solus pater creat: quia quicquid dicitur de Deo, potest dici de patre. Hæc autem est falsa, quia etiam filius est creator. Non ergo hæc dictio, solus, potest in diuinis adiungi termino essentiali.

SED CONTRA est, quod dicitur 1. ad Timot. 1. Regi sęculorum immortali, inuisibili, soli Deo.

RESPON. Dicendum, quod hæc dictio, solus, potest accipi vt categorematica, vel syncategorematica. Dicitur autem dictio categorematica, quæ absolutè ponit rem significatam circa aliquod suppositum, vt albus circa hominem, cum dicitur homo albus. Si ergo accipiatur hæc dictio, solus, nullo modo potest adiungi alicui termino in diuinis, quia poneret solitudinem circa terminum cui adiungeretur, & sic seque-

Primum

1^m de maiori.

*Ar.præc.

Cum alios. ℞. Eiusdem naturæ: non extraneæ. § Tunc nihil &c. Nam Angeli, immo creaturæ omnes, sunt extraneæ naturæ à Deo, inquantum à diuina natura distant; & tanto magis, quanto distant in infinitum. Ex litera nota pro semper illam regulam, scilicet quòd illa, quæ non excludunt ab aliquo solitudinem absolutam; multo minus ab eo excludent solitudinem respectiuam, id est per comparationem ad aliquod prædicatum consideratam.

Regula p literá insinuata.

2^m de maiori.

Potest prædicari. ℞. Si propriè loquendo, ponatur ex parte prædicati: non aliter, nisi resoluendo per relatiuũ, vel expositiue cum Augustino. §. Tũc nihil &c. vt in litera patet. Ex hac videto: quod conclusio prima bene dixit, quod scilicet ly solus cathegorematice non potest iungi [absque limitatione videlicet] termino essẽtiali. Nam ad saluandas locutiones cõclusioni illi apparenter contrarias, conspicis hic: quod limitationibus, & bene quidem intellectis, opus sit. Hinc trahitur, quod nõ sunt per vsum extendendæ huiusmodi locutiones, sed conclusio præsens diligenter seruanda, ne quando cadat quis in errorem.

D. 1052.u

sequeretur Deum esse solitarium. Qd est cõtra prædicta. * Dictio verò syncategorematica dicitur, quæ importat ordinẽ prædicati ad subiectũ, sicut hæc dictio omnis, vel nullus. Et similiter hæc dictio solus, quia excludit omne aliud suppositum à consortio prædicati. Sicut cum dicitur, solus Socrates scribit, non datur intelligi ꝙ Socrates sit solitarius: sed quòd nullus sit ei consors in scribendo, quáuis cum eo multis existentibus. Et per hunc modum, nihil prohibet, hanc dictionem solus, adiungere alicui essentiali termino in diuinis, inquantum excluduntur omnia alia à Deo à consortio prædicati. Vt si dicamus solus Deus est æternus, quia nihil præter Deum est æternum.

Ad primvm ergo dicendũ, ꝙ licèt angeli & animæ sanctę semper sint cum Deo, tamen si nõ esset pluralitas personarũ in diuinis, sequeret̃, ꝙ Deus esset solus, vel solitarius. Non enim tollit̃ solitudo per associationẽ alicuius, ꝙ est extraneæ naturæ. dr.n. aliquis solus esse in horto, q̃uis sint ibi multæ plantæ & animalia. Et similiter diceretur Deus esse solus, vel solitarius, angelis, & hominibus cum eo existentibus, si non essent in diuinis personæ plures. Consociatio igitur angelorum & animarum, non excludit solitudinem absolutam à diuinis, multominus solitudinem respectiuam, & per comparationem ad aliquod prędicatum.

Ad secvndvm dicendũ, quòd hæc dictio solus, propriè loquendo, non ponitur ex parte prædicati, d qd sumitur formaliter. respicit.n. suppositum, inquantũ excludit aliud suppositũ ab eo cui adiũgitur. Sed hoc aduerbium, tantũ, cum sit exclusiuum, põt poni ex parte subiecti, & ex parte prædicati. Possumus n. dicere, tãtum Socrates currit, i. nullus alius. Et Socrates currit tantũ, i. nihil aliud facit. Vndè non propriè dici põt, pater est solus Deus, vel [d] Trinitas est solus Deus, nisi fortè ex parte p̃dicati intelligatur aliqua implicatio, vt dicatur, trinitas est Deus, qui est solus Deus. Et sm hoc etiam posset esse vera istã, Pater est Deus qui est solus Deus, si relatiuum referret prædicatũ, & non suppositum. August. autem dicit patrem non esse solum Deum, sed trinitatem esse solum Deum, loquitur expositiuè, ac si diceret, cum dicitur, regi sęculorum inuisibili, soli Deo, non est exponendum de persona patris, sed de sola Trinitate.

Ad tertivm dicẽdum, quòd vtroque modo põt hæc dictio solus, adiũgi termino essentiali. hæc.n. propositio: solus Deus est pr̃, est duplex, quia ly pater potest prædicare personam patris. Et sic est vera. Non.n. homo est illa persona, vel potest prædicare relationẽ tantum. Et sic est falsa. Quia relatio paternitatis etiã in aliis inuenitur, licet non vniuocè. Similiter hæc est, vera: solus Deus creat. nec tamen sequitur, ergo solus pater: quia, vt Sophistæ dicunt, dictio exclusiua immobilitat terminum cui adiungitur, vt non possit fieri sub eo descensus pro aliquo suppositorum. Non enim sequitur, solus homo est animal rationale mortale. ergo solus Socrates.

3^m minor. Sed non respectu prædicati personalis, nec etiam respectu essentialis. ℞. Negat̃ illa pro vtraq; parte. §. Ad probationẽ primæ partis diuide ly pater; ad probationẽ secundæ vtere illa regula sophistarum [dicendo, s. ꝙ ly Deus immobilitatur, i. quod loco de ly Deus solus creat, nõ licet dicere ly Pater solus creat]: & soluisti omnia. Nota quoque ex litera: quod hoc nomẽ sophista q̃nque sumitur pro vere sapiente [vt hic]. Nam Sophia, à qua nunc sophista, sapiẽtia dicitur. Ergo nomine sophistarum non semper intelliguntur captiunculis intentes; secundum quòd communis locutio ordinarie habet.

D.1132.

APPENDIX.

Ex articulo habes: quomodo per rationẽ ostendas, rectè dici Apostolus 1. Tim. vltim. Regi sęculorum inuisibili soli Deo honor, & gloria. vbi dictionem exclusiuam, solus, adiungit termino essentiali, Deus. Item & Papã in Cõc. extra de sum. Tri. & fi. cath. firmiter, rectè dicere: Vnus solus est verus Deus. vbi eãdem exclusiuam termino essentiali iungit. Secundò habes: quomodo per rationem hæc illorum dicta in sensu catholico, non Sabelliano, intelligas. Tertiò, quomodo ex his vicissim Angelica firmetur conclusio, vides.

Vtilitas pro Eccle. S. Dei.

Tertium

Comm. Cardinalis Caietani.

Titulus intelligentibus terminos satis clarus est.

¶ In corp. tria dicuntur. Primò distinguitur, ꝙ ly solus, potest accipi dupl̃r, s. vt dictio categorematica, & syncategorematica, & satis clare explanãtur membra in litera. Deinde ponitur vna conclusio responsiua quæsito negatiuè, s. solus categorematicè non potest addi termino essentiali in diuinis: probatur, quia sequeretur, Deum esse solitarium. Deinde ponitur altera conclusio affirmatiuè solus syncategorematice, potest addi termino essentiali in diuinis, & probatur, quia possunt excludi extera à consortio prædicati, vt patet dicendo, Solus Deus est æternus.

Scot. 4. cont. c. 25.
Alb. Mag. 1. d. 21. art. 5.

SVPER Q. XXXI. ART. IIII.

¶ 180

1. dist. 21. q. 1. ar. 2. & 4. con. c. 25. & pot. q. 10. ar. 4. ad 12.

Concl. Talis locutio, scilicet solus pater est Deus, non extendenda; sed est piè exponenda, sicubi inueniatur in authentica scriptura.

¶ Coroll. Ergo, directè ad quęsitũ respõdẽdo, dicit: ꝙ dictio exclusiua non debet adiũgi termino personali. Recole diligenter [vt etiã suprà q. 28. art. 4.] sanctũ Doctorẽ sæpius vti tali breuiloquio, ꝙ scilicet non verbaliter, sed tantum sententialiter, quæsitis respondet. Ergo consequenter sis cautus; ne vnquàm Diuum Thomam quæsiti sui oblitum suspiceris cum tali phrasi conclusionũ & quæsitis in titulo satisfaciat, & abundantiùs (vt patet consideranti) satisfaciat.

Pro more Thomistico abũdanti, cum breuitate.

¶ Prob. Quia talis locutio secundum proprium sensum est falsa [cum ly solus sincategoricè excludat à consortio p̃dicati; excludatq; magis alium masculinè, quàm aliud]: & locutiones in proprio sensu suo falso non sunt exten-

Quæ propositiones nõ sunt extendendæ.

ARTICVLVS IIII.

Vtrum dictio exclusiua possit adiungi termino personali.

Ad qvartvm sic proceditur. Videt̃, ꝙ dictio exclusiua possit adiungi termino personali, etiã si prędicatum sit cõmune. Dicit enim Dominus ad patrẽ loquens, Ioan. 17. Vt cognoscant te solũ Deum verum. ergo solus pater est Deus verus.

¶ 2 Præt. Matt. 2. dicitur, Nemo nouit filium nisi pater. Quod idem significat ac si diceretur, solus pater nouit filium. Sed nosse filium est commune. ergo idem quod prius.

¶ 3 Pręt. Dictio exclusiua nõ excludit illud qd est de intellectu termini cui adiungitur. Vnde nõ excludit partem, neq; vniuersale. Non.n. sequit̃, solus Socrates est albus. ergo manus eius nõ est alba: vel, ergo homo non est albus: sed una persona est in intellectu alterius, sicut patet in intellectu filii, & econuerso. Non ergo per hoc ꝙ dicitur, solus pater est Deus, excluditur filius, vel spiritus sanctus. Et sic videtur hęc locutio esse vera.

¶ 4 Præt. Ab Ecclesia cantatur, Tu solus altissimus Iesu Christe.

Sed contra. Hæc locutio, solus pater est Deus, habet duas expositiuas, scilicet pr̃ est Deus, & nullus alius à patre est Deus: sed hęc secunda est falsa, quia filius alius est à patre, qui est Deus. ergo hæc est falsa

extendendæ, sed piè exponendæ sicubi in authentica scriptura inueniantur.

1m de Ioan. 17. Solum. ℞. Vt, ly solum, excludit aliud: non, vt excludit alium. §. Tunc nihil &c. Licet enim nulla natura [Vide ly aliud] extra sanctam Trinitatem, & etiam extra personam patris, sit Deus verus: tamē persona filij, [Vide ly alius] præter personam patris est Deus verus, & etiam persona spiritussancti.

¶ NOT. Sufficiens responsio fuit pro soluendo argumento. Cęterum, si pro dilatanda expositione dicti Euangelici placet, addere potes: quod ly solùm sumitur [in alio sensu] aduerbialiter: Vt dicamus personam patris esse Deum solummodò, quia non est etiā homo; sicuti est filius, qui loquebatur. Vndè per hoc monstrat Christus, quòd essentialis beatitudo [de qua ibi] consistit propriè & principaliter in cognitione veræ diuinitatis, quæ est in patre: non assumptæ humanitatis, quæ est in filio. Propriæ ergo essentialisq́; ac principalis beatitudinis quidditatem attulit Saluator hic: & consequenter minus rectas de sic accepta beatitudine opiniones explosit.

Beatitudinis essētialis principalis quidditas, ex pulchra Euangelij expositione.

* Lib. 6. de Trin. c. 7. in fi. to. 3.

2m de Matt. 11. Nemo, nisi. ℞. Vt, per ly Nemo, nisi, Excluditur aliud: non, vt excluditur alius. §. Tunc nihil &c. Nam licet nulla creatura cognoscat sic Deum: tñ personæ diuinæ se inuicem plenè cognoscunt. Ex litera ergo nota pro semp regulam. Quā? Quòd, cùm aliquid essentiale dicitur de aliqua persona diuina, etiam cum additione exclusiuæ dictionis; non excluduntur, immo nec excludi possunt, aliæ personæ diuinæ: & hoc propter essentiæ diuinæ vnitatem tribus personis communem. Ergo, cùm aliquid personale de aliqua dicitur; non intelligitur dici de omnibus: & hoc propter personalium proprietatum distinctionem. Vnde omnes personæ creant, etiam admissa (si auctentice inuenire tur) ista propositione; Solus pater creat: sed non omnes generant, generantur, spirant, spirantur, admissis istis (vt verè debent admitti) Solus pater generat, solus filius generatur, soli pater & filius spirāt, solus spiritussanctus spiratur.

Part. præc.

Regula 1.

Regula 2.

solus pr̄ est Deus, & sic de similibus.

RESPON. Dicendū, ꝙ cum dicimus, solus pr̄ est Deus, hæc propositio pōt habere multiplicem intellectum: Si. n. solus ponat solitudinem circa patrē, sic est falsa secundum ꝙ sumitur categorematicè. Secundum verò ꝙ sumitur syncategorematicè, sic iterum potest intelligi multipliciter, quia si excludat à forma subiecti, sic est vera, vt sit sensus, solus pater est Deus, i. ille cum quo nullus alius est pater est Deus. Et hoc modo exponit August. in 6. de Trin.* cum dicit. Solum patrem dicimus, non quia separatur à filio, vel spiritusancto: sed hoc dicentes significamus, quòd illi simul cum eo non sunt pater. Sed hic sensus non habetur ex consueto modo loquendi, nisi intellecta alia implicatione, vt si dicatur: ille qui solus dicitur pater, est Deus. Secundum verò proprium sensum excludit à consortio prædicati. Et sic, hæc propositio est falsa, si excludit alium, masculine. Est autem vera, si excludit aliud neutraliter tantum, quia filius est alius à patre, non tamē aliud, similiter & spiritussanctus. Sed quia hæc dictio, solus, respicit propriè subiectum (vt dictum est †) magis se habet ad excludendum alium quàm aliud. Vndè non est extendenda talis locutio: sed piè exponēda, sicubi inueniatur in authentica scriptura.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd cum dicimus te solum Deum verum, non intelligitur de persona patris: sed de sola Trinitate, vt Augustinus * exponit. Vel si intelligatur de persona patris, non excluduntur aliæ personæ propter essentię vnitatem, prout ly solus, excludit tātum aliud, vt dictum † est.

Et similiter dicendum est ad secundum. Cum enim aliquid essentiale dicitur de patre, non excluditur filius, vel spiritussanctus propter essentiæ vnitatem. Tamen sciendum est, ꝙ in authoritate prędicta hæc dictio, nemo, non idem est quod nullus homo, quod videtur significare vocabulum. Non enim posset excipi persona patris: sed sumitur secūdum vsum loquēdi distributiuè, pro quacumque rationali natura.

AD TERTIVM dicēdum, quòd dictio [d] exclusiua non excludit illa quæ sunt de intellectu termini cui adiungitur, si non differunt secundum suppositum, vt pars vniuersale. Sed filius differt supposito à patre; & ideò non est similis ratio.

AD QVARTVM dicendū, quòd non dicimus absolutè, quòd solus filius sit altissimus, sed quòd solus sit altissimus cum spiritusancto, in gloria Dei patris.

3m de maiori. Quod est de intellectu termini, cui adiungitur. ℞. Et quod non distinguitur supposito à termino ipso. §. Tunc nihil &c. Licet enim vna persona sit de intellectu alterius: tamen vna distinguitū supposito, siue personaliter ab alia. Et ideò, quantum est ex vi locutionis, excluderentur aliæ personæ dicendo, solus pater est Deus: licet, quantum est ex reuerentia ad scripturas authenticas [exponendo, s. illas pie, i. in bono sensu; vt hic fit in corpore], non excluderentur propter essentię vnitatem. Sic ergo hoc secundo modo intelligitur illa prima regula in responsione ad secūdum: quamuis, ex vi locutionis, tales propositiones exclusiuæ essent falsæ [vt solus pater creat], & excludentes alias personas. Hinc cautissimè locutus est sanctus Doctor in illa regula dicens ly propter essentiæ vnitatem. Ac si apertiùs dixisset, Si attēdamus ad essētię vnitatem, tunc ly solus nō excludit alias personas: si verò attendamus ad vim ipsius exclusiuę locutionis, tūc ly solus additū vni excludit alias.

Quō ly solus excludat, vel nō excludat alias personas.

* Lib. 6 de Trin. c. 9. tom. 3.

† In corp. art.

D. 588.

4m de Eccl. [a] Tu solus. ℞. Cum patre, & spiritusancto: non aliter. §. Vt patet ibi. Tunc nihil &c.

APPENDIX.

EX articulo habes: quomodo per rationem ostendas, Christum bene fecisse addendo dictionē exclusiuam termino personali. Ioan. 17. Vt cognoscant te solum verum Deum, & Matth. 11. Nemo nouit filiū nisi pater; cùm tamen & aliæ diuinæ personæ sint verus Deus, & noscant filium. Secundò igitur habes: quomodo per rationem sensum catholicum in his euangelicis dictis, & similibus, inuestiges ab erroneo declinando; ipsumq́; catholicum defendas. Tertiò videre licet; quomodo ex his vicissim firmetur illa doctrina.

Vtilitas pro Eccle. S. Dei.

Comm. Cardinalis Caietani.

TItulus limitatus est: non est enim quæstio: verum possit addi dictio exclusiua termino personali, puta patri absolutè, sed respectu prædicati communis, puta viuere, intelligere, esse &c.

¶ In corpore respondet quæsito quatuor conclusionib. & corollario: posuit autem eas tali arte. Accipit primo vnā propositionem, in qua dictio exclusiua additur termino personali respectu prædicati communis, vt in ipsa clarè cæteræ inspiciantur, scilicet solus pater est Deus. Deinde distinxit quatuor sensus eiusdem, distinguendo ly solus multipliciter, & iuxta singulos sensus posuit singulas conclusiones. Distinctio est ly solus dupliciter categorematicè, & sic est falsa, quia ponit patrem solitarium syncategorematicè, & tunc dupliciter: vel à forma subiecti, & sic vera & impropria, vera quidem authoritate August. impropria autem, quia non nisi cum implicito subintellecto, vel à consortio prædicati. Et hoc dupliciter, s. vel masculinè, & sic falsa & propria, vel neutraliter, & sic vera & impropria, & probantur ambæ, quo ad propriè & impropriè, quia solus propriè respicit subiectum, magisque excludit alium quàm aliud. Quoad veritatem verò & falsitatem, quia filius & similiter est alius à patre, & non aliud: creatum enim oportet esse quod est aliud. Corollarium autem est, quòd huiusmodi propositiones impropriæ non sunt extendendæ, sed piè exponendæ.

Ferr. 1. cont. c. 14.
Aegid. 1. s. d. 3. q. 4. pri. princ.
Bannes q. 32. ar. 1.

QVÆST. XXXII.

De diuinarum personarum cognitione, in quatuor articulos diuisa.

CONSEQVENTER inquirendum est de cognitione diuinarum personarum. ET circà hoc quęruntur quatuor.

¶ Primò, Vtrum per rationem naturalem possint cognosci diuinę personæ.

¶ Secundò, Vtrum sint aliquę notiones diuinis personis attribuendæ.

¶ Tertiò, De numero notionum.

¶ Quartò, Vtrum liceat diuersimodè circa notiones opinari.

SVP. Q. XXXII. ART. I.

COncl. Impossibile est; per rationē naturalē ad cognitionem Trinitatis diuinarū personarum peruenire.

¶ PROB. Quia hoc solum de Deo cognosci naturali rōne potest, ꝙ necesse est ei cōpetere sm ꝙ est omnium rerum principium: & virtus rerum creatarum principiū est pertinens ad vni-

181 ad vnitatem essentiæ, non ad distinctionẽ personarum [cùm sit virtus communis toti Trinitati. Nam opera Trinitatis ad extra sunt indiuisa].

1.q.39.ar.7.cor.& 1. di 3.q.1.ar tic.4.Et 1. cõtra c.14. Et verit.q. 10. art. 13. Et po.q.9. art. 5. cor. &Boet tri. q.1.ar.4.Et Ro. 1. L.6. fina.

1^m de concl.^e Personarum. ℟. Per appropriata considerata rum: non, per propria. § Tunc nihil &c. Nam cognoscere tantũ personas per attributa essentialia, non est formaliter cognoscere personas: sed est cognoscere illa quæ conueniũt essentiæ diuinæ: & postea personis diuinis, præsupposito aliundè [per fidem s] quòd in diuina essentia cognita sint tres personæ, appropriari possunt. Vere ergo non cognouerunt personas tres: sed prædicata quædam essentialia, quæ personis tribus [si ibi ponantur] appropriantur. Quòd autem ibi ponantur tres personæ, ratione naturali cognoscere non potuerunt: & hoc intendit conclusio, quòd s. impossibile est &c. De personis ergo, vt sic, loquitur. Naturalis igitur ratio, cùm non cognoscat personas, non cognoscit appropriata personarum, vt appropriata earum: licet cognoscat illa sub ratione attributorum essentialiũ, quæ deinde personarum appropriata à ponentibus ibi personas dici posũt. Sic intellige respõsum nostrum formale, non aliter: & tunc liquidissime conspicies, Philosophos nunquam per hoc agnouisse trinitatẽ personarum; licet agnouerint trinitatem attributorum essentialium.

*lia.de Cęlo tex. 2.

† li.7.confes. c.9.parũ à princ. to.3.

Fides cognoscit personas, & appropriata personarũ: rõ naturalis neq; personas neq; appropriata vt sic.

* In li. qui dr Pimander. Dialog.4.

* lib.1. de Trin. c. 4. circa prin.

2^m de Ricardo. Necessaria ℟. Ad probandum aliqua conuenire radici veritatis iam positæ: non, ad pro-

* lib.10.de Trin. c.11. & 12. & li. 9.c.4. & sequentibus, tom.3.

† q.27.art. 1.& 3.

* par. 5. à princ.lib.

† Amb.lib. 2. de fide ad Gratianum, c.5. ante med. tom.2.

* q.30. artic.2.

ARTICVLVS I.

Vtrum Trinitas diuinarum personarum possit per naturalem rationem cognosci.

AD PRIMVM sic procedimr. Videtur, ꝙ Trinitas diuinarũ personarum possit per naturalem rationem cognosci. Philosophi.n. non deuenerunt in Dei cognitioné nisi per rationé naturalem. Inueniuntur autem à Philosophis multa dicta de trinitate personarũ. Dicit enim Aristot. * in 1.de cęlo & mundo. Per hũc numerum, s. ternarium, adhibuimus nosipsos magnificare Deum vnum, eminentem proprietatibus eorũ quę sunt creata. Augus. etiã dicit 7.confess. † Ibi legi, s. in libris Platonicorum, non quidem his verbis: sed hoc idẽ omnino multis, & multiplicibus suaderi rationibus, quòd in principio erat verbum, & verbum erat apud Deum, & Deus erat verbũ, & huiusmodi quæ ibi sequuntur. In quibus verbis distinctio diuinarum personarum traditur. Dicitur etiam in glos. Rom. 1. & Exo. 7. quòd magi Pharaonis defecerunt in tertio signo, i. in notitia tertiæ personæ, s. spiritussancti, & sic ad minus duas cognouerunt. Trimegistus etiam dixit. * Monas genuit monadem, & in se suum reflexit ardorem. Per quod videtur generatio filii, & spiritussancti processio intimari. Cognitio ergo diuinarum personarum, potest per rationem naturalem haberi.

¶ 2 Præt. Ricard. de sancto Vict. dicit in lib. de Trinit. * Credo sine dubio, quòd ad quamcũque explanationem veritatis, non modo probabilia, imò etiam necessaria argumenta non desint. Vnde etiam ad probandum trinitatem personarum, aliqui induxerunt rationẽ ex infinitate bonitatis diuinæ, quæ seipsam infinitè communicat in processione diuinarum personarum. Quidam verò per hoc, quòd nullius boni sine consortio potest esse iocunda possessio. Augus. * verò procedit ad manifestandum trinitatem personarũ, ex processione verbi & amoris in mẽte nostra. Quã viã supra secuti sumus. † ergo per rationẽ naturalẽ potest cognosci trinitas personarũ.

¶ 3 Præt. Superfluum videtur homini tradere, quod humana ratione cognosci non potest. Sed non est dicendum, quòd traditio diuina de cognitione trinitatis sit superflua. ergo trinitas personarum ratione humana cognosci potest.

SED CONTRA est, quod Hilarius * dicit in lib. 2. de Trinitate. Non putet homo, suã intelligentia, generationis sacramentum posse consequi. Ambrosius † etiam dicit. Impossibile est, generationis scire secretum. Mens deficit, vox silet. Sed per originem generationis & processionis, distinguitur trinitas in personis diuinis, vt ex suprà dictis * patet. Cum ergo illud homo non possit scire & intelligentia consequi, ad quod ratio necessaria haberi non potest, sequitur, quòd trinitas personarum per rationem cognosci non possit.

RESPON. Dicendum, quòd impossibile est per rationem naturalem ad cognitionem trinitatis diuinarum personarum peruenire. Ostensum est enim suprà, * quòd homo per rationem naturalem in cognitionem Dei peruenire non potest, nisi ex creaturis. Creaturæ autem ducunt in Dei cognitionem sicut effectus in causam. Hoc igitur solum ratione naturali de Deo cognosci potest, quod competere ei necesse est, secundum quòd est omnium entium principiũ. & hoc fundamento vsi sumus suprà † in consideratione Dei. Virtus autem curatiua Dei, est communis toti trinitati. vnde pertinet ad vnitatem essentiæ, non ad distinctionem personarum. Per rationem igitur naturalem cognosci possunt de Deo ea, quæ pertinent ad vnitatem essentiæ, non autem ea quæ pertinent ad distinctionem personarum. Qui autem probare nititur trinitatem personarum naturali ratione, fidei dupliciter derogat. Primò quidem, quantum ad dignitatem ipsius fidei, quæ est ut sit de rebus inuisibilibus, quæ rationem humanam excedunt: vnde Apostolus dicit ad Hebr. 11. quòd fides est de non apparentibus. & Apostolus dicit 1. Corint. 2. c. Sapientiam loquimur inter perfectos: sapientiam verò non huius sęculi: neque principium huius sæculi: sed loquimur Dei sapientiam in mysterio, quæ abscondita est. Secundò, quantum ad vtilitatem trahendi alios ad fidem. Cùm enim aliquis ad probandam fidem inducit rationes, quæ non sunt cogentes, cedit in irrisionem infidelium. Credunt enim, quòd huiusmodi rationibus innitamur, & propter eas credamus. Quæ igitur fidei sunt, non sunt tentanda probare nisi per authoritates, his qui authoritates suscipiunt. Apud alios verò, sufficit defendere non esse impossibile quod prædicat fides. Vndè Dionys. * dicit 2. cap. de diuin. nom. Si aliquis est, qui totaliter eloquiis resistit, longe erit à nostra philosophia: Si autem ad veritatem eloquiorum, scilicet sacrorum respicit, hoc & nos canone vtimur.

* q.12.art. 4.& 12.

* c. 2. non multũ remote à principio.

AD PRIMVM ergo dicendum, ꝙ Philosophi non cognouerunt mysterium trinitatis diuinarum personarũ, per propria, quæ sunt paternitas, filiatio, & processio, fm illud Apost. 1. ad Cor. 2. Loquimur Dei sapientiam, q̃ nemo principũ huius sęculi cognouit, i. Philosophorum, fm gl. Cognouerunt tamen quædã essentialia attributa, quæ appropriantur personis, sicut potentia patri, sapientia filio, bonitas spirituisancto, vt infrà patebit. Quod ergo Aristot. dicit per hunc numerũ adhibuimus nosipsos, &c. non est sic intelligẽdum, ꝙ ipse poneret ternarium numerum in diuinis. Sed vult dicere, ꝙ antiqui vtebantur ternario numero in sacrificiis & orationibus, propter quandã ternarii numeri perfectionem. In libro etiã Platonicorum inuenitur, In principio erat verbum, non fm ꝙ verbum significat personã genitam in diuinis: sed secundũ ꝙ per verbum intelligitur ratio idealis, per quã Deus omnia condidit, quæ filio appropriatur. Et licèt appropriata tribus personis cognoscerẽt: dicuntur tamẽ in tertio signo defecisse, i. in cognitione tertiæ personæ, quia à bonitate, quæ spirituisancto appropriatur, deuiauerunt, dũ cognoscentes Deum, nõ sicut Deum glorificauerunt, vt dicitur Rom. 1. vel quia ponebant Platonici vnũ primum ens, ꝙ etiã dicebant esse patrẽ totius vniuersitatis rerum, consequenter ponebant aliã substantiam sub eo, q̃ vocabant mentem, vel paternũ intellectum. In qua erant rationes omniũ rerum, sicut Macrob. * recitat super somniũ Scipionis. Non autẽ ponebant aliquã substantiam tertiã separatam, quæ videretur spirituisancto respõdere. Sic autẽ nos non ponimus patrẽ & filium secundum substantiam differentes: sed fuit error Origenis & Arrii † sequentiũ Platonicos. Quod verò Trimegistus dixit, monas monadem genuit, & in se suum reflexit ardorem, non est referẽdum ad generationem filii, vel processioné spiritus sancti, sed ad productionem mũdi. Nam vnus Deus produxit vnum mundum propter suiipsius amorem.

* lib. 1. non multũ procul à medio illius.

† Origenes Ioã. 1. sup illud, Et Deus erat verbũ. Et idẽ refert Hieron. in ep. ad Pãmachiũ, & Oceanum, quæ incipit, Schedulę quas. tom.2.

AD SECVNDVM dicendũ, ꝙ ad aliquã rem dupl'r inducit rõ. Vno modo ad probandũ sufficiẽter aliquã radicẽ, sicut in sciẽtia naturali inducit' rõ sufficiẽs ad probandũ, ꝙ motus cœli

ad probandū sufficienter radicem ipsam dari. §. Tunc nihil &c. Licet.n. per rationē naturalem non possit sufficienter probari ista radix, i. trinitatē personarum dari (vt dicit conclusio): potest tamen per rationē naturalem adinueniri aliqua ratio, quæ radici illi iam per fidē positæ conueniat necessariò. Sed hoc est probare quasi ex cōsequenti, nō à priori, fidē: (vt patet) .i. ipsam iam dari præsuppositā, probare, necessariò rectè dari aut p̄supponi. Verbi grā. Ex eo, ꝙ per fidē firmiter præsuppono, Trinitatē dari, infero: & ꝙ infinita Dei bonitas, hoc esse bonū credere, persuadet; & quòd necessariū est credere, ex bonitate Dei infinita, qua seipsum infinitè communicat, esse, ꝙ trinitas in Deo reperiaᵗ.

Rōnes ad fidem qūo intelligantur.

3^m maior. Super fluum est &c. ℞ Nisi ex traditione illa nobis fidelib. vtilitas pueniret. §. Tūc &c. Nam oīa nobis reuelata, maximè si per deuotā fidē à Deo suscipiantur, sunt vtilia: q̄uis nō omnia per naturalē rationē ad plenum cognosci, immo nec quandoque attingi, possint.

Ego Dñs docens te vtilia, Isa. 48.

APPENDIX.

Ex art. habes: quomodo per rationē confundas hæresim p̄sumptuosissimā Raymundi Lullij] Direc. Inquisi. 2. par. q. 9.] dicentis, quòd oēs articuli fidei possunt probari & probanᵗ p̄ rationes necessarias, demonstratiuas, & euidentes. Si.n. omnes articuli &c. ergo, ſm eum, & trinitas personarum. Secundò habes, quomodo per rationē ostendas, hanc iustè esse prædamnatā ab Apostolo Heb. 11. fides est substantia &c non apparentium. & à Papa Gregorio 11. etiā de consilio fratrū, [de hoc vide sup. q. 1. art. 2.] & ab omnib. Concilijs de hac re tractantibus: immo & à Christo Matth. 11. Nemo nouit filium nisi pater, neque patrem quis nouit nisi filius, & cui uoluerit filius reuelare, & 16. Beatus es Simon Bariona, quia caro & sanguis non reuelauit tibi, sed pater meus, qui in cœlis est. Ecce. Ibi loquitur de cognitione Trinitatis, cum respondeat Petro confitenti. Tu es Christus filius Dei uiui: & dicit, quòd caro & sanguis hoc non reuelat: sed pater, id est, quòd cognitionem hanc nemo potest uiribus naturalis rationis consequi, sed tantum per donū reuelationis à Deo. Speciatim autem ex responsione ad tertium habes; quomodo per rationem reijcias hæresim Lucæ Sternbergen. somniantis: Nomen Trinitatis superuacaneum & inane esse: quòd in sacris literis nūquam sit expressum, Contra illud Matthæi ultimo: In nomine Patris & Filij & Spiritusſancti. Sufficit enim hæc expressio, licet verbaliter non dicatur ly Trinitas; aut ly in nomine Trinitatis. vide uniuersalem regulam de contentis in sacra scriptura, quæstio. 29. art. 3. primum, & hic articu. 1. ad primum. Tertiò uides, quomodo ex his uicissim firmetur præsens doctrina.

Vtilitas pro Eccle. S. Dei.

†Trac. 27. in Io. circa med. to. 9.

cœli semper sit vniformis velocitatis. Alio modo inducitur ratio, non quæ sufficienter probet radicē: sed quæ radici iam positæ ostendat congruere consequentes effectus. Sicut in astrologia ponitur ratio ecentricorum & epicyclorum ex hoc, ꝙ hac positione facta, possunt saluari apparētia sensibilia circa motus cœlestes, non tñ ratio hæc est sufficienter probans, q2 etiā fortè alia positione facta saluari possent. Primo ergo modo, pōt induci rō ad probandū Deum esse vnum, & similia. Sed secundo modo, se habet ratio quæ inducitᵗ ad manifestationē Trinitatis, quia ſ. Trinitate posita congruunt huius rationes, non tñ ita, ꝙ per has rōnes sufficiēter probetur trinitas personarū. Et hoc patet p singula. bonitas.n. infinita Dei manifestatur etiā in productione creaturæ, quia infinitę virtutis est ex nihilo producere. Non.n. oportet si infinita bonitate se cōicat, ꝙ aliquid infinitū à Deo procedat: sed secundū modum suum recipiat diuinā bonitatem. Similiter etiam quòd dicitur quòd sine cōsortio non potest esse iocunda possessio alicuius boni, locū habet qñ in una persona non inuenitᵗ perfecta bonitas. Vnde, indiget ad plenā iocunditatis bonitatem, bono alicuius alterius consociari sibi. Similitudo autem intellectus nostri non sufficienter probat aliquid de Deo, propter hoc, quòd intellectus non vniuocè inuenitur in Deo & in nobis. Et indè est, quòd August.† super Ioan. dicit, quòd per fidem venitur ad cognitionem, & non econuerso.

Ad tertium dicendū, quòd cognitio diuinarum personarum fuit necessaria nobis dupliciter. Vno modo, ad rectè sentiendum de creatione rerum. Per hoc enim quòd dicimus Deum omnia fecisse verbo suo excluditur error ponentium Deum produxisse res ex necessitate naturę. Per hoc autem, quòd ponimus in eo processionem amoris, ostenditur, quòd Deus non propter aliquam indigentiam creaturas produxit, neque propter aliquam aliam causam extrinsecam: sed propter amorem suæ bonitatis. Vnde & Moyses, postquàm dixerat, In principio creauit Deus cœlum & terram, subdit, Dixit Deus: Fiat lux, ad manifestationem diuini verbi. Et postea dixit: Vidit Deus lucem, quòd esset bona, ad ostendendum probationem diuini amoris. Et similiter in aliis operibus. Alio modo & principalius ad rectè sentiendum de salute generis humani, quæ perficitur per filium incarnatū, & per donum Spiritusſancti.

Comm. Cardinalis Caietani.

Titulus satis patet.

¶ In corpore tria facit. Primo, respondet quæsito vnica conclusione negatiua, ſ. impossibile est per rationem naturalem ad cognitionem Trinitatis diuinarum personarum peruenire. Et probatur sic, Homo per rationem naturalem cognoscit Deum tantum ex creaturis, ergo cognoscit ipsum ſm id tantū, quod est principiū entium. ergo ſm id tantū quod pertinet ad vnitatem essentię. ergo nō cognoscit ea, quæ pertinent ad distinctionē personarum. Prima consequentia probatur: quia creaturæ ducunt tantū in Dei cognitionē, sicut effectus in causam. Secunda verò, quia virtus creatiua cōmunis est toti Trinitati, & omnia sunt manifesta. Secundò declarat, quòd afferre rationes naturales ad trinitatem personarum nocet dupliciter, Primò, ratione dignitatis fidei. Secundò vtilitatis hominū, quę clare habentur in litera. Tertiò, infert quomodo ea quæ sunt fidei, tractanda sunt tam cum fidelibus q̄ cum infidelibus adiuncta authoritate Dionysij, quæ ex supradictis in quæst. prima, clara sunt.

ARTICVLVS II.

Vtrum sint ponendæ notiones in diuinis.

182 Inf. q. 40. art. 1. cor. & 1. d. 26. q. 2. art. 1. Et di. 33. art. 2. cor.

* c. 1. parū à princ.

Ad secundum sic proceditur. Videtur, quòd non sint ponendæ notiones in diuinis. Dicit enim Dion. 1. cap. de diuin. nom. * non est audendum dicere aliquid de Deo, præter ea quæ nobis ex sacris eloquiis sunt expressa. Sed de notionibus nulla fit mentio in eloquiis sacræ scripturæ. ergo non sunt ponendæ notiones in diuinis.

¶ 2 Præt. Quicquid ponitur in diuinis, aut pertinet ad unitatē essentiæ, aut ad trinitatē personarum. Sed notiones non pertinent ad unitatē essentiæ, nec ad trinitatem personarū. de notionibus .n. neque prædicantur ea quæ sunt essentiæ. non.n. dicimus ꝙ paternitas sit sapiens vel creet, neq; etiā ea quæ sunt personæ. nō.n. dicimus ꝙ pr̄nitas generet, & filiatio generetur. ergo non sunt ponendæ notiones in diuinis.

¶ 3 Pręt. In simplicibus non sunt ponenda aliqua abstracta, quæ sint principia cognoscendi, quia cognoscuntur seipsis: sed diuinæ personæ sunt simplicissimæ. ergo nō sunt ponendæ in diuinis personis notiones.

Sed contra est, quod dicit Ioan. * Damasc. differentiā hypostaseon, id est personarum in tribus proprietatibus, id est paternali & filiali & processionali, recognoscimus. Sūt ergo ponendæ proprietates & notiones in diuinis.

* Lib. 3. orthod. fid. c. 5. circa princ.

Resp. Dicendum, ꝙ Pręposititius attēdens simplicitatē personarum, dixit: nō esse ponendas proprietates & notiones in diuinis. Et sicubi inueniantᵗ, exponit abstractum pro concreto. Sicut.n. consueuimus dicere, rogo benignitatē tuā, i. te benignum: ita cum dr̄ in diuinis paternitas, intelligitur Deus pater. Sed sicut ostensum est suprà, * diuinæ simplicitati non pręiudicat, ꝙ in diuinis vtamur

* q. 3. ar. 3. ad 1. pręcipue, & q. 13. art. 1.

Cap. 1. d. 19. q. 1. com. 1.
Bannes eodem loco.
Alb. Mag. 1. d. 33. art. 1.

SVPER Q. XXXII. ART. II.

Conci. Necesse est: significari seorsum relationes in abstracto, quæ dicuntur proprietates & notiones.

¶ Prob. primò: Quia necesse est, esse aliqua nomina abstracta, quibus respondendo ostendi possit personas distingui. Secūdò, quia oportet manifestare, quomodo vna persona ad duas personas duabus relationibus referatur.

1^m de maiori.

Expressa. R. Saltē quo ad sensum. §. Tunc nihil &c. Notiones enim quo ad sensum exprimunt in sacro eloquio, inquantum in personis ibi quo ad sensum [suprà quæst. 29. art. 3. primum] expressis intelliguntur, tanquàm abstractum in cōcreto. Ex litera ergo ista dic: quòd non tantum in primario literali sensu contēta sunt amplectenda, tanquàm in scripturis expressa, (vt patet de personis) sed etiam ad illum primarium sensum necessario consequentia, tanquàm in eo contenta (vt patet de notionibus).

Expressa in scripturis quo ad sensum duplicia.

† Locis nostre proximè citatis.

2^m de maiori.

Aut pertinet ad vnitatem essentię, aut ad Trinitatem personarū. R. Vel simul connotando ordinem aliquem ad actum essentialem, siue personalem: Vel non connotando aliquē ordinem ad actum illorū. §. Tunc nihil &c. Notiones enim in diuinis pertinent ad trinitatem personarum, non connotando tamen ordinē ad actum aliquem. Et hoc; quia licet ibi realiter sint, non tamen significantur ibi, vt res, sed vt rationes.

Notio qd sit.

3^m maior. In simplicibus &c. cognoscendi. R. Si ponere ibi hæc cederet in præiudicium simplicitatis eorū: non aliter. §. Tunc nihil &c. Nam ponere ibi notiones, quæ sunt principia in abstracto significata cognoscendi personas, est sine præiudicio simplicitatis personarum illarum.

APPENDIX.

Vtilitas pro Eccle. S. Dei.

EX articulo habes: quomodo per rationem ostendas, Præpositiuum proportionaliter cum Gilberto Gallo cognomine Porretano errasse. sicut enim Gilbertus errauit nolens admittere essentiales

nominibus concretis & abstractis. Quia secundū quòd intelligimus, sic nominamus. Intellectus autē noster non potest pertingere ad ipsam simplicitatem diuinam secundū quòd in se est consideranda: & ideo secundū modū suum diuina apprehendit & nominat, i. secundū quòd inuenit in rebus sensibilibus, à quibus cognitionem accipit. In quibus ad significandum simplices formas nominib. abstractis vtimur, ad significandū verò res subsistentes, vtimur nominibus concretis. Vnde & diuina, sicut suprà dictū est † ratione simplicitatis per nomina abstracta significamus, rōne verò subsistentiæ & complementi, per nomina concreta. Oportet autē non solum nomina essentialia in abstracto & in concreto significare (vt cum dicimus deitatē & Deum, vel sapientiā & sapientē) sed etiam personalia, vt dicamus paternitatem & patrem. Ad quod duo præcipuè nos cogunt. Primo quidem hæreticorū instantia. Cum.n. confiteamur patrē & filium & spir. sanc. esse vnum Deum quòd tres personas quærentib. quo sunt vnus Deus, & quo sunt tres, sicut respondetur quòd sunt essentia, vel deitate vnum, ita oportuit esse aliqua nomina abstracta, quibus respōderi possit personas distingui. & huiusmodi sunt proprietates, vel notiones in abstracto significantes, vt paternitas & filiatio. Et ideo essentia significatur in diuinis vt quid, persona verò vt quis: proprietas autē quo. Secundò, quia una persona inuenitur in diuinis referri ad duas personas, s. persona patris ad personā filii & personā spir. sancti. Non autē vna relatione, quia sic sequeretur, φ etiam filius & spiritus sanctus, vna & eadem relatione referrentur ad patrem. Et sic cū sola relatio in diuinis multiplicet Trinitatē, sequeretur, quod filius & spiritus sanctus non essent duæ personæ. Neque tamē potest dici (vt Pręposítinus dicebat) quòd sicut Deus vno modo se habet ad creaturas, cū tamen creaturæ diuersimodè se habeāt ad ipsum, sic pater vna relatione refertur ad filiū & ad spir. sanç. cū tamen illi duo, duab. relationibus referantur ad patrem. Quia cum ratio specifica relatiui consistat in hoc, φ ad aliud se habet: necesse est dicere, quòd duæ relationes nō sunt diuersæ secundū speciem, si ex opposito vna

relatio eis correspondeat. Oportet.n. aliā speciē relationis esse domini & patris, secundum diuersitatem filiationis & seruitutis. Omnes aūt creaturæ sub vna specie relationis referūtur ad Deum, vt sunt creaturæ ipsius. Filius autē & spiritus sanctus nō secundū relationes vnius rōnis referuntur ad patrem, vnde nō est simile. Et iterū: in Deo non requiritur relatio realis ad creaturā, vt suprà dictū est.* Relationes autem rationis in Deo multiplicare non est inconueniens. Sed in patre oportet esse relationē realem, qua refertur ad filiū & spiritumsanctum. Vnde, sm duas relationes filii & spiritussancti, quibus referuntur ad patrē, oportet intelligi duas relationes in patre, quibus refe rat ad filium & spiritūsanctum. Vnde, cum non sit nisi una patris persona, necesse fuit seorsum significari relationes in abstracto, quæ dicuntur proprietates & notiones.

AD PRIMVM ergo dicendum, φ licèt de notionibus non fiat mentio in sacra scriptura, fit tamen mentio de personis, in quibus intelliguntur notiones, sicut abstractum in concreto.

AD SECVNDVM dicendū, quòd notiones significantur in diuinis, nō vt res, sed vt rationes quædā, quibus cognoscuntur personę, licèt ipsæ notiones relationes realiter sint in Deo, vt suprà dictum * est. Et ideo, ea quæ habent ordinem aliquem ad actum aliquem essentialem vel personalem, non possunt dici de notionibus, quia hoc repugnat modo significandi ipsarum. Vnde non possumus dicere, φ paternitas generet, vel creet, sicut sapientia vel intellectus. Essentialia verò, quæ non habent ordinem ad aliquem actum: sed remouent cōditiones creaturæ à Deo, possunt prædicari de notionibus. possumus.n. dicere, quòd paternitas est æterna, vel immensa, vel quodcūque huiusmodi. Et similiter propter identitatem rei possunt substantiua personalia & essentialia prædicari de notionibus. possumus enim dicere, quòd paternitas est Deus, & deitas est pater.

AD TERTIVM dicendum, quòd licèt personæ sint simplices, tamen absque præiudicio simplicitatis, possunt propriæ rationes personarum in abstracto significari, vt dictum * est.

tiales, terminos in abstracto dici propriè de Deo [exponebat enim scripturæ testimonia dicentia, quod Deus est veritas, vita, vel huiusmodi, ita: vt abstractum sumeretur pro concreto, id est Deus est verus viuens &c.] sic etiam errauit Pręposítiuus nolens admittere, nomina personalia in abstracto [Hæc sunt notiones] dici propriè de Deo. Radix etiam vtriusque erroris fuit eadem. Mouebatur enim vterque illorum ex hoc, quia putabant diuinis simplicitati repugnare, quod aliquid significaretur vt forma qua vel Deus, vel personæ diuinæ agnoscerentur. Radix autem illa quàm falsa sit, abundanter ostenditur à sancto Doctore in pręsenti articulo: & consequenter quàm vtraque illorum opinio sit erronea, commonstratur. Secundò habes: quomodo per rationē ostendas, opinionem Præpositiui fuisse merito in suo simili damnatam à Concilio Rhemensi; dum ab eodem damnatus fuit error Gilberti. Si enim radix utriusque fuit eadem, si opinio vtriusque fuit in errando similis; eadem ratione potuisset specialiter damnari error Præpositiui, si ad Ecclesię iudicium delatus fuisset. Taceo: quod Theologorum opinio communis contra Præpositiuum sentit; quod pater absque compositione aliqua constituatur paternitate. Scholasticorum autē Theologorum communi sententiæ in re graui refragari velle, temerarium est, immo omnium Theologorū scholæ concordi de fide, aut moribus contradicens, si hæresis non est, hæresi proximum est [has duas positiones probare conatur Melchior Cano de locis Theologicis lib. 8. c. 4.] Tertiò vides: quomodo ex his vicissim præsens doctrina firmetur.

* q. 28. ar. 1. ad 3.

* q. 28. ar. 2.

Duo notanda placita, prov i tandis erroribus.

AR-

Comm. Cardinalis Caietani.

IN titulo aduerte duo, quoniā quæstio est de quęstione an est, an scilicet sint notiones in diuinis. Primò quid nominis ipsius notionis. Notio namque in cōmuni, notificationem seu manifestationem importat propriè loquendo passiuè seu formaliter, sicut lectio & auditio, & similia. Ad diuina autem applicata sumitur pro proprietate vnius vel duarum personarum. Et videtur φ B. August. primo intro duxerit in hanc materiā notionis vocabulum: dum 5. de Trin. ait, quòd alia est notio qua intelligitur ingenitus, & alia qua genitor. Secundò ad profectionē doctrinæ scito, φ notio, vt sumit à Theologis, in litera sequentis articuli diffinitur sic. Notio est propria ratio cognoscendi diuinam personam. Vbi nota, quod ly ratio cognoscendi, insinuat, φ sit formale principium cognoscendi, & ex hoc sequitur stricte loquendo, φ significetur in abstracto: sicut enim formale principium essendi oportet esse formam: ita formale principium cognoscendi vt sic, oportet concipi ac significari vt formam. hoc autē est vt quo aliquid est, hoc autē importat abstractū. Et propterea in præsenti art. disputatio cum Pręposítino circa abstractum & con-

& concretum versatur: non. n. est hic quæstio de rebus absolutè: sed vt significatis ac innotescētib. per nomina, ly verò propria, insinuat ꝙ significat aliquid speciale, aliter non esset propria cognoscēdi ratio, & propter hoc (vt dicetur) esse ab alio non est notio. Ly verò diuinā personam, insinuat tria. Primò, ꝙ significat aliquid pertinēs ad originē, quia ordine originis distinguuntur diuinæ personæ. Secundo, ꝙ illud pertineat ad dignitatem non essentialem, sed personalē: quia persona, dignitatis nomen est. Tertiò, ꝙ sit vnius in eo quòd vnū, i. quòd si significet aliquid conueniens pluribus (vt de spiratione patet) conueniat illis inquantum unum. Et sic patet titulus.

¶ In corpore duo principaliter facit. Primò, ponit opinionem Præpositini. Secundò, confutando illam, respondet quæsito.

¶ Quo ad primum, tria. Præpositinus dicit, s. opinionem, quòd s. non sunt ponendę proprietates in abstracto, seu notiones in diuinis. Et radicem opinionum, s. propter simplicitatem personarum diuinarum. Et expositionem sacrorum eloquiorum quo ad hoc, s. quòd abstractum exponendum est per concretum.

¶ Quo ad secundum, duo ex opposito fiunt. Primo, destruitur radix opinionis prædictæ. Secundo, probatur opposita opinio. Primum fit sic: secundum quòd intelligimus, sic nominamus. ergo nominamus diuina modo non suo: sed sensibilium. ergo nominamus ea, ratione simplicitatis nominibus abstractis, ratione verò subsistentiæ, nominibus concretis. ergo non præiudicat diuinæ simplicitati uti in diuinis abstractis & concretis. Prima consequentia probatur: quia intellectus noster non pertingit ad cognoscendum Deum secundum quòd in se est: sed cognoscit eum more sensibilium. Secunda vero probatur, quia in sensibilibus abstracti nomine ex simplicitate, concreti verò ex complemento standi, sumptum est: reliqua per se patent.

¶ Contra hanc rationem Aureo apud Capreolum in 26. dist. primi, arguit, volens probare, quòd notio in diuinis distinguitur ab eo cuius est notio, puta paternitas à patre, non solum ex modo intelligendi ex sensibilibus orta, vt dicit litera: sed etiam ex parte rei. Et arguit sic. Vbicumque abstractum differt à concreto, solo modo significādi, quicquid reale dicitur de vno, dicitur de reliquo. Vt patet de deitate & Deo: sed paternitas & pater non sic se habent, quoniam paternitas se tota distinguitur à filio, non autem pater. ergo.

¶ Ad hoc breuiter dicitur, ꝙ distinctionem inter abstractū & concretum in diuinis ex diuina re oriri, potest dupliciter intelligi. Vno modo, quòd in Deo est aliquid, vndè verificat abstractum & concretum. & hoc proculdubio est verum, quoniam simplicitate abstractum subsistentia concretum fundat. Alio modo quòd in diuinis sit aliqua distinctio, ex qua oritur distinctio inter abstractum & concretum. & hoc est chimericum. Vnde ad rationem in oppositum neganda est maior, eiusque probatio falsa est, quoniam generare prædicatur de Deo, non autem de deitate. Ad veritatem namque locutionum exigitur, quòd prædicatum conueniat rei significatæ per subiectum sub illo modo, quo significatur, vt patet extra de Trinitate & fide catholica.

¶ Secundò, proponit oppositam opinionem, & est conclusio responsiua quæsito affirmatiue. Oportet in diuinis significari in abstracto & concreto non solum nomina essentialia, sed etiam personalia, s. paternitatem & patrem, &c. Et probatur conclusio duabus rationibus, quarum prima extendit se ad essentialia & personalia. Secunda autem ad personalia tantum. Est ergo prima ratio, vt hæreticorum instantiæ habeamus propria responsiua, & formatur sic ratio. A confitentibus patrem & filium & spiritumsanctū esse vnum Deum & tres personas. oportet responderi interrogantibus, quo sunt vnus Deus. & quo, vel quibus sunt tres personæ: ergo oportet dicere, quòd deitate sunt vnum, proprietatibus autem, s. paternitate, filiatione, &c. sunt plures; sic enim & non aliter tribus interrogatiuis, s. quid, quis, & quo, reddimus tria propria responsiua.

¶ Contra hanc rationem Gregorij de Arimino in 26. distin. primi, instat, intendens eam soluere, dicens, quòd propter hæreticorū instantiam non oportet proprietates has distinguere. Quia Augustinus docuit respondere in sermone de fide & symbolo. Credimus Trinitatem personis distinctam substantia vnitam. Et Hieron. in expositione fidei cath. substantia vnum sunt: sed personis ac nominibus distinguuntur. ergo absque proprietatibus habemus responsiuam, quo sunt vnum, & quo plures.

¶ Ad hoc tripliciter dicitur. Primò, quòd Gregorius malè immiscere videtur hanc literæ huius rationem, tractatui de rebus absolute, quem videtur ipse ibidem intendere, vt enim patet ex titulo totius quæstionis, hic tractatur de cognitione diuinarum personarum, & non de esse earundem. Secundo, dicitur quòd malè ponderauit verba literæ dicētis, quòd oportet habere responsiuum ad interrogatiuum quo, non respectu huius termini qui est Trinitas: sed respectu etiam huius termini persona, quod constat ex neutra illarum authoritatum haberi. Tertio, quòd litera iuxta morē suum loquitur formaliter, & consistit vis eius in hoc, quòd interrogatiuo quo, oportet reddi responsiuum, quod ex proprio modo significandi significat: vt quo, alioquin non quiescit instantia quærentium. Constat autem, quòd persona non significat vt quo, cum sit concretum nomen. Oportet igitur vt habeamus proprium responsiuum quo, non, respectu huius, aut illius termini; sed simpliciter respectu concretorum diuinorum proprietates in abstracto admittere in diuinis, & hoc directè intendit litera.

¶ Secunda verò ratio primo ponitur, deinde à Præpositiuo soluitur. Tertio excluditur solutio dupliciter. est ergo secunda ratio persona patris vna refertur ad duas personas, s. filij & spiritussancti, non vna relatione. ergo oportet in patre distinguere notiones. Antecedens quo ad secundam partem probatur, ducendo ad impossibile sic. Si pater vna relatione respiceret filium & spir. sanc. filius & spir. sanc. vna quoque relatione respicerent patrem, & si sic, ergo filius & spiritussanctus non essent duæ personę. Et probatur hæc vltima sequela, quia sola relatio multiplicat Trinitatem. Præpositinus autem secundam partem antecedentis negans, consequentiā quoq; primam ducentem ad impossibile negabat, asserebatq; instantiam. Ex eo quòd Deus vnica relatione se habet ad creaturas, & tamen creaturæ pluribus relationibus referuntur ad ipsum, sicq; proportionaliter censebat de filio & spiritusancto ad patrem.

¶ Contra hanc autē responsionem dupliciter in litera arguitur. Primo sic. ratio specifica relatiui consistit in hoc, ꝙ est aliud se habere. ergo vni relationi secundum speciem, non possunt ex opposito correspondere duæ diuersæ secundū speciem. ergo relationibus filij & spir. san. non potest respondere vna relatio patris, quāuis omnibus relationib. creaturarum possit respondere vna relatio ex parte Dei. Prima cōsequentia declaratur in patre & domino, respectu filij & serui. Secunda autem, quia relationes spir. san. & filij sunt diuersarum rationum, creaturarū autem ad Deum vnius sunt rationis. Secundò, peccat instantia, quia sermo præsens est de relationibus realibus vtrinque. Relatio autem Dei ad creaturam non est realis. & propterea non oportet quòd sit vna. Nullum enim inconueniens est multiplicare relationes rationis in Deo.

¶ Circa antecedens assumptum. s. Ratio specifica relatiui consistit in esse ad aliud: aduerte, ꝙ non intendit per hoc, ꝙ ratio specifica relatiui sumatur ex correlatiuo ad quod est, quē tamen sensum superficies deductionis præsefert, quasi arguere velit, ꝙ quia species relatiui sumitur ex termino, impossibile est relationi vnius speciei correspondere terminos diuersarum specierū, hoc. n. est falsum, quoniam apud ipsum ex causa seu fundamento consurgit relationis species. Sed intendit, ꝙ specifica ratio relatiui consistit in esse ad aliud proportionale sibi: quemadmodum. n. relatiuum in communi consistit in esse ad aliud in cōmuni, ita relatiui species consistit in ordine ad aliud secundum speciem, ac per hoc vnicum specie relatiuū consistit in esse ad aliud vnicum specie correlatiuum. Sic enim per se descendit ad aliquid proprijs differentijs in suas species.

¶ Circa prædicta occurrit multiplex dubium. Dubitatur enim primo de illa propositione. Pater refertur ad filium & spiritumsanctum, non vna, sed duabus relationibus. Aut. n est sensus, quòd ibi sunt relationes duæ secundum rem, & hoc est falsissimum: quoniam spiratio & paternitas in patre sunt vna res numero. Aut est sensus, ꝙ sunt duæ secundum rationem. Et hoc, licet sit verum, non est tamen ad propositum. Tum, quia de rebus in hac ratione est sermo, quæ ex natura relationum procedit. Tum, quia ex præmissis prædictæ rationis manifestè sequitur, si est ualida, quod diuersis specie relationibus oportet diuersas specie relationes correspondere. Constat autem, quòd ad diuersitatem specificam in rerum natura, non sufficit distinctio rationis.

¶ Dubium secundò est circa propositionem illā assumptam contra Præpositinum, s. Vni relationi secundum speciem, non possunt correspondere duæ secundum speciem. Manifeste enim tenemus oppositum, quoniam vni filiationi Socratis, respondent diuersarum specierum relationes, s. paternitas & maternitas parentum ipsius, vt in tertia parte, q. 35. art. 5. expresse habetur.

¶ Ad primum dubium dicendum est, ꝙ hic sunt duo, s. pluralitas relationis, & modus pluralitatis. De pluralitate quidem asserit litera partē affirmatiuam, volens quòd paternitas & spiratio sunt duæ relationes reales, quia distinguūtur differentijs relationis. De modo autem, quo sunt duæ, superius negata fuit distinctio realis, quia non opponuntur adinuicem relatiue, & sic non sunt duæ realiter, quia non distinguuntur differentijs rei. Affirmare verò quod sunt duæ formaliter secundū rationem tantum non quietat multorū intellectum, quia esse duo secundū rationem non est esse duo: sed intelligi duo sicut esse quantū secundum rationē non est esse quantum, sed intelligi quantum. Vnde, cum nulla sit actualis distinctio pręter realem aut rationis, restat ꝙ sint duæ virtualiter. i. perinde se habent ac si essent duæ, & hoc consonat excellentiæ diuinæ rei, & est in rerum natura absq; omni opere intellectus, sufficitq; proposito, reliquisq; difficultatibus soluendis: nam specifica diuersitas duarū relationum infert specificam diuersitatem relationum sibi correspondentium formaliter, vel virtualiter, i. quòd illæ relationes correspondentes habeant specificam distinctionem in rerum natura actualiter, vel perinde se habeant ac si haberent illam distinctionem actualiter. Et sic, quoniam persona patris habet relationes duas, sic quod vnaquæque vendicat sibi propria, ac si essent seorsum actualiter duæ in re, ideò oportet duas relationes in abstracto tanquàm duas patris notiones ponere. Alioquin responderi non posset quærenti, quo pater,

pater, & quo spirator, cum constet patrem ad filium, spiratorem uero ad Spiritumsanctum esse, verumtamen, proposito sufficere videtur affirmare, quòd distinguuntur formaliter, quoniam tractatus iste non est de rebus absolute, sed vt intellectis & significatis, vt patet ex litera.

¶ Ad secundum verò dubium dicitur, quòd cum radix propositionis S. Th. sit illa propositio Arist. 5. Met. c. de ad aliquid, s. Nullū relatiuū dicitur bis propter eandem rationē, quia ad aliquid hoc ipsum quod est sui primo termini est, quē patet esse vnum iuxta limitationem illius fundamenti, limitanda sunt cōsequentia. Relatiuum igitur non dici bis, potest dupliciter intelligi. Primo, non dicitur bis, id est ad duo correlatiua solo numero distincta. & sic credimus hoc esse falsum, quia Socrates albus eadem similitudine similis est omnibus albis. Secundò non dicitur bis. i. ad duo correlatiua diuersarum rationum, & sic potest intelligi dupliciter, s. vel diuersarum rationum partialium. & sic etiam non est verum: vt ex illo articulo tertiæ partis patet. vel non partialium, & sic est verum. Vndè notanter S. Tho. ibidem in vltimo argumento ex hoc eodem fundamēto non infert. ergo impossibile est vnum relatiuum dici ad duo: sed. ergo impossibile est, ꝙ vna relatio terminetur ad extrema omnino diuersa, per ly omnino, non partialia innuens. Voco autem relatiua partialia in proposito, illa quorum fundamenta partialiter concurrunt ad vnum numero effectū, vt patet de patre & matre respectu filij, consona autem veritati glossa hæc ostenditur ex eo, ꝙ propriè loquendo: relatiuum non dicitur bis, quando plura ex eadē parte respicit, quasi partes adæquati extremi: sed quando vnum ex vna, & alterum ex altera parte respiceret, bis diceretur, vt species ad genus, & ad indiuiduum, & scientia diceretur ad scibile & scientem &c. S. Tho. ergo hic contra Præpositiuum intendit impossibile esse, quòd vna relatio secundū speciem habeat extrema diuersarum rationū non partialium: processio nāque & filiatio non habent partialia fundamēta, sed diuersarum omnino rationū secundum se perfectarū, quoniam filius perfectè terminat processum intellectus: & similiter Spiritus sanctus perfectus est terminus processionis voluntatis. in tertia autē parte extrema diuersarum rationum partialia reddidit filiationi, vt patet.

¶ In respon. ad secundum dubium occurrit, quid sit significari ut res, & quid significari vt ratio. Si n. hoc idem est, quòd significari in concreto quod in abstracto, litera contradicit sibi, quia sapiētia abstractū nomen est, & tamen de Deo dicitur, ꝙ disponit omnia suauiter &c. Non obstante sibi tali modo significandi. Si autē intenditur differentia inter rem realem & rationis, manifeste falsum dicitur, quoniam paternitas rem realem significat, sicut & sapientia.

¶ Ad hoc dicitur, ꝙ quia ly vt, aliquam conditionem importat, & conditio rei est existere vel subsistere, nulla siquidem res vt res est, nisi sit & similiter nulla res vt res significatur, nisi ut ens, seu existēs significetur. Ratio autem, quia innotescendi gratia. 6. Topico. dicitur inuenta, principiumque notitiæ sit actus & forma, ex 9. Metaph. conditio rationis est, vt sit formaliter notificatiua, & proportionaliter vt significetur vt formale principium in cognoscendo, sic enim modus significandi correspondet conditioni rationis, vt ratio est. Et quia hæc exercent abstractum & concretum, ideò conceditur quòd significari vt res, coincidit cum concreto, & vt ratio cum abstracto.

¶ Et ad obiectionem in oppositum dicitur, quòd licet omnibus abstractis ex modo significandi commune sit non congruere operationibus inter abstracta tamen est magna latitudo, ex parte ipsius rationis formalis significatæ. Quorundam enim ratio formalis secundum se nullum habet ordinem ad opus, vt patet in relationibus: quorundam autem secundum se habet ordinem ad opus: vt sapientia ad ordinare, iustitia ad reddere vnicuique ius, &c. illa abstracta, quæ ex se formaliter significata opus respiciunt, congruam propositionem admittunt, vt in litera de sapientia & intellectu dicitur. Reliqua autem vt paternitatis, & reliquæ notiones, quia, nec ex modo significandi, nec ex propria ratione formali operis principia sunt, congruas enunciationes habere non possunt circa operationes, vt in litera dicitur, vnde nulla est contradictio.

Cap. 1. d. 28. q. 1. con. 5. & d. 11. q. 1. artic. 3. con. 1. & dist. 28. q. 1. 10. 4. & d. 13. q. 11. ar. 2. con. 1. 2. & 3. Bannes eodem loco.

183 1. dist. 26. q. 2. art. 3. & dist. 27. q. 1. art. 1. cor. & dist. 28. q. 1. & po. q. 9. artic. 9. 21. & 27. & q. 10. arti. 5. 12. & opusc. 2. c. 57. 58. 59. 60. & 61.

* q. 28. artic. 4.

ARTICVLVS III.

Vtrum sint quinque notiones.

AD TERTIVM sic proceditur. Videtur, ꝙ non sint quinque notiones. Propriè enim notiones personarum, sunt relationes quibus distinguuntur. Sed relationes in diuinis non sunt nisi quatuor, vt suprà * dictum est. ergo & notiones sunt tantùm quatuor.

¶ 2 Præt. Propter hoc, ꝙ in diuinis est vna essentia, dicitur Deus vnus: propter hoc autem, quòd sunt tres personæ, dicitur Deus trinus. Si ergo in diuinis sunt quinque notiones, dicetur quinus. Quod est inconueniens.

¶ 3 Præt. Si tribus personis existentib. in diuinis sunt quinque notiones, oportet, quòd in aliqua personarum sint aliquæ notiones duę, vel plures, sicut in persona patris ponitur innascibilitas, & paternitas, & cōmunis spiratio. Aut igitur istæ tres notiones differunt re, aut non. Si differunt re, sequitur, quòd persona patris sit composita ex pluribus rebus. Si autē differunt ratione tātum, sequitur, quòd vna earum possit de alia prædicari, vt dicamus, quòd sicut bonitas diuina est eius sapientia propter indifferentiam rei: ita cōmunis spiratio sit paternitas. Quod non conceditur. Igitur non sunt quinque notiones.

SED CONTRA. Videtur, quòd sint plures: Quia sicut pater à nullo est, & secundum hoc accipitur notio, quæ dicitur innascibilitas: ita à Spiritusancto non est alia persona. Et secundum hoc oportebit accipere sex notiones.

¶ 5 Pręt. Sicut patri & filio commune est ꝙ ab eis procedat spiritussanctus: ita cōmune est filio & spirituisancto, ꝙ procedant à patre. Ergo sicut una notio ponitur cōis patri & filio: ita debet poni vna notio cōmunis filio, & spirituisancto.

RESPON. Dicendum, quòd notio dicitur id, quod est propria ratio cognoscendi diuinā personam. Diuinę autem personæ multiplicantur secundū originem. Ad originem autem pertinet à quo alius, & qui ab alio: & secundum hos duos modos potest innotescere persona. Igitur persona patris nō pōt innotescere per hoc, quòd sit ab alio, sed per hoc, quòd à nullo est. Et sic ex hac parte eius notio est innascibilitas. Sed inquantū aliquis est ab eo, innotescit dupľr. Quia inquātum filius est ab eo, innotescit notione paternitatis: inquantum autem spiritussanctus est ab eo, innotescit notione cōis spirationis. Filius aūt potest innotescere per hoc, quòd est ab alio nascēdo, & sic innotescit per filiationē. Et per hoc, quòd est alius ab eo, s. spiritussanctus, & per hoc innotescit eodem modo, sicut & pater, s. cōi spiratione. Spiritussanctus aūt innotescere pōt per hoc, quòd est ab alio vel ab aliis, & sic innotescit processione. Non autē per hoc, quòd alius sit ab eo: quia nulla diuina persona procedit ab eo. Sunt igitur quinque notiones in diuinis, scilicet innascibilitas, paternitas, filiatio, communis spiratio, & processio. Harum autem tantum quatuor sunt relationes. Nam innascibilitas non est relatio nisi per reductionem, vt infrà * dicetur. Quatuor autem tantum proprietates sunt. Nam communis spiratio non est proprietas: quia conuenit duabus personis. Tres autem sunt notiones personales, id est constituentes personas, scilicet paternitas, filiatio, & processio. Nam communis spiratio, & innascibilitas, dicuntur notiones personarum, non autem personales, vt infrà magis † patebit.

* q. 33. a. 4. ad 3.

† q. 40. a. 1. ad 1.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd præter quatuor relationes oportet ponere aliam notionem, vt dictum * est.

* In corp. art.

AD SECVNDVM dicendum, quòd essentia in diuinis significatur vt res quędam, & similiter personæ significātur vt res quædam, sed notiones significantur, vt rationes notificantes personas. Et ideo, licèt dicatur, Deus vnus propter vnitatem essentiæ, & trinus, propter trinitatem personarum: non tamen dicitur quinus propter quinque notiones.

SVPER Q. XXXII. ART. III.

CONCL. Sunt quinque notiones in diuinis.

¶ PROB. Quia sunt duæ notiones propriæ patris, vna filij, vna spiritussancti, vna communis patri ac filio.

1m de maiori. Notiones. ℞. Sed nō omnes. §. Tuc &c. Nam vltra notiones, illa quatuor, quæ sunt relationes, est vna alia notio, s. innascibilitas, quæ non est relatio. Vide in corpore circa finem.

2m conclusio. Si ergo &cæt. quinus. ℞. Si illæ notiones significentur vt res: non, si significentur, vt rationes. §. Tunc nihil &c. Nam sunt tantum significatæ notiones, vt rationes: licet essentia, & personæ quoque significentur vt res, illa vt res absoluta, istæ vt res relatiuæ, vide suprà articulū 2. secundum & ex litera conijce, quid faciat diuersus modus significandi; quod & memorare pro semper.

Tertium

A D

3^m de antecedente 2^o Si autem differũt ratione tan-tum. R. & significentur, vt res: non aliter §. Tunc &c. Notiones enim significantur, vt rationes.

4^m de conclusione contra. Secundum hoc. R. si hoc dicit dignitatem, non aliter §. Tunc &c Non enim dicit dignitatem hoc, quod a spiritusancto nulla sit persona.

5^m de antecedente. Procedat. R. secundũ modum specialem diuersum, non, secũdum modum specialem eundem §. Tũc &c. Notio enim est principiũ speciale innotescendi, & ideo non ponitur ibi notio, vbi non est modus specialis. Vnde breuius potes dicere, nego consequentiam. Ratio est, quia non est simile de spiratione actiua patris, & filij & de processione filii & spiritus sancti a patre. Nam a patre procedit filius per modum generationis, spiritus sanctus autem per modum amoris. q. 27. ar. 2. & 4.

Q. 29. ar. 3

AD TERTIVM dicendum, q cũ sola oppositio relatiua faciat pluralitatem realem, in diuinis, plures proprietates vnius personæ, cum non opponantur adinuicem relatiuè, non differunt realiter. Nec tamen de inuicem prædicantur: quia significantur, vt diuersæ rationes personarum. Sicut etiam non dicimus, q attributum potentiæ sit attributum scientiæ, licet dicamus, q scientia sit potentia.

AD QVARTVM dicendum, q cum persona importet dignitatẽ, vt supra dictum est,* non potest accipi notio aliqua spiritus sancti ex hoc, quòd nulla persona est ab ipso. Hoc enim non pertinet ad dignitatem ipsius, sicut pertinet ad authoritatem patris, quòd sit a nullo.

AD QVINTVM dicendũ, q filius & spiritus sanctus non conueniunt in vno speciali modo existendi a patre, sicut pater, & filius conueniunt in uno speciali modo producendi spiritum sanctum. Id autem quod est principium innotescendi, oportet esse aliquid speciale, & ideo non est simile.

APPENDIX.

Ex articulo habes quomodo per rationes reijcias temeritatẽ illorũ, si qui forte inuenirentur qui notiones plures vel pauciores ponerent, quam quinque temerarij enim dicendi essent hi [si Melchiori Cano credimus] cum schola communis theologorũ quinque tantum notiones esse dicit. Vide sententiam ipsius Melchioris Cano supra in fine appendicis articuli secundi. Secundo habes, quomodo ostendas recte fuisse etiam in proposito notionum [quamuis tunc speciatim pro alia materia loqueretur] a Cõcilio Constantinopolitano 6. generali actio. 11. dictum sic. Non solum secundum sensum sequenda sunt sanctorum patrum dogmata, sed, & eisdem uocibus vtendum cum illis, nihilque penitus innouãdum. Temerarium ergo esse uidetur, etiam secundum Concilium discedere, absque euidenti ratione in re grauissima a communi sententia patrum, & Theologorum. Patres modo & Theologi illas notiones quinque solum asseruerũt, cum tamen propter hæreticorum instantias soliciti uehementer fuerint ad inuestigandas notiones, quibus diuinas personas exprimerent, & distinguerent. Vide de hoc, solicitudinem Augustini 1. de Trinitate capitulo 8. & libro quinto de trinitate capitulo 6. Dionysium primo de diuinis nominibus, notando tamen quod hic uocat nominationem quod D. August. notionem, uide & Hilarium in li. de syn. Tertio igitur vides, quomodo ex his uicissim stabiliatur, conclusio.

2 D. 931. 3

Comm. Cardinalis Caietani.

Titulus intendit de numero quinnario adęquate, ita q, neque plures neque pauciores sint notiones quam quinque.

¶ In corpore duo facit. Primo, respondet quæsito. Secundo ponit differentiam inter notiones, relationes, proprietates & notiones personales quo ad numerum.

¶ Quoad primum, conclusio responsiua quæsito affirmatiuè, est, Notiones sunt quinque, scilicet: innascibilitas, paternitas, communis spiratio, filiatio, & processio. Et probatur sic. Notio est propria ratio cognoscendi diuinam personam, ergo attenditur secundum originem, ergo secundum hæc duo, scilicet a quo alius, & qui ab alio, ergo sunt quinque. Antecedens est descriptio notionis superius exposita. Prima consequentia probatur, quia diuinę personæ multiplicantur secundum originem. Secunda autẽ, quia hæc duo spectant ad originem, & secundum ea innotescunt diuinę personæ. Tertia vero manifestatur singillatim ad singulas applicando personas utrũq; modũ originis. Et quoad psonam q.dẽ patris, ex illo mõ, qui ab alio, nõ positiuè, sed negatiue, habetur innascibilitas, ex illo uero, a quo alius, paternitas & spiratio, quo ad psonã verò filij, ex ly qui ab alio, habetur filiatio, ex ly vero, a quo habetur eadem spiratio. Quo ad personam verò spiritus sancti, ex li qui ab alio, habetur processio ex ly uero a quo alius, nec positiue, nec negatiuè aliqua ponitur, propter rationem subiunctã in responsione ad quartum.

¶ Quo ad secundum, determinatur & numerus simul cũ ipsis rebus numeratis illorum quatuor, s. notionis, relationis, proprietatis, & personalitatis, ut formaliter possit locutio interpretari: ne vnum confuse pro alio accipiatur. Et in litera satis clare patent. Si qua verò circa hæc sunt dubia constitutiua, aut circa innascibilitatem, inferius proprijs locis patebunt.

¶ Circa discussionem factam in litera post responsiones ad argumenta, occurrit dubium motum a Scoto in 28. dist. 1. q. 1. arg. 3. & hic in tactum. Quare, scilicet non est ponenda sexta notio, scilicet inspirabilitas communis patri & filio, sicut enim pater innotescit positiuè dupliciter & negatiuè negatione vtriusque originis, uel primæ earum: ita filius, cum sibi conueniat negatio unius earum, debet illa innotescere.

¶ Ad hoc dubium nihil inuenio a S. Th. dictum in spẽali respectu personæ filij. Inferius nanque q. 33. art. 4 Et in 1. sen. dist. 28. q. 1. ar. 1. solutionem huius dubij dedit inquantum tangit personam patris dicens q innascibilitas importat negationem vtriusq; originis. Ex hoc. n. manifestè patet, q in patre non est opus inspirabilitate Sed præsens dubium est de persona filij. Ea quoque, quæ de sufficientia notionum 26. distin. 1. dicit, male possent ad hoc applicari. Tum, quia etiam inspirabilitas dicit aliquid speciale, est enim negatio in genere &c. Tum, quia etiam innascibilitas conceditur a S. Tho. notio, ut est negatio natiuitatis, vt patet infra Scotus autem ubi supra, quasi vellet introducere sextam notionem, non audet tamen se contra torrentem opponere doctorum, quinque tantum notiones approbantium Vnde, nisi (inqt) assignetur aliqua ratio de hoc, sexta erit concedenda notitio. Videtur autem mihi, quod sufficiens habetur ratio, quare inspirabilitas non est ponenda inter notiones.

¶ Ad cuius euidentiam scito, q cum notio innotescendi gratia ponenda sit (ut eius nomen ostendit) & priuatio per habitum, negatioque per affirmationem naturaliter cognoscatur, & non econuerso, consequens est, q negationes modorum originis, inter notiones computari regulariter non debent, in cuius signũ persona spiritus sancti una tantum notionem habet, & tamen sibi conuenit negatio natiuitatis filio conuenientis. Et quoniam inspirabilitas negatio quædam est, ideo inter notiones locum habere nõ debet. Quod autem innascibilitas notio posita sit negatiua, pręter regulariter, est propter tres singulares rationes locum non habentes in alijs negationibus. Prima est, quia persona patris sola se habet in trinitate in ratione primi principij. solus enim pater ibi est principium, non de principio. Et propterea, tum quia ratio primi optimè per negationem notificatur. Tum ad commendandam hanc tantam patris authoritatem propter quam secundum Hilarium maior dicitur filio, & Filius in Euangelio solitus est omnia referre ad patrem, & Ecclesia omnes ferè orationes ad patrem dirigit, merito huiusmodi negatio notio posita est. Et hęc ratio tangitur in litera, in responsione ad quartum in calcę, & in 1. sent. vbi supra. Secunda ratio est propter uariam connexionem istorum terminorum in communi. s. pater & ingenitus. hæc enim duo separata inueniuntur apud nos, omnis enim pater est genitus. i. ab alio, vel etiam genitus proprie, excepto Adam, qui fuit pater & ingenitus. Ex proprijs tamen rationibus coniungi possunt, & in paterna persona iuncta sunt, non sic autem est de filio, & inspirabili, hæc enim ubique connexa sunt, & ideo merito negatio illa inter notiones numerata est. Et sumitur hæc ratio ex August. 5. de Trin. c. 8. Tertia ratio ex Hilario in lib. de synodis, ad commendandam unitatem diuinę naturæ, ponendo siquidem innascibilem vnam personam, ponitur unum principium, & caput in natura diuina. Inquit enim Hilarius, quod ponere duos innascibiles, est ponere plures deos, & plures naturas diuinas, ac per hoc, ponere vnam innascibilem commendat unitatem diuinæ naturę, propter quod, sacri doctores non qualitercunque ponunt innascibilitatem esse notionem, sed ut propria est patri, ita q nec essentiæ, nec spiritui san. conuenit. Accessit forte ad hæc, q nominibus pro proprijs processionis spiritussancti caremus. Quia igitur rationem

Papa Honorio. III. anno Domini 122. in bulla incipient. Honorius &c. Cusentino archiepiscopo & Episcopo Bisiniacensi. Ex parte dilectorum filiorum Abbatum &c. Dat. Lateran. 13. Kalendas Ianuarij, anno quinto. Vide D. Franciscum peniam super Direct. inquisi. 1. par. schol. 1. Ecce ergo, quod scientia supradicta requiritur ad faciendum q aliquis sit hæreticus, & q ignorantia præmissa excusat. Ecce ergo, q bonus affectus etiam errantes excusat, & quod a contrario sensu, malus affectus, [de quo supra,] etiam non errantes accusat. Conclude igitur ex supra dictis: q ad hoc, quod aliquis sit vere hæreticus, requiritur primò, quod quod sciat, aliquid esse contra fidem Romanæ Ecclesiæ, & consequenter q sciat, illud esse falsum secundum Romanam Ecclesiã. Secundo autem, quod teneat firmiter, illud esse verum secundum opinionem propriam. Ex hoc quo ad iam determinata per ipsam Ecclesiam. Quantum vero ad nondum determinata, dictum est hic superius aperte satis de affectu alicuius bono. vel malo.

1^m de minori. Errore R. Vel periculoso hæresis vel absq; hæresis periculo §. Tunc &c. vt patet per conclusiones. Pro responsi captu scias, q ipsum loquitur de periculo hæresis non secundum propositionem opinatam, sed secundum opinantem. Potest siquidem propositio opinata esse hæresis, & tamen opinans illam non erit hæreticus ex hoc, quia eam esse hæresim non aduertit, nec ea est de pertinentibus directe ad fidem [alias dic. Nec iste est obligatus scire specialiter. Verũ hæc sit contra fidem,] nec eius contrarium est ab Ecclesia determinatum de fide. Vide supra corollarium ex corpore deductum.

Tria faciũt q errans nõ erit hæreticus.

2^m conclusio. Ergo nec circa notiones. R. Si notiones eodem modo pertinerent ad fidem, sicut personæ § Tunc &c. Nam personæ pertinent directe ad fidem, cum non possit sine personis credi Deus trinus & vnus, nec incarnatio filii Dei, quæ sunt duo principalissima in fide, notiones autem indirecte. In signum huius omnes sunt obligati explicite credere illa duo [2. 2. q. 2. ar. 5. 6. 7. 8.] non autem notiones. Ergo non excusatur quis ab hæresi, si de personis, & consequenter de aliis manifestis articulis fidei in symbolo apostolorum contentis, opinatus contrarium fuerit: qui tamen excusari poterit, si de alijs puta notionibus &c si non intendat tenere, contra Ecclesiam, sed secundum illam. Vide, corollarium, supra.

Hæreticus non similiter iudicandus omnis ex omni.

APPENDIX.

Veil. pro S. Eccl.

EX articulo habes: primo quomodo per rationem ostendas aliquem, & aliquem esse vel non esse hæreticum. Item, quomodo reijcias hæresim Iohannis Vuesphali, hanc s. Ecclesiam vniuersalem non habere authoritatem exponendi verba Christi. Item Caluini [vt refert Melchior Cano de locis theol. lib. 2. ca. 6.] perniciosiorem illam dicentis. s. vanissimum commentum est penes Ecclesiam potestatem esse iudicandæ sacræ scripturę quasi ab eius nutu scripturæ certitudo pendeat. Item Lutheri in li. de captiuitatis Babylonica [vt ait Melchior vbi supra. cap. 7.] illam, s. Ecclesiam potestatem habere discernendi quidem verbi Dei, sed non proinde iudicem esse. Item Sectariorum dicentium. Ecclesiæ constitutiones acceremonias non acceptandas. Itẽ Ioannis Vues. Albanensium atque Lutheri dicentium Ecclesiæ prælatos non, habere a Christo authoritatem condendi canones, siue leges. Itẽ Armenorum dicentium Ecclesiam catholicam & veram non esse apud latinos. Item Hieronymi Pragensis dicentis, Ecclesiam Romanam non esse caput omnium ecclesiarum: Ipsamque longe esse a traditionibus apostolorum. Item Iohannis Vuesphali dicentis, Ecclesiam errare posse, & aliquando errasse, nec tantam esse Ecclesiæ certitudinem in definiendo, vt errare non possit. Itẽ hæresim Iohannis Huss. [Concilium Constantiense sessio. 15.] Ecclesiastica obseruantia est obedientia secundum adinuentionem sacerdotum Ecclesiæ præter authoritatem expressam sacræ scripturæ. Si enim determinari potest per ecclesiam aliquid esse contra fidem, si huic determinationi standum, est ita, vt contrarium habeatur pro hæresi, & ut sentiens contrarium sit hæreticus [ut dicit articulus,] profectò ex hac præsenti Angelica doctrina omnes hæreses pręmissæ profligantur, tenendo etiam firmiter quod sanctus hic per ecclesiam intelligit latinam, & Romanam, cuius correctioni moriens totam suam doctrinam supposuit. Secundo habes quomodo demonstres hanc ipsam doctrinam esse conformem concilijs, & aliis damnantibus prædictos errores, uidelicet Concilio Constantiensi sess. 15. damnanti præmissum dogma Io. Huss. & Papæ Lucio primo in epistola prima ad Episcopos Galliç & Hispaniæ dicenti, Romana Ecclesia est apostolica mater omnium Ecclesiarum, quę a tramite apostolicę traditionis nunquã errasse probatur, nec hæreticis nouitatibus deprauata succubuit secundum ipsius Domini Saluatoris diuinam pollicitationem, qui principi discipulorum dixit Petre ecce sathanas &c. Ego autem rogaui pro te vt non deficiat fides tua. Hæc ibi: et Papæ Innoc. III. extra de baptis. & eius effect. dicenti. Maiores Ecclesiæ causas præsertim articulos fidei contingentes ad Petri sedem referendas intelligit, qui eum quærenti Domino, quem discipuli dicerent ipsum esse, respondisse notauit, tu es Christus filius Dei viui, & pro eo Dominum exorasse ne deficiat fides eius. Hæc ibi. Item libro decretorum 17. dist. Huic soli sedi. item 24. q. 1. quoties. & cap. Pudenda. vbi ex B. Augustino papa Liberius in fine dicit. Restat, ut, quoniam Ecclesia nulla esse non potest, ea sit quã in sedis Apostolicæ per successores Episcoporum radice constitutam hominum nullorum malitia ullo modo ualeat extinguere. & Matth. 16. Christo de Ecclesia sua Petro commissa dicenti, Portæ inferni non præualebunt aduersus eam. & Felici primo Papæ in epistola ad Benignum episcopum dicenti. Hæc Apostolica Ecclesia mater omnium Ecclesiarum per Dei omnipotentis gratiã ut in exordio normam fidei Christianę ab Apostolorum Christi principibus percepit, illibata manet. Hæc ibi. recta ergo fide & Inquisitoribus hæreticæ prauitatis, ex quorum sententia Iohannes Vuesphalus supradictus damnatus est. Moguntiæ propter errores præmissos, ac libri eius propter multas hæreses inibi repertas exusti. & Concilio Viennensi sub Papa Clemente quinto, a quo damnatur error dicens, illos qui sunt in statu perfectionis esse in spiritu libertatis, non esse humanæ subiectos obedientię. Clemen. de hęret. cap. ad nostrum & Concilio Constantiensi in sess. 8. errorem hunc, s. Decretales epistolę sunt apocryphę & seducunt a Christi fide & clerici sunt stulti qui student eis, lata sententia cõdemnanti. Item a Christo authoritatem Ecclesię dãnati in hęc uerba. Quęcumque ligaueritis super terram, erunt ligata & in cœlo, & ubi sunt duo uel tres congregati in nomine meo in medio eorum sum. Matth. 18. In quibus uerbis promittit ecclesiæ assistentiam suam diuinam, qua s. condere bonas leges possit, atque in fide ac moribus non possit errare. Item ab hac ratione efficacissima [vt interim taceamus decreta summorum Pontificũ atque conciliorum de hoc, quoniam hęretici illos, atque ista, non recipiunt, pręsertim cum suos ipsorum hęreticorum e diametro damnant errores, quę portas omnes has inferorum, uelint, nolint apertissime conuincit. Percontemur, ergo a supradictis, similibusque hęreticis, vtrum sit modus aliquis certus, quo in fide errans doceri possit, ita. s. vt reuocatus ab errore certam teneat fidei regulam. Respondeant ipsi, ut gladius eorum intret in corda ipsorum, & arcus eorum confringatur, ut impleatur facies eorum ignominia, si quando in se reuersi quærant nomen tuum Domine. Si. n. respondendo dicant: nullum modum talem, qualẽ quęsiuimus, esse certum, duo, & quidem maxima sequuntur inconuenientia. Primum, q non recte, & sufficienter Ecclesię suæ Deus prouiderit [id quod ẽt somniare, blasphemia grandis est, qñquidem nec natura creata, secundum philosophum, deficit in necessariis.] 2m, q nemo, quantumcunq; in fide erret, per hoc reuera peccabit, qm inuincibili seu irremediabili laborat ignorantia Nã impium est, asserere, q Deus aliquem obligauerit ad illud, q sibi homini impossibile est. Vnde si nulla est huic uia certa per quam ab errore suo reuocari possit, erit huic impossibile pariter certam tenere fidei regulam. Ergo, cum fide iste caruerit, nõ erit ex hoc peccati reus. Sin autem istud inconueniens magnum duplex uitare cupientes aduersarii respondendo dicãt, aliquem esse modum talem, qualem quęsiuimus, quo uidelicet homo doceri possit, ut relicto errore suo ad rectam fidem redeat, percontandum adhuc erit ab eis, utrum doctrina hęc futura sit alicuius hominis particularis, nec ne. Quod non particularis, utiq; respondebunt, si sapiant, qm quilibet homo particularis, ut sic, etiam Papa [non tamen vnquam ut Papa] errare potest in fide. Restat igitur solũ q præmissa doctrina sit hominis uniuersalis. i. Papæ ut Papæ, seu Concilij generalis per Papam legitimè congregati atq; confirmati dist. 17. per multa capitula, q quidem concilium totam sanctã Ecclesiam repræsentat, utpote papali [ut sic] authoritate fultum. Concludendum itaque erit, q uia certa non errandi, immo & ab errorib. emergendi, est Romani Pontificis ut sic, uel Concilij generalis, rite facti definitio. Ecce uia. Ecce modus. Quod si ista uia non sit certa, i. si possit errare in fide, adhuc essemus dubii de itinere nostræ salutis, & consequenter inconuenientia, duo blasphema quæ supradicta sunt, reuerterentur. Quo facto, etiam semper hęsitantes essemus, ac [quod tamen Iacobus apostolus detestatur maximè] similes fluctui maris, qui a uento mouetur, & circumfertur. Quomodo tunc obtemperare possemus apostolo Paulo nos commonenti, ut non simus paruuli fluctuantes, & circunferamur omni uento doctrinæ in astutia hominum ad circunuentionem erroris? Aut quomodo tunc eiusdem præceptum seruare poterimus clamantis ad nos doctrinis uariis. & peregrinis nolite abduci, optimum est enim gratia stabilire cor? Quæ uia tunc nobis stabiliendi cor, si nullus rex sit inter nos, sed unusquisque faciat, & credat, quod sibiipsi rectum uidetur? Quomodo tunc, secundum apostoli mandatum, dicemus omnes idipsum, & non erũt in nobis schismata? Quomodo dicentibus, Ecce hic Christus, ecce illic. Ecce in deserto, ecce in penetralibus, respondebimus, & inter tanta discrimina nos taliter alloquentium securi euademus, cum tamen Christus ipse tanquam nostrorum temporum uerus ac proprius propheta nobis edicat, surgent pseudoprophetæ, & pseudo

De ecclesia eiusque iudicio, & authoritate, ac eminentia.

Conc. Viẽné. Constãtiense.

Rõ efficacissima pro eccl. cõtra hostes suos

Psal. 36. Psalm. 82.

Impietas magna.

An sit in terris aliqua certa regula fid.

Vide, q inconuenientia necesse est seq sublato iudicio ecclesiæ sãctæ.

pseudo Christi [portę.s.inferorum] & dicent. Ecce hic Christus, ecce illic, Ecce in deserto, ecce in penetrabilibus, Nolite exire, nolite credere? Nolite [inquit] exigere. Vnde? A uia recta. Nolite credere, Quibus? Talibus uos a uia recta extrahere astutia serpentina tentantibus. Ergo uia recta, regula certa, modus tamen reperiri necesse est ex p̄missis tum apostolicis tum Christi metipsius uerbis, qua uia, qua regula, quove modo, seruatis, & inclamantes hostes [ut supra] affatim deridere, & semitam uitę æternæ, tutò apprehendere valeamus. Cæterum his auditis, inquit Lutherus & sui, Viam certā immo certissimam pro fide sana amplexanda & erroribus euitandis, tanquam a prędictorum ueritate coacti concedimus, atque uiam hanc esse scrutinium scripturarū firmiter asseueramus, & penes has iudicium omne ad contentiones de fide submouendas stare decernimus, quia Christus dixit, scrutamini scripturas, quoniam illę testimonium perhibēt de me, ô bellum hominem, atque furioso similem, qui suo se transfodit gladio, quasi alterum inuadere uolens, Nunquid non bene de talibus furiosis prophetauit Dauid [ut sup. attulimus.] dicens, Gladius eorum intret in corda ipsorum? Audi, Ex illa authoritate habetur solum, quod scripturæ tenent locum testiū, & non iudicis, quia Christus ibi non dixit, Scrutamini scripturas, q̄m illæ iudicium ferunt de me, Sed dixit Scrutamini scripturas, quoniam illę testimonium perhibent de me. Si ergo scrutatus fuisset Lutherus hanc authoritatem, quam ipse adducit, eandem hanc ipse contra se non contra nos, pro nobis, nō pro se stare uidisset, & consequenter hanc pro se, tanquam de ignorantia certissima ad literam ipsam conuincendus, adducere erubuisset, si tamē uoluisset intelligere, ut bene ageret. Si enim scripturę testes [dicente Christo,] scripturę ipsę ob hoc iudicem alium a se uolūt, quoniam testes ex eo quod testes, iudicem qui secundum ipsorū testimonium sententiam ferat, expectant. Testium siquidem non est sententiam ferre, sed tm̄ testimonium dicere, ad iudicem uerò spectat audire dicta testium, atque seruatis hisque diligenter & auditis & consideratis iuxta illorum testimonium sententiam diffinitiuam proferre. Quocirca fatendum utique, iuxta scripturarū sacrarum testimonium sententiam esse dicendam, uerum opus fore iudice aliquo, qui testiū dicta audiat, inquirat, scrutetur. Hoc .n. iudice sublato, nec etiam ex sacrarum literarum testimonio fidei certitudo potest haberi, quoniam ipsum eundē scripturæ locum pro suo quisque arbitratu interpretabitur. Nunquid nō Brētius id pessime docuit dicens. Vnumquemque scripturā sacram pro suo arbitratu posse interpretari? Nunquid non & temeritas Babylonica sectariorum fuit, quod scripturam sacram ac uerbum Dei tractare licet laicis etiam mulieribus æque, ac sacerdotibus? Arrius certe multos scripturarū sanctarum locos, pro sui erroris confirmatione afferebat, Sabellius, itē &c. Nestorius [si Gennadio, in Catalogo scriptorum ecclesiasticorum credimus] sexaginta scripturæ testimoniis suam hæresim stabilire conabatur. Et quis hæreticus errorem suum non conatus est scripturæ authoritatibus probare illumque nobis pro ueritate summa uēditare? Nec mirum, quoniam hæreticorum omniū caput, & magister diabolus hoc ipsum discipulos suos docuit, dū in sēsu extorto scripturam [Angelis suis Deus mandauit de te &c.] attulit impudenter, ut Catholicorum omnium patrem atque pastorem Christū in errorem pręcipitē daret [Mat. 4. uide ibi expositionē S. Tho. continuam super Euangelium B. Matthæi.] Vnde si quempiā hęreticum noua cudentem interroges, qūo probas quod catholicæ Ecclesiæ antiquā hanc fidē dimittere debeant? statim ti mille testimonia, mille exēpla, mille affert authoritates de lege, de psalmis, de prophetis, de Apostolis quib. malo sensu deprauatis suū pestiferū dogma stabiliat. Qūo igitur scriptura tunc poterit esse iudex, cum ea pro libito hæreticus iuxta atq, catholicus vtatur? Arrius & Athanasius inter se de consubstantialitate filii patrisq; diuini contendunt. Arrius pro se affert illud Christi dictum, Pater maior me est. Athanasius, suam & catholicam fidem cōfirmat per id a Christo dictum, Ego & Pater unū sumus. Vterq; se scrutatum fuisse, scripturas affirmat, & q̄ ille testimonium perhibet de sua doctrina. Non ergo sufficiens est & certa uia, scrutinium scripturarū, q̄m eas pro suo quisq; arbitratu interpretatur. Opus itaq; iudice summo est, qui sententiā de illarum scripturarum interpretatione dicat, quis nam illarum sensus uerus sit quisue falsus. Is aūt iudex, ut nos certos de sua sententia reddat, talis necessario esse debet, ut & falli non possit, & ei oēs [nullo dempto] in hoc obedire teneantur. Particularis ergo homo non erit, q̄m quicunq; is sit, ut particularis est, falli potest. Erit ergo de necessitate homo uniuersalis. i. omnibus, hominibus prælatus, i. Romanus Pontifex, qui, ut sic, errare in fide non potest, dicente Christo. Ego rogaui pro te Petre [per hunc intelliguntur omnes Romani pontifices, ut ex Conc. Flor. habetur. sess. ult.] ut non deficiat fides tua, unde in 24. q. 1. Hæc est, dicitur sancta Romana Ecclesia quæ semper immaculata permansit, Dño prouidente & B. Apostolo Petro opem ferente, in futuro manebit, sine vlla hæreticorum insultatione [pręualente.] atq; firma & immobilis omni tempore persistet. Hęc ibi. Vide omnino Veritates Aureas super legem veterem, Deuteron. 17. conclu. 7. 8. 9.

Conf. tanquam turris Dauid uallata ppugnaculis forma.

Lut. furiosus quo.

Scripturæ & testes sunt & iudicem alium exposcunt.

Officium testis iudicis.

Venisse ad uos in uestimentis ouiū &c.

Magister hęr. serpēs antiquus.

Exempla opt. cōcludentia ppositū contra Luth. supr.

Homo uniuersalis.

¶Per Romanum verò pontificem quem dicebamus, intellige etiam Concilium generale ipsi capiti connexum. Talis ergo iudex necessarius est, in terris falli in fide non potest, & omnes ei credere tenentur, ut habetur ex Deuteronomii capitu. 17. Hinc meritò a Constantiensi Concilio sessio. 8. damnatur Iohannis Vuiclef hęresis illa. Nō est de necessitate salutis credere Romanā Ecclesiam esse supremā inter alias Ecclesias, & ab eodem sess. 15. damnatur Ioannis Huss. hæresis illa. Petrus non fuit neque est caput Ecclesię sanctæ catholicæ, & illa eiusdē ab eodem ibidem, scilicet. Non est scintilla apparentiæ quod oporteat esse unum caput in spiritualibus regens Ecclesiam, quod semper cum ipsa militante Ecclesia conuersetur & conseruetur, & illa eiusdem ab eodem ibidem, s. obedientia ecclesiastica est obediēs secūdum adinuentionem sacerdotum Ecclesiæ præter expressam authoritatē scripturæ. O solers scripturarum indagator. Quid igitur sibi uult Christus, Lu. 10. dicens. Qui vos audit, me audit, & qui uos spernit, me spernit? Nunquid ad solos Apostolos loquebatur, qui usque ad consummationē sæculi futuri personaliter non erant, an ad oēs apostolorū discipulorūque successores, q in apostolis discipulisque repræsentabant. Audi Christū ipsum hoc q̄stiū decidentem. Quod uobis (inquit) dico, omnib. dico. Præterea, nunqd pro sacerdotum legalium obedientia zelare magis dicendus est Christus, quam pro suorum sacerdotū eorum dignitatem infinito interuallo superexcedētium? Et tamen de obedientia erga eos seruanda, quia prælati sunt, omnibus dicit. Quęcūque nobis dixerint seruate, & facite. Quia uere discoli sunt. Secūdum opera (inquit) eorum nolite facere. Plena sunt omnia scripturæ sanctę uolumina quæ nobis obediētiā Ecclesiasticam inculcāt, ita: ut de tanta Huss. vel ignorantia, vel impudētia, vel vtraque simul ualde mirandum sit. Cæterum unam tantum, scilicet Deuteronom. 17. [quam supra innuimus,] authoritatem adducamus in medium, quæ si (ut decet) ad præmissa applicaueris, obmutescere faciet Hussitarum os loquētium iniqua. Si difficile (inquit) & ambiguum apud te iudicium esse perspexeris inter sanguinem & sanguinem, causam & causam, lepram & non lepram, & iudicum intra portas tuas uideris verba uariari, surge, & ascende ad locum, quem elegerit dominus Deus tuus, veniesque ad sacerdotes Leuitici generis & ad iudicem, qui fuerit illo tempore, quæresque ab eis, qui indicabunt tibi iudicii veritatem, & facies quodcūque dixerint, qui præsunt loco quem elegerit Dominus, & docuerint te iuxta legem eius, sequerisque sententiam eorum nec declinabis ad dexteram neque ad sinistram. Qui autem superbierit nolens obedire sacerdotis imperio, qui eo tempore ministrat domino Deo tuo ex Decreto iudicis morietur homo ille, & auferet malum de Israel, cunctusque populus audiens timebit, ut nullus deinceps intumescat superbia. Hæc ibi. Iudicem hunc Papa Bonifacius octauo, in extrauagan. Vnum sanctum, intellexit esse Romanum pontificem. Ibi enim condemnans istam hæresim. s. Pontifici Romano non omnes fideles esse subiectos, declarat omnem humanam creaturam Pontifici Romano subesse, esse de necessitate salutis. Hoc & definit Concilium Flo. infra. Quid tandem Apostolus ad pedes Gamalielis edoctus, qui aliquando persequebatur Ecclesiam, qui ad tertium cęlum euectus secreta magna audiuit. Quid de Ecclesia tantopere ab ipso olim afflicta scribit? In illa, quæ est ad Timothæum prima, epistola capitulo tertio sic habet, ut scias, quomodo te oporteat in domo Dei conuersari, quæ est Ecclesia Dei uiui, columna, & firmamentum ueritatis. Si Ecclesia Dei uiui, [Hæc committitur Petro Matth. 16. quam ecclesiam suam inibi uocat filius Dei uiui,] si, inquam, ecclesia hæc columna est, & firmamentum ueritatis, conuincitur utique ex Apostolo quod ipsa errore aliquo fidei inuolui non potest. Impossibile nāque est, ut id, quod est columna & firmamentum ueritatis, erret. Alioquin, si admittatur error in eo, iam implicatur contradictio, idest iam non est columna & firmamentum ueritatis. Pro tali ueritate scripturarum zelo Dei accēsus Sixtus quartus post diutinam grauemque examinationem damnauit Petri Oxoniensis hæresim hanc, scilicet Ecclesia urbis Romæ errare potest, & ipsemet Petrus tunc hæresim prædictam, secundum formam canonum, abiurauit. Vide summam conciliorum in uita Sixti Quarti. Talem in ueritate stabilitatem designatam habuisti & in Deuteronomio supra, ubi dicit, standum fore sententiæ iudicis, qui in loco electo a Dño pro tpe præsidet, nec declinandum ab eius obediētia neq; ad dexterā neq; ad sinistrā. Et hoc sub pęna mortis publicæ ex. Decreto eiusdem sacerdotis iudicis infligendæ. Et nota quod licet faciat mentionem de aliis sacerdotibus, tamen totum negotium iudicii finaliter reducendum docet ad unum solum sacerdotem, cuius imperio, ab omnibus obediendum est. Quid est hoc nisi quod Romanus pontifex est supremus iudex in fide, cuius authoritate omnia firmantur in terris, & sine quo etiam Concilia generalia nihil sunt, Distinctio. 17. Romam enim esse locum illum a Deo electum pro sede Petri ac successorum, habes apertissime 24. qu. 1. Rogamus. Habes, & hoc in præfatione Nicæni Conc. i. ubi dicitur. Romana Ecclesia nullis synodicis decretis prælata

Conclusio catholica.

Hær. dā. a Concilio.

Authoritas aurea pro papæ. Conc. legitimis, contra omnes rebelles & icredulos.

Implicat contradictionem secundum Apostolū ecclesiam aliq̄n errare in fide.

Locus electus a Domino pro sede Petri est Roma.

prælata est cæteris ecclesiis: sed euangelica voce Domini & Saluatoris nostri primatum obtinuit, vbi dixit B. Petro Apostolo. Tu es Petrus, &c. Addibita est etiam societas in eadem Romana urbe beatissimi Apostoli Pauli, qui vno die vnoque tempore gloriosa morte cum Petro sub Nerone agonizans coronatus est. Et ambo pariter Ecclesiam Romanam Christo Domino consecrarunt; aliisque omnibus vrbibus in vniuerso mundo eam sua præsentia atque venerando triumpho prætulerunt. Hæc ibi Nicænæ huic synodo 318. Patrum vide concordes Constantinopolitanam primam 150. patrum cano. quinto, Ephesinam primam. 200. patrum, cano. 6. Calcedonẽsem. 630. patrum actione Secũda. Tertia vbi & confirmari propria decreta petit a Leone, pontifice Romano. Vide etiam (si vis) vltra ista quatuor Concilia principalia, singula quæque legitime facta. Demum ad solemnissimum illud Edictum Constantini verè Magni, quod in primo volumine Cõciliorum asseruatur, oculos intende, & ab Imperatore primo in Græcia residente, quid de reliquis ecclesijs respectu Romanæ sentiat, quidve successoribus imperij erga S. R. Ecclesiam, quanta pollet potestate, custodiendum semper pro debita reuerẽtia præcipiendo præcipiat, ibi tu clare videbis, vidensque miraberis, qua fronte quoue supercilio, tanquam alicui fundamento subnixi ecclesiã suã præferre aut saltẽ æquare Romanæ Ecclesiæ Græci cõtendant. Si Imperator eorum Constantinus Romanam, si eodem Augusto præsente Concilium Nicænum Romanam si sub Gratiano, & Theodosio Imperatoribus Constantinopolitanum primum non seipsum æquauit, sed Romanum prætulit, si Euaristus, Thelesphorus, Higinius, Eleutherius, Antherus, Sixtus secundus, Eusebius Romani Pontifices vndecim ab anno Domini, 101. vsq; ad 740. ex Græcis assumptis (scilicet Anacletus, Zosimus, Ioannes sextus, Zacharias) hanc ipsam Romanam pro prima cognoscunt & prædicant. Si Concilium Florentinum vna cum Græcis, eorum Patriarcha, Imperatore, alijsque suis præsulibus. sess. vlt. sollennissima publicè vno ore conclamat sanctam Apostolicam sedem, Romanum Pontificem in vniuersum orbem tenere primatum, Rom. pontificem esse successorem beati Petri principis Apostolorum; Verum Christi vicarium, Totius Ecclesiæ caput omnium Christianorum patrem ac doctorem, Romano Pontifici in B. Petro pascendi, regendi, & gubernandi vniuersalem Ecclesiam a Domino nostro Iesu Christo plenam potestatem traditam esse, quemadmodum etiam in gestis œcumenicorũ Conciliorum, & in sacris canonibus continetur. Si omnia hæc, inquam, Græcis regionibus cognata veritatem carni & sanguini pse rentes

Cõc. Nic. Cõstant. & Eph. Calc.

Edictũ Cõstã. memorãdo.

rentes Romanæ sedis primatum reuerenter honorant, quę tanta cœcitas & superbia Luciferina, in filiis: Vt transgredi ausint terminos patrum suorum tanquam plus nimio innixi prudẽtia suæ? Saltem suis ipsorum Doctoribus aurem accommodarent: Vt uel sic insipientes minus haberentur, & essent. Audi, Iohannes Chrysostomus, sanctus, & Doct. Græcus, Episcopusque Constantinopolitanus, homil. 55. super Matthæum & 87. super Iohann. & de laud. Pauli. Petrum vocat omnium Apostolorum os, Caput verticem, principem totius consortii, Ecclesiæ caput, pastorem, totius orbis magistrum, & eum, cui promissa sunt, quæ solius Dei sunt. Eusebius item Græcus & Episcopus lib. 2. Ecclesiasticæ histor. c. 14. Petrum vocat omnium Apostolorum probatissimum, maximum, primorum principem, Ducem & magistrum militię Dei. scientem diuina prælia gerere, virtutum Castra ductare. Cyrillus, & ipse sanctus Doctor Episcopus Hyerosolimitanus, apud Ephesinam synodum tam magnus. Petrus (inquit) vt caput principsque cæterorum Apostolorũ exclamauit. Tu es Christus filius Dei viui. Dionysius Areopagita sanctus, Doctor cælebertimus Episcopus Atheniẽsis & postea Parisiorum, martyrque gloriosus, Petrum summum prę cæteris uocat, quandoque uerticalem Petrum. Hic in epistola ad Timothæum de Martyrio Apostolorum Petri & Pauli tractans in ipso discessu eorum ab inuicem Paulum Petro salutem dixisse, hoc modo ait: Pax tibi fundamentum Ecclesiarum, pastor ouium, & agnorum Christi. Petrus, autem Paulum nõ fundamentum Ecclesiarum, alioquin magnum coapostolum resalutando vocauit. Vade, inquit, in pace prædicator bonorum morum, mediator, & uia salutis iustorum. Basilius ille magnus lib. 2. aduersus Eunomium, Petrus, inquit ecclesię in seipso ædificationem suscepit Sanctus Athanasius Doctor, & ipse Græcus, Episcopus Alexandrinus Liberio Romano pontifici scribens, in eius & singulorum Romanorum pontificum persona, ait. Vobis uniuersalis a Christo Iesu, cõmissa est ecclesia, Sunt alii Doctores Gręci eam ipsam veritatem profitentes, atq; docentes, sed pro nunc ista sufficiant. Vide Varietates aureas super legem veterem, Leuitic, 21. concl. 2. per totum, Dilucidũ est itaq; tot scripturarum tot Conciliorũ tot Doctorũ ẽt Græcorum calculis Romanam Ecclesiam cui Petri successor pro tẽpore præficitur, esse illam veram ecclesiam, cuius iudicio in causa fidei, sub pœna hæresis [ut in præsenti articulo determinat Diuus Thomas] firmiter standum est. Tertio denique uides, quomodo ex his omnibus uicissim Angelica doctrina præsens declaretur, atq; confirmetur.

Salutãs se ultimo S. Petrus, & Paulus.

Epilogalis conclusio ex omnib.

Comm. Cardinalis Caietani.

Titulus clarus est.

¶ In corpore duo facit. Primò docet in communi, in qua fidei materia liceat, uel non liceat contrariè opinari. Secundò respondet quæsito.

¶ Quo ad primum duplex ponit genus pertinẽtium ad fidẽ, directè & indirectè. De primo genere dicit, quod opinari falsum, est hæresis, & maximè adiuncta pertinacia. De secundo verò dicit duo, primo, quod antequam consideretur, seu determinatũ sit, consequi aliquid contrariũ fidei, opinari falsum, non est hęresis maximè sine pertinacia. Secundum est, quòd error huiusmodi post manifestationem, aut Ecclesiæ determinationem, est hæresis. Et ex his deducitur corollarie, ꝙ multa hodie reputantur hæretica, &c.

¶ Aduerte hic, quòd ad rationem hæresis in se, sufficit quod sit error in his quæ sunt fidei, sed ad rationem hæretici formaliter requiritur ultra hæc pertinacia, & propterea in litera p modum additionis adiungitur, si adsit, aut absit, pertinacia. Rursus in secundo genere, quando de est determinatio ecclesiæ, nõ uocatur manifestum consequi aliquid contrarium fidei ex aliqua positione, ex hoc quod multi doctores credunt sic, aliis oppositũ sentientibus. Vnde, in huiusmodi falsum opinãtes non solum ab hæresi, sed etiam a peccato excusantur, qui iuxta gradum sui quantum cognoscunt rationabiliorem uiam arbitrantur se sequi, salua ecclesiæ reuerentia.

¶ Quo ad secundum, conclusio responsiua est, ꝙ licet contrariè opinari de notionibus, si nihil est, aut consideratur consequẽs cõtrariũ fidei, & probatur, quia notiones sunt in secundo genere.

S. Bon. 1. s. dist. 29. q. 1. ar. 1.
Alens. 1. p. q. 70. md. 1. ar. 2.
Scot. 1. s. d. 29. q. 1.
Riccar. 1. s. d. 29. q. 1.
Duran. 1. s. d. 29. q. 1.
Aeg. 1. s. dist. 29. q. 1. in princ.
Cap. 1. d. 29. q. 1. con. 2. & 4.
Bonnet q. 33. a. 1.
Pet. de Pal. 1. s. dist. 29. quæst. 2.

SVP. Q. XXXIII. ART. I.

CONC. Pater est principium.

¶ PROB. Quia pater est, a quo aliquid procedit, & hoc nomeñ principium significat id, a quo aliquid procedit.

Primum

QVAESTIO XXXIII.

De persona patris, in quatuor articulos diuisa.

CONSEQVENTER cõsiderandum est de personis in speciali. Et primo circa personam patris.

CIRCA quam quæruntur quatuor.

¶ Primò. Vtrum patri competat esse principium.

¶ Secundò. Vtrum persona patris propriè significetur hoc nomine, pater.

¶ Tertiò. Vtrum per prius dicatur in diuinis pater, secundum, quod sumitur personaliter, quã secundum quod sumitur essentialiter.

¶ Quartò. Vtrum sit proprium patri, esse ingenitum.

ARTICVLVS PRIMVS.

Vtrum competat patri esse principium.

185
Infr. q. 36. ar. 4. & 1. d. 29. ar. 2. & op. 1. c. 2. & po. q. 10. a. 1. 8. 10.
Ex li. 4. Meta. text. 3. to. 3.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur, ꝙ pater non possit dici principium filii, uel spiritussancti. Principium enim & causa idem sunt secundum Philosophum Sed non dicimus patrem esse causam filii. Ergo non debet

1m de maiori. Item sunt. ℞. secundum Græcos large loquentes, non, secundum latinos propriè loquentes §. Tunc &c. Non enim ex hoc, φ pater est principium aliarum personarum diuinarum [quod dicit Augustinus. Principium totius Deitatis] sequitur, φ aliæ diuinæ personæ sint proprie, & vere principiatæ. Ex litera elice, Latinos limatiores esse in loquendo de rebus fidei, quam sint græci. Ideo latini magis, etiam in verbis sequendi sunt.

2m de antecedente. Principiati. ℞. Vel minorationem aliquo modo concernentis, vel minorationem nullo modo concernentis §. Tunc &cet. Nam ex hoc, quod filius est a patre principio, non sequitur, φ filius sit principiatus, tanquam minor, & consequenter neque creatus. Græci nanq; qui utuntur hoc nomine principiati in diuinis, non volunt concernere tunc aliquam minorationem in noie principiati [licet, secundum proprietatem uocabuli alias concerneretur, propter quod latini, hunc vsum refugiunt,] sed solum per hoc denotare uolunt, φ personæ aliquæ diuinę procedūt ab alio. Verum Latini vtrunque in locutione saluant ex vi locutionis, cum dicunt filium esse principium de principio. Nam per ly de principio, designatur, φ filius originatur ab alio, per ly principium designatur, φ filii originatio excludit quamlibet minorationem. i. φ filius p hoc, quod originatur, non est vllo modo minos patre. Et consequenter æqualis per omnia, i. consubstantialis patri. Vide etiam quomodo Latini sic loquentes ad literam concordant Christo se iudæis respondēti [Ioh. 8.] Ego principium qui & loquor vobis. Non dixit. Ego principiatum. Licet se esse a patre protestaretur. Et proprie ergo, & conformius ad sacras literas loquuntur Latini Doctores, inter latinos autem magis Diuus Thomas de Aquino, teste Papa Innoc. sic de illo scribente. HVIVS DOCTORIS SAPIENTIA PRAE CAETERIS (EXCEPTA CANONICA) HABET PROPRIETATEM VERBORVM, MODVM DICENDORVM, VERITATEM SENTENTIARVM, ITA QVOD QVI EVM TENVIT, NVNQVAM INVENTVS EST A VERITATIS TRAMITE DEVIASSE ET QVI EVM IMPVGNAVIT, SEMPER FVIT DE VERITATE SVSPECTVS. Hæc ille, quæ verba nos, cum pace ac reuerentia aliorum Doctorum adduximus. Ideo, &cet. Vt supra, ad primum.

In suo symbolo fidei.

† lib. 4. de Trin. c. 20. declinādo ad fi. to. 3.

D. 1055.

Q. 13. a. 11.

bet dici φ sit eius principium.

¶ 2 Præt. Principium dicitur respectu principiati. Si igitur pater, est principium filii, sequitur filium esse principiatum, & per cōsequēs esse creatum. Quod videtur esse erroneum.

¶ 3 Præt. Nomen principii a prioritate sumitur. Sed in diuinis non est prius & posterius, vt Athanas. * dicit. Ergo in diuinis non debemus vti nomine principii.

Sed contra est, quod dicit Augustinus in quarta de Trinitate † Pater est principium totius deitatis.

Resp. Dicendum, quod hoc nomen principium, nihil aliud significat quam id, a quo aliquid procedit. Omne enim a quo aliquid procedit quocunque modo, dicimus esse principium, & econuerso. Cum ergo pater sit a quo procedit alius, sequitur, quod pater est principium.

Ad primum ergo dicendum, φ Græci vtuntur in diuinis indifferenter nomine causæ, sicut & nomine principii: Sed Latini doctores non vtuntur nomine causę, sed solum nomine principii. Cuius ratio est: quia d principium communius est quam causa, sicut causa cōmunius quam elementum. Primus enim terminus, vel etiam prima pars rei dicitur principium, sed nō causa. Quanto autem aliquod nomen est communius, tanto conuenientius assumitur in diuinis, vt supra dictum est. * Quia nomina q̃to magis specialia sunt, tanto magis determinant modū conuenientem creaturæ. Vnde hoc nomen cā, videtur importare diuersitatē substantiæ, & dependentiam alicuius ab altero, quam non importat nomen principii. In omnib. enim causæ generibus semper inuenitur distantia inter causam, & id cuius est causa, secūdum aliquam perfectionē, aut uirtutem. Sed nomine principii utimur etiam in his, quę nullam huiusmodi differentiam habēt, sed solum secundum quendam ordinem. Sicut cum dicimus, punctū esse principium lineæ, vel etiā cum dicimus, frontem lineæ, esse principium lineæ.

Ad secundum dicendum, φ apud Græcos inuenitur de filio, uel spiritu sancto dici, quod principiētur. Sed hoc nō est in vsu doctorum nostrorum. Quia licet attribuamus patri aliquid authoritatis rōne principii, nihil tamen ad subiectionem, vel minorationem quocunque modo pertinens, attribuimus filio uel spiritui sancto, vt uitetur omnis erroris occasio. Secundum quem modum, Hilardus dicit * nono de Trinitate. Donantis authoritate pater maior est, sed minor non, est filius, cui vnum esse nt donatur.

Ad tertium dicendum, quod licet hoc nomen principium, quantum ad id a quo imponitur ad significandum, videatur a prioritate sumptum, non tamen significat prioritatem, sed originem. Non enim idem, est, quod significat nomen, & a quo nomen imponitur, ut supra dictum, est. *

3m maior. Nomen principij &c. ℞. Non tamen prioritatem significat §. Tunc &c. Nam quando dicit conclusio, φ pater est principium cōsiderat ly principium, vt ad quod significādum imponitur [secūdum φ probatio conclusionis demonstrat,] non, ut a quo illud nomen imponitur [secundum, φ argumentum procedit.]

APPENDIX.

Ex articulo habes, quomodo per rationem reijcias hæresim Agarenorum Iudęis in hoc & Cerdone conspirantium dicētium, quod Deus non potest habere filium & simul hæresim Dosithæi dicētis, Spiritum Dei non esse, & hæreticam fatuitatem Eustathij dicentis, Spiritumsanctum, neque Deum neque creaturā esse. Si enim Deus pater principium est filii, vtique filium habet, si spiritussancti, vtique spiritussanctus est aliquid, & est vnum ex duobus. s. aut Deus aut creatura, alioquin si rerę [quod nunquā erit] illæ hæreses simul essent, Pater utique nullius ī diuinis esset principium. Secūdo habes, quomodo per rationē ostendas scripturam, Iohannis 1. dicentem. In principio erat uerbum, rite uocare Patrem principium*, & consequenter per hoc damnare hæreses illas, quas & rectè damnatas eadem ratione ostendes a cōcilio prīmo Ephesino. c. 13. sic. Ait magna, & sancta Synodus filium ex Deo naturaliter natum, & ab omni fidei symbolo sic, & in unigenitum eius filium, & a concilio Toletano primo de regulis fidei catholicæ c. 21. Credimus &c. Patrem habere filiū, qui Pater nō sit, sed de patris natura, spiritum quoque paracletum, qui sit a patre filioq; procedens. Hæc ibi & extra de sum. tri. & fi. cath. firmiter &c. Damnamus, & omnib. concilijs de sanctissima trinitate tractantibus, dum uel dicunt uerbaliter Pater principiū est, uel dicunt uirtualiter, i. in sensu, Pater est a quo persona diuina aliqua procedit. Tertio uides, qūo ex his uicissim Angelica firm. concl.

Lib. 9. de Trin. inter med. & fi. lib.

D. 617.

Q. 13. ar. 1.

Comm. Cardinalis Caietani.

Titulus clarus.

¶ In corpore una conclusio. Pater est principium. probatur, Principium est a quo aliquid procedit, & econuerso. Pater est a quo procedit alius, s. filius, & spiritus sanctus, ergo pater est principium.

¶ In responsione ad primum aduerte, φ Aureolus apud Capreolum in 1. d. 29. duo dicta huius literę impugnat. Primum est differentia inter Græcos & Latinos doctores. Affert. n. cōtra hoc Hilarium in 4. de Trinitate patri authoris nomen tribuentem, & Augustinum in 7. de Trinitate c. 4. dicentem de patre, Illud qđ est ei causa ut sit, est ei causa ut sapiens sit. Secundum est φ ideo nomine principii & non causæ utimur in diuinis, quia est cōmunius, quoniam extendit se, &c. Contra hoc instat. Nomen rationē communitatis conueniens Deo hoc habet, quia ratio minus cōmunis non conueniret ei, sed principium non est huiusmodi secū dum dicta tua, quoniam nulla ratio principii posita in 5. Met. conuenit patri respectu filii, ut patet discurrenti.

¶ Ad

¶Ad primum horum dicitur dupliciter. Primo quod satis est literæ, quod Latini doctores non habuerunt causę vocabulum in vsu dato quod aliquando inueniretur. Secundo dicitur ad illud Hilarij cum S. Tho. in 1. sent. d. 29. q. 1. art. 1. quod author non importat causalitatem, sed principium non ab alio, & ideo patri attribuitur. Illud verò Aug. non est ad propositum, de essentialibus. n. loquitur, in quibus constat non esse causam nisi secundũ rationem.

¶Ad secundum vero dicitur, quod falsum est nullam rationẽ principij ex 5. Metaph. in patre saluari, expresse namque ibidem dicitur, communissimam rationem principij esse primum, ex quo est aut cognoscitur aliquid. Constat autem patrem esse primum ex quo est filius, iuxta illud, Et ex patre natum ante omnia secula. In litera autem manifestatur ista maior communitas ex notioribus nobis, scilicet puncto &c. non quod illæ acceptiones locum habeant in diuini, sed ut ex his tanquam ex notioribus notificetur maior abstractio principij, quam causæ.

SVP. Q. XXXIII.

ART. II.

CONCL. Propriũ nomen personæ patris est hoc nomen, Pater.

186
Infr. q. 40. ar. 2. cor. & 3. q. 60. ar. 7. ad 2. & 4. d. 3. ar. 2. q. 1. ad 5.

¶PROB. Quia id, per, quod distinguitur persona patris ab omnibus alijs, est paternitas, & nomen propriũ alicuius rei dicitur illud, quod significat id, per, quod res illa distinguitur ab omnibus alijs.

1m de maiori. Relationem. ℞. Quæ est subsistens persona, non, quæ nõ, est subsistẽs persona. §. Tunc &cet. Non enim sequitur in in diuinis. Hoc ex eo, quod significat relationẽ, non significat personã [immo sequitur contrarium,] sicut est apud nos.

Q. 13. ar. 11.

2m minor. Sed nomen communius, &c. ℞. Si nomen illud dicatur a perfectione, & fine, non semper, si ab ijs non dicatur §. Tũc &c. Nam genitor, generans, non dicuntur a perfectione & fine, sed pater.

3m maior. Nihil, quod secundum metaphoram &c. ℞. Prout secundũ metaphoram dicitur, non, prout secundum illam non dicitur §. Tunc &c. Nam verbũ, quod secundum metaphoram, dicitur filius apud nos, secundũ proprietatem dicitur filius in diuinis, & consequenter ly pater est propriè dictum ibi.

4m de maiori. Per prius dicitur. ℞. Quãtum ad rem significatam, non, quantum ad modum significandi §. Tunc &c. Falsissimũ n. est, quod ibi generatio sit uerior quantum ad rem significatam, ubi, est distinctio generantis, & geniti secundum essentiam (ut patet in litera,) licet hoc de generatione quantum ad modum significandi, qui s. in creaturis reperitur, uerũ sit.

lib. 7. met. text. 34. & 35. tom. 9.

APPENDIX.

EX articulo habes: quomodo per rationẽ intelligas in sensu catholico psalm. 88. Ipse inuocabit me Pater meus es tu, & Eph. 3. flecto genua ad Patrem Domini nostri Iesu Christi, ex quo omnis paternitas in cœlo & in terra nominatur, & ubicunque de patre in diuinis respectu filij mentio siue in sacris literis, siue in sanctis Cõciliis. Hinc enim habes quomodo accipiatur tunc ly Pater, & quomodo probes sic accipi debere. Secundo ex his, tanquam aliquid speciale de patre respectu filij Dei, & respectu creaturarum dicentibus [ut ly Ascendo ad Patrem meum, & Patrem uestrum. Ioh. 20.] quomodo uicissim firmetur conclusio præsens, uides.

Veil. per S. Eccl.

Q. 29. a. 4.

ARTICVLVS II.

Vtrum hoc nomen pater, sit nomen propriè diuinæ personæ.

AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur, quod hoc nomen pater, non sit propriè nomen diuinæ personæ. Hoc enim nomen pater, significat relationem. Persona autẽ est substantia indiuidua. Non ergo hoc nomẽ pater est propriè nomen significatiuum personæ.

¶ 2 Præterea. Generans communius est quam pater. Nam omnis pater est generans, sed non econuerso. Sed nomen communius magis propriè dicitur in diuinis, vt dictum * est. Ergo magis proprium nomen, est personę diuinæ generans & genitor, quam pater.

¶ 3 Præterea. Nihil, quod secundum metaphoram dicitur, potest esse nomen proprium alicuius. Sed verbum metaphoricè apud nos dicitur genitum vel proles. & per cõsequens ille cuius est verbum, metaphoricè dicitur pater. Non ergo principium verbi in diuinis potest propriè dici pater.

¶ 4 Præterea. Omne quod dicitur in diuinis, per prius dicitur de Deo quam de creaturis, sed generatio per prius videtur dici de creaturis quam de Deo. verior enim ibi videtur esse generatio vbi aliquid procedit ab alio distinctum, non secundum relationem tantum, sed etiam secundum essentiam. Ergo nomen patris quod a generatione sumitur non videtur esse proprium alicuius diuinæ personę.

SED CONTRA est, quod dicitur in Psal. Ipse inuocabit me, pater meus es tu.

RESP. Dicendum, quòd nomen proprium cuiuslibet personæ significat id, per quod illa persona distinguitur ab omnibus aliis. Sicut enim de ratione hominis, est anima & corpus, ita de intellectu huius hominis est hæc anima, & hoc corpus, vt dicitur in 7. meta. His autem, hic homo ab omnibus aliis distinguitur. Id autẽ per quod distinguitur persona patris ab omnibus aliis, est paternitas. Vnde proprium nomen personæ patris, est hoc nomen pater, quod significat paternitatem.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd apud nos relatio non est subsistens persona. Et ideo hoc nomen pater apud nos, non significat personam, sed relationem personæ, non autem est ita in diuinis, vt quidam falso opinati sunt, nam relatio quam significat hoc nomen pater, est subsistens persona. Vnde supra dictum est, quod hoc nomen persona in diuinis significat relationem, ut subsistentem in diuina natura.

AD SECVNDVM dicendum, quòd secũdum Philosophum in 2. de anima, Denominatio rei maximè debet fieri a perfectione & fine. Generatio autem significat, vt in fieri, sed paternitas significat complementum generationis, & ideo potius, est nomen diuinæ personæ pater, quam generans uel genitor.

lib. 2. text. 44. tom. 4.

AD TERTIVM dicendum, quòd verbum non est, quid subsistens in natura humana. Vnde non propriè potest dici genitum vel filius, & verbum diuinum est aliquid subsistens in natura diuina. Vnde proprie, & non metaphoricè dicitur filius, & eius principium pater.

AD QVATVM dicendum, quòd nomen generationis & paternitatis, sicut & alia nomina, quæ propriè dicũtur in diuinis, per prius dicuntur de Deo, quam de creaturis, quantum ad rem significatam, licet non quantum ad modum significandi. Vnde & Apostolus dicit ad Ephe. 3. Flecto genua mea ad patrem domini mei Iesu Christi, ex quo omnis paternitas in cœlo & in terra nominatur. Qđ sic apparet. Manifestum est enim, quod generatio accipit speciem a termino, qui est forma generati. Et quanto hic fuerit propinquior formæ generantis, tanto verior & perfectior est generatio. Sicut generatio uniuoca est perfectior quã non vniuoca. Nam de ratione generantis est, quod generet sibi simili secundum formam. Vnde hoc ipsum, quod in generatione diuina est eadem numero forma generatis & geniti, in rebus autem creatis non est eadem numero, sed specie tantum, ostendit, quod generatio, & per consequens paternitas, per prius sit in Deo quam in creaturis. Vnde hoc ipso, quod in diuinis est distinctio geniti a generante secundum relationem tantum, ad ueritatem diuinæ generationis & paternitatis pertinet.

D. 107.

ARTI-

Comm. Cardinalis Caietani.

IN titulo ly pater, vt in solutione dubii patebit, sumitur prout in diuina trinitate admittitur. Ly proprie, sumitur & vt distinguitur contra metaphoricè, & ut distinguitur contra commune, & vt distinguitur contra extraneæ. Extraneum autem dico quomodolibet adiacens, quemadmodum dicimus de aliquo, ꝙ Socrates est nomen propriũ eius, filius verò Platonis primogenitus, non est eius nomen proprium, quia significat accidens adiacens Socrati, & non eius substantiã. Et hoc tertio modo principaliter, & directè sumitur in hoc titulo, vtroque autem alio modo concomitanter. Ita ꝙ intentio quæstionis est, an pater sit nomen significans propriam substantiam seu proprium substantiale alicuius diuinæ personæ, an significet aliquid adiacens illi. Vnde, ly diuinæ personæ, supponit pro ipsa hypostasi, vt sic.

¶ In corpore vnica est conclusio respõsiua quęsito affirmatiuè. Pater est nomen proprium personæ patris. Et probatur sic. Significans id per quod persona quæcunque distinguitur ab omnibus alijs, est nomen proprium illius, sed pater significat paternitatem per quam persona patris distinguitur ab omnibus aliis, ergo est nomen proprium personæ patris. Maior probatur in litera virtualiter sic. Nomen proprium huius hominis significat hanc animã & hoc corpus: ergo significat id, per quod distinguitur ab omnib. aliis, per autem ratio est de cæteris: igitur. Antecedens manifestatur, & ratione, quia sicut de intellectu hominis sunt carnes & ossa, ita &c. & authoritate 7. met.

¶ Circa hanc rationem dubium occurrit, quoniam medius terminus, s. significare id, quo persona hæc distinguitur a cæteris, aut importet significare formaliter & in actu ipsum distinctiuum personæ, aut materialiter & in potentia, eo modo quo superius dicitur significare contenta sub eo. Si sumitur pro significatione formali sic falsa est minor, pater enim non significat personale distinctiuum diuinæ personę. Quoniam significat formaliter id, quo pater conuenit cum cæteris patribus, conuenientia saltem analoga. Non est autem idem distinctiuum alicuius, & quo cum aliis conuenit: quia hoc est commune, illud proprium. Si verò sumitur de significatione in potentia, vana est maior, vanusque est totus processus corporis, quoniam expresse loquuntur de significare actualiter, alioquin homo esset nomen proprium huius hominis, nec oportuisset hæc adducere.

¶ Ad hoc breuiter dicitur, ꝙ hic est sermo de significare actualiter. Et ad obiectionem ad oppositum respondetur, ꝙ ly pater, dupliciter sumi potest. Primò, vt est nomen analogum ad omnẽ quomodolibet patrem, & sic proculdubio falsa esset minor sic. s. significat commune quid proportionaliter omni patri. Alio modo, ut est primum & caput huius analogiæ, & sic significat constitutiuum distinctiuumque personale primæ personæ trinitatis diuinæ, ut enim q. 13. declaratum est. Alia est formalis ratio reddẽda quærenti, quid est prima persona diuina quatenus pater, & quid est Socrates quatenus pater, sicut in aliis analogis cõmunib. Deo & creaturæ. Ipsa aũt alietas rationis consurgit ex eleuatione relationis paternitatis ad subsistentiam & personalitatem, &c. Et propterea, ly pater, sic sumptum ex propria sua ratione significat illius personalitatem, propter quod absque additione tradidit dominus baptizandum esse in nomine patris, &c. Dubium autem remanens circa minorem, an s. paternitas sit personale distinctiuum patris, in q. 40. ar. 2. tractabitur.

¶ In responsione ad quartum nota, ꝙ de ratione generationis sunt duo scilicet distinctio suppositorum, & unitas formæ quæ communicatur. Et quoniam generans, ut sic assimilat sibi genitum, similitudo autem species est unitatis, quanto (stante distinctione suppositali) maior est unitas formæ, tanto generatio est perfectior.

Bannes eodem loco.

SVP. Q. XXIII.

ART. III.

CONCL. Paternitas per prius dicitur in diuinis, secundum quod importatur respectus personæ ad personam, quam secũdum ꝙ importatur respectus Dei ad creaturã.

¶ PROB. Quia perfecta ratio paternitatis saluatur in diuinis respectu filii, non autem respectu craturæ, & aliquod nomen dicitur propriè de illo, in quo saluatur perfectè tota ratio ipsius nominis.

ARTICVLVS III.

Vtrum hoc nomen pater, dicatur in diuinis per prius, secundum ꝙ personaliter sumitur.

187 1. dist. 2.

AD TERTIVM sic proceditur. Videtur, quod hoc nomen pater, non dicatur in diuinis per prius, secundum ꝙ personaliter sumitur. Commune enim secundũ intellectum, est prius proprio: sed hoc nomen pater, secundum quod personaliter sumitur, est proprium personæ patris: secundum verò, ꝙ sumitur essentialiter, est commune toti trinitati. nam toti trinitati dicimus, pater noster. Ergo per prius dicitur pater essentialiter sumptum, quam personaliter.

¶ 2 Præt. in his quæ sunt eiusdem rationis, non est prædicatio per prius & posterius. Sed paternitas & filiatio secũdum vnam rationem videntur dici secundum ꝙ persona diuina est pater filii, & secundum ꝙ tota trinitas est pater noster, vel creaturę, cum secũdum * Basilium: accipere sit commune creaturæ, & filio. Ergo non per prius dicitur pater in diuinis secundum quod sumitur essentialiter, quam secundum ꝙ sumitur personaliter.

Tom. 1. in hom. de fide, quæ est 15. cir. me.

¶ 3 Præt. Inter ea quæ non dicuntur secundum rationem vnam, non potest esse comparatio. Sed filius comparatur creaturæ in ratione filiationis, vel generationis, secundum illud Collo. 1. Qui est imago Dei inuisibilis, primogenitus omnis creaturæ. Ergo non per prius dicitur in diuinis paternitas personaliter sumpta, quam essentialiter, sed secundum rationem eandem.

SED CONTRA est, quod æternum prius, est temporali. Ab æterno autem Deus, est pater filii, ex tempore autem pater, est creaturæ. Ergo per prius dicitur paternitas in Deo respectu filii, quam respectu creaturæ.

RESP. Dicendum, quod per prius dicitur nomen de illo in quo saluator tota ratio nominis perfectè, quam de illo in quo saluatur secundum aliquid. De hoc enim dicitur quasi per similitudinem ad id, in quo perfectè saluatur: quia omnia imperfecta sumuntur a perfectis. Et inde est, quod hoc nomen Leo, per prius dicitur de animali, in quo tota ratio Leonis saluatur, quod propriè dicitur Leo, quam de aliquo homine, in quo inuenitur aliquid de ratione Leonis, vt puta audacia, vel fortitudo, vel aliquid huiusmodi: de hoc enim per similitudinem dicitur. Manifestum est autem ex præmissis, * quod perfecta ratio paternitatis, & filiationis, inuenitur in Deo patre, & Deo filio, quia patris & filii una est natura & gloria. Sed in creatura, filiatio inuenitur respectu Dei, non secundum perfectam rationem, cum non sit una natura creatoris & creaturę: sed secundum aliqualem similitudinem. quæ quanto perfectior fuerit, tanto propinquius acceditur ad veram filiationis rationem. Dicitur enim Deus alicuius creaturæ pater, propter similitudinem uestigii tantum, utpote irrationalium creaturarum, secundum illud Iob trentesimooctauo. Quis est pluuiæ pater? aut quis genuit stillas roris? Alicuius verò creaturæ, scilicet rationalis secundum similitudinem imaginis: secundum illud Deutoronom. trentesimosecundo. Nonne ipse est pater tuus qui possedit, & fecit, & creauit te? Aliquorum verò est pater secundum similitudinem gratiæ. qui etiam dicuntur filii adoptiui, secundum quod ordinantur ad hæreditatem ęternæ gloriæ per munus gratiæ acceptum: secundum illud Roman. octauo. Ipse spiritus reddit testimonium spiritui nostro, quod sumus filii Dei. si autem filii, & hæredes. Aliquorum vero secundum similitudinem glorię, prout iam gloriæ hæreditatem possident, secundum illum Romano quinto. Gloriamur in spe gloriæ filiorum Dei. Sic igitur patet, quod per prius paternitas dicitur in diuinis secundum, quòd importatur respectus personæ ad personam, quam secundum, importatur respectus Dei ad creaturam.

Q. 27. a. 2. & q. 28. a. 4

AD

1^m de maiori. Commune. R. Absolute dictum, non respectiue tantum ad creaturas. §. Tunc nihil &c. Nam Pater essentialiter dictum est commune, per respectum ad creaturas, toti trinitati, non autem commune absolute, idest etiam remotis omnibus creaturis, ut ly Deus.

2^m de maiori. Eiusdem. R. Secundum omnimodam uniuocationem, non secundum quandam similitudinem remotam. §. Tunc &c. Nam paternitas & filiatio dicuntur de Deo & creaturis secundum rationem eandem, similitudine quandam, non secundum eandem, uniuocatione perfecta. Et sic intendit Basilius.

3^m de maiori. Vnam. R. Saltem secundum similitudinem quandam remotam, et quod non sit una secundum omnimodam uniuocationem. §. Tunc &c. Nam filiatio de Deo filio, & nobis dicitur, secundum similitudinem remotam, licet non secundum uniuocationem perfectam. Et sic intelligitur fieri comparatio Collos. 1. Ex litera dic quod recte dicitur filius esse primogenitus, & unigenitus. Nam, ratione similitudinis illius remotæ ad creaturam, dicitur primogenitus, & ratione uniuocationis perfectæ negatæ de creatura soli filio conuenientis, dicitur unigenitus. Hinc, a simili, te guberna in omnibus huiusmodi aliis scripturis recte intelligendis.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod communia absolute dicta secundum ordinem intellectus nostri, sunt priora quam propria, quia includuntur in intellectu propriorum, sed non econuerso. In intellectu enim personæ patris intelligitur Deus sed non conuertitur. Sed communia quæ important respectum ad creaturam per posterius dicuntur, quam propria, quæ important respectus personales, quia persona procedens in diuinis, procedit ut principium productionis creaturarum. Sicut enim uerbum conceptum in mente artificis per prius intelligitur procedere ab artifice, quam artificiatum quod producitur ad similitudinem uerbi concepti in mente, ita per prius procedit filius a patre, quam creatura, de qua nomen filiationis dicitur secundum quod aliquid participat de similitudine filii uel patris, ut patet per illud quod dicitur Ro. 8. Quos præsciuit & prædestinauit fieri conformes imaginis filii eius.

AD SECVNDVM dicendum, quod accipere dicitur esse commune creaturæ, & filio non secundum uniuocationem, sed secundum similitudinem quandam remotam, ratione cuius dicitur primogenitus creaturæ. Vnde in auctoritate inducta subditur. Vt sit ipse primogenitus in multis fratribus postquam dixerat conformes fieri aliquos imagini filii Dei. Sed filius Dei naturaliter habet quoddam singulare præ aliis, scilicet habere per naturam id quod accipit, ut idem Basilius * dicit. Et secundum hoc dicitur unigenitus, ut patet Io. 1. Vnigenitus qui est in sinu patris, ipse nobis enarrauit, & per hoc patet solutio ad tertium.

APPENDIX.

EX articulo habes, quomodo per rationem reiicias hæresim Menatis Ariani dicentis, Pater non semper Deus erat, sed erat, cum Deus, pater non erat. Vidisti enim hic quod Deus ab æterno est pater filii, & quod ex hoc pendet, quod pater dicatur prius personaliter, quam essentialiter. Ergo esse patrem prius personaliter, quam essentialiter, confutat illud, impium dogma Arrianum. Secundo habes, quomodo per rationem ostendas, hæresim hanc iure damnatam esse a symbolo Athanasii, quod est compendiosa regula fidei (secundum concilium Floren. decreto super unione Iacobinorum & Armenorum) dicente, Aeternus pater æternus filius, & a synodo Romana, quæ præsidente Papa Iulio primo damnauit Arrium cum suis dogmatibus, confirmando decreta in synodo Nicæna, & a synodo ipsa Nicena, quæ Arrium damnauit, atque suos errores. Quomodo enim [inquit Aug. de fide catholica.] poterunt capitula illa recipi quorum damnantur authores? Et breuiter damnatam iuste ab omnibus scripturis pontificibus summis, Conciliis, dicentib. Patrem esse æternum. Nam[ut tetigimus] in idem redit Deum esse patrem ab æterno filii, temporalemque creaturæ, & dici per prius ly pater personaliter, quam essentialiter. Tertio uides, quomodo uicissim ex his firmetur conclusio.

Vtilit. S. Eccl

2

Loco citato in arg.

3

Comm. Cardinalis Caietani.

IN titulo aduerte tria. Primo ly pater secundum quod personaliter. Pater enim dupliciter de Deo dicitur, scilicet personaliter, cum dicitur pater domini nostri Iesu Christi & essentialiter, cum dicitur, pater misericordiarum. Et ideo non immerito additur ly secundum quod personaliter. Secundo ly dicatur non enim quæritur, an in diuinis prius sit esse patrem ad intra, an esse patrem ad extra, sed an ratio formalis patris nomine significata, per prius dicatur de Deo, ut est pater intra, quam de Deo, ut est pater extra. Tertio ly prius, quamuis enim ex ratione in oppositum facta in litera prioritatem indistincte significare uideatur, directe tamen in proposito stat pro prioritate secundum naturæ ordinem, qui inter intentiones unius nominis inueniri est solitus, ut patet in toto 5. Metaph. Ita quod sensus est, an ratio patris nomine significata, personaliter dicta, sit naturæ ordine prior intentio talis nominis, quam ratio eiusdem essentialiter dicta.

¶ In corpore unica est conclusio rhsiua quæsito affirmatiuè. Pater per prius dicitur in diuinis personaliter quam essentialiter. Probatur. sic omnia imperfecta sumuntur a perfectis. ergo omne nomen prius dicitur de illo, in quo saluatur tota eius ratio perfecte, quam de illo, in quo saluatur secundum aliquid, ergo paternitas prius dicitur in diuinis secundum quod importat respectum personæ ad personam, quam secundum quod dicit respectum Dei ad creaturas, ergo. Prima consequentia probatur. primo, quia de eo de quo nomen dicitur secundum aliquid, dicitur quasi per similitudinem ad id, in quo perfecte saluatur, manifestatur deinde in leonis nomine. Secunda autem probatur, quia in Deo patre & Deo filio inuenitur perfecta ratio paternitatis & filiationis, in Deo autem & creatura non, sed secundum aliqualem similitudinem. Et probatur prima pars huius assumpti, quia diuinarum personarum una est natura ac gloria. Secunda uero pars quoad negationem, quia creatura non eiusdem naturæ est cum Deo. Quoad affirmationem uero manifestatur graduando latitudinem finalis assimilationis creaturæ ad Deum, iuxta quatuor modos similitudinis, scilicet uestigii, imaginis, gratiæ, & gloriæ. Confirmaturque omnia authoritatib satis clare in litera.

¶ In responsione ad primum diligenter notato tria scilicet distinctionem comparationes, & rationes earum. Distinctio est hæc, communium, idest essentialium, quædam dicuntur absolute, ut bonus, sapiens, &c. quædam respectiue ad extra, ut dominus, &c. Comparationes sunt duæ, prima est, communia absoluta sunt priora secundum intellectum personalibus. Altera est, communia respectiua ad extra, sunt posteriora personalibus. Ratio primæ comparationis est, quoniam communia absoluta clauduntur in personalibus, & non econuerso, priora enim constat esse, a quibus non conuertitur consequentia. Ratio uero secundæ comparationis est, quoniam processio diuinarum personarum est principium processionis creaturarum, ac per hoc, personalia præsupponuntur a respectibus ad extra. Et aduerte diligenter hanc secundæ comparationis rationem, quod non loquitur, nisi de respectibus ad extra, consequentibus actiones transeuntes, hi enim tantum spectant ad processionem creaturarum. Et propterea, ex hoc loco non habemus mentem authoris, circa communia respectiua ad creaturas, spectantia ad actiones immanentes, an, scilicet posteriora sint personalibus puta, an secundum ordinem intellectus prius sit, Deus intelligere creaturas, quam producere filium, aut econuerso. Et est dubitatio de simplici intelligentia quæ inest Deo naturaliter non autem de scientia uisionis quæ inest ei libere. Et quoniam impertinens est difficultas hæc proposito, quoniam secundum huiusmodi non dicitur Deus pater, erit de hoc specialis quæstio iuxta hunc articulum. Alia autem difficultas, an, scilicet processio personarum sit principium processionis creaturæ, inferius q. 45. ar. 6. ex proposito tractabitur.

S Bon. 1. 5. d. 28 q. 3.
Alex. p. p. su q. 69. q. 3.
Scot. 1. 5. d. 28. q. 1.
Riccar. 1. 5. d. 28. q. 2.
Duran. 1. 5. d. 28. q. 2.
Marro. 1. 5. d. 28. q. 1.
Egid. 1. 5. d. 13. q. 2. 2. prl.
Ca. 1. d. 28. q. 1. co. 1. & 6
Ban-

128
1. d. 13. ar. 4. & d. 26. q. 1. 2. 1. & opusc. 1. c. 9.

ARTICVLVS IIII.

Vtrum esse ingenitum, sit patri proprium.

AD QVARTVM sic proceditur. Videtur, quod esse ingenitum, non sit patri proprium. Omnis enim proprietas ponit aliquid in eo cuius est proprietas. Sed ingenitus nihil ponit in patre, sed remouet tantum. Ergo non significat proprietatem patris.

Bannes 5. eod. loc.
Alb. Mag. 1. d. 28. ar. 1.
Pet. de Pal. q. 5. d. 28. q. 1. 2.

SVP. Q. XXXIII. ART. IIII.

CONCL. Pater, in quantum est principium

pium non de principio innotescit per hoc qđ non est ab alio, quod pertinet ad proprietatē innascibilitatis, quā significat hoc nomen ingenitus.

¶PROB. Quia hoc scilicet nō esse ab alio, est proprium patris. Et hoc.s. esse ingenitum, significat non esse ab alio.

¶COROL. Ergo apte sequitur, ꝙ esse ingenitum est proprium patri. Ergo in conclusione literæ includebatur hæc formalis responsio ad quęsitum, licet, pro more suo supradicto, q.28.4.& q.32.4. breuiori stylo usus ultra respōsionem inclusam aliud quippiam eadem sua conclusione literali mortificauerit [ut patet.]

1ᵐ maior. Omnis proprietas &c. ℞. Nisi per ipsā proprietatem notificetur aliquod primum & simplex. §. Exemplum de puncto. Tunc &c. Nam ly ingenitum est propria notio Dei patris, qui est aliquod primum & simplex.

2ᵐ de prima conclusione.

Quicquid non est genitum. ℞. Et est personale principium alicuius personæ diuinę. §. Tunc &c. Nam licet spiritus sanctus non sit genitus nec essentia diuina sit genita, non tamen horum alicui conuenit esse ingenitum. Neq; .n. spiritussanctus est principium, neque essentia est personale principiū alicuius personæ diuinæ, & per ly ingenitū importātur simul duo, s.& quod non sit genitus, & quod sit personale principiū in diuinis.

li.4 de tri. non multū remote a fine li.

Item de prima cōclusione.

Nō est genitum. ℞. i. non est aliquo modo ab alio, non autem nō est per generationē ab alio.§. Tunc &c. Nam spiritussanctus est ab alio, quamuis non per generationem, & diuina essentia licet in se non sit ab alio[q.39. art.5.]est tamen in filio & spiritusancto ab alio, scilicet, a patre, sic ergo ly ingenitum sumitur pro improcessiuum, siue improcessibili, idest, pro eo, quod non procedit.

Vide

¶2 Præt. Ingenitum aut dicitur priuatiue, aut negatiue, si negatiue, tunc quicquid non est genitum, potest dici ingenitum. Sed spiritus sanctus non est genitus, neque etiā essentia diuina. Ergo ingenitum & eis conuenit, & sic non est propriū patri. Si autem priuatiue sumatur, cum omnis priuatio significet imperfectionem in priuato, sequitur quod persona patris sit imperfecta, quod est impossibile.

¶3 Prę. Ingenitus in diuinis non significat relationē, quia non dicitur relatiue, significat ergo substantiam. Ingenitus igitur, & genitus secundum substantiam differunt. Filius autem qui est genitus, non differt a patre secundum substantiam. Pater ergo non debet dici ingenitus.

¶4 Pręt. Proprium est, quod uni soli conuenit. Sed cum sint plures ab alio procedentes in diuinis, nihil uidetur prohibere quin etiam sint plures ab alio non existentes. Non igitur est proprium patri esse ingenitum.

¶5 Pręt. Sicut pater est principium personæ genitæ, ita & personæ procedentis. Si ergo propter oppositionem quam habet ad personam genitam, proprium patris ponitur esse, quod sit ingenitus, etiam proprium eius debet poni, quod sit improcessibilis.

SED CONTRA est, quod dicit Hilar. 4. de tri. * Est unus ab uno, s. ab ingenito genitus, proprietate uidelicet in unoquoque & innascibilitatis & originis.

RESPON. Dicendum, ꝙ sicut in creaturis inuenitur principium primum, & principium secundum ita in personis diuinis, in quibus non est prius & posterius, inuenitur principium non de principio, quod est pater, & principiū a principio, quod est filius. In reb. autem creatis aliquod principium primū innotescit dupliciter. Vno quidem modo inquantum est principium primum, per hoc, quod habet relationem ad ea quæ ab ipso sunt. Alio modo, inquantum est primū principium, per hoc, qđ non est ab alio Sic igitur, & pater innotescit quidē paternitate & communi spiratione per respectū ad personas ab eo procedentes. Inquātum autem est principium non de principio, innotescit per hoc, quod non est ab alio. Quod pertinet ad proprietatem innascibilitatis, quam significat hoc nomen. Ingenitus.

AD PRIMVM ergo dicēdum, ꝙ quidam dicūt, quod innascibilitas, quam significat hoc nomen. Ingitus, secundum quod est proprietas patris non dicitur tantum negatiue, sed importat uel utrumque simul, s. quod pater a nullo est, & qđ est principium aliorum, uel importat uniuersalem authoritatem, uel etiam fontalem plenitudinē. Sed hoc non uidetur uerum, quia sic innascibilitas non esset alia proprietas a paternitate & spiratione, sed includeret eas, sicut includit proprium in communi. Nam fontalitas, & authoritas, nihil aliud significant in diuinis, quam principium originis, & ideo dicendum est secūdum Aug. 5. de Trin.* quod Ingenitus negationem generationis passiue importat. Dicit enim quod tantum ualet quod dicitur ingenitus, quantū ualet qđ dicitur non filius, nec pp hoc sequitur, quod ingenitus non debeat poni propria notio patris, quia prima & simplicia per negationes notificātur. Sicut dicimus punctū esse, cuius pars non est.

AD SECVNDVM dicendum, ꝙ ingenitum quandoque sumitur negatiue tantum. Et secundum hoc Hier.* dicit Spiritumsanctum esse ingenitum, i. non genitum. Alio modo potest dici ingenitum aliquo modo priuatiue, non tamē aliquam imperfectionem importat. Multipliciter.n.d dicitur priuatio. Vno modo, quando aliquid non habet, quod natum est haberi ab alio, etiamsi ipsum non sit natum habere illud, sicut si lapis dicatur res mortua, quia caret uita, quam quædam res natæ sunt habere. Alio modo, dicitur priuatio, quando aliquid non habet, quod natum est haberi ab aliquo sui generis, sicut si talpa dicatur cæca. Tertio modo, quando ipsum non habet, quod natum est habere. Et hoc modo priuatio imperfectionem importat. Sic autem ingenitum non dicitur priuatiue de patre, sed secundo modo, prout, s. aliquod suppositum diuinæ naturæ non est genitus, cuius tamen naturæ aliquod suppositum est genitum. Sed secūdum hanc rationem, etiam de spiritusancto potest dici ingenitum. Vnde ad hoc, quod sit proprium soli patri, oportet ulterius in nomine ingeniti intelligere, quod conueniat alicui personæ diuinæ, quæ sit principium alterius personę, ut sic intelligatur importare negationem in genere principii personaliter dicti in diuinis. Vel ut intelligatur in nomine ingeniti, quod omnino non sit ab alio, & non solum quod non sit ab alio per generationem. Sic.n. nec spiritui sancto conuenit esse ingenitum, qui est ab alio per processionem, ut persona subsistens, nec etiam diuinæ essentiæ, de qua potest dici, quod est in filio, in spiritusancto ab alio, scilicet a patre.

AD TERTIVM dicendum, quod secundum Damas. * Ingenitum uno modo significat idem quod increatum, & sic secundum substantiam dicitur, per hoc enim differt substantia creata ab increata. Alio modo significat id, quod non est genitum. Et sic relatiue dicitur eo modo, quo negatio reducitur ad genus affirmationis, sicut non homo ad genus substantię, & non album ad genus qualitatis. Vnde cum genitum in diuinis relationem importet, ingenitum etiam ad relationem pertinet. Et sic non sequitur, quod pater ingenitus distinguatur a filio genito secundum substantiam, sed solum secundum relationem, inquantum, scilicet relatio filii negatur de patre.

AD QVARTVM dicendū, ꝙ sicut in quolibet genere oportet ponere unum primum, ita in diuina natura oportet ponere principium, quod non sit ab alio, quod ingenitum dicitur. Ponere igitur duos innascibiles, est ponere duos Deos, & duas naturas diuinas. Vnde Hilar. dicit in lib. de Synodis. * Cum unus Deus sit, duo innascibiles esse non possunt. Et hoc præcipuè, quia si essent duo innascibiles, unus eorum non esset ab alio. Et sic non

distin-

Vide secundum responsum ly uel ut intelligatur in nomine ingeniti, &c.

3ᵐ de maiori.

Ingenitus. ℞. i. increatus, nō autem, non genitus. §. Tūc &c. Nam secundo modo sumitur in conclusione, non primo. Ex litera dic, ergo aliquid dicitur relatiue uel formaliter, ut ly genitum, uel reductiue, ut ly ingenitum.

4ᵐ minor. Nihil uidetur prohibere, ꝙ etiam sint

li.5. de tri. c.7. in pr. & tom.3.

Citatur in magist. sen. li.1.d.13. Parag.f. D.1056.

2. Respon.

lib. 1. de fi. Ortho.c.9

li. de Synodis post medium illius per 6. pag. & est diffinitio 26.

sint plures in diuinis ab alio non existentes. ℞. Negatur ista. §. Nā pluralitas Deorum, quæ inde sequeretur, id prohibet, cum plura litatem Deorum dari impossibile sit. contra Manichæos, Gnosticos, Albanenses, Apellem, Cerdonem, Albigenses, Euangelicos, Petrum Statonium [Prat. in tit. eorum, exceptis duobus ultimis. Nam Euangelicos ponit in tit. Antichristiani, & Petrum Statonium in tit. Lucas Stēberger.]

5m de conclusione. Etiam proprium eius debet &c. ℞. Si per ly ingenitum non significaretur etiam, quod sit improcessibilis §. Tunc nihil &cæt. ut patet ex litera, si bene consideras, haberi potest responsio ad quæstionem dicentem, si per ly genitum hic intelligitur improcessibilis, quare conclusio non magis dixit, quod esse improcessibilem sit proprium patri? Quandoquidem & hæc locutio multas instantias effugeret. Vt ex argumentis patet. Ideo responsum hoc ad quintum in litera bene considera tu, ponderando profunde illas duas rationes.

distinguerentur oppositione relatiua. Oporteret igitur, qd distinguerentur diuersitate naturæ.

Ad quintum dicendum, q proprietas patris, prout non est ab alio, potius significatur per remotionem natiuitatis filii, quā per remotionum processionis spiritussancti. Tum quia processio spiritussancti non habet nomen speciale, ut supra dictum est, * tum quia etiam ordine naturæ præsupponit generationem filii. Vnde remoto a patre, quod non sit genitus, cum tamen sit principium generationis, sequitur consequenter quod non sit procedens processione spiritussancti, quia spiritussanctus non est generationis principium, sed a genito procedens.

q.27.ar.4

APPENDIX.

Vtilit. pro S. Eccl.

EX articulo habes, quomodo per rationem demonstres, ritè esse a Concilio Toletano undecimo in principio fuisse determinatum sic. Patrem quidem non genitum, non creatum, sed ingenitum, profitemur. Item in de processione spiritussancti sic. Hic etiam spiritussanctus nec ingenitus, nec genitus creditur, ne aut si ingenitum dixerimus, duos patres dicamus, aut si genitum, duos filios prædicare monstremur. Item, quod a Papa Damaso, in suo symbolo fidei quod ponitur inter opera. D. Hieronymi tom. 4 merito definitum est expresse, quod Pater tantum est ingenitus. Itē, quod a Concilio Nicæno iuste idipsum est decisum, secundum quod Diuus Athanasius in epistola ad Serapionē dicit his uerbis, Spiritussanctus non est ingenitus, quia imprincipiatum esse, & ingenitum soli Deo Patri catholica Ecclesia congregata apud Nicænam recte, & fideliter attribuit, & de solo Patre hoc esse credendum, & prædicandum toti mundo sub anathemate mandauit. Hæc ibi. Item, quod ab Ecclesia iure in officio sanctissimæ trinitatis canitur, Te Deum Patrem ingenitum &c. toto corde & ore confitemur. Item a Papa Sixto primo, in prima epistola ad uniuersos Christi fideles, ritè fuisse ostensum, secundum fidē patrem esse Deum & ingenitum, filium uero [in quo Pater uisus est] esse genitum, vnumque cum patre Deum, non alium Deum esse patrem, alium filium. Secundo uides, quomodo ex his uscissim Angelica firmetur hæc doctrina.

Comm. Cardinalis Caietani.

IN titulo, proprium distinguitur contra commune. Et excludit ut in responsione ad secundum habetur, non solum alias personas diuinas, sed etiam naturam ipsam.

¶ In corpore unica est conclusio non nisi implicite responsiua quæsito, ac posita. Ingenitum esse est proprium patris. Probatur sic. Pater & filius in diuinis sunt principium non de principio, & principium, & principio, quemadmodum in creaturis hæc est principium primum, illa principium secundum, ergo pater dupliciter innotescit, scilicet inquantum principium paternitate & communi spiratione. & inquantum non de principio per non esse ab alio, ergo per esse ingenitum. Etsi subintellexeris, quod esse principiū non de principio, seu non esse ab alio, est proprium patri, concludes non solum quod ingenitum conuenit patri, quod in litera explicatur, sed etiam quod est proprium patri, quod quæsitum erat, & quod determinare intendebat litera. Antecedens declaratur, quia in personis diuinis non est prius & posterius, ut infertur patebit. Consequentia uero prima probatur, quia principium primum in creaturis dupliciter innotescit, scilicet relatione ad ea, quæ sunt a se, & negatione sui ab alio. Secunda uero consequentia probatur, quia non esse alio spectat ad innascibilitatem significatam ingeniti nomine.

¶ In responsione ad secundum aduerte, quod ingenitum cum constet in, & ingenitum, utrumque est multiplex. Nam ly, in dupliciter sumitur, scilicet pure negatiue, aut priuatiue & hoc multipliciter, aut in ente, aut in genere, aut in seipso, & hoc solo modo dicit imperfectionem. Hic autem sumitur priuatiuè in genere, aut principii personaliter, aut diuinæ rei. Genitum quoque dupliciter sumitur, scilicet proprie, idest ab alio per generationem, & communiter, idest quouis modo ab alio. Vnde in litera quinque dicuntur. Primo, quod ingenitum pure negatiue non est proprium patri. Secundo, quod ingenitum priuatiuè in seipso non conuenit patri. Tertio, quod ingenitum priuatiue in genere diuini suppositi, non est proprium patri, quia conuenit spiritui sancto. Quarto, quod ingenitum in genere principii personaliter dictū, est proprium patri. Et his in quatuor acceptionibus ly genitum, sumitur proprie. Quinto, quod in genere rei diuinæ sumendo ly genitum communiter, ingenitum est proprium patri, quoniam solus nullo modo est ab alio. Essentia namque, etsi non simpliciter, tamen ui in filio & spiritu, est a patre.

¶ In responsione ad quartum aduerte, quod litera duas assignat rationes, quare non possunt esse in diuinis duæ personæ ingenitę, iuxta illud Hilarii. Cum unus Deus sit duo innascibiles esse non possunt unitatem diuinæ naturæ assignantis pro causa unitatis personæ innascibilis. Et prima quidē deductio literæ est, quia in omni natura oportet ponere unum primum, ac per hoc si plura prima sunt, plures naturę erunt. Secunda est, quia si essent duo innascibiles, distinguerentur diuersitate naturarum, quia non relationibus originis oppositis, neuter enim esset ab altero, aut alio. Veruntamen Sco. in 1. dist. 2. q. 5. hanc secundam rationem reprehendit, eo quod medium non est notius conclusione, qui enī plures personas ingenitas poneret, non concederet eas relationibus originis distingui, & Hilarius quidem inquit, hoc dicit, sed non probat. Sed reuera, tam Hilarii ratio quam illius in litera deductio, non solum rationabilis, sed necessaria est, quoniam aut in diuinis non est personarum distinctio, ut dicunt Philos. & sic una tantum persona est ingenita, aut sunt tres personæ, ut fides catholica docet, & sic cum distinctio per absoluta non sit intelligibilis, restat quod per ordinem tantum originis esse possit. Vnde medium notius est conclusione, sicut notius est, non posse esse distinctionem realem personarum in absolutis absque diuersitate perfectionis. Sed Sco. actus concepta passione, quam expressurus erat in 26. dist. eiusdem, hæc dixisse uidetur, qua de re inferius erit sermo.

S. Bon. 1. 5. distin. 6. q. 2. art. 1.
Aless. p. p. sū. q. 42. mem. 5. ar. 1.
Scot. 1. 5. d. 6. q. 1.
Riccar. 1. 5. d. 6. q. 2.
Duran. 1. 5. d. 5. q. 1.
Mairo. 1. 5. d. 6. q. 1.
Bacco. 1. 5. d. 6. q. 1.
Egid. 1. 5. d. 27. q. 2. 2. prin.
Cap. 1. d. 27. q. 2. con. 4. con. 1. q. 2. con. 1.
Bannes. q. 34. ar. 1.
Pet. de Pal. 1. 5. d. 27. q. 3. & 4.

QVÆST. XXXIIII.

De persona filii, inter tres articulos diuisa.

DEINDE considerādum est de persona filii. Attribuuntur aūt tria nomina filii. Filius, Verbum & Imago. Sed ratio filii ex ratione patris consideratur. Vnde restat considerandum de uerbo & imagine.

Circa uerbum quæruntur tria.

¶ Primo. Vtrū verbum dicatur essentialiter in diuinis, uel personaliter.

¶ Secundo. Vtrum sit proprium nomen filii.

Prima S. Thom.

SVP. Q. XXXIIII.

Art. 1.

CONCL. Nomen verbū in diuinis, si proprie sumatur, V 2 est

est nomen personale, & nullo modo essentiale.

¶ Prob. Quia Verbum in Deo proprie dicitur, secundum quod uerbum significat conceptum intellectus, & cōceptus intellectus de ratione sua habet, qd procedat ab alio, idest a concipiente.

189 — 12 q.93.ar. 1. ad 2. & ner. q 4.2. 2. & 4. & opu.1. c.ii. In Euang. Io.c. 1. sup illud i principio erat verbum. li. 9. de tri. ca.10. circa finem.

¶ Corol. Quoniā igitur hoc, scilicet procedere ab aliquo personæ tantum conuenire potest, ideo clarum ex hoc restat conclusionis utrumque dictum, uidelicet quod uerbū, & sit nomen personale, & nullo modo essentiale.

1m de minori.

Ex ca. 31. 33. & 34. habetur.

Metaphoricæ dicitur. R. Secundum Arrianos, non secundum rei ueritatem. §. Tunc &c. Nam conclusio est secūdum rei ueritatem, non secundum Arrianos, & uerbum in diuinis proprie, non metaphorice dici intendit. Ex litera dic, quod Arriani ex sua falsa opinione quod .s. uerbum ibi metaphorice tantū dicatur conuincuntur maximæ ignorantię et circa propriā uocem. Non enim uerbum dici potest similitudine quadam, nisi per respectum ad aliquod proprie dictum cui assimiletur, uel cuius similitudo sit [ut habes in textu,] cum sic sit de omnib. similitudinarie dictis, ut patet, si ergo uerbum, secundū illos est metaphorice in diuinis, sequitur secundū illorum uocem [sed no luerunt intelligere, nec uocem sic intelligi, ut bene agerent,] qd uerbum sit quoque proprie in Diuinis. Nā ex fundamento a nobis iacto, quod uerissimū est ueniendum tandem est ad hoc, quod uerbum sit proprie ibi, alioquin abiretur in infinitum, nunquam ueniendo ad uerbum proprie dictū ad cuius similitudinem aliquod uerbum, secundum illos, dicitur metaphorice ibi.

In Mono. c.58.

li. 7. de tri. ca. 1. paulo post princ. tom. 3.

2m de minori.

Notitia, Cogitatio, intuitus. R. pro actu, uel aliquo habitu sumpta, non autē, sumpta, put illis [idest cognoscendo contemplando, intuendo,

lib. 1. Periher. in princ. to 1. & 2. de anima. tex. 90 tom. 2.

¶ Tertio, Vtrum in nomine uerbi importetur respectus ad creaturas.

ARTICVLVS I.

Vtrum verbum in diuinis sit nomen personale.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur, q uerbū i diuinis nō sit nomē personale. Nomina enim personalia proprie dicuntur in diuinis, ut pater & filius. Sed uerbum metaphorice dicitur in diuinis, ut Origen. dicit super Ioā.† Ergo uerbum non est personale in diuinis.

¶ 2 Præt. Secundum Aug. in li. de Trin.* Verbum est notitia cum amore. Et secundum Anselm. in Monol.† Dicere summo spiritui nihil aliud est, quam cogitando intueri. Sed notitia & cogitatio, & intuitus in diuinis essentialiter dicuntur. Ergo uerbum non dicitur personaliter in diuinis.

¶ 3 Pręt. De ratione uerbi est quod dicatur. Sed secundum Anselm.* Sicut pater est intelligens, & filius est intelligens, & spiritussāctus est intelligens, ita pater est dicens, filius est dicēs, & spiritussānctus est dicens, & similiter quilibet eorum dicitur. Ergo nomen uerbi essentialiter dicitur in diuinis, & nō personaliter.

¶ 4 Præt. Nulla persona diuina est facta. Sed uerbum Dei est aliquid factum. Dicitur enim in Psal. 148. Ignis, grando, nix, glacies, spiritus procellarum, quæ faciunt uerbum eius. Ergo uerbum non est nomen personale in diuinis.

SED CONTRA est, quod dicit Aug. in 7. de Trin.† Sicut filius refertur ad patrem, ita & uerbum ad id cuius est uerbum. Sed filius est nomen personale, quia relatiue dicitur. Ergo & uerbum.

RESPON. Dicendum, q nomē uerbi in diuinis si proprie sumatur est nomen personale, & nullo modo essentiale.

Ad cuius euidentiam sciendum est, q uerbū tripliciter quidem in nobis proprie dicitur. Quarto autē modo dicitur improprie siue figuratiue. Manifestius autem & cōius in nobis dicitur uerbū quod uoce profertur, quod quidē ab interiori procedit quantum ad duo, quæ in uerbo exteriori inueniuntur, s. uox ipsa, & significatio uocis Vox. n. significat intellectus conceptum, secūdm Philosophum in lib. 1. Periher.* Et iterum, uox ex significatione uel imaginatione procedit, ut in lib. de Anima† dicitur. Vox aūt quæ non est significatiua, uerbum dici non potest. Ex hoc ergo dicitur uerbum uox, exterior, quia significat interiorem mentis conceptum. Sic igitur primo & principaliter interior mentis conceptus uerbum dicitur. Secundario uero, ipsa uox interioris conceptus significatiua. Tertio uero, ipsa imaginatio uocis uerbū dicitur. Et hos tres modos uerbi ponit Damasc.* in 1. lib. c 17. dicēs, quod uerbum dicitur naturalis intellectus motus, secundum quem mouetur, & intelligit, & cogitat, uelut lux, & splendor quantum ad primum. Rursus, uerbum est quod non uerbo profertur, sed in corde pronuntiatur quantum ad tertium. Rursus etiam uerbum est angelus, idest nuntius intelligentiæ quantum ad secundum. Dicitur autem figuratiuè quarto modo uerbū id, quod uerbo significatur, uel efficitur sicut cōsueuimus dicere, hoc est uerbum quod dixi tibi, uel quod mandauit rex, demonstrato aliquo facto, quod uerbo significatum est, uel simpliciter enuntiantis, uel etiam imperantis. Dicitur autem proprie uerbum in Deo secundum quod uerbum significat conceptum intellectus. Vnde Augūst. dicit in 15. de Trin.† Quisquis potest intelligere uerbum, non solum antequam sonet, uerumetiam antequam sonorum eius imagines cogitatione inuoluantur, iam potest uidere aliquam uerbi illius similitudinem de quo dictum est. In principio erat uerbum. Ipse autem conceptus cordis de ratione sua habet quod ab alio procedat, scilicet a notitia concipientis. Vnde uerbum secundum quod proprie dicitur in diuinis, significat aliquid ab alio procedens, quod pertinet ad rationem nominum personalium in diuinis, eo quod personæ diuinæ distinguuntur secundum originem, ut dictum * est. Vnde oportet quod nomen uerbi, secundum quod proprie in diuinis accipitur, non sumatur essentialiter, sed personaliter tantum.

li. 1. Orth. fid. c. 17.

li. 15. de tri. c. 10. a med. tom. 3.

q. 7. ar. 3. 4. & 5.

D. 1160.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod Arriani, quorum fons Origenes inuenitur, posuerunt filium alium a patre esse in diuersitate substantię. Vnde conati sunt, cum filius Dei uerbum dicitur, astruere non esse propriè dictum, ne sub ratione uerbi procedentis cogerentur fateri filium Dei non esse extra substantiam patris. Nam uerbum interius sic a dicente procedit, quod in ipso manet. Sed necesse est si ponitur uerbum Dei, metaphoricè dictum, quod ponatur uerbum Dei, proprie dictum. Non enim potest aliquid metaphoricè uerbum dici, nisi ratione manifestationis. Quia uel manifestat sicut uerbum, uel est uerbo manifestatum. Si autem est manifestatum uerbo, oportet ponere uerbum quo manifestetur. Si autem dicitur uerbum, quia exterius manifestat ea, quæ exterius manifestantur, non dicuntur uerba nisi inquantum significant interiorem mentis conceptum, quem aliquis etiam per exteriora signa manifestat. Etsi ergo uerbum aliquando dicatur metaphoricè in diuinis, tamen oportet ponere uerbū proprie dictum, quod personaliter dicatur.

AD SECVNDVM dicendum, q nihil eorum quæ ad intellectum pertinent, personaliter dicitur in diuinis, nisi solum uerbum. Solum enim significat aliquid ab alio emanans s. Id enim quod intellectus in concipiendo format, est uerbum. Intellectus autem ipse secundum quod est per speciem intelligibilem in actu consideratur absolute. Et similiter intelligere, quod ita se habet ad intellectum in actu, sicut esse ad ens in actu. non .n. intelligere significat actionem ab intelligente exeuntem, sed in intelligente manentem. Cum ergo dicitur, quod uerbum est notitia, non accipitur notitia pro actu intellectus cognoscentis, uel pro aliquo eius habitu, sed pro eo quod intellectus concipit cognoscendo. Vnde & Aug.* dicit, quod uerbum est sapientia genita. Quod nihil aliud est quam ipsa conceptio sapientis. Quæ etiam pari modo notitia genita dici potest. Et per eundem modum potest intelligi, quod dicere Deo, sit cogitando intueri, inquantum, scilicet intuitu cogitationis diuinæ concipitur uerbum Dei. Cogitationis tamen nomen, Dei uerbo proprie non conuenit. Di-

li. 7. de tri. c. 2. nō longe a princ. tom. 3.

cit.

cit.n.Aug.* 15.de Tri. Ita dicitur illud uerbū Dei, ut cogitatio non dicatur, ne aliquid esse quasi uolubile credatur in Deo, qd non accipiat formam ut uerbum sit, eamque dimittere possit, atq; informiter quodammodo uoluntari. Cogitatio.n. proprie in inquisitione ueritatis cōsistit, quæ in Deo locum non habet. Cum uero intellectus iam ad formam ueritatis pertingit, non cogitat, sed perfecte ueritatem contemplatur. Vnde Anselmus improprie accipit cogitationem pro contemplatione.

AD TERTIVM dicendum, q sicut proprie loquendo, uerbum dicitur personaliter in diuinis, & non essentialiter, ita & dicere. Vnde sicut uerbum non est cōe patri & filio & spiritui sancto, ita non est uerum quod pater & filius & spiritus sanctus sint unus dicens. Vn Aug. dicit * 7. Trin. Illo coæterno uerbo nō singulus intelligitur in diuinis, sed dici conuenit cuilibet personę. Dicitur.n. non solum uerbum, sed res quæ uerbo intelligitur, uel significatur. Sic ergo uni soli personæ in diuinis conuenit dici eo modo quo dicitur uerbum. eo uero modo quo dicitur res in uerbo intellecta, cuilibet psonæ cōuenit dici. Pater.n. intelligendo se, & filium & spūm sanctum, & oīa alia quæ eius scia continentur, concipit uerbū, ut sic tota trinitas verbo dicatur, & ēt omnis creatura. Sicut intellectus hominis uerbo quod concipit intelligendo lapidem, dicit. Anselm. uero improprie accepit dicere pro intelligere. Quæ tamen differunt, nam intelligere importat solam habitudinem intelligentis ad rē intellectā, in qua nulla rō originis importatur, sed solum informatio quædam in intellectu nostro, prout intellectus noster fit in actu per formam rei intellectę. In Deo aūt importat oīmodam identitatem, quia in Deo est oīno idem intellectus & intellectum, ut sup. * ostensū est. Sed dicere importat principaliter habitudinem ad verbum conceptū. nihil.n. est aliud dicere, q̄ proferre uerbum, sed mediante uerbo importat habitudinē ad rem intellectam, quæ in uerbo prolato manifestatur intelligenti. vt sic sola psona quæ pfert uerbū, est dicens in diuinis, cū tamē singula psonarū sit intelligens & intellecta, & p consequens uerbo dicta.

AD QVARTVM dicendū, q̄ uerbū sumit' ibi figuratiuè, put sigñatū uel effectus uerbi, dicitur uerbū. Sic .n. creaturæ dicuntur facere uerbū Dei, inquātum exequuntur effectū aliquem, ad quē ordinantur ex uerbo concepto diuinæ sapiētiæ, sicut aliquis dicitur facere uerbum Regis, dum facit opus ad quod ex uerbo Regis instigatur.

ARTI-

do, seu claræ contemplationis intuitu] concipitur uerbū. §. Tunc &c. Nam hoc secundo modo non dicuntur essentialiter, sed personaliter quamuis primo modo sit econtra.

3m de maiori. Dicatur. R. Ab aliquo, qui dicendo proferat uerbum, non a quocunque quouis alio modo dicente. §. Tunc &c. Nam solus pater est dicēs primo modo, alii autem secundo. Cōsequenter solus pater est dicens proprie. Et sic Anselmus in sua illa. Propositione accipit ly dicens, diuersimode pater enim dicens est, idest intelligendo proferēs uerbum, filius est dicens, idest intelligens [Nil aliud] spiritus sanctus est dicens, i. intelligens. [Nil aliud.] Rursum. Solus filius dicitur eo modo, quo dicitur uerbum. Eo autem modo, quo dicitur res in uerbo intellecta, & tota trinitas simul, & unaquęq; persona, dicitur.

li.15. de tri. cap. 16. in prin.

4m maior. Nulla persona diuina est facta. R. Personæ tamen diuinę opus fieri præordinatū est factum. §. Tunc &c. Ex hoc n. quod opus a Deo ex uerbo præconcepto præordinatū fieri a creaturis [ut habet ille psalmus adductus], fit, non sequitur, quod uerbum diuinum in diuinis fiat. Licet ex eo sequatur, quod uerbum diuinum in suo effectu fiat, siue [clarius] quod effectus uerbi diuini fiat, siue quod ordinatū a Verbo diuino fiat.

li.7. de tri. cap.1. circa princ.

APPENDIX.

Vtilit. pro S.Eccl.

EX articulo habes, quō per rationem reiicias errorem Rabbi Moysis [Direct. Inquis. 2. par. q.4.] dicentis, verbum dici essentialiter tantum non personaliter. Secundo habes, quomodo per rationem eandem ostendas, recte factum a scripturis, & consequenter recte damnatum prædictum errorem. ab eis, dum accipiunt uerbum personaliter ibi 1. Ioā. 5. tres sunt qui testimonium dant in cęlo pater, Verbum, & spiritus sanctus, & Io.1. verbum caro factum est, quod utique de persona tantum, filii catholice intelligitur. Item a qūo a Concilio Constantinopolitano quinto, in expositione fidei, sic. Vnus Deus pater uerbi uiuentis, sapientiæ subsistentis, & potentiæ ac characteris sempiterni, perfectus perfecti genitor, pater filii unigeniti, unus dns solus ex solo, Deus ex Deo. Character, & imago deitatis, uerbum operatiuum, sapientia consistentiæ omnium comprehensiua, & uirtus totius creaturæ factiua, filius verus veri patris, inuisibilis, inuisibilis, ineffabilis, ineffabilis, immortalis, immortalis, & sempiternus sempiterni. Hæc ibi. Ecce, qd accipit uerbum personaliter. Idem conciliū actione prima cap. 2. si quis non cōfitetur Dei verbi duas natiuitates &c. Anathema sit, & c. 3. Si quis dicit alium esse Deum uerbum, qui miracula fecit, & alium Christum, qui passus est &c. & non vnum eundemque Dominū nostrum Iesum Christum Dei verbum incarnatum &c. Anathema sit. Hæc ibi. Nā in omnibus fere capitulis uerbum accipi personaliter, non essentialiter, uidebis. Item quō modo recte a Cōciliis omnib. speciatim Ephesino in suis capitulis sub anathemate positis quæ de trinitate, uel incarnatione tractādo nominant uerbum, qm̄ ipsum pro filii persona accipiunt. Nec mirū, qm̄ scriptura sic docuit dicens. In principio erat uerbum, & uerbū erat [sicuti & est] apud Deū & Deus erat uerbum [quemadmodum exponit Papa fælix in epistola ad Petrum episcopum Antiochiæ, quæ ponitur in Constantinopolitana synodo quinta.] Sriptura uero, & concilia, maxime quæ cum sub Anathemate loquuntur proprie loquuntur. Tertio uidere licet, quomodo ex his uicisim Angelica doctrina hæc firmetur.

2 *3* *q.14.art.2. & 4.*

Comm. Cardinalis Caietani.

TItulus satis clarus est, ex communi usu uocabulorum in materia trinitatis. Et ly sit, denotat quod est quęstio, an ex propria sui significati ratione sit nomen personale, an non. Non.n. quæritur. Verum possit supponere pro persona, uel, an ex accommodatione sit personale nomen, sed simpliciter in diuinis tamen, idest cum de Deo prædicatur.

¶ In corpore tria facit Primo, proponit conclusionem rñsiuam quæsito, s. Verbi nomen proprie sumptum in diuinis, est personale, & nullo modo essentiale. Secundo, statim declarat illos terminos conclusionis, propriè sumptum in diuinis. Tertio, probat conclusionem ibi ipse autem conceptus cordis.

¶ Quoad secundum ad declarandum ly proprie sumptum, distinguitur uerbi nomen, & ordinat eius modos. Distinguit quidem, quod sumitur dupliciter. s. propriè & metaphoricè. Et rursus propriè sumitur tripliciter, & sic adunando oēs modos, quadrupliciter dicitur, trib. quidē primis modis proprie, & quarto similitudinariè. Primo igitur, pro uerbo in uoce. Secundo, in cogitatiua. Tertiò in intellectu. Quarto autem, pro aliquo facto, quod uerbo significatum, imperatum, uel effectum est. Ordinat autem primo, uerbum cordis, secundo, oris, tertio, cogitatiuæ, locans, probansque primorum ordinem ex hoc, quod uox exterior uerbi rationem non habet, nisi quia significat interiorem mentis conceptum. Ad declarandum uero, ly in diuinis, dicit, quod uerbū in Deo sumitur pro uerbo intellectus, confirmatque hoc authoritate Aug. De his modis accipiendi uerbum, diffuse ac clare scriptum inuenies in q. de ue. q.4. art.1. & 2. Et in 1. sent. dist. 27. q. 2. art.1.2. quare vide ibi.

¶ Circa ordinem inter uerba positum in litera, dubiū, est qualis sit, an quo ad nos, an secundum se. Quod.n. sit quo ad nos, ex eo patet, q iuxta hunc ordinē non uerbum cordis, sed uerbū uocis, locum primum hēre dēt, ut ēt in literæ principio insinuatur. Quod uero non sit s̄m naturam, ex eo apparet, quia uerbum cogitatiue scd̄m in hoc ordine locum sibi uendicat, qm̄ constat uocale uerbum ex imaginatione dependerę Et sic quouis ordine dicatur, male uerbum oris secundo loco positum uidetur, debetur.n. sibi naturæ ordine, ultimus, quoad nos uero primus.

¶ Ad hoc dicitur quod assignatus ordo, est naturæ ordo inter intentiones uerbi nomine significatas.

¶ Ad cuius euidentiam, scito duos esse canones in huiusmodi. Primus est. Omne nomen per prius dicitur formaliter, quam secundum denominationem extraneam, ut patet inductiue, Aliter est, Omne nomen formaliter dictum de pluribus, prius dicitur de eo a quo aliud dependet, quam de dependēte ab illo, & hoc ēt patet inductiue, uerbum igitur, quia formaliter saluatur in uerbo cordis & oris tantum, in cogitatiua autem causaliter, ideo iuxtam primam regulam ultimo dicitur de uerbo cogitatiuę. Et ad hoc insinuādum litera dixit. Imaginatio uerbū dr, innuēs q in cogitatiua ea ratione dr uerbum, quia est uerbi imaginatio causalis

tamen. Quia autem uerbi ratio formalis in intellectu sine dependentia a uerbo uocis, in uoce aũt cum dependentia est a uerbo cordis, ideo prius de uerbo cordis quã de uerbo uocis dicitur, formaliter tamen, ut dictum est, & non secundum extrinsecam denominationem, ut Durandus putauit. Quod ex eo patet quod uox prius uerbi nomen habuit, quam mentis conceptus, in illo enim priori uox uerbum erat, & ratio uerbi in conceptu ignota erat, ergo uox uerbi appellationem non sumpsit a uerbo cordis.

¶ Præt. Vox est signum expressiuũ non denominatione extrinseca, sed formaliter, sicut Socrates est alb. sed rõ uerbi in uoce est esse expressiuum, seu manifestatiuũ signũ cõceptus mentis alteri, ut in litera dicitur, sicut ẽt rõ uerbi in cõceptu est esse expressiuũ signum habitualis notitiæ sibi, ut in q. de ueri. dicitur. Igitur significatiua uox formaliter est uerbũ, sicut formaliter est expressiua.

¶ Ad obiectionem aũt in oppositum dicitur, ꝙ ordo naturæ inter intentiones nominis multiplicis, nec attenditur secundum ordinem rerum, in quibus intentiones saluantur, nec secundum ordinem illarum intẽtionum in esse naturæ. Sol enim quamuis sit prior calefacto a se, & causalitas Solis prior sit naturaliter, quam calor causatus per illam, non tamen prius dicitur calidum de eo, quam de calefacto, sed econtra, sed attenditur secundum habitudinem ipsarum intentionum in hoc, quod est includi in alia, & nõ econtra. Sic autem se habent intentio formalis & secundum denominationem extrinsecam. Et propter ea, licet causalitas cogitatiue, qua in ea dicitur uerbum, sit prior uocali uerbo, posterius tamen prædicationem eius recipit.

¶ Quoad tertium probatur conclusio sic. Verbum in diuinis significat conceptum intellectus, ergo significat aliquid ab alio procedens, ergo aliquid personale, ergo non sumitur essentialiter, sed personaliter tantum.

¶ Prima consequentia, probatur, quia de ratione ipsius conceptus cordis est, quod procedat ab alio, s. a notitia concipientis. Secunda uero probatur, quia personę diuinæ distinguuntur secundum originem. Tertia est per se nota.

¶ Circa hanc rationem ac conclusionem dubium occurrit propter tria. Primo, quia procedere abstrahit a processu reali & processu secundum rationem. Et similiter ly ab alio, potest utroque modo intelligi, s. alio secundum rem, uel secundum rationem, & tamen litera infert & processum & alietatem & realitatem. Secũdo & est confirmatio præcedentis, propter multas instantias. Intelligere enim, amare, & quodcunque aliud simile, significat aliquid procedens ab alio, puta intellectu uel uoluntate, &c. & tamẽ non sequitur, ergo huiusmodi sunt nomina personalia in diuinis. Tertio & est augumentatio præcedentium, propter ipsummet authorem, qui & in quæstio. de ue. & in 1. sent. ubi supra, propter hæc quæ adduximus, hanc rationem in litera adductam tenet nõ concludere, sustinetque oppositum conclusionis hic probatæ, dicens, uerbum quandoque personale, quandoque essentiale nomen esse.

¶ Ad euidentiam huius dubitationis, primo de re ipsa, deinde de authore dicendum est. Quo ad rem, scito duo. Primo, quia ly secundum rationem, est conditio diminuens, sicut pictum uel mortuum, moueri enim secundum rationem non est moueri, ideo procedere secundum rõnem non est procedere, sed est intelligi ꝙ procedat, i. per modum processus. Et propterea, cum de processu est sermo, de reali oportet intelligi, sicut cum de motu aliisque quæ per rationem diminuunt loquimur, alioquin incerta essent omnia. Scito secundo, quod aliud est significare aliquid procedẽs ab alio, & aliud significare aliquid per modum procedẽtis ab alio. In primo, enim dicitur, quod res significata procedit ab alio. In secundo uero, quod res significata intelligitur & significatur, ut procedens, seu per modum procedentis ab alio.

¶ Inter hęc aũt duo, maior est distantia, quæ inter cęlum & terram, quã tanta est, quanta est inter esse & significari. In primo. n. res sigñata est ab alio, in scdo uero, significatur ut ab alio. His aũt stantib. rñdetur, ꝙ propositiones in litera assumptæ nõ sunt distinguendæ, quoniam expresse significant processionem cadere supra rem significatam, stat ergo ratio in hoc. Verbi nomen proprie sũptum in intellectu, significat conceptum procedentem ab alio, ita quod processio determinat ly conceptum secundum rem, quia aliter processio non est, & proprie dicitur in diuinis, ergo saluatur ibi quo ad utrũque, aliter non proprie diceretur, ergo est nomen personale, quia ibi nihil est ab alio nisi persona, quãuis multa intelligantur ut ab alio, & per hoc patet responsio ad instã tias. Amare. n. non significat aliquid procedens ab alio, sed significat aliquid per modum procedentis ab alio. Et eadem ratio est de cæteris huiusmodi. Quo ad authorem uero dicitur, quod ut appatet diligenter tuenti eius libros, paulatim in hac dubitatione ad ueritatis perfectionem peruenit. Nam in 1. sen. secutus est illorum opinionem, qui uerbi nomen, sicut amoris nomen, considerantes, quandoque essentiale quandoque personale dixerunt. Postmodum in q. de ueri declinauit in alteram partem, scilicet quod dicitur personaliter, non tamen absque formidine alterius, ut patet ex eo, quia respondet rationibus ad utramque partem, altera ut rationabiliori amplexa. Postremo hoc in loco alteram partem scilicet, quod personaliter dicitur, asseruit cum expressa destructione alterius, scilicet, quod nullo modo essentialiter. Et hoc, quia uidit omnia illa quæ dubium fecerant aliquando, hac una ratione cessare, scilicet quod uerbi nomen, significat aliquid procedens ab alio, per hoc secernens ipsum ab his quæ significant per modum procedentis. Contra hoc enim nulla instantia militat, in hoc nulla distinctio habet locum, ut patet ex dictis. Neque assumpsit hoc absque probatione, sed probauit hoc ex ipsa ratione rei significatæ. Ipse, inquit, conceptus cordis de ratione sua habet quod ab alio procedat. Non ergo est aliquid essentiale, quoniam in nullius essentialis ratione clauditur siue intrinsece, siue ut necessario concomitans, quod procedat ab alio. Nec derogat hoc dignitati Doctoris, quoniam naturale est intellectui humano perfici in processu temporis.

¶ Retractauit ergo antedicta, nõ commemorando, seipsum aliter sensisse, sed repellendo opinionem quam sustinuerat.

¶ In responsione ad primum aduerte, ꝙ conditionalis illa. Si ponitur uerbum Dei metaphorice dictum oportet poni uerbum Dei proprie dictum, non tenet gratia formæ, sed gratia materiæ. Quoniam, ut in litera dicitur, si ponitur verbum Dei, metaphorice ponitur aut manifestatum verbo Dei, aut manifestans verbum Dei. his. n. duobus modis dicitur metaphorice, utrobique autem clauditur uerbum proprie dictum, & consequenter personaliter ut deductum est in litera, nihil n. est in ratione uerbi, quod imperfectionem importet, sed tantum esse ab alio, &c.

¶ In responsione ad secundum aduerte, quod cum dicitur in litera. Qđ intelligere, ita se hẽt ad intellectũ in actu, sicut eẽ ad ens in actu, est locutio non similitudinaria, sed potius expssiua ac si diceret, qđ sicut eẽ in cõi ad ens in actu in cõi, ita tale esse, i. intelligere ad tale ens in actu, i. intellectum in actu. Declaratum est. n. superius, quod cognoscere aliquid est esse illud, & quod in cognoscentib. in potentia, cognoscitiuum est primo in potentia ipsum cognitum, deinde medio modo inter potentiam, & actum, & demum est ipsum & tunc. n. dr̃ actu cognoscens. Nec obstat ꝙ intelligere dicatur actio, tum quia est immanẽs, ut in litera dr̃, tum quia secundum ueritatẽ magis hẽt de sigñari, quam esse actionis.

¶ In responsione ad tertium dubium est, an uerbum diuinum procedat ex omnib. quæ sunt in scientia patris, s. patre, filio, & spiritusa. & omnibus creaturis.

¶ Sed quoniam hoc in art. 3. huius quæstionis tractatur magis ex proposito, ibidem diffinietur.

Ægid. 1. s. d. 27 q. 3 a. prim.
Alb Mag. 1. d. 8. ar. 3.
D. V P. Q. XXXIIII. ART. II.

190
1. d. 27. q. 2 ar. 2. q. 2. & ueri. q. 4. a. 3. & op. 2. c. 11.

ARTICVLVS II.

Vtrum verbum sit proprium nomen filij.

CONCL. Solus filius proprie dicitur uerbum in diuinis.

¶ PROB. Quia uerbum propriæ dictum signifi-

AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur, ꝙ uerbũ nõ sit ꝓpriũ nomẽ filii. Filius. n. est persona subsistens in diuinis. Sed uerbum non significat rem subsistẽtem, ut in nobis patet. Ergo uerbũ nõ potest esse proprium nomen personæ filii.

¶ 2 Prę. Verbum prolatione quadam procedit a dicente, si ergo filius est proprie uerbum, non procedit a patre nisi per modum prolationis. Quod est hæresis Valentini, ut patet per Aug. in * lib. de hæresibus.

li de heresib. c. 11. t 6.

¶ 3 Præt. Oẽ nomẽ propriũ alicuius personæ sigñat ꝓprietatẽ aliquam eius. Si igitur uerbum sit propriũ nomen filii, sigñabit aliquã proprietatẽ eius, & sic erunt plures proprietates in diuinis, quam supra enumeratæ sunt.

¶ 4 Præt. Quicunque intelligit, intelligendo concipit uerbum. Sed filius intelligit. Ergo filii est aliquod uerbum. Et sic non est proprium filii, esse uerbum.

¶ 5 Præt. Hebræ. 1. dicitur de filio. Portãs omnia uerbo uirtutis suæ. Ex quo Basilius † accipit, ꝙ spiritus sanctus sit uerbum filii. Non est ergo proprium filii, esse uerbum.

li. 5. cõtra Eunom. cap. 11.

SED CONTRA est, quod Aug. dicit * 6. de Trini. Verbum solus filius accipitur.

li. 6. de tri. c. 2. in hoc tom. 3.

RESP. Dicendum, ꝙ uerbũ ꝓprie dictũ in diuinis, psonaliter accipitur, & est propriũ nomẽ psonæ filii, sigñat. n. quandã emanationẽ intellectus. Persona autẽ, quæ procedit in diuinis sm̃ emanationẽ intellectus, dicitur filius, & huius-

significat quandam emanationẽ intellectus, & persona in diuinis procedens secundum emanationem intellectus est solus filius.

1^m de minori. Sed verbum ℞. Cuius esse intelligibile est esse naturæ. §. Tunc &c. Nam uerbũ Dei intelligibile pertinet ad naturam eius, non ut aliquod accidẽs, sed ut aliqd in ea subsistẽs.

2^m de conclusione. Prolationis ℞. substantialis, non, accidentalis. §. Tunc &c Nam hæresis quæ est et Pauli samosetani accipit prolationem accidentalẽ, quasi aerem quẽdam [ut uerbis samosetani utar,] nos autem substãtialẽ.

3^m de antecedente. Proprietatẽ aliquam. ℞. Aliquam, sed non spaliam. Licet considera tam s̃m aliam & aliam perfectionem. §. Tunc &c. Non. n. ex hoc sequitur, qđ in filio sint plures proprietates, sed q̃ in ipso sic eadẽ ꝓprietas s̃m aliam, & aliam considerationẽ multipliciter denominata.

4^m de maiori. Quicunq; intelligit. ℞. ut principiũ uerbi, non ut uerbum procedens, Vel aliter. §. Ly uel aliter, dicitur pp spũm s̃ctum, qui intelligit, neutro tñ illorũ modorũ. Tunc &c. Licet. n. aliæ personæ intelligant solus tñ pater intelligit, ut producens uerbũ. Pro quo nota, qđ pr̃, filius, spiritussanctus, sunt tres personæ, & vnus Deus, ita quod ex hoc, qđ sunt tres personæ, non tollitur quod sint unus Deus, & ex hoc, quod sunt unus Deus, non tollitur qđ sunt tres personæ. Pater ergo intelligit, quia Deus, intelligit, ut producens uerbum, quia pater, filius intelligit, quia Deus, intelligit ut uerbum productum, quia filius, spiritussanctus intelligit, quia Deus, intelligit ut amor spiratus, quia spiritus sanctus. Sic ergo unaquæque persona exercet actum intelligendi, & quatenus sunt simul omnes unus Deus, & quatenus ab inuicem personaliter distinguntur. Alioquin si filius intelligendo produceret uerbum, filius tunc intelligendo esset pater, non filius, si pater intelligẽdo produceretur ut uerbũ, tunc pr̃ intelligendo esset filius, non pater, si spiritussanctus intelligendo produceret, uel produceretur, ut uerbũ, tunc spiritussanctus intelligendo esset pater uel filius, non spiritussanctus. Sic ergo personæ diuinæ ex eo, quod intelligunt, desinerent esse personæ tales, & essent saltem pro tunc, personæ aliæ. Quo quid absurdius?

5^m de Heb. 1. Verbo. ℞. figuratæ, & improprie accepto, non personaliter. §. Tunc &c. Nam conclusio, per ly propriæ, significauit, se loqui de uerbo personaliter tantum. Basilius ergo, & glo. non obsunt conclusioni.

huiusmodi processio dicitur generatio ut supra * ostensum est. Vnde relinquitur qđ solus filius proprie dicatur uerbum in diuinis.

Ad primum ergo dicendum, quod in nobis non est idẽ & esse intelligere. Vnde illud, quod hẽt in nobis esse intelligibile, non pertinet ad naturam nostrã, sed esse Dei est ipsum eius intelligere. Vnde uerbum Dei, non est aliquod accidens in ipso, uel aliquis effectus eius, sed pertinet ad ipsam naturam eius, & ideo oportet quod sit aliquid subsistens. Quia quicquid est in natura Dei, subsistit, & ideo Dama. dicit, * qđ uerbum Dei est substantiale, & in hypostasi ens. Reliqua uero uerba, scilicet nostra, uirtutes sunt animæ.

Ad secundum dicendum, quod non propter hoc error Valentini est damnatus, quia filium dixit prolatione natum, ut Arriani calumniabantur, sicut Hila. refert * 6. de Trin. sed propter uarium modum prolationis, quem posuit, sicut patet per Aug. * in li. de hæresibus.

Ad tertium dicendum, quod in nomine uerbi eadem proprietas importatur, quæ in nomine filii. Vnde dicit Aug. Eo dicitur uerbum quo filius. Ipsa enim natiuitas filii, quæ est proprietas personalis eius, diuersis nominibus significatur, quæ filio attribuuntur ad exprimendum diuersimodè perfectionem eius. nam, ut ostendatur connaturalis patri, dicitur filius, ut ostendatur coæternus, dicitur splendor, ut ostendatur omnino similis, dicitur imago, ut ostendatur immaterialiter genitus dicitur uerbum. Non aũt potuit unũ nomen inueniri, per qđ omnia ista designarẽtur.

Ad quartum dicendum, quod eo modo conuenit filio esse intelligentem, quo conuenit ei esse Deum, cum intelligere essentialiter dicatur in diuinis, * ut dictum est. est autem filius Deus genitus, non autem generans Deus. unde est quidem intelligens, non ut producens uerbum, sed ut uerbum procedens, prout scilicet in Deo uerbum procedens secundum rem non differt ab intellectu diuino, sed relatione sola distinguitur a principio uerbi.

Ad quintum dicendum, quod cum de filio dicitur, Portans omnia uerbo uirtutis suæ, uerbum figuratè accipitur pro effectu uerbi. Vnde * glo. ibi dicit, quod uerbum sumitur pro imperio, inquantum, scilicet ex effectu uirtutis uerbi est, quod res conseruentur in esse, sicut ex effectu uirtutis uerbi est, quod res producantur in esse. Qđ uero Basilius interpretatur uerbum pro spiritu sancto, impropriè & figuratè locutus est, prout uerbum alicuius dici põt, omne illud qđ est manifestatiuum eius, ut sic ea ratione dicatur spiritussanctus uerbum filii, quia manifestat filium.

ARTI-

Margin: q. 27. ar. 2. — li. 1. Orth. fid. c. 18 nõ procul a fi. — li. 6. de tri. non remote a princ. Loco in argu. citato. — q. 14. ar. 2. & 4. — Glosa iter linearis, ibidem. — Pulcherrime declaratur, quõo tres intelligant, & solus pater intelligendo producat Verbum. — Vtilit. pro S. Eccl.

APPENDIX.

Ex articulo habes, quomodo per rationem reiicias hæresim Alogiorum [Direct. Inquis. 2. par. q. 6.] negantium, uerbum ponendum in diuinis seu filium nõ esse Dei uerbum. [unde & dicũtur Alogii, ab a. i. fine, & logos, idest uerbum, quasi dicãtur, sine, uerbo.] Vnde propterea negant Euangelium & Apocalipsis Ioannis, eo déque sua fantasia ducti negarent scripturas omnes quatenus in diuinis nominant uerbum, ut ly tres dant testimonium in cęlo pater uerbum spirituss̃ nctus, si hæ scripturæ cõtra illos adducerẽt. Itẽ hæreses Arrianorum [Alexander Alexandriæ episcopus in epistola ad catholicos, de Arrianis] dicentes, filiũ Dei non esse uerum & naturale uerbum patris, sed abusiuè uerbũ. Rursus, filium Dei esse in ꝓprio & natiuo uerbo Dei, & in Dei sapiẽtia in qua & omnia, & ipsum quoque fecit Deus. Rursus. Filium Dei esse uerbum peregrinum, alienum, segregatumq; a substãtia Patris, Rursus. Verbum non posse perfecte cernere patrem neque certo eum cognoscere. Rursus, Verbum Dei mutari posse, ut diabolus mutatus est, & generationi, mutationique, utpote mutabilis naturæ obnoxium. Rursus, Verbum Dei non semper fuisse, sed ex non existentibus factum esse. Hæc omnia, quoniam de Verbo Dei loquuntur, hic adduximus, intendentes, tamen solum ut pro quanto præsenti articulo contraria sunt, eiusq; ratione conuincuntur adducta sint. De Verbi enim, seu filii Dei, diuinitate, æqualitate in scientia &c. ad patrem sigillatim, q. 39. ar. 2. & 3. q. 42. ar. &c. tractandũ erit, contrariæque hæreses confutandæ seorsum. Ad rem nostram modo. Hæreses prædictæ omnes, pro quanto de Verbo Dei uel dicunt, quod non conuenit reuera filio, uel negant quod reuera conuenit filio, pro tanto fatentur oppositum articuli, quod s. Verbum in diuinis non est proprium nomen filii, & pro tanto (ut diximus) hic adducuntur. Secundo habes quomodo per rationem ostendas, merito Alogorum illam ab Ecclesia damnatam in libro Decretorum 24. q. 3. Quidam. Item. Arrianorum omnes ab Alexandro Alexandriæ episcopo (ut ait Nicephorus lib. 2. c. 8.) sic post narrationem præmissarum hæresium determinãte. Hæc dicentes, atque his impudenter sese uendicantes Arrianos, sectatores que eorum. Nos quidem cum Aegyptiis & uicinis Lybicis centum numero episcopis, cõuentu acto anathemate iugulauimus. Tertio uidere licet, qũo ex his uicissim Angelica firmeẽ cõclusio.

APPEN-

Comm. Cardinalis Caietani.

IN tit. ly proprium distinguitur & contra commune, & contra extraneum. i. adiacens, ut de patris nomine dictum fuit. Ita quod sensus quęstionis est. Vtrum uerbi nomen in diuinis, soli filio conueniat ut eius ꝑsonalis proprietas. ut patet ex argumẽtis.

¶ In corpore unica est conclusio responsiua quæsito affirmatiuè. Verbi nomen proprie dictum in diuinis, est proprium nomen personæ filii. Et probatur sic. Verbũ significat emanationem intellectus. i. procedens secundum emanationem intellectus. ergo significat filium, ergõ solus filius proprie est uerbum. Probatur prima consequentia, quia & persona procedens secundum talem emanationem est filius, & huiusmodi processio est generatio.

¶ Aduerte hic, qđ si uis huius ꝓbationis ꝑspicuè inspiciatur, sc̃da cõsequẽtia absq; ꝓbatione merito posita est. Ex eo nãq; q̃ persona ꝓcedẽs sc̃dm emanationẽ intellectus est filius, sequitur quod uerbi nomẽ conueniat filio. Ex eo uero quod talis ꝓcessio est ipsa gñatio, quã constat terminari ad filium, sequitur, quod idẽ sit esse filium & esse uerbum. Ac p hoc, eẽ uerbum, est proprium ipsi filio, quemadmodum esse filium, & sic soli proprie conuenit.

Egid. 1. s. d. 27. q. 2. 1. prin.
Cap. 1. d. 27. d. 2. q. 2. con. 5.
Bannes eod. loc.

ARTICVLVS III.

Vtrum in nomine uerbi importetur respectus ad creaturam.

AD TERTIVM sic proceditur. Videtur, quod in nomine uerbi non importetur respectus ad creaturam. Omne.n. nomen connotans effectum in creatura, essentialiter in diuinis dicitur, sed uerbum non dicit essentialiter, sed personaliter, ut dictũ est, ergo uerbum non importat respectum ad creaturã.

¶ 2 Praet. Quae important respectũ ad creaturas, dicuntur de Deo ex tempore ut Dominus, & creator, sed uerbum dicitur. De Deo ab aeterno. Ergo non importat respectum ad creaturam.

¶ 3 Praet. Verbum importat respectum ad id a quo procedit, si ergo importat respectum ad creaturam, sequitur, quod procedat a creatura.

¶ 4 Praet. Ideae sunt plures secundum diuersos respectus ad creaturas. Si igitur uerbum importat respectum ad creaturas, sequitur, quod in Deo non sit unum uerbum tantum, sed plura.

¶ 5 Praet. Si uerbum importat respectum ad creatura, hoc non est nisi quantum creaturae cognoscuntur a Deo, sed Deus non solum cognoscit entia, sed etiam non entia. Ergo in uerbo importabitur respectus ad non entia. quod uidetur falsum.

SED CONTRA est, quod Aug. in * lib. 83. quaestionum, quod in nomine uerbi significatur non solum respectus ad patrem, sed etiam ad illa quae per uerbum facta sunt operatiua potentia.

RESPON. Dicendum, quod in uerbo importatur respectus ad creaturam. Deus enim cognoscendo se cognoscit omnem creaturã. Verbum igitur in mente conceptũ est repraesentatiuum omnis eius, quod actu intelligitur. Vnde in nobis sunt diuersa uerba, secundum diuersa, quae intelligimus. Sed quia Deus uno actu & se & omnia intelligit, unicum uerbum eius est expressiuum, non solum patris, sed et creaturarum. Et sicut Dei scientia, Dei quidem est cognoscitiua tantum, creaturarum autem cognoscitiua & factiua, ita uerbum Dei eius quod in Deo patre est, est expressiuum tantum, creaturarum uero est expressiuum, & operatiuum, & propter hoc dicitur in Ps. 32. Dixit & facta sũt, quia importatur in uerbo rõ factiua eorũ, quae Deus facit.

AD PRIMVM ergo dicendũ, quod in nomine personae includitur etiã natura obliq;. Nam persona est rõnalis naturae indiuidua subã, in nomine igitur psonę diuinę quantum ad relationẽ psonalẽ non importatur respectus ad creaturam, sed importatur in eo quod pertinet ad naturã. Nihil tamen prohibet inquantum includitur in significatione eius essentia, quod importetur respectus ad creaturam. Sicut enim proprium est filio quod sit filius, ita ꝓprium est ei, quod sit genitus Deus uel genitus creator, & per hunc modum importatur relatio ad creaturam in nomine uerbi.

AD SECVNDVM dicendum, quod cum relationes consequãtur actiones, quaedam nomina important relationem Dei ad creaturam, quae consequitur actionem Dei in exteriorem effectum transeuntem, sicut creare & gubernare, & talia dicuntur de Deo tempore. Quaedam uero relatio est quę consequitur actionem non transeuntem in exteriorem effectum, sed manentem in agente, ut scire & uelle, & talia nõ dicuntur de Deo ex tempore, & huiusmodi relatio ad creaturam importatur in nomine uerbi. nec est uerum, quod nomina importantia relationem Dei ad creaturas omnia dicatur ex tempore, sed sola illa nomina, quae important relationem consequentem actionem Dei in exteriorẽ effectum trãseuntem, ex tempore dicuntur.

AD TERTIVM dicendum, quod creaturę non cognoscuntur a Deo per scientiam a creaturis acceptam, sed per essentiam suam. Vnde non oportet quod a creaturis procedat uerbum, licet uerbum sit expressiuum creaturarum.

AD QVARTVM dicendũ, quod nomẽ Ideae principaliter est in positũ ad significandũ respectum ad creaturam, & ideo pluraliter dicitur in diuinis, neque est personale. Sed nomen uerbi principaliter impositum est ad significandam relationem ad dicentem, & ex consequenti ad creaturas inquantum Deus in telligẽdo se, intelligit omnem creaturam. Et propter hoc in diuinis est unicum tantum uerbum & personaliter dictum.

AD QVINTVM dicendum, quod eo modo quo scientia Dei est non entium & uerbum Dei est non entium, quia non est aliquid minus in uerbo Dei quam in sciẽtia Dei, ut * Aug. dicit. Sed tamen uerbum est entium ut expressiuum, & factiuum non entium autem ut expressiuum & manifestatiuum.

QVAE-

197
1. d. 27. q. 2. art. 2. & ue. q. ar. 5. & quolib. q. 4. art. 1. ad 1. ar. 1. huius quaest.

SVP. Q. XXXIIII. ART. III.

CONCL. In Verbo, ideo in nomine Verbi, importatur respectus ad creaturam.

¶PROB. Quia uerbum mente cõceptum est repraesentatiuũ omnium illarum rerum, quae actu intelliguntur, & Deus unico actu tum se tum omnẽ creaturam intelligit.

1^m de maiori.

Essentialiter. ℞. Vel personaliter, inquantum in nomine personae includitur essentia, non personaliter quantum ad relationem personalem. §. Tunc &c. Conclusio enim intendit, quod in nomine Verbi, inquantum includit essentiam, (inquantũ, puta, est genitus Deus uel genitus creator,) importatur respectus ad creaturam, nõ quãntum ad relationẽ praecisè personalem [puta, inquantum filius. Sic enim ad Patrem solum habet respectum, seu relationem.]

lib. 83. q. 63. to. 4.

2^m de maiori.

Respectum. ℞. Consequentem Dei actionem transeuntem in exteriorem effectum, non. Consequentem Dei actionem in ipso agente manentem. §. Tunc &c. Nam relatio ad creaturas, quae in nomine Verbi importatur, actionem Dei immanentem [ut patet] consequitur. Vide supra q. 13. ar. 7. tertium.

3^m antecedẽs.

Verbum importat respectum ad id, a quo procedit. ℞. Sed non ab omni eo, ad quod importat respectum, procedit §. Tunc &c. ut patet. Ex litera dic, quod si uerbum importat respectum ad aliquid, ut dicentem, tunc procedit ab eo, si ad aliquid, ut ad uerbo solum expressum, tunc ab eo nõ procedit. Vide supra articulus 1. tertium.

4^m de conclusione. Sequitur, quod &c. ℞. Si ly uerbum esset principaliter impositum ad significandum respectum ad creaturam, non, si principaliter sit impositum ad significandum respectum ad dicentem. §. Tunc &c. Non enim est similis ratio de Verbo, & de ideis, ut patet in litera.

5^m Falsitas, i. negatio, conclusionis. Quod uidetur falsum. ℞. Si talis importatus respectus ad non entia esset factiuus non entium, nõ autem, si talis &c. esset tantum expressiuus nõ entium. §. Tunc &c. Nã ad non entia respicit Verbum, quia exprimit ea, non quia faciat ea. Expressio, enim non entium a Verbo est haec, quod scilicet in uerbo manifestatur, quod ipsa nunquã actu fient, licet possint fieri. Duo ergo de non entib manifestantur in uerbo, & quod ipsa possunt fieri, & quod nunquã fient. Ergo uerbum aliter est expressiuum Dei, quã non entium, quia manifestat de Deo, & quod nũquam fiet, & quod non potest fieri. Restat ergo, quod uerbum de aliis entibus manifestet duo affirmata, quod. s. & possunt fieri, & quod aliquando fiunt. Ratione primi Verbum dicitur expressiuum entiũ, ratione secundi dicitur factiuum entium.

APPENDIX.

EX articulo habes primo, quomodo per rationem ostẽdas, quod uerbum non refertur ad creaturas eo modo, quo Arrianorum suspicatur haeresis [Alexandro episcopo referente, ubi supra ar. 2.] dicens. Verbum propter nos factum est, ut nos per ipsum uelut instrumentum crearet Deus, neque id subsistisset, nisi nos Deus creare uoluisset. Habes. n. in respõsione ad tertium, quod creaturę non cognoscũtur a Deo per scientiã a creaturis acceptam, sed per essentiam suã, ergo Sanctus Thomas contraponitur illi, quod scilicet Verbum non subsistisset nisi nos Deus creare uoluisset. Relationem hanc etiam ad creaturas intendit esse Verbi, non ut instrumenti propter nos facti, sed ut Deo Patri per omnia aequalis, & consequenter omnium creaturarũ in infinitum dignissimi. Vides ergo quod sentiunt cõtrarium habet articulus

Vtilit. pro S. Eccl.

li. 15. de tri. c. 14. parũ a prin. t. 3.

culit ad Arrianam intelligentiam, quæ & ipsa ponebat, licet alio sensu (dictum est,) Verbum ad creaturas habere respectum. Huius hæresis damnatio manifesta erit per ea, quę dicentur, q.42. vbi de ęqualitate diuinarum personarum agetur. Secundo uides quomodo ex hac, ut ab appositis partim & partim a fortiori [adeo enim uerum est, quod conclusio dixit, ut etiam ueritatis inimici, tanquam ab ipsa ueritate coacti, hoc fateantur,] uicissim præsens firmetur articulus.

Comm. Cardinalis Caietani.

IN titulo nota ly in nomine uerbi, non enim quæritur, utrum res quæ est uerbum, respiciat creaturas, sed utrum res illa diuina vt uerbi nomine significatur claudat respectum aliquem ad creaturas.

¶ In corpore tria facit. Primo, proponitur conclusio directe responsiua quæsito affirmatiue, simul cum medio, ac per hoc respondet quo ad respectum in communi. Secundo determinando qualis est ille respectus, respondet de tali respectu communi tamen patri & creaturis. Tertio, distinguendo, respondet de respectu quo tantum respicit creaturas. Quoad primum, conclusio est de respectu in cõi sicut in quoque quæsitum fuit, & est ista. In verbo Dei importatur respectus ad creaturas. Et subiungitur statim medium, quia Deus cognoscendo se, cognoscit creaturas.

¶ Quo ad secundum autem propositum, medium explicatur magis applicando ipsum ad conclusionem contractam ad respectum talem, s. uerbum Dei est expressiuum patris & creaturarũ. Probatur enim sic. Verbum est repræsentatiuum omnis eius qđ actu intelligitur, ergo uerbum Dei est expressiuum, non solum patris, sed etiã creaturarum. Antecedens probatur in nobis, apud quos sunt diuersa intellecta in actu, consequentia uero probatur quia Deus vnico actu se & omnia intelligit.

¶ Quo ad tertium est hæc conclusio. Verbum Dei eius quod est in Deo patre, est ex pressiuum tantum creaturarum uero est ex pressiuum & operatiuum. Probatur. Scientia Dei, est Dei quidem cognoscitiua tantum, creaturarum autem cognoscitiua & factiua, ergo uerbum Dei &c. Et confirmatur authoritate scripturæ. Dixit & facta sunt.

¶ Circa prędicta uniuersamque hanc materiam, aduerte hic esse 4. Primo, res dicta uerbo. Secundo, relatio inter verbum, & rem dictam. Tertio, modus quo verbum refertur ad res dictas. Quarto ratio quare sic refertur, Et quo ad res dictas quidem in 2. art. huius quæstio in responsione ad tertium habuimus, quod sunt hæc tria scilicet essentia diuina, persona diuina, & omnis creatura. Pater enim dicit hæc omnia verbo. Relatio vero verbi ad res dictas ut sic, est relatio rationis, & est relatio expressiui ad expressum, ut in litera dicitur, & in his duobus conueniunt alii nobiscum, coacti forte authoritate Aug. In reliquis autem duobus, s. in modo & causa, diuersitas est opinionum. Sco. enim in 2 di. 1. q. 2. ar. 2. & in quolibetis, q. 14. ar. 2. tenet quod uerbum Dei ex vi productionis suæ non procedit ex scientia creaturarum, sed diuinæ essentiæ. Et rursus (ut ex d. 72. 1. q. 1. ad ultimum eiusdem sumitur tenet quod verbum sic procedit de scientia solius essentię quod non procedit ut uerbum personæ, nisi concomitanter, ita quod imaginatur patrem ex hoc quod intelligit diuinam essentiam uerbum producere, quod quidem ex ui productionis suæ exprimit essentiam, personas autem diuinas concomitanter tanquam res necessario iunctas essentiæ, creaturas uero habet quod repræsentet completa iam productione ipsius uerbi, Est autem damentum positionis suę, quia ponit in 35. d. primi, creaturas produci a Deo in esse cognito. Et propterea imaginatur, quod essentia diuina primo quasi mouet intellectum paternum ad productionem termini infiniti, idest uerbi, & deinde ad terminum finitum, idest creaturam in esse cognito. Et sic uerbum non potest produci de scientia creaturarum, quæ est in secundo instanti naturæ. Arguit quoq; ad hoc in scđo ubi supra tripliciter, primo. Si uerbum procederet ut uerbum diuinæ essentię & omnis intelligibilis, pari ratione spiritussan. spiraretur, ut amor diuinæ essentiæ, & omnis amabilis intellecti, sed hoc est falsum, ergo, probatur falsitas, quia tunc uel Deus necessario amaret creaturas, uel spiritussan. non necessario produceretur, quorum utrumque est impossibile. Secundo. Si uerbum procederet ex omnibus, &c. ergo procederet de seipso uerbo ut noto patri, quod est inconueniens, & tenet sequela, quia unum de intellectis formaliter a patre, est uerbum. Tertio. Nulla relatio realis alicuius personæ diuinę est ad creaturam, sed geniti ad id, de quo gignitur, si est distinctum realiter, est relatio realis, ergo uerbum non genitum de lapide ut noto patri. S. Tho. autem, ut hic patet, tenet uerbum Dei natum esse ex omnibus quæ sunt in scientia patris, s. essentia, personis, & omni alio intelligibili simplici, quod dico propter scita a Deo scientia uisionis imaginatur enim ut expresse in 1. art. dixit, quod pater intelligendo se & filium, & spiritumsan. & omnem creaturam, subauditu, simplici intelligentia, concipit uerbum, ita quod prius secundum rationem Deus pater intelligit quicquid naturaliter relucet in diuina essentia, quam producat filium. Verum, tamen est, quod uerbum principaliter exprimit essentiam, & secundario creaturas, sicut & Deus pater principaliter intelligit essentiam suam, & secundario creaturas, ita quod ly principaliter & ly secũdario, nihil aliud significant nisi in se & in alio. Creatura. n. in essentia diuina, ipsa autẽ essentia in se intelligitur, & exprimitur.

¶ Ad imaginationes autem Scoticas facile est respondere. Primarium enim fundamentum nihil ualere ex eo patet, quod productio illa creaturarum chimerica est, & periculosam ingerens doctrinam, sequitur enim Deum gloriosum non posse esse absque hoc quod sint creaturę in esse diminuto, quod i philosophia ridiculum, in fide autem scandalum ut, sed de his alias. Nos enim essentiam diuinam & formaliter & obiectiue omne intelligibile comprehendere, tenentes ex superius determinatis, dicimus qđ quia verbum procedit non ex qualicunque cognitione essentiæ diuinæ, sed ex comprehensione eiusdem, oportet ut procedat ex notitia omnium quę sequuntur comprehendendo diuinam essentiam, sed hęc sunt omnia supradicta, ut patet ex q. 14. ergo. Et hoc proculdubio fuit fundamentum. S. Tho. Ex quo ad primam obiectionem Sco. dĩ breuiter, q̃ uniformiter loquendo, s. de creatura intellecta in Deo, & similiter amata in Deo, paritatio est de uerbo & spiritusan. nec aliquod sequitur inconueniens. Posset tamen simpliciter negari sequela, & paritas rationis, quia amor respicit res amabiles in seipsis, uerbum autem res in intellectu Ad secũdum uero dicitur, quod nullum inconueniens est, uerbum procedere ex seipso & spũsan. ut notis patri. i. ex notitia quam habet patris, immo hoc est necessarium propter allatam rationem. Quin potius, cum ipse Sco. expresse in 6. d. primi teneat, ꝙ pater prius intelligit filium, quam producat ipsum, uoluntarie reputatur hoc inconueniens.

¶ Tertia autem obiectio responsione non est digna, qm̃ uerbũ non distinguitur realiter ab his, a quib. procedit ut cognitus, sed a quo procedit ut dicente, ut de se patet. Esto tamen in hac materia cautus, propter ueritatem conditionalem, s. si Deus nihil intelligere in sua essentia nisi ipsam solam, adhuc haberetur productio uerbi. Ex hac enim sequi uidetur, quod productio uerbi nõ est posterior intellectione creaturarum in Deo. Habes namque aliam conditionalem, si Deus non esset productiuus ad intra intelligendo se intelligeret nihilominus omne intelligibile. Ex hac enim sequitur, quod Deum intelligere creaturas in se, non est posterius productione ad intra. Quare ne ex his fallaris quid naturaliter de facto sit sequendum, dicito ut supra. Dixi aũt naturaliter, quoniam ea quæ Deus de facto libere nouit, cum naturale pcedat liberum, procul ab ista disputatione sunt. Et quoniam in comprehensione naturalis uis scientię diuinæ clauditur ars creaturæ factiua, quamuis non concludatur uolitio earum, idcirco uerbum Dei adæquans naturalem eius scientiam habet respectũ, ad creaturam, non solum expressiui, sed etiam operatiui, ut in litera ex Aug. dicitur.

¶ In responsione ad primum. Nota quod contra eam sunt argumenta Aureoli, apud Capreolum in 27. d. 1. q. 2. in conclu. 5 ad probandum, quod uerbum ex personali proprietate habet quod referatur ad creaturas, omnia enim ex hoc ruunt quod supponsit quod idem sit dicere, uerbum secundum propriam rationem refertur ad creaturas. & dicere, uerbum ex proprietate personali habet ꝙ referatur ad creaturas, cum tamen hæc multum differant, & primum concedi possit, secundum autem non. Et huius ratio est quoniam uerbum claudit in propria ratione notitiam quæ est de numero essentialium, propter quam (ut in litera dicitur) refertur ad dicta nota & facienda.

¶ In responsione ad quartum aduerte, quod in illis uerbis nomen uerbi principaliter impositum est ad significandam relationem ad dicentem, iudicio meo retractat. S. Tho id, quod in q. de ve. q. 4. ar. 5. dixerat, s. uerbi nomẽ principaliter ꝙ signat absolutũ. Et sequitur hęc retractatio determinationem quam in 1. ar. hic fecerat. s. quod uerbum sit nomen personale tantum, ita ꝙ uerbũ significat primo proprietatem personalem ipsius filii in concreto & quoniam quasi substratum est notitia connotata, ideo refertur etiam ad dicta &c. Et hoc consonat responsioni ad primũ, & uerbis precedentis ar. s. verbum significat quandam emanationem intellectus. Constat enim quod emanatio illa, proprietas personalis est filii. Nisi enim hoc esset, primo eius significatũ ex propria eius significatione non significaret proprietatem personalem filii in diuinis, sed ex connotato tantum, cuius oppositum ibidem dicitur.

Ægid.

Egid. 1. 5. d. 28. q. 2. a. pr. in.
Pet. de Pal. 1. 5. d. 28. q. 3.
Cap. 1. d. 27. q. 2. con. 2.

SVP. Q. XXXV.

ART. I.

CONCL. Hoc nomen imago est in diuinis nomen personale.

¶ PROB. Quia, ad hoc, quod aliquid sit uere imago, exigitur, quod procedat ex alio, cui assimiletur uel in specie uel in aliquo signo speciei, & ea, quæ in diuinis processionē important, sunt personalia.

192 Infr. q. 93. ar. 5. ad 4. Et 1. d. 18. q. 2. ar. 2. Cap. 1. an. med. to. 3.

1^m de antecedente. Imago. R. Improprie dicta, non proprie. §. Tunc &c. Nam in conclusione sumitur imago proprie.

Nō multum remote a princ. li. Est pag. 6. a princ.

2^m de maiori. Species. R. i. forma in aliquo deducta ab alio, non autem forma essentialis. §. Tunc &c. Nam forma deducta ab alio dicitur personaliter.

Li. 7. de tr. c. 1. a med. tom. 3.

3^m de maiori. Prius & posterius. R. Vel assimilatio sola. §. Tunc &c. Nam imitatio importat tantum in diuinis, quod una persona assimiletur alteri.

A P-

QVAESTIO XXXV.

De imagine, in duos articulos diuisa.

DEINDE quæritur de imagine.

ET circa hoc quæruntur duo.

¶ Primo. Vtrum imago in diuinis dicatur personaliter.

¶ Secundo. Vtrum sit proprii filii.

ARTICVLVS I.

Vtrum imago in diuinis dicatur personaliter.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur, quòd imago non dicatur personaliter in diuinis. Dicit enim Aug. in * lib. de fide ad Pe. una est sanctæ trinitatis diuinitas & imago, ad quam factus est homo. Igitur imago dicitur essentialiter & non personaliter.

¶ 2 Præt. Hila. dicit in † lib. de syno. quod imago est eius rei ad quā imaginatur, species indifferens. Sed species, siue forma, in diuinis dicitur essentialiter, ergo & imago.

¶ 3 Præt. Imago ab imitando dicitur. in quo importatur prius & posterius. Sed in diuinis personis nihil est prius & posterius. Ergo imago non potest esse nomen personale in diuinis.

SED CONTRA est, quod dicit Aug. * Quid est absurdius quā imaginem ad se dici? Ergo imago in diuinis relatiue dicitur & sic est nomen personale.

RESP. Dicēdum, quod de ratione imaginis est similitudo. Non tamen quæcunque similitudo sufficit ad rationem imaginis, sed similitudo quæ est in specie rei, uel saltem in aliquo signo speciei. Signum autem speciei in rebus corporeis maxime uidetur esse figura. uidemus enim quod diuersorum animalium secundum speciem sunt diuersæ figuræ, non autem diuersi colores. Vnde si depingatur color alicuius rei in pariete, non dicitur esse imago, nisi depingatur figura. Sed neque ipsa similitudo speciei sufficit, uel figuræ, sed requiritur ad rationem imaginis origo quia ut Augustin. dicit in * lib. 83. quæstionum, unum, ouum non est imago alterius quia non est de illo expressum. Ad hoc ergo quod uere aliquid sit imago requiritur quod ex alio procedat simile ei in specie, vel saltem in signo speciei: Ea uero quæ processionem siue originem important in diuinis, sunt personalia. Vnde hoc nomen imago, est nomē personale.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod imago proprie dicitur quod procedit ad similitudinem alterius. Illud autem, ad cuius similitudinē aliquid procedit, proprie dicitur exēplar, improprie uero imago. Sic tamen * Aug utitur nomine imaginis cum dicit, diuinitatem sanctæ Trinitatis esse imaginem, ad quam factus est homo.

AD SECVNDVM dicendum, quod spēs (prout ponit' ab Hil. * in diffinitione imaginis) importat formam deductā in aliquo ab alio. Hoc.n.mō, imago dr̄ esse species alicuius, sicuti id quod assimilat' alicui, dicit' forma eius, inquantum habet formam illi similem.

AD TERTIVM dicendū, quod imitatio in diuinis personis non significat posteritatem, sed solam assimilationem.

APPENDIX.

EX articulo habes, primo quomodo per rationem ostendas recte dictum Gen. 1. hominem faciamus ad imaginem nostram, & ibi. Adam genuit filium ad imaginem suā, & huiusmodi multa in scripturis, significatur enim ibi, quod homo procedit à Deo cui assimilatur in speciei signo, in esse s. intellectuali, & quod filius Adæ assimilabatur ei in specie. Consequenter ergo inde habetur quod ly imago dicitur relatiue ad id, cui assimilatur, siue cuius est imago, & per consequens, quod ly imago est nomen personale in diuinis. Nam relatiua realia in diuinis sunt personalia, cum relatio (secundum Boetium) multiplicet trinitatem. Habes igitur hinc rationem ad demonstrandum, & quod scripturæ merito utūtur nomine imaginis, & quid per hoc uelint importare. Secundo uides, quomodo ex his uicissim firmetur doctrina, hæc Angelica.

Vtil. pro Ecc. S. Dei

q. 73. & 74 tom. 4.

Loco in arg. citato.

Loco similiter in argu. citato.

Comm. Cardinalis Caietani.

TItulus ex supradictis clarus est.

¶ In corpore duo facit. Primo ponit tres conditiones requisitas ad imaginem. Secundo respondet quæsito.

¶ Quo ad primum: conditiones sunt, similitudo specifica, seu secundum specificum signum puta figuram, orta ex illo cuius dicitur imago. Et prima quidem conditio, s. similitudo per se nota relinquitur. Secunda autem quo ad figuram declaratur in animalibus & picturis. Tertia autem probatur authoritate. Aug. afferendo instantiam de ouis. Et aduerte diligenter, quod hæc tertia conditio intelligitur per se, idest, quod origo terminetur ad ipsam inquantum similitudo est, i. ad hoc quod sit similitudo, & nō per accidens res illa sit similis. Et hoc bene nota, quoniam super hoc fundatur processus sequentis articuli, nisi enim sic intelligeretur, omnes imaginis conditiones conuenirent spiritui sancto.

¶ Contra hanc tamen tertiam imaginis conditionem arguit Aureo. quia sequeretur, quod soli artifices imaginum haberent imagines.

¶ Sed hæc obiectio ex rudi intellectu procedit, quoniam & si uerum sit, imaginem semper oriri a repræsentato, memorem tamen oportet esse quod hoc non contingit uno tantum modo, quoniam quandoque oritur a repræsentato secundum esse naturale principiante, sicut filius oritur a patre, quandoque secundum esse intellectum, seu cogitatum, ut statua Cæsaris oritur a Cæsare cogitato in mente artificis, unde patet, cōsequentiā nihil ualere.

¶ Quo ad secundum conclusio responsiua quæsito affirmatiue est. Imago in diuinis est nomen personale.

¶ Probatur. Nomina importantia originem in diuinis, sunt personalia, ergo imago est nomen personale. Antecedens patet consequentia uero tenet ex ratione imaginis assignata.

Egid. 1. 5. d. 28. q. 3. a. prim.

SVP. Q. XXXV.

ART. II.

CONCL. Soli filio proprie conuenit nomen imaginis (secundum Doctores Latinos.)

193

¶ PROB. Quia in canonica scriptura non inuenitur, nisi de filio, quod dicatur imago. * Quia de ratione imaginis est similitudo ad suum principiū, [art. 1.] & de ratione pro-

ARTICVLVS II.

Vtrum nomen imaginis sit proprium filij.

AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur quod nomen imaginis non sit proprium filio. Quia, ut dicit * Dam. Spiritus san. est imago filii. Non est ergo proprium filii.

¶ 2 Præt. De ratione imaginis est similitudo cum expressione (ut Augu. dicit in † lib. 83. quæstionum.) Sed hoc conuenit spiritui sancto, procedit enim ab alio secundū mo

1. d. 18, q. 2. art. 3. & di. 31. q. 3. ar. 1. cor. & Heb. 1. 1. a. fine. Li. 1. or. fid. c. 18. Lib. 83. q. 73. in fi. & 74. in prin. tom. 4.

processionis filii est similitudo ad suum principium, non autem de ratione processionis spiritussancti.

Regula. ¶Not. Ex probatione prima aduerte pro regula, quod Doctores Latini in dictis suis locutionem sacrę scripturæ imitari solēt magis, quam Doctores Græci. Ergo de Latinis maxime intelligendum est illud Consilii sexti Constantinopolitani, actione. 18. quod scilicet Sanctorum Patrum dogmata non solum secundum sensum sequenda sunt, sed & eisdem uocibus cum illis utendum. Item ex ad Hebręos nota, quod ly figura stat, ac si diceretur ly imago. Ratio acceptionis unius pro altero trahitur ex corpore primi articuli. Vide tu. Nota demum ly de ratione processionis spiritussancti non est similitudo ad suum principium, quod hoc non tollit, quod spiritussanctus sit similis, imm[...] simillimus Patri Filioque. Stat enim ueritas prædictæ probationis secundæ, & tamen illa similitudo aliunde uenit. Vide hic circa finem corporis, & q. 27. ar. 2. 4. maxime ad primum.

(Li. 6. & 7. de trin. c. 2 tom. 3. — D. 931. — Li. 6. de tr. c. 4. in fi. & li. 5. c. 6. a me. to. 3.)

1^m de Damasc.

Imago R. i. similitudo perfecta, non similitudo perfecta ex ui processionis. §. Tunc &c. Nam imago, proprie loquendo, importat similitudinem ad id, a quo procedit, non quamcūque, sed ex ui processionis habitam. Hoc significat

dum similitudinis. Ergo spiritussan. est imago, & ita non est proprium filii, quod sit imago.

¶ 3 Præt. Homo etiam dicitur imago Dei, secundum illud primæ ad Corint. 2. Vir non debet uelare caput suum, quoniam imago & gloria Dei est. Ergo non est proprium filio.

Sed contra est, quod Aug. dicit* 7. de Trin. quod solus filius est imago patris.

Respon. Dicendum, quod doctores Græcorum communiter dicunt spiritum san. esse imaginem patris, & filii. Sed doctores Latini soli filio attribuunt nomen imaginis. Non enim inuenitur in canonica scriptura, nisi de filio. Dicitur enim Colos. 1. Qui est imago Dei inuisibilis, primogenitus creaturæ, & ad Heb. 1. Qui cum sit splendor gloriæ, & figura substantiæ eius. Huius autem rationem assignant quidam ex hoc, quod filius conuenit cum patre, non solum in natura, sed etiam in notione principii, spiritus s. autem sanctus nō conuenit cum filio, nec cum patre in aliqua notione. Sed hoc non uidetur sufficere, quia sicut secundū relationes non attenditur in diuinis, neq; æqualitas, neque inequalitas (ut Aug.* dicit) ita neque similitudo, quæ requiritur ad rationem imaginis. Vnde alii dicunt, quod spiritus sanct. non potest dici imago filii, quia imaginis non est imago, neque etiam patris, quia etiam imago refertur immediate ad id cuius est imago. Spiritus san. autē refertur ad patrem per filium. Neque etiam est imago patris & filii, quia sic esset una imago duorum, quod uidetur impossibile. Vnde relinquitur, quod spiritussanctus nullo modo sit imago. Sed hoc nihil est, quia pater & filius sunt unū principium spiritussanctus, ut infra * dicetur. Vnde nihil prohibet sic patris & filii (inquantum sunt unum) esse unam imaginem, cum etiam homo totius trinitatis sit una imago.

Et ideo aliter dicendum est, quod sicut spiritussan. quamuis sua processione accipiat naturam patris, sicut & filius, non tamen dicitur natus, ita licet accipiat speciem similem patris, non dicitur imago, quia filius procedit ut uerbum, de cuius ratione est similitudo speciei ad id a quo procedit, non autem de ratione amoris, quamuis hoc conueniat amori, qui est spiritussanctum inquantum est amor diuinus.

Ad primum ergo dicendum, quod Damasc. & alii doctores Græcorum, communiter utuntur nomine imaginis, pro perfecta similitudine.

Ad secundum dicendum, quod licet spiritus sanct. sit similis patri & filio, non tamen sequitur, quod sit imago ratione iam dicta.

Ad tertium dicendum, quod imago alicuius dupliciter in aliquo inuenitur. Vno modo, in re eiusdem naturę secundum speciem, ut imago Regis inuenitur in filio suo. Alio modo, in re alterius naturę, sicut imago Regis inuenitur in denario. Primo autem modo filius est imago patris, secundo autem modo dicitur homo imago Dei, & ideo ad designandum in homine imperfectionem imaginis homo non solum dicitur imago, sed ad imaginem, per quod motus quidam tendentis in perfectionem designatur. Sed de filio Dei non potest dici quod sit ad imaginem, quia est perfecta patris imago.

sicut ly similitudinem ad id a quo procedit. Cæterum solus filius habet ad suum principium similitudinem ex ui processionis ab illo.

(D. 1134. Q. 36. ar. 4)

2^m ex August.

Similitudo est expressione. R. i. Similitudo expressa ex ui expressionis, non aliter. §. Loquitur enim formaliter ibi August. Tunc &c. ut patet supra.

3^m de antecedente. Imago. R. Imperfecta, non perfecta. §. Tunc &c. Nam imago sumitur in conclusione pro perfecta imagine.

APPENDIX.

Ex articulo habes, primo quomodo per rationem ostendas, sacram scripturam iure attribuere filio Dei, tanquam quoddā proprium (cum non ac tribuat spiritusancto) nomen imaginis, Colossen. 1. transtulit in regnum filii dilectionis suæ &c. qui est imago Dei inuisibilis. Roma. 8. Quos præsciuit, & prædestinauit conformes fieri imaginis filii sui (idest filii sui qui est imago sua.) Secundo habes, quomodo p rationem has scripturas catholicæ intelligas, talemque sensum defendere scias. Tertio uides, quomodo ex his uicissim Angelica stabiliatur conclusio.

(Vtil. pro Ec. S. Dei. — In cor. art. — 2 — 3)

Comm. Cardinalis Caietani.

Titulus clarus est.

¶ In corpore tria facit. Primo, dicit quid usus de hoc quæsito habeat secundo, tractat duas opiniones tertio determinat.

¶ Quo ad primum tria dicit, primo, usum Gręcorum, secundo, Latinorum, tertio, Sacræ scripturę, quæ omnia clare patent in litera.

¶ Quo ad secundum, quia usus Latinorum authoritate scripturæ sacræ confirmatus est, circa eius rationem diuersæ afferuntur opiniones, quare. s. solus imago dicitur.

¶ Et prima quidem opinio propter conuenientiam in notione cum patre, excluditur, quia secundum notionalia non attenditur æqualitas, ergo nec similitudo, ergo nec imago.

¶ Secunda autem discurrens per singula, nec inueniens cuius possit dici spiritussanctus imago, excluditur, quia posset dici patris & filii, inquantum sunt unum.

¶ Et confirmatur, quia homo est una imago totius trinitatis. Quo ad tertium redditur prædicti usus Latinorum & scripturæ ratio, & quia ut dicitur in secundo Post. Idem est scire causam conclusionis & ipsam, simul respondetur quæsito affirmatiua cō clusione. s. Imago est nomen proprium filii, & eius probatio nihil aliud est, quam ratio, quare spiritussanctus non dicatur imago filius filius autem sic. Et consistit ratio in hoc. Filius procedit, ut uerbū de cuius ratione est similitudo specifica ad id a quo procedit. Spiritus uero sanctus procedit. ut amor, de cuius ratione non est talis similitudo, ergo filius solus est imago. Antecedēs ex q. 27. quo ad utramque partem patet. Consequentia autem tenet ex ratione imaginis. Et manifestatur ac confirmatur uis rationis huius assignantis pro causa modum procedendi ex simili differentia propter similem causam ibi inuentam, inter filium, & spiritumsanctū, in hoc quod est esse natum, quamuis enim uterque sua processione, patris accipiat naturam, solus tamen filius dicitur natus, propter modum procedendi differentem utriusque, ut supra manifestatum est, quia, s. procedit ut similis, &c. Et ne aliquis solicitus restaret unde habet spiritussanctus, quod sit similis patri, & filio, aut crederet hoc ex modo procedendi habere, subiūxit, quod similitudo conuenit spiritusancto, non in quantum amor, sed inquantum amor diuinus.

¶ Circa hæc dubium occurrit ex Aureolo, apud Capreolum in 27. d. 1. q. 2. conclusione 6. Et est dubium ex præsenti litera ortum habens, eandemque infringens sic. Spiritussanctus procedit ut amor diuinus, ergo ut similis, ergo ratio adducta nihil ualet, prima consequentia tenet ex litera dicente, quod spiritus sanctus inquantum amor diuinus, habet quod sit similis, secunda autem, & antecedens per se patet.

¶ Ad euidentiam huius difficultatis distinguendi sunt termini

ni in antecedente positi, s. ly amor diuinus & ly proceditur. Quo ad primum scito, quod forma communis potest dupliciter contrahi, & a contrahente denominari, primo per aliquam differentiam per se illius, secundo per aliquid extra latitudinem formalē illius. Exemplum primi, color albus. Exemplum secundi, color naturalis, albedinis enim differentia. est coloris per se diuersificatiua, natura uero sicut & ars, extra genus coloris est. Amor igitur dupliciter contrahi potest. Primo per amoris proprias differentias, puta amicitiæ, uel concupiscentiæ. Secundo per naturas amantes puta angelicam, uel humanam. Etsi quidem amor contrahatur per omnes suæ latitudinis per se differentias, nunquam inueniet aliquam, ex qua habebit rationem similis ei a quo procedit. Tum quia omnes per se differentiæ infra appetitus ambitum continentur, in quo nihil habet rationem similis. Tum quia, ut infra patebit, impulsio quædam est. Ac per hoc, omnes per se eius differentias oportet esse impulsionis per se diuersificatiuas, quod a simili ratione quamuis non causaliter, formaliter tamen remotum est. Si uero per aliquid extraneum contrahatur, nihil prohibet similis quandoque rationem habere sed hoc est per accidens naturaliter & identice, ut de se patet. Quando ergo dicitur, amor diuinus, si ly diuinus, non trahat amorem extra latitudinem differentiarum per se amoris, sed infra uoluntatis, inquantum uoluntas est, latitudinē stando, denotet cuius sit ut obiecti & amantis, s. Dei. Negandum est quod inquantum huiusmodi sit similis. Nec in hoc sensu intelligenda est propositio, in calce literæ subiuncta. Ratio autem patet ex dictis. Si autem ly diuinus sit denominatio sumpta, quasi ab extraneo, puta a natura, cui identificatur, tunc concedendum est ratione identitatis, inter amorē & id quod amor diuinus, ut sic, est similis ei a quo procedit. Et in hoc sensu intelligas literam præsentem. Quo ad alium terminum aduerte, quod cum dicitur, spiritussanctus procedit ut amor diuinus & in aliis similibus locutionibus, duplex sensus fieri potest. Primo proprie, ut denotentur tantum formalia, & propria illius modi procedendi. Secundo extensiue, ut denotentur etiam communia & concomitantia modum procedendi, siue terminum. Verbi gratia in proposito. Cum dicitur, spiritussan. procedit ut amor diuinus, si ly ut sumatur proprie, propositio non est uera accipiendo amorem diuinum identice, quoniam ex propriis processionis amoris etiam diuini infra latitudinem uoluntatis solius stando, spiritussanct. non habet quod sit Deus, sed quod sit amor Dei, ut amantis & amati, sed est uera pro amore diuino formaliter. Sed tunc concesso antecedente, nihil ualet prima consequentia, ut patet ex dictis.

¶ Nec oppositum habetur in litera loquente de amore diuino identice. Si uero ly ut denotet etiam communia, tunc est uera de amore diuino & formaliter & identice, & sic habet rationem similis, sed quoniam proprie & formaliter de modis procedendi a theologis sermo habetur, idcirco illud antecedens de amore diuino primo modo intelligendum est & admittendum sed neganda est prima consequentia. s. ergo procedit ut similis.

¶ Et ad probationem dicendum est, quod laborat in æquiuoco, ut patet ex dictis, quoniam ly diuinus, æquiuocum est cum sumitur obiectiue & effectiue, ut in antecedente sumitur, & cum sumitur identice, ut in probatione consequentiæ fit.

Ferr. 4. cont. c. 19.

SVP. Q. XXXVI.

ART. I.

Concl. Persona per modū amoris procedens non habet proprium nomen.

¶ Prob. Quia & processio diuina per modum amoris non habet proprium nomen, & relationes secundum huiusmodi processionem acceptæ sunt innominatæ.

¶ Concl. Secunda ad magnificandum tertiam personam, quæ procedit per modum amoris, accommodatum est ex usu scripturæ hoc nomen spiritussanctus, & quidem conuenienter.

¶ Prob. Quia, pater secunda autē pars scilicet, & quidē &c. probatur. Primo quia ille, qui communis est ambobus, id conueniēter nominatur proprie, quod ambo communiter. Secundo. Quia nomen spiritus impulsionem quandā nomen autem sanctitatis ordinationem in Deum, significat, & utrunque horum conuenienter accommodatur personæ diuinæ procedenti per modū amoris.

¶ Cor. Ergo ex usu bono accommodari potest aliquid ad proprie significandum quippiam. Licet illud illud accommodatum huic secundum se pro-

194
22. q. 14. art. 1. cor. Et 1. d. 10. art. 4. & 4. cont. gent. c. 19. fi. Et mal. q. 2. a. 14. cor. & op. 3. c. 46. & 47. I i. 8 de tr. cir. med. li.

QVAESTIO XXXVI.

De persona spiritus sancti, in quatuor articulos diuisa.

Post considerationem prædictam, considerandum est de his, quæ pertinent ad personam spiritussancti, qui non solū dicitur spiritussanctus, sed etiam amor & donum Dei.

Circa spiritumsanctum, ergo quæruntur quatuor.

¶ Primo. Vtrum hoc nomen spiritussan. sit proprium alicuius diuinæ personæ.

¶ Secundo. Vtrum illa persona diuina, quæ spiritussanct. dicitur, procedat a patre & filio.

¶ Tertio. Vtrum procedat a patre per filium.

¶ Quarto. Vtrum pater & filius sint unum principium spiritussancti.

ARTICVLVS I.

Vtrum hoc nomen spiritus sanctus, sit proprium nomen alicuius diuinæ personæ.

Ad primvm sic proceditur. Videtur, quòd hoc nomen spūs sanctus, non sit ꝓpriū nomen alicuius diuinæ personæ. Nullum enim nomen commune tribus personis est proprium alicuius personæ, sed hoc nomen spiritussanctus est commune tribus personis. Ostēdit enim Hila. * 8. de Trin. in spiritu Dei aliquando significari patrem, ut cum dicitur, spiritus Domini super me. Aliquando significari filiū, ut cum dicit filius. In spiritu Dei eiicio dæmonia, naturæ suæ potestate, eiicere se dæmonia demonstrans. Aliquando spiritusan. ut ibi Effundam de spiritu meo super omnem carnem. Ergo hoc nomen spiritussan. non est proprium alicuius diuinæ personæ.

¶ 2 Præt. Nomina diuinarum personarum ad aliquid dicuntur, ut Boetius dicit in * lib. de Trin. Sed hoc nomen spiritussanctus non dicitur ad aliquid. Ergo hoc nomen non est proprium diuinæ personæ.

¶ 3 Præt. Quia filius est nomen alicuius diuinæ personæ, non potest dici filius huius uel illius. Dicitur autem spiritus huius, uel illius hominis ut enim habetur Num. 11. dixit Dominus ad Moy. De spiritu tuo accipiam, tradamque eis & 4. Re. 2. requieuit spiritus Eliæ sup Eliseum, ergo spiritussanctus non uidetur esse proprium nomen alicuius diuinæ personæ.

Sed contra est, quod dicitur. 1. Ioan. ult. tres sunt qui testimonium dant in cælō pater uerbum, & spiritussanct. Vt autem Au. dicit de Tri. cum quæritur quid tres? dicimus, tres, personæ. Ergo spiritussanctus est nomē diuinæ personæ.

Resp. Dicēdum, quod cum sint duæ processiones in diuinis altera earum quæ est per modum amoris, non habet proprium nomen, ut supra dictum est * Vnde & relationes, quæ secundum huiusmodi processionem accipiuntur innominatæ sunt, ut etiam supra dictum est. * Propter qd & nomen personæ hoc modo procedentis, eadem ratione non habet proprium nomen, sed sicut sunt accommodata aliqua nomina ex usu loquentium ad significandum prædictas relationes, cum nominamus eas nomine processionis & spirationis quæ secundum proprietatem significationis, magis uidentur significare actus notionales quam relationes, ita ad significandum diuinam personam, quæ procedit per modum amoris, accommodatum est ex usu scripturę hoc nomen spiritussanctus. Et huius quidem cōuenientiæ ratio sumi potest ex duobus. Primo quidem ex ipsa

proprium non sit [patet hic de ly spiritussanctus.] Ergo [a simili] consuetudo, quę uere consuetudo, quæ corruptela, potest facere aliquid esse de lege posita, quod secundum se de lege tali nō est, & econtra [patet de uigilia pentecostes quæ ex consuetudine est de lege. i. obligat ad peccatum mortale non ieiunantes tunc, & de ieiuniis rogationum per dissuetudinē non obligantibus trāsgressores, quamuis scripta sint in lege.] De inopia illa uocabulorum in his, quæ ad uoluntatem huiusmodi pertinent, uide diffusius, q. 37. ar. 1.

Primum

Vsus boni ualor, siue consuetudinis.

Declinando ad finē libri.

Ca. 4. & sequentibus. to. 3.

Q. 27. ar. 4 ad 3.

Q. 28. ar. 4

1^m de maiori. Commune. R. secundum quod commune, non, secundum quod aliter sumitur §. Tūc &c. Hoc enim nomen spiritussanctus est commune, si seiunctim sumatur, est autem proprium, si coniunctim. Vnde pater est spiritus & sanctus, non autem est spiritussanctus, nisi persona per modum amoris procedēs

2^m de maiori. Nomina diuinarum personarum. R. uel nomina posita, pro diuinis personis §. Tunc &c Ponitur enim ly spiritussanctus pro relatiuo seu pro persona.

Item minor. Sed hoc nomen &c. R. Nisi intelligatur quasi spiratus. § Tunc &c. Dicentes enim catholici hoc nomen spiritussanctus intelligunt simul illam personā, cui hoc nomen ascribunt esse spiratam, & consequenter ipsam referri ad suum principium spirans, & consequenter ly spiritussanctus sic sūptum dicitur ad aliq d Vide secundum respōsum ly potest tamen intelligi &c.

3^m de maiori. Diuinæ personæ. R. dicentis relationem ut eius, qui est a principio ad principium, non, dicentis relationem, ut eius, qui est principiū. §. Tunc &c. Nam ly spiritussanctus, inquantum importat quandam uirtutem motiuam, (ly enim spiritus impulsionem quandā sonat, ut habes in corpore,) connotat, illam personam, cuius nomen est esse quoddam principium scilicet respectu creaturarum tantummodo. Hinc spirituisancto Ecclesia attribuit esse uiuificatorem dicens. Credo in Spiritum sanctum Dominum, & uiuificātem, i. creaturas sanctificantem & per hoc ipsas uiuas spiritualiter reddentem. Hinc similes locos scripturarum disce intelligere, non reiiciendo tamen alias, si quæ sunt interpretationes catholicas. Et hoc tibi sit pro regula in omnibus, atque singulis, interpretationibus tuis uigilantissime obseruanda.

Regula utilissima.

Li. 5. de tr. c. 11. a me. & li 15. c. 9. circa fi. to. 5.

ipsa communitate eius, quod dicitur spiritussan. Vt enim August. dicit.* 15. de Trin. Quia spiritussanctus communis est ambobus, id uocatur ipse proprie quod ambo communiter. Nam & pater est spiritus filius est spiritus, & pater est sanctus, & filius est sanctus. Secundo uero ex propria significatione. Nā nomen spiritus in rebus corporeis impulsionem & motionem significare uidetur. Nam flatum, & uentum, spiritum nominamus. Est autem proprium amoris, quod moueat & impellat uoluntatem amantis in amatum. Sanctitas uero illis rebus attribuitur, quæ in Deum ordinantur. Quia igitur persona diuina procedit per modum amoris, quo Deus amatur, conuenienter spiritussanctus nominatur.

Ad primum ergo dicendum, quod hoc, quod dico spiritussanct. prout sumitur in uirtute duarum dictionum, commune est toti trinitati, quia nomine spiritus significatur immaterialitas diuinæ substantiæ. Spiritus enim corporeus inuisibilis est, & parum habet de materia. Vnde omnibus substantiis immaterialibus, & inuisibilibus hoc nomen attribuimus. Perhoc uero quod dicitur sanctus, significatur puritas diuinæ bonitatis. Si accipiatur hoc quod dico spiritussanct. in ui unius dictionis, sic ex usu Ecclesiæ est accommodatum ad significandam unam trium personarū, scilicet quæ procedit per modum amoris ratione iam dicta.*

Ad secundum dicendum, quod licet hoc quod dico spiritussanctus, relatiue non dicatur, tamē pro relatiuo ponitur, inquantum est accommodatum ad significandam personam sola relatione ab aliis distinctam. Potest tamen intelligi in nomine aliqua relatio, si spiritussanctus intelligatur quasi spiratus.

Ad tertium dicendum, quod in nomine filii intelligitur sola relatio eius, qui est a principio ad principium, sed in nomine patris intelligitur relatio principii. Et similiter in nomine spiritus prout importat quandam uim motiuam. Nulli autem creaturæ competit esse principium respectu alicuius diuinæ psonæ, sed ecōuerso. Et iō pōt dici pater noster, & spūs noster, nō tamen potest dici filius noster.

APPENDIX.

Vtil. pro Ec. S. Dei.

Ex articulo habes, primo quomodo per rationem reiicias (& directius, si coniunxeris articulum primum, ac tertium, q. 27. hæresim Macedonianorum (Direct. inquisi. 2. p. q. 6) dicentium, spiritumsanctum creatum esse, factum esse, non esse Deum, & hæresim samosetani renouatam a Gulielmo Farello (Prat. Fratellulæ) dicētis, spiritumsanctum esse motum in rebus creatum, & hæresim Petri Abaylardi (teste Diuo Bernardo in Epistola ad Papam Innocentium, & dicent spiritum sanctum esse animam mundi & hæresim lucæ sternberger licent spiritum sanctum nil aliud esse, quam columbam, & frenesim Deistarum qui spiritum sanctum nusquam Deum nominauerunt, & hæresim simonis magi. plusquam impie dicentis, Meretriculam suam esse spiritum sanctum, & hæresim Sabellij (teste Hilario 6. de trin.) qui spiritussancti omnem tollebat intellectum & hæresim serueti dicentis, spiritum sanctum non esse tertiam in trinitate personam. Contra hoc enim omnes est, quod spiritussanctus sit nomen diuinæ personæ, & multo magis, quod sit proprium, & quod spiritussanctus procedat per modum amoris tanquam. Tertia in trinitate persona. Non enim, secundum illos omnes, dempto forsan ultimo, spiritussanctus est diuina psona, cum secundum illos, non sit Deus. Secundo habes quomodo per rationem ostendas, has omnes rite fuisse damnatas præcipue a Concilio Constantinopolit. primo contra Macedonium hæreticum deitatem spiritusancti negantem congregato, ubi in Cano. 1. dicit, Custodiendam esse fidem. 318 patrum, qui apud Nicæam Bithiniæ conuenerunt, ad anathematizādam omnem hæresim specialiter Eunomianorū, Arrianorum, Macedonianorum Photinianorū, & Apollinianorum. Hęc ibi. Vide, quod Concilium hoc insinuat, quod Nicęnum etiam cōdemnauit Macedonium, & Eunomium. Quando? Quando Nicœnum in symbolo suæ fidei catholicæ dixit. Credimus in spiritumsanctum. Non enim credimus in creaturam, sed tantum in Deum, cum ly in, dicat motum charitatis ad ultimum finem (secundum Augustinū, theologosque omnes,) & solus Deus sit noster ultimus finis. Cęterum ne dubitares, de hoc, quod scilicet Nicænum Deitatem spiritussancti ostendit dicendo, In spiritumsanctum, concilium ipsum Constantinopolitanum declarando illud symbolum Nicænum. (Nam omnia sequentia concilia declarant magis fidem priorum non autem aliam tradunt,) cano. 7. in suo symbolo dixit, Credimus in spiritumsanctum Dominum & uiuificatorem &c. cum patre & filio adorandum & conglorificandum. Hæc ibi, Simultanea autem cum personis diuinis adoratione, & cōglorificatione quis dignus esse potest, nisi alia diuina persona, nisi uerus Deus? Item ab Innocentio papa esse rite damnatas in de su. tri. & fi. ca. firmiter credimus, &c. quod sunt tres personæ consubstantiales, pater a nullo. Filius a patre genitus, spiritussanctus ab utroque procedens. Hęc ibi. Ergo papa uult spiritumsanctum esse tertiam in trinitate personam, cum ipsum ab utroque idest a prima quæ pater est, & a secunda, quæ filius est, procedere fateatur. Item ab omnibus conciliis, & pontificibus summis, de hac re tractantibus rite esse damnatas, cum omnes papæ & concilia Nicæno & Constantinopolitano inhęreant, tanquam de quatuor primis existentibus. De quibus dicit. Decretum distin. 15. Sicut sancti Euangelii quatuor libros, sic quatuor concilia suscipere, & uenerari me fateor &c. item ibi cap sancta Romana Ecclesia. Vtrumque cap. loquitur de conciliis Nicęno primo, Constantinopolitano primo Ephesino primo, & Calcedonensi, sed primum capitulum est Beati Gregorii papæ, secundum Gelasii papę. Tertio uides, quomodo ex his uicissim Angelico firmetur doctrina præsens, atque declaretur.

Nota de symbolis.

3

Comm. Cardinalis Caietani.

In titulo aduerte, quod ly spiritussan. dupliciter sumi potest. Primo indiuiduarum dictionum, ut scilicet ly spiritus, sit substantiuum, & ly sanctus adiectiuum. Alio modo in ui unius nominis, sicut si alicui imponeretur nomen proprium, homo bonus. In proposito, hoc secundo modo quæritur, ad quod de notandum dicitur in titulo utrum hoc nomen, &c.

¶ In corpore una est conclusio responsiua quæsito affirmatiue. Hoc nomen spiritussan. est proprium diuinæ personæ procedentis per modum amoris ex accommodatione sacræ scripturæ. Et quoniam conclusio hęc duo includit, s. necessitatem accommodationis, & conuenientiam talis accommodationis, ideo in litera utrumque fit. Declaratur enim primo, necessitas accommodationis sic. Altera processio in diuinis, quæ. s. est per modum amoris, caret

caret nomine proprio, ergo & relationes, ergo & persona procedens, ergo, sicut relationes nominatæ sunt ex accommodatione, ita & persona. Deinde, assignatur ratio talis accommodationis ex partialibus significationibus. Tum, quia communes patri & filio. Tum quia amoris diuini quo ad utrumque proprietatem insinuant, ut clare patet in litera.

S. Bona. l. 5. d. 11. q. 1. ar. 1. Alens. p. p. su. q. 43. mem. 4. ar. 4. Scot. l. 5. d. 11. q. 1. Riccar. l. 5. d. 11. q. 1. Duran. l. 5. d. 11. q. 2. Mairo. l. 5. d. 11 q. 1. Bacco. 1. 1. d. 12. q. 1. Egid. l. 5. d. 11. q. 1. prin. prim. Cap. l. d. 11. q. 1. conc. 1. Bannes q. 36. ar. 2.

195 1. d. 11, ar. 1. & pot. q. 10. ar. 4. & opu. 1. c. 49 50. & 51. & op. 3. c. 49. & 4. cõ. c. 24. & 25 Cap. 1. de di. no. parũ a princ.

ARTICVLVS II.

Vtrum spiritus sanctus procedat a filio.

SVP. Q. XXXVI.

ART. II.

CONCL. Necesse est dicere, spiritũ sanctum a filio esse.

¶ PROB. Primo quia si spiritussanctus non procederet a filio, nullatenus distinguere tur a filio. Secundo, quia necesse est, quod amor a uerbo procedat (cum nihil amemus, nisi quod mẽte apprehendimus.) Tertio, quia ab uno nõ procedunt plura absq; ordine nisi in his, quæ materialiter differunt, & in diuinis procedit filius ac spiritussanctus ab uno. s. patre, ibique nihil est sine ordine, (ut de se patet) ibique materialem distinctionẽ esse, impossibile est.

3ᵐ de maiori. Sunt expressa . s. Vel per uerba, & sensum simul

AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur quod spiritus sanctus non procedat a filio. Quia secundum Dio. * non est audendũ dicere aliquid de substantiali diuinitate præter ea quæ diuinitus nobis ex sacris eloquiis sunt expressa. Sed in scriptura sacra non exprimitur, quod spiritus sanctus a filio procedat, sed solum quod procedat a patre, ut patet Io. 15. Spiritum ueritatis quia patre procedit. Ergo spiritussanctus non procedit a filio.

In 1. Constanti. can. 7. tom. 1. Conci.

¶ 2 Præt. In symbolo † Constantinopolitanæ synodi sic legitur. Credimus in spiritumsanctum Dominum & uiuificantẽ, ex patre procedentem cum patre & filio adorandum & glorificandum. Nullo igitur modo debuit addi in symbolo nostro, quod spiritussan. procedat a filio, sed uidentur esse anathematis rei, qui hoc addiderunt.

Li. 1. or fid. ca. 11. non pcul a fin.

¶ 3 Præt. Dam. * dicit, Spiritumsanctum ex patre dicimus, & spiritũ patris nominamus, ex filio autem spiritumsanct. non dicimus, spiritum uero filii nominamus. Ergo spiritussan. non procedit a filio.

¶ 4 Præt. Nihil procedit ab eo, in quo quiescit. Sed spiritussan. quiescit in filio. Dicitur enim in legenda B. And. Pax uobis, & uniuersis qui credunt in vnum Deum patrẽ, & unum filium eius unicum dominum nostrum Iesum Christum, & in unum spiritumsanct. procedentem ex patre in filio permanentem. Ergo spiritussan. non procedit a filio.

¶ 5 Præ. Filius procedit ut uerbum, sed spiritus noster in nobis, non uidetur procedere a uerbo nostro. Ergo spiritussanctus non procedit a filio.

¶ 6 Præt. Spiritussanctus perfecte procedit a patre. Ergo superfluum est dicere, quod procedit a filio.

Li. 1. Phy. tc. 32. & 3. Non pcul a prin. li. & p totum l. Eodem lo co nunc di cto.

¶ 7 Præ. In perpetuis non differunt esse & posse (ut dr in * 3. Phys.) & multo minus in diuinis. Sed spiritussan. põt distingui a filio, etiam si ab eo non procedat. Dicit enim Ansel. † in li. de processione spiritussanct. Habent utique a patre esse filius & spiritussan. sed diuerso modo, quia alter nascendo, & alter procedendo, ut alii sint per hoc abinuicem. Et postea subdit. * Nam si per aliud non essent plures filius & spiritussan. per hoc solum essent diuersi. Ergo spiritussan. distinguitur a filio ab eo non existens.

In symbolo suo fid.

SED CONTRA est, quod dicit Athanasius, * Spiritussanctus a patre, & filio, non factus, nec creatus, nec genitus, sed procedens.

Q. 27. ar. 3 & q. 30. ar. gu. 2.

RESP. Dicẽdum quod necesse est dicere spiritũ sanctũ a filio esse. Si. n. non esset ab eo, nullo modo posset ab eo personaliter distingui. Quod ex supra * dictis patet. Nõ. n. est possibile dicere, quod secundum aliquid absolutum, diuinæ personæ abinuicem distinguantur, quia sequeretur, quod non esset trium una essentia. Quicquid. n. in diuinis absolute dicitur, ad unitatem essentiæ pertinent. Relinquitur ergo quod solum relationib. diuinæ personæ abinuicem distinguantur. Relationes aũt personas distinguere non põt nisi secundum quod sunt oppositæ. Quod ex hoc patet, quia pater hẽt duas relationes, quarum una refertur ad filium, & alia ad spiritumsanct. quæ tñ, quia non sunt oppositæ, non constituunt duas psonas, sed ad unam psonã patris tm̃ pertinent. Si ergo in filio & in spũsan. non esset inuenire nisi duas relationes, quib. uterq; refertur ad patrem, illæ relationes non essent adinuicem oppositæ, sicut neq; duæ relationes, quib. pater refertur ad illos. Vnde, sicut persona patris est, una ita sequeretur, quod persona filii & spũsancti esset una, hñs duas relationes oppositas duabus relationib. patris. Hoc aũt est hæreticum, cum tollat fidem trinitatis. Oportet ergo, quod filius & spiritus sanctus, abinuicem referantur oppositis relationibus. Nõ aũt possunt esse in diuinis aliæ relationes oppositæ, nisi relationes originis, ut * supra probatum est. Oppositæ autem relationes originis, accipiuntur sm principium & secundũ quod est a principio. Relinquitur ergo, quod necesse est dicere, uel filium esse a spiritusancto (quod nullus dicit) uel spiritumsanctum esse a filio, quod nos confitemur, & huic quidem consonat ratio processionis utriusque. Dictum. n. est supra * quod filius procedit per modum intellectus ut uerbũ spiritussanctus aũt per modũ uoluntatis, ut amor. Necesse est autem quod amor a uerbo procedat. Non. n. aliquid amamus nisi sm quod conceptione mẽtis apprehendimus, unde & sm hoc manifestum est, quod spiritussan. procedit a filio. Ipse etiã ordo rerum hoc docet. Nusquam. n. hoc inuenimus, quod ab uno procedant plura absque ordine nisi in illis solum, quę materialiter differunt. Sicut unus faber producit multos cultellos materialiter abinuicem distinctos, nullum ordinem habentes adinuicem. Sed in rebus, in quibus non est sola materialis distinctio, semper inuenitur in multitudine productorum aliquis ordo. Vnde etiam in ordine creaturarum productarum, decor diuinæ sapientiæ manifestatur. Si ergo ab una persona patris procedunt duæ personæ. s. filius, & spiritussanctus, oportet esse aliquem ordinẽ eorũ adinuicem. Nec põt aliquis ordo alius assignari, nisi ordo naturæ, quo alius est ex alio. Non est igitur possibile dicere, quod filius & spiritussan. sic procedant a patre, quod neuter eorum procedat ab alio, nisi quis poneret in eis materialem distinctionem, quod est impossibile. Vnde et ipsi Græci processionem spiritussancti aliquem ordinem habere ad filium intelligunt. Concedunt enim spiritumsanctũ esse spiritum filii, & esse a patre per filium, Et quidam eorum dicuntur concedere, quod sit a filio uel profluat ab eo non tamen quod procedat, quod uidetur uel ex ignorãtia, uel ex proteruia esse. Quia si quis recte cõsideret, inueniet processionis uerbum inter omnia quæ ad originem qualẽcunque pertinent, communissimum esse. Vtimur. n. eo ad designandum qualemcunque originem. Sicut quod linea procedit a puncto, radius a sole, riuus a fonte. Et similiter in quibuscunque aliis. Vnde ex quocunque alio, ad originẽ pertinente potest concludi, quod spiritussanctus procedit a filio.

Q. 28. a. 4.

Q. 27. a. 2. & 4. q. 28. ar. 4.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod de Deo dicere nõ debemus quod in sacra scriptura non inuenitur, uel per uerba, uel per sensum. Licet autem per uerba non inueniatur in sacra scriptura, quod spiritussanctus procedit a filio inuenitur tamen quantum ad sensum, & pręcipue, ubi dicit filius, Ioan. 16. de spiritusancto loquens, Ille me clarificabit,

simul; uel per sensum tantum. §. Tunc &c. Nam in sacra scriptura per sensum manifeste exprimitur, quod spiritussanctus procedit a filio. Nam dicitur Ioh. 16. Ille de meo accipiet. Spiritussanctus ergo accipit a filio aliquid. Quid? Substantiam cum ibi non sit accidens, & quidem totam, cum essentia diuina non sit diuisibilis (ut dicitur extra de su. Tri & fi. ca. Damnamus,) non autem pergenerationem, quia solus filius generatur (ut dicitur ibi,) ergo per spirationem, seu processionem per modum amoris dictam. Nullo siquidem alio modo spiritussanctus potest a filio accipere aliquid de suo, idest de filio ipso ut patet. Item, quod procedat a filio constat per regulam uniuersalissimam dicta in litera & a concilio Florentino (in de processione spiritussancti) acceptatam. s. Dictum de una persona diuina intelligitur etiam necessario de aliis, nisi ibi tm, ubi secundum oppositas relationes distinguuntur: Vel sub aliis uerbis (quod nihil in sensu uariat.) Vnum sunt omnia in Trinitate, nisi ubi opposita relatio distinguit. Et nota in textu ly, Etiam si dictio exclusiua addatur. Hæc regula ex eodem Euangelio Io. 16. sumitur, ubi dicit Dominus, omnia, quæ habet pater, mea sunt. Propterea dixi, quia de meo accipiet. Quoniã igitur spiritussanctus a patre procedit, ideo oportet, quod & a filio procedat, alioquin non omnia, quæ habet pater, essent filii. Sic enim Dominus infert, omnia patris mea sunt, ergo spiritussanctus de meo accipiet, Hoc est. Si ergo procedit a patre, & a me procedit. Et si a me nõ procedit, nec a patre procedit. Quo enim aliter omnia erunt ambobus nobis communia, Euangelii locum hunc uideas profunde, & inde nobis nullum dubitandi locum de processione spiritussancti a filio relinqui, ponitus, cognosces aperte.

Dum ponitur symbolum illius tre. me. habetur, to. 1. Conc. quæ sunt Coloniæ impressa anno domini 1530.

¶ Not. Propter regulã præmissam cum exclusiua etiam addita ne credideris, quod passim liceat, adiungere dictionem exclusiuam termino personali, etiam si prędicatum sit commune. Aliud est enim reuerenter exponere huiusmodi dicta (si inueniantur) in scriptura authentica maxime canonica, aliud est, locutiones similes passim extendere idest passim in usum nostrum trahere, quoniam primum semper faciendum est, secundum non. Vide q. 101. ar. 4. o. Et regulas ibi positas &c.

2^m^ de conclusione. Addi. ℞ Per modum nouæ prorsus additionis, non, per modum expositionis, §. Tunc &c. Nam quod symbolum nostrum a filio quoque spiritumsanctum procedere dicat, hoc fuit ad explicite manifestandum illud, quod in symbolo Constantinopolitano implicite (ut supra in ad primum) continebatur. Pro quo, & nota Concilii Florentini uerba hæc & quoniã omnia, quæ patris sunt ipse pater unigenito filio suo gignendo dedit, præter esse patrẽ, hoc ipsum, quod spiritussanctus procedit ex filio, ipse filius a patre æternaliter hẽt, a quo ęternaliter etiam genitus est. Hæc concilium in, de processione spiritussancti. Ergo, secuncundum Concilium, hoc synodus Constantinopolitana spiritumsanctum a patre procedere dicendo includit simul implicite, quod procedat a filio, quoniã pater (inquit Flo.) dedit omnia filio præter esse patrem. cum ergo spirare non sit esse patrem, sequitur aptissime unum e duob. aut scilicet quod pater non spirat (quod est hęreticum,) aut quod patre spirante spiret & filius (quod est intentum catholicum.)

cabit, quia de meo accipiet. Regulariter etiam in sacra scriptura tenendum est, quod id, quod de Patre dicitur, oportet de filio intelligi, etiam si dictio exclusiua addatur, nisi solum in illis, in quibus pater & filius secundum oppositas relationes distinguuntur. Cum enim Dominus Matt. 11. dicit, Nemo nouit filium, nisi pater, non excluditur quin filius seipsum cognoscat. Sic igitur cum dicitur, quod spiritussanctus a patre procedit, etiam si adderetur, quod a solo patre procedit, non excluderetur inde filius, quia quantum ad hoc, quod est esse principium spiritussancti, non opponuntur pater & filius, sed solum quantum ad hoc, quod hic est pater, & ille filius.

Ad secundum dicendum, quod in quolibet concilio, institutum fuit symbolum aliquod propter errorem aliquem qui in concilio damnabatur. Vnde sequens concilium non faciebat aliud symbolũ, quam primum, sed id quod implicite continebatur in primo symbolo, per aliqua addita explanabatur contra hæreses insurgentes, Vnde in determinatione. * Calcedonen. synodi dicitur, quod illi qui fuerunt congregati in concilio Constantinopolitano, doctrinam de spiritusancto tradiderunt, non quod minus esset in præcedentibus, qui apud Niceam congregati sunt, inferentes, sed intellectum eorum aduersus hæreticos declarantes. Quia igitur in tempore antiquorum conciliorum, nondum exortus fuerat error dicentium spiritumsanc. non procedere a filio, non fuit necessarium, quod hoc explicite poneretur. Sed postea insurgente errore quorundam, in quodam concilio in Occidentalibus partibus congregato, expressum fuit authoritate Romani Pontificis, cuius authoritate etiam antiqua concilia congregabantur & confirmabantur. Cõtinebatur tamen implicite in hoc ipso, quod dicebatur spiritussanctus a patre procedere.

Ad tertium dicendum, quod spiritumsanctum non procedere a filio, primo fuit a Nestorianis introductum, ut patet in quodam symbolo Nestorianorum, dãnato in Ephesina synodo. Et hunc errorem sequutus fuit Theodoricus Nestorianus, & plures post ipsum. Inter quos fuit etiam Damasc. Vnde in hoc, eius sententiæ non est stãdum. Quamuis a quibusdam dicatur, quod Dam. sicut non confitetur spiritumsanctum esse a filio, ita etiam non negat ex ui illorum verborum.

Ad quartum dicendum, quod per hoc, quod spiritussanctus dicitur quiescere uel manere in filio, non excluditur quin ab eo procedat, quia & filius in patre manere dicitur, cum tamen a patre procedat. Dicitur etiam spiritussanctus in filio quiescere, uel sicut amor amantis quiescit in amato, uel quantum ad humanam naturam Christi, propter id quod scriptũ est Ioa. 1. Super quem uideris spiritum descendentem, & manentem super eum, hic est qui baptizat.

Ad quintum dicendum quod uerbum in diuinis, non accipitur secundum similitudinem uerbi uocalis a quo non procedit spiritus, quia sic tantum metaphorice diceretur, sed secundum similitudinem uerbi mentalis a quo amor procedit.

Ad sextum dicendum, quod per hoc, quod spiritussanctus perfecte procedit a patre, non solum nõ superfluum est dicere, quod spiritussanctus procedat a filio, sed omnino necessarium, quia una uirtus est patris & filii. Et quicquid est a patre, necesse est esse a filio, nisi proprietati filiationis repugnet. Non enim filius est a seipso, licet sit a patre.

Ad septimum dicendum, quod spiritussanctus distinguitur personaliter a filio in hoc, quod origo unius distinguitur ab origine alterius. Sed ipsa differẽtia originis est per hoc, quod filius est solum a patre, spiritussanctus uero a patre & filio. Non enim aliter processiones distinguerentur, sicut supra* ostensum est.

3^m^ de antecedente. Damascenus. ℞. Cuius sententiæ in hoc non statur. §. Tunc &c. Nam Doctori cuicunque dicenti contra determinationem ecclesiæ non est adhibenda fides pro illa parte, & consequenter dictum eius nihil omnino derogat ueritati.

4^m^ de maiori. Procedit. ℞. Processione locali, non, processione immanente. §. De qua sup. q. 27. o. Tunc &c. Nam de quiete immanente, sicut & de processione est hic loquendum, non de quiete locali (de qua tamen arguitur,) sicut nec de processione tali.

5^m^ de maiori. A uerbo nostro. ℞. Vocali, non, mentali. §. Tunc &c. De uerbo nãque uocali non loquitur conclusio, sed de mentali. Vide secundã probationem conclusionis pro meliori huius responsi captu.

6^m^ conclusionc. Ergo superfluum &c. ℞. Nisi esset eadẽ uirtus spiratiua patris & filii. §. Tunc &c. ut patet. Arg. ergo, stãtẽ hoc rñso uerissimo stat pro cõclusione, & cõtra semetipsũ. Si. n. spũssanctus procedit pfecte a Pre, & pris, ac filii una ẽ uirtus, oportet oĩno seq. quod procedat ẽt a filio. Nã si a filio tũc nõ procederet, necessario sequeret, quod procederet impfecte a patre (quod est blasphemũ.) Vide hic pro ly, Quicqd est a patre necesse &c. repertã esse illã regulã uniuersalissimã quã supra in responsione ad primũ a Cõcilio Flo. esse diximus.

In corp. a. & q. 27.

7^m^ minor. Sed spiritussanctus potest &c. ℞. Negatur ista minor. §. Ad probationem dicitur, quod si non di-

distinguerentur per hoc, ꝙ spiritussanctus est a Filio, tunc modus ille diuersus, s. nascendi, & procedendi, distingueret distinctione rationis eos, non distinctione reali. Nam sola oppositio relatiua, est oppositio originis, facit distinctionem realem in diuinis, cum ibi [secundum Concilium Florent. supra] omnia sint unum, ubi non obuiat relationis oppositio. Quomodo autem inter filium & spiritumsanctum relatiua originis oppositio esse possit, non uidetur possibile, nisi unus procedat ab altero. Pro litera notabis Concilium Toletanum primum per Leonem papam authorizatum. Postquam hoc cap. 21. de regulis fidei iam præmiserat bis qđ spiritussanctus procedit a patre & filio ueniens ad anathematizandum oppositum dicit sic, si quis dixerit uel crediderit, paracletum esse, uel patrem uel filium, Anathema sit. Quare Cōcilium non subdit anathema in his uerbis, si quis &c. paracletum non procedere ab utroque, quod tamen apertius uidebatur ad prædicta subdendum ubi præmiserat, paracletum ab utroque procedere, esse de fide credendum? Quia iudicasse uidetur, spiritumsanctum non posse a patre & filio distingui personaliter, seu realiter, nisi a patre procederet & a filio. Quod si id non determinate hoc ipsum sensisse contendas, id tamen Concilium per sua præmissa uerba, ac serie huic rñso. 5.7. fauisse nō denegabis.

Vt conc. 1. Tol. esse ꝑ ista solutione.

APPENDIX.

Ex articulo habes, primo quomodo per rationem multiplicē confundas hæresim Græcorum, & Armenorum dicentium, quod spiritussanctus a filio ēt non procedat, itē hæresim Io. Vuelsphali dicentis, spiritumsanctum a filio procedere non haberi expresse in sacra scriptura, & hæresim Raymundi Lull. dicentis, spiritumsanctum de patre & filio esse conceptum. Non. n. conceptus, quasi ꝙ ꝑ modū intellectus nascať, sed spirari diciť, ut q̄ ꝑ modū uoluntatis procedat. Scđo habes, q̄uo ꝑ rōnē demonstres, has oēs fuisse dānatas a Magna Synodo Ephesina, in epist. Cyrilli ad Nestoriū. [Hic primū tenendū introduxit, ꝙ spiritussanctus non procedit a filio) concernente declarationē totius symboli Nicænæ per singula, ubi ueniens ad articulum de spiritusancto ait sic. Spiritus est spiritus, non filius, attamen alienus non est ab illo, nā spiritus appellatus est ueritatis, & ueritas Christus est. Vñ ēt ab illo similiter, sicut ex Deo patre procedit Hæc ibi. Ephesina hæc decisio recitať in Decreto de consecr dist. 5. De spiritu dicit Dñs in Euangelio, ille me clarificabit. Ibi ēt uide glossæ admirationē contra Græcorum cæcitatem. Quantæ aūt authoritatis sit illa Cyrilli epistola ad Nestoriū conijce ēt ex hoc, quod a Chalcedonensi non tantum ab Ephesina prima comprobatur. Nam in epistola sanctæ synodi Ephesinæ ad Cælestinum archiepiscopum Romanū, dicitur lectæ sunt literę ad ipsum Nestoriū a sanctissimo, ac Deo dilectissimo Alexandrinæ Ecclesiæ archiepiscopo Cyrillo scriptæ, quas sancta Synodus tanquā recte, & inculpatæ, scriptas approbauit, ut q̄ nullo pacto a diuinis scripturis, aut traditione, & expositione fidei olim in magna synodo a sanctis patrib. Nicææ congregatis facta discrepant quēadmodum & sanctitas tua illas recte suo testimonio approbauit. Hæc ibi. Et Concilium Calced. act. 5. sufficeret quidē &c. B. Cyrilli Alexandrinæ ecclesiæ præsulis synodicas utiq; literas ad Nestorium & ad alios ꝑ orientem ꝓsens, nunc sancta & magna & uniuersalis synodus acceptissimas hēt ad conuincendas Nestorii blasphemias & ad interpræxtationē synceriorem salutaris symboli his qui nosse illud desiderās. Hæc ibi. Nota, quod epistolæ Cyrilli ad Nestorium sunt tres, vt testať Nicephorus histor. Ecclesiast. li. 14. c. 13. Ad Nestorium insup tertiam dedit epistolā, cui multum celebrata illa duodecim capita, una cum anathematismis adiunxit. Hæc ibi. In super eadē tertia Cyrilli epistola ponitur in quinta synodo Constantinopolitana consultation. 6 post cuius collationem ad epistolam Nestorii, facta est eiusdē Nestorii & impietas manifesta, & depositio. Item in consequentib. ibi firmanť dicta Cyrilli ab eadē synodo. Itē in Cōcilio Chalcedonensi action. 4. Eam Orthodoxā fidē colimus, & ſm eā sapimus, sicuti & 318. patres, qui in Nicæa, & B. Athan. & qui sanctis cōnumeratur Cyrillus exposuerūt, ibi. Et circa finē actionis eiusdē. Sancti patres Cyrillus, cælestinus Papa, & Leo, epistolas interpretantes symbolū dederūt, quas ueneratur oē Cōciliū, & consentit, & interpretationē earum tradit cupientib. edoceri. Hæc ibi. Itē, q̄uo recte dān. a cōcilio Tol. 1. c. 21. de regulis fid. sic credimus &c. spūm esse paracletū, qui nec pater sit nec filius, sed a pře filioq; procedens, Est ergo ingenitus př, genitus filius, non genitus paracletus, sed a patre filioq; procedens, Item ab Tol. 3. c. 1. de confessione fidei sic, Quicunq; spūmsanct. non credit, a patre, & filio procedere, eumq; non dixerit coæternum esse patri & filio & coessentialem. Anathema sit. Item q̄uo recte dān. a conc. Later. de su. tri. & fi. ca. firmiter credimus & simpliciter cōfitemur quod &c pater est a nullo, filius a patre solo, spiritussanct. pariter ab utroque, absque initio ꝑ, ac sine fine. Item q̄uo recte dān. a Papa Greg. 10. in conc. Lugdū. de su. Tri. & fi. ca. in 6. decretalium c. Fideli, ac deuota &c. Nos (inquit) hoc sacro approbante conc. dānamus & reprobamus oēs, qui negare præsumpserint, ęternaliter spiritumsanctum ex patre & filio procedere. Item q̄uo recte dān. a Papa Eug. IIII. in conc. Flo. ex plurimis tum Latinorum tum Græcorum patrum legitime cōgregato, in de processione. Spiritussancti. Approbante hac sancta synodo Florentina definimus, hæc fidei ueritas ab oib. Christianis credatur, & suscipiatur, quod spiritussanctus a patre & filio æternaliter est, & essentiā suā suumque esse subsistens habet ex patre simul, & filio declarantes, quod id quod sancti Doct. & patres dñt ex patre per filium procedere spiritumsanctum, ad hanc intelligentiā tendit, ut per hoc significetur filium quoque esse, ſm Græcos quidem cām ſm Latinos uero principium, subsistentiæ spiritussancti, sicut & přem. Definim⁹ ēt explicationē uerborum illorum, filioq; ueritatis declarandę gratia & imminente tunc necessitate, licite, ac rōnabiliter symbolo fuisse appositā. Hæc ibi. Et qm̄ concilium hoc facit mentionem doctorum Græcorū & Latinorū hāc ueritatē de spūsancti processione cōfitentiū. iō uide de Græcis doctissimos patres Diuum Cyrillū ubi supra in Ephesina synodo, & li. 1. super Io. c. 33. Epiphaniū Greg. Nazianzenū Greg. Nissenū Theodoretū, quos oēs allegat conciliū Flor. pręsertim in oratione Bessarionis, c. 5. 6. 7. 8. session. 7. Damasc. tñ li. 1 Orth. fi. c. 11. & Theophylatus c. 3. super Io. in partē diuersam, ac per hoc in errorē supra damnatā, declinare uidenť. De partibus Latinis uide inter alios oēs Diuū Aug. li. 15. de tri. c. 26. 27. Ad Marcellinū c. 14 super Io. tract. 29. De fide ad Petrū ubi c. 8. ista uerba notabilia dicit. Firmissime tene & nullatenus dubites eundē spūmsanctū, qui patris & filii unus spūs est, de patre & filio procedere &c. Isa. n. dicit de filio, percutiet terrā uirga oris sui & spū labiorū suorū interficiet impiū. De quo & Apost. ait. Quē interficiet Dñs Iesus spū oris sui. Quē ēt ipse unigenitum Dei filius, spiritus oris sui esse, significans post Resurrectionē suā insufflās in Discipulos ait. Accipite spūmsanctū. De ore uero Dñi Iesu, ait Io in Apoc. quod gladius utraque parte acutus procedebat. Ipse aūt spūs oris eius, ipse est gladius qui de ore eius procedit. Et in fine alibi concludens D. Aug. c. 41. ait. Ita ista, quę posuimus, fidei Christianæ cōgruunt, ut si quis non solū oib. sed ēt singulis uoluerit contraire, in eo quod singulis horum contumaciter repugnat & his contraria docere non dubitat, hæreticus, & fidei christianæ inimicus, atq; ex omnib catholicis anathematizandus appareat. Hęc ibi. Tertio demum uidere licet quomodo ex præmissis omnibus firmetur hæc. Angelica doctrina.

Vti pro S. Eccl.

Comm. Cardinalis Caietani.

IN titulo aduerte, quod articulus iste continet in se duas qōnes s. an spiritussan. procedat a filio, & an spiritussan. sic procedat a filio, quod si non procederet ab eo, nō distingueretur personaliter ab ipso. Et prima quidē quęstio inter Græcos & Latinos uersať.

¶ Secunda autem inter Latinos inter se.

¶ Propter quod dubium statim occurrit circa titulum, quoniā qōnes sunt æquales numero his quæ uere scimus, hæc aūt qō est una, & scita sunt duo, ut patet in corpore.

¶ Et inconuenit hoc, pręcipue articulatim scribēti, eius est n. singillatim singulas quæstione discutere.

¶ Ad hoc dupliciter responderi potest.

¶ Primo, quod quia ut dicitur in 2. Post. Idem est quęrere an Luna eclypsetur, & an sit aliqua rō eclypsis Lunę, idem est quærere, an spiritussanct. procedat a filio, & an sit aliqua rō processionis eius a filio, pari autem quæsito constat optime responderi, & quod ita est, ꝙ propter talem rōnem ita est, uñ in hoc articulo nihil est uitii, sed respondendo explicatū est, quod implicite in titulo continebatur. Nec oportuit in duos articulos diuidere quæsitum & quæsiti rationem, alioquin oporteret omnem articulum diuidere in duos.

¶ Secundo dř, quod quia in oī quæsito scibili subintelligitur per se, & inquantū tale, non est pñtis intentionis discutere processionem spūsancti qualitercunque, sed per se, ita quod intentum est. Verum spiritussan. procedat a filio, i. utrū de rōne propria personæ spiritussan sit procedere a filio, Quod. n. conuenit alicui cōuenit per se ei ex propria ratione. Ad hoc autem quæsitum affirmatiue respondendo, oportet non solum ostendere spiritumsan. procedere a filio, sed ipsum uendicare hoc sibi ex sua personali proprietate, siue forma, aliter non ostenderetur hoc conuenire ei inquantum huiusmodi.

¶ Ad cuius euidentiā pleniorem, scito, quod alicui producto potest dupliciter conuenire produci necessario a plurib. personis diuinis. Vno mō, ex parte producentis, alio mō ex parte producti. Exemplum primi habetur in productione creaturę a Deo necessario. n. est a tribus personis, quia indiuisa sunt opera trinitatis ad extra, & non rōne producti, quia creatura posset produci, & esse sicut est, etiam si a solo patre produceretur. Exemplū secundi habere, si creatura suo formali constitutiuo priuaretur. si non esset a plurib. personis. Ad propositum spiritussan. procedit a patre & filio necessario, ex parte producentis secundum omnes, quia oīa patris

patris non repugnantia filio sunt necessario communia ipsi filio. An autem ex parte producti procedat necessario a filio, in dubium vertitur. Quia vero conuenientia producto, per se conueniunt ei ex parte sua, cætera enim conueniunt per accidens, aut quasi per accidens, ideo per se loquendo, quæritur: vtrum spiritussan. ex proprio constitutiuo ac distinctiuo habes, quod procedit a filio.

¶ In corpore duo facit. Primo respondet quæsito. Secundo arguit Græcos.

¶ Quoad primum ponitur vna conclusio responsiua quæsito affirmatiue, s. Spiritussanct. necessario procedit a filio, & probatur tribus rationibus. Prima est. Si spiritussanct. non esset a filio non posset ab eo personaliter distingui. ergo. Et probatur sequela sic, personæ diuinæ non distinguuntur abinuicem per aliquid absolutum, sed solum relationibus oppositis originis secundum esse principium, & a principio ergo, si spiritussan. non habet huiusmodi relationem originis a filio, non distingueretur ab eo personaliter. Assumptum quo ad omnes sui partes, singillatim probatur. Prima quidem. s. non per aliquid absolutum, quia deesset vnitas essentiæ, eo q omne absolutum est essentiale. Secunda vero, s. q solis relationibus, ex prima sequitur manifeste. Tertia autem, s. oppositis, manifestatur ex eo, q in patris vnica persona sũt duæ relationes non distinguentes ipsam, quia non sunt oppositę relatiue. Quarta autem, s. originis: quia in diuinis non possunt esse aliæ relationes oppositæ, nisi originis, quod est intelligendũ de relationibus proprijs. Quinta demum, s. secundum principium & a principio, ex præcedentibus manifeste sequitur. consequentia vero probatur sic. Stante assumpto, aut filius procedit a spiritu sancto, aut econtra, sed primum nullus dicit, ergo necesse est spiritum sanctum esse a filio.

¶ Circa conditionalem assumptũ, & eius probationẽ, dubium occurrit ex Scoto, in 1. dist. 11. q. 2. tenente oppositum. Arguitque contra fundamentum positionis, s. sola oppositio relatiua distinguit realiter in diuinis, ex quatuor capitibus. Primo. Disputatio rationum formalium realium incompossibilium in eodem supposito, distinguit realiter vbicunque inuenitur, sed duo modi totales accipiendi naturam eandem, scilicet per modum natiuitatis & processionis, sunt disparati, & in diuinis modo prædicto. ergo non sola oppositio relatiua distinguitur realiter diuinas personas.

¶ Iuxta hoc motiuum, soluit probationem adductam in litera de duabus relationibus in patre, dicens, q nõ est eadem ratio de actiuis, & passiuis productionib. vnum n. põt dare esse plurib. non tamen potest accipere esse pluries, nisi forte desierit esse. Et confirmatur motiuum hoc, ex parte productionem argumentis Aureoli in 11. d. primi, q. 1. art. 1. consistentibus in hoc. Generari & spirari sunt incompossibilia in eodem supposito, secluso q ipsi generari coniunctum sit spirare. ergo seipsis realiter distinguuntur, consequentia plana est, & antecedens quoad primam partem est euidens. Quo ad secundam uero probatur tripliciter. Primo, quia quicquid in diuinis conuenit alicui rei conuenit ei formaliter & ex se, ergo et incompossibilitas istorum conuenit ex se. Et confirmatur, quia incompossibilitas ista oritur ex ordine, quo vna processio præsupponit aliam, Ordo autem oritur ex rationibus formalibus ergo ex seipsis primo sunt incompossibiles. Secundo, si incompossibilitas ista ex eo, quod generari coniungitur spirare, in quo genere causę, spirare dat' hanc incompossibilitatẽ ipsi generari? non effectiue, aut finaliter, ut patet nec formaliter, quia tunc sequeretur, quod generari & spirari essent idẽ formaliter. Tertio, quia si hinc est incompossibilitas ista, aut hoc est qa generari & spirare sunt idem re, aut quia simul conueniunt in filio, aut quia unum est prævium alteri, sed nihil horum potest dici quia hæc omnia conueniunt ipsi spirare respectu essentiæ, cui constat non dare incompossibilitatem ad spirari.

¶ Secundum caput, unde mouetur Sco. est. Si in patre per impossibile non esset actiua spiratio, sed in solo filio, adhuc esset trinitas personarum, ergo non requiritur oppositio relatiua inter spiritum sanctum & personam, a qua distinguitur, & sic ruit totus processus.

¶ Tertium caput ex parte constitutiui ipsius filij est. Filius cõstituitur in esse personali, filiatione, ergo de facto distinguitur psonaliter a spiritusan. filiatione, ergo seclusa a filio per intellectũ spiratione actiua, adhuc remanet. quõ filius personaliter distinguitur a spiritusan. ergo &c. prima consequentia probatur ex illa maxima. Idem est principium constitutiuum & distinctiuum ab alijs, ut patet per Porphyrium, & inductiue.

¶ Quartum autem caput econuerso sumitur ex personali distinctiuo ad constitutiuum sic. Filius distinguitur personaliter a spiritusancto, ergo per aliquid, quod est de rõne personali ipsius filij, ergo non spirationem actiuam: ergo seclusa illa, adhuc remaneret personalis distinctio inter filium & spiritum sanctum. Prima consequentia probatur inductione, & ratione. Inductione quidem, qm ualet, A, distinguit B, realiter, ergo est de eius rõne reali, distinguit essentialiter, ergo est de ratione essentiali, distinguit suppositaliter. ergo est de ratione suppositali, distinguit relatiue, ergo est de rõne relatiua &c. Rõne autem, quia si distinctio personalis posset fieri per aliquid, quod non est de rõne personali. non poterit substineri humanitatem Chri nõ distingui personaliter a uerbo, dicam. n. q distinguitur personaliter per aliquid, qđ tñ non constituit personã. Et cõfirmatur hoc motiuum ex parte distinctiui personalis ab Aur. ubi sup. art. 2. sic. Si spiratio distingueret personaliter filium a spiritusancto, pater & filius essent una persona, sed hoc est falsum, ergo, cõsequentia probatur: Spiratio distinguit patrem & filium a spiritusancto, ut sunt unus spirator, & per te distinguit personaliter. ergo esse unum spiratorem, est esse unam personam, & si non est esse unam personam, ergo non distinguit personaliter. Et fundatur processus super illa maxima. Omne unum formale distinctiuum plurium ex una parte ab aliquo ponit in illis pluribus aliquod unum fundamentum illius distinctionis proportionale illi.

¶ Ad euidentiam huius difficultatis, quamuis tractare de cõstitutiuis personarum spectet ad 40. q. propter tñ discussam ex consuetudine hic materie, scito quod cũ in diuinis non sit formaliter nisi superbia & relatio. & superbia vtpote cõis. nec constituat nec distinguat hypostases, oportet quod utrũq; relationi tribuatur. Relationi aũt cum possit aliquid conuenire dupliciter. s. ẽm propria relationis & ẽm cõia sibi & absolutis, quæcunque attribuuntur diuinis relationibus, necesse est conuenire eis, inquãtum relationes sunt. Et sic, constituere ac distinguere, relationi diuinę, prout relatiua res est conuenit. Inter rem autem relatiuam, & absolutam hoc interest, quod res absoluta constituit rem in se relatio uero constituit rem ad aliam. Et qm unumquodq; sicut est ens, ita unum & distinctum, constitutiuum absolutũ sicut constituit ens in se, ita distinguit illud ẽm se, & cõsequenter ab uniuersis alijs. Constitutiuum uero in esse relatiuo, quia constituit ens ad aliud unum correlatiuum, s. ita distinguit illud ab illo uno tantum, alioquin diuersitas seu distinctio non esset proportionata passio entis. Plus. n. faceret constitutiuum aliquid distinguendo quam constituendo quod non ut intelligibile. Si igitur in diuinis sola relatio multiplicat trinitatem. & hoc non conuenit relationi per accidens, sed quatenus res relatiua est. Et, res relatiua ut sic constituit & distinguit relatiue tantum, quamcunque enim aliam distinctionem habet, non facit inquantum res relatiua, sed haberet eam ex cõibus sibi & absolutis, ut patet de disparatione hæc enim non est propria relatiuis, & sic, non potest causari a relatione secundum rationem relationis, consequens est, quod in diuinis nulla sit distinctio realis nisi relatiua, ita quod non solũ res distinctæ sunt relatiuæ, sed distinctio ipsa est relatiua. Et cũ constet distinctionem relatiuã non esse sine relatiua oppositione & esse respectu correlatiui tm, manifeste sequitur, quod sola oppositio relatiua distinguit realiter diuinas personas. Et hæc non aduertere aut penetrare, fuit causa dissensionis in hac materia. Si. n. aduertissent, quod Ecclesia tradendo unitatem superbiæ, & trinitatem rerum relatarum ex formali locutione insinuat, quod hoc formaliter intelligendum est uidissent pfecto ex hoc ipso, q distinctio nõ traditur nisi relatiuorum, quod etiã distinctio ipsa propria relatiuis, quatenus relatiua sunt, esse debet, qđ saluare non põt, dũ dñt res quidem distinctas esse relatiuas, distingui tñ absq; oppositione relatiua, quia sunt disparatæ, & incompossibiles &c. hæc. n. cõia sunt non propria relatiuis, ut iã diximus. Ex his autem habetur responsio ad obiectiones ex parte constitutiui ipsius filij, cum. n. dicitur, quod idem est cõstitutiuum & distinctiuum alicuius ab oĩ alio, distinguendum est de duplici constitutiuo, s. absoluto, uel respectiuo, & quod in absolutis uerum est. In relatiuis uero subdistinguendum est de duplici distinctione. s. relatiua uel quacunque alia, puta disparata seu contraria, seu contradictoria, seu etiam priuatiua.

¶ Et dicendum, quod de distinctione relatiua loquendo, falsissimum est assumptum, qm constitutiuum alicuius in esse relatiuo, non est distinctiuum illius distinctione relatiua, nisi a correlatiuo, propter ipsam relationis naturã a cæteris autem distinguit quouis alio mõ. duplum. n. ut sic, quia non est nisi ad dimidium, non distinguitur etiam relatiue nisi a dimidio, a triplo ãt & quadruplo & reliquis entib. distinguitur quidem duplicitate inquantum est hoc ens non relatiue, ut de se patet. Et quia in diuinis persona est formaliter relatio, non est distinctio personalis, neq; realis nisi sit relatiua. Et propterea de facto ista est falsa, filius distinguitur realiter siue personaliter a spiritusan. filiatione, quia ista est falsa, filius filiatione distinguitur relatiue a spiritus. quãuis ista sit uera, filius distinguitur filiatione a spiritusancto, sed talis distinctio non sufficit ad realem distinctionem, immo est sophisma consequentis, arguere a distinctione ad distinctionem relatiuam. Et bene hoc aduerte, quia ex hoc omnium pendet solutio. Patet quoque ex his, quod signum literæ de duab. relationib. in patre, stat in suo robore. Est. n signum quod sola relatiua distinctio & oppositio est ibi realis. Solutio ãt Sco. nõ est ad ppositũ, q a diuertit a relationib. ad processiones, de relationib. n litera loquitur non de emanationib. quare. Sed cõtra hæc S. Th.

verba, vehementius q̄dā arguūt de ipſis relationib. loquendo, dicentes, ꝙ peccant ſecundū non cām vt cām. Cā. n. quare duę relationes nō oppoſitæ non cōſtituūt duas perſonas, nō eſt negatio oppoſitionis. Tū, qa cōſtat, ꝙ de facto proceſſio & pṫnitas, & ſimiliter filiatio, conſtituūt plures ꝑſonas, & tñ ꝓceſſio nulli earū opponitur relatiue. Tum, quia ſi negatio eſſet cauſa negationis, affirmatio eſſet cauſa affirmationis. ſ. ꝙ oppoſitæ relationes conſtituerent duas perſonas, hoc autem conſtat eſſe falſum, quia communis ſpiratio & proceſſio ſunt relationes oppoſitæ, & tamē ſpiratio nullā perſonam conſtituit. Ad hæc breuiter dicitur, ꝙ procedūt ex mala interpretatione literæ. Cum. n. dr̄, ꝙ quia non sūt oppoſitæ, non conſtituunt duas perſonas, ly conſtituunt, determinat ly duas, & non determinat ly perſonas, niſi inquantum duas ſecundum rem, ita ꝙ ſenſus eſt, ꝙ quia non ſunt oppoſitæ, nō cōſtituunt duas perſonas. i. non faciunt diſtinctionem realē perſonarum conſtituere. n. duo vt ſic, nihil aliud eſt quam diſtinguere &c. Et ſic aſſignatur vera & præciſa cauſa. Spiritus. n. ſan. nō conſtituitur in eſſe diſtincto a filio, & patre, niſi vt ſpirantib. ita quod ſpiratio conſtituit patrē & filium in hoc, ꝙ ſint diſtinctæ ꝑſonæ a ſpirituſancto, quāuis inter ſe diſtinguantur paternitate & filiatione. Radix aūt horum eſt, quia ſunt res relatiuæ &c. non. n. ſalua vnitate ſubſtantiæ, poteſt aliter diſtinctio perſonarum ſaluari niſi per relationes originis, de quarū ratione ſit diſtinctio realis. propria relationib. originis, hanc aūt conſtat ex oppoſitione fieri, vt patet ex dictis. Vnde patet reſponſio ad obiecta, æquiuocant. n. dum conſtituere in eſſe diſtincto, non aduertunt in ſermone verſari, & hoc in materia relatiua habere ſingulare conſtituendi diſtinguendique modum & obiecta aūt ex parte diſtinctiui, difficultatem ex ui verborum magis quam rei facere videntur. Secūdum rem quidem dicendum eſt, ꝙ ſpiratio diſtinguit realiter relatiuē perſonam filii a ſpirituſ. Et propter hoc dr̄ diſtinguere ꝑſonaliter, patet autem ꝙ non oportet ꝙ relatiue diſtinguit ꝑſonam eſſe perſonalitatem, aut de intrinſeca ratione perſonalitatis. Facientib. aūt vim in verbis, & quęrentib. quo filius diſtinguitur perſonaliter a ſpiritu ſan. dicendum eſt, ꝙ diſtinguere perſonaliter cū ſit facere formaliter perſonam diſtinctā ab alia ꝑſona, cōtingit dupliciter, uno modo, ꝙ faciat vtrunque. ſ. perſonam & diſtinctionem: alio mō, ꝙ faciat alterum. ſ. diſtinctionē in perſona. Sicut dicimus, ꝙ dupliciter cōtingit facere domū albā. ſ. vel faciēdo vtrū q;, vel iungendo vnum alteri, nec refert ad propoſitū, facere effectiue vel formaliter. Qd̄ igitur diſtinguit perſonaliter faciendo totū & ſingulas partes, oportet eſſe de rōne perſonali, tale aūt nō eſt ſpiratio, ꝙ aūt diſtinguit perſonaliter faciēdo totū rōne vnius partis in alia, non oportet eſſe de ratione ꝑſonali, ſed ſatis eſt, ꝙ ſit notio perſonæ relatiua &c. Et ſic eſſe vnū ſpiratorē, non eſt eſſe vnam perſonā, quia ſpiratio non eſt conſtitutiua ꝑſonæ. & tamen ſpiratio diſtinguit perſonā & filiū, & patris, ꝑſonaliter, faciendo diſtinctionē, non ꝑſonalitatem a ſpirituſan. Ad obiecta aūt ex parte emanationum rñſio habetur in litera ad 7. & conſiſtit in hoc, quod emanationes filii & ſpūſſan. pñt ſumi dupliciter. Vno mō ſecundū ſuas integras rōnes, & ſic includūt ordinē originis vnius ab alia, & cōſequēter filiū & ſpiritumſan. diſtingui ex ſuis productionibus, & diſtingui oppoſitione relatiua originis, idem eſt. Alio mō pñt ſumi ſecluſo ordine originis inter eas, vt arguentes accipiunt. Et ſic dicimus, primo, ꝙ accipiuntur ſm̄ ſuas rōnes incōpletas, & ꝑpea nō eſt mirū, ſi fallūt vtētes eis tāquā cōpletis. Secundo, ꝙ non ſunt duæ totales acceptiones eiuſdem naturæ. Sed prima eſt acceptio naturæ ſimpliciter, ſecunda aūt ſecundum quid. Si. n. ſecluderetur ordo originis inter eas, filius per generationē acciperet naturā ſimpliciter, & ipſemet ꝑ proceſſionē acciperet eā ſecundū quid. Et ſic argumenta q̄ ſupponunt vel aſſumunt has emanationes eſſe totales, & incōpoſſibiles, ſecluſo ordine originis inter eas, ruunt, incōpaſſibilitas. n. totalitas, & alia huiuſmodi conueniūt eis integraliter, & non imperfecte ſumptis. Ad obiectiones autem Aureo. iuxta hoc motiuum, ex parte productionū, ſingillatim rñdetur. Et ad primum quidē ex dictis patet, quod ſumēdo gn̄ari & ſpirari ſecluſo ordine originis inter ſe, non ſunt incompoſſibilia. Nec eſt verum ꝙ incōpaſſibilitas eorū oriatur ex illo ordine, quo una præexigit aliam, ſed ex ordine originis, quo vna eſt ab alia, conſtituitur. Ad ſecundum. aūt, cum quæritur de genere cauſalitatis, dr̄, ꝙ ſpirare dant genito incōpoſſibilitatē hāc formaliter, ſicut albedo dr̄ dare formaliter ſubiecto incōpoſſibilitatē nigredinis. Nec ualet conſequētia: ergo generari eſſet ſpirari, quod eſt correlatiuū ipſius ſpirare, ſicut nō valet. ergo ſubiectū albedinis eſt nigredo, q̄ eſt contraria albedini. Ad tertiū aūt dr̄, ꝙ ꝑꝑ nullū illorum triū eſt iſta incompoſſibilitas, ſed propter hoc, quia ſpiratio eſt notio perſonæ relatiua ad ipſum ſpiritumſanctum.

¶ Ad vnicū vero motiuū ex parte Patris, dr̄, quòd ſi ſpūſſan. procederet a ſolo filio, adhuc diſtingueretur a patre ordine originis, & ſi non immediate, in mediate. Et eodē mō eſſet inter eos relatiua oppoſito, dum iſta eſſet vera, pater ſpirat mediate ſpūm ſanctum: Sic. n. pater ſub altero oppoſitorum clauderetur. Nō eſſet tñ conſubſtantialitas trium perſonarum. Excluſio nāq; patris ab immediata ſpiratione, in ſubſtantia inæqualitatē redundaret.

¶ Secunda ratio in litera poſita ad probandam principalē concluſionem eſt, nihil amamus niſi quod conceptione mentis apprehendimus. ergo amor procedit a uerbo. ergo ſpirituſſanctus a filio, quia ille ut amor, iſte vt verbum procedit.

¶ Circa hāc rōne aduerte, ꝙ in litera adducitur magis vt rōnabilis, q̄ ut neceſſaria, vt illa verba oñdunt. ſ. huic cōſonat rō proceſſionis vtriuſq; Dico aūt hoc, qa rō illa fundatur ſuꝑ hoc, ꝙ amor eſt ab amāte & amabili ut cōceptio, quia icognita diligere nō poſſumus. hoc aūt fundamētū de amore & conceptione eſſentialiter, in oī natura intellectuali verū eſt, q̄uis (ut dicetur) de amore notionaliter, & ſimiliter de cōceptu notionaliter euidentē neceſſitatē nō oñdat. Dicere. n. quiſpiā poſſet ꝙ pr̄ producit amorē ſui notionalē cognoſcendo ſe eſſentialiter. Veruntñ ſatis rōnabile eſt, ut qualis ſit ordo inter eſſentialis intellectus & volūtatis, talis ēt ſit ordo inter notionalia utriuſq; ac ꝑ hoc, amor notionaliter, q eſt ſpūſan. ſit ex cōceptu notionaliter qđ verbū eſt, ſicut amor eſſentialis oritur ſm̄ rōnem ex cōceptu eſſentiali, quo formaliter pr̄ oīa nouit. Quidā tñ cōſequentiam huius rōnis labefactare conati, arguūt cōtra eā dupliciter. Primo, pt̄ fieri apprehēſio intellectus abſq; cōceptu, ergo pt̄ fieri ēt amor, igitur antecedens, eſt falsū. Aſſumptū probatur, tū iuiſione beata, tū in actu credendū, tū qa verbū eſt aliud apud te ab actu intelligendi. Secūdo quia nō ualet, nō poſſumus intelligere ſine ſenſu, ergo intellectio eſt a ſenſu, ut a principio ꝓductiuo. igitur cōſequētia nihil ualet &c. Ad hæc dr̄, ꝙ antecedēs eſt uerū de intellectione naturali. uñ nihil obſtat beata uiſio. Per actū ſt credendi formatur fidei uerbū. Et licet uerbū ſit aliud ab intellectione, inſeparabile tñ eſt ab ipſa, nec pōt ab ipſa ſecludi in naturalib. Secūda uerò obiectio puerilis ualde eſt, credit. n. latuiſſe diuū Thomā, ꝙ ex concurrentia alicuius, nō ſequatur concurſus illius, ut principii productiui, qđ infantes ſciūt, litera. n. ſupponit cōia. ſ. ꝙ bonū cognitum ſit principium productiuum amoris, ut patet 3. de aīa, & 12. Met. & aſſumit ꝙ eſſe cognitum, eſt eſſe conceptum mente, qđ in q. 27. ſtabilitum eſt, & ſic infert intentum. unde inſtantia allata contra rudem illum ſenſum, non contra uerum & intentum militat.

¶ Tertia rō eſt ex rerum ordine talis. Ab uno nunq̄ procedunt plura abſq; ordine inter ſe, niſi in materialiter tantum differētib. ergo ab uno patre non procedunt filius, & ſpūſſanctus abſq; ordine inter ſe. ergo inter eos oportet eſſe ordinē originis. Añcedēs manifeſtatur. quo ad primā partē in creaturis, quia in hoc manifeſtatur decor diuinæ ſapientię. Quo ad ſecundā uero in artificialib. puta duob. martellis. Vltima aūt cōſequētia ꝓbatur ex eo ꝙ ꝑſonæ diuinæ nō diſtinguūtur materialiter, nec quēcunq; ordinē, niſi originis, cōpatiuntur, cæteris nāq; imperfectionē aliq̄ claudunt. Et hanc rōnem ſi confirmare noueris, efficacem inuenies, ubi. n. eſt pluralitas realis ſine reali ordine, ibi eſt confuſio.

¶ Contra hanc tñ rōnē quidā arguunt. Primo, quia antecedēs falſum eſt, Tū quia ſi Deus produceret plures Cabrieles, eſſe pluralitas immaterialis ſine ordine. Tū quia Deus immediate pt̄ per ſe oīa producere. ſcđo quia litera obſtat ſibiipſi, dum ſubdit, quod Græci concedunt ordinē importatum ꝑ ly ꝑ, & abſq; probatione aſſumit, qđ nō pōt eſſe ibi ordo niſi importatus ꝑ ly a ut ab.

¶ Ad hæc dr̄, quod pluralitatis materialis noīe, hic intelligitur pluralitas materialis, ut diſtinguitur cōtra ſpecificā, qualis de facto eſt inter duas intellectiones eiuſdē ſpeciei, & eſſet inter Gabrieles. Plura quoq; ſeu oīa a Deo non producuntur ſpecifice diſtantia, ſiue ordine inter ſe, q̄uis a Deo immediate. Nec alium ordinē Græci mētenus intellexerunt, ꝑ ly, per q̄ nos intelligamus ꝑ ly a, qm̄ (ut in articulo ſequēti patet) ly per, cāſitatē denotat, & reſoluēdo facillime patet, quod ad efficientis genus in propoſito reduci oportet. Et ꝑpea patet, quod nō abſq; ſubintellecta ꝓbatione aſſumpſit litera, quod ibi nō pōt eſſe ordo realis, niſi a quo alius, & q ab alio, cæteros. n. conſtat imperfectionem claudere.

¶ Quo ad ſecundā partem huius articuli, Græcos arguit, tria eorum dicta recitando. ſ. ꝙ cōīter concedunt, ordinem inter filium & ſpirituſſanctum. Secūdo, quòd aliqui concedunt, quod ſit uel profluat a filio. Tertio, quod negatur, quod procedit a filio. Ex quib. arguit eos ignorantiæ, uel proteruiæ, qm̄ tertium contradicit primo & ſecundo, quod probat ſic. Procedere eſt cōſſimum inter omnia ſpectantia ad originem. ergo ex quocunq; conceſſio pertinente ad originem, puta ordine, ſeu eſſe a, ſeu profluere, ſequitur affirmatio proceſſus, & ſic priores affirmationes repugnant negationi proceſſionis. Antecedens probatur, quia utimur proceſſione in omnibus ut patet inductiue.

¶ In reſponſione ad tertium, ſcito, ꝙ quidam inuenitur contra hæc uerba, quia ex his ſequitur, Dama. fuiſſe hæreticum, quod & ſimpliciter eſt inconueniens, & in illo ſpecialiter opere, quia illud recipit Papa Eugenius. Ad hoc dicitur, quod non ſequitur illum fuiſſe hæreticum, quoniam ut in q. 32. art. ult. dictum eſt. Antequam conſideretur, aut determinetur per eccleſiam abſque hæreſis uitio, opinatur quis falſum, quod poſtmodum ſi pertinaciter ſuſtineret eſſet hæreticus. Dicitur autem Dam. illo fuiſſe tempore quo deciſum hoc non erat. quare &c.

¶In responsione ad septimum, aduerte, ꝙ ex istis uerbis videtur elicitum, ꝙ apud S.Th. emanationes diuinę distinguuntur ꝑ hoc quod vna est ab vno, altera vero a duobus, vt in 13.d.1. Scotus attulit. Sed re vera ista dicta distant sicut cęlum & terra, dicere ꝙ differentia sit, quia vna est ab vno, & alia a duob. supposi tis, & dicere ꝙ differentia est, quia vna est a patre solum, alia vero a patre, & filio. Ibi.n. sola differentia inter unitaté & pluralitatem suppositorum pro causa redditur, quod est ridiculum, contra ꝙ & laborauit Scotus. Hic autem, ordo originis, inter eas pro causa redditur. Hoc enim verba illa important. Non enim potest aliter originis ordo saluari, nisi altera sit a patre & filio. Hūc autem ordinem originis, quia ad integritatem rationum formalium ipsarum originum, vt distinctæ realiter sunt, spectare iam ostensum est, ideo hoc sano sensu intelligendo, nihil nocet concedere, personam spiritussancti, ex sua origine distingui a filio.

Alb. Mag.1.d.12.a.4. Pet. de Pal.1.sẽ.d.12.q.2.

SVP. Q. XXXVI.

ART. III.

196

1.d.12.a.3. & op.1.c. 41.& op.9. c.27.

CONCL. Potest dici, ꝙ pater per filium spirat spiritum sanctũ, vel, ꝙ spiritussanctus procedat a patre per filium [quod idem est.]

¶PROB. Quia ly per quandoque dicit, principium agendi esse ab alio agenti illi, cui adiũgitur, & filius, cui iungitur ly per, habet a patre, ꝙ spiret spiritumsanctum.

1^m de antecedente. Immediate. ℞. Immediatione suppositi, non immediatione virtutis unius nu nero existentis amborum. §. Tunc &c. Spiritussanctus .n. est a patre immediatè, sicut a filio, si consideretur virtus spiratiua, quoniã hæc, est una numero amborum [Hoc significat Concilium Florentinum dicens; ꝙ unica spiratione ab eis procedit spiritussanctus,] Si autẽ considerentur supposita, inuenitur suppositum vnum, s. filius mediare inter patrem, & spiritumsanctum. Natus nãque intelligitur filius antequam spiretur a patre spiritussanctus, quamuis omnia ibi sint simul inquantũ cognitio præsupponitur amori.

2^m de minori. Propter qđ. ℞. A quo accipitur virtus numero distincta non, a quo accipitur uirtus numero eadem §. Tunc &c. Nam virtus, quam a patre accipit filius, est numeraliter eadem, cum uirtute patris.

3^m de antecedente conditionali. Per filiũ. ℞. Ante se genitum, nõ, coæternaliter genitum §. Tũc &cet. Omnia enim ista sunt simul, licet præintelligatur ſm originem genera-

li.1 a.detri. in fin.libri.

ARTICVLVS III.

Vtrum spiritus sanctus procedat a patre per filium.

AD TERTIVM sic proceditur. Videtur, ꝙ spiritussanctus non procedat a patre per filiũ. Qđ enim procedit ab aliquo per aliquẽ non procedit ab eo immediate. Si igitur spiritussanctus procedit a patre per filiũ, nõ procedit a patre immediatè. Quod vr̃ inconueniens.

¶2 Præt. Si spiritussanctus ꝓcedit a patre per filium, non procedit a filio, nisi pp patrem. Sed pp quod vnumquodq; & illud magis. Ergo magis procedit a patre quã a filio.

¶3 Præt. Filius habet esse per generationẽ, si igitur spiritussanctus est a patre per filium, sequitur ꝙ prius generetur filius, & postea ꝓcedat spiritussanctus, & sic ꝓcessio spũssãcti nõ est ęterna. qđ est hęreticũ.

¶4 Præt. Cum aliquis dicitur per aliquem operari, potest econuerso dici. Sicut.n. dicimus ꝙ Rex operatur per Balliuũ, ita potest dici quod Balliuus operatur per Regem. Sed nullo modo dicimus ꝙ filius spiret spiritumsanctum per patrem. ergo nullo modo potest dici quod pater spiret spiritum sanctum per filium.

SED CONTRA est, ꝙ Hil. dicit in lib. de Tri. Conserua hãc, oro, fidei me religionem, ut semper obtineam patrem. s. te, & filiũ tuũ vna tecum adorem, & spiritumsanctum tuum, qui est per vnigenitũ tuum, promerear.

RESP. Dicendum, quod in omnibus locutionibus, in quibus dicitur aliquis per aliquẽ operari, hæc præpositio per, designat in causali aliquam causam, seu principium illius actus. Sed cum actio sit media inter faciens, & factũ, quãque illud causale cui adiungitur hæc præpositio per, est causa actionis, secundũ ꝙ exit ab agente, & tunc est causa agenti ꝙ agat, siue sit causa finalis, siue formalis, siue effectiua, siue motiua. Finalis quidem, ut si dicamus, ꝙ artifex operatur, per cupiditatẽ lucri. Formalis verò, vt si dicamus ꝙ operatur per artẽ suam. Motiua vero, si dicamus, ꝙ operatur per imperium alterius. Qñq; vero dictio causalis cui adiungitur hæc præpositio per, est causa actionis, secundum ꝙ determinatur ad factum, vt cum dicimus, artifex operatur per martellũ. non.n. significatur, quod martellus sit causa artifici, ꝙ agat, sed quod sit causa artificiato, ut ab artifice procedat, & hoc ipsum habeat ab artifice. Et hoc est quod quidam dicunt, quod hæc præpositio per, quandoque notat authoritatem in recto, ut cum dicitur, Rex operatur per Balliuum. Qñque autẽ in obliquo, vt cum dicitur, Balliuus operatur per Regem. Quia igitur filius habet a patre, quod ab eo procedat spiritussanctus, potest dici quod pater per filium spirat spiritumsanctum, uel quod spiritussanctus procedat a patre per filium, quod idem est.

generatio processioni spiritus. Vide ad secundum.

4^m maior. Cum aliquis &cet. dici. ℞. Quando is,

AD PRIMVM ergo dicendũ, quòd in qualibet actione est duo considerare, s. suppositum agens, & uirtutem quã agit, sicut ignis calefacit calore. Si igitur in patre & filio consideretur virtus, qua spirant spiritum sanctum, non cadit ibi aliquod medium, quia hæc virtus est una & eadem. Si autem considerentur ipsæ personæ spirantes, sic cum spiritussanctus communiter procedat a patre, & filio, inuenitur spiritussanctus immediatè a patre procedere, inquantum est ab eo, & mediatè inquantum est a filio. Et sic dicitur procedere a patre per filium. Sicut etiam Abel processit immediatè ab Adam, inquantum Adam fuit pater eius, & mediate, inquantum Eua fuit mater eius, quæ processit ab Adam. Licet hoc exemplum materialis processionis ineptum, videatur ad significandam immaterialem processionem, diuinarum personarum.

AD SECVNDVM dicendum, quòd si filius acciperet a patre aliã uirtutem numero ad spirandũ spiritum sanctũ, sequeretur quod esset sicut causa secunda & instrumentalis, & sic magis procederet a patre, quam a filio. Sed una & eadem numero virtus spiratiua est in patre, & filio, & ideo æqualiter procedit ab vtroque. Licet aliquando dicatur principaliter, uel propriè procedere de patre propter hoc, quod filius habet hanc uirtutem a patre.

AD TERTIVM dicẽdum, ꝙ sicut generatio filii est coæterna generanti (vnde non prius fuit pater, quã gigneret filium) ita processio spiritus sancti est coæterna suo principio. Vnde non fuit prius filius genitus, quam spiritussanctus procederet: sed vtrunque æternum est.

AD QVARTVM dicendũ, quod cũ aliquis dicitur per aliquid operari, non semp recipitur cõuersio. Nõ.n. dicimus, qđ martellus operetur p fabrũ, dicimus et quod Balliuus operat᷑ per Regem. Quia Balliui est agere, cũ sit dñs sui actus. martelli aũt nõ est agere, sed solũ agi, uñ non designatur nisi vt instrumẽtũ. Dicit᷑ autẽ Ballius operari p Regẽ, ꝗuis hæc præpositio per, denotet medium, qa quanto suppositum est prius in agendo tãto uirtus eius est immediatior effectui, quia uirtus causæ primæ coniungit cãm secundam suo effectui. Vnde, & prima principia dicũtur immediata in demonstratiuis scientiis. Sic igitur, inquantum Balliuus est medius ſm ordinem suppositorum agentium, dicitur Rex operari per Balliuum ſm ordinẽ uero virtutum, dicitur Balliuus opperari per Regẽ, quia uirtus Regis facit, quod actio Balliui cõsequatur effectum. Ordo autẽ non attenditur inter patrem, & filium quantum ad virtutem, sed solum quantum ad supposita, & ideo dicitur quod pater spirat per filium, & non econuerso.

-tis, qui primo dicitur operari per potest ceu Dominus sui actus agere, & habet virtutem numero aliam ab illo alio supposito agente. Non, quando vel non potest agere, vel habet virtutem numero eandem cum illo alio §. Tunc &c. Nam in diuinis non est alietas numeralis virtutum. Licet sit suppositorum, & consequenter ly per, distinctionem dicit non virtutum, sed suppositorum. Pro responso isto formali melius per applicationem intelligendo dic, quod ratione defectus primi non dicimus. Martellus agit per fabrum: licet dicamus faber agit per martellum. Nam martellus non potest, ceu Dominus sui actus agere, id quod potest faber. Ratione vero defectus secundi non dicimus, filius spirat per patrem: Licet dicamus, balliuus operatur per regem. Nam filius non habet uirtutem aliam a patre, baliuus autem habet aliam a rege.

¶Cor. Quia ergo suppositum patris est primum secundum ordinem non prioritatis sed originis, suppositum autem filii absque posterioritate est origine non primum: & ly per, denotat ordinem primi ad non primum [ut patet,] ideo recte dicitur, quod pater per filium spirat spiritumsanctum, non autem, quod filius spiret per patrem In illa quoque propositione. Pater per &cet. denotatur duorum suppositorum ordo cum acceptione tamen eiusdem uirtutis vnius a primo, in ista vero, filius &c. significatur duarum virtutum ordo. Virtutes autem hæ nec sunt, nec vnquam esse poterunt realiter distinctæ in Deo, sicut sunt supposita.

APPENDIX.

Vtilitas pro Eccle S. Dei.

Ex articulo habes, primo quo per rationem reijcias hæreses omnes dictas ar. 2. cum in idem tandem redeant propositiones istæ duæ, spiritus sanctus procedit a patre, & filio, & pater per filium spirat spiritumsanctum, siue spiritussanctus a patre procedit per filium. Secundo habes. quomodo per rationem ostendas, recto dictum a Concilio Florentino, spiritum a patre procedere per filium, & consequenter recte illas fuisse tunc damnatas, quando sic ait. Definimus, quod spiritussanctus a patre, & filio æternaliter est &c. declarantes, quod id, quod sancti Doctores, & patres dicunt, ex patre per filium procedere spiritumsanctum, ad hanc intelligentiam tendit, ut, per hoc significetur filium quoque esse, secundum Græcos quidem causam, secundum Latinos vero principium subsistentiæ spiritussancti, sicut & patrem. Hæc illud, in literis Sanctæ vnionis. Hoc etiam Concilij dictum facit ad articuli primi, quæstio trigesimatertia intelligentiam. Tertio uides, quomodo ex his uicissim firmetur conclusio.

Comm. Cardinalis Caietani.

In titulo nihil est ambiguum, accipiendo ipsum sit communiter ut sonat, absque. s. dictione exclusiua, &c.

¶In corpore duo facit. Primo ostendit quot modis sumitur ly per, in huiusmodi propositionibus. Secundo respondet quæsito in calce articuli.

¶Quo ad primum quatuor dicitur. Primum est, quod ly per, denotat aliquam causalitatem in accusatiuo casu, super quem cadit. Secundum est, quod illa causalitas quandoque est respectu actionis secundum quod exit ab agente, & declaratur hoc in triplici genere causæ. Tertium est, quod illa causalitas quandoque est respectu actionis secundum, quod determinatur ad factum, ut patet in artificialibus instrumentis. Quartum est, quod hæc distinctio coincidit, cum illa aliorum, s. quod quandoque denotat authoritatem in recto, & quandoque in obliquo.

¶Quo ad secundum, conclusio responsiua quæsito affirmatiuè est. Spiritussanctus procedit a patre per filium. Et probatur, filius habet a patre, quod ab eo procedat spiritussanctus. ergo potest dici, quod pater spirat per filium spiritumsanctum &c. Consequentia tenet ex exposita significatione, ly per quando denotat medium ex parte producti, scilicet quod denotat, quod sit medium habens a principali, quod producat, sic enim sumitur proposito, & non primo modo, filius enim non est medium ex parte patris, non enim est ratio spirationis ut exit a patre, sed totius ut terminetur ad spiritum sanctum. Et hoc considerando spiritum sanctum, ut est a patre mediate, secus enim dicendum est loquendo de ipso, ut est immediate a patre. Et ideo litera dicit, quod potest dici patrem spirare per filium spiritumsanctum, & non dixit, quod oportet omnino sic dici, secundum vnam enim acceptionem tantum uerificatur.

Patr. 4. cont. c. 25.
S. Bon. 1. s. dist. 11. q. 2. ar. 1.
Scot. 1. s. d. 12. q. 1.
Ricar. 1. s. d. 11. q. 3.
Duran. 1 s. d. 11. q. 3.
Maior. 1 s. d. 12. q. 1.
Bacco. 1. s. d. 12 q. 1.
Arg. 1 s. dist. 12. q. 1. a. 3. prin.
Cap. 1. d. 12. q. 1. conc. 1.
Bannes eod. loco.
Alber. Mag. q. dist. 36. ar. 6.
Pet. de Pal. 1. s. dist. 11. q. 3.

197 1. d. 11. a. 2. & 4. Et 4. cont. c. 25. & op. 1. c. 11. & op. 9. ca. 25. & Io. 8. lec. 3. & 15. lec. 1.

ARTICVLVS IIII.

Vtrum pater, & filius sint unum principium spiritus sancti.

SVP. Q. XXVI.

ART. IIII.

Conci. Pater, & filius, sunt vnum principium spiritussancti.

¶Prob. Quia pater & filius, sunt unum in omnibus, in quibus inter eos non distinguit relationis oppositio, & in hoc, quod est esse principium spiritussancti, non opponuntur relatiue.

¶Not. Per totum hoc antecedens probare etiam optime potes conclusionem supradictam articuli secundi. Et sic. Pater, & filius sunt unum, &c. & in hoc, quod est esse &c. ergo spiritussanctus procedit a filio, sicut a patre. Nota quoque, quod præsentis articuli conclusio intelligenda, est proprie contra citatos in textu. Nam est etiam Conclusio Concilij Florentini [sicut & 2. & 3. articulorum,] & concilia maximè in definitionibus fidei loquuntur proprie.

Primum

Ad qvartvm sic proceditur. Videtur quod pater & filius non, sint vnum principium spiritus sancti. Quia spiritus sanctus non videtur a patre, & filio procedere inquantum sunt vnum, neque in natura, quia spiritussanctus sic etiam procederet a seipso, qui est vnum cum eis in natura; Neque etiam inquantum sunt vnũ in aliqua proprietate, quia vna proprietas non potest esse duorum suppositorum, vt videtur. Ergo spiritus sanctus procedit a patre & filio, ut sunt plures. Non ergo pater & filius sunt vnum principium spiritus sancti.

¶ 2 Præterea. Cum dicitur pater & filius sunt vnum principium spiritussancti, non potest ibi designari vnitas personalis, quia sic pater, & filius essent una persona. Neque & unitas proprietatis. Quia si propter vnam proprietatem pater, & filius sunt vnum principium spiritus, sancti pari rõne, propter duas proprietates pater uidetur esse duo principia filii & spiritus sancti, quod est inconueniens. Non ergo pater & filius sunt vnum principium spiritus sancti.

¶ 3 Præt. Filius non magis conuenit cum patre, quam spiritus sanctus: sed spiritus sanctus, & pater non sunt vnum principium respectu alicuius diuinæ personę. Ergo neque pater & filius.

¶ 4 Præt. Si pater & filius sunt vnũ principium spiritussancti, aut vnũ, quod est pater, aut vnum, quod nõ est pater, sed neutrũ est dare. Quia si vnum, quod est pater, sequitur, quod filius sit pater. Si unum, quod non est pater, sequitur, quod pater non est pater. Non ergo dicendum est, quod pater & filius sint unum principiũ spiritus sancti.

¶ 5 Præt. Si pater & filius sunt unũ principium spiritus sancti, videtur econuerso dicendum, quod unum principium spiritussancti sit pater & filius. Sed hæc uidetur esse falsa. Quia hoc quod dico principiũ, oportet, quod supponat uel pro persona patris, uel pro persona filii, & utroque modo est falsa. Ergo etiam hæc est falsa, pater & filius sunt unum principium spiritussancti.

¶ 6 Præt. vnũ in substãtia facit idem. Si igitur pr̃ & filius sunt unũ principiũ spũs sancti, sequitur quod sint idẽ principium: sed hoc a multis negatur. Ergo non est concededũ, quod pater & filius sint unum principium spiritus sancti.

¶ 7 Præt.

1^m de antecedente. Nec etiam inquátum sunt vnú in aliqua proprietate. R. Negatur ista. §. Ad probationé dicitur quod licet non possit esse proprietas vna duorum suppositorum natura distinctorum [vt arguitur,] pót tamen esse vna duorú in natura eorundem [vt nos intendimus.]

li. 1. de tri. non remote a fine libri.

2^m de antecedente. Neque ét unitas ꝓprietatis. R. Negatur ista §. Ad probationé dí ꝙ ualeret cóséqué tia illa, si pp vná &c. nisi ly duo principia implicaret pluralitaté suppositorú. Pater ergo, cum non possit esse duo supposita, nó pót esse aut dici duo principia filii & spússancti.

* lib. 5. de tri. c. 14. in fine tom. 3

¶ NOT. Licet, dicé do duo principia, importeť pluralitas suppositorú, tñ dicendo, unú principium, non cónotat unitas suppositorum. Non. n. pater & filius sunt unum suppositum ex eo, ꝙ sunt vnú principiú spiritussancti, sicut pater esset duo supposita, si esset duo principia. Ró huius est, quia ly principiú singulariter acceptum [vt dr in corpore articuli] non significat personá, licet pro ipsa indistincte supponat, sed significat proprietaté, pluraliter uero acceptum [ab oppositis loquendo] significat personam, licet ꝓ proprietate indistincte supponat. Et quamuis in textu corporis contra nó nullos dicatur, ꝙ simili ratione posset dici pater duo principia, tamen hoc adducitur subintellecto, ꝙ consequens illud sit inconueniens. Quasi dicat? Stante illa istorú interpretatione de ly vnum, tunc pater posset dici duo principia [cum duob. modis ꝓducat alias personas,] sed hoc, quod. s. pater dicatur duo principia est inconueniens: ergo & illud, quod. s. ly vnú sumatur aduerbialiter hic, est inconueniens.

D. 493. D. 496. D. 1134. D. 1062.

In solutione ad. 7. argu. huius a.

3^m de maiori. Non magis conuenit. R. Quantum ad essentiam, non, quantú ad virtutem spiratiuam. §. Tunc &cęt. vt patet. Ex litera notata illa regula

¶ 7 Præterea. Pater & filius & spiritus sanctus, quia sunt vnum principium creaturæ, dicuntur esse vnus creator: sed pater, & filius non sunt vnus spirator: sed duo spiratores ut a multis dicitur. Quod etiam consonat dictis Hilar. qui dicit in secundo * de Trin. ꝙ spiritus sanctus a patre & filio authoribus confitendus est. Ergo pater & filius non sunt vnum principium spiritus sancti.

SED CONTRA est, quod Augst. dicit in * 7. de Trinitat. ꝙ pater, & filius non sunt duo principia, sed vnum principium spiritussancti.

RESP. Dicendum, quod pater & filius in omnibus vnum sunt, in quibus non distinguit in eos relationis oppositio. Vnde cum in in hoc, quod est esse principium spiritussancti non opponantur relatiuè, sequitur quod pater & filius sunt vnum principium spiritussancti. Quidam tamen dicunt hanc esse impropriam, pater & filius sunt vnum principium spiritussancti. Quia cum hoc nomen principium singulariter acceptum non significet personam: sed proprietatem, non potest conuenienter dici, quòd pater & filius sint vnum principium Spiritussancti nisi vnum intelligatur quasi aduerbialiter positum, vt sit sensus, sunt vnum principium, idest vno modo. Sed simili ratione posset dici pater duo principia, filii & spiritussanctus, idest duobus modis. Dicendum est ergo, quod licet hoc nomé principium significet d proprietatem, tamen significat eam per modum substantiui: sicut hoc nomen pater & filius etiam in rebus creatis. Vnde numerum accipit a forma significata. sicut & alia substantiua. Sicut d igitur pater & filius sunt vnus Deus propter vnitatem formæ significatæ, per hoc nomen Deus, ita sunt vnum d principium spiritussancti propter vnitaté proprietatis significatę in hoc nomine principium.

AD PRIMVM ergo dicendú, quod si attendatur virtus spiratiua spiritussanctus procedit a patre, & filio, inquantum sunt vnum in virtute d spiratiua, quæ quodammodo significat naturam, cum proprietate, ut infra dicetur. Neque est inconueniens, vnam proprietatem esse in duobus suppositis, quorum est vna natura. si vero considerentur supposita spirationis, sic spiritussanctus procedit a patre, & filio, vt sunt plures. Procedit enim ab eis, vt amor vnitiuus duorum.

AD SECVNDVM dicendum, quod cum dicitur: pater, & filius sunt vnum principium spiritussancti designatur vna proprietas, quæ, est forma significata per nomen. Non tamen sequitur, quod propter plures proprietates possit dici pater plura principia, quia implicaretur pluralitas suppositorú.

AD TERTIVM dicédum, quod secundum relatiuas proprietates non attenditur in diuinis similitudo, vel dissimilitudo, sed secú dum essentiam. Vnde sicut pater non est similior sibi quam filio, ita nec filius similior patri quam spiritus sanctus.

AD QVARTVM dicendum, ꝙ hæc duo, s. pater & filius sunt vnú principium qđ est pater, aut vnum principium quod non est pater, nó sunt contradictorie opposita. Vnde non est necesse alterum eorum dare. Cum. n. dicimus, pater & filius sunt vnum principium, hoc quod dico principium, non habet determinatam suppositionem, immo có fusam pro duabus personis simul, vnde in processu est fallacia figuræ dictionis a confusa suppositione ad determinatam.

AD QVINTVM dicendú, ꝙ hęc et est vera, vnum principium spiritussan. est pater & filius, quia hoc qđ dico principium, non supponit pro vna persona tantum, sed in distinctè pro duabus, ut dictum est.

AD SEXTVM dicendum, ꝙ cóuenienter potest dici, ꝙ pater & filius sunt idem principium, secundum ꝙ ly principiú, supponit confusè & indistinctè pro duabus personis simul.

AD SEPTIMVM dicendum, ꝙ quidam dicunt, ꝙ pater & filius, licet sint unum principiú spiritussanctu sunt tñ duo spiratores pp distinctioné suppositorum, sicut etiá duo spirantes, quia actus referuntur ad supposita. Nec est eadé ratio de hoc nomine creator, qa spiritussanctus procedit a patre & filio vt sunt duę personæ distinctæ (vt dictum est) non autem creatura procedit a tribus personis vt sunt personę distinctæ, sed vt sunt unum in essentia. Sed uidetur melius dicendum, ꝙ quia spirans adiectiuum est, spirator uero substantiuum, possumus dicere ꝙ pater & filius sunt duo spirantes, propter pluralitatem suppositum, non autem duo d spiratores propter unam spirationem. Nam adiectiua d nomina habent numerum secundum supposita, substantiua d uero a seipsis, secundum formam significatam. Quod uero d Hilarius dicit, quod spiritus sanctus est a patre & filio authoribus, exponendum est, quod ponitur substantiuum pro adiectiuo.

regula. s. in diuinis nó attenditur similitudo uel dissimilitudo secú dum relatiuas proprietates, satis aperte videtur inferendum a simili ꝙ perfectio uel imꝑfectio, æqualitas uel inæqualitas, atté ditur ibi secundum essentiá non secúdum proprietates relatiuas, ut sic. Scimus. n. ꝙ nó est minus perfectus filius ét ꝙ non sit generás uel pater, neq; perfectior pater etiam quod habeat duas ꝓprietates, & sit principium duarum personarú, filius ue unius tátú, spiritus sanctus auté nullius. Quare ergo omnes, & singulæ, personæ sunt sibi inuicem omnino in perfectionibus similes & æquales? Quia sunt omnino eiusdem essentiæ.

D. 1132.

4^m minor. Sed neutrum est dare. R. Verissimum est hoc utique. §. Primo quia duo illa non sunt contradictoria: Secúdo quia a suppositione confusa transitur ad determinatá. Ideo nihil contra.

5^m minor. Sed hęc uidetur esse falsa. R. Negaur ista. §. Ad probationé dicitur, ꝙ nó oportet, ꝙ ly principiú supponat pro una illarum personarú determinate, ut arguitur licet supponat indistincte pro ambabus. Et sic illa propositio ꝓdicta nó est falsa, & cósequéter nihil contra.

In solutione præceden. argu.

6^m minor. Sed hoc a multis negatur. R. Et male. §. Si s. ut diximus, ly principiú supponat indistincte pro ambab. personis simul. Tunc &c.

7^m de minori. Vt a multis dicitur. R. Et minus cóuenienter. §. stando . s. in substantiuo illo spirator, Vt substátiuú est. Tunc &c. Nam Hilarius ponit substantiuú pro adiectiuo. In litera bene nota pro semper illam regulá de noib' adiectiuis & substátiuis, in diuinis.

In solutione ad 1. argu. huius ar.

D. 411. 1133. D. 927. & 18.

APPENDIX.

EX articulo habes primo, quomodo per ratiónem confundas hæresim quorundá mihi in nominatorú dicé tiú, spúm sanctú ex patre & filio ꝓcedere tá ꝙ ex duob. pricipiis nó

D. 40.

tanquam ex uno. Secundo habes, quo ostendas recte dānari hanc in sexto decretalium de su.tri.& fi. c.fideli ac deuota professione fatemur, quod spiritussanctus æternaliter ex patre & filio nō tanquam ex duob.principiis, sed tanquam ex uno principio, non duabus spirationibus, sed unica spiratione, procedit. Hoc professa est hactenus, prędicauit & docuit, hoc firmiter tenet & prædicat, profitetur, & docet sacrosancta Romana Ecclesia mater omnium fidelium & magistra, hoc habet orthodoxorum Patrum atque Doctorum Latinorum pariter & Græcorum incommutabilis & vera sententia. sed quia nonnulli propter irrefregabilis pręmissæ veritatis ignorantiam in errores varios sunt prolapsi: Nos huiusmodi erroribus viam præcludere cupientes hoc sacro approbante Concilio damnamus, & reprobamus omnes, qui negare præsumpserint, spiritum sanctum ex patre & filio æternaliter procedere, siue etiam temerario ausu asserere, quòd spiritussanctus ex patre, & filio tanquam ex duobus principijs, & non tanquam ex vno procedat. Hæc ibi Papa Greg.x.in concilio generali Lugdunensi. Has item duas hæreses recte per rationem, iuncto articulo secundo, monstrare potes damnari a Papa Eugenio 4. in Concilio Florentino sic. Approbante hac sancta synodo Florentina diffinimus &c. quod spiritus sanctus ex vtroque æternaliter tanquam ab vno principio, & vnica spiratione, procedit. Hæc ille, in litera Sanct. vnione. Tertio vides: quomodo ex his vicissim & ille & secundus articuli firmentur.

Comm. Cardinalis Caietani.

IN titulo scito, ꝙ hic est quæstio, & de re, an ita sit, scilicet ꝙ pater & filius sint vnum numero principium spiritussancti, & de propositione ista, an sit proprie sumpta vera.

¶ In corpore duo facit. Primo, respondet quæsito quo ad rem. Secundò, quo ad proprietatem propositionis.

¶ Quo ad primū, est hæc conclusio, pater & filius sunt vnum principium spiritussancti. Et probatur. Pater & filius sunt vnum in omnibus in quibus non distinguuntur relatiua oppositione. ergo sunt vnum principium spiritussancti, & tenet sequela, quia in hoc quod est esse principium spiritussancti, non opponuntur relatiue adinuicem.

¶ Quo ad secundū, tria facit. Primò, refert quandā opinionem tenentē hanc propositionem esse impropriam, tali rōne, ly principium significat proprietatē. ergo tenetur adiectiuē. ergo nō pōt addi alteri adiectiuo, & sic, ly vnū non tenetur nominaliter. ergo vt sit vera, tene ly vnum aduerbialiter, & consequēter est impropria. Secundo arguit opinionem, & vtrumq; eius fundamentum ordi est retrogrado. Et primo quidem, ꝙ ly vnum non sit sumendū aduerbialiter, quia sic posset dici pater non vnum principium filij & spiritussancti, quia pluribus modis est illorum principium. Secundo ꝙ non valet sequela, principiū significat proprietatē. ergo tenetur adiectiue, quoniam significat proprietatē substantiue sicut patet ēt in creaturis, in nominib. patris & filij. Et sic tertio infert oppositū præfatæ opinionis, ratione & exēplo ipsum cōfirmans. Rō est, principiū est nomen substantiuū. ergo accipit numerū iuxta numerum formæ significatæ per ipsum, sed forma significata, i. proprietas est vna numero in patre, & filio ergo conuenientissime dr̄. pater & filius sunt vnum principium spiritussancti. Exemplū vero est, quia ista, eadē rōne dr̄. pater & filius & spūssanctus sunt unus Deus: quia.s.deitas est una numero in eis.

¶ In responsione ad primū. circa illa verba, spiritussanctus procedit a patre, & filio ut sunt plures, dubium occurrit, an principium spiratiuum quod, exigatur sic, pluralitatē suppositorum. Dico aūt vt sic, ad excludendum concursum pluralitatis per accidēs ut contingit in principio creatiuo. Accidit.n.creationi, ꝙ a trib. sit personis, nihil.n. minus Deus crearet, si non esset trinus. Est igitur hic dubiū, an ipsa spiratio per se sit a duobus, an nō: sed quasi per accidens, ut creatio est a trib. Scotus enim in primo dist.12.tenens pluralitatem non exigi, fundat se super omnimoda perfectione principii spiratiui in vno supposito. S.Tho. autem in primo sen.dist.11.art.vlt.ad secundum ponens differentiam inter creationem & spirationem, quo ad hoc, sentire vr̄ oppositum iuxta determinationem a se factam in secundo articulo eiusdem distinctionis, quod & in hac litera confirmare uidetur. Est autē ratio dubitandi in hac re, quoniam nulla apparet ratio conuincens alteram partem. perfectio namque principii quod, & quo in solo unico supposito saluari ex eo ur̄, quia aliter pater solus, imperfectum esset principium spiritussancti. stante autem omnimoda perfectione vtriusque principij in uno supposito, sequitur necessitas illius conditionalis, ꝙ si illud solum esse posset perfecte spirare spiritumsanctum, & sic non per se requiritur pluralitas in principio quod, spirationis. Modus autem procedendi, ut nexus communio atque mutuus amor unitiuus, qui conuenire dr̄ spiritusancto, intelligi non potest nisi sit a duobus ad minus, ac per hoc oportet per se pluralitatem inuenire in spiratiuo principium quod. Neutra tamen harum uiarum ducit necessario ad intentū. Prima quidem deficit, quoniam non ratione imperfectionis, sed ratione non habitæ, nec possibilis haberi conditionis in unico supposito, solus pater, aut solus filius non posset spirare spiritumsanctum consubstantialem & personaliter distinctum &cet. Secunda autem deficit, quia connectere, vnire, & similia, non conueniunt spirituisancto, ex proprietate personali, sed ex essentiali incluso, s. amore, ut in quæstione sequenti, articulo primo ad secundum, litera dicit, & ibidem clarius patebit. Et quamuis huiusmodi non cogant, quia tamen S.Tho. expresse superius dixit in hac eadem quęstione, quòd de ratione spiritussancti est, quod sit a patre & filio, & hic apponit notam reduplicationis, dicens, quòd procedit, patre & filio, ut sunt plures personaliter. Communeq; sanctorū dictum sit, spiritumsanctum mutuā esse charitatē patris & filii, tenendum esse arbitror ꝙ principium spiratiuum ut quod, inquantum huiusmodi, exigit pluralitatem, ita ꝙ dualitas est cōditio spiratoris, nullam addens perfectionem supra unitatem suppositi: sed secunda persona addit solam cōditionem requisitam ad principium quod. Ob cuius defectum (negatiue sumendo defectum) una sola persona non spiraret, sicut ob eius abstractionem a perfectione & imperfectione nulla imperfecte, sed singula quæq; perfecte spirat. Nec hoc absq; ratione credimus. Si.n.processio spiritussancti necessario est a patre & filio, ut superius probatum est, necessario sequitur ꝙ sit ab eis inquantum tales. ergo inquantū plures, non.n.sunt intelligibile ut sic, nisi ut plures. Rō quoq; assumpta ex litera, quia.s.procedit ut amor unitiuus, manifestat intentum, si animaduertimus ꝙ in hac re, ēt uocabulis caremus, & sic ex appropriatis propria intelligere ac insinuare oportet. Accedit ad hoc ratio in primo sententiarum, dist.29 art. ultimo, a S.Th. assignata, quia.s.spirare est actio personalis. Nec propterea ex his oblitum me credas supradictorum, stant.n.hæc simul, s. ꝙ spiritussanctus procedit a patre & a filio, inquantum duo, sic.i.inquantum habent talem pluralitatem, seu dualitatem, & ꝙ processio spiritussancti non differt a generatione sufficienter, ex hoc, ꝙ est a duobus & ista ab uno, quoniam dualitas suppositalis absolute ad hoc non sufficit, ut supra diximus. Argumenta autem Scoti non oportet afferre, quia non militant contra positionem nostram, dualitatem suppositorum ex parte principii quod, tantum dicentem, nisi id quod adduximus de perfectione, sed contra Henricum ponentem concordiam &c.

¶ In responsione ad 3m, dubium est circa illa uerba, pater non potest dici plura principia, quia implicaretur pluralitas suppositorum. Quia si regula de plurificatione nominis substantiui, penes pluralitatem formæ significatæ, uera est, uoluntarium appareret excipere plurificationem principii in patre. Constat.n.formas significatas esse plures, puta paternitatem & spirationem. Nec potest dici rectè (ut quidam credunt) quod illa regula est uera tantum, quando est pluralitas realis formæ significatæ. Nam constat artem sutoriam distingui realiter a frænefactiua, & tamen Socrates habens utranque, non est duo artifices.

¶ Ad hoc dicitur, quod aliud est loqui de nomine substantiuo, & aliud de substantiuo concreto, substantiuum enim ut sic, penes pluralitatem formæ significatæ plurificatur, sufficienter quidem, si est abstractum, exactiue autem absolute, idest quod ad sui pluralitatem exigit pluralitatem formæ significatæ, siue hoc sufficiat, siue non. Substantiuum autem concretum, quia substantiuum, exigit pluralitatem formæ, quia uero concretum exigit pluralitatem suppositorum. Et sic, cum principium sit substantiuum concretum, optime in litera dicitur, quod implicaretur pluralitas suppositorum, dicendo, pater est plura principia. Nec disceditur a regula de substantiuo sane intellecta, ut exposuimus.

¶ In responsione ad quartum & quintum, dubium est logicale, motum a Gregorio in duodecima distinctio primi, tractatumque a Capreolo in fine, quomodo, scilicet ly principium supponat confusè. Tum quia nullum est confusiuum. Tum quia si staret confusè, liceret descendere sub prædicato ad eius singularia per propositionem de iure disiuncto extremo, quod hic non licet.

¶ Ad horum primum dicitur dupliciter. Primo, quod non oportet quærere confusiuum, respectu termini communis concreti substantiui, quia hoc habet ex naturali sua suppositione, ut Sanctus Thom. dicit in tertio sententiarum, dist.1.quæst.2. artic. 4. Sed oporteret quęrere discretiuum, quando supponeret determinate. Secundo dicitur, quod confunditur a ly, & quando est prædicatum.

¶ Ad

¶Ad secundum verò motiuum, similiter dupliciter respondetur. Primò, quod illa regula non habet locum vbi sub prædicato non sunt plura singularia, vt contingit in proposito, singulare enim principii non est pater, aut filius, sed hoc principium, cum autem ibi non sint plura numero principia, sed pater & filius sit vnum numero principium spiritussancti, non restat descensus ad singularia principii, sed si ad patrem vel filium venitur, iam extra regulam sumus. Et est sophisma figuræ dictionis. Secundò dicitur ab alijs concedendo consequentiam, & negando falsitatem consequentis, vt uidere potes in Capreolo.

¶In responsione ad sextum, aduerte quod hoc in loco author determinauit, quod indecisè dimisit in primo sententiarum, distin. 29. ad vltimum.

¶In responsione ad septimum, aduerte, quod hoc in loco author arguit opinionem quam ipse sequutus fuit in primo sententiarum, dist. 11. & 29. articulis vltimis. Ratio autem in litera adducta examinabitur in tertio art. 39 quæstionis, vbi ex proposito tractabitur de adiectiuis & substantiuis.

Arg. 1. dist. 10. q. 1. prin. prin.
Cap. 1. d. 10. q. 1. com. 1.

SVP. Q. XXVII.

ART. I.

CONCL. Nomen amoris in diuinis sumi potest essentialiter, & personaliter, & secundum quod personaliter sumitur, est proprium nomen spiritus sancti.

¶PROB. * Quia, inquantum, in amore nõ importatur nisi habitudo amantis ad rem amatam ly amor sumitur in Diuinis essentialiter. * Secũda autem pars. s. & personaliter, & secũdum quod, &c. probatur. Quia inquantum in amore importatur habitudo rei procedentis per modum amoris ad suum principium aut econuerso, ly Amor dicitur in Diuinis personaliter, & est proprium nomen spiritussancti.

¶NOT. Pro faciliori intellectu vide qu. 27. art. 3. Item dic. Ly amor personaliter, siue pro proprio nomine sumptum, quid significat? Amor procedens. Amor ergo personaliter sumptus, est amor procedens, i. spiritus sanctus. Ly amare notionaliter sumptum quid est? Est spirare amorem procedẽtem, i. spiritumsanctũ. Rursus. Ly amor essẽtialiter sumptum quid significat, quid est? significat affici ad rem aliquam, est affectus beneuolus erga rem aliquam. Ly amare essentialiter sumptum quid est? Est bene uelle. alicui, diligere, amare aliquam rem.

1^m de maiori.
Charitas. R. Essentialis, non personaliter §. Tunc &c. ut per conclusionem patet.

2^m de minori.
Non significatur, ut per-

198 1. d. 10. a. 4. & d. 27. q. 2. ar. 1. q. 2 cor. & ver. q. 4. a. 2. ad 7.
Lib. 15. de trin. ca. 17. ante med. tom. 3.
C. 4. par. 2. & par. 1. nõ remote.
† Q. 36. 2. 2.
Hom. 30. in Euang. cir. prin. illius.

QVAESTIO XXXVII.

De nomine spiritus sancti qui, est amor, in duos articulos diuisa.

DEINDE quæritur de nomine amoris. Et circa hoc quæruntur duo.

¶Primò, Vtrum sit proprium nomen spiritus sancti.

¶Secundò, Vtrum pater & filius diligant se spiritu sancto.

ARTICVLVS I.

Vtrum amor sit proprium nomen spiritus sancti.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur, quod amor nõ sit proprium nomẽ spiritus sancti. Dicit enim Aug. * 15. de Tri. Nescio cur sicut sapientia dicitur, & pater & filius & spiritussan. & simul oẽs, non tres sed vna sapientia, non ita & charitas dicatur pater, & filius & spiritussan. & simul omnes vna charitas. Sed nullum nomen quod de singulis personis prædicatur, & de omnib. in communi singulariter est nomen proprium alicuius personæ. Ergo hoc nomen amor, non est proprium spiritussancti.

¶ 2 Præterea. Spiritussan. est persona subsistens: sed amor non significatur vt persona subsistens: sed ut actio quædam ab amante transiens in amatum. Ergo amor non est proprium nomen spiritussancti.

¶ 3 Præt. Amor est nexus amantium, quia secundum Dion. * 4. c. de diui. no. est quædam vis vnitiua: sed nexus est medium inter ea quę cõnectit, non aũt aliquid ab eis procedẽs. Cum igitur spiritussanctus procedat a patre & filio (sicut ostẽsum est †) videtur, quod non sit amor aut nexus patris & filii.

¶ 4 Præt. Cuiuslibet amantis est aliquis amor: sed spiritussanctus est amans. Ergo eius est aliquis amor. Si igitur spiritussanctus, est amor, erit amor amoris, & spiritus a spiritu. Quod est inconueniens.

SED CONTRA est, quod Greg. dicit in * Homil. Pentecostes, Ipse spiritussanctus est amor.

RESP. Dicẽdũ, quod nomẽ amoris in diuinis sumi põt essentialiter & personaliter. secundum quod personaliter sumitur, est propriũ nomen spiritus sancti, sicut verbum est proprium nomen filii. Ad cuius euidentiã sciendum est, quod cũ in diuinis, vt supra ostensum * est, sint duæ processiones, vna per modũ intellectus quæ est processio verbi: alia per modum voluntatis, quæ est processio amoris, quia prima est nobis magis nota ad singula significanda, quæ in ea considerari possunt, sunt magis propria nomina adinuenta, non autem in processione voluntatis. Vnde & quibusdam circũlocutionib. vtimur ad significandam personam procedentem, & relationes etiam quæ accipiuntur secundum hanc processionẽ, & processionis & spirationis nominibus nominantur, vt supra dictum * est, quæ tamen sunt magis nomina originis, quam relationis, secundum proprietatem vocabuli. Et tamen similiter secundum vtrãq; processionem considerari oportet. Sicut. n. ex hoc, quod aliquis rem aliquam intelligit, prouenit quędam intellectualis conceptio rei intellectæ in intelligente, quæ dicitur verbum, ita ex hoc quod aliquis rem aliquã amat, prouenit quędam impressio (vt ita loquar) rei amatæ in affectu amantis, secundum quam amatũ dicitur esse in amante, sicut & intellectum in intelligente ita quod cum aliquis seipsum intelligit & amat, est in seipso: non solum per identitatem rei: sed etiam vt intellectum in intelligente, & amatum in amante. Sed ex parte intellectus sunt vocabula adinuenta ad significandum respectum intelligentis ad rem intellectam, vt patet in hoc, quod dico intelligere. Et sunt etiam alia uocabula adinuẽta ad significandũ processum intellectualis conceptionis, s. ipsum dicere & uerbum. Vnde in diuinis intelligere solum essentialiter dicitur, quia non importat habitudinem ad verbum procedens: sed verbum personaliter dicitur, quia significat id, quod procedit. ipsum vero dicere, dicitur notionaliter, quia importat habitudinem principii verbi ad verbum ipsum. Ex parte autem voluntatis præter diligere & amare, quæ important habitudinem amantis ad rem amatam, nõ sunt aliqua vocabula imposita, quæ importent habitudinem ipsius impressionis, vel affectionis rei amatæ, quæ prouenit in amante ex hoc quod amat, ad suum principium aut econuerso. Et ideo, propter vocabulorum inopiam, huiusmodi habitudines significamus vocabulis amoris & dilectionis, sicut si verbum nominaremus intelligentiam conceptam, vel sapientiam genitam. Sic igitur, inquantum in amore vel dilectione nõ importatur nisi habitudo amantis ad rem amatam, amor & diligere essentialiter dicuntur, sicut intelligentia, & intelligere: inquantum vero his uocabulis utimur ad exprimendam habitudinem eius rei, quæ procedit per modum amoris, ad suum principium, & econuerso, ita quod per amorem intelligatur amor procedens, & per diligere intelligatur spirare amorem procedẽtem, sic amor est nomen personæ, & diligere vel amare est verbum notionale, sicut dicere vel generare.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod Aug. loquitur de charitate, secundum quod essentialiter sumitur in diuinis, ut dictum * est.

AD SECVNDVM dicendum, quod intelligere & velle & amare, licet significentur per modum actionum transeuntium obiecta, sunt tamen actiones manentes in agentib. (vt supra dictum est) ita tamen quod in ipso agẽte, importãt habi-

Q. 27. a. 2. 3. 4. & 5.
Q. 27. ar. 4 ad 3.
D. 201.
In corp. a.
q. 34 ar. 2. ad 4.
Q. 14. ar. 4.

persona subsistens. R. Est tamen persona subsistens in diuinis §. Tunc &c. Significari enim ex creaturis sumitur, inquantum intellectus noster sumit cognitionem suam ex ipsis: esse autem rei alicuius secundum se consideratur, vnde non valet cōsequentia hæc istud significatur vt sic, puta vtactio, ergo istud est sic, idest actio, non persona.

3m de minori.

Non autem est. R. Secundum eandem considerationem, non, secūdum considerationem diuersam. §. Tunc &c. Nā spiritussanctus est, secundum originem, ab vtroque procedens tanquam tertia persona: secundum autem habitudinem amantis patris ad amatum filium, & reamantis filij amatū patrē, spiritussanctus est medius nexus. Vide ēt q. 36. ar. 4. ad 1 notatione post ar.

4m de maiori.

Amantis. R. Notionaliter, non, essentialiter vt amor procedens §. Tunc &c. Nam spiritus sanctus non est amans notionaliter, cū non spiret amorem tanquam personam per modum voluntatis procedentem, sed solum pater & filius sunt amantes notionaliter, spiritussanctus autem, & aliæ etiam personæ, sunt amantes essentialiter, sed hoc nihil ad rem præsentis argumenti. Vide pro meliori horum intellectu q. 34. ar. 2. quartum, & quod ibi dicitur de intelligere diuinarum personarum applica etiam ad amare cū distinctione illa. V. g. Singulæ personæ considerantur vt vnus simul Deus, & vt persona hæc distincta ab alia. item Amare sumitur essentialiter [sic singulæ amat, quia singulæ Deus,] & notionaliter [sic nō singulæ amant, quia non omnes spirant personam] Vide ibi, & applica.

habitudinem quadam ad obiectū. Vnde amor etiam in nobis, est aliquid manens in amante, & verbū cordis manens in dicente, tamen cum habitudine ad rem, verbo expressam uel amatam. Sed in Deo in quo nullum est accidens, plus habet, quia tam verbum quam amor est subsistens. Cum ergo dicitur, ꝙ spiritus sanctus est amor patris in filium, vel in quicquam aliud, non significatur aliquid transiens in alium: sed solum habitudo amoris ad rem amatam. sicut & in verbo importatur habitudo verbi ad rem verbo expressam.

AD TERTIVM dicendum, ꝙ spiritus sanctus dicitur esse nexus patris & filii inquantum est amor, quia cum pater amet vnica dilectione se & filium, & econuerso, importatur in spiritu sancto (prout est amor) habitudo patris ad filiū, & econuerso, vt amantis ad amatū. Sed ex hoc ipso ꝙ pater & filius se mutuo amant, oportet ꝙ mutuus amor qui est spiritus sanctus, ab vtroque procedat. Secundum igitur originem spiritus sanctus non, est medius, sed tertia in trinitate persona. Secundum vero prædictam habitudinem, est medius nexus duorum ab vtroque procedens.

AD QVARTVM dicendum, ꝙ sicut filio licet intelligat, non tamen sibi competit producere verbum, quia intelligere conuenit ei ut verbo procedenti, ita licēt spiritus sanctus amet, essentialiter accipiendo, non tamen conuenit ei, quod spiret amorem, quod est diligere notionaliter sumptum, quia sic diligit essentialiter vt amor procedēs, non vt a quo procedit amor.

APPENDIX.

Vtilitas pro Eccle. S. Dei.

Ex articulo habes, quomodo per rationem confundas impijssimum dogma Nouati siue Nouatian. [Prat. Cœlestiani] dicens, Deum esse crudelem. Si enim amor ibi est & essentialiter & personaliter, quomō crudelis esse poterit? si pater & filius spirāt infinitum amorem, & spiritussanctus est spiratus amor infinitus quomodo vel minima crudelitas in diuinis esse poterit? Secundo habes, quomodo per rationem ostēdas, hæresim hanc fuisse merito damnatam a Concilio pariter, & Ioanne Apostolo. Concilium quidem Toletanum vndecimum, in pronunciatiōne publica dogmatum fidei catholicæ, dicit, Spiritussanctus non procedit de patre in filium vel de filio procedit ad sanctificandam creaturā, sed simul ab vtrisque procedere mostratur, quia charitas amborū esse agnoscitur. Hæc ibi. Ecce, quod Concilium dicit spiritumsanctum esse charitatem. Almor ergo, secundum illud, est nomen personale spiritussancti. Ioannes autem, de tota trinitate loquens, ait 1. Ioh. 4. Deus charitas est Ex hoc tamē quod amor & essentialiter & psonaliter dicitur in diuinis ne crediderīs, Deum esse igneum. Hęresis enim hæc fuit Appellitarum, quod Deus legis & Israelis esset igneus, quæ damnatur in decretis vigesimaquarta quęst. tertio. Quidam. In huius enim capituli fine dicitur. Hæ sunt hæreses aduersus catholicam fidem exortę, & ab Apostolis, & a sanctis patribus vel Concilijs prędamnatæ, quæ dum in se multis erroribus diuisę inuicem sibi dissentiunt, communi tamen nomine aduersus Ecclesiam Dei conspirant. Hæc ibi. Deus igitur, licet sit & essentialiter & personaliter amor, non est igneus, sed in igne, tanquam in signo amoris, uel effectus alterius, manifestatus. Tertio vides, quomodo ex his præsertim Concilio Toletano, vicissim fit mētur conclusio.

Comm. Cardinalis Caietani.

Titulus clarus et dicendus in corpore, & superius discussis, de nomine patris, & verbi.

¶ In corpore vna est distinctio cum una conclusione. Distinctio est amor potest sumi essentialiter & personaliter. Conclusio autem est. Amor personaliter est nomen proprium spiritussancti. Manifestaturque simul quatuor faciendo, tali ordine. Primo ponitur in communi differentia inter processiones diuinas, quo ad notitiam & nominationem spectantium ad ipsas. Secundō ibi. & tamen similiter, ponitur conuenientia inter eas quo ad duo, s. modum producendi, quia sicut intelligendo se producit verbum, quod est conceptus rei intellectæ in intelligente, ita amādo se producit impressionem seu affectionem rei amatæ in amāte, & numerum habitudinum, quia sicut ibi tres sunt habitudines s. ad rem intellectam & ad uerbum, & econuerso. s. verbi ad eius principium, ita hic tres sunt scilicet ad rem amatam, ad affectionem, & istius ad eius principium. Tertio ibi, sed ex parte, in spe- ostendit differentiam inter has processiones, quo ad nominationem habitudinum prædictarum, quia scilicet in intellectu omnes sunt nominatæ. In uolūtate autem sola prima, cæteris enim primæ nomina accommodantur. Quarto ibi, sic igitur, infert ex dictis distinctionem prius, & conclusionem, deinde ut clare patet in litera.

¶ Aduerte hic, quod illa distinctio amoris in essentialē & personalem, ut clare ex hoc articulo habetur. non est distinctio rei, sed uocis in suas significationes. Tota enim ratio distinctionis est accommodatio uocabuli ad aliam significationem, sicut si notitiæ nomen accommodaretur uerbo. Vnde non sunt duo amores in diuinis, unus essentialis & alter personalis. Sed ly amor, propter penuriam uocabulorum, quandoque significat diuinum amorem qui proculdubio essentiale quoddam est. Quandoque uero tertiam personam procedente per modum uoluntatis & amoris. Vnde uanus est labor argumentorum Aureoli in 32. d. 1. apud Capr. contra hanc distinctionem, inquantum est S. Th. quoniam sic intelligitur. Reliqua ad hunc articulum spectantia superius in uigesimaseptima quæstione discussa sunt.

Petr. 4. cont c. 23.
S. Bon. 1. s. dist. 32. q. 1. ar. 1.
Alens. 1. p. s q. 67. mē. 3. ar. 3.
Scot. 1. s. d. 32. q. 1.
Riccar. 1. s. d 32. q. 1.
Duran. 1. s. d. 32. q 1.
Maior. 1 s. d. 32 q 3.
Cap. 1. d. 32 q. 1 per totum et dist. 32. q. 2. a. 2. com.

199
1. d. 14. q. 1. ar. 1. cor. Et d. 32. q. 1. a. & 4. c. 6& c. 2. 13. fin.

ARTICVLVS II.

Vtrum pater & filius diligant se spiritu sancto.

AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur, ꝙ pater & filius nō diligant se spiritu sancto. August. enim * in 7. de Trin. probat, quod pater non est sapiens sapientia genita. Sed sicut filius est sapiens sapientia genita, ita spiritus sanctus est amor procedens vt dictum est.

† Ergo pater, & filius non diligunt se amore procedente qui est spiritus sanctus.

¶ 2 Præterea. Cum dicitur, pater & filius diligunt se spiritu sancto, hoc verbum diligere, aut sumitur essentialiter, aut notionaliter. Sed

Bannes q. 63. a. 2.

SVP. Q. XXXVII. ART. II.

CONCL. Secundū ꝙ diligere sumitur essentialiter, sic pater, & filius non diligunt se spiritusancto.

¶ PROB. Quia, sic Pater, & Filius diligūt se essen-

po. q. 2. a. 3 11. & qu. 9. ar 9. 18.
* lib. 7. de tri. c. 1. 16. præsertim tom. 3.
† ar præce. & q. 27. a. 3

non potest esse vera secundum quòd sumitur essentialiter, quia pari ratione posset dici, quòd pater intelligit filio. Neque etiam secundum quòd sumitur notionaliter, quia pari ratione posset dici, quòd pater & filius spirant spiritusancto, vel quòd pater generat filio. ergo nullo modo hæc est vera: pater & filius diligunt se spiritusancto.

¶ 3 Præterea. Eodem amore pater diligit filium & se & nos. Sed pater non diligit se spiritusancto, quia nullus actus notionalis reflectitur super principium actus. non enim potest dici, quòd pater generat se, vel spirat se: Ergo etiam non potest dici quòd diligat se spiritusancto, secundum quòd diligere sumitur notionaliter. Item: amor quo diligit nos, non videtur esse spiritussanctus, quia importatur respectus ad creaturam: & ita ad essentiam pertinet. ergo & hæc est falsa, pater diligit filium spiritusancto.

SED CONTRA est, quod Augustinus dicit * 6. de Trinitate, quòd spiritussanctus est quo genitus à generante diligitur, genitorem suumq; diligit.

RESPON. Dicendum, quòd circa hanc quæstionem difficultatem affert, quòd cum dicitur, pater diligit filium spiritusancto, cum ablatiuus cōstruatur in habitudine alicuius causæ, videtur quòd spiritussanctus sit principium diligendi & patri & filio: quod est omnino impossibile. Et ideo quidam dixerunt hanc esse falsam, pater & filius diligunt se spiritusancto. Et dicunt hanc esse retractatam ab Augustino * in suo simili. cum scilicet tractauit istam, pater est sapiens sapientia genita. Quidam verò dicunt, quòd est propositio impropria: & est sic exponenda. Pater diligit filium spiritusancto, i. amore essentiali, qui appropriatur spirituisancto. Quidam verò dixerunt, quòd ablatiuus iste construitur in habitudine signi, vt sit sensus, spiritussanctus est signum quòd pater diligat filium, inquantum procedit ab eis spiritussanctus vt amor. Quidam verò dixerunt, quòd ablatiuus iste construitur in habitudine causæ formalis, quia spiritussanctus est amor, quo formaliter pater & filius se inuicem diligunt. Quidam verò dixerunt, quòd construitur in habitudine effectus formalis. Et isti propinquius ad veritatem accesserunt. Vnde ad huius euidentiam sciendum est, quòd cum res communiter denominētur à suis formis, sicut album ab albedine, & homo ab humanitate, omne illud à quo d aliquid denominatur, quantum ad hoc habet habitudinem formæ. Vt si dicam, iste est indutus vestimento, iste ablatiuus construitur in habitudine causæ formalis, quamuis non sit forma. Contingit autem aliquid denominari per id quod ab ipso procedit, non solum sicut agens actione: sed etiam sicut ipso termino actionis qui est effectus, quando ipse effectus in intellectu actionis includitur. Dicimus enim quòd ignis est calefaciens calefactione, quàmuis calefactio non sit calor, qui est forma ignis: sed actio ab igne procedēs. Et dicimus, quòd arbor est florens floribus, quāuis flores non sint forma arboris: sed quidam effectus ab ipsa procedentes. Secundum hoc ergo dicendum, quòd cum diligere in diuinis dupliciter sumatur, essentialiter scilicet, & notionaliter; secundum quòd essentialiter sumitur, sic pater & filius non diligunt se spiritusancto, sed essentia sua. Vnde Augustinus * in 15. de Trinit. Quis audet dicere patrem nec se nec filium nec spiritumsanctum diligere nisi per spiritumsanctum? Et secundum hoc procedunt primæ opiniones. Secundum verò quòd notionaliter sumitur, sic diligere nihil est aliud quàm spirare amorem, sicut dicere est producere verbum, & florere est producere flores. Sicut ergo dicitur arbor florens floribus, ita dicitur pater dicens verbo, vel filio se & creaturam. Et pater & filius dicuntur diligentes spiritusancto, vel amore procedente, & se & nos.

AD PRIMUM ergo dicendum, quòd esse sapientem, vel intelligentem in diuinis non sumitur nisi essentialiter. Et ideo non potest dici quòd pater sit sapiens, vel intelligens filio. Sed diligere sumitur non solum essentialiter, sed etiam notionaliter. Et secundum hoc, possumus dicere, quòd pater & filius diligunt se spiritusancto, vt dictum * est.

AD SECVNDVM dicendum, quòd quando in intellectu alicuius actionis importatur determinatus effectus potest denominari principium actionis ab actione & ab effectu, sicut possumus dicere, quòd arbor est florens floritione & floribus. Sed quando in actione non includitur determinatus effectus, tunc non potest principium actionis denominari ab effectu: sed solum ab actione. Non enim dicimus, quòd arbor producit florem flore: sed productione floris. In hoc igitur quod dico, spirat vel generat, importatur actus notionalis tantum. Vndè non possumus dicere, quòd pater spiret spiritusancto, vel generet filio. Possumus autem dicere, quòd pater dicit verbo tanquàm persona procedente, & dicit dictione, tanquàm actu notionali, quia dicere importat determinatam personam procedentem, cum dicere sit producere verbum. Et similiter diligere, prout notionaliter sumitur, est producere amorem. Et ideo potest dici, quòd pater diligit filium spiritusancto tanquàm persona procedente, & ipsa dilectione tanquàm actu notionali.

AD TERTIVM dicendum, quòd pater non solùm filium: sed etiam se & nos diligit spiritusancto, quia (vt dictum * est) diligere prout notionaliter sumitur, non solum importat productionem diuinæ personæ: sed etiam personam productam per modū amoris, qui habet habitudinē ad rem dilectam. Vndè sicut pater dicit se & omnē creaturam verbo, quod genuit, inquantum verbū genitum sufficienter repræsentat patrē & omnem creaturam, ita diligit se & omnem creaturā spiritusancto, inquantum spiritussanctus procedit vt amor bonitatis primę, secundū quam pater amat se & omnē creaturam. Et sic etiam patet, ꝙ respectus importatur ad creaturam, & in verbo, & in amore procedente quasi secundario, inquantum. s. bonitas & veritas diuina, est principium intelligendi & amandi omnem creaturam.

ARTI-

essentia sua [patet ex August. 15. de Trinit.]

¶ CONCL. 2. Secundum quòd diligere sumitur notionaliter, sic pater & filius diligunt spiritusancto & se, & nos.

¶ PROB. Quia diligere notionaliter est spirare amorem, sicut dicere est producere verbum: & pater dicit filio & se & creaturam.

¶ COROLL. Ergo, à simili, pater & filius diligunt spiritusancto & se & creaturam.

1^m de concl. Non diligunt. R. Essentialiter: non, notionaliter. §. Tunc nihil &c. Non enim est eadem ratio de sapere, intelligere, & diligere. Quòd si sapere sumi posset notionaliter, pater etiam esset sapiens sapientia genita.

2^m de minori. Neque etiam secūdum quòd sumitur notionaliter. R. Negatur ista. §. Ad probationem, negando illam consequētiam, dicitur: quòd non est idem iudiciū de spirare, generare, & de diligere, dicere. Nam spirare, & generare, actum notionalem dicunt tantum: diligere autem & dicere, & actum notionalem dicunt, & personam procedentem determinatam cōnotant. Vndè non sequitur, pater & filius diligunt se spiritusancto, ergo spirant spiritusancto: neque sequitur, pater dicit verbo, ergo generat verbo. Ex litera dic: quòd sicut pater solus producit verbum, ita ipse solus dicit verbo. Non igitur filius dicit neq; potest dicere, verbo: quoniam filio repugnat, quòd sit pater, & repugnat, quòd producat seipsum verbū. Ergo illud Matth. 8. Dic verbo, accipitur pro loqui corporaliter, & pro verbo vocali. Quasi dixerit Centurio Saluatori: vnum tantum verbulum ore tuo corporali in fauorē mei proferas, minimo nutu impera, & fiet, quod postulo. Ergo ly Dic non sumitur notionaliter, id est pro pducere verbum; neque ob hoc facienda est vis; quare potius dixerit ly Dic verbo, quàm ly Dic verbum. Nam si ly Dic, sumeretur notionaliter: tunc [vt patet ex litera] rediret in eundem sensum & ly Dic verbo, & ly Dic verbum.

3^m minor. Sed pater non diligit se spiritusancto. R. Negatur ista. §. Ad probationem dicitur: quòd vera est de importante actum notionalem tantum, non actum notionalē simul connotando personam determinatā productā. ob hoc dici non posset, Pater generat se vel spirat se: cùm tamen dicatur, Pater dicit se verbo & omnem creaturā, pater diligit se & filiū, spiritusancto & omnem creaturam.

A P-

* Lib. 6. de Trinit. c. 5. circa prin. tom. 3.

* lib. 1. retract. c. 26. aliquantulū à princ. tom. 1.

Dicere verbo.

Filius quō non potest dicere verbo.

D. 450.

* lib. 15. de Trinit. c. 7. inter prin. & medium tom. 3.

* In corp. artic.

* In isto artic.

APPENDIX.

Vtilit. pro Eccl. S. Dei.

EX art. habes primò: quomodo Concilio Constantinopolitano sexto obedire valeas actione 12. dicenti: quòd sanctorum Patrum dogmata non solùm secundum sensum, sed etiam secundum easdem voces sequi debemus. Taceo: quòd & Concilia plurima, specialiter Nicęnum secundum, nobis idipsum monitum sequendum facto suo mandauerunt. Vide actionem secundam, quartam præcipue, sed & alias: indeque quanto honore Patrum sanctorum dicta à nobis filijs suis pro debita erga ipsos obseruantia prosequēda sint mordicus, apertissimè conijcies. Horum omnium Conciliorū mandato prædicto obediendi viam articulus hic tibi aperit. Hinc enim patet: quomodo ex ratione demonstres; locutiones SS. Hieronymi super Psal. 14. August. de Trin. lib. 6. c. 5. & lib. 15. cap. 7. Bernardi (secundum quosdam) & Ricardi de sancto Victore, quibus patrem & filium diligere se spiritusancto, dicunt esse imitandas. Secundò vltra imitationem illam, habes: quomodo per rationem defendere possis huiusmodi Patrum sententiam præmissam. Tertio vides: quomodo ex his vicissim firmetur conclusio.

2

3

Comm. Cardinalis Caietani.

IN titulo aduerte, quòd licèt quæstio proponatur de re, dicendo: vtrum pater & filius &c. difficultas tamen circa veritatem propositionis versatur. An s. propositio illa sit vera. Pater & filius diligunt se spiritusancto. De re enim siue diligere sumatur notionaliter, siue essentialiter. constat quomodo se habeant pater & filius & spiritusanctus.

¶ In corpore tria facit. Primo ostendit causam difficultatis: secundo refert quinque opiniones: tertio respondet quæsito.

¶ Quo ad primū, ratio difficultatis est circa propositionem: quia ablatiuus spiritusancto, videtur importare habitudinē principij respectu dilectionis in patre & filio: quod tamen est impossibile.

¶ Quo ad secundum opiniones satis claræ sunt in litera.

¶ Quo ad tertium ponit duas conclusiones iuxta membra distinctionis præmissæ, s. Diligere sumitur dupliciter essentialiter & notionaliter. Prima conclusio est, quòd sumendo diligere essentialiter, pater & filius non diligūt se spiritusancto. Secunda est, quòd sumēdo diligere notionaliter, pater & filius diligunt se spiritusancto. Declarat eas ac probat, trahendo quintam opinionem ad bonum sensum ex duobus fundamentis, alterum est de ly formalis: alterū de modo denominandi. Primum igitur est. Omne denominans vt sic, habet rationē formalis. Et declaratur dupliciter. primo, quia res cōmuniter à formis denominantur. secundo exemplo de vestimento. Secundum verò est. Producens denominari potest ab eo, quod ab ipso procedit, non solum vt actio, sed etiā vt effectus: sed hoc quando ipse effectus in intellectu actionis clauditur. Prima pars huius declaratur in igne & calefactione. Secūda autem in arbore & floribus. ex his enim subiuncto intellectu ipsius diligere notionaliter. Pro secunda conclusione talis est formanda ratio. Quandocūque in intellectu actionis clauditur effectus, agens potest denominari ab actione & effectu, sed diligere notionaliter sumptum, est actio huiusmodi. ergo pater & filius possunt denominari & dilectione & spiritusancto. Minor declaratur dupliciter. primo, exponendo ly diligere notionaliter: secundo, ex simili illi dicere. Prima autem conclusio August. authoritate probata relinquitur, vtpote euidens.

¶ Circa hæc dicta pro secunda cōclusione dubium est multiplex. Scotus enim in 1. dist. 32. q. 1. arguit quadrupliciter. Primò, contra fundamentū positionis, Aedificare importat ædificium, cū sit ædem facere, & tamen non dicitur, ædificator ædificat ędem, & in proposito, spirare importat spiritum. Est enim emittere spiritum, & tamē non conceditur q; spirent spiritusancto. ergo fundamentū nullum. Secūdò, dato q; talis positio quandoque concederetur, non tamen esset conuersiua super agens, quod tamen in proposito accidit, cum dicitur, diligunt se. Tertiò, in constructione transitiua, Nunquam effectus vt effectus construitur in ablatiuo, diligere autem est verbum transitiuum. ergo. Quartò, arguit contra exemplum de florere, dupliciter: primo, quia florere non est florem producere. Tum, quia est verbum neutrum, quod significat idem, quod suum adiectiuum, si esset impositum, sicut calere est esse calidum. Tum, quia addit Aur. si Deus arbori flores imprimeret, nihil minus arbor diceretur florere. Tum quia exemplum non est simile, quia ablatiuus in verbo neutro, quale est florere, non construitur vt terminus actionis: in proposito autem est sermo de termino actionis in ablatiuo, respectu verbi actiui quale est diligere.

¶ Ad euidentiam huius ambiguitatis nota duo. Primo, q; cum in fundamento positionis dicitur, quando in intellectu actionis &c. dupliciter intelligi potest. primo, de intellectu actionis absolutę: secundo, de intellectu actionis sic significatæ. In proposito non intelligitur primo modo, sed secundo. Actus enim notionalis quo pater & filius producunt Spiritumsanctum, vnius tantum rationis est absolute. Alterius tamen est significatus nomine spirare & nomine diligere, pro quanto aliquid claudit in ratione sua, vt significatur dilectionis nomine, quod non claudit vt significatur spirationis vocabulo, vt in litera habetur in respons. ad secundum. Secundo aduerte, quod in intellectu actus sic significati, claudi effectum, contingit dupliciter. Vno modo, vt specificantem seu determinantē qualitatem actionis, sicut in dealbare clauditur albedo, & in calefacere clauditur calor, & sic de alijs, vt enim ostendatur, q; non quodcūque facere: sed tale significet, calefacere & dealbare & ædificare dicimus. Secundo modo, clauditur effectus vt coniunctus illi actioni, vt productū suæ productioni, vt in ly dico, vocaliter sumpto, clauditur verbum vocale, est. n. dicere, verbum proferre. Et hoc modo sumitur in proposito, ita q; sensus illius fundamenti est. Quandocūque in intellectu actionis tali termino significatæ, clauditur effectus vt effectus coniunctus suæ productioni, tunc producens denominari potest ab illo effectu in ablatiuo &c. Et si quæratur causa, quare quidam termini sic significant & quidam non, non est alia ratio, nisi quia hi sunt impositi ad sic significandum, hi autem non. Discernuntur tamē hi ab illis in hoc, q; verba sic includentia effectū, si construuntur cum aliquo alio transitiue, non significantur habere habitudinē ad illud producentis ad productum, vt patet cum Socrates dicit historiam Troiæ. Illa vero sic, vt patet dicendo, Socrates ædificat cœlum. Et hoc ex prima oritur differentia, quia s. illa claudunt in se proprium effectum, ista non. Et sic habitudo ad effectum manet in illis immutata quo ad terminum, in istis autem determinatur secundum adiunctum. His autem stantibus, ad primum patet responsio, negando assumptum, quoniam ædificare, spirare, & alia huiusmodi, non important effectum nisi specificatiuè.

¶ Ad secundum autem dicitur, quòd potest fieri constructio conuersiua super se, quando obiectum actus potest esse ipsum agens, vt accidit in proposito, & in similibus, potest enim Socrates dicere seipsum, non minus quàm Troiæ historiam.

¶ Ad tertium autem, negatur quoque assumptum in verbis claudentibus in se effectum, & transeuntibus super obiectum, qualia sunt diligere, dicere &c. construuntur enim cum obiecto transitiue, vt termino transitus in accusatiuo: & cum effectu vt denominante, vt patet dicendo, Socrates dicit verbo historiam. Ad ea verò, quæ quarto loco contra exemplum de florere adducuntur, facilè dici potest: quòd exempla ponimus non vt ita sit &c. Veruntamen sustinendo exemplum dicimus, quòd florere, vere significat flores emittere, vt patet ex vsu loquentium. Nec huic repugnat neutralitas verbi: quoniam hæc ad modum significandi spectat, non ad significatum. Si autem Deus flores imprimeret, quamuis vere diceretur arbor florida, non tamen quod floruit, esset enim ista vera; arbor quæ non floruit, est florida. Vltimum quoque assumptum falsum esse in hoc exemplo apparet, nec oppositum ab eis est probatum. Et aduerte, quod in hac materia satis iudicio meo est rationabilia afferre ratione materiæ, scilicet vocabulorum. Hæc enim omnia ex terminis sic significantibus accidunt. Vnde, & in responsione ad secundum patet, quòd & si conuenienter dicatur, Socrates dicit verbo historiam, inconuenienter tamen poneretur loco dicit totum eius significatum, dicendo: Socrates profert verbum verbo historiam Troiæ. Hoc enim ex diuersa habilitate terminorum ad constructionem accidit, quia scilicet ly proferre, non potest construi cum illo effectu denominante, ly autem dicit, sic. Et simile est de spirare & diligere respectu spiritusancti, generare, & dicere respectu verbi, vt patet in litera.

Cap. 1. d. 18. q. 1. com. 1. & 2.

Alb. Mag. 1. d. 18. art. 3.

SVP. Q. XXXVIII. ART. 1.

CONCL. Diuinæ personę competit dari, & esse donum.

¶ PROB. Quia hoc nomē, Donum, importat habitudinem ad id, à quo datur, quòd s. est eius: atque ad id, cui datur, vt s. fit eius: & diuina persona est alicuius per originem, tanquàm dantis, necnon est alicuius per donationem sibi factam, tanquàm liberè persona illa fruentis.

¶ COROLL. Ergo, si aliqua

QVÆST. XXXVIII.

De nomine Spiritussancti, quod est donum, in duos articulos diuisa.

CONSEQVENTER quęritur de dono.

Et circà hoc quæruntur duo.

¶ Primò, Vtrum donum possit esse nomen personale.

¶ Secundò, Vtrum sit proprium spiritussancti.

ARTICVLVS I.

Vtrum donum sit nomen personale.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur q; donum non sit nomen personale. Omne enim nomen personale, importat aliquam distin-

200

1. dist. 18. art. 1.

aliqua persona diuina non originaretur ab aliquo, non posset ex hac parte dici donum: & item, si creatura intellectualis posset virtute propria naturali attingere ad fruendum personam diuinam, seu frui illa, iam persona ipsa diuina non posset ex hac parte dici donũ. Duo igitur hæc habere debet persona diuina, vt sit perfectè donum, originem scilicet & superexcessũ ad creaturam prædictum.

*lib.15. de Tri.c.19. à med. co.3.

*lib.8. circa med. & paulò post.

† Colligit ex lib.4. c. 19. à med. & lib.3.ca. 21.

1^m de minori.

Doni. ℞. Secundum quòd donũ dicitur esse alicuius, vt liberè eo fruentis: non, secũdum quòd dicitur esse alicuius per originem. §. Tunc nihil &cęt. Non enim spiritussanctus est suiipsius donum, tanq̃ à seipso sit originatus: cùm tamen cõclusio accipiat ly donũ, inquantum hoc nomen importat etiam originem ab eo, à quo donatur. Argumentũ ergo non accipit donum, neq; Augustinus, in eo sensu, in quo conclusio: & consequenter non infringit propositum.

*lib.15.de Trin.c.19. à med. to-mo 3.

Item de minori.

Donum.

Doni. ℞. Secũdum quòd donum dicitur esse alicuius per modum identitatis, vel per modum possessionis, aut serui: non, per originem tantum. §. Tunc nihil &c. Nam primo modo accipit ibi Augusti. ly donum: conclusio autem tertio. & licet donum, vt possessio aut seruus, dicat distinctioné à donãte, cùm sit quid creatum: non tamen dicit distinctionem personalem, qualem intendit conclusio. & ideò in hoc secundo sensu etiam vera est illa minor: quamuis non concludat contra nos. Vide responsum secundum ly Vel dicendum & melius &c.

2^m de maiori.

Nomen personale. ℞. Secundum q̃ est nomen personale: non secundum quòd aliquo alio modo consideratur. §. Tunc &c. vt patet. Vide ad primum.

ctionem in diuinis. Sed nomen doni non importat aliquam distinctioné in diuinis. Dicit enim August.* 15. de Trin. quòd spiritussanctus ita datur, sicut Dei donum, vt etiam seipsum det, sicut Deus. ergo donum non est nomen personale.

¶ 2 Præt. Nullum nomen personale conuenit essentiæ diuinæ. Sed essentia diuina est donum, quòd pater dat filio, vt patet per Hyl.* 8. de Trin. ergo donũ non est nomen personale.

¶ 3 Preterea. Secundum Damascenum † nihil est subiectum aut seruiés in diuinis personis. Sed donum importat quandam subiectionem, & ad eũ cui datur, & ad eũ à quo datur. ergo donũ non est nomen personale.

¶ 4 Præt. Donũ importat respectũ ad creaturã. Et ita vr de Deo dici ex tpe. Sed noĩa personalia dicuntur de Deo ab æterno, vt pater & filius. ergo donum non est nomé personale.

SED CONTRA est, qđ Aug.* dicit 15. de Tri. Sicut corpus carnis, nihil aliud est q̃ caro, sic donũ spiritus sancti nihil aliud est quàm spiritus sancti. Sed spiritussanctus est nomé personale. ergo & donum.

RESP. Dicendũ, q̃ in noĩe doni, importat aptitudo ad hoc, q̃ donet. Qđ aũt donat, habet aptitudiné vel habitudiné, & ad id à quo dat, & ad id cui datur. Non.n. daret ab aliquo nisi esset eius, & ad hoc alicui dat, vt eius sit. Persona aũt diuina, dr esse alicuius, vel ſm originé, sicut filius est patris, vel inquãtũ ab aliquo hr. Hre aũt dicimur id, quo liberè possumus vti vel frui, vt volumus. Et per hunc modũ diuina psona non pót haberi, nisi à rõnali creatura Deo coniuncta. Aliæ aũt creaturæ moueri quidé pñt à diuina psona, non tñ sic, q̃ in ptãte earũ sit frui diuina psona, & vti effectu eius. Ad qđ qñque pertingit rõnalis creatura, vt puta cũ sic fit particeps diuini verbi & procedétis amoris, vt possit libere Deũ verè cognoscere, & rectè amare. Vnde sola creatura rõnalis, pót habere diuinã personam. Sed ad hoc, q̃ sic eã habeat, non pót propria virtute peruenire. Vnde oportet, quòd hoc ei desuper detur. Hoc enim dari nobis dicitur, quod aliundè habemus. Et sic diuinæ personæ competit dari & esse donum.

AD PRIMVM ergo dicendum, q̃ nomen doni importat distinctionem personalem, ſm quod donũ dr esse alicuius per originé. Et tñ spiritussanctus dat seipsum, inquantũ est suiipsius, vt potens se vti, vel potius frui, sicut & homo liber, dr esse suiipsius. Et hoc est, q̃ Aug. dicit super Ioan. Quid tam tuũ est q̃ tu? Vel dicendũ, & melius, quòd donũ oportet esse aliquo modo dantis. Sed hoc esse huius, dicitur multipliciter. Vno modo per modum identitatis, sicut dicit Aug. super Ioan. & sic donũ non distinguitur à dante, sed ab eo cui dat. & sic dr, quòd spiritus sanctus dat se. Alio modo dicitur aliquid esse alicuius, vt possessio vel seruus. Et sic oportet, quòd donum essentialiter distinguatur à dante. & sic donum Dei est aliquid creatum. Tertio modo dicitur hoc esse huius per originé tantum. & sic filius est patris, & spiritussanctus vtriusque. Inquantum ergo donum hoc modo dicitur esse dantis, sic distinguitur à dante personaliter, & est nomen personale.

AD SECVNDVM dicédum, quòd essentia dicitur esse donum patris, primo modo, quia essentia est patris per modum identitatis.

AD TERTIVM dicendũ, quòd donum secundum quòd est nomen personale in diuinis, non importat subiectionem: sed originem tantum in comparatione ad dantem. In comparatione verò ad eum, cui datur, importat liberum vsum vel fruitionem, vt dictum * est.

AD QVARTVM dicendũ, quòd donum non dicitur ex eo, quod actu datur: sed inquantum habet aptitudinem vt possit dari. Vnde ab æterno diuina persona dicitur donum, licèt ex tempore detur. Nec tamen per hoc, quòd importatur respectus ad creaturam, oportet quòd sit essentiale: sed quòd aliquid essentiale in suo intellectu includatur, sicut essentia includitur in intellectu personæ, vt suprà dictum * est.

3^m de minori.

Subiectionem. ℞. Non: sed originem & vsum liberum, seu fruitionem. §. Originem sané, respectu dantis: vsum verò liberum, seu fruitioné, respectu eius cui datur. Vide probationem conclusionis. Argumentum loquebatur tantum in diuinis de dono: & ideo licet donũ creatum importet subiectionem, vt in responsione ad primum: tamen bene hic simpliciter negat quod importet subiectioné.

Secũda responsio.

4^m de maiori.

Respectum. ℞. Aptitudinalem: non semper, actualem. §. Tunc &c. Non enim ex hoc, q̃ respectum ad creaturam dicit, oportet quod hoc nomen donũ sit essentiale. Ad hoc enim sufficit: quòd in nomine doni includatur essentiale aliquod, sicut in intellectu personæ includitur essentia.

APPENDIX.

Vtilitas pro Eccle. S. Dei.

Hinc habes primò, quomodo per rõnem ostendas, diuersa scripturarũ dicta sic, vel sic, catholice debere intelligi; aliquãdo s. accipiendo Donũ pro persona diuina, aliquando pro aliquo dono creato, aliquãdo pro essentia diuina. Vt. Ioan. 4. si scires donũ Dei: Rom. 11. fine pęnitentia sunt dona Dei, Psal. 67. Accepisti dona in hominibus 2. Cor. 9. Gratias ago Deo meo super inenarrabili dono eius. Io. 10. Pater quod dedit mihi maius est omnibus. Nam Ioan 4. ly donum sumitur personaliter, secundũ Albertũ Magnũ ibi. Rom. 11. ly dona pro donis creatis, sicut & Psal. 67. secundum cõmuniter omnes 2. Corin. 9. ly dono pro persona diuina, quæ est simpliciter inenarrabilis, & etiam pro dono charitatis creato, quod secundum quid est inenarrabile, iuxta multos Doctores: Ioan. 10. ly quod dedit, pro essentia diuina, secundũ cõtextum. Secundò videre licet: quomodo ex his vicissim Angelica hæc doctrina stabilitur.

* In corp. artic.

*q.79. art. 4. & q.34. art.3. ad 1.

Comm. Cardinalis Caietani.

IN titulo aduerte, quòd (vt patet ex introductione huius quæstionis in litera, præsentis intentionis est quærere: an donum sit nomen personale, non necessario, sed possibiliter, i. an secundum aliquam eius significationem sit nomen personale, cum eo vtimur in diuinis.

¶ In corpore vnica est conclusio responsiua quæsito affirmatiuè. Diuinæ personæ competit donum esse & dari. Probatur sic. Diuinæ personæ conuenit esse alicuius per originem, & haberi à creatura rationali sola, non ex propria virtute. ergo conuenit sibi donum esse & dari. Antecedens quo ad primam partem patet, quia filius est patris per originem. Quo ad secundum verò, quia creatura rationalis libere potest frui persona diuina, & vti eius effectu. Quo ad tertiam autem, quia nulla alia creatura potest adduci in potestatem fruendi diuina persona. Quarta demum per se patet. Consequentia autem probatur ex tribus conditionibus doni, s. quòd sit alicuius vt donatoris, & possit haberi ab eo cui est donabile, & quòd sit supra vires illius, i. non debitum illi. Et primæ quidam conditiones ponuntur in principio literæ, atque probantur, ex hoc, quòd donum importat aptitudinem vt donetur. Tertia autem ponitur in calce literæ. Et si vis, potes vertere hanc rationem, & conditiones doni assumere pro antecedente.

Cap. 1. d. 18. q. 1. con. 3. Banner q. 38. ar. 2.

SVPER QVAEST. XXXVIII. ART. II.

CONCL. Donum, secundum quòd personaliter in diuinis sumitur, est proprium nomen spiritussancti.

¶ PROB. Quia amor habet rationem primi doni, per quod omnia nobis gratuitò donantur: & amor est propriũ nomen spiritussancti.

201 1. dist. 18. artic. 2. Et ver. q. 7. ar. 3. 5.

¶ COROLL. Ergo ly Donũ, vt hic sumitur, sumitur pro re gratiosè collata primò, distincta per originem personaliter à donãte. Ergo donum, vt hic, non conuenit diuinæ essentię, nec tribus personis. Nã licet omnes tres personæ gratiose conferãtur; & etiam diuina essentia, & consequenter tũ illæ tũ illa sint donum in hoc sensu, prout s. donũ sumitur pro omni re quę gratiose confertur [vt patet per Hilariũ 8 de Trin.] tamẽ diuina essentia non distinguitur personaliter ab ipsis personis, neq; omnes tres personę originantur ab inuicem. Solus ergo filius & spiritussanctus dicuntur donũ, vt hic: si nil aliud obstaret. Verùm, quia adiungebatur supra ly primo: ideò soli spirituisancto conuenit esse donum. Licet enim filius gratiose donetur, & origine personaliter à patre distinguatur: tamẽ non habet rationem primi doni. Non enim originatur per modum amoris: qui amor, est prima ratio donandi, & consequenter primũ donum, & ratio quòd omnia alia donentur: [vt patet etiam in humanis]. Quia ergo spiritussanctus procedit per modum amoris: ideò ex vi suæ processionis habet, q; sit donum simpliciter modo nunc declarato. ob hoc dicit conclusio cum probatione: quòd ly Donum est proprium nomen personæ spiritussancti.

* Lib. 4. de Trin c. 20. à méd. tomo 3.

ARTICVLVS II.

Vtrum donum sit proprium nomen Spiritussancti.

AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur, q; donum non sit propriũ nomen spiritussancti. Donum enim dicitur ex eo quod datur. Sed sicut dicitur Isa. 9. Filius datus est nobis. ergo esse donum conuenit filio, sicut spirituisancto.

¶ 2 Præt. Omne nomen proprium alicuius personæ, significat aliquam eius proprietatem: sed hoc nomen donum non significat proprietatem aliquam spiritussancti. ergo donum nõ est propriũ nomen spiritussancti.

¶ 3 Præterea. Spiritussanctus potest dici spiritus alicuius hominis: sed nõ potest dici donum alicuius hominis, sed solum donum Dei. ergo donum non est proprium nomen spiritussancti.

SED CONTRA est, quòd Aug.* dicit in 4. de Trinit. Sicut natum esse est filiũ à patre esse, ita spiritum sanctum donum Dei esse, est à patre & filio procedere. Sed spiritussanctus sortitur proprium nomen inquantum procedit à patre & filio, ergo & donum est proprium nomen spiritussancti.

RESPOND. Dicendum, quòd donum secundum quòd personaliter sumitur in diuinis est proprium nomen spiritussancti.

Ad cuius euidentiam sciendũ est, quòd donum propriè est datio irreddibilis, secũdum Philosophum, id est quod non datur intentione retributionis. & sic importat gratuitam donationem. Ratio autem gratuitę donationis, est amor. ideò n. damus gratis alicui aliquid, quia volumus ei bonum. Primum ergo, quod damus ei, est amor quo volumus ei bonum. Vnde manifestum est, q; amor habet rationem primi doni, per quod omnia dona gratuita donantur. Vnde cũ spiritussanctus procedat vt amor (sicut iam dictũ * est) procedit in ratione doni primi. Vndè dicit Aug. † 15. de Trinit. quòd per donum, quod est spiritussanctus, multa propria dona diuiduntur membris Christi.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd sicut filius, quia procedit per modum verbi, quod de ratione sua habet, quòd sit similitudo sui principii, dicitur propriè imago, licet etiã spiritussanctus sit similis patri: ita etiã spiritussanctus, quia à patre procedit vt amor, dicitur propriè donũ, licèt etiam filius detur. Hoc enim ipsum, quòd filius datur, est ex patris amore, secundùm illud Ioan. 3. Sic Deus dilexit mundũ, vt filium suum vnigenitum daret.

AD SECVNDVM dicendũ, quòd in nomine doni importatur, quòd sit dantis per originem. Et sic importatur proprietas originis spiritussancti, quæ est processio.

AD TERTIVM dicẽdum, quòd donum antequàm detur, est tantum dantis; sed postquam datur, est eius cui datur. Quia igitur donum non importat dationem in actu, non potest dici quòd sit donum hominis: sed donum Dei dantis. Cum autem iam datum est, tunc hominis est, vel spiritus vel datum.

QVÆ-

1^m de maiori. Datur. R. Primò ex vi suæ processionis: non aliter. §. Tunc nihil &c. Non cum filius datur primò ex vi suæ processionis: sed solus spiritussanctus. Vide Corollarium.

2^m de maiori. Proprietatem. R. Quòd scilicet, Vel sit principium originis alicuius: Vel sit ab aliquo per originem. §. Tunc nihil &c. Nam ly donum, vt hic sumitur ex suprà artic. 1 ad primum, importat, esse per originẽ ab aliquo.

3^m maior. Spiritussan ctui potest &c. R. Postquàm datus est homini: non, antequàm detur illi. §. Tũc nihil &c. Postquàm enim datus est homini spiritussanctus, tunc potest etiam dici donum hominis: non in eo sensu, quo dicitur donum dantis, sed quo dicitur donum accipientis à dante acceptum. Neque enim dicitur spiritussanctus hominis spiritus quasi ab ipso procedat: sed quasi ab ipso habeatur ex Deo, quæst. 36. art. 1. tertium.

* q. 37. ar. 1. † Li. 15. de Trin. c. 29. ante med. tom. 3.

APPENDIX.

EX articulo habes: quomodo per ratiõnẽ ostendas, hoc nomẽ donũ rectè attributũ ab Ecclesia spirituisancto, tanquàm nomẽ ei proprium. Ipsa. n. spiritum sanctum alloquens in hymno, inquit:

Qui paracletus diceris,
Donum Dei altissimi.

Secundò habes: quomodo per rationẽ & intelligas sano modo hoc eius dictum, & à contrarijs defendere scias.

Tertiò vides: quomodo ex his vicissim firmetur conclusio.

Vtilitas pro Eccle. S. Dei.

Comm. Cardinalis Caietani.

TItulus ex prædictis est clarus.

¶ In corpore est vna conclusio responsiua quæsito affirmatiue. Donum personaliter sumptum, in diuinis est proprium nomen spiritussancti; probatur: Donum est datio irreddibilis. ergo claudit in se rationem gratuitæ donationis. ergo amorem. ergo amor est primum donum. ergo spiritussanctus procedit vt primum donum: & sic donum est eius proprium nomen. Antecedens patet authoritate Philosophi. Prima verò consequentia explanatur, quia irreddibilis datio, est gratuita donatio. Secunda autem, quia ideo gratis damus alicui, quia bonum illi volumus. Tertia autem, quia amor cum hoc q; est ratio dandi, est etiam datum. Quarta autem, quia solus Spiritussanctus procedit vt amor. Et confirmatur authoritate Augustini.

¶ Circa prædicta, occurrit primo commune dubium, an donũ significet primo proprietatẽ personalem spiritussancti, vel respectum aptitudinalem ad creaturas rationales, vel aliquid aliud.

¶ Occurrit quoque dubium ex Aureo. apud Capreolum in 18. distinc. primi, multiplex. Tum quia hæc litera contradicit quæstioni præcedenti. Ibi siquidem dictum est, quòd spiritussanctus procedit vt impressio. hic autem q; procedit vt amor. Tum quia hoc dictum est falsum. Si. n. spiritussanctus procedit vt amor, igitur quo spiritus, eo amor: igitur eo Deus bonus & sapiens &c. quoniam amor essentiale quid est. Tum quia cum dicitur spiritussanctus procedit, vt amor, aut ly amor, sumitur essentialiter, aut personaliter. Si essentialiter, non est ad propositum: & etiã sequeretur, q; spiritus sanctus ex vi processionis suæ, specialem clauderet causalitatẽ respectu creaturæ: illam s. quam claudit amor essentialiter dictus. Si personaliter, consequentia nihil valet. ergo procedit vt donum primum, quoniam ratio primi doni probata est de amore essentialiter dicto, in enim est ratio omnis gratuitæ collationis.

¶ Ad horum euidentiam sciendum est, quòd donum in communi tria manifeste importat, s. rem donabilem, respectũ donabilitatis, & respectũ quasi possessionis, i. q; est illius qui potest illud donare. Sed rẽ donabilẽ importat denominatiuè, quia denominat illam. Respectum verò donabilitatis, i. vt aptum sit alteri donari, significat primo, vt ex litera sumitur vtriusque articuli. Ex hac. n. parte in vtroque processit articulo, vt patet intuenti. Respectum vero ad donatorem consignificat magis (iudicio meo) quàm significet. Vel dicatur, quòd significat illum secundario. Donum autem in diuinis personaliter, quia primum donum denominat amorem vt rem donabilem, quia donantis per originem est relationem processionis constitutiuæ spiritussancti significat, quia verò donabile creaturis tãtum rationalibus, respectum rationis ad eas significat. Eodem (iudicio meo) ordine, quem diximus in dono in communi. Veruntamen, non

non est idem ordo in re, qui est in significari. Spiritui namque sancto primo conuenit sua proprietas personalis, ratione cuius est patris & filij donantium: secundo amor, ratione cuius dicitur primo donabilis, & tertio respectus donabilitatis. Quod enim respectus donabilitatis conueniat spirituisancto ratione amoris essentialis inclusi, & ratione probatur, quia scilicet nullum personale, vt sic, includit respectum ad creaturas. Et literae testimonio commentum in responsione ad quartum primi art. vbi expresse docemur, quod sicut in diffinitione personae claudit aliquid essentiale, ita in ratione doni, & quod ratione illius essentialis importatur respectus ad creaturam, & ratione notionalis est nomen personale. Quod autem amor essentialis claudatur in doni nomine, ex eodem patet fundamento, quia scilicet respectus ad creaturam exigit aliquid essentiale claudi in significante ipsum. Vnde secundum rem & secundum nomen, excepto ordine significandi, donum se habet vt verbum. Sicut enim verbum tria dicit, scilicet respectum originis, notitiam, & respectum ad res dictas, & etiam faciendas, ita donum dicit respectum originis, amorem, respectum ad amata & susceptiua doni. Et sicut ibidem argumentum à rebus, ad nomina, & econuerso non tenet, quoniam non valet: verbum inquantum verbum, dicit respectum ad res dictas. ergo proprietas filij dicit talem respectum, nec econuersò proprietas filij non dicit respectum talem. ergo nec verbum inquantum verbum, quoniam plus importat verbi nomen, quàm proprietas illa, ita proportionaliter de dono censendum est. Non enim valet à doni nomine arguere ad proprietatem spiritussancti, aut econuerso, quoniam plus includit doni nomen, vt patet ex dictis. Esto igitur cautus intuendo, an de rebus pure sit sermo, an digrediatur ad res sub nominibus. Si enim de rebus pure est sermo nulla persona procedens ex vi processionis suae, habet aliquam rem realem, aut rationis propriam, nisi relationem originis, quae est idem quod ipsa. Et sic, neque personae verbi conuenit notitia, seu respectus ad res dictas, neque personae spiritussancti amor, seu relatio vt donetur. Sed si de eisdem personis, vt significantur his terminis, scilicet verbo & dono, est sermo, tunc dicimus verbi personae esse proprium respectum ad res dictas. & doni personae respectum ad doni capaces, &c. & per haec patet solutio argumentorum multorum apud Capreolum, vbi suprà, volentium quod respectus donabilitatis non est proprius alicui personae. Hoc enim est verum ratione proprietatis personalis simpliciter consideratae, falsum autem ratione absoluti inclusi non extraneae: sed vt in obliquo cadentis in eius ratione, sicut in diffinitione personae ponitur rationalis natura. & si diffiniretur persona diuina, caderet in eius ratione natura diuina, & similiter, si diffiniretur verbum diuinum, diffiniretur per notitiam diuinam: & similiter donum per amorem diuinum &c. Ad argumenta ergo Aureo. veniendo, dicitur, quòd ex inopia vocabulorum modo dicitur, quòd spiritussanctus procedit vt impressio, modo vt impulsus, modo vt amor &c. vt vel tot nominibus rem obscuram, atque innominatam significare possimus. Quod autem additur falsum esse, quòd spiritussanctus procedit vt amor, negatur: quoniam hoc commune dictum sanctorum esse videtur. Et ad primam in oppositum probationem neganda est sequela, de amore essentiali loquendo, quoniam non eo spiritus sanctus quo amor, quàuis eadem processione sit spiritussanctus, & Deus & amor, & beatus &c. vt patet per Augustinum & Hilarium in 18. distinctio. prima. Ad secundam vero dicitur, quòd ly amor, sumitur personaliter, & quòd valet consequentia, spiritussanctus procedit vt amor, id est, vt impressio amando procedens. ergo procedit vt primum donum, quia amor essentialiter sumptus ex modo procedendi clauditur in ratione illius impressionis in obliquo, sicut diximus de verbo respectu notitiae, & persona respectu naturae. Et sic nihil obstat quod de amore essentiali probatum sit esse donum, & tamen hoc conueniat amori personaliter sumpto ratione illius inclusi. Quàmuis dici possit & vere, quòd esse primum donum probatur de impressione illa in communi, & deinde ascendendo ad diuina infertur cõuenire spirituisancto, qui est illa impressio. Sed quoniam est res relatiua, & ille respectus doni inuenitur conuenire impressioni in communi ratione absoluti, ideo subintelligimus quòd spirituisancto conueniat hoc ratione absoluti, vt clausi in ratione respectiui. Posset & tertio dici, quod cum dicitur spiritussanctus procedit vt amor, ly vt, notat modum amoris essentialis, quoniam reuera ad modum illius procedit. Et sic ex modo procedendi magis quàm ex proprietate procedentis, probatur, donum quo ad respectũ rationis ad illius susceptiua, esse proprium nomen spiritussancti, cointellecta relatione originis. Et ne fallaris in huiusmodi nominibus plura importantibus, iudica de eis, sicut de complexis ex notionali, & essentiali, puta sapientia genita, amor productus, & similibus. Quodlibet enim horum proprium nomen est alicuius personae, ratione totius coniuncti simul, vel vna pars ratione alterius inter propria computatur, sic enim accidit de dono & similibus, vt de se patet resoluendo clausa in eorum significationibus.

QVAESTIO XXXIX.

De personis ad essentiam relatis, in octo articulos diuisa.

POSTREA, quae de personis diuinis absolutè tractata sunt, considerandum restat de personis in comparatione ad essentiam, & ad proprietates, & ad actus notionales, & de comparatione ipsarum adinuicem.

QVANTVM igitur ad primum horum, octo quaeruntur.

¶ Primò, Vtrum essentia in diuinis, sit idem quod persona.

¶ Secundò, Vtrum dicendum sit, quòd tres personae sunt vnius essentiae.

¶ Tertiò, Vtrum nomina essentialia praedicanda sint de personis in plurali, vel in singulari.

¶ Quartò, Vtrum adiectiua notionalia, aut verba, vel participia pr[e]dicari possint de nominibus essentialibus, concretiuè acceptis.

¶ Quintò, Vtrum praedicari possint de nominibus essentialibus in abstracto acceptis.

¶ Sextò, Vtrum nomina personarum praedicari possint de nominibus essentialibus concretis.

¶ Septimò, Vtrum essentialia attributa sint appropriand[a] personis.

¶ Octauò, Quod attributum cuique personae debeat appropriari.

ARTICVLVS PRIMVS.

Vtrum in diuinis, essentia sit idem quod persona.

102 Suprà q. 3. art. 3. Et q. di. 34. q. 1. art. 1.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur quòd in diuinis, essentia non sit idem quod persona. In quibuscunque enim essentia est idem persona seu suppositum, oportet quòd sit tantum vnum suppositum vnius naturae, vt patet in omnibus substantiis separatis. Eorum enim quae sunt idem re, vnum multiplicari non potest quin multiplicetur & reliquum. Sed in diuinis est vna essentia, & tres personae, vt ex suprà dictis * patet. ergo essentia non est idem quod persona.

* q. 30. art. 2. & q. 28. art. 3.

¶ 2 Praeterea. Affirmatio & negatio simul & semel non verificantur de eodem. Sed affirmatio & negatio verificantur de essentia & persona. nam persona est distincta, essentia verò non est distincta. ergo persona & essentia non sunt idem.

¶ 3 Praeterea. Nihil subiicitur sibiipsi. Sed persona subiicitur essentiae. vnde suppositum vel hypostasis nominatur. ergo persona non est idem quod essentia.

SED CONTRA est, quòd Augustinus * dicit 7. de Trinitate. Cum dicimus personam patris, non aliud dicimus, quàm substantiam patris.

* Lib. 7. de Trinit. c. 6. circa prin. tom. 3.

RESPON. Dicendum, quòd considerantibus diuinam simplicitatem, quaestio ista in manifesto habet veritatem. Ostensum est * enim suprà, quòd diuina simplicitas hoc requirit, quòd in Deo sit idem essentia & suppositum, quòd in substantiis intellectualibus nihil est aliud quàm persona. Sed difficultatem videtur ingerere, quia multiplicatis personis diuinis essentia retinet vnitatem. Et quia, vt Boetius dicit,* Relatio multiplicat personarum Trinitatem, posuerunt aliqui hoc modo in diuinis differre essentiam & personam, quo relationes dicebant esse assistentes, considerantes in relationibus solum quod

* q. 3. ar. 3.

* Boet. lib. de Trinit. nõ procul à fine.

Bannes q. 39. art. 1.

SVP. Q. XXXIX, ART. 1.

CONCL. In Deo essentia nõ est aliud secundum rem à persona, sed secundum rationem: personae tamen à seipsis inuicem secundũ rem distinguuntur.

¶ PROB. primò. Quia persona significat relationem, vt subsistentem in natura diuina: & relatio comparata ad essentiam non differt realiter ab illa [patet, cum non opponatur ei]. Secunda autẽ pars, s. personae tamen &c. probatur: Quia persona significat relationem: & relatio comparata ad relationem oppositam habet ex vi oppositionis distinctionem realem ad eam.

Primum

quòd ad alterum sunt, & non quòd res sunt. Sed (sicut suprà * ostensum est) sicut relationes in rebus creatis accidentaliter insunt, ita in Deo sunt ipsa essentia diuina. Ex quo sequitur, quòd in Deo non sit aliud essentia, quàm persona secundum rem, & tamen quòd personæ realiter abinuicem distinguantur. Persona enim (vt dictum est * suprà) significat relationem, prout est subsistens in natura diuina. Relatio autem ad essentiam comparata, non differt re, sed ratione tantum. Comparata autem ad oppositam relationem habet virtute oppositionis, realem distinctionem. Et sic remanet vna essentia & tres personæ.

Ad primvm ergo dicendum, quòd in creaturis non potest esse distinctio suppositorum per relationes, sed oportet quòd sic per essentialia principia, quia relationes non sunt subsistentes in creaturis. In diuinis autem relationes sunt subsistentes. Ideo secundum quòd habent oppositionem adinuicem, possunt distinguere supposita: neque tamen distinguitur essentia: quia relationes ipsæ non distinguuntur abinuicem, secundum quòd sunt realiter idem cum essentia.

Ad secvndvm dicendum, quòd inquantum essentia & persona in diuinis differunt, secundum intelligentiæ rationem, sequitur, quòd aliquid possit affirmari de vno, quòd negatur de altero: & per consequens quòd supposito vno nō supponatur alterum.

Ad tertivm dicēdum, quòd rebus diuinis nomina imponimus secundum modū rerum creatarum, vt s. dictū est. Et quia naturæ rerū creatarum, indiuiduantur per materiam quæ subiicit naturę speciei, indè est, quòd indiuidua dicūtur subiecta, vel supposita, vel hypostases. Et propter hoc etiam diuinæ personæ supposita, vel hypostases nominantur: non quòd ibi sit aliqua suppositio vel subiectio secundum rem.

A R-

1m de maiori. Multiplicari. ℞. Per principia absoluta: non, per relationes. §. Tunc nihil &c. Nam multiplicatio in diuinis est tantum per relationes. Ex verbis vltimis responsi in litera, ly relationes ipsæ non distinguuntur ab inuicem secundum quòd sunt realiter idem cum essentia, dicito: quod relationes, secundum q sunt in essentia consideratæ, sunt realiter vnum non tantum cum ipsa essentia, sed etiam inter semuicem. Sic ergo paternitas ut in essentia, est filiatio ut in essentia, & vtraque ut in essentia, est processio amoris ut in essentia. Nam relationes ut in essentia sunt realiter ipsa essentia. Sic ergo paternitas est eadē res essentialis, quæ filiatio, & filiatio eadem res essentialis, quæ est paternitas, & harum vtraque est eadem res essentialis, quæ processio amoris. Sic ergo pater, & filius, & spiritussanctus, vt in essentia considerati, sunt idem re, i. sunt eadem res essentialis; iuxta illud à filio dictū, Ego & pater [subintellige idem de spiritusancto] vnum sumus. Ratio omnium horum est vna: quia s. relationes ad essentiam, & vt in essentia, non opponūtur.

*q.28.ar.2

Relationes multipliciter cō parantur.

*q.29.ar.4

Cæterum relationes eædem comparatæ ad inuicem, i. non vt in essentia, sed ut una ad aliam, consideratæ, oppositionem relationis necessario dicunt: & ideo necessario ab inuicem realiter distinguūtur. Quomodo enim à sapiente aliquo intelligi vnquàm poterit: q pater generet se filium, aut q filius generetur à se patre, aut q spiritussanctus spiretur à se patre & filio? Cùm ergo solùm ratione oppositionis originis distinctio realis in diuinis reperiatur, & nulla ad essentiam originis oppositio sit [non enim generat essentia, neq; generatur: non spirat, neque spiratur], restat hoc firmum: quòd nullū omninò simplicitati essentiæ fiat præiudicium ex eo, q personæ illæ tres realiter, i. per oppositiones relatiuas originis, multiplicātur. Quòd enim multiplicatio relationum, vt tantum dicunt ad, non variet rem absolutam; patet exemplo. Homo siquidem pater non est in substantia, seu in absoluto compositior ex eo, quòd decem habet filios: quàm ipsemet tunc erat, quando vnum solum, immo quando nullum habebat filium. Manifestius enim est hoc: quàm vt declaratione indigeat. Ergo ita simplicissimus essentialiter est Deus nunc, quando trinus est in personis: sicuti esset, si absque huiusmodi esset personis. Est ergo ibi & summa trinitas & summa vnitas: siue [quod idem est] vna trinitas, & trina vnitas, i. trinitas in vnitate, & vnitas in trinitate. Ergo hinc per rationem reijciendus est error hæreticalis Auerrois [Direct. Inquisit. 2 par. q. 4] ineptissime dicentis: si Deus esset trinus & vnus, esset quid compositum, & vnitate congregationis vnum.

Deus omnino simplex, licet sit trinus.

Exemplū notabile.

Auerrois.

2m de maiori. Eodem. ℞. Secundum rem, & rationē: non, secundum rem tantum. §. Tunc &c. Nam essentia differt secundum intelligentiæ rationem à persona.

3m de maiori. Subijcitur. ℞. Secundum rem: non, secundum nominum impositionem. §. attendendo. s. vnde imponuntur nomina. Tunc nihil &c. Nam diuina nomina, etiam quòd ibi secundum realitatem nulla sit subiectio, retinent modum rerum creatarum in significando; quoniam inde, scilicet ex creaturis, imponuntur.

APPENDIX.

Vtilitas pro Eccle. S. Dei.

EX art. habes primò, quomodo per rationē tanquàm fundamentaliter conuincas hæresim Arrij dicentis, Patrem à filio diuersæ esse naturæ: seu [quod idem est] Homousion, i. patris & filij consubstantialitatem non esse eandem. Contra hunc. n. & similes statuitur prima pars conclusionis, quæ dicit essentiam esse idem realiter quod persona: quam partem isti sic dicentes oppugnant. Horū nāq; hæreses præmissæ fundantur in hoc: quod essentia [secundum eos] differt realiter à persona, sicut persona vna realiter distinguitur ab alia. Hoc enim hæreticali fundamento iacto, parietem similem erigunt: q videlicet personæ sunt diuersæ naturę inter se. Item habes quomodo &c. hæresim Marathonij dicentis: spiritumsanctum non Deum perfectum & patri consubstantialem, sed famulum ministrū, angelicisq; ordinibus paulò præstantiorem. Item Macedonij dicentis, spiritumsanctum non esse eiusdem substantiæ cum patre, sed patre & filio minorē, meram esse creaturam. Habes item quomodo ex ratione confundas hæreses Priscillianistarum, Patripassianorū, Noeti, & Sabellij ponentiū Personas non differre realiter ad inuicem; sed sicut vna est essentia, ita esse vnam personā. vide suprà, q. 28. art. 1. & 3. item q. 30. artic. 1. & 2. & 4. Secūdo habes: quomodo per rationē ostēdas, has merito fuisse dānatas à Christo Domino. Io. 10. Ego & pater vnum sumus. Ego & pater, Ecce distinctio personarū contra Priscillianistas &c. Vnū sumus, Ecce consubstantialitas, & vna essentia, contra Arriū &c. Itē 1. Ioan. 5. Hi tres, pater, verbum, & spiritussanctus, vnum sunt. Hi tres pater, verbum, spiritus. Ecce distinctio personarum contra Prisc. &c. Vnū sunt, Ecce consubstantialitas omniū contra Arrium, Marathonium, & Macedonium. Item à Concilio Nicęno in primo consessu, vbi dicitur sic. Interea per dies singulos agitabatur conuentus, neque facile neque temere de re tanta statuebatur. Vocabatur Arrius frequenter in Concilium, & assiduo tractatu assertiones eius discutiebantur &, quid aduersum hæc teneri deberet ac statui summa cū deliberatione quærebatur. Tandem post diutinum, multumq; tractatum & placuit omnibus, & velut vno cunctorum ore, cordeque decernitur, Homousion conscribi debere, i. eiusdem cum patre substantiæ filium confiteri: idq; firmissima omnium sententia pronunciatur. Hæc ibi, in summa Conciliorum. In symbolo autem fidei suæ ait idem Nicęnum. Credimus in vnum Deum, patrem &c. & in filium &c. & in spiritumsanctum. Dicentes autem, erat quando non erat, aut non erat antequàm fieret, & quia ex non extantibus factus est, aut ex altera substantia vel essentia dicentes esse, aut creatum, aut conuertibilem filium Dei: hos tales anathematizat Catholica & Apostolica Ecclesia. Hæc ibi Hanc fidem in Concilio Romano primo 275. Episcoporum corroborauit Beatissimus Syluester Episcopus sanctæ & Apostolicæ Sedis præsul Vrbis Romę, dicens: Quicquid in Nicęa Bithynia constitutum est, ad robur sanctæ matris Ecclesiæ catholicæ, à sanctis sacerdotibus 318. nostro ore confirmamus. Omnes, qui ausi fuerint dissoluere definitionem sancti & magni Concilij, quod apud Nicęam congregatū est, anathematizamus. Et dixerunt omnes, Placet. Hæc ibi; in fine Concilij Romani. Item à Papa Damaso, in professione fidei cath. ad Paulinū, sic. Anathematizamus omnes, qui non tota libertate proclamant, spiritumsanctum cum patre & filio vnius esse potestatis, atque substantiæ. Anathematizamus dicentes eundem esse patrem, quem & filium. Anathematizamus Arrium, Eunomium, Macedonianos, qui filium & spiritumsanctum asserunt esse creaturas. Hæc ibi. Item à Concilio Constantinopolitano primo, contra Macedonium negantem spiritumsanctum esse Deum, dicente in Can. 1. sic. Custodiendam esse fidem 318. Patrum, qui apud Nicęam Bithyniæ conuenerunt ad anathematizandum omnem hæresim, specialiter Eunomianorum, Arrianorum, Macedonianorum, Photinianorum, & Apollinianorum. Hæc ibi Cætera Concilia legitima si & vbi de hac re tractant, Concilijs prædictis tanquàm principalissimis consentiunt. Item à Papa in symbolo Athanasij. Neque confundentes personas, [scilicet simus. contra Sabellium] neque substanciam separantes [contra Arrium]: Per omnia & vnitas in Trinitate & Trinitas in vnitate veneranda sit [contra Marathoniū &c. suprà]. Item à Lateranensi Concilio de sum. Trin. & fide cath. firmiter &c. Damnamus. De hoc suprà q. 28. artic. 1. & 3. q. 30. artic 1. & 2. & 4. Tertiò vides: quomodo ex his vicissim Angelica firmetur conclusio.

Vide summam diligentiā sacrorū Cōciliorū antequā aliquod fidei dogma pnūciēt cōtra insensatos, detractores, ac pfidos.

Comm.

Comm. Cardinalis Caietani.

IN titulo ly idem significat identitatem realem.

¶ In corpore quatuor facit. primò reddit rationem quæsiti; secundò refert opinionem quandam ibi, & quia Boet. tertiò improbat eam ibi: sed sicut suprà ostensum est. quarto respondet quæsito ibi: ex quo sequitur.

¶ Quo ad primum aduerte, quòd potuisset obijci authori, superfluitas huius articuli. Quoniam superius in q. 3. de diuina simplicitate quæsitum & determinatum fuit, in Deo esse idem omnino suppositum cum essentia. Et propterea in principio huius artic. rationem necessitatis eius assignauit, intendens quòd quantū est ex parte simplicitatis. quæstio illa manifesta erat, nec iteranda: sed ex parte trinitatis suppositorum, seu personarum ostensæ postmodum in vnitate essentiæ difficilis emersit quæstio, & propterea de nouo discutienda, tunc enim non erat locus huic tractatui.

¶ Quo ad secundum opinio (vt videtur) Porretanorum refertur, quòd persona non est idem quod essentia, quia relatio est tantum assistens, & consequenter non transit in essentiam. ergo nec persona, cum sit ipsa relatio.

¶ Quo ad tertium, reprehenditur hæc opinio, quòd falsum antecedens assumat, quia relatio in rebus creatis non solum assistit, sed inest. ergo in Deo non solum adest, sed substantiale esse habet, vt latius in 28. q. dictum est.

¶ Quo ad quartum, conclusio responsiua est. Persona est idē realiter, quod essentia, ipsæ tamen personæ inter se distinguuntur realiter. Et probatur quo ad vtramque partem persona est relatio subsistens in diuina natura. ergo est idem realiter quod essentia, & distincta realiter ab altera persona relatiuè illi opposita. Et probatur sequela, quia relatio in Deo comparata ad essentiam non differt re, sed ratione tantum. Comparata autem ad oppositam relationem, habet distinctionem realem, & hoc vi oppositionis relatiuæ realis.

¶ Circa illam propositionem: relatio seu persona non differt re, sed ratione tantū ab essentia diuina, occurrunt obiectiones Scot. in primo dist. 2. q. 4. vult. n. quòd persona, & essentia distinguantur sine omni actu intellectus. Arguit ergo rationibus & authoritatibus. Prima ratio est. pater secluso actu intellectus habet in re entitatem communicabilem & entitatem incommunicabilem, ergo habet in se rem diuersarum rationum formalium, probatur sequela, quia si esset res vnius rationis in se, vel esset tantum communicabilis, vel tantum incommunicabilis, quorum vtrumque est hæreticum. Secunda ratio est, pater intelligens in primo signo originis se, aut intelligit essentiam & paternitatem, vt duo obiecta formaliter distincta, aut non: si sic, habetur intentum, quia cognitio intuitiua est rei secundum esse præsens in se: si non, ergo distinguuntur in modo concipiendi. ergo ex distinctione inter ea non est hoc communicabile. & hoc incommunicabile, & tenet sequela: quia distinctio secundo modum concipiendi nihil facit in re. Authoritates autem sunt August. 7. de Trin. omnis essentia quæ relatiuè dicitur, est aliquid excepto relatiuo. Et rursus ibidem: si pater non est aliquid ad se, non est ad aliud. Et rursus de filio: non eo verbum quo sapientia. Ex his enim omnibus patet, non idem esse formaliter in se rem absolutam, & ad aliud.

¶ Ad euidentiam horum scito, ꝙ sicut in Deo secundū rem, siue in ordine reali, est vna res nō pure absoluta, nec pure respectiua, nec mixta aut composita, aut resultans ex vtraque: sed eminentissimè & formaliter habens quod est respectiui, immo multarum rerum respectiuarum, & quod est absoluti, ita in ordine formali, seu rationū formalium secundū se, non quo ad nos loquendo, est in Deo vnica ratio formalis, non purè absoluta nec pure respectiua, non pure cōmunicabilis, nec pure incommunicabilis: sed eminentissimè ac formaliter continens, & quicquid absolutæ perfectionis est, & quicquid trinitas respectiua exigit. Oportet autem sic esse, quia oportet cuilibet simplicissimæ rei secundum se maxime vni, respondere vnam adæquatam rationē formalem: alioquin non esset per se primo vnū intelligibile à quouis intellectu. Et confirmatur, quia verbum Dei vnicum tantum est. Constat enim verbum, si perfectū est, adæquare id cuius est. Fallimur autē, ab absolutis & respectiuis ad Deum procedendo, eo ꝙ distinctionem inter absolutum & respectiuum quasi priorem re diuina imaginamur, & consequenter illam sub altero membro oportere poni credimus, & tamen est totum oppositum. Quoniam res diuina prior est ente & omnibus differentijs eius, est enim super ens & super vnum &c. Et propterea, quemadmodū virtutes inferiores non vt dearticulatæ distinctæ inter se ad vnā Solis virtutem etiam formaliter eleuantur, multò magis absolutū & respectiuum ad vnam rem & rationem formalem diuinā eleuantur. Vnde ad primum Scoti negatur consequentia. Et ad probationem eius, negatur assumpta conditionalis. ex hoc enim quòd est vnus rationis in se, non sequitur. ergo tantum communicabilis, vel tantum incommunicabilis, sed stat quòd sit & communicabilis & incommunicabilis: & hoc propter infinitatem illius rationis formalis. nec est mirabilius vnicam rationem formalem habere vtrùque quàm vnicam rem, immo illud secundum rectam philosophiam sequitur ex hoc posito per fidem. Poteris quoque nouitijs distinguere illam conditionalem, dicendo, quòd est vera de vna ratione formali limitata, non autem de illimitata, vt in proposito contingit.

¶ Ad secundam verò dicitur, ꝙ pater non intelligit essentiam & paternitatem, vt duo obiecta formalia secundum se, sed vt vnum formaliter & multa virtualiter, vt patet ex dictis. non ita ꝙ in illa summa re atque ratione formali paternitas & essentia sint virtualiter, sed ita quòd sint formaliter & realiter. sed distinctio earum est virtualiter, quia ita ibi sunt ac si essēt distinctæ, & rursus, quia ita exercet propria vtriusque ac si essent distinctæ. Vnde Scot. errauit dimittendo hunc modum loquendi, & introducendo vt proprijssimum alium de distinctione formali ex natura rei. Nouus siquidem hic modus alienus valde est à diuinitatis eminentia formali. Dearticulat enim eam formaliter. Is autem quem nos secuti sumus, tantæ rei, vtcumque consonat.

¶ Ad authoritates autem dicitur, quòd quia balbutiendo vt possumus excelsa Dei resonamus, ideò August. & Doctores de essentia & relatione, vt de distinctis formaliter loquuntur, hoc enim ex parte rei fundatur super hoc, quia sunt formaliter distincta virtualiter, quamuis non actualiter: ex parte autem nostri, quia ratione obiectiua apud nos distinguuntur actualiter, sed hoc nihil in Deo ponit nisi relatiuam denominationem entis rationis.

¶ In responsione ad primum, aduerte quòd summa responsionis consistit in hoc, quòd illa maxima non tenet vbi natura est absoluta, & suppositum respectiuum, & hoc propter oppositionē relatiuam, vt patet ex supradictis.

¶ In resp. ad secundū, aduerte ꝙ argumentū confirmatur ab Aureolo contra hanc responsionem apud Capr. in 2 dist. 1. q. 3. sic effectus in actu habet causam in actu: sed non contradicere cōmunicabili & incōmunicabile, distingui & nō distingui, est effectus in actu ante omnem actum intellectus. ergo habet causam in actu: sed causa, eius est distinctio. ergo est ibi distinctio ante omnem actum intellectus. Nec sufficit respondere, quòd ibi est distinctio fundamentaliter, sic enim causa non esset in actu, & tamen effectus esset in actu contra Philosophum, 5. Metaphys. & secundo Physicorum.

¶ Ad hoc à quibusdā respondetur, negando minorem, quoniam negatio quæ est alterū extremum contradictionis, non est actu ante opus intellectus, quoniā non est nisi ens rationis. Sed hæc responsio nihil valet. errat. n. non discernendo inter non esse. quod negatio significat in actu exercito. & inter illudmet non esse, inquantum induit rationē entis rationis. hominē. n. non esse bouē, nec ens reale, nec ens rationis significat, sed non esse bouem. Et quamuis nullo intellectu cōsiderante, illa propositio non esset, & illud nō esse, non haberet rationē entis, significatū tamen propositionis ab intellectu non pendet. Verum, argumentum potest quasi fortius fieri. Effectus in actu habet causam in actu: sed affirmationes includentes in se contradictoria, scōe & proprium, sunt effectus in actu &c. Vnica tamen responsione ad hæc omnia, & similia dī, negando vniuersaliter illā propositionem, s. ꝙ sola distinctio est causa huius effectus, nam iste effectus potest oriri à distinctione, vt à causa quasi vniuoca, & à virtualiter continente distinctionem, vt à causa æquiuoca, modo constat, ꝙ quando effectus potest oriri à causa vniuoca sola, & à causa æquiuoca sola, ad positionem effectus in actu, non sequitur determinate altera causarum, sed sub disiūctione: & quia sic est in proposito, concedo ꝙ effectus in actu habet causam in actu: sed illa est vel distinctio in actu vel continens virtualiter distinctionem, & hoc secundum membrum est verum in proposito, nec aliquid obiectorum contra hoc militat. Et benè hoc nota in omnibus materijs, vbi de causa distinctionis, secundùm rationem ex parte rei à Scotistis, & alijs molestaberis. hoc enim vno, omnium ora obstrues.

S. Bon. 1. f. dist. 2. q. 2. ar. 1.
Alens. 1. p su. quæst. 14. men. 3.
Scot. 1. fid. 1. q. 4.
Duran. 1. f. d. 2. q. 4.
Riccar. 1. f. d. 2. q. 1.
Mairo. 1. f. distin. 2. q. 14.
Bannes ar. 5.

203 ... q. 1. art. 2. ... in ... 4. ... prin... cipio nu... merati.

ARTICVLVS II.

Vtrum sit dicendum tres personas esse vnius essentiæ.

AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur, quòd non sit dicendum, tres personas esse vnius essentiæ. Dicit enim Hilarius [a] in lib. de synodis, quòd pater & filius & spiritussanctus sunt quidem per substantiam tria, per consonantiam verò vnum. Sed substantia Dei est eius essentia. ergo tres personæ non sunt vnius essentiæ.

¶ 2 Præt. Non est affirmandum aliquid de diuinis, qđ authoritate scri-

SVP. Q. XXXIX. ART. II.

CONCL. Dicimus vnam essentiā triū personarū, & tres personas vnius essentiæ.

¶ PROB. Quia dicimus, formam esse eius cuius est forma: non autem

autem dicimus, rem habentem formā esse formæ nisi cum adiectiuo aliquo modo describēte formam illam: & essentia diuina, quantum ad modum significandi, significatur vt forma: persona autem, vt habens illam formam. [Vide, pro faciliori capti, literā hic ad quartum].

* c. 1. parū à princ. & paulò post idem repetitur.

1^m ex Hilario. Per substantiam. R. i. per hypostasim: non autem, per essentiam. §. Tunc nihil &c. vt patet ex art. 1.

* Lib. 7. de Trini. c. 6. paulò post med. to. 3.

2^m de maiori. Expressum. R. Quantū ad sensum saltem: non semper, quantū ad verba. §. Tunc &cet. Nam conclusionis sensus inuenitur in scripturis.

3^m de antecedente. Idem. R. Secundū rē: non, secundum omnimodam rationem. §. Tunc &c. Licet. n. tandem in vnam rem deno tandem reducantur natura & essentia: ratio tamen huius nominis essentia est intimior rei, quàm huius nominis natura. Denominatur. n. essentia ab essendo, & natura à principio actus [vt in 2. Physicorum, principio].

* Lib. de synod. in tertio fol. à princ. lib.

4^m conclusionis illatio. Ergo nec &c. R. Negatur illatio. §. Et hoc propter diuersam consuetudinem significandi sic, vel sic.

* Li. 3. contra Maximinū, c. 14. ante med. tom. 6. ὁμούσιον ὁμοούσιον

5^m minor. Sed sicut prępositiones &c. R. Sed tamen propositiones illæ transitiuæ, puta est ly ex vel ly De, dicunt habitudinem principij efficientis vel materialis: obliqui autem, scilicet diuinæ essentiæ vel vnius essentiæ, designāt habitudinem causæ formalis. §. Tunc &c. vt patet in litera.

* q. 13. art. 1. & 11.

6^m de maiori. Id quod. R. Secundum seipsum, vel secundum bene intelligentes, considerātum: non, secundum accidens, & malè intelligentes. §. Tunc nihil &c. Nam dictum hoc, scilicet homousion, id est vnius essentiæ vel substantiæ, non est erroris occasio, nec potest esse, si secundum se & bene [id est iuxta sanctorum Patrum intel-

Occasio erroris, quæ vitanda.

pturæ sacræ non est expressum, vt patet per Dion. * 1. c. de diui. nom. Sed nunquam in scriptura sacra exprimitur, quòd pater & filius & spiritus sanctus sunt vnius essentiæ. ergo hoc non est asserendum.

¶ 3 Præter. Natura diuina est idem quòd essentia. Sufficeret ergo dicere, quòd tres personæ sunt vnius naturæ.

¶ 4 Præterea. Non consueuit dici, quòd persona sit essentiæ: sed magis quòd essentia sit personę. ergo neque conuenienter videtur dici quòd tres personæ sunt vnius essentiæ.

¶ 5 Præterea. Augustinus * dicit, quod non dicimus tres personas esse ex vna essentia, ne intelligatur in diuinis aliud esse essentia, & persona. Sed sicut præpositiones sunt transitiuæ, ita & obliqui. ergo pari ratione non est dicendum, quòd tres personæ sunt vnius essentiæ.

¶ 6 Præterea. Id quod potest esse erroris occasio, non est in diuinis dicendum. Sed cum dicuntur tres personæ vnius essentiæ, vel substantiæ, datur erroris occasio: quia, vt Hilarius dicit in lib. * de synodo, vna substantia patris & filii prædicata, aut vnum qui duas nuncupationes habet, subsistentem significat, aut diuisam vnam substantiam duas imperfectas fecisse substantias, aut tertiam priorem substantiam, quæ à duobus & vsurpata sit & assumpta. Non est ergo dicendum, tres personas esse vnius substantiæ.

SED CONTRA est, quòd Augustinus * dicit in lib. 3. contra Maximinum. Quòd hoc nomen homousion, quod in Concilio Nicęno aduersus Arrianos firmatum est, idem significat quod tres psonas esse vnius essentiæ.

RESPON. Dicendum, quod (sicut s. dictum * est) intellectus noster res diuinas nominat, non secundū modum earum, quia sic eas cognoscere non potest: sed secundū modū in rebus creatis inuentum. Et quia in rebus sensibilib. à quibus intellectus noster scientiā capit, natura alicuius speciei per materiā indiuiduatur, & sic natura se habet vt forma, indiuiduum autem vt suppositum formæ, propter hoc etiā in diuinis quantum ad modum significandi, essentia significatur vt forma trium personarū, dicimus autem in rebus creatis formā quamcúque esse eius, cuius est forma sicut sanitatem, vel pulchritudinem hominis alicuius. Rem autē habentem formā non dicimus esse formæ, nisi cū adiectione alicuius adiectiui, quod designat illam formam. Vt cū dicimus, ista mulier est egregiæ formæ, iste homo est perfectæ virtutis. Et similiter quia in diuinis multiplicatis personis, non multiplicatur essentia, dicimus vnam essentiam esse trium personarum, & tres personas vnius essentię, vt intelligantur isti genitiui construi in designatione formæ.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd substantia sumitur pro hypostasi, & non pro essentia.

AD SECVNDVM dicendū, quòd licèt tres personas esse vnius essentiæ, non inueniatur in sacra scriptura per hæc verba, inuenitur tamen quantum ad hunc sensum. Sicut ibi. Ego & pater vnum sumus. Et ego in patre, & pater in me est. Et per multa alia haberi potest idem.

AD TERTIVM dicendū, quod quia natura designat principium actus, essentia verò ab essendo dr, possunt dici aliqua vnius naturæ, quæ conueniunt in aliquo actu, sicut omnia calefacientia. Sed vnius essentiæ dici non possunt, nisi quorum est vnum esse. Et ideò magis exprimitur vnitas diuina per hoc, quod dicitur, quòd tres personæ sunt vnius essentiæ, quàm si diceretur, quod sunt vnius naturę.

AD QVARTVM dicendum, quod forma absolutè accepta, consueuit significari, vt eius cuius est forma, vt virtus Petri. Econuersò autē res habens formā aliquā non consueuit significari vt eius, nisi cū volumus determinare, siue designare formam. Et tunc requiruntur duo genitiui, quorum vnus significet formam, & alius determinationem formæ, vt si dicatur, Petrus est magnæ virtutis. Vel etiam requiritur vnus genitiuus habens vim duorum genitiuorum, vt cum dicitur, Vir sanguinū est iste, i. effusor multi sanguinis. Quia igitur essentia diuina significatur vt forma respectu personæ, conueniēter esse̅tia personæ dicitur: non autē econuerso, nisi aliquid addatur ad designationē essentiæ, vt si dicatur, quòd pater est persona diuinæ essētiæ, vel quòd tres personę sunt vnius essētię.

AD QVINTVM dicendū, quòd hæc præpositio Ex, vel De, non designat habitudinē causæ formalis: sed magis habitudinē causę efficiētis, vel materialis. Quæ quidem causę in omnibus distinguuntur ab his quorum sunt causæ. Nihil enim est sua materia, neque aliquid est suū principium actiuum. Aliquid tamen est sua forma, vt patet in omnibus rebus immaterialibus. Et ideo per hoc, quod dicimus, tres personas vnius essentiæ significando essentiam in habitudine formæ, non ostenditur aliud esse essentia, quàm persona. quod ostenderetur si diceremus tres personas ex eadem essentia.

telligentiam] accipiatur: licet possit esse errandi occasio, si secundum accidens, id est secundum malam acceptionem vsurpetur. Ex hoc responso formali dic. Ergo id, quod in scripturis canonicis reperitur, non potest esse erroris occasio: neque prædicatio Christi: neque velatio sensuum literalium siue mysticorum sub parabolis, neque facta, dicta, motus, status, incessus, aut aliquid cæterorum Christi: neque [vt semel dicatur] vel minimū quid scripturarum illarum. Nā id quod potest esse erroris occasio, ex parte sui, non admittitur in hisquæ ad Deū pertinent. Ergo quicūque occasione alicuius prædictorum se errare dicunt, mentiuntur omninò. Nam occasione propriæ ipsorum malæ intelligētiæ circa aliqd prædictorum errant. Hæc nota pro semper.

Ex bono eliciūt mali malum.

APPENDIX.

EX articulo habes: quomodo per rationem confundas hæresim nouorum Arrianorum nuper ex secta Lutherana prodeuntiū, & dicentium: vnam esse naturam, seu deitatem tribus communē, sed non vnam essentiam [Prat. Dentix]. Nam ob hoc dicuntur Dentix: quia negantes personas & essentiam, tribus communem deitatem fingunt]. Item hæreses has Abbatis Ioachim, scilicet. * Nulla res est, quæ sit pater, filius & spiritus sanctus, nec essentia nec substantia nec natura. Itē, * Summam rem, quæ sit pater, filius & spiritus sanctus asserere, est non tam trinitatem, quàm quaternitatem in Deo astruere, videlicet tres personas, & illam communem essētiam quasi quartam. Item, * Vnitas huiusmodi non vera est & propria, sed quasi collectiua & similitudinaria, quemadmodum dicuntur multi homi-

Vtilitas pro Eccle. S. Dei.

AD SEXTVM dicendum, quòd sicut Hil. * dicit in lib. de synod. Malè sanctis rebus præiudicatur, si, quia non sanctæ à quibusdam habentur, esse non debeant. Sic, si malè intelligitur homousion, quid ad me bene intelligentem? Sic ergo vna substantia ex vna geniti proprietate, non sic autem ex proportione, aut ex vnione, aut ex communione.

* Lib. de synod. in vlt. fol. ante finem lib.

ARTI-

homines unus populus & multi fideles una Ecclesia [Recitantur hæc in de sum. tri. & fi. cath. Damnamus.] Item hæresim Cononitarum cum personis distinguentium essentiam dicendo. Substantias tres esse seu naturas quasdam similes. Item hæresim quorundam innominatorum[Prat. Paulus Samoseta.] qui unitatem Dei negando, tres Deos affirmant. Secundo habes, quomodo per rationem ostendas, has omnes meritò fuisse damnatas a Concilijs, & alijs supra articulo primo nominatis, si ea omnia bene applicare hûc noueris. Item a Concilio Toletano tertio, in confessione fidei, sic. Quicumque in patre, & filio, & spiritusancto & personas non distinguit & unius diuinitatis substantiam non agnoscit, Anathema sit. Hæc ibi. Item a Concilio Constantinopolitano quinto cap. 1. Si quis non confitetur patris, & filii & spiritussancti unam esse naturam siue essentiam unam uirtutem & potestatem. Trinitatem consubstantialem, unam deitatem in tribus subsistentibus siue personis adorandam. Anathema sit. Hæc ibi. Item a Damaso Papa supra art. 1. qui usus est isto loquendi modo, s. tres personæ sunt unius essentiæ dicens. Anathematizamus omnes, qui non tota libertate proclamant spiritumsanctum cum patre & filio vnius potestatis esse atque substantię. Hæc ille. Item a Concilio Lateranensi, extra de sum. trin. & fi. cath. Damnamus tractatum quem Abbas Ioachim edidit contra magistrum Petrum Lombardum de unitate seu essentia trinitatis &c. Vbi recensitis præmissis hæresibus Abbatis, Papa Innocentius definit sic. Nos autem sacro approbante concilio credimus, & confitemur cum Petro, quod una quædam summa res est incomprehensibilis quidem & ineffabilis, quæ ueraciter est pater & filius, & spiritussanctus, tres simul personæ ac singillatim quælibet earũdem, & ideo in Deo solummodo Trinitas est non quaternitas, quia quælibet trium personarum est illa res videlicet substãtia essentia seu natura diuina, quæ sola est uniuersorum principium, præter qđ aliud inueniri non potest &c. Et sic eadem res est pater & filius & spiritussanctus ab utroque procedens. Cum ergo ueritas pro fidelib. orat ad patrem. Volo (inquiens) ut ipsi sint unum in nobis, sicut & nos unum sumus, & hoc nomen, unum, pro fidelibus quidem accipitur ut intelligatur unio charitatis in gratia, pro personis uerò diuinis ut attendatur identitatis unitas in natura quemadmodum alibi ueritas ait. Estote perfecti sicut & pater uester cælestis perfectus est, ac si diceret manifestius. Estote perfecti perfectione gratiæ, sicut pater uester cælestis perfectus est perfectione naturæ, utraque uidelicet suo modo, quia inter creatorem & creaturam non potest tanta similitudo notari, quin inter eos maior sit dissimilitudo notãda. Siquis igitur doctrinam præfati Ioachim in hac parte defendere uel approbare præsumpserit, tanquam hæreticus ab omnibus euitetur. Hęc ibi. Quod ista unitas non sit collectiua, ratio etiam supra, q. 31. ar. 1. secundum, adducta monstrabat. Tertio uides, quomodo ex his uicissim firmetur doctrina pręsens Angelica.

Margin: a — Deus trinus & un⁹, non unitate collectiua, sed unitate naturæ simplicissima. — 3

Comm. Cardinalis Caietani.

In titulo id solum aduertendum est, quod de propositione est quæstio, an sit uera & congrua.

¶In corpore unica est cõclusio respõsiua quęsito affirmatiuè, s. dicimus unam essentiam trium personarũ, & tres personas unius essentia. Probatur, diuina nominantur a nobis secundum modum non suum sed in reb. creatis inuentum, ergo essentia in diuinis significatur, ut forma trium personarum, ergo dicimus unam essentiam trium, & tres unius. Antecedens probatur, quia sic diuina cognoscimus, consequentia autem, quia in sensibilib. natura per materiam indiuiduatur, & se habet ut forma, & indiuiduum ut suppositum illius. Scđa uero probatur, quia in istis forma dr esse suppositi, & suppositum formæ, si adiectiuum appositum sit determinãs formam, ut patet exemplariter omnia. n. clara sunt in litera.

Cap. 5. d. 4. q. 1. c. 5. Bannes ar. 5.

SVP. Q. XXXIX. ART. III.

204 1. d. 4. 2. a. 2. ad 5. Et Boet. Tri. q. 1. ar. 4.

Concl. Illa nomina, quæ substantiuè essentiam significant, prædicantur de tribus personis singulariter tantum, & non pluraliter, quæ uerò adiectiuè essentiam significant, prædicantur de tribus personis in plurali.

¶Prob. Quia singularitas uel pluralitas nominis substantiui attenditur secundum formam significatam per nomen, singularitas autẽ uel pluralitas nominis adiectiui attenditur secundum supposita, & forma in diuinis est una, supposita autem plura.

¶Corol. Ergo quandocunque nomen aliquod, & pro adiectiuo, & pro substantiuo sumi potest, tunc illo nomine, & pluraliter, & singulariter uti possumus in diuinis, quando autem nomen aliquod pro substantiuo tantum stare potest, tunc non nisi singulariter eo utimur. Hoc annotasse uidetur Athanasius in symbolo, dum postquam præmisserat ꝙ pater & filius, & spiritussanctus erant non tres increati, immensi, æterni, non tres Dij aut Domini, subiunxit rationem dicens. Quia sicut singillatim unamquamq; personam Deum ac Dominum confiteri Christiana ueritate compellimur, ita tres Deos aut Dominos dicere catholica religione prohibemur. Ecce. Cum præmisisset propositiones de increato, immenso, ęterno, Deo, Domino, & illas omnes pluraliter de tribus dici negasset, nũc solum de Deo ac Domino pluraliter non dicẽdo subdit prohibitionem catholicã. Scis quare? Quia ly Deus ly Dominus sũt nomine secundum se substantiua, ultra hoc quod essentia significata per ea est substantia psonarũ, sed ly increatus ly immẽsus ly æternus ly omnipotẽs sunt nomina scđm se adiectiua, licet essentia significata per illa sit substantia personarum. Hoc est. Quia ly Deus ly Dominus sunt noĩa secundum omnem considerationem substantiua, sed ly increatus, & cæt. sunt secundum unam

Margin: li. 1. de doctri. Christia. c. 5. t. 3 — Regula de nominibus semper no tanda. — D. 927. — D. 17.

ARTICVLVS III.

Vtrum nomina essentialia prædicentur singulariter de trib. personis.

Ad tertium sic proceditur. Videtur, ꝙ nomina essentialia (ut hoc nomen Deus) non prædicentur singulariter de trib. personis, sed pluraliter. Sicut. n. homo significatur ut habens humanitatẽ, ita Deus significatur ut habens deitatem. Sed tres personę sunt tres habentes deitatem. Ergo tres personæ sunt tres Dij.

¶2 Præt. Gen. 1. ubi dicitur. In principio creauit Deum cælum & terram, hebraica ueritas hẽt, Elohim, quod põt interpretari Dii, siue iudices. Et hoc dicitur pp pluralitatem personarum. Ergo tres personę sũt plures Dii, & non unus Deus.

¶3 Præt. Hoc nomen res (cum absolute dicatur) uidetur ad substantiam pertinere. Sed hoc nomen pluraliter prædicatur de tribus personis. Dicit enim Aug. in * lib. de doctr. Christiana. Res quib. fruẽdum est, sunt pater, & filius, & spiritus san. Ergo, & alia nomina essentialia pluraliter prædicari possunt de tribus personis.

¶4 Præt. Sicut hoc nomen Deus, significat habentem deitatem, ita hoc nomen persona significat subsistentem in natura aliqua intellectuali. Sed dicimus tres personas. Ergo eadem ratione dicere possumus tres Deos.

Sed contra est, quod dicitur Deut. 6. Audi Israel, dominus Deus tuus, Deus unus est.

Respon. Dicendum, quod nominum essentialium, quædam significãt essentia substantiuè, quędam uero adiectiuè. Ea quidẽ quæ substantiuè essentiam significant, pręd icantur de trib. psonis singulariter tm, & nõ pluraliter. Quæ vero adiectiuè essentiã sigñant pręd icantur de trib. personis in plurali. Cuius rõ est, quia noĩa substantiua sigñant aliquid ꝑ modũ substãtiæ nomina uerò adiectiua sigñant aliqd ꝑ modũ accidentis, quod inhæret subiecto. Substantia aũt sicut per se habet esse, ita per se hẽt unitatẽ uel multitudinẽ. Vnde, & singularitas uel pluralitas d nominis substãtiui, attenditur ſm formã sigñatam per nomen. Accidẽtia aũt sicut esse hñt in subiecto, ita ex d subiecto suscipiunt unitatem, & multitudinem. Et io, in adiectiuis attenditur singularitas & pluralitas secundũ supposita. In creaturis aũt, non inuenitur una forma in plurib. suppositis nisi unitate ordinis, ut forma multitudinis ordinatæ. Vnde, nomina significantia talẽ formã si sint substantiua, prædicatur de plurib. in singulari, non aũt si sint adiectiua. Dicimus. n. ꝙ multi homines sunt collegium uel exercitus, aut populus,

vnam considerationem substantiua, inquantum, scilicet essentiam seu substantiam personarum significant, & secundum aliam sunt adiectiua, inquantum scilicet, secundum se grammatice declinantur. Quasi ergo post talium omnium præmissionem subiungendo specialem solum de ly Deus, ac Dominus prohibitionem, dixisset Athanasius. Ex hoc, quod de ly increatus, &c. non subiungo prohibitionem, qualem de ly Deus &c. subiungo, disce tu lector, quod in nullo bono sensu potest dici, quod pater & filius, & spiritussanctus sint tres Dii aut Domini, & quod in aliquo bono sensu concedi potest quod illi sint tres increati, immensi, æterni, omnipotentes. Vide regulam supra.

ar. præc. & q. 3. ar. 3. q. 3. ar. 7. & q. 11. ar. 4.

1^m conclusionis illatio.

Ergo tres, &c. ℞. Negatur illatio. §. Transitur enim ab adiectiuo ad substantiuum [uide regulam supra,] nec est eadem ratio de homine, & Deo in hoc arguendi modo, ut habes in corpore.

2^m de interpretatione Heloym.

In symbolo suo fidei.

Dij. ℞. idest diuinæ personæ, non autem, Dij secundum deitatem plures. §. Tunc &c. Nam ly Heloym refertur ad

dicimus tamen quod plures homines sunt collegiati. in diuinis autē essentia diuina significatur per modum formæ ut dictum * est. Quæ quidē simplex est & maxime una, ut supra † ostensum est. Unde nomina significantia diuinam essentiam substantiue, singulariter & nō pluraliter de trib. personis prædicātur. Hęc igitur est ratio, quare Socratem & Platonem & Ciceronem dicimus tres homines, patrem autē & filium, & spiritum sanctum non dicimus tres Deos, sed unum Deū, quia in trib. suppositis humanæ naturæ sunt tres humanitates, in trib. autem personis est una diuina essētia. Ea uero, quæ significant essentiā adiectiue, prędicantur pluraliter de trib. propter pluralitatem suppositorū. Dicimus. n. tres existētes, uel tres sapientes, aut tres æternos, & increatos & immensos, si adiectiuè sumantur. Si uerò, substantiuè sumantur, dicimus unum increatū, immensum, & æternum, ut Athanasi.* dicit.

AD PRIMVM ergo dicendū, q̄ licet Deus significet habentem deitatem, est tamen alius modus significandi. Nam Deus dicitur substan

Trinitas secundum literā hebraicā apertissimè demonstratur.

personas plures, secundum modum loquendi Hebræum, non aliter. Ex consequenti ergo Heloym non debet interpretari in latino Dij, sed diuinæ personæ, quæ sunt unus Deus. In signum manifestissimum mysterij sacratissimæ Trinitatis ibi denotati ad plurale Heloym redditur singulare. Non enim dicitur Heloym creauerunt [quod concordantia grammaticalis exquirebat,] sed Heloym creauit [quod rei ueritatis sensus uolebat.] Illa nanque pluralitas per Heloym significata est unitas in essentia deitatis omnipotentis, secundum quam creauit. Ac si aperte diceretur. Heloym, idest, tres diuinæ personæ, quæ sunt unus Deus, secundum quod sunt vnus Deus non secundum q̄ tres ex q. 32. art. 1. corp. & q. 36. ar 4. sepumū. Creauit: uel[q̄d in idem redit] unus Deus, qui Heloym dicitur. i. qui ēt est Trinus, creauit. Ecce Trinitas personarum in primis uerbis cum unitate diuinæ essentiæ tam irrefragabiliter expresse. Nō. n. Angeli creare possunt q. 65. 3. nec consequenter per ly Heloym significari uel consignificari. Et licet ad saluandum pluralitatem sufficeret dualitas ordinario cursu, tamē ad saluandum pluralitatem in diuinis, quæ per ly Heloym significatur requiritur necessariò Trinitas. q. 27. :. & 5.

3^m de maiori.

Pertinere. ℞. Quandoque, non semper. §. Tunc &c. Ad probationem. n. dicitur, quòd ly Res dicitur absolutè quandoque, & tunc ad substantiam pertinet [ut arguitur,] quandoque autem dicitur relatiuè [ut ibi in Augustino,] & tunc pertinet ad personas non ad essentiam.

¶COROL. Aliquid ergo, ut hoc nomen Res dicitur relatiue, non quia sit in prædicamento ad aliquid, sed quia est de transcendentibus, quæ & ad substantiam & ad relationem extenduntur. Ideo enim dicuntur transcendentia. Non ergo omne, quod dicitur relatiue, significat per modum relatiui, sed sufficit, quod pro tunc accipiatur pro nomine significante relationem. Quod si quæras, an huiusmodi significantia relationem debeant dici [uerbo uerbis conclusionis] pertinere ad nomina substantiua uel relatiua respondendum quod non in numero substantiuorum, sed in numero relatiuorum nominum computanda sunt pro tunc. Aliquod ergo nomen dicemus esse adiectiuum secundum grammaticam, ut ly æternus immensus omnipotens: aliquod secundum philosophiam tantum, ut ly Res. Vtrouis autem modo sit adiectiuum, sequetur regulam supradictam: hoc est, poterit prædicari pluraliter tunc in diuinis.

Nō omne significans relationē est in prædicamento ad aliquid.

Adiectiuū dupliciter.

Quartum

4^m de maiori.

Subsistentem. ℞. Personalitatē, non essentiam. §. Tunc &c. Nam hoc nomen Deus significat essentiam diuinam in concreto, hoc autem nomen persona non essentiam, sed personalitatem significat in concreto. Vnde de his nominibus non est similis ratio habenda.

tiuè, sed habens deitatem dicitur adiectiuè. Vnde licet sint tres habentes deitatem, non tamen sequitur, quod sint tres dii.

AD SECVNDVM dicendum, q̄ diuersæ linguæ habent diuersum modum loquendi. Vnde, sicut propter pluralitatem suppositorū Græci dicunt tres hypostases, ita & in Hebræo dicitur pluraliter Elohim. Nos autem non dicimus pluraliter neque Deos neque substantias, ne pluralitas ad substātiam referatur.

AD TERTIVM dicendum, q̄ hoc nomen res est de transcendentibus. Vnde secundum quod pertinet ad relationem, pluraliter prædicatur in diuinis, secundum uerò q̄ pertinet ad substantiam, singulariter prædicatur. Vnde Aug.* dicit ibidem, quod eadem trinitas quædam summa res est.

AD QVARTVM dicendum, q̄ forma significata per hoc nomen persona, non est essentia uel, natura, sed personalitas unde cum sint tres personalitates, idest, tres personales proprietates in patre, & filio & spiritusancto, non singulariter, sed pluraliter prędicatur de tribus.

APPENDIX.

Vtilit. pro S. Eccl.

EX articulo habes, primo quomodo per rationem cōfundas hæresim Petri Statorij [Præt. Lucas Stemberger] dicentis, Deū non unū, sed tres esse Deos, & Raymundi Lull. ponentis. Deum habere plures essentias naturas &c. quoniam diuina essentia [secundum istum] essentiat, natura naturificat, & bonitas bonificat &c. Tunc eṁ essent plures Dij. Item quomodo &c. hæreses omniū ponentiū Deos duos: siue dicētium [ut Gnostici] alterum illorum bonum, a quo omnia bona, alterum malum a quo omnia mala, siue dicentium [ut Albanenses] Deum bonum uiuificare, & non occidere, Deum malū uiuificare, & interimere corpora, siue dicentium [ut Albigenses] Deum bonum, omnes animas & malum, idest diabolum corpora creare, siue dicentium [ut Manichæi] Deum malum cōdidisse uetus testamentum, Deum autem bonum solum patrem esse Domini no-

Loco citato in arg.

ARTI-

stri Iesu Christi, & consequenter non illum ueteris testamenti esse patrem eius: siue dicentium, [ut Albanenses] Deum malum vetus condidisse testamentum, Deum bonum uero nouum: siue dicentium [ut Appelles] Deum bonū unum principium esse a quo factus est malus Deus, & malum hunc mundum in sua malignitate creasse, siue dicentium, [ut Cerdon secundum Augustinum libr de hæres. cap 21.] Deum alterum esse iustum non autem bonum, alterum uerò esse bonum: siue dicentium (vt Cerdon) Deū, qui a prophetis pronunciatus est, non esse patrem Domini nostri Iesu Christi. Pater enim Christi (inquit) ignoratur ille uerò pronunciatur, prædicatur a lege atque prophetis, & non ignoratur. Secundo habes, quomodo per rationem demonstres prædictas fuisse merito damnatas a scripturis Exo. 20. Audi Israel, Deus Deus tuus Deus unus est. Et a Concilio Florent. post enumerationem sacrorum librorum, sic. Anathematizamus Manichæorū insaniam, qui duo principia posuerunt unum uisibilium aliud inuisibilium, & alium noui testamenti Deum, alium ueteris esse di xerunt. Hæc ibi. & a symbolo fidei. Credo in unum Deum Patrem omnipotentem factorem cęli & terrę visibilium omnium, & inuisibilium. Et in unum Dominum nostrum Iesum Christum filium eius unicum Dominum nostrum &c. Et in spiritum sanctum Dominum. Hæc ibi. Ecce tres personæ dictæ a symbolo unus Deus, & Patrem orbis etiam uisibilis creatorem dici patrem Domini nostri Iesu Christi. Item damnatas ab omnib. conciliis, ut quę symbolo huic Nicæno omnes adhæreant. Tenendum autem pro regula uniuersali est, quod concilia, neque definiendo acceptant propositiones, quæ in sensu proprio falsæ sunt, neque respuendo damnant eas, quæ in sensu proprio ueræ sunt. Item Deuteron. 26. videte, quòd ego sim solus, & non sit alius Deus præter me, & in mille locis scripturarum unitatem Dei prædicatam reperies. Vide pro hac etiam supra q. 11. articulo 3. & 4. Item Rom. 3. vnus est Deus, qui iustificat circuncisionem ex fide & prępuitum per fidem. Ergo idem est Deus Iudæorum in Veteri Testamento, & Ecclesiæ sanctæ gētium in nouo. Item Rom. primo. In Euangelium Dei, quod ante promiserat per prophetas suos in scripturis sanctis de filio suo. qui factus ei secundum carnem ex semine Dauid. Ergo pater est Domini nostri Christi Saluatoris ille Deus, qui ante in ueteri testamento per prophetas loquebatur. De quo Deo psalm. 10. In us Dominus, & iu-

Regula.

& iustitia dilexit, & psalm. 91. Rectus Dominus noster, & non est iniquitas in eo, & psalm. 118. Bonitatem fecisti &c. Bonus es tu, & in bonitate tua doce iustificationes tuas, & Mat. decimo. Nemo bonus nisi unus Deus. Et psal. 72. Quam bonus Israel Deus his, qui recto sunt corde? supradicti ergo qui ipsum Deum uel te nuissime malum dicunt, sunt distorti corde. Et uere distorti, cum etiam ipsa natura clamet Deum esse bonum, adeoque bonum, ut nisi bonus esset omnino Deus esse non posset. Sed adimpleta est scriptura psalmi 17. Deum sic alloquentis, & cum peruerso peruerteris. Quasi dicat. Icciroo te Deum optimum aliqui peruersum. [Heu malum infandum] esse contendent, quia hoc illis ex peruersitate propria, non ex tua, quæ nulla est, subministrabitur. Tertio uides, quomodo ex his uicissim Angelica firmetur conclusio, atque declaretur. 3

Comm. Cardinalis Caietani.

IN titul. notanter dicitur, ut hoc nomen Deus, ad insinuandum quod præsens quæstio est de nominibus essentialibus, in concreto, siue adiectiua, siue substantiua sint.

¶ In corpore duo facit. Primo, distinguit subiectum quæstionis, proponens iuxta distinctionis membra, duas conclusiones responsiua quęsito. Secundo, probat eas simul.

¶ Quoad primum distinctio est. Nominum diuinorum essentialium quędam sunt substantiua, & quædam adiectiua. Prima conclusio est, substantiua prædicantur de tribus personis singulariter tantum, ita quod non pluraliter. Secunda est, adiectiua prædicantur de tribus personis in numero plurali.

Quoad secundum, probatur utraque conclusio tali ordine. Primo ponitur maior in cōi. Secundo, antequam subsumatur minor in diuinis, explanatur in creaturis ipsa maior ibi, in creaturis aūt. Tertio sumitur minor, & infertur utraque conclusio, explanando et Athanasii uerba. Est ergo ratio ex differentia inter substantiua & adiectiua in modo significandi sumpta. Substantiua significant per modum substantię. Adiectiua uero, per modum accidentis, ergo singularitas uel pluralitas substantiui attenditur penes formam significatam, adiectiui autem penes suppositum & tenet sequela, quoad primam partem, qm̄ substantia sicut esse hēt ex se, ita unitatem & pluralitatem, accidens, uero, sicut esse non habet nisi in subiecto, ita unitatem & multitudinem ex ipso suscipit.

¶ Circa hanc partem dubium occurrit. Primo de regula, secundo, de efficacib. rationis adductæ. Circa regulam quidem dubium est. Tum quia ut in q. 36. tactum fuit. Socrates habens plures artes nō dicitur plures artifices. Tū, quia S. Th. expresse inferius in tertia parte q 3. ar. 7. ad secūdū, dicit, quod si uerbum Dei assumeret duas naturas humanas, non diceretur duo homines, & tamen forma significata hominis nomine plurificaretur.

¶ Circa rationem uero, qm̄ Scot. in 1. d. 12. putat hanc rōnem insufficientem, arguens contra eam sic. Terminus numeralis ponit significatum suum circa significatum sui determinabilis, sed significatum adiectiui, & substantiui est idem quoniam utrumque significat formam, ergo utrobique determinat formam, nec hoc ei auferre potest modus significandi, igitur ratio nihil ualet.

¶ Ad primum dubium dicendum est, qđ differentia inter adiectiuum & substantiuum consistit in hoc, quod pluralitas substantiui exigit pluralitatem formæ, & pluralitatem suppositi. Ad adiectiui uero pluralitatem, sufficit pluralitas suppositorum. Nec diminuta est propterea authoris doctrina, quoniam non oportuit hic exprimere nisi id in quo differt, substantiuum ab adiectiuo. Comparanti. n. ea facile apparet, quod conueniunt in pluralitate suppositorum, & differunt quo ad unitatem, & pluralitatem formæ. Vtriusque. n. pluralitas requirit plura supposita, sed adiectiui pluralitas non requirit pluralitatem formæ, substantiui autem sic. Sat ergo fuit hoc in loco hanc expressisse differentiam, de substantiuis concretis loquendo ut differunt ab adiectiuis. Nec tamen reticuit reliquam conditionem, quoniam superius in q. 36. eius meminit in destructione illius propositionis, patet est plura principia, & clarissime eandem docuit in loco proprio, ubi, s. opus erat, s. in tertia parte loco allegato, ubi & reprehendit oppositam opinionem quam ipsemet secutus fuerat in tertio sen. d. 1. q. 1. ar. 5. quicquid alii dixerunt prætermittendo.

¶ Ad secundam uero dubitationem dicitur, quod maior est omnino falsa quoniam per se primo terminus numeralis ponit significatum suum circa suppositum determinabilis, & hoc tam in substantiuis quam adiectiuis, ut patet ex dictis, sed in concretis substantiuis, quia substantiua sunt ponit etiam significatum sui circa significatum illius. Et sic nec obiectio aliquid ualet, nec modus significandi exclusus est quin operetur quod substantiua etiam quoad formam numerantur, seu termino numerali determinantur.

¶ Stabilita igitur regula uniuersali loco maioris ex ratione, manifestat eam author in creaturis, ubi & duo docet. Primum est, quod inter unitatem formę in pluribus suppositis diuinis, & in suppositis creatis tantum interest, quod in pluribus suppositis creatis, non inuenitur forma una numero, nisi unitate ordinis, in diuinis autem suppositis inuenitur una numero essentialiter, & indiuisibiliter. Secundum est quod etiam in ista minima unitate attestantur res creatæ præfatæ regulæ, ut patet in collegiatis. Demum subsumpta minore, quod essentia diuina est simplex, & maxime una in tribus personis, concludit primam conclusionem, scilicet, de substantiuis, & applicat eam ad differentiam inter tria indiuidua hominis, & tria supposita diuina. Deinde infert conclusionem secundam, de adiectiuis adiectiue sumptus, propter Athanasium, qui substantiue usus est adiectiuis in symbolo, nec opus est ampliori declaratione.

Cap. 1. d. 4. q. 1. a. 3. et 2. d. 5. q. 1.
Bannes ar. 4.

ARTICVLVS IIII.

Vtrum nomina essentialia concreta, possint supponere pro persona.

AD QVARTVM sic proceditur. Videtur, ꝙ nomina essentialia concretiua, non possunt supponere pro persona, ita quod hæc sit uera, Deus genuit Deum. Quia (ut sophistæ dicunt) terminus singularis, idem significat & supponit. Sed hoc nomen Deus uidetur esse terminus singularis, cum pluraliter prædicari non possit dictum est.* Ergo cum significet essentiam, uidetur, quod supponat pro essentia & non pro persona.

¶ 2 Præt. Terminus in subiecto positus non restringitur per terminū positum in prædicato ratione significationis, sed solum ratione temporis consignificati. Sed cum dico, Deus creat, hoc nomen Deus supponit pro essentia. Ergo cum dicitur, Deus genuit, non potest iste terminus Deus ratione prædicati notionalis supponere pro persona.

¶ 3 Præt. Si hæc est uera, Deus genuit, quia pater generat, pari ratione hæc erit uera, Deus non generat, quia filius non generat. Ergo est Deus generans, & Deus non generans. Et, ita uidetur sequi quod sint duo dii.

¶ 4 Præter. Si Deus genuit Deum, aut se Deum, aut alium Deum. Sed non se Deum, quia ut Augustinus, dicit in * primo, de Trinit. nulla res generat seipsam. Neque alium Deum, quia non est nisi unus Deus ergo hęc est falsa, Deus genuit Deum.

li. 1. de tri. cap. 1. ante med. to. 3.

¶ 5 Præter. Si Deus genuit Deum, aut Deum qui est Deus pater, aut Deum qui non est Deus pater. Si Deum qui est Deus pater, ergo Deus pater est genitus. Si Deū qui non est Deus pater. Ergo Deus est qui non est Deus pater. quod est falsum. Nō ergo potest dici quod Deus genuit Deum.

SVP. Q. XXXIX. ART. IIII.

105 1. d. 4. q. 1. ar. 1.

CONCL. Hoc nomen Deus ex modo significandi habet quod possit ꝓprie supponere pro persona, ex re significata uero supponit pro essentia.

¶ PROB. Quia ly Deus assimilatur huic nomini Homo, & ly homo significat humanitatem ut in supposito (ac per consequens ex re significata supponit pro essentia sua, id est pro humanitate, ex modo autem significandi supponit pro persona, i. pro habente humanitatem.)

ar. præc. & q. 13. ar. 9.

¶ NOT. Prædicata adiuncta ostendunt apertius, quomodo subiecta, puta ly Deus &c. supponunt. Vt, Deus creat, Deus generat, Deus spirat, soli Deo honor omnis & gloria. Cum enim creare conueniat Deo ratione essentiæ, generare ratione paternitatis, spirare ratione uirtutis spiratiuæ duobus communis, honor, & gloria ratione qua est trinus & unus, consequens est, ut ly Deus sumatur in propositione prima ꝓ essentia, in secunda pro patre. in tertia pro patre, & filio, in quarta pro omnibus personis unum essentialiter existentibus. Prædicata ergo possūt modo dicto uariare subiecti significationem, seu potius ostendere uariationem subiecti, quoniam subiectum, puta ly Deus, habet suppositionem pro utraque significatione, licet ex re significata

Vtilissimū notandum pro suppositione nominum cognoscēda.

ficata pro essentia, ex modo significandi pro persona [ut dixit conclusio.] Sic ergo uides, quod [ut in communi prouerbio est] taliter, seu talia sunt subiecta, qualiter permittuntur a prædicatis.

1^m de maiori.

Singularis. R. Significans formam non multiplicatam, neque in multis suppositis inuentam, non autem, significans formam non multiplicatam inuentam in multis suppositis. §. Tunc &c. Nã ly Deus est terminus singularis secundo modo, nõ primo. Significat enim essentiam diuinam, quæ licet non multiplicetur cõmunis est tamen pluribus suppositis.

2^m de maiori.

Terminus in subiecto positus. R. Non habens naturalem etiam suppositionem pro persona, non autem, habens illam, §. Tunc &c. Nam ly Deus habet suppositionem naturalem pro persona, ut dicit conclusio.

3^m de antecedente. Hæc erit vera, Deus. R. Genitus, uel spiratus, non autem, si ly Deus sine adiuncto ad talem personam determinante sumatur. §. Tũc &c. ut patet. Nam dicendo, Deus non generat, non absolute, sed cum adiuncto determinante ad talem personam [ut in formali responsio.] Et dicendo Deus, supponendo pro persona patris, generat, non sequitur, quod sint plures Dii, sed qđ sint plures personæ diuinæ.

D.465.

4^m de maiori.

Aut se Deum, aut aliũ Deum. R. Aut aliam personã, quæ est Deus. §. Tunc &c. Diuisio. n. erat insufficiens. In littera notabis calcem responsi ad uitandos errores. Vnde dic, aliam personã quæ est Deus, nõ autem alium Deũ. Nam illa alia persona est idem Deus cum generante. Licet non sit idem suppositum Deitatis, cum generante. Ex calce igitur illa elice pro regula uniuersalissima, quod in diuinis dẽmus formare propositiões, & ueras & ꝓprias, & quãtum põt fieri claras, non aũt ambiguas,

D.367.

Reg. plus quã aurea.

SED CONTRA est, quod in symbolo dicitur, Deum de Deo.

RESPON. Dicendum, ꝙ quidã dixerunt, quod hoc nomen Deus, & similia, proprie secundum suam naturam supponunt pro essentia, sed ex adiuncto notionali trahũtur ad supponendum pro persona. Et hæc opinio processisse uidetur ex consideratione diuinæ simplicitatis, quæ requirit, quod in Deo idem sit habens, & quod habetur. Et sic habens deitatem, qđ significat hoc nomẽ Deus, est idem quod deitas. Sed in proprietatibus locutionum, non tantũ attendenda est res significata, sed etiam modus significandi. Et ideo, quia hoc nomen Deus significat diuinam essentiam, ut in habente ipsam, sicut hoc nomẽ homo humanitatẽ significat in supposito, alii melius dixerunt, quod hoc nomen Deus ex modo significandi habet, ut proprie possit supponere pro persona, sicut & hoc nomen homo. Quandoque ergo hoc nomen Deus supponit pro essentia, ut cum dicitur, Deus creat, quia hoc prædicatum cõpetit subiecto ratione formæ significatæ, quæ est deitas. Qñque uero supponit personam, uel unam tantum, cum dicitur, Deus generat, uel duas, ut cum dicitur Deus spirat uel tres, ut cũ dicitur, Regi seculorum immortali, inuisibili, soli Deo &c. 1. Timo. 1.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod hoc nomen Deus, licet cõueniat cum terminis singularibus in hoc, quod forma significata non multiplicatur, conuenit tamen cũ terminis communib. in hoc, quod forma significata inuenitur in pluribus suppositis. Vnde non oportet, qđ semper supponat pro essentia quã significat.

AD SECVNDVM dicendum, ꝙ obiectio illa procedit contra illos qui dicebãt, quod hoc nomẽ Deus non habet naturalem suppositionem pro persona.

AD TERTIVM dicendum, ꝙ aliter se habet hoc nomen Deus ad supponendum pro persona, & hoc nomen homo. Quia. n. forma significata per hoc nomen homo, .i. humanitas, realiter diuiditur in diuersis suppositis, per se supponit pro persona, etiam si nihil addatur, qđ determinet ipsum ad persona, quæ est suppositum distinctum. Vnitas autem siue communitas humanę naturæ non est secundum rẽ, sed solum secundum consideratiõnẽ. Vnde iste terminus homo, non supponit pro natura cõi, nisi propter exigentiam alicuius additi, ut cum dicitur, homo est species. Sed forma significata per hoc nomen Deus, .s. essentia diuina, est una, & cõis formo. Vnde per se supponit pro natura cõmuni, sed ex adiũcto determinatur eius suppositio ad personam. Vnde cum dicitur, Deus generat, ratione actus notionalis supponit hoc nomen Deus pro persona patris. Sed cum dicimus, Deus non generat nihil additur quod determinet hoc nomen ad personam filii, unde datur intelligi, quod generatio repugnet diuinæ naturæ. Sed si addatur aliquid pertinens ad personam filii, uera erit locutio, ut si dicatur, Deus genitus non generat. Vnde non sequitur, est Deus generans & Deus non generans, nisi ponatur aliquid pertinens ad personas, ut puta si dicamus, pater est Deus generans, & filius est Deus non generans. Et ita non sequitur quod sint plures dii, quia pater, & & filius sunt unus Deus, ut dictum est.*

AD QVARTVM dicendum, ꝙ hæc est falsa, pater genuit se Deum, quia ly se (cum sit reciprocum) refert idem suppositum. Neque est cõtrarium quod Augus.* dixit ad Maximinum, quod Deus pater genuit alterum se, quia ly se, uel est casus ablatiui, ut sit sensus, genuit alterũ a se, uel facit relationem simplicẽ, & sic refert identitatem naturæ, sed est impropria uel emphatica locutio, ut sit sensus, genuit alterum simillimũ sibi. Similiter & hęc est falsa genuit alium Deũ, quia licet filius sit alius a patre (ut supra dictum* est) non tamen est dicendũ, ꝙ sit alius Deus, quia intelligeretur quod hoc adiectiuum alius, poneret rem suam circa substantiuum, quod est Deus, & sic significaretur distinctio deitatis. Quidam tamen concedunt istam, genuit aliũ Deũ, ita quod, ly alius, sit substantiuum, & ly Deus, appositiue construatur cum eo. Sed hic est improprius modus loquendi & euitandus, ne detur occasio erroris.

AD QVINTVM dicendum, ꝙ hæc est falsa, Deus genuit Deum qui est Deus pater, quia cum ly pater, appositiue construatur cum ly Deus, restringit ipsum ad standũ pro persona patris, ut sit sensus, genuit Deum qui est ipse pater, & sic pater esset genitus, quod est falsum. Vnde negatiua est uera, genuit Deum qui non est Deus pater. Si tamẽ intelligeretur constructio non esse appositiua, sed aliquid esse interponendum, tunc econuerso affirmatiua esset uera, & negatiua falsa, ut sit sensus, genuit Deũ, qui est Deus, qui est pater. Sed hæc est extorta expositio. Vnde melius est, quod simpliciter affirmatiua negetur, & negatiua concedatur. Prępositiuus tamen dixit, quod tam negatiua quã affirmatiua est falsa, quia hoc relatiuum. Qui, in affirmatiua potest referre suppositum, sed in negatiua refert & significatum & suppositum. Vnde sensus affirmatiuæ est, qđ esse Deum patrem, conueniat personæ filii. Negatiuæ uero sensus est, quod esse Deum patrem, non tantum remoueatur a persona filii, sed etiam a diuinitate eius. Sed hoc irrationabile uidetur, cum * secundum Philo. de eodem de quo est affirmatio, possit etiam esse negatio.

guas, uel intricatas, licet in aliquo sensu minus aperto sustentari possent. Discrimen enim magnum debet fieri in loquendo de philosophicis, & de pertinentibus magis directe ad salutem animarum. Li matius enim, hic & pro portionaliter quidem quanto magis ad salutem prædictam pertinent, loquendum est, quam ibi. Nam si ibi, idest in philosophicis speculatiuis, [puta de loco, tempore, materia, forma, priuatione & huiusmodi] erres, talis error intellectus salutem animæ non excludit, sin autem in cõcernentib. Theologiã, & maxime in diuinis, cum dispendio salutis animæ tuę uel etiã aliorum errabis. Vigilandum igitur hic, & maxime quidem.

5^m illatio conclusionis secundæ. Ergo De' est, qui non est Deus pater. R. Negatur illatio. §. Nõ enim sic debuit. inferri, sed sic. Ergo persona diuina aliqua est, quæ non est illa persona diuina, scilicet Pater. Dicendo enim Deus genuit Deum, significamus, ꝙ persona diuina una, quæ est Pater generauit personã alteram diuinam, quæ est filius, non autem ꝙ aliqua Deitas genuerit aliquam Deitatem. Sic enim sequeretur necessario,

D.928.

art. præc.

In epist. ad Maximum medicum, quæ est 66. paulo ante med. to. 2.

q. 31. art. 2.

Deus generat uel spirat Deum i. personã non naturã naturam.

lib. 2. Periher. ex calc. to. 1.

ARTI-

sario, quod unus Deus non esset alter Deus, sicut nunc necessario sequitur, quod una persona diuina non est altera, cum tamen ambæ sint unus Deus. Duę namque tunc essent Deitates, sicut nūc duæ sunt personæ eandem Deitatem habentes. Multiplicantur siquidem supposita, manente simplici natura, id quod in reb. creatis non est repetibile. Concedimus itaque negatiuam diuisionis argumenti scilicet Deus genuit Deum, qui non est Deus Pater, id est qui non est persona diuina dicta Pater, quoniam ly Deus, in ly Deus genuit Deum, supponit utrobique pro persona, [ut diximus,] non pro natura diuina [ut credebat argumentum.] Non ergo aliquis Deus est, qui non sit Deus pater, sed tamen aliquis Deus est, qui aliquis non est persona diuina illa, quæ dicitur pater. Similiter in hac propositione, Deus spirat Deum, ly Deus utrobique pro persona solum tenetur. Puta persona patris, & persona filii, quæ sunt unus Deus, & unus spirator, siue unus Deus spirans, spirant personā spiritussancti, quæ est Deus, & unus Deus cum ipsis, non tamen una persona cum ipsis.

APPENDIX.

Vtilit. pro S. Eccl.

EX articulo habes, quomodo per rationem cōfundat hæresim Caluini [Prat. trinitarii] blasphemo cachinno dicēti, filium non esse Deum de Deo neque ex substantia patris, immo a seipso semper fuisse, ut esset, unde & illud symboli [Deum de Deo, lumen de lumine, Deum uerum de Deo uero] esse ridiculosam battologiam. Secundo habes, quomodo per rationem demonstres, hanc merito fuisse damnatam Matt. 16. Tu es Christus filius Dei uiui, & 1. Io. 5. ut simus in uero filio eius. Hic est uerus Deus, & a Concilio Nicæno, in symbolo fidei, dicente & in unum Dominū Iesum Christum filium Dei natum ex patre, hoc est ex substantia patris, Deum ex Deo lumen ex lumine, Deum uerum ex Deo uero, & a Constantipolitano. 1. in symbolo sic ex patre natum ante omnia secula Deum ex Deo lumen ex lumine Deum uerum ex Deo uero, & a Toletano 3. in cōfessione fidei, cano. primo sic. Quicunque filium Dei dominum nostrum Iesum negauerit a paterna substantia sine initio genitum, Anathema sit, & a papa Innoc. in Concilio Lateranensi extra de summ. trini. & fid. cath. Damnamus, sic. Pater filium generando ab æterno substantiam suam ei dedit iuxta quod ipse testatur, pater quod dedit mihi maius est omnib. ac dici non potest, quod partem substantiæ suę illi dederit, & partem retinuerit ipse sibi, cum substantia patris indiuisibilis sit utpote simplex omnino, sed nec dici potest, quod pater in filium transtulit suam substantiam generando ipsum, quasi sic dederit eā filio, quod non retinuerit ipsam sibi, alioquin desiisset esse substantia. Patet ergo quod sine ulla diminutione filius nascendo substantiam patris accepit, & ita pater, & filius habent eandem substantiam, & sic eadem res est pater & filius & spiritussanctus ab utroque procedens. Hucusque Papa. Nouissime Concilium Tridentinum in sess. 3. sic sancta Synodus symbolum fidei, quo sancta Romana Ecclesia utitur, tamquam principium, in quo omnes qui fidem Christi profitentur necessario conueniunt, & fundamētum firmum & unicum, contra quod portæ inferi numquam præualebunt, totidem uerbis, quibus in omnibus Ecclesiis legitur exprimendum esse censuit, quod eiusmodi est Credo in unum Deum &c. ut in Missali est. Hæc ibi. Nonne in Missali, & in omnibus Ecclesiis, legitur Deum de Deo lumen de lumine, Deum uerum de Deo uero? Abeat ergo Caluinus cum sua irrisione solus ipse ridendus. Quod enim ipse rideat Concilium Nicænum, & consequenter alia, Battologiam præmissam illorum uocalem fidei confessionem, nuncupando, iu que deque ferendum est, quandoquidem Dominus ridentem ipsum subsannabit, sed & iam per sanctissimos patres nostros hunc subsannauit. Audi Concilium Toletanum tertium sub Pelagio secundo papa celebratum sic ait. Quicumque alibi fidem & communionem catholicam, præterquam in Ecclesia uniuersali, quam Nicæni & Constantinopolitani. & primi Ephesini & Calcedonensis Concilii decreta, tenent, pariter & honorant, Anathema sit. sint ergo damnata in Cęlo, & in terra, quæcunque per hanc Catholicam fidem damnantur, & sint accepta in cęlo, & in terra quæcunque per hanc fidem accipiuntur. Hæc ibi. Transeo quod Sanctus Syluester Papa in confirmationem Nicæni Concilii dixit, & Concilium Constantinopolitanum primum, quoniam hæc omnia superius arti. primo dicta sunt, & ibi uidenda. His accedit Concilium Ephesinum primum cap. 7. sic sancta synodus hæc decreuit alteram fidem nemini licere proferre aut scribere, aut componere præter eam, quæ definita est a sanctis patribus apud Nicęam urbem in spiritusancto congregatis. Procul ergo sit etiam hæresis Eudoxii Germani dicentis, symbolum Nicęnum esse destruendum. Taceo temeritatem eiusdem Caluini negantis symbolum Nicænum non esse synodi Nicænæ [Præt. trinitati.] Qui hanc Caluinisticam præsumptionem, ad literam uidere quanta sit, & retundere uoluerit, uideat Ephesinum primum Concilium, ubi exponere se profitetur Nicænum symbolum, & per partes exponit. Postremo, ne quo se proripiant Caluinistæ super ly Deum de Deo &c. nota regulam dictam articulo tertio, huius quæstionis, quæ est quod Concilia neque in definiendo acceptant propositiones, quæ in sensu proprio falsæ sunt, neque respuendo damnant eas, quæ in sensu proprio ueræ sunt. Regula hæc [si bene consideres] fundatur in, & trahitur ex, illo documento ueræ aureo Concilio Constantinopolitani sexti actione duodecima, ibi sic dicitur omnino necesse est, non solum secundum sensum sequi sanctorum patrum dogmata, sed & eisdem uocibus uti cum illis, nihilque penitus innouari. Ex concilii ergo huius generali mente amplius dicendum uidetur, quod scilicet propositiones acceptatæ a definitionibus conciliorum sunt admodum ueræ, & propriæ, non solum in sensu, sed etiam in uerbis. Tertio uides, quomodo ex his uicissim Angelica conclusio præsens, atque declaretur.

Vbi uera fides.

Pro Nicę. Concilio.

Hæresis Eudoxij.

Regula utilissima atque uerissima cū fundamento.

Comm. Cardinalis Caietani.

TItulus clarus est ex precedentibus.

¶In corpore duo facit. Primo refert opinionem quandam. Secundo improbat eam simulque respondet quæsito.

¶Quo ad primum, opinio quædam fuit, quod nomina essentialia ex se supponunt proprie pro essentia. Sed ex adiuncto notionali trahuntur ad standum pro persona. Et est huius fundamentum diuina simplicitas, qua fit, quod essentia pro qua supponit abstractum, est idem supposito pro quo supponit concretum.

¶Quo ad secundum improbatur primo præfata opinio, quia in proprietate locutionis attendenda sunt ambo. s. significatio & modus significandi. Prædicta autem opinio significationem tantum inspexit, ad quam spectat idem esse habentem & rem habitam. Ponitur deinde altera opinio responsiua quæsito s. nomina essentialia in concreto, possunt proprie supponere pro personis. Et probatur ex eodem fundamento, ex modo significandi, Deus, & similia significant naturam in habente. ergo possunt supponere pro ponit. Antecedens manifestatur inductiue, in ly homo &c. Tertio explanatur quomodo de facto ly Deus quandoque pro persona una, uel duabus uel tribus supponit.

¶Circa dicta hic, tria occurrunt dubia, iuxta tria dicta impugnata ab Aureolo apud Capreolum in 1. dist. 4. q. 1. art. 3. Primū est, quod ly Deus quandoque pro essentia, & quandoque pro persona supponit. Deus semper supponit pro habente deitatem, ergo semper pro persona. Et confirmatur quia illa est ratio literæ fundans responsiuam conclusionem. Secundū est quod in illa, Deus creat, ly Deus, supponit, pro essentia. Actiones sunt suppositorum. ergo. Præterea, creatio non abstrahit a suppositis sicut nec clare uideri essentiam ergo.

¶Tertiū est, ꝙ in ly Regi sæculorū &c. ly Deo supponit ꝓ trib. suppositis. Hoc. n. repugnat ꝓcedenti dicto, illi. n. soli qui creat. debetur honor & gloria, sed ille per te, non demonstrat aliqđ suppositum, ergo nec hic, si hic ostendit tria supposita, ergo & ibi.

¶Præter hæc autem tria dubia, adhuc tria alia dubia sunt circa tria dicta in responsione ad tertium, quæ oportet simul cum illis tractare, ut facilior ac breuior sit disciplina connexorum. Dicitur ergo primo in responsione ad tertium, ꝙ differentia est inter ly Deus, & ly homo, in supponendo &c. ubi duplex est ratio dubii. Prima est, aut illa differentia attenditur penes suppositionem pro persona determinata, aut pro persona indistincte. Si primo modo, nulla est differentia, quia nec Deus stat pro parte aut filio, sine addito, nec homo pro Socr. aut Plat. sine aliquo contractiuo. Si secundo modo, nulla est quoque differentia, quia sicut homo naturaliter supponit pro habentem naturam humanam indefinite, ita Deus pro habente naturam diuinam indistincte, ut etiam S. Thom. 1. dist. 4. dicit. Secunda uero ratio est quia uidetur differentia hęc contradicere his quæ dicta sunt in corpore. Dum ibi dictum est, quod Deus ex se ratione modi significandi stat pro persona, reprehensaque est altera opinio dicens, quod supponere pro persona habet ex adiuncto notionali, hic autem in reprehensiam incidit opinionem, dum dicit, quod in hoc differunt ly Deus & ly homo, quod ly Deus ex se pro natura, ex adiuncto pro persona, ly homo uero econtra supponit, manifeste namque hæc uidentur contrariari.

¶Secundum autem dubium est, quod ibi dicitur, hanc esse falsam. Deus non generat. Contra hoc. n. multa habes argumenta apud Capreolum in 1. dist. 4 q. 1. art 2. quæ oportet soluere. Aureolus ergo arguit primo sic. In illa, Deus non gnrat, ly Deus stat pro natura, ut tu dicis, ergo est uera. probatur sequela, quia natu-

natura non generat, ut patet. Extra de summa trinitate. Præt. non generare est notionale, ergo contrahit ly Deus ad standum pro persona. Antecedens probatur, quia affirmatio & negatio sunt eiusdem generis. Præt. Deus non generat, & omnis Deus generat, sunt contradictoriæ, ergo supponunt pro eisdem, sed in secunda supponit pro persona, ergo & in prima. Deinde arguunt Durandus & Greg de Arim. quod de uirtute sermonis uera est hæc propositio quamuis propter erroris periculum a magistris non acceptetur. Durandus. Idem igitur sic, de Deo prædicantur omnia, quę de personis diuinis uerificantur, sed non generare uerificatur de duabus personis, ergo. Præt. Deus secundum naturam est singularis, secundum uero supposita plurificatur ergo respectu prędicatorum essentialium, habet uim termini singularis, respectu uero personalium, habet uim termini communis indefiniti, ut patet, quia dicimus. Deus est generans, Deus est genitus, & uerificatur, pro distinctis suppositis ergo & consequentia seu concomitantia, scilicet, generat & non generat, similiter uerificari oportet, Gregorius autem sic, ista est indefinita, & habet duas singulares ueras, sicut & ista, persona diuina non generat, quam constat esse simul ueram cum altera indefinita, s. persona diuina generat, ergo non est falsa.

¶ Tertium dubium est circa rationem literæ scilicet quod cum dicitur Deus non generat, datur intelligi, quod generatio repugnat diuinæ naturę. Hoc enim inquit Aureolus, non est uerum, quoniam ex negatione alicuius ab aliqua natura, non sequitur repugnantia, stat enim quod abstrahat.

¶ Ad euidentiam horum notandum est diligentissimé, q inter Deum, & cęteras substantias hoc interest, quod in reliquis hæc duo scilicet naturam & habens naturam, oportet sic se habere ut habens naturam sit suppositum. Natura uero sit ipsa essentia, in Deo autem habens naturam dupliciter inuenitur scilicet suppositum, ut pater uel filius, & singulare, idest hic Deus. Itaque in diuinis consideranda sunt tria, scilicet essentia, hic Deus, & supposita diuina, scilicet pater & filius & spiritussanctus. In reliquis autem duo tantum inueniuntur, puta humanitas & Socr. non enim hic homo est aliud quam Socrates. Hic tamen Deus est pater, & filius, & spiritussanctus, & generat & genitus est &c. de quo scriptum est Exod. 15. Iste Deus meus, & glorificabo eum, ut in calce ultimi articuli huius quæstionis S. Tho. exponit. Est autem ratio diuersitatis, quia natura diuina ex seipsa subsistit, nec mendicat subsistentiam a suppositis, immo, confert eam illis. Reliquæ autem naturæ, non subsistunt nisi in supposito. Cum autem naturalissimũ sit cuique termino concreto, supponere pro habente significatam formam, consequens est, quod Deus primo supponat pro hoc Deo. Et quia hic Deus significat singulare naturæ diuinæ, ideo dicitur, quod pro natura in concreto & quia hoc singulare est commune tribus suppositis, ideo quandoque dicitur quod stat pro personis indistincte. Et quia est idem cuilibet supposito, & concrete significatur, ideo potest stare pro singulis personis. Ex hoc autẽ fundamento singillatim respondendo & inchoando primo dubio, in responsione ad tertium, propter ordinem doctrinę dicitur qđ inter Deum & hominem in supponendo, differentia attenditur, quod ad suppositionem pro persona indeterminate. Et stat differentia in hoc, quod Deus sine aliquo adiuncto reddidit propositionem singularem, quoniam supponit per hoc Deo communi secundum rem tribus personis. homo uero sine aliquo adiuncto cõstituit propositionem indefinitam, quoniam supponit personaliter, quamuis indeterminate. Et econtra, non ex adiuncto cõstituit propositionem singularem, cum habet suppositionem simplicem, ut puta, homo est species. Deus uero ex adiuncto constituit propositionem indefinitam supponendo personaliter. Et oritur hoc, ut in litera dicitur, ex hoc, quod inuenitur hic Deus in rerum natura tribus personis communis, non autem hic homo. Nec repugnant, hæc dictis in corpore. ut secunda ratio obiiciebat quoniam in corpore articuli de potentia ad supponendum personaliter, fuit sermo. Et dictum est, quod potest ex modo significandi supponere pro persona, sicut & homo. In responsione autem ad tertium, est sermo de modo reductionis potentiæ ad actum. Et dicitur quod ly Deus, cum possit ex se supponere pro essentia, idest pro hoc Deo & pro persona, idest, pro patre & filio & spiritusancto. ad supponendum actualiter pro hoc Deo non eget reducente, ad supponendum uero pro personis reducitur per aliquid additum. In homine uero, in cuius significato non inuenitur unum cõmune, nisi ut subest intellectui, e contra accidit reductio, unde nulla est repugnantia inter dicta.

¶ Ad primum autem dubium in corpore articuli motum breuiter ex dictis patet responsio, neganda est enim sequela. supponit pro habente deitatem, ergo pro persona, stat enim quod supponat pro hoc Deo. Nec approbo quod alii sentire uidentur de mente San. Thom. esse, quod semper Deus stat pro persona distincte, uel indistincte. Tum quia in præsenti litera expresse distinguitur, quando Deus stat pro personis etiã omnibus, & quando stat pro essentia. Tum quia aliter non saluatur differentia posita in litera in responsione ad tertium. Tum quia in ista Deus non generat, si ly Deus, staret pro personis indistincte, esset uera, ut pote indefinita. Tum quia in ista, Deus est pater & filius & spiritussanctus, seu trinitas, ly Deus non stat pro supposito ut in articul. 6. litera contra Porretanum dicet, sed pro una numero re cõmuni. Nec obstat si quandoque supponendo pro natura dicatur, etiam supponere pro personis indistincte. Hoc enim concomitanter intelligendum est. Primo enim pro natura in concreto supponit. Et quia etiam uerificatur pro personis aliquando prædicatum, ideo supponere pro personis in distincte, tunc secundario tamen acceptari potest.

¶ Ad secundum autem dubium in corpore motum, iam patet quod arguens deceptus est, intelligens pro essentia essentiam in abstracto, cum tamen author intelligat de essentia in concreto, cũ dicit, quod ista, Deus creat, ly Deus supponit pro natura, stat etiã secundum ueritatem pro hoc Deo unico singulari, communi tribus suppositis. Et propterea creationis actio ratione illius omnibus suppositis conuenit. Nec est uerum, quod actiones sint suppositorum uniuersaliter, sed singularium subsistentium quale est hic Deus, & nihil refert non abstrahere a suppositis huiusmodi actiones, ut de se patet.

¶ Ad tertium autem dubium ibidem motum dicitur, quod ut iam ex dictis patet, non repugnat, immo quandoque unum sequitur ad alterum, Deum supponere pro natura, & pro omnibus personis quamuis difformiter ut dictum est. Vnde, licet in utraq; istarum, scilicet, Deus creat, & soli Deo honor & gloria, Deus uerificetur & pro hoc Deo, & pro trinitate, quia tamen Aug. de tota trinitate exclusiuam exponit, ut in q. 31. habitum est, ideo hanc in exemplum allatam puto. oportet autem distingui hoc membrum contra primum, quia primum separatur ab eo, s. Deus quandoque pro natura, & non pro aliquo supposito, ut dictum est.

¶ Ad secundum autem dubium motum in responsione ad tertium circa ueritatem illius, Deus non generat, ex fundamento iã dicto respondetur. Et ad primum quidem Aureol. iam patet, qđ æquiuocat de natura, quoniam nos dicimus, quod stat pro natura in concreto, idest pro hoc Deo, de quo falsum est dicere, non generat, quamuis uerificetur de deitate. Ad secundum uero negatur, quod non generare sit notionale, quoniam ad esse notionale requirit, ut quod sit aliquid speciale, non generare autem est commune, cum conueniat etiam naturę. Nec ex hoc, quod negatio, & affirmatio sunt eiusdem generis sequitur, quod non generare sit notionale, quoniam illud intelligitur de genere rei, non autem in genere principii cognoscendi. Non enim si affirmatio est propria ratio cognoscendi aliquid, sequitur quod negatio sit propria ratio cognoscendi aliquid aliud speciale, cum negatio uerificetur tam de ente, quam de non ente. Notionale autem propriam rationem cognoscendi sonare patet ex dictis.

¶ Ad tertium uero dicitur, quod quamuis nefas sit dicere, omnis Deus, quoniam unus numero tantum est, respondendo tamen negatur, quod ly omnis Deus, ly Deus stet pro suppositis, quoniam non potest distribuere nisi pro indiuiduis deitatis, quod constat esse unum tantum. Et si tu accipis ea pro suppositis, non sunt contradictoria.

¶ Ad argumenta autem Durandi & Gregorii breuiter dicitur, quod cõuenientia personis sunt duplicia, quędam propria suppositis, ut generare & generari, & similia. Et quædam communia suppositis & naturis, ut distingui, non generare, & similia. Inter quæ tantum differt, quod propria trahunt terminos ad standum suppositaliter, eo quia propria suppositis sunt. Communia autem, q a communia sunt, non contrahunt. Et ex hoc sequitur alia differentia, scilicet, quod propria prędicata de personis, prædicantur etiã de concretis substantialibus. Ex eo enim, quod trahunt illa ad supponendum personaliter nihil significant personale determinare essentiam, sed tantum supposita. Communia uero, quamuis uerificata de personis, non prædicantur de concretis substantialibus, ex eo, enim quod non contrahunt ipsa, significaretur personalia conuenire essentiæ. Et propterea, quamuis concedatur, pater distinguitur realiter a filio, non tamen ista, Deus distinguitur realiter a Deo. Et ex hoc patet ad argumenta, tam Durandi quam Gregorii quoniam uterque fundatur super hoc, quod quicquid prædicatur de aliqua persona, potest prædicari de Deo. Quamuis etiam sit aliud peccatum utriusque in hoc, quod putant quod ista. Deus nõ generat, sit indefinita, cum tamen sit singularis, quoniam supponit pro hoc Deo.

¶ Ad ultimum demum dubium dicitur, quod quamuis ex negatione non sequatur repugnãtia uniuersaliter sequitur th'in materia necessaria, oportet enim uel conuenire uel repugnare quicquid necessario attribuitur, constat autem, quod generare & non generare Deo non nisi necessario attribui potest, cum hæc nõ conueniant per actum uoluntatis.

S. Bona. l. 1. d. 5. q. 1. ar. 1.
Alens. p. p. su. q. 12 mem. 1. ar. 1.
Scot. 1. 5. d. 5. q. 1.
Riccar. 1. 5. d. 5. q. 1. & 2.
206 Duran. 1. 5. d. 5. 1.
1. di. 5. q. 1. art. 1. Marro. 1. 5. d. 5 q. 1. ar 2.
Bonnet ar. 5.

SVP. Q XXXIX.
ART. V.

CONCL. Ea quæ sunt propria personarum, quibus ab inuicem distinguuntur, nõ possunt essentiæ attribui.

¶PROB. Quia essentia ex modo suæ significationis non habet, quod supponat pro persona. Quia aliter dicendo significaretur, quod esset distinctio in essentia diuina, sicut est distinctio in personis.

li 7. de tri. c. 1. cir. fi. & cap. 2. in princ. to. 3.

q. 3. art. 3. & 4.

1m ex August.

art. præc.

Sapientia de sapientia, sicut essentia de essentia. ℞. i. filius, qui est sapientia, & essentia. §. Tunc &c. loquitur .n. conclusio de proprietate locutionis negando, quod possit dici uere ad literam, essentia est de essentia, seu [quod idem est] essentia generat essentiam. Dictum autem Augustini est improprium, & ad literam falsum, sed tamen pie [respiciendo ad intentionem bonam dicentis) modo præfato exponendum, non illo utendum. Ex litera colligi, quod non quicquid sancti Doctores dixerunt, nobis dicere licet, nec quicquid illorum pro reuerentia debita exponere in bono sensu debemus, exponendum est sic, si ab aliis dicatur. Et hoc non quia simus acceptatores personarum, sed quia de sanctorum ab Ecclesia Canonizatorum pia intentione constat, de aliorum autem non sic. Id bene nota ad illos corrigendos, qui hoc sine discrimine dictorum semper in ore habent, si hanc uel hanc propositionem dixit Augustinus uel similis Doctor sanctus, hanc etiam ego, uel hanc dicere possum. Hic enim grano salis opus est. Nam si ueræ & propriæ sunt illæ propositiones Augustini de quibus fit controuersia, tunc eas poteris extendere, idest in locutionibus tuis assumere, si non, non, sed tan-

li. 4. de tri. c. 20. decli nãdo ad fi. tom. 3.

Li. 1. de tri. cap. 1. ante med. to. 3.

art. præc.

ARTICVLVS V.

Vtrum nomina essentialia in abstracto significata, possint supponere pro persona.

AD QVINTVM sic proceditur. Videtur quod nomina essentialia in abstracto significata possunt supponere pro persona, ita quod hæc sit uera, essentia generat essentiam. Dicit enim Aug.* 7. de Trin. Pater & filius sunt una sapientia, quia una essentia, & singillatim sapientia de sapientia sicut essentia de essentia.

¶ 2 Præt. Generatis nobis uel corruptis, generantur uel corrumpuntur ea quæ in nobis sunt, sed filius generatur. Ergo cum essentia diuina sit in filio, uidetur quod essentia diuina generetur.

¶ 3 Præt. Idem est Deus & essentia diuina, ut ex supra dictis patet.* Sed hæc est uera, Deus generat Deum, sicut dictum est. † Ergo hæc est uera, essentia generat essentiam.

¶ 4 Præter. De quocumque prædicatur aliquid, potest supponere pro illo. Sed essentia diuina est pater. Ergo essentia potest supponere pro persona patris. Et sic essentia generat.

¶ 5 Præter. Essentia est res generans, quia est pater, qui est generans. Si igitur essentia non sit generans, erit essentia res generans, & non generans, quod est impossibile.

¶ 6 Præter. August. dicit in * quarto, de Trin. Pater est principium totius deitatis, sed non est principium nisi generando uel spirando. Ergo pater generat uel spirat deitatem.

SED CONTRA est, quod Aug. dicit in † 1. de Trinitat. quod nulla res generat seipsam. Sed si essentia generat essentiam, non generat nisi seipsam, cum nihil sit in Deo quod distinguatur a diuina essentia. Ergo essentia non generat essentiam.

RESPON. Dicendum, quod circa hoc errauit Abbas Ioachim, asserens quod sicut dicitur, Deus genuit Deum, ita potest dici, quod essentia genuit essentiam, considerans, quod propter diuinam simplicitatem non est alius, Deus, quam diuina essentia. Sed in hoc deceptus fuit, quia ad ueritatem locutionum, non solum oportet considerare res significatas, sed etiam modum significandi, ut dictum est.‡ *Licet autem secundum rem, sit idem Deus, quod deitas, non tamen est idem modus significandi utrobique. Nam hoc nomen, Deus, quia significat diuinam essentiam, ut in habente, ex modo suæ significationis naturaliter habet, quod possit supponere pro persona. Et sic ea quæ sunt propria personarum, possunt prædicari de hoc nomine, Deus ut dicatur, quod Deus est genitus, uel generans, sicut dictum est. *Sed hoc nomen, Essentia, non habet ex modo suæ significationis quod supponat pro persona, quia significat essentiam, ut formam abstractam. Et ideo ea quæ sunt propria personarum, quibus ab inuicem distinguuntur, non possunt essentiæ [d] attribui. Significaretur enim quod esset distinctio in essentia diuina, sicut est distinctio in suppositis.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod ad exprimendam unitatem essentiæ, & personæ, sancti Doctores aliquando expressius locuti sunt, quam proprietas locutionis patiatur. Vnde huiusmodi locutiones non sunt extendendæ, sed exponendæ, ut scilicet nomina abstracta exponantur per concreta, uel etiam per nomina personalia, ut cum dicitur. Essentia de essentia, uel Sapientia de sapientia, sit sensus. Filius, qui est essentia & sapientia, est de patre, qui est essentia, & sapientia. In his tamen nominibus abstractis est quidam ordo attendendus, quia ea quæ pertinent ad actum, magis propinque se habent ad personas, quia actus sunt suppositorum. Vnde minus impropria est ista. Natura de natura, uel Sapientia de sapientia, quam essentia de essentia.

AD SECVNDVM dicendum, quod in creaturis, generatum nõ accipit naturam eandem numero quam generans habet, seu aliam numero quæ incipit in eo esse per generationem de nouo, & desinit esse per corruptionem, & ideo generatur & corrumpitur per accidens. Sed Deus genitus eadẽ naturam numero accipit, quam generans hẽt. Et ideo natura diuina in filio nõ generatur, neque per se neque p accidens.

AD TERTIVM dicendum, quod licet Deus, & diuina essentia sint idem secundum rem, tamen ratione alterius modi significandi, oportet loqui diuersimode de utroque.

AD QVARTVM dicendũ, quod essentia diuina prædicatur de patre p modum identitatis, propter diuinã simplicitatem, nec tamen sequitur quod possit supponere pro patre, propter diuersum modum significandi. Ratio aũt procederet in illis, quorũ unum prædicatur de altero, sicut vniuersale de particulari.

AD QVINTVM dicendum, quod hæc est differẽtia inter nomina substantiua, & adiectiua, quia noĩa substantiua ferũt suũ suppositũ, adiectiua uero nõ, sed rem signatam po-

tantum illas pro reuerentia sanctorum admirari, & [quantum cum Deo potest] ad bonum sensum reducere. Bonum, inquam, sensum, secundum normam nõ cuiuscunque, sed Ecclesiæ Romanæ omnium nostrum matris, & magistræ. Vide circa hanc materiam de Ecclesia, q 32. a. 4 in appendice.

art. præc.

2m conclusionis illatio. Ergo &c.

D. 436.

℞. Negatur illatio §. Ad probationem dicitur quod essentia diuina est in filio, sed non est generata, licet sit ei a patre communicata. Non enim essentia filii generati est alia numero a patre generãte filium, sed est eadẽ prorsus numeraliter. Propositio autem philosophi, generatis nobis, &c. intelligitur solum de illis generationibus in quibus forma accepta ab eo, qui generatur, est alia numeraliter a forma, quæ est in generante. Alioquin si forma quando est eadem numero in utrisque, generaretur tunc idem, quod iam erat, generaretur, quod est absurdissimum. Ambo hæc cõsideranti patet.

3m de maiori.

Idem. ℞. secundum rem, non, secundum modum significandi. §. Tunc nihil &c. Nam propositionum est significare, & ideo ubi est diuersus modus significandi, oportet, quod ibi sint diuersæ propositiones in ueritate & falsitate.

4m de maiori.

Prædicatur. ℞. sicut uniuersale de particulari, non sicut unum re, & diuersum ratione, §. Tunc nihil &c. Nam essentia diuina de persona prædicatur tantum secundo modo. Ex litera, dic. Ergo una res est ista, & tamen non supponet pro illa. Nam ad hoc, quod una res sit alia, sufficit identitas rei, sed ad hoc quod supponat pro alia, requirit etiam modus significandi, puta in concreto &c.

5m de vltimo consequente.

Qđ est impossibile. ℞. Nego.

Negatur, quid id sit impossibile. §. Ratio est, diuersa acceptio huius nominis in tali propositione, eadem res est generans, & non generans. Ex litera responsionis nota duas regulas, quarum semper memento in tali materia, ne erres in huiusmodi locutionib. Prima est, quod nomina personalia substantiua prædicari possunt de essentia, adiectiua autem, siue personalia siue notionalia, non possunt. Secunda, quod ly Res potest supponere pro persona, & pro essentia. Ratio est huius, quia ly res est transcẽdens, ar. 3. tertium exẽpla patent in textu.

nunt circa substantiuum. Vnde sophistæ, dicũt, q nomina substãtiua supponunt, adiectiua uero nõ supponunt, sed copulant. Nomina igitur personalia substantiua possunt de essentia prædicari propter identitatem rei. Neque sequitur, quod proprietas personalis, distinctam determinet essentiam, sed ponitur circa suppositum importatum per nomen substãtiuũ. Sed notionalia, & personalia adiectiua, non possũt prædicari de essentia, nisi aliquo substantiuo adiuncto. Vnde nõ possumus dicere quod essentia [d] est generans, possumus tamen dicere, qd essentia est res generans, uel Deus generans, si res, & Deus supponãt pro persona, non autem si supponãt pro essentia. Vnde non est contradictio, si dicatur quod essentia est res generans, & res non generans, quia primo res tenetur pro persona, secundo pro essentia.

AD SEXTVM dicendum, quod deitas, inquantum est una in plurib. suppositis, habet quãdã conuenientiã cum forma nominis collectiui. Vnde cum dicitur Pater est principiũ totius deitatis, potest sumi pro uniuersitate personarum inquantum, s. in omnib. personis diuinis ipse est principiũ. Nec oportet quod sit principium suiipsius, sicut aliquis de populo dicitur Rector totius populi, non tñ suiipsius. Vel potest dici, qd est principiũ totius deitatis, non quia eam generet & spiret, sed quia eam generando, & spirando communicat.

6m ex Augustino. Totius deitatis, ℞. idest, omnium personarum diuinarũ, non autem deitatis in abstracto sumptæ. §. Tunc &c. ut patet. Et intelligitur esse principium omnium personarum, quæ possunt habere principium. Hunc enim intellectum & naturalis rõ dicta, sicut in ly comedite omnia, quæ apponuntur uobis, per ly omnia intelligit comestibilia, seu omnia quæ possunt comedi.

D. 666.

Item ex Augustino. Principium. ℞. Communicatiuum deitatis, non generatiuum uel spiratiuum deitatis. §. Tunc &c. ut patet uide secundum responsum ly uel potest dici &c.

APPENDIX.

Vtilit. pro S. Eccl.

EX articulo habes, quomodo per rationem conteras hæresim Abbatis Ioachim dicentis, quod essentia generat essentiam, est genita, & procedens. [Item hæresim Raymundi Lull. dicentis quod essentia essentiat [.i. ut reor eum intelligere, essentia generat seu facit essentiam.] Huc reducitur & illa hæresis trinitariorum, quæ ponit quoddammodo uocem propriam confundens plures essentias in diuinis sic dicens, essentia diuina eadem in Patre & filio, & spiritu sancto tamen ut hęc essentia est in ratione formę, una est in patre una est in filio, licet non una in spiritusancto, & in huiusmodi tamen forma est idem quod diuina essentia. Hæresis hæc, inquantum intricate loquens multas essentias seu formas ponit in diuinis, contradicit aperte probationis secundæ conclusionis, & consequenter conclusioni pro hac parte, & consequenter per rationem illam hic adductam destrui potest dicendo, quod in diuinis nulla est distinctio essentiæ supra art. 1. 2. Ergo & illis articulus opponitur, & consequenter per illorum etiã rationes potest interimi. Contraponitur quoque alia de causa præsenti articulo inquantum ipsa concederet essentiam posse spirari, cum non sit [secundum ipsam] una in ratione formę in spiritusancto. Habes ergo hinc, quomodo per rationem eam reiicias multipliciter. Secundo habes, quomodo per rationem demonstres, prædictas tres licet nominaliter etiam illam Abbatis Ioachim, fuisse merito damnatas ab Innocentio papa in cõcilio Lateranensi, extra de sum. tri. & fid. cath. Damnamus ergo & reprobamus libellũ quẽ Abbas Ioachim edidit contra magistrum Petrum Lombardum de unitate seu essentia trinitatis &c. In hoc libello [ut ait Dominus Frãciscus Pegna super Direct. Inquis. scholio primo partis primæ] Abbas Ioachim docebat, essentiam diuinam generare, & generari, spirare & spirari. Contra quem errorem ibi supra Innocentius subdit. Nos autem sacro approbante concilio credidimus, & confitemur quod una quædam summa res est uidelicet substantia essentia seu natura diuina, quæ res non est generans neque genita, nec procedens, sed est pater, qui generat & filius qui gignitur, & spiritussanctus qui procedi. Ex hoc Innocen. Decreto intellige pariter, quod essentia non spirat sicut non est spirata, idest procedens. Subinfert post multa ille sic. Siquis igitur sententiam, uel doctrinam præfati Ioachim in hac parte defendere, uel approbare præsumpserit, tanquam hæreticus, ab omnibus euitetur. Ex hoc papæ dicto disce tu uniuersaliter, quod tamquam hæreticus habendus est, qui doctrinam aliquam ab Ecclesia Romana damnatam in fide defendere uel approbare pręsumit. Item esse merito damnatam a concilio primo Toleta. cap. uigesimoprimo, de regulis fidei catholicæ quas ex præcepto Leonis papa emiserunt, sic si quis dixerit uel crediderit, Deitatem nascibilem esse, anathema sit. Per ly Nascibilem concilium etiam intelligit spirabilem. Quasi dicat. Deitas, seu diuina essentia non potest nasci seu generari, non potest spirari. A simili ergo intelligas, quod essentia diuina non generat ita quod etiam non potest generare, neque spirat ita quod etiam non potest spirare, sicut non generatur ita quod nec potest generari, neque spiratur ita quod nec potest spirari. Tertio uides, quomodo ex his uicissim Angelica firmetur doctrina articuli.

Comm. Cardinalis Caietani.

TItulus clarus est.

¶In corpore duo facit. Primo, refert errorem Abbatis Ioachim. Secundo respondet quæsito.

¶Quo ad primum. Abbas Ioachim, ut patet in principio Decretalium, tenuit partem affirmatiuam, & fundamentum eius erat diuina simplicitas, cum authoritate Aug. male intellecta:

¶Quo ad secundum, conclusio responsiua est negatiua; scilicet, quod huiusmodi nomina abstracta non possunt supponere p personis. Et probatur ad ueritatem propositionum oportet seruare & rem significatam & modum significandi, sed Deus & deitas hñt diuersos modos, sighadi, ergo &c. litera. n. plana est. Et additur confirmatio ducens ad inconueniens, quia si de hmõi abstractis dicerentur personalia, significaretur distinctio in ipsis.

¶In responsione ad quintum, aduerte quod in illis uerbis (possumus dicere quod essentia est res, uel Deus generans, si res, & Deus supponãt pro persona, non autem si supponant pro essentia) ly supponere pro essentia sumitur iuxta propositum præsentis articuli, scilicet pro essentia in abstracto, & non sumitur pro essentia in concreto, iuxta propositum præcedentis articuli. Et ratio conuincẽs ad hanc expositionem est, quia de quolibet de quo contingit negare, potest affirmari contradictorie, & consequenter cum de essentia in concreto falsa sit negatiua, s. Deus non generat. ueram oportet esse affirmatiuam contradictoriam. s. Deus generat, & sic hæc affirmatiua est uera, non solum accipiendo ly Deus pro patre, sed etiam pro essentia in concreto. Sumitur ergo in hac litera essentia in abstracto.

SVP. Q. XXXIX.

ART. VI.

COncl. Sicut hęc est uera. Essentia est tres personę, ita hæc est uera, Deus tres personæ.

207
1. d. 48. q. 2. ar. 1. ad 5.

ARTICVLVS VI.

Vtrum personæ possint prædicari de nominibus essentialibus:

AD SEXTVM sic proceditur. Videtur, quòd personæ non possint prædicari de nominibus essentialibus concretis, ut dicatur Deus est tres personæ, uel est trinitas. Hæc enim est falsa, Homo est omnis homo, quia pro nullo suppositorum uerificari põt. Neque. n. Socr. est omnis, hõ neque

¶ Prob. Quia nomina personalia substantiua possunt prædicari de essentia, & essentia per se habet, qd supponat pro persona.

¶ Not. Vide art. 4. in corp. & articulo quinto, notatione post arti-

mina

articulum, ne erres in intelligendo propositionem istam cathegoricam, s. & essentia per se &c.

1m illatio conclusionis. Ergo, &c. R. Negatur illatio. §. Non est enim simile de homine & de Deo, in supponendo, ut patet in litera, quod si bene perspexeris, cũ Gallo non errabis.

2m ex Damasceno. Sicut commune ad inferiora. R. Idest sicut res communis per idẽtitatem realem ad supposita sua non autem, sicut uniuersale ad singulare. §. Tunc &c. Nam maior illa, scilicet inferiora non prædicant &c. intelligitur de uniuersali & particulari. Vnde non est ad propositum Damasceni, si Damascenus sustinendus sit. De cõmunitate essentię, quo modo uidelicet communis sit per sonis, uidear. 4. ad 3. quomodo autem ly persona sit communis tribus personis, q. 30. ar. 4.

Li. 3. ort. fi. ca. 4. cir. prin.
Infer. 129 de tpe. & ser. 3. in cęna dñi ar. præce.

Not. Quomodo dictum hic in responsione ad primum, qđ scilicet hoc nomen Deus per se supponit, pro natura communi, stet cum illo, q̃ s. de se supponit pro persona ar. 4. & 5. uide ibi art. 4. in notatione post articulum.

Art. 4. huius q. ad 3.

APPENDIX.

Ex articulo habes. Primo quomodo per rationem deturbes hęresim Raymundi Lull. [Directorium inquisitorum secunda par. q. 9.] dicẽtis, quod personę diuinæ distinguuntur maiori distinctione quæ possit esse. Si enim ueræ sunt (ut sunt) Deus tres personę, Deus est trinitas personarum essentia diuina est pater, est filius, est spiritussanctus, & est omnes simul, patet iã, quod personę non distinguũtur maiori distinctione, quæ possit esse. Secundo habes, q̃uo per rõnem demonstres, cõciliũ Tol. vndecimũ in pronuntiatione publica fid. cat. & merito dixisse, Recte dici põt unus Deus est Tri. & p hoc merito dãnasse dictam Raymundi hæresim. Idem potest demonstrari de Concilio Constantinopolitano sexto, actione undecima, dicentę sic. Trinitatem in unitate credimus, & in unitate Trinitatem glorificamus. Idem & demõstrare potes de hymno sanctæ Ecclesiæ, ibi. Te summa Deus Trinitas collaudet omnis spiritus. Notabis tamen uigilantissime, quod licet ista sit uera, Deus est Trinitas, ista nihilominus, est falsa, Deitas est trinitas. Vnde Conciliũ Bracarense primũ sub Honorio Papa 1. can. 2. dt sic, Siqs nolã introducit dicens, quod diuinitas sit Trin. sicut Gnostici & Priscilliani dixerunt. Anathema sit. Tertio uides quomodo ex his uicissim Angelica firmetur conclusio.

Vti. pro S. Eccl.

Art. 4. huius quęst. D. 928.

D. 1053.

D. 29.

Plato, neque aliquis alius. Sed similiter ista. Deus est trinitas, pro nullo suppositorum naturæ diuinæ uerificari potest. Neque enim pater est trinitas, neque filius, neque spiritussanctus, ergo hæc est falsa, Deus est trinitas.

¶ 1 Præt. Inferiora non prædicantur de suis superioribus, nisi accidẽtali prædicatione, ut cum dico, Animal est homo, accidit enim animali esse hominem. Sed hoc nomen, Deus, se habet ad tres personas, sicut commune ad inferiora, ut Damasc. dicit.* Ergo uidetur q̃ nomina personarum non possint prædicari de hoc nomine, Deus, nisi accidentaliter.

Sed contra est, quod Au.† dicit in li. de fi. ad Per. Credimus unum Deum, unam esse diuini nominis trinitatem.

Respon. Dicendum, q̃ sicut (iam dictũ est.*) licet nominabis personalia uel notionalia adiectiua, non possint prædicari de essentia, tamen substantiua possunt propter realem identitatem essentiæ & personæ. Essentia autem diuina non solum idem est realiter cum una persona non sed cum tribus. Vnde & una psona & duæ & tres, possunt de essentia prædicari, ut si dicamus, essentia est pater & filius & spiritussan. Et quia hoc nomen Deus p se hẽt quod supponat pro essentia (ut dictum est*) ideo sicut hæc est uera, essentia est tres personæ, ita hæc est uera Deus est tres personæ.

Ad primum ergo dicendum, quod (sicut supra dictum est†) hoc nomen homo d per se habet supponere pro persona, sed ex adiuncto habet quod stet pro natura communi. Et ideo hæc est falsa, homo est omnis homo, quia pro nullo supposito uerificari põt. Sed hoc nomẽ Deus per se habet, quod stet pro essentia. Vnde licet pro nullo suppositorum diuinæ naturæ hæc sit uera Deus est trinitas, est tamen uera p essentia, quod non attendens Porretanus, eam negauit.

Ad secundum dicendum, quod cum dicitur, Deus uel diuina essentia est pater, est prędicatio per identitatem, non autem sicut inferioris de superiori, quia in diuinis non est uniuersale & singulare. Vnde sicut est per se ista, pater est Deus, ita & ista, Deus est pater, & nullo modo per accidens.

Comm. Cardinalis Caietani.

Titulus clarus.

¶ In corpore est una conclusio habens duas partes, & est hæc, nomina tam personalia quam notionalia si sunt adiectiua, non prædicantur de essentia, si uero substantiua, prædicantur de ea. Et quo ad primam quidem partem est satis probata relinquitur ex præcedenti articulo. Quo ad secundam uero, manifestatur ex reali dentitate inter essentiam & personas singulas & omnes, & hoc respectu essentię tam in abstracto quam in concreto. Ita quod utraque est uera, essentia est tres personæ, & Deus est tres personæ, ut clare patet in litera. Et aduerte quod id quod dicitur de substantiuis, licet uerificetur respectu essentiæ tam in abstracto quam in concreto, quod tamen dictum est de adiectiuis in prima parte conclusionis respectu essentiæ in abstracto, tantũ intelligas eo quod idem est iudicium de adiectiuis, & uerbis, ac per hoc de quo uerificatur, quod generat, uerificatur etiã, quod est generans, & de quo negatur unum, negatur aliud. Et iam patet ex dictis quantum hæc differant, respectu concreti & abstracti substantiuis.

¶ In responsione ad secundum dubium occurrit, quoniam expresse in q. 8. de potentia Dei artic. 2. ad 6. author dicit non esse prędicationem per se, cum paternitas prędicatur de essentia, immo ibi incidere sophisma accidentis, hic autem dicit quod hęc est per se, & nullo modo per accidens. Pater est Deus. Et posset augeri dubitatio simpliciter, sed quoniam unico uerbo difficultas euacuatur, pertranseo distinguendo, quod prędicatio per se est duplex, q̃dam identica, & formalis. Inter quas tñ distat, qđ identica per se non uocatur absolute per se, sed cum determinatione scilicet per se identica, illa autem simpliciter uocatur per se cum autem utrobique dicantur huiusmodi propositiones identicę, salua ueritate, potuit ibi dici, quod non sunt per se quia non formales, ut ibi exponitur. Et dic, quod sunt per se in latitudine identicarum, ut hic innuitur, & in principio responsionis & in intento, intendit namque quod non accidit Deo esse patrem, cum tamen accidat animali identificari homini. Est ergo nullo modo per accidens quo ad identitatem. Et tamen interuenit fallacia accidentis, quo ad formalitatem. Et sic omnia consonant, & euacuantur argumenta de prędicationib. formalibus & directis, & per se iuxta modos positos in libris posteriorum, nihil enim horum identicam prædicationem molestat, proprię loquendo.

S. Bon. 1. 5. d. 32. q. 1. ar. 2.
Ales. p. 1. sir q. 67. ar. 2.
Stet. 1. 5. d. 32. q. 1.
Riccar. 1. 5. d. 32. q. 1.
Duran. 1. 5. d. 32. q. 2.
Bacc. 1. 5. d. 32. q. 1.
Mauro. 1. 5. d. 32. q. 4.
Egid. 1. 5. d. 21. q. 1. 2. prin.
Cap.

208
1. d. 32. q. 1. ar. 3.

ARTICVLVS VII.

Vtrum nomina essentialia sint appropriánda personis.

Ad septimum sic proceditur. Videtur, quod nomina essentialia non sint approprianda personis. Quod. n. potest uergere in errorem fidei, nitandum est in diuinis, quia ut Hiero.* dicit, ex uerbis inordinate prolatis incurritur hæresis. Sed ea quæ sunt communia tribus personis appropriate alicui, potest uergere in errorem fidei, q̃a potest intelligi quod uel illi tantũ

Ca. i. d. 32. q. 1. ar. 2. con. 1. & 2.

SVP. Q. XXXIX.

ART. VII.

Concl. Ad manifestationem fidei conueniens fuit, essentialia

sentialia attributa personis appropriari.

¶ Pres. Quia ad manifestationem fidei conueniens est, ut trinitas personarum (licet demõstratione probari non possit,) per aliqua nobis magis manifesta declaretur, & essentialia attributa sunt nobis magis secũ dum rationem manifesta, quam propria personarum,

1^m de minor.

Appropriatur alicui. R. Ita quod ei propria asserantur, non, ita q? illam personam manifestent per uiam similitudinis vel dissimilitudinis. § Tunc &c. Non enim nisi secundo modo appropriantur a catholicis.

¶ Cor. Ergo iste propositiones, s. pater est omnipotens, filius est omni sciens, spiritussanctus est omni bonus, non ostendunt, q pater solus sit omnipotens, uel quod pater maiorem omnipotentiam habeat quam alii sed ostendunt, & quod patris proprium est id s. principium non de principio, & assimilatur ualde omnipotentia, & quod pater diuinus est dissimilis patribus humanis, (utpote prae senio infirmis.) Idem dic de appropriato illo filii, & spiritussancti secundum exigẽtiam. Vide ar. sequentem.

Appropriatum quid facit.

2^m de maiori.

Significant per modũ formae. R. Si approprientur personis, sic, quasi sint eis propria, non si approprientur eis duobus modis iam dictis. §. Tunc &c. Iam enim dictum est quod Secũdo modo tantum appropriantur eis. Est ergo consequens ad praedicta; quod una persona non est forma alterius, licet appropriẽtur, eis attributa essentialia attributa. R. Vt essentialia attributa, non, secundum, quod habent

3^m de minori.

personae conueniant cui appropriantur, uel quod magis conueniant ei quam aliis. Ergo essentialia attributa non sunt appropriãda pars omnis.

¶ 2 Praet. Essentialia attributa in abstracto significata, significant p modum formae. Sed una persona non se habet ad aliam ut forma, cũ ab eo cuius est forma, supposito non distinguatur. Ergo essentialia attributa maxime in abstracto significata, non debent appropriari personis.

¶ 3 Praet. Propriũ prius est appropriato. Proprium enim est de ratione appropriati. Sed essentialia attributa secundum modum intelligendi sunt priora personis; sicut cõmune est prius proprio, ergo essentialia attributa non debent esse appropriata.

Sed contra est, quod Apostolus dicit 1. Cor. 1. Christum Dei uirtutem & Dei sapientiam.

Resp. Dicendum, quod ad manifestationem fidei, cõueniens fuit essentialia attributa personis appropriari. Licet enim trinitas personarum demonstratione probari non possit (ut supra dictum est) conuenit tamen, ut per aliqua magis manifesta declaretur. Essentialia uero attributa sunt nobis magis manifesta secundum rationem, quam ppria personarum, quia ex creaturis ex quibus cognitionem accipimus possumus per certitudinem deuenire in cognitionem essentialiũ attributorum, non autem in cognitionem personalium proprietatũ, ut supra dictum est. † Sicut igitur similitudine uestigii uel imaginis in creaturis inuenta, utimur ad manifestationem diuinarum personarum, ita & essentialibus attributis. Et hęc manifestatio personarum p essentialia attributa, appropriatio nominatur. Possunt autem manifestari personae diuinę per essentialia attributa dupliciter. Vno modo p uiam similitudinis, sicut ea quae p tinent ad intellectum, appropriantur filio, qui procedit per modum intellectus, ut uerbum. Alio modo per modum dissimilitudinis, sicut potentia appropriatur patri (ut Aug. dicit) quia apud nos patres solent esse propter senectutem infirmi, ne tale aliquid suspicemur in Deo.

Ad primum ergo dicendum, quod essentialia attributa, non sic appropriantur personis, ut eis esse propria asserantur, sed ad manifestandum personas per uiam similitudinis, uel dissimilitudinis, ut dictum est. Vnde nullus error fidei sequitur, sed magis manifestatio ueritatis.

Ad secundum dicendum, q si sic approprientur essentialia attributa personis, quod essent eis propria, sequeretur, quod una persona se haberet ad aliam in habitudine formae. Quod excludit Aug. † in 6. de trin. ostendens, quod pater non est sapientia quam genuit, quasi solus filius sit sapientia, ut sic pater & filius simul tantũ possint dici sapientia, nõ autem pater sine sine filio. Sed filius dicitur sapientia, patris, quia est sapientia de patre sapientia. Vterque enim per se est sapientia, & simul ambo una sapientia. Vnde pater non est sapiens sapientia quam genuit, sed sapientia quae est sua essentia.

Ad tertium dicendum, quod licet essentiale attributum secundum rationem propriam sit prius quam persona secundũ modum modum intelligendi, tamen inquantum habet rationem appropriati, nihil prohibet proprium psonę, esse priusquam appropriatum. Sicut color posterior est corpore, inquantum est corpus, prius tamẽ est naturaliter corpore albo, inquã tum est album.

bene rationem appropriati. §. Tunc &c. Essentialibus enim attributis utimur, secũ dum rationem appropriati. non ut essentialia attributa sunt. i. non secundum, rationem attributorum essentialium, quando appropriamus illa personis. Pro cuius faciliori capitu recolendum semp est, quod attributum essentiale non appropriatur personis in hoc sensu, [s. quod uel tantum conueniat illi per sonę, uel magis habeatur ab illa persona,] sed solum in hoc sensu (ut, s. ex illo attributo quasi ex notiorib. nobis secundum rationẽ & manifestetur proprium cuiusque personae, & ostendatur quod illa eadem persona creaturis sic, ut ipsa nominatis est dissimilis.) Attributa itaque essentialia, ut appropriata praesupponunt secũ dum modum intelligẽdi, quod detur propriũ ad cuius notitiam nos ducere uolunt, & cuius personam creaturis dissimilem ostẽsura sunt. Cum hoc tamen stat, q attributa essentialia ut sic, praeintelligantur secundum suam rationem personis, sicut & essentia. Sed hoc nihil contra, ut patet.

APPENDIX.

Ex articulo habes, primo quomodo per rationem ostendas recte factum ab apostolo dum 1. Cor. 1. Christum uocat Dei uirtutem, & Dei sapientiam essentialia attributa (.s. uirtutem diuinam, & sapientiam) appropriando filio. Quod autem dico de Apostolo extendas tu ad alia loca scripturarum (qd semper debes obseruare ubique) si qua sunt similia. Secundo habes quomodo per rationem id Apostoli dictum, atque huiusmodi catholice quoque intelligas, atque defendas. Tertio uides, quomodo ex his uicissim firmetur conclusio.

Comm. Cardinalis Caietani.

In titulo, appropriari non significat proprium fieri, quoniam essentialia nulli personae possunt fieri propria, sed significat accommodari & adaptari, ut consueuerunt doctores facere, attribuentes sapientiam filio, quia est uerbum &c.

¶ In corpore duo facit. Primo respondet quaesito affirmatiue unica conclusione. Conueniens fuit ad manifestationem fidei essentialia appropriari personis. Et probatur breuiter sic, trinitas quamuis indemonstrabilis, est tamen notificabilis per magis manifesta nobis, ergo conuenit ipsam manifestari per essentialia, ergo essentialia conuenit appropriare personis. Prima consequentia probatur dupliciter. primo, quia essentialia possunt ratione naturali cognosci, personales autem proprietates non. Secundo, ex simili, sicut persona manifestatur per similitudinem uestigii uel imaginis, ita per essentialia. Secunda autem sequela declaratur, quia appropriatio in proposito nihil aliud est quam manifestatio personarum per essentialia attributa. Secundo ponit duos generales modos appropriandi, s. per similitudinem ad propria personarum, aut per dissimilitudinem ad imperfectiones inuentas apud nos in personis eorundem nominum, puta patribus aut filiis, & c. ut in sequenti art. clare patet.

Super

SVP. Q. XXXIX. ART. VIII.

CONCL. prima Secundum considerationē, qua Deus absolute secundum esse suum consideratur, Aeternitas appropriatur patri, species filio, usus spirituisancto.

209 1.d.3.q.1. ar.unico.& ibi.q.3.a.1. & d.38.q.2.ar.unico Aug lib.3. de Trin.c.10. Lib.2. de Tri. paulo post princ. Q.35.ar.1. Q.38.ar.2

¶ PROB. Quia aeternitas significat esse nō de principio. species importat integritatem debitam proportionē, claritatem usus, largo sumpta, fruitionem,& pater est non de principio, filius est perfectus filius, expressa patris imago, perfectum uerbum, spiritussanctus est utriusque amor, [Hoc se inuicem fruuntur.] donum nobis datum. [Hoc nos fruimur Deo.]

¶ Concl. Secunda. Secundum considerationem, qua Deus vt unus, consideratur. Vnitas appropriatur patri, aequalitas filio, concordia seu connexio spirituisancto.

¶ Prob. Quia unitas nihil aliud praesupponit, aequalitas importat comparationem ad alterum, connexio vnionem aliquorum duorum,& pater, ut q. sit principium non de principio, nullam aliā personam praesupponit, filius, ut qui sit principium de principio, dicitur ad alterum, spiritussanctus, ut quia duabus personis existat, unionem duorum importat.

Lib.1.c.5. in fin.to.3.

Art. praec. ad 1. & q. 37.ar.2.ar gu.1.

¶ Concl. Tertio. Secundum considerationem, qua Deus, ut habens uirtutem sufficientem ad operandum, cōsideratur. Potentia appropriatur patri sapientia filio, bonitas spirituisancto.

¶ Prob. Quia potentia habet rationē principii, sapientia pertinet ad intellectum, bonitas est obiectum amoris, & Pater est principium totius diuinitatis, filius est uerbum intellectus paterni, spiritussanctus est amor.

Li.6.de tr. c.10.in fi.il lius to.3.

¶ Corol. Ergo ad errores tollendos (ut caetera taceam) appropriata inuēta sunt. Ex eo namque quod patri caelesti attribuis potentiam, uitatur error credendi patrem caelestem debilitate aliqua affici sicut in patribus terrenis notioribus nobis ui

ARTICVLVS VIII.

Vtrum conuenienter a sacris doctoribus sint essentialia personis attributa?

AD OCTAVVM sic proceditur. Videtur, quod inconuenienter a sacris doctoribus sint essentialia, personis, attributa. Dicit enim Hilar. 2. de Tri. * Aeternitas est in patre, species in imagine, usus in munere. In quibus uerbis ponit tria nomina, propria personarum scilicet nomen patris, & nomen imaginis, quod est proprium filio (ut supra dictum est †) & nomen muneris siue donum, quod est proprium spiritusſ. (ut supra habitum est.*) Ponit etiam tria appropriata. Nam aeternitatem appropriat patri, speciem filio, usum spiritui. Et uidetur, quod irrationabiliter. Nam aeternitas importat durationem essendi, species uero est essendi principium, usus uero ad operationem pertinere uidetur. Sed essentia & operatio nulli personae appropriari inueniuntur. Ergo inconuenienter, uidentur ista appriata personis.

¶ 2 Praet. Au. in 1. de doc. * Christ. sic dicit. In patre est unitas, in filio aequalitas, in spiritus. aequalitatis unitatisque concordia. Et uidetur, quod inconuenienter, quia una persona non denominatur formaliter per id, quod appropriatur alteri. Non enim est sapiens pater sapientia genita, ut dictum est. † Sed sicut ibidem subditur, tria, haec unū omnia sunt propter patrem, aequalia omnia propter filium, connexa omnia propter spiritumſ. Non ergo conuenienter appropriantur personis. Item secundum Aug. patri attribuitur potentia, filio sapientia spirituisanct. bonitas. Et uidetur hoc esse inconueniens. Nam uirtus ad potentiam pertinet. Virtus autem inuenitur appropriari filio, secundum illud 1. ad Cor. 1. Christum Dei uirtutem. Et etiam spirituisancto, secundum illud Luc. 6. Virtus de illo exibat & sanabat omnes. Non ergo potentia patri est appropriaanda.

¶ 3 Item Aug. in lib. de Tri. * dicit, Non confusè accipiendum est, quod ait Apost. Ex ipso, & per ipsum, & in ipso. Ex ipso dicens, propter patrem, Per ipsum, propter filium. In ipso, propter spiritumsanctum. Sed uidetur, q inconuenienter, quia per hoc, quod dicit in ipso uidetur importari habitudo causae finalis, quae est prima causarum. ergo ista habitudo causae deberet appriari patri, qui est principium non de principio.

¶ 4 Item inuenitur ueritas appropriari filio, secundum illud Io. 14. Ego sum uia, ueritas, & uita. Et similiter liber uitae, secundum illud Psalm. 39. in capite libr. scriptum est de me glo. † idest apud patrem qui est caput meum. Et similiter hoc, quod dico, qui est. Quia super illud Isa. 65. Ecce ego ad gentes, dicit gloss. * Filius loquitur qui dixit Moysi. Ego sum qui sum. Sed uidetur, quod propria sint filii, & nō appropriata. Nam ueritas secundū Aug. * in lib. de uera religione, est summa similitudo principii absq; omni dissimilitudine. Et sic uidetur, quod proprie conueniat filio qui habet principium. Liber etiam uitae uidetur proprium aliquid esse, quia significat ens ab alio. Omnis enim liber ab aliquo scribitur. Hoc etiam ipsum qui est, uidetur esse proprium filio. Quia, si cum Moysi dicitur, ego sum qui sum, loquitur trinitas. Ergo Moyses poterat dicere, ille, qui est pater & filius & spiritussanct. misit me ad uos, Ergo & ulterius dicere poterat, ille qui est pater & filius & spūs. misit demonstrando certam personam. Hoc autem est falsum. Quia nulla psona est pater & filius & spiritusſ. Non ergo potest esse commune trinitati, sed est proprium filii.

RESPON. Dicendum, q intellectus noster qui ex creaturis in Dei cognitionem manu ducitur, oportet quod Deum consideret secundum modum quem ex creaturis assumit. In consideratione autem alicuius creaturae, quatuor per ordinem nobis occurrūt. Nam primo, consideratur res ipsa absolute, inquantum est una. Tertia consideratio rei est, ſm qd inest ei uirtus ad operandum, & ad causandum. Quarta autem consideratio est, secundum habitudinem, quam habet ad causata. Vnde, haec etiam quadruplex consideratio circa Deum nobis occurrit. Secundum igitur primam considerationem, qua consideratur absolute Deus secundum esse suum, sic sumitur appropriatio Hilar. secundum quam, aeternitas appropriatur patri, species filio, usus spirituisancto. Aeternitas enim inquantum significat esse non principiatum, similitudinem habet cum ꝓprio patris, qui est principium non de principio, species autem sine pulchritudo habet similitudinem cum propriis filii. Nam ad pulchritudinem, tria requiruntur. Primo quidem, integritas siue pfectio. Quae enim diminuta sunt, hoc ipso turpia sunt. Et debita ꝓportio siue consonantia. Et iterum claritas Vnde quae habent colorem nitidum, pulchra esse dicuntur.

Quantum igitur ad PRIMVM, similitudinem habet cū proprio filii, inquantum est filius habens in se uere & perfecte naturam patris. Vnde, ad hoc innuendum Aug. † in sua expositione dicit, Vbi scilicet in filio summa & perfecta uita est, &c.

Li.6.de tr. c.10. paulo a prin. t.3.

Quantum uero ad SECVNDVM conuenit cum proprio filii, inquantum est imago expressa patris. Vnde, uidemus q aliqua imago dicitur esse pulchra, si perfecte repraesentat rem, quamuis turpem. Et hoc tetigit Aug. * cum dicit, Vbi

Loco nūc proxime dicto.

demus. Sic de aliis appropriatis dic, ut in litera.

Concl. Quarta. Secundum considerationem, qua Deus in habitudine ad suos effectus cōsideratur, ly ex quo appropriatur patri ly Per quem filio, ly in quo spiritusancto.

Gl. ordinaria ibi. Gl. interlinearis ibid. Ca.26. post med. illius tom. 1.

¶ Prob. Quia ly ex quandoque (ut hic) importat habitudinē causae efficientis, ly Per, quandoque (ut hic) habitudinem formae, ly in quandoque [ut hic] habitudinem continentis res tanquam in fine suo, & patri appropriatur efficere, sicut etiam potentia, filio esse formam, sicut etiam sapiētia, spirituisancto continere res omnes creatas in fine suo (.i. gubernando atque conseruādo ad finē illis conuenientem eas adducere suauiter] sicut etiam bonitas.

1^m de minori.

Sed essentia & operatio. R. Sic nominaliter accepta, non, alio modo sumpta. S. Tūc &c. ut patet in littera inter primam & secundam cōclusionem. Est enim hoc primum argumentum contra primam conclusionem, & ideo ibi ipsum diluit applicando per ultima uerba sic. Nō autem essentia uel operatio quia in ratione horum, &c.

2^m de maiori.

Vna persona non denominatur formaliter per

2 Si aliæ personæ procederent a patre tanquam ad finem ordinatæ, non, si ab eo procederent ut ultimus finis. §. Tunc &c. ut patet. Vide ad hoc argumentum. Conclusionem quartam impetens inter quartam conclusionem a ly. Nec oportet quod habitudo causæ finalis quamuis sic &cæt. & ly. Ad illud uero, quod de aliis quæritur.

5m minor. Sed uidetur, quod propria sint filii, & non appropriata. R. Negatur illa, §. Nam & ueritas, & liber, & Qui est, sunt essentialia quidem attributa, sed appropriata filio. Vt sentiunt authoritates in maiori adductæ. Ad probationes singulas in contrariũ dicitur, sic Aug. loquitur de ueritate, secundum quod appropriatur filio, non autem dicit ueritatem esse proprium filii. Psalmus loquitur de libro, ut appropriatum filio est, non autem dicit librũ uitæ esse proprium filii, Non enim de ratione libri, ut liber, est esse scriptum ab alio, proprium autem filii est esse ab alio. Magis uero appropriat librum psalmus filio quam spirituisancto, quia liber, ut sic sonat notitiam, & liber, ut uitæ, sonat interiorem quasi amoris motum. Liber ergo in recto filium, qui sapientia seu notitia dicitur, respicit, & spiritumsanctum, qui dicitur amor, respicit in obliquo. Glossa Isaiæ 63. loquitur de ly. Qui est, ut est filii appropriatum [secundum. s. quod in illo sermone Dei ad Moysen figurabatur liberatio humani generis, quæ per filium facta est,] non autem dicit per hoc, quod ly Qui est, sit proprium filii. Nec obstat, si dicatur, quod ly iste, uel ille quę sunt antecedens huius relatiui. Qui, demonstrat certam personam, & consequenter ne sit quis per hoc infringere aliam responsi principalis partem, qđ scilicet ly Qui est, sit absolute attributum essentiale. Non obstat, inquam hoc, quoniam & essentia diuina, secundum quod res demonstrabilis, est iuxta grammaticorum locutionem persona licet re uera non sit. Nec mireris, si ad grammaticam pro solutione fiat recursus, quia & obstaculũ adductũ iure grãmaticali fundabat.

Veritas Liber, qui est.

Rñsio tacitæ obiectionis.

autem nomen, Qui est, appropriatum personæ filii, non secundum propriam rationem, sed ratione adiuncti, inquantum, scilicet in locutione Dei ad Moysen, præfigurabatur liberatio humani generis, quę facta est per filium. Sed tamen secundum quod ly qui, sumitur relatiue, posset referri interdum ad personam filii, & sic sumeretur personaliter, ut puta si dicat, filius est genitus, qui est, sicut & Deus genitus personale est. Sed infinite sumptũ est essentiale. Et licet, hoc pronomen iste grammatice loquendo, ad aliquam certam personam uideatur pertinere, tamen quęlibet res demonstrabilis, grammatice loquendo persona dici potest, licet secundum rei naturam non sit persona dicimus enim iste lapis, & iste asinus. Vnde & grammatice loquẽdo, essentia diuina secundum quod significatur & supponitur per hoc nomen Deus, potest demonstrari hoc pronomine iste, secundũ illud Exod. 15. Iste Deus meus, & glorificabo eum.

APPENDIX.

EX articulo habes, primo quomodo per rationem interimas hæresim Petri Abailardi [S. Ber. in epistola ad Innocentiũ secundum Papam & est in ordine epistolarum suarum 190.] blaterantis, quod potentia patri, sapientia filio, bonitas seu benignitas spirituisancto, non sunt appropriata, sed propria. A simili uidetur dici posse de aliis appropriatis in prima secunda, & quarta conclusionibus, quod. s. secundum eum erant propria, non appropriata, & argumenta textus faciunt pro parte hæresis huius [sicut & argumenta aliorũ articulorum hæresi alicui oppositorum,] solutiones autem illis abunde respondentes stant pro parte Catholica. Secundo habes, quomodo per rationem ostendas, & Doctores illa merito uocasse appropriata, & hæresim illam merito fuisse damnatam a sacra scriptura in multis locis. Dum enim illa prædicata esse communia omnibus personis diuinis monstrat, profecto nihil horum esse alicui proprium designat, quoniam propriũ illud est, quod uni soli conuenit. Damnat ergo scriptura sancta illos qui dicunt potentiam esse propriam patri, ubi de filio ait Io. 1. Omnia per ipsum facta sunt, & sine ipso factum est nihil. & Heb. 1. Qui cum sit splendor & figura substantię patris, portansque omnia uerbo uirtutis suæ, (idest imperio suo, secundum glo.) & Io. 5. quæcunque. Pater fecerit hæc & filius similiter (.i. eadem potentia secundum gl.) facit sicut pater suscitat mortuos, & uiuificat, sic & filius quos uult uiuificat, & Sap. 18. omnipotens sermo tuus Domine a regalibus sedibus uenit. Ecce quod & potentia & omnipotentia conuenit sermoni Dei, uerbo Dei, seu filio Dei. Spirituisancto item potentia tribuitur a Psal. 32. Verbo Domini cæli firmati sunt & spiritu oris eius (.i. spiritusancto, secundum Aug. a simili in li. de fi. ad Petrum, c. 8.) omnis uirtus eorum. Ad creationem. n. de qua ibi, & Gen. 1. spiritus Dñi ferebatur sup aquas requiritur potentia infinita, cum sit ex nihilo. Nonne Isa. 11. spiritussanctus dicitur spiritus fortitudinis, & sapientię? Nonne Ro. 16. Deus pater sapiens dicitur sic. Cogniti soli sapienti Deo per Iesum Christũ? Nec potẽtia igitur patri, nec sapientia filio est propria. Sed nec benignitas est propria spiritusancto, quoniã & pater Dñi nostri Iesu pr miarũ & Deus totius consolationis. 1. Cor. 1. dicitur, & ad Titũ 3. legis, apparuit benignitas & humanitas Saluatoris nostri Dei. Multis ex locis aliis habetur, quod hmõi non sunt alicui propria, sed sufficit (ut semp intendimus) pro necessitate tñ loqui, ac alios per hoc excitare ad largius opandum in uinea Dñi. Non tacebo, tñ alias adductum semp in tali materia memorandũ, axioma in Concilio Flor. sancitum quod in diuinis oĩa sunt unũ, ubi nõ obuiat relationis oppositio. Quis aũt nesciat, quod inter potẽtiã, sapiẽtiã, bonitatẽ, aliaq; oĩa p cõclusiones supra dicta, non adest relationis oppositio? Ergo sicut oẽs tres personæ sunt oĩpotentes (ut hẽs ext. de su. Tri. & fi. ca. firmiter) ita oẽs tres sunt consapiẽtes & cõbenignæ. 3. uidere potes, quõ ex his uicissim Angelica hæc doctrina declaretur, atque confirmetur.

Vtil. pro S. Eccl.

2

3

Comm. Cardinalis Caietani.

TItulus ualde amplus est, comprehendit. n. quæstiones de tot appropriatis, quod arguendo tanguntur, quæ omnia in scriptura tradita contineri uidentur.

¶ In corpore nihil addendum puto, quoniam distinctus, ordinatus, formatus facilique intelligibilis ex se est. Vnde lectione potius, quam expositione eget.

Egid. 1. s. d. 33. q. 1. 1. prin.
Ca. 1. d. 3 s. q. 1. coa. 2. con. 5. et 4. et d. 4. q. 2. con. 4. et d. 11. q. 4. ar. 3. con 1.
Bannes q. 40. ar. 1.

QVAESTIO XL.

De personis in comparatione ad relationes siue proprietates, in quatuor articulos diuisa.

DEINDE quæritur de personis in comparatione ad relationes, siue proprietates.

Et quæruntur quatuor.

¶ Primo. Vtrum relatio sit idem quod persona.

¶ Secundo. Vtrum relationes distinguant & constituant personas.

¶ Tertio. Vtrum abstractis per intellectum relationibus a personis, remaneant hypostases distinctæ.

¶ Quarto. Vtrum relationes secundum intellectum, præsupponant actus personarum, uel econuerso.

SVPER Q. XL. ART. 1.

CONCL. oportet dicere, proprietates esse in personis, & eas tamen esse psonas.

¶ PROB. Quia proprietates significantur, ut formę personarũ, & de rõne formæ est esse in eo, cuius est forma. Secunda aũt pars. s. & eas tamẽ &c. probatur Quia proprietas, secundum quod res, sunt diuina essentia & hæc est idẽ realiter, quod persona.

ARTICVLVS PRIMVS.

Vtrum relatio sit idem quod persona.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur, quod in diuinis non sit idem relatio quod persona. Quæcunque enim sunt idem, multiplicato uno eorum, multiplicatur & aliud. Sed contingit in una persona esse plures relationes, sicut in persona patris est paternitas & communis spiratio, & iterum unam relationem in duabus personis esse, sicut communis spiratio est in patre & filio. Ergo relatio non est idem quod persona.

210
1. d. 26. q. 2. ar. 1. & d. 33. ar. 2. & opu. 3. c. 58 66. & 67.

¶ 2 Præt. Nihil est in seipso secundum Philosophum in 4. Phys. Sed relatio est in persona. Nec potest dici quod ratione identitatis, quia sic esset in essentia, ergo relatio, siue proprietas, & persona non sunt idem in diuinis.

Li. 4. Phy. te. 14. & sub seq. tom. 2.

¶ 3 Præt. Quæcunque sunt idem ita se habent, quod quicquid

1m de maiori. Idem B. Re, & ratione: non, re tantum. §. Tunc nihil contra. Proprietas enim cum persona non est idem re, & ratione, ut arguitur, licet cum illa sit idem re tantum.

¶ Not. Proprietas personalis, & nō personalis, sunt realiter idem cum persona, sed personalis secundū rationem identitatis abstracti, & concreti, non personalis secundum rationē identitatis subiecti & accidentis.

2m de maiori. Nihil. B. Sibi idem re, & ratione, non, re tantum, §. Tunc nihil contra, ut patet, Ex responso habes sensum primæ partis, conclusionis. Nam proprietates in personis sunt p modum identitatis & secū dum rem, & secundum modum significandi, licet in essentia sint per modum identitatis, secundum rem tantum.

Titulus lícet. An oē qd' est, bonū sit post med. illius.

3m de maiori. Idem. B. Re, & ratione, non, re tantum, §. Tunc &c. ut patet.

¶ Not. Argumenta omnia impetunt secundam partem conclusionis, ideo una responsione formali omnibus satisfit, licet sanctus Doctor, pro more suo, tanquam nihil intactum respondēdo relinquēs insistat [iam data illa responsione ad primū] circa minorem propositionem, uel circa alia ab arguente insinuata. Secundo igitur nota, quod datam prius responsionem, etiam qđ pro argumentis sequētibus dissoluendis faciat, replicare non solet. Vt per hoc & breuitati suæ studeat, & argumenta sequentia replicas (ut aiunt) esse contra responsa allata doceat.

Mos D. Tho. commendabilis & crebro memorandus.

Q. 28. ar. 2.

Q. præced. ar. 1.

Q. 32. ar. 2

Loco nunc citato.

quid prædicatur de uno, prædicatur & de alio. Nō autem quicquid prædicatur de persona, prædicatur de proprietate. Dicimus enim qđ pater generat, sed non dicimus ꝙ paternitas sit generans. Ergo proprietas non est idem quod persona in diuinis.

Sed contra, in diuinis nō differunt quod est, & quo est, ut habetur a Boet.* in lib. de Hebdo. Sed pater paternitate est pater. Ergo pater idem est quod paternitas, & eadem ratione aliæ proprietates idē sunt cum personis.

Respon. Dicendum, quod circa hoc aliqui diuersimode opinati sunt. Quidam enim dixerunt proprietates, neque esse personas, neque in personis. Qui fuerunt moti ex modo significandi relationū, quæ quidem non significant ut in aliquo, sed magis ut ad aliquid. Vnde dixerunt relationes esse assistentes, sicut supra expositum est.* Sed quia relatio secūdum quod est quædam res in diuinis, est ipsa essentia, essentia autem idem est quod persona (ut ex dictis patet †) oportet quod tunc relatio sit idem quod p-sona. Hanc igitur identitatem alii considerantes, dixerunt proprietates quidem esse personas, non autem in personis, quia non ponebant proprietates in diuinis, nisi secundum modum loquendi, ut supra dictum est.* Necesse est autē ponere proprietates in diuinis, ut supra ostendimus. † Quæ quidem significantur in abstracto, ut quædam formæ personarum. Vnde, cū de ratione formæ sit, quod sit in eo cuius est forma, oportet dicere proprietates esse in personis, & eas tamen esse personas sicut essentiam esse in Deo dicimus, quæ tamen est Deus.

Ad primum ergo dicendum, quod persona & proprietas sunt idem re, differunt tamen secundū rationem. Vnde non oportet quod multiplicato uno multiplicetur reliquum. Considerandum tamen est, quod propter diuinam simplicitatem consideratur duplex realis identitas in diuinis, eorum, quę differunt in rebus creatis. Quia enim diuina simplicitas excludit compositionem formæ & materiæ sequitur, quod in diuinis idem est abstractum & concretum, ut deitas quod Deus. Quia uero diuina simplicitas excludit compositionem subiecti & accidentis, sequitur quod quicquid attribuitur Deo est eius essentia, & propter hoc sapientia & uirtus idem sunt in Deo, quia ambo sunt in diuina essentia. Et secundum hanc duplicem rationem identitatis, proprietas in diuinis est idem cum persona. Nam proprietates personales sunt idem cum personis, ea ratione, qua abstractum est idem cum concreto. Sunt enim ipsæ personæ subsistentes, ut paternitas est ipse pater, & filiatio, filius, & processio, spiritus sanctus. Proprietates autem non personales sunt idem cum personis, secundum aliam rationem idētitatis, qua illud quod attribuitur Deo, est eius essentia. Sic igitur cōmunis spiratio, est idem cum persona patris & cum persona filii, non quod sit una persona per se subsistens, sed sicut una essentia est in duabus personis, ita & una proprietas, ut supra dictum est.*

Ad secundum dicendum, quod proprietates dicuntur esse in essentia, per modum identitatis d tantum, in personis autem dicuntur esse per modum identitatis, nō quidem secundum rem tātum, sed quantum ad modum significandi, sicut forma in supposito. Et ideo p-prietates determinant, & distinguunt personas, non autem essentiam.

Ad tertium dicendum, ꝙ participia & uerba notionalia, significant actus notionales. Actus aūt suppositorum sunt. Proprietates aūt non significant ut supposita, sed ut formæ suppositorum. Et ideo modus significandi repugnat, ut participia, & uerba notionalia de proprietatibus prædicentur.

APPENDIX.

Vti. pro S. Eccl.

Ex articulo habes, primo quomodo per rationem reiicias errorem Gilberti Galli cognomento Porretani dicentis proprietates nō inesse personis, sed a foris extitere. Itē Gregorii cuiusdam, 1. d. 26. q. unica, dicentis, relationes seu proprietates personales nō reperiri in diuinis personis. Secundo habes quomodo per rationem ostendas, has merito ab Ecclesia reprobari, in præfatione sanctissimę Trinitatis, sic. Vt in essentia unitas, & in personis proprietas, & in maiestate adoretur ęqualitas. Nec ualet quorundā inscitia, ne dicam temeraria, responsio ad hoc, quod. s. illa Ecclesiæ locutio est impropria, quoniam (ut interim taceamus eorum irreuerentiam in tali responso) contextus proprietatē ipsam aperit. Non enim negari potest, quod proprie dicatur unitas in essentia, & æqualitas in maiestate ergo & proprie dicitur, quod proprietas est in personis. Vlterius per rationem huius articuli ostenditur esse proprie dictum, ut patet consideranti. Præt. ex Magistro sententiarum cum communi schola id habetur, qui in lib. 1. d. 33. dicit, quod proprietates esse in diuinis personis nullus inficiari audet. Quā periculosum uero sit a cōmuni schola discedere, ostendit Melchior Cano de locis theologi. li. 8. cap. 4. dum ibi probare conatur istas duas propositiones, uidelicet, quod scholasticorum omniū communi sententiæ in re graui refragari uelle temerarium est, & qđ scholæ omnium theologorum concordi de fide aut moribus contradicere, si hæresis nō est, hæresi proximū est. Demum est Conciliū Remense, cui definienti in contrarium supra dictæ opinionis suæ cō sensit Gilbertus, & palinodiam cecinit. Alibi autē, q. 39. ar. 4. appen. monuimus, quod propositiones a definientib. Conciliis approbatæ, uel reprobatæ, in sensu proprio ueræ uel falsæ intelliguntur, qm̄ non decet nos Ecclesiā philosophis grauib. qui formaliter locuti sunt improprietatē abhorrentes, inferiorem facere uel sentire. Quā uero differentiā habuerint Gilbertus & Gregorius quoad negatiuā illā, s. proprietates personales seu relationes non insunt personis diuinis, non uideo, immo ijsdē etiam uerbis uti utrosque (ni fallor) cōpertū est. Cæterū Gregor. forsan nō aduerterat recātationē Gilberti in Concilio illo ab Eug. Papa congregato, & B. Ber. p̄sentia bidua naq; disputatione contra Gilbert. illustrato. Vide q. 28. a. 2. q. 32. a. 2. & q. 39. & q. hac a. seq. Tertio conspicere licet, qūo ex his uicissim firmetur concl.

Nota de scholasticis

Q. 30. ar. 2.

D. 958.

¶ Not. Articulo præsenti deseruit articulus in ordine 166. 202. 183. 174. 197. 68.

3 Pro studio uarietate coornando

S. Bern.

Comm. Cardinalis Caietani.

Titulus clarus est.

¶ In corpore tria facit. Primo tractat opinionem Porretani, secundo præpositini, tertio respondet quæsito. Antequam ultra proceditur aduerte quod quatuor modis possunt uariari opiniones in proposito. Primo, tenēdo proprietates neque esse personas, neque in personis. Secundo esse personas, sed non in personis. Tertio, econtra, esse in personis, sed non esse personas. Quarto

to esse personas & in personis, non pôt. n. quintus modus imaginari. Et significant diuersas habitudines ly esse, & ly in, Nam ly esse, identitatem, ly uero in, formalem denominationem significât. Vnde omnes hi modi, excepto tertio, sortiti sunt opinantes, ut in articulo patet. Primum enim, s. proprietates neque esse personas neque in personis, Porretani ea rõne dicebant, quia relationes ut assistentes considerabant in ordine ad aliud. Sed hoc in litera reprehenditur, ratione pluries dicta, quia s. relatio est idem quod essentia diuina.

¶ Circa hanc partem dubium occurrit, quia male adduci uidetur opinio Porretani, quoniam ut in quæs. præcedente allegatum est, ponebat ipse relationem esse personam, personam autem non esse essentiam, male ergo hic sibi attribuitur, relationem non esse personam.

¶ Ad hoc breuiter dicitur, quod in hoc loco supponit author personam identificari essentiæ, quod non supposuit, sed quærebat in 1. ar. quæstionis præcedentis. Et propterea hic & ibi uerum recitauit. Nam loquendo de persona diuina, non curando utrum sit eadem essentiæ, dicebat Porretanus ipsam relationem assistẽtem esse personam. Supposito autem quod persona sit idem qđ essentia, sequebatur ex Porretano, quod relatio non est persona, quia relatio assistit, & non identificatur essentię, sic autem patet in hoc art. sermonem haberi de persona, quare nullus error est.

¶ Quo ad secundum, Propositinus dicebat proprietates esse personas, & non in personis, ea ratione qua in q. 32. negauit notiones, exponendo sẽper abstractum pro concreto. Vnde & in litera reprehenditur, quia necesse est ponere proprietates in abstracto, ut formalia principia personarum, ut ibidem probatum fuit.

¶ Quo ad tertium conclusio responsiua amplectitur quartum modum, & est proprietates sunt personæ & in personis, & manifestatur dupliciter. Primo ratione sic. De ratione formæ est esse in eo cuius est forma, ergo proprietatem oportet esse in persona. Et probatur sequela, quia est forma personæ. Secundo quo ad utrãque partem simul ex simili, deitas est in Deo, & est Deus, ergo.

¶ Aduerte hic, quod proprietates esse in personis, potest intelligi & transitiuè & intransitiuè. Et si quidem intransitiuè intelligatur, redit opinio. Præpositini, quoniam nihil aliud significatur nisi proprietates esse personas. Si autem transitiuè, dupliciter intelligi potest. Primo ut ly in, denotet transitionem secũdum rem & sic est falsum. Alio modo ut denotet transitionem secundum rationem non qualemcunque, sed uelut formæ in supposito, & sic sumitur in proposito. Est autem ratio necessitas ad utramque affirmationem, s. esse personam & in persona, quia si sola identitas poneretur, cum proprietas sic etiam eadem essentiæ, non plurib. modis esset proprietas in persona quam in essentia. Et sic idem esset iudicium de hac paternitas est in patre, & paternitas est in essentia, cum tamen ista sit identica tantum, prima autem sit identica, & formalis. Et scito quod fundamentum identitatis est indistinctio realis, fundamentum autem denominationis formalis exigit aliquid secundum rationem, s. distinctionẽ inter quod, & quo. Et ex his facile est soluere potes ad arg. Greg. de Arimino in 26. & 27 dist. primi, negantis dari proprietates in personis omnia enim soluuntur, aduertendo quod non denotatur transitio formalis nisi secundum rationem. Vnde & ratio facta in litera, ex hoc eodẽ fundamento tenet, scilicet quod sicut de ratione formæ inhærentis secundum rem supposito, est quod realiter insit illi, ita de ratione formæ seu principii formalis in cognoscendo, est quod secundũ rationem insit, ita quod sola distinctio importata per ly inest, est secundum rationem, coniunctio enim proprietatis in supposito est secundum rem sicut formæ in supposito.

ARTICVLVS II.

Vtrum personæ distinguantur per relationes.

211 1. d. 26. q. 2. a. & po. q. 8. ar. 3. & q. 9. ar. 5. ad 18.

AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur, quod personæ non distinguantur per relationes. Simplicia enim seipsis distinguuntur, sed personæ sunt maxime simplices. Ergo distinguuntur seipsis, & non relationibus.

¶ 2 Præt. Nulla forma distinguitur, nisi secundum suum genus. Non enim album a nigro distinguitur nisi secundũ qualitatem. Sed hypostasis significat indiuiduum in genere substantiæ. Non ergo relationibus hypostases distingui possunt.

¶ 3 Præt. Absolutum est prius quam relatiuum, sed prima distinctio est distinctio diuinarum personarum. Ergo diuinæ personę non distinguuntur relationibus.

¶ 4 Præt. Id quod præsupponit distinctionem, non potest esse primum distinctionis principium. Sed relatio præsupponit distinctionem, cum in eius diffinitione ponatur, esse enim relatiui est ad aliud se habere. Ergo primum principium distinctiuum, in diuinis non potest esse relatio.

SED CONTRA est, quod Boet. dicit in lib. de Trin.* qđ sola relatio multiplicat trinitatem diuinarum personarũ.

Boe. de tri. non procul a fine lib.

RESPON. Dicendum, ꝙ in quibuscunque pluribus inuenitur aliquid commune, oportet quærere aliquid distinctiuum. Vnde cum tres personæ conueniant secundum essentię unitatem, necesse est quęrere aliquid, quo distinguantur ad hoc qđ plures sint. Inueniuntur autem in diuinis personis duo, secundum quæ differunt, s. origo & relatio. Quę quidem quamuis re non differunt, differũt tamen ẽm modum significandi. Nam origo significatur per modum actus, ut generatio, relatio uero per modum formæ, ut paternitas. Quidam igitur attendentes, quod relatio consequitur actum, dixerunt quod hypostases in diuinis non distinguuntur per originem, ut dicamus quod pater distinguitur a filio, inquantum ille generat, & hic est genitus. Relationes autem siue proprietates manifestant consequẽter hypostasum siue personarum distinctiones, sicut & in creaturis proprietates manifestant distinctiones indiuiduorum, quæ fiunt per materialia principia. Sed hoc non potest stare propter duo. Primo quidem, quia ad hoc quod aliqua duo distincta intelligantur, necesse est eorum distinctionem intelligi per aliquid intrinsecum utrique, sicut in rebus creatis, uel per materiam, uel per formam. Origo autem alicuius rei nõ significatur, ut aliquid intrinsecũ, sed ut uia quædam a re, uel ad rem. Sicut generatio significatur ut uia quædam ad rem genitam, & ut progrediens a generante. Vnde non potest esse, quod res genita & generans distinguantur sola generatione, sed oportet intelligere tam in generante quã in genito ea quibus ab inuicem distinguuntur. In persona autem diuina non est aliud intelligere, nisi essentiam & relationem si ue proprietatem. Vnde cum in essentia conueniant, relinquitur quod ꝑ relationes personæ abinuicem distinguantur. Secundò, quia distinctio in diuinis personis non est sic intelligenda, quasi aliquid commune diuidatur, quia essentia communis remanet indiuisa, sed oportet ꝙ ipsa distinguentia constituant res distinctas. Sic autem relationes uel proprietates distinguunt uel constituunt hypostases, uel personas inquantum sunt ipsæ personæ subsistentes, sicut paternitas est pater, & filiatio est filius, eo quod in diuinis non differunt abstractum & concretum. Sed contra rationem originis est, qđ constituat hypostasim uel pſonam. Quia origo actiuè significata significatur, ut progrediens a pſona subsistente, unde præsupponit eam. Origo autem passiuè significata (ut natiuitas) significatur ut uia ad personam subsistentem, & nondum ut eam constituens. Vnde melius dicitur quod personæ seu hypostases distinguantur relationibus quam per originem. Licet enim distinguantur utroque modo, tamen prius & principalius per relationes secundum modum intelligendi. Vnde hoc nomen pater nõ solum

S. Bon. 1. 5. d. 26. q. 3.
Scot. 1. 5. d. 26. q. 1.
Riccar. 1. 5. d. 26. q. 1.
Duran. 1. 5. d. 26. q. 1.
Mairo. 1. 5. d. 26. q. 1.
Egid. 1. 5. d. 26. q. 2. 1. prin.
Ca. 1. d. 29. q. 1.
Pet. de Pal. q. 6. d. 26. q 4. & 5.

SVPER Q. XL.

ART. II.

CONCL. Melius dicendum quod ꝑsonę distinguantur relationibus, quam per originem.

¶ PROB. Quia personæ distinguuntur primo & principaliter per relationes secundum modum intelligendi, & per originem secundario [inquantum scilicet origo supponit personam esse constitutã uel constituendam.]

¶ Corollarium. Ergo ex probatione iam patet, in quo sensu sanctus Doctor opinionẽ dicentem, quod personæ diuinæ distinguuntur per originem, reprobarat dupliciter.

Primum

solum significat proprietatem, sed etiam hypostasim. Sed hoc nomen genitor uel generans significat tantum proprietatem. Quia hoc nomē pater significat relationem, quæ est distinctiua & constitutiua hypostasis. Hoc autem nomen generans uel genitus significat originem, quę non est distinctiua & constitutiua hypostasis.

Ad primum ergo dicendum, quod personæ sunt ipsæ relationes subsistentes. Vnde non repugnat simplicitati diuinarum personarum, quod relationibus distinguantur.

Ad secundum dicendū quod personæ diuinæ non distinguuntur in esse in quo subsistunt, neque in aliquo absoluto, sed solum secundum id, quod ad aliquid dicuntur. Vnde ad earum distinctionem sufficit relatio.

Ad tertium dicendum, quod quanto distinctio prior est, tanto propinquior est unitati. Et ideo debet esse minima. Et ideo distinctio personarum non debet esse nisi per id quod minimum distinguit, s. per relationem.

Ad quartum dicendū, quod relatio presupponit distinctionem suppositorum quando est accidens, sed si relatio sit subsistēs, non præsupponit, sed secum fert distinctionem. Cum enim dicitur, quod relatiui esse, est ad aliud se habere, per ly aliud intelligitur correlatiuum quod non est prius, sed simul natura.

1m de maiori. Seipsis. ℞ Vel aliquo existente seipsa secundum rem licet non secundum rationem. §. Tunc nihil &c. Non enim personæ distinguuntur relationibus, quę a personis sint aliæ secundum rem, quamuis ab eis sint aliæ secundum rationem.

¶ Not. In relatione, ut sic, importatur respectus ad correlatiuum oppositum, qui non importatur in persona, ut sic, ex q. 28. ar. 2. ideo ista duo, relatio & persona, differunt ratione.

2m de maiori. Distinguitur. ℞. In esse absoluto: non, in esse solū ad aliquid. §. Tūc &c. Non enim personę in aliquo esse absoluto distinguuntur, ut argumentum credit, sed solum in esse ad aliquid.

3m de maiori. Prius. ℞. quātū ad esse nō quātū distinguere. §. Tūc &c. Nō. n. tractatur nunc de personis quo ad esse in quo sensu arguitur, sed de personis quo ad distingui.

¶ Not. Illud quod minimum distinguit, dicitur prius in distinguere, illud, quod maxime est, dicitur prius in esse. Prima ergo hæc distinctio, licet realis, est minima, prima hæc entitas est & realis, & maxima.

4m de maiori. Quod præsupponit, ℞. Non sed quod secum fert. §. Tunc &c. Relationes enim diuinæ non præsupponunt distinctionem, ut nostrę, sed eam secum ferunt.

APPENDIX.

Vti. pro S. Eccl.

Ex articulo habes, primo quomodo per rationem ostendas, merito dictum a papa Innocentio de su. tri. & fid. cath. firmiter, Hæc sancta trinitas secundum communem essentiam indiuidua, & secundum personales proprietates discreta. Hæc ibi. Ecce, quod secundum illum in concilio generali tunc loquentem, personæ distinguuntur relationibus, seu [quod in idem redit] proprietatibus personalibus. Item ibi in capitulo. Damnamus. Vt distinctiones sint in personis, & unitas in natura. At personales proprietates, ut ait in c firmiter, distinguunt seu discernunt personas & huiusmodi proprietates sunt distinctiones personarum, ergo secundum illum, proprietas personalis, seu relatio, est in personis. Quid clarius contra errores prænarratos in primo articulo? Item a Concilio Toletano undecimo, in publica pronunciatione fidei catholicę, articulo secundo. Hæc ergo sancta trinitas quæ unus & uerus est Deus, nec recedit a numero, nec capitur numero, in relatione enim personarum numerus cernitur, in diuinitatis uero substantia quid enumeratum sit non comprehenditur. Hæc ibi. Ecce, quod relatio, de mente Concilii, facit numerum personarum. Item a Concilio Florentino sess. 18. diffiniente, quod sola relatio multiplicat diuinas personas. Hic ēt memento eius, quod alibi dictum fuit, uidelicet ex hoc eodem Cōcilio haberi regulam illam infallibilem, quæ est, quod omnia in diuinis sunt unum nisi obuiet relationis oppositio. Per quam regulam de mente Concilii, monstratum fuisse credimus, q̄ spūssanctus non distingueretur p̄sonaliter a filio, nisi procederet origine a filio. Vide in loco suo. q. 36. ar. 2. ad 7. Item a sacris literis. Hæ namque dum explicant nominibus relatiuis diuinas personas (ut Matth. ult. Bapt. in nomine patris & filii & spiritussancti, & alibi,) intelligendum nobis relinquunt ex hoc, quod diuinæ personæ per relationes distinguuntur ab inuicem.

Regula Cōcilii infallibilis.

3 Secundo ex responsione ad tertium habes, quomodo per rationem contundas insanam hæresim Raymundi Lull. [Direct. inquisit. 2. par. q. 9. dicentis, quod personæ diuinæ distinguuntur maiori distinctione, quæ pōt esse. Qui error, cū aliis a Papa Greg. 11. fuit in Cōsistorio &t de consilio fratrum suorum condemnatus, ut ibi dicitur. Si qui ergo forte sentirent adhuc, Gregorii Papæ censuram ignorantes, quod personæ diuinæ in esse absoluto distinguerentur, & non in relatiuo tantum, caueant sibi ab ira uentura, & resipiscant. Tertio uides, quomodo ex his uelissim firmetur doctrina hæc Thomistica.

Salubre monitum.

¶ Not. Præsenti articulo auxiliatur in ordine articulus 212. 214. 210. 195. 186. 166. 13.

Pro studio

Comm. Cardinalis Caietani.

In titulo quæritur non de quocunque, sed de primo distinctiuo. An scilicet relationes distinguant primo personas.

¶ In corpore quatuor facit. Primo præmittit quædam necessaria. Secundo refert quandam opinionem. Tertio improbat eam. Et quarto respondet quæsito.

¶ Quo ad primum tria præmittit scilicet necessitatem quæsiti: quia sunt ibi plura communicantia in uno. Et limites questionis quia non est uagandum in quærendo distinctiua, sed standum infra hæc duo, scilicet relationem & originem quia secundum hæc duo, personę differunt, Et differentiam inter hæc duo atque conuenientiam, quoniam sunt una res, & differunt in modo significandi. Nam relatio significatur per modum formæ, origo vero per per modum actus.

¶ Circa limites quæsiti aduerte primo, quod Scotus in 26. d. 1. nisi timeret ecclesiæ contradicere, ostendit se uelle libenter tenere, quod in persona diuina præter essentiam communem tribus, & relationem ac originem cuique personæ propriam, sit quædam entitas absoluta incommunicabilis, quæ est constitutiua diuinę personæ. Inchoatque positionem hanc a dicto quodam Bonauen. in 25. distinct. fundatque se super authoritate scripturæ, prouerb. 30. Quod nomen eius & quod nomen filii eius si nostis arguens sic. Quæstio quærit dubium, & supponit aliquid certum, ista supponit filii nomen, & quærit nomen proprium eius, ergo filiatio non est eius nomen proprium & constitutiuum. Affert quoque multas rationes & authoritates, quibus, quia ipsemet respondet, dimissis, prædicta duo declaranda sunt. S. Bonauentura in primis non est talis opinionis, quod personæ diuinæ sint absolutæ, ut expresse patet in 26. d. 1. sui, ubi ponit proprietates ut origines distinguere personas, ita quod eis abstractis, non remanent hypostases. Ponitque omnes proprietates esse relationes, seu origines excepta innascibilitate, quę est negatiua. Illa uero uerba quę Scotus adducit, sunt quidem Bonauenturæ, sed ad aliud propositum, ipse enim in uigesimaquinta distinctione primi, articul. 1. quærens de significatione huius nominis persona, tenet, quod persona de generali, & primo significato importat substantiam, de speciali uero & ultimo significato, importat relationem, quia in diuinis proprietas personalis est relatio. Et arguit contra se, quia dici secundum substantiam & secundum relationem, distinguuntur in diuinis ex opposito, ergo non potest persona simul dici secundum substantiam ex generali & primo, & secundum relationem ex speciali & ultimo. Et respondet, quod dici secundum substantiam inuenitur dupliciter, primo, secundum substantialem essentiam, secundo, secundum hypostasim. Et quod dici secundum substantiam, primo modo, distinguitur contra dici secundum relationem, non autem secundo modo, quia substantia, idest hypostasis, ad diuina contrahitur per relationem. Ex hoc autem dicto, liquet etiam cæcis, quod nō ponitur a Bonauentura duplex res absoluta, altera essentialis & altera hypostatica, ut Scotus fingere uellet, sed habetur tantum, quod substantialis dupliciter sumitur, & pro hypostasi, quod etiam habetur quinto Metaphysico, & quod substantia secundo modo

modò, id est hypostasis, dicitur formaliter de personæ diuina, & quòd simul & semel persona diuina est hypostasis, & tamen relatio, &c. Hæc enim omnia communia sunt omnibus Theologis. Valde autem mirum est hoc imponi Bonauenturæ, cum in calce illius articuli expresse dicat, quod persona patris non potest abstrahi à paternitate, salua sua personalitate, quid clarius? &c. Ad id uerò Salomonis, quod Scot. tanti facit, facillime respondetur, quòd est æquiuocatio de nomine filij Dei. Dupliciter enim potest nominari, sicut & concipi. Vno modo secundum suum (vt ita dicã) quod quid est. Alio modo secundum conceptus & nomina ex creaturis abstrahibilia. Et primo quidem modo nullum nomen non solum filij, sed nec Dei habemus. scriptum est enim Isaiæ 54. Generationem eius quis enarrabit? & sic filius est nomen proprium secundæ personæ diuinæ inter nomina parientia nobis cognitionem, quia est. Et cum hoc nomen proprium pertinens ad cognitionem quid est, est ineffabile. Sicut etiam Deus est nomen proprium ipsius Dei, & tamen nomen significans quid est Deus, ineffabile est.

¶ Circa eosdem limites quæsita aduerte secundo, quod relationis nomine author intelligit ipsam relationem indistincte, i. non curando ipsam distinguere in seipsam vt habet actum relationis; & in seipsam ut habet actum proprietatis. Et propterea pluries in hac litera simul dicit proprietatem vel relationem. Dico autem hoc, (quoniam vt inferius patebit) in persona diuina est una res respectiua significata ut origo, & ut relatio inquantum relatio, & ut proprietas indiuidualis, seu personalis. Litera tamen vltimos modos sub vno hic comprehendit, triplici (vt reor) ratione. Primò, quia non habemus nomina primarum intentionum pertinentia ad proprietates nisi relationis vel originis, vt patet discurrendo. Secundo, quia alterum membrum, scilicet relatio, salua sua ratione, poterat subdistingui, vt de facto subdistinctum est in litera 4. art. huius quæstionis. Tertio, quia cum personalitas secundum veritatem sit relatio, personamque reponat in genere ad aliquid, generis nomine large accepto, consequens est ut relationi daretur hic actus.

¶ Circa differentiam assignatam inter relationem & originem dubium occurrit: quoniam falsum uidetur quòd differant in modo significandi. Ambæ enim significantur, & in abstracto & in concreto & adiectiuè & substantiue, & cæteris modis significandi: ergo in hoc non differunt. Est & aliud maius dubium circa subiunctam differentiam, scilicet quòd relatio significatur per modum formæ, origo uero per modum actus. Aut enim per significari per modum formæ, intendit significari per modum principij formalis in denominando, id est vt quo aliquid est tale, & sic differentia nulla est: quoniam sicut paternitas est qua aliquis est, & dicitur pater: ita generatio est qua aliquis est, & dicitur generans. Aut intendit significari ut rem inhærentem: & sic falsum est, quod relatio significetur per modum formæ: quoniam vt ipsemet S. Thomas in quæstio. de potentia, quæst. 8. artic. 2. docuit, relatio licet insit, non tamen significatur, vt inhærens: immo differentia nulla esset: quoniam ut ibidem dicitur, eadem est de actione & relatione quo ad hoc ratio. Ad hæc simul dicitur, quòd non est hic sermo de modis significandi, grammatice, seu ex parte nominis significantis: sed potius metaphysice, seu ex parte rei significatæ, plures vnius rei rationes, appellando plures illius modos. Itaque intẽtio literæ est, quòd illa una res, alio modo, id est alia ratione significatur nomine originis & nomine relationis, siue in abstracto, siue in concreto, siue quouis alio modo grammaticali. Et ex hoc consequenter respondetur ad secundam ambiguitatem: quòd quia forma est quæ dat esse rei formaliter, significari per modum formæ est in proposito, significari per modum dantis esse formaliter. Et quoniam hoc contingit dupliciter, scilicet ex parte nominis, & ex parte rationis significatæ: & iam dictum est, quòd hic non est sermo de modo significandi ex parte nominis, ideo conceditur secundum membrum. Et ad obiectionem in oppositum dicitur, vt iam tactum est, quod aliud est loqui de relatione, vt relatio, & est aliud loqui de reali relatione simpliciter. Relatio enim ut relatio, non est aliquid inhærens, de ratione tamen relationis realis est, vt insit. Itaque inter realem actionem & realem relationem hoc interest, quod actio tam ut actio, quàm vt realis actio, habet rationem egredientis: quãuis forte insit. Relatio autem realis & si ut relatio non habeat rationem nisi assistentis, tamen ut relatio realis habet rationem assistentis & inhærẽtis, & propterea ex parte rationis significatæ significatur per modũ formæ. Et in hoc differt ab origine: & hæc est ratio quare inferius relationi attribuitur distinguere ac constituere personam, & non origini, vt plenius patebit in 4. artic.

¶ Quo ad secundum, recitatur opinio quam sequitur Bonauentura, tria dicens. Primò, quòd relatio non distinguit hypostases, quia consequitur actum. Secundò, quòd origo distinguit eadem ratione, quia scilicet est prior relatione. Tertiò, quòd relationes manifestãt distinctionem, sicut in creaturis proprietates indiuiduales.

¶ Quo ad tertium duæ rationes contra præfatam opinionem adducuntur. Prima est, distinctiuum oportet esse intrinsecum & proprium: ergo nec origo, nec essentia distinguit, ergo relatio. Antecedens probatur in creaturis: in quibus distinctio aut est per materiã, aut per formam. Prima verò consequentia quo ad primam partem probatur: quia origo ut sic, habet rationem viæ, à re, vel ad rem, & sic non est intrinseca. quo ad secundam uerò, quia essentia est communis, & sic non est propria: Secunda verò consequentia probatur per locum à diuisione: quoniam in persona præter essentiam & originem, sola relatio restat. Secunda autem ratio est: distinctiuum personale in diuinis est constitutiuum personæ, sed origini repugnat esse constitutiuum personæ, non autem relationi. ergo non origo, sed relatio distinguit. Antecedens declaratur intuendo duplicem modum distinguendi, scilicet constituendo distinctum: vel distinguendo tantum, iuxta duplicem modum se habendi ad distinctum: contingit enim rem præexistentem distinguere, vt patet in diuisione aquæ, & tunc sola distinctione opus est: contingit etiam rem nõ præexistentem distinguere, & tunc constitutione & distinctione simul opus est. Essentia igitur diuina, quàmuis præexistere intelligatur relationibus distinctiuis, non tamen partitur seu distinguitur per relationes: quoniam semper indiuisa restat. Et propterea distinctiua oportet & distinguere, & constituere personas, vtpotè non præexistentes: vt in antecedente assumptum est. Minor autem quo ad primam partem probatur, quia origo actiuè præsupponit personam: passiuè autem est via in eam. Quo ad secundam autem, quia relationes sunt ipsæ personæ subsistentes, eo quòd non differunt ibi abstractum & concretum.

¶ Circa hanc rationem dubium est de hac vltima probatione, quo ad duo. Primo, quid sibi velint illa verba: relationes constituunt personas inquantum sunt ipsæ personæ. Secundo, quam uim habeant, cum illa adiuncta propositione: abstractum & concretum ibi non differunt. Est autem ratio dubitandi, quoniam si est verum, omni ei quod est ipsa persona, conuenit constituere personam, vt patet ex illatione reduplicatiua, & sic origo inquantum est ipsa persona constituit eam, & similiter essentia &c. Nihil etiam uidetur dictum, quod hoc constituit illud inquantum est ipsum: nisi quòd idem constituat se, quod non est ad propositum. Extra propositum quoque subiuncta videntur uerba illa de abstracto & concreto. De efficacia autem nulla apparentia est, dato quod sint vera: quoniam & esse personas, & abstractum non differre à concreto, verificatur de originibus.

¶ Ad hæc dicitur, quòd per esse personas, non intelligit author tantummodo identitatem, sed identitatem ex ratione ipsius proprietatis, seu relationis. In hoc n. vt suprà dictum est, differt ab origine: quod ipsa ex sua ratione inest, loco cuius in diuinis est idẽ illi cuius est: origo autẽ secundum propriam rationẽ non inest: & consequenter non identificatur ei cui attribuitur. Ly autẽ inquantum, non tenetur reduplicatiue, sed specificatiuè, determinat n. conditionẽ secundum quam conuenit relationi constituere, & non origini: sicut cũ dicitur, homo est crispus inquantũ capillatus, conuenit n. relationi secundũ quod esse aliquid significat in diuina persona cõstituere ipsam. Et quia nõ constituit ipsam vt pars, nec distinguit ut aduentitium: ideo dixit, quòd constituit ipsam inquantũ est ipsa. Itaque sensus est, quòd quia relatio est, ex propria ratione non pars nec aduenient aliquid, sed ipsa persona, ideo & constituit & distinguit, subintelligendo semper sermonẽ de proprijs personarum. Et ad manifestandum, quòd relatio sit ipsa persona, & non pars vel aliquid adductum est, quod ibi abstractum est idem quod concretum, hoc n. non est verũ in his quæ se habent ut totũ & pars. Vnde patet responsio ad obiecta omnia, latens n. sententia, occasio fuit obiectionum. Hæc autem intelligas de his inquantum huic rationi deseruiunt. Sed quomodo absolute uera sit apud authorem hæc propositio, relatio constituit inquantum est persona ipsa, in artic. sequenti dicetur.

¶ Circa dicta in his rationibus aduerte duo. Primum est in prima ratione, quòd omnis distinctio oportet quòd sit per aliquod intrinsecum formam, scilicet vel materiam: hoc enim oportet habere pro fundamento, in materia de principio indiuiduationis, vt non ponatur quantitas intrinsecum distinctiuum Socratis à Platone. Secundum est in secunda ratione, quòd distinguere etiam personam contingit constituendo, & non constituendo. Et hoc oportet habere præ oculis in quæstione de distinctione filij à spiritusancto, vt in q. 36. diffuse diximus.

¶ Quo ad quartum conclusio responsiua est: hypostases diuinæ, melius dicitur quòd distinguantur relationibus, quàm per originẽ. Et quoniam melius supponit vtrumque bonum: declarando conclusionem, primò dicit, quòd vtrumque est verum. Secundò, quòd hoc est melius: quia secundum modum intelligendi, prius & principalius distinguuntur per relationes. Et demum deducit corollarium consistens in differentia inter patris & genitoris nomen: quia pater est non solum proprietatis, sed personæ nomen, genitor autem proprietatis tantum. Et patet sequela; quia relatio constituit, origo autem non. Ad fundamentum autem alterius opinionis, scilicet origo est prior relatione, vtpote consequente ipsam: respondebitur in 4. artic. vbi distinguitur relatio.

¶ In responsione ad primum aduerte, quòd de personis diuinis possumus loqui dupliciter, scilicet secundum se: & sic verũ est quod distinguuntur seipsis: vt Præpositinus & Gregorius de Arimino tenent. Et hoc expressè concedit sanctus Thomas in 1. sentent. dist. 26. q. 2. artic. 1. ad quintum. Si autem considerentur vt notæ & signi-

ficatæ nobis, sic cum non distinguantur à relationibus nisi in modo significandi, constituuntur, & distinguuntur relationibus, sicut Deus constituitur & distinguitur deitate a reliquis.

¶ In responsione ad tertium aduerte, quòd distinctio relatiua ponitur prima inter distinctiones reales. Tum, quia secundum veritatem ipsa sola est simpliciter & omnino necessaria: reliquas enim non implicat contradictionem non esse, quoniam extra Deum sunt. Tum, quia nihil imperfectionis ponit, aut præsupponit: Et propterea ordine perfectionis est prima, & hoc intellige ordinando distinctiones in ordine entium simpliciter: secus enim esset in ordine distinctionum vt sic, vt in post prædicamentis diffuse diximus.

¶ In respon. ad quartum habes tria. Primo, quod relatio subsistens facit distinctionem suppositalem: & de hoc inferius erit sermo. Secundo, quod ly aliud positum in diffinitione ad aliquid seu relatiui, stat pro correlatiuo. Et ex hoc habes quam conformiter dixerimus in q. 13. de termino relatiui. Tertiò, quod ly aliud, non præsupponitur a relatiuo, sed est simul cum eo. Et hinc habes quàm bene quoque dictum sit, quod vnum relatiuum diffinit reliquum, non vt prius, sed vt simul natura & intellectu.

ARTICVLVS III.

Vtrum abstractis per intellectum relationibus à personis, adhuc remaneant hypostases.

AD TERTIVM sic proceditur. Videtur, quòd abstractis per intellectum proprietatibus, seu relationibus à personis, adhuc remaneant hypostases. Id enim ad quod aliquid se habet ex additione, potest intelligi remoto eo quòd sibi additur. Sicut homo se habet ad animal ex additione, & potest intelligi animal remoto rationali. Sed persona se habet ex additione ad hypostasim. Est enim persona hypostasis proprietate distincta ad dignitatem pertinente. ergo remota proprietate personali à persona, intelligitur hypostasis.

¶ 2 Præte. Pater non ab eodem habet quòd sit pater, & quòd sit aliquis. Cùm enim paternitate sit pater: si paternitate esset aliquis, sequeretur quòd filius in quo non est paternitas, non esset aliquis. Remota ergo per intellectum paternitate à patre, adhuc remanet quòd sit aliquis, quod est esse hypostasis. ergo remota proprietate à persona, remanet hypostasis.

¶ 3 Præt. August. dicit 5. de Trinit.* Non hoc est dicere ingenitum, quod est dicere patrem. Quia si filium nõ genuisset, nihil prohiberet eum dicere ingenitum, sed si filiũ non genuisset, non inesset ei paternitas. ergo remota paternitate, adhuc remanet hypostasis patris vt ingenita.

Lib. 5. de trin. c. 6. in princip. tom. 3.

SED CONTRA est, quòd Hilar. dicit 4. de Trin. † Nihil habet filius nisi natum. Natiuitas autẽ est filius. ergo remota filiatione, non remanet hypostasis filii. Et eadem ratio est de aliis personis.

† Lib. 4. de Trin. non multũ remotè à principio.

RESPON. Dicendum, quòd duplex fit abstractio per intellectum. Vna quidem, secundũ quòd vniuersale abstrahitur à particulari, vt animal ab homine. Alia verò secundum quod forma abstrahitur à materia. Sicut forma circuli abstrahitur per intellectum ab omni materia sensibili.

Inter has autẽ abstractiones hæc est differentia, quòd in abstractione, quæ fit secundũ vniuersale, & particulare, non remanet id, à quo fit abstractio. Remota enim ab homine differentia rationali, non remanet in intellectu homo, sed solùm animal.

In abstractione verò quæ attenditur secundũ formam à materia, vtrũque manet in intellectu. Abstrahendo enim formam circuli ab ære, remanet seorsum in intellectu nostro & intellectus circuli & intellectus æris. Quamuis autem in diuinis non sit vniuersale, neque particulare, nec forma & materia secundùm rem; tamen secundum modum significandi inuenitur aliqua similitudo horum in diuinis, secundum quem modum Damasc.* dicit, quòd cõmune est substantia, particulare verò hypostasis. Si igitur loquamur de abstractione, quæ fit secundum vniuersale & particulare, remotis proprietatibus, remanet in intellectu essentia communis, non autem hypostasis patris, quæ est quasi particulare. Si verò loquamur secundum modum abstractionis formæ à materia, remotis proprietatibus non personalibus remanet intellectus hypostasum & personarum. (Sicut remoto per intellectum à patre, quòd sit ingenitus, vel spirans, remanet hypostasis, vel persona patris). Sed remota proprietate personali per intellectum, tollitur intellectus hypostasis. Non enim proprietates personales, sic intelliguntur aduenire hypostasibus diuinis, sicut forma subiecto præexistenti, sed ferunt secum sua supposita, inquantum sunt ipsæ personæ subsistentes. Sicut paternitas est ipse pater. Hypostasis enim significat aliquid distinctum in diuinis, cum hypostasis sit substantia indiuidua. Cum igitur relatio sit quæ distinguit hypostases, & constituit (vt dictum* est) relinquitur quòd relationib. personalibus remotis per intellectum, non remaneant hypostases. Sed (sicut dictum † est) aliqui dicunt, quòd hypostases in diuinis non distinguuntur per relationes, sed per solam originem, vt intelligatur pater esse hypostasis quædã per hoc, quòd non est ab alio: filius autẽ per hoc, quòd est ab alio per generationem. Sed relationes aduenientes quasi proprietates ad dignitatem pertinentes constituunt rationem personæ, vndè & personales dicuntur. Vndè remotis huiusmodi relationib. per intellectũ, remanent quidem hypostases, sed non personæ. Sed hoc non potest esse propter duo. Primò, quia relationes distinguunt & constituunt hypostases, vt ostensum * est. Secundò, quia omnis hypostasis naturæ rationalis, est persona, vt patet per diffinitionem Boet. † dicentis, quòd persona est rationalis naturæ indiuidua substãtia. Vnde ad hoc quòd esset hypostasis, & non persona, oporteret abstrahi ex parte naturæ rationalitatem, non autem ex parte personæ proprietatem.

**Li. 3. orth. fidei, c. 6. in princip.*

**art. præc.*

**art. præc.*

† Boet. lib. de duab. naturis à princip. lib.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod persona non addit supra hypostasim proprietatẽ distinguentem absolutè, sed proprietatẽ distinguentem ad dignitatem pertinentem. Totum enim hoc est accipiendum, loco vnius differentiæ. Ad dignitatem autem pertinet proprietas distinguens, secundum quod intelligitur subsistens in natura rationali. Vndè remota proprietate distinguente à persona, non remanet hypostasis, sed remaneret, si tolleretur rationalitas naturæ. Tam enim persona quàm hypostasis, est substantia indiuidua. Vndè in diuinis de ratione vtriusque est relatio distinguens.

AD SECVNDVM dicendum, quòd paternitate pater non solum est pater, sed est persona: & est quis, siue hypostasis. Nec tamen sequitur, quòd filius non sit quis siue hypostasis, sicut non sequitur quòd non sit persona.

Banner ar. 3.

SVPER Q. XL. ART. III.

212 1. d. 26. q. 1. art. 2. & po. q. 8. ar. 4. & opus. 3. c. 61. & 62.

COncl. 1. Si loquamur de abstractione, quæ fit secundum vniuersale & particulare; remotis proprietatibus remanet in intellectu essentia communis, non autem hypostasis patris.

¶ PROB. Quia in abstractione secundũ vniuersale & particulare, non remanet in intellectu particulare, à quo fit abstractio, sed solum vniuersale; & essentia diuina est quid commune, persona quasi particulare.

¶ CONCL. 2. Si loquamur secundum modum abstractionis formæ à materia, remotis proprietatibus non personalibus, remanet intellectus hypostasum seu personarum: sed remota proprietate personali per intellectum, tollitur intellectus hypostasis.

¶ PROB. primò: Quia in abstractione secundum formam à materia, vtrumque seorsum remanet in intellectu. Secunda autem pars, scilicet sed remota &c. probatur: Quia proprietates personales ferunt secũ sua supposita, inquantum sunt ipsæ personæ subsistentes.

1ᵐ de maiori.

Additione. ℞. Verbum hoc nihil est ad propositum. §. Negatur enim minor: quòd scilicet persona supra hypostasim addat distinctionem; quasi quòd de ratione intrinseca hypostasis non sit esse indiuiduum, id est ab alio distinctum. Ex hoc ergo fit; quòd remota proprietate distinguente, non potest remanere hypostasis.

2ᵐ antecedẽs.

Pater non ab eodem habet &c. ℞. Negatur hoc antecedens. §. Ad probationem illam, Si paternitate esset aliquis sequeretur quod &c. negatur consequentia.

Tertium

3m de concl.e Hypostasis patris. &c. Vt distinguitur à creaturis: non, vt distinguitur ab aliis diuinis personis. §. Tunc &c. vt patet in litera.

¶Coroll. Ex responsionibus his, scilicet ad secundum & tertium, colligitur: quòd pater ab eodem non habet, quòd sit pater, & quod sit quis, vt distinguitur à creaturis; & iterum quòd ab eodem habet, quòd sit pater, & quod sit quis, vt distinguitur à personis aliis diuinis. Quod dicitur de patre hic, intelliges [si sapis] etiam de filio, & spiritusancto.

Ad tertium dicendum, quòd intẽtio August. non fuit dicere, quòd hypostasis patris remaneat ingenita, remota paternitate: quasi innascibilitas constituat & distinguat hypostasim patris. Hoc.n. esse non potest: cùm ingenitum nihil ponat, sed negatiuè dicatur, vt ipsemet dicit. Sed loquitur in communi: quia non omne ingenitum est pater. Remota ergo paternitate, non remanent in diuinis hypostasis patris, vt distinguitur ab aliis personis, sed vt distinguitur à creaturis: sicut Iudæi intelligunt.

APPENDIX.

Ex art. habes primò, quomodo per rationem ostendas, rectè esse dicta in appendicibus art. 1. & 2. illa, quæ ibi dicta sunt. Secundò vice versa quomodo ex ibi dictis in hoc articulo decisa confirmentur, videre potes.

Vtilitas pro Eccle. S. Dei.

¶Not. Istum articulum iuuat articulus in ordine 171. 211. 69. 188.

Pro stud. 2

Comm. Cardinalis Caietani.

In titulo ly abstractis, quod distinguendum erat, in principio corporis distinguitur: per proprietates autem intelligit notiones, siue personales, siue non.

¶In corpore tria facit. Primò distinguit abstractionem in titulo positam. Secundo respondet quæsito. Tertiò tractat quandam oppositam opinionem.

¶Quo ad primum, distinguit abstractionem & applicat eam ad diuina. Distinguit quidem in abstractionẽ totalem & formalem, idest, qua totum uniuersale abstrahit à partibus subiectiuis: & qua forma abstrahit à materia, ponitque inter eas vnicam differentiam; scilicet, quod in totali, abstracti tantum conceptus remanet; in formali vero vtriusque, scilicet, abstracti & eius a quo abstrahitur, vt patet in exemplis literæ. Et si uis diffusè has abstractiones videre, lege commentaria nostra in De ente & essentia, in 1. quæst. applica vero ad diuina non secundùm rem, sed secundum modum significandi, authoritate vtens Damasceni.

¶Quo ad secundum respondet quæsito tribus conclusionibus. Prima iuxta abstractionem totalem, abstractis proprietatibus, non remanent personæ, sed sola essentia. Et probatur, quia personæ se habent ut particularia, essentia ut uniuersale, id est remanet Deus, & non remanet pater & filius & spiritussanctus: habet enim se Deus ad personas vt vniuersale ad particularia, vt Damascenus dixit. Secunda conclusio iuxta abstractionem formalem est, abstractis proprietatibus non personalibus remanent personæ: & declaratur in ambabus, s. innascibilitate & spiratione.

¶Circa hanc conclusionẽ dubium occurrit. Quoniã contradicere videtur doctrinæ traditę in q. 36. vbi dictum est, quod abstracta spiratione à filio, non distingueretur personaliter à spiritusancto. si enim abstracta spiratione, filius remanet persona, vt hic dicitur: ergo remanet hypostasis distincta à personis, quæ esse possunt in natura diuina. & consequẽter non distinguitur personaliter à spiritusancto per spirare. Et econuersò, si distinguitur personaliter per spirare, ergo nõ remanet hypostasis distincta, abstracta spiratione: cuius oppositũ hic dicitur. Ad hoc breuiter ex fundamento supra posito dicitur, quod vtrũque sane intellectum, est verum: abstracta siquidem spiratione, remanet hypostasis filij, vt hic dicitur: & tamen abstracta spiratione, non remanet distinctio illius hypostasis à spiritusancto, vt ibi dicitur. Hæc autem non contradicunt: & ratio est, quia hypostasis illa est relatiua, & cui non remaneret relatiua, ab illa non remaneret distincta. Falsum enim est, quòd persona diuina & vniuersaliter res relatiua per vnum, & idem constituatur & distinguatur relatiuè à cæteris, etiam in eadem natura, vt suprà ostensum est.

¶Tertia verò conclusio est iuxta eãdem abstractionẽ formalem. Abstractis proprietatibus personalib. non remanent hypostases. Et probatur ex vtroque actu proprietatib. personalis, s. cõstituere & distinguere. Ex constituere quidẽ proprietates personales non adueniunt præexistentib. hypostasibus, sed ferunt secum sua supposita, inquantum sunt: ergo ipsis abstractis, non remanent supposita. Ex distinguere verò, hypostasis est substantia indiuidua, ergo est aliquid distinctum in diuinis: ergo remota relatione personali, non remanet hypostasis. & tenet hæc vltima sequela, quia sola relatio ibi distinguit.

¶Circa hanc partem aduerte, quod illa propositio pluries repetita, s. proprietates constituunt personas, seu ferunt secum supposita inquantum sunt ipsæ personæ: non est singularis, sed in omnibus puris & simplicibus communis. Deitas enim constituit Deum, inquantum est ipse Deus: & gabrielitas Gabrielem inquantũ est Gabriel, si sunt omnino idem. Et significant hæ propositiones specialem modum constituendi: dupliciter.n. cum contingat constituere, primo, sicut forma constituit compositum: secundo, sicut simplex constituit simplex, cũ de primo modo constituendi loquimur, quoniam realis est constitutio: simpliciter dicimus, quod anima rationalis constituit hominem &c. Et sic constituens non est constitutum. Cum autẽ de secundo constituẽdi modo est sermo, ad differentiam primi dicitur cũ additione, quod constituit inquantum est ipsum constitutum, nihil aliud intendendo per hoc, nisi quod constitutum pro tanto dicitur constituere, pro quanto ponit se: ponendo enim se constituit, quia ly se, monstrat constitutum, & hoc significat ly inquantum est ipsum. Itaque paternitas ponendo se, constituit patrem, quia ipsa est pater. Et sic ly inquantum, tenetur reduplicatiue: modumq; constituendi reduplicat in simplicibus. Vnde ex hoc habes facilem viam respondendi obijcientibus contra huiusmodi propositiones.

¶Quo ad tertium refertur & confutat opinionem quandam dicentem; quòd abstractis relationibus remanent hypostases, sed non personæ. Et ratio primi est, quia remanent origines distinguentes. Ratio verò secundi: quia relationes pertinent ad dignitatem, quæ est de ratione personæ, non autem hypostasis. Confutatur autem dupliciter. Primò, ratio primi dicti, quia relationes probatum est esse prima distinctiua. Secundò, ratio secundi dicti: quia dignitas qua differt persona ab hypostasi, tenet se ex parte naturæ. Persona enim addit supra hypostasim ex parte naturæ intellectualitatem. Ex parte autem ipsius indiuidui, nihil penitus addit, vt patet ex diffinitione Boet. Vnde, quia relationes se tenent ex parte indiuiduationis, falsum est, quòd relationes sint proprietates personæ, & non hypostasis: sunt enim æque abstracta persona & hypostasis ex parte indiuiduationis: quamuis ex parte naturæ dignioris, persona sit quid magis terminatum.

¶In responsione ad secundum aduerte, quòd vt dicitur 5. Metaphys. non inconuenit quædã dici ad aliquid secundum nomina specifica, quæ non dicuntur ad illud secundum nomina generica. Et propterea non inconuenit similiter accidere in proposito, scilicet, quòd pater, patris nomine & re, referatur ad filium, personę autem re quidem, sed non nomine referatur ad eundem. Accidit enim hoc, quia (vt in litera dicitur) paternitate pater est & pater, & persona, sed persona significat esse illam per modum absoluti. Dixi autem hæc propter argumenta Aureoli, & Scoti: quæ tacenda censui. Ex hoc enim facile soluuntur.

S. Bonau. 1. s. d. 27. q. 2. & d. 28. q. 1. & d. 13. q. 4. Scot. 1. s. d. 28. q. 2. Aegid. 1. s. d. 27. q. 2. pri. princ. Cap. 1. d. 26. q. 1. conc. 3. Bannes art. 4.

213 1. d. 27. q. 1. art. 2. & pot. q. 10. artic. 3. & op. 3. cap. 63. & 64. * Lib. 1. di. 27. par. 6.

ARTICVLVS IIII.

Vtrum actus notionales præintelligantur proprietatibus.

Ad quartum sic procedit. Videtur quod actus notionales p̃intelligitur proprietatibus. Dicit.n. Magist. * 27. dist. 1. sent. quòd pater semper est, quia genuit filium. Et ita videtur quòd generatio secundũ intellectum præcedat paternitatem.

¶2 Præterea. Omnis relatio præsupponit in intellectu id supra quod fundatur: sicut æqualitas quantitatem. Sed paternitas est relatio fundata super actione, quæ est generatio. ergo paternitas præsupponit generationem.

¶3 Præte. Sicut se habet generatio actiua ad paternitatem, ita se habet natiuitas ad filiationem. Sed filiatio præsupponit natiuitatem. ideo.n. filius est, quia natus est. ergo & paternitas præsupponit generationem.

Sed contra. Generatio est operatio personæ patris. Sed paternitas

SVPER Q. XL. ART. IIII.

Concl. 1. Origines passiue significatæ simpliciter præcedunt secundum intellectum proprietates, personarũ, procedentium, etiam personales.

¶Prob. Quia origo passiuè significata denotatur, vt via ad personã proprietate cõstitutam. [Ergo generatio passiuè significata præsupponitur ad filiationem. Intelligitur enim priùs generari, quàm quod sit filius: licet ibi secundum rem non sit prius & posterius].

¶Concl. 2. Origo actiue significata prior est secun-

secundũ intellectum, q̃ relatio non personalis personæ originantis.

¶Probatio, vel potius quædam exemplificatio. Quia [vel potiùs, sicut] actus notionalis spirationis [id est spirare] præcedit secundum intellectum proprietatem relatiuam innominatam, communem patri & filio, [quia scilicet proprietate referuntur ad spiritumsanctum].

¶Coroll. Ergo spiratio actiua præsupponitur ad referri ad spiritumsanctum. Intelligit enim prius, quòd spirent: pòst, quòd referantur ad personam spiratam.

¶Concl. 3. Proprietas personalis patris, inquantum est relatio, secundum intellectum præsupponit actum notionalem.

¶Prob. Quia relatio, vt relatio, fundatur super actum.

¶Coroll. Ergo paternitas, vt est relatio ad filium, præsupponit generationem. Intelligitur enim prius, quòd pater generet filium: pòst, quòd referatur ad illum.

¶Concl. 4. Proprietas personalis patris, inquantum est constitutiua personæ, præintelligitur necessariò actui notionali.

¶Prob. Quia persona agens præintelligitur actioni.

¶Coroll. Ergo intelligitur prius: quòd persona reperiatur, seu constituta sit, in rerum natura: pòst, quòd generet, vel spiret, vel vniuersaliter agat.

constituit personã patris. ergo prius est secundum intellectum paternitas quam generatio.

Respon. Dicendum, q̃ secundũ illos, qui dicunt, q̃ proprietates non distinguunt, & constituunt hypostases, sed manifestant hypostases distinctas & constitutas, absolutè dicendũ est, quòd relationes secundum modum intelligendi, consequuntur actus notionales, vt dici possit simpliciter quòd quia generat, est pater. Sed supponendo, quòd relationes distinguant & constituant hypostases in diuinis, oportet distinctione uti. Quia origo significatur in diuinis actiuè & passiuè: actiuè quidem, sicut generatio attribuitur patri, & spiratio sumpta pro actu notionali attribuitur patri & filio. Passiuè autem, sicut natiuitas attribuitur filio, & processio spiritusancto. Origines enim passiuè significatæ simpliciter præcedunt secundum intellectũ proprietates personarum procedentium etiam personales. Quia origo passiuè significata significatur, vt via ad personam proprietate constitutam. Similiter & origo actiuè significata prior est secundum intellectum, q̃ relatio personæ originãtis, quæ non est personalis. Sicut actus notionalis spirationis, secundum intellectum præcedit proprietatem relatiuam innominatam communem patri & filio: sed proprietas personalis patris potest considerari dupliciter. Vno modo, vt est relatio, & sic iterum secundum intellectum, præsupponit actum notionalem. Quia relatio inquantum huiusmodi fundatur super actum. Alio modo, secundum quòd est constitutiua personæ, & sic oportet, quòd præintelligatur relatio actui notionali, sicut persona agens præintelligitur actioni.

Ad primum ergo dicendum, quòd cum Magister dicit, quòd quia generat, est pater: accipitur nomen patris secundum quòd designat relationem tantum, non autẽ secundum quòd significat personam subsistentem: sic enim oporteret econuersò dicere, quòd quia pater est, generat.

Ad secundum dicendum, q̃ obiectio illa procedit de paternitate, secundum q̃ est relatio, & non secundum quòd est constitutiua personæ.

Ad tertium dicendũ, q̃ natiuitas est via ad personam filii. Et ideo secundũ intellectum præcedit filiationem, etiam secundum quòd est constitutiua personæ filii. Sed generatio actiua significatur vt progrediens à persona patris. Et ideo, præsupponit proprietatem personalem patris.

QVAE-

1m ex Magistro. Pater. R. Vt tantùm dicit relationem: non, vt dicit personam. §. Tũc nihil &c. Licet enim actus notionalis, vt generare, præcedat proprietatem personalem [id est paternitatem], inquantum est relatio: vt conclusio tertia dixit: tamen hanc, inquantum constituit personam, sequitur: vt ait quarta conclusio.

2m de maiori. Relatio. R. Vt relatio: non, vt constitutiua personæ. §. Tunc &c. Licet enim constitutiuum personæ sit relatio, & econuerso, vt arguitur: tamen constitutiuum, vt constitutiuum, non est relatio, vt relatio, neque econuerso: Vt conclusiones intendunt.

3m de maiori. Ita. R. Quantum ad hoc; q̃ referuntur ad personam: non, quantum ad modum quo referuntur ad illam. § Tunc nihil &c. Nam circa modum, quo referuntur seu respiciunt personas, versatur quæstio: & in hoc differunt. Quia enim natiuitas, per modum viæ ad aliquid, refertur ad filium: iccircò ipsa præcedit filiationem, etiam inquantum filiatio est constitutiua filij [vt arguitur, & conclusio prima testatur]: quia verò generatio, per modum viæ ab aliquo, refertur ad patrem: ideò ipsa sequitur paternitatem, secundum quòd paternitas est constitutiua patris [vt quarta conclusio dixit].

APPENDIX.

Ex art. habes primò: quomodo per rationem ostẽdas, meritò esse dictum à Patriarcha Constãtinopolitano, in Concil. Florent. sess. 9. Diuinã personã constitui ex diuina substantia, & ex ꝓprietate ꝑsonali. Itẽ à Concil. Tolet. 11. in publica protestatione fidei artic. secundo, fuisse rectè dictũ; quòd diuinæ personæ ad inuicem sunt pater ad filiũ, filius ad patrẽ, spiritussanctus ad vtroíque. D. Thomas. n. hic declarans, quod proprietas personalis est & constitutiua personæ & relatio, dat per hoc tibi modum & intelligendi & sustinendi in bono sensu Cõciliorum illorum varia dicta: dũ Patriarcham supradictum proprietatẽ personalẽ dicere constitutiuã personæ, & Toletanũ Synodũ audis attribuere hoc ipsum relationi. Secundò habes ex dictis in artic. 2. & 3. quomodo intelligas ibi Conciliũ Florentinum, nè erres. Non enim per ly ex diuina substantia, & ex proprietate personali intelligere debes vel inferre, q̃ persona diuina sit quid compositum ex proprietate illa & ex substantia, puta ex paternitate & ex aliquo alio. Nam contra Petrum Abaylardum in Concilio Senonensi definitur, quòd personæ diuinæ nullo modo sunt compositæ: & consequenter, salua fide, non potes ponere compositionem aliquam in personis diuinis. Intelligitur autem illud Patriarchæ dictum sic, quòd persona constituitur ex proprietate personali, quæ secundum rem non est aliud, quàm natura diuina. Habetur hæc expositio ex quæst. 29. artic 4. in corpore, à medio, & infra. Ex illo etiam Patriarchæ dicto habes: quod personæ diuinæ non distinguuntur seipsis, id est se totis. Conueniunt enim in aliquo communi, id est in diuina natura, secundum definitionem Concilij Lateranensis, de summa Trinit. & fide cathol. firmiter, dicentis: sancta Trinitas secundum communem essentiam indiuisa est, secundum verò proprietates personales discreta. Tertiò vides: quomodo ex his vicissim firmetur doctrina hæc Angelica.

¶Not. Articulo huic seruit articulus in ordine 311. 312. 321.

Vtilitas pro Eccle. S. Dei.

a

3 Pro studio.

Comm. Cardinalis Caietani.

Titulus satis ex præcedentibus est clarus.

¶In corpore duo facit. Primo respondet secundum opinionem superius minus probatam. Secundò respondet iuxta viam quam sequitur.

¶Quo ad primum, conclusio secundum illos est vnica. Relationes consequuntur actus notionales: & manifestatur, quia apud eos non distinguunt, nec constituunt hypostases, &c.

¶Quo ad secundũ, primo distinguit originem in actiuam & passiuam, manifestando eas exẽplariter. Secundo, ponit conclusionẽ unã de origine passiua. Origo passiuè præcedit proprietates personarum procedentium, etiam personales. Probatur, quia significat vt uia ad personã proprietate constitutam. Tertiò, ponit secundã conclusionem de origine actiuè. Origo actiuè præcedit relationem originantis non personalem. Et manifestatur in communi spiratione, vt est actus, & vt est relatio. Quartò, distinguit personalem proprietatem patris, quæ sola restabat: quòd potest dupliciter considerari, scilicet vt relatio, & vt constitutiua personæ. Et ponit hanc conclusionem, quòd paternitas vt est relatio, sequitur generationem; vt verò constitutiua personæ, præcedit generationem. Et declarat primam partem, quia relatio fundatur super actum. Secundã verò, quia actio præsupponit personam agentem.

¶Circa vltima dicta dubium occurrit. Primò, quia videntur hæc contrariari supradictis in art. 2. Quia aut loquimur de origine & relatione secundũ rem, & sic non differunt. Aut secundũ rationem: & sic, cũ vtraque earum sit multiplex, quoniam potest sumi origo, vt origo, & ut constitutiua personæ, sicut & relatio. Et nec relatio vt relatio, nec origo vt origo constituit: aut distinguendum erat de origine, sicut de relatione distinctum est, aut affirmandum non erat, quod relatio magis quàm origo constituit & distinguit.

¶Circa eandem quoque partem, dubium occurrit maius. Quoniam paternitas, verbi gratia, aut est forma constitutiua sub expressa ratione paternitatis: aut sub alia ratione: si sub ratione paternitatis, ergo inquantum relatio: & sic distinctio nulla. Si sub alia ratione, ruunt, supradicta: quibus conatus est author ostendere, quòd constituere & distinguere personam sit actus relationis, vt distinguitur contra essentiam, & contra originem, vt patet in art. 2. & 3.

Et con-

Et confirmatur, atque augetur dubium, quoniam à S. Tho. quatuor prædicata habemus realia, ratione quorũ attribuitur relationi constituere personam. Primũ est essentia diuina. inquit. n. in q. de potẽtia, q. 8. ar. 3. in respon. ad 7. q relationes constituunt hypostases, inquantũ sunt essentia diuina. Secundum est ly diuina, inquit. n. in 1. sent. dist. 26. artic. 2. ad primum, q relatio inquantum diuina distinguit hypostasim. Tertium est ly subsistens, dixit enim in 2. art. huius quæst. in respons. ad quartum, q relatio si sit subsistens, fert secum distinctionem suppositalem. Quartum est ly ipsa persona, dixit. n. in prædicto art. quod relationes constituunt & distinguunt hypostases, inquantum sunt ipsæ personæ subsistentes. Ex quibus omnibus conflatur ambiguitas, an de mente S. Th. relatio sit constitutiua personæ, stando infra latitudinem relationis & conditionum eius: an vt includit essentiam, seu aliquod essentiale. Vndique enim angustię sunt. Si enim infra latitudinem relatiuam constituit, ruunt allegata ex locis prædictis. Si autem vt est idem alicui absoluto constituit, sequitur quòd personalitas in diuinis est formaliter absoluta. cuius oppositum confessi sumus. Accedunt quoque argumenta Aureo. apud Capr. in 26. dist. 1. specialiter contra illud dictum sumptum ex quæstionibus de potentia Dei. Et rursus, contra tertium dictũ sumptum ex 2. artic huius quæstionis. s. relatio vt subsistens constituit, quærendo quid importat ly vt subsistens: & breuiter inferendo, q hoc nihil aliud est nisi quòd idem constituat se, vel quòd constituens vt constitutum constituat.

¶ Ad euidentiam horum scito, q licet non desint Thomistæ tenentes oppositũ propter illa adducta ex quæstionibus disputatis, & illis alludentia in 1. sent. mihi tamen vr̃ de mẽte S. Th q relationes illæ quas dicimus personales, s. primæ, & incõicabiles, infra latitudinem relatiuam suam, tamen constituunt personas. Moueor autẽ ex doctrina huius quæstionis: expresse enim imprimis, actus cõstituendi personaliter in 2. art. attributus est relationi, vt distinguitur contra essentiã, & etiam originẽ: ergo non inquantum est essentia, constituit personam. Deinde in ar. 3. expresse dictum est, quòd relationes personales ferunt secum sua supposita: si ergo secum ferunt, non inquantũ sunt essentia supponsitant, quoniã constat, quòd non ferũt secum essentiam. Postmodum etiam ibidem in responsione ad secũdum explicite dictum est, quod pater est paternitate non solum pater, sed quis, & hypostasis. Constat autem, quòd id quod conuenit personæ paternitate formaliter, non conuenit ei inquantum est eadem essentiæ, sed vt potius distinguitur ab ea. Vt tamen omnia consonent, & melius percipiatur intentum, scito, quod aliud est relationem habere aliquid, quia est eadem essentiæ, & aliud est relationem habere aliquid, vt est essentia. Primum enim significat relationem habere illud ab essentia radicaliter, secundum autem formaliter. Exemplum primi: relatio est res realis, exemplum secundi: relatio est creatrix. Vnde in proposito imaginor, quòd quemadmodum relatio illa non ex hoc quod relatio, sed ex esse, quod de numero essentialium est, est realis, vt suprà dictum est contra Porretanos: & tamen realitas conuenit relationi illi per seipsam formaliter, per essentiam autem radicaliter. Ita esse subsistentis naturæ subsistentia hypostatica, conuenit illi relationi, puta paternitati per seipsam formaliter: per essentiam autem radicaliter. & sic relatio illa, non inquantum relatio, quia conueniret omni relationi, sed inquantum illa, i. inquantum res relatiua hypostatica & prima constituit personam itaque esse constitutiuum hypostasis, seu esse hypostaticum, non ratione alicuius absoluti formaliter illi conuenit, sed ratione sui. Nec oppositum volunt loca allegata: quoniam in quæstionibus disputatis intendit, quòd constituere habent ab essentia radicaliter, vt patet ex q. 9. artic. 5. ad 13. vbi idem iudicium de hoc censet, & de ratione quare pater est paternitas, s. propter identitatem cum essentia: quod constat radicaliter intelligi. Relatio quoque potest dupl͡r dici diuina, vno s. modo identicè, quia s. est eadem deitati alio modo formaliter, quia .est in genere diuinorum: In proposito hoc secundo modo relatio est diuina: est enim paternitas illa increati & supremi, ac per hoc diuini ordinis seipsa formaliter, quamuis ab essentia hoc habeat radicaliter, cui est eadẽ. Et quoniã res ex hoc quòd diuina formaliter subsistens, seu substantifica est: (nihil enim diuinum accidentis naturam habere potest) idcirco in idem redit: dicere relatio vt diuina, & vt subsistens: ita quòd relatio, puta paternitas vt substantifica relatiua res est, personam patris constituit: subintellectis alijs conditionib. s. incõicabilitate & primitate ad differentiam spirationis: quæ etiam si soli patri conuenirer, quia non est prima, non constitueret personam. Vndè patet quid est dictu relatio, ut subsistens, s. substantificæ naturæ secundum se formaliter est. Ex enim hoc habet, quòd constituat hypostasim, q non includit essentiam intrinsecè, sed connotatã vt radicem. Et quoniam secundũ ueritatẽ hic non est distinctio inter constituens & constitutum, nisi in modo significandi: idcirco ad hoc insinuandũ, dictum est, q relatio constituit inquantũ est ipsa persona, i. relatio constituit personam, hoc solo modo, s. ponendo seipsam, quia est ipsa persona. Et ppea constituens & cõstitutum sunt omnino idem realiter & formaliter, soloq; modo significandi distincta. Colligendo igitur omnia, cũ dictum est: relatio constituit personam, quia est diuina essentia. quia diuina, quia subsistens, quia ipsa persona: essentia radicẽ diuina denominatio, conditionem formalem in cõi, subsistentia eandẽ in speciali, & ipsa persona modũ constituendi personam expressit: Tanta enim celsitudinis constitutio pluribus debuit quo ad plures conditiones nominibus explicari. Vnde Aureoli rationes omnes cessant. Aduertentes nãque quando de radice, quando de conditione formali, & quãdo de modo constituendi est sermo: nec miscentes vnum alteri: animaduertent pariter, aut in æquiuoco laborare, aut non esse inconueniens quod inconueniens apparet: puta quòd constituens constituat inquantum est ipsum constitutum, si ly inquantum specificet modum constituendi &c. Expedita igitur vltima difficultate retrogradum prosequendo ordinem ad reliquas dicendum est. Et ad secundã quidem dicitur, q sicut apud Logicos relatio dupliciter significatur, s. vt concepta, & vt exercita, & tamen vnamet relatio est: ita in proposito, paternitas vt exercita consequitur actum generationis, & ipsamet sub expressa ratione paternitatis vt concepta, præcedit generationem & constituit hypostasim: vnde, non coincidunt membra. Nec sequitur, ergo paternitas præcedit inquantum relatio, communicando in vocabulis cum litera: quoniam in litera paternitas ut relatio, significat paternitatem, vt exercet actum relationis vt relatio est: paternitas verò vt constitutiua personæ significat paternitatem eandem, ut exercet actum hypostaticæ formæ. Et licet vtrumque infra relatiuam illius latitudinem comprehendatur, simul tamen non sunt secundum rationis ordinem, sed paternitas vt præcedit generationem, constituit & distinguit relatiuam personam patris: in esse hypostatico relatiuo realiter & formaliter, sed non relatiuè exercito: & ideo vocatur paternitas, non ut relatio, sed ut constitutiua. Vt consequitur autem generationẽ constituit, & distinguit eandẽ personam non in esse hypostatico, sed in esse relatiue exercito. & ideò uocatur paternitas ut relatio, ita q, non sunt duo esse relatiua in patre, sed vnum tantum datũ à paternitate formaliter ante generationẽ vt hypostaticum, & post ut exercitum. Et similiter vnica est distinctio relatiua patris à filio, sed data prius vt hypostatica, & post ut exercita: & sic de similibus. Et hæc si perspicies, omnia consonabunt, & videbis quomodo Sco. ratio in 1. dist. 28. q. vlt. contra hanc distinctionem literæ nihil ualet, quia laborat in æquiuoco: non percipiens, q ly ut relatio hic significat nõ naturam, sed actum, seu officium relationis, vt expositum iam est. Percipies quoque, quàm uanus fuerit tantus eiusdem labor in quolib. q 4. eodem pollutus peccato, paternitas enim vt constitutiua, & ut relatio, non duas naturas, sed unam, & illam atomam, s. paternitatem importat significando distinctas eiusdem relationis rationes: secundùm quarum vnam præcedit generationem, & secundum alteram sequitur: sed relationis vocabulum eum decepit, & motiuum de quo in q. 42. art. 3. erit sermo, vbi reliqua soluentur.

¶ Ad primam uerò dicitur, quòd relatio distingui & affirmari debuit, & non origo. Primò, quia opinantes oppositum non distinguunt de origine, sed ut originem ipsam constituentem faciunt, non curantes de modo significandi. Secundo, quia relatio realis, vt dictum est, secundũ propriam rationem, non solum adest, sed est ut dictum est, contra Porretanos: origo autem ut sic, vix tantum habet rationem. Tertiò, & potissime, quia in diuinis duo tantum genera saluantur, secundũ Boetium, s. substantia & ad aliquid: persona autẽ diuina est formaliter ad aliquid, vt supponimus, & consequenter, oportet constitutiuũ personæ esse ad aliquid. Et propterea oportuit relationem affirmare, &, deinde distinguere in duplicem eius actum, s. relationis, & talis, vt expositum est. Si communis autẽ doctrina sanctorum in diuinis genera originis, puta actionis & passionis posuisset, & non relationis, proculdubio origo affirmaretur constituens, & distingueretur. Quia igitur oppositum de facto est, idcirco optimè relatio præ affirmata ac distincta est.

Scot. i s. d. 13. q. 1.
Pet de Pal. 1. s. d. 27. q 2.
Cap. 1. d. 9. q. 1. conc. 2. & dist. 27. q. 1. con. 3. & 2.

QVÆSTIO XLI.

De personis in comparatione ad actus notionales, in sex articulos diuisa.

DEINDE considerandũ est de personis in cõparatione ad actus notionales.

Et circà hoc quæruntur sex.

¶ Primò, Vtrum actus notionales sint attribuendi personis.

¶ Secundò, Vtrum huiusmodi actus sint necessarii, vel voluntarii.

¶ Tertiò, Vtrum secundum huiusmodi actus, persona procedat de nihilo, vel de aliquo.

SVP. Q. XLI. AR. 1.

CONCL. Ad significandũ originis ordinẽ in diuinis personis, necessarium fuit, attribuere personis actus notionales.

¶ PROB. Quia diuinæ personæ distinguuntur secundũ originẽ; & origo non potest cõuenienter designari, nisi per actus aliquos [Hi dicũtur actus notionales].

1^m de concl.^e

Actio. R. Designãs processum creaturarum à Deo: non, designãs processum personæ diuinæ à persona. §. Tunc &c. Licet.n. actio designans processum creaturarum à Deo pertineat ad essentiam: tamé actio dicens processionem diuinæ personæ à persona pertinet ad notionem.

2 ex August.

214 Opusc. 3. cap. 65. * In medio lib.

Relationem. R. Secundum rem, & modum significandi, simul; vel secundum rem tantum. §. Tunc &c. Licet.n. notio non sit relatio secundum modum significandi, vt arguitur: est tamé relatio secundum rem.

3^m de maiori.

† Lib. 5. de Trini. c. 4. & 5. 10. 3.

Actionis. R. Importantis originem cũ motu: non, importantis originem sine motu. §. Tunc nihil &c. Licet.n. in diuinis ponãtur notionales actus, vt dicunt originem sine motu; non tamen ponuntur ibi, vt dicunt originem cum motu.

APPENDIX.

Vtilitas pro Eccle. S. Dei.

* Cap. 1. in prin. to. 3.

EX artic. habes primo, quomodo per rationem ostendas, meritò dictũ à Papa Innocentio in Concil. Lateran. de sum Tri. & fide cath. firmiter. Pater generans, filius nascens, spiritussanctus procedens. Item in c. Damnamus. Est pater, qui generat, filius, qui gignitur; spiritussanctus, qui procedit. Conciliũ nãque patenter attribuit actus notionales, [id est generare, generari, procedere] diuinis p̃onis. Item à regulis fidei, traditis ab August. in lib. de fide ad Petrum, vt adducitur in argum. sed contra. Item à Psal. 2. Ego hodie genui te, & 109. Ex vtero ante Luciferũ genui te. Vbi actus notionalis attribuitur personę patris. Secundò habes, quomodo huiusmodi sensum rectum & scripturarũ & Conciliorum per rationem defendas obiecta in contrarium diluẽdo. Id quod in omnib. similibus pro vtilitate sanctorum dogmatũ, etiam quod specialiter nõ annotaretur, esse vbique aduertendum obseruandumque, aliàs docuimus. Tertiò vides: quomodo ex his vicissim firmetur conclusio.

* q. 33. artic. 3.

¶ Not. Præsenti art. suffragatur in ordine articulus 166. 211. 183. 239. 167. 108.

¶ Quartò, Vtrum in diuinis sit ponere potentiam, respectu actuum notionalium.

¶ Quintò, Quid significet huiusmodi potentia.

¶ Sextò, Vtrum actus notionales, ad plures personas terminari possint.

ARTICVLVS I.

Vtrum actus notionales sint attribuendi personis.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur, quòd actus notionales non sint personis attribuendi. Dicit enim Boet.* in lib. de Trin. quòd omnia genera cũ quis in diuinam vertit prædicationẽ, in diuinam mutantur substantiam, exceptis relatiuis. Sed actio est vnum de decem generibus. Si igitur actio aliqua Deo attribuitur, ad eius essentiam pertinebit, & non ad notionem.

¶ 2 Præt. August.† dicit 5. de Trin. quòd omne quod de Deo dicitur, aut dicitur secundum substantiam, aut secundum relationem. Sed ea quæ ad substantiam pertinent, significantur per essentialia attributa: quę verò ad relationem, per nomina personarũ, & per nomina proprietatum. Non sunt ergo præter hæc, attribuẽdi personis notionales actus.

¶ 3 Præt. Propriũ actionis est ex se passionem inferre. Sed in diuinis nõ ponimus passiones. ergo neq; actus notionales ibi ponendi sunt.

SED CONTRA est, quod Aug.* dicit in lib. de fide ad Petr. Proprium quidem patris est, quòd filiũ genuit. Sed generatio actus quidã est. ergo actus notionales ponendi sunt in diuinis.

RESP. Dicẽdum, quòd in diuinis personis attenditur distinctio s̃m originem. Origo autem conuenienter designari non potest nisi per aliquos actus. Ad significandum igitur originis ordinem in diuinis personis, necessarium fuit attribuere personis actus notionales.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd omnis origo designatur per aliquem actum. Duplex autẽ ordo originis attribui Deo potest. Vnus quidem, secundum quòd creatura ab eo progreditur: & hoc commune est tribus personis. Et ideò actiones, quæ attribuuntur Deo ad designandum processum creaturarum ab ipso, ad essentiam pertinent. Alius autem ordo originis in diuinis attenditur, secundũ processionem personæ à persona. Vndè, actus designantes huius originis ordinem, notionales dicuntur: quia notiones personarum sunt personarum habitudines adinuicẽ, vt ex dictis * patet.

AD SECVNDVM dicendũ, quòd actus notionales secundum modum significandi tantum, differunt à relationibus personarum, sed re sunt omnino idem. Vndè, Magister dicit in 1. senten. 26.† quòd generatio & natiuitas aliis nominibus dicuntur paternitas & filiatio.

† §. 1. circa fin.

Ad cuius euidentiam attendendum est, quòd primo oportet cognoscere originẽ alicuius ab alio ex motu. Quia enim aliqua res à sua dispositione remoueretur per motum, manifestum fuit hoc ab aliqua causa accidere. Et ideo actio, secundum primam nominis impositionem importat originẽ motus. Sicut enim motus prout est in mobili ab aliquo, dicitur passio: ita origo ipsius motus secũdum quòd incipit ab alio, & terminatur in id quod mouetur, vocatur actio. Remoto igitur motu, actio nihil aliud importat, quàm ordinem originis, secũdum quòd à causa aliqua, vel principio procedit in id quod est à principio. Vndè, cum in diuinis non sit motus, actio personalis producẽtis personam, nihil aliud est, quàm habitudo principii ad personam, quæ est à principio. Quæ quidem habitudines sunt ipsæ relationes, vel notiones. Quia tamen de diuinis & intelligibilibus rebus loqui non possumus, nisi secundum modum rerum sensibilium, à quibus cognitionem accipimus, & in quibus actiones, & passiones inquantum motum implicant, aliud sunt à relationibus, quæ ex actionibus & passionibus consequuntur: oportuit seorsum significari habitudines personarum per modum actus, & seorsum per modum relationum. Et sic patet, quòd sunt idem secundum rem, sed differunt solum secundum modum significandi.

D. 39.

AD TERTIVM dicendum, quòd actio secundum quòd importat originem motus, infert ex se passionem: sic autem non ponitur actio in diuinis personis. Vndè, non ponuntur ibi passiones, nisi grammaticè loquendo, quantum ad modum significandi, sicut patri attribuimus generare, & filio generari.

Comm. Cardinalis Caietani.

TItulus ex prædictis patet, sunt enim actus notionales generare, spirare, dicere, &c.

¶ In corp. vnica est cõclusio respõsiua quæsito affirmatiuè. Actus notionales attribuẽdi sunt personis, & probat̃ sic. In diuinis personis est distinctio secundũ ordinem originis: ergo necesse fuit actus notionales attribuere personis. & probatur sequela, quia huiusmodi ordo non potest conuenienter designari, nisi cum his actibus.

¶ In respõ. ad 2. aduerte, quòd duo dicit, s. quòd actiones illæ sunt idem realr̃ quod relationes, & quòd differunt ratione ab eis. Et primũ probatur, quia actio subtracta motu nõ est nisi relatio &c. Secundũ verò, quia de diuinis sensibilium more, intelligimus & loquimur &c. Et hic est locus, quo vtuntur dicentes actionem, esse subiectiue in passo. Sed facile ad hoc respondetur, quod hic est sermo de actione vt actio est, & non vt accidens est, vel substantia: & ideo nihil iuuat.

S. Bonau. 1. s. d. 10. q. 1. art. 1. Alens. pri. p. su. quæst. 43. mem. 3. ar. 2. Scot. 1. s. d. 10. q. 1. Richar. 1. s. d. 10. q. 1. Duran. 1. s. d. 10. q. 1. Mairo. 1. s. d. 10. q. 1. Bacco. 1. s. d. 11. q. 1. Capr. 1. d. 10. q. 1. con. 2. Bannes q. 41. art. 1.

215 1. d. 6. art. 1. 2. & 3. & po. q. 2. artic. 3.

ARTICVLVS II.

Vtrum notionales actus sint voluntarii.

AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur, quòd actus notionales sint voluntarii. Dicit enim Hilarius * 1. lib. de Synod. Non naturali necessitate ductus, pater genuit filium.

*In medio lib. & est di finitio 25. & etiã aliquãtulum à med. lib.

¶ 2 Præt. Apost. Coloss. 1. Transtulit nos in regnum filii dilectionis suæ. Dilectio autem voluntatis est. ergo filius genitus est à patre, voluntate.

SVP. Q. XLI. AR. II.

COncl 1. Pater genuit filium voluntate; secundum quòd hic ablatiuus dicit concomitantiam tantum.

¶ Co-

¶ Corol. Ergo actus notionales sunt uoluntarij concomitáter solum.

¶ Prob. Quia sicut ex eo, quod Deus vult se esse Deum, dicitur esse voluntate Deus: ita ex eo, quod pater vult generare filium, dicitur generare filium voluntate.

¶ Concl. 2. Pater non genuit filiũ voluntate; secundũ quòd hic ablatiuus dicit habitudinem principij: sed voluntate sic sumpta produxit creaturam.

* Hic lib. ad Orosiũ inscribitur Dial. 65. † q. habetur tom. 4. cap. 7. in principio.

¶ Coroll. Ergo actus notionales non sunt voluntarij principiatiue.

¶ Prob. Quia filius non potest sic, vel aliter, esse: & creatura potest sic, vel aliter, esse.

¶ Concl. 3. Pater genuit filium natura.

¶ Not. Hoc simpliciter fatendum est

¶ Prob. Quia eorũ, quæ non possunt nisi sic esse, principium est natura: & filius non potest nisi sic esse.

1^m ex Hilario.

Necessitate. ℞. Excludente voluntatẽ concomitantẽ: non, excludente voluntatem principiantem. §. Tunc &c. Licet enim actus notionales sint voluntarij concomitatiue (vt arguitur, & prima conclusio docet): tamen non sunt volũtarij principiatiue, vt secunda conclusione docetur. Applica tu ad Hilariũ: quoniam facile est.

*Inter opera Hila in li. de Syn. circa med. In Symb. Firmiciani.

2^m ex Apostolo.

Filij dilectionis. ℞. i. filij superabundanter dilecti: non autẽ filij à dilectione tanq̃ principio procedentis. §. Tunc &c. patet. n. q̃ non loquitur auctoritas sic glossata cõtra cõcl'ones articuli.

3^m de maiori.

Voluntarium. ℞ Vel ut voluntas est natura: vel vt uoluntas est ad opposita. §. Tunc &c. Licet. n. spiritumsanctum Deus producat voluntarie, inquantũ uoluntate naturali amat seipsum (vt arguitur): tamen non producit spiritumsanctum uoluntarie volũtate ad vtrũque se habẽte. i. ad producendum, & ad non producendum.

4^m de minori.

Volũtatem. ℞. Concomitan-

¶ 3 Præterea. Nihil magis est voluntarium quàm amor: sed spiritussanctus procedit à patre & filio vt amor. ergo procedit voluntariè.

¶ 4 Præterea. Filius procedit per modum intellectus vt verbum: sed omne verbum procedit à dicente per uoluntatem. ergo filius procedit à patre per voluntatem, & non per naturam.

¶ 5 Præterea. Quod non est voluntarium, est necessarium. si igitur pater genuit filium non voluntate, videtur sequi, quòd necessitate genuerit. Quod est contra August. * in lib. ad Orosium.

Sed contra est, quod Augustinus dicit in eodem lib. † quòd neque voluntate genuit pater filium, neque necessitate.

Respon. Dicendum, quòd cum dicitur aliquid esse vel fieri voluntate, dupliciter potest intelligi. Vno modo, vt ablatiuus designet concomitantiam tantùm. sicut possum dicere, quòd ego sum homo mea voluntate, quia scilicet volo me esse hominem. Et hoc modo potest dici, quòd pater genuit filium voluntate, sicut & est voluntate Deus; quia vult se esse Deum, & vult se generare filium. Alio modo sic, quòd ablatiuus importet habitudinem principii. Sicut dicitur, quòd artifex operatur voluntate, quia voluntas est principium operis. Et secundũ hunc modum dicendum est, quòd Deus pater non genuit filium voluntate, sed voluntate produxit creaturam. Vndè in lib. de Syno. * dicitur quòd si quis voluntate Dei tanquàm vnum aliquid de creaturis filium factum dicat, anathema sit. Et huius ratio est, quia voluntas & natura secundũ hoc differunt in causando, quia natura determinata est ad vnum: sed voluntas non est determinata ad unum. Cuius ratio est: quia effectus assimilatur formæ agentis per quam agit. Manifestum est autem, quòd vnius rei non est nisi vna forma naturalis, per quam res habet esse: vnde quale ipsum est tale facit. Sed forma per quam voluntas agit, non est vna tantum, sed sunt plures, secũdum quòd sunt plures rationes intellectæ. Vnde quod voluntate agitur, non est tale quale est agens, sed quale vult, & illud intelligit esse agens. Eorum igitur voluntas principium est quæ possunt sic vel aliter esse. Eorum autem quæ non possunt nisi sic esse, principium natura est. Quod autem potest sic, vel aliter esse, longè est à natura diuina, sed hoc pertinet ad rationem creaturæ, quia Deus est per se necesse esse, creatura autem est facta ex nihilo. Et ideò, Arriani volentes ad hoc deducere, q̃ filius sit creatura, dixerunt, q̃ pater genuit filium voluntate, secundum quòd voluntas designat principium. Nobis autem dicendum est, quod pater genuit filiũ non voluntate, sed natura. Vndè Hilarius * dicit in lib. de Syno. Omnibus creaturis substantiam Dei voluntas attulit, sed naturam dedit filio ex impassibili, ac non data substantia perfecta natiuitas. Talia. n. cuncta creata sunt, qualia Deus esse voluit: filius autem natus ex Deo, talis subsistit, qualis & Deus est.

Ad primum ergo dicendum, quòd authoritas inducitur contra illos, qui à generatione filii etiam concomitantiam paternæ voluntatis remouebant dicentes, sic eum natura genuisse filium, vt tamen voluntas generandi ei non adesset, sicut & nos multa naturali necessitate contra voluntatem patimur, vt mortem, senectutem, & huiusmodi defectus. Et hoc patet per præcedentia & subsequentia. sic enim ibi dicitur, * Non enim nolente patre, vel coactus, pater, vel naturali necessitate inductus, genuit filium.

* In 2. fol. post med.

* Loco in argum. citato.

Ad secundum dicẽdum, quòd Apostolus nominat Christum filium dilectionis Dei, inquãtum est à Deo superabundanter dilectus, non quòd dilectio sit principiũ gñationis filii.

Ad tertium dicẽdum, quòd etiam voluntas inquantũ est natura quædã aliquid naturaliter vult, sicut voluntas hominis naturaliter tendit ad beatitudinem. Et similiter Deus naturaliter vult & amat seipsum. Sed circa alia à se voluntas Dei se habet ad vtrumque quodammodo, vt dictum est. † Spiritus autem sanctus procedit vt amor, inquantum Deus amat seipsum. vnde naturaliter procedit, quamuis per modum voluntatis procedat.

† In corp. ar. & q. 19. art. 3. præcipuè.

Ad quartum dicendum, q̃ etiam in conceptionibus intellectualibus fit reductio ad prima, quæ naturaliter intelliguntur. Deus autem naturaliter intelligit seipsum. Et secundum hoc, conceptio verbi diuini est naturalis.

Ad quintum dicẽdum, quòd necessarium dicitur aliquid per se, et per aliud. Per aliud quidẽ dupliciter. Vno modo sicut per causam agẽtem & cogentẽ, & sic necessariũ dicitur, quod est violentum. Alio modo sicut per causam finalem, sicut dicitur aliquid esse necessariũ in his quæ sunt ad finem, inquantũ sine hoc non potest esse finis, vel bene esse. Et neutro istorum modorum diuina generatio est necessaria, quia Deus non est propter finem, neque coactio cadit in ipsum. Per se autem dicitur aliquid necessarium, quod non potest non esse: & sic Deum esse est necessarium. & hoc modo patrem generare filium, est necessarium.

mitantẽ: non principiantem. §. Tunc &c. Licet enim pater dicat verbũ per uoluntatẽ concomitantem hoc naturaliter intellectum (vt arguitur): non tamen dicit verbum per uoluntatẽ principiantem hoc naturaliter intellectum.

¶ Not. Implicat contradictionem, quòd aliquid intelligatur, uel ametur naturaliter; & quòd talis actus, intelligendi, uel amandi sit per uoluntatem principiantem. Nam uoluntas principians est ad opposita: quod autem fit naturaliter est ad unum determinate.

5^m de antecedente.

Necessariũ. ℞. Vel per se, uel per aliud. §. Tũc nihil &c. Licet. n. pater non generet necessitate per aliud (ut Augustinus intendit) generat tamẽ necessitate per se.

APPENDIX.

Vtilitas pro Eccle. S. Dei.

Ex art. habes primò: quomodo per rationẽ interimas hæresim Eunomij dicentis: Patre esse minorem filiũ, & filio spiritumsanctũ: quia pater fecit filium, & filius fecit spiritumsanctum, uoluntate scilicet: (ut habetur ex Augustino in dialogo ad Orosium, c. 7.). Eunomius. n. sic inquiens argumentabatur: Aut pater genuit filium uolẽs aut nolens. Dici nõ potest, quod genuerit nolens: quia tũc genuisset coactus & inuitus: id qđ blasphemia est. Ergo genuit filium uolens: ergo uoluntarié: quemadmodũ & uoluntarie fecit res creatas; ergo filius est creatura, & consequenter minor patre. Tali argumento Eunomius seipsum, & alios decipiebat: & qđ de filio respectu patris generãtis syllogizabat, simile credendũ uidetur de spiritusancto respectu filij spirantis ipsum syllogizasse. Fundamentalis itaque error Eunomij fuit hic, s. ponere actus notionales esse uoluntarios principiatiue: ut ex eius argumentatione patet. Contra hunc ergo statuitur articulus in conclusione 2. & 3. cũ suis rationibus. Secundò habes: quõ per rationem demõstres, hoc Eunomij fundamentũ, & consequenter hæresim etiam superædificatam fuisse

meritò condemnatum ab Hilario: qui in libro de Synodis circa medium, tanquàm fundamentum illud hæreticum subruens, dicit: Si quis voluntate Dei, tanquàm vnum aliquid de creaturis, filium factum dicat, anathema sit. Intelligas tu & hoc idem de spiritusancto. Item à Concilio Toletano tertio, in confessione fidei, sic. Quicumque initium filio Dei & spirituisancto deputauerit, anathema sit. Item ab eodem sic. Quicumque filium Dei dominum nostrum Iesum Christum iuxta deitatem, & spiritumsanctum esse patre minorem asseruerit, & gradibus separauerit, creaturamque esse dixerit: anathema sit. Hæc ibi. Ratio fundamentalis Concilij est, quia nõ sunt originati voluntate principiante. Item à Concilio Toletano vndecimo, quòd si videris in publica pronunciatione fidei catholicæ, idem cum Hilario sensisse dices. Item vniuersaliter à Papa Gelasio, distin. 15. Sancta Romana Ecclesia. Qui ibi plurimas hæreses damnans circa finem, ait: Hæc, & his similia, quæ Simon Magus, Nicolaus, Teruidus, Cherinthus, Marcion, Basilides, Ebion, Paulus Samosetanus, Bonosius, Montanus cum suis obscœnissimis sequacibus, Appollinarius, Valentinus, Manichæus, Faustus, Sabellius, Arrius, Macedonius, Eunomius, Noatius, Sebatius, Calixtus, Donatus, Eustachius, Iulianus, Pelagius, Iulianus Latiensis, Cœlestinus, Maximianus, Priscillianus, Lapedius, Dioscorus, Euticius: Petrus, & alius Petrus, ex quibus vnus Alexandriam, alius Antiochiam maculauit, Achatius Constantinopolitanus cum consortibus suis; necnon & omnes hæreses, quas ipsi, eorumque discipuli, siue schismatici, docuerunt, vel conscripserunt: quorum nomina minime retinemus, non solum repudiata, verumetiam ab omni Romana Ecclesia eliminata, atque cum suis authoribus, authorumque sequacibus sub anathematis indissolubili vinculo in æternum confitemur esse damnata. Hæc ibi. Item à Concilio Lateranensi sub Papa Martino cano. 17. Si quis secundum sanctos Patres consonanter nobiscum eadem credens non respuit, & anathematizat animo & ore omnes, quos respuit, & anathematizat nefandissimos hæreticos cum omnibus impijs eorum scriptis, vsque ad vnum apicem, sancta Dei catholica & Apostolica Ecclesia, hoc est sanctæ & vniuersales quinque Synodi, & ipsi omnes consonanter probabiles Ecclesiæ Patres. Dicimus autem Sabellium, Arrium, Eunomium, Macedoniũ, Apollinarem, Polemonem, Euthycem, Dioscorum, Timothæum, Elurum, Seuerum, Theodosium, Cholutum, Themistium, Paulum Samosetanum, Diodorum, Theodorum, Nestorium, Theodulũ Persam, Origenem, Didymum, Euagrium, & compendiose alios omnes hæreticos, qui à catholica Ecclesia reprobi atque abiecti sunt: quorum dogmata diabolicæ operationis sunt genimina; & eos, qui similia cum his vsque in finem sine pœnitentia sapuerunt, aut sapiunt vel sapient: cum quibus merito vtpote eadem dogmatizantes & docentes (sicut ostensum est) Theodorum quondam Episcopum Pharanitanum, & Cyrum Alexandrinum, & Sergium Constantinopolitanum, & eius successores Pyrrhum & Paulum, & omnia impia eorum scripta, anathematizamus & eos qui nobiscum consonanter non respuunt, & anathematizant prædictos hæreticos, eorumque scripta. Hæc ibi. Item à Concilio Constantinopolitano primo canone 1. sic, Custodiendam esse fidem 318. Patrum, qui apud Nicæam Bithyniæ conuenerunt ad anathematizandam omnem hæresim, specialiter Eunomianorum, Arrianorum, Macedonianorum, Photinianorum, & Appollinianorum. Hæc ibi. videsne in tot Concilijs Eunomiũ cum suis scriptis, dictisq; vsq; ad vnum apicem, fuisse damnatum? Cæteros autem hæreticos singillatim ibi repertos enumerare volui: vt scias e vestigio, cum authores errorum noueris, quæ nam hæresis damnata sit ab Ecclesia, etiam quod nullum in speciali contra illam adduceremus scripturæ sacræ, Papæ, vel Concilij canonem. Sit ergo tibi locus hic, tanquàm quoddam commune refugium, pro secernendis erroribus ac reprobandis; quod vt commodius faceres, suis authoribus (quoad fieri potuit) errores quosque prætitulari curauimus. Quomodo enim (inquit Augustinus) possunt recipi capitula illa; quorum damnantur authores? Tertiò vides: quomodo ex supradictis vicissim doctrina hæc Angelica firmetur, atque declaretur.

Colutiei hæreticorũ, atq; hæresum dãnatorum.

Scripta oĩa hæreticorũ impia, & ad unũ apicem, in perpetuũ damnata.

Excõmunicati sunt, qui hæreticos oẽs, cũ eorum scriptis nõ anathematizat.

Via facilitèr cognoscendi dãnatos errores: de qb' occurrerit sermo.

¶ Not. Præsentem articulum iuuat articulus in ordine 372. 118. 407. 117.

Comm. Cardinalis Caietani.

Titulus intelligendus est ita amplè vt sonat: in corpore namque distinguetur.

¶ In corpore vnica est distinctio bimembris, cum singulis conclusionib. iuxta ipsa membra Distinctio est, aliquid esse, vel fieri voluntate, cõtingit dupliciter, s. cõcomitanter, vel causaliter, seu principaliter, exemplũ primi, Socrates est homo sua voluntate. exemplũ secundi, Socrates ædificat domũ sua volũtate. Conclusio prima iuxta primũ membrum, Pater genuit filiũ voluntate concomitãte. Et manifestatur, quia etiam pater est Deus voluntate concomitante. ergo à fortiori &c. Secunda verò conclusio iuxta secundum membrũ est. Pater genuit filiũ natura, non voluntate principiante, sed sic produxit creaturam. Hæc cõclusio quo ad omnes sui partes primo probatur authoritate Hilarij. Secũdò ratione. Tertiò ab opposita hæresi Arriana. Et authoritas quidem Hilarij plana est in litera. Ratio verò sumitur ex quadruplici differentia naturæ & voluntatis in causando sic. Vnius rei, vna tantum est forma naturalis qua est: voluntatis autem non vna est forma per quam agit, sed plures, secundum quòd sunt plures rationes intellectæ: ergo natura est determinata ad vnũ, voluntas verò non. ergo naturale agens, quale ipsum est, tale agit: voluntarium autem quale vult & intelligit, & non quale ipsum est, agit. ergo natura est principium eorum, quæ non possunt nisi sic esse: voluntas autem eorum quæ possunt sic, vel aliter esse. ergo natura, non voluntas, est principium diuinæ personæ, creaturæ autem voluntas. Prima consequentia manifestatur in litera: quia effectus assimilatur formæ agentis, per quam agit. Vltima autem, quia persona diuina, vtpotè diuinæ naturæ, procul est à sic, & aliter se habere, quia Deus est per se necesse esse: quo ad creaturam verò, quia est ex nihilo. Reliqua, vt nota relinquuntur. Testimonium autem ab Arrij errore affertur: quod satis patet in litera, cum ipsius confutatione ex Hilarij authoritate vulgata.

¶ Circa hæc dicta aduerte, quòd communia sunt productione filij & spiritussancti, vt patet, & ex titulo de actib. notionalibus vniuersaliter quærente, & ex tertio argumento. Expressit autem in conclusionibus author generationem filij, tãquàm priorem secundum intellectum, vt in actu exercito actu notionales sub illius nomine patefaceret quomodo se habent ad voluntatem.

¶ Circa primam conclusionem & distinctionem simul aduerte, quòd voluntas concomitans, vocatur uoluntas comparata ad illud, vt ad obiectum præcise. Voluntas autẽ principians, vocatur voluntas cõparata ad illud, vt causa seu principium ad effectum. Et propterea, voluntas concomitans potest inueniri dupliciter, s. antecedenter, sicut cum desidero pluuiam futuram: & consequenter, sicut cum placet pluuia quæ est, aut fuit. Vtrum autem conclusio prima verificetur de voluntate concomitante, & prius & post secundum intellectum, an non, in litera non exprimitur: Scot. tamen in 1. dist. 6. tenuit partem affirmatiuam, quam credo consonam S. Thom. Tum quoniam apud ipsum superius in q. 33. art. 3. ad primum, docuit, quòd absoluta communia toti Trinitati sunt priora notionalibus: constat autem quòd velle generationem filij, sicut etiam velle essentiam diuinam, est absolutum, communeq; toti Trinitati: ergo prius pater vult generationem filij quàm generet. Tũm quoniam par videtur ratio de processione spiritussancti, quàm constat prius amari secundùm rationem, quàm oriri, quoniam pater amando se & filium & spiritumsanctum, & eadem ratione spirationem ipsam, spirat spiritumsanctum. Nec obstant dicta in q. de potentia Dei, quæst. 2. art. 3. quoniam ibi per voluntatem præcedentem & voluntatem priorem tempore, natura, siue intellectu, intelligit voluntatẽ, vt principium, vt patet diligenter consideranti.

¶ Circa rationem adductam pro secunda conclusione aduerte, quòd tres ibi differentiæ inter voluntatem & naturam in causando ponuntur. Et quarta in essendo. Alio tamen ordine eas numerauimus, quàm in litera ponantur, vt uis illationis à priori fieret. Differentia ergo in essendo in antecedente assumpta est, reliquæ autem tres in tribus consequentibus successiuè ponuntur. Est autem sensus primæ differentiæ, quòd vnius rei naturalis in actu vnica est forma. Et quantũ ad propositum spectat, nihil refert, vtrum una res naturalis habeat plures formas subordinatas, vt putant tenentes pluralitatem formarum in eodem, an sit solum vna forma substãtialis. Tũm quia omnes quo ad propositum sumuntur, vt habent uim unius. Tũm quia quælibet una tantum est. Voluntas autem una & eadem, plures ut plures, i. non unius vim habentis formas sortitur: vt patet est omnino disparata uult: & nulla sua forma dat unum uelle, sed opposita: quoniam, vt dicitur 9. Metaph. potentia rationalis oppositorũ est. Differt igitur voluntas à natura, quia natura constituitur in suo esse, quod per vnicam formam, voluntas autem constituitur in suo esse, quod est uelle, per multas formas, i. obiecta volita. Tũm uolendo multa per multa, tũm uolendo opposita per unum. Vltima autem differẽtia ex parte productorum se tenens: intelligenda est non absolutè, sed ut stat sub talibus causis, hoc siquidem duplici modo intelligi potest, s. simpliciter, & sic falsum est, quòd effectus naturæ non possint aliter se habere, ut manifestè patet. Et ut stat sub tali causa, & sic est uerum & intentum: quoniam effectus naturalis, deductis impedimentis, oportet quòd sit talis, quale est agens: nec potest aut potuit secus ab illo agente fieri: effectus uerò uoluntarius potest, aut potuit sic, & aliter fieri, ex quo uoluntarius est.

¶ Circa probationem primæ consequentiæ, qua deducitur secunda differentia, & tertia ex prima, ex ista propositione, Effectus assimilatur formæ agentis per quam agit, dubium occurrit. Aut ista propositio est uera de assimilatione ad formam & modum essendi illius formæ: aut de assimilatione ad formam tantum. Si quo ad formam tantum, ergo uane affertur in litera ad probandum naturam determinari ad unum, & quale est naturale agens, tale agere ex hoc, quòd unius rei naturalis est una forma, per quam res constituitur in suo esse naturali: quia effectus assimilat formę agentis. Et manifestat sequela

sequela ex differentia inter secundam, & tertiam differentiam, nam secunda.s.naturam determinari ad causandum vnum, spectat ad assimilationem ad formam, nam si agens, vnicam habet formam,& producit simile, oportet, quod producat simile vni formæ,& consequenter vnum tantum.

¶Tertia autem, secundum agere tale, quale ipsum in se est, pertinet ad assimilationem ad formam & modum essendi illius, vt patet, & est hic principaliter intenta, quoniam ex hac sequitur quarta, quæ proximum medium est conclusionis. Si igitur propositio illa non tenet, quo assimilationem ad modum essendi, nō probatur intentum. Si autem dicatur quod est vera quo ad similationem vtriusque, s. formæ & modi, sequitur contra alterum membrum, nam sequitur. ergo effectus voluntatis assimilatur formę in mente in modo essendi, quod patet esse falsum: nam domus in mente est sine materia.

¶Ad hoc dubium, quamuis ad pauca respicientes, distinguerent de agente naturali & voluntario, si tamen attendimus, quod hac propositione litera communiter vtitur ad naturale, & voluntarium,& infert ex ea, quod illud agit quale ipsum est. hoc autē quale vult, non quale est, aliter oportet dicere. Dicito ergo, propositionem illam esse veram quo ad formam, & modum per se illius inquantum est ratio agendi. Omne namque agens siue naturale, siue voluntarium, quantum potest facit simile sibi secundum formam,& per se conditiones seu modum eius. Vocatur autem & est modus per se alicuius, qui modificat eam infra propriam latitudinem. Modus enim per se docendi infra doctrinæ latitudinem est, & sic de alijs. Inter naturale autem & voluntarium agens, hoc interest, quod naturale agit quia est, uoluntariū vero quia vult: ac per hoc, forma naturalis est ratio agendi quia est, forma vero voluntaria est ratio agendi quia volita. Et propterea, modus per se formæ naturalis, est sic, vel sic esse, nam sic esse ad latitudinem essendi spectat, Modus vero per se formæ voluntariæ, est sic, vel sic volitum,& non sic esse, nam sic volitum spectat ad latitudinem voliti, sic autē esse, distinguitur contra illud. Ex his autem vlterius sequuntur duo. Primo, quod forma voluntaria habet duplicem essendi modum, vnum in quantum est vnum entium in mundo,& hic est esse immaterialiter in mente. Et alterum inquantum est ratio agendi,& hic est esse sic, vel sic, volitum, forma autem naturalis eundem essendi modum habet, inquantum est ens, & inquantum est ratio agendi, & ratio est quā diximus, quia ista agit quia est, illa quia volita, uelle.n.est aliud ab esse. Secundo, quod agens naturale assimilat sibi in forma, & modo formæ quantum potest effectum absque distinctione aliqua,& propterea filius assimilatur patri, etiam in indiuidualibus conditionibus, si virtus generatiua sit fortis. Et inde prouenit etiam, quod tantum substantiæ compositæ possunt immediatè producere substantias materiales apud peripateticos. Agens vero voluntarium assimilat effectum formæ qua agit, & modo eius inquantum ratio agendi, non autem modo eius inquantum ens. Et hinc patet solutio ad obiecta, quia, s. male subsumitur, quod modus essendi formę voluntariæ, sit modus formæ, de quo est sermo in illa maxima, nam in ea est sermo de modo per se formæ inquantum est ratio agendi, & est uniuersaliter vera. Agens.n. voluntarium conatur quantum potest, ut faciat quod vult, sicut, quando, vbi,& quomodo vult, ut patet. Et sic uides quam perspicue ex illa maxima author tertiam differentiam intulerit, q.s. naturale agit quale ipsum est, voluntarium vero quale vult, non quale est, & hæc bene notato, & applicato quando oportet.

¶Circa has differentias aliud occurrit dubium ex parte voluntatis, an. s. verificentur de ea vt productiua ad extra tantum, an etiam vt productiua ad intra. Nam si id ad extra tantum, vanus est hic labor, vbi de productionibus ad intra est quæstio. Si vero etiam ad intra, sequitur quod nihil erit productum a voluntate intus, nisi in actu reflexo.& tenet sequela, quia ex prædictis omne uoluntarie productum. est productum vt uolitum, nihil est.n. in voluntate uolitum nisi reflexe &c.

¶Ad hoc breuiter dicitur, quod aliquid esse in uoluntate uolitū, contingit dupliciter. Vno modo ut rem quandam,& sic reflexe est volitum. Alio modo ut tendentiam in obiectum amatum, & sic est directe uolitum eadem uolitione, qua uolitum. Potest quoque & aliter uolitum distingui in uolitum ut rationem uolendi,& ut obiectum volitum. Et iuxta utranque distinctionem intus,& extra saluatur id. quod de uoluntate hic dicitur. Est.n. intus productum, quia volitum actu recto, uel ut ratio uolendi, uel ut tendentia in aliud. Et hoc sufficit, sic.n. uoluntarium est ipsum uelle,& liber ipse amor.

¶In responsione ad tertium, nota distinctionem & responsionem. Distinctio est de uoluntate in communi, quod potest considerari dupliciter, s. ut natura quædam, & ut se habet ad utrunque & quod primo modo naturaliter uult, secundo autem modo, liberè. Et declaratur primus modus, in uoluntate Dei respectu sui, & nostra respectu beatitudinis. Secundus uero in uoluntate Dei respectu aliorum a se. Responsio autem consistit in applicatione primi membri, q. s. spiritussanctus procedit naturaliter, per modum tamen uoluntatis.

¶Circa distinctionem uoluntatis dubium occurrit Scot. enim in 1.d. 2. in q. de numero productionum diuinarum,& in.d. 10. eiusdem.& in quolibetis, q. 16. tenens spiritum sanctum procedere libere, conatur infringere hanc distinctionem, & ostendere quod uoluntas nullum actum habet mere naturaliter. Arguit ergo primo sic uoluntas & natura habent oppositos modos principiandi, ita quod nec ambo reducuntur in tertium. nec alter in alterum, & neuter dicit imperfectionem. ergo uoluntas non potest naturaliter operari, nec natura libere. Antecedens quo ad primam partē manifestatur, quia natura est de se determinata ad agendum, uoluntas autem non ex se naturaliter inclinatur, sed se ipsam determinat ad exercitiuum operis. Quo ad illam uero partem, quod unum non reducitur in alterum, probatur: quia tunc alterum secundum totum genus suum esset imperfectum. Quo ad reliqua breuitatis gratia per transeo. Et confirmatur, quia oppositi modi agendi primo distinguentes potentiam actiuam, non sunt eiusdem potentiæ actiuæ, sed libere & naturaliter operari sunt huiusmodi. ergo. Probatur minor ex Arist.& in Phys.& in Meta. ponente primas differentias actiui principii naturale & liberum,& sub diuersis tamen nominibus. Nam in 2. Phys. uocatur a proposito, & in 9. Met. uocatur potentia rationalis &c. Et confirmatur, quia uoluntas tendit in ea quę sunt ad finem, ut potentia libera. ergo sub ratione etiam potentiæ liberæ uult ipsum finem. Et tenet sequela, quia eadem est potentia circa utrunque.

¶Præt. conditio intrinseca potentiæ absolutæ, uel in ordine ad actum perfectum, non repugnat perfectioni in operando. sed libertas est huiusmodi, ergo potest stare cum conditione perfecta possibili in operando. Talis conditio est necessitas. ergo libertas stat cum necessitate. Et confirmatur. Firmitas operationis perficit, sed necessitas importat firmitatem, ergo perficit operationē liberam. Et confirmatur ultimo, quia non est eadem diuisio in principium actiuum necessarium & contingens. & in naturale & liberum. Sicut igitur aliquod naturale potest contingenter agere, quia potest impediri, ita aliquod liberum potest necessario agere. Affert quoque ad hoc authoritatem Aug. Aut uoluntas non est, aut libera dicenda est qua beati sic esse volumus, vt esse miseri non solum non velimus, sed nequaquam velle possimus. Ex quibus omnibus duo intendit, s. quod omnis actus voluntatis est liber, & quod cum libertate actus stat necessitas simpliciter eiusdem, & dicit spiritum procedere libere, necessario.

¶Circa eandem distinctionem applicatam ad spiritūsanctum dubium occurrit ad hominem. Spiritussan. est a volūtate vt principio ergo spiritussan. potest sic, & aliter se habere. Antecedens probatur, quia voluntas paterna est principium spiritussan. sicut intellectus paternus est principium uerbi. Consequentia autem tenet ex dictis in corpore huius ar. ubi dictum est, quod est a uoluntate. vt principio, potest aliter se habere. Et si dicatur quod esse a voluntate vt principio distincto contra naturam dat sic,& aliter se habere: esse autem voluntate vt natura, non. Contra. spiritussanctus est a voluntate, vt voluntas est distincta contra naturam. ergo. Antecedens probatur tripliciter, quia aliter numerus processionum diuinarum male fuisset probatus superius in q. 27. ar. 5. ex hoc, quod in natura intellectuali non est, nisi intelligere, & uelle. Secundo, quia uoluntas in productione spiritussancti concurrit, ut potentia distincta secundum rationem ab essentia, seu natura,& ab intellectu. Tertio, quia ut in hac responsione dicitur spiritussanctus procedit per modum voluntatis.

¶Ad euidentiam huius difficultatis, distinctionis, ac proprie locutionis. aduerte primo, quod quemadmodum intellectus trifariam consideratur. Primo absolutè, ut est potentia intellectiua, & sic vocatur intellectus. Secundò, prout est cognoscitiuus absque discursu,& sic quoq; vocatur intellectus. Tertio, prout est discursiuus, & sic vocatur ratio. Ita proportionaliter, non eodem tamen ordine, uoluntas trifariam sumi potest. Primo pro potentia uolitiua,& sic uocatur voluntas. Secundo pro eadē potentia, inquantum est naturaliter determinata ad aliquod obiectum seu opus,& sic uocatur voluntas ut natura. Tertio pro eadem potentia ut est indeterminata ad utrumlibet,& sic uocatur quandoq; liberum arbitriū aliq; voluntas. Et quia contingit voluntatem determinari ex se dupliciter. Vno modo quo ad specificationem actus, i. quod si operatur circa tale obiectum, oportet exire in actum talem ita, quod non oppositum, sicut voluntas nostra determinata est ad beatitudinem. Alio modo quoad specificationem & exercitium actus, sicut, uoluntas uidentis Deum determinatur ad amandum ipsum, ita quod non solum non potest hēre actum odij erga ipsum, sed etiam non potest suspendere actum amandi eundem. Ita dupliciter uoluntas habet rationē naturæ. Primo, ut determinata est ex respectu alicuius obiecti ad uelle. ita quod non potest nolle illud, uel econuerso, ad nolle, aliquid, ita quod non potest uelle illud. Et sic concorditer dicimus, quod uoluntas habet rationem naturæ respectus beatitudinis & miseriæ, sed cum hac naturalitate stat libertas quo ad exercitium actus, idest uelle, aut non uelle,& similiter nolle, aut nō nolle.

le. Secundo vt determinata est ex propria natura respectu alicuius obiecti ad velle, non solum vt distinguitur contra nolle, sed etiam, vt distinguitur contra non uelle, s. quod oportet ipsam ex se præsentatum tale obiectum uelle absque libertate suspendendi actum. Et in hoc dissentire intendit Scot. ita quod ratio naturę in voluntate, respectu exercitii actus, est in qua dissentimus, & quæ impugnatur.

¶ Aduerte secundo, quòd quia potentiæ distinguuntur per actus, & actus per obiecta: consequens est, quod si actus plures habent distinctiones ac differentias, oportet distinguendo considerare, ꝙ differentię actuũ, quæ attenduntur penes per se primo differentias obiectorum formalium, sunt distinctiuæ potentiarũ. Reliquæ autem differentiæ actuum non distinguunt potentias, quãtuncunq; inter se sint diuersę. Et propterea, si naturale & liberum non sunt differentię actuum penes per se primo, obiecta distinctiua potentiarum non inferent ex hac parte distinctionẽ potentiarum. Videntur aũt naturale & liberum esse differentiæ modi agendi, quẽadmodũ discurrere, & simpliciter intueri sunt modi intelligendi, quemadmodum intelligere per discursum, & simpliciter, sunt quidem oppositi modi cognoscendi & per se primo non diuersificãt potentiam, sed modum operandi. præsuppositiue tamen possunt diuersificare potentiam pro quanto, s. ꝓsupponũt diuersas potentias, unam ita intellectualem, quod nõ rationalem, alteram uero ita rationalem, quod etiam intellectualem. Non. n. potest esse rationalis absque intellectu, quia posterius non potest absolui a participatione prioris. Ita naturale, & liberũ per se primo; diuersificant non potentiam, sed modum operandi ꝓsupponunt tamẽ diuersitatem potentiarum naturalis & liberæ, non ita quod sicut datur potentia mere naturalis, ita datur potẽtia mere libera, quia hoc impossibile, quoniam in posteriori oportet saluari rationem prioris, & infimum inferioris participare superius. constat enim, quod natura prior est uoluntate, sed datur potentia uere libera, quæ secũdm sui suprem um habet rationem naturæ, secundum uero reliquum est mere libera. His igitur ꝓlibatis, ad rationem Sco. negatur ꝙ neuter istorum modorũ agendi reducatur in alterum, quoniam liberum reducitur ad naturale, habet enim se liberum ad naturale, ut multa ad unum, vt motus ad immobile, ut uarium ad uniforme. Et propterea oportet quod oriatur ab ipso & fundetur in ipso, sitque ipsius effectus, ut inferius in quæstione sexagesima, articulo secundo, & octuagesimosecundo, articulo 1. manifestatur. Et cum probatur oppositum, quia sequeretur, quod liberum secundum totum genus suum esset imperfectum, accipiendo imperfectum priuatiue, & propriè, negatur consequentia, loquendo de naturali & libero ex parte producentis. Si autem est sermo ex parte ẽt producti, dico, ꝙ productio libera dicit imperfectionem in realiter producto libere, quĩ dicit illud in se posse sic, & aliter se habere, ut in corpore art. deductum est. Dixi aũt realiter producto ꝓp liberam uolitionem qua Deus uult bonum creaturis, ipsa enim nõ est producta realiter, & propterea non potest in se sic, & aliter se habere, aut habuisse, quamuis possit aliter habuisse habitudinem rationis ad creaturas, propter imperfectionẽ termini. Et sic, ruit fundamentum Sco. ex hoc ar. ex hac propositione. Productio libera ut distinguitur contra naturalem, dicit imperfectionem in realiter producto. & ꝑpea pont non potest in diuinis ad intra. Et hic est alius defectus sui fundamenti. Vnde ad confirmationem primã dicitur, ꝙ quia differentiæ posteriores non uariant suum prius, & naturale & liberum, sunt differentiæ modi agendi, ideo non uariant differentias actionum quib. distinguunt potentias. Concedit ergo, quod naturale & liberum sunt distincti modi agendi, nõ tamen ꝙ sint oppositi modi distinctiui potentiarum, sed propriè loquendo, sunt distinctiui modorum possendi. Et hoc intendit Arist. in locis adductis, non. n. intendit excludere a proposito & rationi naturam identice & causaliter, sed ut sic formaliter, ut ẽt author in hoc art. distinxit uoluntatem contra naturã. Et tamen non sequitur, ergo est alia potentia, sed ergo est alia potentia, vel alia ratio eiusdem potentiæ. Posset tamẽ hæc materiam unico uerbo absolui, dicendo, ꝙ uoluntas distinguitur contra naturam præcise, & non contra naturam intraneam uoluntati, quæ est simul natura & uoluntas. Ad aliam uero confirmationem dicitur, ꝙ eadem quidem est potentia attingens finem & referens in finem, sed non eodem modo. Sicut etiam idem est intellectus principiorum & conclusionum, non tamen eodem modo. Ita. n. se habent liberum & naturale in uoluntate sicut discurrere & naturalis notitia in intellectu. Ad aliam uero rationem distinguendum est de necessitate aut simpliciter aut immutabilitatis, & dicendum, quod actui libero ut sic, repugnat necessitas simpliciter, de qua est sermo, qua spiritussanctus necessario procedit, ita ꝙ eius oppositum implicat contradictionem secundum se. Necessitas autem immutabilitatis, est firmitas quæ stat cum libertate, & perficit operationem liberam. Et per hoc, patet responsio ad cõfirmationes, supponunt. n. libertatem esse compossibilem necessitati simpliciter alicuius actus ut sic, quod ut ex 9. Metaph. patet, falsum est oportet enim libertatem esse respectu alicuius oppositionis.

¶ Ad secundam dubitationẽ, quæ est ad hominem dr, ꝙ labor est in ęquiuoco nam spiritussanctus procedit a uoluntate, ut principio, & a uoluntate ut uoluntas, sumendo uoluntatis nomẽ pro potentia uolitiua, & hoc concludant oẽs obiectiones. Sic. n. uoluntatem accipiendo, uerum est quod productio spiritussancti est a uoluntate ut principio, & ut distincta contra naturam, i. substãtiam uolentis, non autem contra naturam. i. rationem naturę in se quasi participatam. i. contra modum operandi naturæ, & ꝙ penes intellectum & uoluntatem sumitur numerus processionũ diuinarum, & ꝙ spiritussanctus procedit per modum uoluntatis: Ex hoc. n. ꝙ procedit per operationẽ uolitiuę potentię, hẽt illas tres conditiones, in quib. differt modus uoluntatis a modo naturę, quas uide in quęstionib. disputatis de potentia Dei, Quæst. 10. art. 2. ad 11. Cum his omnib. tamen stat, ꝙ cõueniunt in hoc unico modo, s. naturaliter, ut, in litera habes. Accipiendo autem uoluntatis nomen pro ratione uoluntatis inquantum est libera, sic negatur, quod processio spiritussancti sit a uoluntate, & dicitur ꝙ est a uoluntate, non inquantum uoluntas, sed inquantum natura & similia. Vnde hic oportet aduertere, quomodo utatur quis uocabulis.

¶ Restat unum dubium, an uoluntas æquiuocè sumatur in prima & secunda conclusione, quę tamen sunt communes omnibus theologis, determinatę in 1. Senten. distinct. 6. Si enim sumitur uniuoce, sequitur, quod pater uoluntate concomitante ad utrumlibet, uelit generationem filii, de hac enim est sermo in secunda. Si autem æquiuocè, satis leuis uidetur disputatio, & differentia.

¶ Ad hoc breuiter dicitur, quod sumitur uniuoce utrobique, scilicet pro potentia uolitiua, seu actu uolendi absolute & indistincte. Et in prima ostenditur, quod actus uolendi non curando qualis, respicit generationem filii, siue processionem spiritussancti, ut obiectum, in secunda uero determinatur, quod uelle etiam non curando quale, non habet rationem principii ad utrũlibet respectu actuum notionalium. Verum habere rationem principii ad utrumlibet, significatur per actum procedendi, & ablatiuum uoluntatis, ut puta, genuit uoluntate, & sic non est æquiuocatio.

S. Bon. 1. s. dist. 5. q. 2.
Alens. 1. p. su. quæst. 4. mem. 4 ar. 2.
Scot. 1. s. d. 5. q. 2.
Riccar. 1. s. d. 5. q. 3
Duran. 1. s. d. 5. q. 2.
Mauro. 1. s. distin. 5. q. 6.
Bacr. 1. s. d. 4. q. 1.
Cap. 1. d. 6. q. 1. conc. 3.

216
1. dist. 5. q. 2. ar. 1. & 2. Et 3. di 11. art. 1. ad 1.

ARTICVLVS III.

Vtrum actus notionales sint de aliquo.

AD TERTIVM sic proceditur. Videtur, ꝙ actus notionales non sint per aliquo. Quia si pater generat filium de aliquo, aut de seipso, aut de aliquo alio. Si de aliquo alio, cum id de quo aliquid generatur, sit in eo quod generatur, sequitur, quod aliquid alienum a patre sit in filio. Quod est cõtra Hilar. 7. de Tri. vbi dicit, Nihil in his diuersum est, vel alienum. Si autẽ filium generat pater de se ipso id autem de quo aliquid generatur, si sit permanens, recipit eius prædicationem quod generatur: sicut dicimus, quod homo est albus, quia homo permanet, cum de non albo fit albus. Sequitur igitur, quod pater vel non permaneat genito filio, vel quod pater sit filius, quod est falsum. Nõ ergo pater generat filium de aliquo: sed de nihilo.

¶ 2 Præt. Id de quo aliquid generatur, est principium eius, quod generatur, si ergo pater generat filiũ de essentia vel natura sua, sequitur quod essentia, uel natura patris sit

Lib. 7. de Trin non procul. a fine libri.

SVP. Q. XLI.

ART. III.

CONCL. Filius non est genitus de nihilo: sed de substantia patris.

¶ COR. Ergo actus notionales sunt de aliquo, non de nihilo.

¶ PROB. Quia illud quod, est a Deo de nihilo, non est verus filius eius, & filius Dei est verus filius eius. Secunda autem pars. s. sed de &cęt. probatur. Quia, quod procedit per generationem veram est de substãtia generantis, & in diuinis est generatio vera per quam filius procedit a patre.

Primum

principium filii. Sed non principium materiale, quia materia locum in diuinis non habet. Ergo est principium quasi actiuum, sicut generans est principium geniti. Et ita sequitur, quod essentia generet. Quod sup. improbatũ est.*

* Q. 41. ar. 3. 7. d Tri. c. 7.

¶ 3 Præt. Aug. dicit, quòd tres personæ non sunt ex eadẽ essentia, quia non est aliud essentia & persona. Sed persona filii non est aliud ab essentia. Ergo filius non est de essentia patris.

¶ 4 Præt. Omnis creatura est ex nihilo: sed filius in scripturis dr̃ creatura. Dicitur enim Eccl. 24. ex ore sapientiæ genitæ. Ego ex ore altissimi prodii, primogenita ante oẽm creaturam. Et postea ex ore eiusdem sapientiæ dicitur. Ab initio & ante secula creata sum. Ergo filius non est genitus ex aliquo: sed ex nihilo. Et similiter potest obiici de spiritusancto, propter hoc quod dicitur Zac. 12. Dixit Dominus extendens cœlum, & fundans terram, & creãs spiritum hominis in eo. Et Amos 4. secũdum aliam literam: Ego formans montes, & creans spiritum.

† Ca. 1. circa fin. to. 3.

SED CONTRA est, quod Augu. † dicit in lib. de fide ad Per. Pater Deus solus est de sua natura, sine initio genuit filium sibi æqualem.

* Q. 27. a. 2. & q. 33. art. 2. & 3.

RESP. Dicendum, quod filius non est genitus de nihilo: sed de substantia patris. Ostensum est. n. supra,* quod paternitas, & filiatio, & natiuitas, verè & propriè est in diuinis. Hoc autem interest inter generationem veram, per quã aliquis procedit vt filius, & factionem, quod faciens facit aliquid de exteriori materia, sicut scãnum facit artifex de ligno: homo autem generat filium de seipso. Sicut autem artifex creatus facit aliquid ex materia, ita Deus facit ex nihilo (ut infra ostenditur) non quod nihilum cedat in substantia rei: sed quia ab ipso tota substantia rei, producitur, nullo alio presupposito. Si ergo filius procederet a patre, vt de nihilo existens, hoc modo se haberet ad patrem, vt artificiatum ad artificem, quod manifestum est nomen filiationis proprie habere non posse: sed solum secundũ aliquã similitudinem. Vnde relinquitur quod si filius Dei procederetur a patre, quasi existens ex nihilo: nõ esset verè & propriè filius. Cuius contrarium dicitur 1. Io. vlt. Vt simus in vero filio eius Iesu Christo. Filius igitur Dei verus, nõ est ex nihilo, nec factus: d sed tm̃ genitus. Si q autẽ ex nihilo a Deo facti filii Dei dicantur, hoc erit metaphoricè sm̃ aliqualẽ assimilationem ad eum, qui verè filius est. Vnde inquantũ solus est verus & naturalis Dei filius, dicitur vnigenitus, sm̃ illud Io. 1. Vnigenitus qui est in sinu patris, ipse enarrauit inquantum verò per assimilationẽ ad ipsum alii dicuntur filii adoptiui, quasi metaphoricè dicitur esse primo genitus, sm̃ illud Rom. 8. Quos præsciuit & prædestinauit fieri conformes imaginis filii sui, vt sit ipse primo genitus in multis fratribus. Relinquitur ergo, quod Dei filius sit genitus de substantia patris, aliter tñ, quam filius hominis. Pars. n. substãtiæ hoĩs generantis transit in substantiam geniti. Sed diuina natura impartibilis est. Vnde necesse est, quod pater generando filium, non partem naturæ in ipsum transfuderit: sed totam naturam ei communicauerit, remanente distinctione solum secundum originem, vt ex dictis patet.*

* Q. 45. articu. 1.

D. 616.

* Q. 27. artic. 2.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod cum filius dicitur natus de patre, hæc præpositio. De, significat principium generans consubstantiale, non autem principium materiale. Quod. n. producitur de materia, fit per transmutationẽ illius, de quo producitur in aliquam formam. Diuina autem essentia, non est transmutabilis, neque alterius formæ susceptiua.

AD SECVNDVM dicendum, quod cum dicitur filius genitus de essentia patris: sm̃ expositionẽ Magist. 5. d. 1. sententiarum, designat habitudinem principii quasi actiui. Vbi sic exponit. Filius est genitus de essentia patris. i. de patre essentia, propter hoc quod Aug. lib. de Trin.* dicit. Tale est, quod dico de patre essentia, ac si expressius dicerem de patris essentia: Sed hoc nõ videtur sufficere ad sensum huiusmodi locutionis. Possumus enim dicere, quod creatura est ex Deo essentia: non tamen quod sit ex essentia Dei. Vnde aliter dici potest, quod hæc præpositio de, semp denotat consubstãtialitatem. Vnde nõ dicimus, quod domus sit de ædificatore, cũ non sit cã consubstantialis. Possumus aũt dicere, quod aliquid sit de aliquo, quocũq; modo illud significetur, vt principium consubstantiale, siue illud sit principiũ actiuum, sicut filius dicitur esse de patre, siue sit principium materiale. sicut cultellus dicitur esse de ferro, siue sit principium formale in his duntaxat, in quib. ipsæ formæ sunt subsistentes, & non aduenientes alteri possumus. n. dicere, quod Angelus aliquis est de natura intellectuali. Et per hunc modũ dicimus, quod filius est genitus de essentia patris, inquantum essentia patris, filio per generationem communicata, in eo subsistit.

* lib. 5. de trin. c. 13. in ti to. 3.

AD TERTIVM dicendum, quod cum dicitur, Filius est genitus de essentia patris, additur aliquid, respectu cuius potest saluari distinctio. Sed cum dicitur, quod tres personæ sunt de essentia diuina, non ponitur aliquid, respectu cuius possit importari distinctio per præpositionẽ significata. & ideo non est simile.

AD QVARTVM dicendũ, quod cũ dicitur, Sapiẽtia est creata, põt intelligi, nõ de sapientia, q̃ est filius Dei: sed de sapiẽtia creata, q̃ Deus indidit creaturis. Dicitur. n. Eccl. 1. Ipse creauit eã. s. sapientiam spiritusancto, & effudit illam super oĩa opera sua. Neq; est inconueniens, quod in vno contextu locutionis loquatur scriptura de sapiẽtia genita, & creata, quia sapientia creata est participatio quædã sapientiæ increatæ. Vel potest referri ad naturam creatam assumptam a filio, ut sit sensus. Ab initio, & ante secula creata sũ idest præuisa sum creaturæ vniri. Vel p hoc, quod sapientia creata, & genita nũcupatur, modus diuinæ generationis nobis insinuatur. In generatione. n. qd generatur accipit naturam generantis, qd perfectionis est. In creatione uero, creans nõ mutatur. sed creatum non recipit naturam creantis. Dicitur ergo filius simul creatus, & genitus, vt ex creatione accipiatur immutabilitas patris, & ex generatione vnitas naturæ in patre & filio. Et sic exponitur intellectus huius scripturæ ab Hil. † lib. de synodis. Authoritates autem inductæ non loquuntur de spiritusancto: sed de spiritu creato, qui quandoque dicitur ventus, quandoque aer, quandoq; flatus hominis, quandoque etiam anima, uel quæcunq; substantia inuisibilis.

† lib. de synodis in 2. fol. post li. princ.

1m de minori post diuisionem. De quo &c. Vt ly de, significat principiũ materiale, non, vt significat tñ principiũ generans consubstantiale §. Tũc &c Non. n. pater generat de seipso, tanquam de principio materiali, in quo sensu argumentũ curreret, sed de seipso, tanquã de principio generante consubstantiali, quem sensum conclusio habet.

2m de antecedente. Principiũ &c. vel actiuum, vel materiale, uel formale §. Tũc &c. licet. n. essentia patris non sit principiũ neque actiuum, neq; materiale, ut arguitur, est tamẽ principium formale, in quantum. s. essentia patris filio per generationem communicata subsistit in filio.

3m ex August. Diuina essentia &c. Sine additione alicuius distinctionẽ importãtis: non, cum additione alicuius distinctionem importantis, §. Tunc &c. Licet enim nec pater, nec filius, nec spiritusanctus, sint de essentia sine distinctionis additione, ut ex Augustino arguitur, sunt tamen de essentia si distinctiuum addatur.

¶ NOT. Quoniam pater, & filius, & spiritussanctus distinguuntur realiter inter se, ideo cũ dicitur filius generatur de essentia patris, aut spiritussanctus spiratur de essentia vtriusque importatur aliqua distinctio, quæ non importatur dicendo personæ producuntur de essentia diuina. Non tamen distinctio illa importata intelligitur sic quod essentia patris distincta uel a filio. uel ab essentia filii sit, sed sic, quod pater habens essentiã distinguitur a filio habente eandem numero essentiam, & licet personæ inter se non sint aliud, & aliud: sunt tñ realiter distinctæ. Vnde Augustinus in argumẽto adductus accipit, ly, aliud pro distincto realiter.

4m de maiori. Creatura &c. Simpliciter dicta, non secundũ quid. §. Tunc &c. licet enim

enim filius Dei sit creatus, secundum quid, inquantum. s. in nomine creationis importatur solum immutabilitas patris, (vt authoritates argumenti dicunt) non tamen est creatus simpliciter, inquantum, s. non habet quicquid pertinet ad creationem, puta esse ex nihilo. Hinc explodas, explosamque ab Ecclesia merito ostendas, hæresim Arij, qui filiū Dei esse creaturam simplicē, similibus authoritatib. male intellectis fultus, asseuerabat. Et Diabolus scripturarum sanctarum literam, tanquam magister hæreticorum, in malo sensu adducebat Matt. 4. non ut doceret, sed ut deciperet, ac de se suiq; sequacibus probaret esse dictum Matth. 7. Veniunt ad vos in uestimentis ouium [Hæc sunt scripturæ sacræ.] intrinsecus autem sunt lupi rapaces [Hæc est scripturarum extorsio ab ipsis facta.]

APPENDIX.

EX articulo habes, primo quomodo per rationem confundas hæresim Caluini [Prateo Trinitarij] dicentis filium non esse Deum de Deo, neque de substantia patris. Item hęresim Arrianorum dicentium. Verbum Dei ex non existentibus factum, qui enim erat Deus eum qui non erat, ex non existentibus fecit. Item Macedonij dicentis, spiritumsanctum non esse eiusdem substantię, cum patre, sed patre & filio minorem meram creaturam. Hi n. ponunt actus nationales non esse de substantia, inquātum dicunt procedentem personam non esse eiusdem substantiæ cum suo principio, & illos actus esse de nihilo, inquantum procedentem personam esse meram creaturam statuunt. Vide similem errorem Eunomij ēt de filio in ar. præcedente. Secundo habes: quomodo per rationem ostendas, has merito damnari a Papa Damaso in professione catholicæ fidei missa ad Paulinum in Macedonia Episcopum, sic in Canon. 11. dicentis. Siquis non dicat, Filium genitum ex patre, hoc est ex substantia eius diuina, Anathema sit. Item canon. 18. Siquis non dicat, spiritumsanctum uere & proprie ex patre esse. quemadmodum & Filium, eundēque Deum Dei verbum ex diuina substantia. Anathema sit. Itē can. 19. Si quis dicat spiritumsanctum creaturam, aut per filium genitum esse. Anathema sit. Hæc ibi. Item a symbolo Athanasij sic. Est ergo fides recta vt credamus & confiteamur, quia Dominus noster Iesus Christus Dei filius Deus & homo est. Deus est ex substantia patris ante secula genitus homo, est ex substantia matris in seculo natus. Ecce ex Athanasij symbolo, quod regulā fidei compendiosam vocat Concilium Flor. filiū Dei esse genitum ex substantia patris, sic dictum ab eodem contelligas, spiritumsanctum ex substantia patris & filij procedere. Item a Cōcilio Lateranensi sub Inno. III de sum. Tri. & fi. cath. Damnamus pater, & filius, & spiritussanctus secundum orthodoxam, & catholicam fidem consubstantiales esse credimus. Pater enim ab æterno filium generando suam substantiam ei dedit, iuxta q ipse testatur, Pater quod dedit mihi maius omnibus est. Ac dici non potest, q partem substantiæ suę illi, dederit, partemque sibi retinuerit cum substantia patris indiuisibilis sit, vtpote simplex omnino. Sed nec dici potest, q pater in filium transtulerit substantiam suam generando, quasi sic dederit eam filio, q non retinuerit ipsam sibi alioquin desijsset esse substantia. Patet ergo, quod sine ulla diminutione filius nascendo substantiam Patris accepit, & ita pater & filius habent candē substantiam, & sic eadem res est pater, & filius, nec non & spiritussanctus ab utroque procedens. Hæc ibi. Ex Concilio igitur isto habetur, quod filium esse cōsubstantialem Patri, est ipsum esse a patre de patris ipsius substantia natum, & quod spiritumsanctū esse utriq; consubstantialem est ipsum esse, ab utroq; de veriusque substantia procedentem. Item habetur ex eodem, q filium esse de substantia patris est esse, de tota substantia non de parte substantiæ, & spiritumsanctum esse de substantia amborū est esse de tota substātia, non de parte. Idē ergo est dicere, psonas procedentes nō esse de substantia diuina uel esse de nihilo, q dicere ipsas non esse patri consubstantiales, & econtra, s. dicere personas diuinas esse consubstantiales est idem, quod dicere personas produci ex substantia patris, seu [quod in idē redit] actus notionales esse ex substantia diuina non de nihilo. Itē à Niceno in sua fidei confessione. Credimus &c. in vnum Dominum Iesum Christum filium Dei natum ex patre vnigenitum, hoc est, ex substantia Patris, Deum ex Deo lumen ex lumine, Deum verum ex Deo vero; Natū non factum. Homousion, hoc est, consubstantialem Patri &c. Dicentes autem erat, quando non erat, aut non erat, antequam fieret; aut quia ex non extantibus factus est, aut ex altera substantia vel essentia, aut creatum, aut cōuertibilem, filium Dei, hos tales anathematizat catholica, & Apostolica Ecclesia Hæc ibi. Item a Papa Syluestro in Concilio Romano 284. Episcoporum & 45. Diaconorum corroborante Concilium Nicænum [Ab initio igitur concilia, quantumuis & authoritate & doctrina & sanctitate & numero valeant, & quomodolibet aliter magna sint, corroborantur a Romanis Pontificibus,] quod est antiquissimum, sic. Quicquid in Nicęa. Bithiniæ constitutum est, ad robur sanctæ matris Ecclesiæ catholicę, a sanctis sacerdotibus 318. nostro ore confirmamus. Omnes, qui ausi fuerint dissoluere definitionem sancti & magni Concilij, quod apud Nicæam congregatum est sub pręsentia pijssimi & venerandi principis Constantini Augusti, anathematizamus. Et dixerunt omnes, placet Hęc ibi. Itē a reliquis omnib. Concilijs, vel explicite, vel implicite. Nam sequuntur principale illud concilium ita omnia alia, vt synodus Toletana tertia sub Pelagio Papa congregata canon. 10. dicat. Quicunque alibi fidem & communionem catholicam, præterquā in Ecclesia vniuersali, quam Nicæni, Constantinopolitani, & primi Ephesini, & Chalcedonensis concilij decreta tenent, pariter & honorāt. Anathema sit. Hæc ibi. Item à Toletano 1. per Leonem Papam authorizato, de regulis fidei c. 21. sic. Credimus filium Dei nō esse patrem, sed de patris esse natura. Item a Psal. 109 Ex utero ante Luciferum genui te. Ecce q non tantum dicit. Ego Pater genui te Filium, sed addit, ex vtero. i. ex mea substātia. More. n humano loquitur, vt nos homines ex visibilibus, quæ nouimus, ad inuisibilia capescenda facilius consurgamus. Item a &c. vt q. 39. ar. 1. & q. 34 ar. 1. & q. 39. ar. 4. Tertio vides, quo ex his omnibus supradictis vicissim Angelica firmetur cōclusio, atque doctrina præsens.

Cōciliorū confirmat.

Vbi tantū uera fides.

3

Pro studio varieta. coornando.

¶ Not. Articulo præsenti suffragatur articulus in ordine 203. 306. 165. 186. 187. 238. 242. 161. 211. 163. 43.

Comm. Cardinalis Caietani.

TItulus quærit, de actibus notionalibus &c. in actu exercito, an scilicet pater generet filium de sua substantiæ, an de nihilo.

¶ In corpore vnica est conclusio responsiua quæsito, Filius est genitus non de nihilo, sed de substantia patris. Probatur, primo quo ad partem negatiuam ducendo ad impossibile, si filius pduceretur de nihilo, ergo esset factus. ergo nō esset verè & propriè filius. Prima consequentia probatur, ex proportione materiæ ad artificem, & nihil adde Deū. Secunda autem ex differentia inter factionem & natiuitatem. Destructio autem, consequentis manifestatur authoritate Io. Aposto. Deinde respondet obiectioni ex creaturæ, s. q in scriptura filius Dei verificatur de aliquo qui est ex nihilo dicens q hoc non verificatur de vero filio: sed de filio per assimilationem, allatis ad hæc authoritatibus. Infertur postmodum secunda pars conclusionis per locum a diuisione, & subiungitur, quam differentia intelligatur hæc secunda pars, de substantia patris humani, & de substantia patris diuini: quia ibi de parte, hic de toto.

¶ In responsione ad primū, in quo negatur, essentiā diuinā habere rōnem materiæ, & sm in quo dicitur, q habet rōnē formæ subsistentis. argumenta occurrunt Henrici & Durandi, apud Capreolū in 5. d. 1. ad probandum, q filius est genitus de substantia patris, vt materia quo ad conditiones materiæ non importantes imperfectionem. Afferuntur aūt quatuor cōditiones sic, esse intrinsecum genito non accipiens esse, & pręexistere ac inexistere, & manere idem in tota generatione, & esse de quo genitum generatur, ut ly, de quo distinguitur contra de Nihilo, conueniunt essentiæ diuinæ respectu generationis filij, & sunt propriè conditiones materiæ. ergo de essentia ut materia, uel quasi materia, generatur filius. Assumptum quo ad omnia manifestatur inductiue. Et quo ad vltimum probatur, ex differentia inter creationem & generationem, q illa de nullo subiecto, hæc de præexistenti subiecto est. Adducuntur & confirmationes si pater de parte, aut de aliena substantia generaret filium proculdubio substantia illa haberet rationem materiæ. ergo si de tota, & propria generat, eādem habet rationem totum. n. & pars, proprium, & alienū, nō variant propositum. Et confirmat rursus, quia essentia recipit proprietatem constitutiuam geniti, & est quasi potentia passiua in generatione, alioquin non omni potentiæ actiuæ naturali, respondet et passiua. ergo habet rationem materiæ.

¶ Ad hæc breuiter dicitur, q quamuis secundum quid tolerari possit, diuinam essentiam habere aliquam conditionem materiæ in generatione, ut in d. 5. primi. q. 2. ar. 1. sustinuit author, simpliciter tamen, cum litera huius articuli negandum est filiū genitum de patris substantia, ut materia, & affirmandum, ut forma. Nec aliqua propria conditio materiæ saluatur in diuina essētia. Esse. n. de quo, ut distinguitur contra de nihilo, non est propriū materiæ, sed præexistentis intrinseci, quod est cōe formæ, & materię, ut patet si fingamus ex pręexistente Socratis anima, & nūc noua materia fieri a Deo Socratem, tunc. n. non crearetur, quia ex pręexistente aliquo fieret, & tamen nō fieret ex aliquo subiecto. Sed error in hac, & in aliis conditionibus accidit, quia ut plurimum,

rimum, ista consueuimus per subiectū, seu materiā declarare, vt & in hoc articulo fit, vbi de nihilo, per proportionem adde subiecto artificialium declaratur, cum tamen opponatur adde aliquo siue vt subiecto, siue vt forma præexistente. Et similiter reliquæ tres conditiones, cōes sunt procexistenti intrinseco. Ad confirmationē aūt de parte & alieno, negandum est assumptum, & quoad alienū quidem, patet in natura angelica, quoad partem verò, in actione propositi exempli de Socrate. Ad ea aūt, quæ in vltima confirmatione adducuntur; negandum est, essentia recipere proprietatem, quoniam comparantur vt idem, & non vt recipiens & receptum. Potentia quoque passiua, procul est a productione omnino simplicium, de quorum numero constat esse diuinam personam. Nec aliquod inconueniens est, huiusmodi potentijs actiuis non respondere passiuas, sufficit enim respondere terminos, vt potentia creatiua (quæ tamen Inferius) testatur.

Cap. 1. d. 7. q. 1. art. 1.

SVPER Q. XLI.

ART. IIII.

117 r. di. 7. q. 2. ar. 1. & pot. q. 2. ar. 1.

CONCL. In omni generante oportet ponere potentiam generandi. Et in omni spirante potentiam spirandi.

¶PROB. Quia, vbicūque ponitur actus, necesse est ponere ibi potentiam respectu illius actus, & actus notionales. i. generandi atq; spirandi, ponūtur in Deo.

¶COR. Inde ergo actus ille notionalis tolleretur, quod est hæreticum iuxta supradictas Ecclesiæ definitiones: si respectu talis actus auferretur potentia. Ergo, non ponere potentiam in Deo respectu actuum notionalium, vt & ipsum erroneum.

1^m minor. Neutra hic competere potest. ℞. Negatur §. Potentia .n. actiua, licet non passiua competit hic. Ad probationem ly cum personæ diuinæ non sint factæ, dicitur; quod nihil probat. Ad ponendum .n. potentiam actiuam hic in Deo sufficit ꝙ personæ diuinæ sint productæ. Et hoc est, ꝙ intendit dicere textus per ly sicut, per actus notionales &c.

2^m de maiori. Possibile ℞. Vel secundum, quod opponitur necessario, vel secundū ꝙ sub necessario includitur. §. Tunc &c. Licet enim personæ diuinæ productę non sint possibiles, idest contingentes (vt arguitur) sunt tamen possibiles, idest necessariæ, & possibiliter idest necessario, producuntur.

3^m de minori. Ad effectus. ℞. Vel ad actus illos, secundum quos res procedunt distinctæ a Deo, quamuis non ad actus illos, secū dum quos non designatur processio rei distinctæ a Deo §. Tunc &c. Licet enim ipsius intelligere & uelle, cū s̄m hos actus non designetur processio rei distinctæ à Deo, non sit potentia (vt arguitur) tñ ipsius concipere & spirare, cum secundū hos actus designetur processio alicuius personaliter distincti à Deo principio, est potentia.

ARTICVLVS IIII.

Vtrum in diuinis sit potentia respectu actuum notionalium.

AD QVARTVM sic proceditur. Videtur, ꝙ in diuinis nō sit potentia respectu actuum notionalium. Omnis. n. potentia est vel actiua, vel passiua. Sed neutra hic competere potest. Potentia. n. passiua in Deo non est, vt supra ostēsum est. * Potentia verò actiua non competit vni personę respectu alterius: cum personæ diuinæ non sint factæ, vt ostensum est. † Ergo in diuinis non est potentia ad actus notionales.

¶ 2 Pręt. Potentia dicitur ad possibile. Sed diuinæ personæ non sunt de numero possibilium: sed de numero necessariorum. ergo respectu actuum notionalium, quibus diuinæ personæ procedunt, non debet poni potentia in diuinis.

¶ 3 Præt. Filius procedit vt verbū, quod est conceptio intellectus, spiritus autem sanctus procedit, vt amor, qui pertinet ad voluntatē. Sed potentia in Deo dicitur per comparationem ad effectus: non autem per comparationem ad intelligere, & velle, vt supra habitum est. * Ergo in diuinis non debet dici potentia per comparationem ad actus notionales.

SED CONTRA est, ꝙ dicit Aug. † contra Maxi. hæreticum, Si Deus pater non potuit generare filium sibi æqualem, vbi est omnipotentia Dei patris? Est ergo in diuinis potentia respectu actuum notionalium.

RESP. Dicendum, ꝙ sicut ponūtur actus notionales in diuinis, ita necesse est ibi ponere potentiam respectu huiusmodi actuum, cum potentia nihil aliud significet quā principium alicuius actus. Vnde cum patrem intelligamus, vt principiū generationis, & patrem & filium, vt principium spirationis, necesse est, quod patri attribuamus potentiam generandi, & patri & filio potentiam spirandi. Quia potencia generandi significat id quo generans generat, Omne autem generans generat aliquo. Vnde in omni generatione oportet ponere potentiam generandi, & in spirante potentiam spirandi.

AD PRIMVM ergo dicēdū, ꝙ sicut secundū actus notionales nō procedit aliqua persona, vt facta, ita neque potentia ad actus notionales dicitur in diuinis per respectum ad aliquam personam factā; sed solum per respectū ad procedentem personam.

AD SECVNDVM dicendum, ꝙ possibile secundum, ꝙ necessario opponitur, sequitur potentiam passiuam, quæ non est in diuinis. Vnde neq; in diuinis est aliquid possibile per modum istum: sed solū secundum ꝙ possibile continetur sub necessario. Sic autem dici potest, quod sicut Deum esse est possibile, sic filium generari est possibile.

AD TERTIVM dicēdum, quòd potentia significat principium. Principium autem, distinctionem importat ab eo cuius est principium. Consideratur autē duplex distinctio in his quæ dicuntur de Deo. Vna secundum rem, alia secundum rationem tm̄. Secū dum rem quidem Deus distinguitur per essentiam a rebus, quarum est per creationem principium, sicut vna psona distinguitur ab alia, cuius est principium secūdū actū notionalem. Sed actio ab agente non distinguitur in Deo, nisi secundum ratione tantum, alioquin, actio esset accidens in Deo. Et ideo respectu illarum actionum, secundum quas aliquæ res procedunt distinctæ a Deo, vel essentialiter, vel personaliter, potest d Deo attribui potentia secundum propriam rationem principii. Et ideo sicut potentiam ponimus creandi in Deo, ita possumus, ponere potentiam generandi, vel spirandi. Sed intelligere, & velle non sunt tales actus qui designent processionem alicuius rei a Deo distinctæ, uel essentialiter, vel personaliter. Vnde respectu horum actuum, non potest saluari ratio potentiæ in Deo, nisi secundum modum intelligendi, & significandi tantum, prout diuersimode significatur in Deo intellectus & intelligere, cum tamen ipsum intelligere Dei sit eius essentia, non habens principium.

APPENDIX.

D. 494. Vtilitas pro Ecclesiæ Dei.

EX art. habes primò quomodo per rōnem interimas hæreses Agarenorum, & Sabelli dicentium, Deus non potest habere filium, quia vxorem nō habet. Item spiritusstan ctū omnem tollebat intellectum ipse Sabellius. Illi. n. negant potentiam patris ad generandū filium, & Sabellius tollit omnem potentiam spirandi spiritum sanctum [vt patet.] Secundo habes, qūo per ratione ostendas, has iure ab Augustino, tanquam a gerēte ibi personam Ecclesiæ, contra Maximinū hæreticum scribente li. 3. c. 12. fuisse damnatas sic, si Deus pater nō potuit generare filiū ibi æqualē, ubi est omnipotentia Dei patris? A simili ergo dicere uoluit, si Deus pater & filius non potuerunt spirare spiritū sanctum sibi coæqualem, ubi est omnipotentia patris, & filij? Item a symbolo fidei, consequenter, sic. Credo in Deum omnipotentē.

D. 493.

Si. n. potētia generandi, atq; spirandi continetur sub omnipotentia Dei, s̄m Augustinum, patet ꝙ prædictorum dānantur errores per ly Credo in Deū omnipotentem. Itē a &c. ut q 31. ar. 2. & q. 33. ar. 1. & q. 36. a. 2. Tertio uides qūo ex his uicissim firmetur conclusio.

NOT. Præsenti art. fauet articulus in ordi. 150. 216. 164. 189. 130.

Pro studio uarieta. co ornando.

*Q. 25. a. 1.

† Ar. pced.

*Q. 25. ar. 1. ul 3. & 4. arg.

† li. 3. cont. Maximinū c. 12. circa finem to. 6

ARTI-

Comm. Cardinalis Caietani.

IN titulo, potentia, vt patet quinto & nono Metaph. dupliciter sumitur. Primò pro potentia logica, quę consistit in non repugnantia terminorum, & de hac non est sermo. Secundo, pro principio operationis, & sic sumitur hic. vnde in diuinis, esse potentiam, significat esse potētię rationem formalem respectu notionalium, sicut etiam cum quæritur vtrum in Deo sit scientia, nil aliud quæritur nisi, an scientia dicatur de Deo formaliter.

¶ In corpore vnica est conclusio responsiua quæsito affirmatiue. Necesse est ponere in diuinis potentiam respectu actuū notionalium. Hæc conclusio primo in litera probatur sic, in diuinis ponuntur actus notionales. ergo necesse est ibi ponere potētiam horum. Et probatur sequela, quia potentia nihil aliud significat, quam principium actus. Secundo, explanatur vis rationis huius in speciali sic. Omne generans generat aliquo, ergo in omni generante oportet ponere potentiam generandi. ergo necesse est patri attribuere potētiā generandi. Prima consequētia probatur, q̄a potētia generandi significat id, quo generās generat. Secunda vero probatur, quia pater est generationis principium. Et similiter potes formare rationem de spirante & potentia spiratiua, idem enim est iudicium.

¶ Circa hæc aduerte, ꝙ quamuis multipliciter Aureol. apud Capreolum in 7. dist. primi, contra rationem & conclusionē arguat, duo tamen afferenda censui. Alterum contra rationem & conclusionem simul. Alterum contra conclusionem. Arguitur ergo primo sic, aut potentia ponitur in Deo respectu actuū notionalium secundum rem, & hoc non, quia non est secundum rē principium elicitiuum actus notionalis, vt patet, quoniam actus est idem cum ipsa potentia, aut secundum rationem tantum, & hoc non, quia, sic etiam intellectus haberet rationem potentiæ; q̄m ſm rationem est principium intelligendi, nullo igitur modo ualet ratio literæ, fundata super hoc, ꝙ potentia, est principium actus. Secundo arguitur sic, ex opposito. Negatiò potentiæ generandi, non est negatio potentiæ. ergo affirmatio potentię generandi, non est affirmatio potentiæ. Antecedens est Augustini, consequentia verò patet, ex primo Perihermenias, affirmatio & negatio de eodem sunt.

¶ Ad primum horum dicitur, ꝙ potentia ponitur in diuinis respectu actuū notionalium ſm rem. Sed aduertēdum est, ꝙ aliquis actus pōt inferre potentiam sui principium, ex duplici cōditione. Prima est esse elicitum Secunda est terminus eius, realiter per ipsum productum. ita ꝙ quodlibet horum per seipsū separatim infert poteniam ſm rem. Verum, q̄ñ actus est elicitus, infert potentiam principiū illius ſm se. Qñ vero actus non est elicitus; sed tātum effectus seu terminus realiter productus, infert potētiā principium illius, non ſm se, sed secundum suū effectū, seu terminum. Et q̄m generatio non est actus elicitus a patre, sed ipse pater, habet tñ quasi effectū filium realiter distinctum: Ideo in patre est potentia generandi, quę est principium ſm rem generationis, non secundū se, sed ſm ꝙ ponit genitū. Vnde rō literæ ex actu sumpta ualida est, cum distinctione tamen prædicta intelligenda, s. de actu vel ſm se, vel secundū suū terminum realiter emanante. Et ad hoc insinuandum, in litera expresse dicitur, quòd sicut ponuntur ibi actus, ita potentię, significando per ly. Sicut, & ly ita, ꝙ iuxta modum actus est modus potentiæ. Et hoc, quia plurib. modis actus uendicare potest sibi potentiam, ut diximus, & in litera respondendo ad tertium exprimitur. Ad secundum verò conceditur totum, quoniam potentia generandi non affirmat potentiam, sed potentiam illi, id est potentiam respectu talis actus, s. notionalis, nihil enim aliud in hoc articulo concluditur. Vnde & Augustinus optime dixit, ꝙ filius non genuit: non quia non potuit, hoc enim esset negatio potentiæ absolutæ, quam constat communem esse toti trinitati. Cum quo tamen stāt, quòd in solo patre, ut infra dicetur, est potentia generandi.

S. Bona. 1. s. d. 7. q. 1. a. 1.
Ricca. 1. s. d. 7. q. 1.
Marro. 1. s. d. 7. q. 2.
Cap. 1. d. 7. q. 1. c. 2. et 3.
Scot. 1. s. d. 7. q. 1.
Duran. 1. s. d. 7. q. 2.
Bacc. 1. s. d. 5. q. 1.
Bannes ar. 5.

218
1. di. 7. q. 1. a. 2. & pot. q. 2. ar. 2.

ARTICVLVS V.

Vtrum potentia generandi significet relationem, & non essentiam.

SVP. Q. XLI.

ART. V.

CONCL. Potētia generandi significat in recto naturam diuinam, sed in obliquo relationem.

Li. 5. Met. tex. 17. t. 3.

¶ NOT. Idem dictū puta de potentia spirandi.

¶ PROB. Quia illud est principaliter potentia generatiua in generante in quo genitū assimilatur generanti, & filius assimilatur patri in natura diuina, non in relatione secunda autē pars s. sed in &c. probatur. Quia illud in obliquo significatur p potentiam generatiuā, ꝙ ut forma indiuidualis cōstituit formam generātis, & relatio personalis est, ut forma indiuidualis constituens personam generantis.

¶ COR. Quasi ergo id significari dicitur hic in obliquo, quod præsupponitur reperiri. Nam potentia generatiua præsupponit psonam patris. Vide q. 40. ar. 4.

AD QVINTVM sic proceditr. Videtur, quod potentia generandi vel spirandi, significet relationem, & non essentiam. Potētia enim significat principium, vt ex eius diffinitione patet. Dicitur. n. potentia actiua esse principium agendi, vt patet in 5. Meta. Sed principium in diuinis respectu personæ dicitur notionaliter. Ergo potētia in diuinis non significat essentiam, sed relationem.

¶ 2 Præt. In diuinis nō differt posse, & agere: sed generatio in diuinis significat relationem. Ergo & potentia generandi.

¶ 3 Præt. Ea quæ significant essentiā in diuinis, cōia sunt tribus personis: sed potētia generandi nō est cōis tribus personis: sed propria patri, ergo non significat essentiam.

SED CONTRA est, quòd sicut Deus potest generare filium, ita & vult. Sed voluntas generandi significat essentiam. Ergo, & potentia generandi.

RESP. Dicendum, ꝙ quidā dixerunt, ꝙ potētia generandi significat relationē in diuinis. Sed hoc esse non pōt. nā illud propriè dicitur potentia in quocūq; agēte, quo agens agit. Omne aūt producens aliquid per suam actionem, producit sibi simile quātum ad formam qua agit. Sicut homo genitus est similis generanti in natura humana, cuius virtute, pater potest generare hominē. illud ergo est potētia generatiua in aliquo generāte, in quo genitum similatur generanti. Filius aūt Dei similatur patri gignenti in natura diuina. vnde natura diuina in patre, est potentia generandi in ipso. Vnde Hilar.* dicit in 2. de Trin. Natiuitas Dei non pōt eā ex qua pfecta est, nō tenere naturā: nec. n. aliud q̄ Deus subsistit, qđ nō aliūde quā de Deo subsistit. Sic igitur dicendum est, ꝙ d potentia generandi, principaliter significat diuinā essentiā, ut Magister dicit 7. dis. 1. sen. non aūt tantum relationem. Nec etiam essentiam, inquantum est idem relationi, vt significet ex æquo vtrūque. Licēt. n. paternitas vt forma patris significetur, est tñ proprietas personalis habēs se ad personam patris, vt forma indiuidualis ad aliquid indiuiduum creatum. Forma autem indiuidualis in rebus creatis, constituit personam generantem, non autem est quo generans generat, alioquin Socrates generaret Socratem. vnde neq; paternitas potest intelligi, ut quo pater generat: sed ut constituens personam generantis alioquin pater generaret patrem. Sed id quo pater generat, est natura diuina, in qua sibi filius assimilatur. Et secundum hoc Damas.* dicit, ꝙ generatio est opus naturę, non sicut generantis: sed sicut eius, quo generans generat. Et ideo potentia d generandi significat in recto naturam diuinam, sed in obliquo relationem.

1m de maiori.
Principium, s. quo, non

* Lib. 2. de Trini. non procul a fin. & li. 5. et ad finē. D. 497.

* Li. 1. orth. fid. c. 8.

D. 984.

AD PRIMVM ergo dicendum, ꝙ potentia non significat ipsam relationem principii, alioquin esset in genere relationis, sed significat id quod est principium, non quidem sicut agens dicitur principium; sed sicut id quo agēs agit, d dicitur principium. Agens autem distinguitur a facto, & generans a generato. Sed id quo generans generat, est commune genito & generāti, & tanto perfectius, quanto perfectior fuerit generatio. Vnde, cum diuina generatio sit perfectissima, id quo generans generat, est commune genito & generanti, & idem numero non solum specie, sicut in rebus creatis. Per hoc ergo quod dicimus

D. 200.

Primum

non, quod §. Tunc &c. Nam licet principium quod, dicatur notionaliter (vt arguitur) tamen principium quo agens, s. agit, dicitur essentialiter, idest significat essentiam.

2^m de maiori. Differt R. re non, ratione. § Tunc &c. Nam licet generatio, & potentia generandi, sint idem re (vt arguitur) quia tamen differunt ratione, ideo potentia generandi non significat relationem eo modo quo generatio.

3^m de maiori. Significant essentiam. R. Vt significant essentiam, non, vt significant connotatum cum essentia. § Tunc &c. licet. n. potentia, generandi, quo ad connotatum, i. quo ad generare, non sit tribus communis (ut arguitur) tamen ipsamet potentia, quo ad essentiam significatam est tribus communis.

cimus, quod essentia diuina, est principium, quo generans generat, non sequitur, quòd essentia diuina distinguatur, sicut sequeretur, si diceretur, quòd essentia diuina generat.

Ad secundum dicendum, quòd sicut est idem in diuinis potentia generandi, cum generatione, ita essentia diuina cum generatione, & paternitate est idem re: sed non ratione.

Ad tertium dicendum, quod cùm dico potentiam generandi potentia significatur in recto, & generatio in obliquo, sicut si dicerē essentiam patris. Vnde quantū ad essentiam, quæ significatur, potentia generandi communis, est trib. personis, quantum autem ad notionem quæ connotatur, propria est personę patris.

¶Not. Potentia est unum nomen, Generandi, est aliud. Potētia est essentia, ly generandi, significat sic, idest ut est in patre. Patet autem, quod essentia, ut sic, est communis, essentia, vt est in patre [idest vt cum relatione formali paternitatis,] non est communis. Applica ergo: vt capias responsum.

APPENDIX.

Vtilitas pro Eccle. S. Dei.

Ex articulo maximè ex responsione ad tertium, habes, primo quomodo per rationem interimas hęresim Raymundi Lull. [Direct. inquisi. 2. par. q. 9.] dicentis, tres personæ diuinæ sunt tantum in unione, quod nulla illarum trium potest aliquid agere intrinsece sine alijs, quia nec generare nec spirare. Cum enim statuatur hic, quod potentia generandi significat in obliquo personam, & quod similiter potentia spirandi, hoc est, quod potentia quoad notionem connotatam est propria personæ alicui uel aliquibus, non autem est communis tribus: patet quod articulus pręsens ex ratione contra Raymundum prædictum militat. 2 Secundo habes, quomodo per rationem demonstres, hanc merito fuisse dānatam a Papa Greg. 11. vt ibi dicitur in Directorio, & alias retulimus. Item ab Innocentio in generali synodo de sum. tri. & fid. cath. firmiter credimus & simpliciter cōfitemur, quod &c. pater a nullo, filius a patre solo, spiritussanctus pariter ab utroque: absque initio semper ac sine fine, pater generans, filius nascens, spiritussanctus procedens, consubstātiales. Item in cap. Damnamus sic. Vna quædā summa res est, incomprehensibilis, ac ineffabilis, uidelicet essentia substantia seu natura diuina, quæ ueraciter est pater, qui generat, & filius qui gignitur, & spiritussanctus, q procedit, vt distinctiones sint in personis, & unitas in natura. Hęc ibi. Nota cōcilii conclusionem, s. ut distinctiones sint in personis &c. Quia præmiserat & essentiā & personas & actus notionales [idest generare, gigni, procedere,] ideo, oportet ad conclusionis sufficientiam dicere, quod Concilium in ly personis subintelligit actus notionales proprios personarum, quos præmiserat. Vult ergo dicere sic apertius, ut distinctiones sint in personis actibusque earum notionalibus [modo præmisso,] & unitas in natura. Item a regulis fidei, traditis ab Augustino in libro de fide ad Petrum ca 6. sic, firmissime tene, & nullatenus dubites: Patris, & filij, & spiritussancti, unam quidem esse naturam, tres uero personas; Patremque solum esse, qui dixit, Hic est. Filius meus dilectus; & Filium solum esse super quem illa uox solius patris sonuit; & spiritumsanctum patris & filij solum esse, qui in specie columbæ super Christum baptizatum descendit, & quinquagesimo die post resurrectionē Christi fideles in uno loco positos in linguarum ignearum uisione adueniens repleuit. Illam uerò uocem quam solus locutus, est Deus pater, & illam carnem, quam solus homo factus unigenitus Deus assumpsit, & illam columbam, in cuius specie spiritussanctus super Christum descendit, illasque linguas igneas, in quarum uisione fideles uno loco constitutos repleuit: opera esse totius Trinitatis, i. vnius Dei, qui fecit omnia in cœlis & in terra uisibilia & inuisibilia. Hæc ibi. Ecce, q secundum fidem opera, ad intra, s. gignere filium, filium gigni, spirare spiritumsanctum non sunt communia toti Trinitati [contra Raymundum:] Licet in una natura numero sint omnes tres personæ: sed opera ad extra sunt omnibus illis communia. 3 Tertio uides, quomodo ex his uicissim præsens Angelica doctrina firmetur.

Pulcherrimū scituq; dignissimū

¶Not. Præsentem articulum adiuuat in ordine articul. 161. 169. 186.

Pro studio uarieta. co ornando.

Comm. Cardinalis Caietani.

Titulus clarus est ex præcedentibus. Tantum hoc aduertat nouitius, q potentia sumitur hic, non pro respectu principij: sed pro re cui conuenit ille respectus, vtrunque namque clauditur in ratione potentiæ, sed illa res dubitatur hic: an sit essentia, vel paternitas &c.

¶In corpore quatuor facit. Primò, refert opinionem quādam. Secundo, reprehendit illam. Tertiò, reprehendit quandam aliam opinionem, i. tenet etiam essentiam &c. Quartò ridet, quæsito.

¶Quo ad primum, recitata opinio est, q potentia generandi significat relationem tantum.

¶Quo ad secundum: reprehenditur hęc opinio, ostendendo q significat diuinam essentiā principaliter sic Potētia in vnoquoq; agente, est id, quo agens agit ergo est forma cui fit assimilatio: ergo potentia generatiua est in quo genitum assimilatur generāti. ergo natura diuina in patre, est potentia generandi. ergo potētia generandi principaliter significat diuinā essentiā, & non relationem tantum. Prima consequentia probatur: quia oē producens, producit sibi simile quantum ad formam, qua agit, quod manifestatur in generatione hominis. Tertia autem probatur, quia filius Dei assimilatur patri in natura diuina. Et confirmatur authoritate Hilarij. Quartæ vero consequens, quo ad primam partē confirmatur authoritate Magistri in 7. dist. 1.

¶Quo ad tertium: reprehendenda opinio est, q potentia generandi significat essentiam inquantum est idem relationi: ita q ex æquo significat vtrunque, reprehenditur autem sic. Forma indiuidualis in rebus creatis constituit personam generantē, & non est quo generans generat ergo in diuinis paternitas est constituēs personam patris generantis, & nō est quo pater generat. Antecedens probatur quo ad secundam partem: quia alioquin Socrates generaret Socratem. Consequentia vero probatur, quia paternitas licet sit forma, est tamen forma indiuidualis, & applicatur probatio secundę partis antecedentis secundæ parti consequentis, ducendo ad impossibile, scilicet, q pater generaret patrem sicut ibi Socrates, Socratem gigneret.

¶Quo ad quartum conclusio responsiua quæsito est: potentia generandi significat diuinam naturam in recto, & paternitatē in obliquo. Et infertur ex supradictis sic: quo pater generat est diuina natura, quia in ea sibi assimilatur filius, & generatio apud Dama. opus est naturæ, non ut quod, sed vt quo: ergo.

¶Et aduerte, q pro constanti, cum cæteris theologis supponit author, potentiam generādi claudere in se relationē, & ideo non fuit solicitus ut probaret ipsam includi: sed sat fuit probare, q non sola, & q non sic. s. ex æquo includitur. Et scito, q secunda opinio reprehensa in litera, est ea, quam author secutus fuerat in 7. dist. 1. q. 1. art. 2. ac per hoc est hic retractata.

¶Circa primū assumptum. s. potentia in vnoquoq; agente, est id, quo agens agit, dubium occurrit, an hoc sit verum de omni quo agens agit, aut solum de quo primo, aut solum de quo proximè. Non potest dici, quod omne quo agens agit, sit potentia, quia tunc sequeretur, quod in Socrate essent plures potētiæ generatiuæ, quoniam generat humanitate, & generat potentia generatiua, quæ est vis patris vegetatiuæ. Nec pōt dici, qđ verificatur solum de quo primo, qm̄ sequeretur quod calor in igne non esset potentia calefactiua: sed eius substantia quæ est primū principium calefactionis. Nec potest dici, quod verificatur tm̄ de quo proxime, quia sic falsum dictum esset in litera, quòd natura humana, est potentia generatiua hominis. Et similiter male inferretur conclusio principalis, quoniam natura diuina non nisi mediante intellectu & voluntate, est principium generationis & spirationis: vt ex supra dictis patet.

¶Ad hoc dicitur quod assumptum est verum de omni, quo agens agit, duab. conditionib. seruatis. s. quod illud sit aliqua forma agentis, & hoc ad differentiam instrumentorum, & quod sit per se principium illius actionis, siue elicitiuum, siue principale. & hoc ad differentiam concomitantium. Nec propterea sequitur,

tur, esse plures potentias eiusdem rationis in eodem, quia secundum se, potentiæ in eodem sunt diuersorum ordinum, dum altera prima, altera proxima est, vt patet de natura humana & potentia generatiua: in ordine verò ad actum, vnitatem habent: sunt enim vnius & eiusdem generationis principium, & ideo ut sic, computatur quasi vnum principium & vna potentia, constans ex proximo & primo concurrentibus.

¶ Circa positionem quatenus affirmat potentiam generatiuā esse diuinam naturam, ex duplici capite dubium occurrit. Primo, ex diuina natura, vt distinguitur contra perfectiones attributales, puta intellectum & voluntatem, & contra hoc afferuntur argumenta Sco. Secundo, ex eadem vt distinguitur contra relationem. Et contra hoc, afferuntur argumenta Bonauenturæ, Garronis, Henr. & Duran. Verum quia author non sumit hic diuinam naturam, vt distinguitur contra intellectum & voluntatē, nisi forte secundum quid, quoniam apud ipsum, etsi natura diuina sit primum princi pium quo generationis, non tamen sola: sed ipsa est vt primum quo, intellectus autem est vt proximū quo, vt ex tractatis de processione filii & spiritussan. manifeste patet. Vnde diuina natura hic sumitur non solum ut ipsa, sed comprehendens quodcunque absolutum vt principium, quo, concurrens ad huiusmodi actus notionales. Et propterea nihil refert, quantū ad propositum spectat, loqui de diuina natura, & de quocunque alio absoluto essentiali. Propter quod, Scotica argumenta omittenda sunt. Aliorum verò, qui essentiam ut distinguitur contra relationes impugnant, rationes ex essentiæ ratione, ex forma personali, ex actu notionali atq; authoritate procedunt. Ex essentia quidem, primo sic. Formę quæ est formalis ratio alicuius actionis, debetur illa actio, etiam si sit separata à subiecto, vt patet de albedine separata respectu disgregationis: sed deitati ut intelligitur separata a patre, non debetur illa actio, puta generare. ergo ipsa non est ratio generandi. Præterea: deitas est vnius simplicissimæ rationis. ergo non est ratio tantum duarum actionum, s. generationis & spirationis: sed aut vnius, aut infinitum. Præterea: deitas est communis tribus personis, ergo non est propria ratio actus proprii uni personæ. Ex forma verò constitutiua patris paternitate, quia idem est principium essendi & operandi, imperfectionis enim est, ut forma det actum primum & non secundum. Ex actu verò, quia sicut actus essentialis a forma essentiali, ita personalis à personali. authoritas autem est Aug. 5. de Trin. c. 6. Eo pater quo est ei filius. ergo non diuinitate: sed paternitate est ei filius. & tenet sequela: quia paternitate est pater.

¶ Ad euidentiam horum scito, q in hoc videntur opponentes decipi, quia non discernunt quantum intersit inter diuinam naturam & diuinam naturam in hoc, puta patre. Non intendit author q diuina natura sit potentia generatiua, sed q natura diuina in principio, non de principio, est potentia generatiua. Et ad hoc insinuandum, in littera immediate ante authoritatem Hilarij dicitur. Inde diuina natura in patre, est potentia generatiua in ipso ubi bis personam nominauit, semel ex parte naturæ, & semel ex parte potentię generandi, vt ostenderet, quod neutrū sumitur

mitur purè absolutè. Diuina siquidem natura communis est tribus, cum omnibus suis proprietatibus. Diuina autem natura non solum vt pater, sed vt in patre, filius est patris: ipsa enim ut sic. i. vt in patre: seu vt patris, potentia est generandi. Et propterea in litera dr, q potentia generandi includit paternitatem, non in recto, sed in obliquo. Deitas. n. non ut paternitas: sed ut patris, potentia est generandi, & patri propria: & per hoc facile respondetur obiectionibus. Vnde primæ rationis licet posset negari maior, qm albedo separata à quantitate non disgregaret, distinguatur th, q actus attribuitur dupliciter alicui formæ, vno mō absolutè, ac per se positiuè. Et sic dato q maior esset uera, minor est falsa, qm generatio non attribuitur diuinæ naturæ absolute, nec per se positiuè, quoniam conueniret ei in quocunq; inuenitur i sed quasi permissiue. eo modo, quo particularia conueniunt uniuersalibus. sic. n. comparantur personæ ad essentiam. ut in q. 40. dictum est. Alio modo attribuitur actus formę ut in hoc, & sic, maior est falsa, & minor uera. Et per hoc, patet responsio ad tertium. Commune enim ut commune, non est propria ratio proprii, sed bene commune ut proprij, idest personę, est propria ratio actus proprii ipsi personæ.

¶ Ad secundam verò, potest per idem respōderi, q licet deitas ſm se, non magis respiceret duo quam mille, tñ ut in hoc. i. ut in principio non de principio, & ut in eo, & principio de principio simul, duos tantum inchoat actus. Potest tamen ratio hæc pluribus alijs modis solui. s. quia deitas cum intellectu unius & cū uoluntate alterius, est principium. Nec plurium, quia præter actum intellectus & uoluntatis, non datur tertius in natura intellectuali. Ex parte quoq; certi ordinis ipsarum productionum inter se, dici potest, q non inconuenit ab uno ordine oriri. Ad rationem vero ex parte formæ, falsum est assumptum ſm cōem philosophiæ uiam, tenentem non omnem formam esse actiuam, & specialiter relationem. Posset tamen dici, q quodāmodo paternitas constituendo patrem, dat generare, pro quāto dat ei concurrere actiue ad generationem ut quod, nec plus sibi debetur. Ad illud uerò de actu, neganda est proportionalis similitudo, quoniā actus essentialis infra latitudinem pure essentialium inuenit qd & quo actus verò personalis infra latitudinem pure personaliū repugnat, q inueniat quo, quia personalitas non potest esse ratio faciendi sibi simile, nisi idem posset generare se, quod non est intelligibile. Ad authoritatem demum Augu. dicendum est, q labor est in æquiuoco, quoniam loquitur de quo formaliter. Deitas autem patris est quo causaliter pater generat, & ei est filius.

¶ In responsione ad primum aduerte, q inter generans & genitum inueniuntur duo. s. conuenientia & distinctio. Et distinctio, quidē, conditio est. Assimilatio aūt, rō est generans. n. nō generat ut distinguat: sed ut assimilet distinctū. Et propterea, quantò maior est conuenientia, tāto perfectior est generatio, salua distinctione hypostatica. Et quantò minor est huiusmodi suppositalis distinctio, tantò perfectior, est generatio. Vnde in diuinis distinctio est minima, quia relatiua, & conuenientia est summa: quæ sunt eadem res numero simplicissima & omnino indiuisa &c.

Cap. 1. d. 7. q. 2.

SVP. Q. XLI.

ART. VI.

219

1. d. 7. q. 2. a. 2. & in li. & po. q. 2. ar. 1. ad 10. & ar. 4.

CONCL. In diuinis est tantum vnus Pater, vnus filius, vnus spiritussanctus.

¶ COR. Ergo, actus notionalis ad plures personas terminari nō pt.

¶ PROB. 1 Quia personæ sunt relationes subsistentes; & relationes subsistentes vnius ordinis nō possunt multiplicari. 2 Quia Deus omnia intelligit, & vult vno siplici actu. 4 Quia personæ procedunt naturaliter; & natura est determinata ad vnum. 3 Quia singulæ personæ ex hoc, quòd sunt vnæ [puta, vnus filius vnus, & cæt.] sunt perfectę.

*l. 3 c. 12. cir. fin. t. 6.

ARTICVLVS VI.

Vtrum actus notionalis ad plures personas terminari possit.

AD SEXTVM sic proceditur. Videtur, quod actus notionalis ad plures personas terminari possit, ita q sint plures personę genitæ, vel spiratæ in diuinis. Cuicunque enim inest potentia generādi, potest generare: sed filio inest potētia generandi. ergo potest generare: nō autem seipsum. ergo alium filium. Ergo possunt esse plures filii in diuinis.

¶ 2 Præterea. Aug. * dicit contra Maxi. Filius non genuit creatorem. neque enim non potuit: sed non oportuit.

¶ 3 Præterea. Deus pater est potētior ad generandum, quam pater creatus. Sed vnus homo potest generare plures filios. Ergo & Deus, præcipuè cum potentia patris vno filio generato non diminuatur.

SED CONTRA est, quòd in diuinis non differt esse & posse. Si igitur in diuinis possent esse plures filii, essent plures filii. Et ita essent plures personæ quam tres in diuinis, quod est hæreticum.

RESP. Dicendum, quòd sicut Athan. * dicit. In diuinis est tantum vnus pater, vnus filius, vnus spiritussanct. Cuius quidem ratio quadruplex assignari potest. Prima quidem ex parte relationum, quibus solum personæ distinguuntur. Cum enim personæ diuinæ sint ipsæ relationes subsistentes, non possent esse plures patres, vel plures filii in diuinis, nisi essent plures paternitates & plures filiationes. Quod quidem esse non posset, nisi secundum materialem rerum distinctionē. Formæ enim vnius speciei non multiplicantur nisi secundum materiam, quæ in diuinis non est. Vnde in diuinis nō potest esse nisi vna tantum filiatio subsistens, sicut & albedo subsistens non posset esse nisi una. Secunda verò ex modo processionū, quia Deus omnia intelligit, & vult vno & simplici actu. Vnde non potest esse nisi una persona procedens per modum verbi, quæ est filius, & vna tantum per modum amoris, quę est spiritussanctus. Tertia verò sumitur ex modo procedendi, quia personæ ipsæ procedunt naturaliter, ut dictum

* In suo symbolo fidei.

Primum

procedunt naturaliter, ut dictum est*. Natura autem determinatur ad unum. Quarta ex perfectione diuinarum personarum. Ex hoc enim est perfectus filius, quòd tota filiatio diuina in eo continetur & quòd est tantum unus filius. & similiter, dicendum est de aliis personis.

AD PRIMVM ergo dicendū, quòd quamuis simpliciter concedendum sit, quòd potētiam, quam habet pater, habeat filius, non tamē concedendum est, quòd filius hēat potentiam generandi, si generandi, sit gerundiuum uerbi actiui, ut sit sensus, quòd filius habeat potentiā ad generandum. Sicut licet idem esse sit patris & filii, non tamē conuenit filio esse patrem propter notionale adiunctum. Si tamen hoc quod dico generandi, sit gerundiuū uerbi passiui, potentia generandi est in filio, idest, ut generetur. Et similiter si sit gerundiuum uerbi impersonalis, ut sit sensus, potentia generandi, idest qua ab aliqua persona generatur.

AD SECVNDVM dicendum, ꝙ Aug. in uerbis illis non intendit dicere, quòd filius posset generare filium, sed quòd hoc non est ex impotentia filii, quòd non generet, ut infra patebit.

AD TERTIVM dicendum, ꝙ immaterialitas, & perfectio diuina requirit, ut non possint esse plures filii in diuinis, sicut dictum est. Vnde quòd non sint plures filii, non est ex impotentia patris ad generandum.

1m de maiori. Generandi. R. Vt ly. Generandi est gerundiuum uerbi actiui: non, ut est gerundiuum uerbi uel passiui uel impersonalis. §. Tunc &c. Licet enim in filio sit potentia generandi hoc secundo modo, idest, ut generetur: non tamen in filio est potentia generandi actiue sumpti, idest, ut generet. Vide artic. 5. tertium.

2m ex Augus. Nec enim non potuit. R. Idest non fuit ex impotentia. §. Tunc &c. Licet enim hoc, scilicet generare, non fuerit ex impotentia filii, ut per Augustinum arguitur: non tamen filius potuit, aut potest, aut unquam poterit, generare filium.

n.2. huius quæst.

¶ NOT. Filium non posse genere alium filium, omnes sapientes catholici concedunt, etiam ipse Augustin.* Inquirendum tamen restat aliud, scilicet unde proueniat hoc, ꝙ gñare, nō possit, & hoc solūmodo inquirit ibi Augustinus. Vnde ergo hoc prouenit? Ex impotentia filij? Nō: quia filius habet eandem numero, tantamque potentiam, quantam pater. q 42. ar. 4 & 6. Vñ ergo? Ex implicatione contradictionis. Implicat. n. quòd tota filiatio diuina sit in uno filio [ut quarta probatio cōclusionis dixit] & quod esse possint plures filii. Sicut [contra Manichæos] implicat; quòd tota perfectio reperibilis sit, ut debet esse, in uno Deo: & quod esse possint Dij. Item implicat: quod personę diuinæ sint immateriales, & quòd aliqua illarum possit multiplicari, puta qđ sint plures paternitates, [ut prima conclusionis probatio dicebat.] Hoc totum significauit. B. Aug. per illam authoritatem in argumento allatam. Quasi apertius dixisset. Quare filius non genuit? forsan. quia non potuit? Non. Quare ergo non genuit? Quia non oportuit. Et quare non oportuit? Quia & tota filiatio inuenitur in ipso, & personæ immateriales unius ordinis [puta, Paternitatis, &c.] plurificari non possunt. Hoc est. Quare nō oportuit? Quia id contradictionem implicat. Vt si dicamus. Deus non potest facere, qđ præterita non fuerint. Quare hoc? forsan ex eo, quod non pōt, i. ex impotentia Dei, hoc prouenit? Absit. Est enim Deus omnipotens & semper omnipotens. Quare ergo? Ex eo quòd factum illud, scilicet præterita non fuisse, implicat contradictionem. Non oportuit autem nec oportet, nec oportebit, immo nō decuit non decet, neque unquam decebit; ponere in Deo, uel ei attribuere, aliquid implicans contradictionem.

Notatu dignissima.

cōtra Manichæos.

¶ COROL. A D. Augustino ergo discant loqui reuerenter de Deo: qui de contradictoriorum factione disputāt. Dicta ergo sua sic ad limam. D. Augustini moderentur. Deus non faciet unquā contradictoria: nō quia nō possit, sed quia nec oportet, nec decet. i. hoc non prouenit ex impotentia Dei, sed ex infactibilitate rei.

3m de maiori. Potentior. R. Sine materialitate, & imperfectione: non cum materialitate & imperfectione.

ctione. §. Tunc &c. Quòd enim Deus pater non generet plures filios procedit ex immaterialitate omnimoda, & perfectione (ut ex notatione immediate supra habetur): non ex aliqua, uel minima impotentia (ut arguitur per fallaciam secundum non causam ut causam.)

APPENDIX.

EX articulo habes, primo, quomodo per rōnem interimas hæresim Raymundi Lull [Direct. Inquis. 2. p. q 9.] dicentis, quòd Deus pater est, multiplicabilis, & Deus fili* consimiliter. Scđo hēs: qūo per rationem ostēdas, hanc meritò fuisse damnatam a Gregorio XI. de consilio sr̄ fratrum suorum post diligens examen, ut ibi in Directorio legitur. Itē a Papa Innocētio Tertio, in Concilio gñali, de su. Tri. & fi. cath. Dānamus, sic. Nos sacro approbante cōcilio credimus & cōfitemur, ꝙ &c. in Deo solūmodo Trinitas est, nō quaternitas. Hęc ibi. Ex Concilio igitur patet: ꝙ in diuinis non pñt esse plures, uel patres, uel filii, uel spiritussancti. Tunc. n. quaternitas ibi esset, si posset quis illorum multiplicari: cum in Deo maximè, ut qui sit omnino immutabilis, non differant esse & posse Item ab omnib. Cōcilijs. Orthodoxis dogmatib. atque scripturis. Quælibet. n. Concilia, sacra dogmata, pariter & scripturę, confessioni prædictę Romani Pontificis concordant. Trinitatē solum astruendo, quaternitatē damnando. Nec Raymundum excusa præmissæ Pontificis definitioni conciliat, id: quod eodem Directorio ibi, ar. 8. testante ipsemet asserit. In diuinis, (inquit) sunt tres personæ, nec plures, nec pauciores, s. Vniens, vnibilis, & unire. Deificans deificabilis, & deificare. Aeternificans, æternificabilis, & æternificare. Hoc, inquam, non excusat Raymundum, immo plus accusat: quoniam hoc phantastica hæresis est, ibi damnatam a Gregorio solemniter. Concilio sr̄ Innocentij non conciliat illum, quoniam nec uerba ipsius expressissima, pluriesq; repetita, attingit. Mox. n. post ly quaternitas, subinfert Concilium. Quia quælibet trium personarum est illa res, uidelicet essentia diuina, & infra. Est pater, qui generat, filius qui gignitur, spiritussanctus qui procedit, ut distinctiones sint in personis, & unitas in natura. Hæc ibi, & supra in c. firmiter, sic. Vnus solus, est uerus Deus, Pater, & Filius, & Spiritussanctus, tres quidem personæ, sed una essentia substantia, seu natura. Personas ergo Concilium uocat patrem, & filium & spiritumsanctum, non autem illa tria, quæ iste phantasticus a diabolo edoctus euomuit. Tertio quomodo, ex prędictis [nam, quaternitatem non esse in diuinis, idem est, quod dicere. Actus notionales non possunt terminari ad plures personas] uicissim Angelica firmatur conclusio, intelligere potes.

Vtilit. pro S. Eccl.

a

q 42. ar. 6. ad 3.

3

¶ NOT. Præsenti deseruit articulo in ordine ar. 173. 134. 225. 234. 164. 215. 118.

ARTI-

Comm. Cardinalis Caietani.

IN titulo aduerte, quòd non quæritur hic, an personæ diuinæ possint esse plures tribus, hoc enim, in q. 30. discussum est Sed hic tantum quæritur, an ratio formalis atoma alicuius personæ, possit plurificari, ita. s. quòd non sit tantum unus filius, aut unus spiritussanctus, ut sic ista quæstio differat ab illa, qui ibi de pluralitate personarum simpliciter. hic autem de pluralitate personarum eiusdem rationis formalis, quæstio est. Dupliciter autem imaginari possumus talem pluralitatem. Primò, ut sint plures filij, quorum neuter sit pater, aut spiritus. Secundò, ut sint plures filii, ut etiam spirituss. sit filius alia filiatione. Et similiter potest distingui de duob. spiritibus sancti. s. aut, ut neuter sit filius, aut ut etiam filius sit spirituss an. alia numero spiratione passiua. Vtroq; enim modo essent plures filii, & plures spirituss ancti, & uno modo essent plures personæ quam tres. Alio uerò modo non: propter quod si subtiliter consideretur quęstio ista, stat cum trinitate personarum, & ideo posita est post determinatum numerum personarum. Nec ad eam spectat discutere nisi pluralitatem purè numeralem, seu indiuidualem.

¶ In corpore unica est conclusio, ex Athanasij symbolo. In diuinis est tantum unus pater, unus filius, unus spiritussanctus. Et probatur quadrupliciter, & rationes quidem in litera satis formatæ sunt, quia tamen impugnantur, singillatim examinabuntur.

¶ Prima ergo rō fundata super hoc, quòd forma unius spēi nō multiplicatur nisi secundum materiam, multos habet aduersarios, s. Sco. Aureolum, Adam &c. Quorum instantiæ consistunt in hoc, quòd inuenitur multiplicatio formæ accidentalis in eadem materia, & afferunt lumen, speciem in medio, seu oculo, & relationem. In eadem siquidem parte diaphani uidemus multa lumina secundum multitudinem illuminantiū, ut opposita multitudo umbrarum & illuminationum testatur. In eodem quoque medio, species est utriusque parietis eiusdem quantitatis, coloris, figuræ &c. ita ut non sit aliqua ratio diuersitatis specificæ. Vnūquodque album multas habet similitudines ad reliqua alba. Et similiter unus pater pluribus paternitatibus refertur ad plures filios. Alioquin, relatio remaneret corrupto termino. Afferuntur & alia contra hanc rationem, quæ uide, si uis, apud Capreolum in 7. d. 1. ex dicendis quidē soluetur omnis ambiguitas. Arguit quoque Sco. in Quol. q. 2. directè multipliciter, quòd immaterialitas formæ, non est rō quòd ipsa sit ex se hæc, seu immultiplicabilis

nemem. Primo sic. Quo primo aliquid est in actu extra causam & intellectum, eo est hoc primo: sed quælibet entitas absoluta seipsa primo, est extra cām & intellectum. ergo: probatur maior, quia cē extra cām & intellectum, non conuenit nisi huic. Et confirmatur: res non est hæc per illud, quod non est per se causa eius: sed materia non est causa formæ, s̃m Auicennā, ergo forma non est hæc per materiam. Præterea sequeretur q̃ Gabriel esset ex se hic, & consequenter absque contradictione non pōt poni uniuersalis p̃dicabilis de plurib. &c. Præterea contra hanc propositionē sunt articuli Parisius dānati: q̃ formæ non recipiunt diuisionem nisi s̃m materiam, error &c. Et tandem infert, non esse sanam doctrinam, conclusionem adeo certam & necessariam tenere per propositiones generales nimis, & cum tot instantijs.

¶ Ad horum euidentiam nota primo, q̃ materię nomine, hoc in loco intelligitur omne receptiuum. Nam constat, quòd charitas, forma est unius speciei multiplicata ad multitudinem beatorum angelorum & hominum, & tamen nulla est in uoluntate materia, quæ est pars compositi, sed receptiua tantum potentia. Vnde sensus propositionis est, q̃ forma specifica non multiplicatur, nisi s̃cd̃m receptiuum, & intendit, q̃ si est forma receptibilis, plurificatur ad plurificationem receptiuorum actu uel potentia, quod dico propter animas intellectiuas: si autem est in receptibilis, eo ipso est implurificabilis. Aduerte secundo, quòd (ut patet quinto Metaphys. ubi fundamenta omnis scientiæ traduntur) dum omnium formarum rationes habemus unum numero sunt, quorum materia est una, identitas igitur numeralis penes unitatem attenditur materiæ, nec cum unitate materiæ stat pluralitas numeralis formæ eiusdem speciei. Et propterea Aristotelem sequentes, negamus omnia in instantiis assumpta. Quoniam stat, formam esse unam in essendo, & multiplicem in dependendo, uel repræsentando, uel respiciendo, uel alijs simōi. Et sic similitudo albi ad oīa alba, una est relatio in essendo, & multiplex in respiciendo. De defectu aūt ad defectū termini, distingue, quòd deficit ad defectum termini adæquati, non autem inadæquati cuiusmodi sunt singula respecta ab uno, singulum. n. inadæquatur extēsiuè. Et ideo altero remanente, non tamen ad hoc ut desit relatio, quæ erat ad ipsum: sed ad hoc quod desinat ipsum respicere. Species quoque in medio etiam respectu obiectorum intensi, & remissi vnica est secundum esse, multiplex autem in repræsentando, & dependendo. Et propterea, ut intentio est huius ducit ad hoc, & ut illius, ad illud. Et similiter est de lumine est enim unum lumen secundum esse. & multiplex in dependentiis. Et propterea conceduntur multæ illuminationes, & conceditur quòd est multiplex secundum uias, seu tendentias & obstacula. Et propterea apparent multæ umbre. Stat igitur in suo robore assumpta propositio, in tractatu de angelis stabilienda. Ad primam autem Scoti rationem, dicitur primo, quod ipse non intellexit propositionem tanto studio a se impugnatam, non enim immaterialitas, idest carentia materiæ (quæ est altera pars compositi,) sed immaterialitas, idest carentia materiæ, idest potentiæ receptiuæ, est de qua author loquitur, ut manifestauimus, & ēt litera insinuat hic in exēplo de albedine, si subsisteret. Et p̃pterea, uane articulos Parisienses, qui de materia, ut materia loquū tur, afferuntur s̃cūdum ueritatem, materia, ut potentia receptiua, formaliter loquendo in hac propositione intelligatur. Verum, ne eadem argumenta fierent contra in receptibilitatem, respōdetur ad singula. Ad primum quidem, falsa est maior, quia unumquodque est primo extra causam & intellectum, esse significato per secundum adiacens, & tamen non est illo hoc. Probatio uerò nihil ualet, etiam secundum apparentiam, ex hoc quòd non nisi singulari aliqua duo. s. esse extra intellectū & causam, & esse hoc, conueniunt, inferens identitatem formalem, utriusque quo. Ad secundam uerò, q̃ nec somniauimus, q̃ forma in materia existēs, sit hæc per materiam intrinsece, seu formaliter, sed causaliter. Et licet materia secundum Auic. non sit causa materialis formæ, sed compositi, quia causa materialis nominat causam intrinsecā, est tamen materia causa formæ in genere causæ materialis, educitur enim de ea, ut materia, & hoc sufficit. Ad ea uerò, quæ de angelis tanguntur, suo loco dicatur, & dictum est in commentarijs, de Ente & essentia, ubi etiam articulos Parisienses glossauimus. Et aduerte, quòd hæc doctrina modo tradita, non est noua, sed fortè ascendens ad altitudinem intenti diui Thomæ. Nominauit autem in receptibilitatem immaterialitatem. Tum, quia in substātiis separatis in receptibilitas non nisi immaterialitatem subsistentem in specie significat. Tum, quia potentia receptiua ex parte materiæ se tenet, & facile propterea erat ex hac illam intelligere. & sic patet prima ratio sumpta ex communibus omnibus omnino immateriatis talibus formis subsistentibus. Nec inconuenit eam adduxisse ad proprietates personales: immo necesse fuit, quoniam ipsæ de talium numero sunt, & non cognoscimus eas secundum seipsas, sed ex creaturis ut possumus, ad eas ascendimus, ut teneamus conclusionem certam & necessariam, ex propositione certissima communi omnibus philosophis, immo communi animi conceptione sapientium.

¶ Secunda ratio sumitur ex modo specificante processiones, scilicet per modum uerbi & amoris, & fundatur super unitate actus intelligendi, ac unitate actus amandi in diuinis. Contra quā rationem instant quidam sic. Si unitas actus intelligendi, infert unitatem filij, aut intendis de unitate reali, aut secundum rationem. Si realis, ergo unitas realis actus intellectus, & uoluntatis in Deo inferret unitatem personæ productæ, si secundum rationem, ergo distinctio secundum rationem inferret distinctionem personarum sicut enim unitas ad unitatem: sic distinctio ad distinctionem se habet.

¶ Scotus autem in Quolibetis, ubi supra, contra hanc rationē dicit, quòd non est ualida, quia fundatur super hac propositione, ubi non potest esse nisi unicus actus intelligendi, non potest esse nisi unicum dicere, & unicum uerbum: hæc autem propositio est uera in nobis, gratia materiæ, quia in nobis omne intelligere est expressum per actum recedi; non sic autem est in diuinis &c. Et breuiter inquit, ex unitate formæ absolutæ eiusdem rationis, non potest inferri unitas productionis, & termini uniuersaliter, & in omni materia. ergo ex unitate intellectionis non sequitur, gratia formæ, unitas dictionis & uerbi.

¶ Ad hoc breuiter dicitur, q̃ hic est sermo de unitate numerali, quæ supponit unitatem formalem, ut patet 5. Metap. c. de uno, quoniam de multiplicatione numerali tantum personarum est quęstio, ita quòd ratio consistit in hoc. Intellectio Dei est una numero: ergo uerbum est unum numero, & si essent intellectiones Dei plures secundum numerum, essent plura uerba secundum numerum. Ad argumentum ergo dicitur, quòd intendit de unitate numerali formali, idest quæ infert unitatem formalem, non autem de unitate numerali identica, qualis est inter actum intellectus, & uoluntatis diuinę, propterea negatur sequela. Quo modo autem ex distinctione formali secundum rationem inter intellectum & uoluntatem inferatur distinctio personarum, in q. 27. declaratum fuit, & dictum, q̃ hoc non sequitur immediate, sed mediante ordine originis. Ad obiectionem uerò Scoti dicitur, q̃ ratio literæ non fundatur super illa propositione, sed super hoc, quòd ubi est unum tantum intelligere & dicere adæquatum illi, ibi non est nisi unum dicere & unum uerbum, quod patet esse uerum: superflueret nanque aliud dicere. Et similiter ex unitate formæ absolutæ, optime infertur unitas formæ respectiuæ, seu actionis adæquatæ. Et ad hanc adæquationem insinuandam dicitur in litera, quòd Deus omnia simplici actu intelligit, ac per hoc dicit.

¶ Tertia rō sumitur ex cōi modo procedendi, qui uerè est modus, q̃. s. procedunt naturaliter ut distinguitur contra liberè, & fundatur super hoc, quòd natura determinatur ad unum.

¶ Contra quam etiam rōnem instant quidam. Aut intendis, q̃ natura determinatur ad unum numero, & hoc est falsum ēt in naturis limitatis. Aut ad unum modum producendi, & hoc est falsum in natura infinita. Neutro igitur modo ratio aliquid ualet.

¶ Ad hoc breuiter dicitur, quod intendit tertio modo, s. q̃ natura determinatur ad unum formaliter, sub hac enim subsumitur & recte, de natura eadem pluribus modis communicabili, q̃ secundum unumquenque modum est determinata ad unum formaliter illius modi, & consequenter, quòd hæc natura secundum hunc modum est determinata ad hoc unum, & sic concluditur unitas numeralis producti uno modo. Et inducta est hæc ratio ad ostendendum differentiam inter naturale & uoluntarium agens, in largiendo unitatem numeralem effectui unica simul actione agendo, ab agente. n. uoluntario possunt simul plura produci, ut inquit Auerroïs com. 44. 12. Metaph. a naturali autem, non nisi unum ab uno. Et ex his patet responsio ad obiectionem Scoti, ubi supra, infringentis quoque hanc rationem, quia natura non determinatur ad unum numero.

¶ Quarta uerò ratio ex perfectione diuina sumitur, & fundatur super hoc, quòd omnis res diuina habet quicquid inueniri potest infra latitudinem illius rationis formalis. Ex hoc enim manifestè sequitur, quòd non compatitur sui partitionem, & consequenter nec pluralitatem.

¶ Sed contra hanc quoque rationem instatur, quòd nihil ualeat, quia hic sequeretur, quòd esset unum tantum productum in diuinis, & probatur sequela, quia productum est res diuina, ac per hoc habens quicquid infra latitudinem producti inueniri potest, & sic excludit multiplicationem sui, quod si hic non ualet, ergo nec in ratione tua.

¶ Ad hoc breuiter dicitur, q̃ fundamentū illud intelligendum est de re diuina, quæ est una per modum speciei specialissimæ, & non de re diuina, quæ est una per modum generis, quoniam sub specie non nisi materialis restat differentia, sub genere aūt latent multa, & sic directe deseruit p̃posito, qm̃ de pluralitate numerali, ut iā dictū est, quæritur, & cessant obiectiones, p̃ductū. n. non specificam, sed genericā rōnem sign̄at, filius autem specificam, & ideo, de filiatione tenet rō, de p̃ductione aūt non. Et nota hanc rationem, qm̃ concludit uniuersaliter nullum prædicatum specificum siue absolutum, siue respectiuū in Deo plurificari. Vñ patet, q̃ nulla sit instantia Scoti, ubi supra, contra hanc rationem, quia

filius

filius est perfectus Deus,& tamen non hēt deitatem omni modo habendi;ergo filiatio potest esse perfecta , & tamen haberi alia ab alio. Similitudo enim nulla est,ut patet, quia est a modo habendi ad diuersitatem numeralem , imò , quia filius est perfectus Deus, sequitur. ergo habet quicquid est infra latitudinem deitatis, & consequenter est immultiplicabilis secundum deitatem.

QVAESTIO XLII.

De Aequalitate & similitudine diuinarum personarum ad inuicem, in sex articulos diuisa.

DEINDE considerandum est de comparatione personarum ad inuicem. Et primo, quantum ad æqualitatem & similitudinem. Secundò, quantum ad missionem.

CIRCA primum quæruntur sex.

¶ Primò, vtrum qualitas locum habeat in diuinis personis.

¶ Secundò, vtrum persona procedens sit æqualis ei, a qua procedit secundum æternitatem.

¶ Tertiò, vtrum sit aliquis ordo in diuinis personis.

¶ Quartò, vtrum personæ diuinæ sint æquales secundum magnitudinem.

¶ Quintò, vtrum una earum sit in alia.

¶ Sextò, vtrum sint æquales secundum potentiam.

ARTICVLVS PRIMVS.

Vtrum æqualitas locum habeat in diuinis.

[220]

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur, quòd æqualitas non competat diuinis personis, æqualitas, enim attenditur, secundum unū in quantitate, ut patet per Philosophum 5. Metaph. * In diuinis autem personis nó inuenitur neque quantitas cōtinua intrinseca, quæ dicitur magnitudo, neq; quantitas continua extrinseca, quæ dicitur locus & tempus, neque, secūdm quantitatem discretam inuenitur in eis æqualitas, quia duæ personæ sunt plures, quā una. Ergo diuinis personis non conuenit æqualitas.

[3. q. 58. a. 3 & 1 d. 19. q. 1. ar. 1. & 4. cōc. 9. tex. 20. to. 3.]

¶ 2 Præt. Diuinæ personæ sunt unius essentiæ, ut supra dictum est. † Essentia autem significatur per modum formæ. Conuenientia autem in forma non facit æqualitatem, sed similitudinem. Ergo in diuinis personis est dicenda similitudo & non æqualitas.

[q. 39. ar. 2.]

¶ 3 Præt. In quibuscunque inuenitur æqualitas illa sunt sibiinuicē æqualia, quia æquale dicitur æquali æquale. Sed diuinæ personæ non possunt sibiinuicē dici æquales. Quia ut Aug.* dicit 6. de Trin. Imago, si perfectè implet illud, cuius est imago, ipsa coæquatur ei, non illud imagini suę. Imago autem patris est filius, & sic pater non est æqualis filio. Non ergo in diuinis personis inuenitur æqualitas.

[li. 6. de tri. c. 10. parū a princ. to. 3.]

¶ 4 Præt. Aequalitas relatio quædam est, sed nulla relatio est communis omnibus personis, cum secundum relationes personæ abinuicem distinguantur. Non ergo æqualitas diuinis personis conuenit.

SED CONTRA est, quod Athana. † dicit, quòd tres personæ coæternæ sibi sunt, & coæquales.

[In suo symbolo fidei.]

RESPON. Dicendum, quòd necesse est ponere æqualitatem in diuinis personis. Quia secundum Philosophum in 9. Metaph. † Aequalem dicitur quasi per negationē minoris, & maioris, non autem possimus in diuinis personis ponere aliquid maius & minus. Quia ut Boet.* dicit in li. de Tri. eos differentia, s. deitatis comitatur, qui uel augent, vel minuunt, ut Arri. q. gradib. numerorum trinitatem uariantes distrahunt, atque in pluralitatem deducunt. Cuius ratio est, quia inæqualium non potest esse una quātitas numero. Quantitas autem in diuinis non est aliud quam eius essentia. Vnde relinquitur, ꝙ si esset aliqua inæqualitas in diuinis personis, ꝙ non esset in eis una essentia, & sic non essent tres personæ unus Deus, quod est impossibile. Oportet igitur æqualitatem ponere in diuinis personis.

[1. 10. Meta. tex. 15. 16. & 17. to. 3. In lib. de trin. paulo a prin.]

AD PRIMVM ergo dicendū, ꝙ duplex est quantitas. Vna. s. quę dicitur d quantitas molis, uel quantitas dimensiua, quæ in solis rebus corporalib. est. Vnde in diuinis pˢonis d locum non habet. Sed alia est quantitas [d] uirtutis, quæ attenditur secundum perfectionē alicuius naturæ, uel formę. Quæ quidem quantitas designatur, sm ꝙ dicitur aliquid magis uel minus calidum inquantum est perfectius uel minus perfectum in tali caliditate. Huiusmodi aūt quantitas uirtualis, attenditur primò quidem in radice, i. in ipsa perfectione formæ, uel naturę, & sic dicitur magnitudo spiritualis, sicut dicitur magnus calor propter suā intensionem & perfectionem. Et ideo dicit Aug. 6. * de Tri. ꝙ in his quæ non mole magna sūt, hoc est maius esse, quod est melius esse. Nam melius dicitur quod perfectius est. Secundò autem attenditur quantitas uirtualis in effectibus formæ. Primus autem effectus formæ est esse. nam omnis res hēt esse secundum suā formam. Secundus autem effectus est operatio. nā omne agens agit per suam formam. Attenditur igitur quantitas uirtualis, & secundum esse, & secundū operationem. Secundum esse quidem, inquantum ea quæ sunt perfectioris naturæ, sunt maioris durationis. Secundum operationem uerò, inquantum ea quæ sunt perfectioris naturæ, sunt magis potētia ad agendum. Sic igitur, ut Aug. * dicit in li. de fide ad Pet. Aequalitas intelligitur in patre & filio & spiritusancto, inquantum nullus horum aut pręcedit æternitate, aut excedit magnitudine, aut superat potestate.

[li. 6. de tri. cap. 8. circa med. to. 3.]

[cap. i. ante med. to. 3.]

AD SECVNDVM dicendum, ꝙ ubi attenditur æqualitas secūdum quantitatem uirtualem, æqualitas includit in se similitudinē, & aliqd plus: quia excludit excessum. Quæcunq; .n. cōicant in una forma, pñt dici similia, ēt si inęqualiter illam formā participant, sicut si dicatur, aer esse similis igni in calore. Sed nō pñt dici æqualia, si unū altero perfectius formā illā participet. Et quia non solū una est natura patris, & filii, sed ēt æque perfectè est in utroq; , ideo non solum dicimus filium esse similem patri, ut excludatur error Eunomii, sed ēt dicimus æqualem, ut excludatur error Arrii.

AD TERTIVM dicendum, quòd æqualitas uel similitudo dupliciter potest significari in diuinis, scilicet, per nomina, & per uerba. Secundum quidem quòd significatur per nomina, mutua æqualitas dicitur in diuinis personis, & similitudo. Filius enim est æqualis, & similis patri, & econuerso. Et hoc ideo, quia es-

Ferr. 4. cont. c. 9.
S. Bon. 1. 5. d. 31. q. 2.
Alens. 1. p. su. quæst. 54. mem. 1. ar. 1. [D. 1080.]
Scot. 1. 5. d. 31. q. 1.
Riccar. 1. 5. d. 31. q. 2.
Duran. 1. 5. d. 31. q. 1.
Marro. 1. 5. d. 31. q. 1. [D. 470.]
Bacco. 1. 5. d. 31. q. 1. [D. 555.]
Aeg. 1. 5. d. 19. q. 1. pri. prin.
Cap. 1 d. 19. q. 2. con. 1. & d. 31. q. 1.
Con. 3. 2. et 4.
Alb. Mag. 1. d. 19. ar. 1.
Bannes q. 42. ar. 1.
Pe. de Pa. 1. 5. d. 19. q. 1.

SVP. Q. XLII. ART. I.

CONCL. Necesse est: ponere æqualitatē in diuinis psonis.

¶ PROB. Quia, si esset aliqua inæqualitas in diuinis personis, nō esset in eis una numero essentia, [i. tres personæ non essent unus Deus.]

1m ex Philos.

Quantitate. ℞. Vel dimensiua, uel uirtutis. §. Tunc &c licet .n. personæ diuinæ non sint æquales quantitate dimensiua, cum hanc nō habeāt. (Vt arguitur): sunt tñ æquales quantitate uirtuali. Aequalitas ergo ibi attenditur secundum unum in quantitate spūali, i. uirtutis, perfectionis, bonitatis, non secundum unum in quātitate corporali.

2m de minori,

Conuenientia. ℞. Inæqualis in forma: non æqualis in illa §. Tunc &c. Non enim diuinæ personæ conueniūt solum in una forma, id est essentia: sed conueniunt æqualiter in ea.

3m de maiori.

Aequalia. ℞ Nominaliter: non uerbaliter. §. Tunc &cęt. licet enim non coæquentur filius patri, & spiritusanctus utriq; (ut ex Augustino

sentia

non arguitur) tamen filius est coęqualis patri & spiritussanctus, vtrique,

4^m de maiori. Relatio. 2. Appellationis: non realis. §. Tunc &c. licet enim nulla relatio realiter sit communis personis (ut arguitur) tamen relatio aliqua secundum appellationem est communis eis.

APPENDIX.

Vtilit. pro S. Eccl.

EX articulo habes: primo quomodo per rationem interimas hæreses Arrii dicentis, filium patre esse minorem. Item filium ita esse in patre, ut uas paruum in maiori uase. Item filium esse simplicem creaturā. Item filium a patre tantum distare, quantum Apostoli a Christo. Itē filium hominibus sanctis comparatum esse ueritatem, sed patri collatum esse mendacium. Item filium non esse eiusdem substantiæ cum patre. Item filium non esse cum patre orandum. Item filium non esse indulgēdarum petitionum authorem, sed supplicatorem. Item hæresim Deistarum dicentium: filium non dici, sed tantum patrem dici, uerū Deum. Item hæresim Valentini dicētis: filium nomine esse Deū, quasi precarium & a Patre differre substantialiter, seu essentialiter, & qui filium essentia Deum, ut pater est, dicit, duo principia asserit. Item de spiritusancto illam Deistarum spiritumsanctum non dici, sed solum patrem dici, uerum Deum. Item Eunomij dicentis spiritumsanctum patre & filio, esse minorem. Item Macedonij, dicentis spiritumsanctum esse creatum, factum, non Deum. Item Eustachij dicentis spiritumsanctum neque Deum neque creaturam esse. Item Marathonij dicentis spiritumsanctū non Deum perfectum & patri consubstantialem esse, sed famulū, ministrum: Angelicisque ordinibus paulò præstantiorem. Alias hæreses nebulonū de spūsancto uide. q. 36. a. 1. & q. 33. a. 1. & q. 27. a. 3. & q. 41. ar. 4. & q. 39. ar. 1. & q. 41. art. 2. Secundo hēs: quomodo per rationem ostendas has omnes rectissime damnatas fuisse a cōcilio Lateranensi, de su. tri. & fi cath. firmiter credimus & simpliciter confitemur, quòd &c. pater & filius & spiritussanctus sunt consubstantiales, & coæquales. Item a symbolo Athanasij, quod pro compendiosa regulā fidei habetur a Concilio Florentino in suis decretis super unione Iacobinorum & Armeniorum. Sic Patris, & Filij & Spiritussancti una est diuinitas, æqualis gloria, coæterna Maiestas. Item fic: in hac trinitate nihil prius aut posterius nihil maius, aut minus, sed totæ tres personæ coęternæ sibi sunt, & coæquales. Hæc ibi. Item a papa Damaso, in professione catholicæ fidei ad Paulinum Macedoniæ Episcopum cap. 21. Si quis non dicat patris & filii, & spiritussancti unam Deitatem, potestatem, potentiam, unam gloriam, unum regnum, unam uoluntatem & ueritatem; Anathema sit. Item can. 22. Si quis non dicat, tres ueras esse personas patris, & filii, & spiritusancti, æquales, semper uiuentes, omnia & uisibilia, et inuisibilia continentes, omnia potentes, omnia iudicantes, omnia uiuificantes, omnia creantes, omnia seruantes, Anathema sit. Item can. 23. si quis non dicat spiritumsanctum, perinde atque filium & patrem orandum esse, Anathema sit. Item can. 24. siquis de patre & filio rectè sentiat, de Spiritusancto autem hallucinetur, hæreticus est. Item can. 25. siquis diuinitatem diuidat, singulatim Deum Patrem dicens, & Deum filium, & Deum Spiritum sanctum, & contēdat tres Deos esse dicētes, & non unum propter unam diuinitatem in tribus subsistentijs, unamque potestatem, quam esse credimus, & scimus Patris & Filij, & Spiritussancti. Aut e diuerso subtrahens filium & spiritumsanctū existimet solum patrē Deum dicendum uel unū ipsum Deum credendum esse: Anathema sit. Nam Deorum nomē & angelis & sanctis omnibus a Deo per gratiam impositum atque tributum est. De patre autem & filio & spiritusancto, propter vnam & Aequalem diuinitatem, non deorū nomina, sed Dei nostri nomen significatur, & declaratur, ut credamus nos in patrem, & filium, & spiritumsanctum tantum baptizati, & non in Archangelorum aut Angelorum nomina secundum hæreticos, aut Iudæos, aut Ethnicas insanos. Hæc ille. Quædam horum faciunt ad q. 13. ar. 9. & q. 29. art. 6. & q. 30. ar. 1. & 2 & q. 31 ar. 1. 2. & 4. & q. 39. ar. 1. & 2. & 3. Item a Cōcilio Lateranensi sub Martino Papa seu a decretis synodicis Martini Papę primi can. 1. si quis non confitetur secundum sanctos patres, propriè & uerè, patrem & filiū & spūmsanctum trinitatem in unitate, unitatem in trinitate; hoc est, Vnum Deum in trib. subsistentijs consubstantialib. & æqualis gloriæ, vnam eandemq; triū deitatem, naturam, substantiam, uirtutem, dominationem, regnū, potestatem, uoluntatem, operationem, herilitatem inconditam, sine initio infinitam, immutabilem, creatricem omnium prouidā, & protectricem, Anathema sit. Item ab eodem can. 16. sic; siquis non confitetur sm sanctos patres propriè, & uerè, omnia, quæ tradita sunt & prædicata sanctæ & apostolicæ Dei Ecclesiæ ab ipsis sanctis patrib. & probabilib. & uniuersalib. quinq; concilijs, usque ad unum apicem, uerbo & mente, sit condemnatus. Hæc ibi. Quis modo neściat, æqualitatem trium personarū, imò Homousion. i. consubstantialitatē a Concilij Nicæno primo, & sequentib. esse traditam & prædicatam sanctæ & apostolicæ Dei Ecclesiæ? Condemnati ergo sunt, qui uerè & propriè tres ipsas personas esse coęquales atq; consubstantiales, non credunt & non confitentur. Ite a concilio Constantinopolitano quinto, can. 1. Si quis non confitetur, Patris & filii & spū. sancti unam naturam siue essentiam, unā uirtutem, & potestatem, Trinitatem consubstantialem, unā Deitatem in trib. subsistentiis siue personis adorandam talis Anathema sit. Vnus. n. Deus pater, ex quo omnia, & unus Dominus Iesus per quem omnia & unus spiritussanctus, in quo omnia. Hæc ibi. Item a &c ut q. 41. ar. 3. & q. 14 ar. 2 & q. 41. ar. 2. & q. 36. ar. 1. & q. 33. ar. 1. & q. 39. ar. 1. Tertio vides, quomodo ex his omnib. uicissim Angelica hæc doctrina stabiliatur.

ca. 9. 4 me. — *D. 80.* — *3* — *Damas. pape memorabiles canones.* — *Nota ly uere, & propriè, ly usque ad unum apicē ly uerbo, & mente.* — *3*

sentia diuina, non magis est patris quam filii, vnde sicut filius habent magnitudinem patris quod est esse eum æqualem patri, ita pater habet magnitudinem filii, quod est esse eum æqualem filio. Sed quantū ad creaturas (ut Dionys. dicit 9. cap. de diuin. no.) non recipitur cōuersio æqualitatis, & similitudinis. Dicuntur enim, causata similia causis inquantum habent formam causarum, sed non econuerso, quia forma principaliter est in causa, & secundariò in causato. Sed uerba significant ęqualitatem cum motu. Et licet motus non sit in diuinis, est tamen ibi accipere. Quia igitur filius accipit a patre unde est æqualis ei, & non ė econuerso, propter hoc dicimus, quod filius. coæquatur Patri & non econuerso.

AD QVARTVM dicendum, q in diuinis personis nihil est considerare nisi essentiam, in qua communicant, & relationes in quibus distinguuntur, æqualitas autem vtrumque importat, scilicet, distinctionem personarum (quia nihil sibiipsi dicitur æquale) & unitatē essentiæ, quia ex hoc personæ sunt sibiinuicem æquales, quòd sunt unius magnitudinis, & essentiæ. Manifestum est autem quod idem ad seipsum non refertur aliqua relatione reali. Nec iterum, una relatio refertur ad aliam, per aliquam aliā relationem. Cum enim, dicimus, quod paternitas opponitur filiationi, oppositio non est relatio media inter paternitatem & filiationem. Quia utroque modo relatio multiplicaretur in infinitum. Et ideo, æqualitas, & similitudo in diuinis personis, non est aliqua realis relatio distincta a relationibus personalibus, sed in suo intellectu includit & relationes distinguentes personas, & essentiæ unitatem. Et propterea Magister dicit in trigesima prima distinctione, primi sententiarum, quod in his, appellatio tantum est relatiua.

ARTI-

Comm. Cardinalis Caietani.

TItulus satis clarus est, ita enim, indeterminate ut sonant, interpretandus est, discutiendum est enim, & an sit & quomodo sit &c.

¶ In corpore unica est conclusio directè responsiua quęsito. Necesse est ponere æqualitatē in diuinis personis. Et probatur sic. in diuinis personis non possumus ponere maius & minus. ergo necesse est ponere æqualitatem. Consequentia probatur, ex 10. Meta. quia æquale dicitur quasi per negationem maioris et minoris. Antecedens uerò probatur dupliciter. primo authoritate Boetij, secundo ratione sic. Si esse inęqualitas in diuinis personis non esse in eis una numero quantitas. ergo nec una essentia, ergo tres personæ non essent unus Deus, quod est impossibile. prima cōsequentia probatur, quia inęqualium non potest esse una numero quantitas. Scđa aūt, quia quātitas in diuinis nihil aliud est quā essētia.

¶ Circa hanc rationem aduerte, q licet ex negatione inæqualitatis nō sequatur simpliciter affirmatio æqualitatis, ut patet de puncto respectu lineæ, & pp hoc, in litera dixit author, quod æquale dicitur quasi per negationem. Supposita tamen quantitate in distinctis extremis, sequitur ex negatione inæqualitatis, affirmatio æqualitatis. Verum autem sequatur æqualitas quæ sit relatio realis, aut non, inferius patebit.

¶ In

¶In responsione ad primum aduerte Thomista, q apud S. Th. hic, intensio & remissio formæ est ipsius essentiæ formæ, & non solum ipsius esse, hoc in primo modo quantitatis uirtualis habes.

¶In respõsione ad secundum habes solutionem oium argumẽtorum Aureoli apud Capreolum in d. 19. primi. Aequalitas.n. fundata in substantia distinguitur a similitudine & identitate sm modum sicut et fundamenta sic distinguuntur, ut litera manifestatur de æqualitate & similitudine alborum, ut sic, album n. ut habet rationem albi non excedẽtis, nec excessi in perfectione ab alio albo, dicitur simile & æquale eadem relatione, & idem est iudicium de substantia per modum quantitatis sumpta, semper namq; æqualitas includit priorem relationem, & addit modum fundamenti.

¶In responsione ad tertiũ aduerte, q Aureolus apud Capreolum ibidem impugnat ultima uerba, uolens quod pater est æqualis & æquatur filio. Et consistunt rationes suæ in hoc. Aequari nõ significat æqualitatem accipere, sed æqualitatem habere per modum fluxus ut cætera uerba, ergo potest conuenire patri. Antecedens patet ex se, & inductiue, dicimus.n. quòd duæ lineæ coæquãtur, & tñ neutra ab altera æqualitatẽ sumit &c. Ad hoc dicitur, q æquari secundum proprietatem uocabuli significat motum, seu accessum quendam ad id cui æquatur, unde non propriè dicimus lineam æquari lineæ, nisi cum fit secundum rem uel designationẽ æqualis alteri, unde negandum est antecedens, & inductio est ad oppositum. Verum, gratia materiæ in diuinis omne accipere, accedere &c. spectat ad originem, & propterea ibi sequitur differentia in litera posita, inter nomen & uerbum quo ad patrem & filium, quamuis etiam in creaturis, cum linea æquatur per se lineæ, ab illa æquatur, sicut imago Cæsaris a Cæsare fit.

¶In responsione ad quartam: aduerte opinionem Doctoris, & eius fundamenta. Opinio est, quòd æqualitas diuinarum personarum, non est relatio realis, & quòd cum dicitur, pater & filius sunt æquales, ly æquales, tria includit, s. unitatem essentiæ, distinctionem realem relationum subsistentium, i. personarum & relatiuam appellationem, qua formaliter denominantur ęquales, & q scd̃m illa duo, æqualitas ponit aliquid reale in diuinis, secundum tertiũ autem relationem tantum rationis ponit, quod & authoritate Magistri confirmatur in 31. d. 1. Fundamẽta autẽ positionis sunt duo, secundum duas conditiones requisitas ad mutuas relationes reales hic deficientes. Altera est dictio realis fundamentorum, alia est fundatio non super alia relatione.

¶Verum contra hæc arguitur a tenentibus opposito, de quorum numero est Scotus in 31. d. 1. & in Quoli. q. 6. ubi contra hæc obiicit. Arguitur igitur primò contra illa conditionem de reali distinctione fundamentorum. Aequalitas fundatur super una quantitate distinctorum extremorum; ergo super simpliciter una quãtitate distinctorum uerior est æqualitas, qui super quantitate una scd̃m quid. ergo super quãtitate una numero uerissima fundatur æqualitas. Secundo, quia ad relationes reales sufficiunt tres conditiones. s. distinctio realis extremorum realium, fundamentum reale, & q insint extremis, absque omni opere intellectus: ergo. Tertio, quia sic relationes originis non possent distingui realiter, qm̃ si essentia est fundamentum, ipsa est in distincta, si relatio, obstat scd̃a conditio. Et confirmatur, quia si una albedo esset in duabus superficieb. illæ essent similes. Deinde arguitur contra conclusionem sic. Aequalitas est in filio ex ui productionis, & est prima æqualitas apud Aug. 6. de Tri ult. & est perfectio simpliciter apud eundem de quantitate animæ c. 7 ergo est relatio realis. Et confirmatur, quia secluso omni intellectu filius est realiter æqualis patri. ergo aliqua æqualitate æqualis. ergo non æqualitate quæ est relatio rationis.

¶Præt. Inquit Scotus, si esset inæqualitas inter patrem, & filiũ, esse relatio realis. ergo æqualitas est realis. Et cõfirmatur, inuenitur æqualitas perfecta in re. ergo & æqualitas, sed nulla potest esse nisi in diuinis personis, quoniam omnis alia quantitas est imperfecta. ergo.

¶Ad euidentiam horum aduerte, q defectus primæ conditionis positę in litera. i. si non est distinctio realis fundamentorum, infert, q impossibile est fundatas relationes esse reales, quoniam ipsa sunt quæ primò referuntur, sicut albedo primo disgregat. Et de eis primo intelligitur cum dicitur, quod exigitur distinctio extremorum, esse enim æquale, primò conuenit quanto, & cuicunque substrato uel coniuncto, non conuenit nisi ratione quanti. Secunda autem conditio non facit relationes non esse reales, sed facit eas non esse alias a fundamentis. Vnde quælibet duo correlatiua, realib. relationib. oppositionis opponuntur adinuicem, sed sunt illamet correlatiua, seipsa.n. paternitas opponitur relatiuẽ filiationi. Et propterea, si prima conditio non deficeret, æqualitas filii ad patrem esset ipsa filiatio, & patris ad filium esset paternitas. Vnde ad rationem primam dicitur, quòd antecedens est sane intelligendum. Potest.n. dupliciter intelligi. Primò, ut sonant uerba. s. q unitas quantitatis faciat æquale. Alio modo, q unitas. i. indistinctio quãtitatis ab alia secundũ magis & minus faciat æquale. Rursus, æquale potest dupliciter sumi. Vno modo, ut significat relationem æqualitatis realem, alio modo, ut significat æqualitatem indistincte siue secundum rem, siue non. Si primo modo sumatur, antecedens uerum est de æquali secundo modo, i. confuse sumpto, & non de ęqualitate, i. reali relatione. & ideo ratio nihil ualet. Si secundo modo. antecedens uerum est de æqualitate reali, & est radix positionis nostræ. Et ex his patet, q. secunda ratio male interpretatur conditiones relationum realium debent eñ extrema realiter distingui secundum fundamenta relationes sunt præexigentes fundamenta. Ad tertium autem dicitur dupliciter. primo, quod relationes originis fundantur super actibus notionalib. Et cum dicitur, illi sunt res respectiuę, respondetur, quòd ex hoc bene sequitur, ergo relationes originis non sunt aliæ relationes ab illis & non sequitur. ergo non sunt relationes reales. Secundo dicitur & melius, q illa cõditio intelligitur de relationibus inexigentib. fundamentum. Sunt.n. relationes duplicis ordinis. Quædam ferunt secum non solum fundamenta, sed etiam supposita. Et hæ sunt relationes originis, quas diximus constituere hypostases &c Quædam uerò non ferunt, sed supponunt fundamenta & hypostases & tales sunt æqualitas & similitudo, & ideo illæ reales, istæ nõ. Et per hoc patet solutio rationum Scoti in Quol. procedunt enim ex hoc, quòd essentia est fundamentum relationum originis, quod non est uerum propriè loquendo. Ad confirmationem uero de albedine, negatur quod ibi esset similitudo ꝑ relatione reali, nisi forte ratione diuersarum partium ipsius albedinis extensæ, quod est extra propositum.

¶Ad ea uero, quæ primo contra conclusionem obiiciuntur, unica est responsio, quod filius est (secluso omni intellectu) uere, & realiter æqualis patri, quoad unitatem essentiæ, & distinctionẽ personarum, & quo ad relatiuam appellationem fundamẽtaliter hæc enim habet ex ui generationis. Et sic prima æqualitas, & nõ per realitatem additæ relationis. Sicut etiam filius est idem sibi ipsi realissime, secluso omni intellectu, & hoc habet a patre &c. tamen nõ sequitur, ergo relatio identitatis sibi est realis, est enim idem sibi identitate fundamentaliter, & ita filius æqualis æqualitate fundamentaliter sumpta. Hæc enim instantia manifestat uitium obiectionum. Nec est, uerum quod æqualitas formaliter sũpta sit perfectio simpliciter. Nec Aug. hoc dicit, quamuis dicat, quod ęqualitatem inæqualitati iure præponis. Album enim nigro iure præpones, & tamẽ neutrum est perfectio simpliciter. Scito tamen ueritatem, quod æquale non quo ad relationem, sed quoad fundamentũ præponitur inęquali, quia unum præponitur multo, & sicut pręponitur multo, unum aũt ꝑfectionẽ simpliciter non dicit, nisi ens denoiatum unũ sit ꝑfectio simpliciter, & ꝓpterea æquale a genere perfectionum simpliciter est ualde remotũ. Nec realitas æqualitatis, si esset in diuinis infert realitatem ęqualitatis, quoniam illa habet duas quantitates numero distinctas, maiorẽ, s. & minorem. Hęc aũt unam tm̃ facto habet, De perfectione autem æqualitatis dupliciter contingit loqui. s. absolute, & ut realis relatio. Et utroque mõ concedo, q inuenitur in re perfecta æqualitas, sed primo mõ sumpta in diuinis, secundo aũt mõ in aliis reb. Falsum est.n. immo impossibile, qd̃ secundo mõ inueniatur in diuinis, qm̃ est forma imꝑfectionẽ coexigens. s. distinctionem numeralem absolutorum, & bene in re hac aduertas, & concedas in diuinis ueram æqualitatem & ꝑfectã, & primam, summam &c. ut in corpore articuli ꝓbatum est, sed non inquãtum est relatio realis, ut in responsione ad quartum dicitur. Nec fallaris digrediendo ab æqualitate uno modo ad eam alio modo.

Ferr. 4. cont. c. 11.
S. Bon. 1. s. distin. 9. q. 3. art. 1.
Alens. 1. p. su. quæst. 42. mem. 5. ar. 1.
Scot. 1. s. d. 9. q. 1.
Duran. 1. s. distinct. 9. q. 4.
Mairo. 1. s. distinct. 9. q. 1.
Pet. de Pal. 1. s. distin. 10. q. 2.

221
4 contra. c. 11. & po. q. 2. ar. 3. co. & q. 3. a. 13. Et opusc. 3. c. 41.

ARTICVLVS II.

Vtrum persona procedens, sit coæterna suo principio, ut filius patri.

AD SECVNDVM sic ꝓceditur. Videtur, q ꝑsona procedens nõ sit coæterna suo principio, ut filius patri. Arrius. nu. 12. modos generationis assignat. Primus modus est, iuxta fluxum lineæ a puncto, ubi deest æqualitas simplicitatis. Secundus modus est, iuxta emissionẽ radiorum a sole, ubi deest ęqualitas naturæ. Tertius modus est, iuxta characterem seu impressionem a sigillo, ubi deest consubstantialitas & potentiæ efficientia. Quartus modus est, iuxta imissionem bonæ uoluntatis a Deo;

SVP. Q. XLII. ART. II.

CONCL. Necesse est dicere, filium esse coæternum patri.

¶PROB. Quia hoc q aliquid existens ex principio sit posterius suo principio põt cẽ ex parte uel agentis uel actionis: Et in diuinis persona procedens nõ

potest esse suo principio posterior neque ex parte agentis neque ex parte actionis.

¶Not. Cõclusionem, & probationem intelligas etiam de spiritusancto, respectu patris & filii, a quibus tanquam ab uno principio una spiratione procedit.

1^m de conclusione 1. Modo. R. Processionis creaturæ, non processionis personæ diuinæ §. Tũc &c. Nam filius & spũssanctus aliquo modo processionis creaturæ non procedunt (ut ex illis duodecim modis argumentans opinatur) sed procedunt modo nobis, per aliquem nostrorum modorum, perfectè irrepræsentabili. Exemplum huius irrepræsentationis poles afortiori sumere ex visibilib. Vides unius solis lumẽ, uideas quinque uel plurium, millium lucernarum candelarum quantumlibet grandium lumina. Num quid ista infinita fermè illud unum unius solis lumen æquabunt? Minimè omnium. Immo a talis unius perfecta repræsentatione multipliciter ad modum (ut patet consideranti) deficient. Ignorantissimi igitur homuncionis est uelle modũ diuinæ processionis perfectè repræsentare per, non dicam duodecim, sed infinitos modos, si darentur processionis creaturarum quantumuis nobilissimarum. Impossibile. n. hoc magis est in infinitum, quàm illud plurimarum lucernarum respectu Solis.

Exemplo hoc disce, non metiri diuina ex creatis.

2^m de maiori. Principium. R. Durationis, non originis. §. Tunc &c. Principium, enim originis tãtum in diuinis est.

3^m de conclusione 1. Generatur. R. Cũ transmutatione, non sine transmutatione. §. Tunc &c. Non enim filius generatur cum exitu de potentia ad actũ. Ut argumentum credit, sed generatur sine tali exitu.

In suo symbolo fidei.

4^m de minori. Generari. R. Successiuo, non permanente. §. Tunc &c. Licet enim, ? d, quod est in generari

ubi etiam deest consubstantialitas. Quintus modus est iuxta exitũ accidentis a substantia, sed accidenti deest subsistẽtia. Sextus modus est, iuxta abstractionem speciei a materia, sicut sensus accipit speciem a re sensibili, ubi deest æqualitas simplicitatis spiritualis. Septimus modus est, iuxta excitationem uoluntatis a cogitatione, quæ quidem excitatio temporalis est. Octauus modus est iuxta transfigurationem, ut ex ære fit imago, quę materialis est. Nonus modus est, motus a mouente, & hic etiam ponitur effectus & causa. Decimus modus est, iuxta eductionem specierum a genere, qui non competit in diuinis, quia pater non prædicatur de filio, sicut genus de specie. Vndecimus modus est iuxta ideationẽ ut arca exterior, ab ea quæ est in mente. Duodecimus modus est iuxta nascentia ut homo est a patre: ubi est prius & posterius secundum tempus. Patet ergo, quòd in omnimodo quo aliquid est ex altero, deesse æqualitas naturæ, aut æqualitas durationis. Si igitur filius est a patre, oportet dicere, uel eum esse minorem patre, aut posteriorem aut utrunque.

¶2 Præt. Omne quod est ex altero, habet principium, sed nullum æternum habet principium. Ergo filius non est ęternus, neque spiritussanctus.

¶3 Præt. Omne quod corrumpitur desinit esse. Ergo omne quod generatur, incipit esse, ad hoc. n. generatur, ut sit. Sed filius est genitus a patre. Ergo incipit esse, & non est coęternus patri.

¶4 Præt. Si filius genitus est a patre aut semper generatur, aut est dare aliquod instans suæ generationis. Si semper generatur (dum autẽ aliquid est in generari, est imperfectum sicut patet in successiuis, quæ sunt semper in fieri, ut tempus, & motus) sequitur quòd filius semper sit imperfectus, quod est inconueniens. Est ergo dare aliquod instãs generationis filii. Ante illud ergo instans filius non erat.

Sed contra est, quod Athanasius dicit,* quòd totę tres personæ, coæternæ sibi sunt.

Respon. Dicendum, quòd necesse est dicere filium esse coæternum patri.

Ad cuius euidentiam considerãdum est, quòd aliquid ex principio existens posterius esse suo principio, potest contingere ex duobus. Vno modo ex parte agentis alio modo ex parte actionis. Ex parte agentis quidem, aliter, in agentibus uoluntariis, aliter in agentibus naturalibus. In agentib. quidem uoluntariis, propter electionem temporis. Sicut enim in agentis uoluntarii potestate est, eligere formam quam effectui conferat, ut sup. dictum *est, ita in eius potestate est eligere tempus in quo effectũ producat. In agentibus autem naturalibus hoc contingit, quia agens aliquod non a principio habet perfectionem uirtutis naturalis ad agẽdum, sed ei aduenit post aliquod tempus, sicut homo non a principio generare pot. Ex parte actionis impeditur, ne id quod est a principio, simul sit cum suo principio, propter hoc quòd actio est successiua. Vnde dato, quòd aliquod agẽs tali actione agere inciperet statim cum est, non statim eodem instanti esset effectus, sed in instanti ad qd terminatur actio. Manifestum est autem secundum præmissa, *quòd pater non generat filium uoluntate, sed natura. Et iterum, quòd natura patris ab æterno perfecta fuit. Et iterum, quòd actio qua pater producit filium, nõ est successiua, quia sic filius Dei successiuè generatus esset, & eius generatio materialis & cum motu esset, quod est impossibile. Relinquitur ergo quòd filius fuit quandocunque fuit pater. Et sic filius est coæternus patri, & similiter spiritussanctus utrique.

Ad primum ergo dicendum, quòd sicut Aug. *dicit in lib. de Verbis Domini. Nullus modus processionis alicuius creaturæ, perfectè repræsentat diuinã generationem. Vnde, oportet ex multis modis colligere similitudinem, ut quòd deest ex uno, aliqualiter suppleatur ex altero. Et propter hoc dicitur in Synodo Ephesina. Coexistere semper coæternum patri filium, splendor tibi denuntiet. Impassibilitatem natiuitatis, ostendat uerbum, consubstantialitatem, filii nomen insinuet. Inter omnia tamen expressius repræsentat processio uerbi ab intellectu. Quod quidem non est posterius eo a quo procedit, nisi sit talis intellectus qui exeat de potentia in actum. Quod in Deo dici non potest.

Ad secundum dicendum, quòd æternitas d excludit principium durationis, sed non principium originis.

Ad tertium dicendum, q omnis corruptio est mutatio quædam. Et ideo omne quod corrumpitur, incipit nõ esse, & desinit esse. Sed generatio diuina non est transmutatio, ut dictum est supra.* Vnde filius semper generatur, & pater semper generat.

Ad quartum dicendum, q in tempore aliud est qd est indiuisibile, s. instans, & aliud est quod est durans, s. tempus. Sed in æternitate ipsum nunc indiuisibile est, & semp stans, ut sup. dictum est.* Generatio uerò filii non est in nũc temporis, aut in tẽpore, sed in ęternitate. Et ideo, ad significandum præsentialitatem, & permanentiam æternitatis, potest dici q semper nascitur ut Origenes dixit. Sed (ut Gre. & Aug.† dicunt) melius est q dicatur semper natus, ut ly semper, designet permanentiam æternitatis, & ly natus, perfectionem geniti. Sic ergo, filius non imperfectus est, neque erat quando non erat ut Arrianus dixit.

rari successiuo, i. temporali, sit imperfecti, tanquam nnam per fectionem acquirẽs post aliam (ut arguitur): tamen illud, quod est in generari permanente. i. æterno, est perfectum, tanquam simul habẽs omnem suã perfectionem.

q. 41. art. 2.

APPENDIX.

Ex articulo habes primo: quomodo per rationem interimas hæreses Raymundi Lull dicentis, Pater Deus est, antequam esset Deus filius. Itẽ Monatis Arriani dicentis. Verbum Dei non semper erat. Item Pauli Samosetani dicentis, filiũ non esse sempiternum cum patre credẽdum. Itẽ Lucæ Sternberger dicentis, spiritumsanctum nihil aliud fuisse, quàm illam columbã, quæ descendit super Christum baptizatũ, secundum hunc igitur spiritussanctus nõ erat coæternus patri, & filio, sic & hi, qui ponebant spiritumsanctum creaturam, de quibus, q. 36. articulo primo, & quæst. 39. artic. 1. & quæst. 42. art. 1. & q. 41. ar. 3. mentio fit: similiter & hi, qui dixerunt, Melchisedech fuisse spiritumsanctum. Itẽ qui se esse iactabant spiritumsãctum, ut Manes, Thomas, Manichæus, Montanus. Nam hi omnes coæternitatem spiritussancti re uera impugnabant sic dicendo, & ideo per huius articuli rationem conuincuntur.

Vtilit. pro S. Eccl.

q. præced. art. 2.

Ser. 38. per totum. t. 10

D. 570.

q. 27. ar. 2.

q. 10. art. 4.

Origen. Hom. in c. 1. Io. a medio tom. 3. August. in ps. 2 [illegible] hodie genui te [illegible] Greg. 29. [illegible] moral. c. 1.

a ... uincuntur. Secundo habes quomodo per rationem offendat: uniuersas istas tull. time fuisse damnatas a Concilio Lat. sub Innoc. 3. de su. tr. & fi cath firmiter credimus & simpliciter confitemur, quod &c. pater & filius & spūssanctus sunt tres quidem personæ sed una natura simplex omninò &c consubstantiales, & coæquales, & coomnipotentes, & coæterni. Hæc ibi. Item a symbolo Athanasij, & ab omnibus citatis in præcedenti articulo. Vide per totum: licet sufficeret ad insanias has cum similib. reuincendas, uidete, quod sunt Homousion. i. consubstantiales. Item a regulis fidei, traditis ab Augustino in li. de fi. ad Pet. c. 3. firmissime tene, & nullatenus dubites, Patrem, & Filium, & Spiritumsanctum. i. sanctam Trinitatem, vnum uerum Deum sine initio sempiternū esse. Hęc sempiternitas intimatur in psal. 73. vbi dicitur, Deus autem Rex noster ante secula, & alio loco. Ro. 1. Sēpiterna quoque eius uirtus & diuinitas. Hæc ibi. Item a Papa Damaso, in professione fidei catholicæ ad Paulinum Macedoniæ Episcopum, Canon. 10. sic: si quis homo perpetuò patrem, non perpetuò filium, non perpetuò spūmsanctum, esse dicat, anathema sit. Hęc ille. Item a Confessione fidei, quam B. Hieronymus ad Damasum Papam, se didicisse in Ecclesia catholica, eamq; semper tenuisse ac tenere testatur, sic; Credimus in Deum patrem omnipotem cunctorum uisibilium & inuisibilium conditorem. Credimus & in Dominum nostrū Iesum Christum &c. verum Deum vnigenitum & uerum Dei filium, nō factum, non adoptiuum, sed genitum, & unius cum patre substantiæ, quod Græci dicunt Homousion, atq; ita per omnia ęqualem Deo patri, ut nec tempore, nec gradu, nec potestate possit esse inferior, tantumq; confitemur esse illum, qui est genitus, quantus est ille qui genuit. Non autem, quia dicimus genitum a patre filium diuina & ineffabili generatione, aliquod ei tempus ascribimus: sed nec patrem aliquando cępisse, nec filium. Nec. n. alter confiteri possumus æternum patrem, nisi confiteamur etiam coęternum filium. Ex filio. n. pater dicitur, & qui semper pater fuit, semper filium habuit. Credimus & in spiritumsanctum, uerum Deum, ex patre & filio procedentem, ęqualem per omnia patri, & filio uoluntate, potestate, æternitate, substantia. Nec est prorsus aliquis in trinitate gradus, nihil quod inferius superiusvè dici possit: sed tota Deitas perfectione æqualis est, ut exceptis uocabulis quæ proprietatem personarum indicant, quicquid de una persona dicitur, de tribus dignissime possit intelligi. Hæc ibi. Hic Damasus Papa non tantum his, sed etiam alijs. B Hieronymi scriptis authoritatem dedit, ut legitur in uita eiusdem Pontificis. Item ab omnibus Concilijs. Nam omnia Nicænam fidei catholicæ definitionē reuerēter acceptant. & Nicæa. Homousion firmissime stabilito, quæcunque alia (puta coæternitas, coomnipotentia, coæqualitas, & huiusmodi) stabilita de fide intelliguntur; Contrariaque damnata. Hoc innuebat suprà B Hieronymus. Cum enim, dixisset, quod Græci dicūt Homousion, e vestigio intulit, atque ita per omnia æqualem Deo patri. Ac si apertius dixisset. Concesso, quòd personæ sint eiusdem substantiæ essentialis, oportet necessariò concedere, quòd sint per omnia, s. in æternitate in gradu in potestate in sapientia in bonitate in &c. æquales. Quomodo. n eiusdē substantiæ omnes perfectiones simpliciter continentis possunt intelligi: nisi & in omnibus his, non accidentaliter sed substantialiter, ęquales cointelligantur? Tertio vides, quomodo ex his uicissim Thomistis hæc doctrina firmetur, atque declaretur.

Fides. B. Hieronymi.

Vnico vocabulo Homousion, plurima determinatur.

3 Pro studio vario.

¶ N o t. Præsenti seruit articulo articulus in ordine 215. 246. 33. 46. 160. 161. 48. 46.

Comm. Cardinalis Caietani.

Titulus clarus est.

¶ In corpore unica est conclusio rñsiua quæsito affirmatiuè. Necesse est filium esse coęternū patri. Probatur sic. Oē ex principio existens, posterius illo, aut procedit ab illo uolūtarie, aut a natura paulatim perfecta aut actione successiua, sed pater non gñat filium uoluntate, sed natura ab æterno perfecta, & absq; actione successiua, ergo hēt filium coæternum. Et similiter est de spūsan. Maior declaratur distinguendo cām posterioritatis ex parte agentis, uel actionis &c. ut patet in litera. Minor uerò quo ad ultimam partem declaratur ducendo ad impossibile. s. quod filius esset successiue natus & cum materia & motu. Nec fundatur hic illatio materię super hoc. quod, ubicumque est successio, ibi sit materia, sed, quod ubicumque est generatio successiua substantiæ, ibi est materia.

Bannes ar. 3.
Alb. mag. 1 d. 20 ar. 7.
Pe. de Pa. 1 s. 20 q. 2.

SVP. Q. XLII. ART. III.

222 1. di. 12. ar. 1. & d. 20. ar. 3. & post q. 10. artic. 3. cor.

CONCL. Oportet in diuinis personis esse ordinem originis absque prioritate.

¶ PROB. Quia ordo dicitur semper per cōparationem ad aliquod principium, & in diuinis oportet principium secundum originem, absque prioritate, esse.

1^m de maiori. Notio. R. Vel in communi, uel in speciali, §. Tunc &c. Licet enim ordo naturæ non significet notionem in speciali; significat tamen eam in communi.

2^m maior. In quibuscumque est ordo naturæ, &c. R. Nisi illa, in quib. est talis ordo, sint relationes. §. Tūc nihil &c. Nam psonæ diuinæ, in quib. est ordo naturæ, sunt relationes.

In suo symbolo fidei.

3^m maior. Quicquid ordinatur, distinguitur. R. Distinguitur. Eo modo quo ordinatur: non autem, eo modo quo non ordinatur. §. Tunc &c. Non. n. natura diuina ordinatur in seipsa, cū sit una omnino simplex; sed ordinatur in personis, inquantū vna persona naturā ipsam omninò totam alteri sine aliqua prioritate communicat. Non ergò requiritur quòd natura distinguatur: sed quòd distinguantur psonæ ad inuicem.

In suo symbolo fidei.

ARTICVLVS III.

Vtrum in diuinis personis sit ordo naturæ.

AD TERTIVM sic proceditur. Videtur, quod in diuinis psonis non sit ordo naturæ. Quicquid. n. in diuinis est, uel est essentia uel psona, uel notio. Sed ordo naturæ nō significat essentiā, neque est aliqua personarum, aut notionum. Ergo ordo naturæ non est in diuinis.

¶ 2 Præt. In quibuscunq; est ordo naturæ, unum est prius altero, saltē secundum naturam, & intellectū, sed in diuinis psonis nihil est prius & posterius, ut Athan.* dicit. Ergo in diuinis personis non est ordo naturæ.

¶ 3 Præt. Quicqd ordinatur, distinguitur, sed natura in diuinis non distinguitur. Ergo non ordinatur. ergo non est ibi ordo naturæ.

¶ 4 Præt. Natura diuina est eius essentia. Sed nō dicitur in diuinis ordo essentiæ. Ergo neq; ordo naturę.

SED CONTRA, Vbicomque est pluralitas sine ordine, ibi est confusio, sed in diuinis personis non est confusio, ut * Ath. dicit. ergo est ibi ordo.

RESPON. Dicendum, quod ordo semper dicitur per comparationem ad aliquod principium. Vnde sicut dicitur principium multipliciter. s. sēm situm, ut punctus sēdm intellectū, ut principiū demonstrationis, & sēdm cās singulas, ita & dicit' ordo. In diuinis aūt dr principiū sēdm originem absq; prioritate, ut sup. dictū est. * Vnde oportet ibi esse ordinē secundū originem absq; prioritate. Et hic uocatur ordo naturę secundum Aug. † nō quo alter sit prius altero, sed alter est ex altero.

AD PRIMVM ergo dicendū, quod ordo naturæ significat notionē originis in cōi, non autem in speciali.

AD SECVNDVM dicendum, quod in reb. creatis & cum id quod est a principio, sit suo principio, coæuū secundum durationem, tamē principium est prius secundum naturā & intellectum, si consideretur id, quod est principiū. Sed si considerentur ipsæ relationes causæ & causati, & principii, & principiati, manifestū est quòd relatiua sunt simul natura & intellectum, inquantum unum est in diffinitione alterius. Sed in diuinis, ipsæ relationes sūt subsistētes psonæ in una natura. Vnde neque ex parte naturæ, neque ex parte relationum, una persona potest esse prior alia, neque etiam secundum naturam, & intellectum.

AD TERTIVM dicēdum, quòd ordo naturæ dicitur, non quòd ipsa natura ordinetur: sed quòd ordo in diuinis personis attendatur secundum naturalem originem.

AD QVARTVM dicendum, quod natura quodammodo importat rationē principii, nō aūt essentia. Et ideo ordo originis melius nominatur ordo naturæ, quā ordo essentiæ.

4^m de maiori. Est. R. Secundum rem, non secundum principii rationē. §. Tūc &c. ut in litera patet.

q. 33. ar. 1. ad 3. præcipue.

Ex l. 4 su. Gen. c. 34. & 35. to. 3. Et ex oratione de quinq; hæresib. a me dictum. 7.

APPENDIX.

Vtilit. pro S. Eccl.

EX articulo habes, primo quomodo per rationem rectè ostendas: rectè dictum ab Athanasio in symbolo suo, qđ est regula fidei, sic. Neq; confundentes personas. Hæc est. Neq; dicentes, ꝙ in personis non sit ordo, qm̃ aliter ibi esset confusio, quia ubi multitudo sine ordine aliquo, ibi est confusio. Non aũt ibi vult Athanasius ordinem, qui dicat prius & posterius, seu qui stet in prioritate aliqua, qm̃ post multa subdit, & in hac trinitate nihil prius aut posterius nihil maius aut minus. Vult ergo dicere, per ly. Neque confundentes personas ꝙ in diuinis ponendus est ordo sine aliqua prioritate. Hic autem est ordo tantum originis, seu (quod in idem redit) ordo naturæ. Secundum.n. talẽ ordinem solum alter ex altero, non autem alter est prior altero. Secũdo habes, quomodo per rationem ostendas, dictum supra q. 5. ar. 5. & q. 6 ar. 1. non discordare a fidei dogmate tradito hic ab Athanasio, stat.n.ꝙ in diuinis non sit ordo aliquam prioritatẽ ac posterioritatem includẽns, ut in locis supra citatis deciditur, & quod in diuinis sit ordo prioritatem quantumlibet paruulam, atque posterioritatem, excludens. Tertio habes: quomodo, stante secundum fidem Trinitate personarum, per rationem tanquam radicalem demõstres, quòd processio est, immo & processiones sunt, in diuinis, q. 27. ar. 1. & 3. nõ scilicet detur ibi conclusio. Quarto vides: quomodo uicissim Angelica ex his firmetur conclusio.

2

3

4

¶Not. Articulo præsenti deseruit articulus in ordine 185. 221. 229. 203.

Pro studio

Comm. Cardinalis Caietani.

IN titulo ly naturæ, non est obliquus determinatus per ly ordo, sed econtra determinans ipsum ordinem. Ita quod non est sensus. Vtrum sit ordo naturæ tamquam rei ordinatæ: sed utrum, sit ordo naturæ, idest naturalis, ut naturale distinguitur contra uoluntarium.

¶In corpore una est conclusio. In personis diuinis est ordo naturæ. Probatur, ordo semper est per comparationem ad aliquod principium. ergo est multiplex iuxta multiplicitatem principij. ergo est in diuinis secundum originem absque prioritate. ergo est ordo naturæ. Prima consequẽtia explanatur in situ, intellectu, & singulis causis. Secunda aũt probatur, quia principiũ in diuinis est secundum originem absque prioritate. ex q. 33. ar. 1. Tertia autem manifestatur authoritate Aug. qui & hoc uocabulum induxit.

¶Circa hanc partem, pro quanto ponitur ordo absque prioritate, dubium insurgit apud multos, putantes de ratione ordinis esse prioritatem, & posterioritatem, & sicut ibi ponitur ordo originis ponendum esse quod; ibi sit prioritas, & posterioritas originis. Verum, quia non est Theologorum contentionibus deseruire, & in re hac nulla dissensio est nisi in uerbis: idcirco breuiter scito, quòd cum ordo originis nihil aliud sit nisi hoc esse ab hoc & in eo secundum rem inueniatur a quo alius, & qui ab alio, & rursus a quo alius est quandoque a se producens, ut patet de primo producente, & in his nulla sit discordia, consequens est quòd inter nos & Scotum his omnib. consentiẽtem, in 1. dist. 28. q. vlt. & quodlibetis q. 4. non sit controuersiam secundum. rem, sed tantum differentia est in uocabulis. Quoniã ipsi uocant prius origine, a quo alius & etiam a se producens, posterius verò origine, qui ab alio. ita ꝙ prioritas originis est a ly a quo, seu a se, posterioritas uero ly ab alio, ut patet ab ipsomet. 1. d. 12. q. 2. & alibi. Vnde in huiusmodi propter sanctorum Doctorum reuerentiam qui his uocabulis vsi non sunt, & ad tollendas erroris occasiones, sententiam teneant, sed linguam cohibeant. Pariunt quoq; huiusmodi locutiones obscuritatem in reb. manifestis, ut patet cum fit quæstio de identitate uel diuersitate signi originis, quo uel quib. pater & filius spirant, cum tamen res clara sit, quòd pater a se, & filius a patre, vnico simul actu spirant, ut unicum principium, dictum est.

¶In responsione ad secundum dubium occurrit, non præteritũ a Sco. in 28. d. 1. q. ult. quòd hoc dictum repugnat dictis in q. 40. art. ult. Hic namque dicitur, paternitas siue pater nullo modo est prior filio, ita quòd nec secundum naturam, nec secundum intellectum, ibi autem expresse dictum est quòd hypostasis patris est prior secundum intellectum actu notionali, qui est generatio actiua & consequenter prior filio, qui sequitur generationem passiuam, ut ibidem dicitur, non ergo stant hæc duo simul.

¶Ad euidentiam huius difficultatis, & simpliciter & ad hominem scito, quòd de patre, & filio in diuinis contingit loqui dupliciter. Vno modo sc'd̃m rem pure, & sic loquitur hic author negans omnem prioritatem, & posterioritatẽ, & probat hoc efficacissima rõne, s. quòd in eis non est nisi relatio & essentia, in essentia nulla est prioritas, cum sit una. relationes sunt simul natura, & intellectu. ergo. Alio modo contingit loqui de eis sub aliquo partiali conceptu, seu modo concipiendi, & sic locutus est superius. Et merito, quia titulus articuli erat de præintellectione proprietatum respectu actuum & econuerso, & sic pater similiter & paternitas, conceptus, ut Hypostasis, præcedit secundum intellectũ generationem & filium vnde nulla est in dictis contradictio. Imo ex hoc loco manifeste apparet, quòd Scot. tam in loco allegato, quam in quodlibetis. q. 4. imposuit S. Th. motiuum ad faciendam illam distinctionem de paternitate vt constitutiua, & ut relatio, ut saluaret patrem esse priorem filio, neque enim hoc somniauit author vnquam, sed hic docuit oppositum, dicens ipsas relationes subsistentes, quæ sunt pater & filius. oportere esse omnino simul etiam intellectu, & hoc ex meritis rerum. Ratio enim, quæ mouit authorem ad illam distinctionem, fuit, quia reatio unica habet duos actus. s. constituere hystasim, & referre, ut ibi patuit, & scito, quòd cum hac vnica distinctione præmissa, scilicet de rebus secundum se: aut de eis secundum aliquem specialem conceptum, seu concipiendi modum, solues obiectiones eorum, qui omnino prioritatem in diuinis probare uolunt, uel ex eo quòd Aug. dicit, quòd nihil generat se quòd esset antequam esset, & sic de ratione generantis est esse ante genitum, uel ex eis similibus. Hæc enim, omnia non concludunt rem seu personam generantem, &c. esse priorem etiam sc'd̃m intellectum, sed rem illam sic conceptam eẽ priorẽ s'm rõnẽ. Cõstat aũt non ualere argumentũ a re sic cõcepta ad eãdem simpliciter. Est.n sophisma a sc'd̃m quid, ad simpliciter.

Ferr. 4. cont. c. 7. 21.
S. Bon. 1. s. d. 19. q. 1 ar. 1.
Alens. p. p. s. q. 17. mem. 1.
Scot. 1. s. d. 19. q. 1.
Riccar. 1. s. d. 19 q. 1.
Duran. 1. s. d. 19. q. 2.
Marro. 1. s. d. 20. q. 1.

223
1. dis. 9. q. 1. art. 2. & 4. con. c. 7. rõne 11. & c. 21. cor. & po. q. 2. ar. 3. cor. fi. & q. 10. art. 4. cor. & Boe. de tri. q. 3. art. 4.

SVP. Q. XLII. ART. IIII.

COncl. Necesse est dicere, filium esse æqualem patri in magnitudine.

¶Prob. Quia filius habet perfectionem naturæ eandem, quam pater, & magnitudo in diuinis non est aliud, quàm perfectio naturæ Dei.

¶Not. In omnibus similibus, & supra & hic & infra, idem subintelligendum tibi de spiritusancto reliquit Sanctus Doctor licet alicubi id nõ expresserit. Semel enim pro semper dictum esse uoluit q. 31. ar. 4. quòd omnes tres personæ sunt idẽ in omni eo, quod relatio personalis, seu oppositio originis, non distinguit. Quod quidem dictum a concilio Florentino pro communi Theologorum axiomate approbatum fuisse, aliàs declaratum est.

Regula vniuersalissima.

ARTICVLVS IIII.

Vtrum filius sit æqualis patri secundum magnitudinem.

AD QVARTVM sic proceditur. Videtur, quod filius non sit æqualis patri in magnitudinem. Dicit.n. ipse. Io. 11. Pater maior me est. Et Apost. 1. Cor. 15. Ipse filius subiectus erit illi, qui sibi subiecit omnia.

¶ 2 Præter. Paternitas pertinet ad dignitatem patris, sed paternitas non conuenit filio, ergo non quicquid dignitatis habet pater, habet filius. Ergo non est æqualis patri in magnitudine.

¶ 3 Præt. Vbicumque est totum & pars plures partes sunt aliquid maius quam una tantum, uel pauciores, sicut tres homines sunt aliquid maius, quam duo uel unus. Sed in diuinis uidetur esse totum uniuersale & pars. Nam sub relatione uel notione plures notiones continentur, cum igitur in patre sint tres notiones, in filio autem tantum duæ, uidetur ꝙ filius nõ sit æqualis patri.

SED CONTRA est, quod dicitur Philip. 2. Non rapinam arbitratus est esse se æqualem Deo.

RESPON. Dicendum, quòd necesse est dicere filium esse, æqualẽ patri in magnitudine. Magnitudo .n. Dei, non est aliud ꝗ pfectio naturæ ipsius. Hoc aũt est de rõne paternitatis & filiationis, qđ filius p gñationẽ pertingat ad hñdã perfectionẽ naturæ, q̃ est in patre, sicut & pater. Sed q̃a in hoib. generatio est trãsmutatio q̃dã, exeũtis de potẽtia in actũ, nõ statim a principio hõ filius est æqualis patri gñanti, sed p debitũ incrementum ad æqualitatẽ pducitur, nisi aliter eueniat pp defectum principii generationis. Manifestum est autem ex dictis, ꝙ in diuinis est propriè, & uerè paternitas, & filiatio. Nec

q. 33. ar. 2. & 3.

potest

3^m ex Ioan. Me. ℞. secundum humanitatem, non secundũ diuinitatem. §. Tunc &c. Licet enim filius secundum humanitatem sit minor patre, ut authoritates intendũt, tamen secundum diuinitatem est ei in magnitudine ęqualis.

Itẽ ex Apost. Subiectus. ℞. Ut hoc nomen dicit tantum esse a principio, non, ut dicit esse inferiorem. §. Tunc &c. Licet enim filius secundum diuinitatem sit patri subiectus primo modo, i. originatus ab illo, ut Hil. in libro de synodis exponit, tamen filius secundum diuinitatem non est patri subiectus secundo modo, idest inferior illo.

Li. de syn. inter fol. ante fi. lib.

¶ Not. Dictum præmissum Hilarii nó, sine explanatione mox ad literam expressa, debet aliquando pronunciari, sicut nec illud eiusdem, Donantis authoritate pater maior est. Et hoc pro cautela locutionis nostræ dicta sint, non quod Hilarii dicta, in libro illo præsertim, omni honore non prosequamur.

Semp obseruãdum hic, & in similibus.

In suo symbolo fidei. lég. de tri. inter med. & fin. lib.

2^m de maiori. Paternitas. ℞. quantũ ad absolutũ; non, quantum ad relationem. §. Licet enim filius non habeat paternitatem, quantum ad relationẽ dantis, ut arguitur, habet tamen eam, quantum ad absolutum, i. essentiam, ut dicitur in litera.

D. 617. Parũ a medio illius. Habetur hic liber inter opera Hilarii. Art. 1. huius q. ad 1. arg. L. 1. 3. cõtra Maximinũ ca. 18. post med. to. 6.

¶ Notatio. Dignitas, perfectio, æqualitas, similitudo (ut in textu) sunt prædicata essencialia, non autem de numero relationũ. Ex textu ergo uidetur dicendum, quod paternitas, filiatio, processio, si considerentur prę esse quantum ad referri, neque dignitatem dicunt, neque indignitatem, neque perfectionem, neque imperfectionem, neque similitudinem, neque dissimilitudinem, neque æqualitatem, neque inæqualitatem, sed ab omnibus his abstrahunt.

potest dici, quod uirtus Dei patris fuerit defectiua in generando, neq; quod Dei filius successiuè, & per transmutationem ad perfectionem peruenerit. Unde necesse est dicere quod ab æterno fuerit patri æqualis in magnitudine. Unde, & Hil. * dicit in lib. de Synod. Tolle corporum infirmitates, tolle cõceptus initium, tolle dolores & omnem humanam necessitatem, omnis filius secundum naturalem natiuitatem æqualitas patris est, quia est & similitudo naturæ.

Ad primum ergo dicendũ, ꝙ uerba illa intelliguntur dicta de Christo secundum humanam naturam, in qua minor est patre, & ei subiectus. Sed secundum naturam diuinam, æqualis est patri, & hoc est quod Athan. † dicit. Aequalis patri secundum diuinitatem, minor patre secundum humanitatem. Sed secundum Hilar. * in 9. libr. de Tri. Donantis authoritate pater maior est, sed minor nõ est cui unum esse donatur. Et in li. de Syno. † dicit, quod subiectio filii naturæ pietas est idest recognitio authoritatis paternæ. Subiectio autem cæterorum, creationis infirmitas.

Ad secundum dicendum, ꝙ æqualitas attenditur secundum magnitudinem. Magnitudo autem in diuinis significat perfectionem naturæ (ut dictum est *) & ad essentiam pertinet. Et ideo ęqualitas in diuinis, & similitudo secundum essentialia attenditur, nec potest secũdum distinctionem relationum inæqualitas, uel dissimilitudo dici. Unde Aug. † dicit contra Maximinũ. Originis quæstio est quid de quo sit æqualitatis autem qualis, aut quãtus sit. Paternitas igitur est dignitas patris, sicut & essentia patris, nam dignitas est absoluta, & ad essentiã pertinet. Sicut igitur eadem essentia, quæ in patre est paternitas, in filio est filiatio ita eadẽ dignitas quæ in patre est paternitas, in filio est filiatio. Verè ergo dicitur quod quicquid dignitatis habet pater, habet filius, nec sequitur, paternitatẽ habet pater. ergo paternitatem habet filius. Mutatur enim quid, in ad aliquid. Eadem enim est essentia & dignitas patris & filii. Sed in patre est secundum relationem dantis, in filio secundum relationem accipientis.

Ad tertium dicendũ, ꝙ relatio in diuinis non est totũ uniuersale, quamuis de similibus relationibus prædicetur, quia omnes relationes sunt unum secundum essentiã & esse. Quod repugnat rationi uniuersalis, cuius partes secundum esse distinguuntur, & similiter persona (ut supra dictum est *) non est uniuersale in diuinis. Unde neque omnes relationes sunt maius aliquid ꝗ una tantũ nec omnes personæ maius aliquid quam una tantũ quia tota perfectio diuinæ naturæ, est in qualibet personarum.

Q. 30. art. 4. ad 3.

3^m de maiori. Totum pars. ℞. Propriè; non, similitudinariè. §. Tunc &c. In diuinis enim licet totũ & pars secundum quandam similitudinem sint, ut arguitur, & dicitur. q. 40. ar. 3. tamen ibi proprie non est.

APPENDIX.

Ex articulo hoc Primo, quo p rõnẽ interimas hęresim cuiusdã innominati (Direct. inquit 2 par. q. 20.) dicẽtis, quod solus Deus pater est optimus, sed Dei filius est bonus in primo gradu, spiritussanctus in secundo gradu. Magnitudo enim in Deo est eius bonitas, atque ideo tam magnus, quam bonus. Secundo habes, quomodo per rationem ostendas, hanc merito fuisse damnatam a Gregorio 11. Postquam enim oculatis ter uiderat libellum continentẽ, 21. articulos inter quos uigesimus secundus erat pnarratus, postquam super illis consilium magistrorũ in Theologia de mãdato suo coram dñis Cardinalib. plurĩes habitũ recepat, tã dẽ p suas patẽtes literas ipse Dñs Papa Reuer. Patri Fratri Nicolao Eymerici ordinis Prædicatorũ inqsitori mandauit, ut ide hæreticę prauitatis inqsitor cũ dño Archiep. Tarraconẽsi dictos articulos tanquã hæreticales & uere erroneos cũ ipsorũ libello publicè cõdẽnaret, quib. cõdẽnatis, dictũ libellũ traderet ignib cõburẽdũ. Et sic factũ fuit. Cõf. ibidẽ rectoriũ 3. uides quo ex his oib. uicissim doct hæc Angelica firmet.

Vti pro S. Eccl.

D. 1088.

¶ Not. Præsenti articulo seruit in ordine articulus 200. 186. 187. 221. 185. 220. 215. 176.

Pro studio uero.

Comm. Cardinalis Caietani.

Titulus clarus est.

¶ In corpore unica est conclusio. Necesse est filium esse ęqualẽ patri in magnitudine ab æterno. Et probatur primo quo ad primam partem, sic. De ratione paternitatis, & filiationis est, ꝙ filius accipiat perfectionem naturæ sicut pater. Ergo filius in diuinis habet perfectionem naturæ paternæ, ergo est æqualis patri in magnitudine Antecedens declaratur in creaturis. Prima uerò consequentia probatur, quia in diuinis est uere & propriè paternitas & filiatio. Secunda autem, quia magnitudo nihil aliud significat quam perfectionem naturæ. Quo ad secundã uerò partem, scilicet ab æterno, probatur. Virtus Dei patris non est defectiua, neque filius Dei successiue perficitur, ergo ab æterno & declaratur sequela, quia ex horum oppositis accidit in humanis, quod filius non statim æquatur patri. Et confirmatur totum authoritate Hilarii.

Petr. 4. cont. c. 9. Scot. 1. 5. d. 19. q. 2. Durau. 1. 5. d. 19. q. 3. Riccar. 1. 5. d. 19. q. 1. Mairo. 1. 5. d. 20. q. 3. Bacco 1. 5. d. 19. q. 2. Ca. 1. d. 19. q. 1. com. 1. Alb. mag. 1. d. 25.

224 Id. 19. q. 3. ar. 2. & 4. cont. c. 9. & 65. & Io. 10. le. 6. & c. 16. li. 7. text. 23. to. 2.

ARTICVLVS V.

Vtrum filius sit in patre, & econuerso.

Ad quintum sic proceditur. Videtur, ꝙ filius non sit in patre, & econuerso. Philos. enim in 4. Phys. * ponit octo modos essendi aliquid in aliquo, & secundum nullum horum filius est in patre, aut econuerso, ut patet discurrenti per singulos modos. Ergo filius non est in patre, nec ecõuerso.

¶ 2 Præt. Nihil quod exiuit ab aliquo, est in eo, sed filius ab æterno exiuit a patre secundum illud Micheæ. 5. Egressus eius ab initio, a diebus æternitatis. Ergo filius non est in patre.

¶ 3 Præt. Unum oppositorum non est in altero. Sed filius & pater opponuntur

SVPER Q. XLII. Art. v.

Concl. Secundum essentiam, relationem, & originem, filius est in patre, & ecõuerso.

¶ Prob. Quia essentia patris est in filio filii essentia est in patre, & pr est sua essẽtia filius est sua essentia. Secunda autem pars, scilicet relationem, pbatur. Quia unum relatiuè oppositum est in altero secundum intellectum. Tertia autẽ pars

pars scilicet originem probatur. Quia processio uerbi intelligibilis manet in dicente, & quod uerbo dicitur, in uerbo continetur.

1m ex philosopho. Aliquid in aliquo. ℞. Aliquid in aliquo creato, non aliquid increatū in aliquo increato, §. Tunc &c. Loquimur enim nunc de modis, quibus res increata est in re increata, non autem de rebus creatis, ut patet.

¶ Not. Dicuntur etiam octo modi essendi in aliquo, si multiplicentur isti quatuor, ut fit a nonnullis. Sed siue quatuor, siue octo, siue quātumuis plures fuerint, adhuc responsio data satisfacit omnibus, quoniam, non nisi de rebus creatis, a phylosophis assignarentur illi modi essendi, in q̄cunque essent.

2m de maiori. Exiuit. ℞. Secundum distantiam essentialē: non, secundum solam distinctionem relationum, §. Tunc &c. Filius enim a patre exiuit, secundum distinctionem solam relationum, non autem secundum distātiam aliquam essentialem.

Li. 5. de tr. ult. fol. iib.

3m de maiori. Oppositorum. ℞. Alio modo, quam relatiuè. §. Tunc &c. Filius enim & pater relatiuè, non alio modo, opponuntur.

ponuntur relatiuè. Ergo unus non potest esse in alio.

Sed contra est, quod dicitur Ioan. 14. Ego in pater, & pater in me est.

Respon. Dicendum, quod in patre, & filio tria est considerare scilicet essentiām, & relationem, & originem, & secundum quodlibet istorum, filius est in patre, & econuerso. Secundum essentiam enim pater est in filio, quia pater est sua essentia, & communicat suā essentiam filio, non per aliquam suam transmutationem. Vnde sequitur, quod cum essentia patris sit in filio, quod in filio sit pater. Et similiter cum filius sit sua essentia, sequitur, quod sit in patre, in quo est eius essentia. Et hoc est quod Hil.* dicit. 5. de Trin. Naturam sua (ut ita dicam) sequitur immutabilis Deus, immutabilem gignens Deū subsistentem. Ergo in eo Dei naturam intelligimus, cum in Deo Deus insit. Secundum etiam relationes manifestum est, quod unum oppositorum relatiuè est, in altero secundum intellectum. Secundum originem etiam manifestum est, quod processio uerbi intelligibilis non est aliquid extra, sed manet in dicente. Id etiam, quod uerbo dicitur in uerbo continetur, & eadem ratio est de spiritu sancto.

Ad primum ergo dicendum, quod ea quæ in creaturis sūt non sufficienter repræsentant ea quæ Dei sunt. Et ideo secundum nullum eorum modorū quos Philoso. enumerat, filius est in patre, aut econuerso. Accedit tamen magis ad hoc modus ille, secundum quem aliquid dicitur esse in principio originante, nisi quod deest unitas essentiæ in rebus creatis inter principium & id, quod est a principio.

Ad secundum dicendū, quod exitus filii a patre est secundū modum processionis interioris, prout uerbum exit a corde, & manet in eo. Vnde exitus iste in diuinis, est secundum solam distinctionem relationum, non secundum essentialem aliquam distantiam.

Ad tertium dicendum, quod pater & filius opponuntur secundum relationes, non autem secundum essentiam, & tamen oppositorum relatione unum est in altero, ut dictum est.*

ARTI-

¶ Not. Tanto magis unum relatiuè oppositorum erit in altero, quanto ista non opponentur secundum aliquid aliud, puta secundum essentiam. Nā tunc, quatenus relatiua erunt uicissim in alterutro, & non habebunt aliquid, uel pauxillum impediens istam mutuam existentiam unius in altero. Sic est aūt de personis diuinis, quod scilicet ita relatiuè opponuntur, ut secundum essentiam nullatenus opponantur. Ergo non tantum in seipsis uicissim pater, filius, spiritussanctus, sed & maximè maximo modo erunt in se inuicem.

APPENDIX.

Vti. pro S. Ecc. a scri. a Concil. a Papa.

EX articulo habes, primo quomodo per rationem confundas hæresim Raymundi Lull. (Direct. inquisit. 2. p. q. 9.) dicentis, quod male faciunt illi qui dicunt, quod inter patrem & filiū & spiritumsanctum non sit tanta distinctio quanta est inter Deū & equum, cum inter diuinas personas sit maior concordia quā inter Deum, & equum, quæ maior concordia non potest esse sine maiori distinctione personarum. Vide quam incompactè, immo contradictorie, loquatur iste mercator iustificatus a diabolo. Sed ad rem nostram. Tantam distinctionem ponit inter personas, quāta est inter Deum, & equum, ergo unamquamque personam esse in alia, ut hic docetur, negat. Secundo habes, quomodo per rationem demonstres, rectè hanc damnatam esse ab unigenito Dei. Ioan. 14. Ego in patre & pater in me est. Quod quidem peruerti non potest cum Arrianis dicentibus, quod filius ita est in patre, ut uas paruum in maiori uase. Vides supra articulo primo. Nam ex contextu patet, quod dicere, Ego in patre, & pater in me est, idem ualet quod dicere, Ego & pater unum sumus cum alterum istorum dixerit Christus in declarationem alterius. Esse uero unum de patre & filio dictum intelligitur quantum ad substantiam, secundum concilium Lateranense sub Innocentio tertio, in hæc uerba. Cum ergo ueritas pro fidelibus suis orat ad patrem, Volo (inquiens) ut ipsi sint unum in nobis sicut, & nos unum sumus, hoc nomen, unum pro fidelibus quidem accipitur ut intelligatur unio Charitatis in gratia, pro personis uero diuinis ut attendatur identitatis unitas in natura. Hæc in, de summa Trinitate, & fide catholica. Damnamus, ubi ex professo loquitur contra Abbatem Ioachim illam sententiam Ioan. 17. ad quandam unionem diuini amoris collectiuam, ueram ac propriam secludendo, extorquentem, & in eodem infra. Siquis igitur sententiam, uel doctrinam præfati Ioachim in hac parte defendere uel approbare præsumpserit tanquam hæreticus ab omnibus uitetur. Hæc ibi. Vniuersaliter ergo certissimè tenendum, quod hoc nomen unum, quemadmodum, & primæ Ioan. 5. tres sunt, qui testimonium dant in cœlo, pater, Verbum, spiritussanctus, & hi tres unum sunt, dicit numeralem substantiæ unitatem, quando dicitur de diuinis, & quod aliam unionem dicit, quando profertur de creatis, licet in eodem sit contextu, quemadmodum ibi sequitur, Tres sunt qui testimonium dant in terra, spiritus, Aqua, & sanguis, & hi tres unum sunt. Hoc de ly unum, tanquam regulam synodicam, pro expositione similium scripturarum diligentissime nota contra Arrianos. Quam regulam esse extendendam etiam ad alia de Deo & creatis dicta, insinuat idem concilium per hoc, quod subdit quemadmodum alibi ueritas ait. Estote perfecti sicut & pater uester cœlestis perfectus est. Ac si diceret manifestius. Estote perfecti perfectione gratiæ, sicut pater uester cœlestis perfectus est perfectione naturæ, utraque uidelicet suo modo. Hæc ibi. En ex concilio a simili, quod omnes propositiones de Deo & creatis dictæ intelligendæ sunt proportionaliter, idest suo utriusque modo. Item illa Raymundi est damnata a Papa Gregorio undecimo, post diligentē examinatam disquisitionem de fratrum suorum consilio, una cum tota doctrina eiusdem Raymundi, ut refert idem directorium ibi. Item a Concilio Toletano undecimo, sub Vitaliano Papa, in publica pronunciatione fidei catholicæ articulo tertio, ita dicente. Sicut splendorem luci uidemus inseparabiliter inhærere, sic confitemur filium a patre separari non posse. Tres ergo illas unius atque inseparabilis naturæ personas sicut non confundimus, ita separabiles nullatenus prædicamus. Quandoquidem hoc nobis dignata est ipsa Trinitas euidenter ostendere, ut etiam in omnibus, quibus uoluit singillatim personas agnosci, unam sine altera non permittat intelligi. Nec enim Pater absque filio cognoscitur, nec sine patre filius inuenitur. Relatio quippe ipsa uocabuli personalis, personas separari uetat. Hæc ibi. Item a Concilio illo Lateranense, de summa Trinitate, & fide catholica. Damnamus. Dici non potest, quod partem substantiæ suę pater filio dederit, & partem ipse sibi retinuerit, cum substantia patris indiuisibilis sit, utpote simplex omnino. Sed nec dici potest, quod pater in filium transtulerit suam substantiam generando, quasi sic dederit eam filio, quod non retinuerit eam sibi. Alioquin desijsset esse substantia. Patet ergo, quod sine ulla diminutione filius nascendo substantiam patris accepit. Et ita pater, & filius habent eandem substantiam, & sic eadem res est pater, & filius, necnon, & spiritussanctus ab utroque procedens. Hæc ibi. Vide quæstio. 41. artic. 2. de Arrio cum similibus damnatis. Tertio igitur uidere potes apertè, quomodo ex his uicissim omnibus doctrina hæc Angelica firmetur, atque declaretur.

2

Vnū, qđ dicitur in diuinis, quod significet.

Regula synodica.

In corpore

3

Comm.

Comm. Cardinalis Caietani.

Titulus clarus est.

¶ In corpore unica est conclusio habens tres partes. Pater est in filio, & econuerso, secundum essentiam, & relationem, & originem. Quoad primam partem, probatur sic, Essentia patris est in filio ergo pater est in filio antecedens manifestatur, quia pater communicat essentiam filio absque aliqua transmutatione, consequentia uero probatur, quia pater est sua essentia, & similiter econuerso, essentia filii est in patre. ergo filius est in patre, quia filius est sua essentia. Et confirmatur authoritate. Hila.

¶ Circa hanc partem aduerte duo. Primum est, quod patrem esse in filio ratione essentiæ, potest intelligi dupliciter. Vno modo quod ipsa essentia secundum se, sit ratio essendi in filio, quemadmodum dicimus, quod pater intelligit ratione essentiæ. Et hic sensus alienus est a mente authoris, sic. n. optime sequeretur, ergo filius est in filio, sicut sequitur, ergo filius intelligit. Alio modo, quod essentia ut una in pluribus sit ratio unius, quod sit in alio quemadmodum etiam dicimus, quod essentia, ut in principio, est ratio generandi, & sic uerificatur in proposito. Esse enim in alio cum duo exigat, coniunctionem & distinctionem extremorum, dupliciter contingit, uel secundum rationem, quo ad distinctionem, ut Deitas in Deo, & uniuersaliter forma in supposito a quo non distinguitur realiter, uel secundum rem, in proposito intelligitur secundum rem, ita quod ad esse in inuicem diuinarũ personarum, concurrit & realis alietas, & realis coniunctio. Est. n. pater in filio, ut cõsubstantialis, alio consubstantiali ratione unius essentiæ in utroque, ex hoc autem scito secundo, qđ esse in persona, ut modo loquimur, est de numero notionalium mistorum, sicut potentia generandi, quoniam claudit in se distinctionem personarũ, & unitatem essentiæ. Et ppea, sicut in aliis huiusmodi mediis inter essentialia & notionalia, non ualet argm̃ ad essentialia purè sumpta, ita nec hic. Vnde sicut essentia non generat, & tamen in patre est ratio generandi, ita ipsa nõ est in aliqua persona, eo modo, quo persona una est in alia, & ipsa tamen in pluribus est ratio essendi in inuicem. Et ex his patet primo, efficacia rationis literæ, quæ non ex identitate patris, aut filii cum essentia, ut quidam intellexisse uidentur, sed ex unitate essentiæ utriusque procedit. Et optime hoc insinuatur in ipsis patris, & filii ac essentiæ nominibus. Patet secundo solutio rationum allatarum in 19. d. primi apud Cap. Ambę namque conditiones simul iunctę reddunt processum ualidum.

¶ Vnum tamen restat dubium, an ista ratio ualeat ex unitate essentiæ utriusque, ita quod par fuerit dixisse, essentia patris est in filio. ergo &c. & essentia patris est filius. ergo &c. idest an ad uim processus exigatur ille modus. In, ut iacet in litera. s. essentia patris est in filio ergo &c. Et ratio dubii est, quia ly In, non nisi relationem rationis dicit. Pater autem in filio secundum rem. Et rursus essentia alio modo est in filio, quam pater in filio, quia illa ut forma in supposito, hic ut suppositum substantiale in alio supposito.

¶ Ad hoc dicitur, quod quia ad ueritatem propositionum modus significandi tantum spectat, quod quandoque uariat ueritatẽ, idcirco licet processus iste quoad rem super unitate essentiæ in pluribus fundetur (hoc enim consubstantiales personas reddit, & unam substantialiter in alia ponit secundum rem) tamen quo ad manifestandum, ꝙ proprie uerificatur hæc locutio, uidetur est in filio, & econuerso, fundatur etiam supra ly In. Ex hoc enim, ꝙ una essentia plurium, congrue admittit ly In, respectu singularũ personarum optime sequitur, ergo quælibet persona ratione illius essentiæ potest quoque dici esse in alia. Nec obstat diuersitas modi, immo de necessitate oportet diuersum esse modum rationis essendi & entis, ut patet, inductiuè, nec efficit quod relationem significat rationis, quoniam rationis quoque relatio est, cum dicitur, pater est in filio, sicut cum dicitur, æqualis filio, nulla siquidem in diuinis est realis relatio præter illas quatuor relationes originis. Vnde sicut de æqualitate & similitudine personarum distinctum est, quoad fundamentum & extrema, & cæt. ita de esse in inuicem proportionaliter dicendum est, includit enim unitatem essentiæ, & distinctionem personarum, sicut ille, ut ex dictis patet.

¶ Quoad secundam, verò partem probatur. Vnum correlatiuum est in alio secundum intellectum, ergo una persona diuina est in alia secundum relationem.

¶ Contra hanc rationem arguunt Aureo. & Durandus apud Capr. ubi supra. Primo, quia unum relatiuum non est in alio, sed ad aliud, & distinguitur ac opponitur. Secundo, quia sic spiritussanctus non esset in patre & filio, quia non refertur ad eos, sed in spiratore ad quem refertur. Sed hæc & similia facillimè apparet nihil obstare, in solisque uerbis differentiam esse. Neque. n. uult author patrem esse in filio secundum rem quo ad relationẽ, quoniam liquet, patrem ut sic, ad filium esse non in filio, sed secundum intellectum, seu diffinitiuam rationem, frequentissimo namque usu dicimus unum correlatiuum in ratione alterius esse, ut Porphy. in prædicabilibus dicit. Et cum in litera explicitè ponat ly secundum intellectum, mirum est, quomodo illi arguant contra hoc. Rursus, cum unicuique modo sat sit propria habere infra suam rationem formalem, nullum inconueniens est concedere, quod spiritussanctus, non est secundum intellectum quo ad relationem in patre & filio, nisi ut sunt spirantes ipsum. Non. n. a quolibet modo exigendum est, quicquid ex omnibus simul modis habetur, ut arguens somniat fuisse de intentione authoris. Vnde si ex hoc inferretur, ergo spiritussan. non est in patre & filio, uel ergo non est in patre & filio, nisi ut spirantibus, sophisma est a secundum quid, ad simpliciter. Est namque in eis sic, & est in eis ratione essentiæ, ut consubstantialis, ut in primo modo dictũ est, & etiam secundum originem, ut dicetur. Non ualet igitur argumentum Spiritussan. secundum relationem non est in patre, & filio, nisi sic, ergo spiritussanctus non est in eis nisi sic, ly enim secundum relationem, se habet ut secundum quid.

¶ Quoad tertiam autem partem, probatur. Verbum non procedit extra dicentem, & quod uerbo dicitur, in uerbo continetur ergo una persona diuina est in alia secundum originem.

¶ Contra hanc rationem arguit Aure. supra dupliciter. Primo, quia modus essendi in alio, sicut principio, est imperfectior, ut Commentator uult. 4. Phy. comm. 14. & non est reciprocus. Modus autem, quo una persona diuina est in alia, est perfectissimus, & reciprocus, ergo. Secundo, quia secundum hanc rationem pater esset in uerbo, sicut totus mundus est in uerbo, probatur sequela, quia esset ut res dicta, & constat totum mundum uerbo Dei dictum esse.

¶ Ad hæc dicitur, quod esse in principio actiuo contingit dupliciter, scilicet extraneo & intraneo, idest secundum operationẽ transeuntem, & immanentem. Et quod licet esse in principio actiuo extraneo sit imperfectionis, sicut esse causatum, esse tamen in principio intraneo, nullius imperfectionis est, unde in litera probatio sumpta est, quia uerbum non procedit extra dicentem. Reciprocatio autem etiam in extraneis admittitur, dum causam in effectibus esse per imitationem, seu repræsentationem cõcedimus. Ad secundum verò dicendum, quod res dicta non est uno modo. Quædam enim est res essentialiter dicta, quædam uero repræsentatiue. Pater igitur est in filio ut res essentialiter dicta uerbo. Creaturæ autem omnes dicuntur repræsentatiuè, inquantũ, scilicet repræsentantur in Deo, cuius essentialiter est uerbum, ut dicti, & dicentis.

S Bon. 1. s. d. 20 q. 1 ar. 2.
Alex. p. p. su. q. 17. men. 5.
Scot. 1. s. d. 20. q. 1.
Riccar. 1. s. d. 20. q. 1.
Duran. 1. s. d. 20. q. 1.
Marre. 1. s. d. 20. q. 2.
Ægid. 1. s. d. 20. q. 1. 2. prin.
Ca. 1. d. 29. q. 1. em. 1.
Pet. de Pal. 1. s. d. 20. q. 1.

ARTICVLVS VI.

Vtrum filius sit æqualis patri secundum potentiam.

AD SEXTVM sic proceditur. Videtur, quod filius nõ sit æqualis patri secundum potentiã. Dicitur enim Ioan. 5. Non potest filius a se facere quicquam, nisi qđ uiderit patrem facientem. Pater autem a se potest facere. ergo pater maior est filio secundum potentiã.

¶ 2 Præt. Maior est potentia eius qui percipit & docet, quam eius qui obedit, & audit, sed pater mandat filio, secundum illud Io. 14. Sicut mandatum dedit mihi pater, sic facio. Pater etiam docet filium secundum illud Ioã. 5. c. Pater diligit filium, & omnia demonstrat ei, quæ ipse facit. Similiter & filius audit, secundum illud Ioa. 5. Sicut audio, iudico. ergo pater est maioris potentię quam filius.

¶ 3 Præt. Ad omnipotentiam patris pertinet, quod possit filium generare sibi æqualem. Dicit enim Aug. in li. contra Maximinum. Si non potuit generare sibi æqualem, ubi est omnipotentia Dei patris? Sed filius non potest generare

Li. 3. cont. Maxim. c. 7. ci. fi. t. 6.

SVP. Q. XLII. ART. VI.

COncl. Necesse est dicere, quod filius est æqualis patri in potestate.

¶ Prob. Quia potentia agendi consequitur perfectionem naturæ, & necesse est dicere quod filius est æqualis patri in perfectione naturę. ar. 4.

Primum

1^m de Euang. Ioan. A se ℞. Dicit hoc, sed non dicit. Per se. §. Tunc &c. Non enim filius, eo quod non potest a se quicquã facere, est minor patre qui a se (ut pote a nullo essentiam potentiam &c. accipiens) potest omnia facere, licet, si non posset per se facere, esset minor patre qui potest ꝑ se facere.

Q. 41. ar. 6. ad 2.

¶ Not. In arguendo mutatur quid in ad aliquid (ut a simili supra ar. 4. secundum) & a negatione de ad aliquid transitur ad negandum quid in filio, & ideo nihil prorsus ualet argumentum cõtra conclusionem. Pro quo sciendum, quod ly A se, dicit ad aliquid & ly Per se, dicit quid. Nam ly A se, dicit originem. Et ly Per se, dicit essentiam. A se igitur, neque uult, neque potest uelle, filius a se neque sapit, neque sapere potest, filius, a se neque est bonus, neque potest esse bonus, filius. quia neque a se, neque non a patre potest esse filius, cui pater essentiam dando dedit & uelle, & sapere, & bonum esse, & omnia hæc atque alia posse, cum uniuersa prorsus illa simplex essentia sint. Per se autẽ & uult, & potest uelle, filius, per se & sapit, & potest sapere. filius, per se & bonus est, & potest esse bonus filius, quia eandem omnino essentiam, quam habet pater, habet filius. Tantus ergo filius, quantus pater & tamen cum hoc filius semper est filius, nunquam pater, ac pater semper est pater, nunquam filius. Tantus unus, quantus alter, quia uterque Deus. Per se unus, per se alter. quia uterque Deus, A se unus, non a se alter, quia unus eorum pater, alter filius, Dicere ergo, filius non potest a se facere quicquam, est idem quod dicere, filius non potest facere, quod non sit a patre, uel quod non sit filius. Distinctas itaque dic ex origine personas, Vnam essentiam, & omnia concordatti.

Ly A se, ly per se, in diuinis egregrie exponuntur.

ar. 1. & 4. huius q.

re filiũ, ut supra ostensum est. † Nõ ergo quicquid pertinet ad omnipotẽtiã patris, potest filius. Et ita non est ei in potestate æqualis.

Sed contra est, quod dicitur Ioan. 5. Quæcunque pater facit, hæc & filius similiter facit.

Respon. Dicendum, quod necesse est dicere, quod filius est æqualis patri in potestate. Potentia enim agendi consequitur perfectionem naturę. Videmus enim in creaturis, quod quanto aliquis habet perfectiorem naturam, tanto est maioris uirtutis in agendo. Ostensum est autem supra, † ꝙ ipsa ratio diuinæ paternitatis & filiationis, exigit, quod filius sit æqualis, patri in magnitudine, idest in perfectione naturę. Vnde relinquitur, quod filius sit æqualis patri in potestate. Et eadem ratio est de spiritu sancto, respectu utriusque.

Ad primum ergo dicendũ, quod in hoc, quod dicitur, filius nõ potest a se facere quicquam, non subtrahitur filio aliqua potestas, quam habeat pater, cum statim subdatur, quod quæcunque pater facit, filius similiter facit, sed ostenditur, quod filius habet potestatem a patre, a quo habet naturam. Vnde dicit Hil. † 9. de Tri. Naturæ diuinæ hæc unitas est, ut ita per se agat filius, quod non a se agat.

Ad secundum dicendũ, qđ in demonstratione patris & auditione filii, nõ intelligitur nisi quod pater cõicat scientiã filio, sicut & essentiã. Et ad idem potest referri mãdatũ patris, ꝑ hoc, qđ ab æterno dedit ei scientiã & uolũtatem agendorũ eũ generando. Vel potius referendum est ad Christum, secundum humanam naturam.

Ad tertium dicendũ, quod sicut eadẽ essentia, quæ in patre est paternitas, in filio est filiatio, ita eadẽ est potentia qua pater gñat, & qua filius generatur. Vnde manifestum est, quod quicquid potest pater, potest filius, non tamen sequitur, quod possit generare, sed mutatur quid in ad aliquid. Nam generatio significat relationem in diuinis. Habet ergo filius eandem potentiam quã pater, sed cum alia relatione. Quia pater habet eam ut dans, & hoc significatur, cum dicitur, quod potest generare. Filius autem habet eam ut accipiens, & hoc sigñatur, cum dicitur ꝙ pót gñari.

A R-

2^m de maiori. Potentia; ℞. si sit distincta a potentia obedientis & audientis, non, si sit omnino eadem, § Tunc &c. Pater enim præcipit & demonstrat filio per eã dem numero potentiam, per quam filius ipsi obedit eumque audit, non autem per distinctam.

3^m de conclusione. Ad omnipotentiam patris. ℞. Verum patris est, non, ut omnipotentia est §. Tunc &c. Licet enim filius non habeat patri æqualem potentiam cum ista relatione, scilicet ut eam det alicui per generationem, habet tamen patri æqualem potentiam, ut potentia absolute est idest non addita ista relatione.

¶ Not. Simili modo arguendi, si ualeret; posset inferri, quod pater non est æqualis filio secundum potentiam, dicendo. Filius habet potentiam, ut generetur, pater autem non habet potentiã, ut generetur, ergo filius habet maiorem potentiam, quam pater. Tale quid habetur supra ar. 4. secundum, ex quo a simili, posset argui sic. Filiatio pertinet ad dignitatem filii at filiatio non conuenit patri, ergo non quicquid dignitatis habet filius, habet pater. Cæterum præsenti responso huiusmodi fallaciæ fugantur. De mutatione quid in ad aliquid, uide etiam hic post ad primum notationem. Verum filiatio, paternitas, dicant dignitatem, & quo modo, ui de supra articulo quarto, in notatione responsionis ad secundum.

Fallacia.

APPENDIX.

Vti pro S. Eccl.

Ex articulo habes. Primo, quomodo per rationem interimas hæreses primo Maximini Arriani Petri Abailardi, Menatis Arriani, origenistarum dicẽtium, Filio potentior est pater, quod filium genuerit, filius autem non, quod potuit gignere, non filius. Item Potentia est propria patri, sicut sapientia filio, & benignitas spiritusancto, Item Inenarrabilis est pater filio, neque enim perfecte cernere potest uerbum patrem, neque perfecte & certo eum cognoscere, etenim suam ipsius quoque substantiam, uti est, filius non nouit. Item spiritussanctus non potest uidere filium.

Circa hæresim Petri Abailardi, ut ipsam ab articulo præsenti noueris impugnari, nota, quod si potentia esset propria patri, non cõueniret filio, & sic patri non esse, æqualis filius secundum potentiam. Sicut etiam si sapientia esset propria filio, neque patri neque spiritusancto conueniret, & si benignitas esset propria spiritui sancto, neque filio, neque patri conueniret. Abailardus ergo, illo suo errore æqualitatẽ diuinarum trium personarum ad inuicem abstulit. Secundo habes, quomodo per rationem ostendas, has omnes recte damnari a Papa Innocẽtio III. in de su. tri. & fi. cath. firmiter, credimus, & simpliciter confitemur quod &c. Pater & filius & spiritussanctus sunt omnipotentes coæterni cõsubstantiales coæquales. Hæc ibi. Item a Papa Damaso, in pro testatione fid. cath. ad Palin. Maced. Episcopũ. Canon. 1. sic. Anathemate eos ferimus, qui non cum libertate omni una cum patre & filio unius & eiusdem substantiæ, & potestatis, existere spiritumsanctum prædicant. Item canon. 20. Siquis non dicat, patrem per filium postea incarnatum, & spiritumsanctum creasse oĩa uisibilia uidelicet & inuisibilia. Anathema sit. Hæc ibi. Item ab eodem can. 21. 22. 23. 24. 25. ut supra ar. 1. Itẽ a Concilio Toletano 1. in de regulis fidei cap. 21. Credimus hãc trinitatem personis distinctam, substantia unitam, uirtute potestate maiestate indifferentem. Hæc ibi. Item a concilio Toletano tertio sub Pelagio II. Papa contra Arrium congregato, in congregato, in confessione fidei cath. canon. 6. sic. Quicunque nescire filium Dei, quod Deus pater sciat, dixerit, Anathema sit. Itẽ canon. 9. Quicunque spiritumsanctum, sicut patrem & filium, uerum Deum & omnipotentem esse non credit. Anathema sit. Item canon. XI. Quicunque patrem & filium & spiritumsanctum honore & gloria & diuinitate separat, aut disiungit. Anathema sit. Hæc ibi. Item a Concilio Constantinopolitano primo congregato contra Macedonium spirituisancto iniurium, in symbolo fidei. Credimus in spiritumsanctum dominum, &c. cũ patre & filio adorandum & conglorificandum. Hæc ibi. Quomodo autem spiritumsanctum conglorificant illis, qui eum aliquid nescire, uel non uidere dicunt, quod pater & filius norunt ac uident? Notabis autem, quod intantum aliqui contra spiritussancti magnitudinem coniurarunt, ut uilissimo suo ipsorum ore hãc hæresim euomere ueriti non sint, quod scilicet spiritussanctus aliquid recipit ab Ecclesia, sicut Christus inquantum homo accepit a spiritusancto. Sic blasphemauit quidam Ioan. de Parma (ut refert Direct. inquisi. 2. p. q. 9.) Hunc ergo & habes quomodo per rationem articuli sancti Thomæ dissipes, & quomodo per rationem eiusdem ostendas, merito talem impissimum errorem damnatum fuisse a Papa Alexandro quarto, testante Directorio ibi. Pro pręsenti appendice in condemnationem errorum uidebis multa articu. 1. & 2. & 4. & 5. multaque hic dicta uicissim iuuant illorum articulorum appendices, speciatim contra Abailardum etiam. q. 33. ar. 8. contra Menatem. q. 34. art. 2. plura pro spiritusancto, q. 36. ar. 1. & q. 39. ar. 1. Tertio uides, quomodo ex his omnibus uicissim firmetur angelica sancti doctrina, ac declaretur.

Lib. 9. de Tri. in 2. s. post med. lib.

2

Iniuria maxima in spiritumsanctum.

3

Comm.

Comm. Cardinalis Caietani.

Titulus clarus.

¶ In corpore una conclusio responsiua affirmatiuę. Filius est æqualis patri in potestate probatur ratio paternitatis & filiationis exigit æqualitatem in magnitudine & perfectione naturæ, ergo æqualitatem in potestate. Antecedens, patet, ex ar. 4. consequentia uero probatur, quia potentia actiua sequitur perfectionem naturæ, quod probatur, quia in creaturis quanto aliquid est perfectioris naturæ, tanto est maioris uirtutis in agēdo, ut patet inductiue, & in eadem specie in genere corporum, & uniuersaliter substantiarum.

Ferr. 4. cont. c. 23.
S. Bon. 1. 5. d. 15. q. 3. 4. ar. 1.
Alex. p. p. su. q. 71. mem. 1.
Scot. 1. 5. d. 14. 15. 16.
Riccar. 1. 5. d. 15. q. 1. & 2.
Duran. 1. 5. d. 16. q. 1.
Egid. 1. 5. 15. q. 1. 1. prin.
Ca. 1. d. 15. com. 1. & 2.

QVAESTIO XLIII.

De missione diuinarum personarum, in octo articulos diuisa.

DEINDE considerandū de missione diuinarum personarum.

ET circa hoc quærūtur octo.

¶ Primò, Vtrum alicui diuinæ personæ conueniat mitti.

¶ Secundò, Vtrum missio sit æterna, uel temporalis tantum.

¶ Tertiò, Secundum quid diuina persona inuisibiliter mittatur.

¶ Quartò, Vtrum cuilibet personæ conueniat mitti.

¶ Quintò, Vtrū inuisibiliter mittatur, tam filius, quam spiritussanctus.

¶ Sextò, Ad quos fiat missio inuisibilis.

¶ Septimò, De missiono uisibili.

¶ Octauò, Vtrum aliqua persona mittat seipsam uisibiliter, aut inuisibiliter.

ARTICVLVS I.

Vtrum alicui personæ diuinæ conueniat mitti:

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur, q͂ personæ diuinæ non conueniat mitti. Missus enim minor est mittente, sed una persona diuina non est minor alia. Ergo vna persona non mittitur ab alia.

¶ 2 Præt. Omne quod mittitur, separatur a mittente, unde Hier. dicit super Ezech. Quod coniunctum est, & in corpore uno copulatum, mitti non potest. Sed in diuinis personis nihil est separabile, ut Hilar.* dicit. Ergo una persona non mittitur ab alia.

¶ 3 Præt. Quicunque mittitur, ab aliquo loco discedit, & ad aliquem locum de nouo uadit. hoc autem diuinæ personæ non conuenit, cū ubique sit. Ergo diuinæ personæ non conuenit mitti.

SED CONTRA est, quod dicitur Ioan. 8. Non sum ego solus sed ego, & qui misit me pater.

RESPON. Dicendum, quod in ratione missionis duo importantur, Quorum unum est habitudo missi ad eum, a quo mittitur. Aliud est habitudo missi ad terminum ad quem mittitur, per hoc autem, quod aliquis mittitur, ostenditur processio quæ de missi a mittente, uel secūdum imperium, sicut Dominus mittit seruum, uel secundum consilium, ut si consiliarius mittere dicatur regem ad bellandum, uel secundum originem, ut si dicatur, quod flos emittitur ab arbore. Ostenditur etiam habitudo ad terminum ad quem mittitur, ut aliquo modo ibi esse incipiat, uel quia prius ibi omnino nō erat quo mittitur, uel quia incipit ibi aliquo modo esse, quo prius non erat. Missio igitur diuinæ personæ conuenire potest secundum, quod importat ex una parte processionem originis a mittente, & secundum quod importat ex alia parte nouum modum existendi in alio. Sicut filius esse missus a patre in mundum, secūdum quod incæpit in mundo esse per carnem assumptam, & tamen ante in mundo erat, ut dicitur Io. 1.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod missio importat minorationem in eo qui mittitur, secundum quod importat processionē a principio mittente, aut secundū imperium, aut secundum consilium, quia imperans est maior, & consilians originis, quæ est secundum æqualitatem, ut supra dictum est.*

AD SECVNDVM dicendum, quod illud quod sic mittitur, ut incipiat esse ubi prius nullo modo erat, sua missione localiter mouetur, unde oportet, quod loco separetur a mittente. Sed hoc non accidit in missione diuinæ personæ, quia persona diuina missa, sicut non incipit esse ubi prius non fuerat, ita nec desinit esse ubi fuerat. Vnde talis missio est sine separatione, sed habet solam distinctionē originis.

AD TERTIVM dicendum, quod obiectio illa procedit de missione quæ fit secundum motum localem, quæ non habet locum in diuinis.

A R-

SVP. Q. XLIII.

ART. 1.

CONCL. Missio, secundum, quod ex una parte importat originem a mittente & ex alia parte nouū modum existendi in alio, conuenire potest diuinæ personæ.

¶ PROB. Quia diuinæ personæ conuenire potest, & originari ab alia & incipere esse nouo modo in aliqua creatura.

1^m de maiori.

Mittente. ℞. secundum imperium, uel secundum concilium, non secundū originem æqualitatis. §. Tunc &c. Nulla enim diuina persona mittitur secundum imperium uel consilium. Sed tamen aliqua mittitur secundum originem æqualis ab æquali.

226 1. d. 15. q. 1. ar. 1. Et 4. contra. c. 23. et c. 24. ratione 2.

2^m de maiori.

Mittitur. ℞. Ita ut incipiat esse, ubi prius nullo modo erat, non ita ut incipiat nouo modo esse ubi prius alio modo tantum erat. §. Tūc &c Persona enim diuina non ita mittitur, ut incipiat esse, ubi prius omnino non erat, sed ita mittitur, ut incipiat nouo modo esse, ubi prius non illo, sed tantum alio modo erat.

Hi. 7. de tri. non ꝑ qui a fi. li.

¶ COROL. Ergo persona diuina nunquā mittitur localiter. Nā tunc, & desineret esse ubi prius erat, & inciperet esse ubi prius omnino non erat, & consequenter non esset infinita, necnon separaretur loco a mittente. Nunc autem, quia hæc non est missio localis, nihil horum inconuenientium sequitur, sed tantum sufficit, quod persona missi a mittente per originem realiter distinguatur, & nouo modo incipiat esse ubi prius alio modo solum erat.

3^m de maiori.

Quicūque mittitur ℞. secundum motum localem, non secundum missionem in præsenti declaratam. §. Tūc &c. ut patet. Vide corollarium.

APPENDIX.

Vti. pro S. Eccl. Regula synodica.

EX articulo habes, primo, quomodo per rationem ostendas, rectè missionis nomine uti scripturas Io. 6. sicut misit me pater uiuens, & 8. Non sum solus, sed ego & qui misit me pater, & 20. sicut misit me pater, & ego mitto uos. Memento tñ hic regulę desumptę ex Côc. Lat. sub Inn. 3. in de su. tri. & fi. cath. damnamus, (uide supra. q. 42. ar. 5.) q͂, qñ de Deo & creatura aliqua dicū tur etiam in eodem cō textu, illa proportionaliter. i. secundum modū utriusque de utroque intelliguntur, & non eodem modo. Hinc in ꝓposito edoctus dic, q͂d missio filii Dei non localis intelligitur, nisi de ipso quantum ad humanitatem solum ex B. Virgine assumptam loquamur. Licet missio discipulorum sit localis, sicut nec de discipulis missio intelligitur ꝑ generationem æternā, aut per hoc quod futuri sint nouo modo alibi ubi prius erant realiter per essentiam præsentiam & potentiam, licet missio filii Dei, ut filius Dei est, sit taliter intelligenda. Item de spiritusancto Io. 15. Cū uenerit paraclitus, quē ego mittam uobis a patre spiritum ueritatis, & 16. si enim non abiero, paraclitus non ueniet ad uos, si autem abiero mittam eum ad uos. 2 Scdo habes, quomodo per rationem talia scripturarum loca intelligas, intellectaque defendas. 3 Tertio uides, quomodo ex his uicissim Angelica firmetur conclusio.

Comm.

Comm. Cardinalis Caietani.

Titulus ex consuetudine scripturæ clarus est.

¶ In corpore unica est conclusio responsiua affirmatiuè. Alicui personæ diuinæ potest conuenire mitti, probatur sic. Missio includit duo, scilicet habitudinem processionis a mittente, uel secundum imperium, uel secundum consilium, uel secundum originem, & habitudinem ad id quo mittitur inceptionis essendi simpliciter, uel nouo modo, ergo personæ diuinæ potest competere missio, ut importat habitudinem processionis secundum originẽ & habitudinem inceptionis nouimodi essendi in alio. Et confirmatur consequens, quia de facto, filius est missus a patre, ut nouo modo esset in mundo, s. per assumptam carnem.

¶ Aduerte hic, quod simul litera tradidit & quid sit missio, & quot includat, & quotupliciter dicatur, & absque alio medio intulit conclusionem, quoniam constat, alicui personæ diuinæ conuenire processionem secundum originem; & nouo modo essendi in aliquo, ut de filio explanatur. Dubium autem, quod circa rationem missionis est, in ultimo huius quæstionis art. tractabitur quoniam ibi ex proposito accidit.

Egid. i. 5. d. 15. q. 2. a. prin.
Cap. 1. d. 14. q. 2. con. 1. & d. 15. q. 1. con. 3. & d. 14. q. 1. con. 2.
Bannes q. 43. ar. 2.

ARTICVLVS II.

Vtrum missio sit æterna, uel temporalis tantum.

AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur, quod missio possit esse æterna. Dicit enim Greg.* eo mittitur filius quo generatur. Sed generatio filii est æterna. ergo & missio.

227 1. d. 15. q. 1. ar. 2. Ho. 16. in euang. paulo post pri.

¶ 2 Præt. Cuicunque conuenit aliquid temporaliter, illud mutatur. Sed persona diuina non mutatur. Ergo missio diuinæ personæ non est temporalis, sed æterna.

¶ 3 Præter. Missio processionem importat. Sed processio diuinarum personarum est æterna, ergo & missio.

SED CONTRA est, quod dicitur Galat. 4. Cum uenit plenitudo temporis, misit Deus filium suum.

RESPON. Dicendum, quod in his quæ important originem diuinarum personarum est quædam differentia attendenda. Quædam enim in sui significatione important solam habitudinem ad principium, ut processio exitus. Quædam uero cum habitudine ad principium determinant processionis terminum. Quorum quædam determinant terrenum æternum, sicut generatio & spiratio. Nam generatio est processio diuinæ personæ in naturam diuinam. Et spiratio passiuè accepta importat processionem amoris subsistẽtis. Quædam uerò cum habitudine ad principium important terminum temporalem, sicut missio & datio. Mittitur enim aliquid ad hoc, ut sit in aliquo, & datur ad hoc, quod habeatur. Personam autem diuinam haberi ab aliqua creatura, uel esse nouo modo existendi in ea, est quiddam temporale. Vnde missio & datio in diuinis, dicuntur temporaliter tantum. Generatio autem & spiratio solum ab æterno. Processio autem & exitus dicuntur in diuinis, & æternaliter, & temporaliter, nam filius ab æterno processit, ut sit Deus, temporaliter autem, ut etiam sit homo secundum missionem uisibilem, uel etiam ut sit in homine secundum inuisibilem missionem.

AD PRIMVM ergo dicendũ, quod Greg. loquitur de generatione temporali filii, non a patre, sed a matre. Vel quia ex hoc ipso filius habet, quod possit mitti, quod est ab æterno genitus.

AD SECVNDVM dicendũ, quod diuinam personam esse nouo modo in aliquo, uel ab aliquo haberi temporaliter, non est propter mutationem diuinæ personæ, sed propter mutationem creaturæ, sicut & Deus temporaliter dicitur. Dominus propter mutationem creaturæ.

AD TERTIVM dicendũ, quod missio non solum importat processionem a principio, sed determinat processionis terminum temporalem, unde missio solum est temporalis. Vel missio includit processionem æternam, & aliquid addit, scilicet temporalem effectum. Habitudo enim diuinæ personæ ad suum principium, non est nisi ab æterno. Vnde gemina dicitur processio, æterna. s. temporalis, non propter hoc, quod habitudo ad principium geminetur, sed geminatio est ex parte termini temporalis & æterni.

SVP. Q. XLIII. ART. II.

CONCL. Missio, & datio in diuinis dicuntur tẽporaliter tantum.

¶ PROB. Quia missio, ac datio, important nunc diuinam personã esse in creatura, ad quã mittitur, haberique ab ea, cui datur, & diuinã personam esse nouo modo in creatura, uel haberi ab illa, est quoddã temporale.

1m ex Gregor. Generatur. R. Temporaliter a matre. §. Tũc &c. Mox enim sequitur (ut patet) quod filius mittitur temporaliter, & consequenter quod ista missio est temporalis, non æternalis.

Itẽ ex Greg. Generatur. R. æternaliter a patre. §. Si tamẽ locutio Gregorii intelligatur esse causalis. Tunc nihil &c. Non enim uult dicere Gregorius, secundum hoc responsum, quod generatio æterna sit missio, sed quod generatio æterna est ratio, quare generatio temporalis possit dici missio. Pro cuius meliori captu nota. quod si pater natus esset tẽporaliter a matre, neque pater ideo missus, uel mitti, neque sui hæc generatio missio dici posset. Et quare? Quia Pater a nulla persona æternaliter procedit. Ecce ergo, quod procedere æternaliter in diuinis est causa, quod talis persona procedens possit dici mitti, si temporaliter de ea aliquid dicatur, licet procedere illud æternum non sit missio. Vide secundum responsum literæ ly uel quia ex eo &c. Ex his ambobus responsis concludere, quod prædicatio illa, s. generatio temporalis filii est missio, est prædicatio essentialis, illa uerò, scilicet generatio æterna filii est missio, est prædicatio causalis, modo nunc declarato. (Vtilissimũ.)

2m de maiori. Illud. R. in se consideratum, uel illius correlatiuum. §. Tunc &c. Licet enim persona diuina in se considerata, nõ mutetur per hoc, quod nouo modo creaturam inhabitat; personæ tamen diuinæ tunc sanctũ correlatiuũ, idest creatura sic a Deo inhabitata, mutatur. Vide q. 13. art. 7. ut intelligas, quòd, & quomodo, inter creatorem & creaturam sit relatio, quomodo, & quare, unum correlatiuum penitus immutatum remanens (ut columna) denominationem nouam uerè recipiat. (Secunda responsio.)

3m de maiori. Importat. R. Sed non solum. §. Tunc &c. Licet enim processio, ut est a principio, importata sit æterna, tamen processionis terminus temporalis, quẽ connotat missio, non est æternus. Ideò etiam missio semper est temporalis, ut dicit conclusio. Ideò etiam missio, sicut, & datio, differũt a processione, ab exitu, a generatione, a spiratione, ut patet in corpore.

APPENDIX.

Ex articulo habes primo: quomodo per rationem ostendas, merito temporalitatem quandam semper esse simul positam cum missione personarum a scripturis & Galath 4. Vbi uenit plenitudo temporis, misit Deus filium suum, & in aliis locis supra artic. 1. citatis. (Vti. pro S. Eccl. ad intellig. scriptu.) Secundo habes, quomodo per rationem locorum ipsorum, quò ad hoc, intellectum uerum exponas, expositumque defendas. Tertio uides, quomodo ex his uicissim Angelica firmetur conclusio.

ARTI-

Comm. Cardinalis Caietani.

IN titulo, ly tantum, positum est propter processionem quæ distinguitur in æternam & temporalem. 14. di. 1. Sent. Ita quod quæstio est, an missio diuinæ personæ, distinguenda sit in æternam & temporalem, an inueniatur tantum missio temporalis; & nulla sit missio æterna.

¶ In corpore ponitur una distinctio trimembris cum trib. conclusio-

clusio nibus iuxta singula membra. Distinctio est. Nominum signi ficantium originem diuinarum personarum, quædam significant solum habitudinem ad principium, ut processio, quædam cum habitudine ad principium processionis terminum æternum, ut generatio & spiratio, quædam cum habitudine ad principium processionis terminum temporalem, ut missio & datio. Quod probatur, quia mittitur aliquid ad hoc, quod in aliquo sit simpliciter, uel nouo modo. Datur uero ad hoc, ut habeatur, utrumque autem horum est temporale. Conclusiones autem sunt, quod nomina tertii ordinis dicuntur temporaliter tantum, secundi uero, æternaliter tantum, primi autem, utroque modo. Et sic patet responsio satis clara.

¶ In responsione ad tertium aduerte diligenter, quod duæ responsiones ibi datæ non differunt in numero significatorum, quoniam secundum utramque missio importat processionem a principio, & terminum seu effectum temporalem, sed in qualitate seu specie processionis. Nã prima responsio intendit quod missio importat processionem in communi in terminum temporalem. Secunda autem intendit, quod missio includit processionem æternã & effectum temporalem. Et hanc responsionem secundam præfert author primæ ex hoc, quia habitudo diuinæ personæ ad suũ principiũ est una tñ, illa. s. qua æternaliter procedit ab ea. Secũ aũt primã rñsionẽ, psona missa, puta filius, præter gñationis respectũ refertur ad patrẽ ut mittẽtẽ ipsũ in terminũ tpalẽ, puta assumptã carnẽ. Et ad hoc cõfirmãdũ exponitur distinctio, q̃ fit de gemina processione tpali. s. & æterna, q ibi nõ geminatur respectus ad principium, sed ad terminum quoniam alter est æternus, alter tpalis. Et hanc secundam rñsionem sectatur author communiter.

Cap. 1. d. 14. q. 1. con. 4. & d. 15. q. 1. artic. 2. con. 1.
Bannez ar. 3.
Per. de Pal. 1. dist. 12. q. 1.

ARTICVLVS III.

Vtrum missio inuisibilis diuinæ personæ, sit solum secundum donum gratiæ gratum facientis.

AD TERTIVM sic proceditur. Videtur, q missio inuisibilis diuinæ personæ, non sit solum secundum donum gratiæ gratum facientis. Diuinam enim personam mitti, est ipsam donari. Si igitur diuina persona mittitur solum secundum dona gratiæ gratum facientis, non donabitur ipsa persona diuina, sed solum dona eius. Quod est error dicentium spiritũ sanctum non dari, sed eius dona.

¶ 2 Præt. Hæc præpositio secundũ, denotat habitudinem alicuius causæ, sed persona diuina est causa q habeatur donum gratiæ gratum facientis, & non econuerso, secundum illud Rom. 5. Charitas Dei diffusa est in cordibus nostris per spiritum sanctum, qui datus est nobis. Ergo inconuenienter dicitur, quod persona diuina secundum dona gratiæ gratum facientis mittatur.

¶ 3 Præt. Aug. dicit. 4. de Trin. quod filius cum ex tempore mente percipitur mitti dicitur. Sed filius cognoscitur, non solum per gratiam gratum facientem, sed etiã per gratiam gratis datam; sicut per fidem & per scientiam. Non ergo persona diuina mittitur secundum solam gratiã gratum facientẽ.

¶ 4 Præt. Rabanus dicit, quod Spiritussanctus datus est Apostolis ad operationem miraculorũ, Hoc aũt non est donum gratiæ gratum facientis, sed gratiæ gratis datæ. Ergo persona diuina non solum datur secundum gratiam gratum facientem.

SED CONTRA est, quod Aug. dicit. 3. de Tri. quod Spiritussanct. procedit temporaliter ad sanctificandam creaturam. Missio aũt est tpalis processio. Cum igitur sanctificatio creaturæ, non sit nisi p gratiam gratum facientem, sequitur, q missio diuinæ personæ non sit nisi per gratiam gratum facientem.

RESPON. Dicendum, quod diuinæ psonæ conuenit mitti, sm quod nouo mõ existit in aliquo, & dari, secundum q hr ab aliquo. Neutrum aũt horũ est nisi secundũ gratiam gratum facientem. Est. n. cõis modus quo Deus est in omnibus reb. p essentiã, potentiã, & præsentiam, sicut causa in effectib. participantib. bonitatem ipsius. Super istum modum autẽ cõem, est unus specialis, qui conuenit naturæ rõnali, in qua Deus dicitur esse sicut cognitum in cognoscente, & amatum in amante. Et quia cognoscẽdo & amando, creatura rationalis sua operatione attingit ad ipsum Deum secũdum istum spãlem modum Deus non solum dicitur esse in creatura rõnali, sed et habitare in ea sicut in templo suo. Sic igitur nullus alius effectus potest esse rõ, q diuina persona sit nouo mõ in rõnali creatura, nisi gratia gratum faciens. Vñ sm solam gratiam gratũ facientem mittitur, & procedit tpaliter psona diuina. Sir illud solũ habere dicimur, quo libere possumus uti uł frui. Hre aũt ptãtẽ fruẽdi diuina psona, est solũ secundũ gratiã gratũ faciẽtẽ. Sed tñ ĩ ipso dono gratiæ gratũ facientis, spũssanct. habetur, & inhabitat hominem. Vnde ipsemet spiritussan. datur, & mittitur.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod p donũ gratiæ gratũ facientis pficitur creatura rõnalis, ad hoc, q̃d libere nõ solum ipso dono creato utatur, sed ut ipsa diuina persona fruatur. Et ideo missio inuisibilis fit secundum donũ gratiæ gratum facientis, & tamen ipsa persona diuina datur.

AD SECVNDVM dicendum, quod gratia gratum faciẽs disponit aĩam ad habendam diuinã psonã, & signatur hoc cũ dr̃ q̃d spũssanctus datur sm donũ gratiæ. Sed tñ ipsũ donum gratiæ ẽ a spiritusſ. Et hoc signat̃, cum dicit̃ q̃d charitas Dei diffundit̃ in cordibus nostris per spiritum sanct.

AD TERTIVM dicendum, quod licet per aliquos effectus filius cognosci possit a nobis, nõ tam per aliquos effectus nos inhabitat, uel etiam habetur a nobis,

AD QVARTVM dicendum, quod operatio miraculorum est manifestatiua gratiæ gratum faciẽtis, sicut & donum pphetiæ, & q̃libet gratia gratis data. Vnde 1. Cor. 12. Gratia gratis data noiatur manifestatio spiritus. Sic igit̃ Apo. dicitur datus spiritusſ. ad operõnẽ miraculorum, quia data est eis gratia gratum faciẽs cum signo manifestãte. Si aũt daretur solum signum gratiæ gratum faciẽtis sine gratia nõ diceret̃ dari simpliciter spũſsan. nisi forte cum aliqua determinatione, secundum q̃d dicit̃, q̃d alicui dat̃ spiritus propheticus, uel miraculorum, inquãtum a spiritusſan. habet uirtutem prophetandi, uel miracula faciendi.

228 1. d. 14. a. 2.

SVP. Q. XLIII.

ART. III.

CONCL. Secundum solam gratiã gratum facientem mittitur diuina persona.

¶ PROB. Quia diuinæ personæ conuenit tẽporaliter mitti, secundum quod nouo modo existit in creatura, ratione, scilicet alicuius noui effectus ab illa facti in illa, & nullus alius effectus potest esse ratio, quod diuina persona sit nouo modo in rationali creatura, nisi gratia gratum faciens.

1m de conclusione. Dona. R. Perficientia creaturam ad utendum solum, non perficientia creaturam ad utendum & fruendum, §. Tunc &c. Si enim daretur donum ad hoc tantum, ut dono ipso uteremur, ualeret consequentia, quia uero datur, ut ultra hoc etiam fruamur diuina persona, a qua illud donum per appropriationem procedit, ideo negatur.

Li. 4. de tr. c. 20. med. to. 3.

2m de maiori. Causa, R. Vel dispositiuæ, uel efficientis. §. Tunc &c. Licet enim spiritussanctus sit causa efficiens donum, tamen ipsum donum est dispones ad habendum spiritumsanctum, & conclusio accipit, ly secundum, pro causa solum dispositiua.

Ex lib. 3. c. 4. cir. si clicitur. co. 3.

3m de maiori. Percipitur. R. Perceptione affectiua, non pceptione quacunque, §. Tunc &c. Licet enim filius per alium modũ, quam per affectiuam cognitionem, cognosci possit a nobis, tamen non nisi per affectiuam cognitionẽ in nos mittitur, idest nos inhabitat & a nobis habetur.

4m de maiori. Operationem miraculorum. R. manifestatiuam gratiæ gratificãtis in operantibus miracula, non aliter. §. Tunc &c. ut in litera patet.

¶ COROL. Ergo cum datur spiritussanctus secũdum operationem miraculorum gratiæ gratificantis manifestatiuam, tunc datur solum secundum gratiã gratificantem formaliter loquendo, quia non operatio miraculorum, sed solum gratia gratificans (licet huic adiungantur miracula) est ratio, quod spiritussanctus temporaliter mittatur, idest creaturam inhabitet. Vide in corpore, & ad argumenta.

AP-

AR-

APPENDIX.

Vti.pro S. Eccl.

EX articulo habes primo: quomodo per rationem ostendas, recte dictum fuisse a Cócilio Toletano 11. sub Vitaliano Papa, quod spiritussanctus mittitur ad sanctificandam creaturam, nó quidem a patre solo, nec a filio solo, sed simul ab utrisque. Sic.n. sua uerba intelliguntur, ut patebit totum contextum interius cósideranti, quæ sunt hæc. Nec enim spiritussanctus de patre procedit in filium, uel de filio procedit ad sanctificádam creaturam, sed simul ab utrisque processisse monstratur, quia charitas, siue sanctitas, amborum esse agnoscitur. Hic ergo spiritussanctus missus ab utrisque creditur. Hæc illud in publica pronunciatione fid. cath. Quis uero non uideat, ex superioribus in ultimis uerbis sub intelligendum esse ly ad sanctificandam creaturam, ut quod de spiritusancto a patre solo, uel filio solo misso negauit, hoc de eodem spiritu ab utrisque misso affirmet? Secundo habes, quomodo per rationem concilium illud & intelligas, & tuearis. Tertio uides, quomodo uicissim ex his firmetur conclusio.

¶ NOTATIO. Præsens articulo seruit articulus in ordine 41. 200.

Comm. Cardinalis Caietani.

IN titulo, missio inuisibilis dicitur, quoniam ut ab Aug. 4. de tri. & in 1. s. d. 1. tractatur, missio distinguitur in missionem uisibilem, & in missionem, inuisibilem. Et dicitur uisibilis illa, quæ fit cum aliquo signo sensibili, sicut spūs. missus est in forma ignis ꝯ columbæ. Et filius in carne humana. Inuisibilis autem cum fit intus in anima absque exterioribus signis, ut cum infunditur gratia communiter. De hac ergo inuisibili missione diuinæ personæ ad animam, est nunc quæstio, utrum attendatur tm̃ secundum gratiā gratum facientem, quæ filios Dei constituit, an etiam secd̃m alia dona, cóia bonis & malis, puta secd̃m scientiam, fidem prophetiā, &c. Et dicitur gratia gratum faciens, ad differentiam gratiæ gratis datæ, ut sunt illæ de quibus Apost. ad Cor.

¶ In corpore tria intendit probare Primū est, qđ persona diuina mittitur inuisibiliter secundum solam gratiam gratum facientem, & hęc est conclusio directe responsiua quæsito. Secundum est, quod persona diuina datur etiam secundum solam gratiam. Tertium est quod persona diuina in ipso gratiæ dono simul datur & mittitur ibi, sed tamen in ipso dono. Probat autem hæc, adunando duo prima sic, diuinæ personæ, missio quidem exigit existentiam nouo modo in aliquo datio autem exigit quod habeatur ab aliquo ergo utrunque exigit gratiam gratum facientē. Et probatur sequela, quia neutrum horum, est nisi secundum perfectam gratiam, quod in litera singillatim probatur, & primo de nouo modo existendi, sic. Modi existendi Dei in creaturis sunt duo, communis, s. & specialis. Primus Attenditur secundū participationem causæ ab effectibus, & distinguitur per essentiam præsentiam, & potentiam, de quibus in q. 8. diffuse tractatum est. Secundus uero specialis attenditur, secundum esse obiectiuum respectu solius creaturæ rōnalis. Et quia secundum hunc modum Deus ipse attingitur ut amatus & cognitus, ideo sic existit nouo modo in creatura rationali, ut in templo suo, & consequenter secundum solam gratiam nouo modo existit.

¶ Circa hanc deductionem dubium occurrit, de intento & de vi processus. De intento quidem, an intendat nouum modum existendi tanquam disparatum ab illis quatuor enumeratis. s. per essentiam, præsentiam potentiam, & ut cognitum, ac amatum, ita quod uideatur quintus modus proprius gratiæ, secundum quem persona diuina existat cum mittitur, aut intendit nouum modum existendi, tanquam nouam speciem alicuius istorum quatuor modorum. Si primum intendit, ergo falsum dicit, quod secundum illum modum, quo amatum est in amante, Deus habitat in creatura rationali, ut in templo. Si uero intendit sm̃, pari & forte meliori ratione, nouus hic modus potest poni noua alicuius illorum trium priorum modorum species, puta esse per essentiam; quoniā gratia est i essentia aiæ a Deo immediatione uirtutis & suppositi.

¶ De ui autem processus dubium est primo, qm̃ causa reddita in litera non est causa. In litera.n. dicitur, quia cognoscendo & amando, creatura rōnalis attingit operatione sua ad ipsum Deū, ideo secundum illum modum Deus habitat in ea, ut in templo. Quod enim hoc non sit causa, manifeste probatur, quia cum posita causa ponatur effectus, sequeretur, quod in omni creatura rationali cognoscente & amante Deum habitaret ut in templo suo quod patet esse falsum in Gentilibus Philosophis &c.

¶ Dubium est, secundo, quia concesso quod assignata causa sit efficax, ambiguum tamen restat unde sequatur exclusiua. s. ꝙ secundum solam gratiam sit nouus modus. Quamuis enim Deus ut cognitus & amatus nouo modo sit per gratiam, non tamen ꝑ solam, quia per fidem, & prophetiam etiam est ut cognitus & amatus nouo modo ut patet in christianis existentibus in mortali peccato, & multa opera bona amore Dei facientib. Et quicquid sit de re, dato quod sit uerum, ꝙ per solam gratiam sit nouus modus, unde hoc probatur in litera, & tamen cum nota illationis subditur. Sic igitur nullus alius effectus potest esse rō, ꝙ diuina persona existat, nisi gratia gratum faciens &c. Nulla enim alia causa huius illationis in litera apparet, nisi supradicta, quæ aut solā exponentem affirmatiuam, aut nullam infert. Voluntarie igitur conclusiua illata est & cætera.

¶ Ad primum dubium dicitur quod intendit non de disparato modo, sed de specie noua quarti modi, & quod quartus modus, sit magis habilis, ad hoc in litera duplex ratio insinuatur. secundum duas differentias inter ipsum & alios positas. Prima est, ꝙ iste est specialis i. proprius rōnali creaturæ, reliqui uero cōes sunt omnibus. Secunda est, quod per istum Deus ipse attingitur a creatura, per illos effectus eius tantum. Oportet.n. eam excellentem missionem, utpote diuinæ personę ad rationalia, attendi secundum proprium & supremum rationalis creaturæ. Hoc aūt constat non esse actum aliquem primum, quoniam est sicut dormiens, nec quemlibet actum secundum, sed eum quo cognoscitur ac amatur ipse Deus optimus. Vnde Deus ut per gratiæ habitum in anima existens, ignobiliori modo existit, quam ipse in eadem per gratiæ actus, s. cognitionem & amorem, quanto actus præstat habitui & tangere secundum se, pręstat tactui per aliud. Solus igitur quartus modus est, secundum quem nouus inquirendus est modus existendi Dei in creatura rationali.

¶ Ad secundum uero, & tertium dubium simul dicitur, quod litera potest dupliciter exponi. Primo, ut reddat causam quasi proprii generis. Secundo, ut reddat causam quasi propriæ formæ. Potest siquidem intelligi de amore & cognitione Dei in se, ut est ex charitate diligendus. Si de amore Dei absolute intelligamus, tunc redditur ratio proprii, & per se generis illius noui modi, qui quæritur. Ex eo enim qđ iste modus quartus est specialis creaturæ rationali, & secundum eum Deus ipse attingitur operatione creaturæ, sequitur quod excellens ille modus quæsitus, infra latitudinem istius contineatur, & hic sensus aperte prætenditur in litera. Et sic patet, nihil obstare obiectionem secundi dubii, quoniam stat, quod sit uera causa assignans proprium genus, & tñ nō ualet. ergo ubi est illa causa. ibi est illa species, sed ergo ibi est illud genus, licet. n. animal sit propriū leonis genus, inuenitur tamen extra leonem. Et quoniā omnis spēs constituitur differentia per se sui generis, & non differentia per accidēs ut patet. 7. Met. ideo ex hoc ꝙ quartus ille modus est proprium genus illius noui, oportet quod iste nouus modus consistat in differentia Dei, ut amati & cogniti. Et cum Deus, ut amatus & cognitus, & præter communem modum non sit nisi uno modo, simpliciter loquendo, s. per charitatem seu gratiam sanctificantem templum suum consequens est, quod ex illa causa habeatur etiam exclusiua, de qua est tertium dubium. Ast si dixeris, qđ in litera non habetur, ꝙ Deus non est præter cōem modum amatus nisi ab his quos inhabitat &c. fateor. Sed memento quod author hic supponit proprietates gratiæ & charitatis. Et propterea tacitis his cucurrit ad conclusionem. Ipsa quoque exercitatio ecclesiastica nobis hoc insinuat. Deum.n.a nullo amari (nisi communiter) concedimus, existenti in peccato mortali, seu extra gratiā. quare hoc quasi in promptu esset, ex practica subintellectum est. Si uero de amore Dei, quo ex charitate diligitur, interpretemur, breuior est uia. Ex eo nanque, quod amando & cognoscendo creatura rōnalis ad tantam celsitudinem conscendit, quod Deum ipsum idest secundum quod in se est ex charitate diligendus, attingit, sequitur statim, & ꝙ secundum hunc quartum modū in hac sui celsitudine tm̃ diuina persona non solum existat, sed inhabitet in templo, quo actibus cognitionis & amoris colitur, qm̃ extra hanc celsitudinem non attingitur ipse secundum quod in se est, prout ex charitate diligitur. Et quoniam hæc celsitudo, & hoc templum sola gratia fit ideo optime infertur. ergo sola gratia gratum faciens est ratio, ut Deus nouo modo sit in creatura rationali. Et sic patet solutio utriusque dubii.

¶ Deinde probatur in litera assumptum, de haberi personam diuinam ab aliquo, habetur solum, quo, libere quis potest, uel frui ergo persona diuina, sola gratia habetur sequela, qui per solam gratia potest quis persona diuina frui. Tertium autem, s. quod ipsa persona diuina simul datur, & mittitur, probatur, quia ipso gratiæ dono spiritussanctus inhabitat creaturam.

S Bon.

S.Bon.1.s.d.15.q.3.& 4.ar.1. Alens.1.p.su.quast.71.mem.1. Scot.1.s.d.14.15.16. Riccar.1.s.d.15.q.1.2. Dur.1.s.d.16.q.1. Egid.1.s.d.15.q.1.2.prin.

SVPER Q. XLIII. ART. IIII.

CONCL. Nullo modo patri conuenit mitti.

¶PROB. Quia missio in diuinis importat processionem per originem, & pater a nullo originatur.

229 1.d.15.q.1. art. unico.

¶COROLLAR. Ergo hinc apertissime patet verum esse, quod supra diximus ar. 2. in responsione secunda ad primum, quod videlicet si pater incarnatus fuisset, non ideo diceretur mitti uel missus: quia missio originem dicit personæ missæ.

1^m de maiori.

Dari. R. Ab alia persona: non a seipsa. §. Vel sic. Dari. R. Authoritate dantis: non, tantum per liberalem communicationem rei datę. §. Hę duæ responsiones sunt idē in sensu. Tunc &c. ut in litera patet.

Q.32.a.3. Lib.2. de Trin.ca.5. paul. post prin.

2^m maior. Persona diuina mittitur secundum inhabitationē gratiæ. R. Non tamen cōuertitur. §. Hoc est. Quęcunq; persona diuina tēporaliter mittitur, inhabitat p gratiā; sed non, quęcūq; inhabitat p gratiā, mittit̄.

3^m de maiori. Notiones. R. Et importantia in sua consignificatione notiones, saltem in generali.

ARTICVLVS IIII

Vtrum patri conueniat mitti.

AD QVARTVM sic proceditur. Videtur, quod patri etiā conueniat mitti. Mitti.n. diuinam personam est ipsam dari: sed pater dat seipsum (cum haberi non possit nisi seipso donante) ergo potest dici, quod pater mittat seipsum.

¶ 2 Pręt. Persona diuina mittitur secundū inhabitationē gratiæ. Sed per gratiam tota Trinitas inhabitat in nobis, secundum illud Io.14. Ad eum ueniemus, & mansionem apud eum faciemus. Ergo quælibet diuinarū personarū mittitur.

¶ 3 Præt. Quidquid cōuenit alicui personæ, conuenit oib. præter notiones & personas. Sed missio non significat aliquā psonā, neq; et notionem cum sint tm̄ quinq; notiones, vt supra dictū est.* ergo cuilibet personæ diuinæ cōuenit mitti.

SED CONTRA est, q Aug. dicit in 2.li. de Trin. quod solus pater nunquam legitur missus.

RESP. Dicendū, q missio in sui li. 5. Tūc &c. Licet.n. missio non sit notio, includit tamen in sua consignificatione notionem in communi: Vide supra q.41.ar.3. primum a simili de ordine naturę significante notionem.

APPENDIX.

EX articulo habes primò: quomodo per rationem reijcias hæresim Raym. Lull (Directorium inquisi. 2.p. q. 9.) dicentis, q de patre & filio & spirituisancto sic est, quod stant oēs tres unus Deus, non distincti in aliquo. Per hoc.n. quod illos tres non distinctos in aliquo dicit Raymūdus, asserere vr implicite saltē, q pater dici possit mitti, sicut aliæ psonæ mitti phibentur. Secūdo habes: quo per rationē ostendas; hanc ab Athanasij symbolo, fidei catholicæ cōpendiosa regula, fuisse meritò damnatā sic. Pater à nullo est factus, nec creatus nec genitus; filius a patre solo est, nō factus, nec creatus, sed genitus; spūssan ctus a patre, & filio nō factus nec creatus, nec genitus, sed procedens. Hæc ibi. Sūt ergo in aliqd distincti, & taliter in aliquo, ut ex eo fiat, q pater nō possit dici mitti, alii uero sic. Itē a Papa Greg xj. de consilio fratrum suorum, qui totā Raymundi doctrinā condemnauit, ut refert Directorium ibi. Tertio vides, quomodo ex his vicissim firmetur conclusio Angelica, atque declaretur.

Vtilitas pro Eccle. S. Dei. Art.1.& 2. huius q.

• Lib.4. de Trin.c.20. post med. to.3.

¶NOT. Pręsentē articulū iuuat, art. in ordine 183.122. 226.

rōne īportat pcessionē ab alio, & i diuinis fm originē. ut dictū est. * Vn̄ cū pater n̄ sit ab alio, nullo mō conuenit sibi mitti: sed solū filio & spirituis. quib. conuenit eē ab alio.

AD PRIMVM dicēdū, q si dare importet liberalē cōicationē alicuius, si pater dat seipsū inqtū se liberaliter cōicat creaturæ ad fruēdū. Si uerò īportet authoritatē dantis respectu eius qd datur, sic nō cōuenit dari in diuinis, nisi psonę quæ est ab alio, sicut nec mitti.

AD SECVNDVM dicēdū, quod licet effectus gfæ, sit et a pre, qui inhabitat p gfam, sicut & filius & spūs, qa tn̄ non est ab alio, non dr mitti. Et hoc est qd dicit Aug. 4. de Tri. quod pr cū in tpe a quoq cognoscitur, nō dr missus. Non.n. habet de quo sit, aut ex quo pcedat.

AD TERTIVM dicendum, q missio inqtū importat pcessionē a mittente, includit in sui significatione notionē, non quidem in spāli; sed in generali, prout esse ab alio est commune duab. notionibus.

Comm. Cardinalis Caietani.

TItulus clarus est.

¶In corpore vna est conclusio responsiua quæsito. Patri non conuenit mitti. sed filio & spirituisancto. Probatur. Missio importat processionem ab alio, & in diuinis secundum originem. ergo non patri. sed filio & spirituisancto conuenit mitti. consequentia probatur; quia pater nullo modo est ab alio, sed filius & spiritusanctus.

Ferr.4.com.c.8. S.Bon.1.s.d.15.q.3.4.ar.1 Alen.1.p.su.q.71.mem.1. Scot.1.s.d.14.15.16. Riccar.1.s.d.15.q.1.2. Duran.1.s.d.16.q.1. Aeg.1.s.dist.15.q.4.2. prim.

230 1.d.15.q.4. art.1.& 4. con.c.8.co. 9.& c.23.

SVP. Q. XLIII.

ART. V.

COncl. Filio & spirituisancto conuenit, inuisibiliter mitti.

¶PROB. Quia diuinam personā mitti ad aliquem per inuisibilē gratiā significat duo, & illius personæ modum nouum inhabitādi creaturam, atque eiusdem originem ab alia persona. Et vterque (filius videlicet, ac spiritussanctus) nouo modo inhabitat aliquam creaturam, originaturque ab alia persona.

Primum

ARTICVLVS V.

Vtrum filio conueniat inuisibiliter mitti.

AD QVINTVM sic proceditur. Vr, quòd filio nō conueniat inuisibiliter mitti. Missio.n. inuisibilis diuinæ psonæ attenditur secūdū dona gratię; sed oia dona gratię ptinēt ad spūm s. fm illud 1.Cor.12. Oia operatur unus atq; idē spūs ergo inuisibiliter nō mittit̄ nisi spūs.

¶ 2 Præ. Missio diuinæ personæ fit secundū gratiā facientē. Sed dona quæ pertinent ad perfectionem intellectus, non sunt dona gratiæ gratum facientis, cum sine charitate possit haberi, secundum illud 1.ad Cor.13. Si habuero prophet. & no. myst.o. & omnem scientiam, & si habuero omnē fi. ita ut modo trāsf. charitatem autem non hēam, nihil sum. Cum ergo filius pcedat, ut uerbum intellectus videtur, q non cōueniat sibi inuisibiliter mitti.

¶ 3 Præt. Missio diuinæ personæ est quędam processio, ut dictū est.* Sed alia est processio, filii, alia spiritussancti. Ergo & alia missio, si uterque mittitur. Et sic altera earum superflueret, cum una sit sufficiens ad sanctificandam creaturā.

SED CONTRA est, quod Sap. 9. dicitur de diuina Sap. Mitte illam de cælis sanctis tuis, & a sede magnitudini tuæ.

RESPON. Dicendum, quod per gratiam gratum facientem, tota Trinitas inhabitat mentem, secundum illud Ioan.14. Ad eum ueniemus, & mansionem apud eum faciemus. Mitti autem personam diuinam ad aliquem per inuisibilem gratiam, significat nouum modum inhabitandi illius personæ, & originem eius ab alia. Vnde cum tam filio quam spirituisan. conueniat, & inhabitare, per gratiā & ab alio esse. vtrique conuenit inuisibiliter mitti. Patri autem licet conueniat inhabitare per gratiam, non tamen sibi conuenit ab alio esse, per cōsequens nec mitti.

AD PRIMVM ergo ddm q licet oia dona iquātū dona sūt attribuatur spiritusancto (quia habet rationem primi doni secundum quod est amor, ut supr. dictum est) aliqua tn̄ dona secundum proprias rōnes attribuuntur per quandā appropriationē filio. s. illa quę pertinēt ad intellm. Et fm illa dona

1^m de maiori.

Dona. R. Vel secundū quod dona, vel secundum proprias rationes intellectum concernentes. §. Tunc &c. Nam licet omnia dona, inquātum dona, &c. ut in litera.

Secun-

2^m^ de minori. Sed dona. ℞. Sine amore diuino existentia: non, amore diuino vestita. §. Tunc &c. Licet.n. dona perficientia intellectum, vt speculatiua tantum sunt, possint absque charitate reperiri: tamen ipsamet dona, vt cum speculatione sunt etiam affectiua, non possunt esse sine charitate.

¶Cor. Ergo responsum hoc, est quædam declaratio articuli tertij. Ibi.n. cõclusum est id, quod ab arguente accipitur, hic pro maiori; videlicet, φ missio diuinæ personæ fit solum secundum gratiã gratum facientem; & φ hoc responsum declaratur, φ nomine gratię gratum facientis intelliguntur etiam dona necessario includentia gratiam gratum facientem. Nec tamẽ ex hoc diminutũ dicas Diuũ Thomam supra, dum articulo tertio simpliciter, absque additione aliqua donorum, conclusit: quòd missio inuisibilis personæ diuinæ attenditur gratiam gratum facientem. Nã ibi supra formaliter, (vt sui moris est) loquebatur: & formaliter dici potest; quod, quando missio fit secũdum dona intellectum modo dicto perficientia, tunc fit solum secundum gratiam gratũ facientem: quia persona non mittitur secundum illa dona, neque vt dona neque vt intellectum perficientia, sed vt gratiam includentia. Quia igitur dona hæc, intellectum.s. cum quadam affectione diuinorum φficientia, necessario gratiam gratificantem includunt; gratiæ autem gratis datæ non necessario eam includunt: ideo simpliciter dicimus, φ & secundum ista intellectus dona attenditur missio; & secundum gratias gratis datas non attenditur. Vide supra. ar. 3. o. sed pręsertim ad quartum.

* Lib. 4. de Trin. c. 20. circa med. to. 3.

Libr. 9. de Trin. c. 10. circa finẽ. tom. 3.

dona attenditur missio filii. Vnde Aug.* dicit 4. de Tri. quod tunc inuisibiliter filius cui q̃ mittit', cũ a quoquã cognoscit' atq; φcipitur.

Ad secundum dicẽdum, φ anima per gratiam conformatur Deo. Vnde ad hoc, φ aliqua persona diuina mittatur ad aliquem per gratiam, oportet quod fiat assimilatio illius ad diuinã persona q̃ mittitur per aliquod gratiæ donum. Et quia spiritusl. est amor: per donum charitatis aĩa spiritui sancto assimilatur. Vnde s̃m modum charitatis attẽditur missio spiritussanct. Filius aũt est verbũ, non qualecũq;, sed spirans amorem. Vnde Augu. dicit in 9. li. de Tri. verbo aũt, quod insinuare intendimus, cum amore notitia est. Non igitur s̃m quamlibet perfectionẽ, intellectus mittitur filius: sed s̃m talem institutionem, vel instructionem intellectus, qua prorũpat in affectum amoris, vt dicitur Io. 6. Omnis qui audiuit a patre, & didicit, venit ad me. Et in Ps. In medi. mea exardescet ignis. Et ideo signanter dicit Augu.* quòd filius mittitur, cum a quoquã cognoscitur atq; φcipitur. Perceptio aũt experimentalem quandã notitiã significat. Et hæc propriè dr̃ sapiẽtia quasi sapida scientia, s̃m illud Eccl. 6. Sapientia doctrinæ secundum nomen eius est.

Ad tertium dicendum, quod, cum missio importet originem personæ missæ, & inhabitationem per gratiam (vt supra dictum est*) si loquamur de missione quantũ ad originẽ sic, missio filii distinguitur a missione spiritussancti, sicut & generatio a processione. Si aũt quantum ad effectum gratię, sic cõicant duę missiones in radice gratiæ, sed distinguuntur in effectib. gratiæ: qui sunt illuminatio intellectus & inflammatio affectus. Et sic manifestum est, φ vna non potest esse sine alia, quia neutra est sine gratia gratum faciẽte, nec vna persona separatur ab alia.

4^m^ de conclusione. Et sic altera earum superflueret. ℞. Nisi vtraque earum haberent effectus gratię distinctos. §. Tunc &c. Licet enim vna earum sit sufficiens ad sanctificandam creaturam secundum gratiæ effectus vnius generis, puta pertinentes ad intellectum tantum vel ad voluntatem tantum: non tamen est sufficiens ad sanctificandam creaturam secundum gratiæ effectus omnes .i. pertinentes ad intellectum & voluntatem simul. Hęc tamen, quoad non sufficientiam, ad effectus tantum appropriatos personis singulis (qui sunt illuminatio intellectus, & inflammatio affectus) referenda sunt solum, non ad aliquam personarum, cum vnaquæque illarum tanta sit quantæ omnes simul; & consequenter nulla, prorsus insufficientia per respectum ad, quam volueris illarum possit attendi.

APPENDIX.

Ex articulo habes primo: quomodo per rationem ostendas, de diuina sapientia, quæ filius est esse merito dictum Sap. 9. Mitte illam de cœlis sanctis tuis, & à sede magnitudinis tuæ, vt mecum sit, & mecum laboret; Vt sciam, quid acceptum sit apud te. Hic n. loquitur ad literam de filio Dei; & de ipso sanè quoad inuisibilem missionem. Nã capitulum illud incipit sic. Deus patrũ nostrorum, & domine misericordiæ; qui fecisti omnia verbo tuo, & sapientia tua constituisti hominem &c. Quis autem fecit omnia verbo suo & sapientia sua; nisi Deus pater per filiũ suum vnigenitum? Vt (inquit) mecum sit, & mecum laboret; ut sciam &c. ergo loquitur de missione inuisibili, qua & nos, iuxta apostolũ, cooperatores Dei sumus, & intellectus noster ad diuina capescẽda illuminatur. Item merito esse dictum à filio, Io. 14. Ad eum veniemus & mansionem apud eum faciemus. Hic ad literam loquitur de aduentu inuisibili per gratiã gratificantem ad hominem vel iustificandum, vel in maiorem iustitiam promouendum: & dicit omnes tres personas venturas ad creaturam sic sanctificandam. Ergo per hoc innuit ad literam; quòd filius veniet ita, vt & mitti dicatur; spiritussanctus veniet ita, vt & mitti dicatur; pater autem veniet ita, vt nullo modo mitti dicatur. Nam secundum textum euangelij, pater veniens vocatur pater; spiritussanctus veniens vocatur spiritussanctus; & filius, qui loquitur, veniens vocatur filius. Hoc est. Pater veniens non desinit esse pater, filius veniens non desinit esse filius spiritussanctus veniens non per hoc desinit esse spiritussanctus. Cum igitur missio inuisibilis, vltra sanctificare creaturam, dicat originem à persona diuina; & filio vtrunque competat, ac spirituisancto, non autem patri, nisi vnum. s. sanctificare creaturam: patet, quòd per ly ad eum veniemus, designatur necessariò, quod filio conuenit ac spirituisancto inuisibiliter mitti. Secundò habes; quomodo per rationem hoc dictum sic catholicè intellectum catholice defendas. Tertiò uides: quomodo ex his vicissim Angelica doctrina hæc stabiliatur.

¶Not. Pręsentem iuuat articulum in ordine articulus 229. 201. 226. 319. 228. 224.

Vtilitas pro Eccle. S. Dei.

* Loco citato in sol. 1. arg.

* In cor. ar. & ar. 1. huius quæst.

2

3

Pro studio var.

Comm. Cardinalis Caietani.

Titulus ex præcedentibus patet.
In corpore vna conclusio. Tã filio quã spirituisancto cõuenit inuisibiliter mitti. Probatur: inuisibiliter personam diuinam significat originem eius ab alia, & inhabitationem illius per gratiã sed utriq; conuenit vtrũq; horũ. ergo vtriq; conuenit mitti. Maior manifestatur ab opposito, & ex tota Trinitate, & ex patre, quoniam eis conuenit alterum tantum, s. inhabitare per gratiam.

SVPER Q. XLIII.

Art. VI.

Conci. Missio inuisibilis fit ad omnes in quibus sunt duo hæc, scilicet inhabitatio gratię, & innouatio quædam per gratiam.

¶Prob. Quia in eo, ad quẽ fit missio, oportet considerare, ista duo, scilicet, quod persona diuina per gratiam inhabitet eum, & quod ille quandam gratię innouationem habeat (vt in ad secundum.)

Primum

231 1. d. 15. q. 5 ar. 1. q. 1. 2. 3. & 4.

ARTICVLVS VI.

Vtrum missio inuisibilis fiat ad omnes, qui sunt participes gratiæ.

Ad sextum sic proceditur. Videtur, φ missio inuisibilis non fiat ad oẽs, qui sunt participes gratiæ. Patres.n. ueteris testamenti, gratiæ participes fuerunt. Sed ad illos nõ vr̃ fuisse facta missio inuisibilis. Dicitur.n. Io. 7. Nõdum erat spiritus datus, quia nondum erat Iesus glorificatus. Ergo missio inuisibilis non fit ad omnes, qui sunt participes gratiæ.

¶2 Præt. Profectus in uirtute non est nisi per gratiã. Sed missio inuisibilis non vr̃ attendi secundũ profectum virtutis: quia profectus virtutis videtur esse continuus, cũ charitas sẽper aut proficiat, aut deficiat. Et sic missio esset continua. ergo missio inuisibilis non fit ad omnes participes gratiæ.

3 ¶ Præt.

1^m ex Ioan. Datus. ℞. cum signo uisibili tali: non, sine signo tali. §. Vt s. fuit in die Pentecostes. Tunc &c. Licet. n. ad illos patres facta non fuerit inuisibilis missio cum tali signo: ad eos tamen fuit facta sine tali signo. Hic per tale signũ intellige tu non tantum signum exterius, sed etiam connotatũ à signo; quod est non tantum gratia, sed copiositas gratiæ. Quasi ergo licet secundum declarationem responsi, Ioannes: Nondum erat spiritus datus in tanta copia qualis signi ficata linguis igneis in die Pentecostes fuit: quia nondum &c. Huic responsioni sic explanatæ fauet Apostolus Roma. 8. Nosipsi, inquiẽs, primitias spiritus habẽtes. i. cæteris abundantius spiritumsanctũ habentes, vt exponit glossa. Vide pro Apostoloruin tali abundantia Diuum Thomam & ibi & 2. Thessal. 2. elegit nos De⁹ primitias &c.

* Lib. 5. de Tri. c. 4. & li. 15. c. 27. innuitur. to. 3.

2^m minor. Sed missio &c. ℞. Negatur ista minor. §. Nam missio inuisibilis attẽditur ſm profectum virtutis. Ad probationem dicitur: vt in litera. Ex qua scito: φ conclusio intelligitur præcipue de innouatione quadam notabili gratię: puta cum quis proficit in gratiã miraculorum uel &c.

D. 902.

3^m minor. Sed ad eos nõ videtur fieri missio. ℞. Negatur. §. Nã ad beatos est facta, &c. ut in textu. Ex quo dic ad probationem illius minoris, φ licet beati sint pfecte Deo vniti quãtũ ad intensionem gratię, & consequenter sic ad eos non fiat noua missio inuisibilis: tamen quantum ad extensionem gratiæ possunt dici aliquo modo à Deo distantes, inquantum aliqua mysteria de nouo reuelantur eis, quæ tam pfecte nesciebant. Christus aũt neq; etiã extensiue proficit in cognitione mysteriorum aliquorum: & ideo ad ipsum nullo modo fit noua missio.

* Lib. 4. de Trin. c. 20. parũ ante me. com. 3.

* Lib. 4. de Trin. c. 20. to. 3.

4^m de antecedente. Continent. ℞. Per modum fluxus: non, per modum termini. §. Tunc &c. Non. n. fit missio nisi ad habentes gratiam per modum termini; vt ad homines, vel Angelos: nec aliter intelligit conclusio.

¶ 3 Præt. Christus, & beati plenissimè habent gratiam. Sed ad eos nõ videtur fieri missio. quia missio fit ad aliquid distans. Christus aũt secundũ φ homo, & oẽs beati, perfectè sunt vniti Deo. Nõ ergo ad oẽs participes gr̃æ, fit missio inuisibilis.

¶ 4 Præt. Sacra nouæ legis continent gratiam, nec tñ ad ea dr̃ fieri missio inuisibilis. Non ergo ad oĩa quæ hñt gratia, fit missio inuisibilis.

SED CONTRA est, quod secũdum Aug.* missio inuisibilis fit ad sanctificandam creaturam. Omnis autem creatura habens gratiã sanctificatur. Ergo ad omnem creaturã huiusmodi fit missio inuisibilis.

RESP. Dicendum, φ sicut sup. dictum est missio de sui ratione importat, φ ille qui mittitur uel incipiat esse vbi prius non fuit (sicut accidit in rebus creatis) vel incipiat esse vbi prius fuit, sed quodam modo nouo, secundum quod missio attribuitur diuinis personis. Sic ergo in eo ad quem fit missio, oportet duo considerare, s. inhabitationem gratiæ & innouationem quandam per gratiam. Ad omnes ergo fit missio inuisibilis, in quibus hæc duo inueniuntur.

AD PRIMVM ergo dicendum, φ missio inuisibilis est facta ad patres ueteris testamẽti. Vnde dicit Augu.* 5. de Trin. quòd secundum φ filius mittitur inuisibiliter, fit in hominibus, aut cum hominibus. Hoc autem antea factum est in patrib. & prophetis. Cũ ergo dicitur, Non dum erat datus spiritus, intelligimus de illa datione cum signo uisibili, quę facta est in die Pẽtecostes.

AD SECVNDVM dicendum, φ etiam secundum profectũ virtutis, aut augmentum gratiæ fit missio inuisibilis. Vnde Augu. dicit* 4. de Trin. quod tunc cuiquam mittitur filius, cum à quoquam cognoscitur, atque percipitur, quantum cognosci & percipi potest pro captu, vel proficientis animæ in Deum, vel perfectæ animæ rationalis in Deo. Sed tamen secundũ illud augmentum, gratiæ præcipuè missio inuisibilis attenditur, quando aliquis proficit in aliquem nouum actum vel nouum statum gratiæ: vt puta, cum aliquis proficit in gratiã miraculorum, aut prophetię, vel in hoc, φ ex feruore charitatis exponit se martyrio, aut abrenũciat his quæ possidet, aut quodcunque opus arduum aggreditur.

AD TERTIVM dicẽdum, φ ad beatos est facta missio inuisibilis in ipso principio beatitudinis. Postmodum autem ad eos fit missio inuisibilis: non secundum intensionem gratiæ: sed secundum quòd aliqua mysteria eis reuelantur de nouo. Quod est usque ad diem iudicii. Quod quidem augmentum attenditur secundum extensionem gratiæ ad plura se extendentis. Ad Christum autem fuit facta inuisibilis missio in principio suæ conceptionis: non autem postea, cum a principio suæ conceptionis fuerit plenus omni sapientia, & gratia.

AD QVARTVM dicendum, quòd gratia est in sacramentis nouæ legis instrumentaliter, sicut forma artificiati, est in instrumentis artis, secundum quendam discursum ab agente in patiens. Missio autem non dicitur fieri nisi respectu, termini. Vnde missio diuinæ, personæ non fit ad sacramenta, sed ad eos, qui per sacramenta gratiam suscipiunt.

ARTI-

APPENDIX.

Ex articulo habes primò: quomodo per rationem ostendat, rectè dictum à Concilio Toletano 11. sub Vitaliano Papa, φ missio inuisibilis fit ad sanctificandam creaturam. Quasi dixerit. Nulla creatura potest sanctificari, nisi per gratiam, secundum quam filius & spiritussanctus mittuntur inuisibiliter ad illam creaturam, licet & pater cum eis ad illam ueniat. Vide sup. art. 5. & verba concilij quorum sensum tantũ nunc recitauimus ar. 3. Item à Concilio Arausicano sub Leone Primo, ca. 7. sic; siquis per naturæ uigorẽ bonum aliquod, quod ad salutem pertinet vitæ æternę, cogitare aut eligere, aut salutari. i. euãgelizanti prædicationi cõsentire, posse confirmat absque illuminatione, & inspiratione spiritussancti, qui dat omnibus suauitatem in consentiendo & credendo veritati, hæretico fallitur spiritu, non intelligens vocem Dei in euangelio dicentis, sine me nihil potestis facere; & illud Apostoli, Nunquid idonei sumus cogitare aliquid à nobis, quasi ex nobis? sed sufficientia nostra ex Deo est. Hæc ibi. Ex hoc Concilio, a fortiori, innuitur, φ gratia gratific. 18 nulli datur, absq; missione inuisibili, vt consideranti patet. Item ab Apostolo Roma. 5. Charitas Dei diffusa, est in cordibus nostris per spiritumsanctum, qui datus est nobis. Ecce, quod ad oẽs gratiæ Dei participes fit missio inuisibilis. i. etiam cum dono creato persona increata homini donatur ab aliquo originata. Vnde art. 3. in argumento primo reputatur pro errore dicere: quòd spiritussanctus non datur, sed tantum dona eius. Secundo vides, quomodo ex his vicissim Angelica hæc doctrina firmetur.

Vtilitas pro Eccle. S. Dei.

¶ NOT. Pręsentem articulum iuuat, articulus in ordine 226. 231.

Pro studio uane.

Comm. Cardinalis Caietani.

Titulus clarus est.

¶ In corpore vna est conclusio implicite responsiua quęsito affirmatiue. Missio inuisibilis fit ad omnes participes gratiæ. Probatur. Missio importat incæptionem essendi, vel simpliciter vel nouo modo, ergo in eo, ad quem fit missio inuisibilis, oportet ponere gratiam, & eius nouitate, ergo missio inuisibilis fit ad omnes in quibus sunt hæc duo. ergo ad oẽs participes gratiæ.

¶ Aduerte hic, φ nouitas gratiæ non est à gratia distincta tanquam gratia possit esse non noua, sed ad ostendendum tempus quando fit inuisibilis missio. Ad hoc. n. non sufficit sola inhabitatio gratiæ, vt patet in his qui sunt in gratia pro illo tempore, quo eorum gratia non augetur. Est siquidem tunc inhabitans gratia: sed quia deest innouatio aliqua, ideo tunc eis non fit missio. Et propterea, puto authorem subticuisse conclusionem ultimo illatam, quasi intulisset, φ missio inuisibilis fit ad omnes participes gratiæ cum aliqua nouitate, non ad excludendum quosdam participes, sed quoddam tempus, ut dictum est, & diffuse pates in responsionibus argumentorum, in quib. ea, quæ dicuntur de Sacramentis & Christo, loco proprio discutienda sunt.

S. Bon. 1. s. dist. 15. q. 3. 4. ar. 1.
Alen. 1. par. su. quæst. 71. mem. 1.
Scot. 1. s. d. 14. 15. 16.
Ricca. 1. s. d. 15. q. 1. 2.
Duran. 1. s. d. 16. q. 1.

332 Locis sup. ar. 6. inductis.

SVPER Q. XLIII. ART. VII.

CONCL. Conueniens fuit: vt inuisibiles missiones Diuinarum personarum secundum aliquas visibiles creaturas manifestarentur.

¶ PROB. Quia modus huiusmodi, quo, s. homo ad inuisibilia p visibilia manu ducitur, est sibi connaturalis. Et Deus conuenienter prouidet omnibus secundum illorum modum.

1^m de maiori. Missus est. R. ad assumendum creaturam uisibilem in unitatem psonæ: non, ad assumendum creaturam uisibilem alio modo tãtum. §. Tunc &c. Licet. n. de assumente creaturam in vnitatem personæ possit dici minoratio, secundum naturam sic assumptam: non tamen de assumente creaturam alio modo tantum.

2^m de minori. Signo. R. ad significandum personam spiritussancti specialiter facto: non, antea existente in rerum natura. §. Tunc &c. Sic enim patet: quod missio visibilis non attenditur secundum, quodcunque signum, puta in argumento adductum: sed tantum secundum signa ad hoc specialiter facta.

3^m de antecedente Trinitatẽ. R. Vt a qua facta est: non, ut ad quã specialiter demonstrandã ordinata est. §. Tũc &c. Nam ad hoc magis quam ad illam personam diuinam specialiter significãdam fit ista columba iste ignis in forma linguarum.

4^m de conclusione. Mittitur. R. Tanquã sanctificationis auctor: non, tanquam sanctificationis indicium. §. Tunc &c. Nam spiritussanctus ibi mittitur

* Lib. 3. de Tri. c. 4. 5. & 9. to. 3.

ARTICVLVS VII.

Vtrum spiritui sancto conueniat uisibiliter mitti.

AD SEPTIMVM sic proceditur. Videtur, quod spiritui sancto non conueniat visibiliter mitti. Filius enim secundum quod visibiliter missus est in mundo, dicitur esse minor patre. Sed nunquã legitur spiritussanctus minor patre. Ergo spiritui sancto non conuenit visibiliter mitti.

¶ 2 Præterea. Missio visibilis attẽditur secundum aliquam creaturã visibilem assumptam, sicut missio filii secundum carnem. Sed spiritussanctus nõ assumpsit aliquã creaturam visibilem. Vnde non potest dici ꝙ in aliquibus creaturis visibilibus sit alio modo, quam in aliis, nisi fortè sicut in signo: sicut est & in sacramentis, & in omnibus figuris legalibus. Non ergo spiritussanctus visibiliter mittitur: vel oportet dicere, quòd secũdum omnia huiusmodi, eius missio visibilis attenditur.

¶ 3 Præterea. Quælibet creatura visibilis, est effectus demonstrans totam Trinitatem. Non ergo per illas creaturas visibiles magis mittitur spiritussanctus, quam alia persona.

¶ 4 Præt. Filius visibiliter est missus secundum dignissimam uisibilium creaturarum, s. secundum naturam humanam. Si igitur spiritussanctus visibiliter mittitur, debuit mitti secundum aliquas creaturas rationales.

¶ 5 Præt. Quę visibiliter fiunt diuinitus, dispensantur per ministerium angelorum, vt Aug. dicit * 3. de Trin. Si ergo aliquæ species uisibiles apparuerunt, hoc factum fuit per angelos. Et sic ipsi angeli mittuntur, & non spiritussanctus.

¶ 6 Præt. Si spiritussanctus visibiliter mittatur, hoc non est nisi ad manifestandum inuisibilem missionem, quia inuisibilia per visibilia manifestantur. Ergo ad quem missio inuisibilis facta non fuit, nec missio visibilis fieri debuit: & ad omnes ad quos fit missio inuisibilis, siue in nouo, siue in ueteri testamento, missio visibilis fieri debet. Quod patet esse falsum. Non ergo spiritussanctus visibiliter mittitur.

SED CONTRA est, ꝙ dicitur Matth. 3. ꝙ spiritussanctus descendit super Dominum baptizatum in specie columbæ.

RESP. Dicendum, ꝙ Deus prouidet omnibus secundum vniuscuiusque modum. Est autem modus connaturalis hominis, vt per uisibilia ad inuisibilia manuducatur, (vt ex supradictis patet. *) Et ideo inuisibilia Dei oportuit homini per visibilia manifestari. Sicut igitur se ipsum Deus & ꝓcessiones æternas personarum, per creaturas visibiles, secundum aliqua indicia hominibus quodammodo demonstrauit: ita conueniens fuit, vt etiã inuisibiles missiones diuinarum personarum secundum aliquas visibiles creaturas manifestarentur. Aliter tamen filius & spiritussanctus. Nam spiritui sancto inquantũ procedit vt amor, competit esse sanctificationis donum, filio autem inquantum est spiritussancti principium, competit esse sanctificationis huius authorem. Et ideo filius visibiliter missus est tanquam sanctificationis author, sed spiritussan. tanquam sanctificationis indicium.

tur secundum sanctificationis indicium, idest secundum signum indicans sanctificationem: filius autem uisibiliter missus, est, vt sanctificationis, auctor. Quin.

Q. 12. a. 12

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd filius creaturam visibilem in qua apparuit, in vnitatem personę assũpsit: sic, vt quod de illa creatura dicitur, de filio Dei dici possit. Et sic ratione naturæ assumptę, filius dicitur minor patre. Sed spiritussan. non assumpsit creaturam visibilem, in qua apparuit in unitatem personæ, vt quod illi conuenit, de illo prædicetur. Vndę non potest dici minor patre, propter uisibilem creaturam.

AD SECVNDVM dicendum, quòd missio visibilis spiritussancti, non attenditur secundum visionem imaginariam quæ est visio prophetica: quia, vt August. dicit * 2. de Trin. visio prophetica, non est exhibita corporeis oculis per formas corporeas, sed in spiritu per spirituales corporum imagines. Columbam verò illam & ignem oculis viderunt, quicunq; viderunt. Neque iterum sic se habuit spiritussanctus ad huiusmodi species, sicut filius ad petram: quia dicitur, Petra erat Christus. Illa enim Petra, iam erat in creatura, & per actionis modum nuncupata est nomine Christi, quem significabat. Sed illa columba & ignis, ad hæc tantum significanda repente extiterunt. Sed videntur esse similia flammę illi, quæ in rubo apparuit Moysi, & illi columbæ quam populus in eremo sequebatur, & fulgoribus, ac tonitruis, quæ fiebant cum lex daretur in monte. Ad hoc enim rerum illarum corporalis extitit species, vt aliquid significaret, atque prædiceret. Sic igitur apparet, quòd missio visibilis, neque attenditur secundum visiones propheticas, quæ fuerunt imaginariæ & non corporales, neque secundum signa sacramentalia veteris, & noui testa. in quibus quædam res præexistentes assumuntur ad aliquid significandum. Sed spiritussanctus visibiliter dicitur esse missus, inquantum fuit monstratus in quibusdam creaturis, sicut in signis ad hoc specialiter factis.

* Lib. 2. de Tri. c. 6. parũ a med. tom. 3.

AD TERTIVM dicendum, quòd licet illas creaturas uisibiles tota Trinitas operata sit, tamen factæ sunt ad demostrandum specialiter hanc, vel illam personam. Sicut enim diuersis nominibus significatur pater & filius & spiritussanctus, ita etiam diuersis rebus significari potuerunt: quamuis inter eos nulla sit separatio, aut diuersitas.

AD QVARTVM dicendum, quòd persona filii declarari oportuit, ut sanctificationis authorem (vt dictum est. *) Et ideò oportuit quòd missio visibilis filii fieret secundum naturam rationalem, cuius est agere, & cui potest competere sanctificari. Indicium, autem sanctificationis esse potuit quæcunque alia creatura. Neque oportuit, quòd creatura uisibilis ad hoc formata esset assumpta à spiritusanctus, in unitatem personæ, cum non assumeretur ad aliquid agendum, sed ad indicandum tantum. Et propter hoc etiam, non oportuit, quòd duraret, nisi quandiu, per ageret officium suum.

In corp. art.

Ad

5^m pars conclusionis. Et sic ipsi Angeli &c. ℞. Si Angeli essent in speciebus illis a se factis, tanquam signatum in signo, sicut spiritussanctus §. Tunc &c. Non.n. hic quæritur, quis fecerit illam speciẽ, sed quid species illa repræsẽtet.

6^m de antecedente. Manifestãdum inuisibilem missionem. ℞. Ad vtilitatem Ecclesiæ: non, absque magna vtilitate Ecclesiæ. §. Tunc &c. Sufficit.n. tunc, quod visibilis missio spiritussancti facta sit ad Christum, ad Apostolos, & ad aliquos primitiuos Ecclesiam quodãmodo fundantes.

Ad qvintvm dicendum, quod illæ creaturæ visibiles formatæ sũt ministerio angelorum: non tamen ad significandum personam angeli, sed ad significandam personam spiritussancti. Quia igitur spiritussanctus erat in illis creaturis visibilibus, sicut signatum in signo, propter hoc secundum eas spiritussanctus uisibiliter mitti dicitur, & non angelus.

Ad sextvm dicendum, quòd non, est de necessitate inuisibilis missionis, vt super manifestetur per aliquod signum visibile exterius, sed sicut dicitur 1. Cor. 12. Manifestatio spiritus datur alicui, ad vtilitatem. s. Ecclesiæ. Quę quidem utilitas est, vt per huiusmodi visibilia signa fides confirmetur, & propagetur. Quod quidem principaliter factum est per Christum, & per Apostolos, secundum illud Heb. 2. Cum initium accepisset enarrari per dominum ab eis qui audierũt in nos confirmata est. Et ideo, specialiter debuit fieri missio visibilis spiritussanctus ad Christum, & ad Apostolos, & ad aliquos primitiuos sanctos, in quibus quodammodo Ecclesia fundabatur: ita tamen quòd visibilis missio facta ad Christum, demonstraret missionem inuisibilem: non tunc, sed in principio suæ conceptionis ad eum factam. Facta autem est missio visibilis ad Christum, in baptismo quidem, sub specie columbæ, quod est animal fæcundum, ad ostendẽdum in Christo authoritatem donandi gratiam per spiritualem regenerationem (vnde vox patris intonuit, Hic est filius meus dilectus) vt ad similitudinem vnigeniti, alii regenerarentur. In transfiguratione verò, sub specie nubis lucidæ, ad ostendendam exuberãtiam doctrinę. Vnde dictum est. Ipsum audite. Ad Apostolos autem, sub specie flatus, ad ostendendam potestatem ministerii in dispensatione Sacramentorum. Vnde dictum est eis: Quorum remiseritis peccata, remittuntur eis. Sed sub linguis igneis, ad ostendendum officium doctrinæ. Vnde dicitur, quòd cæperunt loqui uariis linguis. Ad patres autem veteris testamẽti, missio visibilis spiritussanctus fieri non debuit, quia prius debuit perfici missio visibilis filii, quam spiritussanctus, cum spiritussanctus manifestet filium, sicut filius patrem. Fuerunt autem factę uisibiles apparitiones diuinarum personarum patribus veteris testamenti. Quæ quidem missiones visibiles dici non possunt; quia non fuerunt factæ (secundum Aug.*) ad designandum inhabitationem diuinę personæ, per gratiã, sed ad aliquid aliud manifestandũ.

APPENDIX.

Vtilitas pro Eccle. S. Dei.

Ex articulo habes primo: quomodo per rationem ostendas, rectè dictũ à Math. 3. quòd spiritussanctus super dominũ baptizatum descendit in specie columbæ. Item ab actu. 2. quod spiritussanctus in specie linguarum ignearum super Apostolos uenit, & in aliis capitulis, super multos, primitiuæ Ecclesiæ. Item a Matth. 17. quod Nubes lucida obumbrauit Apostolos in monte transfigurationis, vbi S. Doctores per nubem lucidam illam intelligunt spiritumsanctum in tali signo nunc apparentem. 2 Secundo habes. Ex responsione ad primum quõ per rationẽ demonstres, meritò esse dictum a Concilio Toletano xj. sub Vitaliano Papa, in publ. pronunc. fid. cath. art. 1. sic. Hic spiritussanctus* missus ab utrisque creditur; sed minor patre & filio non habetur, sicut filius propter assumptã carnem minore se patre & spũsancto esse testatur. Hæc ibi. In quib. verbis de uisibili missione spiritussancti, quæ vel in columba uel in, &c. missus legitur, cõcilium loqui patet. 3 Tertio habes: quõ per rõnem ex responsionib. ad secundum, & tertiũ sumptam declarare possis: regulis fidei ab Augustino in libro de fide ad Petrum traditis merito c. 6. esse dictum firmissimè tene, &c. uide totum c. hoc q. 41. ar. 5. 4 Quarto habes: quõ per rationem demonstres: Concilium supradictũ in præmissis uerbis, merito damnasse hæresim Lucæ Sternberger dicentis, quod spiritussanctus nihil aliud fuit, quam colũba. Si enim Concilium dicit, quod propter columbam assumptam non est habẽdus minor patre, & filio, utique per hoc, dũ spiritumsanctum Deũ esse declarat, hæresim prædictam detestatur. Item & ipsam merito damnatam a & cęt. q. 36. artic. 1. & q. 42. art. 2. & in tertia parte quæst. 39. ar. 6. ad secundum. 5 Quinto uides: quomodo ex his uicissim Angelica doctrina hæc stabiliatur.

* Lib. 2. de Tri. ca. 17. circ. fi. t. 3.

Comm. Cardinalis Caietani.

Titulus ex præcedentibus est notus, & de solo quęrit spiritusancto, quoniam de filio constat, quod missione uisibili missus est, cum Verbum caro factum est.

¶ In corpore duo facit. Primo, respondet quæsito uniuersalius quam quæsitum fuerit, id est non solum de spiritussan. sed filio. Secundò, ponit differentiam inter modum utriusq; missionis.

¶ Quo ad primum conclusio est. Cõueniens fuit filium & spiritumsanctum uisibiliter mitti: probatur sic. Modus connaturalis hominis est, ut per uisibilia ad inuisibilia manu ducatur. ergo inuisibilia Dei oportuit homini per uisibilia manifestari. ergo sicut seipsum & æternas processiones per uisibilia Deus hominib. quodammodo demonstrauit, ita conueniens fuit, ut inuisibiles missiones personarum secundum aliquas uisibiles creaturas manifestaret. hoc autem est ipsas uisibiliter mitti. prima consequentia probatur, quia Deus prouidet omnibus secundum uniuscuiusq; modum: reliqua sunt satis rationabilia.

¶ Quo ad secundum differentia est, quia filius est missus uisibiliter tanquam sanctificationis actor; ut patet in processu sacræ scripturæ, Spiritus autem sanctus tanquam sanctificationis indicium, ut in baptismo Christi apparet. Ratio aũt huius differentiæ satis accommoda redditur ex conditionib. notionalibus: quia .s. filius est principium spiritussancti, ipse autem spiritussanct. est donum, inquantum procedit ut amor, ut ex supradictis patet.

S. Bon. l. 5. d. 15. q. 3. 4. art. 1.
Alens. 1. p. su. quæst. 71. men. 1.
Scot. 1. 5. d. 14. 15. 16.
Riccar. 1. s. d. 15. q. 1. 2.
Duran. 1. 5. d. 16. q. 1.

ARTICVLVS VIII.

Vtrum aliqua persona diuina mittatur, nisi ab ea, à qua procedit æternaliter.

233 1. d. 15. q. 3. Et po. q. 10 artic. 4. ad quartum.

SVP. Q. XLIII.

Art. VII.

Concl. 1. Si mittens designetur, ut principium personæ, quæ mittitur, sic non quælibet persona mittit, sed solum illa quæ, est ipsius personæ missæ principium.

¶ Prob. Quia non quælibet persona, est principium cuiuslibet: sed tantũ aliqua istius, ut pater filii, vtraque spiritussancti.

Ad octavvm sic proceditur. Videtur, quod nulla persona diuina mittatur, nisi ab ea, à qua procedit æternaliter. Quia sicut dicit Aug. * 4. de Trin. Pater à nullo mittitur, quia à nullo est. Si ergo aliqua persona diuina mittitur ab alia, oportet quod sit ab illa.

¶ 2 Præt. Mittens habet authoritatem respectu missi, sed respectu diuinæ personæ non potest haberi authoritas, nisi secundũ originem. Ergo oportet quod diuina persona quæ mittitur, sit a persona mittẽte.

¶ 3 Præt. Si persona diuina potest mitti ab eo, à quo non est, nihil

* Lib. 4. de Tri. ca. ult. in fin. to. 3.

NOT. Hanc probationem notabis contra Raymundum Lull. (supr. quæst. 41. ar. 5.) dicentem, quod tres personæ sunt tantū in unione, quod nulla illarum trium potest aliquid agere intrinsece sine aliis, quia nec generare nec spirare. Vide ibi huius dam nationem multiplicem.

¶CONCL. 2. Si mittens intelligatur esse principium effectus, secundum quem attenditur missio, sic tota trinitatis mittit personam missam.

¶COR. Ergo & persona missa, cum sit vna de trinitate, mittit seipsam: in hoc sensu.

¶PROB. Quia tota trinitas est principium cuiuslibet, tùm visibilis tùm inuisibilis, effectus.

1^m ex Augustino. Mittitur. R. secūdum, q mitti dicit personam existentem ab alio: non, secundum quòd solum dicit effectum. §. Tunc nihil, &c. ut patet ex conclusionibus.

2^m de maiori. Respectu missi. R. Aut respectu effectus tantum, secundum quem attenditur missio. §. Tunc nihil, &cęt. vt patet.

3^m de conclusionis illatio. Si persona, &c. nihil. R. prohibebit dicere, quòd, &cęt. negatur illatio. §. Nam effectum gratiæ, homo causare non potest; ut dicitur in fine corporis. Ex hoc tamen responso non intuleris; quod non possit ministerialiter effectiuè absoluere peccatorem; quod includit conferre ei gratiam per sacramentum. Hoc enim esset contra Concilium Tridentinum sess. 14. cap. 1. 6. & sacramenti penitentiæ canon. 9. nec non & esset contra sanctum doctorem in tertia parte q. 62. & q. 64.

prohibebit dicere, quod spiritussanctus detur ab homine, quamuis non sit ab eo. Quod est contra Augustinus * 3. de Trin. Ergo diuina persona non mittitur, nisi ab ea, à qua est.

* Li. 15. de Trin. c. 26. tom. 3.

SED CONTRA est, quòd filius mittitur a spiritusancto secundum illud Isai. 48. Nunc misit me Dominus Deus, & spiritus eius. Filius autem non est à spiritusancto. Ergo persona diuina mittitur ab ea, a qua non est.

RESPON. Dicendum, quòd circa hoc inueniuntur aliqui diuersimodè locuti esse. Secundum quosdam enim persona diuina non mittitur nisi ab eo, a quo est æternaliter. Et secundum hoc cum dicitur, filius Dei missus a spiritussanctus referendū est hoc ad humanam naturam, secundum quam missus est ad prædicandum à spiritusancto. Augustin. autem dicit * secundo de Trinit. quòd filius mittitur, & à se & à spiritusan. & spiritussanctus etiā mittitur, & à se, & à filio, vt sic mitti in diuinis non conueniat cuilibet personæ, sed solum personę ab alio existenti, mittere autem conueniat cuilibet personæ. Vtrūque autem habet aliquo modo veritatem: quia cum dicitur aliqua persona mitti, designatur & ipsa persona ab alio existens, & effectus visibilis, aut inuisibilis, secundum quem missio diuinæ personæ attenditur. Si igitur mittens designetur, vt principium personæ, quæ mittitur, sic non quælibet persona mittit, sed solum illa, cui conuenit esse principium illius personæ. Et sic filius mittitur tantum à patre, ^d spiritussanctus autem a patre & filio. Si verò persona mittens intelligatur esse principium effectus, secundum quem attenditur missio, sic tota Trinitas mittit personam missam. Non ^d autem propter hoc, homo dat spiritumsanctum, quia nec effectum gratię potest causare. Et per hoc patet solutio ad obiecta.

* Lib. 2. de tri. c. 5. pro tum to. 3.

APPENDIX.

Vtilitas pro Eccle. S. Dei.

EX articulo habes primò: quomodo per rationem ostendas; merito dictum esse à scripturis, quod spiritussanctus mittit filium. Nam in persona filii Dei dicitur Isai. 48. Nunc autem misit me Dominus Deus, & spiritus eius. Licet enim filius Dei, ut Deus est, non sit à spiritussancto: tamen est ab alia persona diuina scilicet à patre, & effectus filii Dei est etiam à spiritusancto. Igitur ad hoc, quòd persona non producens personam missam dicatur mittere illam, suffi ciunt duo hæc, primum, quod persona missa sit in diuinis producta, quamuis non sit producta ab illa, quæ tunc mittere ipsam dicitur, secundum vero, quod persona mittens sit causa effectus secundum quem attenditur illius alterius personæ missio. Defectu primi nunquam pater dicitur missus supra articulo quarto cum à nullo sit, & propter tùm primum cum secundum tam filius dicitur mittere se, ac spiritumsanctum, quā spiritussanctus & se filium mittere dicitur. Verum pater dicitur mittere vtrunque ratione qua non solum producit cum illis effectum, secundum quē horum vterque, & se & alterutrum mittere nunc dicebatur, sed etiam ratione qua producit æternaliter illos: in quo & sensu filius mittit spiritumsanctum, non autē spiritussanctus filium.

His annotatis, omnia hucusque dicta de missione diuinarum personarum facilè intelliges. Secundo: habes, quomodo per rationem ex responsione ad tertium sumptam, & Augustino, ut in argumento, suffultam reijcias hæresim Albanensium dicentium, q homo potest ex se dare spiritumsanctum.

D. 908.

2

D. 430.

3

Tertio habes: quomodo per eandem rationem ostendas, illam meritò damnari à scripturis sanctis Rom. xj. Quis cognouit sensum domini, aut quis consiliarius eius fuit? Item Sapien. 9. sensum autem tuum quis sciet, nisi tu dederis sapientiam, & miseris spiritumsanctum tuum de altissimis? Nisi tu, inquit, miseris spiritumsanctum: ergo per hoc manifestè ostendit, quòd nullus homo, immo nec Angelus, potest ex se dare spiritumsanctum. Item Baruch. tertio. Quoniam non habuerunt sapientiam, interierunt propter suam insipientiam. Quis ascendit in cœlum, & accepit eam; & eduxit eam de nubibus? Quis transfretauit mare, & inuenit illam; & attulit illam super aurum electū? Non est, qui possit scire uias eius; neque qui exquirat semitas eius. Sed qui scit uniuersa, nouit illam; & adinuenit eam &c. & tradidit illam Iacob puero suo, & Israel dilecto suo. Hæc ibi. Siue enim de sapientia increata loquatur Baruch, siue de creata, condemnat hic prædictum errorem. Nam spiritussanctus tantus est, cum sit Deus uerus, quanta sapientia increata idest Dei filius, & in infinitum maior est, quam sapientia creata. Cum igitur nullus hominum non tantum dare, sed nec toto suo labore (qui denotatur per ascensum in cœlum, per eductionem de nubibus, per transfretationem maris) possit ex se sapientiam illam scire, uel inuenire, compertum remanet, & per istum prophetam, quod nec spiritumsanctum homo ex se dare potest. Quarto uides quomodo ex his uicissim angelica hęc doctrina firmetur.

4

Comm. Cardinalis Caietani.

TItulus clarus est.

¶In corpore tria facit. Primo, refert duas opiniones: secundò, saluat vtrąque tertiò, excludit obiectionem ibi, non autem propter hoc homo, & quoniam omnia ordinatè sunt in litera ac clarè, non opus est mora. Ad euidentiam tamen huius quæstionis, scito, quod optima uia omnes difficultates soluendi, est dicere, quod missio est nomen multiplex, habens multas intētiones, quemadmodum nomina tractata in 5. Metaph. & quòd intentiones eius sunt hę quæ narrantur in litera scilicet processio missi a mittente secundum [illegible], & secundum nouum modum essendi. Et rursus, processio missi secundum se ab aliquo, & secundum nouum modum essendi a mittente, & secunda intentio reducitur ad primam, tanquam ad potiorem. Et propterea in 1. art. huius quæstionis author dixit, quod de ratione missionis est processio missi à mittente: loquebatur enim de primaria intentione missionis, hic autem non oblitus, distinguit, ut secundā intentionem eiusdem adiiceret, præsertim ob reuerentia Aug. Sanctorum, & Magistri in 15. d. 1. ubi q. 2. art. 1. diffuse rationem secundæ intentionis inuenies.

Fer.

Part. 2. cont. c. 6. 15.
Argid 1. s. d. 2. q. 1.
D. Bon. 1. s. d. 1. q. 2. a. 2.
Banoes q. 44. ar. 1.

SVP. Q. XLIIII. ART. I.

CONCL. Necesse est dicere, omne, quod quocunq; modo est, esse causatum à Deo.

¶ PROB. 1. Quia necesse est, quod illud, quod inuenitur in aliquo, per participationem, causetur in ipso, ab habente illud per essentiam: & Deus solus est esse subsistens i. habet esse per essentiam, alia verò omnia participant esse. 2. Quia ante omnem multitudinē necesse est ponere vnitatem. 3. Quia maximè ens, ac maximè verū, est cā oīs entis, ac veri.

3^m de minori.

Entium 2. Simpliciter: non, per participationem §. Tunc nihil &c. Licet .n. entia simpliciter i. & Deus, & etiam entia, ut entia, possunt intelligi sine habitudine ad causam, tamen entia, ut per participationem sunt entia, non possunt intelligi sine habitudine ad causam. Esse igitur causatum non est de ratione entis: sed de ratione entis creati, ut creati, i. vt entis p participationē.

2^m de antecedēte.

Vt sit. &. i. quia non esset, si causa non esset: non autem quia contingens sit. §. Tūc &c. Licet .n. necessaria nō sint contingentia, i. nō habeant hoc quòd possint non esse; tamē necessaria (excluso Deo) habent hoc, quod non essent si causa efficiēs ipsorum non esset.

234
2. d. 1. q. 1. a. 1. & 3. & d 17. q. 1. a. 1. Et 2. cōt. c. 6. 15: & 16. Et op. 3. ca. 68. & 69. & op. 15. c. 9.

3^m de maiori.

Quorumcunq; est aliqua causa. &. Et sm habitudinem, quā habēt ad causam illam considerantur. § Tūc &c. Licet enim mathematica, secundum esse suum, habeant causam agentem, tamen ipsamet, ut abstracta secū dum rationē, non considerantur secundum habitudinem ad causam agentem.

¶ COR. Quòd ergo in mathematicis non fiat demonstratio per causam agentem, non prouenit ex eo, quòd mathematicales res nō ha-

* li 3. Met. tex. 4. to. 3.

QVAESTIO XLIIII.

De processione creaturarum a Deo, & de omnium entium prima causa in quatuor articulos diuisa.

POST considerationem diuinarum personarum considerādum restat de processione creaturarū à Deo. Erit autem hæc consideratio tripartita, vt primò consideretur de productione creaturum. Secundò, de earum distinctione. Tertiò, de conseruatione & gubernatione. Circa primum tria sunt consideranda, primò quidem, quæ sit prima causa entium. Secundò, de modo procedendi creaturarum à prima causa. Tertiò, verò de principio durationis rerum.

Circa primum quæruntur quatuor.

¶ Primò. Vtrum Deus sit causa efficiens omnium entium.

¶ Secundò. Vtrum materia prima sit creata à Deo, vel sit principium ex æquo coordinatum ei.

¶ Tertiò. Vtrum Deus sit causa exemplaris rerum, vel sint alia exemplaria præter ipsum.

¶ Quartò. Vtrum ipse sit causa finalis rerum.

ARTICVLVS I.

Vtrum sit necessarium, omnes ens esse creatum a Deo.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur, quòd non sit necessarium omne ens esse creatum à Deo. Nihil .n. prohibet inueniri rē sine eo quod nō est de ratione rei: sicut hominem sine albedine. Sed habitudo causati ad causam nō videtur esse de ratione entium, quia sine hac possunt aliqua entia intelligi: ergo sine hac possunt esse. Ergo nihil prohibet esse aliqua entia non creata à Deo.

¶ 2 Præt. Ad hoc aliquid indiget causa efficiente vt sit. Ergo qd non potest non esse, non indiget causa efficiēte. Sed nullum necessarium potest non esse: quia quod necesse est esse, non potest non esse. Cum igitur multa sint necessaria in rebus, videtur quòd non omnia entia sint à Deo.

¶ 3 Præt. Quorūcunq; est aliqua causa, in his potest fieri demōstratio per causam illam. Sed in mathematicis non fit demonstratio p causam agētem, vt p Philosophum patet in * 3. Metap. Non igitur oīa entia sunt à Deo, sicut à cā agēte.

SED CONTRA est, quod dicitur Romanorū 11. c. Et Ex ipso, & per ipsum, & in ipso sunt omnia.

RESP. Dicendum, quod necesse est dicere, omne quod quocunq; modo est, à Deo esse. Si enim aliquid inuenitur in aliquo per participationem, necesse est, quod causetur in ipso ab eo cui essentialiter conuenit: sicut ferrum fit ignitū ab igne. Ostensum est autem supra; * cum de diuina simplicitate ageretur, quod Deus est ipsum esse per se subsistens. Et iterum ostensum * est, quod esse subsistens, non potest esse nisi vnum, sicut si albedo esset subsistens, non posset esse nisi una, cum albedines multiplicentur secundū recipientia. Relinquitur ergo, quod omnia alia à Deo non sint suum esse, sed participant esse. Necesse est igitur, quod omnia quæ diuersificantur secundum diuersam participationem essendi, vt sint perfectius, vel minus perfectè, causari ab vno primo ente, quod pfectissimè est. Vnde & Plato dixit, quod necesse est ante omnem multitudinem ponere unitatem. Et Aristo. dicit in secundo * Metaphysicorum, quod id qd est maximè ens & maximè verū, est causa omnis entis & omnis ueri, sicut id quod maximè calidum est, est causa omnis caliditatis.

AD PRIMVM ergo dicendū, quod licèt habitudo ad cām non intret diffinitionē entis, qd est causatum tñ sequitur ad ea quæ sunt de eius rōne: quia ex hoc quod aliquid p participationem est ens sequitur quod sit causatum ab alio. Vnde huiusmodi ens, non potest esse quin sit causatum, sicut nec homo quin sit risibile. Sed quia esse causatum non est de ratione entis simpliciter, propter hoc inuenitur aliquod ens nō causatum.

AD SECVNDVM dicendum, quòd ex hac ratione, quidam moti fuerunt ad ponendum, quòd id quod est necessarium, non habeat causam, ut dicitur in 8. Physicorū. Sed hoc manifestè falsum apparet in scientiis demonstratiuis, in quibus principia necessaria sunt causæ conclusionum necessariarum. & ideo dicit Arist. in * 5. Metaphysicorum quòd sunt quædam necessaria, quę habent causam suę necessitatis. Non ergo propter hoc solū requiritur causa agens, quia effectus potest non esse, sed quia effectus non esset, si causa non esset. Hæc enim conditionalis est vera, siue antecedens, & consequens sint possibilia, siue impossibilia.

AD TERTIVM dicendū, quod mathematica accipiuntur, ut abstracta

habeāt causam illam: sed ex eo, qd nos non consideramus res ipsas in scientia mathematica sm habitudinem, ad causam agentem. Argumentū igitur peccat in fallacia secundum nō causam ut causā: & tantò magis ex hoc infirmatur, quanto p p nostrū considerare sic, uel sic, nihil mutatur in re.

* Q. 3. a. 4.

APPENDIX.

EX articulo habes primo: quomodo per rationē interimas hæreses Gnosticorū, Manichæorum, Simoniacorum, Cherinthi, Saturnini, Archonticorum, Albigensium, Basilidianorū, Paternianorum, Patricianorum, Apellitorum, Aristotelis Algazelis (Dire. inq. s. 2. p. q. 4.) dicentiū. Creaturas factas esse à malo Deo, uel mala oia esse à malo Deo. Itē creaturas ex se, & generatione sua malas esse, quia à malo Deo creatę sunt. Item Creaturas ab alio, quā à Deo esse factas, nā mūdum factū esse ab Angelis, uel à superna quadam uirtute. Item mundum creatū, siue factum, fuisse a septem Angelis præter conscientiam patris. Item mundum esse creatū ab Archangelis. Item Deum bonum omnes animas, & Malum .i. diabolū corpora creasse. Item cœlos trecentos sexaginta quinque esse, à quib. mūdus est factus, non à Deo. Itē Corporis humani inferiores partes non à Deo, sed à diabolo, esse factas. Item Creationem uniuersæ omnis non opificium esse Dei, sed malorum Angelorum. Item Deum bonum unū principiū esse, à quo factus, est malus Deus, & malū hunc Deum, cum malignus esset, mundū in sua malignitate creasse. Item Cœlum non fuit factum, neq; genitum, sed ingenitum & æternum. Item cœlestia corpora sunt producta ab animab. corporum cęlestiū & una anima producitur ab alia, s. inferior a superioris. Item A primo cœlo processit secundum cœlum, & deinceps usq; ad ultimum. Secundo habes, quo p rationem demonstres, hæs omnes, cum si omnibus

* Q. 11. ar. 3. & 4.

Vtilitas pro Eccle. S. Dei.

* li. 2. Met. tex. 4. to. 3.

* li. 5. Met. tex. 6. to. 3.

sibus rectè fuisse damnata a symbolo fidei catholicæ tum Apostolorum, sic, Credo in Deum patrem omnipotentem creatorē cœli, & terræ: tùm Patrum Concilij Nicæni, Constantinopolitani primi &c. sic, Credimus in vnū Deum Patrem omnipotentem factorem omnium visibilium & inuisibilium. Item a &c. vt q 68, ar. 4. & q. 68. ar. 1. & q. 10. ar. 3. & q 74. art. 3. & q. 8. 3. Item à regulis fidei, traditis ab Augustino in libro de fide ad Petrum, cap. 5. firmissime tene, & nullatenus dubites: sanctam trinitatē, solum verum Deū, rerum omnium visibilium & inuisibilium esse conditorem. De quo in psalmis dicitur, Beatus, cuius Deus Iacob adiutor eius, spes eius in Domino Deo ipsius, qui fecit cœlum, & terram, mare & omnia, quæ in eis sunt. De quo etiam Apostolus dicit: quoniam ex ipso & per ipsum & in ipso sunt omnia ipsi gloria in secula seculorum. Hęc ibi. Item à &c. vt q. 65. ar. 1. & q. 92. art. 4. & q. 65. ar. 1. & q 65. ar. 3. Item à Confessione fidei B. Hieronymi ad Damasum Papam, quam & in Ecclesia catholica didicisse & semper tenuisse ac tenere dicit, Credimus in Deum patrem omnipotentem, cunctorū visibilium, & inuisibilium conditorem. Hæc ibi. Item à Damaso Papa, vt supra q 42. ar. 1. vel 4. vel 6. Item à sacris literis passim. Item à &c. vt q. 39. ar. 3. & q. 22. art. 1. & q. 11. ar. 3. Tertio vides: quomodo ex his vicissim Angelica hæc firmetur conclusio, atque declaretur.

Psal. 14. — Rom. 11.

cta secundum rationem, cum tamen non sint abstracta secundū esse. Vnicuiq; autem competit habere causam agentem secundum quod habet esse. Licèt igitur ea quę sunt mathematica, habeant causā agentem: nō tamen secundum habitudinem quam habent ad causam agentem, cadunt sub consideratione mathematici. Et ideo in scientiis mathematicis, non demōstratur aliquid per causam agētē.

Comm. Cardinalis Caietani.

IN tit. ly, omne ens non stat pro omni re alia à Deo, alioquin superflueret sequens artic. sed stat pro omni re, quæ propriè dicitur ens, vt sunt apud nos composita, & in superioribus, quæ subsistunt ly creatum non propriè sumitur: qm̄ in toto decursu huius articuli, nulla fit difficultas de causalitatis modo significato per creationem; sed significat ly creatum in proposito, causatum effectiuè. hoc n. intendit discutere. Vnde hic idem titulus in distinctione articulorum huius quæstionis proponitur in litera primo sic: vtrum Deus sit causa efficiens omnium entiū, ubi manifestè patet quod diximus: & hoc idē ēt ostendit litera in cōclusione rñsiua. Vsus est aūt author non casu, ly causa efficiēs, & ly creatum, sed ea rōne, vt ostēderet, q̄ gratia materiæ, hæc duo coincidunt, omne ens est creatum & oē ens est factum a Deo, &c.

¶ In corpore unica est conclusio responsiua quæsito affirmatiue. Necesse est oē quod quocunque modo est, a Deo esse, & p̄batur sic: oē inuentum in aliquo per participationē, causatur ab eo, cui inest per essentiam. Sed esse inuenitur in omnibus aliis a Deo per participationem & in Deo per essentiam: ergo omnia alia entia causata sunt ab ipso Deo. Maior manifestatur in ferro ignito & igne. Minor verò, quo ad Deum, p̄batur ex q. 3. in qua probatum est, quod Deus est ipsum esse subsistēs: quo ad alia verò à Deo sic: esse subsistens, non est nisi vnum: ergo omnia alia à Deo non sunt suū esse: ergo participant esse. Antecedens & p̄batum dicitur, q. 7. ar. 2. ad tertium, & clarius, ar. 2. eiusdem quæstionis, & manifestatur exēplo, sicut si albedo esset subsistēs &c. & additur ratio, quia multiplicatio est secundum recipientia. Et confirmatur tota ratio authoritatibus Platonis & Arist.

¶ Circa hanc rationē multa sunt aduertenda, & circa literam & circa rem. Circa literā quidem aduerte primò, q̄ cum in conclusione dr̄, Omne qđ quocunq; modo est, significat oīs modus entis constitutiuus cuiuscumq; generis, & non cōis, seu transcendens modus, quo ens distinguitur per actum & potentiam, ita q̄ sensus est. Omne quod est quid, quale, vel quantum, &c. & non est sensus, omne quod est actu, vel potentia: dico aūt hoc p̄p materiam primam, quæ sequenti reseruatur articulo, & p̄p ipsum actum essendi, de quo uerificari non potest q̄ non est suum esse, quod tñ in minore subsumitur de omni alio à Deo. Aduerte secundo, q̄ pro eodē reputat litera, q̄ omnia alia à Deo non sunt suum esse, & participant esse. Quo ad rem verò scito, q̄ ista rō in terminis communib. cōis est sapientibus fere omnibus: dissensio aūt est in expositione terminorum & probationibus. Ad euidentiam igitur maioris, scito q̄ illa communis est Platonicis & peripateticis, si illud p̄ essentiā inuenitur, & est propositio secundum se immediata, quo ad nos autem manifestatur: quia imperfecta a perfectis, & per aliud à per se naturaliter deriuantur. Vocatur autem res per essentiam, quando habet tres conditiones. Primò, q̄ est ipsa natura, puta bonitas uel albedo. Secundò, q̄ non est contracta quouis modo: quod dico propter animam intellectiuam & imaginarias positiones, si albedo ut quatuor separaretur & sic conseruaretur absque etiam quantitate. Tertiò, q̄ est in se ipsa naturaliter subsistens, quod dico p̄p modum significandi nominis abstracti, res. n. albedinis nomine significata, nō est albedo per essentiam, nisi secundum modum significandi. Res autem per participationem, constituitur ex contractione latitudinis alicuius rationis formalis, quouis modo contingat siue subiectiuè gradualiter, siue quouis alio modo.

¶ Circa minorem nota, quòd omnes concedunt solum Deum esse ens per essentiam, diuersimodè tamen exponunt. Scot. n. in 1. d. 2. q. 3. ad tertiū principale: & distinctione 8. ad secundū iuxta primam quæstionem exponit. Ideo Deum dicens per essentiā; quia esse eius est perfectissimum, & infinitum, & ideo, creaturam dici ens per participationē, quia esse eius est pars, i. minus respectu ipsius esse, quod natum est esse infinitum: & ideo reduci ad infinitum ut imperfectum ad perfectum. A Sancto Thoma aūt, Auicen. Boet. Alpharabio & Algazele exponitur: quia esse est ipsa quidditas Dei, in creaturis verò, esse est actualitas quidditatis contracta per illam. Et propterea in litera, ex subsistentia ipsius esse, manifestatur quod est per essentiam.

¶ Circa probationem vtriusq; partis minoris, aduerte diligenter, quòd subsistere solum, non facit rem subsistentem esse talē per essentiam, ut patet de substantijs separatis & etiam compositis materialibus. Sed subsistere actus receptibilis secundū suū ordinem, constituit talem actum per essentiam: & negatio subsistentia, constituit eundem per participationem. Vnde quia esse secundum suum ordinem est receptibile in alio, & similiter, sapientia, bonitas &c. & apud Plat. quidditates sensibiles receptibiles erant in materia. Ideo quodcunque horum si subsistat, est tale per essentiam, & si non subsistat, per participationem. Et propterea in litera datur exemplum de albedine quam constat esse formam receptibilem in alio. Et quoniam naturaliter subsistere includit irreceptibilitatem, & non subsistere receptionem in alio propterea ista litera a subsistentia ad recipi declinatur, dum dicitur, q̄ albedo non multiplicatur nisi secundum recipientia. Restant tamen hic duo dubia. Alterum superius prætactum, & infra discutiendum, s. an multiplicatio indiuiduorum eiusdem rationis, sit solum pęnes recipientia. Alterum, an uerum sit q̄ omnia alia a Deo non sunt suum esse, quod in commentariis de Ente & essentia c. 5. require: ibidem quoque multa pertinentia ad unitatem ipsius esse per essentiam ex eius irreceptione reperies: vnde & hic pertranseo.

¶ Circa ium huius rationis aduerte duo. Primò, quod licet nō concludat explicite: nisi ergo omne ens est à Deo, omittendo quod effectiue, pro constanti tamen relictum est, quod effectiue: quoniam cum naturalissimum sit unicuique agere sibi simile, & impossibile sit aliquid aliud perfectius suam similitudinem efficere quam id, quod est tale per essentiam, consequens est necessario, quod ipsum sit primum faciens talia per participationem, nisi forte inueniretur aliquid eminentius pra habens illud, quod in proposito non habet locum, cum nihil possit etiā cogitari eminentius ipso esse per essentiam. Secundò, quòd author tractans de creatione hic, subtilissima arte usus est, processit namque ex uere propriis. Creare enim, cum nihil aliud sit quàm facere quòd res sint, & non includat quod sint tales uel tales, idem est quęrere creatorem entium omnium, & causam effectiuam omnium, inquantum entia, ut etiam inferius clarius patebit. Non pōt aūt magis propria causa entium inquantū entia sunt, assignari, q̄ esse p̄ essentiā, ut sic, sicut uiuētiū (inquantū uiuētia) uita p̄ essentiā, & uerorū (inquantū uera) ueritas p̄ essētiā, iuxta authoritatē scđi Met. & p̄positionē 18. li. de causis, sub intellecta proprietate causæ effectiuæ, quę est facere sibi simile.

¶ In responsione ad primum esset dubium, an relatio creationis passiuę distinguatur realiter re creata: sed de hoc erit sermo. ar. 3. q. 45.

¶ In responsione ad secundum aduerte, quod responsio formalis consistit in negatione illius maioris, Quod non potest non esse, non indiget causa efficiente: seu non indiget causa dante sibi quod sit, & ratio assignatur in litera: quia est fallacia consequentis, à pluribus causis ueritatis &c. Indigere enim causa efficiente contingit ex duobus, uel ex eo quod potest esse & non esse, uel ex quòd non esset, si causa inquantum causa non esset, id est si ab alio non haberet illud esse, hunc enim sensum, causæ nomen

nomen insinuat. Et hanc interpretationem diligenter notabis: per eam enim soluitur dubitatio minus penetrantium hunc textum, & instantium, quod non ualet: hoc non esset, si illud non esset: ergo illud est causa huius, vt patet in correlatiuis, & etiam in homine & risibili: homo enim non esset, si risibile non esset, & tamen risibile non est causa hominis. Cessant enim hæc omnia, si perspectū fuerit, quòd litera de causa inquantum causa, & non de re, quæ est causa, absolute loquitur. Valet enim A. non esset, si causa illius non esset, i. si non causaretur: ergo A eget causa. Illi autem interpretabantur de re, quæ est causa materialiter.

¶ Circa eandem responsionem diligenter aduerte, quod author explicite concedit plura entia necessaria: quod etiam probat in 2. cōtra Gent. c. 30. Et scito, quod secundū rem nulla forte est dissensio Scoti ab authore; sed tantummodo in uocabulis: quoniam Scotus & alij sequaces eius, nomine necessarij simpliciter intelligunt id, quod nulla potentia potest non esse, & sic solum Deum dicunt necessariū simpliciter. S. Tho. autem Peripateticis sermonibus assuetus, iuxta intentiones 5. Metaph. necessarium simpliciter uocat id, quod non potest non esse per potentiā in se. Et propterea, concedit & probat multa entia necessaria simpliciter. Et reuera: quia iudicium de rebus debet dari & dici, s m propria ipsarum rerum, & non secundū extranea: rationabilior est nomina-tio authoris: quoniam multa entia sunt, quæ in se nullam habent potentiam ad non esse, & sic verum est simpliciter, quòd non possunt non esse: & consequenter quòd sunt entia necessaria; quamuis secundum potentiam logicam, & potentiam in alio, s. Deo, omnia alia à Deo possint non esse. Et hinc habes, quàm pueriliter (ne dicam ignoranter) præsumpserunt quidam dicere, quod verba S. Tho. in hac materia male sonant. Attendant naturis rerum, sermoni formali ac proprio, & intentionibus Metaphysicis: & deprehendent cæcitatem propriam.

¶ Circa eandem responsionem nota, quòd quidam authoritates allatas in litera ex 5. Metaph. tex. 6. & 8. Phys. tex. 15. dicunt non esse ad propositum: quia Arist. loquitur de cōplexis, & non de incomplexis. Sed rudis ualde interpretatio hæc est. Tum, quia 8. Physic. hoc dicit tractando de principio motus æterni contra Democritum: uolens quod rei æternæ, quærenda sit causa: & ad hoc manifestandū inducitur de triangulo habente tres angulos. Tum, quia 5. Metaph. postquam de complectis tractauit, subdit duplex esse necessarium, s. ex se & ab alio: & uult quod necessarium ex se, sit omnino simplex: & loquitur de Deo. Tum, quia causa complexorum in essendo est causa in rerum natura illius esse, quod sub affirmatione, vel negatione subiacet; quod constat esse incomplexum: omnis namque complexio in sola est anima.

Benus art. 2.

SVP. Q. XLIIII. ARTIC. II.

235 Sup. q. 14. ar. 11. cor. Et 1. dist. 36 q. 1. ar. ti. 1. Et veri. q. 3 artic. 5. cor. Et po. q. 3. art. 5. & q. 4. Et op. 3. ca. 69. 98. 129. 130. Et Ro. 11. lect. 5. Et Physic. 8. l. 2.

* Tex. 61. tom. 2.

CONCL. Oportet ponere, etiam materiā primā esse creatam ab uniuersali causa entium.

¶ PROB. Quia causam uniuersalem rerum, i causam rerum secundum quòd entia sunt, oportet esse causam illarum non solum secundum quòd sunt talia per formas accidentales, vel secundum quòd sunt hæc per formas substantiales; sed etiam secūdum omne illud, quod pertinet ad illarum esse quocumque modo: & materia prima ptinet aliquo modo ad esse aliquarum rerum.

1m ex Philos.o

Fit. R. Factione particulari: non emanatione uniuersali. §. Tunc nihil &c. Licet enim in primo modo factionis nō includatur materia prima; tamen in secundo modo includitur. Nam in factione particulari materia prima non fit, sed præsupponitur aliunde esse: in factione autem vniuersali, qua scilicet totum ens producitur, nec materia ipsa, nec aliquid aliud præsupponitur aliunde, sed fit.

* Lib. 12. confess. c. 7. in fine, tom. 1.

2m de maiori.

Diuiduntur contra se inuicem. R. Si tamen, vt passio sit effectus actionis. §. Tunc nihil &c. Ex data enim glossa patet: quòd primum principium passiuū, id est prima materia, est effectus primi principij actiui, id est Dei.

3m de maiori.

In actu. R. Vel sibi idē tico, vel sibi semper coniuncto. §. Tunc nihil &c. Licèt enim materia prima, vt sic, non sit aliquis actus essentialiter; est tamen semper coniuncta actui, id est formæ. Stat ergo, quòd omne creatum sit in actu: & potentia pura, licet non sit in actu, sit creata. Quia aliud est dicere, omne creatum est in actu; & aliud dicere, omne quod est in omni creato, est in actu. Verum est primum dictum: non autem secundum. Ideo dicamus: quod materia prima est creata, non tāquàm

* Lib. 2. de Generat. tex. 56. tomo 2.

ARTICVLVS II.

Vtrum materia prima sit creata à Deo.

AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur, quòd materia prima non sit creata à Deo. omne enim quod fit, componitur ex subiecto, & ex aliquo alio, vt dicitur in * 1. Physic. sed materiæ primæ non est aliquod subiectum. ergo materia prima non potest esse facta à Deo.

¶ 2 Præterea. Actio & passio diuiduntur contra se inuicem. Sed sicut primum principiū actiuum est Deus, ita primum principium passiuum est materia. ergo Deus & materia prima sunt duo principia contra se inuicem diuisa: quorum neutrum est ab alio.

¶ 3 Præterea. Omne agens agit sibi simile. & sic, cum omne agens agat inquantum est actu, sequitur, quòd omne factum aliquo modo sit in actu. Sed materia prima est tantum in potentia, inquātum huiusmodi. ergo contra rationem materiæ primæ est, quòd sit facta.

SED CONTRA est, quod dicit Augus. * 12. confes. Duo fecisti domine, vnum propè te, s. angelum: aliud propè nihil, scilicet materiā primam.

RESPON. Dicendum, quod antiqui Philosophi paulatim, & quasi pedetentim, intrauerunt in cognitionē veritatis. A principio enim quasi grossiores existētes, non existimabant esse entia nisi corpora sensibilia. Quorū qui ponebant in eis motū, non considerabant motum nisi secundū aliqua accidentia, vt puta secundum raritatem & densitatē, per congregationem & segregationem. Et supponētes ipsam substantiā corporum increatam, assignabāt aliquas causas huiusmodi accidentalium trāsmutationum, vt puta amicitiam, litem, intellectū, aut aliquid huiusmodi. Vlterius verò procedētes, distinxerunt per intellectū inter formam substantialem, & materiā, quam ponebant increatam: & perceperunt transmutationē fieri in corporibus, secundū formas essentiales. Quarū transmutationū quasdā causas vniuersaliores ponebant, vt obliquum circulū, secūdum Arist. * vel ideas, secundū Platonem. Sed considerandum est, quòd materia per formam contrahitur ad determinatam speciem, sicut substantia alicuius speciei per accidens ei aduenienes contrahitur ad determinatum modum essendi, vt homo contrahitur per album. Vtrique igitur considerauerunt ens particulari quadam consideratione: vel inquantum est hoc ens, vel inquantum est tale ens. & sic rebus causas agentes particulares assignauerunt. Et vlterius, aliqui erexerunt se ad considerandum ens inquantum est ens: & considerauerunt causam rerum, non solum secundum quòd sunt hæc uel talia, sed secundum quod sunt entia. Hoc igitur quod est causa rerū inquantum sunt entia, oportet esse causam rerum, non solum secundum quod sunt talia per formas accidentales, nec secundum quod sunt hæc per formas substantiales, sed etiam secundum omne illud quod pertinet ad esse illorum quocumque modo. Et sic oportet ponere etiam materiam primam creatam ab uniuersali causa entium.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod Philos. in 1. Physic. loquitur de fieri particulari, quod est de forma in formā, siue accidentalem, siue substantialem: nunc autem loquimur de rebus secundū emanationem earum ab uniuersali principio essendi. A qua quidem emanatione, nec materia excluditur, licèt à primo modo factionis excludatur.

AD SECVNDVM dicendū, quod passio est effectus actionis. Vnde & rationabile est, quod primum principium passiuum, sit effectus primi principii actiui. Nam omne imperfectum causatur a perfecto. Oportet enim primum principium esse perfectissimum, vt dicit Arist. in * 12. Metaph.

AD TERTIVM dicendum, quòd ratio illa non ostendit, quòd materia non sit creata, sed quòd non sit creata sine forma. licèt enim omne creatum sit in actu, non tamen est actus purus. Vnde oportet, quòd etiam illud quod se habet ex parte potentiæ, sit creatum, si totum, quod ad esse ipsius pertinet, creatum est.

* Lib. 12. Meta. tex. 52. tom. 3.

ARTI-

quàm per se solitariè creatum (sic enim esset essentialiter in actu); sed tanquàm coexistent in creato (sic pura potentia: Quoniam creatum materiale constat ex actu, id est forma, & pura potentia, id est materia).

APPENDIX.

Vtilitas pro Eccle. S. Dei.

EX articulo habes primò: quomodo per rationem destruas hęreses Seleucianorum, Albanensium, Hermianorum, Marcioni, Dauidis Dinātij, Manetis Manichæi, Hermogenianorum (Direct. Inquisit. 2. p. q. 6.) dicentium: Materiam elementorum, ex qua mundus est factus, à Deo factam non fuisse, sed esse Deo coæternam. Item materiam malam esse, & ab alio malo perfectā, & absolutam. Item materiam primam Deum esse. Item Materiā, vt Deum, ingenitam, tenebras & malam esse; & à Deo longè abesse; in australi plaga collocatam, seditionē aduersus fructus suos mouisse; & cum dæmonibus, igne, & aqua, in lucem impetum fecisse; Deumque ob id conterritum tantam vim non habuisse, qua in ipsam materiam vindicaret; Et diabolum nunc esse materiam, nunc materiæ principem. Item materiam non natam introducit Hermogenes; eam Deo non nato comparauit, ipsam esse matrem elementorum, & Deum asseruit. Secundo habes: quomodo per rationem demonstres, has omnes iure dānari ab Euangelio Ioan. 1. Omnia per ipsum facta sunt, & sine ipso factum est nihil. Cum ergo materia prima sit aliquid; facta est à Deo per filium. Nam sine ipso factum est nihil, id est omnia, quæ habent esse aliquo modo, & non sunt penitus nihil, facta sunt per ipsum. Item a Concilio Toletano primo authoritate Leonis Papæ confirmato, de regulis catholicæ fidei, cap. 21. Si quis dixerit vel crediderit ab altero Deo mundum factum fuisse, & non ab eo de quo scriptum est, In principio fecit Deus cęlum & terram: Anathema sit. Quis autem Deus ille sit, de quo scriptum &c. declarat Concilium idem in uno priori canone ibi, sic; Si quis dixerit, vel crediderit, alterum Deum esse priscæ legis, alterum Euangeliorum, anathema sit. Quid etiam intelligat per mundum, de quo loquitur, declarat Concilium in uno priore canone ibi, sic; Si quis dixerit, aut crediderit, à Deo omnipotente mundum hunc factū non fuisse, atque omnia eius instrumenta; anathema sit. Hæc ibi. Materia autem prima est aliquid pertinens ad mundum: & consequenter est instrumentum mundi. Nam Concilium instrumenta mundi vocat omnia, quæ pertinent ad integritatem mundi; quæcumque sint illa, siue uisibilia, siue inuisibilia. Horum canonum quidam, vt primus, de directo facit pro damnatione hæresum aliquarum articulo præcedenti positarum. Item à libro Decretorum 24. quæst. 3. Quidam. Ibi enim narrata hæresi Hermogenianorum cum pluribus alijs, subiungitur sic. Hæ sunt hæreses aduersus catholicam fidem exortæ, & ab Apostolis & à sanctis Patribus vel Concilijs prædamnatæ; quæ & si multis erroribus diuisæ inuicem sibi dissentiant, communi tamen nomine aduersus Ecclesiam Dei conspirant. Hæc ibi. Et quia multi errantium scripturis sacris falsè distortis errores suos, vt per hoc ueri credantur, communiunt; ideo ibi contra hos adiungitur sic. Sed & quicumque aliter scripturam sanctam intelligit, quàm sensus Spiritussancti flagitat à quo conscripta est, licet de Ecclesia non recesserit, tamen hæreticus appellari potest. Hæc ibi. Sensum verò suum, cui spiritussanctus reuelauerit, vide ad longum q. 32. artic. 4. Item rectè damnatas à &c. vt in art. præc. appen. & in locis etiam ibidem citatis. Tertiò uides, quomodo ex his omnibus vicissim firmetur hæc Angelica doctrina.

Vnus Deus legis, & Euang.

Comm. Cardinalis Caietani.

IN titulo, creatum non accipitur propriè, vt distinguitur contra concreatum, sed vt distinguitur contra increatum, s. in causatum effectiuè.

¶In corpore duo facit. Primò ponit tres ordines causarum efficientium, paulatim à Philosophis inuentos. Secundo ibi, hoc igitur: respondet quæsito.

¶Quo ad primū, quatuor dicit. Primò, primū ordinem causarum transmutationū accidentalium. Secundo, s̄m ordinem causarū transmutationum substantialium. Tertio ibi: sed considerandum est: conuenientiā inter hos ordines inter se, & cōsistit in hoc q̄ vtrobique Philosophi, causas agētes particulares rebus assignauerunt: quod probatur, quia utroque modo considerauerunt ens particulare particulariter, s. inquantum est tale ens: vel, inquantū est hoc ens: quod probatur, quia sicut subiectum per formam accidentalem contrahitur ad determinatum modum essendi, ita materia prima per formam substantialem ad determinatam speciem. Quarto, tertium ordinem ponit causarum, & in eo est causa entium inquantum sunt entia. & inuestigata, dicitur hæc causa ex consideratione entium, non solum secundum quòd sunt hæc vel illa, vt in prioribus, sed secundum quod sunt entia.

¶Circa hos causarū ordines aduerte primò, quomodo sumatur ens seu esse hoc in loco. Tres enim hic ponuntur rerum conditiones, s. esse accidentale, esse substantiale, & esse absolutè, quæ inter se non uniformiter distinguuntur. Nam inter esse substantiale & accidentale, manifesta est disparatio. Esse autem absolutè, non est tertia res, sed se habet ad illa, quasi sicut animal ad tale, & tale animal. Et propterea, quāuis semper cum fit aliqd esse siue substantiale, siue accidētale fiat esse, sicut cū fit homo, fit animal; & cum fit albū, fit coloratum. Non tamen semper esse fit per se, sed quandoque per accidens, & quandoque per se. Et cū quidem fit esse per accidens, ab omni causa fit, & extra præsens est propositum: cum autē fit per se, à sola causa entis, inquantum ens fit. Et hoc modo præsens litera de ipso esse seu ente loquitur: & hoc insinuat illa specificationis nota, inquantū entia. Et propterea in litera dicitur, quòd considerantes causas transmutationum tā substantialium quàm accidentalium: considerauerunt res sub quadam particulari consideratione, i. secundum quandam rationem vniuersalissimam, id est considerauerunt inquantum sunt hæc, puta homo, bos, animal &c. vel talia; puta graue, rarum, album, dulce &c. & non inquantum sunt.

¶Circa conuenientiā inter primos ordines, & differentiā eorū à tertio, dubiū occurrit, quantum valeat ratio reddita in litera: dū dr̄, q̄ quia materia contrahitur per formam sicut substantia, &c. ideo utrobique cōsiderat̄æ sunt rationes, & causæ particulares: & propterea restat considerandū ens s̄m quod ens, & causa prima ac vniuersalissima. Hæc satis ambigua sunt, & propter authoritatē & propter rationem. Propter authoritatē quidem: quia ut patet 12 Meta. tex. 28. causæ entis inquantū ens, sunt causæ facientes substantiā ex pura potentia. Et 5. Phys. tex. 9. dicitur, q̄ in generatione substantiali fit ens simpliciter ex nō ente simpliciter: ergo fit ens secundū quod ens: & idem multies hr̄ in philosophia Arist. Propter rationem autem, quia fieri ens inquantum ens, & inquantum ens actu, idem est, quoniā potentia est conditio diminuens, vt dr̄ 4. Met. cō. 15. sed ens in actu fit per se ex ente in potētia pura: ergo per transmutationē substantialem fit ens inquantū ens. Et sic differētia assignata in litera, nulla est, & ratio eius ruit: quia materia etsi contrahatur, non tamen contrahitur quasi secūdum se sit, sed quia ex contractione accipit esse in actu simpliciter: quoniam secundum se, neque quid, nec quale, neque aliquid est aliorum generum, vt dicitur 7. Metaphys. tex. 8.

¶Circa ipsum tertium ordinem, dubium occurrit, quia falsum supponit, quòd ens inquantū ens, habeat causam effectiuam: Si. n. ens inquantū ens, haberet causam effectiuam, omne ens haberet causam effectiuam s̄m quòd est ens: & sic Deus ut ens, esset causatus &c. & ualet sequela: etiam si ly inquantum teneatur specificatiue, vt patet cū dicitur: ens inquantum ens, est subiectū metaphysicæ: ergo omne ens, s̄m quod ens, est subiectū metaphysicæ.

¶Antequā ad hoc respondeatur, secūda pars corporis articuli tractanda est, vt simul omnia pateant; quoniā connexa sunt. Respondet igitur author quæsito affirmatiuè, s. Oportet materiam primam esse creatam ab uniuersali entium causa, quæ Deus est. Probatur: causa entiū inquantum entia est causa entium secundum omne illud, quod pertinet ad esse ipsorū quocumque modo: ergo oportet materiā primam esse ab uniuersali entiū causa. Consequentia patet, & antecedens infertur in litera, ex præmissa differentia inter causam entiū inquantum entia & causas transmutationum, s. quòd istæ sunt causæ entium inquantum hæc, vel talia, illa inquantum sunt entia.

¶Circa antecedens huius rationis dubium occurrit: quantum valeat. A est causa entium inquantum entia: ergo est causa omnis eius, quod pertinet ad esse eorū. Cum non ualeat. A est causa hominis inquantum homo: ergo est causa omnis eius, quod pertinet ad esse hominis: & similiter de causa bouis, & cæterorum. Et q̄ non ualeat, patet, si fingamus ideas Platonicas esse per se causas sensibilium: constat enim quòd idea hominis esset causa hominū, vt sic: & tamen non causaret materiam, quæ tamen est pars hominis: & idem iudicium de quocumque transmutante est.

¶Ad euidentiam harū difficultatum, prælibandū est, quando ens fit per se. Iuxta doctrinam igitur 1. Phys. tex. 76. dupliciter in cōi loquendo contingit fieri aliquid, s. per se & per accidens. Et vt ibi dicitur, Illud fit per se, cuius ratio immediatè ante hoc non fuit. Illud verò fit per accidens, cuius ratio antequā fieret, erat. Exemplum primi, quando coloratum fit ex non colorato, exemplum secundi, quando ex nigro fit coloratum, quia fit album. In nigro. n. præerat coloratū: & ratio huius differentiæ, assignat̄ ibidem optima, s. quia nullū agens per se intēdit facere id quod est, sed quod non est, vt fit. Et sumitur ly ex, in proposito, non vt denotat habitudinē subiecti, sed ordinem durationis ad terminum, à quo, ita q̄ significat idem quod post, vt patet ibidem. Ens igitur dupl̄r cōtingit fieri, s. per accidens & per se. Per accidens quidem fit, qn̄ factio inuenit ens, seu qn̄ fit ex ente, sicut quādo coloratū fit ex nigro, per se autē, quando fit ex non ente, sicut cū coloratum fit ex non colorato propter candē causam. Et quoniā omne transmutans, aliquod ens in actu inuenit, ex quo facit aliud ens in actu,

acta, ideò nullum trasmutans facit per se ens, sed per accidens tantum. Ex quo. n. inuenit ens, licet non illud quod intēdit generare, non ideo agit per se ut faciat ens: sed accidit ut intendendo facere tale ens, faciat etiam ens: vnde si non intenderet facere nisi ens, non ageret: quia iam ante actionem suam est. Si itaque Peripatetica hæc doctrina, & optime fundata super cōtinua experientia, & ratione uera est, oportet dicere, quòd sicut ad hoc ꝙ coloratum fiat per se, oportet quòd non præfuerit coloratum, ita ad hoc, quòd ens fiat per se, oportet quòd non præfuerit ens: hoc autem est nihil præesse, & totum fieri non ex aliquo. Et sic oportet quòd si ens fit per se, quòd fiat post nihil ipsius entis. Et ex his patet ratio dictorum in litera. ex eo namque quòd transmutans omne inuentū subiectū determinat, manifeste patet sequi, quod non facit per se ens, sed determinat ad hoc uel illud. Materia. n. prima etsi secundum se non sit quid, vel quale, est tamen tali pacto ens, quod vnumquodque ex se producibile, seipsa ponit extra nihil. Est enim aliquid omnium. Et propterea, meritò impedit causationē entis in eo quod ens, & ab agente per se ens, oportet produci effectum totum syncathegorematice, vt in litera dr̄.

¶ Ad primum ergo dubium dicitur, quod de causis intrinsecis loquendo, eædem, quamuis non eodem modo, sunt causæ entiū in eo quod entia: & transmutabilium ut sic, s. materia & forma, vt patet in 1. Physic. & 7. Metaphys. Transmutabilia enim entia inquantum entia, ex materia & forma constant, separata autem à materia, ex sola forma. De principijs quoque extrinsecis loquendo, principia transmutabilium & entium ut sic, materialiter coincidunt, quoniam Deus gloriosus est & primus motor, & supremus finis, & primum essendi principium: & propterea indistincte quandoque inuenitur de causis entium, in eo quod entia, & causis transmutationum. Oportet tamen diligenter lectorem discernere, quando formaliter, & quando materialiter termo verificatur. Nos. n. hic, quia formaliter loquimur, ideo causas entium in eo ꝙ entia a causis transmutationis separamus. Id uerò, quod additur ex 5. Phys. & similibus, non obstat: quoniā aliud est fieri ens simpliciter, & aliud est fieri ens ſm quod ens: illud. n. importat fieri ens ex pura potentia vt subiecto, hoc autē fieri ens post non ens simpliciter. Ad rationem autē, concesso quòd idē sit fieri per se ens & ens in actu, negandum est, quod ens in actu fit per se, quando fit ex pura potentia: nunquam. n. per se fit, nisi quādo fit post nō ens in actu: hoc autem nunquā potest per transmutationem contingere, vt patet ex dictis. Et caue ne fallaris nesciens discernere inter has propositiones, ens in actu fit ex ente in potentia per se, & ens in actu fit per se. In prima enim notatur habitudo termini ad subiectum, & est uera: quia si ens in actu habet subiectum, eius subiectum per se est ens in potentia: & in hoc sensu ponitur in 12. Metaph. tex. 8. In secunda autem, notatur habitudo termini ad suum fieri absolutè: & propterea nunquam uerificatur, quando ratio termini præerat.

¶ Ad secundū dubium dr̄, ꝙ a specificatiua ad vr̄em: nec valet consequentia simpl'r, nec cū nota specificationis, formal'r loquendo. Non. n. valet: Socrates est crispus ſm ꝙ capillatus, ergo omnis capillatus vt sic, est Crispus &c. vnde, cū in illa, Ens inquantum ens habet causas, teneatur ly inquantum, specificatiue: qm̄ sensus est, ꝙ ens habet causas non solum secundū speciales rationes essendi, puta humanū, equinum, &c. sed etiam secundū ipsam entis rationem, quāuis non in quolibet, quia non in Deo. non solum. n. Socrates depēdet, quia est homo, vel animal: sed etiā quia est &c. De instantia uero allata, nihil nocet: quia tenet gratia materiæ.

¶ Ad tertiū verò dubiū dicitur, ꝙ formaliter loquendo, in omni materia valet. A est causa effectiua per se B. inquantū B. ergo est causa omnis eius, qđ pertinet ad esse B, vt sic, alioquin nō esset sufficiens, & per se propria causa B. & sic propria causa hominis inquantū homo, est causa omnis eius, qđ pertinet ad hominis esse, vt sic, & similiter causa entis inquantū ens, est causa oīs eius, quod pertinet ad ens, vt sic: & in hoc non est differentia. Sed disparitas est in vlteriori consequentia gratia materiæ. Cum enim inter ens, & reliqua specialia, puta hominē animal, &c. tantū distet, ꝙ in alijs, aliud est materia absolutè, & aliud materia vt est eius, qm̄ materia absolute est ingn̄abilis & incorruptibilis, vt autē est propria hominis, est ab agente hominem. In ente verò, idē est materia, & materia ut entis: quoniam materia absolute, nō nisi entis esse potest; ideo in terminis specialib. nō valet sequela: A est causa per se hominis, ergo est causa omnis eius, quod pertinet ad hominē: sed oportet addere, vt sic, & postmodum non valet vlterior sequela, ergo est causa omnis eius, quod pertinet ad esse hominis: &, ergo est causa materiæ quæ est pars hominis: sed in termino vniuersalissimo, s. Ens, valet primo, A est causa entis, vt ens; ergo est causa omnis eius, quod pertinet ad ens, vt sic: & valet vlterius: ergo est causa omnis eius, quod pertinet ad ens; & ergo est causa materiæ, quæ est pars entis, vt in litera infertur.

ARTICVLVS III.

236
Pot. q. 7. ar. 1. ad 3. Et 1. co. in princ.

Vtrum causa exemplaris sit aliquid præter Deum.

AD TERTIVM sic proceditur. Videtur, quòd causa exemplaris sit aliquid præter Deum. Exemplatum enim habet similitudinem exemplaris: sed creaturæ longè sunt à diuina similitudine. Non ergo Deus est causa exemplaris earum.

¶ 2 Præt. Omne quod est per participationē, reducitur ad aliquid per se existens, vt ignitum ad ignem, sicut iam dictum * est. Sed quæcumque sunt in sensibilibus rebus, sunt solùm per participationem alicuius speciei. Quod ex hoc patet, quòd in nullo sensibilium inuenitur solum id, quod ad rationem speciei pertinet, sed adiunguntur principijs speciei principia indiuiduantia. Oportet ergo ponere ipsas species per se existentes, vt per se hominem, & per se equum, & huiusmodi. Et hæc dicuntur exemplaria. Sunt igitur exemplaria res quædam extra Deum.

* Art. 1. huius quæst.

¶ 3 Præt. Scientiæ & diffinitiones sunt de ipsis speciebus, non secundum quòd sunt in particularibus, quia particularium non est scientia, nec diffinitio. ergo sunt quædam entia, quæ sunt entia vel species non in singularibus, & hæc dicuntur exemplaria. ergo idem quod prius.

¶ 4 Præte. Hoc idem videtur per Dionysium, * qui dicit 5. cap. de diuin. nom. Quòd ipsum secundum se esse, prius est eo quod est per se uitam esse, & eo quod est per se sapientiam esse.

* cap. 5. nō remotè à princ.

SED CONTRA est, quod exemplar est idē quod idea. Sed ideæ (secundum quod Aug. * lib. 83. q. dicit) sunt formę principales, quæ diuina intelligentia continentur. ergo exemplaria rerum non sunt extra Deum.

* Lib. 83. qō. q 46. ante med. tom. 4.

RESPON. Dicendum, ꝙ Deus est prima causa exemplaris omnium rerum. Ad cuius euidentiam considerandum est, ꝙ ad productionē alicuius rei ideo necessarium est exemplar, vt effectus determinatam formam consequatur. Artifex enim producit determinatam formam in materia, propter exemplar, ad quod inspicit, siue illud sit exemplar ad quod extra intuetur, siue sit exēplar interius mente conceptum. Manifestum est autem, quòd ea quæ naturaliter fiunt, determinatas formas consequuntur. Hæc autem formarum determinatio, oportet quòd reducatur sicut in primū principium, in diuinam sapientiam, quæ ordinem vniuersi excogitauit, qui in rerū distinctione consistit. Et ideo oportet dicere, quòd in diuina sapiētia sunt rationes omniū rerum: quas suprà * diximus ideas, i. formas exemplares in mēte diuina existētes. Quæ quidem, licèt multiplicentur secundū respectū ad res, tamen nō sunt realiter aliud à diuina essentia, prout eius similitudo à diuersis participari potest diuersimodè. Sic igit̄ ipse Deus est primū exemplar omniū. Possunt etiā in rebus creatis quædam aliorum exemplaria dici, secundum quòd quędam sunt ad similitudinem aliorū, vel secundum candē speciem, vel secundum analogiam alicuius imitationis.

AD PRIMVM ergo dicēdum, quòd licèt creaturæ nō pertingant ad hoc, quòd sint similes Deo secū-

Scot. 1. s. d. 3. q. 4.
Bannes ar. 3.

SVPER Q. XLIIII. ART. III.

CONCL. 1. Deus est prima causa exemplaris omnium rerum.

¶ PROB. Quia causa exemplaris dicitur id, ad qđ respicit artifex, vt producat determinatum effectum (id est effectum ad similitudinē illius): & Deus ad se (id est suam excogitationem de omnibus rebus factam) inspexit, quando vniuersa secundum determinatas formas fecit (vt s. secundū quòd excogitauerat de singulis, & omnibus, sic ipsa produceret).

* q. 15. artic. 1.

¶ CONCL. 2. Possunt autem aliqua creata aliorū secundaria exemplaria dici.

¶ PROB. Quia quædam sunt ad similitudinem aliorum, secundum aliquam analogiā saltem.

1m de maiori.

Similitudinem. R. Secundum repræsentationem aliquam: nō semper, secūdum speciem. §. Tunc nihil &c. Licet enim

enim creata non sint Deo similia, secundum eius naturã in specie; sunt tamen ei similia, secundum repræsentationem rationis intellectæ à Deo; vt dicitur in litera.

2m de maiori. Per se existens. R. Vel in eadem specie: vel in specie superexcedenti. §. Tunc nihil &c. Non enim reducuntur ad per se subsistens, in eadem specie: sed, in specie superexcedenti; vt patet in textu.

3m de antecedente. Speciebus. R. Considératis in esse intelligibili: non, in esse ad extrà reali. §. Tunc nihil &c. Negatur. n. consequentia. Nam res non habet eundem modũ necessariò in essendo, quẽ habet in intelligendo: secundum quem tamen exemplaria ponuntur. Licet ergo q̃libet scientia & diffinitio sit solũ entiũ, non tamen &c. §. & vt in litera.

dùm suam naturam similitudine speciei, vt homo genitus homini generanti: attingunt tamẽ ad eius similitudinem secundum repræsentationẽ rationis intellectæ à Deo, vt domus quæ est in materia, domui quæ est in mente artificis.

AD SECVNDVM dicendum, q̃ de ratione hominis est, quòd sit in materia. Et sic non potest inueniri homo sine materia. Licèt igitur hic homo sit per participationem speciei, non tamen potest reduci ad aliquid existens per se in eadem specie, sed ad speciem superexcedentem, sicut sunt substantiæ separatæ. Et eadem ratio est de aliis sensibilibus.

4m ex Dionysio. Per se vitam, per se sapientiam esse. R. Quid per ly vitam esse, sapientiã esse, ibi intelligatur; Dionysius idem monstrat. §. Et consequenter, nihil est &c.

His enim, & similibus locis clamat scriptura; quòd nihil præter Deum est exemplaris causa omnium rerum. Nam causa exemplaris est instructio quædam agentis (vt patet) & ostendit ei qualiter agere debeat, ac per hoc est consiliaria eius & doctrix, ac eruditrix: cognoscitque sensum agentis, inquantum ipsa dat illi modum formandi intentum suum; & ipsa consequenter prior dat agenti, vt agens retribuat ei; inquantũ priùs dat exemplar faciendi operis agendi, vt postea agens tanquàm gratitudinem ei retribuẽs faciat secundum monstratum exẽplar. Cùm ergo scripturæ ista, quę causæ exemplari conueniunt, negẽt de quocumque respectu Dei; patet, quòd per hoc causam exemplarẽ omnium rerum nullum alium à Deo volunt. Item Apostolus hanc suam intentionem esse in verbis illis Roman. 11. dictis, loqui scilicet de causa exemplari, monstrauit ex eo; quòd quasi rationem à se dictorum reddens mox intulit sic, Quoniam ex ipso, per ipsum, & in ipso sunt omnia. Hoc est. Quoniam ipse Deus est omnium causa efficiens, ex qua; exemplaris, per quam; finalis, in qua. Secundò habes, quomodo per rationem ostendas, contrarium conclusionis merito pro errore ab Augustino reputari, in lib. 83. Quæstionum, quæstione 46. dicente sic. Singula sunt creata proprijs rationibus, i. proprijs exemplaribus; quas rationes vbi arbitrandum est esse, nisi in mente creatoris? Ad nihil enim extra se positum intuebatur Deus; vt constitueret, quod constituebat: & oppositum opinari, sacrilegium est. Hæc ibi. Inspice quæst. 15. pręcipue artic. 3. Nam in illa quæstione agitur de ideis: & idea est forma, vel exemplar. Articulus etiam octauus quæstionis tertiæ, præsertim in ad primum & secundum aliquid subministrabit. Tertiò vides, quomodo ex his omnibus vicissim firmetur principalis D. Thomæ conclusio, ad cuius determinationem tota inquisitio hæc ordinabatur.

AD TERTIVM dicendum, q̃ licèt quælibet scientia, & diffinitio sit solùm entium, non tñ oportet q̃ res eundem modũ habeant in essendo, quẽ intellectus habet in intelligendo. Nos. n. per virtutẽ intellectus agentis abstrahimus species vniuersales à particularibus conditionibus: non tamen oportet q̃ vniuersalia præter particularia sub sistant vt particulariũ exemplaria.

AD QVARTVM dicendum, q̃ sicut dicit Dionys. * 11. c. de diui. nom. Per se vitã, & per se sapientiã quãdoque nominat ipsum Deum, quandoque virtutes ipsis rebus datas: non autem quasdam subsistentes res, sicut antiqui posuerunt.

ARTI-

* c. 11. inter med. & finem.

APPENDIX.

Vtilitas pro Eccle. S. Dei.

EX articulo habes primò: quomodo per rationem ostendas; rectè Deum solum fuisse positum causam omnium exemplarem à scripturis, Isaiæ 40. Quis adiuuit spiritum Domini, aut quis consiliarius eius fuit, & ostendit illi? Cum quo iniit consilium, & instruxit eum, & docuit eum semitam iustitiæ, & erudiuit eum scientia, & viam prudentiæ ostendit illi? Item Roman. 11. Quis cognouit sensum Domini; aut quis consiliarius eius fuit? Aut quis prior dedit illi, & retribuetur ei? Quoniam ex ipso, per ipsum, & in ipso sunt omnia. Item 1. Corinth 2. Quis cognouit sensum Domini, aut quis instruxit eum? His

2

3

Comm. Cardinalis Caietani.

IN titulo, causa exemplaris, non est quintum genus causæ: sed coordinatur in 5. Metaph. inter causas formales: est enim causa formalis rei, separata tamen. Nec vocatur exemplar ars factiua rei, sed id ad cuius imitationem ars facit effectum: siue illud sit res extra animam, siue intus, siue sit idem quod ipsa ars, siue non: formaliter enim loquimur. Præter Deum autem dicitur directè contra positionem Plat. attributam, de exemplaribus sensibilium &c.

¶ In corpore est una conclusio resp̃õsiua quæsito. Deus est primum exemplar omnium rerum: hæc conclusio primo probatur, secundo ibi, possunt etiam in rebus creatis: manifestatur illa particula, primum. Probatur. Determinatio formæ effectus, est à causa exemplari, & res naturales determinatas formas cõsequuntur: ergo determinatio formarum naturalium reducitur, sicut in primum principium in diuinam sapientiam, quæ ordinem vniuersi excogitauit: ergo in diuina sapientia sunt exemplares formę omnium rerum, ergo ipse Deus est primum exemplar omnium rerum. Antecedens pro prima parte declaratur in artificialibus, de exemplari, tam intus quàm extra. Quo ad secundam verò partẽ manifestum est. consequentia verò probatur, quia ordo vniuersi in rerum distinctione consistit. Consequentia autem tertia probatur, excludendo simul obiectionem quandam. Probatio est, quia illæ exemplares rationes, non sunt aliud realiter à diuina substantia. Obiectio verò est, quia huiusmodi formæ sunt multæ, substantia verò Dei, vna. Exclusio autem obiectionis est, q̃ multitudo ista non multiplicat diuinam rem, sed respectum ad creatas seu creabiles res, vt in 15. q. patuit. Deinde declaratur, cur dixerit in conclusione ly primum, dicens, quia possunt dari secundaria exemplaria, perfectiora siquidem entia exemplaria dici possunt inferiorum, vt Philosophi dicunt.

¶ Circa necessitatem exemplaris causæ scito, quòd determinationem formæ effectus, esse proprium effectum causæ exẽplaris, vt in litera dicitur, inductiua experientia manifestat. Videmus enim artifices, formas artificialibus determinare, secundum quòd proponunt, petentes huiusmodi artificialia. ipsum autem proponere, quod tale sic tantum &c. volo: est exemplar dare: ex quo certa datur forma effectus. Verum tamen est, q̃ huiusmodi operationem non exemplar per seipsum, sed per agens: diuersimode tamen, quia per agens à proposito immediatè: per agens vero naturale, mediatè: mediante s. datore naturæ. Et sic pro quanto opus naturæ est opus intelligentiæ: exemplaris causa ad determinandum omnibus effectibus formas necessaria est. Et exemplaris causa sufficientiam agentis, siue naturalis, siue à proposito, non tollit. Nec ipsa superfluit, sed in suo ordine idem facit, quod agens alio causandi genere facit.

¶ Circa radicem conclusionis rursus aduerte, q̃ quia authoc supra determinatione formarum naturalium, quam manifestè videmus, fundat processum suum ad ponendum Deum esse causam exemplarem: & Arist. confutat Plat. credentem exemplaria esse præter particularia agentia, vt res certas formas sortiantur: ne errare hic contingat: dupliciter potest ex determinatione formarum inferri, quòd sunt exemplaria. Vno modo sic, quòd ex determinatis formis, concludamus determinata exemplaria tanquàm proximas rerum causas. Et sic falsum est: quoniam periret principalis actio agentis quæ sunt apud nos, Bos enim non generaret bouem. Alio modo sic, vt ex determinatis formis, inquantum ex eis consurgit ordo vniuersi, concludamus earum exemplaria in prima causa; quæ ordinem excogitauit vniuersi, tanquàm partes ideæ ipsius ordinis. Et hoc est rationabile, eo quòd exemplar alicuius totius perfectè non habetur, nisi propria partium exemplaria habeantur, & sic manifestè hic proceditur: vnde non aufertur causalitas proximarum causarum, sed cum opus naturæ sit opus intelligentiæ, primæ rationes naturalium operum assignantur. Et sic habes vim primæ consequentiæ.

¶ In resp̃õsione ad secundũ, habes glossam illius propositionis: Omne tale per participationem, reducitur ad tale per essentiam; glossatur enim vel ad aliquid eminentius continens illud.

SVPER

Ferr. 4. cont. c. 17. 18. Alens. p. 1. q. 4. art. 1. Aegid. 1. sent. d. 1. q. 1. ar. 4. Bannes art. 4.

SVPER QVAEST. XLIIII. ART. IIII.

CONCL. Diuina bonitas est finis rerum omnium.

¶PROB. Quia diuina bonitas intendit solùm cõmunicare semetipsam; & vnaquæq; creatura intendit consequi suam perfectionem, quæ est similitudo diuinæ bonitatis.

237 Inf. q. 65. art. 2. & q. 103. art. 2. dist. 1. q. 2. art. 2. cor. Et 3. cõtra c. 17. & 18.

1^m de maiori. Finem. ℞. Sibi acquirendum: non, à se communicandum. §. Tunc nihil &c. Licet enim Deus nó agat propter finem acquirendum, i. propter suam vtilitatem: agit tamẽ propter finem communicandũ, id est propter suam bonitatem.

¶COROLL. Ergo quantò magis, vel minus aliquis in agendo intendit aliquo modo suam vtilitatem; tantò magis, vel minus, dicendus non est verè liberalis: Quantò magis autem vel minus, agendo non intendit suam vtilitatem, sed solum suã communicare bonitatem; tantò magis, vel minus, est liberalis. Ergo intentio suæ utilitatis in communicãte bona diminuit liberalitatem; non intentio suæ vtilitatis auget communicantis liberalitatem.

2^m de maiori. Finis. ℞. Ab agente acquirendus: non, ab agente communicãdus. §. Tunc nihil &c. Sicut enim finis communicandus generato est forma generantis coincidens in idem numero cum generante, licet finis acquirendus per generationem sit similitudo formæ generantis, id est forma generati: ita finis communicandus creaturæ est bonitas Dei agentis existens idem numeraliter cum Deo, licet finis acquirendus à creatura per Dei actionem sit similitudo diuinę bonitatis, idest perfectio creaturæ. De fine autem communicando conclusio loquitur. Vide ad primum.

3^m de maiori. Finem. ℞. Vel vt in se est; vel ut in sui similitudine. §. Tunc nihil &cęt. Licet enim non omnia appetunt Deum vt in se; quia nec omnia sic eum cognoscunt: appetunt tamen omnia Deum, vt in sui similitudine, inquantum appetunt aliquod bonum quodcunque sit illud.

4^m de conclusione. Sequitur quòd in eo sit. ℞. Secundum rationẽ nostram: non, secundum rem. §. Tunc nihil &c. Licet enim ex eo, quod Deus est efficiens exemplaris, & finalis causa omnium; sequatur, multa esse in ipso secundum rationem priùs & posteriùs à nobis intellecta (vt arguitur): non tamen ex eo sequitur, quòd in Deo sint multa secundum rem; & multò minus, quòd in Deo sit secundum rem, aliquod prius, vel aliquod posterius. Immo (secundũ rem loquendo) omnia, etiam infinita, etiam diuersissima, in Deo sunt vnus simplicissimus Deus.

ARTICVLVS IIII.

Vtrum Deus sit causa finalis omnium.

AD QVARTVM sic procedit. Videtur quòd Deus non sit causa finalis omnium. Agere enim propter finem videtur esse alicuius indigentis fine. sed Deus nullo est indigens. ergo non competit sibi agere propter finem.

¶2 Præt. Finis generationis & forma generati, & agens, non incidũt in idem numero (vt dicitur in 2. * Physic.) Quia finis generationis est forma generati: sed Deus est primum agens omnium. non ergo est causa finalis omnium.

* Tex. 70. com. 2.

¶3 Præt. Finẽ omnia appetunt: sed Deum non omnia appetunt: quia neque omnia ipsum cognoscunt. Deus ergo non est omnium finis.

¶4 Præterea. Finalis causa est prima causarum. Si igitur Deus sit causa agens & causa finalis, sequitur quòd in eo sit prius & posterius; quod est impossibile.

SED CONTRA est, quod dicitur Prouerb. 6. Vniuersa propter semetipsum operatus est dominus.

RESPON. Dicendũ, quòd omne agẽs agit propter finem. Alioquin ex actione agẽtis non magis sequeretur hoc quàm illud, nisi à casu. Est autem idem finis agentis & patientis inquantum huiusmodi, sed aliter & aliter. Vnum. n. & idẽ est, quod agens intendit imprimere, & quod patiens intẽdit recipere. Sunt autem quædam, quæ simul agunt & patiuntur, quæ sunt agentia imperfecta: & his conuenit, quod etiam in agendo intẽdant aliquid acquirere. Sed primo agẽti, qui est agens tantũ, non conuenit agere propter acquisitionẽ alicuius finis, sed intendit solùm communicare suam perfectionẽ, quæ est eius bonitas. Et vnaquæque creatura intendit consequi suam perfectionem, quæ est similitudo perfectionis & bonitatis diuinæ. Sic ergo diuina bonitas est finis rerum omnium.

AD PRIMVM ergo dicẽdum, quod agere propter indigentiam, non est nisi agentis imperfecti: quod natum est agere & pati: sed hoc Deo non competit. Et ideo ipse solus est maximè liberalis: quia non agit propter suam vtilitatem, sed solum propter suam bonitatem.

AD SECVNDVM dicendum, quod forma generati non est finis generationis, nisi inquantum est similitudo formę gñantis, quæ suam similitudinem communicare intendit. Alioquin, forma generati esset nobilior generante, cum finis sit nobilior his quæ sunt ad finem.

AD TERTIVM dicendum, quod omnia appetunt Deum, vt finem, appetendo quodcũque bonum, siue appetitu intelligibili, siue sensibili, siue naturali, qui est sine cognitione. Quia nihil habet rationem boni & appetibilis, nisi secundum quod participat Dei similitudinem.

AD QVARTVM dicẽdum, quod cũ Deus sit causa efficiens, exemplaris & finalis omnium rerum, & materia prima sit ab ipso: sequitur, quod principiũ omnium rerũ sit vnũ secundum rem. Nihil tamen prohibet in eo considerari multa secundũ rationem, quorum quædã prius cadunt in intellectu nostro, quàm alia.

QVÆ-

APPENDIX.

EX art. habes primò, quomodo per rationem ostendas, meritò dictum Prouer. 6. vniuersa propter semetipsum operatus est Dominus. Hoc est. Dominus vniuersorũ est finis.

Vtilitas pro Eccle. S. Dei.

2 Secũdò habes: quomodo per rationem, in bono sensu scripturã hãc, & similes, intelligas; sicq; eas intellectas bene defendas.

3 Tertiò habes: quomodo per rationem sensum erroneum Almarici scripturis huiusmodi, seu conclusioni huic (.s. Deus est finis omnium), datum reiicias. Dicit siquidem Almaricus, vt refert Card in. Turrecremata de Ecclesia lib. 4. c. 35. sic; Deus ideò dicitur finis omniũ, quia omnia reuersura sunt in ipsum, vt in Deo immutabiliter quiescant; & vt vnũ indiuiduum, atque incommutabile in eo permanebunt.

4 Quartò habes, quomodo per rationem demonstres, hunc Almarici errorem in fide meritò fuisse damnatum ab Innocentio III. Papa in Concilio generali, extrà de sum. Trin. & fide cath. Dãmnamus. & sic; Reprobamus autem & condemnamus peruersissimũ dogma impij Almarici; cuius mentem sic pater mendacij excęcauit, vt eius doctrina non tàm hæretica, quàm insana sit censenda. Hæc ibi: vbi per ly dogma intelligit summus Pontifex totam doctrinam Almarici; vt suprà q. 3. artic. 8. & q. 18. art. 4. annotatum est.

Tota doctrina Almarici reprobata.

5 Quintò uides: quomodo ex his omnibus vicissim Angelica doctrina hæc declaretur, atque confirmetur.

Comm. Cardinalis Caietani.

IN titulo ly omnium, distribuit pro omnibus rebus alijs à Deo: quoniam tractatus iste de causalitate Dei ad extra est.

¶In corpore unica est conclusio, diuina bonitas est finis rerum omnium. Probatur sic: primum agens intendit solum cõmunicare suam bonitatẽ, & vnaquæque creatura intendit consequi illius similitudinem: ergo diuina bonitas est finis omnium rerum. Antecedens quo ad primã partem declaratur, ex differentia inter primũ agens & reliqua agentia imperfecta, .s. quod illa etiã agendo intendunt aliquid acquirere, quia simul agunt & patiũtur, hoc verò non propter acquisitionem, sed propter cõmunicationem tantum finis, agit. Quo ad secundã uerò partem, probatur: quia idem est finis agentis & patientis, vt sic, quãuis diuersimodè. Consequentia verò probatur quo ad primũ agens ex duabus propositionibus. prima est, quòd omne agens agit propter finem, quod probatur, quia alioquin ex actione agentis non magis sequeretur hoc quàm illud, nisi casu: secunda est, idem est finis agentis & patiẽtis. Quo ad creaturas verò, ex antedicta propositione, s. idem est finis agentis & patientis.

¶Circa prædicta, pro quanto ponunt quod omnium rerũ, comprehendendo etiã primum agentem: diuina bonitas est finis, aduerte quod Deus potest dupliciter sumi; Primo modo absolutè, & sic eius nullus

nullus est finis. Alio modo, vt primum agens: & tunc dupliciter. Vno modo quantum ad rem, quæ est actio, qua dicitur agens: & sic rursus nullũ habet finem, quia actio Dei est eius substantia: & sic consueuit dici, q Deus agit propter finem non sui, sed aliorũ, vt in q. 19. artic. 1. ad primum, tactum est. Alio modo formaliter, secundum rationem actionis: & sic habet suam bonitatem, finem suæ actionis: quia omne agens, vt in litera dicitur, agit propter finem. Et confirmatur, quia finis est causa causarum, i. causalitatis cæterarum causarum: ergo est causa causalitatis agentis: quod est esse causam suæ actionis: si igitur finis propter quem agit Deus, est sua bonitas, ipsa erit causa quare Deus agit. Et hoc expresse conatur litera docere in corpore, & in responsione ad primum: distinguendo de agente propter finem consequendum, vel communicandum. & in responsione ad quartum docendo, quod non inconuenit in Deo secundum rationem distinguere bonitatem suam, vt priorem causam: seipso vt agente. Et sic responsio amplior quodammodo est, quàm quæstio. Dixi autem quodammodo: quia non est extensa causalitas diuinæ bonitatis, vt finis ad plures res, quàm sint omnes creaturæ: sed ad aliquam rationem in ipso creatore, vt sic, vt patet ex dictis.

¶ Circa differentiam inter alia agentia: & primum, scito, quòd agentia imperfecta, quæ agunt & patiuntur, sunt duplicia. Quædam quæ agunt & patiuntur ab his in quæ agunt per reactionẽ: & ista sunt quæ communicant in materia, vt dicitur in secundo de generatione. Quædam verò sunt, quæ agunt, & patiuntur, i. agunt mota ab alio; & ista est conditio omnium secundorũ agentium. Et dicuntur imperfecta eodem imperfectionis modo, quo etiam omnia entia citra primum dicuntur imperfecta; quia deficiunt a primi nobilitate, & de his loquitur directe litera, condistinguens contra ea primum agens: ex eo namque q agunt quasi acta, cõsequens est, vt in agendo tendant quasi patiẽtia in acquirendum, seu conseruandum (non.n. refert quid horum dicatur in proposito: quoniã agere ad conseruandum extra acquisitionis ordinem non est) aliquam propriam perfectionem: &, vt inquit Auer. 12. Metaph. com. 36. saltem assimilationem ad primã causam in faciendo entia. Et hæc est summa perfectio; quoniam, vt Dion. inquit, Omnium diuinissimum est, Dei cooperatorẽ fieri.

¶ In responsione ad secundum, nota tria. Primum est, quòd innuitur quædam distinctio, cuius alterum tantum membrum exprimitur, s. forma geniti dupliciter: vno modo, vt similis formæ generantis: alio modo tacetur. Innuitur enim hæc distinctio, cum dicitur, q non nisi vt similis, est finis: est igitur alia eius acceptio. Secundum est, quòd ibi dicitur, scilicet, quòd forma geniti, non nisi vt similis generanti est finis. Tertium est, q hoc probatur, quia finis est nobilior his quæ sunt ad finem. Circa quorum singula est dubium. Circa distinctionem ambiguum est, quòd sit alterum distinctionis membrum. Circa responsionem verò: Tum, quia falsa videtur, quoniam forma geniti etiam absolute est finis generationis, vt de se patet. Tum, quia ex ea non satisfit argumento inferenti, ex hoc quod forma geniti est finis generationis, quòd ipsum agens non est finis suæ actionis: quoniam finis generationis nõ coincidit in idem numero cum agente. Cum enim ex hac responsione, hoc solum habeatur, quòd forma geniti non est finis nisi ut similis. confirmatur potius argumentum: quia siue sit finis vt similis, siue non vt similis, sufficit quòd ipsa est finis, quã constat non coincidere in idem numero. Et confirmatur, quia ipsa vt similis, est distincta à forma agentis; quoniam de ratione similitudinis est diuersitas, vt dicitur 5. Metaph. Circa rationem demum dubium est: quia cum in vniuocis par sit nobilitas generantis & geniti, (si forma geniti non potest esse finis: quia non est nobilior his quæ sunt ad finem) pari ratione nec forma generantis, nec forma geniti, vt similis generanti, potest esse finis.

¶ Ad euidentiã huius difficultatis sciendum, q quamuis comparando corruptibilia ad sempiterna, vt in 2. de Anima, tex. 34. & in 2. Cœli, comm. 17. dicitur agentia corruptibilia agunt propter aliud. Etenim vt hic ostenditur, omnia agunt vt participẽt perfectionem diuinam, Absolute tamen: & non de his vel illis agentibus loquendo, &, cõparando ea ad effectus, in hoc argumento sic, dicendũ est, q omnibus agentibus cõe est agere propter se, quãuis diuersimode, qd sic manifestatur. Omne agens intendit facere sibi simile: ergo intendit seipsum diffundere, extendere, & ampliare: ob hoc naque generans generat, vt perseueret semper, eo quo potest modo, vt Philos. dixit ibidem. In hoc autẽ dico, q seipsum diffundere seu cõicare, duo clauduntur, s. diffundere, & ly seipsum: & cum constet q nullũ agens seipsum intendat propter diffundere seu cõicare vt finem, restat vt diffundere intendat propter seipsum vt finem: & sic ipsum est cõicationis finis, & nõ econuerso. Differunt autem agentia cætera a primo, quo ad hoc. q reliqua cõicationem ordinant ad se, i. ad suã vtilitatem. Quamuis hoc etiã sit diuersimode in substantijs sempiternis & corruptibilibus: quoniã illæ ad conseruandam indiuidualiter assimilationẽ ad primã causam, illæ ad conseruãdam assimilationem, vt possunt ad eandem, agunt. Prima autẽ eam cõicationem ordinat ad se, i. ad suã bonitatem: & ideo reliqua agunt vt sic sint, aut cõseruentur: Deus autẽ, quia est. Et propterea liberalissimæ actionis ẽ a Philosophis dicitur, vt in respon. ad primum dicitur. His prælibatis, ad primũ dubium dicitur, q distinctio est hæc. Forma geniti dupliciter, s. vt est geniti, & vt est similis generanti: qm̃ intendit author excludere, q vt est geniti, non est finis agentis; vt subsumat, q Deus non agit propter creatã naturam vt finẽ, sed pp seipsum. Ad secundũ verò negatur q hoc sit falsum: generatio.n. põt dupliciter sumi vno modo vt ab agente, alio modo absolute; puta vt via. Et hoc quidẽ modo, finis generationis est forma et vt geniti, sed primo modo nõn, vt in litera dr. Nec est verũ, q hinc non satisfit argumento, qm̃ forma vt similis formæ generantis, significat formã geniti quidem, sed ex ea parte, quæ est vna cũ illa quæ est altera ipsa, quæ est quasi vicaria illius, ac per hoc insinuat, si ipsa vt quasi induit illã est finis: quia illa est uere finis. Et sic formaliter satisfit argumento: quòd licet finis generationis non coincidat in idẽ numero cum forma agentis, redundat sibi in idẽ numero: ex eo quòd forma geniti non est finis, n. si vt similis formæ agentis. Ad confirmationem vero dicitur, quod similitudo, cum distinctorũ eadem qualitas sit, ex parte vnitatis magis se tenet, q̃ significat, quàm distinctionis, quam vt subiectorũ conditionẽ exigit. & ideo author ad vnitatẽ insinuandam illa vsus est. Ad dubiũ demum contra rationẽ dicitur, quod ratio literæ optime concludit, q forma geniti: vt sic, non potest esse finis generationis ut ab agente: quia non est nobilior agente. Sed non potest reflecti contra formam geniti, vt similem agenti, i. contra formam agentis: quia nulla comparatio habet locum seclusa distinctione, non.n. oportet idem esse nobilius se, cum agit propter se: sed cum finis est aliud ab agente, oportet finem esse nobiliorem agente.

Cap. 1. d. 1. q. 2. cont. 2. Alber. Mag. 2. dist. p. 6. Bannes q. 45. ar. 1.

QVÆSTIO XLV.

De Modo emanationis rerum à primo principio, in octo articulos diuisa.

DEINDE quæritur de modo emanationis rerum à primo principio: qui dicitur creatio.

De qua quæruntur octo.

¶ Primò, Quid sit creatio.

¶ Secundò, Vtrum Deus possit aliquid creare.

¶ Tertiò, Vtrũ creatio sit aliquod ens in rerum natura.

¶ Quartò, Cui competit creari.

¶ Quintò, Vtrum solius Dei sit creare.

¶ Sextò, Vtrum cõe sit toti Trinitati, aut propriũ alicuius psonæ.

¶ Septimò, Vtrũ vestigium aliquid Trinitatis, sit in rebus creatis.

¶ Octauò, Vtrum opus creationis admisceatur in operibus naturæ & voluntatis.

SVPER Q. XLV. ART. 1.

CONCL. Creatio, quæ est emanatio totius esse, est ex non ente, quod est nihil.

¶ PROB. Quia ei, quod procedit secundum emanationẽ vniuersalem, impossibile est, quòd aliquid præsupponatur (vt patet à simili de emanatione particulari, vt si fit homo, prius non erat homo): & totum ens procedit secundum emanationem vniuersalem.

¶ COROLL. Idem est ergo hic procedere per creationem, & procedere per emanationem vniuersalem.

ARTICVLVS PRIMVS.

Vtrum creare sit ex nihilo aliquid facere.

AD PRIMVM sic proceditur. Vr, q creare non sit ex nihilo aliquid facere. dicit.n. Aug.[a] cõtra aduersariũ legis & prophetarum. Facere, est, qd oĩno non erat: creare verò, est ex eo, q iam erat educendo aliquid constituere.

238 2. dist. 1. q. 1. art. 2. Et po. q. 3. artic. 1. [a]Cont. aduer. c. 24.

¶ 2 Præt. Nobilitas actionis, & motus ex terminis cõsideratur. Nobilior igitur est actio, quæ ex bono in bonũ est, & ex ente in ens, q̃ quæ est ex nihilo in aliquid. Sed creatio vr̃ esse nobilissima actio: & prima inter omnes actiones. ergo non est ex nihilo in aliquid, sed magis ex ente in ens.

¶ 3 Præt. Hæc præpositio Ex, importat habitudinẽ alicuius causæ, & maximè materialis: sicut cum dicimus, q statua fit ex ære. Sed nihil non est materia entis, nec aliquo modo causa eius. ergo creare non est ex nihilo aliquid facere.

1m ex Augustino. Creare. ℞. Aequiuocè: nō, propriè. §. Tunc &c. Nos. n. loquimur de creare propriè tantùm; in quo sensu August. accepit ly facere.

2m de antecedente. Terminis. ℞. Ad quos: non, à quibus. §. Tunc &c. Licet. n. terminus, à quo, creationis sit imperfectissimus; tamen terminus ad quem, est perfectissimus. Hinc pro regula notabis; quòd quantò magis termini à qbus sunt perfectiores; emanatio ipsa erit imperfectior: Et contrà, quantò s. sunt imperfectiores, emanatio ipsa eadē ratione erit perfectior (vt patet considerāti). Nam in qualibet emanatione disceditur ab illis terminis, qui ideò vocantur à quibus: & discedere ab imperfectione dicit perfectionem; sicut discedere à perfectione dicit imperfectionem.

3m de maiori. Habitudinem alicuius causæ. ℞. Quandoque affirmatā, quandoque negatam: Vel ordinem. §. Tūc &c. Licet enim, Nihil, nō possit esse entis materia affirmatiuè; potest tamē esse entis materia negatiuè: & vltra hoc ly Nihil dicit ordinem ad ens, ita scilicet quòd post nihil est ens. Dicamus ergo; Ens est ex nihilo. i. non est ex aliquo; vel etiam, est post nihil.

ly Nihil, sonat & ordinē, & negationē materiæ.

SED CONTRA est, quod super illud Genes. 1. In principio creauit Deus cęlum &c. dicit gl.* quòd creare est aliquid ex nihilo facere.

* Beda in hunc locū tom. 1.

RESP. Dicendum, quòd (sicut suprà dictū * est) non solùm oportet considerare emanationē alicuius entis particularis ab aliquo particulari agente, sed etiā emanationē totius entis à causa vniuersali, quæ est Deus. & hanc quidē emanationē designamus nomine creationis. Quod autem procedit secundum emanationem particularem, nō præsupponitur emanationi. Sicut si generatur homo, nō fuit prius homo, sed homo fit ex nō homine, & album ex non albo. Vndè si consideretur emanatio totius entis vniuersalis à primo principio, impossibile est, quòd aliquod ens præsupponatur huic emanationi. Idē autē est nihil, quòd nullū ens. Sicut igitur generatio hominis est ex non ente, quod est non homo, ita creatio, quæ est emanatio totius esse, est ex non ente: quod est nihil.

* q. præced. art. 2.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd Aug. æquiuocè vtitur nomine creationis secundum quòd creari dicūtur ea, quæ in melius reformantur, vt cum dicitur aliquis creari in episcopum. Sic autem non loquimur hic de creatione, sed sicut dictum * est.

* In corp. artic.

AD SECVNDVM dicendum, quòd mutationes accipiunt speciē & dignitatem non à termino à quo, sed à termino ad quem. Tanto ergo perfectior & prior est aliqua mutatio, quantò terminus ad quē illius mutationis est nobilior & prior: licèt terminus à quo, qui opponitur termino ad quē, sit imperfectior. Sicut generatio simpliciter est nobilior & prior quàm alteratio, propter hoc, quòd forma substantialis est nobilior, quàm forma accidentalis: tamen priuatio substātialis formę, quę est terminus à quo in generatione, est imperfectior quàm contrarium, quòd est terminus à quo in alteratione. Et similiter creatio est perfectior & prior quàm generatio & alteratio, quia terminus ad quem est tota substantia rei. Id autem quod intelligitur vt terminus à quo, est simpliciter non ens.

AD TERTIVM dicendum, quòd cum dicitur, aliquid ex nihilo fieri, hæc præpositio Ex, nō designat causam materialem, sed ordinē tantū, sicut cum dicitur, ex mane fit meridies, i. post mane fit meridies. Sed intelligendū est, quòd hæc præpositio Ex, potest includere negationē importatam in hoc, quòd dico nihil, vel includi ab ea. Si primo modo, tunc ordo remanet affirmatus, & ostenditur ordo eius, quod est ad non esse præcedens. Si verò negatio includat præpositionem, tunc ordo negatur, & est sensus: Fit ex nihilo, i. non fit ex aliquo: sicut si dicatur, iste loquitur de nihilo, quia non loquitur de aliquo. Ex vtroque modo verificatur, cum dicitur, ex nihilo aliquid fieri. Sed primo modo, hæc præpositio Ex, importat ordinem, vt dictum est. Secundo modo, importat habitudinem causæ materialis, quæ negatur.

ARTI-

APPENDIX.

Vtilitas pro Eccle. S. Dei.

EX art. habes primò, quomodo per rationem interimas hæresim Algazelis, & præcipue Auerrois (Director. Inquisit. 2. p. q. 4.) dicentium: quòd nihil potest fieri sine præuia dispositione materiæ, & quòd creatio totaliter non datur. Itē quòd ex nihilo aliquid fieri, est falsum; & quòd aliquid posse habere esse post omnino nō esse, est falsum; & quòd potētia in productione alicuius rei nō potest esse solū in agente. Non fuit autē sat Auerroi, quòd his tribus propositionibus vltimis negat creationem: quòd etiā, velut sapiens in sua maxima insipientia, vituperat legē Christianorū in hoc, quòd ipsa ponit creationē; vt patet 11. & 12. Metaph. Item asserit Christianos esse garrulatores, & sine ratione se mouentes, vituperans tale quid credentes; vt patet 8. Metaph. & circa principium tertij Physicorum. Ideò specialiter contra illū ignorantissimum in hoc philosophastrū agendum erit per rationes hic, & lib. 2. contra gentes, cap. 16. 17. 18. 19. 37. à S. Thoma ex vera philosophia adductas: vt magis in suis proprijs finibus confundatur; & per quæ quis peccat, per hæc etiam torqueatur. Secundò habes, quomodo per rationem ostendas has meritò esse dānatas à 2. Machab. 7. Peto nate, vt aspicias ad cœlum & terram, & ad omnia, quæ in eis sunt; & intelligas, quia ex nihilo fecit illa Deus, & hominum genus. Itē à Sapien. 2. Ex nihilo nati sumus. Hoc. n. verum dixerūt illi impij; licet falsum mox adiungant, (more hæreticorum vera falsis permiscentium; vt vel sic pro veris sua falsa vēditēt) dicentes; & post hęc erimus, tanquam nō fuerimus. Ex hoc ergo loco vero impiorum, s. ex nihilo nati sumus, patet; quòd Auerrois est impijs deterior negando creationē, & quòd impijssimis impius magis est irridendo credētes ex nihilo creationē dari. Item à symbolo Apostolicæ fidei, Credo in Deum patrē omnipotentem, creatorem cœli & terræ. Quare autem Patres post ly creatorē dixerint ly factorem: vide q. 46. ar. 1. Item à Papa Innocentio III. in Cōcilio, extrà de sum. Trin. & fide cath. firmiter credimus, & simpliciter confitemur; quòd &c. Deus sua omnipotenti virtute de nihilo condidit creaturam. Hæc ibi. Ex quibus vtique constat: quòd creare est ex nihilo facere, seu quòd ex nihilo facere datur. Item à &c. vt q. 61. 2. & q. 45. art. 2. Cæterùm, quòd Auerrois infectam philosophiā, non philosophiam, ibi sequatur; & quòd argumenta eius, atque similium, sint solubilia, vide q. 75. art. 2. in appendice, & respondeas stulto iuxta stultitiam suam, nè sibi sapiens videatur. Tertiò 3 vides: quomodo ex his vicissim Angelica firmetur conclusio.

Comm. Cardinalis Caietani.

TItulus in principio corporis manifestabitur.

¶ In corpore duo facit. Primò dicit quid nominis creationis: secundò respondet quæsito.

¶ Quo ad primū, duo dicit, primò, quòd creatio significat emanationē totius entis à causa vniuersali: secundò, quòd significatū inuenitur: quod probat, quia non solū oportet in rebus inspicere emanationē particularem, sed uniuersalē, vt iam patet ex dictis.

¶ Quo ad secundū, conclusio responsiua est. Creatio est ex nihilo. Et probatur sic. Quod procedit secundum emanationem particularem, non præsupponitur. ergo cū totū ens procedit emanatione vniuersali, impossibile est aliquod ens pręsupponi: ergo quod creatur, fit ex non ente, quod est nihil. antecedens probatur inductiue. cum fit homo, & album &c. consequentia autem manifesta relinquitur, ex cōi ratione factionū proportionaliter applicata. Secunda autē sequela manifestatur, & quo ad terminos (quia nihil idem est, quod nullum ens. & creatio est emanatio totius entis (& quo ad similitudinem proportionis in generatione hominis.

¶ Circa prædicta aduerte duo. Primum est, quòd antecedens cum suis inductionibus non loquitur de fieri ex non homine, aut non albo, & vniuersaliter ex non tali ut subiecto, quoniā sic intelligendo, nihil concluderet. Posset. n. dici, quòd fit totum ens ex non ente; quod est ens in potentia: sicut homo ex nō homine, quod tamen est homo in potentia, & album ex non albo: quod tamē est album in potentia. Sed intendit Ex, i. post. Oportet n. hominem fieri post non hominem, & album, post non album, si per se fit. Nihil. n. aliud hic intendit, nisi supra dictum fundamentum in 1. Phys. tex. 76. Vnde & verba sua hic manifestè insinuant hunc sensum, cum dicit, sicut si generatur homo, non fuit prius homo, contra ex non homine, distinguens prius hominem insinuauit, quòd ly ex, significat post. Secundo, quòd nomine totius entis in proposito nihil refert: vtrum intelligas totū vniuersum, aut aliquod particulare ens totū syncathegorematicè: semper enim oportet quod creatur, ex nihilo sui fieri, i. post nihil sui. Et ex hoc, habes solutionem dubitationis, quomodo anima intellectiua creatur, & tamen fit semper in subiecto: quia s. post nihil sui fit per se, quod de nulla alia forma in materia verificatur.

Ferr.

Ferr. 2. cen. c. 6. 15. 16.
S. Bon. 2. s. d. 1. q. 2.
Scot. 2. s. d. 1. q. 2.
Duran. 2. s. d. 1. q. 2.
Mairo. 2. s. d. 1. q. 2.
Aegid. de esse & essentia, q. 3.
Pet. de Pal. 1. s. d. 1. q. 7.

239 2. di. 1. q. 2. art. 2. & 3. & di. 37. q. 1. art. 2. Et 2. con. cap. 6. 15. & 16. Et po. q. 3. ar. 16. cor.

ARTICVLVS II.

Vtrum Deus posit aliquid creare.

AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur, quod Deus nõ possit aliquid creare. Quia secundum Phil * 1. Phyl. Antiqui Philosophi acceperunt cõem conceptioné animi, ex nihilo, nihil fieri. Sed potentia Dei non se extendit ad contraria primorum principiorũ, vtporè, quod Deus faciat, quòd totum non sit maius sua parte, vel quòd affirmatio & negatio sint simul uera. ergo Deus non potest aliquid ex nihilo facere, vel creare.

¶ 2 Præte. Si creare est aliquid ex nihilo facere: ergo creari est aliqd fieri. Sed omne fieri est mutari: ergo creatio est mutatio. Sed omnis mutatio est ex subiecto aliquo, vt * patet per diffinitionem motus. Nam motus est actus existentis, in potentia. ergo est impossibile aliquid à Deo ex nihilo fieri.

¶ 3 Pręt. Quod factũ est, necesse est aliquãdo fieri. Sed non potest dici, quod illud quod creatur simul fiat, & factũ sit: quia in permanẽtib. quòd fit non est, quod autẽ factũ est, iam est: simul ergo aliquid esset & non esset. ergo si aliquid fit, fieri eius pręcedit factum esse. Sed hoc non põt esse, nisi præexistat subiectũ in quo sustẽtetur ipsum fieri. ergo impossibile est aliquid fieri ex nihilo.

¶ 4 Præt. Infinitam distantiã, non est pertransire. sed infinita distantia est inter ens & nihil. ergo non contingit ex nihilo aliquid fieri.

SED CONTRA est, quod dicitur Gen. 1. In principio creauit Deus cęlũ, & terram, vbi dicit gl. * quòd creare est aliquid ex nihilo facere.

RESPON. Dicendum, quod non solum est impossibile à Deo aliquid creari, sed necesse est ponere à Deo omnia creata esse, vt ex præmissis habetur. * Quicũque.n. facit aliqd ex aliquo, illud ex quo facit, præsupponitur actioni eius, & nõ producitur per ipsam actionem. Sicut artifex operat' ex rebus naturalib. vt ex ligno & ære, quæ per artis actionem non causantur, sed causantur per actioné naturæ. Sed & ipsa natura causat res naturales quamũ ad formam, sed pręsupponit materiam. Si ergo Deus non ageret nisi ex aliquo præsupposito, sequeretur, quòd illud præsuppositum non esset causatum ab ipso. Ostẽsum est autem suprà, * quòd nihil potest esse in entibus, quod non sit à Deo, qui est causa vniuersalis totius esse. Vndè necesse est dicere, quòd Deus ex nihilo res in esse producit.

AD PRIMVM ergo dicẽdum, quòd antiqui Philosophi, sicut suprà dictum * est, non considerauerunt, nisi emanationem effectuum particularium à causis particularibus quas necesse est præsupponere aliquid in sua actione. Et secundũ hoc, erat eorum cõmunis opinio, ex nihilo nihil fieri. Sed tamẽ hoc, locum non habet in prima emanatione ab vniuersali rerũ principio.

AD SECVNDVM dicendum, quòd creatio non est mutatio nisi secundum modum intelligẽdi tantum. Nam de ratione mutationis est, quòd aliquid idem se habeat aliter nunc, & prius. Nam quandoque est idem ens actualiter se habens nunc & prius, sicut in motibus secundum quantitatem & qualitatem. Quandoque verò est idem ens in potentia tantum, sicut in mutatione secundum substantiam, cuius est subiectum materia, sed in creatione (per quam producitur tota substãtia rerum) non potest accipi aliquid idem aliter se habens nunc & prius, nisi secundum intellectum tantum: sicut si intelligatur aliqua res prius non fuisse totaliter, & postea esse. Sed cum d actio & passio cõueniant in substantia motus, & differant solum secundũ habitudines diuersas, vt dicitur in 3. * Physic. oportet quòd subtracto motu, non remaneant nisi diuersæ habitudines, in creante & creato. Sed quia modus significandi sequitur modum intelligẽdi, vt dictum est, creatio significatur per modũ mutationis. Et propter hoc dicitur, quòd creare est ex nihilo aliquid facere, quamuis facere & fieri magis in hoc conueniant, quàm mutare & mutari: quia facere & fieri important habitudinem causæ ad effectum, & effectus ad causam: sed mutationem ex consequenti.

AD TERTIVM dicendũ, quod in his quæ fiunt sine motu, simul est fieri & factũ esse, siue talis factio sit terminus motus, sicut illuminatio (nã simul aliquid illuminatur, & illuminatũ est), siue nõ sit terminus motus, sicut simul formatur verbũ in corde & formatum est. Et in his quod fit, est cum dicitur fieri. Sed significatur ab alio esse, & prius nõ fuisse. Vndè, cũ creatio sit sine motu, simul aliquid creat' & creatũ est.

AD QVARTVM dicendum, quod obiectio illa procedit ex falsa imaginatione, * ac si sit aliquod infinitũ medium inter nihilũ & ens. Quod patet esse falsum. Procedit autem falsa hæc imaginatio ex eo, quòd creatio significatur vt quędam mutatio inter duos terminos existens.

ARTI-

* Tex. 34. tomo 2.

SVPER Q. XLV. ART. II.

CONCL. Necesse est; ponere à Deo omnia creata esse.

¶ PROB. Quia ei, qui est causa uniuersalis totius esse, nihil præsupponitur non causatum ab ipso: & Deus est causa uniuersalis totius esse, quæst. 44. art. 1. & 2.

* li. 3. Physic. tex. 6. tom. 2.

1m de minori.

Primorum principiorum. ℞. Rite intellectorum: non, false intellectorum. §. Tunc nihil &c. Licet enim ly ex nihilo nihil fit, sit primum Philosophorum principium verũ, si intelligatur de fieri particulari; tamen illud met, si intelligatur de fieri vniuersali, non est primum principiũ; quoniam nec uerum.

¶ NOT. Contraria primorum principiorum, vt uere principia sunt, implicant contradictionem (vt discurrenti patet): & ideò potentiæ Dei non subijciũtur: & consequenter nõ inferunt aliquã eius impotentiam, si ab eo fieri non possint, vt aliàs declarauimus. Vide q. 25. art. 4. & q. 41. art. 6. Coroll. post ad secundum.

* Habeẽ ex Beda super hunc locũ.

2m de minori secunda.

* q. præce. art. 1.

Mutatio. ℞. Secundum rei veritatem: non, secundum modũ intelligendi tantùm. §. Tunc nihil &c. Licet enim creatio sit mutatio secundum modum intelligendi tantùm; & ob hoc dicatur factio: tamen non est mutatio secundum rei veritatem; nec sic dicitur factio. Ex litera igitur dicas: quòd Patres Nicęni Cõcilij in symbolo creatorem nominarunt factoré, & consequenter creationem nominarũt factionem, designantes per hoc, quòd creatio secundum modum intelligendi tantum est mutatio & factio. Vltra hoc, aliud etiam contra hæreticos aliquos, Philosophosque, sic dicendo intenderunt: vt q. 46. art. 2.

* q. præced. art. 1. & 2.

3m minor.

* q. præce. art. 2.

Non potest dici, quòd illud, quod creatur; simul fiat, & factum sit. ℞. Negatur. §. Ad probationem dicitur; quòd non ualet de permanẽtibus, quæ fiunt sine motu. Talia autem sunt, quæ fiunt per creationem: vt patet in textu. Ex quo dic: quòd ea, quę fiunt, sint uel non sint permanentia, non formaliter facit ad rem: Sed quòd motus interueniat, vel non, hoc formaliter facit ad rem. Nam in his, quæ sine motu fiunt, ly fieri significat tantũ; & ab alio esse, & priùs non fuisse: in his autẽ, quæ cum motu fiunt, ly fieri, vltra illam significationem, est etiam aliquod præcedens factum esse. Verbi gratia, sine motu cęlum & terra fiunt à Deo. i. cęlũ & terra sunt à Deo, & priùs non erant: Domus fit ab homine artifice, id est domus est ab illo, priùs non erat, & ipsam fieri præcedit factum esse. Cœlum ergo & terra dum fiebãt, perfecta erant: domus, quamdiu fit, nondum perfecta est.

Fieri cum motu, & sine.

D. 34.

* li. 3. Phy. tex. 19. & 21. to. 2.

4m de maiori.

Infinitam. ℞. Secũdum rei positiuam ueritaté: non, secundum falsam tantùm imaginationẽ. §. Tunc nihil &c. Nam creatio non existit inter duos terminos, quasi quod creans pertranseat infinitum medium existens inter nihil & ens: vt putat argumentum.

¶ Cùm hoc tamen scit D. Thomas, quòd inter ens & nihil, nulla est proportio; & consequenter quòd hæc à se inuicem distant (secundum affirmationẽ & negationem de ly ens) in infinitum. Cæterum aliud est pertransire, ceu motu progressiuo infinitam rei positiuam distantiam: aliud est pertrãsire, ceu sua potentia, infinitam distantiam secundum affirmationem & negationem unius termini. Vltimum autem hoc pertransire, nihil aliud est, nisi posse ex nihilo aliquid facere.

APPENDIX.

EX artic. habes primò: quomodo per rationem interimas hęreses quorundam Philosophorum, Appellitarum, Bezanitarum (Direct. Inquisit. 2. p. q. 4. inter Decretorum 24. q. 3. Quidam.

Vtilitas pro Eccle. S. Dei.

Ter- Prat.

Prat. Bezaniç) dicentium, quòd in omni noua factione præsupponitur materia. Item a Deo nihil noui pôt immediatè procedere: quia nihil fieri potest sine dispositione præuia, & motu præcedente, Deus autem immobilis perseuerat. Item secundo Creatorem esse angelum nescio quê superioris Dei. Item tertio Deû non esse omnipotentem. Mox. n. ad hoc sequitur, Deum non posse aliquid creare, quoniam ad faciendû aliquid ex nihilo requiritur potentia infinita, idest omnipotentia, ut infra articulo quinto, ad tertium. Secundo habes, quomodo per rationem ostendas, illas meritò esse damnatas a symbolo fidei, a concilijs, a Papa, ut artic. 1. & locis ibi citatis. Item a libro decretorum 24. quæst. 3. Quidam. Vide uerba finalia formaliter capituli huius sup. q. 44. art. 2. Item a &c. ut q. 41. ar. 2. Ibi enim recensetur colluuies hæreticorum, sequaciumq; eorum cum damnationibus eorundem, oiumq; dictorum & scriptorum suorum. Apelles aût fuit discipulus Marcionis ibi narrati. Item a Damaso papa &c. ut q. 42. artic. 1. uel 4. uel 6. Item a &c. ut q. 65. ar. 1. & 3. & q. 44. art. 1. & q. 25. art. 3. & 4. & q. 46. ar. 2. & 3. & q. 74. ar. 3. Item a scripturis sæpius. Tertio uides, quomodo ex his omnibus Angelica hæc doctrina uicissim stabiliatur.

¶ Not. Præsenti articulo suffragatur articulus in ordine 234. 235. 238. 214. 274. 167. 68. 70.

3 Pro studio uarietate coornãdo.

Comm. Cardinalis Caietani.

Titulus patet.

¶ In corpore unica est conclusio. Non solum est possibile, sed etiam necessarium, omnia esse creata a Deo. Et probatur sic: si Deus non agere nisi ex aliquo præsupposito, sequeretur quòd illud præsuppositum non esset causatum ab ipso, sed nihil est in entibus in causatum ab ipso ergo necesse est quòd Deus ex nullo præsupposito res in esse produxerit: hoc autem est creare. Conditionalis assumpta probatur ex illa cathegorica uniuersali. Omne faciens aliquid, ex aliquo non facit, sed præsupponit illud ex quo facit, quæ manifestatur in inductiuè, primo in artificialibus secundo, in naturalibus. Destructio autem consequentis probatur ex q. præcedente, ubi ostensum est quòd Deus est causa uniuersalis totius esse.

Scot. 2. s. d. 1. q. 4. & 5.
Bacco. 2. s. d. 1. q. 3.
Egid. quol. 6. q. 4.
Cap. 2 d. 1. q. 2. 1. d. 27. q. 1. con. 1. & 2. d. 1. q. 2 con. 1.
Bannes ar. 3.

240 1. d. 40. q. 1. ar. ad 1. po. q. 3. ar. 3.

SVPER Q. XLV. ART. III.

Concl. Creatio ponit in re creata aliquid secundum relationem tantum.

¶ Prob. Quia Deus producit creando res sine motu. Et subtracto motu ab actione atque passione, nihil remanet nisi relatio producti per actionem illam ad producentem.

1^m de maiori.

Attribuitur. R. Vniformiter quantum ad attribui, non, uniformiter quantum ad modû attribuendi. §. Tûc falsa dicitur consequentia (s. creatio actiua in creatore nihil ponit, ergo passiua nihil in creatura,) quam tamen argumentum ueram dicebat. Attribuitur. n. relatio creationis actiuæ Deo ad creaturam, & attribuitur relatio creationis passiuæ creaturis ad Deû, sed alio, & alio modo. Nam illa Dei ad creaturã secûdum modum rationis, ista creaturarû ad Deû modo reali.

2^m de maiori.

Nihil. R. Sumptum ut terminus, uel ut subiectum creationis, non, sumptum ut mutatio, uel ut relatio. §. Tunc &c. Licet enim creatio non sit creatura, quæ est terminus uel subiectum creationis, est tamen creatura, quæ est & mutatio secundum modum significandi, & relatio realiter creaturæ ad Deum, & consequenter creatio ut prædictæ mutatio atq; relatio, est media, inter creatorem, & creaturã, quæ est terminus seu subiectum creationis. Nihil ergo est mediû inter creatorê & creaturã, quæ est illa creatio, licet sit aliquod medium inter creatorem, & creaturam, quę est subiectum creationis.

3^m de conclusione prima.

Idem. R. Sumptum secundum diuersam considerationem, non secundum eandem. §. Licet enim sit impossibile, idem secundum idê esse terminum, & subiectum eiusdem, tamen est possibile idem, sm diuersa esse utrumque. Tunc nihil &c. Nam creationis, secundû q significatur...

ARTICVLVS III.

Vtrum creatio sit aliquid in creatura.

Ad tertium sic proceditur. Videtur, quod creatio nô sit aliquid in creatura. Sicut. n. creatio passiuè accepta attribuitur creaturæ, ita creatio actiuè acceptã attribuitur creatori, sed creatio actiuè accepta non est aliquid in creatore. Quia si sic, sequeretur quòd in Deo esset aliquid temporale. Ergo creatio passiuè accepta non est aliquid in creatura.

¶ 2 Præt. Nihil est medium inter creatorem & creaturam. Sed creatio significatur ut medium inter utrumque. Non. n. est creator (cum non sit æterna) neq; creatura, quia oportet eadem ratione aliam ponere creationem qua ipsa crearetur, & sic in infinitum. Creatio ergo nô est aliquid.

¶ 3 Præt. Si creatio est aliquid præter substantiam creatam, oportet quod sit accidens eius. Omne autem accidens est in subiecto. Ergo res creata esset subiectum creationis, & sic idem est subiectum creationis & terminus. Quod est impossibile. Quia subiectum prius est accidente, & conseruet accidens. Terminus autem posterius est actione, & passione, cuius est terminus, & eo existente cessat actio & passio. igitur ipsa creatio non est aliqua res.

Sed contra. Maius est fieri aliquid secundum totam substantiam, quam sm formam substantialem uel accidentalê. Sed generatio simpliciter, uel sm qd, qua fit aliqd sm formã substantialê uel accidentalem, est aliquid in generato. Ergo multo magis creatio, qua fit aliquid secundum totam substantiam est aliquid in creato.

Respon. Dicendum, q creatio non ponit aliquid in creato secundum relationem tantum, quia quod creatur, non fit per motum, uel per mutationem. Quod enim, fit per motum uel mutationem, fit ex aliquo præexistenti. Quod quidem contingit in productionibus particularibus aliquo entium. Non autem potest hoc côtingere in productione totius esse a causa uniuersali omnium entium, quæ est Deus. Vnde Deus creando producit res sine motu. Subtracto autem motu ab actione, & passione, nihil remanet nisi relatio, ut dictum est.* Vnde relinquitur, quòd creatio in creatura non sit nisi relatio quædã ad creatorem, ut ad principium sui esse, sicut in passione, quæ est cû motu, importatur relatio ad principium motus.

D. 34. ar. præced ad 2.

Ad primum ergo dicendum, quòd creatio actiuè significata, significat actionem diuinam, quæ est eius essentia, cum relatione ad creaturam. Sed relatio in Deo ad creaturam non est realis, sed secundum rationem tãtum. Relatio uero creaturæ ad Deum est relatio realis, ut sup. dictum est,* cum de diui. nom. ageretur.

q. 13. ar. 7

Ad secundum dicendum, quòd quia creatio significatur ut mutatio, sicut dictum est,* mutatio autem media quodammodo est inter mouens, & motum, ideo etiã creatio significatur ut media inter creatorem, & creaturam. Tamen creatio passiuè accepta, est in creatura, & est creatura. Neque tamen oportet, q alia creatione creetur. Quia relationes (cum hoc ipsum q sunt, ad aliquid dicantur) nô referunt p aliquas alias relationes, sed p seipsas, sicut etiam sup. dictum est,* cum de æqualitate personarû ageretur.

ar. præc.

Ad tertium dicendum, quòd creationis, secûdum quod significatur ut mutatio, creatura est terminus, sed secundum quod uere est relatio, creatura est eius subiectum & prius ea in esse, sicut subiectum accidente. Sed habet quandam rationem prioritatis ex parte obiecti, ad quod dicitur, quod est principium creaturæ. Neque tamê oportet, quod quandiu creatura sit, dicatur creari, quia creatio importat habitudinem creaturæ ad creatorem, cum quadam nouitate, seu inceptione.

q. 42. art. 1. ad 4.

significatur ut mutatio &c.ut in litera. Vltima uerba responsionis huius sunt glosa conclusionis. Creatio(inquit)importat habitudinem,(idest relationem)creaturæ ad creatorem cum quadam nouitate. Ex litera etiam dicito. Ergo creatura est subiectum huius relationis, idest creationis passiuæ, & consequenter est ea prior quoad esse: licet creatio sit prior quodammodo ex parte obiecti, ad quod refertur. Refertur autem ad creatorē: qui est principium creaturæ. Creatura ergo ut subiectum, est prior creatione, ut relatio. Creatura ut terminus, est posterior creatione, ut mutatio.

APPENDIX.

Vtilit. pro S. Eccl.

EX articulo habes primo: quomodo per rationem reijcias hæresim Arnaldistarum dicētium: aliquid esse, quod neq; creator, neque creatura, sit. Ht enim Arnaldistæ (opinor) ad hoc dicendum adducebantur ex eo, ꝙ creationem ipsam asserere Deū horrebant: ne Deus ut creatio, esset temporalis: eandemque esse creaturam dicere formidabant, ne ad creandum hanc creationem alia opus esse creatio dari uideretur, & sic in infinitum, quod natura detestatur, abire cogeretur. Vide secundum argumentum articuli, quoniam hoc illorum ad illam hæresim fabricandam fundamentum fuisse, facilè crediderim. Secundo habes rationem, quæ in proposito maxime solutio, est argumēti secundi, quomodo hāc iure damnatam esse ostendas a summis Pontificib. multis, dum Arnaldistas singulis annis Romæ in bulla cœnæ Domini excommunicant. Item a Gregorio Nono, Extra de hæreticis c. excommunicamus, el secundo. Nota ꝙ Arnaldistę, etiam in Codice de hęreticis l. Gozeros, perpetua damnantur infamia. Item a synodo ad Lateranum celebrata sub Innocentio Secundo Papa, dum ab eadem antesignanus illorum Arnaldus, cum Petro Abailardo, damnatus est. B. verò Augustinus(ut alibi dictum est) in libro de fide catholica, damnatorum scripta dictaque esse uniuersaliter reprobata, in casu quorundam, testatum sic reliquit. Cum Cælestius atque Pelagius in Ephesina synodo sint damnati, quomodo poterunt illa capitula recipi, quorum damnantur authores? Hoc idem ex decretis a synodo apud Lateranum sub Martino Primo celebrata, & ex lib. decretorum distin. 15. habetur, ubi damnatis nominatim multis hæreticis eorum & dicta & scripta condemnata usque ad apicem unum censentur. De his uide sup. q. 41. artic. 2. Tertio uides, quomodo ex his omnibus firmetur vicissim hæc Angelica doctrina.

¶Not. Præsenti articulo seruit articulus in ordine 238. 239. 74. 220. 219. Pro studio vario.

Comm. Cardinalis Caietani.

IN titulo creatio sumitur pro creatione passiua qua. s. aliquid significatur creari. Et ly aliquid, sumitur pro ente reali, ut patet ex propositione articulorum in principio quæstionis.

¶In corpore unica est conclusio. Creatio ponit in creato relationem tantum. Et probatur sic productio totius esse a causa uniuersali, non est ex aliquo ꝑexistente, ergo Deus creando producit res sine motu & mutatione ergo creatio in creatura non est nisi relatio quædam creatorem principium sui esse. Antecedens probatur ex differentia inter productiones particulares, & productionē totius esse, seu uniuersalem. Prima uerò consequentia probatur quia omne quod fit per motum uel mutationem, fit ex aliquo ꝑexistente. Secunda autem, quia subtracto motu ab actione & passione nihil remanet nisi relatio. Et confirmatur, quia sicut in passione, quæ cū motu, importatur relatio ad principiū motus, ita in creatione passiua importatur relatio ad principium essendi.

¶In responsione ad tertium manifestè habes conferendo eam argumento, ꝙ relatio creationis est accidens, & non est relatio trāscendens, quod etiam manifestè in quæstionib. de potentia, q. 3. ar. 3. ad tertium explicatur. Et quoniam omne accidens distinguitur realiter a substātia, oportet ut creatio distinguatur realiter a substantia creata quacunque secundum doctrinam quam sequimur.

¶Circa tamen hoc, dubium est. Sco. n. in 2. d. 1. q. 4. & 5. tenens creationem passiuè sumptam esse relationem transcendentem & eandem realiter fundamento, tripliciter nititur hoc probare. Primò: illud quod propriè inest alicui, & sine quo illud non potest esse absque contradictione, est idem sibi realiter, sed relatio lapidis ad Deum est hmōi: ergo. probatur maior sic: contradictio ēm esse & non esse dicta de aliquib. infert distinctionem realem illorum: ergo impossibilitas recipiendi talia cōtradictoria, infert identitatem illorum. Et hoc, inquit ipse, ubi non est dependentia essentialis. Et declaratur ait, qꝛ impossibilitas, ꝙ A sit sine B, aut est ꝑpter identitatem illorum, aut propter simultatem in natura eorundem, aut propter posterioritatem ipsius A, sed nihil horū duorum ultimorum cōuenit lapidi respectu illius relationis ad Deū, ut patet, & tamen non potest esse sine illa. ergo est idem illi. Prǣt. Quod uniformiter dicitur de omni ab alio a Deo, ad ipsum, nulli accidit: se talis relatio uniformiter conuenit omni creaturæ ad Deum: ergo nulli accidit, & sic est idem fundamento. Probatur maior: quia par ratio est de omnib. Præterea. Substantia 7. Meta. est prior accidente natura, diffinitione, & tempore, & ly tempore intelligitur sic, quod nulla est contradictio ex parte substantię, qn possit esse prior duratione omni accidente. ergo non est contradictio, quòd lapis esset prior duratione omni dependentia ad Deū & sic esset absque eo, quòd dependeret a Deo, si dependentia est accidens: hoc autem est absurdum, ergo.

¶Ad euidentiam huius difficultatis non est opus alia iacere fundamenta, sed superius determinata sequendo, dicendum est, qđ hmōi relatio dependentiæ ad Deum in qualibet creatura est accidens distinctum realiter a substantia, & ꝙ tamen creatura nō pōt esse sine hmōi dependentia, sicut nec homo quin sit risibilis, ut in q. præcedente, ar. 1. ad primū author docuit ex ratione, quia. s. sola creatura est ens per participationem Dei, nec ab hoc potest denudari. Ad primam ergo rationem Scoti in oppositum, negatur maior, & ad probationem eius dicitur, ꝙ aħs est falsum, uniuersaliter loquendo, ut superius, cum de relatione & fundamento tractatū est, ostendimus. Et rursus, consequentia nihil ualet, formaliter loquendo, ut ipsemet faceret, ponendo exceptionem vnam: cur & mihi non licebit aliam exceptionem ponere? Ad declarationem autem negatur disiunctio illa, quia insufficiens est, ēt apud ipsum, ut patet de partib. simul sumptis respectu tertiæ entitatis, illæ. n. non possunt esse, quin tertia entitas sit, & tamen non sunt posteriores, nec simul natura, nec eædem illæ tertiæ entitati, nec dependent esentialiter ab illa. Vnde ratio nihil ualet, dicimus. n. ꝙ inseparabilitas alīq; est ꝑp necessariam rerum connexionem, & sic est in proposito: ꝑp assignatam causā. Ad secundam uerò rōne negatur minor: qm ut hic dicitur in responsione ad ſm. Dependentia ad Deum aliter conuenit substantijs creatis, & aliter ipsis relationib. dependentiæ: qm substantiæ dependent per relationes, ipsæ aūt relationes dependent seipsis. non ergo uniformiter hmōi relatio conuenit omnib. alijs a Deo. Ad tertium uerò dr, admissa expositione illa, non ualet sequela. ergo sbā creata pōt esse sine omni accidente, quoniam ad ueritatem illius propositionis: Substantia est prior &c. sufficit ꝙ aliqua substantia sit huiusmodi. talis est autem prima substantia, & secundūm ueritatem, & quælibet intelligentia, secundum Auer. 12. Met. com. 25.

Alb. Mag. 2. d. par. 12.

SVP. Q. XLV.

241 ART. IIII.

Inf. ar. 8. & re q. 17. 2. 3. ad 9. & po. q 3. a. 5 ad 12. & ar. 3. ad 2. & art. 8. ad 3. quoli. 8. q. 5. ar. 1. & opu. 37. c. 4. Prop. 4. in prin. to. 3.

CONCL. Propriè creata sunt subsistentia.

¶Prob. Quia creari propriè illis conuenit, quibus propriè conuenit esse, & esse conuenit propriè solum subsistentibus, siue sint immaterialia, siue materialia.

Primum

ARTICVLVS IIII.

Vtrum creari sit proprium compositorum & subsistentium.

AD QVARTVM sic proceditur. Videtur, ꝙ creari non sit proprium compositorum, & subsistentium. Dicitur. n. in lib. *de causis. Prima rerum creatarum est esse. Sed esse rei creatæ non est subsistens. Ergo creatio propriè non est subsistentis & compositi.

¶2 Præt. Quod creatur est ex nihilo. Composita autem non sunt ex nihilo, sed ex suis componentibus. Ergo compositis non conuenit creari.

¶3 Præt. Illud propriè producitur per primam emanationem, quod supponitur in secunda. Sicut res naturalis per generationem naturalem, quæ supponitur in operatione artis. Sed illud quod supponitur in generatione naturali, est materia. Ergo materia est quę propriè creatur, & non compositum.

SED CONTRA est, quod dicitur Genesis primo. In principio creauit Deus cœl. & ter. Cęlum autem & terra sunt res compositæ subsistentes. ergo horum propriè est creatio.

RESP. Ddm, ꝙ creari ē qddā fieri, ut dictū ē. *Fieri aūt ordinatur ad esse rei. Vñ illis propriè cōuenit fieri & creari,

Ar. præc.

ri, quib. conu enit esse. Quod qui m cõuenit propriè subsistentib. siue sint simplicia, sicut substãtiæ separatæ, siue sint cõposita, sicut subẽ materiales. Illi.n. propriè conuenit esse, qđ hẽt esse, & qđ est subsistens in suo esse. Formæ autẽ & accidentia, & alia huiusmodi, non dicuntur entia, quasi ipsa sint, sed quia eis aliquid est, ut albedo ea ratione dicitur ens, quia ea subiectum est album. Vnde sc̃dm * Philosophum. Accidens magis propriè dicitur entis quã ens. Sicut igitur accidentia, & formæ & hmõi, quæ non subsistunt, magis sunt coexistentia quã entia, ita magis debent dici concreta, quam creata. Propriè uerò creata sunt subsistentia.

Ad primvm ergo dicendum, ꝙ cum dicitur, prima rerum creatarum est esse, ly esse, non importat substantiam creatam, sed importat propriam rationem obiecti creationis. Nã ex eo dicitur aliquid creatum, ꝙ est ens, non ex eo ꝙ est hoc ens, cum creatio sit emanatio totius esse ab ente uniuersali, ut dictum est.* Et est similis modus loquendi, sicut si diceretur, quod primum uisibile est color, quamuis illud, quod propriè uidetur, sit coloratum.

Ad secvndvm dicendum, ꝙ creatio nõ dicit constitutionem rei compositæ ex principiis præexistentib. compositum sic dicitur creari, quod simul cum omnib. suis principiis in esse producitur.

Ad tertivm dicendum, quòd ratio illa non probat, quod sola materia creetur, sed quod materia non sit nisi ex creatione. Nam creatio est productio totius esse, & non solum materiæ.

1^m ex de causis. Esse. ℞. Vt dicit propriã rationẽ obiecti creationis, non, ut dicit subam creatam. §. Tunc &c. Non n. conclusio loquitur de propria ratione obiecti creationis, sed loquitur de suba creata.i. de re, quæ propriè creatur. stat ergo simul & quòd prima rerum creatarum, ut ratio qua aliquid dr̃ creatũ, sit esse, & quòd illud, quod proprie creatur, sit aliquod subsistẽs, ut bene declarat in litera exemplũ de colore, & colorato.

2^m de maiori. Nihilo. ℞. Vt excludit præexistentiam componentium, non ut excludit constare ex suis cõponentib. §. Tunc &c. Composita .n. creata sunt ex nihilo, inquantum sua componentia non præextiterunt antequam crearentur, licet non sint ex nihilo, inquantum componuntur ex principiis, quæ sunt entia, in quo sensu argm̃, absq; conclusionis offensa uerificaretur.

3^m de maiori. Emanationem ℞. quæ non est productio totus esse: non, quæ est productio totius esse, §. Tunc &c. Nam emanando, de qua loquimur, non solum est productio partis, puta materiæ, sed est productio esse.i. compositi, & cuiuscunque in eo quomodocunque existentis.

¶ Not. D. Thomas (ut patet) ad ly, solum, r̃ndet tm̃modo, nõ aũt ad ly. Proprie & tñ argm̃ unum ex duob. cõcludere uolebat, s. uel quod materia sola creatur, uel (dato ꝙ hoc non esset uerũ) ꝙ materia proprie creatur. Vnde patet, ꝙ nodus argumenti non tm̃ erat in ly solum, sed ẽt in ly. Propriè. Cum ergo r̃nderit ad ly solum, cur non ẽt respondit ad ly propriè? Qm̃ responsio ad hoc ex præcedentib. a se dictis hẽbatur. Dixerat. n. in corpore, ꝙ hmõi partes dicuntur magis concreata, q̃ creata, & nunc ad finẽ dixit, quòd hmõi sunt creata. Ex quo facillime hẽbatur, quòd huiusmodi erant uere creata, sed non proprie creata. Sic ergo & satisfactũ huic parti argumentationis esse uoluit, & tamen regulam sibi in talib. solitam dimittere recusauit. Hanc regulam uide q.40.ar.1.

li.7. meta. tex. 2. & 3.

APPENDIX.

Ex articulo hẽs primo: qũo per rõnem ostendas, meritò dictũ esse a philosop. 5. phys. tex. 7. & 1. de generatione tex. 11. & 1. phys. tex. 62. quòd esse & nõ esse dicuntur simpliciter de suba, & de accidentib. non simpliciter. Item 1. phys. tex. 62. & 5. phys. tex. 7. & 8. phys. tex. 46. & 1. de generatione tex. 11. & 18. quod fieri simpliciter est substantiarum, secundum quid autem est accidentium. Secundo habes quomodo per rationem uerũ sensum philosophi ibi declares, declaratumque tuearis. Nam ex corpore articuli illorum dictorum omniũ fundamenta stabilia habentur, & cõsequenter ex aliis locis totius doctrinæ sancti Thomæ præsenti articulo correspondentibus, quorum citatio in marginibus SVMMAE THEOLOGIAE ipsius, quẽadmodum ẽt per singulos articulos, apparet. Quo fit, ut non solum hanc, sed & reliquam sancti Thomæ, doctrinam emolumento esse non vulgari in primis Ecclesiæ sanctæ Dei mox philosophiæ ueræ, fateri res ipsa compellat. Tertio uides quomodo ex his uicissim inuetur conclusio.

Vtilit. pro S. Eccles. Ar. 1. huius q. & q. 44. ar. 2.

2

3

¶ Not. Præsenti articulo deseruit articulus in ordine 239. 240. 452. 336. 337. 542. 452. 235. 238. 36.

Comm. Cardinalis Caietani.

IN titulo: proprium distinguitur contra commune, & creati distinguitur contra concreari, ita qđ sensus quæstionis est, utrũ creari sic sumptum, sit tm̃ subsistẽtiũ, siue sint composita, siue nõ.

¶ In corpore unica est cõclusio. Creata ꝓprie sunt tm̃ subsistẽtia. Et ꝓbat̃ sic. Creari est quoddã fieri. ergo ꝓpriè conuenit illis, quib. cõuenit eẽ. ergo ꝓprie conuenit subsistẽtib. Prima consñtia ꝓbatur. q a fieri ordinat̃ ad esse. Scd̃a uero, q a esse ꝓpriè cõuenit, subsistentib. qđ ꝓbatur ex dñia inter subsistentia, & formas, accidẽtia, & alia hmõi in hoc, ꝙ subsistentia hñt esse sic, qđ in suo eẽ subsistunt. reliqua aũt dñr hẽre esse, non quasi ipsa sint, sed q a eis aliquid est, ut patet de albedine. Et confirmatur authoritate Philosophi; & ex hac sequitur alia differentia in conclusione contenta. Nam sicut sola subsistentia, sunt entia, & reliqua sunt coexistentia, ita sola subsistentia sunt creata, & reliqua sunt concreata.

Ferr. 2. cont. c. 21. 85. 96.
Riccar. 2. 5. d. 1. q. 4. a. 4.
Egid. quol. 5. q. 1.
Cap. 2. d. 1. q. 3. con. 1. & 1. d. 43. q. 1. con. 5.
Bannes ar. 5.
Alb. mag. 2. d. p. ar. 7.
Pe. de Pa. 1. 5. d. 1. q. 3.
Scot. 4. 5. d. 1. q. 1.
Duran. 2. 5. d. 1. q. 4.

242
2. d. 1. q. 1. ar. 3. Et 4. d. 5. q. 1. 2. 3. q. 3. Et 2. con. c. 21. 85. & 96. Et 1. q. 3. c. 68. Et po. q. 3. a. 5. Et op. 3. c. 70. 94. & 95. Et opu. 15. c. 10.

ARTICVLVS V.

Vtrum solius Dei sit creare.

Ad qvintvm sic proceditur. Videtur, quod nõ solius Dei sit creare. Quia * sm Philos. Perfectum est, qđ põt sibi simile facere. Sed creaturæ immateriales sunt pfectiores creaturis materialib. quæ faciunt sibi simile. Ignis .n. generat ignem, & homo gñat hoĩem. Ergo substantia immaterialis potest facere substantiam sibi similẽ. Sed substantia immaterialis non põt fieri nisi per creationem, cum non habeat materiam ex qua fiat. Ergo aliqua creatura potest creare.

¶ 2 Præt. Quantò maior est resistentia ex parte facti, tanto maior uirtus requirit̃ in faciẽte. Sed plus resistit cõtrariũ, q̃ nihil. Ergo maioris uirtutis est aliquid facere ex contrario (quod tamen creatura facit) q̃ aliquid facere ex nihilo. Multò magis igitur creatura hoc facere potest.

¶ 3 Præt. Virtus facientis consideratur secundum mẽsuram eius qđ fit. Sed ens creatum est finitum, ut sup. probatum est,* cum de Dei infinitate ageretur. Ergo ad producẽdum per creationem aliquid creatum, non requirit̃ nisi uirtus finita. Sđ hẽre uirtutẽ finitã nõ ẽ cõtra rõnẽ creaturæ. Ergo nõẽ ipossibile creaturã creare.

Sed contra est, quod Aug. dicit in * 3. de Trin. quod neque boni, neque mali angeli, possunt esse creatores alicuius rei. Multo minus igitur aliæ creaturæ.

Respon. Dicendum, ꝙ satis apparet in primo aspectu sm p̃missa ꝙ creare non põt eẽ ꝓpria actio nisi solius Dei oportet enim, uniuersaliores priores causas reducere. Inter oẽs autem effectus, uniuersalissimum est ipsum esse. Vnde oportet, quod sit proprius effectus primæ & uniuersalimæ causæ quæ est. Deus. Vnde etiam dicitur lib. * de causis quod neque intelligentia, uel aĩa nobilis dat esse, nisi inquantum operatur operõne diuina. Producere aũt esse absolutè, non inquantũ est hoc, uel tale, pertinet ad rõnem creationis. Vñ manifestum est, ꝙ creatio est propria actio ipsius Dei. Contingit aũt ꝙ aliquid participet actionem propriam alicuius alterius, non uirtute ꝓpria, sed instrumẽtaliter, inquantum agit in uirtute alterius, sicut aer per uirtutem ignis habet calefacere & ignire. Et sm hoc aliqui opinati sunt, quod licet creatio sit propria actio

SVPER Q. XLV. Art. v.

COncl. 1. Creatio est propria actio ipsius Dei.

¶ Prob. Quia esse est propri⁹ effectus causæ uniuersalissimæ (.i. Dei. libro de causis,) & producere esse absolutè, i. inquantum esse nõ inquantum hoc uel illud pertinet ad rationem creationis.

¶ Concl. 2. Impossibile est, ꝙ alicui creaturæ conueniat creare, nec uirtute ꝓpria, nec instrumentaliter, siue per ministerium.

¶ Prob. Quia creatura non potest, aliquid operari dispositiue ad hunc effectum, idest ad esse

¶ Prob.

* Lib. 2. de anima te. 34. tom. 2.

q. 7. art. 2. 3. & 4.

li. 3. de tri. c. 8. per totum. to. 3.

Ex propositione 3. potest haberi. to. 3.

esse absolutè,& causa instrumentalis non participat actionẽ causę superioris, nisi inquantũ per aliqđ sibi proprium operatur dispositiue ad effectum principaliter agẽtis(ut de securi exẽplo patet.)

1m ex Philos.

Facere. ℞. Aliquo præsupposito,non autem, nullo præsupposito.§. Tunc &c. Licet.n.materialia possint facere aliquid sibi simile quãtum ad esse, q a aliquo præsupposito puta materia ipsa,operantur,tñ immaterialia, puta angeli non pñt,quia nihil in tali operatione agẽti angelo supponeret, cum substãtiæ immateriales sint formæ subsistentes,& nulli prorsus creato conuenire pôt agere nullo præ supposito,ratione in corpore dicta.

4. Sentẽ. d. 5. parag. 3.

D. 410.

2m de maiori.

Resistẽtia duplex.

Resistentia. ℞. Negatiua:non,positiua.§ Tũc &c. Licet .n. plus resistat positiue contrariũ, q̃ nihil,ut arguitur, tñ plus negatiue(ut ita dicam)resistit nihil, quã contrarium. Resistẽtia tunc est negatiua,quando nihil , a potentia ex parte operis faciẽdi p̃supponitur , & dr̃ tunc fieri sic resistentia agenti, qm̃ ab agente aliq d fit per se ex subiecta materia 1.Phys.tex.43. & sequentib. Resistentia ergo ista est maior, q̃ sit resistentia positiua cõtrarij:qm̃ ab agẽte aliquid fit per accidens ex contrariis t. physicorum ibidẽ.Cõtrarium nanq; resistit agenti,inquantũ impedit potentiã ab actu in quem intendit, &c. ut in litera usq; in finem. De resistentia negatiua,quæ aliter,distantia per modum negatiuũ dicta nominatur, uide sup.ar. 2.ad quartum.

3m de maiori.

Scd̃m mensuram eius, quod fit. ℞. Et secundũ modum faciendi illud. §. Tũc &c. Licet.n.creatum , ẽm suã entitatis mensurã,sit finitum,& consequenter ipsum vt sic non requirat potentiam infinitam in creãte , tñ illudmet creatũ ẽm modum suę factionis,inquantum.s. fit ex nihilo, consideratũ est infinitũ.i. non nisi a potentia infinita fieri potest,& consequenter requirit potentiam infinitam in creante. Ex hoc loco intellige tu distantiam sup.ar. 2.quartum , & resistentiam hic ad secundum,

uniuersalis cãæ,tñ aliqua inferiorũ cãrum inquantũ agit in uirtute primę causæ, pôt creare. Et sic posuit Auicenna,ꝙ prima substantia separata creata a Deo,creat aliã post se & substantiã orbis & aĩam eius, & quòd substantia orbis creat materiã inferiorũ corporũ. Et secundum hunc ẽt modũ Magister dicit in 5. d.* 4. sen. quòd Deus pôt creaturę cõicare potentiã creandi, ut creet per ministerium, non propria authoritate. Sed hoc a esse non potest quia cã scd̃a instr̃alis,nõ participat actionẽ cãæ superioris. nisi inquantum per aliquid sibi propriũ dispositiuè operatur ad effectũ principalis agentis. Si igitur nihil ibi ageret secundum illud, qđ est sibi propriũ frustra adhiberetur ad agendũ. Nec oporteret esse determinata instrumenta determinatarũ actionũ. Sic .n.uidemus, qđ securis scindendo lignũ qđ hẽt ex proprietate suæ formæ,producit scãni formã , quæ est effectus proprius principalis agentis . Illud aũt qđ proprius effectus Dei creantis,est illud quod præsupponitur omnib. aliis,s. esse absolutè. Vnde non pôt aliquid operari dispositiuè, & instrumentaliter ad hunc effectum,cum creatio non sit ex aliquo pręsupposito,quod possit disponi per actionem, instrumentalis agentis. Sic igitur impossibile est, quòd alicui creaturæ cõueniat creare,neq; uirtute propria,neque instrumentaliter, siue per ministerium. Et hoc pręcipuè inconueniẽs est dici de aliquo corpore, quòd creet, cum nullum corpus agatur , nisi tangendo uel mouendo. Et sic requirit in sua actione aliquid præexistẽs qđ possit tãgi & moueri. Qđ est contra rationem creationis.

Ad primvm ergo dicendum, quòd aliquod perfectũ participans aliquã naturã facit sibi simile, non quidẽ producendo absolutè illã naturã, sed applicando eã ad aliquid. Non.n.hic homo pot est esse causa naturæ humanæ absolutè, quia sic esset causa suipsius:sed est cã quòd natura humana sit in hoc homine generato. Et sic præsupponit in sua actione determinatam materiam, per quã est hic homo. Sed sicut hic homo participat humanã naturã, ita quodcunque ens creatum participat,ut ita dixerim,naturam essẽdi,quia solus Deus est suum esse,ut supra* dictum est. Nullum igitur ens creatum potest producere aliquod ens absolutè,nisi inquantum esse causat in hoc, Et sic, oportet, quòd præintelligatur id per qđ aliquid est hoc, actioni , qua facit sibi simile. in sub̃a aũt immateriali non potest p̃intelligi aliquid, per qđ sit hæc,quia est hæc per suã formã per quam hẽt esse, cũ sint formæ subsistentes;igitur sub̃a immaterialis nõ potest producere aliam substantiã immaterialem sibi similem,quantũ ad esse eius, sed quantum ad perfectionem al quam superadditã:sicut si dicamus, qđ superior angelus illuminat inferiorem,ut* Diony. dicit. Secundum, quem modum etiã in cælestib. est paternitas,ut ex uerbis Apostoli patet, Eph.3. Ex quo omnis paternitas in cælo & in terra nominatur. Et ex hoc etiam euidẽter apparet,quòd nullum ens creatum potest causare aliquid,nisi præsupposito aliquo. Quod repugnat rationi creationis.

Ad secvndvm dicendũ,quòd ex contrariis fit aliquid p accidẽs,vt dicitur in * 1.Phy. Per se aũt fit aliqd ex subiecto qđ est in potentia. Contrariũ igitur resistit agẽti , inquantũ impedit potentiam ab actu , in quẽ intendit reducere materiam agens. Sicut ignis intẽdit reducere aquam in actum sibi similem , sed impeditur per formã , & dispõnes contrarias, quib. quasi ligatur potentia ne reducatur in actum. Et quantò magis fuerit potentia ligata , tantò requiritur maior uirtus in agente ad reducendam materiam in actũ. Vñ multo maior potentia requiritur in agente, si nulla potentia pręexistat. Sic ergo patet, quòd multo maioris uirtutis est facere aliquid ex nihilo, quam ex contrario.

li. 1. Phys. tex. 43. & sequen. t. 2

Ad tertivm dicendũ,ꝙ uirtus facientis nõ solũ cõsideratur ex sub̃a facti sed ẽt ex mõ faciẽdi. Maior.n.calor non solũ magis,sed ẽt citius calefacit. Quãuis igitur creare aliquẽ effectum finitũ non demonstret potẽtiã infinitam, tamẽ creare ipsum ex nihilo demonstrat potentiam d infinitam. Qđ ex prædictis patet.* Si. n. tantò maior uirtus requiritur in agente, quantò potẽtia est magis remota ab actu , oportet, ꝙ uirtus agentis ex nulla præsupposita potentia,quale agens est creãs, sit infinita , quia nulla proportio est nullius potentiæ ad aliquam potentiam, quam præsupponit uirtus agentis naturalis,sicut non entis ad ens. Et quia nulla creatura habet simpliciter potentiam infinitam,sicut neque esse d infinitum ut sup. * probatum est,relinquitur quòd nulla creatura possit creare.

D.409. In solutio. ad ar. 2. p̃ced.

q. 3. ar. 4.

APPENDIX.

Ex articulo habes primo:qũo per rõnem destruas hæreses cum authorib. suis enumeratas. q. 37. ar. 1. Item q 45. art. 2. Itẽ q. 46 ar. 2. & 3 Item q. 74 ar. 3. Item q. 65 ar. 1. Item q. 44. ar. 1. Item q. 65 ar. 3. & 4 Item q. 8. ar. 3. Item q. 64. ar. 4. Cum.n.ibi recensiti errores creationem alii a Deo,attribuẽt:patet,ꝙ hic articulus ad hos oẽs profligandos aptissimus est. Scd̃o hẽs:qũo per rõnẽ illam (ultra eas, q̃ ibi sup. assignatę sunt) demonstres,ꝙ merito dãnatę sunt oẽs hæreses illæ ab ipsis sũmis Pontificib. cõcilijs,uel scripturis,qui uel q̃ inibi adducuntur. Vide illa loca, & bñ applica indẽ huc, uel hinc illuc,q̃ applicãda sunt. Tertio habes, qũo p rõnẽ ostẽdas, rectè dictũ Eccles. 18. Qui uiuit in æternũ,creauit oĩa simul. Si.n.creauit oĩa simul, & oĩa singulaque (excepto Deo) creata sunt, qũo unam creaturã mediante alia produxit? Itẽ rectè dictum a Concilio Lateranẽsi sub Inn. 3. extra de su. tri. & fi cath. firmiter credimus, & simpliciter confitemur, ꝙ &c. Deus est unũ uniuersorũ principiũ uisibiliũ,& inuisibiliũ,q ab initio tp̃is utrãq; simul ex nihilo cõdidit creaturã sp̃ualẽ, & corporalem. Hæc ibi. Vñ hr̃, vt nunc sup. Itẽ rectè dictũ in regulis fidei traditis ab Aug. in li. de fide ad Petrũ c. 5. firmissime tene,& nullatenus dubites solũ uerũ Deũ eẽ oĩum rerũ uisibiliũ & inuisibilium creatorem. Hæc ibi,ubi nota ly solum Si enim solus Deus creauit,ergo nulla creatura mediante creauit. Sicut ex cõcilio Lat. sup inferendũ ad literam erat:ũ Deus est principium unũ uniuersorũ, ergo nihil mediante aliqua creatura creauit. Nã tũ; essent duo principia, saltẽ alicuius creati;unũ principale.s. De*,aliud ministeriale, creatura medians. Id quod neq; in scripturis,neq; in Concilijs,neq; in sũb. pontificijs uel legalib.neq; in patrib* Orthodoxis unquã visũ, sed nec auditum quidẽ puto,nec somniatũ. Itẽ rectè dictũ a B.Cyrillo in synodo Ephesina Doctore tã celebrato,sic os diaboli eẽ,q dicit, Angelos creasse al q̃ creaturã. Hæc ille in li. 2.contra Iulianum. Item rectè dictum a Damasceno lib. 1. fidei Orthodoxę, sic ; impium esse & hæreticum dicere, creaturam aliquam creauisse. Hæc ibi c. 3. Quarto indes , qũo ex his vicissim Angelica hæc doctrina firmetur.

1

3

4. & 10. cęle. hier. a medio.

4 D. 736. q. 7. art. 2.

Comm.

Comm. Cardinalis Caietani.

Titulus ex prędictis clarus est.

¶ In corpore quatuor facit. Primò, respondet quæsito quo ad creaturæ uirtute propria. Secundò, refert quandã opinionem quoad creare instrumẽtaliter, ibi, contingit aũt. Tertiò improbat præfatã opin. in cõi, ibi: sed hoc esse non põt. Quartò, improbat eandem in speciali, quoad agens corporeum, ibi: & hoc præcipuè.

¶ Quo ad primum conclusio responsiua quæsito est. Creare est propria actio solius Dei. Et probatur sic. Esse est proprius primæ & uniuersalissimæ causæ, quæ est Deus, & producere esse, absolutè pertinet ad rationem creationis. ergo creatio est propria actio solius Dei. Prima propositio probatur dupliciter. Primo ratione, quia effectus uniuersaliores oportet in uniuersaliores, & priores causas reducere. Esse autem inter omnes effectus est uniuersalissimum. Secundò authoritate, ex lib. de causis. Quòd neque intelligentia, neque anima nobilis dat esse, nisi inquantum operatur operatione diuina.

¶ Circa hanc partem multiplex dubium occurrit. Et primo, circa primam propositionem assumptam. Arguit enim Scot. in 4. distinct. 1. contra eam, dicens eam esse falsam, quod probat sic. Esse compositi est a generante cõpositum, ergo non est proprius effectus Dei, & tenet sequela, quia compositum, puta bos, est ab uniuoco generante, &c.

¶ Dubium est secundo: circa probationes illius. Arguit. n. ibidẽ contra eas. Et primo contra primam. Aut ibi est sermo de uniuersalitate causæ & effectus secundum prædicationem, aut secũdum perfectionem, aut de uniuersalitate effectus secundum prædicationem, causæ uerò secundum perfectionem. si semper est sermo de uniuersalitate secundum prædicationem, & minor est falsa, quia Deus non est causa uniuersalissima in prædicando, & ut patet, non concluditur intentum. Si uerò semper est de uniuersalitate secundum perfectionem, minor etiam est falsa, quia esse nõ est perfectissimus effectus, quod probatur, quia quodcunque includitur in multis, non potest esse perfectius quocumque illorum in quo includitur. Si autem difformiter accipiatur, ita ꝙ ex parte causæ sumatur uniuersalius secundum perfectionem, & ex parte effectus secundum prædicationem, tunc dupliciter peccat ratio, quia primo, maior est falsa. Nam effectus uniuersalissimus in prædicatione potest esse a causa imperfecta, quia saluatur in pluribus effectib. imperfectis. Secundò, quia peccat secundum sophisma consequentis, quoniam ex hoc, ꝙ effectus uniuersalissimus in prædicatione est a causa uniuersalissima secundum perfectionẽ, & esse est huiusmodi, sequitur ista conclusio. Ergo esse inquantum huiusmodi, non potest esse nisi a causa uniuersalissima secundum perfectionem, sed ex hoc non sequitur, ergo esse huius creabilis non potest esse nisi a tali causa, patet ergo, ꝙ in illatione est fallacia consequentis. Quòd si distinguat, ꝙ in isto producto est cõsiderare esse huius & esse simpliciter, hoc non soluit, quia ista non sic distinguuntur, quin ab eadem sint causa, cum sint idem. Deinde contra aliam probationem inuehit, ꝙ concludit oppositum intenti, quia non absolute negat propositio illa, intelligentiam dare esse, imò magis affirmat dum dicit, quòd non competit sibi dare esse, nisi inquantum operatur operatione diuina.

¶ Circa uim illationis rationis factæ dubitatur sic. Aut author intendit, ꝙ esse sic, est proprius effectus primæ causæ, ꝙ est a sola prima causa. & tunc militant obiectiones Scot. Aut ꝙ sic est proprius, ꝙ per se primo est a solo Deo, & tunc illatio nihil uidetur ualere, nisi in uirtute illius cathegoricæ. Producere eẽ per se primo, est creare: hæc autem est falsa, quia producere per se primo esse in boue, non est creare, alioquin cũ bos generatur, uel esse eius a nullo producitur per se primo, uel creatio ſp admittetur omni operationi naturæ, quod est contra S. Th. in ult. ar. huius quæstio.

¶ Ad euidentiã horum scito, ꝙ magna differentia est inter aliquẽ effectum & seipsum cũ conditione ꝑ se primo. Valde. n. distãt A fit a B, & A per se primo fit a B. In primo. n. significatur solum, quòd A fit, in secundo quòd ꝑ se primo fit. Vñ hæc duo, Esse fit. Esse per se primo fit, distant plusquam cęlum & terra. In primo namq; significatur tm̃, quòd esse terminat factionem. In scd̃o uerò, quòd terminat, & modus quo terminat. In primo quoque non refert, ergo immediate ante hoc non erat ens, in scd̃o autem sic, ut patet ex supradictis ex 1. Phy. In primo rursus, non infert agẽs proprium. In secundo autem infert agens proprium, & per se primo. In primo demum non infert quod in quocumque fiat ab illa causa. In secundo aũt infert, quod in quocunq; fit, ab illo agente fit, quia oportet uniuersaliter ab illo fieri a quo ꝑ se primo fit. Vñ cum in pñti ratione non sit sermo de effectib. ut quolibet fiunt, sed, ut per se primo fiunt, ut patet ex uerbis literæ dicentis, quòd uniuersaliores effectus oportet in priores & uniuersaliores causas reducere. Reductio. n. a per se primo sit manifeste liquet quòd male intellecta est ratio ista a Sco. interpretante eam de fieri effectuum, absq; ly per se primo. Vnde ad primum dubium dicitur, quòd propositio illa est uerissima, sed malè intellecta ab arguente. debet. n. accipi conclusio ut sequitur ex præmissis, ex quib. habetur quòd esse est proprius effectus causæ uniuersalissimæ, quæ est Deus, i. esse est per se primo effectus Dei. hoc. n. significat ly proprius, & non significat idem quòd solum, seu tantum, ut arguens intellexit imponens authori, quòd esse est effectus solius Dei, hoc enim nunquam somniauimus. immo omnem causam tenemus dare esse, uirtute tamen primę causæ, ut propositio libri de causis adducta insinuat. Vnde frustra nixus est Scotus contra hunc articulum quo ad hoc.

¶ Ad secundum uerò dubium contra probationes dicitur, ꝙ directe loquendo, maior intelligit difformiter uniuersale ex parte causæ & effectus, quoniam sensus est, quòd effectus uniuersalior secundum prædicationem, reducitur in causam uniuersaliorem secundum causalitatem, seu secundum perfectionem. Et ad primã obiectionem in oppositum dicitur quòd ista maior est uerissima, ut etiam ipse postmo dum cogitur fateri ibidem. Et quòd probatio ad oppositum nihil ualet. Nam cum hoc, quod effectus uniuersalissimus sit a plurib. immo ab omnibus causis, stat quòd a sola prima causa est per se primò Non. n. diximus, quòd effectus uniuersaliores sunt tantum a causis uniuersaliorib. ut arguens intellexit, sed quòd reducuntur in eas, i. quòd sunt per se primò ab eis. Et mirum est quomodo in hoc caligauerit, cum in promptu erat nosse hanc maiorem ex 2. Phys. & 5. Metap.

¶ Ad secundam uerò probationem dicitur, quod consequẽtia est optima. Esse per se primo, est causa uniuersalissima, ergo esse huius & illius & cuiuscunque, est per se primo ab eadem causa. & fundatur consequentia super illa cathegorica. Esse in quocunque fit, ab eo oportet fieri a quo per se primo fit, quam constat esse per se notam. Nec huic ueritati obstat, quòd cum fit bos, esse fiat a boue generante, quoniam non fit ab eo nisi per accidens, illo accidentalitatis modo, quo coloratum fit per accidens, cum ex nigro fit. Album. Ad obiectionem uero contra allegatam authoritatem, iam patet responsio, quia non est allata ad probandum, quòd esse est a solo Deo, sed quod esse est per se primo a Deo.

¶ Ad tertium autem dubium dicendum est, quòd rõ literæ potest dupliciter intelligi. Primo, ut ex identitate productionis esse per se primo, & creationis, inferatur qđ creatio est propria actio solius Dei, i. conueniat soli Deo, ex propriis seu uirtute propria, & sic processus pateret, ex dictis in præcedenti quæstione. Et licet uera diceret, non multum tamen artificiosus uidetur. Nec propositiones assumptę de reductione effectuum in causas, multum uiderentur ad propositum. Vnde secundo intelligitur, ut ex identitate, per se primo termini actionis primæ causæ & creationis inferatur, quòd creatio est propria solius Dei actio, & sic artificiosus. Valde & efficaciter ex assumptis propositionib. fit processus. Ex eo namque, quòd esse, est per se primo ratio quod aliquid fiat a prima causa, & etiam quòd aliquid creetur, optimè sequitur, qđ creatio primæ causæ propria est. Et hunc sensum manifeste insinuat litera: dum primam propositionem, s. quòd esse est per se primo ratio, quod aliquid attingatur ab uniuersalissima causa, probat ex regula reductionis effectuum uniuersaliorum in causas uniuersaliores. Secundam uero. s. quòd esse est ratio quod aliquid creetur. ponit dicendo, quòd producere esse non inquantum est, hoc uel tale, sed inquantum esse pertinet ad rationem creationis. In his enim, uerbis ostenditur, quòd esse ratio creationis est, & sic subtiliter ex identitate per se primo termini conclusum est intentum. Et quia hoc ex dictis satis in promptu erat, ideo litera dicit, quod satis apparet in primo aspectu. quòd creatio est propria actio solius Dei. Vnde ad obiectionẽ in oppositum dicitur, quòd cathegorica fundans hunc processum, non est illa propositio, quamuis sit uera. s. producere per se primo esse, est creare, sed quòd respicere per se primo esse, est operatio propria primæ causæ, uel creare est respicere per se primo esse. Cum uerò dicitur, quòd ista est falsa. Dare per se primo esse est creare, quia in factione bouis &c. Respondetur quod nullum inconueniens est, immo oportet in factione rerum naturalium esse a nullo fieri per se primo tunc, quoniam fit semper unumquodque ex alio ente, licet per accidens, & ut millies iam dictum est non fit per se primo & consequenter a nullo fit per se primo id, cuius ratio immediate ante illud erat, siue per se, siue per accidens, ut patet ex 1. Physi. Notanter autem dixi, tunc ne ex hoc errares, aut imponeres mihi, aliquem effectum positiuum per se unum in uniuerso a nullo agente per se primo quodlibet enim ens, quod a natura fit, in productione totius uniuersi, in qua producta sunt omnia secundum unam sui partem, s. materiam inchoatiue a prima causa cępit pendere & postmodum ex cooperatione primæ causæ in secundis causis, unumquodque complete fit ens. Et sic per se primo, quod libet inquantum ens, est a prima causa, sed non per actionẽ totaliter nouam, & similiter conseruatur ab ipsa. Et sic esse omne reducitur in actionem Dei, ut per se primo causæ sed non totaliter nouam.

¶Quo ad secundum, ponit opiniones Auic. & Magistri: satis clare circa communicationem actus creandi, quòd.s.potest communicari creaturæ. Et licet, eorum rationes non nisi arguendo afferuntur: hic tamen ostenditur quòd positio hæc non repugnat conclusioni determinatæ, cum hoc enim quod creatio propria est Dei actio, stat, quòd potest alteri conuenire, non ex proprijs, sed inquantum participat Deum, cuius est illa actio propria, & hoc quantum est ex ratione proprietatis, & hoc ostenditur in litera de actione ignis respectu aeris.

¶Aduerte hic, quòd author recitando Magistrum, refert quoque seipsum in 1.d.2.q.1.ar.3.& 5.d.4.q.1.ar.3. q.2.ad quartum, non aspernatum opinionem Magistri, quam hic repellit cum sequacibus, etiam si ipsemet fuit unus ex illis.

¶Quo ad tertium reprehenditur positio prædicta, tali ratione. Causa secunda instrumentalis non participat actionem causæ superioris, nisi inquantum per aliquid sibi proprium dispositiue operatur: ad effectum principalis agentis, sed nullum agens, secundum potest aliquid dispositiue operari ad effectum Dei creantis; ergo nulla potest esse causa instrumentalis ad creationis actum. Maior probatur dupliciter, ducendo ad inconueniẽs primo. quia si nihil ageret causa instrumentalis secundum sibi proprium frustra adhiberetur ad agendum. Secundò, quia non oporteret esse determinata instrumenta determinatarum actionum. Deinde manifestatur inductione ad sensum, quia sic uidemus in securi, &c. Minor quoque probatur dupliciter primò, ex termino, quia esse absolute, quod est proprius effectus creantis: omnib. alijs præsupponitur: secundò ex modo, quia creatio non est ex aliquo, & sic excludit omne disponibile.

¶Circa hanc rationem occurrunt obiectiones, primo Scoti q2 ubi supra: dupliciter maiorem assumptam impugnat, uolens esse falsam cum illa particula, dispositiue, sine illa autem posse bene & male intelligi. Et quia author expresse ponit illam particulam, & in illa constituit uim medij termini, ut patet: ideo singula afferenda sunt distincte. Vult ergo primo, quòd causa instrumentalis non oportet quòd habeat actionem propriam, cuius oppositum in litera dicitur: concedens quoque, quòd causa instrumentalis, habet aliquid proprium per quod agit, negat quòd per illud proprium habeat actionem, nisi in uirtute principalis agentis. Et hoc probat, quia in quacunque actione quam habet instrumentum nõ in uirtute principalis agentis, in illa non est instrumentum, sed principale agens. Tertiò arguit contra ly dispositiue. Instrumentũ potest attingere effectum principali agentis. ergo non oportet vniuersaliter, quòd agat dispositiuè. Antecedens cõceditur, inquit, etiam ab ipso.s. S. Th. alibi s. in 4. sentent d.1.q.1 ar.4.q.1 Et manifestatur in factione monetæ, & sigillatione. Quarto inuehit contra exemplum de securi & similibus uolens, quòd ex his non potest trahi intentum, quia sunt instrumenta ad actionem præuiam alteri actioni: securis.n. est instrumentum ad scissionem, quæ est præuia formationi scamni: non sic autem est in omnib. causis instrumentalib. quoniam aliqua sunt instrumenta, ut dictum est, ad solam illam actionem, qua principalis effectus ht. Duran. deinde arguit, uolens primo, ꝙ ratio supponit unum falsum, s. ꝙ omnis causa secunda sit causa instrumentalis respectu Dei. Hoc inquit est falsum, quoniam angelus nullo modo mouetur a Deo, cum agit. Et præterea, sequeretur, ꝙ oẽm naturalẽ actionẽ sequeretur effectus Dei. Scdo, ꝙ ratio in scda præcipue probatione minoris, supponit aliud falsum, s. ꝙ omnis actio causæ scdæ sit ex subiecto, hoc inquit non est necessarium, quia non minus põt Deus separare accidens a subiecto dũ fit a naturali agente, quam cum factum est. Tunc sic. separet Deus accidens a subiecto dum fit a naturali agente. ergo illud fieri erit non ex subiecto, non ergo sic oportet causam secundam agere ex subiecto, quin possit oppositum diuina fieri potentia.

¶Ad euidentiã huius difficultatis, scito, ꝙ uniuersaliter loquẽdo, dupliciter intelligi põt, cãm instrumẽtalem exigere actionẽ, s. propriam, & principalis agentis. Vno modo sic, ut sint duæ actiones habentes diuersas res pro terminis, sicut calor animæ & calefacit & generat carnẽ, & hoc iudicio meo, nõ est necessariũ, & contra hoc tendit Sco. Alio mõ sic, ut una operatio prout est ex propria instrumenti uirtute, faciat aliquid præuium ordine naturę, ei qđ facit prout est ex uirtute principalis agentis, sicut situalis cõpositio trianguli ex uirtute motiua simul ponit tres uirgas, ex rõne aut forma trianguli nulla alia actione adiuncta, & simile est in sculpturis. Et hoc est indubitatũ, & intentũ. Certũ quidẽ quia oĩs cã instrumẽtalis ꝓpriã aliquã uirtutẽ actiuã hẽt: alioq̃n, ut in litera dicitur, frustra ad agendum assumeretur &c. Oĩ aũt uirtuti actiuæ rñdet aliquid ꝑ eã factibile, alioq̃n esset actiua nihili. Et cũ constet, ꝙ primũ in intentione est ultimũ in gñatione, & ꝙ cõcurrentib. cã principali & instrumentali simul, primum in intentione est effectus, sm id quod hẽt ex cã principali: consequens est, ꝙ id qđ hẽt effectus ex cã instrumẽtali, est præuiũ ei quod est ex causa principali, siue illa duo sint multæ res, siue una, & distinguãtur ut res & modus eius, siuẽ quouis alio modo, nihil refert. Intentũ autem, quia & nota alludõt, & efficax processus est. Noĩe ꝙ dispõnis intelligitur oẽ præueniens, & noĩe propriæ actionis intelligitur operatio inquantum est ex instrumenti uirtute. Efficacia aũt processus liquet, qm̃ si oĩs causa instrumentalis causat uirtute ꝓpria aliquid præuium termino formali principalis agentis, & in creatione nihil potest causari præuium quocumq; modo: consequens est, nullam posse in creando instrumentalem causam concurrere. Vnde rationes Sco. q. contra primum sensum tendunt, s. dere quamuis forte non oporteret: dico, tamen, ꝙ causa instrumẽtalis hẽt actionẽ propriam, coincidentem tamen materialiter cũ actione quã hẽt ut instrumentum agentis. Et cum scdo dicitur, ꝙ quicquid operatur per illud proprium causat in uirtute principalis agentis, potest dupliciter intelligi. Primò sic. In uirtute principalis agentis, i. per uirtutem principaliter existentem in principali agente, & sic est falsissimũ, qm̃ ꝑ uirtutem in se, & non in principali causat illud proprium, alioquin ut deductum est, per illud proprium nihil proprij faceret. Alio modo sic. In uirtute principalis agentis, i. ut fiat sub principali agente. Et sic uidetur uerum, qm̃ principale agens dupliciter habet ad cãm instrumentalẽ, s. ut utẽs propria instrumenti uirtute, & ut eleuans ipsã ad aliq̃d altius cãndũ, intentũ, s. ab ipsa principali cã. Et sic instrumentum ad hoc ꝙ sit instrumentũ, exigit uirtutẽ & actionẽ propriã, & participationẽ actionis principalis. Et licet, in scda tm̃ dicatur proprie instrumentaliter cãre, in prima tñ non dicitur agẽs principale, sed cãns ex propria uirtute Vnde consutia Scoti. in hac actione non cãt in uirtute principalis agentis. ergo ipsum est agens principale, non ualet: non, n. oportet, ꝙ respũ oĩs actionis causa sit aut principalis aut instrumentalis proprie loquendo: sed datur medium, s. quòd est causa instrumentalis, ex proprijs illam causans. Extensis tamẽ uocabulis põt dici, & causa instrumentalis ẽt illius propriæ actionis, pro quanto agit applicata ab alio: sicut, q2 aĩa utitur calefactione ad gñationem carnis, animæ calor põt dici instrumentum animæ, ẽt in calefaciendo, & põt dici causa principalis, quia ꝓpria uirtute causat. Nec inconuenit, imò oportet omnem causam instrumentalem esse sic principalem, i. habentem propriam uirtutẽ. diuersimode: nec hoc accidit, sed per se conuenit instrumento, sicut unicuique formæ propria materia. Ratio namque instrumenti non nisi propria uirtute actiua saluari potest, sicut ratio hominis in talibus carnibus & ossibus.

¶Ad secundum uero negatur consequentia, pertingit ad ultimam formam q̃uque: ergo non dispositiuè. disponendo namq; ex proprijs pertingit ad ultimum ex uirtute agentis principalis, etiã sumendo dispositionem pro dispositione realiter distincta, ut ibidẽ dat author exemplum de qualitatib. actiuis & formis naturaliũ, & per oppositum respectu animæ intellectiuæ.

¶Ad ultimum dicitur, quòd doctrina a notiorib. tradenda est. Et propterea, author exemplum de securi induxit: in quo tamen declarauit intentum, dicendo, quòd producit formam scamni, insinuans per hoc, quòd nihil aliud intendebat, nisi quòd instrumenta etiam attingendo formam intentam a principali, disponunt, i. præuiam aliquid faciunt.

¶Ad Durandum autem, dicitur primo, quòd ratio literæ non eget illa propositione. s. Oĩs cã scda est instrumentum Dei; sed illa, quæcumq; cã assumeretur ad creationis actum, esset cã instrumentalis, quam constat non posse inficiari, quia secundum omnes creatio est propria actio solius Dei, & quæcumq; causa assumitur ad exequendum propriam superioris actionem, constat quòd ut instrumentalis causa adhibetur. Dicitur secundo, quòd etiam illa propositio est uera, ut patet ex quæstio. De potentia, q.3.ar.7. ubi angelus, & omnis causa secunda non agit, nisi agatur a Deo multipliciter, diffuse ibi ostenditur. Nec inconuenit, imò oportet omnem actionem creaturæ attingere ad effectum Dei, quia semper attingit ad esse quòd nulla causa dat nisi in uirtute primæ causę, ut hic, & in tertio contra Gent. c.64.& 65. ostenditur:

¶Ad obiectionem aliam uero eiusdem dicitur, quòd licet semper possit accidens a subiecto separari in sensu diuiso, non tamen compossibile est, quòd accidens separetur a subiecto, & fiat ab agente naturali, nisi forte eidem in fieri tribuatur, ut gerat uicem subiecti: sicut in sacramento altaris dicimus, quòd quantitas gerit uicem substantiæ, etiam in corruptione. Ratio disparitatis inter possibilitatem separationis accidentis in fieri, & facto esse, est, q2 esse accidentis non est in esse actualiter, sed aptitudinaliter in subiecto. Et propterea stat, quòd separetur, & sic. Fieri autem eius ab agente naturali est actualiter educi de potentia: non enim aliter agens naturale agit, nisi educendo de potentia subiecti. Et propterea, sicut non stat simul, quòd fiat ab agente naturali, & non reducatur de potentia subiecti, quia implicat: ita non stat simul, quòd fiat ab agẽte naturali, & sit separatum a subiecto, est enim manifesta implicatio, quam si aduertisset Durandus, forte tacuisset.

¶Quo ad quartum, cõfirmatur prædicta opinio specialiter quo ad corpus: quia omnẽ corpus agit tangendo. ergo præexigendo aliquid suæ actionis nullũ aũt creans præexigit aliquid, ergo, &c.

In responsione ad primum, aduerte, ꝙ Sco. eam refert ubi supra per modum rationis contra Auic. sic: participans naturam aliquã facit sibi simile non producendo naturam absolutè, sed applicando &c. Et contra ea multipliciter arguit. Primò, quia hic assumuntur duo alibi improbata, s. quòd homo non est hic nisi per materiam. Et quòd angelus est hic per suam formam. Secundò, quia illa maior, aut fundatur super hoc, productum oportet participare naturam, & sic sequetur quòd nec a Deo posset creari angelus. Aut super hoc, quod producens angelus participat naturam. Et sic, nihil valet, quia angelus producens non habet aliquid præsuppositum ipsi esse: ergo nec in producendo requiritur aliquod præsuppositum ipsi esse: producendum, enim oportet esse simile producenti. Tertio, contra illam propositionem minorem. Omne ens creatum participat naturam essendi, aut esse participatur tanquam actus posterior essentia. aut tanquam idem essentiæ, sed neutro modo concluditur intentum, ergo.

Ad hæc breuiter & dicitur, & ad primum, ꝙ illa alibi improbata, sunt & alibi sustentata, & uerificata. Ad sc̃dm uerò dicitur, ꝙ ut in litera aperte monstratur, maior ipsa uerificatur, quia agens participat illam naturam, & probatur in litera maior, ducendo ad impossibile: quia, s. si participans aliquam naturam, causaret illam absolute, & non in hoc, sequeretur ꝙ causaret illam in seipso, & tenet sequela, quia causa alicuius naturę absolutè, est causa illius uniuersaliter, & consequenter in quocunque est participata, & consequenter in seipso, ex quo ipsum quoque est de numero participantium illam naturam. Ad obiectionem ergo dicitur, ꝙ ex hoc antecedente. Angelus producit alium angelum, sequuntur duo contradictoria, s. & quod angelus producendus habet aliquid præsuppositum, & quòd non hẽt. Ex eo namque, quòd oportet esse similem producenti, sequitur. quòd non hẽt. Ex eo uerò, quod producẽs est ens per participationem, sequitur, quòd producendi aliquid præexistat, quia eius actio non potest esse, nisi factio esse in hoc. Nec est mirum hoc, quia antecedens implicat. Vnde, argumentum Scoti nihil ualet, ex sequela unius contradictorij inferens non sequelam alterius. dicimus, n. quòd sequitur utrumque. & hoc ostendit, quod antecedens est omnino impossibile, & ut in litera dicitur. ex hoc euidenter patet, quòd nulla creatura potest creare.

¶ Ad tertium autem dicitur, quod nihil refert ad propositum, identitas aut diuersitas essentiæ ab esse, satis est, quòd sint entia per participationem, aut omnino simplicia, aut inseparabiliter cõposita, sic quod nihil eorum potest presupponi ante aliquid aliud eorundem. iam. n. ostensum est, quòd maior cum toto processu solida est, quicquid horum sit. Quod arguens subdit, quòd apud nos subiectum non supponitur propter naturam agentis participatã, sed quia forma, quæ est pars naturæ participate, est materialis: ipsæ rerum actiones, & ratio in litera ad probandum maiorem allata, ostendunt rude esse.

¶ In responsione ad tertium habes responsionem inquirentib. quare potentia creandi non potest communicari creaturæ: quare repugnat &c. ratio est, quia uirtus creatiua est infinita & si non ratione facti, tamen ratione modi faciendi. Et per hoc solues multa argumentorum a Capreolo recitatorum in 2 dist. 1. q. 3. contra hanc conclusionem, quæ uide si uis in eo. Veruntamen Scotus ubi supra, hanc rationem affert, & quamuis male uideatur subsumere, inferendo distantiam potentiæ ab actu, nihilominus, quia euidenter apparet, quod huic literæ passum reprehendere nititur, recitanda est solutio eius, & cõfutanda. Dicit ergo ꝙ licet nullius potentiæ ad aliquam potentiam nulla sit proportio. negatur tamẽ sequela, ergo uirtus quæ potest super hanc nullam habet proportionem ad uirtutem quæ potest super illam. Et ratio negationis est, quia prima extrema, s. nulla potentia, & aliqua potentia sunt, inter quæ non est nata esse proportio, quia alterum non est quantum, alia uerò extrema, s. uirtutes, sunt inter quæ nata est esse proportio, quia ambæ sunt quantæ. Et datur exemplum de puncto & linea, inter quæ nulla est proportio, & tamen uirtutes potentes supra illis, non sunt improportionales.

¶ Ad hanc solutionem confutandam, & firmitatem rationis factæ in litera, scito quod ratio literæ non fundatur præcise supra improportionem primorum extremorum, ut arguens dissimulare uidetur, sed fundatur super illa regula Peripatetica, quòd quando sunt duo extrema sic se habentia, quòd quantum unum minuitur, reliquum crescit tantum proportionaliter, & econuerso. si utrumque numeraliter multiplicatum ponatur, & combinetur: ita quod quælibet combinatio constet ex uno unius, & altero alterius extremi, si unum ponitur diminui usque ad non gradum, suum compar crescit supra omnem gradum, idest, in infinitum ac per hoc, sicut inter minutum usque ad non gradum, & retinentẽ gradum, nulla est proportio ita, inter reliqua duo crescentia nulla est proportio. Verbi gratia, & est exemplum ad propositum ex quarto, Physic. tex. 72. Velocitas motus, & corpulentia spatii sunt duo extrema, quæ cæteris paribus, ita se habent, quòd quantò minuitur corpulentia, tanto motus, est uelocior, ut patet ad sensum. Si multipliciter utrumque, & ponamus duos motus, & duo spatia unum motum in uno spatio, & reliquum in alio, & corpulentia unius spatii minuatur usque ad non gradum, id est quòd nullum sit corpus, oportet quòd uelocitas motus in illo spatio augeatur in infinitum, & qualis est proportio spatii sine corpore ad spatium corpore plenum, talis sit proportio uelocitatis illius ad uelocitatem illius. Super hac regula fundatur processus Philosophi ibidem, ad probandum, quod motus in uacuo, & pleno, sunt improportionales. Super hac regula fundatur processus literæ, ut patet ex ipsa litera expresse assumente in prima propositione duo extrema, scilicet, & proportionale augmentũ, & decrementum eorum, dicens, quod si tantò maior uirtus exigitur in agente, quanto potentia elongatior est ab actu: hoc enim, diminutionem importat, & postmodum subdit alterum extremum ad non gradum, oportet inquit, quòd uirtus agentis ex nulla præsupposita potentia sit improportionalis &c. Et quamuis hæc, etiã si fingendi licentia daretur, non possit negari: potest tamen probare, & ad propositum in nostris terminis. Quia aliter sequeretur quòd uirtus potens facere ex aliqua potentia, & uirtus potens facere ex nulla potentia, essent ęquales, quod non est intelligibile repugnat enim illi per se notæ maiori assumptæ in litera, quam Sco. tanquam causa non uiderit, tacuit. Et patet sequela, arguendo modo. An sumpta aliqua uirtute faciente ex nulla potentia, & finita secundo eos, puta A, & alia uirtutẽ certa, puta B, faciẽte ex aliqua potẽtia, puta C, & statuta inter eas certa ꝓportione, puta decupla: arguatur sic, si sumatur potẽtia in decuplo elongatior ab actu, quã C, uirtus faciens, ex illa potẽtia in decuplo excedet B. ergo erit æqualis ipsi A, quod in decuplo tantũ excedit B. ergo uirtus agens, ex aliqua potentia erit æqualis uirtuti agenti ex nulla. Et aduerte ꝙ nihil refert, utrũ possit dari in natura potentia in decuplo, aut centuplo remotior, sicut nihil refert, utrum possit dari corpus in cẽtuplo &c. subtilius, & motus sp uelocior, sufficit. n. ueritas conditionalium. Quicquid. n. repugnat ueritati huiusmodi conditionalium, est impossibile. Et si hoc negas, philosophiam naturalem Arist. destruis, ut patet in 4. 6. 7. & 8. Physic. Ad Scotũ ergo dicitur, quòd ratio non arguit ex extremis improportionalib. absolute, sed ex eis ut terminis progressus augmentationis, & diminutionis proportionalis, ut patet, & ideo ualet. Exemplũ uero de puncto, & linea, quæ extrema improportionalia absolutè sunt, nihil obstat, quia ad nullum est propositum. Stat ergo solida demonstratio literæ, quòd uirtus creatiua est infinita, & ideo incõmunicabilis, oĩs. n. uirtus finita est alteri uirtuti finitæ proportionalis, ut etiam ipse fatetur, quoniam utraque quanta est & finita.

ARTICVLVS VI.

Vtrum creare sit proprium alicuius personæ.

243 a prol. cõ. 1 s. & po. q. 9. art. 5. ad 20.

AD SEXTVM sic proceditur. Videtur, ꝙ creare sit proprium alicuius personæ. Quod. n. est prius, est causa eius quod est post, & perfectum imperfecti. Sed processio diuinę personæ est prior quam processio creaturæ, & magis perfecta, quia diuina persona procedit in perfecta similitudine sui principii, creatura uerò in imperfecta. Ergo processiones diuinarum personarum sunt causa processionis rerum. Et sic creare est proprium personæ.

¶ 2 Præt. Personæ diuinæ non distinguuntur abinuicem nisi per suas processiones & relatiões. Quicquid igitur differenter attribuitur diuinis personis, hoc cõuenit eis sc̃dum processiones & relationes personarum. Sed causalitas creaturarum diuersimodè attribuitur diuinis p̃sonis. Nam in symbolo fidei patri attribuitur, ꝙ sit creator omnium inuisibilium & uisibilium. Filio autẽ attribuitur, ꝙ per eum omnia facta sunt, sed spiritui san. quòd sit dominus & uiuificator. Causalitas ergo creaturarum conuenit personis secũdum processiones & relationes.

¶ 3 Præt. Si dicatur ꝙ cãsalitas creaturæ attẽditur s̃m aliqđ attributum essẽtiale, quòd appropriatur alicui p̃sonæ, hoc nõ uidet̃ sufficiẽs. Quia

Cap. 2. d. 1. q. 3. con. 2. Bannes ar. 6.

SVP. Q. XLV. ART. IV.

CONCL. Creare non est proprium alicuius personę, sed cõmune toti trinitati.

¶ PROB. Quia creare conuenit Deo secũdum suum esse (cum effectus creationis sit esse rerum,) & esse Diuinum est commune toti trinitati, seu tribus personis.

¶ Not.

¶Not. Licet creare non sit proprium alicuius personæ ratione iam dicta: tamen processiones personarũ, inquantum includũt attributa essentialia, i. scientiam & uoluntatẽ, sunt rationes creationis rerum. Exemplum ad hoc de artifice &c. uide in litera.

1m de maiori. Causa. ℞. Vel ratio causalitatis. §. Tunc &c. vt iam patet per notationem nunc præmissam.

2m de conclusione prima.

Secundum processiones, & relationes, personarum. ℞. Vel secundum aliquod communicabilis ordine quodam processionis. §. Tunc &c. Quòd enim, causalitas creaturarum diuersimode attribuatur diuinis personis nõ est ex hoc, q uirtus creãdi sit propria alicui personæ, sed ex hoc, quod uirtus illa communis conuenit illis trib. ordine quodam originis.

c. 2. non remote a pri.

Item de conclusione prima. Secundum processiones, & relationes personarũ. ℞. Vel secundum appropriationes distinctas attributorum essentialium. §. Tunc &c. Quod non causalitas creatorũ diuersimodè attribuatur diuinis personis nõ est ex hoc, q uirtus creandi sit propria alicui personæ, sed est, ex hoc, q uirtus illa essentialiter communis appropriatur diuersimode distinctis personis. Vide responsum secundum ly. Potest etiam huiusmodi attributionis &c.

q. 14. a. 8. & q. 19. ar. 4.

¶Corol. Ergo, iuxta utrumuis responsum, argumentum est fallacia secundum non causam ut causam.

3m de maiori.

Causatur a quolibet attributo essentiali. ℞. Sed non ad quodlibet attributum essentiale, reducitur. §. Tunc negatur cõsequentia. Sufficit. n. tunc, quòd personæ in creando distinguantur tantum secundum propriam rationem attributorum essentialium.

In corp. ar.

quilibet effectus diuinus causatur a quolibet attributo essentiali, s. potentia, bonitate, & sapientia, & sic non magis pertinet ad unum, quã ad aliud. Non dẽt ergo aliquis determinatus modus causalitatis attribui uni personæ magis quam alii, nisi distinguerentur in creando secũdum relationes & processiones.

Sed contra est, quod dicit Dio.* 2. c. de diui. no. quòd communia totius diuinitatis sunt omnia creabilia.

Respon. Dicendum; quod creare est propriè causare, siue producere esse rerum. Cùm autem omne agens agat sibi simile: principiũ actionis considerari põt ex actionis effectu. Ignis. n. est qui generat ignem. Et ideo creare cõuenit Deo secundum suum esse, quod est eius essentia, quæ est communis tribus personis. unde creare non est proprium alicui personæ, sed commune toti Trinitati. Sed tamen diuinę personę secundum rationem suæ processionis habẽt causalitatem respectu creationis rerũ. Vt. n. supra ostensum* est, cum de Dei sciẽtia & uoluntate ageretur, Deus est causa rerum per suum intellectum, & uoluntatem, sicut artifex rerum artificiatarum. Artifex autem per uerbum in intellectu conceptum, & per amorem suæ uoluntatis ad aliquid relatum, operatur. Vnde & Deus pater operatus est creaturam per suum uerbum, quod est filius, & per suum amorem, qui est spiritussanctus. Et secundum hoc processiones personarum sunt rationes productionis creaturarum, inquantum includunt essentialia attributa, quæ sunt scientia, & uoluntas.

Ad primum ergo dicendum, quod processiones diuinarum personarum sunt causa creationis sicut dictum * est.

Ad secundum dicendũ, quòd sicut natura diuina, licet sit cõmunis trib. personis, ordine tamẽ quodam eis conuenit, inquãtum filius accipit naturam diuinam a patre, & spiritussanct. ab utroque, ita etiã & uirtus creandi, licet sit communis tribus personis, ordine tamen quodam eis conuenit. Nam filius habet eam a patre, & spiritussan. ab utroque. Vnde creatorem esse attribuitur patri, ut ei qui non habet uirtutem creandi ab alio. De filio autẽ dicitur. Per quẽ omnia facta sunt, inquantum habet eandem uirtutem, sed ab alio. Nam hęc præpositio, per, solet denotare causam mediam, siuę principium de principio. Sed spiritui sancto, qui hẽt eandem uirtutem ab utroque, attribuitur quòd dominando gubernet, & uiuificet quæ sunt creata à patre p filium. Potest etiam huius attributionis communis ratio accipi ex appropriatione essentialium attributorum. Nam sicut supra dictũ est, * patri attribuitur, & appropriatur potentia, quæ maxime manifestatur in creatione, & ideo attribuitur patri creatorem esse. Filio autem appropriatur sapientia, per quam agens per intellectum operatur. Et ideo dicitur de filio. Per quem omnia facta sunt. Spiritui sancto autẽ appropriatur bonitas, ad quam pertinet gubernatio, deducens res in debitos fines, & uiuificatio. nam uita in interiori quodam motu consistit. primum autem mouens est finis & bonitas.

q. 39. ar. 8.

Ad tertium dicendum, q licet effectus Dei procedat ex quolibet attributorum, tamen reducitur unusquisque effectus ad illud attributum, cum quo habet conuenientiã secundum propriam rationem. Sicut ordinatio rerum ad sapientiam, & iustificatio impii* ad misericordiam & bonitatem se superabundanter diffundẽtem. Creatio uerò, quę est productio ipsius substantiæ rei, reducitur ad potentiam.

ARTI-

APPENDIX.

Vti. pro S. Eccl.

Ex articulo s hibes primo: quomodo per rationem destruas hæresim Lullistarum (ut refert R. Magister Bannes) dicentium: q in quolibet effectu creato reperitur aliquid reale a solo patre productum, & aliquid productum a solo filio, & aliquid a solo spũsancto. Hoc. n. errore adinuento colligebant: q ex his diuersis effectib. creatis possumus euidenter cognoscere tres personas distinctas in Deo. Docuerat siquidem eorum magister Raymundus Lull. q ratione naturali põt demonstrari per rõnes euidentes mysterium trinitatis: quod est hereticum. Vide q. 32. art. 1. Vnde hæresis hæresim peperit. Volẽtes namque Lullistæ sui magistri opinionem tutari, errorem prædictum confinxerunt. Item hæresim cuiusdam Nicolai (Direct. Inquisit. 2. par. q. 11. Nicolaus de Cal.) dicẽtis, q in homine sunt tria: anima, quam formauit Deus pater: corpus, quod formauit Deus filius, & spũs, quem creauit spũssanctus. Secundo hẽs: qũo per rõnem uñdas, illas meritò fuisse damnatas a dño Io. 5. Quæcunq; pater facit, hæc & filius similiter facit. Ly similiter, idem est hic, quod pariter: ut ex Concilijs nunc uidetur. Item a papa Damaso sup. q. 42. art. 1. uel 4. uel 6. ubi tres personas determinat esse omnium rerũ creatrices æquales. Itẽ a Concilio Lateranẽsi sub Inno. 3. extra de su. tri. & fi. cath. firmiter credimus, & simpliciter confitemur q &c. unus Deus pater, & filius & spiritussanctus, sancta Trinitas secundũ cõem essentiam indiuidua, & secundũ personales proprietates discreta, est unum uniuersorũ principium, creator omniũ uisibilium, & inuisibilium, spiritualiũ & corporalium. Ecce quòd concilium uult: opus creationis indiuisim esse opus totius trinitatis. Item a regulis fidei, datis ab Augustino in lib. de fide ad Petrũ, cap. 6. sic: firmissimè tene & nullatenus dubites, &c. Illam uocem, quam solus locutus est Deus pater, & illam carnem quam solus homo factus habet unigenitus Deus, & illam columbam in cuius specie spũssanctus super Christum descendit, illasque linguas in quarum uisione fideles uno loco constitutos repleuit q opera esse totius trinitatis, idest unius Dei, qui fecit omnia in cęlo & in terra uisibilia, & inuisibilia. Hæc ibi. Ecce; quòd tota trinitas creat, etiam ipsa, de quibus minus uidebatur, quæ sunt uox illa, caro illa, columba, & linguæ illæ. Item a Concilio Toletano sexto sub Honorio papa primo, canon. primo, sic. Et cum tota cooperata sit trinitas formationem suscepti hominis, quoniam inseparabilia sunt opera trinitatis: solũ tñ filius suscepit humanitatẽ in singularitate persõnę, nõ in unitate diuinæ naturæ, i. in eo, qd̃ est proprium filii, non qd̃ cõmune est trinitati. Hæc ibi. Vbi uides: opera ad extra trinitatis omnia esse indistincta. i. conuenire toti trinitati, sm expressionem synodi. Item a Concilio Florentino sub Eugenio IIII. dum hanc regulam uniuersalem tradit: q omnia in diuinis sunt unum, nisi ubi obuiat relationis oppositio. Ex hac. n. Concilii regula non solum creare, sed & gubernare, & quodcunq; aliud opus ad extra, decernitur fieri non ab una, uel duabus, sed ab omnibus tribus personis. Nam (ut sapienti cuique patet) respectu operationis ad extra non obuiat inter diuinas personas relationis oppositio, sed tantum respectu operationis ad intra. Ex concilio igitur Florentino hoc, ac Toletano, dum opera trinitatis ad extra statuunt indistincta, damnandus uenit ille error cuiusdam Ioannis (Directorium Inquisitorum 2. p. q. 9. Error. Ioã. de Par.) dicentis, q natus,

Error cuiusdã damnatus.

sicut

ficut filius operatur falutem populi Romani fine Latini, qui filiũ repræſentat, ita pater operatur falutem populi Græci, qui ſpiritũ repræſentat. Si enim opera ad extra toti trinitati ſunt indiuiſim communia, utique ſalutem creaturæ quam operatur una perſona diuina, operantur & omnes. Taceo, quod Papa Alexãd. IIII. damnauit librum illius Iohannis in quo error illa cum alijs mul tis continebatur. Tertiò uides, quomodo ex his uiciſſim Angelica hæc doctrina firmetur.

Comm. Cardinalis Caietani.

IN titulo. Proprium diſtinguitur contra commune.

¶ In corpore duæ concluſiones, prima eſt, Creare non eſt proprium alicui perſonæ, ſed cõmune toti Trinitati. Probatur, creare eſt proprie cauſare eſſe rerum. ergo conuenit Deo ſecundum ſuum eſſe ergo eſt commune toti Trinitati, prima conſequentia probatur, quia principium actionis ex effectu conſideratur, quia omne agens agit ſibi ſimile, ſecunda uero, quia eſſe Dei eſt eius eſſentia, quæ communis eſt toti Trinitati.

¶ Circa antecedens non oportet ſolicitari, quia iam patet ex dictis, quod cauſare per ſe primo eſſe, & creare, idem ſunt, & ideo in litera ponitur ly propriè.

¶ Secunda concluſio eſt, Perſonæ diuinæ ſecundum rationem ſuæ proceſſionis, inquantum includunt eſſentialia attributa, ſcientiam, & uoluntatem, habent cauſalitatem reſpectu productionis rerum. Et probatur. Artifex per uerbum & amorem relatũ &c. operatur, ergo Deus pater per filium, & ſpiritumſanctum operatus, eſt creaturam, conſequentia probatur, quia Deus eſt rerum cauſa, ſicut artifex, & filius eſt uerbum, & ſpiritusſanctus amor.

¶ Aduerte hic, ꝙ argumenta, quæ in ſecundo diſtinctione prima facit Scotus, non faciunt nec militant contra poſitionem iſtã, ſed contra (ut ibidem dicitur) Henricum, ponentem, ꝙ perſonæ diuinæ ratione propriorum habent cauſalitatem, nos enim ratione appropriatorum dicimus, & ideo nihil contra nos.

Scot, li. 5. d. 3. q. 5. Ricar. 1. 5. d. 3. q. 1. a. 1. Durãd. 1. 5. d. 3. q. 4. Mairo. 1. 5. d. 3. q. 1. Egid. 15. d. 3. q. 1. Cap. 1. d. 3. q. 2. ar. 3. Bannes ar. 7.

SVP. Q. XLV. ART. VII.

CONCL. Prima. In creaturis rationalibus in quibus eſt intellectus & uoluntas inuenitur repræſentatio trinitatis per modũ imaginis.

¶ PROB. Quia repſentatio per modum imaginis eſt, quando effectus repræſentat cauſam quantum ad aliquam ſimilitudinem formæ eius, & creatura rationalis, inquantum inuenitur in ea uerbũ conceptum amorque procedens, repræſentat trinitatem quantũ ad aliquam ſimilitudinem eius (idest ſecundum quod proceſſiones perſonarum diuinarũ ibi attenduntur ſecundum actum intellectus ac uoluntatis.)

CONCL. Secunda. In creaturis omnibus inuenitur repræſentatio trinitatis per modum ueſtigij.

¶ PROB. Quia repræſentatio per modũ ueſtigij eſt, quando effectus repræſentat ſolã cauſalitatem cauſæ, & quælibet creatura repræſentat trinitatem tanquam ſui cauſam, inquantum habet aliqua (ſcilicet eſſe, formam, ordinem) quæ neceſſe eſt reducere in diuinas perſonas ſicut in cauſam.

1^m^ de maiori. Inueſtigari, ſ. quantũ ad aliqua communia: non, quantum ad propria. §. Tunc &c. Nam licet ex creaturis non poſſit perſonarum trinitas inueſtigari quantum ad propria, ex his tamen poteſt inueſtigari quantum ad communia quædam, quæ dicũtur appropriata.

2^a^ de concluſione. Creatura, ſ. Impropriè dicta, non aũt, propriè. §. Tunc &c. Ceſſat enim abitio in infinitum, ſi ſoli creaturæ propriè dictæ, idest ſub ſiſtenti attribuatur ueſtigium trinitatis, ut intendit concluſiõ. Abiretur autem in infinitũ ſi cuilibet rei creatæ, quæ creaturæ ſubſiſtenti ineſt, attribueretur illa.

Sup. q. 5. ar. 5. & inf. q. 93. ar. 16. co. Et 1. d. 3. q. 2. art. 3. & 5. & conc. ca. 25. fi. & pot. q. 9. ar. 9. Q. 32. ar. 1.

ARTICVLVS VII.

Vtrum in creaturis ſit neceſſe inueniri ueſtigium Trinitatis.

AD SEPTIMVM ſic proceditur. Videtur, ꝙ in creaturis non ſit neceſſe inueniri ueſtigium trinitatis. Per ſua enim ueſtigia unumquodque inueſtigari poteſt, ſed trinitas perſonarum, non poteſt inueſtigari ex creaturis, ut ſupra dictum eſt. * Ergo ueſtigia trinitatis non ſunt in creatura.

¶ 2 Præt. Quicquid in creatura eſt, creatum eſt. Si igitur ueſtigium trinitatis inuenitur in creatura ſecundum aliquas proprietates ſuas, & omne creatum habet ueſtigiũ trinitatis, oportet in unaquaq; illarũ inueniri etiam ueſtigium trinitatis. Et ſic in infinitum.

¶ 3 Præt. Effectus non repræſentat niſi ſuam cauſam. Sed cauſalitas creaturarum pertinet ad naturam communem, non autem ad relationes, quibus perſonæ & diſtinguuntur & numerantur. Ergo in creatura non inuenitur ueſtigium trinitatis, ſed ſolũ unitatis, eſſentiæ.

SED CONTRA eſt, quod Auguſtinus, dicit * 6. de Tri. quod Trinitatis ueſtigium in creatura apparet.

RESPON. Dicendum, ꝙ omnis effectus aliqualiter repræſentat ſuam cauſam, ſed diuerſimode, nã aliquis effectus repræſentat ſolam cauſalitatem cauſæ, non autem formam eius, ſicut fumus repræſentat ignem, & talis repræſentatio dicitur eſſe repræſentatio ueſtigij. Veſtigiũ autem, demonſtrat motum alicuius tranſeuntis, ſed non qualis ſit. Aliquis autẽ effectus repræſentat cauſam, quantum ad ſimilitudinem formæ eius, ſicut ignis generatus, ignem generantem, & ſtatua Mercurij, Mercurium, & hæc eſt repræſentatio imaginis. Proceſſiones aũt diuinarum perſonarum, attenduntur ſecundum actus intellectus & uoluntatis, ſicut ſupra dictum eſt. * Nam filius procedit ut uerbum intellectus, ſpiritusſanctus, ut amor uoluntatis. In creaturis igitur rõnalibus, in quibus eſt intellectus, & uoluntas, inuenitur repræſentatio trinitatis per modum imaginis, inquantum inuenitur in eis uerbum conceptũ, & amor procedens. Sed in creaturis omnibus inuenitur repræſentatio Trinitatis per modum ueſtigij, inquantũ in qualibet creatura inueniuntur aliqua, quæ neceſſe eſt reducere in diuinas perſonas ſicut in cauſã. Quælibet enim creatura ſubſiſtit in ſuo eſſe, & habet formam per quam determinatur ad ſpeciem, & habet ordinem ad aliquid aliud. Secundum igitur, quod eſt quædam ſubſtantia creata, repræſentat cauſam & principium, & ſic demonſtrat perſonam patris, qui eſt principium non de principio.

Secundum autem quod habet quandam formam & ſpeciem, repræſentat uerbum, ſecundum quod forma artificiati eſt ex conceptione artificis. Secundum autem quod habet ordinem, repræſentat ſpiritumſanctum inquantũ eſt amor, quia ordo effectus ad aliquid, alterum eſt ex uoluntate creatis. Et ideo dicit Aug. in * 6. lib. de Trin. quod ueſtigium Trinitatis inuenitur in unaquaque creatura, ſecundum quod unum aliquid eſt, & ſecũdum quod aliqua ſpecie formatur, & ſecundum quod quendam ordinem tenet. Et ad hæc etiã reducuntur illa tria, numerus, pondus, & menſura, quæ ponuntur Sap. 11. Nam menſura refertur ad ſubſtantiam rei, limitatam ſuis principijs, numerus ad ſpeciem, pondus ad ordinem. Et ad hæc etiam reducuntur alia tria quæ ponit Aug. * modus, ſpecies, & ordo. Et ea quæ ponit in lib. † 83. q. quod conſtat, quod diſcernitur, quod congruit. Cõſtat. n. aliquid per ſuam ſubſtantiã, diſcernitur per formam, congruit per ordinẽ. Et in idẽ de facili reduci poſſunt, quæcunque ſic dicuntur.

AD PRIMVM ergo dicendũ, ꝙ repræſentatio ueſtigij attenditur ſecundum appropriata, per quem modum ex creaturis in Trinitatem diuinarum perſonarum ueniri poteſt, ut dictum eſt. *

AD SECVNDVM dicendum, quod creatura eſt res propriè ſubſiſtens, in qua eſt prædicta tria inuenire. Neque

Q. 27. per totam.

Li. 6. de tr. nõ procul a fin. li. c. 3.

Li. 6. de tr. c. ult. to. 3.

In li. de natura bo. c. 3.

Q. 18. in prin. to. 4.

Q. 32. ar. 1. ad 1.

illa tria uestigium importantia. Sed hoc non attingit sensum conclusionis, ut dictum est. Vide supr. art. 4. in corpore.

3m de maiori. Causam. R. aliquo modo dictam. §. Tunc nihil & cætera, ut patet consideranti literam, & dicta in articulo 6. circa hoc.

APPENDIX.

Vel pro S. Eccl. Pro studio

EX articulo habes, primo, quomodo per rónem ostendas, recte dictum Sapi. 11. omnia in numero pondere & mensura constituisti Domine Hoc est, in proposito. Omnes creaturæ tuæ, Domine habent uestigium summæ trinitatis. Vide textum corpor. circa fin. Secundo habes, quomodo per rationem, uerum hunc hanc scripturā habere sensum, declares, sicque declaratum defendas. Tertio uides, quomodo ex his uicissim firmetur doctr. præsens.

Neque oportet quod in quolibet eorum quæ ei insunt, hæc tria inueniantur, sed secundum ea uestigium rei subsistenti attribuitur.

AD TERTIVM dicēdum quod etiam processiones personarū sunt causa, & ratio creationis aliquo modo, ut dictum est.

¶ NOTAT. Præsentem articulum aliqualiter iuuat articulus in ordine 181. 143. 161. 162. 164. 468. 29. 26

In corp. & ar. prec.

Comm. Cardinalis Caietani.

IN titulo. Vestigium metaphoricè sumitur pro repræsentatiuo per modum, quo uestigium repræsentat impressorem eius. Et sumptum est, ex 3. distinctione prima sentent. ubi a theologis hoc tractatur.

¶ In corpore tria. Primo, quid nominis uestigii & imaginis. Secundo, conclusionem responsiuam quo ad imaginem. Tertio, quo ad uestigium.

¶ Quo ad primum. Commune est uestigio & imagini repræsentare, quia omnis effectus repræsentat suam causam. Differentia est inter ea, quia uestigium repræsentat causalitatem. imago formam eius, declaratur, quoniam his duobus modis inueniuntur effectus repræsentare causam, & hi congruunt uestigii & imaginis rationibus.

¶ Aduerte hic, quod quia uestigium metaphorice tantum sumitur in proposito, & translatio metaphorica, potest secundum multas conditiones fieri, ideo non inconueniet, quod uestigium dicatur, ut repræsentatiuum causalitatis, & non formæ, uel ut repræsentatiuum partis, & non totius, uel repræsentatiuum imperfectum, idest secundum communia omnibus creaturis, & non propria rationalib. &c. Vnicuique namque in hoc suo abundare sensu conceditur, modo a uero non declinetur.

¶ Quo ad secundum conclusio est, in creaturis rationalibus est imago trinitatis. Probatur, processiones diuinæ sunt uerbi & amoris intellectualis, ergo in creaturis rationalibus est imago earum, probatur, quia in eis sunt uerbum & amor. Sed quoniam de re hac erit quæst. 93. ideo transeamus.

¶ Quo ad tertium, conclusio est. In creaturis omnibus inuenitur uestigium trinitatis Probatur, in qualibet creatura inueniuntur aliqua quæ oportet reducere in diuinas personas, sicut in causam ergo in qualibet est uestigium trinitatis. Antecedens manifestatur, secundum quatuor assignationes triplicitatis, inuentæ in qualibet creatura, & clare patet litera.

¶ Aduerte in antecedente duo. Primo, quod ly in qualibet creatura, distribuit etiam pro rationalibus, quoniam in his habet locum imago ut infra patebit, secundum rationem, & uestigium secundum proportionales conditiones earum, & cæterarum creaturarum, puta modi, speciei, & ordinis & cætera. Secundo, quod cum dicitur, quod oportet reducere in diuinas personas, ut causam, intelligitur modo iam determinato, scilicet in diuinas personas, ratione appropriatorum, ratione quorum sunt causæ creaturarum.

Cap. 2. d. 17. q. 1. com. c. 1.

ARTICVLVS VIII.

Vtrum creatio admisceatur in operibus naturæ & artis.

AD OCTAVVM sic proceditur. Videtur, quod creatio admisceatur in operibus naturæ & artis. In qualibet enim operatione naturæ & artis producitur aliqua forma. Sed non producitur ex aliquo cùm non habeat materiam partem sui, ergo producitur ex nihilo. Et sic in qualibet operatione naturæ, & artis, est creatio.

¶ 2 Præter. Effectus non est prior sua causa, sed in rebus naturalibus non inuenitur aliquid agens nisi forma accidentalis, quæ est forma actiua uel passiua, non ergo per operationem naturæ producitur forma substantialis. Relinquitur igitur, quod sit per creationem.

¶ 3 Præt. Natura facit sibi simile. Sed quædam inueniuntur generata in natura, non ab aliquo sibi simili, sicut patet in animalibus generatis per putrefactionem, Ergo eorum forma non est a natura, sed a creatione, & eadem ratio est de aliis.

¶ 4 Præter. Quod non creatura, non est creatura. Si igitur in his quæ sunt a natura, non adiungatur creatio sequitur. quod ea quæ sunt a natura, non sunt creaturæ, quod est hæreticum.

SED CONTRA est, quod Augu. super Genes. ad liter. distinguit opus propagationis, quod est opus naturæ ab opere creationis.

RESPON. Dicendum, quòd hæc dubitatio inducitur propter formas, quas quidā posuerunt non incipere per actionem naturæ, sed prius in materia extitisse, ponentes latitationem formarum. Et hoc accidit eis ex ignorantia materiæ, quia nesciebant distinguere inter potentiam & actum, Quia enim formæ præexistūt in materia in potentia posuerunt eas simpliciter præexistere.

Alii uero posuerunt formas dari uel causari ab agente separato per modum creationis. Et secundum hoc, cuilibet operationi naturæ adiungitur creatio. Sed hoc accidit eis ex ignorantia formæ. Non enim considerabant, quod forma naturalis corporis non est subsistens, sed quo aliquid est. Et ideo cum fieri & creari non conueniat propriè, nisi rei subsistenti, sicut supra dictum est, formarum non est fieri, neque creari, sed concreata eē. Quod aūt propriè fit ab agente naturali, est compositum, quod fit ex materia. Vnde in operibus naturæ non admiscetur creatio, sed præsupponitur aliquid ad operationem naturæ.

SVPER Q. XLV. ART. VIII.

245 2. d. 1. q. 1. art. 3. ad 5. & pot. q. 3. ar. 8.

COncl. In operib. naturæ nō admiscetur creatio, sed præsupponitur ad operationem naturæ.

¶ PROB. Quia forma non subsistens non creatur, sed fit per actionem naturæ, & materia, quæ per creationem est, semper præsupponitur operationi naturæ.

¶ NOT. Aduerte primo, quod nō loquitur conclusio de operibus naturæ, nisi ut sunt præcise opera naturæ, ut ibi ex probatione patet loquente solum de formis, non subsistentibus: Non intendit ergo sermonem habere de generatione hominis, nisi pro quanto formæ nō subsistentes ibi per actionem naturæ fiunt, non autem pro quanto, ipsis corruptis, anima rationalis a solo Deo creatur. Nec mirum, quoniam sanctus Thomas (more suo, quem multi, neque hic, neque multotiens alibi, non aduertunt errātes) loquitur formaliter de operatione naturæ, & productio animæ rationalis, non est opus formaliter naturæ, sed tantū natura disponit materiam pro conuenienti receptione animæ talis. Vnde non est cōtra, Conclusionem, si anima creetur ad generationem hominis, quoniam conclusionis sensum non attingit. Scit enim imo determinat Doctor Sanctus. q. 118. art. 2. quod anima intellectiua non traducitur ex semine, sed creatur, & tamen, hoc non obstante, concludit hic, quod operibus naturæ non admiscetur creatio. Aduerte secūdo, quod sunt hic tria per ordinē, scilicet creatio, natura, ars. Ars. n. præsupponit naturam, & natura creationem. Magis ergo de propinquo se habent natura & creatio, quam ars, & creatio. Si igitur creatio nō admiscetur operib. naturæ, multo minus admiscebitur operibus artis, & creatio præsupponitur operib. naturæ, multo magis præsupponetur operationi artis. Ideo conclusione illa una operibus artis, & a fortiori, quidem,

Quod quicunque errant in Diuo Thom.

eius formales locutiones non intelligūt Romano Pontifice testāte, qui sancti huius doctrina.

NVNQVAM A VERITATIS TRAMITE DEVIASSE INVENTA EST.

Vide q. 33. art. 1. ad secundū. Eiu. cid. Ge. ad lit. c. 14. Et 15. D. 642.

Art. 4. huius quæst.

dem, satisfactum est, quod scilicet operibus artis non admiscetur creatio, sed ad eius operationem præsupponitur. Ecce, quam breuis, & formalis est. Ex dici potest.

1m de maiori. Producitur. R. Per accidens, non per se. §. Tunc &c. Nam ad productũ per accidẽs, licet producatur ex aliquo, idest per actionem agentis naturalis educatur de potentia materiæ, non requiritur, quod habeat materiam partem sui, sed hoc tantum requiritur ad productum per se.

2m de maiori. Causa. R. Agente in uirtute propria, non, agente in uirtute aliena. §. Tunc &c. Nam forma accidentalis, de qua argumentum, agit in uirtute aliena.

Ad primum ergo dicendũ, quòd formę incipiunt esse actu cõpositis factis, non quod ipsæ fiant per se, sed per accidens tantum.

Ad secundum dicendum, quod qualitates actiuæ in natura agunt in uirtute formarum substantialiũ, & ideo agens naturale non solum producit sibi simile secundum qualitatem sed, secundum speciem.

Ad tertium dicendum, quod ad generationem animalium imperfectorum, sufficit agens uniuersale, quod est uirtus cęlestis, cui assimilantur non secundum speciem, sed secundum analogiam quandam. Neque oportet dicere, quod eorũ formæ creantur ab agente separato. Ad generationẽ uero animaliũ perfectorũ, non sufficit agens uniuersale, sed requiritur agens proprium, quod est generans uniuocum.

Ad quartum dicendum, quod operatio naturæ non est nisi ex præsuppositione principiorum creatorum, & sic ea quæ per naturam fiunt, creaturæ dicuntur.

3m de maiori. Simile. R. Secundum analogiam quandam saltem, non semper, secũdũ speciem. §. Tunc &c. ut in litera patet.

4m de antecedente. Quod non creatur. R. Nec est ex principiis creatis. §. Tunc & cætera. Ad hoc enim quod quæ fiunt a natura, sint creaturę, sufficit, quod natura non operetur illa, nisi ex præsuppositione principiorum creatorum, id quod semper facit. Vide supr. art. 4.

EX APPENDIX.

Ex articulo habes primo: quomodo per rationem ostendas, recte in Gen. 1. cap. distingui opus creationis ab opere naturæ seu propagationis. Creationis opus notatur ibi, Creauit Deus cælum & terram, opus naturæ seu opus propagationis, ibi Germinet terra herbam uirentem &c. Crescite & multiplicamini &c. auesque multiplicentur super terrã, & huiusmodi. Secundo habes quomodo per rationem ostẽdas, quid uelit significare ista operum prædictorũ distinctio, quod scilicet opus creationis non miscetur operibus propagationis. Memento tamen semper in his notationis præmissæ post prob. de creatione animarum singularum pro singulis hominum corporibus. Tertio consequenter uides, quomodo ex his uicissim Angelica conclusio præsens confirmetur.

Vti pro S. Eccl.

2

3

Comm. Cardinalis Caietani.

IN titulo hoc, aduerte, quod quæstio est non de singulis operib. naturę & artis, sed de oĩb. aut plurib. an creatio in oĩb. aut pluribus operibus naturæ & artis misceatur. Dico autem hoc, propter generationem hominis, quoniam de ea nulla hic fit mentio, quia quod in pluribus est, tractatur hic.

¶ In copore quatuor facit, primo reddit causam quæsiti, secundo tractat unam opinionem, tertio oppositam. Quarto respõdet quæsito.

¶ Quo ad primum, ratio quæsiti est factio formarum, de qua apud omnes fuit, & est maxima quæstio, cum enim communis animi conceptio omnium esset, quod ex nihilo nihil fit, & similiter nihil reuertitur in nihil, & intelligitur ex nihilo sui, & similiter in nihil sui, & non ut rudes intelligunt, ex nullo præsupposito, uiderent formas substantiales præcipue quandoque apparere, & quandoque non, in uarias inciderunt opiniones extremas. Nam quidam ponentes latitationem respondebant negatiue quæstioni, quia negabant omne fieri, ne ponerent aliquid ex nihilo fieri, & hos repræhẽdit author ignorantiæ materiæ. Alii de quorũ numero uidentur Plato & Auic. &c. ponentes formas propriè fieri, responderunt affirmatiue, quia fiunt ex nihilo sui, subiecta tamen materia uelauit oculos eorum, ne aduerterent ponere se ex nihilo aliquid fieri. Et hos arguit author, quia nescierunt naturam formæ, quod scilicet forma materialis (de qua loquimur) non est fieri nec esse. Solus diuinus ille Arist. quo ad ingenium, uiam inuenit mediam, qua & uere res fierent, & nihil fieret ex nihilo sui. Ponendo enim quod formæ sunt, & non sunt absque generatione & corruptione, i. quod earum non est fieri, nec corrumpi, sed quod sola composita fiunt, generantur & corrumpuntur, omnia saluauit, semper enim aliquid compositi præest, & remanet materia, & sic respondetur negatiue quæstioni, sed non quia nihil fit, sed quia sola composita fiunt, formæ autem sunt ad factionem compositorum, & non sunt ad corruptionem eorundem. Creatio ergo non admiscetur operibus naturæ, sed præsupponitur eidem, & sic patent omnia quæ sunt in litera.

¶ In responsione ad secundum, tractandum esset, an qualitates actiuæ possint inducere formas substantiales uirtute substantiarum. Sed quoniam inferius, ubi de potentiis angeli & animæ agetur, uniuersaliter tractabitur, an substantia creata possit esse immediatum principium alicuius operationis, ideo illuc usque differatur &c.

¶ In responsione ad tertium, aduerte duo. Primo, quod cum dicitur ad generationem animalium imperfectorũ sufficere agẽs uniuersale, non excluditur uirtus proportionalis semini, quæ est proxima causa generationis, sed excluditur proximum uniuocũ formaliter, a quo deriuata sit uis illa. Sicut a boue generante deciditur semen generatiuum bouis &c. An autem illę uirtutes necessario ponendæ sint, alterius negotii est. Sat est hic, quod illæ non excluduntur ex sufficientia agentis uniuersalis, quoniam illæ sunt instrumenta uniuersalis agentis, si sunt, de quibus uide Auer. 12. Metap. commen. 13. Secundo, quod quia adhuc non est decisum, an uirtus cęlestis sit animata ut possit animal facere, aut uirtutem separatæ uitæ sufficienter participans, idcirco non ad hunc spectat locum, quomodo cęlum uiuum facere potest, suo igitur loco quæstio relinquatur.

Ferr. 2. cont. c. 34. 37.
D Bon. d. 1. a. 1. q. 2.
Riccar. 2. 5. d. 1. q. 2.
Bannes q. 46. ar. 1.

SVP. Q. XLVI.

Art. 1.

CONCL. Prima. Nihil præter Deũ potest ab æterno fuisse.

Certitudo fidei cath. quanta.

¶ Prob. Quia hoc est unus articulus fidei. Vel. Quia sola fide tenetur.

¶ Not. Demonstratiue humanitus, non probatur conclusio, quia sic humana ratione probari non potest, ut ar. 2. patet. Ex quo etiam articulo, quod sit articulus fidei, sumptum est. Id autem, quod sola fide tenetur, est omni creata certitudine certius, & probatio hæc, si tale quid est articulus fidei, est omni creata demõstratione firmior. Vnde probatio prædictæ conclusionis est omnium humanarum demonstrationum maxima, & conclusio illa est omni alia conclusione per quamcunque humanam demonstrationem, etiam mille modis simpliciter probata, & certior & solidior & ue-

QVAESTIO XLVI.

De principio durationis rerum creatarum, in tres articulos diuisa.

CONSEQVENTER cõsiderandum est de principio durationis rerum creatarum.

Et circa hoc quæruntur tria.

¶ Primò, Vtrum creaturę semper fuerint.

¶ Secundò, Vtrum eas incępisse sit articulus fidei.

¶ Tertiò, Quomodo Deus dicatur, in principio cælum & terram creasse.

ARTICVLVS I.

Vtrum uniuersitas creaturarum semper fuit.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur, quod uniuersitas creaturarum, quæ nunc mũdi nomine nuncupatur, non incæperit, sed fuerit ab æterno. Omne. n. quod incæpit esse antequam fuerit, possibile fuit ipsum esse, alioqn impossibile fuisset ipsum fieri, Si ergo mundus incæpit esse antequã inciperet

246
2. d. 1. q. ar. 5. & d. 2. q. 1. ar. 3. cor. & 2. con. c. 34. & 37. & pos. q. 3. art. 17. & quol. 3. q. 14. 2. 2. cor. & 1. cæl. 6.

uerior, ita etiam quod ei non potest unquam subesse falsum.

CONCL. Secunda. Positio hæc, quod scilicet mundus non sẽper fuerit, non est impossibilis.

¶ PROB. Quia eatenus mundus est, quatenus illum uult Deus esse (ex q.19.art.4.) & non est necessarium, Deum uoluisse, quod mundus semper fuerit (cum non sit necesse, absolute loquendo, Deum uelle aliquid nisi seipsum. quæst. 19. artic.3.)

¶ CONC. Tertia. Mundum semper fuisse, nec demonstratiuè potest probari, nec Aristoteles id simpliciter demonstrauit.

¶ PROB. Quia nõ est necessarium, mundum semper fuisse (ut ex secundæ conclusionis probatione patet.) Secunda aũt pars, s. nec Aristot. &c. probatur. Quia rationes adductæ ab Aristotele sunt ad hominem (ut patet in litera ex tribus.)

Li.i. Phy. te.82.to.2 Libr. 1. de cęlo text. 20.to.2.

1^m de minori prima.

Possibile. R. secundũ potentiam passiuam: non, secundum potentiam actiuam tantum, neque secundum repugnãtiam terminorum. §. Tunc &c. Vt patet in litera. Hi termini, scilicet esse & mundus, nõ repugnant ad inuicem quia experientia id mõstrat. Nam si inter se repugnarent, nunquam fieri potuisset, ut mundus esset, sicut nec fieri potest, quod præterita non fuerint, & hoc ex repugnantia terminorum.

2^m de maiori.

Quod habet. R. Absolute, i. semper, non, tempore determinato. i. ex quo est. §. Tunc &c. Nam incorruptibilia non habent semper uirtutem, ut sint semper, alioquin habuissent ab eterno illam uirtutem & sic ab æterno fuissent, licet illam uirtutem ad essendum semper habent determinato tempore, idest quam primum fuerunt. Solus autem Deus illam uirtutem ad essendũ semper, habuit semper, & adeo ipse solus nunquã quandoque est, quandoque non est, alia uero incorruptibilia ex illo tãtum tempore, quo esse

inciperet, possibile fuit ipsum esse. Sed quod possibile est esse, est materia, quæ est in potentia ad esse, qd est per formam, & ad nõ esse, quod est per priuationem, si ergo mundus incæpit esse, ante mundũ fuit materia. Sed non potest esse materia sine forma, materia autem mundi cum forma, est mundus. Fuit ergo mundus antequam esse inciperet, quod est impossibile.

¶ 2 Præt. Nihil quod habet uirtutem ut sit semper, quandoque est, & quandoque non est, quia ad quãtum se extendit uirtus alicuius rei, tandiu est. Sed omne incorruptibile habet uirtutem ut sit semper, nõ enim uirtutem habet ad determinatum durationis tempus. Nihil ergo incorruptibile quandoque est, & quandoque non est. Sed omne qđ incipit esse, quandoque est, & quãdoque non est, nullum ergo incorruptibile incipit esse. Sed multa sunt in mundo incorruptibilia, ut corpora cęlestia, & omnes substantiæ intellectuales. Ergo mundus nõ incæpit esse.

¶ 3 Præter. Nullum ingenitum incępit esse. Sed Philosophus in * 1. Phys. dicit, quod materia est ingenita. Et in † 1. de Cæl. & mun. ꝙ cælum est ingenitum. Non ergo uniuersitas rerum incœpit esse.

¶ 4 Præt. Vacuum est ubi non est corpus, sed possibile est esse. Sed si mundus incępit esse, ubi nunc est corpus mundi, prius non fuit aliqđ corpus, & tamen poterat ibi esse, alioquin, nunc ibi non esset. Ergo ante mundum fuit uacuum, quod est impossibile.

¶ 5 Præt. Nihil de nouo incipit moueri nisi per hoc, quod mouens & mobile aliter se habet nunc, quã prius. Sed quod aliter se habet nũc quam prius, mouetur. Ergo ante omnem motum de nouo incipientem, fuit aliquis motus, motus ergo semper fuit. Ergo & mobile, quia motus non est nisi in mobili.

¶ 6 Præt. Omne mouens, aut est naturale, aut est uoluntarium, sed neutrũ incipit mouere, nisi aliquo motu præexistente. natura enim semper eodem modo operatur. Vnde nisi præcedat aliqua immutatio uel in natura mouentis, uel in mobili, non incipiet a mouente naturali esse motus, qui non fuit prius. Voluntas autem absque sui immutatione, retardat facere quod proponit. Sed hoc non est nisi per aliquam immutationem, quam imaginatur ad minus ex parte ipsius temporis. Sicut qui uult facere domum cras & non hodie, expectat aliquid futurum cras, quod hodie non est, & ad minus expectat, ꝙ dies hodiernus transeat, & crastinus adueniat, quod sine mutatione non est, quia tempus est numerus motus. Relinquitur ergo, quod ante omnem motum de nouo incipientem, fuit alius motus, & sic idem quod prius.

¶ 7 Præt. Quicquid est semper in principio, & semper in fine, nec desinere, nec incipere potest. Quia quod incipit, non est in suo fine, quod autem desinit, non est in suo principio. Sed tempus semper est in suo principio & fine, quia nihil est temporis nisi nũc, quod est finis præteriti, & principium futuri. Ergo tempus nec incipere nec desinere potest, & per consequens nec motus, cuius numerus tempus est.

¶ 8 Præt. Deus aut est prior mundo natura tantum, aut duratione. Si natura tantum, ergo cum Deus sit ab æterno, & mundus est ab æterno. Si autem est prior duratione, prius autem, & posterius in duratione constituunt tempus. Ergo ante mundum fuit tempus, quod est impossibile.

¶ 9 Præt. Posita causa sufficienti ponitur effectus. Causa enim ad quam non sequitur effectus, est causa imperfecta indigens alio ad hoc, quod effectus sequatur. Sed Deus est sufficiens causa mundi, & finalis ratione suę bonitatis, & exemplaris ratione suæ sapientiæ, & effectiua ratione suæ potentię, ut ex superioribus patet. Cum ergo Deus sit ab æterno, & mundus fuit ab æterno.

q.44. art.3. & 4.

¶ 10 Præter. Cuius actio est æterna, & effectus æternus. Sed actio Dei est eius substantia, quæ est æterna. Ergo & mundus est æternus.

SED CONTRA uidetur, quod dicitur Io. 17. Clarifica me pater apud temetipsum, claritate quam habui priusquam mundus fieret. Et Prouerb. 8. Dominus possedit me in initio uiarum suarum, antequam quicquam faceret a principio.

RESPON. Dicendum, ꝙ nihil potest præter Deum ab æterno fuisse, & hoc quidem ponere non est impossibile. Ostensum * est enim supra, quod uoluntas Dei est causa rerum. Sic ergo aliqua necesse est esse, sicut necesse est Deum uelle illa, cum necessitas effectus ex necessitate causæ dependeat, ut dicitur in * 5. Metap. Ostensum est autẽ sup. † quod absolutè loquendo, non est necesse Deum uelle aliquid nisi seipsum. Non est ergo necessarium Deum uelle quod mundus fuerit semper, sed eatenus mundus est quatenus Deus uult illum esse, cum esse mundi ex uoluntate Dei dependeat, sicut ex sua causa. Non est igitur necessarium mundum semper esse, unde nec demonstratiuè probari potest. Nec rationes quas ad hoc Aristot. * inducit, sunt demonstratiuæ simpliciter, sed secundum quid. s. ad contradicendum rationibus antiquorum, ponentium mũdum incipere secundum quosdam modos in ueritate impossibiles. Et hoc apparet ex tribus. Primo quidem, quia tam in 8. Physi. quam in * 1. de Cęl. præmittit quasdam opiniones, ut Ana. & Emp. & Plat. contra quos rationes cõtradictorias inducit. Secundo, quia ubicunque de hac materia loquitur, inducit testimonia antiquorum. Quod non est demonstratoris, sed probabiliter persuadentis. Tertio, quia expresse dt in † 1. li. Topi. qđ quadam sunt problemata dialectica, de quibus rationes non habemus, ut utrum mundus sit æternus.

q.19.ar.4.

Li.5. te.6. circa fi. implicite.t.3. q.19.art.3.

D. 912. 136. lib. 8. Phy. a pri. li. per multos te.to.2.

Li.i. de cę. 1.2.101. et seq. Et 8. Phy. a pri. p mult. te.

li. 1. Top. c.9. parum a prin.to.1.

AD PRIMVM ergo dicendum, ꝙ antequam mundus esset, possibile fuit mundum esse, non quidem secundum potentiam passiuam, quæ est materia, sed secundum potẽtiam actiuam Dei, & etiam, secundum quod dicitur aliquid absolute possibile non secundum aliquam potentiã, sed ex sola habitudine terminorum, qui sibi non repugnant, secundum quod possibile opponitur impossibili, ut patet per Philosophum in * 5. Metaph.

Li.5. Met. tex.17.t.3.

AD SECVNDVM dicendum, quod illud, quod habet uirtutem ut sit semper, ex quo habet illam uirtutem non quandoque est, & quandoque non est, sed antequam haberet illam uirtutem non fuit. Vnde hæc ratio quæ ponitur

nitur ab Arist. in * 1. de Cę. non cōcludit simpliciter, quod incorruptibilia non inceperunt esse, sed quod non inceperunt esse per modum naturalem, quo generabilia & corruptibilia incipiunt esse.

Ad tertium dicendum, ꝙ Arist. in † 1. Phys. probat materiam esse ingenitam per hoc, quod non habet subiectum de quo sit, in primo autem de cęl. & mund. probat cælum ingenitum, quia non habet contrarium ex quo generetur. Vnde patet, quod per utrunque, non concluditur nisi quod materia, & cęlum non inceperunt per generationem, ut quidam ponebant, præcipue de cęlo. Nos autem dicimus, quod materia & cælum producta sunt inesse per creationem, ut ex dictis patet.

Ad quartum dicendū, ꝙ ad rationem uacui non sufficit in quo nihil est, sed requiritur, quod sit spatium capax corporis, in quo non sit corpus, ut patet per Aristo. in * 4. Physic. nos autem dicimus, non fuisse locum aut spatium ante mundum.

Ad quintum dicēdum quod primus motor semper eodem modo se habuit, primum autem mobile nō semper eodem modo se habuit, quia incæpit esse, cum prius non fuisset. Sed hoc non fuit per mutationem, sed per creationem, quæ non est mutatio, ut supra dictum est. * Vnde patet quod hæc ratio, quam ponit Arist. in 8. Phys. procedit contra eos, qui ponebant mobilia æterna, sed motum non æternum, ut patet ex opinionibus Ana. & Empe. Nos autem ponimus, ex quo mobilia incæperunt semper fuisse motum.

Ad sextum dicendum, quod primum agens est agens uoluntarium. Et quamuis habuit uoluntatem æternam producendi aliquem effectum, non tamen produxit æternum effectum. Nec est necesse quod præsupponatur aliqua mutatio, nec etiam propter imaginationem temporis. Aliter enim est intelligendum de agente particulari, quod præsupponit aliquid, & causat alterum, & aliter de agente uniuersali, quod producit totum, sicut agens particulare producit formam & præsupponit materiam, vnde oportet quod formam inducat secundum proportionem ad debitam materiam. Vnde rationabiliter in ipso consideratur, quod inducit formam in tale materiam, & non in alia ex differentia materiæ ad materiam. Sed hoc non rationabiliter uidetur in Deo, qui simul producit formam & materiam, sed consideratur rationabiliter in eo, quod ipse producit materiam congruam formæ & fini. Agēs autem particulare, præsupponit tempus sicut & materiam. Vnde rationabiliter consideratur in eo, quod agit in tempore posteriori & non priori secundum imaginationem successionis temporis post tēpus. Sed in agente uniuersali, quod producit rem & tempus, non est considerare quod agat nunc, & non prius, secundum imaginationem temporis post tempus, quasi tempus præsupponatur eius actioni, sed considerandum est quod dedit effectui suo tempus quantum uoluit, & secundum quod conueniens fuit ad suam potentiam demonstrandam. Manifestius enim mundus ducit in cognitionem diuinæ potentiæ creantis, si mundus nō semper fuit quā si semper fuisset. Omne enim quod semper fuit, manifestū est habere causam. Sed non ita manifestū est de eo, quod semper fuit.

Ad septimum dicendum, ꝙ sicut dicitur in * 4. Physic. prius & posterius, est in tempore secundū quod prius & posterius, est in motu. Vnde principium & finis accipienda sunt in tempore sicut & in motu. Supposita autem æternitate motus, necesse est quod quodlibet momentum in motu acceptum, sit principium & terminus motus. Quod non oportet si motus incipiat. Et eadem ratio est de nunc temporis. Et sic patet, quod ratio illa instantis nūc, quod semper sit principium & finis temporis, presupponit æternitatē temporis & motus. Vnde Aristo. hanc rationem inducit in * 8. Physi. contra eos, ponebant æternitatem temporis, sed negabant æternitatem motus.

Ad octavum dicendum, ꝙ Deus est prior mundo duratione. Sed ly prius non designat prioritatem temporis, sed æternitatis. Vel dicendum, quod designat æternitatem temporis imaginati, & non realiter existentis, sicut cum dicitur supra cælum nihil est, ly supra, designat locum imaginatum tantum, secundum quod possibile est imaginari, dimensionibus cælestis corporis, dimensiones alias superaddi.

Ad nonum dicendum, quod sicut effectus sequitur a causa agente naturaliter, s̄m modum sue formæ, ita sequitur ab agente per uoluntatem s̄m formam ab eo p̄cōceptam & diffinitam, ut ex superioribus * patet. Licet igitur Deus ab æterno fuerit sufficiens causa mundi, non t̄n oportet ꝙ ponatur mundus ab eo productus, nisi secundū qđ est in prædiffinitione suæ uoluntatis, ut s. hēat esse post non esse, ut manifestius declaret suum authorem.

Ad decimum dicendum, quod posita actione sequitur effectus secundum exigentiam forma, quæ est principium actionis. In agentibus autem per uoluntatem quod conceptum est & prædiffinitum, accipitur ut formę, quæ est principium actionis. Ex actione igitur Dei æterna, nō sequitur effectus æternus, sed qualem Deus uoluit, ut s. haberet esse post non esse.

ARTI-

li. 1. de cę lo te. 120. tom. 2.

esse inceperunt, non q̄a que sunt & quādoque non sunt.

3^m^ de maiori. Incepit esse. ℞. Per generationem, non, per creationem. §. Tunc &c. ut in litera patet.

li. 1. Phys. tex. 82.

4^m^ maior. Vacuū est, ubi non est corpus. Sed possibile est esse. ℞. Mutila est hæc propositio maior. Dicatur ergo. Vacuum est, ubi non est corpus, sed spatium corporis, quod in spatio illo possibile est esse §. Tunc &c. Negatur enim quod adesset in mūdo spatium aliquod antequam mundus fieret. Simul ergo patet, quod uacuum non fuit ante mundum.

lib. 1. de cœlo. tex. 20. tom. 2.

Q. 44. art. 1. & 2.

5^m^ de minori. Mouetur. ℞. Vel creatur §. Tunc &c. Mobilia namque fuerunt postea per creationem tantum.

li. 4. te. 60. to. 2.

6^m^ de minori. Voluntas, ℞. Agentis particularis, non, agentis uniuersalis. §. Tunc &c. Nam Deus respectu mundi est agens vniuersale.

7^m^ minor. Tempus sēper est in suo principio & fine. ℞. Negatur. § loquendo de tempore absolute, idest non præsupposita ipsius temporis æternitate. Ad probationem negatur sensus eius. s. quod omne nunc idest quod omne instans sit principium, & finis. Dicitur autem quod primum instans fuit tantum principiū, ultimum erit tantum finis, intermedia uero instātia sunt utrunque de quib. solis absque cōclusionis offensa uerificatur argumentum.

Q. 45. art. 2. ad 2.

¶ Corol. Ergo argumentum erat fallacia petitionis principii. Supponit enim hoc, s. æternitatē rerum dari, & cōsequenter petit, hoc sibi concedi, quod tamē, tanquam in articuli prima conclusione negatū debebat probare.

8^m^ de minori. Prius, ℞. Prioritate tēporis, non, prioritate æternitatis. § Tunc &c. Antequam enim esset mundus, Deus eo prior erat prioritate ęternitatis, non temporis, nisi ut dicetur nunc.

Item de minori. Tēpus. ℞. reale, uel imaginatum, §. secundum, ꝙ illud prius, & posterius sumūtur. Tūc &c. Nam ante mundū erat prius secundum imaginationem tantū, & consequenter tempus imaginatum tantum, & idcirco Deus erat tunc mundo prior tempore imaginato, nō reali Vide responsum secundū ly, uel dicendum, quod designat &c.

9^m^ de maiori. Effectus. ℞. Secundum formam causæ ipsius, non, secundum modū quemcunque. §. Tunc &c. Nam causa tunc tantum est imperfecta, quando ad eius positionem non sequitur effectus secundum formā ipsius causæ, non autē secundum positionem actualis existentiæ causæ, cuius contrarium imaginatur arguens. Cum ergo mundus sequutus fuerit ab æterno Deum causam suā secūdum formam, quā Deus de mundo ipso pręconceperat, licet nō secundum esse reale Dei, patet quod Deus non est causa imperfecta, etiam quod ipse sit æternus, & mundus tēporalis.

li. 4. Phys. te. 97. t. 2.

10^m^ de maiori. Actio. ℞. Secundum exigentiā conceptæ formæ considerata, non, secundum existentiam realem tantum. §. Tūc &c. Licet enim actio Dei, secundum existentiam realem, sit æterna, tamen ipsamet secundum exigentiam formæ conceptæ, sumpta non est æterna in hoc sensu, inquantum uide licet

li. 8 te. 10. tom. 2. respon.

Q. 14. ar. 8. & q. 41. a. 2.

licet uoluit mundum habere esse post non esse, non inquantum hoc uoluit ab æterno.

¶Corol. Ergo exigentia conceptæ formæ nihil dicit temporale in Deo, sed dicit totum, hoc scilicet Deum ab æterno uoluisse, quod a se fieret mundus in tempore. Ergo forma illa mundi concepta est secundum se æterna, inquantum Deus ab æterno ipsam concepit, & forma illa est, secundum quod concernit effectum, temporalis, inquantum uolebat Deus per ipsam quod esse ctus esset in tempore non ab æterno productus, sic intellige responsionem formalem prædictam ad decimum, ne quando esses.

APPENDIX.

EX articulo habes, primo, quomodo per fidem & rationem destruas hæreses. Auerrois, Aristotelis, Albanensium, Seleucianorum (Direct. inquisi. 2. p. q. 4.) dicentium Deus non præcedit creaturam durationis prioritate. Hoc enim asserere est negare de Deo libertatem arbitrii, quia si Deus creaturam non produxit quamdiu ipse fuit, non habeat plenam libertatem suæ actionis, quia expectabat tempora & horas ut ageret. Item mundus non incepit, sed fuit ab æterno. Item Mundum fuisse ab æterno, & materiam elementorum ex qua factus est mundus non esse factam, sed Deo coæternam. Secundo habes, quomodo per rationem solutas argumenta tenentium æternitatem mundi, specialiter illam sophisticam imaginationem Auerrois, & hoc in responsione ad sextum. Tertio habes, quomodo per rationem ostendas, has merito damnari a Domino Io. 17. Clarifica me pater apud temetipsum claritate, quam habui apud te, priusquam mundus fieret. Item a Prouer. 8. Dominus possedit in initio uiarum suarum antequam quicquam faceret a principio. Item ab Inno. 3. in Concilio Lateranensi extra de su. tri & fi. cath. firmiter credimus & simpliciter confitemur quod &c. Deus omnipotenti sua uirtute ab initio temporis ex nihilo condidit creaturam. Item a symbolo fidei, ut exponitur per patres Nicæni concilii, & consequenter ab omnibus aliis legitimis cõciliis. Dicit enim Apostolorum symbolum, Credo in Deum patrem omnipotentem creatorem cæli, & terræ: Nicæna uero synodus exponens ly creatorem, inquit factorem. Non accipit autem ly factorem prout facere est ex aliquo producere, alioquin non exponeret, sed destrueret textum symboli apostolorum habentem ly Creatorem, cum creare proprie (ut ibi sumitur) sit ex nihilo producere. Relinquitur ergo, quod accipiat ly factorem, prout facere habet aliam significationem scilicet producere in tempore. (sup q. 13. ar. 7. secundum.) Sic enim optime exponit symbolum attestantē, quod Deus creauit, dum ait, quod fecit, i. ita creauit, quod in tempore creationē istam exercuit. Erat enim secundū se hoc uocabulum, Creator, anceps ad æternitatem, & ad tempus. Inquantum ergo quis audit, quod Deus mundum creauit, poterat quantum est ui uocabuli, dubitare an Deus hunc creauerit ab æterno, uel in tempore. Et forsan aliqui, etiam symbolum illud apostolorum profitentes, legendo quod Deus creauit, hanc opinionem conceperant, quod creasset ab æterno, uel saltem quod hæc sua opinio non contrariaretur symbolo fidei apostolorum. Ideo necessarium fuit, ut sic perueniret aliqua expositio authentica Ecclesiæ ad hos errores, uel scrupulos tollendos, secundum quam expositionem Christiani omnes, immo & totus mundus, lucidissimum sensum huius uocabuli, Creatorem, uideret, eamque sequi teneretur omnino, & ista fuit expositio præmissa Concilii Nicæni primi. Tertio uides, quomodo ex his omnibus antedictis Angelica hæc doctrina firmetur.

¶Notat. Præsenti suffragatur articulo articulus in ordine 221. 46. 234. 336. 237. 152. 127. 136. 252. 155. 239. 240. 87. 118. 215.

Vti. pro S. Eccl. — 2 — Creator, Factor. — 3 — Pro stud. nari. coor.

Comm. Cardinalis Caietani.

Titulus clarus est.

¶In corpore unica est conclusio cum duobus corollariis, conclusio est. Nihil præter Deum fuit ab æterno, ita quod hoc non est impossibile. Vbi aduerte, quod conclusio dicit duo, asserit enim primo, nihil aliud a Deo fuisse semper. Et quoniam hoc ex fide tenetur, nec hoc est probandum, addit secundum, s. quod hoc assertum est possibile. Et hoc probat sic. Voluntas Dei est causa rerum, ergo sic necesse est aliqua esse sicut necesse est Deum uelle illa, ergo non est necessarium Deum uelle, quod mundus fuerit semper, ergo eatenus mundus est, quatenus Deus uult illum esse, ergo non est necessarium mundum semper esse. Antecedens patet ex supradictis, prima uero consequentia probatur, quia necessitas effectus, ex necessitate causę dependit, ex 5. Meta. Secundo uero, quia non est necesse Deum uelle aliquid nisi seipsum. Tertia autem, quia esse mundi ex uoluntate Dei pendet, sicut ex causa. Primum corollarium est. Non potest demonstratiue probari mundum semper fuisse. Secundum est. Rationes quas ad hoc probandum adducit Arist. non sunt demonstratiuæ simpliciter, sed secundum quid. Quod manifestatur tripliciter, s. ex opinionibus confutatis, ex testimoniis inductis, & ex expressa eius confessione, omnia plana sunt in litera.

¶In responsione ad decimum, dubium est, an actio Dei sit actu ab æterno formaliter, idest inquātum actio, an solum materialiter, idest secundum quod res est. Si enim primo modo intelligitur, sequitur quod Deus ab æterno est actu agens, creans, causans &c. & si sic, ergo ab æterno est aliquid creatum, actum, causatum &c. Et tenet sequela, ex 5. Metap. Causę singulares in actu inquantum causæ, & effectus, simul sunt, & non sunt. Si autem secundo modo tantum intelligitur, ergo ab æterno est causa agens in potentia, & postmodum est causa in actu agens, quod est inconueniens.

¶Ad hoc dubium cum cautela respondēdum est, ne dicamus, uel Deum ab æterno causam in potentia tantum, quod in secundo contra Genti. c. 5. reprobatur, uel Deum ab æterno creantem mundum, quod constat esse erroneum, quoniam creans ad creatū dicitur, sicut creatiuum ad creabile, ut dicitur. 5. Metap. Media ergo uia distinguendo dicamus, quod actio Dei est in actu ab æterno, non solum materialiter, sed formaliter. Sed hoc potest intelligi dupliciter. primo, ut sit in actu secundum id quod ponit actio inquantum actio in agente. Secundo, secundum quod infert ex se passionem uel effectum. Primo modo, actio Dei est in actu ab æterno. Secundo modo, non. Et propter primum, Deus non est causa in potentia, sed in actu ab æterno. Propter secundum uero, Deus non creauit mundum ab æterno, nec creat modo animam Antichristi. Et si quæratur, quomodo illatio passionis uel effectus est in Deo ab æterno actu, uel potentia. Responsio in promptu est, quod est in eo in potentia actiua, & nunquam est, fuit, aut erit in eo formaliter. De inexistentibus enim formaliter, inconueniens est ponere aliquid in potentia in Deo. Et propterea actionem secundum totum id quod in agente ponit formaliter, oportet ab æterno in Deo esse actu &c.

Henr. quol. 1. q. 7. & quol. 9. q. 17.
Tho. de Arg. d. 1. q. 2. ar. 2.
D. Bon. d. 1. ar. 1. q. 2.
Bannes. ar. 2.

247 Locis sup. ar. 1. adductis.

SVP. Q. XLVI. ART. II.

Concl. Mundū incæpisse est credibile, non autem demonstrabile, uel scibile.

¶Prob. Quia nouitas mundi a uoluntate diuina procedit, & uoluntas diuina de nouitate mundi est per reuelationem manifestata hominibus, cui reuelationi fides innititur. Secunda autem pars, s. nō &c probatur. Quia de nouitate mundi nō potest fieri demonstratio neque per quod quid est mundi (cum quod quid est uniuscuiusque rei abstrahat ab his & nunc) neque per causam mundi, quæ est diuina uoluntas (cum ratione necessaria inuestigari

ARTICVLVS II.

Vtrum mundum incæpisse sit articulus fidei.

AD SECVNDVM sic proceditur. Videt, ꝙ mūdū incæpisset non sit articulus fidei, sed conclusio demonstrabilis. Omne enim factum habet principium suæ durationis. Sed demonstratiue probari potest, quod Deus sit causa effectiua mundi, & hoc etiam probabiliores Philosophi posuerunt. Ergo demonstratiue probari potest, quod mundus incæperit.

¶2 Præt. Si necesse est dicere qđ mundus factus est a Deo, aut ergo ex nihilo, aut ex aliquo. Sed non ex aliquo, quia sic materia mundi pręcessisset mundum, contra quod ꝓcedunt rationes Aristo. ponentes cœlum ingenitum. Ergo oportet dicere quod mundus sit factus ex nihilo. Et sic habet esse post non esse. Ergo oportet quod esse inceperit.

¶3 Præte. Omne quod operatur per intellectum, a quodam principio operatur, ut patet in omnibus ar-

gari non possit, quid tir ca creaturas in huiusmodi uelit Deus.)

1^m de maiori. Factum. R. Per actionẽ successiuam, non, per actionem instantaneã. §. Tunc &c. Factum. n. per actionem instantaneam (ut mundus) non de necessitate hẽt principium durationis.

2^m de conclusione secũda. Ex nihilo. R. 1. non de aliquo, non autem, post nihilum, §. Tunc &c. Quod enim fit ex nihilo. 1. non de aliquo tantum, non de necessitate habet esse post non esse, secus de eo, quod fit ex nihilo, idest post nihilum. Quod autem oporteat dicere, mundum factum esse etiam ex nihilo, idest post nihilum, ut q. 45. ar. 1. tertium, habetur per reuelationem.

Li. 2. Phy. te. 29. to. 2

3^m de maiori. Intellectum. R. Inuestigantem, quid agendum sit, non, sine inuestigatione firmiter scientẽ quid agendũ sit, §. Tũc &c. intellectus enim diuinus sine aliqua inuestigatione omnia firmissimè nouit, unde & sine inuestigatione ad operandum procedit, & ideo factum ab illo non de necessitate habet principium durationis.

Te. 5. to. 3.

4^m minor. Sed hoc non esset, si mundus semper fuisset. R. Negatur ista. §. Ridiculum enim est, etiam secundum Aristotelem, opinari, quod ex huiusmo di particularibus mutationibus de necessitate sequatur, mundum incœpisse.

Hom. 1. in Ezechielẽ

5^m de minori. Sed si mundus semper fuisset R. Ita quod esse mundi esset quoddam esse totum simul absque aliqua successione, non aliter. §. Tũc enim contra, ut patet. Vide q. 10. ar. 1. & 2. & q. 8. ar. 4. tertium.

Q. 38. ar. 4.

6^m de maiori. Infiniti dies, Diem istũ R. Tanquam termini terminum, non, tãquã media infinita extremum, §. Tunc &c. Licet enim infinita media de extremo ad extremũ non sit pertransire, tamen in aliquo in-

Transitus qualis in infinito.

artificialibus. Sed Deus est agens per intellectum. Ergo a quodam principio operatur. Mundus igitur qui est eius effectus, non fuit semper.

¶ 4 Prær. Manifesta apparet, artes aliquas & habitationes regionum, ex determinatis temporibus incœpisse. Sed hoc non esset si mũdus semper fuisset. Mundum igitur non semper fuisse manifestum est.

¶ 5 Præter. Certum est nihil Deo æquari posse. Sed si mundus semper fuisset, æquipararet᷑ Deo in duratione. Ergo certum est, non semper mundum fuisse.

¶ 6 Præt. Si mundus semper fuit, infiniti dies præcesserũt diem istũ. Sed infinita non est pertransire. Ergo nunquam fuisset peruentum ad hunc diem. Quod est manifeste falsum.

¶ 7 Præt. Si mundus fuit æternus, & generatio fuit ab æterno. Ergo unus homo genitus est ab alio in infinitum. Sed pater est causa efficiens filii, ut dicitur in * 2. Physic. Ergo in causis efficientibus est procedere in infinitum, quod improbatur in * 2. Metap.

¶ 8 Præt. Si mundus & generatio semper fuit, infiniti homines præcesserunt. Sed anima hominis est immortalis. Ergo infinitæ animæ humanæ, nunc essent actu, quod est impossibile. Ergo ex necessitate sciri potest, quod mundus incœperit & non sola fide tenetur.

SED CONTRA. Fidei articuli demonstratiue probari non possunt, quia fides de non apparentib. est, ut dicitur ab Heb. 11. Sed Deum esse creatorẽ mundi, sic quod mundus incœperit esse, est articulus fidei. Dicimus enim. Credo in unũ Deum &c. Et iterum Greg. dicit in homil. * 1. Ezech. quod Moyses prophetizauit, de præterito dicens. In principio creauit Deus cœlum & terram. In quo nouitas mundi trahitur. Ergo nouitas mundi habetur tantum per reuelationem, & ideo non potest probari demonstratiue.

RESPON. Dicendum, quòd mundum non semper fuisse, sola fide tenetur, & demonstratiue probari non potest, sicut & supra de mysterio trinitatis dictum est. * Et huius ratio est, quia nouitas mundi non potest demonstrationem recipere ex parte ipsius mundi. Demonstrationis enim principium, est quod quid est. Vnumquodque autem secundum rationem suę speciei abstrahit ab hic, & nunc, propter quod dicitur, quod uniuersalia sunt ubique, & semper. Vnde demonstrari nõ põt, quod homo, aut cœlum, aut lapis, nõ semp fuit. Similiter etiam neque ex parte causæ agẽtis, qui agit per uoluntatem. Voluntas enim Dei ratione inuestigari non põt, nisi circa eam, quę absolute necesse est Deum uelle. Talia autem non sunt, quæ circa creaturas uult, ut dictum est. * Põt autem uoluntas diuina homini manifestari per reuelationẽ, cui fides innititur. Vnde mundum incœpisse est credibile, non autem demõstrabile uel scibile. Et hoc utile est ut consideretur, ne forte aliquis, quod fidei est demonstrare præsumens, rationes nõ necessarias inducat, quæ præbeant materiam irridendi infidelibus existimantibus nos propter huiusmodi rationes credere quæ fidei sunt.

infinito à termino quocunque signato ad terminum signatum, seu finitum quoddam, possumus pertransire.

7^m de conclusione. Procedere in infinitũ. R. Per accidens, non, per se. §. Tunc &c. Improbatur

Q. 17. a. 3.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod sicut dicit Aug. * 11. de ciui. Dei, Phylos. ponentium ęternitatem mundi duplex fuit opinio. Quidam enim posuerunt, quod substãtia mundi non sit a Deo. Et horum est intolerabilis error. Et ideo ex necessitate refellitur. Quidam autẽ sic posuerunt mundum æternum, quod tñ mundum a Deo factum dixerunt. Non. n. mundum tps uolunt habere, sed suæ creationis initium, ut quodã mõ uix intelligibili, semp sit factus. Id autem quomodo intelligant, inuenerunt, ut idem dicit in * 10. de ciuit. Dei. Sicut. n. inquiunt, si pes ex æternitate semper fuisset in puluere, semper sub esset uestigium, quod a calcante factum nemo dubitaret, sic & mundus semper fuit, semper existente qui fecit.

Li. 11. de ciui. Dei. c. 4 & li. 10. c. 31. to. 5.

D. 407.

li. 10. c. 31. to. 5.

Et ad hoc intelligendum cõsiderandum est, quod causa efficiens quæ agit per motum, de necessitate præcedit tempore suum effectum, quia effectus non est nisi in termino actionis agens autem omne, oportet esse principium actionis. Sed si actio sit instantanea & non successiua, non est necessarium, faciens esse prius facto duratione, sicut patet in illuminatione. Vnde dicunt, quod non sequitur ex necessitate, si Deus est causa actiua mundi, quod sit prior mundo duratione, quia creatio qua mundum produxit, non est mutatio successiua, ut supr. dictum est. *

Q. 45. a. 2.

AD SECVNDVM dicendum, q̃ illi qui ponerent mundum æternum, diceret mundum factum a Deo ex nihilo, non quod factus sit post nihilum, secundum quod nos intelligimus per nomen creationis, sed quia non est factus de aliquo. Et sic etiam non recusant aliqui eorum, creationis nomen, vt patet ex Auic. * in sua Met.

Li. 9. c. 4.

AD TERTIVM dicendum, quòd illa est ratio Anax. quæ ponitur in 3. Physico. Sed non de necessitate concludit, nisi de intellectu, qui deliberando inuestigat, quid agẽdum sit, quod est simile motui. Talis autem est intellectus humanus, sed non diuinus. vt supra patet. *

Q. 14. a. 11

AD QVARTVM dicendum, quòd ponentes æternitatem mundi, ponunt aliqua regionem infinities esse mutatam de inhabitabili inhabitabilem, & econuersò. Et similiter ponunt, quòd artes propter diuersas corruptiones & accidentia, infinities fuerunt inuentæ, & iterum corruptæ. Vnde Arist. dicit in lib. * Meteo. quòd ridiculum est ex huiusmodi particularibus mutationibus opinionem accipere de nouitate mundi totius.

Lib. 1. meteor. c. ult. post med. to. 1.

AD QVINTVM dicendum, quòd etsi mundus semper fuisset, non tamen parificaretur Deo in æternitate, ut dicit Boet. in fine de conso. quia esse diuinum, est esse totum simul absque successione. Non aũt sic est de mundo.

AD SEXTVM dicendum, quod transitus semper intelligitur a termino in terminum. Quæcunque autem præterita dies signetur, ab illa vsque ad istam sunt finiti dies, qui pertransiri poterunt. Obiectio autem procedit ac si positis extremis, sint media infinita.

AD SEPTIMVM dicẽdum, q̃ in causis efficientib. impossibile est procedere in infinitũ per se, vt puta, si causę quę per se requiruntur ad aliquem effectũ, multiplicarentur

batur enim solum ibi a philosopho procedere in infinitum per se. s^m de maiori. Generatio. &. Hominis, non alicuius alterius § Tunc &c. Non enim generatio hominis est æterna etiam secundum Aristotelem. Alioquin non poneret ipse immortalitatem animæ intellectiuæ,(ut ponit in libris de anima,uide supr. q. 75.ar. 2.) neque multiplicationem animarū, secundum multiplicationem corporum (uide sup.76.ar.2) neque abhorreret infinitum etiam in non quantis.i. in rebus spiritualibus & incorporeis(quod supponitur pro nunc,licet in 3.physi.& primo,loquatur tantum de infinito materiali,uide su pr.q.7.art.4. Cum igitur generatio hominis non sit æterna (ut ex illorum trium simul positione Aristotelica patet)quamuis generatio alicuius uel aliquarum rerum sit secundum Aristotelem æterna, non sequitur infinitas in actu,quæ in arguendo deducebatur.

Generatio hominis continua, scilicet ut nunc, non est æterna secundum Aristote.

¶ Corol. Ergo potest demonstrari,aliquam creaturam.i hominem, generantem non fuisse ab æterno. Hoc tñ non est contra conclusionem, ut habes in calce responsionis literæ.

rentur in infinitum. Sicut si lapis moueretur a baculo, & baculus a manu,& hoc in infinitum. Sed per accidens in infinitum procedere in causis agentibus,non reputatur impossibile, ut puta, si omnes causæ quæ in infinitum multiplicantur, non teneant ordinem nisi unius causæ, sed earum multiplicatio sit per accidens. Sicut artifex agit multis martellis per accidens, quia unus post unum frangitur. Accidit ergo huic martello,quod agat post actionem alterius martelli. Et similiter accidit huic homini inquantum generat,quod sit generatus ab alio,generat enim inquantum homo, & non inquantum est filius alterius hominis. Omnes enim homines generantes, habent gradū unum in causis efficientibus.i. gradum particularis generantis. Vñ non est impossibile,ꝙ homo generatur ab hoie in infinitū.esset autē impossibile,si generatio huius hominis dependeret ab hoc homine, & a corpore elementari, & a sole, & sic in infinitum.

Ad octavvm dicendum,ꝙ hanc rõnem, ponentes æternitatē mundi,multipliciter effugiūt. Quidam.n. non reputant impossibile esse infinitas animas actu,ut patet in Met. Algazelis,dicentis hoc esse infinitum per accidens,sed hoc improbatum est * superius. Quidam uero dicunt animam corrumpi cū corpore. Quidā uero, quod ex omnibus animabus remanet una tm̄. Alii uero(ut Aug.* dicit) posuerūt propter hoc circuitum animarū, ut.s.animę separatæ a corporibus post determinata temporū curricula,iterum redirent ad corpora, de quib.omnib.in sequentib.est agēdum. Considerandū tamen,ꝙ hæc ratio particularis est. Vñ posset dicere aliquis, ꝙ mundus fuit æternus,uel saltem aliqua creatura, ut angelus,non autem homo. Nos autem intendimus uniuersaliter, an aliqua creatura fuerit ab æterno.

Q.7.ar.4.

Li. de hæresi, c. 46. to. 6. idem & Serm 143. de tēpore,c. 10.

APPENDIX.

EX articulo habes, primo, quomodo totaliter disperdas hæresim Petri Abaylardi, Trinitariorum, Feliciani dicentiū, fide nihil esse credendum,quod uirtutem nostri intellectus excedat. Item credendum non est nisi per se notum, uel quod ex per se certis possit declarari. Item in fidei disciplina rationibus potius quam sacræ scripturæ authoritatibus, & testimoniis agendum esse. Mundum enim incepisse non potest demonstrari, & tamen firmissima fide tenetur, inuitendo authoritatibus sacræ scripturæ secundum catholicum sensum intellectis. Secundo habes quomodo ꝑ authoritates sacrarum scripturarum & synodorum in præmisso articulo appen. exaratas istorū reptilium super rā homunciorum hæreses possis ostendere dānatas merito fuisse. Item quomodo dānentur merito &c. ut q.1. ar.8. uideas appen. Tertio quō ex his doctr. S. Thomæ uicissim firmetur, cernere licet.

Vtil. quod S. Eccl. cōtra hære. Abail. Tri. falic. damna &c.

¶ Notat. Isti articulo aliqualiter suffragatur in ordine articulus. 181. 105. 117. 239. 238. 86. 135. 48. 49. 13. 38. 582. 367. 370.

A P-

Comm. Cardinalis Caietani.

IN titulo,articulus fidei sonas,quod sola fide tenere oportet.

¶ In corpore unica est conclusio responsiua quæsito.s. Mundum incæpisse sola fide tenet,ita ꝙ demonstratiue probari non pōt. Quā conclusionē,primo probat quo ad secundā partē. Scđo manifestat,quo ad primā. Et tertio ostendit quantæ utilitatis sit, nosse propositā conclusionem. Quo ad primum igitur, intendit talem rationem. Nouitas mundi non pōt demonstrari ex parte mundi,nec ex parte suæ causæ,ergo est indemonstrabilis. Antecedens quo ad primā partē probatur. Demonstrationis principium est quod quid est,& unumquodque secundum rationem suæ spēi abstrahit ab hic & nunc, ergo non potest demonstrari, quod homo,aut cælum,aut lapis non semper fuit. Secunda pars antecedētis manifestatur a cōi dicto,quod uniuersalia sunt ubique & semper. Quo ad secundam uero partem probatur. Voluntas Dei ratione inuestigari non potest,nisi circa necessario uolita,ergo non potest demonstratiue sciri, quid circa creaturas uoluerit, & tenet sequela,quia nihil circa creaturas necessario uult.

¶ Circa probationem primæ partis antecedentis assumpti aduerte quod uis rõnis consistit in hoc. Quod quid est uniuscuiusque rei creatæ specifice sumptum,abstrahit ab hic, & nunc, ergo non potest esse sufficiens medium ad inferendum nouitatem rei, quia nouitas ipsa temporis differentiam continet. Liquido.n.constat,non esse rõnem essendi nunc, & non prius, quod secundum se indifferens est ad nunc & prius,unde,author non solum de mūdo,sed de quacunque re mundi intulit, quod ex eius quidditate non potest monstrari eius nouitas simpliciter.

¶ Circa principalem consequentiam aduerte, quod cum mundus significet uniuersitatem rerum,& extra uniuersum nihil sit nisi caput ipsius,consequens est,quod nullus locus relinquatur demonstrationi quia,ad inferendum nouitatem mundi, & ꝑpea litera exclusa causa, & quod quid est ipsius & omnium eius partium pro constanti reliquit nouitatem mundi indemonstrabilem. Quo ad primam uero partem conclusionis,s.quod fide teneatur,manifestatur. Voluntas diuina,potest homini manifestari per reuelationem, ergo mundum incæpisse, est credibile, & tenet sequela, quia fides reuelationi innititur.

¶ Tertiò,utile est inquit,hoc considerare,& hoc ex duab. utilitatibus manifestat. Prima est repressio præsumptionis. Secunda est euitatio irrisionis ab infidelibus ut clare patet in litera.

¶ In responsione ad septimum, aduerte. Nouitiæ,ꝙ aliud est dicere, Socr. pater, est cā per se Platonis filii, & Plato per se causa Ciceronis,& aliud est dicere, Socr. & Plato sunt per se causæ Cice. Primum enim est uerissimum quoniam sicut homo generat hominem per se,ita te pater tuus,ut dicitur 12. Met. te. 17. Secundum autem est falsissimum,qm̄ causæ per se ordinatæ,respectu alicuius effectus sunt,ut in litera dicitur, diuersorum ordinū simul causantes effectum illum,& propterea non possunt infinitari. Pater autem & Auus eiusdem ordinis causæ sunt. non simul causantes tertium,quamuis,ut dictum est,inter se auus fuerit per se causa patris,& pater filii,& propterea, ad productionem Socr. non refert finitas,uel infinitas progenitorum.

¶ In responsione ad octauum diligenter aduerte,quid ibi dicicitur,& quare dicatur. Post recitatas namque opiniones subdit considerandum esse,ꝙ hęc ratio particularis est & uerum dixit, quoniam particularis est non in se, sed respectu quæsiti, ut ipsemet subdit. Quæsitum est enim hic, utrum mundum,i. uniuersitatem creaturarum incępisse,sit articulus fidei,& non utrum singulas species creaturarum incæpisse,sit articulus fidei. Dato,nāque,quod hominem incæpisse,sit demonstrabile, adhuc dubium restat,utrum uniuersum incæpisse, sit demonstrabile, quoniam stat cum incæptione hominis,æternitas mundi,uel Angelorum, ut in litera dicitur. Causa autem quare hoc dixerit est, quia secundum doctrinam authoris,ratio inducta cogit parum tamen utilis,ab eodem dicitur in 2.contra Gent.c.38.quoniam multa supponit,in quibus discordant philosophi.

¶ Circa eandem responsionem aduerte,quod secundum authoris doctrinam sustinentem immortalitatem animæ numeratæ sine circulo,& impossibilitatem infinitatis in actu simul, etiam per accidens,intelligibile non est,quod generatio humana sit æterna. Et propterea cauti sint Tho. in concedendo mundum potuisse esse ab æterno concedant mundum quo ad substantiam, constantem ex quinque corporibus simplicibus. Concedant mundum & quo ad motum cæli,& generationes omnes,pręter humanam. Ineuitabile enim est,quin, aut sit infinitum in actu, aut ad miracula recurratur,ponendo unum hominem infinito tempore uixisse, & a certo tempore generasse,& sic etiam non saluaretur generatio humana æterna,sed species humana. Sed ridiculum,iudicio meo est,hoc miraculum interponere, ubi de possibilitate productionis mundi talis,qualem uidemus est sermo.

¶ In

S. Bon.

S Bon. r. f. d. 1. q. 2. ar. 2. Scot. 2. f. d. 1. q. 3. Ricear. 2. f. d. 1. q. 2. Durau. 2. f. d. 1. q. 2. Bacc. 2. f. d. 1. q. 45. & 6. Aegid. 2. f. dist. 12. q. 2. ar. 4.

SVPER Q. XLVI. ART. III.

CONCL. Illud verbum Genesis primo, scilicet, In principio, monstrat, creationem fuisse temporalem: Licet etiam, vltra hoc, dupliciter exponatur.

¶PROB. Quia ly In principio, exponit primo pro principio temporis; secūdo pro filio; tertio pro ante omnia.

¶COROLL. Ergo per scripturam illam sacrā primo modo expositam ostenditur illos errasse, qui mundum dixerunt æternum; secundo autem modo illos, qui duo principia rerum, vnum bonorū, aliud malorum statuerunt; sed modo tertio illos, qui Deum medijs spiritualibus creaturis creasse tēporalia somniarunt.

24§ 2. dist. 1. q. 1. ar. 6. ad 3. Et quolib. 5. q. 1. ar. 1. cor. & opu. 9. q. 100.

*Li. 6. Phy sic. tex. 40. & sequētibus, to. 2.

1m de maiori.

Quod non est in tempore. R. Eo modo, quo non est in tēpore: non, aliter. §. Tunc nihil &c. Licet enim res creatæ, de quibus in argumento, non sint in tempore per modum mensuræ, quasi quòd tempus sit mensura creationis ipsarum; & similiter non sint in principio temporis, quasi quòd principium temporis sit creationis earum mensura: tamen res creatæ sunt, & in tempore, & in principio temporis, per modum coexistentiæ, inquantum scilicet simul cum tempore, eiusque principio res subitò creatæ fuerunt.

D. 1252.

2m de maiori.

Fit. R. Per motum; vel ita quòd sit terminus motus: non aliter. §. Tunc nihil &c. Licet enim creari sit fieri: non tamen est fieri per motum, vel ita quòd sit terminus motus.

3m de minori.

In principio temporis. R. Tanquàm in quo: non, tanquàm à quo. §. Tunc nihil &c. Licet enim diuisibile non possit esse in indiuisibili (vt arguitur) potest tamen incipere ab indiuisibili.

Pro lectorib. semp & vbique memoranda notatio.

¶ NOT. Meminerint semper, in præsenti & sequenti quæstione presertim, philosophiæ lectores illius mandati; quòd à Leone X. summo Pontifice in Concilio Lateranēsi districtius præceptum est; nè quando ex Philosophis in temerè philosophantes incidant, seipsosque ac alios erroribus & inobedientia inuoluant, insectam philosophiam a philosophia non secernentes. Vide quæst. 75. art. 2. & quæst. 76. art. 1. Et quia ibi de salute animarum multarum, de vitatione hæresum, de veritatis agnitione præcipiendo mandatur; ideò totis viribus te ad obtemperandum Pōtifici accinge. Quòd si ex ignorantia tua nescis philosophica argumenta soluere; tu (salua fide, ac tuis discipulis exposita, vt ibi dicitur) protestare coram auditoribus; quòd vniuersæ contra orthodoxam fidem rationes nō solum hactenus à quocumque factæ, sed etiam factibiles, sunt in rei veritate argumenta solubilia. Et sic vel ad soluendum illas omnes temporis dilationem curialiter, seruaturus re ipsa quod promittis, postula: Vel, si tibi nec per studium proprium, nec per consilium aliorum (quod forsan erubescis inquirere) ad illa pro tempore occurrentia valeas esse satis, renuncia bono modo officio legendi, quod habes. Hic tibi, tuisque similibus, dictum puta: Bonum est ad uitam ingredi debilem vel claudum, quàm duos oculos, duas manus, vel duos pedes habentem mitti in ignem æternum; &, si cœcus cęco ducatum præstet, ambo in foueam cadunt. Et hæc audiens vide; quid agas.

ARTICVLVS III.

Vtrum creatio rerum fuerit in principio temporis.

AD TERTIVM sic proceditur. Videtur, quòd creatio rerum non fuit in principio temporis. Qđ enim non est in tempore, non est in aliquo temporis. Sed creatio rerum non fuit in tempore. Per creationem enim rerū, substantia in esse producta est. Tempus autē non mensurat substantiā rerum, & præcipuè incorporalium. ergo creatio non fuit in principio temporis.

¶ 2 Præt. Philos. * probat, ꝙ omne quod fit, fiebat. & sic omne fieri habet prius & posterius. In principio autem temporis (cum sit indiuisibile) non est prius & posterius. ergo cum creari sit quoddam fieri, videtur quòd res non sint creatæ in principio temporis.

¶ 3 Præt. Ipsum etiam tēpus creatū est. sed non potest creari in principio temporis, cum tēpus sit diuisibile, principium autem temporis indiuisibile. Non ergo creatio rerum fuit in principio temporis.

SED CONTRA est, quod Genes. 1. dicitur, In principio creauit Deus cęlum & terram.

RESP. Dicendum, ꝙ illud verbum Genes. 1. In principio [d] creauit Deus cœlum & terram, tripliciter exponitur ad excludendū tres errores. Quidam enim posuerunt mundum semper fuisse, & tempus non habere principium. Et ad hoc excludendum, exponitur: In principio, scilicet temporis. Quidam verò posuerunt duo esse creationis principia, vnum bonorum, aliud malorum. Et ad hoc excludēdum, exponitur: In principio, i. in filio. Sicut enim principium effectiuum appropriatur patri propter potentiam, ita principium exemplare appropriatur filio propter sapientiam: vt sicut dicitur, Omnia in sapientia fecisti, ita intelligatur Deum omnia fuisse in principio, i. in filio, secundùm illud Apostoli ad Colossen. 1. In ipso, scilicet filio, cōdita sunt vniuersa. Alij verò dixerunt corporalia esse creata à Deo mediātibus creaturis spiritualibus. Et ad hoc excludendum, exponitur: In principio creauit Deus cœlum & terram, i. ante omnia. Quatuor enim ponūntur simul creata, s. cœlum empyreum, materia corporalis, quæ nomine terræ intelligitur, tempus, & natura angelica.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd non dicūtur in principio temporis res esse creatæ, quasi principium temporis, creationis sit mensura: sed quia simul cum tempore, cœlum & terra creata sunt.

AD SECVNDVM dicendum, ꝙ verbū illud Philosophi, intelligitur de fieri, quod est per motū, vel qđ est terminus motus. Quia cum in quolibet motu sit accipere prius & posterius, ante quodcūque signū in motu signato, dū s. aliquid est in moueri & fieri, est accipere prius, & et aliquid post ipsum, quia qđ est in principio motus, vel in termino, nō est in moueri. Creatio autē, neq; est motus, neque terminus motus, vt suprà dictum * est. Vnde sic aliquid creatur, quod non prius creabatur.

*q. præce. art. 2.

AD TERTIVM dicendum, ꝙ nihil fit, nisi ſm ꝙ est. Nihil autem est tēporis, nisi nunc. vnde non potest fieri nisi secundū aliquod nūc. Non quia in ipso primo nūc sit tēpus: sed quia ab eo incipit tempus.

QVÆ-

APPENDIX.

Vtilitas pro Eccle. S. Dei.

EX artic. habes primò: quomodo per rationem ostendas, rectè dictum à Genes. 1. In principio creauit Deus cęlum & terram. Secūdò habes: quomodo per rationem ostendas rectè hanc scripturam fuisse expositam à Papa Innoc. III. in Concilio generali, extrà, de sum. Trin. & fide cath. firmiter; dum inquit: Ab initio temporis utramque Deus de nihilo condidit creaturam &c. Vbi videre est conformiter ad textum; quòd Papa pro ly In principio, dicit ly Ab initio temporis: sicut pro ly creauit, dicit ly de nihilo condidit; & pro ly cęlum & terram, dicit ly vtrāq; creaturam spiritualē & corporalem (Angelicam s. & mundanam): Deinde humanā, quasi cōem, ex spiritu & corpore constitutam. Hęc ille. Tertiò vides: qūo ex his vicissim firmetur intenta conclusio.

2

3

Comm. Cardinalis Caietani.

TItulus satis clarus est.

¶ In corpore conclusio responsiua est, quòd ly In principio creauit Deus cœlum & terram, tripliciter exponitur, contra tres errores, s. In principio temporis, contra Philosophos. In filio, contra Pythagoricos, & Manichæos. Ante omnia, contra Platonem, Auic. & sequaces. Omnia plana sunt in litera. ex quibus habetur conclusio responsiua quæsito affirmatiue, & ad perfectionem doctrinæ, cum multis adiunctis.

¶ In responsione ad primum aduerte: quòd author negat primum temporis instans mensurasse creationem, non quòd diutius emanatio illa durauerit cum instantanea sit, vt in responsione ad primum, in articulo præcedenti dictum est: sed quia creatio ad substantias etiam incorporales, quæ supra tempus, & temporis instantia sunt, se extendit. Vnde primum instans temporis, etsi non fuerit mensurans creationem, fuit tamen coexistens creationi, quæ instanti temporis discreti quo mensurantur operationes spirituales, vt infrà patebit, mensurata est.

¶ In

Parr. 1. cont. c. 39. & lib. 3. c. 97.
S. Bon. 2. s. d. 1. q. 2. art. 1.

SVP. Q. XLVII. ART. 1.

CONCL. Distinctio rerum, & multitudo est ex intétione primi agentis, quod est Deus.

¶ PROB. 1. Quia Deus intédit ex productione rerum, quod ipsæ res bonitatem à seipso eis cōmunicatam repræsentent, & hanc repræsentare nō potest quæcumque vna creatura tam perfecte, sicut multæ, diuersæq; creaturæ. Secundo, quia Moyses, per ly dixit Deus, fiat lux, & diuisit lucem à tenebris, dicit res esse distinctas verbo Dei.

249
2. conc. c. 39. vsque 45. inclusiue. Et lib. 3. c. 97. Et pot. q. 3. artic. 1. ad 9. & artic. 16. cor. Et op. 3. c. 71. 72. 73. & 101. Et 12. me. lec. 2. in fi.
* q. 11. ar. 4.
† q. 44. artic. 3.
* q. 44. artic. 4.
* q. 44. artic. 2.

1^m de maiori.

Vnum. R. Secundum formam per quā agit: non semper, secundum formam per quam est. §. Tunc nihil &c. Licet enim Deus sit vnus in essendo: non tamen est vnus secundum formā intellectam, per quam agit, inquantū s. potest multa intelligere. Et nota, quod loquimur formaliter de forma intellecta, quæ dicit Ideam: non de essentia diuina, quæ etiam est res intellecta, per quam Deus agit, inquantum Deus intelligit semetipsum, & per se non per aliud agit. Cum igitur Ideæ rerum in Deo sint plures, q. 15. art. 2. licet secundum rem sint essentia diuina, non mirum, si Deus simplicissimus dicitur non vnus secundum formam intellectam per quam agit, i. Ideam, q. 15. art. 3.

2^m de maiori.

Exemplatum. R. Perfectè repræsentans exemplar: non imperfectè. §. Tunc nihil &c. vt patet. Potest enim exemplar esse vnum, & exēplatum multa, si imperfecte repræsentat. Nec ideò tamen perfectè postea repræsentabit, licet minus imperfectè, quàm si esset vnum. Vt plurima lumina, nō repræsentant perfectè lumen vnum Solis: sed minus imperfectè, quā si essent vnum tantum.

Item de maiori. Exemplari. R. Per quod, tāquàm formam intellectam agens agit; non, quod agit. § Tunc nihil &c. Nam Ideæ sunt multæ, sicut & ista creata: licet Deus sit vnus. Vide responsum secundum ly, & tamē secundum quod Ideæ, &c. Consule etiam responsionem ad primum.

3^m de maiori.

Quæ sunt ad finem. R. Ita, quod adæquant finem: non aliter. §. Tūc nihil &c. vt patet in ista.
* q. 50. artic. 1.

APPENDIX.

EX art. habes primò, quomodo per rationē interimas hęreses Algazelis, & Auerrois (Direc. Inquisit. 2. par. q. 4.) dicentium, quòd à primo principio non pōt procedere immediatè
Velites pro Eccle. S. Dei.
* q. 45. artic. 5.

QVÆST. XLVII.

De distinctione rerum in communi, in tres articulos diuisa.

POST productioné creaturarum in esse considerandum est de distinctione earum. Erit autem hæc consideratio tripartita. Nam primò, considerabimus de distinctione rerum in communi. Secundò, de distinctione boni & mali. Tertiò, de distinctione spiritualis & corporalis creaturæ.

CIRCA primū quęruntur tria.

¶ Primò, De ipsa rerum multitudine, seu distinctione.

¶ Secundò, De earū inæqualitate,

¶ Tertiò, De vnitate mundi.

ARTICVLVS I.

Vtrum rerum multitudo & distinctio sit à Deo.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur, ꝙ rerū multitudo & distinctio, non sit à Deo. Vnum enim semper natum est vnum facere. Sed Deus est maximè vnus, vt ex præmissis * patet. ergo non producit nisi vnum effectum.

¶ 2 Pręt. Exemplatum assimilatur suo exemplari: sed Deus est causa exemplaris sui effectus, vt suprà dictum † est. ergo cū Deus sit vnus, effectus eius est vnus tantum, & non distinctus.

¶ 3 Pręt. Ea quæ sunt ad finé, proportionantur fini. Sed finis creaturæ est vnus, s. diuina bonitas, vt suprà * ostensum est. ergo effectus Dei non est nisi vnus.

SED CONTRA est, quod dicitur Gen. 1. quòd Deus distinxit lucem à tenebris, & diuisit aquas ab aquis. ergo distinctio & multitudo rerum est à Deo.

RESPON. Dicendum, ꝙ causam distinctionis rerum multipliciter aliqui assignauerunt. Quidā. n. attribuerunt eā materiæ vel soli, vel simul cum agente, soli quidé materiæ: sicut Democritus & omnes antiqui naturales, ponentes solā causam materialem, sęcundū quos distinctio rerum prouenit à casu sm motum materiæ. Materiæ verò & agenti simul distinctionem & multitudiné rerum attribuit Anaxag. qui posuit intellectum distinguentem res, extrahendo quod erat permistū in materia. Sed hoc nō potest stare propter duo. Primo quidem, quia suprà * ostensum est, ꝙ etiam ipsa materia à Deo creata est. Vndè oportet & distinctionem, si qua est ex parte materiæ, in altioré causam reducere. Secundò, quia materia est propter formam, & nō econuerso, distinctio autem rerum est per formas proprias. Non ergo distinctio est in rebus propter materiam: sed potius econuerso in materia creata est difformitas, vt esset diuersis formis accōmodata. Quidam verò attribuerunt distinctionē rerum secundis agentibus, sicut Auic. qui dixit, quòd Deus intelligendo se, produxit intelligentiam primam, in qua, quia non est suum esse, ex necessitate incidit compositio potentiæ & actus, vt infrà * patebit. Sic igitur prima intelligentia inquantum intelligit causam primam, produxit secundā intelligentiam: inquantum autē intelligit se, secundum ꝙ est in potentia, produxit corpus cœli, quod mouet: inquantum verò intelligit se, secundum illud quod habet de actu, ꝓduxit animam cęli. Sed hoc nō potest stare propter duo. Primò quidem, quia supra * ostensum est, ꝙ creare solius Dei est. Vndè ea quæ non possunt causari nisi per creationem, à solo Deo producuntur. Et hæc sunt omnia quæ non subiacent generationi & corruptioni. Secundò, quia secundū hanc positionem, non proueniret ex intétione primi agentis vniuersitas rerum: sed ex concursu multarum causarum agentium: tale autem dicimus prouenire à casu. Sic igitur complementū vniuersi, quod in diuersitate rerum consistit, esset à casu, quod est impossibile, Vnde dicendum est, quòd distinctio rerum & multitudo, est ex intentione primi agentis, quod est Deus. Produxit. n. res in esse propter suam bonitatem communicandā creaturis, & per eas repræsentandam. Et quia per vnam creaturam sufficienter repræsentari non potest, produxit multas creaturas & diuersas, vt quod deest vni ad repræsentandam diuinam bonitatem, suppleatur ex alia. Nam bonitas quæ in Deo est simpliciter & vniformiter, in creaturis est multipliciter & diuisim. Vnde perfectius participat diuinam bonitatem, & repræsentat eam totum vniuersum, quàm alia quæcumque creatura. Et quia ex diuina sapientia est causa distinctionis rerum, ideò Moyses dicit res esse distinctas verbo Dei, quod est conceptio sapientiæ. Et hoc est, quod dicitur Gen. 1. Dixit Deus, Fiat lux: Et diuisit lucem à tenebris.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd agens per naturam agit per formam per quam est, quæ vnius tantum est vna. Et ideò non agit nisi vnum. Agens autem voluntarium, quale est Deus, vt suprà * ostensum est, agit per formam intellectam. Cùm igitur Deum multa intelligere non repugnet vnitati & simplicitati ipsius, vt suprà * ostensum est, relinquitur quòd licèt sit vnus, possit multa facere.
* q. 19. ar. 4.
* q. 15. ar. 2.

AD SECVNDVM dicendum, quòd ratio illa teneret de exemplato, quod perfectè repræsentat exemplar, quod non multiplicatur nisi materialiter. vnde imago increata, quæ est perfecta, est vna tantum. Sed nulla creatura repræsentat perfectè exemplar primum, quod est diuina essentia, & ideò potest per multa repræsentari. Et tamen secundum quod ideæ dicuntur exemplaria, pluralitati rerum correspondet in mente diuina pluralitas idearum.
Secunda responsio.

AD TERTIVM dicendum, quòd in speculatiuis, medium demonstrationis, quod perfectè demonstrat conclusionem, est vnum tātum. sed media probabilia sunt multa. Et similiter in operatiuis quando id, quod est ad finem, adæquat (vt ita dixerim) finem, non requiritur quòd sit nisi vnum tantum. sed creatura non sic se habet ad finem, qui est Deus. vndè oportuit creaturas multiplicari.

ARTI-

diatè multitudo, sed tantum unum, scilicet prima intelligentia, i. primus Angelus. Item quòd à Deo inuariabili non potest procedere vllum uariabile. Secundò habes: quomodo per rationem ostendas, meritò has esse damnatas à scripturis Genes. 1. Dixit Deus, fiat lux, & diuisit lucem à tenebris. Et sic quasi per totum capitulum discurre, in quo passim & multitudinem, & distinctionem rerum esse à Deo apertissime comperies. Nec mihi dicas Auerroem non fuisse Christianum, & consequenter non receptu rum auctoritates canonicorum nostrorum librorum, nec suos ta les errores dicendos esse hæreses; quoniam de rei, & propositionum, veritate tractamus non de hominibus. Sufficit ergo nobis, quòd Ethicorum propositiones sint secundum se hæreses ad hoc, quòd sic nominentur, & quòd secundum rei veritatem damnentur à scripturis, Concilijs, &c. licet ipsi has auctoritates forsan derideant. Quid enim si cœci sunt? Nunquid Sol non lucet ideò; quia cœcus nullus videt, ipsum lucere? Aut Sol nunquid maior tota terra non erit; vel Astronomus erit falsus hoc dicens; eò quòd rusticus idiota & illud axioma, & hunc scientificum risibus, atque cachinnis quasi certus de contrario, prosequatur? Minime omnium. Applica tu; Et bene. Item quomodo damnatas à scripturis, Iob 38. 39. Ibi enim Deus demonstrat ipsi Iob, se vniuersa disposuisse, in quibus procul dubio est multitudo atque distinctio. Item Ecclesiast. 33. contra malum bonum est, & contra vitam mors, sic & contra virum iustum peccator. Et sic intuere in omnia opera altissimi; Duo contra duo, & vnum contra vnum. Item Genes. 1. Vidit Deus cuncta, quæ fecerat, & erant valde bona. Ecce multitudo & distinctio rerum significata per ly cuncta, & ecce, quòd multitudo & distinctio rerum est magna perfectio, id quod significatur per ly erant valde bona. Dicamus ergo. Omne datum optimum, & omne donum perfectum desursum est à patre luminum (Iacob. 1.) atqui multitudo & distinctio rerum est quid valde bonum (Genes. 1.) ergo multitudo rerum & distinctio est à Deo. Item damnatas à symbolo fidei, Concilio Niceno, Constantinopolitano, Ephesino, & omnibus de hac re tractantibus, sic, Credo in Deum factorem omnium visibilium, & inuisibilium. In his enim profectò est multiplex multitudo & distinctio, vt patentissimum est. vide suprà quæst. 44. vsque huc ipsa Concilia, & alia pro hoc facientia, in diuersis locis. Tertiò vides: quomodo ex his vicissim Angelica hęc doctrina firmetur, atque declaretur.

Comm. Cardinalis Caietani.

IN titulo quæritur: an distinctio sit à Deo, non quomodolibet, sed vt per se intenta, vt in processu articuli patet.

¶ In corpore tria facit. Primò, tractat opinionem antiquorum: secundò opinionem Auic. tertiò respondet quęsito.

¶ Quo ad primum refertur opinio Democriti & Anaxagoræ, quòd distinctio rerū est à materia sola & causaliter, vel à materia simul & agente. Reprehenditur autē vtraque opinio quo ad hoc, in quo communicant, s. quòd distinctio est à materia vt à causa prima, id est in reducibili in aliam priorem causam, dupliciter. Primò, quia ipsa materia est à Deo. Secundo, quia etiam forma est prior materia: quoniam materia est propter formam.

¶ Quo ad secundum refertur opinio Auic. quòd distinctio est ex secundis agentibus: & improbatur dupliciter. Primò, quia hoc est falsum de distinctione incorruptibilium, quoniam à solo Deo fieri possunt. Secundò, quia distinctio rerum, esset à casu: & consequenter complementum vniuersi esset à casu, & tenet prima sequela: quoniam quod fit ex concursu multarum causarum agētium, non per se intentum ab aliquo dirigente eas in vnum, casu fit: secunda autem sequela tenet, quia perfectio vniuersi, in rerum diuersitate consistit.

¶ Quo ad tertium, conclusio responsiua est, Distinctio seu multitudo rerum est ex intentione primi agentis, qui est Deus, probatur. Deus produxit res in esse propter suam bonitatem communicandam creaturis, & per eas repræsentandam: ergo produxit multas creaturas, & diuersas & tenet sequela, quia per vnā creaturam sufficienter repræsentari non potest. Quod probatur, quia bonitas quæ in Deo est simpliciter & vniformiter, in creaturis est multipliciter & diuisim. Quod & confirmatur, quia perfectius participat diuinam bonitatem totū vniuersum, quàm quęcumque creatura. Secundò, probatur conclusio authoritate scripturæ. Gen. 1. Dixit Deus &c.

¶ Circa hanc rationem aduerte, quòd cum dicitur, nominatur, aut quæritur sufficiens repræsentatio bonitatis diuinæ, non est sermo de sufficientia simpliciter, quoniam nec mille mundi sufficerent ad id, sed de sufficientia consona perfectioni vniuersi. huc enim tendit ratio, vt huiusmodi repræsentationem diuinæ bonitatis in rerum vniuersitate per se intentam à Deo fateamur, quia vnica creatura ad huiusmodi repræsentationem non sufficeret.

¶ In responsione ad secun[illegible], aduerte, quòd exemplar dupliciter Deo attribui litera [illegible]. Primò, ratione substantiæ simpliciter, & sic Deus est vnum exemplar omnium. Secundò, ratione substantię, sic vel sic imitabilis, & sic in mēte diuina sunt multa rerum exemplaria iuxta multitudinem idearum.

ARTICVLVS II.

Vtrum inæqualitas rerum sit à Deo.

250 2. cont. ca. 39. vsque 45. inclusiue, & li. 3. cap. 97. Et pōt. q. 3. ar ti. 16. Et de anima, artic. 7. cor.

AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur, ꝙ inæqualitas rerum non sit à Deo. Optimi enim est optima adducere. Sed inter optima vnum non est maius altero. ergo Dei qui est optimus, est omnia æqualia facere.

¶ 2 Præt. Aequalitas est effectus vnitatis, vt dicitur in * Metaph. sed Deus est vnus. ergo fecit omnia æqualia.

* Lib. 5. Metap. tex. 20. tom. 3.

¶ 3 Pręt. Iustitiæ est inæqualia inæqualib. dare. Sed Deus est iustus in omnibus operibus suis. Cum ergo operationi eius, qua esse rebus communicat, non præsupponatur aliqua inæqualitas rerum, vr quòd fecerit omnia æqualia.

SED CONTRA est, quod dicitur Eccles. 33. c. Quare dies diem superat, & iterum lux lucem, & annus annum, Sol Solem, à Domini scientia separata sunt.

RESP. Dicendū, ꝙ Orig. volens excludere positionem ponentiū distinctionē in rebus ex contrarietate principiorum boni & mali, posuit, à Deo à principio omnia creatá esse æqualia. Dicit. n. quòd Deus primò creauit creaturas rationales tantū, & omnes æquales. In quibus primo exorta est inæqualitas ex lib. arb. quibusdā conuersis in Deum ſm magis & minus, quibusdam etiā ſm magis & minus à Deo auersis. illæ igitur rationales creaturæ, quæ ad Deū per lib. arb. conuersæ sunt, promotæ sunt ad diuersos ordines angelorū pro diuersitate meritorum. Illæ autem quæ auersę sunt à Deo, sunt corporib. alligatę diuersis, secundū diuersitatē peccati: & hanc causam dicit esse creationis, & diuersitatis corporū. Sed ſm hoc, vniuersitas corporalium creaturarū non esset pp bonitatem Dei cōicandam creaturis, sed ad puniēdum peccatum. Quod est contra illud quod dicitur Gen. 1. Vidit Deus cunctaque fecerat, & erant valdè bona. Et, vt Aug. dicit * 11. de ciu. Dei. Quid stultius dici potest, quàm istum Solem vt in vno mundo vnus esset, nō decori pulchritudinis, vel saluti rerū corporalium consuluisse artificem Deum: sed hoc potius euenisse, qa vna anima sic peccauerat, ac per hoc si centum animæ peccassent, centum soles haberet hic mundus? Et ideo dicendum est, quòd sicut sapientia Dei est causa distinctionis rerum, ita & inæqualitatis.

Ferr. 2. con. c. 39. li. c. 97.

SVP. Q. XLVII. ART. II.

CONCL. Sicut diuina sapientia causa est distinctionis rerum propter perfectionem vniuersi; ita & inæqualitatis.

* Lib. 11. de ciu. Dei. c. 23. a n. c. 1. to. 5. Cyrillus Alex. lib. 1. com. in Ioan.

¶ PROB. Quia vniuersum non esset perfectum, si vnus tantum gradus bonitatis inueniretur in rebus (vt patet de speciebus gradatim ordinatis). Primum

Quod sic patet. Duplex. n. distinctio inuenitur in rebus: Vna formalis, in his quæ differunt specie, alia verò materialis, in his quæ differunt numero tantum. Cum autē materia sit propter formam, distinctio materialis est pp formalem. Vndè videmus, ꝙ in rebus incorruptibilib. nō est nisi vnum indiuiduum vnius speciei, quia species sufficiēter conseruatur in vno. In generalibus autē & corruptibilib. sunt multa indiuidua vnius speciei ad conseruationē speciei. Ex quo patet, quòd principalior est distinctio formalis ꝗ materialis. Distinctio autem formalis, semper requirit inæqualitatē, quia (vt dr * in 8. Metaph.) Formę rerū sunt sicut numeri, in quibus species variant̄ p additionē, vel subtractionē vnitatis. Vnde in rebus naturalib. gradatim species ordinatæ esse vnr. Sicut mista perfe-

* Li. 8 Metap. tex. 10. tomo 3.

3^m de maiori. Optima. R. Tota; non, qualibet partes totorum. §. Tunc nihil &c. rr confideranti literam patet. Et hoc sit dictum: loquendo de optimis simpliciter. Cæterum si loquamur de optimis secundum quid, id est secundum proportionem suam, tunc etiam qualibet partes toto tum optimas adducit optimum: sed adhuc nihil contra, vt patet.

2^m ex Philosopho. Aequalitas. R. vel simpliciter, vel proportionis. §. Proportionis æqualitas est: quòd singula in esse suo sunt optima. §. Tūc nihil &c. Nam illa quæ sunt æqualia secundum proportionem (vt sunt omnia) sunt inæqualia simpliciter.

3^m de maiori. Dare. R. In retributionem præmiorum: non, in constitutione rerum. §. Tūc nihil &c. Conclusio enim loquitur de constitutione rerum. Notat. Responsum hoc; videtur applicari posse prædestinationi ab æterno factæ: vt dicamus. Sicut in constitutione rerum non est inæqualitas partium propter quamcūque inæqualitatem præcedentem; sed propter perfectionem totius: sic in prima saluandorum prædestinatione non

De prædestinatione.

perfectiora sunt elemētis, & plantæ corporibus mineralib. & animalia plantis, & homines aliis animalib. & in singulis horū vna species perfectior aliis inuenitur. Sicut ergo diuina sapiētia causa est distinctionis rerum propter perfectionē vniuersi, ita & inæqualitatis. Non. n. esset pfectū vniuersum, si tm̄ vnus gradus bonitatis īueniret in rebus.

Ad primum ergo dicendū, q̄ optimi agētis est producere totum effectum suum optimum, non tñ q̄ quālibet partē totius faciat optimam simplr: sed optimā sm proportionem ad totum. Tolleretur. n. bonitas animalis, si quælibet pars eius, oculi haberet dignitatem. Sic igitur & Deus totū vniuersum constituit optimum, sm modū creaturæ, non autē singulas creaturas, sed vnam alia meliorem. & ideo de singulis creaturis dicitur Genes. 1. Vidit Deus lucem, quòd esset bona, & similiter de singulis. Sed de omnib. simul dicitur: Vidit Deus cuncta quæ fec. & erant valde bona.

non attenduntur quæcumque merita præcedentia, sed Dei beneplacitum, supra q. 23. art. 5.

A P P E N D I X.

Ex art. habes primò: quomodo per rationē interimas hæreses prædictas art. 1. inquantū inæqualitas concernit multitudinē rerum, & distinctionē, & econuerso. Secundò habes, quomodo per rationē ostendas, meritò dānatas fuisse illas, inquantum, &c. vt suprà, à scripturis, & Concilijs, &c. vt artic. 1. Item speciatim de inæqualitate Eccles. 33. Quare dies diem superat. & iterum lux lucē, & annus annum? A Domini scientia superati sunt, vel (aliàs) separata sūt. Item Exo. 4. Dixit Dominus ad Moysen Quis fecit os hominis? Aut quis fabricatus est mutum, & surdum, videntem, & cæcum? Nunnè ego? Item ab illis capitulis Iob 38. & 39. specialiter aliquid de inæqualitate dicētibus: vltra dicta de multitūdine rerū & distinctione, & consequenter de inæqualitate in cōmuni. Tertiò vides: quomodo ex his vicissim præsens cōclusio stabiliat.

Vtilitas pro Eccle. S. Dei. *Lib. 1. de doct. Chri stia. c. 5. in fine, to. 3. *Lib. 1. Periar. c. 7. circa med. tom. 4. Pro stud.

Ad secundum dicendum, q̄ primum quod procedit ab vnitate, est æqualitas, & deinde procedit multiplicitas. Et ideo à patre (cui sm August.* appropriatur vnitas) processit filius, cui appropriatur æqualitas, & deinde creatura, cui competit inæqualitas: sed tamen etiam à creaturis participatur quędam æqualitas, s. proportionis.

Ad tertium dicendum, q̄ ratio illa est quæ mouit Origen.* sed non habet locum, nisi in retributione præmiorū, quorū inæqualitas debetur inæqualibus meritis. Sed in constitutione rerum, nō est inæqualitas partium per q̄cumque inæqualitatem præcedentem, vel meritorum, vel etiam dispositionis materiæ: sed propter defectionem totius, vt patet etiam in operibus artis: non enim propter hoc differt tectum à fundamento, quia habet diuersam materiam: sed vt sit domus perfecta ex diuersis partibus quærit artifex diuersam materiam, & faceret eam si posset.

¶Not. Pro præsenti articulo aliqualiter facit articulus in ordine 131. 34. 50. 368. 334. 143. 236. 249. 135. 373. 259. 475. 209.

Comm. Cardinalis Caietani.

Titulus intelligendus est sicut præcedens.

¶In corpore duo facit. Primo, tractat opinionē Origenis. secundo respondet quæsito.

¶Quo ad primum ponitur in litera opinio Origenis satis clarè, continens tria, s. rationales creaturas æquales creatas, & inæqualitatem ex lib arb. & diuersitatem, immo & creationem, corporum ex punitione, & sic respondet quæsito negatiuè. Refertur quoque & occasio huius opinionis, quia, scilicet excludere conatus est opinionem ponentem distinctionem ex contrarietate principiorum boni & mali, q̄ videtur fuisse Empedoclis & Manichęorum. De quibus omnibus, si diffusè tractatum videre vis, lege in 2. contra Gent. à c. 39. vsque ad 46. hic enim hæc breuiter tanguntur.

¶Contra hanc autem opinionem arguitur in litera. Quia sequeretur, quòd vniuersitas corporalium creaturarum non esse propter Dei bonitatem communicandam, sed propter peccatum puniendum: sed hoc esse inconueniens probatur authoritate Genesis, & August.

¶Aduerte hic, q̄ non excluditur in hac ratione totaliter diuina bonitas, quoniā etiā iustitiæ punitiuæ finis est diuina bonitas, sed excluditur diuina bonitas à solitudine sufficienti. Hęc. n. est dīa inter bona absolutè, & bona non nisi punitiue, q̄ primorum ratio, sola diuina bonitas est, scdorum vero, nunquā diuina bonitas causa est, nisi demerito supposito, quod non est à Deo. Et propterea, in litera non est simplr negata diuina bonitas, sed apposita est aduersatiua, s. sed ad puniendū peccatum. Ex hoc. n. insinuatur, quod diximus. Manifestatur vero optime inconueniēs ex inducta authoritate. Vidit Deus cuncta quæ fecerat, & erant valde bona: quæ enim nō nisi ad puniendū bona sunt inter simpliciter bona non connumerantur; qm̄ non sunt simpliciter appetibilia.

¶Quo ad secundū, conclusio responsiua est. Sapiētia Dei sicut est causa distinctionis rerum, ita & inæqualitatis. Et probatur primò, q̄ sit causa inæqualitatis: scdò, q̄ sicut est causa distinctionis, ita inæqualitatis. Primū ergo probatur sic. Sapientia Dei est causa distinctionis rerum. ergo est causa distinctionis formalis, ergo est causa inæqualitatis. Prima consequētia probatur, quia distinctio formalis est principalis distinctio, quod probatur, quia duab. tantū existentibus distinctionibus, s. numerali & formali materia est propter formā. ergo distinctio materialis, est propter formalē. Et rursus manifestatur à signo, quòd uidemus vnitatē & pluralitatem numeralē esse propter formam specificam. Secunda autem consequentia probatur, quia distinctio formalis, semper inæqualitatem requirit, quod probatur dupliciter: primò, quia formæ rerum sunt sicut numeri ex 8. Metaph. Secundò, quia in rebus naturalibus species ordinatæ gradatim apparēt, vt patet inductiuè. Secundò probatur, quod sicut est causa distinctionis, ita inæqualitatis sic. Vniuersum non esset perfectum, si vnus tantum bonitas gradus inueniretur, ergo perfectio vniuersi requirit inæqualitatem. ergo sic inæqualitas est à Deo propter perfectionem vniuersi, sicut & distinctio. Totus processus patet.

Bannes q. 47. ar. 1.

251 Po. q. 3. ar ti. 16. ad 1. & 12. Meta. l. 7. & l. 9. & 1 cœ. l. 16. vsque 22. † q. 46. parum à me dio.

ARTICVLVS III.

SVP. Q. XLVII. Art. III.

Conel. Mundus ille dicitur vnus vnitate ordinis.

¶Prob. Quia omnia, quæ ad mundum pertinent, sunt à Deo: & quæcūq; sunt à Deo habēt ordinem tum ad ipsum Deum, tum ad inuicem.

Vtrum sit vnus mundus tantùm.

Ad tertium sic proceditur. Vi, q̄ non sit vnus mundus tm̄, sed plures. Quia, vt Aug.† dicit in lib. 83. qq. inconueniēs est dicere, quòd Deus sine ratione res creauit. Sed ea ratione qua creauit vnū, potuit creare multos, cum eius potentia nō sit limitata ad vnius mundi creationem: sed est infinita, vt suprà * ostensum est. ergo Deus plures mundos produxit.

*q. 7. ar. 2. q. 25. ar. 2.

Primum

¶2 Præterea. Natura facit quod melius est, & multò magis Deus. Sed melius esset esse plures mundos quàm vnū, quia plura bona paucioribus meliora sunt. ergo plures mundi facti sunt à Deo.

¶3 Pręt. Omne quod habet formā in materia, potest multiplicari sm numerum, manēte eadem specie, quia multiplicatio

1^m de maiori. Ratione. R. Ordinis adinuicem, & ad vnum Deum: non, quasi quòd de facto plures creauerit mundos §. Tūc nihil &c. vt patet. Negatur enim minor implicitè subintellecta; quòd scilicet non maior ratio sit de vno mundo, quàm de pluribus; licet ex parte potentiæ Dei ex virtute, qua creauit unum, infinitos potuerit creasse mundos.

2^m de maiori. Melius. R. Secundum pluralitatem formalē, vt finem non, secūdum pluralitatem materialem, vt finem. §. Tunc nihil &c. Nam minor est falsa, de formali multitudine loquendo. Ad probationem dicitur: ꝙ ly plura bona paucioribus meliora sunt, verificatur de pluralitate formali, vt fine: nō de pluralitate materiali, vt fine. Loquimur autem hic de vnitate, vel de pluralitate mundi tanquam de quodam fine formali intento à Deo, vt patet: & consequenter dicimus, quòd nunc est tāta pluralitas formalis bonorum, stante uno mundo, vt maior huic mundi statui desiderari nequeat (si prudenter loquamur).

*q. 11. ar. 3. & q. 21. ar. 1. ad 3.

3^m de maiori. Materia. R. Sua partim: non, sua tota. §. Tunc &c. Mūdus enim constat ex sua tota materia; & non, vt imaginatur argumentum, ex sua partim materia.

plicatio ſm numerum est ex materia. Sed mundus habet formam in materia. Sicut. n. cū dico, homo, significo formā: cum autem dico, hic homo, significo formā in materia: ita, cum dr̃ mundus, significat formā: cum autem dr̃, hic mundus, significatur forma in materia. ergo nihil prohibet esse plures mundos.

SED CONTRA est, quod dicit Io. 1. Mundus per ipsum factus est. Vbi singulariter mundum noīauit, quasi vno solo mundo existente.

RESP. Dicendum, ꝙ ipse ordo in rebus sic à Deo creatis existens, vnitatē mundi manifestat. Mundus enim iste, vnus dr̃ vnitate ordinis, ſm quòd quædā ad alia ordinātur. Quæcūque autem sunt à Deo, ordinem habent adinuicē, & ad ipsum Deum, vt suprà ostēsum est. Vnde necesse est, ꝙ omnia ad vnū mundū pertineant. Et ideo illi potuerūt ponere plures mūdos, qui causam mundi non posuerunt aliquam sapientiā ordinantem, sed casum: vt Democritus, qui dixit, ex concursu atomorum, factum esse hunc mundum, & alios infinitos.

AD PRIMVM ergo dicēdum, ꝙ hęc rō est, quare mūdus est vnus, quia dicūt omnia esse ordinata vno ordine, & ad vnum. Propter quod Arist. in 2.* Metaph. ex vnitate ordinis in rebus existentis, concludit vnitatem Dei gubernantis. Et Plato* ex vnitate exemplaris, probat vnitatem mundi, quasi exemplati.

AD SECVNDVM dicendum, ꝙ nullum agens intendit pluralitatem materialem vt finem, quia materialis multitudo non habet certū terminum: sed de se tendit in infinitum. Infinitum autem repugnat rationi finis. Cum autē dicitur plures mundos esse meliores, quàm vnu: hoc dicitur secundū multitudinem materialem. Tale autē melius non est de intentione Dei agentis: quia eadem ratione dici posset, quòd si fecisset duos, melius esset, quòd essent tres, & sic in infinitum.

AD TERTIVM dicendū, quòd mundus cōstat ex sua tota materia. Non enim est possibile esse aliam terram, quàm istam, quia omnis terra ferretur naturaliter ad hoc medium, vbicumque esset. Et eadem ratio est de aliis corporibus, quæ sunt partes mundi.

*lib. 2. Metaphy. te. 52. tom. 3.

* Plato in Timęo, in 3. folio, à prin. lib. numerando.

¶ NOT. Ex litera responsionis ad primum, & ad tertium elicito: quòd ita mundus est vnus, ut non possit esse plures. Non possit, inquàm; considerando potentiam mundi materialem, non potentiam Dei agentis. Nam sicut mortuus non potest resuscitari per naturalem potentiam, cum principio uitali careat; tamen per diuinam potentiam resuscitari potest: ita mundus non potest esse plures, cum ex tota sua materia (quantum est de se) constet: qui tamen per Dei potentiam plurificari potest. Quis enim dicat; quòd Deus non possit facere plures mundos: nisi insanus, & hęreticus?

AP-

APPENDIX.

EX articulo habes primò, quomodo per rationem interimas hæreses quorundam innominatorum, de quibus loquens liber Decretorum 24. qu. 3. Quidam. Circa finem enim capituli enumeratis multis hæresibus, dicit sic. Aliæ de mundi statu dissentiunt; Aliæ innumerabiles mundos opinant. Et forsan illos errores voluit insinuare Diuus Chrysosto. quando in principio Genesis dixit, quod, plures cœlos, & mundos cōstituere, est hæresis. Origenes autem dicitur a quibusdam fuisse hoc errore notatus: quòd scilicet dixerit, ante hunc mundum plures alios præcessisse: & post illum etiam futuros esse plures. Deprehēditur verò hoc ex Methodio in libro de resurrectione; qui de isto errore Origenē ipsum repręhendit. Secūdò habes; quomodo per rationem ostendas, hanc & has merito damnari à scripturis Gen. 1. Creauit cœlum & terram, vbi per terram, vt centrum; per cœlum vt circumferentiā, significat mundum, & singulariter loquitur. Item Ioan. 1. Mundus per ipsum factus est. Vbi Euangelista tanquam illi capitulo Gen. correspondens explicat per ly cęlum, & terram, in quadam summa significari mundum: & ipse etiam singulariter loquitur. Item ab illo canonizato cap. 24. q. 3. Quidam. Nam circa finem post illas dicitur sic. Hæ sunt hæreses aduersus catholicam fidem exortæ; & ab Apostolis, & à sanctis Patribus; vel Conciliis prædamnatæ: quæ, licet in se multis erroribus diuisæ inuicem sibi dissentiant, communi tamen nomine aduersus Ecclesiam Dei conspirant. Sed & quicumque aliter scripturam sanctam intelligit, quam sensus spiritussancti flagitat, à quo conscripta est, licet de Ecclesia non recesserit; tamen hæreticus appellari potest. Tertiò vides: quomodo ex his vicissim firmetur conclusio.

Vtilitas pro Eccle. S. Dei.

¶ NOT. Præsenti aliqualiter assoc. tertius articulus, in ordine 35. 151. 53. 97. 131. 408. 145. 264.

Comm. Cardinalis Caietani.

IN titulo sermo est de unitate numerali, & de mundo, non solum corporeo, sed vniuerso, & de facto, non de possibili. non enim nunc de potentia Dei disputamus, sed de diuersitate inuenta in rebus in communi.

¶ In corpore duo facit. Primò, respondet quæsito: secundò, ex ratione data deducit corollarie quid alij potuerunt opinari.

¶ Quo ad primum, conclusio responsiua est, ꝙ mundus est tantum vnus. Et probatur sic. Quæcumque sunt à Deo, ordinem habent adinuicē, & ad ipsum Deum: ergo omnia ad vnum mūdum necesse est pertinere. & probatur sequela: quia mundus iste vnus est vnitate ordinis. Ex hoc autem deducitur secundo corollariè differētia inter philosophos, s. ꝙ illi qui posuerūt mundi causam, aliquā ordinantē sapientiā, nō posuerūt plures mūdos: qui verò, res à casu dixerūt, vt Democritus, plures potuerūt dicere mūdos.

¶ In respon. ad tertiū aduerte, ꝙ responsio sumpta est ex Arist. in primo cœli & mundi. Verūtamen cum in litera dr̃, ꝙ non est possibile esse aliam terram, ly possibile, non sumitur pro possibili secundū actiuam potentiam Dei, neque pro possibili logico, sed pro possibili sumpto ex potentia indita rebus creatis, ſm quam dicimus, quòd impossibile est mortuum resurgere. Tractatus enim iste, vt iam diximus, attestatur quòd non, quid possit, aut non possit Deus, sed quid distinctio rerum habeat, requiritur.

¶ Circa rationem in litera adductam ex Arist. ad probandam vnitatem terræ: quia omnis terra naturaliter mouetur ad hoc medium vbicumque esset dubium est: sed quoniam hoc ex intentione spectat ad librum de cœlo, vnde sumpta est ratio, ideò fiet aut hic quæstio specialis, aut in loco proprio.

Ferr. 3. cont. c. 78.
Aegid. 2. sent. d. 34. q. 1. artic. 1.
Riccar. d. 34. q. 1.
Tho. Arg. d. 34. quæst. 1. art. 1.
Capr. 2. dist. 34. quæst. 2. con. 1.
Bannez q. 48. art. 1.
Pet. de Pal. 2. sent. d. 18. q. 1.

QVÆST. XLVIII.

De distinctione rerum in speciali, in sex articulos diuisa.

DEINDE considerandum est de distinctione rerū in speciali. Et primò, de distinctione boni & mali. Deinde, de distinctione spiritualis, & corporalis creaturæ.

¶ Circà primum, quærendum est de malo, & de causa mali.

CIRCA malum quęruntur sex.

¶ Primò, Verū malū sit nã aliqua.

¶ Secundò, Vtrum malum inueniatur in rebus.

SVP. Q. XLVIII. ART. I.

CONCL. Impossibile est; quòd malū significet quoddam esse, aut quandam formam, seu naturam.

¶ PROB. Quia necesse est dicere, ꝙ esse vniuſ-

vniuſcumq; naturæ ſit quoddam bonum (cum ens, vt ſic, ſit bonum): & neceſſe eſt dicere, quod malum non eſt bonum.

1^m de maiori.

Genus. ℞. Simpliciter: ſecundum veritatem: non, ſimpliciter, ſecundum Pythagoricos. §. Tunc nihil &cæt. Non enim malum eſt ſimpliciter genus: niſi ſecundum Pythagoricos.

252 ſ. diſt. 46. art. 3. cor. ad 4. Et 2. di. 34. q. 1. art. 2. Et 3. con. c. 7. 8. 9 & 11. rõne 1. Et po. q. 3. art. 6. Et mal. q. 1. art. 12. ad primũ. Et opuſc. 3. c. 115.

Item de maiori.

Genus. ℞. Simpliciter: nõ, cõtrariorum. §. Tunc &c. Non enim malũ eſt genus, ſed genus contrariorum: inquantum in vno contrariorũ, quod quidem eſt ſecundum ſe natura quædam, (vt nigrum) includitur priuatio, id eſt imperfectio, reſpectu alterius. Vide reſponſum ſecundum ly vel dicendum, ſicut dicit Philoſophus in quarto, &c.

* c. de oppoſi. in fi. tom. 1.

2^m de maiori.

Conſtitutiua. ℞. Vt cõſtitutiua: non aliter. §. Tunc &cæt. Nam malum, vt malum, nõ conſtituit: ſed, vt iunctum bono; & conſequenter malum, vt conſtitutiuum, eſt natura quædam: ſed, vt malum, nulla eſt.

† c. de oppoſitis, tom. 1.

3^m de maiori.

Contrariorum. ℞. Vt contraria: non aliter. §. Tũc &c. Nam malum, vt malum, non eſt contrarium: ſed, vt iunctũ bono: & conſequenter malum, vt malum, non eſt aliqua natura, ſed malum, vt contrarium.

* Enchir. c. 10. in fi. & c. 11. in prin. tom. 3.

4^m de maiori.

Non agit. ℞. Per ſe effectiuè, aut finaliter: non, per ſe formaliter. §. Tunc nihil &c. Malum enim non agit effectiuè, & finaliter, niſi per accidens; per ſe autem agit ſolum formaliter, vt in litera.

* c. 4. par. 4. non multum remote à princ.

5^m de maiori.

Pertinet. ℞. Per ſe: nõ, per accidens. §. Tunc nihil &c. Nam malum, per accidens tantũ pertinet ad perfectionem vniuerſi; vt in textu. Sic intelligitur Auguſtinus.

* q. 5. art. 1. & ſequentibus.

APPENDIX.

Vtilitas pro Eccle. S. Dei. D. 784.

Ex art. habes primò, quomodo per rationem confundas errorem Fortunati in hæreſi eiuſdem incluſum, qua dicebat; Malũ naturam eſſe Deo coæternam. Includitur enim hic; quòd malum ſit aliqua natura. Contra hoc pugnat artic. iſte, contra coæternitatem prædictam verò articulus, 3. q. 10. & artic. 2. q. 61. & art. 1. & 2. q. 46. Item

¶ Tertiò, Vtrum bonum ſit ſubiectum mali.

¶ Quartò, Vtrum malum totaliter corrumpat bonum.

¶ Quintò, De diuiſione mali, per pœnam & culpam.

¶ Sextò, Quid habeat plus de ratione mali, pœna, vel culpa.

ARTICVLVS I.

Vtrum malum ſit natura quædam.

AD PRIMVM ſic proceditur. Videtur, quòd malum ſit natura quædam. Quia omne genus eſt natura quædam. Sed malum eſt quoddam genus. Dicitur. n. in Prædicamentis,* q bonum & malum non ſunt in genere: ſed ſunt genera aliorum. ergo malum eſt natura quædam.

¶ 2 Præt. Omnis differẽtia conſtitutiua alicuius ſpeciei eſt natura quædam. Malum autem eſt differentia cõſtitutiua in moralibus. Differt. n. ſpecie malus habitus à bono, vt liberalitas ab illiberalitate. ergo malum ſignificat naturam quandam.

¶ 3 Præterea. Vtrumque contrariorum eſt natura quædam. Sed malum & bonum non opponuntur, vt priuatio & habitus: ſed ut contraria, vt probat Philoſophus † in Prædicamentis, per hoc, quòd inter bonum & malum eſt aliquid medium, & à malo poteſt fieri reditus ad bonum. ergo malum ſignificat naturam quandam.

¶ 4 Præt. Quod non eſt, non agit. Sed malum agit, quia corrũpit bonum. ergo malum eſt quoddã ens, & natura quædam.

¶ 5 Præterea. Ad perfectionẽ vniuerſitatis rerum non pertinet, niſi quod eſt ens & natura quædam. Sed malum pertinet ad perfectionẽ vniuerſitatis rerum. Dicit enim Auguſt. in Enchir.* quòd ex omnibus conſiſtit, vniuerſitatis admirabilis pulchritudo. In qua etiã illud quod malum dicitur, bene ordinatum & ſuo loco poſitum, eminentius commẽdat bona. ergo malum eſt natura quædam.

SED CONTRA eſt, quod Dionyſ. dicit * 4. c. de diui. nom. Malum eſt non exiſtens, neque bonum.

RESP. Dicendum, quòd vnum oppoſitorũ cognoſcitur per alterũ, ſicut per lucẽ tenebra. Vnde & quid ſit malum, oportet ex ratione boni accipere. Diximus autẽ ſuprà,* q bonũ eſt omne id, quod eſt appetibile, & ſic, cum omnis natura appetat ſuum eſſe, & ſuam perfectionem, neceſſe eſt dicere, quòd eſſe & perfectio cuiuſcumque naturæ, rationem habeat bonitatis. Vnde non poteſt eſſe, quòd malum ſignificet [d] quoddam eſſe, aut quandam formam, ſeu naturam. Relinquitur ergo, quòd nomine mali ſignificetur quædam abſentia boni, & pro tanto dicitur, quòd malũ neque eſt exiſtens, nec bonum: Quia cum ens inquantum huiuſmodi ſit bonum, eadẽ eſt remotio vtrorũque.

AD PRIMVM ergo dicẽdum, quòd Ariſt. ibi loquitur ſecundum opinionẽ Pythagoricorũ, qui malum exiſtimabant eſſe naturã quandam. & ideò ponebant bonũ & malum genera. Conſueuit enim Ariſtot. & præcipuè in libris logicalibus ponere exempla, quæ probabilia erãt ſuo tempore, ſecundum opinionem aliquorum Philoſophorum. Vel dicendum, ſicut dicit Philoſ. in 4.* Meta. quòd prima contrarietas eſt habitus & priuatio, quia ſ. in omnib. contrariis ſaluatur, cum ſemper vnum contrariorũ ſit imperfectum reſpectu alterius, vt nigrum reſpectu albi, & amarum reſpectu dulcis. Et pro tanto bonum & malum dicuntur genera, non ſimpliciter, ſed contrariorum: quia ſicut omnis forma habet rationem boni, ita omnis priuatio inquantum huiuſmodi, habet rationem mali.

Secunda reſponſio.

* li. 4. tex. 4. & lib. 10. tex. 5. Et li. 5. tex. 27. tom. 3.

AD SECVNDVM dicendum, q bonum & malum non ſunt differentiæ conſtitutiuæ: niſi in moralibus, quæ recipiunt ſpecies ex fine, qui eſt obiectũ voluntatis, à quo moralia dependent. Et quia bonum habet rationẽ finis, ideo bonum & malum ſunt differentiæ ſpecificæ in moralibus. Bonum per ſe, ſed malum inquantum eſt remotio debiti finis. Nec tamen remotio debiti finis conſtituit ſpeciem in moralibus, niſi ſecundum quòd adiungitur fini indebito. Sicut neque in materialibus inuenitur priuatio formę ſubſtantialis, niſi adiuncta alteri formæ. Sic igitur malum, quod eſt dña conſtitutiua in moralibus, eſt quoddã bonũ adiunctum priuationi alterius boni. Sicut finis intemperati eſt, non quidem carere bono rationis, ſed delectabile ſenſus abſque ordine rationis. Vnde malum inquantum malum, non eſt differentia cõſtitutiua: ſed ratione [d] boni adiuncti. D. 1100.

¶ Et per hoc etiam patet reſponſio ad tertium. Non ibi Philoſophus loquitur de bono & malo, ſecundum q inueniuntur in moralibus. Sic enim inter bonũ & malum inuenitur medium, prout bonum dicitur quòd eſt ordinatũ: malum autem quòd non ſolum eſt deordinatum, ſed etiã nociuum alteri. Vndè dicit Philoſophus in 4. Ethicorum,* quòd prodigus vanus quidem eſt, ſed non malus.

* lib. 4. Eth. c. 1. à med. tom. 5.

Ab hoc etiam malo, quòd eſt ſecundum morem, contingit fieri reditum ad bonum: non autem ex quocumque malo: non enim ex cœcitate fit reditus ad viſionem, cum tamen cęcitas ſit malum quoddam.

AD QVARTVM dicendum, q aliquid agere dr̃ tripl'r. Vno modo formaliter, eo modo loquendi, quo dr̃ albedo facere album. Et ſic malum etiã ratione ipſius priuationis dr̃ corrumpere bonum: quia eſt ipſa corruptio, vel priuatio boni. Alio modo dicit' aliquid agere effectiuè: ſicut pictor dicitur facere album parietem. Tertio modo, per modum cauſæ finalis, ſicut finis dr̃ efficere mouendo efficientem. His autem duob. modis, malum non agit aliquid per ſe, i. ſm q eſt priuatio quædam, ſed ſm quòd ei bonum adiũgitur. Nam omnis actio eſt ab aliqua forma, & omne quod deſideratur, vt finis, eſt perfectio aliqua. Et ideo, vt Dionyſius * dicit 4. cap. de diuin. nomin. Malum non agit, neque deſideratur niſi virtute boni adiuncti. Per ſe autem eſt infinitum, & præter voluntatem & intentionem.

* c. 4. par. 4. aliquantulũ à princ.

AD QVINTVM dicẽdum, q ſicut ſuprà * dictum eſt, Partes vniuerſi habent ordinem adinuicem, ſecundum q vna agit in alterã, & eſt finis alterius & exemplar. Hęc autem, vt dictum * eſt, non poſſunt conuenire malo, niſi ratione boni adiuncti. Vnde malum neque ad perfectionem vniuerſi pertinet, neque ſub ordine vniuerſi concluditur, niſi per accidens, id eſt ratione boni adiuncti.

* q. 21. ar. 1. ad 3.

* In ſolut. ad 2. arg. D. 835. D. 836.

ARTI-

Item errorem Secundini dicentis, Malum esse quandam substantiam. Item Manichæorum dicentium: Malum esse naturam malam; & Deum malum. Secundò habes, quomodo per rationem ostendas, hos ritè fuisse damnatos à regulis catholicæ fidei, traditis ab Augustino lib. de fide ad Petrum, c. 18. firmissimè tene & nullatenus dubites; trinitatem Deum, i patrem, & filium, & spiritumsanctum, esse naturaliter summum atque incommutabile bonum; & ab ipso creatas esse omnes naturas, bonas quidem, quia à summo bono factæ sunt, sed mutabiles, quia de nihilo factæ sunt. Nullamq; esse malam naturam, quia omnis natura, inquantum natura, bona est. Sed quia in ea bonum & minui, & augeri potest; intantum mala dicitur, inquantum bonum eius minuitur. Malum enim nihil aliud est, nisi priuatio boni. Vnde constat geminum esse creaturæ rationalis malum, id est unum, quo voluntarie ipsa deficit à summo bono creatore suo; alterum, quo inuita punietur ignis æterni supplicio. Hoc passura iustè, quia illud admisit iniustè. Et, quæ ordinem in se non seruauit diuinæ institutionis; ordinem non effugiet diuinæ vltionis. Hæc ille. Verba vltima faciunt pro art. 6. quæst. 19. vtrum voluntas Dei semper impleatur. Item à scripturis Ecclesiast. 39. opera Domini vniuersa bona valde. Item de Deo incarnato Marci 7. Bene omnia fecit. Item 1. Timot. 4. Omnis creatura Dei bona est. Item à &c. vt q. 1 1. ar. 3. & q. 2 1. ar. 1. & q. 39. artic. 3. & q. 44. artic. 1 inquantum cum Manichæis Priscillianistæ, Cerdon, & Gnostici, hunc errorem seminabant; Esse videlicet quandam naturam malam per essentiam suam; à qua effluebant mala omnia, velut naturæ quędam. Semper tamen memento pro sano intellectu scripturarum præmissarum; quòd malum sumere debes in sensu, quo articulus præsens; non aliter. Tertiò vides, quomodo ex his vicissim Angelica præsens doctrina firmetur, atque declaretur.

¶ Not. Pro articulo isto aliqualiter facit articulus in ordine 25. 322. 342. 53. 131. 253. Pro stud.

Comm. Cardinalis Caietani.

Titulus clarus.

¶ In corpore tria facit. Primò, ponit modum sciendi quęsitum. Secundo, exequendo illum, respondet quæsito. Tertiò reddit rationem cuiuidam dicti Dionysij.

¶ Quo ad primum, Modus consistit in hoc, quòd oportet ex ratione boni accipere quid sit malum. Probatur: quia vnum oppositorum cognoscitur per reliquum, vt tenebra per lucem.

¶ Quo ad secundum, Malum est quædam absentia boni. Probatur: omne appetibile est bonum. ergo esse & perfectio cuiusque naturæ est bonitas. ergo malum non significat esse aut formam, aut naturam aliquam. ergo est quædam boni absentia: prima consequentia probatur: quia omnis natura appetit suum esse, & suam perfectionem.

¶ Aduerte, quòd in conclusione, ideo dicitur quædam absentia, quia non omnis negatio boni est malum, sed negatio boni debiti, vt in tertio contra Gent. cap. 6. patet: absentia ergo debitæ præsentiæ boni, malum est: debita autem præsentia est, quando, sicut, vbi, in quo, &c. debet. Probatio uero conclusionis, ideo de hoc non curauit, quia præsenti intētioni sufficit genus mali inuenire: per hoc. n. scitur, an natura sit aliqua. merito igitur, inuēto quòd est absentia, quam negationem constat esse, stetit processus.

¶ Quo ad tertium, quia malum negatione boni stabilitum est, & Dionys. (vt in argumento ad oppositum litera dicit) malum negatione non solum boni, sed entis definiuit: ideo author dicit hoc dictum esse secundario. quoniam ens ut sic, est bonum: negatio igitur unius est negatio alterius, & econuerso: & ideo malum negatio vtriusque à Dionysio ponitur, sed quia boni est primo, ideo per bonum est diffinitum à nobis.

ARTICVLVS II.

Vtrum malum inueniatur in rebus.

253 2. dist. 34. art. 1. Et 2. dist. 34. art. 1. Et 3. contra c. 4.

AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur, quòd malum non inueniatur in rebus. Quicquid enim inuenitur in rebus, vel est ens aliquod, vel priuatio entis alicuius, quod non est ens. Sed Dion. dicit * 4. c. de diuin. nom. quòd malum distat ab existente, & adhuc plus distet à nō existente. ergo malum nullo modo inuenitur in rebus.

*c. 4. par. 4. non multum remote à princ.

¶ 2 Præt. Ens & res conuertunt. Si ergo malū est ens in rebus, sequit, q malū sit res quędā. quod est cōtra prędicta.*

*ar. præce.

¶ 3 Pręt. Albius est q est nigro impermistius, vt dr in 3. lib. Topic.* Arist. ergo & melius est, q est malo impermistius. Sed Deus facit semper qd melius est multò magis q natura. ergo in rebus à Deo conditis nihil malū inuenitur.

*lib. 3. c. 4. nō remote à princ.

SED CONTRA est, quòd secundū hoc, remouerentur omnes prohibitiones & pęnæ, quæ non sunt nisi malorū.

RESPON. Dicendum, q (sicut s. dictum * est) perfectio vniuersi requirit inæqualitatē esse in rebus, vt omnes bonitatis gradus impleantur. Est autē vnus gradus bonitatis, vt aliquid ita bonū sit, q nunq deficere possit. Alius autē gradus bonitatis est, vt sic aliquid bonū sit, quòd à bono deficere possit, qui etiā gradus in ipso esse inueniuntur. Quędā. n. sunt, quæ suū esse amittere non possunt vt incorporalia. Quædā verò sunt, quæ amittere possunt, vt corporalia. Sicut igitur perfectio vniuersitatis rerū requirit, vt nō soli sint entia incorruptibilia, sed etiam corruptibilia: ita perfectio vniuersi requirit vt sint quędā, quæ à bonitate deficere possint, ad qd sequitur ea interdū deficere. In hoc autem consistit ratio mali, vt s. aliquid deficiat à bono. Vnde manifestum est, q in rebus malum inuenitur, sicut & corruptio. Nam & ipsa corruptio malum quoddam est.

*q. 47. art. 1. & 2.

AD PRIMVM ergo dicendum, q malum distat & ab ente simpliciter, & non ente simpliciter, quia neque est sicut habitus, neque sicut pura negatio, sed sicut priuatio.

AD SECVNDVM dicendū, q sicut dr in 5.* Metaph. ens dupliciter dicitur. Vno modo fm quòd significat entitatem rei, prout diuiditur per decem prædicamenta. Et sic conuertitur cū re. Et hoc modo, nulla priuatio est ens. Vndè nec malum. Alio modo dicitur ens, quòd significat veritatem propositionis, quæ in compositione consistit, cuius nota est, hoc verbum est. Et hoc est ens, quo respondetur ad quæstionem an est. Et sic cœcitatem dicimus esse in oculo, vel quamcumque aliam priuationem. Et hoc modo etiam malum dicitur ens. Propter huius autem distinctionis ignorantiam, aliqui considerantes quòd aliquæ res dicuntur malę, vel quòd malum dicitur esse in rebus, crediderunt, quòd malum esset res quædam.

*lib. 5. Meta. tex. 14. tom. 3.

AD TERTIVM dicendū, quòd Deus & natura, & quodcumque agens facit quod melius est in toto: sed non quod melius est in vnaquaque parte, nisi per ordinem ad totum, vt suprà dictū * est. Ipsum autem totū, quòd est vniuersitas creaturarum, melius & perfectius est, si in eo sint quædā, quæ à bono deficere possunt, quę interdū deficiunt, Deo hoc non impediente. Tū quia prouidentiæ non est naturam destruere, sed saluare, vt Dionysius dicit * 4. c. de diuin. nom. Ipsa autem natura rerum hoc habet, vt quæ deficere possunt, quandoq; deficiant. Tùm, quia, vt dicit August. in Enchir.* Deus est adeò potens, quòd etiam bene potest facere de malis. Vndè multa bona tollerentur, si Deus nullum malum permitteret esse. Non. n. generaretur ignis nisi corrumperetur aër. Neque conseruaretur vita leonis, nisi occideretur asinus. Neque etiam laudaretur iustitia vindicans & patientia sufferens, si non esset iniquitas.

*q. 47. ar. 2

*c. 4. non multū remotè ante finem.

*Ench. c. 11 circa prin. ex c. 100. in fi. tom 3.

Ferr. 3. con. c. 4.
Aegid. 2. s. d. 34. q. 1. art. 2.
Riccar. d. 34. q 4.
Bannes ar. 2.

SVP. Q. XLVIII.

ART. II.

CONCL. In rebus malum inuenitur.

¶ PROB. Quia perfectio uniuersi requirit, vt in rebus sint quædam, quæ à bonitate deficere possint: & ad hoc sequitur, quòd talia à bonitate quandoque deficiant.

1m de maiori. Non ens. R. Secundum quid: non, simpliciter. §. Tunc &c. Nam malum est tantum nō ens secundum quid (vt in litera): Et Dionysius loquitur de non ente simpliciter.

2m de antecedente. Ens. R. Importans entitatem rei: non, ueritatem tantum propositionis. §. Tūc nihil &c. Malum enim est tantū ens importans ueritatem propositionis: vt in textu.

3m de minori. Melius. R. In toto: non in parte; nisi totū hoc requirat. §. Tunc nihil &c. Nam melius est totum uniuersum, si in

suis quibusdam partibus malum quandoque accidat; quàm si nunquàm ibi accideret, (vt patet in tex.)

APPENDIX.

Vtilitas pro Eccle. S.Dei.

EX artic. habes primò, quomodo per rationem interimas hæresim Libertinorum dicentium; Malum nihil esse, nihil peccatum, nisi eorum opinione; qui se peccare putant. Item quomodo per responsum ad tertium, quomodo reijcias Algazelem (Director. Inquisit. 2. par. quæst. 4.) dicentem: Deus non permittit mala fieri, vt eliciat bona; sed mala in mundo proueniunt ex necessitate materiæ, vel naturæ. 2 Secundò habes; quomodo per rationē ostendas, meritò has damnari à scripturis Genes. 47. Dies peregrinationis vitæ meæ 130. annorum sunt parui & mali Item Ecclesiast. 33. Contra malum bonum est, & contra vitam mors, sic & contra virum iustum peccator: & sic intuere in omnia opera altissimi, Duo contra duo; & vnum contra vnum. Item 1. Cor. 5. Auferte malum ex vobis ipsis. Item Isa. 1. Auferte malum cogitationum vestrarum ab oculis meis. Et quia de Eccles. 33. mentionem fecimus: non erit ab re (etiam quod præter solitū nostrum in Appēdicibus his) adducere super illud verbum expositionem valde notabilem Beati Augustini, qui lib. 11. de ciui. Dei, c. 18. sic inquit: Neque Deus ullum, non dico Angelorum, sed nec hominum crearet, quem malum futurum esse præscisset; nisi pariter nosset, quibus eos bonorum vsibus commodaret; atque ita ordinem sęculorum (tanquàm pulcherrimum carmen ex quibusdam antithetis) honestaret. Idem ibi cap. 23. adducit exemplum imaginis, quæ ex colore nigro suo loco posito apparet pulchrior. Itē damnatas à &c. vt q. 3. art. 3. & q 14. art. 16. & q. 22. art. 2. Concilia & Romanorum Pontificum de hoc sanctiones, non adducuntur: quoniam semper (sed magis ubi res clara est) breuiloquentiam colere negocio congruentem statuimus. 3 Tertiò vides, quomodo ex his vicissim D. Thomæ doctrina stabiliatur.

Cur Deus creat I. omnem damnandum.

¶ Not. Articulum præsentem vtcumque iuuat in ordine articulus 252. 249. 250. 265. 17. 103. 136.

Pro studio

Comm. Cardinalis Caietani.

IN titulo: Malum inueniri in rebus non significat esse reale: quoniam iam hoc exclusum est. Sed significat esse communiter in rebus: in rebus autem dicitur propter ea quæ solum inueniuntur in anima, vt secundæ intentiones. Et est quæstio de inuentione formali, ita quòd non intendimus, vtrum malum habeat fundamentum in rebus, sed an inueniatur formaliter in rebus.

¶ In corpore vnica est conclusio responsiua quæsito affirmatiuè. Malum inuenitur in rebus sicut & corruptio. Et probatur. Perfectio vniuersi requirit inæqualitatem in rebus, vt omnis bonitatis gradus impleatur. ergo sicut requirit vt sint entia incorruptibilia, & corruptibilia: ita requirit ut sint indefectibilia à bono & defectibilia à bono. ergo quædam in vniuerso deficiunt quandoque. ergo malum inuenitur in rebus sicut corruptio. Antecedens habetur ex dictis: prima cōsequentia probatur. quia isti sunt duo gradus bonitatis, inuenti in uniuerso, iuxta illos duos gradus entis, vt de se patet: secunda uero consequentia relinquitur per se nota. Et uerè sic est, quoniam impossibile est seclusis miraculis, possibilia nunquàm deficere: tertia autē probatur, quia ratio mali consistit in defectu à bono, subintellige debito. Et confirmatur illa modificatio & expressio: sicut quia corruptio ipsa quoddam malum est, quia est malum corrupti.

¶ Et bene nota ly sicut: quoniā soluit dubium nonitiorū, quærentium: quomodo si malū est negatio formaliter & negationes non habent esse nisi in anima, vt etiā in respon. ad secundū litera dicit applicando ad esse mali: quomodo inquā verificatur, ꝙ malum est formaliter in rebus, habes solutionem; quia non verificatur, ꝙ est in rebus, vt ens, sed in rebus, vt corruptio in actu exercito, i. vt res remotio formalis, ipsa namque absentia boni formaliter malum est, vt in responsione ad quartum præcedentis articuli dictum est malum formaliter corrumpit bonum oppositum, quia est ipsa priuatio boni in subiecto apto &c. Dicūtur ergo mala in rebus esse, non positiuè, sed remotiuè, id est non ponendo, sed remouendo formaliter aliquid à rebus. Et sic mala formaliter inueniuntur in rebus ut mala, sunt enim rerum mala: in anima autem per compositionem, & quamcūque aliam intellectus operationem inueniuntur, vt entia & bona. Et ideò nihil obstat, immo prodest proposito, quod malum nullum esse ponat in re, quoniam de malo ut malū est in actu exercito, loquimur quod constat, quòd ut malum in actu exercito, non inuenitur vbi ponit aliquid, sed tātum vbi remouet bonum debitum. hic est enim actus eius formalis, vt patet ex dictis. Nihil ergo valet consequentia malum vel priuatio nullum esse ponit in re, sed est tantum ens in anima. ergo non inuenitur formaliter in rebus. Quoniā stat quòd inueniatur formaliter, vt remotio rei in actu exercito, immo sequitur oppositum, remouet esse in subiecto. ergo inuenitur in re vt exercens negationis, non positionis actum. Sic autē hæc inueniri in rebus, est simpliciter ipsa inueniri, quia formaliter inueniuntur, & secundum modum proprium sui generis, puta non entis, vel priuationis.

Infr. 3. cont. c. 11.
Aegid. 2. sent. d. 34. q. 2. artic. 4.
D. Bon. d. 34. art. 2. q. 2.
Bannes art. 3.

254
2. d. 34. q. 1 art. 4. Et 3. cont. c. 11. Et ma. q. 1. art. 2. Et opusc. 3. cap. 118. & 176.
† c. 4. par. 4

SVP. Q. XLVIII.

ART. III.

COncl. Bonum est subiectum mali.

¶ Prob. Quia subiectū priuationis est ens in potentia, vel simpliciter, vel secundū quid. Et omne ens in potentia, inquantum huiusmodi, est quoddam bonum, id est bonum in potentia.

1m de minori.

Existentibus. ℞. Tanquàm eorum pars; vel proprietas naturalis, non tanquàm priuatio formæ in illis. §. Tunc nihil &c. vt patet. Nam cęcitas dicitur esse in oculo nō quòd sit pars oculi, vel eius proprietas naturalis, sed quia est absentia visionis, quę visio naturaliter debetur esse in oculo.

Secun-

2m de minori.

Non ens. ℞. i. negatio: non autem priuatio. §. Tunc

ARTICVLVS III.

Vtrum malum sit in bono, sicut in subiecto.

AD TERTIVM sic proceditur. Videtur, ꝙ malum non sit in bono, sicut in subiecto. Omnia. n. bona sunt existentia: sed Dionysius † dicit 4. cap. de diuin. nom. quòd malum non est existens, neque in existentibus. ergo malum non est in bono sicut in subiecto.

¶ 2 Pręt. Malum non est ens, bonū verò est ens. Sed non ens non requirit ens, in quo sit sicut in subiecto. ergo nec malum requirit bonum, in quo sit sicut in subiecto.

¶ 3 Præt. Vnum contrariorum nō est subiectum alterius. Sed bonum & malum sunt contraria. ergo malū non est in bono sicut in subiecto.

¶ 4 Præt. Id in quo est albedo sicut in subiecto, dicitur esse album. ergo & id in quo est malum sicut in subiecto est malum. Si ergo malum sit in bono sicut in subiecto, sequitur quòd bonum sit malum, contra id quod dicitur Esa. 5. Vęh, qui dicitis malum bonū, & bonū malum.

SED CONTRA est, ꝙ August.* dicit Enchir. quòd malum non est nisi in bono.

RESP. Dicendū, ꝙ sicut dictum est: † Malum importat remotionē boni: non autem quælibet remotio boni, malum dicitur. Potest. n. accipi remotio boni & priuatiuè & negatiuè. Remotio igitur negatiuè accepta, mali rationē non habet. Alioquin sequeretur, ꝙ ea quæ nullo modo sunt, mala essent. Et iterū, ꝙ quælibet res esset mala ex hoc, quòd non habet bonum alterius rei, vtpotè: ꝙ homo esset malus, quia nō habet velocitatē capreæ, vel fortitudinē leonis: sed remotio boni priuatiuè accepta, malum dr: sicut priuatio visus, cęcitas dr. Subiectum d autē priuationis, & formæ, est vnum & idē, s. ens in potentia, siue sit ens in potentia simpliciter, sicut materia prima, quæ est subiectum formę substātialis, & priuationis opposite: siue sit ens in potentia sm quid & in actu simplr, vt corpus diaphanum, quod est subiectum tenebrarum & lucis. Manifestum est autē, quòd forma per quā aliquid est actu, perfectio quædā est, & bonum quoddā, & sic omne ens in actu, bonum quoddā est. Et sīr omne ens in potentia, inquātum huiusmodi, bonum quoddam est, sm quod habet ordinē ad bonum. Sicut. n. est in potentia, ita & bonum in potentia. Relinquitur ergo, ꝙ subiectum mali sit bonum.

† ar. 1. huius quæst.

D. 1058.

D. 291.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd Dion. intelligit malum non esse in existentibus sicut partem, aut sicut proprietatem naturalem alicuius existentis.

AD SECVNDVM dicēdum, quòd nō ens negatiuè acceptum, non requirit subiectum: sed priuatio est negatio in subiecto, vt dicitur in 4. Met.* & tale non ens est, malum.

* li. 4. Met. tex. 4. & li. 5. tex. 27. & lib. 10. tex. 15. tomo 3.

AD

§. Tunc & c. Nam malum est tantum non ens priuatiuè. Vnde nota, quòd priuatio dicitur de subiecto, cui aliquid deest de requisitis:ideo dicitur malum. Negatio dicatur de subiecto (quia prædicatum dicitur de subiecto,) tamen aliqua requisita illi deesse,non dicit,ideo negatio non est malum. Nam malum importat remotionem boni debiti.

3^m de maiori. Contrariorum. B. Specialiter dictorum:non, secundum communem acceptionem boni, & mali. §. Tunc, &c. licet enim hoc malum non sit in isto bono sibi contrario, puta cæcitas in uisu, claudicatio in recto gressu; tamen malū est in bono, puta cęcitas in oculo, claudicatio in tibia.

† Ench. c. 13. in princ. to. 3.

AD TERTIVM dicendum, quod malum non, est sicut in subiecto in bono,quod ei opponitur,sed in quodam alio bono. Subiectum.n. cæcitatis non, est visus: sed animal. Videtur tamen,(vt Aug. † dicit)hic fallere dialecticorum regula,quæ dicit. Contraria simul esse non posse. Hoc tamen intelligendum, est secundum communem acceptionem boni,& mali,non autem secundum, quod specialiter accipitur hoc bonum, & hoc malum. Album autem & nigrum dulce & amarum, & huiusmodi contraria, nō accipiuntur nisi specialiter, quia sunt in quibusdam generibus determinatis. sed bonum circuit omnia genera. Vnde vnum bonum potest simul esse cum priuatione alterius boni.

4^m de conclusione prima. Est malum. B. Secundum quod habet priuationem:non,secundum quod ens. §. Sic, &c. Ob hoc enim non dicimus,quod bonum, secundum quod est bonum sit malum:neque malum,secundū qđ malū,sit bonū; licet dicamus, quod bonū ſm aliquam considerationem est malum & quòd malum secundum aliquam considerationem est bonū.

AD QVARTVM sic dicēdum, quod Propheta imprecatur, Væ illis, qui dicunt id quod est bonum,secundum quod est bonum, esse malum: hoc autem non sequitur ex præmissis, vt per prædicta patet.*

APPENDIX.

EX articulo habes primò: quomodo per rationem ostendas; Philosophum rectè in 4. met. tex. 4. & lib. 5. tex. 17. & lib. 10. tex. 15. dixisse, quod priuatio est ens in subiecto, & statuisse subiectum illius esse quoddam ens, & consequenter bonum. Per priuationem intellige illud, quod dicitur malum. Secundo habes: quomodo per rationem dictum Philosophi in uero sensu declares, declaratum probes, probatum defendas. Tertio uides; quomodo ex his, & similibus locis, innetur conclusio.

Vtilitas pro Eccle. S. Dei.

2

3 In cor. art.

¶ NOT. Articulo huic qualitercunque seruit articulus in ordine 252. 253. 110. 52.

Pro studio var.

Comm. Cardinalis Caietani.

TItulus clarus est.

¶ In corpore vnica est conclusio responsiua quæsito affirmatiue. Malum est in bono ut in subiecto. Probatur. Malum est boni remotio non negatiuè, sed priuatiuè. ergo malum & bonū priuatum, sunt in eodem subiecto. s. ente, in potētia, simpliciter, vel secundū quid. ergo malum est in bono sicut in subiecto. Antecedens quo ad secundam partem probatur ducendo ad impossibile duplex Primum est, quod ea quæ nullo modo sunt, essent mala secundum est. quod oīa essent mala. Quo ad tertiā verò, ex sufficientia bimēbris distinctionis ipsius remotionis boni. Prima consequentia probatur, quia priuationis & formæ idē est subiectum. s. ens in potentia simpliciter, vel secundum quid, Secunda uero, quia utrunq; est, bonum, & de ente quidem in potentia secundum quid probatur, quia est ens in actu actus autē bonitas quædam est, de ente vero in potentia simpliciter, quia bonum dicitur sicut & ens, ac per hoc, sicut ens in potentia, ens quodam est, ita bonum in potentia, bonum quoddam est.

ARTICVLVS IIII.

Vtrum malum corrumpat totum bonum.

255 12. q. 85. a. 1. 2. & 4. Et 2. d. 34. ar. 2. Et 3. cō. c. 10. & 12. Et mal. q. 2. ar. 9. 11. & 12. & op. 3. 117. & 118.

† c. 12. circa mediū.

Ench. c. 12. p totū t. 3.

AD QVARTVM sic proceditur. Videtur quod malum corrumpat totum bonum. Vnum enim contrariorum totaliter corrumpitur per aliud. Sed bonum & malum sunt contraria. Ergo malum potest corrumpere totum bonum.

¶ 2 Præterea. August. † dicit in Enchir. quod malum nocet inquantum adimit bonum. Sed bonum est sibi simile & uniforme. Ergo totaliter tollitur per malum.

¶ 3 Præterea. Malum quandiu est, nocet, & aufert bonum: sed illud a quo semper aliquid aufertur, quandoque consumitur, nisi sit infinitum quod non potest dici de aliquo bono creato. Ergo malum consumit totaliter bonum.

SED CONTRA est, quod Aug. dicit in Ench. quod malum non pot est totaliter consumere bonum.

RESP. Dicendum, quod malum non potest totaliter consumere bonum.

Ad cuius euidentiam considerandum est, quòd est triplex bonum. Quoddam, quod per malum totaliter tollitur, & hoc est bonum oppositum malo. Sicut lumen totaliter per tenebras tollitur, & visus per cæcitatē. Quoddam uerò bonum est, quod nec totaliter tollitur per malum, nec diminuitur, s. bonum quod est subiectum mali. Non enim per tenebras aliquid de substantia aeris diminuitur. Quoddam uero bonum, est, quod diminuitur quidem per malum, sed non totaliter tollitur, & hoc bonum est habilitas subiecti ad actum. Diminutio autem huius boni non est accipienda per subtractionem. sicut est diminutio in quantitatibus. sed per remissionem, sicut est diminutio in qualitatibus & formis. Remissio autem huius habilitatis, est accipienda econtrario intensioni ipsius. Intenditur enim huiusmodi habilitas per dispositiones quibus materia præparatur ad actum, quæ quanto magis multiplicantur in subiecto, tanto habilius est ad recipiendum perfectionem, & formam, & econtrario remittitur per dispositiones contrarias. Quæ quāto magis multiplicatæ sunt in materia & magis intensæ, tanto magis remittitur potentia ad actum. Si igitur contrariç dispositiones in infinitum multiplicari, & intendi non possunt: sed vsque ad certum terminum, neque habilitas prædicta in infinitū diminuitur, vel remittitur, sicut patet in qualitatibus actiuis elementorum. Frigiditas enim, & humiditas, per quæ diminuitur siue remittitur habilitas materiæ ad formam ignis, nō possunt multiplicari in infinitum. Si uero dispositiones contrariæ in infinitum multiplicari possunt, & habilitas prædicta in infinitum diminuitur vel remittitur:non tamen totaliter tollitur, quia semper manet in sua radice, quæ est substātia subiecti, sicut si in infinitum interponantur corpora opaca inter solem & aerem, in infinitum diminuetur habilitas aeris ad lumen:nunquam tamē manente aere tollitur totaliter, qui secundum naturam suam est diaphanus. Similiter in infinitum potest fieri additio in peccatis, per quæ semper magis ac magis minuitur habilitas animæ ad gratiam. Quæ quidem peccata, sunt quasi obstacula interposita inter nos, & Deum, secundum illud Isa.

Ferr. 4. com. c. 10. 12. Cap. 2. d. 33. q. 1. conc. 3. Bannes. ar. 4.

SVPER Q. XLVIII. ART. IIII.

COncl. Malū non pōt totaliter corrumpere bonum.

¶ PROB. Quia habilitas subiecti ad actum (cum ſm naturā suam subiectum sit ad illum habile) nō potest totaliter consumi per dispositiones contrarias, & in infinitum, circa ipsum multiplicatas, & hmōi habilitas ē bonū, dispositiones huiusmodi sūt malū (ut in proposito.) Primum

Isa. 59. c. Peccata nostra diuiserūt inter nos & Deum. Neque tamen tollitur totaliter ab anima prædicta habilitas, quia consequitur naturam ipsius.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod bonum quod opponitur malo totaliter tollitur: sed alia bona non totaliter tolluntur, ut dictum est,*

AD SECVNDVM dicendum, quod habilitas prędicta est media inter subiectum & actum. Vnde ex ea parte qua attingit actum, diminuitur per malum: sed ex ea parte qua tenet se cum subiecto, remanet. Ergo licet bonum in se sit simile, tamen propter comparationem eius ad diuersa, non totaliter tollitur, sed in parte.

AD TERTIVM dicendum, quod quidam imaginantes diminutionem boni prædicti ad similitudinem diminutionis quantitatis dixerunt, quod sicut continuum diuiditur in infinitum, facta diuisione secundum eandem proportionem, ut puta quod accipiatur medium medii, vel tertium tertii: sic in proposito accidit. Sed hæc ratio hic locum non habet, quia in diuisione, in qua seruatur eadē proportio, semper subtrahitur minus & minus. Minus enim est medium medii, quam medium totius. Sed secundum peccatum non de necessitate minus diminuit de habilitate prędicta, quam præcedens: sed fortè aut æqualiter, aut magis. Dicendum est ergo, quod licet ista habilitas sit quoddam finitū, diminuitur tamen in infinitū non per se, sed per accidens, secundum quod contrariæ dispositiones, etiam in infinitum augentur, ut dictum est.*

1^m de maio. Contrariorum. R. Secundum quod contraria sunt: non aliter. §. Tunc &c. Bonum. n. & malum non semper sibi inuicem contraria sunt, cum tripliciter dicantur; & tunc de his loquimur tantum, vt in corpore. Non enim de bono primo modo intelligitur conclusio.

2^m de mino. Sed bonum. R. In senō, per comparationem ad diuersa. §. Tunc, &c. vt patet. Bonum, idest habilitas ad actum, cum diminuatur ex parte, qua respicit actum, sic semper est uniforme; cum etiam nunquam diminuatur ex parte, qua respicit subiectum (nihil enim de aere tollitur per tenebras) bonum sic semper, est uniforme. Restat ergo, quod bonum sit difforme; quatenus illa diuersa, s. actum, & subiectum, respicit.

*In cor. ar. Aufert duplex.

3^m de minori. Aufertur. R. per subtractionem: non, per remissionem. §. Tunc &c. Nō enim habilitas talis per partes subtrahitur, quasi quoddam quantum: vt possit totaliter quandoque consumi: sed remittitur per contrarias dispositiones, inquantum per contrarias dispositiones aduenientes inter subiectum habile, & actum, ad quem recipiendum est habile (vt habes in corpore) elongatur ab ipso actu. Ergo licet habilitas ipsa esset etiam in infinitum remotior ab actu recipiendo: tamen subiectum, quibuscunque in contrarium non obstantibus, remanet semper habile ad actum illum. Huiusmodi ergo contrariæ dispositiones tollere possunt a subiecto actum, sed non potentiam: puta possunt tenebræ facere, quod aer non sit unquam luminosus: sed non possunt facere quod aer (quantum est de se) non sit semper illuminabilis, idest habeat naturam ad lumen recipiendum aptam. Applica ad animam respectu peccatorum, & gratiæ; iuxta Concilium infra.

APPENDIX.

Vtilitas pro Eccle. S. Dei.

EX articulo habes primo: quomodo per rationem, tanquam in radice interimas hæreses Melchioris dicentis, libere, seu uoluntariè peccans, non amplius recipitur in gratia. Itē Nouati & Montani dicentium. Pœnitere eos non posse, ut remissionem peccatorum consequātur, qui semel lapsi sunt in peccatum post baptismum. Item huic hæresi aliam additam Nouatianorum uidelicet; In peccatum prolapsi non ad pœnitentiam, sed ad diaboli prædam admittendi. Itēm errorem sine authore recensitum a Vega lib. 13. sup. Conc. Trid. cap. 13. dicentem: peccatorum esse certum numerum irremissibilem, ita ut qui illum attingat ueniam consequi non possit. Item alium, quem pro errore tribuit Armachano Vega (vbi supra) dicentem: peccatores aliquos esse in uia sic obstinatos in malitia, ut secundum legem communem eos pœnitere non possit. Item heresim Lutheri dicentis. Liberum arbitrium post peccatum est de solo titulo. Item illam Cacangelicorum, quę videtur orta a nunc prædicta dicentium. Homines non posse non peccare. Radici enim huic, quod. s. malum quandoque corrumpat totum bonum, videntur omnes prædicti errores inniti, & pro tanto idcircò per articulum hunc destruuntur. 2 Secundo habes, quomodo per rationem, tanquam in radice, ostendas; hos meritò esse damnatos a Papa Leone, Iulio, Cælestino, in decretis 16. q. 6. Vide ibi pulcra. Item a scripturis. Iere. 3. Tu fornicata es cum amatoribus multis, tamen reuertere ad me, dicit Dominus; & ego suscipiam te. In uijs sedebas &c. Frons meretricis facta est tibi, noluisti erubescere. Ergo saltem amodo voca me. Pater meus, dux uirginitatis meæ, &cęt. Nunquid vidisti, quæ fecerit auersatrix Israel? Abiit sibimet super omnem montem excelsum, & sub omni ligno frondoso, & fornicata est ibi. Et dixi: cum fecisset hęc omnia, ad me reuertere, & non est reuersa, & uidit &c. Reuertere auersatrix Israel, ait Dominus; & non auertam faciem meam a uobis: quia sanctus ego sum, dicit Dominus. Verum tamen scito iniquitatē tuam: quia in Dominū Deū tuum pręuaricata es. Et dispersisti vias tuas alienis sub omni ligno frondoso; & uocem meam non audisti dicit Dominus. Conuertimini filii reuertētes, ait Dominus: quia ego uir ueller. & assumam uos &c. & introducam uos in Syon. & dabo &c. Sed quomodo si contemnat mulier amatorem suum; sic contempsit me domus Israel, dicit Dominus: Vox &c. Conuertimini filii reuertētes, & sanabo auersiones vestras. Hæc ibi. Nota, quod loquitur ad idolatram (ergo maximam peccatricem) ad reiterantem vsque ad nauseam tam grandia peccata (cui. s. c. 2. dixerat Quam uilis facta es, nimis iterans uias tuas?) ad obstinatam, desperantē, pertinacem) de qua. s. c. 2. dictum fuit: Omnes dereliquistis me, dicit Dominus, frustra percussi filios uestros, disciplinam non receperunt & item. Prohibe pedem tuum a nuditate & guttur tuum a siti, & dixisti. Desperaui: Nequaquam faciam: Adamaui quippe alienos, & post eos ambulabo.) Nota item, quod tantam, totiesque desperatam sic peccatricem, uocat non semel, non bis, nō ter, aut quater, sed pluribus uicibus, & ita pluribus ut etiam immensum quasi numerum, & ardentissimum amorem innuat per hanc uocandi phrasim. Ergo, Saltem, Amodo. Item quomodo iure damnatam illam Lutheri a Leone Decimo in bulla contra errores Lutheri, incipiente, Exurgat Deus. Item a Conc. Triden. ut q. 83. ar. 1. Item ab eod. sess. 6. c. 1. Vsque adeo seruos fuisse peccati, & sub potestate diaboli, ac mortis, ut &c. inde surgere non possent, tamen etsi in eis liberum arbitrium minime extinctum esset, uiribus licet attenuatum, & inclinatum. Hæc ibi. Itē ab eodem canon. 5. Item a Cornelio Papa in Conc. Rom. Nouatiani hæresis damnata est. Item a Concilio Nicæno primo can. 8. si qui uoluerint uenire ad Ecclesiam Catholicam ex Nouatianis, placuit sancto Concilio, ut ordinentur, & sic maneant in clero. Ante omnia autem hanc habeant ab eis confessionem, quam per scripturam exigi oportet, ut fateantur, se cum omni conicu in Ecclesiæ catholicę statuta obseruaturos, idest communicaturos se, & his, qui forte secūdas nuptias experti sunt & his, qui persecutionis tempore lapsi sunt. Hæc ibi. Item a Conc. Trident. sess. 6. c. 14. Qui uerò ab accepta iustificationis gratia per peccatum exciderunt, rursus iustificari poterunt, cum excitante Deo per pœnitentiæ sacramentum, merito Christi amissam gratiam recuperare procurauerint. Hæc ibi. Ecce Concilium tempus nullum alicui excipit, quin conuerti digne possit. Item ab eo. can. 29. Siquis dixerit, eum, qui post baptismum lapsus est, nō posse per Dei gratiam resurgere &c. anathema sit. Item a decretis de pœn. dist. 1. importuna. Pęnitentia nunquam sera, si tamen vera. 3 Tertio uides: quomodo ex his uicissim Angelica, firmetur conclusio, atque declaretur.

Comm. Cardinalis Caietani.

IN titulo, corrumpere sumitur formaliter, Totum uero bonū sumitur pro toto integrali vel quasi integrali, circa quod malū ponitur. Ita quod sensus est, utrum malum positum in aliquo, auferat formaliter quicquid bonitatis inuenitur in illo.

¶ In corpore unica est principali conclusio directe responsiua quæsito negatiuè. Malum non potest totaliter consumere bonū. Hanc autem conclusionem manifestat una distinctione trimembri, adiuncti singulis membris conclusionibus specialibus. Distinctio est, Bonum triplex, est scilicet forma subiectum, & habilitas

litas subiecti ad formam. Prima conclusio est, Bonum vt forma, tollitur totaliter per malum, probatur, quia est sibi oppositum, manifestatur sicut lumen tollitur per tenebras, & usus per cæcitatem. Secunda conclusio est. Bonum vt subiectum nec tollitur, nec diminuitur per malum & manifestatur in aere & tenebra. Tertia est, bonum ut habilitas subiecti ad actum, diminuitur p malum, & non totaliter tollitur. Et declaratur hæc cõclusio. Primò quantum ad diminutioné, secundò ibi, si igitur contrariæ dispositiones quantum ad non totalem ablationé. Intendens ergo declarare, qualis, & quanta sit hmôi diminutio insinuat duplicem diminuendi modũ inueniri. s. per subtractioné, & per remissionem prima est quantitatiua, secunda est qualitatiua, & rursus diminutio per remissioné, seu qualitatiua, dupliciter contingit. Primo, per remissionem ipsius qualitatis, & per contrarias dispositiones subiecti ad talem actum. In proposito, diminutio sumenda est per remissionem, non quomodolibet, sed per appositionem contrariarum dispositionũ. Et probatur hoc ẽin sic: habilitas intenditur per dispositiones prçparantes materiam ad actũ, ergo remittitur per dispositiones impedientes potentiã ad actũ: Antecedens manifestatur, quia quanto magis multiplicantur dispositiones materiæ, tanto habilior est ad actum. Consequentia vero probatur, quia remissio sumitur ecõtrario intensioni. Deinde intendens manifestare, quô nunquam tollitur totaliter habilitatis bonũ: distinguit remissionem per cõtrarias dispositiones, dupliciter inueniri posse primò finitè, secũdo infinite. Et neutro mõ, totaliter habilitatem subiecti ad actum tolli ostẽdit. Qđ. n. finita sit (q̃q; remissio habilitatis) probatur ex eo, & ꝙ finita est multiplicatio dispositionum contrariarum, ut patet in multiplicatione qualitatũ elementorum, quib. materiæ habilitas ad formã ignis uerbi gratia diminuitur. Quód verò in hmôi remissione non tollatur totaliter habilitas, ex eo patet, ꝙ finitis existentib appositione contrariorum & remissione, non est opus eradicari habilitaté remanentis subiecti. Quod aũt infinita q̃q; sit remissio, manifestatur, ex infinita multiplicatione opacorũ corporũ inter solem & aerem. Et proportionaliter, ex infinita multiplicatione peccatorũ, inter iustitiã solem & animam. Quod vero ex hmôi infinita remissione non totaliter, tollatur habilitas, probatur rõne. Quia semper manet in sua radice qđ est substantia subiecti, & manifestatur in allatis exemplis, in naturalibus, & moralib. in diaphano siquidé respectu luminis, & aïa, respectu grãæ. Et sic patet principalis cõclusio. s. ꝙ nunquã malũ totaliter aufert bonũ, qm̃ relinquit subiectũ, & aliqd habilitatis ad actũ.

¶ In responsione ad tertiũ nota, ꝙ tanta est dñia inter diminui per se, & p accidẽs. i. rõne sui vel alterius, ꝙ cũ impossibile sit finitũ nõ cõsumi ĩfinita & æquali subtractione p se. Possibile tñ est, ut in litera dr̃, a finito in infinitũ ét æqualiter subtrahi, & tñ illud nõ cõsumi, qñ diminutio est p accidẽs. i. p aliud, ut i ꝓpositꝰ, minuit. n. habilitas pp appositũ impedimẽtũ, & nõ ẽm se.

Cap. 2. d. 36. q. 1. sent. 1. Bannes. ar. 5.

SVPER Q. XLVIII. ART. V.

256 2. d. 35. ar. 1. & 3. d. 34 q. 2. ar. 3. q. 1. cõ. & ma. q. 1. ar. 4.

Concl. Omne malum in rebus uoluntariis consideratum est pœna, uel culpa.

¶ Prob. Quia omne malum in reb. uoluntariis consideratum, est defectus, uel integritatis rei, contrarius uolũtati (en pœna) vel debitæ actionis, placens uoluntati (en culpa)

1^m de maio. De fectus. B. Boni, quod naturaliter debet habere, non aliter. §. Tunc &c. Non enim conseruare se, potest conuenire creaturç, immo est cõtra rationem creaturç.

2^m de antecedente. Mali. B. Cõmuniter dicti: non, in rebus uoluntariis tantum dicti. §. Tunc &c. Nam conclusio de uoluntariis loquitur, ut ibi patet.

† In glossa ordinaria ibi sup id. Ne magnitudo reuelationum. Enchi. ca. 12. to 3.

3^m de minori. Culpa. B. Intẽtato: nõ, intentante ad peccatũ. §. Tunc, &c. Tentatio enim semper est culpa in isto, licet non semper in illo primo: Vt in litera.

* Art. 3. huius quæst.

4^m ex August. Nocet. B. Agenti, uel in seipso, uel in sua actione. §. Tunc, &c. Nõ .n. de eo, ꝙ agenti in seipso nocet tm̃ loquimur, ut æstimat argumen: ũ, sed utroq; mõ.

APPENDIX.

Vtilitas pro Eccle. S. Dei.

Ex articulo habes primo: quomodo per rationẽ interimas hæresim sup. ar. 2. recitatam Libertinorũ dicentium: Malum nihil esse, nihil esse peccatũ, nisi eorum opinione q se peccare putãt. Sublata siquidem culpa, non diceretur aliquid proprie pœna: in cuius signũ est, quod afflictiones quæcũq; corporales in brutis non proprie dicuntur mala pœnæ. Necessarium. n. est, quod malum pęnç correspondeat culpæ, uel actuali, uel originali saltem. Vnde & B. Greg. in præfatione librorũ moralium ca. 9. aperit optimé, quoniam modo mala vniuersa, quæ inueniuntur in nobis, sint pœnæ culpæ originalis. Ex Gregorio tamen nõ deducas; Christum habuisse culpã originalem, nec etiam in debito aliquo: nec fuisse simpliciter necessarium, B. Virginem Matrem contraxisse illam in actu: ne in primo Ephesinam primã: immo & omnes synodos, offendas: & in Secundo a Sixto Quarto (Extrauag.

* Q. 21. articu. 1.

Ar. 3. huius quæst.

ARTICVLVS V.

Vtrum malum sufficienter diuidatur per pœnam & culpam.

AD QVINTVM sic proceditur. Vr, quod malum insufficiéter diuidatur per pœnam, & culpam. Omnis n. defectus malũ qđdam esse vr. sed in omnib. creaturis est quidam defectus, ꝙ se in esse conseruare non possunt, qui tamen nec pœna nec culpa est. Non ergo sufficienter malum diuiditur per pœnam & culpam.

¶ 2 Prçt. In reb. irrationalib. non inuenitur culpa nec pęna, inuenitur tñ in eis corruptio & defectus quæ ad rõnem mali pertinét. Ergo nõ oẽ malũ est pęna uel culpa.

¶ 3 Præt. Tentatio quoddã malũ est. Nec tñ est culpa, quia tentatio cui non consentitur, non est peccatum: sed materia exercédæ virtutis vt dr̃ in gl. † 2. Cor. 12. Nec ét pœna, quia tẽtatio pcedit culpam, pœna aũt subsequitur. Insufficiẽter ergo malũ diuidit̃ p pęnã & culpã.

SED CONTRA videtur, quod diuisio sit superflua. Vt. n. Aug.* dicit in Ench. malum dr̃ quia nocet, Quod autem nocet, pœnale est. Omne ergo malum sub pœna continetur.

RESP. Dicendũ, ꝙ malũ (sicut sup. dictum est *) est priuatio boni, quod in pfectione & actu cõsistit principaliter & per se. Actus aũt est duplex: primus & secũdus. Actus quidem primus, est forma & integritas rei. Actus aũt secundus, est operatio. Contingit ergo malum esse dupliciter. Vno modo per subtractionem formæ, aut alicuius partis, quæ requiritur ad integritatem rei, sicut cæcitas malum est, & carere membro. Alio modo per subtractionem debitæ operationis, vel quia omnino non est, vel quia debitum modum, & ordinem non habet. Quia vero bonum simpliciter est obiectum voluntatis, malum quod est priuatio boni secundum specialem rationem, inuenitur in creaturis rõnalib. habẽtib. voluntaté. Malũ igit̃, quod est per subtractioné formæ, & integritatis rei, habet rõnem pęnæ, & præcipuè supposito, ꝙ oia diuinæ prouidentiæ & iustitiæ subdantur, vt supra ostensum est.* De rõne. n. pœnæ est, quod sit contraria voluntati. Malũ aũt quod consistit in subtractione debitæ operationis in rebus voluntariis, habet rationem culpç. Hoc. n. imputatur alicui in culpam, cum deficit a pfecta actione, cuius dñs est ẽm voluntatem. Sic igitur omne malum in rebus, voluntariis consideratum est, pœna vel culpa.

AD PRIMVM ergo dicendum, ꝙ quia malum priuatio est boni & non negatio pura, vt dictum est supra * non omnis defectus boni est malũ, sed defectus boni, quod natũ est, & dẽt haberi. Defectus. n. uisionis nõ est malum in lapide, sed in animali; quia contra rationem lapidis est, quod visum habeat. Similiter etiam contra rationé creaturæ est, quod in esse conseruetur a seipsa, quia idem dat esse & conseruat. Vnde iste defectus non est malum creaturæ.

AD SECVNDVM dicẽdũ, quod pęna & culpa nõ diuidunt malũ simpliciter, sed malum in rebus voluntariis.

AD TERTIVM dicendum, ꝙ tentatio prout importat prouocationem ad malũ, semper malum culpæ est in tentante, sed in eo qui tentatur non est propriè, nisi secundum quod aliqualiter immutatur. Sic. n. actio agentis est in patiente. Secundum autem quod tentatus immutatur ad malum a tentante, incidit in culpam.

AD QVARTVM dicendum, quod de rõne pęnæ est, quod noceat agenti in seipso. Sed de rõne culpæ est, quod noceat agenti in sua actione. Et sic vtrunq; sub malo continetur, secundum quod habet rationem nocumenti.

ARTI-

tranag. Graue nimis) excommunicationem latam incurras. Sed ad id, vnde sumus digressi parum. Contra Libertinos igitur pugnat vtique articulus iste: dum malum probat sufficienter diuidi, non secundum opinionem, sed secundum rei veritatem in pœnam, & culpam. Secundo habes: quomodo per rationem ostendas, Libertinos recte damnari a &c. vt supra ar. 2. Et semper memento, quod malo culpæ in veritate ad missio, oportet; malum pœnę admitti; & consequenter, quod qui damnat, Libertinos quoad illorum dictum de peccato, condemnare etiam eos intelligitur quoad pœnam. Item a regulis fidei, ab Aug. traditis &c. vt supr. ar. 1. Circa finem enim illius capituli mala duo ista reperiri inuenies, non opinatiue, sed secundum rei veritatem. Item a b Isa. 45. Ego Dominus faciens pacem, & creans malum. Item a Sap. 1. Deus mortem non fecit. Dictum Isaiæ, & sapientiæ coniungas simul, & mox apparebit, quod quæris. Vt: Deus creat malum, & non creat mortem; siue Deus facit malum, & non facit mortem. Quomodo non facit mortem? Quia non facit mortem quoad proximam causam mortis, seu quia nō facit causam proximam mortis, i. non facit peccatū. Proxima n. causa mortis fuit peccatum. q. 97. art. 1. cum non fuisset Adam mortuus, nisi peccasset. Quomodo ergo creat Deus, seu facit, malum? Malum pœnæ. Duplex ergo malum cum ponant hæ scripturæ, per hoc dānant Libertinos. Tertio uides quomodo ex his vicissim Angelica, firmetur conclusio, atque declaretur.

Comm. Cardinalis Caietani.

Titulus suscipiatur ut iacet, intelligendo per culpam malum quod agimus per pœnam vero, malum quod patimur.

¶ In corpore una conclusio responsiua quæsito limitate, s. oē malum in rebus uoluntariis, est pœna vel culpa. In qua cōclusione tria continentur, s. omne malum & in rebus voluntariis, & pœna vel culpa. Et propterea hæc tria, ordinate procedendo declarat. Primo igitur distinguit malum in cōi, in malum rei, & malū operis. Quam distinctionem probat ex distinctione boni, in bonitatem per modum actus primi, & actus secundi. Secundo ostendit, quod rōnabiliter malum in uoluntariis sortitum est speciales rationes, distinctiones, & nomina: sic, bonum simpliciter est obiectum voluntatis. ergo malum secundum specialem rationē inuenitur in uoluntariis creaturis. Probatur consequentia quia malum est priuatio boni, ac per hoc, sicut bonum specialiter reperitur in uoluntario, ita & malum. Demum tertium principaliter intentum manifestat sic. Malū rei hēt rōnem pœnæ in rebus voluntariis supposito pcipue, quod oia diuinæ prouidentiæ & iustitiæ subduntur, malum uero operationis in eisdē, hēt rōnem culpæ. ergo oē malum in reb. uoluntariis est pœna, vel culpa. Antecedens quo ad primā partē manifestatur, quia de rōne pœnæ est, quod sit cōtrariā uoluntati. quoad secundā vero, quia hoc alicui imputatur in culpam, qui s. deficit a pfecta actione existēte in potestate eius cōsequētia uero nota est, ex distinctione mali pposita.

Ægid. 2. s. d. 37 q. 2. artic. 3.

Bannes ar. 6.

SVP. Q. XLVIII. ART. VI.

CONCL. Culpa plus habet de ratione mali, quam pœna quęcunque: etiam secundū quod priuatio glōæ Dei & gloriæ, sūt qdā pęnæ.

257 1. 2. q. 19. a. 1. cor. & q. 76. a. 4. co. Et 2. d. 37. q. 2. art. 2. co. Et mal. q. 1. ar. 5.

¶ PROB. 1. Quia ex malo culpæ fit homo malus, non autem ex malo pœnę (cum culpa consistat in deordinato actu uoluntatis, pœna autem in priuatione alicuius eorum, quibus utitur uolūtas) 2 Quia malum culpæ opponitur bono increato, secundum quod in seipso amatur: malum autem pęnæ bono creato, uel increato, secundum quod a creatura participatur.

* Ar. præc.

1^m^ de maiori.

Vt a. Secundum quod dicit terminum: non, secundum, quod dicit finem. § Tunc &c Præmium enim est, nō tantum terminus, sed etiā finis meriti. Pœna autem est tantum terminus culpæ; & culpa est finis pœnæ, inquātum scilicet pęna inducitur ad hoc, ut uitetur culpa. Pœna igitur nō est maior, quam culpa; sed ęconuerso. Simile dicitur a Philosopho cōtra quendam antiquorum, quod. s. mors non est finis uitæ, sed terminus, eo quod mors nō est fm se appetibilis, licet fm se terminet uitā.

* C. 4 par. 4 cir. med.

2^m^ de minori.

Bo- Bono agentis. a. illi, quod est agētis perfectio prima. § Tunc &c. Nā ordo actionis, q tollitur &c. ut i tex. Ex quo dic quod argumētū decipiebatur putādo, culpā nō cōtraponi bono agētis. Cōtraponit. n. vtraq; s. & pœna & culpa bono agētis: sed pęna rationeintegritatis ipsius (id quod est pfectio prima) culpa aūt rōne actionis ipsius (id quod est pfectio secūda) Vide q. 5. ar. 1. ad primū, & ibi dicta seruā tibi ,p,p,ēti ,ppositō, qtū sufficit. Applicabis igitur bene, quæ applicanda erunt.

3^m^ de minori.

Priuationem. a. uoluntatam

ARTICVLVS VI.

Vtrum habeat plus de ratione mali pęna, quam culpa.

AD SEXTVM sic proceditur. Videtur, quod habeat plus de rōne mali pœna quam culpa. Culpa. n. se hēt ad pœnā, vt meritū ad præmium. Sed præmium hēt plus de ratione boni, quam meritum, cum sit finis eius. Ergo pœna plus habet de ratione mali, quā culpa.

¶ 2 Præt. Illud est maius malum, quod opponitur maiori bono. Sed pœna sicut dictū est,* opponit̄ bono agētis, culpa aūt bono actionis. Cū ergo melius sit agens quā actio vr̄ quod peius sit pœna quam culpa.

¶ 3 Præt. Ipsa priuatio finis, pęna, quædā est, quæ dr̄ carētia uisionis diuinæ. Malum aūt culpæ est per priuationē ordinis ad finē ergo pęna est maius malum quam culpa.

SED CONTRA, Sapiēs artifex inducit minus malum ad vitandū maius, sicut medicus præcidit mēbrum ne corrumpatur corpus. Sed Dei sapientia infert pœnam ad vitandam culpam. Ergo culpa, est maius malum quam pœna.

RESP. Dicendum, quod culpa habet plus de ratione mali quam pęna. Et non solum quam pœna sensibilis, quę consistit priuatione corporalium bonorum, cuiusmodi pęnas plures intelligunt, sed etiā vt̄ accipiendo pœnam, secundum qd priuatio gratiæ, vel gloriæ, pœnæ quædam sunt. Cuius est duplex ratio. Prima quidem est, quia ex malo culpæ fit aliquis malus, non aūt ex malo pœnæ, secundum illud Dion. * 4. c. de diu. nom. Puniri nō est malum, sed fieri pœna dignum. Et hoc ideo est, quia cum bonum simpliciter consistat in actu, & nō in potentia, vltimus aūt actus est operatio vel vsus quarumcunq; rerū habitarū, bonū hois simplr̄ cōsideratur in bona operatione, vel bono vsu rerū habitarum. Vtimur aūt reb. oib. per uoluntatem. Vnde ex bona volūtate qua homo bene vtit̄ reb. habitis, dr̄ homo bonus, & ex mala malus. Pōt. n. qui habet malam voluntatem, et bono qd hēt, malè vti, sicut si grammaticus voluntariè incongruè loquat̄. Quia ergo ipsa culpa consistit in deordinato actu voluntatis, pœna verò in priuatione alicuius eorum quibus vtitur voluntas: perfectius habet rationem mali culpa quam pœna.

Secunda rō sumi pōt ex hoc, quod Deus est author mali pœnę, nō aūt mali culpæ. Cuius rō est, quia malum pœnæ priuat bonum creaturæ, siue accipiatur bonum creatura aliqd creatum, sicut cæcitas priuat visum, siue sit bonum increatum, sicut per carentiam visionis diuinæ, tollitur creaturę bonum increatum. Malum verò culpæ opponitur propriè bono increato. Contrariatur. n. impletioni diuinæ voluntatis & diuino amori, quo bonū diuinum in seipso amatur & non solum secundum quod participatur à creatura. Sic igitur patet, quod culpa habet plus de ratione mali quam pœna.

D. 503. D. 840.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod licet culpa terminetur ad pœnam, sicut meritum ad præmium, tamen culpa non intenditur propter pœnam, sicut meritum propter præmium, sed potius econuersò, pœna inducitur ut vitetur culpa. Et sic culpa est peius quam pœna.

AD SECVNDVM dicendum, quod ordo actionis q̄ tollitur p culpā, est pfectius bonum agētis, cum sit pfectio secūda, q̄ bonum quod tollitur per pœnam, quod est perfectio prima.

AD TERTIVM dicendum, quod nō est comparatio culpæ ad pœnā, sicut finis & ordinis ad finē, quia vtrunque pōt priuari aliquo mō, & per culpā, & per pœnā. Sed per pœnā quidē, fm quod ipse hō remouetur a fine & ab ordine ad finem. Per culpam verò, fm quod ista priuatio pertinet ad actionem, quæ non ordinatur ad finem debitum.

ARTI-

tariam: non inuoluntariam. §. Tunc &c. Nam priuatio voluntaria, inquantum. s. per actionem propriam sibi quis voluntarie aufert aliquid debitum, est peior, ac damnabilior: quam priuatio inuoluntaria, inquantum. s. quis inuoluntarie priuatur aliquo bono sibi debito. Cum ergo & per actionem voluntariam peccando quis semetipsum priuet fine, ordineq; ad finem, & ab alio iuste puniente inuoluntarie priuetur vtroque: patet quod culpa est maius malum, quàm pœna.

APPENDIX.

Vtilitas pro Eccle. S. Dei.

EX articulo habes primo: quomodo per rationem ostendas, meritò Dan. 13. insinuatum q culpa est peior quam pœna etiam mortis, per id quod Susanna dixit: Melius est mihi incidere in manus vestras absq; opere, quam derelinquere legem Dei mei. Item Psal. 83. Elegi abiectus esse in domo Dei mei magis, quam habitare in tabernaculis peccatorum. Item Hebr. 11. Fide Moyses grandis effectus negauit, se esse filium filiæ Pharaonis: magis eligens affligi cum populo Dei, quam temporalis peccati habere iucunditatem; maiores diuitias æstimãs Thesauro Aegyptiorum improperium Christi. Has enim, & similes auctoritates meritò esse dictas potes ex ratione articuli conuincere; pro quanto culpam deteriorem esse, quam pœna, innuunt. Item ex ratione eiusdem ostendes; Apostolum merito dixisse Roma. 9. Optabam ego ipse anathema esse a Christo pro fratrib. meis, qui sunt cognati mei secundum carnem. Pro quanto hic insinuat Apostolus, q peius est esse in peccato mortali, quam priuatum esse visione diuinæ essentiæ. Minus. n. malum reputat esse, quod ipsemet priuetur uisione tali: quam quod fratres sui Iudæi maneant in infidelitate. Vide ibi expositionem Angelici Doctoris. Secundo habes: quomodo verum sensum illorum, quem prædiximus, ualide tuearis. Tertio uides; quomodo ex his, similibusq; vicissim Angelica doctrina firmetur, atque declaretur. a 3

¶ NOT. Præsenti seruit articulo articulus in ordi. 256. 25. 28.

Comm. Cardinalis Caietani.

TItulus clarus ex præcedentibus.

¶ In corpore vnica est cõclusio responsiua quæsito. Culpa plus habet de ratione mali quam pœna quæcunque tã sensus q̃ damni. Et probatur dupliciter: primò, ex malo culpæ fit aliquis malus, ex malo pœnæ: non, ergo. Antecedens probatur dupliciter Primo authoritate Diony. 2. ratione sic. Bonum simpliciter consistit in actu: ergo bonũ hominis simpliciter consistit in bono vsu rerũ habitarũ. Ergo ex bona voluntate qua homo bene vtitur reb. habitis, dr̃ bonus homo & ex mala malus. ergo pfectius habet rõnem mali culpa quã pœna. pri ma consequentia probatur, quia vltimus actus est operatio, seu vsus rerum; secunda vero, quia utimur reb. oibus per voluntatem, & explanatur secũda pars consequentis eius. s. ex mala malus, quia potest quis ẽt bono, malè uti, vt patet de grammatico. Tertia autem, quia culpa consistit in deordinato actu voluntatis, pœna uero in priuatione alicuius eorum, quibus vtitur voluntas. Secunda verò ratio est, Deus est actor mali pœnæ, & non mali culpæ, ergo malum culpæ est incomparabiliter prius. Antecedens probatur sic: Malum pœnæ priuat bono creaturæ, malum vero culpæ opponitur propriè bono increato. ergo illius potest esse causa Deus nõ huius. Antecedens hoc. quo ad primam partem manifestatur in duplici bono creaturæ. s. possessio & participatio. Quoad secundã verò probatur sic, Malum culpæ contrariatur impletioni diuinę voluntatis, & diuino amori, quo bonum diuinum in seipso amatur. ergo opponitur bono increato.

¶ Esset hic dubitandum, quõ bono diuino potest aliqd opponi, & diuina voluntas non impleri. Sed quoniam hoc in tractatu de voluntate diuina discussum est, & illud in quæstione sequenti, articulo tertio tractatur ideo nunc transeamus.

QVAESTIO XLIX.

De causa mali, in tres articulos diuisa.

CONSEQVENTER quæritur de causa mali. ET Circa hoc quæruntur tria.

¶ Primò, Vtrum bonum possit esse causa mali.

¶ Secundò, Vtrum summum bonum, quod est Deus, sit causa mali.

¶ Tertiò, Vtrum sit aliquod summum malum, quod sit prima causa omnium malorum.

ARTICVLVS PRIMVS.

Vtrum bonum possit esse causa mali.

258 1. 2. q. 75. 2. 2. Et 2. d. 1. q. 1. ar. 1. ad 2. Et d. 34. ar. 3. Et 2. cõ. c. 46. Et li. 3. c. 9. & 10. Et mal. q. 1. ar. 3.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur, q bonum nõ possit esse causa mali. Dicitur. n. Matth. 7. Non potest bona arbor malos fructus facere.

¶ 2 Præt. Vnum contrariorum non potest esse causa alterius. Malum autem est contrarium bono. Ergo bonum non potest esse causa mali.

¶ 3 Præt. effectus deficiens, nõ procedit nisi a causa deficiente: sed malum si causam habeat, est effectus deficiẽs. ergo habet causam deficientem. Sed omne deficiens malum est. Ergo causa mali non est nisi malum.

* c. 4. parte 4. a med.

¶ 4 Præt. Dion. * dicit 4. c. de diu. no. quod malum non habet causam: ergo bonum non est causa mali.

† Li. 1. con. Iul. c. 9. parum ante med. to. 7.

SED CONTRA est, quod Aug. † dicit contra Iolianũ, Non fuit omnino vnde oriri posset malũ, nisi ex bo.

D. 838.

RESP. Dicendũ, q necesse est dicere, quòd oẽ malum aliqualiter causam d habeat. Malum. n. est defectus boni, quod natum est, & dẽt haberi. Quod aũt aliquid deficiat a sua naturali & debita dispositione, non põt prouenire nisi ex aliqua causa trahente rem extra suam dispositionem. Non enim graue mouetur sursum, nisi ab aliquo impellente, Nec agens deficit a sua actione, nisi pp aliquod impedimentũ. Esse aũt est cãm nõ põt conuenire nisi bono: qa nihil põt esse cã nisi inquantum est ens. Oẽ aũt ens inquantum hmõi, bonum est. Et si cõsideremus spãles rõnes cãrum, agens, & forma, & finis, perfectionẽ quandã important, q̃ pertinent ad rõnem boni. Sed & materia, inquantum est potentia ad bonum, hẽt rõnem boni. Et quidẽ quod bonum sit cã d mali per modum causæ materialis, iã ex pmissis patet. * Ostensum est enim quod bonum est subiectum mali. Cãm autẽ formalem, malum non habet: sed est magis priuatio formæ. Et similiter nec cãm finalem, sed magis est priuatio ordinis ad finem debitum. Non solum. n. finis hẽt rõnem boni, sed ẽt utile, q ordinatur ad finẽ. Causam autẽ per modum agẽtis habet malum: non autem per se: sed per accidẽs.

Ferr. 2. com. c. 46. Scot. 4. 5. d. 49. q. 9. Duran. 4. 5. d. 49. q. 8. S. Bon. 1. 5. d. 3. q. 3. artic. 2. Alen. 1. p. su q. 4. men. 2. Riccar. 1. 5. d. 8. q. 1. Mairo. 1. 5. d. 9. q. 2. Cap. 2. d. 34. q. 7. conc. 2. Bannes. q. 49. ar. 1.

SVPER Q. XLIX.

ART. I.

D. 291. * Q. prec. ar. 4.

CONCL. Necesse est dicere, quod omne malum aliqualiter bonam causam habeat.

¶ PROB. 1. Quia malum est defectus boni debiti: Et, quod aliquid deficiat a debita dispositione, prouenit necessariò ab aliqua causa (Hæc est ens. ergo bonũ) trahente rem extra dispo-

Ad cuius euidẽtiam sciendum est, quod aliter causatur malum in actione, & aliter in effectu. In actione quidẽ cãtur malũ pp defectum alicuius principiorum actionis, uel principalis agentis, vel instrumentalis. Sicut defectus in motu aĩalis põt contingere, vel pp debilitatem virtutis motiuę, vt in pueris, uel propter solã ineptitudinem instrumẽti, ut in claudis. Causatur autem malum in re aliqua, non tamen in proprio effectu agentis, quandoque ex uirtute agẽtis, quandoque autem ex, defectu ipsius, vel materiæ. Ex virtute quidẽ vel pfectione agentis, qñ ad formã intẽtam ab agente sequitur ex necessitate alterius formę priuatio: sicut ad formam ignis sequitur priuatio formæ aeris, vel aquæ. Sicut ergo, quanto ignis fuerit perfectior in

dispositionem illam. Quia bonū est ceu causa materialis mali: & causa, uelut efficiens per accidens, mali: licet non formalis, neq; finalis.

1m ex Matth.

D. 1061. Arbor bona fructus malos. R. Idest voluntas bona actus moraliter malos. §. Tunc &c. Ad hoc enim, q̃ bonū sit causa mali, sufficit: quod creatura rationalis, quæ bona est, causet motus malæ voluntatis: nec requiritur (vt argumentū credebat) q̃ bona volūtas causet actus moraliter malos.

* In isto 2.

2m de maiori.

Causa. R. Per se: non, per accidens. §. Tunc &c. Nam bonum esse efficienté causam mali per accidens tātum, dixit conclusionis secunda probatio. Fallitur ergo arguens: dum bonum esse causam p se mali, nos dicere imaginatur, atque ideo cōtra nos taliter arguit.

* Li. 1. cō. Iul. ca. ult. non multū a ti. tom. 7.

3m de minori.

Secunda. Malū.

R. Per accidens, i. bonū cum defectu: non, per se,

in virtute, tanto perfectius imprimit formam suam, ita etiā tanto pfectius corrumpit contrariū. Vnde malum, & corruptio aeris & aquæ est ex perfectione ignis, sed hoc est per accidens: quia ignis non intendit d priuare formam aquæ sed inducere formam propriam, sed hoc faciendo causat, & illud per accidens. Sed si sit defectus in effectu proprio ignis, puta, q̃ deficiat a calefaciendo, hoc est vel pp defectū actionis, quę redundat in defectū alicuius principii, vt dictum est: * vel ex indispositione materiæ, q̃ non recipit actionem ignis agētis. Sed & hoc ipsum q̃ est esse deficiés accidit bono, cui per se competit agere. Vnde verum est, quod malū secundum nullum modum habet causam nisi per accidés. Sic autem bonum est causa mali.

AD PRIMVM ergo dicendum, q̃ sicut Augu. * dicit contra Iulianum, arborem malam; appellat Dominus voluntatem malam, & arborem bonam, voluntatem bonam. Ex voluntate auté bona non producitur actus moralis malus, cum ex ipsa volūtate bona iudicetur actus moralis bonus. Sed tamen ipse motus malæ volūtatis causatur a creatura rationali quę bona est. & sic est causa mali.

AD SECVNDVM dicendum, q̃ bonum non causat illud malum, qđ est sibi contrarium, sed quoddā aliud. Sicut bonitas ignis causat malum aquæ, & homo bonus secūdum suam naturam causat malum actum secundum morem. Et hoc ipsum per accidens, est vt dictum est *. Inuenitur autem, quod etiam vnum contrariorum causat aliud per accidens. Sicut frigidum exterius ambiens, calefacit, inquantum calor retrahitur ad interiora.

AD TERTIVM dicendum, q̃ malum habet causam deficienté, aliter in rebus voluntariis, & naturalibus. Agens. n. naturale, producit effectum suum talem, quale ipsum est: nisi impediatur ab aliquo extrinseco, & hoc ipsum est quidé defectus eius. Vnde nunquā sequitur malum in effectu, nisi pexistat aliquod aliud malum in agēte, vel materia, sicut dictum est. * Sed in rebus volūtariis, defectus actionis a voluntate actu deficiente procedit, inquantum non subiicit se actu suæ regulę. Qui tamen defectus non est culpa, sed eum sequitur culpa, ex hoc quod cum tali defectu operatur.

AD TERTIVM dicendum, quod malum non habet causam per se, sed per accidens tantum, ut dictum est.

se, i. defect⁹ ipse. §. Tūc &c. Malum. n. dicimus habere causam deficiétem, i. agentem cū defectu: non, q̃ ipse perse defectus agat, vt arbitratur argumentum.

4m ex Diony.

Causam. R. Per se: nō, per accidens. §. Tunc &c. ut patet ex litera in corpore, in ad secundum & tertium.

* In corp. ar. Et q. 19 ar. 9.

APPENDIX.

EX articulo habes primò: quomodò per rationem ostēdas; rectè dictū fuisse Iob 5. Nihil in terra sine cā fit. Hoc ergo malū, vel illud, non fieret in terra: nisi haberet causam. Cā uerò est ens (vt patet); & ens, vt sic, est bonum: ergo p illud in Iob dictum innuit scriptura sancta, q̃ malum est causa boni. Secundo habes: quomodo per rationé hoc a scripturis insinuatū in sēsu sano intelligas, declares, probes, tuearis. Tertio uides quomodo ex hoc, similibusq; locis, vicissim psens stabiliāt articulus.

* In cor. a. 2

3

¶ NOT. Articulo isti vtrūque suppetias fert articulus in ordin. 254. 255. 30. 253. 123.

Comm. Cardinalis Caietani.

TItulus iacet: de causa in communi, sumendus est.

¶ In corpore, duo facit. Primo, respondet quæsito in cōi affirmatiuè. Secundò, in speciali fm singula genera causarum.

¶ Quoad primū conclusio rńsiua est. Cā mali est bonū. Et pbatur sic. Malum est defectus boni debiti. ergo oē malum hēt aliquā cām; ergo cā mali est bonū. Prima consequētia probatur quia defectus a naturali, & debita dispōne necessario prouenit ex aliqua causa trahēte ré extra suā dispónem: Quod probatur inductiuè: primò in malo rei, exemplo motus grauis, secundo in malo actionis, qm non nisi ex impedimento prouenit. Secunda aūt consequētia probatur: quia esse cām soli bono conuenit, qđ dupliciter probatur. Primò vniuersaliter: quia esse cām cōuenit soli enti, ergo soli bono. & tenet sequela, qa oē ens inquantum huiōi, est bonū. Secundo, in singulis generib. causarū. quia agens finis, & forma perfectionem & consequenter bonitatem, important. Materia quoque, bonum rationem habet, prout potentia bonum est. omnis igitur causalitas bono soli conuenit.

¶ Quoad secundū ponit quattuor conclusiones, iuxta quatuor genera cārum prima est iuxta cām materialé bonum est cā mali materialiter. probatur: quia est eius subiectū. Secunda est: malum nō habet cām formalé. Probatur, quia est priuatio formę. Tertia est: malū non hēt cām finalé. Probatur, quia est priuatio ordinis ad debitum finé, ac per hoc boni vtilis, i. ad finé. Quarta est malum hēt cām efficientem non p se, sed per accidens. Et hāc manifestat distinguendo sic. Malum actionis & malum rei diuersimodè cāntur, Nā malū actionis cātur ex defectu principii principalis, vel instrumētalis: malū vero, rei non curādo, utrū illa res sit effectus pprius agētis, vel non, cātur tripliciter, sciq; ex virtute agētis, sīq; ex defectu agentis, sīq; ex defectu materiæ. Hac distinctione stante probatur, quod nunquā malū habet cām efficienté, nisi p accidens. & primo q dē, qm cātur ex uirtute agentis qa agēs per se intendens inducere formā propriam, per accidens, intendit nocere oppositæ. Secūdo reduci cæteros mōs in unū, qđ est agens esse deficiens, & pbat intentū sic. Esse deficiés accidit bono. ergo malū fm nullū modū hēt cām nisi p accñs. & tenet, sequela: qa bono p se cōpetit agere. Reductio āt pfata fit sic, reliqui modi cōtinebāt malū, aut effectus pprii aut actionis: sed defectus effectus pprii est, uel ex defectu actionis, vel ex defectu passionis, & hoc q dē ex materia, ille uero ex defectu actiui principii pcedit, & uterq; rursus cōstituit cām defi cere. ergo ois modus quo malū prouenit, ad deficere agentis reducitur, undecūq; oriatur defectus. Et sic hī author oia mébra totius diuisionis plustrauit, ad duo reducta, s. malū effectus extranei, & malū effectus pprii in hoc. n. ét malū actionis cōprehēdit quo ad cām. In rńsione ad tertiū. Aduerte, q̃ cū dī q̃ defect⁹ subiectionis regulæ, nō est culpa: sed eū sequitur culpa, pt hī & male intelligi. Si intelligat̄ de defectu tali absolute, verū dī. Si āt de defectu hoc, i. applicato ad hūc operātē sine rńa, falsū est, qm ex ipsa applicatione ad hūc, nūc sic operanté culpæ rōné sortitur.

Ferr. 2. cont. c. 40.
Cap. 2. d. 36 q. 1. con. 3. & d. 37. q. 1. con. 1.
Bannes. ar. 2.
Alb. Mag. 2. d. 3. ar. 13.

259 SVP. Q. XLIX. ART. II.

3. d. 32. q. 1 a. 1. & d. 37. q. 3. ar. 1. Et 2. con.

COncl. Malum, q̃ vel in defectu actionis

ARTICVLVS II.

Vtrum summum bonum, quod est Deus, sit causa mali.

AD SECVNDVM sic proceditur. Vr̄, quod summū bonū, quod est Deus, sit causa mali. Dicitur. n. Esa. 45. Ego dn̄s, & non est alter Deus formans lucem, & creans tenebras, faciens pacem, & creans malum. Et Amos. 3. Si erit malum ciuitate, quod Dominus nō fecerit.

¶ 2 Prçt. Effectus causæ secundæ reducitur in causam primam. Bonum aūt est cā mali, vt dictum est. Cū igitur ois boni, causa sit Deus (vt supra ostensum est †) sequitur

ctionis consistit, uel ex defectu agentis causatur, non reducitur in Deum, sicut in causā: sed malū, quod in corruptione rerum aliquarum consistit, reducitur in Deum, sicut in causam.

¶ PROB. Quia malū in defectu actionis cōsistens,

c. 40. & li. 3. c. 71. Et Ioan. 9. Et Ro. 1. lec. 6.
* Ar. prec.
† q. 6. ar. 1. & 4.

ꝙ etiam omne malum sit à Deo.

¶ 3 Præt. Sicut dr̃ in 2. Phys.* Idem est causa salutis nauis, & periculi. Sed Deus est causa salutis omnium rerum. Ergo est ipse causa omnis perditionis & mali.

SED CONTRA est, quod dicit Aug. † in lib. 83. q. quod Deus non est author mali, quia non est causa tendendi ad non esse.

RESP. Dicendum, ꝙ sicut ex dictis patet, * malum quod in defectum actionis consistit, super causatur ex defectu agẽtis. In Deo aũt nullus defectus est, sed summa pfectio, vt supra ostensum est. † Vnde malum, quod in defectu actionis consistit, vel quod ex defectu agentis causatur, non reducitur in Deũ sicut in causam, Sed malum, quod in corruptionem rerum aliquarũ consistit, reducitur in Deum, sicut in causam. Et hoc patet tam in naturalibus, quam in voluntariis. Dictum est. n. † ꝙ aliquid agens, inquantum sua virtute producit aliquam formam, ad quã sequitur corruptio & defectus, causat sua virtute illam corruptionem, & defectũ. Manifestum est autem, quod forma, quam principaliter Deus intẽdit in rebus creatis, est bonum ordinis vniuersi. Ordo aũt [d] vniuersi requirit, vt supra dictum est, * quod quædam sint quæ deficere possint, & interdum deficiant. Et sic Deus, in rebus causando bonum ordinis vniuersi, ex consequenti & quasi p accidens, causat corruptiones rerũ, secundũ illud quod dicitur 1. Reg. 2. Dominus mort. & viuificat. Sed quod dicitur Sap. 1. quod Deus mortem non fecit, intelligitur quasi per se intentam. Ad ordinem auté vniuersi pertinet ordo iustitiæ, qui requirit, vt peccatoribus pœna inferatur. Et secundum hoc, Deus est author mali, quod est pœna, non autem [d] mali, quod est culpa, ratione supra dicta.

AD PRIMVM ergo dicendum, ꝙ authoritates illæ loquuntur de malo pœnæ: non autem de malo culpæ.

AD SECVNDVM dicendum, ꝙ effectus causæ secundæ deficientis, reducitur in causam primam non deficientem, quantum ad id, quod habet entitatis & perfectionis: nõ autem quantum ad id, quod habet de defectu. Sicut, quicquid est motus in claudicatione, causatur à virtute motiua: sed quod est obliquitatis in ea, non est ex virtute motiua: sed ex curuitate cruris. Et similiter, quicquid, est entitatis, & actionis in actione mala, reducitur in Deũ sicut in causam: sed quod est ibi defectus non causatur a Deo, sed ex causa secunda deficientem.

AD TERTIVM dicendum, ꝙ submersio nauis attribuitur nautæ, vt causę, ex eo ꝙ non agit, quod requiritur ad saluté nauis. Sed Deus non deficit ab agendo qđ est necessariũ ad salutem. Vnde non est simile.

sistem, causatur semper ex defectu agentis: & in Deo nullus esse potest defectus. Secunda autem pars. s. sed malum &c. probatur. Quia agens inquantum virtute sua producit quoddam bonum, ad quod sequitur aliquis defectus, causat sua virtute illum defectum: Et Deus de principali intento suo producit bonum ordinem vniuersi, ad quem ordinem sequitur defectus aliquarũ rerum (patet in exemplis secundum literã).

* li. 2. phy. tex. 30. t. 2.

1^m ex Isai. Amos.

Malum, malũ. ℞. Pœnæ; non culpæ. §. Tunc, &c. vt in conclusione patet.

† li. 83. qst. q. 21. ime. tom. 4.

2^m de maiori.

* Ar. præc.

Effectus. ℞. Quantum ad id, quod habet entitatis; non quantum ad id, quod hẽt defectus. §. Tunc &c. vt patet in textu. Et nota, ꝙ loquitur responsum de reduci in primam causam non deficientem. Et de effectu, qui est culpa, seu qui, est in actione mali.

† q. 4. per totam.

3^m ex philosopho.

Idem est causa salutis nauis, & periculi. ℞. Sed non vniformiter. §. Nõ est causa periculi conditionaliter, idest si nõ agit, quod debet agere ad salutem; est autem causa salutis absoluté. Tunc, &c. Nam Deus non deficit ab agendo id, quod est necessariũ ad salutem cuiusque. Tantum igitur abest, quod Deus sit, vel possit esse causa nec etiam per accidens peccati (ꝙ est submersio nauis nostræ, idest animæ) vt ét semper continue tẽdat in contrarium, inquãtum. s. nunquam deficit ab agendo id quod est necessarium cuique ad salutem, id quod significatum est ab ipsomet Deo veracissimo. Apoc. 3. Ego sto ad ostiũ, & pulso. Idest non tantum steti, aut stabo, sed sto, quod continuitatem significat. Et nota, ꝙ loquitur de uniuscuiusque particularis ostio: vt de contextu hoc innuens, subinfert, Si quis (en, sine acceptione personarum) aperuerit mihi, intrabo ad illum, & cœnabo cum illo, & ipse mecum. Idem quoque clarissimé: monstratur Isa. 5. quid est quod vltra debui facere vineæ meæ, & non feci? Item Matth. 20. Paterfamilias exijt primo mane, circa horam tertiã, sextam, nonam, vndecimam. Et in multis aliis scripturę sanctæ locis hæc solicitudo Dei erga salutem cuiusque nostrum ostenditur, ita vt homo periclitans sit ex hoc inexcusabilis, & Deus totaliter inculpabilis.

† Ar. præc.

D. 806.

* q. 48. a. 2. & q. 22. artic. 2.

A P P E N D I X.

Ex articulo habes: primo quomodo per rationem interimas hæresim Colluthi dicentis. Malum qualecunque siue culpæ, siue pœnę non esse a Deo. Item Blasti dicentis: Malum (De malo culpæ, cum hic sequentibus intelligit) esse à Deo, & Deum facere mala, non tantum permissiué: sed ẽt effectiué. Item cõsequenter illam, quæ ad hanc reducitur (Directo. Inquisit. 2. p. q. 10.) dicentem: mala tantum placere Deo, quantum bona. Item illas horrendissimas Caluini, q. 19. art. 9. narratas, Melãctonis, & Manetis. Secundo habes quomodo per rationem ostẽdas, omnes has rite damnari à scripturis. Hierem. 11. ubi loquitur Deus sic. Ecce ego inducam super eos mala, de q̃bus exire non poterunt: clamabũt ad me, & non exaudiam eos, & ibunt & clamabunt ad Deos, quib. libant & non saluabunt eos in tempori afflictionis eorum. Hieremias enim hic, secundũ cõtextũ, accipit ly mala, p malis pœnæ, siue p afflictionib. Itẽ Ionæ. 3. & uidit Deus opera eorũ, q̃a conuersi sunt de uia sua mala, & misertus est Deus super malitiã, quã locutus fuerat, ut faceret eis, & nõ fecit. Ecce, ꝙ Ionas ly malitiã, accipit p malis pœnę. i. p subuersione urbis contra Niniuitas prænũciata. Sic. n. plerũq; malitia sumit in sacro eloquio, ut, Matth. 6. Crastinus. n. dies solicitus erit sibiipsi, sufficit diei malitia sua. Hoc est, sufficit cuiq; diei, ut p requisitis ad illum diẽ necessariis, afflictionẽ, pœnam, tribulationem, toleret. Et nota, quod huiusmodi malitia quãdoque vocatur malignitas, & tamen semper respectu Dei malum pœnæ tantum significat. Vt Exod. 32. secundum vnam translationem ab Ecclesia in Missis receptam, placatusque est, inquit, dominus super malignitate, quam dixerat facere populo suo. Item quomodo rectè damnatur Amos. 3. Non est malum in ciuitatę, quod non fecerit Dominus. Ecce per Amos nulla tribulatio est, quæ nõ ueniat a Domino, uel faciente proprie, idest effectiue, si sit pœna, uel faciente ad modum impropriissime, atque largissime, idest permittente, si sit culpa. Item a &c. ut q. 19. art. 9. vide ibi. Item ab Osęa. 13. Perditio tua ex te Israel est, in me tantummodo auxilium tuum. Ergo Deus nullo modo est causa peccati nostri, quod utique est perditio, & non auxilium, nostri. Item odio sunt Deo impius, & impietas eius. Vide etiam q. 48. ar. 5. in append. Tertio uides; quomodo ex his uicissim firmetur doctrina præsens Angelica.

D. 503.

Comm. Cardinalis Caietani.

Vtilitas pro Eccle. S. Dei.

TItulus satis ex prædictis patet.

¶ In corpore duas conclusiones respõsiuas ponit iuxta duo genera malorũ superius distincta. prima est. Malum actionis, non reducitur in Deum sicut in cãm. Et probatur sic. Malum actionis cãtur ex defectu agentis: ergo nõ reducitur in Deũ ut cãm. & tenet sequela, q̃a ĩ Deo nullus est defectus, sed sũma pfectio.

¶ Secunda conclusio est Malum rerũ aliquarum, reducitur in Deum sicut in cãm, & probatur hoc, tam in naturalib. quam in voluntariis, & primo, in naturalib. sic. Deus intendit ut formam principaliter intentam in reb. creatis, bonum ordinis uniuersi, exigens quædam defectiua & actualiter interdum deficientia: ergo causando bonum ordinis uniuersi, per accidens causat mala rerum. Consequentia probatur, quia agens per se producens formam, ad quã sequitur corruptio & defectus, causat illã corruptionem & defectum per accidens. Et confirmatur consequẽs, authoritate Scripturæ, & simul excluditur instantia authoritatis, apparentis in oppositum, Sapientiæ primo. Deinde ex eodẽ membro probatur, in uoluntariis sic. Ordo uniuersi exigit ordinem iustitię punitricis peccatorum. ergo malum pœnæ est etiam a Deo.

¶ Circa hæc, dubium occurrit, an prima cõclusio intelligatur uni-

vniuersaliter de omni malo actionis, an tantum in voluntariis. Si enim intelligitur, vniuersaliter, tunc sequitur, quod claudicatio Socratis non sit à Deo, quia est malum actionis. Et sic hoc concedatur manifestè sequitur, Deum non esse actorem mali pœnæ, cum claudicatio sit de numero pœnarum. Et quod de hoc dicitur, simile potest adduci de cæteris defectib. actionum, puta visionis auditionis &c. Et sic periret scriptorum sanctorum doctrina, tradens hæc omnia esse à Deo, vel ad punitionem, vel ad augmentum meriti, &c. Si autem intelligitur in voluntariis tātum, oblitus videtur author limitationis, quod literæ non consonat, eo quod manifeste secundam conclusionem vniuersaliter tractat, & locus iste de malo, uniuersalem tractatum exigit.

¶ Ad hæc breuiter dicitur, quod conclusio, intelligitur de omni malo actionis, sed formaliter, inquantū actio est. Et cum dr̄: ergo claudicatio Socratis non reducitur in Deum, distinguatur quod claudicatio inquantum sonat defectum actionis ut sic, nō reducitur in Deum vt effectiuam causam, sed in defectum causæ secundæ. Et rursus, claudicatio inquantum est voluntaria, reducitur in Deum vt authorem pœnæ, inquantum vero est charitate ordinata, reducitur in Deum vt authorē meriti, & sic de alijs.

¶ In responsione ad tertium aduerte, quod tunc tantum absentia causæ agentis, dr̄ cā defectus, qn̄ debebatur pn̄tia. Et propterea, quia numquam cum reb. debetur, Deus subtrahit influxū, ideo non sequitur propriè loquendo, quod Deus sit causa defectuum ex hoc solo, quod non facit. Quamuis quandoque Scriptura ipsum tali modo causam appellet, vt patet circa indurationē Pharaonis.

Ferr. 3. con. c. 13. 15.
Bannes. ar. 3.

SVPER Q. XLIX.

ART. III.

260 — 2. 2. q. 12. a. 6. cor. & 2. d. 1. q. 1. art. 1. ad 1. & dist. 34. ar. 2. ad 4. & 2. 2. cor. & 3. con. c. 13. & 15. Et pot. q. 3 ar. 6. Et op. 15. c. 16

CONCL. Non est vnum primū principium malorum, (q. s. sit summum malum.)

¶ PROB. 1. Quia de ratione primi principii est, quod sit per essentiam suam tale. Et nihil potest esse per essentiam suam malum 2. Quia de ratione primi principii est, quod sit summum in tali esse, & nihil potest esse summū malum 3. Quia de ratione primi principii est, quod sit prima causa: Et repugnat dupliciter quod malum esse possit primo causans (patent probationes singulorū in tex. Quas a te per te semper in simulib. locis uidendas esse, præsupponitur.

* Tex. 18.

† q. 6. ar. 2 & 4.

1m de maiori.

Causæ. s. particulares non, cōes. §. Tunc &c. Nam de prima causa hic tantum loquimur: vt conclusione.

2m de maiori.

Si unum contrariorū. s. cuius subiectum sit ens in potentia: non, cui non adiungatur potentia §. Tunc &c. Nā Deus est actus purus: vnde de Deo præmissa philosophi propositio uerificari non potest. Ideo n. uera est propositio illa, quia cōtraria debent fieri circa idem, consequenter ergo utrūque contrariorum concernit potētiam, ubi recipiatur. Ex

ARTICVLVS III.

Vtrum sit unum summum malum, quod sit causa omni mali.

AD TERTIVM sic proceditur. Videtur, quod sit unū summum malum quod sit causa omnis mali. Contrariorum. n. effectuum cōtrariæ sunt causæ. Sed in reb. inuenitur contrarietas secundum illud Eccl. 33. c. Contra malum, bonum est, & contra uitam, mors. Sic & contra uirum iustum, peccator. Ergo sunt contraria principia, unum boni, & aliud mali.

¶ 2 Præt. Si vnum contrariorum est in rerum natura, & reliquum, vt dicitur * in 2. de cœlo, & mundo. Sed summum bonum, est in rerū natura, quod est causa omnis boni, vt supra ostensum est. † Ergo est & summum malum ei oppositum causa omnis mali.

¶ 3 Præt. Sicut in reb. inuenitur bonum & melius: ita malum & peius. Sed bonum & melius dicuntur per respectum ad optimum. Ergo malum & peius dicuntur per respectū ad aliquod summum malum.

¶ 4 Præt. Omne quod est per participationem, reducitur ad illud qd̄ est per essentiam. Sed res quæ sunt malę apud nos, non sunt malæ per essentiam, sed per participationē. Ergo est inuenire aliquod summū malum, quod est causa omnis mali.

¶ 5 Præt. Omne quod est per accidens, reducitur ad illud quod est p se. Sed bonum est cā mali per accidens. Ergo oportet ponere aliquod summum malum, quod sit cā malorum per se. Neque potest dici, quod malum non habeat causam per se, sed per accidens tantum, quia sequeretur, quod malum non esset vt in pluribus, sed ut in paucioribus.

¶ 6 Præt. Malū effectus, reducitur ad malum causæ: quia effectus deficiens, est a causa deficiēte, sicut supra dictum est. † Sed hoc non est procedere in infinitum. Ergo oportet ponere vnum primum malum, quod sit causa omnis mali.

† Art. 1. & a preced.

SED CONTRA est, quod summum bonum est causa omnis entis, vt supra ostensum est. * Ergo non potest esse aliquod principium ei oppositū, quod sit causa malorum.

* q. 6. ar. 4.

RESP. Dicendum, quod ex prędictis patet, † non esse vnum primum principium malorum, sicut est vnum primum principium bonorum. Primò quidem: quia primum principium bonorum est per essentiam bonum, vt supra ostensum est. Nihil autem potest esse per suam essentiam malum. Ostensum d † est enim, quod omne ens inquantum est ens, bonum est, & quod malum non est nisi in bono, vt in subiecto. Secūdò, quia primum bonorum principium est summum & perfectum bonum, quod p̄habet in se omne bonitatem, vt supra ostensum est. * Summum aūt malum esse non pōt: quia sicut ośsum est, & si malum semper diminuat bonum, nūquam tn̄ illud pōt totaliter consumere. Et sic semper remanente bono, non potest esse aliquid integrè, & perfectè malum. Propter quod, Philosophus dicit in 4. Ethi. † quod si malum integrum sit, seipsum destruet. Quia destructo omni bono (quod requiritur ad integritatē mali) subtrahitur etiam ipsum malum, cuius subiectum est bonum.

† q. 44. a. 1. D. 837.

* q. 6. ar. 3. & 4. D. 191.

† q. 6. a. 4 & q. præc. art. 3. & 4.

* q. præc. ar. 4.

† li. 4. Eth. ca. 5. ante med. to. 5.

Tertio, quia ratio mali repugnat rationi primi principii, tum quia malū causatur ex bono, vt supr. ostensū est, * tum quia malū non pōt esse cā nisi per accidens. Et sic non pōt esse prima causa, quia causa per accidens est posterior ea quæ est per se, vt patet in 2. Physic. † Qui autē posuerunt duo prima principia, vnum bonū, & alterum malum, ex eadem radice in hūc errore inciderūt. ex qua & aliæ extraneæ positiones antiquorū ortum habuerūt: quia. s. non considerauerunt causam vniuersalē totius entis, sed particulares tm̄ causas particularium effectuum. Propter hoc. n. si aliquid inuenerunt esse nociuum alicui rei per virtutem suæ naturæ, æstimauerūt naturam illius rei esse malam. Puta, siquis dicat naturam ignis esse malam: quia cōbussit domū alicuius pauperis. Iudicium aūt de bonitate alicuius rei, non est accipiendum s̄m ordinē ad aliquid particulare, sed s̄m seipsum, & s̄m ordinem ad totum vniuersum, in quo quælibet res suū locum ordinatissimè tenet, vt ex dictis patet. * Similiter ē, qui inuenerunt duorū particulariū effectuum contrariorum, duas cās particulares contrarias, nesciuerunt reducere causas particulares contrarias, in causam vniuersalem communem. Et ideo vsque ad prima principia contrarietatem in causis esse iudicauerunt. Sed cum omnia contraria conueniant in vno communi, necesse est in eis supra causas contrarias proprias inueniri vnam causam communem. Sicut supra qualitates contrarias elementorum inuenitur virtus corporis cœlestis. Et similiter, supra omnia, quæ quocunque modo sunt, inuenitur vnum primum principium essendi: vt supra ostensum est. *

* ar. 1. & 2. huius q.

† li. 2. phy. tex. 66. c. 2

* q. 11. a. 3 & 44. ar. 2.

* q. 2. ar. 3

AD PRIMVM ergo dicendum, quod contraria conueniunt in genere vno, & etiam conueniunt in ratione essendi. Et ideo licet habeant causam particulares contrarias, tamen oportet deuenire ad vnam primam causam communem.

AD SECVNDVM dicendum, quod priuatio, & habitus nata sunt fieri, circa idem. Subiectum autem priuationis, est ens in potentia, vt dictum, est. Vnde cum malum sit priuatio boni, vt ex dictis patet, illi bono, opponitur cui adiungitur potentia, non autem summo bono, quod, est actus purus.

TER-

Ex hoc igitur, q Deus summum bonum est in rerum natura, nō sequitur, quòd summum malum in rerum natura inueniatur.

3m conclusionis illatio. Ergo malum &c. ℞. Valeret illatio, si malum & peius essent perfectio, nunc autem, quia sunt remotio nō ualet. §. Nā unumquodq; intenditur secundum propriā, &c. ut in litera.

4m de maiori. Participationem. ℞. nō participationis priuationem. §. Tūc &c. Nā malum non dicitur per participationem, sed p priuationem participationis. Non enim aliqd est malum, quia participat, sed quia participatione priuatur. Malū nanque est priuatio, ut supradictum est. q. 48. art. 3. & consequenter non potest dici malum per participationem. Vide textum.

5m de maiori. Omne quod &c. ℞. Si potest habere causam per se, non, si non pōt. §. Tunc &c. Nam malū non potest habere causam per se. Quod autē illam non potest habere, quomodo ad illam unquam reduci poterit? Ad illud. (Malum est in pluribus, ergo malum habere potest causam per se) dicitur, quod antecedens illud est falsum absolute intellectum. Quod si non absolutè, sed in genere hominum tantum accipiatur, tunc admittitur antecedens, sed negatur consequentia, ut habetur ex litera.

6m de maiori. Causa. ℞. Secundæ, non primæ. §. Tūc &c. Non. n. causas secūdas a malo se motas omnino negamus, sed causam aliquam primam malam reperiri.

Ad tertium dicendum, q unumquodque intendit secundum propriam rationem. Sicut autem forma est perfectio quædam, ita priuatio est quædam remotio. Vnde omnis forma & perfectio, & bonū per accessum ad terminum perfectum attenditur, priuatio autem & malū, per recessum a termino. Vnde non dicitur malum & peius per accessum ad summum malum, sicut dicitur bonū & melius per accessum ad summum bonum.

Ad quartum dicendum, q nullum ens dicitur malum per participationem, sed per priuationem participationis. Vnde non oportet fieri reductionem ad aliquid, quod sit per essentiam malum.

Ad quintum dicendum, q malum non potest habere causam nisi per accidens, ut sup. ostensum est. Vnde impossibile est fieri reductionem ad aliquid, quod sit per se causa mali. Quod autem dicitur, quod malum est ut in plurib. simpliciter falsum est. Nam gñabilia, & corruptibilia, in quib. solū cōtingit esse malū naturæ, sunt modica pars totius uniuersi. Et iterum in vnaquaque specie defectus naturę accidit, ut in paucioribus. In solis autem hominibus malum uidetur esse ut in pluribus, quia bonum hominis secundum sensum corporis, non est bonum hominis inquantū homo, sed secundum rationem. Plures autem sequuntur sensum quam rationem.

Ad sextum dicendum, quod in causis mali non est procedere in infinitum, sed est reducere omnia mala in aliquam causam bonā, ex qua sequitur malum per accidens.

APPENDIX.

Vtilit. pro S. Eccl.

Ex articulo habes primo, quomodo per rationem perimas hæresim Manichæorum, Gnosticorum &c. q. 11. ar. 3. & q. 21. ar. 1. & q. 39. ar. 3. & q. 44. ar. 1. narratorum. Vide ibi explicatas horum hæreses, pro quanto ab hoc articulo impetuntur, ne repetantur. Item & hæresim ad illas sequentem eorundem Manichæorum dicentium. Creaturas ex se aliquas esse malas. Secundo habes, quomodo per rationem ostendas, has omnes rectè damnari a &c. ut quæstionib. illis ante citatis, & q. 48 art. 1. Item a Concilio Bracarensi primo sub Honorio I. canon. 7. si quis dicit diabolum non fuisse prius angelum bonum, nec Dei opificium fuisse naturam eius, sed dicit eum ex tenebris emersisse, nec aliquem sui habere authorem, sed ipsum esse primum principium, atque substantiam malam, sicut Manichæus, & Priscilianus, dixerunt: Anathema sit. Item can. 8. si quis credit, quod aliquas immundas creaturas diabolus fecerit, & quod tonitrua, & fulgura, & tempestates & siccitates, ipse diabolus sua authoritate facit, sicut Priscillianus dixit, anathema sit. Item can. 14. si quis immundos putat cibos carnium quas Deus in usu hominum dedit, & non propter afflictionē sui corporis, sed quasi immunditiam putans, ita abstineat ab eis, ut nec olera cocta cum carnibus prægustet, sicut Manichæus, & Priscillianus: docuerūt, anathema sit. Item can. 16. si quis feria Paschali; qua traditur cœna Dñi, hora legitimæ post nonam ieiunus in Ecclesiis missas non tenet, sed, sm sectam Priscilliani, festiuitatem ipsius ab hora tertia per missas, defunctorum soluto ieiunio colit, anathema sit. Hæc ibi. Hunc ultimū canonē (licet forsan uideatur quibusdā superfluus in proposito) uolui adduxisse, ad maiorē declarationem can. 14. Vides ergo, q Concilium illud approbat ieiunū, & consequenter abstinentiam a carnib. & dānat abstinentes a carnibus. Cęterum semetipsum ex seipso in 14. exposuit, q s. abstinere a carnib. pro afflictione carnis, tenendo q omnis creatura bona est, & q carnes illæ sūt in usu opportuno hominum a Deo datæ, bonum est, abstinere autē a carnib. (a simili intellige & de ouis &c.) tanquam ab immūdis, credendo .s. quòd aliquæ creaturæ sm se sint malæ, peccatū est Ex Concilii huius canonib. præmissis cernere potes, quod nam fuerit intentum Apostoli in uerbis illis 1. Tim 4. Spūs manifeste dicit, quod in nouissimis dieb. discedent quidam a fide attendentes spiritib. erroris, & doctrinis dæmoniorum, in hypocrisi loquentium mendacium, prohibentium nubere, abstinere a cibis (scilicet dicentium) quos Deus creauit ad percipiendum &cæt Hucus & inde, quomodo intelligas, illud ibi subiunctum. Nihil reijciendum, quod cum gratiarum actione percipitur, maxime si adiungas, quòd Concilium iubet reijci cibos in feria illa Paschali ante nonam, idest abstinere ab illis. Adde sic. Quomodo cum gratiarum actione cibos percipit, qui cum inobedientia sanctæ Ecclesiæ percipit. Intendit ergo semper Apostolus, quod cibi, secundum se, tanquam immundi, non sunt reijciendi (sicut etiam quòd nuptiæ, quasi secundum se nubere sit illicitum) non autem si prohibeantur a superioribus: ut egregiè ibi Diuus Thomas exponit, dicens, Apostolum loqui contra Manichæos, uel similes, cuius expositio, quam bellè ex præfato Concilio stabiliatur patet. Ex eodem Concilio patet, quàm deridendi sint hæreticorum helluones quidam, qui contra Romanum Pontificem, & Ecclesiam illum Apostoli locum impudentissimè non minus, quàm ignorantissime, detorquent. Audi tu Diuum Petrum primum papam de his loquentem, hos ad uiuum pingentem, ab horum insidijs nos, suos filios pro nunc, & semper, præmunientem, secundo Petri tertio. Charissimus frater noster Paulus, secundum datam sibi sapientiam scripsit uobis, sicut & in omnibus epistolis, loquens in eis de his, in quibus sunt quædam difficilia intellectu, quæ indocti, & instabiles (en epitheta hæreticorum) deprauant, sicut & cæteras scripturas, ad suam ipsorum perditionem. Vos igitur fratres, pręscientes custodite, nè insipientium errore traducti excidatis a propria firmitate. Hęc ille. Item quomodo meritò damnari a Conc. Tolet. 1. c. 21. si quis dixerit, uel crediderit, alterum Deum esse priscæ legis, alterum Euangeliorum, aut ab altero Deo mundum factum, & non ab eo, de quo scriptum est. In principio creauit Deus &c. Anathema sit. Tertio uides, quomodo ex his uicissim Angelica conclusio articuli firmetur.

Pro quadragesimæ &c. captu.

art. 1. hu quæst.

D. 839.

Plusquam aurea uerba, & documentum.

3

Comm. Cardinalis Caietani.

Titulus directè quærit de causa efficiente.

¶ In corpore duo facit. Primo, respondet quæsito unica conclusione negatiuè. Secundo, radicem erroris aliter opinantium ostendit.

¶ Quo ad primum conclusio est. Non datur unū summū malū, primū principium oīum malorum, sicut econtra, datur unū summum bonum. Et probatur tripliciter. Primò, quia non datur malum per essentiam. i. aliquid p essentiā malum. Scdo, quia non datur malum summum, i. integrum. Tertio, quia hæc duo repugnāt, primum principium, & malum, & omnia clarè patent in litera.

¶ Quoad secundum, narrantur errores, & confutantur ex una communi radicem. Errarunt ponentes duo prima, principia, bonū & malū in duob. Primum est, aliqua natura est in se mala. Scdm est, prima principia sunt contraria. Ratio primi erroris fuit, quia considerauerunt naturam aliquam, puta ignem ut nociuā huic. Confutatio autem eius est, quia simpliciter debet considerari ut pars totius uniuersi, qm sic oīs res ordinatissimè suum locum obtinet, atque bona est. Ratio uerò scdi erroris fuit, quia effectus cōtrarios in causas tantum contrarias, reducere nouerunt. Cōfutatio uero eius est, quòd reducenda sunt contraria in cōem & uniuersalem cām, quod probatur. quia oīa contraria conueniunt in aliquo, puta genere & subiecto. Par. n est iudicium de unitate formæ & agentis, cum similia sint, & actiui & passiui, cum debeant adæquari. & manifestatur in corpore cęlesti respectu inferiorum.

¶ Communis autem radix hmō, & similiū errorū est, q a particulares

culares causas, & non universalē causam entium in eo q entia, at tigerunt. Oīa. n. ad unum essendi principium reducuntur, q̄ri n. i omnia in participatione esse conueniunt, ut patet ex supradictis.

¶ In r̄ñsione ad sc̄dm, dubium occurrit. Qm̄ in art. ultimo praecedentis q̄ōnis, dictum est & probatum. Quod malum culpae opponitur propriè bono increato, non ut in nobis, sed ut in seipso: hic autem dicitur & probatur, quòd bono increato nullum malum opponitur, non uidentur ergo stare haec duo simul.

¶ Ad hoc breuiter dicitur, q̄ malum opponi increato bono, potest intelligi dupliciter. s. formaliter, uel obiectiuè. Formaliter quidem est impossibile, malum aliquod opponi diuino bono, propter rationem in litera tactam. s. bonum habens malum formaliter oppositum, exigit potentiam, circa quam hēt fieri malū: Deus aūt est actus purus, ergo. Obiectiuè aūt, malū culpae opponitur bono diuino in seipso, quod optime probatur in loco allegato, ex obiecto charitatis. Vult enim explicitè, uel interpretatiuè quilibet peccans quantum in se est, Deum non esse ultimum finem: quod est opponi ei obiectiue secundum id quod in se est, sicut econtra. Amans ex charitate uult Deo quicquid est, & ei debetur. Et sic non repugnant dicta.

Ferr. 2. cont. c. 46. 50.
Bannes q. 50. ar. 1.
Alb. mag. 1. d. 37. ar. 26.

SVPER Q. L.

ART. I.

CONCL. Necesse est ponere ad hoc, quod uniuersum sit pfectum, quòd sit al qua creatura incorporea. (Hanc nunc uocamus angelos.)

PROB. Quia necesse est, intentionem Dei praecipuè de perfectione uniuersi, non frustari. Et ad perfectionem uniuersi exigitur, ut sint aliquae creaturae intellectuales omninoq; incorporeae (patent propositionum harū, quae sunt una hypotetica in talibus sicut & alibi, pbationes in litera.)

1^n de maiori.

Quod. R. tamquam medium solummodo ad extrema comparatum, non, tanquam in se primò consideratum. §. Tunc &c. Nam angelus ut in se primò consideratus, non est corporeus. Ex hoc autem q̄ comparatur ad Deum, non sequitur, q̄ angelus in se sit corporeus, sed ex hoc sequitur, quòd sua incorporeitas respectu sūmae simplicitatis Dei est quasi quaedam corporeitas. Hoc modo dicit, & Beatus Gregorius, qđ nostra iustitia. Diuinae iustitiae comparata est iniustitia. Non dicitur hoc, quia nostra iustitia in se sit iniustitia, aut quòd ex hac comparatione sequatur, quod ipsamet in se sit iniustitia, sed quia adeo exceditur diuina iustitia, ut uideatur iniustitia in hac comparatione Nam & stellę respectu solis uidentur non lucere, & esse tenebrosae, quae tamen in se, etiam tunc, lucent, & tenebrosae non sunt.

De iustitia nostra.

261 2. con cap. 46. & 50. & po. q 6. ar. 6. corp. & spu. ar. 5. & opu. 3. cap. 74 & opu. 15. cap. 1.

2^m de maiori.

Mouetur. R. Phisicè: non, Metaphysicè, §. Tunc &c. Nam angelus non Physicè, sed Metaphysicè, mouetur & semper actu, ut declaratur in litera, glosando Damascenum.

Tertium

QVAESTIO L.

De substantia Angelorum absolutè, in quinque articulos diuisa.

POST hęc considerandum est de distinctione corporalis & spiritualis creaturae. Et primò, de creatura purè spirituali, quę in Scriptura sacra Angelus nominatur. Secundò, de creatura purè corporali. Tertiò, de creatura composita ex corporali & spirituali, quae est homo.

¶ Circa uerò Angelos considerandum est primò, de his quę pertinent ad eorum substantiam. Secundo, de his quae pertinent ad eorum intellectum. Tertiò, de his quę pertinent ad eorum uoluntatem. Quartò, de his quae pertinent ad eorum creationem. De substantia autem eorum considerandum est, & absolutè, & per comparationem ad corporalia. Circa substantiam uerò eorum absolutè, quinq; quaeruntur.

¶ Primò. Vtrum sit aliqua creatura omnino spiritualis, & penitus incorporea.

¶ Secundo. Supposito quòd Angelus sit talis, quaeritur. Vtrum sit compositus ex materia, & forma.

¶ Tertio. Quęritur de multitudine eorum.

¶ Quarto. De differentia ipsorum ab inuicem.

¶ Quinto. De immortalitate, seu incorruptibilitate ipsorum.

ARTICVLVS I.

Vtrum Angelus sit omnino incorporeus.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur, q̄ Angelus non sit omnino incorporeus. Illud. n. quod est incorporeū solum quo ad nos, & non quo ad Deum non est incorporeum simpliciter. Sed Dam.* dicit in lib. 2. quod Angelus incorporeus, & immaterialis dicitur quantum ad nos; sed comparatus ad Deum, corporeus & malis inuenitur. Nō ergo est incorporeus simpliciter.

¶ 2 Praet. Nihil mouetur nisi corpus, ut probatur in 6. Phys. † Sed Damasc.* dicit ibidem, quod Angelus est substantia intellectualis semper mobilis. Angelus ergo est substantia corporea.

lib. 2. Ortho. fidei. c. 3. non longe a princ.
li. 6. phys. tex. 32.
Dam. li. 2. c. 3.

¶ 3 Praet. Amb. † dicit in libro, de spiritusancto. Omnis creatura certis suae naturae circumscripta est limitibus. Circumscribi autem proprium est corporum. Ergo omnis creatura est corporea. Angeli autem sunt Dei creaturae, vt patet in Ps. 148. Laudate Dominum omnes Angeli eius. Et postea subditur. Quoniam ipse dixit & facta sunt, ipse mandauit & creata sunt. Ergo Angeli sunt corporei.

li. 1. de spū sancto. ca. 7. in princ. tom. 2.

SED CONTRA est, quod dicit in Psal. 103. Qui facit Angelos suos spiritus.

RESPON. Dicendum, quòd necesse est ponere aliquas creaturas incorporeas. Id enim, quod praecipuè in rebus creatis Deus intendit, est bonum, quod consistit in assimilatione ad Deum. Perfecta autem assimilatio effectus ad causam attenditur, quando effectus imitatur causam sm̄ illud, per quod causa producit effectū, sicut calidū facit calidum. Deus autem creaturam producit per intellectum & voluntatem, ut supra ostensum est. * Vnde ad perfectionem vniuersi requiritur, quòd sint aliquae creaturae intellectuales. Intelligere autem non potest esse actus corporis, nec alicuius uirtutis corporeae, quia omne corpus, determinatur adhic, & nunc. Vnde necesse est ponere, ad hoc quòd vniuersum sit perfectum, quòd sit aliqua incorporea creatura. Antiqui autem ignorantes vim intelligendi, & non distinguentes inter sensum, & intellectum, nihil esse existimauerunt in mundo, nisi quod sensu, & imaginatione apprehendi potest. Et quia sub imaginatione non cadit nisi corpus, existimauerunt quòd nullum ens esset, nisi corpus. vt Philosophus dicit in quarto, Physicorum. * Et ex his processit Sadducaeorum error, dicentium non esse spiritum. Sed hoc ipsum quòd intellectus est altior sensu, rationabiliter ostendit esse aliquas res incorporeas, a solo intellectu comprehensibiles.

q. 14. art. 8. & q. 19. artic. 4.
li. 4. phys. tex. 52. & 57. to. 2.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd substantiae incorporeae medium sunt inter Deum & creaturas corporeas. Medium autem comparatum ad vnum extremum, videtur alterum extremum, sicut tepidum comparatum calido, videtur frigidum, & hac ratione dicitur, quòd angeli Deo comparati, sunt materiales & * corporei, non quòd in eis sit aliquid de natura corporea.

Tertul. li. 1. de an. c. 2. Hilar. can. 5. sup Mat. Gennae. de Eccle. dog. ca. 11.

AD SECVNDVM dicendum, quod motus ibi accipitur prout intelligere & velle, motus quidam dicuntur. Dicitur ergo Angelus, substantia semper mobilis, quia semper est actu d intelligens, non quādoque actu & quandoque potentia, sicut nos. Vnde patet, quòd ratio procedit ex aequiuoco.

D. 134.

AD

3m de miori. Circumscribi. s. terminis localib. non termi nis essentialib. §. Tunc &c. Nam de circumscribi terminis naturæ suæ. i. terminis essentialib. loquitur tantum Ambrosius, & sic sequitur quidem ex tali circumscriptione, quod Angelus sit creatura, non autem, quòd sit corporeus.

APPENDIX.

Vtilit. pro S. Eccl.

Ex articulo habes primo, quomodo per rationem ostẽdas rectè dictum fuisse a psal. 103. Qui facit angelos suos spiritus. Itẽ a papa Innocentio iij. in concilio generali apud Lateranum celebrato. Extra de su. tri. & fid. cath firmiter credimus & simpliciter cõfitemur, quod unus Deus, &c ab initio tpis utranque de nihilo condidit creaturã corporalem, & spũalem, Angelicam. s. & mundanam, deinde humanã, quasi cõem, ex spiritu, & corpore constitutam. Hæc ibi, ubi aptissimè patet, ꝙ concilium spirituũ contra distinguit corpus, & econuerso, ut suum intentum non inuoluatur. Secundo habes qđo per rationem uerba præmissa in sensu uero declares, probes, & si quæ sunt in contrarium, glossando rite defendas. Dico autem hoc, quia Concilium Lateranense antedictum sub Innoc. iij. fuit tpe post Concilium Nicænum fm, loquiturque determinando de fide, & consequenter ex Lateranẽsi glossari dẽt, ac intelligi, quicquid de Angelis uideretur uel oppositum uel obscurè dictum in concilio illo Nicæno actione. 5. Nam concilia legitima in reb. fidei sibiinuicẽ nunquam in rei ueritate opponuntur, sed quod in priorib. forsan minus aperte sancitum erat, a posterioribus clarificatur, adeo ꝙ se inuicem sicut & scripturæ sanctæ canonicorum librorum iuuant. Et hoc tenendum est pro regula certa, & uniuersalissima. Vnde si quid forte in his nobis forte appareat in spẽm dissonum, ambiguũ uel minus perspicuum, cum Apostolis dicendum nobis est ly. Nescimus quid loquitur Io. 16. totum defectum interpretandi sermonis per hoc humiliter, ac ueraciter attribuentes ignorãtiæ nostræ, & non cum falsis illis discipulis a Christo descendentibus ly. Durus est hic sermo Io. 6. quasi ꝙ superciliosi, non intelligentię nostræ sed sermonib ipsis defectum (si quis est) ascribamus. Ad rẽ modo propriꝰ Concilium Nicænum secundum, actione quinta post disputationem Ioannis Episcopi Thessalonicensis cum quodam gentili, qua prædictus Ioannes dixerat Angelos non esse omnino corporis expertes (sicut nec animas nostras) uerũ tenui corpore prædictos aereo siue igneo, imitabiles pictura existere, & quod forma hominis pinguntur, quia in ea hominibus aliquibus (puta Rafael Tobiæ) apparuerunt, post, inquantum, talis disputationis lectionem Concilium ipsum Ioannis Episcopi sententiam acceptare uidetur. Nam e uestigio Tarasio Patriarchæ, q. concilio pręsidebat proponenti sic, ostendit autem Pater quod & Angelos pingere oporteat, quando circũscribi possunt, & ut homines apparuerunt, respondit synodus, etiam domine. Hæc in summa conciliorum. Ecce, ꝙ Tarasius reassumit solũmodo Epi Ioannis dictum, & synodus, eum bene reassumpsisse testatur tantum. Notandum igitur, ꝙ Concilium acceptat sententiam Ioãnis Epi pro parte tm, quæ faciebat ad intentum suum, de parte uero altera sententiæ eiusdem, pro qua diffinienda non erat coactum, non se intromittit. Qui uiderint omnes, norunt, ꝙ illud Concilium Nicænum fuit congregatum ad hoc, ut determinaret, an salubriter imagines sanctorum fierẽt in Ecclesia, & quorum sanctorum, & quomodo deberent imagines adorandæ effigiari, non autem ad determinandum, an Angeli essent corporei uel qualiter, nec ne. Ideo non mirum, si de sententia Ioãnis unam partem (quòd. s. angeli pingendi sunt, & ꝙ in forma hominum, quandoquidem sic apparuerunt, circumscribi per lineamenta possunt) reassumendo examinat, de altera uero, qua dixerat Ioannes, Angelos habere corpora tenuia, nec reassumptionem nec examinationem, nec uerbum facit. Subsecutum est Concilium Lateranense prædictum, & uidens, hanc alteram partẽ de Angelis non fuisse a Nicæno determinatam, & si forsan (ut quibusdam ex lecta disputatione, & quoad hoc non expressè reiecta, uidebatur,) obscure tamen, illam ipsam aperte, & quoad Angelos & quoad animas nostras (ut supra) determinauit. Non ergo tuum uidetur nunc tenere, ꝙ Angeli nõ omnino in corporei, licet ante sint, Lateranense concilium Doctores aliqui hoc tenuissẽt. Adde, quòd Tarasius simul & concilium Nicænum præmissum insinuant, de mente suipsorum esse, quod Angeli pingantur hac ratione tantum. s. quia sic apparuerunt, & non aliter. In epistola, enim synodica, quam Tarasius cum concilio ipso ad Imperatorem Constantinũm & Irenem illius matrem scripsit (reponitur hæc in actione septima) dicitur. Quamobrem omnibus modis recipiendæ sunt uenerãdæ imagines Domini nostri Iesu Christi & c. Sanctorum quoque Angelorum, nã hominibus ipsi quoque in forma hominis uisi sunt. Hæc ibi. Ecce, quod quando Tarasius ipse cum synodo fidem determinatam a synodo scribit, non reassumit pro ratione pingendi Angelos ly quoniam circumscribi possunt (quod tamen, ut uidimus, post Episcopi disputationem reassumpserat) ostendens nimirum per hoc silentium, quod synodus, audita illa Episcopi disputatione, non se intromisit ad approbandum, nec ad determinandum, utrum uerum sit quod Angeli possint circumscribi, idest sint (ut Episcopus dixerat) corporei, sed solum ad approbandum & determinandum, quòd ipsi ut homines apparuerunt, & quod hac sola ratione pingendi sunt. Certum ergo restat, quod synodus illa Nicęnam non est contra determinationem de Angelis factam hic a D. Thoma, immo uidetur stare pro ipsa. Tertio uides, quomodo ex omnibus supradictis uicissim Angelica firmetur hæc conclusio, & declaretur.

Ad tertium dicẽdum, ꝙ circumscribi terminis localib. est proprium corporum, sed circumscribi terminis essentialib. est commune cuilibet creaturæ tã corporali quã spirituali. Vnde dicit Ambro.* in libro de Spiritusancto, quòd licet quædam locis corporalib. non contineantur, circumscriptione tamen substantiæ non carent.

li. 1 de spũ san. c. 7 pri. tom. 2.

ARTI-

Comm. Cardinalis Caietani.

In tit. nota duo. ly incorporeus, & ly omnino. Corporeum dicitur, quantum, seu extensum, siue per se, ut quantitas, siue p accidens, ut albedo. Incorporeum ergo dicitur, quod neutro modo est extensum. Omnino, dupliciter intelligi potest, primo ad differentiam animæ nostræ, quæ licet in se sit inextensa, est tamen forma corporis, & sic non sumitur hic, ut patet ex 1. ar. quæstionis sequentis, ubi dubitatur, an angelus sit forma corporis. non ergo hic hoc excluditur: secundo ad differentiam animarum animaliũ perfectorum, quæ licẽt sint incorporeæ. 1. inextensæ apud S. Tho. q. 76. ar. 8. non tamen sunt omnino incorporeæ, quia nullam habent operationem nisi corporalẽ. Per omnino ergo incorporeũ, intendit substantiam sic eleuatã supra corpus, ꝙ nec ipsa, nec operatio sua sit corporea, idest per organum corporeum exercita.

¶ In corpore tria. Primò, respondet quæsito unica conclusione: secundò antiquos & Sadducæos arguit ibi: antiqui autem. tertiò conclusionem confirmat ex reprehensione eorum, ibi, sed hoc ipsum. Conclusio est. Necesse est ponere aliquam creaturam incorpoream. Probatur. Necesse est uniuersum esse perfectum, ergo perfectè simile Deo, ergo simile Deo secundum intellectiuam naturam. ergo necesse est ponere aliquam creaturam incorpoream. Antecedens patet. prima uero consequentia probatur, quia perfectio uniuersi consistit in assimilatione ad Deum, quod probatur, quia est præcipue intenta inter omnia in reb. ipsis creatis a Deo. Secunda uerò consequentia probatur, quia Deus agit secundum intellectum & uoluntatem. Tertia uero consequentia probatur, eo, quòd intellectus nullius corporis est actus, quod probatur, quia omne corpus determinatur ad hic & nunc.

¶ Sed sunt hic plura dubia. Dubitatur. n. primò, circa sensum consequentis primæ consequentiæ hoc. n. uidetur falsum. Quia aut intendit de similitudine perfecta simpliciter, quæ est similitudo uniuoca, & sic patet esse falsum. Aut de perfecta in tali genere, puta creaturarum Et cum hoc contingat dupliciter, s. aut in genere creaturarum factibilium, aut factarum: si factibilium est falsum, quia quacunque facta potest perfectiorem ac similiorem sibi Deus facere. Si factarum, quamuis sit uerũ, non tamen infert ppositum suum. quia ex hoc, ꝙ effectus perfectissime assimilatur suæ causæ analogę, seu æquiuocatæ inter omnes effectus factos ab ea, non sequitur, ergo assimilatur sibi in natura, qua agit, ut patet de effectibus inferioribus respectu corporum cęlestium, & intelligentiarum.

¶ Secundum dubium est circa medium assignatum ad probandam secundam consequentiã, s. Deus agit secundum intellectum & uoluntatem, ergo uniuersum, quòd eius est effectus perfecte similis, habet in se naturam intellectualem. Non. n. uidetur ualere, quia fm ipsum & oẽs communiter ad perfectã similitudinẽ inter effectũ & cãm requiritur, & sufficit ꝙ effectus sit similis non naturæ aut potentię agentis, sed rationi agendi, non ut res est, sed ut ratio agendi est, ut patet de arte & artificiato. Intellectus autem, & uoluntas & natura intellectualis, siue in Deo siue in quocunque alio agente per artem, non se habet ut ratio agendi, ut ex se patet. igitur male illat & est, ergo oportunt eẽ naturas intellectuales.

¶ Tertiò dubitatũ circa tertiã consñiã. Non. n. uř cõcludere intẽtũ, q2 ex hoc ꝙ ponit aliqua creatura itellectualis, nõ sequitur. ergo oĩno incorporea. Dicet. n. q spiš, ꝙ illa est aĩa intellectiua, quę est pars subę corporeę, puta cęli, aut aereę, aut humanę creaturę.

¶ Ad primum horum dicitur, quòd sermo est de similitudine perfecta in genere creaturarum factibilium. Vbi sciendum, quòd aliud est comparare uniuersum ad gradus rerum, & aliud ad speciales modos habendi gradus illos. Gradus siquidem rerum finiti sunt actu & potentia, nisi fortè in thesauris esse per essentiam lateat aliquis, & supremus inter eos, simillimusq; Deo apud Aug. 14 de Trin. est intellectualis. Modi autem essendi quamuis & actu simpliciter sint finiti, de potentia tamen logica & Dei loquendo, sunt infiniti, quia non datur suprema creatura factibilis a Deo. Vnde perfectio uniuersi, exigit quidem continentiam omnium graduum creabilium, sed non omnes creaturas creabiles. Et ideo ex perfectione uniuersi optimè infertur gradus intellectualis, ac per hoc perfectissima similitudo uniuersi ad Deum, utpote consequens etiam perfectissimum gradum factibilem. Vniuersum igitur esse perfecte simile Deo in genere factibilium, dupliciter potest intelligi, scilicet graduum, aut creaturarum. primo modo est uerum, secundo modo non. Et quia ut ex dictis patet, uniuersum perfecte simile secundo modo non est dabile, nec perfectio uniuersi exigit talem similitudinem, consequens est, quod simpliciter & absolute loquendo, recte dicitur, uniuersum perfecte simile Deo, cum secundum omnes essendi gradus ei est simile.

¶ Ad secundum dubium dicitur præmittendo, quòd aliud est comparare quemcunque singularem effectum suæ causæ, & aliud ipsum uniuersum, qui effectus est primo intentus, propter quem cæteri sunt effectus, ad hoc enim requiritur assimilatio ad causam secundum omnes gradus possibiles participari ab illa causa. Ad primum uerò hoc non requiritur. Dicitur ergo, quòd per intellectum & uoluntatem. S. Tho. intendit formam intelligibilē, seu artem Dei, qua egit mundum per actionem intellectus, & uoluntatis.

¶ Et ad obiectionem in oppositum dicitur, ꝙ cum ratio agendi claudat in se duo, s. ipsam agendi rationem & modum essendi eius dem effectus qui assimilantur causis in ratione agendi, tantum minus perfecte eis assimilantur, quā illi qui assimilātur & in modis essendi. Domus. n. in materia ꝓducta ab artifice, similior eēt arti domificatoris, si esset in materialis. Et ideo, cum Deus agat ꝑ formam hītem esse intelligibile, cōsequens est, ꝙ uniuersum in quo similitudo illius formæ scd̄m omnes modos possibiles saluanda est, assimiletur illi & in forma, & in modo essendi, ac per hoc & sit tale, quale ibi descriptum est, & sit talis, qualis illa est, & sic contineat in se esse intellectuale.

¶ Ad tertium dubium dicitur tripliciter. Primò, quòd instantia non est ad propositum, eo quòd sermo noster, est de creaturis. Aīa autem, quam pars est cuiusque substantiæ, constat non esse creaturam proprie loquendo, sed creaturæ partem essentialem. Secundo dicitur iuxta calcem corporis huius artic. quod ex ista instantia confirmatur magis propositum, eo quod si ponitur natura intellectualis creata, ut pars substantiæ corporeæ, rationabile est, ꝙ ponatur in genere creaturarum substantia intellectualis altior, & a corpore absoluta. Tertio potest dici iuxta explanationem tituli, quòd li omnino incorporeum, non sumitur hic adeo strictè. Reliqua sunt plana.

Ferr. 2. cont. c. 49. 50.
S. Bon. 2. 5. d. 3. q. 1.
Scot. 1. 5. d. 8. q. 3.
Reccar. 2. 5. d. 1. q. 1.
Aeg. 2. 5. dist. 3. q. 2. a. 1.
D. Bon. d. 3. ar. 1.
Cap. 2. d. 3. q. 1. con. 1. & 1. d. 8. q. 2. con. 1.
Bannes ar. 2.
Alb. mag. 3. d. 2. ar. 4.

262 1. d. 8. q. 5. art. 1. & 2. cō. c. 49. & 50. & spū artic. 11. & quol. 9. a. 6. & opu. 3. c. 74. & 95. & opu. 15. c. 3. § 6. 7. 8. & 18. & opus. 30. lib. 6. & 9. & op. 42. c. 4. & 5. tex. 6. to. 3.

ARTICVLVS II.

Vtrum angelus sit compositus ex materia & forma.

AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur, ꝙ angelus sit cōpositus ex materia & forma. Omne enim quod continetur sub aliquo genere, est compositum ex genere, & differentia, quæ adueniens generi, constituit speciem. Sed genus sumitur ex materia, differentia uerò ex forma, ut patet in 8. Meta.* Ergo omne quod est in genere, est cōpositū ex materia & forma. Sed angelus est in gñe substantię, ergo est cōpositus ex materia & forma.

¶ 2 Præt. In quocumque inueniuntur proprietates materiæ, ibi inuenitur materia. Proprietates autem materiæ sunt recipere, & substare. Vnde dicit Boe.† in libro, de Trinit. quòd forma simplex subiectum esse non potest.* Hoc autem inuenitur in angelo. Ergo angelus est compositus ex materia, & forma.

(Ante medium li. de Trin.)

¶ 3 Præt. Forma est actus. Quod ergo est forma tantum, est actus purus. Sed angelus non est actus purus. (hoc. n. solius Dei est.) ergo nō est forma tantum, sed habet formā in materia.

¶ 4 Præt. Forma propriè limitatur, & finitur per materiam. Forma ergo quæ non est in materia, est forma infinita. Sed forma angeli non est infinita, quia omnis creatura finita est. Ergo forma angeli est in materia.

SED CONTRA est, quod Dion.* dicit 4. c. de di. no. quod primæ creaturæ sicut incorporales, ita & immateriales intelliguntur.

(c. 4. non remotea pri.)

RESPON. Dicendum, quòd quidam ponunt angelos esse compositos ex materia & forma, & hanc opinionē astruere nititur Auicerbron. in li. fontis uitæ. Supponit. n. quòd quæcunque distinguuntur secundum intellectum, sint etiam in rebus distincta. In substantia autem incorporea, intellectus apprehendit aliquid per quod distinguitur a substantia corporea, & aliquid per quod cum ea conuenit. Vnde ex hoc, uult concludere quòd illud per quod differt substantia incorporea a corporea, sit ei quasi forma, & illud quod subiicitur huic formæ distinguenti, quasi commune, sit materia eius. Et propter hoc ponit, quod eadem est materia uniuersalis spiritualium & corporaliū, ut intelligatur quòd forma incorporeæ substantiæ, sic sit impressa in materia spiritualium, sicut forma quantitatis est impressa in materia corporalium. Sed primo aspectu, apparet esse impossibile vnam esse materiam spiritualium & corporalium. Non enim est possibile quòd forma spiritualis & corporalis recipiatur in una parte materiæ, quia sic una & eadem res numero, esset corporalis & spiritualis. Vnde relinquitur, quòd alia pars materiæ sit quę recipit formam corporalem, & alia quæ recipit formam spiritualem. Materiam autem diuidi in partes non conuenit, nisi secundum quòd intelligitur sub quantitate: qua remota, remanet substantia indiuisibilis, ut dicitur in 1. Physic.* Sic igitur relinquitur, quòd materia spiritualium sit substātia subiecta quantitati, quod est impossibile. Impossibile est ergo, quòd una sit materia corporalium & spiritualiū. Sed adhuc ulterius impossibile est, quòd substantia intellectualis habeat qualemcunq; materiam. Operatio. n. cuiuslibet rei, est secundum modum substantię eius. Intelligere autē est operatio penitus immaterialis. Quod ex eius obiecto apparet, a quo actus quilibet recipit spēm & rationē. Sic. n. unumquodque intelligitur inquātum a materia abstrahitur, quia formæ in materia, sūt indiuiduales formæ, quas intellectus non appræhendit scd̄m quod hmōi. Vnde relinquitur, ꝙ substantia intellectus est oīno immaterialis. Non est autem necessarium, ꝙ ea quę distinguūtur secundum intellectum, sint distincta in reb. quia intellectus non apprehendit res scd̄m modum rerum, sed scd̄m modū suum. Vnde res materiales, quæ sunt infra intellectum nostrum, simpliciori modo sunt in intellectu nostro, quā sint in seipsis. Substantiæ autem angelicæ, sunt supra intellectū nostrum. Vnde intellectus noster non pōt attingere ad apprehendendum eas, scd̄m qđ sunt in seipsis, sed per modū suum, secundum quod apprehendit res compositas. Et sic etiam apprehendit Deum, ut supra dictum est.*

(tex. 15. uidetur haberi. com. 2.)

(q. 3. art. 3. ad 1.)

AD PRIMVM ergo dicendū, ꝙ differentia est, quę constituit spēm. Vnūquodq; aūt constituit in spē, scd̄m qđ determinatur ad aliquem spālem gradū in entib. quia species rerum sunt sicut numeri, qui differunt per additionem, & subtra-

SVPER Q. L.

ART. II.

CONCL. Substantia intelligens est omnino immaterialis.

PROB. Quia operatio cuiuslibet rei demonstrat modum substantiæ eius, & operatio hæc, scilicet intelligere, est penitus immaterialis.

¶ NOT. Pro abūdantiori captu uide. q. 75. art. 5.

1m de maiori.

Genere, & differentia. R. acceptis uel secundum aliud, & aliud, vel secundum idem diuersimode consideratum. §. Tūc &c. Nam in angelo genus & differentia non accipiuntur secundum materiam, & formam, sed secundum formam diuersimode consideratam. Si enim consi-

consideratur, ut indeterminata, puta ut essentia tantum, habet rationem generis, si ut determinata, puta ut esse tale concernit, habet rationem differentiæ. Propter hoc dicitur, quòd omnia immateriaia (excepto Deo) componuntur ex esse & essentia, tanquam ex genere & differentia. Omne igitur, quod est in genere, est compositum ex materia & forma, uel proprie dictis, uel improprie, idest ex esse & essentia.

8. Met. tex. 10. c. 3.

D. 116.

2^m de maiori.

Proprietates materia. R. Secundum quod sunt proprietates materiæ, non secundum alium modum. §. Tunc &c. Recipere enim, & substare formæ, ita ut materia secundum formã receptam, cui substat, constituatur in esse alicuius speciei, dicuntur a Boetio esse proprietates materiæ: hoc autem modo ipsum recipere & substare, non conueniunt angelis, ut patet in litera.

3^m de conclusione prima.

lib. 1. de aīa apud Aris. tex. 25. t. 3.

Forma tãtum. R. Quæ sit suum esse, non autem, quæ non sit suum esse. §. Tunc &c. Angelus enim est tãtum forma, sed illa forma non est suum esse. Ergo illa maior, scilicet, forma est actus, est duplex. Vel enim per seipsam est actus, uel per suum esse. Non autem est actus per seipsam, nisi in solo Deo, in quo suum esse est ipsamet essentia.

Forma est actus.

4^m de antecedente.

Limitatur finitur. R. Inferius, non, superius. §. Tūc &c. Nam concedimus, angelos esse illimitatos, seu infinitos inferius, sed finitos superius, & consequenter infinitos secundum quid, non simpliciter. Affirmatiua hæc, scilicet, quod finitur per materiam est finitum simpliciter, uera est, quia recipi in materiam præsupponit, formam receptam esse finitam superius, idest non esse suum esse: sed negatiua hæc, scilicet, quod non finitur per materiam est infinitum simpliciter, falsa est uniuersaliter, quoniam non recipi in materiam non de necessitate præsupponit, formam irreceptam esse infinitam superius, id est esse suum esse. In solo enim Deo uerificatur hoc præsuppositum.

D. 168.

D. 113.

q. 7. ar. 4. Finiri, uel non finiri p materiam.

D. 736.

subtractionem unitatis, ut dicitur in 8. Meta. * in rebus autem materialibus, aliud est quòd determinat ad specialem gradum, scilicet forma, & aliud, quòd determinatur, scilicet materia. Vnde ab alio sumitur genus, & ab alio differẽtia. Sed in rebus immaterialibus non est aliud determinans, & determinatum, sed unaquaque earum secundum seipsam tenet determinatum gradum in entibus. Et ideo genus, & differentia d in eis non accipitur secundum aliud, & aliud, sed secundum unum & idem, quę tamen differunt secundum considerationẽ nostram. Inquantum. n. intellectus noster considerat illam rem ut indeterminatè, accipitur in eis ratio generis; inquantum uerò considerat ut determinatè, accipitur ratio differentiæ.

Ad secundum dicendum, quod ratio illa, ponitur in libro fontis uitæ. Et esset necessaria, si idem esset modus quo recipit intellectus, & quo recipit materia. Sed hoc patet eē falsum. Materia. n. recipit formam, ut s̄m ipsam constituatur in esse alicuius speciei, uel aeris, uel ignis, uel cuiuscunque alterius. Sic autem intellectus non recipit formam, alioquin uerificaretur opinio Empedo. * qui posuit quòd terram terra cognoscimus, & ignem igne. Sed forma intelligibilis est in intellectu, secundum ipsam rationẽ formę: sic. n. cognoscitur ab intellectu. Vnde talis receptio, non est receptio materiæ, sed est receptio substantiæ immaterialis.

Ad tertium dicendum, quod licet in angelo non sit compositio formæ & materię, est tñ in eo actus & potentia. Quod quidem manifestum potest esse, ex consideratione rerum materialium, in quib. inuenitur duplex cõpositio. Prima quidem formæ & materiæ, ex quibus constituitur natura aliqua. Natura autem sic composita nõ est suum d esse, sed esse est actus eius. Vnde ipsa natura comparatur ad suum esse, sicut potentia ad actum. Subtracta ergo materia, & posito quòd ipsa forma subsistat non in materia, adhuc remanet comparatio formæ ad ipsum esse, ut potentiæ ad actũ. Et talis compositio d intelligenda est in angelis. Et hoc est quòd a quibusdam dicitur, quòd angelus est compositus ex quo est, & quod est, uel ex esse, & quod est, ut Boet. dicit. Nam quod est, est ipsa forma subsistens. Ipsum autẽ esse, est quo substantia est, sicut cursus est, quo currens currit. Sed in Deo non est aliud esse, & quo est, ut supra ostẽsum est. * Vnde solus Deus est actus purus.

Ad quartum dicendum, quòd omnis creatura est finita d simpliciter, inquantum esse eius non est absolutè subsistens, sed limitatur ad naturam aliquam cui aduenit. Sed nihil prohibet aliquam creaturam esse secũdum quid infinitam. Creaturę autem materiales habent infinitatem ex parte materiæ, sed finitatem ex parte formæ, quæ limitatur per materiam in qua recipitur. Substantiæ autem immateriales creatæ, sunt finitæ secundum suum esse, sed infinitæ d secundum quod eorum formæ non sunt receptæ in alio, sicut si diceremus albedinem separatã existentem, esse infinitam quantum ad rationem albedinis, quia non contrahitur ad aliquod subiectum. Esse tamen eius esset finitum, quia determinatur ad aliquam naturam specialem. Et pp hoc dicitur in lib. de causis, quod intelligentia est finita superius, inquantum scilicet, recipit esse a suo superiori, sed est infinita inferius, inquantum non recipitur in aliqua materia.

ARTI-

APPENDIX.

Ex articulo habes primo, quomodo per rationem ostẽdas Philosophum 2. Metaphys. & duodecima, in pluribus textibus recte sentire, Angelos sine materia esse sed formas simplices, idest nõ compositas ex materia & forma. Iccircò enim intelligentias illas, id est Angelos, decernit esse abstractas, easque sic passim nominat. Et, cum Metaphysicam dicit esse abstractorum, fatetur per hoc (ut patet considerantibus ipsum) illam abstrahere a materia non tantum secundum rationem (ut mathematica) sed etiam secundum rem. Secundo habes, quomodo per rationem uerum illius sensum in talibus dictis declares, probes, tuearis. Tertio uides, quomodo ex his uicissim iungitur præsens conclusio.

Vtilit. pro S. Eccl.

D. 112.

Comm. Cardinalis Caietani.

Titulus clarus est. In eo tamen aduerte, quòd remota ab angelis corporeitate, hoc est substantia quantitati substrata, remanebat adhuc dubium, an talis substantia indiuisibilis quantitatiue, esset diuisibilis essentialiter, id est composita ex materia & forma.

¶ In corpore duo principaliter facit. Primo, refert opinionem Auicebron, secundo improbat eam.

¶ Quo ad primum, quia ordinatè refert fundamentum, positionem, & modum, scilicet quòd materiam, quam ponebat in angelis, ponebatur tali modo quòd erat una omnium, non oportet aliter laborare.

¶ Quo ad s̄m, retrogrado ordine hæc tria impugnantur. Vnitas quidem materiæ, quia sequeretur quod angelus esset quãtus. Positio verò materiæ, quia intelligere est operatio penitus immaterialis, ergo substantia intellectualis est penitus immaterialis consequentia tenet, quia modus operandi attestatur modo operantis. Antecedens uerò probatur ex natura obiecti, quia intellectum oportet esse immateriale, ergo & intelligere, quia ab obiecto operatio specificatur. Fũdamentum autem elidit. Tum in communi, quia modus quo res intelligitur a nobis, non est modus quo res est in se, cuius signum est, quòd materialia simpliciori modo sunt in intellectu, quam in se. Tum in speciali proposito, quia superiora intelligimus per modum rerum compositarum, in quib. aliud est in quo cõueniunt, & aliud in quo distinguuntur, & ex hoc emanauit fundamentum illud tum in natura diuina.

¶ Circa improbationẽ uniuersitatis materiæ, dubitatiũcula occurrit. Nã posset dici consequentia non ualere, quod materia ista cõmunis omnib. sic diuisa est, quod per receptionem quantitatis, facta est una pars materiæ corporalium. Reliquum uerò materiæ absq; quantitate remansit & sic est materia spiritualis distincta a corporali per hoc, quod non est affecta quantitate.

¶ Ad hoc. Potest tripliciter responderi. primò, quòd quia S. Th. præuidit hanc fugam, ideo adiungit reprobationẽ materiæ simpliciter, quod erat principaliter intentũ. Scđo & melius põt dici, quod ista ratio nõ euadit quia materia spiritualis sit diuisibilis quan-

quantitatiuè, quamuis ſuſtineat, quòd non ſit diuiſa actu: quoniã cum ſit una ante receptionem quãtitatis, non eſt maior ratio cur ſecundum hanc portionem uel illam, affecta ſit quantitate. Ponere autem ſubſtantias ſpirituales, eſſe actu uel potentia quantas ſeu actu, uel potentia diuiſibiles quantitatiuè, eiuſdem rationis eſt. Tertio & melius poteſt dici, quòd iſta reſponſio non poteſt dari ab aliquo, qui teneat dari ad minus duos angelos, quia pari, imò eadem ratione argueretur, quomodo materia communis duobus angelis uel plurib. cum ſit eiuſdem rationis, partita fuerit & diſtributa in plures angelos, ſi materia abſque quantitate caret partibus &c. Vnde quia Auicebron conſentiebat pluralitatis ſpiritualium, ratio Sancti Tho. efficax fuit.

¶ Circa efficaciam rationis in litera factæ contra poſitionem Auicebron, dubium ex Durando occurrit. Quia non uidetur valere, niſi contra tenentes angelos eſſe ſubſtantias intellectuales ſecundum ſe totos. Stat nãque, quòd detur ſubſtantia intellectualis ſecundum partem. i. formam, & tamen ſit compoſita ex materia & forma, ut patet de homine & cęlo, ſi eſt animatum &c. Et ſi ſic eſt, ergo nihil ualet ratio contra Auicebron, quoniam ipſe non uidetur tenere illam uiam.

¶ Ad hoc breuiter dicitur, ꝙ quicquid ſit mẽte Auicebron, rõ literæ manifeſte concludit, ꝙ ſubſtantia intellectualis ut ſic, eſt immaterialis, i. independens in eſſe a materia, hoc. n. ex operatione & obiecto probatur. Ac per hoc, ſi eſt ſubſtantia in ſpecie completa, omnino eſt immaterialis, ut patet. Et quoniam angeli nomine intelligimus omnes ſubſtantias completas in ſpecie, cuius ſignũ eſt, quia alia eſt qõ de animab. cęlorum & aliorum animatorum, & alia de angelis. ideo euidenter ſequitur, ꝙ euadi non poteſt ab hac ratione per illam reſponſionem obiiciẽdo allatam. negãdo. n. ꝙ ſupponamus angelos eſſe ſecundum ſe totos intellectuales, dicimus, quòd ſupponimus quid nominis terminorum, ſ. quòd angelus ſignificat ſubſtantiam intellectualem in ſpecie completam. Et ſic procedit formaliter ratio.

¶ In rñſione ad primũ aduerte, ꝙ quia uis argumẽti cõſiſtit in illa propoſitione Philoſophi, S. Th. tria facit. Primò, oſtendit qd formaliter reqritur ad rõnẽ differentiæ, ſ. determinare ad aliquẽ gradũ in entib. Scdõ, ex hoc declarat in quib. habeat locum propoſitio Philoſophi, ſ. in materialib. Tertio, ex eodem fundamento, oſtendit aliter poni in angelis differentiam & genus.

In eadem reſponſione diligenter notato S. Th. a Peripateticis non diſcrepare, in ponendo angelos in genere, quia ut hic patet etiam uerba Ariſ. ex 8. Meta. textu vltimo imitatur, & non ex parte rei, ſed noſtræ cõſiderationis, genus dicit in eis diſtingui a differentia. Et hæc intellige de intrinſecis eorum loquendo.

¶ In reſponſione ad ſm dubium eſt de differentia aſſignata inter receptionem materiæ & intellectus, quia illa recipiendo conſtituitur in eſſe ſpecifico, & naturali receptæ formæ: hic autẽ recipit formam ſecundum ipſam rationem formæ. Quid eſt recipere ſecundum ipſam rationem formæ? Aut hoc eſt recipere quod qd erat eſſe formæ, & hoc non, quia etiam materia hoc recipit. Aut eſt recipere ſolam formam, & hoc non, quia etiam materia hoc habet. Aut eſt recipere intentionaliter, & hoc non, quia etiam aer recipit intentionaliter. Aut recipere uniuerſaliter, & hoc non poteſt ſecundum S. Thom. dici, quia apud ipſum, quicquid recipitur in intellectu, eſt indiuiduatis, ſeu ſingularis res, puta hæc ſpecies intelligibilis.

¶ Et augetur difficultas, quia hic diſtinguitur receptio formę ſm ipſam rationem formæ contra receptionẽ. qua res conſtituuntur in eſſe. Conſtat. n. ꝙ receptio contra iſtã diſtincta, eſt receptio intentionalis. Et tamẽ hęc eſt etiam receptio materialis, ut patet ex S. Th. ſecundo contra Gent. c. 51. ratione tertia.

¶ Ad hoc dicitur, quòd recipere ſm ipſam rationem formæ, eſt recipere formam per modum formę. Modus autem formæ eſt, quem ſecundum ſe forma habet, hic autem eſt indeterminatio ad hoc, uel ad illud. Et ideo de primo ad ultimum eſt recipere formam, ſalua eius communitate & amplitudine ad quæcunque, & hoc eſt recipere uniuerſaliter.

¶ Ad obiectionem autem in oppoſitum dicitur, quòd recipere vniuerſaliter, non opponitur cuilibet ſingularitati, ſed ſingularitati materiali, quæ eſt ad hic & nunc, quoniam unum indiuiduum immateriale ęquiualet infinitis materialis ordinis. Et ſpecies lapidis in anima, eſt lapis vniuerſalis, quamuis ſit una quædam res numero alterius ordinis, ſcilicet immaterialis.

¶ Ad ſecundam obiectionem dicitur, ꝙ receptio intentionalis habet magnam latitudinem. Diuiditur. n. in uniuerſalem & particularem, quæ conuenit ſenſui, & medio &c. Vnde non eſt intentio S. Th. inſinuare, ꝙ receptio ſm ipſam rationẽ formæ, & receptio intentionalis conuertatur. Sed cum receptio ſit triplex, ſ. pure materialis, quæ conſiſtit in eſſe, & pure formalis, ſ. quæ abſtrahit ab omnibus materialibus, & media, quæ eſt partim materialis, & partim formalis, & hæc eſt intentionalis, particulariter conueniens ſenſibus. Contra unum extremum. ſ. receptionem ſimpliciter materiæ S. Th. alterum extremum diſtinxit, ſ. receptionem intentionalem uniuerſalem, inſinuãs etiam ex hoc, ſapientibus, diſtinctionem ipſius recipere intellectus a tota latitudine receptionis materiæ, ſiuè totaliter ſiue partialiter.

Ferr. 2. cont. c. 91. 92.
Bannes. ar. 3.

ARTICVLVS III.

Vtrum angeli ſint in aliquo magno numero.

AD TERTIVM ſic proceditur. Videtur, ꝙ angeli non ſint in aliquo magno numero. Numerus enim ſpecies quantitatis eſt, & ſequitur diuiſionem continui. Hoc autem non poteſt eſſe in angelis, cum ſint incorporei, ut ſupra oſtenſum eſt.* Ergo angeli non poſſunt eſſe in aliquo magno numero.

¶ 2 Præt. Quanto aliquid eſt magis propinquum uni, tantò minus eſt multiplicatum, ut in numeris apparet. Natura autem angelica inter alias naturas creatas eſt Deo propinquior. Cum ergo Deus ſit maximè unus, uidetur quòd in natura angelica inueniatur minimum de multitudine.

¶ 3 Præt. Proprius effectus ſeparatarum ſubſtantiarum, uidetur eſſe motus corporum cęleſtiũ. Sed motus corporum cęleſtium ſunt ſcdm aliquem determinatum numerum paucum, qui a nobis apprehendi poteſt. Ergo angeli non ſunt in maiori multitudine, quam motus corporum cœleſtium.

¶ 4 Præt. Dion.* dicit 4. c. de diui. no. quòd propter radios diuinæ bonitatis ſubſiſtunt intelligibiles, & intellectuales omnes ſubſtantiæ. Sed radius non multiplicatur, niſi ſecundum diuerſitatem recipientium. Non autem poteſt dici quòd materia ſit receptiua intelligibilis radii, cum ſubſtantiæ intellectuales ſint immateriales, ut ſupra oſtẽſum eſt.* Ergo videtur quòd multiplicatio ſubſtãtiarum intellectualium non poſſit eſſe, niſi ſecundum exigentiam primorum corporum, ſcilicet cœleſtium, ut ad ea quodãmodo proceſſus prædictorum radiorum terminetur. Et ſic idem quod prius.

SED CONTRA eſt, quod dicitur Dan. 7. Millia millium miniſtrabant ei, & decies centena millia aſſiſtebant ei.

RESPON. Dicendum, ꝙ circa numerum ſubſtantiarũ ſeparatarũ, diuerſi diuerſis uiis proceſſerunt. Plato. n. poſuit* ſubſtantias ſeparatas eſſe ſpecies rerum ſenſibilium, vtpote: ſi poneremus ipſam naturam humanam eſſe ſeparatam, & ſecundum hoc oportebat dicere, quòd ſubſtantiæ ſeparatæ ſint ſecundum

SVPER Q. L. ART. III.

CONCL. Rationabile eſt, quòd ſubſtãtię immateriales excedant ſecundum multitudinem, quaſi incõparabiliter, ſubſtantias materiales.

¶ NOT. Qualitercunque uolens Albertus Magnus in ſuo cõpendio theologicæ ueritatis, lib. ſecundo, capitulo vigeſimotertio. Specificare numerum angelorum ait. Nouem ſunt ordines angelorum, quilibet ordo habet ſuas legiones, legio autem angelorum habet *6666.* unitates. Tot autem in ſingulis ordinibus ſunt legiones, quot in legione ſunt unitates. Hæc ibi. Quantæ uerò auctoritatis Albertus iſte ſit, norunt illi, qui cognomen hoc, Magnus, ob ſcientiæ magnitudinẽ ei meritò indiderunt. Crediderim tamẽ ego, quòd per tantum numerum noluerit Albertus pluralitatis multitudinem punctaliter ſignificare, ſed quòd eorũ numerus nobis ferè infinitus ſit, inſinuare, id quod ſub aliis uerbis hæc concluſio literæ dixit (ut patet.) Compẽdium præmiſſum ſub nomine Alberti Magni uenerantur ſolemnes Venetijs impreſſiones tres. 1476. 1483. 1485. & Epiſcopus Aquinas Robertus de Litio ordinis minorum libro ſpeculum fidei, ſerm. 30. 39. ſæpius, & Barletta ſerm. feriæ ſecundæ reſurrectionis, & alij.

¶ PROB. Quia quanto magis aliqua ſunt perfecta, tanto magis ſunt in maiori exceſſu creata a Deo (patet de corporibus cęleſtibus) & ſubſtantiæ immateriales ſunt omnib. creatis magis perfectę.

Primum

263 — 1. d. 3. q. 1. art. 3. & 2. con. c. 91. & 92. & po. q. 6. ar. 6. cor. & opu. 15. ca. 2. 3. & 4. — ar. 1. huius quæſ. — c. 4. aliquãtulũ a princip. — ar. 2. huius quæſ. — Ita refert Ariſt. 1. Metap. tex. 6.

1m de maiori. Numerus. R. Prædicamentalis, non transcendens. §. Tunc &c. ut patet in litera.

2m de maiori. Multiplicatur. R. In sui compositione, non in suppositorum suorum numero. §. Tunc nihil &c. Concedimus enim, angelos esse minus multiplicatos in sui compositione, ut articulo primo, & secundo, sed hoc nihil ad rê, de qua est conclusio præsens.

li. 1. Meta. tex 31. per multos te. tom. 3.

3m de maiori.

Proprius. R. In genere efficientis, non in genere finis. §. Tunc nihil &c. Licet enim finis sit ratio multiplicationis eorum, quæ sunt ad finem, tamen effectus efficientis, qui effectus non est eius finis, non est ratio multiplicationis efficientis. Motus vero orbium dicitur angelorum effectus, proprius, quia ab aliis creaturis non potest causari, ideo in genere efficientis proprius est. Talis autem non est proprius in genere finis, quia ad illum motum, tanquam ad suum ultimum finem non ordinantur angeli. Tunc. n. frustra essent, nisi mouerent, quod patet esse falsum, quia post diem iudicii non mouebunt, nec tamen frustra erût.

li. 12. Meta. tex. 43. t. 3

li. 2. pplexorum. ca. 4. & 6.

li. 12. Meta. tex. 43 t. 3.

4a de minori.

Radius. R. Præsupponens recipientia, in quibus recipitur, non aliter. §. Tunc nihil &c. Nam multiplicatio angelorum non est accipienda secundum materiam, in qua recipiantur, neque secundum corpora, sed secundum &c. ut in litera.

c. 14. in medio illius.

¶ Corol. Ex his patet breuiter, quod D. Thomas uult dicere, quod illa authoritas Dionysij trahitur ab argumento extra uerum sensum intentum ab ipso Dionysio. Non enim per ly radios, intelligit id, quod innuit minor, tanquam ex notitiosis nobis. s. radijs solaribus procedens, sed intelligit diuinam sapientiam, ut diuersos ordines illarum substantiarum excogitantem. Pro cuius captu vide quæstione decimaquinta, articulo 2. & quæstione nona, ad secundum. Ergo per hoc te docet Sanctus Thomas, quòd ad argumenta facta ab authoritate respondendû est si cupias difficultatem enodare, assignando uerum sensum authoritatis, & sic directe, & faciliter, soluuntur. Nâ robur argumentorum talium stat in dando sensum falsû authoritatib. per ea adductis: unde infirmitas ostensi roboris subito patet, si datum ab eis sensum non esse germanû ostendatur a responsali, & simul uerus authoritatum sensus aperiatur (ut his fit.)

cundum numerum specierum sensibilium. Sed hanc positionem improbat Arist. † ex eo, quod materia est de ratione specierum sensibiliû. Vnde substantiæ separatæ non possunt esse species exemplares horû sensibilium, sed habent qualdam naturas altiores naturis rerum sensibilium. Posuit tamen Arist. * qđ illæ naturæ perfectiores habent ordinem ad sensibilia ista, secundum rationem mouentis, & finis. Et ideo secundum numerum primorum motuum, conatus est adinuenire numerû subatum separatarû.

Sed quia hoc uidetur repugnare documentis sacræ scripturæ, * Rabbi Moy. Iudæus uolens utrumque concordare posuit, quòd angeli secundum quòd dicuntur substantiæ immateriales, multiplicantur secûdum numerum motuum uel corporum cœlestium, secundum Ari. * Sed posuit quòd angeli in scriptura dicûtur etiam homines diuina annunciantes, & iterum uirtutes rerum naturalium, quę Dei omnipotentiam manifestant. Sed hoc est alienum a consuetudine scripturæ, quòd uirtutes rerum irrationabilium, angeli nominentur. Vnde dicendum est, quod etiam angeli, secundum quòd sunt immateriales substantiæ, in quadam multitudine maxima sunt, omnem materialem multitudinem excedentes. Et hoc est quod dicit Dio. * 9. cap. Cœlest. Hierarch. Multi sunt beati exercitus supernarum mentium, infirmam, & constrictam excedentes nostrorum materialium numerorum commensurationem. Et huius ratio est, quia cum perfectio uniuersi sit illud, quod præcipuè Deus intendit in creatione rerum, quanto aliqua sunt magis perfecta, tâto in maiori excessu sût creata a Deo, sicut autem in corporibus attenditur excessus secundum magnitudinem, ita in rebus incorporeis potest attendi excessus secundû multitudinem. Videmus autem, quod corpora incorruptibilia, quæ sunt perfectiora inter corpora, excedunt quasi incomparabiliter secundum magnitudinem corpora corruptibilia. Nam tota sphæra actiuorum & passiuorum est aliquid modicû, respectu corporum cælestium. Vnde rationabile est, quod substantiæ immateriales excedant secundum multitudinem substantias materiales, quasi incomparabiliter.

Ad primum ergo dicendum, quòd in angelis non est numerus, qui est quantitas discreta, causatus ex diuisione continui, sed causatus ex distinctione formarum prout multitudo est transcendentibus, ut supradictum est. *

Ad secundum dicendum, q ex hoc, quod natura angelica est Deo propinqua, oportet quòd habeat minimum de multitudine in sui compositione. non autem ita, quòd in paucis saluetur.

Ad tertium dicendum, q ratio illa est Aris. in 12. Metaphys. Et ex necessitate côcluderet, si substâtiæ separatæ essent propter substantias corporales. Sic enim, frustra essent immateriales substantiæ, nisi ex eis aliquis motus in reb. corporalibus appareret. Non est autem hoc uerum, quòd substantiæ immateriales sint propter corporales, quia finis, nobilior est his, quę sunt ad finem. Vnde etiam Arist. dicit ibidem, quod hæc ratio non est necessaria, sed probabilis. Coactus aût fuit hac rône uti, quia ad cognoscendû intelligibilia, non possumus peruenire nisi p sensibilia.

Ad quartum dicendum, q ratio illa procedit fm opinionê eorum, qui causam distinctionis rerû ponebant esse materiam, hoc autê improbatum est. * Vnde multiplicatio angelorum neque secundum materiam, neque secundum corpora est accipienda, sed secundum diuinam sapientiam, diuersos ordines immaterialium substantiarum excogitantem.

APPENDIX.

Vtilit. pro S. Eccl.

EX articulo habes primo, quomodo per rationem conuincas hæresim Algazelis (Direct. Inquis. 2. par. q 4.) dicentis: Angelos esse tantum decem. Itê Aristotelis. (Director. ibi) dicens Angelos esse solum tot, quot sunt orbes qui sunt quadraginta, uel quinquaginta. Secûdo habes, quomodo per rationem ostendas, has merito damnari a scripturis Matthei. 26. An putas, non possum rogare patrem, & exhibebit mihi modo plusquâ duodecim legiones angelorum? Legio autem solum una est sex millia sexcenta sexaginta sex. Item Apocalip. 5. Audiui uocem Angelorû multorum, & erat numerus eorum millia millium. Item Luc. 2. facta est cum Angelo multitudo militiæ cœlestis laudantium Deû. Ecce, quòd præ multitudine Angeli dicuntur exercitus, seu militia. Item Iob vigesimoquinto. Nunquid est numerus militum eius? Quasi dicat. Nô. Licet enim secundum se sint numeri finiti angeli, tamen respectiue ad nos sunt infiniti, quia uix dinumerari possunt. Item Daniel. septimo. Millia milliû ministrabant, ei & decies milies centena millia assistebât ei. Tertio. uides, quomodo ex his similibusque locis, uicissim Angelica doctrina præsens declaretur, atque confirmetur.

quæst. ir.

2

q. 47. ar. 1.

3

ARTI-

Comm. Cardinalis Caietani.

Titulus clarus est.

¶ In corpore sunt duo. Primo referuntur tres opiniones, Platonis, Aristotelis, & Rabbi Moysi, & singillatim improbantur. Secundo respôdetur quæsito tali côclusione. Angeli sunt in quadam maxima multitudine, omnem materialem numerum excedentes. Et probatur dupliciter. s. authoritate Dio. & ratione tali. Quanto aliqua sunt in entibus perfectiora, tanto in maiori excessu creata sunt. Angeli sunt perfectissimi, ergo. Maior probatur dupliciter, primò, quia perfectio uniue. si est principaliter intenta. secundò, quia uidemus corpora cælestia creata in maximo excessu secundum magnitudinem.

¶ Circa hanc rationem aduerte, quòd probatio maioris satis obscure habetur in litera, quia clarius posita fuerat in secundo, contra Gent. cap. 92. ubi aperte probatur, ex hoc quòd perfectio vniuersi, quę in ordine consistit, exigit ut partes eius principales, quæ propter seipsa sunt, plurificentur quantum possibile est, eo quòd hæc differentia est inter quæsita propter aliud, & quæ-

& quæsita propter se, quòd quæsita propter aliud exiguntur in tanto numero, quantus sufficit ad illum finem. Quæsita uerò propter se, quanto plura sunt, tanto melius est uniuersum. Et quia perfectiora in entib. inter partes propter se sunt, & imperfectiora sunt propter ipsas: ideo ab intendente principaliter uniuersi perfectionem, quanto aliqua sunt perfectiora, tanto in maiori excessu secundum multitudinem, uel magnitudinem erant creanda.

¶ Circa maiorem eiusdem rationis, occurrit dubium, quia non uidetur uerum, quòd quanto aliqua sunt perfectiora, excedunt alia magnitudine, uel multitudine. Aurum enim neutro modo excedit ferrum. Gemmæ quoque incomparabiliter exceduntur a lapidibus, & tamen constat hæc preciosiora esse.

¶ Ad hoc uidetur dicendum, quòd ut in 1. de cælo, & mundo discutitur, partes uniuersi sunt duplices. Quædam uelut integrantes substantiam eius, & hæ pertinent ad primam integritatem uniuersi. Quędam uerò sunt uelut perficientes ipsum ad secundariam perfectionem vniuersi, & sunt effectus primarum. Primæ partes sunt tantum elementa, corpora cęlestia, & intellectuales creaturę. Secundæ uerò sunt quęlibet mista. In primis partibus intelligenda est maior sancti Thomæ, & in illis est uerissima, & satis sufficit proposito suo. Quoniam ex hoc, non solum concluditur, quòd numerus angelorum, idest intellectualium substantiarum excedit numerum cælorum, & elementorum. Sed quemadmodum excessum magnitudinis incomparabiliter inuenimus inter superiora corpora & inferiora, a fortiori, cum longe plus distent substantiæ immobiles & spirituales a corporalibus, quam quæcunque corpora inter se, consequens est, eas incomparabiliter excedere & prædictorum & cęterorum materialium multitudinem.

¶ Circa conclusionem principalem, dubium occurrit: an intelligatur de omni multitudine materiali, scilicet, secundum species, & secundum numerum: an de multitudine specifica materialium tantum, an de multitudine primarum partium materialiũ uniuersi. Si hoc tertio, uel secundo modo intelligitur, non tam magnus & excessiuus uidetur numerus angelorum, quantus dici solet, & tamen tertio modo intelligi oportere, solutio præcedens ostendit. Alioquin, æquiuocatio contingeret in præmissis, & conclusione. Si autem primo modo, absurditas non parua uidetur, puta, quòd sint plures angeli quam grana milii, frumenti &c. numerus enim horum, & capillorum, & arenæ, & aliorum huiusmodi, non sapienter comparari uidetur rebus intellectualibus.

¶ Ad hoc dicitur, quòd sermo iste per se loquendo est de multitudine specifica. Tum, quia in angelis non reperitur alia multitudo. Tum, quia vis medii super quo fundatur ratio, nõ exit limites talis multitudinis: quia primæ partes uniuersi elementa, & corpora cęlestia. s. singulis indiuiduis contenta sunt. Nec ex hoc sequitur: non esse excessiuum numerum angelorum: quia multitudo incomparabiliter excedẽs multitudinem specificam materialem, valde magna est, quemadmodum magnitudo primi orbis incõparabiliter excedens quantitatem elementalem, ualdè etiam magna est. Et hæc est absque dubio mens S. Thomę. Vnde inferius, q. 111. art. 6. ad secundum de hoc, loquens, apposuit naturæ nomen, dicens, quòd excedunt omnes naturas corporeas. Et in Quæst. de potentia Dei, quæst. 6. artic. 4. in corpore, apposuit nomen speciei, dicens, quod excedunt omnes species materialium. Idem aũt quod in oppositum obiicitur de primis partib. vniuersi, nõ obstat: quoniam primæ partes corporales vniuersi continent cęteras species, & si non formaliter, saltem uirtualiter. Et ideo loqui de multitudine primarum partium uniuersi, & loqui de multitudine specifica oĩum materialiũ, non refert, nisi ẽm implicitum & explicitum. Ac per hoc excedens improportionabiliter multitudinem primarum materialium partium uniuersi, excedere etiam improportionabiliter intelligitur multitudinem implicite, & uirtualiter contentam in illis. Et si obiicitur: ergo intelligitur etiam de materiali distinctione, q̃ ẽt uirtualiter continetur in illis primis, patet rñsio, quòd non est similis rõ, qm̃ cum ex habitudine partiũ uniuersi eiusq; pfectione, rõ robur trahat, ut patet ex dictis, & ppterea de illa tm̃ multitudine sermo esse dẽt, quæ ad perfectionem spectat uniuersi, qualis non est multitudo numeralis, sed specifica primarum partium formaliter secundarum uirtualiter.

ARTICVLVS IIII.

Vtrum angeli differant specie.

AD QVARTVM sic proceditur. Videtur, quòd angeli non differant specie. Cum. n. differentia sit nobilior genere, quæcunq; conueniunt secundum id, quod est nobilissimum in eis, conueniunt in vltima differentia constitutiua, & ita sunt eadem secundum speciẽ. Sed omnes angeli conueniunt in eo, qđ est nobilissimum in eis, s. in intellectualitate. Ergo omnes angeli sunt unius speciei.

¶ 2 Præt. Magis, & minus non diuersificant speciem. Sed angeli nõ uidentur differre ad inuicem nisi secundum magis & minus, prout scilicet, unus alio est simplicior, & perspicacioris intellectus. Ergo angeli non differunt specie.

¶ 3 Præter. Anima, & angelus ex opposito diuiduntur, sed omnes animæ sunt unius speciei. Ergo & angeli.

¶ 4 Præter. Quanto aliquid est perfectius in natura, tanto magis debet multiplicari. Hoc autem non esset, si in una specie esset unum tantum indiuiduum. Ergo multi angeli sunt unius speciei.

SED CONTRA est, quod in his quæ sunt unius speciei, non est inuenire prius, & posterius, ut dicitur in tertia. Metaphysicæ. Sed in angelis etiam unius ordinis sunt primi, & medii, & vltimi, ut dicit Dion. † 10. c. Angelicę Hierar. Ergo angeli non sunt eiusdem speciei.

RESPON. Dicendum, quòd quidam dixerunt omnes substantias spirituales esse unius speciei, etiam animas. Alii uerò, quòd omnes angeli sunt unius speciei, sed non animæ. Quidã uerò, quòd omnes angeli unius Hierarchiæ, aut etiam unius ordinis, sed hoc est impossibile. Ea enim quę conueniunt specie, & differunt numero, conueniunt in forma, sed distinguuntur materialiter. Si ergo angeli non sunt cõpositi ex materia & forma, ut dictum est supra, * sequitur d quòd impossibile sit esse duos angelos vnus speciei: sicut etiam impossibile esset dicere, quòd essent plures albedines separatæ, aut plures humanitates, cum albedines non sint plures, nisi secundum quod sunt in pluribus substantiis. Si tamen angeli haberent materiam, nec sic possent esse plures angeli unius speciei. Sic, n. oporteret, quòd principium distinctionis unius ab alio esset materia: non quidem secundum diuisionẽ quantitatis, cum sint incorporei, sed secundum diuersitatem potentiarum. Quæ quidem diuersitas materiæ, causat diuersitatem non solum speciei sed generis.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd differentia est nobilior genere: sicut determinatum indeterminato, & proprium communi, non autem sicut alia, & alia natura. Alioquin oporteret, quòd omnia animalia

Ferr. 2. cont. c. 91. 92.
Sonc. 2. 5. d. 3. q. 7.
Mastr. 2. 5. d. 3. q. 2.
Aeg. 2. 3. dist. 3. q. 2. a. 3.
Bannes ar. 4.
S. Bon. 2. 5. d. 9. q. 1. ar. 1.
Riccar. 2. 5. d. 3. q. 1.
Duran. 2. 5. d. 3. q. 3.
Cap. 2. d. 3. q. 1. con. 5.

264 2. d. 3. q. 1. art. 4. & 2. con. c. 91. & 92. & 93 ratione 4. & spi. ar. 9. & op. 30. le. 6. & lec. 9. prin. & op. 32. cap. 161.

SVPER Q. L. ART. IIII.

CONCL. 1. Impossibile est, esse duos angelos eiusdem speciei.

¶ PROB. Quia quæ conueniunt in specie & non autem in numero, conueniunt in forma, sed differunt materia. Et angeli nullam habent materiam. (patent probationes huius hypothetici antecedentis in litera.)

¶ CONCL. 2. Etiam si angeli haberent materiam, nec sic possent esse plures angeli unius speciei.

¶ PROB. Quia tunc principium distinctionis esset materia secundum diuersitatem tantummodo potentiarum. Et talis diuersitas materię causat distinctionem non solum speciei, sed etiam generis.

li. 3. meta. tex. 1. 10. 3 1m de maiori, Nobilissimum. a. De gradibus naturæ: non, de natura præcisè. §. Tunc nihil &c. Nam secundum gradus naturæ, etiam unius, & eiusdem, sumuntur vltimę differentię, & cõsequenter vniformitas uel diuersitas speciei: non autem, secundum naturam pręcise. Quia ergo licet Angeli conueniunt in nobilissimo naturæ, quia in intellectualitate (omnes enim sunt intellectuales,) non tamen conueniunt in nobilissimo gradu naturæ (non enim sunt omnes eiusdem perfectionis naturalis in esse intellectuali:) ideo illa maior. Quæcunque conueniunt secundum id, &c. non concludit, quòd ipsis Angelis sit conuenientia in vltima differentia eorum constitutiua.

ca. 4. & 10. Cęles. Hierarc. a medio.

art. 2. huius quæst. D. 115.

Secun-

2^m de maiori. Magis & minus. R. causata ab intensione, & remissione unius formæ, non, causata a diuersitate formarum, §. Tunc nihil &c. Magis enim, & minus, de quibus in argumento, causantur in angelis ex formarum gradib. diuersis, non ex unius formæ intensione, uel remissione.

3^m maior. Angelus, & anima, ex opposito diuiduntur, R. sic tamen ut Angelus sit nobilior anima, §. Tunc negatur consequentia. Nam quod melius est, idest, multiplicatio specifica, ascribenda est, nobiliori, & ignobilius, idest multiplicatio numeralis tantum, ignobiliori, ut singula singulis correspondeant.

4^m de maiori. Multiplicari, R. secundum speciem, non secundum numerũ eiusdem speciei, §. Tunc nihil &c ut patet in litera. Hoc argumẽtum sic glossatum facit ad conclusionem articuli tertii, supra, tanquã probatio eius, & simul declarat, quod ille magnus numerus est etiam specificus. Sic ergo sũt in magno numero angeli, ut quodlibet indiuiduum sit indiuiduum & species, & consequenter unus ab alio differt & numero, & specie simul.

D.648.

Differunt Angeli.

malia irrationalia essent unius speciei, uel quod esset in eis aliqua alia perfectior forma, quam anima sensibilis. Differunt ergo specie animalia irrationalia secundum diuersos gradus determinatos naturæ sensitiuæ. Et similiter omnes angeli differunt specie secundum diuersos gradus naturæ intellectiuæ.

AD SECUNDUM dicendum, quod magis, & minus secundum quod causantur ex intentione & remissione unius formæ, non diuersificant speciem. Sed secundum quod causantur ex formis diuersorum graduum, sic diuersificant speciẽ, sicut si dicamus, quod ignis est perfectior aere, & hoc modo angeli diuersificantur secundum magis & minus.

AD TERTIUM dicendũ, quod bonum speciei præponderat bono indiuidui. Vnde multo melius est, quod multiplicentur species in angelis, quam quod multiplicentur indiuidua in una specie.

AD QUARTUM dicendum, quod multiplicatio secundum numerum cum in infinitum protendi possit, non intenditur ab agẽte, sed sola multiplicatio secundum speciem, ut supra dictum est. " Vnde perfectio naturæ angelicæ requirit multiplicationem specierum, non autem multiplicationem indiuiduorum in una specie.

A R-

APPENDIX.

Vti. prophi losophus.

EX articulo habes primo: quomodo per rationem ostendas, philosophicum, 12. metaph. tex. 49. merito insinuasse, non dari duas intelligentias abstractas in eadem specie, per hoc dictum, si darentur (inquit) duo principia, quæ solo numero differrent, ex necessitate constare deberent ex materia, quia indiuidualis distinctio ex sola materia potest desumi. Cum ergo Angeli ex materia secundum etiam philosophum, non constent, patet, quod per huiusmodi dictum a philosopho innuitur id quod diximus. Taceo alia philosophi plurima testimonia de hac re, quæ per eandem rationem merito esse dicta ostendere poteris. Secundo, habes, quo modo per rationem sensum uerum peripateticum in præmissis, dictis uel apertis, uel subobscuris, declares, probes, tuearis. Tertio uides, quomodo ex his, aliisque similibus, uterissime iuuetur præsens articulus. Pro qua re notato sequentem regulam. Videlicet. In rebus dubiis, idest in rebus ubi non habemus, quid certo secundum fidem catholicam definite tenendum sit, ualde theologicæ dignitati, & per consequens fidei consentaneum est magis amplecti partem illam, quam philosophi magni (ut Aristoteles) naturalem rationem sequentes amplexi sunt, quam ab illa declinare. Nam, ultra quod hoc satis tutum uidetur, philosophis ipsis etiam occasio deridendi uel minus in prẹtio habendi Theologus, amputatur qui, ex accidente contrario, Theologos pro suo libito naturali ratione deserta conclusiones suas determinare putarent. Quo contra philosophi ipsi uidentes, quod Theologi ea, quæ capacitatem rationis naturalis non excedunt, consonanter ad rationem naturalem, quam ipsimet secuti sunt, determinant, hoc, inquam, uidentes ædificantur ad fidem, ex tali sano (etiam secundum ipsos) progressu opinari incipientes, quod etiã ad credendum, & defendendum, & modo nobis possibili probandum, ea, quæ naturalem rationem excedunt, Theologi, ut pote uiri ab eis quoque per experientiam antedictam pro grauissimis habiti, non sine causa moueantur. Talis generis sunt multæ conclusiones de Angelis, ueluti, & præsentis articuli conclusio. Vnde Aug. lib. contra Priscillianistas c. ult. ait. Esse angelos, principatus, potestates, & uirtutes, libenter me scire fateor, quia id testatur Paulus ad Coloss. 1. quid autem sint, aut qualiter sint, aut quomodo distinguantur, ignoro, neque ex hac ignorantia aliquod detrimentum patior.

3

Regula utilissima pro sententiis uerieribus diiudicandis.

Q.47. a. 1.

¶ NOT. Articulo huic seruit articulus in ordine. 261. 368. 262. 234. 145. 251. 416.

Pro stud.

Comm. Cardinalis Caietani.

TItulus clarus.

¶ In corpore duo. Primo, recitat tres opiniones clare. tertia est quam sequitur Sco. Secundo, impugnat simul omnes quo ad propositum dupliciter, ut patet.

¶ Prima ratio, Angeli non sunt compositi ex materia & forma ergo nec plures in una specie, consequentia probatur, quia quæcunque conueniunt in specie, & differunt numero, conueniunt in forma, & differunt materialiter.

¶ Secundo impugnat, posito quod essent materiales, probando eandem conclusionem, sic. Distinctio causata ex materia, aut est secundum diuersitatem quantitatis, aut secundum diuersitatem potentiæ, ibi non est prima, quia sunt incorporei, ergo esset secunda, sed hæc non solum excludit identitatem specificam, sed genericam, ergo.

¶ Circa probationem consequentiæ in prima ratione, occurrit dubium, quia aut assumit falsum, aut nihil probat. Si enim ly differunt materialiter significat differre materia proprie dicta, quæ sic altera pars rei differentis, falsum assumitur, quia duæ animæ differunt materialiter, & tamen non differunt in materia, quia carent illa. Et similiter duæ lineæ mathematicè sumptæ, & similiter duo accidentia eiusdem speciei in angelis. Si uero, ly differunt materialiter, significat differentiam in materia proprie dicta, non tamen quæ sit pars rei differentis, tunc & falsum assumitur, ut patet in duabus instantiis ultimo dictis. Et contra hoc sunt argumenta multa Scot. quæ in q. de Ente & essentia habes. Et intentum non probat, eo quod differre materialiter hoc modo superius est ad differre materialiter, per hoc quod est compositũ ex materia & forma, & ad differre materialiter, per hoc, quod aliquo modo differt secundum materiam. Ac per hoc, ex negatione compositionis non potest inferri negatio differentiæ materialis, sed est fallacia consequentis ab inferiori ad superius negatiue. Si autem ly differunt materialiter, significat differentiam in materia communiter sumpta, idest in eo quod se habet ut materiale respectu speciei, hoc modo acceptatur ab omnibus. Sed tunc nihil omnino probatur ad propositum propter eandem rationem, quia scilicet minor sub intellecta, s. angeli non differunt materialiter, non probatur ex hoc, quoniam non sunt compositi ex materia & forma, sed est sophisma consequentis.

¶ Ad hoc dicitur quod cum propositio. S. Tho. sit uniuersalis, tertio modo intelligenda est, in cuius signum subdit exemplum de plurificatione albedinis, quam constat indiuiduari non ex materia, sed ex quanto. Ad instantiam autem in oppositum dicitur, quod S. Tho. breuitati studenti, sat fuit afferre probationem efficacem in illa materia, de qua loquebatur. Ad cuius euidentiam scito, quod cum apud ipsum, omnis differentia pure materialis oriatur aut ex quantitate, (ut accidit in rebus materialibus,) aut ex subiecto, ut accidit in accidentibus, spiritualibus, differentiam uero ex quantitate orta in substantiis locum non habeat nisi ratione materiæ. Materia aut non alio pacto in substantia completa sit nisi, ut pars eius, consequens est, quod de substantiis completis quales sunt angeli loquendo, sufficienter excluditur ab eis differentia materialis, per hoc quod excluditur ab eisdem compositio ex materia & forma.

¶ Circa primum argumentum notã, quod S. Tho. non ex defectu argumentorum ex propriis, ut consueuit, argumentatur ex communibus, sed argumentum hoc propria angelorum scrutatur.

¶ Ad cuius euidentiam aduertendæ sunt duẹ propositiones quasi per se notæ. Prima est, quod in substantiis quẹ apud nos sunt, ratio generis inuenitur seorsum existens in rerum natura, absque nobilitate superadditæ naturæ. Corporeitas enim inuenitur absque perfectione mistionis, ut patet in elementis, & mistum absque uita, ut patet in mistis inanimatis, & uiuum absque sensu, ut patet in plantis, & sensus absque motu, ut patet in ostreis, & hoc absque intellectu, ut patet in brutis. Secunda est, quod intellectualitas est ultima & summa natura uniuerso Ex his. n. duabus propositionibus, productum est argumentum. Maior enim ex prima,

ma,& minor ex secunda,ſ.propoſitione. Si enim genus ſeorſum inuenitur a ſumma natura,quia natura imperfectior, conſequens eſt,quod non omnes angeli conueniant in ſumma natura. Et ſi conueniunt in ſumma natura,quod illa non ſit genus, quia non poteſt extra ſeipſum inueniri, ſed angeli conueniunt in intellectualitate,quæ eſt nobiliſſimum omnium ergo.

¶ Circa reſponſionem ad primum aduerte duo. Primo, quod ibi non eſt ſermo de quacunque alietate inter naturam generis, & differentiæ. Sed de alietate realis ſeparationis,non rationis genericæ a ratione perfectioris differentiæ,ſed rönis genericæ a tota una latitudine differentiarum perfectioris ordinis, puta uini a rationibus ſentiendi,& ſenſitiui a rationib. bipedis,& quadrupedis &c. Ita q intendit author interimere primã propoſitionẽ,uolẽs, eã non eſſe neceſſariã uniuerſaliter quamuis qſique uerificetur. Et probat hoc dupliciter,primo,oñſiue,quia genus & differentia ſat eſt,q differant,ut indeterminatum & determinatum. Secundo,ducendo ad inconueniens,ſ.q in irrationalibus animalib. eſſet præter naturã ſenſitiuã,quæ eſt genus,alia pfectior forma,uel eſſent unius ſpẽi,utrunque.n.eſt inconueniens ut inferius patebit.

¶ Secundo,quod reſponſio formaliter conſiſtit in hoc,quod cõuenire in nobiliſſimo ſit,contingit dupliciter. Primo,in nobiliſſima natura. Secundo in nobiliſſimo gradu naturæ eius communis. Primo modo maior eſt falſa,ſecundo uero modo,eſt uera,ſed tũc minor eſt falſa.

Ferr. 2.cont.c.54 91.
Cap. 1.d.8.q.3. con. 2.
Bannes ar.5.
Alb.Mag.2.d. 3 ar.11.

ARTICVLVS V.

Vtrum angeli ſint incorruptibiles.

AD QVINTVM ſic proceditur. Videtur, quod angeli non ſint incorruptibiles. Dicit.n. Dam.* de angelo,quod eſt ſubſtantia intellectualis,gratia & non natura immortalitatem ſuſcipiens.

¶ 2 Præt. Plato dicit in Timæo,† O Dii deorum,quorum opifex idẽ paterque ego. Opera ſiquidem uos mea diſſolubilia natura. Hos autem Deos non aliud quam angelos intelligere poteſt. Ergo angeli natura ſua,ſunt corruptibiles.

¶ 3 Præt. Secundum Greg.* omnia in nihilum tenderent, niſi ea manus omnipotentis conſeruaret. Sed quod in nihilum redigi poteſt eſt corruptibile. Ergo cum angeli ſint a Deo facti, uidetur quod ſint corruptibiles ſecundum ſuam naturam.

SED CONTRA eſt, qd Dion.* dicit 4.cap.de di.no.quod intellectuales ſubſtantiæ uitam habent indeficientem ab uniuerſa corruptione, morte, & materia, & generatione,mundæ exiſtentes.

RESPON. Dicendum, quod neceſſe eſt dicere angelos ſecundum ſuam naturam eſſe incorruptibiles. Cuius ratio eſt, quia nihil corrumpitur niſi per hoc, quod forma eius a materia ſeparatur. Vnde, cum angelus ſit ipſa forma ſubſiſtens, ut ex dictis patet* impoſſibile eſt, quod eius ſubſtantia ſit corruptibilis. Quod enim conuenit alicui ſecundum ſe, nunquam ab eo ſeparari poteſt. Ab eo autem cui conuenit per aliud,poteſt ſeparari, ſeparato eo ſecundum quod ei conueniebat. Rotunditas enim a circulo ſeparari non poteſt, quia conuenit ei ſecundum ſeipſum, ſed æneus circulus poteſt amittere rotunditatem per hoc, quod circularis figura ſeparatur ab ære. Eſſe autem ſecundum ſe competit formæ, unumquodque enim eſt ens actu ſecundum, quod habet formã. Materia uero eſt ens actu p formam. Compoſitum igitur ex materia & forma deſinit eſſe actu per hoc, quod forma ſeparatur a materia. Sed ſi ipſa forma ſubſiſtat in ſuo eſſe, ſicut eſt in angelis, ut dictum eſt,* non poteſt amittere eſſe ipſa igitur immaterialitas angeli eſt ratio,quare angelus eſt incorruptibilis ſecundum ſuam naturam,& huius incorruptibilitatis ſignum accipi poteſt ex eius intellectuali operatione. Quia enim unumquodque operatur ſecundum quod eſt actu operatio rei indicat modum eſſe ipſius. Species autem & ratio operationis ex obiecto comprehenditur. Obiectum autem intelligibile, cum ſit ſupra, tempus, eſt ſempiternum: unde omnis ſubſtantia intellectualis eſt incorruptibilis ſecundum ſuam naturam.

AD PRIMVM ergo dicendũ, quod Dam. accipit immortalitatẽ perfectam,quæ includit omnimodam immutabilitatem, quia omnis mutatio eſt quadam mors, ut Auguſt. † dicit. Perfectam autem immutabilitatem angeli non niſi p gratiã aſſequũtur, ut infra patebit.

AD SECVNDVM dicendum, quòd Plato, per Deos intelligit corpora cœleſtia, quæ exiſtimabat eſſe ex elementis compoſita. Et ideo ſecundum ſuam naturam erant diſſolubilia,ſed uoluntate diuina ſemper cõſeruabantur in eſſe.

AD TERTIVM dicendum, quod, ſicut ſupra dictum eſt,* quoddam neceſſarium eſt, quod habet cauſam ſuæ neceſſitatis. Vnde non repugnat neceſſario, nec incorruptibili, quod eſſe eius dependeat ab alio ſicut a cauſa. Per hoc ergo quod dicitur, quod omnia deciderent in nihilum, niſi continerentur a Deo & etiam angeli non datur intelligi, quod in angelis, ſit aliquod corruptionis principium ſed quod eſſe angeli dependeat a Deo ſicut a cauſa. Non autem dicitur aliquid eſſe corruptibile, per hoc, quod Deus poſſit illud in non eſſe redigere, ſubtrahendo ſuam conſeruationem,ſed per hoc,quod in ſeipſo aliquod principium corruptionis habet,uel contrarietatem, uel ſaltem potentiam materiæ.

SVPER Q. L.

ART. V.

265 1.d.3.q.1. ar.1. co. & d 7.q. 1.a. 1.cor.& 2. cont.c.54. & 91.ad 3. & pot.q.5. art. . & 4. cor.& opu. 3.c. 74. & opu. 9. ca. 47.

CONCL. 1. Neceſſe eſt dicere, Angelos ſecundum naturã ſuam eſſe incorruptibiles.

¶ PROB. Quia nihil corrumpitur, niſi per hoc,quod forma eius a materia ſeparatur. Et impoſſibile eſt, formã angeli a materia eius (cum materia careat) ſeparari.

Li.2.orth. fid.c.3. Circa finẽ 5.ſa prin. li. numerã do. Li.16. moral.c.18.nõ procul a prin. Ca.4.parũ a princ.

¶ CONCL. 2.Omnis ſubſtantia intellectualis eſt incorruptibilis ſecundum naturam ſuam.

¶ PROB. Quia operatio rei indicat modũ eſſe ipſius. Et intelligere ſecundum ſuam rationem eſt ſupra tempus,ac ſempiternum.

1^m ex Damaſ.

Immortalitatẽ. ꝰ. Idest immutabilitatem perfectam, non autem, immortalitatem ſubſtantialem, §. Tunc nihil &c.Nam Angelus,licet ſit ſecundum ſubſtantiam ſuam naturaliter immortalis, tamen ſecundum aliqua alia eſt mutabilis. Vide q. 10. art.5.ad primum: & q. 62.ar.8.

D.131.

2^m ex Plato. Dii ꝰ. Ideſt corpora cæleſtia, non autem, angeli, §. Tunc nihil &c. ut de ſe patet.

Ar.1. & 2. huius q.

3^m de minori.

Corruptibile eſt. ꝰ. Negatur, ſed dicendum, annihilabile eſt. §. Tunc nihil &c. Non enim eſt idem corruptibile, & annihilabile,ut clare patet in textu.

APPENDIX.

Vtil. pro S.Eccl.

EX articulo habes, primo, quomodo per rationem oſtẽdas, Concilium Conſtantinopolitanum ſextum, actione 11. merito definiſſe, quod Deus creauit angelos, & corpora cæleſtia incorruptibilia, & perpetuo duratura. Item merito. In epiſtola unica Iudæ Thadæi,c.unico,determinari idem, dum ibi dicitur,quod Angeli, qui non ſeruauerunt ſuum principatum, ſed dereliquerunt ſuum domicilium, reſeruati ſunt a Deo uinculis perpetuis. Quo uinculis ppetuis reſeruarentur, ſi corruptibiles eſſent? A ſimili dictu de præmiis perpetuis reſpectu bonorum angelorum. Itẽ Concilium Later ſub Leone X.ſeſſ 8 ſi coniungatur epiſtolæ ſecũdæ, Petr.cap. 2. merito idẽ fateri. Dicit enim ibi Concilium,animam intellectiuam eſſe immortalem (unde illud q 75.ar 2.& 6.) & Beatus Petrus,loquens de Angelis comparatiuẽ ad homines ait ſic, ubi Angelis fortitudine & uirtute cum ſint maiores,non portant &c. Ex ipſo igitur concilio ſic iuncto dicitur, ſi anima intellectiua eſt ſecundum naturam ſuam incorruptibilis, & angelus eſt uirtute naturali (de tali enim loquitur Petrus cum de Angelis apoſtaticis ibi loquatur) maior anima humana, ſequitur, qđ multo magis Angelus ſecundum naturam ſuã ſit incorruptibilis. Secundo habes, quomodo per rationem (hęc deſumitur ex reſponſio ad primum) intelligere ualeas quoddam dictũ in eodem Cõcilio Cõſtantinopolit. & eadem actione, apparenter in ſuperficie a ſupra nunc enarratis diuerſum. Audi. Legitur inibi epiſtola Sophronii Patriarchæ Hieroſolymorum quæ poſtmodum a toto Concilio actione ter-

D. 1131. Ar.2. huius quæſt. li. 3. cont. Maximinũ c 12 a me. to.6. & in epiſtol. ad Dioſc fere circ. med. q. 62. Q 44.ar.1. 2

tertiadecima approbata fuit, in qua postquã Sophronius docuit, Angelos, & animas & cæteras substantias inuisibiles, non corrumpi, sed omnia esse a Deo immortalia creata, post, inquam, annectit dicens illa esse immortalia non per naturam sicut Deus, sed per gratiam ex a morte coercentem. Ex responso enim illo ad primum pro concordantia cum antedictis potes dicere, quod accipit Sophronius immortalitatem dupliciter. Nam, quando illa a Deo creata immortalia inquit, hunc accipit immortalitatem pro incorruptione substantiali (sicut & hic articulus,) quando uero illa esse immortalia non per naturam sicut Deus, sed per gratiam ait, tunc accipit immortalitatem pro omnimoda immutabilitate (ut & in ad secundum de Damasceno dicitur.) Si enim per naturam sic immortales, idest omnino immutabiles, essent Angeli, quomodo a iustitia ad statum peccati quidam illorum, puta Lucifer cum asseclis, mutati fuissent? Et si per gratiam sic immortales, i. perfecte immutabiles, non essent, quomodo Michael cum suis ad possidendum sine fine uitam æternam attigisset? Stant, ergo aptissime simul, & quod per naturam sint substantialiter immortales, & quod per gratiam sint supernaturaliter immortales. Quid? Si Sophronii eiusdem uerba singillatim ponderentur, eundem sensum ex seipsis porrigunt. Sunt (inquit) immortalia creata, ergo sunt per naturam immortalia, quoniam quod ex creatione, ut sic, datur conuenit rei naturaliter (ut homini esse bipedem, statuta rectum.) Subiungit idem pater: quod non per naturam, sed per gratiam sunt immortalia. Ergo ex ordine creationis ad ordinem gratuitum se transferens aperte monstrat, quod de immortalitate non creationis, sed gratuita, sermonẽ tunc facit. Vlterius secundo potes dicere, quod sunt illa immortalia per naturam, sed non per naturam sicut Deus, (ut ibi annotauit Pater.) Nã Deus per naturam independentem est immortalis, illa autem creata p naturam dependentem. Dependentem, inquam, a Deo, non naturali necessitate, sed gratiosa sua uoluntate, agente: Sunt ergo immortalia per naturam suiipsorum creatam, & per gratiam Dei, inquantum Deus illis dedit naturam talem ex mera sua gratia, non ex obligatione. Sic ergo sumitur hic gratia non pro supernaturali dono (ut prius,) sed pro libero, & mero beneplacito. Tertio uides, quomodo ex his uicissim Angelica hæc doctrina firmetur, atque declaretur.

3

Comm. Cardinalis Caietani.

Titulus clarus est.

¶ In corpore una conclusio. Angeli sunt incorruptibiles secundum suam naturam. Probatur dupliciter. Primo sic. Omne quod corrumpitur, per hoc corrumpitur, quod eius forma separatur a materia, ergo angeli sunt incorruptibiles. tenet consequentia, quia angeli sunt formæ subsistẽtes, & oĩno immateriales, ac p hoc in eis non potest habere locum separatio formæ a materia. Antecedẽs uero probatur sic, esse p se conuenit formæ, ergo inseparabile ẽ a forma ergo in oĩ corruptione fit separatio a materia. Antecedẽs primũ nũc assumptũ probaẽ ex eo, q cuicũq; cõuenit esse, cõuenit ratione formæ, ut patet in materia, q̃ maxime distat a forma. Prima uero consequentia patet ex 1. Poster. & declaratur exemplo rotunditatis circuli, & æris, seu circuli ænei. Secunda uero consequentia fundatur super duobus, primum est, Corruptio est mutatio de esse in nõ esse. Secũdũ est, In oĩ corruptione oportet materiam remanere. Ex his enim manifeste sequitur separatio formæ a materia, quia cum in omni corruptione destruatur aliquod esse, & esse non possit separari a forma, oportet quod esse & forma simul pergant. Et cum ex alia parte in omni corruptione oporteat subiectum remanere, necesse est, quod si corruptio fit, quod esse separetur a subiecto remanente, ac per hoc forma etiam ab eodem separetur, alioquin corruptio intelligi nõ põt.

¶ Circa primam rationem dubitatio accidit, de ueritate illius propositionis assumptæ, s. Esse per se conuenit formæ. Hæc enim, aut est falsa, aut nihil infert ad ꝓpositum. Dupliciter enim interpretari potest. Primo, ut ly per se, distinguitur contra per aliud, & idem significat quod sine medio, seu immediate. Et hoc modo, licet sit uera, propositum tamen non probat, quia ex hoc non sequitur ipsum esse, inseparabile esse a forma. Non enim ualet, A conuenit B immediate. ergo inseparabiliter, ut patet de forma respectu materiæ, & de albedine respectu superficiei. Obstat etiam huic interpretationi declaratio S. Thom. ex rotunditate, & circulo &c. Secundo modo, potest accipi ly per se, ut distinguitur contra per accidens. Et sic propositio est falsa, tum in doctrina S. Th. tum simpliciter. Apud S. Th. quidem, esse p accidens prædicatur de qualibet forma citra Deum, ita quod nec est de essentia alicuius formæ, nec fluit ab illa ut passio, ut superius in q. 3. ar. 4. dixit, quia nulla res est sibi sufficiens causa, q sit. Simpliciter autem, quia nulla res potest intelligi sub opposito eius, quod conuenit per se. Constat autem, quod absque contradictione, de quacunque forma, excepta diuina, potest dici quod non est, igitur esse nõ per se conuenit formæ.

¶ Ad hoc dicitur, quod ly per se, utroque modo interpretari potest. Et quo ad primum modum, distinguendum est de medio, scilicet, de media actione, & de media forma, ex coniunctione enim aliquorum immediate, i. sine media forma, non potest concludi inseparabilitas, ut obiiciendo probatum est. Quandocumque uero aliqua duo sic se habent, quod coniunguntur uniuersaliter absque media actione coniungente, tunc illa duo oportet esse inseparabilia ab inuicem, propterea quia quæcunque eadem generatione generantur, eadem quoque corruptione corrumpuntur. Talis autem immediatio actionis, non inuenitur inter materiam & formam, & alia huiusmodi, quoniam constat præexistentibus subiectis, agens sua actione coniungere illa. Sed inter formam quancumque, & existentiam rei nulla mediat actio iungens hanc illi, quoniam non prius fit forma, & per aliam actionem iungitur existere, sed ipsum fieri formæ ad illam coniunctionem terminatur, & propter inseparabiliter se habent.

¶ Ad euidentiam uero secundi modi sciendum est, quod aliquid conuenire alicui per se, idest non per accidens, contingit dupliciter. Vno modo simpliciter. Alio modo physicẽ. Vocatur autem perseitas simpliciter, quæ fundatur super habitudine terminorum absolute sumptorum. Perseitas uero physica, quæ fundatur super habitudine terminorum in esse naturali positorum. Exẽplum primi. Quinarius est impar. Exemplum secundi. Soc. quandoque corrumpetur. Conueniunt autem hæ duæ perseitates in hoc, quod quemadmodum, quod conuenit alicui per se simpliciter, necessario, & inseparabiliter adhæret illi absolutẽ sumpto, ita proportionabiliter quod conuenit alicui per se physice, necessario & inseparabiliter comitatur illud in esse naturali positum. Differunt uero, quia prædicata per se simpliciter, nihil non necessarium supponunt, quoniam respiciunt subiecta absolutẽ sumpta, prædicata uero per se physice supponunt aliquid non necessariũ, s. subiecta producta fuisse in rerum natura; productio autem rerũ non semper est necessaria, & hoc est, quia talia prædicata respiciunt subiecta in esse physico. Ex hoc autem differunt secundo, quia perseitas prima adeo est necessaria, ut oppositum implicet contradictionem. Perseitas uero secunda non est necessaria, nisi necessitate naturalis cursus, & ideo oppositum non implicat contradictionem. Patent hæc omnia dicta de præseitate physica comparando actualem corruptionem non nunc, sed quandoque ad quodcunque corruptibile. Non enim accidit misto alicui, quod corrumpatur quandoque sed per se conuenit illi ex principiis essentialibus, & tamen non implicat contradictionem illud nunquã corrumpi, sed illud suæ naturæ dimissum nunquam corrumpi. Et per hoc patet responsio ad obiecta, quia existere est prędicatum accidentale respectu cuiusque naturæ citra diuinam, idest non per se simpliciter, & ideo oppositum non implicat contradictionem. Dicitur uero prædicatum per se respectu formæ, quia perseitate physica illi coniungitur, quoniam formam productam necessario comitatur existere, & non per accidens, & hoc est uerum, & efficaciter infert propositum. Notandum est autem, & præ oculis habenda distinctio hæc, quoniam & ad theologalia, & ad physica in multis materiis est utilis & necessaria. Soluitur quoque ex dictis, obiectio de separatione existentiæ proprie ab anima Christi, pro ducta in rerum natura. Quoniam illa apud S. Thom. proprium non habet esse existentiæ. Iam enim ex dictis patet, quod esse p se & inseparabiliter comitatur formam productam quantum est ex se, seu sibi dimissam. Anima autem Christi producta non sibi dimissa est, sed præuenta a uerbo diuino, & ad illius esse, assumpta est.

¶ Secunda ratio a signo est ista. Obiectum intellectus est sempiternum. ergo intellectualis substantia est incorruptibilis. Antecedens probatur, quia est supra tempus, Consequentia uero, quia intellectionis species & ratio ex obiecto cõmpræhenditur, & operationis modus, operantis essendi modum ostendit, quia unumquodque operatur secundum quod est actu.

¶ Notanda hic sunt duo circa antecedens, Primo quod subiẽctum antecedentis, s. ly obiectum intellectus, dupliciter sumi potest, s. materialiter pro re obiecta intellectui. Alio modo formaliter, i. pro intelligibili in actu, ut sic, primo modo, nõ sumitur hic, sed secundo. Secundo, quod prædicatum antecedentis, s. ly sempiternum, dupliciter sumi potest, s. positiuẽ & negatiuẽ. Et quamuis secundo modo expositum sit indubie uerum, & primo modo aliqualiter sit ambiguum, in utroque tamen sensu proposito seruit, & magis in primo. Nulli siquidem dubium est quod intelligibile in actu ut sic. cum abstrahat a motu, & mutatione, sit immutabile & necessarium, ac per hoc perpetuum negatiue. Si quis quoque profundius scrutatus fuerit, inueniet, quod quia intelligibile, ut sic, est supra tempus & motum, consequens est & quod intelligibile per se loquendo, uendicet sibi sempiternitatem, quemadmodum

dum motus uelocibilitatem in infinitum, ac per hoc accidit intelligibili corrumpi, quia est sic intelligibile, puta in phantasmatibus & quod intelligibile in actu, si extra animam inquantum tale existeret sempiternum positiue secundum suum esse poneretur, quoniam existere supra tempus & motum, poneretur habere intelligibile, ergo in actu ut sic, si existit, est sempiternum, positiue, & si nó est sempiternum per se negatiue.

¶ Circa consequentiam aduerte, quod vis consequentiæ consistit in hoc. Intelligibile in actu ut sic, est supra tempus, ergo intellectio est eorum, quæ sunt supra tempus ergo & intellectualis substantia. Prima consequentia probatur, quia ratio operationis ex proprio obiecto formaliter sumpto, sumitur. Si enim intelligibile ut sic supra motum, & tempus eleuatur, immobilitatem sempiternitatemque exposcit, consequens esse debet, ut intellectionis conditio ex immobilitate, & sempiternitate sumatur ac per hoc ad eundem spectat ordinem. Secunda uero consequentia probatur, quia si intelligere, est operari hoc modo, s. supra tps &c. ergo modus essendi intellectualis substantiæ, erit & supra tps & motum, ergo erit sempiternum ens. Aduerte bene hic, quod sempiternitate obiecti, non intelligimus sempiternitatem operationis, sed illam esse de ordine sempiternorum, i. eleuatam supra tempus & motum. Et hoc, per se loquendo de intellectione ut sic, quia per accidens contingit, quod intellectio tali modo. s. per phantasmata sit cum continuo, & tempore. Ex hoc aût quod intellectio sic est eleuata supra tempus, signum, habemus magnum, quod intellectus ut sic, magis est eleuatus, ac per hoc subsistit incorruptibiliter.

Ferr. 2. cont. c. 48. 89. Cap. 2 d. 3. q. 1. con. 4. Bannes q. 51. ar. 1.

QVAESTIO LI.

De comparatione Angelorũ ad corpora, in tres articulos diuisa.

DEINDE quæritur de Angelis per comparationem ad corporalia. Et primò, de comparatione angelorum ad corpora. Secundo, de comparatione angelorũ ad loca corporalia. Tertio de comparatione angelorum ad motum localem.

CIRCA primum quęruntur tria.

¶ Primò, Vtrum angeli habeant corpora naturaliter sibi unita.

¶ Secundò, Vtrum assumant corpora.

¶ Tertiò, Vtrum in corporibus assumptis exerceant opera uitæ.

ARTICVLVS I.

Vtrum angeli habeant corpora naturaliter sibi unita.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur, quod angeli habeant corpora naturaliter sibi unita. Dicit enim, Orig. in lib. periarchon,* Solius Dei, idest Patris & Filii & spiritussancti naturæ illud proprium est, ut sine materiali substantia & absque ulla corporeæ adiectionis societate, intelligatur existere. Bernardus etiam dicit in 6. Hom.† super cant. Demus Deo soli sicut immortalitatem, sic incorporeitatem cuius natura sola neque propter se, neque propter alium solatio indiget instrumenti corporei. Liquet autem omnem spiritum creatum, corporeo indigere solatio. Augu.* etiam dicit sup Gen. ad lit. Dæmones aerea dicuntur animalia, quia corporum aereorum natura indigent. Eadem autem est natura dæmonis & angeli. Ergo angeli habent corpora naturaliter sibi unita.

¶ 2 Præt. Gregor.† in Hom. Epiphaniæ, nominat angelum rónale animal. Omne autem animal cõponitur ex corpore & anima. Ergo angeli habent corpora naturaliter sibi unita.

¶ 3 Præter. Perfectior est uita in angeli, quam in animabus. Sed anima non solum uiuit, sed etiam uiuificat corpus. Ergo angeli uiuificát corpora naturaliter sibi unita.

SED CONTRA est, quod dicit Dion.* 4. c. de di. no. quod angeli sicut incorporales intelliguntur, ita & immateriales.

RESPON. Dicendum, quod angeli non habent corpora sibi naturaliter unita. Quod enim accidit alicui naturæ, non inuenitur uniuersaliter in natura illa, sicut habere alas, quia non est de ratione animalis, non conuenit omni animali. Cum autem intelligere non sit actus corporis, nec alicuius uirtutis corporeæ, ut infra patebit,* habere corpus unitum, non est de ratione substantiæ intellectualis inquantum huiusmodi, sed accidit alicui substantiæ intellectuali pp aliqd aliud, sicut humanæ animæ competit uniri corpori, quia est imperfecta & in potentia existens in genere intellectualium substantiarum, non habẽs in sui natura plenitudinem scientiæ, sed acquirens eam p sensus corporeos a sensibilibus rebus, ut infra dicetur.† In quocunque autem genere inuenitur aliquid imperfectum oportet præexistere aliquid perfectum in genere illo. Sũt igitur aliquæ substantiæ perfectæ intellectuales in natura intellectuali, non indigentes acquirere scientiam a sensibilibus reb. Non igitur oẽs substantiæ intellectuales sunt unitæ corporibus, sed aliquæ sunt a corporibus separatæ, & has dicimus angelos.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd sicut supra dictum est,* quorundam opinio fuit, quod omne ens esset corpus. Et ex hac existimatione deriuatum, uidetur, quod aliqui existimauerunt nullas substantias incorporeas esse nisi corporibus unitas, adeo quod, quidam etiam posuerũt Deum esse animam mundi, ut Aug.* narrat in 7. de Ciui. Dei. Sed quia hoc fidei catholicæ repugnat, quæ ponit Deũ sup oia exaltatum secundum illud Ps. 8. Eleuata est magnificentia tua super cęlos. Ori. hoc de Deo dicere recusans, de aliis secutus est aliorum opinionem, sicut & in multis aliis deceptus fuit, sequens antiquorum philosophorũ opiniones. Verbũ aũt Bern. pót exponi, quod spiritus creati indigeant corporali instrumento, non naturaliter unito, sed ad aliquid assumpto, ut infra dicetur.* Aug. aũt loquit̃ non asserendo, sed opinione Platonicorum utens, qui ponebant esse quædam animalia aerea quæ dæmones nominabant.

AD SECVNDVM dicendum, quod Grego. nominat Angelum rationale animal metaphorice propter similitudinem rationis.

AD TERTIVM dicendum, quod uiuificare effectiue simpliciter perfectionis est. Vnde & Deo conuenit, secundum illud primo Regum, secundo Dominus mortificat, & ui-

Marginal notes: C. 4. par. 4 a prin. — Q. 75. a. 2. — q. 84. ar. 6. & 89. ar. 1. — q. 50. ar. 1. — li. 7. de Ci. Dei, c. 6. & 5. — Art. seq. — 266 2 d. 8. ar. 1. & 2. con. c. 48. 89. & 90. & po. q. 6. art. 6. & Mal. q. 16. ar. 1. & spiritu ar. 5. & opu 211. 3. c. & 221. & opu. 15. c. 18. — Lib. 1. c. 6. in fi. to. 4. Serm. 5. & 6. cir. prin. — Li. 2. c. 17. & li. 3. sup. Ge. c. 10. in princ. to. 3. — Esse pprie uel similitudinarie, aliquid. — Ho. 10. in euang. cir. prin.

SVPER Q. LI.

ART. I.

CONCL. Angeli nó habent corpora sibi naturaliter unita.

¶ PROB. Quia habere corpus naturaliter unitum, non conuenit substantiæ intellectuali, inquantum intellectualis, sed inquantum imperfecta in genere intelligibilium substantiarum. Et in quocunque genere inuenitur aliquid imperfectum, oportet existere aliqd perfectum. (Hoc perfectum sunt angeli.)

1^m ex Orige. Solius, q. idest, nullius alterius a Deo. §. Tunc nihil &c. Philosophi enim quos ibi Origenes sequitur, male dixerunt. Nam ijdem exponentem affirmatiuam, scilicet Deo conuenit incorporeitas, negarũt, quam bene Origenes asseruit, licet, quoad creata, eosdem male, in hac sententiæ sequutus fuerit.

Item ex Bernardo. Instrumento corporeo. q. ad aliquid assumpto, non, naturaliter unito. §. Tunc nihil &c. ut patet in conclusione.

Itẽ ex Augu. Dicuntur. q. Secũdum Platonicos, non, secundum assertionem med. §. Tunc nihil &c. Non enim Aug. ut Aug. loquitur.

2^m de minori. Animal. q. Proprie dictum, non, metaphorice. §. Tunc nihil & cæt. Nam Angelus a Gregorio dicitur animal metaphorice tantum. Quia enim homini assimulatur Angelus in intelligendo, cum uterque intelligat, & homo est animal rationale, id Angelus propter illam assimilationem uocatur animal rationale, & quod (proprie loquendo) non sit animal. Et hoc est dici aliquid metaphorice, quando uidelicet aliquod unum dicitur aliud propter conuenientiam, uel paruulam inter illa, etiam quod absolute non conueniant, & in aliis diuersa essent. Quo contra ali quod unum dicitur proprie aliud, quando absolute, idest in omnibus conueniunt.

3^m de minori. Viuificat, q. formaliter,

Viuificari duplex.

ter,non,effectiuè tantum.§.Tunc nihil &c.Imperfectæ enim substantiæ est uiuificare formaliter, & consequenter perfectæ est, non uiuificare formaliter. Concludit ergo argumentum pro conclusione,non contra. Ex eo enim quod angelus est perfectior anima,sequitur uere,quod angelus non uiuificet formaliter,& consequenter quod non habeat corpus sibi naturaliter unitum.

& uiuificat, sed uiuificare formaliter est substantiæ, quæ est pars alicuius naturæ, & non habentis in se integram naturam speciei. Vnde substantia intellectualis, quæ non est unita corpori,est perfectior quam ea, quæ est corpori unita.

ARTI-

APPENDIX.

Vel.pro S. Eccl.

EX articulo habes, primo, quomodo per rationem ostendas,Philosophum rectè sensisse Angelos non habere corpora sibi naturaliter unita,dum in 12. meth. cap.6. 8. & ult.similia profert. Substantiæ seu intelligentiæ abstractæ,mouentes cœlos sunt indefatigabiles.Quod si tales substantiæ essent corporeæ & corpore proprio mediante mouerent illos orbes,sequeretur,quod haberent uirtutem defatigabilem, & consequenter quod motus cęlorum non esset tam regularis atque diuturnus.Item rectè dixisse concilium Later. dum angelos nomine inuisibilium,& spiritualium appellat,extra de sum.trin.& fid. cath. firmiter dicens, Deus est unum uniuersorum principium, creator omnium uisibilium & inuisibilium, spiritualium, & corporalium.Item rectè Concilium idem distinxisse angelicam naturam a corporali seu mundana, ut legis.q.50.art. 1. Vide ibi per totam illam appendicem, quoniam pulchram doctrinam pro canonicis libris atque conciliis,inde hauries. Videre etiam iuuabit articulum secundum,quæstio eiusdem,& art.4.regulam in appen. Item rectè dixisse Lucam,c.8.quod in homine quodam erat dæmoniorum legio una. Probabiliter enim ex hoc suo dicto uidetur Euāgelista innuere, quod angeli non habeant corpora sibi naturaliter unita. Nam impossibile fermè existimatur, quod tanta multitudo. *6666.* angelorum malorum,si haberent corpora,intra unum corpus humanum contineretur,cuius maximæ difficultatis instantiam euitamus,si angelos ipsos corpore carere ponamus. Secundo habes, quomodo per rationem prędicta in sensu uero declares? probes,& ad opposita,si quæ sunt, respondeas. Dixi,si quæ sunt,quoniam,post concilii Lateranensis capitulum,firmiter,quæstio.50.ar.1.supra narratum uix ullos crediderim his Diui Tho. conclusionibus oppositum tenere. Nonnulli certè fuerunt ante Cōcilium, qui oppositum tuebantur,uel in alterā partē determinatè ferri dubitabant (siue ut ex Platone,siue ut ex aliis,siue ut ex propria sententia,loquerentur,) sed omnes hos,tanquam catholicos, post concilium in partem magis uerisimilem sacræ synodo uisam se trahi uoluisse(quoad fieri posset,) credendum est,ac propterea a nobis piè secundū Ecclesiam sanctam exponendos,& ubi non possit,dimissis illis in hac parte,Ecclesiæ fore synceriter adhærendum. Doctores enim omnes,ut catholici,hoc ipsum de se ac suis dictis uel scriptis firmiter senserunt, & quando doctrinam suam, uel explicitè, uel implicitè correctioni sanctæ matris Ecclesiæ Romanæ supposuerunt,idipsum firmiter intenderunt. In his etiam & similibus,ut cautus incedens syrtes ac scopulos euadas, memento semper, quod scholasticorum omnium communi sententiæ in re graui refragari uelle,temerarium est,(ut supra quæstio.32.artic. secundo,& quæstio.40.articu.primo,annotauimus, ex Melchiore Cano de locis Theologicis, libr. octauo capitu. 4.) Subsume minorem in proposito, quod licet de materia ista dubitatum sit aliquando, hodie tamen scholasticorum senten.communis est, quod Angeli sunt incorporei. Tertio uides, quomodo ex his uicissim Angelica doctrina præsens stabiliatur, atque declaretur.

¶Not. Pro isto articulo,facit utcunque articu.in ordine. 363. 424.390.421.443.261.21.267.268.

Comm. Cardinalis Caietani.

TItulus clarus est.

¶In corpore articuli una conclusio responsiua,s. Angeli nō habent corpora sibi naturaliter unita. Probatur sic. Dantur aliquæ substantiæ intellectuales perfectæ, non indigentes accipere scientiam a sensibus, ergo dantur substantiæ intellectuales separatæ,a corporib.Tales dicimus angelos,ergo. Antecedēs probatur, quia in quolibet genere in quo inuenitur imperfectum, oportet pręexistere perfectum. Sed in genere substantiali intellectuali,inuenitur aliqua imperfecta indigens sensibus ad acquisitionem sciētiæ,quia est potentia in genere intelligibilium,ut patet de anima humana,ergo &c.consequentia uero probatur sic. In antecedente duo assumpsimus,s.ly substantiæ intellectuales, & ly perfectæ absque indigentia &c.Et ideo,primo probatur,quod inquantum substantiæ intellectuales non habent, quod sibi conueniat uniri corpori,deinde probatur, quod nec inquantum tales substantiæ hoc habent.Primum ergo probatur sic. Intelligere non est actus corporis,nec alicuius uirtutis corporeæ,ergo esse unitum corpori non est de ratione intellectualis substantię ut sic,ergo non conuenit omni intellectuali substantiæ.Ista ultima consequentia probatur,quia quod accidit alicui naturæ, non uniuersaliter inuenitur in illa, & declaratur exemplo alarum respectu animalis. Secundum uero probatur sic. Substantiæ intellectuali accidit uniri corpori propter imperfectionem & indigentiam scientiæ,ut patet de anima hominis, sed hæc non inuenitur in substantiis perfectis ergo.

¶ Circa antecedens, & eius probationem occurrit triplex dubium. Primo enim dubitatur de terminis assumptis,s.perfectum, & imperfectum,quomodo in illa probatione sumantur,cum dicitur. In quocumque genere inuenitur imperfectum, in eodem oportet præexistere perfectum. Aut enim hæc proposito fundatur super illo principio, Actus est naturaliter prior potentia, & hoc non,quia ueritas illius principii,non certificatur nisi ex hoc, quia id quod est in potentia,oportet reduci ad actum ab eo,quod est in actu,quod in proposito non habet locum. Ex hoc nanque principio non potest concludi, nisi aliqua substantia intellectualis quæ sit reductiue in actu animæ nostræ,quę est in potentia, talis autem est intellectus agens quicquid ille sit. Aut fundatur super illo alio principio,s.differentiarum eiusdem generis oportet unā se habere ut habitum & perfectionem alteram uero ut priuationem,& imperfectionem.Et hoc etiam non sufficit proposito,quoniam ex hoc, nihil aliud potest concludi, nisi quod datur aliqua substantia intellectualis secundum naturam suæ speciei,perfectior anima humana.Vtrum autem illa perfectior species habeat scientiam completam ex se inditam aut non,ex hoc principio non sufficienter concluditur,quia stat esse speciem perfectiorem,& tamen non habere tali modo scientiam. Et confirmatur hoc,ex natura sensitiua, in qua quoniam inuenitur natura sensitiua imperfecta in animalibus imperfectis,consequens est,ut dentur animalia perfectiora,idest habentia uirtutes sensitiuas perfectiores. Non tamē ex hoc sequitur,quod dentur animalia habentia species sensibiles congenitas siue interiores,siue exteriores,sic ergo erit in proposito. Secundo dubitatur circa alium terminum ibidem assumptū.s. ly in eodem genere. Aut enim sumitur genus stricte. Et hoc non quia sequeretur quod ista ratio non ualeret,nisi ex suppositione, quod angeli sunt in genere,quod ab omnibus non conceditur, immo a Peripateticis discrepare uidetur. Aut sumitur genus pro coordinatione,iuxta consuetudinem qua solemus dicere in genere entium,& in genere intelligibilium &c. Et si sic sumitur,intentum non concluditur, quamuis uerum assumatur, Quoniam dicetur, quod substantia illa intellectualis perfecta, quam oportet præexistere in genere intelligibilium,est Deus gloriosus, ac per hoc,male illatum est,tales dicimus Angelos. Tertio circa ipsum accidens dubitatiuncula occurrit,quoniā in numero plurali dicitur,quod sunt aliquæ substantiæ intellectuales &c. Et tamen ex probatione adducta non potest inferri nisi in numero singulari, ergo est aliqua substantia intellectualis perfecta &c. Male igitur conclusum uidetur illud antecedens.

¶ Ad euidentiam harum dubitationum notandum est, quod uis rationis assumptæ ad probandum antecedens consistit in hoc, quod quandocunque datur aliqua natura distinguibilis per plures modos,aut differentias essentiales,necesse est, quod si inuenitur secundum imperfectiorem modum aut differentiam, quod inueniatur etiam secundum perfectiorem.Et huius ratio est multiplex,tum quia cum utrunque sit possibile, natura, non est magis solicita circa imperfecta,quam circa perfecta. Tum,quia imperfectiora sunt propter magis perfecta.Tum,quia,diuisiua naturæ plurificabilis,aut sunt simul natura, ut patet de differentiis condiuidentibus genus ex post prædicamentis, aut alterum se habet ut prius,& alterum ut posterius,ut contingit in diuisione analogi,& sic etiam posterius infert prius.

¶ Hoc igitur stante,dicitur ad primum dubium, quod hic accipitur propositio ex secundo fundamento.

¶ Et ad obiectionem in oppositum respondetur dupliciter. Primo,quod quia hæc duo,s.perfectior natura intellectualis quā sit tota anima humana,& natura intellectualis,ita perfecta, quod non indiget acquirere scientiam a sensibilibus,conuertuntur adinuicem,ideo S.Thom. efficaciter conclusum antecedens,pro constanti dimisit. Et declaratur conuertibilitas hæc ex inferius dicendis,dum manifestabitur in q. 70. animam intellectiuam propter ipsum

ipsum intelligere, in solo homine indigere corpore. Et potest et colligi ex dictis Arist. in 3. de anima, in fi. & potest ratione probari, sed nolo nunc insistere. Secundo dicitur, quod dato, quod supra animam hominis essent aliquæ substantiæ intellectuales, non habentes scientiam inditam a natura, adhuc tamen ratio concludit intentum, quoniam habere scientiam congenitam, est modus possibilis, secundum naturam intellectualis substantiæ, & est perfectus, ergo si debetur imperfecti modi habendi naturam intellectualem, debet inueniri modus perfectus habendi eandem, ac per hoc dentur substantiæ intellectuales, non indigentes acquisitione scientię. Et per hoc patet responsio ad confirmationem, quia non est similis ratio in natura intellectuali & sensitiua, quo ad hoc, s. quod in natura intellectuali modus habendi illam cum plenitudine uirtutis & specierum ab intrinseco, est modus possibilis in natura. Modus uero habendi naturam sensitiuam sic perfectam, quod habet etiam species sensibiles inditas, est modus impossibilis in natura, & ideo ratio procedit in natura intellectuali, non autem in sensibili.

¶ Secundam dubitationem dicitur, quod quomodocunque sumatur genus, intentum concluditur. Tum, quia Deus non claudatur in coordinatione substantiarum intellectualium, quoniam non est pars uniuersi, sed bonum separatum eiusdem, ut dicitur 12. Meta. tex. 52. Tum, quia restringendo minorem, s. in genere intellectualium substantiarum conditarum, nihilominus sequitur propositum, ut patet discurrenti.

¶ Ad tertium dubium dicitur, quod numero plurali usus est S. Tho. non ex ui rationis huius præcise, sed ex hac ratione simul & supradictis in præcedente quæstio. de numero intellectualium substantiarum.

¶ Circa probationem illius consequentiæ, s. accidit, ergo non conuenit uniuersaliter, dubitari potest, quia non uidetur necessaria. Quoniam stat aliquid accidere alicui, & tamen conuenire omni nihil enim prohibet colorem, uel quod uis aliud accidere animali, & tamen inueniri in omni animali.

¶ Ad hoc breuiter dicitur, quod accidentia, id est prædicata accidentalia, sunt in duplici ordine, & quædam sunt accidentalia & superiori & inferioribus; quædam uero sunt accidentalia quidem superiori, essentialia tamen & constitutiua inferiorum, uel consequentia essentialiter constitutiua inferiorum, ut rationale uel risibile, respectu animalis est accidens, respectu uero hominis est essentiale. Cum ergo dicitur, quod accidens alicui naturæ non conuenit ei uniuersaliter, uera necessaria propositio est, de accidente secundo modo. Vera etiam ut in pluribus de accidente ut in primo modo. Et quia S. Thom. de accidente secundo modo loquebatur, ideo non solum ex ueris, sed ex necessariis processit.

¶ Circa probationem consequentiæ, quo ad secundam partem dubitari posset, quod non nisi unus modus excluditur quo, substantia intellectualis corpus naturaliter unitum habere potest, ille, s. quod animæ humanæ competit. Posset enim aliquis dicere, quod insufficienter concluditur separatio naturalis a corpore ex hoc, probetur, quod nullus alius modus est possibilis, quod cum. S. T. non fecerit insufficienter conclusisse uidetur.

¶ Ad hoc dicitur, quod formaliter loquendo de substantia intellectuali & tota eius latitudine per se, idest de omnibus substantiis intellectualibus, & inquantum intellectuales sunt, & inquantum sic uel sic intellectuales sunt, sufficiens fuit processus Sanctus Thom. quoniam hoc tantummodo contingit, intellectualem operationem egere corpore, scilicet propter acquisitionem scientiæ & seruitium phantasmatum, ut contingit in homine. Et quia S. Thom. formaliter de substantia intellectuali loquebatur, ideo hoc uno modo excluso, pertransiuit. Et uere sapienter processit, quoniam dato quod alicui substantiæ intellectuali, puta animæ cæli, uel alicuius corporis aerei, aliunde posset competere naturalis unio ad corpus nihilominus ratio ista in suo perseuerat robore, quoniam si in latitudine intellectualium discurrendo per omnes differentias intellectualitatis ut sic, non inuenitur unio ad corpus nisi propter imperfectionem uis intellectualis consequens est, ut præinueniatur perfecta uis intellectuales absque indigentia corporis. Et sic interpretandus est processus S. Thom.

¶ Sed contra hanc responsionem quamuis subtilem, instari potest, quoniam ex ui illius processus non potest inferri, quod sunt substantiæ tales a corporibus separatæ simpliciter, sed inquantum intellectuales sunt. Diceret autem quispiam, quod cum hoc stat, quod hæ coniunctæ corporibus aliunde, puta quia motiuæ seu operatiuæ sunt ad extra. Ad hoc dicitur, quod opinari talem causam unionis ad corpus, non est rationabile circa omnes substantias intellectuales, quamuis circa aliquas sic forte dubium propter earum imperfectionem, oportet enim tales esse tam limitatæ & imperfectæ uirtutis motiuæ, ut non nisi coniuncto secundum esse organo applicari possunt immediate, cæteris autem mediante illo. Vnde si substantia intellectualis inuenitur secundum hunc gradum, imperfectum necesse, est quod præinueniatur secundum gradum perfectum, in quo uis operatiua ad extra, sit proportionalis uirtuti intellectiuæ, quod scilicet utraque sit eleuata, ut quod neutra egeat coniuncti secundum esse, corporis amminiculo. Quia ergo intentio S. Thom. erat concludere particularem scilicet quod aliquæ substantiæ intellectuales sunt separatæ a corporibus, non discutere uniuersalem, scilicet, an omnes substantiæ intellectuales perfectæ secundum scientiam sunt separatæ a corporibus, immo inferius quęst. 70. uertetur in dubium. Et per istam metationem qua usus est, excludebatur obiectio illa, pro quanto obstaret illi particulari & ista instantia sumpta est a conditione extra latitudinem intellectualitatis, ut sic, & idcirco ab intendente processum ex ui intellectualitatis, potuit silentio pertransiri. Secundo potest dici, quod instantia illa quamuis possit facere ambiguitatem simpliciter, non potest tamen hanc parere, stantibus supra dictis de numero angelorum, quod tantus est numerus talium substantiarum, & quod non sunt propter mouere, necesse est enim, ut latitudo earum attendatur, non penes mouere, sed penes intelligere. Tertio, potest dici, quod intentio Sanct. Thom. est quidem concludere specificatiuam hanc scilicet quod angeli quantum est ex meritis intellectualitatis eorum, sunt separati a corporibus. Affirmare autem simpliciter hanc, scilicet angeli sunt separati a corporibus, nec hoc uitiosum est. Tum, ex parte medii quo usus est de perfecto, quod eadem ratione infert illam præiacentem, ut in prima responsione dictum est. Tum, ex parte illatæ conclusionis, quoniam esse intellectiuum est principale & essentiale. Esse uero motiuum quasi accidentale & secundarium est, ut pote, ratione primi conueniens. Ac per hoc, si essentiale præcipuum non exigit corpus, & unibile esse corpori, sit de numero essentialium, consequens est, ut aliquæ tales sint non egentes corporibus, iuxta secundum responsionem. Tum ex parte dicendorum inferius, ubi de eis inquantum motores, erit sermo. Nunc enim cum de substantia eorum sit sermo, & substantialia rerum, & operatione principali pensanda sint, &c. suis propriis locis discutienda sat est ostendere, quod operatio propria, & essentialis earum, ducit ad ponendam substantiam earum posse ita eleuatam, quod corpore, non egeat. Ac per hoc, hic simpliciter dici potest, quod separatæ sunt a corporibus. In substantialibus enim non differunt possibile & necessarium.

Vide S. Bon.

Bannes ar. 2.
Alb. Mag. 2. d. 8. ar. 2.

ARTICVLVS I.

Vtrum angeli assumant corpora.

AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur, quod angeli non assumant corpora. In opere enim angeli nihil est superfluum, sicut neque in opere naturæ. Sed superfluum esset si angeli corpora assumerent. Angelus enim non indiget corpore, cum eius uirtus omnem uirtutem corporis excedat. Ergo angelus non assumit corpus.

¶ 2 Præ. Omnis assumptio ad aliquam unionem terminatur, quia assumere dicitur quasi ad se sumere. Sed corpus nō unitur angelo ut formæ, sicut dictum est.† Ex eo autem, quod unitur sibi ut motori, non dicitur assumi, alioquin sequeretur, quod omnia corpora mota ab angelis, eis etiam ab eis assumpta. Ergo angeli non assumunt corpora.

Art. prec.

¶ 3 Præt. Angeli non assumunt corpora de terra uel aqua quia non subito disparerent, neque iterum de igne, quia comburerent ea quæ contingerent. Neque iterum ex aere, quia aer infigurabilis est, & incolorabilis. Ergo angeli corpora non assumunt.

SED CONTRA est, quod Aug.* dicit 15. de Ciui. quod angeli in assumptis corporibus Abrahæ apparuerunt.

li. 15. de Ciui. Dei. ca. 29. ci. prin. & li. 16. ca. 29. tom. 5.

RESPON. Dicendum, quod quidam dixerunt angelos nunquam corpora assumere, sed omnia quæ in scripturis diuinis leguntur de apparitionibus angelorum, contigisse

SVPER Q. LI.

267
1. d. 8. ar. 2. & pot. q. 6. ar. 7.

ART. II.

CONCL. Angeli assumunt interdū corpora.

¶ PROB. Quia angeli interdum uisi sunt tali uisione, qua, id quod est extra uidentem, ab omnibus uideri potest, & talis est uisio corporea, quia non uidetur nisi corpus.

Primum

1m minor. Superfluum esset, si Angeli corpora assumerent, ℞. Negatur. §. Non enim est superfluum, quod fit propter indigentiam alterius. Angelica autem apparitio in corporibus erat ordinata ad subleuandum nos in spe, & uitæ æternæ, & incarnationis filii Dei. Ex quibus faciliter patet, quid dicendū sit ad probationem illius minoris.

2m de minori. Vt motori. ℞. Præcise, non ut motori repræsentato per corpus assumptum, quoad intelligibiles proprietates. §. Tunc nihil &c. Non n. omne corpus ab angelo motum congruit ad repræsentandam proprietates intelligibiles Angeli. Ergo angelum assumere corpus, est angelum sic formare corpus in quo apparet, ut congruat ad repræsentandum intelligibiles suas proprietates.

Assumere corpus, q d sit.

3m de antecedente. Neque iterum ex aere. ℞. Negatur ista. §. Ad probationem dicitur quod uerificatur tātum de aere manente in sua raritate, non autem de aere condensato.

Art. præc. & art. 1. q. 50.

APPENDIX.

Vti pro S. Eccl.

EX articulo habes, primo, quomodo per rationem ostendas recte scripturas sanctas testificari, quod angeli corpora uisibilia assumunt in eis apparēdo, eaque relinquēdo mox (ut sibi placet) euanescunt, idest, amplius uisibiliter non apparēt. Apparitionum illarum loca sunt plurima, & passim: adeò vt signāter ipsa adducere non sit opus, sed sufficit lectori sic in communi talia demonstrasse. Secundo, habes quomodo per rationem uerum sensum scripturarum illarum in prædictis Angelorum apparitionibus declares, declaratum probes, probatum defendas. Et quia de uero sensu nunc facta est mentio, ideo aduerte, quod Angelos assumere corpus ad unionem hypostaticam est falsus sensus, à quo cauere semper in hac materia debes. Hinc errorem Tertulliani euitabis, qui (referente. Pater Bannes,) in libro de carne Christi, credit: Angelos naturam corpoream ita assumere, sicut filius Dei naturam humanam personali unione assumpsit. Hoc enim miraculum maximum, scilicet q̄d vnicum suppositū duas naturas terminaret, soli Deo reseruabatur. Taceo, quod infinitatem uirtutis ad assumendum alterius naturam in unionem hypostaticam requiri, dicunt Theologi: dum in finitati diuinæ personæ tribuunt (in tertio lib. sententiarum, distinctione prima, & cætera) quod naturam aliam potuerit in unionem personalem assumere. Virtus autem hæc personæ angelicæ infinita, ubi est? Mitto etiam, quod angeli tunc aut facti fuissent veri, & vere, homines, quandoquidem vt homines apparebant (iuxta Concilium Nicænum secundo, supra quæstione 50. articulo primo,) aut saltem, fuissent monstra, quoniam hypostice (secundum istam) naturam alienam, puta aeream assumentes, in figura humana se demonstrabant. Quis autem non uideat; hæc esse inconuenientia? Tertio uides: quomodo ex his uicissim Angelica conclusio præsens atque doctrina stabiliatur.

Caue errorem.

D. 117.

D. 117.

gisse in uisione propheticæ, hoc est secundum imaginationē. Sed hoc repugnat intentioni scripturæ. Illud enim quod imaginaria uisione uidetur est in sola imaginatione uidentis. Vnde non uidetur indifferentur ab omnibus. Scriptura autem diuina sic introducit interdū angelos apparentes, ut communiter ab omnibus uiderentur. Sicut angeli apparentes Abrahæ, uisi sunt ab eo, & tota familia eius, & a Loth, & a ciuibus Sodomorum. Similiter angelus qui apparuit Tobiæ, ab omnib. uidebatur. Ex quo manifestum fit, huiusmodi contigisse secundum corpoream uisionem, qua uidetur id, quod positū est extra uidentem, unde ab omnibus uideri potest. Tali autem uisione, non uidetur nisi corpus. Cū igitur angeli, neque corpora sint, neque habeant corpora naturaliter sibi unita, ut ex dictis patet, relinquitur, quod interdum corpora assumant.

AD PRIMVM ergo dicendū, ꝙ angeli non indigent corpore assumpto ꝓpter seipsos, sed propter nos, ut familiariter cum hominib. conuersando, demonstrent intelligibilem societatem, quam homines expectant cum eis habendam in futura vita. Hoc etiam quod angeli corpora assumpserunt in ueteri testamento, fuit quoddam figurale indicium, quod uerbum Dei assumpturum esset corpus humanū. Omnes enim apparitiones ueteris testamenti, ad illam apparitionem ordinatæ fuerunt, qua filius in Dei apparuit in carne.

AD SECVNDVM Dicendum, quod corpus assumptum unitur angelo, non quidem ut formę, neque solum ut motori, sed sicut motori repræsentato per corpus mobile assumptum. Sicut enim a Sacra scriptura proprietates rerum intelligibilium sub similitudinib. rerum sensibilium describūtur, ita corpora [d] sensibilia diuina uirtute sic formantur ab angelis, ut congruant ad repræsentandum angeli intelligibiles proprietates. Et hoc est angelum assumere corpus.

AD TERTIVM Dicendum, ꝙ licet aer in sua raritate manens, nō retineat figuram neque colorem, quando tamen condensatur, & figurari & colorari potest, sicut patet in nubibus. Et sic angeli assumunt corpora ex aere, condensando ipsum uirtute [d] diuina, quantū necesse est ad corporis assumendi formationem.

Comm. Cardinalis Caietani.

TItulus quo ad quid nominis, nihil aliud exigit nisi notari duo. Primo ly assumere, quod significat ad se sumere, idest ad sui ipsius manifestationem & non ad sua opera peragenda. Secundo scripturæ consuetudo attendenda est, in qua introducuntur angeli in corporibus apparentes.

¶ In corpore tria facit. Primo refert quandam opinionem Rabi Moysi. Secundo, improbat eam. Tertio, respondet quæsito unica conclusione.

¶ Quo ad primum opinio illa dicit duo, s. & quod angeli non assumunt corpora. Et quod ea quæ dicuntur in scripturis de corporea apparitione angelorum, intelliguntur de imaginaria tātum apparitione.

¶ Quo ad secundum arguitur contra ultimum dictum sic. Cōiter uisum ab omnib. uidetur visione corporali, qua uidetur illud quod est positum extra uidentem, sed angeli corporaliter apparentes fuerunt visi cōmuniter ab omnibus ergo. Maior patet ex differentia inter uisionem corporalem exteriorem & imaginariā, ex parte obiecti, quia pura imaginaria terminatur ad obiectum intra, oculorum uero uisio, terminatur ad obiectum extrinsecum. Et ex hoc sequitur alia differentia, quia uisum imaginariè, vt sic, solum est in imaginante, & consequenter sibi soli apparet. Visum autem oculis, quia extra uidentem existit, ab omnibus communiter uideri potest. Minor vero ex scriptura probatur, de angelis, qui apparuerunt Abrahæ, Loth, & Tobiæ.

¶ Quo ad tertium conclusio rñsiua est ista, angeli interdū assumunt corpora. Probatur sic. Quod est substantia, quæ non est corpus, nec habet corpus naturaliter unitū, & quandoq; uisione corporali, interdū assumit corpus. Angeli sunt hmōi, ergo. Minor nota est ex hoc articulo, & pręcedentibus. & similiter maior.

S. Bon. 2. s. d. 8. q. 1. ar. 3.
Scot. 2. s. d. 8. q. 1.
Riccar. 2. s. d. 8. q. 5. 6.
Duran. 2. s. d. 8. q. 2.
Bannes ar. 3.
Alb. Mag ubi supra.

ARTICVLVS II.

Vtrum angeli in corporibus assumptis opera uitæ exerceant.

AD TERTIVM sic proceditur. Videtur, ꝙ angeli in corporib. assumptis, opera uitę exerceant, angelus enim ueritatis non decet aliqua fictio. Esset autem fictio, si corpus ab eis assumptum, quod uiuum uidetur & opera uitæ habens, non haberet huiusmodi. Ergo angeli in assumpto corpore opera vitæ exercent.

¶ 2 Præt. In operib. angeli non sunt aliqua frustra, frustra aūt in corpore assumpto per angelū formata essent oculi, nares, & alia sensuum instrumenta [...]

268 SVPER Q. LI. ART. III.

2. d 8. 2. 4. & pos. q. 6. ar. 8. & quo li. 5. ar. 5.

COncl. Ab angelis per corpora assumpta possunt fieri opera uitæ, quantum ad id, quod est commune etiā operibus inanimatorū, non autem quantum ad id, quod est propriū uiuentium.

¶ PROB. Quia angeli in corporibus assumpti loquuntur progrediuntur. Secunda autē pars scilicet

scilicet non autem &c. probatur. Quia nihil potest habere opus uitæ, quod non habet essentiale principium talis actionis idest uitam. Et angeli non habent uitam (scilicet a potentia animæ procedentem.)

Li.2.de aia te.13. to.2.

1^m minor. Esset &c. Non haberet huiusmodi. ℞. Si assumeretur, ut haberet huiusmodi, non, si assumeretur ad repræsentādum aliquid aliud pro huiusmodi. §. Tunc &c. Vt patet in litera. Fini autem intento ab angelis obstaret assumptio corporū uiuorum, siue etiam defunctorum idest ueraci ter carneorum, ut patet ex casu textus Qua lia autem corpora assumant, in art.2. ad tertiū dictum est.

Li.2.d'aia, t.90. to.2.

2^m de minori. Nisi per ea angelus sentiret. ℞. Vel intelligibilia repræsentaret. §. Tunc &c. ut in litera patet, & simul in ad primum.

3^m de maiori. Moueri. ℞. A motore, tanquam forma, coniunctō, non, a motore tanquam motor tantum, coniunctō, §. Tunc &c. Angelus enim est motor tātum assumpti corporis, ut etiam patuit art.1. & 2.

4^m de maiori. Locutio. ℞. Propria, nō similitudinaria. §. Tunc &c. Nam Angelorū locutio in corporibus assumptis est similitudinaria, non propria, secū dum declarationem similitudinarie, uel proprie dicti positam. art. 3. in ad secundum.

5^m de maiori. Comedere. ℞ Verè, nō, figuratiuè. §. Tunc &c. Angeli enim tantum figuratiue comedunt in corporibus assumptis, iuxta declarationem similitudinarie &c. uide ad quartum.

6^m de maiori. Generare D. Per semē decisum a corpore suo non

marentur oculi, & nares, & alia sensuum instrumenta, nisi per ea angelus sentiret. Ergo angelus sentit per corpus assumptum. Quod est proprissimum opus uitæ.

¶ 3 Præter. Moueri motu processiuo, est unum de operibus uitæ, ut patet in 2. de anima,* manifeste autem angeli apparent in assumptis corporibus moueri. Dicitur. n. Gen. 18. quod Abraham simul gradiebatur deducens angelos, qui ei apparuerant. Et angelus Tobiæ quærenti, Nosti uiam quæ ducit in ciuitatem Medorum? respondit, Noui, & omnia itinera eius frequenter ambulaui. Ergo angeli in corporibus assumptis, frequenter exercent opera uitæ.

¶ 4 Præt. Locutio est opus uiuentis. Fit enim per uocem, quæ est sonus ab ore animalis prolatus, ut dicitur in 2. de anima. Manifestū est autem ex multis locis scripturæ, angelos in assumptis corporibus locutos fuisse. Ergo in corporibus assumptis exercēt opa uitæ.

¶ 5 Præt. Comedere est proprium opus animalis. Vñ Dominus post resurrectionem in argumentum resumptæ uitæ, cum discipulis mā ducauit, ut habetur Lu. ul. Sed angeli in assumptis corporibus apparentes comederunt, & Abrahā eis cibos obtulit, quos tamen prius adorauerat, ut habetur Ge. 17. Ergo angeli in assumptis corporib. exercens, opera uitæ.

¶ 6 Præt. Generare hominem est actus uitæ. Sed hoc competit angelis in assumptis corporibus Dicitur enim Gene. 6. Postquam ingressi sunt filii Dei ad fil. hominum, illæque gen. isti sunt potentes a seculo uiri famosi. Ergo angeli exercēt opera uitæ in corporibus assumptis.

SED CONTRA, Corpora assumpta ab angelis, non uiuunt, ut supra dictum est.* Ergo nec opera uitę per eos exerceri possunt.

RESPON. Dicendum, quod quædam opera uiuentium, habent aliquid commune cum aliis operibus, ut locutio, quę est opus uiuētis conuenit cum aliis personis inanimatorum inquantū est sonus, & processio cum aliis motibus, in quantū est motus. Quantum ergo ad id, quod est commune utrisque operibus, possunt opera uitæ fieri ab angelis p corpora assūpta, non autem quantum ad id, quod est proprium uiuentium quia secundum Philosophum in libro de som.* & uig. cuius est potentia, eius est actio. Vnde nihil potest habere opus uitæ, quod non habeat uitam, quæ est potentiale principium talis actionis.

Art. pe ar. 2. ppue. Cap. ante med. to. 2.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod sicut non est cōtra ueritatem, quod in scriptura, intelligibilia sub figuris sensibilibus describuntur, quia hoc non dicitur ad astruendum quod intelligibilia sint sensibilia, sed quod per figuras sensibilium proprietates intelligibilium secundum similitudinem quandam dantur intelligi, ita non repugnat ueritati sanctorum angelorum, quod per corpora ab eis assumpta uidentur homines uiuentes, licet non sint. Non enim assumuntur, nisi, vt per proprietates hominis & opera hominis, spirituales proprietates angelorum, & eorum spiritualia opera designentur. Quod non ita congrue fieret, si ueros homines assumerent, quia proprietates corū ducerent in ipsos homines, non in angelos.

AD SECVNDVM dicendum, quod sentire est totaliter opus uitæ. Vnde nullo modo est dicendum, quod angeli per organa assumptorum corporum sentiant, nec tamen superfluè sunt formata. Non enim ad hoc sunt formata, ut per ea sentiatur, sed ad hoc vt per huiusmodi organa uirtutes spirituales angelorum designentur, sicut per oculum designatur uirtus cognitiua angeli, & per alia membra aliæ eius uirtutes, ut Dionys.* Licet ulum. cap. cæl. Hierar.

C. 15. inter principiū, & mediū.

AD TERTIVM dicendum, quod motus qui est a motore coniunctō, est proprium opus uitæ. Sic autem non mouentur corpora assumpta ab eis, quia angeli non sunt eorum formæ. Mouentur tamen angeli per accidens, motis huiusmodi corporibus, cum sint in eis sicut motores in mobilibus, & ita sunt hic, quod non alibi, quod de Deo dici non potest. Vnde licet Deus non moueatur motis his in quibus est quia vbique est angeli tamen mouentur per accidens ad motum corporum assumptorum. Non autem ad motum corporum cælestium, etiamsi sint in eis, sicut motores in mobilibus, quia corpora cælestia non recedunt de loco secundum totum. Nec determinatur spiritui mouenti orbem locus, secundum aliquam determinatam partem substantiæ orbis, quæ nunc est in oriente, nunc in occidente, sed secundum determinatum situm, quia semper est in oriente virtus mouens, ut dicitur, in octauo Physicorum.*

Li. 8. te. 7. to. 2.

AD QVARTVM dicendum, quod angeli propriè non loquuntur per corpora assumpta, sed est aliquid simile locutioni, inquantum formant sonos in aere, similes vocibus humanis.

AD QVINTVM dicendum, quod nec etiam comedere, proprie loquendo, angelis conuenit, quia comestio importat sumptionem cibi conuertibilis in substantiam comedentis. Et quamuis in corpus Christi post resurrectionem cibus non conuerteretur, sed resolueretur in præiacentem materiam, tamen Christus habebat corpus talis naturæ, in quod posse cibus conuerti. Vnde fuit vera comestio. Sed cibus assumptus ab Angelis, neque conuertebatur in corpus assumptum, neque corpus illud talis erat naturæ, in quod posset alimentum conuerti. Vnde non fuit uera comestio, sed figuratiua spiritualis comestionis. Et hoc est quod Angelus dixit Tobiæ. 12. Cum essem uobiscum uidebar quidem manducare & bibere, sed ego potu inuisibili, & cibo vtor. Abraham autem obtulit eis cibos, existimans eos homines esse, in quibus tamen Deum uenerabatur sicut solet Deus esse in Prophetis, ut Augustinus * dicit 16. de Ciuitate Dei.

Lib. 16. de C. Dei. c. 29. a medio to. 5.

AD SEXTVM dicendum, quod sicut August. † dicit 15. de Ciuit. Dei, multi se expertos, vel ab expertis audisse confirmant, Syluanos & Faunos (quos vulgus incubos vocat) improbos sæpe extitisse mulieribus, & earum & expetisse atque peregisse concubitum. Vnde hoc negare impudentiæ uidetur. Sed Angeli Dei sancti, nullo modo sic labi ante diluuium potuerunt. Vnde per filios Dei intelliguntur, filii Seth, qui boni erant. Filias autem hominum, nominat Scriptura eas, quæ natæ erant de stirpe Cain. Neque mirandum est, quod de eis gigantes nasci potuerunt. Neque enim omnes gigantes fuerunt, sed

l. 15. de Ci. Dei. c. 23 parū a prin. t. 5.

multo

non, per semen decisum ab alio corpore. §. Tunc &c. Nam per semen ab alio tantum corpore decisum generat dæmon incubus, ut declaratur in textu.

APPENDIX.

EX articulo habes: primo quomodo per rationem monstres, philosophum recte in 2. de anima tex. 87. insinuasse (modo scilicet quo poterat) Angelos in corporibus assumptis non exercere vera opera vitæ; dum ibi ait duo, scilicet, & quod vox est animati corporis actus, & quod lyra vel tibia habet vocem similitudinarie nó proprie. Quasi ergo, ambobus his iunctis, dixerit philosophus. Habere vocem, & consequenter alia opera vitæ, præsupponit corpus animatum a quo procedat: vnde si forte vox, vel alia opera vitæ, procedat ab aliquo, quod non sit corpus animatum, vox illa, & alia dicentur vox, & opera vitæ similitudinarie, non autem vere, & non proprie. Secundo habes quomodo per rationem, verum illum sensum philosophi declares, probes, tuearis. Tertio uides: quomodo ex hoc, similibusque, locis vicissim Angelica iuuetur conclusio.

multo plures ante diluuium quam post. Si tamen ex coitu dæmonum aliqui interdum nascuntur, hoc non est per semen ab eis decisum, aut a corporibus assumptis, sed per semé alicuius hominis ad hoc acceptum, vtpote, quod idem dæmon qui est succubus ad virum, fiat incubus ad mulierem, sicut & aliarum rerű semina assumunt ad aliquarum rerum generationem (vt Augustinus * dicit 3. de Trinitate) vt sic ille qui nascitur, non sit filius dæmonis, sed illius hominis, cuius, est semen acceptum.

¶ NOTAT. Articulo præsenti aliqualiter seruit articulus in ordine 267. 269. 270.

a

3

* Lib. 3. de Tri. c. 8. & 9. to. 3.

Comm. Cardinalis Caietani.

TItulus clarus est.

¶ In corpore articuli vna conclusio responsiua, scilicet Angeli per corpora assumpta, possunt operari quędam opera vitę quantum ad id, in quo communicant cum corporib. non vitalib. non aűt quantum ad id, quod est proprium viuentium, cóclusio ista & declaratur & probatur. Declaratur quidem quantum ad distinctiones quas supponit. Probatur vero, quantum ad vltimã particulam. Distinctiones sunt istæ: operationum quædam est vitalis, quæ. s. est ab anima inquantum anima, & quędam non uitalis, quæ. s. est a natura tantum, ut motus sursum vel deorsű. Operationum rursus vitalium, quædam habent aliquid commune cű non uitalib. & aliquid proprium inquantum uitales sunt, quædã vero nihil habent commune cum non uitalibus. Exemplum vtrarűque habetur in litera. Probatio uerò ultimæ particulæ est quia eius est actio, cuius est potentia, ut dicitur in lib. de Somno & uigilia: sed angelorum in corporibus assumptis non est potentia propria animæ. ergo nec actio.

¶ Circa distinctionem secundam, & primam partẽ conclusionis simul, dubium occurrit. Qm̃ cum assignatur talis distinctio, aut intendit ꝙ in quibusdam operationib. inueniantur duo realiter distincta alterum cõe vitalib. & non vitalib. alterum propriű uitalib. aut ꝙ illa duo sint secundum rationem tantum distincta quemadmodum superius & inferius. Si primo modo, falsum apparet, qm̃ operationes oẽs animæ sunt simplices, & nõ compositæ ex duob. realiter distinctis. Si secundo modo falsum quoque uř: quia in hoc non differűt operationes animæ inter se, qm̃ oẽs animæ communicant cum operationibus inanimatorum in aliquo prędicato communi, & sic distinctio est nulla.

¶ Ad hoc est dicendum ꝙ intentio S. Tho. (vt patet ex q 6. de potentia Dei ar. 8.) est loqui de duob. realiter distinctis, non tñ componentib. operationem, sed concurrentib. ad ipsam. Ita ꝙ sensus distinctionis est ꝙ operationum uitalium, quædam sunt communicantes cum non uitalib. in effectu, seu termino: quãuis differãt in principio. Quædã uero sunt quę nec in principio, nec in termino, seu effectu cõicant cum non uitalibus. Primæ sunt, locutio, & motus processiuus & generatio, quorű termini seu effectus sunt diuisio aeris, motus localis, & alteratio, q̃ possunt ẽt ꝑ actiones nõ uitales cãri. Secundæ uerò sűt sentire nutriri, & reliqua, q̃ nõ solű ab aĩa sunt, sed ad aĩatű corpus ut sic terminant̃.

¶ Circa probationẽ cõclusionis aduerte diligẽter, ꝙ ex ista rõne sufficienter cõcluditur ꝙ angeli nullum opus uitæ, absolutè loquendo, in corporib. assumptis exercent, eo ꝙ nulla potentiã uitalẽ in assumpto corpore habẽt. Et sic neq; locutio, neq; motus ꝓgressiuus verè cõpetit angelis. Sed quia quarundã actionű uitalium terminus potest fieri sine actione animæ, ac per hoc sine potentijs animæ, ut uerberare aere, & moueri localiter, ideo talia opera uitæ angelis per corpora assumpta attribuuntur, non secundum quod opera uitę nec ſm ꝙ talia opera uitæ, sed similitudinem effectus, i. attribuuntur eis opera similia istis uitalib. quo ad effectum. Si nulla autem dico, non metaphorice, sed propriè, quemadmodum album albo simile est. Nam metaphorica similitudine, omnia opera uitæ eis attribui possunt.

¶ Circa dicta S. Th. in hac materia hic & in q. de potẽtia loco allegato, dubium occurrit, ex eo ꝙ ponit generationẽ in genere operű uitalű cõicantium cum nõ uitalib. sed separat eã a corporib. assumptis Angelorum, qa materia corporalis non obedit Angelis ad transmutationẽ formalẽ. Hoc. n. nõ uř uerű qa generatio uitalis, terminat̃ ad aĩatum, inquãtum aĩatű est & cõsequẽter dato ꝙ nõ cõcurreret, trãsmutatio formalis esset disconueniens Angelo, & est sub altero genere operationem uitalium.

¶ Ad hoc dř, ꝙ distinctio ibidẽ facta a S. Thoma q̃uis potuisset fieri amplior, restricta tñ est ab eo ad opera, quæ sunt ab eadem anima in eodem numero ab his qñ sunt hmői. Et sic generatio quæ terminatur ad animam non eandẽ numero, sed specie posita est in secundo mẽbro, & exclusa ꝑꝑ aliam causam. Nõ contradicit tñ amplior distinctio, qua aĩæ opera distinguuntur in ea quæ incipiunt ab anima, & terminantur aĩam, siue eãdem numero, siue non, & ea quæ tñ incipiűt ab anima. Et sic generatio & nutritio ex duplici capite excluduntur, s. & quia terminantur ad animatum ut sic, & quia sunt transmutationes formales.

S. Bon. 1. s. d. 17. q. 2.
Dur. 1. 5. d. 17. q. 5.
Aeg. 1. 5. d. 37. q. 1. 2. p.
Bannes q. 52. ar. 1.
Pet. de Pal. 1. 5. dist. 37. q. 2.
Scot. 1. 5. d. 17. q. 3.
Mairo. 1. 5. d. 18. q. 2.
Riccar. 1. 5. d. 17. q. 1.
Bacco 1. 5. d. 15. q. 1.
Cap. 1. d. 2. q. 1. conc. 1.

QVÆSTIO LII.

De comparatione Angelorum ad loca, in tres articulos diuisa.

DEINDE quæritur de loco Angeli.

Et circa hoc q̃runtur tria.

¶ Primo, Vtrű Angelus sit in loco.

¶ Secundò, Vtrum possit esse in pluribus locis simul.

¶ Tertiò, Vtrum plures Angeli, possint esse in eodem loco.

SVPER Q. LII.

ART. I.

COncl. Per applicationem virtutis angelicæ ad aliquem locum qualitercunque, dicitur angelus esse in loco corporeo.

¶ PROB. Quia alicui conuenit esse in loco per hoc, quod applicatur loco: Aut secundum quantitatem dimẽsuram (sic corpus,) Aut secundum quantitatem uirtualem (sic spiritus.)

Primum

269
1. d. 37. q.

ARTICVLVS I.

Vtrum Angelus sit in loco.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur, ꝙ Angelus nõ sit in loco. Dicit enim Boet. * in li. de Heb. Communis animi conceptio apud sapientes est, Incorporalia in loco non esse. Et Arist. in 4. Physi. † dicit, quod non omne qđ est, est in loco, sed mobile corpus. Sed Angelus non est corpus (vt supra ostensum est. *) Ergo Angelus est in loco.

¶ 2 Præt. Locus est quantitas positionem habens. Omne autem quod est in loco habet aliquem situm: sed habere situm non potest conuenire Angelo, cum substantia sua sit immunis a quantitate, cuius propria differentia est positionem habere. Ergo Angelus non est in loco.

¶ 3 Præt. esse in loco est mensurari loco, & contineri a loco, ut patet per Philosophum in 4. Physic. † Sed Angelus non potest mensurari neque contineri a loco: quia continens est formalius contento, sicut aer aqua, ut dicitur in 4. Physic. * Ergo Angelus non est in loco.

3. ar. 1. & 2. Et 2. di. 6. a. 3. Et po. q. 3. ar. 19. Et quol. 11. q. 1.
* Boet. in lib. An oẽ quod est, bonum sit circa prin.
† li. 4. Phy si. text. 45. & 57. to. 2
† q. 50. a. 1.
† lib. 4. ex tex. 119.
* li 4. Phy sic. tex. 35. & 49. to. 2.

1m ex Boetio. In loco non esse. ℞. Per contactũ quantitatis dimensiuæ: non, quantitatis virtualis. §. Tunc &c. Angelus enim. Secundo modo tantũ est in loco.

2m de minori. Est in loco. ℞. Per quantitatem dimensiuam: nõn, virtutis. §. Tunc &c. vt patet ex cõclusione: & in ad 1.

3m de maiori. Esse in loco. ℞. Contactu quantitatiuo: non, virtuali. §. Tunc, &c. Nam quod, est in loco quantitate tantum virtuali, continet locum atque mensurat virtute sua illum, cuius oppositum accidit de existente in loco per quãtitatem dimensiuam, (vt arguitur ex philosopho.)

Sed contra est, quod in collecta dicitur, Angeli tui sancti habet in ea, nos in pace custodiant.

Resp. Dicendum, ꝙ Angelo conuenit esse in loco: æquiuoce tamen dicitur Angelus esse in loco, & corpus. Corpus enim est in loco per hoc, quòd applicatur loco secundum contactum dimensiuæ quantitatis. Quæ quidem in Angelis non est, sed est in eis quantitas virtualis. Per applicationem igitur virtutis Angelicæ ad aliquem locum qualitercunque, dicitur Angelus esse in loco corporeo. Et secundum hoc patet, ꝙ non oportet dicere quòd Angelus commẽsuretur loco, vel quod habeat sitũ in continuo; hoc enim cõuenit corpori locato, prout est quantũ quãtitate dimensiua. Similiter ẽt non oportet propter hoc ꝙ contineatur a loco. Nam substãtia incorporea sua virtute contingens, rem corpoream, continet ipsam, & nõ continetur ab ea. Anima enim est in corpore, ut continens, & non vt contenta. Et similiter Angelus dicitur esse in loco corporeo, non vt contentum, sed vt continens aliquo modo.

Et per hoc patet responsio ad obiecta.

APPENDIX.

Ex articulo habes: primo quomodo per rationem ostẽdas, quod Ecclesia angelos meritò statuit esse in loco corporeo per hoc suum dictum in collecta. Mittere dignare Domine sanctum Angelum tuum de cœlis, qui custodiat foueat protegat, visitet, & defendat omnes habitantes in hoc habitaculo. Item per ly uisita quæsumus Domine habitationem istam, &c. & angeli tui sancti habitantes in ea nos in pace custodiant, &c. Vbi non tantum eos in loco esse innuit: sed etiam rationem existendi in loco, idest operationem, seu virtualem quantitatem eius ponit. Item quomodo rectè idem insinuarit philosophus per hoc, quòd & in octauo physicorum tex. 84. & in libris de cœlo & in mundo intelligentiam orbium motricem in determinata parte orbis, puta in oriente, esse decernit; & non vbique. Secundo habes: quomodo per rationem, dicta illorum promissa, & declares, & probes, & in vero sensu defensas. Tertio vides: quodo ex his, ac similibus locis, vicissim roboretur, ista doctrina.

¶ Notat. Articulo, huic suffragatur, vterunque articulus in ordine 39. 40. 263.

Comm. Cardinalis Caietani.

Titulus clarus est.

In corp. duo facit. Primò, respondet quæsito vnica conclusione. Secundò, ex ipsa conclusione deducit quasi tria corollaria.

¶ Quo ad primũ, conclusio est ista, Angelus est in loco: æquocè tñ respũ corporis. Probatur sic scda pars directè. Corpus est in loco p cõtactũ q̃titatiuũ: ergo Angelus est in loco p cõtactum virtualẽ: tenet cõñtia: qa in Angelo nõ est quãtitas dimẽsiua.

¶ Quo ad secundam partem. Tres proprietates corporis inquantum locati excludit a locatione Angeli, s. commensurationẽ, situationem, & continẽtiam passiuam, vt clare patet in litera.

¶ Circa probationẽ positæ conclusionis, aduertẽda sunt duo. Primò, ꝙ licet formaliter quæratur: an Angelus sit in loco, intẽtio tñ theologorũ quærentiũ, est quærere de modo, quo Angelus, est in loco, qa hoc tm̃ cadit sub dubio. Et idcirco S. Th. de prima parte conclusionis, non nisi implicitè curauit, & secundæ directè rñdit. Secundo, ꝙ vis conclusionis S. Thomæ consistit in hoc, oẽ ꝙ est in loco, rõne suæ quantitatis est in eo: quantitas aũt est duplex, virtutis & molis. Igitur quod habet quantitatem molis, rõne illius locali põt. Quod aũt caret illa, non nisi propter q̃titatem uirtutis in loco esse põt. Rursus: cũ neutra quantitas actualiter sit rõ essendi in loco, nisi per actualem coniunctionem eius loco: consequens est, ut quẽadmodum corpus actualiter non locatur, nisi tactu quantitatiuo coniungatur loco, ita res spiritualis actualiter non est in loco, nisi quantitas virtutis cõtactu virtuali coniungatur loco. Ac per hoc æquiuocè vtrumq; locari dicitur.

¶ Circa dicta occurrũt multa dubia. Et primo dubitatur circa conclusionem, quid intendat S. Th. per contactum seu applicationem virtualem. Aut. n. intendit aliquem actum primum, aut ẽm. Si actum primum, aut absolutum, aut respectiuum. Si actum ẽm, aut immanentem, aut transeuntẽ. Sed nihil horum quatuor põt dici. ergo. Quod. n. nõ sit actus primus absolutus, probatur dupliciter. Primò, quia omne absolutum in angelo, aut est substantia, aut qualitas omnino immaterialis, ac per hoc abstrahens a loco. Secundò, quia actus virtutis ẽm actum primum attenditur penes esse, ac per hoc penes coniunctionem, quę est inter formã & materiam, siue substantialem, siue accidentalem: inter eas quidem, cũ nõ nisi forte per accidens sit quantitatiuus tactus per se loquendo, virtualiter tñ tactus est ẽm esse substantiale vel accidentale. Constat aũt, nihil Angeli dare aut recipere formaliter esse a loco igitur. Quod aũt nõn sit actus primus respectiuus, ex eo probatur; quia oĩs respectus de nouo adueniens alicui, seqtur aliquam mutationem, non aũt apparet quæ, & qualis est illa mutatio, quam sequitur hæc forma respectiua. Qm̃ non est necesse, ꝙ sequatur fieri ẽm substãtiã, neq; quantitatẽ, neq; qualitatem, neq; motum localem; quia nec est necesse, ꝙ Angelus fiat in loco, nec ꝙ moueatur ad locum, ad hoc, ꝙ sit in loco. Patent hæc, si supponatur, Angelos creatos fuisse ante creaturam corpoream vt multi doctores tenuerunt. hac. n. hypothesi facta, saltem conditionaliter, patet ꝙ creata postmodum creatura corporeã, angeli non cœperunt esse in loco per hoc tantum, ꝙ locus qui non erat, est; quia nõ esset maior ratio ex hoc, quare hic esset in hoc loco, & ille in illo, nec oportuit moueri tunc motu locali, quia nusquã erat, moueri. n. localiter præsupponit esse in loco. Quod verò non sit actus secundus immanens, patet. Tum quia omnis actio immanens Angeli est oĩno immaterialis. Tum, quia intelligere aut velle locum non sufficit ꝙ aliquis sit in loco. Quod demum non sit actio transiens, multipliciter probari potest. Primo ex eo ꝙ omnis actio transiens est cum motu, aut mutatione formali, uel locali subiecti, in quod transit, non facile aũt est fingere quo aliquid horum conuenit angelo respectu cœli Empirei. Secundò, quia hoc vr contra Sanctum Thomam in Quol. quolibeto. 1. q. ... 2. ar. 1. ubi expresse exponens illam propositionem, s. Angelus est in loco solum per operationem, dicit, Quod si per operationem intelligimus motionem, ꝙ propositio nõ est uera. Si vero operationem intelligimus quãcunq; unitionem uirtutis, propositio est vera, aliud igitur apud ipsum significat in hac materia contactus uirtutis, quam actionem transeuntem.

¶ Tertio, contra hoc sunt sex argumenta Scoti in 2. Sent. dist. 2. q. 6. quæ habes a Capreolo dist. 2. q. 1.

¶ Ad euidentiam huius ambiguitatis, quantum tribuere dignabitur, qui illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum, sciendum est, quod omnes, & Philosophi, & Theologi concedentes Angelos esse substantias immateriales, conueniunt in hoc, quod Angelus est in loco non per quantitatem molis, nec per contactum quantitatiuum, sed quantitatem, & contactum uirtualem. Et rursus, in hoc ẽt conuenire omnes uidentur, quod contactus ille sit relati præsentiæ Angeli ad locum causaliter, vel formaliter. Sed differentia opinionum & difficultas consistit in assignando quod sit illius præsentiæ fundamentum. Excedit. n. euidentia eius, humani ingenij capacitatem, propterea, quia ex sacris eloquijs habemus Angelos alicubi esse, & nõ apparet quomodo tangant illum locum. Propterea quinq; hic uidenda occurrunt. Primò, quot modis ex sensibilibus imaginamur rem locatam præsentem esse loco. Secundò, quæ præsentia inter numeratas sit certa, & quæ dubia. Tertio, applicabimus ad Angelos. Quartò, uidebimus quæ sit mens Sancti Thomæ, & sic respondebitur quæsito. Quintò satisfiet obiectionibus.

¶ Quo ad primum, Præsentia rei existentis in loco ad locũ est duplex, s. circunscriptiua & diffinitiua. Prima importat commensurationem partium, quantitatiuarum locati ad partes loci. Secunda uero, importat tantum limitationem seu determinationem ad locum, idest, esse ita hic, quod non alibi. Et hæc subdiuiditur in præsentiam substantialem, & præsentiam causalem. Vocatur aũt præsentia substantialis, relatio præsentię qua formaliter substantia etiam indiuisibilis præsens est ita huic loco, quod non alii, etiam si nullam causalitatem habere posset respectu loci. Causalis autem præsentia secundum triplicẽ statum causæ effectiuæ, distinguitur in triplicem, scilicet in pręsentiam

tiam ordinis,& præsentiam approximationis, atque præsentiam operationis. Appellatur autem præsentia ordinis, relatio proportionis,quę est inter agens & patiens: quando sunt in potentia proxima pręparata & immediata sufficienteque ad opus, exclusis omnibus impedimentis. Pręsentia verò approximationis, vocatur relatio approximationis immediatę agentis in patiens immediatè: quæ præuenit actionem,ordine naturæ saltem. Præsentia autem operationis,dicitur relatio agentis ad passum immediate,inseparabilis ab actione: ita q̃,vel est ipse respectus in actione importatus: vel non est sine illo. Possunt autem hi tres modi præsentię causa exempli declarari in nauta & naui. Est.n. primo nauta præsens naui præsentia ordinis,existentis inter virtutem suam,& nauem,vt gubernabilis ab ipso est. Et deinde præsens eidem secundum approximationem, dum ipse prius natura intelligitur approximatus naui,quam operetur. Tertiò,fit præsens naui secundum actualem operationem,siue hæc relatio pręsentiæ concomitans operationem, sit idem q̃ relatio mouentis ad motum,siue ab illa distinguatur,vt dictũ est. Hæc de primo.

¶Quo ad secundum sciendum est, q̃ harum quinq; præsentiarum:tres tantum sunt certæ,s.circũscriptiua,& ordinis,& operationis. Aliæ autem duæ ambiguæ valdè sunt & coincidunt, & pp eas est vniuersa hęc difficultas. Et de præsentia quidem circũscriptiua laborare non oportet: quia est nota ad sensum. Præsentia verò ordinis ex hoc conuincitur,q̃ si nullum corpus esset, & una substantia intellectualis posset aliquid recipere ab alia: antequam intelligeretur agere vna in aliam, esset inter eas ordo actiui ad passum, quo altera posset potentia proxima expedita, & præparata agere,& altera recipere. Hæc.n.præsentia consequitur rõnes potẽtiæ actiuæ & passiuę proximæ deductis impedimentis &c. Et inuenitur tam in corporalibus,quam in spiritualibus. Præsentia vero operationis manifesta est oportet.n. agens immediatũ immediatione suppositi, indistans esse a patiente, quandiu agit,vt,patet 7.Physi.longo processu. Ambiguitatẽ vero habent reliquę duæ præsentiæ,pp rõnes ex vtraq; parte. Et pro parte quidem affirmatiua præsentię substãtialis,ratio est potissima: quia talis pręsentia non est res impossibilis,cũ non implicet contradictionẽ substantiam esse sic præsentẽ loco. Igitur ponenda est in quæstione tã difficili. Antecedens declaratur,nõ solũ de possibili,sed de facto, sic. Substantia particularis,puta hæc terra,locata in hoc loco,puta hoc vase,si per intellectum separaretur ab ea sua quãtitas,nihilominus esset ita in hoc vase q̃ non alibi,quod est habere relationẽ præsentiæ substantialis ad hunc locũ. Datur ergo præsentia substantialis,qua substantia indiuisibilis pñs est loco,seclusa omni habitudine actiui ad passiuũ, vel ecõuerso. Pro parte verò negatiua est: qa positio ista non est intelligibilis. Omnis.n. respectus,siue intrinsecus,siue extrinsecus adueniẽs,exigit aliqđ fundamentũ. Sed talis respectus pręsentiæ substantialis,nullũ hẽt fundamẽtũ. ergo fictio est ponere ipsum. Maior probatur. Tũ inductiuè, Tũ,quia aliter voluntarie posset quilibet respectus cuilibet attribui: ex quo,fundamentũ nullum requirendũ est,qđ sit rõ,quare hoc sibi conueniet respectu actus, vel potentiæ. Tũ,quia respectus ois aut conuenit oi enti,aut,aliquibus. Si omni enti assignanda est eius rõ ex ente inquantum ens,ut patet de respectu intelligibilitatis & appetibilitatis. Si q̃busdam,assignanda est rõ, quare illis potius q̃ aliis ex fundamẽto illis,& non alijs inuẽto. Tũ quia posse certũ respectũ habere, est prædicatũ demonstrabile de re, quãuis habere illum in actu sit forte contingens. ergo hẽt in subiecto cãm necessariã, per q̃ a priori infertur,& per quã inest illi,alioquin contingenter inesset. Causa autem illa aut fundamentũm est,aut ex ipsa illud hẽ. Minor vero probatur,qm̃ aut fundamentũ talis respectus, est aliquod absolutum inuentũ in pura substantia: aut absolutum cum aliquo extrinseco connotato. Sed neutrum põt poni. ergo. Qđ n. non sit absolutũ aliquod patet distinguendo ea.qua in pura substantia inueniuntur,s.rõ substantiæ,& limitatio eiusdẽ, & similiter virtus eius & limitatio eiusdẽ. Substantia. n.inquantũ substãtia, hunc non fundat respectum. Tum quia non ois substantia potest illum fundare. Tum ẽt,quia ponentes illum,fatentur iuxta articulum Parisiensem 218. q̃ substantia non est ratio essendi in loco diffinitiuè, Inquantum uero limitata siue ad genus, siue ad spẽm, siue ad singularẽ,hoc etiam non habet, qm̃ ęquiuoce dr̃ limitatio de determinatione essentiali seu entitatiua, & de determinatione ad locũ. Modi.n.entis & differentiæ essentiales & indiuiduales,contrahunt ad tale & hoc ens,& non ad ens in loco seu locabile, nisi cum contrahitur ens per quantum quantitate molis. Tunc.n.manifeste contrahitur consequenter ad locabile. Per alios aũt entis modos,cum per se primo non contrahatur ad locabile,oportet assignare qũo consequenter cõtrahatur, & cũ nõ possit assignari,restat q̃ sit fictio: simile quoque iudicium est de uirtute substantiæ,quæ ponitur eadem realiter cum substãtia,& & limitatione eius,qm̃ limitatio ũirtutis,entitatiua est limitatio ad talem & tm̃ effectũ,non localis. Quod autẽ fundamentum & ratio talis respectus non sit substantia,cõnotato aliquo, pbatur. Tale extrinsecũ non põt esse,nisi aut negatio,aut relatio: sed relatio nõ est,quia iterũ de illius fundamento quęrẽdo,eadẽ redibit qõ. Negatio verò non apparet ad propositũ,nisi indistãtiæ: vt putari forte possit q̃ substantia indistans a loco, fundat pñtiæ relationem ad locum. Sed hoc nihil est: quia talis negatio conuenit substantię indiuisibili, ẽt nusquam existenti; vt patet & sic substantiã nusquam existentẽ contingeret esse præsentem huic loco: ac p hoc esset nusquã,& esset hic,qđ implicat contradictionẽ, Si hæc vera sunt,patet q̃ imaginatio ponentiũ tale respectũ in falso fundatur. Credit.n.q̃ quẽadmodũ hæc aqua, existens in vase. hẽt duo,s.q̃ sit ibi diffinitiuè,& sit ibi circũscriptiuè,ita habeat duo fundamẽta,s. quãtitatẽ fundantem circũscriptionẽ,substantiã fundantem diffinitionẽ. Cũ tñ ex prædictis habeatur,q̃ vnũ tm̃ est hic fundamentũ,s.quantitas,mediante quã,hæc aqua & diffinitur & circũscribitur hic. Et ex hoc ulterius sequitur, qđ quẽadmodũ hæc aqua secluso colore,implicat contradictionẽ q̃ sit uisibilis,ita seclusa quantitate, q̃ sit locabilis. Et hoc loquẽdo ut mõ loquimur de substantia,seclusa oi uirtute actiua & passiua quocunq; mõ. Et sic positio illa, est impossibilis simpliciter. Ad exemplũ qđ adducitur de hac aqua existente in vase.remota p intellectũ q̃titate &c dr̃,qđ imaginatio in hoc decipitur, qm̃ seclusa quãtitate,aqua illa nusquã remaneret, qm̃ nullã habitudinẽ hẽt ad locũ. Sed restaret cũ negatione distantiæ ab illo loco,& quocũq; alio. Et ppea nõ oportet q̃rere quo ierit: sed uas plenũ aere reperiretur. aqua indiuisibili reddita,& nusquam existẽte. Nec hoc est mirabile, sed consequens ad hypotesim factã. Sicut si poneretur a Socrate remoueri quantitatẽ,oporteret cõsequenter fateri,q̃ non haberet partes integrales,s.cor.hepar,caput &c. qa remaneret substantia indiuisibilis & tñ imaginantur, q̃ remaneret Socrates. Vnde istis imaginationib. non est credendum. Pro parte quoq; affirmatiua præsentiæ approximationis agentis ad passum,præuenientis actionem,potissima rõ est: quia agens agere in passum immediatum,& agens esse simul cum passo immediato,sunt aliud,& aliud: & inter se hñt naturæ ordinẽ. Et cum actio nõ sit prior simultate, relinquitur q̃ simultas est prior actione. declarantur singula. Primum,quia cum dicitur ex 7.Physic. q̃ oportet agens & patiens immediata esse simul,si esse simul nihil aliud est quam illud agere,& hoc pati,dicẽdo oportet agens & patiens esse simul,nihil aliud diceremus, quã oportet agens agere,& patiens pati,q̃ est ridiculum. Differunt ergo hæc inter se. Deinde declaratur 2m,s. q̃ sint hæc ordinata inter se,qa ubi est pluralitas sine ordine,ibi est confusio. Demũ declaratur tertium,s.q̃ actio non sit prior simultate: qm̃ non ideo agens proximum est passo quia agit: sed quia approximatum est passo,ideo agit. Pro parte uero negatiua est, quia talis præsentia præueniẽs operationem,aut coincidit cum prædictis,aut est una fictio. Quoniam uel utrumque,s.agens & patiens est corporeũ, aut vtrunque spirituale,aut autem spirituale, & alterum corporeum. Si utrunque est corporeum,simultas præueniens actionẽ, est quantitatiuus contactus,ut patet in 7. Physicor. hic autem ad præsentiam circumscriptionis pertinet. Si vero vtrunque est spirituale, etiam si fingendi, daretur licentia, simultas præueniens actionem est præsentia ordinis,cuiuscunq;,sed talis,s.immediati &c. Et merito,quia ut Aug. docuit: hoc facit ordo in spiritualib. qđ situs in corporalibus. Et propterea sicut approximatio agentis ad passum in corporib. attenditur 2m situm, ita in spiritibus secundum ordinem. Si autem alterum est spirituale, & alterum corporeum,approximatio ista non potest fingi q̃ sit situalis: quia spirituale insituabile est, Oportet ergo,q̃ coincidat cum approximatione ordinis, & approximatione secundum substantiam. Non facile.n.esset,tertiũ quid fingere. Et si prædicta uera sunt, ita q̃ præsentia substantialis sit fictio,restat ut sola præsentia ordinis intelligi possit præueniens operationem. Et sic,ista præsentia approximationis coincidit cum præsentia ordinis, & addit in corporalib. præsentiam secundum contactum quãtitatiuum,aut pura fictio est,si aliquid aliud esse dicatur. Rationi autẽ pro parte affirmatiua adductę satisfit ex nunc dictis,concedendo quod simultas agentis, & passi, sit aliud ab operatione,& q̃ sit prior natura quam operatio. Sed negatur,quod sit aliud,quid q̃ præsentia ordinis in communi loquendo. Descendendo autem ad corporalia,negatur q̃ sit aliud a præsentia ordinis & situs. hę.n. duę sufficiunt ad hoc,quod illud immediatè agat,& illud immediate patiatur. Situalis quidem præsentia requiritur,quia quanta sunt: ordinis uerò,quia actiua & passiua sunt. Et qm̃ utriusque huius ambiguitatis tractatę,pars negatiua rationi magis est consona,& ex notis nobis resolutè intellectũ quietare uidetur: ideo partem negatiuam tenendam arbitror. Et sic tres tantum præsentias acceptabimus secundum situm,secundum operationem, & secundum ordinem.

¶Sed dubium circa præsentiã 2m operationem remanet, an formaliter in cõi loquendo inter agens in actu & patiens pręter relationes agentis,& patiẽtis, sit relatio pñtiæ adinuicẽ,pñtiæ dico,nõ præuenientis,sed concomitãtis operationem, qua relatione

tione ipsum agens formaliter dicatur præsens passo, & econuerso. Si.n. ponitur, cũ talis præsentia sit relatio æquiparantiæ, ac per hoc exigens fundamentũ eiusdem rationis in vtroq; extremo, surgit quæstio de fundamento eius, & deinde de inseparabilitate eius ab operatione. Nec video quomodo possit his quæstionib. satisfieri, stantibus supradictis. Si verò non ponitur: nullas patiemur angustias, quoniam nulla est necessitas eam ponendi. Ex ratione namque agentis & patientis vt sic, nullam oportet consurgere aut concomitari relationem æquiparantiæ. Et ex hoc habetur ratio ad partem negatiuam, quia pluralitas sine necessitate ponenda non est. Sufficit ergo inter agens & patiens. Primò, esse simultatem secundum præsentiam ordinis. Secundo, secundum operationem. Et in corporibus accidit tertia secundum quantitatiuum contactum. hæc de secundo.

¶Quo ad tertium, dicẽdum breuiter est, licet quidam, de quorum numero est Sco. in 2. sen. dist. 3. posuerunt angelum esse in loco, per præsentiam substantialem, penes quam etiam attendi dicunt approximationem agentis ad patiens. Quia tamen præsentia huiusmodi voluntaria, ac sine ratione ponitur, immo contra dicit notis nobis ex sensibus, vt ex dictis patet, & angeli substantiæ sunt in corpore & immateriales, & consequenter a præsentia situali alienæ, non nisi duob. modis præsentes esse possunt loco, s. secundum præsentiam ordinis, vel secundum præsentiam operationis. hæc de tertio.

¶Quo ad quartum. Circa mentem S. Th. diuersimodè a diuersis dicitur. Quidam in duabus his propositionibus cõsistere eius opinionem putant. Prima est. Sola operatio transiens, est angelo ratio essendi in loco. Secunda est. Substantia angeli est sic coniũcta huic loco quòd est ab alio loco distans. Imaginantur enim q quemadmodum quantitas est ratio substantiæ corporeę, quod sit in loco, & cum hoc ipsa substantia corporea mediante quantitate est in loco sic, q vere ab alio loco distat, & alteri propinquior est. Ita operatio transiens sit ratio angelo quod existat in loco, ipse tamen angelus per illam ad locum diffinitur, ita quod a remotiori magis distat loco, quam a propinquo. Quidam autem primæ propositioni non consentiunt, sed dicunt, quòd vel operatio transiens vel quęcunque relatio per modum operationis transeuntis significata, est angelo ratio essendi in loco, propter verba S. Th. ex Quolibetis adducta. De secunda verò propositione affirmant primam partem. s. quod substantia angeli est coniuncta loco, & non solum operatio eius. Fundant autem vtrique secundam propositionem super verbis S. Th. expressè in tertia parte q. 52. art. 2. dicentis, quod anima Christi fuit in loco inferni dupliciter, s. per operationem & per substantiam, in aliis uero per operationem, seu effectum tantum. Et in Quolibeto. 6. art. 2. respondens argumento primo tali, Si angelus ageret p imperium voluntatis, posset ita agere in propinquum sicut in distans, & sic non oportet ipsum descendere de cœlo in terram, ut hic operaretur, dicit, quod quia oportet mouens esse simul cum mobili quod ab eo mouetur, vt dicitur in 7. Physi. ideo oportet substantiam angeli aliqualiter contingi rebus quas mouet. Ex his clare habetur, quod etiam apud substantias spirituales, modus essendi in loco per substantiam, distinguitur, a modo essendi in loco per operationem, & quod vterque conuenit substantiæ spirituali. Quinetiam ex secunda authoritate uidetur haberi distantia & propinquitas, quæ posita est in secunda propositione. Mihi autem dicendum occurrit, quod tria quæruntur: ratio essendi in loco, res existens in loco, & modus secundum distantiam & propinquitatem. Primum apud S. Th. est quantitas uirtualis tangens locum. Tactus autem iste nihil aliud est, quã præsentia secundum operationem & præsentia ordinis siue vtraq; simul concurrat, siue altera. Sed diligenter aduertenda sunt hic duo. Primo, quod præsentia ordinis non distinguitur a præsentia operationis, sicut potentia ab actu secundo, sed potius quẽadmodum habitus ab actu secundo. Non enim ex hoc quod angelus potest operari alicubi, dicitur ibi esse. Sed supra posse addit præsentia ordinis ex parte substantię angeli, negationẽ situalis distantiæ, eo modo, quo sibi potest conuenire, vt inferius dicetur. Ex parte verò intellectus cognitionem practicã talis operis in hoc corpus, ut a se excedendi. Ex parte verò potentiæ executiuæ, expeditionem, ita quod potentia sua nec detineatur seu impediatur virtute aliqua superiori, nec occupata sit ad opus aliud: sed ad hoc parata promptaque, habeatur. Ex parte autem voluntatis electionem prædictæ præparationis ad hoc opus in hoc corpus exercendum. Hæc enim est ratio habitus, ut cum voluerit quis operetur. Secundo sciendum est, quod quemadmodũ operationum duplex est genus, quoniam quædam sunt cum continua exteriori actione, vt mouere. Quædam uerò interpolata actione exteriori sunt contentę, vt pręsidere, custodire & his similia. ita dupliciter contingit angelos præsentes esse loco secundum operationem. Vno modo, quia actualiter exteriori operatione attingunt corpora. Alio modo, quia actualiter attendunt & vacant, vt corpora bene succedant, quamuis non continue exteriori operatione aliquid ibi agant. Et hoc modo Angeli custodientes homines, præsidentes prouinciis aut locis, dicuntur ibi esse. Non enim qui custodit aut præsidet, oportet quod semper in custodito aut subdito aliquid faciat, sed quod semper uigilet, studeat, & uacet ad hoc, & nunc impedimenta amoueat, nunc verò promoueat, nunc euentum rei expectet occurrentibus prouisurus &c. De secundo vero. s. cum dicitur, angelum alicubi esse, quę res sit existens in loco, dicitur, q non solum operatio seu effectus angeli est in loco, sed ipsa substantia proculdubio. Sed diuersimode. Nam operatio est in corpore, vt perfectio in perfectibili. Substantia uerò angeli est ut res per seipsam, seorsum habens suum subsistere. Locatum enim non est idem secundum esse substantiale uel accidentale ipsi loco, cum neutrum alterius accidens aut substantia quoquo modo sit.

¶Sed est aduertendum, quod sicut dupliciter contingit Angelum operari in corpus. s. immediate immediatione suppositi, & mediate: ita dupliciter potest dici esse in loco mediante operatione, s. per potentiam & per substantiam. In corpore enim, in quo immediate operatur, est per operationem, & per potentiã, quia attingit illud sua virtute, & per substantiam, quia immediate immediatione suppositi attingit ipsum, concurrente negatione distantiæ situalis, ut causa, seu conditione, sine qua non. In corpore uerò in quo mediate agit, est per operationem, & per potẽtiam, non autem per substantiam. Tertium autem, s. an substantia angeli existens in loco distet ab alio loco, distinctione eget, distantia enim dupliciter sumi potest. Primò propriè pro distãtia locali, seu situali. Secundò pro distantia inter agens & patiens ut sic, idest in proportione inter hoc, & illud, ut alterum agat, & alterum patiatur ab eo. Si hoc secundo modo loquimur de distantia, tunc manifeste patet, Angelum esse uni loco propinquiorem quam alteri, quia hoc nihil aliud est, quam esse proportionatum agens respectu unius magis quam alterius. Si autem loquimur de distantia situali, tunc distinguendum est, per se, aut per accidens. Et per accidens dupliciter, iuxta doctrinam Phyl. 8. Physic. tex. 45. & dicenda sunt tria. Primò, quod angelus non est per se distans aut propinquus loco alicui. Secundo, quod Angelus secundum seipsum, non est per accidens distans, aut propinquus alicui loco, quemadmodum albedo quanta per accidẽs in uno loco distat per accidens ab alio loco. Tertiò, quod angelus est per accidẽs distans, aut propinquus loco alicui secundum corpus in quo est, ita quod distantia non redundat in ipsum angelum: sed pręd icatur de ipso ratione corporis in quo est, & sic est propinquus loco propinquo illi corpori, & distat a distãte, sicut apud Aristote. motor orbis inferioris dr̃ moueri per accidens ad motum superioris. Et per hæc patet quomodo diuersa San. Tho. dicta sint intelligenda. Nam ea quæ dixit in tertia parte de anima Christi, ideo dixit, quia in una parte inferni immediate operari ipsam posuit, in aliis uero mediate. Nõ quod nuncium miserit, sed quia mediante effectu quem in limbo patrum habuit, ad alios descendit, quoniam per uirtuosum descensum ad lymbum patrum, & damnatos confutauit, & purgandis spem dedit &c. ut ex verbis, Sanct. Thom. in responsione ad tertium ibidem patet, Potest quoque in uno tantum inferni loco fuisse animam Christi, secundum substantiam, intelligi alia ratione, quia. s. ab aliis partibus erat distans, per accidens, modo præexposito, & tamen diuinitatis uirtute, effectum in illa loco faciebat. Quæ uero in Quolibeto 6. dixit pp simultatẽ ordinis, quæ præuenit operationẽ, & excludit distantiam istam situalem, per accidens, dixit. Patet quoq; ex his ratio, quare S. Th. in quolibeto. 1. distinxit contactum uirtutis ab operatione, quia. s. contactus uirtutis attenditur, non solum secundum exteriorem operationẽ continue exercitam: sed etiam pœnes studium, & attentionem ad cœpta sequenda &c. Vnde ibidem statim subdit, quod p operationem, non sola motio intelligatur, sed quæcunq; unitio, qua sua uirtute contingit corpus, siue præsidendo, siue continẽdo. Et intendit non de continentia substantiali, quia in superiorib. inferiora naturaliter continentur eminenter, quia sic quilibet Angelus esset ubiq; sed de continentia quæ nata est competere formis, quæ est simul tenere corporis partes: hoc. n. modo anima cõtinet corpus, ut dr̃ in 1. de ani. tex. 90. in cuius signum, ipsa recedente partes defluunt &c. Assistentia ergo angeli ad simul tenendum corpus, quo ad aliquid esse uel operari, est continentia sufficiens ad hoc, q angelus ibi dicatur esse. Nec ex his mihi imponas, q dixerim angelos locari apud S. Th. ex sola pręsentia ordinis, hoc. n. adhuc non est habitum. Sed ad hoc tantum peruentũ est, q angelus præsens est loco dupliciter, secundum operationem, & secundum ordinem. Et q ista præsentia pręuenit naturaliter illam, quia est ipsa appropinquatio agentis ad patiẽs. Verũ aũt talis præsentiæ sufficiat ad hoc, q angelus dicatur esse in loco, crediderim ergo distinguendum, q esse in loco angelũ, contingit dupliciter. Vno modo, complete, & sic non sufficit præsentia ordinis. Alio modo, incomplete, & sic sufficit. Cũ. n. sola est præsentia ordinis, inchoata quidem est præsentia angeli ad locum

etiam:sed non est completa. Cum verò actualiter incipit operari, tunc est completè præsens. Et secundum hoc, possent diuersa theologorum dicta interpretari, modo de esse in loco completè, modo de esse in loco incompletè de S.Tho.aūt intentione non clarè constat, quia ipse & in illo.1. Quolibet & hic, notātet dixit, ꝙ per applicationem virtutis Angelicæ qualitercunque ad locum, Angelus est in loco, & consequenter cum hic applicationis modus non sit extra qualitercunq; inclusus videtur ab eo, & verè sic est exponendus, nisi obstet ꝙ applicationis modus de quo loquitur, est talis, ꝙ duo angeli non possunt simul habere illum, respectu eiusdem loci. Videtur autem ꝙ præsentia ordinis respectu eiusdem loci, possit plurib. angelis simul conuenire. Secundo potest obstare, ꝙ in responsione cuiusdam argumenti in prædicto. Quolibeto dr̄, ꝙ quo ad esse in loco, prius natura est operari quam esse in loco, ergo pręsentiam ordinis, quę prius natura est quam operatio, non tenuit sufficere ad esse in loco, quia sic prius esset in loco, quam operaretur. Sed ad hoc potest dupliciter dici. Primò, ꝙ apud S.Th. pręsētia ordinis includitur sub pręsentia secundum operationem qualitercunq;, qm̄ ut ex dictis patet, tripliciter potest variari, vel secundum continuatam exteriorem operationem, vel secundum continuatam attentionem, interceptam verò exteriorem operationem cum reliquis conditionibus (vt supra dictum est) vel secundum habitualē applicationem, quam importat præsentia ordinis. Et sic cōiter accipiendo operari actualiter vel habitualiter, clarè constat operari non prius esse in loco quam esse, immo sunt idem, sed eo modo quo ratione distinguuntur, operari est prius, quia est ratio essendi in loco. Secundo potest dici, ꝙ responsio S.Th. intelligenda, est formaliter.i. vt euacuat vim argumenti, dato etiam ꝙ per solam operationem actualiter exercitam Angelus esset in loco, quicquid de hoc sit. oportet.n. responsionem illam ab omnibus admitti, quicquid sit de conclusione. Vnde & Sco. in 37. dist. 1. fingens, præsentiam, immensitatis inter Deum & vbique, fatetur ꝙ prius natura potentia Dei habet terminum suæ operationis, quam eius immensitas terminum compræsentem. De primo vero obstaculo quid dicendum sit, in 3.ar. huius q. discutietur. Satis ergo nunc sit nosse, quod ratio præsentiæ substantiæ spiritualis ad locum, semper pertinet ad actionem, vel etiam passionem transeuntem actualiter vel habitualiter exercitam. Quantum ergo capere hactenus possum, hæc de quarto.

¶ Quo ad quintum vt dictum iam est Sco. multipliciter cōtra S.Th. arguit; quæ quoniam diffusè a Capreolo tractantur in 1. q.2. dist.2. sen. breuiter perstringenda duxi. Et primo arguit, ꝙ detur præsentia substantialis dupliciter. Primo ad hominem, quia S.Th. in hac prima parte q.8. ar.1. hanc posuit, & nunc negat. ergo. Deinde simpliciter. Virtus operatiua angeli, aut se habet mediatè, aut immediatè ad actionem in loco, si mediatè, quæratur de illo medio, & sic deinceps, si immediatè, ergo substantia operantis est immediata loco, & habetur intentum.

¶ Sed ad hæc patet responsio ex dictis. Ad primum quidem ex dictis in q. 8. ad secundum verò ex nunc ostensis, conceditur .n. immediatio, suppositalis, & instantia localis, vtraq;.n. est conditio præsentiæ, tam secundum ordinem quam ſm operationē. Ad has.n. rō illa ducit, & nō ad aliquā positiuā pſentiā substātialē, ut arguens fingit, & nulla hoc rōne probauit, sed supposuit.

¶ Secundo arguit, quod operatio non sit ratio angelo essendi in loco tripliciter. Primo ducēdo ad inconueniens tripliciter.s. ꝙ angelus frequenter esset nusquā, quia in cęlo empireo nihil operatur. Et quod angelus mouens cœlum, esset in toto cœlo, quia totum primo mouet, quia est sibi proportionatū, ita quod si adderetur stella orbi, moueret cū labore. sc̄do cœli tex. 71. Et quod angelus esset in loco commensuratiue: quia operatio sua est in loco commensuratiue per accidens, & ipse non nisi per eam ibi est. Secundo ostensiue. Ratio essendi in loco est in angelo formaliter, alioquin angelus non esset formaliter in loco, sed operatio transiens non est in angelo formaliter. ergo. Tertio authoritatib. Damasceni, quæ dicunt angelum operari & esse in loco. ergo aliud est operari, & aliud esse in loco in angelo, alioquin superflue utrunque diceret.

¶ Sed ad hæc quoque ex dictis facile respondetur. Primum quidem quod reputatur inconueniens.s. Angelum nusquam esse non inconuenit, immo ut Arist. primo cœli. tex. 100. dixit, entia illa beata, non sunt apta esse in loco. Quod uerò in argumento miscetur de operatione circa cœlum empireum, potest multipliciter solui. Primo quod angelos esse in cęlo empyreo, est locutio Metaphorica, quia sunt in gloria, ad quā sanctificatum est cęlum empyreū. Cuiussignū est, ꝙ (ut Magister adducit in 2.d. secundi) dicitur ꝙ cælum illud est plenum angelis, quod non pōt nisi Metaphoricè intelligi. Secundo, ꝙ angeli in cęlo empyreo operantur, sed nos latet qualis est operatio illa. Quod aūt a quibusdam dicitur, ꝙ sunt ibi ꝑ exornationē, uel aliquid hmōi, qđ est relatio ꝑ modum operationis significata, imaginarie magis q̄ rationabiliter dictum puto, nihil.n. ad q. hanc de modo significādi quia nobis fit. Si ergo ſm rem solus respectus sine oī operatione actu uel habitu tangente locum, poni pōt in angelo, quo formaliter præsens sit angelus loco, iam ponitur ſm rem pſtia substantialis supius impugnata, iam angelus ponitur in loco, & non ut operans in operato, & uniuersa quæ diximus ruunt. At siquis rationabilem non putat hanc operationis ignorantiam, primam necesse est amplectatur rñsionem, si authoritatem Greg. Nazianzeni negare uereretur. Ait.n. ꝙ abusiue dicimus angelos esse in loco, qm̄ deberemus dicere ꝙ operantur in loco. Alterius uero inconuenientis, sequela negatur, ut enim patet. 8. Phy. Motor cęli non est primo in toto cælo, sed in circulo æquinoctiali, cuius motus est uelocissimus. Nec in toto illo, sed in loco orientali, ut patet in 2. cęli, quia ibi est dextrum ex natura rei determinatum non materialiter, sed formaliter, ut dicit Auer. & bene in 2. cęli com. 15. Nec est quærendum ubi quiescat, quoniam nō eget loco, nec quiescit, sed est immobilis omnino. Tertii quoq; inconuenientis sequela nulla est, ut patet de se, per accidens.n. effectus tali modo non redundat in causam, immo, ut S.Th. dicit, Angelus est per se in loco non simpliciter, sed ut operans.

¶ Ad ratione ostensiuam dr̄, ꝙ licet maior sit uera de esse in loco localiter, non tamen de esse in loco æquocē.s.ut operās in eo, ut patet. Ad authoritatem Damasceni, dicitur, quod propter nostrum modum intelligendi, quo superiora inferiorum more apprehendimus & nominamus, cum hic aliud sit operari in loco, & aliud esse in loco, copulauit de illis loquens esse & operari. Vnde ibi non distinguuntur re, sed ratione tantū concipiente modum illum per modum operationis & per modum præsentiæ.

¶ Se-

S.Bon.1.ſ. d.17.q.2
Riccar.1.5.d.17.q.1.
Marro.1.5.d.18.q.2.
Arg 1.5.d.37.q.2.2.p.
Baanes.ar.2.
Scot 1.5.d.17.q.3.
Duran. 1.5.d.17.q.5.
Bacco.1.d.15.q.1.
Cap.2.d.2.q.1.conc.4. & 2.

270 1.d.17.q.3. ar.2. Et q. 4.ar.1.cor. Et 4.d.44. q.2.2.3.q. 2.ad 1. Et po.q.3. ar. 19. ad 1. * lib.6. de tri.c.6.t.3

ARTICVLVS II.

Vtrum Angelos possit esse in pluribus locis simul.

AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur, ꝙ Angelus possit esse in pluribus locis simul. Angelus.n. non est minoris virtutis, quā anima, sed anima est simul in pluribus locis, quia est tota in qualibet parte corporis, ut Augu.* dicit. Ergo angelus potest esse in pluribus locis simul.

¶ 2 Præt. Angelus est in corpore assumpto, & cum assumat corpus continuum, videtur quod sit in qualibet eius parte. Sed secūdum partes eius considerantur diuersa loca. Ergo Angelus, est simul in pluribus locis.

¶ 3 Præt. Dam. † dicit, quod vbi Angelus operatur, ibi est. Sed aliquādo operatur simul in pluribus locis, ut patet de Angelo subuertente Sodomā. ergo Angelus potest esse in pluribus locis simul.

1m de minori. In pluribus locis. 2. Vt unus

SED CONTRA est, quod Damas.* dicit, quod Angeli dum sunt in cœlo, non sunt in terra.

RESPON. Dicendum, quod Angelus est uirtutis, & essentiæ finitæ. Diuina aūt virtus & essentia infinita & est uniuersalis causa omnium, & ideo sua virtute oīa contingit, & non solum in plurib. locis est, sed vbique, virtus aūt Angeli, quia finita est, non se extendit ad omnia, sed ad aliquid vnum determinatum. Oportet enim quicquid cōparat᷑ ad vnā virtutē, ut vnū aliqđ cōparari ad ipsā. Sicut igitur vniuersū ens, cōparatur vt vnū aliquid ad vniuersalē Dei uirtutē, ita & aliqđ particulare ens cōparatur ut aliquid vnū ad Angeli uirtutē. Vn̄ cū Angelus sit in loco per applicationem virtutis suæ ad locū, sequitur, ꝙ nō sit vbiq; nec in plurib. locis, sed in uno loco tantum.

Circa hoc tn̄ aliqđ decepti sunt. Quidā.n. imaginationē trāscēdere n̄ valētes, cogitauerūt idiuisibilitatē Angeli ad modū indiuisibilitatis pūcti. Et iō crediderūt, ꝙ Angel' nō posset

3. & li. 2. c. 17.

* li.2. c.3. cir. med.

† li. 2. Orth. fidei.c.

SVPER Q. LII.

ART. II.

CONCL. Angelus non, potest esse vbique, nec in pluribus locis simul, sed in uno loco tantum.

¶ PROB. Quia uirtus angeli, est finita: Et quicquid cōparatur ad unā uirtutem, oportet, ut unum aliquid comparari ipsam.

Primum

vnus locus sunt: non, ut plures. §. Tunc &c. Nam totum illud, cui immediate applicatur virtus animę, reputatur vnus locus eius licet sint, secundum se plures loci. Sunt ergo locus tibi vnus per relationem ad animam (quod est formaliter loqui in proposito) & plures in seipsis accepti (quod est materialiter.) Applica ad angelum; & in formali locatione persiste.

2^m de minori.

Diuersa loca. R. in se: non, comparata ad vnã angeli virtutem. §. Tũc &c. vt patet. Vide ad primum. Et scito argumentum, cum loquatur in sensu materiali, non attingere multoq; minus infringere intentum conclusionis, quæ sensum formalem solum attendit.

3^m de minori.

In pluribus locis. R. Vt vnus locus sunt: non, vt plures §. Tunc &c. Plura enim in se, comparata ad vnum quid, erunt secundum istam comparationem vnũ. Vide ad primum: Et vltimam cathegoricam probationis.

posset esse nisi in loco punctali. Sed manifestè decepti sunt. nam punctum, est indiuisibile habens situm, sed Angelus est indiuisibile extra genus quãtitatis & situs existens. Vnde non est necesse, ꝙ determinetur [d] ei vnus locus indiuisibilis secundum situm, sed, vel diuisibilis, vel indiuisibilis, vel maior, vel minor, secundum quod voluntarie applicat suam virtutem ad corpus maius vel minus. Et sic, totum corpus cui per suam virtutem applicatur, correspondet ei vt vnus locus. Nec tamen oportet, quod si aliquis Angelus mouet cęlum, ꝙ sit vbique. Primo quidem quia non applicatur virtus eius nisi ad [illegible], qd primo ab ipso mouetᷣ. Vna aũt pars cœli est, in qua primo est motus, s. pars orientis. Vnde ét Phylosophus in 8. Physi.* virtuté motoris cœlorum, attribuit parti Orientis. Secundo, quia non ponitᷣ a philosophis, ꝙ vna substantia separata moueat oẽs orbes immediatè. Vnde non oportet, ꝙ sit vbiq;. Sic igitur patet, ꝙ diuersi mode esse in loco, cõuenit corpori & Angelo, & Deo. Nã corpus est in loco circũscriptiuè: quia cõmẽsuratur loco. Angelus aũt non circumscriptiuè, cum non commẽsuretur loco, sed diffinitiuè: quia ita est in vno loco, quod non in alio. Deus autem neq; circunscriptiuè, neque diffinitiuè, quia est vbique.

Et per hoc patet de facili respõsio ad obiecta, quia totũ illud cui immediatè applicatur virtus Angeli, reputatur ut unus locus eius, licet sic continuum.

D.112.

* li. 8. tex. 84. tom. 2.

A P P E N D I X.

Vtilitas pro Eccle. S. Dei.

EX articulo habes primò: quomodo per rationem ostendas, esse dictum merito a scripturis Exo. 14. Tollensque se Angelus Domini, qui præcedebat castra Israel, abiit post eos, & cũ eo pariter columna nubis, priora dimittens post tergum stetit inter castra Aegyptiorum & castra Israel. Ac si per hoc innuatur, ꝙ angelus est finitæ & essentię & uirtutis: ac per consequẽs, quod in pluribus locis simul non potest esse. Non tantum enim dicit Exodus, quod angelus Domini abiit post eos, sed etiam ꝙ tollens se (. s. de priori loco) abiit post eos: nam si in duobus illis locis potuisset simul esse; ad quid dicere oportuisset, ꝙ tollẽs se abiit post: cum sufficisse videretur dicere, quod abiit: intelligendo, si posset intelligi, absque sui mutatione, & priorisei derelictione? Vlterius de virtute, qua locatur angelus, ostendit litera in locutam: eo quod mox annectit ly, & cum eo pariter columna nubis. Ergo non tantum translata est nubes per virtutem angeli de loco ad locum, sed ét substantia angeli: immo non prius nubes, & postea cum nube angeli substantia, sed prius (saltem natura) ipsius translata substantia, & cum eo inquit, i. cum eius substãtia postmodum nubes. Essentia itaque illius ꝑ contactum uirtutis in priori loco prius erat cum effectu hoc sensibili, i. cũ nube: postea per contactum uirtutis qualitercunque (vt in ar. 1.) fuit angeli essentia in subsequendi loco cum effectu hoc sensibili translato secum, i. cũ nube. Secundo consequenter ex loco Exodi habes, quod Angelus, est in loco diffinitiuè, i. quod substantia eius ita est hic quod nõ est alibi: & ex articulo habes, quomodo per rationem probes hoc exodi sententialiter dictum. Semper tamen animaduertito, qd dicatur in textu locus correspondens angelo locato: ne restringere vel is mensuram loci spiritus angelici ad regulam mensuræ loci corporum. Non. n. absque causa probatio dixit, ꝙ quicquid comparatur ad unam virtutem, oportet, vt vnum aliquid, (idest vt unum locum,) compari ad ipsam. Tertio habes: quomodo per rationem Exodi locum, aliosq; de hoc plurimos scripturæ passus, declares, ac in sensu vero tuearis. Consule pro superiori intellectu articulum primum, & q. 50. art. 4. in app. calce ex Augustino. Quarto vides: quomodo ex huiusmodi locis vicissim Angelica præsens doctrina stabiliatur, atque declaretur.

2

3

4

¶ Nor. Pro art. præsenti facit articulus in ordi. 549. 40. 268.

Comm. Cardinalis Caietani.

TItulus clarus est. Hoc tamen in eo notandũ est, ꝙ ly possint, dicit potentiam naturalem ipsorum Angelorum, & ordinariam ipsius Dei, quoniam hic non examinamus quid Dei potentia de hac re possit absolute, sed quid rerum ordo habeat.

¶ In corpore articuli quinq; facit. Primo rñdet q̃sito. Scđo ex hoc excludit quendam errorem. Tertio remouet quandam obiectionẽ. Quartò infert, quam differenter Corpus, Angelus, & Deus sint in loco. Vltimo ex dictis soluit argumenta.

¶ Quo ad primũ, conclusio rñsiua hẽt tres partes, & est hæc. Angelus non est vbique, sed in uno particulari loco. Et probantur singulæ particulæ. Primò, quod non sit ubiq; ex dña inter uirtutẽ Angeli, & virtutẽ diuinã: q a altera est finita, altera infinita. Altera est ẽ particularis, altera est uniuersalis omniũ. Deinde probantur secunda & tertia particula simul. s. quod sit in uno loco, & quod sit in particulari loco, sic. Angelus non põt hẽre nisi unũ effectũ particularẽ. ergo non, põt esse nisi in uno loco particulari. Antecedẽs probatur, quo ad primã partẽ, q a qđcũq; cõparatur ad aliquã vnã uirtutẽ, cõparatur ut unum Quo ad tertiã uero sic sicut se hẽt uniuersũ ens ad Dei uniuersalẽ uirtutẽ, sic aliqđ particulare ens, ad uirtutem angeli. ergo &c. consequentia autem probatur, quia Angelus non est in loco nisi per applicationem uirtutis suæ ad locum.

¶ Circa hanc partẽ, multiplex dubitatio occurrit. Et primo in probatione secundæ particulæ conclusionis, q̃m aut ibi assumitur falsum, aut nõ probatur intẽtũ. Tũ ex parte ꝑdicati assũptę ꝑpositionis. Tũ ex parte subiecti. Cũ. n. dr̃, qđcũq; comparatur ad unã aliq̃ uirtutẽ, cõparatur ut unum, aut est sermo de oi uirtute uniuersaliter, aut de aliqua, puta creata. Si de aliqua, tria inconuenientiã sequuntur. Primo, quod assumitur probãdũ. Scđo quod male intulisset S. Th. ex hac ꝑpositione proportionalitatẽ uniuersi entis, ad uirtutẽ Dei, & particularis entis ad uirtutẽ angeli. Tertio, quod esset irrõnabilis restrictio, aut saltẽ ambigua: quoniã ex duob. capitib. posset fortè restringi propositio hæc. s. ex differentia inter uirtutẽ naturalem & uoluntariam. aut inter uirtutem finitã & infinitã. Sed neutra rõne põt restringi, q̃m Angelus ét est agens a proposito, ac per hoc, si ꝑpositio nõ tenet nisi de uirtute naturali, nõ erit ad propositum. Finiti aũt & infiniti rõ nihil facit ad unitatẽ & pluralitatẽ effectus, q̃m uirtus naturalis siue finita, siue infinita, ad unum est determinata, uoluntariã uero, siue finita, siue infinita, ad opposita se habet, ut patet 10. Met. ergo. Si autem uniuersaliter de omni uirtute intelligitur, quæstio emergit. Tunc quia ex hoc sequitur, quod diuina uirtus est determinata ad unum, Tum, quia ex hoc etiam sequitur, quod uirtus agens a proposito sit determinata ad unum.

¶ Scđo, dubiũ est, de quali unitate uirtutis sit hic sermo, reali. s. an formali, an utraq; simul. Si reali tñ, instãtia est manifesta de uirtute gñatiua, spiratiua, & creatiua Dei, q̃ sunt una res, & tñ nõ est determinata ad unũ Si uero de formali est sermo, tũc ꝑpositio q̃uis sit uera, nõ tñ est ad ꝑpositũ, q̃m ponere multas uirtutes formaliter tñ distinctas in Angelis, nõ incõuenit, puta uirtutẽ motiuã. uirtutẽ custoditiuã, & sic de alijs, iuxta diuersas rõnes formales effectus. Et sic hac rõne nõ ꝓbaretur intẽtũ, q̃m dici posset, ꝙ angelus q̃uis sm unã uirtutẽ sit in uno tñ loco, sm plures tñ est plurib. locis. Nõ. n. icõuenit unũ & idẽ agẽs, uti plurib. uirtutib. simul, ut patet de aĩa. q̃ simul audit & uidet, & operationes partis uegetatiuæ & intellectiuæ agit unica existens, apud Sãctum Th. Et per idem habetur quod nõ intelligi de reali & formali simul, hoc. n. membrum infertur a præmisso, ut patet.

¶ Tertio, dubiũ est, de quali unitate effectus sit sermo. s. de formali, an numerali. Si de formali, nõ seq tur intẽtũ, q̃m ex unitate formali nõ seqtur unitas numeralis effectus. Si de numerali, aut intelligitur de uno numero simpl r, seu oino, & tunc hoc est falsum. Quia sic sequeretur, ꝙ angelus non posset mouere simul duos lapillos discõtinuos, q̃m motus illorũ essent distincti numerũ a distinctione subiectorũ, nec possent dici unus numero, nisi forte secundum quid. Aut intelligitur unum numero quocunq; modo, quo ét modo aceruus lapidum est unus, & sic ét uĩ esse fal-

falsum. Tum quia sequeretur, ꝙ Deus nõ posset producere plura numero, vt plura. Tum, quia inter angelum & Deum, non esset differentia in producendo simul vnum, aut plura: sed maius aut minus tantum. Et similiter non esset differentia inter eos in existendo in vno, aut plurib. locis, sed in maiore aut minor tñ omnis.n.virtus determinatur ad vnum numero secundum hoc, sed diuina ad vnum.i.totum vniuersum, cæteræ verò ad particularia quæque. Hoc autem est manifestè inconueniens, quoniã Deus põt simul plura, vt plura, producere, & in plurib. simul esse. Tum, quia sequeretur oppositum principalis intenti. Angelũ.s. posse simul esse in plurib. in locis. Nam si talis vnitas numeralis possibilis est in effectu ipsius Angeli, cum hæc unitas nõ requirat continuitatem, qua ratione potest mouere simul duos lapides distantes abinuicem per cubitum, pari rõne põt mouere distantes per decem cubitos, cum non sit opus agendo in eos, agere simul in distãtiam mediã, & sic posset simul mouere duos lapillos, alterũ Romæ & alterũ in Frãcia & cõsequẽter esset in multis locis.

¶ Ad euidentiam harum difficultatum, sciendum est, quod effectus dupliciter potest comparari ad suam causam. Primo, ut obiectum ad potentiam. Secundo, ut effectus ad causam, uerbi gratia, calefactum comparatur, ad uirtute calefactiua ut obiectũ possibile, & ut effectus executioni mandatus. Primo modo attẽditur comparatio inter rationem formalem effectus, & ratione operandi ipsius causæ. Secundo uero modo, attenditur suppositũ seu indiuiduum ipsum effectus, & operatio causæ in actu exercito. His ergo duobus modis cum interpretari posset propositio assumpta, dr̃ ꝙ si primo mõ interpretetur hæc propositio, ęquualet illi, Ab vno inquantũ vnũ, nõ procedit nisi vnum, quæ de vnitate formali tã cãæ quæ effectus intelligitur, & est uniuersaliter vera. Qm̃ omnis virtus respicit vnã rationẽ formalem in suo adæquato obiecto, alioquin, vna non esset formaliter. Nec ex hoc sequitur, ꝙ potentia rõnalis non sit ad opposita, aut ꝙ virtus diuina non possit plura formaliter producere, nisi multiplicata formaliter: qm̃ tam potentia rõnalis, quã virtus diuina, per se primo respicit vnũ. Et de potentia quidem rõnali ex 10. Met. patet, vbi dr̃, ꝙ potentia rõnalis per se primo, agit alterum oppositorum, reliquum vero per se secundo. De potentia vero diuina patet: quia per se primo respicit esse: reliqua verò inquantum sunt essendi modi & participationes, & ꝓpea põt plura producere formaliter sub ente, quẽadmodũ & visus potest plures colorum species uidere, sub vno tñ genere. Et per hoc excluditur instãtia de multiplicatione formali virtutis Angelicæ. Dr̃.n.ꝙ in angelo est una uirtus operatiua, sed eius unitas formalis non attenditur penes illas rõnes formales specificas, sed penes genericã, seu analogã aliquam rõnẽ, sub qua cõprehenduntur, multę specificæ rõnes formales. Vnde nõ solum realiter, sed ẽt formaliter eadẽ est uirtus, qua Angelus custodit, præsidet, mouet, & facit quicquid facit. Et sic propositio ista in hoc sensu vera est, nõ tñ sic principaliter intenta, qm̃ vnitatẽ numeralem loci concludere intendimus. Dixi aũt principaliter, quia secũdario est sic intenta, qm̃ ut dr̃. 5. Met. Qđ est vnũ numero per se, est ẽt vnũ ratione. Quia ergo in scđo sensu, propositio hæc est principaliter intenta, ad eius euidentiam sciẽdũ est, ꝙ quemadmodum ex parte causæ inuenitur usitata distinctio in causam totalem, & in cãs partiales. i. in cãm in quæ in suo ordine sola sufficit, & causas, quę plurium concursum requirunt eiusdem ordinis, ut patet de pluribus trahentib. nauem, & de vno solo trahente nauiculam, ita portionaliter ex parte effectus distingui potest, ita ꝙ quidã, est effectus totalis, & quidam effectus partialis. Ita quod quemadmodum partiales causæ alicuius effectus dñr non quęcunq; duę causæ etiã eiusdem generis, sed illæ tñ quæ & in eodem genere causæ, & in eodem ordine concurrunt ad integrandã unã illius ordinis causam. Non.n. sol & homo partiales causę Socratis sunt. Sed plures trahentes nauem partiales causę tractus dicuntur, quia ad integrandũ unum ꝑfecte trahentem conueniũt. Ac per hoc uim unius cãæ totalis obtinent, concurrentib. tñ superioribus causis in ordinibus suis similiter effectus partiales alicuius uirtutis dicuntur, non quicunq; duo effectus illius, sed illi tãtũ qui ad integrandum unum totalem effectum producuntur. Ac ꝑ hoc, ratio effectus partialis distinguitur a rõne effectus totalis in hoc quod ille necessario sit ut pars alterius, iste uero absolute.

¶ Secundo sciendũ est, ꝙ effectus totalis, ad aliquam virtutem tripliciter cõparari potest, s. vt defectiuus, vt excessiuus, & vt adæquatus. Verbi gratia, respectu virtutis motiuæ hominis, triplex est mobile, aliquod adæquatum, aliquod excedens, & aliquod minus, ita ꝙ maius illo potest mouere. Tertia distinctio est, de fieri simul, vel successiue. Ex his.n. tribus distinctionibus habetur interpretatio illius propositionis. Est.n. sic interpretanda: quodcũque comparatur vt effectus totalis & adæquatus, vel quasi & simul, ad virtutem vnam realiter & formaliter, cõparatur vt vnũ numero: & sic est vniuersaliter vera de omni virtute siue finita, siue infinita, siue naturali, siue libera. Vnde & S. Th. in hoc articulo, post hãc propositionem statim subintulit, virtuti diuinæ respondere vniuersum ens, quasi adæquatum effectum. Sed aduertẽ-

ũto, ꝙ licèt istæ tres conditiones sint intelligẽdæ in propositione illa absolute, secunda tamen non est opus si contrahitur ad virtutem Angelicã: quia etiam duos effectus defectiuos, non potest simul producere. Tertia quoque opus non est, si contrahitur ad virtutem infinitam: qm̃ illa, quicquid potest producere successiue, potest etiam producere simul, nisi sit repugnãtia ex parte effectus. Nec ex hoc sequitur aliquod illorum trium inconuenientium, quæ obijciendo adducta sunt. Non sequitur primò, quòd Deus non possit producere plura numero vt plura: qm̃ illud vnũ numero, quod respondet suæ virtuti, vt adæquatus effectus, cõpatitur secum totam latitudinem tam numeralem q̃ formalem possibilem. Est enim illud vniuersum ens. Vnde quemadmodum cũ determinatione virtutis creatiuæ ad vnum formaliter, i. ad esse, stat ꝙ possit plura formaliter iuxta plures modos essendi: ita cum determinatione virtutis eiusdem in actu exercito ad vnum numero, i. vniuersum, stat multitudo illa rerum, ex quibus cõsurgit vniuersum. Nec huic determinationi obstat, quòd Deus possit simul extra hoc vniuersum aliud vniuersum, vel aliã creaturã produxisse. Tum quia vniuersum hoc, & quicquid, & quotcumque, qualitercumque separatim, & seorsum produci ponantur, necessariò partes erunt vniuersi entis, quamuis non essent partes huius, vel illius vniuersi. Propter quod, notanter sanctus Thomas in litera, non assignauit virtuti diuinæ velut adæquatũ effectum vniuersum, sed vniuersum ens: Nec dixit, quocumque fit ab aliqua una uirtute &c. sed qđcunq; cõparatur, ut insinuaret ꝙ de adæquato, uel quasi adæquato effectu loquebatur, qualem constat non esse respectu diuinæ, qđcunq; ens factum aut factibile, sed uniuersum ens tñ. Tũ, quia ut in titulo quęstionis dictum est, de potentia ordinaria hic est sermo, a qua non nisi vnũ uniuersum emanare põt, ut effectus adæquatus concludens in se multos defectiuos & partiales effectus. Nõ sequitur ẽt ſm inconueniens: qm̃ attingere aliquos effectus partiales, contingit dupliciter. Primo, ſm id in quo conueniunt tñ. Secundo, ſm ea etiam in quib. distinguuntur, & in hoc differunt uirtus diuina & angelica: qm̃ angelica attingit multos effect⁹ partiales ſm id tñ in quo uniuntur. Virtus uero diuina attingit in oib. uniuersi partibus, etiã ea in quib. distinguuntur, & ideo angelus unum tñ numero potest simul facere: Diuina uerò plura: quia illa non attingit plura nisi ut unũ, hæc uero attingit plura, ut unum, & ut plura. Propter quod S. Th. in litera utrunque insinuans, duo dixit: & conuenientiam uirtutis angelicæ & diuinæ, in hoc, quod sunt determinatę ad unum numero, & differentiã in hoc, quod diuina est determinata ad tale unum numero. Ex quo sequitur necessario, ipsam attingere plura sub illo uno. Ex hoc nãq; ꝙ uniuersum ens attingitur, cõsequens est, ꝙ multitudo ut multitudo est attingatur, qa de rõne uniuersi ẽ hẽre nõ solũ multa ut unũ, sed multa ut multa. i. nõ solũ id in quo multa cõueniũt, puta ordinẽ: sed ea in qb. distinguũtur Angelica uero uirtus est determinata ad unũ tale, ex quo nõ seqt̃ multitudo, qa ad particulare est.

¶ Ad tertiũ demum inconueniens dr̃, ꝙ quãuis angelus possit mouere duos lapides discõtinuos, vt partialia mobilia vnius totalis motus consurgentis ex duabus passiuis partialib. motionibus, non tñ posset mouere eosdẽ vt duo mobilia totalia, i. ꝙ neutrum moueretur vt cõpars alterius, sicut patet in trahente paruum lignum, potenteque trahere simul vnum aliud æquale. Is. n. posset trahere ambo simul, vt duo partialia mobilia eadem actione tracta, non tñ posset dum trahit vnum, alia actione seorsum trahere aliud. Quanta autẽ distantia intercipi possit inter duos partiales effectus, certũ non habemus. Necessarium tamen vr̃: ꝙ quemadmodũ cæteræ virtutes finitæ naturales habent certam sphęram actiuitatis suæ, vltra quam non possunt immediatè operari. contigit.n. aliquid simul coagulari, vt dr̃ de sensu & sensato. Sic virtus angelica habet certã sphęram suæ actiuitatis, infra quã quęcumque simul moueat, tanquàm in loco vno existentia respicit. Nec posset illamet simul mouere, si alterũ eorum extra sphærã actiuitatis suæ poneretur. Et propterea, negatur ꝙ sit eadem ratio de parua & magna distantia partialium effectuum inter se. Vnde non sequitur, ꝙ angelus possit esse simul in diuersis locis.

¶ Circa illã propositionem, s. Angelo põt attribui locus indiuisibilis, vel diuisibilis, maior, vel minor, ſm ꝙ voluntarie applicat virtutẽ suam, dubium occurrit: an Angelus possit in loco diuisibili quantumcũque paruo, aut quantumcũque magno esse. Scot. enim in 2. sent. d. 2. q. 6. tenet partem negatiuam: & dupl'r probat angelũ non posse in loco quantumcũque paruo, q̃uis cõcedat in loco pũctali. Primo, ex 36. 1. Euclidis, vbi dr̃, ꝙ quicquid põt esse in vno æqualiũ, potest etiã esse & in alio, si sibi figuratio nõ repugnat. Ex hoc inquit Scot. sequitur, ꝙ angelus põt esse in loco q̃tumcũq; longo: quia semper est in ventre quadrangulũ strictius æquale cuicũque quadrato dato. Scđo, rõne naturali, quia sequeret, angelũ esse infinitæ virtutis. Probat consequentia, qa determinata virtute angeli ad maximũ locũ, posse illã applicare ad minorem, est aliquantæ virtutis actiuæ: & posse applicare adhuc ad minorẽ, est magis & perfectius posse, & sic in infinitũ. ergo si põt ad locũ quantumcũque partiorem se semper transferre, erit vir-

tutis infinitæ. S. Th. aût tenet in eo hæc tria: Primò, ꝙ potest esse in loco indiuisibili. Secundo, ꝙ non potest esse in loco quantúcunq; magno: quia virtus eius est finita. Nec potest arbitriũ voluntatis suæ efficax esse, nisi iuxta vires naturæ. Tertiò, & in hoc Sco. discordauit ab eo, quòd angelus potest esse in loco quantuncunque paruo: quoniam proculdubio potest operari in loco quantuncunque paruo, cum nulla repugnantia sit ex parte effectus aut virtutis &cet. vt de se patet. Motus enim localis saltem, non determinat sibi minimũ locum, vt patet sexto Physicorum. Vnde in quantuncunque paruo, potest causari ab angelo.

¶ Ad rationes autẽ Scoti faciliter responderi potest. Ad primam quidem, ꝙ nõ est ad propositum propositio Euclidis. Qm̃ manifeste loquitur de esse in loco commensuratiue; volens ꝙ omne commensurabile alteri æqualium, sit commensurabile reliquo, nisi figuratio obstet: quod ridiculum est ad propositũ reducere. Quamuis etiam posset secundo dici, ꝙ aliud est posse esse in quantũcunque longo simpliciter, & aliud est posse esse in quantuncunq; longo respectu datæ magnitudinis: sicut aliud est posse in infinitum crescere simpliciter, & aliud posse in infinitũ crescere secundum partes auferibiles ex data linea, vt patet 3. Physi. Quamuis. n. longum in infinitum simpliciter non posset respondere angelo, quod tamen esset infinitè longum per restrictiones assignati quadrati, posse respõdere angelo vt locus vnus, Tale.n. esset simpliciter finitum secundum longitudinẽ, & nunquam quacũq; excrescentia facta excederet certam quantitatẽ. Ac per hoc, nisi longitudo intantum protraheretur, quod exiret sphæram actiuitatis angeli, qua ratione posse operari in quadratum, posset etiam in quadrangulum. Si autem sphæram actiuitatis exiret, iam habetur ratio, quare in illo esse non posset obstaret.n. exitus extra sphæram, quemadmodum Euclides dicit, ꝙ corporali alicui obstaret figuratio.

¶ Ad secundam rationem dicitur, ꝙ falsum est, maioris virtutis esse ad minorem, & ad minorem locum se posse applicare, hoc.n. non est ex quantitate virtutis, sed ex libertate pendet, vt S. Th. dicit. Vnde, quamuis applicare se ad totum locum sit aliquantę virtutis, quia nullus effectus potest esse quin ab aliqua tanta virtute sit, applicare tamen se ad maiorem vel minorẽ infra propriã sphęram, non maiorem aut minorem, per se loquendo, exigit virtutem, sed libertatem vsus illius. Et per hoc patet, q̃d secundum S. Th. de alia ambiguitate quã in fine mouet Scot. tenendum sit. An.s. si angelus est in loco, de necessitate sit in tãto loco determinate, puta vnius palmi, ipse.n. reputat vtrãque quæstionis partẽ, nullum parere inconueniens. Ex dictis autẽ S. Th. manifeste sequitur negatiua, ita ꝙ affirmatiua opposita inconuenienes induceret, quia sequeretur ꝙ latitudo vsus virtutis angelicæ, non esset libera, sed naturalis, quemadmodum applicatio animæ ad corpus, in altero tamen genere causę.

S. Bon. 2. f. d. 2. q. 4. ar. 2
Scot 1. 5. d. 2. q. 8.
Mairo. 2. 5. d. 1. q. 7.
Aeg 1. 5. d. 37. q. 3. p. 2.
Cap. 2. d. 2. q. 1. conc. 3.
Bannes. ar. 3.
Alb. Mag. 1. d. 37. ar. 25.

271
1. d. 17. q. 3 ar. 1. & po. q. 3. art. 7. 11. & ar. 19. ad 1.

ARTICVLVS III.

Vtrum plures angeli possint simul esse in eodem loco.

AD TERTIVM sic proceditur. Vr, quod plures angeli possint simul esse in eodem loco. Plura .n. corpora non possunt esse simul in eodem loco, quia replent locum. Sed angeli non replent locum, quia solum corpus replet locum, vt non sit vacuum: vt patet per philosophũ in 4. Physi.* Ergo plures angeli possunt esse in vno loco.

¶ 2 Præter. Plus differt angelus & corpus quam duo angeli. Sed angelus, & corpus sunt simul in eodem loco: quia nullus locus est, qui non sit plenus sensibili corpore; vt probatur in 4. Physi.* Ergo multo magis duo angeli pñt esse in eodẽ loco.

¶ 3 Præt. anima est in qualibet parte corporis, secundum Augu. † sed Dæmones licet non illabantur mẽtibus, illabuntur tamen interdũ corporibus: & sic anima, & Dęmon sunt in eodem loco. Ergo eadem ratione, quæcunque aliæ spirituales substantiæ.

SED CONTRA. Duæ animæ non sunt in eodem corpore. Ergo pari ratione, neque duo angeli in eodem loco.

RESPON. Dicendum, quod duo angeli non sunt simul in eodem loco. Et ratio huius est: quia impossibile est, ꝙ duæ causæ completæ sint immediatæ vnius, & eiusdem rei. Quod patet in omni genere causarum: quia vna, est forma proxima vnius rei, & vnum est proximum mouens: licet possint esse plures motores remoti. Nec habet instãtiam de pluribus trahentibus nauem. Quia nullus eorũ est perfectus motor: cum virtus vniuscuiusque sit insufficiens ad mouendum. Sed omnes simul sunt in loco vnius motoris, inquantum omnes virtutes aggregãtur ad vnum motum faciendum. Vnde cum angelus dicatur esse in loco per hoc, ꝙ virtus eius immediatè contingit locum per modum continentis perfecti, vt dictũ est: * non potest esse nisi vnus angelus in vno loco.

AD PRIMVM ergo dicendum, ꝙ plures angelos esse in vno loco, non impeditur propter impletionem loci, sed propter aliam causam, vt dictum est. *

AD SECVNDVM dicendum, ꝙ angelus et corpus non eodem modo sunt in loco. Vnde ratio non sequitur.

AD TERTIVM dicendum, ꝙ nec etiam Dæmon & anima comparantur ad corpus, secundum eandem habitudinem causæ, cum anima sit forma, non autem Dæmon. Vnde ratio non sequitur.

SVPER Q. LII. ART. III.

*li. 4. Phy. text. 52. & 58. tom. 2.

COncl. Non potest esse nisi vnus angelus, in vno loco. ¶ Prob. Quia impossibile est, quod duę causę completę sint immediatè, vnius ac eiusdem rei: Et angelus est in loco per hoc ꝙ virtus eius per modum continentis perfecti, contingit immediatè locum.

*li. 4. Phy. tex. 58. t. 2 † Aug. li. 6 de tri. c. 6. non ꝓcul a fine t. 3. Et in Epis. 28. ad Hieronymũ.

1m de minori. Non replent locum. ℞. Ideo attenta ista sola ratione, possent esse plures in eodem loco: sed est alia ratio prohibens hoc. §. Argumẽtum igitur peccat in insufficientia diuisionis. Nam non posse esse plures in vno loco, propter duas causas cõtingere potest. s. vel ꝓp loci repletionem, vel propter cõtactũ vnius virtutis perfectæ immediatè respectu talis loci. Et tamen, ac si vna tantum de causa id contingere posset, arguitur.

2m de maiori. Differt. ℞. Differentia naturarum, non, differentia possibilitatis essendi in eodẽ loco. §. Nam, cum dissimiliter angelus & corpus respiciãt esse in loco, non sunt opposita in hoc ꝙ sint in eodem loco: qm̃ opposita similiter dici debent, (vt patet per philosophum in post prædicamentis.) Cum ergo non opponantur sibi inuicem in hoc: patet, ꝙ non seinuicem impediunt ad essendum in eodem in loco. Consequenter ergo, tunc. i. hac data responsione, nihil contra. Nam angelus, & angelus similiter, i. eodem modo (vt art. 1. & 2. patet,) sunt in loco; & per consequens nõ est eadem ratio de angelo & corpore, quæ est de duobus angelis ad esse in eodem loco.

3m de minori. Sunt. ℞. Secundum diuersam habitudinem causæ; non, secundum tandem. §. Tunc &c. Conditio.n. oppositorum vna est, quod teneãtur similiter (ut diximus,) ideo cum dæmon per respectum ad corpus operetur in genere efficientis tantũ, idest motoris, non aût formę ut anima, non se impediunt ad essendum in eodem corpore. Vide ad secundum. * q. pc. ar.

¶ Not. Semper aût prę oculis habeto, q̃d per ly plures esse angelos in eodem loco, intelligat litera, & in probatione conclusionis acriter aduerte sẽper ly per modum cõtinentis perfecti. His .n. animaduersis, facilè cõclusionis ueritatem capies de potentia naturali tantum angelorum loquentis: illius trititissimi, quod. s. natura abhorret superfluũ simul conscius. Hoc tñ adagium non facit, ꝙ supernaturaliter, seu per potentiam diuinã non possint (sicut reuera sic possunt) esse plures simul in eodem loco. Nam faciente Deo aliquid, hoc simul eodem authore agitur: ut id, quod alias erat inconueniens atque superfluum, tunc neque inconueniens sit, neque superfluum: sed magis decens, & bene factum. In cor. ar. Vtilitas pro Eccle. S. Dei.

APPENDIX.

EX articulo habes primò: quomodo per rationem ostendas, philosophum rectè in 12. met. 43. 44. singulis cœlorũ sphæris singulas intelligẽtias motrices assignasse. Quasi ꝙ ex ipso suo facto

fi&o infinuet, quod naturaliter loquendo (solam.n.naturã ethnicus cõsiderauit ubique) plus re intelligentiæ non possunt decenter esse in eodem loco per modum continentis perfecti. Has.n. conditiones subintelligit Aristoteles, quas alibi de intelligẽtijs loquens ipsis ascripsit. Indecentiam namque uel paruã in eis reperiri, impossibilitatem dicit, seu pro impossibili habet: earũq; virtutem per modum perfecti non imperfecti inferiora sibijpsis contingere statuit. Secundo habes, quomodo per rationem philosophũ ibi declares, probes, defendas. Tertio uides: quõ ex hoc, alijsq; similibus locis, tuuetur uicissim Angelica pñens cõclusio.

Comm. Cardinalis Caietani.

Titulus clarus est ex prędictis. Quæritur.n. directè de possibili, secundum rerum potentiam.

In corpore articuli vnica conclusione respondet quæsito. Angeli plures non possunt simul esse in vno loco. Probatur sic. Impossibile est duas causas totales, & immediatas simul esse eiusdem effectus. Ergo impossibile est plures angelos esse simul in eodem loco. Probatur antecedens inductiue, & in causis efficientibus & formalibus deinde ex illa particula, Totalis seu perfecta, excluditur instantia de plurib. immediate trahentib. nauem; consequentia verò probatur ex eo, quod angelum esse in loco, nihil aliud est quam perfectè & immediate continere illum, in genere causæ efficientis.

¶ Circa hanc conclusionẽ aduerte, quod dupliciter potest intelligi, scilicet de potentia naturali & de potentia logica. Et si quidem intelligatur de potentia logica, multas habet instantias. Tum, quia nulla apparet contradictio plures angelos virtute diuina alligari vni & eidem loco, immo de facto forte est de pluribus animabus damnatorum ęqualis omnino demeriti. Tum quia confusio operationum, quamuis sit inconueniens quoddam sequens ex hoc, quod angeli sunt in eodem loco non liquet tamen quod sit omnino impossibilis. Tum quia duo corpora simul esse in eodem loco non est sic impossibile quamuis, nisi hoc fide teneremus diceremus, quod implicat contradictionem. Si verò de naturali potentia intelligitur, tria obstant. Primum est, medium assumptum a S. Thom. propositio enim illa, Impossibile est duas causas completas immediatas eiusdem ordinis esse simul eiusdem uerificatur de impossibili logico, quoniam fundatur super hoc, quod sequerentur aliter duo contradictoria scilicet quod idem simul dependeret, & non dependeret a sua per se causa: patet sequela qui stante dualitate causarum per se, ex vna parte sequitur. ergo effectus dependet ab vtraque, quia ponuntur illius per se causæ in esse vel fieri. Ex altera verò parte sequitur. ergo effectus a neutra dependet: patet sequela, quia ab illa non dependet, qua seclusã nihil minus esset uel fieret. Sed quamuis altera earum seclusa, effectus esset uel fieret. ergo à neutra pendet. ergo implicat contradictionem. Secundum est, quia non inconuenit, in uno & eodem loco secundum easdem partes produci simul duos diuersarum rationum effectus ab agentibus diuersarum rationum, potest enim unum & idem secũdum eandem partem ab uno agente fieri calidum, & ab alio fieri album, & ab alio fieri dulce, simul ergo poterunt & naturaliter plures angeli in eodem esse loco. Tertium est, quod secundum hoc pręsentia ordinis non uidetur esse sufficiens ratio existendi in loco, quoniam plures angeli possunt uni, & eidem loco præsentes, si ex quoniam ex hoc non sequitur confusio operationum.

¶ Ad hoc breuiter iudicio meo, quòd cõclusio intelligenda est non de potentia logica, sed potentiæ naturali. Moueor autem ad hoc, ex parte media assumpti à S. Tho. quoniam illud medium non habet locum nisi in naturali modo, quo angelus est in loco, scilicet per operationem suam. Cùm tamen constet dęmones locari per pati, potius quàm per agere. Moueor quoque ex parte conclusionis propositæ in litera: fecit enim cathegoricam propositionem de inesse, scilicet quòd duo angeli non sunt simul in eodem loco, & non modalem de possibili. Moueor tertio, ex consuetudine S. Tho. qui semper ex proprijs & de proprijs rei, de qua agitur, determinare consueuit: Quærimus enim hic (vt in titulo diximus) quid rerum ordo habeat, non quid Dei potentia possit. Vnde ad instantias in oppositum dicendum est, & ad primum dicitur dupliciter. Primo, quòd cum tales duæ causæ se habeant, vt causæ eiusdem rationis solo numero distinctæ, vt patet, dicitur, quod ibi non est contradictio. Tum, quia non ab omnibus videtur concedi, quòd hic effectus sit per se ab hac causa, propterea quia posset esse hic, & non ab hac causa, vt dicunt. Tum, quia concessa perseitate, non sequitur contradictio, sed superfluitas. Nam non sequitur, quòd dependeat ab vtraque & neutra: sed quod dependeat ab vtraque inquantum vniuntur, cum quo stat, quod ambę illæ sint falsæ, ab vtraque dependet, & à neutra dependet. Declarantur hæc, & patent: si fingas duo luminosa eiusdem rationis & virtutis, æque proxima alicui secundum se totum medio primo illuminabili perfectè, i. in summo à quouis eorum, & vt non negetur ista fictio, nec dissimilis sit proposito, ponantur per Dei potentiam illa duo luminosa in eodem loco. Tunc quæratur: aut medium illuminatum erit ab altero, aut vtroque &c. Est enim iste præcise casus de quo disputamus. Vnde cum talis fictio non implicet contradictionem, sed de potentia Dei absoluta posset poni in esse, sequitur, quod ponere duas totales, &c. non sit, impossibile logicum, sed physicũ. Quocirca, in tali casu, illa duo luminosa se haberent ut partes unius luminosi, superexcedentis in duplo uel amplius sua actiuitate, potentiam passiuam cui approximatur, a quo constat, quòd non secundum partes diuisim, sed ut uniũtur in uno, effectus dependeret, & sic in proposito a duobus agentibus non ut duo sunt, dependeret, sed ut uniuntur, duo tamen essent. Secundò dicitur, quòd aliud est, plures angelos esse simul in eodem loco, & aliud est, plures angelos esse naturaliter simul in eodem loco. Primum.n. non implicat contradictionem, dato q secundo implicaret contradictionem, pp rõnem adductã, & sic posset sustineri iuxta istã distinctionẽ utraq; pars. Propter qđ S. Th. cõclusionẽ quidẽ de inesse, maiorẽ aũt assũpsit est impossibili, logico quidem, loquendo de talibus causis ut plures sunt, physico autẽ, loquendo de eisdem causis pluribus, sed non inquantum plures. Ad secundam instantiam dicitur, quod cum angelus sit per se in loco, ut operans in operato quemadmodum operata contingit esse diuersa realiter & formaliter, & tamen esse unum subiecto, ita non inconuenit plures angelos esse in eodem loco materialiter, non tamen formaliter.

¶ Ad tertiam dicitur, quod sicut naturaliter fieri nequit, ut duo agentia naturalia perfecta & eiusdem ordinis &c. sint æquè approximata immediate uni, & eidem passo secundum eandem rationem, ita naturaliter est impossibile, ut duæ intelligentiæ sint præsentes uni & eidem loco secundum eandem potentiam passiuam, & ratio utrobique est, quia tam natura quam intellectus, horret superfluitates tanquam otiosas. Vnde nec ex hoc prohibetur præsentia ordinis a sufficienti ratione locãdi angelũ.

¶ Circa probationem consequentiæ, dubium occurrit: quoniam assumpta propositio, s. Angelus est in loco per modum continentis perfecti, non videtur necessaria. Quoniam perfectio causalitatis, aut est conditio necessariò requisita ad hoc, quòd angelus sit in loco, aut est conditio necessariò concomitans ad idem. Sed neutrum potest dici, ergo &c. Quod enim non necessario requiratur, patet ex duobus. Tum ex pluribus trahentibus nauem, quorum quilibet seclusa corporeitate diceretur esse ibi. Tum ex eo quod suprà dixit S. Tho. quòd angelus est in loco per applicationem suæ virtutis immediatè qualitercumque. Quòd verò non necessariò concomitetur, ex eo patet, quòd angeli sunt virtutis finitæ, & possunt eiusdem rationis effectum immediatè producere in loco: ex his enim duobus manifestè sequitur, quòd est possibile aliquem effectum, puta motum localem alicuius concutiendę molis, debere produci, ad quem plurium angelorum motiuæ virtutes requirantur.

¶ Ad hoc est dicendum, quòd cum præsens quæstio sit de potentia naturali & non logica; sat est, si propositio illa necessaria est, necessitate physica, id est vt in pluribus. Et quoniam hæc sunt remotissima à sensibus, sat est si est nobis nota propositio hæc ex medijs rationabilibus, vt patet ex 2. Cœli, & 12. Metaphysic. Consentaneum siquidem est rationi, vt quilibet angelus tantum dignitatis inter causas obtineat, vt imperfectionis huius, quæ est esse causam partialem, expers sit: quoniam dignitas hæc, astris omnibus tributa a natura creditur, quantò magis in materialibus causis, quarum minima excedit incomparabiliter omnem corporalem causam. Accedit ad hæc, quòd boni angeli uirtute suffulti diuina, ad loca hæc applicantur, & ideo ad omnia ad quæ mittuntur sufficere dixit S. Tho. in 1. sent. dist. 37. Vnde ad rationes in oppositum, non oportet aliter respondere, quoniam fatemur, quod propositio illa non est necessaria necessitate logica, sed physica. Et rursus, quod eius necessitas talis non, est nisi probabiliter nota nobis. Et propterea, posset sustineri, si quandoque inuenitur a sanctis, aut illustribus doctoribus dictum. angelos plures esse in eodem loco, quod Ricar. sentire uidetur.

Scot.2.sd.2.q.9.
Aegid.1 sent.d.37.q.1.2.princ.
Bannes q.53.art.1.
Bacco.3.d.q.2.
Capr.2.distin.6.quaest.1.con.2.
Alb.Mag.1.d.37.ar.22.

SVPER Q. LIII. ART. I.

CONCL. Angelus potest moueri localiter: sed sicut esse in loco conuenit æquiuocè corpori & Angelo, ita etiam moueri secundum locum.

¶PROB. Quia angelus potest virtute sua contingere diuersè loca diuersa, successiue: & motus angeli in loco, nihil aliud est, nisi diuersi virtuales contactus diuersorum locorum successiuè. Secunda autem pars, s. sed sicut &c. probat: Quia corpus motum localiter de necessitate, sequitur conditiones magnitudinis, seu loci: & angelus motus localiter potest illas sequi, vel etiam non sequi, secundum quod ipse vult.

Motus angeli in loco, quid.

272 1. dist. 17. q.4. art.1. Et opu.15. cap.18. Et mat. 28. ca.3.

* tex.32. & à tex. 86. vsque ad 90.

1m ex Philos.°

Mouetur. ℞. Motu continuo, cui commensuretur secundũ substantiam suam: non, motu discontinuo. §. Tunc nihil &c. Nam angelus mouetur motu discontinuo, vt in textu corporis dictum est: & , si quando mouetur motu continuo, ipse angelus tali motu non cõmensuratur secundum substantiam suam. Ergo differenter mouetur corpus, & angelus motu continuo: nõ tantum quia corpus de necessitate mouetur sic, angelus autem liberè (vt in corpore habes): sed etiam quia partialitati cõtinui motus correspondet partialitas corporis secundũ suam substantiam, ipsi autem non correspondet partialitas angeli secundũ suam substantiam. Partialitas ergo in motu continuo angeli, qua angelus dicitur esse partim in termino, à quo, partim in termino ad quem, refertur ad locum, vt in litera. Motus discontinuus angeli, quid est? Est successio diuersorum, vbi circa eãdem rem.

† li.3.Physico. tex.6. tom.2.

Motus continuus, discõtinuus, angeli.

2m ex Philos.°

Motus. ℞. Existentis in potentia: non, existẽtis in

* Li.4.Physic. tex.99. tom.2.

QVÆSTIO LIII.

De motu locali angelorum, in tres articulos diuisa.

CONSEQVENTER considerãdum est, & de motu locali angelorum.

ET circa hoc, quæruntur tria.

¶ Primò, Vtrũ angelus possit moueri localiter.

¶ Secundò, Vtrum moueatur de loco ad locum, pertranseundo medium.

¶ Tertiò, Vtrum motus angeli sit in tempore, vel in instanti.

ARTICVLVS I.

Vtrum angelus possit moueri localiter.

AD PRIMVM sic procedit. Videtur, quòd angelus non possit moueri localiter. Vt.n.probat Philos.* in 6.Physic. nullum impartibile mouetur: quia dum aliquid est in termino à quo, non mouetur, nec etiã dum est in termino ad quem, sed tũc mutatum est. Vnde relinquitur, ꝙ omne quod mouetur, dum mouetur, partim est in termino à quo, & partim in termino ad quem. sed angelus est impartibilis. ergo angelus non potest moueri localiter.

¶ 2 Præt. Motus est actus imperfecti, vt dicitur in 3.Physic. † sed angelus beatus non est imperfectus. ergo angelus beatus non mouetur localiter.

¶ 3 Præt. Motus non est, nisi ꝓpter indigentiam. sed sanctorũ angelorum nulla est indigentia. ergo sancti angeli localiter non mouentur.

SED CONTRA: eiusdẽ rationis est angelum beatum moueri, & animam beatam moueri. Sed necesse est dicere animam beatam localiter moueri: cum sit articulus fidei, quòd Christus secundùm animam descendit ad inferos. ergo angelus beatus mouetur localiter.

RESP. Dicendum, ꝙ angelus beatus potest moueri localiter. sed sicut esse in loco æquiuocè cõuenit corpori & angelo: ita etiã & moueri secundum locum. Corpus.n.est in loco, inquantum continetur sub loco, & commensuratur loco. Vndè oportet, ꝙ etiam motus corporis secundũ locum, commensuretur loco, & sit fm exigentiam eius. Et indè est, quòd fm continuitatẽ magnitudinis, est continuitas motus, & fm prius & posterius in magnitudine, est prius & posterius in motu locali corporis, vt dicitur in 4.Phys.* Sed angelus non est in loco, vt cõmensuratus & contentus, sed magis vt continens. Vnde motus angeli in loco, nõ oportet quòd commensuretur loco, nec quòd sit secundũ exigentiam eius, vt habeat continuitatẽ ex loco, sed est motus non continuus. Quia.n. angelus non est in loco, nisi secundũ contactum virtutis, vt dictũ * est: necesse est, quòd motus angeli in loco, nihil aliud sit, q̃ diuersi contactus diuersorum locorum successiuè, & non simul: quia angelus nõ potest simul esse in plurib. locis, vt s. † dictum est. Huiusmodi autẽ contactus, non est necessariũ esse continuos; Potest tñ in huiusmodi contactibus continuitas quædã inueniri: quia, vt dictũ * est, nihil prohibet angelo assignari locum diuisibilem per contactum suæ virtutis: sicut corpori assignatur locus diuisibilis per contactũ suæ magnitudinis. Vnde sicut corpus successiuè & nõ simul, dimittit locum in quo prius erat, & ex hoc causatur continuitas in motu locali eius: ita etiã angelus potest dimittere successiuè locum diuisibilem in quo prius erat. Et sic motus eius erit continuus. Et potest etiam totum locum simul dimittere, & toti alteri loco simul se applicare. Et sic motus eius non erit continuus.

AD PRIMVM ergo dicendum, ꝙ illa ratio dupliciter deficit in proposito. Primo quidẽ, quia demõstratio Arist. procedit de indiuisibili secundum quantitatẽ, cui respõdet locus de necessitate indiuisibilis. Qđ nõ põt dici de angelo. Secundò, quia demõstratio Arist. procedit de motu continuo. Si.n. motus non esset continuus, posset dici, ꝙ aliquid mouetur dum est in termino à quo, & dum est in termino ad quẽ: quia ipsa successio diuersorum vbi, circa eandem rem motus diceretur. Vnde in quolibet illorũ vbi res esset, illa posset dici moueri. Sed continuitas motus hoc impedit, quia nullum continuum est in termino suo, vt patet, quia linea non est in puncto. Et ideò oportet, quòd illud quod mouetur, totaliter non sit in altero terminorũ dum mouetur, sed partim in vno, & partim in altero. Secũdum ergo ꝙ motus angeli nõ est continuus, demõstratio Arist. non procedit in proposito: sed secundum ꝙ motus angeli ponitur continuus, sic concedi põt, ꝙ angelus dum d mouetur, partim est in termino à quo, & partim in termino ad quem, vt tamen partialitas non referatur ad substãtiam angeli, sed ad locum, quia in principio d sui motus continui, angelus est in toto loco diuisibili, à quo incipit moueri. Sed dum est in ipso moueri, est in parte primi loci, quẽ deserit, & in parte secundi loci, quem occupat. Et hoc quidẽ quòd possit occupare partẽ duorum locorum, cõpetit angelo ex hoc, quòd põt occupare locum diuisibilẽ per applicationẽ suę virtutis, sicut corpus per applicationem magnitudinis. Vnde sequitur de corpore mobili secũdum locũ, quòd sit diuisibile secundum magnitudinẽ, de angelo autem, quòd virtus eius possit applicari alicui diuisibili.

D.119.

D.120.

AD SECVNDVM dicendum, quòd motus existentis in potentia, est actus imperfecti. Sed motus qui est secundum applicationem virtutis, est existentis in actu: quia virtus rei est secundum quòd actu est.

AD TERTIVM dicendum, quòd motus existentis in potentia, est propter indigentiã suam: sed motus existentis in actu, non est propter indigentiam suam: sed propter indigentiã alterius. Et hoc modo angelus propter indigentiam nostram localiter mouetur, secundum illud Hebr.1. Omnes sunt administratorii spiritus, in ministeriũ missi propter eos, qui hæreditatem capiunt salutis.

in actu. §. Tunc &cæt. Nam motus angeli est tantũ existentis in actu.

3m de maiori.

Indigentiam. ℞. Vel suam: vel alterius. §. Tunc &c. vt in litera patet.

* q.præce. art.1.

¶NOT. Licèt de angelo beato expsse mentionem faciat hic: tamen ob hoc à motu locali non intẽdit excludere angelos apostaticos: sed demonstrare, particulares esse instantias circa localem motum angelorum sanctorum (vt in argumento tangebantur) quæ de apostaticis non sic.

† q.præce. art.2.

D.118.

* q.præce. ar.2.

APPENDIX.

EX art. habes primò, quomodo per rationem ostendas, rectè attribui motum localem angelis à scriptura Iob.1. Circuiui terram, & perambulaui eã (loque-

Vtilitas pro Eccle. S.Dei.

ARTI-

quebatur angelus malus). Item Hebr. 1. de bonis dicitur sic, Sunt administratorij spiritus in ministerium missi propter eos, qui hæreditatem capiunt salutis. Item Luc. 1. Missus est angelus Gabriel à Deo in ciuitatem Galileæ Nazareth. Item in multis & antiqui, & noui testamenti locis. Secundò habes, quomodo per rationem verum sensum scripturarum illarum, declares, probes, defendas. Declares, inquam, hoc intelligi sic, quòd ipsi Angeli secundum substantiam suam relinquunt vnum locum, & accedunt ad alium. Nec ista hæc declaratio est à D. Thoma (cuius authoritas sola sufficeret) tantummodo profecta: sed primū à Concilio Lateranensi sub Innocentio III. Audi. Extrà, de summa Trinit. & fide cath. firmiter, dicitur de Christo domino sic. Descendit ad inferos, resurrexit à mortuis, & ascendit in cœlum; sed descendit in anima, resurrexit in carne, ascenditq; pariter in vtroque. Hæc ibi. Ex Concilio igitur isto dic à simili, siue à fortiori. Si anima Christi vnùm locum substantialiter relinquendo, ad aliumque accedendo (vt re uera factum est) descendit ad inferos, ascendit ad corpus in sepulchro existens tertia die; ita quòd ibi fuit vbi prius essentialiter non erat, & ibi desijt esse, vbi prius substantialiter erat: Sequitur à simili, siue à fortiori, quòd angelus possit moueri localiter, id est deserere vnum locum vbi prius substantialiter fuit, & acquirere locum alium vbi prius substantialiter non erat. Non.n.angelus est vbique: cū hoc sit propriū Dei, (quæst. 8. art. 4.) qui Isa. 66. dicit; Cœlum mihi sedes est & terra scabellum pedum meorum. Nam per hoc tanquàm proprium de se dictum datur intelligi: quòd ipse solus est vbique à fine vsque ad finem attingens; & tam excellenter attingens, vt eius magnitudo non diffiniatur aliquo loco: sed, quemadmodum sedens excedit sedile, ita sua Maiestas omnia loca ab ipsis incircumscriptus ac indefinitus excedat. Ecce ad quid significandum adducta est metaphora sedis, atque scabelli: & quamuis multò plus improportionabiliter magnitudo diuinæ Maiestatis quæcumque loca etiā dabilia in infinitum excedat; attamen pro aliquali captu nostro ex sensibilibus conuenienter adducta est. Et hoc nota pro similitudinibus omnibus à scriptura relatis pro Dei amplitudine nobis describenda. Sed iam ad angelum. Cùm ergo dicitur angelus descendere, ascendere (Ioan. 1.) ambulare, circuire, mitti aliquò (supra) &c. non intelligitur in eo sensu, quo dicimus filium Dei descendisse de cœlis, mitti æternaliter à patre, Spiritumsanctum mitti ab vtroque, omnes tres venire ad sanctificandam creaturam, & similia. Nam Deus descendit ratione effectus, vniendo scilicet sibi naturam humanam in vtero Beatissimæ Virginis; mittitur æternaliter ratione realis, personalis, originis, (q. 43.) venit ad nos sanctificandos ratione effectus gratiæ: adeo quòd neque in his, neque in alijs similibus scripturis significatur vnquam motus localis Dei, vt Deus est: cùm tamen de angelo aliter sentiendum esse suprà viderimus. Tertiò vides: quomodo ex his vicissim sancti Doctoris præsens articulus stabilitur.

Comm. Cardinalis Caietani.

Titulus clarus est.

¶ In corp. articuli duo principaliter facit. Primò proponit conclusionē responsiuam habentē duas partes, s. Angelus potest moueri localiter, æquiuocè, tamen respectu corporis. Secūdò declarat, & probat simul eam quo ad tria. Primum est, q̃ nō eadem ratione motus competit corpori & angelo. Secundū est, quid sit ipse motus angeli. Tertium, qualis sit. Quo ad primum talem rationē inducit. Corpus est in loco vt contentum & commensuratum, igitur motus eius necessario est secundum exigentiam loci, ac per hoc ex continuitate eius, est continuitas motus, & ex priori, & ex posteriori eiusdē, est prius & posterius in motu. Angelus vero est in loco vt continens locū, non cōmensuratum eidē: igitur eius motus non est necessariò s̄m exigentiam loci, nec continuus. Assumpta patent ex dictis in præcedēti quæst. & ex 6. Physic. Remanent tamen hic duo dubia. Primum est: quia S. Tho. in processu illo, arguit à destructione antecedentis, ad destructionē consequentis, ac per hoc sophisticè procedere videtur. Secūdum est: an vera sit propositio illa causalis, q̃ continuitas ex magnitudine, seu spatio, redundet in motū, per hoc, q̃ mobile commensuratur illi magnitudini: ex hoc.n. pendet quæstionis multiplicis solutio: an s. indiuisibile possit moueri vt subiectum veri motus localis continui, & an diuisibilitas spatij sola, sit sufficiens ratio continuitatis motus &c. Et quoniā hęc dubitatio. 6. Phys. est propriā, ideo ibidem discutiēda est, Domino concedente: vbi opinio & rationes Scoti circa hoc in 2. sent. dist. 2. q. 9. examinabuntur.

¶ Ad primam tamen dubitationem, pro nunc, dicendum est, quòd processus S. Tho. fundatur super illa regula tradita in primo posterior. Si affirmatio est causa affirmationis, negatio est causa negationis, quæ tenet in proprijs causis, qualem reassumere supponit hic. Quo ad secundam intendit hoc. Motus angeli est diuersorum locorum virtualis cōtactus successiue. Et declaratur quo ad duo, & q̃ sit contactus: quia esse in loco nihil aliud est, q̃ virtualiter tangere locum. Et quòd sit diuersorum locorū, quia non potest esse simul in pluribus locis, ac per hoc diuersa loca tangi successiuè oportet. Sed quoniam diuersa loca contingit non simul tangere, intercedente quiete media: & tunc tales contactus non dicerentur angeli motus, ideò additur ly successiuè, i. immediatè, & consequenter se habendo. Quo ad tertiam intēdit hoc. Motus angeli potest esse continuus, & non continuus. Et declaratur vtraque pars, quia potest totum locum simul deserendo, ad alium se transferre, & potest paulatim vnum deserendo, partem alterius continuè occupando acquirere.

¶ Circa prædicta aduerto diligēter, q̃ mens S. Tho. expressè, & absque dubitatione sentit, motum localem propriè loquēdo, non conuenire substantijs spiritualibus. Sed quemadmodum abusiue, & æquiuocè, nominibus utendo vt plures, dicitur substantias spirituales esse in loco: ita & moueri localiter: vndè moueri eas, non est esse subiectum motus, sicut nec locari est eas esse subiectū vbi: sed virtualiter tangere in genere causæ efficientis diuersa loca. Et ex hoc patet primò, quòd manis fuerit labor Scoti, in loco allegato, ad probandum angelum posse verè moueri localiter, quia susceptiuum alicuius generis, & non indeterminatum, nec illimitatum &c. Supponit.n. quod nunquam probauit, angelum s. esse susceptiuum ipsius vbi diffinitiuè secundum substantiam, vt in quæstione præcedenti dictum est. Patet secundò, quòd non consona eorum videtur sententia, qui vel S. Tho. attribuunt substantias spirituales motu locali localiter verè moueri. vel hoc de mente eius suspirantes, vt verum asserunt. Et quòd amplius est, gloriantur se intelligere S. Thom.

¶ Circa continuitatē motus angeli, dubium occurrit: an ibi sit vna tantū operatio, an multæ. Si.n. vna est, in vno tantū loco per illā erit, & sic moueretur, & non moueretur simul: quia esset in diuersis locis propter motū. & esset in vno tantum loco propter vnitatem operationis. Sequitur etiā, quòd motus angelicus malè diffinitus esset per diuersitatē contactuum, quoniā vnitas operationis, infert vnitatē contactus. Si verò necessariò multæ ibi sunt operationes, sequitur, quòd non sit motus continuus. Et sequeretur etiā, quòd angelus nō posset manutenere, seu continuare eandem operationem de loco ad locum, quod tamen homo potest.

¶ Ad hoc dr̄, quòd cum dr̄ angelus moueri motu cōtinuo: contingit & vna tantū, & multas interuenire operationes. Ad cuius euidentiam duæ distinctiones notandæ sunt. Prima est: dupliciter potest intelligi angelum continue applicari diuersis locis. Primo modo, ita quòd locus & patiens se comitentur, quo ad vnitatem & diuersitatem. Alio modo, vt cum diuersitate locorum sit vnitas patiētis. Tertius siquidem modus, scilicet cum diuersitate patientium sit unitas loci, non est ad propositum, quia localis mutatio ibi non interuenit, de qua modo loquimur. Secunda distinctio est, quòd operationem esse vnam aut multas, contingit dupliciter. Vno modo, secundum quod exit ab operante. Alio modo, secundū quòd terminatur in patiens. Et hoc dupliciter, s. vel in ordine ad aliquid extrinsecū ipsi patienti, vel secundum seipsum. Ex his.n. patet primò, quòd siue angelus dicatur moueri ex eo q̃ eundem lapidem desert de loco ad locum, siue ex eo, quòd unam magnam aquam paulatim per partem post partem continue mouet: semper interuenit diuersitas contactus & operationis ex parte patientis, vel in ordine ad extrinsecū tantum, s. magnitudinē, seu spacium, vt quando desert lapidem: vel in ordine ad extrinsecum & secundum seipsum patiens, ut quando modo prædicto mouet aquam. Concurrere autem in hac continuitate diuersitatem operationis ex parte operantis, nec video esse necessarium, nec impossibile. Sat enim est ad saluandam descriptionem motus angelici, talis diuersitas contactuum, ex parte patiētis. Neque sequitur ex unitate operationis, quòd per eam non attingat diuersa loca continue, sicut ex unitate corporis locati non sequitur semper in eodem loco esse. Sed quemadmodum cum corpus mouetur, in qualibet parte temporis, & in quibuscumque instantibus, est in diuersis locis, alioquin quiesceret, in singulis tamē instantibus in vno sibi adæquato est loco: ita angelus, operans operatione una ex parte sui, multiplici uerò ex parte passi simpliciter, uel secundum quid, in quocumque instanti unum respicit locum, in singulis tamen partibus temporis, & in quibuscumque duobus instantibus diuersa attingit loca.

¶ In respon ad primum, dubium occurrit, eo quòd S. Thom & sibiipsi & ueritati contrarius uidetur, dum dicit, quòd angelus potest dici moueri, dum est in termino à quo, uel ad quem. Nam in 1. sent. dist. 47. q. 4. ar. 1. ad tertium, dicit, quòd angelus in neutro termino mouetur: sed in successione unius ad alium, & ratio est, quia motus angeli non componitur ex motibus, sed ex mutatis esse potius, ac per hoc, partes motus eius non sunt motus, & consequenter in neutro termino mouetur. Et confirmatur, quia motus angeli comparatur ad esse in terminis; sicut numerus ad unitates, apud S. Tho. Et consequenter, sicut numerus nō potest dici esse, altera tantum unitate existente, nec angelus moueri altero

tero tantum termino existente. Et sic, quemadmodum motus continuus non est suo termino adueniente, ita nec motus angeli, cuius oppositum hic dicitur.

¶ Ad huius difficultatis solutionem, duo attendenda sunt. Primum est, quod termini motus angelici sunt de natura instantanearum mutationũ quo ad hoc, quod in eis inuenitur simul fieri & factum esse, vt dicitur 6. Physic. ita quod terminus quicunque angelici motus potest distingui in fieri & factum esse. Et inquantum continet in se factum esse, verificatur negatiuam, s. quod in eo angelus non mouetur, inquantum vero continet in se fieri, verificatur affirmatiua, s. quod in eo angelus mouetur. Et merito, quia terminus à quo motus angelici, non habet rationem partis motus, nec ratione termini, à quo, nisi in respectu ad succedentẽ terminũ, & econtra de termino ad quem: sin tales tamen respectus, successio attenditur terminorum, & consequẽter motus angelicus. Secundo attendendũ est, ꝙ cum motus sit de genere successiuorũ & non permanentiũ, motus angelicus se habet non vt numerus permanens, sed vt numerus successiuus. Numerũ autẽ successiuũ constat sufficienter esse si in successione suarũ vnitatũ est. Vnde non requirit vnitates, ex quibus componit̃ simul esse, sed esse in actu successiuo, & ex his patet responsio ad obiecta. Nec mihi imponas, ꝙ in loco termini à quo, dixerim respectum esse ad terminum ad quẽ, cum angelus relinquendo lapidem in quo fuit, cęlo empyreo se applicauerit. Sed ex verbis meis accipito potius, ꝙ in ipso angelo operante circa vnum terminum, est actus permistus potentiæ, pro quanto operãdo circa illud, operabitur immediate circa aliud. Et similiter operatio circa terminũ ad quem, habet necessario duo, s. succedere præcedẽti, terminando prædictam potentiam, & id quod est absolute, & quandoque tertium, s. permistam potentiam ad succedentem operationem.

Scot. 2. s. d. 2. q. 12.
Mairo. 2. s. d. 3. q. 1.
Bacco. 2. s. d. 3. q. 11.
Aegid. 1. sent. d. 37. q. 2. 2. princ.
Capr. 2. distin. 6. quæst. 1. con. 3.
Bannes ar. 2.
Alb. Mag. 1. d. 37. ar. 23.

273 1. d. 37. q. 4. art. 2. Et quol. 1. q. 3. art. 2. Et vir. q. 1. ar. 13. ad 14.

ARTICVLVS II.

Vtrum angelus transeat per medium.

AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur ꝙ angelus non transeat per medium. Omne enim qđ pertransit medium, prius pertransit locum sibi æqualem, quàm maiorem. Locus autẽ æqualis angeli, qui est indiuisibilis, est locus punctalis. Si ergo angelus in suo motu pertransit medium, oportet quòd numeret puncta infinita suo motu; quod est impossibile.

¶ 2 Præterea. Angelus est simplicioris substantiæ, quàm anima nostra. Sed anima nostra sua cogitatione potest transire de vno extremo in aliud: non pertransseundo mediũ. possum enim cogitare Galliam, & postea Syriam, nihil cogitando de Italia, quæ est in medio: ergo multo magis angelus potest de vno extremo transire ad aliud, non per medium.

SED CONTRA, Si angelus mouetur de vno loco ad alium, quando est in termino ad quem, nõ mouetur, sed mutatus est. sed ante omne mutatum esse præcedit mutari. ergo alicubi existens mouebatur. sed non mouebatur dum erat in termino à quo. mouebatur ergo dum erat in medio. Et ita oportet, quòd pertranseat medium.

RESP. Dicendum, quòd sicut suprà dictum* est, motus localis angeli potest esse continuus, & nõ continuus. Si ergo sit continuus, non potest angelus moueri de vno extremo in alterum, quin transeat per medium: quia, vt dicitur in 6. Physic. † Medium est in qđ prius venit quod continuè mutatur q̃ in quod mutatur vltimum. Ordo. n. prioris & posterioris in motu continuo, est secundum ordinem prioris & posterioris in magnitudine, vt dicitur in 4. Physic.* Si autem motus angeli non sit continuus, possibile est, ꝙ pertranseat de aliquo extremo in aliud, non pertransito medio, quod sic patet. Inter qualibet enim duo extrema loca, sunt infinita loca media: siue accipiantur loca diuisibilia, siue indiuisibilia. Et de indiuisibilibus manifestum est: quia inter quælibet duo puncta, sunt infinita puncta media, cum nulla duo puncta consequantur se inuicem sine medio, vt in 6. Physicorum* probatur. De locis autem diuisibilibus necesse est hoc dicere. Et hoc demonstratur, ex motu continuo alicuius corporis. Corpus enim non mouetur de loco ad locum nisi in tempore. In toto autem tempore mensurante motum corporis, non est accipere duo nunc, in quibus corpus, quod mouetur, non sit in alio & alio loco. Quia si in vno & eodem loco, esset in duobus nunc, sequeretur, quòd ibi quiesceret: cũ nihil aliud sit quiescere, quàm in loco eodem esse nunc & prius. Cùm igitur, inter primum nunc & vltimum temporis mensurantis motum, sint infinita nunc, oportet quòd inter primum locum à quo incipit moueri, & vltimum locum ad quem terminatur motus, sint infinita loca, & hoc sic etiam sensibiliter apparet. Sit enim vnum corpus vnius palmi, & sit via per quam transit, duorum palmorum, manifestum est, quòd locus primus à quo incipit motus, est vnius palmi, & locus ad quem terminatur motus, est alterius palmi. Manifestum est autem, quòd quando incipit moueri, paulatim deserit primum palmũ, & subintrat secundum. Secundum ergo, quod diuiditur magnitudo palmi, secundum hoc multiplicantur loca media: quia quodlibet punctum signatum in magnitudine primi palmi, est principium vnius loci: & punctum signatum in magnitudine alterius palmi, est terminus eiusdem. Vnde cum magnitudo sit diuisibilis in infinitum, & puncta sint etiam infinita in potentia in qualibet magnitudine: sequitur quòd inter quælibet duo loca, sint infinita loca media. Mobile autem infinitatem mediorum locorum non consumit, nisi per continuitatem motus: quia sicut loca media sunt infinita in potentia, ita & in motu continuo est accipere infinita quædam in potentia. Si ergo motus non sit continuus, omnes partes motus erunt numeratæ in actu. Si ergo mobile quodcumque moueatur motu non continuo, sequitur, quòd vel non transeat omnia media, vel quòd actu numeret media infinita, quod est impossibile. Sic igitur secundum ꝙ motus angeli non est continuus, non pertransit omnia media. Hoc autem. s. moueri de extremo in extremum, & non per medium, potest conuenire angelo, sed nõ corpori: quia corpus mensuratur, & continetur sub loco. Vnde oportet, quòd sequatur leges loci in suo motu. Sed substantia angeli non est subdita loco vt contenta, sed est superior eo vt continens. Vnde in potestate eius est, applicare se loco, prout vult vel per medium, vel sine medio.

AD PRIMVM ergo dicendum, ꝙ locus angeli, non accipitur ei æqualis secundum magnitudinẽ, sed secundũ contactum virtutis. Et sic locus angeli potest esse diuisibilis, & non semper punctalis, sed tamen loca media etiam diuisibilia, sunt infinita, vt dictum* est. sed consumuntur per continuitatem motus, vt patet ex prædictis.

AD SECVNDVM dicendum, ꝙ angelus dum mouetur localiter, applicatur eius essentia diuersis locis, animę autem essentia non applicatur rebus quas cogitat, sed potius res cogitatæ sunt in ipsa. Et ideo non est simile.

SVPER Q. LIII. ART. II.

CONCL. In potestate angeli est, applicare se loco, prout vult: vel per medium, vel sine medio.

¶ PROB. Quia angelus non est in loco, tãquàm contentus à loco, sed tanquàm continens locum: Et omne tale potest motu continuo uti, dum de extremo uadit ad extremum; uel tunc motu discontinuo uti.

1^m de concl.^e

Quod est impossibile. R. Nisi per continuitatem motus. §. Tũc nihil &c. Mouetur. n. angelus continuo motu, quando consumit suo motu puncta infinita. Argumentum autẽ credit, quod tunc moueatur motu discontinuo, quod est falsum.

2^m de maiori.

Et simplicioris substantiæ. R. Sed tamen applicationis maioris ad locum, dum mouetur localiter. §. Tunc &c. Nam substantia simplicior applicata secundũ esse loco pertrãsit verisimilius media in loco reperta; quàm substantia minus simplex non applicata secundum esse loco; immo applicãs locum ad seipsam.

Tertium

* Ar. pręc. D. 118.

† Li. 5. tex. 22. & li. 6. ex tex. 77.

* Li. 4. Physic. tex. 99. tom. 4.

D. 821.

* Li. 6. Physic. à princ. lib. per to. tex. to. 2.

* In corp. art.

3ª contr. de minori. Mutatum esse. ℞. Quod est terminus ipsius mutari: nõ, quod est pars ipsius mutari. §. Tunc &c. Concluditur enim tantùm, quòd in motu continuo pertransit medium angelus, quod & nos concedimus: licet id de motu discontinuo negemus.

APPENDIX.

Vtilitas pro Eccle. S. Dei.

EX art. habes primò, quomodo per rationem ostendas; scripturas sacras, quando de motu locali angelorum de vno termino ad alium, posse intelligi dupliciter; iuxta scilicet voluntatem rationabilem Angeli de pertranseundo per medium tunc, vel de non pertranseundo. Verbigratia, Gen. 16. Cumque inuenisset eam Angelus Domini iuxta fonté aquæ &c. Item 22. Angelus de cœlo clamauit, Abraham &c. Item Nume. 22. Angelus Domini in via contra Balaam. Item Iudic. 13. Angelus Domini apparuit Manue &c. ascenditque Angelus Domini pariter in flamma &c. Item 3. Regum 19. Angelus Domini secundo tetigit eum &c. Item 4. Regum 19. Venit Angelus Domini & percussit in castris Assyriorum centum octogintaquinque millia. Et plura similia; vbi transitus de loco ad locum notatur in Angelis. Quòd si dicas, sermo fit de ipsis in corporibus assumptis in quibus existentes ipsi leges corporum motorum (puta medium transeundo) seruabant, quò circa non sunt ad propositum articuli præsentis: respondetur, quòd aliò tendimus, quam obijciatur, ista adducentes. Profundius enim scrutando nonne vides in his præsupponi, atque adeò præsuppositiue dici; Angelum localiter fuisse motum, antequàm corpora, quæ tu dicis, assumeret? E cœlo namque empyreo descendit sine corpore Angelus vsque ad elementarem locum; vnde sibi materiam in apparentiam hominum condensatam accepit. A cœlo igitur empyreo transiens vsque ad elementarem locum illum pertrãsiuit ne

AD TERTIVM dicendum, quòd in motu continuo, mutatum esse non est pars moueri, sed terminus. Vndè oportet, quòd moueri sit antè mutatum esse. Et ideo, oportet quòd talis motus sit per medium. Sed in motu non continuo, mutatum esse est pars, sicut vnitas est pars numeri. Vnde succesio diuersorum locorum, etiam sine medio, constituit talem motum.

ARTI-

uit nè medium, vel non? Et hic est sensus, non qui pro instantia obijciebatur, in quo ad præsens auctoritates præmissæ adducuntur; vtpotè quæ in hoc sensu acceptæ ab isto secundo articulo (vt dictum est) suffulciantur. Secundò habes: quomodo per rationem intelligentiam prædictorum locorum duplicem declares, declaratam probes (quia, videlicet angelus, vt sic, non astringitur necessariò legibus loci sequendis), probatam, vt in litera tuearis. Dixi, Angelus vt sic; ad differentiam angeli vt actualiter mouet corpus, vel sibi assumptum, vel alterius aliquò trahendum. Exẽplum habes Daniel. 14 de Abacuch, vbi legitur sic: Apprehendit eum Angelus Domini in vertice eius, & portauit eum capillo capitis sui, posuitq; eum in Babylonem super lacum in impetu spiritus sui: & (post pauca) Angelus Domini restituit Abacuch confestim in loco suo (in Iudæa scilicet plurimum distante). Item exemplũ simile Act. 8. Angelus Domini locutus est ad Philippum &c. (& infrà): Cùm autem ascendissent de aqua, spiritus Domini. (Hunc puto Angelum prædictum; cuius ministerio in translatione hac de loco ad locũ spiritus Domini vtebatur) rapuit Philippum, & amplius non vidit eum Eunuchus. De his, inquàm, & similibus motibus Angeli non loquor, quoniam nec articulum loqui arbitror: & hoc propter rationem corporum ab Angelo translatorum. Sicut enim corpora illa motu cõtinuo mouentur, & necessario transeunt per medium ad terminum: sic & Angelus tunc per accidens mouetur motu continuo, & per medium venit ad terminum. Cæterum (vt dixi) de talibus motibus Angelorum non loquitur articulus: sed de motib. localibus Angeli, vt Angeli, id est absque corpore coassumpto de loco ad locũ translati. Tertio vides: quomodo ex his vicissim artic. huius doctrina firmetur.

3 Pro stud.

¶ Not. Huic art. seruit art. in ord. 272. 270.

Comm. Cardinalis Caietani.

TItulus clarus est.

¶ In corpore quatuor facit. Primò, distinguit motum Angeli in continuum, & non continuum. Secundo, respondet quæsito conclusione affirmatiua, de motu continuo. Tertiò, respondet quæsito quo ad motum non cõtinuum conclusione negatiua. Quartò, reddit causam emergentis differentiæ inter motum angeli, & inter motum corporis, respectu medij.

¶ Quo ad primum: nihil oportet addere; quia ex præced. articulo manifesta est distinctio, hic repetita.

¶ Quo ad secundum, conclusio est ista: Angelus motu continuo, necessario pertransit media. Et probatur ex ratione medij, ex 6. Physicorum. Et eius ratio adducitur ex 4. Physic. vt patet in litera.

¶ Quo ad tertium conclusio est ista. Angelus motu non continuo, non potest pertransire omnia media. Et probatur sic. Media inter quæcumque extrema loca, sunt infinita. ergo motu discontinuo, aut pertransiri omnia non possunt, aut infinita actu numerabuntur. Sed infinita, actualiter numerando consumi est impossibile. ergo impossibile est, quòd omnia media discontinuo motu pertranseantur. Antecedens probatur. Tum quo ad loca indiuisibilia. Tum, quò ad loca diuisibilia, ratione & exemplo, quæ satis patent in litera. Consequentia verò deducitur ex eo quod infinitas locorum non consumitur à mobili quocumque, nisi propter continuitatem motus, & merito: quoniam infinitas potentialis ab infinitate potentiali æquari potest, sibique inuicem possunt respondere, vt quemadmodum in locis sunt infinitæ partes, & infiniti termini in potentia, ita in correspondente sibi, sit potentialis infinitas partium & terminorum, vt partes partibus, & termini terminis æquentur: stat ergo vis probationis in hoc. Infinita loca sola continuitate motus, à mobili quocumque consumi possunt. ergo motu discontinuo aut non pertranseuntur, aut si transiri dicantur actu dinumerabuntur: quoniam singula loca actualiter terminabunt partiales mutationes, integrantes motum discontinuum.

¶ Quo ad quartũ, quià ex dictis sequitur, quòd angelus potest pertrãsire de extremo ad extremũ nullo medio pertrãsito, quando mouetur motu discontinuo, immo necessario oportet ipsum in tali motu aliquod medium omittere. Et ex alia parte constat, corpus non posse transire de extremo ad extremum, nisi per omnia media. Differentiæ huius, ratio redditur: quia corpus continetur sub loco, actu, vel potentia, secundum totum vel partes. Angelus verò continet locum &c.

¶ Circa antecedens assumptum ad secundam conclusionem, quæstiuncula occurrit: quomodo sit verum, inter quælibet duo loca diuisibilia, esse infinita loca media, cum manifeste pateat, inter duas medietates alicuius continui, vnum tantum medium inueniri, s. indiuisibile, quod est terminus communis, ad quem copulantur, & nullum inter eas inueniri medium diuisibile.

¶ Ad hoc est dicendum breuiter, quòd aliud est loqui de duabus partibus continui, & aliud de duobus locis. Quoniam formaliter loquendo, duo loca non sunt, quæ vt sic, situaliter non distant. Et propterea, duę partes continuæ magnitudinis, dupliciter sumi possunt: vno modo ex ea parte, qua continuantur, vel contiguantur, & sic cum in eodem sint loco, duorum locorum rationem habere non possunt. Nec inter eas localis motus esse potest. Si verò sumantur ex ea parte, qua aliqualiter abinuicem distant, sic de vna in aliam potest esse motus localis, & inter eas sunt infinita media, tam diuisibilia quàm indiuisibilia, vt patet ex ratione continui. Et quia S. Thom. de pluralitate locorum vt plura sunt formaliter loquebatur, & non de partibus continui absolute: ideò optimè dixit, quòd inter quælibet duo loca, sunt infinita loca media, & non dixit, quòd inter quaslibet duas partes, sunt infinitæ partes.

¶ Circa secundam conclusionem aduerte, quòd Scot. in 2. distin. 2. quęst. vlt. tenens, quòd angeli non possint instantanea mutatione acquirere terminum distãtem à termino à quo, nisi pertransito medio, arguit tali ratione. Ordo præfixus à superiore agente, videtur esse necessarium cuicumque agenti inferiori quãdo habet actionem circa talia ordinata. Sed ordo partium vniuersi, penes quem attenditur distantia situalis, est præfixus à Deo cuilibet virtuti creatæ, igitur quando angelus mouet se per talia corpora, non potest absque tali ordine de vno in aliud se trãsferre, & confirmatur. Quia alioquin nulla quantacumque distantia aut distinctio, impediret actionem eius.

¶ Ad hoc breuiter dicitur, quòd minor est falsa simpliciter: quoniam talis ordo non est præfixus virtuti immateriali, inquantum motiua est in motu discontinuo, quoniam ex parte sui absoluta est à legibus distantiæ situalis, vtpotè, superioris ordinis. Nec ex parte effectus alligatur ad ordinem illum: quoniam discontinui ponuntur. Ad confirmationem verò dicitur, quòd nec distantia locorum inter se, nec distinctio eorum impedit, quin succedens operatio possit ad alterum terminari, quoniam absoluta ab vno loco operatione, indifferenter & indistanter se habet ad quemcumque locum.

¶ Circa

Scot.

Scot. 2. f. d. 2. q. 11.
Mairo. 2. f. d. 3. q. 13.
Aegid. 1. sent. d. 37. q. 3. 2. princ.
Capr. 2. distin. 6. quaest. 1. con. 4. et d. 2. q. 2. con. 3.
Bannes ar. 3.
Alb. Mag. 1. d. 37. ar. 24.

274 1. d. 37. q. 4. art. 3. Et 4. dist. 44. q. 2. art. 3. quest. 3. Et quol. 1. q. 3. art. 2. Et quol. 9. q. 4. art. 3. Et quolib. 11. art. 4.

ARTICVLVS III.

Vtrum motus angeli sit in instanti.

AD TERTIVM sic proceditur. Videtur, quod motus angeli sit in instanti. Quanto enim virtus motoris fuerit fortior, & mobile minus resistens motori, tantò motus est velocior. Sed virtus angeli mouentis seipsum, improportionabiliter excedit virtutem mouentem aliquod corpus. Proportio autem velocitatum, est secundum minorationem temporis. Omne autem tempus, omni tempori proportionabile est. Si igitur aliquod corpus mouetur in tempore, angelus mouetur in instanti.

¶ 2 Praet. Motus angeli simplicior est quam aliqua mutatio corporalis, sed aliqua mutatio corporalis est in instanti vt illuminatio: tum quia non illuminatur aliquid successiuè: sicut calefit successiuè: tum quia radius non prius pertingit ad propinquum, quàm ad remotum. ergo multò magis motus angeli est in instanti.

¶ 3 Praet. Si angelus mouetur in tempore de loco ad locum, manifestum est, quod in vltimo instanti illius temporis est in termino ad quem: in toto autem tempore praecedenti aut est in loco immediatè praecedenti, qui accipitur vt terminus à quo, aut partim in vno, & partim in alio. Si autem partim in vno & partim in alio, sequitur quod sit partibilis: quod est impossibile. ergo in toto tempore praecedenti est in termino à quo. ergo quiescit ibi: cum quiescere sit in eodem esse, nunc & prius, vt dictum * est. Et sic sequitur, quòd non moueatur nisi in vltimo instanti temporis.

SED CONTRA. In omni mutatione est prius & posterius. Sed prius & posterius motus numerantur secundum tempus. ergo omnis motus est in tempore, etiam motus angeli, cum in eo sit prius & posterius.

RESP. Dicendum, quod quidam dixerunt, motum localem angeli esse in instanti. Dicebant enim quòd cùm angelus mouetur de vno loco ad aliud in toto tempore praecedenti, angelus est in termino à quo, in vltimo autem instanti illius temporis est in termino ad quem. Nec oportet esse aliquod medium inter duos terminos, sicut non est aliquod medium inter tempus, & terminum temporis. Inter duo autem nunc temporis, est tempus medium. Vnde dicunt, quod non est dare [d] vltimum nunc, in quo fuit in termino à quo: sicut in illuminatione; & in generatione substantiali ignis, non est dare vltimum instans, in quo aer fuit tenebrosus, vel in quo materia fuit sub priuatione formae ignis. Sed est dare vltimum tempus, ita quod in vltimo illius temporis est vel lumen in aere, vel forma ignis in materia. Et sic [d] illuminatio & generatio substantialis, dicuntur motus instantanei. Sed hoc non habet locum in proposito, quod sic ostenditur. De ratione enim quietis est, quod quiescens non aliter se habeat nunc & prius. Et ideo, in quolibet nunc temporis mensurantis quietem, quiescens est in eodem, & in primo, & in medio, & in vltimo. Sed de ratione motus est, quòd id quod mouetur, aliter se habeat nunc & prius. Et ideò, in quolibet nunc temporis mensurantis motum, mobile se habet in alia & alia dispositione. Vnde oportet quòd in vltimo nunc, habeat formam, quam prius non habebat. Et sic patet, quòd quiescere in toto tempore in aliquo, puta in albedine, est esse in illo, in quolibet instanti illius temporis. Vnde non est possibile, vt aliquid in toto tempore praecedente quiescat in vno termino: & postea in vltimo instanti illius temporis sit in alio termino. Sed hoc est possibile in motu, quia moueri in toto aliquo tempore, non est esse in eadem dispositione, in quolibet instanti illius temporis. Igitur omnes huiusmodi mutationes instantaneae sunt termini motus continui. Sicut generatio est terminus alterationis materiae, & illuminatio terminus motus localis, corporis illuminantis. Motus autem localis angeli, non est terminus alicuius alterius motus continui, sed est per seipsum à nullo alio motu dependens. Vnde impossibile est dicere, quòd in toto tempore sit in aliquo loco, & in vltimo nunc, sit in alio loco. Sed oportet assignare nunc in quo vltimo fuit in loco praecedenti. Vbi autem sunt multa nunc sibi succedentia, ibi de necessitate est tempus, cum tempus nihil aliud sit, quàm numeratio prioris, & posterioris in motu. Vnde relinquitur, quòd motus angeli sit in tempore. In [d] continuo quidem tempore si sit motus eius continuus: in non continuo autem si motus sit non continuus. Vtroque enim modo contingit esse motum angeli, vt dictum † est. Continuitas enim temporis est ex continuitate motus, vt dicitur in 4. Physic. * Sed istud tempus siue sit tempus continuum, siue non, non est idem cum tempore, quod mensurat motum coeli & quo mensurantur omnia corporalia, quae habent mutabilitatem ex motu coeli. Motus enim angeli, non dependet ex motu coeli.

D. 118.
† Ar. 1. huius quaest.
* Li. 4. Physic. tex. 99. tom. 2.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod si tempus motus angeli non sit continuum, sed successio quaedam ipsorum nunc, non habebit proportionem ad tempus, quod mensurat motum corporalium, quod est continuum: cum non sit eiusdem rationis. Si verò sit continuum, est quidem proportionabile: non quidem propter proportionem mouentis & mobilis, sed propter proportionem magnitudinum in quibus est motus. Et propterea, velocitas motus angeli, non est secundum quantitatem suae virtutis, sed secundum determinationem suae voluntatis.

AD TERTIVM dicendum, quòd illuminatio [d] est terminus motus, & est alteratio, non motus localis: vt intelligatur lumen moueri prius ad propinquum, quàm ad remotum. Motus autem angeli est localis, & non est terminus motus. Vnde non est simile.

D. 719.

AD TERTIVM dicendum, quòd obiectio illa procedit de tempore continuo. Tempus autem motus angeli potest esse non continuum. Et sic angelus in vno instanti potest esse in vno loco, & in alio instanti in alio loco, nullo tempore [d] intermedio existente. Si autem tempus motus angeli sit continuum, angelus in toto tempore praecedenti vltimum nunc, variatur per infinita loca, vt prius expositum * est. Est tamen partim [d] in vno locorum continuorum, & partim in alio: non quòd substantia illius sit partibilis: sed, quia virtus sua applicatur ad partem primi loci, & ad partem secundi, vt suprà † dictum est.

D. 745.
* Ar. praec.
D. 119.
† Ar. 1. huius quaest.

QVAE-

SVPER Q. LIII. ART. III.

CONCL. Motus angeli est in tempore.

¶ PROB. Motus localis angeli (cùm non sit terminus alterius motus continui, sed sit per seipsum à nullo alio motu dependens), multa nunc sibi inuicem succedentia comprehendit. Et vbi sunt multa nunc sibi succedentia, ibi de necessitate est tempus.

1m de maiori.

Velocior. ℞. Vel secundum quantitatem virtutis motoris: vel secundum determinationem suae voluntatis. §. Tunc nihil &c. Angelici enim motus velocitas, non est secundum quantitatem suae virtutis: sed secundum determinationem suae voluntatis. Voluntas autem angeli aliquid impossibile in hoc non attentat facere. Cùm ergo sit impossibile: motum eius localem, siue continuus sit, siue discontinuus, esse in instanti (vt ex corpore articuli habetur) patet quod voluntas eius nunquam volet hoc, quod motus suus localis fiat in instanti.

Voluntas Angeli in motu.
* Ar. praec.

2m de maiori.

Simplicior. ℞. Non tamen terminus motus. §. Vt praediximus. §. Tunc &c. vt patet in litera.

3m de concl. 1.

Partibilis. ℞. Vel secundum substantiam suam; vel secundum applicationem suae virtutis ad partem, & partem loci. §. Tunc &c. Angelus enim dicitur tunc partibilis per applicationem talem: licet secundum substantiam suam sit impartibilis.

¶ NOT. 1. Aliud est motum discontinuum angeli esse in instanti; aliud est, motum ipsum discontinuum esse ex disparatis instantibus. Primum quaesiuit in titulo sanctus Doctor, & per conclusionem negauit. Secundum in hac responsione verum esse declarauit. Non ergo sibi contradicit: sed semetipsum vtrobique pro diuersis sensibus vera dixisse aperit.

D. 744.
D. 719.

¶ NOT. 2. Ex hoc notabis vlterius: quod plerumque in speciem sibi non constare videtur Doctor Angelicus, qui tamen (si attentius oculis nube, nescio qua, seuclatis inspiciatur) inibi prorsus sensum veritatis duplicem, vnum pro vno, alium pro alio loco apparenter opposito, mira dexteritate commonstrat.

Adeste synceri.

A P...

APPENDIX.

Vtilitas pro Eccle. S.Dei.

EX articulo habes primò: quomodo per rationē intelligas ly confestim ly in impetu spiritus (Dan. 13.) ly rapuit (Act. 8.) ly volauit, ly volabant (Isa. 6.) ly citò volans (Dan. 9.) & alia similia; quæ dicuntur de angelo moto localiter. Hinc enim habes per rationem quòd huiusmodi motus localis nō significatur per illa dicta esse in instanti; sed in tempore, licèt citissimo & fermè imperceptibili. Nam si nihil aliud obstaret, nisi dualitas realiter diuersa terminorum à quo, & ad quem (secundum quòd correspondent angelo pro diuersis motibus), si, inquam, nil aliud obstaret; hoc sufficeret ad faciendum quòd motus localis angeli nō esset in instanti. Secundò uides: quomodo ex his, talibusq; locis, sic expositis, & benè applicatis firmetur præsens conclusio.

¶ NOTAT. Pro articulo vtcumque facit articulus in ordine 273. 272.

Pro stud. var. coor.

Comm. Cardinalis Caietani.

TItulus eget diligentissima annotatione. Aduertendum est.n. q cum motus nomen, commune sit motui & mutationi, tripliciter intelligi potest quæstio ista. Primò, de simplici acquisitione loci: vtrum.s. angelus in instanti acquirat locum. Et talis sensus non est ad propositū, patet quàm solutio eius: Qm̄ pōt angelus in instanti applicare se ad locū, si prius nusquā fuisset. Secundo modo, potest intelligi de acquisitione loci succedente māsioni angeli in altero loco. Et hoc dupliciter: primo, vt quæstio sit de mensura transitus de vno in aliū, seu quòd idē est: de mēsura desitionis prioris loci, & acquisitionis posterioris. Et hæc quæstio euidentē etiam habet solutionem, quoniā constat talē mensuram esse instantis: nec in isto sensu quæritur à S. Tho. Et propterea multa argumenta Greg. recitata à Capr. in 6. dist. 2. quia ad hūc sensum spectant contra S. Tho. non sunt. Nihil.n. aliud inferunt, nisi q in instanti acquiritur terminus ad quē, in quo etiā deseritur terminus à quo: cuius oppositum creditur nos opinari. Alio igitur modo potest intelligi, de comparatione mensuræ propriæ acquisitionis termini ad quem, ad mensuram propriam termini à quo, vtrum.s. se habeant hæ duæ mensuræ vt instans & instans, aut vt tempus & tempus, aut vt instans & tēpus. Et hæc est quæstio præsens, quam discutere intendit S. Tho. Vnde quærere: vtrū motus angeli sit in instanti, in proposito est quærere: vtrum mensura transitus angeli de loco ad locum sic se habeat, quod mensura acquisitionis termini ad quē, se habeat ad terminum à quo, vt instans ad tempus: & hoc est ualde notandum.

¶ In corpore articuli facit quinque. Primo, refert quandā opinionem. Secundò, impugnat illam. Tertiò, respondet iuxta propriam opinionem ibi: sed oportet assignare. Quartò, ostendit quale sit tempus in quo mouetur angelus. ibi: continuo quidem. Quintò, ostendit quomodo differat tale tempus à tempore communi, ibi: sed illud tempus.

¶ Quo ad primum, quatuor propositiones opinionis refert. Prima est, q cum angelus mouetur, in toto tempore præcedenti est in termino à quo, in vltimo autem instāti, est in termino ad quē, ac per hoc mouetur instantaneè. Secunda est, quòd inter duos terminos, non est aliquod medium: sicut nec inter tempus & terminum temporis. Tertia est, quòd non est dare vltimum nunc, in quo fuit in termino à quo, sicut nec in generatione &c. Quarta est, quòd est dare vltimum tempus in quo fuit in termino a quo, & hæc est opinio quam sequitur Scotus.

¶ Quo ad secūdum, impugnatur prima propositio tali ratione. Omnis mutatio instantanea, est terminus alicuius motus: sed motus angeli nō est terminus alicuius motus. ergo non est mutatio instātanea. Minor est per se nota. Maior verò probatur ex conuenientia inter motū, & quietem, quo ad mensurā: in hoc, q quicquid mouetur in aliquo toto tēpore, in quolibet illius temporis aliter & aliter se habet. Et similiter quicquid quiescit in aliquo toto tpe, in quolibet illius eodē modo se habet. Ex hac.n. conueniētia sequuntur duæ modales. Altera est: Impossibile est aliquid toto aliquo tēpore quiescere, & in vltimo illius aliter se habere. Altera est: Possibile est aliquid toto aliquo tēpore moueri, & in vltimo illius aliter se habere. Ex his aute manifeste patet maior.

¶ Quo ad tertium, conclusio responsiua est ista: Motus angeli, necessariò est in tempore.

¶ Et probatur sic: In motu angeli sunt duo nūc. ergo ibi est tēpus. Antecedēs patet, quia in eius motu, sicut & in quolibet alio. oportet assignare prius & posterius: sed i motu angeli illud prius non potest esse tempus, sed est ultimum nunc in quo fuit in termino à quo, & posterius est alterum nunc, vt patet ex improbatione præcedentis opinionis. Consequentia vero probatur, ex eo quod vbicumque sunt plura nunc, ibi necessariò est tempus.

¶ Quo ad quartū dicitur, q motus angeli continuus est in tempore continuo, motus verò discontinuus est in tempore discreto. Et probatur, quia tempus habet continuitatem à motu.

¶ Quo ad quintum dicitur, quòd vtrūque tempus mensurans motum angeli, aliud est à tempore, mensurante motū cœli: quia motus angeli non dependet ex eo.

¶ Circa probationem primæ opinionis, dubiū occurrit, de propositione illa, super qua fundatur ratio S. Tho. s. Impossibile est aliquid in aliquo toto tempore quiescere, & in vltimo instanti illius tēporis aliter se habere. Et similiter de illa, Omne quiescens in aliquo toto tempore, in quolibet instanti illius eodē modo se habet. Dubium inquam est: an sint veræ de forma, an gratia materiæ. Si enim dicuntur veritatem habere gratia formæ, oportet eas, in omni materia verificari. Et tamen habet multas instātias. Quoniā illa non est vera necessariò. Omne quod mouetur in aliquo toto tēpore, in quolibet instanti illius mouetur. Tum, quia in nullo instanti mouetur. Tum, quia in primo instanti, non aliter se habet nunc & prius. Alioquin sequeretur, quod daretur primū mutatum esse in motu. Nec etiam quicquid est album, aut homo in aliquo toto tempore, in quolibet instanti illius est homo, aut album. Sed stat, quòd in vltimo instanti illius non sit, vt patet in corruptione omnium permanentium. De his.n. vere enunciatur, quod in toto tempore præcedente sint, & quòd in vltimo instāti non sunt. Si autem est vera gratia materiæ, ita quòd in istis terminis, s. in quiete, & eodem modo se habere verificentur tātum, oportet primo reddere rationem: quare teneat in ista materia, & in alijs non. Deinde oportet excludere instantias, quas cōtra hoc affert Scot. in 2. dist. 2. q. 11. quas etiam habes recitatas in Capr. in 6. dist. 2. Et prima instantia est, de instantanea transsubstantiatione panis in corpus Christi, cum tamen in toto tempore præcedente, panis quieuerit.

¶ Secūda vero est, de aere tenebroso, & subito illuminato, quoniam in toto tempore præcedenti quieuit sub tenebra. Et si dicatur, inquit ipse, quòd illuminatio est terminus motus localis, hoc nihil facit. Tūm, quia hoc est per accidens. Tum, quia Deus posset instantanee producere corpus luminosum, præsens aeri quiescenti in tenebris, toto tempore præcedente. Tūm, quia ex hoc non euaditur, quin ex parte subiecti, aer quieuerit toto tempore in rei veritate: & tamen in vltimo instanti aliter se habet.

¶ Tertia instantia est, de ipso angelo, quoniā ex ista propositione sequeretur, q angelus aliquo tempore quiescens, nunquam moueretur postmodum. Probatur sequela: quoniā posito, quòd in vna hora quiescat: aut incipiet moueri in vltimo instanti illius horæ, & hoc non per te: aut in aliquo instanti mediato, vel immediato illi. Non mediato, quia tunc in tempore intermedio quieuisset. Nec immediato, quia instans non est immediatum instanti. Et si dicatur incipere in instanti temporis discreti: quæratur, quid de tempore nostro respondet illi instanti: an s. vltimum instās horæ, an tempus immediate sequens, an aliquod instans mediatum. Et cum non possit assignari nisi tempus immediate sequens, sequitur quòd angelus quiescens, non potest incipere moueri instantanee, quod est inconueniens.

¶ Ad euidentiam huius difficultatis, primò videndus est sensus propositionis, deinde respondendum quæsito.

¶ Quo ad primum, sciendū est, quod quidam duas distinctiones subintelligi putant in prædictis propositionibus. Vna est, de ly in toto aliquo tempore, s. primo, vel non primo. Altera est, de ly in quolibet instāti, s. intrinseco, vel extrinseco. Et dicunt, quòd propositio sic moderanda est, Omne quiescēs in aliquo toto tpe primo, i. adæquate, in quolibet instanti intrinseco illius eodē modo se habet. Et hoc modo dicunt, quòd propositio est per se nota, sicque eam assumptam fuisse à S. Th. Sed salua pace eorum dixerim, vocem propriam ignorare videntur. Quoniam apud S. Thomam eorum iudicio ex ista propositione non habetur, quòd si aliquid est tale, puta homo, vel album in aliquo toto tempore, oportet quod sit etiam tale in vltimo instanti illius. Et tamen si ista propositio esset sic intelligenda, euidenter constat, quòd q quid est homo in aliquo tempore adæquate, in quolibet instanti illius est homo. Nec distinctio de instāti intrinseco & extrinseco posset euasionem præbere. Quoniā prima opinio quam improbat S. Tho. non dicebat aliquid quiescere in toto aliquo tēpore, & in vltimo instanti intrinseco, aliter se habere, vt patet in litera. Quid ergo intentio Doctoris ex proposito in quo loquitur, colligenda est, & manifeste patet, primā opinionem iudicasse, motum angeli ad eius quietē præcedentem se habere, vt instans generationis ad tēpus præuiæ alterationis; & constat, q nec alteratio illa mensuratur toto illo tempore primo, nec instans illud generationis est intrinsecum tempori, vt mensuranti alterationem, cōsequens est, quòd si S. Tho. efficaciter improbare intendit positionem prædictam, q assumat propositionem uniuoce cū aduersario, alioquin in solis uerbis esset quæstio. Sciendum est igitur, quòd in toto tēpore, dupliciter distribui potest. Primo, in partes tantū, vt idem sit dicere, in toto aliquo tempore, & in qualibet parte illius temporis. Secundò, in partes & in quæcūque illius sunt. Et sic idem est di-

est dicere, in toto aliquo tēpore, & in qualibet parte, & in quolibet instanti illius. Et quāuis utroque modo propositio sit in vsu, in proposito th, in primo sensu à Philosophis & Theologis intelligitur. Alioquin esset implicatio in adiecto: dicere cum ex aqua fit ignis, in toto illo tempore est aqua, & in vltimo instanti est ignis. Et in hoc sensu constat, primam opinionem dixisse, q angelus in toto aliquo tempore quiescit, & in vltimo illius instanti nouum locum acquirit. Et quoniam realiter & non apparenter S. Tho. intendit sibi contradicere, idcirco, oportet dicere, in eodem sensu distribui ly in toto tempore. Ita quod controuersia est: an ista propositio, A quiescit in aliquo toto tempore, id est in qualibet parte alicuius temporis, & in ultimo instanti illius aliter se habeat, sit possibilis. Prima enim opinio reputauit eam possibilem, & super ipsam fundauit positionem suam. S. Tho. verò reputat eam esse impossibilem, & hæc de primo.

¶ Quo ad secundum dicitur, quod hæc propositio est vera, gratia materiæ, non autē gratia formæ, i. non verificatur in omnibus terminis, sed in istis. Et declaratur vtrumque: prima pars negatiua, quia ex esse tali in aliquo toto tēpore, non formaliter inferē esse etiā tale in ultimo instanti illius temporis. Ista. n. conditionalis non est necessaria, Si est homo in aliqua hora, ergo in termino illius horæ est homo, immo de facto apparet illius falsitas, de hora mensurante eius corruptionem. euidens est autem ratio, quare non teneatur formaliter, quia s. totum tēpus præcedens suum terminum, comparatur ad illud, vt prius ad posterius. Nec est necessarium, quòd si est tale in priori mensura, perseuerare tale in posteriori. Pars vero affirmatiua declaratur, aduertendo, q cum intentio S. Th. sit tractare de naturis & naturaliter cōpetentibus ipsis angelis, tàm secundum statum naturæ, quam gratiæ non est hic sermo de possibili, aut impossibili logico: & respectu potentiæ diuinæ, sed de possibili Physico, in quo attenditur quid rei ordini congruat, seclusis miraculis, non quid Deus possit. Et hoc semper est attendendum in scrutandis rerum naturis, sectantibus S. Tho. doctrinam. Dicitur ergo, quod impossibile est secundum ordinem rerum naturalium aliquid habere esse quietum in toto aliquo tempore, & in fine illius aliter se habere. Quoniam omne factum esse in ratione termini ad quem. seu omnis terminus præceditur secundum naturæ cursum ab aliquo fieri: habet enim hoc rerum ordo, experientia teste, vt nihil nouum tam repente fiat per se, quin aliqua præcesserit via, ducens ad illum terminū. Et propterea, cum habere aliquid esse sub quiete, non sit uia ad alteritatem, siue acquisitiuam, siue deperditiuam, sed habere illud esse in motu, quia hoc est acquirere vel perdere, consequens est, vt quiescens in aliquo toto tempore, in termino illius eodē modo se habeat. Alioquin venisset ad terminum ad quem non processisset. Quod autem in termino aliter se habet quàm prius, præcedente motu ad terminum peruenit.

¶ Ad instantias autē adductas contra propositionem sic intellectam facile patet ex dictis responsio. Quod. n. adducitur de trāsubstantiatione, dupliciter deficit. Primo, quia illud non est naturale, sed miraculosum ualde, ac per hoc ad potentiā Dei spectat. Secundo in hoc, q transubstantiatio, nullam habet quietem oppositam, nisi abuti velimus uocabulis, cum nec motus ipsa sit.

¶ Ad secundam instantiam de illuminatione dicitur, quòd illuminatio est terminus motus localis. Et ad obiectiones contra hoc respondendo, ad primam dico, q quamuis illuminatio absolutē per accidens terminet motum localem, quoniam scimus partes propinquas corpori solari perpetuo esse luminis nullo accessu, vel recessu Solis ab eis concurrente tamen illuminatio noua, de qua tantum præsens potest esse sermo ad propositum, per se est terminus motus localis, non per se primo, sed per se secundo, secundum naturæ cursum. Et ex hoc patet responsio ad secundam, quia scilicet non est ad propositum, quia de Dei potentia, non de naturæ cursu loquitur. Ad tertiam verò dicitur, quòd quamuis aer quiescat, secundum esse absolutum in toto tempore præcedente præsentiam Solis, non tamen quiescit secundum esse relatiuum, quia continue aliter & aliter se habet ad Solem, secūdum esse propinquum vel distans, sed quia ad relationem non est per se motus, vt dicitur 5. Physic. sed aliquid potest aliter se continuè habere secundum esse relatiuum, propter motum non in se, sed in alio ad ipsum habentem ordinem aliquem, ideo stat, quòd aer non quiescat sub tenebra, nec moueatur, sed habens eam continuè, aliter se habeat propter motum alterius, secundum esse respectiuum ducens ad exclusionem tenebræ, & acquisitionem luminis. Et vt vtrumque horum ponitur satis rationabiliter. Nam quia ad relationem non est motus, ergo nec quies, quoniā circa idem habēt fieri, sed loco motus est aliter se habere, & loco quietis eodem modo se habere. Et quia priuatio luminis, s. tenebra, non radicatur in aliqua forma contraria luminis, sed in relatione distantiæ, seu absentia, inter diaphanum & lucens, & consequens est, quòd aer absque motu in se aliter se habet continue secundū esse tenebrosum consecutiuè, ex hoc, quòd aliter se habet continue secundū esse propinquum ad Solem per motum ipsius Solis. Tertia deinde instātia multipliciter deficit: non intelligens mentem S. Thomæ, loquentis de propria mensura motus angelici, & de aliter, vel eodem modo se habere in ultimo instanti, in ratione termini ad quem, & non qualitercūque, & de motu, non per acquisitionē simplicem ipsius termini, sed ut exposuimus in titulo. Vnde instantia illa æquiuocat. Primo de motu angeli, intendens motus nominet, termini acquisitionem. Secundo conueniendo etiam secum in vocabulo, dico, quod angelus potest in vltimo instanti tēporis alicuius esse in aliquo loco, & vt in termino ad quē, & vt in principio motus. vt in principio quidem motus: quia potest postquā nusquam fuit, in uno instanti sui temporis coexistēti vltimo instanti alicuius horæ applicare se loco. Tunc. n. in tota hora nusquam fuit, & in vltimo illius est hic, quod apud S. Thomam non est moueri, sed mutatum esse. Vt in termino vero ad quē, quia potest angelus in duobus instantib. sui temporis immediatis, diuersis locis successiue se applicare: ita quod, illa duo instantia coexistant vni horę, sic quòd secundū coexistat ultimo instanti horæ, & primū toti tempori præcedenti. Et si dicatur, quòd hoc est qđ dicebat prima opinio, & quod impugnatē hic à S. Tho. respondetur quòd non est verum, sed ex malo intellectu S. Thomæ hoc creditur. Vt. n. in titulo dictum est: quæstio præsens est de comparatione proprię mensuræ termini ad quem, ad mensuram propriam termini à quo. Et prima opinio dicebat, quòd se habet vt instans & tempus immediate præcedens, & ideò nō datur vltimum instans in termino à quo &c. S. Thomas verò uult, quòd se habet ut instans, & instans immediata, & quod detur ultimum in termino à quo. Et contingat illa instantia coexistere tempori, nostro modo prędicto, hoc est per accidens, & coexistenter, & non tāquàm in propria mensura. Et rursus, quòd etiam in tali contingentia coexistenter loquendo & non mensuratiue, non diceretur angelus in toto tempore præcedente quieuisse, sed inchoasse motum. Et sic in vltimo, esse in termino ad quem, vel in toto tēpore præcedente non motum fuisse, in vltimo autem inchoare motum. Et quia hæc non aduerterunt Scot. & alij. ideò ipsum non intellexerunt impugnantes ignotum.

¶ Circa quartam partem & quintam, vbi S. Th. ponit motū angeli non mensurari tempore, quod est mensura primi motus, sed alio, siue continuo, siue discreto, dubitatio multiplex est s. de natura talis temporis discreti, & necessitate ponendi illud. Et similiter de diuersitate, talis temporis continui à tempore communi. Et quoniam hæc partim spectant & tractata sunt in quęst. 10. partim seorsum tractanda essent speciali quæstione, ideo hic tantum afferendas censui eas obiectiones, quæ ex parte motus angelici se tenent. Scotus igitur in 2. dist. 2. q. 11. contra tēpus discretum tripliciter arguit. Primo, quia pluralitas non est ponēda sine necessitate, nulla autē ratio cogit ponere tale tempus: quod declaratur tripliciter. Primo, quia angelus est in loco apud te, per operationem: aut ergo transeuntē, aut immanentem. Si immanentem, illa mensurat æuo, si transeuntē illa mensuratur tempore communi, vel instāti. Secundò, quia quicquid saluatur per tēpus discretum, pōt saluari per tps continuum. Tertiò, quia quemadmodum non incōuenit angelos conuenire cū corporib. in aliqua corporali conditione eiusdē rationis aliquo modo, s. esse in loco, ita non inconuenit ſm tale esse, mensurari eadē mensura, qua mensuranē similes cōditiones in corporibus. Scđò specialiter arguit contra alietatem talis tpis continui. Quia si poneretur, pp hoc, maximè deberet poni, quia motus angeli nō dependet à motu cęli. Sed hoc nihil facit ad propositum. Tum, quia mensuratio qualis à quali, vel quanti à quanto, non exigit dependentiam essentialem, sed sufficit quòd quantitas huius, certa cognitione certificari possit ex illo. Tūm, quia ambulatio Petri post resurrectionem non pōt fingi, quòd mensuraretur alio tempore q̄ communi, & tamen non dependet à motu cœli, qui tunc non erit. Tum etiam, quia quies cœli tempore communi mensurabitur, & tamen motus cœli non erit. Tūm etiam, quia tempore Iosue stante cęlo, motus qui facti sunt interim, tempore communi mensurabantur.

¶ Ad hęc breuiter dicitur, quòd necessitas ponendi tempus discretū ex natura operationum angelicarum consequenter se habentium, in q. 10. est ostensa. Necessitas verò ponendi aliud tempus continuū à tempore cōmuni, assignatur à S. Tho hic ex hoc, quòd mutabilitas alicuius non dependet à motu cœli. Ad obiectiones autem in oppositū respondendo dicitur, quòd prima instantia falsum vtrinque assumit: Nam neque operationes immanentes naturales angeli mensurantur æuo, sed tempore discreto. Neque operationes transeuntes, quas secundū communem cursum habent. quod dico propter motores orbium, vt sic mensurantur tempore cōmuni, aut eius instanti, vt in litera dicitur. Secunda quoque instantia falsum assumit: nam sine tempore discreto non potest saluari, quòd detur ultimū esse operationis angelicæ. Nec potest saluari quòd habeant mensuras sibi propositionales; inconueniens siquidem est, quòd operationes angelicæ, quæ immediate se consequuntur (ita quòd ambæ totæ simul, successiuæ tamen existunt) ad temporis nostri mensurationem aptentur: quoniam vt patet, neque tempus nostrum secundum quamcūque partem est totum simul, neque instans nostrum est stabile.

Tertia

Tertia similiter instantia falsum supponit, angelum, scilicet esse subiectum ipsius ubi & motus localis, ut ex dictis patet. Ad primam uerò obiectionem specialiter contra motum continuum dicitur, quòd uerum est, independentiam & motus & mutabilitatis alicuius mobilis esse rationem, quod non mensuretur a motu cœli. Et ad rationem in oppositum dicitur, quòd quantum mensurari a quanto, contingit dupliciter, scilicet per se, & per accidens. Et quamuis ad mensurari per accidens sufficiat certitudo cognitionis, ad mensurari tamen per se ab aliquo, requiritur dependere per se ab illo, non in genere causæ efficientis, ut q.10.ar.ult. ad ultimum docuit author, sed in genere causæ formalis eo modo, quo simpliciora in entibus exemplaria per se sunt cæterorum, ita qđ alia non possunt eorum simplicitati perfectionique æquari, nedum excedere. Intelligi enim non potest, ut ex natura alicuius insit illi mensurabilitas ab A, & tamen ab A, non dependeat, unde & in 10. Meta. tex 21. Aris. dicit ꝙ mensurabile refertur quidē ad mensurā, sed mensura non refertur ad ipsum. Vñ nullū inconueniens est, dicere ambulationem Petri post resurrectionem, non mensurari per se tempore communi, sicut & motū angeli de quo loquimur, quia potest esse uelocior motu cæli, &c. Mansio autem cæli tunc si quietis rationem haberet, tempore communi potentiali rationaliter mensurari diceretur. Sed qm̃ non quietis, sed fixionis miraculosæ rationem hēbit, ideo cælum stans, æuo potius mensuratur, utpote nulla in ipso existente potentia, ad fixionis statu remotionem. Tpe aūt Iosuæ, primū mobile stetisse non constat, sed tm̃ corpus solare. Vnde instantia non est ad propositum. Quamuis posset ēt, concessa cessatione primi motus, dici, quòd miraculū non aufert quin motus inferiores ex natura sua nō dependeant a primo. Quamuis quia ista dependentia est respectu extrinseci, diuina uirtus suspendere aut supplere eam possit.

Ferr. 2. con.c. 52.
Cap. 2 d.3.q.2. con.1.
Bannes q.54.ar.1.

SVP. Q. LIIII. ART. II.

CONCL. Impossibile est, quòd actio angeli, uel cuiuscunq; alterius creaturæ, sit eius substantia.

¶ PROB. 1. Quia impossibile est, quod aliquid, quod non est purus actus, sit sua actualitas, & nulla creatura est actus purus, actioq; rei est actualitas uirtutis eius. Secunda quia si intelligere angeli esset sua substantia, tunc intelligere angeli esset subsistēs, & consequenter substantia unius angeli non distingueretur a substantia nec alterius angeli nec Dei. Tertio, quia si angelus esset suum intelligere, tunc non posset esse gradus angelorum in intelligendo.

1[m] ex philoso.

Est. R. Per concomitantiam, non per essentiā. §. Vt patet in litera. Tunc &c. Nam conclusio quærit an intelligere angeli sit essentialiter eius substantia.

2[m] ex philos.

275 / 2.d.2.q.1. ar.1.cor.& 7.& 2.con. cap.52. Et quo. 2.art. 3.& 4. Et opusc. 30. lc.7. & 9. tex. 19.

Vita. R. Idest actio uitalis, non autem, essentia. §. vt patet in litera ad philosophum respōdendo. Tunc &c. vide ad primum.

3[m] de maiori.

Mediū. R. Realiter medium, non, secundum modum significādi tantum. §. Tunc &c. Nam intelligere non est medium, nisi secundū modum significandi inter intelligentem, & rem intellectam, imò realiter est quidam effectus consequens unionem intelligētis cum re intellecta differens realiter ab utroque. Argumentum ergo non est ad propositum.

tex. 39. / li. 2. te. 37. to. 2.

QVAESTIO LIIII.

De cognitione Angelorum, in quinque articulos diuisa.

CONSIDERATIS his, quę ad substantiam angeli ptinent procedendum est ad cognitionem ipsius. Hæc autem consideratio, erit quadripartita. Nam primo considerandum est de his, quę pertinēt ad virtutem cognoscitiuam angeli. Secundo de his, quę pertinēt ad medium cognoscendi ipsius. Tertio, de his quæ ab eo cognoscuntur. Quartò, de modo cognitionis ipsorum.

CIRCA primum quæruntur quinque.

¶ Primò. Vtrum intelligere angeli, sit sua substantia.

¶ Secundò, Vtrum eius esse, sit suū intelligere.

¶ Tertiò, Vtrum eius substantia sit sua uirtus intellectiua.

¶ Quartò, Vtrum in angelis sit intellectus agens & possibilis.

¶ Quintò, Vtrum in eis sit aliqua alia potētia cognoscitiua, quam intellectus.

ARTICVLVS I.

Vtrum intelligere angeli sit eius substantia.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur, ꝙ intelligere angeli sit eius substātia. Angelus. n. est sublimior & simplicior quā intellectus agens animæ. Sed substantia intellectus agentis est sua actio, ut patet in 3. de Anima per Aris.* & eius comm. Ergo multo fortius substantia angeli est sua actio, quę est intelligere.

¶ 2 Præt. Philosophus dicit in 12. Meta. † quod actio intellectus est uita, sed cum uiuere sit esse uiuentibus, ut dicitur in 2. de Anima,* videtur quòd uita sit essentia. Ergo actio intellectus est essentia intelligentis angeli.

¶ 3 Præt. Si extrema, sunt unū medium non differt ab eis, quia extremum magis distant ab extremo, q̃ medium. Sed in angelo idem est intellectus & intellectum, ad minus, inquātum intelligit essentiā suam. Ergo intelligere, quòd cadit mediū inter intellectum & rem intellectā, est idem cum substantia angeli intelligentis.

SED CONTRA. Plꝰ differt actio rei a substātia eius, quā ipsum esse eius, sed nullius creati suum esse, est substantia. Hoc enim solius Dei proprium est, ut ex superioribus patet.* Ergo neque angeli, neque alterius creaturæ, sua actio, est eius substantia.

RESPON. Dicēdū, ꝙ impossibile ē actio angeli uel cuiuscūq; alterius creaturæ sit eius substantia. Actio. n. est proprie actualitas uirtutis, sicut esse, est actualitas substantiæ, uel essentiæ. Impossibile est autem, quod aliquid quod non est purus actus, sed aliquid habet de potentia admistum, sit sua actualitas, quia actualitas potentialitati repugnat. Solus autem Deus est actus purus. Vnde in eo solo Deo sua substantia est suum esse, & suum agere.

D. 568.

¶ Præt. Si intelligere angeli esset sua substantia oporteret quod intelligere angeli esset subsistens. Intelligere autem subsistens non potest esse nisi unum, sicut nec aliquod abstractum subsistens. Vnde unius angeli substantia non distingueretur, neque a substantia Dei, quæ est ipsum intelligere subsistens, neque a substantia alterius angeli. Si etiā angelus ipse esset intelligere, non posset esse gradus in intelligendo perfectius & minus perfecte, cum hoc contingat propter diuersam participationem ipsius intelligere.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod cum dicitur, ꝙ intellectus agens est sua actio, est prædicatio nō per essentiam, sed per concomitantiam, quia cum sit in actu eius substantia, statim quantū est in se cōcomitatur ipsā actio. Qđ nō est de intellectu possibili qui non hēt actiones nisi postquam fuerit factus in actu.

AD SECVNDVM dicendum, quod uita nō hoc mō se hēt ad uiuere, sicut essentia ad eē, sed sicut, cursus ad currere quorū vnū significat actū in abstracto, aliud in cōcreto. Vñ nō sequitur, si uiuere sit esse, ꝙ uita sit essentia. Quāuis ēt quãque uita pro essentia ponat, s̃m ꝙ Aug.* dt in li. de tri. quod memoria & intelligentia, & uolūtas sunt una essentia, una uita, sed sic non accipitur a Philosopho cum dicit, quod actio intellectus est uita.

li.10. d' tri. cap.11.ante me.to.3.& 9.de Trin. cap.4.

AD TERTIVM dicendum, ꝙ actio quæ transit in aliquid extrinsecū, est realiter media inter agens & subiectū recipiēs actionē. Sed actio quæ manet in agente, non est realiter mediū inter agēs & obiectū, sed s̃m modū significandi tm̃. Realiter uero consequit᷑ unionē obiecti cū agēte. Ex hoc. n. ꝙ intellectū fit unū cū intelligēte, consequitur intelligere quasi quidam effectus differēs ab utroque.

APPENDIX.

EX articulo hēs, primo, quomodo per rationem ostendas, ꝙ scripturæ, ut Psal. 145. Qui fecit cęlum & terram, mare, & omnia quæ in eis sunt, & huiusmodi omnes uniuersi a Deo facta esse testantes dixerunt uirtualiter merito, quòd actiones omnium (Deo excepto) non sunt eorū subę, & consequēter ꝙ nec

Vt. pro 3. Eccl.

q.3.ar.4.& q.44 art.1.

nec intelligere angeli est eius substantia. Nam si omnia a Deo, dicunt esse facta utique omnia suum esse a Deo participare fatentur, & si hoc utique illa non per naturam propriam, sed per participationem habere esse affirmant, & consequenter esse illorum non esse illorum substantiam. (Hoc enim solius Dei est. q. 3. ar. 4. & q. 44. artic. 1.) & si hoc utique actiones illorum etiam ipsum intelligere non esse eorum substantiam, quandoquidem plus actio rei, quam esse suum, distat a substantia sua. Substantia enim seu essentia prius saltem natura, & intimius recipit esse quam producat actionem etiam immanentem, cuiusmodi est intelligere & uelle. Si igitur esse ipsum non est essentia, multò minus actio erit essentia. Regula siquidem dialecticorum est hæc, si de quo magis uidetur inesse, non inest, ergo de quo minus uidetur, minus inerit. Magis autem uidetur, quod esse sit essentia, quam actio, uelut essentiæ intrinsecum magis, unde concludendum, quod diximus. Item quomodo ostendas, quod Concilia idipsum uirtualiter sanxerunt dicendo. Credimus in Deum creatorem factorem uisibilium omnium, & inuisibilium (Apostolorum, Nicænum, Constantinopolitanum &c.) uel qui condidit creaturam angelicam, mundanam, humanam (Lateranen. Innocentij tertij.) Vtrum modo ex his colligatur, quod humilitatis actiones a substantia differant tanquam res a re uel solum realiter formaliter, aliorum esto iudicium. Secundo habes, quomodo per rationem sensum præmissum scripturarum conciliorumque declares, probes, tuearis. Tertio uides, quomodo uicissim ex his firmetur conclusio.

¶ Not. Articulo huic suffratur aliqualiter in ord. ar. 17. 234. 392. 112. 264.

Comm. Cardinalis Caietani.

Titulus clarus est.

¶ Tantummodo requirit ut notetur, quod substantia pro essentia, & non pro esse substantiali Angeli supponit. Et quod ista quæstio est cum philosophis tenentibus, in substantijs immaterialibus omnino, quales sunt intelligentiæ, nullum esse accidens, ut Auer. tenet in 12. Metap. commen. 25.

¶ In corpore una conclusione rñsiua tripliciter probata rñdetur: Est aût conclusio talis. Nec intelligere, nec actio cuiuscumq; creaturæ est eius substantia. Hæc conclusio hêt duas partes. Altera est de intelligere respû angeli. Altera est de quacumq; actione respectu cuiuscumque substantiæ creatæ, & prima quidem rône utramque partem intendit. S. Th. probare. Duab. uerò reliquis, circa intelligere persistere. Est ergo prima ratio talis. Solus actus purus est sua actualitas. Solus Deus est actus purus. Ergo solus Deus est sua actualitas. Sed agere est propria actualitas uirtutis quemadmodum esse est propria actualitas essentiæ, igitur solus Deus est suum esse, & suum agere. Maior propositio hêt duas exponentes. s. actus purus est sua actualitas, & nihil aliud ab actu puro est sua actualitas, & quoad hanc scdm probatur in litera sic. Oē aliud ab actu puro habet aliquid potentialitatis admistum. ergo non est sua actualitas, quia actualitas potentialitati repugnat.

¶ Circa hanc rationem, dubium occurrit de ueritate assumptarum propositionum, efficaciaque earundem ad propositum inferendum. Et ratio dubitandi est, quia aut propositiones assumptæ intelligendæ sunt formaliter, aut materialiter. Si formaliter, duo inconuenientia sequuntur. Primum est, quod prima exponens maioris, implicat in adiecto dicens, actus purus est sua actualitas. Qm si est sua actualitas formaliter loquendo, ergo aliquid puri actus habet rationem actuantis, & aliquid habet rationem eius, quod actuatur. Tenet sequela, quia ratio formalis actus est respectiua. Et si ad intrinseca rei terminatur, ut hic dicitur, per illud pronomen, Sua, necesse est quod terminus eius, scilicet potentia, uel potentiale sit in eodem, & sic non est actus purus. Secundum inconueniens est, quod actio & uirtus, esse & essentia formaliter, communissime sumpta ex proprijs rationib. formalib. uendicarent sibi hoc, quod alterum. s. puta actio esset actualitas alterius, s. uirtutis, & similiter esse respectu essentiæ. Patet sequela, quia super hac propositione fundatur processus S. Th. ut patet in litera, si formaliter intelligatur. Et confirmatur, quia cum dicit S. Tho. actio est propria actualitas uirtutis, sicut esse essentiæ, aut intendit de eis in communi, aut in speciali. Non in speciali, quia non potuisset ex hoc arguere communiter ad Deum & creaturam, ut fecit, ergo in communi. Quod autem concedere hanc propositionem sit inconueniens, ex eo patet, quia sequeretur, quod in quocumque ista formaliter inuenirentur, alterum esset actus, & alterum potentia. Alioquin secundum suas rationes formales in eo non essent. Si uerò in intelligendæ sunt materialiter, tunc etiam duo sequuntur inconuenientia. Primo, petitio principij in maiore dicendo: solus actus purus est sua actualitas, i. operatio, hoc est enim quod uertitur dubium, & quod a sectatorib. oppositæ opinionis negatur, ut patet de Auer. 12. Meta. com. 25. Secundo nullitas processus S. Th. non enim facile esset fingere, quomodo processus iste apparentiam aliquam, ne dicam ueritatem, haberet, si ratio actus & potentiæ præcidatur, cum totus super his fundetur.

¶ Circa secundam exponentem maioris. s. nihil aliud ab actu puro est actualitas, dubium occurrit. Quoniã inefficax uidetur eius probatio. Nam, aut intendit hic concludere distinctionem formalem tantum, aut formalem, & realem simul. Non primum, quia ex hoc non haberetur intentum, ut de se patet, ergo s̃m. Sed hoc non sequitur. Tum, quia illa propositio assumpta. Actualitas potentialitati repugnat, est uera de identitate formali, non autem reali. Stat. n. quod eadem res sit actualis & potentialis, ut patet, de ipsa essentia angeli, quæ actualitas, quædam est, & potentialis ad existentiam. Tum, quia ex habere aliquid potentiæ admistum, non sequitur exclusio omnis actualitatis, sed puræ tantum. Nõ. n. ualet, A, habet aliquid de potentia permistum, ergo non est actus, sed. ergo non est actus purus. Et tamen S. Th. hoc assumpsit, dicẽs. Quicquid habet aliquid potentiæ, non est sua actualitas. Et confirmatur ex illo uerbo, Sua, quod idem importat quod propria, sic, Propria actualitas rei habentis aliquid potentiæ admistum, est defectiua, & quodammodo potentialis, cum non sit actus purus. ergo nullam habet repugnantiam, ut identificetur rei, quæ sic est actus, quod habet aliquid potentiæ admistum. Patet sequela, propter proportionem quam habent adinuicem.

¶ Ad euidentiã huius rõnis S. Th. sciẽdũ est primò, q̃ duę rõnes formales quadrupliciter se habere possunt ad identitatẽ realem. Aut. n. ex seipsis uendicant sibi identitatem realem, & ita q̃ in quocunque inueniuntur, sunt eædem realiter, ut ratio entis, & rõ boni, & similia. Aut ex seipsis uendicant non identitatem, seu distinctionem realem, ut ratio albedinis, & dulcedinis, & tales in quocumq; inueniuntur, distinguuntur realiter. Aut ex seipsis neutrum sibi uendicant. Et hoc dupliciter contingit, quia quædã indifferenter se hñt ad identitatem & diuersitatem realem, quædã uerò magis ad diuersitatem, quàm identitatem declinant. Sunt. n. quædam rõnes formales rerũ, quæ nec ex seipsis, nec ex conditionib. quæ comitarentur eas, si inuenirentur sibiipsis derelictæ, aliquam per se unionem haberent, ut patet de rationibus iustitiæ, & sapientiæ. Quædam uerò sunt, quæ quiuis ex seipsis neutrum sibi uendicent, tamen ex seipsis aliquam inter se sibi uendicant per se coniunctionẽm, & ex conditionibus concomitantibus eas, quantum est ex parte ipsarum si solæ inuenirentur coniunctio illa realem distinctionem exigeret extremorum. Et tales sunt rationes uirtutis, & operationis. Nam nec ex seipsis identitatem realẽ habent, alioquin in omnib. essent idem realiter. Nec ex seipsis diuersitatẽ hñt realem, alioquin in Deo distinguerentur realiter. Nec ex seipsis abstrahunt ab omni coniunctione inter se, imò & ex seipsis hñt coniunctionem quandam per se, quasi ut propria pfectio, & id cuius est illa perfectio. Et si rõnes istæ solæ cõsiderentur, quantum ex earum meritis pendet coniunctio illa, non est aliter per se quam per naturam actus & potentiæ, nullo. n. alio mõ, etiam si fingendi daretur licentia, imaginari potest talium per se coniunctio. Ex hoc autem quod coniungerentur per se ut actus & potentia, sequitur ulterius, quod distinguerentur realiter. Si. n. essent realiter idem, iam essent coniuncta identicè. Et sic neutrũ esset actus alterius. Quamuis. n. posset fortè intelligi, ut actus suiipsius, intelligendo unum ut duo, impossibile tamen est, ut idem sit actus suiipsius. In coniunctione autem aliquorum per se, ut actus, & potentiæ, alterum non solum intelligitur, sed est uerè actus, & alterum uere potentia illius. Sciendum est secundo, q̃d aliqua duo habere se ut actum & potentiam, contingit dupliciter scilicet formaliter & uirtualiter. Formaliter quidem, quando alterum ita inuenitur in re alteri coniunctum, quod actuat secundum rem reliquum. Virtualiter aût, qñ aliqua duo identicè quidem sunt unũ, hñt tñ tales rõnes formales, quæ si coniungerẽtur abstrahendo ab eo, ex quo hñt, q̃ sint unum, identicè, alterum, reliquum s̃m rem actuaret. Et hoc modo se habent uirtus & operatio. Nam in quibusdam actualiter operatio uirtutem s̃m rem actuat, & uirtus operatiua per illam perficitur ut patet in nobis. In quibusdam uerò uirtus & operatio eadem res sunt, ac per hoc operatio uirtutem s̃m rem perficere nequit. Non perdit tamen operatio ex hoc, quin sit tale ens, quod si nõ præueniretur ab identificante ipsam cũ uirtute, actuaret s̃m rẽ illam. propterea põt dici, q̃ se hñt adinuicem tunc, sicut actus & potentia uirtualiter seu conditionaliter. Quemadmodum æternitas & immutabilitas dicimus, q̃ se habent sicut causatum & causa, non formaliter (quia æternitas non causatur secundum rem ex immutabilitate, quia sunt idem) sed uirtualiter, quia si causaretur, ex immutabilitate causaretur. Ex his autem patet, & uis rationis S. Th. & responsio ad obiecta. Vis quidem rationis in hoc consistit. Quæ se habẽt ut proprius actus, & propria potentia, non sunt idem nisi in actu puro. Virtus & operatio se habent ut proprius actus, & propria poten-

potentia. ergo. Maior fundatur super hoc, quia talia in quocunque inueniuntur, cum ratione actus & potentiæ, inter se distinguũtur realiter. ergo a destructione consequentis, si non distinguuntur realiter, non saluant coniuncta ut proprius actus & ppria potentia. ergo, aut utrumque in illo habebit rationem potentiæ, quod est impossibile, aut utrumque rationem actum. Vel, ergo illud in quo talia identificantur absque remansione actus & potentiæ, aut est actus purus, & habetur intentum, aut est potentia pura. Sola enim hæc duo per se loquendo sunt propriæ rationes, & causæ excludentes permistionem actus & potentiæ, sed impossibile est, quod sit pura potentia. Quia talis nec formaliter nec uirtualiter continet actum, immo est imperfectissimum omnium entium, ergo est actus purus, qui eminenter continet in se, & rationem actus & rationem potentiæ. Et ex eo, quod actus, actualitatem habet, ex eo uerò, quod purus, imperfectionem omnem potentialitatis excludit.

¶ Ad obiecta uero in oppositum dicitur, quod propositiones assumptę intelligendæ sunt formaliter, sed cum formali intellectu propositionum stat distinctio supra dicta de actualiter, & uirtualiter ut patet in exemplo adducto. & similibus. Et expresse etiam docetur ab Arist. in 2. Cęli, qui hanc propositionem. Motus cęli incipit ab oriente, non materialiter, sed formaliter sustinens, exponit dupliciter. s. actualiter, & sic dicit quod est falsa, quia apud ipsum, motus cęli nunquam incępit, uel uirtualiter. i. si inciperet, ab oriente inciperet, & sic dicit esse ueram. Similiter igitur in proposito. Actus purus est sua actualitas, distingui potest formaliter intellecta, actualiter uel uirtualiter. Et primo modo uidetur implicare, ut obiiciendo tactum est. Secundò uerò modo est uerissima, & proculdubio ad hunc sensum sunt huiusmodi propositiones a doctoribus. Non enim, intendunt dicere quod actus purus sit id, quod ipsum actuat, sed sit id, quod ipsum actuaret, si actuabilis esset. Sicut cum dicimus, quòd Deus sit sua perfectio, non intendimus, quod Deus sit id, quod perficit ipsum, sed quod ipsum perficeret, si esset perfectibilis. Illa uerò propositio communis. Operatio & uirtus se habent ut actus & potentia, de uirtute & operatione in communi intelligitur. Sed utendum est eadem distinctione, scilicet actualiter uel uirtualiter, & sic non sequitur, uel quod in Deo inueniantur cum ratione actus & potentiæ, uel quod ratio sit inefficax, quoniam ut ostendendo uim rationis declarauimus, hoc sufficit. Ex his quoque patet, quod ad secundam dubitationem dicendum sit, unica siquidem distinctione oĩa soluuntur. s. quod aliud est loqui de actu & potentia absolutè, & aliud de actu proprio & potẽtia propria. Quamuis. n. una res quæ non sit actus purus, possit habere rationem actus & potentiæ respectu diuersorum, impossibile tamen est, quod una res sit proprius actus, & propria potentia, nisi sit actus purus, qui hæc eminenter præhabeat, quoniam si actualiter inueniuntur, distinguerentur realiter, aut idem esset proprius actus suiipsius, quod non est intelligibile. Dicitur ergo, quod intendit S. Tho. inferre distinctionem realem & quod illa propositio. Actualitas potentialitati repugnat, est uera quoad identitatem realem, si potentialitas propriæ actualitati de qua loquimur comparetur. Et similiter, quamuis ista consequentia, non ualeat, A habet aliquid potentialitatis admissũ, ergo non est actualitas aliqua, ualet tñ illa. ergo nõ est propria actualitas, respectu cuius est potẽtialis. Et similiter, quamuis nihil prohibeat rem habentem aliquid potentiæ esse actũ defectiuum, impossibile tamen est esse suum actum, quamuis defectiuũ, quia iam (ut pluries dictum est) actus suus non esset, quamuis intelligeretur. Aduerte tamen diligenter, quod prædictæ propositiones dupliciter possunt applicari ad intentum S. Th. Primo ad ostẽdendum quod angelus non sit sua operatio, quia est potentialis respectu illius. Et sic in hoc processu supponeretur, angelum esse in potentia respectu operationis, & probatur ex hoc distinctio realis ab eadem. Secundo ad ostendendum, quod in angelo non est ratio identificationis inter uirtutem & operationem, quæ se habent ut prius actus, & ppria potentia, & ſm hoc supponitur, angelũ nõ eẽ actum purũ. Et probatur distinctio realis angeli a sua operationes, quia ratio identitatis actus & potentiæ propriæ illius actus, non est nisi puritas actus. Et ad hoc, non ad primũ, applicandæ sunt propositiones adductæ, quoniam primo modo supponeretur quodammodo probandum. Secundo uerò efficax redditur processus, ut patet ex dictis.

¶ Secũda ratio est ducens ad impossibile sic. Si intelligere angeli esset eius substantia, ergo esset subsistens, ergo unum tantum. ergo unus angelus, neque distingueretur ab altero, neque a Deo. Secunda consequentia probatur, quia intelligere subsistens non potest esse nisi unum quod probatur, quia nullum abstractum subsistens potest esse nisi unum.

¶ Circa hanc rationem, multiplex dubitatio occurrit. Primò, dubitatur circa primam consequentiam. s. Si intelligere angeli esset substantia eius, esset subsistens. Aut. n. ibi sumitur subsistere simpliciter, & sic ista quidem consña est optima, qm̃ de substantia cõpleta, de qua hic est sermo loquendo, illa cathegorica est necessaria. Substantia est subsistens, sed secunda consequentia, tunc nihil valere: est subsistens, ergo unum tantum, ut in sequenti dubio patet. Aut ibi sumitur subsistere in seipso præcidendo omne posterius, & sic consequentia illa nihil ualet, quia illa cathegorica non est necessaria, sed contingens, substantia est subsistens in seipsa abstracte. Perfectio namque simpliciter, substantiæ nomine importata indifferenter se habet ad subsistendum in seipsa, ut contingit in Deo, & ad subsistendum in aliquo contrahente ipsam ad naturam permistam potentiæ. vt contingit in angelis & aliis completis substantiis, sicut intelligere contingit esse substantia, puta in Deo, & accidens, puta in nobis.

¶ Secundo dubitatur an illa consequẽtia. Intelligere angeli est subsistens, ergo unum tantum, intelligenda sit gratia materiæ, uel gratia formæ. Non gratia formæ, quia non tenet in omnibus. Non enim, ualet, A est subsistens. ergo non est nisi unum specie & numero. de tali enim unitate est hic sermo, ut patet de prædicatis quidditatiuis ipsarum substantiarum. Tale. n. est commune pluribus substantiis secundum speciem & tamen subsistit. Non. n. inficiari potest, quin aliquod prædicatum essentiale sit cõe pluribus angelis, & tamen subsistat in eis. Et sic non ualet, talis res est subsistens, ergo est una tantum specie & numero. Similiter si essent albedo & nigredo subsistentes non ualeret. Color est subsistens. ergo est unum tantum secundum speciem & numerum. Nec etiam gratia materiæ. Tũ, quia oporteret assignare illam conditionem in intelligere angeli, ratione cuius teneret, quod hic non fit. Tũ, quia probatio assumpta in litera est uniuersalis, ac per hoc significans, quod non gratia materiæ est sermo.

¶ Tertiò circa illam cathegoricam assumptam ad probationem secundæ consequentiæ. s. intelligere subsistens non potest esse nisi unum, dubium occurrit. Quoniam aut non est ad propositum, aut est falsa. Probatur hoc distinguendo, primo ly intelligere, secundo coniunctionem eius cum ly subsistens. Intelligere. n. potest supponere uel pro intelligere puro, uel pro intelligere tali. i. tantæ pfectionis, puta quantam ponit naturalis, intellectio Gabrielis. Si intelligatur de intelligere simpliciter, dato quòd propositio sit uera. non est ad propositum, quoniam intelligere angelicum non est purum intelligere, sed tale. Si uero intelligatur de intelligere cõtracto, nihil aliud infert, nisi quod tale intelligere, puta Gabrielis, est vnum specie & numero, quemadmodum substantia eius. Et sic ultima consequentia. s. quod unus angelus non distingueretur ab altero, nec a Deo, nihil ualeret. Similiter intelligere quouis modo supponat, dupliciter contingit. quod subsistat. s. formaliter & identice, formaliter quidem, si ex perfectione propria uendicat sibi subsistere, identice uerò si subsistere non ſm propriam rationem sibi conuenit. sed ex eo cui coniungitur. Exemplum utriusque modi habetur, in casu posito, si albedo & nigredo subsisterent. Tũ. n. color eundem quidẽ subsisteret idẽtice, albedo & nigredo formaliter. Aut ergo in ista propositione intenditur, quod intelligere subsistens, formaliter non potest esse nisi unum, & sic non est ad propositum, quoniam intelligere angeli non cõcederetur sic subsistere. Aut intenditur quod intelligere subsistens identicè non potest esse nisi unum, & sic in proposito est falsa, ut ex exemplo dato patere potest. Et hoc modo diceret Auerro. quod intelligere angeli est subsistens, quia scilicet est, idem substantiæ angeli.

¶ Quarto circa illam aliam uniuersaliorem propositionem assumptam, scilicet. Quodlibet abstractum subsistens est unum tantum dubium occurrit, de quali abstractione intelligatur, an. s. secundum modum significandi, an secundum modum essendi. Si ſcd̃m modum significandi, ad propositum non est. Tum quia actus intelligendi non significatur abstractè per hoc nomen intelligere, sed per hoc nomen intellectio. Tum, quia de reb. & realib. rerum modis quæstio est, & non de modis significandi. Si uero de abstractione secundum esse intelligitur, aut de abstractione a receptiuo aut de abstractione a quocunque posteriore tota sua ratione formali. Si primo modo, propositio est falsa, ut patet in casu posito de colore. Tunc enim color abstractum quoddam esset ab omni recipiente, & tamen multiplicaretur in albedine, & nigredine subsistentibus. Si uero intelligitur secundo modo dato quod esset uera, nihil aliud inferret, nisi & quod intellectio præcisa ab omni cõtrahente si subsistit, non est nisi una, & quod intellectio talis. i. tantæ perfectionis abstrahens ab omni posteriore sua propria ratione, si subsistit, non est nisi una. Quemadmodum ex ipsa sequitur, quod si color præcise subsisteret, quod esset tantum unus. Etsi color talis, puta albedo, subsisteret, esset tantum una albedo, & sic nõ sequeretur intentum, quia cum hoc stat, quod essent plures intellectiones distinctæ specie, quemadmodum stat quod essẽt plures colores subsistentes, distincti specie, quamuis non posset esse multitudo purè numeralis.

¶ Circa ultimam consequentiam in eadem ratione illa. s. ergo non distingueretur a substantia Dei, dubium occurrit, qm̃ non uidetur ualere. Posset nãque saluari quod intelligere subsistẽs distingueretur a substantia Dei per hoc, quod intelligere Dei eẽt non solum intelligere, sed uelle, & quicquid in Deo est. Intelligere autẽ subsistens, non esset nisi intelligere. Et confirmatur, quia ex hoc quod alicui rei tribuitur subsistere, nulla perfectio intrinseca ei

ei accrescit, ut patet, si fingamus albedinem subsistere per diuinã potentiam, eiusdem. n. rationes intrinsecæ esset subsistens, & non subsistens, quamuis differentes se haberet ad sentiri, ad dependere a subiecto, agere & pati, & similia.

¶ Ad has obiectiones dicendum est tali ordine, quod primo ad quartam, secundo ad secundam, tertio ad tertiam, quarto ad primam, & quinto ad quintam dicendum est, quia sic exigit ordo doctrinæ, ut a magis uniuersalibus & formalibus, ad minus uniuersalia, & materialia descendamus.

¶ Ad quartam igitur dubitationem dicitur, ꝙ in illa propositione uniuersali. Omne abstractum subsistens non potest esse nisi unum ex parte subiecti, duo termini ponũtur, ly abstractum, & ly subsistens. Et ly quidem subsistens modum essendi significat, ly uerò abstractum, modum concipiendi. Ita quod sensus propositionis est, omnis res abstracte concepta seu conceptibilis, si sic abstracte subsistit, nõ potest esse nisi una. Et est sermo de abstractione in communi a quocunque contrahente seu contractiuo, siue illud sit receptiuum, siue sit differentia essentialis &c. Et sic intellecta propositio hæc, ambiguitate caret nec habet aliquam instantiam, qm̃ color abstracte conceptus tam a differentiis quã a subiectis, si in tali abstractione subsisteret, non esset nisi unus Formaliter. n. multiplicari non posset, quia a formalibus differentiis abstraheret, materialiter uerò minime. Tum, quia a distinctiuis numeraliter abstraheret. Tum, quia non esset assignare, per quid alter ab altero distingueretur, cum in utroque nihil aliud esset nisi color & subsistentia. Nec est extra propositum abstractio secundũ modum concipiendi, sed maxime propositum clarificat. Tũ, quia de abstractione conceptus ex parte rei, & non est parte nostri tantum, est sermo. Tum quia a notioribus nobis occulta hæc, hoc modo insinuantur. Quemadmodũ. n. ratio aliqua formalis in abstracto non multiplicatur si sola sumatur, ita & si secundũ rem in seipsa subsistere ponatur multitudinẽ excludere manifestatur. Q̃uo aũt propositio hæc intentũ S. Th. inferat, ex sequẽtib. ẽ manifestũ.

¶ Ad secundam autem dubitationem dicitur quod consequentia illa dupliciter potest accipi. Primo ut iacet, & sic est bona, gratia materiæ. Alio modo secundum id quod implicitè importat, & sic est bona, gratia formę. Si. n. formetur sic. Si intelligere est subsistens, ergo non est nisi unum, non tenet gratia formæ, quia ista est falsa, omne subsistens non est nisi unum. Sed tenet gratia materiæ, non specialis. i. huius quod est intelligere, sed generalis. i. huius quod est esse abstractum. Ita quod in materia abstractorũ, ista est uera. Omne subsistens non est nisi unum. Et quia intelligere est de numero abstractè conceptorum, quamuis significetur nõ per nomen sed per uerbum infinitiui modi, ideo consequentia tenet. Si uerò consequentia hæc secundum id, quod implicitè continet explicitè sic formaretur. Si intelligere in sua abstractione subsisteret, non esset nisi unũ est bona gratia formæ. Et quia eius cathegorica in cuius uirtute tenet, non est ista. s. Omne subsistẽs non est nisi unum, sed ista, scilicet omne abstractum subsistens non est nisi unum, quam tantum S. Th. assumpsit, ideo formaliter intelligenda est in sensu exposito.

¶ Ad tertiam uerò dubitationẽ, quæ ualdè difficilis est, cũ Dei adiutorio dicam quid occurrit. Cũ. n. tota difficultas consistat in hoc, an de intelligere an de intelligere tali sit sermo, duas tantum vias inter se incompossibiles habemus, quarũ tamen alterã oportere eligere video ad soluendam difficultatem hanc. Prima est, negare ꝙ obiectiones supponunt. s. ꝙ detur intelligere & intelligere tale abstrahendo actum intelligendi ab extrinsecis, & stando p̃cise in intrinsecis illius: qm̃ intelligere non est tale, nisi uel subiectiuè, puta diuinum, angelicum, uel humanum, uel obiectiuè, quia ad tale uel tale obiectum terminatur. Et ſm hoc, facillime ad obiecta patet responsio. Nam sermo præsens est de intellectione ſm eius intrinseca tantum intelligendus, & sic ratio staret, qm̃ si intelligere angeli præcisè sumptum, abstrahendo ab omni extrinseco subiecto. s. & obiecto, non esset formaliter loquendo nisi pura intellectio, consequens est, quòd si in tali abstractione subsisteret, qđ esset purum intelligere subsistens, ac per hoc non esset nisi unum, ut ex dictis patet. Sed quoniam hæc ratio minus cõsonans est rõni. Tum, quia omnis intellectio, imò omnis actus immanens esset una species specialissima, intrinsecè loquendo, qm̃ par est ratio de omnib. & sic uel omne esset unius speciei, & similiter omnis uisio, omnis auditio &c. Tum, quia aliquid eiusdem speciei specialissimæ esset connaturaliter commune intelligentiis omnib. & nobis. Tum, quia intellectionem esse talem obiectiuè, non est esse tale extrinsece, vt nũc patebit. Vnde alio modo & rationabilius põt dici, concedendo qđ supponunt obiectiones. s. dari intellectionẽ, & intellectionem talem intrinsece, quòd sermo S. Th. intelligendus est formaliter & per se, & quod hoc sufficit ad propositum.

¶ Ad euidentiã aũt primi sciendum est, ꝙ intellectio tripliciter contrahi põt. Primò per subiecta, cum distinguitur in angeli causã & humanã. Scđo per obiecta, cum distinguitur per terminari ad tale & tale obiectum. Tertio per proprias differentias diuisiuas illius, quemadmodum genus diuiditur, seu analogum per suos modos. Et diuisio quidem per subiecta manifeste est extrinseca, & per accidens, alioquin idem esset differentia per se plurium non subalternatim positorum, puta humanum esset per se differentia intellectionis, uolitionis, visionis, & reliquorum similium. Diuisio uerò penes obiecta, dupliciter contingit. s. penes obiecta secundaria, & hæc manifeste est extrinseca & per accidens. Et penes obiecta primaria, puta cum diuiditur intellectio in actum intelligendi proportionatum intelligibili relucenti in phantasmate, aut proportionatum relucenti in seipso. Et de tali diuisione crediderim ego, quòd sit per se essentialis, non ꝙ putem obiecta ẽt primaria esse differentias per se actus intelligendi, quia obiecta sunt extrinseca, differentias uero oportet esse intrinsecas constitutis per ipsas, quoniã differentia eius quod est esse, rei pars est. Sed arbitror differẽtias essẽtiales actus intelligẽdi sumi in ordine ad talia obiecta. ita quòd non sunt absolubiles a tali ordine. Et hoc rationabiliter dici potest, quoniam nec ipsum intelligere absolui potest ab ordine ad obiectum suum formale. Quoniam si quæratur, quid est intelligere, nõ poterit responderi, nisi quod est operatio uitalis circa uerũ. uel aliquid simile. Didicimus autẽ quod per se differentiæ alicuius superioris accipiendæ sunt illæ, quæ diuersificant id, ex quo illud superius formaliter constat. Differentiæ. n. animalis sunt quæ diuersificant illud, quatenus sensitiuum. Et sic, quia intellectio constat ex re non absolubili a tali obiecto. consequens est, quod per se differentiæ illius erunt res essentialiter respicientes diuersas per se rationes talis obiecti. Et sic intellectio erit ut genus diuisibile formaliter per essentiales, differentias, seu modos. Nec sequitur ex hoc, quod idem esset differẽtia plurium, qm̃ quamuis una res sit obiectum actus intelligendi & uolendi, alia tamen ratione formali obijcitur utrique. actus quidem intelligendi ut species ueri, uolendi uero ut species boni. Vnde non est idẽ obiectum formale utriusque. Hæc de primo.

¶ Quo ad secundum dicendum est, quòd quamuis intelligere angeli pręcise sumptum abstrahendo ab extrinsecis. claudat in se intrinsece duo, s. & quòd sit intelligere, & quòd sit tale, puta proportionatum intelligibili in seipso habenti aliquid potentialitatis, claudit tamen ultra hæc perfectionis modum, quoniam ſcđm utramque rationem aliquid perfectionis ponit. Et quoniã subiecta sic accipienda sunt, ut consona sint prædicatis, & ad propositũ, esse substantiam, est prædicatum ad perfectionem spectans, ideo hic sumitur intelligere angeli, non inquantum intelligere absolute, quia intelligere absolute abstrahit a substãtia & accidente. Et sic, nullum intelligere inquantum intelligere, subsistit. Nec sumitur inquantũ tale, quia ut obiiciendo deductum est, non concluderetur intentum. Sed sumitur inquantum intelligere habens tantum perfectionis simpliciter. Dico aũt simpliciter, ut distinguitur a seipso, ut habet aliquid imperfectionis admistum. Et sic intelligere angeli sumitur medio modo inter intelligere absolute, & intelligere tale. ita quod cum assumitur, si intelligere angeli esset substantia. ly intelligere angeli supponit pro ipso actu intelligendi, & modo suæ perfectionis simpliciter. Et est sensus. Si intelligere angeli est tantæ perfectionis, quod est substantia, hoc &c. & sic saluatur sermo formalis & per se. Formalis quidem, quoniam de intelligere angelico quantum ad id, quod conuenit sibi ex perfectione sui intelligere, est sermo. Per se autem, quoniam esse perfectũ non est p̃dicatũ accñtale aut trahẽs rẽ extra rõnẽ suã, sed cuicunq; rei intra latitudinẽ formalẽ cõuenit, ut i q 4. plenius dictũ ẽ.

¶ Quoad tertium dicendum est, qđ (ut obijciendo tactũ fuit,) ex duob. tantum capitib. uideri posset processus iste insufficiens. s. aut quia indiscussum relinquitur, an intelligere angeli inquantum tale, sit substantia, aut quia prætermissa est distinctio, de subsistere formaliter & identice. Sed quòd neutrum horum obstet declaratur. Et de primo quidẽ facile patet. Tum, quia cum esse substantiam sit prædicatum dicens perfectionem simpliciter, si intelligere angeli ſm totum id quod dicit perfectionem simpliciter nõ est substantia, a fortiori minus erit substantia secundum id, in quo hẽt aliquid imperfectionis admistum. Constat aũt ꝙ inquantum tale aliquid imperfectionis continet tum ẽt, quia intelligere angeli inquantum tale est subiectum extraneum respectu prædicati. dicentis perfectionem simpliciter, quale est substantia. Et ideo mirum non est si in doctrina ex proprijs omissum fuit. Nec obstat, quòd prædicatum sit non substantia absolute, sed substantia angeli, quia si intelligere est substantia angeli, sequitur ergo quod sit substantia, quod prædicatum dicens perfectionem simpliciter, quod etiam principaliter intenditur in hac quæstione. si. n. substantia est, proculdubio sua. i. intelligentis substãtia est. Quod aũt ſm non obstet, sic declaratur. Subsistere seu subam esse, possumus imaginari cõuenire alicui rationi formali quadrupliciter. Primò modo, ut superius suo inferiori, quẽadmodum conuenit homini. Scđo, ut inferius superiori, quemadmodũ conuenit enti. Tertio modo. quasi modus intrinsecus, sicut dicimus ꝙ sapientia infinita subsistit. Quarto modo. identice, sicut dicimus, qđ relationes in diuinis sunt substantiæ si uolumus recte considerare. primus modus omnino erat extra propositum, quoniam de se patet, quòd intelligere non est inferius ad substantiam. Et similiter secundus modus extraneus erat, quia substantia non est inferius ad intelligere,

gere. Constat.n.quòd neque differentiæ substantiæ, sunt differentiæ actus intelligendi, neq; econuerso, differentiæ actus intelligendi sunt differentiæ substantiæ. Vnde duo tantum modi relinquebantur, uterque autẽ modus si per se attribui crederetur ipsi intelligere angeli, sufficienter excluditur ex hac ratione, quoniam ad maximam perfectionem ipsius intelligere, spectaret quodlibet horum. Si namque intelligere angeli per se conuenit subsistere, quasi modus essendi eius, aut identitas cum substantialitate ex perfectione sua simpliciter hoc habet, quoniam utrumque horũ ponit perfectionem simpliciter. Excludere autem quodcunque eorũ per accidens opus non fuit. Tum, quia esse substantiam uel accidens, nulli rei conuenit per accidens, sed sp sunt conditiones essentiales rerũ. Tum quia hoc solo mõ posset dici, q intelligere subsistit per accidẽs q̃a identitas cũ suba nõ conuenit sibi ex parte sui sed ex parte subæ. Sed hoc extraneũ erat a proposito, quia suba angeli iam declaratum est, quod est res finitæ perfectionis quod non est actus purus, ac per hoc non hẽt in se, unde uendicet sibi identitatẽ cũ oĩ eo, quod sibi conuenit. Propter has.n. conditiones, substantia Dei est quicquid hẽt & per hoc iam patet respõsio ad obiecta, & in quo consistit uis S. Th. Quamuis.n. sit ratio ducẽs ad impossibile, medium tamen semper quo firmatur, est cã cõclusionis. Fundatur.n. super quantitate perfectionis ipsius intelligere angeli intendi quod si tantæ perfectionis est, ut sibi uendicet substantialitatẽ, non compatietur secum multitudinem, sed erit unũ tñ. Et probat sequelam, quia sic subsisteret in sua abstractione, omne autem abstractum subsistens unũ tantum est. unde manifestè patet ex dictis, quod nihil obstat distinctio & subsistere identicè & formaliter, nec de intelligere tali. Et quod cathegorica illa sic accipitur, intelligere ex sua perfectione subsistens, non est nisi unũ.

¶Ad primã aũt dubitationem dr, q consña illa intendit de subsistere in se, seu abstractè. Et q categorica eius nõ est ista, suba est subsistens in se præcise, sed ista, suba angeli puta Gabrielis, est subsistens in seipsa, qm pdicatum antecedentis est totum hoc.s. suba angeli, ut patet in litera. Sed hoc non saluat consñam, quia sedm hoc non sequeretur, ergo intelligere angeli esset subsistens in seipso intelligere, sed in seipsa suba angeli. Cum tñ constet, q primũ oportet inferre, & non sm tñ, ut ex dictis patet. Quod aũt sophisma amphibologiæ hic committeretur, exemplo declaratur supposito. Albedine.n. subsistente, color esset res subsistens in seipsa, q esset albedo q̃ in seipsa subsisteret, non tamen color in seipso eẽt subsistens, sed in albedine contractus. Et similiter suba, cõe prędicatum Deo & creaturis, est suba Gabrielis, quæ in seipsa subsistit, non tamen sequitur. ergo est in seipsa abstractè subsistens. Et si dicatur, quod istæ instantiæ non habent locum in proposito, quia cõstat liquido, quod intelligere & suba nõ pñt se habere sicut superius & inferius, quia neutrius differentiæ alterius esse pñt per se, facile hoc retunditur obiiciendo quod quamuis hoc constet, non tamen constat quin intelligere & suba immaterialis se hẽant sicut ens & bonum, quorum per se differentiæ quamuis, sint aliæ formaliter identicè tamen coincidunt. Et sic, quemadmodum nõ ualet, bonitas est idem quod suba angeli quæ subsistit in seipsa, ergo est subsistens in seipsa, ita nec de intelligere. Aliter ergo dicendũ est, prænotando qũo hi duo modi subsistendi se hẽant adinuicem & in ordine ad substantia. Subsistere igitur in alio, ut animal in homine, & subsistere in seipso, ut homo si subsisteret separatus, se habent ut imperfectum & perfectum in eodem genere. Perfectius nanque longe est in seipso subsistere, quàm ab alio subsistentiam mendicare ut de se patet, & ut prius & posterius, quia id quod est per se in quolibet genere, prius est eo quod est per aliud, ut patet secundo physicorum tex. 66. Comparantur autem hæc ad substantiam hoc pacto, quod esse substantiam sequitur subsistere, siue in se, siue in alio, nisi imperfectio, puta quia est pars substantiæ, magis, quàm substantia prohibeat. Esse autem substantiam perfectibilem formaliter, uel contrahibilem indiuidualiter, sequitur subsistere in alio. Esse uerò substantiam sic completam, ut excludat contrahens oẽ tam formale quàm materiale, sequitur subsistere in seipso. His autem stantib. dicitur, quod quemadmodum in antecedente duo continentur, alterum explicitè.s. intelligere angeli eẽt substantia, & alterũ implicitè.s. si intelligere angeli est tantæ perfectionis quod uendicet sibi esse substantiam, ita in consequente duo intelligenda sunt, alterum explicitè.s. ergo esset subsistẽs accipiendo ly subsistens communiter, alterum implicitè si ergo in seipso subsisteret, & sicut explicitum sequitur ex explicito, ita implicitum ex implicito. Et quod in antecedente illud contineatur, ex dictis patet, & ex eo quia per se notum est, quod istæ duæ perfectiones simpliciter, secundum se disparatæ sunt. Nec habent ex propriis rationibus, nec ex eo quod sunt perfectiones simpliciter unde iungantur, sed si iunguntur, ex magnitudine perfectionis alterius uel utriusque prouenit. Quod autem ex implicito hoc, sequatur illud, ex duobus patet. Primo, quia si intelligere ponitur tantæ perfectionis, quod uendicet sibi perfectissimam naturam, qualis est natura substantiæ, consequens est, quod uendicet quoque ibi perfectissimũ modum illius naturæ, qualis natura est subsistere in seipso. Secundo, quia cum intelligere perfectio simpliciter sit, ac per hoc independens a materia secundum rationem, & & secundum esse, si cum tanta perfectione infra propriam rationem ponitur in rerum natura, ut uendicet sibi identitatem, cum tam perfectissima natura & extranea ab ipso secundum se, a fortiori supponitur esse tantæ perfectionis, quod excludat a se determinabilitatem formaliter & materialiter, quoniam utraque imperfectionem importat, ac per hoc quod sit de ordine rerum non mendicantium esse ab aliquo contrahente. Et in talibus manifeste, patet consequentia, quia si est substantia non potest esse nisi substantia sic perfecta, quod non expectet esse a contrahente, & consequenter oportet quod subsistat in seipso. Accipiendo igitur cõsequentiam tam secundum id quod explicite, quam id quod implicitè continetur, quoniam prædicatum consequentis non est simplex, sed duo continet.s. subsistere in seipso, prædicatum quoque antecedentis compositum oportet esse. Et sic categorica eius erit quasi de copulato subiecto & prædicato, & erit ista. Substantia ex tanta perfectione, est ratio subsistendi in seipso.

¶Ad quartum dubiũ dicitur, q subsistere accipitur dupliciter, uno modo ut significat tñ affirmationem essendi in rerum natura, & negationem sustentationis in alio quocunque. Alio modo, subsistere importat quendam naturalẽ entis modum, cui naturaliter annexæ sunt talis negatio & talis affirmatio. In proposito nõ est sermo de subsistere primo modo, sed secundo. Quoniam de subsistentia naturali ipsius intelligere loquimur, quæ substantialitas est. & perfectionem simpliciter ponit, & non nisi ex perfectione summa ipsius intelligere sibi conuenit. Vnde ad obiectionem in oppositum dicitur, quod si intelligere naturaliter subsisteret, esset tantæ perfectionis, quantam potest hẽre actus intelligendi, qm nulla limitatione propriæ latitudinis modificaretur, quẽadmodũ humanitas subsistens apud Platonẽ, totam hominis perfectionem sibi uendicaret. Et consequenter, cum intelligere sit perfectio simpliciter, ac per hoc nata sit esse infinitæ perfectionis simpliciter, oporteret quod intelligere subsistens esset infinitum, ac per hoc identificaret sibi omnem aliam perfectionem simpliciter, & sic esset Deus ipse. Vnde falsum est, quod si intelligere subsistere, quod esset sic purum intelligere, quod non esset uelle, immo esset, & uelle, & uoluntas, & deitas &c.

¶Ad confirmationem uerò dr, q æquiuocat de subsistere. Quis.n. subsistere primo, modo perfectionem non augeat intrinsecam, uendicare tamen sibi subsistentiam, magnã perfectionẽ ponit & in perfectionib. simpliciter arguit perfectionem infinitam. Quod ẽt ex eo patet, quia cum intelligere ex propria ratione non sit de genere substantiæ, si tantæ perfectionis est, ut hanc perfectionem simpliciter quæ est esse, substantiam sibi uendicat, par ratio est, ut ex eadem perfectione sua, omnem aliam perfectionem simpliciter sibi identificet quæ enim est maior ratio de ista quàm alia? & sic intelligere esset actus purus &c. Et hæc distinctio de subsistere cũ hac confirmatione ultima, est notanda, quoniam ex illa Scotistæ, ex ista uerò Auerroistæ retunduntur.

¶Tertia ratio est ista. Si intelligere angeli esset substantia, non possent esse gradus in intelligendo perfectè, & minus perfectè. Probatur consequentia, quia tales gradus attenduntur secundum diuersam participationem ipsius intelligere.

¶Circa istam rationem, primo notandus est sensus consequentis, nã consequens illarum, põt habere duos sensus. Alter est, q in eodem angelo non possit esse intelligere perfectius & minus perfectè, & sic consña plana est, quia substantia unius & eiusdem angeli, non suscipit magis & minus, sed qũo consequens sit impossibile non uideo, cum nulla ratio appareat cogens ad diuersitatem magis & minus intelligendi in eodem angelo. Alter igitur & intentus sensus a S. Th. est, quod non essent diuersi gradus intelligendi simpliciter. Et confirmatur ista consequentia super præcedente ratione, quoniam si intelligere subsisteret, non esset, nisi vnum ac per hoc excluderet distinctionem in multos gradus.

¶Scdo circa hãc rõnẽ dubitaẽ, q a non ut consequentia ualere formaliter, qm non ualet, substantialitas est suba, seu subsistit, ergo non distinguitur in diuersos gradus subalitatis. Et tamẽ subalitas est perfectio simpliciter, sicut & intelligere. Quod autẽ non ualeat de substantialitate consequentia, hæc, de se patet, quia substantialitas in omnib. angelis & completis substantiis, cum tanta graduum diuersitate sm magis & minus perfectum inuenitur.

¶Ad hoc breuiter dicitur, quod consña est optima formaliter, & quod si substantialitas in sua abstractione subsisteret, non esset nisi una, nec compateretur graduũ diuersitatem. Sed argm fallit, qm de substantialitatis subsistere æquiuocat, dupliciter.n. contingit. Vno modo, quod ex sua perfectione quã dicit præcidendo ab omni mistione imperfectionis, sic abstracta subsistat, & hoc modo, ut dictum est, non est nisi una. Alio modo ut ad mistum habet aliquid imperfectionis ex eius per se differentiis diuisiuis, quales sunt omnes differentiæ in genere substantiæ, & sic procedit obiectio. Et ideo non est contra propositum. Habet autẽ ista sola perfectio simpliciter, s. subalitas utrumq; modũ subsistendi possibilẽ: quia oẽs differentiæ & modi per se illius, constituunt subam aliquam in aliquo esse substantiali, & consequenter subsistente.

Ferr.4.con.c.11.
Scot.2.s.d.3.q.8.
Duran.2.s.d.3.q.6.
Bacco.2.s.d.4.q.1.
Bannes ar.2.

ARTICVLVS II.

Vtrum intelligere angeli sit eius esse.

AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur, quod intelligere angeli sit eius esse. Viuere.n.uiuentib. est esse, ut dicitur in 2. de Aia.* Sed intelligere est quoddam uiuere, ut in eodem dicitur.† Ergo intelligere angeli est eius esse.

¶2 Præt. Sicut se hēt causa ad causam, ita effectus ad effectū. Sed forma per quam angelus est, est eadē cum forma, per quam intelligit ad minus seipsum. Ergo eius intelligere est idem cum suo esse.

SED CONTRA. Intelligere angeli est motus eius, ut patet p Dionysium * 4.c.de di.no. Sed esse non est motus. Ergo esse angeli non est intelligere eius.

RESPON. Dicendum, quod actio angeli non est eius esse, neque actio alicuius creaturæ. Duplex enim est actionis genus, ut dicitur 9. Metaphysicorum.* Vna.s.quæ transit in aliquid exterius, inferens ei passionem, sicut urere & secare. Alia uerò actio est quæ non transit in rem exteriorem, sed magis manet in seipso agente: sicut sentire, intelligere & uelle. Per huiusmodi enim, actionem non immutatur aliquid extrinsecum, sed totum ipso agente agitur. De prima ergo actione manifestum est, quod non potest esse ipsum esse agentis. nam esse agentis significatur intra ipsum, actio autem talis est effluxus in actum ab agente. Secunda autem actio de sui ratione hēt infinitatem uel simpliciter, uel secundum quid. Simpliciter quidem sicut intelligere, cuius obiectum est uerum, & uelle, cuius obiectum est bonum. Quorum utrumque conuertitur cum ente. Et ita intelligere, & uelle, quantum est de se, habent se ad omnia, & vtrunque recipit speciē ab obiecto. Secundum quid autem infinitum est sentire, quod se habet ad omnia sensibilia, sicut uisus ad omnia uisibilia. Esse autem cuiuslibet creaturæ, est determinatum ad unum secundum genus & speciem. Esse autem solius Dei, est simpliciter infinitum, in se omnia comprehendens, ut dicit Dion. 4.c.* de diu.no. Vnde solum esse diuinum, est suum intelligere, & suum uelle.

AD PRIMVM ergo dicendū, quod uiuere quādoque sumitur pro ipso esse uiuentis, quandoque uerò pro operatione uitæ, i. per quam demōstratur aliquid esse uiuens. Et hoc modo Philosophus dicit, quod intelligere est uiuere quoddam. Ibi enim distinguit diuersos gradus uiuentium s̄m diuersa opera uitæ.

AD SECVNDVM dicendum, quod ipsa essentia angeli est ratio totius sui esse, non autem est ratio totius sui intelligere, quia non omnia intelligere potest per suam essentiā. Et ideo secundum propriam rationem, inquantum est talis essentia, comparatur ad ipsum esse angeli. Sed ad eius intelligere comparatur secundum rationem uniuersalioris obiecti. s. ueri uel entis. Et sic patet quod licet sit eadem forma, non tamen secundum eandem rationem est principiū essendi, & intelligendi. Et propter hoc non sequitur, quòd in angelo sit idem esse & intelligere.

ARTI-

SVP. Q. LIIII.

ART. II.

276
4.con.c.11. & po.q.10. ar.1.ad 5. tex.27. t.2 li.2. de anima tex. 13. tom.2.

COncl. Angeli actio non est eius esse, nec actio alicuius creaturæ (scilicet est suum esse.)

¶PROP. Quia esse agētis creati significatur intra ipsum, determinatumq; ad unum secūdum genus, & speciem. Et actio transiēs significatur fluere ad extra, actioque immanens (cum habeat speciem ab obiecto) non est determinata ad vnū tantū genus ac spēm.

c.4.par.2.a medio.

1m ex Philos.

Viuere. R. Sumptum pro ipso esse uiuentis: non, pro operatione vitæ. §. Hæc in proposito est intelligere. Tunc &c. Nam intelligere sumitur pro operatione uitæ, quando dicitur esse uiuere. Quasi a philosopho ibi dicatur: intelligere est operatio, per quam tanquā per effectū demonstratur aliquod esse uiuens.

li.4. Meta. tex.16. tomo 3.

D.1122.

2m de minori.

Idem. R. Secūdum rē: non, secundum eādem rationem. §. Tunc &c. ut patet in litera.

¶NOT. Diuersitas s̄m rationem in forma essendi, & intelligendi seipsum, infert diuersitatem realem inter esse & intelligere angeli. Nam minor diuersitas in principijs infert maiorem diuersitatem in sequentibus, sicut biuium in principio parum distantiæ dicit inter duas uias, postea in maiorem ualde procedit. Nō mirum igitur, si ex illa secundum rationem differentia negat Sanctus Doctor cōsequentiam, quòd.s. ex hoc, esse & intelligere angeli, non sint realiter diuersa. Infra q.59.art. 2.ad secundum.

D. 752.

c. 4. par.2. parum ante med.

APPENDIX.

EX articulo hēs, primo, quomodo per rationem ostendas, quod scripturæ, & concilia meritò uirtualiter dixerunt, qui neq; actio immanens neque actio transiens est esse alicuius creaturæ. Vide per totum appendicem ar. 1.& ad hoc propositū, quantum, sufficit, recte applica. Secūdo habes, quō per rationem, &c. ut sup. Tertio uides, quomodo ex his uicissim Angelica firmetur præsens conclusio.

Vtilit. pro S.Eccl.

2

3

¶NOT. Pro articuli huius aliquali seruitio facit in ord. art.81. 140.283.112.280.

Comm.Cardinalis Caietani.

TItulus clarus.

¶In corpore articuli quatuor facit. Primò, pponit conclusionē rñsiuam.s. quod neq; actio angeli: neq; actio alicuius creaturę, est eius esse. Scd̄o distinguit duplex genus actionis, s. immanentis & transeuntis. Tertiò, probat conclusionem propositam, quo ad actionem transeuntem. Quartò, quoad actionem immanentem. Et medium quidem assumptum ad probandum de actione transeunte est: quia est effluxus ab agente, in actum, esse aūt significatur. i. est res significata intra ipsum agens, ut ēt significatio ostendit. ly.n. significatur, ex parte rei se tenet, & non tantum ex parte modi significandi. De actione aūt immanente medium est, quia actio immanens est infinita simpliciter, uel s̄m quid, i. in aliquo genere, esse autem cuiusque rei, est finitum & determinatum ad certum genus, & ad certam speciem rei, s. cuius est, ergo non sunt idem. Maior declaratur distinguendo duplex genus actionis immanentis, alterum pertinens ad partem intellectiuam alterum ad partem sensitiuam. Primum.n. est infinitum simpliciter, quia obiectum eius ad omnia se extendit. Secundum uero est infinitū secundum quid, quia obiectum eius ad quasdam tantum species se extendit, & omnia clara sunt in litera.

¶Circa hāc rationem aduerte, quod operatio immanens dupliciter sumi potest, s. in cōi, puta intelligere, uidere &c. Et in speciali, seu contractè ad tale, uel tale subiectum, puta intelligere humanum, uidere bouinum &c. In proposito non est sermo de illis in cōi, quia sic non esset differentia inter eas, & esse in cōi, sed est de eis sermo ut contractæ sunt ad subiecta. Ita quod intendit, quod quia esse humanū est certæ speciei, intelligere uero humanum, non, sed est infinitum, iō non sunt idem. Aduerte secundo, quòd determinari seu esse in aliqua spē, contingit dupliciter; uno modo p accidens, seu extrinsecè. Alio modo p se, & intrinsecè. In proposito non est sermo de specificatione extrinseca, seu p accidens, quia sic rō nihil ualeret, ut patet discurrenti facillime. Sed de specificatione intrinseca & essentiali, ita quod intendit, quod quia esse humanum est essentialiter determinatū ad spēm hoīs, intelligere uerò humanum non est essentialiter in spē hominis, sed essentialiter pōt specificari ab omnib. specieb. entis, seu ueri: ac per hoc, est infinitū, & indeterminatū simpliciter, ideo non sunt idē. & simile est in alijs. Et ex hoc patet, quā conformiter S.Th. dixerimus in pcedenti articulo, non admittendo intelligere esse spēm atomam. Si.n. esset perfectio indiuisibilis formaliter, iam esset determinatum ad certam speciē essentialiter: super cuius opposito fundatur hæc ratio.

¶Circa fundamentum huius rationis dubium est: quia duplex credi pōt. s. uel hoc. Quorūcumque sunt diuersæ essentiales differentiæ specificæ, illa diuersæ sunt res. Vel hoc. Ea quorum alterum est certæ speciei, alterum uerò ad plures species essentialiter determinari potest, sunt diuersæ res. Et si quidem prima ppositio fundamentum huius rationis est, concedere oportet oēm distinctionem formalē, & specificam esse realem, qd̄ nec a Thomistis tenentib. relationem esse idem fundamento, acceptatur. Nec vr consonum doctrinæ S. Thomæ, quoniam sicut bonum distinguitur formaliter ab ente, ita spēs boni & differentiæ per se boni a specieb. & differentijs entis distinguuntur formaliter, & tn̄ sunt idē realiter. Si uero ppositio hæc falsa dicatur, & super scd̄a propositione fundetur processus iste, redit rursus ambiguitas similis, & fortè maior. Tum, quia secunda propositio non differt a prima nisi penes vnum. Qm̄ in prima alietas tantum specificarum differentiarum enunciatur causa distinctionis realis. In secunda uerò alietas, & pluralitas, quia scilicet ex vna parte est una differentia constituens, ex alia uerò parte sunt plures differentiæ specificæ: sic enim, se habent esse humanum, & intelligere,

re, difficile autem ualdè uidetur unde habeat pluralitas differentiarum aliarum, quod faciat distinctionem realem a se unius alius differentiæ, si unitas alius differentiæ ad hoc non sufficit. Quoniā pluralitas illa, nihil aliud operatur, nisi ꝙ id cui conuenit, se habeat ut natura generica, quemadmodum unitas differentiæ facit, quòd res cui conuenit, se habet ut naturam specifica. Nec apparet ratio aliqua, quare res unius speciei non possit esse idem cum re naturæ genericæ alterius ordinis, si potest esse idem cum re naturæ specificæ alterius ordinis. Tum, quia nec propositio potest acceptari a prædictis Thomistis, quoniam albedo est unius certæ speciei, relatio autem quæ ponitur identificata illi, ad multas indifferens est species, quoniam diuiditur in relationem similitudinis & dissimilitudinis &c. Et confirmatur, quia cuicumque non repugnat pluralitas differentiarum specificatum, illi non repugnat magis tres quàm quatuor aut decem differentiæ. Et propterea, si una res esse potest, & tamen esse in duabus speciebus, non minus una res esse poterit, & esse in omnibus speciebus unius generis.

¶ Ad hoc dubium dicitur, quòd processus San. Tho. directè & proximè super secunda propositione fundatur, absque primæ tamen negatione, ita quod proximum fundamentum est hæc propositio. Determinatum essentialiter secundum esse specificum, nō est res determinabilis essentialiter per plura esse specifica. Quæ proposi.io uidetur esse per se nota, alioquin, una met res esset essentia completa formaliter ultimo complemento formali, & non esset completa ultimo complemento formali, quod implicat contradictoria simul. Et licet in hoc non referat, utrum res ponatur determinabilis per unum esse specificum, aut per plura, quemadmodum natura generica per plura specificatur, sequuntur tamen plura impossibilia ex secundo, quam ex primo. Quoniam si ponitur, ꝙ res specifica unius ordinis, est identice res specifica alterius ordinis, non sequitur nisi hoc, ꝙ determinatum essentialiter ultima determinatione formali, est determinabile essentialiter alia determinatione formali, & sic esset determinatum ultimate, & non determinatū ultimate. Si uerò ponitur, ꝙ res specifica unius ordinis, est identicè res generica alterius ordinis præter prædictū inconueniens sequuntur duo alia. s. quod determinatū formaliter ultima determinatione esset natura formabilis essentialiter multis differentiis, & quòd esset duæ naturæ oppositæ, quia esset idem cum duabus differentijs extremis, diuidentibus rem illam genericam. Sicut si superficies esset natura coloris, sequeretur ꝙ una, & eadem superficies esset albedo & nigredo. Quia omnis superficies esset identice color, ac per hoc, hæc superficies esset non solum talis color, puta albedo, sed esset identice omnis color, quod implicat contradictionem. Sicut si quis poneret colorem significare unum numero, & tamen esse genus. Ex hoc parere pōt, quod quamuis ambæ propositiones uere forte sint, ad propositum tamen non spectant de necessitate. Nisi illę quæ de identitate & distinctione inter rem specificam & rem genericam alterius ordinis loquuntur, quæ habent maiorem euidentiam.

¶ Vnde ad obiectiones in oppositum, nihil aliud puto esse dicendum, nisi quod sermo præsens limitandus est duab. uel trib. conditionib. Prima est, quòd hic loquimur de differentijs realibus, idest addentib aliquam rationem realem. Et per hoc excludūtur obiectiones de bono & sibi similes, quoniam non addunt rem realem, sed relationem rationes tantum. Secunda est, quod loquimur de identitate per se, quoniam per accidens excluditur ab arte. Et per hoc excluduntur imaginationes eorū qui loquuntur in aere, fingentes aliqua esse eadem realiter, & eandem rem esse essentialiter determinatam ultima differentia, & determinabilem alia ultima differentia alterius ordinis, hoc enim per se loquendo non est intelligibile. Per accidens autem, dato quod non implicaret contradictionem, nulla tamen ratione tale per accidens poni uidetur, quoniam natura quantum possibile est, horret per accidens, & ad per se semper intendit. Tertia conditio est ab alijs apponenda, qui relationem tenent idem cum fundamento, scilicet quod sermo præsens est de absolutis. Sed aduertant qui hanc apponunt tertiam conditionem, quomodo prædicta inconuenientia, & maxime tertium, possint euadere, cum prædicta non gratia materiæ absolute uel respectiuæ, sed ex rationibus ultimæ differentiæ generis & speciei, quæ communia sunt absolutis, & respectiuis, deducta sint.

Cap. 2. d. 1. q. 2. ron. 2. Et primo d. 3. q. 3. com. 5.

ARTICVLVS III.

Vtrum potentia intellectiua angeli, sit eius essentia.

AD TERTIVM sic proceditur. Videtur, ꝙ uirtus, uel potentia intellectiua in angelo, non sit aliud quam sua essentia. Mens enim, & intellectus, nominant potentiam intellectiuam. Sed Dionys. * in pluribus locis suorum librorum nominat ipsos angelos intellectus, & mentes. Ergo angelus est sua potentia intellectiua.

¶ 2 Præt. Si potentia intellectiua in angelo est aliquid præter eius essentiam, oportet quod sit accidés. Hoc enim dicimus esse accidens alicuius, quod est præter eius essentiam. Sed forma simplex subiectum esse non potest, ut Boetius dicit in lib. de trin. * Ergo angelus nō esset forma simplex, quod est contra præmissā. †

¶ 3 Præter. August. dicit 12. Confessionum * quod Deus fecit angelicam naturam propè se, materiam autem primam, propè nihil. Ex quo uidetur, quod angelus sit simplicior quam materia prima, utpotè Deo propinquior. Sed materia prima est sua potentia. Ergo multo magis angelus est sua potentia intellectiua.

SED CONTRA est, quod Dio. dicit 2. cap. * angelicæ Hierar. quod angeli diuiduntur in substantiam, uirtutem, & operationem. Ergo aliud est in eis substantia, & aliud uirtus, & aliud operatio.

RESPON. Dicendum, quod nec in angelo, nec in aliqua creatura uirtus uel potentia d operatiua est idem quod sua essentia. Quod sic patet. Cum enim potentia dicatur ad actum, oportet quod secundum diuersitatem actuum, sit diuersitas potentiarum. Propter quod dicitur, quod proprius actus rñdet propriæ potentiæ. In omni autem creato, essentia differt a suo esse, & comparatur ad ipsum sicut potentia ad actum, ut ex supradictis patet. * Actus autem, ad quem comparatur potentia operatiua, est operatio. In angelo autem non est idem intelligere & esse, nec aliqua alia operatio, aut in ipso, aut in quocumque alio creato. Vnde essentia angeli non est eius potentia intellectiua, nec alicuius creati essentia, est eius operatiua, potentia.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod angelus dicitur intellectus & mens, quia tota eius cognitio est intellectualis. Cognitio autem animæ partim est intellectualis, & partim sensitiua.

AD SECVNDVM dicendum, quod forma simplex, quæ est actus purus, nullius accidentis potest esse subiectum, quia subiectum comparatur ad accidens, ut potentia ad actum. Et huiusmodi est solus Deus, & de tali forma loquitur ibi Boetius. Forma autem simplex quæ non est suum esse, sed comparatur ad ipsum, ut potentia ad actum, potest esse subiectum accidentis, & præcipuè eius quod consequitur speciem. Huiusmodi autem accidens pertinet ad formam. Accidens uero, quod est indiuidui, non consequens totam speciem, consequitur

c. 7. & 9. de di. nō. & c. 12. cęl. Hie.

ante med. lib. de tri. q. 50. art. 1. & 2.

li. 12. conf. c. 7. in fin. to. 1.

cap. 11. circa med. illius.

art. 1. & 2. præc. & q. 3. art. 4.

D. 748.

SVP. Q. LIIII. ART. III.

277 Inf. q. 77. ar. 1 cor. & q. 79. ar. 1.

COONCL. Nec in angelo nec in aliqua creatura, uirtus uel potentia operatiua est idem, qđ sua essentia.

¶ PROB. Quia ubi sunt diuersi actus, ibi sunt diuersæ potentię. Et actus essentiæ, qui est esse, est in oī creato diuersus ab actu potentiæ operatiuæ, qui est operatio, sup. artic. 2. (Hic & alibi, ut abūs dictū est, unde probationes antecedentium horum hypotheticorum in corpore.)

1^m de maiori.

Mens & intellectus. ℞. Ratione sui esse considerata, non ratione cognitionis tantum. §. Tūc &c. Nam angelus dicitur mens, & intellectus, non secundum ꝙ sunt potentiæ operatiuæ, sed secūdum quòd dicunt tantum cognitionem intellectiuam.

2^m ex Boetio.

Forma simplex. ℞. Idest quæ est actus purus, non autem quæ caret materia. §. Tunc &c. Nam angelus est forma simplex modo secundo tantum sup. q. 50. ar. 1. & 2.

Tertium

3[m] conclusionis illatio. Ergo &c. 2. Negatur illatio. 5. Nam quia ad actum primum dicitur materia, & actus primus est esse substantiale, ideo oportet quòd materia sit potentia, & quòd ipsa sua potentia in sua essentia substantialis. Non sic autem est de potentia operatiua.

lis dixerunt, neque in angelo, neque in aliqua creaturarum potentiam operatiuam esse idem quod sua essentia. Vide per totum appendicem artic. 1. & ad præsens institutum, quantum sufficit, bene applica. Secundo habes, quomodo per rationem, & sup. 2 Tertio uides, quomodo ex his uicissim ista conclusio stabilitur. 3

APPENDIX.

Vtilit. pro S.Eccl.

EX articulo hóc, primo, quo p rónem ostendas q scripturę & concilia merito uirtualis

quitur materiam, quæ est indiuiduationis principium. Et talis forma simplex est angelus.

AD TERTIVM dicendum, quod potentia materiæ est ad ipsum esse substantiale, & non potentia operatiua, sed ad esse accidentale. Vnde non est simile.

¶ NOT. Pro articuli huius aliquali seruitio facit articulus in ord. 261. 262. 374. 17. 237. 299. 279.

ARTI-

Comm. Cardinalis Caietani.

IN titulo notandum est, quod cum potentia sit principium actiuum, uel passiuum operationis, duo in se claudit, scilicet relationem principij, & rem absolutam, quæ est proxima ratio agendi uel patiendi. In proposito, non est quæstio de relatione, sed de re absoluta. Ita quòd sensus tituli est. utrum potentia pro respectu, pro re absoluta, quam significat, sit idem cum substantia angeli.

¶ In corpore unica est conclusio responsiua negatiuè, & est uniuersalis tam de angelo, quam de quacunque creatura. s. Nulla uirtus operatiua siue angeli, siue cuiuscunque creaturæ, est eius substantia. & probatur sic. Nullus creaturæ esse est sua operatio. ergo nullius creaturæ substantia est sua potentia operatiua. Antecedês patet ex præcedente articulo, consequentia uerò deducitur, quia sm diuersitatem actuum, oportet esse diuersitatem potentiarum propriarum, quia unusquisque actus proprius, respondet propriæ potentiæ, sed operatio & esse sunt actus diuersi, quorum propriæ potentiæ sunt substantia & uis operatiua, ergo substantia & potentia operatiua sunt diuersæ.

¶ Circa rationem prædictam, ex multis capitibus occurrit dubium. Et primò, in illa propositione. Diuersitas actuum, exigit diuersitatem potentiarum. Aut. n. est sermo de diuersitate absolutè, aut tali. Si absolutè, nil côcludit, quia distinctio in principiatis, nô infert distinctionem in principiis, nisi forte distinctionem formalem potentiarum, quæ non sufficit proposito. Si de tali, aut de formali, & sic etiam non infert propositum, aut de reali, & sic est falsa manifestè, quia cum diuersitate realium actuum, stat unitas potentiæ, ut patet in potentia uisiua, & alijs, immo cum contrarietate reali actuum, ut patet 2. Cœli. comment. 18. Rursus, aut sermo de omni actu, aut de tali, si de omni, manifestè sequitur processus in infinitum, quoniam ipsa potentia operatiua, actus quidam est apud te, cum accidens ponatur & subiectiue in anima. Et sic, si unusquisq; actus exigit propriâ potêtiâ, præerit alia potêtia prior, & cum illa quoque esset actus quidâ, præexigeret aliam priorem, & sic in infinitum. Si uerò de actu tali, non facile erit assignare qualis sit. Si enim dicitur, quòd est sermo de actibus ultimatis, deprehenditur quod hic est fuga quædam, ex eo, quia sic actus ultimatus inquantum actus ultimatus est, haberet hanc proprietatem, scilicet exigere potentiam propriam. Sed hoc est falsum, quoniam ut patet in duodecima Metaphysic. & 2. de anima, & 3. Physic. quilibet actus qui per se fit, fit in propria potentia. Constat autem quòd non omnis actus qui est per se terminus actionis, alicuius est actus ultimatus, quoniam omnis forma accidentalis absoluta, ad aliquam operationem ordinatur. Si uerò dicitur, quod est sermo de actu tali, idest de actu per se expectato ab eo cuius est actus, deprehenditur falsum hoc esse, ex dicto Sancti Thomæ hic subsumentis sub istis propositionibus, quòd esse est talis actus respectu essentię. Constat enim quòd essentia non expectat esse, nec aliquod mediat fieri ad coniungendum talem actum tali potentiæ, sed eadem generatione generantur, & corrumpuntur. Est & tertia ratio dubitandi, ex propositionibus subsumptis scilicet. Essentia est propria potentia respectu esse, & potentia operatiua respectu operari. Si. n. hæ propositiones ueræ sunt cum antedictis, manifeste sequitur, quòd quemadmodum operari, & esse distinguuntur semper formaliter, & realiter, ita etiam semper omnis essentia distingueretur realiter ab omni operatiua potentia, quod implicat contradictionem. Tum, quia nulla essentia alicuius formæ accidentalis esset potentia operatiua, & sic calor non esset potentia calefactiua. Tum, quia nulla potentia operatiua haberet esse, quia non esset essentia.

¶ Circa conclusionem ipsam, multæ sunt dubitationes, & obiectiones, pro quâto ponit q nulla substâtia creata est immediatum principium alicuius operationis. Quia, aut vniuersaliter intelligit de principio tam actiuo quam passiuo, aut de actiuo tantum. Si de vtroque, sequitur q substantia nullius transmutationis subiectum proximû esse potest, hoc autem est inconueniens. Tum, quia oppositum apparet in materia prima. Tum, quia hoc saluari non potest, nisi ponendo in omni substantia quædam accidentia potentialia congenita ipsi substantiæ: quibus mediantibus esset transmutabilis diuersis transmutationibus: hoc autem est voluntarium & irrationabile: quia pluralitas non est ponenda sine necessitate. Natura enim facit ex paucioribus quantum potest, vt patet primo Physicorum. Si autem est sermo de principio actiuo tantum, sequitur quòd supponatur hic, omnes potentias partis sensitiuæ & intellectiuæ, esse actiuas, eo quòd sunt potentiæ operatiuæ. Et tamen in secundo de anima manifeste dicitur, sensus esse potentias passiuas, & similiter intellectum possibilem in tertio eiusdem. Deinde contra hoc sunt obiectiones Scot. in 2. distinct. 16. & in 4. distinc. 12. Et primo arguit sic. Ordinatum ad finem quantò immediatius ordinatur ad illum, tanto nobilius ordinatur: substantia creata nobilissimo modo ordinatur ad finem per operationem attingendum, ergo immediate operabitur. Et confirmatur, quia operari immediate conuenit formæ ignobiliori, scilicet accidentali, & formæ nobiliori, scilicet deitati: ergo conuenit etiam formæ mediæ, scilicet substantiali creatæ. Et confirmatur secundo, quia alioquin substantia intellectualis esset beata per accidens, quod est inconueniens. Probatur consequentia: quia esset subiectum beatitudinis per receptiuum medium, in quo reciperetur beatitudo, si esset separatum à substantia. Secundo sic. Substantiam oportet produci a substantia, etiam tanquàm à principio quo agens agit, ergo substantia est principium actiuum vt quo, quod nihil aliud est, quam potentia actiua. Et confirmatur hoc, quia apud te, forma in qua genitum assimilatur generanti, est ratio & principium generandi. ergo potentia generatiua in quacumque substantia, est substantia. Et si dicatur concedendo, quòd substantia est principium actiuum quo operationis & generationis, non proximum, sed primum, vt dicitur in diffinitione naturæ, & quòd potentia operatiua nominat principium proximum, Contra hoc multipliciter obiicitur. Tum, quia negari non potest quin substantia sit immediatum principium talis potentiæ operatiuæ, quam ponis esse accidens. Tum, quia negari etiam non potest quin substantia sit immediatum principium substantialis productionis: quoniam aut substantialis productio elicitur immediate à forma substantiali, vel à forma accidentali. Si à substantiali, habetur intentum: si ab accidentali, aut virtute propria, & hoc non: vt de se patet. Aut virtute substantiæ, quæ est eius instrumentum, & hoc esse etiam falsum declaratur quadrupliciter. Primò, quia instrumentum apud te non mouet nisi motum a principali agente. ergo aliqua est operatio substantiæ, qua mouet accidens ad agendum, quod est principale intentum. Secundo, quia causa principalis, & instrumentalis sunt ordinatæ essentialiter, sicut superior & inferior. Constat autem, quod causa superior prius natura attingit effectum, quam inferior. Et si est naturalis, quicquid uel quantum potest, prius naturaliter agit quam inferior. In illo ergo priori producta est substantia immediate a substantia. Et consequenter in secundo signo naturæ, in quo terminatur actio causæ secundariæ, non producitur substantia nisi idem bis producatur. Tertiò, quia quo instrumentum non se extendit, illuc oportet principalis agentis actionem pertingere. Sed actio accidentis non attingit nudæ materiæ primæ essentiam, ergo generationem substantialem quæ in ea fit, a substantia immediate, elici oportet. Quartò, quia cum dicitur accidens causare substantiam in uirtute substantiæ, ly in uirtute, aut addit aliquid absolutum, aut respectiuum. Si absolutum, cum illud sit accidens, eadem quæstio erit. Si respectiuum, manifeste patet, quòd ex respectu superaddito, accidens non potest facere substantiam, quoniam relatio non largitur uirtutem actiuam, & etiâ illa relatio esset accidens. Tum, quia non potest negari quin substantia in suo ordine sit immediatum principium alicuius propriæ operationis, ut patet ex ratione causæ superioris principalis, ut diximus. Et confirmatur, quia quamuis Deus apud philosophos non causet nisi mediantibus causis secundis, tamen ipse est immediata causa propriæ operationis in suo ordine, ergo similiter

tur se habebunt substantia creata & forma accidentalis, dato quod non causet nisi mediante accidente. Tertio arguitur ducendo ad impossibile, quia sequeretur quod posset fieri per diuinam potentiam substantia intellectualis sine intellectu, & econuerso, quia oē absolutum prius potest fieri sine alio absoluto distincto realiter a se. Et si dicatur, quod hoc non potest fieri propter necessariam connexionem inter ea, ex hoc magis habetur intentum propter duo. Primo, quoniam ista connexio attenditur non secundum cōnexionē potentiæ ad actū, quia oīs potentia est potētia contradictionis, ut dicitur 9. Met. tex. 17. sed secundū connexionem causæ actiuæ naturaliter ad suum effectum. Vnde & apud te, potentiæ fluunt ab essentia, ergo substantia est immediate actiua, quod est principale intentum. Secundo, quia cum Deus possit supplere uicem omnis causæ extrinsecæ, quantumcunque talis connexio uideatur necessaria, poterit tamen Deus facere unum sine alio. Quarto arguitur ex confessis & experentia. Fatemur in primis, quod angelus intelligit substantiam propriam per se ipsam, igitur essentia angeli est proximum principium intellectionis. Experimur quoque, quod aqua calefacta frigesit a seipsa, ergo propria substantia est principium proximum frigefactionis.

¶ Ad euidentiam præsentis materiæ, notandæ sunt aliquæ distinctiones. Prima est de actu. Quidam est adæquatus potentiæ, ut intelligere respectu intellectus, & uidere respectu uisus. Quidā uero inadæquatus, ut tale intelligere, puta intelligere bouem, & tale uidere, puta album. In proposito est sermo de actibus adæquatis tantum, quoniam de talibus tantum uerificatur, quod potentię distinguuntur per actus. Secunda est de graduatione rerū. Quædam enim res sunt, quæ primaria intentione intenduntur a natura ut actus. Quædam uero ut potentiæ, quamuis contingat res intentas ut actus, habere aliquid potentiæ admistum. Et similiter res intentas ut potentias, habere aliquid actualitatis admistum. Et illę quidem sunt per se primo & essentialiter actus, & ꝓ hoc simpliciter locantur in coordinatione actuum. Istæ uero sūt per se primo & essentialiter potentiæ. Et consequenter simpliciter locantur in ordine potentiarum, ita quod imaginandum est, ꝙ quemadmodum in genere substantiæ est inuenire quasdam res a natura intentas per se primo, ut principia aliorum sint, ita in quolibet genere sint quædam res per se primo intentæ a natura, ut principia proxima aliorum. Et si ita est, ex hoc habetur tertia distinctio actus & potētiæ quia uterque est duplex. Actuū .n. quidā est per se primo actus & secundario potentia Quidam uero econuerso. Et similiter potentiarum, quædam est per se primo potentia, & secundario actus, quædam uero econtra. Quamuis in his latitudo quædam, quoniam potentiæ passiuæ sunt actus tantum modaliter pro quanto subiectis inhærent aliquæ earum, habent enim ex hoc quendam actus modum. Potētiæ uero actiuæ, actus quidem sunt, sed tales, quod sunt essentialiter intenti, & ad hoc producti in natura, ut principia operationū sint. Et propter hoc, in genere principiorum essentialiter locantur. In proposito ergo, sermo est de actu per se primo intento in ratione actus, & de potentia per se primo intenta in ratione potentiæ. Quod autem dentur in natura tales res, specialem quæstionem exigeret. In promptu tamen apparet rationabiliter eas poni posse. Quandoquidem habitus omnes practici, ut docuit Arist. in Ethic. res tales sunt, quoniam ad nihil aliud sunt nisi ad operari. Similiter formalia significata potentiarum animę ad nihil aliud sunt nisi ad operari. His præsuppositis, ad obiectiones contra rationem S. T. factas, respondetur, quod pręsens sermo est de diuersitate reali nō quacunque, sed formali, non quorumcunque actuum, sed adæquatorum, & per se primo intentorum in ratione actus, talis enim diuersitas totalis potentiarum diuersitatem exigit non a posteriori, sed a priori inferens eam, quoniam actus adæquatus est finis potentiæ, & ex 2. physi. expresse patet, quod ex fine assignare rationem & conditionem eius, quod est ad finem, est reddere causam a priori, immo potissimam causam in rebus naturalibus, quia naturalia sunt, propter finem. Et propterea argumentum illud. Distinctio in principiatis non arguit distinctionem in principiis, sophisma est accidentis, quoniam actus potentiarum, non in eo ꝙ effectus, sed in eo quod fines, potentias distinguunt. Ad id uero quod obiicitur contra propositiones subsumptas, dicitur quod (ut patet ex uerbis S. Thom. in responsione ad ultimum argumentum) esse hic non sumitur uniuersaliter, prout est commune quid ad actum primum substantialem & accidentalem, sed pro esse substantiali tantum. Et ratio est, quia hic sumitur ut totaliter distinguitur contra esse, quod datur per operari. Tale autem ēst esse accidentale, quia operari est quoddam accidentale esse habere. Et ideo non est mirum, si forma accidentalis proximum principium essendi, & operandi est, quia & esse eius, & operari eiusdem, est quoddam esse accidentale. Non sic autem se habēt operari & esse substantiale, ut de se patet, quia illud est substantia, & hoc accidens.

¶ Ad obiectiones contra conclusionem ordinatè dicendo, respondetur, quod sermo præsens propriè loquendo, est tantum de potentia operatiua, siue actiuè, siue passiuè operari dicatur, modo ibi uera operatio fit. Et per hoc excluduntur omnes potentiæ puræ receptiuæ, idest quę non media aliqua operatione aliquid habent ut actum, qualis est potētia subiecti respectu propriæ passionis, & uniuersaliter respectu eorum quæ per se congenita sunt rei. Vnde non uidetur inconueniens ponere potentialitates tales, congenitas substantiis rerum. Nec multiplicantur entia sine necessitate. Quoniam ut patet 12. Metap. in tex. 26. & 28. in quolibet genere, est dare propriam potentiam, & proprium actu, quæ sunt ut principia illius generis. Ex hoc enim sequitur manifeste, quod oportet alterum duorum dicere. Aut quod substantia sit reductiue in aliis generibus, ut potentia reducitur ad genus actus. Aut quod dentur istæ potētiæ congenitæ, & cum primum sit inconueniens, ut etiam ipse Sco. fatetur, oportet dicere secundū. Neque pōt ad illum tex. Arist. responderi, ꝙ loquit̄ de potētia obiectiua, quoniam expresse loquitur de potentia & actu, ut principia sunt eius, quod est in genere. Constat autem, quod potentia obiectiua principium non est rei, immo est res ipsa, ut possibilis est esse. Ad id uero, quod de potentia materiæ obiicitur, patet responsio a S. Thom. intendente, quod potentia materiæ est ad esse substantiale, nulla mediante operatione, quæ sit uere operatio, ac per hoc accidens inter ipsam materiam & formam substantialem, quoniam in instanti generationis, nulla res est in materia, nisi forma substantialis, cum consequentibus ad ipsam.

¶ Ad primam autem rationem Sco. dicitur, quod esse principium operationis contingit tripliciter, s. uel proximum tantum, uel principale tantum, uel proximum & principale simul, & quod elicere operationem ut principium proximum tantum, est imperfectionis, quia oportet esse de genere accidentis. Elicere uero operationem, ut proximum & principale simul, est summæ perfectionis, quia ponit in re perfectione substantiæ, & accidentis. Elicere uero ut principale tantum, medium est, & propterea rationabiliter conuenit substantiæ creatæ, quæ media est inter Deum & accidentia. Vnde ad primum dicitur, quod substantia debet ordinari ad finem nobilissimo modo, possibili tamen. Immediatio autem per exclusionem potentię mediæ, est modus impossibilis substantię creatæ. Et per hoc patet ad primam confirmationem, quia, s. ratione nimiæ perfectionis quam haberet, repugnat substantiæ creatę, esse proximum principium operationis, quoniam esset proximum & principale simul.

¶ Ad alteram uero confirmationem (si non uelimus abuti uocabulis) negatur consequentia, quoniam operari mediante uirtute propria, ut quo, non est operari per accidens. Et ad probationem negatur, quod beatitudo comparetur ad potentiam substantiæ intellectualis, & ad ipsam substantiam intellectualem, ut color ad superficiem & substantiam corpoream. Ita quod quemadmodum color informaret superficiem, si esset separata a corpore, ita beatitudo potentiam, si esset separata a substantia. Dico enim ꝙ ista conditionalis est falsa, quoniam beatitudo est essentialiter operatio uitalis, quam non est intelligibile esse nisi uiuentis. Tum etiam quia beatitudo non potest esse nisi in beato. Non potest autem fingi, quod potentia separata esset beata, quemadmodum superficies esset colorata, unde non solum antecedens, & consequens illius conditionalis sunt impossibilia, sed etiam conditionalis ipsa.

¶ Ad secundam rationem Sco. conceditur, substantiam oportere fieri a substantia, tanquam a causa principali, non autem prima. Et ad primam instantiam de causatione accidentis a substantia, dicitur, quod nullum accidens causatur a substantia immediate per operationem mediam. Cum hoc tamen stat, quod multa accidentia consequuntur substantiam & in genere causæ effectiuæ, & materialis, per modū naturalis sequelæ. Et hoc modo substantia est causa suarum passionum & potentiarum.

¶ Ad instantiam uero de propria causalitate causæ principalis, & superioris, dupliciter dici potest. primo, negando quod substantia, & sua potentia operatiua sunt, proprie loquendo, causa principalis, & instrumentalis, superior & inferior, & propterea, obiectiones non habent locum. Et potest esse ratio negationis, quod substantia & potentia operatiua concurrunt, non ut duę causæ, sed ut causa, & quasi conditio causæ. Secundò potest dici admittendo quod se habeant non ut causa superior, & inferior, sed quodammodo ut principalis & instrumentalis. Et quod instrumentum est duplex, coniunctum & separatum. Et rursus inter instrumenta coniuncta datur latitudo, quoniam calor & potentia augmentatiua coniuncta instrumenta animæ dici possunt, potentia tamen magis coniunctum instrumentum est. Nec opus est, omne coniunctum instrumentum moueri a principali, sed operari principaliter, concurrente ad illud operari principali agente, quoniam sic large accipiendo instrumentum, hanc sufficit habere instrumenti conditionem. Vnde non oportet obiectis aliter respondere, supponentibus substantiam & potentiam operatiuam se habere ut duas causas.

¶ Ad id tamen quod tangitur de proximo principio elicitiuo generationis substantialis dicitur, quod secundum rem, generatio substantialis instantanea, non est operatio aliqua, sed est terminus gene-

generationis transmutantis materiam usque ad hoc. Vnde non oportet quaerere aliud illius principium, sed illud idem, quod in toto tempore praecedente generabat, in instanti ultimo illius temporis generat, terminando actionem suam.

¶ Et cum quaeritur quomodo alteratio aut quodcunque accidens uirtute substantiae substantiam faciat, qd est illa uirtus? breuiter dico, dupliciter dici posse. Primo a quibusdam dicitur, quod est res quaedam intentionalis eo modo, quo intentio coloris dicitur esse in aere, & quod licet sit accidens secundum esse, est tamen causaliter substantia, non ut principalis causa, sed ut unum quodammodo instrumentalis. quam constat posse esse imperfectiorem effectu, ut patet de formis seminum, & approbatur 12. Met. tex. 40. Secundo dicitur, quod accidens ipsum ex hoc ipso quod est coniunctum substantiae tali, est eius organum coniunctum, & est ipsius uirtus, nec oportet aliam superaddere uirtutem. Et hoc puto uerum in his, quae non sunt uera instrumenta, sed ipsum, & substantia sunt una causa.

¶ Ad tertiam autem rationem dicitur primo, quod illa propositio absoluta, Realiter distincta sunt separabilia abinuicem, est falsa, etiam in doctrina sua, quoniam partes essentiales simul sumptae apud ipsum, distinguuntur realiter a toto, & tamen non posset alterum sine altero fieri. Deinde dicitur, quod connexio necessaria inter substantiam & eius potentiam dato quod esset ex causalitate actiua, non tamen inferret substantiam esse immediatum principium alicuius operationis, ut patet ex dictis, non infert etiam quod Deus possit eas separare, quia potest supplere uicem causae efficientis, quoniam hoc intelligitur de efficiente proprie. scilicet per operationem mediam. Tale autem non est substantia respectu suae passionis, ut ex dictis iam patet.

¶ Ad illud quod obijcitur de essentia angeli, dicitur, quod substantia angeli non est elicitiuum principium intellectionis, sed potentia. Et quamuis substantia absque media specie intelligibili ad intellectionem concurrat, non tamen concurrit, ut eliciens, sed ut fons intellectus in actu respectu sui, ut infra patebit.

¶ Ad ultimum uero de frigefactione aquae calidae, dupliciter dicitur. Primo, quod principium illius frigefactionis est forma mediante frigiditate, quae in aliquo gradu in ea remansit, quoniam non potest totaliter ab ipsa expoliari. Nec obstat, quod frigiditas illa sit minor caliditate introducta, quamuis enim sit minor formaliter, est tamen maior radicaliter, seu uirtualiter, propter formam substantialem propriam eius radicem, cuius est uirtus, & proprietas. Contingere autem potest, totum quodammodo pati a toto, propter contrarietatem qualitatum actiuarum in toto existentium in continua pugna. Secundo dicitur, & melius, quod frigescit per se a generante, & a forma propria, per modum tantum sequelae, eo modo quo graue grauitando frangit prohibens ipsum descendere, & deorsum mouetur. Imaginandum est enim & ita est, quod quemadmodum ad formam grauis geniti extra locum suum, naturaliter sequeretur motus deorsum, nisi aliquid prohiberet, ita ad formam aquae sequitur esse frigidum in tanta perfectione. Et si impediatur a tanta perfectione, sequitur, remoto prohibente, frigefactionis motus. Et quemadmodum graue grauando uincit prohibens quandoque, ita frigidum frigendo uincit calidum prohibens. Quando calidum illud, ab agente illud fouente, destituitur. Et rursus, quemadmodum graue sequitur motus deorsum mediante grauitate, ita aquam frigefactio, mediante frigiditate illa, a qua non est denudabilis. Quod autem altero istorum modorum, qui ualde propinqui sunt, fiat, ex hoc patet, quia nisi sic dicatur, oportebit recurrere ad causas extrinsecas, puta ad continens, sed hoc non potest rationabiliter dici. Tum quia aqua efficitur frigidior continente. Tum quia si circunscriberetur continens, aut poneretur neutrale, nihil minus aqua calida frigefieret, cuius signum euidens est, quia aqua calida posita in continente, non calido, tepescit. Vnde continens, & quaecunque alia causa extrinseca, non potest poni nisi causa per accidens, ut remouens prohibens. Oportet enim naturalis accidentis alicuius, naturam causam ponere, quae intrinsecum principium est, ut patet 2. Physic.

Cap. 2. d. 3. q. 2. con. 3. Banne art. 4.

ARTICVLVS IIII.

Vtrum in angelo sit intellectus agens & possibilis.

AD QVARTVM sic proceditur. Videtur, quod in angelo sit intellectus agens & possibilis. Dicit enim Philosophus in 3. de anima, * quod sicut in omni natura est aliquid, quo est omnia fieri, & aliquid, quo est omnia facere, ita etiam in anima. Sed angelus est natura quaedam. Ergo in eo est intellectus agens & possibilis.

¶ 2 Praet. Recipere est proprium intellectus possibilis, illuminare autem est proprium intellectus agentis, ut patet in tertio de anima. * Sed angelus recipit illuminationem a superiori, & illuminat inferiorem: Ergo in eo est intellectus agens, & possibilis.

SED CONTRA est, quod in nobis intellectus agens & possibilis est, per comparationem ad phantasmata. Quae quidem comparantur ad intellectum possibilem, ut colores ad uisum, ad intellectum autem agentem ut colores ad lumen, ut patet ex tertio, de anima. * Sed hoc non est in angelo. Ergo in angelo non est intellectus agens & possibilis.

RESPON. Dicendum, quod necessitas ponendi intellectum possibilem in nobis, fuit propter hoc, quod nos inuenimur quandoque intelligentes in potentia & non in actu. Vnde oportet esse quandam uirtutem, quae sit in potentia ad intelligibilia, ante ipsum intelligere, sed reducitur in actum eorum, cum fit sciens, & ulterius cum fit considerans. Et haec uirtus uocatur intellectus possibilis. Necessitas autem ponendi intellectum agentem fuit, quia naturae rerum materialium, quas nos intelligimus, non subsistunt extra animam immateriales & intelligibiles in actu, sed sunt solum intelligibiles in potentia extra animam existentes. Et ideo oportuit esse aliquam uirtutem, quae faceret illas naturas intelligibiles actu. Et haec uirtus dicitur intellectus agens in nobis. Vtraque autem necessitas deest in angelis, quia neque sunt quandoque intelligentes in d potentia tantum respectu eorum quae naturaliter intelligunt, neque intelligibilia eorum sunt intelligibilia in potentia, sed in actu. *D. 134.* Intelligunt. n. primo & principaliter res immateriales, ut infra patebit. * *q. seq. a. 2.* Et ideo non potest in d eis esse intellectus agens & possibilis, nisi aequiuoce. *D. 136.*

AD PRIMVM ergo dicendum, quod Philosophus intelligit ista duo esse in omni natura, in qua contingit esse generari uel fieri, ut ipsa uerba demonstrant. In angelo autem non generatur scientia, sed naturaliter adest. Vnde non oportet ponere in eis agens & possibile.

AD SECVNDVM dicendum, quod intellectus agentis est illuminare, non quidem d alium intelligentem, *D. 136.* sed intelligibilia in potentia inquantum per abstractionem facit ea intelligibilia actu. Ad intellectum autem possibilem, pertinet esse in potentia respectu naturalium cognoscibilium, & quandoque fieri actu. Vnde quod angelus illuminat angelum, non pertinet ad rationem intellectus agentis. Neque ad rationem intellectus possibilis pertinet, quod illuminatur de supernaturalibus mysteriis, ad quae cognoscenda quandoque est in potentia.

SVP. Q. LIIII. Art. IIII.

278 *2. con. c. 96 ratione 6.* CONCL. Non potest esse in angelis intellectus agens, & possibilis, nisi aequiuoce.

Li. 3. de aia, te. 17. & 2. ¶ PROB. Quia intellectus possibilis ponitur in his, qui quandoque sunt intelligentes, quandoque autem non, intellectus uero agens in his, quorum intelligibilia non sunt in actu, sed in potentia, & angeli non sunt in potentia tantum, quandoque intelligentes respectu eorum, quae naturaliter intelligunt, nec *Li. 3. de aia : t. 3. & 18. tto 2.* intelligibilia eorum sunt intelligibilia in potentia, sed in actu. Secunda autem pars scilicet, nisi &c. patet responsione ad secundum.

1m ex Phylosopho. Natura. R. In qua est generari scientiam: non, in qua sciens a est naturaliter. § Tunc &c. Nam in angelo naturaliter adest scientia, *Li. 3. de anima te. 18. & .. 2.* inquantum per species diuinitus cum natura sua inditas intelligit, non autem in eo generatur scientia, inquantum per species labore suo acquisitas non intelligit.

2m ex Phylosopho. Recipere. R. Naturaliter cognoscibilia, ad quae erant in potentia, non, supernaturalia mysteria, § Tunc &c. Nam intellectus angeli non est in

in potentia, respectu naturaliter cognoscibilium, & consequenter illa non recipit actu de nouo, sed tantum respectu supernaturalium, ut in litera.

Item ex Philosopho. Illuminare &c. Intelligibilia in potentia, non, alium intelligentem. §. Tunc &c. Nam intellectus unius angeli illuminat solum alium intelligentem, ut in litera.

Si quis autem uelit hæc uocare intellectum agentem & possibilem, æquiuocè dicet, nec de nominibus est curandum.

APPENDIX.

Vtili. pro philosop.

EX articulo habes primo, quomodo per rationem ostendas, Philosophum merito insinuasse, quod Angeli non habent intellectum agentem, & possibilem, quando in pluribus locis Metaphysicę illos esse a materia abstractos, atque incorporeos determinauit (uide q.50.ar.1.& 2.) sciebat enim Ari. taliter de Angelis determinans, quod intellectus agens, atque possibilis dicitur per respectum ad phantasmata (cum ipsa ad intellectum agentem tanquam colores ad lumen, & ad possibilem tanquam colores ad uisum comparentur,) & consequenter Aristoteles ipse sic determinans per hoc insinuauit quod in Angelis, non sunt huiusmodi intellectus, quandoquidem ubi non est corporeum quid, aut materia, non sunt phantasmata (ut patet.) Secundò habes quomodo per rationem prædictam sententiam ab eo ibi insinuatam & declares & probes, & defendas. Tertio uides, quo uicissim ex hoc, & similibus locis iuuetur conclusio præsens.

2

3

¶ NOTA. Pro seruitio aliquali articuli huius stat in ordine ar.391.14.391.424.281.292.

Pro studio uar. coor.

Comm. Cardinalis Caietani.

TItulus eget recordatione eorum, quæ traduntur in 3. de anima, ubi ponuntur in anima nostra duæ uirtutes ad intelligendum concurrentes, una actiua, uocata intellectus agens, & altera passiua, uocata intellectus possibilis. Hoc enim est quod uertitur, nunc in dubium, de Angelis. An scilicet uis intellectiua angelorũ distinguatur in duas potentias, actiuam.s. & passiuam, an non, hoc enim est quærere, utrum in eis sit intellectus agens & intellectus possibilis.

¶ In corpore articuli, unica conclusione quæsito respondet negatiue, s. In angelis non est intellectus agens, neque possibilis, nisi æquiuoce, probatur, ratio necessitatis utriusque intellectus non habet locum in angelis. ergo, antecedens declaratur, primò quo ad intellectum possibilem, secundò quo ad intellectum agentem. Possibilis enim ponitur propter potentiam ad actum duplicem, s. ad actum primum, & ad actum secundum, qui non habet locum in angelo quo ad naturalia, de quibus est sermo. Agens uero ponitur propter defectum intelligibilis, quia. s. oportet intelligibile in potentia, transferri ad ordinem intelligibilium in actu, quod & non habet locum in angelis, quia proprium intelligibile eorum, est quidditas immaterialis, de se intelligibilis, quemadmodum lumen est de se uisibile.

¶ Circa rationem probantem non dari intellectum possibilem in angelis, obiectiones Scoti occurrunt in 2.d.3.q. ult. directè intendentes confutare eam sic. In angelis est potentia receptiua specierum intelligibilium, ergo in eis est intellectus possibilis. Probatur consequentia, quia nihil refert, an potentia receptiua præcedat duratione actum receptum, an natura tantum, in quo tu ponis differre intellectum angeli a nostro possibili. Et confirmatur, quia si Deus dedisset homini species intelligibiles nihil minus haberet intellectum possibilem, ut patet in Christo.

¶ Contra rationem adductam de intellectu agente, arguit Sco. ibidem, ostẽdens falsam esse minorem, & oppositum concludere. Quoniam primum, i. adæquatum obiectum intellectus angelici, quod dicis esse intelligibile in actu, aut est aliqua res singularis, aut uniuersalis, nõ singularis, quia nullum singulare continet uirtualiter omnia cognoscibilia ab angelo, ergo est aliqua ratio uniuersalis per prædicationem ad omnia cognoscibilia ab angelo, & cum talia sint non solum immaterialia, sed etiam sensibilia, quæ sunt intelligibilia in potentia, ergo primum obiectum intellectus angelici, erit abstractum ab intelligibili in potentia. ergo non est ex se omnino intelligibile in actu. ergo debet poni intellectus agens in eis.

¶ Contra conclusionem instat etiam ibidem sic. Potentia actiua quę est perfectionis in creatura inferiori, non est neganda a creatura superiori. Intellectus agens est huiusmodi, ergo. Præterea. Natura nobilissima debet habere eas uirtutes, quibus possit acquirere sibi perfectionem suam, si non habet eam, ergo natura angelica debet habere intellectum agentem, & possibilem, ut posit sibi acquirere cognitionem, uniuersalium quidem si non haberet inditam, & singularium quam non habet congenitam.

¶ Ad has obiectiones facile est respondere, si natura angelorũ consideretur. Vt enim patet ex superioribus quæstionib. natura angeli media est inter actum purum, & potentiam puram in genere intelligibilium. Tantumque obtinet perfectionis, ut ex eo quod habet perfectionis, ac actualitatis, fluat intellectus non informis, sed formatus naturis, omnium naturaliter cognoscibilium ab angelo, ut patet ex supradictis, & a philosophis tam Peripateticis, quam Platonicis concorditer asseritur. Quamuis ex eo quod habet potentialitatis, cõparet ad intellectũ formatũ, ut recipiens ad receptũ. Quemadmodũ in sensibilibus ex actualitate naturæ prouenit, quod ex ea fluant proprietates, & ex potentialitate fit ut recipiantur in ea. Et quia natura sicut non deficit in necessariis, ita non abundat dando superflua, propterea nulli tali rei ad quam per modum sequelæ naturalis non impedibilis, nata est sequi perfectio propria, oportuit naturam solicitari ad dandum sibi uirtutes, quibus posset acquirere sibi suam perfectionem. Cum enim talis natura sic sit instituta, quod causa necessario comitatur sua perfectio, superflue adiunctæ essent uirtutes, quibus naturaliter acquirere posset perfectionem, qua naturaliter carere non potest. Ex hac etiam radice manifeste prouenit, & quod intellectus angelicus nullum habet obiectum motiuum eius quo ad actum primum, & quod intellectus eius nunquam naturaliter est in statu potentię, & consequenter nullo eget actiuo.

¶ Ad obiectiones autem in oppositum de intellectu possibili dicitur, quòd nihil valent: quia non distinguunt inter per se, & per accidens. Potentia enim receptiua duplex est. Quædam per accidens coęua suo actui: & de tali procedunt obiectiones, quæ imaginantur intellectum angelicum esse, sicut intellectum nostrum, cui accidere potest quod habeat species coęuas. Quædam verò est per se coæua suæ perfectioni, quia scilicet est naturaliter inseparabilis ab ea, quẽadmodum figura respectu cœli: & talis non potest vocari possibilis, quoniam numquam est in statu potentiæ. Vnde ridiculum esset dicere, quod cœlum est possibile respectu suæ figuræ, apud philosophos, vt patet 9. Met. tex.17. & talis potentia est in intellectu angeli.

¶ Ad obiectiones vero de intellectu agente, dicitur quod peccant. Primò, quia obiectum illud quod ponitur adæquatum per prædicationem, non est vniuersale abstractum a sensibilibus, neq; totaliter, neque partialiter. Sed ex hoc ipso factum, quod illius species naturaliter sunt inditæ angelis: & ideo non oportet ponere aliquod agens ob illius abstractiones. Peccant secũdò, quia necessitas ponendi intellectum agentem, non est ex parte obiecti inquantum est vniuersale per prædicationem, sed inquantum est in rerum natura actualiter perfectiuum & motiuum intellectus. ponitur enim, ut cooperetur obiecto ad actuandum intellectum possibilem. Patet autem ex dictis, tale obiectum, s. in ratione motiui, nullum esse respectu angeli: nisi forte substantiam propriam, aut alicuius alterius superioris intelligentiæ, quas constat esse actus intelligibiles. Peccant tertiò, quoniam obiectum per prædicationem adæquatum, commune est omnibus intellectibus, s. ens aut verum: ac per hoc nullius intellectus propria venanda sunt. Sed proprium obiectum cuiusque intellectus est ens, & verum modificatum in per se primo obiecto motiuo, vel quasi motiuo illius. Quemadmodum ad intellectum nostrum se habet quod quid erat rei sensibilis, & ad quẽlibet angelum se habet substantia propria: & penes talia obiecta distinguuntur inter se intellectus, & propriæ eorum conditiones accipiuntur. Vnde posset dici, & bene, quod obiectum primo, & per se adæquatum in ratione motiui naturalis intellectus angelici cuiuslibet, est res singularis in essendo, s. essentia propria. Et cum obijcitur quod non continet virtualiter omnia, dicendum est, quod non est opus obiectum continere virtualiter omnia, sed sat est quod contineat omnia naturaliter cognoscibilia, secundum conditiones naturaliter cognoscibiles a tali intellectu repręsentatiue. & hoc conuenit essentiæ angeli, diuersimodè tamen respectu diuersorum: quoniam superiora repræsentat, quasi ut effectus causam, inferiora uero econuerso, quasi ut causa effectum. & uniuersaliter tam superiorum, quam inferiorum repræsentatiuas species uirtualiter continet, quamuis non eorum naturas, & hoc ultimum sufficit. Quoniam sat est, quod primum obiectum contineat uirtualiter cognitiones omnium. Diuini namque obiecti proprium est, & cognitiones, & naturas omnium continere.

¶ Ad obiectiones uero contra conclusionem iam patet ex dictis, quoniam salium est, quod intellectus agens pertineat ad per-

perfectionem simpliciter naturæ humanæ, sed pertinet ad perfectionem eius inquantum est natura imperfecta, immo imperfectissima in genere intellectualium, quoniam pertinet ad perfectionem acquisitiuam propriæ perfectionis, quæ præsupponit eius naturalem absentiam quæ imperfectionem importat manifeste. Vnde illa propositio. Potentiæ actiua, quę est perfectionis &c. nõ est uera, nisi de perfectione simpliciter, quoniam multa pertinent ad perfectionem inferiorum, quæ essent imperfectiones in superioribus. Patet etiam falsum esse, quod in omni natura ponendæ sunt uirtutes quibus posset acquirere suam perfectionem si careret illa, quoniam hoc non habet locum, nisi in his quæ naturaliter carere possunt sua perfectione. Alioquin oportet ét in Deo ponere intellectũ agentem & possibilem. De cognitione aũt singularis inferius erit sermo, pro nunc autem negatur intellectum angeli esse in potentia naturali ad quemcumque actum primum, siue sit obiectum uniuersale, siue sit subiectum singulare.

SVP. Q. LIIII.

ART. V.

CONCL. Angelis non possunt competere, nisi intellectus, & uoluntas.

¶ PROB. Quia intellectus, ac uoluntas, non sunt actus aliquarum partium corporis, aliæ autem uires sunt, & Angeli non habent corpora sibi naturaliter unita. Quia hoc, quod scilicet suprema intellectualis creatura sit totaliter intellectiua, congruit ordini uniuersi.

1^m ex August.

Sentit. ℞. Secundum opinionem ponentium angelos habere corpora sibi naturaliter unita non, secundum opin. Augu. & secundum rei ueritatem. §. Tunc &c.

Itẽ ex Augu.

Sentit. ℞. Secundum quandam similitudinẽ sensus, non secundum propriam acceptionem. §. Tunc &c. ut patet ex responso secundo literaly. Alio modo põt dici, quod auctoritates illæ & consimiles &c.

2^m de maiori.

Experientiam. ℞. Secũdum similitudinem cognitorum, non secundũ similitudinem uirtutis cognoscitiuæ. §. Tunc &c. Angeli enim, & homines per experientiã, cognoscunt singularia, sed Angeli non per sensum, ut homines.

¶ NOT. Diffinitio illa experientiæ ex Philosopho sumpta pro minori in argumento potest modo dicto competere angelo, si memoria sumatur pro memoria intellectiua, non autem si sumatur pro memoria sensitiua.

3^m ex Dionys.

Fantasia. ℞. Secundum similitudinem effectus, non, secundum ueritatem potentiæ talis, §. Tunc &c. licet enim uere careant potentia tali, idest fantasia, tamen falsam æstimationem praticam habent de uero bono. Decipi autem praticè per intellectũ, est effectus similis effectui frequentissimo fantasiæ.

[Margin notes: 279 — 1.q 79.a.1. 3. & mal. q.16.a.1.14. — Lib. 8.c.6. pau. a principio. 5. — Isidorus li. 1. de summo bono c.12. a me. — lib. 1. met. non remote a prin. libri tom. 3. Parte 4. parum a me. — Ho. 29 in euang. non lõge a principius. — Experientia. — q. 51. art. 1. — D. 136.]

ARTICVLVS V.

Vtrum in angelis sit sola intellectiua cognitio.

AD QVINTVM sic proceditur. Videtur, quod in angelis non sit sola intellectiua cognitio. Dicit enim Augustin.* 8. de Ciuitate Dei, quod in angelis est vita, quæ intelligit & sentit. Ergo in eis est potentia sensitiua.

¶ 2 Præt. Isidorus † dicit, quod angeli multa nouerunt per experientiam, Experientia autem fit ex multis memoriis, ut dicitur in prima Metaphysica.* Ergo in eis est etiam memoratiua potentia.

¶ 3 Præter. Dion. † dicit 4. cap. de Diui. nominibus, quod in dæmonibus est phantasia proterua. Phantasia autem ad uim imaginatiuam pertinet. Ergo, in dæmonibus est uis imaginatiua. Et eadem ratione in angelis, quia sunt eiusdem naturæ.

SED CONTRA est, quod Greg.* dicit in Homilia de Ascensione, quod homo sentit cum pecoribus, & intelligit cum angelis.

RESPON. Dicendum, quòd in anima nostra sunt quædam uires, quarum operationes per organa corporea exercentur, & huiusmodi vires sunt actus quarundam partium corporis, sicut est visus in oculo, & auditus in aure. Quædã vero vires animæ nostræ sunt, quarum operationes per organa corporea non exercentur, vt intellectus & voluntas, & huiusmodi nõ sunt actus aliquarum partium corporis. Angeli autem non habent corpora sibi naturaliter unita, ut supra ex dictis patet.* Vnde de viribus animæ non possunt eis cõpetere nisi intellectus & uoluntas. Et hoc etiam Commentator dicit 12. Metaphysico, quod substãtię separatæ diuiduntur in intellectum & uoluntatem. Et hoc conuenit ordini uniuersi, ut suprema creatura intellectualis sit totaliter intellectiua, & non secundum partem, ut anima nostra. Et propter hoc etiam angeli uocantur intellectus & mentes, ut supra dictum* est.

Ad ea vero, quæ in contrarium obiiciuntur, potest dupliciter respondere. Vno modo, quod authoritates illæ, loquuntur secundum opinionem illorum, qui posuerunt angelos & dęmones habere corpora naturaliter sibi vnita. Qua opinione frequenter Augustinus* in libris suis vtitur, licet eam asserere non intendat. Vnde dicit uigesimaprima* de Ciuita. Dei, quod super hac inquisitione non est multum laborandum. Alio modo potest dici, quod authoritates illæ, & consimiles, sunt intelligendę per quandam similitudinem, quia cum sensus certam apprehensionem habeat de proprio sensibili, est in vsu loquentium, ut etiam secundum certam apprehensionem intellectus aliquid sentire dicantur. Vnde etiam sententia nominatur. Experientia vero angelis attribui potest per similitudinem cognitorum, & non per similitudinem uirtutis cognoscitiuæ. Est enim in nobis experientia dum singularia per sensum cognoscimus. Angeli autem singularia cognoscunt, vt infra patebit.* sed non per sensum. Sed tamen memoria in angelis potest poni secundum quod ab Augustinus* ponitur in mente, licet non possit eis competere secundum, quod ponitur pars animæ sensitiuæ. Similiter dicendum, quod phantasia proterua attribuitur dæmonibus, ex eo quod habent falsam practicam existimationem de uerbo bono. Deceptio autem in nobis propriè fit secundum phantasiam, per quam interdum similitudinibus rerum inhæremus, sicut rebus ipsis, ut patet in dormientibus & amentibus.

APPENDIX.

EX articulo habes primo, quomodo per rationem ostendas, recte rationabiliter fuisse dictum a. &c. ut sup. q. 50. arti. 1. & 2 & q. 51. ar. 1. Vnde ibi, & applica bene. Illa enim iuuantur ab hoc artic. Et mutuo illum iuuant articulum. Secundo habes quomodo per rationem &c. ut ibi, quã tum ad præsens institutum sufficit. Tertio uides quomodo ex his ui cissim iuuetur Angelica doctrina hæc, atque stabiliatur.

¶ NOT. Pro huius articuli seruitio qualicunque stat articulus in ordin. 378. 261. 266. 389. 277. 293. 329. 287. 295.

[Margin notes: ar. 3. huius q. ad 1. arg. — Aug. li. 2. super Ge. ca. 17. ad fi. & li. 3. c. 10. lib. 21. de Ciuit. Dei c. 10. paulo post princ. to. 3. D. 766. Vel pro S. Eccl. — Pro studio vario. D. 442. q. 57. art. 2. — Li. 10. de Trin. c. 11. tom. 3.]

AR-

Comm. Cardinalis Caietani.

TItulus clarus est.

¶ In corpore articuli una est conclusio responsiua. In angelis est sola intellectiua cognitio. Probatur quadrupliciter, Primo ratione tali. In angelis, de uirtutibus animæ sunt solæ illę, quæ non sunt actus corporis, ergo in eis est tantum intellectus, & uoluntas, ergo in eis est sola intellectiua cognitio. Antecedens patet, quia angeli non habent corpora naturaliter unita. Prima uero consequentia declaratur, distinguendo duplex genus potentiarum animæ, s. organicarum, & non organicarum, secunda uero relinquitur per se nota Secundo probatur authoritate Auer. 12. Met. commentario 37. Tertio probatur ex congruentia ordinis uniuersi, quia scilicet, infima pars est tota sensibilis, & media, partim de genere sensitiuo, & partim de genere intellectiuo, unde restat, ut suprema sit intellectiua totaliter. Quarto, ex nominib. quia uocantur mentes, & intellectus, idem suadetur.

¶ Circa

¶ Circa primam consequentiam dubium occurrit. Quoniam mala uidetur, ex eo, quod in angelis est etiam potentia motiua, quae non est actus alicuius corporis.

¶ Ad hoc breuiter dicitur, quod, ut patet tertio de Anima, motiuum secundum locum ex parte animę, coincidit cum appetitiuo, quamuis ex parte corporis aliquid addat. Vnde cum in angelis non sint corpora, ita motiua eorum cum appetitiua coincidit. Propterea dixerunt Aristoteles, & Auerroys loco allegato, quod intelligentię mouent amando, & desiderando intellectualiter. Et propterea consequentia fuit optima uis. n. motiua, ut nō est uirtus organica, non differt ab intellectu & uoluntate. Potest quoque & tutius uici, quod quia exclusio nō fit a concomitantib. non est exclusa potentia motiua ex affirmatione intellectus, & uoluntatis tantum. Comes enim eorum inseparabiliter est.

Egid. 2. 9. d. 3. q. 2. artic. 1.
D. Bona. dist. 3. artic. 2. q. 2.
Thom. arg. dist. 3. q. 2. artic. 4.
Ant. And. d. 3. q. 8.
Cap. 2 d. 3. q. 2. con. 4.
Bannes q. 55. ar. 1.
Alb. Mag. 2. d. 3. ar. 15. & 16.

QVAESTIO LV.

De medio cognitionis angelicae, in tres articulos diuisa.

CONSEQVENTER quaeritur de medio cognitionis angelicae.

ET CIRCA hoc quaeruntur tria.

¶ Primò. Vtrum angeli cognoscant omnia per suam substantiam, uel per aliquas species.

¶ Secundo. Si per species, utrum per species connaturales, uel p species a rebus acceptas.

¶ Tertio. Vtrum angeli superiores cognoscant per species magis uniuersales, quam inferiores.

ARTICVLVS I.

Vtrum angeli cognoscant omnia per suam substantiam.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur, q angeli cognoscant omnia per suam substantiam. Dicit enim Dion.* 7. c. de Diui. nom. quod angeli sciunt ea, quae sunt in terra, secundum propriam naturam mentis. Sed natura angeli est eius essentia. Ergo angelus per suam essentiam res cognoscit.

¶ 2 Praet. Secundum Philosophū in * 12. Metaphy. & in 3. de anima, in his quae sunt sine materia, idem est intellectus & quod intelligitur. Id autem quod intelligitur, est idē intelligenti, ratione eius quo intelligitur. Ergo in his, quae sunt sine materia, sicut sunt angeli, id quo intelligitur, est ipsa substantia intelligentis.

¶ 3 Praet. Omne quod est in altero, est in eo p modum eius in quo est. Sed angelus habet naturam intellectualem. ergo quicquid est in ipso, est in eo per modum intelligibilem. Sed omnia sunt in eo, quia inferiora in entibus sunt in superioribus essentialiter, superiora uero sunt in inferioribus participatiuè. Et ideo dicit Dion.* 4. cap. de diuin. nominib. quod Deus tota in totis congregat, i. omnia in omnib. Ergo angelus omnia in sua substantia cognoscit.

SED CONTRA est, quod Dionys.* dicit in eodem capite, quod angeli illuminantur rationibus rerum. ergo cognoscunt per rationes rerum, & non per propriam substantiam.

RESPON. Dicendum, q illud quo intellectus intelligit, comparatur ad intellectum intelligentem, ut forma eius, quia forma est quo agens agit. Oportet autem ad hoc quod potentia perfecte compleatur per formam, quod omnia contineantur sub forma, ad quae potentia se extendit. Et inde est, quòd in rebus corruptibilibus, forma non perfecte complet potentiam materiae, quia potentia materiae ad plura se extendit, quam sit continentia formae huius, vel illius. Potentia aūt intellectiua angeli se extēdit ad intelligēdū omnia, quia obiectum intellectus est d ens vel verum commune. Ipsa autem essentia angeli non comprehendit in se omnia, cum sit essentia determinata ad genus & ad speciem. Hoc autem proprium est essentiae, diuinae, quae infinita est, ut in se simpliciter omnia comprehendat perfectè. Et ideo, solus Deus cognoscit omnia per suam essentiam, angelus autem per suam essentiam non potest omnia cognoscere, sed oportet intellectum eius, aliquib. speciebus perfici ad res cognoscendas.

AD PRIMVM ergo dicendum, q cum dicitur angelū secundum suam naturam res cognoscere, ly secundū, non determinat medium cognitionis, quod est similitudo cogniti, sed uirtutem cognoscitiuam, quae conuenit angelo secundum suam naturam.

AD SECVNDVM dicendum, q sicut sensus in actu est sensibile in actu, ut dicitur in 2. de Anima, non ita, quod ipsa uis sensitiua sit ipsa similitudo sensibilis, quae est in sensu, sed quia ex utroque fit unum, sicut ex actu & potentia, ita & intellectus d in actu, dicitur esse intellectum in actu non quod substātia intellectus sit ipsa similitudo per quam intelligit, sed quia illa similitudo est forma eius. Idem est autem quod dicitur, in his quae sunt sine materia, idem est intellectus & quod intelligitur, ac si diceretur, quod intellectus in actu, est intellectum in actu. Ex hoc enim aliquid est intellectum in actu, quod est immateriale.

AD TERTIVM dicendum, quod ea quę sunt infra angelum, & ea quae sunt supra ipsum, sunt quodammodo in substantia eius, & non quidem perfecte, neque secundum propriam rationem, cum angeli essentia finita existens, secundum propriam rationem ab aliis distinguatur, sed secundum quandam rationem communem. In essentia autem Dei, sunt omnia perfectè, & secundum propriam rationem, sicut in prima & uniuersali uirtute operatiua, a qua procedit quicquid est in quacunque re proprium, uel commune. Et ideo, Deus per essentiam suam habet propriam d cognitionem de rebus omnibus, non autem angelus, sed solam communem.

SVPER Q. LV.

ART. 1.

CONCL. Angelus non potest cognoscere omnia per suam essentiam, sed oportet intellectum eius aliquibus speciebus perfici ad res cognoscendas.

¶ PROB. Quia ad hoc, quod intellectus cognoscat, omnia per suam essentiam, oportet, quod essentia sua contineat in se omnia, ad quę se potest extendere intellectus, & essentia angeli non continet in se omnia, ad quae cognoscenda se potest extendere suus intellectus. Secunda autem pars. s. sed oportet &c. probatur. Quia hoc relinquitur clarum ex supradictis, (probationes harum propositionum, ut alibi dictum est patent in corpore.)

¶ NOTAT. Si angelus potest cognoscere per intellectum omnia (ut ex obiecto intellectus patet,) omnia uero hęc, ut quae sint naturaliter ab intellectu desiderata, quandoque cognoscet, & illa omnia (ut dicit conclusio) per essentiam suā cognoscere non potest patet, quod per aliquid aliud. (Hae sūt species) ad huiusmodi cognoscenda perfici debet. Bene additur ly omnia quoniam angelus per essentiam suam cognoscit aliqua, id est seipsū. Inf. q. 60. ar. 1. ad 1.

1^m ex Dionys. Secundum propriam naturam mentis. R. Tā quam uirtutem natura sua cognoscitiuam, non tanquam medium cognitionis. §. Tunc &c. Nos enim loquimur de medio cognitionis, &c. non de modo, quo mēs conuenit angelo, an. s. secundum propriam naturam, uel non.

2^m ex Philosopho. Idem R. Eo modo, quo ex actu, & potentia fit unum, nō, eo modo, quo res una est alia. §. Tunc nihil &c. Nam sicut sensus in actu est sensibile in actu &c ut in litera.

3^m de maiori. Est in eo per modum eius, in quo est. R. Vel perfecte, uel imperfecte. §. Tunc &c. Imperfecte, n. tantum omnia sunt

Marginalia: 280 — 2. d. 12. a. 3. 5. & 3. d. 14. artic. 1. q. 2. cor. & 1. — C. 7. a me. — li. 12. Met. tex. 51. & 1. de ala tex. 15. co. 2. — C. 4. par. 1. parum ante mediū. — C. 4. nō remote apri. — D. 752. — D. 762. — D. 472.

ARTI-

sunt in angelo, & consequenter imperfecte, idest secundum quandam cognitionem communem illa cognoscit per essentiam suam ut arguitur. Nos autem de cognitione, qua cognoscit perfecte, loquimur, tantum.

APPENDIX.

Vti. pro S. F. I.

EX articulo habes primo, quomodo per rationem ostendas, recte insinuari a scripturis, quod angeli non cognoscũt omnia per suam substantiam, dum dicunt Isai. 63. Quis est iste, qui uenit de Edon tinctis uestibus de Bosra? Item Psalm. 23. quis est iste rex gloriæ? Item Marci 13. De die illo nemo scit, neque angeli Dei: Item Ephes. 3. Quę sit dispensatio sacramenti absconditi in Deo, ut innotescat principatibus & potestatibus in cęlestibus per Ecclesiam multiformis sapientia Dei. Si enim cognoscerent omnia per substantiam suam, cum substantia sua semper illis uniformiter adsit, uniuersa illa, quæ dicta sunt, uiderentur nosse, scilicet & diem iudicii, de quo Mar. 13. & mysteria cuncta humanatis Christi, de quibus Isa. 63. cum Psal. 23. atque Eph. 3. Super hoc ad Ephesios (si uis) DD. Hieronymum, & Chrysostomũ uide. Secundo habes quomodo per rationem sensum illum rationabiliter a scripturis insinuatum declares, probes, & quantum expedit, tuearis. Tertio uides quomodo ex his uicissim Angelica firmetur conclusio.

a

f

¶ Not. Huic articulo qualitercunque seruit in ordine articulus 283. 417. 338. 390. 276. 25. 85. 81. 425.

Pro studio uar. coor.

Comm. Cardinalis Caietani.

IN titulo nota quatuor terminos. Primo, ly intelligant, stat. n. ꝓ cognitione distincta. Secundo ly omnia, distribuit namque ꝓ omnibus rebus, & rerum prædicatis ac conditionib. naturaliter cognoscibilib. ab angelo. Tertio, ly per, denotat habitudinem cãæ formalis, eo modo quo ratio intelligendi formaliter ad intellectionem concurrere creditur. Quarto ly substantiam suam, intellige cum præcisione, i. solam, ad excludendum species intelligibiles & superiores substantias, ita quod sensus quæstionis est, utrũ essentia angeli sit sufficiens ratio intelligendi omnia ab angelo naturaliter cognoscibilia, tantum, quãtum potest illa cognoscere.

¶ In corpore est una conclusio responsiua quęsito negatiue. s. Angelus non cognoscit omnia per essentiam suam, sed per similitudines superadditas: Probatur sic. Nulla forma cõplete perficit aliquã potentiã, nisi contineat omnia ad quæ se extẽdit potẽtia illa, sed essentia angeli se hêt ut forma respectu suæ intellectiuæ potentiæ, & non continet omnia quæ põt angelus intelligere, ergo, non est ei forma adæquata, & consequenter non omnia per illam intelligit angelus. Maior propositio declaratur a posteriori, in forma & materia sensibilium, minor uero, quo ad primam partẽ probatur, quia quo intellectus intelligit, se habet ad ipsum ut forma eius. Quod probatur, quia quo agens agit est forma. Secunda uero pars probatur, q̃a intellectus angelicus extendit se ad omnia. Quod probatur, q̃a ens & uerũ est obiectũ intellectus oĩs. Essentia autem angeli non continet in se omnia. Quod probatur. Tum quia est determinata ad genus & ad speciem. Tum, quia continere in se omnia, est proprium essentiæ diuinæ, quæ est infinita simpliciter. Nota primo, quod secunda pars cõclusionis per modum cuiusdam sequelæ a S. Tho. apposita est. & non probata, sed quasi per se nota dimissa apud supponentes, angelos habere cognitionem de rebus omnibus secundum proprias rationes earum, & concedentes dari species intelligibiles. Vnde duæ hic annectũtur quæstiones. Altera, an angeli cognoscant omnia secundum proprias rationes. Altera, an dentur species intelligibiles. Et secunda quidem seorsum tractabitur. Ad primam autem, quia directe spectat ad propositum, & expresse hoc sumitur in minore, esset nunc dicendum, nisi inferius multis quæstionibus sigillatim discutienda esset, unde pro nunc supponatur. Nota secundo, quod in præsenti ratione supponitur, essentiam angeli posse esse rationem intelligendi, & discutitur, an respectu omnium intelligibilium ab eo, sit ratio, an non respectu omnium. Illud autem quod præsupponitur, in sequenti quæstione art. 1. explanabitur, & discutietur, hoc autem tanquam communiter confessum supponitur. Nota tertio, quod continentia, de qua est, sermo in maiore & minore, est continentia completa, siue formalis siue uirtualis sit, cõpleta autem continentia dicitur, quando aliquid continetur secũdum omnes ipsius conditiones formaliter, ut genus in specie, uel uirtualiter, ut creaturæ sunt in creatoris potentia. Nam nisi de huiusmodi continentia sit sermo, forma non adæquaret potentiã quantumcunque esset continens alias Et sic minor clara est, quoniam essentia angeli sola, etsi sit inferiorum quasi exemplar, & superiorum quasi effectus, & ex ea fluant species omnium, in se tamen secundum se solam, non æquiualet speciebus ex ea fluentibus, quoniam multa addunt in repræsentando, quæ sola per se ipsam repræsentare nequit. Quia ea, quæ repræsentantur in solo Deo continentur, secundum omnes eorum conditiones, quia addunt aliquid positiui, quod in angelorum essentiis non continetur, quia sunt finitę. Nota quarto, quod cum in litera probatur, quod quo intellectus intelligit, est forma eius, quia quo agens agit, est forma eius sumitur agens, & agere communiter, ut etiam comprehendit actionem immanentem, quæ non est actio, sed qualitas, uis tamen rationis non infirmatur ex hoc, immo ualida magis redditur. Quoniam si intelligere est tale agere, quod. est esse tale, a fortiori sequitur, ergo quo fit agit, est eius forma, quia est quo intelligens habet tale esse.

Ferr. 2. con. c. 91. 94.
Scot. 2. 5. d. 3. q. 11.
Egid. 2. 5. d. 3. q. 2. art. 2. & q. disp de cog. ang. q. 4, & quol. 3.
D. Bona 2. p. d. 2. art. 2. quest. 1.
Duran. d. 3. q 6.
Bannes ar. 2.

281
Inf. q. 89. a. 2. 1. & 3. & 2. d. 3. q. 3. a. 1. & uer. q. 8. ar. 9. & 2. cont. ca. 91. 6. & 94. & op. 3. ca. 124.

SVPER Q. LV. ART. II.

COncl. Species, per quas angeli intelligunt, non sunt a rebus acceptæ, sed eis connaturales.

¶ Prob. Quia oportet intelligere perfectionem substantiarum supremarum intellectualium, sicut est perfectio in substantiis supremis corporalibus. Et in his supremis corporalibus naturaliter potẽtia perficitur totaliter per suã formam a principio receptam, ita ut nullam aliam formam substantialem expectet. Quia modus essendi correspõdere solet modo operãdi. Et angeli hunc modum essendi habent, s. quod sunt totaliter a corporibus absoluti, immateriales ac in esse intelligibili subsistentes, (unde probationes horum propositionum in corpore, ut alibi monuimus pro semper.)

ARTICVLVS II.

Vtrum angeli intelligant per species a rebus acceptas.

AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur, quod angeli intelligant per species a rebus acceptas. Omne enim quod intelligitur per aliquam sui similitudinem, in intelligente intelligitur. Si militudo aũt alicuius in altero existens, aut est ibi per modum exemplaris, ita quod illa similitudo sit causa rei, aut est ibi per modum imaginis, ita quod sit causata a re, oportet igitur quod omnis scientia intelligentis, uel sit causa rei intellectæ, uel causata a re. Sed scientia angeli, non est causa rerum existentium in natura, sed sola diuina scientia. Ergo oportet, quod omnes spẽs, per quas intelligit intellectus angelicus, sint a reb. acceptæ.

¶ 2 Præt. Lumen angelicum est fortius quam lumen intellectus agentis in anima. Sed lumen intellectus agentis abstrahit species intelligibiles a phantasmatibus, ergo lumen intellectus angelici potest abstrahere species, etiam ab ipsis rebus sensibilibus. Et ita, nihil prohibet dicere, quod angelus intelligat per species a rebus acceptas.

¶ 3 Præte. Species quæ sunt in intellectu, indifferenter se habent ad præsens & distans, nisi quatenus a rebus sensibilibus accipiuntur. Si ergo angelus non intelligit per species a rebus acceptas, eius cognitio indifferenter se haberet ad propinqua & distantia, & ita frustra secundum locum moueretur.

SED CONTRA est, quod Dion. dicit * 7. c. de diui. nomi. quod angeli non congregant diuinam cognitionem a rebus diuisibilibus, aut a sensibilibus.

Ca. 7. inter prin. & medium.

RESPON. Dicendum, quod species per quas angeli intelligunt, non sunt a rebus acceptæ, sed eis connaturales. Sic enim oportet intelligere distinctionem spiritualium substantiarum & ordinem, sicut est distinctio & ordo

1m de conclusione prima. Vel causa rei intellectæ, uel causata a te. ℞. Vel causata a causa rei §. Tunc &c. Tales enim similitudines in angelo sunt causatæ a causa rei,i.a Deo. Diuisio igitur in argumento facta erat insufficiens.

2m illatio conclusionis. Ergo lumē &c. ℞. Negatur illatio. §. Nam angelus caret imaginatione,ideo non potest has reducere sic. uide literam.

¶ Not. Ne mireris, quod prӕter modū consuetum in scholis, glossatur sæpius conclusio,uel etiam negatur illatio conclusionis,quoniam hoc fuit necessarium ex eo, quod multotiens argumento nō sunt totaliter in debito modo vel forma (repręsentat, enim Sanctus Doctor in argumentis modum procedendi hæreticorum, sæpius incōpactum ad decipiendū catholicos,uel ad sauēdum suos in erroribus per inanem fallaciam philosophandi,) quorū argumentorum, si qđ omnia seruassent debitas uias syllogizandi negaretur aliqua præmissarum, uel saltem glossaretur. Quando igitur de illationis conclusionis,uel de conclusione nos uerba facere uideris, id factum esse puta ad extricandum intricationes parallogizandi hęreticorum,uel etiam alias tentationū diaboli,sic ad fantasiam alicuius hominis,quem sub specie ueri uult decipere, argumentatis.

Item de conclusione. Intelligat,per species a reb. acceptas. ℞. Si indigeret eis. §. Dato tamen,quod eas posset abstrahere, sed non concesso (ut prima responsio habet,) uide responsum secundum, ly dato etiam, quod posset &c.

li. 2. super Gen. ca. 8. circa prin. to. 3.

do corporalium. Suprema autem corpora habent potentiarum in sua natura totaliter perfectam per formam. In corporibus autem inferioribus potentia materiæ non totaliter perficitur per formam,se accipit nunc unam, nunc aliam formam ab aliquo agente. Similiter & inferiores substātiæ intellectiuæ scilicet animæ humanæ, habent potentiam intellectiuam,non completam naturaliter. Sed completur in eis successiuè,per hoc quod accipiunt species intelligibiles a rebus. Potentia uero intellectiua in substātiis spiritualibus superioribus, idest in angelis,naturaliter completa est per species intelligibiles connaturales,inquantum habent species intelligibiles connaturales ad omnia intelligēda,quæ naturaliter cognoscere possunt. Et hoc etiam ex ipso modo essendi huiusmodi, substantiarum apparet. Substantiæ enim spirituales inferiores, scilicet animæ, habent esse affine corpori inquantum sunt corporum formę, & ideo ex ipso modo essendi competit eis ut a corporibus & per corpora suam perfectionem intelligibilē consequantur,alioquin,frustra corporibus unirentur. Substantiæ uero superiores,i.angeli,sunt a corporibus totaliter absolutæ immaterialiter & inesse intelligibili subsistentes,& ideo suam perfectionem intellibigilem consequuntur per intelligibilem effluxum,quo a Deo species rerum cognitarum, acceperūt simul cum intellectuali natura. Vnde Aug.dicit * 2.super Genesim ad literam,quod cætera quæ infra angelos sunt, ita causantur, ut prius fiant in cognitione rationalis creaturæ ac deinde in genere suo.

3m de conclusione. Frustra ēm locū moueret. ℞. Si mouetur ad cognitionē accipiēdā, non,si mouetur ad opandū in loco.§. Tunc &c.ut patet in textu.

APPENDIX.

Vti.pro S. Eccl.

Ex articulo habes primo, quomodo per rationem ostendas,recte insinuatum esse a scripturis, angelos per species innatas cognoscere,& consequenter non per species a rebus acceptas, & hoc quando dixerunt Ezechiel uigesimooctauo. Tu Cherub signaculum similitudinis plenus sapientia. Nota ly plenus sapientia. Loquitur ibi Deus ad primum angelum (secundum Sanctus Doctores,) & uocat eum Cherub, ac plenum sapientia,

Ad primum ergo dicendum, quod in mente angeli,sunt similitudines creaturarum,non quidem ab ipsis creaturis acceptę, sed a Deo, qui est creaturarum causa,& in quo primo similitudines rerum existūt. Vnde August.dicit in eodem * libr. quod sicut ratio qua creatura conditur, prius est in uerbo Dei quam ipsa creatura quæ conditur, sic & eiusdem rationis cognitio prius fit in creatura intellectualis, ac deinde est ipsa conditio creaturæ.

Ad secundum dicendum,ꝙ de extremo ad extremum non peruenitur nisi per medium. Esse autē formæ in imaginatione, quod est quidem sine materia,non tamen sine materialib.cōditionib.mediū est inter esse formæ, quæ est in materia,& esse formę quæ est in intellectu per abstractionem a materia, & conditionibus materialibus. Vnde quantumcunque sit potens intellectus angelicus, non posset formas materiales reducere ad esse intelligibile, nisi prius reduceret eas ad esse formarum imaginatarum. Quod est impossibile, cum careat imaginatione,ut dictum * est. Dato etiam quod posset abstrahere species intelligibiles a rebus materialibus, non tamen abstraheret, quia non indigeret eis, cum habeat species intelligibiles connaturales.

Ad tertium dicendū, quod cognitio angeli indifferēter se habet ad distans & propinquum secundum locum. Nō tamē propter hoc motus eius localis est frustra. Non enim mouetur localiter ad cognitionem accipiendam, sed ad operandum aliquid, in loco.

Hanc ergo cognitionē magnam habebant tūc. Quando? A die (subinfertur ibi) conditionis tuæ. Igitur per species a rebus acceptas ipsam non habuit. Quod quidem secundum opinionem græcorum certum est,cum secundum illos Angeli ante mundum corporeum conditi sint, quæstio. 61. articulo tertio, & consequenter a die conditionis suæ, non potuerint angeli intelligere ista creata per species ab istis acceptas. Nihilominus etiam secundum opinionem latinorum de angelis simul cum mundo corporeo creatis uerū apparet, quod illa tanta & extensiua, & intensiua (de qua ibi propheta) cognitio rerum non fuerit in angelo per species a rebus acceptas. Non enim uidetur uerisimile, quod in instanti, uel quasi, potuerit angelus habere tantam rerum cognitionem per species ab ipsis acceptas. Quod enim in tam breui spatio tot rerum tot species ab ipsis collegerit, uix intellectus noster quiete capere potest. Et tamen ibi per Ezec.dicitur,quod tunc a die conditionis erat Cherub & plenus sapientia. Rationabile ergo ualde est, quod scriptura per tale dictum innuere noluerit, quod per species diuinitus a principio sibi inditas intelligant angeli,& quod omnium rerum species tales ipsi ab initio habuerint nō a rebus, sed a Deo acceptas. Secundo, habes quomodo per rationem idipsum declares, probes, & quarum expedit, defendas. Tertio uides,quomodo ex hoc, similibusque locis uicissim firmetur doctrina articuli huius.

lib. 2 super Ge. c. 7. cir. med. to. 3.

q. præc. ar. 5. Secunda responsio.

2
3

¶ Notatio. Articulo isti utcunque seruit articulus in ordine 87. 291. 293. 428. 373. 455. 58. 494. 266. 284. 279. 288. 527.

Comm. Cardinalis Caietani.

Titulus clarus est.

¶ In corpore articuli una est conclusio respōsiua. Species per quas angeli intelligunt,non sunt a rebus acceptæ, sed sunt eis connaturales. Et probatur tripliciter,duabus rationibus,& unica authoritate Aug. Prima ratio est. Distinctio, ordoque corporalium habet,ut corpora inferiora sint in potentia ad perfectiones suas,& successiue acquirant eas, corpora uero superiora congenitas habeant suas perfectiones, sintque naturaliter completa &c. ergo distinctio ordoque substantiarum intellectualium hoc idē habebunt,ut scilicet inferiores intellectus sint in potentia ad suas perfectiones superiores uero habeant eas naturaliter congenitas. Tales autem perfectiones sunt,species intelligibiles ergo.

¶ Circa hanc rationem aduerte,quod Scotus in 2.q.3.q. ult. [illegible] hanc ratione non concludere propositum,sed magis oppositum. Quia perfectiones cęlestes sunt causabiles a Deo solo,perfectiones uero angelicæ sunt causabiles a creaturis. Ex hoc n.sequitur,& quod ratio non concludit,quia nō est idem iudiciū utriusque,& quod infer oppositum,quia perfectiones causabiles a creaturis,facit prouidentia diuina ꝑ secundas causas. Constat autem quod

quod obiectum & intellectus possunt causare speciem. ergo Durandus quoque tripliciter dicit hanc rationem peccare. Primo, in proportionalitate corporum superiorum ad inferiora, & angelorum ad animas nostras, quia aut intelligitur uniuersaliter, & sic est falsa, quoniam superiora corpora generant inferiora, angeli autem non generant animas, aut particulariter, & sic nihil concludit. Secundo, in complemento naturali corporum cælestium, qa aut intelligit de perfectione substantiali, & sic non est ad propositum, aut de accidentali etiam, & sic falsum assumit, quia luna & stellæ recipiunt lumen a sole. Tertio, ducendo ad impossibile, quia stantibus assumptis propositionibus tuis, sequeretur ꝙ angelus esset sic naturaliter perfectus, quod non esset in potentia ad aliquam accidentalem perfectionem & consequenter nullam de nouo posset habere actualem cognitionem, ꝙ tu negares.

¶ Ad has obiectiones facile respondetur, notando duas distinctiones. Prima est de perfectionibus angelicis, siue cælestibus, ꝙ dupliciter possumus de eis loqui. Vno modo secundum ratione communem, & sic utræque sunt causabiles a creaturis. Figura.n. motus, & lumen, & species intelligibiles in communi, entia sunt, acquisibilia per actionem creaturarum, de nouo. Alio modo secundum proprias rationes. prout & inquantum sunt in tali, & tali natura, s. cęlesti & angelica. Et hoc pacto, supponere perfectiones angelicas esse causabiles ab extra, aut non causabiles, est petitio principii, quia hoc est quod quærendo uertitur in dubiū. S. Tho. rationabiliter ex hoc, quod natura indidit corporibus cęlestibus perfectiones suas, quæ tamen in communi sunt de nouo acquisibiles, intulit a fortiori, intelligentias esse tales naturas, quibus cōgenitæ sint propriæ perfectiones, quæ etiam in communi sunt de nouo acquisibiles. Et ex hoc a priori sequitur, qđ neutræ ut in tali natura sunt, sunt causabiles ab extra, sed ab actore naturæ tantum. Et ex hoc patet responsio ad Scotum. Secunda distinctio est de potentia, quia ut dicitur 8. Phys. dupliciter contingit aliquid esse in potentia, s. essentiali, i. ad actum primum, aut accidentali, i. ad actum secundum. Et ut patet in 2. & 3. de Anima, intellectus tunc dicitur esse in potentia essentiali, quando est sicut tabula nuda. Tunc autem in potentia accidentali, quando est sicut sciens, non actu intelligens, in proposito ergo sermo est de potentia essentiali & ad perfectionem secundum actum primum, non aliquā sed omnem, tam substantialem quam accidentalem, naturalem tamen. Vnde ad primam instantiam dicitur, quod obiectio est satis puerilis, quoniam aliud est arguere ex propositionibus particularibus, & aliud est arguere ex una conditione particulari alicuius naturæ. Arguimus enim hic ex ista corporum cœlestium conditione, quia scilicet sunt naturaliter completa, & tamen facimus propositionem uniuersalem de omnibus corporibus primis. Vnde proportionalitas illa est particularis quo ad conditionem, in qua attenditur, & est uniuersalis, quo ad prædicationem.

¶ Ad secundam uero instantiam dicitur, quod corpora cęlestia quamuis comparentur ad perfectiones accidenrales, ut potentia ad actum, quia se habent ut receptiuum ad receptum, non tamen sunt in potentia essentiali aut accidentali, respectu earum, unde non est ad propositum talis potentialitas.

¶ Ad tertiam uero instantiam dici potest dupliciter. Primo, quod proportionalitas inter angelos & corpora cælestia, magis attenditur secundum potentiam essentialem quam accidentalem, quia actus secundus corporum est operatio transiens, angelorum uero imanens, actus uero primus, utrobique est in eo, cuius est, & quo ad hoc eiusdem ordinis. Tum, quia actus primus utrobique est naturalis, actus uero secundus non sed angelorum est operatio libera, corporum uero naturalis. Et propterea, hæc absque imperfectione non essent in potentia accidentali. Illi uero ex libertate, in natura tamen finita, habent potentialem accidentalem. Secundo dici potest, quod quemadmodum in corporibus cęlestibus potest de nouo aliquid acquiri partialiter, ut patet de partibus motus & terminis eius, & similiter & partibus lunæ, quo ad illuminari, ita in angelis est potentia accidentalis ad aliquam nouam cognitionem, proportionaliter enim se habent. Corpora namque cœlestia semper mouentur, & tamen mutantur de termino in terminum, & luna semper illuminatur, & tamen semper mutatur. Angeli autem & semper actu intelligunt, saltem seipso, & mutantur de una intellectione in aliam respectu aliorum cognitorum.

¶ Secunda ratio est, modus quo res naturaliter perficitur, causatur ex naturali modo essendi eiusdem. Cuius signum est, quod in anima nostra, cuius naturalis modus essendi est in corpore re, naturalis etiam modus quo perficitur est, ut accipiat a corpore, alioquin frustra uniretur corpori, cum materia sit propter formam, & non econuerso. Sed angeli subsistunt absque omni coniunctione ad corpus, ergo perficiuntur absque acceptione a corpore, per influxum intelligibilem, ab actore naturæ.

¶ Circa hanc rationem Scot. ubi supra dicit quod quamuis ex modo essendi animæ, concludatur modus quo perficitur, ex incorporeitatem tamen angeli, non potest concludi, quod non perficiatur ab obiecto corporeo, quoniam independentia a corpore, ut materia, non infert independentiam a corpore, ut obiecto.

¶ Ad hoc dicitur, quod processus Sancti Thomæ iuxta doctrinam traditam 1. Posteriorum procedit scilicet, Si affirmatio est causa affirmationis, negatio erit causa negationis, & tenet in causis propriis. Si enim propria causa, quare anima accipit perfectionem suam a corpore, est modus essendi eius, consequens est, quod negatio talis modi essendi, erit causa negationis talis modi perficiendi, immo oppositus modus essendi, erit causa oppositi modi perficiendi. Quod autem modus essendi animę sit propria causa modi perficiendi passiue, probatur a Sanct. Thom. quia aliter unio animæ intellectiuæ ad corpus, quæ importat talem modū essendi, frustra esset. Et tenet sequela, quia talis unio, aut est primo propter bonum animæ, aut propter bonum corporis. Sed hoc non potest dici, quia forma non est propter materiam relinquitur ergo illud, quia materia est propter formam. Constat autem proprium bonum animæ intellectiuæ in perfectione intellectuali consistere. Et ex hoc patet quod independentia naturalis a corpore ut a materia, infert independentiam ab eodem, ut obiecto.

¶ Sed contra hoc tamen instat iterum Scotus in 4. dist. 45. dicens, dupliciter posse solui hanc rationem, primo dicendo, quod non sequitur, animam frustrā uniri, si per hanc uiam, & per aliam possit perfectio acquiri, sicut non sequitur, frustra potionem sumere infirmum, qui etiam perfectionem absque potione posset sanari. Secundo, dicendo quod anima non unitur propter bonūm proprium, nec materię, sed totius compositi, & sic utroque modo negatur, quod modus essendi talis, sit propria causa talis modi perficiendi.

¶ Ad primum horum dicitur in generatione entium & perfectorum, non contingit ponere plures modos, ut patet in naturalibus, non ergo est rationabile, perfectionem substantiæ intellectualis pluribus modis posse naturaliter fieri, quoniam unius naturæ, unus est modus naturalis suę perfectionis. Secundo, quod frustra fit per plura quod fit per pauciora æque bene. Sed sic esset in proposito, immo melius anima perficieretur immediate ab obiecto, quam a uice obiecto, i. phantasmate, igitur aut iste non erit naturalis, aut ille.

¶ Ad secundum autem dicitur, quod quia intellectuale ut sic, non est actus corporis, consequenter ut sic, non est pars compositi corpore, ergo loquendo de substantia intellectuali formaliter, non potest dici quod primo est propter compositum, nisi assignetur ratio, quare unibilis est corpori. Nec potest dici, quia est talis forma, puta intellectiua simul & sensitiua, quia de hac coniunctione quæritur eodem modo, aut propter bonum sensitiui aut intellectiui. Non primum, quia illud est ut materia. Ergo secundum, scilicet ut a sensibus accipiat, & habetur intentum, in responsione ad secundum, ubi ponuntur duæ uiæ respondendi, aduerte, quod Scotus in locis allegatis impugnat primam responsionem tripliciter. Primo contra eius efficaciam arguit sic. Esse imaginabile, aut ponitur medium inter esse intelligibile & sensibile ex parte obiecti, seu rei cognitæ, aut ex parte intellectus, seu potentiæ abstrahentis. Si ex parte rei, sequeretur, quod etiam Deus non posset intelligere lapidem, nisi media imaginatione, aut esse imaginabili. Si ex parte intellectus, argumentum non concludit, quia stat ꝙ aliquid sit medium uirtuti inferiori, & tamen non sit medium uirtuti superiori, sicut (uerbi gratia) gradus caloris ut quatuor, habet rationem medii, respectu uirtutis calefactiuæ debilis, paulatim calefacientis, & non uirtutis uehementis, subito magnum calorem inducentis.

¶ Secundo ad idem arguit sic. Nihil est in phantasmate, per quod sufficiat ad causandum speciem intelligibilem in suo ordine, quod non eminentius sit in re, cuius est phantasma, ergo res sensibilis in se ipsa, potest communicare speciem igitur phantasma est medium per accidens idest pro statu isto. Antecedens probatur, quia phantasma per hoc tantum agit, quia est repræsentatiuum obiecti.

¶ Tertiò cōtra eius ueritatem instat, uolens falsum esse, quod esset imaginabile sit medium inter esse intelligibile & sensibile, quoniam esse imaginabile comprehenditur sub hoc extremo, qđ est esse sensibile, quemadmodum imaginatio sub cognitione sensitiua.

¶ Ad has obiectiones dupliciter dici pōt. Primo ꝙ S.T. iō addidit secundam responsionem qa uidebat rōnem hanc pati calūniam nec credidit ipsam esse necessariam, sed probabilē. Ego aūt puto opinatum esse ipsum cum Auerroy in de Sensu & sensato, hanc rōnem necessario concludere, si philosophię propositiones, ut philosophos decet admittantur. Addidit tamen secundam responsionem, ut theologantibus & sm imaginationem loquentib. satisfaceret. Dicendum est ergo, quod ratio efficax est, quod medium hoc est essentiale, non tm in essendo, sed etiam in causando,

do: non simpliciter, sed respectu talis causæ, scilicet rei sensibilis. Quòd enim esse imaginabile sit medium in essendo, inter esse sensibile exterius, & esse intelligibile, per se notum est: quia qd-quid erat esse imaginabilis, partim est materiale, & partim spiri-tuale. Quòd uerò sit medium in causando esse intelligibile non simpliciter, ex eo patet, quòd effectus iste, scilicet esse intelligi-bile, potest causari absque esse imaginabili concurrente: vt patet de speciebus congenitis ipsis angelis. Quòd autem sit medium essentiale in causando eundem effectum respectu talis causæ, sci licet sensibilis exterioris, id est, quòd si esse intelligibile causari debet à re sensibili extrinseca, causari non potest nisi per tale me dium, scilicet esse imaginabile. Et loquimur semper de potentia & ordine naturali. Declaratur ex illa maxima Dionys. 7.cap. de diuin.nom. scilicet, quòd ordo uniuersi hoc habet, vt supremum infimi, attingat infimum supremi. Ex hac enim habeo, quòd sen-sibile non nisi in suo supremo, pertingit ad infimum ordinem in-telligibilem. Constat autem, quòd supremum in ordine sensibi-lium est, esse imaginabile: quia est spiritualissimum & propinquis-simum intelligibilitati: & quòd infimum in ordine intelligibili, est concurrere ad speciem intelligibilem educendum de poten-tia ad actum: igitur naturalis ordo rerum exigit, vt res sensibilis secundum esse omnino materiale, non possit esse immediatum cooperans virtuti intellectuali, producenti esse intelligibile. Sed si cooperari debet, oportet quod prius ad summum gradum per-ueniat. Habeo etiam secundo, quòd solus intellectus humanus, qui est infimus in ordine intellectualium, coniungitur supremo sensibilium, quod est concurrere cum sensibilibus ad habendum & colligendum esse intelligibile. Intellectus uerò superiores, al-tiori modo illud obtinent. Et ex hoc patet responsio ad obiecta. Nam dicendum est ad primum, quod esse imaginabile est mediũ non solum ex parte virtutis intellectiuæ, sed etiam ex parte sen-sibilis rei cognitæ, non inquantum habet rationem obiecti, seu termini, sed inquantum habet rationem causæ & motiui. Et sic patet instantias non obstare.

¶ Ad secundam verò, negatur assumptum: quoniam spirituali-tas phantasmatis, non per accidens, sed per se concurrit ad talem causalitatem, vt ex dictis iam patet. Ad probationem autem di-citur, quòd phantasma agere ratione naturæ repræsentatæ tan-tum, potest dupliciter intelligi. Vno modo tanquàm ratione a-gendi, & sic conceditur. Alio modo, tanquàm conditione agen-tis, & sic est falsum. Quidditas.n. bouis, non secundum quodcũque esse, est proximum principium suiipsius in esse intelligibili, sed se-cundum esse spiritualissimum proprij ordinis, scilicet sensibilis. Vnde quemadmodum quod quid erat esse bouis, est prima ra-tio agendi in generatione naturali, cum bos generat bouem: esse autem materialiter & sensibiliter, vt bos est: in rerum natura, est conditio & rationis agendi, & agentis: ita cum phãtasma speciem intelligibilem concausat (cum phantasma nihil aliud sit, quàm natura bouina in tali esse spirituali) ratio agendi est ipsa natura: sed conditio rationis agendi & agentis, est talis spiritualitas, quæ, non eminentius continetur in obiecto extrinseco, quoniam ipsa est ab anima, non quacumque, sed suprema, seu secundum sui su-premum, quoniam sensitiuum ex coniunctione ad intellectiuum, obtinet uim cogitatiuæ, à qua est tanta spiritualitas. Nec obstat, quòd phantasma sit quantum quoddam, & materiale, ac per hoc conueniens in modo essendi cum obiecto extrinseco: quoniam vt ex dictis patet, modus ille essendi, quamuis sit eiusdem generis, est tamen alterius & nobilioris rationis, adeo ut differat ab illo plusquam genere physico, & sic supremus in toto latitudine mo-dorum essendi sensibilium: vt summa propinquitas eius ad ordi-nem intelligibilium testatur. Et propterea, vt dictum est, quiddi-tas in tali esse, potest esse naturalis cõcausa esse intelligibilis, non autem quidditas in esse omnino materiali.

¶ Ad tertium uerò dicitur, quòd esse sensibile duobus modis sumi potest. Vno modo communiter: & sic constat, quòd esse ima ginabile est eius species. Alio modo magis strictè, & vsitatius pro sensibili exteriori: & sic constat imaginabile esse medium: & quia de tali sensibili est sermo, vt per se notum est, ideo obiectio est satis friuola.

¶ In responsione ad tertium, aduerte quòd Scot. in 4. dist. 45. quæst. 2. tenens distantiam localem impedire cognitionem tam angeli quàm animæ separatæ, authoritatibus munit se, scilicet August. in lib. de cura agenda pro mortuis, & Gregorij, in homi-lijs, dicentium, animas separatas nescire quæ fiunt hic, sed ea di-scere vel ab angelis, vel ab animabus hinc euntibus, vt sancti Pa-tres didicerunt à Ioan. Bapt. descensum ad inferos. Adducit etiã duas authoritates Arist. alteram ex 8. Physic. vbi vult intelligen-tiam mouentem orbem esse præsentem illi parti vndè incipit, seu vbi est uelocissimus motus: alteram ex 7. Physic. vbi uult agens & patiens esse simul, simultate contactus in corporibus, vel simul-tate maiore, s. mutuæ præsentiæ in spiritualibus: apud ipsum er-go requiritur præsentia, nec æqualiter se habent intelligentia ad distans & propinquum.

¶ Ad has obiectiones dicitur, quòd peccant primò, quia suppo nunt angelum seu animã separatam accipere cognitionem à re-bus sensibilibus: peccant secundo, secundum non causam ut cau-sam: quoniam aliunde prouenit ignorantia corũ quæ fiunt apud nos, & non ex distantia, vt infrà patebit. Vndè authoritates Aug. & Greg. non sunt ad propositum, similiter & authoritates Arist. quia loquuntur de actione & passione: quàmuis ex superius dictis in quæstione de loco angelorum iam pateat, quomodo authori-tas intelligenda sit de præsentia ordinis.

D. 516.

Ferr. 2. cont. c. 96.
Scot. 2. sd. 3. q. 10.
Duran. 2. s. d. 3. q. 6.
Aegid. 2. sent. d. 3. q. 2. art. 2.
Bannes ar. 8.
S. Bon. 2. sd. 3. q. 1. ar. 2.
Riccar. 2. s. d. 3. q. 2.
Bacco. 2. s. d. 6. q. 1.
Capr. 2. dist. 3. quæst. 2. con. 7. & 8.

282
2. dist. 3. q. 3 art. 2. Et 3. cõ. c. 96. Et ver. q. 8. artic. 10. Et op. 3. c. 78. & 81. & 126. Et causis le. 4. & l. 10.

ARTICVLVS III.

Vtrum superiores angeli, intelligant per species magis vniuersales, quàm inferiores.

AD TERTIVM sic proceditur. VF, quòd superiores angeli non intelligant per species magis vniuersales, quàm inferiores. Vniuersale enim esse videtur, quòd à particularibus abstrahitur. Sed angeli nõ intelligunt per species à rebus abstractas. ergo non potest dici, ꝙ species intellectus angelici, sint magis vel minus vniuersales.

¶ 2 Præt. Quod cognoscit in speciali, perfectius cognoscitur q̃ ꝙ cognoscitur in vniuersali: quia cognoscere aliquid in vl'i, est quodãmodo medium inter potentiam & actum. Si ergo angeli superiores cognoscunt per formas magis vniuersales, q̃ inferiores: sequitur, quòd angeli superiores habeant scientiã magis imperfectam quàm, inferiores, quod est inconueniens.

¶ 3 Præt. Idẽ non potest esse propria ratio multorum. Sed si angelus superior cognoscat per vnam formam vniuersalẽ diuersa, quę inferior angelus cognoscit per plures formas speciales, sequitur, quòd angelus superior vtit vna forma vniuersali ad cognoscendum diuersa. ergo non poterit habere propriam cognitionem de vtroque. quod videtur inconueniens.

SED CONTRA est, quod dicit Dion.* 12. c. angelicæ Hierar. quòd superiores angeli participant scientiã magis in vniuersali, q̃ inferiores. Et in lib.* de causis dicitur, ꝙ angeli superiores habent formas magis vniuersales.

* c. 12. cœlest. hierar.

* In propos. 10. hic iste lib. inter opera Arist. to. 3.

RESP. Dicendũ, quòd ex hoc sunt in rebus aliqua superiora, quòd sunt vni primo, quod est Deus, propinquiora & similiora. In Deo autẽ tota plenitudo intellectualis cognitionis cõtinetur in vno, s. in essentia diuina, per quam Deus oĩa cognoscit. Quæ quidẽ intelligibilis plenitudo, in intelligibilibus creaturis inferiori modo, & minus simplr̃ inuenit. Vndè oportet, quòd ea quæ Deus cognoscit per vnũ, inferiores intellectus cognoscant per multa: & tantò amplius per plura, quãtò amplius intellectus inferior fuerit. Sic igitur, quantò angelus fuerit superior, tantò per pauciores species vniuersitatem intelligibilium apprehendere poterit: & ideo oportet, quòd eius formę d sint vniuersaliores, quasi ad plura se extẽdentes vnaquæque earum. Et de hoc, exẽplum aliqualiter in nobis perspici põt: sunt enim quidã, qui veritatẽ intelligibilem capere non possunt: nisi eis particulatim per singula explicetur. Et hoc quidem ex debilitate intellectus eorum contingit. Alij verò qui sunt fortioris intellectus ex paucis multa capere possunt.

D. 133.

AD PRIMVM ergo dicendũ, quòd accidit vniuersali, vt à singularibus abstrahatur: inquantum intellectus ille

SVPER Q. LV. ART. III.

CONCL. Quãto superior fuerit angelus: tantò per pauciores species vniuersitatem intelligibilium apprehendere potest.

¶ PROB. Quia superiora sũt similiora Deo in intelligendo, licet deficienter: Et Deus per vnum tantùm, idest per suã essentiam, omnia intelligit.

1m de maiori. Vniuersale. n. Acceptũ à rebus: non, ante res præexistens quodãmodo. §. Tunc &c. Nam vniuersales species angelorum nõ sunt à rebus acceptæ, sed sunt rebus ipsis præexistentes ordine naturę, quãuis non ordine causæ. Secun-

2m de antecedente. In vniuersali. R. Vt se tenet ex parte rei cognitæ: non, vt se tenet ex parte medij cognoscendi. §. Tunc &c. Angelus enim cognoscit in vniuersali secundo modo tantum: vt in litera.

3m de maiori. Idem. R. Rebus adæquatũ: non, excellens. §. Tunc &c. Nam ratio uniuersalis, quæ est in mente angeli non est rebus adæquata, sed excellẽs: ideò per eam multa cognoscũtur propria cognitione (vt in textu).

cognoscens, à rebus cognitionem accipit. Si uerò sit aliquis intellectus à rebus cognitionem non accipiens, vniuersale ab eo cognitum non erit abstractũ à rebus, sed quodammodo antè res præexistens: vel secundum ordinem causæ, sicut vniuersales rerum rationes sunt in verbo Dei: vel saltem ordine naturæ, sicut vniuersales rerũ rationes sunt in intellectu angelico.

AD SECVNDVM dicendum, q cognoscere aliquid in vniuersali, dicitur dupliciter. Vno modo ex parte rei cognitæ, vt s. cognoscatur solum vniuersalis natura rei. Et sic cognoscere aliquid in uniuersali, est q imperfectius. Imperfectè n. cognosceret hominẽ, qui cognosceret de eo solum, quod est animal. Alio modo, ex parte medii cognoscendi. Et sic perfectius est cognoscere aliquid in vl'i. Perfectior. n. est intellectus, qui vnum vniuersale medium potest singula propria cognoscere, quàm qui non potest.

AD TERTIVM dicendum, q idem non potest esse plurium propria ratio adæquata. Sed si sit excellens, potest idem accipi ut propria ratio, & similitudo diuersorum. Sicut in homine est vniuersalis prudentia quantum ad omnes actus virtutum: & potest accipi ut propria ratio & similitudo particularis prudentiæ, quæ q est in leone ad actus magnanimitatis, & eius quæ est in vulpe, ad actus cautelæ, & sic de aliis. Similiter essentia diuina accipitur propter sui excellentiam, propria ratio singulorũ quæ sunt in ea. Vnde sibi singula similantur secundũ proprias rationes. Et eodem modo dicendum est de ratione vniuersali, quæ est in mente angeli, q per eam propter eius excellentiam multa cognosci possunt, propria cognitione.

AR-

APPENDIX.

Vtilitas pro Eccle. S. Dei.

EX art. habes primò: quomodo per rationem ostẽdas, à scripturis sanctis rectè esse insinuatũ, rationabiliter (Nam sensus nũc; immediatè illis dãdus uidetur probabilis, non omninò necessarius) insinuatum, inquam esse; q angeli superiores intelligunt per species vniuersaliores, q̃ inferiores. Et hoc tũc, quãdo dicit Sap. 7. Sapientia est mobilior cunctis mobilibus. Audi. Germanus est huius loci intellect⁹ (q. 9. ar. 1. ad 2.) q sapientia increata, quæ Deus est, produxit res graduatim, idest creauit res s̃m quosdam gradus differentes: ita s. q supremæ magis de similitudine Dei participant, mediæ minùs, infimæ adhuc minus. Ex scriptura igit̃ ista patet: q angeli sunt similiores Deo, q̃ homines; & hi, q̃ bruta; itemque q inter angelos ipsi, qui sunt superiores, magis Deo assimilantur. Rationabiliter verò scriptura hæc velle vĩ: q, ex quo superiores illi sunt inter creata Deo similiores in essendo (quãuis deficienter) sint etiam Deo similiores in intelligendo; & consequenter q, cũ Deus per vnã tantũ speciem (Hæc est sua essentia) intelligat vniuersa, angeli superiores p pauciores species (licet p plures vna; & quæ nõ sint sua essentia) intelligant, q̃ inferiores. Huiusmodi autẽ pauciores ad tot res cognoscendas se extẽdentes, quot inferiores per plures cognoscũt, sunt species vniuersaliores: vt patet in corp. Secundò habes: quomodo p rationẽ illum sensum scripturæ declares, probes, & quantũ expedit, tuearis. Tertiò vides: quo ex hoc, alijsq; simi lib. locis, vicissim Ang. firmet doctrina psens.

D. 356.

D. 1077.

¶ Not. Pro articuli huius qualiquali seruitio facit articulus in ord. 281. 443. 425. 85

Pro stud. var. coor.

Comm. Cardinalis Caietani.

IN titulo aduertendũ est, q cum uniuersalitas speciei intelligibilis non sit in prædicãdo, seu essendo, nec in causando, sed in repræsentando: intelligere per species vniuersaliores, nihil aliud est, q̃ intelligere per species ad plura se extendentes in repræsentando. Et quoniã hoc contingit dupliciter. Vno modo per repræsentationem rei magis vniuersalis; Alio modo per repræsentationem plurium in actu, eo modo quo species repræsentatiua animalitatis, & omnium per se differentiarum eius actualiter, vniuersalior species diceretur & esset, quàm repræsentatiua animalitatis, aut humanitatis tantùm, & hoc modo sumitur vniuersalior in proposito, & non primo modo.

¶ In corp. articuli vnica est conclusio rñsiua affirmatiuè, dupl̃r probata, s. Angeli quãtò sunt superiores, tantò per species vniuersaliores intelligunt. Probatio prima est ista. Intellectus quantò sunt natural̃r superiores, tantò sunt similiores Deo in perfectione intelligibili & modo eius. Et quantò magis sunt similiores, tãtò per pauciores species intelligunt, ergo per vniuersaliores: consequẽtia est nota: alioquin intelligens per pauciores species, non hr̃et perfectam notitiã de omnibus. Prima autem propositio patet, ex eo quòd naturæ graduantur, s̃m propinquitatẽ similitudinis naturalis ad primum. Secunda uerò probatur ex eo, q Deus omnia per vnum, vt quò, intelligit, & hoc est perfectionis simpl̃r. Ex hoc. n. euidẽter sequitur, quòd similius Deo & perfectius intelligendi vim obtinet, qui per pauciora, omnia intelligit distincta, q̃ qui per plura: quoniã minor paucitas propinquior est vnitati, q̃ qui per plura: quoniam minor paucitas propinquior est vnitati, quàm multitudo. Et lumẽ intellectus minus diuisum, aut diuisibile, perfectius est quàm diuisibile per multas rationẽs intelligendi ad hoc ut intelligat. Cuius signum est, secunda probatio in litera adducta, quam experientia dubitare non permittit. Experimur enim in nobisipsis quosdam discipulos esse: quibus oportet omnia sigillatim dicere, quasi per singulas species dearticulando. Quosdam verò, qui statim ex uno multa apprehendunt: nec hoc aliundè quàm ex nobilitate ingenij prouenit.

¶ Circa rationes adductas & conclusionem, occurrũt obiectiones Scot. in 2. dist. 3. q. 10. vbi contra primã rõnem instat, dicens propositionem illam, Quantò angeli sunt similiores Deo, tantò per pauciores species intelligunt, esse falsam; quia non oportet, q intellectus similior Deo assimiletur magis sibi in hoc, qđ est per pauciores species intelligere: sed in hoc, q limpidius intelligit.

¶ Contra secundã verò rationẽ à signo sumptam instat, dicens supponi ibi falsum, puta q homines melioris ingenij, per pauciores species intelligant: qm̃ tot sunt in illis, quot sunt in his, qui sunt hebetioris ingenij. Sed illi citius, & limpidius cognoscunt.

¶ Contra conclonem aũt directè, arguit tripl̃r. Primò, Vnitas rationis intelligendi, præsupponit unitatẽ obiecti adæquati, i. continentis virtualiter obiectiuè oĩa, quæ species illa cõtinet reprñtatiuè: vt patet de essentia diuina, vt rõne intelligẽdi, & ut obiecta. Sed impossibile est dari tale unũ obiectũ continens multitudinẽ quidditatiuam. ergo non põt dari aliqua species creata, reprñtans distinctè multas quidditates. Scđò, quælibet ratio cognoscendi põt habere actũ sibi adæquatũ. ergo non datur. Probatur minor: quia apud te, angelus non põt simul plures species actu intelligẽre distinctè. Tertiò arguit ad idẽ ex parte habitus, ducẽdo ad idẽ inconueniens, s. quòd angelus plures naturas simul cognosceret distinctè. Affert præterea vnam aliã rationẽ contra tenentes speciem aliquã in angelo reprñtare tot, quin possit plura repræsentare: quod quidem, dicit, à nobis non oportere teneri, & bene dicit in hoc de quidditatibus loquendo, qm̃ secus est de singularibus, & propterea cũ tractabitur inferius de repræsentatione infinitorum singularium per unã speciem angelicam, soluetur eius ratio.

¶ Ad obiectionẽ contra primã rationem dr̃, notãdo, q duplex genus perfectionũ inuenitur in Deo. Quædam. n. sunt cõicabiles creaturis, vt sapientia, & bonitas: Quædam uerò incõicabiles, vt infinitas & deitas, & intelligere omnia distinctè per substantiam suã: & alia huiusmodi. Nec solùm inter se differunt perfectiones hæ, sed differenti modo creaturæ similiores Deo his appropinquant: quoniam s̃m primas perfectiones attenditur appropinquatio penes magis participare rationem formalem illius perfectionis. Secundum uerò perfectiones incõmunicabiles appropinquatio attenditur secundũ maiorem recessum ab opposito. Illud. n. est similius deitati, cuius natura magis recedit à non esse, &c.

¶ Nota secundò, quòd non solum intelligere est perfectio simpliciter, sed etiam intelligere omnia per unum; vt patet ex diffinitione perfectionis simpliciter, posita ab Anselmo, Monologion. 15. Nec refert in proposito: an sit perfectio simpliciter seorsum & de per se: an sit gradus seu modus perfectionis simpliciter; vt hoc quod dico, actus purus.

¶ Nota tertiò, quòd suprema pars uniuersi, i. angeli, ex natura sua vendicant sibi similitudinẽ ad Deum, non s̃m quasdam perfectiones simpliciter, sed secundum omnes: magis tamen & minus s̃m gradus suos: vt patet discurrendo per omnes perfectiones simpliciter. Et super hoc fundata est ratio sancti Thomæ ostendentis, angelos quantò superiores, tanto per pauciores species intelligere, quia sunt similiores Deo, secundum omnes perfectiones simpliciter, & consequenter secundum hanc: vnde irrationabilis, & à Philosophia aliena est exceptio istius. Quare enim magis illa quàm aliæ excipienda est. Secundò dicitur, quòd ratio fundatur

essen-

essentiali graduatione intellectuum, vt sic: quoniam quãtò intellectus est superior, tãtò est perfectior. Quantò autem perfectior, tanto unitior (vt sic liceat loqui) eo quòd uirtus unita, maior est seipsa dispersa. Constat autem magis unum & indiuidualem esse intellectum, minus partitum per species intelligibiles, quàm eũ qui per plures species diuidendus est ad singula cognoscenda: & consequenter quantò intellectus est perfectior, tanto est similior Deo, non solùm in hoc, quòd limpidius cognoscit, sed etiam in hoc, quòd per pauciores species cognoscit.

¶ Ad obiectionem vero contra secundam rationem dicitur, ꝙ S. Tho. non accepit pro signo ingeniosiores homines, ex paucioribus speciebus intelligere, quoniam hoc latet. Sed id quod euidens est: hos s. qui ingenio præstant, ex paucioribus principijs: & absque distincta singulorum propositione apprehendere, hoc. n. est signum euidens, quòd in uno multa apprehendere; nec egere singula seorsum proponi, attestatur magnitudinẽ intellectus.

¶ Ad obiectiones autem contra conclusionem, dicitur, ꝙ unitatem speciei præsupponere unitatem obiecti primi & adæquati, dupliciter intelligi potest. Vno modo, quod præsupponat unitatem formalem & realem illius, sic in rerum natura existentis. Et hoc modo, non oportet esse uerum, vt patet de specie intelligibili in nobis naturæ bouinæ. Talis enim res, non est sic in rerum natura, vt adæquatè præsentatur per speciem. Et propterea, nulla una res singularis inuenitur in rerum natura, adæquate illi respondens. Alio modo, ut præsupponat unitatem tantum formalem obiecti: quemadmodum si species naturæ leoninæ à Deo alicui intellectui esset impressa. Et hoc modo verum est uniuersaliter: quòd omnis species supponit unitatem obiecti, quoniam & omnis potentia respicit primò unam rationem formalem. Et sic dico, quòd argumẽtator decipitur, putans primo modo uerificari maiorem, cum tamen in solo Deo uerificetur. In cæteris uerò, satis est, quòd quælibet species respiciat primò unam rationem formalem: & hoc modo se habent species angelicæ.

¶ Ad secundam verò obiectionem, ex parte actus, conceditur quod angelus quilibet potest habere actum adæquatum cuilibet suæ speciei. Nec nos dicimus oppositum, dicendo quod non potest simul plura intelligere: quoniam formaliter loquimur, & intendimus, quòd nõ potest simul plura vt plura intelligere simul. Non est autem plura ut plura intelligere, quando multa intelliguntur per unam speciem, vel etiam per plures species ordine quodam se habente, vel in ordine ad unum.

¶ Contra eandem conclusionem instatur, quia uidetur contradicere supradictis, quoniam sequitur ex ea, quod posset dari aliquis angelus, qui omnia intelligeret per essentiam suam solam, & tenet sequela, adiũcta alia propositione tua, scilicet, quòd Quolibet angelo facto, potest Deus facere perfectiorem substantialiter: ex hoc enim sequitur, quòd si facto angelo qui omnia intelligat per duas species, s. essentiam propriam & unam superadditam, fiat alter superior: ille intelliget per pauciores species, & sic per unam tantum, quæ proculdubio erit essentia sua.

¶ Ad hoc dicitur breuiter, negando consequentiam, quoniam stante illa hypothesi, quicquid de illa sit, dicitur, quòd creato superiore angelo, necessario omnibus inferioribus angelis superadderetur noua species, qua distinctè possent illum intelligere, & sic in illo qui erat supremus, erunt tres species: in illo verò nouiter facto essent duæ tantum, & consequenter pauciores. Et sic eodem modo dicendum est, si procedatur in infinitum: semper superior habebit pauciores species, non per minorationem dualitatis, sed per additionem seu multiplicationem pluralitatis in inferioribus.

¶ In responsione ad ultimum argumentum: dubium occurrit circa illam propositionem, Species intellectus angelici propter sui excellentiam est ratio, seu similitudo multorum distincte, quemadmodum essentia diuina est ratio omnium. Hoc enim uidetur esse falsum, & impossibile, quoniam talis excellentia, aut est in essendo, aut in repræsentando tantum. Sed non potest dici, quòd sit in repræsentando tantum. Tùm quia ratio seu proportionalitas ad essentiam diuinam nulla esset; quoniam essentia diuina propter excellentiam in essendo, quia scilicet est præhabens omnem essendi rationem, & modum, habet excellentiam in repræsentando omnia. Tùm quia reddendo rationem: quare species angelica una existens, est multorum distincte repræsentatiua: quia est excellens, i. quia excellenter repræsentat, esset idem per idem declarare, & nullam reddere causam nisi secundũ verba, quia idem est multa distinctè repræsentare, & singula excellẽter seu inadæquatè repræsentare. Nec etiam dici potest, quòd sit propter excellentiam in essendo. Tùm quia sequeretur quod vna species in mente angeli, esset in essendo excellentior multis substantijs sensibilibus, specificè distinctis, immo multis substantijs angelicis, immo forte omnibus substantijs actu creatis, inferioribus, supremo angelo: quoniam inferiora intelligunt angeli per huiusmodi species excellentes. Tùm quia illa species esset etiam nobilior in essendo quàm essentia sui angeli: quoniã quod est tantæ excellentiæ in essendo, vt habeat in se vnde sibi assimilentur omnia inferiora: secundùm proprias eorum quidditates, nobilius est in essendo, quàm id quod non habet. Tùm, quia hoc repugnat doctrinæ sancti Thomæ & communi: quoniam quemadmodum communicari nequit substantiæ angeli, vt sit tantæ excellentiæ in essendo, quòd sit propria similitudo multorum: ita nec tali speciei, cum utrumque creatura sit, & determinatum ad genus & speciem.

¶ Ad euidentiam huius difficultatis, notãdum est primò, quòd duo sunt genera entium. Quædam ad hoc primo instituta vt sint; quamuis forte secundariò alia repræsentent: & hæc vocamus res. Quædam uero ad hoc primo instituta sunt naturaliter, vt alia repræsentent: & hæc uocamus intentiones rerum, & species sensibiles, seu intelligibiles. Necessitas autem ponendi hæc duo rerum genera, est: quia oportet cognoscitiuum esse non solùm ipsum, sed alia: intellectiuum uerò esse omnia, vt patet ex quæst. 14. & communi animi Philosophorum conceptione, conuenientium in hoc, quòd simile simili cognoscitur. Nec naturæ rerum secundum seipsas possunt esse in cognoscitiuo: quia lapis non est in anima: nec ipsum cognoscitiuum secundũ suam substantiam solam & finitam, potest esse tantæ excellentiæ, vt habeat in se vnde distinctè sibi assimilentur naturæ rerum cognoscibilium secundum proprias earum rationes. Vnde restat, cum nec esse naturæ cognoscitiui sit ratio cognoscibilium, nec esse naturale cognoscibilium sit secundum se in cognoscitiuo: vt oportuerit institui à natura ens intentionale, quo cognoscitiuum esset cognosciblium.

¶ Notandum est secundò, quòd cognoscitiuum & intentionale, non distinguuntur sicut duo rerum ordines: sed potius ut concurrentia ad perfectionẽ unius ordinis, s. naturarum cognoscitiuarum, quoniã intentionale, complementũ intrinsecum cognoscẽtiui est. Complementum quidẽ quia ad supplendum quod substantiæ cognoscitiuæ deberur. s. esse cognoscibilia, inuentum est. Intrinsecum uerò: quia ad perficiendum & eliciendum intrinsecam eius operationẽ, adiungitur. Vndẽ ex hoc proportionaliter se habent: & quo ad actum & potentiam, & quo ad altitudinem gradus. Quo ad actum quidem: quia cognoscitiuo in actu, inditum est actu esse intentionale, quo est sua cognoscibilia. Cognoscitiuo verò in potẽtia, inest in potentia tale esse intentionale, vt patet & in anima intellectiua & sensitiua nostra. Quo ad altitudinem verò gradus: quĩ quanto uis cognoscitiua est altior, tãtò magis unitè se habet ad cognoscibilia, vt patet ascendendo à sensib. particularibus ad sensum cõem, & sic deinceps. Quantò autem magis virtus cognoscitiua unitur, tanto minorem diuersitatẽ exigit in esse intentionali, quo est cognoscibilia: ac per hoc, quantò virtus cognoscitiua est altioris ordinis, tanto altius, & cõsequenter minus distinctum, & magis uniuersale in repræsentando sibi vendicat esse intentionale, quo cognoscibilia est; quod nihil aliud est, q̃ id, quod uocamus species intelligibiles, & hoc modo mirabilis naturæ intellectiuæ gradus, ã primo intellectu ordinate proueniens, perpenditur. Nam ipse omnia est per substantiam suam, & per eam solam omnia nouit. Et cum hoc alijs cõicari non potuerit, quia entia limitata sunt, collatũ est eis, vt tales essent substantiæ, ac tantæ perfectionis, vt quod ſm esse substantiale habere non possunt, ſm esse intentionale haberent: magis & minus vniuersaliter, iuxta maiorem & minorẽ perfectionem substantiæ cognoscitiuæ, adeò ꝙ anima nostra ultima in ordine intellectualium, diuisibilis sit secundum esse intentionale, tanta diuersitate, quanta materia secundũ esse naturale. His stantibus, ad obiecta dicitur, quòd hic est sermo de excellentia in essendo. Quæ dupliciter intelligi potest, vel respectu eorum quæ repræsentantur: vel respectu aliarum specierum repræsentatiuarum eorundem obiectorum. Si respectu naturarum cognoscibilium intelligatur excellentia, non potest intelligi nisi in modo essendi: pro quanto species superioris angeli, habet modum essendi altioris ordinis, quam habeant non solum sensibilia, sed etiam angeli inferiores, & propter talem excellentiam potest plurium esse ratio distincta. Si verò intelligatur respectu specierum intelligibilium, tunc clarius & facilius, & absque ambiguitate relucet intentum: & intelligitur de excellentia non solùm in modo essendi, sed in ipsa perfectione essendi: ita quòd imaginamur, quòd cum in anima nostra sint diuersæ species iuxta diuersitatem rerum repræsentatarum, puta species bouis, species leonis, species aquilæ &c. ascendendo erit dare vnã speciem altioris ordinis, æquiualentẽ excellenter seu eminẽter, illis tribus, seu quatuor speciebus. Et consequenter repræsentantẽ distinctè altiori modo & illã, & quæ repræsentant per illas quatuor species. Hoc. n. est cognoscere per rationem vniuersalẽ obiecta specialia, quod est maximæ perfectionis. Et hoc modo clare patet: adductas instantias nihil obstare. Nam non oportet dicere, speciẽ vniuersaliorem esse perfectiorẽ naturis repræsentatis, sed esse perfectiorẽ repræsentatiuis adæquatis earum: quod est necessarium. Nec est idem iudicium de esse substãtiali angeli, & esse intẽtionali, apud se; sed proportionale. Non esse idem quidem ex eo patet, quia impossibile cõiter fatemur esse, ꝙ angelus ſm esse suum substantiale repræsentet propriam diffe-

differentiam lapidis: & iam concedimus pariter, ꝗ secundum esse intentionale sibi additũ illa repræsentatur. Vnde patet repugnare esse substantiali finito, quòd sit ad certam naturã limitatum, & sit alterius secundũ propriam illius differentiam repræsentatiuũ, & non repugnare hoc, esse intentionali. Nam species bouis in anima, ad certam entis naturã definitum ens, inter accidentia, & tamen bouinæ differentiæ propriæ repræsentatiua est. Et ratio huius diuersitatis est, ea, quam suprà tetigimus, quia scilicet ens intentionale est primo à natura institutum ad repræsentandũ pro complemento substantiæ cognoscitiuæ. Ipsæ verò res, quarum sunt intentiones sunt primo institutæ ad essendum. Proportionale autem iudicium de substantia intellectiua & esse intentionali est. Quia quanto substantia est altior, tantò esse intentionale proprium illi est altius, immo ex altitudine substantiæ prouenit altitudo intentionis, maioremque perfectionem, æquiuocam tamen ponit in angelo altitudo gradus substantialis, quàm altitudo intentionis: quoniam hæc nihil aliud ponit nisi eminenter æquiualere repræsentatiuis adæquatis rerum.

QVAESTIO LVI.

De cognitione Angelorum ex parte rerum immaterialium, in tres articulos diuisa.

DEINDE quęritur de cognitione angelorum ex parte rerum, quas cognoscunt. Et primò de cognitione rerum immaterialium. Secundò de cognitione rerum materialium.

CIRCA primum quęrũtur tria.

¶ Primò, Vtrum angelus cognoscat seipsum.

¶ Secundò, Vtrum vnus cognoscat alium.

¶ Tertiò, Vtrum angelus per sua naturalia cognoscat Deum.

ARTICVLVS I.

Vtrum angelus cognoscat seipsum.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur, ꝗ angelus seipsum non cognoscat. Dicit enim Dion.* 6. cap. Angelicæ hierarc. quòd angeli ignorant proprias virtutes. cognita autem substantia, cognoscitur virtus. ergo angelus non cognoscit suam essentiam.

¶ 2 Præt. Angelus est quædam substantia singularis, alioquin non ageret, cum actus sint singularium subsistentium. Sed nullum singulare est intelligibile. ergo non potest intelligi. & ita cum angelo non adsit nisi intellectiua cognitio, non poterit aliquis angelus cognoscere seipsum.

¶ 3 Præterea, Intellectus mouetur ab intelligibili: quia intelligere est quoddam pati, vt dicitur in* 3. de anima. Sed nihil mouetur: aut patitur à seipso, vt in rebus corporalibus apparet. ergo angelus non potest intelligere seipsum.

SED CONTRA est, quòd August.* dicit 2. super Genes. ad literã, quòd angelus in ipsa sua confirmatione, hoc est, in illustratione veritatis, cognouit seipsum.

RESP. Dicendum, quòd sicut ex supradictis* patet, obiectũ aliter se habet in actione quæ manet in agente, & in actione, quæ transit in aliquid exterius. Nã in actione quæ transit in aliquid exterius, obiectũ siue materia, in quam trãsit actus, est separata ab agente; sicut calefactum à calefaciente, & ædificatum ab ædificante. Sed in actione quæ manet in agente, oportet ad hoc quòd procedat actio, quòd obiectum vniatur agenti, sicut oportet quòd sensibile vniatur sensui, ad hoc quòd sentiat actu, & ita se habet obiectum unitum potentiæ ad huiusmodi actionem, sicut forma, quę est principiũ actionis in aliis agentibus. Sicut enim calor est principium formale calefactionis in igne, ita species rei visæ est principium formale visionis in oculo.

Sed considerandum est, quòd huiusmodi species obiecti quandoque est in potentia tantum in cognoscitiua virtute: & tunc est cognoscens in potentia tantum. Et ad hoc quòd actu cognoscat, requiritur quòd potentia cognoscitiua reducatur in actum speciei. Si autẽ semper eam actu habeat, nihilominus per ea cognoscere potest absque aliqua mutatione, vel receptione præcedenti. Ex quo patet, quòd moueri ab obiecto, non est de ratione cognoscentis inquantum est cognoscens, sed inquantum est potentia cognoscens. Nihil autem differt ad hoc quòd forma sit principiũ actionis, quòd ipsa forma sit aliquando inhærens, & quòd sit per se subsistens. Non. n. minus calor calefaceret si esset per se subsistens, ꝗ calefacit inhærens. Sic igitur, etsi aliquid in genere intelligibilium se habeat vt forma intelligibilis subsistens, intelligit seipsum, Angelus autem cum sit immaterialis, est quædam forma subsistens: & per hoc intelligibilis actu. Vnde sequitur, quòd per suam formam, quæ est sua substantia, seipsum intelligat.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd litera illa est antiquæ translationis, quæ corrigitur per nouam, in quã dicitur. Præterea, Et ipsos, s. angelos cognouisse proprias virtutes. Loco cuius habebatur in alia translatione: & adhuc eos ignorare proprias virtutes. Quamuis etiam literam antiquæ translationis saluari possit quantum ad hoc, quòd angeli non perfectè cognoscunt suam virtutem secundum quòd procedit ab ordine diuinæ sapientiæ; quæ est angelis incomprehensibilis.

AD SECVNDVM dicendum, quòd singulariũ quę sunt in rebus corporalibus non est intellectus apud nos: non ratione singularitatis, sed ratione materiæ, quæ est in eis indiuiduationis principium. Vndè si aliqua singularia sunt sine materia subsistentia, sicut sunt angeli, illa nihil prohibet intelligibilia esse actu.

AD TERTIVM dicendũ, quòd moueri & pati conuenit intellectui, secundũ quòd est in potentia. Vnde non habet locum in intellectu angelico, maximè quantum ad hoc quòd intelligit seipsum. Actio etiam intellectus non est eiusdem rationis cum actione, quæ in corporalibus inuenitur in aliam materiam transeunte.

ARTI-

Ferr. 2. cont. c. 96. Capr. 2. dist. 3. quaest. 2. con. 5. Bannes q. 56. art. 1.

SVPER Q. LVI. ART. I.

CONCL. Angelus per suam formam, quæ est sua substantia, seipsum intelligit.

¶ PROB. Quia angelus (cùm sit immaterialis) est forma subsistens ac intelligibilis actu: & ad hoc, quòd forma sit principium actionis, nihil differt, quòd ipsa forma sit vel inhærens alicui, vel per se subsistens.

1m ex Dionys.

Ignorant. ℞. Falsus est textus. §. Tũc nihil &c. vt patet.

283 3. q. 87. artic. 1. Et 2. con. c. 96. Et lib. 4. c. 11. Cor. 1. & 2. Et veri. q. 8. arti. 6. Et causis lec. 13. fin. * c. 6. eccl. hierar. non procul à fi.

Item ex Dionysio. Ignorãt. ℞. Id est, non perfectè cognoscunt, secundum quòd res ab ordine diuinæ sapientiæ procedunt: non autẽ secundum ꝗ in seipsis res illæ existunt. §. Tunc nihil &c. Tractatur enim nunc de naturali cognitione angelorum respectu rerum, vt in seipsis existunt: non, vt ab ordine diuinæ sapientiæ procedunt. Vide literæ secundum responsum ly quãuis etiã litera antiquæ translationis saluari &c.

Singulare quõo intelligatur. * Lib. 3. de aĩa tex. 12. tomo 2.

2m de minori.

Singulare. ℞ Materiale: non, immateriale §. Tunc &c. Nam angeli sunt singularia immaterialia. Et vltra hoc illa minor, scilicet singulare materiale nõ est intelligibile, verificat tantum apud nos, & intellectione quidem directa cognoscentes. Nos enim, quia per species à rebus abstractas cognoscimus, non possumus intelligere directe singularia: &, si intelligimus ea, intelligimus per reflexionem. In angelis ergo non tenet illa propositio, cum per species abstractas non intelligant: & consequenter singularia, etiam materialia, possũt directè intelligere.

* Lib. 2. de Gen. c. 8. in princ. fere tom. 3.

* q. 54. artic. 2.

3m de maiori.

Intellectus. ℞. Secundum quod est in potentia: non, aliter. §. Tunc nihil &c. vt patet ex litera. Adiunxit sanctus Doctor in fine respõsi ly actio intellectus nõ est eiusdẽ rationis &c. Vt & ostendat se nihil in argumento positum relinquere intactum, (quod sui moris est): & simul ostendat, quòd illa minor propositio, scilicet nihil mouetur aut patitur à seipso, non verificatur in actionibus immanentib. (secũdum quòd in tex.): consequenterq; quòd hæc minor non affertur ad propositum.

Nihil non soluitur regulariter.

APPENDIX.

EX art. habes primò, quomodo per rationẽ ostendas, meritò esse

Vtilitas ꝑ philosophia.

esse virtualiter dictum à Philosopho, quòd angelus cognoscat semetipsum; dum inquit, quòd est incorporeus omnino atq; immaterialis. (Vide ipsum suprà in appen. q. 50. ar. 1. & 2. & q. 51. ar. 1.) Nam tritissimū apud sapientes est, quòd immaterialis res in seipsam conuertitur. Vnde fit, quòd dicens angelū esse omninò immaterialē cointelligatur affirmasse per hoc; quod angelus cōuertatur in semetipsum. Et cū res immaterialis sit intellectiua, atque intelligibilis in actu (loquendo de re immateriali omnino, i. etiā sine materia in qua) sequitur: quòd illa conuersio in seipsum sit intelligere semetipsum. Philosophus ergo per hoc, quòd angelū totaliter immaterialē decernit, cum intelligere seipsum dicit: Et vtiq; per semetipsum. Non n. idē est iudiciū de anima nostra, & de substātijs abstractis, apud Philosophū. Nam anima nr̄a naturalr̄ recipit in materia; & ideò, licèt in se careat materia, habet tū materiam in qua. Hinc est: q̄ licet in genere entiū sit in actu, tū in genere intelligibiliū est in potentia pura. Nam per materiam suā, in qua recipitur, ex sensibilib. extrà visis format phātasmata, & ex phantasmatib. species intelligibiles abstrahit: quibus & seipsam & alia intelligat. Secundum ergo seipsam considerata est sicut tabula rasa in genere intellectiuorum ac intelligibilium: nē frustra uideatur naturaliter uniri materiæ. E contrariò igitur angelus, quia est substantia totaliter abstracta à materia, est in actu etiam in genere intelligibilium, & intellectiuus & intelligibilis. Ex eadē itaque radice, secundum Philosophū procedit, & q̄ seipsum; & quod per seipsum, intelligat; quia videlicet est totalr̄ abstractus à materia. Secundò habes: quō per rationē illud dictum virtualiter Philosoph: declares, probes, defendas. Tertio uides: quō ex illo dicto, alijsq. similibus, vicissim Angelica iuuet conclo. 2 3

Comm. Cardinalis Caietani.

IN titulo hoc solum notandum est, quòd præsentis intentionis est discutere principaliter modū, quo angelus cognoscit seipsum: quoniā quòd cognoscat seipsum, apud sapientes dubiū non est, sed de modo, an s. per substantiam suam, an per aliquam speciem superadditam seipsum cognoscat, dubitatur.

¶ In corpore artic. unam conclusionem intendit, affirmatiuè responsiuā quæsito, s. Angelus intelligit seipsum per suam substantiam. Et probat eā syllogismo hypothetico sic. Si aliquid in genere intelligibilium se habet ut forma intelligibilis subsistens, illud tale intelligit seipsum per seipsum: sed quilibet angelus est huiusmodi. ergo &c. Primam propositionem conditionalem probat S. Thom. quo ad id, quod hic intenditur. discurrendo conditiones intelligibilis per seipsum. Vbi aduerte, quòd in prædicato consequentis assumptæ conditionalis, quatuor dicuntur, s. q̄ illud tale intelligit, & quod intelligitur, & quòd à seipso, & quòd per seipsum. Et primum iam superius discussum est conuenire angelo. Reliqua verò hic intenduntur: quartum tamen principaliter; ideo tota intentio huius corporis versatur circa intelligibile declarando quid per se, & quid per accidens concurrit ad intelligibile in actu respectu alicuius intellectus. Vnde quatuor præmittit conditiones, quas examinat de obiecto intelligibili, scilicet coniunctionem, causalitatem, motionem & inhæsionem. Ostendit ergo primo, quòd intelligibile in actu oportet esse coniunctum intelligenti, ex differentia inter obiectum operationis transeuntis & immanentis. Secundò, quòd intelligibile in actu, coniunctum se habet ad intellectionem, vt principium formale, sicut calor ad calefacere, & species visibilis ad videre. Tertio, quòd mouere intelligentem accidit ex eo quòd intelligens est in potentia; & consequenter, quòd non per se requiritur ad intelligibile in actu, quod moueat intelligentem. Quarto, quòd inhærere intelligenti, quemadmodum species sensibilis inhæret sentienti, accidit ex eo quod est accidens: quia si esset subsistens, nihil minus ad eundem effectum concurreret, & consequenter, quòd non requiritur ad intelligibile in actu quòd informet intellectum per inhæsionem. Ex his enim quatuor deducitur assumpta conditionalis, dum ex his habetur, quod ad intelligibile in actu ab aliquo intellectu, nihil aliud requiritur nisi quod sit coniunctum, & sit coniunctum intelligenti, vt sit principium formale intellectionis in eo, siue hoc moueat ipsum, siue non, siue inhæreat sibi, siue non, sed subsistat. Ex hoc enim manifestè sequitur, quòd si aliquid in genere intelligibilium se habet ut forma intelligibilis subsistens, quòd illud tale habet rationem completam intelligibilis in actu, respectu suipsius, quod præsupponitur esse intellectuum: ac per hoc intelligi à seipso per seipsum. & si diligenter inspexeris, aduertes, quòd quatuor hæ conditiones tribus illis conditionibus in consequente positis respondent: quoniam primæ duæ inferunt, quod illud tale intelligitur, tertia verò quod à seipso: quarta autem quod per seipsum. Ex quarta enim habetur, quòd non oportet speciem mediare quæ inhæret intelligenti. Ex tertia verò, quòd non oportet distinctum ab esse intelligente, propter rationem mouentis, & moti. Ex secunda verò & prima, quòd oportet esse vt actum & formā in genere intelligibilium. Minor autem propositio assumpta, probatur à sancto Thoma: quia angelus est forma subsistens intelligibilis in actu.

¶ Circa maiorem seu conditionalem assumptam & conclusionem, dubium occurrit multiplex, tactum à Scoto in 2. sentent. distinc. 2. quæst. 8. Sed antequàm illa afferam, moueo vnum dubium circa processum S. Thom. quod etiam aliqualiter tangitur à Scoto sub alia forma: & consistit in hoc: quia videtur processus iste aduersari sibiipsi, & alijs, dictis san. Thom. & veritati. Sibiipsi quidem, quia in primis duabus conditionibus dicitur, quòd oportet intelligibile esse unitum intellectui vt principium formale quo operans operatur. Deinde verò dicitur, q̄ non oportet coniunctionem istam fieri secundum inhæsionem. Qualiter ergo informabitur intellectus ab ipso intelligibili? Et confirmatur: quia coniunctio ista intelligibilis cum intellectu, aut est in esse aut operari. Non in operari, quia tu dicis quod coniunctio ista præuenit operationem, immo est eius causa, ergo est secundum esse: non substantiale, quia substantia angeli non est forma substantialis sui intellectus realiter distincti ab ipsa apud te, ergo secundum inhæsionem. Et confirmatur, inquit Scotus, exemplo tuo: quia calor si esset subsistens, quàmuis esset principium calefaciendi, non tamen esset quo formaliter lignum calefaceret. Ita quàmuis substantia angeli sit secundum se actu intelligibilis, & possit esse principium formale intellectionis sicut calor calefactionis: non tamen posset esse principium formale, quo formaliter intellectus aliquis intelligit, si non insit, illi intellectui, sed per se subsistat. Alijs verò dictis sancti Thomæ obstant hæc: quoniam ipse in tertio contra Genti. cap. 5. dicit, hoc esse proprium diuinæ substantiæ, ex hoc quòd est veritas ipsa, & purus actus etiam in genere intelligibilium, quòd possit esse principium formale, quo intellectus intelligit: & non informare illum intellectum secundum esse. Non igitur stat simul quod hic dicitur. Contra veritatem autem inquit Scot. quia impossibile est aliquid esse quo formaliter res operatur operatione immanēte, & illud non esse in ea: vt patet ex secundo de anima. Vbi per hoc medium, scilicet quo formaliter operantur demonstratur, illud esse formam dantem esse operanti.

¶ Circa tertiam conditionem, obiectio Sco. occurrit arguentis sic: Obiectum in actu est causa in fieri & in esse respectu intellectionis, ergo intellectus quamdiu intelligit, patitur. & mouetur ab intelligibili & si semper intelligit, semper mouetur. male ergo dicitur à S. Thoma, quòd accidit intellectui moueri ab obiecto, quia est quandoque intelligens in potentia.

¶ Circa quartam conditionem occurrerent obiectiones Scoti. Sed quia supponunt intellectum angelicum, quantum est ex se, concurrere mere passiuè ad intellectionem. & de hoc specialem faciemus quæstionem, ideò omitto.

¶ Ad obiectiones primo loco allatas, dicendum est, quòd omnes supponunt vnum falsum, s. quòd essentia angeli comparetur ad angelum inquantum intelligens est ut forma separata, quia ponitur non inhærens eius intellectui. Nos enim dicimus essentiam esse ipsi angelo, non solum in esse naturæ intrinsecam: sed etiam in esse intelligibili. Ita q̄ est obiectum actu intelligibile magis intime vnitum, quàm per informationem seu inhæsionem, quia est coniunctum per identitatem. Vbi aduertendum est, quod causa huius erroris est, non discernere inter intelligibile extrinsecum & intrinsecum. Cum enim oporteat intelligentem ad hoc quòd intelligat, habere in se naturam intelligibilis, creditur, quòd quemadmodum aliorum intelligibilium naturas per informationem habet, ita & suipsius oporteat habere: cum tamen ratio euidēter ducat ad oppositum: quoniā quemadmodum intelligens diuersimodè se habet ad essendum ipsum, & ad essendum alia, ita diuersimode se habet ad intelligendum se & alia. Et propterea, quia est ipsummet in tali esse naturæ, quod est etiam illud in esse intelligibili, quia illud esse naturæ est actu intelligibile, ideo seipsum per seipsum intelligere potens est. Quia vero alia non est, neque secundum esse naturale, neque secundum esse intelligibile, nisi aliquid superaddatur: ideo oportet species ponere aliorum. Patet ergo quid dicendum sit ad obiecta. Negandum est enim poni hic obiectum separatum, quoniam ponitur coniunctum, non per inhæsionem, sed per identitatem & per subsistentiam, non seorsum & separatim ab intelligente, vt Scotus intellexit, sed in ipso intelligente. Et ad hoc deseruit exemplum de calore, quo lignum calefacit: qui scilicet si subsisteret in ipso ligno identice, non minus esset quo formaliter lignum calefaceret. Et similiter si species visibilis esset per se subsistens per identitatem in vidente, esset nihilominus principium formale visionis in eo.

¶ Ad id autem, quod oppositū est obijciendo, quòd intellectus apud S. Tho. distinguitur realiter ab ipso angelo, dicendum est, q̄ nihil refert ad propositū distinctio, vel identitas intellectus cum angelo, Vt enim ex libro de anima patet, siue ponatur quod substantia

ſtantia animæ habeat in ſe naturas obiectorũ ſenſibilium & intel ligibiliũ, ſiue ponatur ꝙ potentiæ ſenſitiuæ & intellectiuæ tales naturas habeãt: idẽ, eſt iudiciũ; quo ad poſſe & nõ poſſe, operari. Imaginandũ eſt.n. ꝙ quia intelligere primo eſt opus ſubſtantiæ intelligentis, perfectius intelligere ſit, ſi ſubſtantia ipſa vtrãq; vim habet, i. & obiecti, & operãtis, q̃ ſi is mediante aliqua proprietate il lam operationẽ eliciat, q̃ ſi ſolã vim operantis habeat: & mediãte illamet proprietate, obiecti vim accidentalr adipiſcatur. Nec obſtat hoc alijs dictis S. Tho. qñ eſſe formã intelligibilem alterius, dixit propriũ deitatis, non autẽ eſſe formam intelligibilem ſuipſius: quod in propoſito affirmamus, dum dicimus, ꝙ ſubſtãtia angeli, quia eſt ſubſiſtens, & perfecta in eſſe immateriali: habet & ꝙ ſit intellectiua, & ꝙ ſit actu intelligibilis: ac per hoc fluat ab ea vis, qua intelligit reſpectu ſuipſius, nõ egens alia formatione, ſupplente ſubſtãtia præueniente: & magis intrinſeca & modificatiua ipſius, q̃ quodcũque ſuperadditum. Et ex his etiam patet, ꝙ hoc nõ repugnat demonſtrationi factæ in 2. de aĩa, quia non ponimus intelligibile ſeparatũ, ſed magis coniunctũ operanti, q̃ per informationem. Sed quod multos fallit, eſt, quia conſiderantur intellectus angeli & ſubſtantia eius, quaſi duæ res ſeorſum, & quæritur quomodo vniuntur, cum tamen ſm veritatem intellectus fluat ab eſſentia actu intelligibili: magis quia intimius formatus illa, quàm quacũque intentionali ſpecie: & hoc in genere intelligibili. Vndè qui hic non vult decipi, non diſtinguat inter intellectum & intelligentem vt ſic: ſed vtatur eis ut uno, & quieſcet.

¶ Ad obiectionẽ Scoti contra tertiã conditionem dr̃, ꝙ cũ cognoſcẽs, ſeu intelligens, vt in 2. & 3. de aĩa dupl r dicat, in potentia. ſ. eſſentiali, & accidẽtali, ſeu ad actũ primum & ſecundũ: motiõ ab obiecto attenditur ſm actum primũ in intellectu, & non ſm actum ſecundum: qñ, vt patet in 3. de anima, intellectus in actu, ſicut ſciens, nõ eget motore. Dupliciter ergo peccat arguẽs, primo attendendo motionẽ cognoſcentis à cognito, quo ad actũ ſecundũ, quæ nulla eſt: ſed cognoſcens & cognitũ coniuncta, ſunt vna cõpleta cauſa actus ſecũdi in fieri, & in eſſe. Et ideò hoc modo & nõ aliter verificatur cognitionem dependere ab obiecto in actu in eſſe & fieri. Secundò, quia male interpretatur S. Tho. intelligens ꝙ aſſignauerit pro cauſa motionis ab obiecto, differentiã temporalem, i. qñque eſſe in actu, & quandoque eſſe in potẽtia: cũ tamen hoc non inueniatur in S. Thoma, ſed aſſignatur pro cauſa, eſſe in potentia, loquendo de potentia ad actum primum, quod eſt manifeſte verũ & euidenter. Ex hoc.n. quòd cognoſcens ex natura ſua non habet in ſe cognitum, ſed eſt in potentia ad illud ſequitur quòd moueatur ab illo, & fiat actu tale, quale cognitum eſt. Vnde, vt ſubdit ſanctus Thomas, ſi cognoſcens ex ſe, vel aliunde, actu haberet in ſe naturam cogniti, non moueretur a cognito, vt de ſe patet, quia nihil eſt mobile ad id quod habet.

Ferr. 2. cont. c. 96.
Bannes art. 2.

ARTICVLVS II.

Vtrũ vnus Angelus aliũ cognoſcat.

AD SECVNDVM ſic proceditr. Vr̃, ꝙ vnus angelus aliũ non cognoſcat. Dicit.n. Philoſ.* in 3. de aĩa, ꝙ ſi intell's humanus hr̃et in ſe aliquã naturã de numero naturarũ rerũ ſenſibiliũ, illa natura interius exiſtẽs, prohiberet apparere extranea. ſicut etiã ſi pupilla eſſet colorata aliquo colore, non poſſet videre omnẽ colorẽ: ſed ſicut ſe habet intellectus humanus ad cognoſcẽdas res corporeas, ita ſe habet intellectus angelicus ad cognoſcẽdas res immateriales. Cùm igit̃ intellectus angelicus habeat in ſe aliquam naturam determinatam de numero illarum naturarum, videtur quòd aliàs cognoſcere non poſſit.

¶ 2 Præt. In lib.* de cauſis dr̃, ꝙ oĩs intelligẽtia ſcit qđ eſt ſ. ſe, inquantum eſt cauſata ab eo: & qđ eſt ſub ſe inquantũ eſt cauſa eius. ſed vnus angelus nõ eſt cauſa alterius. ergo vnus angelus non cognoſcit alium.

¶ 3 Præt. Vnus angelus nõ põt cognoſcere aliũ per eſſentiã ipſius angeli cognoſcentis: cũ oĩs cognitio ſit ſm rõnem ſimilitudinis. Eſsẽtia aũt angeli cognoſcẽtis nõ eſt ſimilis eſſentię angeli cogniti, niſi in genere, vt ex ſ̃dictis * patet. Vñ ſequeret̃, ꝙ vnus angelus nõ hr̃et de alio cognitionẽ propriã, ſed gñalem tm̃. Siſr ẽt non põt dici, ꝙ vnus angelus cognoſcat aliũ per eſſentiam angeli cogniti, quia illud quo intellectus intelligit, eſt intrinſecũ intellectui. ſola autẽ Trinitas illabitur menti. Similiter etiã dici non põt, ꝙ vnus cognoſcat alium per ſpeciem, quia illa ſpecies nõ differt ab angelo intellecto; cũ vtrũq; ſit immateriale. Nullo igitur modo vr̃, quòd vnus angelus poſſit intelligere alium.

¶ 4 Præt. Si vnus angelus intelligit aliũ: aut hoc eſſet per ſpeciẽ innatam, & ſic ſequeretur, quòd ſi Deus nunc de nouo crearet aliquẽ angelũ, quòd non poſſet cognoſci ab his qui nũc ſunt. Aut per ſpeciẽ acquiſitã à rebus, & ſic ſequeretur, quòd angeli ſuperiores nõ poſſent cognoſcẽ inferiores, à quibus nihil accipiunt. Nullo igitur modo videtur, quòd vnus angelus aliũ cognoſcat.

SED CONTRA eſt, quod dr̃ in lib.* de cauſis, ꝙ omnis intelligentia ſcit res, quæ non corrumpũtur.

RESP. Dicendũ, ꝙ ſicut Aug.* dicit 2. ſuper Gen. ad lit. Ea quæ in verbo Dei ab æterno præextiterũt, dupl r ab eo fluxerunt. Vno modo, in intell m angelicũ: alio modo, vt ſubſiſterẽt in ꝓprijs naturis. In intell m aũt angelicũ proceſſerũt per hoc, ꝙ Deus menti angelicæ impreſſit rerũ ſimilitudines, quas in eſſe naturali produxit. In verbo aũt Dei ab æterno extiterunt non ſolũ rõnes rerũ corporaliũ, ſed ẽt rõnes oĩum ſpũaliũ creaturarũ. Sic igit̃ vnicuiq; ſpũalium creaturarũ à verbo Dei impſſæ ſunt oẽs rõnes rerũ oĩum, tã corporalium, q̃ ſpũalium, ita tñ, ꝙ vnicuiq; angelo impſſa eſt rõ ſuę ſpeciei ſm eſſe naturale, & intellectuale ſimul, ita ſ. ꝙ in natura ſuæ ſpeciei ſubſiſteret, & per eã ſe intelligeret. Aliarũ verò naturarũ, tã ſpiritualiũ q̃ corporaliũ rõnes ſunt ei impſſæ ſm eſſe intellectuale tm̃, vt videlicet p huiuſmodi ſpecies impreſſas, tã creaturas corporales q̃ ſpũales cognoſceret.

AD PRIMVM ergo dicendũ, quòd naturæ ſpirituales angelorũ ab inuicẽ diſtinguunt̃ ordine quodã, ſicut ſ.* dictũ eſt. Et ſic natura vnius angeli nõ ꝓhibet intell m ipſius à cognoſcendis alijs naturis angelorũ, cum tã ſuperiores, q̃ inferiores habeant affinitatẽ cum natura eius, differentiã exiſtente tantũm ſm d diuerſos gradus perfectionis.

AD SECVNDVM dicendũ, quòd ratio cauſæ & cauſati, non facit ad hoc, quòd vnus angelus aliũ cognoſcat niſi ratione ſimilitudinis, inquantum cauſa & cauſatum ſunt ſimilia: & ideò, ſi inter angelos ponatur ſimilitudo abſq; cauſalitate, remanebit in vno cognitio alterius.

AD TERTIVM dicendũ, quòd vnus angelus cognoſcit aliũ per ſpeciẽ eius, in intellectu ſuo exiſtentem, quæ differt ab alio angelo cuius ſimilitudo eſt: non ſecundum eſſe materiale & immateriale, ſed ſecundũ eſſe naturale & intentionale. Nam ipſe angelus eſt forma ſubſiſtẽs in eſſe naturali: non autẽ ſpecies eius quæ eſt in intellectu alterius angeli, ſed habet ibi eſſe intelligibile tantum, ſicut etiam & forma coloris in pariete habet eſſe naturale, in medio autem deferente, habet eſſe intentionale tantùm.

AD

SVPER Q. LVI. ART. II.

284

CONCL. Vnicuique angelo impreſſa eſt ratio ſuę ſpeciei ſm eſſe & eſſentiale, & intelligibile ſimul (ita ſ. ꝙ & in natura ſua ſubſiſtat, & per eã ſe intelligat): aliarũ vero naturarum tàm corporaliũ, quam ſpiritualium, rationes ſunt ei impreſſę ſm eſſe intelligibile tantum (vt ſ. per huiuſmodi ſpecies impreſſas tàm corporales creaturas, q̃ ſpirituales, cognoſcat).

¶ PROB. Quia quę in verbo Dei præextiterunt, dupliciter ab eo fluxerunt (in intellectũ ſcilicet angelicũ, ac ut ſubſiſterent in proprijs naturis): Et in verbo Dei ab æterno extiterunt rationes omnium tũ corporaliũ, tum ſpiritualiũ creaturarum.

1m ex Philoſ.o

Naturam. ℞. Cum naturis cognoſcẽdis non habentem affinitatem, qualem habent naturæ angelorum adinuicem: non aliter. §. Tunc &c. vt patet ex litera.

2m ex lib. de cauſis.

Cauſata, cauſæ. ℞. Vt in ratione cauſæ, & cauſati, includitur ſimilitudo: non aliter. §. Ac ſi ergo diceretur: omnis intelligẽtia ſcit qđ ſupra ſe, & quod infra ſe: inquantum habet ſimilitudinem cum his. Tunc & cæt. Nam vnus angelus habet ſimilitudinem cum alio: vt ex ad primũ, & hic ad ſecundũ, litera colligitur.

Ter-

3m de antecedẽte, quò ad vltimam partẽ diuiſionis.

Per ſpeciẽ. ℞. Ab angelo intellecto differentẽ ſecũdum eſſe materiale, & immateriale: non, ab illo differentem ſecundum eſſe naturale. & intentionale. §. Tunc nihil &c. Secundum.n. poteſt dici: non primũ, vt patet in textu.

Quar-

---

2. con. c. 96. Et vir. q. 8. art. 7.

* Lib. 3. de aĩa tex. 4. tom. 2.

* Prop. 8. in prin. habetur hic liber inter opera Ariſtot. to. 3.

* q. 50. art. 4. & q. 55. art. 1.

* Propoſ. 11. in prin. habet̃ hic liber inter opera Ariſtot. to. 3.

* Lib. 2. c. 8. per totũ, to. 3.

* q. 50. artic. 4.

D. 216.

4m conclusio prima. Sic sequeretur &c. 2. Nisi eiusdē rationis esset: quod Deus & adderet aliquam creaturam vniuerso, & aliquam speciem angelo. §. Tunc nihil &c. Eiusdem enim rationis est utrumque: vt suprà ex conclusionis probatione fundata in Augustino, & hic ex litera, habetur.

AD QVARTVM dicendum, quòd Deus vnamquamque creaturam fecit proportionatam vniuerso, quòd facere disposuit. Et ideo, si Deus instituisset facere plures angelos, vel plures naturas rerum, plures species intelligibiles mentibus angelicis impressisset. Sicut si ædificator voluisset facere maiorem domum, fecisset maius fundamentum. Vnde eiusdem rationis est, quòd Deus adderet aliquā creaturam vniuerso, & aliquam speciem intelligibilem angelo.

ARTI-

APPENDIX.

Vtilitas p philosophia.

EX artic. habes primò: quomodo per rationem ostendas, Philosophum illum magnum (quicumque is tandem fuerit) meritò, in libro de causis propositione vndecima, dixisse: omnis intelligentia scit res quæ non corrumpuntur. Idest (in nostro proposito sistendo) omnis intelligentia cognoscit aliam. Nam angelus quisque, intelligentia ibi nominatus est res: quę non corrūpitur, q. 50. art. 5. Secundò habes: quomodo per rationem Philosophorum illud dictum in vero sensu declares, probes, defendas. Tertiò vides: quomodo ex hoc, similibusq́; locis, vicissim iuuetur conclusio.

2 3

¶ NOTAT. Præsenti seruit articulo articulus in ordine 264. 280. 262.

Pro stud. var. coor.

Comm. Cardinalis Caietani.

IN titulo articuli, illud tantum aduertendū est, quòd hic simul intenditur, & an vnus angelus cognoscat alium, & quomodo.

¶ In corpore vna conclusione affirmatiua respondet quæsito: Quilibet angelus cognoscit alios, per inditas omnium rerum rationes in eo. Declaratur conclusio ex authoritate August. dicentis, res esse productas à Deo non solum in esse naturali, sed etiā intelligibili in mentibus angelorum. Ex hoc enim manifeste habetur, quòd in vnoquoque angelo sint rationes omnium tam corporalium, quàm spiritualium: per quas potest eos intelligere. Et quoniam ly omnium, distribuit etiam pro ipso angelo cognoscente: ideò S. Tho. ad confirmationem præcedentis artic. solicitus fuit hic, vt declararet quomodo in ipso angelo intelligente ipsemet productus sit secundùm esse intelligibile, ne crederes, ipsum secundùm esse intelligibile, aliquam intentionem in seipso superaddere, supra esse naturale ipsius.

¶ In responsione ad primum, dubium occurrit, quomodo responsio illa satisfaciat argumento: videtur enim consistere in quadam exceptione, quasi dicat, quòd cognoscens potest ex natura sua habere actu aliquam ex naturis cognoscibilibus ab ipso: quando natura ipsa est habens affinitatem cum alijs, & ordine quodam secundùm perfectius & imperfectius est ab eis distincta, & quia sic se habet natura angeli cuiusque ad cæteros, ideò stat, quòd habeat seipsum in actu intelligibili & naturali, & non impediatur à cognitione aliorum. Sed hoc patitur magnam difficultatem. Tùm, quia vt dicit Auerrois in 3. de anima comm. 5. propositio dicens: quòd Recipiens debet esse denudatum à natura recepti: intelligitur à natura generis proximi rerum receptarum. Et consequenter ex hoc, quòd natura intranea habet affinitatem cum extraneis: magis obstat propositio. Et confirmatur, quia apud S. Thomam omnes angeli sunt eiusdem generis proximi, cum neget in eis genera subalterna. Tùm, quia secundum hanc glossam rueret processus Aristot. in 3. de anima: quoniam posset quispiam dicere, animam habere actu aliquam de naturis cognoscibilium, puta seipsam: vel vt antiqui dicebant, aliquod elementum, & quod hoc non impedit aliorum cognitionem, quoniam ordine quodam se habet ad alia, secundùm perfectius & imperfectius, vt de se patet, & habet affinitatem cum eis propter proximitatem in essendo, aut principiando. Tùm, quia habere affinitatem distinguitq́ue ordine quodam, non remouet causam, quare intus existens prohibet extraneum. Causa enim est, quia determinatum ex se ad certam naturam in actu, non potest ad alias determinari, sicut nec illa natura ad quam determinatur, potest determinari ad alias. Vnde & Auerrois in primo Physicorum, comm. 63. dicit, quòd si materia prima haberet ex natura sua aliquam formam, non reciperet omnes formas. Et similiter si haberet aliquam priuationem, non reciperet omnes priuationes. Constat autem, quòd causa hæc habet locum in naturis quantumcumque affinibus, & se habentibus secundùm perfectum & minus perfectum, quoniam commune est omnibus naturis specificis actualibus: quod vltima differentia unius non potest determinari per vltimam differentiam alterius. Et quo ad actum discernendi experimur, quòd sensus, affectus quocumque sensibili, impeditur à discretione aliorum, secundùm id, in quo differunt.

¶ Ad euidentiam huius difficultatis, duo breuiter tangenda sunt. Primò, fundamentum illius maximę, quare, Intus existens, prohibet extraneum. Secundò, sensus literæ.

¶ Quo ad primum, sciendum est, quod propria ratio huius est: quia vna natura non est determinabilis per aliam, si enim esset aliqua forma determinabilis per omnes formas, materia prima habendo illam, non impediretur à receptione omnium. Et similiter intellectus animæ nostræ habendo tale intelligibile, scilicet determinabile per omnia intelligibilia, non impediretur intelligere omnia. Vnde si cholera in lingua febricitantis, ipsa salua, esset determinabilis per dulcedinem, non impediretur à gustu dulcedinis. Ex hoc autem relinquitur, quòd propositio illa non tenet in naturis, quarum una est determinabilis per alteram: sed in his tantum, quarum neutra potest alterius esse determinatio. Propterea manifeste non tenet in naturis, quæ se habent ut potentia & actus. Non enim receptiuum omnium formarum sensitiuarum ut sic, impediretur à receptione earum, si esset actu vegetatiuum, quia natura vegetatiua determinabilis est per sensitiuam, vt potentia per actum.

¶ Quo ad secundum, verba literæ dupliciter intelligi possunt: iuxta duplicem modum considerandi naturas cognoscibiles, propter duplicem ordinem cognoscibilium. Constat enim quòd naturæ cognoscibiles sunt duplicis ordinis. Quædam enim cognoscibiles tantum, vt patet de sensibilibus. Quædam verò sunt cognoscibiles & cognoscitiuæ, non per accidens, puta, quia ratione vnius cognoscit, & ratione alterius cognoscitur, vt contingit in animalibus, sed per se: ita quòd idem est secundum se cognoscens & cognitum, actu, vt contingit in se paratis à materia. Et ex hoc prouenit, quòd naturæ cognoscibiles possunt dupliciter considerari, scilicet, vt cognoscibiles præcisè, & ut cognoscentes cognitæ: vbi utrumque inuenitur. Ex his enim duabus distinctionibus oritur, & veritas sensuum, & veritatis claritas. Prima namque facie, sensus literæ videtur, qui iam tactus est, quòd scilicet, natura eiusdem generis solo ordine, graduq́ue specifico ab alijs naturis cognoscibilibus, differens, si intus existit, non prohibet alias, quia sunt affines. Et videtur fundata ista ratio super hoc, quòd cognitio fit per assimilationem, ac per hoc in naturis similibus, quales sunt prædictæ, vna non prohibet cognitionem alterius. Et quia naturæ spirituales angelorum sunt huiusmodi, ideo natura unius non impedit cognitionem alterius. Et hic sensus considerat naturas, vt cognoscibiles tantum, & par facit iudicium de naturis spiritualibus & corporalibus. Sed obstat huic sensui experientia, pręter authoritates, & rationes allatas, quoniam experimur, vnum colorem impedire cognitionem aliorum, & similiter in saporibus. Et tamen constat, quòd colores inter se, & similiter sapores inter se, sola specie differunt, & in genere conueniunt. Interius autem contemplantibus, sensus literæ videtur, quòd non est idem iudicium de naturis sensibilibus, quæ sunt intelligibilia nostra & de naturis spiritualibus. Et propter hoc, non sic se habet intellectus angelicus ad naturas spirituales, sicut intellectus noster ad naturas sensibiles, super quo tamen stabat vis argumenti. Quòd autem non sit idem iudicium ex affinitate spiritualium inter se, ex hoc quòd solo specifico ordine distant, apparet. Vbi scito, quòd proximitas naturarum potest applicari ad cognoscibilia tantum, & sic ut dictum est, Intus existens prohibet aliud, & potest applicari ad cognoscibilia cognoscitiua: & sic non impedit, immo iuuat cognitionem. Quòd enim non impediat, probatur. quia remouetur causa impedimenti, quæ est interminabilitas vnius naturæ per aliam, vt patet ex dictis. Ex hoc enim quòd ponitur aliqua vna natura intellectiua necessariò ponitur determinabilis per alias: vnde si albedo esset non solum uisibilis, sed visiua, ex hoc ipso esset determinabilis per alios colores, sicut potentia visiua. Modo autem, quia est visibilis tantum non est determinabilis per eos, & propterea modo intus existens, prohibet alios: tunc autem non impediret. Quòd autem magis adiuuet, ex eo patet: quòd cognitio fit per assimilationem: & minor opus est superueniat assimilatio, vbi tanta est proximitas. Quia igitur constat ex supra dictis: substantias spirituales esse intellectiuas & intelligibiles actu, & in istis proximitas naturarum non prohibet cognitionem: ideo author respondendo, affinitatem naturarum spiritualium, pro ratione responsionis sumpsit: & argumento satisfecit proportionali, affinitatem apud nos impedientem, ibi non impedire dicens. Et ex his patet solutio obiectionum omnium, quoniam de naturis cognoscibilium, aut receptibilium absolutè loquuntur. Nos autem hic de cognitis & cognoscentibus in actu, de quibus est alia, immo opposita ratio, vt patet ex dictis.

Ferr. 3. com. c. 43. 52. Scot. 2 s.d. 3. q. 8. Bannes ar. 3. S. Bon. 2. s.d. 3. q. 2. ar. 2. Capr. 1. distin. 3. quaest. 2. con. 6.

286 2. dist. 23. q. 2. art. 1. corp. Et 4. di. 49. q. 2. art. 6. & 7. Et 3. cō. c. 49. & 52. Et Ro. 1. lib. 6. fi. Et vers. q. 8. art. 3. cor.

SVPER Q. LVI. ART. III.

CONCL. Angeli per sua naturalia habēt cognitionem de Deo: non tamen vident ipsius essentiam.

¶ PROB. Quia (cùm imago Dei impressa sit ipsa natura angeli) angelus per propriam essentiam, inquātum est similitudo Dei, Deum cognoscit: Et ipsamet essentia angeli non est sufficiens ad repraesentandum diuinam essentiam (cum nulla similitudo creata ad hoc sufficiat).

1^m ex Dionys.

Cognitione. R. Cōprehensionis: non, incomprehensionis. §. vnde in eadem auctoritate praemittit Dionysius, ly cōprehensibili &c. Tūc nihil &c. vt in conclusione patet.

2^m de minori.

Attingi R. Cōprehensiue, vel ita vt per naturam inferioris videatur essentia alterius: non aliter. §. Tunc &c. Nam angelus naturali cognitione attingendo Deū, non attingit cōprehensiue eum; neque uidet ipsius diuinam essentiā (vt ait conclusio).

3^m de maiori.

Duplex. R. In hominibus: non, absolutè. §. Tunc &c. Est enim triplex cognitio de Deo: absolute loquēdo. Vnde totum residuum argumenti conceditur: & dicitur, quòd angeli naturalis cognitio est media, vt habetur in corpore.

D. 828.

* Ar. 1. huius quaest.

APPENDIX.

Vtilitas pro Eccle. S. Dei.

EX art. habes primò, quomodo per rationem

ARTICVLVS III.

Vtrum Angeli per sua naturalia Deum cognoscere possint.

AD TERTIVM sic procedit. Videtur, quòd angeli per sua naturalia Deum cognoscere non possint. Dicit enim Dionys.* 9. cap. de diuin. nomin. quòd Deus est super omnes coelestes mentes, incomprehensibili virtute collocatus. Et postea subdit, quòd quia est supra omnem substantiam, ab omni cognitione est segregatus.

* c. 9. inter princip. & medium.

¶ 2 Praet. Deus in infinitum distat ab intellectu angeli. Sed in infinita distantia non possunt attingi. ergo videtur quòd angelus per sua naturalia non possit Deum cognoscere.

¶ 3 Praet. 1. Cor. 13. dicitur, Videmus nunc per speculum in aenigmate, tunc autem facie ad faciem, ex quo videtur, quòd sit duplex Dei cognitio. Vna qua videtur per sui essentiam, secundùm quam dicitur videri facie ad faciem. Alia secundùm quòd videtur in speculo creaturarum. Sed primam Dei cognitionem angelus habere nō potuit per sua naturalia, vt suprà * ostensum est. Visio autem specularis, angelis non conuenit: quia non accipiunt diuinam cognitionem à rebus sensibilibus: vt dicit Dion.* 7. cap. de diuin. nomin. ergo angeli per sua naturalia Deum cognoscere non possunt.

* q. 12. artic. 4.

* c. 7. inter princip. & medium.

SED CONTRA. Angeli sunt potentiores in cognoscendo, quàm homines: sed homines per sua naturalia Deum cognoscere possunt, secundùm illud Rom. 1. Quod notum est Dei, manifestum est in illis. ergo multò magis angeli.

RESP. Dicendum, quòd angeli aliquam cognitionem de Deo habere possunt per sua naturalia.

Ad cuius euidentiam considerandum est, quòd aliquid tripliciter cognoscitur. Vno modo per praesentiā [d] suae essentiae in cognoscente, sicut si lux videatur in oculo. Et sic dictum est,* quòd angelus intelligit seipsum. Alio modo per praesentiā suae similitudinis in potentia cognoscitiua: sicut lapis videtur ab oculo per hoc, quòd similitudo eius resultat in oculo. Tertio modo per hoc, quòd similitudo rei cognitae non accipitur immediatè ab ipsa re cognita, sed à re aliqua, in qua resultat: sicut videmus hominē in speculo. Primae igitur cognitioni assimilatur diuina cognitio, qua per essentiam suam videtur. Et haec cognitio Dei, nō potest adesse creaturae alicui per sua naturalia, vt suprà dictum * est. Tertiae autem cognitioni, assimilatur cognitio qua nos cognoscimus Deum in via per similitudinē eius, in creaturis resultantem, secundū illud Rom. 1. Inuisibilia Dei per ea quae facta sunt intellecta conspiciuntur. vnde & dicimur Deum videre in speculo. Cognitio autē, qua angelus per sua naturalia cognoscit Deum, media est inter has duas: & similatur illi cognitioni, qua videtur res per speciē ab ea acceptam. Quia enim imago Dei est in ipsa natura angeli impressa per suam essentiam, angelus Deum cognoscit, inquātum est similitudo Dei: non tamē ipsam essentiā Dei videt, quia nulla similitudo [d] creata est sufficiēs ad repraesentandā diuinam essentiam. Vnde magis ista cognitio tenet se cū speculari, quia & ipsa natura angelica est quoddam speculum, diuinam similitudinem repraesentans.

*q. 12. ar. 4.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd Dionys. loquitur de cognitione [d] comprehensionis, vt expressè eius verba ostendunt. Et sic à nullo intellectu creato cognoscitur.

AD SECVNDVM dicendum, quòd propter hoc, quòd intellectus & essentia angeli in infinitum distant à Deo, sequitur, quòd nō possit ipsum comprehendere, nec per suam naturam eius essentiam videre: non tamen sequitur, quòd propter hoc nullam habeat eius cognitionem: quia sicut Deus in infinitum distat ab angelo: ita cognitio, quam Deus habet de seipso, in infinitum distat à cognitione, quam angelus habet de eo.

AD TERTIVM dicendum, quòd cognitio quā naturaliter angelus habet de Deo, est media inter vtrāq; cognitionem: & tamē magis se tenet cum vna, vt suprà dictū * est.

* In corp. artic.

tionem ostendas, meritò fuisse dictum à Philos. illo magno (quisquis ille fuerit) in lib. de causis propositione vndecima. Omnis intelligentia scit res quae nō corrumpuntur. Item propositione 8. Omnis intelligentia scit quod est supra se, inquātum est causata ab eo. Hoc est (in proposito loquendo) Angelus naturali cognitione (De hac tātū Philosophi loquuntur) intelligit Deum, inquantū sua ipsius angeli essentia est quoddam quasi speculū Dei similitudinem repraesentans, vtpote à Deo ipso causata. Secundò habes: quomodo per rationem illa dicta philosophica declares, probes, defendas. Tertiò habes; quomodo per rationem secundae partis conclusionis dissipes superciliosum verticem Anomorum, siue Anomeorū inaniter iactantium, se comprehendere Dei naturam. Si n. Angelus perspicacioris vtique intellectus per sua naturalia Dei essentiam nec videre, nedum comprehēdere, potest: multò minus homunciones illi Anomaei essentiam, seu naturam Dei cōprehendere poterunt. Caeterum, quoniam haec illorum tanta iactantia etiam q. 12. art. 7. exsibilata est, idcirco nil aliud stulto iuxta stultitiam respondentes ad illā quaestionē te remittimus, quorum & ibi damnationē canonicam, post rationem naturalem, compories. Quartò vides: quomodo ex his victrix Angelica tuetur, atq; stabilitur conclusio.

2

3

D. 485.

D. 366.

4

¶ NOT. Articulo isti fert, suppetias articulus in ordine 58. 283. 63. 84. 56. 61.

Pro stud.

QVAE-

Comm. Cardinalis Caietani.

TItulus clarus est, hoc adiecto, quòd vt in praecedentibus diximus, inquirimus simul modum quo angelus naturaliter cognoscit Deum.

¶ In corpore articuli quatuor facit. Primò proponit conclusionem responsiuam affirmatiuè, hanc s. Angeli possunt per sua naturalia aliquam cognitionem habere de Deo. Secundo, declarat eam ponendo modū talis cognitionis. Et hoc facit distinguendo tres modos, quibus res est visibilis, & applicādo eos ad Deum, respectu intellectuum creatorum, medio loco ponendo modum, quo Deus realiter cognoscitur ab angelo, & clarè patent omnia in litera. Tertiò, probat conclusionem iam modificatam, s. quòd angelus cognoscit Deum per similitudinē immediatè ab eo habitam sic, in angelo est impressa substātialiter similitudo diuina. ergo per suā substantiam intelligit Deum tanquā per speciem immediatè sumptā ab eo, & tenet consequentia, quia substātia à solo Deo est. Quartò, respondet tacitae obiectioni, qua posset quisquā credere, quòd talis cognitio Dei esset eius visio, propterea quia experimur in nobis, cognitionē per speciem immediatè ab obiecto impressam, visionis rationē habere. Facit autem hoc, assignando primo causam, quare talis cognitio Dei in angelo non est visio Dei, quia s. nulla similitudo creata sufficit ad repraesentandum Deum perfectè. Secundò declarando, quòd talis cognitio magis declinat in alterum extremum, s. visionem specularem ex illa nec causa, s. elongatione à primo extremo, scilicet visione faciali, & ex hoc quòd angelus dicitur speculum Dei.

¶ Circa

¶Circa hanc conclusionem sic modificatam, dubium occurrit ex tribus cap. Primò, ex imperfectione cognitionis talis, quoniã secundum hoc sequeretur, ꝙ angelus non haberet nisi cognitionem confusam de ipso Deo, & tenet sequela, quia substantia angeli non repræsentat id, quo Deus constituitur in esse proprio, & distinguitur ab aliis, sicut nec repræsentat id, quo alius angelus distinguitur ab eo. Et confirmatur; quia si angelus per solam substantiam suã cognosceret alios angelos, non cognosceret eos distincte, propter rationem prædictam. ergo cognoscendo Deũ per solam substantiam suam, non cognoscit eum distincte: quod est inconueniens. Secundo obijcit. Scotus in 2. d. 3. q. 9. ex ratione discursus, sic Cognitiò per similitudinem repræsentantem, vt cognitam, est cognitio discursiua: sed cognitio angeli de Deo per substantiam angeli, est per similitudinem repræsentantem vt cognitam: ergo est discursiua hoc est inconueniens apud te, qui negas discursum in angelis, & esset inconueniens simpliciter ponere, ꝙ prima & perfectissima cognitio naturalis, quã habet angelus de Deo, sit discursiua, dato quod angelus posset discurrere. Maior propositio patet ex differẽtia inter speciem repræsentantem vt rationem cognoscendi, qualis est species in oculo, & repræsentantem vt cognitam, qualis est species in speculo. Minor verò relinquitur per se nota: quoniam angelus non nisi cognoscendo se, cognoscit Deum, cum cognoscit ipsum per suam substantiam. Tertiò arguit idem ibidem ex possibilitate & rationabilitate ponendi in mente angelica speciem intelligibilem repræsentantem distincte, non tamen adæquate & comprehẽsiue Deũ quemadmodũ ponitur species intelligibilis alterius angeli. Et tripliciter nititur hoc probare. Primò, quia homo in statu innocẽtiæ habebat cognitionem, de vltimo fine in speciali, & non solũ in communi, vt modo habet. ergo angelus secundum naturã suã habet cognitionem de illo in speciali maiorem, quod est cognoscere distincte: tenet consequentia: quia beatitudo naturalis angeli est maior naturali beatitudine hominis in statu naturæ conditæ. Secundò sic. Paulus raptus ad videndũ Deum, potuit meminisse eius quod viderat. ergo potuit in eo imprimi species obiecti quod viderat, tenet consequentia, quia aliter non memmisset. Antecedens verò ex ipso Apostolo patet, qui recordabatur se audisse arcana verba, quę non licet homini loqui &c. Tertio, quia cognitio matutina apud Augustinum, est cognitio rerum in verbo, & prior cognitione vespertina, & competens angelis ante beatitudinem. ergo erat in eis cognitio distincta Dei, per aliquam speciem intentionalem vt rationem cognoscendi tenet consequentia: quia cognitio matutina est distincta cognitio rerũ in verbo, impossibile est autem ꝙ in causa confuse cognita, cognoscantur effectus distincti & ordinati.

¶Ad euidentiam huius difficultatis consistentis in hoc: an. s. ponenda sit aliqua species intelligibilis ipsius Dei, an ipsa essentia substantiæ intellectualis, locum speciei intelligibilis repræsentantis Deum tali intellectui, sufficienter suppleat. Primo videndum est, quod requiritur ad distincte repræsentare aliquid. Secundo: an sit possibile dari repræsentatiuum Dei distincte in esse naturali, vel intentionali.

¶Quoad primum, breuiter sciendum est, ꝙ repræsentari distincte non dicitur res, nisi repræsentetur illa conditio, qua formaliter constituitur in suo proprio & essentiali esse, vt patet inductiue. Non. n. homo distincte repræsentatur, nisi rationali reprę̨sentato, supposito, ꝙ rationale sit propria & essentialis differentia hominis. Et similiter albedo distincte non repræsentatur, nisi vltima sua differentia repræsentetur. Vnde Deus non distincte reprę̨sentabitur, nisi reprę̨sentetur id, quod se habet ad ipsum quasi essentialis, & propria differentia constitutiua eius, in hoc, ꝙ est esse Deum. Hęc de primo.

¶Quoad secundum ex parte reprę̨sentatiui, sciendum est, ꝙ quantum contingit esse repræsentatiuum, tantam contingit esse cognitionem. Et propterea à destructione consequentis arguendo, si non contingit esse tantam cognitionem, nec possibile erit esse tantum reprę̨sentatiuum: sed impossibile est dari naturaliter tantam cognitionem Dei in creatura s. quod sit eius cognitio distincta. ergo impossibile est dari repræsentatiuum Dei distincte. Quod autem talis cognitio sit impossibilis probatur ex eo, quod cognoscere distincte, est cognoscere vltimam differentiam, vel id quod se habet ut vltima differentia. Cognoscens autem rem vsque ad vltimam differentiam inclusiue, non solum secundum, quod terminat quæstionem an est, seu quia est, sed secundum quod determinat quęstionem quid est, cognoscit sufficienter ex natura rei a priori omnia conuenientia illi rei: quoniam sermo diffinitiuus soluit omnes difficultates, & principium omnis demonstrationis est quod quid est, quod nulli creaturæ naturaliter cõuenire potest respectu Dei, de tali obiecto quod est Deus. Ex parte verò obiecti aduertendum est, quod si de diuinis balbutiendo loqui licet, irrepræsentabilitas eius relucet ex eo quod infinitum entitatiue vt sic, non est distincte repræsentabile. Vnde quamuis sapientia diuina possit repræsentari per aliquod creatum distinctè, non tamen distincte repræsentatur inquantum infinita, nisi quo ad quæstionem an est: sed constitutiuum propriũ Dei, puta deitas vt sic, est ens infinitum ergo est irrepræsentabile distincte patet minor, quia non est imaginandum, quod infinitas se habeat ad deitatem quemadmodum se habet ad rationes attributales. Nõn enim quemadmodum sapientia & bonitas sũt quædam rationes formales seu realitates secundum se, & infinitatem vel finitatem sortiuntur, vt modum quantitatis perfectionalis, ita deitas sortitur infinitatem, sed infinitas est ipsum quod quid erat esse deitatis: alioquin Deus non esset primo essentialiter & intrinsecè ens infinitum.

¶Ex his autem patet, quid dicendum sit ad primam obiectionem. Nam vocando omnem cognitionem rei citra quidditatiuã cognitionem confusam, conceditur ꝙ omnis cognitio possibilis haberi de Deo a creatura naturaliter est confusa, quia non quidditatiua.

¶Ad secundam vero obiectionem, quæ est Scoti, dicitur quod maior est simpliciter falsa, vt patet de cognitione Socratis per speciem eius in speculo. Talis enim fit per similitudinem repræsentantem ut cognitam: & tamen non est discursiua. Nec obstat si dicatur, quod Socrates tunc non apprehenditur ab eadem potentia. s. visiua: sed per accidens ab altiori potentia: quemadmodum videntes Socratem, dicuntur videre viuum, hoc enim magis facit ad propositum, quoniam ex hoc, non impeditur responsio data, sed siue per se, siue per accidens, siue per eandem potentiam, siue per diuersam, satis est quod cognoscens per similitudinem ut cognitam, non oportet quod discurrat. Hoc enim firmato, facillime patet, quomodo angelus absque discursu per essentiam suam cognoscere potest Deum ex illo principio. Quæ sunt diuersa & dispersa in inferioribus, vnite præhabentur in vno superioris ordinis. Et propterea, quemadmodum angelus per vnã uirtutem cognoscitiuam percipit nobiliori modo, quicquid nos per tot uirtutes cognoscitiuas apprehendimus & inuestigamus: ita per unam uirtutem & unam speciem, eminentius potest habere, quod nobis conuenit per diuersas potentias ac species se consequentes. Ac per hoc poterit per speciem reprę̨sentantem ut cognitam, eminẽtius repræsentati cognitionem elicere absq; discursu per eandem uirtutem, & absque alia specie, sicut nos absque discursu, per consequentem tamen speciem & potentiã facimus. Dicitur secundo, quod similitudo repræsentans ut cognita, est duplex, quædam ut cognita tantum, quædam ut cognita, & ratio cognoscendi simul, ut patet de essentia diuina respectu omnium simpliciter. Et tunc dico, quod quicquid sit de repræsentante primo modo, falsa est maior de reprę̨sentante secũdo modo, & ꝙ essentia angeli tali modo reprę̨sentat ex sua excellentia: unde & S. Th. in corpore articuli dicit, ꝙ cognitio ista assimilatur cognitioni per speciẽ ab obiecto impressam immediate repræsentantẽ tamen imperfectè. Et sic argumentũ peccat & ꝑꝑ excellentiam intellectus angelici, & propter excellentiam substantię eius vt repræsentatiuæ. Nec obstat ꝙ essentia angeli non continet Deum virtualiter: sufficit enim quod contineat ipsum participatiue.

¶Ad obiectiones autem tertio loco adductas ex Sco. dicitur ꝙ nec homo, nec angelus in quocũque statu naturæ potuit habere cognitionem distinctam. i. quidditatiuam ipsius Dei, quamuis in latitudinem cognitionis non quidditatiue perfectius homo cognouerit in statu innocentiæ, quam nunc, & perfectius angeli quam homo, & inter eos, vnus perfectius altero. Sed arguens decipitur in hoc, quia supponit ꝙ cognitio Dei non in cõmuni, sed in speciali sit cognitio quidditatiua, quam negamus ab angelis, cum tamen constet, quod stat cognoscere aliquid in speciali, & non quidditatiue. Ad id uero quod obiicitur de memoria rapti, dicitur a S. Tho. expresiè, quod non potuit remanere species obiecti, quamuis potuerit accipere species rerum uisarũ in obiecto, unde & Paulus non meminit obiecti, nisi in confuso, & quia fuit, sed rerum uisarum, propter quod dicit in numero plurali, arcana uerba, quæ non licet homini loqui. Ad ultimum de cognitione matutina, dicitur negando quod cognitio matutina fuerit in angelis ante beatitudinem. Quamuis etiam consequentia non uideatur necessaria, quia non est remotum, quod in causa non quidditatiue cognita, aliqui effectus ordinati cognoscantur distincte, quamuis impossibile sit, in tali cognitione cognoscere omnes effectus.

Ferr. 2. cont. c. 97. Bannes q. 57. ar. 1.

SVP. Q. LVII.

ART. I.

CONCL. Sicut Deus per suam essentiã materialia cognoscit: ita angeli, ea cognoscunt per hoc, quod ipsa per suas intelligibiles species sunt in eis.

¶ PROB. Quia omnia materialia præexistunt in angelis simplicius ac immaterialius, quam in rebus, licet multiplicius ac imperfectius quam in Deo, & quicquid est in aliquo, est in eo per modum eius, in quo est (memento pro semper uidere probationes harũ propositionum in corpore sicut & alibi).

1^m de maiori.

Intellectum. ℞. Secundum speciem intelligibilem, non, secundum suum esse crassum exterius. §. Tunc &c. Nam species intelligibiles rerum materialium, siue (quod in idem redit) res materiales per species suas intellectum angelorum perficiunt: & hoc sufficit ad intelligendum aliquam rem.

286 Infr. q. 89. ar. 3. Et 2. co. c. 97. & uir. q. 8. ar. 8. & q. 10. a. 4. cor. & q. 10. ar. 4. cor.

2^m ex gloss. 2. Corinth. 12.

Per sui essentiam ℞. V^t intellectum in intelligente: non semper, secundum suum esse reale. §. Tunc &c. Nam essentiæ materialium, secundum quod intellecta in intelligente, i. secundum species suas intelligibiles, sunt in angeli mente: licet, secundum suum esse reale extra, ibi non sint.

* Elicitur ex Aug. 12 sup. Gene. ad literam c. 25. to. 3.

NOT. Aliquæ tamẽ essentiæ, & secundum suum esse reale, & secũdum esse intelligibile, sunt in intellectu (ut Deus respectu beatorum,) & hæc uisione intellectuali uidentur. Quando autem aliquæ (puta Deus respectu uiatorum, ut sic) sunt, tantum, secundum esse reale extra, in intellectu; istæ non uidentur uisione intellectuali. Ecce ergo, quod aliqua esse per sui essentiam, nullo alio addito, in intellectu non facit, quod illa cognoscantur uisione intellectuali. Simile argumentum sup. q. 12. art.

QVAESTIO LVII.

De angelorum cognitione respectu rerum materialium, in quinque articulos diuisa.

DEINDE quæritur de his materialibus, quæ ab angelis cognoscuntur.

ET CIRCA hoc quæruntur quinque.

¶ Primò, Vtrum angeli cognoscant naturas rerum materialium.

¶ Secundò, Vtrum cognoscant singularia.

¶ Tertiò, Vtrum cognoscant futura.

¶ Quartò, Vtrum cognoscant cogitationes cordium.

¶ Quintò, Vtrum cognoscant omnia mysteria gratiæ.

ARTICVLVS I.

Vtrum angeli cognoscant res materiales.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur, quod angeli non cognoscant res materiales. Intellectum enim est perfectio intelligentis: res autem materiales non possunt esse perfectiones angelorum cum sint infra ipsos. Ergo angeli non cognoscunt res materiales.

¶ 2 Præt. Visio intellectualis, est eorum, quę sunt in anima per sui essentiam, vt dicitur in * glo. 2. ad Corin. 12. Sed res materiales non possunt esse in anima hominis, vel in mente angeli per suas essentias. Ergo non possunt intellectuali visione cognosci, sed solum imaginaria, qua apprehenduntur similitudines corporum: & sensibili, quæ est de ipsis corporibus. In angelis autem, non est visio imaginaria & sensibilis, sed solum intellectualis. Ergo angeli materialia cognoscere non possunt.

¶ 3 Præt. Res materiales non sũt intelligibiles in actu, sed sunt cognoscibiles apprehensione sensus & imaginationis, quæ non sunt in angelis. Ergo angeli materialia non cognoscunt.

SED CONTRA. Quicquid potest inferior virtus, potest virtus superior. Sed intellectus hominis qui est ordine naturæ infra intellectũ angeli, potest cognoscere res materiales. Ergo multo fortius intellectus angeli.

RESPON. Dicendum, quod talis est ordo in rebus, quod superiora in entibus, sunt perfectiora inferioribus, & quod in inferioribus continetur deficienter, & partialiter, & multipliciter, in superioribus continetur eminenter, & per quandam totalitatem, & simplicitatem. Et ideo in Deo, sicut in summo rerum verticem, omnia super substantialiter præexistunt, secundum ipsum suum simplex esse, vt Dion. dicit in * lib. de diuin. nom. Angeli autem inter cęteras creaturas sunt Deo propinquiores & similiores. Vnde & plura participant ex bonitate diuina & perfectius, vt Dion. dicit † 4. c. cœ. hier. Sic igitur omnia materialia in ipsis angelis præexistunt, simplicius quidem & immaterialius, quam in ipsis rebus: multiplicius autem & imperfectius quam in Deo. Omne autem quod est in aliquo, est in eo per modum eius in quo est. Angeli autem secundum suam naturam sunt intellectuales. Et ideo sicut Deus per suam essentiam materialia cognoscit, ita angeli ea cognoscunt per hoc, quod sunt in eis per suas intelligibiles species.

AD PRIMVM ergo dicendũ, quòd intellectũ est perfectio intelligentis secundum speciem intelligibilem, quam habet in intellectu. Et sic species intelligibiles, quæ sunt in intellectu angeli, sunt perfectiones, & actus intellectus angelici.

AD SECVNDVM dicendũ, quòd sensus nõ apprehendit essentias rerum, sed exteriora accidentia tantum: similiter neque imaginatio: sed apprehendit solas similitudines corporũ: intellectus autem solus apprehendit essentias rerum. Vnde in * 3. de anima dicitur, quod obiectum intellectus est quod quid est, circa quod non errat, sicut neque sensus circa proprium sensibile. Sic ergo essentiæ rerum materialium sunt in intellectu hominis, vel angeli, vt intellectũ est in intelligente, & non secundum esse suum reale. Quædã verò sunt quæ sunt in intellectu, vel in anima s̃m vtrumque esse. Et vtrorumque uisio intellectualis.

AD TERTIVM dicendum, ꝙ si angelus acciperet cognitionem rerum materialium ab ipsis rebus materialibus, oporteret quod faceret eas intelligibiles actu, abstrahendo eas: non autem accipit cognitionem earum a rebus materialibus, sed per species actu intelligibiles rerum sibi connaturales rerum materialium notitiam habet, sicut intellectus noster secundum species quas intelligibiles facit abstrahendo;

* c. 1. declinando ad fin. pcipue. & c. 5. paulo ante medium.

† c. 4. cœl. hier. ante med.

*Lib. 3. de anima tex. 36. tom. 2. D. 75 a.

ar. 11. in ad tertium soluitur. Vide tu.

3^m de antecedente.

Intelligibiles in actu ℞. per respectum ad intellectum accipientem cognitionem a rebus: non, per respectum ad intellectum non accipientem cognitionem ab illis. §. Tunc &c. Nõ enim intellectus angelicus (sicut nec diuinus) accipit cognitionem a rebus.

APPENDIX.

EX articulo habes: primo quomodo per rationem ostendas; philosophum illũ (quisquis modo fuerit) recte dixisse, in libro de causis ppositione octaua, quod omnis intelligentia scit, quod est sub se, inquantum est causa eius. Res materiales uero esse infra Angelum; quis nesciat? Dicitur autem intelligẽtia crea esse causa eorum, quæ sunt sub se, inquantum habet similitudinẽ illorum, puta species intelligibiles illorum naturam similitudine sua repræsentantes (ut in hoc articulo ad secundum) etiam quod res ipsas non intelligentia illa, sed solus Deus, crearit. Expositio hæc ad librum de causis plano sensu habetur a D. Thu. q. 56. art. 2. ad secundum, ubi sic, respondendo ad illam propositionem de causis, formalia uerba leguntur. Dicendum, quod ratio causæ & causati non facit ad hoc, quod unus Angelus alium cognoscat, nisi ratione similitudinis, inquantum causa & causatum sunt similia. & ideo, si inter angelos ponatur similitudo, absque causalitate, remanebit in uno cognitio alterius. Hæc ibi. Et quidem iuste. Nã ipsemet libro referente in propositione undecima, omnis intelligentia scit res quæ non corrũpuntur; & consequẽter vna scit aliam, & tamẽ una (Dempta prima quæ

Veilitas p philosophia.

ARTI-

quę increata est non causat aliam, seu non est effectrix alterius, etiam secundum Aristotelem bene intellectum. Hic namque 12. meth. tex. 38. dicit, ꝙ ex vno principio dependet cœlum & tota natura. Huic dicto si addideris illam propositionem commentatoris Auerrois, in libro de substantia orbis, s. In separatis a materia. A. cuiuscunque est causa finalis illius est & effectrix, conspicies profecto, ꝙ intelligentia sola prima, de qua idem philosophus in fine 12. dicit vnus ergo princeps, est omnium aliarum effectrix. Est. n. Deus benedictus, tota schola Commentatorum concedente, causa finalis intelligentiarum a materia, vtique separatarum: ergo & effectrix illarum. Alioquin si sequela hæc negaretur: quomodo prædictum Commentatoris axioma (scilicet. In separatis a materia. A. cuiuscunque est causa finalis, illius est, & effectrix) poterit esse verum? Est ergo etiam secundum Aristotelis sensum per suum commentatorem expressum Deus causa efficiens intelligentiarum, & consequenter vna creata non est efficiens causa alterius & consequenter. D. Thomas bene etiam secundum peripateticos exposuit supra propositionem illam libri de causis. Secundo habes: quomodo per rationem dictum illud philosophicum declares, probes, & in vero sensu defendas. 2 Tertio vides quomodo ex hoc, similibusque locis vicissim Angelica iuuetur conclusio. 3

¶ Not. Articulo huic vtcunque suffragatur in ordine articulis 534. 282. 261. 293. 84. 284. 281. 267.

Comm. Cardinalis Caietani.

Titulus clarus est.

¶ In corpore articuli vna conclusio responsiua. Angeli cognoscunt res materiales per species intelligibiles existentes in eis. Et probatur sic. In angelis continentur res materiales secundum esse intelligibile ergo antecedens habet duas partes, & quo ad primam. s. ꝙ contineantur, probatur a S. Th. quia ordo vniuersi hoc habet, vt inferiora in superioribus contineantur excellentiori modo. s. magis vnite & simplicius, & declaratur ex continentia omnium in Deo. Sed angeli sunt suprema in entib. quia propinquissimi Deo, igitur. Quo ad secũdam verò partem, quia quæ continentur in aliquo, sunt in eo secundum modum continentis, ac per hoc, cum angeli sint intellectualis naturæ omnia quæ sunt in eis, sunt in eis, intelligibiliter: & declaratur ex simili proportione rerum ad continentiam Dei.

¶ Aduerte hic vnum, quod ex vi istius processus nihil aliud infertur, nisi ꝙ angeli continent res materiales intelligibiliter. Verum autem illud esse intelligibile, quo simpliciori & immaterialiori modo sunt in angelis res materiales, quam in anima nostra sint ipsemet res materiales: sit esse substantiale ipsorum angelorum, vt quidam Peripatetici credunt, vel esse intentionale p species. s. intelligibiles, ex hoc processu non habetur. Sed S. Tho. conclusit, tale esse fore intentionale, quia iam in præcedēte quęstione determinauerat, ꝙ esse substantiale angeli secundum se solum, non est tantæ perfectionis, vt habeat vnde sibi assimilentur alia secundum proprias eorum differentias.

ARTICVLVS II.

Vtrum angelus cognoscat singularia.

287
2. d. 3. q. 3. ar. 3. Et 2. con. ca. 98. Et verit. q. 8. ar. 11. & q. 10. ar. 5. Et opu. 15. c. 13. & 15. tex. 43. t. 1. † q. 15. a. 5. * q. 50. a. 2.

AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur, ꝙ angelus singularia non cognoscat. Dicit enim Philosophus in * 1. Post. quod sensus est singularium: ratio verò vel intellectus, vniuersalium. In angelis autem non est, vis cognoscitiua, nisi intellectiua, vt ex superioribus patet. † Ergo singularia non cognoscunt.

¶ 2 Præt. Omnis cognitio est per assimilationem aliquã cognoscentis ad cognitum. Sed non videtur ꝙ possit esse aliqua assimilatio angeli ad singulare, inquantum est singulare, cum angelus sit immaterialis, vt supra * dictũ est, singularitatis verò principium sit materia. Ergo angelus non potest cognoscere singularia.

¶ 3 Præt. Si angelus scit singularia, aut per species singulares, aut p species vniuersales. Non p singulares: quia, sic oporteret ꝙ haberet species infinitas. Neque per vniuersales: quia vniuersale non est sufficiens principium cognoscendi singulare inquantum est singulare, cum in vniuersali singularia non cognoscãtur nisi in potentia. Ergo angelus non cognoscit singularia.

SED CONTRA. Nullus potest custodire quod non cognoscit: sed angeli custodiunt homines singulares, secundum illud Psal. 90. Angelis suis mandauit de te &c. Ergo angeli cognoscunt singularia.

RESP. Dicendum, ꝙ quidam totaliter subtraxerunt angelis singularium cognitionem. Sed hoc primo quidē derogat catholicæ fidei, quæ ponit hæc inferiora administrari per angelos secundum illud Heb. 1. Omnes sunt administratorii spiritus. Si autem singularium notitiam non haberent, nulla prouidentiam habere possent de his, quæ in hoc mundo aguntur, cum actus singularium sint. Et hoc est contra illud quod dicitur Eccl. 5. Ne dicas, coram angelo non est prouidentia. Secundo etiam derogat philosophiæ documentis, secundum, quæ ponuntur angeli motores cælestium orbium, & ꝙ eos moueant secũdum intellectum & voluntatem. Et ideo alii dixerunt, ꝙ angelus habet quidem cognitionem singularium: sed in causis vniuersalibus, ad quas reducuntur particulares omnes effectus: sicut si astrologus iudicet de aliqua eclipsi futura per dispositiones cœlestium motuum. Sed hæc positio, prædicta inconuenientia non euadit: quia sic cognoscere singulare in causis vniuersalibus, non est cognoscere ipsum, vt est singulare: hoc est, vt est hic & nunc. Astrologus enim cognoscens eclipsim futuram per computationem cœlestium motuum, scit eam in vniuersali, & nō prout est hic & nunc, nisi per sensum accipiat. Administratio aũt & prouidentia, & motus sunt singularũ, prout sunt hic & nunc. Et ideo aliter dicendum, est, ꝙ sicut homo cognoscit diuersis virib. cognitiuis omnia rerum genera, intellectu quidē vniuersalia & immaterialia, sensu aũt singularia & corporalia: ita angelus vnam intellectiuã virtutem vtraq; cognoscit, hoc. n. rerũ ordo habet, ꝙ quãto aliquid est superius, tanto hēat virtutē magis vnitã, & ad plura se extendentem, sicut in ipso hoīe patet, ꝙ sensus cōis, qui est superior quã sensus proprius, licet sit vnica potētia, oīa cognoscit q̃ quinq; sensib. exteriorib. cognoscuntur, & q̃dam alia q̃ nullus sensus exterior cognoscit, s. differentiã albi & dulcis. Et simile & est in aliis considerare. Vnde cum angelus naturę ordine sit supra hominē, incōueniēs est dicere, ꝙ homo quacũq; sua potentia cognoscat aliquid, qd angelus p vnam vim suam cognoscitiuã, s. intellectũ, non cognoscat. Vñ Arist. pro inconuenienti hēt, ut liceat quam nos scimus, Deus ignoret vt patet in * 1. de aīa. & in † 3. meta. Modus aũt quo intellectus an-

Ferr. 2 cont. c. 98.
Cap. 2. d. 3. q. 2. conc. 8.
Bannes. ar. 2.

SVPER Q. LVII.

ART. II.

CONCL. 1. Sicut homo diuersis virib. cognoscitiuis cognoscit omnium rerum genera intellectu quidem vniuersalia, & immaterialia, sensu autem singularia, & corporalia: ita angelus per vnam intellectiuam virtutem vtraq; cognoscit.

¶ PROB. Quia angelus ordine naturæ, est supra hominem: & ordo rerum hoc habet, ꝙ quanto aliquid est superius, tanto habet virtutem, magis unitã. n. atque ad plura se extendentem, quam se extēdant virtutes multæ rei inferioris (vt patet de sensib. in homine.)

¶ CONCL. 2. Angeli per species a Deo inditas cognoscant res non solum quantum ad naturam uniuersalem, sed etiam secundum earum singularitatem.

¶ PROB. Quia sicut a Deo effluunt res, ut subsistant in naturis propriis, ita etiam, vt sint in cognitione angelica. & effluunt a Deo non solum quantum ad naturam uniuersalem sed etiã quantum ad earum singularitatem.

* 1. de aīa tex. 80. t. 2 † li. 3. Meta. tex. 15. tom. 3.

Primum

1m ex Philosopho. Intellectus. R. Intelligens per abstractionem: non, intelligens sine abstractione. §. Tunc &c. Non.n.intellectus angelicus (sicut nec diuinus) intelligit p abstractionẽ: vt habes ex secũda cõclusione.

2m de maiori. Assimilationem. R. Vel in genere, vel in specie, vel in aliquo accidente: vel sicut superius habet similitudinẽ cum inferiori. §. Tunc &c. Angeli enim cum his materialibus est similitudo vltimo modo tantum; vt habes in litera.

3m vltima pars minoris. Neque per uniuersales. R. Negatur. §. Ad probationem dicitur, ꝙ vniuersale est duplex. s. a rebus cognoscendis abstractum: & ante illas præexistens secundum excellentiã. Tunc &c. Nam species illæ angelorũ sunt vniuersales secundo modo tantum. supra. q. 55. ar. 3. ad primũ, & tertium.

* q. 14. a. 8.

APPENDIX.

Ex articulo habes primo: quomodo per rationem interimas hæresim in principio corporis recitatam, quæ ascribitur a quibusdam Auerroi, dicentem, ꝙ angeli non cognoscunt singularia. Nec mirum de hac attributione, qm̃ & Auerroes negauit, ꝙ Deus cognosceret singularia: vt habes q. 14 art. 11. Secundo habes: quomodo per rationem ostendas, hanc merito damnari a sacris literis psal. 90. Angelis suis mandauit de te, vt custodiant te in omnibus vijs tuis. Nota ly te, ly omnibus, ly tuis. Hinc.n. uides, ꝙ angeli singularia etiam minuta distinctim cognoscunt, cũ de his prouidentiam, seu prouidentiæ diuinæ executionem. Hęc est illorum custodia de rebus creatis, diligentissimè exequantur, iuxta illud Ecele. 5. Ne dicas coram angelo non est prouidentia, & illud Heb. primo, omnes sunt administratorij spiritus in ministerium missi propter eos, qui hæreditatem, capiunt salutis. Itẽ a Gen. 16. 21. 22. 24. Item, ab Iudicum 2. 6. 13. Item a Num. 22. Itẽ ab Exod. 14. 23. 32. Item a 2. Reg. 24. Item 3. Reg. 19. Item a 4. Reg. 1. 19. Item a Tobi. 3. 5. & post quasi per totum librum. Itẽ a Iudith. 13. Item a Psalmus 34. Item a Daniel. 3. 13. 14. Item a Zachar. 1. 2. Item a 2 Machab. xj. 15. Item a Matth 1. xj. 28. Item a Luc. 1. 2. 7. 22. Item a Ioan. 5. Item ab Actuum. 5. 8. 12. Item ab Apocal. primo 7 9. 10. 18. Item a plurimis alijs scripturæ locis: vbi angelos hominibus, vel ad colloquendum, vel ad consortandum, vel ad protegendum vel ad &c. apparuisse cõperies. Hæc autem singillatim circa humana non facerent angeli, nisi singularia cognoscerent. Vnde a scripturis in omnib. his locis, tanquam a præsupponentibus cognitionem angelicam de singularibus, damnata intelligitur, prædicta hæresis. Faciunt hæc loca citata etiam pro q. 51. ar. 2. vbi definitur, ꝙ angeli assumunt quandoque corpora, & c Tertio habes. quomodo p rationem hæc scripturarum loca, pro quanto angelorum cognitionem de singularib. præsupponunt, & declares, & probes, & defendas. Nota vero pro semper tam pro hucusque, a principio summæ dictis, quam ad finem vsque dicendis, quod hic, tertio annotaui. Nam, vltra, quod damnatos errores, vel per scripturas, vel per Concilia, aut summos Pontifices (prout occurrerit) fuisse merito, per rationem ostendis, potes per eiusdem occurrentis, articuli rationem dicta illa, vel scripturarum, vel summorum Pontificum, vel Conciliorum, & declarare, & probare, & in suo bono sensu, ab hostibus defendere. Huius ergo vtilissimæ notationis memento semper, & hanc in practica frequentissimè (prout decet) exerceas: etiam, quod amplius nullibi repereretur. Quarto vides: quomodo ex his vicissim firmetur illa. D. Thomæ doctrina.

q. 54. ar. 4. & q. 55. a. 2. D. 1146. D. 471. 3 4 * q. 55. a. 3

geli singularia cognoscit, ex hoc considerari põt, ꝙ sicut a Deo effluunt res vt subsistant in propriis naturis, ita ẽt vt sint in cognitione angelica. Manifestũ est aũt quod a Deo effluit in reb. non solum illud quod ad naturam uniuersalẽ pertinet, sed ẽt ea quæ sunt indiuiduationis principia. Est.n. causa totius substantiæ rei, & quantum ad materiam & quantum ad formam. Et secundum quod causat, sic & cognoscit, qa sciẽtia ei⁹ est causa rei, vt supra oñsum est.* Sicut igitur Deus per essentiam suam per quã omnia causat, est similitudo oĩum & per eam omnia cognoscit non solum quantum ad naturas uniuersales, sed etiam quãtum ad singularitatem, ita angeli per species a Deo inditas, res cognoscũt: non solum quantum ad naturam uniuersalem, sed etiam secundum earum singularitatem, inquantũ sũt q̃dã repræsentationes multiplicatæ illis unicæ & simplicis essẽtiæ.

Ad primum ergo dicendum, quod philosophus loquitur de intellectu nostro, qui non intelligit res nisi abstrahendo, & per ipsam abstractionẽ a materialib. conditionib. id quod abstrahitur, fit uniuersale. Hic ãt modus intelligẽdi non conuenit angelis, ut supra dictũ est, & ideo non est eadẽ ratio.

Ad secundum dicẽdum, ꝙ ẽm suam naturam angeli non assimilantur reb. materialibus, sicut assimilatur aliquid alicui secundũ conuenientiã in genere uel in specie, aut in accidente, sed sicut d superius habet similitudinem cum inferiori, ut sol cum igne. Et p hũc etiam modum in Deo est similitudo omnium, d & quantum ad formã & quantũ ad materiã: inquantum in ipso præexistit ut in causa, quicquid in reb. inuenitur. Et eadẽ rõne spẽs intellectus angeli, q̃ sunt quædã deriuatæ similitudines a diuina essentia, sũt similitudines rerum: non solum quantũ ad formam, sed ẽt quantũ ad materiam.

Ad tertium dicendũ, quod angeli cognoscunt singularia per formas uniuersales, quæ tamen sunt similitudines rerum, & quantum ad principia uniuersalia, & quantum ad indiuiduationis principia. Quomodo autem per candẽ speciem possint multa cognosci, iam supra dictum * est.

¶ Not. Articulo præsenti seruit articulus in ordine 279. 162. 541. 85. 90. 282. 286. 432.

Comm. Cardinalis Caietan.

Titulus est clarus aduertenti, ꝙ de singularibus materialibus est hic quæstio, & de modo cognoscendi.

¶ In corpore quatuor facit. Primò tractat opinionẽ totaliter negatiuã, q̃ vr Auerrois. s. ꝙ angeli non cognoscunt hæc singularia. Et impugnat eã dupliciter. Primò ex prouidentia & administratione angelorum circa hæc, ex authoritate Apost. Secundo, ex motione orbium cælestium per intellectum & uoluntatẽ, iuxta Arist. 12. Met. com. 36. & 37. Secundo, tractat opinionem aliã forte Auicennę, dicentis, intelligentias cognoscere singularia cognoscendo uniuersales causas. Et impugnat eam simili modo dupliciter, eisdem medijs adiungens hoc, ꝙ cognoscere singulare in causis vniuersalibus, non est cognoscere singulare, ut singulare est. Et declarat hoc exẽplo cognitionis, quam habet astrologus de hac eclipsi, quam super ignorat ut hanc, nisi sensu pcipiat eã.

¶ Circa rõnẽ hanc dubium occurrit. Quia non ur verũ illud assumptũ. s. cognoscens singulare in causis uniuersalib. nõ cognoscit singulare in quantũ hoc, qm̃ sequendo exemplum de astrologo, manifestum est, ꝙ sciens recte cõputare motus astrorum, sciet non solum eclipsim qñq; esse, sed ẽt tali tũc. i. tali hora, & tali minuto, & i tali loco, & breuiter sciet nũc & hic esse. Quia hmõi singularia, ẽt inquantum singularia, sunt determinata in causis suis quo ad omnes conditiones, nec possunt aliter se habere.

¶ Ad hãc obiectionem dr, qđ numquã astrologus habebit certam cognitionem de aliquo singulari quãtũcunq; necessario, ni si per sensum, quia conclusio singularis, non põt sciri ex maiore, & minori in uniuersalibus, sed oportet alterã præmissarum esse singularem. Singularem aũt propositionem cogitatiua format. Et decipitur in hoc obiiciens, quia non aduertit ꝙ scire nunc solem esse in tali signo, & lunam in tali, non ad scientiam, sed ad sensum pertinet, & tamen sine hoc non potest computari. ergo in tali anno erit eclypsis. Ad scientiam.n. hoc uniuersale tãtum spectat. s. ꝙ quotiescunq; sol & luna sunt in talib. signis &c. & ꝙ a tali signo ad aliud signum tantum temporis computatur, & similia. Ex quibus nunquam scit aliquod singulare, nisi subsumatur: sed nunc est sic, quod per sensum oportet haberi.

¶ Tertio rñdet quæsito una cõclusione affirmatiua. s. Angeli cognoscunt singularia. Et probat eã, q a quæ sunt dispersa in inferioribus, conueniunt unite in superiori, ut patet de sensib. particularibus respectu sensus communis. Igitur quæ nos per diuersas potentias cognoscimus, angelus unica apprehendit. Et confirmatur authoritate Arist. reputantis inconueniens, litem cognosci a nobis & non a superioribus.

¶ Circa rationem adductam ad probandum hanc primam cõclusionem, dubium occurrit. Propterea, qa illum principiũ, Quę sunt dispersa in inferiorib. adunantur in superiori, põt intelligi dupliciter. s. ꝙ adunentur eminenter & formaliter, quemadmodũ in sensu cõi adunantur sentire propria sensibilia sensuũ exteriorum

riorum, & in Deo perfectiones attributales. Alio modo eminenter quidem, sed non formaliter, quemadmodum inferiora sunt in sole Et si primo modo, ad hoc propositum assumptũ dicatur, cum non sit verũ, vniuersaliter ratio ruet. Si verò secundo modo, concludit oppositum. Si aũt indistinctè assumptũ sit, indistinctè ẽt infert: ergo omnes cognitiones nostræ eminenter continentur in angelo. Et non potuerit inferri ex hoc: ergo cognitio singularium erit in eo formaliter, qm̃ dicam ꝙ cognitio angeli est altioris ordinis, & non formaliter continens cognitionem singularium. Et confirmatur obiectio hæc, quia constat ꝙ intellectus noster est virtus altior omnibus sensib. & tamen ipso nõ adunantur cognitiones singularium sic, ꝙ ipse cognoscat singularia, nisi fortè arguitiuè & indirectè, ex admissione ad sensus. Vnde si ratio valeret, concluderet etiam de intellectu nostro, & quia non concludit de illo, igitur simpliciter non valet.

¶Ad obiectionem hanc dr̃, ꝙ propositio illa indistinctè sumitur sic, vt intelligatur quantum possibile est, iuxta modum superioris. Ita ꝙ sensus est, dispersa inferius adunari superius eminentiori modo, quo adunari possunt, iuxta tamen modum & capacitatem superioris. Et propterea in his quæ possunt adunari eminenter & formaliter, infert adunationem talem. In his aũt quæ contingit eleuari eminenter tantum, non infert nisi adunationẽ eminentiæ. Et qm̃ cognoscere quodcũq; obiectum, est de genere eorum, quæ possunt eleuari formaliter: ideo in his infert adunationem eminentem & formalem. Et ad instantiam de intellectu nostro dupliciter dici potest, primo negando, ꝙ ipse non cognoscat singularia, qm̃ saltem in statu separationis cognoscet ea. Secundo, & melius (iudicio meo) dr̃, ꝙ intellectus humanus non constituit alium gradum in ordine rerum, sed clauditur in illo rerum gradu, in quo homo locatur. Et propterea non oportet ꝙ in ipso habeat locum dicta propositio simpliciter, quæ de natura rei superioris completæ in specie intelligenda est. Res.n. incompletas non oportet simpliciter præhabere inferiora: sed magis conuenire & adunari cum eis ad integrandum vnum perfectum, ut contingit in homine. Dixi autẽ simpliciter, quia quodammodo quicquid potest uirtus nostra inferior, potest & nostra superior, dum rem eandem perfectius vel nobilius attingit.

¶Quarto respondet quęsito, quo ad modum cognoscendi, dicens ꝙ angeli cognoscunt singularia per species influxas a Deo, & probat, seu declarat hoc sic. Res omnes causantur a Deo, & quantum ad formalia, & quantum ad materialia earum in propriis naturis. ergo quo ad eadem causantur a Deo in mentib. angelorũ. ergo per tales species cognoscent angeli singularia. Antecedens supponitur. Prima verò consequentia ex Augustino etiã supponitur, volente res factas esse non solum in seipsis sed ẽt in mentib. angelorum. Secunda verò consequentia probatur ex ꝓportionalitate, quia quemadmodum se habet essentia Dei per quam omnia causat ad cognitionem eius, ita similitudines illius essentiæ secundum quod est cã talium rerum ad intellectus, in quib. sunt illæ similitudines. Sed Deus scit oĩa per illã & quo ad vniuersales, & quo ad particulares conditiones, quia illa est similitudo omnium quo ad oĩa: & quia scientia sua est causa rerum. ergo angelus per spẽs exẽplatas ab illa summa similitudine cognoscet oĩa facta, & quo ad condõnes vniuersales & singulares.

¶Circa rationem adductã ad probandum hanc secundã conclusionem, de modo cognoscendi, occurrunt obiectiones Scoti in 2. d. 3. q. vltima. Vbi tripliciter illam rationem impugnat. Primò, quia non valet consequentia: Res fluunt a Deo quo ad materiam & formam. ergo fluunt in mente angeli quo ad cognitionem singularitatis, præcipuè apud te, qui tenes contra Commẽtatorem, ꝙ materia sit pars quidditatis: sed sufficit ꝙ fluant in mente angeli ut partes quidditatis in esse cognitio. Secundo, quia species influxa non est ratio cognoscendi nisi quidditatem, ut alias probatum est. Tertiò, quia cum dicis: Essentia diuina est ratio cognoscendi tam singulare quam quidditatem. ergo & species in mente angeli, dico, ꝙ ibi est sophisma procedendo a magis perfecto ad minus perfectum affirmatiue.

¶Circa ipsam conclusionem secundam multiplex obiectio occurrit. Et primo contra eam arguit a Sco. in q. eadem, intendens ꝙ angelus cognoscat singularia per species acquisitas a reb. & non per species influxas. primò, quia singulare, puta Socrates, cognoscitur ut hoc, & non per speciem quidditatis. ergo per propriam speciem. ergo aut in angelo sunt inditæ omnium singularium propriç species, quod non est rationabile, aut acquirit species singularium, cum cognoscit illa, quod est intentum. Antecedens pro prima parte supponitur, quo ad secundam verò patet, ex eo ꝙ hoc singulare non continetur determinatè sub quidditate, vt hoc singulare est. Et probatur ab eodem multipliciter in 2. dist. 9. q. 2. contra primum argumentum, vnde sumpsit Capreolus argumenta quæ recitat, quæ nec sunt facta a Scoto contra S. Thomam, nec militant contra eum omnia: sed quædam, quæ inferius adducentur.

¶Secundo sic, Singulare cognoscitur ab angelo quoad suam existentiam actualem. ergo per speciem acquisitam: tenet consequentia, quia nec ex notitia vniuersalium, nec ex rationibus terminorum certificatur intellectus de complexo contingenti, quoniam illæ rationes, aut repræsentant determinate me sedere, seu me esse eras, aut indeterminate, Si determinatè, igitur impossibile, est ipsum per ipsos terminos habere notitiam, ꝙ hoc sit contingens. Si indeterminatè, ergo nunquam per hos terminos habebit ꝙ determinate sed eam: igitur oportet quod accipiat aliud notitiam huius.

¶Tertiò sic: Singulare cognoscitur ab angelo intuitiuè. ergo accipit cognitionem ab ipso. tenet consequentia, quia ad cognitionem intuitiuam necessario concurrit ipsa res ut præsens. Et confirmatur: quia impossibile est cognitionem intuitiuam esse per speciem eodem modo repræsentantem remanente, & non manente, vt de se patet.

¶Quartò directe cõtra conclusionem adduco rationes Scoti, ex d. 9. loco allegato ad probandum, ꝙ unamet species intelligibilis non potest esse ratio angelo intelligendi omnia singularia alicuius speciei. Et prima ratio est talis. Species una repræsentat infinita singularia distinctè. ergo est infinitæ perfectionis. consequens est impossibile, consequentia uerò probatur, quia ubi pluralitas infert maiorem perfectionem, infinitas infert infinitam perfectionem. Sed posse repræsentare plura, concludit maiorem perfectionem, qm̃ includit perfectionem duarum rationũ repræsentatiuarum adequatè. ergo posse repræsentare infinita, concludit infinitam perfectionem. Secunda uerò est, Ista species quam ponis, aut repræsentat similiter opposita pertinentia ad existentias singularium, aut alteram partem contradictionis determinate, aut successiue modo vnam, modo aliam. Non primum, quia sic nihil repræsentaret. Non secundum, quia, sic sẽper angelus cognosceret unum oppositum tantum, & nunquam reliquum. Nõ tertium, quia naturale repręsentatiuum & vniforme in se, & in intellectu, non repræsentat difformiter aliquid. Tertia ratio est, quia ex ista positione sequitur, quod quodlibet singulare existẽs statim esset notum naturaliter cuilibet angelo, & ita distantia localis non impediret &c.

¶Ad obiectiones contra rationem ad secundam conclusionẽ dicitur, ꝙ per se primò & directe intentum S. Th. est, quod quia a Deo effluit in angelum similitudo Socratis, non solum quo ad conditiones cões, sed quoad conditiones singulares: ideo angelus intelligit ipsum Sed quia opinatur materiam esse principium singularitatis in reb. materialibus, & formam cõitatis. Ideo in quęstionibus de ve. q. 8. ar. 2. inuenitur, rationem quam hic expressit per uniuersale & indiuiduale, expressisse per formam & materiam. Vnde dupliciter responderi potest. Primò, ꝙ quantum ad præsens spectat propositum, per accidens se habet materia & forma, quoniam uis rationis consistit in hoc, quod in angelo indita est similitudo omnium tam uniuersalium, quam indiuidualium conditionum, quæcunque sint, & per quæcunque naturalia principia habeantur. Secundò, ꝙ de materia possumus loqui dupliciter. Vno modo, secundum seipsam. i. prout est in rerum natura. Alio modo, secundum quod ex ordine ad formam per intellectum abstrahitur, & quod materia secundo modo cadit in quidditate rei naturalis. Primo vero modo indiuiduæ, & quod in ꝓposito est sermo de materia, non uno tantum modo, sed omnib. modis. Ita quod intendit, quod in angelo sit similitudo materiæ repræsentans eam secundum esse naturale, quod habet existẽdo in rerum natura in reb. & non solum similitudo eius secundum quod est pars diffinitionis rerum naturalium. Quod breuius dici posset, quod in eo est similitudo non materiæ: sed materiæ signatę, quam constat in diffinitione non poni.

¶Ad secundam obiectionem contra idem negatur, quod species influxa sit ratio cognoscendi tm̃ quidditatem, nec aliquam adduxit vnquam arguens rationem efficacem ad oppositum.

¶Ad tertiam dr̃, quod nulla est fallacia arguendo a communi exemplari ad consimilitudinem exemplatorum immo, est locus necessarius, & non tantum rationabilis, qm̃ quicquid conuenit uni similium, ut sic, conuenit & alteri. Talis autem est processus iste fundatus super hoc, quod a Deo fluxerunt res in duplici esse, naturali, & intentionali in mentib. angelorum. Ex hoc enim manifeste sequitur non ex ratione perfecti, aut imperfecti, sed ex ratione similium. quod similitudo rei in esse naturali apud Deũ existens, effecerit esse intentionale simile sibi in mente angelica; ac per hoc illa species intentionalis repræsentet illamet, quam repræsentat diuina similitudo, a qua est exemplata, nihil obstante differentia secundum perfectum & imperfectum.

Ad obiectiones uero contra conclusionem ordinate respõdendo ad primam, dr̃, quod cognosci per propriam speciem, dupliciter contingit. s. adæquate uel excellenter. Et quod singulare ab angelo non cognoscitur per propriam speciem adæquate, quia sic sequeretur infinitas specierum, sed per speciem excedentem idest repræsentantem non solum hoc, sed multa alia. Rursus cognosci per speciem quidditatis contingit dupliciter. s. adæquate & excellenter. Et quod singulare non cognoscitur per speciem quidditatis adæquate. quia sic nõ cognosceretur ut hoc, nisi forte

te arguitiuè & ualde imperfectè:sed per speciem quidditatis excessiue, irrepræsentantem non solum ipsam, sed etiam singulares eius conditiones quas hēt in rerū natura. Et hæc est uia S. Th. Non.n.putat ipse quod angelus cognoscendo quidditatē, puta æquitatē ex ui talis obiecti cogniti, cognoscat singularia illius, immo hanc uiā in q.de ue.loco allegato,reprobat sed opinatur, quod cognoscendo, quidditatē cognoscat indiuidua illius. i. per eandem speciem per quā cognoscit qdditatē,cognoscit indiui dua illius,qm̄ spēs illa est distincte repræsentās vtrūq; excellēter.

¶Ad secundā uero & ad tertiā obiectionem simul dr̄, quod spēs angelica repræsētat quidditatē rei,puta humanitatē,& oēs ueritates eius,fm̄ oēs conditiones eius naturales,ut S. Th. loco allegato dicit,unde & repræsentat humanitatem existere hic, & ibi, in hoc & in illo,talem & tantam,& sic de aliis cōditionibus.

¶Ad cuius euidentiam, quoniam ex hoc pendet intellectus & ratio huius materiæ, uitanda sunt duo,s. quid repræsentatur, & quomodo repræsentatur.

¶Quo ad primum sciendum est, quatuor esse in rebus.s.qddi tatē,singularitatem,existentiam, seu coniunctionem unius cum alio in rerum natura, & durationem talis existentiæ seu coniunctionis. Et hæc omnia oportet sciri ab intellectu, habente perfectā notitiam de singularibus. Suntq; separabilia ab inuicem in esse cognito, qm̄ unum pōt cognosci alio ignoto, ut patet discurrendo per singula. Et qm̄ cognitio fit per assimilationē, necesse est intellectui cognoscenti hæc,repræsentari illa. Et de primis quidem duob. non est difficile concipere,quod indita sit angelo eorum similitudo,qm̄ utrunq; spectat ad quæstionem quid est, qm̄ per primum scitur quid est Socrates uniuersaliter cōce ptus.i.inquantum homo,per fm̄ uero quid est Socrates inq̄tum Socrates singulariter apprehensus, quod a nobis non est scibile. Sed de reliquis duob. difficile est videre,& præcipue de quarto, qm̄ hoc ad q̄onem,an est,& qn̄ est,spectat. Et vt plene lustremus rem hanc,sciendum est,ꝙ coniunctio aliquorum & eius duratio multipliciter potest repræsentari intellectui, s. in suis causis,vel in seipsa. In suis causis quidem,quemadmodum coniunctio humanitatis cum risibilitate præsentatur intellectui, repræsentatis sibi quod quid erat esse vtriusque. Ex his.n.intellectus conspicit coniunctionem & coæuitatem eorum, sed hoc non habet locum in contingentibus,vt de se patet. In seipsa autem repræsentari potest dupliciter. Vno modo, ita quod duratio illius coniunctionis sit repræsentata,sicut qualitas aliqua rei repræsentatæ,quemadmodum albedo figuræ repræsentatur uisui. Alio modo, ut ipsa coniunctio sola sit repræsentata, & eius duratio concurrat, ut conditio necessaria ad hoc ꝙ repræsentetur. Quemadmodum de facto se habet duratio seu præsentia coloris ad colorem uisu repræsentatum oculo. Non.n.species uisibilis repræsentat durationem præsentiæ, sed uideri ac repræsentari color non potest, nisi præsenti tempore mensuraretur. Et cum ita sit,species ange licæ apud S. Tho. non solum repræsentant humanitatem & fortitatem:sed etiam in seipsa coniunctionem eorum, cum existere in rerum natura,& cum quocunque alio esse accidentali & naturali. Sed non repræsentant durationem talium coniunctionū, tanquam rem repræsentatam,sed tanquam conditionē sine qua coniunctio illa non repræsentatur. Quod.n. non repræsentetur duratio contingentis coniunctionis, ex eo patet, quod firmiter credimus,angelos non cognoscere futura contingentia. Si namq; in angelo esset indita similitudo sessionis meæ crastinæ, præsciret euidenter sessionem mihi coniungendam cras. Quod autem repræsentet durationem ut conditionem sine qua non, & ꝙ hoc sufficiat, declaratur,& primo secundo:quia constat sufficienter a nobis haberi cognitionem etiam intuitiuam rei per talem speciem,ut patet in visu nostro. & clarius patet, si fingas uisum esse virtutem omnium cognoscitiuam. Tunc.n.per talem speciē qua repræsentaretur sibi color præsens ut modo repræsentatur.i. ꝙ præsentia concurrit ut conditio sine qua non, cognosceret non solum hunc colorem, sed hunc colorem existentem in præsenti tempore. Deinde declaratur primū ex eo,quod duratio alicuius nulla habet repugnantiam,ut sit talis conditio sine qua, res non repræsentetur. Et confirmatur:quia quemadmodū duratio coloris est eius conditio,sine qua color nec immutat uisum,nec uide tur:ita est ēt condō sine qua non repræsentāt. Et hæc de primo.

¶Quo ad fm̄ uero modū.s.repræsentādi, breuiter dr̄,ꝙ apud S. Th. species impressa angelo a Deo respectu prædictorū se hēt sicut si in oculo esset naturaliter congenita species alicuius obiecti,puta huius albi:Tunc.n. per talem speciem nec repræsentaretur,nec cognosceretur hoc album,nisi qn̄ existeret, qm̄ inter repræsentans & repræsentatum requiritur similitudo. Nec hoc album simile est illi speciei repræsentanti, nisi hoc album existat: quoniam species illa repræsentat hanc albedinem existentem,& sic per illam speciem uideret oculus hoc album, quando illud esset,& non uideret illud,qn̄ illud non esset, & sic duratio huius albi in rerum natura se haberet ut conditio sine qua hoc album nec repræsentaretur,nec uideretur, non ex defectu spēi uisibilis,sed ex defectu ipsius obiecti. Nec per mutationem speciei,sed per mutationem ipsius obiecti cognosceret hoc album nūc esse, & postmodū perciperet illud nō esse ex defectu assimilationis illius. Et ex hoc patet quō stat,quod spēs sit indita,& nō causata ab obiecto singulari. Et ꝙ naturaliter repræsentet, & sic ratio cognoscendi rem per se primo & directè quando est,ex cō sequenti autem quando non est. Et quoniam vnum indiuiduū superioris ordinis æquiualere potest multis non solum indiuiduis,sed speciebus inferioris ordinis, eleuationem naturæ angelicæ supra corporea intuitus S. Tho. posuit quod una species in angelo sit tantæ excellentiæ,quod distincte quidem excellenter tamen sit ratio repræsentatiua multarum quidditatum & singularium, & multarum coniunctionum contingentium in rerū natura. Ita ꝙ quandocunq; coniunctio illa ponitur in rerum natura,statim assimilatur illi speciei, & sic repræsentatur & cognoscitur, desinente autem desinit repræsentari:quia desinit assimilari. Et ex his facillime patet responsio ad obiecta. Nam secunda obiectio supponit, quod coniunctio contingens repræsentetur, non seipsa,sed in rationib. terminorum tantum. Tertia vero supponit, quod præsentia temporalis non concurrat necessario ad rem cognitam,nisi quia est causa cognitionis:cum tamen liquido constare possit,quod hoc album dupliciter concurrit ad uisionem.s.ut causa immutans uisum,& ut obiectum terminans, & ꝙ præsentia temporalis exigitur ad ipsum non solum inquan tum immutans,sed inquantum terminans. Ita quod si terminaret, & non immutaret, nihilominus præsentiam exigeret temporalem,& sic se habet in proposito,ut patet ex dictis.

¶Ad confirmationem autem dicitur,ꝙ illa propositio, supra quam sæpissime se fundat Sco.s.ꝙ species repræsentans re absente & præsente,non sufficit ad cognitionem intuitiuā, non est uniuersaliter uera,qm̄ hoc dupliciter contingit.s.per hoc ꝙ abstrahit a præsentia & absentia rei, quemadmodum se habent species intelligibiles apud nos,& de talibus est uera propositio. Alio modo non per abstractionem,sed per excellentiam.i.quia tantæ excellentiæ est,ut repræsentet rem, & secundum conditiones eius absolutè,& secundum conditiones præsentiæ, vel tanquam rem præsentatam,ut species diuina,uel ut conditione sine qua non, vt species angelica, & de talib. non est uera propositio. Species ergo non propter abstractionem,sed excellentiam sui eodem modo repræsentans ex parte sui,siue res sit,siue non, sufficit ad cognitionem intuitiuam, quia posita re, aliquid noui repræsentat non per sui,sed rei repræsentatæ mutationem,seu nouitatem. Et hoc bene nota.

¶Ad primam uero rationem ex d. 9. adductam 4. loco dr̄,negando consequentiam. Et ad probationē, qua dr̄, Qn̄ pluralitas infert maiorem perfectionē,infinitas infert infinitam,dicitur primo ꝙ falsum assumitur debet.n.sub disiunctione concludi, si pluralitas infert maiorem perfectionem,infinitas infert uel infinitā perfectionem, uel altioris ordinis perfectionem. Stat.n. ꝙ una perfectio altioris ordinis,tantæ sit pfectionis, quod excedat infinitas pfectiones inferioris ordinis,& eminenter æquiualeat eis. Rursus scdo, dr̄,ꝙ cum aliquid esse infinitæ perfectionis cōtingat dupliciter,s.simpliciter,uel in tali genere,aut spē,nec oportet qđ est infinitum in tali genere,aut specie, esse infinitum ens simpliciter,ut patet de albedine infinita,si esset intensiue infinita,non.n.ppea esset perfectior q̄ substantia,sed esset infinitæ pfectionis, infra speciem tñ albedinis. Vnde in proposito,dato ꝙ infinitas contentorum inferret infinitatem continentis, non seq tur,ergo illud continens est infinitæ perfectionis simpliciter,sed in tali genere, aut spē. Et sic rō hæc ex duplici deficit capite,primo. quia nō sequitur infinitas nisi sub disiunctione, scdo,quia ēt qn̄ seqtur infinitas,non seqtur infinitas perfectionis simplr: sed pfectionis in gñe uel in spē,quēadmodum pluralitas non infert tunc maiorem perfectionem nisi eiusdem rationis. Et quoniam Scotus sæpe utitur ista ratione ad diuersa proposita, & in diuersis materiis,oportet diligenter notare quæ diximus,& applicare ad materias. Quantum ad præsentem autem spectat, iam patet ꝙ ponimus speciem altioris ordinis & similiter actum intelligendi speciei proportionatum.

¶Ad secundā aūt rōnē ex dictis habetur rñsio. Supponit.n.rō unum falsum.i.quod species in mente angelica repræsentet durationem coniunctionis contingentis,tamquam rem repræsentatam,cuius oppositum diximus, immò hoc proprium est essentiæ diuinæ,& forte nō est cōicabile alicui speciei, qm̄ hoc est repræsentare ea quæ futura sunt contingenter in seipsis determinate. Et ideo cum dr̄,aut repræsentatur utrumque oppositorum &c. respondetur cum triplici distinctione.s. de repræsentari tanquā rem repræsentatam,& conditionem sine qua non,& de oppositis fm̄ differentias temporis,& absolutè, & de oppositis positiuè & contradictoriè. Et dicitur ꝙ species in mente angelica, repræsentat tāquā rem repræsentatam alterum oppositorum positiuorū absolute,& non cum aliqua differentia temporis,repræsentat.n. coniunctionem Socratis cum sessione,& non coniunctione eius cum sessione & non sessionem contradictoriè. Nec repræsentat coniunctionem Socratis cum sessione duratura hodie uel cras,

sed

sed absolute coniunctionem eius cum sessioné, & coniunctione eius cum cursu. Et si dicas, quo ergo angelus cognoscet reliquũ contradictorium ? Et similiter, quomodo certitudinem habebit per talem speciem de hodierna sessione Socratis, & crastino eius cursu ? Iam ex dictis patet, ꝙ cum ponitur in effectu sessio Socratis statim fit assimilatio inter Socratem sedétem & illam, speciem, & præsens temporis differentia repræsentatur per illã, tãquam conditio sine qua non. Et sic cognoscitur Socrates nunc sedens. Cognoscitur uero post horã per eãdẽ spẽm Socratis nõ sedens, desinente assimilatione inter ipsum ut sedentem, & illam speciem. Et cras cognoscetur currens, facta assimilatione inter illam, & Socratẽ ut currentem. Et sic falsum est, ꝙ repetat alterũ oppositorũ determinaté, ꝙ nũquã p ipsũ cognoscetur reliquũ.

¶ Ad tertiam aũt rõnem iam patet, ꝙ non inconuenit, immo est necessariũ: & oĩa naturalia statim cũ fiunt, congenita esse ang. habitualiter & distantiã localem nõ impedire ang. cognitionem.

ARTICVLVS III.

Vtrum angeli cognoscant futura.

AD TERTIVM sic proceditur. Videtur, ꝙ angeli cognoscant futura. Angeli enim potentiores sunt in cognoscendo quam homines. Sed homines aliqui cognoscunt futura multa. ergo multo fortius angeli.

¶ 2 Præt. Præsens & futurum sũt differentiæ temporis. Sed intellectus angeli est supra tempus parificatur enim intelligentia æternitati. i. æuo: vt dicitur in * li. de causis. Ergo quantum ad intellectum angeli non differunt præteritum, & futurum, sed indifferenter cognoscit vtrumque.

¶ 3 Præt. Angelus non cognoscit per species acceptas a rebus sed p species innatas vniuersales. Sed species vniuersales æqualiter se habent ad præteritum, & futurum. Ergo videtur ꝙ angeli indifferenter cognoscant præterita, & præsentia, & futura.

¶ 4 Præt. Sicut aliquid dicitur distans secundum tempus, ita secundum locum. Sed angeli cognoscũt distantia secundum locum. Ergo etiam cognoscunt distantia secundum tempus futurum.

SED CONTRA. Id, ꝙ est proprium signum diuinitatis, nõ conuenit angelis. Sed cognoscere futura est proprium signum diuinitatis, secundum illud Esa. 41. Annũtiate quæ ventura sunt in futurũ, & sciemus ꝙ dii estis uos. Ergo angeli non cognoscunt futura.

RESP. Dicendum, ꝙ futurum dupliciter potest cognosci. Vno modo, in causa sua: & sic futura q̃ ex necessitate ex causis suis proueniunt, per certam scientiã cognoscuntur, vt solem oriri cras. Quæ vero ex suis causis proueniunt, ut in pluribus, cognoscuntur nõ per certitudinem, sed per coniecturã, sicut medicus præcognoscit sanitatem infirmi. Et iste modus cognoscendi futura adest angelis, & tãto magis quam nobis, quanto magis rerum causas, & uniuersalius, & perfectius cognoscũt, sicut medici, qui acutius vident causas, melius de futuro statu ægritudinis ꝓnosticantur. Quæ vero proueniũt ex causis suis, ut in paucioribus, penitus sunt ignota, sicut casualia & fortuita. Alio modo, cognoscuntur futura in seipsis. & sic solius Dei ex futura cognoscere: non solum quæ ex necessitate ꝓueniunt, vel vt in pluribus, sed etiam casualia & fortuita: quia Deus uidet omnia in sua æternitate: quæ cum sit simplex toti tempori adest, & ipsum concludit. Et ideo vnus Dei intuitus fertur in omnia, quę agũtur per totum tempus sicut in præsentia, & videt omnia ut in seipsis sunt, sicut supra dictum est, * cum de Dei scientia ageretur. Angelicus autem intellectus, & quilibet intellectus creatus, deficit ab æternitate diuina. Vnde non potest ab aliquo intellectu creato cognosci futurum, ut est in suo esse.

AD PRIMVM ergo dicendũ, quod homines non cognoscunt futura, nisi in causis suis, vel Deo reuelante. Et sic angeli multo subtilius futura cognoscunt.

AD SECVNDVM dicendum, ꝙ licet intellectus angeli sit supra tẽpus, quo mensurantur corporales motus: est tamen in intellectu angeli tempus secundum successionem intelligibilium conceptionũ secundum quod dicit Aug. * 8. su pr. Gen. ad lit. quod Deus mouet spiritualem creaturam per tẽpus. Et ita, cum sit successio in intellectu angeli, non omnia quæ aguntur per totum tempus, sunt ei præsentia.

AD TERTIVM dicendum, ꝙ licet species quę sunt in intellectu angeli, quoniam est de se, æqualiter se habeant ad præsentia, pręterita, & futura, tamen præsentia, p̃terita, & futura non æqualiter se habent ad rationes. Quia ea, quæ præsentia sunt, habent naturã per quam assimilantur speciebus, quę sunt in mente angeli. Et sic per eas cognosci possunt. Sed quę futura sunt, nondum habent natura per quam illis assimilentur. Vnde per eas cognosci non possunt.

AD QVARTVM dicendum, ꝙ distantia secundum locum sunt in rerum natura, & participant aliquam speciem, cuius similitudo, est in Angelo. quod non est verũ de futuris. vt dictum * est. Et ideo non est simile.

Ferr. 1. cont. c. 67.
S. Bon. d. 7. p. 2. q. 3.
Banues. ar. 3.
Aeg. 2. 5. d. 7. q. 2. ar. 1.
Cap. 1. d. 36. ar. 2. con. 1.

288 Infr. q. 86. ar. 4. Et 2. 2. q. 95. ar. 1. & 1. d. 38 ar. 5. Et 2. d. 7. q. 2. a. 2. Et 1. con. c. 67. Et li. 3. c. 154. Et uer. q. 8. ar. 12. Et ma. q. 16. a. 7. & op. 3. c. 135 & 136.

* Proposi. 2. cir. fin.

SVPER Q. LVII. ART. III.

CONCL. 1. Modus cognoscendi futura in suis causis, adest angelis, & tanto magis, quam nobis, quanto magis rerum causas, & uniuersalius, & perfectius cognoscunt.

¶ PROB. Quia angeli cognoscunt causas futurorum euentuum, vel necessario, vel vt in pluribus ab eis dependentium: Et ubi cognitio causæ, ibi cognitio euentus, secundum proportionem, i. vbi causæ cognitio maior, ibi euẽtus cognitio maior, quatenus a causa dependet (Patet.)

¶ CONCL. 2. Nõ potest ab aliquo intellectu creato cognosci futurum, ut in suo esse.

¶ PROB. Quia omnis intellectus creatus deficit ab æternitate, & in sola æternitate (cum æternitas simplex toti tempori quantumcũq; minimo, ipsum includendo per excellentiã, adsit) futura omnia, ut inseipsis sunt, præsentialiter videntur.

¶ NOT. Vide circa hoc pulchra, & necessaria, q. decima ar. primo & q. 14. ar. 9. & 13.

1^m de minori.

Futura. R. vt in causis suis: non, ut in suo ipsorum esse. §. Tũc &c. ut in litera patet.

Item de minori.

Cognoscunt. R. Per reuelationem diuinam: non naturaliter. §. Tunc &c. Vide secundum responsum ly, vel Deo reuelante.

D. 442. ¶ NOT. Ista responsio secunda, quæ reuelationem concernit, intelligitur de cognitione futurorum, ut in seipsis: non ut in causis suis. Naturaliter enim ab hominib. & angelis potest cognosci futurum, vt in causis suis, vt dixit prima responsio, & prima conclusio. Intelligi etiã potest ista responsio secunda de cognitione futurorum, ut in causis suis; quatenus tamen vt in paucioribus ex eis ꝓueniunt, non quatenus ex eis vel necessario, vel vt in pluribus, fluunt. Licet enim naturaliter cognoscere possit intellectus creatus futura, ut in causis suis modo. Secundo illo: tamen casualia penitus, & fortuita, per reuelationem tantum cognoscit. quando cognoscit.

* q. 14. ar. 7. & 9.

2^m de minori.

Tempus. R. Quod est mensura corporalium motuum: non, quod est successio intelligibiliũ cõceptionũ. §. Tũc &c. ut patet in calce textus. *2. respon.*

¶ NOT. loquimur hic de cognitione naturali angeli respectu aliarũ rerum a se: & ideo illi auctoritati (. s. parificatur intelligentia æternitati.) Diuus Thomas nunc respondere nõ curauit. Nam huiusmodi auctoritas loquitur de esse naturali angeli, uel ẽt de cognitione angeli respectu suiipsius. (Nam cognoscit seipsum per suam essentiã supra q. 55. ar. 1. infra q. 60. ar. 4. ad 1.) vel etiã de cognitione supernaturali beata: ideo nõ attingit intentum articuli præsentis. Vide supra q. 10. art. 3. & 5. sed maxime ad primũ vtriusq, Et inde excipies sensũ auctoritatis præmissa.

* li. 8. c. 20. 22. 23. t. 3.

3^m de minori.

Species uniuersales. R. Consideratæ quantum est de se: non, quantum est ex parte rerum cognoscendarum. §. Tũc &c. Nam ad hoc, quod fiat cognitio requiritur non tantum cognoscẽs cum requisitis ex parte sui, sed etiam res cognoscenda cum requisitis ex parte ipsius rei.

4^m de maiori.

* In cor. 2.

Ita. R. Quantum ad esse

se distans: non, quantum ad participare actualiter aliquam speciem. §. Tunc &c. Nam similitudo hæc adducta non tenet in eo, in quo adducitur, licet teneat in alio, vt patet in textu.

APPENDIX.

EX articulo habes primo: quomodo per rationem conuellas errores Mathematicorum, & Chaldæorũ (Codice de maleficis, & Mathematicis) putantium: certa, & immutabilia, quæ ex astrorum cursu semel ipsi collecta censerent. Si enim neque angeli certo cognoscunt futura, de quib. tamẽ angelis uerisimilius vĩ ꝙ ex tali concursu saltem illa cognoscerent, profecto articulus iste contra Mathematicos ex ratione, & quidem a fortiori, pugnat. Item errores Augurum qui diuinationes ex garritu auium & euentus ex eis futurorum rimabantur, Si. n. neq; angeli, &c. vt supra, &c. minus ex tali garritu, &c. vt supra. Item errorem Algazeli (Direct. Inquisit. 2. p. q. 4.) dicentis, ꝙ ex conditione corporum cœlestium futura pendent intantum, ꝙ si quis totam conditionem cœlestis harmoniæ haberet, plene cognosceret tam præterita, quam futura. Si. n. neq; angeli, &c. ut supra &c. multo minus ex talis harmoniæ cognitione, &c. ut supra. Secundo habes ; 2 quomodo per rationem ostendas, hos omnes merito damnari a scripturis Isai. 41. Annuntiate, quæ ventura sunt in futurum, & sciemus, quia Dij estis vos. Tale quid mendaciter promisisse demonem parentibus nostris opinor, quando Gen. 3. dixit, Eritis sicut Dij scientes bonum & malum. Hoc est, ut ipse forte intendebat: Scietis, quæ ventura sunt in futurum tam de bono quam de malo. Vnde, quia saltem Eua credidit serpenti in hoc, & ex talis scientiæ desiderio uetitum pomum comedit (comedit quidem, & Adam, sed ex hoc motus, ne contristaret delitias suas) ideo dictum puto cõiter propter id, ꝙ Eua uoluit surripere diuinitatẽ Dei. Proprium namque solius Diuinitatis est, scire certo futura. Item damn. ab Isa. 46 Ego sum Deus, & non est ultra Deus, nec est similis mei, annũciãs ab exordio nouissimum, & ab initio quę necdum facta sunt, dicens consilium meum stabit. Hęc ibi. Ecce, ꝙ Deus dicit sibi soli cõuenire annunciatio certa & infallibilis futurorum. Non tantum. n. dicit ly annuncians, &c. Sed etiã addit ly consilium meum stabit. Ac si patentissime dicat. Meum annunciare futura quantuncunq; distantia & minima (Hoc significatur per ly nouissimum & ly necdũ facta sunt) erit stabile. i. habebit stabilem, firmã, inconcussam euentu, ueritatem, & hoc, quia mea cognitio de futuris est oĩno infallibilis. Ergo ex hoc dãnantur omnes hi, qui cognitionem futurorum in seipsis, vel futurorum contingentium (de quib. articulus,) certam alij a Deo tribuunt naturali, s. virtute habitam. Item damn. a &c. ut q. 14. ar. 9. & 15. & q. 10. ar. 1. & q. 70. ar. 2. & q. 116. cum locis ibi citatis. Taceo, ꝙ C. de Maleficis & mathematicis damnantur eorum prædictiones diuinatorię, de quib. supra in principio appendicis. Item damn. a Deut. 18. Non sit, qui pithones consulat neq; diuinos. Per diuinos intellige tu hic eos, qui diuinitate se plenos simulãt & astutia quadã fraudulentiæ hominib. futura coniectant. Diuinatio. n. hic non dr̃, si quis prænunciet ea, quæ ex necessitate eueniunt (vt ortũ solis cras mane,) vel ut in plurib. quę ratione non tantum Angelica, sed & humana cognosci possunt, uerum si quis indebito modo. i. absq; reuelatione diuina sibi usurpat prænunciationem futurorum contingentiũ euentuum, ꝙ soli Deo cõuenit. Item ab Apostolo Rom. 1. Euangelium, ꝙ ante promiserat. Ecce, ꝙ Apostolus ex eo, ꝙ Deus futura talia certo prędixit, (in cuius signum illa promisit,) quæ postea infallibiliter ad plenum completa sunt, ex eo, inquam, Apostolus pro firmissimo uult haberi, & ꝙ Deus est Deus, & quod Euangeliũ est a Deo. Hęc prędicta pro tanto hic adducta sint, pro quanto ostendatur ex his esse error totũ pliciter dãnatus dicere, quod angeli futura cognoscant aliter, quã in conclusionib. articuli. Tertio habes, qũo per 3 rõnem hæc scripturarum loca, pro quanto, &c. ut sup. art. 1. in appendicis uniuersalissima notatione, ad propositum hoc bene applicando. Quarto uides: qũo ex ijs bene pensatis & applicatis ui 4 cissim Angelica hæc doctrina declaretur atque confirmetur.

Comm. Cardinalis Caietani.

TItulus clarus est: accipitur. n. in communi futurum vt sic.

¶ In corpore duas distinctiones ponit. Alteram de cognosci, vel in sua causa, vel in seipso. Alteram de futuro necessario, vel vt in pluribus, vel vt in paucioribus. Et duo facit: quia primo examinat omnia membra secundę distinctionis, quomodo se habeant ad primum membrum primæ & secundo, quomodo se habeant ad alterum eiusdem primæ distinctionis membrum.

¶ Quo ad primum tres conclusiones dicit. Prima est. Futura necessaria cognoscuntur in suis causis ab angelo per certitudinẽ. Secunda est. Futura vt in pluribus cognoscuntur in suis causis ab angelo per coniecturam, & declaratur: quia etiam homines hanc habent cognitionem, sed angeli tanto magis, quanto uniuersalius & perfectius intimas causarum conditiones penetrant. Tertia est. Futura vt in paucioribus, in sua causa sunt penitus ignota.

¶ Quo ad secundum vnica est conclusio. Futura tam necessariò quam vt in plurib. quam in paucioribus, in seipsis a solo Deo cognoscuntur. Et probatur: quia solus intuitus Dei æternitate mensuratur æqualiter se habente ad omnes temporis differentias, ac per hoc æqualiter respiciẽs simul omnia quæ fiunt secundum quancunque temporis differentiam.

¶ Aduerte hic duo. Primum est, quod S. Th. multa hic dicit q̃ non probat, vel quia sunt per se nota exercitatis, puta ꝙ effectus necessarij cognoscuntur per certitudinem in suis causis, vel quia sunt superius discussa, puta ꝙ futurum contingens in sua causa vt sic, sit penitus ignotum. hoc. n. in q. 4. ventilatum fuit. Nota secundo, ꝙ cum duæ rõnes assignari possint respectu cognitionis futurorum contingentium in seipsis, s. æternitas intuitus, & plenitudo rationis repræsentatiuæ, quia. s. repræsentat rem, & eius durationem &c. S. Th. non curans de hac secunda, exclusione primæ ab angelis, sufficienter intentum concludi uoluit. Propterea ut arbitror, quia mutuo se consequuntur, & exclusio vnius est exclusio alterius, quia illa spectat ad infinitatem, hæc ad æternitatem. Tam autem æternitas, quam infinitas soli Deo cõueniũt. Maluit autem ex æternitate arguere, quia euidentius constat, Angelis repugnare æternitatem intuitus, quam plenitudinem talis repræsentatiui. Dubia vero, quæ sunt circa hanc rationem de æternitate intuitus, in q. 14. tractata sunt, unde nunc transeundum est ad alia.

Ferr. 2. cont. x. 68.
Aegid. 2. 5. dist. 7. q. 2. ar. 2.
Tho. Arg. distin. 7. q. 1. ar. 2.
Capr. 2. d. 8. q. 1. con. 1.
Bannes ar. 4.

ARTICVLVS IIII.

Vtrum angeli cognoscant cogitationes cordium.

AD QVARTVM sic proceditur. Videtur ꝙ angeli cognoscant cogitationes cordiũ. Dicit. n. Greg. in Moralibus super illud Iob. 28. Non æquabitur ei aurum vel vitrum, quod tunc. s. in beatitudine resurgentium vnus erit perspicabilis alteri, sicut ipse sibi: cum vniuscuiusq; intellectus attenditur, simul conscientia penetratur. Sed resurgentes erunt similes angelis, sicut habetur Matth. 22. c. Ergo vnus angelus potest videre id, quod est in conscientia alterius.

¶ 2 Præt. Sicut, se habent figuræ ad corpora, ita se habent species intelligibiles ad intellectum. Sed viso corpore videtur eius figura. Ergo visa substantia intellectuali, videtur species intelligibilis, quæ est in ipsa. Ergo cum angelus uideat alium angelum, & etiam animam, videtur ꝙ possit uidere cogitationem vtriusque.

¶ 3. Pręt. Ea quę sunt in intellectu nostro, sunt similiora angelo, quã ea quæ sunt in phantasia, cum hęc sint intellecta in actu, illa vero in potẽtia tm̃. Sed ea q̃ sunt in phãtasia, possunt cognosci ab angelo, si-

289

1. cõ. c. 68. & lib. 3. ca. 154 prin. & ueri. q. 8. a. 13. & mal. q. 16. ar. 8.

SVP. Q. LVII. ART. IIII.

COncl. 1. Cogitatio cordis in suo effectu considerata non solum ab angelo, sed etiã ab homine cognosci potest.

¶ Prob. Quia effectus cogitationis cordis, etiam quodammodo occultus, potest cognosci ab angelo & homine (patet in litera.)

¶ Concl. 2. Cogitationes, prout sunt in intellectu, & affectiones, prout sunt in voluntate, solus Deus cognoscere potest.

¶ Prob. Quia cogitare a uoluntate pendet cum cogitatio scientiæ, etiam habitæ per species intelligibiles in seipso existentes, tunc ab homine exeat, quando uoluntas vult) & volũtas creaturę soli Deo subiacet, ac in ea solus ipse operari potest (probationes singularũ propositionum, quod, & semp obseruare debes, unde i corpore articuli.

Pri-

1m ex Gregorio. Perspicabilis: attenditur: penetratur. R. Quantum ad cognitionem cogitationis seu mentis, ex effectu: non quantum ad cognitionem cogitationis, seu mentis, in se. §. Nam B. Greg. per huiusmodi intendit monstrare, quod grossities non impediet tunc, & quod intellectus uniuscuiusque beati erit perspicacior, quam nunc: nó autem, quod unus mentem alterius, prout in seipsa, cognoscet. Ideo nó infringit istam secundam conclusionem, sed exaltat illam primam.

2m de conclusione I. Spés intelligibilis. R. Quo ad esse in méte: non, quoad usum actualem ipsius in mente. §. Tunc &c. Nam cogitatio consistit in uti sic, uel sic actualiter speciebus habitis, non aliter.

Cogitatio quid sit.

3m de maiori. Similiora. R. Non tamé cognitioni eius subiacentia, prout in uoluntate sunt & intellectu: sicut sunt fantasia, & corporalia, secundum quod quandoque sequuntur solum impressionem corporalem. §. Tunc &c. ut patet in litera.

sunt corporalia, cum phantasia sit uirtus corpori. Ergo uidetur quod angelus possit cognoscere cogitatione intellectus.

SED CONTRA est, quod proprium Dei non conuenit angelis. Sed cognoscere cogitationes cordium est proprium Dei, secundum illud Ierem. 17. Prauum est cor hominis & inscrutabile, & quis cognoscet illud? Ego dominus scrutãs &c. ergo angeli non cognoscunt secreta cordium.

RESPON. dicendum, quod cogitatio cordis dupliciter potest cognosci. Vno modo, in suo effectu, & sic non solum ab angelis, sed etiam ab homine cognosci potest, & tanto subtilius quanto effectus huiusmodi fuerit magis occultus. Cognoscitur enim cogitatio interdum non solum per actum exteriorem, sed etiam per immutationem uultus. Et etiam medici, aliquas affectiones animi per pulsum cognoscere possunt, & multo magis angeli, uel etiam dæmones, quanto subtilius huiusmodi immutationes occultas corporales perpendunt. Vnde August. dicit in lib. * de Diuinatione dæmonum, quod aliquando hominum dispositiones non solum uoce prolatas, uerũ etiam cogitatione conceptas, cum signa quædam in corpore exprimuntur ex animo, tota facilitate perdiscunt, quamuis in lib. * Retractationum hoc dicat non esse asserendum quomodo fiat. Alio modo possunt cognosci cogitationes, prout sunt in intellectu, & affectiones, prout sunt in uoluntate, & sic solus Deus cogitationes cordium, & affectiones uoluntatum cognoscere potest. Cuius ratio est, quia uoluntas rationalis creaturæ, soli Deo subiacet, & ipse solus in eam operari potest qui est principale, eius obiectum, ut ultimus finis, & hoc magis infra patebit. * Et ideo ea quę ex uoluntate sola dependent, uel quæ in uoluntate sola sunt, soli Deo sunt nota. Manifestum est autem quod ex sola uoluntate dependet, quod aliquis, actu, aliqua consideret, quia cum aliquis habet habitum scientiæ, uel species intelligibiles in eo existentes, utitur eis cum uult. Et ideo dicit Aposto. 1. Corin. 2. quod quæ sunt hominis, nemo, nouit nisi spiritus hominis, qui in ipso est.

* li. de Diuini. dæmo c. 5. post me. tom. 3.

* li. 2. retra. c. 30. to. 1.

* q 63. ar. 1 & q. 105. ar. 5.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod cogitatio unius hominis non cognoscitur ab alio propter duplex impedimentum, scilicet propter grossitiem corporis, & propter uoluntaté claudentem sua secreta. Primum auté obstaculum tolletur in resurrectione, nec est in Angelis. Sed secundum impedimétum manebit post resurrectioné, & est modo in angelis. Et tamen qualitatem mentis, quãtum ad quantitatem gratiæ, & gloriæ, repsentabit claritas corporis. Et sic, unus mentem alterius uidere poterit.

AD SECVNDVM dicendũ, q etsi unus angelus species intelligibiles alterius uideat, p hoc q modus intelligibiliũ spéru̅m scd̅m maioré & minorem uniuersalitatem pportionatur nobilitati subarum, non tñ sequitur, q unus cognoscat quomodo alius illis intelligibilibus speciebus utitur actualiter considerando.

AD TERTIVM dicendum, q appetitus brutalis, non est dñs sui actus sed sequitur impressionem alterius causæ corporalis, uel spiritualis. Quia igitur angeli cognoscunt res corporales & dispositiones earum, possunt per hæc cognoscere, quod est in appetitu, & in apprehésione phãtastica brutorum animalium, & etiam hominum scd̅m qd̅ in eis quandoque appetitus sensitiuum procedit in actum, sequés aliquã impssionem corporalem, sicut in brutis sp est. Non tamen oportet q angeli cognoscant motum appetitus sensitiui, & appræhensionem phantasticam hominis, scd̅m quod mouentur a uoluntate, & ratione, quia ét inferior pars animæ participat aliqualiter rationem, sicut obediens imperanti, ut dicitur in * 1. Ethic. Nec tamen sequitur, quod si Angelus cognoscit quod est in appetitu sensitiuo, uel phantasia hominis, quod cognoscat id quod est in cogitatione uel uoluntate, quia intellectus, & uoluntas non subiacet appetitui sensitiuo, & phantasiæ, sed potest eis diuersimodè uti,

* lib. 1. Eth. c. ult. to. 5.

ARTI-

APPENDIX.

EX articulo hés, primo, quomodo per rationem ostendas, merito esse dictum a scripturis 1. Reg. 16. homo uidet ea, quæ patent Dominus autem intuetur cor. Vbi per hoc nomen homo intelligitur etiã quęuis alia creatura, id quod licet ibi nó explicet, tamé alibi explicatum est. Nec tibi mirum sit, si alterius loci dictum adducatur p glossa illius, quoniam tota Biblia sacra ab vno primo authore, idest a Spiritu sancto, est, & consequẽter omnia sibi sunt consona, omnia seinuicem declarantia, omnia sibi mutuò opẽ ferentia, & breuiter tanquam multa membra in uno solo corpore sibi uicissim deseruientia. Hoc tibi sit memoriale perenne. Pro glossa igitur canonica prædictæ scripturæ accipe aliam, & uidebis uera esse, quæ pro declaratione attulimus. Ecce Hierem. decimosexto, dicitur sic: prauum est cor hominis & inscrutabile, Et quis cognoscet illud? Ego Dominus scrutans renes & corda. Hæc ibi. Ad quæsitum illud uniuersalissimum. Quis cognoscet illud? potuisset respondere Propheta. Ego Dominus, & angelus, uel saltem & angelorum primus, si etiam angelus quispiam cognosceret cogitationes cordium. Per illud ergo responsum aperte monstratur, quód cogitationes cordium agnoscere pro primum solius Dei est. Ité Hæbr. 4. dicitur, de filio Dei sic, uiuus est sermo Dei & efficax & penetrabilior omni gladio ancipiti, & pertingens usque ad diuisionem animæ ac spiritus compagum quoque ac medullarum, & discretor cogitationum, & intentionum cordis. Vbi uides, quod tanquã soli Deo peculiare tribuit cognoscere cogitationes cordis. Vide pulchram ibi expositioné Doctoris Angelici. Ité tanquam quoddam singulare Apostolus dat Deo dicens Rom. 8. Qui autem scrutatur corda Deus. Ité 1. Corin. 2. quæ sunt hominis nemo nouit, nisi spiritus hominis, qui est in eo. Per ly nemo, omnia creata alia ab homine illo intellige. Vnde quasi exponendo, dicitur Actuum primo. Deus qui solus nosti corda hominum. Quid clarius. Item 1. Cor. 14. si omnes prophetent in Ecclesia, intret autem infidelis uel idiota, ab omnibus cóuictus ab omnib. iudicatur, quia occulta cordis eius manifesta fiunt, & cadens in terram adorabit Deum pronuntians, quiaueré Deus in nobis est. Ecce, quod etiam infidelis ex eo, quod alii cognoscunt occulta cordis sui confitétur, quod Deus uere est in illis. Ac si tãquam ab ipsa ueritate coactus dicat: nulla creatura uirtute propria cognoscit cordium occulta etiam præsentia, sed solus Deus, & uirtute eius quicunque illa cognoscit. Secundo habes, quomodo per rationem illas scripturas, pro quanto relegãt angelos a cognitione cogitationum cordis, declares, probes, ac in uero sensu defendas. Tertio uides, quomodo ex his uicissim præsens doctrina Thomistica firmetur. Supradictæ, ac infradicendæ, omnes & singulæ appendices uiuacissimum ueracissimumque testimonium sunt contra execrabilem hæresim impiissimi Hermani Hisiuich, (sup q. 1. a. 1. & q. 13. ar. 4.) plusquã blasphemo ore euomentis, quod Biblia est ficta, indistincta, fatua, delirum Euãgelium, fides fabulosa. Dum enim in appendicibus uniuersis móstratur, quod per rationem (de qua pro tũc D. Th. in art.) recte sanxerunt tale quid uel scripturæ, uel summi Pontifices uel concilia in fidei symbolis, confessione &c. tunc apertissimé per ueritatem etiam rationis humanæ conuincitur irrefragabiliter impudentissima falsitas huius hominis diabolici (ut patet.)

Veilit. pro S. Eccl.

Aurea notatio, & utilissima contra &c.

Notãdum necessariũ.

Comm. Cardinalis Caietani.

IN titulo aduerte ꝙ pñs qõ est de cognitione cogitationis cordis alterius in particulari, & completè, s. quo ad quæstionem an est, tam in se, quam respectu termini. i. utrum angelus cognoscat, si actualiter cogitẽ de aliquo, quid cogito, qđ delibero &c.

¶ In corpore unica ponitur distinctio bimẽbris. s. qđ cogitatio põt cognosci dupliciter. s. in suo effectu, uel in seipsa. Et duæ conclusiones ponuntur iuxta duo prædicta membra. Prima est. Cogitatio cordis alterius põt cognosci ab angelo suo effectu. Et probatur a fortiori, quia sic ẽt potest cognosci ab homine per immutationem vultus, & dispositionem corporis, ut medici discernunt quandoq;. Et hoc confirmatur authoritate Aug. Secunda conclusio est, ꝙ cogitationes cordiũ in seipsis seu qđ idẽ est, ut sunt in voluntate soli Deo sunt naturaliter cognitæ, & probatur sic. Merè uoluntaria soli Deo & uolenti sunt nota, cogitationes cordium sunt purè uoluntariæ, quia ex sola uoluntate dependet, quod aliquis actu cogitet aut uelit aliquid, quoniam habitus est, quo quis utitur cum uult. ergo. Maior ꝓbatur, quia uolũtas soli Deo subiacet, qui solus in ea operari potest, ut primum obiectũ, & finis ultimus. Et confirmatur conclusio, authoritate Apo. 1. ad Cor. 2.

¶ Circa rationem adductam ad secundam conclusionem, dubiũ occurrit a Durando in 2. di. 8. motum, & est tale. Si uoluntarium soli Deo est cognitum, quia uoluntarium est, ex aliqua harũ quinque conditionum prouenit, s. aut, quia uoluntas soli Deo subiacet, quo ad causari, & ex hoc non, quia sic ẽt materia prima, & essentia animæ soli Deo essent notæ. Aut quia soli Deo subiacet quoad moueri, & ex hoc nõ, quia sic etiam motus primi mobilis, si a solo Deo esset, sibi soli cognitus esset. Aut quia libera est formaliter, & ex hoc non, quia libertas est a coactione, non a cognitione. Aut q̃a est indeterminata ad utrũq; oppositorũ, & ex hoc non, quia indeterminatio tollitur cogitatione posita in actu, iã. n. determinata tunc est. Aut quia a uoluntate fit, & ex hoc præcisè non, quia sic omnis actus imperatus a uoluntate, esset soli Deo notus, & sic etiam actus exteriores uoluntarii, ignoti essent angelis. Et confirmatur, quia apud te, angeli intelligunt per species innatas quæ æqualiter repræsentant actus interiores, & exteriores spirituales & corporales.

¶ Cõtra eãdẽ rõnem arguit Scotus in 2. d. 9. q. 2. dupliciter. primo, q̃a nõ est maior rõ, quare uolũtas possit occultare cogitationẽ positã in actu, q̃ ipsam essentiam & uoluntatem suam. Secũdo, q̃a si cogitatio occultatur uolitione, illa uolitio aut erit alteri manifesta, aut occulta: si manifesta, habetur intentum, si occulta, ergo alia uolitiõe occultabitur, & iterũ q̃retur de alia, & sic in infinitũ.

¶ Cõtra cõclusionẽ, multa refert Capr. in d. 9. secũdi argumenta ex Sco. quorũ q̃dã in Sco. nõ inuenio. Quædã aũt argumenta sunt ad hoĩem a Sco. cõtra Henri. facta, & quædã eãdẽ hñt difficultatem, ita quod ex solutione ꝓcedentium uno adiuncto argõ, qđ Sco. directè contra conclusionem facit, oĩa essent clara. Tangit ergo ubi supra tale medium. Cogitatio, præcipuè angelica posita in actu, est obiectum actu intelligibile in se, & proportionatum cuicunque intellectui angelico. & sufficienter pręsens omni tali intellectui. ergo potest naturaliter intelligi ab altero angelo. consequẽtia est nota, & potest confirmari ex illa maxima. Actiuo & passiuo naturaliter proportionatis & approximatis non impeditis, sequitur actio. Antecedens uerò quoad omnes sui partes est per se notum, supponendo quòd distantia localis non impedit actionem & passionem omnino immaterialem, de quali est sermo. Et põt confirmari: quia quicquid potest inferior, potest & superior. ac per hoc, si Michael cognoscit propriam cogitationem intuitiuè, poterit eandem multo eminentius intueri Seraphim.

¶ Ad euidentiã difficultatis huius sciendũ est, qđ ẽm duplicem opinionem de intellectu angelico, dupliciter in materia hac procedi põt. Secundum nãq; opinantes intellectum angeli moueri ab obiecto, scrutari oportet: an cogitatio uoluntaria posita in actu, sit obiectum proportionatũ, & sufficienter præsens in rõne motiui, respectu cuiuscunq; intellectus angeli. Sco. n. tenet partem affirmatiuã, Greg. de Arimi. partem negatiuam. Sed hęc qõ non hẽt locum apud opinantes intellectum angelicum nõ esse naturaliter mobilem ab aliquo obiecto, sed oportere ipsum intelligere quicquid naturaliter intelligit per species innatas. Iuxta. n. hanc uiã, vanus est sermo oĩs de actiuo & passiuo, motiuo & mobili, & aliis hmõi. Sed oportet scrutari an coniunctio uoluntatis cum sua libera operatione in actu exercito, repræsentetur per aliquã speciem innatã in angelis, an non. In hoc. n. pendet tota difficultas. Dictum est. n. speciem in mente angeli esse tãtæ excellentiæ, ut habeat in se unde sibi assimiletur Socr. sedens, Socr. scribens, Socr. currens. Cur igitur non habet in se unde sibi assimiletur Socr. uolens aut Socr. cogitans A? ut aũt clarè patet ex dictis S. Th. hic, & in q. de ueri. q. 9. ar. 12. & in q. de dæmonib. ar. 8. arbitratur Diuus Th. cogitationes cordium, quo ad esse actuale in particulari &c. non repsentari per species innatas: quia sunt altioris ordinis, quam sint omnia naturalia. Ita quòd ex eo, quòd uoluntas ut uolens, A, vel B, est supra totũ ordinem causarum & effectuum naturalium, ideo non repræsentatur per species impressas angelis, quæ repræsentatiuæ tantum sunt causarum, & effectuum naturalium. Et huc tendit ratio S. Th. vbique. Probat enim semper altitudinem uoluntatis ut operantis ex exemptione eius a dependentia, & cõnexione, a quacumque re naturali, ita quod uis rationis suę consistit in hoc, quod uoluntas ut operans in particulari &c. est extra ordinem rerum naturalium. ergo est naturaliter occulta cuicunque extrinseco intellectui creato, & tenet sequela, quia species naturales intellectuum, non repræsentant nisi naturalia. Antecedens uerò probãtur, quia uoluntas soli Deo subiacet, & quo ad exercitium actus, & quo ad specificationem actus in particulari, quia ipse solus potest efficaciter mouere uoluntatem, tam effectiuè quã obiectiuè, cum sit summum bonum, & finis ultimus &c. Ex hoc autem facile soluuntur obiectiones. Nam ad Durandum patet quod dicendum est. s. quòd uoluntas & uoluntarium ex hoc ipso quod uoluntarium, est in seipso occultum cuicunque extrinseco creato, quia soli Deo subiacet effectiuè, & obiectiuè. Et ideo, nulla illarum causarum enumeratarum ab eo admittitur præcisè, nisi tertia, & est ista quam dixit S. Th. quamque arguens aut non intellexit, aut intelligere noluit: libertas. n. uoluntatis non solum a coactione, sed a dependentia & connexione cum naturalib. est: ac per hoc, a cognitione extrinseca creaturæ. Ex hoc enim quod aliquid sic soli Deo subiacet, quòd nullam natum est habere connexionem cum naturalibus, occultum naturaliter est his, qui naturalium tantum rationes habent.

¶ Ad obiectiones uerò Scoti cõtra eandem rationem ex eodem principio iam patet responsio: quia alia ratio est de essentia, uoluntate, & intellectu angeli, & de his ut sunt in actu secundo merè uoluntario, quoniam illa pertinent ad naturalem ordinem rerũ, hæc autem non. Et similiter non dicimus illam fatuitatem, quod cogitatio occultetur uolitione uelut quodam uelamine, ut arguens imaginatur, quęrens aliud illius uelamen, sed dicimus qđ cogitatio eo q̃a uolita seu libera, est naturaliter occulta. Et hẽt rõnẽ suæ occultationis, libertatẽ ĩperãtis, ut dictũ ac expositũ est.

¶ Ad obiectionem demum Sco. contra conclusionem dicitur, qđ tam hæc, quam omnes aliæ, supponunt unum falsum, s. intellectum separatum accipere cognitionem a reb. cognitis, hoc. n. est falsissimum, qm̃ omnis intellectus separatus intelligit per species influxas, & non aliter, nisi seipsum & Deũ, ut ex prædictis patet. Et in hoc stando, omnes obiectiones soluuntur.

SVP. Q. LVII. ART. V.

COncl. 1. Cognitione naturali mysteria gratiæ angeli cognoscere non possunt.

¶ Prob. Quia mysteria grãæ ex pura Dei uoluntate dependẽt, & angelus non põt cognoscere ea, q̃ ex pura Dei uolũtate dependẽt (patet a fortiori de uno angelo respectu cogitationis alterius angeli.)

¶ Corol. Quiescãt ergo curiosi inuestigare, q̃ ex pura Dei uolũtate dependent. (Hæc sunt secreta fidei, ꝑdestinatio, quare hunc trahat, & illũ nõ trahat, & cætera hmõi,) qm̃ & ꝓsumptionis pctõ se inuoluũt, & nunq̃ (ut ex probatione patet) ad talium cognitionem peruenient.

¶ Concl. 2. Cognitione supernaturali cognoscunt angeli mysteria gratiæ, non, quidem omnia,

290

Inf. q. 64. ar. 1. ad 4. & q. 106. ar. 4. ad 1. & Eph. 3. lec. 3. fin.

* li. 5. super Gen. c. 19. circa med. tomo 3.

ARTICVLVS V.

Vtrum Angeli cognoscant mysteria gratiæ.

AD QVINTVM sic ꝓceditur. Vĩ, ꝙ angeli mysteria gratię cognoscat. Quia inter oĩa mysteria, excellẽtius ẽ mysteriũ incarnatiõis Christi. Sđ hoc angeli cognouerunt a principio. dicit. n. Aug. * 5. sup Ge. ad lite. ꝙ sic fuit hoc mysteriũ abscõditum a sęculis in Deo, ut nõ innotesceret princib. & ptãtib. in cęlestib. Et dicit Apostolus 1. ad Tim. 3. ꝙ apparuit angelis illud magnum sacramentum pietatis. Ergo angeli mysteria gratiæ cognoscunt.

¶ 2 Præt. Rõnes oium mysteriorũ gratiæ, in diuina sapĩa continẽtur. Sed angeli uident ipsam Dei sapiẽtiam, quæ est eius essentia, ergo angeli mysteria gratiæ cognoscũt.

¶ 3 Præt. Prophetæ per angelos instruuntur, ut patet p Dion. 4. c. angelicæ Hierar. sed Prophetæ mysteria gratiæ cognouerunt. dicitur. n. Amos 3. Nõ faciet dominus uerbũ nisi re. sc. suum ad seruos suos Prophetas. Ergo angeli mysteria gratiæ cognoscunt.

SED CONTRA est, ꝙ nullus discit illud quod cognoscit, sed angeli ẽt supremi quærunt de diuinis mysteriis gratiæ, & ea discũt. Dicitur. n. * 7. c. cœlest. Hierar. ꝙ sacra Scriptura inducit quasdam cœlestes essentias ad ipsum Iesum, quæstionem facientes, & addiscentes sciam diuinæ eius operationis

* cap. 7. post medium.

tionis pro nobis, & Iesum eas sine medio docentem, ut patet Isai. 63. ubi quaerentibus angelis. Quis est iste qui uenit de Edon? respondit Iesus. Ego qui loquor iustitiam. Ergo angeli non cognoscunt mysteria gratiae.

RESPON. Dicendum, quod in angelis est cognitio duplex. Vna quidem naturalis, secúdum quam cognoscunt res, tum per essentiam suam, tum etiam per species innatas. Et hac cognitione mysteria gratiae angeli cognoscere non possunt. Haec enim mysteria, ex pura Dei uoluntate dependent. Si enim unus angelus non potest cognoscere cogitationes alterius ex uoluntate eius dependentes, multo minus potest cognoscere ea, quae ex sola Dei uoluntate dependent. Et sic argumentatur Aposto. primo Corinthio. secundo. Quae sunt hominis, nemo nouit nisi spiritus hominis, qui in ipso est, ita & quae sunt Dei, nemo nouit nisi spiritus Dei. Est autem & alia angelorum cognitio, quae eos beatos facit, qua uident uerbum, & res in uerbo. Et hac qui de uisione cognoscunt mysteria gratiae, nó quidem omnia, nec aequaliter omnes, sed secundum quod Deus uoluerit eis reuelare secundum illud Aposto. primo, Corinth. secundo. Nobis autem reuelauit Deus per spiritum suum, ita tamen, quod superiores angeli perspicacius diuinam sapientiam contemplantes, plura mysteria & altiora in ipsa Dei uisione cognoscunt, quae inferioribus manifestat, eos illuminando. Et horum etiá mysteriorum, quaedam a principio suae creationis cognouerunt quaedam uero postmodum, secundum quod eorum officiis congruit, edocentur.

AD PRIMVM ergo dicendum, de mysterio incarnationis Christi dupliciter contingit loqui. Vno modo in generali, & sic omnibus reuelatum est a principio suae beatitudinis. Cuius ratio est, quia hoc est quoddam generale principiú, ad quod omnia eorum officia ordinantur. Omnes enim sunt administratorii spiritus, ut dicitur Heb. primo, in ministerium missi propter eos, qui haereditatem capiunt salutis, quod quidem fit per incarnationis mysterium. Vnde oportuit de hoc mysterio omnes a principio communiter edoceri. Alio modo possumus loqui de mysterio incarnationis quantum ad speciales conditiones. Et sic, non omnes angeli a principio de omnibus sunt edocti, immo quidam etiam superiores angeli postmodú didicerunt, ut patet per authoritaté Dion.* inductam.

AD SECVNDVM dicendum, quod angeli beati diuinam sapientiam contemplentur, non tamen eam comprehendunt. Et ideo non oportet, quod cognoscát quicquid in ea latet.

AD TERTIVM dicendum, quod quicquid Prophetae cognouerunt de mysterio gratiae per reuelationem diuinam, multo excellentius est Angelis reuelatum. Et licet Prophetis ea, quae Deus facturus erat circa salutem humani generis, in generali reuelauerit, quaedam tamen specialia Apostoli circa hoc cognouerunt, quae Prophetae non cognouerant, secundum illud Eph. 3. Potestis legentes intelligere prudentiam meam in mysterio Christi, quod aliis generationibus non est agnitum, sicut reuelatum est sanctis Aposto. eius. Inter ipsos etiam Prophetas, posteriores cognouerunt quod priores non cognouerunt, secundum illud Psalm. 118. Super senes intellexi. Et Greg.* dicit quod per successiones temporum, creuit diuinae cognitionis augmentum.

* Arg. sed contra.

D. 366.

Ho. 16. in Ezec. a medio illius.

QVAE-

omnia, nec aequaliter omnes, sed secundum quod Deus uoluerit his reuelare.

¶ PROB. Quia Apostolus (1. Cor. 2.) hoc dicit de hominibus quibusdam, & quicquid homines cognouerunt de mysteriis gratiae per diuinam reuelationem, multo excellentius est angelis reuelatum (patet in ad tertium.)

1m de minori.

Hoc. R. Consideratum in generali, non quantum ad speciales conditiones omnes. §. Tunc &c. ut patet ex secunda conclusione. Et nota, quod nec etiam mysterium hoc sicut nec alia, cognouerunt in generali cognitione naturali, ut ex prima concl. patet.

2m de minori.

Vident. R. Non tamen cóprehendunt. §. Túnc &c. Licet enim comprehendere aliquid sit uidere quicquid in eo latet, non tamen ita est de uidere, ut patet, q. 12. art. 1. & 7.

3m de minori.

Misteria gratiae. R. Considerata in generali, magis & minus, non quantum ad omnes conditiones speciales. §. Nobis ergo, & angelis creuit per temporum successiones diuinae cognitionis augmentú. Tunc &c. patet in secunda có clusione. Nota quoque quod si etiam omnes cognouissent aequaliter quantum ad omnes speciales conditiones, cognouissent cognitione, supernaturali, sicut etiam, quando in generali, magis uel minus, cognouerunt. Ideo nó infringitur ex his 1. concl. Vide ad tertium.

Vtilitas pro S. Eccl.

APPENDIX.

Ex articulo hés, primo, quomodo per rationem tanquá a fortiori explodas errorem Algazelis (Direct. Inquis. 2. p. q. 4.) dicentis, quod prophetia est cognitio futurorum, quae naturaliter inest nobis. Item illum Auerrois (Dir ibi.) dicentis, qd prophetia est naturalis, quia ab ultima intelligentia deriuatur, Ité illú Rabbi Moysis (Dir. ibi) dicétis, quod ad gratiam prophetiae homo pót sufficienter se disponere, & Deus non eligit in prophetádo aliqué singulariter, sed illú, qui se ad id disponit per sua naturalia. Vñ iste Rabbi uisus est per hoc uelle. Diuiná grám dependere ex operib. nostris, id quod est ét Pelagiana haeresis. Hi oés róne confutantur, ceu a fortiori, & quasi in radice. Si.n. naturalis cognitio angelorú non attingit mysteria gratiae quae utiq; pphetis per reuelationé cóicata sunt, ex quorú ét cognitio, ne pphetia praesertim nominatur, multo minus cognitio naturalis mysteriorum gratiae, hoïb. aderit, & per cósequés prophetia ipsis, neque naturalis erit, neque naturaliter inerit. Quod si ex articulo perspexeris, quod angeli prophetis, quoad mysteriorum gratiae cognitionem assimilantur, fateberis etiam quod praedicti errantes dum prophetiam naturalem dicunt esse hominibus, simul uirtualiter a simili dicunt, qd est naturalis angelis, & consequenter fateberis, quod ex confutatione errorum illorú circa hominum prophetiam cointelligendum a simili erit, errores similes de angelis confutari. Secundo hés, quomodo per rationé ostédas, omnes hos rité dánari ab ipsomet inquisitorum Directorio ibi dicente sic, antiqui philosophi, ut Platonici, Stoici, Pythagorici, Epicurei, Aristoteles, Auerroes, Auicenna, Algazel, Alundus, Rabbi Moyses, multos errores & haereses cótra fidem sanctam nostram posuerunt, quod patet prosequendo, ut sequitur. Post quae uerba directorium ipsum enumerat errata praedictorum, ut retulimus. Ité a scripturis, 1. Corin. 2. Quae Dei sunt, nemo nouit, nisi spiritus Dei. Pertinentia autem ad prophetiá quis nesciat esse Dei? Etenim 2 Petri 1. legitur sic, hoc primum intelligentes, qd omnis prophetia scripturae propria interpretatione non fit Non. n. uoluntate humana allata aliquádo est prophetia, sed Spiritusáncto inspirati locuti sunt Sancti Dei homines. Haec ibi. Quae & pro damnatione praedictorum faciunt. Item a &c. ut supra ar. 4. Si enim naturaliter neque nobis neque angelis inest nosse cogitationes cordium, multo utiq; minus prophetare, quod est nosse quae Dei sunt, inerit. Item ab Isa. 63. introducente angelos loquentes, & Christo dicétes sic. Quis est iste, qui uenit de Edom, tinctis uestibus de Bosra? Vide in arg. contra. Item a ps. vigesimotertio. Quis est iste Rex gloriae? Ité a conciliis omnib. dánantib. Pelagium uidentur saltem aliquo modo dánari praedicti inquantú s. per suas illas positiones innuunt quasi se uelle significare, qd gratia Dei pendeat ex nobis, uel ex operib. nostris. Tertio uides, quomodo per ratione praemissas, scripturas, & concilia pro quanto hominum, & angelorum naturalem notitiam non pertingere ad prophetiam, uel ad mysteria gratiae dicant, & declares, & probes, & tuearis. Vide supra art. 1. Quarto uides, quomodo ex his uicissim Angelica firmetur articulus, atque declaretur.

2.d.11.q.2. ar.4.& op. 1.cap.26.& Ep.3.lec.3

a 3 4

Comm. Cardinalis Caietani.

Titulus clarus est.

¶ In corpore articuli unam ponit distinctioné de cognitione bimembrem. Et iuxta utrumq; mébrú duabus conclusionib. satisfacit quaesito. Distinctio est. In angelis est duplex cognitio, s. naturalis, & haec est per essentias ipsorum, & per species innatas. Et supernaturalis, & beatifica, & haec cognitio est quam habent in uer-

bo Dei. Prima autem conclusio est negatiua s. angeli cognitione naturali non cognoscunt mysteria gratiæ. Et probatur, quia ista ex sola Dei uoluntate dependent. Et confirmatur ex hoc, quod non cognoscunt naturaliter cogitationes cordium. Et confirmatur tam uis, quam modus arguendi, authoritate Apostoli primæ ad Corint. 2.

¶Circa hanc conclusionem aduerte, quod eadem est ratio, quare cogitationes cordium, & quare mysteria gratiæ sunt occulta, quia s. sunt extra ordinem rerum naturalium, quia s. ista soli uoluntati sunt connexa diuinæ. Illa uerò uoluntati diuinæ & cogitantis tantum. Et propterea apud ponentes intellectum angelicũ moueri ab obiecto, qua ratione ponunt moueri ipsum a cogitationibus cordium iam positis in actu, eadem ratione ponunt moueri ipsum a mysteriis gratiæ in actu positis, nisi aliunde impediantur uirtute diuina Et hoc expresse sentit Sco. in 4. d. 10. q. 9. Nec est opus aliter hic immorari, quoniam negando illud suppositum fundamentum eorum quod, s. intellectus separatus sit mobilis ab obiecto, totum eorum ædificium ruit.

¶Secunda conclusio est affirmatiua, habens tamen multas conditiones. s. Angeli in uerbo cognoscunt mysteria gratiæ, non omnia tamen, neque æqualiter, neque simul. Conclusio ipsa probatur authoritate Apostoli primæ ad Corint. 2. Nobis autem reuelauit &c. Prima uerò conditio declaratur, quia superiores angeli plura & altiora mysteria cognoscunt, ea ratione, quia perspicacius diuinam contemplantur sapientiam. Secunda uerò conditio, quia superiores de his mysteriis illuminant inferiores. Tertia autẽ quia quædam horum nouerunt a principio, quædam uerò in dies addiscunt, prout eorum congruit officijs.

¶Circa hanc conclusionem dubium occurrit, quoniam non uidetur uerum quod angeli cognitione beatifica cognoscant mysteria gratiæ. Arguit. n. Scot. in 4. di. 10. q. 9. in conclusione tertia, contra hoc sic. Beatus non distinguitur a non beato, nisi uidendo obiectum beatificum ut sic, & ea quæ in ipso includuntur ut sic, sed myste-

mysteria gratiæ non claudantur in obiecto beatifico ut sic. ergo. Minor patet, quia non spectat ad beatitudinem cognoscere gratiã conferri huic, uel illi &c.

¶Præt. Arguo ego ad hominem sic. apud S. Th. uidere plura in diuina essentia, infert a posteriori uidere magis ipsam diuinam essentiam, ut patet ex q. 12. Et rursus apud ipsum & ueritatem, actus beatificus ad minus angelorum (quicquid sit de anima separata,) nunquam intenditur essentialiter. ergo impossibile est angelos in uerbo de nouo aliquid uidere, quod prius non uiderant. Hoc. n. alteram prædictarum propositionum destruit, quoniam si de nouo aliquid uiderẽt, ergo aut non magis uidet uerbum contra primam propositionem, aut magis uidet contra secundam.

¶Ad hanc dubitationem breuiter dico, quod cognoscere aliquid in verbo, contingit dupliciter, uno modo formaliter, alio modo causaliter. Et dico, quod S. Th. non intendit angelos quoscunque de nouo uidere aliquid in uerbo formaliter, sed tantum causaliter, idest ex diuinis illuminationibus, quæ se habent ad uisionem uerbi, sicut accidentia quædam concomitãtia, non simul sed successiuè, iuxta, successiuam dispositionem ipsorum secundum congruentiam ad officia sua exequenda. Cum hoc tamen stat, q̃d quædam mysteria gratię Angeli omnes, uel aliqui in uerbo formaliter uideant ab initio beatitudinis suæ. Nec tamen oportet hæc pertinere ad obiectum beatificum, ut sic. Iam enim, in quæstione decimasecunda declaratum est, quod uidere aliquid in verbo formaliter, contingit dupliciter, scilicet per se primo. & secundariò. Et quod ipse Deus tantum uidetur per se primo, creaturæ autem secũdario. Et propterea ipse solus beatus, iuxta illud Aug. qui autem te. & illa nouit, non propter illa beatior, sed propter te solum beatus. Vnde ratio Scoti concludit quod gratis concedimus, immo quod edocemus. s. omne aliud a Deo non necessario pertinere ad obiectum beatitudinis, sed non infert esse impossibile in obiecto beatifico multa alia a Deo secundario, & quasi concomitanter uideri eadem numero visione.

Ferr. 2. cont. c. 95. 96.
Bannes q. 58. ar. 7.

SVP. Q. LVIII. ART. I.

CONCL. 1. Intellectus angeli nunquã est in potentia pura, ita scilicet, quod careat habitu scientiæ respectu eorum ad quæ eius cognitio naturalis se extendere potest.

¶PROB. Quia in hoc proportionantur. Angeli cœlis. Et corpora cęlestia non habent potentiam ad esse, quæ non sit completa per actum.

¶CONCL. 2. Respectu eorum, quæ angelis diuinitus reuelantur, nihil prohibet intellectus eorum esse in potentia pura.

¶PROB. Quia sic etiam corpora cęlestia sunt in potentia, ut illuminentur a Sole.

¶CONCL. 3 Intellectus angeli potest esse in potentia mixta, idest in non considerare per respectum ad ea, quę naturali cognitione cognoscit.

¶PROB. Quia angelus non semper actu cõsiderat omnia, quæ cognitione naturali cognoscit.

¶CONCL. 4. Intellectus angeli nunquam est in potentia mixta, idest, in non considerare per respectum ad cognitionem & uerbi, & in verbo uisorum.

¶NOT. Pro his in uerbo uisis, uide. q. 12. ar. 6. & 9. & 10.

¶PROB. Quia (cum in hac uisione consistat eorum beatitudo) actu semper angeli beati intuentur uerbum. Et ea, quæ in uerbo uident.

291 12. q. 50. a. 5. cor & 2. cõ. c. 95. & 96. Et uer. q. 8. ar. 5. & mal. q. 16. ar. 5. cor. & 6. cor. lec. 4. tex. 6. to mo 2.

QVAESTIO LVIII.

De modo cognitionis angelicæ, in septem articulos diuisa.

POST hæc considerandũ est de modo Angelicæ cognitionis.

ET circa hoc quæruntur septẽ.

¶Primò, vtrum intellectus angeli quandoque sit in potentia, quandoque in actu.

¶Secundò, vtrum angelus possit simul intelligere multa.

¶Tertiò, vtrum intelligat discurrendo.

¶Quartò, vtrum intelligat componendo & diuidendo.

¶Quintò, vtrum in intellectu angeli possit esse falsitas.

¶Sexto, vtrũ cognitio Angeli possit dici matutina, & uespertina.

¶Septimo, vtrum sit eadem cognitio matutina, & uespertina uel diuersæ.

ARTICVLVS I.

Vtrum intellectus angeli quandoque sit in potentia, quandoq; in actu.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur, q intellectus angeli qñq; sit in potẽtia. Motus. n. est actus existẽtis in potẽtia, ut dicitur, *3. Phy. Sed mẽtes angelicæ intelligendo mouentur, ut dicit Dion. 4. c. de diu. no. Ergo mentes angelicæ quandoque sunt in potentia.

¶2 Præt. Cũ desiderium sit rei non habitæ possibilis tamen haberi, q̃cunque desiderat aliquid intelligere, est in potẽtia ad illud. Sed 1. Pet. 1. dicitur. In quem desiderant angeli prospicere. Ergo intellectus angeli quandoque est in potentia.

¶3 Præt. In *li. de causis dicitur, q intelligentia intelligit secundũ modum suæ substantiæ. Sed substantia angeli habet aliquid de potentia permistum. ergo quandoque intelligit in potentia.

*Propo. 8. cir. prin. habetur inter opera Aristo. tom. 3.

SED CONTRA est, quod Aug. dicit* 2. super Gen. ad li. q angeli ex quo creati sunt in ipsa uerbi æternitate, sancta & pia contemplatione perfruuntur. Sed intellectus contemplans non est in potentia, sed in actu. Ergo intellectus angeli non est in potentia.

*li. 2. super Gen. ad li. c. 8. a med. tom. 1.

RESPON. Dicendum, q sicut Philos. dicit in *3. de anima, & in † 8. Phy. intellectus dupliciter est in potentia. Vno modo, sicut ante addiscere uel inuenire, i. antequam hẽat habitum sciæ. Alio modo, dicitur esse in potentia, sicut cũ iam hẽt habitũ scientiæ, sed non considerat. Primo igitur modo intellectus angeli nunquam est in potentia respectu eorũ, ad quę eius cognitio naturalis se extendere põt. Sicut. n. corpora superiora. s. cælestia non hñt potentiam ad eẽ, quæ non sit completa per actum, ita cælestes intellectus. s. angeli, non habent aliquam intelligibilem potentiam, quæ non sit totaliter completa per spẽs intelligibiles connaturales eis. Sed quantum ad ea, quę eis diuinitus reuelantur, nihil prohibet intellectus eorum esse in potentia, quia sic et corpora cælestia sunt d in potentia qñque ut illuminentur a sole. Secundo uero modo, intellectus angeli potest esse in potentia ad ea quæ cognoscit naturali cognitione. Non. n. omnia quæ naturali cognitione cognoscit, semper actu considerat, sed ad cognitionem uerbi, & eorum quæ in uerbo uidet, nunquam hoc modo est in potentia, quia semper actu intuetur uerbum, & ea, quæ in uerbo uidet. In hac enim uisione eorum beatitudo consistit. Beatitudo autem non consistit in habitu sed in actu, ut dicit Philosoph. in *1. Ethic. c. 8.

D. 135.

AD

1^m ex Diony. Mouentur. R. Motu, q est actus perfecti, non motu q est actus imperfecti. §. Tunc &c. ut patet in litera. Hæc enim ad Dionysii auctoritatem respondet.

2^m de maiori. Desiderat. R. ut desiderium excludit rem desideratam, non ut desiderium excludit fastidium rei præsentialiter habitæ. §. Tūc &c. Nam est, ac si a B. Petro diceretur. In quem angeli prospiciunt sine fastidio, & consequēter prospicere semper uolunt, & consequenter prospicere est eis semper delectabile.

*lib. 3. de anima tex. xx. xom. 2.

Satiati desiderant.

¶ Not. Hoc dixit B. Petrus contra illos, qui habitationem rerū spiritualium metiūtur tantum secūdum habitionem corporalium. Sicut. n. corporalia habita, si protrahantur in longū, ueniūt in fastidium (ut quoudie patet) ita illam beatā uisionem, uel Christū uisum, cū protrahat in æternū, credebant uenire in fastidium. Hos B. Petrus corrigit per ly desiderāt. Ac si apte dixisset. Tā pfecte totaliter qdcunq; minimum fastidiū inde excluditur, ut ipsa fastidij exclusio possit uocari desiderium, desideriū (inquā) non rei absentis, sed continuandi in fruendo repræsentaliter prospecta. Est ergo excludens fastidiū ly desiderāt, cum positione cuiusdam appetitus modo dicto, hoc aūt est excludere fastidiū non quōcunq; sed emphaticē. Sic intellige literam D. Tho. Omnia hæc consonant quartæ conclusioni.

Desiderata res.

Item ex B. Petro. Prospicere. R. Pro nouis reuelationib. ab ipso Deo habendis, non pro uisione beatifica hēda. §. Tunc &c. Nā sic desiderium est respectu rei non habitæ, sed, quia res ista desiderata est reuelatio, pro opportunitate negotiorum angelico ministerio fiendorum a Deo recipienda, ideo intellectum angelorum esse in potentia respectu talium non derogat conclusionib. articuli imò consonat conclusioni secundæ. Ergo reuelationes istæ nouæ non comprehenduntur sub quarta conclusione ut patet. Vide in litera secundum rñsum huius ly uel dicuntur desiderare Dei uisionem quantum ad &c.

3^m de minori. Potentia. R. Completa per actum, non denudata ab actu. §. Tunc &c. Nā intellectus angelici dicunt potentia est cum aliquo actu sp, ut conclusiones prima, tertia, quarta. Quod autem sit in pura potētia respectu reuelandorum, non obstat, ut patet in secunda rñsione ad secūdum.

AD PRIMVM ergo dicēdum, q motus ibi non sumitur fm quod est actus imperfecti. i. existentis in potentia, sed secundum qd est actus pfecti. i. existentis in actu. Sic. n. intelligere & sentire dicitur motus, ut dicitur in * 3. de anima.

AD SECVNDVM dicendum, q desiderium illud angelorū non excludit rem desideratam, sed eius fastidiū. Vel dicuntur desiderare Dei uisionem, quantum ad nouas reuelationes, quas pro opportunitate negotiorum a Deo recipiunt.

AD TERTIVM dicendum, quod in substantia angeli non est aliqua potentia denudata ab actu. Et similiter nec intellectus angeli sic est in potentia, quod sit absque actu.

APPENDIX.

Ex articulo hēs primo, qūo per rationem ostēdas, rectē esse dictum a Philos. in 1. Eth. c. 8. q beatitudo non consistit in habitu, sed in actu. Hoc est (ancillas uocādo ad arcem. i. humanas sciās ad Theologiā reuelatā) intellectus beati sp est in actu scđo respū Verbi uisi, & in Verbo uisorum. Itē rectē dictum a Danielx. in persona Gabrielis Archangeli. Princeps (inq̄t) regni Persarū restitit mihi uiginti, & uno diebus. Vbi per Principē regni Persarum, fm B. Greg 17. moral. c. 7. intelligitur bonus Angelus custodię illius regni deputatus. Vnus ergo bon^9 angelus alteri restitere dr fm Greg. Qūo aūt hoc fiat, audi. Diuina iudicia circa diuersa regna, & diuersos hoīes per sanctos Angelos exercētur: qui, quidē Angeli in suis actionib. per diuinā sniam regulātur. Cōtingit aūt qnq; q in diuersis regnis, uel hoib. merita demeritaq; cōtraria inueniūtur, pp q̄ unū uel unus alteri psit aut subdaī. Quid uerò super hoc ordo sapiētiæ diuinæ hēat, Angeli cognoscere nō psit nisi per diuinā reuelationē, ppter q super his sapientiā diuinam consulere, necessarium hñt. Sic itaq; Angeli inquantum de contrarijs sibiq; inuicem repugnantib. meritis diuinam consulunt uoluntatē, resistere sibi mutuo dñr, non quia eorum uoluntates sint contrariæ (cum oēs concordent in hoc uno, quod Dei snia impleat,) sed q a illa, de qb. Deū consulunt, sunt repugnantia. Ad rē nō nram. Qū ergo Gabriel principē Persarū restitisse ait Daniel per hoc nobis aperit, q intellectus angeli ēt boni reuelabilia qdā nescit, & cōsequēter q est in potētia pura respū talū. Itē rectē dictū a li. de causis c. 8. q intelligētia intelligit fm modū suæ subæ. Cum ergo intelligentiarum suba hēat potentia semper coniunctā actui respū ipsius esse naturalis, & qnq; non coniunctam actui respectu aliquarum uolitionū. n. affectionum, &c. (uide q. 10. ar. 5. ad primū, & q. 57. ar. 3. ad secundū,) apparet, q liber ille de causis tūc dicere noluit, q angelus nunq̄ est sine actu primo respū naturaliter cognitorū, quorū rñ respectu aliqū sint in actu scđo aliqū nō. Vide cōclus. 1. 3. Secundo hēs, qūo per rōnem præmissa dicta, pro quanto de angelorum notitia iudicant quod diximus, & declares & probes; & in bono sensu defendas. Tertio uides, quomodo ex his, similibusque locis, uicissim firmentur conclusiones.

Vtilit. pro S. Eccl.

Comm. Cardinalis Caietani.

IN titulo hoc solum aduertendum est, quod hic est sermo de actu & potentia, ut sunt modi cognitionis angelicæ, siue naturalis, siue supernaturalis.

¶ In corpore duas distinctiones ponit. Alterā de intelligere in potentia, s. essentiali, uel accidētali. Alterā de cognitione, naturali. s. & supernaturali & hac duplici, s. per reuelationem & p uisionem uerbi. Et examinat oīa membra huius scđæ distinctionis, applicando ea ad utrumq; mēbrum primæ distinctionis singulatim. Et tria facit. Primo, ponit, & declarat membra primæ distinctionis ex tertio de anima. Scđo, ostendit qūo se hēat cognitio angelica ad potentiam essentialē. Tertio, qūo se hēat ad potentiā accidētalem. Quoad fm duo dicit. Primum est, q angeli non sunt in potētia essentiali scđm cognitionē naturalem. Secundum est, q angeli sunt in tali potentia secundum cognitionem per reuelationē. Et probat utrumque ex proportionalitate inter angelos & corpora coelestia secundum potentiam ad esse permanens substantiale uel accidentale, & secundum potentiam ad illuminari.

¶ Nota hic quod Sco. in 2. di. 9. q. ult. iterū contra hanc rōnem ex corporib. cælestibus sumptam, instat. Et quoniam obiectiones suæ coincidunt cum superius recitatis, ideo eas omitto.

¶ Quoad tertium duo dicit, scilicet quod angeli quæ cognoscunt naturaliter, non actu omnia considerant, & quod secundum cognitionem in uerbo semper actu considerant, quia beatitudo consistit in actu, illa autem eorum beatitudo.

Ferr. 2. con. c. 55.
Cap. 2. d. 3. quæst. 2.
con. 9.
Bannes ar. 2.

ARTICVLVS II.

Vtrum angelus simul possit multa intelligere.

ADSECVNDVM sic proceditur. Videtur, quod Angelus non possit simul multa intelligere. Dicit enim Philo. *2. Topi. quod contingit multa scire, sed unum tantum intelligere.

¶ 2 Præt. Nihil intelligitur nisi secundum quod intellectus formatur per speciem intelligibilē, sicut corpus formatur per figuram. Sed unū corpus non potest formari diuersis figuris. Ergo unus intellectus non potest simul intelligere diuersa intelligibilia.

¶ 3 Præter. Intelligere est motus quidam. Nullus autem motus terminatur ad diuersos terminos. Ergo non contingit simul multa intelligere.

SED CONTRA est quod dicit Aug. *4. super Gen. ad lit. Potentia spiritualis mentis angelicę cuncta quæ uoluerit, facillime simul comprehendit.

RESP. Dicēdum, q sicut ad unitatē motus requiritur unitas termini ita ad unitatē operationis requiritur

SVP. Q. LVIII. ART. II.

292 Inf. q. 85. a. 4. & 2. d. 3. q. 3. a. 4. & 3. d. 14. ar. 2. q. 4. & 2. con. c. 55 & uer q. 8. artic. 14. & quo. 7. q. 1. ar. 2.
*c. 4. in declaratione 33. loci. tt. 1

CONCL. 1. Angeli quantum ad cognitionem, qua cognoscunt res in Verbo omnia simul cognoscunt.

¶ PROB. Quia quæ per unam speciem intelligibilem cognoscuntur, cognoscuntur, ut uno intelligibile simul. Sic angeli quantum ad cognitionem, qua cognoscunt res in Verbo, omnia cognoscunt per unam intelligibilē speciem, quæ est essentia diuina.

¶ CONCL. 2. Angeli cognitione illa, quæ est per species innatas, omnia illa simul possunt intelligere, quæ una specie cognoscunt, non autem illa, quæ diuersis.

¶ PROB. Quia multa secundum quod distincta, nō possunt simul intelligi, sed tantū fm q uniuntur in uno intelligibili, & unumquod-

*li. 4. super Gen. ad li. c. 32. i pri. c. 29. to. 3.

quodque est intelligibile in actu secundum quod eius species est in intellectu.

1^m ex philoso.

Vnum. R. Vel simpliciter, uel quodammodo. §. Tunc nihil &c. Multa enim secundum q uniuntur in uno sunt unum quodammodo, licet non sint unũ simpliciter. Et sic angelus potest multa intelligere simul, ut patet ex prædictis.

2^m de minori.

Non potest formari. R. Potest tamen, per unã figuram simul corporibus multis assimilari. §. Tunc &c. ut patet in litera.

3^m de minori.

Diuersos. R. Vt diuersos, non ut unum, §. Tunc &c. Vide ad primum.

unitas obiecti. Contingit autem aliqua accipi ut plura, & ut unum, sicut partes alicuius continui, sicnim unaquęq; per se accipiat᷑ plures sunt. Vnde & non una operatione, nec simul accipiuntur per sensum & intellectum. Alio modo accipiuntur secundum quod sunt unum in toto. Et sic simul una operatione cognoscuntur, tam per sensum, quam per intellectum, dũ totum continuum consideratur, ut dicitur in 3. de Anima. Et sic etiam intellectus noster simul intelligit subiectum, & prædicatum, prout sunt partes unius propositionis, & duo comparata secundum, quod conueniunt in una comparatione. Ex quo patet, quod multa secundũ quod sunt distincta, non possunt simul intelligi, sed secundum quod uniuntur in uno intelligibili, sic simul intelliguntur. Vnumquodque autem est intelligibile in actu, secundum quod eius similitudo est in intellectu. Quæcunque igitur per unam speciem intelligibilem cognosci possunt, cognoscuntur ut unum intelligibile, & ideo simul cognoscuntur. Quæ uero per diuersas species intelligibiles cognoscuntur, ut diuersa intelligibilia capiuntur. Angeli igitur ea cognitione qua cognoscunt res per uerbũ, omnia cognoscunt una intelligibili specie, quæ est essentia diuina. Et ideo, quantum ad talem cognitionem omnia simul cognoscunt, sicut, & in patria non erunt uolubiles nostræ cogitationes ab aliis in alia euntes atque redeuntes, sed omnem scientiam nostram simul uno conspectu uidebimus ut Aug. dicit in * 15. de Trin. c. 16. Ea uerò cognitione, qua cognoscunt res per species innatas, omnia illa simul possunt intelligere, quæ una specie cognoscuntur, non autem illa quæ diuersis.

AD PRIMVM ergo dicendum, q intelligere multa ut unum, est quodammodo unum intelligere.

AD SECVNDVM dicendum, intellectus formatur per intelligibilem speciẽ quam apud se habet. Et ideo, sic potest una specie intelligibili d multa simul intelligibilia intueri, sicut unum corpus per vnã figuram potest simul multis corporibus assimilari.

AD TERTIVM dicendum, sicut ad primum.

ARTI-

APPENDIX.

Vtil. p philosophia.

EX articulo hõc, primo, quomodo per rationem ostendas, rectè dictũ a philosopho 2. topic. ca. 4. contingit multa scire, sed unum tantum intelligere nihilominus etiam philosophum ipsum rectè sensisse 3. de anima. Et q dum totum cõtinuum cõsideratur, plures eius partes unica simul operatione cognoscuntur tam per sensum quàm per intellectum, item in eodem 3. tex. 146. q non potest cognosci differentia unius ad alterum nisi simul utrumque appræhendatur. Non tantum enim de hominibus, sed etiam proportionaliter de angelis, uerificatur. Secũdo habes, quomodo per rationem illa philosophi dicta apparenter contraria concordes, uerum illorum sensum declares, probes, atque defendas. Tertio uides, quomodo ex his, similibusque locis uicissim Angelica hęc doctrina confirmetur & declaretur.

li. 15. de Tri. c. 16. circa fin. to. 3.

D. 765.

¶ Not. Pro artic. huius aliquali seruitio stat art. in ord. 86. 64. 417.

Pro studio var. coor.

Comm. Cardinalis Caietani.

TItulus clarus est.

¶ In corpore respondet quæsito, tribus conclusionibus. Prima est. Angeli in uerbo cognoscunt omnia simul. Secunda est angeli possunt naturali cognitione omnia ea simul cognoscere, quæ per unam speciem repræsentantur. Tertia est, Angeli non possunt simul cognoscere naturaliter ea, quæ per diuersas species innatas eis repræsentantur. Probantur autem hæ omnes conclusiones eodem medio sic. Multa non ut multa, sed ut unum intelligibile, possunt una operatione & simul intelligi. Sed repræsentata per unam speciem habent rationem unius intelligibilis: repræsentata uerò por plures habent rationem plurium intelligibiliũ. ergo. Tunc ultra, cognitio in uerbo est per unam speciem tantum, essentiam, scilicet diuinam, igitur. Et confirmatur hęc conclusio prima, authoritate Aug. Maior primo probatur, quo ad primam partem ex hoc, quod unius operationis debet esse unum obiectum, quemadmodum unius motus unus terminus. Secundò declaratur quo ad distinctionem quam præsupponit, scilicet quod multa possunt dupliciter comparari ad uirtutem perceptiuam, scilicet, ut multa & ut unum, & hunc in sensu respectu partium continui, & intellectu nostro, respectu partium propositionis. Et uniuersaliter respectu extremorum cuiuscunque comparationis. Et declaratur simul ueritas totius maioris assumptæ ex sensu, & intellectu nostro. Minor uerò probatur sic. Esse intelligibile conuenit repræsentatis per speciem intelligibilem, quia unumquodque est intelligibile in actu, secundum quod eius similitudo est in intellectu. ergo esse unum intelligibile conuenit eisdem per unitatem speciei intelligibilis, & tenet sequela, quia in omni genere, ex eodem res habet esse & unitatem.

¶ Circa hunc processum occurrunt duo dubia. Primũ est, quia hic non distinguitur inter simul cognoscere, & una operatione cognoscere, cum tamen hæc multum inter se differant, cum experiamur simul nos percipere sonum & colorem, & tamen non una operatione, & breuiter per se nota est eorum diuersitas. Quod autem hic confundantur, patet ex eo, quòd conclusio & quæstio, de simultate intelligendi loquitur. Probatio autem maioris de unitate operationis sermonem facit, & sic processus uidetur esse nullus.

¶ Secundum dubium est circa probationem minoris, quoniam illa propositio. Vnumquodque est intelligibile in actu secundum quòd eius similitudo est in intellectu, habet locum tantum in his sensibilibus, quæ secundum se sunt intelligibilia in potentia, & non in separatis a materia, quæ se sunt actu intelligibilia, ut manifestum est. Et consequenter ista ratio non erit nisi probatio particularis, scilicet quod sensibilia repræsentata per unam speciem. sunt unum intelligibile, & per diuersas diuersa, & non est ratio uniuersalis de omnibus repræsentantis, quod tamen erat probandum.

¶ Circa ultimam conclusionem dubium ex duplici capite occurrit. Primo ex eo, quod angelus apud S. Tho. potest simul per tres species intelligere, scilicet per essentiam diuinam, per essentiam propriam, & per aliquam speciem innatam, alioquin cum semper, intelligant Deum, & se, nunquam possent intelligere aliud, non uidetur stare quod hic dicitur. Secundo ex eo, quod angelus cognoscit, & ponit differentiam inter cognita per diuersas species, puta inter animal & lapidem. ergo simul cognoscit per diuersas species, & tenet sequela ex doctrina secundi de anima, in c. de Sensu communi. Et augetur difficultas ex hoc capite, quia non uidetur ualere processus factus ad concludendam hanc conclusionem, eo quod stat aliqua cognosci ut unum intelligibile pro quanto cognoscuntur ut comparata adinuicem secundum diuersitatem, & tamen per diuersas species.

¶ Circa primam & ultimam conclusionem, dubium pulchrum occurrit sic. Angelus potest omnia simul intelligere per unam speciem. ergo potest omnia quorum species habet, simul intelligere. Antecedens est prima conclusio, consequens uero est oppositum ultimæ: consequentia autem probatur sic. Angelus simul nouit se & omnes suas perfectiones. Sed inter suas perfectiones est esse intelligibilia, immo hæc est magna essentiæ angelicæ perfectio, quod sit ipsa, & alia tali modo. ergo simul intuetur se esse tale ens quidditatiuè, & talia entia intentionaliter. Sed hoc est nosse omnia repræsentata per species, quæ sunt illa esse intentionalia. ergo angelus simul & uno actu omnia nouit, quorum species habet.

¶ Ad euidentiã harũ difficultatum sciendum est spẽs per quas intelligit angelus, non esse eiusdem rationis. Nam quædã inter se eiusdẽ ordinis quædã uerò se hñt adinuicem ordine quodã, quẽadmodum etiam in naturalibus. Quædam formæ existẽtes in materiã, sunt eiusdẽ ordinis inter se, ut forma leonis, & bouis, & similes. Quædam uerò ordine quodam se hñt ut uegetatiuũ, & sensitiuum.

cinum. Nec intendo per hoc exemplum aliud insinuare nisi ordinem inter quasdam species intelligibiles in angelo. Habent autem inter se ordinem species illæ, quæ se excedunt in repræsentando idem, quamuis diuersimode, & tales sunt essentia diuina, quæ cum nulla specie ponit in numerum, quia est omnium perfectissimum repræsentatiuum, & essentia propria ipsius angeli, cum qua nulla eius species ponit in numerum, quia ipsa essentia est omnium a se intelligibilium species, imperfecta tamen. Et per superadditam intelligibilem speciem perficitur, & determinatur quodammodo, ut sit distincte repræsentans talia, puta animalia. Species uerò illæ eiusdem inter se ordinis sunt quæ disparatæ inter se sunt in repræsentando, quales sunt omnes species inditæ singulis angelis. Rursus, species illæ disparatæ dupliciter accipi possunt, scilicet ut extrema sunt in repræsentando relationes alicuius & absolutè. His autem stantibus, dicitur quod quamuis aliud sit simul intelligere, & aliud sit una operatione intelligere, in proposito tamen, eadem est difficultas de simultate & unitate, [illegible], & notius est propositum de unitate, eadem enim est difficultas, quia totaliter diuersa intelligibilia ut sic absolute, & repugnat simul intelligi & una operatione intelligi quemadmodum repugnat dici, ut & in 4. Meta. tex. 10. dicitur, quod qui unum non intelligit, nihil intelligit, & in 3. de Anima, contingit multa scire, unum autem intelligere. Notius autem est, quod uni operationi unum debetur obiectum, quam plurib. eiusdem potentiæ simul, quamuis & hoc sit uerum. Et ideo S. Th. vtrumque explicauit, & probando a notiori tradidit disciplinam. Et per hæc patet responsio ad primum dubium. Et ad ultimum, quod est contra ultimam conclusionem, fatemur. n. quod angelus potest simul & plures species intelligibiles ordinem inter se habentes intelligere, quoniam intelligibile earum non est totaliter diuersum. Sed quemadmodum species excedit & continet speciem quodammodo ut totam partē ita intelligibile unius se hēt ad intelligibile alterius. Et similiter discernere inter intelligibilia disparatarum spērum, est unū intelligere, & non per diuersas species absolute, sed per diuersas species, ut ad unum relatiuum intelligibile coeunt. Nec propterea insufficiens aut falsus fuit processus, quo unitas intelligibilis ex unitate speciei adæquatę declarata est, quoniam quid regulariter exigat unitas intelligibilis, tractabatur & tractari debet. Exceptio enim hæc nota est, & ratio nihil officit, uniuersali regulæ, quæ traditur, & tradenda est de cognoscibili absolute, & similiter de speciebus disparatis absolutè sumptis. Respectiua namque constat utrunque exigere extremum. Vnde & in q. de uer. q. 8. ar. 14. ad primum in contrarium, dicit S. Th. quod nihil prohibet, multa ut unum simul intelligi, uel per unam formam.

¶ Ad secundam autem dubitationem dicitur, quod aliud est esse intelligibile actu, & aliud esse intelligibile actu huic intellectui. Et quod licet res immateriales & materiales in hoc inter se differant, quod illæ sunt intelligibiles actu in seipsis, istæ uero intelligibiles in potentia secundum seipsas, in hoc tamen conueniunt, quod huic aut illi intellectui intelligibiles actu non sunt, nisi secundum quod sunt in hoc, aut illo intellectu. Supponimus etiam supradictis, quod sunt in hoc aut illo, non nisi per similitudinem. Et ideo sequitur, quod esse intelligibile huic intellectui, sortitur unaquęq; res per hoc quod est in illo intellectu secundum suam speciem, & hoc modo intelligendus est hic S. Th.

¶ Ad dubium, ultimo contra primam & tertiam conclusionem motum, respondetur, quod intelligibilia repræsentata per species, dupliciter possunt intelligi. Vno modo absolute, alio modo, ut sunt aliquid intelligentis seu intellecti, puta perfectio. Primo modo non simul intelliguntur, sed secundo. Nec hoc est contra determinata. Sed hæc responsio patitur difficultatem. Quia, cum commune sit omni substantiæ separatæ intelligere alia a se per modum substantiæ suæ, nulla intelligentia cognoscit aliquid aliud a se, nisi secundum quod ipsa est illud. Et sic Gabrielem cognoscere lapidem absolute est cognoscere lapidem, ut est in Gabriele aut seipsum Gabrielem secundum quod est lapis, quod idem est. Non enim plus cognoscit de lapide, quam ipse Gabriel sit intentionaliter. Ad hoc dicitur, quod responsio est bona, & quod illæ duæ cognitiones differunt sicut uisio partium in toto, & uisio partium seorsum. Quāuis. n. idē uideatur utraq; uisione, aliquid tñ impedit uisionem partis seorsum quod non impedit uisionem eius in toto. Et rursus, acutius uidetur pars seorsum, quam in toto, ut patet cum uideo totam domum, & cum distincte applicare uolo uisionem ad discernendum singulares partes eius. Prius enim omnes partes simul in toto uideo, sed cum distincte singula perspicio, ab alijs partibus uisionem intentio animæ ad unam dedita subtrahit. Ita proportionaliter contingit in angelo, quod quamuis primo omnia simul in se ut toto quodam uideat, si tamen singula distincte secundum seipsa absolute perspicaciter intueri uult, dum uni attendit alterum negligit, quia non pōt finita uis simul omne in actu perfecto secundum duo esse eiusdem generis, & ordinis &c.

ARTICVLVS III.

Vtrum angelus cognoscat discurrendo.

292 3. cont. ea. 44 & 91 & uert. q. 8. a. 15. & q. 24. art. 3.

AD TERTIVM sic proceditur. Videtur, quod angelus cognoscat discurrendo. Discursus enim intellectus attenditur secundum hoc, quod unum per aliud cognoscitur. Sed angeli cognoscunt unum per aliud cognoscunt enim creaturas per uerbum. Ergo intellectus angeli cognoscit discurrendo.

¶ 2 Præt. Quicquid potest uirtus inferior, potest & uirtus superior. Sed intellectus humanus potest syllogizare, & in effectibus causas cognoscere, secundum quæ discursus attenditur. Ergo intellectus angeli, qui superior est ordine naturæ, multo magis hoc potest.

lib. 1. de sũmo bono c. 12. post medium.

¶ 3 Præter. Isidoro, dicit * quod dæmones per experientiam multa cognoscunt. Sed experimentalis cognitio est discursiua. ex multis enim memoriis fit unum experimentum, & ex multis experimentis fit unum uniuersale, ut dicitur in fin.* Posteriorum, & in principio † metaphysicæ. Ergo cognitio angelorum est discursiua.

lib. 2. post. tex. ul. cir. medium. lib. 1. Meta. c. 1 paulo a prin. t. 3. c. 7 iter princi. & med.

SED CONTRA est quod Dionys. dicit * 7. cap. de diu. nom. quod angeli congregant diuinam cognitionem a sermonibus diffusis, neque ab aliquo communi ad ista specialia simul aguntur.

art. 1. huius q. & q. 55. art. 2. de diu. no. c. 7. & 9. & c. 12. cęles. Hierar.

RESPON. Dicendum, quod sicut sæpius † dictum est, angeli illum gradum tenent in substantiis spiritualibus, quem corpora cęlestia in substantiis corporeis. Nam & cælestes mentes a Dion. dicuntur. * Est autem hæc differentia inter cęlest. & terrena corpora, quod corpora terrena per mutationem & motum adipiscuntur suam ultimam perfectionem, corpora uero cęlestia statim ex ipsa sua natura, suam ultimam perfectionem habent. Sic igitur & inferiores intellectus, scilicet, hominum, per quendam motum, & discursum intellectualis operationis perfectionem in cognitione ueritatis adipiscuntur, dum scilicet ex uno cognito, in aliud cognitum procedunt. Si autem statim in ipsa cognitione principii noti, inspicerent quasi notas omnes conclusiones consequentes, in eis discursus, locum non haberet. Et hoc est in d angelis, quia statim in illa quæ primo naturaliter cognoscunt, inspiciunt omnia quæcunque in eis cognosci possunt. Et ideo dicuntur intellectuales, quia etiam apud nos ea, quæ statim naturaliter apprehenduntur, intelligi dicuntur. Vnde intellectus, dicitur habitus primorum principiorum. Animæ uero humanæ, quæ ueritatis notitiam, per quendam discursum acquirunt rationales uocantur. Quod quidem contingit ex debilitate intellectualis luminis in eis. Si enim haberent plenitudinem intellectualis luminis sicut angeli, statim in primo aspectu principiorum totam uirtutem eorum comprehenderent intuendo, quicquid ex eis syllogizari posset.

Ferr. 4. con. c. 44. q. 1.
S. Bon. 2. s. distin. 1. q. 2. art. 3.
Mairo. 2. s. d. 3. q. 2.
Scot 2. s. d. 1. q. 6.
Cap. 2. d. 3. q. 2. con. 10.

SVP. Q. LVIII.

ART. III.

D. 142.

CONCL. In angelorum naturali cognitione discursus, ex uno cognito ad aliud per id cognoscendum, locum non habet.

¶ PROB. Quia sicut corpora cælestia statim ex ipsa sua natura perfectionem suam vltimam habent, ita angeli statim absque discursu in illis, quæ naturaliter primo cognoscunt inspiciunt omnia quæcunque in eis cognosci possunt.

¶ NOT. Quare autem in conclusione dicatur ly discursus ex uno cognito ad aliud per id cognoscendum, tu ex responsione præsertim ad primū conijcies.

1^m de maiori. Vnum per aliud. ℞. Vnum posterius notũ, & prius ignotum, per aliud prius notum, nõ autem, unum simul in alio notum. §. Tunc nihil &c. Secundus enim modus tantum uerificatur de angelis. Hinc ex litera intellige, quid proprie dicatur discursus.

2^a de maiori.

Potest &. ℞. Altiori modo: non, eodem modo. §. Tunc &c. Nam angeli cognoscunt omnia, quæ cognoscit intellectus humanus, sed modo perfectiori, idest sine discursu non autem minus perfecto, idest cum discursu.

¶Not. Discursus non est cognoscere causam in effectu uel effectum in causa, sed est cognoscere causam ex effectu uel effectum ex causa, & uniuersaliter unum ex altero, non unum in altero. Propterea argumentũ peccat in assignatione diffinitionis discursus.

Discursus.

Ad primum ergo dicendum, quod discursus quendam motum nominat. Omnis autem motus est de uno priori in aliud posterius. Vnde discursiua cognitio attẽditur secundum ꝙ ex aliquo prius noto, deuenitur in cognitionem alterius posterius noti, qd prius erat ignotum. Si autem uno inspecto, simul aliud inspiciatur, sicut in speculo inspicitur simul imago rei & res, non est propter hoc cognitio discursiua. Et hoc modo cognoscunt angeli res in uerbo.

3^m ex Isidoro. Experientiam. ℞. Similitudinariam, non propriam. §. Experientia propria est cognitio sensibilium præsentium, cum discursu, ut arguitur, similitudinaria est cognitio sensibilium præsentium, sine omni discursu. Tunc &c. vt patet.

Ad secundum dicendum, ꝙ angeli syllogizare possunt tamquã syllogismum cognoscentes. Et in causis effectus uident, & in effectibus causas, non tamen ita, quod cognitionem ueritatis ignotæ acquirant syllogizando ex causis in causata, & ex causatis in causas.

Ad tertium dicendum, ꝙ d experientia in angelis & dæmonibus dicitur secundum quandam similitudinem. prout, s. cognoscunt sensibilia præsentia, tamen absque omni discursu.

ARTI-

APPENDIX.

Vtil. p philosophia.

Ex articulo habes primo, quomodo per rationem ostendas, recte philosophorum illud vulgatissimum esse dictum, scilicet, quòd rationale est differentia hominis propria. Quod autem Porphyrius in cap. de differentia dicat, quod rationale est commune nobis & dijs, sed mortale additum facit nos differre ab illis, hoc, inquam, non obstat proposito: quoniam Porphyrius ibi loquitur secundum opinionem quorundam in hac re (si accipiant ly rationale, in rigore uocis, idest pro discursiuo) hallucinatorum, non secundum sententiam peripateticam. Vide Cardinalem Caietanum ibi. In signum huius est, quod peripateticorum dux, uidelicet Aristoteles, substantias supra homines existẽtes uocat intelligentias: quasi ex hac nomenclatura dicat, quòd intelligere conuenit illis, non autem ratiocinari, & consequenter quòd intellectuale est nobis commune & illis, sed intellectuale tale, idest rationale, idest intelligere cum discursu, facit nos differre ab illis tanquam nobis proprium. Nam proprium, quod proprie est proprium, conuenit uni soli, & conuersim, ut habetur in prædicabilibus cap. de proprio. Secundo habes, quomodo per rationem illud philosophorum dictum, quatenus a discursu arcet intellectum angelicum declares, probes, defendas. Tertio uides, quomodo ex hoc similibusque locis iuuetur, iuuetur conclusio.

D. 442.

2

3

¶Not. Præsenti articulo utcunque seruit art. in ord. 163. 182. 191. 428. 396. 86. 379.

Pro studio var. coor.

Comm. Cardinalis Caietani.

Titulus clarus est.

¶In corpore articuli unica est cõclusio responsiua dupliciter probata, primò ratione sic. Angeli inter substantias spirituales eum tenent locum, quem corpora cælestia inter substantias corporeas. ac per hoc differunt a substantiis spiritualib. inferioribus proportionaliter, quemadmodum corpora cęlestia a corporibus inferiorib. Sed inter hæc corpora tantum differt, ut inferiora per motus suas perfectiones ultimas acquirãt. Superiora uerò statim habent suas ultimas perfectiones. Et substantiæ spirituales inferiores, quales sunt animæ humanæ, per motum discursiuum pfectionem ultimam, quæ in ueritatis contemplatione consistit, acquirunt. ergo relinquitur quod Angeli, ueritatis contemplationẽ complete statim absque discursu naturaliter habeant. Prima ꝓpositio authoritate Diony firmatur. Aliæ uerò quoad corpora per se notæ sunt. Quoad substantias uerò spirituales, experimento in nobis patent. Deinde confirmatur conclusio, ex differentia nominum conuenientium substantijs spiritualibus superioribus & inferioribus quia. s. illæ dicuntur intellectuales, istæ uero rationales. Et omnia clara sunt.

¶Sed aduerte, quod in his declarationib. S. Th. immiscet rõnẽ fundantem, & proportionalitatem primæ rõnis, & differentiam signi secundo loco adducti. Et est ratio perfecti & imperfecti luminis intellectualis. Ita ꝙ, quia superiores spũs a nostris differunt penes perfectum & imperfectum lumen, & imperfectionis est ad uidendam ueritatem discursu egere, cuius signum est, quod si tñ haberet anima nostra luminis, quod uisis principijs uideret in eis quę in eorum uirtute continentur, non discurreret, relinquitur quod substantiæ illæ quæ in apprehẽso aliquo obiecto apprehendunt quicquid uirtualiter continetur, ueritatem & principij, & conclusionis, absq; discursiuo motu habeant.

¶Circa prędicta occurrit primo Sco. in 2. di. 7. q. 1. dicens, non esse probabile ab angelis negare oẽm discursum, & remittit se ad proœmium primi, in illa q. utrum theologia sit scientia, ubi hanc rationem inuenio, directe quidem contra cognitionem in uerbo, & consequenter contra omnes alias. Arguit ergo sic. Quidditas subiecti puta lineæ in quocumque lumine uisa, continet uirtualiter ueritates suarum passionum, & est prius natura nota illis. ergo est earum causatiua in quocunque intellectu ab illa passiuo. ergo erit discursus. Antecedens cum prima consequentia est euidens. Vltima uerò probatur, quia ad rationem discursus non exigitur ordo temporis, sed ordo naturæ, & causalitatis, scilicet, quod hoc sit prius naturaliter notum illo, quod per hoc agnoscamus illud quamuis simul tempore.

¶Occurrit deinde Greg. de Arim. in 2. di. 7. q. 5. dicens processum S. Th. super nulla ratione fundari, sed sola suasione de corporibus cęlestib. & quod conclusio deducit ad impossibile. Quoniam si angelus absque discursu cognoscit uiso aliquo subiecto omnes eius passiones sequitur quod aut habet simul infinitas intellectiones specie distinctas, aut unam æquiualentem infinitis distinctis, quorum utrumque est impossibile, quia esset infinitum ens, & tenet sequela, de passionib. numeri & figuræ, quæ sunt infinitæ, sicut & spes numerorum, & figurarum.

¶Ad hæc breuiter, dicitur, & primo ꝙ ratio Scot. quadrupliciter peccat. Quia idem supponit esse iudicium de re cognita in se, & cognita in alio, cum tamen multum intersit. Secundo, quia supponit intellectum angelicum & beatum esse passiuum a re uisa in alio cum tamen & hoc sit falsum, & uniuersaliter intellectus angelicus non sit mobilis ab obiecto extrinseco. Tertio, quia discursus est effectus se tenens ex parte intellectus magis quam obiecti, quoniam, de omnino simplicissimo, intellectus noster discurrit puta Deo. Et ideo, quantuncunque obiectum in se habeat, unde causet discursum, & intellectus sit mobilis ab obiecto, & illud cognoscatur in seipso, non sequitur hic effectus qui est discurrere, nisi in intellectu apto discurrere, & sic imperfecto, ut statim in quod quid est uiso, non penetret uirtutem eius. Et tamen in argumento quasi tota causa sumitur ex parte obiecti. Quarto, quia ad rõnem discursus non sufficit, quod ueritas unius causetur a ueritate alterius, imò nec hoc requiritur, ut patet in discursu a posteriori, sed exigitur, quod cognitio unius causetur ex cognitione alterius in illo intellectu, quod locum habere non potest, quando una & eadem cognitione cognoscitur utrumque quoniam idem non est secundum rem causa sui ipsius, & sic est in proposito.

¶Ad Greg. vero dicitur, ꝙ S. Th. proportionalitatem angelorũ ad corpora cęlestia, super ratione fundauit perfecti, & imperfecti luminis, & nihilominus authoritate Diony. eam fulsit, ut Arist. docuit in secundo cęli, in huiusmodi rebus tam occultis, & arduis, satis dicitur, quando rationabile aliquid dicitur, præsertim quòd hæc conclusio, communis animi conceptio philosophorum uidetur esse. Ea uero quæ arguens obijcit in oppositum, facile soluũtur a recolentib. quod non inconueniit unum indiuiduum superioris ordinis, æquiualere infinitis inferiorib etiam si specie distinguerentur, arctatis tamen ad certum aliquod genus. Et aduertentibus, quod si essent infinitæ species coloris: lux nihilominus omnibus illis eminenter præstaret. Nec tamen esset ens infinitum, sicut nec illæ species constituerent ens infinitum, sed finitæ perfectionis ratione entis infinitæ uerò secundum quid in ratione coloris. Et hoc dico, non curando pro nunc: angelus possit simul intelligere distinctè omnes species figurarum & numerorum.

¶Occur-

SVPER

SVP. Q. LVIII.

ART. IIII.

CONCL. Angeli sicut non intelligũt ratiocinando, ita non intelligunt componendo & diuidendo.

294
2.d.3. q.1. ar.2. co. & mal. q. 16. ar.6. ad 19. text. 21 & 22. tom.2.

¶ PROB. Quia sicut angelus statim in prima apprehensione principii uidet quicquid conclusionum in eo uirtute continetur, ita statim in prima apprehensione quidditatis subiecti uidet, quicquid prędicatorum in eo uirtute continetur, tam affirmatiuè. (Hoc est qñ attribuuntur subiecto) tum negatiuè. (Hoc est quando aliqua remouentur a subiecto.)

1[m] ex Phylos.

Multitudo intellectũ. B. Quorum unum attribuitur alteri, uel remouetur ab eo per modũ compositionis, uel diuisionis, non autem, mul titudo intellectuũ qualiscunque. §. Tunc &c. Non enim primo modo est multitudo intellectuum in angelo, sed ut in litera.

ar. 2. huius quæst.

2[m] de maiori.

Distat B. Quantum ad rationem existendi, nõ, quantum ad rationem cognoscendi §. Tunc &c. In præsenti enim fit quæstio non de ratione existendi, sed cognoscendi: Et affirmatio licet existentiam diuersissimam a negatione dicat, tamen negationem ipsam statim ab oppositis notificat, & econtra. Nihil ergo prohibetur, quod angelus per unam speciem cognoscat affirmationem & negationem, licet affirmatio & negatio maxime differant secundum existendi rationem.

ca.7. inter principiũ, & mediũ.

li.3. de aia text. 21. & 22. tom.2.

3[m] de minori.

Compositionis & diuisionis in intellectu. B. uel componente, & diuidente, uel compositionem, & diuisionem, co-

ARTICVLVS IIII.

Vtrum angeli intelligant componendo & diuidendo.

AD QVARTVM sic proceditur. Videtur, quod angeli intelligant componendo & diuidendo. Vbi enim est multitudo intellectuum, ibi est compositio intellectuum, ut dicitur in * 3. de Anima. Sed in intellectu angeli est multitudo intellectuum, cum per diuersas species diuersa intelligat & non omnia simul, Ergo in intellectu angeli est compositio & diuisio.

¶ 2 Præt. Plus distat negatio ab affirmatione, quam quęcũque duæ naturæ oppositæ, quia prima distinctio est per affirmationem, & negationem. Sed aliquas naturas distantes angelus non cognoscit p unum, sed per diuersas species, ut ex dictis patet. * Ergo oportet qđ affirmationem & negationem cognoscat per diuersa. Et ita uidetur quod angelus intelligat componẽdo & diuidendo.

¶ 3 Præte. Locutio est signum intellectus. Sed angeli hominibus loquentes proferunt affirmatiuas & negatiuas enuntiationes (quæ sũt signa compositionis & diuisionis in intellectu) ut ex multis locis sacræ scripturæ apparet, ergo uidetur quod angelus intelligat componendo & diuidendo.

SED CONTRA est, quod Diony. dicit * 7. cap. de diu. nom. quod uirtus intellectualis angelorum resplendet perspicaci diuinorum intellectuum simplicitate, sed simplex intelligentia est sine compositione & diuisione, ut dicitur in * 3. de Anima. Ergo angelus intelligit sine compositione & diuisione.

RESPON. Dicendum, quod sicut in intellectu ratiocinãte comparatur conclusio ad principium, ita in intellectu componente & diuidente comparatur prædicatum ad subiectum. Si enim intellectus noster statim in ipso principio uideret conclusionis uirtutem, nunquam intelligeret discurrendo, uel ratiocinando. Similiter intellectus statim in apprehensione quidditatis subiecti haberet notitiam de omnibus quæ possunt attribui sub iecto uel remoueri ab eo nunquã intelligeret componendo & diuidendo, sed solum intelligendo qđ quid est. Sic igitur patet, quod ex eodem prouenit, quod intellectus noster intelligit discurrendo & cõponendo & diuidendo ex hoc scilicet, quod non statim in prima apprehensione alicuius primi apprehensi potest inspicere quicquid in eo uirtute continetur. Quod contingit ex debilitate luminis intellectualis in nobis, sicut dictum * est. Vnde cum in Angelo sit lumen intellectuale perfectum cum sit speculum purum & clarissimum, ut dicit Dyon. * quarto capite, de diui. nom. relinquitur quod angelus sicut non intelligit [d] ratiocinando, ita non intelligit componendo, & diuidendo. Nihilominus tamẽ compositionem & diuisionem enũciationum intelligit, sicut & ratiocinationem syllogismorum. Intelligit enim composita simpliciter & mobilia immobiliter & materialia immaterialiter.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod non qualiscunque multitudo intellectuum compositionem causat, sed multitudo illorum intellectuum, quorum unum attribuitur alteri, uel remouetur ab altero. Angelus autem intelligendo quidditatem alicuius rei simul intelligit quicquid ei attribui potest, uel remoueri ab ea. Vnde intelligendo, quod quidem, intelligit quicquid nos intelligere possumus & componendo, & diuidendo per unum suum simplex intellectũ.

AD SECVNDVM dicendum, quod diuersę quidditates rerum, minus differunt quantum ad rationem existendi, quam affirmatio & negatio, tamen quantum ad rationem cognoscendi, affirmatio & negatio magis conueniunt, quia statim per hoc, quod cognoscitur ueritas affirmationis, cognoscitur falsitas negationis oppositæ.

AD TERTIVM dicendum quod hoc quod angeli loquuntur enuntiationes affirmatiuas, & negatiuas manifestat, quod angeli cognoscunt compositionem, & diuisionem, non autem, quod cognoscant componendo, & diuidendo, sed simpliciter cognoscendo quod quid est.

cognoscente. §. Tunc &c. Secundum enim tantum de angelo sic eas proferente uerificatur.

APPENDIX.

EX articulo habes primo, quomodo per rationem ostendas, idẽ quod supra art. 3. Nã ex eadem radice, quæ procedit ratiocinium, procedit etiam compositio atque diuisio, ut patet in corpore articuli huius. Si ergo rationale est secundum philosophos peripateticos, proprium hominis, erit & illius proprium componere ac diuidere. Cõsequenter itaque, sicut philosophi per hoc qđ dixerunt rationale proprium esse hominis angelos a discursu relegarunt, ita per hoc idem suum dictum, angelos componendo, & diuidẽdo intelligere, negasse uoluerunt. Merito igitur sic illos uoluisse atque dixisse, per huius articuli rationem ostendere potes. Secundo habes, quomodo per rationem eandem prædictum sensum philosophorum quatenus angelico intellectui compositionem diuisionem que inesse negant, & declares & ꝓbes & defendas. Tertio uides quomodo ex hoc, similibusque philosophorum dictis uicissim iuuetur conclusio.

Vti.pro S. Eccl.

Ar. prec.

c.4 part.4. parũ ante medium. D.142.

Responso tacitæ obiectionis.

2

3

¶ NOTATIO. Suffragatur articulo pᷓsenti articulus in ordine 284.292.293.93.

Pro studio nat. coor.

Comm. Cardinalis Caietani.

TItulus clarus est.

¶ In corpore duo facit. Primo respondet quæsito una cõclusione negatiua. Secundo, respondet cuidam tacitæ obiectioni. Conclusio est talis Angeli non cognoscunt componendo & diuidendo. Probatur sic. Intellectus in prima apprehensione alicuius primi apprehensi obiecti cognoscens statim quæcunque possent illi attribui, intelligit non componendo nec diuidendo. Intellectus angelicus est huiusmodi, ergo &c. Maior probatur & declaratur. Declaratur quidem ex proportionali similitudine, inter principium & conclusionem in ordine ad discursum ex una parte, & subiectum, & prędicatum ex altera parte, in ordine ad compositionem & diuisionem, utrobique enim eadem est necessitatis ratio, quia s. primo apprehenso non inspicitur quod in eius potentia latet. Probatur autem ex inserto in hac proportionalitate medio, s. quod sublata causa, aufertur effectus, iuxta illud primi posteriorum, Si affirmatio est causa affirmationis, sed propria ratio necessitatis ad intelligendum tam componendo quam discurrendo, est

est in simplici apprehensione obiecti non intueri alia, igitur intellectus statim in primo apprehenso cætera uidens, nec discursu, nec compositione eg●. Minor uero probatur sic. Quod conuenit intellectui nostro ex defectu intellectualis luminis, non est attribuendum intellectui angelico, in quo est lumen intellectuale perfectum, quod probatur per Dion. Sed in primo apprehenso non inspicere annexa, prouenit in nobis ex defectu intellectualis luminis, ut de se patet. ergo. Deinde explicat, quomodo angelus intelligat enunciationes, & breuiter dicit quod quia intelligit mobilia immobiliter & composita simpliciter &c. ideo intelligit & compositionem non componendo, & discursum non discurrendo, quod est dicere, quod compositio, & diuisio, & similiter discursus in actu exercito, puta animal rationale est risibile, Socr. est animal rationale &c. comparantur ad intellectum angelicum, ut res uisa tantum, & non ut modus uidendi, ad nostrum uero, utroque modo.

¶ Circa maiorem adductæ rationis, dubium occurrit quoniam insufficiens uidetur. Ex eo quod causa illa, non est uniuersalis causa componendi & diuidendi, sed particularis. Est enim causa quare non opus sit compositione & diuisioni, in cognoscendis his quæ per se insunt, uel absunt subiecto. Non autem in his quæ sũt per accidens, & casualibus seu fortuitis, quod dupliciter probatur. Primo, quia non ex defectu luminis prouenit, quod aliquo subiecto cognito, non uideantur ea quæ sunt per accidens uel saltem casualia, quoniam quantumcũque perfecte cognoscatur subiectum aliquod nunquam ex eo uidebitur accidentalis coniũctio, & maxime fortuita. Tum, quia sequendo proportionalitatem S. Thom. illa prædicata cognoscunt in subiecto uiso quæ se habent ad subiectum ut conclusio ad principium hæc autem constat, nõ omnia, sed illa tantum esse, quę uirtualiter clauduntur in subiecto, quemadmodum conclusio in principiis, qualia non sunt accidentalia, & fortuita. Et confirmatur, quia alioquin quilibet effectus haberet aliquam per se causam, contra Aristot 6 Meta. & 2. Physicorum.

¶ Circa minorem eiusdem rationis, dubium occurrit, quia non ualet consequentia hęc, puta. Componere, & diuidere, seu discurrere conuenit intellectui nostro ex imperfectione, ergo opposita perfectio conuenit intellectui Angelico, cum possit quispiam dicere, quod illa imperfectio communis est intellectui nostro & Angelico, quoniam constat intellectum Angelicum, non excludere omnem imperfectionem, & sic, cum illa ratio super hac consequẽtia fundetur, inefficax uidetur.

¶ Ad euidentiam primæ dubitationis sciendum est primo, qđ aliqua plura simplici & uno intuitu simul uideri, contingit tripliciter. Primo unum cum alio, ut si simul uideantur albedo & rubedo, & quæcunque duo uel disparata. Secundo, unum cum & in alio, ut quodcunque accidens & uniuersaliter prædicatum in subiecto. Tertio, cum in & ex alio, ut passio propria, & uniuersaliter effectus quandoque cognoscitur cum causa, in causa, & ex causa. Sciendum est secundo, quod quamuis quocunque modo simul plura absolute cognoscere simplici intuitu, attestetur perfectioni cognoscentis, differt tamen primus modus ab aliis in hoc, quod intelligere intuendo unum cum alio, prouenit ex perfectionę intellectus absolute. Intelligere uero intuendo unum in alio, prouenit non solum ex perfectione intellectus absolute, sed ex perfectione intellectus ut attingentis primum obiectum, idest in quo seu ex quo aliud cognoscitur. Tum, quia ex hoc quod magis penetrat intellectus causam, aut subiectum cognitũ prouenit simul intueri quæ in eis, aut ex eis fiunt, & sunt, quia quanto magis aliquid cognoscitur, tanto uirtus seu potentia eius magis penetratur. Nam ex penetratione potentiæ sciuntur ea, ad quæ se extendit proportionaliter, idest quod ex generatione potentiæ secundum esse quidditatiuum, quidditatiue quoque sciũtur ea, ad quæ se extendit. Ex penetratione uero potentię secundum esse existẽtiæ & indiuiduale cum annexis conditionibus, cognoscuntur ea, ad quæ se extendit secundum existentiam, quando tamen sunt. Tum, quia ad perfectiorem cognitionem alicuius obiecti spectat, non solum potentiam, sed etiam omnia ad ipsum quomodolibet pertinentia cognoscere, & consequenter ad perfectionem cognitionem naturalem alicuius obiecti spectat cognoscere omnia infra latitudinem naturalium, quomodolibet pertinentia ad obiectum illud. His stantibus, ad obiectiones in oppositum respondetur. Et ad primam dicitur, quod ratio assignata contra necessitatem compositionis

positionis diuisionis, & discursus, est ratio uniuersalis & nõ particularis. Et cum dicitur, quod non est ex defectu luminis, sed ex naturis cognoscibilium patere obiectum & latere contingens, uel casuale, negatur hoc uniuersaliter de lumine intellectuali loquẽdo, & casualibus, aut contingentibus naturalibus, quoniam ex modicitate luminis intellectualis prouenit, quod uiso Socrate qui actualiter inuenitur a debitore in foro, non simul uideatur inuentio a debitore iam illi coniuncta, sed oporteat componendo propositionem formare, quæ feratur in Socratem ut inuentum a debitore.

¶ Ad secundam uero obiectionem dicitur quod, proportio inter subiectum & prædicatum, & principium & conclusionem, attenditur in proposito, secundum potentiam, non secundum uirtualem continentiam. Virtus enim principium actiuum seu operatiuum nominat, Potentia autem commune nomen est etiam ad potentiam passiuam ad esse. Ita quod similitudo proportionalis consistit in potentialiter continere per se, uel per accidens, & quomodolibet, infra latitudinem tamẽ, ut dictum est, naturaliũ. Vel consistit quod sicut se habet discursus ad continentiam uirtualem conclusionum in principiis, ita se habet compositio & diuisio ad continentiam potentialem prædicatorum in subiecto. Et hoc magis consonat literę, uirtutis nomen exprimentis in principio, potentiæ autem in subiecto, dum dicit, quæcunque possunt attribui subiecto. Quod autem prædicata omnia potentialiter saltem contineantur in subiecto, inductiue patet. Quoniam spectantia ad materiam naturalem actu, uel uirtute, clauduntur in eo, ut essentialia & passione. Spectantia uero ad materiam contingentem (quamuis infinita sint in potentia, quæ tamen actu quandoque inerũt alicui) finita & certa sũt cũ sunt. Ac per hoc potentia iam reducta ad actum, contineri in illius potentia manifestat. Spectantia uero ad materiam remotam, dubium non est, uirtualiter claudi in subiecto, quoniam negationes repugnantium ex affirmatione subiecti, necessario consequuntur. Et per hoc patet, ꝙ non oportet casualibus dare causam per se, ex hoc quod ponuntur cognosci cum subiectu, & pertinere ad perfectiorem eius cognitionem sequeretur enim hoc, si poneremus casuale antequam esset, pertinere ad perfectiorem cognitionem suę causæ, non autem postquam est. Quoniam, quemadmodum esse eius iam determinatum, compositionem facit cum eo in quo est in rerum natura, & illius & quoddam esse est, quamuis accidentale, absque hoc quod habeat per se causam, sic & intellectus, si perfecte cognoscit subiectum illud, omne eius esse intuetur, quod actualiter habet, absque perseitate coniunctionis illorum.

¶ Ad dubitationem uero contra minorem dicitur, quod defectus intellectus est duplex. Quidam communis omni intellectui creato, & quidam specialis & proprius intellectui nostro. Communis quidem est, quod uirtus ipsa intellectiua potentialitatis aliqđ habet admistum, & quod modus cognoscendi sit per speciem superadditam, & per plures actus intelligendi. Proprius uero est intelligere per conuersionem ad phantasmata, esse in potentia, & alia huiusmodi. Nec est dubium quod id quod conuenit intellectui nostro ex imperfectioni, communi, conuenit etiam angelo, sed consequentia illa tenet in his, quæ conueniunt intellectui nostro ex imperfectione propria quoniam perfectiones oppositæ ponuntur in angelis. Quod autem componere & diuidere, & similiter discurrere ex imperfectione propria nostri intellectus proueniat Sanct. Thom. hic supponit, & facile ex eius etiam dictis declaratur. Existentibus enim duobus modis cognoscendi, scilicet simplici intuitu, & per appositionem quandam, & utroque conueniente intellectui nostro, & tam discursu quam compositionem, & diuisione importante modum cognoscendi per appositionem quandam, cum constet perfectiorem modum cognoscendi esse per simplicem intuitum, & quod in nobis hic modus cognoscendi parum participatur in nostri supremo in prima operatione intellectus, & utrunque ac similitudinarie in principio secundæ, idest in cognitione principiorum, & iam stabilitum sit a Dionys. in septima, de diuinis nominibus, quod supremum infimi, attingit infimum supremi, euidenter sequitur, quod modus cognoscendi componendo, & diuidendo ex propria nostri imperfectione intellectus prouenit, cui ex aliquali superiorum, participatione communicatur, quod degustet experiendo modum intelligendi per simplicem intuitum.

295
2.d.11.q.2.
a.5.ad 5.&
ueri.q.8.a.
14. 6. &
Mal.q.16.
art.5. cor.

Aegid.2.s.distin.7.q.2. ar.2.
D.Bona. dist.7.artic.1.
Bannes ar.5.

SVP. Q. LVIII. ART. V.

CONCL. Falsitas, error, aut deceptio non

ARTICVLVS V.

Vtrum in intellectu angeli possit esse falsitas.

AD QVINTVM sic proceditur. Videtur, quod in intellectu angeli possit esse falsitas. Proteruitas enim ad falsitatem pertinet. Sed in dæmonibus est phantasia proterua, ut dt Dio.* 4.c.de diu. nom. Ergo uidetur qđ in angelorũ intellectu, possit esse falsitas.

non potest esse per se in intellectu angeli, sed per accidens, alio tamen modo, quam in nobis.

C.4.par.4. parũ a medio.

¶ PROB. Quia angelus non intelligit cõponendo, ac diuidẽdo, sed

ſed ſolum intelligendo quod quid eſt. Et intellectus circa quod quid eſt, ſemper uerus eſt per ſe. Secunda autem pars, ſ. ſed per &c. probatur. Quia circa quod quid eſt, poteſt per accidens eſſe error intellectus. Tertia autem pars, ſ. alio tamen &c. probatur. Quia nos componendo, ac diuidendo per accidens decipimur, quando decipimur, circa quod quid eſt. Et angeli per quod quid eſt iudicando de his, quę rei ſupernaturaliter inſunt.

ca. 7. par. 3. a medi. & ca. 6. declinãdo ad finem.

¶ Nor. 1. Vides ergo, quod per intellectum inferiorem etiam angelicum uiribus ſuis tantum naturalibus fultum non poſſumus recte iudicare de ſupernaturalibus, puta de fidei catholicæ dogmatibus, ſufficienter, atque per hunc iſta metiri. Id nota pro ſemper, ſimul & notationem ſequẽtem, contra hæreticos.

cap. 7. ante medium.

li. 3. de aĩa text. 16. & 51. tom. 2. In li 83. q. q. 54. & q. 32. tom. 4.

¶ Notat. 2 Error hic prędictus uerificatur tantum de angelis apoſtaticis. Nam angeli boni ſemper intellectum ſuum captiuatũ uoluntarie tenent in obſequium Chriſti. Et ideo de quibuſcunque iudicant ſemper cum hac adiectione (ſalua. ſ. ordinatione diuina) iudicant, mali autem ecõtra ſuum intellectum continue a Deo ſubductum uoluntarie tenẽt, & ideo de quibus iudicant, quantum ad ea, quæ ſupernaturaliter inſunt, ſine tali reſeruatione diuinæ ſapientiæ iudicant. Decipi ergo in iudicando de rebus, quantum ad ſupernaturaliter poſſibilia eſt iudicare de his prætermiſſa (uel etiam, quod credo in dæmonibus, neglecta & contempta) conſideratione diuinæ ordinationis, circa illas res. Et non decipi in iudicando ſic eſt iudicare de his, ſeruata ſemper ac ſalua ordinatione uoluntatis diuinæ circa illas res. Ne igitur in his, quæ ſupernaturalia ſunt, puta fidei &c. decipiamur a quoquam uel a fantaſia noſtra, uel a Sathana, qui modum, quo ipſe circa huiuſmodi deceptus eſt, nobis ſuadendo proponit, nõ iudicemus, non cogitemus, non loquamur de his, niſi ſecundum ordinationem Eccleſiæ Sanctæ catholicę diuinam uoluntatem ex reuelatione agnoſcentis, & ab ipſa diuina uoluntate nobis pro regula infallibili in his aſſignatæ. 2. 2. q. 5. art. 3. Cauendum itaque, ne uel ungue lato elongemur ab ordinatione ipſius.

*Art. pręc.

* text. 61. tom. 2.

Li. 9. Met. tex. 22. l. 3

1^m de maiori. Proteruitas. ℞. Secundum quod proteruitas, non alio modo, §. Tunc &c. Ad ſupernaturalia enim reſpicit proteruia dæmonum. Vnde argumentum potius eſt quædam declaratio tertiæ partis concluſionis, & conſequenter pro concluſione quodammodo magis, quam contra.

2^m de maiori. Neſcientia. ℞. Reſpectu quorum eſt neſcientia, non, reſpectu aliorum. §. Tunc &c. ut patet. Nam reſpectu ſupernaturalium ſolum eſt neſcientia, reſpectu quorum poteſt in angelis eſſe falſitas, ut dicit tertia pars concluſionis, non reſpectu naturalium, reſpectu quorum in eis non poteſt eſſe falſitas, ut dicit prima pars ipſius. Vide ad primum.

3^m de maiori. Habet falſitatem, & errorem. ℞. Secũdum, quod habet rationem deprauatam, non aliter, §. Tunc &c. Concedimus enim quod falſitatem, & errorem habet angelus in intellectu ſuo, ſecundum illud tantum, ſecundum qđ habet rationem deprauatam, & ſecundum qđ a ueritate diuinæ ſapiẽtiæ cadit. Et hoc eſt habere falſitatem & errorem reſpectu ſupernaturalium tantum. Vide ſupra.

4^m de ſed contra, per Philoſophum.

Semper uerus eſt. ℞. p ſe, non per accidens. §. Tunc &c. ut patet in concluſione, & in calce corporis.

Item de ſed contra, per Auguſtinum.

Intelligitur. ℞. per ſe, non per accidens. §. Tunc &c. ut patet. Vide omnia reſponſa in corpore circa finem a ly, & per hoc patet reſponſio ad ea, quæ vtrinque obiiciuntur, & cætera.

D. 440.

APPENDIX.

Vti. pro S. Eccl.

EX articulo habes primo, quomodo per rationem oſtendas, recte dictum a pſal. 103. Draco iſte, quem formaſti ad illudendum ei. Ibi enim pſalmiſta loquitur de angelo malo, id eſt de diabolo, & dicit eum formatum a domino, cui loquitur, ut a ſanctis perſonis ei illudatur. Nonne Beatiſſimus Patriarcha Dominicus ei illudebat, quando (ut in uita eius legitur) eum in capitulum in aliaque loca monaſterii ipſum trahens ab eo diſcere uoluit, quidnam in unoquoque loco ageret contra fratrum ſalutem, ut poſtea filiis ſuis tentamenta ſingularium locorum diabolica manifeſtans illos fortiter contra inſidias pugnaſque draconis eiuſdẽ muniret? Sic fecit, ſic didicit, ſic draconem uel inuitum decepit. Per id ergo dictum teſtatur pſalmus in angelo malo poſſe eſſe falſitatem, deceptionem, errorem. Item a Iob. 40. An extrahere poteris Leuiathan hamo, & fune ligabis linguam eius? Nunquid pones circulum in naribus eius, aut armilla perforabis maxillam eius? Nunquid illudes ei, quaſi aui, aut ligabis eum ancillis tuis? Concident illum amici, diuident illum negociatores. Nota, quod nomine Leuiathan intelligitur diabolus, & per hæc dicta, ſcilicet hamo &c. armilla &c. circulũ in &c. &c. intelligũtur diuerſæ illuſiones factæ ipſi, dum ipſe putat aliquod fieri uel eſſe ſic, cũ tñ aliter fiat uel ſit. Dicit ergo Deus ad Iob, An extrahere &c. &c. & ꝑ

¶ 2 Præt. Neſcientia eſt cauſa falſæ æſtimationis. Sed in angelis poteſt eſſe neſcientia, ut Diony. dicit. † 6. cap. Eccleſia. Hierar. Ergo uidetur, quod in eis poſſit eſſe falſitas.

¶ 3 Præte. Omne quod cadit a ueritate ſapientię, & habet rationem deprauatam, habet falſitatem uel errorem in ſuo intellectu. Sed hoc Dionyſ. dicit de dęmonibus. * 7. cap. de diui. nomi. Ergo uidetur ꝙ in intellectu angelorum poſſit eſſe falſitas.

Sed contra Philoſophus dicit * 3. de Anima. quod intellectus ſemper uerus eſt. Auguſtin. etiam dicit in lib. † 83. q. quod nihil intelligitur niſi uerum. Sed angeli non cognoſcunt aliquid niſi intelligendo. Ergo in angeli cognitione non poteſt eſſe deceptio & falſitas.

Respon. Dicendum, quòd huius quæſtionis ueritas, aliquatenus ex præmiſſa dependet. Dictũ eſt, * enim quod angelus non intelligit componendo & diuidendo, ſed intelligendo quod quid eſt. intellectus autem circa quod quid eſt, ſemper uerus eſt, ſicut & ſenſus circa proprium obiectum, ut dicitur in * 3. de Anima. Sed per accidens in nobis accidit deceptio & falſitas intelligendo quod quid eſt ſcilicet ſecundum rationem alicuius compoſitionis, uel cum diffinitionem unius, rei accipimus, ut diffinitionem alterius, uel cum partes diffinitionis ſibi non cohęrent. Sicut ſi accipiatur pro diffinitione alicuius rei, animal quadrupes uolatile, nullum enim animal tale eſt. Et hoc quidem accidit in compoſitis, quorum diffinitio ex diuerſis ſumitur, quorum unum eſt materiale ad aliud. Sed intelligendo quidditates ſimplices, ut dicitur in * 9. Metap. non eſt falſitas, quia uel totaliter non attinguntur, & nihil intelligimus de eis, uel cognoſcuntur ut ſunt. Sic igitur, per ſe non poteſt eſſe falſitas aut error aut deceptio in intellectu alicuius angeli, ſed per accidens contingit, alio tamen modo quam in nobis. Nam componendo & diuidendo quandoque ad intellectum quidditatis peruenimus, ſicut cum diuidẽdo & demonſtrando diffinitionem inueſtigamus. Quod quidem in angelis nõ contingit, ſed per quod quid eſt rei cognoſcunt omnes enuntiationes ad illam rem pertinentes. Manifeſtum eſt autem, qđ quidditas rei poteſt eſſe principiũ cognoſcendi reſpectu eorum, quę naturaliter conueniunt rei, uel ab ea remouentur, non autem eorum, quæ a ſupernaturali Dei ordinatione dependent. Angeli igitur boni, habentes rectam uoluntatem ꝑ cognitionem quidditatis rei, non iudicant de his, quæ ſuper naturaliter ad rem pertinent, niſi ſalua ordinatione diuina. Vnde in eis non poteſt eſſe falſitas aut error. Dæmones uero per uoluntatem perverſam ſubducentes intellectum a diuina ſapientia, abſolute interdũ de rebus iudicant ſecundum naturalem conditionem. Et in his quæ naturaliter ad rem pertinent, non decipiuntur. Sed decipi d poſſunt quantum ad ea, quæ ſupernaturalia ſunt. Sicut ſi conſiderans hominem mortuum iudicet eum, non reſurrecturum, & ſi uidens hominem Chriſtum, iudicet eum non eſſe Deum.

Et per hoc patet reſpõſio ad ea, quę vtrinque obiiciuntur. Nam proteruitas dæmonum eſt ſecundum, quod non ſubduntur diuinæ ſapientiæ. Neſcientia aũt eſt in angelis, non reſpectu naturalium cognoſcibilium, ſed ſupernaturaliũ. Patet etiam, ꝙ intellectus eius qđ quid eſt, ſemper eſt verus, niſi per accidens ſecundum ꝙ indebitè ordinatur ad aliquam compoſitionẽ, vel diuiſionem.

A R-

Quaſi

Quasi dicat. Virtute tua non poteris illudere diabolo, & decipere illum, sed solum uirtute mea, qui incarnatum praualeo ipsi diabolo, ut etiam ancillis meis, i. animabus seruis meis humilibus, prabeam ipsum, quasi canē ligatum, aut auem laqueo inclusam, ad illudendum ei. Vide D. Gregorium lib. moral. super Iob cap. & loco prædicto. Item a Sancta Ecclesia in hymno secundo Dominica in passione, sic. Hoc opus nostræ salutis ordo depoposcerat, multiformis proditoris ars ut artem falleret. Vides ne, quod ars Saluatoris nostri Dei fefellit artem proditoris diaboli? Ergo per hæc uerba significat Ecclesia, quod in angeli nigri intellectu potest esse deceptio & falsitas. Inspice ad initium, progressum, ac finem usque humanæ Christi, seu Christi secundum humanitatem, & uidebis; draconem illum sæpissime delusum modo in occultatione perpetuæ uirginitatis matris Dei, modo in fuga ad Aegyptum, modo in deserto per quadraginta dies, ac noctes, modo in tentatione trina, modo in passione abiectissima, modo &c. Secundo habes, quomodo prædicta, inquantum in angelo 2 concedunt falsitatem, declares probes tuearis. Tertio uides, quomodo ex his uicissim Angelicus firmetur articulus, atque de- 3 claretur.

Comm. Cardinalis Caietani.

Titulus clarus est.

¶ In corpore articuli respondet quæsito unica conclusione, habente quatuor partes, s. In intellectu angelico non pôt esse falsitas per se, sed per accidens, non quo ad naturalia, sed quo ad supernaturalia. Et probatur conclusio quo ad primam partem, quia intellectus in prima operatione, semper est uerus, per se loquendo, ut patet in sensu, & ex tertio de Anima. Intellectus autem angelicus semper intelligit per modum primæ operationis, ergo. Maior declaratur, assignando causas utriusque modi, quo falsitas inuenitur in nobis intelligendo quod quid est, quod est obiectum primæ operationis, quia. s. uterque contingit ex compositione admissa. Et rursus secundus modus cōtingit respectu quorundam obiectorum tantum. s. compositorum, non simpliciū, ut patet ex 9 Meta. tex. 22. Quo ad secundam uero partem declaratur assignando differentiam inter modum, quo per accidens nostræ simplici intelligentiæ admiscetur falsum, & modum quo per accidens admiscetur angelicæ, quia. s. falsitas apud nos, præcedit quod quid est, quoniam in ipsa admiscetur componendo, uel applicando. In angelis uero, falsitas sequitur quod quid est, quoniā in iudicando ex illo contingit. Quo ad tertiam uero & quartam partem simul probatur, & declaratur sic. Intellectus in iudicando ex quod quid est, conditiones rei potens iudicare, saluo diuinæ sapientiæ ordine, & non saluo illo, potest falli circa supernaturalia, quamuis non circa naturalia, sed intellectus angelicus, est huiusmodi in quibusdam. ergo. Maior propositio patet, quo ad naturalia, quia ex cognitione quod quid est, sufficiens habetur ratio naturalium, & ordinis diuinæ sapiētię, ut disponentis cursum naturalem. Quo ad supernaturalia uero, quia hęc ex reuelatione tātum sciri possunt. Et declaratur exemplariter, de mortuo resuscitando, & de Christo homine & Deo. Minor autem declaratur, quia angelorum, quidam sunt boni, quidam uero mali, & illi qdē sua sorte contenti, iudicant, saluo semper superiori ordine, & quā tum est ex meritis causarum naturalium, hi uero superbia elati, iudicant simpliciter, ac si nullus esset ordo superior immutatiuus ordinis naturæ. Et per hoc subducere dicuntur intellectus suos quandoque ab ordine diuinæ sapientiæ, & falli.

¶ Circa prædicta dubium occurrit non dissimulandum, quomodo possit falsum inueniri in intellectu angeli, si ois eius intellectio est simplex apprehensio, cui non admiscetur compositio aut diuisio. Nulla enim prima intellectus operatio falsitati subesse potest, nisi ratione compositionis adiunctę, ut in litera dicitur, & in nobis experimur, & ex diffinitione ueri, & falsi, 4. Metap. text. 27. patet. Sed nulla intellectio angeli respectu, tam naturalium quā supernaturalium habet compositionem adiunctam, siue præcedētem, siue subsequentem, ergo nunquam in intellectu eius falsitas esse potest.

¶ Ad hanc dubitationem dici primo potest, negando minorem quod quamuis angelus naturalia omnia intelligat intuendo quod quid est tanquam pertinentia ad ipsum naturaliter, siue per se, siue contingenter, ut prius dictum fuit, semper naturales tamen cōditiones componendo & diuidendo intelligit. Et quod hæc sit mens S. Thom ex tribus suadetur. Primo, ex eo quod ratio excludens compositionem & diuisionem ab angelis, non habet locū nisi in naturalibus, quoniam uiso subiecto ex defectu luminis prouenit, quod non uideantur prædicata naturaliter rei competētia, non autem quæ supernaturaliter conuenire possunt, quoniam cū hæc attendantur secundum potentiam Dei, sciri, non possunt, nisi comprehensa Dei potentia, quod nulli creaturæ est communicabile. Secundo, quia aliter in hoc eodem articulo cōtradiceret sibiipsi, ut obiiciendo deductum est, & processus eius ad ostendendum, quomodo in iudicio angeli est falsitas per accidens quemadmodum in nobis, quamuis differenter, quia in nobis ratio falsitatis præcedit quod quid est, in eis uero sequitur, & ꝙ in nobis accidit inuestigando, in eis uero comparando naturale ad supernaturale, nullus esset. Tertio, quia in calce articuli huius respondendo ad opposita dicit, intellectum quod quid est habere falsitatē per accidens, ut ordinatur ad compositionem, & loquitur de intellectu angeli. Sed quoniam expresse S. Thom. tenet, quod etiā dæmones ad ea sunt eis naturaliter occulta, ut cognitiones cordium, non discurrūt, consequens est, ut apud ipsum, nunquam angelus cognoscat componendo & diuidendo. Idem est enim apud ipsum iudicium in præcedenti art. de discursu, & compositione, & diuisione. Nec alia est ratio de uno naturaliter occulto, & de alio. Quod autem rationabile sit, omnem angeli cognitionem absque compositione esse, ex eo colligi, pôt ꝙ regulariter apparet, ꝙ supernaturales reuelationes modificantur, & suscipiuntur in unoquoque secundum naturalem modum ut recipientis, ut in nobis experimur, a quibus reuelata nostro modo cognoscuntur, unde si naturalis modus cognoscendi angelis inditus est per simplicē apprehensionem, consequens est, ut reuelata simpliciter etiam apprehendant, & pari ratione quælibet alia naturaliter occulta. Aliter ergo dicendum est, quod cum uerum, & falsum in compositione consistat, quemadmodum compositio dupliciter admiscetur cognitioni, ita & uerum & falsum. Potest enim intellectui cōpetere compositio ex parte modi cognoscendi, ut cum cognoscimus, quod homo est homo, & ex parte rei cognitæ, ut cum cognoscimus rem compositam. Et per oppositum simplex apprehensio, dupliciter inuenitur, s. quo ad modum cognoscendi, aut quo ad rē cognitam. Nec requiritur ad rationem ueri & falsi utraque compositio, sed altera quis earum sufficit. Patet enim, qđ de re quantumcunque simplicissima, potest quis habere cognitionem compositam, ueram, aut falsam, puta formare propositionem, quod ipsa est ipsa, aut quod ipsa nō est ipsa. Et similiter quantumcūque modus concipiendi sit simplex, potest apprehendi compositū ex partibus discohærentibus uel cohærentibus, ac per hoc, uerum uel falsum. Et ex hoc patet, quod ad secundam operationē intellectus, non sufficit, nec sequitur necessario, compositio ex parte rei cognitę, sed exigitur, & sufficit compositio ex parte modi cognoscēdi. Et ulterius sequitur, quod ad primā operationem intellectus, non exigitur simplicitas rei cognitæ, sed modi cognoscendi. Sequitur etiam ulterius, quod in prima operatione intellectus, & si nō possit esse falsitas, aut ueritas ratione modi cognoscendi, pôt tñ in ea esse ueritas aut falsitas ratione rei cognitæ, quando, s. res cognita est composita. Et propterea 9. Met. dicitur, ꝙ in simplicibus nullo modo est falsitas, quia s. nec ex parte rei, nec ex parte modi cognoscendi, si prima operatione cognoscuntur qualem cognoscēdi modum simplicitas exigit. Et si quæratur, quomodo in prima operatione ex parte rei cognitæ possit inueniri ratio ueri, aut falsi cum in prima operatione intellectus nihil affirmet aut neget facile respondetur, ꝙ cum concipit quidditatem seu rem compositā, quamuis non formaliter affirmet, aut neget, uirtualiter tamen est ibi affirmatio, & negatio. Dum enim intuetur A. B. si hæc cohærent, concipit uerum uirtualiter, quia concipit sic esse sicut est. Si uero non cohærent, concipit, falsum, uirtualiter, quoniam cōcipit sic esse sicut non est. Dicitur autem uerum & falsū inueniri per accidens, in prima operatione intellectus. Tū quia compositio super qua fundatur ratio ueri, & falsi, accidit primæ operationi non solum ea ratione, quia accidit eius obiecto, dum nō omni, sed cuidam conuenit, sed quia obiectum primæ operationis est incomplexum, ut incomplexum est, quod ut sic nullam compositionem dicere patet, & consequenter nullam ueritatem, aut falsitatem. Et propterea sicut accidit in complexo compati in se cōpositionē ita & ueritatem & falsitatem. Et propter hoc dicitur, & bene, qđ ueritas & falsitas, sicut & compositio, per se non sunt nisi in secunda operatione, cuius obiectum est complexum, ut complexū est. Ex his autem patet responsio ad obiecta, nam cum angelus oia cognoscat per modum primæ operationis, dum cognoscit cōpositum falsum uirtualiter incurrere potest, ratione compositionis adiunctæ in obiecto. Et hoc est quod intendebat, S. Th. per radices, quas in articulo enumerauit, falsitatis aut ueritatis, ex parte rei cognitæ simplicis aut compositæ, cum naturali aut supernaturali conditione, aut habitudine quacunque. Et sic ueritas uel falsitas, formaliter semper est in compositione ex parte intellectus. Veritas uero, uel falsitas uirtualiter est in compositione, aut diuisione obiectiua, quamuis non modali.

SVPER

SVPER QVAEST. LVIII. ART. VI.

CONCLVSIO. In angelis est cognitio matutina & uespertina.

¶ PROB. Quia angeli cognoscunt res, secundum quod sunt in Verbo, atque secundum quod in propriis naturis consistunt. Et illa prima cognitio dicitur matutina, ista secunda dicitur vespertina.

296 a.d.12.a.3. cor.& uer. q.8.a.16.& 17.& op.5. ca. 224. & Eph. 3.lec. 3.& Hebr. 8.lect.3.

¶ NOT. Sæpius diuus Thomas ponit conclusiones abundantiores, quam titulus requirat, ut patet in textu corporis huius. Tu vero tunc ex conclusione signata desumas tantum, quantum sufficit ad respondendum titulo quæsito. Et scias a nobis apponi probationē pro conclusione tantū, inquantum quæsito tali respondet. Verbi gratia, conclusio in litera signata de introductione huius duplicis cognitionis angelorum directe loquitur. Et ex eius suppositione tibi relinquit, quid respondeas titulo quæsito. Tu ex illa conclusione quid facies? Desumes id tantū quod supponit, tanquā responsionem ad titulum. Et probationem nostram illi tantum a te desumpto applicabis. Vt in angelis est cognitio matutina, & vespertina. Probatur hoc. Quia angeli cognoscūt &c. (ut supra.)

Mos Sancti Doctoris breuis, copiosusq; crebro attendēdus. li.3. de aīa text. 38.tomo 2.

li. 2. super Ge.ca.8.p totū, to.3.

1^{m} de maiori.

Vespere & mane. ℞.accepta, ut includunt mediationem tenebrarum non, ut præcise dicunt principium uel terminum. §. Tunc &c.ut patet. Ex litera dic, quod similia non attenduntur in omnibus, neque forsan in pluribus, sed tantum in puncto illo, in quo dicuntur similia.

lib.4.super Ge.c.22 & 31.& 11. de ciu.Dei, c. 29.& c.7 a med. usq; ad fi.

D. 140.

lib.4.super Ge.c.22.& li.5.c.4.to. 3.& li. 11. de ciu.Dei c.9 to. 5. Regula de similibus.

Item de minori. Tenebrositas. ℞.per comparationem ad cognitionem rerum in propria natura, non per comparationem ad uisionem uerbi. § Tunc &c.ut patet in litera. Vide secundum responsum ly, uel dicendum quod nihil prohibet &c. Ex litera illa dic, per locum a simili, quod uetus testamentum uocatur nox (Rom.13. Nox præcessit,) inutile, infirmum, (Heb.7. Reprobatio fit præcedentis mandati propter infirmitatem eius, & inutilitatem,) culpabile (Heb. 8. Si illud culpa uacasset, non utique secundi locus inquireretur,) per comparationem ad nouum, quod respectu eius dicitur dies sanum, Vtile, inculpabile (ibi ex Apostolo argue ab oppositis.) Absolute autem loquendo testamentum illud uetus est & dies & ualidum & utile & inculpabile, quæ omnia significantur per eundem Apostolum Roman.7. Itaque lex quidem sancta & mandatum sanctum, iustum, & bonum, ubi & dicit quod mandatum erat ad uitam, & quod lex spiritualis est.

D. 141.

2^{m} de maiori.

Inter uespere & mane cadit nox. ℞. Si de mane & uespere ppriè loquamur, nō, si de his p similitudinē. §. Tūc &c. ut patet, maxime si p faciliori captu uideas ad primum in responsione prima, cum regula de similibus ibi.

Item de conclusione. Meridiana, ℞. ut medium inter illa extrema, uel prout est cognitio Dei, §. Tūc &c. Nam meridies, si sumatur pro medio inter ista duo. i. inter mane, & uespere, comprehenditur sub nomine diei, si uero sumatur pro cognitione Dei, tunc dicitur meridiana, quia nec principium habet nec finem.

Secunda responsio. lib.4.super Gen. c.25. circa prin. tom.3.

3^{m} conclusio.

Ergo si ponatur &c. ℞. Nisi tertia hæc de qua arguitur, contineretur sub secunda, idest vespertina. §. Tunc &c. ut patet.

APPENDIX.

Ex articulo habes primo, quomodo per rationem ostendas, recte esse dictum Gen.1. Factum est uespere, & mane dies unus, secundus, tertius, quartus, quintus, sextus. Quasi dicatur. De rebus omnibus, & singulis creatis fuit cognitio tunc in angelis. Nam per singula opera incipiendo a luce, usque ad hominē &c. nominatur dies, & dies utique ex terminis his scilicet uespere & mane. Dies autem ibi significat cognitionem angelicam, teste Augustino 4. super Gen. ad literam cap.22.31. & 11. de ciuitate Dei, cap. 29. 7. Et consequenter uespere, & mane significat cognitionem illam esse, tum matutinam, tū uespertinam. Vide artic. 7. app. Item a Iob 38. Cum me laudarent simul astra matutina, & iubilarent omnes filii Dei? Ex qua sententia, ut uides, innuitur, quid sit cognitio matutina in astris illis, idest angelis, quod scilicet est ex operibus creatis cognitis surgere in laudem conditoris. Item ab Isa. 14. Quomodo cecidisti de cælo Lucifer, qui mane oriebaris? Ex qua litera

Vti.pro S. Eccl.

ARTICVLVS VI.

Vtrum in angelis sit cognitio matutina & uespertina.

AD SEXTVM sic proceditur. Videtur, quod in angelis non sit vespertina, neque matutina cognitio. Vespere enim & mane admistionem tenebrarum habēt. Sed in cognitione angeli nō est aliqua tenebrositas, cum non sit ibi error uel falsitas. Ergo cognitio angeli non debet dici matutina uel uespertina.

¶ 2 Præt. Inter uespere & mané cadit nox, & inter mane & vespere cadit meridies. Si igitur in angelis cadit cognitio matutina, & vespertina, pari ratione uidetur q in eis debeat esse meridiana & nocturna cognitio.

¶ 3 Præt. Cognitio distinguitur, secundum differētiam cognitorū. Vnde in * 3. de anima dicit Philosophus, quod scientiæ secantur quē admodum & res. Triplex autem est esse rerum, s. in uerbo, in propria natura, & in intelligentia angelica, ut August. dicit † 2. super Gen. ad lit. Ergo si ponatur cognitio matutina in angelis & uespertina, ppter esse uerum in uerbo, & in propria natura, debet etiam in eis poni tertia cognitio, propter esse rerum in intelligentia angelica.

SED CONTRA est, quod August.* 4. super Gen. ad lite. & 11. de Ciuit. Dei, distinguit cognitionē angelorum per matutinam, & uespertinam.

RESPON. Dicendum, quod hoc quod dicitur de cognitione d matutina & uespertina in angelis, introductum est ab Augu. * qui 6. dies, in quibus Deus legitur fecisse cuncta Genes. 1. intelligi uult non hos usitatos dies, qui solis circuitu peraguntur cum sol quarto die factus legatur, sed unum diem, scilicet cognitionem angelicam sex rerum generibus præsentatam. Sicut autem in die consueto, mane est principium diei, uespere autem terminus, ita cognitio ipsius primordialis esse rerum, dicitur cognitio matutina. Et hæc est secundum q res sunt in uerbo. Cognitio autem ipsius esse rei creatę secundum qd in propria d natura consistit, dicitur cognitio uespertina. Nam esse rerum fluit a uerbo sicut a quodam primordiali principio. Et hic effluxus terminatur ad esse rerum, quod in propria natura habet.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod uespere, & mane non accipiuntur in cognitione angelica secundum similitudinem ad admistionem tenebrarum, sed secundū similitudinem principii & termini. Vel dicendum, quod nihil prohibet, ut dicit Aug. * 4. super Gen. ad lit. aliquid in comparatione ad unum dici lux, & in comparatione ad aliud dici tenebra, sicut uita fidelium & iustorum, in cōparatione ad impios dicitur lux, secundum illud Eph. 6. Fuistis aliquando tenebrę, nunc autem lux in domino. Quæ tamen uita fidelium in comparatione ad uitam gloriæ, tenebrosa dicitur, secundum illud 2. Petr. 1. Habetis propheticum sermonem, cui benefacitis attendentes quasi lucernę lucenti in caliginoso loco. Sic igitur cognitio angeli, qua cognoscit res in propria natura, dies est per comparationem ad ignorantiam uel errorem, sed obscura est per comparationem ad uisionem uerbi.

AD SECVNDVM dicendum, quod matutina & uespertina cognitio ad idem pertinet, idest ad angelos illuminatos, qui sunt distincti a tenebris, idest a malis angelis. Angeli autem boni cognoscentes creaturam, non in ea figuntur, qd esset tenebrescere & noctem fieri, sed hoc ipsum referunt ad laudem Dei, in quo sicut in principio omnia cognoscunt. Et ideo post uespe ram non ponitur nox, sed mane, ita quod mane sit finis præcedentis diei, & principium sequentis, inquantum angeli, cognitionem præcedentis operis ad laudem Dei referunt. Meridies autem sub nomine diei comprehenditur, quasi medium inter duo extrema. Vel pōt meridies referri ad cognitionem ipsius Dei, quæ non habet principium, nec finem.

AD TERTIVM dicendum, quod etiam ipsi angeli creaturæ sunt. Vnde esse rerum in intelligentia angelica, comprehenditur sub uespertina cognitione, sicut & esse rerum in propria natura.

AR-

litera insinuatur, quod etiam angelus postea malus in sui primordio cognitionem creaturarum retulit ad laudem Creatoris, unde ob hoc tunc illa sua cognitio dicta est mane, i. cognitio matutina in sensu dicto accepta. Et quod mox ipsam bonam operationem mortificauit per proprium casum libere uoluntarium in peccatum, atque ideo in noctem ac tenebras cognitio sua illa postmodum terminata est, q. 63 ar. 5. ad quartum. Secundo habes, quomodo per rationem illa scripturarum dicta, pro quanto cognitionem matutinam, ac uespertinam ponunt in angelis, declares. Tertio uides, quomodo ex his uicissim Angelica firmetur doctrina præsens.

¶ Nor. Huic articulo seruit articulus in ord. 311. 360. 315.

Comm. Cardinalis Caietani.

Titulus ex dicendis in corpore articuli, manifestus erit.

¶ In corpore respondendo quæsito affirmatiue duo facit. Primo authorem & radicem huius distinctionis ostēdit. Authorē quidem Aug. Radicem uero, quia cognitio angelica dies uocatur. Gen. 1. ac per hoc, rationabiliter partes diei, differentiæ cognitionis Angelicæ ponuntur, & ex mane, & uespere, cognitio matutina & uespertina, dicta est. Secundo, quia differentiæ illæ, metaphorice dicuntur de cognitione angelica, ostendit penes quid attenditur similitudo, dicens attendi in hoc, quod est esse principiū & esse terminum. Ita quod cognitio illa dicitur matutina, quæ respicit primordiale esse rei, i. esse rei in eius prima causa. Illa uero uespertina, quæ respicit ultimatum esse rei, i. esse rei in seipsa. Et omnia clara sunt in litera.

SVP. Q. LVIII. ART. VII.

Concl. 1. Si cognitio uespertina angelorum dicatur fm quod cognoscunt esse rerum, quod habent in propria natura, uidendo uerbum, angeli sic eadem est secundum essentiam cognitio matutina & uespertina, differens, tantum secundum cognita.

297 Locis sup. ar. 6. inductis.

¶ Prob. Quia angeli uidēdo uerbum cognoscunt esse rerum, quod habent in uerbo. Et illud esse rerum, qđ habent in propria natura (sicut Deus per hoc quod uidet se, cognoscit esse rerum, quod habent in propria natura.) Secunda autem pars, s. differens &c. patet ex se.

Locis citatis in art. pcedenti, in prin. cor.

¶ Not. Fundatur consequentia primæ probationis subinferenda, in hac maxima, qđ scilicet ubi idem medium, ibi eadem cognitio, sicut & conclusionis sequentis probatio fundabitur super hoc, quod ubi diuersitas medii, ibi diuersa cognitio. Modo per idem medium, scilicet uidendo uerbum, fit cognitio rerum secundum esse & quod habent in uerbo, & quod habent in propria natura, ut dicit prima conclusio, & habetur ex quæst. 14. artic. quinto, sexto, per diuersa uero media fit harum cognitio iuxta secundam conclusionem, quæ est ista sequens.

Li. 4. super Gen. c. 23. in prin. & 3.

Art. præc.

¶ Concl. 2. Si cognitio uespertina dicatur secundum quod esse rerum in propriis naturis habitum angeli cognoscunt per species innatas, sic alia est cognitio uespertina & matutina.

¶ Pros. Quia angeli cognoscunt res, secundum quod sunt in propria natura, per species innatas, easdem & res secundum quod sunt in propria natura cognoscunt, uidendo uerbum. Et species, innatæ, ac Verbi uisio, sunt diuersa media ad cognoscendum illas.

q. 55. ar. 2.

Im de minori.

Cognitio angelica, &c. secundum unitatem rei cognitæ, non semper secūdum unitatem specificam cognitionis.

§. Tunc &c. Quocunque enim medio angeli res cognoscant, una cognitione materialiter sumpta cognoscunt, inquantum una est res, quæ per utrumque medium cognoscitur. Ideo dicitur una secundum unitatem rei cognitæ, idest si attendatur ex parte rei. Diuersitas specifica cognitionis, cum unitate ex parte rei cognitæ tunc stat, quando per diuersa media proceditur, quoniam cognitio specifica, seu esse formale ipsius trahitur a medio per quod.

2m de maiori.

Duas operationes, &c. quarum una ad aliam non referatur, non, quarum una ad aliam refertur. §. Tunc &c. Ad matutinam enim refertur uespertina, ut patet in litera.

Locis citatis in prin. cor. ar. præcedentis.

Tertium

ARTICVLVS VII.

Vtrum una sit cognitio matutina & uespertina.

Ad septimvm sic proceditur. Videtur, quod una sit cognitio uespertina, & matutina. Dicitur enim Genesis 1. Factum est uespere & mane, dies unus. Sed per diem intelligitur cognitio angelica, ut August. * dicit. Ergo una & eadem est cognitio in angelis, matutina, & uespertina.

¶ 2 Præter. Impossibile est unam potentiam simul duas operationes habere. Sed angeli semper sunt in actu cognitionis matutinæ, quia semper uident Deum & res in Deo, secundum illud Matth. 18. cap. Angeli eorum, semper uidēt faciem patris mei & cætera. Ergo si cognitio uespertina esset alia a matutina, nullo modo angelus posset esse in actu cognitionis uespertinæ.

¶ 3 Præt. Apostolus dicit primo Corin. 13. Cum uenerit quod perfectum est, euacuabitur quod ex parte est. Sed si cognitio uespertina sit aliud a matutina, comparatur ad ipsam, sicut imperfectum ad perfectum. Ergo non poterit simul uespertina cognitio esse cum matutina.

In contrarivm est, quod dicit August. * 4. super Gene. ad lit. quod multum interest inter cognitionem rei cuiuscunque in uerbo Dei, & cognitionem eius in natura eius, ut illud merito pertineat ad diem, hoc ad uesperam.

Respon. dicendum, quod sicut dictum est, * cognitio uespertina dicitur, qua angeli cognoscunt res in propria natura. Quod non potest ita intelligi quasi ex propria rerum natura cognitionem accipiant, ut hęc præpositio in, indicet habitudinem principii, quia non accipiunt angeli cognitionem a rebus, ut supra habitum * est. Relinquitur igitur, quod hoc quod dicit in propria natura, accipiatur secundum rationem cogniti, secundum quod subest cognitioni, ut scilicet cognitio uespertina in angelis dicatur secundum quod cognoscunt esse rerum, quod habent res in propria natura. Quod quidem per duplex medium cognoscunt, scilicet per species innatas, & per rationes rerum in uerbo existentes. Non. n. uidendo uerbum, cognoscunt solum illud esse rerum, quod habent in uerbo, sed illud esse quod habent in propria natura, sicut Deus per hoc quod uidet, se cognoscit esse rerum, quod habent in propria natura. Si ergo dicatur cognitio uespertina secundum quod cognoscunt esse rerum, quod habent in propria natura uidendo uerbum, sic una & eadem secundum essentiam est cognitio uespertina, & matutina, differens solum secundum cognita. Si uero cognitio uespertina dicatur secundum quod angeli cognoscunt esse rerum, qđ habeat in propria natura per formas innatas, sic alia est cognitio uespertina, & matutina. Et ita uidetur intelligere August. cum unam ponat imperfectam respectu alterius.

Ad primvm ergo dicendum, quod sicut numerus sex dierum secundum intellectum Augustin. * accipitur secundum sex genera rerum, quæ cognoscuntur ab angelis, ita unitas diei accipit secundum unitatem rei cognitæ, quæ tamen diuersis cognitionibus cognosci potest.

Ad secvndvm dicendum, q duæ operationes possunt simul esse unius potentiæ, quarum una ad aliam refertur, ut patet cum uoluntas simul uult & finem, & ea, quæ sunt ad finem. Et intellectus simul intelligit principia, & conclusiones per principia, quando iam scientiam acquisiuit

3m ex Apoſtolo. Quod ex parte eſt, &c. i. ſit oppoſitū perfecto, non autem ſi non ſit ei oppoſitum. §. Tunc &c. Cognitio enim ueſpertina non eſt oppoſita matutinæ, ut patet, & declaratur in textu.

acquiſiuit. Cognitio autem ueſpertina in angelis refertur ad matutinam, ut Augſtin.* dicit. Vnde nihil prohibet utranque ſimul eſſe in angelis.

AD TERTIVM dicendum, quod ueniente perfecto, euacuatur imperfectum, quod.ſ. ei opponitur, ſicut fides, quæ eſt eorum quę non uidentur, euacuatur uiſione ueniente. Sed imperfectio ueſpertinæ cognitionis non opponitur perfectioni matutinæ. Quod enim cognoſcatur aliquid in ſeipſo, non eſt oppoſitum ei, quod cognoſcatur in ſua cauſa. Nec iterū quod aliquid cognoſcatur per duo media, quorum unum eſt perfectius, & aliud imperfectius, aliquid repugnans habet, ſicut ad eandem concluſionem habere poſſumus, & medium demonſtratiuum & dialectium. Et ſimiliter eadem res poteſt ſciri ab angelo per uerbum increatum, & per ſpeciem innatam.

APPENDIX.

Vti.pro S. Eccl.

lib.4.ſuper Gen. c.23. to.3.

EX articulo habes primo, quomodo per rationem oſtendas, recte dictum ab Iſa. 14. Quomodo cecidiſti de cœlo Lucifer, qui mane oriebaris? Corruiſti in &c. Tu autem proiectus es de ſepulchro tuo, quaſi ſtirps inutilis polutus, obuolut*. Quaſi dicat. Tu lucifer habebas in principio cognitionē matutinā nūc āt illā nō hēs. Mane ſiquidem oriebaris, nūc āt mane nō oriris, imo nūc es uelut res inutilis. Vbi mōſtrat propheta, quod cognitio matutina & ueſpertina non eſt eadem, quoniam matutinam non habet amplius Lucifer, qui tamen adhuc ueſpertinam habet. Adhuc enim per ſpecies innatas cognoſcit res ut ſunt in propriis naturis, (quod eſt cognitionem ueſpertinam habere) licet hanc cognitionem non referat nunc in laudem creatoris (quod eſſet cognitio matutina.) Immo nunc cognoſcendo creaturas, figitur in eis, id quod eſt tenebreſcere & noctem fieri. Vnde & mox poſt ſuum bonum in mane ortum in ſuiipſius uaga cognitione fixus, deque tali cognitione inflatus in uocem hanc nocturnam erupit dicens, in cęlum conſcendam, ſup aſtra Dei exaltabo ſolium meum, ſedebo in monte teſtamenti in lateribus aquilonis, aſcendam ſuper altitudinem nubium, & ſimilis ero altiſſimo. Iſa. 14. Ecce cognitio ueſpertina in illo ipſius culpa in tenebras obuoluta. Et ideo ab eodem Iſaia dicebatur, nunc inutilis, polutus, obuolutus. Veſpertina igitur non amplius terminatur in matutinam idest in laudem creatoris. Vide art.6. appen. Sic enim in Lucifero ponitur ante caſum ſuum hic ab Iſaia ortus mane. i. cognitio matutina, non ita quod uiderit unquam uerbum neque res in uerbo, ut uerbum eſt obiectum ſupernaturaliter beatificum, ſicut nec boni angeli tunc uiderunt illud hoc modo ſumptum, antequam beatitudinem inamiſſibiliter conſequerentur. Viderunt ergo tunc omnes cum Lucifero res in uerbo, ut Verbum eſt principium naturalium rerū ſeu cauſa, & conſequenter etiam res omnes naturales cognitas retulerunt in laudem creatoris, & hæc fuit cognitio matutina pro illo tunc. Poſtquam autem (Apocalyp. 12.) uidit draco, quod proiectus eſſet in terram, perſecutus eſt mulierem, quę peperit maſculum. Hoc eſt: Poſt primum caſum ſuum de cęlo, ubi mane oriebatur, ideſt cognitionem matutinam modo nunc dicto habuerat, perſequitur ſemper Eccleſiam Sanctam, quæ in corde ſuo iam concepit per fidem Deum humanatum, eundemque iam corde conceptum per bona opera peperit exterius, immo quotidie parit. Vel etiam aliter. Poſt primum caſum &c. perſequitur ſemper Beatam Virginem Mariam, quæ nobis Deum ex ſe incarnatum peperit maſculum. Quis uero neſciat, quod draco perſequendo ſanctam hanc Eccleſiam, uel B. Virginem Mariam, perſequitur Deum? Non igitur ſuam de creatis cognitionem draco amplius refert in laudem Dei, & conſequēter ſua illa primordiali cognitione matutina caret. Quia ergo matutina eſt remota, & ueſpertina in Lucifero remanſit, clariſſime relinquitur, quod una non eſt alia, niſi modo in concluſione prima expreſſo. Secundo habes, quomodo per rationem ſcripturas illas, pro quanto cognitionem matutinam non eſſe eandem cum ueſpertina inſinuant, declares, probes in utroque ſenſu defendas. Tertio uides quomodo ex his, ſimilibuſque uiciſſim Angelica hæc doctrina declaretur, atque confirmetur.

2

3

Comm. Cardinalis Caietani.

TItulus clarus eſt.

¶ In corpore ſub diſtinctione reſpondetur quæſito, examinando diffinitionem ueſpertinæ, & duo facit. Primo examinat rationem cognitionis ueſpertinæ. Secundo reſpondet quæſito duplici concluſione.

¶ Quo ad primum, quia cognitio ueſpertina eſt cognitio creaturę in propria natura ſm quod ly In triplicem habitudinem denotare poteſt, tripliciter exponitur cognitio ueſpertina. Poteſt enim denotare habitudinem cauſæ, habitudinem medii, & habitudinem termini. Et quod denotet habitudinem termini, dubium non eſt. Sed an cum hoc denotet & habitudinem cauſæ, uel habitudinem medii, diſcutitur. Et ſic tria hic dicuntur. Primum, quod non denotet habitudinem cauſæ, quia angelus non accipit cognitionem a re cognita, ut ſuperius iam diſcuſſum eſt. Secundum, quod poteſt denotare habitudinem medii ita, ſ. & quod creatura ſit terminus cognitionis, & ſic etiam medium ſeu ratio cognoſcēdi, quia. ſ. cognoſcitur per ſpeciem innatam in ipſo angelo, ſiue ſit adæquate, ſiue non. non eſt curæ. Tertium, quod poteſt denotare habitudinem termini purè & præciſè, ita. ſ. quod creatura ſit terminus cognitionis, & non cauſa neque ratio. Sed ratio cognoſcēdi ſit ipſa eſſentia diuina.

¶ Quo ad ſecundum, prima concluſio eſt, quod cognitio ueſpertina habens creaturam pro termino & medio, differt eſſentialiter a cognitione matutina. Secunda eſt, cognitio ueſpertina habens creaturam pro termino tantum, eſt eadem realiter cum cognitione matutina, differens ſolum ſecundum terminos ſeu cognita, quod idem eſt.

¶ Aduerte hic, quod q̄a oppoſitorū eadem eſt diſciplina, cū ex præcedenti articulo deciſum ſit matutinum & veſpertinum in cognitione attendi, & differre penes eſſe primordiale & ultimatū, ideſt eſſe rei in uerbo, & eſſe in ſeipſa, & eſſe rei in uerbo uno tantummodo inſpiciatur, ſ. uidendo uerbum, ut per Auguſtinum patet, conſequens fuit, ut tota latitudo differentiæ inter cognitionē matutinam & ueſpertinam, ex diuerſitate modorum cognoſcendi eſſe rei ſecundum propriam naturam oſtenderetur.

SVPER Q. LIX. ART. I.

Ferr. 2. cont. c. 49.

CONCLVS. Neceſſe eſt, ponere in angelis uoluntatem.

¶ PROB. Quia neceſſe eſt, quod angeli (cum ſint a bonitate diuina creati) inclinentur in bonum. Et in bonū (cum ſint nobiliſſimæ creaturarum) inclinantur non tantum quaſi directi ab alio, nec in bonum particulare tantum, ſed etiam quaſi a ſe directi ac in bonum uniuerſale.

QVAESTIO LIX.

De uoluntate Angelorum, in quatuor articulos diuiſa.

CONSEQVENTER conſiderandū eſt de his quæ pertinent ad uoluntatē angelorum. Et primo cō ſiderabimus de ipſa uoluntate. Secundo de motu eius, qui eſt amor, ſiue dilectio.

CIRCA primum quæruntur quatuor.

¶ Primò, Vtrum in angelis ſit uoluntas.

¶ Secundo. Vtrum uoluntas angeli ſit ipſa natura eorum, uel etiā ipſe intellectus eorum.

¶ Tertiò, Vtrum in angelis ſit liberum arbitrium.

¶ Quartò, Vtrum in eis ſit iraſcibilis & concupiſcibilis.

Primum

ARTICVLVS PRIMVS.

Vtrum in angelis ſit uoluntas.

298

AD PRIMVM ſic proceditur. Videtur, quod in angelis non ſit uoluntas. Quia, ut dt Phil.* in 3. de anima, Voluntas in ratione eſt, ſed in angelis non eſt ratio, ſed aliquid ſuperius ratione. Ergo in angelis non eſt uoluntas, ſed aliquid ſuperius uoluntate.

¶ 2 Præt. Voluntas ſub appetitu continetur, ut patet per Philoſophum in * 3. de Anima, ſed appetitus eſt imperfecti, eſt enim eius quod nondum habetur. Cum igitur in an-

2.con.c.46 & opu.3.c.76.

Tex.42.tomo 2.

li.3. de ala text. 48.& ſeq.uſq; ad 54.tom.2.

1^m ex philos. In ratione. B. i. in cognoscente uniuersalia, siue modo discursiuo, siue modo intuitiuo, §. Tunc &c. Nam intellectus est ratio secundo modo, licet non primo. Et consequenter non est uerum uniuersaliter, quod intellectus non sit ratio, sed superior ratione.

¶ Nor. Intellectus est supior rõne primo modo dicto (ut in nobis est) qm dignius est cognoscere uniuersalia sine discursu, quam in horum cognitionem nõ nisi cum discursu peruenire posse. Superioritatem ergo supra rationẽ habet intellectus, non respectu cognitorum, sed respectu modi cognoscendi idem cognitum. Ergo cum uoluntas correspondeat intellectui respectu cogniti, non respectu modi cognoscendi (obiectum.n. uoluntatis est bonum uniuersale cognitum, non curãdo an sit cum discursu, uel sine discursu cognitum) patet, ꝙ in angelis non erit aliquid superius uoluntate, sed erit ibi proprie uoluntas. Vide inf. ar. 3.

li. 3. de aia tex. 54. t. 2

li. 10. c. 11. & 12. to. 3.

2^m ex Phylos. Appetitu. B. non tm, ut appetit, quę non habentur, sed etiam ut appetit aliquid aliud. §. Tũc nihil &c. ut patet in lit.

¶ Nor. Quia de beatis hic facta est mentio, ideo quomodo in eis inueniatur absq; beatitudinis, uel minimo detrimento ipse appetitus, uide etiam q. 53. 2. 1. ad secundum uide & q. 19. ar. 1. primum.

D. 225.

3^m de maiori. Motum. B. Metaphysice, non Physice. §. Tũc &c. Angeli.n. non sunt immobiles, nisi physice.

¶ Nor. Metaphysicus motus, uoluntatis est motus, quo mouetur ab obiecto appetibili. Appetibile autem ab angelo, cũ sit extra (puta Deus,) dicit perfectionem angelicæ uolũtatis esse ab extra, & ipsam uoluntatem moueri ab extra, id quod nõ est in Deo, cum appetibile a sua uolũtate non sit extra, q. 19. 2. 3.

angelis, maxime in beatis, non sit aliqua imperfectio, uidetur quod non sit in eis uoluntas.

¶ 3 Præter. Philosophus dicit in † 3. de Anima, quod uoluntas est mouens motum, mouetur enim ab appetibili intellecto, sed angeli sunt immobiles, cum sint incorporei. Ergo in angelis non est uoluntas.

Sed contra est, quod Au. dicit * 10. lib. de Trin. quod imago Trinitatis inuenitur in mente sm memoriam, intelligentiam, & uoluntatem, imago autem Dei inuenitur non solum in mente humana, sed etiam in mente angelica, cũ etiam mens angelica sit capax Dei. ergo in angelis est uoluntas.

Respon. Dicendum, quod necesse est ponere in angelis uoluntatem.

Ad cuius euidentiam considerandum est, quod cum omnia procedant ex uolũtate diuina, omnia suo modo per appetitũ inclinantur in bonum, sed diuersimode. Quędã.n. inclinantur in bonum per solã naturalem habitudinẽ absque cognitione, sicut plantæ & corpora inanimata, & talis inclinatio ad bonũ uocatur appetitus naturalis. Quædam [d] uero ad bonum inclinãtur cum aliqua cognitione, non quidẽ sic quod cognoscant ipsam rõnem boni, sed cognoscunt aliquod bonũ particulare, sicut sensus, qui cognoscit dulce & album, & aliquid huiusmodi. inclinatio autem hanc cognitionem sequens dicitur appetitus sensitiuus. Quædam uero inclinantur ad bonum cum cognitione qua cognoscunt ipsam boni rationem, quod est propriũ intellectus. Et hęc perfectissime inclinantur in bonum, non quidem quasi ab alio solummodo directa in bonũ, sicut ea quæ cognitione carent, neque in bonum particulariter tantum, sicut ea in quibus est sola sensitiua cognitio, sed tantum inclinata in ipsum uniuersale bonum, & hæc inclinatio dicitur uoluntas. Vñ, cũ angeli per intellectum cognoscãt ipsam uniuersalem rationem boni, manifestum est quod in eis sit uoluntas.

Ad primum ergo dicendum, ꝙ aliter ratio transcendit sensum, & aliter intellectus rationem. Rõ enim transcendit sensum secundũ diuersitatem cognitorum, nam sensus est particularium, ratio uero uniuersaliũ. Et iõ oportet ꝙ sit alius appetitus tendens in bonũ uniuersale, qui debetur rationi, & alius tendens in bonum particulare, qui debetur sensui. Sed intellectus & ratio differunt quantum admodũ cognoscendi, quia s. intellectus cognoscit simplici intuitu, ratio uero discurrendo de uno in aliud, sed tamen ratio per discursum peruenit ad cognoscendum illud, quod intellectus sine discursu cognoscit scilicet uniuersale. Idem est ergo obiectum quod appetitiuæ proponitur & ex parte rationis, & ex parte intellectus. Vnde in angelis qui sunt intellectuales tantum, non est appetitus superior uoluntate.

Ad secundum dicendum, ꝙ licet nomen appetitiuæ partis sit sumptum ab appetendo ea quæ nõ habentur, tamen appetitiua pars nõ solũ ad hęc se extendit, sed ẽt ad multa alia. Sicut & nomen lapidis sumptum est a læsione pedis, cum tamen lapidi non hoc solum conueniat. Similiter irascibilis potentia denominatur ab ira, cum tamẽ in ea sint plures aliæ passiones, ut spes, & audacia, & huiusmodi.

Ad tertium dicendum, ꝙ uoluntas dr̃ mouẽs motũ, ẽm ꝙ uelle est motus qdã & intelligere, cuiusmodi motum nihil prohibet in angelis esse, quia talis motus est actus perfecti, ut dicit' in * 3. de aia.

T. 28. to. 2

APPENDIX.

Ex articulo habes primo, quomodo per rationem ostendas, a scripturis merito positam fuisse proprie uoluntatem in angelis. Posita autem fuit tunc, quando dixerunt Iob 4. In angelis suis reperit prauitatem. Item 2. Pet. 2. si enim angelis peccantibus non pepercit, sed rudentibus inferni detractos in tartarum tradidit cruciandos. Item Apoc. 12. factum est prælium in cælo, Michael & Angeli eius præliabãtur cum dracone, & draco pugnabat & angeli eius. Cum enim peccatum non sit peccatũ nisi sit uoluntarium, & uoluntate proprie dicta (ad differentiam sensitiui tantum appetitus,) patet, quod scripturę p hoc, ꝙ in angelis peccatum ponunt, illos uolũtate propria pręditos affirmant. Similiter prælium illud fuit incitatio quædam ad peccandũ, cum draco suam malã uoluntatem toti cælo manifestauit. q. 63. ar. 8. cuius malo exẽplo aliq. consenserunt qui uocãtur angeli eius, aliqui uero dissenserunt qui hic dicuntur Michael & angeli eius. Aliqui ergo fuerunt mali, aliqui boni. Cum ergo malitia & bonitas non possit proprie esse sine uoluntate proprie dicta, patet, quod per hoc, quod ponitur malitia & bonitas in angelis, ibi ponitur proprie uoluntas. Hæc faciunt etiam pro appen. ar. 3. ubi agitur de libero arbitrio. Et ibi dicta faciunt pro præsenti loco. Vide tu, & bene applica. Secundo habes quomodo per rationẽ scripturarum illa dicta atque conciliorum articulo tertio, pro quanto uoluntas proprie ponitur in angelis, & declares, & probes, & defendas. Tertio uides, quomodo ex his atque similibus, uicissim firmetur articulus pręsens.

Vti. pro 1. Eccl.

2

3

¶ Nor. Huic articulo utcunque seruit articulus in ordine 118 31. 125. 402. 113. 161.

Comm. Cardinalis Caietani.

Titulus clarus est.

¶ In corpore unica est conclusio responsiua quæsito affirmatiue, s. In angelis est uoluntas, & probatur sic. In habentib. intellectum, est appetitus boni uniuersaliter apprehensi, angeli sunt intellectuales. ergo in eis est talis appetitus. ergo uoluntas. Tenet hæc ultima consequentia ex quid nominis uoluntatis, minor est maior uero continet in se duo, s. ꝙ intellectualib. insit appetitus boni, & quod insit talis appetitus, s. boni uniuersalis. Et quo ad primum probatur, ex eo quod omnia habent appetitum boni, quia procedunt ex uoluntate diuina, quę non nisi in bonũ tendere, & ordinare potest. Quo ad secundum uero declaratur, ostendo triplicem gradum appetitus, iuxta triplicem ordinem naturarum appetentium, i. sine cognitione, cum cognitione particulari, & cum cognitione uniuersali, ut clare patet in litera.

SVPER Q. LIX. Art. II.

196

1. d. 42. q. 1. a. 1. 3. & uer. q. 22. a. 1.

Conc. 1. Ibi solum est idem essentia & uoluntas, ubi totum bonum continetur in essentia, & uolentis.

¶ Cor. in solo Deo ẽ idẽ essẽtia, & uolũtas.

¶ Prob.

ARTICVLVS II.

Vtrum in angelis uoluntas differt ab intellectu.

Ad secundum sic proceditur, Videtur, quod in angelis non differat uoluntas ab intellectu & natura. Angelus enim est simplicior, quam corpus naturale, sed corpus naturale per suam formam inclinatur in suum finem,

¶ Prob. Quia inclinatio ad aliquid intra est per essentiam ipsam (patet de inclinatione materiæ ad esse.)

¶ Concl. 2. Neque angeli, neque alterius creaturæ, uoluntas potest esse idem, quod eius essentia.

¶ Prob. Quia creatura omnis uult aliquid extrinsecum (cum bonum infinitum, quod omnia suo modo appetunt, scilicet Deus sit extra essentiam cuiuslibet creati:) & inclinatio ad aliquid extrinsecum est per aliquid essentiæ superadditum (patet de grauitate, & leuitate.)

¶ Concl. 3. Oportet, quod in qualibet creatura sit aliud intellectus, & uoluntas, non autem in Deo, in quo tam uoluntas, quam intellectus sunt sua essentia.

¶ Prob. 1. Quia cognitio ad intellectũ pertinens fit per hoc, quod cognitum est in cognoscente, uolitio autem quadam inclinatione tendit in rem exteriorem. Et alterius uirtutis est habere in se aliquid extra se existens, ac tendere ab intra in rem extra se existentem (patet.) Secunda autem pars, scilicet non autem in &c. probatur. Quia Deus habet & ens uniuersale, & bonum uniuersale in seipso.

1^m de minori.

Finem. R. Intrinsecum, non, extrinsecum. §. Tunc nihil &c. Nam ad ostendendum, quod uoluntas non sit idem quod intellectus & natura: sufficit, quod non sit intrinsecum rei uolenti omne illud, quod uult. Vide primam & secundam cõclusiones cum probationibus.

2^m illatio conclusionis.

Ergo, &c. R. Negatur illatio § Tũc &c. ut in litera patet. Hic memento exempli de biuio, q. 54. art. 2. ad secundum, ut bene penetres, quod ex minori distinctione in principiis, puta in obiectis, sequitur maior distinctio in principiatis, puta in potentiis.

3^m de maiori.

Distinctio. R. Sola, non coniuncta diuersitati rationum obiecti. §. Tũc nihil &c. Nam bonum, & uerum non distinguuntur tantum secundum commune, & proprium (in quo sensu seinuicem conuertunt, ut in litera.) Sed etiam distinguuntur secundum rationes formales obiectorum suorum. Nam ratio formalis boni est, quod sit appetibile, ratio autem ueri, quod sit cognoscibile. q. 16. art. 3. & 4.

qui est eius bonum, ergo multo magis angelus. Forma autem angeli est, vel natura ipsa in qua subsistit, vel species quę est in intellectu eius, ergo angelus inclinatur in bonum per naturam suam, & per speciem intelligibilẽ. Hæc autem inclinatio ad bonum, pertinet ad uoluntatem. Voluntas igitur angeli non est aliud quã eius natura, vel intellectus.

¶ 2 Præt. Obiectum intellectus est verum, voluntatis autem bonum. Bonum autem & verũ non differunt realiter, sed secundum rationem tantum. Ergo voluntas & intellectus nõ differũt realiter.

¶ 3 Præt. Distinctio communis & proprii, non diuersificat potentias. Eadem.n. potentia uisiua est coloris & albedinis: sed bonum & verum videntur se habere sicut commune & proprium: nam verum est quoddam bonũ, s. intellectus. Ergo voluntas cuius obiectũ est bonum, non differt ab intellectu, cuius obiectum est verum.

Sed contra. Voluntas in angelis est bonorum tantum, intellectus aũt est bonorum & malorum. cognoscunt enim vtrumq;. Ergo voluntas in angelis est aliud quam eius intellectus.

Resp. Dicendum, ꝙ voluntas in angelis est quædam virtus, vel potentia: quæ nec est ipsa eorum natura, nec eorum intellectus. Et quod non sit eorum natura, apparet ex hoc, quod natura vel essentia alicuius rei, intra ipsam rem comprehenditur: quicquid ergo se extendit ad id, quod est extra rẽ nõ est rei essentia. Vnde videmus in corporibus naturalibus, quod inclinatio quę est ad esse rei, non est per aliquid superadditũ essentiæ sed per materiam quæ appetit esse antequam habeat, & per formam, quę tenet rem in esse postq̃ fuerit. Sed inclinatio ad aliquid extrinsecum est per aliquid essentiæ superadditum, sicut inclinatio ad locum est per grauitatem, vel leuitatem. Inclinatio autem ad faciendum sibi simile, est per qualitates actiuas. Voluntas aũt habet inclinationem in bonum naturaliter. Vnde ibi solum est idẽ essentia & voluntas, vbi totaliter bonũ continetur in essentia volentis, s. in Deo qui nihil vult extra se, nisi ratione suæ bonitatis. Quod de nulla creatura potest dici, cũ bonum infinitum sit extra essentiam cuiuslibet causati. Vnde nec voluntas angeli nec alteri creaturæ potest esse idem quod eius essentia. Similiter nec potest esse idẽ, quod intellectus angeli vel hominis. vnde ea ratione se extendit eius intellectus in id quod est extra se, secũdum quod illud quod extra ipsum est per essentiã, natum est aliquo modo in eo esse. Nam cognitio fit per hoc quod cognitum est in cognoscente. Voluntas uero se extẽdit in id quod extra est, secundũ quod quadam inclinatione quodammodo tendit in rem exteriorem. Alterius aũt uirtutis est, ꝙ aliquid habeat in se quod est extra se & quod ipsum tendat in rem exteriorem. Et ideo oportet, quod in qualibet creatura sit aliud intellectus & voluntas. Non autem in Deo, qui habet & ens uniuersale & bonum uniuersale in seipso. Vnde tam uoluntas quam intellectus est eius essentia.

Ad primum ergo dicendum, quod corpus naturale per formã substantialem inclinatur in esse suum: sed in exterius inclinatur per aliquid additum, ut dictũ est.

Ad secundum dicendum, quod potentiæ non diuersificãtur secundum materialem distinctionẽ obiectorum, sed secundum formalẽ distinctionẽ, quæ attenditur secundum rationem obiecti. Et ideo diuersitas secundum rõnem boni & ueri, sufficit ad diuersitatem intellectus & uoluntatis.

Ad tertium dicendum, ꝙ quia bonum & uerum conuertuntur secundum rem: inde est, quod & bonum ab intellectu intelligitur sub ratione ueri: & uerum a uolũtate appetitur sub ratione boni. Sed tamen diuersitas rationum ad diuersificandum potentias sufficit, ut dictum est.

ARTI-

APPENDIX.

Ex articulo habes, primo, quomodo per rationem ostendas, recte dictum ab Innoc. 3. virtualiter fuisse, quod in angelis, neq; voluntas neq; intellectus est eorum natura. Hoc aũt ipse Papa in Cõcilio generali, Extra de sũ. trin. & fid. cath. c. firmiter, dixit sic; Dæmones a Deo qdẽ natura creati sunt boni, sed ipsi ꝑ se facti sunt mali. Ecce ꝙ naturaliter non sunt mali: sed per se, i. per proprium liberum arbitriũ (vt ibi exponit sanctus doctor) facti sunt mali. Quod est modo liberũ arbitriũ? Est, sm Doctorũ sententiam, facultas rõnis & voluntatis. Nõ ergo voluntas & ratio. i. intellectus est idẽ cũ natura angelorũ: cũ per naturam boni, per liberũ arbitriũ sint mali. Itẽ per rõnem articuli ostendere potes; philosophũ merito in sententia dixisse, ꝙ in angelis volũtas & itellectus differũt. Hoc ãt dixit in metaphysica tũc, qñ ait, ꝙ intelligentia mouens cęlos mouet ꝑ desideriũ ꝙ hẽt, vt assimiletur primæ causæ, siue ꝙ motus cęli est a desiderio intelligentię ꝓueniẽte ex conceptu eius intellectiuo. Quia .n. cõcipit intelligẽtiã esse bonum ex equi voluntatem primę causæ, id ꝙ est assimilari ei: ideo (inquiebat philosophus) intelligentia ex desiderio talis assimilationis mouet cœlum cum intellectu uo uiderit hoc, quod scilicet moueat, esse a prima causa uolitum. Ex his philosophi uirtualiter saltem uerbis patet, quod ipse uult intelligentiæ appetitum ab aliquo extrinseco appetibili moueri, quod quidem extrinsecũ est prima illa causa. Cum enim desideret intelligentia se assimilari, mouetur profecto ab ipso extrinseco appetibili, quod tam modo dicto per intellectum conceperat. Per intellectum itaq; rẽ illã extrinsecã trahit angelus ad se, cũ cognitio fiat per hoc ꝙ cognitum est in cognoscente, per uoluntatem uerò ipse angelus trahitur ad illã rẽ extrinsecam, cũ desideriũ, seu uolitio quadã inclinatione tendat in rẽ exteriorem, ut hr ex eodẽ philos. in libris de anima, imò in multis locis doctrinæ suæ. Voluntas igitur & intellectus q̃ mouẽtur ab obiecto extrinseco, non sunt idem, sed duæ res. Dixi ly qñ mouentur ab extrinseco, ad differentiã Dei, cuius uoluntas & intellectus, cũ non moueãtur ab obiecto extrinseco, sunt una tm res.

His omnibus iunctis perspicies facile; q, quando philosophus intelligentiam mouere cœlum ex desiderio assimilationis ad primam causam dixit, tunc huiusmodi verba intellectum, & voluntatem differre in angelis realiter voluit. Secundo habes: quomodo per rationem dicta, & Concilii, & philosophi, pro quanto voluntatem ac intellectum a natura atque a seinuicem differre asserunt, declares, probes, tuearis. Tertio vides: quomodo ex his, similibus locis, vicissim iuuetur articulus atque firmetur.

¶Not. Articulo huic quales fert suppetias articulus in ordine 177.377.245.304.33.117.404.99.379.301.102.

Comm. Cardinalis Caietan.

Titulus apud Thomistas communiter & in dubio interpretatur de differentia reali.

¶In corpore vna est conclusio duas partes habens negatiuas. Voluntas angelorum neque est intellectus, neque est natura eorum. Et probatur quo ad singulas singillatim. Et primo quod non sit natura sic: Quicquid se extendit ad id quod est extra rē, non est rei essentia: voluntas angelica se extendit ad id, quod est extra rem. ergo. Maior probatur dupliciter. Primo ratione a'priori: quia essentia rei intra rem ipsam apprehenditur. Secundo a posteriori, quia videmus in sensibilibus quod inclinatio ad intrinsecum est intrinseca: inclinatio vero ad extrinsecū est extrinseca. Minor vero probatur sic: Voluntas habens bonum infinitum extra volentem. extenditur naturaliter extra se: at voluntas creata habet bonum infinitum extra volentem, ergo. Maior huius prosyllogismi probatur sic: Voluntas naturaliter tendit in bonum: ergo sola illa non tendit in bonum extrinsecum, in cuius essentia continetur totaliter bonum: quod in solo Deo locum habere constat.

¶Circa maiorem assumptam aduerte, quod duplicem sensum habere potest, secundum quod ly extra rem, dupliciter exponi potest. Vno modo, vt supponat pro re appetente. & hoc modo propositio est falsa, quoniam materia appetit formam per appetitum qui est essentia eius, & tamen forma est extra rem appetentem. Alio modo, vt supponat pro re pertinente ad integritatem substantiæ completę, vt sit sensus, quod quicquid se extendit ad id quod est extra integritatem completę substantiæ, non est essentia rei, id est nec essentia, nec pars essentię, nec aliquid ad complementum essentiæ spectans. Et secundum hunc sensum assumpta est a Sanct. Thom. & probatur in litera.

¶Circa probationem maioris principalis, dubium occurrit, eo quod digredi videtur: quoniam ex hoc quod natura est intra rē, quamuis bene sequatur, ergo appetitus ad extra rem, non est appetitus ad naturam, non tamen apparet vnde sequitur, ergo appetitus ad extra non, est ipsa natura. Stant namque hæc duo; simul, quod quidditas alicuius sit sibi intrinseca, & tamen appetitus eius, qui est ipsamet, sit ad aliquid extrinsecum. Et confirmatur, quia ista consequentia, Natura est intra rem, ergo quicquid se extendit ad extra, non est natura, si est necessaria, tenet in omni natura: quod tamen esse falsum videmus, quia natura grauitatis, est intrinseca indiuiduo grauis, & tamen extendit se ad extra.

¶Ad hoc breuiter dicendum est, quod cum verè, & propriè ens sola completa substantia sit, quoniam & partes & accidentia, vt substantiæ aliquid sint, instituta sunt a natura. In proposito, naturæ vel essentiæ nomine, integram quidditatem solius substantiæ, quæ sola est ens per se & propter se, intelligitur. Esse autem vel apprehendi intra, nihil aliud significat, nisi essentialem independentiam tam in esse, quam in diffiniri ab extrinseco: sicut per oppositum extendere se ad extra, nihil aliud est quam essentialiter ordinari & institutum esse ad aliquid extrinsecum a substantia rei, quoniam non de quacumque extensione ad extra est sermo, cum constet substantiam rei esse principium generationis, & motus, & quietis; sed de extensione proximè & immediatè, ac essentialiter, ita quod vis rationis consistit in hoc: Quidditas substantiæ completæ diffinitur apprehendendo tantum intrinseca rei: extendens se essentialiter ad extra, non potest diffiniri nisi per illud extrinsecum igitur extendens se ad extra, non est quidditas rei, nèc intra eam, sed voluntas & vniuersaliter potentia ad operari: & ad quodcumque esse accidentale, extendit se ad extra hoc modo, vt ex superioribus quæstionibus patet: ergo. Et per hoc patet responsio ad obiecta.

¶Circa probationem maioris secundi syllogismi dubiū occurrit, quia non videtur valere consequentia: Voluntas naturaliter inclinatur in bonum. ergo voluntas habens bonum infinitum extra se, tendit in aliquid intrinsecum: quoniam non tenet in omni materia. Materia enim substantiæ naturaliter inclinatur in bonum, & tamen non extendit se ad extra: igitur ratio nulla.

¶Ad hoc breuiter dicitur, quod consequentia est bona formaliter, & accidit deceptio propter æquiuocationem eius, quod est inclinari in bonum, dupliciter enim potest intelligi vno modo, vt bonum distinguitur contra malum, & sic appetitus materiæ, & vniuersaliter omnis appetitus naturaliter inclinatur in bonum. Alio modo, vt bonum distinguitur contra tale uel tale bonum, & sic solus appetitus intellectiuus tendit in bonum. Quoniam solus intellectus ipsam boni rationem vt bonum est, apprehendit: & quia bonum vt bonum est, omne bonum comprehendit, consequens est, vt id quod naturaliter inclinatur in bonum vt bonum: non quiescat nisi in omni bono, ac per hoc, si infinitum bonum habet extra se, tendat in aliquid extra. Non sic autem est de eo, quod inclinatur naturaliter in tale bonum tantum: quoniam si tale bonum intra substantiam rei concluditur, ad extra non tendit, quamuis infinitum bonum extra remaneat. Et per hoc patet responsio ad obiectum: quia hic sumitur inclinari ad bonum simpliciter, quod non dicitur de materia, nec de quocunque alio appetitu, nisi de intellectiuo, qui appellatur voluntas.

¶Quo ad aliam verò partem conclusionis, scilicet, quod non est intellectus, adducitur ratio talis. Alterius virtutis est, habere in se aliquid extrinsecum, & tendere in ipsum, sed intellectus & voluntas penes hos modos differunt, scilicet habere in se, & tendere in illud igitur sunt duæ virtutes, & hoc in creaturis, in quibus neque obiectum voluntatis, neque obiectum intellectus complete continetur in substantia earum, cuius oppositum inuenitur in Deo, qui est infinitum ens, & infinitum bonum.

¶Circa utramque partem conclusionis aduerte simul, quod ex rationibus aliquid concluditur directè & immediatè, scilicet distinctio quidditatiua uoluntatis a natura & intellectu. Aliquid uero concluditur mediatè, scilicet distinctio realis eorundem: quoniam cum quodlibet horum sit ens limitatum, si quidditatiuè distinguuntur, & ex neutrius quidditate prouenit identitas unius cum alio, consequens est, ut distinguantur realiter, distinctio enim realis non potest conuenire entibus accidentaliter. Et quod hic supponitur, scilicet quod ex neutrius quidditate proueniat, quod sint idem, seu vnum identicè, probare opus non fuit probata distinctione quidditatiua, quia regulariter hoc non apparet, nisi ex duabus causis prouenire, scilicet vel ex infinitate, vt inuenitur in Deo, vel ex essentiali ordine generationis, & perfectionis, vt inuenitur in vegetatiuo & sensitiuo, quorum posterius semper includit in se prius, & aliquid vltra. Vtrumque autem horum constabat locum non habere in proposito. Et ideo sat fuit sic respondere quæsito. Et confirmari potest sufficientia huius modi procedendi authoritate Aristotelis quū in quarto Physicorum concludit distinctionem realem existentis in aliquo ab eo in quo existit, ex distinctione quidditatiua & harum rationum, scilicet esse in aliquo, & in quo, est aliquid.

SVPER Q. LIX. ART. III.

Conc. Liberum arbitrium, est in Angelis etiam excellentius, quam in hominibus, sicut & intellectus.

¶Prob. Quia Angeli habent intellectum, & vbicunque est intellectus, ibi est liberū arbitriū (cum habēs intellectum.

ARTICVLVS III.

Vtrum in angelis sit liberum arbitrium.

Ad tertium sic proceditur. Videtur, quod in angelis, non sit liberum arbitrium. Actus enim liberi arbitrii, est eligere, sed electio non potest esse in angelis, cum electio sit appetitus præconsiliari: consilium autem, est inquisitio quædam: vt dicitur

Marginal notes: 50ā 2. d. 7. q. 1. — 17. ad 1. & 2. cō. c. 47. Et veri. q. 23. a. 1. cor. Et q. 24. a. 1. & 3. Et Mal. q. 16. a. 5. cor. Et op. 3. c. 76.

ctum cognoscat uniuersalem rationem boni, ex qua cognitione potest iudicare hoc, vel illud esse bonum.).

¶Cor. Ergo cum in angelis sit proprie intellectus, voluntas, atque ideo liberum arbitrium, illis attributa pertinentia ad intellectum voluntatem vel liberum arbitrium possunt, ac debent interpretari proprie dicta. Ergo ab oppositis, cum irascibilis & concupiscibilis non sit proprie in angelis (ut in articulo quarto) quę illis attribuuntur spectantia ad irascibilem, vel concupiscibilem, intelligi debent solum metaphoricè: ita scilicet ut loco illarum rerum sic angelis siue bonis siue malis attributorum intelligamus aliquid pertinens ad intellectum, vel uoluntatem ipsorum angelorum. Vt Gaudium, est angelis Dei super uno peccatore poenit. agente. Angeli pacis amare flebunt. Vide art. sequen.

† q.58.a.5

1m de minori.

Electio. R. inquisitiua cum deliberatione concilij: non, per subitam acceptionem ueritatis. §. Tunc &c. Nam philosophus definit electionem, non ut electio; sed ut hominum est, si bene in 3. Ethicorum consideretur, & Angelus per subitam acceptionem veritatis eligit.

2m de conclusione.

Appetitus. R. respectu illius quod supra Angelum est: non, respectu inferiorum Angelis. §. Tūc &c. Angelus enim determinate respectu tantum superiorum se habet, unde sui perfectio pendet.

3m de minori.

Non recipit. R. Per se non, per accidens. §. idest per suam causam, uel secundum aliquam affirmationem adiunctam. Tunc &c. ut patet. Reciperet autem per se magis, & minus, si secundum q̃ in libertate consideratur quædā remotio coactionis, hæc ipsa reciperet, q̃ est falsum, propter regulam priuationū. & negationum subiunctam in litera. uide q.11. art.4. ad primum.

in * tertio Ethicorum. Angeli autem non cognoscunt inquirendo: quia hoc pertinet ad discursum rationis. ergo videtur, quod in angelis non sit liberum arbitrium.

¶ 2 Præter. Liberum arbitrium se habet ad vtrumlibet. Sed ex parte intellectus non, est aliquid se habens ad vtrumlibet in angelis, quia intellectus eorum non fallitur in naturalibus intelligibilibus, vt dictum † est. Ergo nec ex parte appetitus liberū arbitrium in eis esse potest.

¶ 3 Præterea. Ea quæ sunt naturalia in angelis, conueniunt eis secundum magis & minus: quia in superioribus angelis natura intellectualis est perfectior, quam in inferioribus. Liberum autem arbitrium non recipit magis & minus. Ergo in angelis non est liberum arbitrium.

SED CONTRA. Libertas arbitrii ad dignitatem hominis pertinet: sed angeli digniores sunt hominibus. Ergo libertas arbitrii, cum sit in hominibus, multo magis est in angelis.

RESPON. Dicendum, quod quædam sunt quæ non agunt ex aliquo arbitrio, sed quasi ab aliis acta & mota: sicut sagitta a sagittante mouetur ad finem. Quędam vero agunt quodam arbitrio, sed non libero, sicut animalia irrationalia. Ouis enim fugit lupum ex quodam iudicio, quo existimat eum sibi noxium. Sed hoc iudiciū non est sibi liberum, sed a natura inditum. Sed solum id quod habet intellectum, potest agere iudicio libero, inquantum cognoscit vniuersalem rationem boni: ex qua potest iudicare hoc, vel illud esse bonum. Vnde vbicunque est intellectus, est liberum arbitrium. Et sic patet liberum arbitrium esse in angelis etiam excellentius, quam in hominibus, sicut & intellectum.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod Philosophus loquitur de electione secundum quod est hominis. Sicut autem ęstimatio hominis in speculatiuis differt ab ęstimatione angeli in hoc, quod vna est absque inquisitione, alia vero per inquisitionem, ita & in operatiuis. Vnde in angelis est electio, non tamen cum inquisitiua deliberatione consilii, sed per subitam acceptionem veritatis.

AD SECVNDVM dicendū, quod sicut dictum * est, cognitio fit per hoc, quod cognita sunt in cognoscente. Ad imperfectionem autem alicuius rei pertinet, si non sit in ea id quod natum est in ea esse. Vnde angelus non esset perfectus in sua natura, si intellectus eius nō esset determinatus ad omnem veritatem, quam naturaliter cognoscere potest. Sed actus appetitiuæ virtutis est per hoc, quod affectus inclinatur ad rem exteriorem. Non autem dependet perfectio rei ex omni re, ad quam inclinatur, sed solum ex superiori. Et ideo, non pertinet ad imperfectionem angeli, si non habet uolūtatem determinatam respectu eorum quæ infra ipsum sunt. Pertineret autem ad imperfectionem eius, si indeterminate se haberet ad illud, quo supra ipsum est.

* ar. præc. & q.12.a.4

AD TERTIVM dicendum, q̃ liberum arbitrium nobiliori modo est in superioribus angelis, quā in inferioribus, sicut & iudicium intellectus. Tamen verum est, quod ipsa libertas, secundū quod in ea consideratur quædam remotio coactionis, non suscipit magis & minus quia priuationes, & negationes non remittuntur, nec intenduntur per se, sed solum per suam causam, vel secundum aliquam affirmationem adiunctam.

ARTI-

APPENDIX.

Ex articulo habes primo: quomodo per rationem ostendas; Concilium Nicænum secundum actione quinta merito sanxisse, tanquam in fundamento, angelos habere liberum arbitrium. Fundamentum autem habiti liberi arbitrij, est aliquem esse intellectualem. Dixit uero ipsum concilium sic, de Angelis, & Archangelis, ipsa Catholica Ecclesia sentit, esse intelligibiles. Et infra. Nos igitur eos, non ut Deum, sed ut creaturas intelligibiles, & ministros Dei, pingimus, & colimus. Hęc concilium, ibi ex libro Beati Ioannis Episcopi Thessalon. Vbi aduerte, concilium accipere ly intelligibiles pro ly intellectuales. Item quomodo ostendas, Concilium Lateranum sub Innocentio iij. rectè determinasse, Angelos esse liberi arbitrij. Determinauit autem tunc, quando extra, de summa trinitate, & fide catholica, capitolo firmiter, dicit, quosdam angelos factos esse malos non natura, sed per se (id est secundum gloss. Diui Thomæ ibi, sua libera uoluntate seu libero arbitrio): Alioquin si liberum arbitrium non habuissent, non utique bonitate morali, uel malitia a se inuicem discreti fuissent, quod est contra fidem, & passim omnes sacras scripturas, Conciliorumque omnium, atque Doctorum, vnanimem consensum. Est ergo de fide, quod Angeli habeant liberum arbitrium. Secundo igitur uides: quomodo ex his ticissim Angelica firmetur conclusio præsens.

Vtilitas pro Eccle. S. Dei.

a

Comm. Cardinalis Caietani.

a

IN titulo hoc solum notandum est, quod licet voluntas & liberum arbitrium sint unamet potentia secundum veritatem, ac per hoc videri posset, quod posita voluntate, non debeat reuocari in dubium liberum arbitrium, & sic articulus iste sit superfluus: si quis tamen diligenter consideret, necessitatem huius articuli ex duobus perpendet. Primò, quia liberum arbitrium facultatem communem sonat intellectus & voluntatis, cum dicat quid compositum ex libertate & arbitrio, ac per hoc, incertum adhuc est in hoc loco, an sit idem quod voluntas, quin etiam a quibusdam hoc non acceptatur. Secundo ex eo, quod voluntas appetitum intellectiuum ipsius boni nominat, & non modum appetendi, scilicet libere vel non libere, & propterea post stabilitam voluntatem, idest appetitum boni intellecti in angelis, merito restabat quęrere de modo appetendi, utrum libere vel non libere, quod in pręsenti articulo intenditur, sub uocabulo liberi arbitrij, quod nihil aliud significat, nisi actum liberum.

¶In corpore unica est conclusio responsiua affirmatiue, in angelis est liberū arbitriū. Et probatur sic. Intellectuale est iudicii liberi: Angelus est intellectualis. ergo. Maior pbatur dupliciter. Primo a posteriori, quia agit iudicio libero: quod manifestatur ex triplici ordine agentium, s. sine arbitrio vt naturalia: & cum arbitrio seu iudicio, sine tamen libertate, vt sensitiua indicantia ex instinctu naturæ, & cum arbitrio & libertate, vt habentia intellectum. Secundo a priori, quia apprehendit vniuersalem rationem boni: & consequenter potest hoc proponere illi, & econuerso, quod est libere iudicare. Ex eo enim, quod apprehendens non arctatur ad hanc, vel illam boni rationem appetendam, & eas adinuicem conferre potest, liberum sibi de eis relinquitur iudicium.

¶In responsione ad secundum, duplex dubium occurrit. Primo, quia si intellectus est determinatus ad omnem naturalem veritatem, ergo voluntas non potest nisi unā partem contradictionis quo ad naturalia, velle, sicut & intellectus intelligere, quia uolitum oportet esse cognitum. Secundo, quia si uoluntas est determinata quo ad superiora, & non quo ad inferiora, cum superius voluntate sit solus Deus, respectu ergo aliorum angelus se habet ad vtrumlibet, & si sic est, ergo potest odisse alium angelum, & peccare in naturalibus puris.

¶Ad horum primum dicitur, quod angelus habet intellectum determinatum ad verum, tam in speculatiuis, quam in practicis, siue agibilibus, siue factilibus: ita quod non potest naturaliter errare si in puris naturalibus consideretur, non ad hoc verum uel illud indiuidualiter consideratum quo ad agibilia, neque ad hoc verum uel illud specifice consideratum quo ad factibilia. Et hoc loquendo de cognitione imperatiua seu affectiua: quoniam secundum cognitionem speculatiuam, indeterminatio nulla est naturaliter: & consequenter voluntas potest velle hoc, & oppositum, & intellectus intelligere imperatiuè hoc, & oppositum. Et ratio diuersitatis est, quia cognitio, ut imperatiua est, a voluntate pendet: vt speculatiua uero, a natura tantum. Nec hoc est contra Sanct. Thomam: quoniam per veritatem, quam naturaliter angelus cognoscere potest, intendit ueritatem naturaliter notam, ut distinguitur contra supernaturaliter, & contra libere notam, quoniam harum negatio non ponit imperfectionem in intellectu, ut patet. Et ut clare liquet, tota intentio sua in hoc argumento, uersatur circa perfectum, & imperfectum naturaliter.

¶Ad secundum vero dicitur, quod quia omne peccatum in moralibus, est per declinationem a summo bono, & quicunque peccat, contra Deum peccat, iuxta illud. Tibi soli peccaui: consequens est, ut omnia inquantum referibilia in Deum &c. sint superiora angelo, ac per hoc determinata uoluntas quo ad superiora, sit determinata quo ad rectitudinem simpliciter, infra tamen naturalia. Cum hoc tamen stat indeterminatio quo ad hoc uel illud, nunc vel tunc agere, & quo ad tale uel tale facere; quæ sunt inferiora rectitudine seruata: quia hæc respicit superius.

Bannes 1. cont. c. 47.

ARTICVLVS IIII.

Vtrum in angelis sit irascibilis & concupiscibilis.

AD QVARTVM sic proceditur. Videtur, quod in angelis sit irascibilis, & concupiscibilis. Dicit enim Dion. * 4. cap. de diuin. nomin. quod in dæmonibus, est furor irrationabilis, & concupiscentia amens. Sed dæmones eiusdem naturæ sunt cum angelis, quia peccatum non mutauit in eis naturam. Ergo in angelis est irascibilis & concupiscibilis.

¶ 2 Præterea. Amor & gaudium in concupiscibili sunt; ira vero, spes & timor in irascibili. Sed hęc attribuuntur angelis bonis & malis in scripturis. Ergo in angelis est irascibilis & concupiscibilis.

¶ 3 Pręterea. Virtutes quædam dicuntur esse in irascibili, & concupiscibili, sicut charitas & temperantia videntur esse in concupiscibili, spes autem, & fortitudo in irascibili. Sed uirtutes hę sunt in angelis. Ergo in angelis est concupiscibilis, & irascibilis.

SED CONTRA est, quod Philosophus dicit in * 3. de Anima, quod irascibilis & concupiscibilis sunt in parte sensitiua, quæ non est in angelis. Ergo in eis non est irascibilis & concupiscibilis.

RESP. Dicendum, quod intellectiuus appetitus non diuiditur per irascibilem & concupiscibilem, sed solum appetitus sensitiuus. Cuius ratio est quia cum potentiæ non distinguantur secundū distinctionem materialem obiectorum, sed d solum secundum rationem formalem obiecti, si alicui potentiæ respondeat aliquod obiectum secundum rationē communem, non erit distinctio potentiarum secundum diuersitatē propriorum, quæ sub illo communi continentur. Sicut si proprium obiectum potentiæ visiuæ est color secundum rationem coloris, non distinguuntur plures potentiæ visiuæ secundum differētiam albi & nigri. Sed si propriū obiectum alicuius potentiæ esset album inquātum album, distingueretur potentia visiua albi, a potentia uisiua nigri. Manifestum, est autem ex dictis,* quod obiectum appetitus intellectiui, qui voluntas dicitur, est bonum secundum communem boni rationem. Nec potest esse aliquis appetitus nisi boni. Vnde in parte intellectiua appetitus non diuiditur secundū distinctionem aliquorum particularium bonorum, sicut diuiditur appetitus sensitiuus qui non respicit bonum secundum communem rationem, sed quoddam particulare bonum. Vnde cum in angelis non sit nisi appetitus intellectiuus, eorum appetitus non distinguitur per irascibilem & concupiscibilem, sed remanet indiuisus, & uocatur voluntas.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod furor & concupiscentia metaphorice dicuntur esse in dæmonibus; sicut & ira quandoque Deo attribuitur propter similitudinem effectus.

AD SECVNDVM dicendum, quod amor & gaudium, secundum quod sunt passiones, sunt in concupiscibili: sed secundum quod nominant d voluntatis actum, sic sunt in intellectiua parte: prout amare est uelle bonum alicui, & gaudere est quiescere voluntatem in aliquo bono habito. Et uniuersalis nihil horum dicitur de angelis secundum passionem, ut Augustinus dicit * 9. de ciuitate Dei.

AD

Marginalia:

301 Ver. q. 24. ar. 10. cor.

*c. 4. par. 4. paū a medio.

D. 228.

*ar. 1. huius q. & q. 16. ar. 1.

D. 978.

* li. 9. de ciui. Dei c. 5. non procul a fin. to. 5.

SVPER Q. LIX. ART. IIII.

CONCL. Angelorum appetitus non distinguitur per irascibilem, & concupiscibilem, sed remanet indiuisus, & nominatur uoluntas.

¶PROB. Quia in Angelis est tantum appetitus intellectiuus, & appetitus intellectiuus non diuiditur secundum distinctionem bonorum particularium, sicut appetitus sensitiuus, sed respicit suum obiectum, (idest bonum) secundum communem rationē boni.

1^m de maiori. Furor, concupiscentia. R. Metaphoricè sumpta, non, propriè. §. Propriè sumuntur, quando pro passionibus irascibilis concupiscibilis, metaphoricè autem quando pro effectibus similibus effectui harum passionum sumuntur. Tunc, &cet. Nam conclusio loquitur de irascibili, & concupiscibili propriè sumptis tantum, & consequenter de furore, & concupiscentia in eodem sensu.

2^m de maiori. Amor gaudium. R. ut dicunt passiones; non, ut dicunt simplicem actum uoluntatis. §. Tunc, &cet. Nam secundo modo tantum Angelis attribuuntur in sacris literis. Idem intellige de timore, spe, & huiusmodi.

3^m de maiori. Charitas, & Spes. R. Negantur istæ propositiones, scilicet, quod charitas ut uirtus, sit in concupiscibili, & quod spes, ut uirtus, sit in irascibili. §. Sic ergo tales esse in irascibili, & concupiscibili dicuntur

dicuntur ab ignorantibus, quid sit obiectum virtutum Theologarum.

Item de maiori. Temperantia, Fortitudo, &c. Vt Virtutes humanę: non, vt virtutes absolutè §. Tunc &c. Sunt enim tantum secundo modo in Angelis. Fortitudo ergo Angelorum, quid est? Est voluntatem diuinam firmiter per voluntatem suam ipsorum exequi. Temperantia Angelorum quid est? Est eos regulare seu moderari voluntatem suam secundum regulam diuinæ voluntatis.

APPENDIX.

Vtilitas pro Eccle. S. Dei.

E articulo habes primo: quomodo per rationem ostendas, philosophum bene dixisse, dum irascibilem & concupiscibilem procul esse ab Angelis determinauit. Determinauit autem hoc 3. de anima tex. 41. adiuncto 12. metha. cap. 6. 8. & ultimo. In 3. enim illo habes, quod irascibilis, & concupiscibilis sunt in parte sensitiua quam quidem partem in duodecima illo ibi ad longum ab angelis ipse remouit. Nam per rationes re vera egregias ibi Angelos negat esse corporeos, ac propterea intelligentias, seu intellectus, (cum Dionysio) & substantias abstractas eos appellat substantiæ (sententialiter inquit) illæ mouentes cœlos, si corporeæ essent, ac mediante suo corpore mouerent: tunc uirtus illorum esset aliquando defatigata, & sic ratione talis defatigationis, cœlorum motus non esset adeo diuturnus, & regularis. Nec potest subterfugi dicendo, quod corpora angelorum essent incorruptibilia: quia assignantes corpora Angelis, dicũt illa esse aerea, uel ignea, & consequenter corruptibilia, & fatigabilia. Secundo uides quomodo ex his vicissim Angelica iuuetur conclusio præsentis articuli.

AD TERTIVM dicendum, quod charitas, secundum quod est virtus, non est in concupiscibili, sed in voluntate. Nam obiectum concupiscibilis, est bonum delectabile secundum sensum. Huiusmodi autem non est bonum diuinum: quod est obiectum charitatis. Et eadem ratione dicendum est, quod spes non est in irascibili: quia obiectum irascibilis est quoddam arduum, quod est sensibile, circa quod non est spes, quæ est virtus, sed circa arduum diuinum. Temperantia autem secundum quod est virtus humana, est circa concupiscentias delectabilium sensibilium, quæ pertinẽt ad uim concupiscibilem. Et similiter fortitudo est circa audacias & timores, quæ sunt in irascibili. Et ideo temperantiam, secundum, quod est uirtus humana, est in concupiscibili, & fortitudo in irascibili. Sed hoc modo non sunt in angelis. Non enim in eis sunt passiones concupiscentiarum, uel timoris, & audaciæ: quas oportet per temperantiam & fortitudinem regulari. Sed temperantia in eis dicitur, secundum quod moderate suam voluntatem exhibent secundum regulam diuinæ voluntatis. Et fortitudo in eis dicitur, secundum quod voluntatem diuinã firmiter exequuntur. Quod totum fit per voluntatem, & non per irascibilem & concupiscibilem.

Comm. Cardinalis Caietan.

IN titulo aduerte, quod irascibilis, & concupiscibilis dupliciter sumi possunt. Primo modo ut sunt passiones seu potentiæ sensitiuæ. Et hoc modo ridiculum esset quærere, utrum sint in angelis, quos superius declarauimus non habere in se naturam sensitiuam. Alio modo, ut significant absolute uim seu appetitum iræ, aut concupiscentiæ, siue per operationem sensitiuam, siue non. Et hoc modo uertitur hic in dubium: an appetitus angelicus cum hoc quod est immaterialis, distinguatur in concupiscibilem. Et fuit ratio quęstionis sermo scripturæ & sanctorum, attribuens opera horum angelis.

¶In corpore est unica conclusio responsiua negatiuè, scilicet. Appetitus angelicus non distinguitur per concupiscibile & irascibile. Et probatur sic: potentia non distinguitur penes distinctionem materialem obiecti: ergo non distinguitur penes differentias diuisiuas sui primi obiecti: ergo appetitus intellectiuus non distinguitur penes differentias diuisiuas boni: ergo non distinguitur in irascibilem & concupiscibilem: ergo appetitus angelicus non distinguitur in irascibilem & concupiscibilem. Antecedens est per se notum, quia potentiæ distinguuntur penes distinctionem formalem obiectorum, ut obiecta sunt. Prima aũt consequentia euidens de se est, quia differentiæ diuisiuæ alicuius superioris, materialiter se habent ad id quod respicit primo illud superius, ut patet de uisu respectu coloris, & differentiarum eius. Secunda uero consequentia tenet ex eo, quod proprium obiectum appetitus intellectiui est bonum in eo quod bonum, quod ex eo declaratur, quod nullus appetitus potest esse nisi boni. Si enim omnis appetitus ad bonum formaliter necesse est ut tendat, appetitus uniuersalis obiectiuè ad uniuersalem rationem boni, quæ ipsa boni ratio est, tanquam ad propriũ obiectum necessario inclinabitur. Tertia uero consequentia propterea tenet, quia irascibilis & concupiscibilis, distinguuntur secundum distinctionem bonorum particularium inter se, puta ardui & absoluti, seu simplicis boni. Et propterea, ista distinctio habet locum in appetitu sensitiuo, cuius non est respicere bonum, nisi secundum aliquas speciales rationes. Vltima uero consequentia ex eo tenet, quod in angelis non est nisi appetitus intellectiuus.

¶Circa hanc rationem aduerte, quod hic posset esse dubium, quo pacto cum efficacia istius stet, quod appetitus sensitiuus distinguatur per irascibilem & concupiscibilem. Quoniam si ex hoc, quod appetitus intellectiuus respicit altius obiectum, & commune arduo & simplici bono, caret tali distinctione, cum appetitus quoque sensitiuus respiciat, ut proprium obiectum bonum secundum sensum, quod est etiam commune ad arduum, & simplex bonum consequens erit, quod nec ipse distinguantur in irascibilem & cõcupiscibilem. Sed quoniam de hac distinctione erit sermo specialis in sequentibus ex proposito, pro nũc sufficiat credere, quod ratio boni secundum sensum, non est una aliqua ratio mouendi aut terminandi actum appetendi appetitus sensitiui, quemadmodum ratio boni est ratio mouendi & terminandi actum appetitus intellectiui: sed se habet ad appetitum sensitiuum quemadmodum hoc quod dico, qualitas sensibilis, ad sensum exteriorem.

Bannes, q. 60. ar. 1.

SVPER Q. LX. ART. 1.

CONCL. Necesse est in Angelis ponere dilectionem naturalem.

¶PROB. Quia necesse est, id quod est naturæ (cum sit prius) salua ri semp in reliquis reb. (cum sint posteriores,) & hoc est cõmune omni naturæ, habere aliquam inclinationẽ, quę dicitur amor naturalis.

QVÆSTIO LX.

De Amore & dilectione Angelorum, in quinque articulos diuisa.

DEINDE considerandum est de actu voluntatis, qui est amor, siue dilectio. Nam omnis actus appetitiuę uirtutis ex amore, seu dilectione deriuatur.

ET CIRCA hoc quæruntur quinque.

¶Primò, Vtrum in angelis sit dilectio naturalis.

¶Secundò, Vtrum in eis sit dilectio electiua.

¶Tertiò, Vtrum angelus diligat seipsum dilectione naturali, an electiua.

¶Quartò, Vtrum vnus angelus, diligat alium dilectione naturali, sicut seipsum.

Primum

1^m de maiori.

Naturalis ℞. Qui est solum naturalis, non, qui est naturalis intellectualis. §. Tunc &c. In Angelis enim est amor tantum naturalis. Secundo modo.

¶N o t. Amor solum naturalis est inclinatio naturalis cuiuscunque rei inanimatæ, & etiam vegetabilis, amor naturalis sensitiuus, est inclinatio naturalis naturæ sensitiuę, amor naturalis intellectiuus est inclinatio naturalis naturę intellectiuæ.

302 1.2.q.26.a.1.2.& 3.d.27.q.1.a.2.2.cor.& quo.1.q.4.a.3.* c.4.par.3

2^m de maiori.

Magis aguntur, quam agant. ℞. Sic tamen, ut quędam hominum, dū sic aguntur, non agant: quędam uero, dum sic aguntur, agant. §. Non agunt dum aguntur, quæ non sunt liberi arbitrij agūt autem dum aguntur, quæ habent liberum arbitrium. Tūc &c. Nam angeli aguntur quidem, sed simul agunt. Agunt, quia sunt liberi arbitrij: aguntur, quia suum liberum arbitrium non est sua natura (ut est in Deo.).

*q.59.a.3.

3^m de minori.

Pertinet ad charitatē. ℞. Vel etiam ad naturam. §. Immo recta dilectio pertinet primo ad naturam, secundo ad charitatem, inquantum dilectio naturalis perficitur per dilectionem charitatis superuenientem. Tunc &c. Nam dilectio naturalis semper recta existęns pertinet ad naturam, & talem esse

* Lib.1. de Tri.c. 8.& lib.10. c. 1. & 2.10.3.

¶Quintò, Vtrum angelus natura li dilectione diligat Deum plus quam seipsum.

ARTICVLVS I.

Vtrum in angelo sit amor, seu dilectio naturalis.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur, quod angelis non sit amor vel dilectio naturalis. Amor.n. naturalis diuiditur contra intellectualem: vt patet per Dion. * 4.c.de diu. nom. Sed amor angeli est intellectualis. Ergo non est naturalis.

¶2 Præter. Ea quæ amant amore naturali, magis aguntur quam agant. Nihil.n. habet dominiū suæ naturæ. Sed angeli non aguntur sed agunt: cum sint liberi arbitrii, vt ostensum * est. Ergo in angelis non est amor seu dilectio naturalis.

¶3 Præterea. Omnis dilectio aut est recta, aut non recta. Dilectio autem recta pertinet ad charitatē, dilectio autem non recta pertinet ad iniquitatem. Neutrum autem horum pertinet ad naturam: quia charitas est supra naturam, iniquitas aūt est contra naturā. Ergo nulla dilectio naturalis est in angelis.

SED CONTRA est, ꝙ dilectio sequitur cognitionē. Nihil.n.amatur nisi cognitū, vt Aug.* dicit de Trinitate. Sed in angelis est cognitio naturalis. Ergo & dilectio naturalis.

RESPON. Dicendum, ꝙ necesse est in angelis ponere dilectionem naturalem.

Ad cuius euidentiam considerandum est, quod semper prius saluatur in posteriori. Natura autem prior est quā intellectus: quia natura cuiuscunque rei est essentia eius. Vnde id quod est naturę, oportet saluari etiam in habentib. intellectum. est autem commune omni naturæ, vt habeat aliquam inclinationem, quæ est d appetitus naturalis, vel amor. Quæ tamē inclinatio d diuersimode inuenitur in diuersis naturis in vnaquaque secundum modum eius. Vnde in natura intellectuali inuenitur inclinatio naturalis secundum voluntatem: in natura autem sensitiua secundum appetitum sensitiuum: in natura vero carente cognitione, secundum solum ordinem naturæ in aliquid. Vnde cum angelus sit natura intellectualis, oportet ꝙ in voluntate eius sit naturalis dilectio.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod intellectualis amor diuiditur contra naturalem, qui est solum naturalis inquantum est naturæ, quæ non addit supra rationem naturæ perfectionem sensus, aut intellectus.

AD SECVNDVM dicēdum, quod omnia quæ sunt in toto mundo, aguntur ab aliquo pręter primum agens, quod ita agit, quod nullo modo ab alio agitur. In quo est idem natura & voluntas. Et ideo non est inconueniens, si angelus agatur inquantum inclinatio naturalis, est sibi indita ab authore suæ naturæ. Non tamen sic agitur, ꝙ non agat, cum habeat liberam voluntatem.

AD TERTIVM dicendum, ꝙ sicut cognitio naturalis semper est vera, ita dilectio naturalis semper est recta, cū amor naturalis nihil aliud sit, quam inclinatio naturæ indita ab authore naturæ. Dicere ergo, quod inclinatio naturæ non sit recta, est derogare authori naturæ. Alia tū est rectitudo naturalis dilectionis, & alia est rectitudo charitatis & uirtutis, quia una rectitudo est perfectiua alterius: sicut etiam alia est veritas naturalis cognitionis & alia est veritas cognitionis infusæ, vel acquisitæ.

se in angelis dicit præsens conclusio.

APPENDIX.

Ex articulo habes primo: quomodo per rationem ostendas, & scripturas & Concilia, de hac re loquendo, recte affirmasse, In angelis esse dilectionem naturalem. Tunc autem hoc affirmarunt quando Angelos diligere Deum dixerunt. Cum enim cuicunque dilectioni dilectio naturalis præsupponatur tam quam fundamentū (sicut, & natura omnibus rebus;) patet, quod dicentes Angelos diligere Deum, dicunt ꝑ hoc dilectionem naturalem Angelis inesse. Vide appendices, ar. 2. & 3. sequentium. Secundo vides quomodo ex his uicissim firmetur conclusio.

Vtilitas pro Eccle. S. Dei.

D.225.

D.223.

Comm. Cardinalis Caietani.

IN titulo aduerte, quod amor naturalis dupliciter sumit. Vno modo pro inclinatione naturali alicuius in aliquid, ita quod inclinatio illa non sit operatio aliqua, nec aliqua passio ex operatione derelicta, sed naturalis quædam aptitudo ad illud. Et hoc modo non est dubium in omni re esse appetitum, siue amorem naturalem ad aliquid. Alio modo sumitur amor naturalis, pro actu elicito potentiæ appetitiuæ. Et sic ad rationem amoris naturalis requiruntur duo. s. quod sit amor, & ex hoc oportet, ꝙ sit talis actus elicitus, qualis est amor, idest primus actus appetitus, & quod sit naturalis, & ex hoc oportet ex natura amantis conuenire ei. Ex natura autem dico, ut distinguitur contra electionem. Et sic quæritur in proposito utrum in angelis sit dilectio naturalis: ita quod sensus est: utrum in eis sit aliquis actus amandi non ex electione seu libertate, sed a natura prouenient.

¶Ad cuius maiorem, euidentiam sciendum est, quod cum naturale sumatur hic, ut distinguitur contra liberum, & aliquid dupliciter liberum dicatur, scilicet quo ad exercitium, uel quo ad specificationem actus secundi, per oppositum dupliciter etiam dicetur naturale. Ita quod operationum, alia est libera quo ad utrumque, ut electio: quia & libere eligimus, & libere si eligimus, determinamus nos ad alteram partem contradictionis ex parte obiecti. Alia uero est libera quo ad exercitium, sed naturalis quo ad specificationem, ut uelle bonum, & intelligere principia, quoniam libere exercemus aut abstinemus nos ab usu talium actuum. Sed si circa hęc obiecta operandum nobis est, non est in libertate nostra determinare nos ad alteram partem contradictionis ex parte obiecti. Alia autem est naturalis utroq; modo, ut sunt omnes operationes nullo modo subditę libertati. In proposito igitur, sermo præsens est de naturali quo ad specificationem actus, quicquid sit de exercitio eius. Ita quod cum quærimus in quęstione, aut affirmamus in conclusione, amorem naturalem in angelis, intendimus, quod in eis est amor naturalis obiectiuè, non autem elicitiuè, ita quod naturalitas determinat ordinem actus ad obiectum, & non ordinem actus ad potentiā. Nec intendimus per hoc negare naturalitatem actus quo ad exercitium, sed intendimus quod quicquid sit de hoc, in præsenti qōne nō est sermo nisi de naturalitate quo ad specificationē actus.

¶In corpore unica est conclusio responsiua ad quęsitum affirmatiuè. In angelis est amor naturalis. Et probatur tali ordine, quia primo probatur, quod in rebus intellectualibus inuenitur inclinatio naturalis. Secundo, quod talis inclinatio inuenitur in eis sm uoluntatem. Ex his. n. duobus, manifeste sequitur intenta conclusio. Primū probatur sic. Oī naturæ cōe est, ut ex ea fluat aliqua inclinatio ad aliquid. ergo intellectualib. et conuenit hēre aliquam inclinationem ex natura. tenet consequentia, tum ab uni-

vniuersali ad partem subiectiuam, tum a priori naturaliter ad suum posterius. Natura.n prior est intellectu, sicut essentia virtute. ergo naturale prius est intellectuali, sicut uniuersaliter communior essendi gradus, minus communi essentialiter communiorem supponente, & non nisi in eo fundabili. Secūdum vero probatur sic. In unaquaq; re inuenitur inclinatio naturalis secundū modum eius. ergo in angelo inuenitur secundum voluntatē. Antecedens declaratur in triplici ordine rerum, s. pure naturalium, sensitiuorum, & intellectualium. Consequentia uero tenet, ex eo q angelus est naturę intellectualis.

¶Circa prædicta occurrit dubium, quo modo in probatione primi sumitur ly inclinatio, & similiter ly natura. Aut.n. inclinatio sumitur pro actu primo, aut pro actu secūdo. Si pro actu primo, nihil concluditur, nisi forte, q in natura intellectuali est aliqua inclinatio, quæ est appetitus intellectiuus, quā uocamus voluntatem, quod in præcedente quæstione conclusum fuit, & nūc non est ad propositum. Si vero sumitur pro actu secundo, cum non sit sermo vniuersalis quo ad actum, i. de omni actu secūdo, sed de aliquo, nihil aliud concluditur, nisi quod ex naturæ intellectuali potest sibi conuenire aliquis actus secundus. Et tunc patet, quod in probatione secundi, cum subsumitur, quod hoc conuenit intellectualibus secundum uoluntatem, nihil ualet quod dicitur: quia stat, quod conueniat eis secundum intellectum. Similiter ambiguum est, quomodo sumitur ly, natura: an scilicet pro substantia rei, ut distinguitur contra potentias eiusdem, an pro essentia, seu quidditate cuiuscunque, siue sit substantia, siue potentia rei. Si enim sumitur secundo modo, manifeste sequitur destructio libertatis, quoniam sequeretur quod potentia libera naturaliter operetur, quod implicat contradictionem. Si autem sumitur primo modo, aut intelligitur secundum omnes eius potentias conuenire sibi talem inclinationem, aut secundum aliquam. Non secundum omnes, quia sic concluderetur amor naturalis non magis in uoluntate, quam in intellectu. Nec secundum aliquam, quia si ratio S. Thomæ valet, scilicet quia id quod est prioris, saluatur in posteriori, ita concludit de vna potentia, sicut de alia.

¶Circa illā propositionem assumptam, s. Semper prius saluatur in posteriori, dubium occurrit: quomodo accipiatur in proposito: an. s. de saluari formaliter, eo modo quo superius saluatur in suo inferiori: aut de saluari uirtualiter, eo modo, quo prius efficiens, saluatur in posteriori agente. Si enim primo modo sumitur, nihil aliud infert, nisi quod in intellectualibus saluatur ratio naturæ, quia natura in communi est prior, & superior natura intellectuali: ex hoc autem non habetur, nisi, q conditiones essentiales naturę conueniant intellectualibus, quemadmodum homini conditiones animalis. Si autem sumitur secundo modo, nihil aliud infertur, nisi q potentiæ omnes operantur in vi essentiæ, a qua fluunt. Et confirmatur, quia aut intendis, q vis, aut rō prioris saluatur in posteriori, quo ad operari, aut quo ad modū operandi. si quo ad operationem ipsam, nihil aliud infertur nisi q operatio posterioris, est quodammodo & operatio prioris, quod non est ad propositum. Si quo ad modum operandi (ita q modus operandi prioris, sit & modus operandi posterioris) falsissima est propositio, vt patet de libero arbitrio, quod operatur libere, & tamen substantia a qua egreditur, causat naturaliter, & agētium in vniuerso, alia libere, alia naturaliter agunt, & tamen primum agens non agit nisi vno modo.

¶Ad has obiectiones est dicendum breuiter, q hic est sermo de inclinatione actuali, quæ est actus secundus. Sed non est de qualicūq; actu secundo, sed de illo tm̄, qui habet rationem tendentiæ in aliud, & de natura, vt dī de substantia rei. Ita q sensus est, q commune est omni naturæ, i. substantię, habere aliquā inclinationem actualem naturalem. Et quoniā inclinatio actualis non conuenit nisi mediante inclinatione habituali, consequens est, vt omni naturæ insit talis actus secundus, qui est inclinatio actualis secundum inclinationem habitualem, quæ cum nihil aliud sit, quam proprius appetitus fluens ex illa natura, oportet, q talis inclinatio actualis insit secundum appetitum. Et consequenter inclinatio actualis naturæ intellectualis inest ei secundum proprium illius appetitum, qui est appetitus intellectiuus, q vocatur voluntas. Et sic patet, quod non est par ratio de omni actu secundo, aut de omni potentia rei. Sed quemadmodum ex quęstione pręcedente ostensum est, q ad omnem naturam sequitur potentia aliqua appetitiua, & consequenter ad naturam intellectualem appetitus intellectualis, sic nunc consequenter ostēditur, quod omni naturę conuenit, quod ex ea fluat actualis aliqua inclinatio determinata ad unum, hoc.n. idē est dicere, quod naturalis, & consequenter quod hoc conueniat naturæ intellectuali secundum eius proprium appetitum, quo habitualiter inclinatur ad aliud, ut inclinatio inclinationi respondeat.

¶Ad secundā verò quæstionē, qua inquiritur sensus probationis adductæ ad præfatam maiorē, breuiter dr̄, q hic est sermo de illo mō saluandi, quo superius imbibitum, saluatur in suo inferiori, ita q quia natura intellectualis nec hēt in se duo, & quod sit natura, & quod sit talis natura, puta intellectualis, nec hēt rōnem naturæ fm̄ aliquem alium gradum, quā intellectualē, consequens est, quo appetitus proprius totius, seu suppositi habentis naturā intellectualem, hēat in se aliquid ex substantia intellectuali, inquantum natura est, & aliquid inquantum intellectualis est. Et cum ex hoc, q intellectualis est, sortiatur libertatē, ex eo q habet rationem naturæ, naturalitatem libertati non repugnantē sortiri dēt: talis aūt est naturalitas obiectiua primi actus sui. Et ex hoc patet q cum sermo S. Th. sit de natura, ut natura est, vt distinguitur cōtra liberū vt liberum est, si comparemus rōnem naturæ ad rōnem intellectualis gradus, intendit, q prius, eo modo quo superius dī prius formaliter, saluatur in suo posteriori, quia ratio naturæ prior est & superior gradu intellectuali. Non tamen credas, quod sic sit superior quemadmodum animal respectu hominis, sed potius quemadmodum ens & vnum respectu omnium rerum, quia. s. natura non dicit alium gradū a quidditate, in qua saluatur, sed eundem penitus. Ita q quemadmodū dicendo ens homo, non dico duos gradus, sed hominem tm̄, sub duab. tamen rationibus: sic dicendo, q humanitas natura, aut natura humana, non dico duos gradus rerum, sed humanitatē tm̄. Non sic aūt est, dicendo, animal homo, quia dicuntur duo gradus, s. sensitiuus & intellectiuus. Et ideo notanter dixi, q hic est sermo de illo modo, quo superius imbibitum saluatur in suo inferiori: oportet.n. conditiones talis prioris imbibitas, esse in proprietatib. inferioris, & penetrare quodāmodo eas, & nō seorsum conuenire, quēadmodum proprietates animalis, conueniunt homini. Et sic, ex hoc sequitur, q appetitus intellectualis in propria operatione naturalitatem simul cum libertate habeat, illā obiectiuē, respectu tamen alicuius obiecti, hanc elicitiuē. Et sic non solum sequitur, quod conditiones naturę insint naturæ intellectuali, sed etiam q sint illi imbibitæ. Si vero cōparetur ratio naturę ad ipsam potentiam appetitiuam, tunc posset vterq; modus saluationis sustineri: superioris quidem in inferiori, quia voluntas natura quædam est, prioris vero agentis, aut quasi agentis, in posteriori, quia voluntas a natura, i. substantia intellectuali emanat, vt coniuncta proprietas eius.

¶Ad confirmationē vero qua q̄ritur, aut tenet in operatione, aut mō operandi: r̄ndetur, q nō est limitanda propositio illa, sed indistincte & abstracte intelligenda, q uis prioris saluaf in posteriori, iuxta tn̄ capacitatē posterioris, siue hoc sit quo ad operari, siue quo ad modū operandi, siue quo ad vtrumq;. Et qm̄ in ppo sito, rō naturæ consistit in hoc, qđ est determinari seu determinatum esse ad vnum: consequens est, ut in omni habente rōnem naturę, fm̄ oēs eius uires inueniatur determinatio ad vnum, iuxta capacitatē eius. Et sic natura intellectualis fm̄ oēs uires suas, erit determinata ad unum fm̄ capacitatem eius. Non compatitur aūt gradus intellectualis, ratio determinationem ad vnum elicitiuē, nec determinationem ad unum obiectiuē uniuersaliter, sed respectu alicuius obiecti tantum. Et ideo, non conclusimus uniuersalem, sed particularem, s. quod aliquis amor conuenit naturaliter ipsi intellectuali. Nec sequitur negatio libertatis: nec est eadem ratio de aliquo actu appetitus intellectiui, & de omni: quia naturalitas in aliquo, quo ad aliquid, non repugnat intellectualitatis capacitati, sed bene repugnaret naturalitas in omni actu. Iam enim dictum est, prius oportere saluari in posteriori, iuxta capacitatem posterioris, & non econtra.

Alb. Mag. 2. d. 3. ar. 18.

ARTICVLVS II.

Vtrum in angelis sit dilectio electiua.

SVPER Q. LX.

ART. II.

CONCL. In Angelis inuenitur sola cognitio naturalis nō sit ratiocinatiua, inuenitur tamen in eis dilectio & naturalis & electiua.

¶PROB. Quia natura intellectualis perfecta, est in Angelis, & ad im perfectionem naturæ intellectualis pertinet, quod non statim eius intellectus habeat in se naturaliter oia intelligi bilia

303 inf. q. 62. a.

AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur, quod in angelis non sit dilectio electiua. dilectio enim electiua, uidetur esse amor rationalis, cum electio sequatur consilium quod in inquisitione consistit, ut dicitur in * primo Ethicorum. Sed rationalis, amor diuiditur contra intellectualem, qui est proprius angelorū, ut

2. cor. Et 1. 2. q. 10 a. 1. cor. Et 2. 2. q. 154. a. 12 cor. Et ver. q. 22. ar. 6. con.

* li. 3. Eth. c. 3. a med.

bilia (vt patet de homine). Secunda aūt pars. s. inuenitur tamen, &c. probatur. Quia in angelis est dilectio boni naturaliter voliti, vt finis (en naturalis) & dilectio ab hac deriuata, s. dilectio boni dilecti pp finem, (en electiua).

1^m de maiori. Rationalis. R. Id est intellectualis: non aūt, discursum supponens. §. Nisi loquamur tantum de homine. Tunc &c. Non. n. electio, nisi hominis, sequitur discursum rationis; sed est p subitam acceptioné veritatis. Sicut ergo in angelis est electio non per inquisitionem, sed per subitam acceptioné veritatis: ita in eis est hoc modo amor electiuus. Vide q. 59. artic. 3. primum.

* ar. præc. & q. 59. a. 1.

2^m minor. Dilectio sequitur cognitionem. R. Sit tamen, vt intellectum non habere statim naturaliter omnia a se cognoscibilia, inferat imperfectionem intellectus; voluntatem vero appetere aliquid naturaliter tanquam finem, & aliquid per electionem tanquam ordinatum ad finem, non dicat imperfectionem appetitus. §. Tunc &c. Vide in corpore a ly. Hoc tamen differenter se habet ex parte, &c. vsque circa finem, ubi applicatio fit ad Angelos. Formaliter ergo, dic; & breuiter: quod non est, eadem ratio de cognitione, & dilectione: licet dilectio sequatur cognitionem.

AP-

dicitur † 4. cap. de diui. nomin. Ergo in angelis non est dilectio electiua.

¶ 2 Præt. In angelis non est nisi cognitio naturalis præter cognitionem infusam, quia non discurrunt de principiis ad acquirédum conclusiones. Et sic ad omnia quę naturaliter cognoscere possunt, sic se habent, sicut intellectus ad prima principia, quæ naturaliter cognoscere potest. Sed dilectio sequitur cognitionem, vt dictū* est. Ergo in angelis præter dilectioné gratuitam, non est nisi dilectio naturalis. non ergo electiua.

SED CONTRA, naturalibus neque meremur, neque demeremur. Sed angeli sua dilectione aliqua merentur, vel demerentur. Ergo in eis est aliqua dilectio electiua.

RESP. Dicendum, q in angelis est quędam dilectio naturalis, & quędam electiua, & naturalis dilectio in eis, est principium electiuæ, quia semper id quod pertinet ad prius, habet rationem principii. Vnde cum natura sit primū quod est in vnoquoque, oportet q id quod ad naturam pertinet, sit principium in quolibet. Et hoc apparet in homine quantum ad intellectum, & quantum ad voluntatem. Intellectus enim cognoscit principia naturaliter. Et ex hac cognitione causatur in homine sciétia cōclusionum, quæ non cognoscuntur naturaliter ab homine, sed per inuentionem, vel doctrinam. Similiter in voluntate, finis hoc modo se habet, sicut principium in intellectu, vt dicitur in 2. * Physic. Vnde voluntas naturaliter tendit in suum finem vltimum: oīs enim homo naturaliter, vult beatitudinem. Et ex hac naturali voluntate causantur omnes aliæ voluntates, cum quicquid homo vult, velit propter finem. Dilectio igitur boni, quod homo naturaliter vult sicut finem, est dilectio naturalis: dilectio autem ab hac deriuata, quæ est boni quod diligitur propter finem, est dilectio electiua. Hoc tamen differenter se habet ex parte intellectus & voluntatis: quia, sicut supra dictum* est, cognitio intellectus fit, secundum quod res cognitę sunt in cognoscente. Est autem ex imperfectione intellectualis naturæ in homine, quod non statim eius intellectus naturaliter habet omnia intelligibilia, sed quædam, a quibus in alia quodammodo mouetur. Sed actus appetitiuæ uirtutis, est econuerso, secundum ordinem appetentis ad res. Quarum quędam sunt secūdum se bona, & ideo secundum se appetibilia: quædam vero, habent rationem bonitatis ex ordine ad aliud, & sunt appetibilia propter aliud. Vnde non est ex imperfectione appetētis, quod aliquid appetat naturaliter ut finé & aliquid per electionem, ut ordinatur in finem. Quia igitur natura intellectualis in angelis perfecta, est, inuenitur in eis sola cognitio naturalis, non autem ratiocinatiua: sed inuenitur in eis dilectio, & naturalis & electiua. Hæc autem dicta sunt, pretermissis his quæ supra naturam sunt. Horum enim natura non, est principium sufficiens. De his autem infra* dicetur.

AD PRIMVM ergo dicendum, q nó ois dilectio electiua est amor rationalis, secundum q rationalis amor diuiditur contra intellectualem. Dicitur enim sic amor rationalis, qui sequitur cognitionem ratiocinatiuam. Non omnis autem electio consequitur discursum rationis, ut supra dictum est, * cum de libero arbitrio ageretur; sed solum electio hominis. unde ratio non sequitur.

AD SECVNDVM patet responsio ex dictis.

* li. 2. Physic. tex. 89. to. 1.

* q. præce. ar. 2.

* q. 62.

* q. pręce. ar. 3. ad 1.

APPENDIX.

Vtilitas pro Eccle. S. Dei.

EX articulo habes primo: quomodo per rationé ostendas: Concilia omnia de hac re tractantia, aliosque sanctos Doctores, merito posuisse dilectionem electiuam in Angelis. Tūc autem dilectionem huiusmodi posuerūt in ipsis; quando eos meruisse, vel demeruisse, sanxerunt. Cum. n. in pure naturalib. vt sic, non mereamur neq; demereamur, restat, vt in his, qui vel merentur vel demerentur, ultra dilectioné naturalem sit dilectio electiua, quę postmodū informata Charitate vitā ęternā mereatur, vel a Charitate voluntarie prosiliens ęternā pœnā acquirat. Secundo cōsequenter habes: qūo per rationé, tanquā in radice, insurgere possis contra eos: qui meritū uel demeritum Angelorū inficiarentur. Hi. n. dilectioné electiuā ab angelis tollerent, vt suum erroré statuerāt. Tu ergo e diuerso, cū dilectioné electiuā Angelis inesse per rationé ostendis, ad destructioné erroris illorum, de merito Angelorum atq; demerito, viā paras. Tertio qūo ex his vicissim firmetur plena conclusio, vides.

Comm. Cardinalis Caietan.

TItulus clarus est electiua, idest libera totaliter, & quo ad obiectum, & quo ad exercitium actus.

¶ In corpore quatuor facit. Primò proponit duas cōclusiones ad quæsitum. Secundò, probat secūdam. Tertiò, probat primam. Quartò, aperit prædicta omnia habere locum in naturalibus.

¶ Quo ad primum, prima conclusio est. In angelis est dilectio duplex, naturalis, s. & electiua. Secunda verò est. Naturalis dilectio in eis est principium electiuæ.

¶ Quo ad secundum probatur secunda conclusio sic. Qd spectat ad naturam est principium in quolibet: ergo dilectio naturalis in angelis, est principium dilectionis electiuæ. Antecedens dupliciter probatur. primo ratione, quia natura est, primū in vnoquoq; ac per hoc, sicut ipsa est fundamentum omnium; ita id qd spectat, ad ipsam, est principium reliquorum. Probatur sequela a posteriori, quia. s. vniuersaliter videmus id quod habet rōné principij in vnoquoq; pertinere ad prius in illo. Secundo, manifestat dictū antecedēs in natura intellectuali nobis nota, in homine. s. tā quo ad intellectū, q̄ quo ad voluntaté, & clare patet in litera.

¶ Circa hanc conclusionem dubium occurrit, in quo genere causæ, dilectio naturalis sit causa electiuæ.

¶ Ad hoc dr, q dilectio naturalis ex parte obiecti, est cā finalis electiuæ, quia pp naturalem dilectum diligimus alia. Ex parte vero actus est causa per modum efficiétis, sicut cognitio principii, est causa efficiens cognitionis conclusionis. Voluntas enim ex volitione finis facit se volentem alia, facit autem libero vtendo volitione naturali ad causandum dilectionem electiuam. Vnde non adimitur libertas ex concursu hoc, sicut nec ex concursu alicuius habitus ad electionem.

¶ Quo ad tertium probatur prima conclusio sic. Habere vtrāque dilectionem, naturalem, s. & electiuā, nullam ponit imperfectionem in intellectuali natura: ergo non est negandum ab angelis. Antecedens probatur ex differentia duplici, inter dilectioné, & cognitionem. prima est in hoc, q cognitio fit per hoc, q cognitum habetur a cognoscente. Dilectio vero per hoc, q diligés tendit in rem dilecta, & ex hac sequitur secunda, s. q cognitio inquisitiua proueniat ex imperfectione naturæ intellectualis. Dilectio aūt electiua, nón prouenit ex imperfectione appetentis. Et probatur sequela huius differentiæ ex priori, quia cognitio inquisitiua, cum importet discursum ex noto ad ignotum, ponit in cognoscente priuationem cognoscibilium: & consequenter priuationem alicuius perfectionis in seipso, quia cognitio fit per hoc, q cognitum habetur in cognoscente. Dilectio autem electiua, cum importet appetitum vnius, nó propter se, sed propter aliud ponit priuationem bonitatis in ipso obiecto appetibili pp aliud. Ex hoc. n. q nó propter se, sed pp alterius bonitaté appetibilis ratio-

rationem habere imperfectæ bonitatis conuincitur, non ponit priuationem alicuius perfectionis in appetente, quia appetitus ipse actualis non fit per hoc, quòd appetibile sit in appetente, sed per hoc, quòd appetens tendit in ipsum appetibile.

¶ Nota hic, quòd præsens sermo est non de appetente secundum omnia concurrentia ad actū appetendi: quoniā sic oportet etiā appetibile esse in appetente, sed de appetente secundū uim appetitiuā præcise formaliter, inquantum appetens est. Sic enim saluantur differentiæ assignatæ.

¶ Quo ad quartum manifestè aperit, de naturaliter conuenientibus angelis se loqui.

¶ In responsione ad secundum, dubium restat: quia ex prædictis non videtur euacuari dubium: quia si intellectus est determinatus ad unum, ergo non potest utrāque contradictionis partem proponere uoluntati: ergo nec uoluntas potest utramque contradictionis partem eligere, libertas enim uoluntatis, indifferentiam supponit in intellectu.

¶ Ad hoc dicitur, ꝙ intellectū esse determinatū ad vnum, contingit tripl'r: vno modo in actu primo, alio modo in secūdo, tertio in particulari obiecto. Determinationem in actu primo, voco determinationē ad speciem intelligibilem. Determinationē in actu secundo voco determinationē ad operationem intellectus. Determinationem ad particulare obiectum, voco determinationem intellectus ad tale obiectum, id est ad hoc: ita quòd non ad illius oppositum, id est ad hanc contradictionis partem, ita quòd non ad alteram. Et dico, quòd licet intellectus angeli speculatiuus sit à natura determinatus omni modo, intellectus tamen practicus nō est uniuersaliter determinatus tertio modo. Est siquidē intellectus uterque habens actu omnes species intelligibiles, sed speculatiuus si exit in actū est determinatus ita ad hanc partem contradictionis, scilicet eam, quæ uera est, quod non potest cadere in alteram, vt in nobis experimur in principijs. Practicus uerò utrāque potest contradictionis partem sub ratione ueri boni apprehendere & proponere cum de bonis particularib. agitur: quoniā utraq; pars potest fini consonare. ¶ Non autē potest utraque pars in speculatiuis poni uera, sed altera tantū, quæ non cognoscitur in particulari nisi quando est, vt ex dictis patet. Negandum est ergo, ꝙ intellectus non possit utramque contradictionis partem proponere. Nec ex hoc sequitur imperfectio intellectus, quia non priuatur intellectus aliquo esse obiecti in se in actu primo. hęc enim priuatio est de qua in art. dicitur, quòd poneret imperfectionem. Nec fuit diminutus S. Tho. si hoc tacuit: quoniam eiusdem ratio nis est libertas uoluntatis, & illa indeterminatio intellectus practici, & alterum dicens, alterum insinuauit studiosis.

Ferr. 1. con. c. 10.
Alex de Ales q. 31.
Aegid. 2. s. d. 3. q. 3. ar. 1.

SVPER Q. LX. ART. III.

CONCL. Naturaliter tam angelus quàm homo diligit seipsum, & electiue.

¶ PROB. Quia homo, angelusq́; naturaliter appetit sibi suam perfectionem; & illud naturaliter amatur, cui bonum naturaliter desideratur. Secunda autem pars, s. & electiuē, probatur: Quia homo, angelusque, aliquid bonū sibi per electionem appetit; & id per electionem amatur, cui bonū per electionem desideratur.

1^m de minori.

Idem. ℞. Negatur propositio sub hac intenta; quòd scilicet angelus, vel homo diligant se vtraque dilectione, secundum idem. Tunc nihil &c. vt patet. vide literam, & conclusionum probationes.

2^m de maiori.

Amor. ℞. Ad alia; non, ad seipsum. §. Tunc &c. Nā ad seipsum est magis vnus, quàm tendens ad unitionem.

3^m de minori.

Motus. ℞. Transiens in alıud: non, manens in ipso agente. §. Tūc &c. Nam dilectio, qua diligit quis seipsum, est motus manens in agente. Motum tamen hunc tendere in alterum possumus dicere; in quantum est alter secundum rationem, non secundum rem, quia à semetipso. Dum enim idē amat seipsum, vtitur seipso ut duobus; cū sit agens & patiens, hoc est amans & amatum.

104
12. q. 10. art. 1. cor. Et q. 77. ar tic. 4 ad 1. Et qō. 26. ar. 4. & 22. q. 67. ar. 5. ad 1. Et q. 126. art. 1. cor. Et 1. con. c. 10. fin.
* Art præcedenti.
† c. 4. par. 2. & etiā nō lōge à fi. c.
* li. 9. Ethi. c. 8. paulò à prin. t. 5.
* li. 1. Ethi. c. 6. paulò post princ. tom. 5.

ARTICVLVS III.

Vtrum angelus diligat seipsum dilectione naturali & electiua.

AD TERTIVM sic proceditur. Videtur, quòd angelus non diligat seipsum dilectione naturali & electiua. Dilectio enim naturalis est ipsius finis, sicut dictum * est, dilectio autem electiua eorum quæ sunt ad finem. Sed idem non potest esse finis, & ad finem respectu eiusdem. ergo nō potest esse eiusdem dilectio naturalis & electiua.

¶ 2 Præt. Amor est uirtus vnitiua & concretiua, vt Dionys. † dicit 4. cap. de diui. nom. Sed vnitio & concretio est diuersorum in vnum reductorum. ergo non potest angelus diligere seipsum.

¶ 3 Præt. Dilectio est quidam motus. sed omnis motus in alterum tendit. ergo videtur quòd angelus non possit amare seipsum dilectione naturali, nec electiua.

SED CONTRA est, quòd Philosophus dicit * 9. Ethicor. quòd amicabilia quæ sunt ad alterum, veniunt ex amicabilibus, quæ sunt ad seipsum.

RESPON. Dicendum, quòd cum amor sit boni, bonum autem sit in substantia & accidente, vt patet * primo Ethicor. dupliciter aliquid amatur. Vno modo vt bonū subsistens: alio modo vt bonum accidentale, siue inhærens: illud quidem amatur vt bonum subsistens, quod sic amatur, vt ei aliquis velit bonum. Vt bonum verò accidentale seu inhærens amatur id, quod desideratur alteri. Sicut amatur scientia, non vt ipsa sit bona, sed vt habeatur. Et hunc modum amoris, quidā nominauerunt concupiscentiam, primum uerò amicitiam. Manifestum est autē, quòd in rebus cognitione carentibus, vnūquodque naturaliter appetit consequi id, quod est sibi bonum, sicut ignis locum sursum. Vndè & angelus & homo, naturaliter appetunt suum bonum & suā perfectionem. Et hoc est amare seipsum. Vnde naturaliter tam angelus ꝙ homo diligit seipsum inquantum aliquod bonum naturali appetitu sibi desiderat. Inquantum verò sibi desiderat aliquod bonum per electionem, intantum amat seipsum dilectione electiua.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd angelus aut homo non diligit se dilectione naturali & electiua secundùm idem, sed secundum diuersa, vt dictum * est.

AD SECVNDVM dicendum, ꝙ sicut plus est esse vnum quàm vniri: ita amor magis est vnus ad seipsum, quàm ad diuersa quæ ei vniuntur. Sed ideo Dionysius vsus fuit nomine vnitionis & concretionis, vt ostenderet deriuationem amoris à se in alia, sicut ab vno deriuatur vnitio.

AD TERTIVM dicendum, ꝙ sicut amor est actio manēs in agente, ita est motus manēs in amante: non autē tendens in aliquid aliud ex necessitate, sed potest reflecti super amantē, vt amet seipsum, sicut & cognitio reflectitur in cognoscentem, vt cognoscat seipsum.

APPENDIX.

Vtilitas pro Eccle. S. Dei.

EX art. habes primò, quomodo per rationē ostendas; scripturas meritò posuisse dilectionē naturalem, & electiuam in Angelis (intellige etiam de hominibus in hoc proposito) respectu suiipsorum. Tunc autē illam in eis posuerunt: quando, eos dilexisse Deū, nobis manifestarunt. Cùm enim amicabilia, quæ sunt ad alterum, veniant ex amicabilibus, quæ sunt ad seipsum (teste Philosopho * 9. Ethic. cap. 8.) patet, quòd ponētes angelos diligere Deum, ponunt per hoc angelū diligere seipsum tùm naturali dilectione tū electiua. Nam, huiusmodi dilectione eos amare Deum, intelligunt. De dilectione electiua patet, quia sine hac præsupposita non est meritum (suprà artic. 2. in append.) cum tamen angeli diligēdo Deum (vt narrant scripturæ) meruerint: de dilectione etiā naturali patet, quoniā dilectio naturalis præsupponit electiuæ, sicut & natura electioni. Secūdò uides; quomodo ex his scripturis vicissim Angelica firmetur conclusio.

* In corp. & art. præcedenti.

AR-

Comm. Cardinalis Caietani.

TItulus clarus est.

¶ In corpore vnica conclusio habens duas partes. Angelus diligit seipsum dilectione naturali & electiua. Et probatur sic. Angelus desiderat sibi aliquod bonum naturali appetitu, & aliquod per electionem. ergo. Antecedens quo ad secundam partē est per se notum. Quo ad primam vero probatur, ex eo quòd vniuersaliter etiam in rebus, cognitione carentibus inuenitur vnumquodque naturaliter appetere suam perfectionem. Consequentia

quentia uerò probatur, quia hoc est amare seipsum: quod declaratur distinguendo duos modos, quibus res amatur, scilicet aut ut substantia, aut ut accidens: & probatur distinctio ex ratione obiecti amoris, s. boni, quod in hæc duo distinguitur: & omnia clara sunt.

¶ Aduerte hic, quòd bonum distingui in substantiam & accidens, dupliciter intelligi potest. Vno modo, vt distinctio in res. alio modo, vt sit distinctio in modos. Et si quidem est distinctio realis, sensus est, quod bonorum, aliud secundũ rem est accidens, aliud substantia: & sic hæc distinctio infert secundam, s. ꝙ aliud habet rationem boni per modum accidentis, & aliud per modum substantiæ. Nec tamen membra harum distinctionum mutuo se in inferunt: quĩ stat aliquid esse substantiam sm rem, & tamen habere rationẽ boni & accidentalis & substantialis respectu diuersorum, vt patet in his substantijs quæ assumuntur in vsum nostrũ: à seipsis.n. diliguntur per modũ substantiæ, à nobis verò per modum accidentis. In proposito autem, vtraq; distinctio est necessaria. Tum quia sermo est de dilectione sui ipsius in rebus habentibus perfectiones supradictas de natura accidentium. Tum quia secunda distinctio quæ principaliter est intenta (vt in litera patet ex ly vt subsistens, & ut accidentale) fluit ex prima: & propterea in litera ex prima posita in primo Ethicorum, deducitur secunda, & ex ea assignatur ratio distinctionis amoris in amorem amicitiæ & concupiscentiæ.

Aegid. 2. sent. d. 3. q. 3. art. 1.
Alex de Ales q. 31.

305 Virt. q. 2. art. 7. ad 6. & Io. 17. L. 5. 1. E.

ARTICVLVS IIII.

Vtrum vnus angelus naturali dilectione diligat alium, sicut seipsum.

AD QVARTVM sic proceditur. Videtur ꝙ vnus angelus nõ diligat naturali dilectione aliũ, sicut seipsum. Dilectio.n. sequitur cognitionem. Sed unus angelus nõ cognoscit alium sicut seipsum: quia seipsum cognoscit per suam essentiam, alium verò per eius similitudinem, vt suprà dictum * est. ergo videtur quòd vnus angelus non diligat alium sicut seipsum.

* q. 56. art. 1. & 2.

¶ 2 Præt. Causa est potior causato & principiũ eo, quod ex principio deriuatur. Sed dilectio quæ est ad aliũ, deriuatur ab ea quæ est ad seipsum. sicut dicit Philos. * 9. Ethic. ergo angelus non diligit alium, sicut seipsum, sed seipsum magis.

* li 9. Eth. cap 8. non remotè à princ.

¶ 3 Præt. Dilectio naturalis est alicuius tanquàm finis, & non potest remoueri. Sed unus angelus non est finis alterius, & iterum hæc dilectio potest remoueri, vt patet in dæmonibus, qui non diligunt bonos angelos. ergo vnus angelus nõ diligit alium naturali dilectione sicut seipsum.

SED CONTRA est, quia illud quod inuenitur in omnib. ét ratione carẽtibus, videtur esse naturale. Sed sicut dr̃ Eccl. 13. Omne animal diligit sibi simile: ergo angelus diligit naturaliter aliũ sicut seipsum.

RESP. Dicendũ, ꝙ sicut dictũ * est, angelus & homo naturaliter, seipsum diligit. Illud autẽ quod est vnum cum aliquo, est ipsummet. Vndè vnũquodque diligit id, quod est vnũ sibi. Et si quidẽ sit vnum sibi vnione naturali, diligit illud dilectione naturali. Si verò sit vnum secum vnione non naturali diligit ipsum dilectione nõ naturali. Sicut homo diligit ciuem suũ, dilectione politicæ virtutis consanguineũ autem suum, dilectione naturali, inquantũ est vnum cũ eo in principio generationis naturalis. Manifestum est autẽ, ꝙ id quod est vnum cũ aliquo in genere vel specie, est vnũ per naturam. Et ideo dilectione naturali quælibet res diligit id, quod est secum vnum sm speciem, inquantũ diligit speciem suam. Et hoc etiã apparet in his quæ cognitione carent. Nam ignis, naturalẽ inclinationẽ habet, vt communicet alteri suam formam, quod est bonum eius, sicut naturaliter inclinatur ad hoc quòd quærat bonum suũ, vt esse sursum. Sic ergo dicendum est, ꝙ vnus angelus diligit alium naturali dilectione, inquantum conuenit cum eo in natura. Sed inquantũ conuenit cum eo in aliquibus alijs, vel etiam inquantũ differt ab eo secundũ quædã alia, non diligit eum naturali dilectione.

* Art. præced.

AD PRIMVM ergo dicendũ, ꝙ hoc quod dico sicut seipsum, potest vno modo determinare cognitionem, seu dilectionem ex parte cogniti & dilecti: & sic cognoscit aliũ sicut seipsum, quia cognoscit aliũ esse, sicut cognoscit seipsum esse. Alio modo potest determinare cognitionem & dilectionem ex parte diligentis, & cognoscentis: & sic non cognoscit alium sicut seipsum. Quia se cognoscit per suam essentiam, alium autem non per eius essentiam. Et similiter nõ diligit aliũ sicut seipsum, quia seipsum diligit per suam voluntatem, alium autẽ non diligit per eius voluntatem.

AD SECVNDVM dicendũ, quòd ly sicut, non designat æqualitatem, sed similitudinem. Cùm.n. dilectio naturalis super vnitatẽ naturalem fundetur, illud qd est minus vnum cum eo, naturaliter minus diligit. Vnde naturaliter plus diligit quod est vnum numero, q̃ quod est vnũ specie, vel genere. Sed naturale est, ꝙ similem dilectionem habeat ad alium, sicut ad seipsum: quantũ ad hoc, quòd sicut seipsum diligit inquantũ vult sibi bonum, ita alium diligat inquantum uult eius bonũ.

AD TERTIVM dicendum, ꝙ dilectio naturalis dr̃ esse ipsius finis, non tãquàm cui aliquis velit bonũ, sed tanq̃ bonum, quod quis vult sibi, & per cõsequens alii, inquantũ est vnũ sibi. Nec ista dilectio naturalis remoueri põt etiã ab angelis malis, quin dilectionẽ naturalem habeant ad alios angelos, inquantum cum eis cõicant in natura: sed odiũt eos, inquantũ diuersificant sm iustitiã & iniustitiam.

SVPER Q. LX. ART. IIII.

CONCL. Vnus diligit alium dilectione naturali inquantum conuenit cum eo in natura; sed inquantum cõuenit cum eo in aliquibus alijs, vel etiam inquantum differt ab eo secundum quædam alia, non diligit eum naturali dilectione.

¶ PROB. Quia unũquodque diligit id, qđ est vnum sibi; & eo modo, quo est vnum sibi (id est diligit dilectione naturali, si est unum sibi per naturam; dilectione non naturali, si est unum sibi non per naturam).

1^m de minori.

Sicut. ℞. Vt ly sicut determinat cognitionem ex parte cognoscentis. §. Tunc nihil &c. Conclusio enim dicẽs, quòd angelus diligit alium sicut seipsum, sumit ly sicut, vt stat tantum ex parte dilecti & cogniti. Nec facit contra propositum, quòd dilectio sequatur cognitionem: vt patet consideranti. Vide art. 2. ad secundũ.

2^m de maiori.

Potior. ℞. Sic tamen, vt inter eam & causatum possit attendi similitudo. § Tunc &cæt. Nam, cum dicitur Angelus amare aliũ sicut seipsum; sumitur ly sicut, non ut dicit æqualitatem, sed similitudinem; & consequenter non fit per hoc, quòd dilectio ad se non sit potior, quàm ad alium angelum.

3^m de maiori.

Finis. ℞. Tanquàm boni sibi uoliti: non, tanquàm cui uelit quis bonum. §. Tunc nihil &c. Licet enim vnus angelus non sit alterius finis, tanquàm bonum ad quod ordinetur: est tamen tamẽ eius finis, inquantum vnus angelus bonũ sibi volitum vult etiam alteri.

¶ NOT. Meus finis ad quem ordinor (vt Deus) est finis; cui bonum meũ volo; id est, à quo omne bonũ meũ recognosco, & in quem omñe bonum meũ ordino; in quem si non ordinarẽ bonũ meum, bonum meũ non esset bonum meum. Ex tali enim relatione habet bonum meum, quòd sit bonum, & quòd sit bonum meum. Hinc patet; quòd illud bonum, quod sic dicitur meus finis, est maius bonum, quàm sit, immo quàm esse vnquàm possit bonum meum; quoniam causa semper est potior suo effectu. Nam causa habet esse & pro se, & pro suo effectu, inquantum communicat illud effectui; effectus autẽ, vt sic, habet esse tãtùm pro se. Ita ergo finis talis est bonum, vt sit bonum pro se, & pro me; bonum autem meum nõ pro illo, sed pro me tantùm, bonũ est. Hinc talis finis bonorũ meorum non eget; & dato, quòd illorum egeret, non esset meus finis. Hinc ego magis volo bonum tali fini, quàm mihi ipsi; quoniã à suo bono dependet meum bonum. Et quia velle alicui bonum est idem, quod diligere ipsum; sequitur necessariò, ꝙ ego diligam plus illum finem, quàm meipsum. Hoc ergo bonum, & illud, immo quæcũque bona, esse in tali fine, gaudeo magis; quàm si essent in meipso. Intellige prædicta; nisi sit per voluntatẽ dilectio peruersa. Vide 1. 2. q. 109. ar. 3. Hæc sint etiã pro captu faciliori articuli sequentis.

Pulchra declaratio de fine vltimo, & causa ac effectu.

Item de maiori. Naturalis. ℞. Inquantum naturalis: non, inquantùm alias volũtaria. §. Tunc nihil &c. Nam remoueri

pari non pōt à dæmonib. erga bonos angelos dilectio naturalis, vt sic: quemadmodū nec per dæmones remoueri potest hoc, φ s. communicent cum illis bonis in natura: Potest tamen desiderari à dæmonib. oppositum: inquantum uellent non cōmunicare cū illis in natura. Quia verò non communicant in iustitia cum illis; ideo volūtarie per electionē non diligunt, sed odio habent, illos.

APPENDIX.

Vtilitas pro Eccle. S. Dei.

EX art. habes primò: qūo per rationē ostendas, sacrā scripturā ibi, Eccl. 13. omne aīal diligit sibi simile, debere intelligi, & de dilectione naturali, & de oī re. Non est.n. verū necessario, φ dilectione electiua oē aīal sibi simile diligat, sed dilectione naturali: neq; de aīalibus tm̄ hoc sic verificatur, sed de quibuscūq; naturā participantibus. Cæterū de animalib. ibi, tanq̄ à notiorib. nobis ad minus nota procedendo, fit mentio: in cuius signum pro parte conclōnis hic in tex. adducit, cū tm̄ non aīalia sint angeli. Quo ad istā dilectionē naturalē, non tm̄ quo ad naturā, pōt intelligi etiā illud Iob 1.2. quòd Sathan erat inter filios Dei: quoniā diabolus dilectione naturali (vt dicitur hic ad tertium) bonos angelos diligit, licet non electiua. Immo, quia quo ad naturam illud dicitur, ideo & quoad dilectionem naturalem intelligatur, oportet: quoniam dilectio hæc naturam ipsarum infallibiliter cōsequitur.

2 Secundo igitur per rationem art. huius declarare vales sensum rectū auctoritatū Eccli & Iob, declaratumq; catholice sustentare.

3 Tertiò uides: quomodo ex his uicissim stabiliat articulus p̄sens.

Comm. Cardinalis Caiètani.

TItulus clarus est.

¶ In corp. vna conclō hēs duas partes Angelus unus diligit aliū dilectione naturali, quo ad aliquid, & quo ad aliquid non. Et probat sic. Vnūquodq; diligit qđ est sibi vnū, & eo modo, quo est sibi vnū. Ergo qđ est sibi vnum ſm naturā diligit dilectione naturali, & qđ non, non. ergo naturaľr diligit qđ est sibi unū in specie, vel in gñe: ergo tam homo q̄ angelus naturaľr diligit aliū quo ad aliquid, s. ſm conuenientiam in natura, & quo ad aliquid non, s. ſm id, aut in quo aliter conuenit, puta per electionem, aut consuetudinem: aut differt, quia ſm hoc forte odio hř. Antecedens probatur quo ad primam partem, quia vnum alicui vt sic, est ipsummet, vnūquodque autem seipsum naturaliter diligit: quo ad secundā uero declaratur in amore consanguinei & conciuis. Secunda uerò cōsequentia probaī, ex eo, φ vnum genere vel specie est vnum ſm naturam. Et qm̄ super veritate huius consequentis fundatur prima pars conclusionis directē rñdens quæsito, probatur idem consequens à S. Th. à posteriori, ex naturali appetitu generantis, quod per se primo tendit ad bonum speciei, quia scilicet ignis naturaliter generat alium, sicut etiam naturaliter appetit bonum proprium, quod est esse sursum: reliqua plana sunt.

ARTICVLVS V.

Vtrum angelus naturali dilectione diligat Deum plus quàm seipsum.

306 1.2. q. 109 ar. 3. Et 2. 2. q. 26. arti. 3. cor. Et quol. 1. art. 8. cor.

AD QVINTVM sic proceditur. Vř, φ Angelus naturali dilectione non diligat Deum, plus quàm seipsum: quia vt dictum * est, dilectio naturalis fundatur super vnione naturali. Sed natura diuina maximè distat à natura angeli. ergo naturali dilectione, angelus minus diligit Deum quàm se, vel etiam alium angelum.

* Art. præced.

¶ 2 Prēt. Propter qđ vnūquodque, & illud magis. Sed naturali dilectione quilibet diligit aliū pp se. Vnūquodq;.n. diligit aliquid inquantum est bonum sibi. ergo dilectione naturali, angelus non diligit Deum plus quàm seipsum.

¶ 3 Prę. Natura reflectiť in seipsam. videmus.n. φ oē agēs naturaľr agit ad conseruationē sui. Non aūt reflecteret in seipsam natura, si tēderet in aliud plus q̄ in seipsam. Non ergo naturali dilectione diligit angelus Deum plus q̄ se.

¶ 4 Prēt. Hoc vř esse propriū charitatis, vt aliquis Deum plus q̄ seipsum diligat. Sed dilectio charitatis nō est naturalis in angelis, sed diffundiť in cordib. eorū per spiritum sanctū, qui datus est eis, vt dicit Aug.* 12. de ciu. Dei. ergo nō diligunt Deū angeli dilectione naturali plus q̄ seipsos.

* lib. 12. de ciu. Dei, c. 9. post mediū, to. 5.

¶ 5 Prēt. Dilectio naturalis semp manet manēte natura. Sed diligere Deū plus q̄ seipsum, nō manet in peccāte angelo, vel hoīe. quia (vt Aug.* dicit 14. de ciu. Dei) fecerūt ciuitates duas amores duos, terrenā, s. amor sui vsq; ad Dei contemptum, cęlestem verò, amor Dei vsque ad contemptū sui. ergo diligere Deum supra seipsum, nō est naturale.

* lib. 14 de ciuit. Dei, cap. vlt. in prin. to. 5.

SED CONTRA. Oīa moralia legis p̄cepta, sunt de lege naturæ. Sed præceptū de diligendo Deum supra seipsum, est præceptum morale legis. ergo est de lege naturæ. ergo dilectione naturali angelus diligit Deum supra seipsum.

RESP. Dicendū, φ quidā dixerūt, φ angelus naturali dilectione diligit Deū plus q̄ se, amore cōcupiscētiæ, qa. s. plus appetit sibi bonū diuinū, q̄ bonū suū. Et quodāmodo amore amicitię, inquātum s. Deo vult naturaľr angelus maius bonum, q̄ sibi. Vult.n. naturaľr Deum esse Deū, se autē vult hře naturā propriā. Sed simpľr loquēdo, naturali dilectione plus diligit se, q̄ Deum. qa intēsius & principalius naturaľr diligit se, q̄ Deū. Sed falsitas huius opinionis manifestè apparet, si quis in rebus naturalib. cōsideret, ad qd res naturaľr moueať. Inclinatio.n. naturalis in his q̄ sunt sine rōne, demonstrat inclinationē naturalē in voluntate intellectualis naturæ. Vnūquodq; autē in rebus naturalib. φ ſm naturā hoc ipsum quod est alterius est, principalius & magis inclinať in id cuius est, q̄ in seipsum. Et hæc inclinatio naturalis demonstrať ex his, quæ naturaľr aguntur. Quia vnūquodq; sic[illegible] agiť naturaliter, sicut aptū natum est agi, vt dř in * 2. Phyí. Videmus.n. φ naturaľr pars se exponit ad conseruationem totius corporis. Sicut manus exponiť ictui, absque deliberatione, ad cōseruationē totius corporis. Et qa rō imitať naturā, hmōi imitationē inuenimus in virtutibus politicis. Est.n. virtuosi ciuis, vt se exponat mortis periculo, p̄ totius reip. conseruatione. Et si homo esset naturalis pars huius ciuitatis, hæc inclinatio esset ei naturalis. Quia igiť bonū vľe est ipse Deus, & sub hoc bono continet̄ et angelus & homo, & oīs creatura, qa oīs creatura naturaľr ſm id qđ est, Dei est: sequiť, φ naturali dilectione et angelus & homo plus & principalius diligat Deum q̄ seipsum: alioquin, si naturaliter plus seipsum diligeret q̄ Deum, sequereť quòd naturalis dilectio esset peruersa, & quòd nō perficereť per charitatem, sed destrueretur.

* li 2. Physic. tex.

AD PRIMVM ergo dicendū, φ rō illa p̄cedit in his, q̄ ex æquo diuidunt, quorum vnū non est alteri rō existendi, & bonitatis. In talib.n. vnūquodq; diligit naturaľr magis seipsum, q̄ alterū, inquantū est magis sibiipsi vnū, q̄ alteri. Sed in illis quorū vnum est tota rō existendi, & bonitatis alii, magis diligitur naturaľr tale alterū q̄ ipsum, sicut dictū * est, quòd vnaquæq; pars diligit naturaliter totum, plus q̄ se. Et qdlibet singulare naturaliter diligit plus bonū suæ speciei, q̄ bonum suū singulare. Deus aūt non solū est bonum vnius speciei, sed est ipsum vľe bonum simpliciter. Vndè vnūquodque suo modo naturaliter diligit Deum, plus quàm seipsum.

* In corp.

AD SECVNDVM dicendum, φ cum dř, φ Deus diligitur ab angelo inquantum est ei bonus, si ly inquātum, dicat finem, sic falsum est.

Scot. 3. s. d. 27. q. 1. Aegid. 2. s. d. 3. q. 3. ar. 1. Alex. de Ales q. 31. S. Bon. d. 3. p. 2. ar. 3. q. 1. Alb. Ma. de 4 coeu q. 17. Capr. 4. dist. 17. q. 1. con. 3. et 3. d. 27. q. 1. con. 3. Alb. Mag. 2 d. 3. ar. 18. Pet. de Pal. 1 s. d. 9. q. 1.

SVPER * Q. LX. ART. V.

COncl. Naturali dilectione, & angelus, & homo, plus & principalius diligit Deum; quàm seipsum.

¶ PROB. 1. Quia oīs creatura naturaľr ſm illud, qđ est, Dei est; & vnūquodq; in rebus naturalibus, quod ſm naturā hoc ipsum, qđ est, alteri* est, principalius inclinať in id, cuius est, q̄ in seipsum (patet experiētia). 2. Quia si naturaľr homo, vel angelus diligeret seipsum plus q̄ Deum; sequeretur, tum quod dilectio naturalis esset p̄uersa, tum quòd ipsa dilectio nō perficereť per charitatem, sed destrueret.

1ᵐ de maiori.

Vnione. ℞. Ex æquo diuisorū: non, eorū quorū vnū est alteri rō existēdi. §. Ergo illa diuiduntur ex æquo; quorum vnum non est alteri ratio existendi. Tunc &c. Nam Deus est tota ratio existendi homini, angeloq;: & magis, quàm sit quodlibet totum respectu suæ partis.

2ᵐ de maiori.

Propter qđ. ℞. Tanq̄ finē: non, tanq̄ rationē motiuā agendi. §. Tunc nihil &c. Naturali.n. dilectione mouetur angelus ad amandū Deū ex beneficijs ab eo receptis:

ceptis: vndè patet, quòd statuit Deum finem beneficiorum ipsorum, inquantum ordinat ista in illum; & non econuerso.

3m de maiori. In seipsam. ℞. Magis quantũ ad id, quod est sibi cũ alijs cõe; q̃ quantum ad id, qđ est sibi singulare. §. Tũc &c. Immo per argm̃ idẽ, tunc cõcluditur oppositũ; quod s. ex eo, quod natura reflectitur sic in seipsam, vnũqđq; diligat modo suo plus Deum, q̃ seipsum. Nã Deus est etiam totius boni communis principium. Ex litera vide quantũ dilectio naturalis, vt sic, boni communis sit zelans: & consequẽter, quòd amare rẽ publicam est naturale.

4m de maiori. Deum. ℞. Secundum q̃ est bonũ supernaturali beatitudine nos beatificans: nõ, ſm q̃ est bonũ omne bonum naturale tñ producens. §. Tunc nihil &c. Secũdo nãq; modo solũ dilectio naturalis in Deum fert̃.

5m de maiori. Naturalis. ℞. Prout naturalis; non, alio modo considerata. §. Tũc &c.

Non .n. diligit naturaliter Deũ pp bonum suum, sed pp ipsum Deum. Si verò dicat rõnem amoris ex parte amantis, sic verum est: non.n. esset in natura alicuius quòd amaret Deum, nisi ex eo, quòd vnũquodq; dependet à bono, quod est Deus.

Ad tertium dicendũ, quòd natura reflectit' in seipsam, nõ solũ quãtum ad id, quod est ei singulare, sed multò magis quantum ad cõe. Inclinatur.n. vnũquodque ad conseruandum non solũ suum indiuiduum, sed etiam suam speciem. Et multò magis habet naturalẽ inclinationẽ vnumquodque in id, quod est bonum vniuersale simpliciter.

Ad qu[illegible]tum dicendum, q̃ Deus ſm q̃ est vniuersale bonum, à quo dependet omne bonum naturale, diligitur naturali dilectione ab vnoquoque. Inquãtum verò est bonum beatificans naturaliter omnes supernaturali beatitudine, sic diligitur dilectione charitatis.

Ad quintum dicendũ, q̃ cũ in Deo sit vnum & idẽ eius substantia, & bonum cõe, omnes qui vidẽt ipsam Dei essentiã, eodẽ motu dilectionis mouẽtur in ipsam Dei essẽtiã, ꝓut est ab aliis distincta, & ſm q̃ est quoddã bonum cõe. Et quia inquantũ est bonũ cõe, naturaliter amatur ab oĩbus: quicumque videt eum per essentiam, impossibile est quin diligat ipsum. Sed illi qui non vident essentiam eius cognoscunt eum per aliquos particulares effectus, qui interdum eorũ voluntati contrariantur. Et sic hoc modo dicuntur odio habere Deum, cum tamen inquãtum est bonum cõe omnium, vnumquodque naturaliter diligat plus Deum, quàm seipsum.

QVÆ-

Nam mali quoque (quãuis de dilectione electiua sit oppositum) diligunt naturali dilectione Deum, & quidem plus q̃ se. Augustinus ergo de dilectione electiua, non de naturali, vt sic, loquitur. Vide, ad totius articuli pleniorem notitiam 1.2. q.109. art.3.

APPENDIX.

Vtilitas pro Eccle. S. Dei.

Ex art. habes primò, quõ per rationẽ demonstres; q̃ Deus nihil impossibile nobis ad obseruandũ in lege mandauit, immo q̃ obseruare illius mandata est suaue, vtpote radicalr̃ connaturale, homini. Si.n. & mali (quod minus vr̃, q̃ de alijs) diligũt Deũ supra seipsos, naturalr̃; & finis omnium mandatorum, est dilectio Dei supranaturalis, ad quã per dilectionem naturalem (Deo, qui semper præstò est, iuuante) ascenditur: patet, q̃ nihil impossibiliũ præcepit Deus. Per artic. ergo istũ & rationẽ interimas hæresim pessimã Lutheri dicentis: Deum nobis obseruatu impossibilia præcepisse. 2 Secundò habes: quõ per eundem artic. & rationẽ demonstres, hæresim hanc meritò fuisse damnatam à Conc. Trid. sess.6. c.11. sic, Deus impossibilia nõ iubet, sed iubẽdo monet & facere qđ possis, & petere qđ nõ possis, & adiuuat vt possis. Cuius mandata gratia non sunt. Cuius iugũ suaue est, & onus leue. Itẽ can. 18. illius sess. ait: Si quis dixerit, Dei præcepta homini etiã iustificato, & sub gratia cõstituto esse ad obseruandũ impossibilia, anathema sit. Damnatur ergo (vt patet ex connexione ad capl̃m illud 11.) per hunc canonẽ duplex hæresis; illa s. quæ Deũ homini impossibilia mandasse dicit; & illa quæ etiam (vesaniã suam tã in altũ extendendo) iustificato homini impossibilia esse seruatu mãdata blasphemat. Damnat̃ & à Matt.7. per hoc; q̃ Dñs ibi (data lege c.5.6.& partim 7.) dicit, Petite, & dabitur vobis; quærite, & inuenietis; pulsate, & aperiet̃ vobis. Per hoc.n. q̃ vix finita legis datione, dicit Petite &c. 1. mentionẽ facit de auxilio diuino nobis volentib. affuturo, declarat apertè rectè intelligentibus; q̃ mandatorũ legis obseruantia intelligitur sem per cũ auxilio diuino, non viribus nostris tantùm (contra Pelagiũ) adimplẽda: & cõsequenter per hoc dãnat hæresim illam dicentem, Deum præcepisse nobis impossibilia ad obseruandum. Quis.n. nesciat; Deum esse omnipotentem? & omnipotenti nihil esse, aut posse esse impossibile? & omnia nos posse non quidem viribus nostris, sed omnipotentis virtute adiuti? Hoc sub persona propria intellexit de cunctis Apostolus, quando dixit Philipp.4. Omnia possum in eo, qui me confortat, Christo. De hac re vide pulchra in Veritatibus aureis super Gen.1. concl.8. & cap.29. concl.2. 3 Tertiò vides: quõ ex his vicissim firmetur conclusio. Si contra illã Lutheri plura volueris, & consequenter plura pro nobis: vide Deuter.15.2 ly Mandatum hoc, vsque ad ly in corde tuo vt facias illum. Vide D. Hieron. de expositione fidei ad Damasum Papam epist. qui dicunt: impossibile aliquid homini à Deo præceptum esse, & mandata eius non à singulis posse seruari. 42. Execramur (inquit) eorũ blasphemiã. Hieronymum item in dial. contra Pelag. lib.2. c.17. Ambr. lib.1. de Iacob & vita beata c.3. Basil. in reg. monach. c.83. Aug. lib.2. c.7. de peccat. meritis; Non possum (inquit) dubitare; Nec Deum aliquid impossibile præcepisse; Nec Deo ad opitulandum & adiuuandum, quo fiat quod iubet, impossibile aliquid esse.

Comm. Cardinalis Caietani.

Titulus clarus est.

¶ In corpore duo facit. Primo refert quandã opinionẽ circa quæsitũ. Scđo determinat vnica conclõne, simul improbãdo relatã opinionem. Quo ad primũ, tria dicit opinio illa. Primo, q̃ angelus naturalr̃ diligit Deum plus q̃ se, amore cõcupiscẽtię. Scđò, q̃ ẽt quodãmodo amore amicitiæ. Tertiò, q̃ simplr̃ diligit plus se q̃ Deum, quia intensius & principalius. Quo ad scđm, conclõsiua est hæc. Angelus naturali dilectione diligit plus Deũ, q̃ se. Et probat̃ duplr̃; primo sic, Vnumqđque, q̃ id qđ est, alterius est, naturalr̃ magis diligit id cuius est, q̃ seipsum: ergo natura intellectualis ſm appetitũ sibi proprium, magis diligit id cuius est, q̃ seipsum: ergo angelus magis diligit Deum, q̃ seipsum. Antecedens probatur à posteriori duplr̃. Primò ex hoc signo in naturalibus, q̃ pars absque deliberatione exponitur pro toto, & consequenter naturalr̃, quia vnumqđque sic agit naturalr̃ sicut aptũ natum est agere. Secundò ex signo in rõnalibus: quia bonus seu fortis, exponit se pro salute reipublicæ: & proculdubio si ex natura esset ciuis, naturalr̃ inclinaretur ad hoc, nunc autẽ facit hoc ex rõne, & signũ naturæ, quia ars imitatur naturã, & quia si ciuitas esset à natura, opus hoc esset naturale. Consequentia verò prima patet ex eo inclinatio naturalis, q̃ in his, q̃ sunt sine rõne arguit, & ostẽdit naturalẽ inclinationem in appetitu intellectuali proportionalr̃. Consequentia autẽ scđa tenet, ex eo, quòd Deus est vl̃e bonum. Et angelus sicut & omnis creatura cõtinetur sub eo: quia omnis creatura, ſm id quod est, Dei est. Deinde probatur eadẽ conclusio ducendo ad impossibile duplex. Primum est, quòd naturalis dilectio esset peruersa. Secundum verò, quòd naturalis dilectio non perficeretur per charitatem, sed destrueretur: hoc enim esset impossibile, est euidens. Nec cõsequentia est ambigua, vt de se patet.

¶ Circa rationẽ primam adductã ad conclusionẽ, aduertendũ est, q̃ cũ esse alterius contingat multis modis, s. vt pars totius, vt possessio possidentis, & vt effectus est causæ: & hoc multiplr̃. & impossibile sit vl̃iter intelligi ſm omnẽ modum alterius illã propositionẽ assumptam. Vnumquodque quod est alterius, magis diligit ipsum q̃ seipsum, quia manifeste esset falsa: consequens est, q̃ intelligatur de aliquo speciali modo essendi alterius. Et ut ex adiunctis haberi põt, de illo modo essendi alterius quo pars est sui totius intelligenda est. ita quòd vis rõnis stat in hoc, q̃ pars naturaliter magis diligit totum q̃ seipsam. Sed tunc occurrunt obiectiones Scoti in 3. dist.27. q.1. vbi licet teneat conclusionẽ, & assentiat secundæ rõni, & illi signo de forti politico, ad hoc qđ naturalis rõ inclinat ad magis Deum diligendum q̃ seipsum, hanc tñ primã rationem destruere nititur, & in duobus deficere eam dicit. Primò, falsum esse dicit hoc fundamentũ, s. quòd pars naturaliter diligit plus totum, q̃ seipsum. Et ad signũ, quòd manus exponitur pro salute totius, dicit falsum esse, quod manus exponat se pro toto: sed quòd ipsum totum diligens magis seipsum q̃ partem, aut partes principales, q̃ minus principales: exponit partẽ pro toto, & minus principale pro magis principali. Secundò dicit, quòd dato, quòd pars naturaliter exponeretur pro toto, hoc esset propter identitatem esse sui cum toto: quia s. intendit saluare seipsam inquantum habet esse in toto. Et sic falsum subsumitur, cum dicitur, quòd angelus, seu quæcũque creatura se habet ad Deum, vt pars ad totum: quia non habet hanc partis conditionem requisitam ad propositum, scilicet, quòd sit aliquid eius quod reputatur vt totum: nulla enim creatura est aliquid Dei.

¶ Ad primã obiectionem rñdetur, fundamentũ illud esse non solũ verum, sed sufficienter probatũ à S. Tho. ex adductis signis.

¶ Ad

¶ Ad impugnationem aūt primi, facillimè patet, quid dicendū sit: quia siue pars exponatur à toto, siue à seipsa pro salute totius, dūmodo naturalr exponatur, semper sequit, ꝙ pars habet magis inclinationē naturalem in bonum totius, q̃ suipsius, ex eo quod, vnūquodq; , sicut naturalr agitur & mouetur siue à seipso, siue ab alio, sic aptū natū est agi, & econuerso: vt patet in 2. Phys. tex. 78.

¶ Ad secundam autem obiectionem dr̄, ꝙ ratio quare pars exponitur pro toto, non est identitas, quæ est inuenta inter partē, & totum. Et huius manifestum signum hr̄ ex hoc, ꝙ pars exponitur ad perdendā identitatem cum toto, vt saluetur esse totius. Non ergo ratio inclinationis talis, est identitas, aut vt saluet seipsam in toto, sed ut saluet esse totius ſm se, etiam cum non esse ipsius partis. Sed ratio talis inclinationis est, quam assignauit S. Thom. quia s. & natura & substantia partis hoc ipsum quod est essentialiter, & primo, propter totū & totius esse est. Quod conuenire cuilibet creaturæ respectu Dei patet: quia quælibet creatura ſm suam naturā est naturalis pars vniuersi. Ac per hoc naturaliter diligit plus vniuersum q̃ seipsam iuxta primum fundamentum: ergo à fortiori, magis diliget ipsum bonum vniuersale. Tum, quia est eminentius totum vniuersum. Tum, quia est omne bonum. Tum, quia bonū ipsum vniuersale, qđ est Deus gloriosus, est finis & bonum ipsius vniuersi: & consequenter à quocumque magis amatur vniuersum, ab eodem magis amabitur ipse: vt patet de exercitu & duce, iuxta doctrinam 12. Metaphys. tex. 52.

QVAESTIO LXI.

De productione Angelorum in esse naturæ, in quatuor articulos diuisa.

POSTEA quæ premissa sunt de natura angeli, & cognitione, & voluntate eorum, restat considerandum de eorum creatione: siue vniuersaliter de eorum exordio. Et hęc consideratio est tripartita. Nam primo considerabimus quomodo producti sunt in esse naturę. Secundò, quomodo perfecti sunt in gratia vel gloria. Tertiò, quomodo aliqui ex eis facti sunt mali.

CIRCA primum quæruntur quatuor.

¶ Primò, Vtrum angelus habeat causam sui esse.

¶ Secundò, Vtrum angelus sit ab æterno.

¶ Tertiò, Vtrum angelus sit creatus antè corporalem creaturam.

¶ Quartò, Vtrum angeli fuerint creati in cęlo empyreo.

ARTICVLVS I.

Vtrum angeli habeant causam sui esse.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur, ꝙ angeli nō habeāt causam sui esse. De his enim quæ sunt à Deo creata, agitur Gen. 1. Sed nulla mentio fit ibi de angelis. ergo angeli non sunt creati à Deo.

¶ 2 Præt. Philos. dicit in 8. Meta.* quòd si aliqua substantia sit forma sine materia, statim per seipsam est ens & vnum, & non habet causam quæ faciat eam ens & vnum. Sed angeli sunt formæ immateriales, vt suprà † ostensum est. ergo non habent causam sui esse.

¶ 3 Præt. Omne quod fit ab aliquo agente, per hoc quod fit, accipit formam ab eo. Sed angeli cum sint formæ, non accipiunt formam ab aliquo agente. ergo angeli non habent causam agentem.

SED CONTRA est, quod dicitur in Psal. 148. Laudate eum omnes angeli eius. Et postea subdit, Quoniam ipse dixit, & facta sunt.

RESP. Dicendum, ꝙ necesse est dicere & angelos, & omne id, quod præter Deum est, à Deo factū esse. Solus enim Deus est suum esse, in omnibus autem aliis differt essentia rei & esse eius, vt ex superiorib. patet. * Et ex hoc manifestum est, ꝙ solus Deus est ens per suā essentiam, omnia verò [d] alia sunt entia per participationem. Omne autem quod est per participationem, causatur ab eo quod est per essentiam: sicut omne ignitum causatur ab igne. Vnde necesse est, angelos à Deo creatos esse.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd Augustinus * dicit in 11. de ciuitate Dei: quòd angeli non sunt prætermissi in illa prima rerū creatione, sed significātur nomine cęli, aut etiam lucis. Ideo autē vel prætermissi sunt, vel nominib. rerum corporalium significati: quia Moyses rudi populo loquebatur, qui nondum capere poterat incorpoream naturam. Et si eis fuisset expressum aliquas res esse super omnem naturam corpoream, fuisset eis occasio idololatriæ, ad quam proni erant, & à qua Moyses eos præcipuè reuocare intendebat.

AD SECVNDVM dicendum, ꝙ substantiæ, quæ sunt formæ subsistentes, non habent [d] causam aliquam formalem sui esse & suę vnitatis, nec causam agentē per transmutationem materiæ de potentia in actum, sed habent causam producentem totam substantiam. Et per hoc patet solutio ad tertium.

ARTI-

Marginalia: * q. 3. ar. 4. — D. 213. — * lib. 11. de ciuit. Dei, c. 33. circa fin. tom. 5. — D. 646. — 307 Quolib. 3. art. 6. corp. Et opusc. 1. ca. 35. Et opusc. 3. c. 74. Et op. 15. c. 3. 9. & 17. — * Tex. 16. tom. 3. — † q. 50. artic. 2.

SVPER Q. LXI. ART. I.

CONCL. Necesse est dicere, & angelos, omne id quod præter Deum est, à Deo factum esse.

¶ PROB. Quia necesse est dicere; ꝙ omne, qđ est per participationem, sit causatū ab eo, quod est per essentiā; & Deus solus est ens per essentiam, cætera omnia sunt entia per participationem.

1^m de minori. Mentio. ℞. Explicita; nō, implicita. §. Tūc &c. Nā implicitè, i. sub nomine cęli, vel lucis, ibi recēsentur angeli; licet prætermittantur explicite. Vide literā; & pondera duas rationes, qui bus motus fuit Moyses ad tacendū explicite de angelis. Disce ergo & tu, nō effundere sermonē vbi nō est auditus, i. de illis rebus nō loqui coram auditoribus: qui vel (probabilr loquendo) non capient eas; vel ex eis intellectis, (si th̄ aliqñ eas intellexerint) desument sibi occasionem ruinæ alicuius magis, q̃ profectus in bonum. Vtilia igit prælegant omnes à Moyse hic edocti, dicere suisj ea iuxta suorū, nō proprium, captū principaliter à se dicēda accommodent. Moysen hic Concilium Trid. sess. 5. de reformat videt pręseferre; dum habentib. curā animarū mandat, vt plebes sibi cōmissas doceant pro earū capacitate, cum breuitate, & facilitate sermonis.

Marginalia: Discāt Doctores, Prędicatores, Rectores populorū &c. Concil. — Vtilitate pro Eccle. S. Dei.

2^m de maiori. Causam. ℞. Formalem, aut agentē per transmutationē materiæ; non, agentem totā substantiam. §. Tunc &c. Nam angelorū ponimus causam, quæ agit totam eorum substantiam: non autem aliquo primorum duorum modorum sumptam.

3^m de maiori. Agente. ℞. Per transmutationē materiæ de potentia ad actum: non, per productionem totius esse rei. §. Tunc &c. Nam Deus respectu angelorum est secundo modo agens tantum.

APPENDIX.

EX art. habes primò: quomodo per rationem interimas hæresim Hermani Risuich dicētis: ꝙ angeli siue boni, siue mali non sunt creati à Deo. Item Simonis Magi dicentis, angelos factos à quibusdā sensibus de cęlo præditis. Itē Algazelis (Direct. Inquisit. 2. par. q. 4.) dicentis; ꝙ à primo angelo productus est secūdus, à scđo tertius, & deinceps vsq; in finem. Contra hos omnes. n. militat probatio conclonis ostēdens manifeste: ꝙ omnes singillatim sūt à solo Deo creati. Si etiā habēt angeli (vt dicit conclusio) causam sui esse, potes ex rōne euellere hęresim Libertinorū dicentiū; angelos nihil esse. Itē Dosithæi dicentiū; angelos non esse. Secūdò habes: quomodo per ratione has omnes demōstres meritò fuisse dānatas à scripturis passim; & specialiter à Psal. 103. Qui facis angelos tuos spiritus; & Dan. 3. Benedicite omnia opera Dñi Dño, benedicite angeli Domini Dño: ergo ſm eum, angeli sunt opera Dñi. Item à Conc. Nicæno sic, Credimus in vnum Deum patrem omnipotentem & omniū visibilium, inuisibiliumq; factorem. Itē ab omnib. Concilijs de hac re tractantibus, cum omnia consona sint, in credibilibus maximè, Nicæno illi primo. Item specialiter ab Innoc. III. in Concil. Later. (de sum. Tri. & fi. cath. firmiter.) sic; Firmiter credimus, & simpliciter confitemur, quòd vnus solus Deus pater, & filius, & spiritussanctus, &c. est vnum vniuersorū principium & c. qui sua omnipotēti virtute ab initio temporis, vtrāq; de nihilo condidit creaturam spirituale, & corporalem, angelicā videlicet, & mundanam. Hæc ibi. Tertiò vides: quomodo ex his vicissim firmetur conclusio. Cæterùm si plura contra illas hæreses, & consequenter plura pro nobis, vis legere: vide Iob 34. de Beemoth (hic ſm BB. Hier. & Greg. est diabolus) & ibidem Beatum Gregorium. Item Ezech. 31. sub nomine Regis Assur (hic est diabolus). De angelis quod sint, vide Gen. 28. 18. 19. 32. 22. Exod. 14. Iosue 5. Iudic. 1. Tob. 5. &c. Iudith. 13. 4. Reg. 19. Daniel. 3. & in mille locis. Quòd sint facti à Deo, vide Theophilactum super cap. 1. ad Hebr. D. August. in Soliloquijs, D. Greg. in hom. de decem drachmis, D. Dionys. de cęlest. hierar.

Comm.

Comm. Cardinalis Caietani.

IN titulo hoc solum aduertendum est, quòd de causa effectiua est sermo.

¶ In corpore breuiter vna conclusione affirmatiua respondet quæsito. Angelus est creatus à Deo. Et probatur, quia omne ens per participationem est ab ente per essentiam, sicut ignitum ab igne. Solus autem Deus est ens per essentiam, quia solus est suum esse. ergo. Recole hic, quæ superius, cum de vniuersali creatione tractaretur, diximus.

Aegid. 2. sent. d. 2. q. 1. art. 1. Alex. de Ales 2. p. q. 19. S. Bon. d. 2. ar. 1. q. 3.

308 Po. q. 3. articu. 18. & 20.

SVPER Q. LXI. ART. II.

CONCL. Solus Deus pater, & filius, & spiritussanctus est ab æterno.

¶ PROB. Quia fides catholica indubitanter tenet hoc; quòd scilicet & Deus est æternus, & quod creaturas produxit ex nihilo, idest postquàm nihil fuerant (ly postquàm dicit tẽpus, id est in priori duratione nihil fuerant).

1m de maiori. Suum esse. ℞. Ad productionem angeli voluntariè se habẽs: non, se habens de necessitate ad angeli productionem. §. supra q. 46 ar. 1. ad 9. 10. Tunc nihil &c. Nam licet Dei esse sit æternum, & ab æterno consequenter voluerit producere angelos: nõ tamen voluit ab æterno, quòd producerentur ab æterno, sed in tempore.

2m de maiori. Tempore. ℞. Quod est numerus motus cœli: vel quod est numerus successionis ipsius esse post non esse. §. Tũc nihil &c. Angelus enim subiacet huic, secundo tempori: licet non primo: & consequenter quandoque habet esse, puta nunc & in posterum: quandoque non habet, puta antequàm fieret.

3m de maiori. Capax veritatis. ℞. Postquàm habuit naturam intellectiuam: non, antequàm haberet illam. §. Tunc &c. Non enim habuit illam ab æterno; sed tantùm quando Deus voluit. Simile suprà q. 46. ar. 1. ad secundũ.

* Propos. 2. in fine, est inter opera Aristot. tom. 3.

† Ex lib. 13. de Trin. c. 8. to. 3. Et lib. 2. Solil. cap. 19.

* Art. præced.

ARTICVLVS II.

Vtrum angelus sit productus à Deo ab æterno.

AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur, quòd angelus sit productus à Deo ab æterno. Deus enim est causa angeli per suũ esse. Non enim agit per aliquid additum suæ essentiæ. Sed esse eius est æternum. ergo ab æterno angelos produxit.

¶ 2 Præt. Omne quod quãdoque est, & quandoque non est, subiacet tempori. Sed angelus est supra tempus, vt dicitur in libro * de causis. ergo angelus non quandoque est, & quandoque non est, sed semper.

¶ 3 Præt. Augustinus † probat incorruptibilitatem animæ per hoc, quòd per intellectum est capax veritatis. Sed sicut veritas est incorruptibilis, ita est æterna. ergo natura intellectualis, & animæ, & angeli non solum est incorruptibilis, sed etiam æterna.

SED CONTRA est, quòd dicit Prouer. 8. ex persona Sapiẽtię genitæ, Dñs possedit me ab initio viarũ suarum, antequàm quicquam faceret à principio. Sed angeli sunt facti à Deo, vt ostensum * est. ergo angeli aliquando non fuerunt.

RESP. Dicendum, quòd solus Deus pater, & filius, & spiritus sanctus est ab æterno. Hoc [d] enim fides catholica indubitanter tenet: & omne contrarium est sicut hæreticum refutandum. Si enim Deus creaturas produxit, ꝙ eas ex nihilo fecit, i. postquàm nihil fuerat.

AD PRIMVM ergo dicendũ, ꝙ esse Dei est ipsum eius velle. Per hoc ergo ꝙ Deus produxit angelos, & alias creaturas per suũ esse, nõ excluditur quin eas produxerit per suã voluntatem. Voluntas autẽ Dei non de necessitate se habet ad productionem creaturarum, vt s. dictum * est. Et ideò produxit & quæ voluit, & quando voluit.

AD SECVNDVM dicendum, ꝙ angelus est s. tẽpus, quod est numerus motus cœli: quia est supra omnem motũ corporalis naturæ. Non tamen est supra tempus, quod est numerus successionis esse eius post non esse: & etiã quod est numerus successionis quæ est in operationibus eius. Vndè August. dicit 8. super Genes. * ad lit. ꝙ Deus mouet creaturã spiritualem per tempus.

AD TERTIVM dicendum, ꝙ angeli & aĩæ intellectiuæ ex hoc ipso quòd habent naturã, per quã sunt capaces veritatis, sunt incorruptibiles. [d] Sed hanc naturam non habuerunt ab ęterno, sed data fuit eis à Deo qñ ipse voluit. Vndè non sequitur, ꝙ angeli sint ab æterno.

* q. 19. ar. 3. & 8. & q. 46. art. 1.

* Li. 8. sup Gen. c. 20. & 22. & 23. to. 3.

APPENDIX.

EX art. habes primò, quomodo per rationem declares: illam opinionem Origenistarum, qua dicunt, Creaturas (ergo & angelos) esse Deo coæternas, esse hæreticam. Licet. n. hoc per rationem simpliciter demonstratiuã declarare non possis, vt habetur ex quæst. 46. artic. 2. tamen per veritatem fidei in corpore hic præsuppositam idipsum de hæresi conuincere potes. Ad hoc Origenicum dogma vi detur reduci error ille Auerrois ii. Metaphys. (Direct. Inquisit. 2. par. quæst. 4. dicentis; Nihil posse habere esse post omninò non esse. Eadem itaque via, & hunc tanquàm contra fidem obloquẽtem conuincere potes. Secundò habes: quomodo soluas argumẽta cõtradicentia Concilijs, & sacris literis temporalitatem angelorum, seu creaturarũ ponentibus. Verbi gratia. Cõcilio Lateran. sub Innocentio III. (vide suprà art. 1. notãdo ly ab initio temporis). Nicęno (vide ibi, notando ly factorem, id est creatorem in tempore), & alijs sequentibus: sacris literis Prouer. 8. Antequàm quicquàm faceret à principio, Ioann. 17. Clarifica me &c. priusquàm mundus fieret. Genes. 1. In principio (.i. temporis. Vide suprà q. 46. art. 3. & 61. art. 1. ad primum) creauit Deus cœlum & terram. Tertiò vides quomodo ex his vicissim firmetur conclusio nostra.

¶ NOT. Articulo seruit art. in ordine 307. 238. 240. 117. 246. 122. 288. 325.

Veilitas pro Eccle. S. Dei.

2

D. 122.

3 Pro stud. var. coor.

Comm. Cardinalis Caietani.

TItulus clarus est.

¶ In corp. breuissimè conclusionẽ affirmatiuam ponit. Solus Deus pater & filius, & spiritussanctus, est ab æterno. Et probat, quia hoc tenet fides catholica sic, ꝙ cõtrariũ est sicut hæreticũ refutandũ: qđ probatur; quia fm fidẽ cum dr, ꝙ Deus fecit res ex nihilo, intelligitur ꝙ ly ex, notat ordinem durationis, i. postquã nihil fuit.

Aegid. 2. s. d. 2. q. 1. ar. 1. Alex. de Ales 2. p. q. 31. D. Bon. d. 2. ar. 1. q. 3.

309 2. d. 2. q. 1. artic. 5. Et po. q. 3. art. 18. & 19.

SVPER Q. XLI. ART. III.

CONCL. Circa hoc inuenitur duplex sanctorum Doctorum sententia; illa tamen probabilior videtur, ꝙ angeli simul cum creatura corporea sint creati (vt dicunt Latini).

¶ PROB. Quia Doctores Græci sentiunt, quòd angeli sint ante mundũ visibilem creati. Secũdæ autem pars, s. illa tamen &c. probatur: Quia angeli sunt pars vnius vniuersi; & nulla pars à suo toto se parata est perfecta.

¶ NOT. Innoc. III. Papa in Conc. Lateranen. de fide cathol. & habetur in Decretali prima, dicit, vnus est Deus &c. is ab initio temporis simul vtrãq; de ni-

* c. 1. super illud: Qui promisit is le qui non est mentitus, &c. t. 4.

ARTICVLVS III.

Vtrum angeli sint creati ante mundum corporeum.

AD TERTIVM sic proceditur. Videtur quòd angeli fuerint creati ante mundum corporeum. Dicit enim Hieron. * super epistolã ad Titum. Sex millia nondum nostri temporis complentur annorum. Et quanta tẽpora, quantasq; sæculorum origines fuisse arbitrandum est, in quibus angeli, throni, dominationes, cæteriq; ordines Deo seruierunt? Damas. † & dicit in 2. lib. Quidam dicunt, ꝙ ante omnẽ creationem geniti sunt angeli, vt theologus dicit Gregorius. Primum quidem excogitauit angelicas virtutes & cœlestes, & excogitatio opus eius fuit.

¶ 2 Præt. Angelica natura est media inter naturã diuinam, & naturam corpoream. Sed natura diuina est ab æterno, natura autem corporea, ex tempore. ergo natura ange-

† Damasc. li. 2. ortho. fidei, c. 3. circa fin. † Greg. Nazian. in sermone de Natali.

Cõcilium : vbi nota ly simul.

de nihilo condidit creaturam corporalem, & spiritualem; Angelicam s. & mundanam. Quæ verba licet aliò (secundũ aliquos), quàm ad damnandam illam Græcorum opinionem, tendant; tamen probabiliorem faciunt sine dubio opinionem Latinorum; & Græcorum vel probabilem absolutè relinquunt (vt habes ex conclusione), vel comparatiuè solum tolerabilem (vt patet in hac litera sequenti per ly non est igitur probabile &c.)

Opin. Græcorum ad Latinorum opin. tolerabilis.

1^m ex Hieron.

In quibus. R. Secundũ Græcos: non, secũdum Latinos. §. Tunc &c. Recitat enim Hieron. Græcorum sentẽtiam.

2^m de maiori.

Media. R. Vt pars vniuersi inter existentem supra totũ vniuersum, & aliam partẽ vniuersi; non, vt pars vniuersi inter supremam partem vniuersi; & aliam infimam partem. §. Tunc nihil &cæt. Non enim Deus est pars vniuersi; & consequenter licet ille sit ab æterno, & mundus corporeus in tempore, non tamen cogimur dicere ꝓpter hoc, ꝙ Angelus sit in tempore medio. Aliam bonam, sed breuiorem, & faciliorem que potes addere responsionem: ꝙ scilicet Angelus dicit natura media ratione dignitatis inter Deum, & corpora; non ratione durationis necessario, q.93. art.3.

D.41.

D.118.

3^m de maiori.

Plus distat. R. Immo quia plus distat conuenientius fuit; quòd vna creatura corporalis crearetur ante aliam, q̃ ꝙ angelus ante mundum visibilem. §. Vide literam; & ex hoc ꝙ sanctus Doctor, iuxta opinionem Græcorũ glossat saluando scripturã de possibili, disce; vnde aliquid sit hæreticũ, vel tolerabile. Hæreticũ ergo illud esse dic, quo posito, scripturæ sensus uerus tollitur: tolerabile aũt, quo posito scripturæ sensus verus absolutè nõ tollitur; quãuis sensus, à pluribus ẽt Sanctis, scripturæ datus tollatur. Solius. n. Romanæ Ecclesiæ est dare sensum scripturæ ita verũ, atque catholicum; vt contrarius sensus scripturæ datus sit hæreticus. Similis ergo vẽ ista quæstio, illi quæstioni de Sanctificatione, & Conceptione beatæ Virginis; & similiter ibi cũ reuerentia est procedendũ. Ad formam rñsi redeundo, dicebatur; ꝙ ex maiori illa distantia angelorum sequebatur; ꝙ conuenientius vna corporalis creatura ante aliam fieret, q̃ angeli ante mundum visibilem: & ita sequebatur contrarium eius, quod argumentum intendebat. Ratio sequelæ illius est: quia factis angelis, non necessariò sequitur factum esse vniuersum; facta autem vna creatura corporali ante aliam in actu, sequitur necessariò omnes creaturas corporales esse factas. Nam ex tunc sunt factæ omnes in potentia, quoniam omnes sunt vnum in materia, de qua fit illa prior: id quod non est dicendum de angelis ratione distantiæ suæ à materia. Præcreatio igitur vnius corporalis creaturæ ante aliam, non præiudicat totalitati vniuersi: præcreatio autem angeli ante corpora ipsi totalitati modo dicto præiudicat.

No. vniuersalis, & aurea de sensu scripturarum.

Aug. li. 11. de ciuitate Dei, c. 32.

lica facta est ante creationem temporis, & post æternitatem.

¶ 3 Præt. Plus distat natura angelica à natura corporali, quàm vna natura corporalis ab alia. Sed una natura corporalis fuit facta antè aliam. Vnde & sex dies productionis rerum in principio Genes. describuntur. ergo multò magis natura angelica facta est ante omnẽ naturam corporalem.

Sed contra est, quod dicitur Genes. 1. In principio creauit Deus cœlum & terram. Non autẽ hoc esset verum, si aliquid creasset antea. ergo angeli non sunt antè naturam corpoream creati.

Resp. Dicendum, ꝙ circa hoc inuenitur duplex sanctorũ Doctorum sententia: illa tamen probabilior videtur, ꝙ angeli simul cum creatura corporea sunt creati. Angeli. n. sunt quædam pars vniuersi. Non. n. constituunt per se vnum vniuersum: sed tam ipsi quàm creatura corporea in constitutionem vnius vniuersi conueniunt. Quod apparet ex ordine vnius creaturæ ad aliam. Ordo. n. rerum adinuicẽ est bonum vniuersi. Nulla aũt pars perfecta est à suo toto separata. Non est ꝗ igiť probabile, vt Deus, cuius perfecta sunt opera, vt dicitur Deut. 32. creaturam angelicam seorsum antè alias creaturas creauerit. Quamuis contrarium non sit reputandum erroneum, præcipuè propter sententiam Greg. Nazian. cuius tanta est in doctrina Christiana authoritas, vt nullus vnquã eius dictis calumniam inferre præsumpserit, sicut nec Athanasii documentis, vt Hieron. dicit.

Ad primum ergo dicẽdum, quòd Hieron. loquitur secundùm sententiam Doctorum Græcorum, qui omnes hoc concorditer sentiunt, quòd angeli sunt antè mundum corporeum creati.

Ad secundum dicendum, ꝙ Deus non est aliqua pars vniuersi: sed est supra totum vniuersum, præhabens in se eminentiori modo totam vniuersi perfectionem, angelus autem est pars vniuersi. Vndè non est eadem ratio.

Ad tertium dicendũ, quòd creaturæ corporeæ oẽs sunt vnum in materia: sed angeli non conueniunt in materia cũ creatura corporea. Vndè creata materia corporalis creaturæ, omnia quodãmodo sunt creata: non autẽ creatis angelis, esset ipsum vniuersum creatũ. Si verò contrarium teneatur: ꝙ dr Gen. 1. In principio creauit Deus cœlum & terram. exponendũ est, in principio, i. in filio, vel in principio temporis, non autem in principio, id est, ante quod nihil, nisi dicatur ante quod nihil in genere corporalium creaturarum.

APPENDIX.

Vtilitas pro Eccle. S. Dei.

Ex artic. habes primò: quomodo per rationem ostendas, ꝙ multa scripturarum testimonia (puta Ecclesiast. 18. Qui uiuit in æternum creauit omnia simul; Iob 41. Iste Beemoth, quem feci tecũ. Per Beemoth intelligitur Sathanas, Gen primo: In principio creauit Deus cœlum, & terrã; ibi cap. 2. Requieuit die septimo ab omni opere quod patrarat. & si qua sunt alia) possunt stante fide, dupliciter exponi; quamuis melius in vno sensu, quàm in alio. Taceo; quod per rationem adductã in corpore pro Latinis mõstrare potes. Secundò; quod Doctores hi rectius in hac materia senserunt, scilicet Magister Sententiarum libro 2. d. 2. cùm Scholasticis. DD. Augustinus 1. de ciui. Dei, cap. 6. 9. & lib. 2. c. 15. 16. Greg. 32. Moral. cap. 20. 24. 25. Epiphanius contra hæreses lib. 2. tomo 2. hæresi 65. & plurimi alij. Hi absq; omni dubio fatendum docent, angelos simul cũ mundo corporeo creatos. Nec obstat illud Apostoli ad Titum 1. Quam (scilicet fœlicitatem) promisit Deus ante tempora sæcularia. Quasi quòd ante ista materia visibilia sæcula fuerint angeli, quibus promiserit Deus illam. Hoc, inquàm, non obstat: quoniam secundum August. 12. de ciuit. Dei, cap. 16. ly promisit stat pro decreuit; vt dicamus. Quam promisit &c. i. quam Deus decreuit in sua æterna prædestinatione dare in tempore suis per Christum. Sunt qui (vt Soto Maior, Melchior Cano, Magister Ferrariensis super 2. contra gentes c. 83.) sententiam Græcorum reputent esse errorem contra fidem, seu hæreticam; Latinorum verò oppositam esse definitam de fide in Conc. Lateran. suprà in corp. citato, & ad opusc. 23. D. Thomæ, quod videtur nonnihil eis obstare, respondent non esse verum opusculum eius. Mihi videtur (si Ecclesiæ placeat) sequendus hic Reuerendiss. Caietanus. Vide notationem suprà post prob. concl. Tertiò: quomodo ex prædictis vicissim Angelica articuli doctrina iuuetur, vides.

¶ Not. Articulo seruit art. in ord. 334. 501. 23. 262. 248.

Pro stud.

Comm. Cardinalis Caietani.

Titulus clarus est.

¶ In corpore tria facit. Primo refert duas esse & contrarias sanctorum Doctorum opiniones, Græcorum & Latinorum: illi tenent partem affirmatiuam, isti negatiuam. Secundo ostendit, ꝙ rationabilior est positio Latinorum tali ratione. Nulla pars est perfecta extra suum totum. Angeli sunt naturaliter una pars uniuersi: igitur essent imperfecti extra vniuersum, igitur nõ sunt producti à Deo ante uniuersum. Maior patet & minor probatur: quia angeli non constituunt vnum vniuersum per se, sed ipsi simul cum creatura corporali integrant vniuersum: quod probatur, quia vna ordinatur ad aliam: ordo enim est ipsum bonum, & vinculum partium vniuersi. Vltima verò consequentia probatur ex eo, quia Dei opera perfecta sunt. Tertiò ostendit, quòd opinio Græcorum non est reputanda erronea, quia authoritas Gregorij Nazianzeni, eam sustinet.

¶ Circa hoc vltimo dictum, dubium occurrit: quoniam, vt patet in Decretalib. de summa Trinit. & fide catho. in cap. Firmiter credimus, Ecclesia in Concilio generali sub Innocentio III. determinauit positionem Latinorum esse tenendam. ergo erronea est reputanda opinio opposita. Habentur enim ibi hæc verba, Deus sua omnipotenti virtute simul ab initio temporis vtramque de nihilo condidit creaturam, spiritualem & corporalem; angelicam videlicet, & mundanam. Nec potest excusari S. Tho. ex nouitate determinationis: quoniam tempore suo iam erant promulgatæ & compilatæ Decretales.

¶ Ad hoc dicitur à quibusdã, ꝙ si S. Th. recoluisset huius Decretalis,

cretalis, cum scripsit hunc articulum, non dixisset hæc verba. Sed mihi vr q sciens & prudens hæc scripserit. Nam, illa verba decretalis, interpretanda sunt in sensu in quo fiunt, magis q̃ in sensu quē faciunt; & vt dicit S.Th. in expositione illius Decretalis, verba illa, apposita sunt contra errorē Origenis, & eorū, qui ponunt creaturas spirituales tantū esse per se productas à Deo, ac postmodū pp demerita earū corporales creaturas productas fuisse. Vnde cū dupl'r teneatur, angelos productos esse ante corpora, s tanquàm res sic per se productas, q propter earū demerita quodāmodo per accidens mundus corporeus sit productus: Vel simpliciter & absolute: quòd ex voluntate Dei, angeli præcesserint mundū visibilem. Decretalis illa, quamuis s̄m verba vtrāque positionem destruat: contra primam tamen tāquàm contra hæresim, interpretanda est. Ad secundum verò tāquàm ad minus probabilem, applicari potest. Et ratio huius glossæ est: quia determinationes istæ non nisi contra aliquos errores consueuerunt fieri.

ARTICVLVS IIII.

Vtrum angeli sint creati in cælo empyreo.

AD QVARTVM sic proceditur. Videtur, quòd angeli nō sint creati in cœlo empyreo. Angeli.n. sunt substantiæ incorporeæ. Sed substantia incorporea non dependet à corpore secundum suum esse: & per consequens, neque secundū suum fieri. ergo angeli non sunt creati in loco corporeo.

¶ 2 Præt. August. dicit 3. super Gene.* ad literā. quòd angeli fuerunt creati in superiori parte aeris. Non ergo in cœlo empyreo.

¶ 3 Præt. Cœlum empyreum dicitur esse cœlum supremum. Si igitur angeli creati fuissent in cœlo empyreo, non conuenisset eis in superius cœlum ascendere. Quod est contra id, quod ex persona angeli peccantis dicitur Isa. 14. Ascendam in cœlum.

SED CONTRA est, quod Strabus dicit super illud,* In principio creauit Deus cęlum & terrā. Cęlū nō visibile firmamentū hic appellat, sed empyreum, i. igneū, vel intellectuale, quod nō ab ardore, sed à splendore dicitur. Quod statim factum, angelis est repletum.

RESP. Dicendū, q sicut dictū* est, ex creaturis corporalib. spiritualibus vnū vniuersum constituitur. Vndè sic creatæ sūt spirituales creaturæ, q ad creaturam corporalem aliquē ordinem habēt, & toti creaturæ corporali præsidēt. Vnde conueniens fuit q angeli in supremo corpore crearentur, tanq̃ toti naturæ corporeæ præsidentes, siue id dicatur cęlum empyreū, siue qualiter cūque nominatur. Vnde Isid. dicit, q supremū cęlum est cœlū angelorum, super illud Deut. 8.c. Domini Dei tui est cœlum, & cœlum cœli.

AD PRIMVM ergo dicendum, q angeli nō sunt creati in loco corporeo, quasi depēdentes à corpore s̄m suum esse, vel s̄m suum fieri. Potuisset enim Deus, angelos ante totam creaturam corporalē creasse, vt multi sancti Doctores tenent. Sed facti sunt in loco corporeo, ad ostendendum ordinem eorum ad naturam corpoream, & quòd sua virtute, corporea contingunt.

AD SECVNDVM dicendum, q Augustinus fortè per supremā partem aeris, intelligit supremam partem cœli, cum quo aer quandā conuenientiam habet, propter suā subtilitatem & diaphaneitatem. Vel loquitur non de omnibus angelis, sed de illis qui peccauerunt, qui secundum quosdam fuerunt de inferioribus ordinibus. Nihil autem prohibet, dicere quòd superiores angeli habentes virtutē eleuatam & vniuersalem supra omnia corpora, sint in supremo creaturę corporeæ creati: alii verò habentes virtutes magis particulares sint creati in inferioribus corporibus.

AD TERTIVM dicendū, q loquitur ibi nō de cęlo aliquo corporeo, sed de cęlo sanctę Trinitatis: In quod angelus peccans ascēdere voluit, dum voluit aliquo modo Deo æquiparari, vt infrà* patebit.

SVPER Q. LXI. ART. IIII.

310 Infrà q6. 102. art. 2. 1. & 4. 1. Et 2. di. 6. art. 3. cor. Et op. 15. c. 17. fi.

CONCL. Conueniēs fuit, q angeli in supremo corpore crearentur tanquam toti naturæ corporeæ p̃sidentes.

¶PROB. Quia sic creatæ sunt spirituales creaturæ: q ad creaturam corporalē, aliquem ordinē habēt, & toti creaturæ corporali p̃sident. (Vide q. 110. ar. &c.)

1^m de minori.

**Lib. 3. super Gen. c. 10. ante med. to. 3.*

Non depēdet. & Habet tamen ordinem ad naturam corporeā, & eā virtute sua contingit. §. Tunc &c. vt patet. Qđ in litera dicitur, Deum potuisse creare angelos ante mundum visibilē, vt &c. est ac si diceretur: si de facto Deus tunc illos creasset (vt Græci tenēt), patet quòd eorum fieri non dependeret à corpore. Alioqn, si sumatur ly potuisset pro posse absolutè, cuā Latini id tenent.

** Refer' in glossa ordinaria super hoc verbū. & in com. Ge. cap. 1.*

2^m de antecedente. Aeris. &. i. Cœl cōueniētiam aliquam; licet non proprietatem, cū aere habentis. §. Tunc n. hil &c. vt patet.

**Art. præced.*

¶NOT. Similē locutionē huic dicto Augustini, iuxta hoc responsum, habes in D. Thoma; vbi super Ioan. 12. le. 4 Philippū Samaritis conuertentē dicit fuisse Apostolū, qui tamen in libro Magistri Sentent. 4. d. 2. q. 2. 4. multipliciter defendit: q (sicuti res est) non Apostolus, sed Diaconus erat. Intelligit ergo super Ioannem ly Apostolum, per conuenientiam ratione prædicationis, & miraculorum; quæ dona Apostolis veris eum similem faciebant; in Sententiarum autem libro accipit ly Apostolum, per proprietatem.

Item de antecedente. Angeli. &. Inferiores non, superiores. §. Tunc &c. Conclusioni. n. sufficere potest: q aliqui angeli, puta superiores, in cœlo empyreo sint creati. Vide secundum responsum ly vel loquitur non de &c.

3^m de antecedente. Supremū, &. In genere corporum; non, absolute. §. Tunc &c. stat. n. quòd angelus ille, de quo argumentū, fit factus in cœlo supremo corporali; & post voluerit ascendere in cęlum supremum absolutè.

APPENDIX.

EX art. habes primò, quomodo per rationē ostēdas, rectè dictū à Ps. 148. Laudate eū cœli cœlorum. Hoc est (s̄m expositionē aliquorū Doctorū), Laudet eum cęlū empyreū (hoc prę nobilitate sua vocatur plural'r cœli) cū omnibus Angelorū ordinib. & hierarchijs. Innuit ergo probabil'r Psalmus ille, angelos fuisse ibi creatos. Simili rōne potes, meritò dictū ostendere 3. Reg. 8. Si. n. cęli cęlorū te non capiunt &c. & ab Ecclesia clarius, Cœli, cęlorumq; virtutes; & Luc. 21. Virtutes cęlorū mouebunt: & alia huiusmodi. Idem. n. probabiliter innuitur omnibus his in locis: notando q in Psalmo, & Reg. nomine cęlorū, in præfatione autē Eccl. & Luc. nomine Virtutū significantur angeli. Secūdò vides; qūo ex his mirifice firmetur conclusio.

Vtilitas pro Eccle. S. Dei.

Secunda responsio.

** q 63. artic. 3.*

Comm. Cardinalis Caietani.

TItulus clarus est.

¶In corp. vna cōclusio affirmatiua, Angeli sunt creati in cęlo empyreo, seu supremo. Et probatur: quia sunt creati vt partes vnius vniuersi cū corporibus: ergo vt habētes aliquē ordinem ad creaturam corporalem: ergo vt præsidētes toti naturę corporeę: ergo conuenienter in supremo corpore. Et omnia clara sunt.

Aegid. 2. s. d. 4. q. 1.
D. Bon. d. 4. ar. 1. q. 1.
Scot. d. 5. q. 2.
Tho. Arg. d. 4. q. 1. art. 1.
Capr. 2. dist. 5. q. 1. con. 1.
Bannes q. 62. art. 1.
Alb. Mag. 2. d. 4. ar. 2.

QVAESTIO LXII.

De perfectione angelorum in esse gratiæ & gloriæ, in nouem articulos diuisa.

COnSEQVENTER inuestigandū est, quomodo angeli facti sunt in esse gratiæ, vel gloriæ.

ET circà hoc quæruntur nouem.

¶ Primò, Vtrum angeli fuerint in sua creatione beati.

¶ Secundò, Vtrum indiguerint gratia ad hoc, quòd ad Deum conuerterentur.

¶ Tertiò, Vtrum fuerint creati in gratia.

¶ Quartò, Vtrum suam beatitudinem meruerint.

¶ Quintò, Vtrū statim post meritū, beatitudinem adepti fuerint.

¶ Sextò, Vtrum gratiā & gloriam

SVPER Q. XLII. ART. I.

CONCL. 1. Quantū, ad fęlicitatē, quam angelus assequi virtute suæ naturæ potest, fuit creatus beatus.

¶PROB. Quia perfectionē huiusmodi (.s. perfectissimè, quantum fieri naturæ viribus potest, contēplari Deum) angelus non acquirit per aliquem motū discursiuum; sed statim ei adest propter naturæ suæ dignitatem.

¶CON-

¶ Concl. 2. Vltimam beatitudiné, quæ facultatem naturæ excedit, Angeli non statim in principio suæ creationis habuerunt.

¶ Prob. Quia hæc beatitudo (scilicet contemplari, seu uidere Deum, sicuti est) nó est aliquid naturæ, sed naturæ finis superexcedens. q. 12. ar. 4.

1^m de antecedente. Qua. ℞. Scilicet beatitudine naturali, non supernaturali. §. Tūc &c. Nam ex beatitudine naturali, in qua creati sunt, ad beatitudinem supernaturalem ascenderunt. Et ideo illa beatitudo naturalis perfecta est p beatitudinem superuenienté, & quantum ad id quod perfectionis erat in illa naturali, remansit beatitudo naturalis in supereminente beatitudine sequenti. Dicuntur ergo angeli perseuerare in illa beatitudine, qua creati sunt, non quia illa beatitudo prior fuerit supernaturalis, sicut ista posterior, quā nunc habent, sed quia illa prior beatitudo saluatur eminenter (idest nobiliori modo) in illa posteriori, licet non formaliter (idest eodé modo.) Ac si diceremus. Circumcisio, quæ data est antiquis Patribus, in Christianis, perseuerat. Hoc dictum utiq; verificaretur tantū in hoc sensu, quod in baptismo, q successit carnali circumcisioni, continetur eminéter quicquid perfectionis erat in circumcisione illa, & ideo illa diceretur perseuerare non quidem in se, sed in suo perfectiori. Aliud est enim perseuerare, & aliud est modus perseuerandi. Perseuerat igitur & circuncisio illa, & beatitudo illa, sed neque circuncisio, neque illa beatitudo, perseuerat modo illo suo priori. Sic de aliis huiusmodi rebus antiquis dicito. Quia enim noua lex, quæ ueteri succedit, perpetuo durabit inquantum nulla alia succedet sibi ideo in æternum dicuntur durare antiqua, dum in nouis modo dicto remanent.

2^m de minori. Perfecta ℞. virtute naturali germinatiua, non secundum capacitatem suorum naturalium receperint.

[Margin: 311 2. d. 4. a. 1. & quol. 9. q. ar. 3. cor. c. 59. to. 3. inter opera Aug. — li. 1. c. 15. parū a princ. to. 3. — Exemplū. — li 4 super Gen. c. 34. & 22. & li. 5 cap. 5. — Pro intelligendis scriptu. is ly in fœdus æternum, sempiternum.]

¶ Septimo, vtrum post consecutionem gloriæ, remanserit in eis dilectio, & cognitio naturalis.

¶ Octauo, vtrum postmodum potuerint peccare.

¶ Nono, vtrum post adeptionem gloriæ, potuerint proficere.

ARTICVLVS I.

Vtrum angeli fuerint in sua creatione beati.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur, quod angeli fuerint creati beati. Dicitur enim in li. de Eccl. dog.* quod angeli qui illa in qua creati sunt beatitudine, perseuerant, non natura possident bonum quod habent. Sunt ergo angeli creati in beatitudine.

¶ 2 Præt. Natura angelica est nobilior quam corporalis. Sed creatura corporalis statim in principio suæ creationis fuit creata formata, & perfecta, nec informitas præcessit in ea formationem tempore, sed natura tantum, ut Augustin. dicit primo, super Gen. ad lit.* Ergo nec naturam angelicam creauit Deus, informem & imperfectam. Sed eius formatio, & perfectio est per beatitudinem, secundum quod fruitur Deo. Ergo fuit creata beata.

¶ 3 Præt. Secundum Aug. super Gen. ad lit.* ea, quæ leguntur facta in operibus sex dierum, simul facta fuerunt. Et sic oportet, quod statim a principio creationis rerum fuerint omnes illi sex dies. Sed in illis sex diebus (secundum eius expositionem) mane fuit cognitio angelica, secundum quam cognouerunt uerbum, & res in uerbo. Ergo statim a principio creationis, cognouerunt uerbum, & res in uerbo. Sed angeli beati sunt per hoc, quod uerbum uident. Ergo statim a principio suæ creationis angeli fuerunt beati.

SED CONTRA, De ratione beatitudinis est stabilitas siue confirmatio in bono. Sed angeli non statim ut creati sunt, fuerunt confirmati in bono, quod casus quorundam ostendit. Non ergo angeli in sua creatione fuerunt beati.

RESPON. dicendū, quod nomine beatitudinis intelligitur ultima perfectio rationalis, seu intellectualis naturæ, & inde est, quod naturaliter desideratur, quia unumquodque naturaliter desiderat suā ultimam perfectionem. Vltima autem perfectio rationalis seu intellectualis naturæ, est duplex. Vna quidem, quam possunt assequi uirtute suę naturæ, & hæc quoddammodo beatitudo, uel fœlicitas dicitur. Vnde & Arist.* perfectissimam hominis contemplationem qua optimum intelligibile, quod est Deus, contemplari potest in hac uita, dicit esse ultimam hominis fœlicitatem, sed super hanc fœlicitaté est alia fœlicitas, quam in futuro expectamus, quia videbimus Deum sicuti est. Quod quidem est sup. cuiuslibet intellectus creati naturam, ut sup. ostensum est.* Sic igitur dicendum est, quod quantum ad primam beatitudinem quam angelus assequi uirtute suæ naturæ potuit, fuit creatus beatus. Quia perfectionem huiusmodi angelus nō acquirit per d aliquem motum discursiuum, sicut homo, sed statim ei adest propter suę naturę dignitatem, ut supra dictum est.* Sed ultimam beatitudinem, quæ facultatem naturæ excedit, angeli non statim in d principio suæ creationis habuerūt, quia hæc beatitudo non est aliquid naturæ, sed naturæ finis. Et ideo nō statim eam a principio debuerunt habere.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod beatitudo ibi accipitur pro illa perfectione naturali, quam angelus habuit in statu innocentiæ.

AD SECVNDVM dicendum, quod creatura corporalis statim in principio suæ creationis habere nō potuit perfectionem, ad quam per suam operationem perducitur. Vnde secundum Aug.* germinatio plantarum, ex terra non statim fuit in primis operibus in quibus uirtus sola germinatiua plantarum data est terra. Et similiter, creatura angelica in principio suę creationis habuit perfectionem suæ naturæ, non autem perfectionem, ad quam per suam operationem peruenire debebat.

AD TERTIVM dicendum, quod angelus duplicem habet uerbi cognitionem, una naturalem, & alia gloriæ. Naturalem quidem, qua cognoscit uerbum per eius similitudinem in sua natura relucentem. Cognitionem uero gloriæ, qua cognoscit uerbum per suam essentiam. Et utraque cognoscit angelos res in uerbo. Sed naturali quidem cognitione imperfectè, cognitione uero gloriæ perfectè. Prima ergo cognitio rerum in uerbo affuit angelo a principio suæ creationis, secunda uero non, sed quando facti sunt beati per conuersionem ad bonum. Et hæc propriè dicitur cognitio matutina.

non perfectione p operationem propriā consequenda. §. Tunc &c. Sic enim fuit de Angelis, vide literam. Et cognosce hinc qd similitudo in argumento addu cta stat pro conclusionibus nostris.

3^m de minori vltima. Verbum. ℞. per essentiam uerbi, non per similitudinem uerbi in natura creaturæ relucente, §. Tūc &c. Nam angeli a principio uiderunt uerbum secundo modo tantum.

*[Margin: *li. 10. Eth. c. 7 & 8. tomo 5. — q. 12. ar. 4. & q. 23. ar. 1.]*

APPENDIX.

EX articulo habes primo, quomodo per rationem cōfundas hæresim Begardorum dicentem, q omnis intellectualis natura est in seipsa naturaliter beata. Nec obuiari potest dicēdo, hanc Begardos intelligere de beatitudine, quæ non est ultima, quoniam non damnaretur a Concilio uniuersaliter (ut uidebis,) cum saltem angeli beatitudinem quæ non est ultima statim naturaliter in seipsis habuerint. Ergo si angeli nō sunt creati beati (ut dicitur hic) & tamen sunt creaturæ intellectuales sequitur apertissimé, quod natura intellectualis non est in seipsa naturaliter beata. Nam si esset sic beata, tunc necessario sequeretur, Angelos creatos fuisse beatos, immo ipsos non potuisse non creari beatos, ex quo natura intellectualis creabantur. Taceo, quod si poneretur creati in beatitudine tunc, cum de ratione beatitudinis quam ponimus sit confirmatio in gratia, peccatum in Angelis postmodum cadere non potuisset, quod est hæresis manifesta. Cæterum ad id, unde digressi sumus. Secundo igitur habes, quomodo per rationem demonstres, Begardorum fantasiam illam merito fuisse in Concilio Viennensi damnatam a Papa Clemente Quinto,

[Margin: Vtil. p S. Eccles. D. 142. — q. 58. ar. 3. & 4. D. 135. — li. 8. super Gen. c. 3. a med. c. 3. & li. 5. de Gene. lit. c. 24]

abiretur infinitum, si indigeret angelus gratia ad conuersionem talem.

APPENDIX.

Vid. p S. Eccle.

Ex articulo habes primo, quomodo per rationem interimas hæresim Pelagianorum, & Cœlestinorum dicentium. Gratiam non esse abiiciendam uelut prorsus inutilem, sed esse amplectendam, quia illa accedente facilius quis potest saluari. (His uerbis innuunt, sine gratia posse beatitudinem acquiri, licet difficilius, quam cum gratia.) Item heresim Melanthonicorum dicentium. Ad gratiam Dei consequendam hominem (intellige & Angelum) se præparare posse, ex puris naturalibus uiribus. Nam se præparare ad gratiam consequendam est conuerti ad Deum ut obiectum beatificum, & posse saluari præsupponit conuersionem ad Deum. Secundum ergo istos, non indiget homo, & consequenter nec angelus, gratia ad hoc, quod conuertatur in Deum, ut obiectum beatificum, & consequenter iste Sancti Doctoris articulus directè pugnat contra illos. Secundo habes, quomodo per rationem ostendas, meritò hæreses has fuisse damnatas ab Apostolo 2. Cor. 3. Non sumus sufficiẽtes a nobis quasi ex nobis cogitare aliquid. Si enim non sumus sufficientes cogitare, ergo nec uelle: quoniam incogitata uelle non possumus: si nõ uelle, ergo nec operari, quoniam operari humanum (idem semper hic de angelis facito iudicium) præsupponit & uelle & cogitare. Sed sufficientia (subdit Apostolus) nostra ex Deo est. Non dicit tantum facilitas (ut Pelagius) nostra ex Deo est. Item a Concilio Arausicano sub Leone primo, sic cap. tertio, dicente: si quis inuocationem humanam gratiæ Dei dicit posse fieri, non autem ipsam gratiam facere, ut inuocetur a nobis, contradicit Esaiæ Prophetæ, uel Apostolo idem dicenti, inuentus sum a non quærentibus me, palam apparui his, qui me non interrogabant. Et cap. sexto. Siquis sine gratia Dei credentibus uolentibus desiderantibus & pulsantibus nobis misericordiam dicit conferri, non autem diuinitus, ut credamus, uelimus, uel hæc omnia (sicut oportet) agere ualeamus, per infusionem & inspirationem sancti spiritus in nobis fieri confitetur. Aut humilitati uel obedientiæ humanæ subiũgit gratiæ adiutorium, nec ut obedientes, & humiles simus ipsius gratiæ donum esse consentit, resistit Apostolo dicenti. Quid habes, quod nõ accepisti? &, Gratia Dei sum id, quod sum, & c. 22. Nemo habet de suo nisi mendacium & peccatum. Hæc ibi. Vide hoc totum Concilium uerè Aureum. Item a Concil. Mileuitano c. 4. Quisquis dixerit, gratiam Dei propter hoc tantum nos adiuuare, quia per ipsam nobis reuelatur intelligentia mandatorum, ut sciamus quid appetere, quid uitare debeamus, non autem per illam nobis præstari, ut quod faciendum cognouerimus, etiam facere diligamus, atque ualeamus. Anathema sit. Hæc ibi. Item a Conc. Trid. sess. 6. can. 1. Si quis dixerit, hominem in suis operibus, per naturæ uires posse absque diuina gratia iustificari coram Deo. Anathema sit. & 2. si quis dixerit ad hoc solum gratiam dari, ut facilius homo iustè uiuere, ac uitam æternam promereri possit, quasi per lib. arbitriũ sine gratia utrũque, sed ægrè tamen & difficulter, possit. Anathema sit. (Concordat cum Mileuitano cap quinto.) & canon. tertio. Siquis dixerit, sine preueniente Spiritussancti inspiratione & adiutorio hominem credere, sperare, diligere, aut pœnitere posse, sicut oportet, ut ei gratia iustificationis conferatur, Anathema sit. Hæc ibi, & ne istas Ecclesiæ definitiones angelis applicare detrectes, quia tunc non peccauerant, audi de natura sine peccato. Concilium Arausicanum cap. 19. loquens sic. Natura humana, etiam si in illa integritate maneret in qua condita est, nullo modo seipsam creatore suo non adiuuante seruaret. Hæc ibi. Si ergo iuxta Concilium natura creata etiam integra, sine adiutorio Dei peccaret, multo utique magis sine tali adiutorio se in Deum conuertere non posset. Tertio uides, quomodo ex his uicissim Angelica firmetur conclusio præsens, atque declaretur.

Comm. Cardinalis Caietani.

In titulo aduerte, quod conuerti in Deum, nihil aliud est, quã habere actum uoluntatis, quo uoluntas tendat rectè in Deũ, ut beatitudo supernaturalis est quocumque id modo eueniat. ut in responsione ad tertium dilucidatur. Gratia autem hic sumitur communiter pro gratuito dono Dei, gratuitũ autem dicitur, quod non debetur naturæ, sed gratis datur.

¶ In corpore una est conclusio affirmatiua. Angelus non potest conuerti in Deum, nisi adiutus auxilio gratię. Et probatur, quia nulla uoluntas potest ferri in id quod est supra facultatem naturæ uolentis, nisi adiuta ab eo quod potest in illud. sed ultima beatitudo excedit facultatẽ cuiusq; naturæ creatæ. ergo. Maior probatur dupliciter. Primo, quia ois motus uoluntatis initiatur ex motu eius naturali, ac per hoc non se extendit supra illum. Secundo, declaratur in igne respectu calefactionis & generationis carnis. Minor uero probatur, quia uisio Dei per essentiam excedit omnem naturam creatam. ut in quæstio. duodecima probatum fuit.

Aegid. 2. s. distin. 4. q. 1. ar. 4.
D. Bon. distin. 4. art. 1. q. 3.
Thom. arg. dist. 4. q. 1. artic. 2.
Cap. 2. d. 4. q. 1. con. 5. in fine.
Bannes ar. 3.
Alb. Mag. 2. d. 3. art. 11.

313 2. 2. q. 5. ar. 1. cor. & 2. d. 4. ar. 3. & d. 5. q. 2. ar. 2. corp. & quo. 9. q. 4. ar. 3. cor.

SVP. Q. LXII.

ART. III.

Concl. Probabilius uidetur tenendũ, & magis dictis sanctorum consonum est, quod Angeli fuerint creati in gratia gratum faciente.

¶ Prob. Quia omnia, quæ in processu tẽporis a creaturis producẽda erant, in ipsis creaturis in principio suæ conditionis sunt creata secundum seminales rationes (ut de arborib. huiusmodique patet), & gratia gratum faciẽs ad beatitudinem, ad quam consequendam Angeli ordinabantur processu temporis cõparatur, sicut ratio seminalis in natura ad effectum naturalem.

ARTICVLVS III.

Vtrum angeli sint creati in gratia.

Ad tertium sic proceditur. Videtur, quod angeli non sint creati in gratia. Dicit. n. Aug. 2. super Gen. ad lit. quod angelica natura primo erat informiter creata, & cœlum dicta. Postmodum uerò formata est, & lux appellata, sed hæc formatio est per gratiam. Ergo non sunt creati in gratia.

¶ 2 Præter. Gratia inclinat creaturam rationalem in Deum. Si igitur angelus in gratia creatus fuisset, nullus angelus fuisset a Deo auersus.

¶ 3 Præter. Gratia medium est inter naturam & gloriam. Sed angeli non fuerunt beati in sua creatione. Ergo uidetur quod nec etiã creati sint in gratia, sed primo in natura tantum, postea autem adepti sunt gratiam, & ultimo facti sunt beati.

Sed contra est, quod August.* dicit 12. de Ciuitate Dei. Bonam uoluntatem quis fecit in angelis, nisi ille qui eos cum sua uoluntate, idest cum amore casto quo illi adhærent, creauit, simul in eis condens naturam, & largiens gratiam.

*li. 12. de ci. Dei, ca 9. a med. to. 3.

Respon. dicendũ, quod quãuis super hoc sint diuersæ opiniones, quibusdam dicentibus, quòd creati sunt angeli in naturalibus tantum, aliis uero quod sunt creati in gratia, hoc tamen probabilius uidetur tenendum, & magis dictis sanctorum consonum est, quod d fuerunt creati in gratia gratum faciente. Sic enim uidemus quod omnia quæ processu temporis per opus diuinæ prouidentiæ creata a Deo operante sunt producta, in prima rerum conditione producta sunt secundum quasdam seminales rationes, ut Augustin. dicit super Genes.* ad lite. sicut arbores, & animalia, & alia huiusmodi. Manifestum est autem, quod gratia gratum faciens, hoc modo comparatur ad beatitudinem, sicut ratio seminalis in natura, ad effectum naturalem. Vnde primo, Ioan. tertio. Gratia semen Dei nominatur. Sicut igitur secundum opinionem Augustini, ponitur, quod statim in prima creatione corporalis creaturæ, inditæ sunt ei seminales rationes omnium naturalium effectuum, ita statim a principio sunt angeli creati in gratia.

D. 149.

*lib. 8. c. 3. to. 3. & 5. de Gen. ad lit. c. 14.

1m de maiori. Primò. ℞. Vel prioritate temporis, uel prioritate solum naturę. secundum scilicet diuersam formationis acceptionē. §. Tunc &c. Nam respectu gratiæ prioritatem naturæ solū dicit, & sic restat, quod angeli a principio temporis fuerint in gratia, quod est esse creatum in gratia.

2m de antecedente. Inclinat. ℞. per modum liberum, non per impositionem necessitatis. §. Tunc nihil &c. ut patet.

Disponit suauiter. ¶ Not. Deus dicitur disponere oia suauiter: quia omnia gubernat secundum modum naturæ omnium. Si ergo per gratiam naturis liberis, idest intellectualibus, imponeret necessitatem, ita quod non possent huiusmodi naturæ, & a gratia, & ab usu eius resilire, tunc dispositio illa suauis, qua omnia regit, in nobilioribus operibus Dei (qualis est iustificatio, magnificatio) deficeret, ubi magis, quam in ignobilioribus, debere adesse uidetur. Quo quid inconuenientius? Destruunt ergo operationis diuinæ suauitatem, quicunque uel a gratiæ receptione, uel eius retentione, uel eius usu, uel eius perseuerentia, uel eius &c. libertatē uiatorum secludunt. Dic ergo formaliter mox, post illam glossam responsalem, sic. Tunc nihil &c. Non enim angelus necessitabatur, sed suauiter per gratiam inclinabatur, ad bonum perseuerantiæ. Vnde tamen manebat adhuc liber ad peccandum.

*li. 1. super Gen. c. 15. tom. 3.

Ad primum ergo dicendum, quod informitas illa angeli, potest intelligi uel per comparationem ad formationem gloriæ, & sic præcessit tempore informitas formationem, uel per comparationem ad formationem gratiæ, & sic nō præcessit ordine temporis, sed ordine naturæ, sicut etiam de formatione corporali Aug.* ponit.

Ad secundum dicendū, quod omnis forma inclinat suum subiectum secundum modum naturæ eius. Modus autem naturalis intellectualis naturæ est, ut liberè feratur in ea quæ uult. Et ideo, inclinatio gratiæ non imponit necessitatem, sed habens gratiam potest ea non uti & peccare.

Ad tertium dicendum, quod quamuis gratia sit medium inter naturā, & gloriam ordine naturæ, tamen ordine temporis in natura creata, non debuit simul esse gloria cum natura, quia est finis operationis ipsius naturæ per gratiam adiutæ. Gratia autem, non se habet ut finis operationis, quia non est ex operibus, sed ut principium benè operandi. Et ideo, statim cum natura gratiam dare conueniens fuit.

3m de maiori. Medium. ℞. ordine naturæ, non semper, ordine temporis. §. Tunc &c. stat enim quod sit gratia medium ordine naturæ inter illa, etiam quod simul tēpore cum natura data fuerit.

APPENDIX.

Vtilit. pro S. Eccles.

Ex articulo habes, primo, quomodo per rationem ostendas, scripturam Iob 40. (Ipse Behemoth est principium uiarum Dei,) & Ezech. 31. (cedri non fuerunt altiores illo in paradiso Dei Abietes non adæquauerunt summitatem eius. Platani non fuerunt æquales frondibus eius, omne lignum pretiosum paradisi Dei non est assimilatum ei, & pulchritudini eius, quoniam spetiosum fecit eum in multis condensis frondib.) & 28. (Tu signaculum similitudinis plenus sapientia, perfectus decore in delitijs paradisi Dei fuisti, omnis lapis pretiosus operimentum tuū &c. Aurum opus decoris tui &c. Tu cherub extentus, & protegens in monte Sancto Dei, & in medio lapidum ignitorum perfectus ambulasti) ritè probabiliter expositā (ut facit B. Gregorius, & recitatur in decretorum lib. De pœnit. d. 2. Principium) dicere, q̄ angeli sunt creati in gratia. Pro quo nota ly. In medio lapidū ignitorū .i. (ut hic inquit S. ille Papa) inter Angelorum corda charitatis igne succensa. Et nota glossam ibi ante principiū loquentē sic. Intendit B. Gregorius in hoc c. multum commēdare Luciferum, ostendendo eius perfectionē dignitatem & excellentiam, quam in charitate, & in aliis gratuitis donis, & naturalib. habuit ante lapsū, & hoc facit inducendo authoritatem Iob & Ezech. &c. Secundo igitur per rationem mōstrare potes, quodritè Dominus de diabolo loquens dixit Io. 8. In ueritate nō stetit. Non dicit, in ueritate non fuit, sed ibi nō stetit. Quasi diceret. In gratia Dei, cui soli ferme authonomatice ueritas est, fuit in principio ortus sui (iuxta illud. Isaiæ 14. Quomodo cecidisti de cęlo Lucifer, q mane oriebaris?) Sed in gratia illa non perseuerauit. Quia uero secundum regulam Iuristarum, non dicitur ueuisse qui non stetit, ideo Ioannes Papa 16. q. 2. Visis literis. Ait de diabolo sic. Dolet satis erubescit. Charitatem, quam in cęlo nequiuit habere, homines constantes ex lutea materia tenere in terra. Hęc ibi. His enim Papa sumit ly habere, pro in habita perseuerare, seu p perseueranter habere. In cuius signum est contextus, glossa, & reuerentia ad B. Gregorium. Contextus enim ad ly habere contraponit ly tenere, & non contraponit aliud habere. Quasi dicat. Ego hic loquor non de quocunque habere, sed de habere tenendo. Vnde & glossa ibi introspiciens sensum Pontificis in contextu significatum, post allatam apparentem contrarietatem inquit, sed dic, quod (diabolus scilicet) non potuit habere charitatem perseuerantem, arg. extra de signi uerb. Nam & ego. In hoc capitulo a glossa ipsa allegato inducitur auctoritas illa Salomonis. Nam & ego filius fui tenellus & unigenitus coram matre mea, & a Diuo Hieronymo ibi exponitur, quod Salomon dicit se unigenitum matris suæ Bersabææ, quia ille alter filius matris huius uix natus obijt diē. Ecce. Veraciter filius hic ante Salomonē ortus ex eadē matre eodemque patre fuit, & tamen quia non diu in uita præsenti durauit, quasi pro non nato habetur. Ergo (uult dicere glossa) sic diabolus, licet uerè in gratia ortus, idest creatus sit, dicitur non habuisse charitatem, quia quasi non habuit, qui tam cito eam perdidit. Deinde non est uerisimile, quod Pontifex iste Ioannes uoluerit in suis decretis contradicere B. Gregorio in cap. Principium, quem ut Sanctum & Doctorem & papam successores semper uenerati sunt. Tertio uides, quomodo ex his uicissim Angelica stabiliatur conclusio, atque declaretur.

D. 723. D. 819.

Comm. Cardinalis Caietani.

In titulo hoc solum aduertendum est, quod hic est sermo de gratia gratum faciente.

¶ In corpore duo facit. Primo, duas refert opiniones cōtrarias Secundo, affirmatiuam ostendit esse probabiliorem tali ratione. Omnia, quæ processu temporis diuina prouidentia facta sunt in prima rerum conditione, secundum quasdam rationes seminales producta fuerunt, ergo & beatitudinis status secundum gratiam productus fuit in creaturis intellectualibus, quemadmodum naturales effectus uirtualiter in creaturis corporalibus. Antecedens probatur authoritate Aug. consequentia fundatur super authoritate Ioannis, dicentis gratiam esse rationem seminalem beatitudinis, & super proportionalitate naturalium & supernaturalium.

Scot. 2. s. d. 5. q. 1.
Ricar. 2. s. d. 6. q. 2.
Mairo. 2. s. d. 4. 5. q. 1.
Aegid. 2. s. d. 5. q. 2. ar. 2.
D. Bon. d. 5. q. 2.
Riccar. d. 5. q. 4.
Cap. 2. d. 5. q. 1. con. 5.
Bannes ar. 4.
Alb. Mag. 2. d. 5. ar. 7.

ARTICVLVS IIII.

Vtrum angelus creatus suam beatitudinem meruerit.

Ad quartum sic proceditur. Videtur, q̄ angelus creatus, suam beatitudinem non meruerit. Meritum. n. est ex difficultate actus meritorii. Sed nullam difficultatem angelus habuit ad bene operandum. Ergo bona operatio non fuit ei meritoria.

¶ 2 Præt. Naturalib. non meremur. Sed naturale fuit angelo, q̄ conuerteretur ad Deum. Ergo per hoc nō meruit beatitudinem.

¶ 3 Præt. Si angelus beatus beatitudinē suā meruit, aut ergo antequā eā haberet, aut post, sed non ań, qa (ut multis uidetur) ante nō habuit gratiam, sine qua nullum est merito gratiam prius habitam Angelus beatitudinem meruit.

¶ Prob. 1. Quia aliter, Angelus uel habuisset gloriā sine merito, quod est contra rōnem beatitudinis, uel si cando meruisset beatitudinem per opera facta in beatitudine, qd̄ est contra rationē meriti, uel tertio eodē actu inquan-

314 a d. 5. q. 2. ar. 2. & quo li 9. q. 4 ar 16. 3.

SVP. Q. LXII. Art. IIII.

Concl. Dicendum est, quod p gra-

inquantum est ex libero arbitrio meruisset, inquantum autem ad finem pertingit, beatus fuisset, quod est falsum (cum actus inquantum est ex libero arbitrio non possit esse meritorius, nisi gratia informetur, & non possit simul informari gratia imperfecta, & pfecta.)

1^m de maiori.

Difficultate. R. prouenie͂te uel ex impedime͂to, uel ex transcendentia obiecta. §. Tunc &c. Nam secundum hoc tantum facit difficultatem in Angelo sup. ar. 2. ad secundum.

2^m de minori.

Conuerteretur. R. Conuersione naturali, non conuersione charitatis. §. Tunc &c. Quid sit conuersio naturalis, vel charitatis in Deum supra ar. 2. ad primum.

3^m de minori.

Post concl. 1. Sed non ante. R. Negatur. §. Ad probatione͂ dicitur (ut ex textu corp. colligi potest): quod illi multi non bene sentiunt dicendo: Angelos non habuisse gratiã añ gloriã.

*ar. 1. & 2. huius q. & q. 12. ar. 4. & 5.

¶ Not. Angelos a principio creatio͂is gratiam non habuisse, sic tamen quod eam post instans creationis ante gloriam habuerint, est opinio tractata in ar. 3. (ut inde trahitur) probabilis, Angelos autem non habuisse gratiam in aliquo instanti ante gloriam, est opinio hic tractata, in argumento adducta, & tanquam non sustentabilis reprobata.

ritum; nec etiam post, quia sic etiam modo mereretur, quod uidetur eẽ falsum, quia sic minor angelus merendo ad superioris angeli gradum posset pertingere, & non essent stabiles distinctiones graduum gratiæ, quod est inconueniens. Non ergo angelus beatus suam beatitudinem meruit.

SED CONTRA, Apoc. 21. dicitur, ꝙ mensura angeli in illa cœlesti Hierusalem est mensura hominis. Sed homo ad beatitudinem pertingere non potest, nisi per meritum. Ergo neque angelus.

RESPON. dicendum, quod soli Deo beatitudo perfecta est naturalis, quia idem est sibi esse & beatũ esse. Cuiuslibet autem creaturæ eẽ beatum, nõ est natura, sed ultimus finis. Quælibet autẽ res ad ultimum finem per suam operationẽ pertingit, quæ quidem operatio in finem ducens, uel est factiua finis, quando finis non excedit uirtutem eius qd operatur propter finem, sicut medicatio est factiua sanitatis, uel est meritoria finis, quando finis excedit uirtutem operantis propter finem. Vnde expectatur finis ex dono alterius. Beatitudo autem ultima, excedit, & naturam angelicã, & humanam, ut ex dictis patet. *Vnde relinquitur, ꝙ tam homo quã angelus suam beatitudinem meruerint. Et si quidem angelus in gratia creatus fuit, sine qua nullum est meritum, absq; difficultate dicere possumus, ꝙ suam beatitudinem meruerit. Et similiter si quis diceret, qd qualitercunque gratiam habuerit antequã gloriam. Si uero gratiã non habuit antequam esset beatus, sic oportet dicere, quod beatitudinem absque merito habuit, sicut nos gratiam, ꝙ tamen est contra rationem beatitudinis, quæ habet rationem finis, & est præmium uirtutis, ut etiam Philosophus dicit in 1. Ethic. *Vel oportet dicere quod angeli merentur beatitudinem per ea, quæ iã beati operantur in diuinis ministeriis, ut alii dixerunt, quod tamen est contra rationem meriti. nam meritum habet rationem uiæ ad finem. ei autẽ qui iam est in termino, non conuenit moueri ad terminum, & sic nullus meretur quod iam habet. Vel oportet dicere quod unus & idem actus conuersionis in Deum, inquantum est ex libero arbitrio, est meritorius, & inquãtũ pertingit ad finẽ est fruitio beata. Sed nec hoc d etiam uidetur esse conueniẽs, quia lib. arb. non est sufficiens causa meriti. Vnde actus non d potest esse meritorius secundum quod est ex libero arbitrio, nisi inquantum est gratia informatus. Nõ autem simul potest informari gratia imperfecta quæ est principium merendi, & gratia perfecta, quę est principium fruendi. Vnde non uidetur esse possibile quod simul fruatur, & suam fruitionem mereatur. Et ideo melius dicendum est, quod gratiam habuit angelus antequã esset beatus, per quam beatitudinem meruit.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod difficultas bene operandi nõ est in angelis ex aliqua contrarietate, uel impedimento naturalis uirtutis, sed ex hoc, quod opus aliquod bonum est supra uirtutem naturæ.

AD SECVNDVM dicendum, ꝙ conuersione naturali angelus non meruit beatitudinem, sed conuersione charitatis, quæ est per gratiam.

AD TERTIVM patet responsio ex dictis.

ARTI-

APPENDIX.

Vtil. p S. Eccles.

EX articulo habes primo, quomodo per rationem ostendas, recte dictum a scripturis Apoc. 21. Mensura hominis quæ est mensura angeli. Ibi ad literam tractatur de cęlesti ciuitate Hierusalem, & de possessuris eam. Sicut ergo homo per merita acquirit uitam æternam (contra Lutherum, Melanctonem, & nonnullos alios hæreticos specialiter suo loco 1. 2. q. 114. artic. 3. damnandos), ita & Angelus recte dicitur ab Apocal. 12. factum est &c. Michael, & Angeli eius præliabantur cum dracone, & draco pugnabat, & Angeli eius, & non ualuerunt, neque locus inuentus est eorum amplius in cęlo. Hoc enim bellum adinuicem est uelle uolũtate sua subesse Deo quod utique fuit meritũ in angelis bonis gratia sic utentibus, & nolle subesse Deo, quod utique fuit demeritum in Angelis malis gratiam abijcientibus. Itẽ.

*li. 1. Eth. ca. 9. circa princ. t. 5.

D. 880. D. 884.

D. 154.

2 Secundo habes, quomodo per rationem ostendas, recte dictum a philosopho secundo de cęlo. Eorum, quæ nata sunt habere bonum perfectum, aliquid habet sine motu. (Hoc solius Dei est), aliquid unico motu. (Hoc Angelorum) aliquid pluribus motibus. (Hoc hominum). Per motus intelligit operationes, quæ merita dicuntur etiam apud eum dicentem, primo, Ethicor. capitulo nono. Beatitudo est pręmium virtuosarum operationũ. Infer ergo sic. Si philosophus uult, beatitudinem naturalem perfectam non dari Angelo sine meritis multo magis hoc de beatitudine eius supernaturali (si hanc cognouisset) sentire se, dixisset, & multo magis hoc nobis de Angelis, iuxta etiam ipsius auctoritatem illam, dicendum est.

In cor. art.

3 Tertio uides, quomodo ex his uicissim Angelica firmetur conclusio.

Comm. Cardinalis Caietani.

TItulus clarus est.

¶ In corpore duo facit. primo respondet quæsito affirmatiue, ostendendo ꝙ angelus meruit suam beatitudinem. Sc͂do ostendit hoc idẽ ex diuersitate modorum hñdi beatitudinem in angelis.

¶ Quoad primum lustrat tres modos, quib. posset imaginari qd esse beatum conuenit alicui, scilicet, aut per naturam sine operatione media, sicut esse risibile conuenit homini. Aut per operationem sufficientem ex ui naturæ ad faciendum esse beatum. Aut per operationem expectantem ex alterius dono beatitudinis præmium. Et fundatur sufficientia distinctionis horum modorum super hoc, quod beatitudo perfecta, est ultimus finis. talem enim oportet aut naturaliter inesse, aut per operationem acquiri. Sed cum soli Deo sit naturalis, in quo solo idem est esse, & beatum esse, idest substantia & beatitudo, reliqua per operationem beatitudinem assequuntur. Et cum non per operationem sufficientem ex ui naturæ operantis, quia finis hic excedit uirtutem operantis, relinquitur quod per operationem meritoriam, quod erat probandum.

¶ Circa prædicta aduerte primo, quod hæc dicta, accipienda sunt simpliciter de beatitudine in ordine ad puras creaturas, sic enim omnia consonant, alioquin inficiationi esset locus, quoniam si ad Christum spectemus nec prima distinctio est sufficiens, quoniam beatus est nec per naturam nec per aquisitionem, sed ex simplici dono per assumptionem. Nec beatitudo eius habet præmij rationem sed communicatę fęlicitatis absque merito, quia quod in Maria natum est, non qualecunque natum est, sed sanctum natum est.

¶ Circa hunc articulum aduerte secundo, quod inter decisiones huius articuli, & determinationem factam in 2. sent. d. 1. hæc est differentia, qd S. Th. ibi quidem sub dubio relinquit, an angeli sint creati in gratia, & defendit quartam opinionem, hic autẽ amplectitur opinionem, quod angeli præhabuerunt gratiam, & reliquas omnes improbat. Et ut inferius, q. 63. ar. 6. ostendetur, opinio S. Th. ex utrisque dictis hic, scilicet & ibi conflatur.

¶ Quoad 2m, circuit quatuor modos quibus imaginari potest, angelum meruisse beatitudinem. Primo, habendo gratiam prius non solum natura, sed duratione, q̃ beatitudinẽ. Ex hoc mõ, nul-

lus est scrupulus. Vel habendo beatitudinem absq; præcedẽte gratia, & sic oportet aliquod horum triũ dicere, uel absque merito, uel p actus consequentes beatitudinẽ, uel ꝙ unus & idem actus fuit meritorius, & fruitio beata, sed nihil horum pōt dici. ergo, relinquitur primum. Sufficientia distinctionis satis facilè patere potest, quoniam aut angeli acceperunt beatitudinem sine merito, & sic est secundum membrum. Aut cum merito & tunc uel præcedente, & sic est primum membrum, uel simultaneo, & sic est quartum, uel consequente, & sic est tertium. nec potest quintus modus imaginari. Destructio autem singulorum trium modorum, satis plane habetur in litera, quia carere merito est contra rationẽ præmij. consequi autem præmium, est contra rationem meriti. Eundem uerò actum mereri, & frui, est contra rationem gratiæ fruentis & meriti, quia illa perfecta, ista imperfecta est.

¶ Circa hanc partem aduerte, quod Sco. in 2.d.5. consentiens conclusioni dicit, hanc ultimam rationem ad quartum membrũ excludendum non cogere, quia falsum est, quod gratia merentis sit necessario imperfectior gratia fruentis, quamuis usus eius sit in patria perfectior quàm in uia. Stat.n. æqualem gratiam habere aliquem in via, & in patria.

¶ Sed ad hoc dicendũ est, ꝙ quicquid sit de hac qōne, an possibile sit gratiam uiatoris æquari ſm essentiam gratiæ comprehensoris, qm̃ hoc exigit specialẽ qōnem, ratio S. Th. non se restrinxit ad perfectum, & imperfectum ſm essentiam, sed simpliciter & absolutè assumpsit gratiam fruentis, oportere esse perfectam, merentis uerò imperfectam, quod quo ad statum, dubium non habet, quoniam illa est in statu consummato, ista non. Et similiter quoad actũ & hoc sufficit in proposito, ut ipsemet Sco. fatetur ibidem.

¶ Circa eandem rationem aduerte, quod uidetur quod hæc ratio S. Thom. efficax non sit, sed soluta sit ab ipsomet in Quolibet. 9. art. 8. ubi expresse dicit, quòd ex mereri & beatum esse simul, non sequitur. ergo gratia perfecta & imperfecta simul, sed ergo gratia perfecta & terminus gratiæ imperfectę simul. Sed hoc non est ita, quoniam ibi loquitur de mereri, ut termino uiæ, hic uero de mereri, ut in uia, ut plenius patebit in quæstione sequente articulo sexto.

Cap. 2. d. 5. q. 1. con. 4. Bannes ar. 5.

SVP. Q. LXII.

ART. V.

CONCL. Angelus post primum actũ charitatis, quo beatitudinem meruit, statim beatus fuit.

¶ PROB. Quia sicut Angelus ex sua natura habet ordinem ad perfectionem naturalẽ, ita ex merito habet ordinem ad gloriam. Et hoc est proprium naturæ Angelicæ, quòd perfectionem naturalẽ nõ per discursum acquirat, sed statim per naturam habeat.

1^m de maiori.

Homini ℞. Nato adipisci per longiorem viam beatitudinem, non nato adipisci illam per vnum actum statim. §. Tunc &c. Non enim est simile, de Angelo, & homine, in hoc. Meretur homo uno actu illam (ut in corpore) non autem meretur illam uno actu, ita ut statim illam adipiscatur (ut hic ad primum.) Nam hic accipit mereri pro adipisci: quando dicit ly ad merendum beatitudinem. Quoniã argumentum loquitur de præmiari hominis.

2^m de conclusione.

In primo. ℞. Negatur, sed dicendum. Post primũ §. Tũc &c. Nam in primo instanti non potuit esse simul actus ille duplex, sed in illo primo meruerunt, infra 62. 5. quartum, & post primum non mortificãtes illud meritum beatificati sunt.

3^m de maiori.

Multa media. ℞. Nisi de natura unius distantis sit: quòd statim suã perfectionem, ad quã ordinatur, per unũ medium consequatur. §. Hoc ergo argumẽtum concludere potest de homine tantum. Ergo nihil contra.

ARTICVLVS V.

Vtrum angelus statim post unum actum meriti, beatitudinem habuerit.

AD QVINTVM sic proceditur. Videtur, quod angelus non statim post unum actum meritorium beatitudinem habuerit. Difficilius.n. est homini benè operari, quam angelo. Sed homo non præmiatur statim post unum actũ. Ergo neque angelus.

¶ 2 Præt. Angelus statim in principio suæ creationis, & in instanti actum aliquem habere potuit, cum etiam corpora naturalia in ipso instanti suæ creationis moueri incipiat, & si motus corporis in instanti esse posset, sicut opera intellectus & uoluntatis, in primo instanti suæ generationis motum haberent. Si ergo angelus per unum motum suæ uoluntatis beatitudinem meruit, in primo instanti suæ creationis meruit beatitudinẽ. Si ergo eorum beatitudo non retardatur, statim in primo instanti fuerunt beati.

¶ 3 Præter. Inter multum distantia oportet esse multa media. Sed status beatitudinis angelorum multũ distant a statu naturæ eorum, medium autem inter utrũque, est meritum. Oportuit igitur quod per multa media angelus ad beatitudinem perueniret.

SED CONTRA. Anima hominis, & angelus similiter ad beatitudinem ordinantur. unde sanctis promittitur æqualitas angelorum. Sed anima a corpore separata, si habeat meritum beatitudinis, statim beatitudinẽ consequitur, nisi aliud sit impedimẽtum. Ergo pari ratione & angelus. Sed statim in primo actu charitatis habuit meritũ beatitudinis. Ergo cũm in eo non esset aliquod impedimentum statim ad beatitudinem peruenit per solum unum actum meritorium.

RESPON. Dicendum, quod angelus post primum actum charitatis quo beatitudinem meruit, statim beatus fuit. Cuius ratio est. Quia gratia perficit naturam secundum modum naturæ, sicut & omnis perfectio recipitur in perfectibili secundum modum eius. Est autem hoc proprium naturæ angelicæ, quod naturalem perfectionem non per discursum d acquirat, sed statim per naturam habeat, sicut supra ostensum est. * Sicut autem ex sua natura angelus habet ordinem ad perfectionem naturalem, ita ex merito habet ordinem ad gloriam. & ita statim post meritum in angelo fuit beatitudo consecuta. Meritum autem beatitudinis non solum in angelo, sed etiam in homine esse potest per unicum actum, quia quodlibet actu charitate informato homo beatitudinem meretur. Vnde relinquitur, qđ statim d post unum actum charitate informatum angelus beatus fuit.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod homo secundum suam naturam, non statim natus est ultimam perfectionem adipisci, sicut angelus, & ideo homini longior uia data est ad merendum beatitudinem quam angelo.

AD SECVNDVM dicendũ, quod angelus est supra tempus rerũ corporalium. Vnde instãtia diuersa in his quæ ad angelos pertinent, non accipiuntur nisi secundum successionem in ipsorum actibus. Non d autem potuit simul in eis esse actus meritorius beatitudinis, & actus beatitudinis, qui est fruitio, cum vnus sit gratiæ imperfectæ, & alius gratiæ consummatæ. Vnde relinquitur, qđ oportet diuersa instãtia accipi in quorũ uno meruerit beatitudinem, & in alio fuerit beatus.

AD TERTIVM dicendum, quod de natura angeli est quod statim suam perfectionem consequatur, ad quam ordinatur. Et ideo non requiritur nisi unus actus meritorius, qui ea ratione medium dici potest, quia secundum ipsum angelus ad beatitudinem ordinatur.

APPENDIX.

EX articulo hẽs, primo, quomodo per rationem interimas ex abundanti hæresim Nicetæ cuiusdam Græcorum inscriptoris (ut refert R. P. Bãnes hic) qui in commen. super Nazianz. in oratione secunda de paschate dicit, quòd Angeli ante Christi resurrectionem non fuerunt stabiles in gratia, neque uiderunt diuinam essentiam. Secundo habes: quomodo per rationem ostendas, hanc apertè damnari Matth. vigesimosecundo. Angeli eorum in cœlis semper uident faciẽ patris mei. Ecce ꝯ Christ⁹ ꝯñ resurrectionem dicit hoc, & facialis uisio hæc, ut patet, est beatitudo supernaturalis. Item a Luc. primo. Ego sum Gabriel, qui sto ante Deum, & Tob. vndecimo. Ego sum Raphael unus ex septem qui astamus ante Deum. Hoc stare, vel astare est uidere diuinam essentiam, secundum omnes catholicos patres, & huiusmodi dicta sunt ante Christi mortem ac resurrectionem. Nec obstat, ꝙ homi-

D. 148. Vtilit. pro S. Eccles.

* ar. 1. huius q. & q. 58. ar. 3. & 4.

2 D. 160.

D. 887.

homines ante Christi mortem quantumcunque iusti, ad uidendam diuinam essentiam non admittebantur, quoniam in hoc est ualde dissimile inter homines & Angelos. Nunquam enim Angeli boni peccauerunt, neque actualiter, neque originaliter (sicut homines): ut propter impedimentum saltem commune ab ingressu patriæ in pœnam retardarentur. Melius ergo isto Niceta quomodo senserit Aristoteles alias infidelis habes: qui unico motu posuit Angelos attingere bonum perfectum, supra ar. 4. in app. Tertio igitur per rationem probandi uiam ex articulo habes, quomodo Arist. ibi bene senserit, dum unicum tantum requiri motum Angelorum pro captanda felicitate dixit, & non plures. Vide ibi, & argumentari noueris, ut ibi patet, ex naturali beatitudine ad supernaturalem. Quarto uides, quomodo uicissim Angelica præsens conclusio ex his declaretur, atque confirmetur.

Comm. Cardinalis Caietani.

Titulus clarus est.

¶ In corpore unica est conclusio responsiua affirmatiuè. Angelus statim, post primum actum charitatis, quo beatitudinem meruit, fuit beatus. Et probatur sic. Angelus naturalem perfectionem non per discursum acquirit, sed statim ex natura habet, ergo supernaturalem beatitudinem statim ex merito cõsequitur sed meritum per unicum actum habetur, ergo statim post primũ actum meritorium, fuit beatus. Antecedens patet ex supradictis consequentia uerò probatur, quia ex merito ita se habet ad gloriam angelus, sicut ex nã ad beatitudinem naturalem. Et modus perueniendi ad gloriam, proportionalis est modo, quo natura assequitur suam fœlicitatem naturalem, quia gratia perficit naturam per modum illius naturæ, quia omnis perfectio recipitur in perfectibili secundum modum eius. Propositio uerò subsumpta probatur ex eo, quod homo potest unico actu mereri. ergo & angelus.

¶ Circa hanc conclusionem & rationem aduerte, quod Sco. in 2. d. 5. q. 1. ad ultimum argumẽtum, dupliciter hoc impugnat. Primò, conclusionem ad hominem, quia si esset uera, sequeretur q͛ nullus angelus esset damnatus, quia apud S. Tho. quilibet meruit unico actu beatitudinem. Secundo, rationem, quia assumptum est falsum de perfectione naturali ipsius angeli, & multò falsius extẽditur ad perfectionem supernaturalem, quæ non competit ex vi naturæ, sed ex arbitrio donantis. Tertio, contra conclusionem simpliciter. Præmium debetur secũdum legẽ præmiantis, sed lex Dei est, non quod qui unum actum aut duos fecerit, sed perseuerauerit usque in finem, hic saluus erit, igitur nisi quis usque in finem uitæ suæ meruerit, quamuis prius per unum uel plures actus meruisset, beatitudinem non consequitur.

¶ Ad euidentiam horum duo notanda sunt. Primo uis processus S. Th. secundo, uerificatio eius. Quo ad primum, cum ea, quæ ex sola diuina uoluntate dependent, nobis nota non sint nisi ipso reuelante, & nulla habeatur specialis reuelatio in sacra scriptura de tempore beatificationis angelorum, ut supponimus consequẽs est, ut secundum generales regulas, beatitudinem eis datam esse credamus. Et quoniam communis lex est, ut in termino uiæ cuiusque beatitudo detur, non aliundè ostendi potest quando beatificati sint angeli, quam ex duratione uiæ eorum. Nec aliud intẽdit hic S. Th. nisi quod angelus statim post primum actum meritorium est in termino uiæ suæ. Et propterea idem est quærere, utrum angelus post primum actum meritorium fuit statim beatus, & quærere, utrum post primum actum meritorium sit in termino uiæ. Et similiter idem est respondere cuius eorum. Quo ad secundum, ex eodem fundamento, quia scilicet diuinus ordo non est aliter nobis notus, cum uniuscuiusque intellectualis naturæ uia, aut ex diuina uoluntate tñ taxetur, aut secundũ modum naturæ uiatricis statuta credatur. Et de diuina uoluntate nihil specialiter habeamus quo ad hoc, sed generaliter, quod secundum gratuita perficit naturas per modum earum, reliquũ est, ut uniuscuiusque uia sit, & extendatur secundum modum suæ naturæ. Et hoc attendens S. Thom. diffiniuit uiam angelorum statim post meritum esse in termino, quia hoc congruit suæ naturæ, cui proprium est statim post principium habere finem. Et ad obiectionem in oppositum contra rationem dicitur, quod ipse nunquam probauit falsum esse assumptum de perfectionibus naturalibus angelorum Et si uerum est de naturalibus, oportet quoque uerum esse de supernaturalibus, alioquin gratia non perficeret naturam per modum naturæ. Ad obiectionem uero contra conclusionem simpliciter iam patet, quod nos dicimus ideo præmiari, quia usq; ad terminum uiæ perseuerauit. Ad obiectionem uero ad hominem non potest hic complete dici, sed inferius in quæstione sequenti, articulo quinto, ad 4. satisfiet. Pro nũc autem negetur consequentia, quoniam post primum actum meritorium, statim dari beatitudinem contingit dupliciter, s. impedibiliter, & non impedibiliter, & S. Th. intendit primo modo. Scotus uero accipit, ac si intendisset secundo modo.

ARTICVLVS VI.

Vtrum angeli sint consecuti gratiam, & gloriam secundum quantitatem suorum naturalium.

316 AD SEXTVM sic proceditur. Videtur, quod angeli non sint consecuti gratiam, & gloriam secundum quantitatem suorum naturalium. Gratia enim ex mera Dei uoluntate datur. Ergo & quantitas gratiæ dependet ex uoluntate Dei, & non ex quantitate naturalium.

¶ 2 Præt. Magis propinquum uidetur ad gratiam actus humanus, quam natura, quia actus humanus præparatorius est ad gratiam. Sed gratia non est ex operibus ut dicitur Rom. 11. Multo igitur minus quantitas gratiæ in angelis est secundum quantitatem naturalium.

¶ 3 Præt. Homo & angelus pariter ordinantur ad beatitudinem uel gratiam. Sed homini non datur plus de gratia secundum gradum naturalium. Ergo nec angelo.

SED CONTRA est, quod Magister dicit tertia, distinct. secundi sentent.* quod angeli qui natura magis subtiles, & sapientia amplius perspicaces creati sunt, hi etiam maioribus gratiæ muneribus prædιti sunt.

*2. sen. d. 3. para. 2. a med. illius.

RESPON. dicendum, quod rationabile est, quod secundum gradum naturalium angelis data sint dona gratiarum, & perfectio beatitudinis. Cuius quidem ratio ex duobus accipi potest. Primo quidem ex parte ipsius Dei, qui per ordinem suæ sapientiæ diuersos gradus in angelica natura constituit. Sicut autem, natura angelica facta est a Deo, ad gratiam & beatitudinem consequendam, ita etiã gradus naturę angelicæ ad diuersos gradus gratiæ & gloriæ ordinari uidentur, ut puta, si ædificator lapides polit ad construendam domũ, ex hoc ipso q͛ aliquos pulchrius & decentius aptat, uidetur eos ad honoratione͂ partem domus ordinare. Sic igitur uidetur q͛ Deus angelos, quos altioris naturæ fecit, ad maiora gratiarũ dona & ampliorem beatitudinem ordinauerit. Secundo apparet idem ex parte ipsius angeli, non enim angelus est compositus ex diuersis naturis, ut inclinatio unius naturæ, impetum alterius impediat, aut retardet, sicut in homine accidit, in quo motus intellectiuæ partis aut retardatur, aut impeditur ex inclinatione partis sensitiuæ. Quando autem non est aliquid quod retardet, aut impediat, natura in id secũdum totam ꝗ suam uirtutem mouetur. Et ideo rationabile est q͛ angeli, qui meliorem ꝗ naturam habuerunt, etiam fortius & efficacius ad Deum sint conuersi. Hoc aũt etiam in hominib. contingit, quia secundum intensionem conuersionis in Deum datur maior gratia & gloria. Vnde uidetur q͛ angeli qui habuerunt meliora naturalia, habuerunt plus de gratia & gloria.

Bannes ar. 6.

SVP. Q. LXII. ART. VI.

CONCL. Angeli qui habuerũt meliorem naturam, habuerunt plus de gratia, & gloria.

¶ PROB. 1. Quia sicut natura angelica facta est a Deo ad gratiã, & gloriam consequendam, ita gradus naturæ angelicæ ad diuersos gradus gratiæ, & gloriæ a Deo ordinari uidentur (patet de ædificatore). Secundo quia secundum intensionem maiorem, uel minorẽ, conuersionis in Deum datur maior uel minor gradus gratiæ atque gloriæ. Et Angeli secundum suum totum posse feruntur, quando feruntur, in Deum.

D. 1158. 121. D. 316.

1^m de conclusione. Non ex quãtitate naturalium. R. Nisi quãtitas natu-

AD PRIMVM ergo dicendum, quod sicut gratia est ex mera Dei uoluntate, ita etiam, & natura angeli.

naturalium ex mera uolūtate Dei esset,& ad gradus diuersos gratiæ ordinaretur.§ Tunc nihil &c.Conuertuntur enim in Angelo hæc duo. Gratia ex mera uoluntate Dei datur,& secundum quantitatem naturalium datur,quia quantitatem naturalium sic Deus angelo dedit,ut secundum eam daretur & gratia.

2^m maior. Magis propin. uide ad gratiam act. humanus, quam natura. ℞. Si natura eēt a creatura rationali, & non immediate a Deo. §. Tunc &c. ut patet.

¶Corol. Stat ergo: quod natura sit propinquior ad gratiam, quā actus. Et tamen quod actus, utpote fundatus in natura, sit per auxilium gratiæ præparatorius ad gratiam habitualem. Actus ergo non sine natura est præparatorius ad gratiam,& ideo natura magis est propinqua ad gratiam,quam actus. In signum huius, natura non potest esse mala: actus autem aliquis potest esse, & fieri malus.

3^m de maiori. Homo & Angelus. ℞. differenter tum quo ad differentias speciei, uel numeri tantum, tum quoad impeditum,uel non impeditum motum in Deum:non autem indifferentes.§. Tunc &c. Non enim mirum,immo ualdè manifestum,quòd differentibus, maximè dupliciter (ut hic) uel differentia dentur,uel eadem differenter.

geli. Et sicut naturam Dei uoluntas ordinauit ad gratiam, ita & gradus naturæ ad gradus gratiæ.

Ad secundum dicendum, ꝙ actus rationalis creaturæ sunt ab ipsa,sed natura est immediatè a Deo. Vnde magis uidetur quod gratia detur secundum gradum naturæ, quàm ex operibus.

Ad tertium dicendū, ꝙ diuersitas naturaliū aliter est in angelis,ꝙ differunt spē,& aliter in hoīb. qui differunt solo numero. Differentia.n.secundum speciem est pp finē. sed differentia secundum numerū est propter materiam. In homine ēt est aliquid,quod potest impedire uel retardare motum intellectiuæ naturæ,nō autem in angelis. Vnde non est eadem ratio de utroque.

APPENDIX.

Vtilit. pro S.Eccles.

Hinc habes primo,quomodo per rationem ostendas,rectè dictum de Angelis (Matt.25. si ipsis hoc applicare uolueris, quamuis iuxta sensum planum literæ de hominibus magis intelligatur) unicuique dedit secundum propriam uirtutem. Hoc est. Angelis dona gratiarum,& consequenter gloriæ,dedit secundum uirtutem cuiusque naturalem,idest secundum quantitatem suorum naturalium: sicut huiusmodi dona dedit hominibus secundum intentionem conuersionis in Deum, licet non secundum quantitatem naturalium.Cauendus tamen uigilanter hic est sensus huius dicti ueneno sus, ab euangelio quidem sic exposito,& in præsenti articulo a Sancto Doct.alienissimus, sed a Pelagio tanquam zizania in medio tritici superseminatus, qui est,quòd in nobis (& consequenter in Angelis) sit aliquid naturale, quod possit ex se esse dispositio ad gratiam. Iste enim sensus damnatus est cōtra Pelagium in Conciliis Mileuitano & Arausicano: vbi definitum fuit qđ perfectio, & operatio naturalis liberi arbitrij non est propriè dispositio ad gratiam, sed dispositio ad gratiā est motus liberi arbitrii excitati,& adiuti motione Dei supernaturali,& auxilio. Concordat S.Th. istis Conciliis, 1.2.q.112.ar.2.& 3. Sēsus autem uerus est,ꝙ ideo dicitur Deus dare Angelo gratiam,& gloriam secundum quantitatem naturalium eius,quia quando ex beneplacito suo Deus angelis infudit gratiam, uoluit habere rationem naturæ ipsorū, ut ut perfectiorib. seu altioris naturæ angelis abundantiorem infunderet gratiam. Hoc.n.totum reducendum est ad gratuitam Dei uoluntatem tanquā ad primam radicē, & non ad proportionem maiorem Angeli maioris ad excellētiorem gratiæ & gloriæ gradum, qm̄ naturalis perfectio quæuis est improportionata cum gratia & gloria. Naturalis igitur perfectio maior ad maiorem gradum gratiæ concurrit occasionaliter comparando naturā,& gratiam inter se,licet nō quoad Deū,inquantū s. Deus uoluit angelos maioris, & minoris perfectionis creare, ut diuersos etiam gratiæ & gloriæ gradus illis conferret. Dantur igitur dona gratuita Angelis,secundum quantitatem naturaliū,quia Deus sic ordinauit (ut habes in corpore) non quia sit proportio naturalis ad gratiarum dona ex seipsis (ut ait Pelagius,) nec quia ex uirib. solis naturalibus possit quis se præparare ad consequendam gratiam. Vide supra ar.2.appen. Secundo uides,quomodo ex his uicissim Angelica stabiliatur conclusio,atque declaretur.

Comm. Cardinalis Caietani.

Titulus clarus est.

¶In corpore una est conclusio. Affirmatiua Angeli consecuti sunt gratiam & gloriam secundum quantitatem naturaliū. Et probatur dupliciter. Primo, quia Deus condidit naturam intellectualem ad beatitudinem. ergo diuersos gradus naturæ ad diuersos gradus beatitudinis. Tenet probabilitas consequentiæ,ex simili, in artifice diuersimode præparante lapides ad domum. Secundo,quia angelus toto conatu fertur in beatitudinem. ergo consequitur beatitudinem secundum quantitatem naturalium. Antecedens probatur,quia rationabile est,quod uoluntas non impedita, quantum potest afficiatur supremo appetibili. Constat autem uoluntatem angeli,nullum habuisse impedimētum, quia angeli sunt naturæ simplicis,& nō compositę ex intellectuali & sensitiua &c. consequentia uerò probatur,quia gratia datur etiam hominibus secundum intensiorem conatum.

Bannes ar.7.

SVP. Q. LXII.

Art. VII.

317 Concl. In Angelis beatis remanet cognitio, & dilectio naturalis.

¶Prob. Quia natura,actusque naturæ, comparantur ad beatitudinem ad actusque beatitudinis, sicut primum ad secundum, & semper oportet saluari primum in secundo.

1^m de maiori. Quod ex parte est. ℞. oppositum perfecto, non autem, non oppositum. §. Tunc nihil &c. Nam cognitio, & dilectio naturalis non est opposita beatitudini.

Contra hęreticos.

ARTICVLVS VII.

Vtrum in angelis beatis, remaneat cognitio naturalis.

Ad septimum sic proceditur. Videtur, quod in angelis beatis non remaneat cognitio & dilectio naturalis, quia ut dicitur 1. Cor.13. Cum uenerit qđ perfectum est,euacuabitur quod ex parte est. Sed dilectio & cognitio naturalis, est imperfecta respectu cognitionis & dilectionis beatę. Ergo adueniente beatudine, naturalis cognitio & dilectio cessat.

¶2 Præt. Vbi unum sufficit, aliud superfluè existit. Sed sufficit in angelis beatis cognitio & dilectio gloriæ. Superfluum ergo esset, quod remaneret in eis cognitio, & dilectio naturalis.

¶3 Præt. Eadem potentia non hēt simul duos actus, sicut nec una linea terminatur ex eadem parte ad duo puncta. Sed angeli beati sunt semper in actu cognitionis & dilectionis beatæ, fœlicitas enim non est secundum habitum,sed secundum actum, ut dicitur in 1.Ethic.* Ergo nunquam in angelis potest esse cognitio, & dilectio naturalis.

*lib.1. Eth. c.8.to.5.

Sed contra. Quandiu manet natura aliqua, manet operatio eius, sed beatitudo non tollit naturam, cum sit perfectio eius. Ergo non tollit naturalem cognitionem, & delectionem.

Respon. Dicendum, quòd in angelis beatis remanet cognitio, & dilectio naturalis: sicut enim se habent principia operationum adinuicem,ita se habent, & operationes ipsæ. Manifestum est autem,quòd natura ad beatitudinem comparatur, sicut primum ad secundum, quia beatitudo naturæ additur. Semper autem oportet saluari primum in secundo. Vnde oportet, quod natura saluetur in beatitudine. Et similiter oportet,quod in actu beatitudinis saluetur actus naturæ.

Ad primum ergo dicendum,ꝙ perfectio adueniens, tollit imperfectionem sibi oppositam. Imperfectio autem naturæ,non opponitur perfectioni beatitudinis, sed substernitur ei, sicut imperfectio potentiæ, substernitur perfe-

dini, licet sit ex parte idest imperfecta respectu eius. Quid ergo garriunt hæretici gratuita dona esse contra cognitionem naturalem, uel dilectionem?

2^m de maiori. Vbi unū sufficit, aliud superflue existit. ℞. Nisi ipsum aliud præexigatur ad hoc, quod id unum sit. §. Tunc &c. Nam beatitudo creaturarum ita præexigit ea, quæ sunt naturæ, ut sine ipsis non possit subsistere. Sic igitur id unū, idest beatitudo creata, per se, idest sine alio (puta cognitione, ac dilectione, naturali) non potest existere. Ergo gratuita non tollunt naturalia, sed ea præsupponunt & perficiunt.

Cōtra eosdem.

3^m de maiori. Duos actus, ℞. quorum unus non ordinatur ad alium, non quorum unus ordinatur ad aliū, §. Tunc &c. Nam cognitio & dilectio naturalis ordinantur ad gloriosam cognitionem, & dilectionem, si ut naturalia sunt considerentur.

perfectioni formæ, & non tollitur potentia per formam, sed tollitur priuatio, quæ opponitur formæ, & similiter etiam imperfectio cognitionis naturalis, non opponitur perfectioni cognitionis gloriæ, nihil enim prohibet simul aliquid cognoscere per diuersa media, sicut simul potest aliquid cognosci per medium probabile & demonstratiuum. Et similiter potest angelus simul Deum cognoscere per essentiam Dei, quod pertinet ad cognitionem gloriæ, & per essentiam propriam, quod pertinet ad cognitionem naturę.

¶ Not. Licet autem naturalia prædicta in angelis beatis remaneant, non tamen remanent coniuncta (ut prius) defectibilitati, ita. s. quod peccare possint, sed in beatis remanent ipsa naturalia, ut sic, & coniuncta indefectibilitati, cum ipsi sint confirmati in gratia gloriosa. Hæc dixerim, ut scias respondere Caluino, si tale quid pro errore suo afferret, postquam errorem ipsum per rationem articuli sequentis ualide confutaueris, & per dicenda ibi in appen. pro hæresi damnaueris Naz. Caluinus (teste Francisco Feuardentio) dicere non abhorruit, quod angeli beati & peccare possunt, & peccant Sic enim commen in c. 1. Coll. scripsit. In ea, quam beati Angeli Deo præstant, obedientia non esse tam exquisitam perfectionem, ut illi omni ex parte, & citra ueniam satisfaciant, atque huc spectare istam sententiam, in angelis suis reperit iniquitatem. Hæc Caluinus. Si in eis ponit obedientiam non ita perfectam, ut citra ueniam non satisfaciant Deo cui obediunt, nunquid non per hæc uerba peccatum eis ascribit? Etenim ubi ueniæ opus est offensam præire oportet. Item quomodo in eis erit iniquitas, & non peccatum, si secundum 1. Io. 3. peccatum est iniquitas? Nec ab hoc suo prauo sensu uidentur excusare Caluinum illa, quæ superius ibi dixerat, uerba (. s. Inter Deum & Angelos nulla est defectio, nullum peccatum, ideoque nullum diuortium. Et iterum. Cum Angeli creaturæ sint, extra lapsus periculum non erant, nisi Christi gratia fuissent confirmati,) hæc, inquā nō uidentur ab illo prauo sensu excusare Caluinum, immo potius accusare. Proprietas. n. iniquorum (qualis fuit Caluinus) est in rebus fidei non constare, & si aliquando, tanquam ab ipsa ueritate coacti, ueritatem dicant. Quid ergo? Argumento illud tunc est, quod suo se gladio nolentes confodisse & quod malitia eorum tam excęcauit eos, ut ante se posita a semetipsis etiam dicta non uideant (quod illorum datio est in reprobum sensum.) Præsumitur ergo sensus eius ob primo hic citata uerba fuisse malus. Quomodo autem canonice hæresis hæc damnetur, uide ar. seq. appen. Adde, quod angeli semper uident faciem patris, Matth. 18. ergo sunt prorsus, secundum Euangelium, impeccabiles. Vide q. 12. ar. 2. appen.

Caluini error exturbatur.

D. 50.

Ad secvndvm dicendū, quod ea quæ sint beatitudinis, per se sufficiunt, sed ad hoc quod sint, præexigunt ea quę sunt naturæ, quia nulla beatitudo est per se subsistens, nisi beatitudo increata.

Ad tertivm dicendum quod duæ operationes [d] non possunt esse simul unius potentiæ, nisi una ad aliam ordinetur. Cognitio autem & dilectio naturalis, ordinantur ad cognitionem & dilectionem gloriæ. Vnde nihil prohibet, in angelo esse, & cognitionem, & dilectionem naturalem, & cognitionem & dilectionem gloriæ.

APPENDIX.

Ex articulo habes primo, quomodo per rationem ostendas, ostensumq; tuearis, merito fuisse dictū a scripturis, p id Ecclesiast. 3. Didici q oīa opera quæ fecit Deus perseuerent in æternum, q cognitio, & dilectio naturalis remanet in Angelis beatis. Si. n. omnia opera Dei perseuerant in ęternum, & natura Angelorum est opus Dei, utique natura Angelorum perseuerabit in æternum. Quod si natura, & naturales operationes, ne natura perseuerans sit ociosa. i. sine sua propria operatione. Propria autem operatio Angelicæ naturæ est cognitio, & dilectio naturalis. Item quomodo per rationem a fortiori ostendas, id esse insinuatum a scripturis Ecclesiastes 1. Terra in æternum stat. Si terra in æternum stat. ergo a fortiori, quæ sunt nobiliora, quam terra, puta natura Angelica, stabit, ergo cognitio naturalis, & dilectio in Angelis beatis. Consequentia ualet per supradicta. Secundo uides quomodo ex his uicissim firmetur doctrina præsentis articuli.

Vti. pro S. Eccl.

a

Comm. Cardinalis Caietani.

Titulus clarus est.

¶ In corpore respondetur quæsito, una conclusione affirmatiue. *Dilectio naturalis remanet in beatis.* Et probatur sic, Natura remanet in beatitudine. ergo actus naturæ. Ergo dilectio naturalis. Antecedens probatur, quia primum remanet in secundo, natura autem se habet ad beatitudinem, ut primum ad secundum. Consequentia uero probatur, quia sicut se habent principia operationum adinuicem, sic se habent operationes ipsæ.

Aegid. 2. s. distin. 7. q. 1. ar. 1.
Riccar. d. 7. q. 1.
Thom. arg. dist. 6. q. 1. artic. 1.
Duran. dist. 7. q. 1.
Cap. 2. d. 7. quæst. 1. con. 1. & 3. dist. 1. q. 3. con 4.
Banner ar. 8.

318
2. d. 7. q. 1. a. 1. & ar. 2. cor. & d. 23 q. 1. a. 1. ad 4. & a. 2. ad 2.
Et Iob. 4.
Art. præc.

li. 9. Meta. tc. 3. to. 3.

ARTICVLVS VIII.

Vtrum angelus beatus peccare possit.

SVP. Q. LXII. ART. VIII.

Conclvs. Angelus beatus nullo modo peccare potest.

¶ Prob. Quia hoc modo se habet Angelus uidens Deum ad ipsum Deum, sicut se habet quicunque non uidens Deum ad communem rationem boni, & impossibile est, quod aliquis non uidēs Deū aliquid uelit, aut operetur nisi attendens ad bonum, uel quod uelit diuertere a bono inquā tum bonum.

Ad octavvm sic pceditur. Videtur, quod angelus beatus peccare possit. Beatitudo enim non tollit naturam, ut dictum est. * Sed de ratione naturæ creatæ est, quod possit deficere. Ergo angelus beatus potest peccare.

¶ 2 Præt. Potestates rationales, sunt ad opposita, ut Philosophus dicit. † Sed uoluntas angeli beati non desinit esse rationalis. Ergo se habet ad bonum & malum.

¶ 3 Præter. Ad libertatem arbitrii pertinet, quod homo possit eligere bonum, & malum. Sed libertas arbitrii non minuitur in angelis beatis. Ergo possunt peccare.

Sed contra est, quod August. * dicit 11. super Ge. ad lit. quod illa natura quæ peccare non potest in sanctis angelis est. Ergo sancti angeli peccare non possunt.

li. 11. super Ge. c. 7. t. 2.

Respon. Dicendum, quod angeli beati peccare non possunt. Cuius ratio est, quia eorum beatitudo in hoc consistit, quod per essentiam Deum uident. Essentia aūt Dei, est ipsa essentia bonitatis. Vnde hoc modo se habet angelus uidens Deum ad ipsum, sicut se habet quicunque nō uidens Deum ad communem rationem boni. Impossibile est autem, quod aliquis quicquam uelit uel operetur, nisi attendens ad bonum, uel quod uelit diuertere a bono, inquantum huiusmodi. Angelus igitur beatus non potest uelle uel agere, nisi attendens ad Deum, sic autem uolens uel

Primum

1^m de minori. Naturæ creatæ. ℞. in se consideratæ, non, coniunctę perfecte bono increato. §. Tunc & cætera. Natura enim in Angelis beatis non solum manet, sed ipsa seipsa fit melior ex iunctione ad gloriam. Vide articulo septimo, & unum ex altero facilius capies.

2^m de maiori. Sunt ad opposita. ℞. in his ad quæ non ordinantur naturaliter, non in his ad quæ ordinantur naturaliter. § Tunc nihil &c. Nam Angeli uoluntas ad ipsum Deum uisum ordinatur naturaliter, inquantum, s. non potest uelle diuertere ab ipso, licet ad alia multa facienda, uel non facienda, non ordinetur sic naturaliter, & consequenter respectu horũ se habeat ad opposita, sine peccato tamen. Nam secundum finem indeclinabiliter uisum idest Deum, ordinat ineuitabiliter omnia alia quocunque modo uolita. Ab oppositis ergo dic ex litera, quod dęmones ad finem suum malum, i. superbiam in uidiam, seu (ut breuius loquar) ad amorem sui usque ad contemptum Dei, ordinant indesinẽter alia omnia quocunque modo a seipsis uolita. Ergo cum peccato semper diabolus operatur.

Nota pro libero arbitrio.

vel agens, non potest peccare. Vnde angelus beatus nullo modo peccare potest.

Ad primum ergo dicendum, quod bonum creatum in se consideratum deficere potest. Sed ex cõiunctione perfecta ad bonum increatum, qualis est coniunctio beatitudinis, adipiscitur, quod peccare non possit ratione iam dicta.

Ad secundum dicendum, ꝙ uirtutes rationales se habent ad opposita in illis ad quæ non ordinantur naturaliter. Sed quantum ad illa, ad quæ naturaliter ordinantur, non se habent ad opposita. Intellectus, enim non potest non assentire principiis naturaliter notis, & similiter uoluntas non potest non adhærere bono, inquantum est bonum, quia in bonum naturaliter ordinatur, sicut in suum obiectũ. Voluntas igitur angeli se habet ad opposita, quantum ad multa faciẽda uel non facienda, sed quantum ad ipsum Deum quem uident esse ipsam essentiam bonitatis, non se habent ad opposita, sed secundum ipsum ad omnia diriguntur, quodcunque oppositorum eligãt, quod sine peccato est.

Ad tertium dicendum, quod liberum arbitrium sic se habet ad eligendum ea quæ sunt ad finem, sicut se habet intellectus ad conclusioné. Manifestum est auté, quod ad uirtutem intellectus pertinet, ut in diuersas conclusiones procedere possit secundum principia data, sed quod in aliquam conclusionem procedat prætermittendo ordinem principiorum, hoc est ex defectu ipsius. Vnde quod liberum arbitrium diuersa eligere possit seruato ordine finis, hoc pertinet ad perfectionem libertatis eius sed quod eligat aliquid diuertendo ab ordine finis, quod est peccare, hoc pertinet ad defectum libertatis. Vnde maior libertas arbitrii est in angelis qui peccare nõ possunt, quã in nobis, q peccare possumus.

AR-

3^m de maiori. Eligere, ℞. seruato debito ordine finis, non, pretermisso ordine finis debito. §. Tunc nihil &c. ut patet. Malum tunc eligitur seruato debito ordine finis, quando eligitur aliquod malum, quod non est malum culpæ, tunc autem pretermisso ordine finis debito quando eligeretur aliquod malum culpæ.

Necessaria admodum contra hæreticos.

¶ Not. Hic dicta uere aurea a Sancto Doctore de libertate nostra aduertas diligẽtissime, ut scias accommode obstruere os loquentium iniqua, & obmutescere facias imprudentium hominum ignorantiam. Hi sunt, qui circumeunt domos, & per uanam philosophiam, & dulces sermones, seducunt corda innocentium, idest, simplicium, seu idiotarum, & per uarias benedictiones captiuas ducunt mulierculas, i. animas oneratas peccatis. Capite igitur uos Thomistę Domini Dei uenatores, capite uulpes paruulas, i. astutissimas quę demoliuntur uineas. Nam hinc, unde eas commode capiatis, habetis abunde, dum hic ueram liberi arbitrii quiditatem, contra se falso nomine libertatis palliantes, tam lucidissime uidetis. Vide ueritates aureas super legem ueterem, Gen. 3. conclus. 2. & num. 4. concl. 3.

Vera de libertate doctrina.

APPENDIX.

Vti. pro S. Eccl.

Ex articulo habes primo, quomodo per rationem contundas hæresim Caluini recitatam supra art. 7. not. post ad tertium Item hæresim Fabri stapulensis (ut testatur R. Pater Banes) in libro iam per Ecclesiam prohibito, qui de triplici Magdalena inscribitur, dicentis, quod Angeli beati possunt peccare, siue illo peccato beatitudinem amittant, siue non. Videtur ille Origenis errore, quo li. 1. Periarchon c. 6. laborat, infectus ex parte. Sicut enim Origenes ibi fatetur, quod animę beatæ aliquando beatitudinem amissuræ sunt, & in has nostras miserias reiiciendæ, ita Stapulensis pro inconuenienti non habet, Angelos beatos posse amittere beatitudinem, siue (inquit) illo peccato amittant beatitudinem, siue non. Taceam contra istum sic insensatum, quod ipsum peccatum amissio quædam beatitudinis est, iuxta Aug. dicentem, Iussisti domine, & sic est, quod omnis inordinatus animus sibi est pœna. lib. conf. & Iob 7. Peccaui, quare me posuisti contrarium tibi, & factus sum mihi metipsi grauis? Ecce quod esse contrarium Deo, quod est per peccatum, facit ipsum peccatorem esse grauem sibi. Ignorat ergo Stapulensis propriam uocem dicendo, siue ipsi beatitudinem peccando non amittant. Vice etiam uersa uidetur Origenem ibi subscribere hæresi Stapulensis. Eadem quippe fantasia qua ponit animas beatas beatitudinem quandoque amissuras, & angelos illam amissuros positurus uidetur, & cum beatitudo non sine peccato amittatur, quoniam alias sine pænitentia sunt dona Dei, Roman. 11. Angelos beatos posse peccare, immo, & aliquando peccaturos, dicturus uidetur. (idem dic, secundum eum, de animalibus beatis quãduque fælicitate priuandis.) Quod si dixeris iã in stultitia Stapulensé, qui Angelos tantum posse peccare expressit, superasse uidebitur. Cæterum, quicquid sit de horum comparatione, certum est, quod per rationem S. Tho. in art. allatam ipsorum intemere potes, eorumque argumenta dissolubilia demonstrare. Secundo habes, quomodo ostendas, hanc iuste damnatam Apoc. 21. Non intrabit in illam. (s. cælestem patriam) aliquid coinquinatum aut abominationem faciens & mendacium. Item psal. 100. Non habitabit in medio domus meæ q facit superbiam, qui loquitur iniqua non direxit in conspectu oculorum meorum. Item psalm. 111 In memoria æterna erit iustus &c. paratum est cor eius sperare in domino confirmatum est cor eius non commouebitur donec despiciat inimicos suos, i., non commouebitur unquam, sicut & ibi per contextum exposuerat dicens, iocundus homo &c. quia in æternum non commouebitur. Item psal. 124. Non commouetur in ęternum, qui habitat in Hierusalem. Et quis magis habitat in Hierusalem, quam beati? Item Sap. 3. Iustorum animæ in manu Dei sunt, & non tanget eos tormentum mortis, seu malitiæ. Ergo multo minus tangęt eos ipsa mors principalis, quæ est peccatum. Item Sap. 5. Iusti autem in perpetuum uiuent. Et quis plus iustus, quam beati? Item Apocalyp. 21. Absterget Deus omnem &c. & iam non erit amplius, neque luctus, neque clamor, sed nec ullus dolor. Ergo multo minus peccatum. Sunt mille loca scripturarum contra istam phanaticam hęresim. Sed adhuc unum tantum audi. Beatitudo dicitur uita æterna Matth. 25. Io. 17. Aeternitas hic importat interminabilitatem durationis, & continuationem diuinæ contemplationis & impossibilitatem amissionis, secundum omnes orthodoxos Patres. Item per rationem articuli monstrare potes, quod recte totus consensus Ecclesiæ catholicę hanc doctrinam fidei tenet, quod beati Angeli, & homines nunquam peccare poterunt, neque a beatitudine cadere. In cuius Ecclesiæ persona loquens B. August. lib. de fide ad Petrum capit. 25. dicit firmissime tene, & nullatenus dubites, ideo Christum filium Dei ad iudicandum uiuos mortuosque uenturum, Vt homines secundum promissionem suam æquales Sanctis Angelis faciat, & ad eum statum perducat, in quo perfecte, quantum unicuique Deus donat, boni sint, & ab ipsa perfectione mutari deinceps non possint. Hæc ibi. Idem. Aug. in c. 41. dicit, omnem dicentem contrarium capitulorum lib. huius, esse hæreticum. Tãquam igitur in persona Ecclesiæ Catholicæ hic loquebatur. Tertio uides, quomodo ex his uicissim Angelica hæc firmetur doctrina, atque declaretur.

Comm. Cardinalis Caietani.

Titulus clarus est.

¶ In corpore, respondet quæsito negatiue una conclusione. Angelus beatus, non põt peccare. Et probatur sic. Angelus uidet Deum per essentiam, ergo uidet ipsam essentiam bonitatis, ergo non potest uelle aut agere nisi attendens ad Deum, ergo nõ potest peccare. Antecedens est per se notum cum prima consequentia, secunda uero declaratur sic, uidens ipsam bonitatis essentiam

tiam se habet ad illius appetitum, quemadmodum cuiuscunque uoluntas ad beatitudinem seu bonum in communi. Sed impossibile est aliquem uelle nisi attendens ad bonum, quoniam nemo operatur respiciens ad malum. ergo impossibile est, quod uidēs ipsam bonitatis essentiam, uelit nisi secundum illam. Reliqua plana sunt.

¶ Aduerte hic, quod ratio similitudinis proportionalis inter uidentem bonitatem, & uolentem bonum ut sic, fundatur super hoc, quod ipsa bonitatis essentia omne bonum, & omnis boni ratio eminenter est. Et propterea, si appetitus nullus potest sic resilire a bono in communi, ut appetat aliquid non sub ratione boni, consequens est ut appetitus intuentis ipsam bonitatis essentiam, nihil appetere possit, nisi secundum illius rationem.

Bannes ar. 9.
Alb. Mag. 2. d. 11. ar. 7.

SVP. Q. LXII. ART. IX.

519

CONCLVS. Vnaquaeque creatura rationalis sic a Deo perducitur ad finem beatitudinis, ut etiam ad determinatum gradum beatitudinis perducatur ex praedestinatione Dei, unde, consecuto ille gradu, ad altiorem transire non potest.

¶ PROB. Quia in unoquoque motu, motoris intentio fertur in aliquod determinatum, ad quod intendit perducere suum mobile, & istud determinatū in diuina uisione, ad quam creatura rationalis a Deo mouetur, est terminus quantum ad modum uisionis praefixus ex intentione dirigentis in finem idest in beatitudinem.

(Li. 1. de doctr. Christ. c. 32. 1 pri. ar. 3.)

1^m^ de maiori.

Charitas. R. imperfecta idest uiae, non perfecta, idest patriae. §. Tunc &c. ut patet. Ex litera agnosce, quod argumētum sic glossatum est pro conclusione. Nam ideo beatus, non potest mereri, quia habet charitatem perfectam perfectione patriae.

2^m^ de maiori.

Vtilitatem R. prout utile dicitur, uel quod est uia ad finem, uel quod est pars ad totum. §. Tunc &c. Beati enim reportant ex suis operibus utilitatem, non prout utile, dicitur, quod est uia ad finem, cum sint iam in fine, sed prout dicitur utile, quod est pars ad totum, cum sua opera sint pars beatitudinis suae. Ex litera scito contra Lutheranos, & huiusmodi, quod opera nostra sunt merita, nobis, ne parificemus uiatores comprehensoribus. Alioquin si opera uiatorum essent tantum fructus charitatis seu bonae uitae, iam non differrent in hoc ab operibus beatorum, quae sunt tantum fructus, & non merita, beatitudinis. Vide cōcilium Triden. sess. 6. cano. 24.

(De operib. nota, ne cadas in maximum inconueniēs. Ar. 2. hui^9^ quaest.)

3^m^ de maiori.

Summo, R. quantum ad se.

ARTICVLVS IX.

Vtrum angeli beati in beatitudine possint proficere.

AD NONVM sic proceditur. Vr, ꝙ angeli beati in beatitudine proficere pñt. Charitas. n. est principium merendi. Sed in angelis est perfecta charitas. Ergo angeli beati possunt mereri, crescente autem merito, & praemiū beatitudinis crescit. ergo angeli beati, in beatitudine proficere possunt.

¶ 2 Praet. Aug. dicit in li. de doct. Christ.* ꝙ Deus utitur nobis ad nostram utilitatem, & ad suam bonitatem, & similiter angelis, quibus utitur in ministeriis spiritualibus, cum sint administratorii spiritus in ministerium missi propter eos, qui haereditatem capiunt salutis, ut dicitur Hebr. 1. Non aūt hoc esset ad eorum utilitatem si per hoc non merentur, nec in beatitudine proficerent. Relinquitur ergo quod angeli beati, & mereri & in beatitudine proficere possunt.

¶ 3 Praet. Ad imperfectionem pertinet, ꝙ ille qui non est in summo non possit proficere. Sed angeli nō sunt in summo. Si ergo ad maius proficere non possunt. Videtur ꝙ in eis sit imperfectio & defectus, ꝙ est inconueniens.

SED CONTRA est, quod mereri & proficere pertinent ad statū uiae. Sed angeli non sunt uiatores, sed comprehensores. Ergo angeli beati non possunt mereri, nec in beatitudine proficere.

RESPON. Dicendum, quòd in unoquoque motu, motoris intentio fertur in aliquid determinatum, ad qđ mobile perducere intēdit intentio. n. est de fine cui repugnat infinitum. Manifestum est autem, quod cum creatura rationalis per suam uirtutem consequi non possit suam beatitudinem, quae in uisione Dei consistit, ut ex superioribus patet,* indiget ut ad beatitudinem a Deo moueatur. Oportet igitur, quod sit aliquid determinatum ad quod quaelibet creatura rationalis dirigatur, sicut in ultimum finem. Et hoc quidem determinatum non potest esse in diuina uisione, quantum ad ipsum quod uidet, quia summa ueritas ab omnib. beatis sm diuersos gradus conspicit, sed quantum ad modum uisionis, praefigitur diuersimode terminus ex intentione dirigentis in finem. Non, n. possibile est, quod sicut rationalis creatura producitur ad uidendum summam essentiam, ita producatur ad summum modum uisionis, qui est d comprehensio. Hic enim modus soli Deo competere potest, ut ex supradictis patet.* Sed cum infinita efficacia requirat ad Deum comprehendendum, creaturae uero efficacia in uidendo non possit esse nisi finita, ab infinito autem, finitū quodlibet infinitis gradib. distet, multis modis contingit creaturam rationalem intelligere Deum, ut clarius, & minus clare. Et sicut beatitudo cōsistit in ipsa uisione, ita gradus beatitudinis in certo modo uisionis. Sic igitur unaquaeque creatura rationalis a Deo perducitur ad finem beatitudinis, ut etiam ad determinatum gradum beatitudinis perducatur ex praedestinatione Dei. Vnde consecuto illo gradu, ad altiorem d transire non potest.

(D. 366.) (q. 12. ar. 7. q. 14. ar. 3.) (D. 159. 280.)

AD PRIMVM ergo dicendum, ꝙ mereri est eius quod mouetur ad finem. Mouetur autem ad finem creatura rōnalis, non solum patiendo, sed etiam operando. Et si quidem finis ille subsit uirtuti rōnalis creaturae, operatio illa dicet acquisitiua illius finis, sicut homo meditando acquirit sciētiam. Si uero finis non sit in potestate eius, sed ab alio expectetur, operatio erit meritoria finis. Ei autem quod est in ultimo termino, non conuenit moueri, sed mutatum esse. Vnde charitatis imperfectae, quae est uiae, est mereri, charitatis autem perfectae non est mereri, sed potius praemio frui. Sicut & in habitibus acquisitis operatio praecedens habitum, est acquisitiua habitus. Quae uero est ex habitu iam acquisito, est operatio iam perfecta cum delectatione. Et similiter actus charitatis perfectae, non habet rationem meriti, sed magis est de perfectione praemii.

AD SECVNDVM dicendum, quod aliquid dicitur utile dupliciter. Vno modo, sicut quod est in uia ad finē, & sic utile est meritum beatitudinis, alio modo, sicut pars est utilis ad totum, ut paries ad domum. Et hoc modo ministeria angelorum sunt utilia angelis beatis, inquantum sunt quaedam pars beatitudinis ipsorum. Diffundere enim perfectionem habitam in alia, hoc est de ratione perfecti, inquantum est perfectum.

AD TERTIVM dicendum, quod licet angelus beatus non sit in summo gradu beatitudinis simpliciter, est tamen in ultimo quantum ad seipsum secundum praedestinationem diuinam. Potest tamen augeri d angelorum gaudium de salute eorum qui per ipsorum ministerium saluantur, secundum illud. Luc. 15. Gaudium est angelis Dei super uno peccatore poenitentiam agente. Sed hoc gaudium ad praemium accidentale pertinet, quod quidem augeri potest usque ad diem iudicii. Vnde quidā dicunt, quod quantum ad praemium accidentale, etiam mereri possunt. Sed melius est ut dicatur, quod nullo modo aliquis beatus mereri d potest, nisi sit simul uiator & comprehensor, ut Christus, qui solus fuit uiator & comprehensor. Praedictum, n. gaudium magis acquirunt ex uirtute beatitudinis, quam illud mereantur.

(D. 283.) (D. 157. 261.)

ARTI-

seipsum considerato, non, simpliciter. §. Tunc &c. ut patet. Ex litera scito, quod loquimur (respondendo) de proficere quantum ad meritum, uel quantum ad præmium essentiale, non quantum ad præmium accidentale, ex uirtute beatitudinis, non meriti.

A P P E N D I X.

Vti. pro S. Eccl.

EX articulo habes primo, quomodo per rationem ostendas, recte gradus beatitudinis uocari mansiones Io. 14. In domo patris mei mansiones multę sunt. Mansio.n. dicitur a manendo, & consequenter per hoc innuitur, quod in patria habebunt gradus beatitudinis sic determinatos, ut perpetuo maneant in ipsis, ita s. quod nunquam amplius possint, neque ad beatitudinis gradum maiorem ascendere, neque a suo descendere aut ad minorem accedere. Intellige hęc de gradu beatitudinis essentiali, non de accidentali. Nam de accidentali Innoc. III. Papa, de celebr. Miss. c. cum Marthæ, dicit. Plerique licet reputent non indignum sancto rum gloriam, usque ad iudicium augmentari, & ideo Ecclesiam interim sane posse augmentum glorificationis eorum optare. Hæc ibi. Cum Papa igitur dixerit in contextu, quod orans pro Sancto iniuriam facit Sancto (ex eo. s. quod non potest illi oratio prodesse ad profectum glorificationis,) & nunc in eodem referat opinionem aliquorum eam non improbans, quod s. augmentum glorificationis, usque ad iudicii diem habent, per hoc duo nobis insinuat, primum quod iniuriosum est beato dicere, quod ipse proficere possit in gloria essentiali (ob hoc, ad tollendum talem occasionem populis taliter opinandi, mutata fuerat oratio B. Leonis ly, ut prosit illi oblatio. Vide ibi,) secundum autem, quod non est indignum optare sancto augmentum nunc gloriæ accidentalis (ob hunc sanum intellectum prius dixerat Ecclesia sic in præmissa oratione.) Ecce, de mente Summi Pontificis esse, quod iniuriam facit beatis in patria, qui eos in beatitudine posse proficere dicit. Secundo igitur uides quomodo ex his uicissim Angelica declaretur, & firmetur conclusio. a

Comm. Cardinalis Caietani.

TItulus clarus est.

¶ In corpore, respondet quæsito negatiue una conclusione. Angelus beatus, non pót proficere in beatitudine. Et probat eam sic. Omne mobile mouetur in aliquid determinatum & ultimum ex intentione motoris. Sed angelus ad beatitudinem tendit ut mobile ab ipso Deo. ergo ex intentione diuinæ prædestinationis mouetur ad aliquid determinatum & ultimum. ergo ad certum gradum beatitudinis. ergo non potest amplius proficere. Maior propositio probatur ex eo, quod intentio est de fine, cui repugnat infinitum, ut patet in 2. Metaphy. Minor uero probatur ex eo, quod creatura rationalis non est sufficiens ut perducat seipsam ad beatitudinem. Consequentia uero subiuncta probatur perlustrando modos, quibus posset imaginari inueniri in beatitudine determinatum & ultimum, & sic, aut illud determinatum attenditur secundum determinationem obiecti, aut secundum determinationem gradualem ipsius beatitudinis, seu quod idem est, secundum determinationem modi fruendi illo obiecto. Et si secundum determinationem gradus beatitudinis, tripliciter hoc credi posset. Primo, quod ille gradus determinatus esset summus simpliciter. Secundo, quod esset gradus quidam certus ex natura rei. Tertio, quod determinatio talis gradus esset ex intentione dirigentis, statuentis dirigere, & perducere ad talem gradum, ita quod non ad inferiorem neque ad superiorem. Et sic, cum sint quatuor modi, quibus credi posset inueniri determinationem & ultimitatem in motu ad beatitudinem, discurrendo per singulos, & tres primos excludendo, quartum concludit. Ac per hoc consequentia probatur manifeste sic. Illud determinatum & ultimum ad quod mouetur angelus a Deo, non est obiectum, nec summus gradus habendi illud, nec aliquis certus gradus ex natura ipsius modi habendi tale obiectum, ergo relinquitur, quod sit certus gradus beatitudinis determinatus ex prædestinatione diuina. Prima pars huius assumpti probatur. Tum quia obiectum commune est omnibus beatis. illud autem determinatum proprium est cuilibet. Tum quia in beatitudine sunt diuersi gradus, quibus obiectum communicatur diuersis, obiectum autem ipsum in seipso non habet istam diuersitatem graduum. Secunda uero pars probatur, quia summa uisio cum sit comprehensio talis obiecti, incommunicabilis est creaturæ, & soli Deo possibilis, cum requirat efficaciam infinitam, ut patet ex q. 12. Tertia uero pars ꝓbatur ex hoc, quod inter uisionem Dei & comprehensionem eius est infinita distantia, ac per hoc multi, immo infiniti gradus uidendi Deum sunt medii, & consequenter modi uidendi, & sic nullus est determinatus modus uidendi magis hic quam ille, ad quem debeat moueri creatura rationalis a Deo, & declaratur distantia infinita ex hoc, quod inter quodlibet finitum & infinitum, sunt infinita media. Consequentia autem quarti modi relinquitur ꝑ se nota, ex sufficientia distinctionis factæ. Vltima autem consequentia principalis per se nota est, quia assequuto termino, ulterius transire non potest.

¶ Circa hanc rationem dubium occurrit, quoniam maior uidetur falsa, ut manifeste patet in motu cęli, qui proculdubio posset a Deo perpetuari, quamuis non teneamus philosophos dicentes ipsum de facto fore perpetuum. Erit ergo aliquod mobile, quod non mouebitur ad aliquid determinatum & ultimum. Nec probatio adducta sufficienter ipsam probat, quoniam cum intentione finis certi (puta communicare bonitatem suam, uel assimilari bonitati diuinę) stat infinitas motionis, ut Auerrois 12. Meta. 36. commento. dicit.

¶ Ad hoc dupliciter responderi potest. Primo, quod duplex est motus. Quidam ordinatus ad consequendam aliquam perfectionem ipsius mobilis, uel alicuius nobilioris se. Et tale mobile impossibile est moueri motu infinito, quoniam moueretur ad impossibile, s. ad consequendum id ad quod perueniri non potest, quia infinitas motus nũquam terminabitur. Quidam uero est motus non per se primo ordinatus ad consequendam aliquam perfectionem, sed magis ex consequuta, seu naturaliter habita, aut communicata perfectione emanans, & talis motus potest esse infinitus. Nec propterea intentio motoris ad infinitum tendit, sed ad aliquod determinatum extrinsecum ab infinito motu, non consequendum per motum, sed magis aut conseruandum, aut communicandum, ita quod omni motui commune est, quod intentio motoris tendit ad aliquid certum, & determinatum, quia fini cuius est intentio, repugnat ratio infiniti idest nunquam haberi posse, quod est de ratione infiniti. Sed differentia inter motus est in hoc, quod quidam ordinatur ad illum certum finem, ut consequẽdum, quidam uero non, sed ut conseruandum, aut communicandum. Et quoniam in proposito sermo erat de motu consequtiuo ipsius finis intenti, quoniam quæstio est de motu ad beatitudinem, idcirco maior S. Thom. cum eius probatione, & solida stat uniuersaliter & propositum infert. Nõ enim assumpsit omne mobile moueri motu finito, sed ad certum finem, quod uniuersaliter uerum est. Et si restringatur ad motum per se primo assequutum, seu ordinatum ad consequendum, nulla erit instantia etiam apparenter, & habetur intentum. Si uero simpliciter & absolute, nihil minus habetur intentum applicando in subsumptis propositionibus proportionaliter illam certitudinẽ finis, puta, si motus requirit certum finem subintelligitur quod motus cõsequutiuus requirit certum finem consequendum, & sic patet responsio ad obiecta. Secundo, posset dici, quod S. Tho. non simpliciter, sed ut theologus, assumpsit illam maiorem, quoniam de facto omnis motus est ad aliquem finem consequendum, nam & cœlum mouetur ut impleatur numerus electorum, sed prima responsio est solidior.

Ferr. 3. con. c. 108. 109.
Aegid. 2. 5. distin. 5. q. 1. ar. 1.
Thom. arg. dist. 6. q. 1. artic. 1.
Duran. dist. 5. q. 1.
Cap. 2. d. 4. q. 1. con. 2. & d. 21. q. 1. con. 1.
Bannes q. 36. ar. 1.
Alb. Mag. 2. d. 5. art. 1.

QVAESTIO LXIII.

De Angelorum malitia quo ad culpam, in nouem articulos diuisa.

DEINDE considerandum est, quomodo angeli facti sunt mali. Et primo quãtum ad malum culpæ, Secundo, quantum ad malum pœnæ.

CIRCA primũ quæruntur nouẽ.

¶ Primò, Vtrum malum culpæ in angelo esse possit.

¶ Secũdò, Cuiusmodi peccata in eis esse possunt.

¶ Tertiò, Quid appetendo angelus peccauit,

SVP. Q. LXIII.

ART. I.

CONCL. In sola uoluntate diuina peccatum esse non potest, in qualibet autem uoluntate creaturæ potest

SV-

test peccatum esse, secundum conditionem suæ naturæ.

¶ PROB. Quia peccare nihil aliud est, nisi declinare a rectitudine actus, quam debet habere, & solum illum actum a rectitudine declinare non contingit, cuius regula est ipsa virtus agentis, cuiusmodi est sola uoluntas diuina respectu sui actus. Secunda autem pars. s. in qualibet &c. probatur. Quia omnis uoluntas cuiuslibet creaturæ rectitudinem in suo actu tantum habet, secundū quod regulatur a uolūtate diuina, & ab hac regulatione, seu rectitudine declinare potest. Tertia autem pars. s. secundum conditionem &c. probatur. Quia ipsa uoluntas naturę creatæ, non est regula sui ipsius ex seipsa, & consequenter a regula, secundum conditionem suam, declinare potest.

Vn̄ peccatū, & quod Deus peccare non possit.

¶ COR. Ergo ex ly secundum conditionem naturæ suæ, hēs, quod cuicunque creaturæ hoc conuenit, ut peccare non possit, hoc habet solum ex dono gratiæ Dei. Perditio ergo tua ex te Israel est, in me autem tantummodo auxilium tuum, s. ut non pecces, & ut non possis.

320 22. q. 89. 2. 2. & 2. d. 3. q. 1. ar. 1. & 3. contr. c. 108. 109. & 110. & opu. 15. ca. 19. & 20. li. 9. te. 19. co. 3.

1^m de maiori.

Potentia. R. ut conuertibili ad hoc, uel illud, secundum partem intellectiuam, nō semper, ad recipiendum esse naturale, §. Tunc &c. In Angelis enim est prima licet non secunda potentia.

2^m de minori.

Cœlestibus. R. considerati secundum actionē naturalem, non secundum actionem liberi arbitrii, (si eam haberēt,) §. Tunc &c. ut patet. Ex litera scito, quod nec in Angelis secundū actionem omnino naturalem potest esse malū, infr. ar. 5.

3^m de maiori.

Semper inest. R. eo modo, quo est naturale, nō aliter. §. Tunc &c. Nam Angelis non est naturale, quod moueātur motu dilectionis in Deū, secundum quod est obiectum beatitudinis supernaturalis, sed secundum, quod est principium naturalis esse.

D. 996.

Quartum

¶ Quartò, Supposito quod aliqui peccato propriæ uoluntatis facti sint mali, utrum aliqui naturaliter sint mali.

¶ Quintò, Supposito, quod non, Vtrum aliquis eorum in primo instanti suæ creationis, potuerit esse malus per actum propriæ uoluntatis.

¶ Sextò, Supposito quod nō, Vtrū aliqua mora fuerit inter creationem & lapsum.

¶ Septimò, Vtrum supremus inter cadentes, fuerit simpliciter inter omnes angelos summus.

¶ Octauò, Vtrum peccatum primi angeli, fuerit aliis aliqua causa peccandi.

¶ Nonò, Vtrum tot ceciderint quod remanserunt.

ARTICVLVS I.

Vtrum malum culpæ possit esse in angelis.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur, quod malum culpæ in angelis esse non possit. Quia malum culpæ non potest esse nisi in his quæ sunt in potentia, ut dicitur in 9. Metaph.* Subiectū enim priuationis est ens in potentia, sed angeli, cum sint formæ subsistentes, non habent esse in potentia. Ergo in eis non potest esse malum culpæ.

¶ 2 Præt. Angeli sunt digniores quam corpora cœlestia. Sed in corporibus cœlestibus non potest esse malum, ut Philosophi dicunt. Ergo neque in angelis.

¶ 3 Præt. Id quod est naturale, semper inest. Sed naturale est angelis quod moueantur motu dilectionis in Deum. Ergo ab eis remoueri non potest, sed diligendo Deum non peccant. ergo angeli peccare non possunt.

¶ 4 Præt. Appetitus non est nisi boni, uel apparentis boni. Sed in angelis non potest esse apparens bonum quod non sit uerum bonū, in eis, uel omnino error esse non potest, uel saltem non potest præcedere culpam. Ergo angeli non possunt appetere nisi id, quod est uere bonum. Sed nullus appetendo id quod est uerè bonum, peccat. Ergo angelus appetendo non peccat.

SED CONTRA est, quod dicitur Iob. 4. In angelis suis reperit prauitatem.

RESPON. Dicendum, quod tam angelus quam quæcunque creatura rationalis si in sua natura consideretur, potest d peccare. Et cuicunque creaturæ hoc conuenit ut peccare non possit, hoc d habet ex dono gratiæ, non ex conditione naturæ. Cuius ratio est, quia peccare nihil est aliud quam declinare a rectitudine actus, quam debet habere, siue creatura accipiatur peccatum in naturalibus, siue in artificialibus, siue in moralibus. Solum autem illum actum a rectitudine declinare non contingit, cuius regula é ipsa regula incisionis, nunquam posset artifex nisi recte lignum incidere, sed si rectitudo incisionis sit ab alia regula, contingit incisionem esse rectam & non rectam. Diuina autem uoluntas sola est regula sui actus, quia non ad superiorem finem ordinatur. Omnis autem uoluntas cuiuslibet creaturæ, rectitudinem suo actu non habet, nisi secundum quod regulatur a uoluntate diuina, ad quam pertinet ultimus finis, sicut quælibet uoluntas inferioris debet regulari secundum uoluntatem superioris, ut uoluntas militis secundum uoluntatem ducis exercitus. Sic igitur in sola uoluntate diuina peccatum esse non potest, in qualibet autem uoluntate creaturæ potest d esse peccatum, secundum conditionem suæ naturę.

4^m de minori vltima.

Bonum. R. cum debito ordine ad regulam diuinæ uoluntatis, non, absque debito ordine ad regulam diuinæ uoluntatis. §. Tunc nihil &c. Angelus enim appetendo uere bonum, non peccauit, sed peccauit appetendo uerè bonum, idest, proprium bonum absque debito ordine ad regulam diuinæ uoluntatis. In huius signum Angeli boni appetierunt uerè bonum, idest, propriū bonum cū ad hoc inclinet omnis natura, & in tali appetitu non peccarunt, quia appetitum talem.

D.

Appetere proprium, bonum an liceat.

D. 199.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod in angelis non est potentia ad esse naturale, est tamen in eis potentia secundum intellectiuam partem ad hoc quod conuertatur in hoc uel in illud. Et quantū ad hoc potest in eis esse malum.

AD SECVNDVM dicendum, quod corpora cœlestia non habent operationem nisi naturalem. Et ideo sicut in natura eorum non potest esse corruptionis malum, ita nec in actione naturali eorum potest esse malum inordinationis. Sed supra actionem naturalem in angelis est actio liberi arbitrii, secundum quam contingit in eis esse malum.

AD TERTIVM dicendum, quod naturale est angelo, quod conuertatur motu dilectionis in Deum, secundum quod est principium naturalis esse. Sed quod conuertatur in ipsum secundum quod est obiectum beatitudinis supernaturalis, hoc est ex amore d gratuito, a quo auerti potuit peccando.

D. 153.

AD QVARTVM dicendum, quod peccatum mortale d in actu liberi arbitrii contingit esse dupliciter. Vno modo ex hoc quod aliquod malum eligitur, sicut homo peccat eligendo adulterium, quod secundum se est malū. Et tale peccatum semp procedit ex aliqua ignorantia uel errore. Alioquin, id quod est malum, d non eligeretur ut bonum. Errat quidem adulter in particulari, eligens hāc delectationem inordinati actus quasi aliquod bonum ad nunc agendum, propter inclinationem passionis aut habitus, etiam si in uniuersali non erret, sed ueram de hoc sententiam teneat. Hoc autem modo in angelo peccatum esse non potuit, quia nec in angelis sunt passiones, quibus ratio aut intellectus ligetur, ut ex supradictis patet, nec iterū primum peccatum habitus procedere potuit ad peccatum inclinans. Alio modo contingit peccare per liberum arbitrium, eligendo aliqđ ꝙ secundum se est bonum, sed non cum ordine debitæ mensuræ aut regulæ, ita quod defectus inducens peccatum sit solum ex parte electionis, quę non habet debitum ordinem nisi ex parte rei electæ, sicut si aliquis eligeret orare, non attendens ad ordinem ab ecclesia institutum. Et huiusmodi peccatum non præexigit ignorantiam, sed absentiam solum considerationis eorum, quæ considerari debent. Et hoc modo angelus peccauit conuertendo se per liberum arbitrium ad proprium bonum, absque ordine ad regulam diuinæ uoluntatis.

D. 718.

D. 818.

q. 59. ar. 4.

AR-

talem regularunt secundum uoluntatem diuinam. Angelus ergo ex parte electionis, non ex parte rei electæ, peccare potuit, homo autem ex parte utriusque peccare potest, ex parte quidem rei electę, ut quando adulterium uult: ex parte autem electionis, ut quando uult orare, non attendens in hoc ad ordinem ab ecclesia institutum. In isto ultimo multi sæpius decipiuntur, & hæretici sub hoc prætextu boni peccatum suum, hæresisque ueram insaniam palliantes ueniunt ad rapiendum oues, mactandum, occidendum, perdendum. Ideo sis cautus ab his peccatis diabolicis, ut pote cognitu difficillimis, uestimenta ouium præseferentibus, intrinsecus autem lupinam rapacitatem fouentibus, cautus, inquã, ut cognoscas ea & in te (si adsunt,) & in alijs, quo utrobique ea procul abiicere queas.

APPENDIX.

Vti. pro S. Eccl.

HInc habes primo, quomodo per rationem interimas hæresim Georgianorum Dauidicorũ, & Andreæ Osiandri Prat, Antidæmoniaci Dauidici dicentium, Diabolum non esse, nec malos spiritus. Item hæresim Caluini. Diabolum Dei mandato esse mendacem, dicentis, (iam enim culpa; quæ s. aliàs culpa esset, non esset culpa, puta mendacium non esset diabolo mendaciũ. Vt Accipere uxorem fornicariam non fuit peccatum ipsi Oseæ; quia mandato Dei hoc fecit. Velle mortem sibi sui Isaac non fuit peccatum ipsi Abrahæ quia mandato Dei id uoluit.) Item hęresim Atheorum, qui diabolum noctes in die inuocant, atque colunt. Horum idolatria pro tanto uocatur hic hæresis & recensetur, p quanto uidentur hi facto suo tenere, quod diabolus sit dignus adoratione, & non sit malus ex culpa sua, sicut & Caluini hæresis hic adducta est pro quanto diabolum dicit non malum ex culpa sua, & in Deum posse cadere culpam mendacii. Secundo habes, quomodo per rationem ostendas, omnes has damnari iussisse a scriptura Iob. 4. In angelis suis reperit prauitatem, & Io. 8. Diabolus est mendax & pater eius, s. mendacii. Ecce quod diabolus est ex culpa sua inuentor mendacii. Vnde & ibi dicitur. Cum loquitur mendacium ex propriis loquitur. Quid clarius cõtra Caluinum? Nota, quod Angelus non diceretur, nec factus esset diabolus, nisi malum culpę fuisset in eo (secundum August.) Ideo, articulum hunc esse contra prędictas hæreses, statuimus. Item a Psalm. 91. Rectus dominus Deus noster, & non est iniquitas in eo. Item 1. Ioan. 1. Deus lux est, & tenebræ in eo non sunt ullę. Item Io. 8. Quis ex uobis arguet me de peccato? Ecce, quod Caluinus in hoc est peior Pharisæis, Iudæis, eorumque principibus, quos alloquebatur Christus. Vide 3 de sal. q. 15. ar. 1. 2. cum Elucid. Et Addition. q. 16. ar. 2. ad secundum cum Elucid. Tertio uides, quomodo ex his uicissim firmetur præsens articulus.

Comm. Cardinalis Caietani.

TItulus clarus est, Malum superius declaratum siue culpæ contra pęnam, quod tripliciter differt &c.

¶ In corpore una est conclusio responsiua, affirmatiue. Omnis creatura rationalis in solis naturalibus constitutiua, potest peccare, & probatur. Sola uirtus operatiua, quæ est sua regula operandi, non potest declinare a rectitudine actus. ergo sola uoluntas diuina, non potest declinare a rectitudine actus uoluntarii. Antecedens probatur ex ratione peccati in communi, quia. s. nihil aliud est quam declinatio a rectitudine, quã debet habere actus. Et declaratur seu manifestatur hæc ratio in peccato naturæ, artis, & moris. Et declaratur exemplariter in manu, & regula incidenti, respectu actus incisionis. Consequentia uero quo ad expositionẽ primam probatur, quia uoluntas diuina non habet superiorem, ac per hoc, est sibiipsi lex. Quo ad secundam uero, quia qualibet alia uoluntas regulanda est secundum uoluntatem diuinam quod probatur. Tum, quia eius est proprium obiectum ultimus finis simpliciter. Tum quia uniuersaliter uoluntas inferioris regulanda est uoluntate superioris, ut patet in milite & duce, & uniuersaliter in omnibus subordinatis uoluntariis agentibus.

¶ Circa antecedens, dubitatiuncula occurrit, quoniam secunda exponens illius falsa uidetur. s. Omnis uirtus quæ non est sua regula, potest declinare a rectitudine actus, stat enim quod non sit sua regula, & tamen habeat ipsam immobiliter congenitam, sicut homo risibilitatẽ, & sic non possit declinare ab actus rectitudine.

¶ Ad hoc breuiter dicitur, quod eiusdem rationis est, & pro eodem in proposito reputatur, uirtutem, aliquam esse suam regulam, uel habere eam immobiliter congenitam, quoniam hoc redit in idem. Et tantum differt in hoc, quod primo modo natura uirtutis operatiua esset sua regula formaliter, uel identice, secundo uero modo, esset sua regula uirtualiter, unde nihil obest proposito, quocunque id modo accipiatur. Constat enim nullam uoluntatem, excepta diuina, esse tantæ perfectionis, quod aut sit sua regula, aut quod habeat eam congenitam ex natura, quoniam hoc includit quod ex natura flueret immobilis amor omnis boni, tam naturalis quam supernaturalis, tam congeniti naturaliter quam per reuelationem ostensi, quod implicat cõtradictionem manifeste, quamuis ex aliquo gratuito Dei dono, immobilitatem talis amoris consequi possit.

¶ Ad euidentiam antecedentis scito, quod fundatur super hoc, quod actus rectus dicit duo, actum & rectitudinem, ac per hoc principia eius sunt duo, scilicet potentia operatiua, & regula. Et propterea secundum coniunctionem potentiæ cum regula, erit coniunctio actus cum rectitudine, ita quod, si coniunctio est inseparabilis, etiam actus necessario erit rectus, & si coniunctio illorum principiorum est separabilis, actus etiam poterit esse non rectus. Et similiter, si coniunctio est ex natura, actus naturaliter erit rectus, & si ex dono, gratiæ actus itante dono, erit rectus, & non ex ui naturæ. Et propterea, per se nota est illa propositio. Virtus operatiua, quę est sua regula non potest naturaliter deficere a rectitudine actionis, exponendo ly est sua regula, ut diximus.

¶ Circa consequentiam aduerte duo. Primum est, quod non intendimus solam uoluntatem diuinam absolute, excludendo omnia alia agentia, esse regulam sui actus, sed inter uoluntates sola ipsa est regula sui actus, ita quod dictio exclusiua, non excludit omnem aliam uirtutem operatiuam, sed tantum omnem aliam uoluntatem. Quoniam naturaliter uirtutes naturales declinare non possunt a rectitudine sui actus, suntque sibi ipsis agendi regulæ. Secundum est, quod non intendimus quod qualibet alia uoluntas possit deficere in quolibet suo actu uoluntario, quoniam angelus in puris naturalibus respectu obiectorum naturalium, non potest deficere, sed quod omnis alia uoluntas potest in aliqua sua actione deficere, hoc enim sufficit ad hoc, quod possit peccare.

¶ Circa probationem illius exponentis. Qualibet alia uoluntas non est sua regula, quia ordinatur ad ultimum finem, qui pertinet ad uoluntatem diuinam, & quia habet superiorem, dubium occurrit. Quia si ista ratio est efficax, concludit, quod omne agẽs secundum, potest naturaliter deficere in sua actione, quoniam habet superius, & ordinatur ad finem ultimum simpliciter &c. qđ tamen S. Tho. negat.

¶ Ad hoc dicitur, quod ista ratio est efficax non in omni agente, sed uoluntario, nec in omni operatione uoluntaria, ut dictum est, sed aliqua, ita quod optime infert, ergo uoluntas omnis secunda, potest in aliqua operatione deficere. Et ratio diuersitatis est difformitas ordinis ad ultimum finem, & disparitas regularum operationis liberæ, & naturalis. Opatio nanque naturalis ordinaẽ ad unum, mediante quo respicit Deum, ut ultimũ finẽ naturalis esse. Et iõ ad regulandũ eã, sufficit rõ illius unius boni, quã cũ particulare bonũ ponat, non incõuenit connaturalẽ esse alicui creaturæ. Operatio uero libera põt in oẽ bonum, ac p hoc ordinatur ad ultimũ finẽ in seipso, & prout est finis naturalis, & supernaturalis. Et ideo ad regulandum eã, exigitur rõ omnis boni, quã constat non posse connaturalem esse creaturæ, quia sic ex ui naturę haberet oẽ bonum simpliciter, quamuis posset superaddi naturæ ex gratia. Quia ergo uoluntas ordinatur in finem ultimum in seipso, ut supernaturalis est, cuius ratio soli uoluntati diuinæ est cõnaturalis, hoc enim important ista uerba textus, ad quam pertinet ultimus finis, & quia sic habet supiorem, iõ ex hoc optime infertur. ergo non est sua regula, sed regulatur diuina uoluntate. Hęc aũt non conueniunt agentibus naturalibus nec uoluntariis omnibus respectu naturalium obiectorum, quare &c.

321 1. d. 5. q. 1. 2. 3. & d. 22 q. 1. a. 1. co. & 3. con. c.

Ferr. 3. cont. c. 109. Scot. 2. sd. 6. q. 2. Mauro 2. 5. d. 5. q. 4. Capr. 2. d. 4. q. 1. con. 3. S. Bona. 2. 5. d. 5. q. 1. a. 1. Riccar. 2. 5. d. 5. q. 1. Aegid.

ARTICVLVS II.

Vtrum in angelis possit esse tantum peccatum superbiæ et inuidiæ.

AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur, quod in angelis non possit esse solum peccatum superbiæ & inuidiæ. In quem cunque enim cadit delectatio alicuius peccati, potest cadere peccatum illud. Sed dæmones delectan-

Aeg. 2. 5. d. 5. q. 1. ar. 3. Alb. Mag. 2. d. 5. ar. 2. 109. & ma. q. 16. a. 2. 4.

SVP. Q. LXIII. ART. II.

COnclvs. 1. Secundum reatum quidem

dem omnia peccata in dæmonibus esse contingit.

¶ PROB. Quia ex hoc, quod dæmones inducunt homines ad omnia peccata, omnium peccatorum reatum incurrunt.

¶ NOT. Hanc probationem multum profunde librent, & inde sibi caueant, qui uerbo, uel exemplo scandalizant proximos, malefactores non castigant, quando re uera debent, quia hoc est inducere eosdem malos ad perseuerandum in peccatis, & alios ad imitandum illos, uel consentiendum illis.

Ab alienis parce seruo tuo. Ps. 18. li. 14. c. 3. a med. to. 5.

¶ CONC. 2. Peccatum primum angeli non potest esse nisi superbia, sed consequenter potuit etiam in eis esse inuidia.

¶ PROB. Quia in appetendo spiritualia bona non potest esse peccatum, nisi per hoc quod in tali affectu secundum superioris regulam appetens non ordinatur, & hoc, non subdi, s. superiori in eo quod debet, est peccatum superbiæ. Secunda autem pars, s. sed consequenter &c. probatur. Quia eiusdem rationis est quod affectus tendat in aliquid appetendum, ac renitatur opposito eius, & inuidia est renitentia, seu dolor, de bono alterius, inquantum secundum æstimationē inuidi bonum alterius est impedimentum boni affecta ti per inuidum.

li. 31. Mor. c. 31.

li. 14. cap. 3. a med. t. 5.

1^m de maiori.

Delectatio. R. ita quod ad illam rem, quæ est materia peccato, afficiatur, non, ita quod sine tali affectu, ex inuidia, talis delectatio oriatur §. Tunc nihil &c. Nam ex secundo, non ex primo, uenit, quod diabolus delectetur in peccatis carnalibus hominū.

D. 150.

2^m de maiori.

Ita. R. quantum ad esse spirituale, non, quantū ad esse pure spirituale. §. Tunc &c. Nam intendit conclusio secunda loqui tantum de spiritualibus pure, non de quomodocunque spiritualibus. Vide literam. Et nouerís ex illius casce, in quo sensu inuidia sit pure spiritualis.

3^m de minori.

Quid noīe supbiæ, & inuidiæ.

Ponitur. R. uel explicite nominando effectum nomine effectus tali, aut tali, uel implicite, comprehendendo. Effectū sub nomine causæ. §. Tunc nihil &c. Licet enim non nominentur specialiter in dæmonibus alia peccata, quæ ex superbia, & inuidia nascūtur (ut in concl. patet,) tamen nominantur nomine causæ suæ. i. superbiæ & inuidiæ. Dicendo. n. in conclusione quod ibi sunt superbia, & inuidia, cointelligimus, quod & ibi ex his, ceu causis, nascentia reperiūtur. Sic ergo in dæmonibus est odium, peccatum in Spiritumsanctum, & multæ aliæ deformitates peccatorum a. d. 43. 6. & contra gentes, 3. c. 109. & blasphemiam mentalis, ex 2. 2. q. 13. 4. sicut in aliis damnatis etiam uocalis, ibid.

tur etiam in obscænitatibus carnalium peccatorum, ut Aug. dicit 14. de Ciui. Dei.* Ergo in dæmonibus etiā peccata carnalia possunt esse.

¶ 2 Præt. Sicut superbia & inuidia sunt peccata spiritualia, ita accidia & auaritia, & ira. Sed spiritui conueniunt peccata spiritualia, sicut & carni peccata carnalia. Ergo non solum superbia, & inuidia in angelis esse potest, sed etiam accidia & auaritia.

¶ 3 Præt. Secundum Gre.* in moralibus, ex superbia nascuntur plura uitia, & similiter ex inuidia. Posita autem causa ponitur effectus. Si ergo superbia & inuidia in angelis esse possunt, pari ratione, & alia uitia in eis esse possunt.

SED CONTRA est, quod Aug. dicit 14. lib. de Ciuit. Dei,* quod angelus non est fornicator, aut ebriosus, neque aliquid huiusmodi. Est tamen superbus & inuidus.

RESPON. Dicendum, quod peccatum aliquod, in aliquo esse potest dupliciter. Vno modo secundum reatum, alio modo secundum affectum. Secundum reatum quidem, omnia peccata in dæmonibus esse contingit, quia dum homines ad omnia peccata inducunt, omnium peccatorum reatum incurrunt. Secundum affectum uero illa solum peccata in malis angelis possunt, ad quæ contingit affici spūalem naturā. Spūalē aūt naturā affici, nō contingit ad bona quæ sunt propria corpori, sed ad ea quæ in rebus spiritualibus inueniri possunt, nihil enim afficitur nisi ad id, quod suæ naturæ potest esse quodammodo conueniens. In spiritualibus autem bonis, non potest esse peccatum dum aliquis ad ea afficitur, nisi per hoc quod in tali affectu superioris regula non seruatur, & hoc est peccatum superbiæ, non subdi superiori in eo quo debent. Vnde peccatum primum angeli, non potest esse aliud quam superbia. Sed consequenter potuit in eis esse etiā inuidia. Eiusdem enim rationis est quod affectus tendat in aliquid appetendum, & quod renitatur opposito. Inuidus autem ex hoc de bono alterius dolet, inquantum bonum alterius æstimat sui boni impedimentum. Non autem alterius poterat æstimari impedimentum boni affectati per angelum malum, nisi inquantum affectauit excellentiā singularem, quæ quidem singularitas per alterius excellentiam cessat. Et ideo post peccatum superbiæ, consecutum est in angelo peccante malum inuidiæ, secundum quod de bono hominis doluit, & etiam de excellentia diuina, secundum quod eo Deus contra uoluntatem ipsius diaboli utitur in gloriam diuinam.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod dæmones non delectantur in obscœnitatibus carnaliū peccatorum, quasi ipsi afficiantur ad delectationes carnales. Sed hoc totum ex inuidia procedit, quod in peccatis hominum quibuscunque delectantur, inquantum sunt dimpedimenta summi boni.

AD SECVNDVM dicendum, quod auaritia, secundum quod est speciale peccatum, est immoderatus appetitus rerum temporalium, quæ ueniunt in usum uitæ humanæ, quæcunque pecunia æstimari possunt, & ad ista non afficiūtur dæmones, sicut nec ad delectationes carnales. Vnde auaritia proprie sumpta, in eis esse non potest. Sed si auaritia dicat omnis immoderata cupiditas habendi quodcunque bonum creatum, sic auaritia continetur in superbia quæ est in dæmonibus. Ira uero cum quadā passione est, sicut concupiscentia. Vnde ipsa in dæmonibus esse non potest nisi metaphorice. Accidia uero est quædam tristitia, qua homo redditur tardus ad spirituales actus propter corporalem laborē, qui dæmonibus non competit. Et sic patet quod sola superbia & inuidia, sunt pure spiritualia peccata quæ dæmonibus cōpetere possunt, ita tamen, quod inuidia non sumatur pro passione, sed pro uoluntate renitente bono alterius.

AD TERTIVM dicendum, quod sub inuidia & superbia, prout in dæmonibus ponuntur, comprehenduntur omnia peccata quæ ab illis deriuantur.

ARTI-

APPENDIX.

EX articulo habes primo quomodo per rationem ostendas, de diabolo recte esse dictum Iob 41. ipse est rex super omnes filios superbiæ, & Sap. 2. inuidia diaboli mors introiuit in orbem terrarum, & Io. 7. Ille homicida erat ab initio (.i. occidit ex inuidia hominem ab antiquo, seu ab initio peccati sui.) Item initium omnis peccati superbia. Item inimicus homo hoc fecit Matth. 13. i. diabolus, ut patet per contextum homini ex inuidia inimicus, hoc fecit. Hinc a communi omnium Pontificū Romanorum, omniū Conciliorum, omniū Patrū diabolus humani generis hostis appellatur. Secundo vides, quomodo ex his firmetur uicissim conclusio. Si uis plura uidere circa materiam istam. En B. Aug. 12. de ciu. Dei c. 6. & 14. c. 13. B. Hier. super Isaiam c. 14. BB. Anselm⁹ de casu diaboli c. 4 Bernardus sermo. 69. super Cātica. Greg. 34 mor. c. 14. Amb. super Psal 36. Vidi impium supexaltatum. & 118. Increpasti superbos &c. Superbi inique agebant, Basilius homelia, quod Deus nō est author malorum. Hi de superbia. Sequentes de inuidia, BB. Gregor. 5. mor. ca. 31. 33. Basilius homel. de inuidia, Bernardus serm. 2. in oct. Paschæ, & serm. 17. super Cantica. August. in de libero arbitrio c. 25. & in epist. 48. Cyprianus in oratione de zelo & liuore.

Vti. pro S. Eccl.

D. 1001.

Comm. Cardinalis Caietani.

TItulus clarus est.

¶ In corpore est unica distinctio bimembris, & tres conclusiones responsiuæ, prima iuxta primum membrum, & aliæ iuxta secundum. Distinctio est de modo essendi peccati in aliquo, dupliciter enim contingit. i. secūdum reatum, aut secundum affectū. Et uocatur secundum affectum, idest formaliter. Secundum uero reatum idest secundum obligationem ad pœnam illius peccati, quæ

quæ obligatio est effectus maculæ, quæ est formaliter peccatum remanens. Et quoniam nemo obligatur seu reus est pro peccato cuius non est causa, esse secundum reatum, ut distinguitur contra esse secundum affectum, est esse in eo causaliter. Prima conclusio est, Omnia peccata possunt esse in angelis secundum reatū. Scḋa conclusio est, secundum affectum in angelis primum peccatum nō potest esse aliud quam superbia. Tertia est, secūdum affectum po tuit consequenter in angelis esse peccatum inuidiæ. Prima conclu sio probatur, quia possunt inducere homines ad omnia peccata. Secunda uero sic, primum peccatum fuit in affectione deordinata ad bona spiritualia. ergo fuit in non subiectione superioris regulæ. ergo non fuit nisi superbia. Antecedens probatur, quia angelus non potest affici nisi ad bona spiritualia, quod probatur, quia nihil afficitur nisi ad conueniens quodammodo naturæ suæ. Prima uero consequentia probatur, quia in affectione ad spiritualia non contingit aliter peccare, nisi quia superioris regula non serua tur. Secunda autem consequentia probatur, ex eo, quod non subdi superiori, superbiæ est. Tertia conclusio probatur quo ad duo singillatim primo, quo ad posse, secundo, quo ad modum quo fuit primum. s. quod potuit consequenter ibi esse inuidia, probatur, quię eiusdem rationis est tendere in bonum, & reniti opposito, & est actus inuidiæ, quia inuidus dolet de bono alterius, inquantum impeditiuum proprii, quod amat. Secundum. s. quomodo inuidit, manifestatur sic. Angelus malus affectauit excellentiam singularem. ergo doluit de bono hominis, & de excellentia diuina. Antecedens probatur, quia non aliter potuisset habere ibi locum inuidia. Consequentia uero manifestatur ex eo, quod singularis excellentia cessat, & ex excellentia communicabili homini, & ex excellentia diuina.

¶ Circa rationem adductam pro secunda conclusione, dubium occurrit ex duplici capite. Primo. ex eo quod hic assumitur. s. quod immoderatus affectus ad spiritualia, non potest esse aliud peccatum nisi superbia. Secundo, ex ratione adducta ad probandū hoc scilicet affectus ad spiritualia non est malus, nisi quia declinat a regula superioris. ergo est superbia. Contra primum enim obstat. Tum, quia multa uidentur esse uitia habentia pro obiecto bonū spirituale. Tum, quia appetitus, immoderatus boni spiritualis delectabilis, ut sic ad luxuriam magis reduci uidetur, quam ad superbiam. Vnde Sco. in 2. d. 6. q. ult. ponit quod appetitus quo angelus inordinate concupiuit beatitudinem ad luxuriam magis reducitur, quia est appetitus non excellentiæ, sed delectabilis. Cuius signum adducit, quod peccatum quo inordinate delectatur quis in speculatione conclusionis geometricæ, ad luxuriam reducitur. Contra secundum uero obstat, quia sic sequeretur quod omnis inordinata affectio ad quodcunque bonum, esset superbia, quoniā nulla affectio ad bonum quodcunque, habet rationem mali, nisi quia Dei regula nō seruatur in tali affectu, & sic, & luxuria & aua ritia essent superbiæ species.

¶ Circa secundam conclusionem occurrit dubium non dissimulandum, quia uidetur contrariari dictis in præcedenti articulo, in responsione ad quartum, ubi dixit S. Tho. quod peccatum angeli fuit ex parte electionis, & non ex parte rei electæ. Nunc uero dicitur, quod est peccatum superbiæ. Si enim fuit peccatum superbiæ. ergo elegit non subiici Deo, ergo peccauit ex parte rei electæ. Et tenet consequentia prima, ex differentia inter superbiam & alia peccata, in hoc quod auersio a diuina regula in aliis peccatis inuenitur ex consequenti, in superbia autem per se, ex hoc ipso. s. quod superbus non uult Deo & eius regulis subiici, ut expresse dicit S. Tho. in secunda secundæ q. 162. art. 6. & 7. Præterea hic dicitur, quod angelus appetiit excellentiam singularem. ergo peccauit ex parte rei electę.

¶ Circa secundam conclusionem occurrit dubium secundo, quid fuit illud bonum spirituale appetitum in primo peccato angeli. An scilicet, fuerit ipsemet, ut amatus a seipso puro amore amicitiæ, an beatitudo, ut desiderata sibi uel quod idem est, ipsemet ut concupita est sibi beatitudo. Et est occasio dubitandi, quoniam apud S. Tho. non inuenitur aliter primum angeli peccatum, nisi per inordinatum affectum sui, ut beatificabilis. Apud Scotum uero loco allegatur, quod ibi fuerunt duo peccata, primum superbiæ deordinans amorem amicitię erga seipsum, secundum luxuriæ, deordinans amorem concupiscentiæ, quo sibi beatitudinem concupiuit. Et eius ratio est quia inordinata concupiscentia necessario supponit inordinatam amicitiam, quoniam quem tantum inordinate amo, illi inordinata concupisco.

¶ Circa modum assignatum ultimæ conclusionis, dubium occurrit quoniam falsum uidetur, quod non aliter potuit esse inuidia, nisi affectata excellentia singulari. Potest enim inuidus dolere de bono alterius non solum inquantum impedit eius singularitatem, sed etiam inquantum impedit quancunque aliam conditionem affectati boni, puta delectationem, liberum usum, & alia huiusmodi, & si sic est, uidetur magnam pati calumniam processus S. Thom.

¶ Ad primam dubitationem dicitur, quod non est Sanct. Th. dicere simpliciter, quod circa spiritualia non contingit inordinate affici, nisi superbè, cum constet circa eadem posse esse uitium superbiæ oppositum, tanquam extremum alterum, & humiliati tanquam uirtuti mediæ quoniam opposita habent fieri circa idē. Sed mens sua est, quod primo circa affectum spiritualium, non peccatur nisi superbè. Quoniam cum proprium obiectum superbię sit excellens, non quomodocunque aut qualitercunque, sed excellens, mensuram a Deo præfixam ut sic, ita quod in quacunque re excellentia mensuræ ut a Deo taxatur, est proprium obiectum superbiæ. Bona uero spiritualia cum secundum se excessi ua esse non possunt, quoniam quanto maiora habentur, tanto meliora sunt, & consequenter secundum se amari nimis, non possunt: consequens est, ut ex hoc primo habetur rationem uitiosi appetibilis, ex quo primo habent rationem excedentis, & incommensurati alicui, hoc autem constat esse diuinam dispensationē, & regulam. Et propterea affectus primus inordinatus ad spiritualia, superbia rationabiliter est tendens in id, unde primo habent spiritualia rationem uitiosi appetibilis. Notanter autem utitur S. Tho. uocabulo affectionis, insinuans per hoc, quod primum peccatum oportuit esse actum uolitionis, qui fertur in bonum ut sic, & non actum nolitionis, qui respuit malum ut sic. Vnde ad primam obiectionem in oppositum dicitur, quod quamuis in affectu spiritualium possint esse plura uitia, primum tamen oportet esse superbiam. Vitium enim sibi oppositum cum tendat in ultius ipso appetente, aut in angelis respectu spiritualium omnino locum non habet, aut primum locum habere non potuit, quoniam longe similius est naturę tam excellenti appetere aliquid supra se quæ infra, cum etiam omnibus inditum naturaliter uideatur, ad magna tendere. Vitia autem cætera circa spiritualia, aut consistunt circa nolle, & sic non potuerunt esse prima, ut odium & inuidia, & huiusmodi, aut oriuntur ex affectu superbiæ, ut inanis gloria, & consequenter non possunt esse prima. Nec obstat appetitus ad delectabile ut sic, quem obiicit Sco. Tum, quia sicut delectabile non potest esse primum appetitum, sed appetitus delectabilis sequitur naturaliter appetitum conuenientis, sicut ipsa delectatio est quies in bono conuenienti coniuncto, ita prima deformitas in appetitu alicuius obiecti, non est deordinatio appetitus delectabilis, sed illius boni ad quod consequitur ratio delectabilis. Tum, quia inordinata affectio ad delectabile, nullum speciale uitium constituit, sed spectat ad eadem uitia quæ respiciunt illa bona delectabilia. Ita quod inordinata affectio ad delectari cibo, in potu, in uenereis, in honoribus, in potestate, in diuitiis, in scientia, & in aliis, non spectant ad unum uitium, nec quælibet earum constituit seorsum aliquam speciem uitii, sed singulæ ad illas uitii species pertinent, quę obiecta, puta potestatem, scientiam, potum, cibum &c. inordinate respiciunt, quemadmodum per oppositum ordinate delectari in aliquo bono non constituit unam aut plures uirtutes, sed est conditio sequens singulas. Iustus enim ordinate delectatur in bono ad alterum. Temperans uero in bono sensibili moderato, & sic de aliis. Vnde ponere luxuriam uelut uitium generale ad delectabile ut sic, uoluntarium uidetur. Et quod dicitur de inordinata conclusionis geometricę delectatione, respondetur, quod spectat ad illud uitium, ad quod spectat ratio boni apprehensi fundantis delectabile quicquid sit illud, non enim contingit aliter delectari. Tū, quia ipsemet Scotus fatetur, quod si excellentia appetitur, appetitus talis delectabilis ad superbiam, non ad luxuriam spectat. Ex hoc enim habeo duo. Primo, id quod nunc dictum est, scilicet quod inordinata affectio alicuius delectabilis spectat ad idem uitium ad quod pertinet inordinata affectio sui fundamenti, sicut inordinata affectio ad delectari in excellentia, spectat ad inordinatum appetitum excellentiæ, quia ad superbiam. Secundo, quod appetitus beatitudinis non fuit luxuria, sed superbia, quia fuit appetitus inordinatus excellentiæ propriæ, quoniam beatitudo est status omnium bonorum aggregatione perfectus, & sic appetendo beatitudinem, appetiit primo excellentiam, in qua plurimum consistere credimus beatitudinem. Et præterea nulla maior excellentia ipsa fœlicitate est, quæ omnis appetibilis excellentiam summumque gradum in ratione sua claudit, aliàs beatitudo ultimi finis rationem non haberet.

¶ Ad id uero quod obiicitur ex alio capite, dicitur, quod bonum aliquod appeti, non seruata superioris regula, dupliciter contingit, scilicet per se idest quod per se despiciatur superioris regula. Alio modo ex consequenti, seu per accidens. Et primo modo infertur superbia, cuius proprius actus est contemptus superioris, secundo modo commune est cæteris uitiis digredi a diuina regula.

¶ Ad primum contra secundam conclusionem dicitur, quod proculdubio aspernari superiorem, per se conuenit superbiæ, & cæteris ex consequenti. Sed quia tale per se contingit dupliciter, ideo uniuersaliter loquendo, tribus modis fit superioris regulæ contemptus. Primo obiectiue, & modaliter simul. Et in hoc consistit supremus gradus superbiæ, quo eligitur non subiici Deo, & ut res electa, & ut modus ipsius electionis, namque ipsamet electio non regulatur diuina tunc regula. Secundo sit

sit modaliter, & ex consequenti: & in hoc consistit auersio extétorum peccatorum mortalium, quoniam dum tendunt ad sua obiecta, concomitatur auersio à diuina regula. Tertio fit modaliter & per se, & in hoc consistit ratio superbiæ, dum ad secundum se bona tendit superbę. Ex eo namque, quòd talis appetitus est ad bonum, sequitur, quòd ex obiecto non redundet deformitas in actu, ac per hoc non comitatur auersio. Et ex eodem patet, quòd auersio tunc non concurrit obiectiue tanquam res electa. Ex eo verò quòd in bona superbè tendit, sequitur quod ibi interueniat non subiectio diuinæ regulæ vt modus ipsius appetitionis, & quod voluntarie ibi interueniat talis modus: alioquin peccatum non esset. Et si his adiungas, quòd non ex passione, aut ignorantia, aut infirmitate hic aduenit modus, restat vt per se interueniatur non subiectio ista. & sic auersio est per se volita: non ut obiectum volitionis, sed vt modus eiusdem. & hoc modo fuit peccatum angeli, superbia. Nec requiritur ad per se volitum, vt priuatiuum modum electionis, quod sit cognitum actu, quoniam hæc est conditio voluntarij obiectiue: sed sufficit quòd potuerit cognoscere & uitare illud, si voluisset, & voluntarie non vtatur eius opposito, s. regula. Cum ergo dicit S. Tho. quòd superbia est auersio per se, ex hoc quòd non vult Deo & eius regulæ subijci: intelligendum est obiectiue, vel modaliter. Sufficit enim ad peccatum superbiæ, quòd non per aliud, sed mere voluntarie aspernetur quis diuinam regulam vt modum suæ electionis, idest pure & voluntarie eligat non vtens diuina regula. & ad hoc sufficit in intellectu inconsideratio regulæ. Et quoniam hæc omnia concurrunt in peccato angeli, vt ex dictis patet, ideo optimè dictum, quòd peccatum fuit superbia. Ad secundum dicetur inferius in articulo sequenti.

¶ Ad secundum dubium dicitur, quòd cum amare sit uelle bonum alicui: non video quomodo posset esse amor amicitiæ siue ad se, siue ad alterum purus, id est absque aliqua concupiscentia. Amicum enim amare, est velle eum habere ad minus ea quæ habet, & similiter amare seipsum, est sibi uelle seipsum ad minus. Vnde superius cum author quæsiuit: quomodo angelus amet se, pro tanto dixit amare se naturaliter vel electiuè, pro quanto aliquod bonum sibi naturaliter vel electiuè vult. Et propterea ad quæstionem dicendum est, quòd quæstio supponit falsum, quòd angelus amet se pura amicitia. talis.n. amor non uidetur possibilis. Et rursus, si adoutteretur, oporteret monstrare, quomodo absq; digressione ad concupiscentiã aliquam peccatum esset. Ex parte namque obiecti, peccatũ non est, ex parte uerò modi amãdi peccatum non video, nisi quia nimis se amaret. Quò ad hoc reducitur, q aliquid sibi vult, quod ei nõ conuenit, quod est concupiscere, puta quòd tm̃ se amet, vt nõ curet de diuina beatitudine: hoc. n. est uelle sibi sufficientiã ad beatitudinem. Vnde distingui potest, non curãdo de ueritate membrorũ in rerum natura, quòd amor amicitiæ ad seipsum dupliciter cõtingit. Vno modo, in sua puritate, & sic non fuit primum peccatum angeli. Alio modo, ut ratio est concupiscendi sibi aliquid, & hoc modo primũ peccatum angeli fuit ex nimio amore sui: sed ille nimius amor ex hoc primo habuit rationẽ excessiui, quòd fuit ratio concupiscendi sibi beatitudinem supra se. Et per hoc patet responsio ad fundamentum Scoti: distinguendo, q inordinatã concupiscentiam prouenire ex inordinata amicitia contingit dupliciter. Primò, q illa amicitia in se absolutè sit mala, & ex eius malitia fiat mala concupiscentia, & hoc modo non contingit in proposito. Alio modo, quòd simul & vna numero in ordinatione vtrumque deformet: sed unum sit ratio alterius. Nec prius natura unum sit deforme quàm alterum, sed sit quasi prius origine formali tantum: ita quod amicitia non ut prior in se, sed ut ratio concupiscendi sit primo mala & inordinata, quia s. est inordinata ratio concupiscendi. Et sic accidit in peccato angeli: ac per hoc primum eius peccatum fuit amor, vnus & idem numero concupiscentiæ & amicitiæ, si tamen amor dici debet appetitus ardui.

¶ Ad tertiam dubitationẽ breuiter dicitur, q ratio S. Th. non affert solã singularitatem pro ratione inuidiæ: sed totũ coniunctum, s. excellentiã singularem, & propterea ex utroque eorum potest sumi ratio inuidiæ. Vnde & ipse dolorẽ de excellentia humana intulit ex singularitate: dolorẽ verò de excellentia diuina, intulit potius ex excellẽtia appetita, eius enim propriũ est dolere de potestate deprimẽtis. Et per hoc patet respõsio ad obiecta.

S. Bon. 2. s. d. 5. q. 2. ar. 1.
Mairo. 2. s. d. 4. 5. q. 3.
D. Bon. d. 5. ar. 1. q. 2.
Bannes ar 3.
Scot. 2. s. d. 6. q. 1.
Aegid. 2. s. d. 5. q. 1. ar. 2.
Cap. 2. d. 4. q. 1. ar. 1. con. 2.

322

ARTICVLVS III.

Vtrum diabolus appetierit esse vt Deus.

AD TERTIVM sic proceditur. Videtur, q diabolus non appetierit esse ut Deus. Illud. n. quòd non cadit in appręhensione, nõ cadit in appetitu: cum bonum appręhensum moueat appetitũ vel sensibilem, vel rationalem, vel intellectualẽ, in solo. n. huiusmodi appetitu contingit esse peccatum. Sed creaturam aliquam esse æqualem Deo, non cadit in appręhensione: implicat. n. contradictionem, quia necesse est finitũ esse infinitum, si ęquatur infinito. ergo, angelus non potuit appetere esse vt Deus.

¶ 2 Præt. Illud quod est finis naturæ, absque peccato appeti potest. Sed assimilari Deo est finis in quẽ tendit naturaliter quælibet creatura. Si ergo angelus appetiit esse vt Deus, non per æqualitatem, sed per similitudinem, videtur quòd in hoc non peccauerit.

¶ 3 Preterea. Angelus in maiori plenitudine sapientiæ conditus est quàm homo. Sed nullus homo nisi omnino amens, eligit esse æqualis angelo nedum Deo: quia electio non est nisi possibilium, de quibus est consilium. ergo multò minus peccauit angelus appetendo esse vt Deus.

SED CONTRA est, quod dicit Isaiæ 14. cap. ex persona diaboli: Ascendam in cęlum, & ero similis altissimo. Et Aug. * dicit in lib. de quęstionibus vet. test. quòd elatione inflatus voluit dici Deus.

RESP. Dicendũ, quòd angelus absque omni dubio peccauit appetendo esse vt Deus. sed hoc potest intelligi dupliciter. Vno modo per æquiparantiã: alio modo, per similitudinem. Primo quidem modo, non potuit appetere esse vt Deus: quia sciuit hoc esse impossibile naturali cognitione nec primũ actũ peccandi in ipso præcessit vel habitus, vel passio ligans cognoscitiuam ipsius virtutem, vt in particulari deficiens eligeret impossibile, sicut in nobis interdum accidit. Et ideo dato, quòd esset possibile, hoc esset contra naturale desiderium: est enim vnicuique naturale desiderium ad conseruãdum suum esse. quod non conseruaretur si transmutaretur in alteram naturam. Vnde nulla res quæ est in inferiori gradu naturæ, potest appetere superioris naturæ gradũ, sicut asinus non appetit esse equus: quia si transferetur in gradum superioris naturæ, iam ipsum non esset. Sed in hoc imaginatio decipitur: quia enim homo appetit esse in altiori gradu quantum ad aliqua accidentalia, quæ possunt crescere absque corruptione subiecti: æstimatur quòd possit appetere altiorẽ gradum naturæ, in quem peruenire non posset, nisi esse desineret.

* q. 113. à med. to. 4.

SVPER Q. LXIII. ART. III.

CONCL. 1. Angelus absque omni dubio peccauit, appetendo esse ut Deus.

¶ PROB. Quia hoc patet Isa. 14 (vt allegatur in ly sed cõtrá &c)

¶ CONCL. 2. In hoc appetijt esse sĩlis Deo, quia appetijt ut finem vltimũ beatitudinis id, ad quod virtute suæ naturæ poterat peruenire, auertens suũ appetitum à beatitudine supernaturali, quæ est ex gratia Dei: vel si appetiit vt ultimum finem, illam Dei similitudinẽ, quæ datur ex gratia, voluit hanc habere per virtutem suæ naturæ, non ex diuino auxilio sm̃ Dei dispositionem.

¶ PROB. Quia appetijt esse Deo similis in hoc, quod est proprium Dei, (hoc est velle esse similis Deo, quantũ ad hoc, in quo creatura non est nata assimilari Deo): & proprium Dei est, q ipse sit vltimus finis beatitudinis creaturę. Secunda aũt pars, s. vel si appetiit, &c. probatur: Quia si appetiit peccando esse similis Deo quantum ad hoc, in quo nata est creatura Deo assimilari (hoc est videre Deum facialiter, eoque frui) appetijt esse similis ei secundum iustitiã (id est non ex virtute Dei, sed quasi ex virtute propria ad illam peruenire voluit).

¶ COROLL. Superbia ergo Luciferina est velle seipso frui; vel etiam ad gratiam, gloriamve Dei peruenire solum proprijs viribus, (vt Pelagiani, similesque hæretici). Ecce: quòd, non seruato debito ordine ad regulam diuinæ voluntatis, appetere verum bonum fuit peccatum in illo, suprà artic. primo, ad quartum. Ergo ly secundum iustitiã (vt exponitur in secundæ cõclusionis probatione) differt plurimùm à ly reposita est mihi corona iustitiæ 2. Timot. 4. Nam illa sanctorum corona non est secundum iustitiam illã superbam suis creaturæ viribus innitentem, sed secundum iustitiam humilem largitati diuinæ veraciter innixam. Pro cuius captu aduerte ex Concilio Triden. sess. 6. c. 11. 16. & can. 32. q Deus nobis ex nobis oĩ bono indignis donat:

Multi sic superbi.

vt & à peccatis resurgamus, & ad ipsum conuertamur, & bona opera per fidē charitate formatā faciamus, & bonis ipsis operib. mereamur: adeò ꝙ ex mera bonitate sua vult, ꝙ omnia hæc dona sua sint merita nostra. Quia verò inter meritum & præmium attenditur iustitia (præmium.n.ex iustitia debetur ei, qui meruit) ideò corona sanctis reddita non est ita misericordię, ꝙ non sit etiam iustitiæ; nec est ita iustitiæ, ꝙ non sit etiā misericordiæ; immo tota nostra iustitia hic reperta à misericordia originaliter & concomitanter pcedit. Nam dona Dei sunt, & ꝙ mereamur, & quòd perseuerãter mereamur. Hoc docet Ecclesia, dum non excludendo operū iustitiam, dicit Deo; Qui saluandos saluas gratis (vide sequentiā mortuorū, s. Dies iræ dies illa &c.) simulq́; non excludendo Dei misericordiam, eidē ait; Qui iustis pręmia meritorum prębes (vide collectā feriæ 4. post Domin. 4 Quadragesimæ). Saluat vtique gratis, quia gratiam, & meritoria opera, qbus saluādi vitam æternam compararent, ipsis donauit: & nihilominus iustis meritorū pręmia præbet, quia eisdem illud, quod iusto precio (licet sibi gratis donato) cōparauerunt, ex iustitia tribuit. Iustitia ergo sanctorum, qua coronantur, non est superba, s. propriæ virtuti, seclusa misericordia Dei, confidens (qualis erat illa præsumpta Luciferi): sed est verax & humilis, vtpotè quicquid in se habet acceptum Deo referens. Sic verificandum intelligitur illud Psalmi 30. In iustitia tua libera me. Iustitia enim Dei est, modo declarato, omnis iustitia sanctorum. Et sic Beati Augustini verificatur dictum illud, s. Deus, quando coronat in nobis merita nostra, coronat dona sua. Quod quidem dictum verum & iustum procul dubio neque erat, neque fuisset, in superba Luciferi iustitia dicentis: Deus, quando coronabit merita mea, tunc non quod est suum donum, sed quod est mihi ex me debitum, coronabit.

Manifestum est autem, quod Deus excedit angelū, non secundum aliqua accidentalia: sed secundū gradum naturę; & etiam vnus angelus alium. Vnde impossibile est, ꝙ vnus angelus inferior appetat esse æqualis superiori, nedum quòd appetat esse æqualis Deo. Appetere autem esse vt Deus per similitudinē, contingit dupliciter. Vno modo quantum ad id, in quo aliquid natum est Deo assimilari. & sic si aliquis quantum ad hoc appetat esse Deo similis, non peccat, dummodo similitudinem Dei, debito ordine appetat adipisci, vt s. eam à Deo habeat. Si quis autē appeteret secundum iustitiā esse similis Deo, quasi propria virtute, & non ex virtute Dei, peccaret. Alio verò modo pōt aliquis appetere similis esse Deo quantum ad hoc in quo non natus est assimilari, sicut si quis appeteret creare cœlum & terram: quod est proprium Dei: in quo appetitu esset peccatum. Et hoc modo diabolus appetiit esse vt Deus, non vt ei assimilaretur quantū ad hoc quod est nulli subesse simpliciter: quia sic suum non esse appeteret, cum nulla creatura esse possit, nisi per hoc, quòd sub Deo esse participat. Sed in hoc appetiit esse similis Deo, quia appetiit vt finem vltimum beatitudinis id ad quod virtute suæ naturæ poterat peruenire: auertens suum appetitum à beatitudine supernaturali, quæ est ex gratia Dei. Vel si appetiit vt vltimum finem illam Dei similitudinem, quæ datur ex gratia, voluit hoc habere per virtutem suæ naturæ, non ex diuino auxilio secundū Dei dispositionem. Et hoc cōsonat dictis Ansel. [a] qui dicit, quòd appetiit illud ad quod peruenisset, si stetisset. Et hęc duo quodammodo in idem redeunt: quia secundū vtrūque appetiit finalem beatitudinem per suam virtutem habere, quod est proprium Dei: quia verò quod est per se, est principium & causa eius quod est per aliud: ex hoc etiam consecutum est, quòd appetiit aliquē principatum super alia habere. In quo etiam peruersè voluit Deo assimilari. Et per hoc patet responsio ad omnia obiecta.

A R

1m de minori. Aequalē. ℞. Propriè: non, impropriè. §. i. similem. Tunc &c. Diabolus. n. voluit esse Deo similis, vno prædictorum modorum in cōclusione secunda. Vbi diligenter & bene nota illam expositiuam, i. non ex virtute Dei, sed &c.

2m de maiori. Appeti. ℞. Appetitu regulato secundum regulam voluntatis diuinæ: non, appetitu irregulato ad illam. §. Tunc &c. vt patet in secunda conclusione cum probatione sua.

3m de minori. Aequalis. ℞. Propriè: non, impropriè. §. i. similis. Tunc &c. Nam hoc secundū nō est impossibile homini; & consequenter non eligit homo impossibile sic eligendo. Elegit ergo angelus rem possibilē (in signū huius, omnes beati habent similitudinē cum Deo): sed modo impossibili. Excæcauit enim eū arrogātia sua: & sic eligendo proprias tantum vires considerauit, mediātibus quibus tanquam ad hoc sufficientibus sibi præ excæcatione visis, rem illam possibilem voluit consequi. Intellige hæc dicta secundum sensum vltimum conclusionis secundæ, in ly vel si appetijt ut &c.

[a] Ex ca. 4. lib. de casu diaboli haberi pōt.

APPENDIX.

Vtilitas pro Eccle. S. Dei.

EX artic. habes primò: quomodo per rationem catholice intelligas, & ostendas recte dici illud Isa. 14. ex persona diaboli. Ascendam in cœlum, & ero similis altissimo. Item illud Ezech. 28. exprobrantis peccatū diabolo, Eleuatū est cor tuum, & dixisti Deus ego sum. Item illud 2. Thessal. 2. de Antichristo, ita ut in templo Dei sedeat ostendens se, sicut Deus. Sic enim ex hoc arguere velle videtur. Si Antichristus, qui membrū est diaboli ac filius, tantum intumescit, vt appetat esse Deus; multo magis caput eius diabolus sic intumescendo appetijsse credendus est. Itē Gen. 3. introducens diabolum tentantē prothoparentes inquit, cum mulieri dixisse sic, Eritis sicut Dij. Cūm igitur tentator, sicut & omne mouens, intendat inducere similitudinem suam; & velit inducere eos ad appetendum diuinitatem: patet ex hoc, quòd diabolus ipse tentans appetijt diuinitatem. Vult ergo in illo loco dicere scriptura: quòd diabolus in principio, quando peccauit, appetierat esse, vt Deus. Secundò habes: quòmodo ex his vicissim firmetur Angelica doctrina præsentis articuli. a

Comm. Cardinalis Caietani.

TItulus clarus est.

¶In corpore tria principaliter facit. Primò proponit conclusionem responsiuam quæsito in communi affirmatiuè. Secundò, in speciali ostendit quale fuit primum peccatum angeli. Tertiò, ostendit hoc, idem in secundario eius peccato.

¶Quo ad primum conclusio est, Angelus peccauit appetendo esse vt Deus.

¶Quo ad secundum, quatuor principaliter dicit, tractans tria mēbra resultantia ex distinctione & subdistinctione huius appetibilis, s. esse vt Deus. Distinguitur enim in modum æqualitatis, & assimilationis. Et hic subdistinguitur penes assimilari in eo, quo natum est aliquid assimilari, & penes assimilationem eius, in quo non potest aliquid assimilari, id est penes communicabile, & in communicabile illi creaturæ. & sic restant tria membra discutienda. Et primò, iuxta primum quidem ponit conclusionem negatiuam, Angelus non appetijt esse ut Deus per æqualitatem. Et probat eam dupliciter, primò sic. Impossibile naturaliter cognitum non eligitur ab appetente, cuius virtus cognoscitiua nullo habitu aut passione, impeditur. Sed esse vt Deus per æqualitatem respectu primæ electionis angelicæ est huiusmodi. ergo. Patet minor, quia primum peccatum non præcessit aliqua talis passio. Secundo sic. Vnicuique inest naturale desiderium ad conseruandum suum esse. ergo contra naturale desiderium cuiusque est appetere gradum altioris naturæ. ergo impossibile est, quòd angelus inferior appetat esse æqualis Deo, aut etiam angelo superiori. Prima consequentia probatur, primo ex eo, quòd esse in gradu naturæ superioris, habet necessario annexum non esse subiecti appetentis. Deinde excluditur obiectio, qua quis posset dubitare de hoc, ex appetitu quem experimur in nobis ad habendas conditiones aliarum naturarum, & consistit cōclusio in hoc, quòd appetitus iste, est ad conditiones accidentales, quas nobis volumus saluis substantijs, & non ad substantiales, quamuis imaginatio non discernens inter hæc, quandoque fallatur. Secundò, tractat membra subdistinctionis in communi, ostendens quomodo in eis accidit peccatū, in altero quidem, ꝙ est sor totius distinctionis membrū ex parte modi: in altero verò ex parte obiecti appetiti. Tertiò, in speciali iuxta hæc membra respondet quæsito vna conclusione disiunctiua. Angelus peccauit appetendo esse vt Deus, quo ad hoc, ꝙ est quiescere in naturali sibi fine, vel quo ad hoc, ꝙ est habere beatitudinē illā supernaturalē virtute propria. Et declaratur primā partem pertinere ad tertiū membrum, distinguendo propria Dei, duo s. nulli subesse simpliciter, & excludēdo hoc ab appetitu angeli, quia implicat non esse appetentis, & nulli supernaturali subesse fini, & hoc appetijt. Secunda verò pars Ansel. authoritate firmatur. Quartò, reducit partes ambas ad tertiū membrū, quia secunda pars videbaē magis pertinere ad secundū.

Tertio

Tertiò principaliter quo ad secundarium peccatum angeli. Angelus secundariò peccauit appetendo assimilari Deo in principatu super alia, quia id quod est per se, prius & causa est eius, quod est per aliud.

¶Circa primam conclusionem dubium occurrit dupliciter, primo circa primam rationem, deinde circa secundam. Scotus enim in 2. dist. 6. q. 1. multipliciter probare nititur, ꝙ voluntas perfecta potest esse respectu impossibilium. Tum, quia odio habẽs Deum, vult ipsum non esse, ex 3. Rhetor. Tum, quia voluntas potest vti fruendis, & frui fruendis, apud August. lib. 83. qq. ac per hoc, potest frui se: ac per hoc velle sibi summum bonum. & tenet illa vltima sequela: quia eiusdem rationis est, velle sibi frui passiue, & summam bonitatem, quoniam sola summa bonitate fruendũ est. Tum, quia voluntas secundum vtrumque actum amandi, s. amore amicitiæ & cõcupiscentiæ, habet totum ens pro obiecto. Propterea soluens rationem S. Tho. distinguit ꝙ electionis nomine, duo possumus intelligere, s. vel actum voluntatis efficacem, i. consequentem conclusionem consilij, & talis non potest esse impossibilium, vel actum voluntatis consequentem plenam apprehensionem obiecti, & talis potest esse impossibilium.

¶Secundum dubium est contra secundam rationem, ab eodẽ ibidem motum, eo quòd ratio illa dupliciter deficit. Primò, quia voluntas potest velle antecedens absque volitione consequentis, quemadmodum etiam intellectus potest intelligere vnum sine alio. Secundò deficit, quia secus est de volũtate ordinata, & secus de inordinata. hæc enim potest acceptare antecedens absque consequenti intrinseco vel extrinseco, quamuis illa non possit. Videtur quoque mihi alium pati defectum. Nam ratio supponit id, quod est contra desiderium naturale non posse appeti, cum tamẽ constet hoc non esse verum, nisi loquendo de per se appetibili. Contingit enim per accidens, velle contra naturale desiderium, vt patet in interficientibus se.

¶Ad euidentiam horum sciẽdum est primò, ꝙ cum obiectum voluntatis sit bonum cognitum, & boni ratio absque existere, aut inexistere, nec esse, nec intelligi possit, oportet vt volibile duas habeat conditiones. Prima est ordo ad existere aut inexistere, s. ꝙ sit, aut insit actu, vel potentia. Secunda est, apprehensio eius vera vel falsa, quoniã nihil differt, esse aut apparere bonum, vt dicitur in 2 Phys. Et ex hoc manifestè sequitur, ꝙ secundũ primam operationem intellectus puram, nũquam præsentatur appetibile, quoniam illa non intelligit rem in ordine ad esse. Sequitur etiam, ꝙ volibile vt sic, complexum quoddam sonat non abstrahens à possibili & impossibili. Quod autem boni ratio ab eo existere nõ abstrahat, patet tùm ex eo, quòd nullus appetit sapientiã, aut iustitiã absolutè: sed eam esse aut inesse sibi vel alteri: Tùm ex eo, ꝙ omnis amor si est amicitiæ, tendit ad rem amatam, quia est; si cõcupiscentiæ, vt sit simpliciter, vel secundũ quid: Tùm ex eo, quòd in mathematicis non inuenitur bonum, quia abstrahunt à causis conferentibus esse. Sciendum est secundò, quòd tam impossibile ꝙ appetibile aliquid dr̃ dupliciter, s. per se & per accidẽs. Impossibile per se vocatur, nõ quod hic aut nunc, aut propter talẽ hypothesim est impossibile; sed simpliciter est impossibile. Per accidẽs uerò, quod redditum est impossibile ex aliqua suppositione. Appetibile autem per se & per accidens quid dicatur, manifestũ est.

¶His stantibus dico tria. Primò, quod impossibile per se, nõ est per se appetibile. Secundò, quòd impossibile per se, potest appeti per accidens. Tertiò, quòd impossibile per accidens, potest appeti per se. Et ab hoc tertio inchoando, declaratur ex cõtinua in nobis experientia. Quilibet. n. seclusa fide, de omnipotentia Dei, & resurrectione mortuorũ, & immortalitate animæ, mortuo filio desiderat eius vitã, & totaliter perdito ac abscisso membro, desiderat corporis integritatẽ, & alia huiusmodi quæ supponuntur impossibilia, per accidens tamen, qm̃ sicaut nunc reddita sunt hæc impossibilia, quemadmodũ desiderans aliquod peccatum non fuisse. Secundum verò ex Dei odio manifestatur: odientes. n. eum non solum volunt hoc impossibile per accidens, s. ipsum ut punitorẽ non esse: sed volunt hoc impossibile per se, s. ipsum qui punit, non esse. Sed hoc appetunt per accidens: pro quanto illius nõ esse, apprehenditur coniunctũ alicui appetibili apparenti, & conuenienti odientibus eum. Primum autem est per se notum, quoniam impossibile per se ſm̃ seipsum nec habet rationem entis, nec nõ entis, quia implicat contradictoria, & consequenter non põt sub ꝓpria ratione appeti. Et sic, cũ hoc quod est me esse æqualẽ Deo, sit impossibile per se, non potest esse per se appetibile. Et si hic obijcias, ꝙ hoc est naturaliter cognitũ & euidens angelo, in quo passio locũ habere non potuit, consequens est, ꝙ non potuit hoc appetere. Et ex dictis patet respõsio ad obiecta primi dubij; Nam prima obiectio, de odio Dei, nihil aliud concludit, nisi ꝙ per accidens appetunt odientes Deum, illum non esse, quod nõ est inconueniens. Secunda quoque aut nihil infert, aut idẽ. s. quòd per accidens appetitur impossibile. Nihil quidem, quia ex frui se, non sequitur nisi velle se esse summum bonum sibi, & non summum bonum simpliciter. Idem autem, quoniam patet se esse summum bonum, non nisi cõsequenter & per accidens appeteretur. Tertia obiectio assumit falsum, quia amicitia non est ad inanimata, vt dicitur 8. Ethic. & supponit falsum, s. quòd ens incomplexum vt sic, sit concupiscibile. Et subsumit falsum, s. quòd hoc, s. creaturam esse æqualem Deo, sit ens quoddam, cum implicet contradictoria, & consequenter non ens. Solutionem autem Scoti non oportet aliter infringere, quia ex dictis patet, quòd distinctio illa locum habet respectu impossibilium per accidens tantum, loquendo de appetitu per se.

¶Ad obiectiones autẽ Scoti contra secundũ dubium, breuiter dicitur, quòd nec voluntas ordinata, nec deordinata, potest velle antecedens & non consequens, si necessaria sequela est cognita, & loquor de velle siue principaliter, siue ex consequenti, per se vel per accidens. Alioquin, quilibet excusaretur à peccato, dum uellet antecedens, s. bonum delectabile, & non consequens, s. deformitatem annexam. Vnde implicat, quòd aliquis uelit episcopatum, & sciat ipsi necessariò annexum sacerdotium, & saltem ex consequenti non uelle illud.

¶Ad vltimã autem obiectionem dicitur, ꝙ ratio S. Th. nõ supponit illud: sed supponit, ꝙ sermo sit de primo peccato angeli, ꝙ nec ignorantia, nec passione põt excusari, & ad obiectum ad quod natura appetentis incentiuũ præbebat, oportuit terminari. Constat. n. ꝙ natura seclusis ignorantia & passionibus, non impellit etiã per accidens ad eius per se primo oppositum, s. nõ esse eius.

¶Circa conclusionem tñsiuam affirmatiue, dubiũ duplex occurrit. Primò, quia expressè hic dicitur, quòd angelus primo peccauit appetendo beatitudinẽ finalem ex propria virtute: sed hoc est quoddam malum secundum se respectu angeli. ergo peccauit ex parte rei electæ, & appetijt non solum male, sed malũ: cuius oppositum in articulo primo fuit dictum, probatur minor, quia si loquimur de beatitudine supernaturali, constat quòd illa ex virtute creata habenda, est appetibile malum. Et si loquimur de beatitudine naturali, constat quòd quamuis quiescere finaliter in illa, non sit malum respectu naturæ creatæ in puris naturalibus: immo est eius optimum: nec posset vlteriorem appetere, quia nullius alterius notitiam haberet, est tamen in se malum respectu naturæ, cui reuelationis gratia ostensus est vlterior finis: cui declaratum est à cõditore, ꝙ ordinata est ad hunc vlteriorem finem &c. Secundo dubitatur; quia ex conclusione S. Tho. habetur oppositum præmissarum. Quoniam ex hoc habetur, quod angelus appetijt impossibile, quoniam habere finalem beatitudinem ex propria virtute, est quoddam impossibile, & non solum malum. Et de beatitudine quidem supernaturali, patet ex dictis, in q. 12. De beatitudine verò naturali, patet ex immutabilitate ordinis diuinæ sapientiæ, quia statuisse se manifestauerat angelos & omnem intellectualem naturam in finem supernaturalem, tanquàm vltimum, ordinasse, & non in naturalem.

¶Ad primum horũ dicitur, quòd obiectum appetitus angelici cum peccauit, fuit secundũ se bonum, & non malum: sed modus tendendi in illud, fuit malus, quia electio illa, diuinæ regulæ ordine destituta fuit. Cum autem dicitur, quòd appetijt finalem beatitudinem virtute propria, interpretandum est, quòd beatitudo sit res appetita, & vis naturæ sit modus appetendi, non autem conditio aliqua rei appetitæ. Quia ex illo modo negatiuo, immo priuatiuo, scilicet destitutione regulæ diuinæ, quo deformata est electio angeli, sequitur ille modus, s. quod naturaliter voluit habere. Ex hoc enim, quòd voluit & non supernaturaliter. ergo naturaliter. Vnde si appetijt beatitudinem supernaturalem, quia appetijt illam, & non secundùm ordinem diuinæ misericordiæ. ergo conuincitur quòd appetijt illam ex virtute naturæ. Et si appetijt beatitudinem naturalem, vt vltimam simpliciter, fuit hoc modo, quia appetijt beatitudinem vt rem appetitam. & quia non ordinauit illam in beatitudinem supernaturalem, conuincitur appetijsse vt vltimam, & consequenter finalem beatitudinẽ ex virtute naturæ, quia habet eam ex vi naturæ. Omnis ergo cõditio malificans talem appetitionẽ ex parte modi appetendi, non obiecti appetiti, se tenet formaliter. Quamuis ex consequenti & implicite ex modo redundet in obiectum, propter quam redundantiam, vtuntur Doctores tali modo loquendi ex parte obiecti. Ista enim redundantia nihil officit proposito, quia & consequens est non præueniens, & quia implicitè inuentæ sunt ibi istæ conditiones positiuæ, & non explicitè. Et quia ex parte illius primi modi, qui primo constituit rationem peccati, oriuntur; & non ex parte obiecti illius. Et per hoc responsio patet ad obiectionem factam in præcedenti art. quia eodem modo exponendum est, angelum appetijsse excellentiam singularem interpretatiuè implicitè: & consequenter ad modum appetendi. Ex eo. n. quòd sic aduersè appetijt singularitatem, conuincitur appetijsse per exclusionem communicationis cum alijs in habendo summam excellentiam ex misericordia: voluit enim in hoc cum alijs conuenire.

¶Ad secũdum dubium dicitur dupliciter. Primò, quòd S. Th. dicit, quòd impossibile non potest appeti ut res appetita. Ex dictis aũt nunc, patet ꝙ res electa non solũ possibilis, sed bona fuit. Impossibilitas consequitur modum appetendi, vt patet ex dictis.

Secundò dicitur, quòd quo ad beatitudinem supernaturalem fuit per accidens volitum impossibile per se, & non fuit per se volitũ: quo ad beatitudinem naturalem vt finalem, dicitur & quòd hoc est impossibile per accidens ex suppositione, s. superadditi ordinis supernaturalis, & nihilominus fuit etiã volitum per accidens ex consequenti &c.

¶ Circa dicta S. Tho. aduerte duo. Primò, ꝙ cum dicitur angelum appetendo beatitudinem naturalem, appetijsse assimilari Deo, in eo in quo non est natus assimilari, propterea, quia solus Deus habet naturale pro beatitudine: intelligendum est, secundum ordinem iam statutum à diuina sapientia, à qua omnes creaturæ beatificabiles, quæ sunt solæ intellectuales, ordinatæ sunt, vt obiectum beatitudinis diuinæ habeatur pro vltima beatitudine. Et non est intelligendum absolutè secundum solas rerum naturas, quoniam si non superadditus esset à Deo ordo ille supernaturalis, quælibet intelligentia vltimum naturale absque peccato haberet pro beatitudine vltima: hoc enim modo Philosophi posuerunt entia illa beata.

¶ Secundò aduerte, ꝙ peccatum angeli rationabilius ponitur in appetitu quiescendi in naturali beatitudine, quàm in appetitu volendi supernaturalem absque misericordia. Tùm, quia ille appetitus est angelo naturalis, & natura magis impellit superbum ad illud quam ad hoc, vt etiam in nobis experimur, dum superbè vellemus in nostris quiescere, diuina Deo relinquendo. Et hæc opinio, iudicio meo, placet S. Tho. cuius signum hanc simpliciter posuit; aliam verò sub conditionali. Et tunc Ansel. interpretandus est, ꝙ illud ad quod peruenisset, non facit demonstrationem personalem, sed simplicem, i. demonstrat beatitudinem vltimam, & non hanc vel illam. Constat enim quòd si stetisset, ad vltimam beatitudinem peruenisset.

Ferr. 3. cont. c. 107.
Aegid. 2. sẽ. d. 3. q. 1. ar. 1.
Idem d. 34. q. 1. ar. 1. et 2.
D. Bon. d. 3. ar. 1. q. 1.
Tho. Arg. lib. 2. sen. d. 34. art. 1.
Alb. Mag. 2. d. 3. ar. 13.

323
3. dist. 7. q. 3. artic 2. cor. Et 3. cõ. c. 107. vsque 111. Et malo. q. 16 art. 2.
* c. 11. parũ à princ.

SVPER Q. LXIII. ART. IIII.

CONCL. Dæmones nullo modo possunt habere inclinationem naturalem in aliquod quodcũq; malũ.

¶ COROLL. Ergo non possunt naturaliter esse mali.

¶ PROB. Quia quælibet natura intellectualis (cuiusmodi sunt dæmones) habet ordinem in bonum vniuersale; Et id, cuius natura ordinatur in aliquod bonum secundum cõmunem rationẽ boni, non potest secundum naturam suam tendere in aliquod malum.

1m de maiori.

Natura. ℞. Porphyrius hic dicit falsum in rei veritate. §. Vt patet in litera.

*c. 4. par. 4. circa med.

2m de minori.

Naturaliter. ℞. i. per consuetudinẽ, vel propter naturalẽ inclinationem sensitiuæ partis: non autem, propter naturalem inclinationem ex parte naturæ intellectualis. §. Tunc nihil &c. Nam in angelis ponimus solum naturam, & consequenter inclinationem intellectiuam: ex consequenti non possunt naturaliter esse mali. Neque illa auctoritas Sapien. 17. est ad hoc propositum.

3m de antecedente.

Habent. ℞. Per accidẽs ex parte naturę sensitiuæ; non, per se, neque ex parte naturæ intellectiuæ. §. Tunc &c. vt patet. Vide ad secundum. Ex litera scito; quòd illud malum, quod vtique in natura intellectiua, siue in parte sensitiua adiuncta naturæ intellectiuæ esset malum, nõ est re uera malum in natura sensitiua pura. Nam malum culpæ, de quo loquitur articulus, non est

Peccatum vbi.

ARTICVLVS IIII.

Vtrum aliqui dæmones sint naturaliter mali.

AD QVARTVM sic proceditur. Videtur, ꝙ aliqui dæmones sint naturaliter mali. Dicit. n. Porph. vt August. introducit 10. de Ciuit. Dei, * quòd est quoddam genus dæmonum natura fallax, simulans Deos, & animas defunctorum, Sed esse fallacem, est esse malum. ergo aliqui dæmones sunt naturaliter mali,

¶ 2 Præt. Sicut angeli sunt creati à Deo, ita & homines. Sed aliqui homines sunt naturaliter mali: de quibus dicitur Sap. 17, Erat eorum malitia naturalis. ergo & angeli aliqui possunt esse naturaliter mali.

¶ 3 Præt. Aliqua animalia irrationalia habent quasdã naturales malitias: sicut vulpes naturalr est subdola: & lupus naturaliter est rapax, & tamen sunt creaturæ Dei. ergo & dæmones, licèt sint creaturæ Dei, possunt esse naturaliter mali.

SED CONTRA est, quod Dionys. * dicit 4. c. de diu. nom. ꝙ dæmones non sunt naturaliter mali.

RESP. Dicẽdum, ꝙ omne quod est, inquantũ est, & naturam habet aliquã, in bonum aliquod naturaliter tendit, vtpotè ex principio bono existens: quia semper effectus conuertitur in suum principium. Contingit autẽ alicui bono particulari, aliquod malum esse adiunctũ, sicut igni coniungitur hoc malum, quod est esse consumptiuum aliorum. Sed bono vniuersali nullũ malum potest esse adiunctum. Si ergo aliquid sit, cuius natura quidẽ ordinetur in aliquod bonũ particulare, potest naturaliter tendere in aliqd malum, non inquantũ malum, sed per accidens, inquantũ est coniunctum cuidã bono. Si verò aliquid sit, cuius natura ordinetur in aliqd bonum, ſm cõem boni rationem, hoc ſm suam naturam non potest tendere in aliquod malum. Manifestum est autem, quòd quęlibet natura intellectualis, habet ordinem in bonum vniuersale. quod potest apprehendere, & quod est obiectũ voluntatis. Vnde cum dæmones sint substantiæ intellectuales, nullo modo possunt habere inclinationẽ naturalem in aliquod quodcumque malum. Et ideò non possunt esse naturaliter mali.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd Aug. ibidẽ reprehendit Porphy. de hoc, quod dixit, ꝙ dęmones erant naturaliter fallaces: dicens eos nõ esse naturaliter fallaces, sed propria voluntate. Porph. autẽ hac ratione posuit dæmones esse natura fallaces: quia ponebat dæmones esse animalia habentia naturã sensitiuam. Natura aũt sensitiua ordinatur ad aliquod bonũ particulare, cui potest esse cõiunctum malum. Et secundũ hoc, aliquam inclinationem naturalem habere possunt ad malum per accidens tamẽ, inquantum malum est coniunctum bono.

AD SECVNDVM dicendum, ꝙ malitia aliquorum hominum potest dici naturalis, vel propter consuetudinem, quæ est altera natura, vel propter naturalẽ inclinationẽ ex parte naturæ sensitiuæ ad aliquã inordinatam passionem, sicut quidam dicuntur naturaliter iracundi, vel concupiscentes: non autem ex parte naturæ intellectualis.

AD TERTIVM dicendum, ꝙ animalia bruta secundum naturam sensitiuam habent naturalem inclinationem ad quædam particularia bona, quibus cõiuncta sunt aliqua mala, sicut vulpes ad quęrendum victum sagaciter, cui adiungitur dolositas. Vnde esse dolosum non est malum vulpi, cum sit ei naturale, sicut nec esse furiosum est malum cani: sicut Dion.* dicit 4. cap. de diuin. nomin.

ARTI-

est reperibile in natura sensitiua pura. Dolositas ergo in vulpe est quoddam naturale tantum; quæ aliàs, in natura, scilicet susceptiua peccati, esset malum; & in hoc sensu in argumento bene intellecto vocata est malum ipsa dolositas, atque rapacitas.

APPENDIX.

EX artic. habes primò: quomodo per rationem interimas hæresim Manichæorum, & Priscillianistarum dicentium; Diabolum ex natura sua esse malum, nec posse esse bonum. Item diabolũ nõ prius fuisse angelum bonum à Deo factum. Item diabolum esse principium & substantiã malam. Hæc tria eorum dicta pro tanto adducuntur hic; pro quanto omnia illa concurrunt in hoc, quòd dæmones ex natura sua mali sunt. Secundò habes: quomodo per rationem demõstres, has iure fuisse damnatas à Papa Innoc. III. de sum. Trin. & fi. cath. firmiter credimus & simpliciter confitemur, ꝙ &c. Diabolus & alij dæmones à Deo quidem natura creati sunt boni, sed ipsi per se facti sunt mali. Hæc ibi. Item à Concilio Brachareñ primo ca. 7. Si quis dixerit, diabolum non fuisse prius angelum bonum, nec Dei opificium esse naturam eius; sed eum ex tenebris emersisse, nec aliquem sui habere authorem, sed ipsum principium, atque substantiam malam, sicut Manichæus, & Priscillianus dixerunt; anathema sit. Hæc ibi. Item Leo primus Papa, in epistola ad Turibium Asturiensem, recensitis erroribus Priscillianistarum, dicit: Fides vera, quæ est catholica, omnium creaturarum, siue spiritualium, siue corporalium bonam confitetur substantiam, & mali nullam esse naturam: quia Deus, qui vniuersitatis est conditor, nihil non bonum fecit. Vnde & diabolus

Vtilitas pro Eccle. S. Dei.

*c. 4. par. 4. parũ à medio.

balda bonus esset, si in eo, quod factus est, permaneret. Sed quia naturali excellentia male vsus est, & in veritate non stetit; non in contrariã transijt substantiam; sed à summo bono, cui debuit adhærere, desciuit. Sicut ipsi, qui talia asserunt, à veris in falsa proruunt, & naturã in eo arguunt, in quo sponte delinquunt, ac pro sua voluntaria peruersitate damnantur. Quod vtique in ipsis malum erit, & ipsum malũ non erit substantia; sed pęna substantiæ. Hæc Leo vir quidem sanctus, atque doctus. Vide aliqua ad hoc suprà q.62.4. si noueris bene applicare. Tertiò vides: quomodo ex his vicissim, Angelica firmetur conclusio, atque declaretur. 3

Comm. Cardinalis Caietani.

Titulus clarus est.

¶ In corpore vna conclusio responsiua negatiuè. Dæmones non sunt naturaliter mali. Probatur sic. Inclinati ex natura ad bonum vniuersale, non inclinantur ad malum. ergo nec substantiæ intellectuales. ergo nec dæmones, ergo non sunt naturaliter mali. Antecedens probatur & declaratur simul, ostendendo modum, causam, & conditionem inclinationis naturalis in malum. Modus est per accidens, quoniam nulla natura ordinatur per se in malum: sed in bonum, quia ex bono principio est, & vniuersaliter effectus in suam conuertitur causam. Causa est coniunctio mali alterius cum proprio bono, ad quod per se tendit, patet exemplo. Conditio est particularitas boni, ad quod per se inclinatur natura. Patet, quia particulari bono potest aliud bonum contrariari: ac per hoc, malum illius huic coniungi, & econuerso vniuersali autem bono cum omnis boni rationẽ contineat, impossibile est alicuius malum coniungi. Ex his manifeste patet antecedens. Et nota diligenter, q non diximus particularitatem boni esse causam mali: sed conditionem boni fundantis malum, quia non est opus omne alicuius malum esse particulare bonum. Prima consequentia patet. Appetitus intellectiuus naturaliter inclinatur in bonum vt sic, quia non est minor intellectu præsentante: sed adæquat ipsum. Secunda patet, quia dæmones sunt intellectualis naturæ. Tertia patet ex terminis.

ARTICVLVS V.

Vtrum diabolus fuerit malus in primo instanti suæ creationis, per culpam propriæ voluntatis.

AD QVINTVM sic proceditur. Videtur, quòd diabolus in primo instanti suæ creationis fuerit malus per culpam propriæ voluntatis. dicitur enim Ioan. 8. de diabolo: Ille homicida erat ab initio.

323 2.dis.3.q.2 Et mal.q. 16.ar.4. Et Io.8.l.6.

¶ 2 Pręt. Secundum Aug. 1. super Gen. ad lit.* Informitas creaturæ non præcessit formationem tẽpore, sed origine tantum. Per cęlum autem q legitur primo creatum: vt ipse dicit in 2. lib.† intelligitur natura angelica informis. Per hoc autẽ quòd dicitur quòd Deus dixit, Fiat lux, & facta est lux; intelligitur formatio eius per conuersionẽ ad verbum. simul ergo natura angelica creata est, & facta est lux. Sed simul dum facta est lux, distincta est à tenebris, per quas intelliguntur angeli peccantes. ergo in primo instanti suæ creationis quidam angeli fuerunt beati, & quidam peccauerunt.

* Lib.1.sup Gen. c.15. parũ à princi. Et li.1. de Gener. ad Literam, c.5.

† Lib.2 ca. 8. parum à princ.

¶ 3 Præt. Peccatum opponitur merito. Sed in primo instanti suæ creationis aliqua natura intellectualis potest mereri, sicut anima Christi, vel etiam ipsi boni angeli. ergo & dęmones in primo instanti suæ creationis potuerunt peccare.

¶ 4 Præterea. Natura angelica virtuosior est, quàm natura corporea. Sed res corporalis statim in primo instanti suæ creationis incipit habere suam operationem, sicut ignis in primo instanti quo generatus est, incipit moueri sursum. ergo & angelus in primo instanti suæ creationis potuit operari. Aut ergo habuit operationem rectam, aut nõ rectam. si rectam, cum gratiam habuerit, per eam meruerunt beatitudinem. In angelis autem statim ad meritum sequitur præmium, vt suprà * dictum est. ergo fuissent statim beati, & ita nunquam peccassent. quod est falsum. Relinquitur ergo quòd in primo instanti non rectè operando peccauerunt.

* q.62. artic.5.

SED CONTRA est q dicitur Gen.1. Vidit Deus cũcta quæ fecerat, & erant valdè bona. Inter ea autẽ erant etiam dæmones. ergo & dæmones aliquando fuerunt boni.

RESP. Dicendũ, q quidam posuerunt, q statim dęmones in primo instanti suæ creationis mali fuerunt, nõ quidem per naturã, sed per peccatũ propriæ voluntatis: quia ex quo est factus diabolus, iustitiã recusauit. Cui sententiæ, vt Aug.* dicit 11. de Ciu. Dei, quisquis acquiescit, non cũ illis hæreticis sapit, i. Manicheis, qui dicunt, q diabolus habet naturã mali. Sed quia hæc opinio authoritati scripturæ contradicit: (dicitur.n. sub figura principis Babylonis de diabolo, Isa. 14. Quomodo cecidisti Lucifer qui mane oriebaris? & Ezech. 28. In delicijs paradisi Dei fuisti, dicitur ad diabolũ sub persona Regis Tyri) ideo à magistris hæc opinio tanq̃ erronea rationabiliter reprobata est. Vnde aliqui dixerũt, q angeli in primo instanti suæ creationis peccare potuerunt, sed nõ peccauerunt. Sed hęc opinio etiã à quibusdã improbatur ea ratione: quia cũ duæ operationes se consequuntur, impossibile videt, q in eodem nunc, vtraq; operatio terminetur. manifestũ est autem, quòd peccatũ angeli fuit operatio, creatione posterior: terminus autẽ creationis est ipsum esse angeli: terminus verò operationis peccati est, quòd sunt mali. Impossibile ergo vr quòd in primo instanti quo angelus esse cœpit, fuerit malus. Sed hęc ratio nõ vr sufficiens. habet.n. solum locũ in motibus temporalibus, qui successiuè agunt. sicut motus localis sequitur ad alterationẽ, nõ potest in eodẽ instanti terminari alteratio & localis motus. Sed si sunt mutationes instãtaneę, simul, & in eodem instanti potest esse terminus primę & secundæ mutationis: sicut in eodẽ instanti in quo illuminatur Luna à Sole, illuminatur aer à Luna. Manifestũ est autẽ, quòd creatio est d instãtanea, & similiter motus liberi arbitrii in angelis; non.n. indigent collatione & discursu d rationis, vt ex supradictis patet. Vnde nihil prohibet, simul, & in eodẽ instanti esse terminũ creationis, & terminum liberi d arbitrii. Et ideo aliter dicendũ est, quòd impossibile fuit angelum in primo instanti peccasse per inordinatũ actum liberi arbitrii. Quamuis.n. res aliqua in primo instanti quo esse incipit, simul incipere possit operari: tamen illa operatio quæ simul incipit cũ esse rei, est ei ab agente à quo habet esse sicut moueri sursum inest igni à generante. Vnde si aliqua res habeat esse ab agente deficiente quod possit esse causa defectiua actionis, poterit in primo instanti in quo incipit esse habere defectiuam operationem: sicut si tibia, quæ nascitur clauda ex debilitate seminis, statim incipiat claudicare. Agens autẽ quòd angelos in esse produxit, s. Deus, non potest esse causa d peccati. Vnde nõ potest dici, quòd diabolus in primo instanti suę creationis fuerit malus.

*Lib.11. de Ciui. Dei, c.13. circa fin. tom.5.

S.Bon.2.s.d.4.q.3.ar.1. Scot.2.s.d.4.q.1. Riccar.2.s.d.4.q.1. Duran.2.s.d.4.q.1. Aegid.2.s.d.3.q.1.ar.2. D.Bon.d.3.q.2.ar.1. Capr.2.dist.4.q.1.con.4. et d.5.q.1.con.3.

D.413. D.142. * q.58.artic.3. D.746. D.503.

SVPER Q. LXIII. ART. V.

CONC. 1. Impossibile fuit; Angelum in primo instanti peccasse per inordinatum actum liberi arbitrij.

¶ PROB. Quia impossibile est, Deum esse causam defectiuam: Et operatio, quę simul incipit cum esse rei, est ei ab agente; si defectiua à defectiuo, si perfecta à perfecto.

1^m ex Ioanne.

Ab initio. s. Peccati; non, ex quo creatus est. §. Tunc nihil &c. vt patet.

AD PRIMVM ergo dicendũ, q sicut Aug.* dicit 14. de Ciu. Dei: cũ dicitur quòd diabolus ab initio peccauit non ab initio ex quo creatus est peccare putandus est: sed ab initio peccati, s. quia nunquam à peccato suo recessit.

* Lib.11.c. 15. circa med. to.5.

2^m de minori vltima.

Distincta est. ℞. Secundum præscientiam Dei (si per tenebras intelligantur peccata dæmonum); non, secundum existentiam facti. §. Tunc &c. vt patet. Præuisio enim, ꝙ illi futuri erant mali, non facit, quòd ipsi tunc essent mali. Alioquin etiam ab æterno in se fuissent mali: quia ab æterno Deus præuidit eos futuros malos. Vide literam, & scito inde; lucē ad extra esse factā primo instanti, & discriminatam à peccatis non tunc factis, sed præuisis fieri, seu à peccatis fiendis. Hoc est, lucē simul Deus & fecit; & differentiam lucis factæ cognouit à tenebris peccatorum futurorū præscitis.

*Lib. 11. c. 19. in medio, to. 5.

D. 155.

AD SECVNDVM dicendum, ꝙ illa distinctio lucis & tenebrarum, secundū quòd per tenebras peccata dæmonū intelliguntur: accipienda est secundū Dei præscientiam, Vnde Aug. * dicit 11. de ciuit. Dei, ꝙ solus lucē ac tenebras discernere potuit, qui potuit etiam prius quàm caderent, præscire casuros,

AD TERTIVM dicendum, ꝙ quicquid est in merito, est à Deo; & ideo in primo ꝺ instanti suę creationis angelus mereri potuit. Sed non est similis ratio de peccato, vt dictum * est.

AD QVARTVM dicendum, ꝙ Deus non discreuit inter angelos ante auersionem quorundā & conuersionem aliorum, vt Aug. † dicit 11. de ciuit. Dei. & ideo omnes in gratia creati in primo instanti meruerunt. Sed quidam eorūm statim impedimentum præstiterunt suæ beatitudinis præcedēs meritū mortificātes; & ideo beatitudine, quàm meruerunt sunt priuati.

* In corp. artic.

† Lib. 11. de Ciui. Dei, cap. 11. & 33. to. 5.

3^m de maiori.

Merito ℞. Secundum totum existenti à Deo. §. Tunc &c. Nā peccatū non est à Deo s̄m omne, quod est in peccato: & ideo diuersum iudiciū dandū est de merito, & de peccato, in primo instāti.

4^m de minori vltima.

Meritum. ℞. Non statim mortificatum: non autem, statim mortificatum. §. Tunc &c. Nam diabolus illud suū meritum, per superbiā statim mortificauit (secundum epistolā Iudæ de diabolis dicentis; quòd non seruauerunt suum principatum. Hic est adhærere Deo): Cæteris bonis in illo merito perseuerantibus, & quodammodo idipsum confirmantibus. Ideo in secundo instanti facta est diuisio lucis à tenebris de facto tunc existētibus. Vide art. 6. ad tertiū, quartum. Diabolo ergo assimilantur hi: qui de benefactis suis prius aliquando, postea mœrorem concipiunt; quasi ea nolentes fecisse (si possibile esset), eaque retractantes.

APPENDIX.

Vtilitas pro Eccle. S. Dei.

EX art. habes primò, quomodo conuincas errorem Trinitariorum dicentium: Diabolus nunquàm habuit vnde stare posset, hoc est ab instanti suæ creationis fuit malus, & nunquàm nisi malus. Secundò habes; quomodo per rationē demonstres, rectè damnatū hunc errorem à Conc. Bracharensi 1. c. 7. suprà ar. 4. citato; Si quis dixerit, diabolū non fuisse prius angelum bonū &c. anathema sit. Vbi nota, Conciliū dicere duo: primū, si quis dixerit; diabolū non fuisse prius angelum bonum: secundum, nec Dei opificium esse naturam eius. Primum videtur à Concilio dici ad designandū, ꝙ voluntate fuit bonus diabolus. Secundum ad denotandum, ꝙ natura est bonus adhuc; quoniā quæ à Deo sunt, vt sic, non nisi bona esse possunt. Si autem diabolus volūtate fuit bonus, in primo vtiq; instanti fuit: & cum uoluntate simul bonus, & malus esse non potuerit; restat pro constanti, quod in primo instanti non fuerit voluntate malus. Natura igitur & voluntate fuit in primo instanti bonus: post primum instans, & in æternum natura bonus, sed voluntate malus. Cùm ergo sit semper natura bonus: ad quid inquit Concilium, quòd diabolus fuit prius angelus bonus; quasi, per ly prius; insinuet, quòd non post fuit bonus? Inquit sic itaque Concilium, vt se de bonitate voluntaria, non naturali in illo primo suo pronūciato locutum declaret. Item à Ioan. 8. In veritate diabolus non stetit. Si de naturali bonitate, seu veritate, loqueretur Dominus, dixisset oppositū: quia in veritate diabolus, & stetit, & in æternum stabit; quandoquidem naturalia integra remanserunt in dæmonibus. De bonitate ergo morali, seu voluntaria, loquitur. Quasi apertè dicat, Diabolus in veritate voluntaria, & consequenter à peccato liber (de quo ibi contextus) primò fuit; sed in illa ueritate, & consequenter in tali libertate non stetit. A peccato igitur in primo instanti, principiando operationem liber fuit: & consequenter (vt dicit conclusio) non fuit malus in primo instanti suæ creationis per voluntatem suam; sed bonus, bonitate etiam meritoria, secundum responsionem ad quartum. Item à Iudæ Thadæi epist. cap. vnico: Angelos, qui dereliquerunt suum domicilium, vinculis æternis reseruauit. De domicilio bonæ voluntatis loquitur; non naturæ: quoniam domicilium naturæ, i. bonitatem naturæ non dereliquerunt. Nec de derelictione cœli materialis præcisè loquitur: quoniam talis pręcisè derelictio non meretur (vt hæc de qua sermo) reseruari vinculis æternis. Tertiò vides: quomodo ex his vicissim Angelica firmetur conclusio, atque declaretur.

Comm. Cardinalis Caietani.

TItulus clarus est.

¶ In corpore tria principaliter iuxta opiniones quas tractat. In prima opinione tria dicit. Primum est ipsa opinio, s. quòd fuit malus in primo instanti; secundum ꝙ non spectat ad Manichæos ex August. tertium, quòd repugnat scripturæ. In secunda opinione, tria dicit. Primum est ipsa opinio, quòd potuit peccare in primo instanti: sed non peccauit. Secundum est improbatio quorūdam ex ratione ordinis actionis creaturę, ad actionē qua creatur. Tertium est exclusio illius rationis, quia habet locum in successiuis, non in instantaneis, quales sunt creaturæ & volitio. In tertia opinionem propriam ponit, & probat. Conclusio est, quòd nec peccauit, nec potuit peccare in primo instanti sui esse. Et probat sic. Deus seu agens quod angelos in esse produxit, non potest esse causa peccati. ergo angelus non potuit in primo instanti peccare. Antecedens supponitur tam per se, quàm per accidens. Consequentia probatur: quia operatio incipiens cum esse rei, inest ab agente illius. Quod declaratur & in operatione naturali, scilicet motus sursum respectu ignis, & in operatione defectiua, i. claudicatione tibiæ à natiuitate, & hoc quia peccatum est operatio defectiua.

¶ Circa rationem adductā pro vltima opinione, dubium occurrit ex multis capitibus. Primo, quia illa propositio fundamētalis, Omnis operatio incipiens cum esse rei, est ei ab agente à quo habet esse, aut intelligitur ꝙ sit ab agente, seu à generāte immediate, i. sine agente medio: sicut creditur de motu grauiū & leuium: & sic propositio est manifeste falsa: sequeretur. n. ꝙ ignis non calefaceret, & vniuersaliter ꝙ res naturales non essent proprię causæ effectiuæ. Aut intelligitur in cōmuni, siue mediatè, siue immediatè. & tunc obstat primum verbum S. Tho. subiungentis: sicut moueri sursum inest igni à generante. Obstat secundò, quia cum de operatione dupliciter possit esse sermo, scilicet quo ad substantiam eius, & quo ad conditiones eiusdem, & hic sit sermo secundo modo, alioquin non esset ad propositum: propositio ista, neq; est per se nota, neque cū aliqua probatione assumpta, & ideo videtur voluntaria. Obstat tertio Scot. in 5. dist. 2. q. 2. sic. In causa secunda sunt duo, perfectio quàm habet ab agente, & defectus quidam. ergo operatio incipiens cum esse rei potest in duas causas reduci, i. in authorē naturæ, quo ad substantiam, & in defectū secundæ causæ quo ad conditionem defectuosam ipsius operis. non ergo totaliter attribuitur agenti naturæ. Et confirmatur in proposito, quia cum Deus, cui in proposito conuenit ratio generantis, sit causa non solum in fieri, sed etiam in conseruari: par ratio est, quod operatio coexistens ipsi fieri, attribuatur authori naturæ quæ fit, & operatio coexistens ipsi conseruari, attribuatur ipsi conseruatori. Et sic, aut omnis operatio naturæ à Deo productæ ei attribuetur, aut nulla, neque est maior ratio de prima, quàm de alijs.

¶ Dubium quoque est in applicatione medij ad conclusionem, quoniam videtur repugnare dictis August. 11. de Ciu. Dei, relatis hic à S. Tho. Quoniam ille dicit non sapere Manichęā hęresim, angelum voluntariè peccasse in primo instanti sui esse. S. Th. verò dicit, quòd ex hoc sequitur, Deum esse causam mali culpæ immediate: sicut generans ignem est causa motus sursum. Et ex hoc vlterius sequitur. ergo Deus est malus, & reddit hæresis Manichæa cum pluralitate Deorum, boni & mali. igitur & Aug. sibiipsi videtur contradixisse: & hæc obiectio tangitur etiam à Scoto vbi suprà.

¶ Circa conclusionē ipsam, obiectiones occurrunt Scoti, vbi suprà, dupliciter contra illā partem, s. (non potuit in primo instāti peccare) arguentis. primò ad hominem. Angelus in primo instāti (apud te) potuit mereri. ergo potuit peccare, & patet sequela, quia eiusdē rationis est quo ad tempus, mereri, & peccare. Deinde simpliciter, quia angelus in primo instanti habuit potentiam operatiuam perfectam ad operandum, & non determinatam necessariò ad rectitudinem operationis. ergo: & probatur antecedens quo ad secundam partem, quia non magis in primo, quàm in secundo instanti habuit necessariò tale determinans.

¶ Ad euidentiam horū sciendum est, ꝙ ratio S. Th. in hoc fundatur, ꝙ vt superius iam dictum est, primum in vnaquaque re est naturæ rō, & consequenter prima operatio cuiusque rei est naturalis,

ralis, vtpotè à re illa, inquantum naturæ rationem habet proueniens. Et quoniã operatio naturę ut sic, opus est auctoris naturę illius, ideo uniuersaliter omnis prima operatio rei, & naturalis est, & auctori naturæ attribuitur. Nec hoc deficit in natura intellectuali, eo q libera est: qm etiam in ipsa libera potestate naturę, ratio primum locum obtinet, vt ex supradictis iam patet. Vnde ad obiecta contra primam propositionem respondendo dicitur, quod propositio illa intelligitur in communi. Et intendit, q prima operatio cuiusque rei, inest illi ab agente, i. inest illi rõne eius quod habet ab agente. Nec refert, verum illud quod habet ab agente, concurrat ad talem operationem effectiuè propriè, sicut ignis calefacit, aut per modum principij formalis, vt quidam putant, in motu grauitatem concurrere. Comparatio .n. adducta in litera, similitudinem denotat, quo ad hoc quod est attribui ei q est ab agente, & non quo ad modum attribuendi. Quod vero obijcitur de resolutione operationis in duas radices, scilicet perfectionem & defectum locum non habet in proposito, quoniam æquiuocatio ibi committitur, nam defectus tam naturæ, quàm operationis, est duplex, scilicet negatiuus, puta, quia non est infinitæ; seu maioris perfectionis, & priuatiuus: puta, quia non habet perfectionem, quàm habere debet. Et sermo noster est de defectu operationis priuatiuo, qui contrariatur perfectioni aptæ natæ haberi, & debitæ naturæ intellectuali: Et propterea, si operatio prima tota resoluenda est quo ad conditiones positiuas & priuatiuas, quàmuis non negatiuas in id, quod est ab auctore naturæ illius, oportet defectum operationis in aliquem defectum priuatiuum acceptæ naturæ reducere, vt optimè manifestatur in litera exemplo claudicantis tibiæ à natiuitate. Et per hoc patet responsio ad confirmationem: quoniam non est par ratio, quòd primus actus sit natura, & quòd alij: sicut non est par ratio de fundamento, & consequenter se habentibus. Vnde obiectio de causalitate Dei in fieri & conseruari, nihil facit ad propositum, quoniam hæc sunt per accidens.

¶ Ad dubium autem ex authoritate August. occasionatum, breuiter dicitur, sustinendo dictum August. à S. Thoma ratificatum, quòd, vt patet ex dictis, & ex litera, tenentes angelum peccasse, aut potuisse peccare ex libertate voluntatis, non deducuntur ad hoc, quòd Deus sit malus: sed ex communi suppositione q Deus sit optimus, & quòd non sit causa peccati aliquo pacto, arguuntur ignorantiæ, quod signorent naturam appetitus intellectualis. Ex ignorantia enim, quòd primus motus voluntatis est naturalis, arguuntur, & non ex suspecta in Deo malitia. Vndè expressè S. Tho. supponit cum aduersarijs oppositum Manicheæ hæresis, & coassumpta propositione metaphysicali, non ducendo ad impossibile: sed ostensiue concludit intentum, vt patet in formatione corporis.

¶ Ad obiectionem primam contra conclusionem, non oportet aliter respondere, quia in litera habetur. Ad secundam vero negatur secunda pars consequentis, quoniam, vt ex dictis patet, in primo instanti ratio naturæ determinabat ad rectitudinem, non sic autem in secundo; quia actus primus erat naturalis, secundus autem liber. Et scito, quod hæc Scoti argumenta S. Thom. contra se fecerat in quæst. dis. de dæmonibus, art. 4.

¶ In responsione ad tertium dubium occurrit duplex. Primum ex Scoto vbi suprà, contra hoc quod dicitur, q angelus potuit in primo instanti mereri. prima enim operatio angeli non erat sua, sed actoris naturæ apud te. ergo in ea non potuit mereri. tenet sequela, quia nullus meretur in operatione non sua. Secundum, quia aut prima operatio est totaliter naturalis, aut partim naturalis, & partim libera, non totaliter naturalis. Tum, quia in purè naturalibus non meremur, nec demeremur. Tum, quia apud sanctum Tho. respectu, cuiusque actus viator est liber quo ad exercitium actus. ergo operatio prima est secundum quid libera. Et si sic est, cur voluntas, vt libera, non potuit apponere aliquam circunstantiam deformitatis? Nulla enim ratio de hoc apparet. Et confirmatur, quia si fuit libera quo ad exercitium actus, ergo poterat elicere illum actum & non elicere, ergo poterat peccare peccato omissionis, etsi non commissionis.

¶ Ad hæc breuiter dicitur, q operatio angeli prima fuit quidẽ naturalis, quo ad specificationẽ & rectitudinem actus: ita q natura angeli determinat ipsum ad hoc, q primũ eius velle sit consonum naturæ volentis. hoc .n. est voluntatẽ inchoare actum sub ratione naturæ rei, i. rei determinatæ ita ad hoc, quod nõ ad oppositum: & ita ad rectitudinem, q non ad oppositum. Determinat .n. natura ad amandum Deum ut finem, & naturæ actorem, & seipsum, & ad sic intensè amandum: ita quòd non ad oppositũ, quod in primo actu saluari debet. Sed fuit liber quo ad exercitiũ actus, quia non necessitatur voluntas angeli necessitate naturæ ad eliciendum hunc actum in primo instanti, quamuis si exeat in actũ, ad actum naturæ consonum naturali necessitate determinata sit: vnde operatio illa fuit sua, & consequenter potuit esse meritoria. Non potuit autem voluntas libera circunstantiam deformitatis apponere, quia ad rectitudinem eius determinata est à natura. Omissionem autem actus, quamuis potuisset incurrere, alioquin libertas nulla fuisset, non tamen potuit omissionis peccatum incurrere, quoniam peccatum omissionis rationem voluntariæ declinationis præincludit: ac per hoc, actum voluntatis non rectum habet necessariò annexum. Iam autem dictum est, quòd voluntas angeli determinata naturaliter est ad rectitudinem primi actus, & propterea eadem ratione non potuit in primo instanti peccatum esse omissionis, qua non potuit esse commissionis.

¶ In respon. ad quartum, occurrit dubiũ in seq. art. tractãdum.

Aegid. 2. s. d. 3. q. 1. ar. 3. Capr. 2. dist. 4. q. 1. con. 5. Alex de Ales 2. p. q. 109. Bannes ar. 6.

ARTICVLVS VI.

Vtrum aliqua mora fuerit inter creationem & lapsum angeli.

AD SEXTVM sic procedit. Vr, q aliqua mora fuerit inter creationem & lapsum angeli: dr .n. Ezech. 28. Ambulasti perfectus in viis tuis à die conceptionis tuæ, donec inuenta est iniquitas in te. Sed ambulatio, cum sit motus continuus, requirit aliquam moram. ergo aliqua mora fuit inter creationem diaboli, & eius lapsum.

¶ 2 Præt. Orig.* dicit, quòd serpẽs antiquus nõ statim supra pectus & ventrem suum ambulauit. Per qđ intelligitur eius peccatũ. ergo diabolus non statim post primum instans suæ creationis peccauit.

¶ 3 Prę. Posse peccare, cõmune est homini & angelo. Fuit autẽ aliqua mora inter formationem hominis & eius peccatum. ergo pari ratione, fuit aliqua mora inter formationem diaboli & eius peccatum.

¶ 4 Præt. Aliud instans fuit in quo diabolus peccauit ab instãti in quo creatus fuit. Sed inter quęlibet duo instantia cadit tempus medium. ergo aliqua mora fuit inter creationem eius & lapsum.

SED CONTRA est, q dicitur Io. 8. de diabolo, q in veritate non stetit. Et sicut August.* dicit 11. de Ciuit. Dei, oportet vt hoc sic accipiamus, quòd in veritate fuerit, sed non permanserit.

RESP. Dicendum, q circa hoc est duplex opinio. Sed probabilior & sanctorum dictis magis consonans est, q statim post primũ instans suę creationis diabolus peccauerit. Et hoc necesse est dicere, si ponatur quòd in primo instanti suæ creationis, in actũ lib. arb. proruperit, & cũ gratia fuerit creatus, vt s. diximus.* Cũm .n. angeli per vnũ actum d meritoriũ ad beatitudinẽ perueniant, vt s. dictum est, si diabolus in primo instanti in gřa creatus meruit, statim post primum instans beatitudinem accepisset, nisi statim impedimentum præstitisset peccando. Si verò ponatur, quòd angelus in gratia creatus non fuerit, vel quòd in primo instanti actũ liberi arbitrii non potuerit habere: nihil prohibet aliquam morã fuisse inter creationem & lapsum.

Prima S. Tho. Mm 4

*(margin: * Hom. 1. in Ezechielẽ, aliquantulũ ante med. to. 2. — * lib. 11. de Ciui. Dei, c. 15. parũ ante med. tom. 5. — † q. 62. ar. tic. 5. D. 160.)*

SVPER Q. LXIII. ART. VI.

(margin: 325 quolib. 9. ar. 8. corp.)

CONCL. 1. Probabilior & sanctorum dictis opinioni magis consonans est; quod statim post primum instans suæ creationis diabolus peccauerit.

¶ PROB. Quia sanctorum dictis conformior, ac probabilior est opinio dicens, Angelos in primo instanti in actum liberi arbitrij exijsse, in gratiaq; fuisse creatos; & hac opinione data, necesse est dicere, nullam morã fuisse inter creationem, angelique peccatum.

¶ NOT. Per moram intellige protractionẽ, seu multiplicationem instantium, seu operationum. Vnde si inter instans creationis, & instans peccati poneretur aliud instans; tunc inter creationem, & peccati lapsum, poneretur aliqua mora; & econtra. Vult ergo dicere conclusio; quod in primo instanti sunt creati, simulque bonum operati, & in secundo instanti in peccatum prolapsi.

(margin: Mora Angelorum.)

¶ CONCL. 2. Si ponatur, quòd angelus in gratia creatus non fuerit, vel quòd in primo instanti actum liberi arbitrij habere non potuerit; nihil prohibet, aliquam moram fuisse inter creationem & lapsum.

¶ PROB. Quia id clarè patet. Notandũ, quòd si in primo instanti actum liberi arbitrij non exercuerũt; oportet quòd actum illum in alio; puta secundo exerceant; & tunc, quando primitus exercent; oportet, q actus ille sit bonus (supra artic. 5.) & consequenter tunc in secundo non labuntur. Oportet igitur dare tertium instans, in quo pec-

(margin: Declaratio concl.)

peccant; & sic inter creationē & lapsum, stante ista opinione, est aliqua mora. Rursus. Si in gratia creati non sunt; ipsi etiam quòd in primo instanti actum liberi arbitrij exerceant, non merentur; Et consequenter oportet assignare aliud (puta secundū instans, in quo data sibi gratia actū liberi arbitrij exercentes mereantur; & consequēter tunc in secundo non labuntur, quoniam omnes beatitudinē meruisse supponitur. Oportet igitur, stante illa opinione, tertium instans assignare; in quo labuntur; & sic inter creationem, & peccati lapsum intercedit mora.

AD PRIMVM ergo dicēdum, quòd per motus corporales, qui per tempus mensurantur, quandoque in sacra scriptura intelliguntur metaphoricè motus spirituales instantanei. Et sic per ambulationem intelligitur motus liberi arbitrii, tendentis in bonum.

AD SECVNDVM dicendum, ꝙ Orig. dicit, ꝙ serpens antiquus nō à principio, nec statim supra pectus ambulauit propter primum instans, in quo malus non fuit.

AD TERTIVM dicendū, quòd angelus habet liberū arbitrium inflexibile post electionem. Et ideo nisi statim post primum instans in quo naturalem motū habuit ad bonum, impedimentum beatitudini præstitisset, fuisset firmatus in bono: sed non est simile de homine. Et ideò ratio non sequitur.

AD QVARTVM dicendum, ꝙ inter quælibet duo instātia esse tēpus mediū, habet veritatē inquantum tēpus est continuū: vt probatur in * 6. Phys. Sed tamen in angelis, qui nō sunt subiecti cęlesti motui, qui primo per tēpus continuū mensuratur, tempus accipitur pro ipsa successione operationū intellectus, vel etiā affectus. Sic igitur instans primum in angelis, intelligitur respondere operationi mentis angelicæ, qua se in seipsam conuertit per vespertinā cognitionem, quia in primo die commemoratur vespere, sed nō mane: & hęc quidē operatio in omnib. bona fuit. Sed ab hac operatione quidā per matutinā cognitionem ad laudem verbi sunt conuersi: quidā verò in seipsis remanentes facti sunt nox, per superbiā intumescentes, vt Aug. * dicit 4. super Genes. ad literā. Et sic prima operatio fuit omnib. cōmunis. Sed in secunda sunt distincti. Et ideò in primo instanti omnes fuerunt boni, sed in secundo fuerunt boni à malis distincti.

A R-

1^m^ de maiori. Ambulasti. ℞. Motu spirituali instantaneo: nō, motu corporali per tēpus mensurato. §. Tunc nihil &c. vt patet. Ex litera elice: ꝙ Ezechiel vult, diabolū prius operatum fuisse volūtariè, non tantum naturaliter, bonū (vt patet rectè consideranti textum). Ergo oportet credere: quòd in primo instanti non fuerit per voluntatem suam malus. Nota hoc pro appendice art. 5. supra.

2^m^ de maiori. Statim. ℞ Id est in primo instanti; non aliter. §. Tunc &c. Nam & conclusiones nostræ sæpe dixerunt; quòd angelus statim, id est in primo instanti, non peccauit.

3^m^ de maiori. Commune. ℞. Quantū ad electionē; non, quantum ad post electionem. §. Tūc &c. vt patet. Ex litera conijcias; quòd electio angeli non fuit vsquequaque in primo instanti libera: quia motui naturali commixta. Per electionē igitur, postquàm dicitur inflexibilis angelus, intellige operationem liberā vsquequaque completā & confirmatam.

4^m^ de minori. Instantia. ℞. Temporis continui; non, temporis discreti. §. Tunc &c. vt patet. Vide literam, & suprà q. 62. art. 2. Nota de cognitione vespertina matutina nocturna, in eadem litera pro quæst. 58. art. 7.

APPENDIX.

EX artic. habes primò: quomodo per rationem ostendas, rectè dictum à Domino de casu primi angeli, Luc. 10. Videbā Sathanam, sicut fulgur de cęlo cadentem & Ioan 8. Ille homicida erat ab initio; & similia. In his enim ostenditꝰ ꝙ statim post creationem lapsus est. Nam fulgur citò, & tēpore quasi imperceptibili descendit. Quasi ergo dicat, Sathanas de cęlo, vix creatus, cecidit per peccatū. Similiter quod sit ab initio, vt fieri statim, post esse rei: licet non simul cum esse rei fiat. Quasi ergo dicat, Ille homicida erat ab initio, idest mox, postq; fuit, cōcepit inuidiam, & odium, contra hominem. En lapsus in peccatum, i. inuidia: de quo lapsu, cū & superbiā præsupponat, dictū fuit ar. 2. Secundò habes: quomodo per rationē catholicè huiusmodi loca intelligas dupliciter, vt per cōclusiones explicatur; hoc tamen seruato, ꝙ vno illorum modorum probabilius, q̄ altero, intelliguntur. Videntur namque huiusmodi scripturæ secundum phrasim locutionis alludere magis ad illam opinionem, ꝙ inter creationem, & lapsum in peccatum nulla fuerit mora: quamuis non ad hanc expositionem ita coarctentur, vt aliam oppositam excludant. Tertiò vides: quomodo ex his vicissim firmet conclo.

Vtilitas pro Eccle. S. Dei.

* li. 6. Physic. tex. 2. & sequētibus, to. 4.

* li. 4. c. 24. in fine, habet in fecu. fin tom. 3.

Comm. Cardinalis Caietani.

TItulus clarus est.

¶ In corpore tria facit. Primò vtramque opinionem refert & comparat. Secundò, radices primæ: tertiò, radices secundæ ponit.

¶ Quo ad primum duo dicit, s. opiniones, & negatiua, s. nō fuit mora, præfert, ex authoritate, & ex probabilitate rei in se.

¶ Quo ad secundum duas radices ponit, s. angelum prorupisse in actum liberi arbitrij in primo instanti, & quod fuit creatus in gratia. Ex his n. adiuncto tertio illo fundamento, s. quòd per vnū actum pergunt ad beatitudinem, sequitur, quòd statim beatitudinem accepissent, nisi statim impedissent.

¶ Quo ad tertium dicit, quòd quocūque horum duorum negato, sequitur oppositum. vbi aduerte, quòd licet etiam negato tertio fundamento, & concessis duob. poneretur mora inter creationem & casum, vt Scot. negat: tamen quia hoc fundamentum tertium ex philosophiæ principijs euidenter sequitur, non connumerauit illud S. Tho. cum illis duobus, de quibus diuersæ sustinentur opiniones.

¶ Hoc in loco occurrit dubium magnum valde, quia secundū instans fuit libertatis & meriti, ita quòd liberum fuit omnib. immediatè post creationis instans mereri & demereri. ergo erāt omnes viatores, ergo nullus tunc fuit beatus. Et sic falsum est primò quòd angeli creati in gratia, & merentes in primo instanti statim beatitudinem accepissent, nisi &c. Falsum est secundò, ꝙ per tantum vnū actum meritorium ad beatitudinem veniant, quia vnū omnes habuerunt. Repugnat & tertio, quòd via angelorum, vna meritoria aut demeritoria operatione expleatur, & tamen possit post illam impedimentum præstari: hæc sunt quæ hanc S. Tho. doctrinam difficilem reddunt.

¶ Ad hæc breuiter dicendum est, quòd ut apparet ex quolibetis S. Tho. quolib. 9. art. 8. via angelorum ex duobus instantibus integratur. Sed alterum ita est uia, quod non terminus. Alterum vero est simul via & terminus. via, inquantum est ex libero arbitrio, terminus, inquantū consummatę à Deo perfunditur gratia. Quemadmodum in conuersione peccatoris ad Deum, idem instans est conuersionis & infusionis gratiæ. Et vniuersaliter quemadmodum in instantaneis simul est fieri, & factum esse. Esse igitur secundum instans libertatis & meriti, dupliciter intelligi potest. Primo modo, vt uiæ distinctæ contra terminum, & sic negatur. Alio modo, vt in termino viæ, & sic conceditur. Esse autē in termino, stat cum libertate, merito, & beatitudine, quoniam actus ille ut inchoat ex lib. arb. & gratia, meritorius est. Inquantum uerò completur per gloriam, beatitudo est. Et sic verificātur omnia dicta, & ꝙ statim post primum actum beatitudinem acceperint, & ꝙ per vnum tantū actum meritorium peruenlant ad beatitudinem, vnum. s. vt viam, cum quo stat ꝙ exigatur alter ut terminus. Et sic stat quod post unum vt uiam, possit impedimentum præstari, per alterum ut terminum. Via enim pura in vno consistit: sed aggregatum ex uia & termino ex duobus actib. meritorijs, & instantibus stat. Et hæc est resolutio ultima. Sed contra hoc sunt obiectiones multæ Scoti in 2. dist. 5. in responsione ad q. notam in dist 4. & duo dicta S. Tho. impugnat. Primum est, ꝙ in secundo instanti simul fuit meritum & præmium. Quia meritum præcedit duratione præmium, vt ex quæstione præcedente probatū fuit, ex ratione gratiæ perfectæ, & imperfectæ secundum statum. Secundum est, ꝙ in secundo instanti quidam posuerunt obicem. Quia merentes vsque ad nunc præmiationis, in illo nūc præmiati sunt: sed omnes per te meruerunt vsque ad nunc præmiationis, quia vsque ad secundum nunc, quod apud te est nunc præmiationis. ergo omnes præmiati sunt, & sic nullus peccauit. Maior probatur. Tum, quia in nunc præmij non sunt amplius in via, ponentes autem obicem sunt in via. Tum, quia homo in tota uita sua existens in merito in instanti mortis non potest demereri, aut obicem ponere quin præmietur: meruit enim, vt daretur sibi tūc impeccabilitas. Minor autem est tua, supposito quòd via omniū angelorum fuerit æqualis, scilicet in duobus instantibus, seu morulis apud te.

¶ Ad primum rñdetur, ꝙ meritum dupliciter contingit, vię puræ, & vt termini. Et ꝙ meritū puræ viæ præcedit duratione præmium. Sed meritum ut in termino, potest esse simulcū præmio. Nec

Nec sequitur, q simul sit gratia perfecta & imperfecta: sed quod simul sit terminus gratiæ imperfectæ, & gratia perfecta. Meritum enim quemadmodum dupliciter contingit, s. vt in via, & vt in termino, ita infert imperfectionem gratiæ, vel vt in uia, vel in termino. Et propterea ex ratione meriti rationabiliter infertur quod merens prius duratione meruit, quam præmiatus est, vt hic intulit S. Th. Non tamen infertur, quod nullum instās præmij. Ex eo enim quod meritum oportet esse in termino viæ, & in via, necesse est duratione præcedere præmium, & gratiam esse imperfectam secundum statum. Ex eo vero, quod post meritū viæ, sequitur meritum termini, necesse est simul esse meritum illius instantis cum pręmio, & esse terminum gratiæ imperfectæ. Et sic salua pace, minus bene intellectus est S. Tho. ab his, qui dixerunt doctrinam S. Thom. in summa hac non esse eam, quam in quolib. tradiderat. Iam enim apparet, hanc doctrinam sine illa non posse saluari, veruntamen diligenter aduerte, quod licet in sua opinione hic & ibi non discrepet, quia vtrobique tenet duplicem actum meritorium concurrisse. Alterum vt viam duratione præcedentem præmium: alterum vt terminum natura tantum præcedentem. In hoc tamen difformitas quædam est, quod vbi non reputauit falsam opinionem dicentem vnum tātum fuisse actum meritorium, illum, s. vt in termino fuit, & nullum pręcessisse meritorium ut in via, quam tamen opinionem hic reputauit falsam, dum in q. præcedente expresse voluit, meritum pręcedere duratione præmium. Nec hoc est mirum consideranti, quod continue intellectus studiosus perficitur. Tota tamen illa doctrina, quam pro rationabilitate illius opinionis adduxit, simpliciter admittenda est, & applicanda ad meritum in termino. Ideo enim sic diligenter illam est prosecutus, quia suam opinionem illa egere doctrina videbat, cuius signum est, q argumenta in oppositum soluit ex illa doctrina. Et tamē constat, q ipse per se illam opinionem elegerat ibidem. Et constat etiam, q mos eius & omnium, nisi aliud specificetur, est respondere ad argumenta secundum propriam scribentis opinionem. Quia ergo uidebat argumenta illa communia esse & suæ & illi opinioni, ideo ex doctrina vtrique communi, responsiones constituit communes, & hæc bene nota.

¶ Ad secundum vero dicitur, quod mereri vsque ad nunc præmiationis contingit dupliciter, exclusiue & inclusiue. Et hoc quidem modo verum est, quod præmiantur: sed non primo modo. Et ad primam probationem in oppositum dicitur, quod in nunc præmiationis sunt in termino viæ, & possunt ponere obicem tanquam in termino viæ existentes. Ad secundam vero dicitur, quod in termino uiæ hominis consumatur meritum cuiusque. Nec videtur verum, quod tunc sit impecabilis; sed quilibet est liber vt in termino viæ existens, quemadmodum de angelo dictum est.

¶ In respōsione ad tertium, dubium est non paruū. Quia hæc videntur sibiinuicem repugnantia, s. quod actus unus angeli sit primus, naturalis, meritorius. Si.n. est meritorius, ergo est informatus gratia, & non sufficit esse habentis gratiam, ut patet. Et rursus. ergo actualiter vel uirtualiter tendit in Deum, ut principium gratiæ, & obiectum beatitudinis supernaturalis, quia gratia, seu charitas sua omnia sic in Deum ordinat. Et quia est primus, ergo actualiter tendit in Deum ut obiectum beatitudinis, quia actualiter tendere est prius quam uirtualiter, sicut uniuersaliter id quod est per se prius est eo quod est per aliud. Constat nāque quod actus virtualiter tendens in aliquod, ideo uirtualiter tendit, quia manet in eo vis prioris actus actualiter tēdentis in illud. Si autem est naturalis, siue quo ad exercitium actus, siue quo ad specificationem, ergo non est meritorius. Et de exercitio quidem patet, quia sic nullo modo actus liber, & consequenter nullo modo meritorius. De specificatione uero deducitur facile, quia sic actus ille sisteret ad obiectum naturale. ergo non tenderet in obiectum beatificum supernaturale aliquo modo, ergo non informatur gratia, ergo non meritorius. Et augetur maxime dubitatio, quia S. Th. in q. de malo q. 16. ar. 4. vult, naturalitatem primi actus angelici esse talem, ut angelus non potuerit simul ferri in obiectum naturale, & supernaturale in illo primo instanti.

¶ Ad hanc obiectionem dicitur, q si uerba S. Th. ponderentur, apparebit solutio difficultatum. In primis, non dixit illum actum angeli esse naturalem absolutè: sed esse naturalem motū in bonum, ita quod naturalitas, vt prius declaratū, est determinat actum non simpliciter: sed in ordine ad obiectum. Et nunc adiungimus, quod determinat actum in ordine ad tale obiectū, scilicet bonum. Vnde intentio S. Th. est accipiendo naturale ut distinguitur contra liberū, dicere, quod primus actus angeli non fuit totaliter liber, libertate, quæ nata est naturaliter conuenire libero arbitrio creato, s. ad bonum & malum: sed fuit motus naturalis quo ad hoc, quod tenderet in bonum, quia non poterat esse malus: & non quo ad hoc, quod terminaretur ad obiectum pure naturale, ut sic naturalitas determinet actum quo ad specificationem a bono, siue naturali, siue supernaturali, & determinet obiectum naturale sic, quod non ad oppositum eius, i. malū non autem sic, q non ad aliud quodcunque, quia potest esse simul ad aliud non oppositum sed perficiens, quale est supernaturale. Vnde actus primus angeli dupliciter est naturalis. Primo, quia naturaliter, i. non libere, in bonum. Secundo, quia tēdit necessario in obiectum uel purè naturale, puta si non habuit gratiam: vel non dissonum a naturali sed perfectiuum eius, puta, si creatus fuit in gratia. Et per hanc met distinctionem ultimā patet, quomodo intelligenda est doctrina S. Th. in q. de malo. Quoniam tendere in supernaturalia contingit dupliciter. s. absolute, & ut conformia naturalibus. Tendere in supernaturalia absolute, est tendere in ea indifferenter: ac per hoc bene uel male &c. Tendere uerò in ea ut conformia naturalibus, arctatur ad tendere bene, eo quod malum est pręter naturam. Et quia iā dictum est, quod angelus in secundo instanti liber fuit ad bonum & malum, in primo autem ex natura ad bonum determinatus est: cōsequens est, quod non potuit tendere in primo instanti in naturalia, & supernaturalia nisi ut supernaturale est perfectio naturalis. Et quod hæc sit mens S. Th. patet, quia constat, quod apprehendere naturale & supernaturale ut perfectio est naturalis simul, non inconuenit, quamuis absolute sit impossibile. Vnde ex hoc, quod angelus in primo instanti non potuit apprehendere naturale & supernaturale absolutè, optimè sequitur, quod non potuit peccare tunc, cum oportebat ipsum in naturalia ferri. Cum hoc tamen stat, quod simul potuerit apprehendere aliquid supernaturale ut perfectionem naturalis, eo modo quo finis ulterior, est perfectio finis anterioris, ordinati in illum: quēadmodum uniuersaliter simul apprehendere & tendere possumus in finem, & in ea quæ sunt ad finem.

¶ Circa eandem responsionem dubium aliud occurrit. An angeli in primo instanti verè & propriè meruerint uitam æternā. Si enim dicitur, q sic, ergo habuerunt actum dilectionis electiuæ respectu supernaturalis obiecti beatitudinis, & si sic fuit, cum electio eorum sit inflexibilis. ergo redditi sunt omnes impeccabiles, quod est hæreticum. Si uerò dicitur quod non. ergo non amauerunt Deum ut obiectum supernaturalis beatitudinis. ergo nullo modo meruerunt quod est oppositum doctrinæ tuæ. Secunda consequentia est per se nota. quia meritum non est nisi per actum charitatis, cuius obiectum constat esse Deum ut obiectum supernaturalis beatitudinis. Prima uero probatur, quia aut amauerunt Deum ut obiectum beatitudinis supernaturalis dilectione electiua, aut naturali, non enim datur tertia. Sed non naturali: quia illa non se extendit supra obiectum naturale, ut patet, ergo. Si non electiua, nullo modo amauerunt Deum, ut est obiectum supernaturalis beatitudinis, quod erat deducendum.

¶ Ad hoc respondetur dupliciter. Primò, quod non propriè meruerunt. Tum, quia S. Th. in responsione ad tertium dicit illum motum fuisse naturalem. Tum, quia in respōsione ad quartum expresse dicit, quod primum instans respondet operationi, qua mens angelica conuersa est in seipsam, Tum propter rationem in oppositum adductam, quia. s. uere meritum est actu electiuus. Sed insufficienter motos esse ad hanc opinionem sic dicētes, tripliciter declaratur. Primo ex eorum falsa suppositione, credunt enim quod angelus in primo instanti ad naturalia tantum se conuerterit, cum gratia tamen, & ideo meruerit. Quod tamen est impossibile, quia ad rationem actus meritorii nō sufficit, quod sit actus non malus habentis gratiam sed exigitur, q sit informatus gratia actualiter uel uirtualiter, sicut uniuersaliter ad rationem cuiusque actus spectantis ad quemcunque habitum exigitur, quod informatus sit illo habitu: alioquin ex illo habitu nihil haberet: quoniam actus nullo alio modo aliquid habet ab habitu nisi per informationem: si autem informatus fuit charitate, ergo tendit in obiectum charitatis, quod est Deus supernaturaliter uidendus. Et si adiunxeris, quod primus actus non uirtualiter, sed actualiter in obiectum charitatis tendit, ut probatum est, restat ut impossibile fuerit primum actum meritorium ad naturalia sistere. Secundo, ex ratione uerè & propriè meriti. Nihil. n. aliud exigit, nisi ut de condigno & sufficienter quis uitam æternam mereatur, hoc autem omnib. fuit commune, quoniam beatitudine quam meruerunt, inquit S. Thom. fuerunt quidam priuati, sufficienter autem meruisse intellige, ut in uia, non ut in termino, nisi perseuerantes usque in finem. Tertio, ex solutione obiectionum. Iam enim declaratum est quomodo motus ille non fuit naturalis absolute, sed in bonum.

¶ Quod uero in responsione ad quartum dicit S. Tho. nihil obstat: quia ut ibi patet, non loquitur de conuersione angeli in se absolutè, sed per cognitionem uespertinā, ut distinguitur contra matutinam propriè dictam, quæ est uisio beata. Et intendit, quod duo distantia attenduntur penes duas operationes angelicas, quarum una succedit alteri, & prima est uespertina, secunda matutina. Sed sub prima uespertina, si erant in gratia, comprehenditur omnis cognitio citra beatam, quæ est sola matutina, ita quod cognitio uespertina distinguitur in naturalem & reuelatam,

latam, Et similiter omnis conuersio in se & in Deum citra conuersionem fruitionis. Patet autem hanc esse vere mentem literæ. Tum, quia expresse loquitur de vespertina conuersione, vt distinguitur contra matutinam. Tum quia de successione solicitus erat. Constat autem, quod quotquot operationes simultaneas ponamus, non ponunt in numerum quo ad mensuram durationis sed ad vnum tantum instans spectant, & ideo non fuit opus multiplicitatem operationis in primo instanti explicare. Designauit autem illud magis ab actu naturæ, s. conuersionis in se, quia ille fundamentum est omnium & certior. Cum autem quæritur: aut dilectione electiua, &c. respondetur, quod cum dilectio electiua significet idem quod libera dilectio, non solũ quo ad exercitium, sed etiam quo ad specificationem actus, & hæc sit duplex, distinguendum est iuxta supra dicta, & dicendum, quod quædam est dilectio libera totaliter, & quædam non totaliter. Et loquimur, de libertate naturaliter conueniente voluntati creatæ illa est libera totaliter, quę est etiam libera ad bonum & malum. Nam hæc libertas nata est naturaliter conuenire libero arbitrio creato. Illa vero est libera: sed non totaliter, quæ quamuis sit indifferens ad hoc & illud, non tamen ad bonum & malum. Vnde angelus dilexit libere, seu dilectione electiua, non totaliter in primo instanti, quia non poterat pro tunc eligere malum. Quando vero dicitur, ꝙ electio angeli est inflexibilis, intelligitur de electione totaliter libera, quę non potuit esse ante secundum instans. Posset quoque dici, quod illa dilectio fuit naturalis non angelo absolute: sed habenti gratiam in primo instanti sui esse, & tunc operanti, quoniam ex quo in illo instanti non potest fieri actus dissonans a gratia, consequens est, quod liberum arbitrium si supernaturalibus se immiscet, determinatur ad conformiter gratiæ se habendum. Et sic, quamuis dilectio naturalis absolute non tendat ad supernaturalia, dilectio tamen naturalis habentis gratiam, in primo instanti tendit in supernaturale. Et dicitur dilectio illa naturalis, quia est determinata ad unũ ad conforme, s. gratię ita quod non ad oppositum. Et hę duæ responsiones, in idem redeunt.

¶ Circa prædicta adhuc non quiescit intellectus: sed dubium consurgit. Quia si angeli omnes in primo instanti vere meruerunt per actum dilectionis Dei, vt obiectum est beatitudinis supernaturalis. ergo in secundo instanti non tenebantur ad actualiter dirigendum actum suum in obiectum charitatis. ergo non peccauerunt eligendo bonum non cum debita subiectione ad Deum: sed aut non peccauerunt, aut peccauerunt eligendo malum. Prima consequentia probatur, quia præceptum charitatis est affirmatiuum, & obligat pro principio, ad actualiter amandum, quod constat impleri a quolibet habente charitatem, quia in primo actu in Deum tendit ut sui suorumque omnium finẽ & sic omnia sua consequentia, modo non repugnent uirtualiter, tendunt obiectum charitatis, uirtute s. primi actus. Secunda vero consequentia probatur sic. Eligere bonum absque actuali ordinatione ad Deum immediate post primum actum charitatis, non est malum, immo est actus charitatis uirtualiter: sed talis fuit actus angeli in secundo instanti apud S. Thom. ut patet ex supra dictis. ergo male dictum superius fuit, quod sola inconsideratio actualis regulæ diuinæ ad peccatum angeli sufficit.

¶ Ad hoc dicitur, quod argumentum procedit ex malo intellectu dictorum S. Thom. imaginatur namque, quod primum peccatum angeli consistit in sola omissione actualis regulæ. Cum tamen peccauerit faciendo actum contrarium regulæ. Licet enim ex parte intellectus sola fuerit inconsideratio, liberũ tñ arbitrium cum illa in consideratione non solum elegit sine illa, sed contra illam modaliter, non obiectiue: sicut si incidens aliquid absque regula, incidat oblique. Actus enim tunc non solum fit absque regula, sed contra regulam. Patet autem sic angelum peccasse, quia superbiæ peccatum commisit. Superbia enim contrarie opponitur humilitati, & diuinæ regulæ, quoniam ut Boet. dicit, sola superbia se opponit. Vnde angelus peccans recessit a uirtualitate charitatis, quam in primo actu habuit uoluntarie superbiendo. Posset quoque dici, quod angelus in secundo instanti (quia erat primum, & ultimum totalis suæ libertatis ad bonum, & malum) tenebatur deliberare de fine uitæ suæ, sicut homo in principio suæ libertatis.

Ferr. 3. cont. c. 109.
Aegid. 2. s. dist. 6. q. 1. ar. 1.
D. Bon. d. 6. ar. 1. q. 1.
Dur. d. 6. q. 1.
Bannes ar. 7.

ARTICVLVS VII.

Vtrum angelus supremus inter peccantes, fuerit supremus inter omnes.

AD SEPTIMVM sic proceditur. Videtur, quod ille angelus qui fuit supremus inter peccantes, non fuerit supremus inter omnes. Dicitur enim Ezech. 28. Tu Cherub extentus & protegens, posui te in mõte sancto Dei. Sed ordo cherubim est sub ordine seraphim, vt Dion. * dicit 7. c. angelicæ hier. Ergo angelus, qui peccauit fuit supremus inter oẽs.

¶ 2 Præter. Deus fecit naturam intellectualem propter beatitudinem consequendam. Si igitur angelus qui fuit supremus inter omnes peccauit, sequitur, quod ordinatio diuina fuerit frustrata in nobilissima creatura, quod est inconueniens.

¶ 3 Præter. Quanto aliquid magis inclinatur in aliquid, tanto minus potest ab illo deficere. Sed angelus quanto est superior, tanto magis inclinatur in Deum. Ergo minus potest a Deo peccando deficere. Et sic uidetur, quod angelus qui peccauit, non fuerit supremus inter omnes, sed de inferioribus.

SED CONTRA est, quod dicit Greg. * in ho. de Centum ouibus quod primus angelus qui peccauit, dum cunctis agminibus angelorum prælatus, eorum claritatem transcenderet, ex eorum comparatione clarior fuit.

RESP. Dicendum, ꝙ in peccato est duo considerare, s. pronitaté ad peccandum, & motiuum ad peccandum. Si ergo consideremus in angelis pronitatem ad peccandum, minus videtur quod peccauerint superiores angeli, quam inferiores. Et propter hoc Damas. * dicit, quod maior eorũ, qui peccauerunt, fuit terrestri ordini prælatus. Et videtur hæc opinio consonare positioni Platonicorum, quam Augu. recitat in li. de Ciu. Dei † octauo & decimo. Dicũt. n. quod omnes dii erãt boni: sed dæmonum quidam boni, quidam mali. Deos nominantes substantias intellectuales, quę sunt a globo lunari superius, dæmones uero substantias intellectuales, quæ sunt a globo lunari inferius, superiores hoĩb. ordine naturæ. Sed est abiiciẽda hæc opinio tanq̃ a fide aliena: q̃a tota creatura corporalis administratur a Deo p angelos, vt Aug. dicit 3. de Trin. * Vnde nihil prohibet dicere inferiores angelos diuinitus distributos esse ad administrãdũ inferiora corpora, superiores vero ad administrandum corpora superiora, supremos vero ad assistendum Deo. Et secundum hoc, Dama. † dicit, ꝙ illi qui ceciderunt, fuerunt de inferiorib. In quorum ẽt ordine, aliqui boni angeli permanserunt. Si uero consideretur motiuũ ad peccandũ, maius inuenitur in superioribus quã in inferiorib. Fuit. n. dæmonũ peccatũ superbia, ut supr. dictũ est. * cuius motiuũ est excellentia, quæ fuit maior in superiorib. Et ideo Greg. † dicit, ꝙ ille q̃ peccauit, fuit superior inter oẽs. & hoc uĩ probabilius, q̃a peccatũ angeli nõ processit ex aliqua ꝓnitate, sed ex solo lib. arb. Vñ magis uĩ cõsiderãda esse rõ q̃ sumit̃ a motiuo ad peccãdũ. Nõ est tñ inde alii opinioni p̃iudicãdũ, q̃a ẽt in pricipe ĩferiorũ angelorũ potuit ẽ aliqđ motiuũ ad pc̃dũ.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod Cherubin interpretatur

---

326 SVP. Q. LXIII. ART. VII.

Inf. a. 9. ad 3. & 2. d. 2. art. 1. Et 3. cõ. c. 109. fi. Et op. 15. c. 19. & Ep. 2. & Iob. 40.

CONCL. 1. Probabilius uidetur hoc quod Angelus primus, qui peccauit, fuerit supremus inter omnes.

¶ PROB. Quia peccatum Angeli fuit superbia, cuius motiuum est excellentia, & maior est excellẽtia in superioribus magis, quã in minus superioribus, vel etiam inferioribus. Quia in peccato Angeli magis consideranda uidetur ratio, quæ sumitur a motiuo ad peccandum (cum non peccauerit ex aliqua pronitate, sed ex solo libero arbitrio) quam a pronitate.

¶ CONCL. 2. Non est tamen inde alii opinioni dicenti, quod non fuit superior inter omnes, pręiudicandum.

¶ PROB. Quia etiam in principe inferiorum Angelorũ potuit esse aliquod motiuum ad peccandum.

1m de maiori.

Cherub. R. ly cherub, non dicit ordinem Angelorum, sed dicit tantum

* ca. 6. & 7. cęle. Hier.
* Ho. 34. in Euan. ante med.
* Li. 2. c. 4.
† lib. 8. c. 6. & 7. & lib. 10. c. 9. 10. & 11. to. 5
* lib. 3. de Trin. c. 4. & 5. to. 3.
† De fide cath. li. 2. ca. 4.
* ar. 2. huius q.
† Greg. loco citato in ar. sed contra.

tum motiuum formale: vnde peccauit Angelus, qui loquitur. §. Tunc &c. vt patet.

¶Not. Si coassumantur conclusionum probationes: videbitur melius, & Prophetæ, & Sancti Thomæ, intentum. Motiuum (dixit probatio supra) ad peccandum fuit excellentia, propria dubio scita. Si enim hanc non sciuissent, ex hac non superbissent, & consequenter hæc non fuisset motiuum ad peccandum. Excellentia ergo fuit quasi materiale in mouendo: scientia excellentiæ, quasi formale. Dicitur itaque primus Angelus peccans Cherub, non quia esset de ordine Cherubin, sed ut ostédatur, quod eius peccatum processit ex scientia excellentię suæ, seu (quod idem est) ex sua excellentia scita. Huic enim motiuo adhæsit non adhibita immo sublata, uoluntarie debita regula (vt supra ar. 3.) Et sic intumuit.

pretatur plenitudo scientię, seraphin interpretantur ardentes, siue incedentes. Et sic patet, quod cherubin denominatur a scientia quæ potest esse cum mortali peccato. Seraphin vero denominatur ab ardore charitatis, quæ cum peccato mortali esse non potest. Et ideo primus angelus peccans, non est denominatus seraphin, sed cherubin.

Ad secundum dicendum, quod diuina intentio non frustratur, nec in his qui peccant, nec in his, qui saluantur. Vtrorumque. n. euentum Deus pręcognoscit, & ex

2^m de conclusio. Si igitur &c. Frustrata. B. Nisi hūc euentum Deus præcognouisset, & ex hoc (Dum malos punit) gloriam haberet, & creaturam illam liberam instituisset. §. Scito: illa tria simul accipienda. Tunc &c. ut patet in litera.

3^m maior. Quāto aliquid magis inclinatur in aliquid. Tanto minus potest ab illo deficere. B. Si illa inclinatio imponat ei necessitatem; non aliter. §. Tunc &c. ut patet. Hinc agnosce quam vera sit conclusio secūdā. Quia. n. inclinatio maior in bonū existens in maiori Angelo est non necessitas: ideo opinioni dicenti, hunc non fuisse supremū inter peccātes, non est prǽiudicandum, cum istam inclinationem potuerit non sequi. Quia vero minor inclinatio ad bonū est in minori Angelo: ideo opinio illa Damasceni est probabilis, licet non probabilior.

vtroq; hēt gloriā, dum nos ex sua bonitate saluat, illos ex sua iustitia punit. Ipsa vero creatura intellectualis dum peccat, a fine debito deficit. Nec hoc est inconueniens in quacunq; creatura sublimi. Sic .n. creatura intellectualis instituta est a Deo, ut in eius arbitrio positum sit, agere propter finem.

Ad tertium dicendum, quod quantacūque inclinatio ad bonū fuerit in supremo angelo, tamen ei necessitatem non inducebat. Vnde potuit per liberum arbitrium, eam non sequi.

APPENDIX.

Ex articulo habes, primo, quomodo per rationem ostendas rectè de primo Angelo peccante dictum Iob 14 quod est principium viarum Dei, & Ezechiel 31. quod cedri non fuerūt altiores illo, & ibi, quod omnis lapis pretiosus erat operimentū eius: & alia, si quæ sunt similia. Secundo habes: quomodo per rationem demonstres, talia dupliciter catholicè posse exponi, quāuis in uno sensu (puta, quod supremus inter peccantes fuerit supremus absolutè) probabilius, quam in altero. Secundum. n. probabiliorem, quā diximus glossam exponi tur, ut habes sup. q. 62. art. 3. in appendice adducente decretū prædictis auctoritatib. ornatum, expositioneq; . B. Greg. coornatū. Quod si iuxta minus probabilē opinionē exposueris, dices: Iob dicēte de illo, quod fuit principium uiarum Dei, ratione naturæ angelicæ non ratione (ut dicebat probabilior) singularis personę suæ. Eodē modo dices sm Ezechielem cedros, i. naturas quascunq; creaturarū altas, non esse altiores illo, i. natura ipsius angelica, nō aūt illo, i. persona illius singulari (vt exponit probabilior sentētia) Illud aūt de lapidib. pretiosis expones, uel tanquā sit dictum per similitudinē, (sicut dicimus, magnitudinē pulchritudinis alicuius hominis uolentes explicare, est pulchritudine pulchior, & huiusmodi), vel sm comparationem ad alias naturas creatas. Non est. n. ulla creata natura, quæ sit æqualis angelicæ, tant. abest, ut sit altior, quā illa: Si uero exponas per comparationē primæ personę angelicę ad alias personas angelicas (vt facit Beatus Gregorius in illo cap. decreti): iam contra ipsam opinionem minus probabilē exponeres. Tertio uides: quo ex his uicissim Angelicæ firmētur conclusiones, atq; declarētur.

Comm. Cardinalis Caietan.

Titulus clarus est.

¶In corpore quatuor. Primo radices duas diuersimode opinandi secundo opinionem Damasceni penes primam radicē tractat: tertiò, opinionem Gregorij penes secunda quarto, comparat eas adinuicem, tam opiniones quam radices.

¶Quo ad primum radices sunt pronitas ex parte peccantis, & motiuum ex parte obiecti.

¶Quo ad secundum quatuor dicit. Primo, opinionem quod de inferiori ordine fuerunt mali, & quod maior inter prælatos terrestribus fuit primus ex prima radice. Secundo, quid superficietenus supponere uidetur hæc opinio secundum Platonicos. Tertio reprehendit illud suppositum. Quarto, ostendit quomodo potest bene intelligi opinio Dama. & omnia clara sunt.

¶Quo ad tertium, ex secunda radice, & quod superiores peccauerunt & quod supremus peccantium erat supremus simpliciter.

¶Quo ad quartum, cōparat opiniones ex radicib. quo ad probabilitatem, & dicitur secunda probabilior, quia radix melior. Et quo ad falsitatem, & dicit quod non propterea prima iudicanda est falsa quia etiam in his habet locum secunda radix, oīa clara.

ARTICVLVS VIII.

Vtrum peccatum primi angeli, fuerit alijs causa peccandi.

327 2. d. 6. 2. 2. Et d. 34 in expon. li. ad 2.

Ad octavum sic proceditur. Videtur, quod peccatum primi angeli peccantis, non fuit aliis causa peccandi. Causa enim prior est causato. Sed omnes simul peccauerunt: vt Dam.* dicit. Ergo peccatum unius non fuit aliis causa peccandi.

* li. 2. c. 4. de fid. cat.

¶ 2 Præt. Primum peccatum angeli, non potest esse nisi superbia, ut supra dictum est.* Sed superbia excellētiam quærit: magis autem excellentiæ repugnat, quod aliquis inferiori subdatur quam superiori. Et sic non videtur, quod Dæmones peccauerint per hoc, quod uoluerunt subesse alicui superiorum angelorum potius quam Deo. sic autem peccatum unius angeli fuisset aliis causa peccandi, si eos ad hoc induxisset, ut sibi subiicerentur. Non ergo uidetur, quod peccatum primi angeli fuerit causa peccandi aliis.

* Ar. 2. huius q.

¶ 3 Præt. Maius peccatum est velle subesse alteri contra Deum, quam contra Deum alteri velle præesse: quia minus habet de motiuo ad peccādum. Si ergo peccatum primi angeli fuit aliis causa peccandi in hoc, quod eos ut sibi subiicerentur induxit, grauius peccassent inferiores angeli, quā supremus, quod est contra illud Psal. 103. Draco iste, quē formasti. Dicit glo.* Qui cæteris inesse erat excellentior, factus est in malitia maior. Non ergo peccatum primi angeli fuit aliis causa peccandi.

Aegid. 2. s. d. 6. q. 1. ar. 3. Dur. d. 6. q. 2. Tho. Arg. d. 6. q. 1. ar. 3. Bannes, ar. 8.

* In gl. ordinaria ibi & dicitur esse Aug.

Sed contra est, quod dicitur Apoca. 12. quod Draco traxit secum tertiam partem stellarum.

Resp. Dicendum, quod peccatum primi angeli fuit aliis causa peccandi: non quidem cogens, sed quadam quasi exhortatione indu

SVP. Q. LXIII. Art. VIII.

Concl. Peccatum primi Angeli fuit aliis causa peccandi; nō quidem cogens, sed quadam quasi exhortatione inducens.

¶Prob. Quia omnes dęmones illi supremo subduntur, & hoc habet diuina iustitia, vt cuius suggestioni aliquis consentit in culpa, eius potestati subdatur in pœna.

Primum

1m de maiori. Prior. ℞. Natura non semper, tempore. §. Ex litera scito, in simultaneis saluari prioritatem naturę tantum. Tunc &c. Nam ad hoc, quod fuerit peccatum primi causa aliis peccandi, sufficit, quod primi peccatum fuerit prius natura peccato aliorum.

2m de minori. Repugnat. ℞. cæteris paribus: non, cęteris imparibus. §. Tunc &c. ut patet. Vide literam & pro faciliori inductione inferiorum ad se volun tarie subdendum illi superiori, scias esse dictũ in calce, ly præsertim, quia supremo angelo naturæ ordine subiecti erant etiam tunc, i. etiã antequam ei volũtariè per affectum superbiæ se subijcerent:

¶ Not. Videmus in mundo etiam nostro, hoc sæpe fieri apud subditos superbos, q. s. ipsi sibimet vnum caput erigunt: cui subdi eligunt libenter magis quam legitimo superiori; & hoc, quia sperant per hunc magis obtinere aliquid a se inordinate desideratũ, quam per subiectionem ad superiorem legitimum. Hoc fecerunt Lutherani, Caluinistæ, Vgonotti, qui Lutherum, caluinum, aliosq; (iuxta sectas suas) sibi pro capitibus voluntarie magis elegerunt, quam legitimo suo capiti Romano Pontifici subiacere, & hoc, quia aliquid a se inordinatè appetitum (puta, libertatem carnalem, vel aliquid aliud) sperarunt sub ipso nouo capite adipisci, quod sub capite legitimo nõ assecuturos se, vel certo norunt, vel probabiliter dubitant, uel saltem minus faciliter uident. Sic, sic, horum magistri inferiores diaboli superbiã illam art. 3. sup. dictã habẽtes, ad assecutionẽ desiderii supbia sibi dictati aspirabãt. Huius cõsecutionẽ mediãte Lucifero, capite nouo, sperabãt q̃ sub capite Deo desperabãt. Ideo &c.

3m maior. Maius peccatum est, &c. ℞. Si æquè intenso motu feratur in hoc velle, sicut alteri in illo uelle; non aliter. §. Tunc &c. Hinc disce, quod si æqualiter intenso motu cum inferioribus in superbiam cecidisset Angelus supremus, ipse minus peccasset, quam inferiores: nunc autem quia intensiori motu, quod est formale in peccato, magisque ponderandum, ideo magis peccauit,

cens. Cuius signum ex hoc apparet, q̃ omnes Dęmones illi supremo subduntur, vt manifestè apparet per illud, quod dicit Dominus Matth. 25. Ite maledicti in ignem æternum, qui paratus est Diabolo & Angelis eius. Habet enim hoc ordo diuinæ iustitiæ, vt cuius suggestioni consentit in culpa, eius potestati subdatur in pœna, secundum illud 2. Pet. 2. A quo quis superatus est, huic seruus addictus est.

Ad primum ergo dicendum, quod licet simul Dæmones peccauerint, tamen peccatum vnius, potuit esse aliis causa peccandi. Angelus enim non indiget ad eligendum, vel exhortandum, uel etiam consentiendum temporis mora: sicut homo, qui deliberatione indiget ad eligendum & ad consentiendum, & locutione vocali ad exhortandum: quorum vtrumque tempore agitur. Manifestum est autem, q̃ etiam homo simul dum aliquid iam corde concepit, in eodem instanti incipit loqui. Et in vltimo instanti locutionis, in quo aliquis sensum loquentis capit, potest assentiri ei quod dicitur: vt patet maximè in primis conceptionibus, quas quisque probat auditas. Sublato ergo tempore deliberationis, quod in nobis requiritur, in eodem instanti, in quo primus angelus suam affectionem intelligibili locutione expressit, possibile fuit aliis in eam consentire.

Ad secundum dicendum, quod superbus cæteris paribus, magis vult subesse superiori, quam inferiori. Sed si aliquam excellendam consequatur sub inferiori, quam sub superiori consequi non possit, magis eligit inferiori subesse, quam superiori. Sic igitur non fuit contra superbiam Dæmonũ, quod subesse inferiori uoluerunt in eius principatum consentientes: ad hoc eum principem & ducem habere volentes, ut uirtute naturali suam ultimam beatitudinẽ consequerentur, præsertim quia supremo angelo naturæ ordine, etiam tunc subiecti erant.

Ad tertium dicendum, quod sicut supraidictum est, * Angelus non habet aliquid retardãs, sed secundum suam totam uirtutem [d] mouetur in illud, ad quod mouetur, siue in bonum, siue in malum. Quia igitur supremus angelus maiorem habuit naturalem uirtutem, quam inferiores, intensiori motu in peccatum prolapsus est. & ideo factus est etiam in malitia maior.

ARTI-

* q. 62. a. 9. D. 1158. & 121.

APPENDIX.

Ex articulo habes primo: quomodo per rationem ostẽdas, de diabolo primo rectè dictum Apoc. 12. Cauda eius trahebat tertiã partem stellarum, & misit eas in terrã, & Ezechiel 31. Aemulata sunt eum omnia ligna uoluptatis, quæ erant in Paradiso Dei, & Isaiæ 14. Supremo angelo peccanti dicitur: Corruisti in terram, qui uulnerabas gentes, qui dicebas in corde tuo, in cœlum conscendam, super astra Dei exaltabo soliũ meũ, &c. Tu. n. terram tuam disperdidisti, tu populũ tuum occidisti. Item si qua sunt similia. Secundo habes: quomodo p̃ rationem demonstres, talia probabiliter posse catholicè exponi de inductione, qua primus diabolus alios ad peccandum attraxit. Catholicè, inquam, quia secundum expositionẽ Sanctorum Catholicorum: probabiliter, quia non sic necessario exponere tenentur de fide omnes. Alioquin opinio Sancti Thomę probabilior tantum non esset, sed de fide tenenda; & consequenter opposita esset hæretica, quod non conceditur. Exponas igitur sic probabilius Apocalypsi de dracone illo, quod scilicet cauda sua, idest exhortatione sua ad infima non ad suprema (quod est honor Dei, ac ad ipsum deuota obedientia) respiciente, stellarum tertiam partem, idest angelorum magnam multitudinem induxit ad peccandum, & consequenter traxit in terram, idest in centrum infernale. Item exponas Isaiam cum Beato Hieronymo dicente: Congregationes damnatorum angelorum, quæ populus Luciferi ab Isaia dicuntur, ex dęmonis suggestione peccarunt. Item Ezechielem sic, quod illa æmulatio lignorum fuit desiderium grande, quod inferiores angeli insensati habuerunt imitandi superiorem illum, qui eis naturalem eccellentiam cuique propriam iam suggesserat. Tertio uides, quomodo ex his vicissim firmetur conclusio præsentis articuli.

Comm. Cardinalis Caietani.

Titulus clarus est.

¶ In corpore vna conclusio responsiua. Peccatum primi angeli fuit alijs causa peccandi, non cogens, sed quasi exhortatione inducens. Probatur sic ab effectu. Cæteri Dæmones sunt subditi primo. ergo eius suggestione peccauerunt. Antecedens probatur authoritate Christi. Matth. 25. Diabolo & angelis eius, i. nuntijs & ministris eius. Consequentia probatur: quia ordo diuinæ iustitiæ hoc habet, vt cuius suggestioni aliquis consentit in culpa, eius potestati subdatur in pœna: quod probatur secundæ Petri 2. A quo quis &c.

¶ In responsione ad primum, dubium occurrit ex Scoto, vbi supra: contra hoc, scilicet quod secundum instans est mora indiuisibilis in se, seu instantanea. Tum, quia angeli peccauerunt pluribus peccatis diuersarum specierum, & non simul, sed ordine quodam. Tum, quia peccatum malorum angelorum tentauit bonos: Ita quod Apoc. 12. victoria tentationis in laudem, & excellẽs meritum bonis adscribitur. ergo & tenet sequela. Tum, quia si in instanti omnia perfecta essent, non fuisset, aut facillimum fuisset prælium inter eos. Tum, quia mali prius peccauerunt, deinde tentauerunt, & vltimo victoria bonorum resistentium, subsequuta est. Non ergo instantanea fuit mora pugnæ, & meriti.

¶ Ad hæc dicitur breuissimè, quod totus ille ordo, tam peccatorum, quam pugnæ, & victoriæ &c. cum sit ordo operationum indiuisibilium, seu instantanearum, non est ordo durationis, sed naturę & præsuppositionis. Quemadmodum quotcunque illuminationes ordinatæ in eodem sunt instanti: Victoriæ autem instantaneę apud eos, qui non sunt naturæ discursiuæ, sed omnia complete habent in instanti, summæ sunt laudis, quamuis apud nos, qui cum continuo & tempore intelligimus, pro nihilo habeantur.

Bannes

Bannes ar. 9.

SVPER QVAEST. LXIII. ART. IX.

CONCL. Plures Angeli permanserunt, quam peccauerunt. ¶ PROB. Quia quæ contra naturam fiunt, vt in paucioribus accidunt, quæ vero secundum naturam econtra: & peccare est contra naturalem inclinationem, non peccare est secundum inclinationem naturalem.

¶ NOT. Plures adeo remanserunt in cœlo, vt Sanctus Doctor testatum reliquerit, quod soli Angeli beati forte sunt plures, quam dæmones omnes simul, cum hominibus damnatis 1.d.39.q.2.a.2. ad quartum.

328 Li.1. Eth. c.6. a med. tom. 5.

1^m^ de philoso. Est. B. In hominibus: non, in Angelis. §. Tūc &c. Ex litera scito, quod bonum cognitum attrahit voluntatem ad sui sequelam: abstrahēdo a vero, & apparenti bono. Quia igitur aliquod bonum magis cognoscitur, licet secundū se sit apparens, ideo magis ad se voluntatē inclinat, & econtra: velūtas ergo sequitur bonū illud, non quia apparens bonum, sed quia bonum, & ideo si hoc bonum a pluribus pro bono cognoscatur magis, quam verum bonū, a pluribus acceptabitur magis, quam verum bonum. Tale quid accidit in hominibus ex eo, quod naturam sensitiuam habent, a qua cum omnis nostra cognitio ortum habeat, plus pluresque assueti sunt sensitiuæ cognitioni, quam intellectiuæ. Item quia cognitio sensitiua est grossior, infimiorque quam intellectiua: ideo tale quid accidit in hominibus. Nam homines (vt patet) facilius grossiora, infimioraque percipiunt, & difficilius horum opposita: quinimmo ab his cognoscendis plerumque ob difficultatem vitandam diffugiunt. Sensibilia autem bona intantum dicuntur apparentia bona, & vera mala, inquantum bonis intellectualibus opponuntur.

D.839.

ARTICVLVS IX.

Vtrum tot peccauerunt, quot permanserunt.

AD NONVM sic proceditur. Videtur, quod plures peccauerunt de angelis, quam pmanserunt, quia ut dicit Philosophus. Malum est vt in pluribus, bonum vt in paucioribus.

¶ 2 Præt. Iustitia & peccatum eadem ratione inueniuntur in angelis & hominibus, Sed in hominib. plures inueniuntur mali quā boni, secundum illud Eccl. 1. Stultorum infinitus est numerus. Ergo pari ratione in angelis.

¶ 3 Præter. Angeli distinguuntur secundum personas, & secundum ordine. Si igitur plures personæ angelicæ remanserunt, videtur etiā, quod non de omnibus ordinibus aliqui peccauerunt.

SED CONTRA est, quod dicitur 4. Reg. 6. Plures nobiscū sunt quam cum illis: quod exponitur de bonis angelis, qui sunt nobiscū in auxilium, & de malis qui nobis aduersantur.

RESP. Dicendum, quod plures angeli permanserunt, quam peccauerunt. quia peccatum est contra naturalem inclinationem. Ea uero quæ contra naturā fiunt, ut in d paucioribus accidunt. Natura enim consequitur suum effectum, vel semper, vel ut in pluribus.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod philosophus loquitur quantum ad homines, in quibus d malum contingit ex hoc, quod sequūtur bona sensibilia, quæ sunt pluribus nota, deserto bono rationis, quod paucioribus notum est. In angelis autem non est nisi natura intellectualis: unde non est similis ratio. Et per hoc patet responsio ad secundum.

AD TERTIVM dicendum, quod secundum illos qui dicunt, quod diabolus maior, fuit de inferiori ordine angelorum, qui præsunt terrestribus: manifestum est, quod non de quolibet ordine ceciderunt, sed de infimo tantum. Secundum vero illos, qui ponunt maiorem diabolum de supremo fuisse ordine, probabile est, quod de quolibet ordine aliqui ceciderunt sicut in quemlibet ordinem homines assumuntur in supplementum ruinæ angelicæ. In quo etiam magis comprobatur libertas liberi arbitrii, quæ secundum quemlibet gradum creaturæ, in malum flecti potest. In sacra scriptura tamen, nomina quorundam ordinum, vt Seraphin & Thronorum, Dæmonibus non attribuuntur, quia hæc nomina sumuntur ab ardore charitatis, & ab habitatione Dei: quæ non possunt esse cum peccato mortali. Attribuuntur autem eis nomina Cherubin, Potestatum, & Principatuum: quia hæc nomina sumuntur a scientia, & potentia, quæ bonis malisque possunt esse communia.

2^m^ de maiori. Eadem ratione. B. Nisi homines naturā sensitiuam intellectiuę iunctā haberent. §. Tunc &c. Simili ergo ratione, sed non eadem, peccatū, & iustitia in vtrisq; inueniuntur, non inquantum dicūt maculam, & pœnę reatum (nam sic eadem ratione): sed inquantum important pronitatem hominum, & angelorum ad seipsa sequēda, vel omittēda.

D.295.

3^m^ de conclusione. Videtur. B. Secundū ponentes diabolum maiorem fuisse de inferioribus ordinibus: non, sm ponentes diabolū maiorem fuisse de ordine supremo. §. Tunc &c. Nam conclusionē presentē acceptantes consentiunt etiam ar.7. cōclusioni illi, quod s. supremus inter peccātes, fuerit supremus inter oēs.

¶ NOT. Aduerte, quod ex hoc loco ad primū habetur sensus Diui Thomæ in omnib. aliis locis suis. Verbi gratia. Sup. q.49. ar.3, ad quintum & 1.2.q.71. art. 2. ad tertium, ubi dicit, quod malum est inpluribus. Et 1.d.39.q.2.2. quartum ubi dicit, quod malū est duplex, s. naturæ, & culpæ. Et quod vtrunq; est ut i paucioribus. Nā hinc edocti dicimus, quod in solis hoib. sm totā spēm humanā, malum culpæ est ut in plurib. in aliis aūt est vt in paucioribus. De malo aūt naturę dicēdū, quod simpl'r est vt in paucioribus quā gnabilia, & corruptibilia, in qb. tm naturæ malū cōtingit, sūt minor pars vniuersi.

APPENDIX.

EX articulo habes primo qūo per rōnem ostendas, rectè dictū 4. Reg. 6. Plures sunt nobiscum, quā cōtra nos, & si qua sunt similia. Secundo habes, quomodo per rationem demonstres, hoc probabiliter exponi sic, quod plures Angeli permanserunt a parte Dei, qui postmodum stant in auxilium bonorum, puta Elisei, ac similium, quam ceciderint a Charitate Dei, qui postmodū seruis eius pro suo posse aduersantur. Tertio uides: qūo ex his uicissim Angelica firmetur conclusio,

Vtilitas pro Eccl. S. Dei.

2

3

Secundum

Comm. Cardinalis Caietani.

TItulus clarus est.

¶ In corpore vna conclusio responsiua. Plures remanserunt quam ceciderunt. Probatur: quia præter naturam inuenitur in paucioribus: peccatum autem est contra naturam angelorum, ergo.

Bannes, q.64 ar. 1.

SVP. Q. LXIIII. ART. 1.

CONCL. 1. Cognitio naturalis in dæmonibus nō est diminuta. ¶ PROB. Quia cognitio naturalis consequitur naturam Angeli, & pp simplicitatem suę substātiæ a natura eius nihil potest subtrahi, ut per subtractionem naturalium puniatur.

¶ CONCL. 2. Cognitio, quę est per gratiam in speculatione consistens

QVÆSTIO LXIIII.

De pęna Dæmonum, in quatuor articulos diuisa.

CONSEQVENTER quæritur de pœna Dæmonum.

ET circa hoc quęruntur quatuor.

¶ Primò, De obtenebratione intellectus.

¶ Secundò, De obstinatione voluntatis.

¶ Tertiò, De dolore ipsorum.

¶ Quartò, De loco pœnali ipsorum.

ſtens non eſt eis totaliter ablata: ſed diminuta.

¶Prob. Quia de huiuſmodi ſecretis diuinis tantum eis reuelatur, quantum oportet: vel mediantibus Angelis bonis, uel per aliqua temporalia diuinæ uirtutis effecta. Et ſanctis Angelis plura, clariusq; in ipſo diuino uerbo reuelantur.

329 3.d.7 q. 2 a.1.& Mal. q.16.ar.6.

¶Concl. 3. Cognitione per gratiam affectiua, quæ, ſ. producit diuinum amorem, ſunt totaliter priuati.

¶Prob. Quia dæmones ſunt totaliter priuati charitate.

1^m minor. Hoc, eorũ miſeriæ non conuenit. ℞. Negatur. §. Ad probationem dicitur, quod illud ad magnam beatitudinem hominis pertinet, ſed non Angeli. Vnde probatio nihil valet. Ex litera ſcito Angelum non habere beatitudinem, niſi in viſione Dei, cum tamen nos ſupremam habeamus in uiſione Dei, & magnam in cognitione Angelorum.

2^m maior. Id, q eſt maxime manifeſtum in natura, uidetur eſſe maximè manifeſtum Angelis ſiue bonis, ſiue malis. ℞. Niſi quatenus eſt improportionatum intellectui angelorum. §. Tunc &c. ut patet in text. Ad ly non habet mundum cor, dicitur, q uerum eſt mũditia gratuita, non autẽ de munditia naturali. Quia ergo tranſitur de munditia una, quę eſt gratuita, de qua eſt ly. Beati mundo corde Matth. 5. ad munditiam, ſeu puritatem naturalẽ, ideo proceſſus redditur inualidus.

• li. 4. ſup Gen. c.22. to.3.

3^m de maiori. Angelis. ℞. Bonis; non, malis §. Tunc & c ut patet. Quod ſi loquamur communiter de Angelis, dicemus. Cognitio alia matutina, alia ueſpertina (hæ ſunt bonorum), alia nocturna (Hæc malorum). Vide q. 58, ar. 6. & q. 63. ar. 4. 5.

† li. 4. c. 29 non pcul a prin. t. 3.

Quartum

ARTICVLVS I.

Vtrum intellectus Dæmonis, ſit obtenebratus per priuationem cognitionis omnis ueritatis.

AD PRIMVM ſic proceditur. Videtur, q intellectus Dęmonis ſit obtenebratus per priuationem cognitionis veritatis. Si enim aliqua veritatem cognoſcerent, magis cognoſcerent ſeipſos, quod eſt cognoſcere ſubſtantias ſeparatas. Hoc autem eorum miſerię non conuenit, cum ad magnã beatitudinem pertinere videatur, intantum, quod quidam vltimam beatitudinem hominis poſuerunt in cognoſcendo ſubſtantias ſeparatas. Ergo Dæmones priuantur omni cognitione veritatis.

¶ 2 Præt. Id quod eſt maximè manifeſtum in natura, videtur eſſe maximè manifeſtum in angelis, ſiue bonis, ſiue malis. Quod enim non ſit nobis maximè manifeſtũ; contingit ex debilitate intellectus noſtri a phantaſmatibus accipientis: ſicut ex debilitate oculi noctuę contingit, quod non poſſit videre lumen ſolis. Sed Dęmones nõ poſſe cognoſcere Deum, eſt ſecundum ſe manifeſtiſſimũ, cum ſit in ſummo veritatis, eo q non habent mundum cor, quo ſolo videtur Deus. Ergo nec alia cognoſcere poſſunt.

¶ 3 Præt. Cognitio rerum angelis conueniens, eſt duplex, ſecundum Aug.• ſ. matutina & veſpertina: Sed cognitio matutina non competit Dæmonibus, quia non vidẽt res in verbo: nec cognitio veſpertina, quia cognitio veſpertina refert res cognitas ad laudem Creatoris: vnde poſt ueſpere fit mane, vt dicitur Gene. 1. Ergo Dæmones non poſſunt cognitionem de rebus habere.

¶ 4 Pręt. Angeli in ſua conditione cognouerũt myſterium regni Dei vt Aug. † dicit quarto ſuper Gen. ad literam. Sed Dęmones hac cognitione priuati ſũt: quia ſi cognouiſſent, nequaquam dominũ gloriæ crucifixiſſent, vt dicitur 1. Corinth. 2. Ergo pari ratione omni alia cognitione veritatis ſũt priuati.

¶ 5 Pręt. Quamcũque veritatem aliquis ſcit, aut cognoſcit eam naturaliter, ſicut nos cognoſcimus prima principia, aut accipiendo ab alio, ſicut quæ ſcimus addiſcendo: aut experientia longi tẽporis, ſicut ſcimus inueniendo. Sed Dæmones non poſſunt cognoſcere veritatem per ſuam naturam, quia ab eis diuiſi ſunt boni angeli, ſicut lux a tenebris, vt Aug.• dicit. Omnis autem manifeſtatio fit per lumen, ut dicitur Ephe. 5. Similiter etiam neque per reuelationem, neque addiſcendo a bonis angelis; quia non eſt conuentio lucis ad tenebras, vt dicitur 2. Corin. 6. Neque per experientiam longi temporis: quia experientia a ſenſu oritur. Ergo nulla in eis eſt cognitio ueritatis.

• li. 11. de ciui. Dei ca. 19. & 33. tom. 5.

SED CONTRA eſt, quod Dionyſ.• dicit quarto cap. de diuinis nominibus, quod data ſunt Dæmonibus aliqua dona, quæ nequaquam mutata eſſe dicimus: ſed ſunt integra, & ſplendidiſſima: inter iſta autem naturalia dona, eſt cognitio veritatis. Ergo in eis eſt aliqua ueritatis cognitio.

• ca. 4. par. 4. parum a medio.

RESP. Dicendum, quod duplex eſt cognitio ueritatis. Vna quæ habetur per gratiam: alia quæ habetur per naturam, & iſta quæ habetur per gratiam eſt duplex. Vna quæ eſt ſpeculatiua tantum, ſicut cum alicui aliqua ſecreta diuinorum reuelantur. Alia vero, quæ eſt affectiua producens amorem Dei: & hæc propriè pertinet ad donum ſapientiæ. Harum autem trium cognitionum prima in Dęmonibus nec eſt ablata, nec diminuta conſequuntur enim ipſam naturam angeli, qui ſecundum ſuam naturam eſt quidam intellectus, vel mens. Propter ſimplicitatem aũt ſuæ ſubſtantiæ a natura eius aliquid ſubtrahi non poteſt, ut ſic per ſubtractionem naturaliũ puniatur, ſicut homo punitur per ſubtractionem manus, aut pedis, aut alicuius huiuſmodi. Et ideo dicit Dion. • quod dona naturalia in eis integra manent. vnde d naturalis cognitio in eis non eſt diminuta. Secunda autem cognitio, quæ eſt per gratiã in ſpeculatione conſiſtens, non eſt in eis totaliter ablata, ſed diminuta: quia de huiuſmodi ſecretis diuinis tantum reuelatur eis, quantum oportet, vel mediantibus angelis, vel per aliqua temporalia diuinæ virtutis effecta, ut dicit Aug. 9. de ciu. Dei,• Nõ aũt ſicut ipſis ſanctis angelis, q. b. plura & clarius reuelantur in ipſo uerbo. A tertia uero cognitione ſunt totaliter priuati, ſicut & a charitate.

• Loco citato in arg. ſed contra. D.440.

• li. 9. de ci ui. Dei c. 21. circ medi. tom. 5.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod fœlicitas conſiſtit in applicatione ad id, quod ſuperius eſt. Subſtãtiæ autem ſeparatæ ſunt ordine naturæ ſupra nos. vnde aliqualis ratio fœlicitatis eſſe poteſt homini, ſi cognoſcat ſubſtãtias ſeparatas, licet perfecta eius fœlicitas ſit in cognoſcendo primam ſubſtantiam, ſ. Deum. Sed ſubſtantiæ ſeparatæ, cognoſcere ſubſtantiam ſeparatam, eſt connaturale, ſicut & nobis cognoſcere naturas ſenſibiles. Vnde ſicut in hoc non eſt fęlicitas hominis, q cognoſcat naturas ſenſibiles, ita non eſt fœlicitas angelo in d hoc quod cognoſcat ſubſtantias ſeparatas.

D.274.

AD SECVNDVM dicendum, quod illud quod eſt maniſeſtiſſimum in natura, eſt nobis occultum propter hoc quod excedit proportionem intellectus noſtri, & non ſolum propter hoc, quod intellectus noſter accipit a phantaſmatibus. Excedit autem diuina ſubſtantia non ſolum proportionem intellectus humani, ſed etiam intellectus angelici. Vnde nec ipſe angelus ſecundum ſuam naturam poteſt d cognoſcere Dei ſubſtantiam, poteſt tamen altiorem cognitionem de Deo habere per ſuam naturam, quam homo, propter perfectionem ſui intellectus: & talis cognitio remanet etiam in Dæmonibus. Licet enim non habeant puritatem, quæ eſt per gratiam, habent tamen puritatem naturæ, quæ ſufficit ad cognitionem Dei, quæ eis competit ex natura.

D.143.

AD TERTIVM dicendum, quod creatura tenebra eſt cõparata excellentię diuini luminis. & ideo cognitio creaturę in propria natura, ueſpertina dicitur. Veſpere. n. eſt tenebris adiunctũ hẽt, tamen aliquid de luce, cum autem totaliter deficit lux, eſt nox. Sic igitur & cognitio rerũ in propria natura, quando refertur ad laudem creatoris, ut in bonis angelis, habet aliquid de luce diuina, & poteſt dici ueſpertina, ſi autem non referatur in Deum, ſicut in Dęmonibus, non dicitur ueſpertina, ſed nocturna. Vnde & in Gen. legitur, q tenebras quas Deus a luce ſeparauit, uocauit noctem.

AD

4m de minori. Cognitione. R. per certitudinem, quod esset filius Dei, & quod passio eius habe ret talem effectum qualem habuit, non, imperfecta. §. Tunc &c. ut patet. Scito pro litera, qđ debet accipi coniunctim accusatiuus ille. Hoc est ad hoc, quod nunquam dominũ gloriæ crucifixissent, sufficiens fuisset vtriusque horum cognitio simul, si si cognouissent certitudinaliter ipsum esse filium Dei uerum, & cum hoc etiam effectum passionis eius. Quod autem hic sensus coniunctim sit a sancto Doctore intentus, & secundum ipsum ab Apostolo, non aliter, patet per hoc, quod idem Sanctus 1. ad Tim. 1. super ly ignorans feci, dicit, si ipsum sciuissent esse filium Dei, libentius crucifixissent. Vide tu ibi, quod etiam intellige sic, remanente scilicet, inuidia illorũ contra ipsum præconcepta: non autem remota inuidia illa. Quãto enim aliquem cui maxime inuides, cognoscis excellentiorem; tanto magis inuidia crescit, ad præsentiam istam sui obiecti grandioris, & consequenter, remanẽte inuidia, ex cognitione tali fit promptior ad nocendum ei (vt patet ex fundamento, scilicet ꝙ obiectum inuidiæ est excellentia alterius).

AD QVARTVM dicendum, ꝙ mysterium regni Dei, quod est impletum per Christum, omnes quidem angeli a principio aliquo modo cognouerunt, maxime ex quo beatificati sunt visione verbi, quã Dæmones nunquam habuerunt: non tamen omnes angeli cognouerunt perfectè, neque æqualiter. Vnde Dæmones, multo minus, Christo existente in mundo, perfectè mysterium incarnationis cognouerunt. non enim innotuit eis, vt Aug. * dicit, sicut angelis sanctis, qui verbi participata æternitate perfruuntur, sed sicut eis terrendis, innotescendum fuit per quæuã temporalia effecta. Si autem perfectè & per certitudinem cognouissent ipsum esse filium Dei, & effectum passionis eius, nunquam dominum gloriæ crucifigi procurassent.

* li. 9. de ciui. Dei ca. 21. nõ procul a prin.

5 minor. Dæmones non possunt cognoscere ueritatẽ per suam naturam, neque per reuelationem addiscendo a sanctis Angelis, neque per experientiam longi temporis. R. Negatur minor hæc pro omnibus suis tribus partibus. §. Ad probationem uero singularum patet in textu.

APPENDIX.

EX articulo habes primo: quomodo per rationem, & catholicè intelligas, & cõcordes, multa scripturarum, atq; Doctorum pronunciata circa scientiam diaboli. Verbi gratia. Iacobi 2. dæmones credunt & contremiscunt Math. 4. Diabolus est tentator, & ostendit Christo domino omnia regna mundi, & gloriam eorum (Hæc utique sine intellectus scientia fieri a diabolo non possunt), & alia, si qua sunt huiusmodi, in scripturis. Doctorum uide sententias ad longum, si vis, in Decretorum libro, ubi Augustin[*] multam scientiam etiam futurorum, & quodãmodo cogitationum diabolo attribuit 26. quæstio tertia sciendum, & cap. Quodam loco: Ambrosius ei ascribit ignorantiam 32. quæstio secunda. Pudor fœminis. Vbi super ly falleret, dicit glossator ordinarius, quod diabolum multa latent, & quotidie discit. Origenes etiam ignorantiam ei tribuit 27. q. 2. inuenta. Secundo uidebis: quomodo ex his uic-ssim firmentur conclusiones. Diligentissime tandem aduertito contra Origenistas suo loco art. 2. damnandos magis in speciali, quod tertia conclusio loquens de effectiua illa cognitione sanctum amorem producente est de fide catholica, & intelligitur pro semper, idest quod non tantum nunc ab principio sui peccati sunt priuati totaliter tali cognitione, sed quod etiam sine ulla spe in æternum priuati sic permanebunt.

Vtilitas pro Eccle. S. Dei.

AD QVINTVM dicendum, ꝙ dæmones tribus modis cognoscũt veritatem aliquam. Vno modo subtilitate suæ naturæ: quia, licet sint obtenebrati ꝑ priuationẽ luminis gratiæ, sunt tamen lucidi lumine intellectualis naturæ. Secundo, per reuelationem a sanctis angelis, cũ quibus non conueniunt quidẽ per conformitatem voluntatis: conueniunt autem similitudine intellectualis naturæ, secundum quã possunt accipere quod ab alijs manifestatur. Tertio modo cognoscunt per experientiam longi temporis, non quasi a sensu accipiendũ, sed dum in rebus singularibus completur similitudo eius speciei intelligibilis, quam sibi naturaliter habẽt inditam, aliqua cognoscunt præsentia, quæ non præcognouerunt futura, ut supra de cognitione angelorum dictum est. *

Comm. Cardinalis Caietan.

TItulus clarus est.

¶In corpore duo. Primo distinctionem trimembrẽ ponit. Secundo, iuxta singula membra conclusiones. Distinctio est: cognitio duplex, naturalis, gratuita, & hæc duplex, speculatiua, & affectiua. Prima conclusio, Cognitio naturalis est ablata, nec diminuta, probatur dupliciter. Primo, quia consequitur naturam simplicem. Secundo, authoritate Dionysij. Secunda. Cognitio gratuita speculatiua est totaliter non ablata, sed diminuta. Probatur, quia pauca, & obscure eis reuelantur quantũ oportet, & per angelos seu effectus alijs autem plura & clarius. Tertio. Cognitio affectiua est totaliter ablata. Probatur: quia charitas est ablata.

S. Bon. 2. s. d. 7. q. 2. ar. 1.
Scot. 2. s. d. 7. q. 1.
Riccar. 2. s. d. 7. q. 2.
Duran. 2. s. d. q. 7. 2.
Aegid. 2. s. d. 7. q. 1. ar. 2.
Capr. 2. dist. 7. q. 1. con. 1.
Bannes ar. 2.
Alb. Ma. 2. d. 5. ar. 6.

330 2. d. q. 1. 2. 2. Et ueri. q. 24. ar. 1. & 2. 2 cor. Et mal. q. 16. ar. 5.

SVP. Q. LXIIII.

ART. II.

COncl. Tenendum est firmiter secundum fidem catholicã, ꝙ & voluntas bonorũ Angelorum confirmata est in bono, & uoluntas demonum obstinata est in malo.

¶Prob. Quia Angelus ex conditione naturæ suæ apprehendit immobiliter per intellectum, sicut nos immobiliter apprehendimus prima principia, quorũ est intellectus, & consequenter post electionẽ est immutabilis ab eo bono, uel malo, quodcunque elegerit.

¶Not. Angelum intendit esse immobilem post electionem, subintelligendo quod tunc sit in termino uiæ suæ. Vt sic reddatur causa tota suæ obstinationis, & non reprehendatur ista ratio tanquam insufficiens, a S. Thoma 2. di. 7. q. 1. 2. c. Sanctus ergo doctor in præsenti articu. accipit electionẽ angeli pro electione totaliter consummata, in

ARTICVLVS II.

Vtrum uoluntas dæmonum sit obstinata in malo.

AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur, quod voluntas dæmonum non sit obstinata in malo. Libertas enim arbitrii ad naturam intellectualis naturę pertinet, quę manet in dæmonibus. Sed libertas arbitrii per se, & prius ordinatur ad bonum quam ad malum. Ergo voluntas dæmonis nõ, est ita obstinata in malo, quin possit redire ad bonum.

¶ 2 Præterea. Maior est misericordia Dei, quæ est infinita, quam dæmonis malitia, quæ est finita a malitia autem culpæ ad bonitatem iustitiæ, nullus redit nisi per Dei misericordiam. Ergo etiam dæmones a statu malitiæ possunt redire ad statum iustitiæ.

¶ 3 Præt. Si dæmones habent voluntatem obstinatam in malo, maxime haberent eam obstinatam in peccato quo peccauerunt. Sed illud peccatum in eis nunc non manet scilicet superbia, quia nec motiuũ manet, scilicet eius excellentia. Ergo dæmon non est obstinatus in malitia.

¶ 4 Præt. Greg. dicit, ꝙ homo per alium reparari potuit, quia per aliũ cecidit. Sed dæmones inferiores ꝑ primũ ceciderunt, ut supra dictum est. * Ergo eorum casus per alium reparari potuit. ergo non sunt in malitia obstinati.

* q. 63. a. 5.

in lib. autem Sententiarum pro electione iã incœpta, sed nondum perfectè consummata: & sic utrobique uerum dicit. Seruiunt hæc ad loca similia intelligenda, & ideo ualde sunt memoriæ commendanda.

* li. 4. par. 4. parum a med. & per multum ante finé.

1^m de minori.

Ordinatur. R. Secundũ modum, & conditioné naturæ in qua est: non aliter. §. Tunc &c. Non enim est ista immobilitas ex eo, quod liberũ arbitrium non ordinetur de se per prius ad bonum, quam ad malum: sed ex eo, ꝙ liberum arbitrium est in ea natura post electioné totaliter liberam inuertibili. Oportet ergo, ꝙ liberum arbitrium conformetur naturæ, in qua est.

* Lib. 1. pe riarchô. c. 6. i medio, & c. 5. to. 4

2^m de minori.

Misericordiam. R. quæ liberat a peccato pœnitentes, non, quę liberat a peccato etiam impœnitentes. §. Tunc &c. Non enim misericordię Dei est, quod liberet a peccato, & consequenter a pœna peccato debita, impœnitentes, & dæmones sunt tales. Non ergo ex parua misericordia Dei est, quod nunquam liberabuntur sed ex eorum mista impœnitentia. Nam ex hoc insinuat regula iuris quinta dicens; Peccati uenia non datur, nisi correcto. Vide De regulis iur. in sexto.

D. 151.

* Lib. 2. or th. fid. c. 4. in fi.

3^m de minori.

Non manet. R. quãtum ad hoc, ꝙ credat se posse obtinere optatum: non, quantum ad appetitum. §. Tunc &c. vt patet ex litera. Pro psal. 73. ly superbia eorum qui te oderunt ascendit semper, posito in argumento contr. Scito intelligi sic, quod adhuc, & in æternum, diabolus appetit propriã excellentiam uno illorũ duorum modorum acceptam, quam prius appetijt supra q. 63. ar. 3. Nota pulchrum exemplum ad hoc ibi, & ly si posset, non si licitum esset: Ergo uoluntas & non est impossibilium, & peccat. A simili dic de alijs damnatis, quod in uoluntatibus malis ac obstinatione desideriorum perseuerãt semper, in quib. uitam præsentem

* q. 59. a. 4

¶ 5 Præt. Quicunque est in malũ obstinatus, nũquam bonum opus operatur. Sed dæmon aliqua bona opera facit, confitetur enim veritatem, dicens Christo. Scio quia sis sanctus Dei Matt. 1. Dæmones etiã credunt & contremiscunt: vt dicitur Iaco. 3. Dion. etiam dicit 4. ca. de diu. no.* ꝙ bonum & optimum concupiscunt esse, viuere, & intelligere. Ergo non sunt obstinati in malitia.

SED CONTRA est, quod dicitur in Psal. 73. Superbia eorum qui te oderunt ascendit semper, quod de dæmonib. exponitur. Ergo semper obstinati in malitia pseuerant.

RESP. Dicendum, ꝙ Origenis * positio fuit, ꝙ ois voluntas creaturæ propter libertatẽ arbitrij potest flecti, & in bonum & in malum, excepta anima Christi, propter vnionem verbi. Sed hæc positio tollit veritatem beatitudinis a sanctis angelis & hominibus, quia stabilitas sempiterna est de ratione verę beatitudinis. vnde & vita ęterna nominatur. Repugnat etiam auctoritati scripturæ sacræ, quæ dæmones & homines malos in supplicium ęternũ mittendos, bonos aũt in vitam ęternam transferendos pronuntiat. Vnde hæc positio est tãquam erronea reputanda, & tenendum est firmiter secundum fidem catholicam, ꝙ & voluntas bonorum angelorum confirmata est in bono, & voluntas dæmonũ ob stinata est in malo. Cũm aũt huius obstinationis oportet accipere, nõ ex grauitate culpæ, sed ex conditione naturæ status. Hoc. n. est hominibus mors, quod angelis casus, vt Damascen. * dicit. Manifestum est autem, quod omnia mortalia peccata hominum, siue sint magna, siue sint parua, ante mortem sunt remissibilia, post mortem vero irremissibilia, & perpetuo manentia.

Ad inquirendum ergo causam huiusmodi obstinationis considerandum est, quod vis appetitiua in omnibus proportionatur apprehẽsiuæ, a qua mouetur, sicut mobile a motore. Appetitus enim sensitiuus est boni particularis, voluntas verò uniuersalis, vt supra dictum est, sicut etiam sensus apprehensiuus est singularium, intellectus verò uniuersalium. Differt aũt apprehensio angeli ab apprehensione hominis in hoc, quod angelus appræhendit immobiliter per intellectum, sicut & nos immobiliter appræhendimus prima principia, quorum est intellectus: homo vero per rationem apprehendit mobiliter discurrendo de uno ad aliud, habens uiam procedendi ad vtrumque oppositorum. Vnde & voluntas hominis adhæret alicui mobiliter quasi potens etiam ab eo discedere, & contrario adhærere. voluntas autem angeli adhæret fixè, & immobiliter. Et ideo, si consideretur añ adhæsionem, potest liberè adhærere, & huic & opposito, in his, scilicet quę non naturaliter vult. Sed postquam iam adhæsit, immobiliter adhęret. Et ideo consueuit dici, quod liberum arbitrium hominis flexibile est ad oppositum, & ante electionem, & post: liberum autem arbitrium angeli, est flexibile ad utrumque oppositum ante electionem, sed non post. Sic igitur & boni angeli semper adhærentes iustitiæ sunt in illa confirmati, mali uero peccantes sunt in peccato obstinati. De obstinatione vero hominum damnatorum infra dicetur. *

AD PRIMVM ergo dicendum, quod boni, & mali angeli habent liberum arbitrium, sed secundum modum & conditionem suæ naturæ, ut dictum est. *

AD SECVNDVM dicendum, quod misericordia Dei liberat a peccato pœnitentes. Illi vero qui pœnitentiæ capaces non sunt, immobiliter malo adhærent, & per diuinam misericordiam non liberantur.

AD TERTIVM dicendum, quod adhuc manet in diabolo peccatum, quo primo peccauit, quantum ad appetitum, licet non quantum ad hoc, quod credat se posse obtinere: Sicut si aliquis credat se posse facere homicidium, & uelit facere, & postea adimatur ei potestas, nihilominus uoluntas homicidij in eo manere potest, ut velit fecisse, vel velit facere si posset.

AD QVARTVM dicendum, ꝙ non est tota causa quare peccatum hominis sit remissibile, quia alio suggerente peccauit. Et ideo ratio non sequitur.

AD QVINTVM dicendum, ꝙ actus Dæmonis est duplex. Quidã scilicet ex voluntate deliberata procedens, & is proprie potest dici actus eius. Et talis actus Dæmonis, semp est malus. Quia, etsi aliquando aliquod bonum faciat, non tamen benefacit. Sicut dum veritatem dicit ut decipiat, & dum non voluntarie credit & confitetur, sed rerum euidentia coactus. Alius autem actus Dæmonis est naturalis: qui bonus esse potest, & attestatur bonitati naturæ. Et tamen tali bono actu abutitur ad malum.

sentem finierunt.

4^m ex Grego.

Quia per alium cecidit. R. ly quia &c. non est tota ratio reparationis hominis. §. Tunc &c. Nam ratio alia, & essentialis seu principalis est quod in probatione cõclusionis, tanquam demonstratio, affertur, si tamen hanc intelligas secundum notationem positam post probationem conclusionis.

5^m de maiori.

Operatur. R. bene. §. Tunc &c. ut patet. Malitię dæmonis quantitatem uide ex ultimis verbis responsi. Non enim unquam operatur bene, immo & malum pessimé, & bonum magis pessimé, inquãtum sub prætextu boni intendit solummodo malum, & ordine præpostero bonum ad malum ordinat. Nam simulata æquitas (teste Beato Hieronymo) duplex est iniquitas. Hoc bene applica.

* In 2. par te quã non absoluit.

* In cor. a.

¶NOT. Dicto hic ad quintum, quod dæmones credunt coactè, & consequenter, quod fides illa, neque laudabilis, neque donum a gratia est. Confirmato 2. 2. quæst. 5. a. toto articu. quęst. 18. articulo tertio ad secundum, & 3. quæstio. 76. 7. cap. & 3. distinct. 23. quæst. 3. 3. Item. distinctio. 26. quæstio. 2. 5. & uerit. quæst. 14. 99. ad quartum, non officit, quod coactio non potest esse in consensu 4. dist. 29. a. toto artic. Nam dæmones non coguntur simpliciter ad credendum, cum talis coactio non possit esse in consensu (implicat enim ut patet:) sed ad credendum coguntur ex perspicacitate naturalis intellectus sui 2. 2. quæst. 5. 2. ad secundum. Respondetur ergo, & aliter, quod coactio non potest esse in consensu uoluntatis, ut sic, potest tamen esse in consensu intellectus, ut quando intellectus ex obiecto uiso cogitur ad hoc, uel hoc, sentiendum.

APPENDIX.

EX articulo habes primo q̃o per rõnem interimas heresim Origenis

genis dicentis. Diabolum, siue dæmones aliquando fore saluandos. Item Libertinorum, dicentium, Diabolo post iudicium misericordia Dei præsto erit. Non ergo, secundum istos, diaboli sunt pro semper (ut intendit conclusio) obstinati in malo. Secundo habes, quomodo per rationem demonstres, has fuisse iustissime condemnatas a scripturis Matth. vigesimoquinto. Ite maledicti in ignem æternum, qui paratus est diabolo, & angelis eius. Hinc enim liquido constat, diabolum cum suis omnibus, sicut & homines reprobos æterno supplicio fore plectendos. Item a Lucæ decimosexto, ubi Abraham, Epulonem damnatum sic alloquitur. Inter nos, & uos, Chaos magnum firmatum est, ut hi, qui uolunt hinc transire ad uos non possint, neque inde huc transmeare. His uerbis quid apertius ad insaniam horum conterendam? Nam de diabolo, & aliis damnatis, est eadem ratio (ut nunc diximus) quo ad æternitatem ignis sui. Item expresse ab Apocalypsi vigesimo. Et diabolus missus est in stagnum ignis & sulphuris, ubi & bestia, & pseudoprophetæ cruciabuntur die, ac nocte in sæcula sæculorum. De his aliisque suis uerbis audi Angelum Apocalypsi vigesimo- gesimosecundo. Hæc uerba (inquit) fidelissima sunt & uera. Item a papa Innocentio Tertio in Concilio generali Lateranensi, extra, de summa Trinitate, & fide catholica, firmiter credimus, & simpliciter confitemur, quod & cæt. Dei filius Iesus Christus iudicaturus est uiuos, & mortuos, redditurus singulis secundum opera sua tam reprobis quam electis & cæt. illi cum diabolo pœnam perpetuam, isti cum Christo gloriam sempiternam. Hæc ibi, Item a sexta Synodo generali Constantinopolitana, actione vndecima in epistola Sophronij, quæ postea act. decimotertio, a tota ipsa synodo probata est, damnatur sic. Nos verò rectæ, immaculatæque ac pudicæ fidei lacte potati uniuersa eorum (De Origenistis loquitur) tenebrosa dogmata repellentes vitam illam, quæ post præsentem futura est, credimus permansuram, & immortale supplicium: illam quidem indefinenter exhilarantem laudabilium operum patratores: hoc uero incessanter affligens affectatores malorum. Hæc ibi. Tertio uides, quomodo uicissim Angelica ex his firmetur conclusio, atque declaretur.

Comm. Cardinalis Caietani.

Titulus clarus est.

¶ In corpore duo facit. Primo tractat opinionem Origenis, Secundo determinat ueritatem.

¶ Quo ad primum duo. Primo opinionem in duobus punctis & causa eorum, scilicet quod omnes mobiles præter Christum: causa primi, libertas, causa secundi, unio Verbi. Secundo dicit hanc tamquam erroneam uitandam, ratione & authoritate. Ratio est, quia tuit ratio beatitudinis sanctorum. Authoritas, Christi.

¶ Quo ad secundum tria dicit. Primo conclusio responsiua, scilicet Dæmones sunt obstinati in malo, & sancti confirmati in bono. Secundo, unde huius causa sumenda sit ostendit, scilicet non ex gratia una tantum culpæ, quia omnes culpę remissibiles sunt, sed ex conditione status, scilicet, quod extra uiam sint, quia hoc est angelis casus, quod hominibus mors. Tertio, causam ipsam assignat. Vbi aduerte primo, quod grauitatem culpæ non dixit S. Th. non esse causam, sed tantum esse causam, quia in rei ueritate grauitas culpæ tanta, quanta est peccati mortalis quædam causa demeritoria, & ex genere, quia mortalis, & ex specie, quia superbiæ, & ex causa, quia ex malitia, & ex conditione peccantis, quia tam spiritualis & c. est obstinationis, eo quod iustum est, ut qui nō uenialiter, sed usque adeo delinquit ut impotentem se faciat ad bene faciendum, hac pęna mulctetur, ut bene uelle non possit. Non tamen hæc sufficiens, & proxima est obstinationis causa, quia quantumcumque grauior sit culpa, remissibilitatem ex grauitate non excludit. Aduerte secundo, quod causas duas obstinationis inquirimus, coordinatas tamen, quoniam causa proxima quare mali sint obstinati, & illi sint confirmati, est status eorum, quia, scilicet sunt iam extra uiā. Conditio. n. uiatorum est mutabilitas de bono in malum. Sed causa quare angelus cadendo fiat extra uiam, sicut homo moriendo est anterior causa huius obstinationis & confirmationis, quoniam est causa status extra uiam, qui est causa obstinationis, & consequenter est causa principalis. Et propterea post assignatam status conditionem ex authoritate Damasceni in littera, proponitur uenanda obstinationis causa, scilicet principalis, ubi tria facit. Primo causam assignat talem. Angelus apprehendit immobiliter, ergo appetit immobiliter, & sic postquam semel elegit bonum aut malum, inflexibilis est. Antecedens probatur, quia angelus apprehendit sine discursu omnia, sicut nos principia. Consequentia uero probatur. Tum, quia uniuersaliter appetitus proportionatur apprehensiue uirtuti, sicut mobile suo motori. Quod declaratur in nobis, quia appetitus particularis, sequitur apprehensionem singularem, & uniuersalis uniuersalem. Tum ex opposito, quia apprehensionem mobilem sequitur appetere mobiliter, ut patet in homine, cuius apprehensio differt ab angelica, quia mobilis est: quia discursiua ad utrumque oppositorum, electio quoque mutabilis est. Secundo confirmatur consueta differentia inter liberum arbitrium angeli & hominis. Tertio, remittit se ad locum alium in tertia parte de obstinatione hominum, cuius meminerat.

¶ Circa antecedens assumptum occurrit dubium. Primò ex ratione discursus negati ab angelo, de quo supra dictum est. Secundo, quia æquiuocatur de apprehensione, quoniam immobilitas conuenit apprehensioni naturali, modo autem loquimur de apprehensione practica supernaturalium, respectu quorum peccatum est, quam non esse immobilem, patet in dæmone procurante mortem Christi, & postmodum dissuadente per uxorem Pilati. Tertio, quia erratur in radice immobilitatis, quoniam non discurrere non est sufficiens ratio immutabilis apprehensionis, quoniam & immutabilis cognitio stat cum discursu, ut patet in conclusionibus geometricis. Et cum negatione discursus stat mutabilis cognitio, propter successionem cognitionum simplicium, quia cognoscens actu absque discursu aliquid, est in potentia ad cognitionem oppositi, ut si cognoscens, quod omne totum est maius sua parte, esset in potentia ad cognoscendum oppositum per simplicem apprehensionem, unde si per simplicem apprehensionem cognoscatur ratio aliqua alicuius conclusionis, & postmodum per simplicem apprehensionem apprehendatur ratio alia probabilior ad oppositum intellectus flecti potest ad hanc secundam. Quarto, quia omittitur uera radix immobilitatis, scilicet connaturalitas. Ex eo enim quod aliquorum cognitio est naturaliter indita siue speculatiue, siue practice, oritur immutabilis apprehensio, ut patet in primis principiis. Ex hoc enim excluditur potentia ad oppositum, & non ex eo quod per simplicem apprehensionem cognoscitur, ut experimur in operatione intellectus. Quinto, quia si angelus apprehendit immobiliter cum in primo instanti omnes apprehendere Deum, ut obiectum beatificum, amabilem super omnia, & cætera, ergo semper hanc cognitionem practicam seruant, & sic in secundo instanti non peccauerunt.

¶ Circa consequentiam occurrit dubium, quo ad utramque eius probationem, & simpliciter. Et quidem contra primam probationem arguit Scotus secunda distinctione septima. Primo, aut intendis de motore sufficiente, aut insufficiente, si de insufficiente, manifeste falsum est, quod oportet mobile proportionari tali motori, quamuis uerum sit uoluntatem moueri sic ab intellectu. Si de sufficiente, quamuis uerum sit, mobile oportere proportionari motori, falsum tamen, est, & repugnans dictis tuis, intellectum esse motorem sufficientem respectu uoluntatis. Falsum quidem, ut in vigesimaquinta distinctione, huius declarabitur. Repugnans uero, quia duo ex hoc sequūtur, primo, quod angelus non potuerit peccare. Secundo, quod non solum post primam electionem, sed in prima uel ante primam electionem sit uoluntas immobilis. Primum deducitur intellectus ante peccatum immobiliter & recte apprehendit, & mouit uoluntatem, quia pęna non præcessit culpam, & sicut est, ita mouet, quia naturaliter mouet. ergo uoluntas a recto, & immobili immobiliter mota ad rectum immobiliter tendit. ergo nunquam potuit peccare. Secundum uero sic, quia par ratio est de prima apprehensione & consequentibus, omnes enim immobiles sunt.

¶ Contra secundam autem probationem & consequentiam simul arguit, quia stat immobilitas intellectus cum mobilitate uoluntatis, ut patet in homine certo de aliqua conclusione per discursum. Ex hoc enim sequitur primo, quod consequentia non ualeat, quia sic etiam uoluntas hominis respectu certorum esset immutabilis. Et sequitur secundo, quod differentia assignata inter uoluntatem angeli & hominis non ualeat, quia immutabilitas intellectus, quamuis in angelo sine discursu, in homine etiam cum discursu inueniatur, tamen in homine uoluntas est mobilis. ergo & in angelis. Contra ipsam uero consequentiam obiicit idem Scotus ibidem, quia effectus communis in homine & angelo, oportet assignare causam utrique communem, sed obstinatio est communis effectus, & unius rationis in utroque, ut Augus. innuit de fide ad Petrum, capitulo quinto. Immobilitas autem apprehensionis, non est communis angelo & homini. ergo. Probatur minor, quia cum in hac uita numquam immobilitetur homo in malo, aut anima separata obstinata

 reddi-

redditur absque prævia apprehensione immobili, aut prævia in statu separato. Non secundum, quia anima separata non demeretur, ergo primum, quod est intentum. Et confirmatur quia Lazari anima fuit separata, & tamen nec immobilitatus est in bono nec in malo.

¶ Contra conclusionem obijcit Scotus ubi supra, intendens probare quod uoluntas angeli non sit inflexibilis post electionem quadrupliciter. Primo, authoritate Augu.st. de fide ad Pet. capitulo quinto uolentis, quod si homo ex se posset redire ad iustitiā, multo magis angelus, ergo inquit Scotus, natura angeli non magis repugnat reuersioni ex se ad bonum, quam natura hominis, sed si esset inflexilibis post electioné, magis repugnaret, ut patet. igitur. Secundo ratione tali. Causa totalis non aliter causat, nisi secundum quod ipsa causa aliter se habet, & hoc deductis impedimentis. ergo uoluntas non aliter causat actus post primam electionem, nisi ipsa secundum quod causa aliter se habeat. Sed ex hoc quod elicuit primam electionem, non aliter se habet secundum quod causa. ergo eadem libertatis authoritate causare potest actus consequentes, sicut primum, processus clarus est totus. Et illa propositio, scilicet quod post primam electionem non aliter se habet secundum quod causa probatur, quia ipsa est causa, ut prior suo, actu, & non ut stat sub actu. Prius autem ut prius, non uariatur ex posteriori. Et confirmatur, quia nulla causa secunda potest esse causa principalis causæ agendi, opposito modo illi, qui conuenit principali causæ ex sua causalitate, alioquin non esset principalis causa, sed uoluntas ex se agit liberè, ergo per nullum habitum aut actum superadditum agit necessario. Tertio, quia dæmon pluribus peccatis non simul peccauit, ergo non quęcumque adhæsio fecit ipsum obstinatum, & posuit in termino. Quarto, quia apud te omnes angeli in primo instanti meruerunt & adhæserunt bono, ergo inflexibiliter, & sic impeccabiles, quod est falsum.

¶ Contra eandem arguunt Durandus & Gregorius, quia ex hoc sint naturaliter confirmati in bono, nec male uelle possunt, quod est contra Damas. lib. 2. c. 3. Nunc immobiles sunt ad malum, non natura, sed gratia.

¶ Ad dubium contra antecedens respondetur, quod positio S. Tho. fundatur super duabus propositionibus. Prima est, quod naturalis cognitio angeli est immobilis. Secunda est, quod supernaturalis cognitio est permultum naturalis, & consequenter immobilis. Prima propositio non fundatur super alio fundamento, quam eo quod posuit S. Th. in litera, scilicet negatione discursus. Sed intelligendum est, non solum de discursu in actu, sed in potentia, ita quod non ex hoc, quod aliqua cognitio habetur absque discursu, concluditur immobilis, sed ex hoc, quod naturalis, cum sic nec terminat, nec terminate potest discursum. Ex hoc enim manifeste excluditur etiam mobilitas per uicissitudinem, nam cum unicuique naturæ intellectuali naturaliter inditam esse oporteat aliquam cognitionem immobilem, ut patet ex hoc, quia hoc præstitum est animæ nostræ, quæ est infima omnium, si aliquorum cognitio congenita est, & reliquorum acquirenda relinquitur, opus est discursu quo ex notis principijs ad ignota se perducendo perficiat, ut patet in nobis. Non enim potest dici, quod superiores habent talem notitiam congenitam aliquorum, & quod priuata sint habitudine principii respectu ignotorum, cum habere hanc rationem principii sit nobilitatis, præsupposita ignorantia aliorum. Si uero omnium notitia congenita est, neque discursus, neque uicissitudo habitualis locum habere potest. Sed omnium notitia ad illam comparatur naturam, quemadmodum notitia principiorum, ad nos, ac per hoc immobilis est omnino. Et sic radix immutabilis cognitionis est absolute, non discurrere tam actu quam potentia, quod enim est sic intellectiuum omnium, notitiam habitualem habet congenitam actu, ac per hoc ad oppositum nullam habet potentiam, & consequenter immutabilis est cognitionis. Secunda uero propositio fundatur super hoc, quod vnumquodque recipitur in aliquo per modum recipientis, & gratia perficit naturam modo conformi illi naturæ, & experimur, quod eo modo quamuis non ea euidentia cognoscimus & iudicamus de supernaturalibus, quo de naturalibus. Ex his autem patet responsio ad omnes obiectiones in oppositum, præterquam ad ultimam. Nulla enim æquiuocatio commissa est, sed de omni cognitione, siue naturali, siue supernaturali uerificatur immobilitas, quamuis de naturali primo & de supernaturali consequenter propter illam, & non ex se. Negatio quoque discursus, non actualis tantum, & respectu unius singularis cognitionis, sed tam actu quam potentia, & totius naturæ cognoscentis posita est causa immutabilitatis, quoniam ex tali negatione oritur negatio uię ad opposita, scilicet ex principiis ad conclusiones, & ubi hæc negatio totaliter inuenitur, habet secum annexam negationem uicissitudinis habitualis, ut patet, ac per hoc nulla uia restat ad opposita. Tacta est ergo & inclusa connaturalitas cognitionis tamquam radix immutabilitatis, ponendo negationem totalem discursus propriè dicti in tota una natura, quia (ut iam dictum est) hoc manifestè infert actualiter inesse habitualem notitiam omnium tanquam principiorum. Ad ultimam autem obiectionem dicendum est, quod cum dicitur. Omnem apprehensionem angeli esse immobilem, intelligitur de apprehensione completa, & iudiciaria, ita quod cum semel iudicauerit aliquid immobiliter, iudmet semper iudicant, & ex hoc excluditur tam instantia de situatione Dæmonis, de morte Christi, & de pugna angelorum bonorum apud Danielem, & aliorum eiusmodi (quia, scilicet in nullo; horum fuit totale iudicium, sed uelut dubia & suspensa tentatio) quam instantiam de iudicio angelorum in primo instanti, quoniam tale iudicium completum, non fuit, non propter dubitationem aut ineuidentiam annexam, sed propter defectum libertatis: iudicium namque de fine supernaturali amando in uiatore puto, ex sui natura exigit quod sit liberum ad bonum & malum, alioquin completum non est; in primo autem instanti, iudicium illud liberum non fuit ad bonum, & malum, sed determinatum necessario erat ad bonum, quemadmodum ipsum liberum arbitriū, ut dictum est. Et ideo non ex plena libertate iudicauerunt illud bonum esse amandum super omnia, & ideo non immobiliter, sed in secundo instanti iudicium illud fuit plenè in eorum libertate, nulla euidentia conueniente intellectum ad alteram partem, quia de supernaturalibus iudicium erat, & iam erant ad bonum & malum liberi, & ideo illud fuit immobile quod iudicatum est tunc.

¶ Ad obiectiones Sco. contra primam probationem consequentiæ dicitur, quod sermo est de motore sufficiente in suo ordine, obiectiue enim, & in genere causæ finalis, intellectus est sufficiens motor uoluntatis. Nec est falsum, ut inferius cum de intellectu & uoluntate quæretur, manifestabitur: nec repugnat dictis. Neutrum enim eorum quæ inducuntur, sequitur, quoniam intellectus etsi non male, deficienter tamen mouit uoluntatem angeli ad primam electionem, ut ex supradictis patet, & ideo deficiens a rectitudine mouit uoluntatem immobiliter ad actum malum. Secūdum uero inconueniens dupliciter intelligi potest. Vno modo, ꝙ prima electio sit immutabilis, ita quod prius natura quam intelligimus ipsam positam, nō possit aliter fieri quin ipsa talis ponatur. & hoc proprie uocatur immobilitas ante electionem. & est impossibilis angelo. Alio modo, quod etiam ipsa prima electio ex quo posita est, non potest retractari, & hoc modo omnis electio angeli est immobilis, & hoc manifeste est ipsa nostra positio.

¶ Ad obiectionem autem contra secundam probationem dicitur, quod differentia assignata est optima, & quod de notitia practica seu affectiua in particulari cum cæteris singularib. circunstantiis loquendo, nulla cognitio per discursum acquisita, est alicui homini immobilis, naturaliter loquendo, quoniam iudicium in particulari nunc hic, in ordine ad hæc &c. potest semper uariari, uel ex aliquo passionis motu insurgente, uel ex aliquo medio probabiliore nunc secundum apparentiam, uel ex obliuione prioris medii, aut in cōsideratione eiusdem, quæ omnia ad discursum ptinent. Non sic autem est in angelo, in quo semper conclusio cum suo medio offertur, quia non est ibi discursus. unde patet, quod differentia uoluntatum penes discurrere & non discurrere, mobilitatem & immobilitatem inducit.

¶ Ad obiectionem autem contra consequentiam dicitur, quod obstinatio Dæmonis & animæ separatæ, non est omnino eiusdem rationis secundum ueritatem, nec secundum Aug. Et ideo non oportet quod habeat causam communem eiusdem omnino rationis in utroq;. Sed eo modo, quo aliqualiter est eiusdem rationis, sic aliqualiter habet causam communem, & illa est immobilitas tam intellectus quam uoluntatis animæ positæ extra statum uiæ. Et dico, quod anima obstinata redditur per primum actum quem elicit in statu separationis, & quod anima tunc demeretur, non ut in uia, sed ut in termino, ut ex superius dictis patet. Anima autem Lazari, quamuis extra præsentem uitam, nō tamen extra uiam posita fuit dispensatione diuina, quæ nulli legi arctatur. Nec hoc oportet probare, quia ad sensum patuit. Ad argumenta Scoti contra conclusionem dicitur primo ad authoritatem Aug. quod cum ueritate illius conditionalis stat ueritas nostræ cathegoricæ, quoniam redire ad bonum post peccatum mortale, non nisi Dei forma natura quæ gratia uocatur, fieri potest. Et si illa esset naturalis homini, a fortiori, angelo, qui speculum est purissimū suscipiens totam, si fas est dicere, Dei pulchritudinem apud Dio. Cum ueritate igitur huius conditionalis, i. Si uis qua reditur ad bonum, inesset homini a fortiori inesset angelo: stat, quod nec homo, nec angelus possit a malo resurgere, & quod ille immobiliter ex se malo adhæreat postquam elegit illud.

¶ Ad rationem autē dicitur: ꝙ uoluntatem priorem actu esse causam sui actus, pōt dupliciter intelligi. Primò ut ly actu, distribuatur pro omni actu uolūtatis simpliciter: & est sensus, uoluntas ut prior omni sua operatione est causa oīs sui uelle, & in hoc sensu propositio est falsissima, sic.n. est causa tm̄ primi sui uelle: qm̄ uoluntas affecta primo suo actu, qui est amor finis, uult cætera: & nuda nihil uult nisi finem, quem primo uult. Secundo, ut ly actu, distribuatur a commode: & est sensus, uoluntas ut prior actu eliciendo

efficiendo.est,causa illius,& sic est uerissima, quoniam uniuersaliter causa efficiens est prior natura,effectu. Nec est quærenda alia causa huius, nisi ipsa natura uoluntatis cui naturaliter conuenit, quod aliter causat nuda, & aliter affecta, eo quod transit in affectionis suæ naturam. Ad confirmationem uero dicitur, quod uoluntas obstinata est libera, & libere causat actus suos, quamuis non sit libera hac libertate, scilicet ad bonum & malum. unde simpliciter loquendo, argumentum non ualet, est determinata ad malum immobiliter, ergo non est libera, immo est sophisma consequentis a negatione minus communis, ad negationem magis communis. Quemadmodum enim cum libertate uoluntatis stat immobilis determinatio eius ad bonum formaliter. quia nemo operatur respiciens ad malum, ita cum determinatione ad malum stat libertas plurium eligibilium sub illo malo. Quod si ad libertatem respectu boni & mali restringatur argumentum dicendum est, quod causare libere ad bonum & malum, esse modum causandi conuenientem uoluntati ex se,potest intelligi dupliciter. Vno modo ut ly ex se,aut per se,teneatur positiue,ut sit sensus,quod uoluntas uendicat sibi per se iuxta aliquem modum perseitatis talem modum causandi. Alio modo ut ly per se, teneatur negatiue, idest nullo addito, ut sit sensus, quod uoluntas creata nulla sibi additione facta, habet hunc modum causandi, s. liberi ad bonum & malum. Et hac distinctione stante, dicitur quod si in argumento sumatur ly per se positiue, maior est uera, sed minor falsa, quoniam nulli uoluntati conuenit talis libertas per se primo, aut in secundo modo dicendi per se, alioquin oporteret dicere, quod uoluntas beatorum potest peccare, quod enim conuenit alicui per se, necessario, & inseparabiliter conuenit. Si uerò sumatur ly per se, negatiue, tunc minor est uera, sed maior est falsa, quoniam oppositum eius quod conuenit alicui per se negatiue,idest nude sumpto, potest conuenire per aliquid adiunctum,ut manifestè patet,& sic est in proposito, quoniam uoluntas si nuda est, libera est ad bonum, & malum, si affectione determinata ad malum aut ad bonum, amplius talem libertatem non habet: libera tamen semper remanet respectu eorum quæ sunt ad finem suum siue bonum, siue malum. Ad tertiam autem, & quartam obiectiones, patet responsio ex supradictis.

¶Ad obiectionem Durandi & Gregorii dicitur negando consequentiam, absolutè loquendo, & de bono moris supernaturali,de quo est sermo, quoniam quemadmodum bene operari principaliter est ex gratia,& secundario ex uoluntate angeli,ita continuatio bonæ operationis principalis est ex gratia, quam ex natura,quia gratia est causa & in fieri & in conseruari talis bonitatis. Cum hoc tamen stat, quòd quia gratia perficit naturam per modum illius naturæ, quod conditio naturæ redundet in conditionem gratiæ,& sic immobilitas naturæ immobilitat gratiam,& uoluntati mobili gratia mobiliter inhæret. Et hoc modo dicimus angelos confirmatos in bono, & non quod natura sit principalis causa confirmationis.

¶In responsione ad tertium, dubium occurrit, uidetur enim repugnare determinationi factæ in corpore articuli. Nam hic dicitur,quod peccatum angeli non perseuerat quo ad opinionem assequendæ excellentiæ.ergo appræhensio illa qua peccauit,non est immobilis,& patet sequela,quia de facto mutata est.

¶Ad hoc breuiter dicitur,negando consequentiā. Tum, quia apprehensio qua peccauit,fuit iudicium talis eligibilis,& non opinio talis possibilis.hoc autem iudicium,ut in litera dicitur,perseuerat immobile. Tum,quia opinio talis possibilis,non positiue,sed negatiue concomitata est iudicium electionis. Non enim oportet,quod dum iudicauit excellentiam suam appetendam,crediderit positiue illam possibilē. Sed satis est,quod non reputauerit illam impossibilem,quam non reputationem modo non habet positiue,apprehendendo illud impossibile. Sic igitur mutatio illa nō est de positiuo in positiuum,neque de iudicio in iudicium oppositum Et per hoc patet responsio ad Durandum,arguentem,angelum posse conuerti ad bonum cessante inconsideratione,quemadmodum peccans ex passione cessante passione. Inconsideratio.n. illa quamuis cessauerit speculatiue, non tamen affectiuè:ut conditio iudicii. Sed Dæmon perseuerat iudicans eligendum sibi fore beatum, absque recursu ad diuinam misericordiam supernaturalem.

¶In responsione ad quintum, tria dicta sunt ambigua. Primum est, quod quilibet actus uoluntarius Dæmonis est malus. Secundum est eius ratio. Tertium est, quod actu naturæ bonoabutuntur.

¶Contra primum enim dupliciter instatur a Scoto,ubi supra. Primo, quia hoc non est necessarium, quoniam uoluntas potest se suspendere ab omni actu secundo, sicut potest aliquam aliam uirtutem,ut patet ex August primo,retractationum,capitulo uigesimosecundo, dicente,quod nihil est tam in potestate nostra quam ipsa uoluntas. Secundo,quia sequeretur,quod quilibet actus,uoluntarius angeli esset eiusdem speciei,quod est inconueniens.& tenet sequela,quoniam causa uniuersalis malitie,non posset esse nisi prima affectio mala, quam constat non inclinare nisi ad actus eiusdem speciei. Tertio instat Durandus, quia fine existente bono & genere,non est necesse cæteros actus esse malos,sic autem est in angelis, ut patet ex dictis.

¶Contra secundum uero est,quia non ualet. Fit non bene. ergo malè.sed est sophisma consequentis,quoniam non bene,& dicitur de malo,quod est contrarium bono,& de non bono, quod negatiue opponitur bono, quod scilicet non habet circunstantias bonificantes moraliter ipsum. Et confirmatur,quia in carente gratia,inter actum bonum & malum datur medium, puta honorare parentes. Et sic in proposito,credere ex euidentia rerum est actus quamuis non bonus,quia non debito fine, non tamen malus, ut etiam Scotus ubi supra tangit.

¶ Contra tertium autem instat ibidem Scot. quia inclinatio naturæ,puta sinderesis,potest habere actum conformem sibi sistēdo in eo,puta displicentiam de malo culpæ: Et similiter dolere de malo pęnæ inquantum læsiua naturæ,& similia. Quare.n.non potest sistere in hæc,absque eo quod apponat circunstantias malas, nulla apparet ratio,cum naturalia eorum apud Dio.4.c.de di.no. sint integra & splendidissima.

¶Ad euidentiam horum sciendum est,quod proportio uoluntatis perfectę extra uiam ad finem suum, est quemadmodum proportio uoluntatis nostræ ad beatitudinem in communi. Ita quod, ita se habet ille finis ad uoluntatem sic complete affectum, quemadmodum beatitudo nunc se habet ad nos, quoniam uoluntas in naturam affectionis illius transit. Et perinde uoluntas illa affectione determinatur ad unum talem finem,quemadmodum uoluntas naturaliter determinata est ad boni rationem. Et quoniam affectio illa non ad aliquem particularem, sed uniuersalissimum finem utpote ultimum est, & ad ultimum finem alicuius simpliciter omnia diriguntur, & in ordine ad illum omnia mensurantur,consequens est, ut obstinatus simpliciter non solum habitualiter semper in illa affectione permaneat, sed etiam uirtualiter,etsi non actualiter,ut in instanti quo peccauit obstinate, uirtualiter autem dico,idest participatiue,quemadmodum in omnia actu uoluntatis nostræ saluatur uirtualiter appetitus beatitudinis,dum quicquid uolumùs ut participemus beatitudinem uolumus. Ac per hoc, omnia quæ uult obstinatus propter illum finem,uirtualiter uult. Et sic,ex eo quod illa affectio inest uoluntati,immobiliter determinat uelut natura ad unum. Ex eo enim, quod illa est respectu finis ultimi simpliciter, & non in hoc, uel in illo ordine,habet rationem principij respectu omnium actuum uoluntariorum sequentium, eo quod finis in operabilibus se habet ut principium in speculabilibus. Ex his autem patet facile responsio ad omnia obiecta.

¶Ad obiecta namque Sco.contra primum dictum dicitur, quod uoluntas,nec se, nec aliam uim potest sine omni suo actu suspendere,quia uelle suspendere se,uel alium,actus uoluntatis est,& ille actus esset malus propter uim primæ electionis, quamuis in proposito negandum sit, uoluntate obstinatam esse huius libertatis,quoniam non potest facere quin doleat, & odio habeat damnationem &c. Et manifeste sophisma figurę dictionis committitur,a uoluntate ad uoluntatem obstinatam arguendo. Nec inconuenit, immo oportet omnem actum uoluntatis obstinatè, esse eiusdem rationis uirtualiter. Quemadmodum actus omnium uirtutum sunt actus charitatis uirtualiter. Cum tali,enim identitate specifica,stat diuersitas specifica formaliter eorundem actuum, ut patet in exemplo adducto. Nec obstat Durandi obiectio, quia nihil refert, an finis sit malus ex genere, an non modo affectio ad illum sit mala,& immobilis,& ad ultimum simpliciter.

¶Ad obiecta uero contra secundum iam patet,quod si non ualeat simpliciter,fit non bene, ergo malè, ualet tamen in obstinato propter immobilitatem finis ultimi simpliciter. Et propter eandem causam non datur actus medius uoluntarius in statu extra uiam,quāuis detur in uia. Et propter hoc met, patet responsio ad obiecta contra tertium,quia cum omnes actus secundi,siue naturæ conformes siue in angelo, uoluntati suæ sint subiecti quo ad exercitium actus, & uoluntas dæmonis sit determinata ad talem finem,necesse est ut in omnibus illud uelit,quod est finis eius. Et sic omnes eius operationes,etiam naturales,inquantum uoluntariæ,inficiuntur initiali affectione finis. Nec potest sistere in aliquo opere,ut naturæ conforme est tantum,nisi possit uelle & non propter ultimum finem,quod est impossibile. Volunt enim quæcunque uolunt in tali pessimo statu habere,& facere,ut dictum est,& sic omnibus abutuntur bonis.

Bannes ar. 3.

SVP. Q. LXIIII. ART. III.

Concl. 1. Timor, gaudium, dolor, & huiusmodi secundum quod passiones sunt, in dæmonibus esse non possunt.

¶ Prob. Quia dæmones non habent corpus (supra quæstio. 51. artic. 1.) & huiusmodi passiones sunt appetitus sensitiui, qui est virtus in organo corporali.

¶ Concl. 2. Necesse est dicere, quod in dæmonibus sit dolor, secundum quod significat simplicem actum uoluntatis.

¶ Prob. Quia dæmones multa uellét non esse, quæ sunt (puta pœnas suas, priuationes suæ beatitudinis, quam naturaliter appetunt, cohibitionē in multis suę uoluntatis iniquæ), multaque esse, quæ non sunt (puta saluandos omnes dānari,) & dolor, ut est simplex actus uoluntatis, nihil aliud est, quam renitentia uoluntatis ad id, quod est, uel non est.

¶ Not. Quod timor gaudium, & huiusmodi, sint in dęmonib. præsupponitur in textu, per ly secundum ꝙ nominant &c. sic possunt &c.

1^m de maiori. In eodem. R. de eodē, & secundum idem, non de diuersis, uel de uno secundum diuersa. §. Tunc &c. Nam diabolus gaudet de illa re, quam dicit Augustinus dolet de his, quæ dicit nostra conclusio.

2^m de minori. Timor. R. Dei cohibēs a peccato non aliter. §. Tunc nihil &c. De timore enim, primo modo loquitur Iob.

3^m de maiori. Malo. R. Culpæ propter se (idest quia culpa), non de malo culpæ per aliud (idest, pro pter pœnam). §. Tunc nihil &c. ut patet in textu. Scito, ultima uerba literæ intelligi tantum formaliter, iuxta illa quæ præmiserat, i. de malo culpæ, ut culpa, non aliter. Dictum enim fuerat, qđ dolet de malo culpæ tantum, pro quanto est causa pęnæ.

331 2.d.5. q.1. art.2. cor. & uer. q. 24.ar.1.cō. & q.26.ar. 1. ad 5. & art. 8. cor. principio, & ad 5. * lib.2. de Gen.cont. Manich.c. 17. circa med. to.1.

D. 978.

ARTICVLVS III.

Vtrum dolor sit in Dæmonibus.

Ad tertium sic proceditur. Videtur, quod dolor non sit in Dæmonibus. Cum enim dolor, & gaudium opponantur, non possunt esse simul in eodem. Sed in Dæmonibus est gaudium. Dicit enim August. * contra Manichæos, diabolus potestatem habet in eos, qui Dei pręcepta contemnunt, & de hac tā infęlici potestate lætatur. Ergo in Dæmonibus non est dolor.

¶ 2 Præt. Dolor est causa timoris de his enim timemus dum futura sunt, de quibus dolemus dum præsentia sunt. Sed in dæmonibus non est timor, secundum illud Iob 16. Factus est ut nullum timeret. Ergo in dæmonibus non est dolor.

¶ 3 Præt. Dolere de malo, est bonum. Sed dæmones non possunt be nefacere. Ergo non possunt dolere ad minus de malo culpæ, quod pertinet ad uermem conscientiæ.

Sed contra est, quod peccatum dæmonis est grauius quam peccatum hominis. Sed homo punitur dolore pro delectatione peccati, secundū illud Apoc. 18. Quantū glorificauit se, & in delitiis fuit, tantum date ei tormentum, & luctum. Ergo multo magis diabolus, qui maxime se glorificauit, punitur doloris luctu.

Respon. Dicendum, quod timor, dolor, gaudium & huiusmodi, secundum quod sunt passionis, in dæmonibus esse non possunt. Sic enim sunt propriè appetitus sensitiui, qui est uirtus in organo corporali, sed secundum quod nominant simplices actus uoluntatis, sic possunt esse in dæmonibus. Et necesse est dicere, quod in eis sit dolor, quia dolor secundum quod significat simplicem actum uoluntatis, nihil est aliud quam renisus uoluntatis ad id, quod est uel non est. Patet autem, quod dæmones multa uellent non esse quæ sunt, & esse quæ non sunt. Vellent enim cum sint inuidi, damnari eos qui saluantur, unde oportet dicere, quod in eis sit dolor, & præcipuè, quia de ratione pęnæ est, quod uoluntati repugnet, priuantur etiam beatitudine quā naturaliter appetunt, & in multis eorum iniqua uoluntas cohibetur.

Ad primum ergo dicendum, quod gaudium, & dolor de eodem, sunt opposita, non autem de diuersis. Vnde nihil prohibet, unum simul dolere de uno, & gaudere de alio, & maxime secundum quod dolor & gaudium, important simplices uoluntatis actus, quia non solum in diuersis, sed etiam in una & eadem re potest esse aliquid ꝙ uolumus, & aliquid qđ nolumus.

Ad secundum dicendum, quod sicut in dæmonibus est dolor de præsenti, ita & timor de futuro. Quod autem dicitur. Factus est ut nullum timeret, intelligitur de timore Dei cohibente a peccato. Alibi namque scriptum est, quod dæmones credunt & contremiscunt.

Ad tertium dicendum, ꝙ dolere de malo culpæ propter se, attestatur uolūtatis bonitati, cui malū culpæ opponitur. Dolere autem de malo pęnæ, uel de malo culpæ propter pęnam, attestatur bonitati naturæ, cui malum pęnæ opponitur. Vnde Aug. dicit 19. de Ciuit. Dei, * quod dolor amissi boni in supplicio, testis est naturæ bonæ. Dæmon ergo cū peruersæ sit uoluntatis, & obstinatæ, de malo culpæ nō dolet.

APPENDIX.

Ex articulo hēs primo, quō per rationem ostendas rectè dictū Isaiæ. Ecce serui mei laudabunt præ exultatione cordis, & uos clamabitis præ dolore cordis, & præ contritione spiritus ululabitis. Ibi enim Propheta præmittit. Et uos dereliquistis dominum. Si ergo, iuxta Prophetam, qui dereliquerunt dominum, dolore cordis cruciabuntur, sequitur, quod secundum eundem, multo magis diabolus desertor Domini maximus dolore cordis crucietur. Nec hanc auctoritatem, uel alias, de dolore diaboli testantes, metaphoricè dolorem sumere dicas, sicut, cum de Deo testatur, quod tactus dolore cordis intrinsecus &c. Gen. 6. Nam uerba sacræ scripturæ omnia sunt secundum proprietatem locutionis intelligenda, nisi inde uel fidei, uel moribus aliqđ sequatur incommodū. Hoc necessarium documētum innuitur quæstione sexagesimaoctaua, articulo primo, secundo, in textu principij corporis utriusque ex D. Augustino. Vide etiam omnino supra q. 1. art. 9. notation. post ad tertium. Ad rem igitur. Dolor in Deo, cū sit omnino impossibilis, immutabilis, & optima uita secundum catholicam fidem, nullo modo potest secundum proprietatem verificari. Additur quod, cum secundum fidem sit omnipotens, nil potest eius uoluntati resistere, quasi quod ipse uelit sic, & non possit, & consequenter contristetur. At dæmonum miserrimo statui non repugnat, immo consonat, uerus quin, & verissimus secundum proprietatem dolor. Secundum ergo fidem oportet dolorem dictum de Deo a scripturis interpretari tantum metaphoricè, & ipsum dictum de dæmonibus interpretari propriè. Transeo Apocalypsis vigesimo, ibi, diabolus missus est in stagnum ignis & cruciabuntur in sæcula sæculorum, & multa alia huc in specie de diabolo siue in genere de damnatis (quorum in hac re est idem iudicium cum diabolo, sicut & beatis in gaudio paradisi cum sanctis Angelis, Christo testante,) quoniam sufficit ueritatem catholicam breuibus aperuisse, & tibi studium plura inquirendi (quod nobis ab initio propositum fuit) pro ueritate facientia excitasse. Secundo uides, quomodo uicissim Angelica ex his firmetur conclusio, atque declaretur.

Vtilit. pro S. Eccles.

Aureum pro intelligendis scrīpt.

* li. 19. c. 13. post med. tom. 5.

Comm. Cardinalis Caietani.

Titulus clarus est.

¶ In corpore tria facit. Primo distinguitur dolor dupliciter, assignando iuxta singula possibilitatem, uel impossibilitatem respectu angeli. Secundo, respondetur quæsito una conclusione affirmatiua de necessario.

¶ Quoad primū, dolor dupliciter sumit, ut passio, & ut simplex actus uoluntatis. Primo modo, est impossibilis angelo, secundo modo, est possibilis.

¶ Circa hanc partem aduerte, ꝙ Sco. in 1. lib. q. 13. & in 4. d. 49. q. 7. imaginatur quodā nouo modo, tristitiam & delectationem in angelis, & animab. separatis. Distinguit uoluntatem ut operatiuā, vt receptiuam, ut productiuā, & imaginatur ꝙ uoluntas inquantū operatiua amat, odit, eligit &c. Inquantum receptiua, delectatur, tristatur q; ita ꝙ delectari, aut tristari, non est operari, sed pati. Est .n. passio consequens operationem perfectam. Inquantum uero productiua, spirat amorem. Et sic, apud ipsum tam delectatio quā tristitia, semper est passio, sed quandoque est passio cum alteratione organi, & tunc est passio appetitus sensitiui, quandoque uero

rò est passio uoluntatis, & tunc est ab obiecto præsenti in ipsa uoluntate S. Th. autem ut hic & clarius in prima 2. q. 22. & specialiter in artic. 3. & singulariter ad 3. nescit huiusmodi passiones in uoluntate, sed actus simplices uoluntatis ponit cum similitudine effectus. Nec obstat si dicatur quod delectatio non est in potestate uoluntatis, & quod consequitur operationem perfectam, cum his enim omnibus stat simul, quod sit simplex actus uoluntatis, quoniam non quomodolibet disposita uoluntas potest libere nó operari, sed stante una, necesse est tunc sequi aliam &c. Fundamentū autem authoris, hic tactum, sed ibi declaratum est, quia passio a pati sumitur. Vnde quot modis dicitur pati, tot dicitur passio, & ut ibi ostenditur, secundum solam receptionem non dicitur passio doloris, uel gaudii, sed secundum quod patiens trahitur ad agens, quod in omni actu uoluntatis fit. Facti sunt enim sicut ea quæ dilexerunt, unde omnes actus uoluntatis hoc modo passiones uocantur, sed propria locutio non est, ut per August. 9. de Ciui. Dei ibidem allegatum patet.

¶ Quoad secundum, conclusio est. Dolor necessario est in dæmonibus. probatur sic: Dæmones multa esse uolunt, quæ non sunt, & non esse quæ sunt. ergo dolent. Consequentia probatur. ex diffinitione doloris sic sumpti. Antecedens uero probatur quadrupliciter. primo, quia inuidi sunt, secundo, quia pęnis addicti. de ratione. n. pęnæ est in uoluntarium: tertio, quia beatitudine priuantur: quarto, quia iniqua eorum uoluntas cohibetur a multis.

ARTICVLVS IIII.

Vtrum aer iste sit locus pœnalis dæmonum.

AD QVARTVM sic proceditur. Videtur, ꝙ aer iste non sit locus pęnalis dæmonum. Dæmon enim, est natura spiritualis. Natura autem spiritualis non afficitur loco. Ergo nullus locus est dęmonibus pœnalis.

¶ 2 Præt. Peccatum hominis nó est grauius quam peccatum dæmonis sed locus pœnalis hominis est infernus. Ergo multo magis dæmonis. ergo non aer caliginosus.

¶ 3 Præter. Dæmones puniuntur pœna ignis. Sed in aere caliginoso non est ignis, ergo aer caliginosus non est locus pœnæ dęmonum.

SED CONTRA est, quod Aug. dicit 3. super Genes. ad lit.* quod aer caliginosus est quasi carcer dæmonibus usque ad tempus iudicii.

RESPON. Dicendum, quod angeli secundum suam naturam, medii sunt inter Deum & homines. Habet autem hoc diuinæ prouidentiæ ratio, quod inferiorum bonum per superiora procuretur. Bonum autem hominis dupliciter procuratur per diuinam prouidētiam, uno modo directè, dum scilicet aliquis inducitur ad bonum, & retrahitur a malo, & hoc decenter fit per angelos bonos, alio modo indirectè, dum scilicet aliquis exercetur impugnatus per impugnationem contrarii. Et hanc procurationem boni humani, conueniés fuit per malos angelos fieri, ne totaliter post peccatum ab utilitate naturalis ordinis exciderent. Sic ergo dæmonib. duplex locus pœnalis debetur, vnus quidem ratione suæ culpæ, & hic est infernus, alius autem ratione exercitationis humanæ, & sic debetur eis caliginosus aer. Procuratio autem salutis humanæ protenditur usque ad diem iudicii. Vnde, & usque tunc durat ministerium angelorum & exercitatio dæmonum. Vnde & usque nunc, & boni angeli ad nos huc mittuntur, & dæmones in hoc aere caliginoso sunt ad nostrum exercitium, licet eorum aliqui, etiam nunc in inferno sint ad torquendum eos, quos ad malum induxerunt, sicut & aliqui boni angeli sunt cum animabus sanctis in cęlo. Sed post diem iudicii omnes mali, tam homines quam angeli, in inferno erunt, boni uero in cęlo.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod locus non est pęnalis angelo, aut animæ, quasi afficiens alterando naturam, sed quasi afficiens, uoluntatem contristando, dum angelus uel anima appræhendit se esse in loco non conuenienti suæ uoluntati.

AD SECVNDVM dicendum, quod anima secundum ordinem naturæ non pręfertur alteri animę, sicut dæmones ordine naturæ præferuntur hominibus. Vnde non est similis ratio.

AD TERTIVM dicendum, quod aliqui dixerunt, usque ad diē iudicii differri pęnam sensibilem, tam dæmonum quam animarū, & similiter beatitudinem sanctorum differri usque ad diē iudicii. Quod est erroneum, & repugnans Apostoli sententiæ, qui dicit 2. Cor. 5. Si terrestris domus nostra huius habitationis dissoluatur, domum habemus in cœlo. Alii uero, licet hoc non concedant de animabus, concedunt tamen de dæmonibus. Sed melius est dicendum, quod idem iudicium sit de malis animabus, & malis angelis, sicut idem iudicium est de bonis animabus, & bonis angelis. Vnde dicendum est, quod sicut locus cœlestis pertinet ad gloriam angelorum tamen gloria eorum non minuitur cum ad nos ueniunt, quia considerant illum locum esse suum, eo modo quo dicimus honorem episcopi non minui dum actu non sedet in cathedra. Similiter dicendum est, quod dęmones, licet non actu alligentur gehennali igni, dum sunt in aere isto caliginoso. tamen ex hoc ipso quod sciunt illam alligationem sibi deberi, eorum pœna non diminuitur. Vnde dicitur in quadam Glos.* Iacobi tertio, quod portant secum ignem gehennæ quocunque uadant. Nec est contra hoc, quod rogauerunt Dominum, ut non mitteret eos in abyssum, ut dicitur Luc. octauo, quia hoc petierunt reputantes sibi pœnam, si excluderentur a loco, in quo possunt hominibus nocere. Vnde Matth. octauo, dicitur, quod deprecabantur eum, ne expelleret eos extra regionem.

Marginal notes: * li. 3. super Gen. c. 10. a med. to. 3. — * In glosa ordinaria sup illud, inflammat rotam. — Infernus. — 332 4. d. 45. q. 1. ar. 3. cor. & ad 4. & dis. 47. q. 1. a. 3. q. 4. ad 2.

Bannes ar. 4. Alb. Mag. 2. dist. 6. ar. 5.

SVP. Q. LXIIII.

ART. IIII.

CONCL. Vsque ad diem iudicij & boni Angeli ad nos huc mittūtur, & dæmones, in hoc aere caliginoso sunt ad nostrum exercitium.

¶ PROB. Quia procuratio salutis humanę protenditur usque ad diem iudicii, & talis procuratio fit a Deo per ministerium Angelorum bonorum directè, malorumque indirectè. (ne totaliter post peccatum, mali ab utilitate naturalis ordinis) excidisse uideantur.

1^m de minori.

Non afficitur. R. Per alterationem naturæ a loco, non per contristationem uoluntatis a loco. §. Tunc &c. ut patet.

¶ NOT. Signanter dicit ly suæ uoluntati. Nam locus est conueniens suæ culpæ, ut infernus, suę exercitationi contra homines, ut aer caliginosus, sed non suæ uoluntati naturali. Hinc intellige illud act. 1. De quo præuaricatus est Iudas, ut abiret in locum suum. Infernus ibi dicitur locus, & consequēter aliquid proportionatum, Iudæ, quia est ei conuenientis ratione suæ culpæ. Vnde etiam secundum Augustinum, mala suo loco posita faciunt decorem in uniuerso.

2^m de minori.

Locus pęnalis. R. Ratione culpæ, non aliter §. Tunc &c. ut patet. Scito quod est fallacia secundum non causam ut causam, in argumento. Non enim ratione culpæ in aere constituūtur dæmones secundū quod collatio hebat ad peccatum hominis, sed ratione alia.

3^m de maiori.

Pœna ignis. R. Vel per actualem alligationem ignis mentalem tantum, uel per actualem alligationem igni mentalem, & localem simul. §. Tunc &c. ut patet. Scito, quod ideo non diminuitur dæmonum pęna ignis existentium in aere, quia alligatio ad ignem mētalis est essentialiter in fernus, sicut in cœlo esse mentaliter, idest, per contemplationem facialem diuinæ essentiæ, est paradisus essentialis, de quo Christus ad latronem bonum Luc. vigesimotertio, hodie mecum eris in paradiso. Non diminuitur ergo pœna essentialiter existentibus hic, sicut nec gloria essentialiter bonis existētibus hic: licet quodāmodo accidentaliter. Quæ tamen qualisqualis diminutio accidentaliter recompensatur bonis in bonum & ex

ad ostendendum magis esse solubilia argumenta, quanto minus sensum principalem auctorum attingunt.

Caue, & multum.

2^m de maiori. Bona. ℞. Secundum suam naturam, non autem semper. Ꝫm commodum æstimatū ab hoc, uel ab illo, huic, uel illi. §. Tunc &c. Ex litera sexto, commodū proprium esse causam peruersi huius iudicii, & plerunque, uel semper multorum, uel omniū malorum. Ideo caue, & uigilanter caue tibi ab amore multo propriæ commoditatis, quū sub tilis admodum illa est tentatio, & consequenter magis ad præualendum apta, quæ speciē nobis iustæ commoditatis offert, sub hac oblatione malum quippiam occultius comminitens. De nocumento amoris proprii uide Compēd. Alber. Mag. lib. 2. c. 28. schol.

3^m de maiori. Non retrahit. ℞. Quantum est de se, non autē quantū est ex culpa eis insipienter utentium. §. Tunc &c. nota ex dictis in calce literæ, qđ argumentum est glossa data pro conclusione, ut patet.

dum formam substantialem. Creaturæ uero incorruptibiles permanent quidem secundum substantiam, sed sunt mutabiles secundum alia, puta secundum locum, ut corpora cœlestia, uel secundum affectiones, ut creaturæ spirituales. Qđ autem Apostolus dicit, quæ uidentur, temporalia sunt, & si uerum sit etiam quantum ad ipsas res in se consideratas, secundum quod omnis creatura uisibilis subiacet tempori, uel secundum suum esse, uel secundum suum motum, tamen Apostolus intendit loqui de uisibilibus secūdum quod sunt hominis præmia. Nā præmia hominis quæ sunt in istis rebus uisibilibus, temporaliter transeunt. Quæ autē sunt in rebus inuisibilibus, permanent in æternum. Vnde & supra præmiserat. Aeternum gloriæ pondus operatur in nobis.

Ad secundum dicendum, quod creatura corporalis secūdum suam naturam est bona, sed non est bonum uniuersale, sed est quoddā bonum particulatū, & contractum, secundum quam particularitatem & contractionem, sequitur in ea contrarietas, per quam unum contrariatur alteri, licet utrumque in se sit bonum. Quidam autem æstimantes res non ex earum natura, sed ex suo proprio cōmodo, quæcunque sibi nociua sunt simpliciter mala arbitrantur, non considerantes, quod id quod est uni nociuum quantum ad aliquid, uel alteri, uel eidem quantum ad aliquid est proficuū. Quod nequaquam esset, si secundum se corpora essent mala & noxia.

Ad tertium dicendum, quod creaturæ, quantum est de se, non retrahunt a Deo, sed in ipsum ducunt, quia inuisibilia Dei per ea quæ facta sunt, intellecta conspiciuntur, ut dicitur Rom. primo. Sed quod auertent a Deo, hoc est ex culpa eorum, qui insipienter eis utuntur. Vnde dicitur Sapien. decimoquarto, quod creaturæ factæ sunt in muscipulam pedibus insipientium, & hoc ipsum quod sic a Deo abducūt, attestatur quod sunt a Deo. Non enim abducunt insipientes a Deo, nisi alliciendo secundum aliquid boni in eis existens, quod habent a Deo.

APPENDIX.

D. 285. Vul. p S. Eccles.

Ex articulo habes primo, quomodo per rationē interimas hæresim Albigensium dicentium. Diabolum creare omnia corpora. Item Catharorum (Turrecremata de Ecclesia li. 4. c. 35. 2. par.) dicentiū, quod diabolus fecit hunc mundum, & oīa quæ in eo sunt. Item Manichæorū dicentium, corpus a malo principio factum ideo, quia ipsum corpus est suapte natura malum. Item uenustianorum dicētis, partes inferiores corporis humani non a Deo, sed a diabolo esse factas. 2 Secundo habes, quomodo per rōnem ostendas, prædictas inferi portas merito esse conuictas atq; damnatas a psal 120. Qui Deus fecit cœlum & terrā & oīa quæ in eis sunt. Item a Cōcil Nicæno, in sua confessione fidei, sic. Credimus in unum Deum Patrē oīpotentem & oīum uisibilium inuisibiliumq; factorem. Itē a Concil. Later. de sum. trin. & fid. cath. firmiter credimus & simpliciter confitemur, ꝙ unus solus uerus Deus est unum uniuersorū principium creator omnium uisibilium & inuisibilium spiritualium, & corporalium, qui omnipotenti sua uirtute condidit creaturam angelicam, & mundanam, ac humanam quasi communem ex spiritu & corpore constitutam. Hæc ibi. Item a Concilio Bracarensi primo canon. 8. Si quis credit, quod aliquas immundas creaturas diabolus fecerit. Anathema sit, & canon. 12. Si quis plasmationem humani corporis diaboli figmentum esse, & conceptiones in uteris matrum opera dicit dæmonum figurari, Anathema sit & cano. 13. Si quis dicit creationē uniuersæ carnis nō opificium esse Dei, sed malorum angelorum, Anathema sit. Hæc ibi. Item a papa Leone I. in epistola 71. ca. 8. qui figmenta Priscillianistarum, inquit. Octauum eorū est, plasmationem humanorum corporū dicere diaboli esse figmentum, & semina cōceptionum opera dæmonum in mulierum uteris figurari, ppea resurrectionem carnis nō esse credendā, quia cōcretio corporis non sit congruēs aīæ dignitati. Quę falsitas sine dubio opus diaboli est, & talia prodigia opinionum figmēta sunt dęmonū, qui non in fęminarum uentrib. formant hoīes, sed in hęreticorum cordib. tales fabricāt errores. Quod immundissimū uirus de Manichæi impietatis spāliter fonte procedēs olim fides catholica depræhendit atq; damnauit. Hactenus Leo. In spāli uero hæresim Venustianorum per rationem ostendere potes fuisse ꝑdamnatam Gen. 1. Masculum & fęminam creauit eos. En sexuum differentia, in corpore utiq; non in anima, a Deo. Item ibi. Crescite, & multiplicamini. En commixtio sexuūm, & semineum præcepta coniugib. a Deo, consequenter non a diabolo. Hoc nota et cōtra Priscillianistarum dogma, de quo Leo supra. Itē Gen. 2. Aedificauit costam in mulierem. Mulier autē a uiro differt corporeo sexu. Et multa alia loca tibi pro studio delectabili inuenienda relinquo. Tertio uides, qūo ex his uicissim Angelica stabiliatur conclusio. Vnde si uis supra q. 44. ar. 1. & 3. q 45. ar. 5. q 9 art. 3. & ex his locis huic, sicut illis ex hoc, reciproce suppetias potes afferre. Ex his uideto, diabolum semper præ superbia sua prima diuinos sibi per suos famulos quæsiuisse honores, & appetisse per hoc teneri ut Deus, q. 63. art. 3. etiam quod desperauerit posse esse. 44. ar. 2. tertium. 3

Comm. Cardinalis Caietani.

Titulus clarus, ly a Deo, tenetur effectiuē.

¶ In corpore tria facit. Primo, refert opinionem quandam. Secundo, determinat ueritatem contra eam, respondendo quæsito. Tertio satisfacit motiuo aduersariorum.

¶ Quoad primum duo. Primum est opinio Manichæa, Visibilia sunt a Deo malo, secundum, authoritas, ad Corin. 4.

¶ Quoad Ꝫm conclusio rñsiua ad quęsitum est. Corporalia, imò omnia sunt a Deo, probatur sic. Quandocumque in diuersis inuenitur aliquid unum, oportet quod illa diuersa illud unum ab aliqua causa una recipiant. Sed in omnib. tam corporalib. quam spiritualibus inuenitur esse. ergo ab aliqua una essendi causa inuenitur: ille est Deus ergo. maior declaratur exemplo seu distinctione in habentibus calorem &c. Et probatur ratione, quia diuersa unita, seu communicantia in aliquo (quod idem est) aut ex se aut, ab alio uniuntur. Et cum non ex se quia diuersa ut sic non uniuntur. ergo ab aliqua causa unionis.

¶ Aduerte hic, quod S. Th. breuitati studens, maiorem absolutè assumpsit, sciens tamen sub disiunctione debere intelligi, quod quandocunque in diuersis, inuenitur aliquid unum specie, genere siue analogia, oportet uel quod in omnib. illis illud unum sit causatum ab aliqua causa extrinseca, uel quod unum sit causa, & reliqua sint causata ab eo, cui primo illud conuenit, & sic intellecta propositio ista euidens est in philosophia. Tertio, exponit quomodo intelligenda sit authoritas Apostoli adducta ab hæreticis, & patet in litera.

SVP. Q. LXV. ART. II.

334 Sup. q. 25. ar. 5. cor. &

Concl. Diuina bonitas est finis omnium corporum.

¶ Prob. Quia diui opn. 3 cap. na bonitas in eis om. 100. & sui nibus per quādā imitationem repræsentatur ad Dei gloriam.

ARTICVLVS II.

Vtrum creatura corporalis sit facta propter Dei bonitatem.

Ad secundum sic proceditur. Videtur, ꝙ creatura corporalis non sit facta propter Dei bonitatem. Dicitur. n. Sap. 1. Creauit Deus ut essent omnia. Ergo omnia sunt creata propter proprium esse, & non propter Dei bonitatem.

¶Not. De fine ultimo loquitur conclusio. Alioquin alios etiã fines creaturarum corporaliũ assignare oportuisset. Totius enim alicuius (sicut est totum uniuersum ex omnib. tanquam ex suis partibus conflatũ) sunt multi fines. Primus est, quod singulæ partes illius totius ordinantur ad suos actus, puta oculus ad uidendum. Secũdus, quod pars ignobilior est propter seruitium nobilioris, sicut sensus ordinatur ad seruiendũ intellectui. Tertius, quod omnes partes ordinantur ad perfectionem totius, sicut materia ad formam, cũ partes sint quasi materia totius. Vltimus, qđ totum ipsum ordinatur ad finem extrinsecum, a quo perficiatur, sicut homo ad fruendum Deo. Applica fines uniuersi ex partibus cõstituti iuxta prædictum ordinem, ut fit in litera, & conclusionem de ultimo tãtum fine, & eo extrinseco, loqui scies.

Multi fines.

1^m de Sapien.

Vt. ℞. Ly ut, dicit finẽ penultimum creatorũ, non finem ultimum eorum §. Tunc &c. ut patet. Pro litera scito, illum finem penultimũ esse ultimum intrinsecum, non ultimum absolute. Nam ultimus finis absolute est necessario aliquod extrinsecum, scilicet Deus.

2^m de maiori.

Finis. ℞. Vel propinqui uel ultimi. §. unde notatorum supra.

3^m de maiori.

Non dat, ℞. In retribuendo, nõ in prima rerum institutione. §. Tunc nihil &c. vt patet. Semper memento istius pulcherrimi exempli literæ in materia de prædestinatione potius huius hominis quam illius: nè erres, & ut ab humano artifice præsumptio humana nimia confundatur. Quare ergo hunc magis, quam illum prędestinat Deus, uel aliás eligit? quia sic placitum est ante te, dicebat patri ad hanc quæstionem respondẽs Dominus Mat thæ, vndecimo, & psal. decimoseptimo. Saluũ me fecit, quoniam uoluit me.

Pro prædestinatione.

APPEN-

¶ 2 Præter. Bonum habet rationem finis. Ergo id quod est magis bonum in rebus, est finis minus boni. Creatura autem spiritualis comparatur ad corporalem, sicut maius bonum ad minus bonum. Ergo creatura corporalis est propter spiritualem, & non propter Dei bonitatem.

¶ 3 Præter. Iustitia non dat inæqualia nisi inæqualibus. Sed Deus est iustus. Ergo ante omnem inæqualitatem a Deo creatam, est inæqualitas a Deo non creata, sed inæqualitas a Deo non creata, non potest esse nisi quæ est ex lib. arb. Ergo omnis inæqualitas sequitur ex diuersis motibus liberi arbitrii. Creaturæ autem corporales sunt inæquales spiritualibus, ergo creaturæ corporales sunt factæ propter aliquos motus liberi arbitrii, & nõ propter Dei bonitatem.

SED CONTRA est, quod dicitur Prouerb. 16. Vniuersa propter semetipsum operatus est Dominus.

RESPON. Dicendum, quod Origen. posuit, quod creatura corporalis non est facta ex prima Dei intentione, sed ad pœnam creaturæ spiritualis peccantis. Posuit enim, quod Deus a principio creaturas spirituales solas fecit, & omnes æquales, quarum, cum essent lib. arbitr. quædã conuersæ sunt in Deũ, & secundum quantitatem conuersionis sortitæ sunt maiorem uel minorem gradum, in sua simplicitate remanentes. Quædam uero auersæ a Deo, alligatæ sunt corporibus diuersis, secundum modum auersionis a Deo. Quæ quidem positio erronea est. Primo quidem, quia contrariatur scripturę, quæ narrata productione cuiuslibet speciei creaturæ corporalis, subiungit, Vidit Deus quia hoc esset bonum, quasi diceret, quod unumquodque ideo factum est, quia bonum est ipsum esse. Secundum autem opinionem Orig. creatura corporalis facta est, non quia bonum est eam esse, sed ut malum alterius puniretur. Secundo, quia sequeretur, quod mundi corporalis dispositio quę nunc est, esset a casu. Si enim ideo corpus solis tale factum est, ut congrueret alicui peccato spiritualis creaturę puniendo: si plures creaturæ spirituales similiter peccassent, sicut illa propter cuius peccatum puniendum ponit solem creatum, sequeretur quod essent plures soles in mundo. & idem esset de aliis: hæc autem sunt omnino inconuenientia. Vnde hac positione remota tanquam erronea, considerandũ est, quod ex omnibus creaturis cõstituitur totum uniuersum, sicut totum ex partibus. Si autem alicuius totius & partium eius uelimus finẽ assignare, inueniemus primo quidem, ꝙ singulæ partes sunt propter suos actus, sicut oculus ad uidendum. Secũdo uero, quod pars ignobilior est propter nobiliorem, sicut sensus propter intellectũ, & pulmo propter cor. Tertio uero, oẽs partes sunt propter perfectionem totius, sicut & materia propter formam. Partes enim sunt quasi materia totius. Vlterius autem, totus homo est propter aliquem finem extrinsecum, puta ut fruatur Deo. Sic igitur & in partibus uniuersi, unaquæq; creatura est propter suũ proprium actum & perfectionem. Secundo autem creaturæ ignobiliores sunt propter nobiliores, sicut creaturæ quæ sunt infra hominẽ, sunt propter hominem. Vlterius autem, singulæ creaturæ sunt propter perfectionem totius uniuersi. Vlterius autem, totum uniuersum cum singulis suis partibus ordinatur in Deum sicut in finem, inquãtum in eis per quandam imitationem diuina bonitas repræsentatur ad gloriam Dei, quamuis creaturæ rationales speciali quodam modo supra hoc habeant finem Deum, quem attingere possunt sua operatione cognoscendo & amando. Et sic patet, quod diuina bonitas est finis omnium corporalium.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod in hoc ipso quod creatura aliqua habet esse, repræsentat diuinum esse, & bonitatem eius. Et ideo per hoc, quod Deus creauit omnia ut essent, non excluditur quin creauerit omnia propter suã bonitatem.

AD SECVNDVM dicendum, ꝙ finis proximus non excludit finem ultimum. Vnde per hoc quod creatura corporalis facta est quodammodo propter spiritualem non remouetur quin sit facta propter Dei bonitatem.

AD TERTIVM dicendum, quod æqualitas iustitiæ locum habet in retribuẽdo. Iustum enim est quod æqualibus æqualia retribuantur, non autem habet locum in prima rerum institutione. Sicut enim artifex eiusdem generis lapides in diuersis partibus ædificii ponit absque iniustitia, non propter aliquam diuersitatem in lapidibus præcedentem, sed attendens ad perfectionem totius ædificii, quæ non esset, nisi lapides diuersimode in ædificio collocarẽtur, sic & Deus a principio ut esset perfectio in uniuerso, diuersas, & inæquales creaturas instituit secundum suam sapiẽtiam absque iniustitia, nulla tamen præsupposita meritorum diuersitate.

APPENDIX.

Ex articulo hẽs primo, quo per rationẽ internas hæresim Origenistarum, & Priscillianistarum somniantium. Animas humanas ante infusionem in corpora sua & creatas fuisse, & peccasse, & consequenter in corpora, tanquam in carceres fuisse inclusa. Per hoc eñ, qđ articulus mõstrat, quod ex prima Dei intentione propter suam bonitatẽ facta fuit creatura corporalis, commonstrat utiq; (ut patet consideranti,) quod talis creatura non fuit facta propter pęnã infligẽdam creaturæ spirituali. Secundo habes, quomodo per rationẽ demonstres, hanc ritè damnatam esse partim a Concilio 6. Constantinopolitano actione 11. ubi in Epistola synodica Sophronii recensetur circa finem Origenes, Didymus, & Euagrius discipuli sui, ꝙ animas ante corporum constitutionem aiebant fuisse creatas, & ibi dicitur, hoc esse hæreticum, & delitamentum impudens. Item partim esse damnatam a concilio Braccarensi primo, sub Honorio papa primo, canon. 6. Si quis animas humanas dicit prius in cęlesti habitatione peccasse, & propter hoc in corpora humana interiectas, sicut Priscillianus dixit, Anathema sit. Item ab Apost. 2. Cor. 5. Nolumus expoliari, sed superuestiri. Hic Paul⁹ appellat corpus uestẽ, non carcerẽ, & uestẽ sane dilectã. Idcirco s͞m naturale desiderium nollet expoliari corpore, sed remanẽte illa ueste, (si possibile eẽt) superuestiri gloria futura. Non ergo, s͞m illũ, corpus ut corpus, est aïæ carcer: cum carcerẽ abhorreamus, & ad corpus, ut sic, intẽsissimam inclinationem habeamus, & tantam, ut ẽt gloria resurrectionis proposita nollemus (si fieri posset) carere prius corpore ad tempus. Hæresis prædicta pro tanto hic adducta est: pro quanto tenet, uel ad eam sequitur, ꝙ creatura corporalis non est facta propter Dei bonitatem. Tertio vides, quomodo ex his uexillum Angelicæ firmetur pręsens doctrina, atq; decaret.

Vtilit. pro S. Eccle.

D. 712. D. 852.

3

Comm.

Comm. Cardinalis Caietani.

Titulus clarus est.

¶ In corpore tria facit. Primo adducit opinionem Origenis. Secundo excludit illam. Tertio respondet quæsito.

¶ Quo ad primum duo refert, opinionem, & radicem eius. Opinio est, quod creatura corporalis non est facta ex prima Dei intentione, qua ad bonitatem suam aspicit, sed ad pęnam creaturę spiritualis peccantis, Radix uero est prioritas creationis spiritualium æqualitas naturalium, libertas arbitrii, & difformitas quo ad meritum & demeritum, ut patet in litera.

¶ Quo ad secundum dupliciter probat hanc solutionem esse erroneam. Primo, quia contrariatur Scripturæ, dicenti creaturã corporalem esse per seipsam bonam. Secundo ducendo ad impossibile, s. quod dispositio corporalis mundi quæ nunc est, esset casualis, ut patet in litera.

¶ Quo ad tertium, conclusio responsiua est hæc. Diuina bonitas est finis omnium corporalium, & probatur sic. Totum uniuersum cum singulis suis partibus ordinatur in Deum sicut in finem, ergo diuina bonitas est finis omnium corporalium. Antecedens declaratur ostendendo & graduando fines & alicuius totius & partium eius, iuxta quadruplicem habitudinem & gradum, primo, partium ad sua opera, secundo, partium inter se, tertiò, partium ad totum, & quarto, totius ad finem extrinsecum. Et probatur, quia uniuersum est ad immitandum & repręsentandum diuinam bonitatem, quod est ad eius gloriam ordinari: consequẽtia uero probatur ex eo, quod ex omnibus creaturis constituitur uniuersum, sicut totum ex partibus. Ac per hoc idem est finis totius & illarum, communiter loquendo. Nihil enim prohibet, quasdam partes peculiarius secundum proprias rationes ordinari in diuinam bonitatem per proprias operationes, iuxta primum gradum, ut de creaturis rationalibus patet.

Aug. 2. s. d. 19. q. 1. ar. 2.

ARTICVLVS III.

Vtrum creatura corporalis sit producta a Deo, mediantibus angelis.

AD TERTIVM sic proceditur. Videtur, quod creatura corporalis sit producta a Deo, mediantibus angelis. Sicut enim res gubernatur per diuinam sapientiam, ita omnia sunt per Dei sapientiam facta, secundum illud Psalm. Omnia in sapientia fecisti, sed ordinare est sapientis, ut dicitur in princ. * Metaph. Vnde in gubernatione rerum inferiora per superiora reguntur quodam ordine, ut Augu. dicit * 3. de Trin. Ergo & in rerũ productione talis ordo fuit, quod creatura corporalis tanquam inferior per spiritualem tanquam superiorem est producta.

(Margin: li. 1. c. 2. t. 2. — li. 3. de Tr. c. 4. tom. 3.)

¶ 2 Præt. Diuersitas effectuum demonstrat diuersitatem causarum, quia idem semper facit idem. Si ergo omnes creaturę tam spirituales quam corporales sunt immediatè a Deo productę, nulla esset inter creaturas diuersitas, nec una magis distaret a Deo quam alia, quod patet esse falsum, cum propter longe distare a Deo, dicat Philosoph. quædam corruptibilia esse.

¶ 3 Præt. Ad producendum effectum finitum, non requiritur uirtus infinita. Sed omne corpus finitum est. Ergo per finitam uirtutem spiritualis creaturæ produci potuit & productum fuit. Quia in talibus non differt esse & posse, præsertim quia nulla dignitas competens alicui secundum suam naturam, ei denegatur, nisi forte ob culpam suam.

SED CONTRA est, quod dicitur Genesis 1. In principio creauit Deus cęlum & terram. Per quæ creatura corporalis intelligitur. Ergo creatura corporalis est Immediate a Deo producta.

RESPON. Dicendum, quod quidam posuerũt gradatim res a Deo processisse. Ita s. quod ab eo immediate processit prima creatura, & illa produxit aliam, & sic inde usque ad creaturam corpoream. Sed hæc positio est impossibilis, quia prima corporalis creaturæ productio est per creationem, per quam etiam ipsa materia producitur. imperfectum enim est prius quam perfectum, in fieri. Impossibile est autem aliquid creari nisi a solo Deo.

Ad cuius euidentiam considerandum est, quod quanto aliqua causa est superior, tanto ad plura se extendit in causando. Semper autem id quod substernitur in reb. inuenitur communius quam id, quod informat & restringit ipsum, sicut esse quam uiuere, & uiuere quam intelligere, & materia quam forma. Quanto ergo aliquid est magis substratum, tanto a superiori causa directe procedit, Id ergo quod est primo substratum in omnibus, proprie pertinet ad causalitatem supremæ causæ. Nulla igitur secunda causa potest aliquid producere non præsupposito in re producta aliquo, quod causatur superiori cã. Creatio autem est productio alicuius rei secundum suam totam substantiam, nullo præsupposito quod sit uel increatum, uel ab aliquo creatum. Vnde relinquitur, quod nihil potest aliquid creare nisi solus Deus, qui est prima causa. Et ideo ut Moyses ostenderet corpora omnia immediate a Deo creata, dixit, In principio creauit Deus cælũ & terrã.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod in productione rerum est aliquis ordo, non quidem ut una creatura creetur ab alia (hoc enim impossibile est) sed ita quod ex diuina sapientia diuersi gradus in creaturis constituuntur.

AD SECVNDVM dicendum, quod ipse Deus vnus absque suæ simplicitatis detrimento, diuersorum cognoscitiuus est, ut supra ostensum * est. Et ideo etiam est secundum diuersa cognita diuersorum productorum causa per suam sapientiam, sicut & artifex apprehendendo diuersas formas, producit diuersa artificiata.

(Margin: q. 14. a. 11. & q. 15. a. 2.)

AD TERTIVM dicendum, quod quantitas uirtutis agentis, non solum mensuratur secundum rem factã, sed etiam sm modum faciendi, quia unum & idem aliter fit & a maiori, & a minori uirtute. Producere autem aliquid finitum hoc modo ut nihil præsupponatur est uirtutis infinitæ. Vnde nulli creaturę competere potest.

(Margin: D. 409.)

SVP. Q. LXV.

ART. III.

CONC. 1. Nihil potest aliquid creare, nisi solus Deus.

(Margin: 335 — sed. 2. q. 1. a. 4. & opusc. 35. cap. 9. & 10.)

¶ PROB. Quia nulla causa secunda potest aliquid producere non præsupposito aliquo in re producta, qđ causatur a superiori causa. Et creare est productio rei secundum totam substantiam, i. nullo præsupposito, quod sit ab aliquo alio causatum, uel etiam concausatum. (supra q. 45. artic. 5.)

¶ NOT. Quod nulla creatura possit creare, uide etiam in concordantiis D. Thomæ post tertiam par. de Sal. nostro colligatis numero 127.

1m de maiori.

Ordinare, R. Ita ut, uel unum mediante alio faciat, uel in rebus a se immediate factis diuersos gradus constituat. §. Tunc &c. Deus enim secundo modo tantum res ordinat in creando, licet in gubernando, primo. Vbique ergo Deus ordinator, sed non uno modo tantum.

2m de maiori.

Causarum. R. Vel ydearum apprehensarum ab una causa. §. Tunc nihil &c. Nam demonstrat diuersitas ista effectuũ, quod a Deo per uoluntatem cognitionẽ multarum rerum sequentem, tanquam ab artifice per artem producta est. Nõ ego naturaliter, sicut producit ad intra produxit ad extra.

3m de maiori.

Producendum. R. ita ut productioni tali præsupponatur aliquid, non, ita ut nihil ei supponatur. §. Tunc &c. Nam creare est producere aliquod finitum, nullo penitus præsupposito. Vnde insufficiens est intellectus argumenti Virtus enim infinita non tãtum exigitur propter hoc, quod effectus infinitus producendus est (ut intendit arguens.) sed etiam propter hoc, quod effectus finitus taliter, i. ex nihilo, producendus est. Pro dicto illo fundante totum responsum, s. ly producere autem aliquid finitũ hoc modo, ut nihil præsupponatur, est &c. uide concordantias post insertas nu. 409.

(Margin: D. 127. — D. 563.)

APPENDIX.

EX articulo habes primo quomodo per rationem interimas hæresim Archonticorũ dicentium, Archangelos creasse mundum.

(Margin: Vti. pro S. Eccl.)

Item

ARTI-

Item quorundam philosophorum (Direct. inquisit. 2. par. q. 4.) dicentium, quod angeli sunt creatores corporum, Deus uero animarum. Contra enim hos omnes, ac similes, articulus hic procedit a fortiori. Nam si non possunt angeli concurrere ad creationem, ita ut mediantibus illis a Deo creentur corporalia (ut hic patet contra errorem illum Algazelis (a Direct. inquisi. 2. par. q. 4. narratum,) clarum restat, quod multo minus per seipsos Angeli poterunt creare. Secundo habes, quomodo per rationem ostendas, has omnes meritò fuisse damnatus 2. Genes. 1. In principio creauit Deus cælum, & terram, & Ecclesiastici. 18. Qui uiuit in æternum, creauit omnia simul. Si enim creauit omnia, etiam corporalem creaturam, simul, & creare est ex nihilo facere, clarissime patet, quod (secundum sacram scripturam) nulla præcessit creatura, qua mediante, aliam crearet. Alioquin non simul, sed successiue creasset: & non ex nihilo, sed quasi ex aliquo, si aliquo mediante crearet, creare tunc uideretur. Item a Conc. Later. de sum. trin. & fid. cathol. firmiter. Deus (inquit) est vnum vniuersorum principium, qui simul omnipotenti sua virtute simul utranque condidit creaturam, angelicam uidelicet & mundanam. Ergo secundum concilium, non produxi mundanam, i. corpoream mediā te angelica. Item a Malach. 3. Nunquid non Deus unus creauit nos? Quasi aperte dicat à nullo alio creati sumus: sed ab eo solum. Talibus scripturis moti (opinor) sancti patres dixerunt. & Damascenus quidem lib. 1. Orthodoxæ fidei, cap. tertio, Impium est & hereticum dicere aliquam creaturam creauisse. Cyrillus autem lib. 2. contra Iulianum. Os diaboli est, qua dicit Angelos creauisse aliquam creaturam, Augus. uero in lib. de fid. ad Petrum c. 5. firmissime tene & nullatenus dubites sanctam trinitatem solum uerum Deum rerum omnium esse visibilium & inuisibilium creatorem. Nota ly solum, ly unum, ly unus. Aduersum ergo uidetur fidei catholicæ dicere: quod aliqua creatura creauerit siue propria authoritate siue instrumentaliter aliquid. Tertio uides: quomodo ex his uicissim Angelica firmetur conclusio, atque declaretur.

Comm. Cardinalis Caietani.

Titulus clarus est.

¶ In corpore duo facit. Primo refert opinionem Auicennæ. Secundo excludit eam, determinando conclusionem responsiuā quæsito ratione & authoritate.

¶ Quo ad primum opinio est affirmatiua, & patet.

¶ Quo ad 2m cōclusio est, Creatura corporalis est immediate a Deo prima ꝓductione. Probatꝰ prima rōne Creatio est actio ipsi sibilis creaturæ, prima productio creaturæ corporeæ est creatio, ergo. Minor patet ex identitate effectus. Ad primā. n. ꝓductionē spectat producere primum ordine generationis, & consequenter id quod est imperfectissimum & in re, quia imperfectius est sicut prius. Ad creationem quoque spectat, idem quoniam extendit se usque ad productionem materiæ primæ. ergo. Maior uero probatur sic. Causa quanto superior, tanto ad plura se extendit in causando. ergo ad communius. ergo ad magis substratum. ergo quod primo in omnibus substernitur, proprie pertinet ad causalitatem supremæ causæ. ergo nulla causa secunda potest aliquid producere, non præsupposito in re producta aliquo causato a prima cā. Ergo nulla causa secunda potest creare. Antecedens & prima consequentia patent. Secunda uero probatur, quia substratum communius inuenitur semper, quam informans illud, quia informare est restringere & terminare, ut patet de esse uiuere, & intelligere, in quibus est graduum informatio, & materia, & forma in quibus rerum duarum, est per formationem unio. Vltima autem consequentia probatur ex ratione creationis, quia scilicet creatio est productio rei secundum totam substantiam, nullo præsupposito creato uel increato. Deinde affertur authoritas scripturæ ad conclusionem.

¶ Aduerte hic primo quod cum dicitur, de ratione creationis esse, producere rem nullo præsupposito, quod non negatur simpliciter omne præsuppositum, quoniā semper præsupponitur agēs, & quandoque materia, ut patet in creatione animæ intellectiuæ, sed negatur omne præsuppositum, quod sit aliquid illius quod est per se primo terminus illius creationis. Ita quod creari dicitur illud quod sic producitur, quod nihil eius supponitur. Tunc enim tota eius substantia syncategorematicè producitur. Notanter autem dixi quod per se primo terminat productionem, aliquin omnes formæ crearentur quoniam nihil earum supponitur, quoniam subiectum nihil est earum, secundum tamen ueritatem ideo non creantur, quia non fiunt per se, sed ad fieri compositorum, Vt Arist. adinuenit, quia hac uia creationem effugere potuit. Requiruntur ergo sufficiunt ad creari duo, & quod per se fiat, & quod nihil eius præsupponatur, neque ordine temporis, neque ordine naturæ, hoc est enim ex nihilo fieri.

¶ Aduerte secundo, quod ratio adducta hic ad excludendum creationis actum a causis secundis, si subtiliter perspiciantur, & ad memoriam reducatur dicta superius in quæstione 45. concludit, non solum quod nulla secunda causa potest propria uirtute creare, quod prima facie sonat, sed etiam quod nec instrumentaliter aliqua earum hoc possit, quoniam si primum ordine compositionis in re est proprius effectus primæ causæ, nihil fingi potest præuium, quod ad causam aliquam instrumentalem spectet, quoniam ante primum nihil est, & tamen constat instrumentum omne ad præuium aliquid agendum apponi, ut ex supra dictis patet.

Ferr. 4. cont. c. 24. 69.

S.VPER Q. LXV. ART. IIII.

336 Conci. 1. Formæ corporales causantur non quasi influxæ ab aliqua immateriali forma, sed quasi materia inde reducta de potentia in actum ab aliquo agente composito.

1. di. 36. q. 2. a. 1. cor. & 2. d. 1. q. 1. a. 4. ad 4. & d. 18. q. 2. 3 corp. & 3. cont. c. 24. & 69. & opu. 34. c. 2. Ante med. libri.

¶ Prob. Quia formæ ipsæ non fiunt (cū non propriæ sint.) Sed solum compositum. & unumquodque fit a suo simili.

¶ Cor. Non quærenda igitur est alia causa formarum corporalium, quasi quod forma aliqua creata immaterialis sit earum causa. Ratio est, quia formę ipsę non fiunt proprie. En radix firma contra ponentes oppositas conclusiones, ut in litera.

¶ Concl. 2. Formæ corporales, quas in prima productione corpora habuerunt, sunt immediate a Deo productæ.

¶ Prob. Quia in prima corporalis creaturæ productione non consideratur aliqua transmutatio de potentia ad actum (ut possint esse corporales formæ ab aliquo singulari composito.)

li. 3. de Tr. c. 8. in prin. to. 3.

ARTICVLVS IIII.

Vtrum formæ corporum sint ab angelis.

AD QVARTVM sic proceditur. Videtur, ꝙ formæ corporum sint ab angelis. Dicit enim Boe. in li. * de Trin. quod a formis quæ sunt sine materia, ueniunt formæ quæ sunt in materia. Formæ autem quæ sunt sine materia, sunt substantiæ spirituales, formæ autē quæ sunt in materia, sunt formæ corporum. Ergo formæ corporum sunt a spiritualibus substantiis.

¶ 2 Præt. Omne quod est per participationem, reducitur ad id quod est per essentiam. Sed spirituales substātiæ per suam essentiam sunt formæ, creaturæ autem corporales participāt formas. Ergo formæ corporalium rerum sunt a spiritualibus substantiis deriuatæ.

¶ 3 Præter. Spirituales substantiæ magis habent uirtutem causandi, quam corpora cęlestia. Sed corpora cælestia causant formas in istis inferioribus, unde dicuntur esse generationis & corruptionis causa. Ergo multo magis a spiritualibus substantiis formę quæ sunt in materia, deriuantur.

SED CONTRA est, quod Aug. dicit * 3. de Trinit. quod non est putandum, angelis ad nutum seruire hanc corporalem materiā, sed potius Deo. Illi autem ad nutū dicitur seruire corporalis materia a quo speciem recipit, non ergo formæ corporales sunt ab angelis, sed a Deo.

RESPON. dicendū, quod opinio fuit quorundam, ꝙ omnes d formæ corporales deriuentur a substantiis spiritualibus quas angelos dicimus. Et hoc quidem dupliciter aliqui posuerunt. Plato enim posuit formas quæ sunt in materia corporali, deriuari & formari a formis sine materia subsistentibus, per modum participationis cuiusdā, ponebat enim hominem quendam immaterialiter subsistentem, & similiter equum, & sic de aliis, ex quibus constituuntur

D. 642.

1^m de maiori. Quæ sunt sine materia. B. in mente diuina, non in mente Angelica. §. Tunc &c. patet.

Item de maiori. Veniunt. B. per motum, nõ, per fluxum. §. Tũc nihil &c. Nam Angeli licet non influant formas, tamen, cum moueant corpora, mouent ad formas. Vide secundum responsi ly si tamen per formas &c. Prima igitur responsio sumit, ly ueniũt, per fluxum.

2^m de maiori. Per essentiam B. non eiusdem rationis. §. Tũc &c. Nam formæ intellectus diuini, ad quas reductio fit. & quæ sunt per essentiam tales, cũ sint prima exemplaria talium, immo primum exemplar, non sunt eiusdem rationis. ut Platonici ponebant, sed eminentioris, sic glossatur illa maxima si loquatur de esse participatiõe per ueram causam. si autem loquatur de esse ab aliquo per motum tantũ, sicut est de his respectu Angelorum, sic negatur.

3^m de mniori. Causandi. B. mouendo, non, influendo §. Tunc &c. ut patet, ex litera intellige Aristotelis illud dictum, sol & homo generant hominẽ, sciẽs, quod sol mouendo tãtum, homo autem efficiendo secundũ primam conclusionem, causant hominis generationem.

APPENDIX.

Ex articulo habes, primo quomodo per

stimuntur hæc singularia sensibilia, secundum quod in materia corporali remanet quædam impressio ab illis formis separatis, per modũ assimilationis cuiusdam, quam participationem uocabat. Et secundum ordinem formarum ponebãt Platonici ordinem substantiarum separatarũ, puta quod una substantia separata est, quæ est equus, quæ est causa omnium equorum, supra quam est quædam uita separata, quam dicebant per se uitam & causam omnis uitæ. Et ulterius, quandam quam nominabant ipsum esse, & causam omnis esse. Auicen. uero & quidam alii, non posuerũt formas rerum corporalium in materia per se subsistere, sed solum in intellectu. A formis ergo in intellectu creaturarum spiritualium existentibus, quas quidem ipsi intelligentias, nos autem angelos dicimus, dicebant procedere omnes formas, quæ sunt in materia corporali, sicut a formis, quę sunt in mente artificis procedunt formæ artificiatorum. Et in idem uidetur redire quod quidam moderni hæretici ponunt, dicentes quidem Deum creatorem omnium, sed materiam corporalem a diabolo formatam, & per uarias species distinctam. Omnes autem hæ opiniones ex una radice processisse uidentur. Quærebatur causam formarum, ac si ipsæ formæ, fierent secundum seipsas. Sed sicut probat Arist. in * 7. Met. id quod propriè fit, est compositũ. Formæ autem corruptibilium rerum habent ut aliquando sint, aliquando non sint absque hoc, quod ipsæ generentur, aut corrumpantur, sed compositis generatis, aut corruptis, quia etiam formæ non habent esse, sed composita habent esse per eas, sic enim alicui competit fieri sicut & esse. Et ideo cum simile fiat a suo simili, non est quærenda causa formarum corporalium aliqua forma immaterialis, sed aliquod compositum, secundum quod hic ignis generatur ab hoc igne. Sic igitur formæ corporales causantur, non quasi influxæ ab aliqua immateriali forma, se quasi materia reducta de potentia in actum ab aliquo agente composito. Sed quia agens compositum, quod est corpus, mouetur a substantia spirituali creata, ut Augustinus dicit * tertio, de Trinit. sequitur ulterius, quod etiam formæ corporales a substantiis spiritualibus deriuentur, non tanquam influentibus formas, sed tanquam mouentibus ad formas. Vlterius autem reducuntur in Deum sicut in primam causam etiam species angelici intellectus, quę sunt quædam seminales rationes corporalium formarum. In prima autem corporalis creaturæ productione, non consideratur aliqua transmutatio de potentia in actum. Et ideo formæ corporales quas in prima productione corpora humana habuerunt, sunt immediate a Deo productæ, cui soli ad nutum obedit materia tanquam propriæ causæ. Vnde ad hoc significandum Moyses singulis operibus præmittit. Dixit Deus, fiat hoc, uel illud. In quo significatur formatio rerum per uerbum Dei facta, a quo secundum Aug. * omnis forma, & compago & concordia partium.

Ad primum ergo dicendum, quod Boetius intelligit per formas quæ sunt sine materia, rationes rerum quæ sunt in mente diuina, sicut etiam Apostolus, dicit Hebr. undecimo. Fide credimus aptata esse secula uerbo Dei, ut ex inuisibilibus uisibilia fierent. Si tamẽ per formas quæ sunt sine materia, intelligit angelos, dicendum est, quod ab eis ueniunt formæ quæ sunt in materia, non per influxum, sed per motum.

Ad secundum dicendum, quod formæ participatæ in materia, reducuntur non ad formas aliquas per se subsistentes rationis eiusdem, ut Platonici posuerunt, sed ad formas intelligibiles, uel intellectus angelici (a quibus per motum procedunt) uel ulterius ad rationes intellectus diuini (a quibus etiam formarum semina sunt rebus creatis indita) ut per motũ in actũ educi possint.

Ad tertium dicendum, quod corpora cęlestia causant formas in istis inferioribus non influendo, sed mouendo.

per rationem ostendas, Aristotelem recte dixisse. septimo Metaphys. tex. uigesimosexto, uigesimoseptimo 32. & lib. octauo tex. 8. dum inquit quod formæ corporales sunt a composito simili in specie per eductionem de potentia materiæ. Secundo habes, quod philosophus ibi intelligitur de formis in aliis productionibus, dẽpta prima, ut conclusio secunda insinuat. Tertio habes, quomodo uicissim ex his firmetur articulus, quod & melius uidebis, si textus citatos inspicies.

¶ Not. Articulo huic utcunque suffragatur articulus in ordine. 136. 541. 34. 348. 419. 541. 241. 249. 245. 543. 236. 355. 236. 242. 353.

*li. 7. Met. tex. 26. 27. & 32. Et li. 8. te. 8. co. 3.

Vti. pro S. Eccl.

li. 3. de Tr. c. 4. & 5. t. 3

Tract. 1. in Io. a med. to. 9. & i. de Ge. ad li. c. 4.

Comm. Cardinalis Caietani.

Titulus clarus est.

¶ In corpore duo principaliter facit primo refert opinionẽ affirmatiuam diuersimode tamen a Platone, Auicenna, & quibusdam modernis hæreticis dictam. Secundo respondet quęsito.

¶ Quo ad primum quatuor refert ex Platone, s. & quod ponebat formas materialium separatas, & quod ponebat eas iuxta ordinem formarum materialium, & quod ab his formis deriuantur formæ materiales in materia, & quod hoc fit per modum participationis & assimilationis. cuiusdam. Ex Auic. uero refert tria, s. quod sunt quædam substantiæ separatæ nõ de naturis inferiorum, quas angelos dicimus, & quod in mente earum sunt formæ naturaliũ sicut in artifice, & quod ab illis effluunt formæ naturales. Ex hæreticis autem duo, s. Deum esse creatorem omnium, & diabolum formare materiam corporalem per uarias species. Quo ad secundum tria. Primo, quod formæ corporum non per se fiunt. Secundo, quod eo modo quo fiunt, fiunt ab agentibus corporalibus, ut a causis propinquis, a substantiis separatis ut motoribus ad formas, & a Deo ut a prima causa. Tertio, quod in prima rerum conditione, formæ corporales productæ sunt a solo Deo prima conclusio probatur sic. Eius est fieri cuius est esse, & eodem modo, quia fieri terminatur ad esse, sed formę non sunt per se, sed quasi, ipsis composita, sint igitur nec fiunt per se. Et confirmatur authoritate Arist. 7. Met Et sic patet radix erroris omnium recitatorũ. Secunda uero conclusio probatur eodem medio adiuncta alia propositione, s. quod unumquodque fit a sibi simili sic. Compositum per se primo fit, & forma non fit nisi ad factionem compositi, ergo formæ corporales causantur non quasi influxæ ab aliqua forma immateriali, sed quasi materia reducta de potentia in actum ab aliquo agente composito. Et probatur consequentia, quia omne quod fit, fit a sibi simili. Ex hoc enim probatur prima pars sic. Forma non fit ergo non oportet ab aliqua forma immateriali eam deriuari. Et antecedens patet, tum ex ratione, quia eiusdẽ & eodem modo est esse & fieri, formæ autem non sunt quasi ipsæ sint, ergo nec fiunt. Deducatur etiam secunda pars sic. Compositum fit ergo a composito, aliâs non fieret a sibi simili. ergo a transmutante materiam de potentia in actum. Nullo enim alio modo compositum agere potest. Et his si adiunges, quod forma non

non alia ratione est, nisi ut qua compositum est, sequitur euidenter quod ab eodem composito per transmutationem materiæ educitur forma. Reliquę uero partes huius secūdæ conclusionis, scilicet quod formæ fiunt a substantiis spiritualibus tanquam a mouentibus ad formas, & a Deo tanquam a prima causa, Et probantur. quia composita agentia mouentur a substantiis spiritualibus, ut Aug. dicit. Et ipsæ species intellectus Angelici reducuntur in primam causam, quasi rationes seminales in agens perfectum & primarium. Tertia conclusio, Formæ corporales in prima rerum cōditione fuerunt immediate a Deo. Et probatur quia nulla ibi interuenit transmutatio de potentia ad actum, & soli Deo obedit materia ad nutum. Secundo confirmatur authoritate scripturę, Gen. 1. & patet in litera.

¶ Aduerte hic diligenter, quod formam fieri per transmutationem, & ipsam educi de potentia ad actum, non differunt. Et propterea non est idem formam recipi in materia, & educi de ipsa, sed oportet quod forma ex ui transmutationis resultet. Imaginandū est enim formas omnes educibiles præesse in materia, in potentia quasi latitantes sub potestate ipsius, & esse in ea uim causatiuam earum, materialiter tamen, ita quod accedente determinato agente ad certam speciem, & transmutante materiam, illa ex ui talis mutationis mutatur non ex eo quod habet in se aliqd ex extrinsecus adueniens, sed ex eo quod habet indeterminate, paulatim determinatur ad habendum distincte, quod in se prius habebat confuse. Hæc enim est uis determinatæ transmutationis.

¶ Aduerte

---

§ Bona. 2. 5. d. 12. q. 1. a. 1.
Scot. 2. 5. d. 12. q. 2.
Riccar. 2. 5. d. 12. q. 4.
Marro. d. 12 q. 1.
Duran. 2. 5. dist. 12. q. 2.
Bacco. 2. 5. d. 12. q. unica.
Aegid. 2. 5. d. 12. q. 2. ar. 1.
Cap. 2. d. 13. q. 1.
Pet. de Palud. 2. d. 12. q. 2.

QVAESTIO LXVI.

De ordine creationis ad distinctionem, in quatuor articulos diuisa.

DEINDE considerandū est de opere distinctionis. Et primo considerādum est de ordine creationis ad distinctionem. Secundo de ipsa distinctione secundum se. CIRCA primum quæruntur quatuor.

¶ Primò, Vtrum informitas materię creatæ, præcesserit tempore distinctionem ipsius.

¶ Secundò, Vtrum sit una materia omnium corporalium.

¶ Tertiò, Vtrum cœlum empyreum sit concretum materię informi.

¶ Quartò, Vtrum tempus sit eidem concretum.

SVP. Q. LXVI.

ART. I.

CONCL. 1. Augustinus uult, quod informitas materiæ corporalis non præcesserit tempore formationem eius, sed solum origine, uel ordine naturę.

¶ PROB. Quia Augustinus accipit informitatem materiæ pro carentia omnis formæ, & sic implicat contradictionem contrariū conclusionis, uel redit opinio antiquorum.

¶ CONCL. 2. Basilius, Ambrosius, Chrysostomus uolunt quod informitas materiæ tēpore præcesserit formationem.

337 Inf. q. 69. a. 1. & 2. cor. & q. 73. ar. 2. corp. & pot. q. 4. a. 1. & 2. cor. li. 12. cōfe. c. 12. a me. & li. 2. sup Gen. ad lit. c. 11.

¶ PROB. Quia Ambrosius, Basilius, Chrysost. accipiunt informitatem, non secundum quod excludit omnem formam, sed secundum quod excludit, quam ui demus formositatem, & hæc triplex erat, quæ tempore (ut in Genesis litera patet) præcessit materiæ formationem.

¶ COR. Ergo Augustinus non contrariatur aliis, licet diuersam posuerit, quia non in eodē sensu loquitur conclusio.

Primum

ARTICVLVS I.

Vtrum informitas materiæ, tempore præcesserit formationem ipsius.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur, quod informitas materiæ, tempore præcesserit formationem ipsius. Dicitur. n. Gen. 1. Terra erat inanis & uacua, siue inuisibilis & incomposita, secundum aliam literam. Per quod designatur informitas materiæ, ut Aug.* dicit. Ergo materia fuit aliquando in formis antequam formaretur.

¶ 2 Præt. Natura in sua operatione, Dei operationem imitatur, sicut causa secūda imitatur causam primam. Sed in operatione naturæ, informitas tempore præcedit formationem, ergo & in operatione Dei.

¶ 3 Præter. Materia potior est accidente, quia materia est pars substantiæ. Sed Deus potest facere quod accidens sit sine subiecto ut patet in sacramento altaris. Ergo potuit facere quod materia esset sine forma.

SED CONTRA, Imperfectio effectu attestatur imperfectioni agentis. Sed Deus est agens perfectissimū. Vnde de eo dicitur Deut. 32. Dei perfecta sunt opera. Ergo opus ab eo creatum, nunquam fuit informę.

¶ Præt. Creaturæ corporalis formatio facta fuit per opus distinctionis. Distinctioni autem opponitur confusio, sicut & formationi informitas. Si ergo informitas præcessit tempore formationem materiæ, sequitur, a principio fuisse cōfusionem corporalis creaturæ, quam antiqui uocauerunt Chaos.

RESPON. dicendum, quod circa hoc sunt diuersæ opiniones sanctorum. * Aug. enim uult, quod informitas materiæ corporalis non præcesserit propter formationem ipsius, sed solum origine, uel ordine naturæ. Alii uero, ut Basilius, † Ambrosius, & Chrysost. uolunt, quod informitas materię tempore pręcesserit formationem. Et quamuis hæ opiniones uideantur esse contrariæ, tamen parum ab inuicem differunt. Aliter enim accipit informitatem materię August. quam alii. Aug. enim accipit informitatē materiæ pro carentia omnis formæ, & sic im possibile est dicere quod informitas materiæ tempore præcesserit uel formationem ipsius, uel distinctionem. Et de formatione quidem manifestum est. Si enim materia informis pręcesſit duratione, hæc erat iam in actu, hoc enim duratio importat. Creationis enim terminus est ens actu, ipsum autem quod est actus, est forma. Dicere igitur materiam præcedere sine forma, est dicere ens actu sine actu, quod implicat contradictionem. Nec etiam potest dici, quod habuit aliquam formam communem, & post modum superuenerunt ei formæ diuersæ quibus sit distincta, quia hoc esset idem cum opinione antiquorum naturalium, qui posuerunt materiam primā esse aliquod corpus in actu, puta ignem, aerem, aut aquam, aut aliquod medium ex quo sequebatur quod fieri nō esset nisi alterari, quia cum illa forma præcedens daret esse in actu in genere substantiæ, & faceret esse hoc aliquid, sequebatur, quod superueniens forma, non faceret simpliciter ens actu, sed ens actu hoc, quod est proprium formæ accidentalis, & sic sequentes formæ essent accidentia, secundum quæ non attenditur generatio, sed alteratio. Vnde oportet dicere, quod materia prima neque fuit creata omnino sine forma, neque sub forma una communi, sed sub formis distinctis. Et ita, si informitas materiæ referatur ad conditionem primę materiæ, quæ secundum se non habet aliquam formam, informitas materiæ non præcessit formationem seu distinctionem ipsius tempore, ut Aug. * dicit, sed origine seu natura tantum, eo modo quo potentia est prior actu, & pars toto. Alii uero sancti accipiunt informitatem, non secundum quod excludit omnem formam, sed secundum quod excludit istam formositatem & decorem, qui nunc apparet in corporea creatura. Et secundum hoc dicunt q informitas materiæ corporalis, duratione præcessit formationem eiusdem, & sic secundum hoc quantum ad aliqd cum eis Aug. concordat, & quantum ad aliquid discordat ut infra patebit.* Et quantum ex litera Gen. accipi potest, triplex formositas deerat, propter quod dicebatur creatura corporalis informis. Deerat enim a toto corpore diaphano

Au. li. 1. sup Ge. c. 15. parū a prin ci. tom. 3. Amb. lib. 1. hexamerō. c. 8. t. 4. Basilius ex Hom. 2. sui hexam. paulo a princ. Chry. Ho. 2. in Gen. a medio il lius, to. 1.

Loco citato in prin. corp. ar.

q. 69. ar. 1.

1^m de Genes. Terra. R. uel materia primam, uel elementū terræ. §. Tamen quocū que modo summatur, nihil contra conclusionem, ut patet.

2^m de maiori. Imitatur. R. imperfecte, non perfecte, §. Tunc &c. ut patet. Scito, quod licet in operatione naturæ potentia tempore præcedat actum inducendum a natura, tamen ipsamet potentia nunquā est sine omni actu. Vide conclusionis primę probationem.

3^m de maiori. Potior est. R. quantum ad esse substantiale, non quantum ad esse actuale. §. Quia scilicet materia est quidem substantia, sed substantia ab omni actu secundum se nuda, accidens uero licet non sit substātia, tamen est actus quidam. Vnde &c. ut in litera. Vides ego, quod non contra.

1^m contra, de maiori. Imperfectioni agētis. R. Aut sapientiæ agētis uolentis seruari ordinem rerum §. Tūc &c. ut patet. Nam hoc secundum est tantum uerum in proposito.

2^m de conclusione. Confusionē. R. aliquam distinctionē, admittētem, non, excludētē omnem distinctionē. §. Tunc nihil &c. Nā confusio, q̄ antiqui chaos nominando ponebāt, oēm distinctionem ex parte rerum factarū excludebat, illa autem, quam ponere dicuntur illi sancti, non excludit omnem distinctionē, ut in litera patet.

*Locis citatis in art. & li. 1. de Gen. cōt. Manichæos c. 5. & 7. to. 1.

*In li. 32. & est de natura, i uno

phano, quod dicitur cęlum, pulchritudo lucis. Vnde dicitur, quod Tenebræ erant super faciem abyssi. Deerat autem terræ duplex pulchritudo. Vna quam habet ex hoc, quod est aquis discoperta, & quantū ad hoc dicitur, quod Terra erat inanis & vacua, siue inuisibilis, quia corporalis aspectui patere non poterat, propter aquas undique eam cooperientes. Alia uero, quam habet ex hoc, quod est ornata herbis & plantis, & ideo dicitur, quod erat uacua & incomposita idest nō ornata, secundum aliam literam. Et sic, cum præmisisset duas naturas creatas, scilicet cęlum & terrā, informitatem cęli expressit, per hoc quod dixit, Tenebræ erant super faciem abyssi, secundum quod sub cælo etiam aer includitur. Informitatem uero terræ per hoc quod dixit, Terra erat inanis & uacua.

Ad primum ergo dicendum, quod terra aliter accipitur in loco isto ab August. & ab aliis sanctis. August.* enim uult, quod nomine terræ & aquæ, significetur in hoc loco ipsa materia prima. Non enim poterat Moyses rudi populo primam materiam exprimere, nisi sub similitudine rerum eis notarum. Vnde & sub multiplici similitudine eam exprimit, non uocans eam tantum aquam, vel tantum terram, ne videatur secundum rei ueritatem materia prima esse vel terra, vel aqua. Habet tamen similitudinem cum terra, inquantum subsidet formis, & cum aqua, inquantum est apta formari diuersis formis. Secundum hoc ergo dicitur terra inanis & uacua, vel inuisibilis & incomposita, quia materia per formam cognoscitur. Vnde in se considerata dicitur inuisibilis uel inanis, & eius potentia per formā repletur. Vnde & Plato* materiam dicit esse locum. Alii uero sancti per terram intelligunt ipsū elementum, quæ, qualiter secundū eos erat informis, dictum* est.

Ad secundum dicendum, quod natura producit effectum in actu de ente in potentia, & ideo oportet vt in eius operatione potentia tempore præcedat actum, & informitas formationem, sed Deus producit ens actu ex nihilo, & ideo statim potest producere rem perfectam secundum magnitudinem suæ uirtutis.

Ad tertium dicendum quod accidens cum sit forma, est actus quidam, materia autem secundum id quod est, est ens in potentia. Vnde magis repugnat esse in actu materiæ sine forma, quam accidenti sine subiecto.

Ad primum verò quod obiicitur in contrarium dicendum est quod si secundum alios sanctos informitas tempore præcessit formationem materiæ, non fuit hoc ex impotentia Dei, sed ex eius sapientia, ut ordo seruaretur in rerum conditione, dum ex imperfecto ad perfectum adducerentur.

Ad secundum dicendum, quod quidam antiquorum naturalium posuerunt confusionem, excludentem omnem distinctionem, præter hoc quod Anax. posuit solum intellectum distinctum & immistum. Sed ante opus distinctionis scriptura sacra ponit multiplicem distinctionem. Primo quidem cæli & terræ, in quo ostenditur distinctio etiam secundum materiam, ut infra* patebit, hoc cum dicit, In principio Deus creauit cęlum & terram, &c. Secundo per distinctionem elementorum, quantum ad formas suas per hoc quod nominat terram & aquam. Aerem autem & ignem non nominat, quia non est ita manifestum rudibus, quib. Moyses loquebatur, huiusmodi esse corpora, sicut manifestum est de terra & aqua, quamuis Plato aerem intellexerit significari per hoc quod dicitur* spiritus Domini, quia etiam aer spiritus dicitur, ignē uero intellexerit signari p cœlū, qd igneæ naturæ esse dixit, ut Au. refert in † 8. li. de Ci. Dei, c. 11. Sed Rabbi Moyses* in aliis cum Platone concordans, dicit ignem significari p tenebras, quia ut dicit, in propria sphæra ignis non lucet. Sed magis uidetur esse conueniens, quod prius dictum est, quia spiritus Dñi in scriptura non nisi pro spū sancto cōsueuit poni. Qui aquis superferri dr̄, non corporaliter, sed sicut uoluntas artificis superfertur materiæ quæ uult formare. Tertia distinctio significatur secundum situm, quia terra erat sub aquis quib. inuisibilis reddebatur. Aer uero q est subiectum tenebrarū, significatur fuisse super aquas, p hoc, q dicitur, Tenebræ erant sup faciem abyssi. Quid aūt distinguendum remaneret, ex sequentibus apparebit.

APPENDIX.

Ex articulo habes primo quomodo per rationem intelligas in duplici sensu, & utro que catholico, primum capitulum Genesis circa formationem materię, & informitatem, circa prius, & posterius de illis duabus. Secundo uides, quomodo ex illo utroque scripturæ sensu firmetur uicissim Angelica doctrina hæc.

fo. ante me li.

* In cor. a. Vti pro S. Eccl.

* q. 69. a. 1.

* In cōpendio in Timæū, c. 26.

† Li. 8. c. 11. to. 5.

* Li. 2. pple xorū, c. 30. q. 72.

Comm. Cardinalis Caietani.

Titulus clarus est.

¶ In corpore tria principaliter facit. Primo refert diuersitatē opinionū. Secundo, ostendit sententiam Augustini oportere ueram fateri. Tertio, sententiam aliorum tractat.

¶ Quo ad primum duo dicit, s. ipsas opiniones contrarias de quæsito, & radicem, quod in ueritate non sunt contrariæ, propter æquiuocationem informitatis.

¶ Quo ad secundum duo dicit. Primo quid nominis ipsius informitatis apud Aug. significat enim negationem omnis formæ. Secundo, conclusionem responsiuam apud eundem. Informitas materiæ non præcessit duratione eius formationem, aut distinctionem, sed natura tantum. Et de formatione quidem probatur: q̄a sequeretur, q̄ esset ens in actu sine actu. De distinctione uero quia sequeretur opinio antiquorum naturalium, ponentium subiectum generationis ens in actu. Et consequenter generari non esset nisi alterari, quia omnis forma genita, non faceret ens simpliciter, sed adueniret illi. Quod autem præcedat natura, sicut potentia actum, & partes totum, probatur ex eo quod talis informitas est conditio materiæ primæ secundum se.

¶ Circa hanc partem aduerte, quod ad hunc locum uidentur spectare quæstiones duæ, altera est an materia possit esse forma, altera an detur forma corporeitatis, quasi forma coæua materiæ. Sed prima quidem non directe ad hunc spectat locū, qm̄ non de diuina potentia, sed de rerū ordine sermo est. Constat aūt ēt ēm aduersarios q̄ secundum rerū ordinē materia non pōt esse sine forma. Vñ de hoc specialis requiritur qō in commentariis de ente & essentia. Secunda aūt, cū, de pluralitate formarū inferius tractabitur, aliqualiter tractabitur. Quo ad tertiū, quinq; dr̄. Primo, quid nominis informitatis apud Basilium, Ambrosium & Chrys. s. negationem formositatis. Secundo conclusionem respōsiuā, informitas præcessit durationem. Tertio discordiam Augu. & concordiam in hoc. Quarto, triplicem distinguit formositatem & ex scriptura luminis in cœlo & corpore diaphano, uisibilitatis in terra, & decoris uegetantium in eadem. Quinto, informitates oppositas ex uerbis scripturæ accipit, ut patet in litera.

Ferr.

Ferr. 2. con. c. 16.
S. Bon. 2. s. d. 12. q. 1. ar-ti. 2.
Scot. 2. s. d. 14. q. 1.
Riccar. 2. s. d. 12. q. 8.
Mairo 2. s. d. 12. q. 2.
Duran. 2. s. d. 12. q. 1.
Bacco. 2. s. d. 14. q. 1.
Arg. 2. s. d. 12. q. 3. ar. 4.
Capr. 2. d. 12. q. 1. conc. 1. et 2.
Alb. Mag. 2. d. 12. ar. 2.
Pet. de Pal. 2. dist. 12. q. 1.

338 2. d. 12. a. 1. & 2. con. c. 16. §. 8. & op. 3. c. 34. & op. 15. c. 7. & op. 42. c. 14. & 15. & 1. celest. le. 6. Cap. 14. t. 1.

SVP. Q. LXVI. ART. II.

Te. 10. t. 3.

CONCL. Non est eadē materia corporis cœlestis, & elemētorum, nisi secundum analogiam, secundum ꝙ conueniunt in ratione potentiæ.

¶PROB. Quia corpus cœleste est per naturam incorruptibile (ut motus circularis eius testatur) elementa sunt naturaliter corruptibilia (ut ex contrarietate suorū motuum patet:) & incorruptibilis corporis materia (ut quæ satietur una forma) non est subpriuatione simul, corruptibilis autem corporis materia (ut quę una forma substantiali non satietur) simul est cum priuatione alterius formæ substantialis.

¶COR. Ergo radix corruptionis, & incorruptionis naturalis, est appetitus materiæ, i. materia ipsa appetens ex se formam, i. secundum se ordinata ad formam. Corruptio enim accidit ex eo, quod una forma a materia recedit, generatio ex eo, quod materiæ ipsi una noua forma aduenit, quorum neutrum naturaliter heret nisi materia secundum naturam suam appeteret nouam formam existens adhuc sub priori forma (ut patet.) Oportet igitur, quod materia ex eo, quod secundum naturam suam contentatur forma habita, non appetat existens sub illa aliam formam, & sic, cūm natura non abundet hic in superfluis, sicut nec ibi deficit in necessariis incorruptibile remanet secundum naturā huius materiæ corpus, sicut illius erat corruptibile.

Cum igitur appetere & non appetere, sint opposita, esse cum priuatione, & non esse cum priuatione sint opposita, & opposita non possint conuenire eidem, se-

li. 1. & gene. a te. 50. usque ad 54. to. 2.

In Timæo circa fin. 5. fo. a princ. libri numerando. Ita refert. Aug. 13. de ciu. Dei. c. 16.

li. 1. de cęlo a te. 5. usq; ad 19. to. 2.

ARTICVLVS II.

Vtrum una sit materia informis omnium corporalium.

AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur, quod una sit materia informis omnium corporalium. Dicit enim Aug. 12. confes.* Duo reperio quæ fecisti. Vnum quod erat formatum, alterum quod erat informe. Et hoc dicit esse terram inuisibilem & incompositam, per quam dicit significari materiam rerum corporalium. Ergo una est materia omnium corporalium.

¶ 2 Præt. Philosophus dicit in † 5. Met. quod illa quæ sunt unum in genere, sunt unum in materia. Sed omnia corporalia conueniunt in genere corporis. Ergo omnium corporalium est una materia.

¶ 3 Præter. Diuersus actus fit in diuersa potentia, & unus in una. Sed omnium corporum est una forma, scilicet corporeitas. Ergo omnium corporalium est materia una.

¶ 4 Præt. Materia in se considerata, est solum in potentia. Sed distinctio est per formas. Ergo materia in se considerata est una tantum omnium corporalium.

SED CONTRA. Quęcunque conueniunt in materia, sunt transmutabilia adinuicem, & agūt & patiuntur abinuicem, ut dicitur in * 1. de generatione. Sed corpora cęlestia & inferiora non sic se habent adinuicem. Ergo eorū materia non est una.

RESPON dicendum, quod circa hoc fuerunt diuersæ opiniones philosophorum. Plato enim & omnes philosophi ante Arist. posuerunt omnia corpora esse de natura 4. elemētorum. Vnde cum 4. elementa communicent in una materia, ut mutua generatio & corruptio in eis ostendit, per consequēs sequebatur, quod omnium corporum sit materia una. Quod autem quædam corpora sint incorruptibilia, Plato * ascribebat non conditioni materiæ, sed uoluntati artificis, scilicet Dei, quem introducit corporibus cœlestibus dicentem, † Natura uestra estis dissolubilia uoluntate autem mea indissolubilia, quia uoluntas mea maior est nexu uestro. Hanc autem positionem Aristo. * reprobat per motus naturales corporum. Cum enim corpus cœleste habeāt naturalem motum diuersum a naturali motu elementorum, sequitur quod eius natura sit alia, a natura quatuor elementorum. Et sicut motus circularis, qui est proprius corporis cęlestis, caret contrarietate, motus autem elementorum sunt inuicem contrarii (ut qui est sursum ei qui est deorsum) ita corpus cęleste est absque contrarietate, corpora uero elementaria sunt cum contrarietate, & quia corruptio & generatio sunt ex contrariis, sequitur quod secundum suam naturam corpus cęleste sit incorruptibile, elemēta uero sunt corruptibilia. Sed non obstante hac differentia corruptibilitatis & incorruptibilitatis naturalis, Auicebron posuit unā materiam omnium corporum, attendēs ad unitatem formæ corporalis, sed si forma corporeitatis esset una forma per se, cui superuenirent aliæ formæ, quibus corpora distinguuntur, haberet necessitatem, quod dicitur, quia illa forma immutabiliter materiæ inhæreret, & quantum ad illam esset omne corpus incorruptibile, sed corruptio accideret per remotionem sequentium formarum, quę non esset corruptio simpliciter, sed secundum quid, quia priuationi substerneretur aliquod ens actu, sicut etiam accidebat antiquis naturalibus qui ponebant subiectum corporum aliquod ens actu, puta ignem, aut aerem, aut aliquid huiusmodi. Supposito autem quod nulla forma q̄ sit in corpore corruptibili, remaneat ut substrata generationi & corruptioni, sequitur de necessitate, qd̄ non sit eadem materia corporum corruptibilium, & incorruptibilium. Materia enim secundum id quod est, est in potentia ad formam. Oportet ergo quod materia secūdum se considerata, sit in potentia ad formam omnium illorum, quorum est materia communis, per unam autem formam non fit in actu, nisi quantum ad illam formam remanet ergo in potentia quantum ad omnes alias formas. Nec hoc excluditur, si una illarum formarum sit perfectior & continens in se uirtute alias, quia potentia quantum est de se, indifferenter se habet ad perfectum & imperfectū. Vnde, sicut quando est sub forma imperfecta, est in potētia ad formam perfectam, ita econuerso. Sic ergo, materia secūdum quod est sub forma incorruptibilis corporis, erit adhuc in potentia ad formam corruptibilis corporis. Et cū non habeāt eam in actu, erit simul sub forma & priuatione, quia carentia formæ in eo quod est in potentia ad formam, est priuatio. Hæc autem dispositio, est corruptibilis corporis. Impossibile ergo est, quod corporis corruptibilis & incorruptibilis per naturam, sit una materia. Nec tamen dicendum est, * ut Auerrois fingit, qd ipsum corpus cœleste sit materia cęli, ens in potentia ad ubi & non ad esse, & forma eius est substantia separata, quæ unitur ei ut motor, quia impossibile est ponere aliqd ens actu. quin uel ipsum totū sit actus & forma, uel hēat actū seu formā. Remota ergo p intellectū substantia separata, q̄ ponit motor, si corpus cęleste non est habens formam (ꝙ est cōponi ex forma & subiecto formæ) sequit ꝙ sit totum forma & actus. Oē aūt tale, est intellectum in actu, quod de corpore cęlesti dici non potest, cum sit sensibile. Relinquitur ergo, quod materia corporis cęlestis fm se considerata nō est in potentia, nisi ad formam quam habet. Nec refert ad propositum quæcunque sit illa, siue anima, siue aliquid aliud. Vnde illa forma sic perficit illam materiam, ꝙ nullo mō in ea remanet potentia ad esse, sed ad ubi tantum, ut Arist.* dicit, & sic non est eadem materia corporis cœlestis & elementorum, nisi secundum analogiam, secundum ꝙ conueniunt in ratione potentiæ.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod Augustinus sequitur in hoc opinionem Platonis, non ponentis quintā es-

secundum idem, ad idem, oportet fateri, quod materia utrorumque corporum, licet sit utraque in potentia, secundum naturam sibi intrinsecam sit differēs, ita quod neutra sit, nec possit esse, alia:

1^m ex August.

Alterum &c. R. Loquitur ibi, stante declaratione ab argumento facta, secundum opinionē Platonis. §. Tunc &c. De ueritate enim est conclusio.

Itē de conclusione.

Vna R. unita te ordinis, nō uni-

In lib. de substantia orbis, c. 2.

li. 1. de Cælo, a te. 20. usque ad 32. tom. 2.

unitate naturæ.§.Tunc &c. Nam de unitate naturæ fit quæstio, & est conclusio. Vide secundum responsum ly uel dicendum, q materia &c.

2^m de maiori. Genere.℞.Physico,non,logico tantum. §.Tunc &c.ut patet. Scito Physicum attendere ad actum, logicum ad prædicationem.

3^m de minori. Sed omnium &c.℞.Negatur ista minor.§.

4^m de minori. Distinctio.℞.Actualis, non, potentialis.§. Tūc &c.Nam materiæ. secundum quod materię distingi dicuntur, quia distinctione potentiali distinguūtur, idest quia potentiæ illarum ad distinctos actus ordinantur.

*li.10.Me. te.26.10.3

essentiam. Vel dicendum, quod materia informis est una unitate ordinis, sicut omnia corpora sunt unū in ordine creaturæ corporeæ.

Ad secvndvm dicendum, quod si genus consideretur physice, corruptibilia & incorruptibilia non sunt in eodem genere, propter diuersum modum potentiæ in eis, ut dicitur * 10. metaphy. Secundum autem logicam considerationem, est unum genus omniū corporum propter unam rationem corporeitatis.

tur. Sic ergo essentialiter huiusmodi distinctio materiebus conuenit, cum materia ut sic sit ens in potentia, licet radicaliter modo nunc dicto conueniat actui, seu fiat per actum. Vide Corrol. supra positum hic.

APPENDIX.

Ad tertivm dicendum, quod forma corporeitatis non est una in omnibus corporibus, cum non sit alia a formis quibus corpora distinguuntur, ut dictum est.*

Ad qvartvm Dicendum, qđ cum potentia dicatur ad actum ens in potētia est diuersum ex hoc ipso, quod ordinatur ad diuersum actum, sicut uisus ad colorem, & auditus ad sonum. Vnde ex hoc ipso, materia cęlestis corporis est alia a materia elementi, quia non est in potentia ad formam elementi.

Ex articulo habes primo quomodo per rationem ostendas, & ad argumenta respōdendo, sustentes philosophum de materia & horum inferiorum, & cęlorum recte sensisse lib.1.de genera.tex.50.51.52.53.54.Itē li.1.d' cęlo a tex.3.usq; ad 32. ubi materias has si eē v-nā dt, nisi ſm analogiā. Scđo uides, qūo ex his a uic. Ang. iuuet conc. & tāto clarius hoc uidebis si scrutatus fueris text' philosophi assignatos.

Vti.pro S. Eccl.

* In cor.2.

Comm. Cardinalis Caietani.

Titulus clarus est.

¶ Vna proprie sumitur pro unitate generis physici, quæ proprie est unitas materiæ, ut patet 5. Metaphysico.

¶ In corpore duo principaliter. Primo tractat opiniones partis affirmatiuæ. Secundo partis negatiuæ.

¶ Quo ad primū duas opiniones tractat, prima est antiquorū, secunda est Auicebron. Vtrique.n. ponunt unam omniū materiā. In opinione antiquorum triā dicit.s.opinionem eorū, & Platonis defensionem, & Ari.contra eos impugnationē. In opinione Auicebron, tria quoque dicit, s.opinionem eius, & fundamentum eius, & impugnationem contra eum, quia sequitur quod generari non est nisi alterari.

¶ Quo ad ſm, duas quoque opiniones tractat, s. Auer. & suā, tali ordine. Primo probat hanc negatiuam. Materia corruptibilium & incorruptibilium non est una. In hac.n. cōuenit cū Auer. & discrepat ab omnib. supra dictis, ex ijsdem.n. fundamentis elicitur opposita opinio. Probat autem eam tali rōne: Materia ſm id quod est, est in potentia ad formam, ergo secundum se est potentia ad omnes formas, quibus est communis. ergo habendo unū illarum, remanet in potētia ad omnes alias formas, ergo est simul sub forma una & priuatione alterius. ergo si una est corruptibilis & incorruptibilis compositi, erit idem simul corruptibile, & incorruptibile secundum naturam, ergo impossibile est esse unam materiam corruptibilium & incorruptibilium. Secunda consequentia probatur, quia si habendo unam, non remaneret in potentia ad reliquas, hoc esset quia illa forma, quam habet, perficeret eam sic, quod non relinqueret potentiam ad alias, sed hoc non potest esse. Probatur dupliciter, primo, quia materia per unam non fit actu, nisi secundum potentiam ad illam secundo, & est exclusio responsionis, quia materia secundum se, indifferenter se habet ad formam perfectam & imperfectam.

¶ Circa hanc partem aduerte, quod Scot. contra conclusionē, Aegidius uero contra rationem & conclusionem instat: Vnde hic in 2.d.12. rationem hanc nititur soluere, negando secundam consequentiam, imaginatur.n. quod materia lunæ non sit in potentia ad formam ignis, quia forma lunæ non habet contrarium, & sic nō est priuata, nec appetit illam. Sed reuera mirum est de tam præclaro discipulo, quomodo a tanto declinauit magistro, in re tam patula. Priuatio enim, (ut habetur 4. Meta.) est negatio in subiecto apto nato, sed materia lunæ est secundum se apta nata recipe formam ignis, & habet negationem eius, ergo in materia lunæ est priuatio formæ ignis. Nec potest responderi ad hoc nisi negando rationem priuationis. Vnde S. Thom. & Scot. connati sunt excludere responsionem in litera tactam, quia apparentiam habet, non istam, quæ nihil ualet, stat ergo ratio. Contra conclusionem aūt dupliciter arguitur, primo, impugnando in cęlo materiam quæ est pura potentia, secundo, impugnando est q alterius id rōnis. Contra primum arguit Scot. in 2.d.14 q. 1. In cęlo non est potentia contradictionis, ergo in eo non est materia quæ est pure potētia. Antecedens ex 9. Metaphysic. tex.17. consequentia probatur. Potentia pura, est secundum se ad esse & non esse. Et confirmatur hoc motiuum, quia pura potentia prius natura habet bet priuationem quam formam probatur, quia priuationem habet ex se, formam ab alio, sicut aer se habet ad tenebras & ad lumen. Et confirmatur, quia materia est per quam res potest esse & non esse, & materia 1. Physico. est principium unum subiecto, & duo secundum rationem, propter priuationem, ergo. Arguunt quoque contra idem alii, quia si cęlum esset compositum ex materia & forma, non esset opus anima siue intelligentia motrice, & tenet sequela, quia formam sequeretur motus circularis, sicut motus deorsum sequitur formam grauis. Contra secundum uero arguit primo Scot. ubi supra, non dantur duo primi fines, nec duo prima agentia, ergo nec dantur primæ materiæ duæ.

¶ Præ. materia solis, dato q non sit in potentia ad aliā formam solis, & eius priuationem, ergo est in potentia contradictionis, & consequenter corruptibile erit, quantum est ex se corpus cœleste. Aegidius uero ubi supra, contra hoc idem arguit. Primo, quia negatio omnium formarum constituit unitatem materiæ secundum se, sed seclusa omni forma, tam cęlesti, quam inferiori, inuenitur omnis materia cum abnegatione omnis formæ. ergo omnis materia secundum se est una & eadem negatiue, ut materia omnium inferiorum dicimus. Secundo, quia actus est qui distinguit & separat Metap. tex. 49. ergo in pura potentia nulla potest esse distinctio seclusis actibus. Tertio, si darentur diuersę puræ potentiæ, sequeretur quod inter actum & potentiam purā, nō esset maxima distantia positiua, hoc non potest intelligi, ergo. & probatur sequela, qa positis duab. puris potentiis diuersarum rōnum, ut hic ponitur, oportet quod altera magis distet ab actu puro, quam altera, ergo distantia unius potentiæ puræ, non est maxima, hæc sufficiant hic, quoniam solutio horum erit manifestatio reliquorum.

¶ Ad euidentiam huius rei aduerte diligentissime, quod siquis naturam materiæ ut sic considerauerit, facile omnium rationem reddet. Materia enim secundum se, secundum id quod est, ut in litera dicitur, non est aliquod ens nisi substantialis potentia ad formam, nec aliam naturam habet, & hoc est eius quod quid est. Verum, hoc nō contingit uno modo, sed duobus, quia esse ad formā contingit dupliciter. s. ad formam secundum genus, & ad formam talem secundum speciem. Cum.n. oporteat potentiam omnem, aliquem actum per se primo respicere ut adæquatum sibi p quē diffinienda est, ut patet 9 Metaphys. consequens est, ut substantialis potentia materiæ respiciat ut adæquatum actum, aut formam talem secundum genus, aut secundum speciem indiuidua enim extra artem sunt. Inter hos autem duos modos hæc est in manifesto differentia, quod potentia ad formam unam genere tantum, est ad plures species, potentia uero tantum ad formam una specie, non est ad plura, nisi forte per accidens, puta quia species illa multiplicabilis esset numeraliter. Ex hac autem differentia sequitur alia, s. quod potentia primo modo habet priuationem annexam, potentia uero secundo modo non, & patet sequela, quia materia quę est in potentia ad plura, habendo unum actu, adhuc est in potentia ad aliud, ac per hoc priuatur illo, potentia enim ad aliquid cum negatione illius in eo constituit priuationē, ut patet. Materia uero cuius est potentia ad unum solum, cum habendo illud, nullo sibi possibili careat. nullamq; habet priuationē. Nec pertransibis hic sed philosophice subsiste, & considera, quod nulla res appetit negationem, aut malum, nisi quia appetit bonū, cui est annexa negatio alterius. Sicut calefactibile appetendo calorem, appetit negationem frigoris, & ignis appetendo perpetuitatem sui corruptione aquæ ex consequenti appetit. Et propterea, si potentia aliqua non est ad aliam formam, non habet cognitam

gnitam priuationem eius formæ quam habet, aliter appeteret primo non esse, quod non est intelligibile. Vnde in proposito sic contingere rationi consonat. Et quod materia prima horum inferiorum est potentia substantialis respectu omnium formarum rerum generabilium & corruptibilium, ac per hoc respicit per se primo ut actum adæquatum formam substantiæ generabilis, sub qua, quoniam multę sunt species, oportet ipsam sub una esse in potentia ad aliam, & consequenter illa priuatam, & sic omnia sũt adinuicem generabilia &c. Et quod materia cęlestis corporis nõ est ad actum unum tantum secundum genus, sed unum specie atoma, ita quod non est putandum, quod materia cęli respiciat formam cęlestem ut actum adęquatum quia sic sequeretur potentia ad plura, & priuatio & corruptibilitas ab intrinseco, sed quod materia lunæ est in potentia secundum se ad formam lunæ tantum, & materia solis ad formam solis tantum, & sic de aliis, ita ꝙ quot sunt species corporum cęlestiũ, tot sunt gñra physica eorum. Et quod dico, cęli materia, non significat aliquam unam materiam, sed quoddam analogum omnibus materijs cœlestium corporum. Ad rationem ergo Scot. & Auer. dicito dupliciter, primo secundum rem, secundo ad hominem, idest secundum modum loquendi Aristot. 9. Metaph. Secundum rem distingue, quod potentia passiua est duplex. Quædam pure receptiua, quæ scilicet nulla passione media, recipit formam. Quædam uero receptiua & passiua simul, ita quod agitur ab agente & recipit formam. Modo dico, & ita est, quod potentia pure receptiua non est potentia contradictionis, potentia autem receptiua & passiua simul hæc est cõtradictionis. Ex dictis autem patet, quod materia lunæ est potentia receptiua tantum, quoniam nulla passione, aut actione media materia habet illam formam, & patet hanc distinctionem esse ueram in potentia cœli respectu suæ figuræ. Illa enim non est contradictionis, & tamen receptiua, non tamen passiua. Et si contra insletur, quia potentia secundum se est indifferens ad actum & negationem, uel quod plus est, prius natura habet negationem, quia secundum se, ex Aui. 6. Met. c. 2. Respondeatur, negando cõsequentiam, si antecedens fiat negatiue, uel antecedens, si fiat positiue. Illa enim propositio negatiua est uera, potentia non ex se se habet actum, sed ex hac non sequitur affirmatiua. ergo ex se habet non actum quod est esse in potentia condictionis secundum se ad actum, s. & non actum, illa uero affirmatiua. Potentia ex se habet non actum, est falsa, & similiter illa est falsa. Potentia ex se non habet actum magis quam non actum, quoniam ex se in proprio genere causæ, s. materialis, ita uendicat sibi actum talem, ꝙ nullo modo oppositum, quoniam ita talem ꝙ nullum aliũ. Ad hominem uero scito, quod Ari. 9. Met. tex. 17. qui allegatur, non uocat potentiam nisi potentiã ut potentia est, potentia autem ut potentia, non est, quando iam est sub actu, & sic potentiam pure receptiuam non uocat potentiam, & ppea dicit, ꝙ omnis potentia est potentia contradictionis. Et si uis etiam proteruos cõuincere, aspice codicem, & uidebis ibidem quod negat in cęlo esse potentiam ad motum localem cum tamen constet quod motus est actus entis in potentia, inquantum in potentia. Quia n. posuit motum cęlo coæternum, sicut & figuram, ac per hoc, cęlum nũquam est in statu potentię respectu motus, sed semper in actu, ideo dixit non esse in potentia ad motũ, sed in potentia ad terminos motus, unde & quo ad quos continue agitur a motore deperdendos & acquirendos. Ad confirmationes aũt dicitur dupliciter. Primo distinguendo de non esse & priuatione simpliciter, uel ſm q́d & ꝙ materia est ꝑ quam põt res non esse saltem ſm quid, & similiter est idem subiecto cum priuatione secundum quid saltẽ. Scđo, potest dici & melius, ꝙ istæ propositiones pñt dupliciter exponi. Primo ut subiectum uendicet sibi prædicatum. & sic non sunt ueræ, nisi cum distinctione simpliciter, uel secundum quid, alio modo ut prædicatum determinet sibi subiectum, & sic sunt ueræ absolute. Vbicunque namque est potentia ad esse & non esse, ibi est materia similiter ubi est priuatio, ibi est idẽ subiecto cum materia, & non econtra. Ad argumentum aliorum negatur sequela, & ratio est, quia motus circularis est motus animalis & non mere naturalis, & propterea non superfluit forma cęli. Nec est principium pure passiuum respectu motus circularis, sed ꝙ quẽadmodum forma cordis concurrit ad motũ cordis medio modo inter pure passiuum & actiuum, & tñ non nisi ab anima motus ille esse potest, ita forma cęli natura talis est ad quam in coniunctione ad aiam, seu intelligentiam natus est seq motus circularis. Vñ suba corporalis cœli, est principium naturale motus circularis, alioqn rueret totus processus in 2. de cælo & mundo, ad inferendam qntam essentiam, & nihilominus animam oportet adiungere, sicut patet in motu cordis. Est enim primus motus in uniuerso, sicut motus cordis in animali, ut patet in 8. Physi.

¶ Ad rõnẽ aũt primã Sco. cõtra ſm dictum neganda est sequela qm non est par rõ de causis extrinsecis & intrinsecis, qm istæ sũt partes rei, & intrãt cõpositionẽ rerũ, ac ꝑ hoc oportet esse uarias iuxta rerũ uarietates, extrinsecæ aũt non. Ad ſm uero iam patet rñsio ex dictis, negatur siqdẽ, ꝙ materia solis sit in potentia ſm se ad priuationẽ suæ formæ, & rõ est, qa potentia ad priuationẽ huius formæ, fundaẽ sup potentia ad aliam formam, ut patet ex dictis. Ad primum uero Aegidii, modificatur illa propositio, negatio omnium formarum constituit unitatem materiæ, potest. n. dupliciter intelligi. Primo absolute, ut sonat, & sic est falsa, negatio absolute dr̃ de nihilo. Alio mõ in subiecto apto nato, & sic est uera, sed subiectum aptũ in proposito, est materia cõis multis, hæc enim est una negatiue non positiue, sed materia communis multis cum materia propria uni non sortitur unitatem ex negatione, qa ex hoc ipso quod hæc est communis his, illæ, non iam sunt diuersæ, Ad secundum autem conceditur, quod solus actus distinguit, & dico quod duæ puræ potentiæ distinguuntur actibus, quos ꝑ se primo respiciunt, & per quos diffiniuntur, & a quibus non pñt abstrahi, et per primam operationem intellectus. Et si quęras distinctiuum intrinsecum in eis, dico ꝙ est ipsa cuiusque substantialis commensuratio ad actũ sibi adæquatũ. Et si de ipsa substãtiali commensuratione ad actum quæras, dico ꝙ est non solum identice, sed formaliter ipsa essentia cuiusque puræ potentię. Et ppea sicut actus adęquati sunt diuersi seipsis, ita potentiæ propriæ adeo sunt ꝑ se diuersæ propter actus. Sicut. n. materia est propter formam, ita distinctio materiæ est propter diuersitatẽ formarũ. Ad tertium quo ad rem dicit̃, ꝙ nullum inconueniens est unam puram potentiam magis distare ab actu puro, quã aliam purã potentiam, non per inclusionem alicuius actualitatis in una magis quam in alia quia non essent ambæ puræ potentiæ, sed per unius, commensurationem ad perfectionem actum adæquatũ respẽ alterius, ita quod ex hoc una pura potentia, est altera pura potentia minus ab actu distans, quia est capacitas perfectioris actus. Sed caue hic ne fallaris sophistinate consequentis, aut figurę dictionis, a pura potentia, ad puram potentiam, ad talem actum. Illa n. est ꝓpe nihil, & maxime distans a Deo &c. sed habet latitudinem propter actus respectos, modo declarato. Singularum autem pure potentiarum, nulla, nisi commensurata infimo actui, est maxime distans, & prope nihil. Ex his autem puto facile reliqua solui posse quare transeamus ad alia.

¶ In litera deinde, author destruit hanc affirmatiuam, quæ est positio Auer. Materia cęli est simplex substantia corporea, tali ratione. Omne ens actu, uel est actus seu forma, uel habens actum seu formam, sed corporeitas cęli secluso motore, est ens actu, & non est habens actum seu formam, ergo est actus seu forma. Discursus bonus compręmissis euidentibus, saltem naturaliter & ad hominem, s. Auer. falsitas aũt conclusionis probatur sic. Si corporeitas illa esset actus, esset intellecta in actu, quod repugnat cœlesti corpori, quia est sensibile, ut patet.

¶ Circa hanc rationem aduerte, quod calumniam patitur, propterea quia fundatur super hac propositione. Omne quod est secundum se totum actus, est intellectum in actu, ut patet, hoc aũt esse falsum patet ex eo, quod hæc albedo, est ſm se tota actus, & similiter hæc forma huius bouis est tota actus, nihil enim horum habet plures partes, quarum una sit actus uel forma, & altera nõ: Et tamen constat, quod nihil horum est intellectum in actu, sed sensibile in actu & intelligibilem potentia. Et similiter diceret Auer de illa corporeitate, quod est de genere substantiæ, sensibilis, & tamen tota est actus potentiæ admistus, quia mobilis, & subiectus quantitati, figuræ, & cæteris accidentibus.

¶ Ad euidentiam huius scito, quod esse ens in actu, cõtingit dupliciter. Vno modo proprie, alio modo cõiter. Et cõmuniter qdẽ uocatur ens in actu, omne quod q̃olibet extra causas suas est. Proprie autem illud tantum, cuius proprie est esse, quod. s. est per seipsum, non quia aliquid est alicuius. hoc autem in his quæ hñt, est illud quod fit, i. compositum, ut patet 7. Meta. In his autem q̃ non generãtur nec corrumpuntur, est illud quod fieret, si fieret. In proposito non est sermo de ente in actu communiter, sed proprie. Et propterea instantiæ nihil ualent, nulla. n. forma apud nos est, aut fit, nisi quia est, aut fit compositum. Vnde ratio literæ, ex resolutione substantię robur trahit: Cum enim substantia diuidatur sufficienter in materiam & formam, & compositum ex illis, & materia diffinita sit quod non est secundum eam hoc aliquid forma uero sit secundum quam fit hoc aliquid, oportet quod corporeitas cęlestis, cum manifeste sit hoc aliquid, secluso motore, patet quod non cadat sub membra primo. s. materia, sed secundo uel tertio, s. forma uel composito. Et cum Auerrois neget compositum, ergo restat quod est forma, & est ratio, quia aliquid alicuius est, sed est per seipsam, ita quod si fieret, eius esset per se primo fieri, ac per hoc, eius est per se primo esse. Omnis autem forma, quæ per se primo est, est intellecta in actu, quoniam ut in 3. de Anima dicitur, omnino ita se habent quæ circa intellectũ sunt, sicut circa separationem a materia. Duo igitur sequuntur ad positionem Auer. Ex eo quod per se primo est ens in actu, sequitur quod sit de genere intellectorum in actu. Ex eo uero qđ subiicitur quantitati potentiæ ad ubi, &c. sequitur quod sit de genere sensibilium: Sunt ergo hęc incompossibilia. Nec põt ab hac ratione euadere quis, nisi ponendo quartum genus substantiæ, qđ ab Arist. philosophia alienum esse patet. Quod enim aliqui ponunt, s. corporeitatẽm illam comprehendi sub primo membro. s. sub

sub materia, distinguentes materiam, in materiam ad esse, & in materiam ad ubi, contradicit diffinitioni seu proprietati materiæ, quæ ipsum est primum membrum, ut patet in secunda de Anima. Contrariatur quoque doctrinæ Arist. alibi, ut ostendi facile posset, si contra Auerroim, modo scribendum esset. Tertio, infert tres propositiones. prima est, Materia cœli secundum se non est in potentia, nisi ad formam quam habet. Secūda est, quod non remanet in potentia ad esse, sed ad ubi. Tertia, quod materia corporum corruptibilium & incorruptibilium, non est eadem, nisi analogice, & est responsio ad quæsitum directè.

Aegid. 2. s. d. 2. q. 2. artic. 1.
Alb. Mag. de 4. coæuis. q. 4. ar. 13.
Alex. d. 2. q. 19.
D. *Bon. dist. 2. q. 1. artic. 1.*

339 2. d. 2. a. 2. 5

SVP. Q. LXVI. ART. III.

CONCL. Conueniens fuit, ut etiam a principio, corporalis gloria inchoaretur in aliquo corpore.

¶ PROB. Quia duplex gloria in futura remuneratione promittitur, scilicet spiritualis, atque corporalis, etiam in toto mundo inuouando, & gloria spiritualis a principio mundi inchoata est in beatitudine Angelorum.

* lib. 7. de Tri. ca. 4. & 5. tom. 3.

¶ COR. Ergo concreatum, idest simul creatum, fuit empyreū materiæ informi, idest tunc a principiib. quando materia omnium rerum creata est.

1^m de minori. Sensibile. R. Consideratum secundum præsentem statum mundi: non, consideratum secūdum ultimum statum gloriæ. §. Præsens status mundi est status generationis, & ideo requirit motum cęlorum ad sui constitutionem, atque conseruationem ultimus autem non erit status generationis: Tunc &c. Nam cœlum empyreum est sensibile quidem: sed iuxta statum futuræ gloriæ.

* li 4. c. 20. parū a medio, tom. 3.

2^m illatio conclusionis primæ. Si ergo &c. R. Negatur illatio. §. loquendo, s. de influxu super inferiora corpora, secundum quod declaratur in textu responsi huius primi. Tunc &c. ut patet.

Item illatio conclusionis primæ. Si ergo &cet. R. conceditur illatio si per influentiam intelligatur aliquid stabile influxum, & per cor-

ARTICVLVS III.

Vtrum cœlum empyreum sit concreatum materię informi.

AD TERTIVM sic proceditur. Videtur, quod cœlum empyreum non sit concreatū materię informi. Cœlum enim empyreum, si est aliquid, oportet quod sit corpus sensibile. Omne autem corpus sensibile, est mobile. cœlum autem empyreum nō est mobile, quia motus eius deprehenderetur per motum alicuius corporis apparentis. quod minimè apparet. Non ergo cœlū empyreum est aliquid materiæ informi concreatum.

¶ 2 Præterea. Augustinus dicit in * 3. de Trinitate quod inferiora corpora per superiora quodam ordine reguntur. Si ergo cœlum empyreum, est quoddam supremum corpus, oportet quod habeat aliquam influentiam in hæc inferiora corpora. Sed hoc non uidetur, præsertim si ponatur immobile, cum nullum corpus moueat nisi motum. non est ergo cœlum empyreum materiæ informi concreatum. Si dicatur quod cœlum empyreum, est locus contemplationis non ordinatum ad naturales effectus.

¶ 3 Contra. Augustinus dicit in * 4. de Trinit. quod nos secundum quod mente aliquod æternum capimus, non in hoc mundo sumus. Ex quo patet, quod contemplatio mentem supra corporalia eleuat. Non ergo contemplationi locus corporeus deputatur.

¶ 4 Præterea. Inter corpora cœlestia inuenitur aliquod corpus partim diaphanum, & partim lucidū scilicet cœlum sidereum. Inuenitur etiam aliquod cœlum totum diaphanum, quod aliqui nominant cœlum aqueum vel crystallinum. Si ergo est aliud superius cœlum, oportet quod sit totum lucidum: sed hoc esse non potest, quia sic cōtinuè aer illuminaretur, nec unquam nox esset. Non ergo cœlum empyreum materiæ informi est concreatum.

SED CONTRA est, quod Strabus * dicit, quod cum dicitur, In principio creauit Deus cœlum & terram, cœlum dicit non uisibile firmamentum, sed empyreum, id est igneum.

* Habetur in glo. ordinaria Gen. 1. sup illud i prin. creauit Deus.

RESP. Dicendum, quod cœlum empyreum non inuenitur positum nisi per authoritates Strabi & Bedæ, & iterum per authoritatem Basilii. In cuius positione, quantum ad aliquid conueniunt, scilicet quantum ad hoc, quod sit locus beatorum. Dicit enim Strabus, * & etiam Beda, quod statim factum, angelis est repletum. Basil. etiam dicit in secundo hexam. Sicut damnati in tenebras ultimas abiguntur, ita remuneratio pro dignis operibus restauratur, in ea luce, quæ est extra mūdum, & ibi quietis domicilium sortientur. Differunt tamen quantum ad rationem ponendi. Nam Strabus & † Beda ponunt cœlum empyreum ea ratione, quia firmamentum per quod cœlum sidereum intelligunt, non in principio, sed secunda die dicitur factum. Basil. * uero ea ratione ponit, ne uideatur simpliciter Deus opus suum a tenebris inchoasse quod Manichęi calumniantur, Deum ueteris testamenti, Deum tenebrarum nominantes. Hæ autem rationes, non sunt multum cogentes: nam quæstio de firmamento quod legitur factum in secunda die, aliter soluitur ab Aug. & aliter ab aliis sanctis. Quæstio autem de tenebris soluitur sm Aug. * per hoc, quod informitas, quę per tenebras significatur, non præcessit duratione formationem sed origine. Secundum alios vero, cum tenebræ non sint creatura aliqua: sed priuatio lucis diuin. sapi. attestatur, vt ea, quæ produxit ex nihilo, primo in statu imperfectionis institueret, & postmodum ea perduceret ad perfectum. Potest autem conuenientior ratio sumi ex ipsa conditione gloriæ: expectatur. n. in futura remuneratione duplex gloria, s. spiritualis & corporalis, non solum in corporibus humanis glorificandis: sed etiam in toto mundo innouando. Inchoata est autem spiritualis gloria ab ipso mundi principio in beatitudine Angelorum, quorū æqualitas sanctis promittitur. Vnde conueniens fuit, ut etiam a principio corporalis gloria inchoaretur in aliquo corpore, quod etiam a principio fuerit absque seruitute corruptionis, & mutabilitatis, & totaliter lucidum: sicut tota creatura corporalis expectatur post resurrectionem futuram. Et ideo illud cœlum dicitur empyreum, idest igneum, quod non est ab ardore: sed a splendore.

* Habetur in glo. ordinaria Gen. 1. sup illud in pri. creauit, & refertur 2. sē. d. 2. Et Beda in Con. Gen. c. 1.

† Loco iā citato.

* Homi. 2. in hexam. a medio.

* li. 9. super Gen. ad li. c. 15. & li. 7. c. 27.

Sciendum est autem quod August. * 10. de ciuitat. Dei dicit, quod Porphyrius discernebat a Dæmonibus angelos vt aerea loca esse Dæmonum, æther ea uero vel empyrea diceret angelorum. Sed Porphyrius tamquam Platonicus cœlum istud sidereum, igneum esse existimabat. Et ideo empyreum nominabat uel ęthereum, secundum quod nomen ætheris sumitur ab inflammatione & non secundum quod sumitur a uelocitate motus, ut Arist. * dicit. Quod pro tanto dictum sit, ne aliquis opinetur Aug. cœlum empyreum posuisse, sicut nunc ponitur a modernis.

* li. 10. de ciui. Dei c. 9. & 17. t. 5. ἔμπυρος .i. igneus αἰθήρ quasi ἀεὶ θεῖν vel αἴθειν.

li. 1. Meteo. to. 3. & 1. de cœlo, text. 22. to. 3.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod corpora sensibilia sunt mobilia secundum ipsum statum mundi, quia per

corpora inferiora intelligatur primum cęlum mobile. §. Tunc &c. Nã ad influendum tale q̃d stabile ad dignitatem pertinens non requiritur, quod ipsum cœlum Empyreum moueatur, sicut si influeret aliquod transiens. Vide secũdum respon sum ly probabilius tamen &c.

D. 330. 3m de conclusione. Deputatur. R. Propter necessitatem: non, propter congruitatem. §. Tunc &c. vt patet. 2. respon.

4m de conclusione prima. Lucidum. R. Luce subtili, vel gloriæ: non autem condensata radios instar solis emittente: neque conformi luci naturali. §. Tunc &c. vt patet. Per lucem gloriæ intellige lucem corporalem similem luci mundi totius innouandi. Vide in corpore. Hoc est secundum responsum literæ ly potest

*c. 8. cœl. hiera. circa principiũ id innuit. D. 333.

per motum creaturæ corporalis, procuratur elementorum multiplicatio. Sed in vltima consumatione gloriæ cessabit corporum motus: & talem oportuit esse a principio dispositionem cœli empyrei.

Ad secundum dicendũ, quòd satis probabile est, quod cœlum empyreum, secundum quosdam cum sit ordinatum ad statum gloriæ, non habet d influentiam in inferiora corpora, quæ sunt sub alio ordine, vtpote, ordinata ad naturalem rerum decursum. Probabilius tamen videtur dicendum, quod sicut supremi angeli, qui assistunt, habent influentiam sup medios & vltimos, qui mittuntur, quamuis ipsi non mittantur secundum Dyo. * ita d cœlum empyreũ habet influentiam super corpora, quæ mouentur, licet ipsum non moueatur. Et propter hoc potest dici, quod influit in primum cœlum, quod mouetur, non aliquid transiens & adueniens per motũ: sed aliquid fixum & stabile: puta, virtute continendi, & causandi, vel aliquid huiusmodi ad dignitatem pertinens.

Ad tertium dicendum, q̃ locus corporeus deputatur contẽplationi, non propter necessitatẽ, sed propter congruitatem, ut exterior claritas interiori conueniat. Vnde Basil. * dicit, q̃ ministrator spiritus non poterat degere in tenebris: sed in luce & lętitia degendi sibi habitum possidebat.

Ad quartum dicendum, q̃ sicut * Basil. dicit in 2. Hexam. cõstat factum esse cœlum rotũditate conclusum, habens corpus spissũ, & adeo ualidum, vt possit ea quæ extrinsecus habentur, ab interioribus separare. Ob hoc necessario post se, regionem relictam carentem luce constituit, vtpotè, fulgore qui superradiabat excluso. Sed quia corpus firmamenti etsi sit solidum, est tamen diaphanũ, quod lumen non impedit (vt patet per hoc, quod lumen stellarum videmus non obstantibus mediis cœlis) potest aliter dici, quod habet lucem cœlum empyreum nõ condensatam ut radios emittat, sicut corpus solis, sed magis subtilem, vel habet claritatem gloriæ, quæ non est conformis cum claritate naturali.

test aliter dici. Primũ autem responsum vide bis per te.

* Homi. 3. in hexã. a med. illius.
* Homi. 3. in hex. inter prin. & medium. Vtilitas pro Eccle. S. Dei.

APPENDIX.

Ex articulo habes primo: quomodo per rationem ostendas, recte dictum fuisse Eccl. 1. Non valet quisquã dicere, hoc recens est. Nam de futura gloria etiam corporum loquebatur: quæ totaliter non erit recens, cum aliqualiter præcesserit tempore creationis in cœlo Empyreo. Potes ergo dicere, quod Salomon fatetur per illud dictum; Cœlum Empyreũ a principio fuisse creatum, maximè si adiunxeris, quod in septimo die compleuit Deus opus suum, quod fecerat, & requieuit ab omni opere quod patrarat. Hoc est. Post se ptimum diem nihil omnino nouum fecit. Secundo vides: quomodo ex his vicissim Angelica firmetur conclusio. 2. respon.

Comm. Cardinalis Caietani.

Titulus clarus ex vsu. Cœlum immobile.

¶ In corpore quinque facit. Primo vnde habemus cœlum empyreum esse, i. a tribus tantum. Secundò, in quo conueniunt hi tres. quia in fine, & in quo differunt, quia in ratione. Tertiò, librat eorum rationes. Quartò, rationem magis congruam assignat. Quintò, ostendit secundam partem exclusiuæ propositæ, excludẽdo Augustinum a ponentibus tale cœlum omnia clara sunt.

¶ In responsione ad secundum aduerte, quod S. Th. suam olim in secundo sententiarum, dist. 2. quæstione secunda, ar. 3. relinquit opinionem de negatione influentię cœli empyrei: quam etiam in quolibeto sexto, quæstione vndecima reprehendit, quare hic dicta amplectere.

Aegid. 2. s. d. 12. q. 1. ar. 2.
Alb. Mag. de æter. æuo. & tempore. q. 3. articu. 12.
Pet. de Pal. 2. dist. 12. q. 4.

340 SVP. Q. LXVI. Art. IIII. 2. d. 2. ar. 1. tom. 5. * li. 12. cõf. ca. 12. parũ a prin. to. 1.

Concl. 1. Quatuor. s. naturã Angelicam, cœlum empyreum, materiam corporalem informem, tempus, esse primo creata non est secundum opinionem August.

¶ Prob. Quia secundum August. materia sicut præcedit solũ natura formationem, ita sic præcedit tempus, & cœlum empyreum non nominatur.

¶ Not. Augustin. tamen non ideo negat dari cœlũ empyreum: licet eius non meminerit.

¶ Concl. 2. Quod tempus sit concreatum materiæ informi, est secundum opinionem aliorum sanctorum, ponentium, quod informitas materiæ duratione præcessit formationem.

¶ Prob. Quia pro illa duratione oportet ponere aliquod tempus (ut patet).

ARTICVLVS IIII.

Vtrum tempus sit concreatum materiæ informi.

Ad quartum sic proceditur. Videtur, quod tempus non sit concreatum materiæ informi. Dicit * enim Augu. 12. confess. ad Deum loquens, Duo reperio quæ fecisti carentia temporibus. s. materiam primam corporalem, & naturam angelicam. Non ergo tempus est concreatum materiæ informi.

¶ 2 Preterea. Tempus diuiditur per diem & noctem. Sed a principio, nec nox, nec dies erat sed postmodum, cum diuisit Deus lucem a tenebris. ergo a principio non erat tempus.

¶ 3 Præterea. Tempus est numerus motus firmamenti quod legitur factum secundo die. Ergo non a principio erat tempus.

¶ 4 Præterea. Motus est prior tẽpore. Magis igitur debebat numerari inter primo creata, quam tempus.

¶ 5 Præterea. Sicut tempus est mensura extrinseca, ita & locus. Non ergo magis debet computari inter primo creata tempus, quam locus.

Sed contra, est, quod Augustinus * dicit super Gene. ad lite. quod spiritualis & corporalis creatura, est creata in principio temporis.

* Ex li. 1. sup Gen. imperfecto c. 3. to. 1. & refertur 2. sẽten. d. 2. pa ragr. c. 6.
* li. 12. cõf. c. 12. parũ a prin. & li. 1. sup Gene. c. 9. to. 3.

Resp. Dicendum, quod communiter dicitur, quatuor esse primo creata, scilicet naturam angelicam, cœlum empyreum, materiam corporalem informem, & tempus. Sed attendendum est, quod hoc dictum non procedit secundum Aug. * opinionem. Augu. enim ponit duo primo creata, s. naturam angelicam, & materiam corporalem

1^m ex August. Carentia temporibus. R. Si considerentur in priori illo naturæ: non aliter. §. Tunc &c. fuerunt enim & illa duo simul cum tempore, sed tamen secundum naturam præcedunt tempus, sicut substantia & accidens. Vide sup. ar. 1.

3^m de maiori. Tempus. R. Formatũ: non, informe. §. Tunc &c. Nam de tempore informi sermo fit in conclusione secunda.

3^m maior. Tẽpus est numerus motus firmaméti. R. si motus firmaméti est primus: nõ aliter. §. Tunc &c. ut patet. Tempus ergo, per se loquendo, est numerus motus primi, abstrahendo, Vtrum ille primus sit firmamenti, uel nõ:

4^m antecedẽs. Motus est prior tempore. R. tempus tamẽ habet magis generalem habitudinem ad res, quam motus. §. Tunc &c. Argumentum erat

ralem, nulla mentione facta de cœlo Empyreo. Hæc aũt duo, s. natura angelica, & materia informis præcedunt formationem non duratione, sed natura. Et sicut naturâ præcedunt formationem, ita & motum, & tempus. vnde tempus non põt eis cõnumerari. Procedit aũt prædicta enumeratio fm opinionẽ aliorũ sanctorũ, ponentium ꝙ informitas materiæ duratione præcessit formationẽ, & tunc pro illa duratione necesse est ponere tps aliquod, aliter. n. mensura durationis accipi non posset.

Ad primvm ergo dicendũ, ꝙ Aug. hoc dicit ea rõne qua natura angelica, & materia informis pcedunt origine, seu natura, tempus.

Ad secvndvm dicendum, ꝙ sicut fm alios sãctos materia erat quodammodo informis, & postea fuit formata: ita tps quodãmõ fuit informe, & postmodũ formatũ, & distinctum per diem & noctem.

Ad tertivm dicendum, ꝙ si motus firmamenti non statim a principio incepit: tunc tempus qđ præcessit, non erat numerus motus firmaméti, sed cuiusque primi motus. Accidit enim tempori qđ sit numerus motus firmaméti, inquantũ hic motus est primus motuum. Si aũt esset alius motus primus, illius motus esset temporis mensura, quia oĩa mẽsurãtur a pri mo sui generis. Oportet aũt dicere statim a principio fuisse aliquẽ motum, ad minus fm successionẽ conceptionum & affectionum in mente aliqua. Motum autem non est intelligere sine tẽpore, cum nihil aliud sit tempus, quam numerus prioris & posterioris in motu.

Ad qvartvm dicendum, quod inter primo creata computantur ea, quæ habent generalem habitudinem ad res. Et ideo computari debuit tempus, quod a habet rationem communis mensuræ, non aũt motus, qui comparatur solum ad subiectum mobile.

Ad qvintvm dicendũ, quod locus itelligitur in cœlo Empyreo oĩa continente. Et qa locus est de permanentib. concreatus est totus simul: tps aũt quod non est permanens, concreatum est in suo principio, sicut & modo nihil est accipere in actu de tempore, nisi nunc.

fallacia fm non causam ut causam. Non enim . n. causa enumerationis primo creatorum, est prioritas absolute, ut credidit argumentũ sed prioritas cum generali habitudine ad res. D. 1151.

5^m de antecedente. Locus. R. Subintellectus nomine cœli Empirei: non aliter. §. Tũc &c. loquimur. n. de mẽsura non precise, sed habente habitudinem generalem ad res, & ideo non locus seorsum sed tempus, debuit connumerari inter primo creata. Vide ad quartũ. D. 1150.

D. 869.

APPENDIX.

Ex articulo habes primo, quomodo per rationem ostẽdas, recte a sanctis Doctorib. circa huiusmodi materiã diuersa fuisse dicta, secundum diuersam illorum considerationem, & propterea ista eorum dicta non esse contraria. Secundo uides: quomodo ex his per articulum hunc sustentatis uicissim sustentetur articulus.

Comm. Cardinalis Caietani.

Titulus clarus est.

¶ In corpore tria. Primò conclusionem responsiuam affirmatiuè. Communiter dicitur quatuor esse concreata. Secundo, ostendit hoc non uerificari apud Aug. & consequenter apud Augustinum negatiuè respondetur quæsito. Tertio, ostendit hoc uerificari apud alios omnia.

SVP. Q. LXVII. Art. 1.

Concl. 1. Si accipiatur lucis, seu luminis nomen secundum suam primam impositionem, metaphorice in spiritualibus dicitur.

¶ Prob. Quia primo est institutum ad significandum id, quod facit manifestationem in sensu uisus, & (supple tu) corporalia dicuntur tantum metaphorice de spiritualibus.

¶ Concl. Si nomen lucis accipiatur secundum ꝙ in usu loquentium ad omnem manifestationem est extensum proprie in spiritualibus dicitur.

¶ Prob. Quia exten sum a loquentib. est ad significandum omne illud, ꝙ facit manifestationem fm quãcunque cognitionem, & (supple tu) aliquod manifestatiuum secundum aliquam

342 2. d. 13. ar. 2

QVÆSTIO LXVII.

De opere distinctionis secundum se, in quatuor articulos diuisa.

Consequenter considerandum est de opere distinctionis secundum se. Et Primo, de opere primæ diei. Secundo de opere secundæ diei. Tertio de opere tertiæ.

Circa primum quæruntur quatuor.

¶ Primo, Vtrum lux, proprie in spiritualibus dici possit.

¶ Secundò, Vtrum lux corporalis sit corpus.

¶ Tertio, Vtrum sit qualitas.

¶ Quartò, Vtrum conueniẽs fuit prima die fieri lucem.

ARTICVLVS I.

Vtrum lux proprie in spiritualibus dicatur.

Ad primvm sic proceditur. Videtur, ꝙ lux propriè in spiritualib. dicatur. Dicit enim Aug. * 4. super Gen. ad lit. quod in spiritualibus melior & certior lux est, & quod Christus non sic dicitur lux, quomodo lapis: sed illud propriè, hoc figuratiuè.

¶ 2 Præt. Dion. * 4. c. de diui. no. ponit lumẽ inter noĩa itelligibilia Dei. Noĩa aũt intelligibilia, ꝓpriè dicuntur in spũalibus. Ergo lux ꝓpriè dr in spiritualibus.

¶ 3 Præt. Apostolus dicit ad Ephe. 5. Omne quod manifestatur, lumen est. Sed manifestatio magis propriè est in spiritualibus, quam in corporalibus. Ergo & lux.

Sed contra est, quod Amb. in * lib. de Fide, ponit splendorem inter ea, quæ de Deo metaphoricè dicuntur.

Resp. Dicendum, ꝙ de aliquo noie dupliciter cõuenit loqui. Vno mõ, fm primã eius impositionẽ. Alio mõ, fm usum nominis, sicut patet in nomine uisionis, qđ primo impositũ est ad significandum actũ sensus uisus: sed pp dignitatem & certitudinem huius sensus, extensum est hoc nomen fm usum loquentium, ad oẽm cognitionem aliorum sensuum. Dicimus. n. Vide, quomodo sapit, uel quomodo redolet, uel quomodo est calidum. Et ulterius, etiã ad cognitionem intellectus, secundum illud Matth. 5. ca. Beati mundo corde, quoniam ipsi Deum uidebunt.

Et similiter dicendum est, de noie lucis. Nam primo quidẽ est institutum ad significando id, quod facit manifestationem

quam cognitionem (puta spirituale manifestatiuum cognitionis spiritualis) dicitur propriè in spiritualibus.

1^m maior. Augustinus, & cęt. R. loquitur

Et quol. 6. fi. Et Io. 1. le. 8. prin. * Ca. 28. a med. * c. 4. par. 1. * ambr. in prin. Prol. li. 2. de fide ad Gratianũ tom. 2.

tur ibi de luce secundum vsum loquentium: non, secundum primam impositionem. §. Tunc &c. Vide conclusiones.

2^m maior. Dionys. &c. ℞ ibi loquitur de lumine secundum extensionem vsus loquentium: non autem secundum primam impositionem. §. Tunc &c. Vt patet ex conclusionibus.

3^m de maiori. Lumen. ℞. Vel corporale (iuxta primam impositionem) vel spirituale (iuxta vsum). §. Tunc, &c. vt patet ex conclusionibus.

D. 828.

festationem in sensu visus: postmodum autem extensum est ad significandum omne illud, quod facit manifestationem secundum quãcũq; cognitionem. Si ergo accipiatur nomen luminis, secundum suam primam impositionem, me-

4^m Ambrosi. Splendorem. ℞. Secundum primam impositionem acceptum; non, secundum extensionem vsus. §. Tunc &c. vt ex supradictis conclusionibus patet.

APPENDIX.

Ex articulo habes primo: quomodo per rationem scripturarum, Doctorũque dicta, & catholice intelligas & catholice defendas. Vt. Luc. 11. Vide ergo, ne lumen quod in te est, tenebræ sint. Et Ioan. 1. Erat lux vera. Lux in tenebris lucet, & multa similia quę duppliciter (vt hic per distinctionem huius nominis, Lux, habes) possunt intelligi. Secundo videre licet: quomodo ex his firmentur Angelicæ vicissim conclusiones.

Vtilitas pro Eccle. S. Dei.

taphoricè in spiritualibus dicitur, vt Ambrosius dicit, Si aũt accipiatur, q; est in vsu loquentiũ ad omnem manifestationẽ extensum, sic propriè in spiritualibus dicitur.

Et per hoc, patet responsio ad obiecta.

Comm. Cardinalis Caietani.

Titulus clarus est.

¶ In corpore vna distinctio de significatione duplici nominis, scilicet quo ad primam impositionem, & quo ad vsum. iuxta vtrumque membrum respondet quæsito; iuxta primum negatiue; iuxta secundum affirmatiue.

SVP. Q. LXVII. ART. 1.

Concl. Impossibile est, lumen esse corpus.

¶ Prob. Quia cuiuslibet corporis locus est alius a loco alterius corporis, & lux (supple tu) est simul in uno loco cum altero corpore. Quia illuminatio non est motus localis corporis (cum fiat in instanti;) & non habet motum naturalem determinatum ad vnã partem, sicut corpus, sed fit ad omnes partes æqualiter. Quia si illuminatio esset corpus, ad solam absentiam luminaris, tam magnum corpus corrumperetur quotidie, atque ad solam ipsius pręsentiam generaretur quotidie; & hęc, cum nonnullis aliis (vt patet in litera) sunt ridicula, ac etiam sensui repugnantia.

1^m ex Augustino. Lux. ℞. Id est corpus lucidum in actu, idest ignis, non aliter. §. Tunc, &cęt. Conclusio enim per lucem: non accipit corpus lucidum, sed ipsam qualitatem secundum se.

2^m de maiori. Lumen. ℞. Id est, ignis in propria materia: non aliter. §. Nota ex litera morem Aristotelis in libris logicalibus, quem morem annotauit, S. D. alibi. Mox autem, data glossa formali, dices Tunc [illegible]

342 2. di. 2. q. 1. ar: 3. ad 4. & d. 13. a. 3. & d. 30. q. 1. art. 1. cor. Et 2. cœl. lec. 10. prin. & 2. d. ai a lec. 14. * li. 3. c. 5. a med. to. 1. † c. 2. par. 1. circa med.

ARTICVLVS II.

Vtrum lux sit corpus.

Ad secundum sic proceditur. Videtur, quod lux sit corpus. Dicit enim Aug. * in li. de liber. arb. quod lux in corporibus primum tenet locum. Ergo lux est corpus.

¶ 2 Pręterea. Philosophus dicit, quod lumen est species ignis. Sed ignis est corpus. Ergo lumen est corpus.

¶ 3 Præterea. Ferri, intersecari, & reflecti, est proprie corporum, hæc autem omnia attribuuntur lumini vel radio. coniunguntur etiam diuersi radii, & separantur, vt Dion. dicit † 2. c. de di. no. quod etiam videtur non nisi corporibus conuenire posse. Ergo lumen est corpus.

Sed contra, Duo corpora non possunt simul esse in eodem loco: sed lumen est simul cum aere. Ergo lumen non est corpus.

Resp. Dicendum, q; impossibile est lumen esse corpus, quod quidem apparet tripliciter. Primo quidem, ex parte loci. Nam locus cuiuslibet corporis est alius a loco alterius corporis, nec est possibile secundum naturam duo corpora esse simul in eodem loco qualiacunque corpora sint: quia contiguum, requirit distinctionem in situ. Secundo apparet idem, ex ratione motus. Si enim lumen esset corpus, illuminatio esset motus localis corporis. Nullus autem motus localis corporis potest esse in instanti: quia omne quod mouetur localiter, necesse est quod prius perueniat ad medium magnitudinis, quam ad extremum, illuminatio autem fit in instanti; nec potest dici, quod fiat in tempore imperceptibili. quia in paruo spatio posset tempus latere, in magno autem spatio, puta ab oriente in occidentẽ, tempus latere non posset. Statim enim cum sol est in puncto horizontis, illuminatur totum hemisphęrium vsque ad punctum oppositum. Est etiam aliud considerandum, ex parte motus: quia oẽ corpus, habet motum naturalem determinatum. Motus autem illuminationis est ad omnem partem, nec magis secundum circulum, quam secundũm rectitudinem. Vnde manifestum est, q; illuminatio non est motus localis alicuius corporis tertio apparet idem, ex parte generationis & corruptionis. Si enim lumẽ esset corpus, quando aer obtenebrescit per absentiam luminaris, sequeretur quod corpus luminis corrumperetur, & quod materia eius acciperet aliam formam. quod non apparet, nisi aliquis dicat, etiam tenebras esse corpus. Nec etiam apparet ex qua materia tantum corpus quod replet medium hemisphęrium, quotidie generetur. Ridiculum est etiam dicere, quod ad solã absentiam luminaris, tantum corpus corrumpatur. Si quis etiam dicat, q; non corrumpitur, sed simul cum sole accedit, & circumfertur, quid dici poterit de hoc, quod ad interpositionem alicuius corporis circa candelam, tota domus obscuratur? Nec uidetur, quod lumen congregetur circa candelam: quia non apparet ibi maior claritas post, quam ante. Quia ergo omnia hæc non solum rationi: sed sensui etiam repugnant, dicendum est, quod impossibile est lumen esse corpus.

Ad primum ergo dicendum, quod Augustinus accipit lucem pro corpore lucido in actu, scilicet pro igne, quod inter quatuor elementa nobilissimum est.

Ad secundum dicendum, quod Aristotelis lumen nominat ignem in propria materia; sicut ignis in materia aerea, dicitur flamma & in materia terrea, dicitur carbo. Non tamen est multum curandum de eis exemplis, quæ Aristot. inducit in libris logicalibus: quia inducit ea, ut probabilia secundum opinionem aliorum.

Ad

Tunc &c. Nam philosophus non accipit lumen eo modo: quo Conclusio.

3^m de maiori. Ferri, interfecari, reflecti. R. propriè, non, metaphoricè. §. Tunc &c. Nam ficut conclusio sumit lucem pro qualitate, non pro corpore lucido: ita &c mere dicenda est inter secari, &c. metaphoricè non propriè.

AD TERTIVM dicendum, φ omnia illa attribuuntur lumini metaphoricè: ficut etiam possent attribui calori. Quia enim motus localis est naturaliter primus motuum (vt probatur in 8. physi.) vtimur nominibus pertinentibus ad motum localem in alteratione & in motibus: ficut etiam nomen distātiæ deriuatum est a loco ad omnia contraria, vt dicitur in * 10. metaphy.

APPENDIX.

EX articulo habes primo quomodo per rationem ostendas, rectè scripturam sacram infinuasse virtualiter, quod lux non est corpus. Infinuauit autem Matt. 24. sic exit fulgur ab oriente, & apparet vsque in occidentem. Per hoc enim significatur, quod illuminatio tam extensiua fit in instanti, & consequenter, quod lux a qua dicitur illuminatio, non est corpus. Nam si esset corpus, illuminatio esset motus localis corporis: qualem motum fieri in instanti, impossibile est. Item idipsum insinuauit Actuum 9. subito circumfulsit eum lux de cœlo. Itē 22. subito de cœlo circumfulsit me lux copiosa. Nam per hæc denotatur, quod lux non est, corpus enim esset corpus: cum secundum naturam duo corpora non possint esse simul, lux non circumfulsisset de cœlo Paulum. Patet, namque, quod aer est & corpus & corpus ualde extensum a cœlo usque ad Paulum. Vel ergo datum fuisset tunc uacuum in aere spatiū illud, pro quanto lux diffundebatur, & sic Paulus tunc non inspirasset ac respirasset, & consequenter viuens mortuus simul fuisset (quæ duo apud ignorantes etiam sunt absurdissima) vel fatendum profectò, quod duo corpora naturaliter fuissent simul (quod est impossibile). At si miraculo ascribas, quod tunc duo corpora essent simul, respondebitur primo per huius inficiationem docendo, quod miracula non sunt multiplicanda sine necessitate: respondebitur, & secundo per instantiam, quoniam uidemus in dies lucem a cœlo ad nos vsque diffundi naturaliter. Vnde interim dato, quod illius lucis ab Apostolo narratę fuisset circumfusio miraculosa, remanet adhuc experientia quotidiana ostendens, quod diffusio prædicta lucis fit naturaliter. Secundo habes: quomodo per rationem scripturas ipsas, pro quanto lucem non esse corpus insinuant, declares, probes, & quantum fuerit expediens tuearis. Tertio ui des quomodo ex his, similibusq́ue uicissim Angelica firmetur conclusio.

* Tex. 13.

Comm. Cardinalis Caietani.

TItulus clarus est.

¶ In corpore una conclusio responsiua negatiuè, Lux non est corpus. Probatur clare ex tribus motiuis scilicet loco, motu, & generatione, & corruptione, & clare patet sine quæstione.

Aegid. 2. 5. dist. 13. q. 2. ar. 2.
D. Bon. dist. 13. art. 3. q. 1.
Tho. Arg. dist. 6. q. 2. artic. 3.

343 2 d. 13. 2. 3 & 4. & spū. a. 8. ad 11. & 2. de aïa lec. 14. Et opu. 9 q. 7. & 2. cœli. lect. 10.

SVP. Q. LXVII. ART. III.

CONCL. Sicut calor est qualitas actiua consequens formam substantialem ignis, ita lux est qualitas actiua consequens formam substantialem solis, uel cuiuscunque alterius corporis a se lucentis.

¶ PROB. Quia lux habet esse naturale (cum denominet subiectum) & non est forma substantialis solis (cum sit secundum se quoddam sensibile). Quia radii diuersarum stellarum secundum diuersas naturas corporum illos emittentium habent diuersos effectus.

*Li. 1. Orth. fid. c. 9. & li. 2. c. 7.

1^m de maiori. Qualitas. R. facta per aliquam transmutationem materiæ ad susceptionem formæ substantialis: non aliter. §. Tunc &c. Nam lumen in aere non fit per aliquam transmutationem: sed per simplicem præsentiam agentis.

D. 816.

D. 86.

2^m de maiori. Qualitas sensibilis. R. Quæ non est qualitas naturalis primi corporis alterantis, id est, cœli: non, quæ est qualitas talis. §. Tunc &c. Nam lux est qualitas primi corporis alterantis.

D. 787.

ARTICVLVS III.

Vtrum lux sit qualitas.

AD TERTIVM sic proceditur. Videtur, quod lux non sit qualitas. Omnis enim qualitas permanet in subiecto, etiam postquam agens discesserit: sicut calor in aqua postquam remouetur ab igne. Sed lumen non remanet in aere recedente luminari. Ergo lumen non est qualitas.

¶ 2 Præterea. Omnis qualitas sensibilis habet contrarium, sicut calido contrariatur frigidum, & albo nigrū. Sed lumini nihil est cōtrariū: tenebra. n. est priuatio luminis, Ergo lumē ē qualitas sēsibilis.

¶ 3 Præt. Causa est potior effectu. Sed lux cœlestium corporum causat formas substantiales in istis inferioribus: dat etiam esse spirituale coloribus, quia facit eos visibiles actu. Ergo lux non est aliqua qualitas sensibilis: sed magis substantialis forma, aut spiritualis.

SED CONTRA est, quod Damas. dicit in lib. * 2. quod lux est quædam qualitas.

RESP. Dicendum, quod quidam dixerunt, quod lumen in aere non habet esse naturale, sicut color in pariete: sed esse intentionale, sicut similitudo coloris in aere. Sed hoc nō potest esse d propter duo. Primo quidem, quia lumen denominat aerem fit enim aer luminosus in actu color d vero non denominat ipsum. non. n. dicitur aer coloratus. Secundo, quia lumen habet effectum in natura. quia per radios solis calefiūt corpora. intentiones autem non causant transmutationes naturales. Alii uero dixerunt, quod lux est forma substantialis solis. sed hoc etiā apparet impossibile propter duo. Primo quidem, quia nulla forma substātialis est per se sensibilis, qa qd qd est, est obiectū intellectus, vt dr in * 3. de Aïa. Lux aūt est fm se visibilis. Scdo, qa impossibile est vt aïa id qd est forma substantialis in vno, sit forma accidētalis in alio: qa formę substātiali p se cōuenit cōstituere in spē. vnde semper & in omnib. adest ei. Lux aūt non est forma substantialis aeris: alioqn ea recedente corrūperetur. vñ non pōt esse forma substantialis solis. Dicendum est ergo, φ sicut calor est qualitas actiua, consequēs formā substantialē ignis, ita lux est qualitas actiua, consequens formam substātialē solis, vel cuiuscūq; alteri⁹ corporis a se lucētis, si aliqd aliud tale est. Cuius signū est, φ radii diuersarū stellarū hñt diuersos effectus, fm diuersas naturas corporū.

* lib. 3. de aïa tex. 16. to. 2.

AD PRIMVM ergo dicendū, φ cū qualitas consequatur formā substātialē, diuersimode se hēt subiectū ad receptionē qualitatis, sicut se hēt ad receptionē formæ. cū. n. materia pfectè recipit formā, firmiter stabilit & qualitas cōsequēs formā, sicut si aqua cōuertatur in ignē. Cū vero formā substātialis recipitur impfectè fm inchoationē q̄dā, qualitas cōsequens manet quidē aliquādiu, sed nō semper, sicut patet in aqua calefacta, q̄ redit ad suam naturā. Sed illuminatio non fit per aliq̄ transmutationē materiæ ad susceptionē formę substātialis, ut fiat quasi ichoatio aliqua formæ. & iō lumē nō remanet nisi ad pſentiā agētis.

AD SECVNDVM dicendum, quod accidit luci, quod non habeat contrarium, inquantum est quali-

tas naturalis primi corporis alterantis: quod est a contrarietate elongatum.

Ad tertium dicendum, quod sicut calor agit ad formam ignis, quasi instrumentaliter in virtute formæ substantialis: ita lumen agit quasi instrumentaliter in uirtute corporum cœlestium ad producendas formas substantiales: & ad hoc, quod faciat colores uisibiles actu, inquantum est qualitas primi corporis sensibilis.

3° de maiori. Causa. 8. Principalis, non, instrumentaria. 5. Tunc &c. Nam lux est causa instrumentalis. Agit enim in virtute corporum cœlestium.

APPENDIX.

Vtilitas pro Eccle. S. Dei.

Ex articulo habes primo; quomodo per rationem ostendas: recte dictum esse a philosopho, quod lux est qualitas. Dixit autẽ hoc tunc, quando 2. de anima tex. 69. inquit, quod lumen est actus diaphani. Cum enim non sit eius actus substantialis, alioquin lumine discedente corrumperetur substantialiter diaphanum (quod patet falsum:) restat, vt uoluerit philosophus dicere, quod est actus accidentalis diaphani: & consequenter qualitas, cum actus accidentalis sit forma accidentalis seu qualitas (quod idem est). Dixit & hoc tunc, quando in 2. de cœlo, text. 44. agit de fonte luminis qui est sol atque de cæteris astris, declarans, quod calefaciunt inferiora per lumen, & generant. Vnde secundum peripateticorum scholam desumitur doctrina hæc, videlicet quod lux seu lumen est qualitas seu uirtus actiua primi alterantis. i. corporis cœlestis, qua agit atque influit in hæc inferiora, quæ virtus seu qualitas est viuificatiua viuorũ & calefactiua, atq; motiua ad esse generabilium, inquantum est instrumentum intelligentiæ. Intelligentia siquidem per motum luminariũ emisso lumine mouet ad esse omne corporale, quod sub cœlo generatur. Rationem vero præmissæ doctrinæ de luce ex philosopho suo adducunt Peripatetici hanc: quia sicut elementa tanquam corpora naturalia habent qualitates suas actiuas: ita cœlum, cum sit corpus naturale, debet habere qualitatem suam actiuam. Nullam autẽ ad sensum experimur esse in cœlo qualitatẽ actiuam, nisi lucem adiuncto motu, vt declaratur in 2. de cœlo. Hæc de luce prima, i. quæ inest primo corpori, dicta sunt. Sed etiam lux vniuersalissimè sumpta, vt. s. est in carbunculo aliisq; gemmis &c. est qualitas. Nam, secundum Auicennam 6. naturaliũ parte 3. c. 3. lux est qualitas, quę ex sua essentia est perfectio corporis lucentis secundum quod est lucens. Quod si de luce per respectum ad visum loquaris, etiam est qualitas. Lux enim sic accepta est (secundum philosophos) qualitas in eo, quod est uisibile ex sua essentia etiam non per aliud, & qua disponuntur media ad visionem colorati. Secundo habes quomodo per rationem huiusmodi dicta philosophica, pro quanto dicunt lucẽ esse qualitatẽ, declares, probes, defendas. Tertio vides quomodo ex his vicissim Angelica pręsens iuuetur conclusio.

D. 828. — 2 — 3

Comm. Cardinalis Caietani.

Titulus clarus est.

¶ In corpore tria iuxta tres opiniones duas extremas. Prima est, tenentium lumen intentionem. Secunda, tenentium lucẽ substantiam, & mediam. s. esse qualitatem actiuam consequẽtem corpus lucens ex se. Quo ad primum duo, primum opinio, lumen non habet esse naturale, sed intentionale. Secundum contra dupliciter: primo, quia denominat, secundo, quia causat effectus naturales.

¶ Hic aduerte quod Scotus in 2. d. 13. & Aegidius in secundo de anima, & in 2. sent. d. 23. tenent lumen intentionale esse habere. Et ad primam rationem S. Th. dicit Sco. ꝙ maior non est necessaria: sed vera in multis per accidens: quia nõ habemus denominatiua, propria. Ad secundam vero negat maiorem: affert autem Sco. rationem pro se, contra S. Th. difficilem, lumen recipitur in organo visus. ergo habet esse intentionale. Antecedens probat authoritate Auerrois in de sensu & sensato. & Aristotelis ibidem ponentis lumen intrinsecum oculo: consequentia probatur: quia sensibile positũ supra sensum, non causat sensationẽ.

¶ Ad hoc breuiter videtur mihi dicendũ, ꝙ esse luminis neq; est esse pure intentionale, neque naturale, ut distinguitur contra intentionale: sed est esse altius præhabens in se virtualiter id ꝙ spectat ad esse naturale & intentionale. Ita ꝙ est vtrumque & neutrum & alterum. s. naturale ut S. Th. dicit. Neutrum quidẽ, quia non habet esse naturale quod distinguitur contra intentionale, i. esse naturale sic materiale, quemadmodum sensibilia obiecta sensuum habent, quæ ob suam materialitatem sentiri nõ possunt, posita supra sensum secundum se: quia sensus non est receptiuus nisi specierũ sine materia. nec hẽt esse intentionale, vt distinguitur contra naturale. quia. s. non est tñ intentio rei sensibilis, sed res ipsa sensibilis. Nec deficit a complemento essendi, qđ natum est in natura conuenire quidditati lucis; quemadmodum intentio albedinis non habet esse illud quod natum est in natura conuenire quod quid erat esse albedini. Vtrũq; vero, quia hoc ostendit efficaciã eius, recipitur. n. in organo, & non impedit, immo facit sensationem. ergo habet quod est intentionis. Causat rursus transmutationes reales in rebus inanimatis calefaciendo &c. ergo habet quod est esse naturalis. Alterum autem. s. naturale: quia hoc esse altius, in quo lumen prǽhabet quod est vtriusq; naturale esse, illius est, vt subiectum ostendit. Esse siquidem naturale alicuius quidditatis ab intentionali eiusdem, in subiecto differunt: vt patet in omnib. inductiuẽ. Subiectum autem lucis & luminis idem est. s. diaphanum inquantũ huiusmodi, igitur. Sed qm̃ hoc esse, est spirituale ualde. ideo habet etiã id quod est intentionis. Et hoc ex eadem radice venit: quia organum visus est eiusdem naturæ cum eius subiecto: quia diaphanum est, ut patet in de sensu & sensato: & hoc modo omnes aliquo modo dixerunt verum.

¶ Quo ad 2m duo: primũ opinio, ꝙ est forma substãtialis, 2m contra dupliciter, quia sensibile per se, & quia in vno accidens.

¶ Quo ad tertium conclusio responsiua. Lux est qualitas actiua, consequens substantiam corporis ex se lucentis. Probatur dupliciter. Primo, quasi per locum a diuisione: quia nullum prædictorum est. ergo. Secundo a signo: quia radij stellarum habent diuersos effectus, iuxta stellarum diuersitatem.

¶ Sed circa hoc signum, est dubium, ad quid adductum sit hoc signum. Non. n. ad hoc ꝙ lux sit qualitas, nec ad hoc ꝙ sit actiua: quia vtrumq; horum probatum est. ergo ad hoc ꝙ est consequens formam corporis lucentis ex se. Sed hoc non infertur ex hoc signo, nisi tenendo omnes stellas lucere ex se, quod est aut falsum, aut dubium. Et patet hoc, quia diuersitas effectuum, non arguit lucem consequi corpus ex se lucens, nisi quia quęlibet lux agit in virtute illius corporis, ex quo fluit. sic enim iuxta diuersitatem corporum, erit diuersitas actionum.

¶ Ad hoc est dicendum, ꝙ quicquid sit de causalitate lucis ex stellis, ad propositum distinguere sufficit, quod lucem sequi corpus lucens, contingit dupliciter. s. quo ad agere, & quo ad esse. Et ꝙ dato ꝙ lux sequatur quo ad vtrũque simul, tantum corpus lucens ex se, & illud sit sol, sequitur tamen ad agere quodlibet corpus lucens, qm̃ lux imbibitur in eo, & agit secundum proprietatẽ eius, & inde est, ꝙ lux lunæ habet proprium effectum, quãuis sit a sole. Ex hoc igitur, ꝙ lux sequitur cuiuslibet corporis lucẽtis proprietatem quo ad agere, vt patet in radiis diuersarũ stellarum, habentibus diuersum effectum iuxta earum diuersitatẽ, signum habetur, quod lux sequitur quo ad esse, & quo ad agere simul corporis lucentis ex se, tanquam primum subiectum.

S. Bon. 2. s. dist. 13. q. 1. art. 2.
Scot. 2. s. d. 13. q. 1.
Riccar. 2. s. d. 13. q. 5.
Mairo. 2. s. d. 13. q. 1.
Bacco. 2. s. d. 13. q. 2.

145
2. d. 13. a. 4
Et G. l 4.
le. 5. fin.

SVP. Q. LXVII. ART. IIII. Con-

ARTICVLVS IIII.

Vtrum conuenienter lucis productio in prima die ponatur.

Ad quartum sic proceditur. Videtur, ꝙ inconuenienter lucis productio, in prima die ponatur. Est. n. lux qualitas quædam, vt dictum * est. Qualitas aũt cum sit accidens, non hẽt rationẽ primi, sed magis rõnẽ postremi: nõ ergo prima die dẽt poni ꝓductio lucis.

¶ 2 Præt. Per lucem distinguitur nox a die, hoc autem fit per solem, qui ponitur factus die quarta.

* ar. præc.

Conc. Necessarium fuit, vt informitas tenebrarum primo remoueretur per lucis productionem propter duo.

¶ Pro. Quia lux est qualitas primi corporis, & secundum qualitatem

Ergo non debuit poni productio lucis prima die.

¶ 3 Præt. Nox & dies fit per circularem motum corporis lucidi. Sed circularis motus est proprius firmamenti, quod legitur factum die secunda. Ergo non debuit poni in prima die productio lucis distinguentis noctem & diē. Si dicatur, ꝙ intelligitur de luce spirituali: Contra. Lux quæ legitur facta prima die, facit distinctionem a tenebris: sed non erant in principio spirituales tenebræ, quia etiam Dæmones fuerunt a principio boni, vt supra dictū est.* non ergo prima die debuit poni productio lucis.

*q.67.a.4.

SED CONTRA. Id sine quo non potest esse dies, oportuit fieri in prima die. Sed sine luce non potest esse dies. Ergo oportuit lucem fieri prima die.

RESP. Dicendum, ꝙ de productione lucis, est duplex opinio Aug.* n. videtur dicere, ꝙ non fuerit conueniēs Moysen prætermisisse spiritualis creaturæ productionem & ideo dicit, ꝙ cū dicitur, In principio creauit Deus cœlum & terram, per cœlū intelligitur spūalis natura adhuc informis, per terrā aūt intelligitur materia informis corporalis creaturæ. Et quia natura spiritualis dignior est q̄ corporalis; fuit prius formanda. Formatio igitur spiritualis naturæ, significatur in productione lucis, vt intelligatur de luce spirituali. Formatio .n. naturę spiritualis est per hoc, ꝙ illuminatur ut adhæreat verbo Dei. Aliis aūt vr̄, ꝙ sit prætermissa a Moyse productio spiritualis creaturę: sed huius rōnem diuersimode assignant, Basil. n. dicit, ꝙ* Moy. principium narrationis suę fecit a principio quod ad tempus pertinet sensibilium rerū: sed spiritualis natura .i. angelica prætermittitur, quia fuit ante creata. Chrys. aūt assignat aliam rōnem, quia Moy.* loquebatur rudi populo, qui nihil nisi corporalia poterat capere, quē ét ab idololatria reuocare volebat. Assumpsissent aūt idolatriæ occasionem, si propositæ fuissent eis aliquæ substantiæ supra omnes corporeas creaturas: eas. n. reputassent deos, cum ét proni essent ad hoc, ꝙ solem, & lunam, & stellas colerent tanqam deos, quod eis inhibetur Deut. 4. Præmissa aūt fuerat circa creaturam corporalem, multiplex informitas. Vna quidē in hoc, ꝙ dicebatur, Terra erat inanis & vacua: alia vero in hoc, ꝙ dicebatur, Tenebræ erant super faciem abyssi. Necessarium aūt fuit, ut informitas tenebrarum primo remoueretur per lucis ꝓductionem, pp duo. Primo quidē, quia lux, ut dictū est,* est qualitas primi corporis: vnde secundum eam, primo fuit mundus formandus. Secundo pp cōitatem lucis, communicant .n. ea inferiora corpora cum superioribus. Sicut aūt in cognitione proceditur a cōioribus, ita ét in operatione: nam prius generatur viuum q̄ animal: & animal quam homo, ut dr̄ in lib.* de generatione animalium. Sic ergo, oportuit ordinem diuinæ sapientię manifestari, ut prima inter opera distinctionis produceretur lux, tāquam primi corporis forma, & tanquam communior. Basi.* [illegible] posuit tertiam rationem, quia per lucem omnia alia manifestantur. Potest & quarta ratio addi, quæ [illegible] obiiciendo est tacta, quia dies non potest esse sine luce. unde oportuit in prima die fieri lucem.

*li.11.de ciui. Dei ca. 9. & 33. simul to. 5.

*Homi. 2. hexam. sſ. a.a prin. illius.

*Homi. 2. in Gen. cir. med. illius a.a.

*a.3. huius q.

*li.2. de generã. aialiū c.3. tom.4.

*Homi. 2. hexa. a me dio illius.

AD PRIMVM ergo dicendum, ꝙ secundum opinionem, quæ ponit informitatem materiæ, duratione præcedere formationem, oportet dicere, quod materia a principio fuerit creata sub formis substantialibus postmodum vero fuerit formata secundum aliquas conditiones accidentales, inter quas primum locum obtinet lux.

AD SECVNDVM dicendum, ꝙ quidam dicunt lucem illam fuisse quandam nubem lucidā, quæ postmodum facto sole, in materiam præiacentem rediit. Sed istud nō est conueniens: quia scriptura in principio Gen. cōmemorat institutionem naturæ, quæ postmodū perseuerat. vñ non debet dici quod aliquid tunc factum fuerit, qd postmodum esse desierit. Et ideo alii dicunt, quod illa nubes lucida adhuc remanet, & est coniuncta soli, ut ab eo discerni non possit. Sed secūdū hoc, illa nubes superflua remaneret, nihil aūt est vanū in operib. Dei. Et ideo alii dicunt, quod ex illa nube formatū est corpus solis. Sed hoc etiam dici non potest, si ponatur corpus solis non esse de natura quatuor elementorum: sed esse incorruptibile per naturam: quia secundum hoc, materia eius, non potest esse sub alia forma. Et ideo est dicendum, quod ut Dion. dicit* 4. c. de diuin. no. quod illa lux, fuit lux solis: sed adhuc informis quantum ad hoc, ꝙ iam erat substantia solis; & habebat virtutem illuminatiuam in communi: sed postmodum data est ei specialis & determinata virtus ad particulares effectus. Et secundum hoc, in productione huius lucis, distincta est lux a tenebris, quantum ad tria. Primo quidem, quantum ad causam, secundum quod in substantia solis erat causa luminis: in opacitate autem terræ causa tenebrarum. Secundo, quātum ad locum: quia in uno hemisphęrio erat lumen, in alio tenebræ. Tertio quantum ad tempus: quia in eodem hemisphærio secūdum unam partem temporis erat lumen, secundum aliam tenebræ. & hoc est quod dicitur. Lucem vocauit diem, & tenebras noctem.

*c.4. par.1. inter principium, & medium.

AD TERTIVM dicendum, quod Basil.* dicit lucem & tenebras tunc fuisse per emissionem, & contradictionem luminis, & non per motum.

*Home. 3. in hexam. a med illius.

Sed contra hoc obiicit August. † quod nulla ratio esset huius uicissitudinis emittendi & retrahendi luminis, cum homines & animalia non essent, quorum usibus hoc deseruiret. Et præterea hoc nō habet natura corporis lucidi, [illegible] trahat lumen in sui [illegible], sed miraculose po[illegible] hoc fieri. In prima aūt [illegible] institutione naturæ, nō q̄[illegible] miraculū, sed quid natura rerum habeat, ut Aug.* dicit. Et ideo dicendum est, quod duplex est motus in cœlo. Vnus communis toti cœlo, qui facit diem & noctem, & iste videtur institutus primo die. Alius autem est, qui diuersificatur per diuersa corpora, secundū quos motus, fit diuersitas dierum adinuicem, & mensium, & annorum. Et ideo in prima die, fit mentio de sola distinctione noctis & diei, q̄ fit p motū cōem. In quarta aūt die, fit mētio de diuersitate dierū, & tēporū, & annorum cum dr̄, vt sit in tpa & dies & annos. quæ quidem diuersitas fit per motus proprios.

†li.1. super Gen. ad li. c.16. tom.

*li.2. super Gen. ad li. c.1. parū a prin. to. 3.

AD QVARTVM dicēdū, ꝙ fm Aug. informitas nō ꝓcedit formationē duratione. Vñ oportet duce-

*Li.1. sup Gen. ad li. c.15. to. 3.

litatem primi corporis, primo fuit mundus formandus. Quia est lux est communis inferioribus ac superioribus corporibus, & a communioribus tum in cognitione, tum in operatione procedendum est. Quia per lucē omnia manifestantur. Quia dies non potest esse sine luce.

1^m de minori.

Primi. R. absolutē: non, in genere suo. §. Tunc &c. Nam primum in genere suo, est primum inter qualitates accidentales, primum absolutē, est primum in genere substantiæ, quorum prius tantum conuenit accidenti huic, scilicet luci. Lux ergo habet rationem primi in genere qualitatum, idest formarum accidentalium: licet non in genere formarum substantialium.

2^m de maiori.

Lucem. R. Quæ est substantia solis habens uirtutem illuminatiuam in communi, licet informis; non, quæ est nubes lucida conuersa quarto die in solem, vel coniuncta soli adhuc, uel quarto die rediens in præiacētem materiam. §. Tunc &c. Lux enim facta primo die fuit lux solis, licet adhuc informis, & formata specialiter quarto die; & per consequens per illa nox a distinguebatur die.

3^m de maiori.

Motum. R. Communem toti cœlo: non, proprium uniciuique cœlo. §. Scito ex litera motum illum communem esse motum primi mobilis, quod non est firmamentum, sed supra firmamentum. Vnde, quod factum fuerit secunda die firmamentum, non obstat proposito. Dic ergo data glossa formali, mox. Tunc &c. Nam primo die, immo ante omnem diem, idest in principio, fuit creatum cœlum quod est primum mobile.

4^m de maiori.

A tenebris. R. Idest ab informitate alterius creaturæ nōdum formatæ, uel a tenebris spiritualibus præuisis, non aūt a tenebris spiritualibus

bus tunc existentibus. §. Tunc &c. vt patet. Creatura corporalis est illa, quæ nondum erat formata, dum spiritualis formata fuit, & ideirco ratione hac, illa corporalis informitas appellatur nomine tenebrarum. Vide supra q. 63. ar. 5. ad secundum pro captu meliori dictorũ circa tenebras spirituales hic. Duplex erat opinio de successione illa dierum, & consequẽter formationem, & ideo duplicem quasi respon sionem includit unicũ responsum datum.

Vtilitas pro Eccle. S. Dei.

APPENDIX:

EX articulo habes primo: quomodo per rationem ostendas, recte dici Gen. 1. Dixitq; Deus fiat lux &c. Diuisit lucẽ a tenebris &c. vespere & mane dies vnus. Pro primo.n. accipitur ly unus, more Hebræorum: qui accipiunt plerumque Cardinalia nomina pro ordinalibus. Vnde ad ly vnus redditur postea ly secundus ly tertius, & c. quæ sunt nomina ordinalia. Secundo habes, quomodo per rationem id in sensu recto intelligas, intellectumq; defendas. Tertio vides: quomodo ex his uicissim firmetur cõclusio.

re, ꝙ p lucis ꝑductionẽ intelligatꝛ formatio spũalis creaturæ, nõ quæ est per gloriam perfecta, cum qua creata nõ fuit, sed quæ est p gratiã perfecta, cum qua creata fuit, vt dictum est. * Per hanc ergo lucẽ, facta est diuisio a tenebris, idest ab informitate alterius creaturæ non formatæ: sed si tota creatura simul formata fuit, facta est distinctio a tenebris spiritualibus, non quæ tunc essent, quia diabolus non fuit creatus malus, sed quas Deus futuras præuidit.

¶Not. Articu præsenti. seruit in ordi. arti culus 317. 341. 351. 359. 324. 343. 50. 352. 313.

Comm. Cardinalis Caietani.

TItulus clarus est.

¶In corpore duo. Primo respondetur secundum Aug. Secundo apud alios. & iuxta vtrãq; opinionem affirmatiuẽ. Sed differentia est, ꝙ primo modo lux supponit pro luce spirituali, secundo vero, pro corporali. Prima responsio. Lux conuenienter primo fit, quia naturæ spiritualis informitas primo debuit formari, & ea non debuit taceri. Quo ad secundum duo. Primo, arguit oppositum secundæ partis primæ, tripliciter. Tum, quia illa fuit ante creata apud Basil. Tum, quia apud Chryso. quia occasio idololatriæ: tum quia rudis populus docebatur. Secundo, ponitur secunda responsio qua dupliciter probata. Tum, quia lux est primi corporis forma: Tum, quia communior. Tũ quia est manifestatiua cæterarũ: Tum, quia dies, non poterat esse sine luce.

Alb. Ma. 2. dist. 34. ar. 1. & 2.

SVP. Q. LXVIII. ART. I.

COncl. 1. Productio substantiæ firmamenti in principio ante omnem diem facta est: sed de aliqua formatio eius, pertinet ad opus secundæ diei.

¶Prob. Quia impossibile est, quod firmamentum secundũ substantiam (cum sit incorruptibile) sit factũ per materia prius tempore existente. Quia ad opus creationis pertinet producere principales (vt sunt elementa: cœli) non ex aliquo. Quia hoc dictum est conforme dicto Dionysij, de Sole prius informi, postea formato (ut quæst. 67. articulo quarto secundum.)

345

¶Con-

QVÆSTIO LXVIII.

De opere secundæ diei, in quatuor articulos diuisa.

DEINDE considerandum est, de opere secundæ diei.

ET circa hoc quærun tur quatuor.

¶Primò, Vtrum firmamentum sit factum secunda die.

¶Secundò, Vtrum aliquæ aquę sint supra firmamentum.

¶Tertiò, Vtrum firmamentum diuidat aquas ab aquis.

¶Quartò, Vtrum sit unum cęlum tantum, vel plures.

ARTICVLVS I.

Vtrum firmamentum sit factum secunda die.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur, ꝙ firmamentum non sit factum secunda die. Dicitur enim Genes. 1. Vocauit Deus firmamentum cœlum. Sed cœlum factum est ante omnem diem, vt patet cum dicitur, In principio creauit Deus cœlum & terram Ergo firmamentum non est factum secunda die.

¶2 Præt. Opera sex dierum, ordinantur secundum ordinem diuinæ sapientię. Non conueniret autem diuinæ sapientiæ, vt posterius faceret quod est naturaliter prius. Firmamentum autem est naturaliter prius aqua & terra, de quib. tamen fit mentio ante formationem lucis, q̃ fuit prima die. non ergo firmamentũ factum est secunda die.

¶3 Pręt. Omne quod est factum per sex dies, formatum est ex materia prius creata ante omnem diem. Sed firmamentum non potuit formari ex materia præexistẽte, quia sic esset generabile & corruptibile. Ergo firmamentum non est factum secunda die.

SED CONTRA est, quod dicitur Gen. 1. Dixit Deus, Fiat firmamentum. & postea sequitur. Et factum est uespere & mane dies secundus.

RESP. Dicendum, ꝙ sicut Aug. * docet, in huiusmodi quæstionib. duo sunt obseruanda. Primo quidẽ, vt veritas scripturæ inconcusse teneatur. Secundo, cum scriptura diuina multipliciter exponi possit ꝙ nulli expositioni aliqs ita pcisè inhæreat, ꝙ si certa ratione constiterit hoc esse falsum, q aliquis sensum scripturę esse asserere præsumat ne scriptura ex hoc verbo ab infidelib. derideatur, & ne eis uia credendi præcludatur. Secundum est ergo, ꝙ hoc, quod legitur, firmamentum secũda die factum, dupliciter intelligi potest. Vno modo, de firmamento in quo sunt sidera. & ẽm hoc, oportet nos diuersimode exponere ẽm diuersas opiniones hominum de firmamento. Quidã.n. dixerunt, firmamentũ illud esse ex elementis compositum. hæc fuit opinio Empedoclis, qui dixit ideo illud corpus indissolubile esse, quia in eius compositione lis non erat: sed amicitia tm̃. Alii uero dixerunt, firmamẽtũ esse de natura quatuor elementorũ, non quasi ex elementis cõpositũ, sed quasi elemẽtũ simplex, & hæc opinio fuit Platonis, qui posuit corpus cœleste esse elementũ ignis. Alii uero dixerunt, cœlũ non esse de natura quatuor elementorũ: sed esse qntũ corpus, pręter quatuor elementa. Et hæc est opinio Ari. * Secundũ igitur primam opinionẽ absolute pos set concedi, ꝙ firmamentum factũ fuerit secunda die, ẽt ẽm suam substantiam. nã ad opus creationis pertinet producere ipsam elementorũ, substantiã, ad opus aũt distinctionis & ornatus ptinet formare aliqua ex præexistentib. elementis. Scdm uero opinionẽ Plato non est cõueniens, ꝙ firmamentũ credatur ẽm suã substantiã esse factũ secũda die. Nã facere firmamentũ secundum hoc, est producere elementum ignis. Productio aũt elementorũ, pertinet ad opus creationis, secundũ eos qui ponunt informitatẽ materiæ tpe pręcedere formationẽ, quia formæ elemẽtorum sunt, quæ primo adueniunt materiæ. Multo autem minus secundum opinionẽ Arist. * poni põt ꝙ firmamentũ secũdum suam substantiã sit secunda die productum, secundum ꝙ per istos dies successio temporis designatur. Quia cœlũ, cũ sit secundum suã naturã incorruptibile, hẽt materiã quę non potest subesse alteri formæ. Vnde impossibile est, ꝙ firmamentũ sit factũ ex materia prius tempore existente. Vnde productio substantiæ firmamẽti, ad opus creationis pertinet. sed aliqua formatio eius secundũ has duas

* Ex libr. 1. super Gen. ca. 18. & li. 12. confes. c. 24. & 25. colligitur to. 3. & 1. Aureadue Augustini.

* li. 1. de cœlo, a tex. 16. usq; ad 32. tom. 2.

* Ari. li. 1. de cœlo, tex. 20. t. 2.

¶ Concl. 2. Si per istos dies non designetur temporis successio, sed tantum ordo naturæ (vt August. vult); nihil prohibebit dicere, secundum quamcumque opinionem, substantiam firmamenti esse factam secunda die.

¶ Prob. Quia id patet ex negata successione temporis, etiam quòd dies firmamenti vocetur secunda.

¶ Concl. 3. Secundum expositionem accipientem firmamentum pro corpore aeris magis spisso, nihil repugnans sequitur cuicumque opinioni.

¶ Prob. Quia hæc opinio non accipit firmamentum in sensu illo quo accipiût omnes præcedêtes opiniones, scilicet pro cœlo sydereo; sed pro cœli aerei spissiori parte.

*Lib. 4 super Genes. ad literã, c. 22. & 34. & li. 5. c. 5. tom. 3.

1^m de maiori.

Cœlum. ℞. Idem illi de quo dicitur, In principio creauit cœlum: vel aliud ab illo. §. Scilicet Aut corporeũ (ad differentiam illius primi, s. naturæ spiritualis informis), Aut sydereum (ad differentiam empyrei), Aut sydereum (ad differentiam primi mobilis), Aut partem aeris spissiorê (ad differentiã syderei). Tunc nihil &c. Vide textum; & j. si attendantur simul conclusiones tres præmissæ, inde notes pro semper, quòd nomen cęli attribuitur ęquiuocè aeri, non uniuocè. Est enim corruptibilis aer secundum partê, non incorruptibilis; vt cœli propriè dicti.

* In hexa. hom. 3. ante med.

† Li. 2. sup Gen. c. 4 in med. to. 3.

2^m de minori.

Firmamentum. ℞. Secundum variam considerationem. §. Tunc iuxta variam hanc considerationem satisfactum argumento est, & per conclusiones, & ad primum.

duas opiniones, pertinet ad opus secundæ diei; sicut etiam Dion. dicit 4. c. de diu. nom. φ lumen Solis fuit informe in primo triduo, & postea fuit in quarta die formatũ. Si autem per istos dies nô designetur têporis successio, sed solũ ordo naturæ: vt Aug.* vult: nihil prohibebit dicere secundum quamcũq; harum opinionum, formationem secundum substantiam firmaméti ad secũdum diem pertinere. Potest autem & alio modo intelligi, vt per firmamentum quod legitur secũda die factum, non intelligatur firmamentum illud in quo fixę sunt stellæ, sed illa pars aeris, in qua cõdensantur nubes. Et dicitur firmamentum, propter spissitudinem aeris in parte illa. Nam quod est spissum & solidum, dicitur esse corpus firmũ, ad differétiam corporis mathematici, vt dicit* Basil. Et secundũ hanc expositionem, nihil repugnans sequitur cuicumque opinioni. Vndè Aug.† 2. super Gen. ad lit. hác expositionem commêdans, dicit: Hanc considerationem, laude dignissimã iudico. Quod enim dixit, neque est contra fidem, & in promptu posito documento credi potest.

Ad primum ergo dicendum, quòd secundũ Chrys. primo Moyses summariè dixit qđ Deus fecit, præmittens. In principio creauit Deus cœlum & terram, postea per partes explicauit, sicut si qs dicat, Hic artifex fecit domum istam, & postea subdat, Primò fecit fundamenta, & postea erexit parietes, tertiò superposuit tectum. & sic non oportet nos aliud cœlum intelligere, cum dicitur, In princ. crea. Deus cęl. & terr. & cũ dicitur, quòd secũda die factum est firmamentum. Potest etiam dici, aliud esse cęlum quod legitur in principio creatũ, & quod legitur secunda die factum. Et hoc diuersimodè. Nam secundũ Aug.* cęlũ quod legitur primo die factum, est natura spiritualis informis. Cœlum autem quod legitur secunda die factum, est cœlum corporeum. Secundum verò † Bedam & Strabum, cœlum quod legitur primo die factum, est cœlũ empyreum. Firmamétum verò quod legitur secunda die factum, est cœlum sydereum. Secundũ verò Damasc.* cœlũ quod legitur prima die factũ, est quoddã cœlum sphęricum sine stellis: de quo Philosophi loquunť, dicentes ipsum esse nonã sphęram, & mobile primum quod mouetur motu diurno. Per firmamentũ verò factum secunda die, intelligitur cœlum sydereum. Secundum autem aliã expositionem quam August.* tangit, cœlum prima die factũ, est etiam ipsum cęlum sydereum. Per firmamentum verò secunda die factum, intelligitur spatium aeris, in quo nubes condensantur, qđ etiam cœlum æquiuocè dicitur. Et ideò ad æquiuocationem designãdam, signanter dicitur, Vocauit Deus firmamentum cœlum, sicut & supra dixerat, Vocauit lucem diem, quia dies etiam pro spatio vigintiquatuor horarum ponitur. Et idem est in aliis obseruandum, vt* Rabbi Moyses dicit.

Ad secundum & tertium patet solutio ex supradictis.

3^m de minori.

Formari. ℞. Quantum ad productionem substantiæ, dato, quòd per illos dies designetur successio temporis: non autem, quantum ad quędam alia. §. Tunc &c. Vide conclusionem primam: & scito, hoc argumentum sic glossatum militare pro ipsa.

APPENDIX.

Vtilitas pro Eccle. S. Dei.

Ex artic. habes primò: quomodo per rationê radicaliter interimas hęresim illam, q̃ fuit Aristotelis (Director. Inquisit. 2. par. quæst. 3.) dicentem: quòd cœlum non fuit factũ, neque genitũ, sed ingenitũ, & æternum. Si. n. esse factum firmamentũ cœlum scđa die probat: vtiq; reijcitur opinio, φ non sit factũ, & φ sit æternum. Et nota, φ omnes articuli sancti Doctoris de factione cęli cuiuscũque corporei, incorruptibilis tractantes militanť contra p̃dictũ errorem Aristotelis. Secũdò habes: qũo per rationem ostẽdas, iustè dãnari p̃dictã hæresim à symbolo fidei, Creatorê cęli, & terræ. A Concilio Lateranensi de summa Trin. & fide cath. firmiter &c. ab initio tpis condidit, vnũ primcipiũ visibilium omniũ, & inuisibilium. Item à Côc. Toletano primo, c. 21. de regulis fidei catholicæ, sic: Si quis dixerit aut crediderit, à Deo omnipotente mũdum hunc factum non fuisse, atq; omnia eius instrumenta; anathema sit. Hæc ibi. Qđ autê creaturæ non sint Deo coęternę; vide q. 61. art. 2. vbi damnať contrariũ. Tertiò vides: quomodo ex his vicissim Angelica stabiliatur doctrina præsens.

* Aug. li. 1. super Gen. ad lit. c. 9.

† In glo. ordinaria super illud, In princ.

* Damasc. lib. 2. c. 6. nõ procul à princ.

* Li. 2. sup Gen c. 1. à med. to. 3.

* Li. 2. Prophetarum c. 30.

¶ Notat. Articulo huic deseruit articulus in ordine 149. 338. 346. 344. 337. 360. 349.

Pro studio.

Tertium

Comm. Cardinalis Caietani.

Titulus clarus est.

¶ In corpore duo principaliter. Primò, præmittit duo generalia documenta Augustini. Primum, quòd veritas saluetur scripturæ. Secundum, quod nulla opinio immobiliter attribuatur illi. Secundò respondet quæsito iuxta tres opiniones de firmamento (s. quòd aut cœlum sydereum compositum ex elementis, aut cœlum sydereum corpus simplex, & hoc, vel vnũ elementorum, vel quinta essentia, aut superior pars aeris in qua nubes) sub disiunctione & conclusione bimembri. Si ordo dierum dicat ordinem temporis, firmamentum primo modo potest dici secunda die factum, secundum substantiam, non autem secundo. Idem autem est iudicium de tertio, sed secundum formationem aliquam factum dicitur. Si verò dicat ordinem naturæ, potest dici secundum substantiam secunda die factum, quocumque modo sumatur. prima pars patet: quia firmamentum primo modo est compositum secunda, quia formæ simplicium corporum, pertinent ad productionem primo die factam. Secundum membrum patet ex se.

Aegid. 2. s. d. 14. q. 1. ar. 1.
S. Bon. d. 14. ar. 1. q. 1.
Riccar. d. 14. q. 1.
Durand. d. 14. q. 1.
Alb. Mag. 2. d. 14. ar. 1.

346 2. d. 14. ar. 1. 2. Et de po. q. 4. artic. 1. ad 5. Et quo. 4. q. art. 4.

SVPER Q. LXVIII. ART. II.

ARTICVLVS II.

Vtrum aquæ sint supra firmamentum.

Ad secundum sic proceditur. Videtur, quòd aquę non sunt supra firmamentum. Aqua. n. est naturaliter grauis. Locus autem proprius grauis, nõ est esse sursum, sed solum deorsum. ergo aquæ non sunt supra firmamentum.

¶ 2 Præt. Naturaliter aqua est fluida. Sed quòd est fluidum, non potest consistere super corpus rotundum, vt experimento patet. ergo cum firmamentum sit corpus rotundum, aqua non potest esse supra firmamentum.

Concl. Aquæ corporales sunt supra firmamentum diuersimodè sumptum.

¶ Prob. Quia sunt vel de natura quatuor elementorum, si firmamentũ ponatur de natura elementorum; vel non de natura, id est cęlum aqueum, si firmamentum non ponatur de natura elementorũ vel

vel materia informis corporum, ſi firmamẽtum non ponatur de natura elementorum; vel aquæ uaporabiliter eleuatæ, ſi firmamentum ponatur cœlũ aereum (tribus autem dictis modis firmamentum ſumebatur pro cęlo ſydereo).

1^m de maiori. Aqua. ℞. Spiſſa: non, tenuis. §. Tunc &c. vt patet. Data præſente reſponſione nota; quòd, ad ſuſtentandũ illam, oportet ponere ordinẽ in elemẽtis aliũ, quam ponat Ariſtoteles.

* Li. 2. c. 5. in fine ſcriptura maior corde noſtro.

Item de maiori. Aqua. ℞. Exiſtens de natura elementorum: non autem, materia informis corporum. §. Tunc nihil &cæt. Nam aqua ſumpta pro materia illa (ſicut & ſumpta pro cœlo aqueo) non eſt grauis tendens deorſum. Vide ſecundum reſponſum text. ly vel quod per &c.

† Hom. 1. in Gen. nõ lõge à princ. tom. 1.

* Hom. 3. Hexam. nõ multũ procul à fine: ſed nõ ſunt omnia hęc verba.

2^m de minori. Aqua. ℞. Vaporabiliter reſoluta; non, cœlũ aqueum; vel materia informis corporum. §. Tunc nihil &c. Nam licet uaporabiliter reſoluta, cùm ſit de natura elementorum, fluat: non tamen iſtis duob. modis alijs accepta.

Item de maiori. Aqua. ℞. Rara: non glaciata. §. Tunc &cæt. vt patet. Nota illam propoſitionem, fluidum non poteſt conſiſtere ſupra rotundum, intellige ex ea parte, qua rotundũ eſt; & etiam naturaliter loquendo. Vnde, ſi ponãtur aquæ illæ eſſe fluidæ, dicendum erit; vel quòd cœlum, ſupra quod ſunt, non neceſſario erit ex parte ſuperiori illa rotundum, ſed conuexum; vel quòd, ſi erit etiam ibi rotundum, aquæ ipſæ continebuntur ibi virtute diuina. Vide reſp. Baſilij.

* Habeſ in gloſſa ord. Gen. 1. ſuper illud: In principio creauit Deus.

3^m de maiori. Ad generationem. ℞. Vel ad contemperandum calorem cœleſtium corporum, uel ad utilitatem pluuiarum. §. Tunc nihil &c. Non enim fruſtra eſt ibi, ubi ordinatur ad vnum iſtorum; licet non ad duo, nec ad omnia.

* Lib. 1. de Gen. cõtra Manichę. ca. 5. & 7. tom. 1.

AP-

¶3 Præt. Aqua cum ſit elemẽtum, ordinatur ad generationẽ corporis miſti: ſicut imperfectũ ordinatur ad perfectum. Sed ſupra firmamentum, non eſt locus miſtionis, ſed ſupra terram. ergo fruſtra aqua eſſet ſupra firmamentum. Nihil autẽ in operibus Dei eſt fruſtra. ergo aquæ non ſunt ſupra firmamentũ.

SED CONTRA eſt, quòd dicitur Gen. 1. quòd Diuiſit aquas quę erant ſupra firmamentum, ab his quæ erant ſub firmamento.

RESP. Dicendum, ꝙ ſicut dicit Aug.* 2. ſuper Geneſ. ad lit. Maior eſt ſcripturæ huius authoritas, ꝙ̃ omnis humani ingenii capacitas. Vnde quomodo & quales aquę ibi ſint, eas tamen ibi eſſe, minimè dubitamus. Quales autem ſint illæ aquæ, non eodem modo ab omnibus aſſignatur. Orig.† dicit, quòd aquę illæ quæ ſuper cęlos ſunt, ſunt ſpirituales ſubſtãtiæ. Vnde in Pſal. 148. dicitur, Aquæ quæ ſuper cælos ſunt, laudent nomen Domini. & Dan. 3. Benedicite aquę omnes quæ ſuper cælos &c. Sed ad hoc reſpondet Baſil.* in 3. Exam. quòd hoc non dicitur, eo quòd aquæ ſint rationales creaturæ, ſed quia conſideratio earũ prudenter à ſenſu habentibus contemplata, glorificationem perficit Creatoris. Vnde ibidem dicitur idem de igne & grandine, & huiuſmodi, de quibus conſtat, quod non ſunt rationales creaturæ. Dicẽdum eſt ergo, quòd ſunt ibi aquæ corporales: ſed quales aquæ ſint, oportet diuerſimodè diffinire, ſecundùm diuerſam de firmamento ſententiam. Si enim per firmamentum intelligitur cœlum ſydereum, quod ponitur eſſe de natura quatuor elementorum, pari ratione & aquæ quæ ſup cœlos ſunt, eiuſdem naturæ potuerunt credi cum elementaribus aquis. Si autẽ per firmamentum intelligatur cœlum ſydereum, quod non ſit de natura quatuor elemẽtorum, tunc & aquæ illæ, quæ ſunt ſupra firmamentum, non erunt de natura elementarium aquarum. Sed ſicut ſecundum Strabum,* dicitur cœlum empyreum, i. igneum, propter Solis ſplendorem, ita dicetur aliud cęlum aqueum, propter ſolã diaphaneitatem, quod eſt ſupra cœlũ ſydereum. Poſito etiam, quòd firmamentum ſit alterius naturæ præter quatuor elementa, adhuc poteſt dici, quòd aquas diuidit, ſi per aquã non elementum aquæ, ſed materiã informem corporũ intelligamus, vt Auguſt.* dicit ſuper Gen. ad lit. contra Manichæos, quia ſecũdum hoc, quicquid eſt inter corpora, diuidit aquas ab aquis. Si autẽ per firmamentum intelligatur pars aeris, in qua nubes condenſantur, ſic aquæ quæ ſupra firmamentũ ſunt, ſunt aquæ, quæ vaporabiliter reſolutæ, ſupra aliquam partem aeris eleuantur, ex quibus pluuiæ generantur: dicere enim quòd aquę vaporabiliter reſolutæ eleuentur ſupra cœlum ſydereum (vt quidam dixerunt, quorum opinionẽ Aug. tangit in 2.* ſuper Gen. ad lit.) eſt omnino impoſſibile. Tum, propter ſoliditatem cœli. Tum, propter regionem ignis mediam, quæ huiuſmodi uapores conſumeret. Tum, quia locus quo ferũtur leuia & rara, eſt infra concauũ orbis Lunæ. Tum etiam, quia ſenſibiliter apparet, vapores non eleuari vſque ad cacumina quorundam montium. Quòd etiam dicunt de rarefactione corporis in infinitum, propter hoc quòd corpus eſt in infinitum diuiſibile: vanum eſt. non enim corpus naturale in infinitum diuiditur, aut rareſit, ſed vſque ad certum terminum.

* Lib. 2. c. 4. tom. 3.

AD PRIMVM ergo dicẽdum, quòd quibuſdam videtur ratio illa ſoluenda per hoc, quòd aquæ quãuis ſint naturaliter graues, virtute tamen diuina ſuper cœlos continentur. Sed hanc ſolutionem Aug. excludit* 2. lib. ſuper Gen. dicens, quòd nunc quemadmodum Deus inſtituit naturas rerum, conuenit quærere non quid in eis ad miraculum ſuæ potentiæ velit operari. Vnde aliter dicendum eſt, quòd ſecundum duas vltimas opiniones, de aquis & firmamento patet ſolutio ex præmiſſis.* Secundum autẽ primam opinionem, oportet ponere alium ordinem in elementis, quam Ariſt. ponat, vt quædam aquæ ſpiſſæ ſint circa terram: quædam verò tenues circa cœlum, vt ſic ſe habeant illæ ad cœlum, ſicut iſtæ ad terram. Vel quòd per aquam intelligatur materia corporum, vt dictum † eſt.

* Lib. 2. ſuper Geneſ c. 1. paulò à princ.

* In corp. art.

† In corp. art.

AD SECVNDVM etiam patet ſolutio ex præmiſſis ſcdm duas vltimas opiniones. Secundum verò primã, reſpondet Baſil.* dupliciter. Vno modo, quia non eſt neceſſarium, vt omne ꝙ in concauo apparet rotundũ, ſit etiam ſupra rotundũ, ſed conuexum. Secundò, quia aquæ quæ ſunt ſupra cœlos, non ſunt fluidæ: ſed quaſi glaciali ſoliditate extra cœlum firmatæ. Vnde & à quibuſdam dicuntur cœlum cryſtallinum.

* Baſil. homil. 3. hexam. aliquãtulum ante med. Cęlum dicitur, quia totum diaphanum vt aqua.

AD TERTIVM dicendum, ꝙ ſecundum tertiam opinionem, aquæ ſunt ſupra firmamẽtum vaporabiliter eleuatæ, propter vtilitatem pluuiarum. Secundum verò ſecũdam opinionem, aquæ ſunt ſupra firmamentum, id eſt cœlum totum diaphanum abſque ſtellis. Quod quidam ponunt primum mobile, quod reuoluit totum cœlum motu diurno, vt operetur per motum diurnum continuitatem generationis. ſicut cœlum in quo ſunt ſydera per motum, qui eſt ſecundum Zodiacum, operatur diuerſitatem generationis, & corruptionis per acceſſum & receſſum, & per diuerſas virtutes ſtellarum. Secundum verò primam opinionem, aquæ ſunt ibi, vt Baſil.* dicit, ad contemperandum calorem cœleſtium corporum: Cuius ſignum acceperunt aliqui, vt Aug. † dicit, quòd ſtella Saturni propter vicinitatem aquarum ſuperiorum, eſt frigidiſſima.

* Baſil. homil. 3. hexam. ante medium.

† Aug. li. 2. ſup Gen. cap. 5. per totum.

ARTI-

APPENDIX.

Vtilitas pro Eccle. S. Dei.

EX artic. habes primò: quomodo per rationem oſtendas, rectè ſcripturam ponere, aquas reperiri ſup firmamentum; quomodo ſ. per rationem id intelligatur; intellectumq́, (ſine præiudicio tamẽ alterius bonæ expoſitionis) defendaſ. Dixi, ſine pręiudicio &c. quoniam Auguſtinus multorum multas adducẽs de hoc expoſitiones, licet aliam alij præponat, nullam illarũ damnat; modò textum ſcripturarum, nõ deſtruat. Dixi ly modò textum ſcripturarum non deſtruat, ad excludendam hæreſim Caluini (vt refert Franciſcus Fauardentius) ad illud primũ capitulum dicẽtis: Alienum à ſenſu communi, & incredibile prorſus eſſe; quòd quædã aquę ſint cœlo ſuperiores; & quod quæcumque de illis in ſcripturis aſſeruntur eſſe tantummodò intelligenda de nubibus in aere ſuſpenſis, & capitibus noſtris imminentibus ac minantibus. Contra hunc pugnat quoque articulus præſens ſancti Doctoris. Tacebo Theodoretum in Pſal. 148. dicentem, Firmamẽto aquarũ naturã diuiſit Deus inexplicabili ſapientia, & ibi Euthymiũ, Chryſoſtomum, Ambroſ. 2. Hexameron, cap. 2. 3.

Iuſti-

Iustinum quæst. 97. Basil. hom. 3. Hexameron; Damasc. lib. 2. c. 9. Gregorium Nissenû Hexamer. Chrysost. hom. 4. in Gen. hos tacebo cum Augustino 11 de ciu. Dei, c. 34. aquas veras ibi ponentes: quoniã sufficit pro intento occurrente &c. vt q. 110. ar. 1. appen. solũ scriptura Gen. 1. fiat fir. in m. aq. & d. aq. ab aq. & fe. D. fir. d. aq. quæ er. s. fab aq. quæ er. s. fir. Hoc in loco nulla ponitur dictio significans tropũ, vel figuram: immo in signũ simplicis veritatis replicatur quater nomen & firmamenti, & aquarum. Vide q. 1. ar. 9. notation. post ad tertium. Item Psal. 103. extendẽs cęlum sicut pellem, qui tegis aquis superiora eius; & 148. Aquæ, quæ super cęlos sunt, laudent nomen Dñi. Item Dan. 3. Benedicite aquæ, quæ super cęlos sunt Dño. His in locis nec minimum signum est metaphoricæ locutionis; sed aperta, manifestaq; declaratio simplicis veritatis. vide q. 110. art. 1. app. Concilium dicens; q nostros intellectus scripturis oportet coaptare, non ẽ contra. Contra fingentes tropos, vbi non sunt, vide q. 1. art. 9. & alibi. Nota tamen hic; q Gabriel Prateolus in titulo, Origenitæ, pro vno illorũ errore habet: q dicebant, Aquas, quæ supra cęlos sunt, animatas & quasdam rationales esse virtutes. Nec mirum: quoniam à quinta Synodo Constantinop. cano. 6. damnatur sic: Si quis dicit Cœlũ, Solem, Lunam, & stellas, & aquas, quæ supra cęlos sunt, animatas quasdam esse & rationales virtutes; anathema sit. Et can. 10. Post narratos errores multos dicit, anathema sit Origeni, qui & Adamantius dictus, & hæc promulgauit, vnà cum detestandis eius & execrandis dogmatibus; & omni homini, qui hæc sentit, aut asserit, aut aliqua ex parte quocũque prorsus tempore ea defendere audet. Hæc illud Conciliũ: teste Prateolo titu. eodem. Secundò vides: quomodo ex his vicissim firmet Angelica doctrina ꝓpem

Comm. Cardinalis Caietan.

Titulus clarus est.

¶ In corpore duo principaliter. Primò, respondet quæstioni, an sit, affirmatiue, authoritate scripturæ. Secundo quæstioni quid est, id est quid sint illæ aquæ. Et quo ad hoc tria facit. Primo, tractat an sint spirituales, an corporales inter Origenem & Basilium: concludens corporales, respondet secundo tripliciter iuxta tres opiniones de firmamento, iuxta Platonem, quod sint de natura elementari: iuxta Aristotelem, quòd sint de quinta essentia diaphanæ: iuxta æquiuocationem firmamenti, quòd sint aquæ pluuiales, &c. Tertiò, excludit errorem dicentium, vapores aqueos supra sydera eleuari quinque rationibus, vt patet in litera.

SVPER Q. LXVIII. ART. III.

Concl. Siue per firmamentum intelligamus cœlum sydereum, siue spatium aeris nubilosum; Conuenienter dicitur, quòd firmamentum diuidit aquas ab aquis; secundum quòd per aquam, vel materia informis significatur, vel omnia corpora diaphana large intelliguntur.

147 Po. q. 4. ar-ti. 1. corp.

¶ Prob. Quia cœlum sydereum diuidit corpora inferiora diaphana à superioribus; & aer nubilosus superioris aeris partem, in qua generantur pluuię, ac huiusmodi impressiones, ab inferiori parte aeris; quæ propter connexionem ad aquas, aquarum nomine denotatur.

Quid noĩe aquarum.

¶ Not. In litera nomine aquarum intelligitur & aer, & ignis, & cœli septem planetarum. (Hæc omnia sunt corpora diaphana inferiora firmamento sydereo): & cęlum aqueũ, & aquæ eiusdem naturæ cum elemẽtaribus, & materia informis. (Hæc sunt corpora diaphana superiora firmamento; iuxta diuersas opiniones recitatas supra art. 2.)

1m de minori. Omnis aqua. R. Elementaris: non, superior firmamẽto. §. si tamen firmamentum sumatur pro cœlo sydereo diuersæ naturæ ab elementis. Tunc nihil &cæt. Locus enim diuersus debetur naturaliter diuersis secundum speciem, & tanto magis: quàto etiam iisdem secundum speciem locu diuersus, ratione alicuius alterius diuersitatis (vt nunc patebit) tribuitur.

Item de maiori. Vnus locus. R. Eadem ratione sumptus: non diuersis. §. Tunc nihil &cæt. Nam locus superior aquarum elemẽtarium ratione generationis earum sumitur; inferior ratione quietis earum. Et quia locus proportionari debet locato, dicendum, quòd si aquæ considerentur vt generabiles, debetur eis locus superior; si autem, vt quiescibiles, debetur eis inferior. vide secundum responsum textus ly si autem per &c.

Secundum Disce, docere.

ARTICVLVS III.

Vtrum firmamentum diuidat aquas ab aquis.

Ad tertium. sic proceditur. Videtur, q firmamentũ non diuidat aquas ab aquis. Vnius enim corporis secundum speciem est vnus locus naturalis. Sed omnis aqua omni aquę est eadem specie, vt dicit[a] Philosophus. Non ergo aquæ ab aquis sunt distinguendæ secundum locum.

*Lib. 1. Topic. c. 6. parũ à princ. tom. 1.

¶ Si dicatur, quòd aquæ illæ quæ sunt supra firmamentum, sunt alterius speciei ab aquis, quæ sunt sub firmamento, contra. Eaquæ sunt secundũ speciem diuersa, non indigent aliquo alio distinguente. Si ergo aquæ superiores & inferiores specie differunt, firmamentum eas ab inuicem non distinguit.

¶ 2 Præterea. Illud videtur aquas ab aquis distinguere, quod ex vtraque parte ab aquis contingitur: sicut si aliquis paries fabricetur in medio fluminis. Manifestum est autem, quòd aquæ inferiores non pertingunt vsque ad firmamẽtum. ergo non diuidit firmamentum aquas ab aquis.

Sed contra est, q dr Gen. 1. Fiat firmamentum in medio aquarum, & diuidat aquas ab aquis.

Resp. Dicendũ, q aliquis considerando superficietenus literam Gen. posset talem imaginationem concipere sm quorundã antiquorum Philosophorũ positionem. Posuerunt. n. quidã, aquam quoddam infinitum corpus, & oium aliorum corporum principium. Quã quidẽ immensitatem aquarum accipere posset in nomine Abyssi, cum dicitur, quòd tenebrę erant super faciẽ abyssi. Ponebant etiam, quòd istud cęlum sensibile quod videmus, nõ cõtinet infra se omnia corporalia: sed est infinitum aquarum corpus supra cœlum. Et ita posset aliquis dicere, quòd firmamentum cœli diuidit aquas exteriores ab aquis interioribus, i. ab omnibus corporibus, quæ infra cœlum cõtinentur, quorum principium aquam ponebant. Sed quia ista positio per veras rationes falsa deprehenditur, non est dicẽdum hunc esse intellectum scripturæ: sed considerandum est, quòd Moyses rudi populo loquebatur, quorũ imbecillitati condescendens, illa solum eis proposuit, quæ manifestè sensui apparent. Omnes autem quantumcumque rudes terram & aquam esse corpora sensu deprehendunt. Aer autem non percipitur ab omnib. esse corpus, in tantum quòd etiã quidam Philosophi, aerem dixerunt nihil esse, plenum aere vacuum nominantes. Et ideò Moyses de aqua & terra mentionẽ facit expressam, aerem autem non expresſè nominat, ne rudibus quoddam ignotum proponeret. Vt tamen capacibus veritatẽ exprimeret, dat locum intelligendi aerem, significans ipsum quasi aquæ annexum, cum dicit, quòd tenebræ erant super faciem abyssi. Per quod datur intelligi, super faciem aquæ esse aliquod corpus diaphanum, quod est subiectum lucis & tenebrarum. Sic igitur siue per firmamentum intelligamus cœlum in quo sunt sydera, siue spatium aeris nubilosum, conuenienter dicitur, quòd firmamentum diuidit aquas ab aquis, secundum quòd per aquam materia informis significatur, vel secundum quòd omnia corpora diaphana sub communi nomine aquarum intelliguntur. Nam cœlum sydereum distinguit corpora inferiora diaphana à superioribus. Aer verò nubilosus distinguit superioris aeris partem, in qua generantur pluuiæ, & huiusmodi impressiones ab inferiori parte aeris, quæ aquæ connectitur, & sub nomine aquarum intelligitur.

Ad primum ergo dicendum, quòd si per firmamentum intelligatur cœlum sydereum, aquæ superiores non sunt eiusdem speciei cum inferioribus. Si autem per firmamentum intelligatur nubilosus aer, tunc vtræque aquæ sunt eiusdem speciei, & deputantur tunc duo loca aquis non eadem ratione, sed locus superior est locus generationis aquarum, locus autem inferior est locus quietis earum.

AD

2^m de antecedente. Distinguente. R. Vt causa distinctionis: non, vt termino distinctorũ. §. Tunc nihil &c. Nam si accipiantur aquæ diuersæ secundum speciem, &c. vt in litera.

3^m de minori. Aquæ inferiores. R. Pro secundo tantùm elemento, ascendendo, acceptæ: non, pro omni corpore diaphano infra firmamẽtum. §. Tunc &c. Non enim primo. i. pro elemento, quod dicitur aqua, sed modo tantum hic sumuntur. Vide literam, & notationem mox post probationem conclusionis.

AD SECVNDVM dicendum, q̃ si accipiantur aquæ diuersæ secundùm speciem, firmamentũ dicitur diuidere aquas ab aquis: non sicut causa faciens diuisionem: sed sicut terminus vtrarumque aquarum.

AD TERTIVM dicendum, q̃ Moyses propter inuisibilitatem aeris & similium corporum, omnia huiusmodi corpora, sub aquæ nomine comprehendit. Et sic manifestum est, quòd ex vtraque parte firmamenti qualitercumque accepti sunt aquæ.

APPENDIX.

Vtilitas pro Eccle. S. Dei.

EX art. habes primò, quomodo per ratio nem ostendas, rectè dictum esse in scriptura Gen. 1. fiat firmamentum in medio aquarum, & diuidat aquas ab aquis. Secundò quomodo per rationem id rectè intelligas; idque sic intellectũ à sensu improbo defendas. Tertiò vides: quomodo ex his uicissim Angelica firmeĩ cõclusio.

Comm. Cardinalis Caietani.

TItulus clarus est.

¶In corpore duo. Primò tractat quandam falsam opinionem. Secundò respondet quæsito tripliciter.

¶Quo ad primum refert opinionem in duobus punctis. Primum, q̃ sit corpus infinitum. Secundum, quòd cœlum non contineat omnia: sed quandam partem illius infiniti. Et applicat primum ad abyssum, & secundum ad aquas ab aquis. Et fortè fuit illa opinio Thaletis. Deinde improbat dupliciter: in se quidem, quia hoc est falsum. ergo. In radice verò, quia superficies literæ non est vt iacet, accipienda, quia rudi populo &c. cuius signum est de aere tacito, & tamen insinuato.

¶Quo ad secũdum, aquæ dupliciter: materia informis, vel corpus diaphanum. primo modo saluatur quolibet sumendo firmamentum, vt in præcedenti articulo August. dixit. Secundo verò modo dupliciter iuxta firmamẽtum, vel pro cœlo inter diaphana vtrinque, vel pro aere nubiloso inter superiorem & inferiorem partem eiusdem, & vtrãq; diaphanam & hanc aquis contiguam, & aquarum nomine comprehensam.

SVPER Q. LXVIII. ART. IIII.

COncl. 1. Chrysostomus dicit esse vnum cœlum tantum.

¶Prob. Quia Chrysostomus vnum cęlum nominat totũ corpus, quodcumque sit illud, quod est super terram, ac aquam; & hoc constat esse vnum, uniuersalissimè sumpto uno.

¶Concl. 2. Basilius, Damascenus, plures ponunt esse cœlos.

¶Prob. Quia Basilius &c. considerant, q̃ in prædicto corpore toto sunt multæ distinctiones.

¶Coroll. Realiter ergo omnes cõcordãt; licet iuxta diuersas considerationes diuersa dixerint. Nam Chrysostomus diceret illud, quod Basilius; si distinctè corpus illud totum sumat; Basilius cum Chrysostomo sentiret idem; si vnitim corpus illud totum acciperet.

1^m de maiori. Cœlum cõtra terram. R. Vt circunferẽtia contra centrum; non autẽ, vt circunferentia contra circunferentiam. §. Tunc nihil &c. Nam circa unum centrum multę possunt esse circunferentiæ.

Secundum

348 2. dist. 14. art. 4. Et 1. Meta. l. 7. fin.

* Lib. 1. de Cęlo, tex. 95. tom. 2.

* Basil. ho. 3. hexame. inter med. & finem.

† Damasc. lib. 2. orth. fidei, c. 7.

* Chrysost. hom. 4. in Gen. ante med. to. 1.

ARTICVLVS IIII.

Vtrum sit vnum cœlum tantùm.

AD QVARTVM sic proceditur. Videtur, q̃ sit vnũ cœlum tantùm. Cœlum enim contra terram diuiditur, cum dicitur, In principio creauit Deus cœlum & terram. Sed terra est vna tantum. ergo & cęlum est vnum tantum.

¶ 2 Præt. Omne quod constat ex tota sua materia, est vnum tantum: Sed cœlum est huiusmodi, vt probat Philosophus * in 2. de Cœlo, ergo cœlum est vnum tantùm.

¶ 3 Præt. Quicquid dicitur de pluribus vniuocè, dicitur de eis secundum vnam rationem cõmunem. Sed si sunt plures cœli, cęlum dicitur vniuocè de pluribus, quia si æquiuocè, non propriè dicerentur plures cœli. Oportet ergo si dicuntur plures cœli, quòd sit aliqua ratio communis, secundum quam cœli dicantur. Hanc autem non est assignare. Non est ergo dicendum quòd sint plures cœli.

SED CONTRA est, quòd dicitur in Psal. 150. Laudate eum cœli cœlorum.

RESPON. Dicendum, quòd circa hoc videtur esse quædam diuersitas inter Basil. & Chrysostom. Dicit enim Chrysost. non esse nisi vnum cœlum, & quòd pluraliter dicitur Cœli cęlorum, hoc est propter proprietatem linguę Hebreæ, in qua consuetum est, vt cœlum solum pluraliter significet, sicut sunt etiã multa nomina in Latino, quæ singulari carent. Basil.* autem & Damasc. † sequens eum, dicunt plures esse cœlos. Sed hæc diuersitas magis est in voce quàm in re. Nam Chrysost. * vnum cœlum nominat totum corpus, quod est supra terram & aquam. Nam etiam aues, quæ volant in aere, dicuntur propter hoc volucres cœli. Sed quia in isto corpore sunt multæ distinctiones: propter hoc Basil. posuit plures cœlos.

Ad distinctionem ergo cœlorum sciendam, considerandum est, q̃ cœlum tripliciter dicitur in scripturis. Quandoque enim dicitur propriè & naturaliter. & sic dicitur cœlum corpus aliquod sublime & luminosum actu vel potentia, & incorruptibile per naturam. Et secundùm hoc ponuntur tres cœli. Primum totaliter lucidum, quod vocant empyreum. Secundum totaliter diaphanum, quod vocant cœlum aqueum & crystallinum. Tertium partim diaphanum, & partim lucidum actu, quod vocant cœlum sydereum. Et diuiditur in octo sphæras, scilicet in sphæram stellarum fixarum, & septem sphæras planetarum, quæ possunt dici septem cęli, vel septem sphęræ. Secundò dicitur cęlũ per participationem alicuius proprietatis cęlestis corporis, s. sublimitatis & luminositatis, actu, vel potentia. Et sic totum illud spatium, q̃ est ab aquis vsq; ad orbẽ Lunæ, Damasc.* ponit vnũ cœlum, nominans illud aereum. Et sic ſm eum sunt tres cęli, aereũ, sydereum, & aliud superius de quo intelligit, quòd Apostolus legitur raptus vsque ad tertiũ cęlum. Sed quia istud spatium continet duo elementa, s. ignis, & aeris, & in vtroque eorum vocatur superior & inferior regio: ideo istud cœlum Rabanus distinguit in quatuor, supremam regionem ignis, nominans cœlum igneum: inferiorem verò regionem, cœlum Olympium ab altitudine cuiusdam montis, qui vocatur Olympus. Supremam verò regionem aeris, uocauit cœlum æthereum propter inflammationem, inferiorem verò regionem, cęlum aereum. Et sic cum isti quatuor cęli tribus superioribus connumerantur, fiunt in vniuerso secundum Rabanum, septem cęli corporei. Tertiò dicitur cęlum metaphoricè. Et sic quandoque ipsa sancta Trinitas dicitur cęlum propter eius spiritualem sublimitatem & lucem. De quo cœlo exponitur diabolum dixisse, Ascẽdam in cœlum, i. ad æqualitatem Dei. Quandoque etiam spiritualia bona, in quibus est sanctorum remuneratio propter eorum eminentiam, cœli nominantur, vbi dicitur, Merces vestra multa est in cœlis, vt August. * exponit. Quandoque verò tria genera supernaturalium visionum, s. corporalis, imaginariæ, & intellectualis, tres cęli nominantur. De quibus August. * exponit, quòd Paulus est raptus vsque ad tertium cęlum.

AD PRIMVM ergo dicendum, q̃ terra se habet ad cęlum, vt centrum ad circunferentiam. Circa vnum autem centrum possunt esse multæ circunferentiæ. Vndè vna terra existente, multi cęli ponuntur.

* Damasc. lib. 2. orth. fidei, ca. 7.

Raban. in Gen. ca. 1.

* Lib. 1 de ser. Dñi in mõte, c 9.

* Lib. 12. cap. 19. & 34. tom. 3.

AD

2m maior. Omne quod constat &c. R. Secundum, quòd constat &c. non aliter. §. Tunc nihil &c. Nam cœlum, secundum quòd sumitur pro vniuersitate corporum, constat &c. non, si aliter sumatur: & sic sumptum non potest esse nisi vnum, quemadmodum est tantam vnum vniuersum.

3m minor vltima. Hanc autē non &c. R. Negatur. §. Nam in omnibus cœlis &c. vt in tex.

AD SECVNDVM dicendū, ꝙ rō illa ꝓcedit de cęlo, ſm ꝙ importat vniuersitaté creaturarū corporaliū. Sic enim est vnum cœlum tantùm.

AD TERTIVM dicendum, ꝙ in omnibus cœlis inuenitur communiter sublimitas & aliqua luminositas, vt ex dictis * patet.

* In corp. art. 3

APPENDIX.

Vtilitas pro Eccle. S. Dei.

EX articulo habes primò, quomodo per rationem interimas errorem Basilidianorum ponentium: cœlos esse trecentos sexaginta quinque. Taceo; quòd hæreticè addebant, ab ipsis tot cœlis mundum esse factum, non à Deo: quoniam de hoc dictum est q. 44. art. 1. & quæst. 45. Secundò habes: quomodo per rationem ostendas, errorem illum rectè improbari tùm à Philosophis, tùm ab Astronomis, tùm à Theologis 4. sententiarū dist. 14. & à Damasceno, & Rabano. Vide hic in litera à ly Ad distinctioné ergo cœlorū &c. vsque in finem corporis. Tertiò ex his quomodo ex his vicissim Angelica firmetur conclusio, uides.

Comm. Cardinalis Caietan.

TItulus clarus est.

¶ In corpore duo. Primo discordiam inter Chrysostomum & Basilium quo ad vnum, vel plures cœlos. Secundo iuxta diuersas acceptiones, numerat eos.

¶ Quo ad discordiam: quia ille vnum, hic multos. voce in tamen tantum dissonat, quia æquiuocañt dum ille totum, ille partes respicit.

¶ Quo ad secundum. Cœli nomen distinguitur, in tres significationes. s. propriè, participatiuè, & metaphoricè. Propriè. & primo modo tres cœli, totaliter lucidum, totaliter diaphanum, & partim vtrumque propriè & participatiuè. Secundo modo. etiam tres, apud Damascenum, aereum, sydereum, & supremum, Sed hic vtitur Cœli nomine, participatiue in primo, & propriè in reliquis. Apud Rabanum participatiuè, & propriè septem: igneum, olympium, æthereum, aereum, sydereum, aqueum, & empyreum. Metaphoricè vel sancta Trinitas vnum, vel bona diuina in cœlis, vel tria genera supernaturalis visionis; corporalis, imaginaria, & intellectiua.

QVAESTIO LXIX.

De opere tertia diei, in duos articulos diuisa.

DEINDE considerandum est de opere tertiæ diei.

CIRCA hoc quæruntur duo.

¶ Primò, De congregatione aquarum.

¶ Secundò, De productione plantarum.

ARTICVLVS PRIMVS.

Vtrum aquarum congregatio conuenienter dicatur facta tertia die.

349 2. dist. 14. art. 5.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur, quòd aquarum congregatio non conuenienter dicatur facta tertia die. Ea enim quæ facta sunt prima & secunda die, verbo factionis exprimuntur. Dicitur enim, Dixit Deus, Fiat lux, & fiat firmamentum. Sed tertia dies conduditur duabus primis. Ergo opus tertiæ diei, debuit exprimi verbo factionis non solùm verbo congregationis.

¶ 2 Præt. Terra prius vndique erat aquis cooperta. propter hoc. n. inuisibilis dicebatur. Non erat ergo aliquis locus super terram, in quo aquæ congregari possent.

¶ 3 Præterea. Quæ non sunt continuata adinuicem, non habent vnum locum. Sed non omnes aquæ habent adinuicem continuitatem. ergo non sunt omnes aquæ congregatæ in vnum locum.

¶ 4 Præterea. Congregatio ad motum localem pertinet. Sed aquæ naturaliter videntur fluentes, & ad mare currentes. Non ergo fuit necessarium ad hoc diuinum præceptum adhiberi.

¶ 5 Præterea. Terra etiam in principio suæ creationis nominatur, cum dicitur: In principio creauit Deus cœlum & terram. Inconueniemter ergo dicitur tertia die, nomen terræ impositum.

SED in contrarium sufficit authoritas Scripturæ.

RESP. Dicendum, ꝙ hic oportet aliter dicere secundū expositionem Aug. * & aliorum sanctorum, Aug. enim in omnibus his operibus non ponit durationis ordinem: sed solū originis & naturæ. Dicit enim creatam naturam spiritualem informem, & naturā corporalem absque omni forma, quam dicit * primo significari nomine terræ & aquę: non quia hæc informitas formationé præcesserit tépore, sed origine tantum. Neque vna formatio secundum eum præcessit aliam duratione, sed solū naturæ ordine. Secundum quem ordinem necesse fuit, vt primo poneretur formatio supremæ naturæ, i. spiritualis, per hoc, ꝙ legitur prima die lux facta. Sicut autem spiritualis natura præeminet corporali, ita superiora corpora præeminent inferioribus. Vnde secūdo loco, tangitur formatio superiorum corporum cum dicitur, Fiat firmamentum. Per quod intelligitur impressio formæ cœlestis in materiam informem, nō prius existentem tempore, sed origine tantū. Tertio verò loco, ponitur impressio formarū elementarium in materiam informem, non tempore, sed origine præcedenté. Vnde per hoc, ꝙ dicitur, Congregentur aquæ, & appareat arida, intelligitur ꝙ materiæ corporali impressa est forma substantialis aquæ, per quā competit sibi talis motus, & forma substantialis terræ, per quā competit sibi sic videri. Sed ſm * alios sanctos, in his operib. auté ordo durationis attenditur. Ponunt. n. ꝙ informitas materiæ tépore præcessit formationé, & vna formatio aliam. Sed informitas materię secundū eos, non intelligitur carentia omnis formæ, quia iam erat cœlum, & aqua, & terra, quæ tria nominantur tāquàm manifestè sensu perceptibilia. Sed intelligitur informitas materiæ, carentia debitæ distinctionis, & consummatæ cuiusdā pulchritudinis. & secundū hęc tria nomina, posuit Scriptura tres informitates. Ad cœlum enim quod est superius, pertinet informitas tenebrarū, quia ex eo est origo luminis. Informitas verò aquæ, quæ est media, significatur nomine Abyssi, quia hoc nomé significat quandam immensitatem inordinatam aquarū, vt Aug. * dicit contra Faust. Informitas verò terræ tangitur in hoc, quod dicitur, ꝙ Terra erat inanis & inuisibilis, per hoc ꝙ erat aquis cooperta. Sic igitur formatio supremi corporis facta est prima die: & quia tempus sequitur motum cœli, tempus autem est numerus motus supremi corporis, per huiusmodi formationem facta est distinctio temporis, noctis. s. & diei. Secundo verò die, formatum est medium corpus. s. aqua, per firmamentum accipiens quandam distinctionem

* Li. 1. sup Gen. c. 15. & lib. 4. ca. 22. & 34. tom. 3.

* Aug. li. 1. cōtra Manie. c. 5. & 7. tom. 1.

* Citatos q. 66. ar. 1. in corp. & locis ibidē notatis.

* Li. 22. cōtra Faust. c. 11. to. 6.

Aegid. 2. s. d. 14. q. 2. ar. 1.

SVPER Q. LXIX. ART. I.

COncl. Tertia die congruè formatum est vltimum corpus, s. terra per hoc, quod discooperta est aquis; & facta est distinctio, quę dicitur terrę, & maris.

¶ PROB. Quia prima die formatio supremi corporis facta est, scilicet primi mobilis (per ly fiat lux, & appellauit lucem diem &cęt.) secunda die formatio medij corporis, s. aquæ communiter pro alijs diaphanis sumptæ, supra quæst. 68. ar. 3. (per ly fiat firmamentum, & diuidat aquas ab aquis): tertia die formatio vltimi corporis, i. terræ (per ly congregentur aquæ in locum vnum, & appareat arida).

Primum

1^m conclusio. Debuit exprimi &c. R. Si formatio inferiorum esset eiusdem rationis cum formatione superiorum: vel si opus hoc non perficeretur tantum secundum motum localem, differenter ab alijs. §. Tunc nihil &c. Nam formatio inferiorum non est eiusdem rationis cum formatione superiorum; & formatio hæc inferiorum per motum localem solum perficitur. Vnde, ad hoc designandum scriptura conuenienter vtitur diuersis nominibus in formatione amborum.

* q. præce. art. 3.

2^m de antecedente. Prius. R. Natura; nō tempore. §. Nam tunc, quando congregatæ dicuntur, sunt productæ. Tunc &c. vt patet.

Item conclusionis illatio. Non erat ergo &c. R. Negatur illatio. § Nā, vt alicubi congregarentur, vel aquæ in maiorem altitudinem sunt eleuatæ &c. vt in tex.

* Li. 3. sup Gen. c. 20. & li. 2. c. 7. & 8. colligit, tom. 3.

3^m de maiori. Vnum locum. R. Formaliter proprium, scilicet, in quo sint; non, terminatiue, id est ad quem confluant. §. Tūc nihil &c. Nam ad vnū terminū confluunt omnes aquæ: licet non omnes habeant vnum eūdemque locum proprium.

* Li. 2. c. it. in fi. to. 3.

Item de maiori. Vnum locum. R. Simpliciter: non, comparatiuè. §. Tunc &c. Nam congregationes aquarum licet in pluribus locis secundum se sint: tamen omnes sunt in vno secundum comparationē ad terram, inquantum omnes sunt seorsim à terra eam penes seipsam discoopertā relinquentes. Vide responsum secundum ly vel dicit unum locum, &c.

* Locis citatis in prin. corp.

* Li. 1. c. 12. non procul à fine.

4^m de minori. Naturaliter. R. Ex iussione diuina: non, absq; iussione. §. Tunc &cæt. Nam operationes rerū naturales præsupponūt iussionē Dei. Vnde dicendum est: Aquæ naturaliter fluunt, ergo fuit necessariū ad hoc præceptum diuinum.

* Hom. 4. hexam. ante mediū.

Item Fluentes. R. Circa terrā vndique. §. Nam ab initio non fluebant naturaliter ad mare: sed naturaliter fluebant vndique super terram. Adueniente autem præcepto Dei nouo hic expresso, vt scilicet appareat arida pro habitatione animalium, ad mare naturaliter fluere cœperunt. Vide secundum responsum, vel potest dici, quòd &c. Et cognosce hinc; quod præceptum diuinum est maioris virtutis, quam naturæ; tum quia mutat naturalem cursum, tum quia facit cursum a cursu naturali mutatum esse naturalem nulla prorsus violentia interueniente. Mirum certe nimis: & tamen verissimum.

5^m de antecedente. Terra. R. Id est materia prima; non, elementum terræ. §. Tunc nihil &c. vt patet.

Item Terra. R. Secūdum suam naturam: non, secundum suam proprietatem principalem. §. Tunc nihil &cęt. vt patet. Vide secundum responsum ly vel potest dici secūdum Basilium &c.

Item Terra. R. Secundū quòd distinguitur cōtra mare. §. Tunc nihil &cæt. vt patet. Vide literam: Et scito: ex his omnibus semper velle concludi, quòd eadem res potest sine vitio superfluitatis nominari similiter in diuersis vicibus, si eiusdem rei attendatur in nominando noua conditio in vnaquaque vice. Aliter esset superfluitas aliqua. Vt, Deus, Deus meus, Domine Dominus noster & alia huiusmodi. Hæ nāque repetitiones non sunt superfluę, sed multum condecentes: quia in his noua orantis conditio, id est nouus affectus circa eādem rem, scilicet Deum, attenditur. Simile etiam iudicium de repetitione earundem sententiarum est dandum; quando ob nouam expositionem fit repetitio illarum. Vide responsum tertium ly vel potest dici secundū Rabbi Moysem &c.

* Aug. li. 1. sup Gen. c. 2. & li. 1. cap. 13.

* Basil. homil. 4. hexam. à medio illius.

* Li. 2. c. 30

---

ctionem & ordinem: ita quòd sub nomine aquæ etiam alia comprehenduntur, vt s. dictum * est. Tertio verò dic, formatum est vltimū corpus, scilicet terra, per hoc quòd discooperta est aquis, & facta est distinctio in infimo, quæ dicitur terrę & maris. Vndè satis congruè sicut informitatem terræ expresserat dicens, quòd terra erat inuisibilis, vel inanis: ita eius formationem exprimit per hoc quod dicit, Et appareat arida.

Ad primum ergo dicendū, quòd secundùm August. * ideo in opere tertiæ diei non vtitur Scriptura verbo factionis, sicut in pręcedentibus operibus, vt ostendatur quòd superiores formæ, scilicet spirituales angelorum & cœlestium corporum sunt perfectæ in esse, & stabiles: formæ verò inferiorum sunt imperfectæ & mobiles: & ideo per congregationem aquarum & apparentiam aridæ, impressio talium formarum designatur. Aqua enim est labiliter fluxa, terra stabiliter fixa, vt ipse dicit in * 2. super Gen. ad lit. Secundum verò alios dicēdum est, quòd opus tertiæ diei est perfectum, secundū solum motum localem. Et ideò nō oportuit, quòd scriptura vteretur verbo factionis.

Ad secundum patet solutio secundùm August. * quia nō oportet dicere, quòd terra primo esset cooperta aquis, & postmodū congregatæ, sed quòd in tali congregatione fuerunt productæ. secundum verò alios, tripliciter respondetur, vt August. dicit * 1. super Gene. ad literam. Vno modo, vt aquæ in maiorem altitudinem sint eleuatæ in loco vbi sunt congregatæ. nam mare est altius terra, vt experimento compertum est in mari rubro, vt Basilius * dicit. Secundò, vt dicatur, quòd rarior aqua velut nebula terras tegebat, quę congregatione densata est. Tertio modo, vt dicat, quòd terra potuit aliquas partes præbere concauas, quibus confluentes aquę reciperentur. Inter quas prima videt probabilior.

Ad tertium dicendum, ꝙ omnes aquæ vnum terminum habent, s. mare in quod cōfluunt vel manifestis, vel occultis meatibus. Et propter hoc, dicūtur aquę congregari in vnum locum. Vel dicit vnum locum non simpliciter: sed per comparationem ad locum terræ siccæ, vt sit sensus, Congregentur aquæ in vnum locum, i. seorsum à terra sicca. Nam ad designādam pluralitatem locorum aquæ, subdit, quòd congregationes aquarum appellauit maria.

Ad quartum dicendum, ꝙ iussio Dei naturalem motum corporibus præbet. Vnde dicitur, ꝙ suis naturalibus motibus, faciunt velle eius. Vel potest dici, quòd naturale esset, quòd aqua vndique esset circa terram, sicut aer vndique circa aquam & terram: sed propter necessitatem finis, vt s. animalia & plantæ essent super terrā, oportuit quòd aliqua pars terræ esset discooperta aquis. Quod quidem aliqui Philosophi attribuunt actioni Solis, per eleuationem vaporum desiccantis terram. sed sacra Scriptura attribuit potestati diuinæ: nō solum in Gen. sed etiam in Iob 38. c. vbi ex persona Domini dicitur, Circundedi mare terminis meis, & Hier. 5. Me ergo non timebitis, ait Dominus, qui posui arenam terminum mari?

Ad quintum dicendum, ꝙ secundum August. * per terram, de qua primò fiebat mentio, intelligitur materia prima: nunc autem intelligitur ipsum elementū terræ. Vel potest dici secundum Basil. * ꝙ primo nominabatur terra secundū naturam suam, nunc autem nominatur ex sua principali proprietate quæ est siccitas. Vnde dicitur, ꝙ vocauit aridam, terram: vel potest dici secundum Rabbi * Moysem, quòd vbicumque dicitur, Vocauit, significatur æquiuocatio nominis. Vnde prius dictum est, quòd vocauit lucem diem, propter hoc, quòd etiam dies vocatur spatium viginti quatuor horarum, secundum ꝙ ibidem dicitur, Factum est vespere & mane, dies vnus.

¶ Similiter dicendum est, quòd firmamentum, i. aerem vocauit cęlum, quia etiā cęlum dicitur, quod est primò creatum. Similiter etiam dicitur, quòd aridam. i. illā partem, quæ est discooperta aquis vocauit terram prout distinguitur contra mare: quamuis communi nomine terra vocetur, siue sit aquis cooperta, siue discooperta. Intelligitur autem vbique per hoc, quòd dicitur vocauit. i. dedit naturam vel proprietatem, vt possit sic vocari.

APPENDIX.

Ex artic. habes primò: quomodo per rationem ostendas, rectè locutam scripturā ibi (post secundam. s. diem) Gen. 1. Congregentur aquæ in locum vnum, & appareat arida; vocauitque aridam terram, & congregationes aquarum appellauit maria. Secundo habes: quomodo per rationem, illam sano modo intelligas, intellectāq; ab omni errore defendas. Tertiò vides: quomodo vicissim ex his firmetur conclusio.

Velitas pro Eccle. S. Dei.

¶ Notat. Articulo præsenti seruit in ordine articulus 337. 345. 347.

Pro stud. Comm.

Comm. Cardinalis Caietani.

Titulus clarus est.

¶ In corpore duo. Primo respondet secundum August. Secundò, secundum alios sanctos. Differunt siquidem in ordine naturæ, vel temporis: tam comparando informitatem ad formationem, quàm vnam formationem ad aliam. Et rursus differut, quia ille ad spirituales & corporales, isti ad corporales tantum se extendunt. Iuxta tres igitur informitates, & tres formationes, tria vtrique dicunt: sed primo Augustinus duo. Cœlum, id est naturam angelicam, & materiã informem corporeã formatam luce, Fiat lux, & forma cœlesti, Fiat firmamentũ, & forma elementari. Congregentur aquæ: omnia ordine naturæ. Alij verò tria, cœlũ, aquã, & terrã prius tẽpore, & primo die de cęlo formato luce & tẽpore. Secundo aquã distinctione & ordine, Fiat firmamentum. Tertio, terrã distinctione à mari & visibilitate, Cõgregent aquę.

Aegid. 2. s. d. 14. q. 2. ar. 2.

SVPER Q. LXIX. ART. II.

150 Po. q. 4 articu. 1. ad 28.

CONCL. Per plantarum productionem conueniẽter quędam terræ informitas tertia die remouetur.

¶ PROB. Quia conueniẽter tunc tollitur, & inuisibilitas terræ quæ recedentibus aquis apparet; & eius vacuitas, quando ijs cedentibus terra, plãtas, herbas, &c. producit (siue actu, siue virtute).

1^m de maiori. Vitam. R. Occultam: non, manifestam, secundum quod animalia habent. §. Tunc nihil &c. Non enim idem debet fieri iudicium; quo ad distinctionem, vel ornatum de viuentibus vita occulta per inhæsionẽ ad terram, & vita manifesta per motum localem ac sensum.

2^m de maiori. Commemorari. R. Secundum quòd ad maledictionem pertinet; non, secũdùm quòd ad formationem terræ. §. Tunc nihil &c. Nam secundo modo considerato tantum hic plantarum productio numeratur. Quod autem secundum aliam considerationem commemoretur in tertio capit. patet: quia ibi dicit, Germinabit tibi. Hoc est: in tui pœnam erit illa germinatio, quæ prius non erat sic.

*Art. præced.

3^m de antecedente. Ita. R. Vt dicit adhęsionẽ; non, vt dicit quid manifestũ. §. Tunc &c. Nam Moyses narrando ad esse manifestum solùm attendit.

Item. Ita. R. Vt dicit adhæsionem; non, vt dicit cum hoc manifestam à terra distinctionẽ. §. Tunc nihil &c. Nam Moyses, vltra quòd attendit in rebus hic narrandis ad manifestam apparentiã adhęsionis rei (vt dicit prima responsio), attendit quoque ad manifestam rei apparentiam in esse distinctio. In signum huius est: quòd hi tres vocantur dies distinctionis.

*Lib. 8. sup Gen. c. 3. & lib. 5. c. 5. tom. 3.

ARTICVLVS II.

Vtrum plantarum productio conuenienter tertia die facta legatur.

AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur, quòd plantarum productio, inconueniẽter tertia die facta legatur. Plantæ enim habent vitã sicut & animalia. Sed productio animaliũ non ponitur inter opera distinctionis, sed pertinet ad opus ornatus, ergo nec productio plantarum commemorari debuit in tertia die, quæ pertinet ad opus distinctionis.

¶ 2 Præt. Illud quod pertinet ad maledictionẽ terræ, nõ debuit commemorari cum formatione terræ. Sed productio quarundã plantarũ pertinet ad maledictionem terræ, secundũ illud Gen. 3. Maledicta terra in opere tuo, spinas & tribulos germinabit tibi. ergo productio plãtarum vniuersaliter, non debuit commemorari in tertio die, quæ pertinet ad formationem terræ.

¶ 3 Præt. Sicut plantæ adhęrẽt terræ, ita etiam lapides & metalla, & tamen non fit mentio de eis in terræ formatione. ergo nec plantę fieri debuerunt tertia die.

SED CONTRA est, quod dicitur Gen. 1. Protulit terra herbã virentem. Et postea sequitur, Factum est vespere & mane dies tertius.

RESP. Dicendum, quòd sicut suprà dictum est,* in tertia die informitas terræ remouetur. Duplex autẽ informitas, circa terram describebatur. Vna, quòd erat inuisibilis & inanis, quia erat aquis cooperta. Alia, quòd erat incõposita, siue uacua, i. non habens debitũ decorem, qui acquiritur terræ, ex plantis, eã quodãmodo vestientibus. Et ideo, vtraq; informitas in hac tertia die remouetur. Prima quidẽ per hoc, quòd aquę congregatæ sunt in vnũ locum, & apparuit arida. Secunda verò per hoc, quòd protulit terra herbam virentem. Sed tamen circa productionẽ plantarum, aliter opinatur August. ab aliis. Alii. n. expositores dicũt, quòd plãtę productæ sunt actu in suis speciebus in hac tertia die secundũ quòd superficies literæ sonat. August.* autẽ 5. super Gen. ad literam, dicit, quòd causaliter tunc dictũ est produxisse terrã, herbam, & lignum. i. producendi accepisse virtutem. & hoc quidem confirmat authoritate Scripturæ. Dicitur enim Gen. 2. Istæ sunt generationes cœli & terræ, quãdo creatæ sunt in die quo Deus fecit cœlũ & terram, & omne virgultũ agri, antequã oriretur in terra: omnemq; herbam regionis priusq̃ germinaret. Ante ergo quàm orirentur super terram, factæ sunt causaliter in terra. Confirmatur autem hoc, etiã ratione: quia in illis primis diebus, condidit Deus creaturam originaliter, vel causaliter, à quo opere post modum requieuit: qui tamen postmodum secundum administrationem rerum conditarũ, per opus propagationis vsque modo operatur. Producere autem plantas ex terra ad opus propagationis pertinet, non ergo in tertia die productæ sunt plantæ in actu, sed causaliter tantum. quamuis secundum alios dici possit; quòd prima institutio specierum ad opera sex dierum pertinet. Sed quòd ex speciebus primò institutis generatio similiũ in specie procedat, hoc iam pertinet ad rerum administrationem. Et hoc est, quòd Scriptura dicit, Antequàm oriretur super terram, vel antequàm germinaret, i. antequàm ex similibus similia producerentur: sicut nunc naturaliter fieri videmus, secundum viam seminationis. Vnde signanter Scriptura dicit, Germinet terra herbã virentem & facientem semen, quia scilicet sunt productæ perfectę species plantarum, ex quibus semina aliarum orirentur. Nec refert, vbicumque habeant vim seminatiuã, vtrum scilicet in radice, vel in stipite, vel in fructu.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd vita in plantis est occulta, quia carent locali motu & sensu, quibus animatum ab inanimato maximè distinguitur. Et ideò, quia immobiliter terræ inhęrent, earum productio ponitur, quasi quædam terræ formatio.

AD SECVNDVM dicendum, quòd ante etiam illam maledictionem, spinæ & tribuli producti erant vel virtute, vel actu: sed non erant producti hòmini in pœnam, vt scilicet terra quam propter cibum coleret, infructuosa quædam & noxia germinaret. vnde dictum est, Germinabit tibi.

AD TERTIVM dicendum, quòd Moyses ea tantum proposuit quæ in manifesto apparent: sicut iam* dictum est. Corpora autem mineralia, habẽt generationem occultam in visceribus terræ. & iterum, non habent manifestam distinctionem à terra, sed quædam terræ species videntur. Et ideo de eis mentionem non fecit.

*q. 67. artic. 4.

Secunda responsio.

APPENDIX.

EX art. habes primò, quomodo per rationem ostendas, ritè locutam esse scripturam ibi, Gen. 1. protulit terra herbam virentem, & factũ est vespere & mane dies tertius. Secundò habes: quomodo per rationem id rectè intelligas, intellectũq; defendas. Hinc diligenter nota hanc vtilitatẽ vniuersalissimã ad obstruendum os loquentium iniqua, i. infideliũ maxime: quòd videlicet, viso Diuo Thoma, non possunt vltrà dicere de Moyse, vel de huiusmodi: Hic homo multa dicit, sed nihil probat, i. non est huic homini credendũ, quia non probantur, quæ dicuntur. Ecce dictorum omnium similium probationes in Summa ista Angelici Doctoris plusquàm aurea: Vt & credentibus detur, quodãmodo solatium suæ fidei, & non credentibus auferatur vox insultationis, ac excusationis suæ malitiæ. Tertiò vides: quomodo vicissim Angelica ex his firmetur doctrina præsens.

Vtilitas pro Eccle. S. Dei.

Notatio vtilissima, vbique memoranda.

¶ NOT. Præsenti articulo seruit in ordine articulus 111. 555. 496. 349. 344. 337.

Comm.

QVAE-

Comm. Cardinalis Caietan.

Titulus clarus est.

¶In corpore duo: Primò, directè respondetur quæsito affirmatiue. Secundò, qualis sit productio plantarum, tractatur.

¶Quo ad primum, conclusio. Productio plantarũ conuenienter tertio die facta est. Probatur: quia pertinet ad formationem tertiæ. Declaratur hoc ex duplici informitate terræ.

¶Quo ad secundũ tria. Primò, diuersitas opinionũ Augustini & aliorũ: quia ille causaliter, isti actualiter, plantas productas ponunt. Secundò, motiua Aug. ab authoritate Gen. lectio & ratione differentiæ inter opus creandi & administrandi propagãdo. Tertio, motiua aliorum ex opposito, & à ratione: quia institutio perfectorum ad opus creationis spectat, & nihilominus saluatur differentia inter propagationem & creationem: & ab authoritate eadem Genesis 2. Et in hanc partem videtur author declinare.

SVPER Q. LXX. ART. I.

Concl. Quarta die congrue producuntur luminaria, quæ mouentur in cœlo ad ornatum ipsius.

¶Prob. Quia sicut primo dierũ distinctionis formatur cęlum; sic primo dierum ornatus ornari debuit cœlum.

1^m^ de concl. I.

Formis. ℞. Substantialibus; non, collationem nouã determinatæ virtutis dicentibus. §. Tũc nihil &c. vt patet in litera, à ly sed secundum eos, qui ponũt corpora cęlestia esse alterius naturæ ab elementis &c.

2^m^ de minori.

Lux. ℞. Secundũ communem lucis naturam: non, secundum determinatam virtutem. §. Tunc &c. Facta sunt.n. luminaria prima die quo ad substantiã suã, & quoddam lumen: sed hoc eorũ lumen quarto die formatum est. Vide quoque ad primum.

3^m^ de maiori.

Fixa. ℞. Secundũ Aristotelem: non, secũdum Ptolomęũ. §. Tũc &c. Non enim idẽ fieri debet iudicium de plantis, quæ in terra sunt fixæ, tam secundum veritatem, quàm secundũ apparentiam: & de luminaribus, quæ secundum rei veritatẽ, quã attẽdit Aristoteles, nõ secundum apparentiam motus, quam sequitur Ptolomęus, fixæ sunt in cœlis. Quia ergo Moyses apparentiam, propter populi ruditatem, attendebat in suo hoc sermone ad populum; ideò luminaria in diebus ornatus posuit, sicut quædam non fixa in cœlis per ea ornatis: non autem in diebus distinctionis, vbi fixa secundum apparentiam quoque (vt plantæ) ponuntur.

Quartum

QVAESTIO LXX.

De opere ornatus, quantum ad quartam diem, in tres articulos diuisa.

Consequenter considerandum est, de opere ornatus. Et primò de singulis diebus secundũ se. Secundò, de omnibus sex diebus in cõmuni.

¶ Circa primum ergo considerandum est, de opere quartæ diei. Secundò, de opere quintæ. Tertiò, de opere sextæ. Quartò, de iis, quæ pertinent ad septimum diem.

Circa primũ quęruntur tria.

¶ Primò, De productione luminarium.

¶ Secundò, De fine productionis eorum.

¶ Tertiò, Vtrum sint animata.

ARTICVLVS I.

Vtrum luminaria debuerint produci quarta die.

Ad primum sic proceditur. Videtur, ꝙ luminaria nõ debuerint ꝓduci quarta die. Luminaria.n. sunt corpora incorruptibilia naturaliter. ergo eorũ materia, non potest esse absque formis eorum. Sed eorum materia producta est in opere creationis ante omnẽ diem. ergo & eorum formæ. Non ergo sunt facta quarta die.

¶ 2 Præt. Luminaria sunt quasi vasa luminis. Sed lux est facta prima die. ergo luminaria fieri debuerunt prima die, & non quarta.

¶ 3 Præt. Sicut plantæ fixæ sunt in terra, ita luminaria fixa sunt in firmamento. vnde Scriptura dicit, ꝙ posuit ea in firmamento. Sed productio plantarum simul describitur cum formatione terræ, cui inhęrẽt. ergo & productio luminarium simul debuit poni secunda die cum productione firmamenti.

¶ 4 Præt. Sol & Luna, & alia luminaria, sunt causæ plantarũ. Sed naturali ordine causa pcedit effectũ. ergo luminaria non debuerunt fieri quarta die, sed tertia, vel ante.

¶ 5 Præt. Multæ stellæ secundum astrologos, sunt Luna maiores. Nõ ergo tantum Sol & Luna, debuerunt poni duo magna luminaria.

Sed in contrarium, sufficit authoritas Scripturæ.

Resp. Dicendum, ꝙ in recapitulatione diuinorũ operum, Scriptura sic dicit, Igitur perfecti sunt cęli; & terra, & omnis ornatus eorum. in quibus verbis triplex opus intelligi potest, s. opus creationis: per quod cœlum & terra producta legũtur, sed informia. & opus distinctionis, per quod cœlũ & terra sunt perfecta: siue per formas substantiales attributas materiæ omnino informi, vt Aug.* vult siue quantũ ad conuenientem decorem & ordinẽ, vt alii sancti dicunt. & his duobus operibus additur ornatus, & differt ornatus à perfectione. nam perfectio cęli & terræ ad ea pertinere videtur, quæ cœlo terræ sunt intrinseca: ornatus verò ad ea, quæ sunt à cœlo & terra distincta. sicut homo perficitur p proprias partes & formas, ornatur autẽ per vestimenta, vel aliquid huiusmodi. Distinctio autem aliquorũ, maximè manifestatur per motum localem, quo ab inuicem separãtur. & ideo ad opus ornatus pertinet ꝓductio illarũ rerum, quæ habent motũ in cęlo & in terra. Sicut autẽ s. dictum* est, de tribus fit mentio in creatione, s. de cœlo, & aqua, & terra. Et hæc tria etiã formantur per opus distinctionis trium dierum. Primo die cęlum: Secundo die distinguuntur aquæ. Tertio die fit distinctio in terra, maris, & aridæ. Et similiter in opere ornatus. Primo die, qui est quartus, producuntur luminaria, quæ mouentur in cœlo, ad ornatum ipsius. Secundo die, qui est quintus, aues & pisces; ad ornatum medii elementi, quia habent motum in aere & aqua, quæ pro vno accipiuntur. Tertio die, qui est sextus, producuntur animalia quæ habent motum in terra ad ornatum ipsius.

¶ Sed sciendum est, ꝙ in productione luminariũ non discordat August.* ab aliis sanctis. Dicit.n. luminaria esse facta in actu, non in virtute tantum. non enim habet firmamentum virtutem productiuam luminarium, sicut habet terra virtutem productiuam plantarum. Vndè scriptura non dicit, Producat firmamentum luminaria, sicut dicit, Germinet terra herbam virentem.

Ad primum ergo dicendũ, ꝙ fm Aug.* nulla difficultas ex hoc oritur. non.n. ponit successionem tẽporis in istis operibus; & ideo non oportet dicere, ꝙ materia luminarium fuerit sub alia forma. Secundum eos autem, qui ponunt cœlestia corpora ex natura quatuor elemẽtorum, nulla difficultas accidit, quia potest dici, quòd sunt formata ex præiacenti materia, sicut animalia & plantæ. Sed secundum eos, qui ponunt corpora cœlestia esse alterius naturæ ab elemẽtis, & incorruptibilia per naturam, oportet dicere, quòd substantia luminarium à principio fuit creata: sed prius erat informis, & nunc formatur: non quidem forma substantiali, sed per collationem determinatæ virtutis. Ideo tamen non fit mentio à principio de eis, sed solum quarta die, vt Chrysostomus* dicit: vt per hoc remoueat populum ab idolatria, ostendens luminaria non esse deos, ex quo nec à principio fuerunt.

Ad secundum dicendum, ꝙ fm † Aug. nulla sequitur difficultas: quia lux, de qua prima die facta est mentio, fuit lux spiritualis, nunc autẽ fit lux corporalis. Si autẽ lux primo die facta intelligitur lux corporalis, oportet dicere, ꝙ lux primo die fuit producta secundũ communem lucis naturam: quarto autem die attributa est luminarib. determinata virtus ad determinatos effectus: d secundũ quòd videmus alios effectus habere radium Solis, & alios radiũ Lunæ, & sic de aliis. Et propter hanc determinationẽ virtutis, dicit Dionys.* 4.c. de diui. nom. quòd lumen Solis, ꝙ primo erat informe quarta die formatum est.

Ad tertium dicendum, ꝙ fm Ptolomęũ, luminaria nõ sunt fixa in sphęris, sed habẽt motũ seorsum à motu sphærarum.

*Lib. 2. super Gen. c. 11. tom. 3.

*q. præce. art. 1.

*Lib. 5. super Gene. c. 5. tom. 3.

*Lib. 4. sup Gen. c. 21. & 34. & 11. de Ciuita. Dei, ca. 9. to. 3. & 5.

*Chrys. homi. 6. in Gene. post medium, id habet in sententia, to. 1.
† li. 2. super Genes. c. 5. & lib. 1. c. 9. tom. 3.

*c. 4. var. 1. inter prin. & med.

351

*Hom.6.in Gen. inter medium & finem to. 1.& ho. 12. ad po. Deus non indiget causis secũdis ad operandum.

4m de minori. Causa. R. principalis, non aliter.§. Tunc &c. Nam primordialis potest producere effectũ sine causa secunda. Nõ præmisit illam secundam causam effectus, ne a rudi populo, secũda crederetur prima, quoniam secunda magis apparet sensui, & consequenter ne populo daretur occasio idolatriæ. Per ordinem ergo suum sic seruatum Moyses & exclusit falsam opinionem de luminaribus, quod scilicet sint primordialis causa plantarum aliorumq; sublunarium, & ueram opinionẽ astruxit, quod.s. Deus sine his aliisque secundis causis potest operari.

*q.præc.ar tic. 2.

sphærarum. Ideo Chrys.* dicit, ꝙ non ideo dicitur, ꝙ posuit ea in firmaméto, q̃a ibi sint fixa, sed quia iusserit ut ibi essent, sicut posuit hominem in paradiso, ut ibi esset. Sed secundum opi. Arist. stellæ, fixæ sunt in orbib. & nõ mouentur nisi motu orbium secundũ rei ueritaté tñ motus luminarium sensu pcipitur, nõ aũt motus sphærarũ. Moyses autem rudi populo condescendens, sequutus est quæ sensibiliter apparét, ut dictũ est.* Si aũt sit aliud firmamentum, ꝙ factũ est scda die, ab eo in quo posita sunt sidera ſm distinctionem nat uræ, licet sensus non discernatque m Moyses sequitur, ut dictum est: cessat obiectio. nam firmamentum factum est secunda die quantum ad inferiorem partem. In firmamento autem posita sunt sidera quarta die, quantum ad superiorẽ partẽ, ut totũ pro uno accipiatur, ſm quod sensui apparet.

Ad quartvm dicendum, ꝙ sicut dicit *Basi. præmittitur productio plantarum luminarib. ad excludendam idolatriam. Qui.n. credunt luminaria esse Deos, dicunt ꝙ primordialem originem habent plantæ a luminaribus quamuis (ut Chys. † dicit) sicut agricola coopera tur ad productionem plantarũ, ita etiã, & luminaria per suos motus.

Ad qvintvm dicendũ, quod sicut Chrys.* dicit, dñr duo luminaria magna, non tã quantitate q̃ efficacia, & uirtute, quia etsi aliæ stellæ sint maiores quantitate, quam luna, tamen effectus lunæ magis sentitur istis inferioribus, & etiam secundum sensum maior apparet.

quæ D.Thomas & dixit, & dicit, & dicet. Mox ergo, data glossa formali, subinfer. Tunc &c. Nam Moyses loquendo attendebat ad quantitatem, & secundum apparentiam uisus nostri, & secundum experientiam nostram sensatã de influxu uirtutis luminarium cęlestium.

* Hom. 5. exami. non procul a prin. id hēc in sententia. † Chrys. homi.6.Gen. non procul a med.to.1. *Hom.6.in Gene.to.1. Vtilit. pro S. Eccles.

APPENDIX.

Ex articulo habes primo, quomodo per rationem ostẽdas, scripturam recte locutam Gen. 1. fecit Deus luminaria magna, &c. factumque est vespere & mane dies quartus. Secundo habes, quomodo id in sensu recto intelligas, intellectumque ab errore defendas. Tertio ex his quomodo uicissim Angelica firmetur conclusio, uides.

5m de antecedente. Maiores. R. Quantitate secũdum ueritatem: non uirtute, nec quantitate secundum sensum nobis magis apparenté.§. Memento semper, quod rudi populo loquitur, & sic omnia facilius intelliges, quæ

Notatio uniuersalis

¶ Not. Articulo præsenti deseruit articulus in ord. 338. 347. 344. 111. 349. 350.

Pro studio

Comm. Cardinalis Caietani.

Titulus clarus est.

¶ In corpore tria. Primo, ex Scripturæ verbis, triplex opus ponit, creationis formationis, seu distinctionis, & ornatus, vnicuique suum obiectum attribuens. Primo, res informes, secundo formas: tertio extrinseca mobilia. Secundo, respondet quæsito affirmatiue. Luminaria conuenienter producuntur quarta die. Et probatur, quia ista est prima dies ornatus qua primum creaturum ornandum erat, quemadmodum fuit prima die distinctionis formatum &c. Declarantur hæc enumerando tria primo creata cœlum, terram & aquas.i.media, & ordinando formationem eorũ tribus dieb. primo cęlum: secundo aquas, tertio terram, & consimiliter ornatum quarto cęlum, quinto aquas, sexto terram. Tertio ostendit Augustinum cum aliis conuenire quo ad actum omnia patent.

¶ Nota hic, quod Scriptura in creationis opere, secundo loco ponit terram, & tertio aquas in distinctionis uerò & ornatus opere, econuerso. Quia quoad esse, simpliciter terra habet priorem necessitatem quia, primo propter cœlum, ut patet in secundo cœli, commen. 18. &c. quo ad nobilitatem uero est ultimum.

Aegid. 2. s. d. 14. q. 3. ar. 1.

SVP. Q. LXX.

Art. II.

Concl. Congruè Moyses, causam productionis luminariũ tetigit, quæ est, ut sint facta ad vtilitatem hominum. Et hanc solam tetigit, ut populum ab idolatria reuocaret.

352

¶ Prob. 1. Quia Moyses tetigit utilitaté ex luminaribus prouenientem hominibus & quantum ad uisum (p ly luceant, illuminent terram,) & quantũ ad uicissitudines temporum (per ly sint in tempora, dies, annos,) & quantum ad opportunitatem negociorum (per ly ut sint in signa) Secunda autem pars. s. & hanc &c. patet.

1m de antecedente. Signis. R. rerum dependentium ex libero arbitrio, non corporalium rerum. §. Tunc &c. Nã de signis tantum corporalium rerum est sermo nunc. Scito igitur, quod per auctoritatem illam uult ostendere propheta, quod signa luminariũ cęlestiũ non cogunt

ARTICVLVS II.

Vtrum conuenienter causa productionis luminarium describatur.

Ad secvndvm sic proceditur. Videtur, quod inconuenienter causa productionis luminarium describatur. Dicitur.n. Iere. 10. A signis cęli nolite metuere, quę gentes timent. Non ergo luminaria in signa facta sunt.

¶ 2 Præt. Signum contra causam diuiditur. Sed luminaria sunt causa eorum quæ hic aguntur. Ergo non sunt signa.

¶ 3 Præt. Distinctio & temporũ, & dierum incepit a primo die. Non ergo facta sunt luminaria in tempora & dies, & annos, idest in horum distinctionem.

¶ 4 Præ. Nihil fit ppuilius se, quia finis est melior iis q̃ sũt ad finé. Sed luminaria sunt meliora q̃ terra. Nõ ergo facta sunt vt illuminẽt terrã.

¶ 5 Præt. Luna non pẽst nocti, qñ est plena. Probabile aũt est, ꝙ luna facta fuerit prima. Sic.n. homines incipiunt computare. Ergo luna nõ est facta ut præsit nocti.

In contrarivm sufficit auctoritas Scripturæ.

Respon. dicendum, sicut dictum est sup.* creatura aliqua corporalis potest dici eé facta, uel propter actum proprium, uel alia creatura, uel propter totum uniuersum, uel propter gloriam Dei. Sed Moyses, ut populum ab idololatria reuocaret, illam solam causam tetigit secundum quod sunt facta ad vtilitatem hominum. Vnde dicitur Deuteronom. quarto. Ne forte eleuatis oculis ad cœlum, uideas solem, & lunam, & omnia astra cęli, & errore deceptus, adores ea & colas, quæ creauit Dominus Deus in ministerium cunctis gentibus; hoc autem ministerium explicat in principio Gene. per tria. Primo enim prouenit utilitas hominibus ex luminaribus quantum ad uisum, qui est directiuus in operibus, & maximè utilis ad cognoscẽdas res, & quantum ad hoc dicit. Vt luceant in firmamento, & illuminent terram. Secundo, quantum ad uicissitudines temporum, quib. & fastidium tollitur, & ualetudo conseruatur, & necessaria uictui oriuntur, quæ non essent, si sp esset aut ęstas, aut hyems, & quantum ad hoc dicit. Vt sint in tempora, & dies, & annos. Tertio, quantum ad opportunitatem negotiorũ, & operũ: inquantũ ex luminarib. cęli accipitur significatio pluuiosi téporis, uel sereni, quæ sunt apta diuersis negotiis. Et quantum ad hoc dicit, Vt sint in signa.

q.65. ar.2.

Ad primvm ergo dicendum, quod luminaria sunt in signa corporalium transmutationum, non autem eorum, quæ dependent ex libero arbitrio.

cogunt liberum arbitrium nostrum. Ergo hic damnat Astrologiæ iudiciariam & homines peccata propria attribuentes astris. Ad cuius maiorem notitiam, quæ etiam maximè faciet pro appen. seq. vide veritates aureas super totam legem ueterem, Gen. 1. concl. 13. Et Leuitic. 7 concl. 6. & c. 20. concl. 4. & c. 25. concl. 5. & c. 26. concl. 2. item Deuter. 28. conclus. 4.

2^m de maiori. Causam. R. Insensibilē, non sensibilem. §. Tūc &c. Nam causa, inquantum est sensibilis, uel aliàs manifesta, potest esse signum alicuius occulti, & consequenter contra signum non diuiditur sic, quod non possit et esse signum. Luminaria ergo, cum sint causa manifesta recte etiam uocantur signa. Ratio autem cur Moyses potius uocet ea signa, quam causas, est utilitas populi, cui loquitur, ut. s. tollat ab eis omnem occasionem mali.

AD SECVNDVM dicendū, quod per cām sensibilem quoq; ducimur in cognitionē effectus occulti, sicut & ecōuersò. Vñ nihil prohibet, cām sensibilē esse signū. Ideo tamen potius dicit signa, quam causas, vt occasionem idololatriæ tolleret.

AD TERTIVM dicendum, quod in prima die facta est cōmunis distinctio temporis, per diem & noctem, secundum motum diurnum, qui est communis totius cæli, qui potest intelligi incepisse primo die. Sed speciales distinctiones dierum & temporum, secundum quod dies est calidior die, & tempus tempore, & annus anno; fiunt secundum speciales motus stellarum, qui possunt intelligi quarto die incepisse.

AD QVARTVM dicendū, quod in illuminatione terræ intelligitur utilitas hominis, qui s'm animam præfertur corporibus luminarium. Nihil tamen prohibet dici, quod dignior creatura facta est propter inferiorem, non secundum quod in se consideratur, sed secundum qd' ordinatur ad integritatem vniuersi.

AD QVINTVM dicendum, quod luna quando est perfecta oritur vespere & occidit mane, & sic præest nocti. Et satis probabile est, quod luna fuerit facta plena, sicut & herbæ factæ sunt in sua perfectione faciētes semen, & similiter animalia, & homo. Licet. n. naturali processu ab imperfecto ad perfectum deueniatur; simpliciter tamen perfectum prius est imperfecto. Aug. * tamen hoc non asserit, quia dicit non esse incōueniens, quod Deus impfecta fecerit, quæ postmodū ipse pfecit.

3^m de antecedente. Distinctio temporū, dierum. R. communis: non specialis. § Tunc &c. Hic enim de speciali tantum distinctione loquitur.

4^m de maiori Vilius. R. Inquantum vilius, non inquantū importat secum aliquid nobilius. §. Tunc &c. Nam terra, inquantum connotat hominē in terra viuentem digniorem s'm animam luminarib. est dignior luminarib. licet s'm se sit vilior illis. Item terra, ut ordinatur ad integritatem vniuersi luminarib. nobilior est, & luminarib. dignior, licet secundum se sit vilior. Applicando dic, quod in ly illuminent terram, sumitur terra quatenus est nobilior vtroque modo, non quatenus vilior.

5^m de minori. Prima. R. Imò plena, & pfecta. §. Tūc &c. Non. n. ad computum hominum principaliter hic attendendum est, sed ad alia simul formata in capitulo illo, & ad id quod simpliciter prius est. Magis ergo probabile est, lunam fuisse tunc perfectam, quam primam idest imperfectam, licet & hoc non sit inconueniens, secundum Augustinum. Scias propter ly postmodum ipse perfecit, quod luna etiam prima, iure diceretur præesse nocti, quia tempore oportuno præerit ipsi, uel quia ad hoc ex institutione sui tunc ordinabatur.

APPENDIX.

Vtilit. pro S. Eccl.

EX articulo habes primo, quomodo interimas hæreses Bardasenis Syri dicentis, libero arbitrio non ascribendas esse huiusmodi conuersationes, sed fato. Item Petri Abailardi (Alfon. Castr. libertas, 1.) dicentis, libertate nihil fit, sed omnia ex necessitate euenire. Item Priscilliani dicentis: fatali signo animas nostras, & corpora humana, astringi. Item Basili. dicentis. In 7. astris & 24. literis rerum omnium perfectionem, vitam denique, & generationem omnium hominum, consistere. Item Algazelis philosophi tunc male philosophantis (Direc. inquis. 1. par. q. 4.) dicendo. Ex conditione corporum cælestium futura pendent intantum, quod si quis totam conditionem cælestis harmoniæ haberet, plene cognosceret tam præterita, quam futura. Itē dicendo. Corpora cælestia, & dispositiones eorum, in quib. incipimus aliquid operari, dirigūt operationes nostras a principio usque in finē per tantum, & per totum, ita quod illa constellatio solum, in qua & sub qua incipitur, quantumcumq; opus sit voluntarium, dominatur a principio vsque in finem. Item dicendo. Motus voluntatis subsunt corporibus cælestibus. Contra has omnes militat D. Thomas, & eas deuicit, quando in responsione ad primum glossando prophetam dicit, luminaria sunt in signa corporalium transmutationum, nō autem eorum quæ dependent ex libero arbitrio. Vide etiam eundem in q. 115. ar. 4. efficacissime tales hæreses expugnantem. Secundo habes, quomodo ostendas, eas iuste damnari per Hiere. 10. a signis cæli nolite timere, quæ gentes timent. Vbi monstrat propheta, illos errores esse gentium paganarum Deumq; ignorantium, quos prædiximus. Item per conciliū Braccarensē Cano. 9. Si quis animas & corpora humana fatalibus stellis credit astringi, sicut Pagani & Priscillianus dixerunt; Anathema sit, & Cano. 10. Si quis 12. Signa. i. sydera, quæ mathematici obseruare solent, per singula animæ, vel corporis membra dissipata credunt, & nominibus Patriarcharum ascripta dicunt, sicut Priscillianus dixit: Anathema sit. Hæc ibi. Cum itaq; omnes illæ hæreses in sensu (ut patet consideranti) cum Priscilliano vel paganis idem dicant: consequens est fateri, quod ab illo Concilio damnantur. Damnant. n. omnia similia in sensu, qui unum damnant (ut alibi annotatū est) qm̄ de similib. idē est iudiciū, iuxta regulā principis philosophorum. Itē a Papa Leone primo, in epistola ad Asturiensē Epm, in ord. 93. inter opera Leonis to. 1. concione 91. & sic. Vndecima ipsorū Priscillianistarum blasphemia est, qua fatalib. stellis & aiās hoium, & corpora opinantur astringi: per quam amentiam necesse est, ut omnib. paganorum errorib. implicari, & fauentia sibi (ut putant) sydera colere & aduersantia studeant mitigare. Verum ista sectantib. nullus in Ecclesia catholica locus est, quoniam, qui se talib. persuasionib. dedit, a Christi corpore totus abscessit. Hæc Leo. Item & abunde a q. 115. ar. 4. appen. Tertio uides, quomodo ex his uicissim firmetur Angelica doctrina præsentis responsi, & articuli.

*lib. 2. sup. Gen. c. 15. parum ante med. tomo 3.

Comm. Cardinalis Caietani.

TItulus causa, ut luceant super terram in signa & tempora. ¶ In corpore duo. Primo quadruplicē causam finalem ostendit posse de creatura corporali assignari. Actum proprium, secundo Cæli, tex. 7. Aliam creaturam secundo phy. text. uniuersum 12. Metaphy. Et Deus ibidem. Secundo respondet quæsito, quod Moyses vnam tantum tetigit, propter idololatriæ occasionem tollendam, & illa est utilitas humana tripliciter, ut patet.

Fer. 2. con. c. 69.
Scot. 2. 5. d. 14. q. 1.
Riccar. 2. 5. d. 14. q. 4.
Mayro 2. 5. d. 14. q. 1.
Bacco. 2. 5. d. 16. q. 1.
Aeg. 2. 5. d. 14. q. 3. ar. 4.
Capr. 2. d. 9. q. 1. conc. 1.

353
2. co. cap. 69. & po. q. 6. ar. 6. & quol. 12. a. 9. & sp. a. 6. & 2. cæ. lec. 3. & le. 13. & lect. 18. & 19. prænc.

SVP. Q. LXX. ART. III.

COncl. Corpora cœlestia non sunt animata eo modo, quo plantæ & animalia, sed æquiuoce.

¶ Prob.

ARTICVLVS III.

Vtrum luminaria cæli sint animata.

AD TERTIVM sic proceditur. Videtur, quod luminaria cœli sint animata. Superius. n. corpus nobiliorib. ornamentis ornari debet. Sed ea quæ pertinent ad ornatum inferiorum corporum, sunt animata, s. pisces, aues, & terrestria animalia. Ergo & luminaria quæ pertinent ad ornatum cœli.

¶ 2 Præt. Nobilioris corporis, nobilior est forma. Sed sol & luna, & alia luminaria sunt nobiliora quā corpora plantarum & animalium. Ergo habent nobiliorē formā. Nobilissima aūt forma est aīa, quæ est principium uitæ, quia ut Aug. dicit in li. * de uera religio. quælibet substantia uiuens, naturæ ordine, præfertur substantiæ non uiuenti. Ergo luminaria cæli sunt animata.

¶ 3 Præt. Cā nobilior est effectu. Sed sol & luna & alia luminaria sunt cā uitæ, ut patet maxime in aīalib. ex putrefactione gñatis, quæ virtute solis & stellarū uitā cōsequūtur. Ergo multo magis corpora cælestia uiuunt, & sunt aīata.

¶ Prob. 1. Quia aīa nutritiua non pōt conuenire cælesti corpori (cum sit per naturam incorruptibile,) nec anima sensitiua (cum cælum sit remotum a natura elementorum,) nec anima intellectiua (cum

*li. de uera relig. c. 29. circa med. tomo 1.

¶ 4 Præt.

lib. I. de cęlo, tex. 7. & 8. & sequé, tomo 2.
lib. 11. Meta. tex. 35. tom. 3.

¶ 4 Præt. Motus cęli & cœlestium corporum sunt naturales, vt patet in * 1. de cęlo. Motus autem naturalis est a principio intrinseco. Cum igitur principium motus cęlestium corporum, sit aliqua substantia apprehensiua, quæ mouetur sicut desiderans a desiderato, ut dicitur in * 11. Metaph. videtur quod principium apprehédens sit principium intrinsecum corporibus cęlestibus. Ergo sunt animata.

Li. 8. Phys. tex. 34. & seq. tom. 2.
† li. 8. Phy. tex. 29. t. 2.

¶ 5 Præt. Primum mobile est cęlum. In genere autem mobilium, primum est mouens seipsum, vt probatur in *. 8. phy. quia quod est per se, prius est eo quod est per aliud. Sola autem animata mouent seipsa, ut in eo. lib. † ostenditur. Ergo corpora cęlestia sunt animata.

Dam. li. 2. Ortho. fi. dei c. 9. circa fi.

SED CONTRA est, quod Dam. * dicit in li. Secũdo, Nullus animatos cęlos, uel luminaria æstimet, inanimati enim sunt & insensibiles.

lib. 18. de Ciuit. Dei ca. 41. ante med. to. 5.
lib. 2. periar. c. 7. tomo 4.
† Dam. li. 2 c. 6. ad finé Basil. Ho. 3. in hexa. a med.
Aug. lib. 2. super Ge. c. 15. & Enchirid. ca. 58. ad finé. tom. 3.

RESPON. dicendum, quod circa istã qõné apud philosophos fuit diuersa opinio. Anaxagoras. n. ut Aug. refert li. * 18. de ciu. Dei, factus est reus apud Athenienses, quia dixit solé esse lapidem ardenté negans vtiq; ipsum esse Deũ, vel aliquid aĩatũ. Platonici verò posuerũt corpora cęlestia aĩata. Similiter ét apud Doctores fidei, fuit circa hoc diuersa opinio. Origenes *. n. posuit corpora cęlestia aĩata. Hieronymus ét idem sentire videt͂, exponens illud Eccl. 1. Lustrans uniuersa p circuitũ pergit spũs. Basilius uero † & Damas. asserunt, corpora cęlestia nõ eẽ aĩata. Augustinus vero sub dubio dereliquit, in neutrã partẽ declinans, vt patet in * 2. super Genesim ad literam, & in Enchiridion. Vbi ét dicit, ꝙ si sunt aĩata cęlestia corpora, pertinent ad societaté Angelorum, eorũ aĩæ. In hac auté opinionum diuersitate, vt veritas aliquatenus innotescat, cõsiderandũ est, qđ unio aĩe & corporis, nõ est pp corpus, sed pp animã. Non. n. forma est pp materiã, sed ecõuerso. Natura auté & virtus aĩæ, deprehenditur ex eius operatione, quæ ét quodãmodo est finis eius. Inuenitur aũt corpus nr̃um necessarium ad aliq̃ operationem animæ, q̃ mediante corpore exercetur, sicut patet in operib. animæ sensitiuæ & nutritiuæ. Vñ necesse est, tales animas vnitas esse corporib. pp suas operationes. Est autem aliqua operatio animæ, q̃ non exercetur corpore mediante, sed tñ ex corpore aliqđ adminiculum tali operõne exhibetur sicut per corpus exhibétur animæ humanę phantasmata, quib. indiget ad intelligendum. Vnde ét talé aĩam necesse est corpori vniri ꝑpter suã operationé, licet contingat ipsam separari. Manifestum est autem, ꝙ anima cęlestis corporis non potest habere operationes nutritiuæ animæ, quæ sunt nutrire, augere, & generare: hmõi. n. operationes, non cõpetunt corpori incorruptibili per naturã. Similiter ét, nec operationes animæ sensitiuæ corpori cœlesti conueniunt, quia omnes sensus fundátur super tactũ, qui est apprehésiuus qualitatum elementorum. Omnia ét organa potentiarum sensitiuarum, requirunt determinatã proportionem fm commistionem aliquã elementorum, a quorum natura corpora cęlestia ponuntur remota. Relinquitur ergo, ꝙ de operationib. aĩæ, nulla potest competere animæ cœlesti, nisi duæ intelligere & mouere. Nam appetere, consequitur sensum & intellectum, & cum utroq; ordinatur. Intellectus autem operatio, cum non exerceatur per corpus, non indiget corpore, nisi inquantum ei p sensus ministrantur phantasmata. Operationes auté sensitiuæ aĩæ, corporib. cęlestib. non conueniunt, vt dictum * est. Sic igitur propter operationem intellectualem, anima cęlesti corpori non uniretur. Relinquitur ergo, quod propter solã motionem. Ad hoc autem quod moueat, non oportet qđ vniatur ei ut forma, sed per contactum virtutis, sicut motor vnitur mobili. Vnde Arist. li. 8. Physic. postquam oñdit quod primum mouens seipsum, cõponitur ex duab. partib. quarum vna est mouens, & alia mota, assignans qũo hæ duæ partes vniantur, dicit, * quod per contactum vel duorum adinuicé, si vtrumq; sit corpus, vel vnius ad alterum, & non econuersò, si vnum sit corpus, & aliud non corpus. Platonici etiam aĩas corporib. vniri non ponebãt, nisi per contactum virtutis, sicut motor mobili. Et sic per hoc, quod Plato ponit corpora cęlestia aĩata, nihil aliud datur intelligi, quam quod substantiæ spirituales uniuntur corporib. cęlestib. vt motores mobilibus. Quod autem corpora cęlestia moueantur ab aliqua sutãa apprehendente, & non solum a natura, sicut grauia & leuia, patet ex hoc, quod natura non mouet, nisi ad vnũ, quo habito quiescit, quod in motu corporum cœlestium, non apparet. Vnde relinquitur, quod mouentur ab aliqua substantia apprehendente. Augustinus etiam dicit * 3. de Tri. Corpora omnia administrari a Deo per spiritum uitæ. Sic igitur patet, quod corpora cęlestia non sunt animata, eo modo, quo plantæ, & animalia, sed æquiuocè. Vnde inter ponentes ea esse animata, & ponétes ea inanimata, parua uel nulla differentia inuenitur in re, sed in voce tantum.

In isto art.
li. 8. tex. 40 41. to. 2.
lib. 8. phys. tex. 42. & 43. to. 2.
* lib. 3. de Trin. c. 4. paulo a prin. to. 3.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod ad ornatum, pertinent aliqua secundum proprium motum. Et quantum ad hoc luminaria cœli conueniunt cum aliis, quæ ad ornatum pertinent, quia mouentur a substantia viuente.

AD SECVNDVM dicendum, ꝙ nihil prohibet aliquid esse nobilius simpliciter, ꝙ tamen non est nobilius q̃tum ad aliquid. Forma ergo cęlestis corporis, etsi nõ sit simpliciter nobilior aĩa aĩalis est tamen nobilior, quantum ad rationé formæ. perficit enim totaliter suam materiam, ut nõ sit in potentia ad aliam formam. quod anima non facit. Quantum etiam ad motum, moué tur corpora cęlestia a nobiliorib. motoribus.

AD TERTIVM dicendum, ꝙ corpus cęleste, cum sit moués motum, habet rationem instrumenti, quod agit in uirtute principalis agentis. Et idẽ ex uirtute sui motoris, qui est sub̃ia uiuens, põt cãre uitã.

AD QVARTVM dicendũ, ꝙ d motus corporis cęlestis est naturalis, non ꝑpter principium actiuũ, sed ꝑpter principium passiuũ, q̃a s. hét i sua natura aptitudiné, ut tali motu ab intellectu moueatur.

AD QVINTVM dicendum, ꝙ cœlum dicitur nouere seipsum, inquantum componitur ex motore, & mobili, non sicut ex forma & materia, secundum contactum uirtutis, ut dictum est. * Et hoc etiam modo potest dici, quod eius motor est principium intrinsecum, ut sic etiam motus cœli possit dici naturalis ex parte principii actiui, sicut motus uoluntarius dicitur esse naturalis animali, inquantum est animal, ut dicitur in * 8. Physic.

* In cor. ar
* lib. 8. tex. 27. tom. 2.

(cum cęlũ non habeat sensum, quem tamen necessario præsupponit anima in corpore, cui unitur). Secũda autem pars. s. sed &c. probatur. Quia unitur cœlo intelligentia tantum per contactum uirtutis, idest tanquam motor mobili.

1^m de maiori.

Ornamentis. R. Secundum quod ornatũ important præcisé, nõ aliter. §. Tunc &c. Nam præcise ornatum important aliqua secundum suum motum, inquantum scilicet mouentur, cætera sunt extra rationem ornatus formaliter præcise sumpti. Modo ad rem. Cęli mouentur a motore nobiliori, & consequenter, ut sic ornaméris nobilioribus ornantur.

2^m de maiori.

Forma. R. quantum ad rationem formæ, non semper, simpliciter. §. Tunc &c. vt patet. Dic ex litera, Augustinum loqui de prælatione, id est nobilitate, substantiarum simpliciter, non inquantum formæ tñ, vel tale quid. Sic ergo (vt dicebamur) nihil cõtra. Nam formæ cęlorum, ut formæ, sunt nobiliores formis hic viuentib. licet, ut entia viuétia, & per consequẽs simpliciter, istæ formæ sint nobiliores illis.

3^m de maiori.

Causa. R. principalis, non semper instrumentalis. §. Tunc &c. Nam cęlum est tantum instrumentalis. Scias ergo, aliquid esse nobilius alio, quia uirtute sua causat in illo aliquid, non quia solum est causa. Ad virtuté ergo causandi inspice, non ad causare tantum, quando nobilitatem aliquorum comparas.

D. 334.

4^m de minori.

Principio intrinseco. R. Actiuo, vel passiuo, Tunc nihil &c. Nã passiuum principium, propter quod motus cęlorum sunt naturales, est intrinsecum, sed nõ actiuum. Aequiuocè igitur tantum cęlestia corpora sunt animata, cum in uere animatis principium actiuum, puta anima, sit intrinsecum.

5^m de minori.

Mouens seipsum. R. vt com-

compositum ex duabus partibus, uel tanquam ex materia & forma, uel tanquam ex motore & mobili tantum. §. Tunc nihil &c. Nam cœlum componitur ex motore & mobili solum, ut in litera. Ex qua etiam scito, quod motor potest dici principium intrinsecum cœlo, non quidem absolutè, sed cum additione scilicet, ut motor tantum. Veruntamen principium actiuum hoc modo tantum intrinsecum non facit, quod illud, cui sic intrinsecum est, sit uere animatum.

APPENDIX.

Vtilit. pro S.Eccl.

EX articulo habes primo, quomodo per rationem reiicias errorem Rabbi Moysis, & quorūdā philosophorū (Direc. inquis. 2.par.q.4.) dicentium, quod corpora cęlestia sunt animata, etiam anima intellectiua. Adducebat Rabbi Moyses in erroris sui testimonium, psal. 18. Cęli enarrant gloriam Dei, & Iob 38. cum me laudarent astra matutina. Secundo habes, quō per rationem ostendas, hunc merito improbari a Directorio in principio illius quōniam dicente, quod ibi annumeratę positione sunt contra sanctam fidē nostram. Item damnatum ab synodo generali Constantinopol. quinta, Cano. 6. sic, si quis dicit cęlum, solem, lunā, stellas, & aquas, quæ supra cęlos sunt, animatas quasdam esse & rationales uirtutes: Anathema sit. Hæc ibi. Cęterum, quia & Origenes cum prædictis in hac parte sentit, ideo de Origene quid senserit ipsum cōcilium, vide. q. 68. ar. 2. Ad illa dicta scripturę dicendum, quod nō fauent errori illi. Exponuntur. n. eo modo, quo Basilius supra adductus, quæstio. 68. artic. 2. de psalm. 148. & Daniel 3. dixit. Sicut enim de aquis super cęlos laudantibus, & benedicentibus Deum, aiebat, quòd hoc non dicitur eo quod aquæ sint rationales creaturæ, sed quia consideratio earum prudenter a sensum habentibus contemplata glorificationem perficit creatoris, ita ex imitatione Basilij dicemus nos, quod cęli, & astra laudare Deum perhibentur, non quia sint rationales creaturæ, sed quia consideratio eorum prudenter a sensum habentibus contemplata glorificationem perficit creatoris, idest ultra alias bonas considerationes, incitant homines ad glorificandum creatorem illarum, secundum quod & intelligitur canticum trium puerorum Dan. 3. scilicet, Benedicite omnia opera Domini Domino, &c. Tertio uides, quomodo ex his uicissim Angelica firmetur conclusio, atque declaretur.

¶ NOT. Articulo præsenti deseruit in ordine articulus 363. 268. 373. 424. 375. 568. 275.

Comm. Cardinalis Caietani.

TItulus clarus est.

¶ In corpore quatuor. Primo opiniones refert. Secundo inuestigat qualitatem illius unionis: supposito quod principium motiuum sit cognoscitiuum. Tertio probat suppositum hoc. Quarto concludit responsionem.

¶ Quo ad primum opiniones philosophorum, Anaxagoræ, & Platonis. Et rursus Theologorum, Origen. Hieronymique, & Damasceni cum Basilio. Aug. demum neutraliter.

¶ Quoad secundum. Cęlesti corpori non est coniuncta aliqua aīa, ut forma, sed ut motor. Probatur summariè sic. Vnio illa non est nisi propter motionem, ergo sufficit coniunctio ut motor. Antecedens probatur, quia materia est propter forma, & forma propter opus, & ab opere cognoscitur, & non propter uegetationem nec sensationem, nec intellectionē, ergo pp motionē tm̄. Assumpta oīa clare patent in litera, quia ibi non est phantasma, &c. consequentia uero declaratur, ex Aristot. 8. physic. & Platone.

¶ Quoad tertiū, probatur corpora cœlestia non moueri a natura, ut grauia & leuia, sed ab apprehensiua uirtute, dupliciter. Primo ratione, quia natura, ad unum est determinata. Secundo authoritate August.

¶ Quoad quartum primo responsio est, corpora cęlestia sunt animata æquiuoce ab illis inferiorib. Secundo est correlatiuum, quod inter utramque opinionem nulla quasi est differentia in re.

¶ In secundo dubium occurrit: quia S. Thomas in secundo contra Gene. c. 70. uult, quod secundum Aristo. oportet cęlum ponere animatum, ita quod anima uniatur cęlo ut forma, hic dicit ex Arist. quod sufficit uniri ut motorem mobili.

¶ Ad hoc, non uideo rñsionē nisi alteram duarū. Vel q̄ hic melius dixit, q̄a & posterius scripsit. Vel q̄ ibi intendebat, q̄ oportet sm̄ Arist. cęlum esse ,pprie aīatū, saltem non repugnanter, eo q̄d doctrina sua ad hoc tendit. Quāuis. n. posset interpretari ut hic fecit. ex his tñ quæ in secundo Cęli dicuntur, habemus, q̄d aīatum indistincte poluit: oportet: ergo non repugnare, q̄ animatum sm̄ substantiam. Et hoc sat erat contra Auerroem, contra quē loquebatur. Sustinent autem uerba illa hanc glossam, quia qn̄ contra Auer. erat sermo, fas erat declinare in oppositum, ut Aug. contra Pelagianos facit. Posset tertio fortè dici, quod hic secūm propriam opinionē, ibi secundum Aristotelē, & quamuis adducat Aristotelem, non tñ asserit hanc esse eius opinionē, sed ex dictis eius sibi seruit. In responsione ad quintum, dubiū est quō pōt dici moueri ab intrinseco, si unitur motor solum, ut motor, & est hoc dubiū tam contra Aristotelem, quam Auerroem & cæteros.

SVP. Q. LXXI.

COncl. Quinta dies congrue deputatur ad ornatum medii corporis per productionem auium, & piscium.

354 Sup. q. 70. art. 1. cor.

¶ Prob. Quia ordo ornatus ordini distinctionis respondet, & media dierum distinctionis deputata est distinctioni medii corporis, scilicet aquæ.

¶ Not Quando dicit conclusio, quod quinta dies dicit ornatum aquarum, tu per aquas intellige etiam aerem (per prædicta, quæstione 68. articulo tertio,) de quo tamen expressa mentio nō fit a Moyse propter eius subtilitatem, ne scilicet non intelligatur a populo cui loquebatur, qui crassarum rerum tantum cōmuniter capax erat.

1^m de maiori.

Producunt. n. tanquā principium actiuum, & passiuum, productiōis, non,

QVAESTIO LXXI.

De opere quintæ diei.

DEinde considerandum est, de opere quintæ diei. Et uidetur, quod inconuenienter hoc opus describatur. Illud .n. aquæ producunt, ad cuius productionem sufficit uirtus aquæ, sed uirtus aquæ non sufficit ad productione omnium piscium, & auium, cum uideamus plura eorum generari ex semine. Non ergo conueniēter dicitur, producant aquæ reptile animæ uiuentis, & uolatile super terram.

¶ 2 Præt. Pisces & aues non tātum producuntur ex aqua, sed in eorum compositione uidetur magis terra dominari quam aqua, quia corpora eorum naturaliter mouētur ad terram. Vnde & in terra quiescunt. Non ergo conuenienter dicitur, pisces & aues ex aqua produci.

¶ 3 Præt. Sicut pisces habent motū in aquis, ita & aues in aere. Si ergo pisces ex aquis producuntur, aues non deberent produci ex aquis, sed ex aere.

¶ 4 Præter. Non omnes pisces reptant in aquis, cum quidam habeant pedes, quib. gradiuntur in terra, sicut uituli marini. Non ergo sufficienter productio piscium designatur in hoc quod dicitur, producant aquæ reptile animæ uiuentis.

¶ 5 Præt. Animalia terrestria sunt perfectiora anib. & piscib. quod patet ex hoc, q̄d hn̄t mēbra magis distincta, & perfectiorem generationem. generant. n. animalia. Sed pisces & aues generant oua. perfectiora autem præcedunt in ordine naturæ. Non ergo quinta die debuerunt fieri pisces, & aues ante animalia terrestria.

In contrarium sufficit authoritas Scripturæ.

Respon. Dicendum, quod sicut sup. dictū est, * opus ornatus per ordinē rñdet ordini distinctionis. Vnde sicut inter tres dies distinctioni deputatos, media (quę est secunda) deputatur distinctioni medii corporis. s. aquæ, ita inter dies deputatos ad opus ornatus, media, idest quinta, deputatur ad ornatum medii corporis per productionem auiū, & piscium. Vnde, sicut Moyses in quarta die nominat luminaria & lucem, ut designet quod quarta dies respōdet primæ, in qua dixerat lucem factam, ita in hac quinta die facit mentionem de aquis & de firmamento cœli, ut designet, quod quinta dies respondet secundæ.

*q. præced. art. 1.

Sed sciendum est, quod sicut in productione plātarum differt Aug. ab aliis, ita & in productione piscium & auiū. Alii enim dicunt, pisces & aues quinta die esse productos in actu. Aug. autem dicit * 5. super Gene. ad literā, quod quinta die aquarum natura produxit pisces, & aues potentialiter.

*li 5. super Gen. c. 5. a med. to. 3.

Ad primum ergo dicēdum, quod Auic. posuit omnia aīalia posse generari ex aliquali elementorū commistione absq; semine, ét per uiam naturæ. Sed hoc uidetur inconueniens,

non, tanquam principium tantum passiuum. §. Tunc nihil &c. Nã aquæ sunt tantum principium passiuum, & uerbum Dei solum fuit tunc principium actiuum. Nunc autem uel semen, uel uirtus cœlestis, est principium actiuum, præsupposito semper illo uerbo Dei primitus dicto, & ipsa aqua, siue aliud elementum, uel elemẽtatum est principium passiuum, ex quo producuntur aliqua (præsupposito etiã illo uerbo, quod uirtutem hãc passiuam aquis dedit pro semper.)

D. 213.

2^m de antecedente.

Pisces, aues. ℞. Secundum se considerata, non secũdum quod nata sunt moueri talibus motibus. §. scilicet uolando, natando. Tũc nihil &c. Secundo enim modo considerantur, hic, & ut patet, quandam affinitatem habent cum aqua, & aere per aquam connominato. Scito ex litera, quod supra diximus esse uerum, quod scilicet ea, quæ pertinent ad ornatum, dicuntur principaliter pertinere propter motum. quæstio. 70. artic. 3. ad primum.

li. 5. de Genes. ad lit. cap. 5.

3^m de antecedente.

Aere. ℞. quantũ ad partem aquis affinem. §. Tunc nihil &c. Nam tunc aquæ producere aues dicuntur, quando aer aquæ affinis produ citur.

4^m antecedẽs.

Non omnes &c. ℞. Omnes tamen magis communicant aquis, quam cum alio extremo. §. Tunc nihil &c. Pedes enim habentia, quibus in terra quãdoque grandiantur, & si non semper reperiantur in aquis, communicant tamen magis cum aquaticis animalib. quam cum terrestrib. ideo pertinent ad aquas tamquam medium affine uni extremorum, non tamquam id quod totaliter est de classe alterius extremi. Pertinentia enim ad aquas sunt in duplici differentia, & non tantum unius modi (sicut imaginabatur argumentum).

Quintum

ueniens, quia natura determinatis mediis pcedit ad suos effectus. Vnde illa quæ naturaliter generantur ex semine, non possunt naturaliter sine semine generari. Et ideo dicendum est aliter, quod in naturali generatione animalium, principium actiuum est uirtus formatiua quæ est in semine in iis, quę ex semine generantur. loco cuius uirtutis in iis, quæ ex putrefactione generantur, est uirtus cęlestis corporis. Materiale autem principium in utrorumque animalium generatione est aliquod elementum, uel elementarum. In prima autem rerum institutione fuit principiuũ actiuũ uerbum Dei, quod de materia elementari produxit animalia, uel in actu secundum alios sanctos, uel uirtute secundum Aug. non quod aqua aut terra habeat in se uirtutẽ producendi omnia animalia, ut Auic. posuit, sed quia hoc ipsum, quod ex materia elementari uirtute seminis, uel stellarum possunt animalia produci, est ex uirtute primitus elementis data.

AD SECVNDVM dicendum, quod corpora auium & pisciũ, possunt dupliciter cõsiderari. Vno mõ fm se, & sic necesse est quod in eis magis terrestre elemẽtum dñetur, quia ad hoc, quod fiat cõtemperatio mistionis in corpore animalis, necesse est, quod quantitatiuè abundet in eo elementum, quod est minus actiuum. s. terra. Sed si considerentur secundum quod sunt nata moueri talib. motib. sic habent affinitatem quandam cum corporibus in quibus mouentur. Et sic eorum generatio hic describitur.

AD TERTIVM dicendum, quod aer, quia insensibilis est, non per se ipsum cõnumeratur, sed cum aliis, partim quidem cum aqua, quantũ ad inferiorem partem, quæ exhalationib. aquæ ingrossatur, partim & cum cœlo quantum ad superiorem partem, aues autem motum habent in inferiori parte aeris. Et ideo sub firmamento cœli uolare dicuntur, etiam si firmamentum pro nebuloso aere accipiatur. Et ideo productio auium aquæ ascribitur.

AD QVARTVM dicendum, quod natura de uno extremo ad aliud trãsit per media. Et ideo inter cęlestia & aquatica animalia sunt quędã media, quæ communicant cũ vtrisque & computantur cum illis cum quibus magis communicant, scdm id, quod cum eis communicant, nõ secundum id, quod communicant cum alio extremo. Tamen ut includantur omnia huiusmodi, quæ habent aliquid speciale inter pisces, subiungit postquam dixerat. Producant aquæ reptile animæ uiuentis. Creauit Deus cete grandia &c.

AD QVINTVM dicendum, Productio horum animalium ordinatur fm ordinem corporũ, quæ eis ornantur magis quam fm propriã dignitatem, & tamen in uia generationis ab imperfectiorib. ad perfectiora peruenitur.

5^m conclusio.

Non ergo quinta die debuerunt fieri &c. ℞. Si horum animalium productio ordinaretur secundum propriam dignitatem, secundum ordinem naturæ, non, si ordinetur secundum ordinem corporum ab eis ornatorum, & secundum uiam generationis. §. Tunc nihil &cæt. Secundus enim ordo tantum hic seruatur.

APPENDIX.

Vtilit. pro S. Eccl.

Ex articulo habes primo, quomodo per rationem ostendas, sacram scripturam recto locutam ibi Genes. primo. Dixit etiam Deus. Producant aquæ reptile animæ uiuentis, & uolatile super terram. Creauitque Deus cete grandia, & omnem animam uiuentem, atque notabilem, quam produxerant aquæ, & omne uolatile. Benedixitque eis dicens. Crescite, & multiplicamini, & replete aquas maris, auesque multiplicentur super terram. Et factum est uespere, & mane dies quintus. Secundo habes, quomodo per rationem id in sensu recto intelligas, intellectumque defendas, quod scilicet opus hoc quintæ diei conuenienter describitur. Tertio uides, quomodo ex his uicissim Angelica firmetur doctrina præsens.

2

3

¶ NOT. Præsenti articulo deseruiunt articuli in ordine 456. 351. 347. 350.

Pro studio uarietate coornãdo.

Comm. Cardinalis Caietani.

Titulus clarus est.

¶ In corpore duo. Primo respõdet affirmatiua quintus dies respondet secundo. Secundo differentiam inter Aug. & alios, qualis sit productio piscium & auium actu uel uirtute.

SVP. Q. LXXII.

Concl. Conuenienter sexta die ornatur terra per productionem animalium terrestrium.

355 Sup. q. 70. art. 1. cor.

¶ PROB. Quia sicut quinta die, quæ correspondet secundę, ornatur medium corpus, ita sexta die, quæ correspondet tertiæ debet ornari ultimum corpus.

¶ NOT. Signum, quod sexta correspondeat tertiæ, est mentio facta de terra utrobique, sicut signum, quod quinta correspondeat secundæ, erat mentio facta de aquis, & de firmamento cęli utrobique, & signum, quod quarta corresponderet primæ, erat mentio facta de luminaribus, seu luce utrobique. Pro cuius captu uide primum capitulum Genesis.

Primum

QVAESTIO LXXII.

De opere sextæ diei.

DEINDE quæritur de opere sexti diei. Et uidetur, quod inconuenienter describatur. Sicut enim aues & pisces habent uiuentem animam, ita etiam & animalia terrestria. Non autem terrestria animalia sunt ipsa anima uiuens. Ergo inconuenienter dicitur. Producat terra animam uiuentem, sed debuit dici, Producat terra quadrupedia animæ uiuentis.

¶ 2 Præt. Genus non dẽt diuidi contra speciem. Sed iumenta & bestię sub quadrupedibus computatur. Inconuenienter ergo quadrupedia connumerantur iumentis, & bestiis.

¶ 3 Præt. Sicut alia animalia sunt in determinato genere & specie, ita & homo, sed in factione hominis non fit mentio de suo genere, uel spẽ. Ergo nec in productione aliorum animalium debuit fieri mentio de genere uel specie cum dicitur. In genere suo uel specie sua.

¶ 4 Præt. Animalia terrestria magis sunt similia homini qui a Deo dicitur benedici, quam aues & pisces. Cum igitur aues & pisces dicantur benedici, multo fortius hoc dici debuit de aliis animalibus.

 ¶ 5 Præt.

1^m de antecedente. Ita. R. Quātum ad habere uitam, non, quantum ad habere gradū uitæ. §. Tunc &c. Ad diuersimodam enim locutionem de utrisque sufficit, quod habeant gradus uitæ diuersos.

2^m de maiori, Genus. R. Vt illius speciei genus, non, ut omnia alia talia complectens. §. Tūc nihil &c. Non enim dicitur ly quadrupedia, ut explicetur genus iumentorum, animalium reptilium, bestiarum (secundum quod argumentū imaginatur.) Sed ut cōmuniter omnia alia isto nomine uno comprehendantur, quæ non erant significata aliquo nominum specialiter expressorum.

Item maior, Genus non debet diuidi contra speciem. R. Debet tamen præmitti speciebus. §. Tunc nihil &c. vt patet. Vide responsum ly uel quadrupedia præmisit &c.

*li. 5. super Gene. c. 5. tom. 3.

*ex Hom. 8. sui hexam.

3^m de minori. Nō fit. R. ex psse, sed psuppositiue. §. Nā psupponitur facta, dū in productione aliorū aialiū facta fuit mentio gnationis similis ex simili. Tūc &c. Nā sufficit pmisisse hoc in aliis aialib.

q. 78. art. 2.

Item conclusio. Ergo &c. R. Si animalia alia haberent hanc nobilissimam conditionem, scilicet esse formata ad imaginem, & similitudinem Dei sicuti est homo, §. Intellige literam, ac si dicat denominatio debet fieri a nobiliori Tunc &c. Nō.n. de dissimilib. idem est iudicium. Vide sm responsum ly vel quia animalia & plantæ &c.

*Basi. ho. 7 in hexame. aliquantulum a prin. li. 3. Ge. ad lit. c. 8.

4^m de conclusione. Dicit debuit. R. Nisi subintelligeretur dictum. §. Tunc nihil &c. Ex litera respondetur tum quæstioni, quæ posset moueri de repetitione benedictionis in homine, tum quæstioni quæ fieri posset de tacita benedictione in plantis. Sciendum tamē, quod si per benedictionem intelligamus solū uirtutem generandi conferri, tunc etiam plātæ intelli-

¶ 5 Præt. Quædam animalia generantur ex putrefactione, q̄ est corruptio quædam. Corruptio autem non conuenit primæ institutioni rerum. Non ergo animalia debuerunt in prima rerum institutione produci.

¶ 6 Præt. Quędam animalia sunt venenosa, & homini noxia. Nihil autem debuit esse homini nociuū ante peccatū. Ergo huiusmodi animalia, uel omnino fieri a Deo non debuerunt, qui est bonorum author, uel non debuerunt fieri ante peccatum.

IN CONTRARIVM sufficit authoritas Scripturæ.

RESPON. Dicendum, quod sicut in die quinto ornatur mediū corpus respondet secundæ diei, ita in sexto die ornatur ultimum corpus, scilicet terra per productionē animalium terrestrium & respondet tertiæ diei unde utrobique fit mentio de terra. Et hic etiam secundum August, * animalia terrestria producuntur potentialiter secundum uero alios sanctos, in actu.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod Basil. dicit*, Diuersus gradus uitæ, qui in diuersis viuentibus inuenitur, ex modo loquendo Scripturæ colligi potest. Plantæ enim, habent imperfectissimam vitam & occultam. Vnde earum productione nulla mentio fit de vita, sed solum de generatione, quia secūdum hanc solum inuenitur actus uitæ in eis. Nutritiua enim & augmentatiua generatiuæ deseruiunt, vt infra dicetur. *Inter alia vero animalia perfectiora sunt (communiter loquendo) terrestria, auib. & piscibus non quod pisces memoria careant, ut Basi. dicit* & Aug. improbat, sed propter distinctionem membrorū, & perfectionē generationis. Quantum autem ad aliquas sagacitates, etiam aliqua animalia imperfecta magis vigent, ut apes & formicæ. & ideo pisces uocat non animam uiuentem, sed reptile animæ uiuentis. Sed terrena animalia uocat animam viuentem propter perfectionem vitæ in eis, ac si pisces sint corpora habentia aliquid animæ, terrestria vero animalia propter perfectionem uitę, sint quasi animæ dominantes corporib. Perfectissimus autē gradus vitæ est in homine. Et ideo uitam hominis non dicit produci a terra uel aqua, sicut cæterorum animalium, sed a Deo.

AD SECVNDVM dicendum, q per iumenta vel pecora intelliguntur animalia domestica, quę homini seruiunt qualitercumque. Per bestias autem intelliguntur animalia sæua, vt vrsi & leones. Per reptilia verò, animalia quæ vel non habent pedes quib. eleuentur a terra, vt serpentes, vel habent breues, quib. parum eleuantur, vt lacertę & formicæ. Sed quia sunt quædam animalia quæ sub nullo horum comprehenduntur, vt cerui & capræ, vt etiam ista comprehenderentur, addidit quadrupedia. Vel quadrupedia præmisit quasi genus, & animalia subiunxit, quasi species. Sunt enim quædam reptilia quadrupedia, vt lacertæ, & formicæ.

AD TERTIVM dicendum, quod in aliis animalibus, & plantis mentionem fecit de genere & specie, vt designaret generationes similium ex similibus. In homine autē non fuit necessarium vt hoc diceretur, quia quod præmissum fuit de aliis, etiam de homine intelligi potest. Vel quia animalia, & plantæ producuntur secundum genus, & speciem suam, quasi longe a similitudine diuina remota, homo autē dicitur formatus ad imaginem, & similitudinem Dei.

AD QVARTVM dicendum, q benedictio Dei dat virtutem multiplicandi per generationē. Et ideo quod positum est in auib. & piscib. quæ primo occurrunt, non fuit necessarium repeti in terrenis animalib. sed intelligitur. In hominib. autem iteratur benedictio, quia in eis est quædam specialis multiplicationis ratio, propter cōpletum numerum electorum, & ne quisquam diceret in officium gignendi filios aliquod esse peccatum. Plantæ vero nullum habent propagandæ prolis affectū, ac sine vllo sensu generāt. vnde indignæ iudicatæ sunt, benedictionis verbis.

AD QVINTVM dicendum, q cum generatio vnius sit corruptio alterius, quod ex corruptione ignobiliorum generentur nobiliora, nō repugnat primæ rerum institutioni. Vnde animalia, quæ generantur ex corruptione rerum inanimatarum, vel plantarum, potuerunt tūc generari, non autem quæ generantur ex corruptione animalium, tūc potuerunt produci, nisi potentialiter tantum.

AD SEXTVM dicendum, quod Aug. dicit in 1. super Gen.* contra Manichæos, quod si in alicuius opificis officinā imperitus intrauerit, videt ibi multa instrumenta, quorū causas ignorat, & si multum est insipiens, superflua putat. Et si vero in fornacem intus ceciderit, aut ferramento aliquo acuto se vulnerauerit, noxia existimat ibi esse multa, quorum vsum, quia nouit artifex, insipientiam eius irridet. Sic in hoc mondo quidam audēt multa reprehendere quorum causas non vident. Multa. n. etsi domui nostræ non sunt necessaria, in eis tamen completur vniuersitatis integritas. Homo autem ante peccatū ordinatè fuisset vsus rebus mundi. Vnde animalia venenosa ei noxia non fuissent.

intelligātur benedictæ, secus si per benedictionem intelligamus uirtutem generandi sic, i. cū affectu ad prolem.

5^m de minori. Corruptio. R. Nobiliorum, ex qua generātur ignobiliora, non autem ignobiliorū ex qua generantur nobiliora. §. Tunc nihil &c. Nam cū generatio unius sit, &c. vt in litera. Scito, q ex corruptione contingētē in materialib. generantur ignobiliora. s. pulices, pediculi &c. Animalia generabilia ex corruptione ignobiliorum sunt, ut mures, talpæ, reptilia. Ita nō inconuenit producta tūc actualiter fuisse, generabilia, autem ex corruptione nobiliorum incōueniēs erat produci actu, licet nō i potētia.

6^m de maiori. Homini. R. inordinatè utenti reb. non autem ordinatè utenti. §. Tūc nihil &c. Nam ante peccatum homo usus ordinatè fuisset quibuslibet reb. mundi. Scito ex litera etiam uenenosa quęque esse secundum se mundo necessaria, utpote in q. b. complea tur integritas uniuersi.

APPENDIX.

EX articulo habes primo, quomodo per rationem interimas hæresim Adamianorū dicētium, Matrimoniū quasi per se malum, eē damnandum. Item Tatianorum dicentium, Matrimonium nihil aliud esse nisi occultum meretricium, uel nihil differre a scortatiōe, sed eē idē: Itē Tracitarum dicentium, Matrimonium siue cōiugiū, esse respuendū. Itē Catharorū (Cardinalis Turrecremata, 3 Ecclesiali. 4. c. 35.) dicentiū. Matrimoniū carnale eē pctm mortale. Itē pauperū de Lugduno (ex sūma fratris yeoneri, 5. par. c. 3. in Bibliotheca Vaticana, manuscripta) dicētiū Matrimoniū eē fornicationē iuratā, nisi cōiugati cōtinēter uiuāt. Itē eorum (ibidem) dicentium

Vtilit. pro S. Eccl.

* lib. 1. de Gene. con. Manichæ. c. 16. parū a prin. to. 1.

QVAE-

centium. Quaslibet alias immunditias magis esse licitas, quam copulam carnalem. Item Albanensium dicentium. Matrimonium nullum esse. Item Sectariorum dicentium. Matrimonium esse inuentum quoddam humanum. Nam contra hos omnes militat in responsione ad quartum ratio Sancti Thomæ dicens. In hominibus autem iteratur benedictio, quia in eis est quædam specialis multiplicationis ratio propter complendum numerum electorũ, & ne quisquam diceret, in officio gignendi filios aliquod esse peccatum. Ecce duas rõnes adduxit. Si ergo benedicuntur speciali ratione illi coniunges, quales erant Adam & Eua, ad copulam carnalem ineundam, utique matrimonium est aliquid, & non est inuentum humanum, & copula carnalis coniugum de se non est illicita. Item si benedicuntur, ne quisquam dicat in officio gignendi filios aliquod esse peccatum, utique per hoc destruuntur omnes hæreses illæ prædictæ, quæ aliquod peccatum esse de se in matrimonio dicunt, ac per hoc illud respuunt. Taceo, quod prædicti errores faciunt Deum esse cooperatorem peccati, & fautorem criminum, quandoquidem copulandis carnaliter coniugibus benedicit. Vides ne in quantam blasphemiam incidunt, qui aliquod peccatum actuale in officio gignendi filios ex matrimonio, de se interuenire dicunt. Secundo habes, quomodo per rationem ostendas, has omnes facto ipso damnari iustissimè a Conciliis Florentino & Tridentino, dum utrumque (illud in tractatu de matrimonio, istud in Sess. 24.) commendat matrimonium tanquam a Deo a primordio creationis indissolubiliter institutum, & consequenter de se bonum ac licitum, dogmaque contrarium anathematizandum. Item abundantissimè merito dãnari a dictis in 1. 2. articulorum numero 738. 733. 753. & 3. de sacr. ar. nu. 163. 245. & Addition. ar. nu. 170. 173. 172. 175. 176. 187. & ueritatib. aureis super totam legem ueterem, Gen. 1. conclus. 22. & c. 24. conclus. 5. Tertio uides, quomodo uicissim ex his firmetur doctrina præsentis responsi. Cæterum uide appendicem q. 71. ar. 1. huic proportionaliter applicando, si uis conclusioni deseruire, id quod etiam in omnibus similibus tibi faciẽdum relinqui scias, ubi specialiter non est sic factum).

Comm. Cardinalis Caietani.

Titulus clarus est.

¶ In corpore duo. Primo respondet affirmatiuè, quia sextus dies respondet tertio. Secundo differentiam Augustini, & aliorũ, qualis sit productio animalium terrestrium actu uel uirtute.

QVAESTIO LXXIII.

De iis, quæ pertinent ad septimum diem, in tres articulos diuisa.

Deinde considerandum est de iis, quæ pertinent ad septimum diem.

Et circa hoc quæruntur tria.

¶ Primo, De completione operum.

¶ Secundo, De requie Dei.

¶ Tertio, De benedictione, & sanctificatione huius Diei.

ARTICVLVS PRIMVS.

Vtrum completio diuinorum operum, debeat septimo diei ascribi.

356 2. d. 15. q. 3. art. 1.

Ad primum sic proceditur. Videtur, quod completio diuinorum operum non debeat septimo diei ascribi. Omnia enim, quæ in hoc sęculo aguntur, ad diuina opera pertinent. Sed consumatio sæculi erit in fine mundi, vt habetur Mat. 13. tempus etiam incarnationis Christi est cuiusdam completionis tempus, unde dicitur tempus plenitudinis. Gal. 4. & ipse Christus moriens dixit, Consummatum est, ut dicitur Io. 19. Non ergo completio diuinorum operum competit diei septimo.

¶ 2 Præt. Quicumque complet opus suum, aliquid facit. Sed Deus non legitur septimo die aliquid fecisse quinimmo ab omni opere quieuisse. Ergo completio operum, non competit septimo diei.

¶ 3 Præt. Non dicitur aliquid esse completum, cui multa superadduntur, nisi sint illa superflua, quia perfectum dicitur cui nihil deest eorum quæ debet habere. Sed post septimum diem multa sunt facta, & productio multorum indiuiduorum, & etiam quarundam nouarum specierum quæ frequenter apparent, præcipue in animalib. ex putrefactione generatis, quotidie etiam Deus nouas aĩas creat. Nouum etiã fuit incarnationis opus. De quo dicitur Hier. 31. Nouũ faciet dominus super terram. Noua etiam sunt miraculosa opera. de quib. dicitur Eccl. 36. Innoua signa, & immuta mirabilia. Innouabuntur & omnia in glorificatione sanctorum, sm illud Apoc. 21. Et dixit qui sedebat in throno. Ecce noua facio omnia. Cõpletio ergo diuinorum operum non debet attribui septimo diei.

Sed contra est, quod dicitur Genes. 2. Compleuit Deus die septimo opus suum quod fecerat.

Respon. dicendum, ꝙ duplex est rei perfectio, prima & secunda. Prima quidem perfectio est, secundum quod res in sua substantia est perfecta. Quę quidem perfectio est forma totius, quæ ex integritate partium consurgit. Perfectio autem secunda est finis, finis autem uel est operatio, sicut finis citharistæ est citharizare uel est aliquid ad quod per operationẽ peruenitur, sicut finis ædificatoris est domus, quam ędificando facit. Primam autem perfectio, est causa secundę, quia forma est principium operationis. Vltima autem perfectio, quæ est finis totius uniuersi, est perfecta beatitudo sanctorum, quæ erit in ultima consummatione sæculi. Prima autem perfectio, quæ est in integritate uniuersi, fuit in prima rerũ institutione. Et hęc deputatur septimo diei.

Ad primum ergo dicendum, quod sicut dictum est. * perfectio prima, est causa secundæ. Ad beatitudinem autem consequendam, duo requiruntur, natura, & gratia. Ipsa ergo beatitudinis pfectio erit in fine mundi, ut dictum est. † Sed ista consummatio præcessit causaliter, quãtum ad naturam quidem in prima rerum institutione, quantum ad gratiam uero incarnationis Christi, quia gratia, & ueritas per Iesum Christum facta est, ut dicitur Ioan. 1. Sic igitur in septima die fuit consumatio naturæ, in incarnatione Christi consumatio gratiæ, in fine mũdi cõsumatio gloriæ.

Ad secundum dicendum, quod septima die Deus aliquid operatus est, non nouam creaturam condendo, sed creaturam administrando, & ad propriam operationem eam mouendo, quod iam aliqualiter pertinet ad inchoationem quandam secundæ perfectionis. Et ideo consumatio operum secundum nostram translationem, attribuitur diei septimæ. Sed secundum aliam translationem, attribuitur diei sextæ, & utrumque potest stare, quia consumatio quæ est secundum integritatem partium uniuersi, competit sextæ diei, consummatio quæ est secundum operationem partium, cõpetit septimæ. Vel potest dici, quod in motu continuo, quamdiu aliquid potest moueri ulterius, non dicitur motus perfectus ante quietem, quies enim demonstrat motum consũmatum: Deus autem poterat plures creaturas facere, pręter illas quas fecerat sex diebus. Vnde hoc ipso quod cessauit nouas creaturas condere in septima die, dicitur opus suum consummasse.

Aegid. 2. 5. distin. 15. q. 1. ar. 1.

SVP. Q. LXXIII.

Art. 1.

Concl. Prima perfectio, quæ est in integritate uniuersi congrue deputatur septimæ diei.

¶ Prob. Quia prima est in rerum institutione. Et hæc deputatur septimæ diei.

¶ Not. Dicitur ly prima perfectio ad differentiam secũdæ præsertim illius, ad quam per operationem demum peruenitur (idest perfecta beatitudo sanctorum.)

In cor. ar.

1m de conclusione. Completio, s. gratię, vel etiam gloriæ, non, naturæ. § Tunc nihil &c. Conclusio enim loquitur de completione tãtum naturæ.

† In corp. art.

2m de maiori. Facit. s. Vel quo ad rem fiendam, uel quo ad rei iam factæ administrationem. §. Tunc nihil & c. ut patet in litera.

Tertium

3^m de maiori.

Multa. R. totaliter noua, non aliter. §. Nil ergo postea totaliter nouum sub sole fuit, est, aut erit, ut in litera. Sic ergo nihil contra, ut patet.

APPENDIX.

Vtilit. pro S. Eccl.

Ex articulo habes primo, quomodo per rationem te præserues ab errore philoso. (Direct. Inquisit. 2. p. q. 4.) dicentium, quod Deus nihil agit. Nosti enim ex hoc loco ad tertium, quod licet Deus septimo die compleuerit opus omne a se factum, tamẽ adhuc agit. Secundo habes, quomodo per rationem ostendas, hunc merito damnari Io. quinto. Pater meus usque modo operatur, & ego operor. Consummauit ergo septimo die opus suum Deus, non essendo ab agendo, sed ab agendo sic, idest totaliter aliquid nouum faciendo. Nota, quod prędictus error occasionem falsò assumit ex articulo, & isto, & sequenti: ideoque contra ipsum uere militat articulus uterque, & consequenter ista appendix pro articulo sequenti etiam suo modo seruit. Tertio uides, quomodo ex his uicissim Angelica firmetur doctrina præsens.

¶ Not. Articulo huic deseruiunt articuli in ordine 454. 562. 339. 582.

Ad tertium dicendum, quod nihil postmodum a Deo factum est totaliter nouum, quin aliqualiter in operib. sex dierum præcesserit. Quędam. n. præextiterũt materialiter, sicut quod Deus de costa Adæ formauit mulierem. Quædam uero præextiterunt in operib. sex dierũ, non solum materialiter, sed etiam causaliter, sicut indiuidua, quæ nunc generantur, pręcesserunt in primis indiuiduis suarum specierum. Species etiam nouę, si quæ apparent, præextiterunt in quibusdam acquisitis uirtutibus, sicut & animalia ex putrefactione generata, producuntur ex uirtutibus stellarum & elementorum, quam a principio acceperunt, etiam si nouæ species talium animalium producantur. Animalia etiam quædã secundum nouam speciem, aliquãdo oriuntur ex commistione animalium diuersorum secundum speciem, sicut cum ex asino & equa generatur & mulus, & hæc etiam præcesserunt causaliter in operib. sex dierum. Quædam uero præcesserunt secundum similitudinem, sicut animæ quæ nunc creantur. Et similiter incarnationis opus: quia ut dicitur Philos. 2. Filius Dei est in similitudinem hominum factus. Gloria etiam spiritualis secundum similitudinem præcessit in angelis, corporalis uero in cęlo præcipuè empyreo. Vnde dicitur Eccles. 1. Nihil sub sole nouum. Iam enim præcessit in sæculis, quæ fuerunt ante nos,

---

Comm. Cardinalis Caietani.

Titulus clarus est.

¶ In corpore una conclusio responsiua. Prima perfectio uniuersi congrue septimæ diei ascribitur, ultima autem consummationi sæculi. Declaratur primo: termini in communi distinguendo duplicem perfectionem, primam & secundam, & hanc dupliciter, ordinando eas. Probatur deinde, & quo ad secundam partem, quia illa beatitudo sanctorum perfecta, & quo ad primam, quia consistit in integritate uniuersi.

SVP. Q. LXXIII. ART. II.

Concl. Duobus modis Deus requieuisse dicitur die septimo ab omni opere suo.

¶ Prob. Quia septimo die cessauit nouas totaliter creaturas condere, & post condita opera in seipso, non in illis tanquam illis indigens, quieuit.

¶ Corol. Ergo ex illa phrasi, scilicet requieuit ab omni opere, monstrat sciptura, quod Deus non fecit mundum, uel aliquid mundi, quia indigeret eo. Si enim indiguisset, requieuisset in non ab opere.

357 2. di. 15. q. 3. art. 1.

Notãdum optimum.

1^m de antecedente. Operatur. R. condita administrando, non, totaliter noua cõdendo. §. Tunc &c. ut patet.

2^m de maiori. Vel labori. R. vel nouarum creaturarũ productioni, uel desiderio in aliud tendenti. §. Tunc &c. Nam insufficiens est diuisio facta in illa maiori, & quies hic opponitur nouarũ totaliter creaturarum productioni, ac desiderio in aliud tendenti.

Tertium

ARTICVLVS II.

Vtrum Deus septima die requieuerit ab omni opere suo.

Ad secundum sic proceditur. Videtur, quod Deus septima die non requieuit ab omni suo opere, dicitur enim Ioan. 5. Pater meus usque modo operatur, & ego operor. Non ergo septima die requieuit ab omni opere.

¶ 2 Præt. Requies, motui opponitur, uel labori, qui interdum causatur ex motu. Sed Deus immobiliter & absque labore sua opera produxit. Non ergo dicendum est, septima die a suo opere requieuisse.

Si dicatur, quod Deus requieuit die septima, quia fecit hominem, requiescere. Contra, requies contraponitur eius operationi, sed quod dicitur, Deus creauit, uel fecit hoc uel illud, non exponitur, quod Deus hominem fecit creare, aut facere. Ergo nec conuenienter exponi potest, ut dicatur Deus requieuisse, quia fecit hominem requiescere.

Sed contra est, quod dicitur Genes. 2. Requieuit Deus die septimo ab omni opere quod patrarat.

Respon. Dicendum, quod quies, proprie opponitur motui, & per consequens labori, qui ex motu consurgit. Quamuis autem motus proprie acceptus sit corporum, tamen nomen motus, etiam ad spiritualia deriuatur dupliciter. Vno modo secundum quod omnis operatio, motus dicitur, sic enim & diuina bonitas quodammodo mouetur & procedit in res, secundum quod se eis communicat, ut Dionys.* dicit 2. c. de diuin. nom. Alio modo, desiderium in aliud tendens, quidã motus dicitur. Vnde, & requies dupliciter accipitur. Vno modo, pro cessatione ab operibus. Alio modo, pro impletione desiderii, & utroq; modo dicitur Deus requieuisse die septima. Primo quidem, quia die septima cessauit nouas creaturas condere, nihil enim postea fecit, quod non aliquo modo præcesserit in primis operibus, ut dictum est.* Alio modo, secundum quod rebus conditis ipse non indigebat, sed seipso fruẽdo beatus est. Vnde post conditionem omnium operum, non dicitur, quod in suis operibus requieuit, quasi eis ad suam beatitudinem indigens, sed ab eis requieuit vtique in seipso, quia sufficit sibi, & implet desiderium suum. Et quamuis ab æterno in seipso requieuerit, tamen, quod post opera condita in seipso requieuit, hoc pertinet ad septimum diem, & hoc est ab operibus requiescere, ut August.* dicit super Genes. ad literam.

*c. 2. par. 1. & a med.

*q. 69. ar. 2

*lib. 4. ca. 5.

Ad primum ergo dicendum, quod Deus vsque modo operatur, conseruando, & administrãdo creaturam conditam, non autem nouam creaturam condendo.

Ad secundum dicendum, quod requies non opponitur labori, siue motui, sed productioni nouarum rerum, & desiderio in aliud tendenti, ut dictum est.*

* In cor. 1.

Ad tertium dicendum, quod sicut Deus in solo se requiescit, & se fruendo beatus est, ita & nos per solam Dei fruitionem beati efficimur. Et sic etiam facit nos a suis & nostris operibus in seipso requiescere. Est ergo conueniẽs expositio, ut dicatur Deus requieuisse, quia nos requiescere facit. Sed non est hæc sola ponenda, sed alia expositio est principalior & prior.

3^m de maiori. Operationi. R. Factæ a quiescente, uel immediatè per seipsũ, uel factæ ab eo in alio. §. Tũc &c. Nam facit in nobis opera, & ideo dicitur quiescere, quando facit, quod nos requiescamus ab operibus

ARTI-

bus nostris, & suis, in seipso, quasi non fruentes nostris operibus nobis datis ab eo, sed fruentes ipso solo.

APPENDIX.

Vti. pro S. Eccl.

EX articulo habes, adiuncto etiam priore, quid dicas ratione fultus pro concordia catholica multarum scripturarum, earumque intelligentia sana, quando de operatione Dei, de quiete Dei, quomodocunque loquuntur. Reminiscere etiam appendicis articuli primi, vti bi cautum est. Hi enim duo articuli in idem fere tendunt, licet aliqualiter (ut patet ex textibus sacræ scripturæ expositis) differant. Secundo uidere, si diligenter perspexeris, potes inde, quomodo ex his uicissim Angelica doctrina præsens confirmetur.

Comm. Cardinalis Caietani.

Titulus clarus est.

¶ In corpore tria. Primo, quomodo requies dupliciter inuenitur in spiritualibus, sicut & motus, cui primo opponitur, s. pro cessatione, & impletione desiderii. Secundo, respondet una conclusione bimembri. Deus utroque modo requieuit septimo die. Et probatur quo ad primum, quia cessauit a nouis quo ad secundum, quia in seipso quieuit. Tertio, excluditur obiectio contra hoc secundum, quia s. non debet hoc modo magis septima die, quam alia die quiescere, quia semper hoc modo quieuit, & nunquam habuit motum oppositum. Et hoc excludit, quod satiari seipso non absolute, sed post condita opera attribuitur septimo die. Et hoc non semper conuenit, quamuis nec oppositus motus. Et explicauit hoc scriptura ut ostenderet Deum non egere factis.

Aegid. 2. s. d. 15. q. 2. ar. 1.

Riccar. d. 15. q. 9.

SVP. Q. LXXIII.

ART. III.

358 2. d. 15. q. 3. art. 3.

COnc. 1. Quantum ad hoc, quod Deus cessauit a nouis operibus condendis, sic tamen, quod creaturam conditam conseruat & administrat, competit septimæ diei benedictio.

¶ Prob. Quia benedictio ad propagationem pertinet, & conditæ creaturæ ad propagandum conseruatio, ac administratio, septima die, non cessauit, immo tunc magis manifestari incepit.

¶ Conc. 2. Quantum ad hoc quod Deus requieuit in seipso, competit septimæ diei sanctificatio.

¶ Prob. Quia sanctificatio cuiuslibet attenditur in hoc, quod in Deo requiescit, & in septima die narratur, quod Deus ab opere in seipso quieuerit.

1^m de maiori. Euenit. s. nobis, non Deo. §. Tunc nihil &c. Nobis enim maximum bonum affert multiplicatio, & quies in Deo.

2^m conclusionis illatio. Ergo &c. R. negatur illatio. Nam magis bonum diffunditur, dum tot & tanta multiplicantur etiam secundum indiuidua, quam cum in pauciori numero condita sunt in causis suis. Ideo magis benedictio debetur diei septimo, qui est dies administrandi per multiplicationem iam condita, quam illis sex diebus præcedentibus, qui fuerunt dies primas creaturas producendi.

3^m conclusio. Non oportuit igitur. &c. R. si benedictiones præmissæ essent eadem ratione factæ cum benedictione septimæ diei, non autem, si diuersæ rationis sunt illæ ab ista. §. Tunc nihil &c. Nam diuersæ rationis illæ benedictiones ab ista, ut in litera patet.

ARTICVLVS III.

Vtrum benedictio & sanctificatio debeatur diei septimæ.

AD TERTIVM sic proceditur. Videtur, quod benedictio & sanctificatio non debeatur diei septimæ. Tempus enim aliquod cõsueuit dici benedictum, aut sanctũ propter aliquod bonum quod in illo tempore euenit, aut propter hoc quod aliquod malum uitatur. Sed Deo nihil accrescit, aut deperit, siue operetur, siue ab operando cesset. Non ergo specialis benedictio & sanctificatio debetur diei septimæ.

¶ 2 Præt. Benedictio bonitate dicitur. Sed bonum est diffusiuum & communicatiuum sui, secundum Dionys. Ergo magis debuerunt benedici dies in quibus creaturas produxit, quam ille dies, in quo a producendis creaturis cessauit.

¶ 3 Præt. In singulis creaturis quædam benedictio cõmemorata est, dum in singulis operibus dictum est. Vidit Deus quod esset bonum. Non oportuit igitur quod post omnium productionem, dies septima benediceretur.

SED CONTRA est, quod dicitur Genes. 2. Benedixit Deus diei septimo, & sanctificauit illum, quia in illo cessauerat ab omni opere suo.

RESPON. Dicendum, quod sicut supra dictum est, * requies Dei in die septima dupliciter accipitur. Primo quidem quantum ad hoc, quod cessauit a nouis operibus condendis, ita tamen quod creaturam conditam conseruat & administrat. Alio modo, secũdum quod post opera requieuit in seipso. Quantum ergo ad primum, cõpetit septimæ diei benedictio, quia sicut supra dictum est, * benedictio ad multiplicationem pertinet. Vnde dictum est creaturis quas benedixit, Crescite & multiplicamini. Multiplicatio autem rerum fit per administrationem creaturæ, secundum quam ex similibus similia generantur. Quantum uero ad secundum, competit septimæ diei sanctificatio, maxime enim sanctificatio cuiuslibet attenditur in hoc quod in Deo requiescit. Vnde & res Deo dedicatæ, sanctæ dicuntur.

* Ar. præc.

* q. 62. ad 4. arg.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod non propter hoc dies septimus sanctificatur, quia Deo possit aliquid accrescere, uel decrescere, sed quia creaturis aliquid accrescit per multiplicationem & quietem in Deo.

AD SECVNDVM dicendum, quod in primis sex diebus, productæ sunt res in suis primis causis. Sed postea ex illis primis causis res multiplicantur & conseruantur, quod etiam ad bonitatem diuinam pertinet. Cuius etiam perfectio in hoc maxime ostenditur, quod in ipsa sola, & ipse requiescit, & nos requiescere possumus, ea fruentes.

AD TERTIVM dicendum, quod bonum quod in singulis diebus commemoratur, pertinet ad ad primam naturæ institutionem, benedictio autem diei septimæ pertinet ad naturæ propagationẽ.

APPENDIX.

Vti. pro S. Dei.

EX articulo habes primo quomodo per rationẽ a simili reiicias hæresim Valdensium, (Prat. Pauperes de Lugduno) dicentium. Benedictiones omnes, quas Ecclesia dicit, uel facit, super panem, uinum, aquam, oleum, sal, cerã, incensum, arbores, oliuarum, palmarum, uestimenta, calices, & quæcunque alia ad Ecclesiasticum usum pertinentia, nullius esse momenti, sed esse potius practicam Necromantiæ, quã sacræ Theologiæ. Vides enim hic rationem adduci, qua iuste benedixisse Deum cõcluditur diei septimæ, quæ est proculdubio quoddam inanimatum, qua etiam ostenditur, ipsum iuste sanctificasse diem septimam. Hac ratione, sed principaliter Dei facto, conuincitur a simili manifeste error ille impietatis, eodemque modo concluditur pietatis esse utpote ad imitationem facti diuini exercitam, illam Ecclesiasticarum benedictionum practicam nec tantum illam, sed et consecrationes altariũ, sanctificationes uestiũ, reliquorumque, pro diuino cultu ab Ecclesia dictas, uel factas. Quod si ultra rationem sancti doctoris, recte adamussim expendas hoc factum domini, uidebis, benedictiones, sanctificationesque uestimentorum, aliorumque prædictorum, ac similium puta campanarum &c.) ordinatas esse ad hoc, ut Deus requiescat ab omni opere suo in nobis. i. ut quiescere nos faciat ab omnibus operibus nostris in seipso per deuotum cultum quietius meditando atque contemplando nunc per gratiam, & tandem per gloriam. Vide etiam pro hoc, & bene applica, supra art. 2. ad tertium, & ar. illo

isto ad primum, & hinc perpende quam sanctæ, quam piæ, quam nobis proficuæ, quam cultui diuino accommodæ, quam fidelium mentibus in amorem diuinum excitandis ualidæ, sint Ecclesiasticæ huiusmodi benedictiones. Quid? A Deo ipso, non uerbo tantum, sed facto, hic approbatæ sunt. Secundo igitur habes, quomodo per rationem ostendas, hæresim prædictam merito damnatã esse a Deo hic. Eodem enim facto, quo approbat vnum (scilicet morem illum Ecclesiasticum) reprobat contrarium, (scilicet uirus illud hæreticorum.) Item a Papa Alexandro Primo, qui fuit quintus post Petrum, sic. Aquam sale &c. de consecr. dist. 3. aquã. Ergo a tempore antiquissimo benedictiones huiusmodi sunt in ecclesia. Cæterum quoniam suis locis specialibus erunt (Deo operante) singillatim damnandæ, ideo a simili reprobasse omnes illius hæresis partes tum per Deum tum per Alexandrum sufficiat nunc. Ne tamen interim desiderio nimium affligaris. En tibi loca citata. s. 2. articulorum numero 410. Et ueritates aureas super totam legem ueterem, Exodi cap. 30. concl. 4. Et cap. 38. cõcl. 1. & cap. 40. concl. 1. item Numer. 4. concl. 1. & c. 10. concl. 2. & c. 18. concl. 2: Tertio uides, quomodo ex his uicissim Angelica doctrina firmetur. 3

Comm. Cardinalis Caietani.

Titulus clarus est.

¶ In corpore duo. Primo enumerat duo in die septimo. Secundo respondet quæsito affirmatiue. Benedictio debetur diei septimo. Probatur, quia in eo inchoatur administratio, & requies in Deo post opera, utrique autem debetur benedictio, & sanctificatio, primum primo, & secundum secundo, ut patet.

Alb. Mag. 2. dist. 13. ar. 3.

SVP. Q. LXXIIII.

ART. I.

CONCL. Conuenienter perfectio diuinorum operum respondet perfectioni senarii numeri.

¶PROB. Quia perfectio senarii est, quod consurgit ex suis partibus aliquotis, quæ sunt unum, duo, tria. Et una dies (idest prima) deputatur formationi creaturæ spiritualis, duæ (.i. secunda, tertia) creaturę corporali, (secunda. s. superiorum corporum, tertia inferiorum,) tres (idest, quarta, quinta, sexta.) ornatur (secundum quod supradictum est.) Hæc conclusio est secundum B. Augustinum.

1^m de maiori. Distinguitur. R. Quantum ad hoc, quod unũ non est aliud, non, quantum ad requisitionem temporis in opere. §. Tunc &c. Non enim ex parte factorum, secundum Augustinum, nec ex parte facientis, sm alios requiritur tempus in creatione, quod in distinctione, & ornatu, ex parte mutationis creaturarum tempore mensuratarum requiritur.

2^m conclusio. Ergo alii, &c. R. Nisi in duobus dictis implicite contineretur distinctio etiam ignis, & aeris. §. Tunc &c. ut patet.

3^m de maiori. Distant. R. Secundum propriam dignitatem, non, secundum quod ordinantur ad ornandum partes

359 Ver. q. 8. a. 16. corp. Et po. q. 4. a. 1. & 2. & Hebr. 4. le. 1. & Iob 40. c. 2.

QVAESTIO LXXIIII.

De omnibus septem diebus in communi, in tres articulos diuisa.

DEINDE quæritur de omnibus septem diebus in communi.

ET quæruntur tria.

¶ Primò, De sufficientia horum dierum.

¶ Secundò, Vtrum sint unus dies, uel plures.

¶ Tertiò, De quibusdam modis loquendi, quibus scriptura utitur enarrando opera sex dierũ.

ARTICVLVS I.

Vtrum sufficienter isti dies enumerentur.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur ꝙ nõ sufficiẽter isti dies enumerentur. Non minus enim distinguitur opus creationis ab operibus distinctionis & ornatus, quam hæc duo opera abinuicem. Sed alii dies deputantur distinctioni, & alii ornatui. Ergo & alii dies debent assignari creationi.

¶ 2 Præt. Aer & ignis sunt nobiliora elementa, quam terra & aqua. Sed unus dies deputatur distinctioni aquæ, & alius distinctioni terræ. Ergo alii dies debent deputari distinctioni ignis & aeris.

¶ 3 Præt. Non minus distant uolucres & pisces, quam uolucres & terrestria animalia. Homo etiam plus distat ab aliis animalibus, quã alia quæcunque animalia abinuicem. Sed alius dies deputatur productioni piscium maris, & alius productioni animalium terræ. Ergo & alius dies debet deputari ꝓductioni auium cœli, & alius productioni hominis.

4 SED CONTRA videtur, ꝙ aliqui dies superflue assignentur. Lumen enim ad luminaria se habet vt accidens ad subiectum. Simul autem producitur subiectum cum proprio accidente. Non ergo alia die debuit produci lux, & alia luminaria.

¶ 5 Præt. Dies isti deputantur primæ institutioni mundi. Sed in septima die nihil primitus est institutum. Ergo septima dies non debet aliis connumerari.

RESPON. dicendum, quod ratio distinctionis horum dierũ ex præmissis potest esse manifesta.* Oportuit enim primo distingui partes mundi, & postmodum singulas partes ordinari per hoc, quod quasi suis habitatoribus replẽtur. Secundum ergo alios sanctos, in creatura corporali tres partes designantur. Prima, quæ significatur nomine cęli. Media, quæ significatur nomine aquæ. Infima, quæ significatur nomine terræ. Vnde & secundum Pythagoricos, perfectio in tribus ponitur principio, medio, & fine, vt dicitur in 1. de Cęlo.* Prima ergo pars distinguitur prima die, & ornatur quarta. Media distinguitur secunda die, & ornatur quinta. Infima distinguitur tertia die, & ornatꝰ sexta. August. vero conuenit quidem cum eis in ultimis tribus diebus, differt autem in tribus primis. Quia secundum eum, in primo die formatur creatura spiritualis, in duobus aliis creatura corporalis, ita quod in secundo corpora superiora, in tertio corpora inferiora. Et sic perfectio diuinorum operum respondet perfectioni senarii numeri, qui cõsurgit ex suis partibus aliquoties coniunctis, quæ quidem partes sunt, vnum, duo, tria. Vna enim dies deputatur formationi creaturæ spiritualis, duæ formationi creaturæ corporalis, & tres ornatui.

*q. 70. & 71. & 72.

Li. 1. de cęlo, text. 2.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod secundum August. opus creationis pertinet ad productionem materiæ informis, & naturæ spiritualis informis. Quæ quidem duo sunt extra tempus, vt ipse dicit in 12. confes.* Et ideo creatio vtriusque, ponitur ante omnem diem. Sed secundum alios sanctos potest dici, quod opus distinctionis & ornatus attenditur secundum aliquam mutationem creaturæ quæ tpe mensuratur. Opus autem creationis consistit in sola diuina actione in [d] instanti rerum substantiã producentis. Et ideo quodlibet opus distinctionis & ornatus dicitur factum in die, creatio autẽ dicitur facta in principio, quod sonat aliquid indiuisibile.

Li. 12. cõf. ca. 12. & 7. to. 1.

D. 413.

AD SECVNDVM dicendum, quod ignis & aer, q̃a non distinguuntur a vulgo, inter partes mundi non sunt expresse nominata a Moyse, sed computantur cum medio scilicet aqua, maxime quãtũ ad inferiorem aeris partem. Quantum vero ad superiorem, computantur cum cœlo, vt Aug. dicit.

Li. 2. super Gen. c. 13. to. 3.

AD TERTIVM dicendum, quod productio animalium recitatur, secundum quod sunt in ornatum partium mundi. Et ideo dies productionis animalium distinguuntur,

partes mundi. §. Tunc &c. Hic enim considerantur secundum quod differunt uel conueniunt in ornando partes uarias mundi magis, q̃ sm propriã dignitatem, uel indignitatẽ supra q.7 1.ad 5.

4m contra de conclusione. Produci. ꝗ. Sed tamen melius formari. §. Tunc &c. Nam melior formatio, non noua productio, luminarium facta est quarto die, q. 70. art. 1.

5m de maiori. Dies isti. ꝗ. sex primi, non, septimus, §. Tunc nihil &c. vt patet. Scias pro quæstio. 73. artic. 1. Augustini esse expositionem illam, requieuit ab omni opere, idest ab illo requieuit in seipso, aliorum autem illam, requieuit ab omni opere, idest, cessauit illi addere vlterius aliquid de nouo totaliter.

tur, uel uniuntur, secundum hanc conuenientiam, vel differentiam, qua conueniunt, vel differunt in ornando aliquam partem mundi.

AD QVARTVM dicẽdum, quod prima die facta est natura lucis in aliquo subiecto. Sed quarto die facta sunt luminaria, non quia eorum substantia sit de nouo producta, sed quia sunt in aliquo modo formata, quo prius non erãt, vt supra dictum est.* (*q.70.a.1.)

AD QVINTVM Dicendum, quod septimæ diei secundum August. * deputatur aliquid post omnia, quæ sex diebus attribuuntur, scilicet quod Deus a suis operibus in seipso requiescit. Et ideo oportuit post sex dies fieri mentionem de septimo. Secundum uero alios potest dici, quod in septimo die mundus habuit quendam nouum statum, ut scilicet ei nihil adderetur de nouo. Et ideo post sex dies ponitur septima deputata cessationi ab opere.

(*li. 4. super Gen. c. 15. to. 3.)

APPENDIX.

(Vti.pro S. Eccl.)

EX uniuersali intento. Conclusionis huius articuli habes, primo, quod nec in operibus Dei, nec in uerbis sacrarum scripturarum, aliquid est superfluum, neque diminuti. Intendit enim iste articulus per inquisitionis huius conclusionem, insinuare nobis hoc. Confirmatur autem id, vltra rationes quas adducere solet Diuus Thomas in huiusmodi quæstitis, confirmatur (inquã) magis ex scriptura ipsa 2. Machab. 12. Nisi enim resurrecturos speraret, superfluum uideretur & uanum orare pro mortuis &c. sancta ergo & salubris est cogitatio pro defunctis exorare, vt a peccatis soluantur. Ecce pro tanto inconuenienti habet Spiritussanctus quod aliquid superfluum inueniatur in rebus a seipso in Ecclesia ordinatis (ut est orare pro defunctis,) vt ad superfluitatem uitandam hic dicat, esse tenendum, quod Machabæus speraret mortuos illos ad uitam resurrecturos, & tenendam pro firma conclusione quod oratio pro defunctis est sancta atque salubris. Igitur a simili, neque in operibus Dei, neque in scripturis (sunt enim & hę opera, immo specialia opera, Dei) esse aliquid superfluum, concludendum relinquitur, & quod dicere contrarium est maximum inconueniens. Quod si hoc est inconueniens, concludendum profecto erit, quod ibi nihil est diminuti, quoniam magis inconueniens, & nobis magis noxium foret, si ibi deesset aliquid, quod esset necessarium, quam si sibi contineretur aliquid, quod non esset necessarium (ut patet.) Confirmatur etiam, quia ad illud denotandum dicitur Deut. 4. Non addetis ad uerbum quod uobis loquor, nec auferetis ex eo, & 12. Quod præcipio tibi, hoc tantum facito domino, Nec addas quicquam, nec minuas, & Apocal. 22. si quis apposuerit ad hæc, apponet super illũ Deus plagas scriptas in libro isto, & si quis diminuerit, de uerbis libri prophetiæ huius, auferet Deus partem eius de libro uitæ. Has auctoritates nota pro q. 1. artic. 1. contra mutilatores sacræ scripturæ ibi notatos, & addẽtes ad illam. Nihil igitur superflui, aut diminuti reperitur in prædictis. Quod si quis dixerit contrarium, is, ultra quod rationibus sancti doctoris & sacræ scripturæ auctoritatibus repugnat, audiet ab Augustino, li. 1. super Genes. contra Manichęos, cap. 16. exemplum suæ stultitiæ congruum. Si in alicuius opificis officinam (inquit) imperitus intrauerit, uidet ibi multa instrumenta, quorum causas ignorat, & si multum est insipiens, superflua putat. Si uero si in fornacem incautus ceciderit, aut ferramento aliquo acuto se vulnerauerit, noxia existimat ibi esse multa, quorum usum, quia nouit artifex, insipientiam eius irridet. Sic in hoc mundo quidam audent multa reprehendere, quorum causas non uident. Multa enim etsi domui nostræ non sunt necessaria, in eis tamen completur uniuersitatis integritas. Hæc Augustini verba bene applica ad propositum supradictum, quoniam multum ualent. Ex hoc autem, quod in scripturis nihil diminuti, & consequenter omne quod est necessarium, reperitur saltem quoad sensum, caue, ne inferas vnquam, quod ordinationibus ab Ecclesia sancta factis non tenemur de necessitate salutis obedire. Hæc enim illatio hæreticorum est. Vide q. 29. art. 3. & q. 32. art. 4. Secundo uides quomodo ex his uicissim Angelicus firmetur articulus hic cum omnibus similibus.

Comm. Cardinalis Caietani.

TItulus clarus est.

¶ In corpore tria. Primo, respondet quæsito in communi. Secundo in speciali secundum alios. Tertio, secundum August. Conclusio affirmatiua, Sex dies sufficienter numerantur. Quę conclusio probatur, quia in eis oportuit opus distinctionis, & ornatus partium mundi fieri. Secundum alios, tres corporeæ partes sunt mundi, singulæ duobus diebus, altero distinguente, altero ornante egent, ergo, Sed secundum August. creatura spiritualis admiscetur & consumatur primo die, secundo corporalis superior, tertio inferior, in reliquis conuenitur.

(Aegid. 2. s. d. 15. q. 1. ar. 2. D. Bon. d. 15. a. 2. q. 3. Riccar. d. 15. q. 8.)

(360 SVP. Q. LXXIII. ART. II.)

(Locis sup. ar. 1. inductis, 2. & 2. 12. q. 1. art. 2. & 3.)

CONC. Secundũ Augustinum omnes hi dies sunt unus septempliciter rebus repræsentatus, secundum autem alios expositores sunt septem dies diuersi, non unus.

¶PROB. Quia Augustinus per diem intelligit cognitionem angelicam, ut sic primus dies sit cognitio primi diuini operis, secundus dies sit cognitio, &c. Et mens Angelica potest multa simul simul cognoscere, præsertim in uerbo, in quo omnis angelorum cognitio terminatur. Secũda uero pars s. secundũ autem &c. probatur. Quia alii sancti per istos dies intelligunt, & successionem dierum temporalium, & successionem productionis rerum.

¶NOT. Vide concordiam harum opinionum, quantum potest haberi in litera, & cognosce S. Thom. tum magnam reuerentiam erga sanctorum dicta, (ergo multo magis erga sanctos ipsos,) tum magnum ingenium, dũ in calce corporis dicit, ut neutri sententię præiudicetur, utriusque rationibus

(Modestia, ingenium Auctoris.)

ARTICVLVS II.

Vtrũ omnes isti dies, sint unus dies.

AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur, quod omnes isti dies, sint vnus dies. Dicitur enim Gen. 2. Istæ sunt generationes cœli & terræ, quando creatæ sunt in die quo fecit dominus cœlum & terram, & omne uirgultum agri antequam oriretur in terra. Vnus ergo est dies, in quo fecit cęlum & terram, & omne virgultum agri. Sed cęlum & terram fecit in prima die, uel potius ante omnem diem, virgultum autem agri tertia die. Ergo unus est primus dies & tertius, & pari ratione, omnes alii.

¶ 2 Præt. Eccl. 18. dicitur, Qui uiuit in æternum, creauit omnia simul. Sed hoc non esset, si dies horum operum essent plures, quia plures dies non sunt simul. Ergo non sunt plures dies, sed unus tantum.

¶ 3 Præt. Die septimo cessauit Deus a nouis operibus condendis. Si ergo septima dies est alia ab aliis diebus, sequitur quod illam diem non fecerit. Quod est inconueniẽs.

¶ 4 Præt. Totum opus quod uni diei ascribitur, in instanti perfecit, cum in singulis operibus dicatur, Dixit, & factum est. Si igitur sequens opus in diem alium reseruasset, sequeretur, quod in residua parte illius diei cessasset ab opere, quod esset superfluum. Non igitur est alius dies sequentis operis, a die operis præcedentis.

SED CONTRA est, quod Gen. 1.

tionibus respondendum est. Morem modestissimum, ac ingeniosissimum, similem ubique uidebis in Diuo Thoma erga sanctos, sanctorumque dicta, Disce hinc & tu.

1^m de maiori. Orietur. R. Actualiter. §. Tunc &c. Nam in prima rerum institutione, i. creando cœlum & terram, produxit potentialiter tūc Deus virgultum agri, (ut patet.)

2^m de maiori. Creauit simul. R. non tamen distinxit simul, neque ornauit simul. §. Tunc nihil &c. Sic enim plures dies remanent, sine præiudicio scripturæ illius.

3^m de antecedēte. Condendis, R. nō et a propagandis. §. Tunc nihil &c. Ad propagationem enim pertinet: quod septima dies sextæ succedat.

Li 4. super Gen. c. 8. & 22. & 34. tom. 3. Li. 11. de ci. Dei. c. 9. 7. c. 5. in dialo. q. 65. ad Orosiū ca. 26. tom. 4.

4^m de conclusione prima. Quod esset superfluum R. Nisi oportuisset ad hoc ꝙ ordo seruaretur rerum institutione, ut diuersis statibus mundi nouis diuersi dies deseruirent. §. Tunc nihil &c. Scias, a litera non haberi pro inconuenienti, ꝙ in residua parte singulorum dierum, Deus cessaret ab illo opere. Nam ulterius de nouo nunquam producturus erat illud opus, quāuis aliud sicut simili modo dicitur uniuersaliter, quando non amplius de nouo producturus erat, ꝙ septimo die cessauit ab omni, non ab aliquo tātum, opere.

5^m contra. de minori. Secundū, tertium, R. ut dicunt successionē temporalium dierum, non, ut tantum dicunt ordinem naturalem operum factorum. §. Tūc nihil &c. Nam secundū Augustinum ly secundum, tertium, quartum, quintum, &c. dicunt tūc ordinem naturalem rerum factarum, quod scilicet, sic adinuicem in uniuersi decore ordinātur.

Li. 4. super Gen. c. 28. tom: 3.

* q. 36. a. 1. & 69. ar. 1.

APPENDIX.

Vtil. pro S. Eccl.

Ex articulo habes primo quomodo per rōnem ostendas, Doctores catholicos posse inter se diuersa sentire, & in exponendo aliquem locum sacræ scripturæ, & tamen cum hoc adhuc remanere catholicos.

q. 67. a. 1. & 4. q. 69. a. 1.

dicitur. Factum est uespere & mane dies secundus, & dies tertius, & sic de aliis. Secundum autem & tertium dici non potest, ubi est unum tantum. Ergo non fuit unus dies tantum.

Respon. dicendum, quod in hac quæstione Aug. ab aliis expositoribus dissentit. Aug.* enim uult 2. super Gen. ad lit. & 11. de ciu.† Dei, & ad Orosium, quod omnes qui dicuntur septē dies, sunt unus dies, septempliciter rebus præsentatus. Alii uero expositores, sentiunt ꝙ fuerunt septem dies diuersi, & nō unus tantum. Hæ autem duæ opiniones si referantur ad expositionē literæ Gen. magnam diuersitatem habent. Nam secundum Aug. per diem intelligitur cognitio mentis angelicæ, ut sic primus dies sit cognitio primi diuini operis; secundus dies, cognitio secundi operis; & sic de aliis. Et dicitur unumqd'que opus esse factum in aliqua die, quia nihil Deus produxit in rerum natura, quod non impresserit menti angelicæ, quæ quidem multa simul potest cognoscere, præcipue in uerbo, in quo omnis angelorum cognitio perficitur, & terminatur, & sic distinguitur dies, secundum naturalem ordinem rerum cognitarum, nō secundum successionem cognitionis, aut secundum successionem productionis rerum. Cognitio autem angelica proprie & uere, dies nominari potest, cum lux quæ est causa diei, proprie in spiritualibus, secundum August.† inuenitur. Secundum uero alios, per istos dies & successio dierum temporalium ostenditur, & successio productionis rerum. Sed si istæ duæ opiniones referantur ad modum productionis rerum, non inuenitur magna differentia. Et hoc, propter duo, in quibus exponendo, diuersificatur August. ab aliis, ut ex supra dictis* patet. Primo quidem, quia August. per terram & aquam prius creatam, intelligit materiam totaliter informem, perfectionem autem firmamenti, & congregationem aquarum, & apparitionem aridæ, intelligit impressionem formarum in materiam corporalem. Alii uero sancti per terrā, & aquā primo creatas, intelligunt ipsa elementa mundi, sub propriis formis existentia. Per sequentia autem opera, aliquam distinctionem in corporibus prius existentibus, ut supra dictum est.* Secundo autem differunt quantum ad productionem plantarum & animalium quæ alii ponunt in opere sex dierum esse producta in actu. Aug. vero potentialiter tantum.† In hoc ergo, quod August. ponit opera sex dierum esse simul facta, sequitur idem modus productionis rerum. Nam secundum utrosque in prima rerum productione materia erat sub formis substātialib. elemētorum & ſm utrosq; in prima rerum institutione non fuerunt animalia & plantæ in actu. Sed remanet differentia quantum ad quatuor, quia secundum alios sanctos, post productionem creaturæ, fuit aliquod tempus in quo non erat lux. Item in quo non erat firmamentum formatum. Item in quo non erat terra discooperta aquis, & in quo non erāt formata cæli luminaria, quod est quartum. Quæ non oportet ponere secundum expositionem August. Vt igitur neutri sententiæ præiudicetur, vtriusque rationib. respondendum est.

Ad primum ergo dicendum, quod in die in quo creauit Deus cęlum & terram, creauit etiam omne virgultum agri non in actu, sed antequam oriretur super terram, idest potētialiter, quod August. ascribit tertiæ diei, alii uero primæ rerum institutioni.

Ad secundum dicendum, quod Deus creauit omnia simul quantum ad rerum substantiam quodammodo informē, sed quantum ad formationem quæ facta est per distinctionem & ornatum, non simul. Vnde signanter vtitur verbo creationis.

Ad tertium dicendum, quod in die septimo cessauit Deus a nouis operibus condendis, non autem propagandis quibusdam aliis, ad quam propagationem pertinet, quod post primum diem alii succedunt.

Ad quartum dicendum, quod non est ex impotentia Dei quasi indigentis tempore ad operandum, quod omnia non sunt simul distīcta & ornata, sed vt ordo seruaretur in rerum institutione, & ideo oportuit ut diuersis statibus mundi diuersi dies deseruirent. Sēper autem per sequens opus, nouus perfectionis status mundo est additus.

cos. Videt enim hic. BB. Doctores Augustinum, Basiliū, Chrysostomum, &c. supra a q. 66. quasi per totum hucusque, circa expositionem primi capituli Genes. diuersas sententias adduxisse. Ex hoc tamen SS. Doctorum facto uatio caue, ne incidas in errorem Secundini dicentis Catholicos doctores errasse, atque errore, in fide. Heus misselle, si errarunt, aut errāt, in fide, quomodo sunt catholici? Et si sunt catholici, quomodo errarunt, aut errant, in fide? saltem dixisses, ad euadendum, & falsitatem, & propriæ uocis ignorātiam, Catholicos doctores potuisse, & posse, errare in fide. Hoc uere dixisses. At nihil contra catholicam Ecclesiam, quam sugillare noluisso uideris, haberes, quoniam catholici quidem errare possunt in fide, sed tunc, quando sic uolentes errant, non sunt catholici. Audi, & plus. Catholici, dum sunt catholici, non possunt errare in fide, licet ii, qui catholici sunt, possint errare in illa. Ac si dicatur. Arbor bona non potest malos fructus facere, Matth. 7. idest arbor bona, dum est seu remanet bona, non potest malos fructus facere, licet illa arbor, ꝙ bona est possit fieri mala, & cōsequēter malos fructus facere. Cum enim malos fructus facit, iā non est bona, etsi quandoque fuerit bona. Sed hæc de de sensu composito, qd ad ignaros, qualis est Secundinus? Non denigratur ergo Ecclesia catholica, cum dicitur, Doctores catholicos posse errare in fide (modo exposito,) sed per hoc ostenditur, non singulis eius filiis datum esse perseuerare in fide, quod (ut patet) Ecclesiæ militantis dignitatē non minuit, nisi apud hereticos statuentes Ecclesiam in solis prędestinatis & in bono inconcusse perseuerantibus, contra scripturas, Concilia, præsertim Tridentinum sess. 6. cap. 12. 13. 14. Cano. 15. 16. 23. Sed de hoc aliās. Vide q. 32. ar. 4. Elucid. Et ueritates aureas super legem ueterem, Exod. 13. concl. 6. item Genes. 7. concl. prima item. Numer. secunda concl. 8. Secundo habes, quomodo per rationem declares, quod talis citra fidei detrimentum Catholicorum doctorum uarietas astruit dignitatem

†Aug. li. 5. super Gen. c. 5. tom. 3.

Ad quintum dicendum, quod secundum Aug.* ille ordo dierum referendus est ad naturalem ordinem operum, qui diebus attribuitur.

*In locis citatis in pri. corp. ar.

AR-

tem scripturarum, dum eundem locum literales etiam sensus plures compati ac gignere monstrat (supra quæstio. 1. ar. 10.) astruit & dignitatem Ecclesiæ, de qua in psal. 44. pro laude magna dicitur, Asti, Regina, a d. t. in uest. d. c. uarietate, & circumamicta uarietatibus. Tertio uides, quomodo ex his uicissim Angelicus iuuetur articulus.

Comm. Cardinalis Caietani.

Titulus clarus est.

¶ In corpore quatuor. Primo, diuersitatem opinionum Augusti. & aliorum, s. quia ille unum multipliciter præsentatum, isti multos. Secundo diuersitatem opinionum ad literam Gen. ubi ex Aug. quinque. Primo, dies est cognitio in mente angelica, quia lux proprie in angelo. Secundo, dies primus, cognitio illa respectu primi operis, secundus respectu secundi, tertius tertii &c. Tertio, fieri in die, quia omnia præsunt in mente angelica. Quarto, unitas diei, quia omnia simul in uerbo. Quinto, distinctio eorum non successio cognitionis, aut productionis, sed ordine naturæ inter res cognitas & Dei opera. Ex aliis uero, successio, & temporalium dierum, & productionis rerum. Tertio, diuersitatem opinionũ ad modũ productionis rerũ ubi duo dicit. s. qđ est differentia, & qđ nõ magna. Et q dẽ nõ magna, tũ ex ope formationis, seu distinctionis, quia conueniunt, dum ponunt elementa primo producta. Tum, ex opere ornatus, quia conueniunt, quod primo uirtualiter, deinde actualiter producta sunt animantia & plantæ. Quod uero differentia restat, in quatuor manifestatur. Primo, quia post primam productionem, fuit tempus sine luce, secundo, sine firmamento formato, tertio sine apparitione terræ, quarto, sine formatione luminarium, iuxta primos quatuor dies. Quarto respondet quæsito dicens neutri præiudicandum esse.

¶ Nota quod S. Thom. differentiam inter Augu. & alios non posuit, nisi in quatuor primis diebus, & non in quinto & sexto. Quia ut ex conuenientia apparet, utrique conueniunt in hoc, quod uegetabilia & animalia fuerunt ordine tẽporis facta in actu post primam institutionem rerum, quamuis applicando ad literam Gen. illi dicant quod tertio, quinto, & sexto die. Augu. non, sed cũ in principio temporis hæc uirtualiter fecerit, post, actu facta sunt.

SVP. Q. LXXIIII. ART. III.

Conc. Scriptura utitur conuenientibus uerbis ad exprimendum opera sex dierum.

¶ Not. Supponitur firmiter in litera, quod scriptura utatur conuenientibus uerbis ad exprimendum opera sex dierum, & hoc sit pro conclusione ab argumentis impetenda. Propter hoc suppositum S. Doctor non posuit nouam conclusionem more a suo a se in corpore ab responsis distincto probandam. Ex hoc suo facto tibi uniuersalissime firmiter tenendum relinquit, quod sacra scriptura in quibuscunque suis explicandis utitur semper & ubique cõuenientibus uerbis. Ecce ab uno exemplo disce omnia. Ad exprimendum turpe facinus Susannæ falso attributum, scriptura inducendo senes illos ad loquendum utitur uerbo inhonesto, idest pariter commisceri, inducendo autem Danielem de illomet facinore loquentem utitur uerbo honesto satis, idest, colloquentes sibi. Quare? ut iuxta singularum personarum conuenientiam, & consequenter conuenientibus uerbis, se loqui declaret. Sic facit semper.

361 3. d. 13. q. 1. art. 4.

Vtilissimũ notandum

Pro intelligendis scripturis sacris.

1m de antecedente. Sicut, R. quãtum ad commemorationem personæ filii, non quantum ad modum commemorandi. §. Tunc nihil &c. ut patet ex Augustino.

Item conclusionis illatio.

Ergo &c. R. Negatur illatio. §. Intelligendo. s. per uerbum Dei, i. ly dixit Deus, imperium diuinum. Nam oportuit prius produci creaturã, quæ obediret, quam fieri mẽtionem de diuino imperio. Vide responsum secundum, ly secundum uero alios &c.

2m de antecedente. Commemoratur. R. Explicitè, non, implicite, scilicet nomine terræ. §. Tunc &c. ut patet. In glossa autem præmissa concordant omnes illi tres in textu narrati.

3m de conclusione prima.

Debuit dici, uidit &c. R: Vel

ARTICVLVS III.

Vtrum Scriptura vtatur conuenientibus verbis ad exprimendum opera sex dierum.

Ad tertium sic proceditur. Videtur, quod Scriptura non vtatur conuenientibus verbis ad exprimendum opera sex dierũ. Sicut enim lux, & firmamentum, & huiusmodi opera per Dei uerbum sunt facta, ita cœlum & terra, quia omnia per ipsum facta sunt, vt dicitur Ioan. 1. ca. Ergo in creatione cęli & terræ, debuit fieri mẽtio de uerbo Dei, Sicut in aliis operibus.

¶ 2 Præt. Aqua est creata a Deo, quæ tamen creata non commemoratur. Insufficienter ergo, rerum creatio describitur.

¶ 3 Præt. Sicut dicitur Genes. 1. vidit Deus cuncta quæ fecerat, & erant ualde bona. In singulis ergo operibus debuit dici, Vidit Deus quod esset bonum. Inconuenienter ergo prætermittitur in opere creationis, & in opere secundæ diei.

¶ 4 Præt. Spiritus Dei est Deus. Deo autem non competit ferri, nec situm habere. Inconuenienter ergo dicitur quod spiritus Dei ferebatur super aquas.

¶ 5 Præter. Nullus facit quod iam factum est. Inconuenienter ergo postquam dictum est, Dixit Deus, fiat firmamentum, & factum est ita, subditur, Et fecit Deus firmamentum. & similiter in aliis operibus.

¶ 6 Præter. Vespere & mane non sufficienter diuidunt diem, cum sint plures partes diei. Ergo inconuenienter dicitur, qđ factum est vespere & mane dies scđs, vel tertius.

¶ 7 Præter. Secundo & tertio non conuenienter correspondet vnum sed primum. Debuit ergo dici, Factum est vespere & mane dies primus, vbi dicitur dies vnus.

Respon. Dicendum, ad primum, quod secundum Aug.* personа filii commemoratur tam in prima rerum creatione, quam in rerum distinctione & ornatu, aliter tamẽ & aliter. Distinctio enim & ornatus pertinet ad rerum formationem. Sicut autem formatio artificiatorum est per formam artis, quæ est in mente artificis, quæ potest dici, intelligibile verbum ipsius, ita formatio totius creaturæ est per verbum Dei, & ideo in opere distinctionis & ornatus fit mentio de uerbo. In creatione autem commemoratur filius vt principiũ cum dicitur, In principio creauit Deus, quia per creationem intelligitur productio informis materię. Secundum uero alios qui ponunt primo creata elementa sub propriis formis, oportet aliter dici. Basilius enim dicit,* quod per hoc qđ dicitur, Dixit Deus, importatur diuinum imperium. Prius autem oportuit produci creaturam quæ obediret, quam fieri mentionem de diuino imperio.

* Li. 4. Ge. ad lit. c. 5.

* Ho. 3. Hexã. post medium. Li. 11 de ciui. Dei, ca. 33. circa fi. to. 5.

Ad secundum dicendum, quod secundum Augu.* per cælum intelligitur spiritualis natura informis, per terram autem materia informis omnium corporum. Et sic nulla creatura est prætermissa. Secundum Basilium † uero ponuntur cęlum & terra tanquam duo extrema, ut ex his intelligantur media, præcipue quia omnium mediorum motus, vel est ad cęlum, vt leuium, uel ad terram, ut grauium. Alii vero dicunt, quod sub nomine terræ comprehendere solet Scriptura omnia quatuor elementa, vnde in Psalm. 148. postquam dictum est, Laudate dominum de terra, subditur, ignis, grando, nix, glacies.

† Ho. 1. sui Hexa. post med. illius.

Ad tertium dicendum, quod in opere creationis ponitur aliquid correspondens ei, quod dicitur in opere distinctionis & ornatus. Vidit Deus hoc, uel illud esse bonum.

Ad cuius euidentiam considerandum est, quod spiritussanctus

Vel aliquid ei correspõdens. §. & hoc pro opere creationis. Tunc nihil &c. ut patet in tex. Nã ibi ponitur aliquid ei correspondens.

Li 1. super Ge. c. 8. cir prin. to. 3.

Item de conclusione vlti.

Inconuenienter prætermittitur in opere secundę diei. ℞. Si illud opus esset perfectum tunc, uel si distinctio ibi posita esset de his, quæ sũt manifesta populo, uel si firmamẽtum secundum quod sumitur pro aere nebuloso, esset de partibus principalibus mundi, uel si binarius numerus idest secunda dies, non esset primo discedens ab unitate. §. Tunc &c. Non enim inconuenienter prætermittitur quod rationabiliter prętermittitur, sicut nec in conuenienter dicitur, fit, admittitur id, quod rationabiliter dicitur, fit, admittitur. Vide responsum ad hoc ly, in opere uero secundæ diei non ponit, uidit Deus quod esset bonum &c.

Quid est conueniẽs, & econtra.

4^m de minori.

Ferri, nec situm habere. ℞. corporaliter, seu loco, non autem præexcellente uirtute, uel uiuificando, & fouendo. §. Tunc &c. Spiritussanctus enim super aquas, secundo modo isto duplici, non primo ferebatur. Nota diligenter. quod ex ista phrasi locutionis datur etiam intelligi secundum Au. quod Deus amabat creaturam non ex sui indigentia. Vide literam.

In lib. perplexorum.

5^m conclusio.

Inconuenienter. ergo &c. ℞. Si ly fiat, ly factũ est, ly fecit, dicant omnino idem, non si diuersa. §. Tunc &c. Nam fm Aug. dicunt diuersa, ut in litera patet.

* In eod. li.

Item conclusio.

Inconuenienter ergo &cæt. ℞. si per subiunctũ ly fecit Deus firmamentum, uel &c. intelligeretur, Deum fecisse id quod iam factum erat, non, si per ly &c. intelligatur modus faciendi. §. Tunc &cæt. Nam per ly fecit Deus ultimo loco dictum innuitur tantum modus faciendi, s. quod Deus immediate fecit.

Li. 1. super Geo c. 7. in fin. to. 3.

6^m antecedẽs.

Vespere &c. Diem. ℞. si de

Li. 1. super Gen. c. 7. in fin. to. 3.

tussanctus amor est. Duo autem sunt, ut Augu.* dicit primo super Gen. ad lit. propter quæ Deus amat creaturam suam, scilicet vt sit, & vt permaneat. Vt ergo esset quod permaneret, dicitur quod spiritus Dei ferebatur super aquas, secundum quod per aquam materia informis intelligitur, sicut amor artificis fertur super materiam aliquam, vt ex ea formet opus, vt autem maneret quod fecerat, dicitur, Vidit Deus quod esset bonum. In hoc enim significatur quædam cõplacentia Dei opificis in re facta, non quod alio modo cognosceret, aut placeret ei creatura iam facta quam antequam faceret. Et sic in utroque opere creationis & formationis, trinitas personarum insinuatur. In creatione quidem persona patris per Deum creantem, persona filii per principium, in quo creauit, spiritussancti, qui superfertur aquis. Informatione uero, persona patris in Deo dicente, persona vero filii, in uerbo, quo dicitur persona spiritussancti, in complacentia, qua vidit Deus esse bonum quod factum erat, in opere vero secundæ diei non ponitur, Vidit Deus quod esset bonum. quia opus distinctionis aquarum tunc inchoatur, & in tertio die perficitur. Vnde quod ponitur in tertia die, refertur etiã ad secundum. Vel quia distinctio quæ ponitur secunda die, est de his quæ non sunt manifesta populo, ideo huiusmodi approbatione scriptura non vtitur. Vel iterum propter hoc, quod firmamentum simpliciter, intelligitur aer nubilosus, qui non est de partibus permanentibus in vniuerso, seu de partibus principalib. mundi, & has tres rationes Rabbi Moyses ponit.* Quidam autem, assignant rationẽ mysticam ex parte numeri, quia binarius ad vnitate recedit, Vnde opus secũdæ diei nõ approbatur.*

Ad quartum dicendum, quod Rabbi Moyses per spiritum domini intelligit aerem vel ventũ, sicut & Plato intellexit, & dicit ꝙ dicitur, spiritus domini secundum quod scriptura consueuit vbique, flatum ventorum Deo attribuere. Sed secundum sanctos, p spiritum domini intelligitur spiritussanctus qui dicitur superferri aquæ, i. materiæ informi secundum Aug.* ne faciendo opera sua propter indigentiæ necessitatem, putaretur Deus amare. Indigentiæ enim amor, rebus quas diligit subiicitur. Cõmode autem factum est, vt prius insinuaretur aliqd inchoatum, cui superferri diceretur. Non. n. superfertur loco, sed præexcellente potentia vt Aug. dicit* 1. super Gene. ad lit.

Secundum Basilium† vero, superferebatur elemento aquę. i. fouebat & viuificabat natura aquæ ad simi litudinem gallinæ cubantis, vitalẽ virtute his, quæ fouentur, iniiciens. habet. n. aqua præcipuè vitalem virtutem, quia plurima animalia generantur in aqua, & omnium animalium semina sunt humida. Vita ẽt spiritualis datur per aquã baptismi, unde dicitur Io. 3. Nisi quis renatus fuerit ex aqua & spiritu.

Ad quintum dicendũ, quod secundum Aug.* per illa tria, designatur triplex esse rerum. Primo quidem esse rerum in verbo, per hoc ꝙ dicit, Fiat. Secundo, esse rerũ in mente angelica, per hoc quod dixit, Factum est. Tertio, esse rerum in propria natura, per hoc quod dixit: Fecit. Et quia in primo die describitur formatio angelorum, non fuit necesse vt ibi adderetur, fecit. Secundum alios vero potest dici, quod in hoc quod dicit, dixit Deus fiat, importatur imperium Dei de faciendo, per hoc autem quod dicit, factum est, importatur cõplemẽtum operis. Oportuit autem vt subderetur quomodo factum fuit, pcipue propter illos qui dixerunt oĩa visibilia per angelos facta. & ideo ad hoc remouendum subditur, qđ ipse Deus fecit. Vnde in singulis operibus, postquã dicitur: & factum est, aliquis actus Dei subditur: vel fecit, vel distinxit, vel vocauit, vel aliquid huiusmodi.

Ad sextum dicendum, quod fm Aug.* per vespere, & mane intelligitur vespertina & matutina cognitio in angelis: de quibus dictum est supra.† Vel fm Basilium * totum tempus consueuit denominari a principaliori parte, s. a die: secundum quod dixit Iacob, Dies peregrinationis meæ, nulla mentione facta de nocte. Vespere autẽ & mane ponuntur vt termini diei, cuius mane est principium, sed vespere finis. Vel quia per vespere designatur principium noctis, per mane principium diei. Congruum autem fuit, vt vbi commemoratur prima distinctio rerum, sola principia temporum designarentur. Præmittitur autem vespere, quia cum a luce dies inceperit, prius occurrit terminus lucis, quod est vespere, quam terminus tenebrarum & noctis, quod est mane. Vel secundum Chrys.* vt designetur quod dies naturalis non terminatur in uespere, sed in mane.

Ad septimum dicendum, quod dicitur vnus dies in prima diei institutione, ad designandum quod uiginti quatuor horarum spatia pertinent ad vnum diẽ, unde per hoc quod dicitur. Vnus, præfigitur mensura diei naturalis, vel propter hoc significaret diem consumari per reditum solis, ad unum & idem punctum, uel quia completo septenario dierum, reditur ad primum diem, qui est unus cum octauo, & has tres rationes Basilius * assignat.

de die nostro loquitur argumentum, non est contra August. §.

Item antecedens.

Vespere, &c. Diem. ℞. Nisi denominatio fiat a principaliori, assignando sibi eius terminos, uel nisi diei naturalis assignentur tantum principia temporum, noctis. s. ac lucis, uel nisi ostendi intendatur, ubi terminetur dies naturalis. §. Tunc &c. ut patet. Vide secundum responsum, amplectens omnes tres glossas nunc dictas, ly uel secundum Basilium totum tempus &c. usq; in finem.

7^m de conclusio.

Debuit ergo &c. ℞. si ly unus, diceretur ad correspondendum secundo, uel tertio non autem si dicitur uel ad prefigendum mẽsuram diei naturalis, uel ad significandum, quod dies naturalis consumatur per reditum solis ad unum, idest idẽ punctum, uel ad significandum, quod completo septenario, reditur ad primum diem qui est unus postea de octo (ut uidemus quotidie in numeratione hebdomadarum,) §. Tũc &c. ut patet in litera. Si uis, adde, quod, more Hebræorum, utitur nomine Cardinali, unus, pro nomine ordinali, primus, ut supr. etiam tactum fuit. q. 67. ar. 4: Vide ueritates aureas super legem ueterem, Genesi. 1. conc. 7.

† Basi. Ho. 2. in Hexa. a medio il lius.

Li. 2. super Gen. ad li. c. 8. tom. 3.

Li. 4. super Gen. c. 22. & 23. q. 58. a. 6. & 7.

* Basi. Ho. 2. Hexam. non multũ remote as.

Hom. 3. in Gen. circa mediũ sed clarius Ho. 5. a medio to. 2.

* Basi. Ho. 2. Hexa. nõ remotẽ a fine.

APPENDIX.

Ex articulo, responsione scilicet quinta, habes confutatam hære sim philosophorum (Directi. 2. par. q. 4.) dicentium,

Veil. pro S. Eccl.

tiā, quod Deo nihil noui pōt immediate procedere, itē Algazelis (Dicētis) dicentis, quod cœlestia corpora sunt producta ab aīabus ipsorum corporum cęlestium, & quod una anima producitur ab alia, scilicet inferiora superiori successiue, & quod a primo cęlo processit secundum cęlum, & sic deinceps usque ad ultimum. Cum.n. per subiunctum ly fecit Deus, denotetur quod immediate produxit, sicut per primum ly fecit Deus, denotabatur, quod Deus res illas produxit, patet manifestissime, quod hæresis illa damnatur. Vide supra q.55.ar.5 & q.65.art. 5. ex quorum articulorum literali ratione improbare potes hæresim, simulque eadem ratione ostendere, quod merito hic per textum scripturæ sacrę damnata iam olim fuerat. Ibi reperies quoque aliqua, quib. hanc eandem condemnare poteris, quamuis litera hæc Genesis ad huius damnationem efficaciter sufficiat. Minima enim scripturæ sacræ particula in sensu catholico (ut hæc) intellecta efficaciter & fidē astruit, & perfidiam diruit, licet postea ad maiorem tum fideliū consolationem tum infidelium confusionem quippiam siue ratio num, siue Conciliorum, siue etiam scripturarum adducatur. Secūdo ex his uicissim quomodo doctrina præsens, & q.55.ar.5. & q. 65.ar.5. firmiter uidere potes.

Memorabile semper.

¶ NOT. Præsenti articulo seruit articulus in ordine 337. 296. 297.

Comm. Cardinalis Caietani.

Titulus clarus est.

¶ In corpore respondet dupliciter Primo, secundum Aug. persona filii exprimitur in omni opere, diuersimode tamen, i. ut principium, & ut uerbum in creatione & aliis duobus, quia illa ad informitatem, hæc ad formationem pertinent, secundum alios uero primo creatur, deinde imperatur iam facto per ly dixit. Nota quod cum quæstio sit de omnibus, in corpore (quod est etiam responsio ad primum) S. Th. respondet de communibus ad creationem, & alia inquantum Deum respiciunt.

¶ In responsionibus uero argumentorum ad alia uerba descendit.

QVAESTIO LXXV.

De homine qui ex spirituali & corporali substantia componitur, & primo quantum ad essentiam animæ, in septem articulos diuisa.

POST considerationem creaturæ spiritualis & corporalis, considerandum est de homine, qui ex spirituali & corporali substantia componitur. Et primo, de natura ipsius hominis, secundo, de eius productione. Naturam autem hominis considerare, pertinet ad theologum ex parte animæ, non autem ex parte corporis, nisi ſm habitudinē quam habet corpus ad animam. & ideo prima consideratio circa animam versabitur. Et quia secundum Dion. 2.c. angelicæ Hierar. tria inueniuntur in substantiis spiritualibus. scilicet essentia, uirtus, & operatio. Primo, considerabimus ea, quæ pertinent ad essentiam animæ. Secundo, ea quæ pertinent ad uirtutem siue potentias eius. Tertio, ea quæ pertinent ad operationem eius.

¶ Circa primum duplex occurrit consideratio. Quarum prima est de ipsa anima secundum se. Secunda, de vnione eius ad corpus.

CIRCA primum, quæruntur septem.

¶ Primò, Vtrum anima sit corpus.

¶ Secundò, Vtrum anima humana sit aliquid subsistens.

Hie. Math. ca. 10. Genad. de Eccl. dog. c. II. Tertul. lib. de anima, Hil. Math. 6.

¶ Tertiò, Vtrum animæ brutorum, sint subsistentes.

¶ Quartò, Vtrum anima sit homo; uel magis homo sit aliquid compositum ex anima & corpore.

¶ Quintò, Vtrum sit composita ex materia & forma.

¶ Sextò, Vtrum anima humana sit incorruptibilis.

¶ Septimò, Vtrum anima sit eiusdem speciei cum angelo.

ARTICVLVS PRIMVS.

Vtrum anima sit corpus.

362
2. contra c. 64. & 80. & de anima ar. 19.
Li. 8. Phys. a te. 41. usque ad 53. to. 2.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur, quod anima sit corpus. Anima enim est motor corporis, nō autem est mouens non motum. Tum, quia videtur, quod nihil possit mouere nisi moueatur: quia nihil dat alteri quod non habet, sicut quod non est calidum, non calefacit. Tum, quia si aliquid est mouens non motum, causat motum sempiternum. & eodem modo se habentem, ut probatur in 8. Physicor. * quod non apparet in motu animalis, qui est ab anima. Ergo anima est mouens motum: sed omne mouens motum est corpus. ergo anima est corpus.

Ferr. 2. cont. c. 64. 80. D. Bon. d. 17. a. 1. q. 2. Alb. Mag. 1. d. 8. art 25. Aegid. 2. Asserti. 17. q. 1. ar. 2.

¶ 2 Præte. Omnis cognitio fit per aliquam similitudinem. non potest autem esse similitudo corporis ad rem incorpoream. Si igitur anima non esset corpus, non posset cognoscere res corporeas.

¶ 3 Præter. Mouentis ad motum oportet esse aliquem contactum, contactus autem non est nisi corporum. Cum igitur anima moueat corpus, uidetur quod anima sit corpus.

SED CONTRA est, quod Aug. * dicit 6. de Trin. quod anima simpliciter dicitur, respectu corporis, quia mole non diffunditur per spatium loci.

Li. 6. & Tr. cap. 6 circa me. tom. 3.

SVP. Q. LXXV. ART. I.

CONC. Anima, quæ est principiū primum uitę, non est corpus. Sed corporis actus.

¶ PROB. Quia esse uiuens conuenit corpori, non ut corpus, sed ut tale corpus. Et, quod sit actu corpus tale, habet ab aliquo principio quod dicitur actus eius: (Hoc principium est anima.) Primum

RESPON. Dicendum, quod ad inquirendum de natura animæ, oportet præsupponere, quod anima dicitur esse primum principium vitæ, in his quæ apud nos uiuunt. Animata enim uiuentia dicimus, res uero inanimatas uita carentes. uita autem maxime manifestatur duplici opere scilicet cognitionis, & motus. Horum autem principium, antiqui philosophi imaginationem transcendere non ualentes, aliquod corpus ponebant, sola corpora res esse dicentes, & quod non est corpus, nihil esse, secundum hoc, animam aliquod corpus esse dicebant. Huius autem opinionis falsitas, licet multipliciter ostendi possit, tamen uno utemur, quo etiam communius & certius patet animam corpus non esse. Manifestum est enim quod non quodcunque vitalis operationis principium est anima, sic enim oculus esset anima, cum sit quoddam principium uisionis, & idem esset dicendum de aliis animæ instrumentis, sed primum principium uitę dicimus esse animam. Quamuis autem aliquod corpus possit esse quoddam principium uitæ, sicut cor est principium uitæ in animali: tamen non potest esse primum principium uitæ aliquod corpus. Manifestum est enim quod esse principium uitæ, uel uiuens, non conuenit corpori ex hoc quod est corpus. alioquin omne corpus esset uiuens aut principium uitæ conuenit igitur alicui corpori quod sit uiuens, uel etiam principium uitæ, per hoc quod est tale corpus. Quod autem est actu tale, habet hoc ab aliquo principio, quod dicitur actus eius. Anima igitur, quæ est primum

mum principium vitæ, non est corpus, sed corporis actus, sicut calor qui est principiũ calefactionis, nõ est corpus, sed quidã corporis actus.

AD PRIMVM ergo dicẽdum, quod cum omne quod mouetur, ab alio moueatur, quod non potest in infinitum procedere, necesse est dicere, quod non omne mouens mouetur. Cum enim moueri sit exire de potentia in actum, mouens dat id quod habet mobile, inquantum facit ipsum esse in actu. Sed sicut ostendit in octauo Physicorum * est quoddam mouens penitus immobile, quod nec per se, nec per accidens mouetur, & tale mouens potest mouere motum semper vniformem. Est autem aliud mouens, quod non mouetur per se, sed mouetur per accidens, & propter hoc non mouet motum semper vniformem, & tale mouens est anima. Est autem aliud mouens, quod per se d mouetur scilicet corpus. Et quia antiqui naturales nihil esse credebant nisi corpora, posuerunt, quod omne mouens mouetur, & quod anima per se mouetur, & est corpus.

AD SECVNDVM dicendum, quod non est necessarium, quod similitudo rei cognitæ, sit actu in natura cognoscentis, sed si aliquid sit quod prius est cognoscens in potentia, & postea in actu, oportet quod similitudo cogniti non sit actu in natura cognoscentis, sed in potentia tantum. sicut color non est actu in pupilla, sed in potentia tantum. Vnde non oportet, quod in natura animæ sit similitudo rerum corporearum in actu, sed quod sit in potentia ad huiusmodi similitudines. Sed quia antiqui naturales nesciebant distinguere inter actum & potentiam, ponebant animam esse corpus ad hoc quod cognosceret omnia corpora, & quod esset composita ex principiis omnium corporum.

AD TERTIVM dicendum, quod est duplex contractus, quantitatis & uirtutis.

Primo modo, corpus non tangitur nisi a corpore. Secundo modo, corpus potest tangi a re incorporea quæ mouet corpus.

1m de minori vlti. Motum. ℞. per se, non per accidens tantum, §. Tunc nihil &cæt. Anima enim tantum per accidens mouetur.

2m de maiori. Similitudinem. ℞. Potentialem, non necessario, actualem. §. si loquamur de cognoscẽte existente prius in potentia postea in actu. §. Tunc nihil &cætera. Nam similitudo potentialis potest esse corporis ad rem incorpoream (licet non actualis) in quantum scilicet corpus imprimit sui similitudinem in phantasiam e qua similitudine, seu phantasmate uigore intellectus agentis eliquatur quædam similitudo spiritualior, quæ recipitur in intellectu possibili. Vnde dicitur species intelligibilis, & mediante ipsa intellectus intelligit actu id corpus extra realiter existens, ad quod intelligendum prius erat in potẽtia. Similitudo ergo potentialis (pro nunc) est similitudo intentionalis, similitudo actualis est similitudo crassa ita ut possit denominarẽ rem cognoscentem talem absolute, qualis est res cognita. Similitudo intentionalis non denominat rem, ex cõsequẽti recte dr̃ potẽtialis, quoniam, & diues in potẽtia, nõ dr̃ absolute diues, cum tñ diues actu dicatur simpliciter diues. Anima igitur similitudinem intentionalem. (Hęc est species intelligibilis) corporum, etiam omnium, habebit, consequenter erit similitudine intentionali tantum similis corporibus, & tamen non erit corpus, sed res incorporea. Vnde existens una, & incorporea dicetur quodammódo omnia (sicut philosophus dicit,) non autem absolute omnia. Quodam modo (inquam,) propter similitudinem intentionalem horum in se habitam, non autem absolute, propter carentiam similitudinis actualis modo præexposito in se repertam. Exemplum. Oculo corporali informato similitudine intentionali extracta uigore luminis solaris a pariete colorato, uidemus parietem coloratum ad extra existentem. Ecce, quod similitudo intentionalis sufficit ad faciendam cognitionem rei crassæ extra existentis.

Aug. li. 10. super Ge. ad li. c. 25.

* Locis citatis in arg.

Similitudo duplex.

D. 909.

3m de maiori. Contactum. ℞. uel quantitatis, uel uirtutis, §. Tunc nihil &c. Contactus enim uirtutis est incorporei ad corpus, licet non contactus corporeæ quantitatis.

APPENDIX.

Vtil. pro S. Eccl.

EX articulo habes, primo quomodo per rationem interimas hæresim Tertullianistarum, dicentium, animam esse corpus siue corpoream, quamuis immortalem. Si enim per esse corpus intelligant, quod anima habeat partes crassas, in hasque scindi possit, quarum una sit in uno loco circumscriptiue, alia in alio; (Hoc uere est esse corpus,) tunc ista eorum positio non tantum error, sed etiam hæresis dicenda est. Nam sacris literis manifeste contradicit, ut patebit. Secundo igitur habes, quomodo per rationem ostendas, hanc iuste damnari a scripturis sanctis, Galath. quinto. Caro concupiscit aduersus spiritum, & spiritus aduersus carnem. Hic describens Apostolus bellum inter corpus & animam dicit, ipsam animam esse spiritum. Item Lu. vigesimotertio. In manus tuas commendo spiritum meum. Hic etiam Dominus, dum suam animam iam moribundus patri commendat, eam uocat spiritum. Item Ecclesiast. tertio. Quis nouit, si spiritus filiorum Adam ascendat sursum? & hic Salomon per spiritum intelligit animam. Item ab Apostolis (teste Papa Clemente, constitutionum Apostolorum, libro sexto, capitulo vndecimo) sic, animam incorpoream & immortalem affirmamus, nec interire eam uelut corpora, sed perpetuo manere, uti rationis participem, & libertate præditam. Hæc ibi. Itẽ a Papa Innocentio Tertio, Extra de summ. Trinitate, & fide catholica firmiter credimus &cæt. quod Deus de nihilo condidit creaturã spiritualem, & corporalem, angelicam uidelicet, & mundanam, ac deinde humanam quasi communem ex spiritu, & corpore constitutam. Hæc ibi. Vocat ergo Papa Innocentius simul cum concilio Lateranensi animam humanam spiritum, & ipsum spiritum, (ut patet) diuidit contra corpus. Si igitur anima est, ut re uera est, spiritus, iam non est corpus, & consequenter supradicta atque similia per hoc, quod dicunt animam esse spiritum, damnant positionem dicentem, Animam esse corpus. Nam pro constanti tenendum est, illud, quod est spiritus, non esse corpus, quoniam ex euangelio hoc habetur. Discipulis namque (ut narratur Luc. 24.) existimantibus spiritum esse Dominum post resurrectionem ad eos ianuis clausis ingredientem respondit Dominus ipse, Palpate & uidete, quia spiritus carnem & ossa non habet, sicut me uidetis habere. Ecce ex ore domini, quod spiritus non habet partes corporeas carnem, scilicet & ossa, consequenter nec sanguinem, uenas, arterias, neruos, musculos, & huiusmodi. Si ergo aliquid est spiritus, non est corpus, & si est corpus, non est spiritus. Eodem tenore interimitur & damnatur hęresis Saducęorum, & philosophorum. (Directorium inquisitorum, secunda parte, quæstione quarta,) dicentium, animas non esse spiritus, sed solum corpora. Tertio uides, quomodo ex his uicissim Angelica firmetur conclusio, atque declaretur.

¶ NOT. Articulo præsenti deseruit articulus in ordine 35. 111. 369. 451. 426. 13. 417. 513.

Pro studio vario.

Comm. Cardinalis Caietani.

IN titulo, ly corpus, sumitur ut distinguitur contra actum. Ita quod siue corpus significet substantiam simplicem siue compositam, nihil refert quo ad propositum utroque enim modo distinguitur, contra actum. Et similiter, siue sumatur pro toto, siue pro parte (modo sumatur substantia subiecta per se trinæ dimensioni) sufficit, hoc enim corporis nomine intelligitur.

¶ In corpore tria. Primo, quid nominis animæ. Secundo, opinio antiquorum. Tertio, responsio ad quęsitum. Quo ad primum anima significat primum principium uitæ, in his quæ apud nos uiuunt. Declaratur ex differentia usitatæ locutionis, inter animata & inanimata.

¶ Aduerte hic, quod caute in litera dicitur, quod in his quæ apud nos uiuunt, quia nomine animæ non dicimus primum principium uitę absolute, sed illud potius dicimus Deum, aut quamcumque aliam naturam, sed in his quæ apud nos uiuũt primum principium animam nominamus, nec pertranseas illam præpositionem in, quoniam denotat intraneitatem, uocamus enim animam

animam primum vitæ principium non extra rem, sed fortè cœlum vel Solem tale principium dicimus, sed intus in rebus viuentibus existens.

¶Quo ad secundum, opinio antiquorum: Anima est aliquod corpus. Probatur. Sola corpora sunt res. ergo corpus aliquod est principium cognitionis & motus. ergo anima. Probatur hæc vltima sequela: quia vita his operibus manifestatur: antecedens verò ex defectu intellectus.

¶Quo ad tertium, conclusio responsiua: & destructiua opinionis antiquorum est, habens duas partes. Anima non est corpus, sed corporis actus. Probatur. Non corpus, sed alicuius corporis actus est primum viuendi principium: anima est primum viuendi principium. ergo anima non est corpus, sed corporis actus. Maior primo declaratur, quod totam vim suam ponit in ly primum: quia esse principium vitæ conuenit corpori, vt patet de corde, non tamen esse primum vitæ principium. Deinde probatur ipsa maior. corpus est principium vitæ, vel viuens, non in eo quod corpus. ergo aliquod corpus est viuens, seu vitę principium inquantum tale. ergo habet quòd sit viuens, aut vitæ principium ab actu eius, quod est intentum. Antecedens probatur: quia alioquin omne corpus viueret.

¶Secunda quoque consequentia probatur: quia quod est actu tale, habet hoc ab aliquo principio, quod est eius actus. Minor autem probatur: quia animæ nomine non quodcũque vitæ principium, sed primum tãtum intelligimus. quod manifestatur: quia alioquin oculus, animæ nomine intelligeretur.

¶ Circa illam consequentiam. Esse principium vitæ conuenit corpori inquantum tale. ergo per actum eius. ergo non inquantũ corpus: dubiũ occurrit, quia posset quis inficiari, ꝙ est sophisma consequentis, quoniã ly tale, potest conuenire corpori per aliquã corporeitatis differentiam, puta igneitatem, & consequenter diceretur, ꝙ per hanc rationem non concluditur, nisi ꝙ anima non est corporeitas simpliciter, cum quo stat, ꝙ sit corpus tale, vt antiqui dicebant: & quòd omne tale corpus est principium vitæ.

¶Ad hoc breuiter dicitur, quòd cum hic non intendatur aliud nisi concludere, quòd anima sit actus, seu perfectio corporis, non corpus ipsum: idem est iudiciũ de corpore animato in cõmuni, & de tali, puta igne: quia si ignis est principium vitæ, aut ergo primo ratione corporeitatis, i. partis materialis, aut ratione principij, quo constituitur in esse tali. Non primũ, quia sic omne in quo illud materiale absque tali constitutione esset, viueret. ergo secundum, & hoc vocamus animam. Sed adhuc restat dubitatio: Primò, quia si nomine corporis, pars materialis rei intelligitur, non caret vitio articulus iste. nunquid materiæ vocabulum deficiebat? Secundò, quia adhuc non habetur intentum: quia diceret quispiam, quòd illud corpus principium vitæ primum est, ratione sui totius, & non huius, vel illius partis: sicut oculus est principium visionis, non ratione huius vel illius componentis, sed ratione totius resultantis ex tali mistione, & quòd omne tale est principium vitæ.

¶Ad primum horum dicitur, quòd aliud est circumloqui aliquid, & aliud est vim rationis alicuius extendi ad aliquid: quia idem est iudicium de illo. In proposito S. Tho. nomine corporis intelligit non materiam, sed verè corpus subiectum trinę dimensioni, quicquid sit illud. Sed ratio quæ concludit de corpore, concludit eadem ratione de omni parte materiali. Vsus est autem magis corporis nomine, quia vsitatissimum apud omnes est, animatum duo dicere, s. corpus viuens: per hoc etiam Aristot. hinc incepit tractatum de anima.

¶Ad secundum vero dicitur, quòd quamuis aliqua passio vel operatio possit sic primo conuenire composito, quod nulli alteri prius tanquàm subiecto: nulla tamen passio, aut operatio potest conuenire ei sic primo, quin conueniat prius alicui eius parti essentiali, tanquàm priori principio: quoniam partes essentiales compositi, radices primæ sunt omnium illi conuenientium. Et propterea ly primum, in ratione assumptum, non denotat primo, id est adæquate, sed primum. i. principale: ita quòd vis rationis stat in hoc. prima radix vitæ in corpore viuente, aut est corporeitas, aut actus is quo viuit. Compositum enim esse non potest, sed corporeitas non. ergo: & est processus resolutiuus, vt etiã Arist. fecit, alio tamen medio.

¶Quo ad argumentum nota, ꝙ primum argumentũ procedit de anima secundum ꝙ est principium motus: & quo ad primam partem est antiquorum in 1. de anima, tex. 20. quo ad secundam verò 8. Physic. tex. 52. & 85. & responsio eius ex 51. & 52.

¶Argumentum verò secundum, procedit de anima secundum quod est principium cognitionis: & est antiquorum, ibidem in tex. 25. & 26.

¶In respon. autem ad tertium, vide in 2. contra Gent. c. 56. triplicem differentiam inter tactum virtualem, & quantitatiuum.

Aegid. 2. s. d. 17. q. 1. ar. 3.

ARTICVLVS II.

Vtrum anima humana sit aliquid subsistens.

SVPER Q. LXXV. ART. II.

CONCL. Anima humana, quę dicitur intellectus, vel mens, est aliquid incorporeũ, & subsistens.

¶ PROB. I. Quia anima potest cognoscere naturas omnium corporum; & quod potest cognoscere aliqua, oportet (ne impediatur in cognitione illorum) vt nihil eorum habeat in sua natura. Secunda autem pars, scilicet & subs. &c. probatur: Quia nihil potest per se operari, nisi quod per se subsistit; Et anima habet operationẽ per se, cui non communicat corpus (vt dixit prima pars).

¶COROLL. Ergo cõclusio, per ly incorporeum, intelligit & corpus; & organum corporeum: quoniam per idem medium præmissum probatur, vtrumque, scilicet, quòd anima & non est corpus; & quòd non est, in opere intelligendi, vtens organo corporeo.

363
Pot. q. 3. art. 8. ad 7. Et artic. 9. cor. Et ar. 11. cor. Et de aia ar. 1. Et Ro. 5. lec. 3.

AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur ꝙ anima humana nõ sit aliquid subsistens. Quod enim est subsistens, dicitur hoc aliquid. Anima autem non est hoc aliquid, sed compositum ex anima & corpore. ergo anima non est aliquid subsistens.

¶ 2 Præt. Omne ꝙ est subsistens, põt dici operari. Sed anima non dicitur operari: quia, vt dicitur in * 1. de anima, Dicere animam sentire, aut intelligere, simile est, ac si dicat eam aliquis texere vel ædificare. ergo anima non est aliquid subsistens.

* Lib. 1. de anima tex. 64. to. 2.

¶ 3 Pręt. Si anima esset aliqd subsistens, esset aliqua eius operatio sine corpore. Sed nulla est eius operatio sine corpore, nec etiam intelligere: quia nõ contingit intelligere sine phantasmate. phantasma autem non est sine corpore. ergo anima humana non est aliquid subsistens.

SED CONTRA est, quod Aug.* dicit 10. de Tri. Quisquis videt mentis naturã, & esse substantiã, & non esse corporeã, videt eos, qui opinantur eã esse corpoream, ob hoc errare, ꝙ adiungunt ei ea, sine quibus nullam possunt cogitare naturam, s. corporum phantasias. Natura ergo mentis humanæ, non solum est incorporea, sed etiam est substantia, scilicet aliquid subsistens.

* Li. 10. de Trin. c. 7. parũ à medio, to. 3.

RESP. Dicendũ, ꝙ necesse est dicere id quod est principium intellectualis operationis, quod dicimus animam hominis, esse quoddam principiũ incorporeũ & subsistens. Manifestum est. n. ꝙ homo per intellectum cognoscere potest naturas omnium corporum. Quod autem potest cognoscere aliqua, oportet ut nihil eorum habeat in sua natura: quia illud quod inesset ei naturaliter, impediret cognitionem aliorum: sicut videmus, quòd lingua infirmi, quæ infecta est cholerico & amaro humore, non potest percipere aliquid dulce, sed omnia vidẽtur ei amara. Si igitur principium intellectuale haberet in se naturam alicuius corporis, non posset omnia corpora cognoscere: omne autẽ corpus, habet aliquã naturam determinatam. Impossibile est igitur, ꝙ principium intellectuale sit corpus. Et similiter impossibile est, ꝙ intelligat per organum corporeum; quia si esset natura determinata illius organi corporei, prohiberet cognitionem omnium corporum: sicut si aliquis determinatus color, sit nõ solum in pupilla, sed etiam in vase vitreo, liquor infusus eiusdem coloris videtur. Ipsum igitur intellectuale principiũ, quod dicitur mens, vel intellectus, habet operationem per se, cui non cõmunicat corpus: Nihil autẽ potest per se operari, nisi quod per se subsistit: non. n. est operari nisi entis in actu. Vnde eo modo aliquid operatur, quo est propter quod non dicimus ꝙ calor calefacit, sed calidum. Relinquitur igitur, animã humanam quæ dicitur intellectus vel mens, esse aliquid incorporeum & subsistens.

AD PRIMVM ergo dicendũ, quòd hoc aliquid potest accipi dupliciter. Vno modo, pro quocũq; subsistente: alio modo

1m de maiori. Hoc aliquid. i. Vel incompletum in specie; vel completum in specie. §. Tunc nihil &c. Nam anima est hoc aliquid, id est non est accidens, neq; forma materialis, incompletum tamen, quia est pars speciei. Completum autẽ in specie est hoc aliqd completum, id est non accidens, nõ forma materialis, non pars speciei: sed compositum.

2^m^ de maiori. ¶ Operari. R. Vel propriè, & per se, principaliter; vel propriè, & per se, non sic principaliter. §. Tunc nihil &c. Anima enim propriè intelligit; licet non sic principaliter propriè sicut homo per animam. In hoc sensu intelligitur ibi Philosophus, si de se loquatur; si autem de opinione antiquorum, non est curandū.

3^m^ de maiori. Sine corpore. R. Vt organo; non, vt obiecto. §. Tunc nihil &c. Nam animæ operatio est cum corpore, vt obiecto tantum. Quod autem esse cum corpore, vt obiecto tantum, non impropriet operationem; & consequenter non faciat rem illam non esse per se subsistentem; habetur per exemplum aureum in litera, quod per semper notabis.

D.674.

¶ Nor. Contra dicentes, animam esse mortalē de mente Aristotelis ex hoc, quod non sine phantasmate intelligit, nota duo; & quòd phantasma (secundum Aristotelem, discriminanté sensum, atque intellectum, contra antiquos) concurrit ad intelligere tantum vt obiectum; & quòd obiectum nō impropriat operationem. Si enim illam impropriaret; quæ operatio esset, vel esse vnquam posset, propria? Nulla enim operatio potest fingi dari sine obiecto. Notabis pro sigillo huius materiæ, & vide tu: quòd Aristoteles (in primo de Anima, textu 11.) ponens fundamenta immortalitatis, vel mortalitatis animæ, dicit; ly si anima habet operationem propriam, vtique erit separabilis: Item, ly si non habet operationem propriam, non erit separabilis. Hæc ibi. Sciebat vtique, immo & in eodem contextu dixit; quòd anima non intelligit sine phantasmate. Quare ergo non dixit; si habet operationem sine phantasmate, erit separabilis, aut si habet cum phantasmate, non erit separabilis? Quia non est idem, vnum & aliud; sed habere operationem obiectiue tantùm cum phantasmate, non impropriat operationem; & ideo hoc profundius intuens Aristoteles elegit dicere ly, si habet propriam, reiecto ly si habet sine phantasmate; vtpote videns, quòd anima habet propriam, non tamen sine phantasmate. Quod si dicas replicando, si non intelligit sine phantasmate, quomodo separata poterit intelligere? aduerte, quòd transis ad aliam quæstionem (vt patet). Sat est Physico, vtpote consideranti formam, partim in materia, partim extra (secundo Physicorum) monstrare; quòd anima, adhuc pro isto statu solùm à se directè considerato, habet propriam operationem. Quomodo autem tunc, quando actu erit separata (nam nunc non est separata, licet vtique sit separabilis) istam operationem exercere possit; hoc negotium non ad Physicum, sed ad Metaphysicum (vt qui de alijs substantijs separatis tractet), tota schola Philosophorum vere sapientium lubenter consentiente, pertinet. Instas adhuc. Aristoteles non ostendit hunc modum animę separatæ intelligēdi in metaphysica. Vagaris adhuc tu à quæstione prima immortalitatis tam lucidè ibi supra in fundamentis decisa ab Aristotele. Tamen, condescendendo tibi, dicimus; quòd vel Aristotelis libros omnes de metaphysica non habemus, vbi haberetur & hoc quæsitum; vel (& melius) quòd Aristoteles, monstrando modum intelligendi substantiarum separatarum, satisfactum esse voluit etiam de anima quatenus separata (de similibus enim idem est iudicium). Tamen posito, quòd nec etiam implicitè de hoc modo se intromisisset Aristoteles; nonne vides tu adhuc, quòd argumentum non valet à loco negatiuè? Aristoteles (inquis) non dicit vnquā modum, quo intelligit anima separata; ergo ipsa secundum Aristotelem non intelligit separata. O bellum virum: Ecquis te arguere sic docuit? Nonne pudet? Si non te pudet sic argumentis deludere; pudet saltem alios, in re tam clara, illusoribus respondere: quoniam scriptum est: Ne respondeas stulto iuxta stultitiam suam. Adhuc instas. Dixit Aristoteles, quòd non intelligit sine phantasmate. Respondetur; quòd pro statu isto tantùm loquitur. Nam, si habet operationem propriam (secundum ipsum; alioquin inter sensum & intellectum non poneret discrimen), etiam dum intelligit cum phantasmate; vtique (inquit) erit separabilis. Ergo (secundum ipsum) vtique cum separata fuerit, operabitur; cum natura (secundum ipsum) otiosum abhorreat. Intelexistine has Aristotelis adeò clarissimas, firmissimasque consequentias? Sed quomodo (inquis) tunc intelliget? Vagaris, vt suprà diximus; & ab immortalitate firmiter in dicta transilis extra formale propositum. Hęc semper & vbique, memorare: vt scias non dissipare Aristotelem (vt multi pro expositoribus se gerentes): sed ipsum veraciter in sensu verè philosophico, vt verum Philosophū, manutenere. Quis illum non dicat falsum Philosophum; si veritatem hanc de immortalitate animæ neget? Et Aristotelis igitur honori, & Aristotelis apicibus, & sibupsis (tanquàm propriæ ignorantiæ, textuum Aristotelis, propalatoribus) iniurij sunt; qui tanto Philosophorum principi imponunt, quòd in libris suis supradictis animam dixerit esse mortalem. Nam si Aristoteles mortalitatem tenuit: tunc sua philosophia pro illa parte non est philosophia, sed infecta philosophia; & consequenter ipse pro illa parte non est Philosophus, sed pseudophilosophus: vt patet ex Concilio Lateranensi in appendice mox recitando, si bene consideretur. Vide quantam iniuriam inferant tanto Philosopho ij; qui eum tenere dicunt animam esse mortalem.

Quæstio pulcherrima, efficacissima (licet breuiter scula, more solito) pro immortalitate animę de mente Arist.

Intelligere cum phātasmate obiecto, stat, cū habere propriā operationem.

Nota diuertētes à proposito; & ideo nūquā ad scientiam veritatis peruenientes.

Iniuriantur nōnulli Philosopho; fingētes, se illū exponere.

modo, pro subsistente completo in natura alicuius speciei. Primo modo, excludit inhærentiam accidentis & formæ materialis. Secundo modo excludit imperfectionē partis. vnde manus posset dici hoc aliquid primo modo, sed non secūdo modo. Sic igitur cum anima humana sit pars d speciei humanę, potest dici hoc aliquid primo modo quasi subsistens, sed non secundo modo: sic enim compositum ex anima & corpore, dicitur hoc aliquid.

Ad secundum dicendum, quòd verba illa, Arist. dicit non secundū propriam sententiam, sed secundū opinionem illorum, qui dicebant, quòd intelligere est moueri, vt patet ex iis, quæ ibi præmittit. Vel dicendum, quòd per se agere conuenit per se existenti. Sed per se existens quandoque potest dici aliquid si non sit inhærens, vt accidens, vel vt forma materialis, etiam si sit pars. Sed propriè & per se subsistēs dicitur, quod neque est prædicto modo inhærens, neque est pars. Secundum quem modum, oculus aut manus non posset dici per se subsistens: & per cōsequens nec per se operans. Vnde & operationes partiū attribuuntur toti per partes. Dicimus enim quòd homo videt per oculum, & palpat per manum, aliter quàm calidum calefacit per calorem: quia calor nullo modo calefacit, propriè loquendo. Potest igitur dici, quòd anima intelligit, sicut oculus videt: sed magis propriè dicitur quòd homo intelligat per animam.

Ad tertium dicendum, quòd corpus requiritur ad actionem intellectus, non sicut organū quo talis actio exerceatur, sed rōne obiecti. phantasma. n. comparatur ad intellectū sicut color ad visum. Sic autem indigere corpore, nō remouet intellectum esse subsistentem: alioquin animal non esset aliquid subsistens, cū indigeat exterioribus sensibilibus ad sentiendum.

APPENDIX.

Ex articulo habes primò, quomodo per rationem reijcias hæresim Libertinorum dicentium: Animas nostras nihil esse. Si enim est per se subsistens (vt hic concluditur, vtique est aliquid anima nostra. Item hæresim Arabicorum, Saducæorum, Hermanni Risswich concorditer dicentium: Animam hominis simul cum corpore in ipsius morte corrumpi; licet differenter de ipsius animæ resurrectione sentiant. Nec mirandum, si hic adducantur hæreses de mortalitate animæ loquentes: quoniam, cum esse per se subsistens, & esse immortale se necessariò consequantur (vt patet infrà artic. 6.) negantes animæ immortalitatem, negant etiam ipsam esse subsistentem: sicut è conuerso ponentes animæ immortalitatem, ponunt per hoc, ipsam esse per se subsistentem. Secundò habes: quomodo per rationem ostendas, illam, immo, illas meritò fuisse damnatas a Leone X. in Concilio Lateranensi sessione 8. Cùm diebus nostris nonnulli ausi sint dicere de natura animæ rationalis, quod mortalis sit; & aliqui temere philosophantes, secundum saltem philosophiam verum esse asseuerēt; Nos sacro approbante Concilio, damnamus, & reprobamus omnes asserentes animam intellectiuam mortalem esse, & hoc in dubium vertentes, cùm illa sit immortalis. Quod manifestè constat ex Euangelio, cum Dominus ait: Animam autem non possunt occidere: & alibi, Qui odit animam suam in hoc mundo, in vitam æternam custodit eam: & etiam, cum æterna præmia, & æterna supplicia, pro merito vitæ, iudicandis repromittit. Aliàs incarnatio, & alia Christi mysteria nobis minime profuissent; nec resurrectio expectanda foret; ac sancti, & iusti miserabiliores essent (iuxta Paulum) omnibus hominibus. Cumque verum vero non contradicat; omnem assertionem veritati illuminatæ fidei contrariam falsam omnino esse definimus: &, vt aliter dogmatizare non liceat, districtius inhibemus: omnesq; huiusmodi erroneis assertionibus inhærentes, tanquàm hæreticos, vitandos & puniendos fore decernimus. Insuper omnibus & singulis Philosophis publicè legentibus districtè præcipimus: vt, cum Philosophorum principia, aut conclusiones, in quibus à recta fide deuiare noscuntur, auditoribus suis legerint,

Vtilitas pro Eccle. S. Dei.

legerint, seu explicauerint (quale hoc de immortalitate animæ, ac alia huiusmodi) teneantur eisdem veritatem religionis Christianæ omni conatu manifestam facere, & persuadendo (pro posse) docere; ac omni studio huiusmodi Philosophorum argumenta, cum omnia solubilia existant, pro viribus excludere, atque resoluere. Hæc ibi. Et infrà, idem in eosdem inquit. Vnde infectas philosophiæ, & poesis radices purgare, & sanare, valeant. Hæc ibi. De mente ergo Concilij est, quòd anima per se subsistat: cùm hoc & immortalitas eius necessariò se consequantur: & contrarium, scilicet, quòd non sit per se subsistens, ab ipso eadem ratione damnatur. De mente quoque Concilij patet esse; quòd dicere, mortalitatem animæ dari secundum philosophiam, aut aliquid contrarium fidei esse verum secundum philosophiam, est hæresis; & quòd sic dicentes, tanquàm hæretici, sunt puniendi. Talia enim non sunt philosophiæ, cum verum vero non contradicat; sed infectæ philosophiæ. Item easdem hæreses meritò damnari à dictis in Veritatibus aureis super legem veterem, Genes. 2. conclusio. quinta. Tertiò vides: quomodo ex his vicissim Angelica doctrina præsens declaretur, atque confirmetur. 3

Comm. Cardinalis Caietani.

TItulus. Subsistens multipliciter accipi potest: in proposito tamen sumitur vt distinguitur contra in existere formæ materialis. hæc enim existit in materia: ita quòd non sustinet suum, esse, sed constituitur in esse per materiam in qua sustinetur. Subsistere autem diceretur, si ita esset in materia, quòd non dependeret eius esse à materia. Et per hoc patet quomodo Scot. deceperit circa hunc terminum subsistere, seu habere esse per se, assumptum à sancto Thoma, vt habes in illius 4. dist. 43. quæst. 2. artic. secundo.

¶In corpore tria facit. Primò, proponit conclusionem responsiuam affirmatiue, habentem duas partes. Secundò, probat primam partem. Tertiò ibi: ipsum igitur intellectuale: probat secundam partem. Conclusio, Anima humana est principium incorporeum & subsistens.

¶Vbi nota primò, quòd vnum quæsiuit, scilicet an subsistens: & duo respondet, incorporea & subsistens: quia mutuo se inferunt hæc, & ad secundum per primum manuducimur à posteriori. Nota secundò, quòd incorporeum sumitur hic non solùm vt distinguitur contra corporeum, i. extensum ad extensioné corporis de prædicamento quantitatis (quoniã, vt infrà patebit apud sanctum Thomam multæ formæ materiales sunt sic incorporeæ) sed etiam vt distinguitur contra corporeum, id est conclusum infra corporis perfectiones: ita quòd incorporeum dicitur per negationem naturæ, seu formæ non excedentis corporis facultatem, id est eductæ de potentia materiæ, quales sunt omnes, quæ corporaliter, seu cum conditionibus materialibus generantur. Nota tertiò, quòd anima potest dici incorporea, id est inextensa, & supra facultatem corporum, dupliciter, scilicet in essendo, & in operando: & ideò in litera probatur prima pars conclusionis quo ad vtrumque, eodem medio tamen. Quo ad secundum, prima pars, scilicet quòd anima humana sit incorporea in essendo, probatur sic à priori. Cognoscitiuum omnium corporum nullam habet naturam corporis: anima humana est huiusmodi, ergo. Minor patet, quia homo per intellectum potest cognoscere omnia corpora. Maior probatur ex illa maxima, Cognoscitiuum aliquorum, nihil eorum habet in sua natura: quæ probatur, quia vnum impediret cognitionem aliorum: quod declaratur experientia in sensu gustus. Deinde quòd sit incorporea in operando, eadem probatur ratione: quia si per corporeum organum operaretur, natura illius organi impediret omnium cognitionem: & probatur experientia in sensu visus.

¶Circa hanc partem nota primo sensum rationis. Cognoscitiuum aliquorum, dupliciter intelligitur, in potentia essentiali, & in potentia accidentali, id est in habitu. Habere in natura sua obiectum dupliciter, scilicet secundum esse naturale, vel secundum esse intentionale. Et rursus ly, in natura sua, dupliciter: vel in natura sua inhæsiuè, vt formæ sunt in materia: vel in natura sua compositiue, seu intrinsecè, vt componentia sunt in composito, & vniuersaliter ea quæ actu sunt intrinseca essentiæ rei, dicuntur esse in natura illa, vt animal in homine, vt vegetatiuum in intellectiuo &c. In proposito, directè intenditur de cognoscitiuo in potentia essentiali: quia tale est anima: & de esse naturali obiecti, quia tale constitueret corporeum: & de habere intrinsecè in natura cognoscentis, quia essentiam, & quod quid est animæ venamur. Ita quòd sensus est, cognoscitiuum in potentia essentiali aliquorum, non habet in se intrinsecè obiectum secundum naturale esse illius. & est ista propositio per se nota: quia alioquin esset simul in potentia essentiali, & non esset in poteñtia essentiali: si enim haberet in se actu obiectum, iam cum eo posset illud cognoscere, & sic non in potentia essentiali: vt in 2. de anima, tex. 52. patet, & declaratur ex effectu in litera; quia impediret alia.

¶Sed tunc occurrit dubium triplex. Primò, quomodo cum veritate istius propositionis stat, quod anima nostra cognoscat seipsam in potentia essentiali: & tamen ipsa sit in seipsa intrinsece secundum esse naturale? Secundò, quomodo cum hac propositione stat, quòd anima nostra habeat in se intrinsecè naturam entis, seu substantiæ secundum esse naturale, & tamen sit in potentia essentiali ad cognitionem entis & substantiæ? Tertiò, quomodo cum hac propositione stat, quòd cogitatiua cognoscat omnia sensibilia in particulari: vt dicit Auerr. in 2. de anima, com. 63. & tamen ipsa est quoddam sensibile.

¶Ad primum breuiter dicitur, quòd propositio illa intelligitur de cognitione directa, non autem reflexa. & ratio est: quia directè cognitum recipitur secundum se, aut suam speciem in cognoscente: reflexe verò non: quàmuis etiam dici possit, quòd anima non est in potentia essentiali ad cognitionem sui, sed magis remota à sui cognitione, quàm aliorum ad quæ est in potentia essentialia: quia oportet prius illa, quàm se, & mediantibus illis se cognoscere. Melius autem & vniuersalius dicitur, quòd propositio illa intelligitur tantum de natura cognoscibili contracta, & indeterminabili per alias: vtpotè contra eas distincta, ut nunc dicetur: qualis non est natura animæ.

¶Ad secundum dicitur, quòd propositio illa intelligitur de natura determinata obiecti, & non de natura communi. vt ex dictis in quæstione 56. de Angelis patet: & Auerroes in commen. 43. de anima inquit. Determinatum autem, & commune non dicimus hic secundum genus, aut speciem: sed determinata natura vocatur, quæ indeterminabilis est per naturas cæterorum obiectorum illius cognoscitiuæ naturæ, qualis est species quælibet, respectu alterius speciei eiusdem ordinis: vt albedo respectu aliorum colorum. Communis verò vocatur: quæ licet in se natura quædam sit, determinari nata est per reliquorum naturas cognoscibilium ab illa potentia: vt diaphaneitas respectu colorum, & sensus visus. Et ratio huius glossæ patet ex ratione Aristotelis, & sancti Thomæ: pro tanto enim cognoscitiuum debet esse expers cognoscibilis, pro quanto impediretur à discernendis alijs. Constat autem quòd natura communis non impedit, sed promouet magis: sed bene natura contracta. Non enim visus impeditur diaphaneitate, sed albedine, aut nigredine: cum tamen diaphanum vnum sit visibilium. Et propterea superius dictum fuit, quòd stat, angelum habere actu naturam suam cognitam, & tamen non prohiberi à cognitione aliorum: quia natura sua velut communis natura, est determinabilis per reliqua cognoscibilia ab eo. Propter hæc etiam sanctus Thomas hic, non superfluè apposuit illam propositionem: Omne autem corpus habet aliquam naturam determinatam. hæc enim propositio cum ratione non potest aptari; nisi subintelligendo quod ipse videbat, quòd scilicet maiores assumptæ non habent veritatem nisi in naturis contractis & determinatis: quales sunt corporeæ, quæ scilicet determinabiles per omnes non sunt. Hoc enim intellectu perspecto in maioribus, ratio nihil valeret, nisi subsumeretur, omne corpus esse determinatæ naturæ: substantiam autem, & ens, & vniuersaliter naturam incorpoream determinabilem dicere naturam, per omnes certum est, & in substantia angelica & nostræ animæ; & ideo non obstat: Et propterea Aristoteles non conclusit, intellectum nullius esse naturæ simpliciter, sed huius, scilicet quòd possibilis vocatus est insinuans communitatem suæ naturæ, vt determinetur per omnes. Nec propterea sequitur, quòd substantialitas, & huiusmodi, possit intelligi ab anima per seipsam: quia non sunt in ipsa anima actu in genere intelligibili, sed modificata ad naturam animæ, quæ est pura potentia in tali genere. Vnde ex hoc, quòd omne intelligibile in ea, est determinabile per cætera, habet quod non impediatur à cognitione aliorum: ex hoc verò, quòd omne tale est vt in potentia in ea, habet quòd non possit actu intelligere secundum se solam.

¶Ad tertium autem dicitur, quòd cogitatiua seipsam directè non cognoscit, propter rationem assumptam: nec ipsa est secundum se actu cogitabilis, alioquin posset se cogitare absq; motu facto à sensu secundum actum. Sed si ita est, maior surgit difficultas, quomodo scilicet cogitatiua est nota: secundum hanc enim doctrinam, ipsa nulli exteriori sensui, aut interiori subiacet, & consequenter nec intellectui.

¶Ad hoc breuiter dicitur, quòd cum dici non possit, quòd sit reflexiua super seipsam, & par sit iudicium de propria, & aliena, quia omnes sunt eiusdem naturæ, & non sit rationabile aliquam naturam sensibilem esse, quæ per propriam specié cognosci non possit quantum est de se: videtur mihi, quòd cogitare, percipiatur

à cogitatiua non absolutè, sed ut coniungitur intellectui ipsa cogitatiua: quemadmodum visus vt iungitur sensui communi, percipit suum videre: & phantasia ut iungitur cogitatiuæ, percipit suum actum. Cogitatiua autem in actu percepta, quodammodo à seipsa, tantæ est spiritualitatis, & ita est sufficienter cogitata, vt possit propriam speciem cum intellectu agente imprimere in intellectum possibilem: & sic est nota & sensui & intellectui, etiam falsa propositione assumpta.

¶ Si autem propositio intelligatur de cognoscitiuo aliquorum quomodolibet, scito, quòd oportet aut nullum obiectorum habere in sua natura, vt in potentia contingit essentiali: aut quodlibet, vt in puro actu: aut vnum, scilicet seipsum determinabile per reliqua, vt in intelligentijs patet. Habere autem aliquod aliud, vnum, aut plura, est omnino impossibile: quia intus existens prohibet extraneum: quod non solum sensibili experientia patet, sed ratione conuincitur; quia si in cognoscitiuo aliquo intus est solum aliquod determinatum obiectum, quia obiectum est determinatum: ergo specificat aliquam illius cognoscitiui cognitionem, ita quod non omnem: & quia intus est in natura cognoscitiui, ergo specificat omnem illius cognitionem, & quia ab intrinseco essentiali, nulla operatio potest subterfugere: & rursus, quia determinatum est. ergo non determinabile per alia obiecta: & quia intus. ergo determinabile per alia; quia ipsa natura cognoscitiui per omnia est determinabilis sua obiecta: vnde si Geometria sola, aut eius obiectum, esset de essentia animæ, sequeretur, quòd omnis cognitio animæ esset geometrica, & quòd anima non esset aliorum discretiua: & sic impediretur ab alijs cognoscendis. Et vlterius esset anima, & non esset anima, vt patet: & ita est in alijs cognoscitiuis tam intellectualis, quàm sensitiua cognitione. Et propterea princeps Philosophorum super hac propositione stabiliuit suam de anima doctrinam: quam tamen Scot. in 2. distinc. 3. quæst. 8. ad tertium, non intellexit, & vim medij Aristot. non penetrans, ad extranea deuiauit. Habet enim testimonium fundamentum hoc, ex ratione & sensu: ita vt vtrinque resoluatur in per se nota. Sed de his require in 3. de anima diffuse.

¶ Circa eandem partem dubium est, quomodo anima est perfectio corporis, & consequenter corporis natura, iuxta præcedentem articulum: & tamen nullam in se claudit naturam corporis, vt hic dicitur: hoc enim implicat, nisi seipsam possit à se excludere.

¶ Ad hoc breuiter dicimus, inferius magis rem hanc discussuri, quòd æquiuocatio hic interuenit eius quod dicitur perfectio, seu natura corporis: dupliciter enim sumi potest, vel quo ad informationem & constitutionem corporis, vel quo ad inclusionem in corpore. Primo modo omnis anima est forma & natura corporis. Secundo modo, cæteræ præter intellectiuam corporeæ dicuntur, ipsa autem incorporea: quia eleuatur supra corpus, ipsum informando.

¶ Quo ad tertium secunda pars probatur sic. Anima intellectiua igitur habet operationem per se, cui non communicat corpus: ergo per se subsistit. Antecedens concluditur ex prima parte conclusionis. Consequentia probatur, quia nihil per se operatur, nisi per se subsistat. Probatur; quia nihil operatur nisi ens in actu & modus operãdi est secundum modum essendi. quod declaratur à signo; quia non dicimus quòd calor calefaciat, sed calidum.

¶ Circa hanc partem, quia (vt patet ex titulo) hinc vt à prima radice pendet tota scientia de immortalitate animæ: scito quòd Scot. in 4. dist. 43. q. 2. hanc consequentiam inficiatur, dicens. Animam habere operationem per se, potest dupliciter intelligi, scilicet absque corporeo organo, & sic non valet. ergo est subsistens, vt nos accipimus subsistens: quia stat quòd communicet vt ratio qua totum compositum corporeum, puta homo, operatur. Alio modo per se omnino, id est, quòd non communicet corpori ut organo, nec vt ei quod ipsa operatur: & tunc valet consequentia: sed antecedens est falsum, quia omnis operatio animæ est hominis, vt quod operatur.

¶ Ad hanc dubitationem non oportet respondere, faciendo vim in modo loquendi: puta, quia dicimus non solùm quòd homo intelligit per animam, sed etiam quòd anima intelligit (iuxta illud 3. de anima) de parte animæ. qua intelligit & sapit anima: quoniam in tanta re, etsi modus loquendi non sit despiciendus, in fundamento tamen locari nequaquam debet. Ad rem autem ipsam spectando, notanda sunt tria. Primò distinguendi sunt modi, quibus potest dici animam operari per se. Secundò, quid ex quo sequatur, dicendum est. Tertiò, respondendum est obiectioni.

¶ Quo ad primum, quatuor modis dici potest anima operari per se, id est absque corpore. Primo, absque corporeo obiecto; puta, si intelligeret absque phantasmate. Secundo, absque corporeo organo, ita quod nulla pars corporis sit, qua talem exerceat operationem: vt per oppositum contingit in videre & audire. Tertio, absque corporeo correceptiuo, id est, quòd sola anima recipiat illam operationem: & non compositum aliquod ex ipsa, & corpore, sit proximum receptiuum illius operis. Quartò, absque corporeo supposito, id est, quod anima ita sola exerceat & recipiat operationem, quòd non sit ratio alicui supposito corporeo, quòd operetur per illam tale opus: vt si anima haberet aliquam intellectionem, quæ non esset hominis, vt Auerroes finxit. Hæc de primo.

¶ Quo ad secundum, omisso primo modo, nunc, quoniam inquantum tangit subsistentiam animæ, sat tractatur in tertio argumento in litera: inquantum verò separabilitatem animæ, non tangitur hic, sed in 6. articu. huius quæst., vbi discutietur: secundus & tertius modus, quodammodo coincidunt, & quodammodo differunt: coincidunt quidem, quia in proprio organo operationem recipi credimus: & consequenter in vtroque modo operatio recipitur in composito ex anima & corpore tanquàm in proximo susceptiuo. Differunt autem, quia secundus infert tertium, & non econuerso: si enim est operatio organica. ergo corporalis: si autem corporalis, non sequitur. ergo organica: vt in operatione seminis apparet: & vniuersaliter in omni opere quod conuenit primo toti, non mediante aliqua eius parte integrali. Talis enim est corporea, non tamen organica: quia organum partem certam significat animati corporis. Sed hæc differentia inter totum & partem, etsi concedatur quo ad aliquid, nihil tamen facit quo ad hoc, quod est esse determinatæ naturæ, & quo ad hoc, quod est esse quale, vel quantum: totum enim corpus & quælibet pars est certæ naturæ: & similiter tam totum quàm quælibet pars, qualis & quanti rationem habet: quo ad hæc igitur idem est de toto & parte iudicium. Et propterea cuicumque repugnat corporea communicatio ratione determinatæ naturæ in corpore, aut ratione qualis & quanti, eidem repugnat communicatio tam organi quàm totius corporis: sed animæ humanæ in operatione hac, quæ est intelligere, repugnat communio cum corpore, ratione determinatæ naturæ corporeæ, & qualitatis, & quantitatis. ergo eadem ratione qua excludit corporeum organum excludit vniuersaliter corporeum correceptiuum. Minor patet in litera in prima parte conclusionis, & habetur in 3. de anima tex. com. 4. 5. & 6. Et propterea in litera vtramque communicationem cum corpore S. Tho. exclusit, eodem medio vtens: & primo exclusit tertium modum, vtpote communiorem, & deinde secundum. quicquid ergo in proposito sequitur ad secundum modum, sequitur etiam ad tertium, & econuerso. Vt inferius autem patebit, ex hoc quod anima operatur per se vtroq; hoc modo sequitur. ergo est subsistens: & ex negatione talis modi operandi sequitur negatio, i. ergo non est subsistens. Quartus autem modus per se operandi, manifeste infert subsistentiam: sed negatio eius non infert negationem subsistentiæ.

¶ Quo ad tertium, aut Scot. intendit, quòd anima non operatur per se tertio modo, id est absque corporeo correceptiuo: aut quarto, id est absque corporeo supposito, cuius sit illa operatio, vt suppositi: siue hoc, vel illo modo intelligat, sibiipsi aduersatur & veritati. Sibiipsi quidem, quia ipse tenet duas propositiones: alteram in 4. distin. 43. quæst. 2. quod in nobis est operatio quædam, transcendens omnem operationem sensibilem, alteram in Quolibet 9. quòd ex hoc quod operatio aliqua est sic immaterialis, quod recipitur in sola anima, & non in composito ex anima & corpore vt proximo receptiuo, infertur bene. ergo anima est separabilis à corpore. Ex his siquidem duabus, manifeste sequitur tertia, scilicet quòd intelligere recipitur de facto in sola anima, & non in composito vt proximo receptiuo, alioquin esset quantum, & qualitate sensibili affectum, & infra genus sensibilis cognitionis: & vlterius sequitur quarta propositio, scilicet quod anima est immortalis, quod tamen ipse dicit nesciri: sed de hoc aliàs. Nunc autem pateat, quòd si intendit in obiectione, quòd anima est ratio intelligendi toti composito, sic vt corpus sit correceptiuum proximum, & propter hoc non subsistens, facit consequentiam optimam, sed contradicit assumptum propositioni quam dixit in 4. quia sic intelligere, esset operatio sensibilis. Si verò intendit, quod anima est ratio operandi toti composito, sic ut totum sit suppositum quòd operatur, & propter hoc non est subsistens: assumptum quidem verum est, sed illatio contradicit propositioni quam dixit in Quolibeto illo, igitur vndique obiectio sua contra sese obijcit. Veritati autem aduersatur obiectio, quia antecedens intelligitur (vt ex dictis patet) affirmando secundum & tertium modum per se operandi. ita quòd sensus est: anima humana habet operationem per se, i. sine corpore tam toto quàm parte correceptiuo ipsius operationis: iuxta hunc enim sensum probatum fuit in litera, & sic excluditur obiectio Sco. si intendit negationem tertij modi: & consequentia infert, ergo est subsistens, id est independens in esse à corpore: cum quo stat, quòd sit ratio qua suppositum corporeum intelligat, vt omnes tam Platonici quàm Auerroistæ etiam fatentur: & sic obiectio Scotica nihil obstat.

Fer.

Ferr. 2. con. c. 80. 82.

SVPER QVAEST. LXXV. ART. III.

CONCL. Cùm animæ brutorum animalium per se non operentur, non sunt subsistentes.

¶ PROB. Quia vnūquodq; sicut se habet ad esse, & ad operationē.

¶ NOT. Conclusio secum fert partē secundam antecedentis hypothetici, s. animæ brutorum non habent per se operationem.

364 2. con. ca. 80. & 82. Et lib. 4. c. 39.

1^m de maiori.

Genere. R. Non, in specie. §. Tunc &c. Stat. n. differētia ista formæ cū conuenientia generis: q̄ s. vna sit per se subsistēs, alia non. Non sufficit ergo esse eiusdē generis, sed esse oportet etiam eiusdem speciei, ad hoc inferendum: q̄ si vna forma est talis, alia sit talis. Nam à forma sumitur species: & consequenter secundū varietatem specierum est varietas formarum, & è contrà.

* Art. præced.

2^m de maiori.

Similiter. R. Quantum ad esse in potentia ad obiectū; non, quantum ad attingere sine organo corporeo obiectū. §. Tunc &c. Nam sensitiuum attingit suū obiectum cum organo corporeo, ideoque non est subsistens; intellectiuū autem sine illo; ideo est subsistens.

* Cap. 16. in princip. to. 3. inter opera August.

3^m de maiori.

Mouet. R. Media appetitiua potentia; non, absq; illa. § Tunc &c. Corpus enim tunc nō solum mouetur, sed etiam suo modo mouet; vt patet in litera.

* q. 50. artic. 1.

ARTICVLVS III.

Vtrum animæ brutorū animalium sint subsistentes.

AD TERTIVM sic proceditur. Videtur, quòd animæ brutorum animalium sint subsistentes. Homo enim conuenit in genere cum aliis animalibus. Sed anima hominis est aliquid subsistens, vt ostensum * est. Ergo & animæ aliorum animalium sunt subsistentes.

¶ 2 Præt. Similiter se habet sensitiuum ad sensibilia, sicut intellectiuum ad intelligibilia. Sed intellectus intelligit intelligibilia sine corpore. Ergo & sensus apprehendit sensibilia sine corpore. Animæ autem brutorum animalium sunt sensitiuæ. Ergo sunt subsistentes pari ratione, qua & anima hominis quæ est intellectiua.

¶ 3 Præt. Brutorum animalium anima mouet corpus. Corpus autem non mouet, sed mouetur. Anima ergo bruti, habet aliquam operationem sine corpore.

SED CONTRA est, quod dicitur in lib. de Eccle. * dogmatibus. Solum hominem credimus habere animam substātiuam: animalium verò animæ non sunt substantiuę.

RESP. Dicendum, quòd antiqui philosophi nullam distinctionem ponebant inter sensum & intellectum: & vtrumque corporeo principio attribuebāt, vt dictum * est. Plato autem distinxit inter intellectum & sensum, vtrumque tamen attribuit principio incorporeo, ponens quod sicut intelligere, ita & sentire conuenit secundū seipsam. Et ex hoc sequebatur, quod ēt animæ brutorum animalium sint subsistentes. Sed Arist. * posuit, q̄ solū intelligere inter opera animæ, sine organo corporeo exercetur. Sentire verò & consequentes operationes animæ sensitiuæ, manifestè accidūt cum aliqua corporis immutatione. sicut in videndo immutatur pupilla per speciem coloris. & idem apparet in aliis. Et sic manifestū est, quod anima sensitiua non habet aliquam operationem propriam per seipsam, sed omnis operatio sensitiuæ animæ est coniuncti. Ex quo relinquitur, quod cum animæ brutorum animalium per se nō operentur, non sint subsistentes. Similiter enim vnumquodque habet esse & operationem.

* Lib. 1. de aīa tex. 64. & 66. Et li. 3. tex. 6. & 7. Et li. 1. tex. 12. tomo 2.

AD PRIMVM ergo dicendū, q̄ homo etsi conueniat in genere cū aliis animalibus, specie tamen differt. Differentia aūt speciei attenditur secundum differentiam formę. nec oportet quod omnis differētia formæ, faciat generis diuersitatem.

AD SECVNDVM dicendum, q̄ sensitiuū quodāmodo se hēt ad sensibilia, sicut intellectiuū ad intelligibilia, inquantum s. vtrumque est in potentia ad sua obiecta. Sed quodāmodo dissimiliter se habent, inquantum sensitiuum patitur a sensibili cū corporis immutatione. Vnde excellentia sensibilium corrumpit sensum, q̄ in intellectu nō contingit. Nā intellectus intelligēs maxima intelligibiliū, magis pōt postmodū intelligere minora. Si verò in intelligendo fatigetur corpus, hoc est per accidens, inquantum intellectus indiget operatione uirium sensitiuarum, per quas ei phantasmata præparantur.

AD TERTIVM dicendum, q̄ vis motiua est duplex. Vna quæ imperat motū, s. appetitiua. Et huius operatio in anima sensitiua, nō est sine corpore, sed ira & gaudium, & huiusmodi passiones, sunt cum aliqua corporis immutatione. Alia vis motiua est exequens motū per quam membra redduntur habilia ad obediendum appetitui; cuius actus nō est mouere, sed moueri. Vnde patet, q̄ mouere non est actus animæ sensitiuæ sine corpore.

A R-

APPENDIX.

Vtilitas pro Eccle. S. Dei.

EX artic. habes primò: quomodo per rationē interimas hæresim Gnosticorum & Manichæorū dicentiū; bestias omnes rationis esse capaces; & bruta omnia, æque vt hominem, non solū sentire, verum etiā intelligere. Hac. n. positione data, necessariò sequitur, brutorum animas esse per se subsistentes, sicut & anima intellectiua, art. 2. brutaque esse eiusdē speciei cū homine, & esse quo ad animas incorruptibilia. Contra hos errores pugnat artic. præsens in corp. in resp. ad primum, & ar. 6. Monstrando ergo, bruta non habere intellectū, monstratum erit, ipsarum animas non esse immortales, nec subsistentes, & damnando vnum horum, damnabūtur per hoc & reliqua.

Secun-

Secundò habes; quomodo per rationē ostendas, prædictā hæresim iustissimè à scripturis dānatam, Psal. 31. Nolite fieri sicut equus & mulus, in quibus nō est intellectus. Gen. 1. Faciamus hominē ad imaginem & similitudinē nostram; vt præsit piscib. maris, volatilibus cœli, & bestiis, vniuersæq; terræ, omnique reptili, quod mouetur in terra. Præeminētia hęc hominis, de qua dicitur ly pręsit, nō est quo ad corpus præcise: cum alia animalia sint homine sic præstantiora; puta, ceruus in cursu corporali, aquila in visu, leo in fortitudine, vulpes in naturali sagacitate &c. Taceo: quòd alia animalia nascuntur in corpore vestita, naturaliter sunt armata, mox vel quasi mox nata ambulant, & per se pascuntur, & huiusmodi: quæ homini quo ad corpus tunc denegata sunt. Auctoritas ergo illa Genesis, intelligitur de homine quo ad animam intellectiuam. Sic enim præest; siue præstantior est homo bestiis omnibusq; ibi narratis. A Genesi ergo damnatur illa positio. Itē à Psal. 48. Homo cum in honore esset, non intellexit; comparatus est iumētis insipientibus, & similis factus est illis. Ecce. Iumentis fit homo similis per hoc, quòd non intellexit. Quod si bestiæ habent rationem, seu intellectum: tūc homo per hoc, quod non intellexit, dissimilis, nō similis, fit bestiis. Nam bestiæ, si haberent intellectum, quandoque intelligerent. Tantò autem magis prædictę auctoritates manifeste expugnant illam positionem, eandemque hæresim esse demonstrant: quantò magis dicit illa, quòd bestiæ intelligūt, & ęquè vt homo. Item ab Ecclesiasticis dogmatibus, c. 16. in principio tom. 3. inter opera Augustini, sic. Solum hominem credimus habere animam substantiuam; animalium verò animæ non sunt substantiuæ. Hæc ibi. Prima pars huius auctoritatis facit pro articulo præcedenti: & damnat hæreses ibi damnatas. Item damnantur à dictis infrà q. 93. art. 2. item 2. 2. articulorum num. 44. item in Veritatibus aureis super legem veterem, Genes. 1. concl. 1. Tertiò vides: quomodo ex his vicissim Angelica firmetur conclusio.

¶ NOT. Articulo isti seruit articulus in ordine 403. 411. 161. Pro stud. 363. 362. 385.

Comm. Cardinalis Caietani.

TItulus clarus ex præcedente.

¶ In corpore tria. Primò opinionem antiquorum in uno extremo, quod principium tam intelligendi, quàm sentiendi est corporeum, & hanc sequitur Alexan. in parte. Secundò, Platonis in altero extremo, quod vtrumque incorporeum. Tertiò, mediam Arist. q̄ intellectus incorporeus, sensus uerò corporeus. Et ex hoc respondet quæsito una conclusione negatiua. Animæ brutorum non sunt subsistentes. Probatur sic, Animæ brutorum nō per se operantur. ergo non subsistunt. Antecedens probatur, quia omnis operatio animæ sensitiuæ est coniuncti. probatur: quia fit cum aliqua corporis immutatione. Consequentia probatur, quia vnumquodque similiter se habet ad esse, & operari.

* Verr. 2. emi. c. 56. Alb. Mag. 2. dist. 3. art. 33.

SVPER QVAEST. LXXV. ART. IIII.

CONCL. Homo non est anima tantum; sed est aliquid compositum ex anima & corpore.

¶ PROB. Quia illud est homo, quod operatur operationes hominis; & sentire est inter alias operatio hominis, quã tamen sola aĩa non operatur (suprà art. 3.)

365 3. dist. 5. q. 3. art. 2. Et dist. 22. q. 1. ar. 1. cor. Et 2. con. cap. 56. Et po. q. 5. artic. 10. cor.

1m de maiori. Homo. R. 1. Principaliter in hoie: non aũt suppo sitũ humanũ. §. Tũc &c. Nam, secundum Philos. 9. Ethic. illud potissimè &c. vt in litera.

2m secũdę cõclusionis illatio. Ergo est hypostasis, vel persona. R. Valeret illatio; si anima esset quid cõpletum in specie. §. Vnde nũc negat, suprà art. 2.

* Lib. 9. de ciu. Dei, c. 3. per totũ, tom. 5.

APPENDIX.

Vtilitas pro Eccle. S. Dei.

EX art. habes primò, quomodo per ratio nẽm ostendas, bene esse dictũ Gen. 1. postq̃ dixerat, creauit hominẽ ad imaginẽ & similitudinẽ suã &c. masculũ & fœminã creauit eos: & ite rũ c. 2. Formauit hominẽ de limo terræ, & inspirauit in eũ spiraculũ vitæ: & factus est homo in animam viuẽtem. In vtroque. n. loco vult dicere scriptura; ꝙ homo non est anima sola: & hoc quidẽ in primo loco denotat per ly masculũ & fœminã creauit eos: in secũdo autẽ per ly factus est homo in animã viuentẽ: maxime connectẽdo vtrũq; locũ suis prędictis contextibus. Imago nãque Dei non est distinctio sexus masculini, vel fœminini: sed est habere intellectum, & voluntatem, seu animam intellectiuam; quæ in secundo capitulo dicitur anima viuens, i. absolute, seu omni vita cuicumque animæ conueniente, viuens. Viuit enim in homine, & vita vegetatiua, & vita sensitiua, & vita intellectiua. Factus ergo est homo non anima viuẽs, quasi quòd anima intellectiua sola sit homo: sed factus est in animam viuentẽ; quia homo est quid consistens ex corpore illo formato de limo terræ, & ex spiraculo illo vitæ in faciem eius inspirato. Ad quod designandũ, præmisso ly formauit hominem de li. ter. & insp. in fa. ei. sp. vitæ, mox subiunxit; & factus est homo in animã viuẽtem. Cùm igit̃ in anima nõ sit (vt etiam cęcutienti bus patet) sexus masculinus, aut fœmininus, & in c. 1. dicatur, masculum & fœminam creauit eos, scilicet homines: clarissime constat, quòd homo, secundum scripturam, non est anima sola: sed est aliquid compositum ex habente imaginem Dei, & ex habente sexum masculinum vel fœmininum, id est ex anima intellectiua, & corpore. Secundò habes: quomodo p rationem defendas sensum catholicum horũ duorum locorum scripturæ, qui singillatim hominem non esse animam solam testantur; & quomodo cum horum veritate cõcordes alias scripturas secundũ superficialem apparentiam dissonas, vt est illud 2. Corint. 4. Tertiò vides: quomodo ex his vicissim Angelica firmetur conclusio.

* Art. praeced.

* Li. 9. Eth. cap. 4. ante med. & ca. 8. à medio. Et li. 10. c. 4. & 7. tomo 3.

3

¶ NOT. Præsenti articulo seruit articulus in ordine 16. 170. 364. 424. 169. 363.

Pro stud. D. 173.

ARTICVLVS IIII.

Vtrum anima sit homo.

AD QVARTVM sic proceditur. Vr, ꝙ aĩa sit homo. Dr enim 2. ad Cor. 4. Licèt is qui foris est nr homo corrũpatur, tñ is, qui intus est, renouatur de die in diem. Sed id quod est intus in homine, est anima. ergo anima est homo interior.

¶ 2 Præt. Anima humana est substantia quędã: non autem est substantia vniuersalis. ergo est substantia particularis. ergo est hypostasis, vel persona: sed non nisi humana. ergo anima est homo. nam persona humana est homo.

SED CONTRA est, quod Aug.* 9. de ciui. Dei commendat Varronem, ꝙ hominem nec animam solam, nec solũ corpus, sed animam simul & corpus esse arbitrabatur.

RESP. Dicendũ, ꝙ animã esse hoiem, dupl'r põt intelligi. Vno modo, ꝙ homo sit aĩa, sed hic homo non sit aĩa, sed compositũ ex aĩa & corpore, puta Socrates. Quod ideo dico, quia quidã posuerunt, solam formã esse de rõne speciei, materiã verò esse partem indiuidui, & non speciei. quod quidẽ non põt esse verum: nã ad naturã speciei pertinet id qd significat diffinitio. Diffinitio aũt in rebus naturalib. nõ significat formam tm̃, sed formã & materiã. Vndè materia est pars speciei in rebus naturalibus: nõ quidẽ materia signata, quæ est principiũ indiuiduationis, sed materia cõis. Sicut. n. de rõne huius hoĩs est, ꝙ sit ex hac anima, & his carnib. & his ossibus: ita de rõne hoĩs est, ꝙ sit ex anima, & carnibus, & ossibus. oportet. n. de substantia speciei esse quicquid est cõiter de substantia oĩum indiuiduorũ sub specie contentorum. Alio verò modo põt intelligi sic, ꝙ etiã hęc anima sit hic homo. & hoc quidẽ sustineri posset, si poneretur ꝙ animæ sensitiuæ operatio esset eius propria, sine corpore, quia oẽs operationes quæ attribuunt homini, cõuenirent soli animæ. Illud aũt est vnaquæque res, quod operatur operationes illius rei. Vndè illud est homo, quod operatur operationes hoĩs. Ostensum est autẽ,* ꝙ sentire nõ est operatio aĩæ tm̃. Cùm igitur sentire sit quędã operatio hoĩs, licèt nõ propria, manifestũ est, quòd homo nõ est anima tm̃, sed aliquid compositum ex anima & corpore. Plato verò ponens sentire esse proprium animæ, ponere potuit quòd homo esset anima vtens corpore.

AD PRIMVM ergo dicendũ, quòd fm Philos. in 9. Ethic.* illud potissimè vr esse vnumquodq; qd est principale in ipso. Sicut qd facit rector ciuitatis, dr ciuitas facere. Et hoc modo, aliqñ quòd est principale in hoĩe, dr homo. aliqñ quidem pars intellectiua fm rei veritatem, quæ dicitur homo interior; aliqñ verò pars sensitiua cum corpore secundũ æstimationem quorũdam, qui solum circa sensibilia detinentur. Et hic dicitur homo exterior.

AD SECVNDVM dicendum, ꝙ non quælibet substantia particularis est hypostasis, vel persona: sed quæ habet completam naturã speciei. Vnde manus vel pes, non potest dici hypostasis, vel persona. & similiter nec anima, cum sit pars speciei d humanæ.

A R-

Comm. Cardinalis Caietani.

TItulus in corpore declaratur diffusè.

¶ In corpore tria facit. Primò, distinguit sensum tituli. Secundò, tractat primum sensum. Et tertiò, tractat secundum.

¶ Quo ad primum duo dicit. Primò, dat duplicem sensum. Primus, quòd anima & homo sumantur tantum in communi, id est non indiuidualiter. Secundus, quòd sumantur & in specie, & in indiuiduo, scilicet, quòd hæc anima sit hic homo, & anima humana homo. Deinde dat causam præfatæ distinctionis, & est positio Auerr. in 7. Met. s. quòd materia non est pars quidditatis, sed indiuidui.

¶ Quo ad secundũ, impugnat Auerr. tali ordine. Primo, arguit vna ratione: quia materia pertinet ad diffinitionẽ speciei. ergo ad naturam eius. Secundo, distinguit & declarat ly materia, dupliciter, communiter & signatè, & applicat ad propositum. Tertiò, alia ratione arguit: quia quicquid pertinet ad essentias omnium indiuiduorum, est de integritate speciei: & in litera clara sunt.

¶ Circa hanc partem multa essent dicenda: sed ne eadem repetamus, vide in quæst. vel in commentarijs de ente & essentia.

¶ Quo ad tertium, quatuor facit. Primo, affirmatiuam partem Platonicam proponit, scilicet, hæc anima est hic homo. Secundò, ostendit vnde hæc quæstio pendet, à posteriori tamen, scilicet ex hoc, quòd animæ opera sint eius propria: quia illud est homo quod operatur quicquid operatur homo. Alioquin aut res sine propria operatione, aut ecõtra, propria operatio sine eo cuius est, inueniretur. Tertiò, probat partem negatiuam destruendo antecedens illius conditionalis assumptæ de anima sensitiua, vt patet. Quartò, affert Platonem tenere partem affirmatiuam: quia arguit à positione illius antecedentis.

¶ Circa radicem huius decisionis, dubiũ occurrit: quia falsum assumitur in probatione conditionalis illius: Si animæ sensitiuæ operatio esset sine organo, hæc anima esset hic homo, tum probatur: quia tunc aĩa operatur omnes operationes hoĩs: hoc. n. est falsum, quia non operaretur opera partis vegetatiuæ, qm̃ manifestè illa sunt opera coniuncti: dato igitur ꝙ sentire esset sine corporeo organo, adhuc nõ esset hæc anima hic homo. Et cõfirmatur: quia aut est sermo de hoie inquantum homo: aut absolute, aut inquantum animal. Si inquantum homo, sequeretur fm istam rationem, quòd hæc anima intellectiua esset de facto hic homo, probatur sequela: quia operatur omnes operationis hominis, inquantum homo, s. intelligere & velle. homo enim inquantum homo, constituitur per gradum rationalem. Si absolutè: quemadmodum igitur, quia restant modo operationes sensitiuæ communes toti coniuncto, non dicitur anima operari omnes operationes hominis: ita tunc, quia restarent vegetatiuæ communes toti, non diceretur anima habere omnes operationes hominis. Si inquantũ animal, sequeretur quòd hęc anima, non esset hic homo simpliciter, sed cum

sed cum nota specificationis, scilicet inquantum animal: quod contradicit literæ & rationi: quia sic etiam nunc posset dici, quòd hæc anima est hic homo, inquantum intellectiua est. Et confirmatur: quia ad hoc quod anima sit, aut requiritur habere omnes operationes hominis, aut principales. Si omnes: tunc nunquam anima esset homo, etiam apud Plat. Si principales: ergo anima intellectiua est homo.

¶ Ad hoc dicitur, quòd sermo sancti Thomæ est formalis, & intelligitur de homine, inquãtum homo est simpliciter, & de omnibus, non de principalibus tantũ operationibus hominis inquantum homo. Sed diligenter aduertendum est, quòd quia homo est de genere substantiarum sensibilium, ly inquantum homo, non reduplicat partem intellectiuam puram, quia nec homo est intellectualis: sed partem intellectiuam, & sensitiuam simul: quia homo est naturæ rationalis, cuius actus à phantasia & sensu dependet, non autem à vegetatiua & elementari parte, nisi per accidens & remotè. Quia ergo de integritate hominis vt sic, non est nisi ratiocinari (quod constat ex intellectu & sensu); ideo omnes operationes hominis, formaliter loquendo, habet anima: si tam intelligere quàm sentire est sibi proprium.

¶ Et per hoc patet responsio ad confirmationes omnes: quia nec anima intellectiua habet omnes operationes hominis vt sic, nec operationes vegetatiuæ, aut elementaris partis in homine, sunt opera hominis, vt sic.

Ferr. 2. con. c. 49.
Aegid. 2. s. d. 17. q. 1. ar. 3.
Tho. Arg. d. 17. q. 1. ar. 1.

ARTICVLVS V.

Vtrum anima sit composita ex materia, & forma.

AD QVINTVM sic proceditur. Videtur, quòd anima sit composita ex materia & forma. Potentia enim contra actum diuiditur. Sed omnia quæcumque sunt in actu, participant primũ actum qui Deus est: per cuius participationem omnia sunt & bona & entia, & viuentia, vt patet per doctrinam Diony.* in lib. de diuin. nom. Ergo quęcumque sunt in potentia, participant primam potentiã: sed prima potentia est materia prima. cum ergo anima humana sit quodammodo in potentia, quod apparet ex hoc, ꝙ homo quandoque est intelligens in potentia, videt' quòd anima humana participet materiã primam, tanquàm partem sui.

¶ 2 Præterea. In quocumque inueniuntur proprietates materiæ, ibi inuenitur materia. Sed in anima inueniuntur proprietates materiæ, quæ sunt subiici & transmutari. subiicitur enim scientiæ & virtuti, & mutatur de ignorantia ad scientiã, & de vitio ad virtutem. ergo in anima est materia.

¶ 3 Præt. Illa quæ non habent materiam, non habent causam sui esse: vt dicitur in 8. Metaphys.* Sed anima habet causam sui esse, quia creatur à Deo. ergo anima habet materiam.

¶ 4 Pręterea. Quod non habet materiam: sed est forma tantum, est actus purus & infinitus. Hoc autẽ solius Dei est. ergo anima habet materiam.

SED CONTRA est, ꝙ Augũst.* probat in 7. super Gen. ad lit. ꝙ anima nõ est facta nec ex materia corporali, nec ex materia spirituali.

RESP. Dicendum, quòd anima non habet materiam, & hoc potest considerari dupliciter. Primò quidem, ex ratione animæ in communi: est enim de ratione animæ, ꝙ sit forma alicuius corporis. Aut igitur est forma secundum se totam, aut secundũ aliquam partem sui. Si secundũ se totam, impossibile est, quòd pars eius sit materia, si dicatur materia aliquod ens in potentia tantum, quia forma, inquãtum forma est actus. id autem quod est in potentia tantum, non potest esse pars actus, cum potentia repugnet actui, vtpotè contra actum diuisa. Si autem sit forma secundum aliquam partem sui, illã partem dicemus esse animam: & illam materiã cuius primo est actus, dicemus esse primum animatum. Secundò specialiter ex ratione humanę animæ inquantum est intellectiua. Manifestum est enim quòd omne quod recipitur in aliquo, recipitur in eo per modum recipientis. Sic autem cognoscitur vnumquodq; sicut forma eius est in cognoscẽte. Anima autem intellectiua cognoscit rem aliquam in sua natura absolutè, puta lapidem, inquantum est lapis absolutè. Est igitur forma lapidis absolutè, secundum propriã rationem formalem in anima intellectiua. Anima igitur intellectiua, est forma absoluta, non autem aliquid compositum ex materia & forma. Si enim anima intellectiua esset composita ex materia & forma, formæ rerum reciperentur in ea, vt indiuiduales. Et sic, non cognosceret nisi singulare, sicut accidit in potentiis sensitiuis, quæ recipiunt formas rerum in organo corporali. Materia enim est principium indiuiduationis formarum. Relinquitur ergo, quòd anima intellectiua, & omnis intellectualis substantia, cognoscens formas absolutè, caret compositione formæ, & materiæ.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd primus actus, est vniuersale principium omnium actuum, quia est infinitum virtualiter, in se omnia præhabens, vt dicit Dionysius. Vnde participatur à rebus, non sicut pars, sed secundum diffusionem processionis ipsius. Potentia autem, cum sit receptiua actus, oportet ꝙ actui proportionetur. Actus verò recepti, qui procedunt à primo actu infinito, & sunt quædam participationes eius, sunt diuersi. Vnde non potest esse potentia vna, quæ recipiat omnes actus, sicut est vnus actus influens omnes actus participatos: alioquin potentia receptiua adæquaret potentiam actiuam primi actus. Est autem alia potentia receptiua in anima intellectiua, à potentia receptiua materiæ primæ, vt patet ex diuersitate receptorum. Nam materia prima recipit formas absolutas. Vnde talis potentia in anima intellectiua existens, non ostendit, quòd anima sit composita ex materia & forma.

AD SECVNDVM dicendum, ꝙ subiici & transmutari conuenit materiæ, secundum quòd est in potentia. Sicut ergo est alia potentia intellectus, & alia potentia materiæ primæ: ita est alia ratio subiiciendi, & transmutandi. Secundùm hoc enim intellectus subiicitur scientiæ, & transmutatur de ignorantia ad scientiam: secundum quòd est in potentia ad species intelligibiles.

SVPER Q. LXXV. Art. V.

366
1. dist. 8. q. 5. art. 2. Et 2. d. 17. q. 1. art. 2. Et 2. con. ca. 49. Et quo lib. 3. q. 8. Et quol. 8. q. 8. art. 1. Et spiritu. art. 1. Et de aia. art. 6. Et opuscu. 30. lib. 6.
* Cap. 5.

CONCL. Anima pręcipue intellectiua, & omnis intellectualis substantia cognoscens formas absolute, caret compositione formę & materiæ.

¶ COROLL. Ergo hęc conclusio cõtinet duas: scilicet & quòd anima quæuis non est composita sic (quamuis aliæ, dẽpta intellectiua, sint materiales, i. educantur de potentia materiæ): & quòd hoc maxime verificatur de anima intellectiua.

¶ PROB. 1. Quia de ratione animæ est, ꝙ sit actus corporis, & materia non potest esse pars actus (cùm ipsa sit potentia). 2 Quia anima intellectiua cognoscit rem aliquã in sua natura absoluta; & vnũquodque recipitur in aliquo per modum recipientis. 3 Quia si esset composita ex materia, & forma, formæ rerum in ea reciperẽtur, vt formæ indiuiduales (cùm materia sit principium indiuiduationis formarum): & sic non cognosceret nisi singulare, sicut fit in potentijs sensitiuis.

* Li. 8. tex. 16. tom. 3.

¶ NOT. 1. Non negat litera, quòd substantia intellectualis possit cognoscere singularia (cum Angeli, & anima humana, ipsa cognoscant): sed dicit, quòd intellectualis substantia non cognoscit solùm singularia. Ex eo namque, quòd cognoscit quis singulare, non infertur, quod sit compositus ex materia, & forma; sed ex eo, quòd cognoscit tantum singularia, idipsum infertur.

* Li. 7. c. 8. & 9. to. 3.

¶ NOT. 2. Probatio prima cõclusionis non strat absolutè de omni anima, quòd non est cõposita ex materia & for-

forma; duæ sequentes de anima intellectiua.

1m de minori.

Prima potentia. B. Receptiua formarum indiuidualium; non, receptiua formarum absolutarum. §. Tunc nihil &c. Stat enim animam recipere formas, & tamen non habere materiam in se: quia recipit eas non indiuidualiter, sed absolutè.

2m de maiori.

Proprietates materiæ. B. Secũdum rationem, qua ipsę conueniũt materiæ; non, secundum aliam rationem. §. Tũc nihil &c. Nam secundum aliam, & aliam rationem conueniunt ipsæ proprietates materiæ, & animæ.

Tertium

3^m de maiori. Causam. ℞. Per transmutationē de potētia ad actū; non, agentē simplr. §. Tūc &c. Nam Deus non est causa animæ per transmutationem de potentia passiua ad actum; sed est eius causa sine illa transmutatione.

4^m de maiori. Forma tantùm. ℞. Id est forma idem cum suo esse: non forma sine materia. §. Tunc nihil &c. Nam multæ sunt formæ tantùm in secundo sensu, vt Angeli etiam, quia nō sunt purus actus; solus autem Deus est tantùm forma primo modo; ideò & solus est purus actus.

Forma tantū est duplex.

APPENDIX.

Vtilitas pro Eccle. S. Dei.

Ex artic. habes primò: quomodo per rationem interimas errores Seleucianorum dicentium: Animam hominis esse factam de terra. Item Enthusiastarum dicentium: Animas factas esse ex igne. Hi enim omnes videntur compositam ponere animam vel de terra, vel de igne tanquàm ex materia, & de seipsa tanquàm ex forma. Verum manifestius ipsam ex materia & forma compositam posuit Seleucus, & Hermias Galatæ, dum expresserunt vtramque partem compositionis, dicentes (teste Alfonso Castro); quòd animę factę sunt ex igne, & spiritu. Hos & per rationem eandē potes reijcere.

Secundò habes: quomodo per rationem ostendas, errores prædictos iustè damnatos à Papa Clemente V. Clement. de summa Trin. & fide cath. sic. Doctrinam omnem, seu positionem temere asserentem, aut vertentem in dubium, quòd substantia animæ rationalis, seu intellectiuæ verè, & perfectè non sit forma humani corporis, velut erroneam, ac veritati catholicæ fidei inimicā, hoc sacro approbante Concilio reprobamus. Hæc ibi. A Clemente igitur damnata videtur positio, quod anima rationalis sit cōposita ex materia, & forma: cùm ab eo reprobetur illa, ꝙ s. anima non sit perfectè forma corporis. Nā si esset sic cōposita, iam non esset perfectè forma corporis; quoniam (vt in artic. & q. 76. artic. 1. in fi. corporis habes) non esset tunc secundum se totam formam corporis. Et tanto magis hoc videtur verum, quanto sub ly perfectè intelligit Papa (vt ex ibi subiunctis habetur), quòd sit & per se & essentialiter forma corporis. Hæc solum pro tanto adducta sint, pro quanto videntur damnare, ꝙ anima sit composita ex materia, & forma. Tertiò vides: quomodo ex his vicissim Angelica firmetur concl°.

D. 976. *c. 5. inter princip. & medium.* *Pro Ecel.*

¶ Notat. Præsenti articulo seruit art. in ordine 369. 363. 23. 262. 307.

Ad tertium dicendum, ꝙ forma est causa essendi materiæ & agens: vnde agens inquantum reducit materiam in actum formæ transmutando, est ei causa essendi. Si quid autem est forma subsistēs, non habet esse per aliquod formale principium, nec habet causam transmutantē de potentia in actū. Vnde post verba præmissa Philosophus *concludit, quòd in his quę sunt composita ex materia & forma: nulla est alia causa, nisi mouens ex potestate ad actum. Quæcumque verò non habent materiam, omnia simpliciter sunt, quasi verè entia aliquid.

**Li. 8. Metap. tex. 16. tom. 3.*

Ad quartum dicendum, ꝙ omne participatum, comparatur ad participans, vt actus eius. Quæcumque autem forma creata per se subsistens, ponatur, oportet quòd participet esse: quia etiam ipsa vita, vel quicquid sic diceretur, participat ipsum esse: vt dicit Dionys. 5. c. de diu. nom.* Esse autē participatū, finitur ad capacitatē participantis: vndè solus Deus, qui est ipsum suū esse, est actus purus & infinitus. In substantiis verò intellectualib. est cōpositio ex actu & potentia, non quidem ex materia & forma, sed ex forma & esse participato. Vnde à quibusdam dicuntur componi ex quo est, & quod est. ipsum. n. esse, est quo aliquid est.

Comm. Cardinalis Caietani.

Titulus clarus.

¶ Nomine materiæ, ens in potentia tantū in genere substantiæ, subiectum formarum & priuationum, & occasionem sumpsit à positione Auicebron, vt patet in q. de anima artic. 6.

¶ In corpore duæ conclusiones responsiuæ, altera vniuersalis, altera specialis. Prima conclusio, Anima non est composita ex materia & forma. Secunda, Anima intellectiua non est composita ex materia & forma. Prima probatur sic. Anima est forma corporis. ergo aut secundum se totam, aut secundum aliquid sui. Si primo modo, ergo non est composita, quia potentia tantum non potest esse actus alterius, etiam partialis, vt patet: repugnat enim potentiæ esse partem actus. Si secundo illud aliquid vocamus animam, & reliquum primum animatum, & sic habetur intentum. Secunda probatur dupliciter: ostensiuè, & ad impossibile, ostensiuè sic. Lapis cognoscitur ab anima intellectiua absolutè. ergo est in ea absolutè. ergo anima intellectiua est forma absoluta. Antecedens patet: quia intelligitur lapis, & non lapis hic. Prima consequentia probatur: quia vnūquodque eo modo, quo cognoscitur est in cognoscente, & econuerso. Secunda verò consequētia probatur: quia vnūquodq; recipitur in aliquo s'm modū recipientis. Ad impossibile vero sic. Si anima intellectiua esset composita ex materia & forma, non reciperet formas nisi vt indiuiduales, & consequenter non cognosceret nisi singularia. Et probatur consequentia dupliciter. Primo, quia hoc experimus in sensibus. Secundo, ratione: quia materia est principium indiuiduationis.

¶ Circa hanc rationem ostensiuam aduerte, quòd sumitur forma absoluta, vt distinguitur contra contractionem, ad conditiones indiuiduales & materiales: de tali enim absolutione, est semper hic sermō. Et iuxta tales modos: absolutionis ab indiuiduantibus, & contractionis ad illa tenent omnes propositiones assumptæ, tam de modo cognoscendi, quàm recipiendi, vt patet.

¶ In responsione ad primum, nota pulchram doctrinam, quòd in ordine actuum, qui est ordo causæ efficientis, fit reductio ad vnum numero, à quo omnes alij actus sunt. In ordine vero potentiæ, qui est ordo causæ materialis, non fit reductio totius vniuersi ad vnam numero potentiam, sed ad vnam potentiam analogā, id est in multas potentias ordinatas ad diuersos actus, & conuenientes inter se proportione: quia quælibet se habet ad actum suum, vt alia ad suum. Ordo autem inter eas est, iuxta ordinem actuum, quorum sunt capaces. Et sic reductio in genere causæ materialis tripliciter fieri potest. Primò, omnium eiusdem generis, & sic ad unam numero potentiam. Secundò totius vniuersi: & sic ad vnam analogia. Tertiò ipsarum potentiarum; & sic una non resoluitur in aliam vniuersaliter loquendo: quia nec potentia intellectus in potentiam materiæ, nec econuerso, resolui potest: quamuis una inter eas sit infima ordine imperfectionis, puta materia prima. Et ratio subtilissima S. Thomæ est: quia potentia etiam prima est intrinseca rei cuius est: & ideò oportet esse diuersorum diuersam. Efficiens verò primum nihil est rerum: & ideo stat vnum omnium esse. Causa enim materialis est intrinseca, effectiua verò extrinseca.

Ferr. 3. cont. c. 78. 79.
Aegid. 2. s. d. 14. q. 1. ar. 1.
D. Bon. d. 19. ar. 1. q. 1.

ARTICVLVS VI.

Vtrum anima humana sit corruptibilis.

Ad sextum sic proceditur. Videtur ꝙ anima humana sit corruptibilis. Quorum. n. est simile principium, & similis processus, videtur esse similis finis. Sed simile est principium generationis hominum, & iumētorum, quia de terra facta sunt, similis est etiam vitæ processus in vtrisque; quia similiter spirant omnia, & nihil habet homo iumento amplius, vt dicitur Eccl. 3. Ergo, vt ibidē concluditur, Vnus est interitus hominis & iumentorum, & æqua vtrisque conditio: sed anima brutorum animalium est corruptibilis. ergo & anima humana est corruptibilis.

¶ 2 Præterea. Omne quod est ex nihilo, vertibile est in nihilum: quia finis debet respondere principio. Sed sicut dicitur Sapient. 2. Ex nihilo nati sumus: quod verum est, non solum quantū ad corpus, sed etiā quantū ad animā. Ergo, vt

SVPER Q. LXXV. ART. VI.

367
12. q. 85. art. 6. Et 2. d. 19. art. 1. Et 2. cōtra c. 78. 79. & 82. Et quo lib. 10. q. 3. art. 2. Et de anima, artic. 14.

Concl. 1. Necesse est dicere; animā humanam, quam dicimus intellectiuū principium, esse incorruptibilem.

¶ Prob. primò: Quia anima intellectiua est per se subsistens (suprà art. 2.); & impossibile est, quod aliquod per se subsistens corrumpatur per accidens, id est, alio corrupto. 2 Quia anima talis est forma tantum (suprà ar. 5.), cui. s. esse per se conuenit; & impossibile est, ꝙ id, quod secundū se conuenit alicui, sit separabile ab ipso. 3 Quia anima intellectiua, naturaliter desiderat esse semper (cùm apprehendat esse secundum omne tempus); & desiderium naturale non potest esse inane.

¶ Con-

¶Concl. 2. Dato etiam, quod anima esset composita ex materia, & formæ (vt quidā dicunt), adhuc oporteret ponere eam incorruptibilem.

¶Prob. Quia in anima intellectiua non potest esse contrarietas (immo rationes contrariorum in intellectu non sunt contrariæ), & non inuenitur corruptio, nisi ubi inuenitur contrarietas.

¶Not. Tertia probatio conclusionis primæ, fit etiā huius conclusionis probatio.

† li. 2. tex. 161. tom. 2.
* cap. 4. aliquantulū a princ.

1m de maiori.

Similis finis. ℞. Secundum quod fuit simile principium, & processus; non, secundum ꝙ non fuerunt ista similia. §. Tunc &cet. Nam solum quoad corpus simile cum brutis homo habet principium, ac processum, & consequenter quoad corpus solum habet similem finem, inquantum, scilicet corpus est corruptibile.

Item ex Eccle. 3.

Nihil hábet homo iumento amplius. ℞. Secundum phantasiam insipientium sic loquentium. §. Hoc clare exprimitur, Sap. 2. Cum ibi dicitur, Dixerunt impii cogitantes apud se non recte, Exiguum & cum tædio est tempus uitæ nostrę, & non est refrigerium in fine hominis, & non est qui agnitus sit reuersus ab inferis. Quia ex nihilo nati sumus, & post hoc erimus tamquam non fuerimus. Quia extinctus cinis erit corpus nostrum, & spiritus dissoluetur tanquam mollis aer. Hæc ibi. Exinde Vnde nihil contra cognoscas, quod scriptura conuenientibus verbis utitur ad exprimendum quæ dicit, iuxta conditionem personarum loquentium, vel ad loquendum introductarum. supra quæstio. 74. ar. 3.

* Art. 3. huiusq.

2m de maiori.

Vertibile in nihilum. ℞. Non autem corruptibile. §. Tunc &cet. Non sunt enim idem ista duo, scilicet uertibile in nihilum, & corruptibile.

3m minor.

Propria operatio animæ, quæ est intelligere cū phantasmate, non potest esse sine corpore. ℞. Negatur, abradendo tamen ly cum phantasmate. §. Nam re vera debet inde tolli. Propria siquidem operatio animæ (simpliciter loquendo) est intelligere, ar. 2. notation. nihil amplius addendo. Quod autē intelligat cum phantasmate, non est ex ratione hac, s. quod totum hoc sit operatio eius propria: sed est ratione status præsentis. Et ideo in textu dicitur, quod intelligere, cum phantasmate &c. Ac si exprimendo omnia pmissa, dicatur. Nec intelligere cum phantasmate, nec intelligere sine phantasmate, est propria operatio animæ: simpliciter loquēdo, sed tantum secundum quid, illud quidē, scilicet cum phantasmate, secundum, quod corpori anima est nūc unita, hoc vero, s. sine phātasmate, secundum qđ a corpore separata erit. Restat ergo, iuxta sensum textus, manifestū: quod intelligere simpliciter, idest nullo addito, est simpliciter, idest absolute, propria operatio animæ simpliciter, idest ut anima est. Neutrum enim prædictorum proprie conuenit animæ, ut anima est sed animæ, ut in statu tali

D. 122.

ibidem concluditur, post hoc erimus tanquam nō fuerimus: etiam secundum animam.

¶ 3 Præterea. Nulla res est sine propria operatione. Sed propria operatio animæ, quæ est intelligere cum phantasmate: non potest esse sine corpore. nihil enim sine phantasmate intelligit anima: phātasma autem non est sine corpore vt dicitur in lib. de anima. † Ergo anima non potest remanere, destructo corpore.

Sed contra, est, quod Dion.* dicit 4. c. de diui. no. ꝙ animæ humanæ habent ex bonitate diuina, ꝙ sint intellectuales: & ꝙ habeant substantialem vitam inconsumptibilem.

Resp. Dicendum, quod necesse est dicere animam humanā, quam dicimus intellectiuum principium, esse incorruptibilem. Dupliciter enim aliquid corrumpitur. Vno modo per se, alio modo per accidens. Impossibile est autē aliquid subsistens generari, aut corrumpi per accidens, id est aliquo generato vel corrupto. Sic enim competit alicui generari & corrūpi, sicut & esse, quod per generationē acquiritur, & per corruptionem amittitur. Vnde quod per se habet esse, non potest generari vel corrumpi, nisi per se. Quæ vero non subsistunt, vt accidentia & formæ materiales, dicuntur fieri, & corrumpi per generationem & corruptionem compositorum. Ostensum est autem supra* quod animæ brutorum non sunt per se subsistentes sed sola anima humana. Vnde animæ brutorum corrūpuntur corruptis corporibus: anima autem humana non posset corrumpi, nisi per se corrumperetur. Quod quidem omnino est impossibile non solum de ipsa, sed de quolibet subsistente: quod est forma tantum. Manifestum est enim quod id, quod secundum se conuenit alicui, est inseparabile ab ipso. Esse autem per se conuenit formæ, quæ est actus. Vnde materia secundum hoc acquirit esse in actu, quod acquirit formam: secundum hoc autem accidit in ea corruptio, quod separatur forma ab ea. Impossibile est autem, quod forma separetur a seipsa vnde impossibile est, quod forma subsistens desinat esse. Dato etiam, quod anima esset ex materia, & forma composita, vt quidam dicunt, adhuc oporteret ponere eam incorruptibilem. Non enim inuenitur corruptio, nisi vbi inuenitur contrarietas. Generationes enim & corruptiones, ex contrariis & in contraria sunt. Vnde corpora cœlestia, quia non habent materiam contrarietati subiectam, incorruptibilia sunt. In anima autem intellectiua non potest esse aliqua contrarietas recipit enim secundum modum sui esse. Ea vero, quę in ipsa recipiuntur, sunt absq; contrarietate, quia etiam rationes cōtrariorum in intellectu non sunt contrariæ sed est vna scientia contrariorum: impossibile est ergo, quod anima intellectiua sit corruptibilis. Potest etiam huius rei accipi signum ex hoc, quod vnumquodque naturaliter suo modo esse desiderat. Desiderium autem in rebus cognoscentibus, sequitur cognitionem. Sensus autem non cognoscit esse nisi sub hic & nunc: sed intellectus apprehendit esse solutè, & secundum omne tempus. Vnde omne habens intellectum, naturaliter desiderat esse semper. Naturale autem desiderium non potest esse inane. Omnis igitur intellectualis substantia est [d] incorruptibilis.

Ad primum ergo dicendū, quod Salomon inducit rationem illam ex persona insipientium, vt exprimitur. Sap. 2. Quod ergo dicitur, quod homo & alia animalia habēt simile generationis principium, verum est quātum ad corpus similiter enim de terra facta sunt omnia animalia, non autem quantum ad animam. Nam anima brutorum producitur ex uirtute aliqua corporea, anima vero humana a Deo. & ad hoc significandum dicitur Gene. 1. quantum ad alia animalia. Producat terra animam uiuentem. Quantum vero ad hominem dicitur, ꝙ inspirauit in faciem eius spiraculum vitæ. Et ideo concluditur Eccle. vlt. Reuertatur puluis in terram suam, vnde erat, & spiritus redeat ad Deum, qui dedit illum. Similiter processus vitæ est similis quantum ad corpus, ad quod pertinet quod dicitur in Eccle. Similiter spirans omnia: & Sap. 2. Fumus & flatus est in naribus nostris &c. Sed non est similis processus quantum ad animam: quia homo intelligit, non autem animalia bruta. vnde falsum est ꝙ dicitur, Nihil habet homo iumento amplius. & ideo similis est interitus, quantum ad corpus: sed non quantum ad animam.

Ad secundum dicendum, quod sicut posse creari dicitur aliquid, non per potentiam passiuam, sed solum per potentiam actiuam creantis, qui ex nihilo potest aliquid producere: ita cum dicitur aliquid uertibile in nihil, non importatur in creatura potentia ad non esse sed in creatore potentia ad hoc, quod esse non influat. Dicitur autem aliquid corruptibile per hoc, quod inest ei potentia ad non esse.

Ad tertium dicendum, ꝙ intelligere cum phantasmate, est propria operatio animæ secundum ꝙ corpori est vnita. Separata [d] autem a corpore habebit alium modum intelligendi, similem aliis substantiis a corpore separatis: ut infra melius patebit.*

D. 185.
q. 89. ar. 1.

tali uel tali est:ideoq; neutrum est propria operatio. Istam glossam Diuum Thomam attulisse teneas secundum mentem Aristotelis, non tantum secundum ueritatem: quia auctoritas glossata ab eo, fuit Aristotelis. Quod autem uera sit de mente Aristot. & glossa, & conclusio hæc literalis: vide supra artic. 2. ad tertium, cum quæstione ibi ad propositum breuibus (quoad fieri potuit) annotata.

APPENDIX.

EX articulo habes primo; quomodo per rationem interimas hęreses Basmotheorum, qui (teste Papa Clemente, constitutionum Apostolorum lib. 6. cap. 6.) animę immortalitatem negant. Item nonnullorum philosophorum (Direct. Inquisit. 2. par. q. 4.) quorum aliqui dicunt. Mortuo corpore anima moritur: aliqui, Anima non est tota æterna, sed una particula est æterna, & maior, alia temporalis: Aliqui, Quoad animam etiam homines non sunt æterni, gloria tamen ęterna est ab hominibus affectanda. Item aliquorum innominatorum (teste Philastro) dicentium. Animas hominum post mortem conuerti in bruta suis meritis congrua. Item Tertulliani dicentis; Animas hominum scelerarorum post ipsorum mortem conuerti in dęmones. Item Archonticorum dicentium: Animā esse cibum Principatuum ac Potestatum. Iste tres vltimæ adducuntur hic pro quanto negāt immortalitatem animæ vel eam negare videntur. Si enim anima conuertitur in aliud, vel si est cibus aliquorum: vtique non remanere quæ prius erat, & consequenter esse mortalis, videtur. Hęreses aliorum vide supra ar. 2. ad hunc etiam locum pertinentes. Secundo habes: quomodo per rationem ostendas, merito damnatas omnes illas fuisse ab Apostolis sic; animam immortalem affirmamus, & perpetuo manere, vti rationis participem, & libertate prędiram (Clemens ibi. c. 11.). Item à Papa Leone X. in Concil. Lateranensi. Vide hanc solemnem damnationem supra artic. 2. & ibi etiam notabis, quod tanquam hæretici damnantur hi, qui dicunt, verum esse, secundum philosophiam saltē, quod anima nostra sit mortalis. Vltra inconuenientia, quæ ibi a Leone adducuntur sequutura, si anima diceretur mortalis, tu ex Sapientiæ capitulo secundo hoc etiam aduertes: quod scilicet hęc positio ad se traheret destructionem omnium operum bonorum, & patrationem omnium malorum. Audi, quid illi insipientes in responsione ad primum art. huius recitati ex mortalitate animę a seipsis ibi prędicta inferant. Venite ergo (concludentes inquiunt) & fruamur bonis, quæ sunt, & vtamur creatura, tanquam in iuuentute celeriter. Vino pretioso, & vnguentis, nos impleamus: & non prætereat nos flos temporis. Coronemus nos rosis, antequam marcescant: Nullum pratum sit, quod non pertranseat luxuria nostra. Nemo vestrum excors sit luxuriæ nostræ. Vbique relinquamus signa lætitiæ: quoniam hæc est pars nostra, & hęc est sors nostra. Opprimamus pauperem iustū, & nō parcamus viduæ nec veterano: nec reuereamur canos multi temporis. Sit autem fortitudo nostra lex iniustitiæ. Hæc ibi. Pondera, post tot mala omnium pessimam conclusionem illam. Sic fortitudo nostra lex iniustitiæ: & videbis quantam hæresis de mortalitate animæ secum malorum colluuiem adducat. Specialiter autem (si per ly Conuerti intelligas reuolutionem, remanente substantia animæ) a regulis fidei narratis ab Athanasio in libro sexto de beatitudine filii Dei, damnatur sic, si quis confitetur, animas hominum in reuolutionem rursus in mundo, aut in hominibus, aut in pecudibus, aut in serpentibus uerti: Anathema sit. Quod si per ly conuerti intelligatur uersio de substantia in substantiam (in quo sensu adducebatur supra, secundum quod etiam de aliquibus intelligi poterat), tunc damnatur a Leone. Tertio uides: quomodo ex his uicissim Angelica doctrina hæc confirmetur.

¶Not. Præsenti articulo seruit articulus in ordine 265. 44. 538. 415. 55. 50. 954. 353. 510. 241. 425. 464. 412. 580. 354. 443.

Comm. Cardinalis Caietani.

TItulus clarus est.

¶In corpore vnam ponit conclusionem responsiuam, quā probat primo a priori simpliciter. Secundo, dato q; esset composita ex materia & forma. Tertio, a signo.

¶Quo ad primū conclusio est. Anima humana est incorruptibilis. Probatur sic. Nulla forma subsistens est corruptibilis per accidens, nec per se. Anima intellectiua est forma subsistens. ergo nec per accidens, nec per se potest corrumpi. ergo est incorruptibilis. Ista vltima consequentia patet: quia omne quod corrumpitur, aut per se, aut per accidens corrumpitur. Minor est probata in art. 2. Maior habet duas partes. & primo probatur prima sic. Forma subsistēs habet esse per se. ergo nec generatur, nec corrumpitur per accidens probatur sequela: quia unum quodque eo modo quo habet esse, habet generari & corrumpi: quia generatio datur esse, & corruptio aufert. Secundo probatur secunda: quia omne per se corruptibile, habet esse separabile ab aliquo eius. Sed forma subsistens tantum, non est huiusmodi. ergo. Minor probatur, quia necesse est separabile a forma: quia per se ei conuenit: quod probatur: quia materia intantum habet esse, inquantum habet formam, & perdit esse inquantum formam, & similiter compositum, nec forma potest a seipsa separari. Altero enim horum modorum separationem fieri oportet, s. aut separando esse, aut formam, aut vtrumq; ab aliquo in corruptione. Maior uero manifestatur in corruptione compositi, & facile patet: quia alioquin esset annihilatio.

¶Contra probationem primæ partis maioris Sco. in 4. di. 43. q. 2. arguit sic. Cum dicis, anima humana habet esse per se: aut sumis ly per se ut distinguitur contra in esse accidentis. & tunc nihil ualet argumentum: quia etiam forma ignis habet sic esse per se. Aut ut ly per se dicit modum essendi compositi seu suppositi. Et sic falsum assumitur. quia illud esse incommunicabile est. Aut accipis ly per se non solum ut distinguitur contra inesse accidentis. sed ut dicit naturalem independentiam illius esse a corpore. & tunc est propositio credita, & non probata sufficienter.

¶Contra secundam probationem ibidem arguit Scot. negando quod omnis corruptio fiat per separationem alterius ab altero: quia esse angeli, si ponatur aliquid aliud ab essentia, est destructibile per successionem oppositi, & tamen non est separabile. ergo.

¶Ad argumentum contra primam dicitur breuiter, quod tertio modo sumitur per se. Et propositio illa, est probata sufficienter in 2. ar. ex operandi modo.

¶Ad instantiam contra secundum patet, quod instantia Scoti nulla est, quia de annihilatione instat: nos autem de corruptione loquimur: immo instantia est pro nobis, s. q; forma subsistens, aut annihilatur, aut est, nec potest corrumpi.

¶Quo ad secundum probatur sic, Omnis corruptio est cum contrarietate sed in anima intellectiua nulla est contrarietas. ergo. Maior probatur dupliciter. Primo, quia generationes & corruptiones sunt ex contrarijs & in contraria. 5. Physicor. Secundo, quia in corporibus cœlestibus hoc uidemus. Minor probatur sic: recepta in anima sunt absque contrarietate. ergo & ipsa anima. Antecedens probatur, quia etiam rationes contrariorum in anima non sunt contrariæ. probatur: quia una utriusque scientia est. consequentia probatur: quia unumquodque recipit secundum modum sui esse.

¶Circa hanc partem occurrit dubium, quia non uidetur uerum quod in anima nulla sit contrarietas. Primo, quia in anima recipiuntur opiniones contrariæ, ut patet in 2. Perihermen. Et rursus, animę immutatio de ignorantia prauę dispositionis inscientiam, est mutatio de contrario in contrarium. Secundo, quia aut intendis quod anima intellectiua secundum suam substantiam caret contrario, aut etiam secundum accidentia sibi propria. Si primo modo, hoc est commune omni substantiæ. Si secundo, hoc est manifeste falsum: quia dispositiones conseruantes animam intellectiuam, contrarias habet, vt patet, alioquin homo nunquam moreretur.

¶Ad primum horum dicitur, quod opiniones & uniuersaliter entia in anima dupliciter sumi possunt, ut Auerr. dicit 3. de anima. co. 5. scilicet ut entia quædam sunt, s. ex parte subiecti, & ut uera uel falsa sunt, idest obiectiue. Primo modo in eis non est contrarietas, sed secundo, Quod ex eo patet, quod contrarie as & error non accidunt nisi ratione ueri aut falsi. Veritas autem & falsitas non inueniuntur in anima ex parte subiecti, sed obiecti, quoniam, ut in prædicamentis dicitur, Ab eo quod res est uel non est, oratio dicitur uera uel falsa. Sunt igitur ea, quæ in anima recipiuntur, & contraria in ordine ad obiecta, & absque contrarietate in ordine ad subiectum. Et sic, cum anima mutatur de errore in scientiam, mutatur de contrario in contrarium obiectiue, non subiectiue: cuius signum euidens est, quod eadem propositio subiectiuē est successiuē uera & falsa, absque sui mutatione, ut in prædicamentis dicitur. Ex hoc sufficit proposito ubi recepta in anima ex parte animę est consideramus, & eius naturam inuestigamus.

¶Ad secundum uero dicitur, quod aliud est loqui de dispositionibus animæ intellectiuę absolute, & aliud de dispositionibus vnionis eius ad corpus nostrum. Istæ habent contrarium, in illis impossibilis est contrarietas: quia aut nullæ sunt, si sit per se subsistens absque corpore, aut immobiles sunt, vt corporum cœlestium, si sint composita ex materia & forma. & de istis loquitur

tur Sanct. Thom. quoniam discutit, quid animæ intellectiuæ ex eo quod intellectiua est, conueniret, si esset composita ex materia & forma.

¶Quo ad tertium probat sic. Habens intellectum, naturaliter desiderat esse semper. ergo intellectus est incorruptibilis, cõsequentia nota, quia desiderium naturale non potest esse frustra. Antecedens probatur sic: apprehendens esse absolutè, & secundum omne tempus appetit naturaliter esse sẽper, intellectus est huiusmodi. Probatur assumptum quia appetitus sequitur cognitionem proportionaliter.

¶Circa hanc partem dubium occurrit duplex. Primo ex Scoto, vbi supra, volente quod ex desiderio naturali, non possit certificari immortalitas animæ, tali ratione. Desiderium naturale ad semper esse, aut supponit animam posse semper esse, aut apprehensionem mouentem esse rectam: sed vtrunque horum est æque ignotum aut magis: ergo. Antecedens patet, quia desiderium naturale potest dici dupliciter, vel de inclinatione naturali, & tunc coincidit cum potentia naturali, aut de actu elicito cõformi naturæ, & tunc oportet ostendere hunc actum esse conformem naturę, aut per potentiam naturę, & redit primum, aut per rectitudinem cognitionis repræsentantis tale appetibile, quod erat secundum.

¶Secundo dubitatur, & difficilius, circa medium Sancti Thomę, qui. s. intellectus apprehendit esse semper. Videtur enim ex hoc nullo modo sequi intenta conclusio. Esse enim semper, dupliciter contingit. s. positiuè, vt in Deo, & negatiuè, vt in uniuersali. Aut ergo in tendit positiuè, & tunc aut esse proprium, aut alienum, aut aliquod in communi, Nullo autem istorum modorum infert naturale desiderium talis apprehensi, ex hoc namque quod apprehendimus esse proprium sempiternum speculatiuè, nihil sequitur. Practice autem falsa est apprehensio, respectu totius compositi. Respectu autem animæ solius, hoc non experimur: nec scimus eam esse rectam, nec naturaliter inesse. sed probandum hoc esset. Ex eo vero, quod apprehendimus esse alterius, puta Dei sempiternum, non sequitur. ergo volumus esse semper. Ex eo quoque quod apprehendimus aliquod esse, esse sempiternum, nec etiam sequitur ergo volumus esse semper, nisi uelleitate, quadam qua omnes vellemus perfectiones etiam impossibiles, vt uolare &c. Aut intendit negatiuè, & tunc idem est esse semper, & esse in uniuersali. Et antecedens quidem, est verissimum: quia naturaliter appetimus esse semper, sed ex hoc nihil aliud sequitur, nisi quod naturaliter appetimus esse in uniuersali & in communi & non solum hic & nunc, quod gratis cõceditur. Sed ex hoc non sequitur. ergo appetimus esse semper immo est fallacia amphibologiæ: quia quæstio est de naturaliter appetere esse semper est pars obiecti appetiti, idest, quod appetatur hoc totum esse semper. Ista vero ratio loquitur de esse semper, ut ly semper, est conditio sine qua res appetita, s. esse, non repræsentatur & appetitur. vnde esse semper. in quæstione idem est, quod esse sempiternum. In ratione vero æquiualet huic, quod dico, esse sempiterno modo oblatum, quia uniuersaliter. Et rursus quæstio est de esse semper positiuè, & ratio militat de esse semper negatiuè.

¶Ad has obiectiones, præpostero ordine dicendum est cum Dei adiutorio, præmittẽdo, quod in proposito est sermo de desiderio naturali pro actu elicito, quia de sequente cognitionem, ut patet in litera, & diffusius in secundo contra Gentil. cap. 55. Nec est sermo de desiderio naturali nostro, idest totius compositi, sed animę intellectiuę. Nec est sermo de esse nostro, sed de esse animæ, non curando, vtrum animæ, & nostri, sit unum, aut diuersum esse. Ita quod intentio S. Th. est ex eo, quod in natura intellectiua est naturaliter inditum, ut optet esse semper. inferre a posteriori eius incorruptibilitatem. Quod autem talis appetitus illi insit, non ex eo quod statim oblata optatur sempiternitas probauit, quoniam uelleitatem tantum hoc infert, ut patet in nobis, quos cum constet mortales esse, propositam tamen immortalitatem concupiscimus. Sed ex eo probauit, quod intellectus apprehendit esse semper, intendit non de esse proprio, aut alieno, sed simpliciter & absolute de esse. Sempiternitate auté, iudicio meo utitur etiam in communi, siue positiua, siue negatiua, non curando, & hoc extendendo sicut in rei ueritate extenditur hoc signum, ad totam naturam intellectualem. Et quoniã de sempiternitate negatiuè in nostra anima hoc experimur, ex illa nobis dilucidandum est intentum, hoc enim manifestato, de reliqua erit planum. Sciendum est igitur, quod quia appetitus sequitur cognitionem, & res appetita est bonum apprehensum, ex hoc quod cognitio non se extendit ad bonum nisi in hoc, & nunc, necesse est, quod appetitus sequens talem cognitioné non feratur nisi ad hoc, & hic, & nunc bonum. Et consequenter ex eo quod cognitio se extendit ad bonum, non in hoc aut illo, non hic, aut ibi, non nunc, aut tunc, sed ad bonum absolute, abstrahẽdo ab omnibus temporis, loci, indiuidualibus conditionibus, appetitus quoque talem cognitionem seques fertur in bonum absolute abstrahendo ab his. Et propter hoc uoluntas est uniuersalium sicut & intellectus. Vnde & in 2. Rhetoricorum dicitur, quod odio habemus genus latronum. Ex hoc autem, quod uoluntas seu appetitus intellectualis habet hoc inditum, ut feratur in bonum absolute sequitur intentum: quia cum natural iter appetat esse, & non secundum aliquam certam differentiam temporis. ergo sempiternum. Quod autem naturaliter appetat esse actu elicito, probat S. Thom. quia unumquodque secundum unumquemque gradum naturaliter appetit esse. ergo intellectuale, ut sic, & consequenter actu elicito, alioquin non intellectualiter tenderet. Et in secundo contra Gentil. affert signum manifestũ & irrefragibile, quia uidemus, quod animalia naturaliter secundum modum suæ cognitionis, per illam conseruant sibi esse, & pugnant pro illo, hoc enim non fit nisi medio actu elicito appetitus. quod uero non secundum aliquam certam differentiam temporis, patet, quia appetitur absolute abstrahendo a temporũ differentia. Abstrahi autem a differentia temporum dico, non solum ut conditione obiecti, sine qua non: sed etiam ut parte rei appetitæ: quia esse absolute, non ut nunc, nec tanto tempore appetitur. Consequentia uero fundatur super illa maxima ostensa in 1. cœli, text. 116. &c. quod omnis potentia naturalis est determinata ad maximum & minimum, ita quod impossibile est, quod aliquid habeat naturalem inclinationem ad agendum, aut essendum uage, sed oportet quod determinetur uel tantum tempus, vel semper, uel nunquam. Ex hoc enim aperte sequitur, quod si appetitus naturalis est ad esse, & non secundum aliquam differentiam temporis: ergo ad esse semper. Quod probatur, etiam ducendo ad impossibile: quia si appetitus naturalis est ad esse vage. ergo potentia naturalis illius naturæ, est etiam ad esse uage. ergo posse esse illius naturæ, non est determinatum ad maximũ & minimum tempus. quod est contra doctrinam primi de cœlo. & contra rationem. quia omnis natura, aut est corruptibilis: aut incorruptibilis. Si incorruptibilis, habet uirtutem determinatam ad semper esse, ut patet 1. cœli, tex. 1. Si corruptibilis. ergo principia eius habent limitatam uirtutem ad conseruandum tanto tempore: ita quod non maiore, per se loquendo. Vnde & in 2. de generatione, æquale ponitur tempus generationis & corruptionis rerum, & periodus unicuique assignatur corruptibili. Et sic patet mira S. Tho. subtilitas in suo medio. quod quia non penetrauit Sco. ideo ad extranea se conuertit. Vnde, ad obiectioné eius iam patet quid dicendum: quia arguendo ex desiderio naturali pro actu elicito, non oportet probare quod apprehensio huius appetibilis esse semper sit recta, sed huius appetibilis quod est esse absolute sumendo, quod est per se notum. Ex hoc enim sequitur, ergo appetitur esse semper positiue, ut in quæstione ponitur, & ut pars appetibilis. Et in hoc fuit mira profunditas, quod ex apprehendere & appetere esse semper negatiue, & ly semper concurrente ut conditione sine qua non, conclusum est appetere esse semper positiue, & ut partem seu conditionem rei appetitæ, nulla fallacia incidente.

¶In responsione ad tertium. esset difficultas, quę in prima de anima, text. 12. & 13. tractata est, de propria operatione animæ.

Ferr. 2. cont. c. 92. 93.
Alex. de Ale. q. 20. ar. 3
Aegid. 2. s. d. 3. q. 2. articu. 5.
Alb. Mag. de 4. coæuis. q. 5. ar. 25.

468
2. d. 3. q. 1. a. 6. & d. 17 q. 3. ar. 1. & cõtra c. 92. & 93. & li. 4. 32. Et

ARTICVLVS VII.

Vtrum anima, & angelus sint unius speciei.

AD SEPTIMVM sic proceditur. Videtur, quod anima & angelus sint vnius speciei. Vnũ quodque enim ordinatur ad proprium finem per naturam suæ speciei, per quam habet inclinationé ad finem. Sed idem est finis animę & angeli, s. beatitudo æterna. Ergo sunt vnius speciei.

¶2 Præt. Vltima differentia specifica est nobilissima: quia complet rationem speciei. Sed nihil est nobilius in angelo & anima, quã intellectuale esse. Ergo conueniũt anima & angelus in ultima differentia

SVPER Q. LXV. ART. VII.

CONCL. Non potest esse, quod angelus, & anima sint unius speciei.

¶PROB. Quia anima atque angelus, sunt substantiæ incompositæ ex materia, ac forma, & in substantiis huiusmodi non potest esse diuersitas secundum numerum absque diuersitate secundũ speciem, ac naturali inæqualitate

de anima, art. 7.

qualitate (patet exemplis de albedine separata, & coloribus.)

1^m^ de maiori. Finem. R. Proximum, & naturalem: non, vltimum & supernaturalem. §. Tunc &c. Nam beatitudo, quæ est finis angelo hominique communis, est finis vltimus, & supernaturalis.

2^m^ de minori. Intellectuale esse R. Secundum gradum maxime in vnoquoq; determinatum: non secundum seipsum præcise. §. Tunc &c. Nam angelus & anima disconueniunt in gradu intellectualitatis, qui solus est vltima differentia: licet conueniant in esse intellectiuo. Vide literam: & hanc applica. supra ad q. 50. art. 4. maxime ad primum, literamque illam huc, quantum sufficit.

3^m^ minor. Corpus, cum sit extra essentiā animæ, non videtur ad eius speciem pertinere. R. Nisi anima ex natura suæ essentiæ haberet, quod est corpori vnibilis. §. Tunc &c. ut patet. Scito in litera nos cognoscere, animā ex natura suæ essentiæ esse corpori unibilem: quia indiget corpore ad suam propriam operationem, & consequēter nos ex hoc ultimo etiam cognoscere, quod anima differt secundum speciem ab angelo.

* c. 7. inter prin. & medium.

* li. 7. peri. ex ca. 5. & 8. tom. 4.

* q. 47. a. 2

APPENDIX.

Vtilitas pro Eccle. S. Dei.

Ex articulo habes primo, quomodo per rationem tamquam a quodam præsupposito fortiori interimas hæresim Gnosticorum, & Manichæorum dicentium. Animam rationalem ex Dei substantia extitisse, aut Dei substantiam esse, aut Dei naturam. Itemque dicentium, Angelos ex Dei substantia extitisse. Si enim eiusdem speciei non sunt anima, & angelus; vtique nec eiusdem naturę numerabis, qualis est substantia uel natura diuina, erunt. Secundo habes: quomodo per rationē ostendas, has merito fuisse damnatas a Concilio Braccarensi primo, de regulis fidei capitulo quinto, sic, si quis animas humanas, uel Angelos, ex Dei credit substantia extitisse, sicut Manichæus, & Priscillianus dixerunt. Anathema sit. Hæc ibi. Item a Leone primo Papa epist. 95. uel secundum aliorum computum, 71. cap. quinto, sic. Quinto capitulo refertur quod animam hominis diuinæ asserant esse substantiæ, nec a natura conditoris sui conditionis nostræ distare naturam. Quam impietatem ex philosophorum quorundam & Manichæorum opinione manantem catholica fides damnat; sciens nullam tam sublimem tamque præcipuam esse facturam, cui Deus ipse natura sit. Hæc ibi. Aduerte Leonis ultima uerba, sciens nullam tam &c. vnde habes esse contra fidem catholicam dicere, angelos quantumcū que pręstantes creatos, uel etiam creabiles, aut aliquam facturam maiorem, si angelis posset esse superior, ex Dei natura existere. Hoc & Leonis dictum monstrat esse hæresim dicere, carnem Christi esse conuersam in diuinitatem (quod ait Eutices Abbas, secundum Prateolum;) vel aliquid Verbi fuisse in carnem conuersum (quod ait Appollinaris, secundū Prateolum), uel humanitatem Christi esse ęqualem diuinitati (qđ ait Arnoldus, secūdum Prateolum,) vel Christi corpus esse Deum, omnino proprie dici debere, aut cum ascendit in cœlum, plane Deū esse factum (quæ duo aiunt Metamorphistæ, secundum Prateolum,) uel quod natura humana in Christo sit persona Verbi, aut ueraciter Deus naturalis, & proprius (quod ait Augustinus de Roma, Archiepiscopus Nazarenus, secundum Consil. Basil. Sess. 22.) vel alia huiusmodi. Omnes enim hæ positiones, facturam (Licet Christi persona factura non sit) esse ex natura diuina, aliqualiter dicere uidentur, si bene consideres. Tertio uidere licet quomodo ex his uicissim Angelica hęc doctrina confirmetur.

* li. 10. Me tap. tex. 15. & 16. to. 3.

* q. seq. ar. 2. ad 1. arg.

D. 173.

¶ Notat. Præsenti articulo seruit articulus in ordine 264. 234. 174. 266. 269. 378. 281. 370. 250.

rentia specifica. Ergo sunt vnius speciei.

¶ 3 Præterea. Anima ab angelo differre non videtur, nisi per hoc, quod est corpori unita. Corpus autem cum sit extra essentiam animæ, non videtur ad eius speciem pertinere. Ergo anima & angelus sunt vnius speciei.

Sed contra, Quorum sunt diuersæ operationes naturales, ipsa differunt specie. Sed animæ & angeli sunt diuersæ operationes naturales, qa vt dicit Diony.* 7. c. de diuin. nomin. Mentes angelicæ simplices & beatos intellectus habent, non de visibilibus congregantes diuinam cognitionem: cuius contrarium postmodum de anima dicit. Anima igitur, & angelus non sunt vnius speciei.

Resp. Dicendum, quod Origi.* posuit omnes animas humanas & angelos esse vnius speciei: & hoc ideo, quia posuit diuersitatem gradus in huiusmodi substantiis inuentam, accidentalem, vtpote, ex libero arbitrio prouenientē, vt supra dictum est.* Quod non potest esse: quia in substantiis incorporeis non potest esse diuersitas secundum numerum absque diuersitate secundum speciem, & absque naturali inæqualitate. Quia cum non sint compositæ ex materia & forma, sed sint formæ subsistentes: manifestum est, quod necesse erit in eis esse diuersitatē in specie. Non enim potest intelligi, quod aliqua forma separata sit, nisi vna vnius speciei: sicut si esset albedo separata, non posset esse nisi una tantum. hæc enim albedo non differt ab illa nisi per hoc, ꝙ est huius vel illius. Diuersitas autem secundum speciem, semper habet diuersitatem naturalē concomitantem: sicut in specieb. colorum vnus est perfectior altero, & similiter in aliis. Et hoc ideo: quia differentiæ diuidentes genus sunt contrariæ. Contraria autem se habent secundum perfectum & imperfectum: quia principium contrarietatis est priuatio & habitus, vt dicitur in 10. Metaph.* Idem etiam sequeretur, si huiusmodi substantiæ essent compositæ ex materia & forma. Si enim materia huius distinguitur a materia illius, necesse est, quod vel forma sit principium distinctionis materiæ, vt scilicet materiæ sint diuersæ propter habitudinem ad diuersas formas: & tunc sequitur adhuc diuersitas secundum speciem & inæqualitas naturalis, vel materia erit principium distinctionis formarum. Nec potest dici materia hæc, alia ab illa, nisi secundum distinctionem quantitatiuam, quæ non habet locum in substantiis incorporeis, cuiusmodi sunt angelus & anima. vnde non potest esse quod angelus, & anima sint vnius speciei. Quomodo autem sint plures animæ vnius speciei, infra ostendetur*.

Ad primum ergo dicendū, quod ratio illa procedit de fine proximo & naturali. Beatitudo autem æterna, est finis vltimus & supernaturalis.

Ad secundum dicendum, quod differentia specifica ultima est nobilissima, inquantum est maxime determinata, per modum, quo actus est nobilior potentia. Sic autem intellectuale non est nobilissimum: quia est indeterminatum, & commune ad multos intellectualitatis gradus: sicut sensibile ad multos gradus in esse sensibili. Vnde sicut non omnia sensibilia sunt vnius speciei, ita nec omnia intellectualia.

Ad tertium dicendum, ꝙ corpus non est de essentia animę, sed anima ex natura suæ essentiæ habet, quod sit corpori unibilis. Vnde nec propriè ꝗ anima est in specie: sed compositum. Et hoc ipsum, ꝙ anima quodammodo indiget corpore ad suam operationē, ostendit quod anima tenet inferiorem gradum intellectualitatis, q̃ angelus, qui corpori non unitur.

Comm. Cardinalis Caietani.

Titulus clarus, speciei specialissimæ.

¶ In corpore articuli tria. Primo refert opinionem Origenis. Secundo improbat, respondendo quæsito. Tertio, respondet tacitę obiectioni, in calce.

¶ Quo ad primum duo refert, positionem Origenis, scilicet partem affirmatiuam quæstionis, & eius rationem, quia, scilicet inæqualitatem posuit ex libertate arbitrij proprij, ut patet superius q. 47.

¶ Quo ad secundum, conclusio responsiua est hęc, Angelus & anima

anima sunt diuersarum specierum & naturaliter inæquales. probatur sic, Substantiæ incorporeæ aut ponuntur formæ subsistentes; aut compositę ex materia & forma. Sed vtroque modo non possunt esse duæ eiusdem speciei, & naturaliter æquales. ergo, Maior patet, minor probatur tali ordine. Primo, dato quod sint formæ subsistentes, quo ad primam partem prędicati, scilicet diuersitatem speciei, quia forma separata a materia non multiplicatur, quod declaratur in albedine separata: & quo ad inæqualitatem naturæ, quia diuersitas speciei parit inæqualitatem secũdum perfectum & imperfectum: quia differentiæ diuidentes idem genus, sunt contrariæ, cuius principium est priuatio & habitus. Secundo, dato quod sint compositæ ex materia & forma: quia aut diuersitas nascitur ex forma, aut materia. Si ex forma, ergo specifica & inæqualis. Si ex materia, ergo ex quantitate, quæ incorporeis non est intelligibilis, ergo.

¶Quo ad tertium, quia ex his videtur uniuersaliter conclusum, q; nullę duæ substantiæ incorporeę differunt solo numero. ideo statim de numeratione animarum promittit se dicturum.

¶Hoc in loco discutiendæ essent propositiones istæ communes in uia Sanct. Thomæ & peripatetica, nisi essent superius discussę.

¶In responsione ad secundũ, nota q; in q. 50. ar. 4. ad primum, habetur eadem responsio per hanc declarata.

¶In responsione ad tertium, aduerte, quod Scot. in 2. dist. 1. q. 6. non impugnat, q; dicitur a secundum esse vnibile materiæ inferre diuersitatem specificam: sed quod ista sit prima radix distinctionis specificæ, quod S. Th. non dixit. ideo non oportet respondere. Sed esset hic alia difficultas: quomodo unibilitas est de essentia animæ, vt San. Thomas hic dicit. de hoc uide quę scripta sunt in commentarijs de Ente & essentia, in materia de indiuiduatione animæ separatę; & in quæst. de inhærentia accidentis.

¶Quo ad alia quæ dicit Scot. hic uide q. specialem, quomodo angelus, & anima differunt specie.

Ferr. 2. cont. c. 56. 68.

SVP. Q. LXVI.

ART. I.

CONCL. Necesse est dicere, quod intellectus, qui est intellectualis operationis principium, sit humani corporis forma.

¶PROB. Quia anima intellectiua est illud, quo primo intelligimus, (vt t. 2. de anima): & illud quo primo aliquid operatur, est forma eius, cui operatio attribuitur (patet in exẽplis) Quia anima intellectiua est illud, secundum quod desumitur species humana (cum homo speciem secundum illud sortiatur, q; est propriæ operationis, quod est intelligere, principium. Vnumquodque enim sortitur speciem per illud, quod est principium operationis suę). Et illud secundum quod desumitur species rei, est propria forma rei.

¶NOT. In 2. de anima intentum philosophi fuit (vt ibi patet) concludere demonstratiue, quod anima est substantialis forma corporis physici &c. ex eo, quod anima talis est illud, quo primo intelligimus: sicut & fuit suũ intentum demonstrare, quod anima vegetatiua est forma substantialis corporis &c. ex eo, q; anima talis est id, quo primo nutrimur, & similiter demõstrare, quod sensitiua est forma substantialis corporis, &c. ex eo, quod anima talis est id, quo primo sentimus. Et hoc dictum sit ad expositores quosdã, immo uerius in hoc destructores, Aristotelis: quorum commenta narratione sequeretur q; intellectus...

169
2. con. 56. 68. & 69. 70. & 71. & quol. 1 2. a. 10. Et spiri tus, a. 2. Et de aĩa art. 19. Et opu. 3. c. 80. & 3. de aĩa.
* Tex. 6. & 7. to. 2.

QVÆSTIO LXXVI.

De unione animæ ad corpus, in octo articulos diuisa.

DEINDE considerãdum est de vnione animę ad corpus.

ET circa hoc quæruntur octo.

¶Primò, Vtrum intellectiuum principium vniatur corpori vt forma.

¶Secundò, Vtrum intellectiuum principium numero multiplicetur, secundum multiplicationem corporum, vel sit vnus intellectus omnium hominum.

¶Tertiò, Vtrum in corpore, cuius forma est principium intellectiuum, sit aliqua alia anima.

¶Quartò, Vtrum sit in eo aliqua alia forma substantialis.

¶Quintò, Quale debeat esse corpus, cuius intellectiuum principium est forma.

¶Sextò, Vtrum tali corpori vniatur mediante aliquo alio corpore.

¶Septimò, Vtrum mediante aliquo accidente.

¶Octauò, vtrum anima sit tota in qualibet parte corporis.

ARTICVLVS I.

Vtrum intellectiuum principium, uniatur corpori, ut forma.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur, q; intellectiuum principium non vniatur corpori, vt forma. Dicit. n. Philosophus in 3. de anima, * q; intellectus est separatus, & quod nullius corporis est actus. Non ergo vnitur corpori vt forma.

¶2 Præt. Omnis forma determinatur secundum naturam materiæ, cuius est forma. Alioquin non requireretur proportio inter materiam & formam. Si ergo intellectus vniretur corpori vt forma, cũ omne corpus habeat determinatã naturam, sequeretur q; intellectus haberet determinatam naturã: & sic non esset omnium cognoscitiuus: vt ex superioribus patet † q; est contra rationem intellectus. Non ergo intellectus vnitur corpori vt forma.

¶3 Præt. Quæcunq; potentia receptiua est actus alicuius corporis, recipit formam materialiter & indiuidualiter: quia receptum est in recipiente secundum modum recipientis. Sed forma rei intellectæ non recipitur in intellectu materialiter & indiuidualiter, sed magis immaterialiter & vniuersaliter: alioquin intellectus nõ esset cognoscitiuus immaterialium & vniuersalium, sed singularium tantũ: sicut & sẽsus. Intellect⁹ ergo, nõ vnitur corpori ut forma.

† q. præce. ar. 2. & 5.

¶4 Præt. Eiusdem est potentia & actio. idem. n. est quod potest agere, & quod agit. Sed actio intellectualis nõ est alicuius corporis, vt ex superioribus patet. * Ergo nec potentia intellectiua est alicuius corporis potentia. sed virtus siue potentia non potest esse abstractior vel simplicior quam essentia, a qua virtus, vel potentia deriuatur. Ergo nec substantia intellectus est corporis forma.

* q. pc. a. 2.

¶5 Præt. Id quod per se habet esse, non vnitur corpori vt forma, quia forma est quo aliquid est: & sic ipsum esse formæ, non est ipsius formæ secundum se. Sed intellectiuum principium habet secundum se esse, & est subsistens, vt supra dictum est *. Non ergo vnitur corpori, vt forma.

* q. 75. a. 2

¶6 Præt. Id quod inest alicui rei secundum se, semp inest ei. Sed formæ secundum se inest uniri materiæ. nõ enim per accidens aliquod, sed per essentiam suã est actus materię. alioquin ex materia & forma non fieret vnum substantialiter, sed accidentaliter. forma ergo non potest esse sine propria materia. Sed intellectiuum principium, cum sit incorruptibile, vt supra ostensum est, * remanet corpori non vnitũ, corpore corrupto. Ergo intellectiuum principium non vnitur corpori vt forma.

* q. 74. a. 6

SED CONTRA, Secundum philosophum in 8. Meta. * differentia sumitur a forma rei. Sed differentia constitutiua hominis est rationale: q; dicitur de homine ratione intellectiui principii. intellectiuum ergo principium est forma hominis.

* li. 8. Met. tex. 6. to. 2.

RESP. Dicendum, quod necesse est dicere, quod intellectus, qui est intellectualis operationis principium, sit humani corporis forma. Illud enim quo primo aliqd operatur, est forma eius, cui operatio attribuit. Sicut quo primo

ria super dictis ibi a philosopho recitãtur in articulo præsenti. Vide supra q. 75. art. 2 quantum a simili inhonorẽt Aristotelem ij, qui negant, ipsum tenuisse animam intellectiuam esse vere formam corporis humani ex quo secundum ueritatem (vt patebit in appendice) est forma essentialis ipsius. Vide autem ibi ad tertium in fine quæstionis & in appendice illa subiuncta.

Primum

1^m de philoso. Separatus, actus. R. Secundum operationem suam intellectiuam: non, quantum ad essentiam suam. §. Tunc, &c. Nam stant simul hæc duo, quod intellectus realiter non sit separatus nunc: sed sit realiter actus corporis, & quod in exercendo intelligere suum non utatur corporeo organo (hoc est esse secundum operationem suā separatum, & nullius corporis actum.). sic itelligitur philosophus in secundo physicorum text. 26. quando formamsupremam a physico pertractatam (Hęc est anima intellectiua.) partim esse in materia dicit, partim extra.

*lib. 2. de aia, tex. 24. to. 2.

Secun-

primo sanatur corpus, est sanitas, & quo primo scit anima, est scientia. Vnde sanitas est forma corporis, & scientia animæ. Et huius ratio est, quia nihil agit, nisi secundū quod est actu. Vnde, quo aliquid est actu, eo agit. Manifestum est autem, quod primum, quo corpus uiuit, est anima. Et cum uita manifestetur secundum diuersas operationes in diuersis gradibus uiuentium, id, quo primo operamur vnumquodque horum operum uitæ, est anima. Anima enim est primum, quo nutrimur, & sentimus, & mouemur secundum locum, & similiter, quo primo intelligimus. Hoc ergo principium, quo primo intelligimus, siue dicatur intellectus, siue anima intellectiua, est forma corporis. & hæc est demonstratio Aristo. in 2. de Anima.* Si quis autem uelit dicere, animam intellectiuam non esse corporis formam, oportet quod inueniat modum quo ista actio, quæ est intelligere, sit huius hominis actio. Experitur enim unusquisque, seipsum esse qui intelligit. Attribuitur autem aliqua actio alicui tripliciter, vt patet per philosophum 5. Physicorum*: dicitur enim mouere aliquid aut agere, vel secundum se totum, sicut medicus sanat, aut secundum partem, sicut homo uidet per oculum: aut per accidens, sicut dicitur, quod album ædificat, quia accidit ædificatori esse album. Cum igitur dicimus Socratem, aut Platonem intelligere, manifestum est, quod non attribuitur ei per accidens. attribuitur enim ei inquantum est homo, quod essentialiter prędicatur de ipso. Aut ergo oportet dicere, quod Socrates intelligit secundum se totum, sicut Plato posuit,* dicens hominem esse animam intellectiuam: aut oportet dicere, quod intellectus sit aliqua pars Socratis. Et primum quidem stare non potest, ut supra ostensum est †: propter hoc, quod ipse idem homo est qui percipit se intelligere & sentire. sentire autem non est sine corpore. Vnde oportet corpus aliquam esse hominis partem. Relinquitur ergo, quod intellectus quo Socrates intelligit, est aliqua pars Socratis: ita quod intellectus aliquo modo corpori Socratis uniatur. Hanc aut unionē Commentator in 3. de anima* dicit esse per speciem intelligibilem. Quæ quidem habet duplex subiectum: vnū scilicet intellectum possibilem, & aliud ipsa phantasmata, quæ sunt in organis corporeis. Et sic per speciem intelligibilem continuatur intellectus possibilis corpori huius uel illius hominis. Sed ista continuatio uel unio non sufficit ad hoc, quod actio intellectus sit actio Socratis. Et hoc patet per similitudinem in sensu, ex quo Aristote. procedit ad considerandum ea quæ sunt intellectus. Sic enim se habent phantasmata ad intellectum, ut dicitur in tertio de anima.* sicut colores ad uisum. Sicut ergo species colorum sunt in uisu, ita species phantasmatum sunt in intellectu possibili. Patet autem, quod ex hoc, quod colores sunt in pariete, quorum similitudines sunt in uisu, actio uisus non attribuitur parieti. Non enim dicimus, quod paries uideat, sed magis quod videatur. Ex hoc ergo quod species phantasmatum sunt in intellectu possibili, non sequitur quod Socrates, in quo sunt phantasmata intelligat: sed quod ipse, uel eius phantasmata intelligantur. Quidam autem dicere uoluerunt, quod intellectus unitur corpori ut motor, & sic ex intellectu & corpore fit unū, ut actio intellectus toti attribui possit. Sed hoc est multipliciter uanū. Primo quidē, quia intellectus non mouet corpus nisi per appetitum, cuius motus præsupponit operationem intellectus. Non ergo, quia mouetur Socrates ab intellectu, ideo intelligit, sed potius econuerso, quia intelligit, ideo ab intellectu mouetur Socrates. Secūdo, quia cum Socrates sit quoddam indiuiduum in natura, cuius essentia est vna composita ex materia & forma, si intellectus non sit forma eius, sequitur quod sit præter essentiam eius, & sic intellectus comparabitur ad totum Socratem, sicut motor ad motum. Intelligere autem est actio quiescens in agente, non autem transiens in alterū, sicut calefactio. Non ergo intelligere potest attribui Socrati propter hoc, quod est motus ab intellectu. Tertiò, quia actio motoris nunquam attribuitur moto, nisi sicut instrumento, sicut actio carpentarii serræ. Si igitur intelligere attribuitur Socrati, quia est actio motoris eius: sequitur, quod attribuatur ei sicut instrumento. Quod est contra philosophum*, qui vult, quod intelligere non sit per instrumentum corporeum. Quartò, quia licet actio partis attribuatur toti, vt actio oculi homini, nunquā tamen attribuitur alii parti, nisi forte per accidens. Non. n. dicimus, quod manus videat, propter hoc, quod oculus videt. Si ergo ex intellectu & Socrate fit vnum, actio intellectus non potest attribui Socrati. Si vero Socrates est totum, quod componitur ex unione intellectus ad reliqua, quæ sunt Socratis, & tamen intellectus non unitur aliis, quæ sunt Socratis, nisi sicut motor, sequitur, quod Socrates non sit unum simpliciter, & per consequens nec ens simpliciter, sic enim aliquid est ens quomodo & unum. Relinquitur ergo solus modus, quem Aristotel.* ponit, quod hic homo intelligit, quia principium intellectiuū est forma ipsius. Sic ergo ex ipsa operatione intellectus apparet, quod intellectiuum principium vnitur corpori, vt forma. Potest etiam idem manifestari ex ratione speciei humanę: Natura enim vniuscuiusque rei ex eius operatione ostenditur. Propria autē operatio hominis inquātum est homo, est intelligere. Per hanc enim omnia alia transcendit. Vnde & Aristot.* in libro Ethic. in hac operatione, sicut in propria hominis, ultimam fęlicitatem cōstituit. Oportet ergo, quod homo secundum illud speciē sortiatur, quod est huius operationis principium. Sortitur autem vnumquodque speciem per propriā formam. Relinquitur ergo, quod intellectiuum principium sit propria hominis forma.

*li. 5. Physi. tex. t. 2.

* Lib. 5. de natura hominis, non multū procul a fine.

† q. 74. a. 4

* li. 3. text. 5. & 36.

* lib. 3. de anima, tex. 18. tom. 2.

* Lib. 2. de anima, tex. 12, tom. 2.

* lib. 2. de anima, tex. 25. & 26. to. 2.

* li. 10. Eth. c. 7. tom. 5.

Sed considerandum est, ꝙ quanto forma est nobilior, tanto magis dominatur materiæ corporali: & minus ei immergitur, & magis sua operatione uel uirtute excedit eam. Vnde uidemus, ꝙ forma misti corporis, habet aliam operationem, quæ non causatur ex qualitatibus elementaribus. Et quanto magis procedit in nobilitate formarū, tanto magis inuenitur uirtus formæ materiam elementarem excedere. Sicut anima uegetabilis, plus quā forma metalli: & anima sensibilis, plus quam anima uegetabilis. Anima autem humana est ultima in nobilitate formarum. Vnde intantum sua uirtute excedit materiam corporalem, quod habet aliquam operationem & uirtutem, in qua nullo modo communicat materia corporalis. Et hæc virtus dicitur intellectus.

D. 173.

Est autem attendendum, quod si quis poneret animā componi ex materia & forma, nullo modo posset dicere animam esse formam corporis. Cū enim forma sit actus, materia uero sit ens in potentia tantum: nullo modo id, quod ex materia & forma compositum, potest esse alterius forma secundum se totum. Si autem secundū aliquid sui sit forma, id quod est forma dicimus animam, & id, cuius est forma, dicimus primum animatum, ut supra dictum est*.

* q. 75. a. 5.

Ad primum ergo dicendū, quod sicut Philosophus dicit in secundo Physi.* Vltima formarum naturalium, ad

* li. 2. phy. tex. 26. t. 2

2^m de conclusione prima. Determinatam. R. quantum ad esse suum: non, quantum ad operari. §. Tunc &c. Nam tunc solū non esset cognoscitiuus omnium, si haberet determinatam naturam quantum ad operari, i. uteretur organo corporeo in operatione sua. aut esset corpus. Vide sup. q. 75. ar. 2.

3^m de maiori. Actus. R. Secundum operationem suā; non, secundum essentiā suā tantum. §. Tūc &c. Nā corpus recipit animam intellectiuam secūdum essentiam eius, non secundum operationem: inquantum realiter est corporis forma intellectiuum principium, sed non utitur organo corporeo ad intelligere. Vide ad primum.

4^m de minori ultima. Abstractior. R. radicaliter, non semp. formaliter. §. Tunc &c. Nam tota abstractio potentiæ intellectiuę, i. ꝙ non utatur organo in sua operatione radicaliter ab anima, ex eo, ꝙ anima non est totaliter immersa in materia, vel ab ea cōprehensa propter sua m perfectionem, i. ex eo, quod anima humana est omnium formarum perfectissima. Non inconuenit ergo, ꝙ potentia intellectiua sit formaliter abstractior in opere proprio, quā animā intellectiua, quoniā illa formalitas abstractionis, cum sit radicaliter ab anima, dicit maiorem dignitatem animæ quam ipsius potentiæ. Sicut proportionaliter nō inconuenit, ꝙ discipuli Christi maiora miracula, quam Christus facerent, Io. 14. quia hoc in maiorem excellentiam Christi redundabat, ut qui esset causa principalis miraculorum maiorum per discipulos factorum.

5^m de maiori. Corpori. R. Mendicando esse a corpore: non, communicando esse suum corpori. §. Tunc &c. Nam anima humana unitur corpori ad communicandum esse suum corpori; non ad mendicandum esse a corpore: vt habes ex litera.

6^m de maiori. Semper. Inest. R. vel actu: uel inclinatione naturali §. Tūc &c. Nam anima semper unita manet, vel actualiter, vel aptitudinaliter corpori humano, cum esse tali materię unibile, sit quoddam essentiale animæ. Aut ergo aptitudine saltem unitur tali materiæ, aut non est anima, sed semper est anima, etiam quando actu separata est: ergo etiam tūc actu separata unitur aptitudinaliter humano corpori.

A P P E N D I X:

Ex articulo habes primo, quomodo per rationem interimas hæreses Petri Ioannis dicentis. Anima rationalis, inquantum rationalis, non est forma corporis humani. Item Auerrois (Direct. Inquisit. 2. p. q. 4.) dicentis, ex anima intellectiua & corpore non constituitur vnum tertiū, nisi sicut ex motore cœli & cœlo. Hinc enim necessario sequitur, ꝙ anima intellectiua non sit informans corpus. Secundo habes: quomodo per rationē demōstres, ꝙ iure damnatæ sunt a Papa Clemente quinto in Concilio Viēnen si, sic. Doctrinam omnem, seu positionem, temere asserentem, aut vertentem in dubium, ꝙ substantia animæ rationalis seu intellectualis, vere, ac perfecte humani corporis nō sit forma, uelut erroneam, ac ueritati catholicæ fidei inimicam, hoc sacro approbante Concilio reprobamus. Definiētes, vt cunctis nota sit fidei syncerę ueritas, ac præcludatur uniuersis erroribus aditus, ne subintrent, ꝙ quisquis deinceps asserere, defendere seu tenere pertinaciter præsumpserit, ꝙ anima rationalis seu intellectiua, non sit forma corporis humani per se & essentialiter, tanquam hæreticus sit censendus. Hęc in Cle. de summa tri. & fid. cath. cap. unico. Intellige Clementē loqui formaliter, quoniam, si philosophorū uerba formaliter sumēda sunt, multo magis vtriq; sacrorum Conciliorum dogmata formaliter intelligere quisq; tenetur, & hoc pro uniuersali regula tenendum est. Hoc aūt eo uerius est in proposito, quanto explicatius Papam locutum uidemus, & uere, (inquit) & perfecte, & per se, & essentialiter, est humani corporis forma anima rationalis seu intellectiua. Quis nisi hæreticus, dicat, tot, tantisque grauissimis verbis, hic nō importari sermonē formalē? Animam ergo rationalem, inquantum rationalem, esse formam ueram, non æquiuocam, corporis humani, definiuit hic Summus Pontifex. Accedit ad hæc, ꝙ Petrus Ioannis suscitauit prædictam hæresim tempore Clementis quinti (vide Prateolum), & consequenter, cum Petrus formaliter de anima rationali (ut patet) loqueretur, Pontifex contra Petrum concilio acce... de necessitate formaliter locutus est. Cæterum, sine his additis ad maiorem rei huius expressionem, sufficeret pro ueritate locutionis formalis demōstranda uniuersalis regula, quæ ex comparatione philosophorum ad sacra concilia superius data est. Tertio uides, quomodo ex his uicissim Angelica firmetur conclusio, atq; declaretur.

¶Not. Præsenti articulo seruit articulus in ordine 366. 410. 371. 392. 365. 580. it. 3. 414. 363. 582. 376. 370. 382. 367. 368. 353. 262. 362. 355.

Articuli textus (medius):

ad quam terminatur consideratio Philosophi naturalis, s. anima humana, est quidem separata, sed tñ in materia. Quod ex hoc probat: quia homo ex materia generat hominem, & sol. Separata quidē est secūdum virtutem intellectiuam, quia virtus intellectiua non est virtus alicuius organi corporalis, sicut uirtus uisiua est actus oculi. Intelligere. n. est actus, qui nō potest exerceri per organum corporale, sicut exercetur uisio. Sed in materia est, inquantum ipsa anima, cuius est hæc virtus, est corporis forma, & terminus generationis humanæ. Sic ergo Philosoph. dicit in 3. de anima, ꝙ intellectus est separatus: quia non est uirtus alicuius organi corporalis.

Et per hoc, patet responsio ad secundum, & tertium. Sufficit. n. ad hoc quod homo possit intelligere omnia per intellectum, & ad hoc quod intellectus intelligat omnia immaterialia & uniuersalia, quod uirtus intellectiua non est corporis actus.

Ad quartum dicendum, ꝙ humana anima non est forma in materia corporali immersa, vel ab ea totaliter comprehēsa pp suā perfectionem. & ideo nihil prohibet aliquā eius uirtutem non esse corporis actum, quamuis anima sm suā essentiā sit corporis forma.

Ad quintum dicendum, ꝙ anima, illud esse in quo subsistit cōmunicat materiæ corporali, ex qua & anima intellectiua fit unū: ita ꝙ illud esse, quod est totius cōpositi, est etiā ipsius animæ. quod non accidit in aliis formis, quæ non sunt subsistentes. Et propter hoc, anima humana remanet in suo esse destructo corpore, non autem aliæ formæ.

Ad sextum dicendum, quod secundum se conuenit animæ corpori uniri, sicut secundum se conuenit corpori leui esse sursum. Et sicut corpus leue manet quidem leue, cum a loco proprio fuerit separatum, cum aptitudine tamē & inclinatione ad proprium locum: ita anima humana manet in suo esse, cum fuerit a corpore separata, habens aptitudinem & inclinationem naturalem ad corporis unionem.

Comm. Cardinalis Caietani.

In titulo ly forma. Ad rationem formæ substantialis, ut dicitur in 2. contra Gent. c. 67. duo requiruntur. Primo, ꝙ forma sit principium formale illius, cuius est forma: formale dico essendi substantiam. Secundo, ꝙ forma & materia conueniant in uno numero esse, quo compositum ex eis est. Sed nota, ꝙ apud non admittentes materiæ & formæ esse unum solum esse, admittitur tamen, ꝙ utrumq; esse in uno compositi esse conuenit. Auerr. tamen, contra quem disputamus, illas duas conditiones, ad mittit: quia re uera ita est simpliciter.

¶In corpore, tria principaliter facit. Primo, respondet quæsito affirmatiue, probando eam dupliciter. Secundo, respondet cuidam tacitæ obiectioni, ibi, Considerandum est. Tertio, respondet cuidam alteri quæstioni, ibi, Est autem attendendum.

¶Quo ad primum, conclusio est, Necesse est intellectiuū principium, esse hominis formam substantialem. Sed quo ad primam probationem, tali ordine procedit. Primò, ponit rationem. Secūdo, tractat modos, quib. aliqua operatio potest alicui attribui, ut ostendat & conuincat ad assentiendum præmissæ rationi Aristo. Tertiò, affert opinio. Auerr. & improbat. Quartò, affert quorundam aliorum opinionem, & improbat quadrupliciter, & sic concludit intentum propositū ex ratione primo inducta, & postmodum aggreditur secundam rationem principalem. Ratio ergo prima, est ista. Quo primo operamur quocunque uitali opere, est forma eius, cui operatio attribuitur: sed intellectiua anima est quo primo Socrates intelligit. ergo est forma Socratis. Maior probatur inductiue, in sanitate & scientia minorem experimur, igitur. Et quoniam hæc ratio est sumpta est ex Arist. in 2. de anima, tex. 24. formaliter, & ibi diffusè de hoc scripsimus, examen huius rationis quæratur ibi.

¶Quo ad secundam partē, ponit ex 5. Phys. in principio tres modos clare, secundum totum, uel partem, vel accidens. Non se-

secundum accidens: quia intelligit inquantum homo, quod est prædicatum essentiale. Non secundum se totum: quia corpus est pars Socratis. probatur: quia Socrates experitur se sentire corpore. ergo corpus est eius pars. ergo secundum partem, est igitur intellectus pars, seu aliquid Socratis. Et sic oportet videre, quõo possit saluari ꝙ intellectus sit aliquid Socratis. Et uenitur ad tertium, s. positionem Auerrois in tertio de anima, commēto quinto. Vbi nota, ꝙ æquiuocè vtitur, ly subiecti nomine: quoniam phātasma dicit subiectum speciei intelligibilis, i. obiectum quod vocatur subiectum, quia est subiectum veritatis eorum: quoniam in ordine ad phantasmata ut ad obiecta, sumitur adæquatio specierum. Intellectus verò uocatur subiectum inhæsionis, ꝙ vsu frequenti dicimus subiectum.

¶ Reprobatio huius consistit in hoc, quod ista coniunctio largitur Socrati vt intelligatur, non vt intelligat, & formatur ratio sic: Vnio speciei uisibilis ad obiectum, non sufficit ad hoc ꝙ obiectum uideat, sed vt videatur. ergo nec unio speciei intelligibilis ad phantasmata, dat phantasianti ut intelligat: sed ut intelligatur: tenet sequela ex doctrina Arist. 3. de anima tex. 3. Intellectiuæ animæ phantasmata &c.

¶ Sed occurrit hic dubium, quoniam vt sui sequaces dicunt, Auerr. non ponit ꝙ ex tali vnione præcisè Socrates habet quod intelligat. Sed unio ista consistit primo quo ad esse. Primò, quia intellectus habet esse essentialiter coaptatum humano corpori sic, ꝙ coexigit esse corporis humani. Secundò, quia esse eius est indiuisum loco, & subiecto a corpore humano. Deinde, quoad operari: quia in sua essentiali operatione, quæ est intelligere, dependet a corporea phantasia eius tripliciter. Primo tamquam a motiuo proprio. Secundò, tanquam termino proprio. Tertiò, tanquam necessario cooperante: quia oportet phantasiam esse semper in actu secundo, qũ intellectus est in actu secundo. Demum quo ad operari operatione secundaria, s. mouere: quia. s. se habet ad corpus humanũ, ut ad propriũ mobile essentialiter sibi rñdēs, vt intelligentia ad orbē. Et sic ex oīb. his cōcedũt, ꝙ aīa īntellectiua est forma Socratis ꝑ informationē assistētię: nō inexistētiæ. Et dicũt, ꝙ Socrates itelligit, quēadmodũ cœlũ mouet se.

¶ Sed de unione quo ad mouere, erit nunc sermo a S. Tho. & similiter de tali composito. Nunc aũt scito, ꝙ vnio, quo ad operari primò, & essentiali operari, nihil facit, qm̄ illa triplex habitudo non dat Socrati nisi quod uideatur: & addit hoc quod actu phantasietur, ꝙ constat non esse intelligere. Quia si paries esset aiatus, & aliqua uitali operatione citra uisionē, uteretur colore, cũ videretur nihil minus non ꝓꝑ hoc videret. Vnio uero s̄m illā coexigentiā, & coaptationē in esse nihil dat, nisi ordinē essentialē, & dependentiā, qualis est inter magis, & minus perfectum. Non ꝙ esse vnius sit in aliquo genere causę intrinsecę cā esse alterius. Indiuisio quoq; s̄m locum, & subiectum, cum nō sit nisi negatiua, nec fundetur super aliquo cōi esse utriusq;, ut cōtingit in indiuisione aię sensitiuæ cũ aiato, nihil dat nisi ꝙ nulla distantia situalis impedire possit unionem intellectus cum phantasia. Vnde, ex his oīb. potest argui sic. Ex omnib. istis simul non hēt, nisi ꝙ Socratis est ꝓprius minister intellectus, & in quo est obiectum intellectus. ergo ex his Socrates non intelligit: oīa. n. hæc faciunt ad hoc, ꝙ illa operatio sit in Socrate ut in habente ipsam, quod tamen oportet ponere: quia est intelligens, sicut albũ oportet habere in se albedinem. Quartò igitur ponit positionē Platonis, & quorundam ēt Auerroistarum, qui uolunt saluare, dicendo ꝙ ex intellectu & homine fit unum, sicut ex motore & moto: quemadmodum ex intelligentia & orbe: ita ꝙ Socrates intelligit, sicut & cœlum mouet se. Sed hanc rñsionē S. Tho. quadrupliciter euacuat, & primæ tres se tenēt ex parte ipsius mouerę & moueri, seu actualis operationis, ita ꝙ intendunt, quod penes vnionem secundũ actualē motionē, non pōt saluari, quod Socrates intelligat. Primò, ex ordine inter mouere & intelligere, sic: Intelligere est prius quā mouere, ergo per unionē in motu, Socrates non intelligit. Consequentia nota. Antecedens patet: quia motus animæ fit appetitu, qui est posterior cognitione. Secũdo, ex differentia operũ penes immanere & transire: quia intelligere est operatio immanēs, motus transiens, ergo ex motu non attribuitur intelligere. Tertio, ex differentia penes communicari instrumento: quia operatio motoris non communicatur moto, nisi ut instrumento: sed intelligere non est sic communicabile. ergo. Vltima rō se tenet ex parte ipsorũ unitorũ. s. motoris, & moti, quia diceret aduersarius, quod nō ex unione penes motũ hēt Socrates, ꝙ intelligat, sed ex unione, q̃ fundat quod hoc est itrinsecus motor, & illud motũ, ex illa inquā hēt Socrates quod intelligat. Sed illā unionē describimus & declaramus tanquam ab effectu, per mouere & moueri. Et ꝓpea additur ista quarta rō, euacuās hanc rñsionem sic. Aut hoc, qđ dico Socrates, significat tm̄ partē corporeā cōpositi ex motore & mobili, aut totũ cōpositũ, Si partē tm̄, ergo sibi nō pōt attribui intelligere. Probatur sequela, quia operatio partis non attribuitur alteri parti nisi forte per accidens. & dixit forte, quia ēt per accidēs non est in usu. Si totũ, ergo Socrates non est unũ simpliciter. ergo nec ens simpliciter. patet prima sequela: quia ex motore & mobili, non fit vnum simpliciter. secunda patet, quia unumquodque eo modo est ens, quo unum.

¶ Nota hic, ꝙ sectatores Auer. nesciētes, neq; propriā uocem intelligētes, dñt, ꝙ Socrates significat totũ cōpositum, & dñt, ꝙ est vnũ simpliciter, qa est unũ substātialiter, nō ꝑ informationē: sed ꝑ assistentiā formæ. Sed ꝙ hi propriā nesciant uocē ex rōne & Arist. conuincitur. Ex rōne, qa vnũ idem est qđ indiuisum. 4. Met. tex. 3. Si sunt unum substantialiter, ergo sunt indiuisa substātialiter. ergo quāuis uere aīa & corpus sint duæ res, sunt indiuisæ substantialiter. ergo s̄m aliqđ esse substantiale, sicut indiuisa s̄m quantitatē, & qualitatē, & ubi &c. semper sunt s̄m aliquod esse illius generis non distincta. anima aũt & corpus apud eũ, prę ueniendo omnem operationem, in nullo esse indiuisa sunt. ergo.

¶ Præterea, secundo de anima, tex. 7. Aristo ait, Non oportet quærere qũo ex anima & corpore fiat unum &c. Vnde hr̄, ꝙ si subtrahatur ꝙ in essendo hoc sit actus illius, & illud sit potētia illius, non habetur qũo sit unum. Sed apud eum, neque hoc est illius actus &c. ergo. Neq; potest subterfugi ad actum per assistentiam, quia responsio Aristotelis cōsistit, quia actus est quod proprie est, & potētia nō est nisi per actũ, proculdubio formaliter, ideo unum sunt. Nec oportet aliud quærere glutinum, quod de anima Auerroes negat, quia corpus Socratis non est potentia, quæ non fit nisi per actum, quia non est anima intellectiua formaliter, nec in esse substantiali, nec in esse accidentali.

¶ Ad id ꝙ de cœlo dñt, dicenda sunt tria. Primò, ꝙ si cęlum mouet se, est uere animatũ. Secundò, ꝙ quia motus est operatiō trāsiens, & actio principalis attribuitur instro, iō magis pōt dici de motu q̃ intelligere. Tertiò, ꝙ hoc est obscurũ, qm̄ hoc nescimus, an cœlũ se moueat, sed tn̄ experimur nos intelligere. unde uelle clara & certa per dubia & obscura notificare, est ineruditi, & egentis disciplina, cũ magis cœlũ per nostra notificari debeat.

¶ Secunda rō principalis est ex rōne speciei, sic. Intelligere est propria operatio hoīs, ut sic. ergo homo constituitur in esse specifico per principium suę operationis, quę est intelligere. ergo illud principium est propria forma, dans esse homini. Secũda consequentia nota, qa unumquodq; constituitur in specie per propriā formam, differentia. n. est intrinseca. Prima uero consequentia probatũr, quia natura cuiusq; rei ex propria operatione ostēditur. Antecedēs uero probatur, quia per intelligere homo trāscendit cęteræ animalia, & authoritate Arist. qui in decimo Ethicorum in hac operatione, propriam hominis fęlicitatem ponit.

¶ Ad hanc rōnem dicunt, quod homo dupliciter sumitur, uno mō in esse cōpleto, alio mō incōpletē. Primò mō non est per se in genere, aut specie, & dicit compositũ ex aīa intellectiua & corpore. Secundo mō sic, & reponitur in specie per animam cogitatiuā, ut dicit Auerroes. Sed secundum hoc seqtur primo, ꝙ nulla spēs est in mundo quę sit aīal rōnale, qđ est contra cōem animi cōceptionem: non solũ philosophorũ, sed oīum q scripserũt. Patet sequela, qa rōnale nō constituit hoīem intrinsecē. Rursus sequitur, ꝙ oēs species animalis sint aīalia bruta essentialiter, & consequenter, ꝙ ipse Auerroes, & sui sequaces, sunt essentialiter aīalia bruta, & ꝓpea nō est mirũ si nihil intellexerunt de seipsis.

¶ Contra eādem rationem Scot. in 4. d. 43. q. 2. instat dicens, quod illa rō deficit apud nos, quia intelligere non est ab aīa apud nos: sed intellectus concurrit merę passiue, & obiectum actiue. Et sic ex ista rōne non habetur intentum, quia illa maxima, Propria operatio est a propria forma non iuuat ad propositum.

¶ Ad hoc breuiter dr̄. Primo, ꝙ falsum est, ꝙ intellectus concurrat pure passiue ad intelligere. Secundo dicitur, ꝙ intelligere cũ sit operatio uitalis, manifeste est aīæ, eo mō quo operatio est formę elicientis ipsam. Vtrũ aũt actiuæ uel aliter, impertinēs est, adeo sat est. Tertio dicitur, ꝙ aliud est loqui de aīa, quę est primum principium intelligendi, & aliud est loqui de aliqua eius potentia. Cōstat. n. ꝙ ab aīa est intelligere. Sed utrum mediante intellectu possibili actiue, hoc est impertinens. Stat. n. ꝙ mediāte forte alia uirtute agat illam. unde ratio stat solida, fundata super hoc quod intelligere est propria operatio animæ eo modo, quo operatio dicitur esse formę, quoniam semper æstimabitur, ut dicitur in 3. Physic. tex. 17. species aliqua operari.

¶ Quo ad secundā partem corporis articuli, qa posset quispiā obiicere, Qũo est possibile quod itelligere & intellectus nullius corporis dicatur actus a philosophis, & tn̄ sit forma corporis dās illi esse ut conclusisti? Idcirco, huic obiectioni satisfacit graduādo formas penes eleuationē supra materiā, intm̄ quod ascendatur vsq; ad formam ita excedentem materiam, quod habeat aliquā uirtutem & operationem, in qua non communicat sibi omnino materia, & talis est anima intellectiua, quia est suprema omnium. Et declarat graduationem formarum in forma elementi misti, uegetabili, sensibili, & intellectiua.

¶ Circa hanc partem occurrit dubiũ, quia Sco. in quolib. q. 9. adducit hæc S. T. uerba. & cōtra ea dupliciter arguit. Primo sic. Hō est hō per animā nō nisi ut informat materiā. ergo nō intelligit ꝑ eā nisi ut informat materiā. ergo nō intelligit per eā ut super-

ſupergreditur.i.non informat materiã, ut dicis. Antecedés patet ex 7. Met. quia cõpoſitũ non eſt tale niſi per formã unitã. Secũdo ſic, Anima humana ſm ſupremũ gradũ ſuę eſſẽtialis perfectiõis. informat materiã, & ſm eundẽ eſt principiũ intelligendi. ergo eſt principium intelligendi ut informat materiam, & non ut excedit materiam. Antecedens patet, alioquin homo non eſſet ſupremum ens corporeum, nec proximum angelo in ordine ſpecierum.

¶ Ad euidentiam huius difficultatis primo declarandum eſt, quid ſit animam ſupergredi facultatem materiæ, deinde reſpondẽdum obiectis. Formã excedere facultatem materiæ quoad ipſam facultatem ſeu potentiam materiæ, eſt non eſſe in potentia materiæ, ita quod non eſt de numero, ſeu gñe earũ, ad quas illius potẽtia ſe extendit, ſed ſupra eas. Quo ad fieri, eſt non per tranſmutationẽ materiæ educi, ſed deforis aduenire. Quo ad eſſe, eſt eẽ ſubſiſtentem, ſeu independẽtem ſm eſſe a materia, ita q ſic informet quod non pendeat. Quoad poſſe eſt habere uirtutẽ non receptam in corpore, ſed in ipſa anima ſtantem. Quoad operari, eſt operari abſq; cõicante corpore cum ſubiecto. unde animam intellectiuam excedere facultatem materiæ nihil aliud eſt, quam ipſam eſſe tantæ perfectionis eſſentialiter, quod quamuis informet, ſubſiſtens tamen ſeu independens a materia eſt. Vel animam intellectiuam ſupergredi facultatem materiæ eſt, eam eſſe talis generis, quod ex ratione ſui generis, ſeu ex hoc quod intellectiua eſt, non habet quod informet materiam illam, tamen informat ſubſiſtendo.

¶ Ad rationes autem in oppoſitum dicitur, ſm ea quæ facto tenet S.Th quod anima intellectiua ſm oẽm ſui gradum informat materiam, ſed potentia intellectiua, nullius corporis eſt actus, nec per ſuperexcedere materiam intendit S.Th. non informationem ipſius corporis ab anima, ſed ſeparationem uirtutis intellectiuæ, & intellectionis a corpore, & hanc tamquam effectum eſſentialis exceſſus ipſius animæ ſupra corpus, ut patet in textu. Vnde formaliter reſpondendo dicitur, quod Socrates intelligit per animã intellectiuam & inquantum ſupergreditur materiam, & inquantum eſt unita materiæ. Sed ly inquantum, in prima, notat rationem operandi, & in ſecunda conditionem rationis operandi. Anima enim ſecundum illum ſupremum gradum, ex quo habet ſubſiſtentiam independentem a materia & ſeparationem ab ea negatiue, eſt ratio intelligendi Socrati. Sed uõ eſt illi ratio niſi habeat hanc conditionem, quod ſit illi unita.

¶ Vltimo in corpore articuli, quia ſuperius oſtendit concluſiones ſuas ſequi, ſiue anima ponatur forma ſubſiſtens, ſiue compoſita ex materia & forma, & nunc potuiſſet hoc idem hic quæri. Ideo oſtendit, quod ſi aĩa etiam eſt compoſita ex materia & forma, quod impoſſibile eſt ipſam eſſe formã humani corporis, quia aut ſecundum ſe totam, aut ſecundum aliquid ſui non primo modo, quia implicat, nec ſecundo, quia ſua materia eſſet primum animatum, ergo.

¶ In reſponſione ad primum nota, quod quia pñs negotium arduum valde eſt, & debet ſi poteſt, intenta concluſio ſaluari ſm omnẽ opinionem, quæ non euidenter eſt impoſſibilis, ut ſolicitudo S.Th. in ſuperiorib. oſtendit, cũ de diſtinctione intellectus ab aĩa, ſcrupuloſa ualde qõ ſit: Thomiſtis tenentib. diſtingui ipſum realiter ab ea: Scotiſtis dicentib. ipſum eſſe idem realiter quod eſſentia animæ: ſed diſtingui formaliter ab ea, quamuis de facto reſponſio iſta, quã dat S.Th. ſuſtinenda ſit: non uidetur tamẽ mihi arctãda tanta res ſub iugo iſtius alterius qõnis. Sed dicendũ potius, q quicquid ſit de diſtinctione intellectus ab aĩa, aĩa intellectiua ſecũdum eſſentiam eſt actus corporis, & ſecundum potentiam non eſt actus corporis, quia anima intellectiua inquantum põt intelligere corpus non perficit. Cuius ſignũ eſt, q intelligere nõ ſuſcipitur in corpore, eiuſdẽ n. eſt actus cuius eſt potentia, ut dr̃ de ſomno & uigilia. Et ſi inſtetur, qõ eſt poſſibile, ſi anima idem eſt intellectui, quod ipſa ſit actus corporis, & non ſit actus corporis, facile reſpondetur, quod ipſa quidem eſt actus corporis, ſed ipſa inquantum intellectiua non eſt actus corporis. i. anima intellectiua identice non formaliter eſt actus corporis. Vel & melius, intellectus identice, non formaliter eſt actus corporis, & hoc eſt dictum, qđ ſecundum rem eſt res recepta in corpore, ſed non habet ex hoc quod ſit in corpore, ſed ex hoc habet quod ſit independens a corpore. Et ſi contra hoc inſtetur. Primo, quia ſic aĩa intellectiua nõ differret ab aliis gradib. metaphyſicalib. de quib. uere dicitur, qđ formaliter non dependent a materia, & tamen quando ſunt recepti in materia, ſunt uere materiales, anima. n. bouis inquantum ſubſtantia non hẽt quod ſit corporis actus, ut patet, & tamen non propterea poteſt uere dici, quod ſubſtantia animę bouis non eſt actus corporis. ergo nec de anima intellectiua. Secundo, quia uidemur incidere in id quod dicit Ariſt. in 1. de anima. tex. 13. uel 14. quod anima eſt ſicut curuum aut ſphæra, cui formaliter ſumpto attribuitur aliquid, cum tamen nihil illius realiter inueniatur niſi in materia. ſic. n. ſecundum hoc fateremur de intellectu, ex quo ſecundum rem in materia ponitur, quamuis non formaliter. Dicendum eſt ad iſta, quod anima intellectiua ex hoc quod intellectiua eſt, non hac tantum gaudet negatione, quod ex hoc non habet qđ ſit corporis actus, ſed uendicat ſibi poſitiue hoc quod habet ſecundum rem eſſe independens a corpore, & cõſequẽter ſecundum rẽ poſſe, & operari abſq; dependentia ex corpore, qđ neq; gradib. Metaphyſicalib. neq; Mathematicalib. conuenit. Anima. n. intellectiua & informat corpus, & independet ſecundum eſſe realiter a corpore, & operatur reali operatione abſq; cõicatione corporis, ita quod operatio illa a ſola, & in ſola anima eſt, quamuis ipſa aĩa ſit in corpore, & hoc, quia ipſa anima habet eſſe independens a corpore. Nihil ergo obſtat ueritati, attribuere, & quod non ſit actus corporis, & indeterminationem ad naturam corpoream, & receptionem uniuerſaliter exceſſui eſſentiali animæ intellectiuæ ſupra corpus, ideſt ſubſiſtentiæ ſeu independentiæ eius ſecundum eſſe a corpore, quoniam ſecũdum ueritatem illa eſt radix, ſiue ſit proximum fundamentum ſecundum rem, ſiue non, ſed mediante potentia realiter a ſe diſtincta. Ex hoc. n. quod anima habet eſſe independens a corpore, ſequitur, & quod eſt forma non materialis, & conſequenter non determinata ad aliquam naturam corporeã, & quod poteſt recipere ſola, & conſequenter uniuerſaliter. Nec hæc latuerunt Diuum Tho. imo ab ipſo hæc didici, quoniam in quæſtione præcedente probauit eſſentiam animæ, quam modo fatetur actum corporis, eſſe formam incorpoream, ſubſiſtentem, & uniuerſalem in recipiendo, a poſteriori, quia. ſ. cognoſcit naturas oĩum corporum, neq; . n. de uno accidente, quod ponitur intellectus, ſed de ipſa animæ ſubſtantia conditiones eſſentiales tradidit. Quamuis igitur utatur quandoque S.Th propria opinione de diſtinctione intellectus ab anima, non tamen ſic uti intelligendus eſt, ut alligauerit hoc ad illam, immo ex ſua inſinuauit doctrina, etiam ſine illa reliqua poſſe intelligi, & hæc bene nota.

¶ In eadẽ rñſione ad primũ, diſcutiẽda eſſet illa propoſitio, Aĩa intellectiua eſt finis generationis humanæ, quia uidetur falſa, & a multis negatur, ſed qm̃ ex propoſito tractabitur de productione animæ in q. 118. huius, ideo illuc uſque res hæc differatur.

¶ In reſponſione ad quartum, aduerte quod S.Th. reſpõdet ad materiam, ſed quia multi faciunt uim in forma, ſcito quod reſpõſio conſiſt in negatione minoris. ſ. intellectus eſt abſtractior eſſentia animæ. Et ad probationem. ſ. intellectus non eſt actus corporis eſſentia animę eſt actus corporis, ergo intellectus eſt abſtractior eſſentia, dicitur quod committitur ſophiſma figuræ dictionis, mutando quomodo, in magis. i. modum abſtractionis in maiorem abſtractionem. Quamuis. n. intellectus habeat hunc modum abſtractionis. ſ. non actuare corpus, & eſſentia animæ non habeat illum, eſſentia tamen animę habet alium modum abſtractionis quo magis abſtrahit a corpore, i. ſubſiſtere in ſuo eſſe, ſeu habere eſſe ſubſtantiale non pendens a materia. Et hic modus eſt cauſa æquiuoca illius modi abſtrahendi, qui conuenit intellectui, & potior illo, ſicut uniuerſaliter cauſa effectu, & hoc eſt quod S.Tho. intendit, ut patet intuenti.

¶ In reſponſione ad quintum ſunt quatuor dicta, circa quæ eſt difficultas, & quæſtio. Primum, Eſſe animæ intellectiuæ eſt ipſum eſſe compoſiti. Secundum, quod hoc non conuenit aliis formis. Tertium, quod propter hoc anima intellectiua non corrumpitur. Quartum, quod propterea etiam aliæ corrumpuntur.

¶ Contra primum. n. Sco. in 4 d. 43. q. 1. & quol. q. 9. arguit tripliciter. Tum, quia omne ens habet aliquod proprium eſſe. Nec capio, inquit, aliquod eſſe ens extra cauſam ſuam, & non habere proprium eſſe, ſed compoſitum, puta homo eſt aliud ens ab anima. ergo. Tum quia contradicit S.Th. ſibiipſi, quia ſecundum hoc anima non eſſet perfectior coniuncta quam ſeparata, quod S Th. tenet. Probatur ſequela. Primo, quia nullum habens totaliter idẽ eſſe eſt imperfectius ex hoc, quod non communicat illud eſſe alteri. probatur: quia communicare perfectionem, ſupponit, non dat. Secundo, quia ſi ipſa retinens eſſe proprium eſt imperfecta in eſſendo, quomodo compoſitum habens illudmet erit perfectũ in eſſendo? Tum, quia ſi remanet eſſe totius cõpoſiti, conſequens eſt, quod compoſitum remaneat.

¶ Contra ſecundum arguo, quia hoc repugnat doctrinæ S.Th. in boue & cæteris non ſunt duo eſſe ſubſtantialia, ſed unum tantum, quo compoſitum primo eſt & forma & materia participatiue, apud S.Tho.

¶ Contra tertium arguit Sco. ibidem dupliciter. Primo, quod ex hoc ſequitur magis oppoſitum, quia generatio eſt uia ad eſſe compoſiti, & corruptio ab eſſe eiuſdem. ergo ſi eſſe compoſiti eſt illudmet quod eſt proprium animæ, eſſe animæ intellectiuæ erit generabile, & corruptibile. Secundo, quia ſi ita eſt. ergo ratio tua in quæſtio. præcedenti ad incorruptibilitatem animę, quia eſt inſeparabilis ab eſſe, nihil ualet, quia cum illud eſſe ſit eſſe compoſiti, dicetur quod quemadmodum anima eſt ſeparabilis a compoſito, ſic & ab eſſe, & ſic male illatum fuit ergo ſepararetur a ſeipſa.

¶ Contra quartum arguit Sco. ibidem, quia ratio, quare aliæ formæ corrumpuntur eſt, non habere aliud eſſe a compoſito, ſed vel contrarietas ad corrumpens, uel ſeparabilitas a compoſito. Poteſt quoque argui, quod hoc eſt magis rõ oppoſiti, quia ſi id quod proprie corrũpitur, eſt cõpoſitũ, & ſi aliud eſt eſſe cõpoſiti,

& aliud formæ, non est necesse corrupto composito, corrumpi formam, sicut nec uniuersaliter corrupto ente posteriori corrumpi prius.

¶ Ad euidentiam horum notanda sunt duo. Primo, conuenientia & differentia inter animam intellectiuam, & alias formas respectu esse. Secundo, conuenientia & differentia inter compositionẽ substantialem, & accidentalem radicaliter tangẽda est & breuiter. Quoad primum, commune est omni formæ, quod esse existentiæ, de quo est præsens sermo, sit sibi proprium ita quod per se primo sibi conuenit, quod manifestatur ex eo quod formæ cõuenit esse, & non per aliud, quia nec per materiam nec per compositum, cũ tam materia sit actu per formam quam compositum, ut patet 7. Meta. tex. 7. & consequenter cuicumque conuenit, ratione formæ conuenit. Sed cum dupliciter intelligi possit quod esse est propriũ formæ. s. uel ut rationis essendi, seu quo est, uel subiecti, seu quod est, in hoc communicare dicendum est omnes formas, quod esse est eis proprium saltem ut rationib. essendi. In reliquo autem. s. uẽdicare sibi esse, ut quod est, differentia est inter formas. Quoniam quædam sunt independentes a materia seu subiecto, & illis esse est proprium utro que modo, ut quo, & ut quod, & ideo uocantur formæ subsistentes, & inquantum formæ sunt, esse eas comitatur, inquantum uero tales, puta independentes, esse suum ipsæ sustentant. Quædam uero sunt dependentes a subiecto, quod talibus esse non est proprium, ut quod est, quia numquam aliqua earũ est naturale quod est. Et fundamentum huius differentiæ est, quia forma dicitur essendi causa, inquantum facit formaliter completum susceptiuum ipsius esse, ut diaphaneitas quodammodo complet proprium subiectum luminis.

¶ Propterea illæ formæ, quæ tantum imperfectionis habent ut à receptiuo egeant sustentari, quia formæ sunt, esse secum ferunt, quia uero sustinere per seipsas solas illud nequeunt, perficiunt [illegible] positum ex se & receptiuo, ut proprium receptiuum ipsius esse. Aliæ uero quæ sustentãte non egent, sufficientes sunt, ut per seipsas suum sustineant esse ac subsistant, & propterea esse dicitur, & est omnino proprium formarum subsistentium, quia ut quo & qđ sibi illud uendicant, reliquæ uero ut quo tantum. Et quoniã formæ illæ subsistentes, sunt duplicis ordinis, quædam sic subsistunt, ut non possint esse aliis rationes essendi, & has uocamus intelligentias. Quædam uero sic subsistunt, ut tamen possint esse aliis rationes essendi, ut anima intellectiua hominis & cęli, si est animatũ. Considerandum est, quod istæ habent in se tria ordinate, & quod sint formæ, & quod subsistentes seu independentes, & quod rationes essendi compositis, quorum ordo ex effectib. patet, nam ex primo habent, quod esse comitetur inseparabiliter eas, ex secundo habent, quod sustineat sufficienter illud, ex tertio habent, qđ communicent illud composito. Rursus, ex primo habent, qđ sint quo, ex secundo quod sint quod, ex tertio quod sint pars alicuius compositi cum quo illo esse gaudeant. Et rursus, in primo conueniunt cum omnibus formis, in secundo cum intelligentiis, in tertio cum formis materialib. Est ergo differentia inter animam intellectiuam, & alias formas sensibilium in hoc, quod est sibi uerè proprium ut quo, & quod, reliquis uero ut quo tantum, ita quod esse, quo homo est, prius conuenit animæ intellectiuæ, & non solum ut quo, sed ut quod est, quã composito. In reliquis uero, esse prius cõuenit formæ ut quo, nõ tñ ut qđ, sed cõposito conuenit prius ut qđ est, & p cõpositum formæ. Et rõ diuersitatis iam dicta est, quia in reliquis cõpositum tantum hẽt rõnem sufficientis susceptiui ipsius esse, reliqua uero sunt inquantum sunt aliquid illius. In homine uero non solum compositum, sed anima est sufficiens receptiuum ipsius esse, & prius natura ipsa aĩa, quæ prior est naturaliter composito, & ex sua substantiali, & intrinseca perfectione, hanc habet independentiam, qua sustinet in se esse. Et propterea, singulariter attribuitur aĩæ intellectiuæ, quod esse sibi sit proprium, & quod illud cõicat composito, & dẽ, quod hoc non conuenit aliis formis, & quod propter hoc anima intellectiua nõ corrumpitur cum composito, sed retrahit illud esse secum. Cæterę autem formæ, quia hoc non habent, corruptibiles sunt cum compositis, quorum sunt: hæc enim omnia manifeste sequuntur ex prædicto fundamento. Si enim anima esse habet independens a corpore, illud retrahit secum, composito corrupto, & sic non corrumpitur necessario, composito corrupto. hæc de primo.

¶ Quoad secundum, delibandum est breuiter, quod compositio substantialis & accidentalis in hoc conueniunt, quod utraque constat ex actu & potentia. Sed differunt in hoc, quod in substantiali ht ens & unum per se, in accidentali uero non. Et radix huius diuersitatis est, quia ens & unum per se oportet in aliquo uno tantum genere & specie essentialiter esse, ac per hoc ex essentialiter actu & essentialiter potentia componi si cõpositum est, alioquin non esset essentialiter in una specie. Essentialiter autem potentiam alicuius actus, illam & solam esse constat quæ nihil aliud est quam potentia illius, ut figurabile respectu figuræ, & calefactibile respectu caloris significant, & sic de aliis. Quandocunque autem unus solus actus cum sola potentia adunatur, unum tantum esse interuenit secundum illum actum, ac per hoc, per se ens & unum fit.

fit. Qñ uero duo actus uniuntur, duo quoq; esse necesse est fieri, ac per hoc, non per se ens, nec per se unum, sed ens, & unum per accidens, propterea 7 Met. dicitur, quod ex duob. actib. non fit unum per se. Verbi gratia, calidum constat ex calore & calefactibili, calefactibile autem non est tantum hoc, quod significat calefactibile. i. capacitas caloris, sed in se alterius naturæ puta ligneæ uel aqueæ. Et propterea ex calfactibili & calore, non fit per se ens, & unum, quia ex illa substrata natura, puta aqua uel ligno, & calore, non potest fieri per se ens & unum, ponit enim utrunique eorum suum esse proprium, & consequenter duo entia constituuntur. Sed si calefactibile non esset alicuius certæ naturæ, sed huius tantum, quod naturaliter esset potentia ad calorem & frigus, tũc ex calefactibili & calido fieret per se unum ens, quia ibi nullum interueniret esse, nisi caloris: calefactibile enim nullum aliud ex se adduceret esse, sed ad caloris esse specificaretur, ac per hoc in unum tantum quod quid erat, esse utrumque adunaretur, quod est esse per se ens & unum. Et quoniam in compositione substantiali, subiectum est ens in pura potentia, in accidentali uero ens in actu, ut dicitur in 2. de anima commento 4. ideo ibi sit unum per se, hic uero unum per accidens. Patet ergo, quod radix quod cõpositum super se ens & unum, est unitas esse, & quod non super se ens & unum, est pluralitas esse, & quod unitas & pluralitas esse attenditur secundum unitatem & pluralitatem formæ, quia per se primo formæ conuenit. Et propterea intollerabilis est Physic. error dicentium, in composito esse tot esse, quot entitates. Destruit enim hoc naturam compositionis essentialis, & illud maximum Metaphysicæ principium iam probatum, quod Esse per se, primo conuenit formæ, & multa alia: unde præclarè Aristot. in 2. de anima in text. 7. exclusit quæstionem, quomodo ex anima & corpore fiat unum, per hoc quod ente & uno multiplicetur dicto cuius proprium est esse, actus est.

¶ His prælibatis, dicendum est ad rationes in oppositum. Et ad primam dicitur, quod omne ens habet aliquod esse proprium, ut proprium distinguitur contra extraneum, quia nulla res est per esse extraneum a se, non autem ut proprium distinguitur contra cõe, immo nulla pars habet esse proprium hoc modo, quia quælibet habet esse commune sibi & toti, dum in toto est. Ad secundã dicitur, quod stant hæc duo simul, & quod anima intellectiua suũ esse composito communicet, & quod sit imperfectior separata, sicut stat cum sua independentia, qđ sit naturaliter pars speciei humanæ. Et cum obiicitur, quod communicare non dat perfectionẽ, respondetur, quod communicare formaliter, addit perfectionem communicanti, communicare effectiue, non. Modo anima communicat formaliter se & suum esse composito, & acquirit perfectionem in sui coniunctione ad corpus. Et quamuis idem omnino esse habeat separata, & coniuncta, non tamen eodem modo, quia cõiuncta habet illud integrando humanam speciem cuius est pars: separata uero, non integrando. Et quia alio & alio modo habet, ideo mirum non est, si perfectiorem statum habet in composito quam extra. Attenditur enim perfectior status iuxta modum habendi, & hinc patet ad illud quæsitum. Quare, & quomodo separata est imperfecta in essendo, & compositum perfectum in essendo, hoc enim est ratione modi habendi idem esse, scilicet in integritate speciei, & absque integritate illius.

¶ Ad tertiam autem, iam patet ex dictis, & quare potest remanere esse compositi corrupto composito, quia illud esse non conueniebat primo composito, etiam ut quod, sed formæ ut quo, & ut quod. Vnde esse hominis est formæ, ut proprium, hominis uero ut communicatum, & ideo non est mirum, si remanet composito, idest homine, corrupto.

¶ Ad rationes contra 2m & quartum simul dicitur, ꝙ procedũt ex malo intellectu uerborum S. Th. cum. n. dicit S. Tho. in litera (qđ non accidit in aliis formis) ly quod, non refert identitatẽ esse formę cum composito, sed proprietatem esse respectu formæ. Ita quod non est sensus, habere idem esse cum composito, non cõuenit aliis formis, quoniam hoc conuenit omnib. substantialibus. Sed est sensus, habere esse compositi ut proprium, ut quod, non conuenit aliis formis, quoniam hoc conuenit tantum in dependentibus a subiecto formis, ut patet ex dictis.

¶ Ad rationes autem contra tertium dictum, rñdetur. Et ad primam negatur sequela, quia esse animæ non ponitur esse compositi ut proprium, sed ut communicatum, & ideo corruptio quæ est ab esse compositi, non hoc facit ut esse compositi non sit, sed ut non sit composito, ex quo enim non est proprium compositi, sequitur quod non aufertur ipso ablato, sed quod desinat ipsius esse, & cum eo cuius est proprium remaneat. In his uero, quorum esse est proprium composito, corrupto composito necesse est esse corrumpi, utpote eius proprium, & consequenter forma remanere non potest, unde optime ratio illa infert incorruptibilitatem animæ intellectiuæ, & corruptibilitatem aliarum. Et per hoc idem, patet responsio ad secundum, quia quamuis forma sit separabilis a composito, non tamen ab esse compositi, quia aut illud esse est primo compositi ut quod, & tunc cum ipso corrumpitur, & consequenter forma, aut illud esse

est

est primò formæ etiam ut quod, & tunc non est compositi nisi vt communicatum, formę uerò ut omnino proprium, & consequenter forma esse omnino inseparabilis ab esse compositi. Nec potest separari ab illo, nisi se paretur a seipsa, cui per se primo conuenit illud esse, a composito autem nihil prohibet separari, propter solubilem eorum connexionem, unde non est idem iudicium de separatione a composito, & ab esse eius, quando esse non est eius ut proprium, sed ut communicatum, ut in homine accidit. Quare omnia stant solida.

¶ In responsione ad sextum, circa unionem animæ intellectiuæ ad corpus, duo sunt notanda. Primum est, quid sit unio illa. Secundum, quomodo naturalis. De quidditate enim illius unionis, multi dubitant, an sit substantia uel accidens, absolutũ uel respectiuũ, proprium uel separabile ab anima. Si enim est substantia, ergo aliquid substantię animæ desinit esse in morte hominis, quando vnio illa desinit. Si accidens proprium, ergo remanet in anima post mortem, & sic anima est separata & unita simul. Si accidens separabile, puta relatio, ergo anima constituit hominem per accidens. Et si dicatur, concedendo & distinguendo hoc ultimum membrum, quod illa unio est relatio, sed animam constituere substantiam compositam per relationem contingit dupliciter, scilicet dispositiuè uel formaliter, & q primo modo non inconuenit, & sic anima mediante unione accidente constituit substantiam. Contra hoc est primo, quia unio non est dispositio, sed est ipsa constitutio & integratio compositi. Secundo, quia apud S. Tho. nullum accidens tam absolutum quã respectiuum præuenit substantiam. Vnde remanet dubium quid sit illa unio.

¶ De naturalitate autem eius pro tanto est dubium, quia si vnio naturalis est, separationis status, dicitur uiolentus, & sic cũ uiolentum non sit perpetuum, erit resurrectio naturalis.

¶ Ad euidentiam primi sciendum est, quod unio potest sumi dupliciter. Vno modo pro relatione unionis inter materiam & formam, & de tali non est sermo. Alio modo pro fundamẽto illius relationis. Et hæc fundamentalis unio, quæritur quid sit. Et breuiter dicitur, quod quemadmodum causa effectiua distinguitur in actum primum, s. formam, quæ est principium agendi, & actum secundum, qui est eius causalitas, ita causa formalis distinguitur in ipsam causam formalem, & eius causalitatem formalem quæ nihil aliud est quam dare esse formaliter subiecto, quod nihil aliud est quam actualiter esse id quod subiectum est substantialiter, si est forma substantialis, aut accidentaliter, si est forma accidentalis. Et quoniam unio fundamentalis animæ ad corpus, nihil aliud est quam causalitas formalis ipsius in corpore, idcirco sicut uana est quæstio de causalitate formali, an sit substantia uel accidens &c. ita de unione. Constat enim, quod causalitas formalis est velut operatio per modum actus secundi ipsius causæ formalis, & quod nihil supra causam formalem addit, nisi ipsam formam esse actum subiecti, quod non est ipsa forma nec ipsum subiectum, nec aliquod ens medium, quia esset processus in infinitum, sed est subiectum & formam in esse tali indiuisa esse, seu subiectum esse simpliciter, uel secundum quid talis forma. Et propterea sicut causæ formales sunt duplices, quia quædam separabiles ab his quorum sunt causæ, quædam non, consequens est quod quibusdam formis causalitas formalis, ac per hoc unio adsit separabiliter, & quibusdã non. Nec propterea est accidens, nisi metaphoricè sumendo accidens, i. extra essentiam, & hoc in actu, quia in aptitudine est essentialis formę omni. Propter quod conueniens exemplum dedit S. Th. in tex. de esse sursum respectu ignis, hoc. n. non est accidens p accidens igni, sed proprium est sibi, quamuis impedibiliter. Et quia hæc communia sunt omnibus formis, conuenire quoque est necesse animæ intellectiuæ. Vnde ad quæsitum dicitur, quod unio ista est causalitas formalis animæ intellectiuæ respectu corporis, quę est dare esse formale. Et cum dicitur, aut est substantia, uel accidens, dico quod propriè loquendo dicendum esset, quod est causalitas substantiæ. Tamen ut quærenti satisfiat, dicatur quod non significat unam substantiam simpliciter, sed unam in alia, s. formam in materia. Et ideo cum aufertur, non est opus quod desinat substantia simpliciter, sed una substantia in alia, quod potest fieri utraque remanente seorsum.

¶ Ad ea autem quæ naturalitatem huius unionis tangunt, breuiter dicitur, quod unio animæ ad corpus proculdubio naturalis est. Sed non conuincit resurrectionem futuram, quamuis probabiliter eam suadeat apud S. Th. in quarto contra Gen. c. 79. Potest enim dici, uel ut Aui. putauit, quod unio est naturalis animæ in sui principio, esse uero separatam, est sibi naturale post. Ita quod uterque status est sibi successiuè naturalis, quemadmodum animalibus in seipsis animalificantibus, naturale est in principio uiuere in utero materno, & post extra uterum. Vel cum S. Th. in 4. cõtra Gen. cap 81. quod ex hoc nihil aliquid sequitur, nisi quod resurrectio est naturalis quo ad finem, quia scilicet tendit ad finẽ, scilicet unionem animæ ad corpus, quæ est naturalis secundum esse, non tamen secundum fieri, est supernaturalis. Et ideo de uiolento, & imperfecto esse distinguendum, non cum Scoto in quarto, distinctio. 43. quæstione secunda, somniante quod anima sit talis pars hominis, quod nullam perfectionem acquirit in toto sed tantum communicat, & ideo non inconuenit perpetuo impediri, & manere in statu nullam imperfectionem in ea ponente, quoniam hoc est & contra ipsum, qui in quæstione, præcedente dixit, se non capere quod aliquod sit ens absque proprio esse, quod tamen ponit, qui animam tantum communicare se dicit composito, & contra ueritatem, quoniam de ratione partis, ac per hoc omnis partis est perfectionem habere in toto, alioquin natura non propter melius componeret, nec partes haberent rationem materiæ respectu totius. Sed distinguendum potius est, quod uiolentũ est duplex. Alterũ oppositũ tam termino, quã uiæ naturali. Alterum, oppositum termino, sed non uiæ naturali. i. alterum quod est in eẽ, cuius oppositum esse naturale, sed tamen non habet in sua natura principium uię, ducentis ad illud esse naturale. Alterum, quod est in esse, cuius oppositum esse naturale, & in natura illius est principium eundi tale esse, ut patet, graui retento sursum. Prima uiolentia non potest perpetuari, quia ponit principium uiæ perpetuo impediri. Secunda autem non inconuenit si perpetuetur, quia propriè uiolentia non est, ubi nullum principium perueniendi ad terminum impeditur, quamuis si esset in termino, ille status esset naturalis. Talis autem uiolentia est animæ separatæ, quoniam habet aptitudinem, & inclinationem naturalem ad unionem quo ad esse, non quo ad fieri. Et hoc est q occulte sensit Sanctus Thomas dum dixit, quod resurrectio est naturalis secundum finem, & non secundum principium actiuum & consequenter nec passiuum, quia omnipotentiæ passiuæ naturali, respondet actiua naturalis. In hoc enim manifeste patet, q separatæ animæ unio secundum esse est naturalis, sed secundum suum fieri est supernaturalis. Quia tamen rationabile est, quod nec etiam talis imperfectio a prima causa in tam nobiliori natura perpetuo permittatur, probabilis ratio resurrectionis, si dei suffragatur.

Fer. 2. con. c. 73. 75.
Aegid. 2. s. d. 17. q. 2. ar. 1.
Tho. Arg. d. 17. q. 1. a. 2.

SVP. Q. LXXVI. ART. II.

ARTICVLVS II.

Vtrum intellectiuum principiũ, multiplicetur secundum multiplicationem corporum.

370 Inf. q. 79. a. 5. & 2. d. 17 q. 2. ar. 1. & 2. con. c. 73 & 75. & spiritu. ar. 9. & 10. & de anima, ar. 3. & opusc. 3. c. 85. & 89. & opusc. 16 per tot.

CONCL. Intellectum esse unum omnium hominum est omnino impossibile.

¶ COROL. Ergo per hoc uult habere, quod multiplicetur secundũ multiplicationem corporum.

¶ PROB. Quia impossibile omnino est, plurium numero diuersorum esse unam formam (sicut impossibile est, quod talium sit unum esse). Et intellectus est pars, seu potentia, animæ (3. de aia) quæ hoĩs est forma.

AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur, quod intellectiuum principium non multiplicetur secundum multiplicationem corporum, sed sit unus intellectus in omnibus hominibus. Nulla enim substantia immaterialis multiplicatur secundum numerum in una specie. Aĩa autem humana est substantia immaterialis, non enim est composita ex materia & forma, ut supra ostensum est. * Non ergo sunt multæ in una specie, sed omnes homines sunt unius speciei. Est ergo unus intellectus omnium hominum.

* q. 75. a. 5.

¶ 2 Præt. Remota causa remouetur effectus. Si ergo secundum multiplicationem corporum multiplicarentur animæ humanæ, consequens uideretur quod remotis corporibus, multitudo animarum non remaneret, sed ex omnibus animabus remaneret aliquod unum solum quod est hæreticum periret. n. differentia pręmiorum & pœnarum.

¶ 3 Præt. Si intellectus meus est alius ab intellectu tuo, intellectus meus est quoddã indiuiduum, & similiter intellectus tuus. particularia. n. sunt, q̃ differũt numero, & conueniunt in una specie. Sed omne quod recipitur in aliquo, est in eo per modum recipientis. Ergo spẽs rerum in intel-

1^m^ de maiori. Immaterialis. R. materia ex qua, & in qua, simul, non materia ex qua tantum. §. Tunc nihil &c. Nam anima est quidem immaterialis materia ex qua, q. scilicet non componitur ex materia. q. 75. ar. 5. Sed non est immaterialis materia in qua, inquantum. s. recipitur in corpore.

2^m^ de conclusio. Si ergo secundū, &c. R. Nisi esse cō ueniret per se primo animæ intellectiuæ, & non composito. §. Tunc &c. Nam multiplicatio corporum non est causa per se primo multiplicationis animarum (ut arguens uult) licet secundum illorum multitudinem animarum multiplicatio fiat. Solutionem aliam ad argumentum habes ex ar. 1. ad sextum, quod scilicet nunquam remouetur aptitudo animæ ad corpus post separationem. Adeo quod dicamus, nunquam remoueri causam multiplicationis animarum, etiā remotis corporibus quibus uniebantur, quoniam causa per se primo multiplicatiōis animarum est naturalis illarum inclinatio ad corpora diuersa singillatim sibiipsi unienda.

3^m^ de conclusione. Indiuidualiter. R. immaterialiter, non indiuidualiter materialiter. §. Tunc &c. Esset enim contra rationem intelligendi uniuersalia, si species intelligibiles reciperentur indiuidualiter materialiter, non autem si recipiantur indiuidualiter immaterialiter.

Quartum

lectu meo & tuo, reciperentur indiuidualiter, quod est contra rationem intellectus, qui est cognoscitiuus uniuersalium.

¶ 4 Præt. Intellectum est in intellectu intelligente. Si ergo intellectus meus est alius ab intellectu tuo, oportet, quod aliud sit intellectum a me, & aliud sit intellectum a te, & ita erit indiuidualiter numeratum & intellectum in potentia tantum, & oportebit abstrahere intentionem communem ab utroque, quia a quibuslibet diuersis, cō tingit abstrahere aliquod commune intelligibile, quod est contra rationem intellectus, quia sic non uidetur distingui intellectus, a uirtute imaginatiua. Videtur ergo relinqui, quod sit unus intellectus omnium hominum.

¶ 5 Præt. Cum discipulus accipit scientiam a magistro, non potest dici, quod scientia magistri generet scientiam in discipulo, quia sic etiā scientia esset forma actiua, sicut calor, quod patet esse falsum. Videtur ergo, quod eadem numero sciētia, quæ est in magistro, communicetur discipulo. Quod esse non potest nisi sit unus intellectus utriusque. Videtur ergo, quod sit unus intellectus discipuli & magistri, & per cō sequens omnium hominum.

¶ 6 Præt. August.* dicit in lib. de quantitate animæ. Si plures tantū animas humanas dixerim, ipse mē ridebo. Sed maxime uidetur anima esse una quantum ad intellectum. Ergo est unus intellectus omnium hominum.

*li. de quātitate alæ. c. 22. ad 6. tom. 1.

Sed contra est, quod Philosophus dicit in secundo Physic.* quod sicut se habent causæ uniuersales ad uniuersalia, ita se habent causæ particulares ad particularia. Sed impossibile est, quod una anima secundum speciem sit diuersorum animalium secundum speciē. Ergo impossibile est, quod anima intellectiua una numero sit diuersorum secundum numerum.

*li. 2. Phys. tex. 38. t. 2.

Respon. Dicendum, quod intellectum eē unum omnium hominum, omnino est impossibile. Et hoc quidem patet, si secundum Platonis sententiam homo sit ipse intellectus. Sequeretur enim si Socratis, & Platonis est unus intellectus tantum, quod Socrates, & Plato sint unus homo, & quod non distinguantur ab inuicem, nisi per hoc, quod est extra essentiam utriusque, & erit tunc distinctio Socratis & Platonis non alia quam hominis tunicati, & cappati, quod est omnino absurdum. Similiter & patet hoc esse impossibile, si secundum sententiam Aristotelis† intellectus ponatur pars, seu potentia animæ, quæ est hominis forma, impossibile est enim plurium numero diuersorum esse unam formam, sicut impossibile est quod eorum sit unum esse, nam forma est essendi principium. Similiter etiam patet hoc esse impossibile, q. uocū que modo quis ponat unionem intellectus ad hunc, & ad illum hominem. Manifestum est enim, quod si sit unum principale agens & duo instrumenta, dici poterit unum agens simpliciter, sed plures actiones, sicut si unus homo tangat diuersa duabus manibus, erit unus tangens, sed duo tactus. Si uero econuerso instrumentum sit unum, & principales agentes diuersi, dicentur quidem plures agentes, sed una actio. sicut si multi uno fune trahant nauem, erunt multi trahentes, & unus tractus. Si uero agens principale sit unum, & instrumentum unum, dicetur unum agens, & una actio. sicut cum faber uno martello percutit, est unus percutiens, & una percussio. Manifestum est autem, quod qualitercūque intellectus seu uniatur, seu copuletur huic uel illi homini, intellectus inter cætera, quæ ad hominem pertinent, principalitatem habet: obediunt enim uires sensitiuæ intellectui, & ei deseruiunt. Si ergo poneretur quod essent plures intellectus, & sensus unus duorum hominū, puta si duo homines haberent unum oculum, essent quidem plures uidentes, sed una uisio. Si uero intellectus est unus (quantumcumque diuersificentur alia, quibus omnibus intellectus utitur, quasi instrumentis) nullo modo Socrates & Plato poterunt dici nisi unus intelligens. Et si addamus, quod ipsum intelligere, qd est actio intellectus, non fit per aliquod aliud organum, nisi per ipsum intellectum, sequetur ulterius, quod sit & agens unum, & actio una, idest, quod omnes homines sint unus intelligens, & unum intelligere, dico autem respectu eiusdem intelligibilis. Posset autem diuersificari actio intellectualis mea, & tua, per diuersitatem phantasmatum, quia scilicet aliud est phantasma lapidis in me, & aliud in te, si ipsum phantasma secundum quod est aliud in me, & aliud in te, esset forma intellectus possibilis, quia idem agens secundum diuersas formas producit diuersas actiones, sicut secundum diuersas formas rerum respectu eiusdem oculi sunt diuersæ uisiones. Sed ipsum phantasma non est forma intellectus possibilis, sed species intelligibilis, quæ a phantasmatibus abstrahitur. In uno autem intellectu a phantasmatibus diuersis eiusdem speciei, non abstrahitur nisi una species intelligibilis. Sicut in uno homine apparet, in quo possunt esse diuersa phantasmata lapidis, & tamen ab omnibus eis abstrahitur una species intelligibilis lapidis, per quam intellectus unius hominis operatione una intelligit naturam lapidis non obstante diuersitate phantasmatum. Si ergo unus intellectus esset omnium hominum, diuersitates phantasmatum, quæ sunt in hoc & in illo, non possent causare diuersitatem intellectualis operationis huius, & illius hominis, ut Commentator* fingit in tertio de Anima. Relinquitur ergo, quod omnino impossibile, & inconueniens est, ponere unum intellectum omnium hominum.

† lib. 3. de anima, tex. 52. & lib. 1. tex. 25. & 26. tom. 2.

*lib. 3. com. 5. & 36.

Ad primum ergo dicendum, quod licet anima intellectiua non habeat materiam ex qua sit, sicut nec angelus: tamen est forma materiæ alicuius, quod angelo non conuenit. Et ideo secundum diuisionem materiæ, sunt multæ animæ unius speciei: multi autem angeli unius speciei omnino esse non possunt.

Ad secundum dicendum, quod unumquodque hoc modo habet unitatem, quo habet esse, & per consequens idem est iudicium de multiplicatione rei, & de esse ipsius. Manifestum est autem, quod anima intellectualis secundum suum esse, unitur corpori ut forma, & tamen destructo corpore remanet anima intellectualis in suo esse & eadem ratione multitudo animarum est secundum multitudinem corporum, & tamen destructis corporibus remanent animæ in suo esse multiplicatæ.

Ad tertium dicendum, q. indiuiduatio intelligentis aut speciei, per quam intelligit, non excludit intelligentiam uniuersalium, alioquin, cum intellectus separati sint quædam substantiæ subsistentes, & per consequens particulares, non possent uniuersalia intelligere. Sed materialitas

4m de conclusione prima. Aliud, & aliud. ℞. Secundum suam similitudinem, non secundum seipsum. §. Tunc nihil &cæt. Vna enim eademque res numero intelligitur a diuersis intellectibus secundum diuersas numero illius rei similitudines informatis. Sequeretur autem argumentum, uel saltem apparentiam maiorem haberet, si res, quæ intelligitur, puta lapis esset intellectu secundũ seipsum.

5m de antecedente. Generet. ℞. per modum agentis naturalis, non, per modum principij, quo aliquis dirigitur in docendo. §. Tunc &c. Secundo nãque modo tantum generat scientia magistri scientiam in discipulo, q. 117. ar. 1. & ideo nullum inconueniens, uel falsum sequitur.

6m de maiori. Plures. ℞. Species, non numero tantum. §. Tunc nihil &c. ut patet.

¶ NOT. Augustinus ad hoc significandum non dicit, si plures dixerim, sed si plures tantum dixerim. Quæ sunt namque numero plura, & unum specie dicuntur plura quidem, sed non plura tñ, quæ autem utroque modo sunt plura, dicuntur plura tantũ, sicut patet de angelis. Dicuntur enim plures tantum, quia etiam specie multiplicantur, quandocunq; numero multiplicãtur. q. 50. artic. 4.

terialitas cognoscentis, & speciei, per quam cognoscitur, uniuersalis cognitionem impedit. Sicut enim omnis actio est sm modũ formæ, qua agens agit, ut calefactio secundum modum caloris, ita cognitio est secundum modum speciei, qua cognoscens cognoscit. Manifestum est autem, quod natura communis distinguitur, & multiplicatur secundum principia indiuiduantia, quæ sunt ex parte materiæ. Si ergo forma per quam fit cognitio sit materialis, non abstracta a conditionibus materiæ, erit similitudo naturæ speciei, aut generis secundum, quod est distincta, & multiplicata per principia indiuiduantia, & ita non poterit cognosci natura rei in sua communitate. Si uero species sit abstracta a conditionibus materiæ indiuidualis, erit similitudo naturæ absque iis, quæ ipsam distinguunt & multiplicant. & ita cognoscetur uniuersale. Nec refert quantum ad hoc, utrum sit unus intellectus, uel plures, quia si etiam esset unus tantum, oporteret ipsum esse aliquem quendam, & speciem per quam intelligit esse aliquam quandam.

AD QVARTVM dicendum, quod siue intellectus sit unus, siue plures, id, quod intelligitur, est unum. Id enim quod intelligitur, non est in intellectu secundum se, sed secundum suam similitudiné. Lapis enim non est in anima, sed species lapidis, ut dicitur in tertio, de Anima * & tamen lapis est id quod intelligitur, non autem species lapidis, nisi per reflexionem intellectus supra seipsum, alioquin scientiæ non essent de rebus, sed de speciebus intelligibus. Contingit enim eidem rei diuersa secundum diuersas formas assimilari. Et quia cognitio fit secundum assimilationem cognoscentis ad rem cognitam, sequitur quod idem a diuersis cognoscentibus cognosci contingit, ut patet in sensu. Nam plures uident eundem colorem secundum diuersas similitudines. Et similiter plures intellectus intelligunt unam rem intellectam. Sed hoc tantum interest inter sensum & intellectum secundum sententiam Aristot. * quia res sentitur secundum illam dispositionem, quam extra animam habet in sua particularitate: natura autem rei; quæ intelligitur, est quidem extra animam, sed non habet illam modum essendi extra animam secundum quem intelligitur. Intelligitur enim natura communis seclusis principiis indiuiduantibus; non autem hunc modum essendi habet extra animam. Sed secundum sententiam Platonis res intellecta eo modo est extra animam, quo intelligitur. Posuit enim naturas rerũ, a materia separatas.

li. 3. de aïa, tex. 38. t. 2.

AD QVINTVM dicẽdum, quod scientia alia est in discipulo, & alia in magistro: quomodo autem causetur, in sequentibus ostendetur. *

q. 117. ar. 1

AD SEXTVM dicendum, quod Aug. intelligit animas non esse plures tantum, quin uniantur in una ratione speciei.

ARTI-

APPENDIX.

Vtilit. pro S. Eccles.

li. 3. de aïa, tex. 38. t. 2.

Ex articulo habes primo, quomodo per rationem interimas phantasticam hæresim Auerroes (Direct. Inquisit. 2. p. quæst. 4.) ponentis. Intellectum esse unum numero in omnibus hominibus. Secundo habes, quomodo per rationem ostendas, hanc iustissime damnari ab Euangelio Luc. decimosexto. Factum est ut moreretur mẽdicus, & portaretur ab angelis in sinum Abrahæ. Mortuus est autem & diues, & sepultus est in inferno. Dictam siquidem positionem ab Auerroe hæc uerba necessario destruunt, dum animas intellectiuas (alioquin non discurreret Abraham & diues allegando rationes & reprobando, ut ibi patet) Abrahæ ac Lazari ponunt saluatas diuitis uero animam damnatam. Aut enim diues cum illis esset saluatus in anima, aut illi cum isto essent damnati, quoniam, secundum Auerroem, una est omnium hominum anima intellectiua, quam ipse uocat intellectum. Item a Iob decimonono, quem Saluatorem meum uisurus sum ego ipse & non alius. Si enim Iob, & non alius pro Iob, uisurus est Saluatorem, in anima proprie intellectiua etiam ab eo pro meritis remunerandus, ergo & Petrus, non alius pro Petro, uisurus &c. ergo & Paulus, non alius pro Paulo, uisurus &c. & sic de singulis, quoniam Iob ibi loquitur in persona omnium (ut patet ex applicatione Ecclesiæ, in officio mortuorum.) Quæ si uera sunt, ut sunt proculdubio, per illa uerba omnino destruitur prædicta insania. Alioquin Iob unius anima intellectiua esset una omnium, & sic Iob uidente Saluatorem alius pro Iob, & alius pro isto alio uideret, immo & omnes simul sine discretione numerali reali animarum uiderent, licet unus pro alio discretione illa Chimerica intercedente uideret. Isto autem contra scripturam illam sacram dato, tolleretur quoque diuersitas præmiorum essentialium, atque pœnarum in anima intellectiua principaliter consistentium. Item a Leone papa decimo in Lateranensi Concilio Sess. octaua, sic. Cum diebus nostris nonnulli ausi sint dicere de natura animæ rationalis, quod mortalis sit, aut unica in cunctis hominibus: & aliqui temere philosophantes, secundum saltem philosophiam uerum esse asseuerent, sacro approbante concilio damnamus & reprobamus omnes asserentes animam intellectiuam mortalem esse, aut unicam in cunctis hominibus, & hæc in dubium uertentes, cum illa immortalis existat, & pro corporum, quibus infunditur multitudine singulariter multiplicabilis, & multiplicata, & multiplicanda. Quod manifeste constat ex Euangelio, cum dominus ait. Animam &c. Vide q. 75. artic. 2. Adhuc sequitur Leo dicit. Cumque uerum uero minime contradicat, omnem assertionem ueritati illuminatæ fidei cõtrariam omnino falsam esse definimus, &, ut aliter dogmatizari non liceat districtius inhibemus, omnesque huiusmodi erroneis assertionibus inhærentes, tanquam hæreticos uitandos & puniendos fore decernimus. Insuper omnibus & singulis philosophis in uniuersitatibus studiorum generalium, & alibi publicé legentibus, districté præcipimus, ut cũ philosophorum principia, aut conclusiones, in quibus a recta fide deuiare noscuntur auditoribus suis legerint seu explicauerint (quale hoc de immortalitate animæ, aut unitate, & mundi æternitate, ac alia huiusmodi) teneantur eiusdem ueritatem religionis Christianæ omni conatu manifestam facere, & persuadendo pro posse dicere, ac omni studio huiusmodi philosophorum argumenta, cum omnia solubilia existant, pro uiribus excludere, atque resoluere. Et infra. Vnde infectas philosophiæ, & Poesis radices purgare, & sanare ualeant. Et infra. Hos canones per Ordinarios locorum, & rectores in uniuersitatibus, singulis annis in principio studii, in uirtute sanctæ obedientiæ publicari mandamus. Hæc ibi. Non ergo philosophia, sed infecta philosophia, dicit aliquid contra fidem, & dicentes contrarium, saltem secundum philosophiam esse uerum, sunt secundum Concilium temere philosophantes & tanquam hæretici, uitandi ac puniendi.

Conc. contra Auerroistas, ac similes temere philosophantes.

Lectores publici attendant.

Scientia infecta quæ sit.

3

Tertio uides, quomodo uicissim ex his firmetur conclusio, atque declaretur.

Pro studiosis uari.

¶ NOT. Articulo isti deseruit in ord. art. 363. 368. 365. 406. 366. 369. 264. 266. 283. 576. 425. 81. 79. 416. 424.

Comm. Cardinalis Caietani.

Titulus clarus est, contra Auerroim directè motus.

¶ In corpore unica est conclusio negatiuè respondens quæsito, Impossibile est intellectum quo intelligimus, esse unum in omnibus. Et probatur tripliciter. Primo, in uia Platonis. Secundo, in uia Aristo. Et tertio, simpliciter.

¶ Quoad primum, ducitur ad impossibile. Si intellectus esset unus, Socrates, & Plato essent unus homo numero essentialiter, tenet sequela, quia apud Platonem, ipsa anima est homo.

¶ Quo ad secundum, ostensiuè, Impossibile est plura numero habere unum esse numero, ergo impossibile est plurium numero, esse unam formam numero. Probatur, quia forma est essendi principium. ergo non potest esse unus intellectus, & tenet sequela hęc quia intellectus est potentia animæ, quæ est forma substantialis hominis apud Aristotelem.

¶ Quo ad tertium, ducitur ad impossibile sic. Si intellectus esset unus in omnibus, omnes homines essent unus intelligens, & unum numero haberent intelligere, respectu eiusdem intelligibilis, hoc est impossibile. ergo. Consequentia quo ad primam partem probatur, quia unitas operationis attenditur penes unitatē principalis agentis, constat autem, quod intellectus est principale inter omnia quæ sunt in homine, & quæ faciunt ad intelligere, quia omnia sibi obediunt. Assumptum uero manifestatur ex differentia inter agens principale & instrumentale, in hoc, quod est dare unitatem & pluralitatem operantis, quoniam unitas, uel pluralitas operantis attenditur penes unitatem & pluralitatem agentis principalis. Quo ad secundam uero partem, probatur consequentia sic. Pluralitas operationis in eodem operante respectu eiusdem obiecti, aut est ratione pluralitatis organorum, aut ratione plurium formarū, sed neutrum hic pōt dici. ergo. Maior hæc, quoad primam partem manifestatur ex supradicta differentia, quoad secundam uero, quia contingit idem plurib. formis plures actiones elicere, sufficientia autem disiunctiuæ relinquitur per se nota. Minor uerò quoad primam partem probatur, quia intelligere, nullo exercetur organo. Quo ad secundā uero, quia unica tīn in uno intellectu est forma unius intelligibilis s. species abstracta a phantasmatib. non phantasmata ipsa. Quod probatur, quia ex phantasmatib. eiusdem speciei non abstrahitur nisi vna spēs, quod manifestatur in singulis hominib. in uno enim & eodem homine, nullus ponit abstrahi plures species a plurib. phantasmatib. eiusdem. Et hinc concluditur corollariè, quod intolerabilis sit error Auerrois, qui propter pluralitatem phantasmatum in hoc & in illo, posuit plurificari intellectiones, & tenet sequela, quia illa non sunt formæ intellectus, sed obiecta quodammodo, ut colores respectu uisus.

¶ Circa hanc rationem aduerte, quod Auerroistæ sunt diuisi. Quidam. n. adeo insaniunt, ut concedant conclusionem secundum rem, dicentes Socrates & Plat. esse non solum unum intellectum, & vnam speciem intelligibilem, si species accepratur, sed unū numero intelligere subiectiuè, plura uero obiectiuè quodāmodo ex parte. s. phantasmatum. Quidam uero ipsi Auerroi consentientes, ponunt aliam esse intellectionem Socratis, aliam Platonis, quāuis unum ponāt intellectum & spēm intelligibilem in utroque. Vtrique tamen eodem modo respondent, in hoc tantum differentes, quod dicta illorum applicantur ad actum primum, & secundum, istorum uero ad actum primum tantum. Dicunt ergo, quod ex pluralitate phantasmatū prouenit pluralitas operationis, uel simpliciter apud secundos, uel secundum quid apud primos. Quomodo autem hoc accidat nesciunt dicere: nisi quod quia id quod est in intellectu, est vnum & multiplex, unum, ex parte intellectus, multiplex, ex parte qua respicit phantasmata illius & illius. Vnum inquantum est in secus, multiplex, inquantum est uerum secundum adæquationem, aut inadæquationem ad phantasmata. Et hanc multiplicitatem dicunt sufficere ad hoc quod Socratis, & Plat. sit diuersum intelligere simpliciter, uel secundum quid, qm̄ id qđ est intellectus, continuatur Socrati & Plat. ex hac parte, qua est multiplex, & non ex illa parte, qua est unum. Sed contra hos, latior habendus esset sermo, quā locus iste exigat, & aut in 3. de anima, aut in speciali tractatu hoc faciemus, Deo cōcedente. Nūc autem aduertendum est, ꝙ S. Th. non disputat hic contra primos quia contra Auerroem agebat, cui illorum opinio repugnat, ut patet in commento 5. tertii de aia, ubi vult potentiam phantasmatū esse actiuam respectu intentionis intellectæ, quod saluari nō pōt in esse uero, nisi addatur alia fatuitas, quod esse relatiuum, hēat ꝑ se motorem. Scđa horū rńsio quæ ex Auerroe sumpta est, ꝓuisa & exclusa est S. Th. in hoc quod dixit ꝙ actio unius agentis, non multiplicatur nisi duobus modis. Notanter. n. dixit, actio. i. operatio, ex parte operantis, i. secundum qđ exit ab operante, qm̄ q̄tuis ab eadem forma numero, q̄ est una in se, & multiplex in respectu, possint inferri multæ passiones eiusdem rationis secundum diuersitatem simul patientium, ut patet, cum multa simul calefiunt ab uno calido, non tamen ista multiplicitas respectuū in calore, sufficit ad hoc ꝙ sint multæ calefactiones actiuæ, nisi fortè recurratur ad diuersitatem partium caloris calefacientis. Sed hoc facile subtrahitur, si ponamus tale agens esse indiuisibile. Tunc enim actio necessario est una quamuis passiones sint plures, cum ergo intellectus sit impartibilis, ex hoc quod species intelligibilis est multiplex, secundum respectum ad diuersa phantasmata, non pōt saluari pluralitas intellectionis. Tum, quoniam ista pluralitas, est pluralitas operationis ex parte operantis, cum sit actio immanens & non transiens in aliquid extra. Tum, quoniam Socrates intelligit ut operans, & habet se ad intellectionem, ut ex quo oritur intellectio, & non ut passum seu materia ad quam terminatur, ut experimur in nobis. Et propterea dixit S. Tho. quod nisi ponatur ꝙ phantasmata sint formæ intellectus, non potest ex eorum diuersitate inferri diuersitas actionis. Sed isti sunt sine ratione loquentes, quare omittamus eos, non enim sunt digni de quibus hic uerba fiant.

¶ Circa dicta S. Thomæ hic, est unum aliud dubium. Quomodo, scilicet est possibile, quod in uno homine sint diuersa phantasmata eiusdem speciei, cum duo accidentia eiusdem speciei nō possint simul in eodem esse. Ad hoc quis possit dici, quod in litera non dicitur quod sint simul, & consequenter potest intelligi, quod sunt successiuè, intentio tamen literæ obstat, quia intendit contra Auerroem, quod a diuersis phantasmatibus eiusdem speciei simul non abstrahitur, nisi una species. Nulla enim fuisset instantia contra hoc, ex eo quod ex multis phantasmatibus successiue, non generatur nisi una species, quemadmodum ex multis guttis aquæ cadentibus non fit nisi una cauatio lapidis, ultima in uirtute præcedentium agente. Vnde dicendum est, quod duo phantasmata esse eiusdem speciei, contingit dupliciter, uel in repræsentando tantum, uel in essendo & repræsentando, & quod prima possunt esse simul in eodem, alia uero non. Exemplum primorum, phantasmata huius lapidis, & phantasmata illius, exemplum secundorum, duo phantasmata unius, & eiusdem lapidis. Et quoniā a phantasmatib. secundum repræsentatam naturam fit abstractio speciei, ideo S. Th. vtens phantasmate ex parte repræsentatæ naturæ, simpliciter uocauit phantasmata eiusdem speciei, quæ sunt eiusdem speciei repræsentatiua, & posuit ea simul in eodem, ut phantasmata duorum lapidum. Loquitur ergo de eis in repræsentando, non in essendo. Non enim uidetur eiusdem rationis esse sufficere ad repræsentandam hanc proprietatem indiuidualem, & illam, nisi quis dicat, quod indiuiduatio phantasmatis est repræsentatiua indiuiduationis obiecti. Et tunc oporteret dare tertiā, responsionem, dicendó, quod quamuis phantasmata sint simul & eiusdem specie, non tamen in eadem parte subiecti. Veruntamen, secunda responsio uidetur probabilis, quoniam indiuiduatio phantasmatis Socratis, ex parte ipsius phantasiæ, & non rei repræsentatæ, se tenere uidetur, & consequenter ipsa natura phantasmatis proprietatem indiuidualem Socratis repræsentat, ac per hoc diuersorum indiuiduorum diuersa secundum naturam phantasmata sunt, & consequenter distinguuntur specie. Et cōfirmatur hoc, quia alioquin cogitatiua non posset forte directe cognoscere intentiones indiuiduales omnium.

¶ In responsione ad 2m, aduerte primò, ꝙ quēadmodū corpus non est causa aīę, nec in esse, nec in fieri, sed occasio & materia in qua fit, ita non est cā unitatis & multitudinis earū, sed occasio & materia in qua. Et in hoc stat rńsio S. Th. uñ minor propriè loquendo negatur. Vel distinguatur de uera causa & occasione, a uera. n. causa rem dependere oportet. Aduerte secundo, tu Thomista, ꝙ S. Th. loquitur hic de unitate & multiplicatione numerali, & dicit idem esse iudicium de esse rei, & illius unitate, & multiplicatione. Et fundamentum huius est in 4. Met. quod ens & unū dicunt eandem naturam. Nec refert, vtrum illud ens sit specifica, aut numeralis res, quemadmodum. n. idem est homo, & ens homo, & vnus hō &c. Ita idem est Socrates, & ens Socratis, & unus Socrates, & diuersus Socrates, & in proposito, idem est hæc anima, hæc una anima, hæc diuersa aīa. Nec ab alia causa pendet hæc anima, & ab alia unitas eius, & ab alia diuersitas eius. Omnia. n. hæc cum eandem dicant naturam, ab eadem sunt causa. Et propterea optimè infertur in litera, quod quia ens quod est anima, non pendet a corpore, quod nec unitas eius, nec multiplicatio pēdet a corpore. Et tu infer, quod quia Socrates non est Socrates quantitate, sed substantia formaliter ergo nec unus numero, nec diuersus numero quantitate formaliter. alioquin ruit doctrina hæc, aut uoluntario priuilegio singularis dicetur.

¶ In rńsione ad tertiū, diligēter aduerte primò, ꝙ S. Th. inchoat ab immaterialitate absolute, sed postmodū descendit ad immaterialitatē talē. s. ꝑ abstractionē a materia, quia ex primo spēs intelligibilis hēt, ꝙ sit rō intelligendi absolute, ex scđo uero ꝙ sit rō intelligendi uniuersale tm̄. i. qđ quid erat esse rei, ita qđ non singularitatē eius, & hoc directe ad minus. Vñ non docet, quod spēs immaterialis est spēs quidditatis tm̄, sed quod species sit immaterialis. s. per abstractionem a materialibus phantasmatibus, & singularibus,

gularibus, ut patet literam diligenter inspicienti. Hoc aũt dico, ne quis putet oblitum S.Th. eorum quæ supra docuit de angelis.

¶Aduerte secundo, ꝙ Auerroistæ responsionem hanc inticiantur, dicentes, quod ratio Auerrois non intendit, quod singularitas impediat intellectionem, accipiendo singulare, ut distinguitur contra uniuersale in prædicando, quoniam optimè nouerat Auerroes, omnes intelligentias esse isto modo singulares. Sed intendit quod singularitas ut distinguitur contra uniuersalitatem speciei in essendo, sic inueniretur uniuersalis in essendo, ut Plato finxit. Et ratio huius est, quia quod est hoc modo particulare, nõ totam in se habet naturam, sed partem tantum, ac per hoc uniuersalem cognitionem impedit, & ad hoc oportebat respondere.

¶Ad hoc est dicendum, quod obiectio illa supponit quoddam falsum, scilicet, quod singulare inueniatur duobus tantum modis. Ad cuius euidentiam scito, quod secundum ueritatem intentio Auerrois est, non quod singularitas, sed quod singularitas materialis impedit intellectionem, & in hoc conuenimus. Sed putat ipse, quod quæcumque sunt singularia per diuisionem naturæ specificæ, in eis sunt singularia materialia: quia materialium proprietas est, esse multa unius speciei, ac per hoc, si intellectus multiplicantur, infert, ergo essent particulares, eo .s.mõ, quo ista entia materialia sunt particularia, & consequẽter impediretur intellectio.

¶Sanctus Thomas autem, quia in responsione ad primum iam euacuauerat hoc fundamentum, ponens tertiũ genus singulariũ, ita quod singularium quædam sunt tota natura specifica, & illa non multiplicantur numeraliter, sed sunt uelut uniuersalia in essendo, quæ manifestum est non officere intellectioni, & hæc sunt intelligentiæ. Quædam sunt participantia naturam specificam, & multiplicantur numeraliter. Sed hæc sunt duplicis ordinis, quia quædam sunt materialia, & ista impediunt intellectionem ratione conditionum materialium, quoniam per separationem a materia fit intellectio, quædam uero sunt immaterialia, & ista non impediunt intellectionem, quia non ratione singularitatis, nec ratione materialitatis, qua carent, nec ratione participationis naturæ specificæ, quia utrumque, s. participatum & participans, est immaterialis ordinis, & talia sunt intellectus nostri. Quod autem diuisio numeralis possit fieri, & esse absque materia, multiplicatio luminis gloriæ in beatis ostendit. Nec contradicit hoc S. Tho. quoniam impossibilem ponit multiplicationem absque materia, idest absque receptiuo, ut patet exercitatis in doctrina sua.

¶In responsione ad quartum aduerte, quod loquẽtes in aere, instant dicentes, hanc responsionem non euacuare uim argumenti Auerrois, quoniam in æquiuoco laborat. Ille enim arguit de vnitate intellecti ut sic: hic uerò respondet de unitate rei intellectæ, dum dicit quod siue intellectus sit unus, siue multiplex, semper id quod intelligitur, est unum, puta quidditas lapidis, unde vis rationis in hoc stat, intellectum lapidis est unum, ergo intellectus est unus. Antecedens patet, quia si multiplicaretur, esset intellectum in potentia. Consequentia probatur, quia intellectum, aut sumitur pro esse reali quod ponit in intellectu, scilicet esse speciei intelligibilis, uel actus intelligendi, aut pro esse diminuto aliquo obiectiuo, quo scilicet formale obiectum dicitur intellectus, quicquid sit illud esse. Et utroque modo oppositum consequentis, infert oppositum antecedentis, scilicet multa eiusdem rationis. ergo intellectum in eis non est unũ secundum esse subiectiuũ, sed multiplex numero, ut patet, & similiter ẽm esse obiectiuum, quia illud multiplicatur numeraliter ad multiplicationem numeralem rationum intelligibilium, in quib. relucet, cuilibet enim speciei intelligibili respondet obiectum proprium, relucens ita illius relucentia, quod non alterius.

¶Ad hoc est dicendum, quod responsio intendit de intellecto vt sic, nec in æquoco laborat, sed malè intelligitur. Ad cuius euidentiam sciendum est, quod cũ natura lapidis non inueniatur nisi in hoc, uel illo lapide existens, & scientia sit de reb. oportet scientiá terminari ad lapideitatem existentem in hoc. Et quia scientia non est de singularib. ut sic, non terminatur ad lapideitatẽ huius lapidis, ut est in hoc, sed absolutè, i. ad ipsum, non ad eius singularitatem. Et quia par est ratio de singulis lapidib. & lapideitas seclusis singularitalib. non habet penes quid multiplicetur, consequens est, quod lapideitas, ut terminat actum intellectus, sit una non solum formaliter, sed per negationem omnis differentiæ numeralis. De tali. n. unitate intelligitur illa propositio. Intellectum oportet esse unum. Verum, quoniam lapideitas ut intellecta, duo dicit, scilicet lapideitatem, & esse cognitum, si de esse reali loquimur esse cognitum nullum esse addit supra lapideitatem, nisi esse phantasmatum in quibus substinetur, & intelligibilium specierũ quibus diuersi intellectus ei assimilantur. Et hoc modo proculdubio multiplicatio intellectu, multiplicatur intellectum, scilicet secundum esse subiectiuum in intelligente, sed de hoc in præcedente articulo tractauerat S. Tho. Si uero de esse obiectiuo est sermo, tunc secundum ueritatem cum tale esse non sit nisi esse relatiuum relatione rationis, ut patet in hoc colore uiso, cui esse obiectum visum nihil addit, nisi relationem rationis, qua intelligitur terminus uisionis, secundum diuersas opiniones de multiplicatione numerali relationis, diuersimode dici potest. Secundum enim tenentes in uno termino relationem eiusdem rationis non multiplicari, quantũcumq; termini multiplicentur ex altera parte, oportet dicere, quod quamuis ex parte plurium specierum intelligibilium in diuersis intellectibus sint multæ repræsentationes lapideitatis, ex parte tamen lapideitatis est una repræsentatio, quæ est unum repræsentatum omnibus, quemadmodum Socrates albus est unum simile unica similitudine mille albis, & hæc est opinio Sancti Thomæ, ideo apud ipsum lapideitas est unum intellectum omnino, & per priuationem omnis differentiæ numeralis, & per positionem unius numero esse relatiui, quo est intellecta. Nec quo ad hoc differt, unum uel plures ponere intellectus, quia nec illa unitas negatiua, nec illa positiua, uariatur propter pluralitatem intellectuum, ut patet ex dictis. Secundum uero ponentes relationem plurificari plurificato altero termino, dupliciter dici potest: primo, quod quia omnes relationes eiusdem rationis in uno termino se habent ut una, ideo simpliciter conceditur quod lapideitas est unum obiectum numero in esse obiectiuo quemadmodum Socrates dicitur unum simile, multis consimilibus, quamuis plures sint relationes similitudinis in Socrate. Secundo potest dici quod quia in obiecto res ipsa est terminus cognitionis, esse uero obiectiuum, est conditio sine qua non, non inconuenit concedere quod intellectum lapidis apud diuersos intellectus sit unum, & multiplex unum secundum rem quæ terminat cognitionem, multiplex, secundum conditionẽ sine qua non. Ex hoc. n. non sequitur quod intellectum lapidis plurificetur numero in me, & in te, sed quod conditio eius sine qua non, multiplicetur, quia intellectum quidem est unum per negationẽ omnis numeralis differentiæ, & tamen habet multos respectus eiusdẽ rationis ad multos intellectus. Et sic patet quod ex unitate intellecti ut intellectum, & obiectiue, non sequitur unitas intellectus sed bene sequeretur ex unitate intellecti secundum esse subiectiuum in intellectu, & si sic, esset necessario unum, cuius oppositum patuit in præcedenti responsione.

Fer. 2. con. c. 58.
Capr. 2. d. 15. q. 1. conc. 1.

SVP. Q. LXXVI.

ART. III.

ARTICVLVS III.

Vtrum preter animam intellectiuam sint in homine aliæ animæ, per essentiam differentes.

AD TERTIVM sic proceditur. Videtur, quod præter animam intellectiuam, sint in homine aliæ animæ per essentiam differentes, scilicet sensitiua, & nutritiua. Corruptibile. n. & incorruptibile, non sunt unius substantiæ. Sed anima intellectiua est incorruptibilis, aliæ uero animæ, scilicet sensitiua, & nutritiua, sunt corruptibiles, ut ex superioribus patet.* Ergo in homine non potest esse una essentia animæ intellectiuæ, & sensitiuæ, & nutritiuæ.

¶2 Si dicatur quod anima sensitiua in homine est incorruptibilis, contra. Corruptibile, & incorruptibile differunt secundum genus, ut dicitur in 10. Meta.* Sed anima sensitiua, in equo & leone, & aliis brutis animalibus est corruptibilis. Si igitur in hoie sit incorruptibilis, nõ erit eiusdẽ gñis anima sensitiua in hoie, & bruto. Animal aũt dicitur ex eo ꝙ habet animam sensitiuam. Neq; ergo animal erit vnum genus commune hominis & aliorum animalium, quod est inconueniens.

371 2. cõtra. c. 58. & de anima ar. 11. & quol. 1. q. 4. art. 1. Et quol. 11. ar. 5. & opusc. 3. c. 90. 91. & 92.

CONCL. 1. Omnino impossibile est plures animas per essentiam differentes in vno corpore esse.

¶PROB. 1. Quia si animal haberet plures animas per essentiã differentes, tunc animal non esset simpliciter vnum. Secunda quia si &c. tunc animal non prædicaretur per se de homine, aliisque suis speciebus nec in diffinitione harum poneretur, nec species ipsæ essent uerè id, quod est animal. Tertio quia si &c. tunc una operatio animæ quantumcunque intensa non impediret aliam.

¶CONCL. 2. Eadẽ numero est anima in homine sensitiua, nutritiua, intellectiua.

¶PROB. Quia anima intellectiua continet uirtute, quicquid habet anima sensitiua brutorum, nutritiuaque plantarum, & consequẽter aĩarum illa-

* q. 75. a. 6.

* Lib. 10 Met. text 26. to. 3.

istarum essentiæ superfluerent, si adderentur ubi est essentia intellectiuæ.

* lib. 2. c. 3. to. 4.

¶ Not. Sicut unū scutum continet plurimos denarios & aliquid plus, quia est nobilius metallum, licet sit simplex, ita anima intellectiua continet quicquid habent aliæ animæ, & quidem nobiliori modo: licet sit realiter una tantum.

*li. 8. Met. tex. 6. t. 3.

1m maior. Corruptibile, & incorruptibile, non sunt vnius substantiæ. ℞. ita quod illa substantia ex eodem habeat, quod sit corruptibilis, non ita quod ex diuersis habeat utrumque. §. Tunc &c. Nam sensitiua non habet incorruptibilitatem ex eo, quod est sensitiua, sed ex eo quod est intellectiua.

2m de maiori. Corruptibile & incorruptibile. ℞. Secundum supposita, non secundum formas. §. Tunc nihil &c. Nam suppositum hominis est corruptibile, licet forma eius sit incorruptibilis, & consequenter homo est eiusdem generis cum aliis animalibus.

* li. de Eccles. dog. c. 15. in prin. to. 3. inter opera Au.

3m de minori. Si esset &cæt. ℞. vel si abiecta priori sensitiua, non adueniret intellectiua, simul existens virtute sensitiua. §. Tunc nihil &c. Nam hoc secundum conceditur.

† Ita refert Arist. lib. 1. de anima, te. 90. & li. 3. text. 41. to. 2.

Quartum

¶ 3 Præt. Philosophus dicit in lib. de gener. * animalium, quod embrio prius est animal, quam homo. Sed hoc esse non posset, si esset eadem essentia animæ sensitiuæ, & intellectiuæ. est enim animal per animā sensitiuam, homo uero per animam intellectiuam. Non ergo in homine est una essentia animæ sensitiuæ, & intellectiuæ.

¶ 4 Præter. Philosophus dicit in octauo Metaphysices, * qd genus sumitur a materia, differentia uero a forma. Sed rationale, quod est differentia constitutiua hominis, sumitur ab anima intellectiua, animal uero dicitur ex hoc, quod habet corpus animatum anima sensitiua. Anima ergo intellectiua cōparatur ad corpus animatum anima sensitiua, sicut forma ad materiam. Non ergo anima intellectiua est eadem per essentiam cum anima sensitiua in homine, sed præsupponit eam sicut materiale suppositum.

Sed contra est, quod dicitur in lib. de Eccle. * dog. Neque duas animas esse dicimus in homine uno, sicut Iacobus, & alii Syrorum scribunt unam animalem, qua animatur corpus, & immista sit sanguini, & alteram spiritualē, quæ rationi ministretur, sed dicimus unam & eandem esse animā in homine, quæ & corpus sua societate uiuificat, & semetipsam sua ratione disponit.

Respon. Dicendum, quod Plato † posuit diuersas animas esse in corpore uno, etiam secūdum organa distincta, quibus diuersa opera uitæ attribuebat, dicere uim nutritiuam esse in hepate, concupiscibilem in corde, cognoscitiuam in cerebro. Quam quidem opinionem Aristot. reprobat in libro de Anima, quantum ad illas animæ partes, quæ corporeis organis in suis operibus vtuntur, ex hoc, quod in animalibus, quæ decisa uiuunt, in qualibet parte inueniuntur diuersæ operationes animæ, sicut sensus & appetitus. Hoc autem nō esset, si diuersa principia operationum animæ tanquam per essentiam diuersæ, diuersis partibus corporis distributa essent. Sed intellectiua sub dubio uidetur relinquere, utrum sit separata ab aliis partibus animæ solum ratione, an, etiam loco. Opinio autem Platonis sustineri utique posset, si poneret, quod anima unitur corpori, non ut forma, sed ut, motor, ut posuit Plato. Nihil enim inconueniens sequitur, si idem mobile a diuersis motoribus moueatur, præcipue secundū diuersas partes. Sed si ponamus animam corpori uniri sicut formam, omnino impossibile d uidetur plures animas per essentiā differentes in uno corpore esse, qd quidē triplici ratione manifestari pōt. Primo quidem, quia animal non esset simpliciter unum cuius essentiæ plures. nihil. n. est simpliciter unum, nisi per formā unā per quā hēt res eē: ab eodem. n. hēt res qd sit ens & quod sit una, & ideo ea q̄ denominantur a diuersis formis, non sunt unum simpliciter sicut hō alb. Si igitur homo ab alia forma hēret quod sit uiuum. s. ab anima vegetabili, & ab alia forma quod sit animal. s. ab aīa sensibili, & ab alia quod sit homo. s. ab anima rationali, sequeretur quod homo non esset unum simpliciter sicut & Aristo. argumentatur contra Platonem in 3. Meta. † quod si alia esset idea animalis & alia bipedis, nō esset unum simpliciter animal bipes. Et propter hoc, in 1. de Anima* cōtra ponentes diuersas animas in corpore inquirit, quid contineat illas. i. quid faciat ex eis unum. Et nō potest dici, quod uniantur per corporis unitatem quia magis anima continet corpus, & facit ipsum esse unum quā econuerso. Secundo, hoc apparet impossibile ex modo prædicationis. Quæ. n. sumuntur a diuersis formis, prædicātur adinuicem, uel per accidens, si formæ non sint adinuicem ordinatæ, puta cum dicimus quod album est dulce, uel si formæ sint ordinatæ adinuicem, erit prædicatio per se, in secundo modo dicendi per se, quia subiectum ponitur in diffinitione prædicati, sicut superficies præambula est ad colorem. Si ergo dicamus, quod corpus superficiatum est coloratum, erit secundus modus prædicationis per se. Si ergo alia forma sit, a qua aliquid dicitur animal, & a qua aliquid dicitur hō, sequeretur, qd uel unū horum non possit prædicari de altero, nisi per accidens: si istæ duę formæ adinuicem ordinē non habent, uel quod sit ibi pdicatio in scdo modo dicendi per se, si vna aīarum sit ad aliam præambula. Vtrumque autem horum est manifestè falsum, quia animal per se de hoīe prædicatur, non per accidens, hō autem ponitur in diffinitione animalis, sed econuerso. ergo oportet eandem formam esse, per quam aliquid est animal, & per quam aliquid est homo. Alioquin homo non uere eēt id qd est animal, ut sic animal per se de homine prædicetur. Tertio, apparet hoc esse impossibile, per hoc quod vna operatio animæ cum fuerit intensa, impedit aliam: quod nullo modo contingeret, nisi principium actionum esset per essentiam vnum.

Ii. 3. te. 41. & seq. t. 2.

D. 650. 215.

† li. 3. text. 20. tom. 3. * lib. 1. de anima, tex. 90. tom. 2.

Sic ergo dicendum, quod eadē numero est aīa in hoīe sensitiua, & intellectiua & nutritiua. Qūo autem hoc contingat, de facili considerari potest, si quis differentias specierum, & formarum attendat. Inuenitur enim rerum species, & formæ differre abinuicem secundum perfectius & minus perfectum. Sicut in rerum ordine animata perfectiora sunt inanimatis, & animalia plātis, & homines aīalib. brutis, & in singulis horū gn̄erum sunt gradus diuersi. Et ideo Arist. in 8. Meta. * assimilat species rerum numeris, qui differunt specie secundum additionem, uel subtractionem unitatis. Et in 2. de anima, † comparat diuersas animas spēb. figurarum, quarum una continet aliam, sicut pentagonum cōtinet tetragonum, & excedit. Si igitur, anima intellectiua continet in sua uirtute quicquid habet aīa sensitiua brutorum, & nutritiua plantarum. Sicut ergo superficies, quæ habet figuram pentagonam, non p aliā figuram est tetragona, & per aliam pentagona (quia superflueret figura tetragona ex quo in pentagona continetur) ita nec per aliam animam Socrates est homo, & per aliam animal, sed per unam & eandem.

* lib. 8. tex. 10. tom. 3. † lib. 2. de anima, tex. 30. & 31. tomo 2.

Ad primum ergo dicendum, quod anima sensitiua non habet incorruptibilitatem ex hoc, qd est sensitiua, sed ex hoc q̄ est intellectiua, ei incorruptibilitas debetur. Qn̄ ergo anima est sensitiua, tantum, corruptibilis est, qn̄ uero cum sensitiuo intellectiuum habet, est incorruptibilis. Licet enim sensitiuum incorruptionem non det, tamen incorruptionem intellectiuo auferre non potest.

Ad secundum dicendum, quod d formæ non collocantur in genere uel specie, sed composita. Homo autem corruptibilis est, sicut & alia animalia. Vnde differentia secundum corruptibile & incorruptibile, quæ est ex parte formarum, non facit hominem secum genus ab aliis animalibus differre.

D. 633.

Ad tertium dicendum, q̄ prius embrio habet animam quæ est sensitiua tātum, qua ablata, aduenit perfectior anima, quæ est simul sensitiua, & intellectiua ut infra plenius ostendetur. *

* q. 118. ar. 2. ad 2.

AD

4ᵒ de maiori. Sumit.ᵃ, Secūdū diuersas intētiones logicas, nō ſm diuersitatē naturalē rerū. §. Tūc &c. Rō unam. & eandē rem secundum diuersos modos apprehendere potest, ut res eadem realiter existens uno modo habeat rationem generis, seu materiæ, alio modo habeat rationem differentiæ seu formæ. Sic ergo una tantum realiter in homine est anima, licet secundum diuersas considerationes, & generis, atque materiæ, & differentiæ atque formæ rationem subeat.

D.211.

AD QVARTVM dicendum, quod non oportet secundum diuersas rationes uel intentiones logicas, quæ consequuntur modum intelligendi, diuersitatem ᵈ in rebus naturalibus accipere, quia ratio unum & idem secundum diuersos modos apprehendere potest. Quia igitur, ut dictum est, * anima intellectiua virtute continet id, quod sensitiua habet, & adhuc amplius, potest seorsum ratio considerare quod pertinet ad uirtutem sensitiuæ, quoddam imperfectum & materiale. Et quia hoc inuenit commune homini & aliis animalibus; ex hoc rationem generis format. Id uero in anima intellectiua sensitiuam excedit, accipit quasi formale & completiuum, & ex eo format differentiam hominis.

APPENDIX.

Vti. pro S. Eccl.

In corp. a.

EX articulo habes primo, quomodo p rōnē interimas hæresim Iacobi Syrorūq; aliorū (ut refert liber de ecclesiasticis dogmatib.) dicētiū. Duas aīas esse in homine uno, unam animalē, qua animatur corpus & immixta est sanguinei, & alteram spiritualem, quæ rationi ministret. Secundo habes, quomodo per rationem ostendas, hanc damnatam merito esse ab iisdem Ecclesiæ dogmatibus, tanquam dogma sibiipsis ᵃ contrarium. Nam ibidem cap. 15. (est tomo tertio inter opera Augustini) sic statuitur. Neque duas animas esse dicimus in uno homine, unam animalem alteramque spiritualem, sed dicimus vnam & candem esse animam in homine, quæ & corpus sua societate uiuificat, & semetipsam sua ratione disponit. Hæc ibi. Item a Concilio Constantinopolitano octauo, actione decima, canon. 11. sic. Apparet, quosdam id temporis in tantum impietatis uenisse, ut hominem duas animas habere impudenter dogmatizent. Talis igitur impietatis inuentores, & similia sentientes, cum uetus & nouum testamentum, omnesque Ecclesiæ patres unam animam rationalem habere hominem asseuerent, sancta & uniuersalis synodus anathematizat. Hæc ibi. Vbi pondera ualde ly iunctur & nouum &c. Tertio uidere licet, quomodo ex his uicissim Angelica firmetur conclusio, atque declaretur. 3

¶ NOT. Isti articulo deseruit articulus in ordine, 516.215. 872.369.262:426.372.18.581.52.367.

Pro studio var. coor.

Comm. Cardinalis Caietani.

TItulus clarus.

¶ De animarum tantum pluralitate, non omnium formarū substantialium inquirens, in forma tria facit. Primo, tractat opinionem Platonis. Secundo respondet quæsito negatiue. Tertio, ostendit modum suæ positionis.

¶ Quo ad primum tria dicit. Primo refert Platonem tenere partem affirmatiuam, s. tres animæ distinguuntur essentia & loco secundo in quo Aristo. cum arguit. s. quo ad sensitiuam & uegetatiuam propter animalium partes decisas, uitam utramque habentes: quo ad intellectiuam uero sub dubio reliquit quo ad locum. Tertio, quomodo opinio Platonis potest sustineri, & quomodo non, quia ponendo unionem animæ ut motoris tantum potest, ut formæ substantialis nequaquam, ut probabitur.

¶ Quoad secundum, conclusio responsiua. Eadem numero anima in homine est nutritiua, sensitiua, & intellectiua. probatur tripliciter. Primo, quia si essent plures animæ in eodem, illud non esset unum simpliciter, probatur sequela tripliciter. Primo ratione, quia unitas simpliciter est ab unitate formę. Tum, quia ab eodem res habet esse & unitatem. Tum a posteriori, quia ea, quæ denominantur a diuersis formis, non sunt unum simpliciter, ut homo albus. Secundo ex argumentatione Arist. contra Platonē 3. Meta. tex. 20. Tertio, ex argumentatione eiusdem in primo de Anima tex. 90. omnia clara sunt in textu.

¶ Circa hanc rationem & sequentes aduerte, quod rationes istæ communiter arguunt, & non solum contra pluralitatem animarum, sed uniuersaliter formarum substantialium in eodem. Vnde non quantum ad conclusionem huius articuli, sed simpliciter in sua communitate, ut se extēdunt ad inferendam unitatem formæ, in composito impugnantur a Sco. in 4. d. 11 q. 3. Et contra hāc primam rationem, dicit duo. Primo, quod falsum est, quod unum esse sit ab una sola forma. Nescio inquit istam fictionem, quod esse sit superueniens essentiæ, sed esse diuiditur in simplex & compositum quemadmodum ens. Secundo, quod compositum ex plurib. formis constat ex ultima forma, & composito ex materia & forma, uel formis præcedentibus, ut ex proprio actu & propria potētia, & sic totale esse compositi est ab una forma completiue, cum quo stat, quod sit ex formis præuiis incomplete. Sed hæc responsio tripliciter deficit. Primo, quia non intelligit rationem S. Th. quam affert, respondens namque primo dicto, loquitur de esse actualis existentiæ, & S. Thom. ut patet in textu, loquitur de unitate entis simpliciter, quod primo attenditur penes essentiæ, & quod quid erat esse unitatem, quamuis unitas esse actualis existentiæ, & essentię, se consequantur. Secundo quia ut alibi probatum est, in omni re citra Deum, existentia distinguitur realiter ab essentia, & necessario est simplex, quamuis ab ipso nesciatur, sed hoc est præsenti negotio impertinens. Tertio deficit ex illa communi caligine, qua naturam entis & unius per compositionē non uident, & tamen in eius principiis fatentur, dum quotidie resonamus quod ex duobus existentibus in actu non potest fieri vnum per se ens, sed ex actu & potentia. Nec est alia causa quærenda, & tamen cum hæc applicanda sint, ad glossas uenitur, operientes positam patulam ueritatem. Ideo namque ex actu & actu non potest ens nisi per accidens constitui, quia quilibet actus, quantumcunque imperfectus, naturam quandam & quod quid erat esse, constituit, ponit enim, uel quid, uel, quale, uel quantum &c. Ex duabus autem naturis & quidditatibus, quantumcunque imperfectis, constat non fieri unum per se. Nihil enim refert, an sit perfecta uel imperfecta essentia uel quidditas, ad hoc quod non possit cum alia unum per se facere. Quoniam hoc repugnat non ex perfectione quidditatis, sed ex hoc, quod in se quædam quidditas est. Ex quibusque namque duabus speciebus par est impossibilitatis ratio, quod fiat unum quamuis una magis repugnet, quam altera ex propriis. Ex potentia uero & actu ideo manifeste fit unū, quia potentia ut sic, nullam naturam quidditatem ponit: non enim ponit quid, aut quale, aut quantum, sed hoc tantum quid potentiale est respectu talis naturæ. Actu uero, naturam secum aut formaliter aut, causaliter, causalitate tamen formali afferente, non nisi unum quod quid erat esse constitui potest ex eo, & tali receptiuo. Et propterea non oportet quærere quomodo ex actu & potentia fiat unum. Sed si res illa quæ est potentia, aliam ponit naturam, & non est potentia tantum, iam componitur res non ex actu & potentia tantum sed ex actu & actu, & consequenter non fit ens ex tali compositione, nisi per accidens, nec oportet aliam quærere causam. Vnde intolerabilis est cæcitas eorum qui ponunt compositum per se ens, constare ex actu & potentia, constante ex actu & potentia, est enim implicatio in adiecto, quoniā est ponere quod fiat ex duobus actibus, & quod fiat non ex per se potentia, quoniam accidit præcedenti composito talis potentia, est enim præter eius rationem, ut patet. Nec posset reddi ratio, quare magis fit per se unum ex anima & corpore, quam ex proximo illuminabili, puta diaphano, & lumine, sunt enim proprius actus, & propria potentia. Et super hoc fundatur ratio S. Thom. quæ unitatem entis ex unitate formæ probat, quia alioquin unum ens non esset.

¶ Secunda ratio, Si dicerent diuersas formas aut per accidens esse prædicatio, aut in secundo modo dicendi per se, sed neutrum horum est, sed animal prædicatur de homine per se in primo modo, ergo dicunt eandem animam. Conditionalis probatur, quia formæ diuersæ, & coeuntes aut ordinatæ inter se sunt, aut non, si non: ergo pariunt prædicata per accidens, si sic, ergo forma præambula fundat subiectum, & forma reliqua prædicatum secundi modi, quia prima ponitur in ratione secundæ, ut superficiatum ostēdit respectu colorati. Destructio utriusque partis patet. prima quidem, quia animal per se dicitur de homine, secunda uero, ᵃ quia homo, quod est subiectum, non ponitur in ratione animalis, quod est prędicatum, sed econuerso.

¶ Contra hanc rationem Scotus ubi supra tria dicit. Primo, quod prima facie ex hoc non habetur, nisi quod prædicatum a forma posteriore, non prędicatur de per se de subiecto a forma priore, & cōsequenter, quod hæc non esset per se, animal est homo, quod gratis conceditur. Secundo, quod regula de prædicatis sumptis a diuersis formis, est ista scilicet, quod si sumantur ab eis præcise, neutrum de altero per se prædicatur, & ex hoc optime sequeretur. ergo nec genus, de differentia nec differentia de genere prędicatur per se quod etiam gratis conceditur. Tertio, quod ex hoc non

non sequitur.genus non prædicaretur per se de specie, quia species non dicit præcise differentiam, quamuis illam principaliter importet,sed claudit in se genus,tanquã de per se conceptu eius. Et tamen S. Tho.hoc inferebat.

¶ Ad hęc dicitur, quod arguens dissimulando quodammodo primum obiecit,nam in promptu est solutio ex litera, fundatur enim ratio super hoc,quod duorum terminorum a diuersis formis sumptorum,prædicatio aut esset per accidens, aut ille qui habet subiecti rationem, ponitur in ratione alterius,ergo si animal & homo a diuersis formis sumuntur, aut erit prædicatio omnino per accidens,aut homo ponetur in ratione animalis,quia homo est naturaliter subiectum respectu animalis, quoniam ista est directa prędicatio,homo est animal,conuertens uero sua,non,sed est in directa. Vnde patet,& quod prima & secunda facie,processus infert intentum ex præmissis. Quod vero secundo loco dicitur,euitando & reprehendendo implicite regulam S.Tho.quam assumpsit in maiorem,manifeste falsum est: quia ista est per se, terra est grauis,ignis est calidus,& tamen subiectum & prædicatum sumitur a diuersis formis præcise,quia terra a forma substantiali, & graue a forma accidentali, ita quod neutrius ratio in alterius conceptu intrinsece clauditur,ut patet. Ergo,stat regula S. Tho. quod uel omnino per accidens, uel in secundo modo per se, sit horum prædicatio,nec est aliqua instantia. Ad id uero,quod tertio subdit, quasi diceret, quod illa regula quocumque modo sit uerificatur in terminis præcise sumptis ab illis,& nõ in specie &c. respondetur,quod illa regula uerificatur in terminis, siue præcise,siue non præcise sumptis ab illis,dummodo sumantur formaliter,nihil enim refert differẽtia præcisionis, nisi forte ad modum significandi, quod non est ad propositum. Quoniam supposito congruo modo significandi ipsis,speciei,& generi, loquimur, ita quod sensus regulæ est,quod illi termini formaliter sumpti sic se habent.Et cum contra hoc dicitur, quod species importat genus tanquam de per se conceptu eius. respondetur, quod licet de facto ita sit,stante tamen hypothesi,quod essent diuersæ formæ generica & specifica,tunc homo aut solam formam specificam significaret per modum totius,& determinati,& in hoc differret a differentia,quæ significaret per modum determinantis formaliter, aut significaret habens utramque formam genericam & specificã sicut si aliquod unum nomen significaret habens igneitatem,& læuitatem. Et tunc optime sequitur, quod homo non uere esset id quod est animal,nisi uel ratione partis,quod repugnat uerę & directæ prædicationi primi modi,iuxta hanc significationem, uel per accidens,quia habens hanc formam,est etiam habens illam iuxta primam significationem,quod etiam repugnat prędicationi directæ primi modi, quia prædicatum nullo modo debet esse per accidens,i.extra essentiam subiecti.

¶ Tertia ratio est a signo.Intensa una operatione animæ,impeditur alia.ergo principium earum est unum per essentiam,alioqn una non impediret aliam.

¶ Quoad tertium, ostendit modum quo omnes animę una sunt in homine ex ordine perfectionis & ordine continentię. Perfectionis quidem,quia se habent sicut numeri ex additione.ex 8. Metap.text.10.Continentię uero,quia se habent sicut figuræ ex 2.de anima,ex his constatur,quod superflueret alia anima,& est quarta ratio.

¶ Contra hãc quartam rationem, quam Scot. dicit plus cęteris ualere,dicit ibidem,quod facile soluitur, dicendo, quod non est superfluum,sed necessarium ponere præter animam intellectiuam aliam formam,quia illa recedente, alia remanet. ergo hæc non est illa. Antecedens patet. Ad hoc breuiter dicitur.primo,quod superfluitas non potest subterfugi, quoniam natura secũdum eos posuisset duas corporeitates substantiales in homine, alteram in anima intellectiua,quę continet omnes imperfectiones,ut tetragonum trigonum,& alteram in illa alia forma, & tamen natura non potest abundare in superfluo,nec deficere ut in pluribus: hoc autem esset in omnibus hominibus,& animabus. igitur. Secundo dicitur,quod antecedens est falsum,& ad rationes pro illo,in sequenti articulo respondebitur.

Scot.2.s.d.15.q.1.
Masio 2.s.d.15.q.1.
Bacco.3.s.d.16.q.2.
Cap.2.d.15.q.1.con.2.& 3.

SVP. Q. LXXVI. ART. IIII.

372

CONC. Nulla alia forma substantialis est in homine,nisi sola anima intellectiua.

Locis supra ar.3.citatis.

¶ PROB. Quia si pręter animam intellectiuam alia forma substantialis in homine esset, tunc (cum per illã aliam subiectum.i.corpus, esset ens actu) sequeretur & quod anima non daret homini esse simpliciter, & consequenter quod non esset forma substantialis humani corporis, & quod per aduentũ animæ nõ esset generatio simpliciter, sed solum secũdum quid, & hæc omnia sũt manifeste falsa.

Li.3.de ala tex.4.& 5. to.2.

¶ NOT. Et falsa sunt,& hęreticalia, (ut supra art.1.ex Papa Clemente) illa quæ sequebatur. Vnde si necessario ad positionem illã contrariam sequuntur, positio illa (scilicet præter animam intellectiuam est alia forma substantialis in homine) est hęretica, & qui præsumptuose eam teneret esset tanquam hæreticus habendus (regula te secundum Clementinam supra.)

Li.8. Phy. t.30. to.3.

Li.5. Phy. te.8. to.2.

ARTICVLVS IIII.

Vtrum in homine sit alia forma, præter animam intellectiuam.

AD QVARTVM sic proceditur.Videtur, quod in homine sit alia forma præter animam intellectiuam. Dicit enim Philosophus in secundo de anima,* quod anima est actus corporis Physici, potentia uitam habentis. Comparatur igitur anima ad corpus, sicut forma ad materiam.Sed corpus habet aliquam formam substantialẽ, per quam est corpus. Ergo ante animã præcedit in corpore aliqua forma substantialis.

¶ 2 Præt. Homo & quodlibet animal est mouens seipsum.Omne autem mouens seipsum, diuiditur in duas partes, quarum una est mouens,& alia est mota, ut probatur in 8. Physic. * Pars autem mouẽs est anima. Ergo oportet quod alia sit talis quæ possit esse mota. Sed materia prima non potest moueri,ut dicitur in 5.Physic.† cum sit ens solum in potentia, quinimmo omne quod mouetur est corpus. Ergo oportet,quod in homine, & in quolibet animali sit alia forma substantialis per quam constituatur corpus.

¶ 3 Præt.Ordo in formis attenditur secundum habitudinem ad materiam primam. Prius enim & posterius, dicitur per comparationẽ ad aliquod principium. Si ergo non esset in homine aliqua forma substantialis præter animam rationalem, sed immediate materię primæ inhæreret, sequeretur, quod esset in ordine imperfectissimarum formarum, quæ immediate inhærent materiæ.

¶ 4 Præt. Corpus humanum est corpus mistum. Mistio autem non fit secundum materiam tantum, quia tunc esset corruptio sola. Oportet ergo, quod remaneant formæ elementorum in corpore misto, quæ sunt formæ substantiales. Ergo in corpore humano sunt aliæ formæ substantiales præter animam intellectiuam.

SED CONTRA. Vnius rei est unum esse substantiale:Sed forma substantialis dat esse substantiale.Ergo unius rei est una tantum forma substantialis. Anima autem est forma substantialis hominis.Ergo impossibile est,quod in homine sit aliqua alia forma substantialis,quam anima intellectiua.

RESPON. Dicendum, quod si poneretur anima intellectiua non uniri corpori ut forma, sed solum ut motor, ut Platonici posuerunt, necesse esset dicere, quod in homine esset alia forma substantialis, per quam corpus ab anima mobile in suo esse constitueretur. Sed si anima intellectiua unitur corpori ut forma substantialis,sicut supra iam diximus, * impossibile est, quod aliqua alia forma substantialis præter eam inueniatur in homine.

Art.1.huius quęst. D.650.

Ad cuius euidentiam considerandum est, quod forma substantialis in hoc a forma accidentali differt, quia forma accidentalis non dat esse simpliciter,sed esse tale,sicut calor facit suum subiectum non simpliciter esse,sed esse calidum. Et cum aduenit forma accidentalis, non dicitur aliquid fieri uel generari simpliciter,sed fieri tale, aut aliquo modo se habens. Et similiter, cum recedit forma accidentalis,non dicitur aliquid corrumpi simpliciter,sed secundum quid.Forma autem substantialis dat esse simpliciter, & ideo per eius aduentum dicitur aliquid simpliciter generari,& per eius recessum simpliciter corrumpi. Et propter hoc,antiqui naturales, qui posuerunt materiam primam

nam esse aliquod ens actu, puta ignem, aut aerem, aut aliquid huiusmodi, dixerunt: quod nihil generatur aut corrumpitur simpliciter, sed omne fieri statuerunt alterari, ut dicitur in 1. Physi.* Si igitur ita esset, quod praeter animam intellectiuam praeexisteret quaecunque alia forma substantialis in materia, per quam subiectum animae esset ens actu, sequeretur, quod anima non daret esse simpliciter, & per consequens quod non esset forma substantialis, & quod per aduentum animae non esset generatio simpliciter, sed solum secundum quid, quae sunt manifeste falsa. Vnde dicendum est, quod nulla alia forma substantialis est in homine, nisi sola anima intellectiua, & quod ipsa sicut uirtute continet animam sensitiuam & nutritiuam, ita uirtute continet omnes inferiores formas, & facit ipsa sola quicquid imperfectiores formae in aliis faciunt. Et similiter est dicendum de anima sensitiua in brutis, & de nutritiua in plantis, & uniuersaliter de omnibus perfectioribus respectu imperfectarum.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod Arist. non dicit animam esse actum corporis tantum, sed actum corporis Physici organici potentia vitam habentis, & quod talis potentia non abiicit animam. Vnde manifestum est quod in eo, cuius anima dicitur actus, etiam anima includitur, eo modo loquendi, quo calor est actus calidi, & lumen est actus lucidi, non quod seorsum sit lucidum sine luce, sed quia est lucidum per lucem. Et similiter dicitur, quod anima est actus corporis &caet. quia per animam, & est corpus, & est organicum, & est potentia uitam habens. Sed actus primus, dicitur respectu actus secundi, qui est operatio. Talis enim potentia est non abiiciens, idest non excludens animam.

AD SECVNDVM dicendum, quod anima non mouet corpus per esse suum, secundum quod unitur corpori vt forma, sed per potentiam motiuam, cuius actus praesupponit iam corpus effectum in actu per animam, vt sic anima secundum uim motiuam sit pars mouens, & corpus animatum sit pars mota.

AD TERTIVM dicendum, quod in materia considerantur diuersi gradus perfectionis, sicut esse, uiuere, sentire, & intelligere. Semper autem secundum superueniens priori perfectius est forma, ergo, quae dat solum primum gradum perfectionis materiae, est imperfectissima, sed forma quae dat primum, & secundum, & tertium, & sic deinceps, est perfectissima, & tamen materiae immediata.

AD QVARTVM dicendum, quod Aui. posuit formas substantiales elementorum integras remanere in misto, mistionem autem fieri secundum quod contrariae qualitates elementorum reducuntur ad medium. Sed hoc est impossibile, quia diuersae formae elementorum non possunt esse nisi in diuersis partib. materiae, ad quarum diuersitatem oportet intelligi dimensiones, sine quibus materia diuisibilis esse non potest. Materia autem dimensioni subiecta, non inuenitur nisi in corpore, diuersa autem corpora non possunt esse in eodem loco, unde sequitur, quod elementa sint in misto distincta secundum situm, & ita non erit uera mistio, quae est secundum totum, sed mistio ad sensum, quae est secundum minima iuxta se posita. Auic. autem posuit in 3. de coelo,* quod formae elementorum propter sui imperfectionem, sunt mediae inter formas accidentales, & substantiales, & ideo recipiunt magis & minus, & ideo remittuntur in mistione, & ad medium reducuntur, & conflatur ex eis una forma. Sed hoc est etiam magis impossibile, nam esse substantiale cuiuslibet rei in indiuisibili consistit, & omnis additio & subtractio, variat speciem, sicut in numeris, ut dicitur in 8. Metaph.* Vnde impossibile est, quod forma substantialis quaecunque recipiat magis & minus. Nec minus est impossibile aliquid esse medium inter substantiam & accidens. Ergo dicendum est secundum Philosophum in primo de generatione, † quod formae elementorum manent in misto non actu, sed uirtute. Manent enim qualitates propriae elementorum, licet remissae, in quibus est uirtus formarum elementarium. Et huiusmodi qualitas mistionis, est propria dispositio ad formam substantialem corporis misti, puta, formam lapidis uel animae cuiuscunque.

1^m^ de Philosopho. Potentia. i. non excludente animam ipsam, non autem, excludente. §. Tunc nihil &c. Anima .n. dat corpori quicquid corpus ipsum habet, & tamen ibi saluatur potentia, ut in litera.

*Li. 1. Physic. tex. 33. to. 2.

2^m^ de minori vlt. Corpus. i. effectum iam in actu ab eadem anima, a qua per potentiam motiuam postea mouetur, non autem, effectum in actu a quauis alia forma. §. Tunc &c. ut patet.

3^m^ de conclusione. Inhaereret. i. dando ei solum primum gradum perfectioni, non, dando ei primum cum aliis. §. Tunc &c. Nam anima intellectiua dat materiae primae omnes perfectionis gradus, & ideo est ei immediata, & perfectissima.

4^m^ de conclusione. Remaneant, i. uirtute, non actu, §. Tunc nihil &c. Non enim elementa remanentia sic, sunt formae substantiales, sed sunt formae accidentales, idest sunt qualitates elementorum continentes uirtutem formarum substantialium elementorum.

APPENDIX.

Vti. pro S. Eccl.

EX articulo habes primo, quomodo per rationem reiicias errorem Platonis, qui (vt aiunt) animam intellectiuam posuit uniri tantum corpori vt motor mobili, & consequenter vltra animam ipsam in homine aliam substantialem formam. Cum Platone sensisse uidentur idem Auerroes, & Petrus Ioannis recitati supra art. 1. Nam si anima rationalis non est, secundum illum Petrum, forma corporis, dicet consequenter Petrus, quod ultra animam datur forma substantialis aliqua in homine, per quam formam corpus humanum habeat esse substantiale. De Auerroe patet. Secundo habes, quomodo per rationem, horum omnium errorem praedictum ostendas merito esse damnatum a Papa Clemente Quinto in Concilio Viennensi, ut deducitur in probatione conclusionis huius articuli, & proxima notatione supra. Verba Clementis habes in quaestionis huius articulo primo. Ex his hue applicatis concludes vnam uerissimam regulam, quae est haec. Quando damnatur una haeresis, & stabilitur aliqua ueritas catholica, ab Ecclesia sancta, tunc eodem tenore cointelliguntur damnari quaecunque necessario sequuntur ad illam haeresim, & quaecunque necessario repugnant illi ueritati catholicae, alioquin oporteret quotidie congregare noua Concilia propter positiones uerbis differentes ab iis, quae olim damnatae sunt, & conciliorum non esset finis. Verbi gratia. Damnauit Clemens expresse hanc pro haeresi, s. anima rationalis, ut rationalis, non est uere substantialis forma corporis humani, stabiliuit & hanc pro ueritate catholica, scilicet anima rationalis est uere, perfecte, per se essentialiter, forma corporis humani, ergo damnasse cointelligitur hanc, scilicet in homine praeter animam intellectiuam est alia forma substantialis, stante deductione iam superius facta, quod s. posita alia forma substantiali in homine, tunc anima rationalis non erit forma substantialis humani corporis. Secus autem si haec positio de alia forma substantiali in homine, posset stare cum ueritate determinata a Clemente. Regulam praemissam suadet ratio ostensiua (ut patet consideranti.) Tertio uides, quomodo ex his uicissim Angelica doctrina praesens declaretur, atque confirmetur.

2

Regula vniuersalis, aurea.

* Lib. 3. de coelo commen. 67.

*Li. 8. Mete. tex 10. to. 3.

† ex te. 18. uidetur haberi to. 2.

3

Cap.

Comm. Cardinalis Caietani.

TItulus clarus, de forma substantiali.

¶ In corpore quatuor. Primo, quid secundum Plato. dicendum. Secundo, respondet quaesito negatiue. Tertio, ostendit modum positionis. Quarto, extendit dicta ad omnes compositas substantias.

¶ Quo ad primum, unum dr. s. quod respondendum esset affirmatiue. Et probatur, quia oportet ponere formam, qua constitueretur corpus motum.

¶ Quo

¶ Quo ad secundum una est conclusio responsiua. In homine nulla est forma substantialis nisi anima intellectiua. Probatur, ducendo ad impossibile. Si præter animam intellectiuam præexisteret alia forma, anima non daret esse simpliciter, nec esset forma substantialis, nec per aduentum animæ esset generatio simpliciter, sed hæc falsa impossibilia. ergo. Consequentia probatur, ex differentia inter formam substantialem, & accidentalem quo ad esse, fieri, & corrumpi simpliciter, uel secundum quid, quia penes substantialem omnia hęc sunt simpliciter, penes accidentalem secundum quid. Et confirmantur hæ differentiæ ex errore antiquorum. 1. Phy. uel de generatione falsitas consequentis ex dictis patet. Aduerte hic quod Sco. in 4. d. 11. q. 3. dicit hanc rationem nõ concludere intentum, quia ly simpliciter potest dupliciter sumi. Primo, ut opponitur ei, quod est, nullo modo, & sic ex non ente simpliciter nihil fit apud Philosophos. Alio modo, ut opponitur ei quod est secundum quid, & sic nihil aliud significat esse simpliciter, quam esse primum naturaliter, & esse secundum quid esse naturaliter posterius. Et hoc modo uerum est, quod omnis forma substantialis dat esse simpliciter, & accidentalis secundum quid, & hoc siue forma substantialis præcedat generationis ordine accidentalem, siue non. Semper enim esse datum a forma substantiali secundum suam naturam est prius, & illud posterius, sicut substantia accidente. Vnde ex hoc non sequitur. ergo una est forma in composito, quia stat uni composito habenti unum esse prius naturaliter accidentalis forma aduenire aliud perfectius, esse, etiam prius naturaliter, quam sit esse accidentale. Sed quod responsio hæc uoluntaria & nulla sit, facile manifestatur. Quod uoluntaria quidem sit, patet, quia ad placitum exponit terminos, & non secũdum usum philosophorum loquucutum in hac re. Ly enim simpliciter duplicem tantum habet apud philosophos significationẽ, primo. ut idem est. quod ly totaliter, & sic intelligitur ex non ente simpliciter, i. totaliter, nihil fit: Et sic dicimus, multa non esse simpliciter completa, quando non sunt totaliter facta. Secundo ut idem est, quod nullo addito, iuxta illud Topicorum, Simpliciter dico, quod nullo addito dico. Et hoc modo est frequentissimũ apud Aristotelem, & usum omnium, & sic sumitur in proposito. Nec potest inficiari, nisi propriam loquelam, ipsemet Scotus cũ cæteris uelit negare. Sed aduerte quod in hoc deceptus uidetur Scotus & multi eadem tenentur cæcitate, quod non discernunt in ly simpliciter actum exercitum ab actu signato, cum tamen distent sicut cœlum a terra. Vti nanque ipso in actu signato est ponere ly, simpliciter, in ipsa re, de qua est sermo, ut cum dicimus quod generatio hominis, est generatio simpliciter, generatio uero hominis albi est secundum quid &c. Vti uero ipso in actu exercito, est loqui de ipsa re, de qua est sermo absque adiectiuo aliquo, ut in generatione hominis dicimus homo fit, cum dealbatur uero, non dicimus, homo fit albus. Arist. enim & S. Tho. & cæteri, ponunt differentiam inter formam substantialem, & accidentalẽ penes simpliciter & secundum quid in actu exercito. Nec eget probatione, quoniam etiam in ipsis artificialibus, quando fiunt secundum id quod est constitutiuum eorum in esse specifico, ac per hoc induit rationem substantialis, dicimus etiam fieri simpliciter, ut patet in factione domus, dicimus enim quod domus fit, & qđ facta est, cum autẽ decoratur, non dicimus quod fit, sed cum adiectiuo, quod fit alba aut pulchra. Est ergo usitatissimũ, & propriissimum formæ substantiali, dare esse simpliciter, & fieri secundum eas composita simpliciter. Et iuxta hoc patet procedere rationẽ S. Tho. quia si forma substantialis aduenit enti in actu per aliam formam, iam illud est simpliciter, idest, de illo uerificatur quod est. ergo non potest de illo uerificari quod fit, sed quod fit tale, ꝙ est fieri secundum quid. Nec hoc potest subterfugi, nisi concedendo quod de uno, & eodem potest absolute, & absque adiectione aliqua concedi, quod est & fit. Quod quantæ stultitiæ sit, eis relinquo iudicandum. Et hoc bene nota, quoniam in hoc lumine uidebis clare multa secreta apud Aristot. & complures tenebras apud alios.

¶ Quo ad tertium, modus positionis est illemet, qui in præcedenti articulo positus est scilicet ratione ordinis perfectioris, & continentis.

¶ Quo ad quartum dicitur, quod prædicta habent locum in omnibus compositis substantialibus eisdem rationibus, & modis.

¶ Circa hanc partem occurrit dubium, quoniam Henricus, de Gandauo, in Quolibeto secundo, q. 2. & 3. & Quolibeto quarto, q. 13. & 14. tenet quod non est eadem ratio de homine, & aliis, & quod quamuis anima intellectiua sufficiat in homine pro sensitiua, & uegetatiua, non tamen pro forma mistionis & corporeitatis quia illa est inextensa, istę uero sunt extensæ. Vnde arguit sic. Omne per se agens habet aliquem per se proprium terminum, ergo ubi sunt duo per se diuersa agentia, & diuersæ actiones, ibi non est eadem forma utriusque terminus, sed sic est in solo homine, quia anima a Deo per creationem, reliqua a semine per generationem, ergo duæ formæ. Antecedens patet ex se, & 5. Physic. ubi negatur redire eandem sanitatem propter diuersitatem actionis. Consequentia patet. Et confirmatur, quia idem terminus, aut est forma, aut compositum, si compositum, ergo homo creatur, si forma, ergo anima intellectiua generatur ex semine.

¶ Ad hoc breuiter. Primo dicitur a S. Thom. quod accipiendo proprium ut distinguitur contra commune, & loquendo de termino formali, maior non est uera, quando sunt agentia subordinata, qualia sunt generans & creans animam intellectiuam. Secundo dicitur, quod habere eundem terminum formalem eodẽ modo, licet sit inconueniens, non tamen diuersimode, ut hic accidit, quia anima terminat creationem intrinsece, & generationem extrinsece, & sic forma est idem terminus utrinsque, sed non eodem modo. Ideo non sequitur, ergo generatur. Tertio dicitur, ꝙ cuilibet actioni datur proprius per se primo terminus, quamuis non formalis, & quod generationis terminus proprius, est compositum, creationis, anima intellectiua, sed de his quæst. 118. ex proposito est sermo.

¶ In responsione ad primum, ubi agitur de forma corporeitatis, aduerte quod Sco. in 4. ubi supra, dupliciter probat in homine prẹter animam intellectiuam esse aliam formam corporeitatis, seu mistionis. Primo, ex identitate corporis Christi uiui & mortui quia fuit idem numero, & huic annectitur de identitate eucharistiæ in triduo mortis Christi, quoniam idem est iudicium de identitate corporis Christi in se, & eucharistia. Secundo, ex idẽtitate specifica formæ cadaueris, quia non potest esse regulariter idem effectus a quibuscunque, & quantumcunque diuersis agentibus, sed corpus uiuum quomodocunque moriatur modo non statim dissoluatur in elementa, ad sensum apparet eiusdem rationis, ergo non producitur noua forma, sed remanet quæ erat forma corporeitatis. Henricus autem cum multis aliis, arguit ex parte effectus sic. Anima intellectiua non potest supplere effectus & operationes formæ corporeitatis & mistionis, ergo præter eam oportet aliam formam ponere. Consequentia plana, & antecedens probatur, quia esse diuisibile, quantum, extensum figuratum, corruptibile &c. non sunt ab anima intellectiua, quoniam esse eius est diuisibile est inextensibile, incorruptibile, immateriale, &c. ergo: Et hoc præcipue militat aduersus S: Tho. nullum aliud esse ponentem in homine, nisi illud quod est animę intellectiuæ. Et confirmatur, quia non uidetur intelligibile quod compositum sit quantum, extensumque, & quęlibet pars eius non sit quanta, & extensa.

¶ Ad primum horum, iam dixit S. Thom. quod corpus Christi in triduo fuit simpliciter idem numero, quia idem suppositaliter & materialiter, & quo ad esse actualis existentiæ, & quod non ualet, ergo idem formaliter. Et hoc sufficit ad uerificandas omnes sanctorum authoritates & similiter in Eucharistia: Ita quod in hostia consecrata aut retenta triduo, continebatur illud compositum ex materia, & illa forma cadaueris, quod tunc erat uerum Christi corpus idem cum uiuo tripliciter modo dicto. Et in resurrectione in eadem hostia fuisset compositum ex materia & anima intellectiua, ut dat esse corporum. Ita quod par est ratio uarietatis hic & ibi. Nec hic est aliquod inconueniens, nisi inconueniens fuerit, corpus Christi uariari secundum uitam & mortem, hoc enim ad hoc sequitur. Sed trepidauerunt timore, ubi non erat timor, quia non uident naturam compositionis substantialis.

¶ Ad secundum dicitur, quod ibi dicuntur tria. Quorũ unũ est dubium, & duo sunt falsa. Dubium siquidem est cadauer esse eiusdem rationis, quoniam sustineri potest rationabiliter, utraque contradictionis pars. Potest enim dici, quod cadaueris forma est diuersarum rationum, iuxta diuersitatem naturalium agentium, puta ignis, aut aquæ, ita quod cadauer mortui ex dominio choleræ, sit alterius rationis, a mortuo ex dominio phlegmatis. Et merito, quia illud ab igne tendit ex intentione agentis. reliquum ab aqua, in aquam, ut aliis existentibus terminis, alia etiam sit uia. Nec refert utrum gladio uel suspendio sed quo elemento dominante moriatur, quoniam illa se habent ut excitantia & applicantia actiua passiuis. Potest enim dici quod forma cadaueris est unius rationis, & quod est forma imperfecta & communis uia a uiuo ad quodlibet elemẽtum. Nec inconuenit eam esse communem, & unius rationis, quia est medium remotum ad illa. Falsum uero est, quod effectus unius rationis, non possit ab hac agentium diuersitate produci quoniam aliquid produci stat dupliciter, ut medium est aut terminus principaliter intentus. Et rursus, ut medium proprium, uel commune. Et quod quia forma cadaueris producitur, ut commune medium ad omnia elementa, iõ potest a quolibet eorum produci. Nec est hic quantacunque diuersitas agentium, sed quadruplex tantum iuxta numerum elemẽtorum. Falsum quoque est, & contra Arist. 2. de genera. text. 17. quod in corruptione hominis non fiat noua forma, quoniam tũc non semper corruptio unius esset generatio alterius, & natura operaretur aspiciens ad malum, quod est impossibile.

Ad tertium dicitur, supposita distinctione de ly esse quantum, dupliciter, s. per se, & per accidens, & quod hic non est quęstio nisi

de

de quanto & extenso per accidens, i. subiectiue, quoniam nulla res extra prædicamentum quantitatis, dat formale esse per se quantum, vt patet, quod quia anima intellectiua claudit in se omnes formas priores se ordine generationis, sicut tetragonum trigonũ, ipsa potest supplere, immo necessario facit omnem effectum & operationem formæ mistionis & corporeitatis. Et ut satisfiat uerbis argumentum, potest distingui, quod in anima intellectiua inueniri esse corporeum, materiale, quantum, & figuratum &c. potest intelligi dupliciter. Vno modo formaliter, alio modo uirtualiter. Et quod quamuis in ea non inueniantur hęc formaliter, sunt tamen in ea uirtualiter, sicut trigonum etiam non est in tetragono formaliter, sed uirtualiter: & anima dat quod habet uirtualiter, & hoc sufficit. Est enim anima intellectiua tantæ excellentiæ, vt & faciat ens materiale quantitati subiectum &c. inquantum habet in se uim priorum, & ut det esse intellectuale & indiuisibile, in quantum formaliter excedit omnes alias. facileque percipi potest quod compositum sit quantum, & figuratum subiectiue, & tamen illius forma indiuisibilis formaliter, si priuatus quis non est naturali lumine, quo discernere datum est, quod inter formam pure indiuisibilem, ut sunt intelligentiæ, & formam diuisibilem, ut sũt omnino materiales, mediat forma indiuisibilis formaliter & diuisibilis uirtualiter, cui ex formali indiuisibilitate conuenit esse non quantum, & ex uirtuali diuisibilitate, conuenit facere formaliter ens extensum subiectiue. Et nota, quod cum dicimus animam intellectiuam dare esse extensum composito, intelligitur non de esse actualis existentiæ, sed de esse essentiæ. Illud nanque indiuisibile & immateriale, sicut anima ipsa, hoc uero diuisibile & materiale: illud est unum simplicitate communicatum tantum composito & materiæ, hoc uero est unum compositione ex materia & forma. Et ex hoc apparet nihil obstare prædicta, positioni Sanct. Thomæ de unitate esse in composito, quoniam in æquiuoco laboratur, dum quæstio est de esse essentiæ, quod est ipsum compositum subiectum quantitati, & positio loquitur de esse existentiæ.

¶ In responsione ad secundum aduerte, quod diuisio animalis in partem mouentem, & partem motum in cæteris animalibus, est diuisio in partes integrales formaliter, & non in partes essentiales, nisi causaliter, quoniam omne animal integratur ex duab. partibus corporeis, quarum una actuatur potentia motiua ipsius animalis, & est pars mouens, & reliqua mouetur. In homine autem, quia habet duplex motiuum iuxta duplicem appetitum, sensitiuum scilicet, & intellectiuum, est diuisio in partes integrales, quoad motum prouenientem ab appetitu sensitiuo, quia ille est actus cuiusdam partis corporis. Et quodammodo in partes essentiales, quo ad motum prouenientem ab appetitu intellectiuo, quia ille nullius corporis est actus, & sic pars mouens est anima, quæ est pars essentialis. Dixi autem quodammodo, quoniam pars mota non est proprie pars essentialis quoniam est corpus in actu quod non est pars nisi per synecdochem realiter loquendo, sed est, & dicitur pars hominis inquantum homo aut animal, quia, formaliter sumendo animam, corpus, & animal, componitur animal ex anima & corpore tanquam ex partibus essentialibus, corpus tamen non est uere pars, ut dictum est.

¶ In responsione ad tertium nota, quod responsio redarguit argumentum, quod peccat secundum non causam, non enim immediate uniri materiæ primæ infert imperfectionem formæ, sed dare illi primum tantum perfectionis gradum. Vnde hinc habes quod esse formam propinquam materiæ primæ cõtingit dupliciter. Vno modo quo ad unionem, & sic omnis forma substantialis est æque propinqua materiæ primæ, quia in ipsa immediate recipitur, & penes hanc propinquitatem non attenditur perfectio uel imperfectio formarum substantialium. Alio modo, quo ad gradualem perfectionem, & sic non omnis forma est æque propinqua materiæ primæ. Sed quanto aliqua forma est propinquior materiæ, tanto imperfectior, & quanto magis elongata, tanto perfectior. Et sic formæ elementorum dicuntur imperfectissimæ & immediatæ materiæ, & primæ formæ eius, & deinde mistorum & sic deinceps, uocatur autem forma propinquior materiæ secundum perfectionem, quæ primum ordine generationis gradum perfectionalem dat tantum, remotior uero quæ primum & secundum, & sic procedendo, data latitudine in quolibet gradu.

¶ In responsione ad quartum, ubi mistio elementorum tractatur, longius esset habendus sermo, si cuncta adducenda essent obiecta. Vnde in loco proprio in primo de generatione requirantur, hic sat sit rationes has tractare. Tria ergo sunt in hac responsione. Primo, opinio Auic. quæ satis efficaciter impugnatur. Secundo, opinio Auer. in 3. cœli, com. 61. Cuius rõnes sunt, quia si corrumperentur totaliter, non saluaretur ratio elementi, nec materia reciperet formas mistorum mediis elementis, sed primo, & essentialiter omnes. Ad quas nos dicimus, quod optime saluatur ratio elementi, quia elementum est, ex quo fit aliquid cum insit actu, uel uirtute. Et quod materiam recipere formas mistorum immediate, potest dupliciter intelligi. Primo quo ad unionem formæ cum materia, & sic est necessario, alio modo quo ad transmutationem, & sic mediant elementa, ita quod elementa media sunt in transmutatione, non in informatione. Vel dicatur, quod non solũ in fieri, sed in eẽ elementa sunt media, non formaliter, sed uirtualiter, sicut & manent non formaliter, sed uirtualiter. Sed aduerte hic, quod Auerroistæ derident secundum rationem Sanct. Thom. contra Auerroem, quia manifeste patet in commento illo, quod Auerr. posuit formas elementorum esse substantias, medias autem inter substantias perfectas, & accidentia, & ex earum imperfectione quam proximæ sunt accidentibus, possunt suscipere magis & minus, & non posuit aliquod medium inter substantiam & accidens. Sed isti dum derident, quam se derisibiles exhibeant si uiderent, tacerent. Non penetrant subtilitatem formalitatemque Sanct. Thom. qui ad philosophos loquebatur, non sciolos. Ad cuius euidentiam sciendum est, quod ratio S. Thom. non tendit contra conclusionem, sed contra rationẽ Auer. Sustentatur enim Auerr. super ratione medii, ut expresse patet in commento illo, ita quod ideo dicit esse possibile, formas elementorum misceri magis & minus, quia esse earum est medium inter formas substantiales perfectas, & accidentia. Contra hanc rationem arguit Sanct. Thom. quia inter substantiam & accidens, impossibile est esse aliquid habens uere rationem medii. Et uerificatur hoc non solum accipiendo totum genus substantiæ ex una parte, & accidentium ex alia, sed sumendo quamcumque substantiam ex una parte, quoniam, ut patet, 10. Meta. mediũ oportet esse eiusdem generis cum extremis, nulla autem substantia est eiusdem generis cum accidente. Si dicatur quod Auer. nõ loquitur de uere medio per participationem, hoc est, quod uolumus quia ex hoc habetur quod nulla fuit ratio sua ex ratione medii ut medium est, & hoc intendebat Sanctus Thomas. Et confirmatur, quia aut ratio sua fundatur super ratione medii, & tunc, aut per participationem, hoc non, ut patuit. Aut per abnegationem, & hoc non, ut de se patet. Aut per comparationem, & hoc non, quia forma elementi non est accidens in respectu ad substantiam, & substantia in respectu ad accidens, sed est absolute substantia. Et similiter non uerificatur. quod suscipit magis & minus in respectu ad substantiam & non suscipit in respectu ad accidens, quoniã apud ipsum absolute suscipit magis & minus, secundum ueritatem non suscipit absolute. Aut per appropinquationem, de hoc proculdubio intendit. Sed nihil infert, quia aut ratio fundatur super ratione medii, & nulla est, quia non est uere medium. Aut super ipsa appropinquatione naturæ, & tunc nihil aliud est dicere, nisi quod quia formæ elementares sunt imperfectissimæ, & uicinissimę accidentibus, ideo suscipiunt magis & minus. Et apparet tunc duplex defectus. Primo, quod ratio medii non est ad propositum, ut subtiliter exclusit. Sanct. Thom. Secundo, quod ratio assignata est nulla, quia ex hoc, quod aliquid est imperfectissimum, & infimum in aliquo genere, non excluditur a communibus conditionibus sui generis, sed potius eo ipso ꝙ infra genus continetur, illas habet, constat quod suscipere magis & minus communis est conditio generis substantiæ, ut patet in prædicamentis. Taceant ergo, & uoluntarie fateantur Auerroem esse locutum, & non ex medii ratione, ut in loqui se credidit.

¶ Tertio in hac responsione S. Tho. ponit opinionem propriã, quod elementa remanent non actu, sed uirtute. Sed aduerte, qđ elementa remanere uirtute potest dupliciter intelligi. Vno modo in forma substantiali misti, eo modo quo uegetatiuum est in forma sensitiua, & hęc est opinio Scot. in 2. Sent. dist. 15. Alio modo in qualitate quæ est propria dispositio ad formam misti, & hæc est opinio S. Th. Et quamuis opinio Sco. contra uiam S. Tho. sit, & rationi aduersetur, quia non est eadem proportio formę perfectionis, puta sensitiua ad formas specificas elementorum & ad gradus genericos, ut quemadmodum hos continet, ita illas contineat, quoniam illarum prædicatio sibi repugnat, non autem horum. Et sensui contradicit, quia operatio elementi non æque perfecte, aut perfectius est in forma misti sed longe imperfectior, cuius oppositionem uidemus in omnibus uirtualiter clausis in formis posterioribus. sensitiuum enim perfectiori modo operatur opera uegetatiui, quam pure uegetatiuum, quia tamen non est contra præsentem intentionem, in qua pluralitatem formarum excludimus, discutienda relinquatur in loco proprio, sed hæc sint ad discretionem opinionis Sancti Thomæ dicta.

Cap.

Cap. 2. d. 32. q. 2. con. 1.

SVP. Q. LXXVI. ART. V.

COnc. Oportuit corpus, cui unitur anima intellectiua, esse corpus mixtum inter omnia alia magis reductum ad æqualitatem complexionis.

373 3. d. 8. q. 5. a. 3. ad 2. & 2. d. 1. q. 2. ar. 5. & ma. q. 5. art. 5. co. & spi. a. 7. & de ani ma ar. 8.

¶ Prob. Quia corpus, cui unitur anima intellectiua, debet esse aptum ad hoc, vt anima per illud colligat notitiam ex rebus sensibilibus p uiam sensus, ac vt correspondeat uirtuti sensitiuę cōpletissime, & tale est corpus mixtū magis inter omnia alia reductum ad æqualitatem complexionis. i. magis inter illa bonitatem tactus habens) nam. sup tactum omnes alii sensus fundantur, ideoque bona complexio sensitiua iudicatur ex tactu)

1^m de maiori.

Proportionata. R. quantū ad conditionem pp quam eligitur ad hoc, vt sit conueniens formæ, non quantum ad conditionē, quæ ex materię necessitate consequitur ad primam illā cōditionem electionis, §. Tūc &c. Nostrum. n. corpus est intellectiuæ animæ proportionatū, quantū ad conditionē electionis pmissę, licet quantum ad conditionem ex necessitate materiæ consequentem.

2^m de maiori.

Immaterialis. R. & maximam uirtute sensitiuam requirens in corpore sibi uniēdo. §. Tūc &c. Quia hoc ultimum facit ad propositum p̄sens, non primum. i. esse immateriale. Non. n. requirit maximam immaterialitatem in corpore, cui uniri debet, sed maximam uim sensitiuam, & consequēter corpus æqualiter. i. optime complexionatum.

Li. 2. de aia tex. 4. & 5. to. 2.

q. 55. ar. 2.

3^m de maiori.

Diuersa species, R. sed tamen diuersæ dispositiones. §. Quanto magis fuerit psecta in uirtute forma illa. §. Tunc &c. Non enim partes corporis sunt species, sed diuersæ dispositiones, seu diuersa organa siue instrumenta, ad diuersa operandum, secū dum q aiæ conueniet.

*c. 7. inter prin. & me dium.

4^m de maiori.

Perfectius. R. perfectione

ARTICVLVS V.

Vtrum anima intellectiua conuenienter tali corpori uniatur.

AD QVINTVM sic proceditur. Videtur, quod anima intellectiua inconuenienter tali corpori uniatur. Materia enim debet esse proportionata formæ. Sed anima intellectiua est forma incorruptibilis. Non ergo conuenienter unitur corpori corruptibili.

¶ 2 Præt. Anima intellectiua est forma maxime immaterialis. Cuius signum est, quod habet operationem, in qua non communicat materia corporalis. Sed quanto corpus est subtilius, tanto minus habet de materia. Ergo anima deberet subtilissimo corpori uniri, puta igni, & non corpori misto & terrestri magis.

¶ 3 Præt. Cum forma sit principium speciei, ab una forma non p ueniunt diuersæ species. Sed anima intellectiua est una forma. Ergo nō debet uniri corpori, quod componitur ex partibus dissimilium specierum.

¶ 4 Præt. Perfectioris formæ dēt esse perfectius susceptibile. Sed aia intellectiua est perfectissima animarum. Cum igitur aliorum animalium corpora habeant naturaliter insita tegumenta, puta pilorum loco uestiū, & unguium loco calciamentorum, habeant etiam arma naturaliter sibi data, sicut ungues, dentes, & cornua, ergo uidetur quod anima intellectiua non debuerit uniri corpori imperfecto tanquam talib. auxiliis priuatio.

SED CONTRA est, quod dicit Philos. in 2. de Anima, * quod aia est actus corporis Physici, organici, potentia uitam habentis.

RESPON. Dicendum, quod cum forma non sit propter materiam, sed potius materia propter formā, ex forma. n. oportet rationē accipere quare materia sit talis, & non econuerso. Anima autem intellectiua, sicut supra habitum est, secundum naturæ ordinem, infimū gradum in substantiis intellectualibus tenet, intantum, quod non habet naturaliter sibi inditā notitiam ueritatis, sicut angeli, sed oportet, quod eam colligat ex rebus diuisibilibus per uiam sensus, ut Dion. * dicit 7. c. de diu. no. Natura autem nulli deest in necessariis. Vel oportuit, quod anima intellectiua non solum haberet virtutē intelligendi, sed & uirtutē sentiendi. Actio autē sensus non fit sine corporeo instrumento. Oportuit igitur animam intellectiuam corpori vniri, quod possit esse conueniens organum sensus. Omnes autem alii sensus fundantur supra tactum. Ad organum autem tactus requiritur, quod sit medium inter contraria, quæ sūt calidum & frigidum, humidum & siccum, & similia, quorum est tactus apprehensiuus. Sic enim est in potentia ad contraria, & potest ea sentire. Vnde quanto organum tactus fuerit magis reductum ad æqualitatem complexionis, tanto perceptibilior erit tactus. Anima autem intellectiua habet completissime virtutem sensitiuam, quia qđ est inferioris, præexistit perfectius in superiori, vt dicit Dion. in li. de di. no. Vñ oportuit corpus cui vnitur aīa intellectiua, esse corpus mistum inter oīa alia magis reductū ad æqualitatem complexionis. Et pp hoc homo inter omnia animalia melioris est tactus. Et inter ipsos homines, q sunt melioris tactus, sunt melioris intellectus. Cuius signū est, quod molles carne bene aptos mente videmus, ut dicitur in 2. de Anima. *

Li. 2. de aia te. 94. to. 2

AD PRIMVM ergo dicendum, quod hanc obiectionem aliquis forte uellet euadere, per hoc, quod diceret corpus hominis ante peccatum incorruptibile fuisse. Sed hæc responsio non uidetur sufficiens. Quia corpus hominis ante peccatum immortale fuit, non per naturam, sed per gratiæ diuinæ donum, alioquin immortalitas eius per peccatum sublata non esset, sicut nec immortalitas dæmonis. Et ideo aliter dicendum est, quod in materia duplex conditio inuenitur. Vna quæ eligitur ad hoc quod sit conueniēs formæ, alia, quæ ex necessitate consequitur priorem dispositionem. Sicut artifex ad formam serræ eligit materiam ferream aptam ad secandum dura. Sed quod dentes serræ hebetari possint, & rubiginem contrahere, sequitur ex necessitate materię. Sic igitur & animę intellectiuæ debetur corpus, quod sit æqualis cōplexionis. Ex hoc autem de necessitate materiæ sequitur, q sit corruptibile. Si quis uero dicat, q Deus potuit hāc necessitatem vitare, dicendū est, quod in constitutione rerum naturalium non consideratur quid Deus facere possit, sed quid naturæ rerum conueniat, vt Aug. * dicit super Gen. ad lite. Prouidit tamē Deus adhibendo remedium contra mortē p grę donum.

Li. 2. super Gene. c. 1. paulo post prin. to. 3.

AD SECVNDVM dicendum, q animæ intellectiuæ nō debetur corpus propter ipsam intellectualē opationē fm se, sed propter sensitiuā virtutem, quæ requirit organum æqualiter complexionatum. Et ideo oportuit animam intellectiuam tali corpori vniri, & non simplici elemento vel corpori misto in quo excederet ignis secundum quantitatem, quia non posset esse æqualitas complexionis propter excedentem ignis actiuam uirtutem. Habet autem hoc corpus æqualiter complexionatum quandam dignitatem, per hoc, quod est remotum a contrariis.

AD TERTIVM dicendū, q partes animalis, vt oculus, manus, caro, & os, & huiusmodi nō sunt in specie, sed totum, & iō non pōt dici proprie loquendo, q sint diuersarū specierū, sed q sint diuersarum dispositionū. Et hoc cōpetit animæ intellectiuæ, quæ q̄uis sit vna fm essentiā, tñ pp sui pfectionē est multiplex in virtute. Et iō ad diuersas operationes indiget diuersis dispositionib. in partibus corporis cui vnitur. Et propter hoc videmus, quod maior est diuersitas partium in animalibus perfectis, quam in imperfectis, & in his, quam in plantis.

AD QVARTVM dicendū, quod anima intellectiua, q͂a est uniuersalium cōprehensiua, hēt virtutem ad infinita. Et ideo nō potuerunt sibi determinari a natura vel determinatæ existimationes naturales, uel etiam determinata auxilia, uel defensionum uel tegumentorum, sicut aliis animalibus, quorum animę habent apprehensionem & uirtutem ad aliqua particularia determinata. Sed loco horum omnium, homo habet naturaliter rationē & manus, quæ sunt organa organorum, quia per ea homo potest sibi pręparare instrumenta infinitorum modorum, & ad infinitos effectus.

ARTI-

ne coaptata requisitioni formę, non, perfectione quacumque alia. §. Tunc &c. Corpus enim humanum sic denudatum, gaudet illa perfectione quæ requiritur ab anima intellectiua, ut habes ex litera, & si esset uestitum nec armatum (ut obiicitur,) non esset tali perfectione perfectum.

APPENDIX.

Vtil. pro philosoph.

Ex articulo habes primo, quomodo per rationem ostendas recte assignatum fuisse animæ corpus physicum, organicum æqualiter complexionatum, a philosopho 2. de anima text. 4. 5. Secundo habes, quomodo per rationem hanc definitionem intelligas, maxime si coniunxeris dicta in tota ista quæstione, atque per rationem defendas contra aliquos in hoc temere philosophantes parumque honori Aristotelis consulentes. Vide q. 75. art. 2. tertium. Cum appendice. Tertio uides, quomodo ex his uicissim Angelica firmetur conclusio.

¶ Not. Præsenti articulo deseruit art. in ord. 249. 368. 278. 281. 335. 364. 455. 457. 378. 36. 353.

Comm. Cardinalis Caietani.

Titulus clarus est.

¶ In corpore duo. Primo, respondet quæsito una conclusione affirmatiue. Secundo, ex conclusione deducit duo corollaria. Conclusio responsiua est, corpus cui unitur anima intellectiua oportet quod sit mistum, & maxime ad æqualitatem reductum quale est nostrum. Probatur sic. Anima intellectiua exigit corpus habens has duas conditiones. ergo. Probatur consequentia, quia ex forma accipitur ratio materiæ, quoniam materia est propter formam, & non econuerso. Antecedens uero quoad primam partem. s. ly mystum, probatur sic. Anima intellectiua non habet inditam cognitionem intellectiuam. ergo exigit corpus organum tactus, ergo medium inter contraria, ergo mistum. Antecedens huius probationis probatur, ex eo quod tenet infimum gradum in ordine intelligentium, ac per hoc est ut pura potentia, ut patet ex supradictis. Prima consequentia probatur, quia natura non deficit in necessariis, acquisitio autem notitiæ in anima, oportet quod fiat ex sensibus, ut patet, & Dion. confirmat. Secunda uero consequentia probatur, quia omnes sensus fundantur super tactum ut patet in 3. de Anima. Tertia autem probatur, quia organum tactus debet esse in potentia ad contraria calidum & frigidum, & reliqua tangibilia. Quarta autem relinquitur per se nota, quia cũ stat corpus animalis non posse esse medium per abnegationem, immo nullum corpus potest esse in potentia ad tangibilia, ut medium per abnegationem. Secunda autem pars antecedentis, s. maxime reductum ad æqualitatem, probatur sic, anima intellectiua habet perfectissime uirtutem sensitiuam. ergo exigit corpus maxime ad æqualitatem reductum. Antecedens probatur, quia inferius perfectius continetur in superiori, ut patet p Dion. cõsequentia probatur ex eadem radice, quia scilicet vis sensitiua fundatur super tactu, constat enim quanto organum tactus fuerit æqualius, tanto melius percipiet, quia ab excellentiis remotius melius discernit.

¶ Corollaria sunt duo. Primum, quod ex hoc homo præstat tactu cæteris animalibus. Secundum, inter homines meliorem habens tactum, est melioris ingenii. Patet sequela huius de primo ad ultimum, & declaratur signo ex 2. de Anima.

Ferr. 2. cont. c 71.
Capr. 2. d 13. q. 1 cont. 3. et d. 18. q. 1. con. 6.

ARTICVLVS VI.

Vtrum anima intellectiua uniatur corpori, mediantibus dispositionibus accidentalibus.

AD SEXTVM sic proceditur. Videtur, quòd anima intellectiua vniatur corpori mediantibus aliquibus dispositionibus accidentalibus. Omnis enim forma, est in materia sibi propria & disposita. Sed dispositiones ad formam sunt accidentia quædam. Ergo oportet præintelligi accidentia aliqua in materia ante formam substantialem, & ita ante animam, cũ anima sit quædam substantialis forma.

¶ 2 Præt. Diuersæ formæ vnius speciei, requirunt diuersas materiæ partes, diuersæ autem partes non possunt intelligi nisi secũdum diuisionem dimensiuarum quantitatum. Ergo oportet intelligere dimensiones in materia, ante formas substantiales, quæ sunt multæ vnius speciei.

¶ 3 Præter. Spirituale applicatur corporali per contactum uirtutis. Virtus autem animæ est eius potentia. Ergo uidetur, quod anima vnitur corpori mediante potentia, quę est quoddam accidens.

SED CONTRA est, quod accidens est posterius substantia & tpe & ratione, ut dicitur in * 7. Meta. Non ergo forma accidentalis aliqua, potest intelligi in materia ante aiam, quæ est forma substãtialis.

RESPON. Dicendum, quod si anima uniretur corpori solum vt motor, nihil prohiberet, immo magis necessarium esset, esse aliquas dispositiones medias inter animam & corpus, potentiam. s. ex parte animæ, per quam moueret corpus, & aliquam habilitatem ex parte corporis, per quam corpus esset ab anima mobile. Sed si anima intellectiua vnitur corpori ut forma substantialis, sicut iam supra dictum est, * impossibile est, quod aliqua dispositio accidentalis cadat media inter corpus & animam, uel inter quamcumque formam substantialem & materiam d suam. Et huius ratio est: quia cũ materia sit in potentia ad omnes actus ordine quodam, oportet quod id quod est primum simpliciter in actibus primo in materia intelligatur; Primum autem inter omnes actus, est esse. Impossibile est ergo intelligere materiam prius esse calidã uel quantam, quam esse in actu. Esse autem in actu habet per formam substantialem, quæ facit esse simpliciter, ut iam dictum est.* Vnde impossibile d est, quod quæcunque dispositiones accidentales præexistant in materia ante formam substantialem, & per consequens neque ante animam.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod sicut ex prædictis * patet, forma perfectior, uirtute continet quicquid est inferiorum formarum. Et ideo una & eadem existens, perficit materiam secũdum diuersos perfectionis gradus. Vna enim & eadem forma est per essentiam, per quam homo est ens actu, & per quam est corpus, & per quam est uiuum, & per quam est animal, & per quam est homo. Manifestum est autem, quod unumquodque genus, consequuntur propria accidentia. Sicut ergo materia præintelligitur perfecta secũdum esse ante intellectum corporeitatis, & sic de aliis, ita præintelliguntur accidentia, quæ sunt propria entis, ante corporeitatem. Et sic præintelliguntur dispositiones in materia ante formam, non quantum ad omnem eius effectum, sed quantum ad posteriorem.

AD SECVNDVM dicendum, quod dimensiones quantitatiuæ sunt accidentia consequentia corporeitatẽ, quæ

Ar. 1. hui⁹ quæst.
D. 542.
Ar. 4. hui⁹ quæst.
D. 179.
Ar. 3. & 4. huius q.

SVP. Q. LXXVI. ART. VI.

374 a. contra. c. 71. & uerit. q. 13. art. 4. cor. & ma. q. 4. art. 4. cor. & spiri tu. ar. 3. & de anima ar. 9. & art. 10. corp. & 2. li. de aia. tex. 1. & 2.

CONC. Impossibile est, quod aliqua dispositio accidentalis cadat media inter corpus & animam, inter quamcunque formam substantialem, & materiam suam.

¶ PROB. Quia impossibile est materiam prius esse calidam, quãtã, uel huiusmodi, quã esse in actu (cum esse sit primus actus inter omnes alios;) & esse in actu est per formam substantialem immediate.

1^m de maiori. Disposita. R. dispositionibus a forma ipsa substantiali effectis, non, dispositionibus aliunde originatis. §. Tunc &c. sic enim anima prius est in corpore, quam causet ibi istum effectum idest dispositiones, sicut causa omnis est prior suo effectu, sed est ibi secundum gradum istum perfectionis, scilicet esse, & sic deinceps est ibi secũdum alium gradum, & post secundum alium, usquequo uenias ad ultimum. Vide literam, & bene considera. Vide supra artic. 3. & 4. toto art.

* Li. 7. Meta. te. 4. t. 3.

art. maxime ad primum & tertium.

2^m de maiori. Diuersas, R. diuersitatẽ quam

quam ipsemet formæ fecerunt, non, diuersitate aliunde facta. §. Tunc &c. patet. Non igitur præexistunt in materia dimensiones tanquam media ad formam, sed tanquam sequentia formam, ut pote effectus formæ.

3m de maiori. Applicatur. R. ut moto tantum, non, ut forma. §. Tunc nihil &c. Nam spirituale applicatur, ut forma per suum esse ipsi corporalis. Post tamen per potentiam mouet iam informatũ corpus.

quę toti materiæ conuenit. Vnde, materia iam intellecta sub corporeitate & dimensionibus, potest intelligi, ut distinctam in diuersas partes, ut sic accipiat diuersas formas, secundum ulteriores perfectiones gradus. Quamuis enim eadem forma sit secundum essentiam, quæ diuersos perfectionis gradus materiæ attribuit, ut dictũ est, * tamen secundum considerationem rationis differt.

Ad tertium dicendum, quod substantia spiritualis, quæ unitur corpori solum ut motor, unitur ei p potentiam uel uirtutem. Sed aĩa intellectiua corpori unitur ut forma per suum esse. Administrat tamen ipsum, & mouet per suam potẽtiam & uirtutẽ.

APPENDIX.

Vri. pro S. Eccl.

EX articulo habes primo quomodo per rationem ostendas, Clementinam de summ. trin. & fide cath. c. unico, recte uirtualiter determinasse, quod anima intellectiua unitur corpori immediate non autem mediantibus dispositionibus accidentalibus. Virtualiter, dixi, quia hoc in eo continetur implicite, quod ibi expresse Papa docet. Docet enim aperte ibi esse de fide tenendum quod anima intellectiua est uere perfecte, per se, & essentialiter essentialis forma corporis. Virtualiter ergo docet illud, sine quo prædicta ueritas catholica stare non potest. Hæc consequentia adeo clara est, ut nulla probatione indigeat. Vide regulam in articulo in ar. 4. appen. Cum igitur anima intellectiua non possit esse forma substantialis per se corporis, si intercedant aliquæ dispositiones mediæ accidentales, (ut in probatione * conclusionis manifeste demonstratur,) patet, quod Clemens docendo expresse animam esse substantialem formã corporis docuerit uirtualiter seu implicite, animam uniri immediate corpori, non mediantibus dispositionibus accidentalibus. Secundo habes, quomodo per rationem intelligas illud dictum implicitum Clementis, illud defendas, & ab incidendo in eius excommunicationem caueas. Tertio uides, quomodo ex his uicissim Angelica stabiliatur conclusio.

* Ar. 4. huius q.

2

3

¶ Not. Articulo præsenti suffragatur articulus in ord. 368. 372. 371. 369. 373.

Pro studio uar. coor.

Comm. Cardinalis Caietani.

IN titulo, hoc solum aduerte, quod hic est sermo de mediatione informationis, non autem transmutationis tantum. Ita q̃ quæstio est, utrum in instanti quo anima recipitur in materia, medient inter ipsam & materiam accidentia aliqua, quibus prius natura, etsi non tempore, materia informetur, quam ipsa forma substantiali. Et est quæstio contra Auerr. & uniuersaliter contra omnes ponentes idem numero accidens, in genito, & corrupto saluari.

¶ In corpore duo facit. Primo tractat, quid secundum Plato. respondendum esset, scilicet affirmatiue. Secundo, quid secundũ determinata, quia negatiue. Primum de se patet. Secundum est conclusio responsiua. Anima & uniuersaliter omnis forma substantialis recipitur in materia, nullo mediante accidente: Probatur sic. Materia est in potentia ad omnes actus ordine quodam, ergo primo ad esse in actu, ergo ad formã substantialẽ. ergo prius anima, quam quodcumque accidens. Antecedens patet ex 7. Metaphyco. prima consequentia probatur, quia esse in actu est actus primus simpliciter, secunda uero, quia sola & omnis forma substantialis facit esse simpliciter, tertia relinquitur per se nota.

¶ Circa hanc rationem aduerte, quod dupliciter cauillari potest. Primo quantum ad ordinem, dicendo, quod materia est primo in potentia ad esse substantiale primitate intentionis, non autem primitate executionis, quia primum in intentione, est ultimum in executione, & ideo prius ordine generationis recipit dispositiones accidentales, quam formam substantialem. Secundo, quantum ad secundam consequentiam, quia concesso, quod esse in actu est prius ordine generationis, non sequitur, ergo esse datum a forma substantiali, est prius ordine generationis, sed quod est sophisma consequentis, quoniam esse in actu commune est omnibus prædicamentis, ut patet 3. Physi. tex. 3. ac per hoc clauditur intrinsece in esse accidentali, & consequẽter faciendo esse quãtum, aut quale, fit esse in actu: Et sic nihil aliud concluditur ex hoc, quod esse est primus actus ordine generationis, nisi q̃d prius fit esse in actu, quam esse tale, quod saluatur etiam in forma accidẽtali, quia dum calor facit esse calidum, prius natura dat ly esse, quam ly calidum, non ergo ex hoc potest inferri. ergo prius recipit formam substantialem. Sed ad hæc breuiter, & simul dicitur, quod sermo præsens principaliter est de ordine generationis, ita quod materia est in potentia ad omnes actus ordine generationis ac per hoc ad actum primum ex natura sua ordine generationis est primo ordine generationis in potentia, & consequenter prius recipit illum ordine executionis. Quod autem forma substantialis, sit prior accidente ordine generationis, probatur sufficienter in litera ab effectibus earum formalibus, quia scilicet esse in actu, est prius quam esse tale, quod non solum uerificatur propterea quia in quolibet esse, prius intelligitur esse, quam specificatio eius, ut obiiciendo tactum est, quod est extra propositum, sed necessario est uerum, & intentum in proposito, propterea quia nulla res potest suscipere esse tale, nisi prius natura de ipsa uerificetur absolute, quod habet esse. Impossibile est enim imaginari domum suscipere esse album, aut pulchrum, nisi imaginemur quod domus ipsa est absolute, seu sine additione aliqua. Si ergo materia secundum se nullum esse in actu habet, impossibile est imaginari, quod sit talis, si non prius natura de ea uerificetur, quod habet esse absolute, & sine additione aliqua, sed dare esse ita quod sine additione aliqua uerificetur de aliquo quod est, est proprius effectus formalis formæ substantialis, ut superius declaratum fuit. ergo impossibile est materiam prius recipere accidens quod facit solum esse tale, quam formam substantialem, quæ facit esse simpliciter, id est sine additione aliqua. Nullum est ergo sophisma arguere ex hoc, quod esse simpliciter, id est sine additione aliqua, est primus actus ordine generationis, ergo forma substantialis, quia hoc non clauditur intrinsece in forma accidentali, sed p̃suppositiue, sed in forma substantiali tantum, & ideo ista est prior ordine generationis. Est autem ratio apparentię in argumento, quia esse potest dici absolute, dupliciter. Vno modo per abstractionem & simpliciter, & secundum quid, & hoc modo simpliciter dicimus, quod esse dicitur de esse in omnibus generibus, & sic accipiebatur in arguendo, & hoc modo esse nec excludit, nec includit simpliciter, aut secundum quid. Alio modo, per exclusionem secundum quid, & inclusionem simpliciter, & hoc modo, dicimus in actu signato, quod forma substantialis dat esse simpliciter, & in actu exercito, quod per formam substantialem ignis est per calorem uero ignis non est, sed est calidus. Et sic usus est San. Thom. esse simpliciter seu absolute in proposito. Vnde patet, quod diuersimode sumitur esse, cum dicitur, quod calor faciendo esse calidum, dat prius esse, quam calidum, & cum dicitur, quod forma substantialis dat esse. Et utrobique utimur ly esse absolute, quoniam ibi esse dicit actum confuse & potentiale ad simpliciter & secundum quid, hic uero dicit actum excludentem secundum quid.

¶ In responsione ad primum, aduerte propter instantiam, quæ posset fieri de ordine reali, quod forma exigit materiam realiter dispositam, & non solum ordine rationis. Aduerte inquam, quod formam uniri materiæ dispositæ, potest quadrupliciter intelligi. Primo, dispositionibus præcedentibus ordine durationis. Et sic uerificatur, quia immediate ante instans generationis, materia erat summe disposita pro forma introducta. Secundo, dispositionibus simultaneis, & hoc modo etiam est uerum, quia in instanti introductionis formæ substantialis, adsunt etiam omnes dispositiones requisitę in ipsa materia. Tertio, dispositionibus simultaneis, præsuppositis tamen reali ordine naturæ. Et sic est falsum, formam uniri materiæ dispositæ, quoniam ipsa forma præcedit reali naturæ ordine, omnia accidentia, ut in corpore articuli probatum est. Quarto, dispositionibus simultaneis, & præsuppositis ordine naturæ, secundum intellectum. Et hoc modo est uerum, nõ de ipsa forma substantiali absolute, sed de ipsa secundum posteriorem eius gradum & effectum. Non est quidem uerum de ipsa quia materia secundum seipsam nulla eget dispositione ad hoc, ut suscipiat formam substantialem si nihil addatur, quamuis egeat disponi, ut recipiat formã substantialem talem. Est autem uerum de ipsa, quantum ad ulteriorem gradum, quia, ut in litera dicitur, formam substantialem ut sic, intelligitur comitari proprietates entis & substantiæ, ac per hoc capacem esse corporeitatis, quam comitantur dimensiones & cætera Et sic intelligitur capax mistionis, quam sua accidentia comitantur, & sic semper forma secundum ulteriorem gradum, & effectum formalem, & accidentia

dentis propria, perfecta intelligitur aduenire materiæ diſpoſitæ. Vnde patet, quod propoſitio illa maxima. Forma & actus fit in materia diſpoſita, tripliciter verificatur, duobus modis, realiter, ſcilicet diſpoſitionibus præcedentibus & ſimultaneis, loquendo vtrobique de ordine durationis, & vno modo ſecundum rationem, loquendo de ordine naturæ: & hunc tantum poſuit hic Sanct. Thom. quia erat obſcurus. Et hæc bene memora, in tota hac materia. De qua, & materia ſequentis articuli uide in Commentariis de ente & eſſentia, ſi noſtra videre uis.

Ferr. 2. cont. c. 71.

SVP. Q. LXXVI.

ART. VII.

CONCL. Impoſſibile eſt, quod anima uniatur corpori animalis, aliquo corpore mediante.

375 Locis ſup. ar. 6. inductis.

¶PROB. Quia anima per ſeipſam immediate facit rem eſſe in actu (cum ſecundum ſeipſam ſit actus materiæ,) & aliquid ſic dicitur unum, quomodo & ens.

* Li. 3. ſup Gen. ca. 5. to. 3.

¶CON. Vnitur ergo per ſeipſam immediate forma ſubſtantialis materiæ, ſicut & per ſeipſam immediate eſt actus eius. Non ergo eſt aliquid aliud uniẽs formam cum materia, niſi agens, ꝙ per trãſmutationem facit, materiã diſponi ad actum, vel eſſe in actu.

1^m de maiori.

Anima. ℞. vt motor: nõ vt forma. §. Tunc &cet. Concluſio enim loquitur in alio ſenſu de anima, quam Auguſtinus hic faciat.

2^m de maiori.

Medium inter ea. ℞. vel id, quo ſubtracto tollitur diſpoſitio, per quã corpus eſt diſpoſitum ad talem unionem. §. Tunc &cęt. Secundum enim tantum verum eſt in propoſito, nam ſubtracto ſpiritu deficit, &c. ut in litera.

* li. 2. de aĩa tex. 7. to. 2.

3^m de maiori.

Diſtantia. ℞. quatenus diſtantia: non autem quatenus non diſtantia §. Tunc &c. Anima. n. intellectiua non unitur corpori quatenus diſtãs ab eo, quoniam ſic utrũque ipſorum haberet eſſe ſeparatum, ſed unitur corpori, quatenus non eſt diſtans ab eo, immo quatenus habet unum ſimpliciter eſſe cum eo, a ſeipſa ei communicatum.

* Ar. pc. Et 21. hu° q. D. 542.

APPENDIX.

Vtilitas pro Eccle. S. Dei.

EX articulo habes primo: quomodo per rationẽ oſtendas, Clementinam de ſum. tri. & fid. cath. c. unico meritò uirtualiter determinaſſe, ꝙ anima intellectiua unitur corpori immediate, nõ mediante aliquo corpore. Dixi virtualiter: q2 hoc in eo, ꝙ inibi Põtifex Romanus docet, cõtinetur implicite. Docet. n. ibi expreſſe, eſſe de fide tenendum, ꝙ anima intellectiua eſt forma ſubſtã tialis per ſe corporis humani perfecte, & eſſentialiter, & per conſequens docet uirtualiter (ut patet) illud, ſine quo talis ueritas catholica ſtare non poteſt. Vide regulam uniuerſalẽ poſitam in appendice ſup. ar. 4. qua, ſi bene ea uſus fueris, in talib. negociis multum iuuaberis. Cum igitur anima intellectiua eſſe nõ poſſit forma ſubſtantialis per ſe corporis, ſi mediante alio corpore corpori humano uniatur (ut in probatione concluſionis clare demonſtratur) patet, quod Clemens docendo expreſſe, animam intellectiuã eſſe formam per ſe ſubſtantialem corporis humani, docuerit per hoc etiam implicite, quod anima intellectiua unitur corpori humano non mediante aliquo corpore, ſed immediate per ſeipſam. Secundo habes: quomodo per rationem intelligas dictum illud implicitum Clementis, illud defendas, & a cadendo in eius cenſuram caueas. Tertio uides: quomodo ex his uiciſſim Angelica firmetur concluſio.

* In lib. de motu aĩaliũ, c. 6. nõ remote a fi. c. tom. 4. 3

¶NOT. Præſenti articulo ſuffragatur in ordine articulus 455. 342. 74. 369. 371. 374. 355.

Comm.

ARTICVLVS VII.

Vtrum anima uniatur corpori animalis, mediante aliquo corpore.

AD SEPTIMVM ſic proceditur. Videtur, quod anima uniatur corpori animalis, mediante aliquo corpore. Dicit enim Auguſtinus 3. ſuper Geneſim ad literam, ꝙ anima per lucem, i. ignem & aerem, quæ ſunt ſimiliora ſpiritui, corpus adminiſtrat. Ignis autem & aer ſunt corpora. Ergo anima vnitur corpori humano, mediante aliquo corpore.

¶ 2 Præt. Id, quo ſubtracto, ſoluitur vnio aliquorum vnitorum, videtur eſſe medium inter ea. Sed deficiente ſpiritu, anima a corpore ſeparatur. Ergo ſpiritus, qui eſt quoddam corpus ſubtile, medium eſt in vnione corporis & animæ.

¶ 3 Præt. Ea, quæ ſunt multum diſtantia, non vniuntur niſi per medium. Sed anima intellectiua diſtat a corpore, & quia eſt incorporea, & quia eſt incorruptibilis. Ergo videtur, ꝙ uniatur ei mediante aliquo, quod ſit corpus incorruptibile. & hoc videtur eſſe aliqua lux cœleſtis, quæ conciliat elementa, & redigit in vnum.

SED CONTRA eſt, quod Philoſophus dicit in * 2. de Anima, ꝙ non oportet quærere ſi vnum eſt anima & corpus: ſicut neque ceram & figuram. Sed figura vnitur ceræ nullo corpore mediante. ergo & anima corpori.

RESP. Dicendum, quod ſi anima ſecundum Platonicos corpori vniretur ſolum vt motor, conueniens eſſet dicere, quod inter animam hominis, vel cuiuſcunque animalis & corpus, aliqua alia corpora media interuenirent. conuenit enim motori, aliquid diſtans per media magis propinqua, mouere. Si vero anima vnitur corpori vt forma, ſicut iam dictum * eſt impoſſibile d eſt, quod uniatur ei aliquo corpore mediante. Cuius ratio eſt, quia ſic dicitur aliquid vnum, quomodo & ens. Forma autem per ſeipſam facit rem eſſe in actu, cum per eſſentiam ſuam ſit actus, nec dat eſſe per aliquod medium. Vnde, unitas rei compoſitę ex materia, & forma, eſt per ipſam formam, quæ ſecundum ſeipſam vnitur materiæ, ut actus eius. Nec eſt aliquid aliud uniens niſi agẽs, quod facit materiam eſſe in actu: vt dicitur in * 8. Meta. Vnde, patet eſſe falſas opiniones eorum, qui poſuerunt aliqua corpora eſſe media inter animam, & corpus hominis. Quorum, quidam Platonici dixerunt, quod anima intellectiua habet corpus incorruptibile ſibi naturaliter vnitum, a quo nunquam ſeparatur, & eo mediante unitur corpori hominis corruptibili. Quidam uero dixerunt, quod unitur corpori mediante ſpiritu corporeo. Alii uero dixerunt, ꝙ vnitur corpori mediãte luce, quam dicunt eſſe corpus, & de natura quintæ eſſentiæ: ita quod anima uegetabilis vnitur corpori mediãte luce cœli ſiderei, anima uero ſenſibilis mediante luce cęli cryſtallini: anima uero intellectualis, mediante luce cœli empyrei. Qd fictitium, & deriſibile apparet. Tum, quia lux non eſt corpus. Tum, quia quinta eſſentia non uenit materialiter in compoſitionẽ corporis miſti, cum ſit inalterabilis, ſed uirtualiter tantum. Tum etiam, quia anima immediatè corpori unitur ut forma materiæ.

* li 8. Met. text. 15. in fi. to. 3.

AD PRIMVM ergo dicendũ, ꝙ Aug. loquitur de anima inquantum mouet corpore. vnde utitur verbo adminiſtrationis. Et verum eſt, quod partes groſſiores corporis per ſubtiliores mouet. Et primum inſtrumentum uirtutis motiuæ eſt ſpiritus, ut dicit Philoſophus in libro de cauſa motus * animalium.

AD SECVNDVM dicendum, ꝙ ſubtracto ſpiritu, deficit vnio animæ ad corpus, non quia ſit medium, ſed quia tollitur diſpoſitio, per quam corpus eſt diſpoſitum ad talem unionem. Eſt tamen ſpiritus medium in mouendo, ſicut primum inſtrumentum motus.

AD TERTIVM dicendum, ꝙ anima diſtat a corpore plurimum, ſi utriuſque conditiones ſeorſum conſiderentur. Vnde, ſi vtrumque ipſorum ſeparatim eſſe haberet, oporteret ꝙ multa media interuenirent. Sed inquantum anima eſt forma corporis, non habet eſſe ſeorſum ab eſſe corporis: ſed per ſuum eſſe corpori unitur immediatè. Sic enim & quælibet forma, ſi conſideretur ut actus, habet magnam diſtantiam a materia, quæ eſt ens in potentia tantum.

Comm. Cardinalis Caietani.

Titulus clarus est.

¶In corpore tria. Primò, respondet secundum positionem Platonis, & dicit quod conueniens esset ponere aliquod mediũ pp distantiam naturę animę a natura corporis: quoniam illa mo tor incorruptibilis, hoc mobile corruptibile, & ideo medium aliud conuenit. Secundò, quid secundum positionem determinatam, conclusio responsiua. Anima non uniri potest, mediante aliquo corpore. Probatur dupliciter. Primò, ratione, Forma seipsa immediate facit formaliter compositum ex se, & materia ens in actu. Actu ergo & unum. Antecedens probatur. quia forma per essentiam suam est actus. consequentia probatur: quia unumquodque eodem modo est ens & unum Secundo, probatur authoritate 8. Metaph. Tertio, excludit opiniones oppositas, enumerans tres earum, & tertiam tripliciter excludit. omnia clara sunt in littera.

¶In responsione ad tertium, aduerte, ꝙ responsio innuit hanc distinctionem, ꝙ multum distantia dupliciter, dissimilitudine cõditionum, uel proportionę coniunctionis: primo modo, forma & materia multum distant, non secundo. Et inter multum distantia primo modo tantum, non oportet esse medium: sed inter distantia utroque modo oportet esse media.

Aeg. 1. s. d. 8. q. 3. 2 prin. Alb. Mag. p. 2. 8. ar. 26.

SVP. Q. LXXVI. ART. VIII.

376 CONCL. Oportet animam esse totã in toto corpore, & in qualibet parte eius.

1. d. 8. q. 5. ar. 3. Et 2. con. ca. 72. & li. 4. c. 67 ß. & de spũ ar. 4. Et de aia, a. 10. & op. 61. c. 47 ° c. 7. parũ a prin. to. 4

¶PROB. Quia anima est corporis forma substantialis, non accidentalis & forma substantialis non solum est actus totius. sed etiam cuiuslibet partis (vt de partibus æquiuoce dictis post animę recessum habes testimonium in textu ex Philosopho).

1^m ex philosopho. Animam. n. ut est motrix: nõ, ut forma. §. Tunc &c. Conclusio enim loquitur de anima vt forma, essentialis: in quo sensu philosophus non loquitur hic. Se-

ARTICVLVS VIII.

Vtrum anima sit tota in qualibet parte corporis.

AD OCTAVVM sic proceditur. Videtur, ꝙ anima non sit tota in qualibet parte corporis. Dicit enim Phylosophus in * libro de causa motus animalium. Non opus est in unaquaque corporis parte esse animam: sed in quodam principio corporis existente alia uiuere, eo quod simul nata sunt facere propriũ motum per naturam.

¶2 Pręterea. Anima est in corpore cuius est actus. Sed est actus corporis organici. Ergo non est nisi in corpore organico: sed non quælibet pars corporis hominis, est corpus organicum. ergo anima non est in qualibet parte corporis tota.

¶3 Præter. In * 2. de Anima dicitur, quod sicut se habet pars animæ ad partem corporis, ut uisus ad pupillam, ita anima tota ad totum corpus animalis. Si igitur tota anima est in qualibet parte corporis, sequitur ꝙ quælibet pars corporis sit anima.

* li. 2. d aia tex. 9. to. 2.

¶4 Præt. Omnes potentię animæ, in ipsa essentia animę fundantur. Si igitur anima tota est in qualibet parte corporis, sequitur ꝙ omnes potentiæ animæ sint in qualibet corporis parte: & ita visus erit in aure, & auditus in oculo, quod est inconueniens.

¶5 Præt. Si in qualibet parte corporis esset tota anima, quælibet pars corporis immediatè dependeret ab anima. Non ergo vna pars dependeret ab alia, nec vna pars esset principalior quam alia, quod est manifestè falsum. non ergo anima est in qualibet parte corporis tota.

SED CONTRA est, quod Aug. dicit in * 6. de Tri. ꝙ anima in quocunque corpore, & in toto est tota, & in qualibet eius parte tota est.

* li. 6. d tri. c. 6. to. 3.

RESP. Dicendum, quod sicut in aliis iam dictum * est: si anima uniretur corpori solum vt motor, posset dici, quod non esset in qualibet parte corporis, sed in vna tantum, per quam alias moueret. Sed quia anima vnitur corpori vt forma, necesse est, quod sit in toto, & in qualibet parte, corporis. non enim est forma corporis accidentalis, sed substantialis. Substantialis autẽ forma non solũ est perfectio totius, sed cuiuslibet partis. Cum enim totũ consistat ex partibus, forma totius, quæ non dat esse singulis partibus corporis, est forma, quæ est compositio & ordo, sicut forma domus, & talis forma est accidentalis. anima verò est forma substantialis. Vnde oportet, quod sit forma & actus non solum totius, sed cuiuslibet partis. Et ideo recedente anima, sicut non dicitur animal, & homo nisi æquiuoce, quemadmodum & animal pictum vel lapideum, ita est de manu & oculo, aut carne & osse, vt Philosophus * dicit. Cuius signum, est quod nulla pars corporis habet proprium opus anima recedente: cum tamen omne quod retinet speciem, retineat operationem speciei. Actus autem est in eo cuius est actus. Vnde oportet animam esse in toto corpore, & in qualibet eius parte. & quod tota sit in qualibet parte eius, hinc considerari potest: quia cum totum sit quod diuiditur in partes secundum triplicem diuisionem, est triplex totalitas. Est. n. quoddam totum, quod diuiditur in partes quantitatiuas, sicut tota linea, vel totum corpus. Est etiam quoddam totum, quod diuiditur in partes rationis & essentiæ: sicut diffinitum in partes diffinitionis, & compositum resoluitur in materiam & formam. Tertium autem totum est potentiale, quod diuiditur in partes virtutis. primus autem totalitatis modus non conuenit formis, nisi fortè per accidens: & illis solis formis, quæ habent indifferentem habitudinem ad totum quantitatiuum & partes eius. Sicut albedo quantum est de sui ratione, æqualiter se habet, ut sit in tota superficie, & in qualibet superficiei parte. Et ideo diuisa superficie diuiditur albedo per accidens. Sed forma, quæ requirit diuersitatem in partibus, sicut est anima & præcipue animalium perfectorum, non æqualiter se habet ad totum, & partes. vnde non diuiditur per accidens, s. per diuisionem quantitatis. Sic ergo totalitas quãtitatiua, non potest attribui animæ, nec per se, nec per accidens. Sed totalitas secunda, quæ attenditur secundum rationis & essentiæ perfectionem, propriè & per se conuenit formis. Similiter autem & totalitas uirtutis, quia forma est operationis principium. Si ergo quæreretur de albedine, vtrum esset tota in tota superficie, & in qualibet eius parte, distinguere oporteret, quia si fiat mentio de totalitate quantitatiua, quam habet albedo per accidens, non tota esset in qualibet parte superficiei & similiter dicendum est de totalitate uirtutis. magis enim potest mouere uisum albedo, quæ est in tota superficie, quã albedo, quæ est in aliqua eius particula. Sed si fiat mentio de totalitate speciei & essentiæ, tota albedo est in qualibet superficiei parte. Sed quia anima totalitatem quantitatiuam non habet, nec per se nec per accidens, ut dictum est, * sufficit dicere, quod anima tota est in qualibet parte corporis secundum totalitatem perfectionis & essentiæ, non autem secundum totalitatem uirtutis: quia non secundum quamlibet suam potentiã est in qualibet parte corporis, sed secundum uisum in oculo, secundum auditum in aure, & sic de aliis. Tamen attendendum est, ꝙ quia anima requirit diuersitatem in partibus, non eodem modo comparatur ad totum, & ad partes: sed ad totum quidem primo & per se, sicut ad proprium & proportionatum perfectibile, ad partes autem per posterius secundum ꝙ partes habent ordinem ad totum.

* ar. præc.

* li. 2. d aia tex. 9. & 10.

* in isto ar.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod Philosophus loquitur de potentia motiua animæ.

AD

2m de maiori. Cuius. R. vel vt proportionati primi, vel vt proportionati ſecundum analogiam ad totum. §. Tunc &c. In parte enim qualibet eſt anima, ſecundum quod illa pars habet ordinem proportionatum ad totum in corpore autem toto, vt eſt in ſe proportionatum primum animę, idest vt primum perfectibile ab anima. Vide in fine corporis articuli.

3m de concluſione. Parte corporis. R. tãquã in ſuo primo perfectibili: non aliter. §. Tunc &cet. Nam anima non eſt in parte corporis, ſicut in primo ſuo perfectibile. Vide ad ſecundum.

4m de concluſione. Tota. R. totalitate uirtutis: non totalitate eſſentiæ. §. Tunc &c. Nã licet totalitate eſſentię anima ſit tota in qualibet partẽ corporis: tamen totalitate uirtutis non eſt in omni parte.

Ad secundum dicendum, quod anima eſt actus corporis organici, ſicut proportionati & primi perfectibilis.

Ad tertium dicendum, quod animal eſt quod componitur ex anima, & corpore toto, quod eſt primum & proportionatum eius perfectibile. ſic autem, anima non eſt in parte. Vnde non oportet quod pars animalis ſit animal.

Ad quartum dicendum, ꝙ potentiarum animæ quædã ſunt in ea ſecundum quod excedit totam corporis capacitatem, ſ. intellectus & uoluntas. Vnde huiuſmodi potentiæ in nulla parte corporis eſſe dicuntur. Alię vero potentiæ ſunt communes animæ & corpori. Vnde talium potentiarũ non oportet quod quælibet ſit in quocunque eſt anima, ſed ſolum in illa parte corporis, q̃ eſt ꝓportionata ad talis potẽtię operõnem.

Ad quintum dicendum, ꝙ una pars corporis dicitur eſſe principalior q̃ alia, pp potentias diuerſas, quarũ ſunt organa partes corporis. quę. n. eſt principalioris potentiæ organum, eſt principalior pars corporis, uel quæ etiam eidẽ potentiæ principalius deſeruit.

5m de antecedente. Tota. R. totalitate virtutis: nõ, eſſentiæ. §. Tunc &c. Nã principalitas potentiarum attenditur ſecundum diuerſas potentias animæ, non ſecundum eſſentiam animę, i. non ſecundum hoc, ꝙ eſſentia animę ſit in una parte corporis, & non in alia: ſed ſecundum ꝙ anima ſecundum uirtutem vnam, puta uiſiuã, eſt in vna parte, ſ. oculo, ſecundum quam virtutem non eſt in alia parte, puta ante. Anima autem eſt tota in omni parte corporis totalitate eſſentiæ, non totalitate virtutis. Argumentum ergo eſt fallacia ſecundum non cauſam, vt cauſam, quoniam putat, ꝙ principalitas potentiarum attendatur ſecundum vnum, & attenditur non ſecundum illud, ſed ſecundum aliud.

APPENDIX.

Ex articulo habes primo: quomodo per rationem oſtendas, Clementinam, de ſum. trin. & fid. cath. recte virtualiter definiſſe, ꝙ anima intellectiua eſt tota in toto, & tota in quali bet parte. Dixi, Virtualiter; quia iſtud in illo, ꝙ in ibi expreſſe definit, continetur implicite. Docet namque expreſſe ibi, quod anima intellectiua eſt ſubſtantialis per ſe, perfecte, vere, & eſſentialiter, forma corporis humani, & ex conſequenti (ut patet) docet implicite omne illud, ſine quo talis ueritas catholica conſiſtere non poteſt. Vide regulam uniuerſalem articulo quarto appen. Cum igitur anima intellectiua non poſſit eſſe forma eſſentialis per ſe corporis, niſi ſit tota in toto, & tota in qualibet parte, (ut in probatione concluſionis aperte demonſtratur) patet, quod Papa docendo animam intellectiuam eſſe eſſentialiter uere per ſe & perfecte formam corporis humani: per hoc etiam implicite docuerit ipſam animam eſſe totam in toto, & totam in qualibet parte. 2 Secundo habes: quomodo per rationem dictum illud Clementinis implicitum (ſcilicet anima eſt tota in toto &c.) recte intelligas, intellectumque defendas, & ab eius cenſura caueas. 3 Tertio vides, quomodo ex his uiciſſim Angelica firmetur concluſio.

¶ Not. Pręſenti articulo ſuffragatur in ordine art. 40. 508. 577. 369. 381. 834. 371. 377. 84.

Comm. Cardinalis Caietani.

Titulus clarus eſt.

¶ In corpore. Primò, quid ſecundum poſitionem Platonis diceretur, ſ. negatiue reſpondendum eſſet. Secundo, ſecundũ ueritatem dicendo, reſpondet quæſito affirmatiue. Tertio, oſtendit differentem modum, quo anima eſt in toto & partibus, in fine articuli.

¶ Primum eſt clarum, quod non ideo repetitum toties eſt a S. Thoma, ut quaſi opinio Platonis ut dubia ſemper tractaretur ſed ut oſtendatur continue, quanta oritur diuerſitas ex illa radice, & confirmetur intentum, ex differentia inter unionem per modum motoris, & per modum formæ.

¶ Quo ad ſm, cõcluſio reſponſiua eſt. Anima eſt tota in toto, & tota in qualibet parte. Et probatur tali ordine. Primo, probatur ꝙ anima in toto & in qualibet parte eſt. Secũdò, quod in toto, & qualibet parte eſt tota. Primum probatur dupliciter, ſeu tripliciter. Primo ex differentia inter formam ſubſtantialem & accidentalem, ſic. Dare eſſe formale toti, & non partib. ſingulis, eſt conditio propria formæ accidentalis. ergo non conuenit animæ, quæ eſt forma ſubſtantialis. Antecedens declaratur in formis, quæ ſunt compoſitio & ordo. Secundò ex effectu, ſic. Recedente anima, nec totum nec partes remanent, niſi æquiuoce. ergo anima eſt actus totius & partium. Antecedens probatur authoritate philoſophi 7. Metap. & ratione, quæ poteſt eſſe tertia probatio ſeorſum a ſigno, ſic. Recedente anima, nulla pars corporis retinet proprium opus. ergo non remanet eiuſdem ſpeciei. ergo anima erat in eis. Antecedens patet ad ſenſum, prima conſequentia patet, quia retinens ſpeciem, retinet operationem. ſecunda uero, quia actus eſt in eo cuius eſt actus, ac per hoc, cum anima recedens ſit ille actus partium, quo habebant illa opera. ergo in eis erat. Secundum uero probat tali ordine. Primò, diſtinguit triplicem totalitatem. Secũdò, comparat eas ad formas in communi. Tertiò, applicat quęſtionem propoſitam ad formas habentes omnes totalitates, & ſoluit eam. Quarto, deſcendit ad intentum reſpondendo quæſito diſtincte.

¶ In primo horum ponitur triplex totalitas, quantitatiua, eſſentialis & poteſtatiua, iuxta triplex genus totius & partium.

¶ In ſecundo ponitur differentia inter totalitatem quantitatiuam & alias, reſpectu formarum quo ad hoc ꝙ illa non inuenitur in formis, niſi per accidens, iſtæ per ſe: illa in ſolis formis quę indifferenter reſpiciunt totum & partes, iſtæ non ſic: quia perfectio eſſentiæ, & rationis, & eſſe principium operationis per ſe, conuenit formæ. Ex his ſequitur tertia differentia, quod illa non inuenitur in anima, præcipue animalium perfectorum, iſtæ ſic. & tenet ſequela, quia aĩa non eadem habitudine reſcipit totũ & partes. quia requirit manifeſte diuerſitatẽ in partib. corporis.

¶ In tertio dicit tria. Primum eſt ꝙ ſi fiat hic qõ de albedine .i. forma habente omnes iſtas totalitates, oportet diſtinguere de totalitate quantitatiua &c. Secundum, ꝙ de duab. totalitatib. ſ. quantitatiua & uirtuali, reſpondendum eſt negatiue, quia una pars eſt extra aliam, & in maiori quanto, eſt maior uirtus. Tertium, ꝙ de totalitate eſſentiali reſpondendum eſt affirmatiue.

¶ In quarto, dicit tria. Primo, ꝙ non oportet diſtinguere in aĩa, de oĩbus totalitatibus, ſed eſſentiali & uirtuali tantum. probatur, quia non eſt quanta per ſe, nec per accidens. Secundo, reſpondet quæſito affirmatiue, quo ad totalitatem eſſentię. Anima ſecundum eſſentiam eſt tota in toto, & tota in qualibet parte. Tertio, ſecundum totalitatem uirtualem, negatiue, ſ. quod non eſt tota in qualibet parte, ſed ſecundum unam potentiam in una parte, & aliam in alia.

¶ Quo ad tertium principale, ponit differentiam inter modũ eſſendi totam animam in toto, & in qualibet parte. In hoc modo enim differre ait, quod quamuis totum, & quælibet pars conueniant in hoc, quod anima eſt in eis ut actus, differunt tamen in modo, quia anima eſt actus totius, ut per ſe primo perfectibilis, ſingularum uero partium, ut partium primo perfectibilis.

¶ Circa hæc dicta, ſunt multa dubia. Primum eſt, circa totalitatem quantitatiuam, quid ſit differens habitudo formę ad totum & partes, quę comitatur in extenſionem formę. Aut enim diuerſa iſta habitudo attenditur penes diſtinctionem primi perfectibilis, a non primo perfectibili in actu, & hoc non, quia ſic omnis forma eſſet inextenſa, quoniam omnis forma reſpicit totum ut primum perfectibile in actu, partes uero non ut primũ perfectibile, ſed ut partes primi, aut penes diſtinctionem primi perfectibilis a non primo, tam actu, quã potentia, ita quod pars nec ſit, nec eſſe poſſit primũ perfectibile a tali forma. Et hoc nõ, quia ſic anima uegetatiua eſſet inextenſa, quoniam ſic differen-

ter respicit totum & partes, quod totum est eius primo perfectibile, & nulla pars eius potest ei respondere vt primo perfectibile, quoniam nulla pars plantæ, habet omnia organa plantæ, sine quibus non habetur ratio primi perfectibilis, vt patet ex diffinitione animæ. aut penes distinctionem perfectibilis a non perfectibili, ita q pars sic perficiatur in toto a forma, q extra totum non possit esse perfectibilis tali forma: & hoc non, quia sic forma minimi naturalis esset inextensa: quoniam nulla eius pars potest tali forma seorsum perfici. Nullo igitur modo, videtur posse intelligi differentem habitudinem ad totum & partes comitari inseparabiliter negationem totalitatis quantitatiuæ in forma.

¶ Dubium secundo est circa eandem totalitatem, quia S. Th. a sui opinione discordare vr hoc in loco, eo q ponat præter animam intellectiuã, aliquam aliam formã in materia inextẽsam, s. animam sensitiuã animalium perfectorum, cum tñ vix possit sustineri, q anima intellectiua deforis veniens, informet sm esse, & sit inextensa. Tum, quia sequitur idem indiuisibile simul moueri & quiescere. Tum quia sequeretur, q manus intelligeret, existente ibi essentia animæ, & consequenter intellectu. Voluntarie quoq; & absq; probatione aliqua dicitur hoc, ut patet in litera, & in 2. contra Gent. c. 72. quod non decet Philosophum.

¶ Dubium tertio est circa totalitatem essentialẽ, quia male dr illam conuenire formis & animæ per se. Qualia aut intendis positiue, & sic constat esse falsum, quia non habet partes essentiales, cum sit simplex. Aut negatiue, & sic ẽt contingit totalitas quantitatiua animæ intellectiuæ, nã caret partib. quantitatiuis, quem admodũ & essentialibus, igitur pari ratione dicendum erat, q non habet essentialem totalitatem, sicut nec quantitatiuam.

¶ Ad primum horũ dr, q intelligitur secundo modo ista differens habitudo. Sed oportet q subintelligatur de totaliter differente, & non sm quid. Ad cuius euidentiam sciendum, triplex esse genus formarum. Quædam omnino ę qualiter respiciẽtium totum & partes, vt primum perfectibile, & tales sunt formę mere naturales, vt aquæ, ignis, & aliorum huiusmodi. Et loquimur de formis quãtum est ex parte sui, & de toto & partib. absolute, & non de tanto toto, aut tanta parte, liquet enim q forma aquæ quantũ est ex se, indifferenter respicit ut primũ perfectibile materiam bicubitam & cubitalem, quæ sunt totum & pars, & sic de alijs. Nec instantia de partib. minimi mouere debet, qm mutatur totum in tm, & pars in partem tantam, q est sophisma figuræ dictionis. minimum. n. significat totum tm, & similiter pars eius. Iam aũt diximi q sermo noster est absolutè comparando formam specificam ad totũ & partes, vt primo perfectibile. Quædam verò sunt omnino inęqualiter respicientes totum & partes. Et hæc ita totum sibi uendicant vt primum perfectibile, q nulla pars seorsum potest habere rationem, non solum primi perfectibilis, sed nec perfectibilis. hmõi aũt est proculdubio anima intellectiua, & ut videbitur. animæ animalium perfectorum. Nec te moueat q abscissa tibia: aut brachio, anima perficit reliquã partem. qm secundum ueritatem, reliquum corpus, in quo membra principalia restant, non proprie uocatur pars, sed totum imperfectum quod in tm differt a partis rõne q in 5. Met. Arist. fecerit proprium capitulum de colubon, i. truncato. Quædam aũt sunt mediæ formę, quæ partim æqualiter, & partim inæqualiter respiciunt totũ & partes, & hæ sunt, quæ sic totum respiciunt ut primo perfectibile, q partem possunt habere non vt primũ perfectibile simpliciter, sed secundum quid. Et tales sunt aĩa uegetatiua & sensitiua animaliũ imperfectorũ: hę. n. ita totum aiatum corpus ex omnib. organis ex propria rõne sibi vendicant ut primo perfectibile, q tamen in partib. eius seorsum saluari possunt non vt in primo perfectibili simpliciter, ut accidit in formis naturalib. sed sm quid. Et inter has est latitudo. nam uegetatiua saluatur in parte, ut in primo perfectibili sm quid, i. virtualiter: qm pars in eis est totum corpus organicum uirtualiter. Sẽsitiuũ aũt imperfectorum est in parte, vt in primo perfectibili sm qd, i. secundũ quandam rõnem particularem, i. secundum rõnem corporis. Est. n. pars decisa viuens, vere quoddam corpus animatum totum, non tñ est vere quoddã totum animal. Vnde cum in litera dicitur, q totalitas quantitatiua inuenitur per accidens in solis formis, quę indifferentem habent habitudinẽ ad totũ & partes, intelligitur vt ad primum perfectibile, siue simpliciter, siue secundum quid. Et per oppositum, cum dr illas formas esse inextensas, quæ differenter habent habitudinem ad totũ & partes, intelligitur ut ad primũ perfectibile, excludendo tã simpliciter quam sm quid. ita quod illa tm pars totum differenter respicit, quæ nec põt esse talis formæ primũ perfectibile simpliciter, nec secundũ quid, & sic est totaliter differens habitudo formæ ad totum & partes. In cęteris vero est aliquo mõ conueniẽs, & aliquo modo differens. Et per hoc patet responsio ad primum dubium.

¶ Ad secundum dubium dicitur, q doctrina hic tradita, est quidem contra modernorum communem phantasiam, sed non contra philosophicas rationes; parum est autem de horum authoritate curandum. Cum autem dicitur, quod sine ratione hoc est dictum, respondetur q ratio insinuata est a posteriori, quia, s. diuersam totaliter habet habitudinem ad totum & partem ipsa forma ex propria ratione. Si enim habet totaliter diuersam habitudinem ad totum & ad partes, hoc prouenit ex indiuisibilitate formæ. Quia si diuideretur forma ad diuisionem totius, iam pars formæ proportionaretur parti corporis. & cum pars quantitatiua formæ sit tota essentia formæ. ergo ipsa forma secundũ rationem suæ essentiæ non habet totaliter diuersam habitudinem ad totum & ad partes: sed utrumque, s. tam totum quam partem respicit ut proportionatum perfectibile. Et confirmari potest ista ratio, quia, forma extensa ex uiso ius diuisionis, non desinit esse secundum illam partem quam habet in parte decisa: immo quæ quodammodo erat per modum potentiæ perficitur & fit actu seorsum, ut patet in formis naturalibus. ergo a destructione consequentis, si ex sola diuisione pars decisa non potest retinere eandem speciem. ergo non erat extensa & diuisibilis ad diuisionem subiecti. Potest quoque principalis hæc conclusio de animabus animalium perfectorum probari per hoc, q forma extensa in maiori est maior, & in minori minor, secundum virtutẽ: quia in maiori quanto est maior uirtus, loquendo de uirtutibus extẽsis. In animalib. vero, uidemus sæpe totum oppositum, eo q aialia magni corporis secundum rationem speciei suæ, uidemus debiliora illis eiusdem speciei, quæ sunt commensuratæ magnitudinis, tanquam aĩa nõ sufficiente ad tantam corporis molem fouendũ. Non est ergo sine rõne dictũ, quod aiæ aliquæ præter intellectiuã sunt tantæ perfectionis, q sunt inextensæ, tã per se, quã per accidens, quãquam potẽtiæ oẽs earũ sint extensę p accidens, qualitates. n. sunt corporis partib. accommodatæ. Ad ea, quæ contra indiuisibilitatem animæ intellectiuæ adducuntur, facile rñdetur, negando consequentias, primam quidem, quia aĩa non mouetur neq; per se, neq; per accidẽs ad motum unius tm partis, sed totius, & rõ est: quia in nulla parte est diffinitiue, i. ita in ea quod nõ in alia. Spirituale aũt non mouetur per accidens, nisi ad motum illius in quo est diffinitiue. Et pp hanc eandem rõnem, angelus non mouetur ad motũ cœli, quãuis moueretur ad motum eius, si totum cœlũ mutaret locũ subiecto. Secundã vero, quia plus requiritur ad hoc, quod corpus aliquod denominetur intelligens, quã q sit compositũ ex anima intellectiua & corpore, exigitur. n. q ly, corpore, supponat pro corpore primo perfectibili ab ipsa aĩa: qm oportet esse aial & suppositũ quoddã, id quod intelligit. Tale autẽ nulla est pars, sed Socrates tm.

Ad tertium dubium dupliciter respondetur. Primò, q totalitas essentialis est duplex, s. ex partibus secundum rem, & hæc non conuenit formæ, sed essentię compositæ. & ex partib. secundum rationem suæ diffinitionis, & hæc cõuenit formis: ita quod sic totalitas essentialis sumitur positiue, sed distribuit pro partibus diffinitionis, nõ rei, & est dicere quod est totũ essentialiter, i. secundum omnes partes suæ diffinitionis intrinsecas. Secundo dicitur, quod sicut totum idem est quod perfectum, ita totalitas essentialis sumitur pro perfectione essentiali. Vtraq; autem totalitas, per se conuenit formis, quoniam & diffinitur unumquodq; & perfectionem habet, ratione formæ. Et utraque responsio tangitur in litera, prima, ubi dicitur quoddam totum esse quod diuiditur in partes rationis & essentiæ, ut diffinitum, & econuerso. Secunda ubi dicitur, quod ista totalitas attenditur, secundum rationis & essentię perfectionem. Et secundum utramque responsionem, dicitur forma tota positiue.

S. Bon. 2. 5. d. 16. q. 2.
Riccar. 1. 5. d. 16. q. 1.
Alb. Mag. p. d. 3. ar. 34.
Sco. 2. 5. d. 16. q. 2.
Aeg. 1. s. d. 3. q. 2. ar. 2.

SVP. Q. LXXVII. ART. I.

CONCL. Impossibile est, quod essentia animæ sit eius potentia.

PROB. Quia operatio animæ non est in genere substantiæ, in quo genere, est essentia animæ, & ad idem genus referuntur, idest in eodem genere sunt, necessario potentia atque

QVAESTIO LXXVII.

De his, quæ pertinent ad potentias animæ in generali, in octo articulos diuisa.

DEINDE considerãdum est de his, quæ pertinent ad potentias animæ. Et primo in generali, Secundo in speciali.

CIRCA primum quæruntur octo.

¶ Primò, Vtrum essentia animæ sit in eius potentia.

¶ Secundò, Vtrum sit una tãtum potentia animæ uel plures.

¶Tertiò, Quomodo potentię animæ distinguantur.
¶Quartò, De ordine ipsarum adinuicem.
¶Quintò, Vtrum anima sit subiectum omnium potentiarum.
¶Sextò, Vtrum potentiæ fluant ab essentia animæ.
¶Septimò, Vtrum potentia una oriatur ex alia.
¶Octauò, Vtrum omnes potentiæ animæ remaneant in ea post mortem.

ARTICVLVS PRIMVS.

Vtrum ipsa essentia animæ sit eius potentia.

377 1.d.3.q.4.a.2. & quolib.10.a.5. Et de spû. ar.11. Et de anima art. 12.& 2.19. cor. prin.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur, quod ipsa essentia animæ sit eius potentia. Dicit enim Aug. in * 9. de Trin. ꝙ mens, notitia, & amor sunt substantialiter in anima, vel (vt idem dicam) essentialiter. Et in † 10. dicit, quod memoria, intelligentia, & voluntas, sunt vna vita, vna mens, & vna essentia.

* Lib.9.de Tri.c.4.parũ a princ. †lib.10.c.11. parum ante med.

¶ 2 Præt. Anima est nobilior quam materia prima: sed materia prima est sua potentia. ergo multo magis anima.

¶ 3 Pręt. Forma substantialis est simplicior quam accidẽtalis. Cuius signum est, ꝙ forma substantialis non intenditur vel remittitur, sed in indiuisibili consistit. Forma autem accidentalis est ipsa sua virtus. Ergo multo magis forma substantialis, quæ est anima.

¶ 4 Præt. Potentia sensitiua est qua sentimus: & potẽtia intellectiua, qua intelligimus. Sed id, quo primo sentimus & intelligimus, est anima secundum Phylosophum in 2. * de anima. Ergo anima est suæ potentiæ.

* Lib.2.de aia tex.24. to. 2.

¶ 5 Præter. Quod non est de essentia rei, est accidens. Si ergo potentia animæ est preter essentiam eius, sequitur ꝙ sit accidens. quod est contra Aug. in * 9. de Trinita. vbi dicit, quod prædicta non sunt in anima sicut in subiecto ut color aut figura in corpore, aut vlla alia qualitas, aut quantitas. quicquid enim tale est, non excedit subiectum in quo est. Mens autem potest etiam alia amare & cognoscere.

* Lib.9.de Trin. c. 4. paulo post principiũ.

¶ 6 Præterea. Forma simplex subiectum esse * non potest. Anima autem est forma simplex, cum non sit composita ex materia & forma, vt supra dictum est. † Non ergo potentia animæ potest esse in ipsa sicut in subiecto.

* Boe.li.de Trini. ante med.libri. † q.75.a.5

¶ 7 Præterea. Accidens non est principium substantialis differentiæ, sed sensibile & rationale sunt substantiales differentiæ, & sumuntur a sensu & ratione, quæ sunt potentiæ animæ. Ergo potentiæ animæ non sunt accidentia. Et ita uidetur, quod potentia animæ sit eius essentia.

SED CONTRA, est quod Dion. dicit * 11.c. cœlest. Hierar. quod cœlestes spiritus diuiduntur in essentiam, virtutem, & operationem. Multo igitur magis in anima aliud est essentia, & aliud virtus, siue potentia.

* c.11. cir. medium illius.

RESP. Dicendum, quod impossibile est dicere, quod essentia animæ d sit eius potentia, licet hoc quidam posuerint. Et hoc dupliciter ostenditur quantum ad præsens. Primo, quia cum potentia & actus diuidant ens, & quodlibet genus entis, oportet quod ad idem d genus referatur potentia & actus: & ideo, si actus non est in genere substantiæ potentia quæ dicitur ad illum actum, non potest esse in genere substantiæ. Operatio autem animæ non est in genere substantiæ, sed in solo Deo, cuius operatio est eius substantia. Vnde Dei potentia, quę est operationis principium, est ipsa Dei essentia. quod non potest esse verum, neque in anima, neque in aliqua d creatura, ut supra etiam de angelo dictum est. * Secundo hoc etiam impossibile apparet in anima, nam d anima secundum suam essentiam est actus. Si ergo ipsa essentia animæ esset immediatum operationis principium, semper habens animam actu, haberet opera uitæ, sicut semper habens animam actu, est viuum. Non enim inquantum est forma, est actus ordinatus ad vlteriorem actum: sed est ultimus terminus generationis. Vnde ꝙ sit in potentia adhuc ad alium actum, hoc non competit ei secundum suam essentiam, inquantum est forma: sed secundum suam potentiam, & sic ipsa anima secundum quod subest suæ potentię, dicitur actus primus, ordinatus ad actum secundum. Inuenitur autem habens animam non semper esse in actu operum uitæ. Vnde etiam in diffinitione animæ dicitur, quod est actus corporis potẽtia uitam habentis, quæ tamen potentia non abiicit animam. Relinquitur ergo, quod essentia animæ non est eius potentia. nihil enim est in potentia secundum actum, inquantum est actus.

D.568. D. 71. D.168. * q.59.a.2. D. 113.

AD PRIMVM ergo dicendũ, quod Aug. loquitur de mente secundum quod noscit se, & amat se. Sic ergo notitia & amor, inquã tum referuntur ad ipsam, ut cognitam & amatam, substantialiter vel essentialiter sunt in anima: quia ipsa substantia, vel essentia animæ cognoscitur & amatur. Et similiter intelligendum est, quod alibi dicit, quod sunt una uita, una mẽs, vna essentia. Vel sicut quidam dicunt, hæc locutio verificatur secũdum modum, quo totum potestatiuum prædicatur de suis partib. quod medium est inter totum uniuersale, & totum integrale. Totum enim uniuersale, adest cuilibet parti secundum totam suam essentiam & uirtutem, ut animal homini, & equo, & ideo propriè de singulis partibus prædicatur. Totum vero integrale, non est in qualibet parte, neque secundum totam essentiam, neque secundum totam uirtutem. Et ideo nullo modo de singulis partibus prædicatur: sed aliquo modo, licet impropriè, de omnibus simul, ut si dicamus ꝙ paries, tectum, & fundamentum sunt domus. Totum vero potentiale adest singulis partib. secundum totam suam essentiam, sed non secundum totam uirtutem. Et ideo quodammodo potest prędicari de qualibet parte, sed non ita propriè, sicut totum uniuersale. Et per hunc modum Aug. * dicit, ꝙ memoria, intelligentia, & uoluntas, sunt una animæ essentia.

* Loco citato i arg.

AD SECVNDVM dicendum, ꝙ actus, ad quem est in potentia materia prima, est substantialis forma. Et ideo potentia materię, non est aliud quam eius essentia.

AD TERTIVM dicendũ, ꝙ actio est compositi, sicut & esse. existentis enim est agere. Compositum autem per formam substantialem habet esse substantialiter, per uirtutem autem quæ consequitur formam substantialem operatur. Vnde sic se habet forma d accidentalis actiua ad formam substantialem agentis, ut calor ad formam ignis, sicut se habet potentia animæ ad animam.

D. 561.

que actus. Quia si essentia animę esset immediatũ operationis principium (idest potentia) tunc habens animam actu, haberet semper in actu opera uitę, quod est falsum.

1m ex Augustino. Mens, notitia, amor. R. inquantũ referuntur ad animam, ut cognitam, & amatam, non inquantum sunt potentia uel operatio. §. Tunc &c. ut patet.

Item ex eodem. Sunt. R. per modum, quo totum potestatiuũ prædicatur de suis partib. nõ autem identice realiter. §. Tunc &c. Sic. n. exponitur. Memoria, intellectus, uoluntas, sunt una essentia animæ, idest sunt partes potestatiuę essentiæ animæ intellectiuæ, inquã tum intellectiua, non autem exponitur, memoria intellectus, & uoluntas sunt una essentia animæ, i. sunt eadẽ res, quæ est essentia animę. Vide secundum responsum ly, uel sicut quidã dicunt hæc locutio &c.

2m conclusio. Ergo &c. R. si actus ad quem ordinatur potentia animæ, esset de genere substantię, nõ aliter. §. Tũc &c. Actus enim, ad quem ordinatur potentia animæ, est in genere accidentis. Vide probationem primam conclusionis.

3m de minori. Virtus. R. quę consequitur formam substantialem, nõ, quæ sit ipsa forma substantialis. §. Tũc &c. Sic. n. & forma substãtialis est sua uirtus, i. producit suam uirtutẽ, seu potentiam, nõ ꝙ sit ipsa uirtus producta.

Quar-

4m de maiori. Sentimus, intelligimus. R. Proximè: non primo. §. Tunc &c. Anima enim est, quo primo.

5m de antecedente. Quod non est de essentia rei. R. neque a principijs essentialibus profluit. §. Tunc &c. Potentia enim licet non sit essentia animae, profluit tamen ab essentia animae, & ideo potentia ipsa non est accidens, sed proprium. De accidente namque, quod est quintum praedicabile ut, s. distinguitur contra proprium, loquitur argumentum: non de accidente, quod est praedicamentum nouemcuplex, vt scilicet distinguitur contra substantiam. Nam sic, cum potentia non sit substantia, est accidens; neque ab Augustino ibi dicitur contrarium.

[*li.2. de aia tex.24.t.2.] [D.24.]

Item ex Augustino. Anima. R. sicut amata & cognita: non, sicut amante & cognoscente. §. Tunc &c. Amor enim & notitia in anima, vt cognita & amata, sunt sicut in obiecto, non sicut in subiecto, cum tamen in anima, ut cognoscente & amante sint sicut in subiecto, non sicut in obiecto. Vide in litera a ly, Quod autem Augustinus dicit. &c. vsque in finem.

[D.201.] [D.1138.]

6m de maiori. Forma simplex. R. idest quae est actus purus: nō autem, quae non est cōposita ex materia & forma. §. Tunc &c. Nam anima est forma simplex tantum secundo modo.

7m de maiori. Accidens. R. ut accidens, non, ut stans loco substantiae. §. Tunc &c. Nam dicendo, quod sensibile & rationale, sumuntur a potentijs sensus & rationis: sumimus ly potentijs pro animabus, sensitiua & rationali. Sic ergo accidens re uera non est principium substantialium differentiarum: sed prout sumitur a nobis, idest ut stat pro substantia est principium tale.

AD QVARTVM dicendum, quod hoc ipsum quod forma accidentalis est actionis principium, habet a forma substātiali. Et ideo forma substantialis est primum actionis principium, sed non proximum. Et secūdum hoc, Philosophus* dicit, quod id, quo intelligimus & sentimus, est anima.

AD QVINTVM dicendum, quod si accidens accipiatur secundum quod diuiditur contra substantiā, sic nihil potest esse medium inter substantiā & accidens, quia diuiduntur secundum affirmationē & negationem, s. secundum esse in subiecto, & nō esse in subiecto. Et hoc modo, cum potentia animae non sit eius essentia, oportet quod sit accidens, & est in secunda specie qualitatis. Si uero accipiatur accidens secundum quod ponitur vnum quinque uniuersalium, sic aliquid est medium inter substātiā & accidens: quia ad substantiam pertinet quicquid est essentiale rei, non autem quicquid est extra essentiam potest sic dici accidens, sed solum id, quod non causatur ex principiis essentialibus speciei. Proprium enim non est de essentia rei, sed ex principiis essentialibus speciei causatur. Unde medium est inter essentiam, & accidens, sicut dictum est. Et hoc modo potentiae animae possunt dici mediae inter substantiam & accidens, quasi proprietates animae naturales. Quod autem Augustinus dicit, quod notitia & amor nō sunt in anima, sicut accidentia in subiecto, intelligitur secūdum modum praedictum,* prout comparantur ad animam, non sicut ad amātem & cognoscentem: sed prout cōparantur ad eam sicut ad amatam & cognitam. Et hoc modo procedit sua probatio: quia si amor esset in anima amata sicut in subiecto, sequeretur quod accidens transcenderet suum subiectum: cum etiam alia sint amata per animam.

AD SEXTVM dicendum, quod anima licet non sit composita ex materia & forma, habet tamen aliquid de potentialitate admistum, ut supra dictum est.* Et ideo potest dici subiectum accidētis. Propositio aūt inducta locum habet in Deo, qui est actus purus, in qua materia Boet.* eam introducit.

AD SEPTIMVM dicendum, quod rationale & sensibile, prout sunt differentiae, non sumuntur a potētiis sensus & rationis, sed ab ipsa anima sensitiua & rationali. Quia tamen formae substantiales, quae secundum se sunt nobis ignotae, innotescunt per accidentia, nihil prohibet interdum accidentia loco differentiarum substantialium poni.

APPENDIX.

[Vtilitas pro Eccle. S.Dei.] [* In sol. ad 1. arg.] [D.1136.] [* q.75.a.5] [* Loco citato in arg.]

Ex articulo habes primo quō per rationem ostendas, philosophum recte virtualiter dixisse, animae essentiā non esse eius potentiā. Dixit autem hoc tunc, quando 2. de anima t. 4. & 5. ait, quod anima est actus corporis physici organici potentia uitam habentis, quae tamen potentia non est abiiciens animam. Qua si dicat. Illud corpus, quod habet animam, non est necessario semper in actu operationum vitae. Vtputa. Non semp actu augmētatur homo, nec semper actu sentit, nec semper actu intelligit, vt patet. Clarum est autem, quod habens animam semper actu est animatum, & viuum. Vnde a simili, si anima esset suae potentiae: tunc habens animam semper etiam esset actu operans opera uitae. Cum ergo dicit philosophus, quod talis habet actu animam, & tamen est in potentia ad opera uitae, dixisse voluit, quod essentia animae non est suae potentiae, seu quod potentiae animae non sunt ipsius essentia. Secundo habes: [2] quomodo per rationem dictum philosophi, propositum, declares, probes, defendas. Tertio uides: [3] quomodo ex his, atque similibus, iuuetur uicissim Angelica doctrina.

¶Not. Articulo isti seruit in ordine articulus 277. 389. 395. 372. 366. 299. 275.

Comm. Cardinalis Caietani.

IN titulo nota, ly sit secundum rem.

¶In corpore una est conclusio responsiua negatiuè, dupliciter probata conclusio est. Impossibile est animae substātiam, esse suam potentiam. Ratio prima est. Operatio aiae non est in genere substantiae. ergo nec potentia operatiua. Et sic non est substantia. Antecedens probatur: quia hoc est proprium Dei, quod operatio sit substantia, consequentia probatur. Potentia est in eodē genere in quo est actus probatur: quia actus & potentia diuidūt ens & quodlibet genus entis. Et quia ratio extendit se ad potētiam operatiuam cuiusq; creaturae, ideo sequitur corollarie, immo extensiue, quod in solo Deo essentia sit potentia, sicut operatio est subiecta in eo solo. Secunda ratio est ducens ad impossibile, circa quā sic proceditur. Primo, ponitur ipsa consequentia, cū eius probatione. Si essentia aiae esset immediatū principium suae operationis, semper habens animā, haberet actu opera uitae, sed hoc est falsum. ergo, consequentia probatur dupliciter, primo, quia anima secundum essentiam est actus. secundo a simili, sicut semper est viuum. Deinde excluditur obiectio, quae posset contra probationem consequentiae adduci, dicendo, quod anima est actus talis, i. ordinatus ad ulteriorē actum, quia est actus primus, ut dicitur in 2. de aia. Et hoc excludit dupliciter, primò interimēdo, quod hoc conueniat animae secundum essentiam, quod probat: quia secundum essentiam est ultimus terminus generationis. ergo non ordinatur ad ulteriorem actum. Secundo ostendendo quomodo hoc contingit animae, s. secundum quod subest suae potentiae. Deinde probat falsitatem consequentis, dupliciter. primo experientia. secundo ex diffinitione animae, deinde intentam conclusionē principalē. Et demū, exprimit radicem rationis pro conclusione intēta, quia, s. nihil est in potentia secundum actum, inquantum est actus.

¶Contra primam rationem arguit Sco. in 2. d. 16. q. 1. sic. Potentia spectans ad idem genus cum actu, est potentia quae est differentia entis, s. potentia obiectiua. ergo aequiuoce infertur ex hac radice de potentijs animae. Antecedens probatur, quia de potentia obiectiua est uniuersaliter uera illa maxima, de receptiua uerò, est quasi semper falsa, quia excepto genere substantiae, ut plurimum subiectum formae alicuius praedicamenti, non est res illius, sed alterius generis, consequentia patet. quia potentiae animae sunt potentiae operatiuae, & receptiuae, ut in pluribus. Et confirmatur. Tum, quia aliter esset processus in infinitum nisi veniretur ad substantiam, quae esset immediatum receptiuum accidentis. Tum quia 7. Met. proprium est substantiae non fieri nisi substantia praesupposita, quantū autem uel quale sit nullo quanto, aut quali praexistente, nisi in potentia. ergo substantia est immediatum principium accidentis. Tum, quia apud te, anima est immediatum principium suarum potentiarum, quae sunt accidentia, ut dicis. Et similiter apud te, anima est immediatum receptiuum aliquarum potentiarum, puta intellectus & uoluntatis, non ergo proximum principium, actiuum siue passiuum, & actus sunt eiusdem generis etiam apud te.

¶Contra secundam rōnem arguitur multipliciter. Primo arguit

guit Scot. ibidem contra illam similitudinē sic. Anima est principiū viuēdi formale, operādi vero effectiuū ergo nō est similis rō de esse viuo & operarii in actu. Antecedens patet: consequentia probatur ex differentia inter hæc genera causarum: quia causa actiua potest esse in primo tantum absque secundo actu, formalē vero implicat esse absque effectu formali. Secundo arguo contra probationem sic. Negatio formalis non infert identitatem, sed in istis, actus vt sic non est in potentia, & vltimus terminus generationis vt sic, non ordinatur ad ulteriorem actum: non est negatio nisi formaliter, ergo ex eis non sequitur. ergo res, quæ est actus. ergo res quæ est terminus generationis, non ordinatur ad vlteriorem actum, vbi est negatio identica, quod tamen in litera infertur, alioquin non habetur intentum.

¶Præt. si hoc esset verum, sequeretur ꝙ calor non esset ipsa potentia calefactiua: & probatur sequela, quia calor secundum suam essentiam est actus, & vt sic, terminat generationem sui. Igitur, si ratio in litera facta valeret, sequeretur, quod in calore aliud esset essentia eius, & aliud potentia calefactiua, quod est ridiculum. Nec tutatur rationem, si quis dicat ꝙ calor non generatur nisi secundum quid: nihil. n. refert terminare generationē simpliciter, vel generationem secundum quid, quo ad hoc, ꝙ est esse actum vltimum generationis. Vtrobique. n. hoc conuenit per naturam & rationem actus, inquantum actus est. Et super hac natura sustentatus ratio, qui arte, &c.

¶Tertio specialiter contra illam propositionem fundamentalem, Nihil est in potentia secundum actum, inquantum actus est, sic. Potentia actiua fundatur super actu; & ex hoc ipso aliquid potest actiuè, quia est actu: vt patet 3. de Anima. tex. 40. & 3. Physic. tex. 17. ergo falsum est illud assumptum, etiam formaliter de potentia actiua. hæc igitur ratio non est uniuersalis de omnibus potentijs animæ. Præterea, & difficilius. Omnes habitus animæ secundum idem sunt actu & in potentia operatiua. ergo falsum est, ꝙ nihil est in potentia secundum id, ꝙ est actu, ergo totus iste processus nihil valet. Antecedens patet, quia quilibet habitus est res simplex, nec potest in eo fingi distinctio duarum rerū: quarum altera sit actus & altera potentia, & est essentialiter actus, alioquin non esset per se terminus generationis: & est essentialiter potentia, quia essentialiter ordinatur ad ulteriorem actum, s. operari. Igitur omnia ruunt.

¶Ad euidentiam solutionum, recolenda sunt quæ diximus in q. 45. ar. 3. vbi distinctum est de actu & potentia. Dictum est. n. ꝙ inter purum actum & puram potentiam, mediam entia habentia aliquid actus & potentię, sic, quod quædam sunt essentialiter in genere actuum, quædam uero essentialiter in genere potentiarum: de quibus tantum in hac materia est sermo. Et quia obijcientes diuertunt ab his, nec discernunt inter per se, & per accidens, ideo falluntur. Vnde ad singula veniendo, cum in prima ratione dicitur, ꝙ potentia & actus sunt in eodem genere, intelligitur de potentia essentialiter ordinata ad talem actum, siue sit receptiua, siue actiua, vt patet in 12. Meta. tex. 26. Nec contra hoc aliqua instantia adducitur. Non enim obstat, quod res unius prædicamenti sit immediatum receptiuum rei alterius: quoniā nullum prædicamentum est essentialiter potentia respectu alterius sed ut patet in loco allegato, in quolibet prędicamento est propria potentia illius generis. Nec sequitur processus in infinitum, quoniam actus cuiusque generis respondet propriæ potentiæ, vt essentialiter ad se ordinatæ: illi vero potentię non respondet alia precedens potentia essentialiter ad illam ordinata, quoniam ipsa est essentialiter in genere potentiæ, & si aliquid actualitatis habet, non nisi quendam actus modum habet: puta, quia inest alteri, & ad hoc sufficit quod habeat receptiuum in quo sustétetur absq; hoc ꝙ essentialiter ordinetur ad hoc: & sic est status in re alterius generis, puta substantia. Et nisi sic dicatur, non potest euadi, quin substantia sit reductiuè in genere accidentis. Et per hoc patet etiam responsio ad illud 7. Met. quia fatemur substantiam esse immediatum principium quantitatis, loquēdo de principio receptiuo, non autem essentialiter ordinato ad illā. Quamuis illa authoritas non sit ad propositum: quia si adducitur quo ad principium passiuum, constat quod par est ratio de substantia, & quanto, & quali: quia quodlibet eorum fit ex non tali in actu, sed in potentia tantum. Si quo ad principium actiuum, differentia non uerificatur, nisi respectu emanationis rerum ab intelligentijs, quæ sunt causę æquiuocæ, a quibus cum deriuentur substantia, quantitas, qualitas &c. ipsę tamen non sunt quantę, nec quales, nisi virtualiter: substantiæ autem actu. Cætera namque agentia, sicut substantiæ sunt actu, ita & quanta, & qualia. Sermo autem præsens est de proprijs principijs, non de communibus æquiuocis. Similiter non obstat, quod anima sit principium suarum passionum, quas ponimus accidentia: quia nec actiuum, nec passiuum earum est principium essentialiter ad eas ordinatum: sed habet modum actiui per naturalem quandam resultantiam, & rationem passiui in hoc, quod sustentat eas inhærentes sibi.

¶Ad ea uerò, quæ primo contra secundam rationem adducta sunt, dicitur dupliciter. Primò, quod in litera, illa similitudo adducitur, non ad probandum, sed ad declarandum. Secundo, ꝙ licet non sit simile quo ad genus causæ, est tamen simile quo ad actum, uel potentiam, quod solum erat ad propositum. Et cum contra hoc dicitur, ꝙ causa efficiens potest esse sine actu secūdo, non aūt formalis, respondetur, ꝙ licet hoc sit uerum simpliciter & in cōi, non tamen est uerum in causa actiua, cuius actio sequitur immediatè actum, sm ꝙ est actus: quoniam ab actu inquantum actus, non prouenit potentia. constat autem, ꝙ esse in actu primo tantum, est esse in potentia, & ideo par est ratio de effectu formali, & causalitate effectiua, quo ad actum & potentiam.

¶Ad id, quod secundo obijcitur, in quo stat tota uis, dicitur, ꝙ quamuis absolutè negatio formalis non inferat identicā, infert tñ eam in rebus, quæ sunt essentialiter oppositarū rōnum. Dico oppositarū, pp rōnes superioris & inferioris. Dico essentialiter, ppea, quę secundum quid sapiunt rationes eorum: huiusmodi aūt sunt res de quib. loquimur, quia anima est essentialiter actus, & potētię operatiuæ animę sunt essentialiter potentiæ, & constat rationes actus, & potentiæ opponi, & similiter esse terminum ultimum generationis, & ordinari ad ulteriorem actum opponuntur, & utrumque inuenitur in aīa essentialiter. ergo sm diuersa, igitur primum sm substantiam, & reliquum secundum accidens coniunctum. Non sic autem est de potentia receptiua, aut actiua, seu potius earum modis, quibus ab anima fluunt passiones in ea, quoniam nullam rem oportet ponere, quæ sit essentialiter potentia propter hoc, ut patet ex dictis.

¶Ad ea, quę tertio obiciuntur, dr, ꝙ potentia actiua sumi potest dupliciter. Primò pro proximo operationis principio effectiuo ut quo, & sic argumentum concludit: sed non propriè sumitur potentia actiua hoc modo, quia non perfecte. Et ideo proprie loquendo, talis potentia actiua, non potentia, sed principiū actiuum uocatur. Secundo pro proximo operationis effectiuo principio, ut quo, habente statum potentiæ, & tunc habet complete rationem potentiæ actiuæ, & sic sumitur in proposito, ubi propriè loquimur. Primo modo, calor est potentia calefactiua: secundo modo non. Et uniuersaliter nulla res est proprie potentia actiua, nisi sit talis ꝙ sibi conueniat quandoque esse in actu primo tantum: hoc. n. est habere statum potentiæ, ut patet in 9. Met. tex. 9. vel 7. Vnde proprie loquendo, ad primam obiectionem dicitur, ꝙ aliud est loqui de principio actiuo, & aliud de potentia actiua illud enim simpliciter sequitur actum, & non opponitur illi. De hac uero distinguendum est: quia duo includit, s. rationem causandi, & conditionem, & quo ad rationem causandi, dicit actum inquantum actus est; quo ad conditionem dicit potentiam inquantum potentia est. Et ideo in solo actu permisto potentiæ, inuenitur proprie potentia actiua, quamuis in Deo summe recipiatur potentia, i. principium actiuum. At si minus consonum doctrinæ Sancti Thomæ uidetur, ꝙ ad completam rationem potentiæ actiuæ spectet potentialitas: dicito, ꝙ huiusmodi potentialitas est de ratione potentiæ actiuæ essentialiter, idest entis, quod ad hoc per se primo est institutum, ut sit potentia actiua, & hoc sufficit proposito. quoniam de huiusmodi potentia est sermo.

¶Ad secundam autem obiectionem omnium difficillimā, quæ affert permistionem actus essentialis, & potentiæ essentialiter, absque distinctione reali, dicendum est, ꝙ habere permistionem actus & potentiæ essentialiter, contingit dupliciter, s. per se primo, & per accidens, seu per aliud, & quod sermo noster est de habente hæc per seipsum, & non de habente hæc ratione alterius. Et rationabiliter ac merito hoc dicitur, qm eius, ꝙ conuenit alicui per aliud, assignanda est ratio ex illo alio, & non ex se, & per oppositum eius quod conuenit alicui per seipsum, assignāda est in seipso causa propria, modo constat, quod habere in se hæc duo, actum essentialiter, & potentiam essentialiter, animæ conuenit ex propria ratione, quia ex hoc ipso quod est actus primus, quod est eius diffinitio, & consequenter in ipsa ponenda est propria causa huius permistionis, quæ, ut ex dictis patet, est distinctio generica actus a potentia, cui coniungitur, & consequenter distinctio realis. Habitui uerò cuicunq; non conuenit ex seipso, sed ex ipsa anima. Ex hoc n. habent habitus, & reliqua quæ in anima sunt, ꝙ non semper uigilent, sed quādoque sint, ut somnus, quia ipsius animæ sunt. Cuius signum est, ꝙ in solis qualitatibus animæ hæc permistio inuenitur. Et confirmatur ex diffinitione habitus 3. de anima. tex. & comm. 17. habitus est quo quis utitur cū uult. ubi libertas animæ ponitur causa uigiliæ & somni ipsius habitus. Nec obstat, quod leue non semper ascendat: quoniam deductis impedimentis & de operationibus conuenientibus rei in sua naturali dispositione philosophicus sermo intelligendus est, quando de operationibus rerum habetur. Vnde, nisi in eis non sit talis permistio actus & potentię, nisi ratione subiecti, consequens est, quod hæc instantia non sit contra rationem factam, quæ causam permistionis talis in eo, in quo ex se inueni tur, assignat distinctionem realem permistorum includere. Et in hoc gratias ago Deo meo.

¶Ad ea, quæ quarto obiiciuntur, & similia, jam ex dictis patet responsio. Omnes enim formæ, quę generationem per se terminant, & sunt tñ proxima operationũ principia, aut nõ sunt propriæ potentiæ actiuæ, vel passiuæ, vt de calore patet ex dictis, & consequenter non ordinantur essentialiter ad ulteriorem actũ, utpote quibus repugnat status potentiæ. Aut si sunt proprię potentiæ, non sunt ex se habentes statum potentiæ, sed ex anima, ut de habitibus, patet ex dictis.

¶In tertio argumento & eius responsione diligenter aduerte, & accipe hinc quod apud S. Tho. cum accidens dicitur agere in uirtute substantiæ, est constructio intransitiua, i. est ipsa virtus substantiæ, huc enim tendit tota responsio, quod accidentalis vis non sua, sed substantię est virtus. Quoniam eius est virtus, cuius est agere, quod est eius cuius est esse, quod non est nisi compositi, quod substantiali forma est, & accidentali vt virtute operatur. Non ergo fingas intentionalem aliquam formam, qua accidens salues agere in uirtute substantiæ, ut quibusdam uisum fuit.

Ferr. 2. cont. c. 72.

SVP. Q. LXXVII. ART. II.

st. c. 378 / ōt. c. 72 / aĩ Et q. de / 15 ar. 3. Et / fi li. de aĩa. / & li. 2. l. / 2. fin.

CONCL. Necesse est, ponere plures animæ potentias.

¶PROB. Quia homo potest consequi vniuersalem perfectamque beatitudinem, existens tamen in ultimo gradu potentium consequi ipsam: Et huiusmodi sic ad beatitudinem se habentia adipiscuntur eã multis motibus (2. de cœlo). i. operationibus, quibus correspondent multæ potẽtiæ animæ. Quia natura humana est in confinio spiritualium corporaliumque creaturarum, & in huiusmodi, s. in existente in confinio, concurrunt uirtutes vtrorumq; extremorum.

* q. 76. a. 3. & 4.

1^m de maiori.

* li. 2. de aĩa text. 13. & seq. & tex. 27. tom. 2.

Accedit. ℞. in hoc, ꝙ perfectam beatitudinẽ consequi potest, non autem, in hoc ꝙ multis motibus. §. Tunc &c. vt patet.

2^m de maiori.

Superior. ℞. ad æqualia se extendens: non, ad inæqualia. §. Tunc &c. Propositio enim maior illa tenet ĩ his, quę ad ęqualia extenduntur: non in his, quæ ad inæqualia. Verbi gratia. Homo, & angelus, ad ęqualia extenduntur: inquantum uterq; beatitudinem perfectam, quam naturaliter non habet, consequi potest, ideo in illorum compa ratione ualet hæc maxima propositio, qñ angelus, eo ꝙ habet uirtutẽ homine superiorem, habet virtutem magis unitam, i. minorem diuersitatem potentiarum. Homo autem, & bruta, ad inæqualia extendũtur, inquantum homo beatitudinem perfectam, bruta uero imperfectã, respiciunt consequendam, ideo in horum collatione non tenet illa maxima: sed superioritas horum aliunde, quã ex esse unitum, iudicatur. Iudicatur enim ex obiecto hæc, sed prima illa non ex obiecto. Primorum ergo uirtus ex esse magis unitum, superior dicitur, secũdorum ex obiecti nobilitate, ad quam superioritatem consequitur pluralitas potentiarum, & consequenter subiicere sibi plura (vt ex 2. de cœlo patet).

3^m maior.

Operari, est existẽtis in actu. ℞. Non tamen per hoc existere & operari parificantur in unitate, uel pluralitate. §. Nam unius rei est vnum &c. ut in litera.

APPENDIX.

Ex articulo habes primo quõ per rationem ostendas, philosophum recte, posuisse plures potentias unius animę, ut patet in 2. de anima tex. 13. & seq. & 27. Secundo habes: quomodo per rationem ipsum ibi recte intelligas intellectũq; defendas. Tertio uides: quomodo ex his uicissim Angelica firmetur conclusio.

¶NOT. Præsenti articu. deseruit artic. in ordine 174. 368. 371. 372.

ARTICVLVS II.

Vtrum sint plures potentiæ animæ.

AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur, ꝙ non sunt plures potentiæ animæ. Anima. n. intellectiua maximè ad diuinam similitudinem accedit: sed in Deo est vna & simplex potentia. ergo & in anima intellectiua.

¶ 2 Præt. Quanto virtus est superior, tanto est magis vnita: sed anima intellectiua excedit omnes alias formas in virtute. ergo maximè debet habere vnam virtutem, seu potentiam.

¶ 3 Præt. Operari est existentis in actu. Sed per eandem essentiã animę, homo habet esse secundum diuersos gradus pfectionis, ut supra * habitum est. Ergo per eandẽ potentiam aię operatur diuersas operationes diuersorum graduum.

SED CONTRA est, quod Philosophus in * 2, de Anima ponit plures animę potentias.

RESPON. Dicendum, ꝙ necesse est ponere plures animæ potẽtias. Ad cuius euidentiam considerandum est, quod sicut Philosophus dicit ibi * 2. de cę. quæ sunt in rebus infima, non possunt consequi perfectam bonitatem, sed aliq̃ imperfectam consequuntur paucis motibus. Superiora uero his adipiscuntur perfectam bonitatem motibus multis. His autem superiora sunt, quę adipiscuntur perfectam bonitatem motibus paucis. Summa uero perfectio inuenitur in his, quæ absque motu perfectã possident bonitatem. Sicut infimè est ad sanitatẽ dispositus qui non potest perfectã consequi sanitatẽ, sed aliquam modicam consequitur paucis remediis. Melius autẽ dispositus est, qui potest perfectã consequi sanitatem, sed remediis multis, & adhuc melius qui remediis paucis, optimè autem qui absque remedio perfectam sanitatem habet. Dicendum est ergo, ꝙ res, quę sunt infra hominem, quędam particularia bona consequuntur. Et ideo quasdam paucas, & determinatas operationes habent, & uirtutes. Homo autẽ potest cõseq uniuersalem & perfectam bonitatem: quia potest adipisci beatitudinem. Est tamen in ultimo gradu, secundum naturam eorum, quib: competit beatitudo: Et ideo multis & diuersis operationib. & uirtutib. indiget anima humana. Angelis uero minor diuersitas potentiarum competit. In Deo uero nõ est aliqua potentia uel actio, præter eius essentiam. Est & alia ratio quare anima humana abundat diuersitate potentiarum, uidelicet, quia est in confinio spiritualium, & corporalium creaturarum. Et ideo concurrunt in ipsa uirtutes vtrarumque creaturarum.

AD PRIMVM ergo dicendũ, quod in hoc ipso magis ad similitudinẽ Dei accedit aĩa intellectiua quam creaturę inferiores, ꝙ pfectam bonitatem cõsequi potest, licet per multa & diuersa. In quo deficit a superioribus.

AD SECVNDVM dicendum, quod uirtus unita est superior, si ad æqualia se extendat. Sed uirtus multiplicata est superior, si plura ei subiiciantur.

AD TERTIVM dicendũ, quod unius rei est unum esse substantiale, sed possunt esse operationes plures. Et ideo est una essentia animæ sed potentiæ plures.

Comm. Cardinalis Caietani.

Titulus clarus est.

¶In corpore tria. Primo proponitur conclusio responsiua affirmatiuè. Secundo probatur in communi. Tertio in speciali, de hominis anima. Conclusio est. Necesse est ponerę in aĩa plures potentias. Probatur in cõi, sic. Quatuor sunt rerum gradus. Primus respectu boni imperfecti, & respectu boni perfecti. Ille, quia ad paucũ bonũ, paucis eget consequenter motibus. Isti graduantur, ꝙ aliqui multis, aliqui paucis, aliqui nullo motu perfectum habẽt, & quanto a pluralitate receditur tanto pfectior gradus. ergo rõnabiliter accidit, ꝙ res infra hominẽ paucis motib. & consequẽter potentiis, hõ multis, angelus paucis, Deus nullo eget motu, aut potentia. Antecedens patet ex 2. cœl. tex. 62. & declaratur exemplo sanitatis. Consequentia probatur: quia infra hominem res ad particulare quoddam bonũ ordinantur. homo aũt & superiora ad uniuersale: quia ad ipsam beatitudinem in se ipsa, & homo, infimum tenet locum inter capacia beatitudinis. Deinde affertur ratio specialis de anima humana: quia est in cõfinio spiritualium & corporalium. ergo habet vtrarumque potentias. tenet sequela ex ratione medij & compositi.

¶Circa

¶ Circa istam rerum graduationem essent multa discutienda, quæ in 2. cœli require in loco proprio: hoc tamen hic aduerte, ꝙ ista graduatio fit ſm ordinem causæ finalis:& quia ex fine potissimũ medium sumitur in redditione causarum rerum naturalium, vt patet in 2. Physic. ideò hæc ratio persuadere debet, non vt probabile quid, sed vt potissimam causam quæsiti assignans. Quoniã cum natura agat propter finẽ, & distinctio potentiarum opus naturæ sit, ex fine oportuit distinctionis rationem reddere.

SVP. Q. LXXVII. ART. III.

CONCL. 1. Necesse est, quòd potentiæ diuersificentur per actus, & per obiecta.

179
1. d. 17. q. 1. ar. 4. cor. Et 2. d. 44. q. 2. art. 1. corp. Et q. de anima, art. 13. Et q. de anima, lec. 2. prin. & le. 6. & lec. 8.

¶ PROB. Quia potentiæ diuersificantur specificè secundum illud, vnde habet potentia, quòd sit potentia; & potẽtia habet quòd sit potentia ex eo, quòd ordinatur ad actum; actusque habet, quòd sit actus ex eo, quòd ordinatur ad obiectum.

¶ CONCL. 2. Non quæcumque diuersitas obiectorum diuersificat potentias animæ: sed differentia eius, ad quod per se potentia respicit.

¶ PROB. Quia ea, quæ sunt per accidens, non diuersificant speciem (patet de differẽtijs coloris non diuersificantibus species animali,): sed ea quę sunt per se (patet de colore, sono &c. respectu sensus).

1^m de maiori.

Posterius, extrinsecũ. ℞. Inquantũ est posterius, inquantum est extrinsecũ præcisè: non, inquantum est aliquo modo prius, neque inquantũ est extrinsecũ tanquam principium, vel finis. §. Tunc &cęt. Accipimus enim actũ vt est prior, quàm potentia; & obiectum, vt est principium vel finis actus: non autem in sensu illo, quo procedit argumentum.

2^m de concl.^e

* Lib. 2. de aĩa tex. 33. tom. 2.

Sequeretur &c. ℞. Si potẽtia respiceret contrarium tanquàm per se obiectum: non, si respiceret contrariũ tanquàm contentum sub suo per se obiecto. §. Tunc &c. Visus enim non respicit albũ, quia contrarium nigro; sed quia coloratum: & consequenter album non est per se obiectum visus, sed color. Alioquin si album esset per se obiectum visus, nigrum non posset videri: quoniam nigrum non est album. Restat igitur: vt ista duo contraria, album & nigrũ, respiciantur à potentia vna visiua inquantum ambo stant sub vno per se obiecto visus, id est, vt stant sub colore; non inquantum sunt contraria. Vide secundam conclusionem.

ARTICVLVS III.

Vtrum potentiæ distinguantur per actus & obiecta.

AD TERTIVM sic proceditur. Videtur, quòd potentiæ non distinguantur per actus & obiecta. Nihil enim determinatur ad speciem per illud, quod posterius, vel extrinsecum est. Actus autem est posterior potentia, obiectum autem est extrinsecum. ergo per ea potentiæ non distinguuntur secundum speciem.

¶ 2 Præt. Contraria sunt quæ maximè differunt. Si igitur potentiæ distinguerentur penes obiecta, sequeretur quòd contrariorum non esset eadẽ potentia. quod patet esse falsum ferè in omnibus. nam potentia visiua eadem est albi & nigri, & gustus idem est dulcis & amari.

¶ 3 Præt. Remota causa, remouetur effectus. Si igitur potentiarum differentia, esset ex differẽtia obiectorum, idem obiectum non pertineret ad diuersas potẽtias, quod patet esse falsum. Nam idem est quod potentia cognoscitiua cognoscit, & appetitiua appetit.

¶ 4 Præterea. Id quod per se est causa alicuius, in omnibus causat illud. Sed quædam obiecta diuersa, quæ pertinent ad diuersas potentias, pertinent etiam ad aliquam vnam potentiam: sicut sonus & color pertinent ad visum & auditum, quæ sunt diuersæ potentiæ, & tamen pertinent ad vnã potentiam sensus communis. Non ergo potẽtię distinguuntur secundum differentiam obiectorum.

SED CONTRA. Posteriora distinguuntur secundum priora. Sed Philosophus dicit * 2. de Anima priores potentiis actus & operationes secundum rationem sunt. Et adhuc his priora sunt opposita, siue obiecta. ergo potentiæ distinguuntur secundũ actus & obiecta.

RESP. Dicendum, quòd potentia, secundum illud quod est potentia, ordinatur ad actum. Vnde oportet rationem potentiæ accipi ex actu, ad quem ordinatur: & per consequens oportet, quòd ratio potentiæ diuersificetur vt diuersificatur ratio actus. Ratio autem actus, diuersificatur secundum diuersam rationem obiecti. omnis enim actio vel est potentiæ actiuæ, vel passiuę. Obiectum autem comparatur ad actum potentię passiuæ, sicut principium, & causa mouens. Color enim inquantum mouet visum, est principium visionis. Ad actum autem potentiæ actiuæ comparatur obiectum, vt terminus & finis: sicut augmentatiuæ virtutis obiectũ est quantum perfectum, quod est finis augmenti. Ex his autem duobus, actio speciem recipit, s. ex principio, vel ex fine seu termino. Differt enim calefactio ab infrigidatione, secundum quòd hæc à calido, s. actiuo ad calidum, illa autem à frigido ad frigidum procedit: vnde necesse est, quòd potentiæ diuersificentur secundũ actus & obiecta. Sed tamen considerandum est, quòd ea quæ sunt per accidẽs, non diuersificant speciem: quia enim coloratum accidit animali, non diuersificantur species animalis per differentiam coloris, sed per differentiam eius quod per se accidit animali: per differentiam scilicet animæ sensitiuæ, quæ quandoque inuenitur cum ratione, quandoque sine ratione. Vnde rationale & irrationale, sunt differentiæ diuisiuæ animalis, diuersas eius species constituentes. Sic igitur non quęcũque diuersitas obiectorum diuersificat potentias animæ, sed differentia eius, ad quod per se potẽtia respicit. Sicut sensus per se respicit passibilem qualitatem, quæ per se diuiditur in colorem, sonum, & huiusmodi. Et ideo, alia potentia sensitiua est coloris, scilicet visus, & alia soni, scilicet auditus. Sed passibili qualitati aut colorato, accidit esse musicum, vel grammaticum, vel magnum & paruum aut hominem, vel lapidem. Et ideo penes huiusmodi differentias, potentiæ animæ non distinguuntur.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd actus[d] licet sit posterior potentia in esse, est tamen prior in intentione, & secundum rationem sicut finis agente. Obiectum autem licet sit extrinsecum, est tamen principium vel finis actionis. Principio autem & fini proportionantur ea, quę sunt extrinseca rei.

AD SECVNDVM dicendum, ꝙ si potentia aliqua per se respiceret vnũ contrariorum, sicut obiectum, oporteret, ꝙ contrarium ad aliam potentiam pertineret. Sed potentia animæ non per se respicit propriã rationem contrarii, sed communem rationem vtriusque contrariorũ: sicut visus, non respicit rationem albi: sed rationem coloris. Et hoc ideò, quia unum contrariorũ est quodammodo ratio alterius, cum se habeant sicut perfectum & imperfectum.

AD TERTIVM dicendum, ꝙ nihil prohibet id, quod est subiecto idem, esse diuersum secundum rationem. Et ideò potest ad diuersas potentias animæ pertinere.

AD QVARTVM dicendum, ꝙ potentia superior per se respicit vniuersaliorem rationem obiecti, quàm potentia inferior: quia quantò potentia est superior, tantò ad plura se extendit. Et ideo, multa conueniunt in vna ratione obiecti, quam per se respicit superior potentia, quę tamen differunt secundum rationes, quas per se respiciunt inferiores potentiæ. Et indè est, quòd diuersa obiecta pertinent ad diuersas inferiores potentias, quæ tamen vni superiori potentiæ subduntur.

3^m de antecedente.

Causa. ℞. Secundum quòd causa: non, secundum quòd nõ est causa. §. Tunc &cęt. Nam obiectum, ſm quòd est res, nõ diuersificat potentias; & ideo idẽ, ſm quòd res potest ad diuersas potentias pertinere: sed obiectum, ſm quòd obiectum. i. ſm rationẽ obiecti, est causa diuersitatis potẽtiarum; & ideo idẽ, secundum eandem rationem obiecti, nunquàm poterit ad diuersas potentias pertinere. Vide secundam cõclusionem.

4^m de maiori.

In omnibus. ℞. Aequalibus; nõ, superioribus. §. Tunc &c. Nam potentia superior per se respicit vniuersaliorem rationem obiecti &c. vt in litera.

AP- ARTI-

APPENDIX:

Vtilitas pro philosoph.

EX articulo habes primò: quomodo per rationem ostendas, Philosophum rectè, potentias distingui per actus, & obiecta, dixisse 2. de anima tex. 33. in his verbis, priores potentijs actus, & operationes secundum rationem sunt, & adhuc his priora sunt opposita, siue obiecta. Secundò habes; quomodo per rationem hoc Philosophi dictum sic intellectũ defendas. Tertiò vides: quomodo ex his vicissim Angelica firmetur articuli conclusio.

2
3

¶ NOT. Isti artic. deseruit artic. in ordine 3. 7. 86. 27. 28. 426. 30. 301. 395.

Pro stud. var. coor.

Comm. Cardinalis Caietani.

TItulus, aduerte tres terminos. Primò ly distinguantur. quęritur enim vtrum distinguantur, & non vtrum manifestentur distinctæ. Et rursus quæritur de distinctione formali per se & directè, de reali autem consequenter, quia sequitur ad eam, supposita distinctione reali potẽtiarum ab essentia. Secundò ly per: quia ly per, notat causalitatem. Tertiò ly actus & obiecta in numero plurali, quia denotat eorum diuersitatem, ita quòd nõ quęritur: vtrum obiectum sit causa distinctionis potentiarum, sed vtrum diuersitas obiectorum & actuum, sit causa distinctionis essentialis potentiarum animæ.

¶ In corpore duo, conclusio responsiua affirmatiuè; secundo, modificatio vnius termini in conclusione positi, scilicet diuersitas obiecti.

¶ Conclusio est. Potentiæ diuersificantur secundum actuum & obiectorum diuersitatẽ. Et quoniã duas subordinatas causas conclusio hæc assignat, scilicet diuersitatem actuum & diuersitatem obiectorum, probatur quo ad vtramque causam simul sic. Potentia essentialiter, seu secundum id quod est, ordinatur ad actum. ergo eius ratio sumitur ex actu. ergo eius diuersitas est ex diuersitate actuum. ergo ex diuersitate obiectorum. Antecedens patet: prima consequentia est per se nota, & similiter secunda: quia eadem sunt principia essendi & distinguendi. Vltima vero consequentia probatur sic. Ratio actus diuersificatur secũdum diuersitatem obiecti. ergo diuersitas actuum diuersitatem obiectorum supponit: consequentia nota, & assumptum probatur diuidendo sic. Actus aut est operatio potentiæ passiuæ, aut actiuæ, sed vtraque specificatur ex obiecto. probatur quo ad actum potẽtiæ passiuæ sic. Obiectum est efficiens actum illius. ergo specificat illũ: quo ad actum verò actiuæ sic. Obiectum est finis, seu proprius terminus actus illius. ergo specificat illum. Et tenet sequela vtrobique: quia operatio à principio, aut termino proprio specificatur. Calefactio enim aut à calore calefaciente, aut à calore terminante eam, speciem habet, & similiter frigefactio &c.

¶ Quo ad secundum: quia vt patet ex discursu facto, radix distinctionis & actuum & potentiarum est diuersitas obiecti. Et hęc ėst multiplex, ideò in litera subditur, quòd in proposito non est sermo de qualicumque diuersitate obiecti, sed tantum de per se diuersitate illius vt obiectũ est, id est illius rationis formalis, quæ per se primò obijcitur potentiæ; & manifestatur exemplariter. Quæ autem dicantur per se differentiæ alicuius, in 7. Meta. & 6. Top. dicitur. In litera autem exemplariter manifestantur in differentijs animalis: & ad propositum in differentijs sensibilis vt sic.

¶ Ad euidentiam huius difficultatis, scito, quòd potentia distingui per actus & obiecta, quadrupliciter intelligi potest: Primò, quòd ly per, denotet differẽtiam distinctiuam, ita, quod actus sint principia quibus formaliter, vt proprijs differentijs potentiæ distinguuntur. Et hoc est omnino impossibile: quia differentia intima est rei. Et idem est quo formaliter res est in se talis, & vna in se, & diuersa ab alia essentialiter. Secundò, quòd ly per, denotet principium declaratiuum tantum: ita quòd sit sensus potentiæ distinguuntur per actus, id est manifestantur distinctæ per actus & obiecta à posteriori. Et hæc opinio processit ex ignorãtia philosophiæ naturalis, & distinctione inter actus, vt effectus sunt potentiarum, & vt fines sunt earum, eo quòd, vt dicitur in 2. cœli, tex. 17. vnumquodque est propter suam operationem. Si enim hanc distinctionem considerassent, cum ex 2. Physic. expresse habeatur, quòd rerum naturalium optima redditur ratio à priori, cum ex fine sumitur, distinctionem potentiarum per actus, non dixissent esse à posteriori, sed à priori, vt in responsione ad primũ S. Tho. hic explicat. Tertiò, quod ly per, denotet principium distinctiuum omnino extrinsecum. Ita quòd potentiæ distinguuntur per actus & obiecta, vt per causas extrinsecas, puta finalem & efficientem: sicut vniuersaliter de alijs rebus possumus dicere, quod distinguuntur per suas causas omnes in suo genere causandi, per formalem, scilicet intrinsece, & effectiuam extrinsece &c. Et horum opinio, quãuis magis veritati propinqua sit, eam tamen non penetrauit. Tum, quia nihil singulare à patribus accepissemus, quoniam de quibusdam tantummodo entibus specificarunt, quod distinguuntur per actus & obiecta, hoc enim de potentijs & habitibus singulariter tradiderunt. Tum, quia horum entium naturam perspicuè non attingit. Vnde est quarta opinio, quòd ly per, denotet principium diffinitiuum extrinsecum quidem à re, sed intrinsecum diffinitioni rei. Ita quòd potentiæ distinguuntur per actus à priori, non tanquàm per differentias, nec tanquàm per causas omnino extrinsecas, sed tanquàm per causas inclusas necessario in diffinitionibus primis earum. Inclusas autem dico per additamentum, eo modo quo alterum correlatiuum cadit in diffinitione alterius. Et fundamentum huius est id, quod in antecedente assumitur, in litera scilicet: Quia potentia secundum id quod est, ad actum dicitur, & est, id est, quia potentia secundum suam entitatem non est res absoluta ab actu & obiecto, quàmuis sit res absoluta à termino, & propterea non est in genere relationis. Imaginamur enim secundum Diuum Thomam, quòd potentiæ & habitus, & alia huiusmodi sunt entitates quædam mediæ, inter absolutas omnino & respectiuas totaliter: ita quòd non per aliquid superadditum, sed per suas essentias essentialiter ordinem habent ad actus, ita quod absque eis intelligi etiã in prima operatione intellectus non possint: non quia differentiæ earum sint, sed quia earum differentiæ sumuntur ab ordine ad illos: ordine autem dico, non relationis prædicamẽtalis, sed transcendente. Et hoc est radix prima, & vltima in resolutione, tam in hac materia quàm in similibus, scilicet de motu, de materia prima, de actione & passione, habitu &c. Et hoc stante, patent omnia in litera. Vnde non oportet afferre aliter obiectiones aliorũ, nec aliter examinare hæc. Omnia enim ex hoc vno pendent: quod potentia, actio, & passio, & huiusmodi entia, essentialiter specificantur esse, & vnitatem & diuersitatem habent ex intrinseca quidem differentia, sed non abstrahente ab extrinseco obiecto agente, fine, vel actu. Et hæc si vis in proposito intelligere, imaginare naturam agere propter finem, & producere potentias proportionatas actibus intentis, ideoque tales facere potentias; quia tales, actuum quidditates exigant, & non econuerso: & quia potentias non accidentaliter ordinat ad actus, consequens est, quod ideò potentiæ sint tales essentialiter: quia actus exigit eas tales secundum essentiam: & sic non abstrahunt essentialiter à transcendenti ordine ad actus. Aduerte hic, quòd de potentijs animæ possumus dupliciter loqui. Vno modo, inquantum potentiæ sunt, & sic est totus sermo præsens. Alio modo inquantum proprietatęs sunt talis naturæ: & sic non loquimur. Sic enim distinguuntur iuxta diuersitatem naturarum, quibus insunt; iuxta illud Auerrois in 1. de Anima, com. 65. Membra hominis diuersa sunt specie à membris leonis. In responsione ad secundum, dubium occurrit circa illam conditionem, Si potentia per se respiceret vnũ contrariorum vt obiectum, oporteret alterum ad aliam potentiam pertinere: quoniam obuiare sibi videtur Arist 10. Metaphysic. seu ipsemet dicens, quod habitus, puta scilicet scientia est per se vnius contrarij: & tamen est etiam alterius contrarij. ergo à fortiori vna potentia potest esse per se vnius contrarij, & tamen etiam alterius.

¶ Ad hoc breuiter dicitur, quòd solutio huius habetur in litera, ex ly, vt obiectum: per hoc enim insinuauit obiectum adæquatum & clarè liquet, quòd si aliquis habitus, vel potentia habet pro obiecto adæquato vnum contrariorum, quòd nunquam attinget alterum contrarium secundum naturam positiuam, quæ non includitur in altero, quãuis attingeret secundum priuationem annexam alterius: quia negatio non nisi ad affirmationis, & priuatio non nisi ad habitus potentiam, vel habitum spectare potest. In 10. verò Metaphysic. non sic sumitur contrarium per se respici, scilicet ut obiectum adæquatum, sed per se, id est principaliter, sed non per aliud. Ita quod ibi intendit, quòd eadem potentia rationalis est vnius contrarij ratione sui, & alterius ratione illius primi: & sic vnius principaliter, alterius secũdariò: vnius per se, alterius per accidens, id est per aliud, nullius tamen eorum vt obiecti adæquati.

¶ In responsione ad tertium, dubium occurrit: quia diuersitas rationis in obiecto, non videtur sufficiens causa diuersitatis realis potentiarum. Tum, quia ens reale non causatur ab ente rationis, quoniam effectus non est perfectior causa finali, aut effectiua. Tùm, quia minor distinctio nõ est sufficiens causa maioris. Tùm, quia nullo ente rationis existente, distinctiones reales rerum essent: quia non dependet ab opere animæ.

¶ Ad hæc breuiter dicitur, quod obiectiones hæ procedũt ex malo intellectu illius propositionis: Distinctio obiectorum est causa distinctionis potentiarum, oportet namque distinguere, ly distinctio & ly causa. Potest namque esse sermo de distinctione actualiter & virtualiter, & similiter de causa vt ratione causandi, & vt conditione causantis. Si.n. velimus propriè loqui, nulla causarum distinctio videtur esse propriè causa effectiua, vt ratio causandi: quoniam diuersitas non est forma actiua, quãuis sit quandoque condi-

conditio causarum necessaria. Secundũ autem causalitatem finalem, quãuis diuersitas possit esse ratio causandi, quia propter diuersitatẽ aliquorum, vt finem, potest aliquid fieri aut ordinari: in proposito tamen cõditio est causarum finalium: non n. distinctio potentiarum ordinatur ad distinctionem obiectorũ ut finem, sed quia talis potentia ordinatur ad talem finem proprium, & talis ad talem, & hi fines habent hanc conditionẽ, quod sunt diuersi, oportet quod etiã potentias exigant diuersas. Si velimus quoque propriè loqui de distinctione obiectorum, quæ non realiter distinguuntur, dicemus, quod non est sermo de distinctione eorum actualiter: quia illa fit per opus intellectus &c. sed de distinctione eorum virtualiter, seu fundamentaliter, ita quòd non ideo intellectus, & voluntas distinguuntur ratione actualiter, sed quia ens & bonum distinguũtur ratione actualiter: sed quia ens & bonum distinguuntur tali distinctione, formali virtualiter, quod non est per opus intellectus, sed ex ipsa re. Et sic distinctio virtualis obiectorum, est causa vt conditio causæ distinctionis potentiarum. Et per hoc, patet responsio ad obiectum primum & vltimum: iam enim patet, quòd non ponitur ens tale pendere ab ente rationis.

¶ Ad secundũ autem dicitur, quòd cum diuersitate effectuum stet vnitas in causa, mirum non est, si cum maiore diuersitate effectuum stet minor distinctio in causa. Vnde falsum est, quòd minor distinctio non sit causa maioris, vt conditio causæ. Tum, quia & vnitas causæ potest esse causa distinctionis. Tum, quia distinctio non est res dicens perfectionem, vt oporteat ab vniuoca, aut perfectiori distinctione procedere; sed magis spectat ad ordinem imperfectorum, vtpote ab vnitate recedens, vt patet in astrologijs Pythagoræ 1. Metaph.

SVP. Q. LXXVII. ART. IIII.

CONCL. Necesse est inter potentias animæ esse ordinem.

380 — 1. ar. 7. cor. & de Anima, art. 23. ad 20.

¶ PROB. Quia anima est una, potentiæ plures: & ab vno in multitudinem, ordine quodam proceditur.

¶ NOT. Si ab vno iretur in multitudinẽ sine ordine, ibi esset cõfusio; quæ procul est ab operibus Dei, maxime a nobilioribus, quale est anima. Immo cum quæcumque sunt à Deo, ordinata sint, & proportionaliter (vt decet) oportet, quòd ordo maior (vide hic triplicem inter potentias illas) sit in rebus nobilioribus, quàm in ignobilioribus; & gradatim iuxta nobilitatem, vel ignobilitatem suam.

1^m de maiori.

In his. ℞. Consideratis inquantum suscipiunt communis generis prædicationem: non, consideratis quantum ad esse suum. §. Tunc nihil &c. Nam hic considerantur potentiæ quantum ad esse suum.

* Lib. 2. de an. tex. 30. & 31. to. 2.

2^m de minori.

Sed ex parte animæ. ℞. Secũdum essentiam suam consideratę: non, secũdum habitudinem ad diuersos actus. §. Tunc &c. Nam secundo modo fit consideratio nunc de anima. Vnde licet sit vna secundũ essentiam, vt arguitur, tamẽ hoc non facit contra cõclusionem. Nam est multiplex secundũ habitudinem prædictã: & hoc conclusioni sufficit.

Item de minori.

Nec ex parte obiectorum. ℞. Consideratorum tãtum, secundum quòd vnum non est aliud: non, consideratorum secundum quòd vnum est prius, vel posterius altero. §. Tunc nihil &c. Nam secundo modo nunc consideratur de obiectis: vt patet in corpore à ly secundum autem ordinem tertium ordinantur quædam vires sensitiuæ ad &c. Vnde licet obiecta ipsa sint disparata, si, vt vnum non est aliud considerentur tantum: hoc tamen non officit conclusioni. Sufficit enim huic: quòd obiecta, secũdum quòd vnum est prius, vel posterius altero, non sint disparata; sed habeant ordinem inter se.

3^m de maiori.

Ordinatis. ℞. Secundum dependentiam vnius ab altera: non, secundum ordinem tantum obiectorum. §. Tunc nihil &c. Nam visus, & auditus, ordinantur secundum obiectorum tantum ordinem. Vnde hoc non facit: quòd operatio vnius potentię non dependeat ab operatione alterius secundum ordines primos duos: licet secundum hunc ordinem tertiũ ab inuicem operationes nõ dependeant, vt argumentabatur.

ARTICVLVS IIII.

Vtrum in potentiis animæ sit ordo.

AD QVARTVM sic proceditur. Videtur, quòd in potentiis animæ non sit ordo. In his enim quæ cadunt sub vna diuisione, non est prius & posterius, sed sunt naturaliter simul: sed potentiæ animæ contra se inuicem distinguuntur. ergo inter eas non est ordo.

¶ 2 Præterea. Potentiæ animæ comparantur ad obiecta, & ad ipsam animam. Sed ex parte animæ inter eas non est ordo: quia anima est vna: similiter etiam nec ex parte obiectorum, cum sint diuersa & penitus disparata, vt patet de colore & sono. in potentiis ergo animæ non est ordo.

¶ 3 Prçterea. In potentiis ordinatis hoc inuenitur, quòd operatio vnius dependet ab operatione alterius. Sed actus vnius potentiæ animæ non dependet ab actu alterius: potest enim visus exire in actum absq; auditu, & econuerso. Non ergo inter potentias animæ est ordo.

SED CONTRA est, quòd Philosophus* in secundo de Anima, comparat partes, siue potentias, animæ figuris. Sed figuræ habent ordinem adinuicem. ergo & potentiæ animæ.

RESPON. Dicendum, quòd cum anima sit vna, potentiæ verò plures, ordine autem quodam ab vno in multitudinem procedatur, necesse est inter potentias animæ ordinem esse. Triplex autem ordo inter eas attenditur. Quorum duo considerantur secundum dependentiam vnius potentiæ ab altera. Tertius autem accipitur secundum ordinem obiectorum. Dependentia autem vnius potentiæ ab altera, dupliciter accipi potest. Vno modo secundùm naturæ ordinem, prout perfecta sunt naturaliter imperfectis priora. Alio modo secundùm ordinem generationis & temporis, prout ex imperfecto ad perfectum venitur. Secundùm igitur primum potentiarum ordinem, potentiæ intellectiuæ sunt priores potentiis sensitiuis: vndè dirigunt eas, & imperant eis. Et similiter potentię sensitiuæ hoc ordine sunt priores potentiis animę nutritiuæ. Secundùm verò ordinem secundum, econuerso se habet. Nam potentiæ animæ nutritiuæ sunt priores in via generationis potentiis animæ sensitiuæ: vndè ad earum actiones præparant corpus. Et similiter est de potentiis sensitiuis respectu intellectiuarũ. Secundum autem ordinẽ tertium, ordinantur quædam vires sensitiuæ adinuicem, scilicet visus, auditus, & olfactus. Nam visibile est prius naturaliter: quia est commune superioribus, & inferioribus corporibus. Sonus autem audibilis fit in aere, qui est naturaliter prior commistione elementorum, quàm consequitur odor.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd alicuius generis species se habent secundùm prius & posterius, sicut numeri & figuræ quantum ad esse: licèt simul esse dicantur inquantum suscipiunt communis generis prædicationem.

AD SECVNDVM dicendum, quòd ordo istæ potentiarum animę est ex parte animæ, quæ secundum ordinem quendam habet habitudinem ad diuersos actus: licèt sit vna secundùm essentiam, & ex parte obiectorum, & etiam ex parte actuum, vt dictum* est.

AD TERTIVM dicendum, quod ratio illa procedit de illis potẽtiis, in quibus attenditur ordo solũ secundũ tertium modum. Illæ autem potentiæ, quæ ordinantur secundũ alios duos modos; ita se habent, quod actus vnius dependet ab altera.

* In corp. artic.

APPENDIX.

EX artic. habes primò: quomodo per rationem ostendas, rectè à Philosopho 2. de anima tex. 30. 31. comparatas fuisse partes, siue potentias animæ figuris; & ex consequenti ab eo per hanc comparationem insinuatũ fuisse, quòd in potentijs animæ est ordo. Item, quantum est ex ista parte, per rationem hanc ostendere potes; rectè à Philosopho dictum 8. Physic. tex. 15. quòd nihil inordinatum est eorum, quæ natura constant. — *Vtilitas pro philosoph.*

2 Secundò habes: quomodo per rationẽ ipsius sensum declares, declaratumq; contra aduersariorum obiectiones defendas. 3 Tertiò vides: quomodo ex his vicissim Angelica firmetur conclusio.

¶ NOT. Præsentem articulum iuuat artic. in ordine 387. 383. 426. — *Pro stud.*

Comm. Cardinalis Caietani.

Titulus clarus.

¶ In corpore duo facit. Primò, respondet quæsito affirmatiue & directe vna conclusione. In potentijs animæ est ordo. Probatur. Ab vno modo venitur ad multa sine ordine; sed essentia animæ est vna; potentiæ multæ. ergo. Et recordare, quòd est sermo de progressu naturali. Natura enim non transfert se ab vno ad multa, absque ordine, quoniam in operibus eius confusio non habet locum. Vbi autem pluralitas sine ordine, ibi confusio. Secundò ostendit, quotuplex, qualis, & quis, quarum potentiarum ordo sit. Quotuplex, quia triplex. Qualis in communi, quia duplex, secundùm dependentiam vnius potentiæ ab alia, & tertius, secundum ordinem obiectorum. Et rursus ordinis, qui secundùm dependentiam potentiarum: alter, secundū ordinem naturæ & perfectionis: alter, secundum ordinem generationis est. Quis verò, cui conueniat: quia ordine perfectionis intellectiuæ præsunt sensitiuis, in cuius signum regunt & imperant eis, & hæ vegetatiuas præcedunt. Ordine verò generationis ecótra: in cuius signū nutritiuæ præparant corpus illis &c. Ordine autē obiectorum ordinantur quædam sensitiuæ inter se, visus & auditus olfactus: quia obiectum illius primum, & secundi secundum, & tertij tertium: vt patet ex subiectis celestibus, sacre & mitto.

¶ Circa hanc partem occurrit dubitandū, pp quid, in litera tertius ordo attribuit tribus sensib. & nō alijs potētijs enumeratis: cū ordo ſm obiecta manifestus sit, ēt in alijs: constat nāq; intellectum esse prius sensibili, & sensibile esse prius vegetabili. cur ergo non vniuersaliter hunc ordinem applicauit, sicut alios duos?

¶ Ad hoc dicitur, ꝙ non propterea ad tres sensus ordinē obiectalem applicauit, quia in eis solum saluetur, aut pateat, sed quia solus ille ordo in illis saluatur. Et si contra hoc instatur, quia etiā illi tres sensus ordinem habent perfectionis; quia vnus est perfectior altero, vt patet: & generationis, quia vnus generatur prius altero, vt patet ex eo quod quibusdam animalibus inest naturaliter vnus sine alio, in perfectioribus enim animalibus, quæ sunt priora ordine generationis insunt, & ad posteriora non attingunt. Dicendum est, quòd ordinari secundùm perfectionem, aut generationem, potest dupliciter intelligi. Vno modo, secundum ipsas res ordinatas in seipsis. Alio modo secundum habitudinem, seu dependentiam earum ad inuicem. Ad ordinem perfectionis primo modo, sat est quòd hoc perfectius sit, & illud minus perfectum. Sed ad ordinem perfectionis secundo modo, exigitur, quòd hoc sit perfectio illius. Et similiter ad ordinem generationis, primo modo, sufficit quòd hoc prius generetur, quam illud. Sed ad ordinē generationis secundo modo, requiritur, ꝙ generatio huius ordinetur materialiter ad generationem illius. In proposito autem, sermo est de vtroque ordine secundo modo, vt patet ex signis adductis in litera, & apertissime in responsione ad tertium, vbi conceditur quasdam esse potentias animæ, inter quas est solus tertius ordo. non enim visus perficit auditum, neque auditus ministrat materialiter visui: sed intellectus perficit sensum, & regendo, & cognoscendo, vt patet in cogitatiua. Et sensitiua perficit vegetatiuam partem, vt patet ex eo quòd vegetatiuum coniunctum sensitiuo, facit carnem, quod per seipsum nunquam faceret.

SVP. Q. LXXVII. ART. V.

Concl. 1. Potentiæ, quæ sunt principia operationum harum, s. ipsius intelligere, & uelle, sunt in anima sicut in subiecto.

¶ Prob. Quia illud est subiectum potentię operatiuæ, quod operatur operationem illius potentiæ: & anima sola operatur hanc operationem, scilicet intelligere & velle.

¶ Concl. 2. Potentiæ, quæ sunt principia operationum sensitiuæ, & nutritiuæ partis sunt in coniuncto, sicut in subiecto; & non anima sola.

¶ Prob. Quia illud est subiectum potentię operatiuæ, quod operatur operationem illius potentię: & coniunctum, non anima sola, operationes nutritiuæ ac sensitiuæ partis operatur.

1^m de concl.^e

Subiectum potentiarum. ℞. Aliquarum; & omnium principium. §. Et hoc sufficit ad saluandum dictum illud, s. quòd omnes potentiæ sint animæ. omnes enim referuntur ad animam; etiam illæ, quę exterius ad corpus pertinent: licet, vltra hoc, sit subiectum potentiarum illarum, in quarū operatione corpus non admiscetur vt organū. Tūc nihil &c. vt patet. Vide q. 75. art. 2.

2^m de maiori.

Animam. ℞. Tanquam principium: non, tanꝙ subiectum. §. Tunc &c. vt patet ex concessis.

3^m ex August.

Quædam sine corpore. ℞. 1. non in corpore existentia: non autem, sine corpore. 1. sine organo corporali. §. Multa nāque sentit anima existentia non in corpore, sed in appręhēsione tantum.

381 Infra ar. 6. cor. Et de spū. art. 4. ad 3. Et ar ti. 2. ad 20. Et op. 3. c. 89. & 92.

ARTICVLVS V.

Vtrum omnes potentię animę sint in anima sicut in subiecto.

AD QVINTVM sic proceditur. Videtur, quòd omnes potentiæ animæ sint in anima sicut in subiecto. Sicut enim se habent potentiæ corporis ad corpus, ita se habent potentiæ animæ ad animam. Sed corpus est subiectum corporalium potentiarum. ergo anima est subiectum potentiarum animæ.

¶ 2 Prẹterea. Operationes potentiarum animę attribuuntur corpori propter animam: quia, vt dicitur in 2.* de Anima, anima est quo sentimus & intelligimus primum. Sed prima principia operationum animæ sunt potentiæ: ergo potentiæ per prius sunt in anima.

¶ 3 Præt. August.* dicit 12. super Gen. ad literam, quòd anima, quædam sentit non per corpus, immo sine corpore, vt est timor, & huiusmodi, quædam verò sentit per corpus: Sed si potentia non esset in sola anima sicut in subiecto, nihil posset sine corpore sentire. ergo anima est subiectum potentię sensitiuæ, & pari ratione, omnium aliarum potentiarum.

SED CONTRA est, quod Philosophus * dicit in libro secundo de somno & vigilia, quòd sentire non est proprium animæ, neque corporis, sed coniuncti. Potentia ergo sensitiua est in coniuncto sicut in subiecto. Non ergo sola anima est subiectum omnium potentiarum suarum.

RESPON. Dicendum, quòd illud est subiectum operatiuæ potentiæ, quod est potens operari. omne enim accidens denominat proprium subiectum. idem autem est quod potest operari, & quod operatur. Vnde oportet, quòd eius sit potentia sicut subiecti, cuius est operatio: vt etiam Philosophus * dicit in principio de somno & vigilia. Manifestum est autem ex supra dictis, † quòd quædam operationes sunt animæ, quæ exercentur sine organo corporali, vt intelligere & velle. Vnde potentiæ, quæ sunt harū operationum principia, sunt in anima sicut in subiecto. Quædam verò operationes sunt animę, quæ exercentur per organa corporalia, sicut visio per oculum, auditus per aurem. Et simile est de omnibus aliis operationibus nutritiuæ, & sensitiuæ partis. Et ideò potentiæ, quæ sunt talium operationum principia, sunt in coniuncto sicut in subiecto, & non in anima sola.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd omnes potentię dicuntur esse animæ non sicut subiecti, sed sicut principii: quia per animam coniunctum habet, quòd per tales operationes operari possit.

AD SECVNDVM dicendum, quòd omnes huiusmodi potentiæ, per prius sunt in anima quàm in coniuncto, non sicut in subiecto, sed sicut in principio.

AD TERTIVM dicendum, quòd opinio Platonis fuit, quòd sentire est operatio animæ propria, sicut & intelligere. In multis autem, quæ ad philosophiam pertinent, August. vtitur opinionibus Platonis, non asserendo, sed recitando. Tamen quātum ad præsens pertinet, hoc quod dicitur, anima, quædam sentire cum corpore, & quædam sine corpore, dupliciter potest intelligi. Vno modo, ꝙ hoc quod dico cum corpore, vel sine corpore, determinet actū sentiendi secundum quòd exit à sentiente: & sic nihil sentit sine corpore, quia actio sentiendi non potest procedere ab anima, nisi per organum corporale. Alio modo potest intelligi, ita quòd prædicta determinent actum sentiendi ex parte obiecti, quod sentitur. Et sic quædam sentit cum corpore, id est in corpore existentia, sicut cum sentit vulnus, vel aliquid huiusmodi: quædam verò sentit sine corpore, i. non existentia in corpore, sed solum in apprehensione animæ, sicut cum sentit se tristari vel gaudere de aliquo audito.

* Lib. 2. de anima, tex tu 34. 22.

*Lib. 12. c. 19. & 20. tom. 3.

* Lib. 2. de som. & vig. c. 1. añ mediū, to. 2.

* Lib. 1 ante medium cap. to. 2.

† q. 79. artic. 1.

ARTI-

tantum animæ, vt gaudere, tristari, & huiusmodi: cæterum nihil sentit sine organo corporali. Tunc nihil &c. Nam sufficit conclusioni secundæ ad sui verificationem: quòd anima nunquàm sentiat sine organo corporali.

APPENDIX.

Vtilitas pro philosoph.

EX articulo habes primò: quomodo per rationem ostendas, à Philosopho rectè dictum in 2. de somno & vigilia cap. 1. ꝙ sentire non est proprium animæ, neque corporis, sed coniuncti: & ab eodem in lib. 1. de anima tex. 12. 64. 66. & lib. 3. tex. 6. & 7. fuisse rectè positum discrimen inter sensum, & intellectum insinuatumque, quòd intelligere sine organo corporali fit, & consequenter, quòd potentiæ ad intellectiuam partem attinentes sunt in sola anima tanquàm in subiecto. Secundò habes: quomodo 2 per rationem sensum verum Philosophi in huiusmodi locis declares, declaratumque defendas. Tertiò uides: quomodo ex his vi- 3 cissim Angelicæ firmentur conclusiones.

¶NOT. Præsentem articulum iuuat articulus in ordine 376. 384. 382. 364. Pro stud. var. coor.

Comm. Cardinalis Caietani.

TItulus clarus. Potentia vocatur proximum & completum principium elicitiuum operationis.

¶In corp. conclusiones duæ. Prima, Potentiæ nõ organicę sunt in sola anima vt in subiecto. Secunda, Potentiæ organicæ sunt in coniuncto vt subiecto. Probatur vtraque conclusio simul eodem medio sic. Subiectũ operatiuæ potentiæ est potens operari. ergo ipsum operans. ergo aïa sola est subiectũ non organicarũ, & compositũ organicarũ. Antecedẽs probatur: quia omne accidẽs denotat suũ subiectũ: prima cõsequentia probaẽ dupliciter. Primò, q̃a idẽ est quod põt & facit. Sc̃dò authoritate Arist. sc̃da verò consequentia probatur ex dictis: quia operationes non organicarum potentiarum sola anima dicit, organicarum verò compositum.

¶Aduerte, ꝙ ex supradictis, & hic, patet, ꝙ sola aïa dr̃ potens intelligere, & subiectum esse intellectionis, vt per se primo potẽs intelligens & subiectum: compositum autẽ dr̃ intelligens ratione partis, s. aïæ. Nec obstat, ꝙ Socrates dr̃ esse q̃d proprie intelligit: quia operationes sunt suppositorum, q̃n etsi Socrates primò intelligat vt suppositũ, nõ t̃n primo intelligit absolutè, q̃a falsum est, ꝙ operatio sit primo suppositi, absolutè loquendo: sed primo subsistentis. Et tu hoc aduerte, quia multi in hac falluntur consequẽtia, i. Est primò huius vt suppositi. ergo est primo huius: cũ t̃n deberẽt dicere, Est primo huius ut subiecti. ergo est primo huius.

Aegid. 1. s. d. 3. q. 1. ar. 3. Cap. 2. d. 13. q. 1. con. 3.

SVP. Q. LXXVII. ART. VI.

382 1. dist. 3. q. 4. art. 2. Et veri. q. 14. art. 5. cor. Et opusc. 3. ca. 90.

COncl. Omnes potentiæ animæ, siue subiectum earum sit anima sola, siue compositum, fluunt ab essentia animæ sicut à principio.

¶Prob. Quia accidens (hæ sunt potentiæ) causatur à subiecto suo, inquantum subiectum est actu (licet recipiatur in eo inquantum est in potentia): & anima est secundum se actus, atq; compositum est in actu per animam.

1^m de maiori.

*In princ. lib. com. 2.

Non procedit. ℞. Nisi ordine quodam, & propter diuersitatem recipientium. §. Tunc nihil &c. vt in litera patet.

*Lib. 1. de aïa tex. 66. tom. 2.

2^m de maiori.

Causa. ℞. In aliquo genere causæ; non semper, in omni. §. Tũc &c. Nam falsa est minor, loquendo de causa finali, & quodammodo actiua: vt in litera patet ly, & ex hoc potest accipi, quòd essentia animæ &c.

*Li. 7. Metap. à tex. 12. vsque ad 16. tomo 3.

3^m maior. Emanatio quendam motũ nominat. ℞. Non tamẽ emanatio propriorum accidentium à subiecto. §. Tunc nihil &c. Naturali enim resultatione manant potẽtiæ ab essentia animæ; & naturalis resultatio præcisè ex aliquo non est re uera motus (vt argumentum credebat).

AP-

ARTICVLVS VI.

Vtrum potentiæ animæ fluant ab eius essentia.

AD SEXTVM sic proceditur. Videtur, quòd potentię animæ non fluant ab eius essentia. Ab vno enim simplici, non procedunt diuersa. Essentia autem animæ est vna & simplex. Cum ergo potẽtiæ animæ sint multæ & diuersæ, non possunt procedere ab eius essentia.

¶ 2 Præterea. Illud, à quo aliquid procedit, est causa eius. Sed essentia animæ non potest dici causa potentiarum, vt patet discurrenti per singula causarum genera. ergo potentiæ animæ non fluunt ab eius essentia.

¶ 3 Pręterea. Emanatio quendam motum nominat. Sed nihil mouetur à seipso: vt probatur in * 7. lib. Physic. nisi fortè ratione partis: sicut animal dicitur moueri à seipso, quia vna pars eius est mouens, & alia mota. neque etiam anima mouetur, vt probatur in * 1. de Anima. Non ergo anima causat in se suas potentias.

SED CONTRA, Potentiæ animæ sunt quædam proprietates naturales ipsius. Sed subiectũ est causa propriorum accidentium. vndè & ponitur in diffinitione accidentis, vt patet in * 7. Metaphys. ergo potentiæ animæ procedunt ab eius essentia, sicut à causa.

RESPON. Dicendum, quòd forma substantialis & accidentalis partim conueniunt, & partim differunt. Conueniunt quidem in hoc, quòd vtraque est actus, & secundum vtramque est aliquid quodammodo in actu. differunt autem in duobus. Primò quidem, quia forma substantialis facit esse simpliciter, & eius subiectum est ens in potentia tantum, forma autem accidentalis non facit esse simpliciter: sed esse tale, aut tantum, aut aliquo modo se habens. Subiectum enim eius est ens in actu. Vndè patet, ꝙ actualitas per prius inuenitur in forma substantiali, quàm in eius subiecto. Et quia primum est causa in quolibet genere, forma substantialis causat esse in actu in suo subiecto. Sed econuerso actualitas, per prius inuenitur in subiecto formæ accidentalis, quàm in forma accidentali. vndè actualitas formę accidentalis causatur ab actualitate subiecti, ita quòd subiectum inquantum est in potentia, est susceptiuum formæ accidentalis: inquantum autem est in actu, est eius productiuum. Et hoc dico de proprio, & per se accidente. Nam d respectu accidentis extranei, subiectum est susceptiuum tantum. Productiuum verò talis accidentis, est agens extrinsecum. Secundo autem differunt substantialis forma & accidentalis, quia cum minus principale sit propter principalius, materia est propter formam substantialem: sed econuerso forma accidentalis est propter complexionem subiecti. Manifestum est autem ex * dictis, quòd potentiarum animæ subiectum est, vel ipsa anima sola, quæ potest esse subiectum accidentis secundùm quòd habet aliquid potentialitatis, vt suprà † dictum est: vel compositum. Compositum autem est in actu per animam. Vndè manifestum est, quòd omnes potentiæ animæ, siue subiectum earum sit anima d sola, siue compositum, fluunt ab essentia animæ, sicut à principio. Quia iam dictum * est, quòd accidens causatur à subiecto secundùm quòd est actu, & recipitur in eo inquantum est in potentia.

D. 21. *Art. præced. * q. 75. artic. 5. D. 21. * In isto articulo.

AD PRIMVM ergo dicendum, ꝙ ab vno simplici possunt naturaliter multa procedere ordine quodam. Et iterum propter diuersitatem recipientium. Sic igitur ab vna essentia animæ procedunt multæ, & diuersę potentiæ: tum propter ordinem potentiarum, tum propter diuersitatem organorum corporalium.

AD SECVNDVM dicendum, ꝙ subiectum est causa proprii accidentis & finalis, & quodammodo actiua: & etiam vt materialis inquantum est susceptiuum accidẽtis. Et ex hoc potest accipi quòd essentia animæ est causa omnium potentiarum sicut finis, & sicut principium actiuum, quarundam autem sicut susceptiuum.

AD TERTIVM dicendum, ꝙ emanatio propriorum accidentium d à subiecto, non est per aliquam transmutationem, sed per aliquam naturalem resultationem: sicut ex vno naturaliter aliud resultat, vt ex luce color.

D. 1136. D. 1192.

APPENDIX.

Vtilitas pro philosoph.

EX artic. habes primò: quomodo per rationem ostendas, Philosophum recte virtualiter duxisse potentias animæ

ARTI-

animæ fluere ab eius essentia. Dixit autem hoc tunc, quando in 7. Metaphysic. t. 12. vsque ad 16. determinauit: quòd subiectum ponitur in diffinitione accidentis, vtpote causa illorum existens, & in secundo de anima t. 27. animam debere poni in diffinitione potentiarum suarum, tanquàm causam earum pro constanti relinquit dicens; potentias animæ esse vegetatiuum, sensitiuum, appetitiuum, motiuum secundum locum, & intellectiuum. Quasi dixerit, Vegetatiuum, sensit, &c. sunt accidentia, seu proprietates naturales ipsius animæ, non autem essentia animę (quæstio. 77. artic. 1.): & consequenter, si potentiæ ipsæ diffiniantur; anima, tanquàm earum subiectum, vel saltem causa, ponetur in earum diffinitione. Secundo habes: quomodo per rationem sententiam Philosophi, scilicet essentia animæ est causa, à qua fluunt potentiæ suæ, declares, probes, defendas. Tertiò vides: quomodo ex his, atque similibus, vicissim Angelica inuectur conclusio.

2

3

¶ Not. Huic articulo aliqualiter seruit articulus in ordine 377. 372. 381. 366. 384. 383.

Pro stud.

Comm. Cardinalis Caietani.

Titulus clarus.

¶ In corpore duo. Primo præmittit conuenientiam & differentiam inter formam substantialem & accidentalem. Secundo, respondet quæsito vna conclusione affirmatiuè.

¶ Conuenientia est in duobus. Primo in essentiali prædicato, scilicet esse actum secundo in effectu formali, scilicet secundum vtramque aliquid esse actu. Et ex his datur intelligi tertium, quòd subiectum vtriusque est aliquo modo ens in potentia. Differentia est in duobus. Primo in qualitate effectus formalis, quia substantialis facit esse simpliciter, accidentalis vero tale, aut tantum. Et hanc comitatur differentia in subiecto, quia illius est ens in potentia tantum, huius verò ens in actu. Et hinc nascitur differentia secundum ordinem actualitatis: quia actualitas illius est prior actualitate subiecti: actualitas verò illius, est posterior. Et hinc oritur differentia secundum causalitatem, quia actualitas illius, causat actualitatem subiecti, illius vero causatur ab actualitate subiecti. Et ratio sequelæ huius quartæ differentiæ ex tertia assignatur: quia primum est causa in quolibet genere: & est, inquit, sermo de accidente proprio non aduentitio: hoc enim ab extra causatur. Secundò differunt: quia illius materia est propter illam, illa vero econtra, est propter subiectum: & ratio est vtriusque, quia minus principale est propter principalius: constat enim subiectum principalius esse accidente, & formam substantialem materia.

¶ Circa hæc aduerte tria. Primo, quòd quia sanctus Thomas ante probauit potentias esse propria accidentia, & hic quæritur vtrum fluant ab essentia animæ, quæ est forma substantialis: ideo hæc præmittit. Secundò, quòd quia vt patebit in responsione ad secundum, subiectum est causa proprij accidentis in triplici genere causæ: ideo secundam differentiam adiecit sanctus Thomas, cum tamen ad probandam conclusionem articuli, prima differentia sola deseruiat. Tertio, quàm subtiliter proceditur in litera, ex hoc namque quòd forma substantialis est talis naturæ, quòd facit ens in actu absolute. oritur quòd non supponit ens in actu: non enim absolute & sine additione aliqua faceret ens actu, si iam esset ens in actu: sed cum additione faceret ens tale in actu. Ex hoc autem oritur ordo, quòd prius actualitas conuenit formæ substantiali, quàm subiecto: quod nihil habet actualitatis ex se. Et ex hoc clare sequitur, quòd forma substantialis causat non esse in actu, sed totum esse in actu sui subiecti. Tum, quia nihil in se actualitatis habet subiectum. Tum, quia primum in quolibet ordine rerum est causa cæterorum. Et per oppositum: quia forma accidentalis non est actus faciens formaliter nisi ens in actu tale: quod naturaliter supponit ens in actu absolute: oportet quod causet in subiecto suo, esse quidem in actu aliquo, sed non totum esse in actu sui subiecti; ita quòd ex hoc ipso, quòd supponit subiectum in actu, constat quòd non facit illius actualitatem absolute. Et si hæc coniŭgas, quòd primum est causa reliquorŭ: sequitur quòd actualitas accidentis est ex actualitate subiecti.

¶ Quo ad secundum conclusio responsiua est. Omnes potentiæ animæ fluunt ab essentia animæ. Probatur sic. Accidens proprium causatur à subiecto secundùm quod est actu: & recipitur in eo secundum esse in potentia. ergo omnes potentiæ animæ fluunt ab essentia. Antecedens patet ex prima differentia: consequentia probatur diuidendo: quia potentiæ animæ, aut sunt in sola anima subiectiuè: & sic, ergo ab ipsa secundum rationem actualitatis, & in ipsa ratione potentialitatis admissæ sunt: aut in composito, & sic, ergo ab ipsa anima sunt: quia compositum non est actu nisi ratione animæ.

¶ Circa rationem adductam ad probandam causalitatem subiecti respectu proprij accidentis, dubium occurrit: quia si illa ratio esset efficax, concluderet etiam quòd accidens per accidens flueret à subiecto cui inest: quod est manifeste falsum, & contra literam. Probatur sequela: quia eadem ratio locum habet, scilicet quod actualitas subiecti est prior actualitate eius: omni enim accidenti conuenit præsupponere subiectum in actu, & præcedi ab actualitate eius.

¶ Ad hoc breuiter dr, q̀ vt ex litera patet, ratio S. Thomæ est, quòd primum in quolibet genere &c. Illa autem maxima intelligitur in his, quæ habent per se ordinem, non autem per accidens ordinatis. Vnde obiectio supponit falsum, s. q̀ prioritas sola sit ratio causalitatis: est. n. prioritas habentis per se ordinē ad reliqua, hoc autē non oportebat exprimere: quia in illa maxima subintelligebatur. Et propterea eadē vi intulit causalitatem subiecti respectu proprij, & formæ respectu materiæ: vtrobique. n. est primitas, & per se ordo, quāmuis diuersimodè: quia ibi inter duas actualitates, hic vero ipsius actus ad recipiens & participans ipsum. Posset quoque iuxta doctrinā sequentis articuli dici, quòd illa maxima Metaphysicalis applicata ad materiam emanationis, intelligitur stante eodē ordine emanationis: modo constat, quòd subiectum & proprium eodem emanant ordine, quia eadem generatione generantur, & corruptione corrumpuntur: quamuis non in eodem gradu, quia illud primo, hoc consequenter: substantia vero & accidens per accidens non ad eundem spectant productionis ordinem: & ideo non obstat.

¶ In respon. ad secundum, aduerte, quòd multi putāt, & malè, doctrinā hanc ab Auerroe dissentire, eo quòd in 4. Metap. com. 2. dixerit, quòd substantia non est agens aut finis accidentium, sed subiectum. Sed reuera hi quāmuis multi, tamen cæci sunt. Auerroes. n. in primis hoc non dixit, sed declarans qualis est analogia inter substantiā & accidētia in entis nomine dicit, quòd prædicta non attribuuntur substantiæ, quia sit agens, aut finis, sed subiectū. Ex quibus verbis optime habetur, quòd in nomine entis non importatur analogia s̄m causam finalem: neque s̄m causam efficientem, sed s̄m causam materialem. Cùm hoc t̄n euidēter patet stare: quod substātia sit efficiens, & finis accidentis, non. n. oportet q̀ omnis habitudo, quæ est inter substantiā & accidens importetur entis nomine. Deinde ibidē est sermo de accidētibus absolutè in ordine ad substantiam cui insunt; & non de accidente proprio, de quo nos loquimur. Patet autē hanc esse Auerrois mentem: quia constat subiectum esse finem sui proprij accidentis. grauitas enim est propter conseruationem substantiæ grauis &c. Vnde in hac re, nulla est inter hos Philosophos dissensio.

¶ Responsionem ad tertium diligentissimè notato: quoniam ex ea soluuntur multæ difficultates. Scilicet, & quomodo substantia est immediate causa effectiua: & quomodo causa effectiua nō potest impediri: & quomodo aliquid agit in seipsum: & alia huiusmodi, quæ in suis locis soluimus vtendo hac distinctione de causa actiua per actionem mediam, & sine aliqua media actione per solam naturalem resultationem, hoc enim modo actiua multa habent, quæ alijs impossibile est conuenire.

383
1.d.3.q.4.
ar.3. Et 2.
di.24.q.1.
art.2. cor.
Et vir. q6.
13. artic. 5.
corp. & q.
25. arti. 6.
ad 1. Et de
aia art. 13.
ad 7. & 8.

Aegid. 1. s.d.3.q.2.ar.4.
Alb. Mag. 1. d.3.ar.32.

SVP. Q. LXXVII.
ART. VII.

Concl. 1. Vna potentia animæ ab essentia animæ procedit mediante alia.

¶ Prob. Quia inter potentias animę est ordo: & in his, quæ secundum ordinem naturalem procedunt ab vno, sicut primum est causa omniŭ, ita illud, quod est primo propinquius, est quodammodo causa eorum, quæ sunt magis remota.

¶ Concl. 2. Potentiæ animæ, quæ sunt priores secŭdum ordinem

ARTICVLVS VII.

Vtrum vna potentia animæ oriatur ab alia.

AD SEPTIMVM sic proceditur. Videtur, quòd vna potentia animæ non oriatur ab alia. Eorum enim, quæ simul esse incipiŭt, vnum non oritur ab alio. Sed omnes potentiæ animæ, sunt simul animæ concreatæ. ergo vna earum ab alia non oritur.

¶ 2 Præt. Potētia animæ oritur ab anima, sicut accidens à subiecto. Sed vna potentia animæ nō potest esse subiectum alterius: quia accidentis non est accidens. ergo vna potentia non oritur ab alia.

¶ 3 Præte. Oppositum non oritur à suo opposito, sed vnumquodque

nem perfectionis & naturæ, sunt principia aliarum per modum finis, & actiui principij.

¶ Prob. primò: Quia agens, & finis, habent rationem perfecti. Secundò, quia secundum naturalem originem sensus quodammodo est ab intellectu, tanquàm imperfectum a perfecto, (cùm sit deficiens participatio intellectus), non econuerso.

¶ Concl. 3. Secundum viam susceptiui principij potentiæ imperfectiores sunt principia aliarum.

¶ Prob. primò: Quia principium susceptiuū, vt sic, est imperfectum. Secundò, quia animal, quod secundum potentiam sensitiuam est materiale quoddam subiectum respectu intellectus, prius generatur quàm homo: & vniuersaliter potentiæ imperfectiores sunt priores in via generationis.

1^m^ de maiori. Non orit. ℞ Per transmutationem: non, per naturalem resultationem. §. Tunc nihil &c. Nam articulus dicens, quòd vna oritur ex alia, loquitur tantum de ortu secundum quandam naturalem resultationem.

2^m^ minor. Vna potentia animæ non potest esse subiectum alterius. ℞. Negatur. §. Ad probationem autem dicitur: quòd accidens per se non potest esse &c. vt in textu. Hoc est; summatim loquendo. Vnum accidens recipitur in subiecto principali, id est in substantia, mediante alio accidēte. Accidens enim primò in substantia receptum, est tanquàm subiectum medium: in quo recipitur accidens superueniens substantiæ.

3^m^ de maiori. Oppositum, opposito. ℞. Oppositione aliqua alia: non, oppositione perfecti, & imperfecti. § Tunc nihil &c. Nam de oppositis oppositione perfecti, & imperfecti tantum loquimur hic: vt ex conclusionibus patet.

*Ar. 4. huius quæst.

oritur ex simili secundum speciem. Potentiæ autem animæ ex opposito diuiduntur, sicut diuersæ species. ergo vna earum non procedit ab alia.

Sed contra, Potentiæ cognoscuntur per actus. Sed actus vnius potentiæ causatur ab alio, sicut actus phantasiæ ab actu sensus. ergo vna potentia animæ causatur ab alia.

Respon. Dicendum, quòd in his, quæ secundum ordinem naturalem procedunt ab vno, sicut primum est causa omnium, ita qd est primo propinquius est quodāmodo causa eorum, quæ sunt magis remota. Ostensum est autem suprà,* quòd inter potentias animæ, est multiplex ordo. Et ideò vna potentia animæ ab essentia animæ procedit mediante alia: sed quia essentia animæ comparatur ad potentias, & sicut principium actiuum & finale, & sicut principium susceptiuum, vel seorsum per se, vel simul cum corpore: agens autem & finis est perfectius: susceptiuum autem principium inquantum huiusmodi est minus perfectum, consequens est, quòd potentiæ animæ, quæ sunt priores secundum ordinem perfectionis & naturæ, sint principia aliarum per modum finis & actiui principii. Videmus enim quòd sensus est ꝓpter intellectum, & non ecōuerso. Sensus etiam est quędam deficiens participatio intellectus, vndè secūdum naturalem originem quodammodo est ab intellectu, sicut imperfectum à perfecto. Sed secūdum viā susceptiui principii, econuerso potentiæ imperfectiores inueniuntur principia respectu aliarum. Sicut anima secundum quod habet potentiam sensitiuam consideratur sicut subiectum & materiale quoddā respectu intellectus. Et propter hoc, imperfectiores potentiæ sunt priores in via generationis. Prius enim animal generatur quàm homo.

Ad primum ergo dicēdum, quòd sicut potentia animæ ab essentia fluit, non per transmutationem, sed per naturalem quandam resultationem, & est simul cum anima: ita est etiam de vna potentia respectu alterius.

Ad secundum dicendum, quòd accidens per se non potest esse subiectum accidentis: sed vnum accidens per prius recipitur in substātia quàm aliud: sicut quantitas, quàm qualitas. & hoc modo vnum accidens dicitur esse subiectum alterius, vt superficies coloris, inquantum substantia vno accidente mediante recipit aliud. Et similiter potest dici de potentiis animæ.

Ad tertium dicendum, ꝙ potentiæ animæ opponuntur adinuicem oppositione perfecti, & imperfecti: sicut etiam species numerorum, & figurarum. Hæc autem oppositio non impedit originem vnius ab alio, quia imperfecta naturaliter à perfectis procedunt.

ARTI-

APPENDIX.

Ex articulo habes primò, quomodo per rationem ostendas, Philosophum meritò posuisse virtualiter, vnā animæ potentiam oriri ab alia. Hoc autem posuit tunc, quando Posteriorum lib. 1. c. 1. dixit, quòd omnis doctrina & disciplina intellectiua fit ex præexistenti cognitione (scilicet sensitiua, vt multis suis expositorib. placet); & quando passim in sua doctrina voluit sensum subministrare intellectui, vt dicendo ly molles carne bene aptos mēte iudicamus secūdo de anima; item ly visus est nobis ad cognoscendum magis necessarius Metaphysic. 1. tex. 1. Vide ibi expositores hunc locum pro seruitio, quòd visus intellectui affert, glossantes. Ex eo igitur, quòd actum vnius potentiæ dicit causari ab alio (vnde & in eodem primo libro Posteriorū t. 33. legis; quòd cui deficit vnus sensus, deficit vna scientia) patet; quòd voluit sententialiter dicere, quòd vna potentia causatur siue oritur ab alia. Sciebat namque Philosophus, quòd potentiæ cognoscuntur per actus: & consequenter, quòd si actus actum, & potentia potentiam, causat. Secundo habes: quomodo per rationem Philosophi dictum, pro quanto potentiam vnam ab alia oriri insinuat, declares, ꝓbes, defendas. Tertiò vides: quomodo ex his, atq; similibus locis, vicissim Angelica iuuetur conclusio.

Vtilitas pro philosoph.

¶ Not. Illum articulum aliqualiter iuuat artic. in ord. 380. 381. 334.

Pro stud. var. coor.

Comm. Cardinalis Caietani.

Titulus clarus.

¶ In corpore duo. Primò, conclusio responsiua affirmatiue. Secundò, in speciali distinguit: & respondet duabus conclusionibus.

¶ Quo ad primum conclusio est, Vna potentia animæ oritur ab alia. Probatur sic: In procedentibus naturali ordine ab vno, primo propinquius est quodammodo causa remotiorum: potentiæ animæ procedunt multiplici ordine naturæ ab vno. ergo prior est causa subsequentis. Minor patet, & probatur sic: In istis primum est causa omnium. ergo propinquius primo est causa remotioris, & tenet sequela: quia proportionaliter se habent sicut primum ad omnia, ita prius ad sequentia naturæ ordine; constat autem essentiam animæ, & potentias ordine quodam produci, & essentiam: quia primo producitur, esse omnium potentiarum causam: vt in præcedenti articulo definitum est. ergo restat, vt quæ prius naturalis fluit potentia, causa sit mediante qua remotiores ab essentia fluant.

¶ Quo ad secundum distinctio est, quòd ordo naturalis inter potentias est triplex, scilicet secundum causam actiuam, finalem, & materialem: quia anima est his modis causa earum sola, vel cum corpore. Prima conclusio in speciali, Potentiæ imperfectiores, oriuntur à perfectioribus ordine finali & actiuo. Secunda in speciali, Potentiæ perfectiores oriuntur ab imperfectioribus ordine materiali. Probantur primo ambæ simul in communi: quia agens & finis vt sic, est perfectius susceptiuum autem vt sic est imperfectum. Deinde declaratur prima in speciali: quia intellectus est principium finale & actiuum quodammodo sensus. Finale quidem, quia sensus est propter intellectum, & non econuerso. Actiuum verò, quia sensus est quædam participatio intellectus. Diuinum namque lumen, cuius participatione & intellectus & sensus omnis percipit & discernit in intellectu subsistens. exemplare quoddam est defluentis offuscatique luminis in corpore cognitionem parientis, exemplare autem habet annexum genus actiuæ causæ, cum nihil aliud sit quàm extrinseca forma. Formare enim extrinsece agentis, aut peragens est. Demum, declaratur secunda quoque in speciali: quia sensitiuum est principium materiale intellectus, quoniam animal secundum quod habet sensitiuam virtutem, subiectum & materiale, & in potentia est respectu intellectus, vt patet.

Ferr. 2. con. c. 81. 5. Pet. de Pal. 1. sd. 8. q. 4.

SVPER QVAEST. LXXVII. ART. VIII.

CONCL. 1. Intellectus, & voluntas, necessariò remanent actu in anima, corpore destructo.

¶PROB. Quia potentiæ hæ, scilicet intellectus & voluntas, sunt in anima sola, vt in suo subiecto (artic. 5.): &, remanente subiecto incorrupto, accidens proprium remanet (vt de se patet).

384 3. d. 44. q. 3. ar. 4. q. 1. & d. 50. q. 1. ar. 1. cót. Et 2. con. ca. 81. ad 5. Et virt. q. 19. art. 1. Et de anima, art. 10. Cap 15:

¶ CONCL. 2. Corrupto coniuncto non manent actu potentiæ sensitiuæ, nec nutritiuæ in anima; sed virtute tantum manent in ea, sicut in principio, vel radice.

¶ PROB. Quia potentiæ omnes sensitiuę, & vegetatiuę, sunt in coniuncto tanquàm in subiecto: & destructo subiecto, accidens remanere non potest. Secunda autem pars, scilicet sed virtute &cęt. probatur: Quia potentiæ sensitiuæ, ac vegetatiuæ sunt in anima sola, tanquàm in principio suo.

* Lib. 1. de anima tex. 66. tom. 2.

1^m^ ex libro de spiritu. Trahens. ℞. Virtute: non, actu. §. Tunc nihil &c. vt patet ex conclusionibus. Nota in litera pro semper illud, quod dicitur de libro illo; qui, vt aiunt quidam, Augustini est. Hinc enim patet, hoc falsum esse: cum Augustini dicta habeát authoritatem, præsertim apud Diuú Thomam, & liber ille non.

* Lib. de Memoria, & reminis. cap. 1. & 4. tom. 2.

2^m^ de conclusione. Animæ. ℞. Tanquàm subiecti: non, sicut principij tantum. §. Tunc nihil &c. Nam proprietates naturales quando sunt inhærentes alicui tanquàm subiecto, remanent quàdiu subiectú illud constat. Sic intelligitur illud c. de Proprio, apud Porphyrium.

* Lib. 12. c. 32. circa med. to. 3.

3^m^ de maiori. Non debilitantur. ℞. Quantum est ex parte animæ, earum virtualis principij: non, absolute. §. Debilitantur enim absolute loquendo, potentiæ sensitiuæ (vt patet experientia ipsa), sicut & nutritiuę: & debilitas absolutè sumpta, est via ad corruptionem. Tunc nihil &c. vt patet.

* Li. de Eccle. dogm. c. 19. to. 3. inter opera August.

4^m^ de maiori. Memoria. ℞. Sensitiua: non, intellectiua. §. Tunc nihil &c. Nam intellectiua, de qua dicitur sit sermo, actu remanet post, sicut & intellectus: licet non remaneat sensitiua, nisi in virtute modo exposito per conclusionem secundam.

5^m^ de maiori. Gaudium, tristitia. ℞. Secundum appetitum sensitiuum: non, secundum appetitum intellectiuum. §. Tunc &c. vt patet.

* Ar. 6. & 7. huius q.

6^m^ de maiori. Augustinus dicit. ℞. Inquirendo; non, asserendo. §. Tunc & cæt. vt patet.

ARTICVLVS VIII.

Vtrum omnes potentiæ animæ, remaneant in anima à corpore separata.

AD OCTAVVM sic proceditur. Vr ꝙ omnes potentiæ aiæ remaneant in anima à corpore separata. Dicitur. n. in lib. de spiritu & anima, quòd anima recedit à corpore secum trahens sensum & imaginationem, rationem, & intellectum, & intelligentiam, concupiscibilitatem, & irascibilitatem.

¶ 2 Præterea. Potétiæ animæ sunt eius naturales proprietates. Sed proprium semper inest, & nunquam separatur ab eo cuius est proprium. ergo potentiæ animæ sunt in ea, etiam post mortem.

¶ 3 Pręt. Potentiæ animæ etiá sensitiuæ non debilitantur debilitato corpore; quia vt dicitur in * 1. de Anima: si senex accipiat oculum iuuenis, videbit vtiq; sicut & iuuenis. Sed debilitas est via ad corruptionem. ergo potétię animæ non corrumpuntur corrupto corpore, sed manent in anima separata.

¶ 4 Præt. Memoria est potétia animæ sensitiuæ, vt Philosophus * probat: sed memoria manet in anima separata: dicitur enim Luc. 16. diuiti epuloni in inferno secundum animam existenti, Recordare, quia recepisti bona in vita tua. ergo memoria manet in anima separata, & per consequens aliæ potentiæ sensitiuæ partis.

¶ 5 Præt. Gaudium & tristitia sunt in concupiscibili, quæ est potentia sensitiuæ partis. Manifestum est autè animas separatas tristari, & gaudere de præmiis, vel pœnis quas habent. ergo vis cócupiscibilis manet in anima separata.

¶ 6 Præt. August. * dicit 12. super Gen. ad lit. ꝙ sicut anima cum corpus iacet sine sensu, nondum penitus mortuum, videt quædá secundum imaginariam visioné, ita cum fuerit à corpore penitus separata post mortem. Sed imaginatio est potentia sensitiuæ partis. ergo potentia sensitiuæ partis manet in anima separata, & per consequens omnes aliæ potentiæ.

SED CONTRA est, quod dr̃ in lib. * de Eccl. dog. Ex duabus tantum substantiis constat homo: anima cum ratione sua, & carné cum sensibus suis. ergo defuncta carne, potentiæ sensitiuę non manent.

RESP. Dicendú, ꝙ sicut iam dictú * est, omnes potentiæ aiæ comparantur ad animá solam, sicut ad principium. Sed quędam potentię cóparantur ad animam solam sicut ad subiectú vt intellectus & voluntas, & huiusmodi potentiæ necesse est, ꝙ maneant in anima, corpore destructo. Quædam verò potentiæ sunt in cóiuncto, sicut in subiecto: sicut omnes potentiæ sensitiuæ partis, & nutritiuæ. Destructo autem subiecto, nó potest accidens remanere. Vnde corrupto coniuncto, non manent huiusmodi potentiæ actu, sed virtute tantum manet in anima, sicut in principio, vel radice. Et sic falsum est, quod quidam dicunt, huiusmodi potétias in anima remanere etiam corpore corrupto. Et multo falsius, quòd dicút etiam actus harum potentiarú remanere in anima separata: quia talium potentiarum nulla est actio nisi per organum corporeum.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd liber ille authoritatem non habet. Vnde quod ibi scriptum est, eadem facilitate contemnitur, qua dicitur. Tamen potest dici, quòd trahit secum anima huiusmodi potentias non actu, sed virtute.

AD SECVNDVM dicendum, ꝙ hæ potentiæ quas dicimus actu in anima separata nó manere, non sunt proprietates solius animæ, sed coniuncti.

AD TERTIVM dicendú, quòd dicuntur non debilitari huiusmodi potentiæ debilitato corpore: quia anima manet immutabilis, quæ est virtuale principium huiusmodi potentiarum.

AD QVARTVM dicendum, ꝙ illa recordatio accipitur eo modo quo August. * ponit memoriam in mente, non eo modo quo ponitur pars animæ sensitiuæ.

* Lib. 10 de Trin. c. 11. tom. 3.

AD QVINTVM dicendú, quòd tristitia & gaudiú sunt in anima separata, non sm̃ appetitum sensitiuum, sed secundum appetitum intellectiuum, sicut etiam in angelis.

AD SEXTVM dicendum, quòd August. loquitur ibi inquirendo, non asserendo. Vnde quædam ibi dicta retractat.

APPENDIX.

Vtilitas pro Eccle. S. Dei.

EX artic. habes primò: quomodo per rationem ostendas, rectè dictum ráquám ecclesiasticum dogma, in libro de Eccles. dogmatibus c. 19. sic. Ex duobus substantijs constat homo, anima cú ratione sua, & carne cú sensibus suis. Hoc est. Carné hominis sequuntur sensus, & ratio animá; seu in carne sunt sensus, ratio in anima. Secúdò habes: quomodo per rationem declares; dogma præa ipsum sic inferre voluisse, immo sic implicite intulisse. Viuente carne manent sensus, mortua carne moriuntur sensus: sicut viuente anima manet ratio, mortua anima moritur ratio. Sed sic est, ꝙ anima nunquam moritur (vt suprà idem liber cap. 16. dixerat), caro autem moritur: ergo ratio semper manet: sensus autem moritur: ergo potentiæ rationales remanent in anima separata, sensitiuæ autè nequaquam. Per rationem, intelligas tu in isto dogmate, intellectú & voluntaté; per sensum autem, potentias sensitiuas tú interiores, tum exteriores: Quòd verò dicitur de sensu, intelligas etiam à fortiori, de potentijs vegetatiuis. Tertiò vides: quomodo ex his vicissim Angelicæ firmentur cóclusiones.

Pro stud.

¶NOT. Articulum præsentem aliqualiter iuuat artic. in ord. 382. 383. 381. 301. 411. 501.

QVAE-

Comm. Cardinalis Caietani.

TItulus clarus.

¶In corpore duo facit: primò respondet quæsito duabus conclusionibus. Secundo, corollarie excludit duas opiniones.

¶Quo ad primum, prima conclusio est. Potentiæ existentes in sola anima, vt subiecto, remanent destructo corpore. Secundo, Potentiæ existentes in cópositó: vt subiecto, non remanent actu, sed

sed uirtualiter tantum. Declarantur & probantur simul, ex conueniẽti & disconuenienti habitudine potentiarũ ad animã. Conuenienti quidem in hoc, q oẽs sunt a sola aĩa, ut principio, disconuenienti uero in hoc, q2 quædam in sola anima quædã in cõposito sunt. Ex hoc probatur specialiter secunda conclusio, quoad primã partem, quia corrupto subiecto, impossibile est accidens remanere: quoad secundam uero, quia anima est radix omnium.

¶ Quoad sc̃dm excluditur positio dicentium, potentias oẽs remanere actu dicentium actus remanere. Qđ ideo est falsum, quia dato quod manerent potentiæ, ut Plato dicit, non maneret tamen actus propter defectum organi ministrantis, sicut non remaneret locutio, sine lingua, quamuis in homine esset uis locutiua.

¶ Circa illam propositionem.s. Omnes potentiæ animæ comparantur ad animam solam, sicut ad principium, dubium occurrit. Quia si sola anima est principium omnium potentiarum. ergo nihil aliud ab anima est principium alicuius potentiæ animæ, ergo compositum nullius potentiæ est principium, ergo falsum est, qđ subiectum sit causa proprii accidentis in triplici genere causæ.

¶ Ad hoc dupliciter responderi põt. Primo, distinguẽdo ly esse principium s. primo, uel ratione partis, & dicendo, q sola anima est primo principium potentiarum omniũ, & quod compositum non est earum principium nisi rõne partis, s. animę. Vnde superius in litera, non est dictum absolute, quod subiectum sit principium proprii, sed quod subiectum secundum quod est actu, est principium proprii, constat autem subiectum compositum esse actu secundum formam, igitur secundum eam habet hoc quod sit principium actiuum potentiarum, & propter hoc in litera proponitur hæc propositio, ut ex dictis deducta. Secundo, sustinendo compositum ratione tertiæ entitatis esse principium actiuum completũ respectu potentiarum suarum quod ly sola, tenetur categorematice, ita quod sensus est, qđ anima solitarie sumpta, habet hoc, qđ sit principium actiuum omnium potentiarum. Cum hoc tamen stat, quod compositum etiã sit actiuum principium quarumdã, q; uis diuersimode: q2 illa incõpletũ, hoc, cõpletum. Et hic sensus ẽ habetur ex supra dictis. Dum dicimus, qđ essentia animę est actiuum principium omnium potentiarum, non explicando cõpletum, uel incompletum & ad intentum nunc deseruit, quia intenta differentia saluatur, s quod anima sola.i. ipsa ut distinguitur cõtra compositum, habet hoc quod est principium omnium potentiarũ, sed non habet hoc quod sit subiectum omnium potentiarum, sed quarundam oportet esse compositum. ex hac namque differentia conclusiones deductæ sunt, vt patet.

QVAESTIO LXXVIII.

De potentijs animæ in speciali, in quatuor articulos diuisa.

DEINDE considerandum est de potentiis animæ in speciali. Ad considerationem autem Theologi pertinet inquirere specialiter solum de potẽtiis intellectiuis & appetitiuis, in quib. uirtutes inueniuntur. Sed quia cognitio harum potentiarum quodammodo dependet ex aliis, ideo nostra consideratio de potentiis animę in speciali, erit tripartita. Primo namque considerandum est de his, quæ sunt præambula ad intellectum. Secundo, de potentiis intellectiuis. Tertio de potentiis appetitiuis.

CIRCA primum, quæruntur quatuor.

¶ Primo, De generibus potentiarum animæ.
¶ Secundo, De speciebus vegetatiuæ partis.
¶ Tertio, De sensibus exterioribus.
¶ Quarto, De sensibus interioribus.

ARTICVLVS PRIMVS.

Vtrum quinq; genera potentiarum animæ, sint distinguenda.

385 Ver. q. 10. art. 2 ad 2. & q. de aia ar. 13. & 1. li. de aia le. 14. prin. & li. 2. 33. & le. 5. & le. 6

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur, quòd non sint quinque genera potentiarum animæ distinguenda scilicet vegetatiuum sensitiuum, appetitiuum, secundum locum motiuum, & intellectiuum. Potentiæ enim animæ, dicuntur partes ipsius. Sed tantum tres partes animæ communiter ab omnibus assignantur, s. animæ vegetabilis, animę sensibilis, & rationalis. Ergo tantum tria sunt genera potentiarum animę, & non quinque.

¶ 2 Præter. Potentiæ animæ sunt principia operum uitæ. Sed quatuor modis dicitur aliquid uiuere, dicit. n. Philosophus in * 2. de Anima. Multipliciter ipso uiuere dicto, & si vnum aliquod horum insit solum, aliquid dicimus uiuere, ut intellectus & sensus, motus & status secundum locum. Adhuc autem motus secundum alimentum, & decrementum, & augmentum. Ergo tantum quatuor sunt genera potentiarum animæ, appetitiuo excluso.

li. 2. de aia tex. 13. c. 2.

¶ 3 Præt. Ad illud quod est commune omnib. potentiis, nõ debet deputari aliquod speciale animæ genus. Sed appetere conuenit cuilibet potentiæ animę, uisus. n. appetit uisibile conueniens. vnde dicitur Eccles. 40. Gratiam & speciẽ desiderabit oculus, & super hoc uirides sationes, & eadem ratione quælibet alia potentia desiderat obiectum sibi conueniens. Ergo non debet poni appetitiuum, unum speciale genus potentiarum animæ.

¶ 4 Præt. Principium mouens in animalib. est sensus, aut intellectus, aut appetitus, ut dicitur in tertio, * de Anima. Non ergo motiuum debet poni speciale genus animæ præter prædicta.

li. 3. de aia tex. 48. & seq. usque ad 58. t. 2.

SED CONTRA est, quod Philosophus dicit in † 2. de Anima. Potentias autem dicimus, vegetatiuum, sensitiuum, appetitiuum, motiuum secundum locum, & intellectiuum.

li. 2 de aia tex. 27. t. 2

RESPON. Dicendum, quod quinque sunt genera potentiarum animę, quæ numerata sunt, tres uero dicuntur animæ, quatuor uero dicuntur modi uiuendi. Et huius diuersitatis ratio est: quia diuersæ animæ distinguuntur secundum q diuersimode operatio supergreditur operationem naturæ corporalis. Tota enim natura corporalis subiacet animę, & comparatur ad ipsam sicut materia, & instrumentum. Est ergo quędam operatio animæ, quæ intantum excedit naturam corpoream, quod neque etiã exercetur per organum corporale, & talis est operatio animæ rationalis. Est autem alia operatio animæ infra istam, quæ quidem fit per organum corporale, non tamẽ per aliquam corpoream qualitatem, & talis est operatio animæ sensibilis, quia etsi calidum, & frigidum, & humidum, & siccum, & aliæ huiusmodi qualitates corporeæ requirãtur ad operationem sensus, non tamen ita, quod mediante uirtute talium qualitatum operatio animæ sensibilis procedat, sed requiruntur solum ad debitã dispositionem organi. Infima autẽ operationum animæ est, quæ fit per organum corporeum, & uirtute corporeę qualitatis. Supergreditur tñ operationem naturę corporeæ, q2 motiones corporum sunt ab exteriori principio. huiusmodi autem operationes sunt a principio intrinseco, hoc. n. commune est omnibus operationibus animæ. Omne. n. animatũ, aliquo modo mouet seipsum, & talis est operatio animæ vegetabilis. Digestio. n. & ea quæ consequuntur, fit instrumẽtaliter per actionem caloris, ut dicit in * 2. de Aia. Gña uero potentiarũ aiæ, distinguuntur fm obie-

li. 2. de aia tex. 50. & li. 3 de par tib. animalium ca. 3. tom. 2.

SVP. Q. LXXVIII. ART. I.

CONCL. Quinque sunt gñra potẽtiarũ aiæ, s. vegetatiuum, sensitiuũ, intellectiuũ, appetitiuũ, motiuũ fm locũ: tres uero sunt aię s. vegetatiua, sensitiua, intellectiua, quatuor aũt sunt modi uiuendi s. vegetatiuũ, sensitiuũ, motiuum secundum locum, intellectiuum.

¶ PROB. 1. Quia genera potentiarum aiæ distinguuntur fm obiecta, & obiecta sunt tria (.s. vegetabile, sensibile, intelligibile) quorũ duo (.s. sensibile, intelligibile) fm unam rõnẽ considerata cõstituunt duo gñra potẽtiarum (.s. sensitiuum, intellectiuum) considerata uero fm aliam rationem, constituunt alia duo gña potentiarum (.s. appetitiuũ, motiuum secundum locum.) Secunda aũt pars .s. tres uero &c. pbatur. Quia diuersæ aiæ distinguũtur fm q diuersimode operatio aiæ supergreditur operationem naturæ corporalis, & hæc operatio supergrediens est triplex (uidelicet operã sine organo corporeo; en iter. operatio non in uirtute alicuius qualitatis corporalis, en sensit. operatio, nõ a principio extrinseco solum, en veget. Tertia uero pars. s. quatuor autem &cæt. probatur. Quia modi uiuendi distinguũtur fm gradus uiuentium, & gradus uiuentium diuersi sunt quatuor (.s. vegetare, sentire, moueri se secũdũ locum intelligere.)

Primum

obiecta, quanto.n.potētia est altior tanto respicit uniuersalius obiectū, ut sup.dictū est. † Obiectum autē operationis animæ, in triplici ordine pōt considerari. Alicuius.n.potētiæ aīę obiectum est solum corpus aīæ unitum. & hoc genus potentiarum aīæ dicitur vegetatiū. Non.n.vegetatiua potētia agit nisi corpus, cui anima unitur. Est aūt aliud genus potentiarum aīæ, qđ respicit adhuc uniuersalius obiectum, s. oē corpus sensibile, & nō solū corpus animæ unitum. Est aūt aliud genus potentiarum aīæ, qđ respicit adhuc uniuersalius obiectū, s. non solum corpus sensibile, sed uniuersaliter oē ens. Ex quo patet, ꝙ ista duo secūda gn̄a potentiarum aīæ, hn̄t operationem non solum respū rei cōiunctæ, sed ēt respectu rei extrinsecæ. Cum autem operans oporteat aliquo modo coniungi suo obiecto, circa quod operatur, necesse est extrinsecam rem, quæ est obiectum operationis aīæ, s̄m duplicem rōnē ad animam cōparari. Vno mō, s̄m ꝙ nata est animæ coniungi, & in aīa esse per suam similitudinem. Et quantum ad hoc, sunt duo genera potētiarum, s. sensitiuum, respectu obiecti minus cōis, quod est corpus sensibile, & intellectiuum, respectu obiecti cōmunissimi, quod est ens uniuersale. Alio modo, secundum quod ipsa anima inclinatur, & tendit in rem exteriorem, & secundū hanc etiam comparationem, sunt duo genera potentiarum animæ. vnum quidem, s. appetitiuum, secundum, ꝙ anima cōparatur ad rē extrinsecam, ut ad finem, qui est primum in intentione. Aliud aūt motiuū s̄m locum, prout aīa cōparatꝰ ad rē exteriorē, sicut ad terminum comparationis, & motus. Ad consequendum.n.aliquod desideratum, & intentum, oē aīal mouetur. Modi uero uiuendi distinguuntur s̄m gradus uiuentium. Quædam.n.uiuentia sunt, in quib. est tantum vegetatiuum. sicut in plantis. Quædam vero, in quib. cum vegetatiuo est etiā sensitiuum, non tamen motiuū s̄m locum: sicut sunt immobilia animalia, ut conchilia. Quædā uero sunt, quæ supra hoc habent motiuum secundum locum, ut perfecta aīalia, quæ multi indigēt ad suam uitam. Et ideo indigent motu, ut uitæ necessaria procul posita quærere possint. Quædam uero viuentia sunt, in quib. cum his est intellectiuū, s. in hominib. Appetitiuū autem nō constituit aliquem gradum uiuentium, quia in quibuscumq; est sensus, est etiam appetitus, ut dicitur in * 2.lib.de Anima.

Et per hoc, soluuntur duo prima obiecta.

AD TERTIVM dicendum, quod appetitus naturalis est inclinatio cuiuslibet rei in aliquid, ex natura sua. Vnde naturali appetitu quęlibet potentia desideratꝰ sibi conueniēs. Sed appetitus animalis, consequitur formā apprehensam. Et ad huiusmodi appetitum, requiritur spūalis animæ potētia, & nō sufficit sola apprehensio. Res.n. appetitur prout est in sua natura. Non est autem scdm suam naturā in uirtute appetitiua, sed secundum suam similitudinem. Vnde patet, ꝙ uisus appetit naturaliter uisibile solum ad suum actum, s. ad uidendum. Animal autem appetit rem uisam per vim appetitiuam, non solum ad uidendum, sed etiā ad alios usus. Si autem non indigeret anima rebus perceptis a sensu, nisi propter actionem sensuum, scilicet ut ea sentiret, non oporteret appetitiuum ponere speciale genus inter potentias animæ, quia sufficeret appetitus naturalis potentiarum.

AD QVARTVM dicendum, ꝙ quamuis sensus & appetitus sint principia mouentia in aīalib. perfectis, non tamē sensus & appetitus, inquantū hmōi, sufficiūt ad mouendū, nisi superadderetur eis aliqua uirtus. Nam in immobilib. animalib. est sensus & appetitus: non tamen habent uim motiuam. Hæc autem uis motiua non solum est in appetitu, & sensu ut imperante motum, sed etiam est in ipsis partibus corporis ut sint habilia ad obediendum appetitui animæ mouentis. Cuius signum est, quod quando membra remouentur a sua dispositione naturali, non obediunt appetitui ad motum.

ARTI-

1m de maiori.

†q. præce. art. 3. ad 4. argum.

Partes. R. Vel tanꝗ aīa vel tanꝗ modi uiuēdi: vel tanquam genera potentiarum. §. Tunc &c. ut patet ex dictis.

D. 210.

2m conclusionis illatio. Ergo tātū quatuor &c. R. Negatꝰ illatio. §. Dēbat. n. argm̄ inferre nō sic, sed aliter. s. Ergo quatuor sunt tātū modi uiuēdi. Nā philosophus ibi loquitur solū de modis uiuēdi, ut patet in corpore, & tunc maior illa argumēti, s. potētiæ aīę &c. non est ad ꝓpositū.

3m de maiori.

Illud qđ est cōe. R. s̄m ꝙ est cōe, non s̄m ꝙ est aliquod particulare. §. Tunc &c. Nō n. appetitiuū, ut est cōe, i. vt dicit tm̄ appetitū naturalē, est spāle genus potētiarū (ut argm̄ credit) sed ut quoddā spāle, i. appetitiuum s̄m appetitum aīalē, est genus potentiarum speciale.

4m de antecedente. Principiū. R. īsufficiēs ad mouendū in aīalib. perfectis: non aūt sufficiens. §. Tunc &c. Nam ꝗuis sensus & appetitus, sint pricipia mouētia in animalib. perfectis &c. ut in litera.

APPENDIX.

Vtilit. pro philosoph.

EX articulo hēs primo quō per rōnē ostdas recte dictū a philoso. 2. de aīa text. 27. potentias aūt dicimus vegetatiuū, sēsitiuū, appetitiuū, motiuū scd̄m locū, & intellectiuū. Itē recte in eodē lib. dictū ꝙ aīa alia vegetatiua, alia sensitiua, alia intellectiua. Itē dictū ab eodē 2. de aīa. te. 13. multipliciter ipso uiuere dicto, & si unū aliqđ horū insit solū, aliqd dicimus uiuere, ut intellectus, & sensus motus & statꝰ s̄m locū, adhuc aūt motus s̄m alimētū decremētū, & augmentū. Scd̄o hēs: quō ꝑ rōnē ostdas uerū sensum philos. in ꝑmissis locis, quō ū declares, declaratū ꝓbes atq; defendas. Tertio vides: quō ex his uicissim Angelica firmetur conclusio.

¶ NOT. Præsentē art. aliqualiter iuuat arti. in ord. 369. 313. 379. 402. 364. 376.

Pro studio uario.

li. 2. de aīa tex. t. 27

Comm. Cardinalis Caietani.

TItulus clarus est.

¶ In corpore quatuor. Primo, proponit tres conclusiones. Secundo, probat primam. Tertio, secundam. Quarto, tertiam. Prima conclusio. Animæ sunt tres. Secunda. Potentiæ animæ secundum genus sunt quinq;. Tertia. Modi uiuentium sunt quatuor.

¶ Prima probatur ex triplici modo excessus operationis animalis supra naturam corpoream, s. supra organum, qualitatem corpoream, & extraneitate. Vegetatiuū namq; in seipsum, & a seipso per se operatur, organo tamen & qualitate elementari: sensitiuū non qualitate, sed organo utitur, intellectiuum ab omnib. abstrahit, omnia clara sunt in litera. Et si dubites quo pacto propriū est aīę operari ab intrinseco, cum in diffinitione naturæ ponatur ēt, ꝙ sit principium intrinsecū, scito ex 8. Phys. ꝙ hoc intelligitur, vt quod agit, & quod patitur simul. Nulla.n.res nisi animata alterat, auget, uel mouet localiter seipsam. Naturalib. autem conuenit habere principium intrinsecum, ut quo tantum, & ideo necessario ꝓsupponit aliquod extrinsecum, a quo principaliter sit motus ille. Propterea dicuntur hic motione corporum esse ab extrinseco, vt latius in materia de motu grauium & leuium differetur.

¶ Secunda ꝓbatur quintuplici rōne generica obiecti. s. corpore coniuncto, corpore sensibili ad aīam, ente uniuersaliter ad aīam: & rursus his secundum motus intentionis animæ ad ea: & rursus secundum motum localem ad ea. Primo n. vegetatiuum, secundo sensitiuum, tertio intellectiuum, quarto appetitiuum, quinto secundum locum motiuum constituitur, ut patet in litera clare.

¶ Tertio probatur quadruplici graduatione uiuētium. s. vegetatione tm̄: hac & sensu, his & motu locali, & demū cum prædictis omnib. intellectu. Appetitus. n. nō separatur a sensu & intellectu.

¶ In responsione ad tertium occurit quæstio de appetitu naturali. Sed breuiter nota, ꝙ appetitus naturalis, dupliciter sumi consueuit. Primo, pro inclinatione a natura indita. Et sic nō est actus aliquis elicitus, sed est uelut actus primus habens naturalem habitudinem ad tale quid. Et talis appetitus inuenitur in omnibus potentiis tam actiuis quam passiuis, ut in litera dicitur. Secundo, sumitur pro actu secundo, quo tenditur in præcognitum sic, quod non potest in oppositum tendi. Et hæc est operatio appetitus animalis, siue intellectualis, siue sensitiui. Ex eo enim quod ad apprehensum ut sic, immediatē tendit, animalis appetitio est. Ex eo uero, quod determinatum est a natura, ita ad hoc tale obiectum, qđ non ad oppositum, naturalis est: naturalium enim est proprium determinatum esse ad unū. Et de tali appetitu dicitur primo metaphysicæ, quod naturaliter scire desideramus, & uniuersaliter, quod naturaliter appetimus uiuere, esse, beatitudinem &c. Et hūc appetitum expresse S. Th. superius in q. de amore angelorum habet: & in 2.2. in q. de studiositate, uel curiositate exꝓssisime de illa propositione primi Metaphys. Ex quo patet error loquentium.

ARTICVLVS II.

Vtrum conuenienter partes vegetatiuæ assignentur, scilicet nutritiuum, augmentatiuum, & generatiuum.

AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur, quod inconuenienter partes vegetatiuæ assignentur, s. nutritiuum, augmentatiuum, & generatiuum. Huiusmodi.n. uires, dicuntur naturales. Sed potentiæ animæ sunt supra uires naturales. ergo huiusmodi uires non debent poni potentiæ animę.

¶ 2 Præt. Ad id, quod est cõe viuentib. & non viuentib. non debet aliqua potentia animæ deputari. Sed generatio est communis omnib. generabilib. & corruptibilib. tam uiuentibus, quam non uiuentib. Ergo uis generatiua non debet poni potentia animæ.

¶ 3 Præt. Anima est pars potentior natura corporea. Sed natura corporea eadem uirtute actiua, dat speciem & debitam quantitatem. Ergo multo magis anima. Non est ergo alia potentia animæ augmentatiua a generatiua.

¶ 4 Præt. Vnaquæque res conserua tur in esse per id, quod esse habet, sed potentia generatiua est per quã acquiritur esse uiuentis. ergo per eandem res uiua conseruatur. Sed ad conseruationem rei viuentis ordinatur uis nutritiua, ut dicitur in 2.* de Anima. Est.n. potentia potens saluare suscipiens ipsam. Non debet ergo distingui nutritiua potentia a generatiua.

SED CONTRA est, quod Philosophus dicit in * 2. de Anima, q̃ opera huius animæ sunt generare, & alimento uti, & iterum augmentum facere.

RESPON. Dicendum, quod tres sunt potentiæ vegetatiuæ partis. Vegetatiuum.n. ut dictum est,* habet pro obiecto ipsum corpus viuens per animam, ad quod quidẽ corpus triplex animæ operatio est necessaria. Vna quidẽ, per quã esse acquirat, & ad hoc ordinatur potẽtia generatiua. Alia uero, per quam corpus viuũ acquirit debitã quantitatẽ, & ad hoc ordinatur vis augmentatiua. Alia uero, per quã corpus viuentis saluatur, & in esse, & in quantitate debita, & ad hoc ordinatur vis nutritiua.

Est tamen quædam differẽtia attendenda inter has potentias. Nam nutritiua & augmentatiua habent suum effectum in eo in quo sunt, quia ipsum corpus vnitum animæ augetur & cõseruatur per vim augmentatiuam & nutritiuam in eadẽ aĩa existentem. Sed uis generatiua hẽt effectum suũ, non in eodẽ corpore, sed in alio, quia nihil est gñatiuum suipsius. Et ideo, vis gñatiua quodãmõ appropinquat ad dignitatẽ aĩæ sensitiuæ, quæ hẽt opationem in res exteriores, licet excellẽtiori modo & vniuersaliori. Supremũ.n. inferioris naturæ attingit id, quod est infimum superioris, vt patet per Dion. in * 7. c. de diui. nom. Et ideo inter illas tres potentias finalior, & principalior, & pfectior est generatiua, vt dicitur in * 2. de Anima. Est enim, rei iam perfectæ facere alteram, qualis ipsa est. Generatiuæ autem deseruiunt & augmentatiua & nutritiua, augmentatiuæ vero nutritiua.

AD PRIMVM ergo dicendũ, quod huiusmodi vires dicuntur naturales. Tum, quia habent effectũ similem naturæ, quæ etiam dat esse & quantitatem & conseruationem, licet hæ vires habeant hoc altiori modo. Tũ, quia hę vires exercent suas actiones instrumentaliter per qualitates actiuas & passiuas, quæ sunt naturalium actionum principia.

AD SECVNDVM dicendum, quod generatio in rebus inanimatis, est totaliter ab extrinseco. Sed generatio viuentium est quodam altiori modo per aliquid ipsius viuẽtis, quod est semen in quo est aliquod principium corporis formatiuum. Et ideo oportet esse aliquam potentiam rei uiuentis, per quam semen huiusmodi præparetur, & hæc est vis generatiua.

AD TERTIVM dicendum, quod quia generatio viuentium est ex aliquo semine, oportet, quod in principio animal generetur paruæ quantitatis. Et propter hoc necesse est, quod habeat potentiam animæ per quã ad debitam quantitatem perducatur. Sed corpus inanimatum generatur ex materia determinata ab agẽte extrinseco, & ideo simul recipit speciem & quantitatem, secundum materiæ conditionem.

AD QVARTVM dicendum, quod sicut iam dictum est, * operatio vegetatiui principii completur mediante calore, cuius est humidum consumere. Et ideo ad restaurationem humidi deperditi, necesse est habere potentiam nutritiuam, per quam alimentum conuertatur in substantiam corporis. Quod etiam est necessarium ad actum virtutis augumentatiuæ, & generatiuæ.

ART I-

Comm. Cardinalis Caietani.

TItulus clarus.

¶ In corpore duo. Primo respondet. Secundo comparat. Conclusio responsiua, Tres sunt partes vegetatiuæ. Probatur. Corpus uiuens ut sic, eget tribus operibus. Corpus uiuens ut sic, est obiectum vegetatiuæ. ergo obiectum vegetatiuæ exigit tria opera. ergo tres potentias in vegetatiuo, talia sunt generari, nutriri, & augeri, ergo: maior patet, quia eget, esse, & perfecta quantitate, & conseruatione utriusque, minor ex dictis: reliqua plana.

¶ Quoad secundum, primo differentiam ponit inter has, quia generatiua ad alienum, alię uero ad proprium corpus. Deinde ordinem dignitatis. quia generatiua dignior ex supradicta conditione, utpote attingens ad uim sensitiuam, & confirmatur authoritate Dionys. Demum ordinem ministerii: quia illi hæ seruiunt, & augmentatiuæ nutritiua. Nota quod tres dicuntur potentiæ vegetatiuæ in genere. Verum autem plures sint sm speciem specialissimam potentiæ unius præcipue, puta digestiua, attractiua, expulsiua &c. non est præsentis speculationis.

Ferr. 4. cont. c. 58.

SVP. Q. LXXVIII.

ART. II.

COncl. Tres sunt potentiæ vegetatiuæ partis, idest generatiuũ, nutritiuum, & augmentatiuum.

¶ Prob. Quia vegetatiuę partis obiectum est corpus uiuens per animam vegetatiuam, & tale corpus necessario requirit triplicem operationem ad .s. vt sit, ut sit debite quantum, ut in utroque conseruetur.

1^m^ de minori.

Supra. R. Quantum ad modum operandi: non semper, quantum ad operatum. §. Tunc &c. Vires enim nutritiuæ altiori modo operantur, quam uires naturales operentur, quia ab intrinseco.

¶ Corol. Ergo potentiæ animæ sunt supra naturales uires, vel quantum ad modum tantum (hæ sunt vegetatiuæ); uel quantum etiã ad operatum (hæ sunt sensitiuæ, & intellectiuæ.)

2^m^ de maiori.

Quod est commune. R. Secundum quod cõmune, non secundum quod speciale aliquo modo. §. Tunc &c. Habet enim generatio viuentium specialẽ modum a generatione nõ uiuentium discretum, ut in litera.

3^m^ de maiori.

Anima. R. considerata quantum est de se: non quantum est ex parte facti. §. Tunc &c. Quod enim genitum per potentiam animæ vegetatiuam, non habeat p eandem potentiam debitam quantitatem, nõ est ex defectu animæ, sed ex parte facti: quia scilicet factum puta ex semine cõcurrente par uissimo requirit sic. Ac si diceremus; præterita non fuisse fieri potest, quantum est ex parte Dei, non quantum est ex parte facti, quia .s. factum repugnat factioni tali.

4^m^ maior. Vnaquęque res conseruatur &c. R. nisi esse datum rei habeat annexum consumere humidũ, in quo humidũ esse conseruatus. §. ideo dicitur radicale. Tunc nihil &c. Nam operatio vegetatiui principii completur mediante calore, &c. ut in litera.

APPENDIX.

EX articulo hẽs primo, qũo per rationem ostendas a philosopho recte dictum 2. de aĩa tex. 54. 46. 47. q̃ opera vegetatiuæ animæ sunt generare, alimento uti, & augmentum facere. Secũdo habes, qũo per rationem philosophi sensum ibi declares, declaratum probes, probatum defendas. Tertio uides, quomodo uicissim Angelica ex his stabiliatur conclusio.

Margin notes: 386 — 4. cõ. c. 58. & q. d. Ani. art. 13. cor. ad 2. & 15. & lib. 2. de Ani. lec. 9. finem. — li. 2. de aĩa tex. 48. t. 2. — li. 2. de aĩa tex. 54. & text. 46. & 47. quoad tertiã partem, to. 3. — ar. præced. — ar. præced. — Vti. pro S. Eccl. — cap. 7. inter med. & fi. — 2 li. 2. de aĩa tex. 45. t. 2. — 3

SVP. Q. LXXVIII. ART. III.

Concl. 1. Exterius immutatiuũ est, quod per se a sensu percipitur, secundum cuius diuersitatem potentiæ sensitiuæ distinguuntur. (ergo conuenienter distinguuntur sensus exteriores.)

¶ Prob. 1. Quia sensus est potentia passiua, quæ nata est immutari ab exteriori sensibili. Secunda autem pars, scilicet secundum cuius &c. probatur. Quia ratio numeri distinctionis exteriorum sensuum accipiéda est secundum illud, quod proprie & per se ad sensum pertinet.

¶ Not. In presenti conclusione includitur implicitè conclusio sequens, quæ directe respondet quæsito, quæ etiam ab argumentis impugnabitur, & est ista.

¶ Concl. 2. Sensus exteriores sunt quinque, scilicet uisus, auditus, olfatus, gustus, tactus.

¶ Prob. Quia immutatio sensuum est quintuplex, scilicet spiritualis tantum (hæc est pro uisu) spiritualis cum naturali secundũ locum ex parte obiecti (pro auditu), spiritualis cum naturali secundum alterationem ex parte obiecti (pro olfactu), spiritualis cum naturali ex parte organi (pro tactu, gustus.)

¶ Corol. Ergo cõclusio ista probatur ex præmissa dicente, quod secundum diuersitatẽ immutatiui sensitiuæ potentiæ distinguuntur, & cõsequenter numerantur.

1^m de maiori.

Accidentium. R. Habentium uim immutatiuam secundum se, nõ autem, non habentium illam secundum se. §. Tunc nihil &c. Non enim omnia accidentia habent uim immutatiuam secundum se, sed solæ &c. ut in litera.

2^m de minori.

Per se primo, non secundo. §. Tunc &c. Nã loquimur nunc tãtum de immutantib. per se primo, & consequẽter sensibilia cõia sunt extra propositum, licet sint sensibilia per accidens.

Tertium

387 8.d.2.q.2. art.2.ad 5. fi. & q. de anima art. 13. cor. & 3.li. de anima, le.7.

*tex.63. & 64. tom.2.

lib. 2. tex. 128. to.2.

ARTICVLVS III.

Vtrum conuenienter distinguantur quinque sensus exteriores.

Ad tertium sic proceditur. Videtur, quòd inconuenienter distinguantur quinque sensus exteriores. Sensus enim est cognoscitiuus accidentium. sunt autẽ multa genera accidẽtium. Cum ergo potentiæ distinguãtur per obiecta, uidetur, quod sensus multiplicentur secũdum numerum, qui est in generibus accidentium.

¶ 2 Præt. Magnitudo & figura, & alia quæ dicuntur sensibilia communia, non sunt sensibilia per accidens, sed contra ea diuiduntur in * 2. de anima, diuersitas autem per se obiectorum diuersificat potentias. Cum ergo plus differãt magnitudo, & figura a colore, quam sonus, uidetur, quod multo magis debeat esse alia potẽtia sensitiua cognoscitiua magnitudinis, aut figuræ, quam coloris & soni.

¶ 3 Præt. Vnus sensus est unius cõtrarietatis: sicut uisus albi & nigri. Sed tactus est cognoscitiuum plurium contrarietatum, scilicet calidi & frigidi, humidi & sicci, & huiusmodi. Ergo non est sensus unus, sed plures. Ergo plures sensus sunt quã quinque.

¶ 4 Præt. Species non diuiditur contra genus. Sed gustus est tactus quidam. Ergo non debet poni alter sensus præter tactum.

Sed contra est, quod Philosophus dicit in * 2. de anima, quod non est alter sensus præter quinque.

Respon. Dicendum, quod rationem distinctionis, & numeri sensuum exteriorum, quidam accipere uoluerunt ex parte organorũ in quib. aliquod elementorum dominatur, vel aqua, vel aer, uel aliquid huiusmodi, quidam autem ex parte medii, quod est uel coniunctũ, vel extrinsecum, & hoc vel aer, vel aqua vel aliquid huiusmodi, quidã autem ex diuersa natura sensibilium qualitatum, secundũ quod est qualitas simplicis corporis, vel sequẽs complexionem. Sed nihil istorum conueniens est. non enim potentiæ sunt propter organa, sed organa propter potentias. vnde non propter hoc sunt diuersæ potentiæ quia sunt diuersa organa. Et ideo natura instituit diuersitatem in organis, ut congruerent diuersitati potentiarũ. Et similiter diuersa media diuersis sensibus attribuit, secũdum quod erat conueniens ad actus potentiarum. Naturas autem sensibilium qualitatum cognoscere, non est sensus, sed intellectus. Accipienda est ergo ratio numeri, & distinctionis exteriorum sensuum secundum illud, quod propriè, & per se ad sensum pertinet. Est autem sensus, quædam potentia passiua, quę nata est immutari ab exteriori sensibili. Exterius ergo immutatiuum est, quod per se a sensu percipitur, & secundum cuius diuersitatem sensitiuę potentiæ distinguuntur. Est autem duplex immutatio, una naturalis, & alia spiritualis. Naturalis quidem, secundum quod forma immutantis recipitur in immutato secundum esse naturale, sicut calor in calefacto. Spiritualis autem, secundum quod forma immutantis recipitur in immutato secundum esse spirituale, ut forma coloris in pupilla, quæ non fit per hoc colorata. Ad operationem autem sensus, requiritur immutatio spiritualis, per quam intentio formæ sensibilis fiat in organo sensus. Alioquin, si sola immutatio naturalis sufficeret ad sentiendum, omnia corpora naturalia sentirent dum alterantur. Sed in quibusdam sensibus inuenitur immutatio spiritualis tantum, sicut in visu. In quibusdam autem, cum immutatione spirituali etiam naturalis, vel ex parte obiecti tantum, vel etiam ex parte organi. Ex parte autem obiecti, inuenitur transmutatio naturalis, secundum locum quidem in sono, qui est obiectum auditus, nam sonus ex percussione causatur, & aeris commotione. Secundum alterationem vero in odore, qui est obiectum olfactus. Oportet enim per calidum alterari aliquo modo corpus ad hoc, quod spiret odorem. Ex parte autem organi est immutatio naturalis in tactu & gustu. Nam & manus tangens calida calefit, & lingua humidatur per humiditatem saporum. Organum uero olfactus aut auditus, nulla naturali immutatione immutatur in sentiendo, nisi per accidens. Visus autem, quia est absque immutatione naturali organi & obiecti, est maxime spiritualis, & perfectior inter omnes sensus, & cõmunior. Et post hoc auditus, & deinde olfactus, qui habẽt immutationem naturalem ex parte obiecti. Motus tamen localis est perfectior & naturaliter prior quam motus alterationis, vt probatur in * 8. Phys. Tactus aũt & gustus, sunt maximè naturales. de quorum distinctione post dicetur. † Et inde est, quod alii tres sensus non fiunt per medium coniunctum, ne aliqua naturalis trãsmutatio pertingat ad organum, ut accidit in his duobus sensibus.

Ad primum ergo dicendum, quod non omnia accidentia habent vim immutatiuam secundum se, sed solæ qualitates tertiæ speciei, secundum quas contingit alteratio. Et ideo, solæ huiusmodi qualitates sunt obiecta sensuum, quia vt dicitur in * 7. Phys. secundum eadem alteratur sensus, secundum quæ alterantur corpora inanimata.

Ad secundum dicendum, quod magnitudo & figura, & huiusmodi, quæ dicuntur communia sensibilia, sunt media inter sensibilia per accidens, & sensibilia propria, quæ sunt obiecta sensuum. Nam sensibilia propria, primo & per se, immutãt sensum, cum sint qualitates alterantes: sensibilia vero communia, omnia reducuntur ad quantitatem. Et de magnitudine quidem & numero patet, quod sunt species quantitatis. Figura autem est qualitas circa quantitatem, cum consistat ratio figuræ in terminatione magnitudinis. Motus autem & quies sentiuntur, secũdum quod subiectum vno modo, vel plurib. modis se habet secundum magnitudinẽ subiecti vel localis distantiæ quantum ad motum augmenti & motum localem, vel etiam secundum sensibiles qualitates, vt in motu alterationis. Et sic sentire motum & quietem, est quodammodo sentire vnum & multa. Quantitas autem est proximum subiectum qualitatis alteratiuæ, vt superficies coloris. Et ideo sensibilia communia non mouent sensum primo & per se, sed ratione sensibilis qualitatis, vt superficies ratione coloris. Nec tamen sunt sensibilia per accidens, quia huiusmodi sensibilia aliquam diuersitatem faciunt in immutatione sensus. Alio enim modo immutatur sensus a magna superficie, & a parua, quia etiam ipsa albedo dicitur magna vel parua, & ideo diuiditur secundum proprium subiectum.

AD

D.1119.

li.8. Phys. tex.55.c.2. † In solut. ad 3. & 4. argum.

li.7. tex.11.

li.2.de aïa, text. 106. usque ad 110.tom.2.

3m de conclusione. Vnus. R. fm speciem. nõ scdm genus. §. Tunc &c. Loquimur enim de unitate secundum genus, quãdo ponimus sensum tactus esse unũ. Nam, sicut philosoph* uidetur dicere in 2. de anima, sensus tactus est unus in genere, sed &c. ut in litera.

4m de maiori. Genus. R. Secundum quod genus, non secundum alias species suas. §. Tunc &c. Gustus.n. diuiditur contractum, non quia tactus, sed q̃a diffunditur per totum corpus.

li.2.de aïa, text.28. & 94. tom.2.

Item de maiori. Genus. R. Secũdum quod genus, non secundum diuersas immutationes. §. Tunc &c. Gustus.n. non quia non sit quodammodo

Ad tertium dicendum, ꝙ sicut Philosophus uidetur dicere in * 2. de anima, Sẽsus tactus est unus in genere, sed diuiditur in multos sensus secundũ spẽm, & propter hoc, est diuersarum cõtrarietatum. Qui tñ non separantur ab inuicem fm organũ, sed per totum corpus se concomitantur, & iõ eorum distinctio non apparet. Gustus autẽ qui est perceptiuus dulcis & amari, cõcomitatur tactum in lingua, nõ aũt per totum corpus, & ideo de facili a tactu distinguitur. Posset tamẽ dici, quod omnes illæ cõtrarietates, & singulę conueniunt in uno genere proximo, & oẽs in uno genere cõi, quod est obiectum tactus secundum rationem cõem. Sed illud genus commune, est innominatum, sicut etiam genus proximum calidi & frigidi, est innominatum.

Ad quartum dicendum, ꝙ sensus gustus secundum * dictũ philosophi, est quædam species tactus, quæ est in lingua tantum. Non autem distinguitur a tactu in genere, sed a tactu quantum ad illas species, quæ per totum corpus diffunduntur. Si uero tactus sit unus sensus tãtum propter unam rationem communem obiecti, dicendum erit, quod secundum rationem diuersam immutationis, distinguitur gustus a tacto. Nã tactus immutatur naturali immutatione, & nõ solum spiritualium, quantum ad organũ suum fm qualitatẽ, quæ ei proprie obiicitur. Gustus aũt organum, nõ mutatur de necessitate, naturali immutatione, fm qualitatem quæ ei proprie obiicitur, ut. s. lingua fiat uel dulcis & amara, sed scdm præambula qualitatem, in qua fundatur sapor, scilicet secundum humorem qui est obiectum tactus.

dammodo tactus, sed quia immutatur alia mutatione ab immutatione tactus, diuiditur contra tactum. Non ergo contra genus, ut genus, sed contra generis immutationem diuiditur, seu cõtra genus ratione immutationis, (quod in idem redit), non rõne qua genus. Vide rñsum secundum secundum ly si uero tactus sit unus sẽsus &c.

APPENDIX.

Vti.pro S. Eccl.

Ex articulo hẽs primo, qũo per rationem demonstres, merito dictũ a philosopho 2. de anima tex. 128. ꝙ non est alter sensus p̃ter quinq;. Secundo habes, qũo per rationẽ philosophi uerum sensum ibi declares, declaratum probes, probatum defendas. Tertio uides, quomodo uiersim Angelica ex illo philosophi loco, & similib. firmetur cõclusio.

Comm. Cardinalis Caietani.

Titulus clarus est.

¶ In corpore duo principaliter. Primo, tractat penes quid attendi debet distinctio, & numerus sensuum. Secundo, assignat ipsam rationem utriusque.

¶ Quoad primum tria. Primo, refert tres opiniones, s. ex organis, & mediis, & reb. sensatis. Secundo, repræhendit omnes. Et primas quidem, quia potentiæ non sunt propter organa, aut media, sed econuerso. Tertiã uero, quia diuersitas sensibilis fm simplex aut mistum subiectum, pertinet ad intellectum. Aduerte hic, qđ primæ opiniones non arguuntur falsitatis, sed quia non assignant cãm quæsiti, sed effectum. tertia uero assignat causam per accidens, & ideo prior omnib. Tertio igitur dicit distingui debere sensus penes diuersitatem immutatiui exterioris. Et sic ponitur prima conclusio responsiua affirmatiue. Sensus distinguuntur secundum diuersitatem immutatiui exterioris. probatur sic. Sensus est potentia passiua per se primo immutabilis ab extrinseco sensibili ergo. Antecẽdẽs patet, & consequentia est euidens, quia constat diuersitatem alicuius, ex eo quod per se primo respicit, pendere.

¶ Quoad secundum conclusio. Sensus sunt quinq; iuxta quinq; species immutatiui. Probatur, præmittendo tria. distinctionem immutationis in naturalem & spiritualem, & descriptionem utriusque, & in qua earum consistat sentire, & clara sunt omnia, probat ergo sic. Immutatio spiritualis, autem sola, & est uisus, aut mista ex parte obiecti, & tunc, aut motui locali, & fit auditus, aut alterationi, & fit olfactus, aut ex parte organi, & tunc aut secundum eandem qualitatem, & fit tactus, aut secundum præambulam, & fit gustus, ut ex responsione ad ultimum habetur.

¶ De hac materia & his, quæ in responsionib. argumentorum hic dicuntur, uide in additionibus super libros de anima.

SVP. Q. LXXVIII. ART. IIII.

388 De anima art.13.cor.

Concl. 1. Nõ est necesse ponere nisi quatuor uires interiores sensitiuę partis. s. sensum communem, imaginationem, æstimatiuam, & memoratiuam.

¶ Prob. Quia non est necesse ad cõponendum formas imaginatas ponere potentiam mediam inter æstimatiuam, & imaginatiuã, sed sufficit potẽtia imaginatiua ad hoc (ualet antenta consequentia, quia solum de illa potentia media dubitabatur apud aliquos).

¶ Concl. 2. Quatuor sunt sensus interiores. s. sensus communis, imaginatio, æstimatiua, memoratiua.

¶ Prob. Quia ad uitam animalis perfecti requiritur receptio formarum sensibilium, harum retentio, apprehẽsio intentionum, quæ per sensum non accipiuntur, harum intentionum cõseruatio. Et ad receptionem formarum sensibilium ordinatur, ultra sensum p̃prium (de hoc exteriori sensu traditur art. 3. supra), sensum communis, ad harum retentionem imaginatio, ad apprehensionem uero intentionum non sensatarum ordinatur æstimatiua, ad harum conseruationem memoratiua.

*li.de Memor.& reminis. ca.1. tom.2.

*li.1.Poste. tex.33.t.1.

ARTICVLVS IIII.

Vtrum interiores sensus, conuenienter distinguantur.

Ad quartum sic proceditur. Videtur, quod interiores sensus incõuenienter distinguantur. Commune.n. non diuiditur cõtra proprium. Ergo sensus communis non debet enumerari inter uires interiores sensitiuas præter sensus exteriores proprios.

¶ 2 Præt. Ad id, ad qđ sufficit sẽsus p̃prius & exterior, nõ oportet ponere aliquam uim apprehensiuã interiorem, sed ad iudicandũ de sensibilib. sufficiunt sensus proprii & exteriores, unusquisq;.n. sensus iudicat de proprio obiecto. Similiter & uidentur sufficere ad hoc, ꝙ percipiãt suos actus, quia cum actio sensus sit quodãmõ medium inter potẽtiã & obiectum, uidetur ꝙ multo magis uisus possit suam uisionem tanquam sibi p̃pinquiorẽ percipere, q̃ colorem, & sic de aliis, non ergo necessariũ fuit ad hoc ponere interiorem potentiã, q̃ dicatur sensus cõis.

¶ 3 Præt. Secundum Philosophum * phantasticum, & memoratiuum, sunt passiones primi sensitiui. Sed passio non diuiditur contra subiectum. Ergo memoria & phantasia, non debent poni alię potentiæ præter sensum.

¶ 4 Præt. Intellectus minus dependet a sensu, quam quæcumque potentia sensitiuæ partis. Sed intellectus nihil cognoscit nisi accipiendo a sensu. unde dicitur in * 1. Poster. quod quibus deest unus sensus, deficit una scientia. Ergo multo minus debet poni una potentia sensitiuæ partis ad percipiendas intentiones, quas non percipit sensus, quam uocant æstimatiuam.

¶ 5 Præter. Actus cogitatiuæ, qui est conferre, & componere, & diuidere, & actus reminiscitiuæ, qui est quodam syllogismo uti ad inquirendum, non minus distat ab actu æstimatiuæ, & memoratiuæ, quam actus æstimatiuæ ab actu phantasiæ. Debent ergo, uel cogitatiua, &

Primum

1^m^ de maiori. Commune. R. per prædicationem, non, per esse radicem aliorum. §. Tunc &c. Nam sensus interior non dicitur cōmunis &c. ut in litera.

2^m^ de minori. Sensibilius. R. cadentibus sub eodem sensu, non sub diuersis sensibus. §. Tunc &c. ut in litera patet.

Item de minori. Videntur sufficere ad hoc, q̄ percipiant suos actus. R. Negatur. § Hoc. n. non potest fieri per sensum proprium &c. ut in tex. Ex quo dic, q̄d percipere formaliter, idest cum aliqua reflexione suum actum, non potest pertinere ad eādem potentiam corporalem, sed ad diuersas corporales.

3^m^ minor. Passio non di ui itur cōtra subiectū. R quasi nō sit in subiecto, nō aūt, quasi nō sit in illo ordine quodā. i. mediāte illo sit i aliquo alio. §. Tunc &c. Nam phantasticum, & memoratiuum non diuiduntur contra sensum, quasi non sint in sensu, sed ad designandum quod mediante sensu communi sunt itaque in sensu ordine quodā, idest non sunt in sensu tanquam in subiecto vltimo, sed tanquam in illo mediante quo referuntur ad subiectum principalius, idest ad animam sensitiuam. Vide literam, & quæstio. 77. art. 7.

4^m^ de minori. Nihil. R. quantū ad rē sibi oblatam, nō quātū ad cognita in illa re sic sibi

* De Gen. ad lit. c. 7. 24. 27. 28. 29. & c. l. 3.

reminiscitiua poni alię uires præter ęstimatiuam & memoratiuam, uel æstimatiua & memoratiua non debent poni aliæ uires, preter phantasiam.

¶ 6 Præt. Aug. duodecimo super, Genes.* ad literam, ponit tria genera uisionum, scilicet corporalem, quæ fit per sensum, & spiritualem, quæ fit per imaginationem siue phantasiam, & intellectualem, quæ fit per intellectum. Non est ergo aliqua uis interior, quæ sit media inter sensum, & intellectum; nisi imaginatiua tantum.

Sed contra est, quod Auicen. in suo lib. de anima, ponit quinque potentias sensitiuas interiores, scilicet sensum communem. phantasiam, imaginatiuam, æstimatiuā, & memoratiuam.

Respon. dicendum, quod cum natura non deficiat in necessariis, oportet esse tot actiones animę sensitiuæ, quot sufficiant ad uitā animalis perfecti. Et quæcumq; harum actionum non possunt reduci in unum principium, requirunt diuersas potentias, cum potentia animæ nihil aliud sit quam proximum principium operatiōis animę. Est autem considerandū, quod ad uitam animalis perfecti, requiritur quod non solum apprehendat rem apud præsentiam sensibilis, sed etiam apud eius absentiā, alioquin cum animalis motus & actio, sequātur appræhēsionem, non moueretur animal ad inquirendum aliqd absens. Cuius contrarium apparet maxime in animalibus perfectis, quæ mouentur motu processiuo. mouentur enim ad aliquid absens appræhensum. Oportet ergo, quod animal per animam sensitiuam nō solum recipiat species sensibilium, cum pręsentialiter immutatur ab eis, sed etiam eas retineat, & conseruet. recipere autem, & retinere reducuntur in corporalibus ad diuersa principia. Nam humida bene recipiunt, & male retinent, econtrario autem est de siccis. Vnde cum potētia sensitiua sit actus organi corporalis, oportet esse aliam potentiam, quæ recipiat species sensibilium, & quæ conseruet. Rursus considerandum, est quod si animal moueretur solum propter delectabile, & contristabile secundum sensum, non esset necessarium ponere in animali, nisi appræhensionem formarum quas percipit sensus, in quibus delectatur, aut horret. Sed necessarium est animali, ut quærat aliqua uel fugiat, non solū, quia sūt cōuenientia, uel non conuenientia ad sentiendum, sed etiam propter aliquas alias commoditates, & utilitates, siue nocumenta. Sicut ouis uidens lupum uenientem fugit, non propter indecentiam coloris, uel figuræ, sed quasi inimicum naturæ. Et similiter auis colligit paleam, non quia delectet sensum, sed quia est utilis ad nidificandum. Necessarium est ergo animali, quod percipiat huiusmodi intentiones, quas non percipit sensus exterior. Et huius perceptionis oportet esse aliquod aliud principium, cū perceptio formarum sensibilium sit ex immutatione sensibili, non autem perceptio intentionum prædictarum. Sic ergo ad receptionem formarum sensibilium ordinatur sensus proprius & communis. de quorum distinctione post dicetur.* Ad harum autem formarum retentionem, aut cōseruationem, ordinatur phantasia, siue imaginatio, quasi thesaurus quidam formarum per sensum acceptarum. Ad apprehendendum autem intentiones, quæ per sensum nō accipiuntur, ordinatur uis æstimatiua. Ad conseruandum aūt eas, uis memoratiua, quæ est thesaurus quidam hm̄oi intentionum, cuius signum est, quod principium memorandi fit in animalibus ex aliqua huiusmodi intentione, puta quod est nociuum, uel conueniens. Et ipsa ratio præteriti, quam attendit memoria, inter huiusmodi intentiones computatur. Considerandum est autem, quod quantū ad formas sensibiles, non est differentia inter hominem, & alia animalia, similiter enim immutantur a sensibilib. exterioribus. Sed quantum ad intentiones prædictas differentia est. Nam alia animalia percipiunt huiusmodi intentiones solum naturali quodam instinctu, homo autem per quandam collationem. Et ideo, quæ in aliis animalibus dicitur æstimatiua naturalis, in homine dicitur cogitatiua, quæ per collationem quandam huiusmodi intentiones adinuenit. Vnde etiam dicitur ratio particularis, cui medici assignāt determinatum, organū. s. mediam partem capitis. Est enim collatiua intentionum indiuidualium, sicut ratio intellectiua intentionum uniuersalium. Ex parte autem memoratiuæ non solum habet memoriam, sicut cætera animalia in subita recordatione prætteritorum, sed etiam reminiscentiam, quasi syllogisticè inquirendo præteritorum memoriam, secundum indiuiduales intentione. Auicen. uero ponit quintam potentiam mediam inter æstimatiuam, & imaginatiuam, quæ componit & diuidit formas imaginatas, ut patet, cum ex forma imaginata auri, & forma imaginata montis, componimus unam formam montis aurei, quem nunquam uidimus. Sed ista operatio non apparet in aliis animalibus ab homine, quo ad hoc sufficit uirtus imaginatiua. Cui etiam hanc actionem attribuit Auerr. in libro quodam quem fecit de sensu, & sensibilibus. Et sic non est necesse ponere nisi quatuor uires interiores sensitiuæ partis, scilicet sensum communem, & imaginationem æstimatiuam, & memoratiuam.

In solu. ad 1. & 2. arg.

3

Ad primum ergo dicendum, quod sensus interior non dicitur communis per prædicationem sicut genus, sed sicut communis radix, & principium exteriorum sensuum.

Ad secundum dicendum, quod sensus proprius iudicat de sensibili proprio, discernendo ipsum ab aliis quæ cadunt sub eodem sensu, sicut discernendo album a nigro uel a uiridi. Sed discernere album a dulci non potest[d] neque uisus, neque gustus, quia oportet quod qui inter aliqua discernit, utrumq; cognoscat. Vnde oportet ad sensum cōmunem pertinere discretionis iudicium, ad quem referantur sicut ad communem terminum omnes appræhensiones sensuum, a quo ēt percipiantur intentiones sensuum, sicut cum aliquis uidet se uidere. Hoc. n. non potest fieri p̄ sensum proprium, qui non cognoscit nisi formam sensibilis, a quo immutatur, in qua immutatione perficitur uisio, & ex qua immutatione sequitur alia immutatio in sensu communi, qui visionem percipit.

D. 1123.

Ad tertium dicendum, quod sicut una potentia oritur ab anima, alia mediante, ut sup. dictum est,* ita etiā anima subiicitur aliæ potentiæ, mediante alia. Et secundū hunc modum, phantasticum, & memoratiuum dicuntur passiones primi sensitiui.

* q. 77. art. 7.

Ad quartum dicendum, quod licet intellectus operatio oriatur a sensu, tamen in re apprehensa per sensum, intellectus multa cognoscit, quæ sensus percipere non potest. Et similiter æstimatiua, licet inferiori modo.

AD

sibi oblata. §. Tunc &c. Aestimatiua.n.nulla rem,nisi prius a sensu fuerit apprehensa,apprehendit,sed in ista re sic sibi a sensu oblata cognoscit multa, quæ sensus prior cognoscere non potuit. Exemplum ad hoc. Dominus ex literis, quas non nisi per manus seruorum ab extra sibi transmissas recipit,plurima elicit, quæ seruorum nullus poterat elicere. In huius signum Domino ipsi sigillatæ offeruntur, quas ipse propria authoritate aperit,& intus legit. Applica tu,sciendo, quod sensibilia sensus afferũt ad intellectum, tanquã serui suo Domino,literas. Et quia æstimatiua appropinquat magis in tellectui.i.est spiritualior,quã sensus priores,ideo &c. ut nũc sup.

AD QVINTVM dicendum, ꝙ illam eminentiam habet cogitatiua & memoratiua in nomine, nõ per id,qđ est proprium sensitiuę partis sed per aliquã affinitatẽ & propinquitatem ad rationem uniuersalem secundum quandam refluentiã. Et ideo,non sunt aliæ uires,sed eædẽ,

5^m de antecedente. Dillat. &.propter affinitatẽ ad intellectum,non,propter proprietatem sensitiuæ partis. §. Tunc &c. Si.n. haberent cogitatiua, & remissiua hanc excellentiã ex proprietate sensitiuæ partis, sicut suã habent æstimatiua,& memoratiua, ex proprietate sensitiuæ partis respũ phãtasiæ,tunc cogitatiua & remissiua possent dici aliǣ uires ab æstimatiua,& memoratiua,sicut æstimatiua & memoratiua sunt aliæ a phantasia. Nunc autem excellentia cogitatiuæ & reminiscitiuæ est ex affinitate ad intellectum, quia.s.sunt in eodem supposito in quo est intellectus,ideo nil sequitur,ut in litera.

6^m de antecedente. Imaginationẽ phantasiam. &. cõiter accepta,non proprie tantum. §. Tunc &c. Nam communiter pro omnib.inferiorib.accipitur sensib.phantasia,quæ proprie non sumitur nisi pro uno sensu. Hinc agnosce, ꝙ quando dr̃ ly aĩa nihil intelligit sine phantasmate, accipitur phantasmata cõiter s.pro omni sensato a sẽsibus quibuscunque inferioribus.

perfectiores, quam sint in aliis animalibus.

AD SEXTVM dicendum,quod Aug.spiritualem uisionem dicit esse, quæ fit per similitudines corporum in absentia corporũ. Vnde patet, quod communis est omnib.interioribus apprehensionibus.

APPENDIX.

EX articulo habes primo quomodo per rationem ostendas,recte philosophum secundo de anima,tex. 146. cum multis sequentibus ponere sensus quatuor interiores. Licet enim secundum nonnullorum expositionem ponere uideatur quinque, tamen secundum Commentatorem multosque peripateticos statuit solum quatuor. Secundo habes,quomodo per rationem dictum philosophi pro quatuor declares,probes,tuearis, & pro quinque iuxta illos nonnullos, ad bonum sensum de quatuor concordando reducas. Tertio uides, quomodo ex his uicissim Angelica muetur conclusio.

Vti.pro S. Eccl.

2

3

¶NOT. Pñti ar. aliqualiter seruit ar.in ord. 466. 383. 581. 406

Pro studio uar.coor.

Comm. Cardinalis Caietani.

TItulus clarus est.

¶ In corpore est una conclusio responsiua quæsito in calce posita. Non est necesse ponere interiores uires sensitiuæ partis,nisi quatuor,sensum communẽ phantasiam æstimatiuam & memoratiuã. Et quoniam Ista conclusio cum sit exclusiua,habet duas exponentes,affirmatiuam.s.sensus interiores sunt quatuor,& negatiuam.s.non sunt plures quam quatuor,idcirco,tria facit in corpore. Primo facit duo optima fundamenta. Secundo ex eis deducit exponentem affirmatiuam. Tertio negatiuã, & sic demum infert conclusionem integram.

¶Quoad primum,ponuntur duæ radices distinguẽdi ac multiplicandi potentias aĩæ. Primo est,de multiplicatione actionum.s. tot oportet ponere actiones, quot ad perfectam uitã aĩalis pfectĩ sufficiunt:probatur,quia natura non deficit in necessariis,nec etiã abundat in superfluos,quia nihil ociose agit. Secũda est,de habitudine diuersitatis actionum ad diuersitatẽ potentiæ.s.actiones,quę non possunt in unum reduci principium exigunt diuersas potentias:& probatur,quia potentia aĩæ nihil aliud est,quam proximũ principium operationis ipsius animæ. Et sunt hæ ueræ radices ꝗ causas ferunt diuersificandi potentias, cum sint propter actus.

¶Quoad ₰m,quia illæ quatuor uirtutes dupliciter diuersificãtur,& quo ad hoc quod aliquæ sunt receptiuæ & aliquæ retentiuæ,& quoad hoc, qđ aliquæ sunt inferioris ordinis, utpote circa extrinseca tñ rerũ,aliq́ superioris ordinis,ad interiora se extendẽtes,ideo expositis regulis,primo distinguit apprehensiuas a cõseruatiuis,scđo,utrasq; unius ordinis ab utrisq; alterius ordinis. Dicit ergo ex prima radice ꝙ in aĩali perfecto sunt duæ actiones necessariæ,s.non solum recipere,sed retinere. probatur, quia oportet apprehendere rem non solum pñtem,sed absentem,probatur, ducendo ad impossibile,qa.aliter non appeteret,& moueretur ad absens,& tenet sequela,qa appetitus,& motus aĩalis cognitionem sequitur. Ex secunda uero radice, quod hæc duo opera non sint eiusdem corporei principii,probatur,quia bene recipere est humidi, bene retinere est sicci, & sic sequitur prima conclusio subseruiens. Conseruatiuæ uirtutes sunt aliæ a receptiuis. Deinde rursus ex prima radice dicit. In animali perfecto sunt necessariæ duæ actiones,s.non solum circa sensibilia ut sic,sed circa intentiones insensatas,ad commodum & utile suum spectantes. Probatur:,quia animal non solum mouetur propter delectabile,aut tristabile secundum sensum,sed propter commodum,& utile suum. Probatur quo ad tristabile in fuga ouis respectu lupi,quo ad delectabile uero,in collectione paleæ hirundinis,in respectu ad constructionem nidi. Ex secunda uero radice, quod hæ actiones non eiusdem sunt principii,probatur ex diuersitate immutatiuorum,quia.s.ad illam immutat sensibile exterius,ad hanc non,sed interius. Et sic sequitur secunda præambula conclusio, potentiæ uersantes circa intentiones insensatas, sunt aliæ a respicientibus sensata. Et consequenter habetur tota exponens affirmatiua, scilicet quod sunt quatuor uirtutes interiores, apprehensiua sensatorum sensus communis,retentiua eorundem imaginatio, apprehensiua intentionum æstimatiua, conseruatiua earundem memoratiua. Et confirmatur hoc ultimum signo duplici. Primo, quia recordatio ex aliqua intentione innasci solet utilitatis, uel nocumenti. Secundo. quia ipsa ratio præteriti, penes quam attenditur memoria, ut patet in de memoria, & reminiscentia, una harum est intentionum.

¶Quoad tertium,quia ex duob. capitib.cogitari posset, ꝙ plures prædictis essent potentiæ.s.ex actib. interiorib.hominis,s.cogitare,& reminisci,& ex opinione Auic.nata ex illo actu,qui est cõponere sensata ad aliquod insensatum, idcirco utrumque ordinatẽ excludens, conuenientiam & differentiam inter hominis, & aliorum sensus assignat, ex qua apparet illos actus non requirere alias potentias a prædictis. Deinde contra Auicennã, ratione, & teste se conuertit. Conuenientia est in actione sensuum respectu sensibilium, & eius ratio est similiter immutari ab eis. Differentia est in actione respectu intentionum, & quoad apprehensinam, quia cætera instinctu, homo collatione apprehendit, & quo ad retentiuam, quia cætera subita recordatione, homo inquisitiuo discursu. Vnde & nominib. etiam differunt, dum illorum æstimatiua, in nobis est cogitatiua, & memoratiua est reminiscentia. Ratio contra Auicen. est, quia ad oparationem illam sufficit imaginatiua in homine,in quo solo hæc operatio apparet. Testimonium est Auer.

Pet.de Pal. i. 5.d.3. q. 1.& 2.

SVP. Q. LXXIX. ART. I.

COncl. In solo Deo intellectus est eius essentia, in omnibus autem creaturis intellectualib. intellectus est quædam potentia intelligentis.

¶PROB. Quia in solo Deo idem est intelligere, quod suum esse, & tunc solum immediatum principium operationis est essentia operantis, quando operatio est eius esse.

QVAETIO LXXIX.

De potentijs intellectiuis, in tredecim articulos diuisa.

DEINDE quæritur de potentiis intellectiuis.

CIRCA quod quæruntur tredecim.

¶Primo, vtrum intellectus sit potentia animę, uel eius essentia.

¶ Secundo, Si est potentia, utrum sit potentia passiua.

¶ Tertio, Si est potentia passiua, vtrum sit ponere aliquem intellectum agentem.

¶ Quarto, vtrum sit aliquid animæ.

¶Quinto, vtrum intellectus agens sit unus omnium.

¶Sexto, vtrum memoria sit in intellectu.

¶Septimo, vtrum sit alia potentia ab intellectu.

Primum

1^m ex August.

Mens. ℞. i. anima intellectiua, non autem potentia talis animæ intellectiuæ. §. Tunc nihil &c. vt patet. Nam loquitur conclusio de intellectu, seu mente. non ut illorum nomine nominatur quandoque anima intellectiua sed prout secundum se sunt potentia animæ.

2^m ex August.

Mente. ℞. Accepta pro essentia animæ, non, pro eius potentia. §. Tunc nihil &c. Vide ad primũ. Ex quo dic ad illam maiorem, quod diuersa non uniũtur in una potentia, nisi illa potentia sumatur pro essentia animæ. Recole hic regulam D. Tho. familiarem, quæ posita est supra. q. 40. art. 1. in responsis dandis, & eam hic seruatã aperte cognosce. Nam ex responsione ad primum formaliter etiam satisfactum ad hoc secundum præsupponit (sicut reuera est satisfactum), & ad difficultatem aliam in argumento enodandam transit, ut nihil intactum relinquat.

389 Veri. q. 17. ar. 1. cor.

li. 9 de Tri. cap. 4. circa med. to. 3.

3^m minor. Mentes, intellectus. ℞. Angeli dicuntur inquantum solam uim intellectiuam habent, non, quod ly mens, & intellectus significent secundum se essentiam Angelorum. §. Tunc &c. vt patet. Consule et rñsioné ad primum, ad uidendum, quod essentia animę dicitur mens, & intellectus, licet non sit potentiæ suæ, & inde a fortiori quodammodo (ut hic ad tertium notatur) infer, quod angelicæ substantiæ uocari possunt mentes &c. licet non sint suę potentię.

li. 2. de aïa, tex. 27. tomo 2. † lib. 10. de Trin. c. 11. circa med. tom. 3.

Est ho. 29. in euange. non multũ remota a princ.

4^m de maiori.

Ex hoc quia. ℞. non tamen, eo modo, quo. §. Tunc &c. Nam transit

¶ Octauo, vtrum ratio sit alia potentia ab intellectu.

¶ Nono, vtrum ratio superior, & inferior sint diuersæ potentiæ.

¶ Decimo, vtrum intelligentia sit alia potentia, præter intellectum.

¶ Vndecimo, vtrum intellectus speculatiuus & practicus sint diuersæ potentiæ.

¶ Duodecimo, vtrum synderesis sit aliqua potentia intellectiuæ partis.

¶ Tertiodecimo, vtrum conscientia sit aliqua potentia intellectiuæ partis.

ARTICVLVS I.

Vtrum intellectus sit aliqua potentia animæ.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur, quod intellectus non sit aliqua potentia animę, sed sit ipsa eius essentia. Intellectus enim idem uidetur esse, quod mẽs. Sed mens non est potentia animę, sed essentia. dicit enim August.* nono, de Trin. Mens & spiritus non relatiuè dicuntur, sed essentiam demonstrant. Ergo intellectus est ipsa essentia animæ.

¶ 2 Præt. Diuersa genera potentiarum animæ non uniuntur in aliqua potentia una, sed in sola essentia animæ. Appetitiuum autem & intellectiuum sunt diuersa genera potentiarum animæ, ut dicitur in* secundo, de Anima, conueniunt autem in mente, quia Aug.† decimo, de Trinitate, ponit intelligentiam, & uoluntatem in mente. Ergo mẽs & intellectus est ipsa essentia animæ, & non aliqua eius potentia.

¶ 3 Pręter. Secundum Gregorium * in Homil. Ascensionis, homo intelligit cum Angelis. Sed Angeli dicuntur mentes & intellectus. Ergo mens & intellectus hominis, non est aliqua potentia animæ, sed ipsa anima.

¶ 4 Præter. Ex hoc conuenit alicui substantiæ, quod sit intellectiua, quia est immaterialis. Sed anima est immaterialis per suam essentiam. Ergo uidetur, quod anima per suam essentiam sit intellectiua.

SED CONTRA est, quod Philosophus ponit intellectiuum potentiam animæ, ut patet in* secundo, de anima.

RESPON. Dicendum, quod necesse est dicere secundum præmissa,* quod intellectus sit aliqua potentia animę, & nõ ipsa animę essentia. Tunc enim solum immediatum principium operationis est ipsa essentia rei operantis, quando ipsa operatio est eius esse. Sicut enim potentia se habet ad operationem, ut ad suum actum, ita se habet essentia ad esse. In solo Deo autem idem est intelligere, quod suũ esse. unde in solo Deo intellectus est eius essentia, in omnibus autem creaturis intellectualibus, intellectus est quędam potentia intelligentis.

AD PRIMVM ergo dicendũ, quod sensus accipitur aliquando pro potentia, aliquando uero pro ipsa anima sensitiua. Denominatur, enim anima sensitiua, nomine principalioris suæ potentiæ, quæ est sensus. Et similiter anima intellectiua quandoque nominatur nomine intellectus, quasi a principaliori sua uirtute, sicut dicitur in primo * de anima, quod intellectus est substantia quædam. Et etiam hoc modo Aug. dicit, quod mẽs est species uel essentia.

AD SECVNDVM dicendum, quod appetitiuum, & intellectiuum sunt diuersa genera potẽtiarum animæ, secundum diuersas rationes obiectorum. Sed appetitiuum partim conuenit cum intellectiuo, & partim cum sensitiuo, quantum ad modum operandi per organum corporale, uel sine huiusmodi organo. nam appetitus sequitur apprehensionem & secundum hoc Aug.* ponit uoluntatem in mente, & Philosophus in ratione. †

AD TERTIVM dicendum, quod in Angelis non est alia uis quam natura intellectiua & uoluntas, quæ ad intellectum consequitur. Et propter hoc, Angelus dicitur mens uel intellectus, quia tota uirtus sua in hoc consistit. Anima autem habet multas alias uires, sicut sensitiuas, & nutritiuas, & ideo non est simile.

AD QVARTVM dicendum, quod ipsa immaterialitas substantiæ intelligentis creatæ, non est eius intellectus, sed ex immaterialitate habet uirtutem ad intelligendum. Vnde non oportet, quod intellectus sit substantia animæ, sed eius uirtus & potentia.

sit argumentum a causali, quam importat ly ex hoc quia, ad modalem, quam importat ly eo modo, quo. Et licet non utatur his uerbis expresse, tamen horum uerborum sensum sequitur, dum sic concludit, ergo uidetur quod anima per suam essentiam sit intellectiua. Quasi dixerit. Modo tali, i. per essentiam est immaterialis, ergo modo eodem, i. per essentiam est intellectiua. Debuisset aũt ex præmissis, si uoluisset (ut debebat) stare in causali, concludere sic, ergo videtur, quod anima ex sua essentia habeat uirtutem ad intelligendũ, quod quidem gratis concedimus nos, declarantes quod uirtus hęc ad intelligendum, quã anima ex se, non per accidens habet, est eius potentia.

tex. 2 7. t. 2

q. 54. ar. 3. & 59. ar. 2. & 77. ar. 1. D. 749.

D. 568.

APPENDIX.

EX articulo hẽs primo, qđo per rationem ostendas rectè dictum a philosopho in 2 de anima tex. 27. qđ intellectiuum est potentia animæ. Secundo habes, quomodo per rõnẽ sensum philosophi uerum in præmisso loco, & similib. explices, explicatũ probes, probatum tuearis. Tertio uides, quomodo ex his vicissim Angelica firmetur conclusio.

¶ Not. Ar. isti deseruit art. in ord. 366. 277. 299. 377. 83. 279.

Vtilit. pro philosoph. li. 1. de aïa, tex. 65. t. 2.

1

3

Pro studio var. coor.

Aug. loco in arg. citato.

† lib. 3. de anima tex. 42. tom. 2. D. 136.

ARTI-

Comm. Cardinalis Caietani.

IN titulo aduerte, quod non quæritur hic distinctio potentiæ ab essentia, sed supponitur ex superiorib. & quæritur sub quo contineatur intellectus.

¶ In corpore unica conclusio respõsiua. Intellectus in solo Deo est substantia, in reliquis est potentia. Probatur. In solo illo proximum operationis principium est substantia, in quo operatio est esse, sed hoc est in solo Deo. ergo. Maior probatur quia operatio est proprius actus potentiæ operatiuæ, ut esse essentiæ, ac per hoc, ut actus ad actum, ita potentia ad potentiam, & identitas actuum inferret identitatem propriorum actuabilium, & diuersitas diuersitatem. Omnia hæc discussa sunt superius in q. 54. ar. 3. &c. & sic patet conclusio, sustinendo, quod intellectus nomine significamus proprium operationis, quæ intelligere est principium:

Ferr.

Ferr. 2. cont. c. 59. Tho Arg. d. 24. q. 1. a. 1. Aegid. 2. 5. d. 24. q. 2. ar. 4.

SVP. Q. LXXIX.

390 3. d. 14. 2. 1. q. 2. cor. & ad secundū & 2. con. c. 59. & uer. q. 16. ar. 1. ad 13.

ART. II.

CONC. Intelligere nostrum est qd dam pati tertio modo, idest secundum modū passionis perfectiuum absque necessaria abiectione alicuius praexistentis, & per consequens intellectus est potentia passiua.

*q. 75. a. 16

¶ PROB. Quia intellectus noster est in potentia procedente in actum, ad intelligibilia, & tertius modus passionis dicitur ex hoc solo, quod aliquid exit de potentia ad actum (recipiendo, s. actum ad quē erat in potentia) absq; abiectione alicuius.

† Lib. 3. de anima tex. 20. to. 2. * Au. li. 12. c. 16. in medio tom. 3. † Arist. 3. d anima tex. 19. tom. 2.

1^m de maiori.

Patitur. R. primo, & secundo modo passionis, non, tertio. §. Tunc &c. ut ex conclusione patet.

* Lib. 3. de anima tex. 2. to. 2.

2^m de minori.

Intellectus passiuus. R. idest uel appetitus sensitiuus, uel sensus qui dicitur cogitatiua, non, autem intellectus possibilis. §. Tunc &c. Aequiuocatur enim per ly passiuus. Vnde passiuus ille. s. cogitatiua potentia, quae & dicitur intellectus particularis ex redundantia intellectus proprie dicti in eam est corruptibilis, intellectus autem possibilis est incorruptibilis.

3^m de maiori.

Agens est nobilius patiente. R. si agens & patiens ad eandem actionem & passionem referantur, non semper, si ad diuersas. §. Tunc &c. Patiens enim intellectus refertur ad actionem entis uniuersalis, agens autem uegetatiuum ad passionem entis particularis. Vide literam, & hinc noueris, melius esse pati dum seruis Deo, quam prosperari dum seruis mūdo. Et melius, esse seruum Dei infimum, quam esse Dominum uniuersi supremum. Sic de similibus. Ex ratione igitur hac meliorem partem monstrare potes amplexum fuisse Dauidem, dum ait psal. 83. Elegi abiectus esse in domo Dei mei, magis quam habitare in tabernaculis peccatorum. Hinc quoque ex ratione eadem monstrabis, quod martyres pro Christo patientes erāt, etiam tunc, nobiliores agentibus tyrannis.

Pati nobilissimum.

* q. 5. ar. 2. & 78. ar. 2.

ARTICVLVS II.

Vtrum intellectus sit potentia passiua.

AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur, quòd intellectus non sit potentia passiua. Patitur enim vnumquodque secundum materiam, sed agit ratione formae. Sed virtus intellectiua consequitur immaterialitatem substantiae intelligentis. Ergo uidetur, quod intellectus non sit potentia passiua.

¶ 2 Praet. Potentia intellectiua est incorruptibilis, ut supra dictum. * Sed intellectus si est passiuus est corruptibilis, ut dicitur in † 3. de anima. Ergo potentia intellectiua non est passiua.

¶ 3 Praet. Agens est nobilius patiente, ut dicit Aug. * 12. super Ge. ad literam. & Arist. in † 3. de anima. Potētiae autem uegetatiuae partis omnes sunt actiuae, quae tamen sunt infimae inter potētias animae. Ergo multo magis potentiae intellectiuae, quę sunt supremae, omnes sunt actiuae.

SED CONTRA est, quod Philosophus dicit in * 3. de anima, quod intelligere est pati quoddam.

RESPON. dicendum, quod pati tripliciter dicitur. Vno modo proprijssime scilicet, quando aliquid remouetur ab eo, quod conuenit sibi secundum naturam, aut secundum propriam inclinationem, sicut cum aqua frigiditatem amittit per calefactionem, & cum homo aegrotat, aut tristatur. Secundo modo minus propriè dicitur aliquis pati ex eo, quod aliquid ab ipso abiicitur, siue sit ei conueniens, siue non conueniens. Et secundum hoc dicitur pati, non solum qui aegrotat, sed etiam qui sanatur, non solum qui tristatur, sed etiam qui laetatur, uel quocunque modo aliquis alteretur, uel moueatur. Tertio dicitur aliquis pati communiter ex hoc solo, quod id quod est in potentia ad aliquid, recipit illud ad quod erat in potentia absque hoc, quod aliquid abiiciatur. Secundum quem modum, omne, quod exit de potentia in actum potest dici pati, etiam cum perficitur, & sic intelligere nostrum est pati. Quod quidem hac ratione apparet intellectus enim sicut supra dictum est, * habet operationem circa ens in vniuersali. Considerari ergo potest, utrum intellectus sit in actu uel potentia, ex hoc quod consideratur quomodo intellectus se habeat ad ens vniuersale. Inuenitur enim aliquis intellectus, qui ad ens vniuersale se habet sicut actus totius entis, & talis est intellectus diuinus, quia est Dei essentia in qua originaliter & virtualiter totum ens praeexistit, sicut in prima causa. Et ideo intellectus diuinus non est in potentia, sed est actus purus. Nullus autem intellectus creatus potest se habere vt actus respectu totius entis vniuersalis, quia sic oporteret, quod esset ens infinitum. Vnde, omnis intellectus creatus per hoc ipsum quod est, non est actus omnium intelligibilium, sed comparatur ad ipsa intelligibilia, sicut potentia ad actum. Potentia autem, dupliciter se habet ad actum. Est enim quaedam potentia quae semper est perfecta per actum, sicut dicimus de materia corporum coelestium. Quaedā autem potentia est, quae non semper est in actu, sed de potentia procedit in actum, sicut inuenitur in generabilibus & corruptibilibus. Intellectus igitur angelicus semper est in actu suorum intelligibilium, propter propinquitatem ad primum intellectum, qui est actus purus, ut supra dictum est. * Intellectus autem humanus, qui est infimus in ordine intellectuum, & maxime remotus a perfectione diuini intellectus, est in potentia respectu intelligibilium, & in principio est sicut tabula rasa, in qua nihil est scriptum, vt Philosophus dicit in * tertio, de anima. Quod manifeste apparet ex hoc, quod in principio sumus intelligentes solum in potentia, postmodum autem efficimur intelligentes in actu. Sic igitur patet, quod intelligere nostrum est quoddam d pati, secundum tertium modum passionis, & per consequens intellectus est potentia passiua.

q. 58. a. 1. & q. 2. ar. 3. & q. 3. ar. 1.

Lib. 3. de anima tex. 14. to. 2.

D. 750. D. 755.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod obiectio illa procedit de primo & secundo modo passionis, qui sunt proprij materiae primae. Tertius autem modus passionis est cuiuscunque in potentia existentis, quod in actum reducitur.

AD SECVNDVM dicendum, quod intellectus passiuus secundum quosdam dicitur appetitus sensitiuus, in quo sunt animae passiones, qui etiam in * primo Ethicor. dicitur rationalis per participationem, quia obedit rationi. Secundum alios autem, intellectus passiuus dicitur virtus cogitatiua, quae nominatur ratio particularis. Et vtroque modo passiuum accipi potest secundum primos duos modos passionis, inquantum talis intellectus sic dictus, est actus alicuius organi corporalis. Sed intellectus, qui est in potentia ad intelligibilia (quem Arist. ob hoc nominat intellectum possibilem) non est passiuus, nisi tertio modo, quia non est actus organi corporalis. Et ideo est incorruptibilis.

Li. 1. Eth. c. ult. to. 5. Li. 3. de aia te. 17. & te. 5. to. 2.

AD TERTIVM dicendum, quod agens est nobilius patiente, si ad idem actio & passio referantur, non autem semper, si ad diuersa. Intellectus autem est uis passiua, respectu totius entis uniuersalis. Vegetatiuum autem est actiuum, respectu cuiusdam entis particularis. s. corporis coniuncti. Vnde nihil prohibet, huiusmodi passiuum esse nobilius tali actiuo.

APPENDIX.

Vtil. pro philosoph.

EX articulo habes primo, quomodo per rationem ostendas, recte dictum a philosopho tertio de anima te. 12. quod intelligere nostrum est quoddam pati. Secundo habes, quo 2 modo per rationem verum huius dicti philosophicum sensum exponas, expositum probes, probatum defendas. Tertio uides, quomodo 3 uicissim Angelica ex hoc, & similibus, firmetur conclusio.

¶ NOT. Deseruit aliqualiter articulo praesenti in ordine articulus 80. 367. 485. 26. 385 293. 281. 291.

Pro studio uar. coor.

Com.

Comm. Cardinalis Caietani.

IN titulo aduerte, quod quæstio ista tripliciter tractari potest. Primo communiter, utrum intellectus sit potentia passiua. i. receptiua quocunque id modo contingat, & quicquid sit, illud receptum. Secundo proprie, utrum intellectus sit potentia passiua, potentia essentiali, quæ dicit priuationem actus primi, & proprii illius. Tertio pure, utrum intellectus sit in potentia pure passiua, ita quod tam respectu actus primi quam secundi, non nisi passiue concurrat. In proposito hic tertius sensus non tractatur hic, sed nos dicemus de hoc inferius in ar. Primus quoque sensus hic nõ intenditur, quoniam ut in corpore patet, intellectus angelicus nõ dicitur pati, neque potentia passiua, ut modo loquimur, & tum cõstat quod intelligere eius in eo recipitur. Vnde relinquitur, quod secundus sensus sit intentus, & merito, quoniam de ipsa potentia intellectiua nuda debet esse prima quæstio, utrum sit passiua. Possibilitas autem potentiæ secundum seipsam solam attenditur secundum ordinem quem habet ad proprium actum, quod non ad hunc uel illum, ac per hoc passibilitas intellectus absolute, & primo attenditur secundum coniunctionem intellectus ad intelligibile, hoc enim est illius propria perfectio, si enim intellectus est in potentia essentiali respectu intelligibilis, potentia est, si non, non, quamuis sit forte passiuum respectu alicuius.

¶ In corpore duo facit. Primo, declarat illum terminum passiua. Secundo, respondet quæsito unica conclusione affirmatiue.

Quo ad primum, quia passiuum a passione & pati dicitur, distinguit ly pati, tripliciter, proprissime, & proprie, & communiter, & satis clara sunt in litera.

¶ Et aduerte primo duo, conuenientiam. s. & differentiam. Cõueniunt enim quia in omnibus modis inueniuntur duo. s. ordo, quod prius erat in potentia, postmodum est in actu, & receptio alicuius. Discrepant autem, quia in primo comitatur perditio conuenientis, in secundo perditio sola, non curando, an conuenientis, an disconuenientis. In tertio autem nulla perditio necessario comitatur.

¶ Secundo aduerte, quod licet receptum iuxta tertium modũ, possit esse tam actus secundus quam primus, & consequenter pati dici possit hoc modo quodcunque recipiens, & ita hic tertius modus patiendi latitudinem habeat, in proposito tamen de summo & primo gradu patiendi, infra hunc tamen modum, sermo est interpretandus, quoniam ab eo dicitur primo & absolute potentia passiua, a secundario autẽ gradu patiendi, s. recipiendo actũ secundum, non primo, neque absolute dicitur potentia passiua, sed secundum quid, quo ad hoc scilicet.

¶ Tertio aduerte, quod ordo inter recipiens & receptum quãdoque est esse naturæ solius, ut patet de subiecto & passione, materia & forma cœli, stella & lumine, quod habet a sole, & naturæ & temporis simul, ut patet in his quæ generantur de nouo, ac per hoc ex hac quoque parte uideatur habere latitudinem tertius modus patiendi, in proposito de ordine durationis sermo est: ut inferius clare patet, & ratio dicetur. Et intelligitur secundum naturæ cursum idest, quod secundum ordinem rebus inditum talis potentia nata est præcedere actum suum, uel (& in idem redit) exponatur negatiue, idest quod ex vi naturæ suæ non conuenit sibi quod sit coæua suo actui, & hinc patet miracula, quibus poneretur Deum influere alicui ab initio scientiam nihil obstare proposito.

¶ Quo ad secundum conclusio responsiua est. Intellectus noster est potentia passiua, probatur. Intellectus noster est in potẽtia separata ab actu, ergo eius intelligere est pati tertio modo. ergo intellectus est potentia passiua. Antecedens habet duas partes. s. quod sit in potentia, & quod separata ab actu, quo ad primã probatur. Intelligere est operatio circa ens in uniuersali. ergo intellectus ut actus, se habet ad uniuersale ens, ut actus totius entis. ergo solus intellectus diuinus est secundum id, quod est in puro actu. ergo reliqui sunt in potentia, hoc ultimum antecedens est per se notum, non arctatur enim intelligere ad hoc, uel illud ens. Prima uero sequela probatur, quia ex diuersa habitudine ad uniuersale ens tanquam ad propriam perfectionem obiectiuam, attẽditur esse in actu, uel potentia ipsum intellectum, sicut uniuersale quodlibet perfectibile penes accessum ad suum mensuratur perfectiuum. Secunda uero sequela patet, & quo ad exponentem affirmatiuam, quia intellectus diuinus est Dei essentia, in qua insunt omnia, & quo ad negatiuam, quia oporteret intellectum creatum esse ens infinitum. Tertia autem sequela euidens est ex se. si enim diuinus solus est actus omnium, & quilibet intellectus aut actu, aut potentia respicit omnia, consequens est, ut reliqui omnes sint in potentia, non respectu singulorum, sed alicuius intelligibilis, respectu siquidem alicuius non prohibetur creatus intellectus esse in actu. Quo ad secundam uero partem, antecedẽs probatur ex distinctione potentiæ in potentiam semper perfectã, & non semper perfectam, sed procedentem de potentia ad actum applicata ad differentiam inter intellectum angelicum & humanum, quia ille propter propinquitatem ad primum intellectum, qui est purus actus, est semper in actu omnium naturaliter a se intelligibilium, hic uero propter hoc quod est ultimus & maxime remotus a primo, est in principio sicut tabula rasa, cui signum affertur, quia in principio sumus intelligentes in potentia, deinde in actu: prima uero consequentia ex ratione ipsius pati tertio modo liquet, si enim pati dicitur omne, quod procedendo de potentia ad actum perficitur, & intellectus noster ut assumptum probatumque est, huiusmodi est, ergo patitur. Secunda uero est per se nota.

¶ Circa primam consequentiam aduerte primo, quod tripliciter illatum consequens intelligi potest. s. formaliter, causaliter, & concomitanter. Et formaliter quidem intellectum, plurimum habet ambiguitatis, diuersasque opiniones, dum alii intelligere putant esse pati, sicut illuminari passionem significat, alii actionem immanentem tantum, ac per hoc passionis habentem naturam admistam, ut lucere, si fingatur quod sit operatio a lucido, in ipsomet quiescens. Causaliter uero seu indistincte, siue formaliter, siue causaliter intellectum, apud uere Peripatheticos non uertitur in dubium, dum intelligere contingere credunt ex passione intellectus ab intelligibili. Et quoniam in proposito, pati in communi nihil aliud importat nisi recipere perfectionem, ad quam erat in potentia, & in speciali intellectum pati nihil aliud est, quã recipere intelligibile, ad quod erat in potentia, ideo quo ad uim huius rationis, sat est quod inferatur, & uerificetur siue formaliter, siue causaliter. Vtroque enim modo infert. ergo intellectus est potentia passiua. Si enim formaliter est pati, constat quod intellectus est potentia non solum passiua, sed pure passiua. Si autem causaliter, quia s. causatur ex passione intellectus ab intelligibili, adhuc intellectus erit potentia passiua simpliciter, quia respectu sui proprii obiecti, quicquid sit de concursu ad actum intelligendi.

¶ Tertio autem modo. s. indistincte, siue formaliter, siue causaliter, siue concomitanter intellectum, apud omnes uerificatur, quandoquidem nullus est qui non credat intelligere recipi in intellectu, & saltem ea ratione esse pati, quia recipitur in intellectu. Sed iuxta hunc sensum non infert, ergo intellectus est potentia passiua simpliciter loquendo, sed secundum quid inquantum. s. recipit operationem propriam, quod est commune omni potentiæ operatiuæ operatione immanente. Secundus ergo sensus, est directe intentus, & ad propositum, ut patet. Tum, ex eo quod in litera infertur, intelligere esse pati, non ex eo quod intellectus est in potentia, sed ex eo quod est in potentia separata ab actu. Tum, ex eo quod infertur ex differentia inter intellectum angelicum & humanum: si enim tertium sensum intendisset, sat erat nota naturæ potentiæ in intellectu, & in hoc non erat differentia inter angelos & animam. Tum, ex eo, quod pati a quo potentia passiua, ut in hoc patebit articulo, requirit eductionem potentiæ ad actũ primum.

¶ Circa antecedentis probationem, dubium est in illa parte, qua probatur possibilitas intellectus, quia non semper est perfectus. Hæc enim ratio assumit id, quod est per accidens, prioritas namque durationis, per accidens se habet ad esse passiuum. Tum, quia duratio ipsa extranei est generis a genere passionis. Tum, quia stat esse potentiam uere & pure passiuam, & tamẽ coæuam actui, ut patet de potentia passiua, qua partes orbis propinquæ Soli, semper illuminantur.

¶ Ad hoc dubium dicitur, quod ratio ista est a posteriori, ita quod prioritas durationis manifestat, nõ facit potentiam passiuam. Sed hoc nihil est. Tum, quia, ut ex secunda obiectione patet, prioritas ista est effectus per accidens, super quo non debet fundari ratio aliqua. Tum quia radicem proponit se assignaturum S. Tho. unde intellectus potentia sit passiua. Dicendum est igitur, quod differentia potentiæ secundum præexistere, aut non præexistere, respectu actus proprii, posita est ad circumloquendum propriam differentiam potentiarum secundum separabilitatem & inseparabilitatem ex intrinseco ab actu proprio, quædam namque sunt, quibus ab intrinseca earum natura repugnat separabilitas ab actu, & hę dictæ sunt coæuę suis actibus & semper perfectæ, quędam uero sunt quibus separari ab actu non repugnat ex intrinseco, quamuis separari non possint. Et hæ comprehenduntur sub potentiis, quæ non semper sunt perfectæ. quia non per se & ab intrinseco habent, quod semper sint perfectæ per actus suos. Rursus potentiæ passiuæ non sunt, quia nulla passione media actum recipiunt, quãuis receptiuæ sint, sed eadem generatione generantur cum suis actibus, reliquæ autem non solum receptiuæ, sed passiuæ sunt, quia passione intercedente actus sortiuntur, & propterea subtiliter in litera ex hac differentia infertur, quod intellectus noster est potentia passiua potentia essentiali. Vnde patet responsio ad obiecta. Ad primum quidem, quia ordo durationis ad circumloquendũ positus est per occultam differentiam. Ad secundum uero, quia potentia corporis illuminabilis ab alio, non est ab intrinseco coæua suo actui, sed propter perpetuam præsentiam illuminantis. Intellectus autem angelicus ab intrinseco est coæuus suæ scientiæ,

scientiæ, quia ex natura eius fluit ut passio a subiecto. Glossanda est ergo litera, quod intelligitur de potentia semper aut non semper, perfecta ab intrinseco, & sic per se, & a priori est processus.

¶ Circa hæc, tria supersunt dubia. Primo, an intelligere sit causaliter pati. Secundo, an sit formaliter pati. Tertio quantum ualeat præsens ratio Sanct. Thom. Ex his enim consurgit manifestatio quarti principaliter intenti, an intellectus sit potentia passiua, & etiam, an sit potentia pure passiua, quod S. Tho. hic discutere non curauit.

¶ Circa primam dubitationem tria sunt agenda. Primo, declarandus est titulus, & quo ad hoc aduertendum est, quod cum esse causaliter pati nihil aliud sit, quam causari ex passione, & in proposito, si aliqua passio præuenit intellectionem, illa est passio intellectus, quo intelligentes dicimur ab intelligibili. Ideo quęrere, utrum intelligere sit causaliter pati, est quærere, utrum intelligere censetur ex passione intellectus ab intelligibili.

¶ Quo ad secundum, tres sunt de re hac opiniones. Quidam tenent, quod intellectus non patitur ab intelligibili, ita quod intelligibile concurrit ad intellectionem terminatiuè tantum, & non causaliter. Et hanc opinionem tenet Henricus in Quolibeto. 4 q. 7. & sic, apud istos intelligere non est pati causaliter. Alii uero tenent, quod intellectus patitur quidem ab intelligibili, sed per accidens, ita quod per se loquendo, non patitur ab intelligibili, concurrit tamen intelligibile ad intellectionem non solum terminatiue, sed causaliter, non immutando intellectum, sed simul cum intellectu gignendo effectiue intellectionem. Et hęc est opinio Sco. in 1. Sent. dist. 3. q. 7. Et sic apud istos intelligere nostrum non est pati causaliter nisi per accidens. Alii autem arbitrantur, quod intellectus noster patitur & per se ab intelligibili, ita quod intellectus factus in actu, ab intelligibili intellectionem elicit. Et hæc est doctrina Auer. & S. T. immo Arist. ut patebit. Et sic apud hos, intelligere est causaliter, & per se pati.

¶ Quo ad tertium singulæ sunt discutiendæ opiniones. Prima opinio super nobilitate intellectus, & animæ fundatur. Eo enim quod præstantior est corpore, a phantasmate pati non potest, iuxta illud Aug. Nullum corpus agit in spiritum. Eo uero, quod præstantior est cęteris formis, se sola potest operari, quia actiuitas actualitatem sequitur, & constat quod se solo agere conuenit inferioribus formis, puta elementaribus, & animæ uegetatiuæ. Affert quoque authoritates Aug. Sed hæc facile soluuntur, quoniam intellectus non patitur a phantasmate principaliter, sed ab intellectu agente, & ut in responsione ad ultimum in litera dicitur, nobilius est pati cum tanta excellentia, quam agere uilia.

¶ Secunda uero opinio, cum duo dicat. s. quod ambo obiectũ & intellectus sunt causa actiua intelligendi, & quod intellectus nihil habet ab obiecto, aut econuerso, nisi p accidens. Primũ quidem fundat super duas conditiones intellectionis. s. & quod sit operatio uitalis, & quod sit ad talem naturam obiecti determinata. Primum enim ab anima. Secundum ab obiecto esse oportet. Sed secundum dictum, in quo quæstio est, nulla ratione probat, sed credidit Scot. quod confutatis opinionibus quas recitat, relinqueretur hoc quasi per uiam diuisionis. Afferri tamen pro illa posset, quia quicquid potest species intelligibilis, posset obiectum repræsentatum, si præsens intellectui adesset, eo quod species agit uice obiecti, & propterea accidit obiecto, ut concurrat ad intellectionem causandam, quod sit præsens intellectui secundum suam speciem ac per hoc, quod immutet intellectum ad suam similitudinem. Primum dictum conuincit quidem, quod utrũque scilicet intellectus & obiectum concurrant ad intellectionem, sed quod utrumque actiue concurrat, non plane probat, nisi ut inferius patebit. Secundum uero uoluntarium, & cõtra philosophum, & naturam intellectus. Voluntarium quidem, quia absque ratione, nec opiniones sufficienter retulit, immo per hypotheticam omisit, quia ut puto latuit eum. Nec adducta ratio aliquid ualet, quoniam ut superius patuit, phantasma & uniuersaliter similitudo quæcunque obiecti, non ea ratione dicitur uiceobiectum, quia solum fungatur officio obiecti, sed quia ratio operandi, natura obiecti quam repræsentat, est. Ex hoc autem non habetur, quod obiectum per seipsum potest, aut posset. Tum, quia hoc supponit, quod intellectus nudus sit actiuus, quod tamen principaliter probandũ erat, & quasi supponit hanc consequentiam. Intellectus concurrit actiue ad intelligendum, ergo nudus concurrit actiue, quæ tamen nihil ualet. Tum, quia hoc supponit speciem ad nihil aliud per se poni, nisi pro obiecto, cum tamen in intellectu nostro ponatur, & pro obiecto, & pro actuatione intellectus, quoniam est in potentia essentiali, ut dicitur in 3. de anima. tex. 7. Contra philosophos uero & rationem est, quoniam expresse Arist. ponit intellectum esse potentiã passiuam. Nec ualet glossa Scoti, quod Philosophus dixit uerum, quia recipit intellectionem, non tamen negauit esse actiuum, hoc enim nihil ualere patet. Tum, est eo quod Arist. posuit intellectum quo intelligimus, esse absolute & simpliciter in genere potentiæ passiuæ, & non secundum quid tantum, inquantũ. s. recipit intellectionem, alioquin processus eius in tex. 17. ad inuestigandum intellectum agentem, nihil ualeret, fundatur enim manifeste super hoc, quod in omni natura, in qua est potentia passiua, oportet poni actiuam, quæ reducat passiuam de potentia ad actum. Quid clarius? si intellectus esset, ut Sco. fingit, uirtus ex se actiua partialiter, & non nisi per accidens agens, ut informetur ab obiecto, uanus esset labor, qui super natura potentiæ passiuæ fundatur.

¶ Ex his enim quæ sunt per accidens, essentialis ordo rerum non pendet, & consequenter inferri non posset intellectum agentem esse, debuerat enim Arist. ex imperfectione uirtutis actiuæ intellectus possibilis, non ex hoc quod est potentia passiua, intellectum concludere agentem, falsa quoque esset maior Arist. s. quod in omni natura esset sic. Non enim ubicunque est agens imperfectum, ibi oportet esse agens perfectum, quod reducat in actum agens illud imperfectum, ut ipsemet Scotus ibidem dicit, quoniã in multis agens imperfectius non patitur a perfectiore. Contra naturam uero intellectus esse, nunc declarando ueritatem ostendetur.

¶ Tertia, ac peripathetica opinio super natura cognoscitiua ut sic fundatur. Recolendum est enim quod ut in q. 14. dictum fuit, res quælibet ex hoc est cognoscitiua, quod est tam eleuatæ naturæ, quod est non solum ipsa, sed alię. Et rursus dictum fuit, quod rem aliquam esse aliàs, contingit tripliciter, actu puro, potẽtia pura, & medio modo, quodammodo, s. actu & quodammodo potentia, & quod in ultimo gradu, s. in pura potentia anima nostra posita est. Est enim a principio sicut tabula rasa, in qua nihil est pictum. Ex his patet, quod si anima cognoscere actu debet, oportet eam actu esse res cognitas. Et cum ex sua natura, non sit actu illa, oportet quod reducatur de potentia ad actum illarum, siue a se siue ab alio. Hoc est esse in potentia passiua ad intelligibile & pati ab eo, uel potius illud. Est igitur intellectus in potentia passiua ad intelligibile, & intelligere est pati causaliter, quia ex passione ab intelligibili idest ex receptione intelligibilis causatur. Nec potest dici, quod passio illa concurrat per accidens, nisi quis usque adeo deliret, ut dicat quod anima, quæ est intelligibile in potẽtia, esse actu intelligibile, est per accidens. Nec refert in proposito utrum intellectus ab obiecto uel intellectu agente, uel alio illud recipiat, satis est quod oportet passionem hanc interesse. Et confirmatur, quia si ex hoc quod res est primo in potentia essentiali, & deinde in actu primo, & deinde in actu secundo, non conuincimus quod fieri in actu primo sit pati, omnis uia ad probandum potentiam passiuam & passionem, nulla est. Et si non conuincimus quod illud pati per se exigatur ad operandum in actu secundo, nunquam probabitur differentia inter potentiam essentialem, & accidentalem, quam in hoc stare ex 8. Phy. & 2. de anima patet quod illa per priorem mutationem ab alio uenit ad operationẽ, ista autem per seipsam posse operari permittitur. Est igitur intelligere nostrum pati causaliter, & hoc per se. Angelicum uero, nõ proprie est causaliter pati, quia congenitum est angelis intelligibile, nec transfertur eorum intellectus de potentia ad actum primum. Ex his autem quæ in 3. de anima dicuntur, quæ & adducta sunt, patet hoc sequi. Vnde Aristot. Auerroemque hoc sensisse nõ est dubium. Nec te moueant uerba Sancti Thomæ, in quolib. 8. q. 2. art. 1. expresse sonantia, quod intellectus possibilis est patiens, cooperans agenti ad eius formationem. Per hoc enim, ut ibi patet, non intendit, quod intellectus nudus cooperetur intellectui agenti, & phantasmati ad sui formationem, sed quod intellectus iam informatus potest ex præacceptis specieb. alias species in se producere, multo magis quam imaginatiua, quæ etiam non nuda, sed informata iam auri & montis speciebus, format in se speciem montis aurei.

¶ Circa secundam dubitationem, an intelligere sit formaliter pati eodem procedendum est ordine intelligere esse formaliter pati, nihil aliud est quam intellectum possibilem concurrere pure passiue ad intellectionem, quicquid sit illud quod intellectionem effectiue causet, siue intellectus agens solus, siue ipse simul & intelligibile in actu, in intellectu possibili depictum, siue quodcunque aliud.

¶ Quo ad secundum, quia hic non quærimus modum, quo sit intellectio a specie intelligibili, aut obiecto, sed tantummodo an intellectus concurrat pure passiue ad intellectionem, ideo omittẽdæ sunt hic opiniones multæ, & quatuor breuiter tangendæ, duæ tenentes intellectum pure passiue, & duæ actiue, quoniam ex his melius patesit intentum. Aut enim creditur, quod nudus intellectus est totale actiuum intellectionis. Aut partiale cum Sco. Aut quod intellectus est totaliter passiuus. Aut quod ratione sui est passiuus, ratione uero speciei intelligibilis, est actiuus. Ad harum enim quatuor aliquam, omnis uidetur opinio de hoc reduci. Sed diligenter aduertendum est, quod ultima opinio S. Tho. attribuitur, sed male intellecta. Potest siquidem dupliciter intelligi, primo quod intellectus concurrat ad intellectionis productionem, quemadmodum aqua calida ad calefactionem, ita & sicut aqua informata calore dicitur calefacere, ita intellectus informatus specie intelligibili dicitur intelligere actiue. Et iuxta hunc sensum intelligitur a Scot. & communiter exponi uidetur. Sed hi longe

sunt

sunt ab intento sensu. Iuxta hunc siquidem sensum, sola species intelligibilis, actiue causat, quemadmodum solus calor calefactionem causat. intellectus autem non concurreret ad causandum, nisi ut sustentans rationem agendi, quemadmodum aqua ut insti nens calorem. Vnde quemadmodum cum aqua calida calefacit, secundum denominationem quidem ipsa aqua dicitur calefaciẽs, seu efficiens calefactionem, quia actiones sunt subsistentium saltẽ denominatiue, secundum rem tamen aqua nihil ad calefactionis actionem confert, nisi remote, quia.s. sustinet principium agendi, quod ex eo liquet, quod si illa agendi ratio, puta calor per se subsisteret, absque concurrente subiecto, eandem faceret actionem. Ita, cum intellectus informatus specie intelligibili intelligit, dicitur intelligens denominatiue, & nihil facit ipse ad intellectionis productionem, sed quia intelligere est actio immanens ipse per seipsum suscipit eam. Apud S. Thom. autem & ueritatem, intellectus in actu se toto primo actiue concurrit ad intellectionem, & sensus ad sensationem, ut patet in quolib. 8. q. 2. ar. 1. Ad cuius euidentiam scito, quod quia intellectus secundum se est in genere potentiæ passiuæ, non habet ex se aliquam agendi rationem. Et hoc est in quo primo dissentit Scot. Ex hoc uero quod intellectus fit actu, ipsum intelligibile in actu acquirit quandam agendi rationẽ commune namque est omni formæ non prohibitæ ab actione, esse agendi rationem. Ex hoc autem quod intellectus non acquirit intelligibile, quemadmodum materia acquirit formam, sed trãsit in ipsum intelligibile, & ipsum intelligibile imbibitur quodãmodo in ipso intellectu, sequitur quod hoc totum.s. intellectus in actu primo, & non ratione partis actiuæ intelligit, quamuis ratione partis.s. intellectus recipiat intellectionem. Existimandum est enim quod anima appræhensiua est alterum genus entium a naturalibus, & quod æquiuoce communicat cum eis in esse in potentia, & recipere formas entium. Materia enim sic recipit formam, ut ex eis resultet compositum, & illius compositi est actio sequens illam formam, & non materiæ, nisi quia sustinet formam, & pars est compositi. Anima autem ut Auer. optime dixit in 3. de anima, com 5. non sic recipit cognoscibile, ut ex eis fiat compositum cognoscens, sed anima ipsa efficitur ipsum cognoscibile, & sic facta in actu agit. Concurrit ergo aliter intellectus actiue ad intellectionem, quam receptiuum rationis agendi ad actionem, quia aliter fit anima in actu cognoscibile, & aliter materia reducitur in actum. Habet itaque intellectus, quod actiue, concurrat ad intellectionem, non ex partiali ratione agendi ut Scot. contra Aristotelem finxit, nec præcise ex specie intelligibili, ut moderna ignorantia intelligit. sed ex hoc ipso quod animalis uis in actu est, ita quod ex hoc quod est animalis uis, habet inchoatiue, quod facta in actu fit actiua. Falluntur autem plurimi in hoc, quia de anima iudicant ad modum rerum naturalium, cum tamen Auerroes dixerit, quod magis fit unum ex intellectu & intelligibili, quã ex materia & forma, & consequẽter fit magis unum operans, intelligere ergo non est formaliter pati, quamuis proprie loquendo non sit etiam formaliter agere, sed potius actiue passiuæque uitaliter operari, & idem iudicium est de sensatione. Quicumque autem eleuare potest intellectum, & recolendo, quod actiones immanentes qualitates sunt, non actiones aut passiones, intuerique quod intelligere nihil aliud est quam intelligentem esse actu intellectum, & quod anima superior quam natura est talis ꝙ seipsa est quandoque ut somnus, & quandoque ut uigilia, percipiet in his modum quendam actiui & passiui, magis quam actiuum & passiuum. Et sic, inter sapientes loquendum esset. Rationes autẽ, quæ contra hoc sunt, quia s. efficiens & materia non coincidunt in idem numero ex 3. Phys. & agens & patiens respectu eiusdem non est idem, quia esset in actu & in potentia simul, & idem referretur realiter ad seipsum, facile soluuntur ab inspicientibus hic nõ esse proprie agens & patiens, neque materiam, & consequenter non oportere esse relationem realem. Hæc enim communia principia intelligenda sunt, ubi proprie talium ratio reperitur. In proposito autem, cum intelligere non sit actus entis in potentia, sed perfecti, animam intelligere proprie loquendo, nihil aliud est quã propriam operationem exercere, quam quia immanens est, concomitatur quod sit in ipsa, & ab ipsa simul. Quod nullũ inconueniens esse qui non aliter uidere potest, consideret, quod grauitas lapidea est a lapide & in lapide. Et uel sic animaduertat in his, ꝙ non proprie dicuntur agere & pati, locum non habere principia illa, quamuis singillatim dici possit, quod materia ex qua, non coincidit cum agente, materia uero in qua, coincidere potest, & qđ omnino idem non est patiens & agens, neque refertur ad se. Sed bene aliquo modo idem, & aliquo modo diuersum, patitur & agit, & refertur realiter ad se. In proposito autem intellectus est agens, & materia in qua est intellectio. Et est aliquo modo diuersus, quia patitur inquantum nudus, agit uero se toto primo. Et sic diuersimode, est simul in actu & potentia.

¶ Circa tertiam dubitationem, quantum.s. ualeat ratio S. Th. aduertendum est, quod tripliciter calumniam potest pati. Primo diceret Sco. quod peccat ratione potentiæ communiter sumptæ, inferens potentiam proprie sumptam. Ex eo enim quod intellectus non est in se actus totius entis, sequitur bene, ergo est in potentia, sumendo potentiam communiter prout omne deficiens ab actu puro, dicitur esse permistum potentiæ, sed ex tali potentialitate non sequitur. ergo est in potentia receptiua quæ est proprie potentia, ut de se patet, & tamen S. Tho. hanc potentiam infert. Et confirmatur ista obiectio, quia intellectus agens cum non sit actus purus, est in potentia, & tamen non in potentia receptiua. Secundo diceret quispiam, quod deficit in præsupposito, supponitur enim quod quilibet intellectus naturaliter sit capax totius entis, oportet enim hoc supponi, alioquin non possent graduari intellectus in respectu ad totum ens penes esse actu, aut potentia totum ens, & tamen constat hoc suppositum esse falsum, in uia Sanct. Thom. præcipue. Tum, quia nullus intellectus creatus est capax essentiæ diuinæ in esse intelligibili. Tum, quia intellectus noster non est capax substantiarum immaterialium. Et confirmatur, quia intellectus noster non est possibilis omnia fieri, nisi quæ intellectus agens est potens facere, sed hic non est potens facere omnia simpliciter cognoscibilia, sed tantum materialia. ergo.

¶ Tertio, deficere uidetur, quia si ratio ualeret, concluderet ꝙ etiam uoluntas sit potentia passiua, quoniam ipsa est respectu totius entis, quoniam bonum, ut sic respicit, & non est ut actus totius entis, aut perfecta semper per illud, consequens est inconueniens, quoniam uoluntas mouet actiue intellectum, & cæteras uires, & sic uelle est actionis species.

¶ Ad solutionem horum manifestandam non oportet alia iacere fundamenta, quoniam ex natura uis cognoscitiuæ euidenter dissoluuntur, fundatur ergo processus iste super naturam cognoscitiuam in communi.s. quod oportet cognoscitiuum esse rem cognitam, quod fuit communis animi conceptio antiquorum in primo de anima, & approbatum ab Arist. & super tali natura cognoscitiua.s. intellectiua.s. quod intellectus cognoscit ens in communi, quod est per se notum. Ex his enim habetur, quod cum intellectus non sit arctatus ad hoc uel illud entis genus, sed uniuersale ens respiciat ut obiectum, ut uisus colorem, & consequenter quod potest cognoscere omne ens, oportet quod aut sit actu, aut potentia, aut quodammodo actu, & quodammodo potentia omne ens. Et quia quod non est actu tale, & potest esse tale, est uere in potẽtia receptiua, qua potest fieri aut esse tale, ideo ex hoc, quod intellectus non se habet ut actus totius entis, optime sequitur non solum quod sit in potentia, sed quod sit in potentia, ut sit ens illud quod non est actu, ac per hoc sit in eo uere potentia receptiua illius esse: Et sic patet responsio ad primo obiecta. Non enim ex esse in potentia illatum est, esse in potentia tali, sed ex esse in potentia cognoscitiuum per intellectum, quod, ut ex dictis patet, optime infert propositum. Nec hoc conuenit intellectui agenti, quia is est nostræ animæ non intelligens, sed faciens tantum intellecta in actu. Ad ea uero, quæ secundo obiiciuntur, dicitur, quod ut in textu patet, ex hoc quod intelligere est circa ens in communi sequitur, ergo & intellectus, ac per hoc circa oẽ ens, alioquin obiectum excederet operationem & uirtutem operatiuam. Vnde cõcedendum est, quod omnis intellectus est circa omne ens. Sed diligenter animaduerte ne fallaris a cognitione ad modum cognitionis declinans, ad cognoscere quippe omne ens, sufficit cognoscendo attingere omne ens, ita quod ad omne ens terminari possit cognitio illius, ad modum uero cognoscendi spectat quod cognoscat perfecte uel imperfecte, per propriam speciem, uel alienam, per causam uel effectum &c. Constat autem quod omnis intellectus in omne ens potest, quamuis non perfecte, aut per species proprias, ut instantiæ adductæ ostendunt. Vñ ratio S. T. stat solida super hoc, quod quia intelligere est circa oẽ ens terminatiue, oportet quodlibet intelligens esse omnia. Aut actu puro, ut Deus gloriosus. Aut quodammodo actu & quodammodo potentia, & hoc habet magnam latitudinem, ut intelligentiæ. Aut in potentia pura, & hoc est anima humana, quæ est omnia, non per omnium similitudines, sed per similitudines naturalium rerum, quæ proculdubio similes sunt Deo & intelligentiis, quamuis imperfecte.

¶ Ad tertiam autem obiectionem de uoluntate dicitur, quod quia ratio illa manifeste loquitur de respicientibus totum ens, ut in se habere debentibus totum ens, consequens est, quod locum non habet in uoluntate, quæ in hoc differt ab intellectu. Illa. n. tẽdit in ens, iste uero habet in se. Vnde intellectus non habens omne intelligibile, est in potentia, & imperfectus, uoluntas autem non uolens omne uolibile, non est in potentia, nec imperfecta. Stat ergo ratio solida in his, quorum perfectio & operatio est in habendo ens uniuersale, & per hoc quoque solui possunt primo obiecta.

SVP.

SVP. Q. LXXIX.

ART. III.

COnc. Oportet ponere aliquam virtutem ex parte intellectus humani, quæ faciat intelligibilia in actu per abstractionem specierum a conditionibus materialibus, & hęc est necessitas ponendi intellectum agentem.

391 De anima art. 4.

¶ PROB. Quia formæ rerum sensibilium, quas intelligimus, non sunt, (utpote existentes in materia) intelligibiles in actu, & oportet, quod ut intelligantur, fiant in actu ab aliquo existente in actu (hic est intellectus agens.

1^m de maiori.

Ita. R. quantum ad habitudinem ad sua obiecta, non, quantum ad hoc quod sua obiecta inueniantur actu extra animam. §. Tunc &c. ut patet consideranti necessitatem ponendi intellectum agentem in conclusione.

2^m de conclusione. Necessarium R. ꝑpter idē, stante illa adducta opinione de lumine, tamen est absolute necessariū. §. Scias dictum fuisse Iy stante illa &c. quia alia opinione stante est & necessarium & propter idem. Tunc tamen utrauis opinione data, est absolute necessariū ponere intellectum agētem.

Li. 3. de aïa te. 17. to. 2.

3^m de maiori.

Agentis. R. supposito ꝙ agat, non aliter. §. Tunc &c. Nam sensibilia quæ debent agere in intellectum possibilem, quæ etiam ideo dicuntur intelligibilia in potentia, non possunt agere in eū nisi per intellectum agentem fiant intelligibilia in actu. Consequenter ergo agens reperitur sine intellectu agente, tamen supponitur necessario,

Ar. seq. & q. 84. ar. 6.

ARTICVLVS III.

Vtrum sit ponere intellectum agentem.

AD TERTIVM sic proceditur. Videtur, quod non sit ponere intellectum agentem. Sicut enim se habet sensus ad sensibilia, ita se habet intellectus ad intelligibilia. Sed quia sensus est in potentia ad sensibilia, non ponitur sensus agēs, sed sensus patiens tantum. Ergo, cū intellectus noster sit in potentia ad intelligibilia, uidetur quod non debeat poni intellectus agens, sed possibilis tantum.

¶ 2 Si dicatur, quod in sensu etiā est aliquod agens, sicut lumen, contra. Lumen requiritur ad uisum, inquantum facit medium lucidum in actu, nam calor ipse secundum se, est motiuus lucidi. Sed in operatione intellectus non ponitur aliqđ medium, quod necesse sit fieri in actu. Ergo non est necessarium ponere intellectum agentem.

¶ 3 Præt. Similitudo agentis recipitur in patiente, secundum modū patientis. Sed intellectus possibilis est uirtus immaterialis. Ergo immaterialitas eius sufficit ad hoc quod recipiantur in eo formæ immaterialiter. Sed ex hoc ipso aliqua forma est intelligibilis in actu, quod est immaterialis. Ergo nulla necessitas est ponere intellectum agentem, ad hoc, quod faciat species intelligibiles in actu.

SED CONTRA est, quod Philosophus dicit in * 3. de anima, ꝙ sicut in omni natura, ita & in anima est aliquid, quo est omnia fieri, & aliquid quo est omnia facere. Est ergo ponere intellectum agentem.

RESPON. dicendum, quod secundum opinionem Platonis, nulla necessitas erat ponere intellectum agentem ad faciendum intelligibilia in actu, sed forte ad præbēdum lumen intelligibile intelligenti, ut infra dicetur. * Posuit enim Plato formas rerum naturalium sine materia subsistere, & per consequens eas intelligibiles esse, quia ex hoc est aliquid intelligibile actu, quod est immateriale, & huiusmodi uocabat species, siue ideas ex quarum participatione, dicebat etiam materiam corporalem formari ad hoc, quod indiuidua naturaliter constituerentur in propriis generibus, & speciebus & intellectus nostros ad hoc, quod de generibus, & speciebus rerum scientiā haberent. Sed quia Arist. * non posuit formas rerum naturalium subsistere sine materia, formę autem in materia existentes non sunt intelligibiles actu, sequebatur, quod naturæ, seu formæ rerum sensibilium, quas intelligimus, non essent intelligibiles actu. Nihil autē reducitur de potentia in actum, nisi per aliquod ens actu, sicut sensus fit in actu per sensibile in actu. Oportet igitur ponere aliquam uirtutem ex parte intellectus, quæ faciat intelligibilia in actu per abstractionem specierum a conditionibus materialibus. Et hæc est necessitas ponendi intellectum agentem.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod sensibilia inueniuntur actu extra animam, & ideo non oportuit ponere sensum agentem. Et sic patet, quod in parte nutritiua omnes potentiæ sunt actiuæ, in parte autem sensitiua omnes d passiuæ. In parte uero intellectiua est aliquid actiuum, & aliquid passiuum.

D. 204.

AD SECVNDVM dicendum, quod circa effectum luminis, est duplex opinio. Quidam enim dicunt, quod lumen requiritur ad uisum, ut faciat colores d actu uisibiles. Et secundum hoc similiter requiritur, & propter idem intellectus agens ad intelligendum, propter quod lumen ad uidendum. Secundum alios uero, lumen requiritur ad uidendum, non propter colores ut fiant actu uisibiles, sed ut medium fiat actu lucidum, ut Comm. dicit in *. 2. de anima. Et secundum hoc, similitudo qua Aristot. assimilat intellectum agentem lumini, attenditur quantum ad hoc, quod sicut hoc est necessarium ad videndum, ita illud ad intelligendum, sed non propter idem.

D. 361.

Li. 3. de aïa te. 18. to. 2.

AD TERTIVM dicendum, quod supposito agente, bene contingit diuersimode recipi eius similitudinem in diuersis propter eorum dispositionem diuersam. Sed si agens non præexistit, nihil ad hoc faciet dispositio recipientis. Intelligibile autem in actu non est aliquid existens in rerum natura quantum ad naturam rerum sensibilium, quæ non subsistunt præter materiam. Et ideo ad intelligēdum non sufficeret immaterialitas intellectus possibilis, nisi adesset intellectus agens, qui faceret intelligibilia in actu per modum abstractionis.

sario, quod non possit actu agere sine intellectu agente. Vt igitur agens illud idest sensibile possit agere, oportet ꝙ fiat intelligibile in actu, & tunc erit agens actualiter in intellectum possibilem.

APPENDIX.

Li. 3. Met. a tex. 10. usque ad fin. libri, to. 3. Vtil. pro philosoph.

EX articulo habes primo, quomodo per rationem ostendas, merito in 3. de anima tex. 17. a philosopho dictum, quod sicut in omni natura, ita in anima, est aliquid quo est omnia fieri & aliqd quo est oïa facere. Scđo habes, quomodo per rationem uerum sensum philosophi in hoc suo dicto explanes, explanatum probes, probatum fultē tes. Tertio uides, quomodo ex hoc, & similibus, uicissim Angelica stabiliatur conclusio.

¶ NOT. Articulum præsentem iuuat aliqualiter in ordine articulo, 392. 421. 440. 416. 278. 424.

Comm. Cardinalis Caietani.

TItulus clarus.

¶ In corpore, respondet primo secundum Platonis fundamenta falsa. Secundo, secundum Arist. ex Platone duo dicit, alterum certum, & alterum dubium. Vbi scito, quod duo opera attribui possunt intellectui agenti. Vnum est facere intelligibilia in potentia, esse intelligibilia in actu alterum, illuminare intellectum possibilem, iuxta duo quæ conueniunt intellectui possibili, s. recipere intelligibile, & huic respondet factio intelligibilis, & iudicare, & huic respondet illuminatio. Vnde, quia Plato posuit intelligibile in actu esse per se in rerum natura, sequitur quod non oportuit ponere intellectum agentem, ut fieret intelligibile in actu. & hoc est primum, & certum ex Platone. Quod probatur, qa posuit ideas, ex quibus tam materia quam anima formatur, illa ut essent res, hæc ut cognoscerentur. Et si coniunxerimus his, qđ Plato posuit nostrum scire non esse nisi reminisci, videhimus quod apud eum intellectus noster non recipit de nouo aliquod intelligibile, sed a principio est formatus omnibus. Ambiguum uero est, an propter secundum opus posuerit intellectum agentem.

¶ Ex Arist. unam habemus responsiuam conclusionem, quod necesse est ponere intellectum agentem probatur sic. Omne qđ est

est in potentia, non reducitur in actum, nisi per aliquod ens actu, sed intellectus noster est in potentia ad intelligibile. ergo non reducitur in actum nisi per intelligibile in actu, sed intelligibile in actu quo ad quidditates naturales non inuenitur in rebus ergo oportet fieri. ergo ex parte intellectus oportet ponere uirtutem factiuam, & hanc uocamus intellectum agentem.

¶ Nota hic, quod duarum operationum, quas diximus attribui intellectui agenti illuminatio non usquequaque clara est. Quoniã dicet quispiam, quod ipsa uis intelligendi quæ est intellectus possibilis, lumen est sufficiens sibi ad cognoscendum intelligibile in actu oblatum per speciem, & sustentatum per phantasmata, quẽadmodum in sensu ipsa uis sentiendi sat est ad iudicium de sensibilibus. Nec oportet distinguere sensum, in illustratiuum & receptiuum. Sed altera operatio quæ est facere obiectum in actu, conuincit ad ponendum intellectum agentem. Quemadmodum si natura non posset facere uisibile in actu, conuinceremur ex parte sensus ponere sensum uel uisum agentem. Et propterea concludendo dicitur in litera, & hæc est necessitas ponendi intellectum agentem.

¶ Circa hunc articulum aduerte, quod etiam posteriores discordes sunt. Nam Durandus Platonem sequitur in negatione intellectus agentis. Godofredus, etsi concedat intellectum agentem negat tamen ipsum effectiue illuminare, credit enim quod formaliter illuminet. Sed de hac opinione erit in sequentibus sermo: modo cum quæstio an est uentilatur, cum Durando disputandum est. Est autem forma rationis eius, quia si intellectus agens ponitur uel ratione operationis in phantasma, aut in intellectum possibilem, aut utrumque ponitur, sed nihil horum est, ergo probatur quod non in phantasma, quia nec influendo illi aliquid, ut patet, nec abstrahendo ab eo aliquid, ut magis est notum, nec educendo de potentia eius, ut ex eo liquet, quia eductum est post eductionem in eo ex quo educitur, similiter probatur quod non in intellectum, quia aut solus agit in illum, & hoc non, aut simul cũ phantasmate, & hoc non. Tum, quia si phantasma secundum se est impotens in intellectum agere, utpote immaterialem. ergo etiam erit impotens ad coagendum, non enim est mutatum, aut si secundum se erat potens, & sic non oportet ponere intellectum agentem, sicut nec sensum agentem cum obiecto sensibili.

¶ Ad hoc breuiter dicitur, quod (ut in litera dicitur) necessitas intellectus agentis est, ut ens sensibile fit nobis intelligibile in actu. Ad hoc autem requiritur operatio & in phantasma, & in intellectum possibilem, & de actione quidem in phantasma erit sermo proprius in q. 85 ar. 1. ad 4. Quamuis breuiter dici possit, quod agit educendo de potentia phantasmatis non subiectiua, sed ministeriali, & ideo eductum non est in eo, sed in potentia subiectiua quæ est intellectus possibilis. De actione uero in intellectũ possibilẽ dicitur, ꝙ necesse est ponere præter phantasma aliud agens, quia intelligibile in actu distat ab intelligibili in phantasmate genere, & non fit unus gradus alicuius generis ab alio eiusdẽ, ut in sensu & sensibili contingit, dum utrumque materiale, intelligibile uero actu, immateriale esse oportet. Et cum dicitur, Phãtasma solum est impotens. ergo immutatum semper erit impotens, respondetur concedendo antecedens, & distinguendo consequens. Immutatum in se, uel in ordine ad aliud. Primo modo, est immutatum, sed nihil obstat, quoniam sufficit quod sit mutatum in ordine ad aliud. Et consistit ista mutatio in hoc, quia de seorsum agente, transit in ministrum alterius, constat autem, quod eadem uis aliquid potest sub alterius authoritate quod sola non posset. Et cum dicit arguens, quod mirum est, quod ex assistentia alterius aliquid possit quod prius non posset, respondendum est quod propter admirari cœpit Philosophia, causa enim huius in secretius patebit in loco prædestinato.

¶ Circa hunc tertium articulum, est non parua dubitatio. An intelligibile in actu, quod est effectus intellectus agentis sit prius quam species intelligibilis. An ipsa species intelligibilis sit ipsum intelligibile in actu quod dicitur effectus intellectus agentis. Quod enim sit prius saltem natura, ex hoc articulo habetur dupliciter. Primo ex calce corporis articuli, ubi dicitur quod quia id quod est in potentia, non reducitur in actum, nisi per aliquod ens actu quemadmodum sensus per sensibile, & intelligibile in actu quod debet reducere intellectum existentem in potentia ad actum, non inuenitur in rebus, oportet ponere intellectum agentem facientem intelligibile in actum, eductiuum intellectus possibilis de potentia ad actum. Hic enim uidetur planus sensus literæ ex hoc autem liquido habetur, quod intelligibile in actu præuenit speciem intelligibilem, immo est ipsius causa. Secundo, ex responsione ad secundum, ubi expresse dicitur, quod si lumen requiritur ad uisionem ex parte coloris, quod similitudo inter lumen & intellectum agentem tenet, non solum quo ad necessitatem, sed quo ad eius causam, quia propter idem requiritur, sed lumen stante illa hypotesi, facit colorem in actu uisibilem, a quo producitur species uisibilis in oculo. ergo lumen intellectus agentis facit phantasma actu intelligibile, & sic a phantasmate illuminato producitur species intelligibilis in intellectu possibili. Ad oppositum autem est, quia phantasma semper est quid de genere sensibilium & materialium. ergo intelligibilium in potentia. Intelligibile enim in actu oportet abstrahere ab hic & nunc, quod est impossibile conuenire phantasmati. Et confirmatur, quia cũ cogitatiua possit comprehendere quicquid repræsentat actu suum phantasma, si phantasma esset intelligibile in actu, phantasia cognosceret intelligibile in actu, hoc autem est intelligere, & sic cogitatiua esset intellectus, & intellectus non differret a sensu & cæt.

¶ In hac difficultate, sunt duo modi dicendi. Alter communis alter singularis. Communiter quidem tenetur, quod species intelligibilis est ipsum intelligibile in actu, quod dicitur effectus intellectus agentis, ita tamen, quod actio intellectus agentis, quæ terminatur primo ad speciem intelligibilem, terminatur secundario ad repræsentatam per speciem, puta naturam bouinam aut leoninam, quæ ut sic, repræsentata est denominatione extrinseca intelligibilis in actu, intelligibilitate actuali, idest immaterialitate existẽte in specie intelligibili, non in se.

¶ Et iuxta hanc uiam, glossanda erunt uerba S. Thomæ in corpore articuli dicendo, quod caute & artificiose processit, quoniã non subsumpsit, quod oportet ponere intelligibile in actu. quod reducat intellectum de potentia ad actum, quod apparet quod subsumi debuisset, sed subsumpsit quod oportet ponere aliquam uirtutem ex parte intellectus, quæ faciat intelligibile in actu per abstractionem specierum &c. quasi subintellexerit quod oportet alterum duorum subsumere, aut quod ponatur intelligibile in actu reductiuum intellectus de potentia ad actum, aut oportet ponere aliquid æquiualens, s. uirtutem reductiuam intellectus de potentia ad actum, & exprimens modum dixit, per abstractionem specierum &c. Verba quoque responsionis ad secundum glossanda sunt, quod lumen intellectus agentis requiratur propter idem idest ex parte obiecti quo ad hoc, quia obiectum de se non sufficit mouere potentiam, & non oportet, quod intelligatur quo ad hoc, quod sicut color lumine fit actu uisibilis, ita phantasma illustratum. Fauent autem huic opinioni uerba Sancti Thomæ in multis locis, dum appellat ipsam speciem intelligibilem, intelligibile in actu. Et dum dicit intelligibile in actu fieri per abstractionem speciei a conditionibus materialibus. Et secundum hanc uiam, ubicũque inuenitur, quod intelligibile in actu mouet intellectum nostrum, glossanda sunt dupliciter, aut intelligibiliter quo ad actum secundum, aut mouet non effectiue, sed formaliter, etiam quo ad actum primum.

¶ Singularis autem dicendi modus occurrit mihi non despiciendus. Et consistit in hoc, quod lumen intellectus agentis facit intelligibile in actu in phantasmate per modũ abstractionis, prius natura, quam fiat species intelligibilis in intellectu. Ad cuius euidentem perceptionem, ab effectu luminis & abstractionis procedendum est, effectus luminis duplex est. s. formalis & obiectiuus. Formalis quidem est, esse luminatiuum, ut patet in diaphano. Obiectiuus uero est, apparere, ut patet in colore, color enim non apparet nisi illustratus. Abstractio autem in qua non est mendaciũ, cum consistat in acceptione unius & non alterius sibi coniuncti, eius proprius quasi effectus est, apparere unum, non apparendo aliud, ut de se patet. Vnde in proposito imaginor, quod cum in phantasmate sit natura hæc adueniente lumine intellectus agentis, phantasma illustratur non formaliter, ut diaphanum, sed obiectiue, ut color, quia illustratione splendet atque relucet in phantasmate non totum quod est in eo, sed quidditas seu natura tantum, & non singularitas illius ei coniuncta, ita quod ista illuminatio est abstractiua, quia facit apparere unum. s. quod quid est, non apparendo aliud. s. principium indiuiduans, ac per hoc splendet in phantasmate intelligibile in actu, natura. s. abstrahens ab hic & nunc, & tale intelligibile in actu mouet intellectum possibilem. Et si quæritur, cur non relucet etiam singularitas, in promptu cã est. Quia singularitati materiali, de qua est sermo, repugnat esse intelligibile in actu, quidditati autem non, nisi ratione talis singularitatis. Vnde sicut lumen corporeum facit colorem pomi apparere, & non saporem, aut odorem, quia repugnat his reddi apparibiles lumine, non autem colori, ita quidditas rei sensibilis potest reddi apparibilis lumine, non autem illius singularitas. Quod ex eo patet, quod species intelligibiles non possumus generari tales, quod sint similitudines singularium. Nec ex hoc sequitur, ꝙ singularitas materialis a nullo intellectu sit per se intelligibilis, quoniam intelligi eam posse per speciem non ab ipsa, sed aliunde habitam, nihil obstat prędictis, non enim tunc ipsa singularitas est actu intelligibilis, nisi extrinseca denominatione ab illa specie sũpta. Nec ex his pono, quod phantasma sit ens intelligibile, sed ꝙ in phantasmate illustrato relucet actu intelligibile, ipsum autem phantasma est de genere sensibilium. Nec hoc est mirabile, contemplantibus uim abstractionis, & perspicue uidentibus quod hoc nihil aliud est, qui phantasma illustrari quo ad unum, & non quo ad aliud. Nec superfluit propterea species intelligibilis, sicut nõ superfluit species uisibilis, & tamen color est actu uisibilis. Nec pro-

propterea intellectus agens minus principaliter aut mediate concurrit ad speciei productionem, immo cum unumquodque agat secundum quod est actu, & phantasma non habeat intelligibile in actu, nisi lumine intellectus agentis, consequens est, quod ipsum lumen sit primum agens, & immediatum, nullum enim inter ipsum & speciem mediat agens. Non enim est imaginandum, quod ab intellectu agente fluat lumen in phantasma, & quod phantasma illo suffultum lumine producat speciem, quemadmodum corpus illuminatum mouet uisum. Sed quod ipse intellectus agés est lumen, quo splendet obiectiue phantasma secundum quidditatem in eo existentem, & sic producitur species ab utroque, ita quod ab intellectu agente immediate procedit utrumque ordine tamen quodam, quia prius natura illustratur phantasma, quam a se & a phantasmate actuetur intellectus possibilis, & est simile, si fingamus lucem corporis lucentis non diffundere lumen in medio, sed approximatam colori illum illustrando uisibilem reddere, ac sic uideri. Vnde S. Tho. in 2. contra Gen. c. 77. expressé dicit; quod actio intellectus agentis in phantasmate, præcedit receptionem intellectus possibilis. Et in eodem c. exprimens quid sit actio ista, dicit. In anima intellectiua est uirtus actiua in phantasmata, faciens intelligibilia in actu &c. Consonant quoque huic positioni dicta eiusdem in eodem li. c. 62. ubi dicit. Ar. attribuit possibili intellectui pati ab intelligibili, suscipere species intelligibiles esse in potentia ad eas &c. Vbi patet, quod contra species intelligibiles diuidit intelligibile in actu, non enim pati potest intellectus ab intelligibili nisi in actu. In quæstione quoque de anima q. 15. dicit, quod intellectus agens per phantasmata facta ab eo intelligibilia in actu, causat scientiam in intellectu possibili.

¶ Ad obiecta uero in oppositum facile respondetur, notando, quod intelligibile in actu inuenitur dupliciter, formaliter & obiectiue. Formaliter, est species intelligibilis cum reliquis immaterialib. Obiectiue uero, est quidditas relucens in phantasmate, lumine intellectus agentis. Differentia autem multipliciter est inter utrumque, quia formale est immateriale secundum esse, obiectiuum uero secundum relucentiam tantum. Et ideo formale abstrahit ab hic & nunc secundum esse, obiectiuum uero secundum relucentiam tantum. Formale, quod est species intelligibilis, scdm se totum, non est nisi similitudo quidditatis, obiectiuum uero ut sic quidditatis, tantum est imago, secundum tamen totum quod est, repræsentat singularitatem materialem, quia in essendo materiale est. Et ideo diligenter ac caute oportet attendere in hac re uocabula quid formaliter importent, ut formaliter loquamur. Phãtasma enim sonat imaginem singularium, & ideo simpliciter conceditur, quod est de genere sensibilium & materialium, & non abstrahentium ab hic & nunc. Et quod est intelligibile in potentia, & quod potest comprehendi a cogitatiua &c.

¶ Sed quidditas in phantasmate illustrata lumine intellectus agentis, sonat aliquid a sensibus eleuatum, & abstractum per relucentiam ipsius & non relucentiam indiuiduantium sensibilium materialium &c. Et propterea concedo, quod est intelligibilis in actu, & cum dicitur, ergo una res .s. phantasma est in duobus generibus .s. sensibili & intelligibili, conceditur secundum diuersa esse, quia secundum reale est sensibilis, & secundum esse relucentiæ est intelligibilis. Et hoc consonat connexioni uniuersi, quoniam sic supremum infimi, attingit infimum supremi. Nec oportet cogitatiuam comprehendere omni eo modo, quo phantasma repræsentat qualitercumque sumptum, sed sufficit, quod adæquet phãtasma ut phantasma, non autem ut illustratum superiori lumine, quoniam hoc sortitur in homine, ut ministrat intellectui, & non absolute. Vnde phantasma dormientis non est actu intelligibile, sed tunc tantum, cum actualiter relucet lumine intellectus agentis. Et iuxta hanc uiam omnia facile saluantur, & dicta peripathetica diuersa concordantur, & glossantur cum prædicto fundamento, suisque distinctionibus, optimeque ac plano sensu interpretatio præsentis articuli fit, dum uere ponimus intelligibile in actu, & effectum intellectus agentis, & motiuum intellectus possibilis.

¶ In responsione ad primum, est quæstio de sensu agente propter Auerr. in secundo de anima, comm. 60.

Ferr. 2. con. c. 76. 78.

SVP. Q. LXXIX.

ART. IIII.

392

2. con. c. 76 & 78. & de aia ar. 5.

CONC. Intellectus agés, de quo philosophus loquitur, est aliquid animæ.

¶ PROB. Quia nihil est perfectius in rebus inferioribus anima humana, & in aliis rebus naturalibus perfectis, præter uniuersales causas agétes, sunt propriæ uirtutes inditæ singulis rebus perfectis, ab uniuersalibus agentibus deriuatæ (ut patet in generatione animalium.) Quia nulla actio conuenit alicui rei, nisi per aliquod principium formaliter ei inherens, & experimento cõstat hãc intellectus agentis actionem .s. abstrahere formas uniuersales a conditionibus particularib. quod est facere actu intelligibilia, conuenire nobis.

Li. 3. de aia te. 20. to. 2.

ARTICVLVS IIII.

Vtrum intellectus agens sit aliquid animæ.

AD QVARTVM sic proceditur. Videtur, quod intellectus agens non sit aliquid animæ nostræ. Intellectus enim agentis effectus, est illuminare ad intelligendum. Sed hoc fit per aliquid, quod est altius anima, secundum illud Ioã. 1. Erat lux uera, quæ illuminat omnem hominem uenientem in hunc mundum. Ergo uidetur, quod intellectus agens, non sit aliquid animæ.

¶ 2 Præt. Philosophus in 3. de anima, attribuit intellectui agenti, quod non aliquando intelligit, & aliquãdo non intelligit. Sed anima nostra non semper intelligit, sed aliquando intelligit, & aliquando non intelligit. Ergo intellectus agens non est aliquid animæ nostræ.

¶ 3 Præt. Agens & patiens sufficiunt ad agendum. Si igitur intellectus passiuus est aliquid animæ nostræ qui est uirtus passiua, & similiter intellectus agens qui est uirtus actiua, sequitur, quod homo semper poterit intelligere cum uoluerit, quod patet esse falsum. Non est ergo intellectus agens aliquid animæ nostræ.

Li. 3. de aia te. 19. to. 2.

¶ 4 Præt. Philosophus dicit in * 3. de anima, quod intellectus agens est substantia actu ens. Nihil autem est respectu eiusdem, in actu, & in potentia. Si ergo intellectus possibilis qui est in potentia ad omnia intelligibilia, est aliqd animæ nostræ, uidetur impossibile, quod intellectus agens sit aliquid animæ nostræ.

¶ 5 Præt. Si intellectus agens est aliquid animæ nostræ, oportet, quod sit aliqua potentia, non est enim nec passio, nec habitus: nam habitus & passiones, non habent rationem agentis respectu passionum animæ. sed magis passio est ipsa actio potentiæ passiuæ, habitus autem est aliquid, quod ex actibus consequitur. Omnis autem potentia fluit ab essentia animæ, sequeretur ergo, quod intellectus agés ab essentia animæ procederet. Et sic non inesset animæ per participationem ab aliquo superiori intellectu, quod est inconueniens. Non ergo intellectus agens est aliquid animæ nostræ.

SED CONTRA est, quod Philosophus dicit * 3. de anima, quod necesse est in anima has esse differentias .s. intellectum possibilem & agentem.

Li. 3. de aia text. 17. & 18. to. 2.

RESPON. dicendum, quod intellectus agens, de quo Philosophus loquitur, est aliquid animæ.

Ad cuius euidentiam considerandum, est quod supra animam intellectiuam humanam, necesse est ponere aliquem superiorem intellectum, a quo anima uirtutem intelligendi obtineat. Semper enim quod participat aliquid, & quod est mobile, & quod est imperfectum præexigit ante se aliquid, quod est per essentiam suam tale, & quod est immobile & perfectum. Anima autem humana intellectiua dicitur per participationem intellectualis uirtutis. Cuius signum, est quod non tota est intellectiua, sed secundum aliquam sui partem. Pertingit etiam ad intelligentiam ueritatis cum quodam discursu & motu arguendo. Habet etiam imperfectam intelligentiam. Tum, quia non omnia intelligit. Tum, quia in his, quæ intelligit, de potentia procedit ad actum. Oportet ergo esse aliquem altiorem intellectũ, quo anima iuuetur ad intelligendum. Posuerunt ergo quidam hunc intellectum secundum substantiam separatum esse intellectum agentem, qui quasi illustrando phantasmata facit ea intelligibilia actu. Sed dato, quod sit aliquis talis intellectus agens separatus, nihilominus tamẽ oportet ponere in ipsa anima humana aliquam uirtutem ab illo intellectu superiori participatam, per quam anima humana facit intelligibilia in actu. Sicut & in aliis rebus naturalib. perfectis,

1^m de maiori.

Illuminare. ℞. tanquam particularis causa. non, tanquam causa uniuersalis. §. Tunc &c. Nam authoritas argumenti loquitur de illuminatione a causa uniuersali, nos de illuminatione a particulari, ut patet in litera.

2^m ex philosopho.

Intellectui agenti. ℞. Negatur. §. Sed intellectui in actu. id attribuit, ut patet per contextum philosophi in litera. §. Tūc &c. ut patet.

Item ex Philosopho.

Non aliqñ intelligit, & aliquando non intelligit. ℞. Quantum ex parte sui, non aliter §. dato etiam, quod loquatur ibi de intellectu agente Tunc &c. Quod.n. non semper intelligat, hoc non est ex defectu intellectus agentis, sed aliunde, ut docet litera. Vide responsum 2. textus ly vel si intelligatur &c.

3^m de maiori.

Agens & patiens sufficiunt ad agendum. ℞. si sit præsens obiectum requisitum ad actionem illam, cum suis necessariis, non aliter, § Tunc &cæt. Defectus enim quod non semper, quando uolumus, possimus intelligere, prouenit ex absentia uel obiecti requisiti, uel eorum, quę simul cognoscuntur cū obiecto, non ex hoc, qđ agens, uel patiens, non sit præsentialiter in anima.

4^m de minori.

Eiusdem. ℞. secundum idem, non, secundum diuersa.

* q.79.a.1.

Li.3.de aīa te. 18. t. 2.

* q.106.a.2.

* In cor. a.

Li.3.de aīa c.19. t. 3.

perfectis, præter uniuersales causas agentes, sunt propriæ uirtutes inditæ singulis rebus perfectis ab uniuersalibus agentibus deriuatæ. Non enim solus sol generat hominem, sed est in homine uirtus generatiua hominis, & similiter in aliis animalibus perfectis. Nihil autem est perfectius in inferioribus rebus anima humana. Vnde oportet dicere, quod in ipsa sit aliqua uirtus deriuata a superiori intellectu, per quam possit phantasmata illustrare. Et hoc experimento cognoscimus, dum percipimus nos abstrahere formas vniuersales a conditionibus particularibus, quod est facere actu intelligibilia. Nulla autem actio conuenit alicui rei, nisi per aliquod principium formaliter ei inhærens, ut supra dictum * est cum de intellectu potentiali ageretur. Ergo oportet, uirtutē quæ est principium huius actionis, esse aliquid in anima. & ideo Arist. * comparauit intellectum agentem lumini, quod est aliquid receptum in aere. Plato autem intellectum separatū imprimentem in animas nostras, comparauit soli, ut Themistius dicit in comm. tertii de anima. Sed intellectus separatus secundum nostræ fidei documenta, est ipse Deus, qui est creator animæ, & in quo solo beatificatur, ut infra patebit. * Vnde ab ipso anima humana lumen intellectuale participat, secundum illud Psalm. 4. Signatum est super nos lumen vultus tui Domine.

Ad primum ergo dicendum, quod illa lux uera, illuminat sicut cā vniuersalis, a qua anima humana participat quandam particularem uirtutem, ut dictum est. *

Ad secundum dicendum, quod * Philosophus illa verba non dicit de intellectu agente, sed de intellectu in actu. Vnde sup. de ipso præmiserat: idem autem est secundum actum scīa rei, vel si intelligatur de intellectu agente, hoc dr̄, quia non est ex parte intellectus agentis hoc, quod quādoque intelligimus, & quandoque nō intelligimus, sed ex parte intellectus, q est ī potētia.

Ad tertium dicendum, quod si intellectus agens compararetur ad intellectum possibilem, ut obiectum agens ad potentiā, sicut visibile in actu ad visum, sequeretr̄, quod statim omnia intelligeremus cum intellectus agens sit, quo est omnia facere, nunc autem non se habet vt obiectū, sed vt faciens obiecta in actu, ad qđ requiritur præter præsentiam intellectus agentis pñtia phantasmatū, & bona dispō virium sensitiuarum, & exercitium in hmōi opere, quia per vnū intellectum, fiunt ēt alia intellecta, sicut p terminos propositiones, & p prima principia, conclusiones. Et quātum ad hoc non differt, utrum intellectus agens sit aliquid animæ, vel aliqd separatum.

Ad quartum dicendum, quod anima intellectiua est quidē actu immaterialis, sed est in potentia ad determinatas species rerum. Phantasmata aūt econuerso, sunt quædam actu similitudines spēcrū quarūdam, sed sunt potentia immaterialia. Vnde nihil prohibet unā & eandem animam inquantum est immaterialis in actu hr̄e aliquam uirtutē, p quā faciat immaterialia ī actu, abstrahendo a cōdōnib. indiuidualis materię, q qdē virtus dr̄ intellectus agens, & aliā uirtutē receptiuam hmōi spēcrū, q dicit intellectus possibilis, inquantum est in potentia ad huiusmodi species.

Ad quintum dicendum, q cum essentia animæ sit immaterialis, a supremo intellectu creata, nihil prohibet virtutē quæ a supremo intellectu participatur, p quam abstrahitur a materia, ab essentia ipsius procedere, sicut & alias eius potentias.

uersa. § Tunc &c. Nam de eadem anima, secundum quod diuersimode consideratur, dicuntur formaliter inhærendo intellectus agens & possibilis.

5^m de conclusione.

Procederet. ℞. sicut aliæ potentiæ. s. per naturalem resultantiam, non, per transmutationem. §. sup. q. 77. art. 6. ad 3. Tūc &c. Nam cum hoc stat, quod ipse intellectus agens insit animæ per participationem ab aliquo interiori intellectus inquantum s. ille superior intellectus creā do animam dedit ei uirtutem ad producendū naturaliter intellectum agentem, seu (qđ idem est) inquantum creauit animam potentem producere illum. A superiori igitur est per creationem modo dicto, ab anima est per resultantiam naturalem.

APPENDIX.

Ex articulo habes primo, quomodo per rationem ostendas, philosophum in 3. de aīa tex. 17. & 18. merito dixisse, quod necesse est in anima has esse differentias. s. intellectum possibilem, & agentem. Scdō habes, quomodo per rationem uerum philosophi sensum ibi demonstres, demonstratum probes, probatum defendas. Tertio uides, quomodo ex hoc, & similibus locis, uicissim Angelica firmetur conclusio.

Vtil. pro philosoph. 2 3

¶ Not. Huic articulo aliquales fert suppetias articulus in ordine 369. 521. 285. 395 275.

Comm. Cardinalis Caietani.

Titulus clarus.

¶ In corpore, quinque facit. Primo, proponit conclusionem responsiuam affirmatiue. Secundo, ponit occasionem diuersitatis opinionum. Tertio ponit opinionem oppositam. Quarto improbat eam simul probando intentam, tripliciter. Quinto, ad bonitatem doctrinæ addit, quid sentiendum sit de illo alio intellectu.

¶ Quo ad primum, conclusio est ista: Intellectus agens, de quo philosophus loquitur, est aliquid animæ nostræ. Vbi nota, quod non absolute, sed cum determinatione illa. s. de quo Philosophus loquitur, proponit conclusionem, quoniam, ut in quæstionib. disputatis patet, multi per intellectum agentem intelligunt Deum gloriosum, qui uerissime est intellectus simpliciter, & summe agens, sed extra propositum nostrū, quia nobis propria inquirimus.

¶ Quo ad secundum, occasio diuersitatis est, quia oportet ponere intellectum quendam superiorem nostro, a quo noster intelligendi uim habeat. Probatur triplici medio. Tum, quia ante participans, est per essentiam tale. Tum, quia ante mobile est immobile. Tum quia ante imperfectum est perfectum. Constat.n. q anima nostra quo ad primum, est intelligens per participationem in cuius signum non tota totalitate potestatiua est intellectualis, sed secundū aliquas suas uires est intellectiua, & secundū aliquas sensitiua. Et quo ad secundū est mobilis, dū intelligit cū discursu. discursus.n. in intellectualib. est, ut motus in mobilib. ad acquisitionem termini. Et quo ad tertium est imperfecta. Tum, quia nō oīa, s. per proprias spēs intelligit. Tum, quia procedit de potentia ad actū. A tali aūt per essentiā & immobili, & perfecto, dubiū nō est, emanare q tale p participationē mobile & imp̄fectū, est igitur aliqs sup̄ior intellectus, a quo nr̄a aīa dependet in intelligendo.

¶ Quo ad tertiū, opinio multorū fuit, q ille intellectus superior & separatus, est intellectus agens illustrans phantasmata &c. Et hæc opinio est Auer. & est Platonis, ut in litera dicitur.

Quo ad quartum p̄batur, q dato q iste intellectus illustraret phantasmata, adhuc oportet ponere alium intellectū agentē, qui sit aliquid aīæ nostræ qđ est conclusio proposita. Et probatur tripliciter. Primo, rōnē tali in oī natura p̄fecta, p̄ter agētia uniuersalia, inditæ sunt uirtutes actiuæ p̄priæ ad perficiēda propria illius opera, sed aīa humana est natura perfecta, immo perfectissima omnium inferiorum. ergo præter agentia uniuersalia sunt in ea uirtutes propriæ quasi uniuocę ad opera propria perficienda.

¶ Circa hanc rōnē dubium occurrit, quia uī petere principiū in

in minore: subsumit.n. vel supponit, quòd facere intelligibilia in actu, sit opus animæ humanæ: hoc enim est de quo disputatur cũ ponentibus intellectum agentem separatum.

¶Ad hoc dicitur, quòd (vt apparet ex secundo contra Gent. c.76. in quarta ratione contra Auerr. & Alex.) ista ratio nõ supponit neque subsumit, quòd facere intelligibilia in actu, sit nostrum opus: sed probat hoc: subsumit autem, quòd intelligere sit opus humanum, & consistit in agere intellecta in actu, & pati ea. ergo principium proprium agendi & patiendi est in ea, alioquin imperfectiora habuissent omnia principia necessaria ad sua opera, & humana anima perfectissima, non.

¶Secundo sic, experimur nos abstrahere vniuersalia à phãtasmatib. ergo intellectus agens est aliquid nostri. consequentia probatur, quia actio non conuenit alicui, nisi principium illius, quod est ratio agendi, insit illi, cui attribuitur actio. Antecedens verò liquet ex eo, quod ad libitum quæcumque oblata intelligimus in communi, hoc enim absque abstractione fieri nequit.

¶Tertiò, probatur authoritate Aristot. qui comparauit ipsum lumini, ad differentiam Platonis, qui comparauit Soli.

¶Quo ad quintum, quia diuersæ sunt opiniones de illo intellectu separato, dum aliqui tenent illum esse vltimam intelligentiam, vt Auicen. aliqui penultimam, vt Auerroes: aliqui Deum, vt Doctores catholici. Et quia magni refert ad fidem: quoniã in illius consequutione tãquàm in propriæ causæ adeptione consistit beatitudo: ideo S. Tho. solicitus de his quæ sunt fidei, statim subdidit, ꝙ secundũ fidei documenta, intellectus ille habens illas tres, quas diximus conditiones, est Deus gloriosus, in quo solo beatur anima, & à quo solo est signatum lumen in nobis.

SVP. Q. LXXIX. ART. V.

393 De anima art. 5.

Concl. Necesse est dicere; quòd sint plures intellectus agentes secundum pluralitatem animarum.

¶Prob. Quia impossibile est; quod eadem numero virtus sit diuersorum subiectorum, & intellectus agens est virtus (.i. accidentalis potentia) animæ tanquàm sui subiecti, quæ animæ multiplicantur secundũ multiplicationem hominũ q.76.art.2.

*Lib.3 de aia tex.19. & 20.to.2.

1^m de minori.

Separatum. ℞. Secundum seipsum: nõ, secundum operationẽ suam. §. Tunc nihil &c. Nam separatum secũdum operationem suã à corpore, id est non vtens in operãdo organo corporeo, potest esse coniunctum secundum se corpori,* inquantum est in anima corpori iuncta, & sic multiplicari secundum animas. Sic est de intellectu agente: vt patet in litera hoc docente ex textu Philosophi.

*Lib.3.de aia tex.18. tom.2.

*Art. præced.

2^m de minori.

Vnum. ℞. Secundum habitudinẽ illam, qua est causa vnitatis. §. & hoc sufficit. Tunc nihil &c. Nam intellectus agens est vnus secundum habitudinem illam, qua est causa vnitatis. Hæc autem vnitas secundum habitudinem illam, prouenit ex hoc; quòd intellectus agens est immaterialis: non ex hoc quòd sit vnus in omnibus habentibus intellectum. Et consequenter infert quidem, illum intellectum in omnibus esse immaterialem; sed non infert, in omnibus esse vnum.

*q.76. art.2.

¶Coroll. Ergo intellectum esse vnum secundum habitudinem illam, qua est causa vnitatis, est: ipsum esse vbique immaterialem. Ergo ipsum magis esse sic vnum, quam illud, quod fit vnum ab ipso, id est magis quàm vniuersale, est: ipsum esse magis immateriale, quàm vniuersale. Et re uera sic est. Nam immateriale secundum se est magis immateriale, quam immateriale per aliud, id est per abstractionem (vt patet): & intellectus agens est secundũ se immaterialis, vniuersale autem factum ab ipso est immateriale per abstractionem.

ARTICVLVS V.

Vtrum intellectus agens sit vnus in omnibus.

Ad qvintvm sic proceditur. Videt', quòd intellectus agens sit vnus in omnibus. Nihil.n. quod est separatũ à corpore multiplicatur secundũ multiplicationem corporum. Sed intellectus agens est separatus, vt dicitur in 3.* de anima. Ergo non multiplicatur in multis corporibus hominum: sed est vnus in omnibus.

¶2 Præte. Intellectus agens facit vniuersale, quod est vnum in multis. Sed illud, quod est causa vnitatis, magis est vnũ. ergo intellectus agens est vnus in omnibus.

¶3 Præt. Omnes homines conueniunt in primis conceptionib. intellectus. His autem assentiũt per intellectum agẽtem. ergo cõueniunt omnes in vno intellectu agente.

Sed contra est, quòd Philos. dicit in * 3. de anima, quòd intellectus agens est sicut lumen: non autem est idem lumen in diuersis illuminatis. ergo non est idẽ intellectus agens in diuersis hominibus.

Resp. Dicendum, ꝙ veritas huius quæstionis depẽdet ex præmissis.* Si.n. intellectus agens non esset aliquid animæ, sed esset quædam substantia separata, vnus esset intellectus agẽs omniũ hominum: & hoc intelligunt qui ponunt vnitatẽ intellectus agentis. Si autẽ intellectus agẽs sit aliquid animæ, vt quædam virtus ipsius, necesse est dicere, ꝙ sint plures intellectus agentes, secundũ pluralitatem animarum, quæ multiplicantur secundum multiplicationem hominum, vt suprà dictũ* est. Non enim potest esse, quòd vna & eadem virtus sit diuersorum subiectorum.

Ad primvm ergo dicendũ, ꝙ Philosophus probat intellectũ agẽtem esse separatũ per hoc, ꝙ possibilis est separatus: quia (vt ipse * dicit) agens est honorabilius patiẽte. Intellectus autem possibilis dicitur separatus, quia non est actus alicuius organi corporalis. & secundum hunc modum, etiã intellectus agẽs dicitur separatus, non quasi sit aliqua substantia separata.

Ad secvndvm dicendũ, quòd intellectus agens causat vniuersale abstrahendo à materia. Ad hoc autem non requiritur, quòd sit vnus in omnibus habentibus intellectũ: sed quòd sit vnus in omnibus secundum habitudinem ad omnia, à quibus abstrahit vniuersale respectu quorum, vniuersale est vnũ. Et hoc competit intellectui agenti inquantum est immaterialis.

Ad tertivm dicendũ, quòd omnia quæ sunt vnius speciei, cõicant in actione cõsequente naturã speciei: & per consequens in virtute, quæ est actionis principium, nõ ꝙ sit eadem numero in omnibus. Cognoscere autẽ primã intelligibilia est actio consequens speciẽ humanam. Vndè oportet, ꝙ omnes homines cõicent in virtute, quæ est principiũ huius actionis. & hęc est virtus intellectus agentis. Non tamen oportet, ꝙ sit eadem numero in omnibus: oportet tamen, ꝙ ab vno principio in omnibus deriuetur. Et sic illa cõmunicatio hominum in primis intelligibilibus, demonstrat vnitatẽ intellectus separati, quem Plato cõparat Soli, non autem vnitatẽ intellectus agentis, quem Arist.* comparat lumini.

D. 173.

3^m de conclusione.

Vno. ℞. Specificè sumpto: non, numeraliter. §. Tunc nihil &c. Nam conclusio intendit de vno numeraliter. Quid autem illa communicatio hominum in primis intelligibilibus inferat; vide circa finem respõsionis.

*Lib.3.de aia tex.19. tom.2.

APPENDIX.

Ex artic. habes primò: quomodo per rationem ostendas, Philosophũ rectè potuisse intellectum agentem non esse vnum omnibus; dum 3. de anima tex.17.18. statuit; ipsum esse aliquid animæ, & assimilari lumini. Lumen enim idem numero non est in diuersis illuminatis: & non est immultiplicabile accidens, si id, cuius est accidens multiplicetur. Hinc nota: quòd contrarium non tantum est contra Philosophum: sed etiam contra veritatem orthodoxæ fidei: vt habetur ex supradictis quæstio.76. artic.2. à Papa Leone X. præsentis articuli determinationẽ applicatis. Tunc enim cognosces, quòd sicut error est in fide, ponere intellectiuam animam esse vnam in omnibus: ita ponere intellectum, vel possibilem, vel agentem esse vnum in omnibus. Secundò vides: quomodo ex his vicissim Angelica firmetur conclusio.

Vtilitas pro philosoph.

2 *Lib.3.de aia tex.108. tom.2.

AR-

¶Notat. Præsenti articulo seruit articulus in ordine 392.370.

Pro stud. var. coor.

Comm. Cardinalis Caietani.

Titulus clarus, vnus numero.

¶In corpore respondet quęsito iuxta vtramque viam, s. quòd si intellectus agens est substantia separata, est vnus numero, si aliquid animæ, multiplicatur cum ea, vt patet.

Ferr.1.cont.c.74. Seo.1.f.d.3.q.6.

SVP. Q. LXXIX. ART. VI.

394 3.cõ.c.74. §. Et veri. q.10. ar.2. * c.3.& 8. circa prin.

CONCL. Si memoria accipiatur solum prout est conseruatiua specierũ, necesse est dicere; memoriam esse in intellectiua parte: si verò de ratione memoriæ sit, quod eius obiectum sit præteritum, vt præteritum, sic memoria in parte intellectiua non erit.

¶ PROB. Quia & Aristoteles hoc ponit, dum dicit intellectum scientem posse operari per seipsum, cum voluerit; & ratio suadet, cum intellectus sit stabilioris naturæ, quàm materia corporalis, quę tamen retinet, species etiam, postquàm agere cessauit. Secunda autem pars, scilicet si verò &c. probatur; Quia intellectiua pars non est particularium; & præteritum, vt præteritum, ad conditionem particularis temporis pertinet.

1^m ex Augustino. Communia. R. Secundũ rei veritatem: nõ, quandoque, secundum nomen. § Tunc nihil &c. Secundũ nomen enim tantum est commune nobis cum brutis habere memoriam: cum in vtrisq; conseruatio specierum nominetur memoria: & tamen re nera in vtrisque differt quo ad existere suum, quòd est esse in subiecto: vt docet litera.

2^m de maiori. Præteritorum. R. Vel quantum ad obiectum cognitum, & actum cognitionis simul: vel q̃tum ad actum cognitionis tantum. §. Tunc nihil &cęt. Licet enim memoria præteritorũ modo primo sumptorum sit tantum in parte sensitiua: tamen memoria præteritorũ secundo modo sumptorum est in intellectiua. Intellectus enim memorans præterita, intelligit se prius intellexisse, & consequenter actum suum priorem: non autẽ intelligit præteritum, prout est hic, & nunc, quòd est obiectum cognitum. Ex litera igitur patet: quomodo intelligere debeas id conclusionis, quando s. dicitur, quòd memoria, vt eius obiectum est præteritum, vt præteritum, non est in parte intellectiua.

Tertium

ARTICVLVS VI.

Vtrum memoria sit in parte intellectiua anima.

AD SEXTVM sic proceditur. Videtur, quòd memoria nõ sit in parte intellectiua animę. Dicit enim August. * 12. de Trinit. quòd ad partem superiorẽ animæ pertinent, quæ non sunt hominib. pecoribusq; communia. Sed memoria est hominibus pecoribusq; communis. Dicit. n. † ibidẽ quòd possunt pecora sentire per corporis sensus corporalia, & ea mandare memoriæ. ergo memoria non pertinet ad partẽ animæ intellectiuã.

† Li.12 de Trinit.c.2. in princip. tom.3.

¶ 2 Præt. Memoria præteritorum est. Sed pręteritum dicitur secundũ aliquod determinatum tẽpus. Memoria igitur est cognoscitiua alicuius sub determinato tẽpore, quod est cognoscere aliquid sub hic, & nunc. hoc autem non est intellectus, sed sensus. Memoria igitur nõ est in parte intellectiua, sed solum in parte sensitiua.

¶ 3 Pręt. In memoria conseruãtur species rerum, quæ actu non cogitantur. Sed hoc non est possibile accidere in intellectu, quia intellectus fit in actu per hoc, quod informatur specie intelligibili. Intellectum autem esse in actu, est ipsum intelligere in actu. & sic intellectus omnia intelligit in actu, quorũ species apud se habet. non ergo memoria est in parte intellectiua.

SED CONTRA est, q Aug. * dicit 10. de Tri. quòd memoria, intelligentia, & volũtas, sunt vna mens.

* Li.10. de Trin.c.11. parũ ante med. to.3.

RESPON. Dicendũ, quòd cum de ratione memoriæ sit conseruare species rerum, quæ actu nõ appręhenduntur, hoc primum considerari oportet: vtrum species intelligibiles sic in intellectu conseruari possint. Posuit enim Auic. hoc esse impossibile. In parte enim sensitiua dicebat hoc accidere quantum ad aliquas potentias, inquantum sunt actus organorũ corporalium, in quibus conseruari possunt aliquæ species absque actuali appræhensione. In intellectu autem qui caret organo corporali, nihil existit nisi intelligibiliter. Vnde oportet intelligi in actu illud, cuius similitudo in intellectu exigit. Sic ergo secundũ ipsum, quàm cito aliquis actu desinit intelligere aliquã rem, desinit esse illius rei species in intellectu: sed oportet si denuo vult illam rem intelligere, quòd conuertat se ad intellectum agentẽ, quem ponit substantiam separatam, vt ab illo effluant species intelligibiles in intellectum possibilem. Et ex exercitio & vsu conuertendi se ad intellectum agentem, relinquitur secundũ ipsum quædam habilitas in intellectu possibili conuertendi se ad intellectum agentem, quem dicebat esse habitum sciẽtię. Secundum igitur hanc positionem, nihil conseruatur in parte intellectiua, quod non actu intelligatur. Vnde non poterit poni memoria in parte intellectiua secundũ hunc modum. Sed hæc opinio manifestè repugnat dictis Arist. Dicit enim in 3. * de anima, q cũ intellectus possibilis sic fiat singula, vt sciens dicitur quis s̃m actum, & q hoc accidit cum possit operari per seipsum: est quidem igitur & tunc potentia quodammodo, non tamẽ simpliciter vt ante addiscere aut inuenire. Dicitur autem intellectus possibilis fieri singula, s̃m q recipit species singulorum. Ex hoc ergo, q recipit species intelligibilium, habet quòd possit operari cũ voluerit, non autem quòd semper operetur: quia & tunc est quodammodo in potentia: sed aliter quàm ante intelligere, eo s. modo quo sciens in habitu est in potentia ad considerandum in actu. Repugnat etiam prædicta positio rationi. Quod. n. recipitur in aliquo, recipitur in eo secundum modum recipientis. Intellectus autem est magis stabilis naturæ, & immobilis q̃ materia corporalis. Si ergo materia corporalis formas, quas recipit, non solum tenet dum per eas agit in actu, sed etiam postq̃ agere cessauerit, multò fortius intellectus immobiliter & inamissibiliter recipit species intelligibiles, siue à sensibilibus acceptas, siue ab aliquo superiori intellectu effluxas. Sic igitur si memoria accipiatur solum pro vi conseruatiua specierum, oportet dicere memoriam esse in intellectiua parte. Si verò de ratione memorię sit, quòd eius obiectum sit præteritum vt præteritum, memoria in parte intellectiua non erit: sed sensitiua tantum, quæ est appręhensiua particularium. Præteritum enim vt pręteritum, cum significet esse sub determinato tempore, ad conditionem particularis pertinet.

* Lib.3. de anima, tex tu 8.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd memoria, secundum quòd est conseruatiua specierum, non est nobis pecoribusque communis. species enim conseruantur non in parte animę sensitiua tantum: sed magis in coniunctio, cum vis memoratiua sit actus organi cuiusdam. Sed intellectus secundum seipsum est conseruatiuus specierum præter concomitantiam organi corporalis. Vnde Philosophus * dicit in 3. de anima, quòd anima est locus specierum non tota, sed intellectus.

* Lib.3. de aia, tex. 6. tom.2.

AD SECVNDVM dicendum, q præteritio potest ad duo referri, s. ad obiectũ, quod cognoscitur, & ad cognitionis actum. Quæ quidem duo simul coniunguntur in parte sensitiua, quæ est appręhensiua alicuius per hoc, quòd immutatur à præsenti sensibili. Vnde simul animal memoratur se prius sensisse in præterito, & se sensisse quoddam præteritum sensibile. Sed quantum ad partem intellectiuam pertinet præteritio accidit, & non per se conuenit ex parte obiecti intellectus. Intelligit. n. intellectus hominẽ inquantũ est homo. Homini autem inquantum est homo accidit, vel in præsenti, vel in præterito, vel in futuro esse. Ex parte verò actus, præteritio per se accipi potest, etiã in intellectu, sicut in sensu: quia intelligere animæ nostrę est quidam particularis actus in hoc, vel in illo tempore existens: s̃m quòd dicitur homo intelligere nũc, vel heri, vel cras. Et hoc non repugnat intellectualitati: quia huiusmodi intelligere, quãuis sit quoddam particulare, tamen est immaterialis actus, vt s. de intellectu dictum * est. Et ideo sicut intelligit seipsum intellectus, quàmuis ipse sit quidã singularis intellectus, ita intelligit suum intelligere, quod est singularis actus vel in præterito, vel in præsenti, vel in futuro existens. Sic igitur saluatur ratio d memoriæ, quantum ad hoc, quòd est præteritorũ in intellectu, secundum quòd intelligit se prius intellexisse, non autem secundùm quòd intelligit præteritum, prout est hic, & nunc.

* q.75. artic.2.

D.865.

AD

5m de minori. Intellectũ. ℞. In potentia tantum, vel in actu tantum; non, in habitu: §. Tunc nihil &c. De intellectu enim tantum in habitu loquimur: quando memoriam ibi locamus (vt per Aristotelem probantem conclusionem suprà patet).

AD TERTIVM dicendũ, quòd species intelligibiles aliqñ sunt in intellectu in potentia tñ. Et tunc dicitur intellectus esse in potentia. Aliquando autẽ secundũ vltimam completionem actus: & tũc intelligit actu. Aliquando medio modo se habet inter potentiam & actum: & tunc dicitur esse intellectus in habitu. Et secundùm hunc modum intellectus conseruat species, etiam quando actu non intelligit

A R-

APPENDIX.

Vtilitas pro Eccle. s. Dei.

EX art. habes primò: quõ per rationem ostendas ad diuitis epulonis animã intellectiuã rectè dictũ Luc. 16. Recordare, qa recepisti bona in vita tua, & Lazarus fili (i. ſm tuã opinionẽ, quę illa bona pro bonis; ista mala pro malis habebat) mala. Recordare, inquit, ecce memoria in parte intellectiua. Corpus. n. defunctũ erat: & cõsequẽter destructa erat iã memoria diuitis sensitiua. Scd͂ò habes, quõ dictũ illud Euangelicũ, & filia, ſm catholicũ sensum intelligas, intelſm probes, probatum contra aduersarios tu tuearis.

2

Tertiò vides: quõ ex his vicissim Angel. firmeẽ conclo, atq; declareẽ.

3

¶ Not. Præsenti artic. deseruit in ordine art. 419. 363. 368.

Pro studio vario.

Comm. Cardinalis Caietani.

TItulus clarus.

¶ Memoria, vt patet in de memoria & reminiscentia significat vim conseruatiuã cognitorum præteritorũ vt pręterita sunt. Et patet hoc ex communi vsu loquentium: nullus enim dicit se recordari alicuius, nisi sub ratione alicuius p̃teriti actus & noti.

¶ In corpore, subintellecta distinctione duorum quæ inueniuntur in memoriæ ratione, quæ sunt conseruatio specierum ac rerum apprehensarum, & præteritio rei apprehensæ, duo principaliter facit. Primo, respondet quæsito iuxta primam memoriæ cõditionem, scilicet conseruare. Et secundo, iuxta secundam rationem obiectis.

¶ Quo ad primum, primo refert opinionem Auic. secundò respondet secundum propriam opinionem. Ex Auicen. refert tria: radicem opinionis, opinionem ipsã & concomitans ipsam. Et sic quarto applicando ad propositum respondetur quæsito negatiue secundum Auicennam.

¶ Circa radicẽ opinionis aduerte, quòd satis profunda est. Ad cuius euidentiã sciendum est, quod aliquid esse in aliquo, contingit dupliciter, s. cognoscibiliter, & realiter. Cognoscibiliter vocatur esse in aliquo, quod est in eo vt cognitum in cognoscẽte, realiter verò quod est in eo, vt res in re, quomodo quęlibet forma est in eo quod informat. Hac autẽ distinctione verissima supposita, vlterius. Auic. vtens alia propositione, s. Vis cognoscitiua non recipit nisi cognoscibiliter, sub ea subsumebat: sed intellectus est vis cognoscitiua. ergo non recipit nisi cognoscibiliter. Tunc vltra: sed retinere species absque cognitione, est habere eas non cognoscibiliter, sed realiter, quia non per modum cogniti, sed rei retinentur, vt quælibet forma in subiecto: ergo nulla vis cognoscitiua retinet species, quàm primum desinit habere cognitum vt cognitum. Vnde, vt in parte sensitiua conseruarentur species, distinxit vires sensitiuas, in cognoscitiuas, & hæ non seruant & in thesauros specierum, in quibus appręhẽsa conseruantur. Et quoniam talis distinctio virium sensitiuarum permittitur, quia tota pars sensitiua est organica, ex hoc habet, quòd retineat aliquid per modum rei, communicans in hoc cum materia corporali, & intellectiua pars, quia ab omni corpore est eleuata, consequens est, quod pars intellectiua recipiat tantum cognoscibiliter, & consequenter quòd non conseruet, & sic patet radix opinionis Auic. Ipsa autem opinio consistit in hac negatiua, s. quòd non cõseruat, & in affirmatiua, s. quod quotiens intelligit, fluit in ipsum ab intellectu agente species intelligibilis. Comitatur autẽ ipsam, quòd apud ipsum doctus differt ab inscio, habilitate se conuertendi ad intellectũ agentem. Et sic patet responsio ad quæsitum apud illum. Ex propria opinione S. Tho. arguit contra Auic. primo authoritate Arist. secundo ratione. tertio concludit responsionem ad quæsitum affirmatiue: omnia clara sunt in litera, & habes hoc diffusius in secundo contra Gent. cap. 74.

¶ Aduerte hic, quòd Auicen. in hoc videtur deceptus, quòd non subtiliter distinxit latitudinem actus & potentiæ. Concesso siquidem toto suo processu, & conclusione quæ sequitur, s. quod intellectus nihil recipit nisi intelligibiliter, vlterior consequẽtia. s. ergo non recipit nisi quamdiu actu cognoscit, supponit vnũ falsum, s. quòd recipere cognoscibiliter contingat vno tantum modo, s. in actu: cum tamen contingat duobus, s. in actu puro, & in actu permisto potentiæ, s. in actu secundo, & in actu primo. Vnde in diffinitione animæ ponitur, quòd est actus primus sicut somnus, quod non saluaretur si tunc tantum non operaretur cum est in potẽtia: cum hoc sit commune omnibus passiuis principijs: sed optimẽ saluatur cum anima ponitur talis natura, quòd est actu quandoque, vt somnus, quandoque vt vigilia. Constat autẽ, quòd esse actu vt somnus, est esse in actu primo, & rursus constat, quòd esse actum primum præcipue conuenit animæ intellectiuæ. igitur non ex hoc quod organica est pars sensitiua, sed ex alia ratione, in qua communicat cum intellectiua, habet quod retineat species, & actu non cognoscat. Nec species conseruari [illegible] esse per modum rei, sed est esse cognoscibiliter non actu, nec potentia, sed medio modo inter actũ & potentiam, i. partim in actu & partim in potentia. Cognoscitiuum enim tripliciter potest se habere ad cognitum, s. in pura potentia. Et tunc, nec est cognoscibile in actu, nec cognitum in actu, sed vtrumque in potentia. Vel partim in actu & partim in potentia: & tunc est cognoscibile in actu, & non est cognitum in actu, sed est in potentia vt sit cognitum in actu. Vel totaliter in actu, & tunc est ipsum cognitũ in actu. Vnde cum species conseruatur, obiectum est in cognoscitiuo cognoscibiliter, quia vt cognoscibile, quàmuis non vt cognitum. Et quia obiectum esse cognoscibiliter vtroque modo, s. vt cognoscibile, & cognitum, non aduertit Auic. ideo putauit speciẽ remanere per modum rei. Et ipsum sequitur multa illustrium virorum turba, in hoc, tamen minus perspicacium. Et ideo tu bene nota hæc, quoniam ex hac radice multæ soluuntur quæstiones, & nobilitas cognoscitiuæ naturæ sustinetur.

¶ Quo ad secundum, respondet iuxta secundam conditionem memoriæ negatiuè. Et ratio satis clara est, quia potentiæ vniuersalis obiectum non est particulare: præteritum autẽ vt sic, particulare est, quia ad certam temporis differentiam est determinatum: est. n. sermo de præterito in actu exercito. Præteritũ enim in actu signato, importatur hoc nomine præteritum: in actu verò exercito verbis præteriti tẽporis, vt fui, percussi, locutus sum, &c. Constat autem quod quemadmodum intellectus nõ immutatur à colore hoc, ita nec à colore: vt sensatus fuit heri, quia abstrahit à particulari, & tamen constat, quòd cum memoramur, immutamur ab obiectis, vt tunc occurrerunt. ergo.

¶ Circa hanc partem aduerte duo. Primum est, quòd ex hoc, quòd intellectus reflexè respicit singulare, non sequitur quòd in eo sit memoria, quia cognitio reflexa non ponit in eo speciẽ ipsius singularis, cuius conseruatione possit habere rationem memoriæ, oportet enim memoriam præteriti, vt sic, habere obiecti præteriti, vt sic, ac per hoc singularis speciem. Et ideo in litera ex negatione singularitatis in obiecto intellectus vt sic, infertur negatio memoriæ vt præteriti per se: non tamen inconueniens intellectum reflexè reminisci singularium, sicut & cognoscit ea, & hoc bene nota. Secundum est, quòd Scot. in 4. quæst. distinc. 45. quæst. 3. tenet memoriam singularium sensibilium vt præteritorum &c. esse in intellectu. Sed quia (vt ipsemet dicit) supponit intellectum cognoscere intuitiue hæc singularia sensibilia, & actiones sensuum nostrorũ, & inferius erit specialis quęstio: vtrum intellectus noscat singularia: ideo illucusque differatur solutio rationum suarum.

¶ Circa hunc sextum articulum, remanet dubium nõ dissimulandũ, & est tale. In anima separata est memoria quo ad vtrãque conditionẽ, s. conseruationem obiecti, & præteritionẽ tam actus, q̃ obiecti sensibilis, ergo in parte intellectiua est memoria complete. Antecedens patet, quia aliter nõ recordaretur malorũ sensibilium, quæ fecit, puta, quòd fecit tale furtum, tunc, cum tali &c. consequentia autem est per se nota, quia quod remanet in anima separata, ad solã partem intellectiuã pertinet. Ad hoc non potest cõpletè dici, donec de anima separata determinetur. Verũtamen cõcesso antecedente: de cuius veritatis modo in q. 89. erit sermo: dicitur, quòd præteritio obiecti dupliciter inueniri potest in memoria. Vno modo, vt cognita, & memorata, & sic inuenitur in anima separata. Alio modo, vt immutans ad memorãdum, & sic non inuenitur in anima intellectiua. & tamen ad memoriam propriè dictam requiritur præteritio obiecti vtroque modo, vt experimur in nobis: immutamur enim cum reminiscimur à rebus, vt tunc, & ibi cognitis, & sic recordamur eas tunc, & ibi nobis occurrisse: anima autem separata nouit quidem se tunc ibi hoc commisisse: sed non immutatur ab illo, vt tunc ibi commisso. Negatur ergo antecedens quo ad præteritionem obiecti vt immutatiuã, conceditur tamen vt terminatiuam. Et hoc modo cõceditur etiam consequentia, quia ista memoria non est nisi memoria reflexa & indirecta, quæ non est proprie & completè memoria, vt ex dictis patet, & ex dicendis, cum de intellectione singularium erit sermo, clarius patebit. Et hæc vera videntur, si anima separata per species hinc delatas, horum recordatur.

Ferr. 2. com. c. 74.
Aegid. 1. f. d. 3. q. 1. ar. 2.

SVP. Q. LXXIX. Art. VII.

395
3. d. 2. q. 4. art. 1. Et 2. cont. c. 74. fi. Et veri. q. 7. art. 3. ad 3. & q. 10 art. 3.
* c. 11. & 12. to. 3.

CONCL. 1. Nulla alia dña potentiarũ in intellectu esse pôt: nisi possibilis, & agentis.

¶ PROB. Quia intells respicit suũ obiectũm, fm cõem rõnem entis (cũ intell. possibilis sit, quo oia fieri): & potentia, fm propriã rationẽ ordinata ad aliqđ obiectum fm cõem rõnem obiecti, nõ diuersificat fm diuersitates particulariũ dñarum illius obiecti (vt patet de potẽtia visiua respectu sui obiecti). Scđa autem pars, scilicet &c. probat: Quia respectu eiusdem obiecti aliud principiũ oportet esse potẽtiam actiuam, quæ facit obiectum esse in actu; & aliud potentiã passiuã, quæ mouetur ab obiecto in actu existente.

† q. 78. artic. 4.
* Lib. 10. de Trin. c. 12. tom. 3.

¶ CONCL. 2. Memoria intellectiua non est alia potentia ab intellectu.

† Lib. 3. de aia tex. 6. tom. 2.
* Ar. præc.

¶ PROB. Quia ad rõnem potentiæ passiuæ pertinet cõseruari, sicut et recipere: & intellectus est potẽtia passiua.

* q. 77. artic. 3.
* q. 77. artic. 3.

¶ NOT. Prima conclo ostendebat idẽ qđ scđa (vt patet): sed prima vliter, scđa specialr. Itẽ illud, qđ prima probauit vliter: hoc ipsum, quoad negatiuã, probabunt specialr articuli, vsque ad finem. q̃onis.

1^m ex August.

Memoriã, intelligẽtiã, voluntatẽ. R. Habitualem speciesũ retentionem; actũ intells, actũ voluntatis: non aũt, tres potentias. §. Tunc &c. Cum. n. de potẽtijs loquamur quęrẽdo, verũ memo-

D. 752.

ARTICVLVS VII.

Vtrũ alia potentia sit memoria intellectiua, & alia intellectus.

AD SEPTIMVM sic proceditur. Vr, q̃ alia potẽtia sit memoria intellectiua, & alia intells. Aug. n. in 10.° de Trin. ponit in mẽte memoriam, intelligentiam, & voluntatẽ. Manifestum est aũt, q̃ memoria est alia potentia à voluntate. ergo similiter est alia ab intellectu.

¶ 2 Præt. Eadẽ rõ distinctionis est potentiarũ sensitiuę partis & intellectiuę. Sed memoria in parte sensitiua est alia potẽtia à sensu, vt s.† dictũ est. ergo memoria partis intellectiuæ est alia potẽtia ab intellectu.

¶ 3 Præt. fm Aug.* Memoria, intelligẽtia, & volũtas sunt sibi inuicem æqualia, & vnũ eorũ ab alio orit. Hoc aũt esse nõ posset, si memoria esset eadem potentia cum intellectu. Non est ergo eadem potentia.

SED CONTRA de rõne memoriæ, est q̃ sit thesaurus, vel locus conseruatiuus specierum. Hoc autẽ Philos. † in 3. de anima attribuit intellectui, vt dictũ* est. Non ergo in parte intellectiua, est alia potentia memoria ab intellectu.

RESP. Dicendũ, q̃ (sicut s. dictũ est *) potentię aĩę distinguunt fm diuersas rõnes obiectorum eo q̃ rõ cuiuslibet potẽtiæ cõsistit in ordine ad id, ad qđ dr, qđ est eius obiectũ. Dictũ est et s.* q̃ si aliqua potentia fm propriã rationẽ ordinet ad aliqđ obiectũ fm cõem rõnem obiecti nõ diuersificabit illa potẽtia fm diuersitates particulariũ dñarum. Sicut potentia visiua, q̃ respicit suũ obiectũ fm rõnem colorati, nõ diuersificat fm rõnem albi & nigri. Intellectus aũt, respicit suũ obiectũ fm cõem rõnem [d] entis, eo qđ intells possibilis est, qđ est oia fieri. Vndè, fm nullã dñam entiũ, diuersificatur dña intellectus possibilis. Diuersificat tñ potentia intellectus agentis, & intellectus possibilis: qa respectu eiusdẽ obiecti aliud principiũ oportet esse potentiã actiuam, q̃ facit obiectũ esse in actu, & aliud potentiã passiuã, q̃ mouet ab obiecto in actu existẽte, & sic potentia actiua cõparatur ad suũ obiectum, vt ens in actu ad ens in potentia. Potentia autẽ passiua cõparatur ad suũ obiectũ econuerso, vt ens in potentia ad ens in actu. Sic igitur nulla alia dña potentiarũ in intellectu esse potest, nisi possibilis & agentis. Vndè patet, quòd memoria nõ est alia potentia ab intellectu. Ad rationem. n. potentiæ passiuæ pertinet conseruare, sicut & recipere.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd q̃uis in tertia distinctione primi sententiarum dicatur, quòd memoria, intelligẽtia, & voluntas sint tres vires, tñ hoc non est fm intentionẽ Aug. qui expressè dicit in 14. de Tri.* quòd si accipiant memoria, [d] intelligẽtia, & voluntas secundum quòd semper presto sunt animæ siue cogitetur, siue non cogitetur, ad solam memoriam pertinere videntur. Intelligentiam autem nunc dico, qua intelligimus cogitãtes: & eam voluntatẽ, siue amorẽ, vel dilectionem, quæ istam prolem parentemq; coniungit. Ex quo patet, quòd ista tria non accipit August. pro illis tribus potentiis, sed memoriam accipit pro habituali animæ retentione: intelligentiam autem pro actu intellectus, voluntatem autem pro actu voluntatis.

AD SECVNDVM dicendũ, quòd præteritum & presens, possunt esse propriæ dñæ potentiarũ sensitiuarum, secundũ diuersitatem obiectorum, non autẽ potentiarum intellectiuarum, ratione supra dicta.*

AD TERTIVM dicendũ, quòd intelligentia oritur ex memoria, sicut actus ex habitu. Et hoc modo etiam æquatur ei, non autem sicut potentia potentiæ.

memoria intellectiua & intells sint diuersæ potẽtiæ; & August. ibi in argumẽto adductus non sumat memoriam & intellectũ pro potentijs: patet, quòd argm non tãgit propositum.

2^m maior. Eadẽ rõ &c.

R. Negatur ista maior. §. Rationem negationis docet litera.

3^m ex August.

Vnum ab alio. R. Tanq̃ actus ab habitu: non, tanq̃ potentia à potentia. §. Tunc &c. Patet enim q̃ vniusmet potentiæ actus pôt oriri ex eiusdẽ habitu: vt qñ actu cogitas conclusionẽ aliquã, de qua iam diu habebas notitiam.

D. 866.

APPENDIX.

EX artic. habes primò: quomodo per rõnem ostẽdas, rectè dictũ à Philos. 3. de aia, tex. 6. qđ aia est locus specierũ, non tota, sed intells. Hoc est. Memoria intellectiua, & intellectus sunt idẽ, i. eadẽ potentia. Nihil. n. aliud est de rõne memoriæ intellectiuę: nisi esse thesaurũ, seu locũ conseruatiuum specierum. Cũm ergo intells sit, fm Philos. ibi, locus cõseruatiuus specierũ: patet, quòd fm eũ, intellectus est memoria intellectiua fm rẽ. Secundò habes: qũo per rõnẽ sensum Philosophi prædictum probes esse verũ, & probatũ defendas. Tertio vides: qũo ex hoc, alijsq; similib. locis, vicissim Angelica conclusio firmetur.

¶ NOT. Præsenti artic. sunt adiumento vtcũque articuli in ord. 385. 388. 379. 394. 301. 392. 398. 469.

Vtilitas pro philosoph.
* c. 10. & 11. tom. 3.
D. 721.
a
3
* Ar. præc.
Pro stud. var. coor.

A R-

Comm. Cardinalis Caietani.

TItulus clarus est.

¶ In corp. vnica conclo rñsiua negatiuè. Memoria intellectiua nõ est alia potẽtia ab intellectu possibili. Probat sic. In intellectu nulla pôt esse diuersitas potentiarũ, nisi agẽtis & possibilis. ergo memoria nõ est alia potẽtia ab intellectu possibili. Antecedens quo ad vtrãq; partẽ probat, vigore talis distinctionis implicitæ, diuersitas potentiarũ, aut est ex diuersitate formali obiecti, aut ex diuerso genere attingendi idẽ obiectũ formalr: Sed intellectus diuersitas nõ pôt esse primo modo, & scdo modo solũ causat distinctio inter agentẽ & possibilem, ergo in intellectu non potest alia esse potentiarũ diuersitas, nisi agẽtis & possibilis. Disiunctiua quo ad disiunctionis sufficientiã per se nota relinquitur: qm non facile esset, tertium modũ fingere. Primus. n. complectitur obiectũ, ad qđ est potentia. Secundus vero genus ipsius potẽtiæ, præter quæ duo nihil est essentialr. Quod ad mẽbra verò disiunctionis, singillatim in litera declarantur tali ordine. Primò, probatur quo ad primam partem sic. Potentia fm id quod est, est ad obiectum. ergo secundũ diuersitatem formalẽ obiecti, diuersificatur.

¶ Scdo probat minor, et quo ad primã partẽ sic. Potẽtia respiciens rõnem cõem, non diuersificat p inferiores dñas. ergo potẽtia respiciens rõnem entis non diuersificatur penes aliquas entis dñas. ergo intellectus nullã ex parte obiecti diuersitatẽ sortitur.

¶ Tertio, quo ad secundã partem tam maioris q̃ minoris: quia ad idẽ obiectũ alia est rõ agentis, alia patientis, quia illud vt actus ad potentiã, hoc vt potentia ad actũ se habet: consequentia verò dicit duo, & qđ memoria nõ est alia ab his, & qđ coincidit cũ intellectu possibili. Et quo ad primũ quidẽ, probatione non eget, quia si illæ sunt solæ, non datur ergo tertia. Quo ad scdm verò, probatur in litera, quia cõseruare, quòd est actus proprius memoriæ, est actus potentiæ passiuæ, sicut & recipere, & non potentiæ actiuæ: igitur non coincidit cum intellectu agente, sed possibili.

¶ Circa hunc processũ, duplr dubitatur. Primo simplr, deinde ad hoiem. Simplr quidem, quia ex ista rõne vr sequi, quòd nulla sit diuersitas specifica inter quoscũque intellectus formalr sumptos, nisi inter agentẽ & possibilem, & cõsequenter, quòd intells angeli & hoïs sunt eiusdem speciei, immo omnes intellectus sunt eiusdem speciei. Quod autẽ hoc sequatur, patet arguendo hac rõne sic. Nulla dña entis diuersificat intellectum. ergo nullus intellectus distinguit ab alio intellectu ex parte obiecti: omnes ergo intellectus sunt eiusdẽ speciei obiectiue, vt visus hominis & leonis, & sic nõ differunt formaliter vt intellectus sunt, sed vt proprietates sunt naturarum diuersarum, vt visus hominis & visus leonis.

Ante-

Antecedens est S. Thom. qui & probat illud, quia entis ratio est obiectum intellectus, consequentia est nota: quia non nisi penes entis differētias diuersa obiecta sumi possunt, nullus enim intellectus esse potest respectu non entis vt obiecti proprij.

¶ Ad hominem verò, quia ipsemet sanctus Thomas superius in quæstione 12. assignauit diuersitatem in intellectu ex parte obiecti; cum posuit triplicem gradum intellectus, iuxta triplicem modum essendi rei cognitæ, scilicet esse in materia, subsistere absque materia, & esse absque omni potentia. Quomodo ergo hic dicit nullam esse differentiam entis ex parte obiecti, penes quam diuersificari possit intellectiua vis? & ibi posuit tres entis differentias, esse obiecti intellectus differentias; ita quod essent diuersificatiuæ illius?

¶ Ad euidentiam horum sciendum est triplicem esse de hac quæstione opinionem. Quidam enim tenent intellectiuas potentias omnium angelorum & animæ, esse omnino eiusdem speciei, & in hanc opinionem declinat quodammodo Scotus in 2. distinc. 1. quæst. vlt. quamuis sub dubio relinquat. Alij verò tenent intellectiuas potentias, omnium angelorum, & animæ, esse eiusdem speciei, vt potentiæ sunt, id est in ordine ad obiecta. Esse autem diuersarum specierum, vt proprietates sunt diuersarum specierum, vt proprietates sunt diuersarum naturarum quemadmodum dicimus de potentijs sensitiuis exterioribus. Alij verò, credunt prædictas potentias esse omnino diuersarum specierum, & hæc est via Peripatetica, & sancti Thomæ. Fundatur autem opinio hæc vltima, & ratio contra alias, quia naturæ quarum sunt proprietates, diuersæ sunt specie, & operationes earum diuersarum sunt rationum, vt patebit. Sed vide in quæstione speciali. Nunc solum discutienda est ratio posita in litera, & dicendum, quòd apud sanctum Thomam, & veritatem, diuersitas intellectuum, non sumitur ex prima radice, scilicet ex diuersitate obiecti: sed ex secunda, scilicet diuersitate actus, & potentiæ. Et ratio primi dicti est, quia cum obiectum respectu alicuius intellectus ponatur dupliciter, scilicet terminatiuum & motiuum, aut quasi motiuum, diuersitas non attenditur penes diuersitatem obiecti motiui, quia illud non adæquatur potentiæ intellectiuæ: sed penes diuersitatem obiecti terminatiui, quod constat æquari potentiæ, & econuerso extensiuè, oportet enim de intellectu sicut de alijs potentijs loqui. Videmus autem, quòd visus hominis non distinguitur specie à visu noctuæ ex obiecto, quia vtriusque obiectum terminatiuum est idem: puta lux, quàmuis noctuæ visus à tenebroso tantum lumine, hominis verò à claro moueatur. Vnde, cum obiectum terminatiuum omnis intellectus, sit entis ratio, nulla ex parte obiecti diuersitas intellectus diuersificat, quàmuis motiuum obiectum intellectus nostri sit aliud à motiuo angelorum, quoniam quod quid est rei sensibilis, mouet nostrum intellectū, quilibet autem angelus propriam habet substantiam vt obiectum quasi motiuum. Ratio verò secundi dicti est, quia intelligere est actus perfecti, perfectum autem consequitur actus, & ideo sicut substantia immaterialis se habet substantialiter ad actum & potentiam, ita se habet ad intelligere. Vnde, primus intellectus, vt patet 12. Met. stabilitur puritate actus: infimus verò, in 3. de anima, constituitur pura potentia, & consequenter medij permistione, actus & potentiæ diuersa consurgunt. & hæc est illamet radix, qua intellectus possibilis distinguitur in litera ab intellectu agente, quia hic s. actu, ille potentia.

¶ Vnde ad primam dubitandi rationem respondetur, concedendo, quòd diuersitas potentiarum intellectiuarum non ex obiectis prouenit, sed neque ex agere & pati, sed ex radice & fundamento, vndè oritur distinctio inter agentem & possibilem, scilicet ex actu & potentia. Vnde cum in antecedente dicitur; In intellectu non est distinctio potentiarum nisi agentis & possibilis. intellige vel respectu intellectus nostri, vel simpliciter, glossando exceptiuam, nisi agentis & possibilis, id est nisi secundum radicem qua distinguuntur agens & possibilis, scilicet actum & potentiam.

¶ Ad secundam verò obiectionem dicitur, ꝙ illa distinctio & graduatio intellectuū, non est facta ad distinguendum intellectus simpliciter, quoniā hoc non erat in quæst. illa ad propositum, sed ad ostendendum efficaciā intensiuam cuiusq; intellectus: quoniā ex illa prouenit, ꝙ intellectus possit ex naturalib. videre, i. quidditatiuè cognoscere Dei substantiam. Et ideo per obiecta quasi motiua, graduauit intellectus: obiecta. n. motiua sunt adæquata intēsiuè potentijs. Vnde, non obstat proposito, vbi de obiecto terminatiuo penes quod distinguitur simpliciter potentia, est sermo. Diuersitas. n. potentiarum ex obiectis, penes obiecta terminatiua attenditur, non motiua: efficacia autem penes motiua, non terminatiua. Et hoc loquendo ex proprijs, quoniam concomitanter etiam penes motiua distinguuntur, vt patet ex dictis.

ARTICVLVS VIII.

Vtrum ratio sit alia potentia ab intellectu.

396 Ver. q. 15. art. 1. & q. 16. artic. 1. con. fi. Et 3. de anima 41. fi.

AD OCTAVVM sic proceditur. Videtur, quòd ratio sit alia potentia ab intellectu. In lib. enim de spiritu & anima * dicitur: Cùm ab inferioribus ad superiora ascendere volumus, prius occurrit nobis sensus, deinde imaginatio, deinde ratio, deinde intellectus. Est ergo alia potentia ratio ab intellectu, sicut imaginatio à ratione.

* Aug. c. 14. ante med. to. 1.

¶ 2 Præt. Boet. † dicit in lib. de consol. quòd intellectus comparatur ad rationem, sicut æternitas ad tempus. Sed non est eiusdem virtutis, esse in æternitate, & esse in tempore. ergo non est eadem potentia ratio, & intellectus.

† Lib. 5. ex prosa 4. à med. & prosa vlt. simul sampta.

¶ 3 Preterea. Homo communicat cum angelis in intellectu, cum brutis verò, in sensu. Sed ratio, quæ est propria hominis, qua animal rationale dicitur, est alia potentia à sensu. ergo pari ratione est alia ab intellectu, qui propriè conuenit angelis. vndè & intellectuales dicuntur.

SED CONTRA est, quòd August. dicit 3. super Gen. ad literam, quòd illud quo homo irrationabilib. animalibus antecellit, est ratio, vel mens, vel intelligentia, vel si quo alio vocabulo commodius appellatur. Ratio ergo & intellectus, & mens, sunt vna potentia.

* Lib. 3. de Gen. c. 20. Et lib. 15. de Trinit. c. 15. to. 3.

D. 1084.

RESPON. Dicendum, quòd ratio & intellectus in homine, non possunt esse diuersæ potentiæ. Quod manifestè cognoscitur, si vtriusque actus consideretur. Intelligere enim est simpliciter veritatem intelligibilem apprehēdere. Ratiocinari autem, est procedere de vno intellecto ad aliud, ad veritatem intelligibilem cognoscendam. Et ideò angeli, qui perfectè possident secundum modum suę naturæ cognitionem intelligibilis veritatis, non habent necesse procedere de vno ad aliud. sed simpliciter & absque discursu veritatem rerum apprehendunt: vt Dionysius * dicit 7. cap. de diui. nomin. Homines autem ad intelligibilem veritatem cognoscendam perueniunt, procedendo de vno ad aliud, vt ibidem dicitur: & ideò rationales dicuntur. Patet ergo, quòd ratiocinari comparatur ad intelligere, sicut moueri ad quiescere, vel acquirere ad habere: quorum vnum est perfecti, aliud autem imperfecti. Et quia motus semper ab immobili procedit, & ad aliquid quietum terminatur; indè est, quòd ratiocinatio humana, secundum viam acquisitionis vel inuentionis, procedit à quibusdam simpliciter intellectis, quæ sunt prima principia. Et rursus, in via iudicii resoluendo redit ad prima principia, ad quæ inuenta examinat. Manifestum est autē, quòd quiescere & moueri non reducuntur ad diuersas potentias, sed ad vnam & eandem etiam in naturalibus rebus: quia per eandem naturam aliquid mouetur ad locum, & quiescit in loco. Multò ergo magis per eandem potentiā intelligimus, & ratiocinamur. Et sic patet, ꝙ in homine eadem potentia est ratio & intellectus.

* c. 7. inter princip. & medium.

AD PRIMVM ergo dicendum, ꝙ illa enumeratio fit secundū ordinem actuum, non secundum distinctionem potentiæ, quàmuis liber ille non sit magnæ authoritatis.

Aegid. 1. s. d. 3. quæst. 1. art. 3.

SVP. Q. LXXIX. ART. VIII.

CONCL. Ratio, & intellectus in homine nō possunt esse diuersæ potentiæ.

¶ PROB. Quia ad eandem potentiam pertinet moueri, atque quiescere (patet in rebus naturalibus): & ratiocinari ad intelligere se habet sicut moueri ad quiescere (patet in Angelis, ac hominibus) vel sicut acquirere ad habere.

1m ex lib. de spiritu, & anima. Ratio intellectus. B. i. actus rationis, actus intellectus: non autem, potentia vna dicta ratio, neque potentia alia dicta intellectus. §. Prius enim inq;rimus, postea habemus quęsitum. Tunc nihil &c. Concedimus enim: actus esse diuersos vnius potentiæ. Vide de libr. quæst. 77. artic. 8. ad primum.

D. 768.

2^m minor. Non est eiusdem virtutis in æternitate esse, & esse in tempore. R. Est tamen eiusdem virtutis incipere motum ab immobili, & terminare ipsum ad aliquod quietum. §. vt in corpore. Tunc nihil &c. Nam Boetius sic tantum accipit æternitatem & tempus.

3^m conclusio. * In corp. art. Ergo pari ratione &c. R. Si homo ita esset infra Angelum: sicut bruta sunt infra hominem. §. Tunc nihil &c. Nam difformitas est ibi, id est in essendo sic infra; non autem pariformitas.

APPENDIX.

AD SECVNDVM patet responsio ex* dictis. Æternitas enim comparatur ad tempus, sicut immobile ad mobile. Et ideo Boetius comparauit intellectum æternitati, rationem verò tempori.

AD TERTIVM dicendum, quòd alia animalia sunt ita infra hominem, quòd non possunt attingere ad cognoscendam veritatem, quam ratio inquirit. Homo verò attingit ad cognoscendam intelligibilem veritatem, quam angeli cognoscunt, sed imperfectè. Et ideò vis cognoscitiua angelorum, non est alterius generis à vi cognoscitiua rationis, sed comparatur ad ipsam, vt perfectum ad imperfectum.

dicimus, vegetatiuum, sensitiuum, appetitiuum, motiuum secundum locum, & intellectiuum. Cùm enim ibi connumerare intendat omnes potentias animæ, vt patet: si vidisset rationem & intellectum esse realiter diuersas potentias, vtique dixisset intellectiuum, & ratiocinatiuum. Per hoc ergo, quòd intellectiuum dixit esse animæ potentiam, & de ratiocinatiuo siluit: clarum relinquere voluit, suam sententiam esse, quod ratio hominis non est realiter alia potentia ab intellectu, sed vna & eadem. Secundò habes: quomodo dictum Philosophi, pro quanto vnam potentiam esse intellectum cum ratione dicit, declares, probes, defendas. Tertiò vides: quomodo ex hoc, similibusque locis, vicissim Angelica iuuetur præsens conclusio.

Vtilitas pro philosoph. EX articulo habes primò, quomodo per rationem ostendas, Philosophum rectè posuisse virtualiter; quòd intellectus, & ratio sunt vna tantum potentia. Posuit autem hoc tunc: quando in secundo de anima textu 27. dixit: Potentias autem dici-

2 3

¶ NOT. Articulum istum quoquo pacto iuuat art. in ordine 293. 415. 384. Pro stud. var. coor.

Comm. Cardinalis Caietani.

TItuli ratio est, quia dicimus hominem habere intellectum, dicimus, & ipsum ratione vigere. Vtrum igitur hæc dicentes, eandem significemus virtutem animæ, an diuersam.

¶ In corpore vna conclusio responsiua quæsito negatiuè. Intellectus & ratio in homine non sunt diuersæ potentiæ. Probatur ex actibus sic. Quiescere & moueri non reducuntur in diuersas potentias, sed eandem: sed intelligere & ratiocinari se habent vt quiescere & moueri. igitur non pertinent ad diuersas potentias. Huius rationis in litera primo proponitur conclusio, deinde probationes minoris cum ipsa: vltimò maior cum sua probatione. In conclusione autem notanter dicitur in homine, quia simpliciter loquendo, virtus, quæ est intellectus tantum, alia potentia & natura est à virtute, quæ est ratio, quoniam illa repugnat discursui, hæc autem discursiua est: sed illa in homine non inuenitur, sed in angelo: intellectus enim in homine modica est participatio in primis principijs. Minoris autem probatio est duplex. Primò à quid nominis intelligere & ratiocinari: quia scilicet illud significat apprehendere simpliciter, hoc autem procedendo de vno in aliud: quòd declaratur ab effectu. Differentia scilicet quoad nomina inter angelos & nos, quia illi intellectuales, nos rationales vocamur. Secundò à proprietatibus motus: motus enim omnis ab immobili, & ad quietum aliquid tendit. ratiocinari quoque ab intellectu venando, & ad intellectum resoluendo prouenit: habet igitur intellectus manentis rationem, & quiescentis: ratio autem motus. Et confirmatur, quia illud est perfecti, hoc imperfecti. Maior verò probatur per locum à minori, quia sicut in naturalibus moueri & quiescere reducuntur in eandem potentiam. ergo & in intellectualibus antecedens patet de graui & leui, consequentia fundatur super illa maxima, quòd natura spiritualis est vnitior materiali, immo quæ in hac diuersa sunt, in superiori vniuntur.

Scot. 2. s. distin. 24. quæstio. 1.
Riccar. 2. s. distinc. 24. q. 1.
Duran. 2. s. distinc. 24. quæst. 4.

397 12. q. 7. 4. art. 7. cor. Et 2. d. 24. ar. 2. Eccie rit. q. 25. art. 2. * c. 2. & 7.

SVP. Q. LXXIX. ART. IX.

CONCL. Vna, & eadem potentia rationis est ratio superior, & inferior: sed distinguuntur (secundum Augustinum) per officia actuum, & diuersos habitus.

¶ PROB. Quia eadem potentia rationis est, ad quam pertinet medium, ac vltimum (patet quod est idem mobile, quod per transiens medium pertingit ad terminum): & rationi inferiori, ac superiori, respectu alterutrius conuenit esse medium, ac vltimum pro diuersis vijs cognitionis nostræ (patet per ad Romanos 1. &c.). Secunda autem pars, scilicet sed distinguuntur &c. probatur: Quia medium, ac id ad quod peruenitur per mediũ, potest pertinere ad diuersos habitus (patet de principijs, ac conclusionibus): & hi habitus diuersi, pro nunc, sunt sapientia, quæ attribuitur rationi superiori, ac scientia, quæ rationi inferiori.

†Lib. 6. Ethic. c. 1. à med. to. 5.
†Li. 6. Eth. c. 1. tom. 5.

ARTICVLVS IX.

Vtrum ratio superior & inferior sint diuersæ potentiæ.

AD NONVM sic proceditur. Videtur, quòd ratio superior & inferior sint diuersæ potentiæ. Dicit enim Augustinus * 12. de Trinit. quòd imago Trinitatis est in superiori parte rationis, non autem in inferiori. Sed partes animę sunt ipsæ eius potentiæ. ergo duæ potentiæ sunt ratio superior & inferior.

¶ 2 Præte. Nihil oritur à seipso. Sed ratio inferior oritur à superiori, & ab ea regulatur & dirigitur. ergo ratio superior, est alia potentia ab inferiori.

¶ 3 Præterea. Philosophus dicit in sexto Ethicorum, † quòd scientificum animæ, quo cognoscit anima necessaria, est aliud principium, & alia pars animæ ab opinatiuo & ratiocinatiuo, quo cognoscit contingentia. Et † probat per hoc, quia ad ea, quæ sunt genere altera, altera genere particula animæ ordinatur. Contingens autem & necessarium sunt altera genere: sicut corruptibile, & incorruptibile. Cùm autem idẽ sit necessarium quod æternum: & temporale idem quod contingens; videtur quòd idem sit quod Philosophus vocat scientificum, & superior pars rationis, quæ secundùm Augustinum * intendit æternis conspiciendis & consulendis: & quòd idem sit quod Philosophus vocat ratiocinatiuum, vel opinatiuum, & inferior ratio, quæ secundùm Augustinum † intendit temporalibus disponendis. est ergo alia potentia animæ, ratio superior, & ratio inferior.

*Lib. 12. de Trini. c. 7. in fi. to. 3.
† Eodẽ loco nunc dicto.

¶ 4 Præte. Damascenus * dicit, quòd ex imaginatione fit opinio, deinde mens diiudicans opinionem siue vera sit, siue falsa, diiudicat veritatem. vndè & mens dicitur à metiendo. De quibus igitur iudicatum est iam & determinatum, verè dicitur intellectus. Sic igitur opinatiuum, quod est ratio inferior, est aliud à mente & intellectu, per quod potest intelligi ratio superior.

*Lib. 2. orthod. fidei, c. 22.

SED CONTRA est, quod August. * dicit 12. de Trin. quòd ratio superior & inferior non nisi per officia distinguuntur. Non ergo sunt duæ potentię.

* Li. 12. de Tri. c. 4. in prin. to. 3.

RESP. Dicendum, quod ratio superior & inferior secundũ quod ab Aug. accipiuntur, nullo modo duæ potentiæ animæ esse possunt. Dicit enim * quòd ratio superior est, quæ intendit æternis conspiciendis, aut consulendis. Conspiciẽdis quidem, secundum quod ea in seipsis speculatur, consulendis verò, secundũ quod ex eis accipit regulas agendorum. Ratio

* Lib. 12. de Trin. c. 7 tom. 3.

Primum

Ratio verò inferior ab ipso dicitur, quæ intendit temporalibus rebus. Hec autem duo, scilicet temporalia & æterna comparantur ad cognitionem nostram hoc modo, quod vnum eorum est medium ad cognoscendum alterum. Nam secundum viam inuentionis, per res téporales in cognitionem deuenimus æternorum, secundùm illud Apost. ad Rom. 1. Inuisibilia Dei per ea, quæ facta sunt, intellecta conspiciuntur. In via verò iudicii, per æterna iam cognita de temporalibus iudicamus, & secundum rationes æternorum, temporalia disponimus. Potest autem contingere, quòd medium & id ad quod per medium peruenitur, ad diuersos habitus pertineant, sicut principia prima indemonstrabilia pertinent ad habitum intellectus: conclusiones verò ex his deductæ ad habitum scientiæ. Et ideo ex principiis Geometriæ contingit aliquid concludere in alia scientia, puta in perspectiua. Sed eadem potentia rationis est, ad quam pertinet & medium & vltimum. Est enim actus rationis quasi quidā motus de vno in aliud perueniens. Idem autem est mobile quod pertransiens medium pertingit ad terminum. Vnde vna & eadem potentia rationis est ratio superior & inferior, sed distinguuntur secundum August.* per officia actuum, & secundum diuersos habitus. Nam superiori rationi attribuitur sapientia, inferiori verò scientia.

Ad primum ergo dicēdum, quòd secundum quamcumque rationem participationis potest pars dici: inquantum verò ratio diuiditur secundum diuersa officia, ratio superior & inferior partitiones dicuntur, & non quia sunt diuersæ potentiæ.

Ad secundum dicendum, quòd ratio inferior dicitur à superiori deduci, vel ab ea regulari, inquantum principia, quibus vtitur inferior ratio, deducuntur & diriguntur à principiis superioris rationis.

Ad tertium dicendum, quòd scientificum, de quo Philosophus loquitur, non est idē quod ratio superior. nam necessaria scibilia inueniuntur etiam in rebus temporalibus, de quibus est scientia naturalis & mathematica. Opinatiuum autē & ratiocinatiuum, in minus est quàm ratio inferior, quia est contingentium tantum. Nec tamen est simpliciter dicendum, quòd sit alia d potentia qua intellectus cognoscit necessaria, & alia qua cognoscit contingentia: quia vtraque cognoscit secundum eandem rationem obiecti, s. secundum rationem entis & veri. Vndè & necessaria, quæ habent perfectum esse in veritate, perfectè cognoscit: vtpotè ad eorum quidditatem pertingens, per quam propria accidentia de his demonstrat. Contingentia verò imperfectè cognoscit, sicut & habent imperfectum esse & veritatem. Perfectum autem & imperfectum in actu, non diuersificant potentiam, sed diuersificant actus quantum ad modum agendi: & per consequens principia actuum & ipsos habitus. Et ideo Philosophus posuit duas particulas animæ, scientificum, & ratiocinatiuum: non quia sunt duæ potentiæ, sed quia distinguuntur secundùm diuersam aptitudinem ad recipiendum diuersos habitus, quorum diuersitatem ibi inquirere intendit. Contingentia d enim & necessaria etsi differant secundum propria genera, conueniunt tamen in communi ratione entis, quam respicit intellectus, ad quam diuersimodè se habent, secundum perfectum, & imperfectum.

Ad quartum dicendum, quòd ista distinctio Damasceni est secundùm diuersitatem actuum, non secundùm diuersitatem potentiarum. Opinio enim significat actum intellectus, qui fertur in vnam partem contradictionis cum formidine alterius. Diiudicare verò vel mensurare est actus intellectus applicantis principia certa ad examinationem propositorum. Et ex hoc sumitur nomen mentis. Intelligere autem est cum quadam approbatione diiudicatis inhærere.

ARTI-

1m minor. Partes animæ sunt eius potentiæ. R. Vel partes ipsæ significāt diuersitatem officiorum. §. Tunc nihil &c. Ibi enim partes sumuntur ab Augustino pro diuersitate officiorum eiusdem potentiæ: non pro diuersis potentijs. Vide officia hęc diuersa ab eadem potentia facta, in tex. corp.

2m de maiori. Nihil. R. Secundum se acceptum; non, secundum illa, quibus vtitur. §. Tunc nihil &c. Nam ratio inferior sumpta secūdum officia sua dicitur à superiori, & oriri, & regulari, inquantū scilicet inferiora regulantur iuxta officia superiora eiusdem potentiæ: non autem ita quòd vna sit potentia, quæ secundum se reguletur ab alia potentia secundum rem ipsam diuersa. Sic ergo argumento concluditur: quòd officia sunt diuersa, non quòd potentiæ.

3m ex Philosopho. Alia pars animæ. R. Considerata secundum aptitudinem ad habitum recipiendum: non, considerata secundum se. §. i. scientificum, & opinatiuum, & ratiocinatiuum dicuntur alia pars, & alia pars animæ: quia habent aliam & aliam aptitudinē ad recipiendum diuersos habitus: non autem quia sint alia, & alia, potentia secundum realitatem. Tunc nihil &c. Primò, quoniam quærimus de potentijs secundum; se an s. secundum se sint diuersæ, non solùm secundum officia ab eis exercita; vt diximus in responsione ad secundum. Secundò, quoniā sciētificum non est idē quod ratio superior: sicut nec opinatiuum, & ratiocinatiuum est simpliciter idem, quod ratio inferior.

* Li. 12. de Trin. c. 4. in princ.

4m ex Damasceno. Opinio, mēs, intellectus. R. Accepta pro actibus diuersis unius potentię: non, pro diuersis re uera potentijs. § Tunc nihil &c. Nam de potentijs est quæsitum, & conclusio: non de officijs, seu actibus diuersæ potentiæ. Vide ad primum, secundum, tertiū, nam eandem ferme omnia argumenta habent in sententia respōsionem.

D. 1115.

APPENDIX.

Ex artic. habes primò: quomodo per rationem ostēdas, Philosophū rectè posuisse virtualiter; quod ratio inferior & superior non sunt duæ potentię. Posuit aūt hoc tunc: quando in 2. de anima tex. 27. volens numerū potentiarū eius sufficienter tradere nobis dixit, vt suprà ar. 8. in appen. Si. n. ratio superior & inferior essent diuersæ potentiæ animę: Philosophus vtique, cū hoc non ibi dixerit, fuisset insufficiens in enumeratione potentiarū: sicut & insufficientē dicebamus, si non enumerasset rationē, si hęc fuisset alia potentia, ab intellectu. Patenter ergo sicut mōstrauit per hoc suum silentium (vt dicebamus) quòd ratio non est alia potētia ab intellectu; ita per eandem viam commonstrauit, quod ratio superior & inferior nō sunt diuersæ potentię. Secundò habes; quomodo per rationē Philosophi dictū pro quanto rationē superiorem & inferiorem non esse duas potentias dicit, declares, probes, defendas. Tertiò vides; quomodo ex hoc vicissim iuuetur conclusio.

Vtilitas pro philosoph.

D. 923.

2

3

¶ Not. Pro isto artic. aliqualiter facit in ordine artic. 395. 397. 365. 376.

Pro stud. var. coor.

Comm. Cardinalis Caietani.

Titulus ex August. 12. de Trin. verbis occasionem sumit.

¶ In corpore vna conclusio bimembris. Ratio inferior & superior apud August. non sunt diuersæ potentiæ, sed distinguuntur officijs & habitibus. Probatur primò prima pars: secundò, secunda. Prima sic. Medium & conclusio ad eandem potentiam pertinent: sed obiecta rationis inferioris & superioris se habent vt medium & conclusio. ergo eiusdem sunt potentiæ. Minor prius probatur sic: æternum & temporale se habent vt medium, & conclusio, vt patet in via inuentionis, & in via iudicij, quamuis econuerso se habeant: sed hæc sunt obiecta rationis inferioris & superioris: vt patet ex Augustino, qui rationis superioris officium dicit, æterna conspicere & consulere: inferioris verò temporalia. Maior verò probatur dupliciter. Primò ex differentia inter habitum & potentiam quo ad hoc: quia scilicet medium & conclusio ad diuersos habitus pertinent quandoque: vt patet de primis principijs, & eorum conclusionibus, & in scientijs subalternantibus & subalternatis. Secundò, quia eiusdem mobilis est moueri, & ad terminum pertingere: sed medium & conclusio se habent vt motus & terminus, potentia verò vt mobile. ergo eadem est potentia respiciens medium & conclusionem.

Secunda verò pars conclusionis iam patet: quo ad diuersitatem officiorum. Quo ad diuersitatem verò habituum declaratur: quia in superiori sapientiam, in inferiori autem scientiam locauit.

¶ Circa hunc processum dubium occurrit, in doctrina S. Thomæ præcipue: quoniam illa propositio, Medium & conclusio ad eandem potentiam pertinent, aut intelligitur permissiuè, aut necessariò: non permissiuè, tum quia sic etiam pertinerent ad eundem habitum: tum, quia non concluderetur intentum; ergo necessariò. sed sic est falsa, vt patet in particulari syllogismo, in quo medium est vniuersale, & conclusio particularis: constat enim tūc quòd mediū spectat ad intellectum, & conclusio ad cogitatiuam, apud S. Thomam, & Auerroem.

¶ Ad hoc breuiter dicitur, quòd sermo S. Thomæ est formalis, vt iam pluries dictum est: & de medio conclusioneque vt sic intelligendus: & non de his, quæ extra eorum rationes sunt. ita quòd intenditur quòd quæcumque res inquantum differunt vt medium & conclusio, non diuersificant potentiam, quamuis habitum quandoque, vt patet ex dictis, sed æternum & temporale distant tantum vt medium & conclusio; loquendo de distantia in ordine ad cognitionem, hæc enim sola est ad propositum. optimè ergo sequitur, igitur non pertinent ad diuersas potentias. minor autem ex authoritate August. &c. in litera patet. Singulare autē & vniuersale, quamuis vt medium & conclusio se habeant, & ex hoc non diuersificent potentiam: magis tamen distant in ordine ad cognitionem, quàm vt medium & conclusio, vt patet: singulare enim materialiter, vniuersale verò immaterialiter cognoscitur &c. & ideo ad diuersas potentias pertinent. Non intendit igitur negare S. Tho. quin medium & conclusio ad diuersas quandoque potentias spectent simpliciter, vel quodammodo ex alia differentia, sed quòd ex sola differentia medij & conclusionis, nunquam potentia diuersificatur: quia tunc non differunt, nisi sicut motus & terminus. Notanter autem dixi ad potentias diuersas quodammodo; quoniam cum conclusionis singularis prædicatum est vniuersale, illius propositionis subiectum cogitatiua, prædicatum intellectus, apud S. Thomam format. Et consequenter est conclusio quodammodo eiusdem potentiæ, scilicet intellectus ratione prædicati: & quodammodo est alterius, scilicet cogitatiuæ ratione subiecti. Quando verò conclusio est vndique singularis, conclusio est simpliciter alterius potentiæ: & hoc loquendo de cognitione directa: indirectè enim vtrumque ad intellectum pertinere potest, vt inferius patebit.

¶ Circa probationem maioris dubitatur de illa propositione, Actus rationis de vno in aliud procedens, hoc est de principio, seu medio ad conclusionem est vt motus. Est autem ratio dubitandi: quia si hæc ratio est efficax, oportet quòd conclusio sit vt terminus motus, medium sit medium motus, & ipse rationis discursus sit vt motus. sic enim optimè concluderetur identitas, respectu medij & conclusionis: sed hæc proportionalis similitudo non tenet quo ad id, quod est propositum: ergo. Probatur minor, quia medium motus est medium inter actum & potentiam passiuam: & ideo eiusdem est potentiæ, vt patet 5 Physic. comment. 9. medium verò syllogismi est potentia actiua respectu conclusionis. vnde æquiuocatio intercedit, immo ex ratione talis medij oppositum videtur inferri: quia non est eiusdem potentiæ effectus & potentia actiua: sed conclusio & medium sic se habent. ergo similiter non est vt motus progressius de potentia actiua in effectum: sed est potius conuersio patientis ad agens, aut econuerso. ergo.

¶ Ad hoc breuiter, quòd cognitio medij ad notitiam conclusionis duplicem habet habitudinem, s. illationis & confusionis. Et quo ad vim illatiuam non habet rōnem medij motus, vt argumētum est. Sed quo ad conditionem confusionis quam habet, vt medium motus se habet. Nam notitia medij, notitia confusa conclusionis est: ac per hoc intellectio tendens per mediū ad conclusionem incipit à pura potentia, mediat in cognitione confusa conclusionis in medio; & consequenter naturaliter media inter potētiam & actū vt in motu cōtingit. Et hoc modo vsus est hic S. Tho. notitia medij, & non primo. Et ideo ratio est efficax. vnde signanter non dixit, ꝙ mediū syllogismi sit mediū motus, quāuis fuisset verū quo ad conditionem confusionis, sed ad excludendas calumnias, dixit: quòd ipse actus rationis, s. discursus de vno in aliud perueniens, est quasi motus, vt insinuaret ex hoc, quòd de conditione ipsius cognitionis, vt progreditur de imperfecto ad perfectum, de confuso ad distinctum, loquebatur.

SVP. Q LXXIX. ART. X.

CONCL. Intelligentia ab intellectu non distinguitur, sicut potentia à potentia; sed sicut actus à potentia.

398 1. d. 3. q. 4. art. 1.

¶ PROB. Quia ly intelligentia propriè est actus intellectus, intellectus est potentia: & effectus non est potentia, à qua fluit. Primam autem partem conclusionis negatiuā D. Thomas præsupponit esse probatam suprà art. 7. Vide ibi notationē ante argumenta.

1^m ex lib. de spiritu; & anima. Intelligētia. n. i. actus intellectus. §. Tunc &c. vt patet ex cōclusione. De illo libro nota illud, quod suprà art. 8. ad primum, q. 77.

2^m ex Boetio. Intelligentia. n. i. actus intellectus: non autem, potentia. §. Tunc &c. vt ex cōclusione patet.

Ter-

ARTICVLVS X.

Vtrum intelligentia sit alia potentia ab intellectu.

AD DECIMVM sic proceditur. Videtur, ꝙ intelligentia sit alia potentia ab intellectu. Dicitur enim in lib.* de spiritu & anima, quòd cū ab inferiorib. ad superiora ascendimus, prius occurrit sensus, deinde imaginatio, deinde ratio, postea intellectus, & postea intelligentia. Sed imaginatio & sensus sunt diuersæ potentiæ. ergo & intellectus, & intelligentia.

*' Lib. 1. de spir. & ani. cap. 11.

¶ 2 Præt. Boet.* dicit in 5. de conso. quòd ipsum hominē, aliter sensus, aliter imaginatio, aliter ratio, aliter intelligentia intuetur. Sed intellectus est eadem potentia cum ratione. ergo videtur quòd intelligentia sit alia potentia quàm intellectus: sicut ratio est alia potentia quàm imaginatio & sensus.

* Lib. 5. de cōsol. prosa 5.

¶ 3 Præt. Actus sunt præuii potentiis, vt dicitur in 2. de Anima;* sed intelligentia est quidam actus ab aliis actibus, qui attribuuntur intellectui, diuisus. Dicit enim Damascenus,† quòd primus motus intelligentia dicitur: quæ verò circa aliquid est intelligentia, intentio vocatur: quæ permanens & figurans animam ad id quod intelligitur, excogitatio dicitur. Excogitatio verò in eodem manens, & seipsam examinans, & diiudicans, phronesis dicitur, i. sapientia. phronesis autem dilatata, facit cognitionem. i. interius dispositū sermonem. Ex quo ait prouenire sermonem per linguā enarratum. ergo videtur quòd intelligentia sit quædā specialis potentia.

* Lib. 2. de Aia, tex. 3. tom. 2.

† Damasc. lib. 2. orth fidei, c. 22.

φρόνησις

SED CONTRA est, quod Philosophus* dicit in 3. de Anima, quòd intelligentia indiuisibilium est, in quibus non est falsum. Sed huiusmodi cognoscere pertinet ad intellectum. ergo intelligentia non est alia potentia præter intellectum.

* Lib. 3. de Aia, textu 21. to. 2.

RESPON. Dicendum, quòd hoc nomen intelligentia, propriè significat ipsum actum intellectus, qui est intelligere. In quibusdam tamen libris de Arabico translatis, substantiæ separatæ, quas nos angelos dicimus, intelligentiæ vocantur, fortè propter hoc quòd huiusmodi substantiæ semper actu intelligunt. In libris tamen de Græco trāslatis, dicuntur intellectus, seu mentes. Sic ergo intelligentia ab intellectu non distinguitur sicut potentia à potentia, sed sicut actus à potentia. inuenitur enim talis diuisio etiam à Philosophis. Quandoque enim ponunt quatuor intellectus, scilicet intellectum agentem, possibilem, & in habitu, & adeptum: quorum quatuor, intellectus agens & possibilis sunt diuersæ potentiæ: sicut & in omnibus est alia potentia actiua, & alia passiua. Alia verò tria distinguuntur secundum tres status intellectus possibilis, qui quādoque est in potentia tantum: & sic dicitur possibilis. Quandoque autem in actu primo qui est scientia. & sic dicitur intellectus in habitu. Quandoque autem in actu secundo, qui est considerare. & sic dicitur intellectus in actu, siue intellectus adeptus.

AD PRIMVM ergo dicendū, quòd si recipi debet illa authoritas, intelligentia ponitur pro actu intellectus. & sic diuiditur contra intellectum sicut actus contra potētiam.

AD SECVNDVM dicendū, quòd Boet. accipit intelligentiam pro actu intellectus, qui transcendit actum rationis. Vndè ibidem dicit,* quòd ratio tantum humani generis est sicut intelligentia sola Dei: proprium enim Dei est, quòd absque omni inuestigatione omnia intelligat.

* Lib. 5. de cōsol. prosa 5. ante medium.

AD

3^m ex Damasceno. Intelligentia. R. i. actus, quo intellectus primo apprehēdit simpliciter aliquid. §. Tunc &c. vt patet.

Item ex Philosopho. Actus. R. quorum diuersitas non potest reduci in idē principiū: non aliter. §. Tunc &c. Nā hi oēs diuersi actus reducuntur in idem principium, & ideo non diuersificant potentias, adeo q̃ non est alia potentia a qua iste actus, s. intelligentia procedat, & alia potentia a qua procedant alij actus a Damasceno enumerati. Omnes ergo actus sunt præuij potentiis, idest nobis manifestiores sunt, quā potentiæ, & ducunt nos in cognitionem potentiarum: sed non omnes actus sunt ita præuij potentijs, ut ipsorum actuum diuersitas inferat diuersitatem potentiarum (ut credidit arguens) Soli namque illi actus sunt hoc modo potentijs præuij, i. cum suo esse præuio diuersο inferunt diuersitatem potentiarum, quorum diuersitas non potest reduci in idem principium ut in formali responso dictum est & intellectum. Vide vltima verba literæ.

Ad tertium dicendū, quod omnes illi actus, quos Damascen. enumerat, sunt vnius potentiæ, scilicet intellectiuæ, quę primo quidem simpliciter aliquid apprehendit. Et hic actus dicitur intelligentia. Secundo uero id quod apprehendit, ordinat ad aliquid aliud cognoscendum, vel operandum: & hic uocatur intentio. Dū uero persistit in inquisitione illius quod intendit, vocatur cogitatio. Dum uero id quod est excogitatū examinat ad aliqua certa, dicitur scire, uel sapere: quod est phronesis vel sapientia. Nam sapiētiæ est iudicare, vt dicitur in 1. Meta.* Ex quo aūt habet aliquid pro certo, quasi examinatū, cogitat quō possit aliud aliis manifestare, & hęc est dispositio interioris sermonis, ex qua procedit exterior locutio. Non. n. omnis differentia actuum potentias diuersificat, sed sola illa, quę non potest reduci in idē principium, ut supra dictum est.

APPENDIX.

Ex articulo habes primo: quomodo per rationem ostendas, philosophum recte in tertio de anima text. 21. in proposito nostro dixisse, quod φρόνησις intelligentia indiuisibilium est, in quibus non est falsum. Hoc est. Potentia intellectiua intelligit actu suo indiuisibilia, in quo actu, operatione, seu intelligentia (quod idem est) non interuenit falsum. Secundo habes: quomodo per rationem ostendas, philosophum iure habere ibi hunc sensum, s. accipere intelligētiam, pro actu intellectiuæ potentiæ adeo quod nolit intelligentiam distinguere ab intellectu tanquam potentiam a potentia, & hunc sensum in illo defendas. Tertio uides: quomodo ex hoc, & similibus, uicissim Angelica firmetur conclusio.

* ca. 2. non procul a prin. to. 3.

Comm. Cardinalis Caietani.

Titulus occasionatus ex dictis theologorum, præcipue qui hoc uocabulo vti pulrius uidentur.

¶ In corpore respondet quęsito unica conclusione habente duas partes sic. Intelligentia distinguitur ab intellectu; non sicut potentia a potentia, sed sicut actus a potentia. Et declaratur dupliciter. primo ex quid nominis intelligentiæ secundo ex eo q̃ hæc distinctio consonat dictis Philosophorum. Et in primo ponitur duplex significatio ly intelligentia, s. propria, & pro actu secundo, & transumptiua, particularis, s. apud Arabes, nō Grecos. In secundo ponitur distinctio intellectus in quatuor clare, & habetur ex Alex. Themistio, Auerroe, & alijs antiquis, & tu nota eam, ut intelligas terminos in 3. de Anima.

¶ In responsione ad secundum aduerte, q̃ inuestigationis uocabulo, large hic vtitur pro acquisitione qualicunque. Et similiter in responsione ad tertium, intentionis nomen, non proprie, sed extensiue accipit potius causaliter quam formaliter, ut patet ex prima secundæ.

ARTICVLVS XI.

Vtrum intellectus speculatiuus & practicus, sint diuersæ potentiæ.

399
3. di. 23. q. 2. ar. 3. q. 2
Et verit. q. 3. art. 3. Et 3. de Aia. lect. 15.
* Tex. 47. to. 2.

Ad vndecimvm sic proceditur. Videtur, q̃ intellectus speculatiuus & practicus sint diuersæ potentię. Apprehensiuum enim & motiuum sunt diuersa genera potentiarum, vt patet in 2. de Anima.* Sed intellectus speculatiuus est apprehensiuus tantum, intellectus autem practicus est motiuus. ergo sunt diuersæ potentię.

¶ 2 Præt. Diuersa ratio obiecti diuersificat potentiā. Sed obiectum speculatiui intellectus est verum: practici autem bonum, quę differunt ratione. Ergo intellectus speculatiuus & practicus, sunt diuersæ potentiæ.

¶ 3 Præt. In parte intellectiua intellectus practicus cōparatur ad speculatiuum, sicut æstimatiua ad imaginatiuam in parte sensitiua. Sed æstimatiua differt ab imaginatiua, sicut potentia a potentia, vt supra dictum est* Ergo & intellectus practicus a speculatiuo.

* q. 78. a. 4

Sed contra est, quod dicitur in tertio de Anima,* quod intellectus speculatiuus, per extensionem fit practicus. Vna autem potentia non mutatur in aliam. Ergo intellectus speculatiuus, & practicus non sunt diuersæ potentiæ.

* Videtur colligi ado ctoribus ex tex. 49.

Respon. Dicendum, q̃ intellectus practicus & speculatiuus non sunt diuersæ potentiæ. Cuius ratio est, quia vt supra dictum est, id* quod accidentaliter se habet ad obiecti rationem, quam respicit aliqua potentia, non diuersificat potentiam. Accidit enim colorato quod sit homo, aut magnum, aut paruum. Vnde omnia huiusmodi, eadem uisiua potentia apprehenduntur. Accidit autem alicui apprehenso, per intellectum, quod ordinetur ad opus, vel non ordinetur. Secundum hoc autem differunt intellectus speculatiuus & practicus. Nam intellectus speculatiuus est, qui quod apprehendit, non ordinat ad opus, sed ad solam ueritatis considerationem. Practicus uero intellectus dicitur qui hoc quod apprehendit, ordinat ad opus. Et hoc est quod Philosophus dicit in 3. de Anima,* q̃ speculatiuus differt a practico, fine, unde & a fine denominatur vterque. Hic quidem speculatiuus, ille vero practicus, idest operatiuus.

* q. 77. a. 3.

Ad primvm ergo dicendum, q̃ intellectus practicus est motiuus non quasi exequens motum, sed quasi dirigens ad motū. Quod conuenit ei secundum modum suę apprehensionis.

Ad secvndvm dicendum, q̃ verum, & bonum se inuicem includūt. Nam uerum est quoddam bonum, alioquin non esset appetibile. & bonum est quoddam verū, alioquin non esset intelligibile. Sicut igitur obiectum appetitus potest esse uerum, inquantum habet rationem boni, sicut cum aliquis

* li. 3. de aia tex. 49. t. 2.

SVP. Q. LXXIX. Art. XI.

Concl. Intellectus practicus, & speculatiuus, non sunt diuersæ potentiæ.

Prob. Quia intellectus speculatiuus, ac practicus differunt secūdum ordinari ad opus, ac non ordinari, quæ accidentaliter se habēt ad esse ab intellectu apprehensum (vt patet). Et id, quod accidentaliter se habet ad obiecti rationem, quam respicit aliqua potentia, non diuersificat potentiam: (ut patet de potentia vna visiua respectu accidētium coloratorum.)

D. 780.

1^m de maiori. Motiuum. R. vt exequens motum: non, ut dirigens motum. §. Tūc &c. secūdo. n. modo tantum practicus est motiuus, ut in litera docet.

2^m de maiori. Diuersa. R. Formaliter: non, materialiter. §. Tunc &c. Nam intellectus tum speculatiuus, tum practicus, fertur in obie-

obiectum sub ratione ueri, licet speculatiuus in uerum, practicus feratur in bonum Quod autem in obiecto possit esse cum diuersitate hac materiali uniformitas illa formalis, prouenit ex eo quod uerum,& bonum, seinuicem includunt.

3m conclusio. Ergo &c. B. Si differentiæ diuersificantes potentias sensitiuas sufficerēt ad diuersificādū intellectiuas. §. Tūc &c. Nā multæ differentię diuersificāt sētitiuas potētias &c. ut i litera.

APPENDIX.

Ex articulo habes primo, quomodo per rationem demonstres, rectè philosophum 3. de anima text. 49. In nostro proposito dixisse, ꝙ intellectus speculatiuus per extensionem

appetit ueritatem cognoscere, ita obiectum intellectus practici est bonum ordinabile ad opus, sub ratione veri. Intellectus enim practicus veritatem cognoscit, sicut & speculatiuus, sed veritatem cognitam ordinat ad opus.

Ad tertium dicendum, quod multæ differentiæ diuersificant sensitiuas potentias, quæ non diuersificant potentias intellectiuas: vt supra dictum est. †

sionem fit practicus. Cum ergo una potentia nō possit fieri alia (ut patet,) uoluit per illa uerba dicere philosophus, quod intellectus speculatiuus & practicus non sunt duæ potentiæ realiter a se diuersę. Et hoc, ostendes per rationem, esse recte dictum. Secundo habes: quomodo per rationem exponas recte sensum philosophi, quod. s. per illā extensionem intelligitur ordinatio obiecti speculati ad opus. Expositumq; philosophū modo præmisso defendas. Tertio uides: quomodo ex hoc, & similibus locis, uicissim Angelica firmet conclusio.

¶Not. Articulum istum aliqualiter iuuat articulus in ordine 379.388.410.395.220.

2

3

† In isto a. Et 7. Et q. 77.ar.3.

Pro studio uar. coor.

Comm. Cardinalis Caietani.

Titulus clarus est.

¶In corpore vna conclusio responsiua negatiue. Intellectus speculatiuus & practicus non sunt diuersę potentiæ. Probatur sic. Differentiæ per accidens obiecti, non diuersificant potentiam. ergo ordinari & non ordinari ad opus, non diuersificant intellectum. ergo intellectus speculatiuus & practiuus non sunt diuersæ potentiæ. Antecedens & est per se notum, & declaratur in differentiis obiecti uisus. Prima uerò consequentia probatur; quia apprehenso per intellectum accidit ordinari, aut non ordinari ad opus. Secunda autem probatur, quia illę differentiæ sunt penes quas differunt intellectus speculatiuus & practicus. Quod dupliciter declaratur, primo, ex officiis eorum, secundo ex authoritate Arist. in 3. de anima.

¶Circa hanc rationem, aduerte duo. Primo, quod per ordinari, & non ordinari ad opus, non sumitur actualiter tantum, sed aptitudinaliter, & non per accidens, sed per se, ita quod intellectus speculatiuus differt a practico in hoc, quod hic uersatur circa id qđ ex se est aptum natum ordinari ad opus alterius potentiæ, ꝗ intellectus, ille uero circa id quod ex se opus hoc nō hēt, sed solius ueritatis cognoscendæ gratia a natura institutum est. ꝗuis per accidens aliquis ordinet ad opus, ut si quis triāguli speculationē ordinet ad diuitias, aut honorē. Scđo, ꝙ nō est hic sermo de qbuscūq;, sed de primis dīis inter intellectū speculatiuū & practicū distant. n. primo pdictis dīis, à quib. & nomen sumpserunt. Et propterea processus iste nullam patitur calumniam.

S.Bon.2.5.d.39.q.1. artic.1.
Sco.2.5.d.39.q.2.
Riccar.2.5.d.39.q.4.
Dur.2.5.d.39.q.4.
Aeg.2.f.di. 39.q.2. artic.1.

SVP. Q. LXXIX. ART. XII.

400 2.d.24.q.2 ar.3. Et ueri.q.16.a.1. Et ar.2. ad 4.

Concl. Synderesis non est potentia, sed habitus naturalis.

¶Prob. Quia synderesis est cognitio primorum principiorum operabilium nobis naturaliter notorum, sicut intellectus est cognitio primorum principiorum speculabilium nobis naturaliter notorum: Et talis intellectus non est potentia, sed habitus naturalis (6.Eth.)

1m de minori. Quę sunt. Potentia. B. Non tamen in illa diuisione Hieronymi, accipiuntur pro potentiis. §. Scilicet, irascibilis, cōcupiscibilis rationalis. Tunc &c. Illa enim B. Hieronymi diuisio attenditur secundum diuersitatem actuum, & actus ipsius synderesis est diuersus ab actibus irascibilis, concupiscibilis, & rationalis. Se cun-

* Sup illud quatuor faciès vni,t.5

* Li.12.de Trin.c.12. 13.

† li.2. de liber.arb. c. 10. post me dium to.1.

ARTICVLVS XII.

Vtrum synderesis sit quadam specialis potentia ab aliis distincta.

Ad dvodecimvm sic proceditur. Videtur, ꝙ synderesis sit quædam specialis potētia ab aliis distincta. Ea enim quæ cadunt sub vna diuisione, videntur esse vnius generis. Sed in gl. Hier. * Ezech.1. diuiditur synderesis cōtra irascibilem, & concupiscibilē, & rationalem: quæ sunt quædam potentiæ. Ergo synderesis est quędam potentia.

¶ 2 Præt. Opposita sunt vnius generis: sed synderesis & sensualitas opponi videntur, quia synderesis semper inclinat ad bonum, sensualitas autem semper ad malum: vnde per serpentem significatur: vt patet per Augustinum 12. de Trin.* Videtur ergo, ꝙ synderesis sit potentia, sicut & sensualitas.

¶ 3 Præterea. Augustin. † dicit in libro de libero arbitrio, quod in naturali iudicatorio adsunt quædam regulæ & semina virtutum, & vera & incommutabilia. hæc autem dicimus synderesim. Cum ergo regulæ incommutabiles quibus iudicamus, pertineant ad rationem secundum sui superiorem partem, vt Aug. dicit 12. de Trini. * videtur ꝙ synderesis sit idem quod ratio. & ita est quædam potentia.

Sed contra. Potentię rationales se habent ad opposita secundum philosophum. † Synderesis autem non se habet ad opposita, sed ad bonum tantum inclinat. Ergo synderesis non est potentia. si enim esset potentia, oporteret quod esset rationalis potentia. Non enim inuenitur in brutis.

Resp. Dicendum, quod synderesis non est potentia, sed habitus: licet quidam posuerint synderesim esse quandam potentiam ratione altiorem: quidam vero dixerint eam esse ipsam rationem, non ut est ratio, sed ut est natura.

Ad huius autem euidentiam considerandum est, ꝙ sicut supra dictum est, * ratiocinatio hominis, cum sit quidam motus, ab intellectu progreditur aliquorum, s. naturaliter notorum absque inuestigatione rationis: sicut a quodam principio immobili, & ad intellectum etiam terminatur, inquantum iudicamus per principia per se naturaliter nota de his, quæ ratiocinando inueniuntur. Constat autem, quod sicut ratio speculatiua ratiocinatur de speculatiuis, ita ratio practica ratiocinatur de operabilibus. Oportet igitur naturaliter nobis esse idita, sicut principia speculabilium, ita & principia operabilium. Prima autem principia speculabilium nobis naturaliter indita non pertinent ad aliquam specialem potentiam, sed ad quendam specialem habitum, quod dicitur intellectus principiorum, ut patet in * 6. Ethicor. Vnde & principia operabilium nobis naturaliter indita, non pertinent ad specialem potentiam, sed ad specialem habitum naturalem, quem dicimus synderesim. Vnde & synderesis dicitur instigare ad bonum, & murmurare de malo, inquantum per prima principia procedimus ad inueniendum, & iudicamus inuenta. Patet ergo quod synderesis non est potentia, sed habitus naturalis.

Ad primvm ergo dicendum, quod illa diuisio Hier. atten-

* Li.12. de tri.c.2. cir. fin.tom.3.

† Arist. li. 9 Met. tex. 3 to. 3.

Hieron. Ezech.c.1.

* Ar.8. huius q.

* li. 6. Eth c.6.tom.5.

2m de maiori. Opposita. R. Secundum ꝙ opposita: non aliter. §. Tunc &c. Nam synderesis opponitur sensualitati iuxta actus vtriusque: non iuxta esse potentiā. Non enim contradiuiditur sensualitati, tanquam duæ species vnius generis vt putauit argumentum.

3m de conclusione. Pertineant ad rationē. R. Sicut ad potentiam habitus illarum regularum cognoscitiui. §. hic est Synderesis. Tunc &c. Nam hinc sequitur non ꝙ synderesis sit ratio, sed ꝙ sit aliquid in ratione.

attēditur secundum diuersitatem actuum, non secundum diuersitatem potentiarum. Diuersi autem actus possunt esse unius potentiæ.

Ad secundum dicendum, ꝙ oppositio sensualitatis & synderesis, attenditur secundum oppositionem actuum, non sicut diuersarum specierum vnius generis.

Ad tertium dicendum, ꝙ huiusmodi incōmutabiles rōnes, sunt prima principia operabiliū, circa quæ non contingit errare: & attribuuntur rationi sicut potentiæ, & synderesi sicut habitui. Vnde & vtroque, s. ratione & synderesi naturaliter iudicamus.

APPENDIX.

Vtilitas pro Eccle. D. Dei.

Ex articulo habes primo: quomodo per rationē ostendas, philosophum rectē dixisse. 9. Metaph. text. 3. quod potentiæ rationales se habent ad opposita. Hoc est, etiam. Ea, quæ non se habent ad opposita, non sunt potentiæ rationales. Cum igitur synderesis non se habeat ad opposita, sed tantum ad bonum, (vt experimur in nobis) voluit per hoc virtualiter dixisse philosophus: quod synderesis non est potentia rationalis: & consequenter nec omnino potentia. Quandoquidem synderesis in animalibus ratione carentibus non inuenitur, & per consequens, si esset potentia, esset tantum potentia rationalis. Secundo habes, quomodo per rationem illum sensum philosophi declares, probes, & defendas. Tertio uides: quomodo ex hoc aliisque similibus locis Angelica firmetur conclusio.

Comm. Cardinalis Caietani.

In titulo. Synderesis, idest, instigatorium ad bonum, & murmur, quem sentimus in nobis de malo moris. Specialis, contra communem. Potentia, contra actum & habitum. Ita quod duo quæruntur: an hic murmur spectet ad quandam specialem potentiam animæ, an ad communem iam dictam, s. intellectum. Et siue spectet ad intellectum, siue ad aliam potentiam, an sit ipsa potentia, an non.

¶ In corpore tria. Primò, proponit responsionē appositis duabus opinionibus contrarijs. Secundò, præmittit quoddam præsuppositum necessarium ad ueritatem habendam. Tertiò, probat propositam conclusionem.

¶ Quo ad primum, determinatio est, quod synderesis non est potentia, sed habitus. Prima opinio tenet, ꝙ est potentia & specialis, altior, s. ratione. Secunda, ꝙ est quidem potentia, sed non specialis, sed sub spirituali ratione; tenet enim quod est ratio, non ut ratio, sed ut natura.

¶ Quo ad secundum præsupponitur, quod nobis sunt indita principia operabilium sicut & speculabilium. quod probatur sic. Omnis ratio cum motus sit, a naturaliter notis est, & terminatur resolutiuè ad illa. ergo & ratiocinatio de operabilib. ergo naturaliter sunt nobis indita operabilium principia, omnia patet.

¶ Quo ad tertium conclusio responsiua est, Synderesis non est potentia, sed naturalis habitus intellectus respectu principiorū in operabilibus. Probatur sic, Indita cognitio principiorū speculabilium, non est potentia: sed naturalis habitus intellectus speculatiui. ergo indita cognitio principiorū operabilium, non est potentia, sed naturalis habitus: sed synderesis est talis prędicta cognitio operabiliū principiorū. ergo. Processus totus est notus: & minor ꝓbatur ab actu, s. instigare & murmurare; sunt. n. hi actus a principijs naturaliter notis, ac per hoc ad unum determinatis, & immobilib. prouenientes. Et sic patet quō etiam illæ falsæ opiniones aliqualiter uerum dixerunt, est. n. synderesis altior ratione: quia immobilis ad bonum. determinata est etiam ratio vt natura, i. ut determinata naturaliter ad uerum operabile, quia tamen utrumque horum indito habitu fit, ideo errarunt.

ARTICVLVS XIII.

Vtrum conscientia sit quædam potentia.

401 2. di. 24. q. 2. art. 4. Et ueri. q. 17. ar. 1. Et Roma. 2. lc. 3. * Nō multū remote ante med. li. 2. i Epis. ad Ro. c. 2. * lib. 12. de Trin. c. 7. a med. to. 3.

Ad tertiumdecimum sic proceditur. Videtur, ꝙ conscientia sit quædam potentia. Dicit. n. Orig. * ꝙ conscientia est spiritus corrector & pædagogus animæ sociatus, quo separatur a malis, & adhæret bonis. Sed spiritus in anima nominat potentiam aliquam, vel ipsam mentem, secundum illud Ephes. 3. Renouamini spiritu mentis vestræ, uel ipsam imaginationem. Vnde & imaginaria visio spiritualis vocatur: vt patet per Augusti. 12. super Genes. ad literam. * Est ergo conscientia quædam potentia.

¶ 2 Prȩterea. Nihil est peccati subiectum nisi potentia animæ. Sed conscientia est subiectum peccati dicitur. n. ad Timo. 1. de quibusdam, quod inquinatæ sunt eorum mentes & conscientia. Ergo videtur quod conscientia sit potentia.

¶ 3 Præt. Necesse est ꝙ conscientia sit actus uel habitus vel potentia. Sed non est actus, quia non semper maneret in homine. nec etiam habitus: non. n. esset vnū quod conscientia, sed multa. Per multos. n. habitus cognoscitiuos dirigimur in agendis. Ergo conscientia est potentia.

Sed contra, Conscientia deponi potest, non autem potentia. Ergo conscientia non est potentia.

Hier. ca. 1. Ezech.

Resp. Dicendum, ꝙ conscientia propriè loquendo, non est potentia, sed actus. Et hoc patet, tum ex ratione nominis: tum etiam ex his quæ sm communem usum loquendi conscientiæ attribuuntur. Conscientia. n. secundum proprietatem uocabuli, importat ordinem scientiæ ad aliqd. nam conscientia dicitur cum alio scientia. Applicatio aūt scientiæ ad aliquid, fit per aliquem actū. Vnde ex ista ratione nominis, patet, ꝙ conscientia sit actus. Idem autē apparet ex his, quæ conscientiæ attribuuntur. Dicitur. n. conscientia testificari, ligare, vel instigare, vel etiam accusare, vel etiam remordere siue reprehendere. Et hæc omnia consequuntur applicationem alicuius cognitionis uel scientiæ ad ea, quæ agimus. Quæ quidem applicatio fit tripliciter. Vno modo sm quod recognoscimus aliquid nos fecisse, vel non fecisse, sm illud Eccl. 7. Scit cōscientia tua te crebrò maledixisse aliis. Et secundum hoc conscientia dr̄ testificari. Alio modo, applicatur secundum ꝙ per nostrā conscientiam iudicamus aliquid esse faciē dum, vel non faciendum. Et secundum hoc dicitur conscientia ligare, uel instigare. Tertio modo applicatur secundum quod per conscientiam iudicamus, quod aliquid quod est factum, sit benefactum, uel non benefactū. Et secundum hoc, conscientia dicitur excusare uel accusare, seu remordere. Patet autem quod omnia hæc consequuntur

Capr. 2. d. 39. q. 1. con. 2.

SVP. Q. LXXIX. ART. XIII.

Concl. Conscientia propriè loquendo non est potentia: sed actus.

¶ Prob. Quia ly cōscientia, secundum proprietatem uocabuli, importat applicationem scientiæ ad aliquid, Et applicatio scientiæ ad aliquid, non est potentia, sed actus. Quia omnia, quæ attribuuntur conscientiæ (scilicet testificari, ligare, instigare, accusare, remordere, excusare,) cōsequuntur actualem applicationem scientiæ ad illa quæ agimus.

Primum

1^m de maiori. Spiritus correctór. R. idest dictamē mentis: non, aliter. §. Tunc & cęt. vt patet. Hoc autem dictamen fit ad corrigendum nos. Synderesis ergo est spiritus correctur, idest actus spiritualis mentis nostræ, ordinatus ad correctionem nostram.

2^m minor. Conscientia est subiectum peccati. R. Negatur. § Illa siquidem est cognoscens peccatum (ut Apostolus adductus intendit): id, quod aliud est a ly subiectum peccati. Nō enim requiritur, quod cognoscens peccatum sit subiectum peccati.

3^m minor. Sed non est actus. R. Negatur ista. s. quod conscientia non sit actus. §. Ad probationem dicitur, quod actus semper manet in virtute causę suæ, quādiu sua causa manet: licet non semper maneat in seipso. Cū ergo synderesis, quæ est causa conscientiæ, utpote habitus a quo efficaciam trahit iste actus, conscientia, dictus, semper maneat in homine: non mirum, quod conscientia semper maneat in homine. A synderesi ergo habet actus iste, quod sit semper modo dicto, sicut etiam habet ab illa, q̄ sit quid unum (vt dicitur in litera).

* sup illud quatuor facies vni, c. 1.
* Basil. in prin. prou.
† Dam. li. 4. d fi. c. 22

sequuntur actualem applicationē scientiæ ad ea quæ agimus. Vnde propriè loquendo, conscientia nominat actum. Quia tamen habitus est principium actus, quandoque nomen conscientiæ attribuitur primo habitui naturali, s. synderesi: sicut Hieron.* in glo. Ezech. 1. synderesim consciētiam nominat, & Basilius* naturale iudicatoriū, Et Damasc. † dicit, q̄ est lux intellectus nostri. Consuetum. n. est, quod causæ & effectus per inuicem nominentur.

Ad primum ergo dicendum, conscientia dicitur spiritus, secundum quod spiritus pro mente ponitur, quia est quoddam mentis dictamen.

Ad secundum dicendum, q̄ inquinatio dicitur esse in consciētia non sicut in subiecto, sed sicut cognitum in cognitione, inquantum scilicet aliquis scit se esse inquinatum.

Ad tertium dicendū, quod actus, etsi nō semper maneat, semper tamē manet in sua causa, quæ est potentia, & habitus. Habitus autem, ex quibus cōscientia informatur, etsi multi sint, omnes tamen efficaciam habent ab vno primo principio, scilicet ab habitu primorum principiorum, qui dicitur synderesis. Vnde specialiter hic habitus interdum conscientia nominatur, ut supra dictum est.*

* in cor. ar.

APPENDIX.

Ex articulo habes primo: quomodo per rationem, iuncta responsione ad primum, interimas hęresim Quintinistarū tam in reprobum sensum datorum, ut conscientiam uero Dei timore imbutam pro inferno, conscientiam autem diuini iudicii contemptricem, securam, stupidam & consopitam, pro Paradiso, habeant. Si namque conscientiam actum esse statuas nostrorum erratuum correctorem (ut hic. D. Thomas ait,) atq; dictamen rationis, & huiusmodi: proculdubio Quintinistas hos e diametro oppugnas, qui contra omnem correctionem, rationisque dictamen, prædictum sibi paradisum atque infernum pro varia cōscientia improbe fingunt. Quod si cōscientiam esse actum illum spiritus correctorem, rationis dictamen & huiusmodi cum D. Tho. probes; iam Quintini fallaciam non oppugnasti modo, sed etiam ratione ualida expugnasti. Secundo habes quomodo per rationem demonstres hanc Quintinistarum phantasiam pro erronea merito damnari a scripturis. Prou. 28. Beatus homo qui semper est pauidus. Diametraliter ergo paradisum illū Quintini damnat hæc auctoritas, atque infernum. Item Eccl. 1. Qui sine timore est, non poterit iustificari. Ecce, q̄ nec inchoato paradiso, qui iustificatio est poterit esse beatus ille, q timore Dei caret. Itē ibi ps. 17. Circundederūt me dolores mortis, & torrentes iniquitatis conturbauerūt me, dolores inferni circūdederunt me, prēoccupauerunt me laquei mortis, in tribulatione mea inuocaui Dominū & ad Deum meū clamaui. Ecce apertissimum testimonium, q̄ timore diuinorū iudiciorū concussum est bonū, utile, ac uia ad paradisum, tiū abest, ut infernus. Nā liquidissime hinc cōstat, q̄ rerum harum terribilium metu Dauid fere me consternatus, diuinam compulsus est opē implorare, & ad Deū, cui seruire paradisus, est, cordiali clamore conuerti. Itē ibi Luc. 3. Genimina uiperarum, quis ostendit uobis fugere a uentura ira? Facite ergo fructus dignos pœnitentiæ: iam. n. ad radicem arboris securis posita est, omnis ergo arbor, quæ non facit fructū bonū, excidetur, & in ignē mittetur Item passim per Euangeliū. Quoties. n. gehennā, quoties ignē æternū, quoties tenebras exteriores, quoties uēturū iudicii diem terrificū, quoties fletū & stridorē dentiū, Saluator noster Christus peccatorib. annunciat, & annunciando ualide cōminatur? & quid sibi uult terrorib. illis, nisi cōtritionē cordib. eorū inducere, nisi ab inferno eos extrahere, nisi eos in paradisi uiā currēdam intromittere? Qui. n. timet Deū nihil negligit, Eccl. 7. Cur eorū exēplo, super quos turris cecidit in Siloe, & illorū, quorū sanguinē Pilatus cū sacrificiis miscuit, terret peccatores, Luc. 13. nisi q̄ terrorem huiusmodi, ad ueræ pęnitentiæ assecutionem, multis profuturum esse nouerat? Item ibi timorem talem etiam ingeminando, incutere molitur Luc. 12. Timete eum, qui postquam occiderit corpus, habet potestatē mittere in gehēnnā, ita dico uobis, hunc timete. In apertissime de timore serui li loquitur. Itē a Conc. Trid. sess. 6. Can. 8. Si quis dixerit gehennæ metū, per quē ad Dei misericordiāde peccatis dolendo confugimus, uel a peccando abstinemus, peccatum esse, aut peccatores peiores facere; Anathema sit. Hæc ibi. Ex prædictis ergo omnib. patet, quam maxime datos esse Quintinistas in sua illa heresi, in reprobū sensum, ut qui per illā suā phantasiā dixerint bonum malum, & malū bonū. Tertio uides: quo ex his uicissim Angelica doctrina declaret, atq; cōfirmetur

Comm. Cardinalis Caietani.

Titulus clarus est.

¶ In corpore duo, iuxta duo membra implicitæ distinctionis, s. conscientiæ nomen sumitur dupliciter, super, scilicet proprie & communiter. Primò, quid sit proprie. Secundo, quid communiter.

¶ Quo ad primum conscientia proprie est actus, non potētia aut habitus. Probatur dupliciter. Primò ex quid nominis. Secundò, ex tribus generibus actuum ei attributorum, s. testificationis quo ad præterita, & ligationis, quo ad futura, & excusationis, quo ad bene uel male, & omnia clara sunt.

¶ Quo ad secundum, cōscientia communiter sumitur p̄ habitu primo, s. synderesi, qui est cōscientię principalis radix & regula. Declaratur authoritatibus Hieronymi, Damasc. & Basilij, & redditur causa; quia consuetum est, ut causas effectuum nominibus appellemus, & habitus ab actibus nuncupemus.

SVP. Q. LXXX. Art. I.

Concl. Necesse est, ponere aliquā potentiam animæ appetitiuam.

Prob. Quia necesse est ponere, quod ad quamlibet formam sequitur inclinatio, uel naturalis tantum (si cognitione carent) uel appetitiua (si cognitionē habent,) & huiusmodi inclinatio dicitur potentia appetitiua animæ.

QVAESTIO LXXX.

De potentiis appetitiuis in communi, in duos articulos diuisa.

Deinde considerandum est de potentiis appetitiuis. Et circa hoc, consideranda sunt quatuor. Primò, de appetibilitate in communi. Secundo, de sensualitate. Tertiò, de uoluntate. Quartò, de libero arbitrio.

Circa primum, quæruntur duo.

¶ Primò, Vtrum debeat poni appetitus aliqua specialis potentia animæ.

¶ Secundò, Vtrum appetitus diuidatur in appetitum sensitiuum, & intellectiuum, sicut in potentias diuersas.

Primum

AR-

1^m de maiori.

Communia. ℞. eodem modo: non, diuerso mó §. Tunc &c. Nam appetere modo altiori animatis cognoscitiuis cóuenit: ut in litera & corpore patet.

402 3.d.27.q.1 a.2.& ver. q.15.ar.3.

2^m de maiori.

Obiecta. ℞. formalia: non materialia. §. Tūc &cęt. sub diuersis enim rationibus (quod est formale) fertur & cognitio, & appetitus, in eandem rem (quod est materiale obiectum.

* li.1.Eth. c.1.com.5.

3^m maior. Commune nó distinguitur, contra proprium. ℞. nisi diuersam habeant rationem formalem. §. Tunc &c. Nam potentiæ singulę feruntur in suum obiectum alia ratione, quā potentia appetitiua cómuniter dicta. Hinc est ꝙ etiam appetitu diuerso in illa ferri dicuntur puta singulę naturali, appetitiua communis appetitu animali. Pro litera dic, ꝙ ideo potentia appetitiua dicitur appetere aliquid ea ratione, qua est cōueniēs simpliciter animali: quoniam est illa, per quam animal appetere potest ea, quæ apprehendit.

* Lib.2.de aīa, tex.27 to.2.
† Dam. li. 2.orth.fid. c.12.

APPENDIX.

Vtilitas pro Eccle. & Dei. D.643.

EX articulo habes primo, quomodo per rationē ostendas, philosophū merito 2. de aīa tex.27. distinxisse appetitiuū ab aliis potētijs, ut patet sup.q.78.ar.1. appen. Tamquam ergo uim specialem quandā eam ab aliis suo facto indicauit. Secūdo habes 2 quō sensum illū philosophi per rationē & declares, & probes, & defendas. Tertio uides: 3 quomodo ex hoc, & similib. locis, uicissim Angelica firmeī cōclusio.

¶Not. Articulum istum iuuat articulus in ordin. 115.80.268.385.399.3.223.225.

ARTICVLVS I.

Vtrum appetitus sit aliqua specialis animæ potentia.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur, ꝙ appetitus nō sit aliqua specialis animę potētia. Ad ea.n. quæ sunt communia animatis & inanimatis, non est aliqua potentia animæ assignanda. Sed appetere est commune animatis & inanimatis, quia bonum est quod omnia appetunt, vt dicitur in 1. Eth.* Ergo appetitus non est specialis potentia animę.

¶2 Præt. Potentię distinguuntur secundum obiecta. Sed idē est qđ cognoscimus & appetimus. Ergo vim appetitiuā non oportet esse aliam pręter vim apprehensiuam.

¶3 Præter. Cōe non distinguitur contra proprium. Sed quęlibet potentia animæ appetit quoddā particulare appetibile, s. obiectum sibi conueniens. Ergo respectu huius obiecti quod est appetibile in communi, non oportet accipi aliquam potentiam ab aliis distinctam, quæ appetitiua dicatur.

SED CONTRA est, quod Philosophus in 2. de Anima.* distinguit appetitiuum ab aliis potentiis. Dama.† etiā in 2. li. distinguit vires appetitiuas a cognitiuis.

RESPON. Dicēdum, ꝙ necesse est ponere quandam potentiā animæ appetitiuam. Ad cuius euidentiam considerandū est, ꝙ [d] quālibet formam sequitur aliqua inclinatio. Sicut ignis ex sua forma inclinatur in superiorem locum, & ad hoc quod generet sibi simile. Forma aūt in his, quę cognitionē participant, altiori modo inuenitur quam in his, quæ cognitione carent. In his.n. quę cognitione carent, inuenitur tantummodo forma ad unum esse propriū determinans vnūquodque, quod etiam natura vniuscuiusq; est. Hanc igitur formam naturalē sequitur naturalis inclinatio, quæ appetitus naturalis uocatur. In habentib. autem cognitionem, sic determinatur vnumquodq; ad propriū esse naturale per formam naturalē, quod tamen est receptiuū specierum aliarum rerum, sicut sensus recipit species omnium sensibilium, & intellectus omnium intelligibilium. Et sic anima hominis scit omnia quodammodo secundū sensum & intellectum, in quo quodammodo cognitionē habentia ad Dei similitudinē appropinquant, in quo omnia præexistunt, sicut Diony. dicit. Sicut igitur formæ altiori modo existunt in habentib. cognitionem supra modum formarum naturalium, ita oportet quod in eis sit inclinatio supra modū inclinationis naturalis, quę dicitur appetitus naturalis. Et hæc superior inclinatio pertinet ad vim animæ appetitiuam, per quam animal appetere potest ea, quæ apprehendit, non solum ea ad quæ inclinatur ex forma naturali. Sic igitur necesse est ponere aliquam potentiam animę appetitiuam.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod appetere inuenitur in habentib. cognitionem supra modum cōem, quo inuenitur in omnibus, ut dictum est.* Et ideo oportet ad hoc determinari aliquam potentiam animæ. * In cor.a.

AD SECVNDVM dicendum, quod id quod apprehenditur, & appetitur, est idem subiecto, sed differt ratione. Apprehenditur enim ut est ens sensibile, uel intelligibile, appetitur vero, ut est conueniens, aut bonum. Diuersitas autem rationum in obiectis, requiritur ad diuersitatem potentiarum, non autem materialis diuersitas.

AD TERTIVM dicendum, quod unaquæq; potentia animæ est quædam forma, seu natura, & habet naturalem inclinationem in aliquid. Vnde, unaquæque appetit obiectum sibi conueniens naturali appetitu, supra quem est appetitus animalis consequens apprehensionem quo appetitur aliquid non ea ratione, qua est conueniens ad actum huius, uel illius potentiæ, utpote uisio ad uidendum, & auditio ad audiendum, sed quia est conueniens simpliciter animali.

Comm. Cardinalis Caietani.

TItulus clarus in se. Eius autem ratio est, quia cum omnibus reb. attribuatur appetere suum bonum, animalibus specialiter attribuitur, ꝙ appetunt.

¶In corpore vna conclusio respōsiua affirmatiue. Necesse est ponere quādā animæ potentiā appetitiuā. Probatur. In cognoscentib. inuenitur forma altiori modo, q̄ in cognitione carentib. ergo in illis inuenitur inclinatio altior quā in istis. ergo appetitiua potentia. Antecedēs probatur: qa in reliquis, forma determinat unūquodq; ad proprium & naturale tm̄ esse. In cognoscētib. aūt non solū ad hoc, sed alienū & intentionale esse se extendit. declaratur, quia sic aīa est quodāmodo oīa. Prima cōsequentia fundatur super hoc, ꝙ omnem formā sequitur proportionaliter inclinatio aliqua; qđ patet tā in propriis ut formā ignis sequitur inclinatio sursum, q̄ in alienis, ut perfecta sequitur inclinatio ad generationē similium. Secunda uerò consequentia fundatur super hoc, ꝙ talis superior inclinatio ad appetitiuam potentiā ptinet, cuius probatio insinuatur ex eo ꝙ per appetitiuā potētiā, aīal pōt appetere nō solū propria & naturalia sed apphēsa.

¶Aduerte hic, ꝙ rō ista S. Th. subtilissima est, & a priori ostendit necessitatē quare appetitiuā ponit specialē potentiā, seu uirtutē distinctam contra alias potentias in habentib. cognitionem, in aliis uerò non. Cū.n. appetere nihil aliud sit q̄ inclinari in aliquid, & appetitus inclinatio ipsa sit, & vnāquāq; naturam, immo vnāquāq; remcomitetur inclinatio sua, ad aliquid sibi proportionatum consequens est, ut quēadmodū rerum naturæ proportionaliter inueniuntur & non unius rōnis perfectionē habent, ita ēt proportionales comitentur inclinationes, ita ꝙ quemadmodum forma excedit formam, non ſm gradū perfectionis tantum, sed ſm rerum ordinē, quia. s. una, est in altiori rerū ordine quā alia ita inclinatio sit superior inclinatione, & in hoc fundatur prima consequentia literę. Videmus aūt duos rerū ordines in toto uniuerso. Vnum eorum, quorum naturæ hoc solum habent, ꝙ sunt, tamen in semet, ut patet in omnib. inanimatis & ēt uegetabilib. tm̄, alterum uero eorum, quorum naturis non sufficit ut sint ipsemet, se extendunt ad hoc, ut sint etiā alia ut patet in sentientib. & intelligentibus. Si igitur unāquāq; naturā, proportionalis sequitur inclinatio, primi ordinis naturas sequetur inclinatio ad naturalia & propria tm̄, secundi uerò ordinis naturas, sequetur inclinatio non solum ad naturalia, sed ad apprehensa, sunt .n. ipsæ & apprehensa, illę uerò sunt tm̄ ipsæ. Et ex hoc ulterius sequitur, quod inclinatio rerum primi ordinis multiplicatur in eodē, iuxta multiplicationē rerum, quemadmodum & esse proprium & naturale cuiusq; cum re ipsa multiplicatur. Et ppea aliud est naturalis appetito leuis ad esse sursum, & illius eiusdē ad generandum, sibi simile &c. Ille. n. est leuitas, hic autem calor uel quicquid est sua uis productiua. Inclinatio uero consequens naturas secundi ordinis, non multiplicatur in eodē, iuxta rerum multiplicationem: sed est una quædā specialis uis: alioquin proportionata non esset naturæ a qua fluit. Natura.n. ipsa una existens est ipsa, & alia, ergo & inclinatio si proportionalis est, debet

bet se extendere ad vtraque, naturalia. s. & apprehensa. Ex amplitudine igitur naturæ, qua non solum est ipsa, sed alia, oritur ꝙ appetitus eius sit vnus respectu vtrorunque, ac per hoc sit specialis vis potestatisq; naturæ. Et hoc fuit fundamentum secundæ consequentiæ, vt patet in litera.

¶ In responsione ad secundum, memento ꝙ ea ratione dicitur ens intelligibile, aut sensibile apprehensionis obiectū, qua in 2. de Anima, dr visibile obiectum visus. Non enim intenditur in litera, quod ens sub ratione intelligibilitatis aut sensibilitatis, sit obiectum apprehensionis, sicut nec color sub ratione visibilitatis est obiectum visus, sed intenditur quod obiectum apprehensionis est ipsum ens, intelligibile quidem respectu intellectiuæ, & sensibile respectu sensitiuę: ita quod distinctio apprehensiuæ vis appetitiua in hoc stat, quod ratio obiecti illius est entitas, illius vero est bonitas, siue conuenientia.

¶ In responsione ad tertium, nota hinc, quod in cognoscitiua quemadmodum est utriusq; ratio. s. naturæ cognoscitiui, ita est vtriusq; appetitus naturalis: qui nihil aliud est, quam ipsa natura sui potentia cuiusq; ad suam perfectionem, & animalis qui non fertur nisi ad actum cognitum. Et propterea uidere, audire, & alia huiusmodi, & etiam ipsum appetere, dupliciter appetimus. Naturaliter, secundum partem. i. secundum illam potentiam cuius est perfectio, & animaliter, cum apprehensione uisionis aut volitionis, bonum concupiscimus, & conseruare conamur.

SVP. Q. LXXX.

ART. II.

CONCL. Necesse est dicere: appetitum intellectiuum esse aliam potentiam a sensitiuo.

405 Ver. q. 15. a. 3. cor. & q. 22. ar. 4. Et l. de aia lect. 10 cō. Etli 3. lec. 14. con. 2. * q. 77. a. 3 & 79. ar. 7.

¶ PROB. Quia necesse est dicere, quod appetibile apprehēsum, per intellectum sit alterius generis ab appetibili apprehenso per sensum (utpote illud uniuersale, hoc particulare, aliaque ratione, ut in ad secundum), & quod passiua, atq; mobilia (cuiusmodi sunt potentiæ appetitiuæ) distinguantur, secundum distinctionem actiuorum, atque mouentium, (cuiusmodi sunt appetibilia apprehensa.)

1^m maior. Potentiæ nō distinguuntur per accidentales differentias. ℞. Distinguuntur tamē per essentiales. i. per se. §. Tunc &c. quoniam negatur minor (vt ex litera colligitur.).

2^m minor. Ista distinctio non habet locū in parte appetitiua. ℞. Negatur. §. Ad probationem dicitur, quod nihil ualet in contrariū. Nam appetitus est rei singularis secundum rationem uel particularē (hic est sensitiuus appetitus;) vel uniuersalē (hic est intellectiuus.) Ex textu etiam noueris, appetitus istos diuersificari quoque secundum obiecta, desiderata. quia, s. intellectiuus in materialia, sensitiuus materialia appetit, atq; ideo non tantum secundum obiecta formalia, sed, & secundum obiecta materialia distingui.

* Lib. 3. de anima, tex. 57. tom. 2.

3^m de maiori. Ita. ℞. Quantum ad ordinari sub apprehensione: non, quantum ad esse aliam potentiam ab apprehensiuo. §. Tunc negatur illatio illa, Ergo pari ratione neq; est aliud appetitiuum.

* Lib. 3. de anima, tex. 54. t. 2. Et 11. Metap. tex. 35. t. 3

D. 228.

ARTICVLVS II.

Vtrum appetitus sensitiuus & intellectiuus, sint diuersæ potentiæ.

AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur, ꝙ appetitus sensitiuus & intellectiuus, nō sint diuersæ potentiæ. Potentiæ enim non diuersificantur per accidentales differentias, vt supra dictū est. * Sed accidit appetibili, quod sit apprehensum per sensum, vel intellectum. Ergo appetitus sensitiuus & intellectiuus non sunt diuersæ potentiæ.

¶ 2 Præt. Cognitio intellectiua, est vniuersalium, & secūdum hoc distinguitur a sensitiua, quę est singularium. Sed ista distinctio non habet locum ex parte appetitiuę. Cum enim appetitiuus sit motus ab anima ad res, quæ sunt singulares, omnes appetitus videntur esse rei singularis. Non ergo appetitus intellectiuus, debet distingui a sensitiuo.

¶ 3 Præterea. Sicut sub apprehēsiuo ordinatur appetitiuum, ut inferior potentia, ita & motiuū. Sed non est aliud motiuum in homine cōsequens intellectum, quam in aliis animalibus consequēs sensum. Ergo pari ratione, neque est aliud appetitiuum.

SED CONTRA est, quod Philosophus in 3. de anima * distinguit duplicem appetitum, & dicit, quod appetitus superior mouet inferiorem.

RESP. Dicendum, quod necesse est dicere appetitum intellectiuum esse aliam potētiam a sensitiuo. Potentia enim appetitiua est potentia passiua, quæ nata est moueri ab apprehenso. Vnde appetibile apprehensum, est mouēs non motum, appetitus autem mouens motum, vt dicitur in tertio de Anima, & 11. Metaph. * Passiua autem & mobilia distinguuntur, secundum distinctionem actiuorum & motiuorum, quia oportet motiuum esse proportionatū mobili, & actiuum passiuo, & ipsa potentia passiua propriam rationem habet ex ordine ad suum actiuum. Quia igitur d est alterius generis apprehensum per intellectum, & apprehensum per sensum, consequens est quod appetitus intellectiuus sit alia potentia a sensitiuo.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod appetibili non accidit esse apprehensum per sensum, uel intellectum, sed per se ei conuenit. Nam appetibile non d mouet appetitum, nisi inquātum est apprehensum. Vnde differentiæ apprehensi, sunt per se differentiæ appetibilis. Vnde potentiæ appetitiuæ, distinguuntur secundum differentiam apprehensorum, sicut secundum propria obiecta.

AD SECVNDVM dicendum, quod appetitus intellectiuus, etsi feratur in res, quæ sunt extra animam singulares, fertur tamen in ea secundum aliquam d rationem uniuersalem, sicut cum appetit aliquid, quia est bonum. Vnde philosophus dicit in sua Rhetorica, quod odium potest esse de aliquo uniuersali, put a cum odio habemus omne latronum genus. Similiter etiā per appetitum intellectiuum appetere possumus immateria lia bona, quæ sensus non apprehendit, sicut scientiam, uirtutes, & alia huiusmodi.

AD TERTIVM dicendum, quod sicut dicitur in 3. de anima, Opinio uniuersalis non mouet nisi mediante particulari, & similiter appetitus superior mouet mediante inferiori. Et ideo non est alia uis motiua consequens intellectum & sensum.

APPENDIX.

EX articulo hēs primo quō per rationem ostendas philosophū, in 3. de anima tex. 57. merito distinxisse duplicem appetitum dicendo, quod superior mouet inferiorem. Secundo hābes, quomodo per rationem uerū ibi sensum philosophi declares, declaratum probes, probatum defendas. Tertio uides, quomodo ex hoc loco, & similibus, uicissim Angelica firmetur conclusio.

D. 223. 2

3

D. 222.

Comm. Cardinalis Caietani.

TItulus clarus est.

¶ In corpore una conclusio responsiua affirmatiuę, Appetitus & intellectiuus, & sensitiuus, sunt diuersę potentiæ Probatur. Passiua & mobilia distinguuntur secundum distinctionem actiuorum & motiuorum, appetitus est potentia passiua ab apphenso. ergo appetitus diuersitas, est secundum diuersitatem apprehensi: sed apprehensum per intellectum diuersū est generis ab apprehenso per sensum. ergo appetitus intellectiuus alia est potentia ab appetitu sensitiuo. Maior probatur dupliciter. Primò: mobile oportet esse proportionatum motori. Secundo, ꝙ ipsa potentia passiua, rationem habet ex ordine ad suū actiuum. minor uero probatur, quia appetibile apprehensum solum est mouens non motum, ut patet in 3. de Anima, reliqua per se nota relinquuntur.

¶ Circa maiorem & illius ꝓbationem nota duo. Primo, ꝙ quis debeat esse mutua proportio inter motiuum & mobile, & similiter inter actiuum & passiuū, quia tamen materia est ꝓpter formam

mum, & non econuerso, vt patet 2. Physi. passiuum autem & mobile materialiter se habeant respectu actiui & motiui, quæ ratione formę agunt & mouent, distinctio passiuorum & mobilium ex actiuis & motorib. est a priori, econuerso vero assignaretur a posteriori. Vnde ratio ista, est a priori. Et ex hoc habes secundũ, 2. differentiam inter primam probationem & secundã: prima. n. sumpta est ex proportione mutua inter actiuum & passiuum: secunda vero ex proprijs potentiæ passiuæ, s. φ diffinitionem suã sortitur ex ordine ad suum actiuum, sicut materia ex ordine ad formam. De hoc autem multa superius scripta sunt, quomodo scilicet huiusmodi entia diffiniuntur in ordine ad extrinseca.

¶ Circa minorem, dubium non paruum occurrit, an appetibile moueat appetitum in genere causæ efficientis. Habet. n. hoc difficultatem simpliciter, & in via S. Thom. Simpliciter quidem, quia si mouet actiue, aut efficit in appetitu aliquid prçuiũ actui, aut actum ipsum. Non aliquid præuium. Tum, quia fictio est ponere tale ens præuium, vt patet ex diuisione facta 6. Ethi. de his, quæ sunt in anima. Tum, quia ipsum apprehensum est sufficiens ratio appetendi ipsi appetitui. Nec actum ipsum: quia aut vt agens totale & sufficiens, & hoc, non, quia tunc periret libertas, voluntate pure passiue concurrente ad actum suum, aut vt agens partiale, & hoc videtur inconueniens. Tum, quia effectus totaliter liber, qualis est electio, non esset totaliter sed partialiter liber, quia ab vna causa partiali naturali, s. obiecto, & alia libera, s. voluntate. Tum, quia scrutandum restat, an istæ duæ causæ, obiectum, s. & appetitus, se habeant sicut causæ, quarum neutra aliquid ab altera recipit in seipsa, sed conueniunt tantum in vno effectu: an sicut illæ, quarum altera a reliqua suscipit. & si sic, dicendum est, quid & quomodo. Si autem non mouet actiue, falsum est in primis, φ appetitus sit potentia passiua. Nulla quoque erit efficax via ad probandum aliquid pati ab alio, si appetitus, quem experimur ab appetibili moueri, negamus pati ab ipso, dicentes quod ipse seipsum agit ad præsentiam appetibilis, & non appetibile mouet ipsum: hoc. n. modo dicemus quoq; de intellectu respectu obiecti, hoc de sensu respectu sensibilis, quin etiam de ligno respectu comburentis. In doctrina vero S. Tho. specialiter est hoc difficile: quia hic expresse ponit voluntaté in genere potentiæ passiuę vt distinguitur contra actiuam, & apprehensum in genere actiui vt distinguitur contra passiuum. Et tamen inferius q. 82. ar. 4. cum arguisset, φ si voluntas mouet intellectum, mouens moueretur a moto, quod est impossibile per se loquendo: Respondendo, dicit has motiones esse diuersorum generum, quia apprehensum mouet in genere causæ finalis, voluntas effectiue. Vbi expresse negare videtur quæ hic dicit: quia si appetitus ab apprehenso mouetur vt agens a fine. ergo appetitus non est in genere potentiæ passiuæ, vt distinguitur contra actiuam, vt hic dicit. Et rursus. ergo appetibile non mouet appetitum, vt actiuum passiuum. Et rursus. ergo ratio hic facta, cum hoc articulo perit.

¶ In hac dubitatione multa possent dici, breuiter tamen ac radicaliter tractando rem, tria faciam. Primò, opiniones perstringam. Secundò, veritatem. Tertiò, obiectis respondebo.

¶ Quo ad primum, opiniones simpliciter sunt tres. Alii tenent solum appetitum esse causam actiuam volitionis, & in his sunt Sco. in 2. d. 25. Henr. & Capre. quãuis forte de causalitate obiecti differant, quia aut ponitur causa sine qua non, vel remouens perhibens, s. puta ignorantiam, aut ẽt cã formalis & finalis. Alij vero, tenent solum obiectum esse causam actiuam, & in his dicitur Godofredus. Alij autem tenent vtrumque obiectum, scilicet & appetitum actiue concurrere. Et in his Herueus, Greg. & Adam videntur. Opiniones vero in via S. Thom. sunt duæ. Capreolus enim Bernardum de Gandauo sequens, tenet apud S. Th. obiectum non actiue, sed formaliter & finaliter tantum concurrere. Alijs autem videtur, quod etiam apud S. Th. actiue concurrat, particulariter tamen.

¶ Quo ad secundum sciẽdum est, φ cum in appetitione omni sint duo, s. exercitium ipsius, & speci ficatio, & vtrunque inueniatur per se & de nouo, oportet vtriusque ponere aliquam causam in genere causæ efficientis, alioquin daretur aliquid aliud a Deo inuentum per se & de nouo, absq; per se efficiente, quod est impossibile omnino. Exercitij autem appetitionis si libera est, proculdubio appetitus ipse causa est actiua: liberum enim est quod sui causa est, seruit autem omne, quod agitur. Et vniuersaliter cum appetitus mouens sit animalia motu locali effectiue, si appetere non esset aliquo modo agere, non esset mouere animal. sed potius quo moueretur animal. Et in hoc fere omnes conueniunt. Sed de specificationis causa quæstio est, oportet enim vel appetitum uel obiectum talé esse causam, præter enim hæc duo, nihil per se, requiritur ad appetendum, supposito vniuersali agente Deo glorioso, de quo nõ est sermo, cum proprias causas actionum nostrarum quærimus. Quod autem appetitus non sit per se causa sufficienter effectiua, ad specificationem sui actus, patet ex eo φ omnes actus eius essent unius speciei, sicut ipse vnius est naturæ, & sicut oẽs actiones a calore, & quæuis alia forma immediate

prouenientes, relinquitur igitur, φ ab obiecto effectiue sit specificatio actus. Nec video, quomodo possit satisfaciendo responderi huic rationi. Decepti siquidem mihi apparent, qui assignantes actum specificum ex obiecto, vt termino, forma & fine, crediderunt satis dixisse. Manifeste. n. posuerunt specificationem actus absque causa effectiua. uoluntatem. n. negant illius specificationis causam. Quemadmodum. n. motus, ut eorum utar exẽplo, a termino specificatur, & tamen ipsa motus specificatio causam aliquam per se actiuam exigit, ita & uolitionis specificatio. ergo obiectum est effectiue specificans ipsam appetitionem. Et sic appetibile apprehensum est actiuum non totale, sed partiale appetitionis. Nec causat aliquid præuium actui: sed actũ ipsum non totaliter: sed quo ad aliquid eius, s. quo ad specificationem eius. Nec concurrit cum appetitu ex ęquo ab causandũ actum: sed appetitus est causa actiua principalis: obiectum uero secundaria: immo si recte loquendum est, appetitus est uere causa actiua, & obiectum non est proprie alia causa actiua, sed ipsi appetitui ratio causandi effectiue speciem ipsius actus. Quoniam ab appetitu quasi informato obiecto prouenit actiue & sufficienter appetitio talis, puta ambitio, quæ inquantum ab appetitu est, appetitio est, inquantum uero est ab obiecto, talis est. constat enim φ prius natura est substantia actus, quam eius qualitas, etiã specificans. Nec obstat φ appetibile dicatur in 3. de anima, & in 12. Meta. primum mouens & immobile, appetitus uero, secundariũ & mouens motum. Quoniã de appetibili, ut efficiens est loquendo, seclusa causalitate finali formaliter, non radicaliter, quia efficientia obiecti finalizandi rationem consequitur, dicendum est, quod appetibile, & appetitus possunt dupliciter comparari, s. in ordine ad actum appetitionis, communem utriusque effectum, & inter se. Si comparentur ad communem effectum, sic appetitus inuenitur causa prior propter dictam rationẽ, semper enim quod est prius in effectu, respondet priori causæ, & quod est posterius posteriori. constat autem quod specificatio actus, posterius quid est, quam sit substantia actus specificati, & quod specificatio respondet obiecto, & substantia actus appetitui, igitur appetitus prior inuenitur causa efficiens in ordine ad actum. Si autem comparentur inter se, sic appetibile inuenitur causa prior, quia appetibile reducit appetitum de potentia ad actum specificationis, & non econuerso, & ideo etiam in genere causa efficientis appetibile obtinet primatum, & est mouens immobile, appetitus autem mouens motum ab ipso appetibili, oportet. n. appetitum specificatum ab obiecto mouere quodcunque appetendo mouet. Similiter non obstat, quod inest appetitui, oportet enim iuxta naturarum diuersitatem, diuersimode & diffinitiones, & proprietates assignare. Singulare aũt est hoc in appetitu, quod ratio agendi in appetente quidem non mediante appetitu, sed apprehensiua ui, esse debet. Et merito, quoniam appetere opus est utriusque uirtutis, nec sibi, sed appetenti animali appetitus appetit. sibi enim naturaliter appetitus appetit, sicut & cæterę potentię. Vnde appetibile mouere appetitum, duplici genere causæ 12. Met. comm. 76. optime dixit Auer. s. effectiue secũdum quod est apprehensum, & finaliter secundum quod est extra animam. Et utroque modo, specificat actum. Et sic appetitus est potentia uere passiua ab obiecto, quia reducitur ab eo de potentia ad actũ specificationis, recipitq; ab eo actum specificatum, inquantum specificatum. Verum, quia ista reductio de potentia ad actum fit ab obiecto (ut dictum est) multipliciter, s. in ratione finis, & termini, & rationis agendi, cautum oportet esse ad intelligẽdum doctorum dicta, & singulariter S. Th. in primis. n. quia causalitas finalis manifestissime conuenit appetibili, ideo illa sæpius nominatur, illa sæpius philosophi utuntur, ut patet in Arist. Deinde, quia causare effectiue contingit non uno, sed multis modis, s. primo, ut ipsa causa, & participatiue, ut ratio causandi, & secundario, ut instrumenta causarum &c. Et medium quandoque distinguitur contra extremum, inde est, quod causare actiue per modum rationis agendi quandoque distinguitur contra causare causæ efficientis, quemadmodum etiam distinguitur contra ipsam causam efficientem. Et hoc modo S. Tho. in prima secundæ q. 9. distinguit causalitatem obiecti, a causalitate appetitus: hanc efficientis, illam formæ vocans, quia illa est primo agentis, illa nõ agentis, sed rationis agendi. Et confirmatur hæc interpretatio: quia alioquin oportet ponere quintum genus causæ. non. n. sufficit uerbo dicere, causat per modum formæ: sed cum certum sit, φ loquitur de forma quæ est ratio agendi, & illam constat habere causalitatem pertinentem ad genus causæ effectiuæ, consequens est, φ illius causalitatem, non contra totum genus causæ effectiuæ, distinxit, ut male intellectus fuit, sed contra proprijssimum & primum illius generis modum. Propter hanc aũt rationem, & unam aliam, s. quia hic efficiendi modus est annexus finali causæ non qualitercunq;, sed ut radici, nam appetibile quia finis est, ideo ratio est appetendi ipsi appetitui, ideo ad utrumq; respiciens Diuus Thomas, s. ad diminutum modum agendi, & ad radicem illius, dixit, inferius quod intellectus non mouet uoluntatem, eo modo quo uoluntas mouet intellectum, quia hæc effectiue,

ctiue, ille ut finis, i. quia hæc ut causa efficiens, ille ut causa finalis, ac per hoc non vt efficiens, sed vt efficiendi ratio. Inseparabiliter enim se concomitantur esse finem, & esse rationem agendi non inhærentem potentiæ agendi. Ex hac quoq; radice saluatur q Arist. non æquiuocauit, ordinem mouentium ad vnum reducens mouentem immotum, quia ad appetibile. Seruatur namq; idem genus causæ hoc modo, vt patet ex dictis. Et breuiter oĩa consonant. Quod autem hæc sit mens. S. Th. doctrina eius hic, & in prima secundæ diligenter perspecta testatur, ponderãdæque potissime sunt duæ rationes ipsius. Altera, q appetitus est in potentia secundum se ad huiusmodi specificationem, & non reducitur in actum talem a seipso: ex hoc. n. sequitur. ergo, aut a nullo effectiue, quod est stultum, aut ab obiecto, quod est intentum. Altera ex parte obiecti, q verbum producit amorem in genere causæ efficientis. Ex hoc arguitur sic, Subsistentia adiuncta alicui causæ, non uariat causalitatem illius de uno genere causandi in aliud, quamuis uariet modum causandi, sicut & modum essendi: quia dat illam esse & causare ut quod, quæ absq; subsistẽtia causabat ut quo, quia erat ut quo. ergo subsistentia adiuncta uerbo cordis, non uariat genus causalitatis respectu appetitus, sed modum causandi tantum. Ergo eodem genere causæ, quamuis non eodem modo causat amorem uerbum cordis absolute, & uerbũ subsistens: sed uerbum subsistens apud S. Th. causat actiue amorem. ergo & uerbum absolute: sed illud ut quod, hoc ut quo. Cõstat autem uerbum cordis nihil aliud esse, quam obiectum apprehensum. ergo & sic benedictus Deus.

¶ Circa propositionem subsumptam, s. q appetibile per intellectum & sensum est diuersi generis, aduerte, q quia diuersitas specifica ex parte obiecti non sufficit ad diuersificandum potentias, q̃m cuilibet potentiæ obiectum est genus aliquod quia diuersitas potentiæ est diuersitas generis physici dicente philos. 5. Met. q eadem genere sunt, quorũ materia est una, ideo diuersitatem potentiarum inferre recte uolens S. Thomas ex obiecto, diuersitatem genericam obiecti assumpsit. Constat autem, diuersum genus esse intelligibilium & sensibilium.

¶ In responsione ad primum, occurrerent, non dubitatio, sed argumentationes eorum, qui paralogizant appetitum posse appetere non apprehensum. Sed q̃m de appetitu animali, de quo est sermo, loquendo, fatuum est hoc uertere in dubium, cum continua id experientia doceat, & quolibet proferente contraria soli etium esse stultũ est, idcirco uide apud Capreolũ hæc, si uacat.

¶ In responsione ad s̃m, dubium duplex occurrit. Primo, quo ad primam differentiam assignatam ibidem, inter appetitum sensitiuum, & intellectiuum in hoc, q intellectiuus fertur in res singulares s̃m aliquam rationem uniuersalem, sicut cũ appetit aliquid, quia est bonum. Hoc. n. commune est omni appetitui, immo, ẽt omni potentiæ, tendere in res s̃m aliquam rationem uniuersalem. Visus. n. fertur in omnia sub ratione colorati, & similiter concupiscibilis appetit sub ratione delectabilis s̃m sensum, unde ista differentia, nulla uidetur. Secundò, dubitatur circa idẽ, a quo, s. mouetur appetitus intellectiuus, cum fertur in istas res singulares sensibiles. Si. n. mouetur ab ipso singulari apprehẽso, cum apprehensio ista fiat per sensum, s. per cogitatiuam, tuit ratio facta in corpore articuli, q̃m fundata est super hoc, q quia apprehensum per intellectũ, est diuersi generis ab apprehenso p sensum, oportet mobilia ab istis esse diuersa, tam. n. idem ponetur moueri ab utroq;. Si aũt mouetur ab uniuersali, numquam appetet hoc singulare signatum determinate, quia uniuersale nõ determinat magis ad hoc quam illud, sed aut ad omnia simul singularia distribuit, aut nullum determinat in actu, sed confuse & in potentia omnia offert. Experimur tamen nos per appetitum intellectiuum appetere hoc singulare sensibile, & nunc, & hic determinate, ut patet, cum eligimus sectionem alicuius membri, aut aliam passionem, parti sensitiuæ contrariam.

¶ Ad euidentiam primi dubij, duas oportet recolere distinctiones. Prima est, q in termino alicuius actus sunt duo, s. terminus, & ratio terminandi. terminus est res ipsa, ad quam cognitio uel appetitio terminatur, quæ s. cognoscitur & appetitur. Ratio autem terminandi, iuxta nomen suum est id, quo formaliter terminus ipse habet quod terminet actum illum. uerbi gratia, cum uideo hoc album, terminus est res uisa, s. hoc album, ratio terminandi est eius albedo, ex ea. n. formaliter habet hoc album q uisionem terminet. Et in proposito, cum appetimus sanari, res appetita est corpus sanum, ratio uero terminandi appetitum, est sanitatis bonitas.

¶ Secunda distinctio est. natura aliqua dupliciter sumitur in communi, s. aduerbialiter & nominaliter. Aduerbialiter quidẽ, ut cum dicitur quod color in communi est obiectum uisus: non enim color communis aut uniuersalis, sed color communiter & uniuersaliter est obiectum uisus: quoniam uisio non terminatur ad colorem uniuersalem, hoc enim solo intellectu attingitur, sed ad colorem uniuersaliter, idest in quocunque, quandocunque, & ubicunque inuenitur. Nominaliter autem, cum dicitur, q color in communi intelligitur, scitur, diffinitur &c. Quoniam color uniuersalis, i. abstractus ab indiuiduantibus conditionibus hæc terminat.

¶ His stantibus d̃r, quod obiectum appetitus nostri quadrupliciter potest uariari, diuersimode combinando terminum appetitus, & rationem terminandi. Quia, aut uterque est uniuersalis, ut cum appetimus aliquod uniuersale, puta omnes homines saluari. Aut uterq; singularis, ut cum appetimus hanc uindictam, quia nunc, hic, in hoc, &c. conueniens uidetur. Aut terminus est singularis, & ratio terminandi est uniuersalis, ut cum appetimus aliquid impertinens scire: quia omne scire, perfectionis est. Aut terminus est singularis, & ratio terminandi est communis cõmuniter, ita quod ly communiter, sit conditio diminuens. Et hic uidetur frequentissimus noster appetitus, continue enim appetimus aliquod singulare utile, delectabile, aut honestum, propter aliquam conditionem communiter inuentam in pluribus, quæ moueret etiam non minus nos ad appetendum, si in illo alio singulari præsentaretur. Nihil. n. refert, ut appetenti hunc potum, alter solo numero differens, tribuatur. Inter hæc autem appetibilia tantum dittat, quod duo tantum appetitum sensitiuum terminant, secundum, s. & quartum, quib. nihil uniuersalitatis admiscetur. Ad appetitum uero intellectiuum, omnia referri possunt. prout experientia docet. In litera tamen, duo tantum nominantur, primum, in quo utrũq; est uniuersale, ex authoritate Aristo. & tertium, in quo appetibile est singulare, & ratio terminandi uniuersalis, in quo inchoat differẽtia inter intellectiuum, & sensitiuum appetitum. Q̃m sensitiuus fertur in singulare ratione contritionis: aut singularis, aut cõis uniuersaliter, non uniuersalis, quia nec sensus nec potentia aliqua, nisi intellectiuæ partis, ad uniuersale terminatur. Intellectiuus aũt, extendit se ad singulare ratione conditionis uniuersalis consideratæ, & præter hoc ad uniuersale ipsum, & præter hoc in materiale omnino bonum ut in secunda differentia dicitur.

¶ Ad secundam dubitationem dicitur, quod appetitus intellectiuus, semper mouetur ab intellectu practico, cuius est ẽt apprehendere singularia sensibilia, siue directe, siue reflexe, nõ est cur, non. n. oportet quod apprehensum reflexe, sit appetitum reflexe, multa. n. reflexe intelligimus, ut quæ in anima sunt, & directe uolumus. Nec obstat si intellectui practico, oporteat quandoque immisceri apprehensum per cogitatiuam ad perfecte mouendum, quoniam apprehẽsum per sensum, exclusum est a motiuone appetitus intellectiui uirtute propria, & secundum se, non autem ut adiungitur apprehenso per intellectum. Ita q ex hoc diuersificatur appetitus intellectiuus & sensitiuus, quia illius secundum se, & propria uirtute motiuum est apprehẽsum per intellectum, huius autem per se & propria uirtute motiuũ est apprehensum per sensum. Cum hac tamen differentia penes diuersitatem motiuorum secundum se, stat quod per adiunctionem & colligationem tam uirium, quam obiectorum, sensatum ut coniunctum intellecto, compleat quandoque motiuum intellectiui appetitus. Seorsum autem & secundum seipsum sensatum, sit proprium motiuum solius appetitus sensitiui.

¶ In responsione ad tertium, dubium occurrit: quia quamuis appetitus superior quandoq; moueat mediante inferiori, non tamen semper. Non. n. est simile de parte apprehensiua & appetitiua, oportet. n. partem sensitiuam esse in actu, quando intellectus est in actu, quia oportet intelligentem phantasmata aliquid speculari, sed non oportet quod quicquid appetimus uoluntate, id appetamus sensitiuo appetitu, ut patet. Nec rursus oportet, ut si appetitus intellectiuus ad appetitum a se mouere debet, q illud appetibile appeti faciat ab appetitu sensitiuo; cum cõtingat illud appetibile appeti faciat ab appetitu sensitiuo, cum contingat illud esse supra ordinem appetibilium per sensum, uel contrarium appetibili secundum sensum. Dupliciter ergo peccare uĩ responsio ista. primo, quia hoc falsum dicit. Secundo, quia refellat uis argumenti, q oportet diuersificare uim motiuã iuxta appetitiuæ diuersitatẽ, ex quo immediate uterq; appetit⁹ mouet.

¶ Ad hoc d̃r, q quia absolute loquendo potentia s̃m locũ motiua, cõis est intellectiuo puro, ut credimus de corporibus celestib. si sunt animata, & sensitiuo puro, ut patet in brutis, & cõposito ex intellectiuo & sensitiuo, ut patet in homine, idcirco, dato etiam quod appetitus superior immediate moueret corpus, non uĩ necessario sequi, q multiplicetur potentia motiua: eadẽ. n. habilitate, aptum potest esse corpus ad obediendum appetitui superiori & inferiori simul, & utrique singillatim. Hæc ideo dixerim, quia nullam rationem ex proprijs cogentem ad hoc uideo, q superior appetitus moueat semper mediante inferiori, cũ contingat appetitum superiorem ferri cõplete in aliquod appetibile singulare. s̃m certum locum & tempus &c. absque appetitu inferiori. constat enim, quod ad appetitũ completum singularium sequitur motus, si impedimentum non adsit ex parte corporis. Ex cõib. tñ rationabile uĩ, q appetitus superior semp mouleat mediãte inferiori, q͂a ordo naturæ habet, vt infima a summis per media moueantur. Et quia vt in pluribus hoc accidere vĩ, ideo in litera innuitur hoc, non expresse d̃r. Nam de parte apprehensiua

prehensiua in litera sit exclusiua, dum dicitur, quod ratio uniuersalis mouet tantum mediante particulari. de parte uero appetitiua absque exclusione, dicitur, quod appetitus superior mouet mediante inferiori, & forte disparitas ista fuit ad insinuandum hoc esse uerum, ut in plurib. & non semper, sicut de parte apprehensiua. Quia ergo, quod est uerum ut in pluribus in materia naturalium uniuersale est, ideo etiam absolute uerificatur, appetitum superiorem non mouere nisi medio inferiori.

¶ Et ad obiectionem in oppositum dicitur, quod licet principale appetitiuum, ab appetitu superiori qñq; excedat, uel sit contra appetitum inferiorem, quilibet tamen locus ad quem mouere potest appetitus superior, potest reddi appetibilis appetitui inferiori, ut obedit parti superiori, cum locus de genere sensibilium sit, & infinitas rationes conuenientiæ possit ad rationem particularem habere. Non oportet autem quod appetitus inferior idem appetat quod superior, si mediare debet in mouendo, sed satis est, quod feratur in aliquid ordinatum ad appetibile intentum a superiori, quod semper fieri posse patet.

SVP. Q. LXXXI.

ART. I.

CONCL. Sensualitas est nomen appetitus sensitiui.

¶ PROB. Quia sensualitas est nomen sumptum a motu (secundum Augustinũ): & motus appetitui, sicut quies apprehensioni, assimilatur (cum apprehensio ad intra, appetitus ad extra, perficiatur.)

1^m ex Augustino. In corporis sensu. R. tamquam præambulo sensualitati, non, tãquam comprehenso sub sensualitate. §. Tunc nihil &c. Nihil enim officit (ut patet,) quod sensus corporis sub ui cognoscitiua contineantur, immo proficit dictis, eo quod appetitus sequitur cognitionem.

2^m de maiori. Vna diuisione. R. Secundum quod diuisio illa sumitur, non. Secundum quod non sumitur. §. Tunc nihil &c. Nam ab Augustino sensualitas diuiditur contra rationem superiorem, & inferiorem, non quod in numero uitium cognitiuarum ponatur sensualitas, sed inquantum omnia hæc communicant in actu motionis. Vis enim cognitiua, ad quam pertinet &c. ut in litera.

3^m de maiori. Serpentis. R. Inquantum serpens inclinauit in affectum peccati, non inquantum ostendit, & proposuit peccatum. §. Tunc nihil &c. vt patet in litera.

404 Ver. q. 25. ar. 1.

lib. 12. de Trin. c. 12. parum a princip.

lib. 12. de Tri. c. 12. ah med. to. 3.

QVAESTIO LXXXI.

De Sensualitate, in tres articulos diuisa.

DEINDE considerãdum est de sensualitate.

CIRCA quã, quærun tur tria.

¶ Primo, vtrum sensualitas sit vis appetitiua tantum.

¶ Secundo, vtrum diuidatur sensualitas in irascibilem & concupiscibilem, sicut in diuersas potentias.

¶ Tertio, vtrum irascibilis & concupiscibilis obediant rationi.

ARTICVLVS I.

Vtrum sensualitas, solum sit appetitiua.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur, quod sensualitas nõ solum sit appetitiua, sed etiam cognitiua. Dicit. n. Augus. 12. de Trinit.* quod sensualis animæ motus, qui in corporis sensu intenditur, nobis pecoribusque cõmunis est. Sed corporis sensus sub ui cognitiua continetur, ergo sensualitas est vis cognitiua.

¶ 2 Præt. Quæ cadunt sub una diuisione, uidentur esse unius generis. Sed Aug. † in 12. de Trin. diuidit sensualitatem contra rationem superiorem & inferiorem, quæ ad cognitionem pertinent. ergo sensualitas etiam est uis cognitiua.

¶ 3 Præt. Sensualitas in tentatione hominis, tenet locum serpentis. Sed serpens in tentatione primorũ parentum se habuit, ut nuntians & proponens peccatum, quod est uis cognitiuæ. ergo sensualitas est vis cognitiua.

SED CONTRA est, quod sensualitas diffinitur esse appetitus rerum ad corpus pertinentium.

RESPON. Dicendum, quod nomẽ sensualitatis sumptũ uidetur a sensuali motu, de quo Aug. loquitur 12. de Trin.* sicut ab actu sumitur nomen potentiæ, ut a uisione uisus. Motus autem sensibilis, est appetitus apprehensionem sensitiuam consequens. actus enim apprehensiuæ uirtutis, non ita proprie dicitur motus sicut actio appetitus. Nam operatio uirtutis apprehensiuæ perficitur in hoc, quod res apprehensæ sunt in apprehendente, operatio autem uirtutis appetitiuæ perficitur in hoc, quod appetens inclinatur in rem appetibilem. Et ideo, operatio apprehensiuæ uirtutis assimilatur quieti operatio autem uirtutis appetitiuæ magis assimilatur motui. unde per sensualem motum intelligitur operatio appetitiuæ uirtutis. Et sic sensualitas est nomen appetitus sensitiui.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod per hoc quod dicit August. quod sensualis animæ motus intenditur in corporis sensu, non datur intelligi quod corporis sensus sub sensualitate comprehendantur, sed magis quod motus sensualitatis, sint inclinatio quædam ad sensus corporis, dum scilicet appetimus ea quæ per corporis sensus apprehẽduntur. Et sic corporis sensus pertinent ad sensualitatem quasi præambuli.

AD SECVNDVM dicendum, quod sensualitas diuiditur contra rationem superiorem, & inferiorem, inquantum communicant in actu motionis: vis enim cognitiua, ad quam pertinet ratio superior, & inferior, est motiua, sicut & appetitiua, ad quam pertinet sensualitas.

AD TERTIVM dicendum, quod serpens non solũ ostendit, & proposuit peccatum, sed etiã inclinauit in affectum peccati. Et quantum ad hoc, sensualitas per serpentem significatur.

ARTI-

lib. 12. de Trin. c. 12. & 13. to. 3.

APPENDIX.

Vtilit. pro S. Ecclef.

EX articulo habes primo: quomodo per rationem, siue per responsionem ad tertium, reijcias hæresim Ophitarum dicentium serpentem, qui primos decepit parentes fuisse Christum, & scientiæ boni, ac mali authorem, ideo adorandum. Cum enim in peccati affectum inclinauerit, patet, quod non fuit Christus, qui est nobis Pontifex sanctus, innocens, impollutus, segregatus a peccatoribus, & excelsior cœlis factus, ad Hebr. 7. Secundo habes: quomodo per rationem hanc ostendas, & Serpẽtem, & illam hæresim, merito damnari a scripturis Gen. 3. Dixit Dominus ad serpentem. Maledictus eris inter omnia animantia terræ; cum tamẽ de Christo dicatur matri suæ, Luc. 1. Benedictus fructus uentris tui. Quinimmo benedictus ita fit a Deo, ut dicatur Genes. 22. In semine tuo benedicentur omnes gentes: id est in Christo. Nam ad Galat. tertio. Apostolus illud exponẽs sic ait: Abrahæ dictæ sunt promissiones, & semini eius. Nõ dicit in seminib. quasi in multis, sed quasi in uno, & semini tuo qui est Christus: Item merito dãnari, secundo Corinth. vndecimo. Timeo, ne, sicut Serpens seduxit Euam astutia sua, ita corrumpantur sensus uestri, & excidant a simplicitate, quæ est in Christo. Ergo ad literam serpens ille deceptor est cõtrarius Christo: tantum abest, ut sit Christus. Item merito damnari Apoc. duodecimo. Proiectus est ille draco magnus, serpens antiquus, qui uocatur diabolus, & Sathanas, &cæt. & ipsi uicerunt eum propter sanguinem agni. Ecce ad literam, quod ille serpens antiquus deceptor est, & uocatur diabolus atque sathanas, & tantum abest, ut sit Christus, quod a sanguine Christi agni uictus est. Nam propter quod vnumquodque, & illud magis. Si ergo beati Angeli serpentem illum antiquum uicerunt propter sanguinem agni: multo utique magis uicit illum per beatos angelos sanguis agni. Item a &c. ut supra q. 13. art. 10. Tertio uides: quomodo ex his doctrina hæc Thomistica firmetur, atque declaretur.

3

Comm. Cardinalis Caietani.

Titulus clarus, appetitiua, ut distinguitur contra apprehensiuam.

¶ In corpore, una conclusio respõsiua quæsito affirmatiuè. Sensualitas est nomen appetitus sensitiui. Probatur sic, Per motum sensualem, intelligitur motus appetitus sensitiui, & ergo sensualitas est nomen appetitus sensitiui, consequentia probatur, quia sensualitatis nomen a motu sensuali, sumptum uidetur, sicut ab actu potentia. Antecedens probatur, quia actus, appetitiuæ partis magis habet rationem motus quam apprehensiuæ. ergo motus sensualis magis proprie insinuat actum appetitus. Probatur assumptum, quia appetere perficitur secundum inclinari ad res, apprehendere uero secundum esse rerum in anima, & inclinari pertinet ad motum, esse uero, magis pertinet ad quietem.

SVP. Q. LXXXI. ART. II.

Concl. 1. Appetitus sensitiuus diuiditur in duas potentias, quæ sunt species appetitus sensitiui, scilicet irascibilem, & concupiscibilem.

¶ Prob. Quia appetitus sensitiuus est inclinatio consequens apprehensionem sensitiuam, sicut naturalis est inclinatio consequens formam naturalem. Et in habentibus formam naturalẽ corruptibilem oportet esse non solum inclinationem ad consequendum conuenientia, refugiendumque nociua (hanc in animalibus uocant potestatem cõcupiscibilem.) Sed etiã inclinationem ad resistendum contrariis, quæ conuenientibus impedimentum præbent, ingeruntque nociua. (Hanc in animalibus, uocamus potentiam irascibilem). Exẽplo ignis patet huius probationis pars secunda.

¶ Concl. 2. Hæ duæ inclinationes non reducuntur in unum principium.

¶ Corol. Ergo per illam secundam conclusionem declaratur: quod istæ potentiæ, quæ dicebantur duæ in prima conclusione, sunt duæ realiter distinctæ, non autem formaliter tantum.

¶ Prob. Quia anima quandoque contra inclinationem concupiscibilis ingerit se tristibus, ut secundum inclinationem irascibilis impugnet contraria. Et passiones concupiscibilis repugnare videntur passionibus irascibilis (patet de concupiscentia accensa minuente iram) atque è contra, (patet de ira accensa minuente concupiscentiam.)

1^m de conclusione. Conueniẽs. & Et nociuum

405 Veri. q. 1. & 2. 3. cor. 5. q. 25. ar. 2. & 2. Eth. le. 5. & 3 de aia, lec. 14. li. 2. de aia, text. 170, tom. 2.

Sup illud Mat. 13. Simile est regnum cœlorum fermento, t. 9

† Nissenus lib. 4. Phil. c. 8. in pri. Dam. li. 2. de fin. 12. circa fine.

ARTICVLVS II.

Vtrum appetitus sensitiuus distinguatur in irascibilem, & concupiscibilem, sicut in potentias diuersas.

AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur, quod appetitus sensitiuus non distinguatur in irascibilem, & concupiscibilem, sicut in potentias diuersas. Eadem enim potentia animæ est unius cõtrarietatis, ut uisus albi & nigri, ut dicitur in secundo de Anima.* Sed conueniens & nociuum sunt contraria. Cum ergo concupiscibilis respiciat conueniens, irascibilis uero nociuum, uidetur quod eadem potẽtia animæ sit irascibilis, & concupiscibilis.

¶ 2 Præter. Appetitus sensitiuus non est nisi cõuenientiũ secundum sensum, sed conueniens secundum sensum est obiectum concupiscibilis. Ergo nullus appetitus sensitiuus est a concupiscibili differens.

¶ 3 Præt. Odium est in irascibili. Dicit enim Hiero.* super Mat. Possideamus in irascibili odium uitiorum. Sed odium cum contrarietur amori, est in concupiscibili. Ergo eadem uis est cõcupiscibilis & irascibilis.

SED CONTRA est, quod Gregor. Nissenus † & Damasc. * ponunt duas uires, irascibilem & concupiscibilem, partes appetitus sensitiui.

RESPON. Dicendum, quod appetitus sensitiuus est una uis in genere quæ sensualitas dicitur, sed diuiditur in duas potentias, quæ sunt species appetitus sensitiui, scilicet in irascibilem, & concupiscibilem. Ad cuius euidentiam considerari oportet, quod in rebus naturalibus corruptibilibus, non solum oportet esse inclinationem ad consequendum conuenientia, & refugiendum nociua, sed etiam ad resistendum corrumpentibus, & contrariis, quæ conuenientibus impedimentum præbent, & ingerunt nocumenta. Sicut ignis habet naturalem inclinationem non solum ut recedat ab inferiori loco, qui sibi non conuenit, & tendat in locum superiorem sibi conuenientem; sed etiam quod resistat corrumpentibus, & impedientibus. Quia igitur appetitus sensitiuus est inclinatio consequens apprehensionem sensitiuam sicut appetitus naturalis est inclinatio consequens formam naturalem, necesse est, quod in parte sensitiua sint duæ appetitiuæ potentiæ. Vna, per quã anima simpliciter inclinatur ad prosequendum ea, quæ sunt conuenientia secundum sensum, & ad refugiendum nociua, & hæc dicitur concupiscibilis. Alia uero, per quam animal resistit impugnantibus, quæ conuenientia impugnant & nocumenta inferunt, & hæc uis uocatur irascibilis. Vnde dicitur quod eius obiectum est arduum, quia, scilicet tendit ad hoc quod superet contraria, & supereminet eis. Hæ autem duæ inclinationes non reducuntur in unum principium, quia interdum anima tristibus se ingerit contra inclinationẽ concupiscibilis, ut secundum inclinationem irascibilis impugnet cõtraria. vnde etiam passiones irascibilis repugnare uidentur passionibus concupiscibilis. Nam concupiscentia accensa minuit iram, & ira accensa minuit concupiscentiam, ut in pluribus. Patet etiam ex hoc, quod irascibilis est quasi propugnatrix & defensatrix concupiscibilis, dum insurgit cõtra ea, quæ impediunt conuenientiam, quã concupiscibilis appetit, & ingerũt nociua quæ concupiscibilis refugit. Et propter hoc omnes passiones irascibilis incipiunt a passionibus concupiscibilis, & in eas terminantur. sicut ira nascitur ex illata tristitia, & uindictam inferens in lætitiam terminatur. Propter hoc etiam pugnæ animalium sunt de concupiscibilibus, scilicet de cibis, & venereis, ut dicitur in octauo de animalibus.*

AD PRIMVM ergo dicendum, quod uis concupiscibilis est, & conuenientis, & inconuenientis. Sed irascibilis est ad resistendum inconuenienti, quod impugnat.

AD SECVNDVM dicendum, quod sicut in apprehensiuis uirtutibus, in parte sensitiua est aliqua uis æstimatiua, scilicet quæ est perceptiua eorum, quæ sensum non immutant, ut supra dictum est * ita etiam in appetitu sensitiuo est aliqua uis appetens aliquid quod non est conueniens secundum delectationem sensus, sed secundum quod est utile animali ad suam defensionem. Et hæc est vis irascibilis.

lib. 8. c. 1.

q. 78. ar. 4.

ciuum simul. §. Illud ad prosequẽdum, istud ad fugiendum. Tunc &c. Nam eadem est potentia contrarietatis; scilicet ipsa concupiscibilis. Quod autem irascibilis respiciat cõtrarium, hoc non infert: ipsam esse eandem potentiam, cum concupiscibili. Nam sub alia ratione formali, scilicet ut resistat, irascibilis respicit ea quæ sunt sibi contraria, & sub alia ratione, scilicet ut fugiat, concupiscibilis respicit contraria. Rationes uero formales distingunt potentias (ut supra patuit.)

2^m de maiori.

Secundum sensum. R. Vel secundum quod conuenit animali ad sui defensionem: licet hoc non sit conueniẽs secundum delectationem sensus. §. Tunc nihil & cætera, ut patet in litera, & ex dictis. Nam obiectum formale diuersificat potentias; licet obiectum materiale esset idem. Sufficit ergo ad diuersificandum illas potentias: quod concupiscibilis respiciat conueniens sub alia formali ratione ab illa, sub qua irascibilis respicit conueniens.

Tertium

AD

3m de maiori. Odium. R. Ratione impugnationis causatæ ex odio, non ratione sui. §. Tunc &c. Non enim obiectum materiale, sed ratio eius diuersificati potentiarum correspondet, ut sæpius dictum est.

Ad tertium dicendum, quod odium simpliciter pertinet ad concupiscibilem, sed ratione impugnationis, quæ ex odio causatur, potest ad irascibile pertinere.

¶Not. Responsum hoc melius intelliges, si attendas quod in corpore dictum fuit scilicet, quod omnes passiones irascibilis incipiunt a passionibus concupiscibilis. Vides enim in respondendo: quod odium secundum se. i. secundum quod odium, in concupiscibili existens est causa impugnationis contrariorum: quæ sane impugnatio in irascibili est: tantoque nexu ad causandum impugnationem iungitur odium, ut id, quod secundum unum sensum est in concupiscibili: secundum alium sit in irascibili.

Vtilit. pro S. Eccles.

APPENDIX.

Ex articulo habes primo: quomodo per rationem, ostendas, philosophum merito posuisse irascibilem, & concupiscibilem esse duas potentias, per hoc, quod in octauo de animalibus, capitulo primo, dixit, quod pugnæ in animalibus sunt de concupiscibilibus. Pugnare namque irascibili conuenit, concupiscere concupiscibili. Per hoc ergo, quod attribuit pugnas animalibus, attribuit eis irascibilem, per hoc autem, quod concupiscibilia, eis attribuit concupiscibilem. Cum uero pugnas deseruire concupiscibilibus, seu fieri pro concupiscibilibus, dicit irascibilem deseruire concupiscibili, & consequẽter istas esse duas potentiãs realiter distinctas, designat. (ut patet.) Secundo habes: quomodo per rationem prædictã ibi sensum philosophi probes, probatumque defendas. Tertio uides: quomodo ex hoc, similibusque locis, uicissim Angelica iuuetur doctrina præsens.

2

3

Comm. Cardinalis Caietani.

Titulus clarus.

¶In corpore quatuor. Primo, proponit conclusionem. Secundo, declarat unam eius partem. Tertio, reliquam. Quarto, ex conclusione reddit duorum accidentium rationem.

¶Quoad primum conclusio est affirmatiue respõsiua quæsito. Sensualitas est genus potentiæ appetitiuæ, diuisum in irascibilem & concupiscibilem, ut diuersas species. Hæc conclusio licet multas partes uideatur habere, omnia tamen ex dictis clara sunt, præter duo, s. quod in parte sensitiua sit vtrumque principium, s. irascibilis & concupiscibilis. Secundo, quod sint diuersa principia, quod est quæsitum. Et ideo quoad hæc duo, conclusionem probare intendit ordinate.

¶Quoad secundum probatur, quod in parte sensitiua sint irascibilis & concupiscibilis. Naturalib. natura prouidit de naturali inclinatione, seu appetitu ad tria, i. tendendum in conuenientia, fugiendum disconuenientia, & resistendum tam impedientibus, quã corrumpentibus. ergo animalibus secundum appetitum animalẽ, prouidit ẽt de his. ergo in eis sunt concupiscibilis & irascibilis. ahs patet in igne. Prima consequentia probatur, quia proportionaliter appetitus naturalis sequitur formam naturalem, & animalis sequitur formam apprehensam per sensum. Secunda consequentia declaratur, ex actibus concupiscibilis, & irascibilis.

¶Quoad tertium probatur, quod hæ uires sint diuersæ tripliciter. Primo, ex diuersitate obiecti ex qua prouenit, quod contra inclinationẽ concupiscibilis, propter obiectum irascibilis prosequendum, tristia amplectuntur animalia. Si. n. idem esset vtriusque obiectum, utrique consonaret quod alteri conuenit, cum proprium obiectum potentiæ conueniens sit. Si igitur irascibili consonat prosequi, & concupiscibili disconuenit diuersum est utriusque obiectum, & consequenter diuersæ sunt potentiæ. Secundo. ex repugnantia passionum utriusque quia intensæ in una alterius passiones minuunt.

¶Tertio, ex hoc quod irascibilis est propugnatrix respectu cõcupiscibilis, quemadmodum calor respectu leuitatis ipsius ignis. Quamuis hoc tertium signum possit aliter introduci, non in ui medii ad conclusionem, sed potius ut initium quartæ partis corporis articuli, ita quod probata conclusione dupliciter tantum: cum declarasset quod irascibilis & concupiscibilis sunt in parte sensitiua, & quod sunt diuersæ potentiæ, modo declaratur quomodo se habeant adinuicem dicens, quod se sic habent, quod irascibilis est propugnatrix respectu concupiscibilis, quod tripliciter declarat. Primo namque infert illud ex dictis & optime sequitur ex dictis in prima parte conclusionis. Secundo, ex effectu interiori, passiones irascibilis inchoantur a concupiscibili & terminantur in eam. Tertio, ab exteriori effectu, quia propter hæc concupiscibilia, pugnant animalia.

¶In responsione ad ſm memento Nouitiæ, ꝙ sensus nomine exteriorem tm̃ sensum significamus, cũ ab eo delectabilia aut tristia ſm sensum dicimus: non. n. hirundo colligit paleam, quia delectet uisum, aut gustũ eius palea. sed quia utilis ad nidum. Et iuxta hanc significationem, distinguuntur in parte sensitiua duo genera appetibilium, secundum conuenientiam & disconuenientiam ad sensus. Et secundum conuenientiam & disconuenientiam ad ipsum animal. Ad primorum appetitum mouent sensata, ad secundorum, intentiones elicitæ ex speciebus sensatis.

Ag. 2. s. d. 24. q. 1. a. 3.

SVP. Q. LXXXI.

ART. III.

ARTICVLVS III.

Vtrum irascibilis & concupiscibilis, obediant rationi.

AD TERTIVM sic proceditur. Videtur, quod irascibilis, & concupiscibilis non obediant rõni. Irascibilis. n. & concupiscibilis sunt partes sensualitatis, sed sensualitas non obedit rationi. vnde per serpentem significatur, ut dicit August. 12. de Trinit.* Ergo irascibilis, & concupiscibilis non obediunt rationi.

¶2 Præt. Quod obedit alicui non repugnat ei. Sed irascibilis & concupiscibilis repugnant rationi secũdum illud Apostoli, ad Rom. 7. Video aliam legem in membris meis repugnantẽ legi mentis meæ. Ergo irascibilis, & concupiscibilis non obediunt rationi.

¶3 Præt. Sicut rationali parte animæ inferior est vis appetitiua, ita etiam & uis sensitiua. Sed sensitiuã pars animæ non obedit rationi. nõ. n. audimus nec uidemus, quando uolumus: ergo similiter neq; uires sensitiui appetitus, s. irascibilis, & concupiscibilis obediunt rationi.

SED CONTRA est, quod Damascen.* dicit quod obediens, & persuadibile rationi diuiditur inconcupiscentiam & iram.

li. 2. Orth. fidei c. 12. circa finẽ.

RESPON. Dicendum, quod irascibilis & concupiscibilis obediunt superiori parti, in qua est intellectus. siue ratio, & uoluntas, dupliciter. uno modo quidem, quantum ad rationẽ. alio uero modo quantum ad uoluntatem. Rationi quidem, obediunt quantum ad ipsos suos actus. Cuius ratio est: quia appetitus sensitiuus in aliis quidem animalibus natus est moueri ab æstimatiua uirtute, sicut ouis æstimans lupum inimicum, timet. Loco autem ęstimatiuæ uirtutis est in homine, sicut supra dictum est,* uis cogitatiua, quæ dicitur a quibusdam ratio particularis, eo ꝙ est collatiua intentionum indi-

q. 78. ar

405

1. 2. q. 17. ar. 7. & q. 50. ar. 3. & q. 56. ar. 4. & uerit. q. 25. ar. 4. 12. & 13.

CONC. 1. Irascibilis, & concupiscibilis obediunt superiori parti, in qua est intellectus siue ratio, & uoluntas, dupliciter, vno modo quidem quãtum ad rationem. alio uero modo quantum ad uoluntatem.

¶PROB. 1. Quia cogitatiua, quæ (ut in brutis æstimatiua) mouet hominis appetitũ sensitiuum, nata est dirigi in suis actibus a ratione uniuersali (patet in sillogisticis.) Secunda autem pars scilicet, alio uero ꝓbatur. &c. Quia uis motiua per quam fit executio, non statim mouetur secundum appetitum sensitiuum, (ut fit in brutis, puta in oue timente Lupum:) Sed expectat imperium uoluntatis (patet ex assimilatione appetitus sensitiui ad appetitum intellectiuum, quantum ad motum: sicut Spheræ inferioris ad Spheram superiorem.)

Primum

1^m de minori, Sensualitas. R. quantum ad inclinare in affectum peccati, non quãtum ad actum irascibilis, & concupiscibilis. §. Tunc nihil &c. Nam per serpentem non, nisi ut inclinauit serpens in affectum peccati, significatur sensualitas. sup. articulo primo, ad tertium.

¶ Nota. Sensualitas, ut sic, dicit appetitum rerum pertinentiũ ad corpus, sup. ar. 1. vnde & dicitur appetitus sensitiuus. Et siquidem ille appetitus ad res corporis ita inclinetur uel prosequendas, uel fugiendas (en concupiscibilis), vel ad eorum contrariis resistendum (en irascibilis): ut sine ratione ducatur in huiusmodi suis actibus: tunc dicitur in homine significari per serpentem, inclinare in peccatum, esse quoddam brutale, esse proprium sensualitati, ex parte sensitiuæ partis (ut ait litera) i. conuenire parti sensitiuæ, ꝑcise ut sic. Nam uidemus, quod sensitiua in brutis, quia præcise cõsideratur, non ducitur ratione. At in brutis hoc non dicit uel minimum peccatum, quoniam, cum ratione careant, non est nata eorum sensualitas dirigi a ratione, & consequenter obedire illi. Hoc autem (.s. non duci ratione sensualitatem, & consequenter non obedire illi, in suis præmissis actibus) est peccatũ in homine, & dicitur inclinatio in affectũ peccati id, quod erat inclinatio sensitiuæ in brutis absque peccato. Qđ si tales inclinationes in homine ducantur ratione, seu ad suos actus inducantur ex ratione (ut fuit in Christo domino orante in horto, & esuriente in deserto): tunc nullum prorsus peccatum dicunt, sed tantum suum officium naturale faciunt absque rationis detrimento, obnubilatione, impedimento (iuxta prædicta intellige literam.)

li. 3. de aĩa tex. 57. t. 2.

2^m de maiori.

Obedit. R. Seruiliter: non regaliter. §. Tunc &c. nam concupiscibilis & irascibilis regaliter tantum obediunt rationi, ut in litera.

ar. 1. & huius q.

3^m de maiori.

Ita R. quantum ad esse inferius, non quantum ad exercitia sua. §. Tunc nihil &cęt. Non enim de irascibili, & concupiscibili, quęrimus nunc an sint inferiora ratione, sed an quantum ad exercitia sua sint obedientia rationi, & per consequens, quod alia assimilentur prædictis potentiis in esse inferius ratione, non est ad propositum.

individualium, unde ab ea natus est moueri in homine appetitus sẽsitiuus. Ipsa autem ratio particularis nata est moueri & dirigi in homine, secundum rationem uniuersalem. Vnde in syllogisticis, ex vniuersalib. propositionib. concluduntur cõclusiones singulares. Et ideo patet, quod ratio uniuersalis imperat appetitui sensitiuo, qui distinguitur per concupiscibilem & irascibilem. & hic appetitus est ei obediens. Et quia deducere uniuersalia principia in conclusiones singulares, non est opus simplicis intellectus sed rationis, ideo irascibilis & concupiscibilis magis dicuntur obedire rationi, quam intellectui. Hoc etiam quilibet experiri potest in seipso. Applicãdo enim aliquas uniuersales considerationes, mitigatur ira, aut timor aut aliquid huiusmodi, uel etiam instigatur. Voluntati etiam subiacet appetitus sensitiuus quantum ad executionem, quæ fit per uim motiuam. In alijs enim animalibus statim ad appetitum concupiscibilis, & irascibilis, sequitur motus, sicut ouis timens lupum, statim fugit, quia nõ est in eis superior appetitus qui repugnet. Sed homo non statim mouetur secundum appetitum irascibilem & concupiscibilem, sed expectatur imperium uoluntatis, qđ est appetitus superior. In omnibus enim potentiis motiuis ordinatis, secundum mouens non mouet, nisi uirtute primi mouentis. Vnde appetitus inferior non sufficit mouere, nisi appetitus superior consentiat. Et hoc est quod Philosophus dicit in 3. de Anima,* quod appetitus superior mouet appetitum inferiorẽ, sicut sphæra superior inferiorẽ. Hoc ergo modo irascibilis & cõcupiscibilis rõni subduntur.

AD PRIMVM ergo dicendũ, quod sẽsualitas significatur per serpentem quantum ad id, quod est proprium sibi ex parte sensitiuæ partis. Irascibilis autem & concupiscibilis magis nominant sensitiuũ quam appetitiuum ex parte actus, ad quem inducuntur ex ratione ut dictum est.*

AD SECVNDVM dicendum, quod sicut Philosophus dicit in 1. Politicorum,* est quidem in animali contemplari, & despoticum principatum & politicum. Anima quidem corpori dominatur despotico principatu, intellectus autem appetitui, politico & regali. Dicitur enim despoticus principatus quo aliquis principatur seruis, qui non hẽnt facultatẽ in aliquo resistẽdi imperio præcipientis, quia nihil sui habent. Principatus autem politicus & regalis dicitur, quo aliquis principatur liberis, qui etsi subdantur regimini præsidentis, tamen habent aliquid proprium, ex quo possunt reniti præcipientis imperio. Sic igitur anima dominatur corpori despotico principatu, quia corporis mẽbra in nullo resistere possunt imperio animæ, sed statim ad appetitum animæ mouetur manus & pes quodlibet membrum, quod natum est moueri uoluntario motu. Intellectus autem seu ratio, dicitur principari irascibili, & concupiscibili politico principatu, qa appetitus sensibilis habet aliquid proprium, vnde potest reniti imperio rationis. Natus est enim moueri appetitus sensitiuus, non solum ab æstimatiua in aliis animalibus, & cogitatiua in homine, quam dirigit uniuersalis ratio, sed etiam ab imaginatiua & sensu. Vnde experimur irascibilem uel concupiscibilem rationi repugnare, per hoc quod sentimus uel imaginamur aliquod delectabile, quod ratio uetat, uel triste, quod ratio præcipit. Et sic per hoc quod irascibilis, & concupiscibilis in aliquo rationi repugnant, non excluditur quin ei obediant.

li. 1. politi. cap. 3. post med. to. 5.

AD TERTIVM dicẽdum, quod sensus exteriores indigent ad suos actus exterioribus sensibilibus, quibus immutentur, quorum præsentia non est in potestate rationis. Sed uires interiores tam appetitiuæ quam apprehensiuæ, non indigent exteriorib. rebus. Et ideo subduntur imperio rationis, quæ potest non solum instigare vel mitigare affectus appetitiuæ uirtutis, sed etiã formare imaginatiuæ virtutis phantasma.

APPENDIX.

Vtilit. pro S. Eccl.

EX articulo habes primo quomodo per rationem tanquam in radice interimas hæreses primo Agapetarum, secũdo Balaamitarum, tertio Beguinarum, & Begardorum, quarto Valdensiũ dicentium: primo Licentiam quãlibet in delitiis carnis, in escis comedendis, in fucu, in ornamentis, in impudicitiis esse licitam. Item secundo Luxuriæ nullum eẽ peccatum. Item tertio Actum carnalem non esse peccatum, maxime cum tentatur exercens qm̃ ad hoc natura inclinat. Item quarto oẽm carnalem commixtionem, vrente carnis libidine tam inter uiros, q̃ inter feminas esse licitam: siue (ut ait Directorium inquis. 2. p. q. 14.) Libidini plene satisfaciẽdum esse cum stimuli carnis infestant. Radix. n. istorum errorum uidetur fuisse saltem apud istorum multos, q̃ passiones sensitiui appetitus non obediunt rõni, & maxime quia sæpius contra eã recalcitrant, ut dixit argumentum secundum. Hinc, impune satisfaciendum passionib. sic nos urgentib crediderunt, quemadmodum in brutis uidemus huiusmodi passionum exercitia nullũ peccatum esse, ut dixit notatio post responsionem ad primum. Hoc illorum fundamentum falsum esse demonstratur, & consequenter errores illos superædificatos a D. Thom. in articulo præsente. Secũdo habes, quomodo per rationem tanquam in radice ostendas prædictos omnes merito damnari a scripturis. 1. Cor. 6. Nolite errare. (Quasi ergo errant in prædictis errorib.) Neque fornicarii, neque idolis seruiẽtes, neque adulteri, neque molles, neque masculorum cõcubitores, neque fures, neque auari, neque ebriosi, neque maledici, neque rapaces, regnum Dei possidebunt. Item Ephes. quinto. Hoc scitote intelligentes, quod omnis fornicator, aut immundus, aut auarus, non habet hæreditatem in regno Christi, & Dei. Item Coloss. tertio. Mortificate mẽbra uestra, quæ sunt super terram, fornicationem, immunditiam, libidinem, concupiscentiam malam, & auaritiam, quæ est simulachrorum seruitus: propter quæ uenit ira Dei. Ecce, quod possumus, & debemus mortificare huiusmodi passiones, & quòd propter non refrænationem illarum, uenit ira Dei. Ergo per hæc damnat errorẽ illorum Apostolus, qui dicunt passiones huiusmodi non obedirẽ

APPEN- QVAE- ratio-

rationi, vel etiam posse relaxari impune. Item a Concilio Anciyrano recepto in 6 Synodo generali Constantinopol. cap. 20. Si quis adulterium commiserit, septem annos in pœnitentia compleat. Item a Conc Elibertino c. 7. Si quis forte fidelis post lapsū mechiæ, acta pœnitentia, denuo fuerit fornicatus, placuit, eū nec in fine habere communionem. Item c. 12. Mater, vel parentes, vel quælibet fidelis, si lenocinium exercuerit, eo quod alienum uendiderit corpus, uel potius suum, placuit, eam nec in fine accipere communionem. Hæc ibi. Ecce a fortiori arguere datur. Item a Conc. Trid. sess. 24. de reformatione matrimonii cano. 8. statuit sancta Synodus: concubinarios tam solutos, quam coniugatos, cuiuscunque sint status, si ter admoniti ab ordinario concubinas nō eiecerint, ieq; ab earum consuetudine non seiunxerint, excommunicatione esse feriendos. Mulieres, quæ cum concubinariis uiuūt, grauiter puniantur. Hæc ibi. Ex oib. quib. & singulis, pdictis patet & quod carnalibus desideriis, quæ militant aduersus animam, indulgere est illicitum, & quod concupiscibilis debet obedire rationi huiusque imperio gubernari (id quod presens articulus per rationem insinuat.) Tertio uides: quomodo uicissim Angelica ex his firmetur conclusio, atque declaretur. 3

Comm. Cardinalis Caietani.

Titulus clarus.

¶In corpore tria. Primo, ponit bimembrem conclusionem responsiuam quæsito affirmatiue. Secundo probat primam partem. Tertio, secundam.

¶Quoad primum conclusio est ista, irascibilis, & concupiscibilis obediunt superiori patri dupliciter. Vbi aduerte, quod pluralitas istius obedientię attenditur utrinque. s. ex parte præcipientis, quia duo sunt præcipientes, scilicet intellectus & uoluntas, & ex parte obsequentis, quia quoad duo præstatur obedientia, scilicet quoad interiores actus sensitiui appetitus, & quoad exteriorem motum localem.

¶Prima ergo pars conclusionis est, quod obediunt rationi quo ad actus suos interiores. Secunda autem quod obediunt uoluntati quoad motionem localem, ut patet clare in litera.

¶Quo ad secundum, probatur prima pars dupliciter, sed tali ordine. Primo, ponitur ratio talis. Appetitus sensitiuus in homine mouetur & dirigitur a cogitatiua, quæ est ratio particularis, ista mouetur, & dirigitur a ratione uniuersali. ergo de primo ad ultimum, appetitus sensitiuus mouetur & dirigitur a ratione. ergo concupiscibilis & irascibilis obediunt rationi.

¶ Prima propositio probatur ex proportionali conuenientia inter naturale motiuum appetitus sensitiui in homine & aliis animalibus, quia cogitatiua est in homine loco aliorum æstimatiuę, cuius est mouere appetitum in aliis ut patet in oue. Secunda uero probatur, quia conclusio particularis non syllogizatur nisi ex aliqua uniuersali.

¶ Vltima uero consequentia patet quia appetitus sensitiuus in has duas distribuitur, & naturale est obedire, naturæ ordine præcipienti. Secundo ex hoc interponitur ratio nominis, qua scilicet magis dicimus hæc obedire rationi quam intellectui, cum idem sit intellectus, & ratio, quia scilicet obedit deductioni & applicationi uniuersalium ad singularia, hic autem actus est intellectus inquantum ratio, non inquantum intellectus, cuius proprius actus simplex apprehensio est, ut superius patet. Tertio, ponit secundam probationem intenti experientia, quia experimur ex consideratione uniuersalium regularum mitigari, aut instigari nos secundum passiones sensitiuas, ut patet in ira, tristitia, spe, &c.

¶Quoad tertium, probatur secūda pars tripliciter. Primo, experimentali differentia inter hominem, & animalia, quo ad moueri localiter, quia, scilicet alia statim ad appetitum sensitiuum mouentur, homo non, sed expectatur consensus uoluntatis. Secundo ratione: quia in omnibus potentiis motiuis ordinatis, secunda nō mouet nisi in uirtute primæ: sed appetitus inferior & superior sic se habent. ergo. Tertio authoritate Arist. 3. de Anima, Sicut sphęra, sphęram.

¶Circa hanc rationem pro secunda parte conclusionis, dubium occurrit. Quia non uidetur tam arcta obedientia appetitus sensitiui ad uoluntatem, ut nō possit mouere nisi in uirtute eius, ut in litera expresse concluditur, ex illa ratione. Tum, quia appetitus sensitiuus potest sine uoluntatis concursu mouere, ut patet in animalib. nec est deterioris conditionis in homine, quam in aliis. Tū quia appetitus sensitiuus in homine, mouete quandoq; cōtra uoluntatem uidetur, ut patet in incontinente.

¶Ad hoc dicitur, q id quod dicitur in litera, uerissimum uidetur, sed intelligendum est cum grano salis, s. deductis impedimentis, & de consensu uoluntatis qualitercunq; s. explicite uel implicitē, expresse uel interpretatiue &c. Quod enim in homine solus sensitiuus appetitus moueat, ex impedimento superioris partis prouenit, ut in pueris, & amentibus patet. Quod uero sublato impedimento, appetitus inferior non moueat nisi concurrente aliquo modo superiori, ex eo experimur, quod omnem nostrā translationem uoluntariam fatemur. Quod autem subiectio hæc, non deroget dignitati naturæ sensitiuæ in homine, ex eo patet, quod nobilius est tam alta opera, qualia sunt motus humani, efficere subditum, quam uilia prælatum. Quemadmodū. n. non dubitamus in caula, s. q ad dignitatem sensitiuæ naturæ pertinet, q coniuncta est rationali, per quod perdit esse caput, quod tamen in brutis hēt, ita non est dubitandum de effectu, s. q ad eiusdē spectat nobilitatem, q moueat subdita intellectiue appetitui. nobilitatur. n. & eleuatur uniuersaliter inferius ex coniunctione ad superius, quāuis subsit, ut patet cū tam in moralib. quam ciuilib. Nobilius. n. operantur uirtutes ut obedientes charitati, quā solæ, & nobilius est assistere regi, q̄ regere uillam. Ad id aūt q obiicitur de incontinente, patet rñsio non. n. incontinentis appetitus mouet inuitum, sed renitentem aliquali inclinatione ad bonum uirtutis, uoluntatem primo inclinando uincit, & sic consentiente illa, motum cāt. Nunquam ergo motus in homine ab appetitu sensitiuo sine uoluntatē causatur, q̄uis sæpe cōtra uolūtatis bonum ab ipsamet proueniat.

Sent. 1. 5. d. 1. q. 1. Cap. 1. d. 1. q. 3. ar. 1. con. 1. et 4. d. 49. q. 3. con. 2

QVAETIO LXXXII.

De uoluntate, in quinque articulos diuisa.

Deinde considerādum est de uoluntate.

Circa quā, quæruntur quinque.

¶Primo, vtrum uoluntas aliquid ex necessitate appetat.

¶ Secundo, vtrum omnia ex necessitate appetat.

¶Tertio, vtrum sit eminentior potentia, quam intellectus.

¶ Quarto, vtrum uoluntas moueat intellectum.

¶Quinto, vtrum uoluntas distinguatur per irascibilem & concupiscibilem.

SVP. Q. LXXXII. ART. I.

Concl. 1. Coactio ois necessitas repugnat oīno uolūtati.

¶Prob. Quia cogi repugnat oīno naturali inclinationi (patet in reb. naturalib.) & motus uoluntatis est sua inclinatio in aliquid.

¶Concl. 2. Necessitas finis nō repugnat uoluntati, qn̄ ad finem non potest peruenire, nisi uno modo.

¶Prob. Quia ex hoc, q uolo fine nullo modo acquisibilē nisi uno, oritur uoluntas illius unius modi (exēplum de uolente transire mare.)

¶Concl. 3. Necessitas naturalis non repugnat uoluntati.

¶Prob. Quia naturali necessitate uoluntas uult ultimū finem: sicut intellectus naturali necessitate consentit primis principiis.

ARTICVLVS I.

Vtrum uoluntas aliquid ex necessitate appetat.

Ad primvm sic proceditur. Videtur, quod uoluntas nihil ex necessitate appetat. Dicit. n. Aug.ⁿ in 5. de Ciuit. Dei q si aliqd est necessarium, non est uoluntarium. Sed omne quod uoluntas appetit, est voluntarium. Ergo nihil quod uoluntas appetit, est necessario desideratum.

¶ 2 Præt. Potestates rationales secundum Philosophū se habent ad opposita, sed uoluntas est potestas rationalis, qa ut dicitur in 3. de Anima," Voluntas in ratione est. Ergo uoluntas se habet ad opposita. ad nihil ergo de necessitate determinatur.

¶ 3 Præt. Scdm uoluntatē sumus domini nostrorū actuū. Sed eius quod ex necessitate est, non sumus domini. Ergo actus uoluntatis, non potest de necessitate esse.

407 1. 2. q. 10. a. 1. & q. In ar. 11. corp. & ueri. q. 22. ar. 6. & Ma. q. 6. ar. unico. li. 5. c. 10. to mo 5. Arist. li. 9. Meta. tex. 3. to. 3. li. 3. de aīa, tex. 42. t. 2.

Primum

1^m ex Augustino. Necessarium. R. Necessitate coactionu, non necessitate naturali. §. Tunc &c. ut patet ex conclusionibus.

2^m ex Philosopho. Rationales. R. Quatenus rationales, non quatenus intellectuales.

§. Tunc &c. Nam uoluntas naturaliter uolens aliquid intellectua lis nominanda est magis, quam rationalis. Sequitur enim tunc intellectum, ut intellectus, non intellectum, ut ratio.

¶ Corol. Ergo per ly rationales intelligit philosophus potentias quantum ad operationes, non autem potentias quantum ad essentiam. Nam uoluntas (p est rõnalis, ut ly rõnalis dicit essentiam, qm est (p in parte rõnali, non bruuali, quæ tñ uoluntas non (p est rõnalis quantum ad operõnem: quoniam nõ (p sequitur discursum intellectus (qui ratio appellatur), sed quandoque sequitur intellectũ sine discursu intelligentem, & ex hoc tunc dicitur uoluntas intellectualis.

3^m de maiori. Actuum. R. Existentiũ de his, quæ sunt ad finem: non existentium de ultimo fine. §. Non enim sumus domini appetitus ultimi finis, ut contrariũ uelle possumus. Tunc nihil &c. ut patet ex conclusionibus.

† lib. 13. de Trini. c. 4. in princ.

D. 924.

D. 919.

Sed contra est, quod August. dicit in 13. de Trinit. † quod beatitudinem omnes una uoluntate appetunt. Si autem non esset necessarium, sed contingens, deficeret ad minus in paucioribus. ergo uoluntas ex necessitate aliquid uult.

Respon. Dicendum, quod necessitas, dicitur multipliciter. Necesse est .n. quod non potest nõ esse. Quod quidem cõuenit alicui, uno modo ex d principio intrinseco, siue materiali, sicut cum dicimus, quod omne compositum ex contrariis, necesse est corrumpi, siue formali, sicut cum dicimus, qd necesse est triangulum habere tres angulos æquales duobus rectis. Et hæc est necessitas naturalis, & absoluta. Alio modo conuenit alicui quod non possit non esse ex aliquo extrinseco, uel fine, uel agente. Fine quidem, sicut cum aliquis non potest sine hoc consequi, aut bene consequi finem aliquem, ut cib. dicitur necessarius ad uitã, & equus ad iter. & hæc uocatur necessitas finis, quę interdum etiam utilitas dicitur. Ex agente autem hoc alicui conuenit, sicut cum aliquis cogitur ab d aliquo agente, ita quod nõ possit contrarium agere, & hęc uocatur necessitas coactionis. Hæc igitur coactionis necessitas omnino repugnat uoluntati. Nam hoc dicimus esse uiolentum, quod est contra inclinationem rei. Ipsa autem motus uoluntatis est inclinatio q̃dam in aliquid. Et ideo sicut dicitur aliquid naturale, quia est secundum inclinationem naturæ, ita dicitur aliquid uolũtarium, quia est secundum inclinationem uoluntatis. Sicut ergo impossibile est, quod aliquid simul sit uiolentum & naturale, ita impossibile est quod aliquid simpliciter sit coactum siue uiolentum & uoluntarium. Necessitas autem finis non repugnat uoluntati, quando ad finem non potest peruenire nisi uno modo. Sicut ex uoluntate transeundi mare fit necessitas in uoluntate, ut uelit nauem. Similiter etiam nec necessitas naturalis repugnat uoluntati, quinimmo necesse est quod sicut intellectus ex necessitate inhæret primis principiis, ita uoluntas ex necessitate inhæreat ultimo fini, qui est beatitudo. Finis enim se habet in operatiuis sicut principium in speculatiuis, ut dicitur in 2. Physic. * Oportet enim quod illud, qd naturaliter alicui conuenit & immobiliter, sit fundamétum, & principium omnium aliorum, quia natura rei est primum in unoquoque & omnis motus procedit ab aliquo immobili.

Li. 2. phys. te. 89. t. 2.

Ad primum ergo dicendum, quod uerbum Aug. * est intelligendum de necessario necessitate coactionis. Necessitas aũt naturalis non aufert libertatem uoluntatis, ut ipsemet in eodem libro dicit.

li. 5. de ciuit. Dei, c. 10. in princ.

Ad secundum dicendum, quod uoluntas secundum quod aliquid naturaliter uult, magis respõdet intellectui naturalium principiorum quam rationi, quæ ad opposita se habet. Vnde secundũ hoc, magis est intellectualis quam rationalis potestas.

Ad tertium dicendum, q sumus domini nostrorum actuũ secundum q possumus hoc uel illud eligere. Electio autem non est de fine, sed de his quæ sunt ad finẽ, ut dicitur in 3. Ethic. * Vnde appetitus ultimi finis nõ est de his quorum domini sumus.

li. 2. Ethic. c. 3. in me. tom. 5.

Appendix.

Vtilit. pro S. Eccl.

Ex articulo hẽs primo, quõ per rationem tanquam in radice confundas errorem Lamperianorum dicẽtium. Necessitate nihil esse faciendum, sed omnia debere fieri libere, & citra ullam coactionem. Ex quo errore in alium præcipites ibãt: q.d. uota nõ essent seruanda, quia coactionem quandam continebant: unde & ipsi ea & aspernabantur, & nihil prodesse dicebant. Articulus .n. præsens per hoc, quod necessitatem aliquam monstrat non repugnare, immo conuenire uoluntati, opponitur Lamperianis prædictis (ut cõsideranti patet) & ipsos ualide expugnat. Secundo habes quõ per rationem tanquam in radice ostẽdas, prædictum meritò dãnari ab Euangelista Luc. 14. Cõpelle intrare, ut impleatur domus mea. Item Mat. 11. Regnum cęlorum uim patitur, & uiolenti rapiunt illud. Hoc est. Illi, qui sibimet quandam uiolentiam, seu necessitatẽ (puta per considerationem mortis, diuinorum iudiciorum &c.) faciendi aliquid imponunt. Item a Concilio Carthaginẽsi primo sub Syluestro primo Papa cap. 3. sic. Occasiones amputandæ sunt peccatorum, & tollendæ oẽs suspiciones: quib. subtilitas diaboli, sub prætextu charitatis, & dilectionis incautas animas uel ignaras irretire cõsueuit. Nullas igitur, nullæq; sanctimoniç, & uirginitati deseruiens, propter blasphemiam Ecclesiæ, in una domo cum extraneis penitus commorari debent uniuersi dixerunt. Qui noluit habere, & pudicitiæ meliorem eligunt parte, hæc uitare debent, & non solum non habitare simul, sed nec habere ad se aliquem accessum. Hoc ergo, & lex iubet, & sãctitas uestra cõmendat, ut in singulis Conciliis statutum est. Gratus Eps dixit. Ergo persuasio interdum prudẽtes solet arcere a peccatis, & imprudentes dẽt motus huiuscemodi constringere, si sanum consiliũ respuũt, & salutare mãdatũ. Si ergo laici sũt, post commonitionẽ, si contempserint, a communione separentur. Vniuersi dixerunt. Placet. Hæc ibi. Ex Cõcilio igitur hoc patet, q uolũtas ad appetendũ aliquid potest astringi, & ad seruandum: contra Lamperianos. Cæterum, quoniam hic de uocis non est formalis locus tractandi, loca Conciliorum solũmodo tangam a quib. Lãperiani damnantur, suo fiori stylo ea (Deo dante) in 2. 2. suo loco narraturus. Ecce. Cõc. Eliberitinum c. 13. Arelatense secundum ca. 33. Valentinum canon. 2. Carthaginense quartũ c. 104. Toletanũ quartum canon. 53 54. Auratense c. 27. 28. Aurelianense ca. 17. Item meritò damnari ab Apostolo 1. Tim. 1. Scimus, quia bona est lex, & quod iusto non est lex posita, sed iniustis, & non subditis, impiis, & peccatorib. &c. En loquitur Apostolus de lege, ut dicit uim coactiuum: quando ait, q lex non est posita iusto, sed iniustis: & tamen dicit q lex, etiam hoc modo sumpta, est bona. Ergo uoluntati non tantum est quædam necessitas bene faciendi imponenda sed etiam hoc est bonum. Tertio uides: quomodo ex his uicissim Angelica hæc doctrina stabiliatur, atque declaretur.

D. 353.

¶ Not. Præsentem articulum aliqualiter iuuat articulus in ordine 215. 318. 213. 303.

Comm. Cardinalis Caietani.

Titulus clarus.

¶ In corpore duo. Primo, distinguit de necessario. Secundo, respondet quęsito tribus conclusionibus.

¶ Quoad primum, distinguit necessarium iuxta quatuor genera causarum, tali ordine. Primo proponit, quod dicitur multipliciter. Secundo assumit illius quid nominis, s. quod non potest esse. Tertio, hoc quid nois distribuit distinguendo, uel extrinseco, & sic materiali: uel formali, & sic est necessitas naturalis & absoluta. Vel extrinseco, & sic siue simpliciter, aut propter melius, & hæc est necessitas ex suppositione, aut utilitate. Vel agente, & hæc est coactionis. est ergo triplex necessitas, naturalis, suppositionis, & coactionis.

¶ Quoad secũdum. iuxta triplicem necessitatem prædictã tres conclusiones responsiuas ponit. Prima est. Voluntas nihil potest velle necessitate coactionis. Et probatur dupliciter, duabus scilicet

eet rationibus subordinatis. Primo sic. uiolentum est contra inclinationem eius quod cogitur, sed uelle non potest esse contra inclinationem uoluntatis. ergo uelle non potest esse uiolentum. minor probatur, quia ipse motus uoluntatis est inclinatio illius in aliquid. Secundo sic. Sicut naturale ad naturæ inclinationem, ita uoluntarium ad uoluntatis inclinationem se habet: ergo si. ut impossibile est aliquid simul esse naturale & uiolentum, ita simul uoluntarium & coactum simpliciter, consequentia nota, & antecedēs ex ratione præcedente oritur, ut patet.

¶Circa hanc partem, est dubium, dupliciter. Primo, quia uoluntas potest uiolentari quo ad quiescere, etsi non quo ad operari, posset namque per diuinā potentiam cohiberi, ne omnino exeat in actum, cum nulla appareat contradictionis implicatio in hoc. Secundo, quia si ratio assignata ualet, sequitur quod nullus appetitus naturalis est uiolentabilis simpliciter. & tenet sequela, quia omnis appetitus operatio, est inclinatio quædam in connaturale. quod probatur, quia operatio appetitus nihil est aliud quam appetere, appetere autem, est naturaliter uel libere inclinari in aliquod conueniens.

¶Ad primum horum dicitur, quod cum Deus solus hoc posse dicatur, & nihil quod facit in creaturis ex omnipotentia sua supra creatam facultatem, sit alicui uiolentum, quoniam in omnibus est potentia obedientiæ ad supernaturalia, consequens est, quod si uoluntas per diuinam potentiam quiesceret, non ibi esset uiolentia.

¶Ad secundum dicitur, quod operatio dupliciter conuenire potest appetitui, scilicet originaliter & subiectiue. Exemplum primi est in ascensu leuis. Exemplum secundi uero, est in descensu eiusdem. Et quod appetitus ille, cui non conuenit operatio nisi oriatur ab ipso, est uiolentiæ expers, qui repugnat oriri ab eo, & uiolente. Appetitus uero, cui operatio cōuenire potest subiectiue tantum est uiolentabilis, ut patet. Inter uoluntatem autem, & appetitum naturalem hoc interest, quod illa omnem suum motum sustinet & inchoat, iste uero non semper hæc habet, sed quandoque sustinet & non confert ad illum, immo renititur ut patet in ascensu grauis, unde non est par ratio.

¶Secunda conclusio est, quod uoluntas potest uelle aliquid ex necessitate finis, seu suppositionis. Probatur: quia quando uno tantum medio ad finem perueniri potest, ad illud unum medium necessitatur. ut patet in accessu ad insulas.

¶Tertia conclusio est. Voluntas aliquid uult necessitate naturali. Probatur sic. Voluntas necessitate naturali uult ultimum finem, puta beatitudinem, ergo. Antecedens probatur dupliciter. Primo, ex proportione ad intellectum, sicut intellectus hæret principio, ita uoluntas fini. ergo sicut ille naturaliter principia, ita hæc naturaliter finem. Antecedens hoc patet ex 2. Phys. Finis in operabilibus est ut principium in speculabilibus. Secundo, quia fundamentum & principium aliorum oportet inesse naturaliter: probatur hoc, quia natura rei est primum in unoquoque. Tertio, quia fundamentum, & principium alicuius oportet inesse immobiliter: probatur, quia omnis motus, ab aliquo est immobili, & quamuis aliter possint introduci hæc duo media, clarius tamen principale intentum sic conuersa ostendunt.

¶Circa hanc conclusionem notandus est primo sensus conclusionis. Scito, quod ultimus finis siue beatitudo, dupliciter potest considerari, in communi scilicet, & in speciali, & sic, aut naturalis, aut supernaturalis. Et si omnibus forte modis, ultimus finis in proposito sumi potest, directe tamen, & primo intenditur de ultimo fine in communi, idest beatitudine in communi, quam experimur naturaliter desiderare. Et secundario, de ultimo fine in particulari supernaturali, essentia scilicet diuina clara uisa, in qua plenissimæ ratio beatitudinis saluatur. Et consequenter sic euidens esset, de ultimo fine in speciale etiam, sed naturali, Deo scilicet scito, quantum possibile naturaliter est, quoniam in eo etiam ratio naturalis beatitudinis saluatur. Sed hoc tertium relinquitur, quia de facto Deus creaturam rationalem ad ulteriorem finem ordinauit. unde duobus primis modis sumemus.

¶Rursus scito, quod appetere naturaliter, contingit dupliciter. Vno modo, quoad specificationem actus. Alio modo, quo ad exercitium illius. Cum enim natura ad unum determinata sit, appetere tantum habet naturalitatis quantum determinationis ad unum: unde si actus alicuius potentiæ est determinatus ad unum obiectum, ita quod non potest ad oppositum, est naturalis quoad specificationem actus, quia necessario specificatur a tali obiecto, ex quo ad oppositum tendere non potest, ut patet de appetere respectu boni. Si autem potentia ipsa est determinata ad eliciendum talem actum, ita quod non est in potestate sua suspendere illum, actus ille est naturalis quo ad exercitium actus, quia necessario exercetur. In proposito, directe, & primo est sermo de appetitu naturali quo ad specificationem, de naturali uero quo ad exercitium, non nisi in confuso forte. Dico autem hoc, quoniam uoluntas dupliciter potest sumi, scilicet absolute, & secundum talem statum, scilicet uidentis diuinam essentiam: si absolute de ea loquitur, nullus actus est ei naturalis utroque modo quoniam respectu omnis obiecti libera est quo ad exercitium actus. Si uero de uoluntate uidentis diuinam essentiam sit sermo, tunc actus amoris & fruitionis respectu diuinæ essentiæ, est naturalis utroque modo. Et quoniā hic de ultimo fine & de uoluntate nostra absolute potius est sermo, quam de ea secundum talem statum, quamuis in illa secundum illum statum hęc uerificetur. Idcirco conclusionis sensus principaliter intentus est, quod uoluntas nostra appetit aliquid naturaliter, quo ad specificationem actus. Et rursus, quod uoluntati non repugnat aliquid uelle naturaliter, tam quoad specificationem quam exercitium actus. Vnde in sequenti articulo, explicando ea, quæ naturaliter appetuntur, Deus clare uisus adducitur.

¶Circa conclusionem hanc iam expositam, aduerte primo, q̄d Sco. in 4. d. 49. q. 9. distinguit primo de appetitu uoluntatis, s. naturali & libero, & primum dicens esse inclinationem, & non actum elicitum, arguit primo contra id, quod in litera dicitur, quod appetimus naturaliter beatitudinem in cōmuni, dupliciter: Primo, quia appetitus iste est ad perfectionem intrinsecam realem, qua uoluntas perficitur. ergo est ad aliquid particulare, & tenet sequela, quia perfectio realis non est aliquid uniuersale, quo uoluntas perficitur. Secundo, quia uniuersale non est obiectum nisi intellectus aut consequentis actum intellectus, appetere autem illud nō sequitur cognitionem, quia tunc esset liberum. ergo appetitus iste, non est nisi beatitudinis in particulari. Sed ad hoc facile respondetur ex illa distinctione, quæ fit inter respicere aliquid uniuersale & uniuersaliter, nulla enim uis respicit uniuersale, nisi quę attingit illud in sua uniuersalitate, ut patet de actu intellectus & uoluntatis. Omnis autem potentia, & appetitus non determinatus ad unum numero obiectum, respicit aliquid uniuersaliter. Materia enim prima, appetit formam & informari uniuersaliter, & non solum hanc uel illam, & uisus naturaliter appetit uidere, non solum hoc uel illud uidere, & sic de aliis. Vnde appetitus naturalis uoluntatis primo est ad perfectionem non solum intrinsecam, sed obiectiuam, idest, ad beatitudinem & uelle illam, & non ad hoc uelle illius, quia hoc inadæquatur sibi, illud uero æquatur. Neganda est ergo sequela primi argumenti, & probatio eius æquiuocat de uniuersali, & uniuersaliter, nec distinguit inter rē obiectiuam, seu appetibilē, & modū quo obiicitur, dum quia non appetit uniuersalitatem, infertur. ergo in particulari, cum tamen stet medium, scilicet quod uniuersaliter. Et ex hac distinctione patet solutio secundi.

¶Deinde arguit contra idem dictum expositum de appetitu, vt est actus elicitus, quadrupliciter, dicens, quod uidetur sibi implicare contradictionem, naturaliter uelle beatitudinem in communi, & non in particulari. Primo igitur arguit, quia beatitudo uera in particulari, includit omne bonum, & excludit omne malum. ergo si in communi, etiam in particulari, appetitur naturaliter. Secundo. Particulare maiorem perfectionem includit quam uniuersale. ergo si uniuersale necessario, & illud. Tertio. Appetitus, idest inclinatio naturalis uoluntatis, est ad beatitudinem in particulari. ergo & actus elicitus. probatur sequela, quia ponitur ut sit conformis illi. Quarto. Intellectus indubius de fine particulari appetit in particulari sicut commune, quia est par ratio. ergo idem appetit necessario, & non necessario.

¶Ad primum horum breuiter dicitur, quod uera beatitudo omnibona &c. si uideretur, naturaliter appeteretur, & plus naturaliter quam in communi, ut patet de Deo clare uiso, negatio enim nostra est de particulari non clare uiso. Et per hoc patet solutio secundi.

¶Ad tertium dicitur, & quod falsum assumit, ut prius patuit, & quod conformitas illa est quoad obiectum extra, ut. s. actus secundus tendat in idem obiectum quo inclinatio tanquam in obiectum, & non tanquam operationem, inclinatio autem uoluntatis. licet sit ad operationem uniuersaliter, est tamen ad obiectū uniuersale, inclinamur enim in uelle beatitudinem abstrahendo ab hac & illa numero, specie, & genere, ut experimur in nobis, & sic saluatur in proposito.

¶Ad quartum dicitur, quod ad naturaliter uolendum finem ultimum in particulari, non sufficit indubietas, quoniam hæc est in quolibet fideli: sed exigitur euidentia, quæ solis uidentib. Deū conuenit. Aliter enim intellectus est certus adhæsione, & aliter euidentia, ut patet. quare.

¶Aduerte secundo, quod non dissentit Sco. quo ad primum sensum conclusionis, ipse enim accipit naturale omnino, s. quo ad specificationem, & exercitium. Et sic uult primo, q̄ non detur in uoluntate appetitus naturalis qui sit actus elicitus. Secundo, q̄d respectu beatitudinis in communi, uoluntas est determinata quo ad specificationem actus, non quo ad exercitium, ut patet intuenti, quamuis non utatur istis terminis. Vtrumque autem horū docuit S. Th. Vnde nos appellamus naturalem appetitum, non solū inclinationem uoluntatis in obiectum &c. sed illum actum elicitum determinatū quoad specificationē, ipse uero nō uult uoca-

se illum appetitum naturalē propter libertatem quæ est in exercitio eius, ex qua parte, nec nos dicimus naturalem. Est ergo quæstio in uerbis & ideo omittenda. Id tamen aduerta, quod sermo noster usui loquendi conformis est, unde in 1. Meta. desiderium sciendi naturale uocauit Arist. Et ex ipso Scoto conuinci potest, quia quod est ut in pluribus est naturale, 2. Phys. Talis autem est hic actus apud ipsum, immo non respectu eius aliquis actus habetur, est in omnibus. ergo est naturalis. Sed in secundo conclusionis sensu, scilicet quod uoluntati non repugnat habere aliquem actum elicitum, qui sit ei omnino naturalis, scilicet quoad specificationem & exercitium, differimus non solum uerbis, sed re ipsa, dum nos tenemus, quod ultimo fine Deo glorioso per essentiam uiso, uoluntas necessario exercet actum amoris, & delectationis respectu illius, ipse autem tenet quod libere, ut 1. sent. dist. 1. q. 4. patet, sed quoniam hoc in sequenti articulo exprimetur, ideo de hoc uide infra. Vnde rationes Scoti, quæ sunt contra naturalem appetitum beatitudinis supernaturalis, idest Dei clare uisi, soluere debemus tunc, eas uero quæ sunt contra naturam uoluntatis absolute, quibus, s. nititur probare quod uoluntati repugnat habere actum elicitum naturalem omnino, cum de modo processionis Spiritus sancti, liberè, scilicet uel naturaliter tractauimus, solutas credimus.

¶ Circa rationes pro conclusione adductas aduerte; quod Sco. duo assumpta in eis impugnat. Primo, proportionem inter intellectum respectu principiorum, & uoluntatem respectu finis, dicens, tam in primo quam quarto ubi supra, quod non tenet quo ad habitudinem uoluntatis absolute respectu uolitorum, sed quo ad ordinem uolitorum inter se, & quoad habitudinem uoluntatis ordinate respectu uolitorū, ita quod sicut principium est ex quo pendet conclusio, & ex quo scitur conclusio, ita finis est ex quo pendet id, quod est ad finem, & propter quem uoluntas ordinate uolens uult id quod est ad finem. Non autem sicut intellectus necessario inhæret principio, ita uoluntas fini. Et hoc probat tripliciter. Primò ducendo ad impossibile, quia sequeretur, quod sicut conclusiones scimus necessario propter principia, ita quod est ad finem, necessariò uellemus uolito fine, quod est falsum. Secundo, quia non est necesse, quod uoluntas eundem seruet ordinem in actibus suis, qualem nata sunt habere uolibilia ex natura sua. Tertio, quia adhæsio intellectus causatur ex euidentia obiecti necessario, adhæsio autem uoluntatis ex nulla obiecti bonitate necessario causatur, sed libera est, sicut respectu boni, ita & respectu maioris, & minoris boni. Secundo impugnat illam rationem: quia omnis motus procedit ab aliquo immobili, inquit enim, quod illud immobile, non oportet quod sit actus secūdus, alioquin calefactiones procederent ab una immobili calefactione. Et uoluntas uolens aliquid ad finem, esset sub duobus actibus aut saltem sub uno referente hoc ad illud, sed est actus primus, puta ipsa uoluntas.

¶ Ad has obiectiones dupliciter respondendum arbitror, prout dupliciter rationes contra quas fiunt, adduci possunt ad propositum ostendendum. Possunt enim induci primo ad concludēdum appetitum naturalem respectu ultimi finis in communi. Et possunt induci ad concludēdum appetitum naturalem respectu Dei clare uisi. Et ut patet ex dictis, iuxta primam intentionem inducuntur ad ostendendam naturalem necessitatem quoad specificationem actus tantum. Iuxta secundam uero, ad ostendendam naturalem necessitatem, & quo ad specificationem, & quo ad exercitium, & quia utrumque eorum sub intentione præsenti cadit, efficaciam harum ratio num quo ad utrumque saluare intendimus. Et de primo quidem intento solicitum esse non oportet: quia nec obiectiones contra illam intentionem sunt factæ a Sco. sed contra naturalitatem sunt factæ utroque modo, quam in uoluntatem possibilem fore negat. Pro defensione autem secundæ intentionis dicendum est, quod ratio illa non est per locum a simili: sed ex proportione quæ est inter intellectum, & intellectiuum appetitum. Et cum dicitur, quod non sunt proportionales quoad necessitatem, inconsiderate dicitur, quoniam in litera probatur hoc, ex eo quod primum in unaquaque re naturę ratio est. Quā probationem noluit uidere Sco. quæ tamen est prima radix positionis S. Tho. ut superius pluries patuit. Ex hac enim fit, quod in uoluntate primum est naturę ratio, ac per hoc naturæ conditio, quæ est naturalis necessitas, sibi non repugnat, sed saltem respectu sui primi obiecti, quod est, ultimus finis clare uisus sibi conuenit.

¶ Ad primam autem obiectionem dicitur, quod (ut insequēti articulo dicitur) falsum est quod omnia ad finem ex necessitate appetantur fine necessario uolito. uerissimum tamen est, quod aliquid ad finem ex illo fine necessario appetatur.

¶ Ad secundum uero dicitur eodem modo, quod respectu aliquorum uolibilium, oportet uoluntatem eundem seruare ordinem, non autem respectu omnium, oportet enim primo uelle finem, deinde alia.

¶ Ad tertiam negatur, ꝙ nulla bonitas cum tali modo euidentiæ sit necessitans adhæsionem, quoniam bonitas diuina clare uisa necessitat illam.

¶ Ad ea uero quę contra secundum motiuum adducuntur ex rerum ordine atque progressu patet responsio, uidemus. n. quod actus primi uariabiles, reducuntur in actum primum inuariabilē, & actus secundi in actum secundum, ut semper in quolibet ordine pluralitas ab unitate procedat, unde & in ipsis motib. omnes motus ab uno motu immutabili, quātum possibile est in motu inuenire immobilitatem procedunt. Oportet ergo in motib. uoluntatis, cum uarii sint quoad specificationem, quod reducantur in unum immobilem quoad specificationem. Et hoc experimur: q a omnes fundantur super appetitu boni, & cum sint uariabiles quo ad exercitium, quod procedant an uno necessario exercito, qđ in Deo scimus esse de facto, in nobis aūt est possibile respectu diuinæ bonitatis clare uisæ. Nec instantiæ Scoticæ aliquid ualent, nā quod dicitur de calefactionib. nihil est: calefaciens n. immobiliter & uniformiter ex parte sua calefacit, uoluntatē autem aut simul habere plures actus, quorum unus sit ratio alterius, aut unum respectu finis & eorum, quæ ad finem, nullum inconueniens est.

¶ In responsione ad primum nota, quod cum dicitur quod necessitas naturalis non aufert libertatem, potest bene & male intelligi. Male quidem, si intelligatur quod necessitas naturalis tam obiectiue quam elicitiue stat cum libertate illius actus: hoc. n. nō est intelligibile. Bene uero intelligendo, quod naturalis necessitas actus quoad specificationem seu obiectiue, non aufert libertatem eiusdem: quia stat, quod libere elicitatur.

¶ In rūsione ad tertium recolito, ꝙ quemadmodū beatitudinis appetitus est naturalis obiectiue: ita non est in potestate nostra obiectiue, & queadmodum est liber elicitiue, ita est in ptāte nostra elicitiue. Vnde appetendo beatitudinem in communi, non meremur ratione obiecti naturalis, sed ratione actus electi.

Cap. 4. d. 49. q. 3. con. 2.

SVP. Q. LXXXII.

ART. II.

408 Locis sup. art. 1. citatis. *c. 4. parte 4. non multum remote ante fi.

CONCL. Voluntas non ex necessitate uult, quæcunque uult.

¶ PROB. Quia uoluntas non uult de necessitate illa bona, quæ non habent necessariam connexionem ad beatitudinem, nec etiam necessario uult illa, antequam per certitudinem diuinæ uisionis necessitas talis connexionis sibi demōstretur (patet a simili in intellectu.)

Primum

ARTICVLVS II.

Vtrum uoluntas ex necessitate omnia uelit, quæcunque uult.

AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur, quod uoluntas ex necessitate omnia uelit quæcunque uult. Dicit. n. Dionys.* 4. c. de diu. nom. quod malum est præter uoluntatem. Ex necessitate ergo uoluntas tendit in bonum sibi propositum.

¶ 2 Præt. Obiectum uoluntatis cōparatur ad ipsam sicut mouens ad mobile. Sed motus mobili necessario consequitur ex mouente. Ergo uidetur quod obiectum uoluntatis ex necessitate moueat ipsam.

¶ 3 Præt. Sicut apprehensum secundum sensum est obiectum appetitus sensitiui, ita apprehensum secundum intellectum est obiectum intellectiui appetitus, qui dicitur uoluntas. Sed apprehensum secundum sensum ex necessitate mouet appetitum sensitiuum. Dicit enim Aug. super Gen. * ad literam, quod animalia mouentur uisis. Ergo uidetur quod apprehensum secundum intellectum ex necessitate moueat uoluntatem.

li. 9. super Gene. ad lit. c. 14. asi med. to. 3.

SED CONTRA est, quod Aug. † dicit, quod uoluntas est qua peccatur & recte uiuitur, & sic se habet ad opposita. Non ergo ex necessitate uult quæcunque uult.

lib. 1. retra. ca. 9. circa med. to. 1.

RESPON. Dicendum, quod uoluntas non ex necessitate uult quæcunque uult.

Ad cuius euidentiam considerandum est, quod sicut intellectus naturaliter ex necessitate inhæret primis principiis, ita uoluntas ultimo fini, ut iam dictum est.* Sunt autem quædam intelligibilia, quæ non habent necessariam connexionem ad prima principia. Sicut contingentes propositiones, ad quarum remotionem non sequitur remotio

ar. præced.

primorum

1^{m} de conclusione. Bonum. ℞. Formaliter, non semper, materialiter. §. Tunc &c. ut patet. Tendere in bonum formaliter est tendere in quodcunque sibi propositum siue bonum, siue malum, sub ratione boni. Et sic malum formaliter idest malum sub ratione mali, semper est præter uoluntatem, secundum Dionysium in litera, tendere in bonum materialiter est uoluntatem tendere in rem bonam, sic malum non semper est præter uoluntatem, quia quandoque tendit in rem malam.

2^{m} de minori. Mouēte. ℞. cui tota possibilitas mobilis subditur, non aliter. §. Tunc &c. Non enim quodlibet uolitum adæquat, & multo minus superat totam possibilitatem uoluntatis, ut dicit litera.

3^{m} de maiori. Ita. ℞. quantum ad conditionem obiecti § Cōditio enim obiecti sensitiui appetitus est esse sine collatione apprehēsum, obiecti autem uoluntatis est esse cum collatione apprehensum. §. Tunc nihil &c. ut patet.

primorum principiorum. Et talibus non ex necessitate assentit intellectus. Quædam autem propositiones sunt necessariæ, quæ habēt connexionem necessariā cum primis principiis, sicut conclusiones demonstrabiles, ad quarum remotionem sequitur remotio primorum principiorum. Et his intellectus ex necessitate assentit cognita connexione necessaria conclusionum ad principia per demonstrationis deductionem. Non autem ex necessitate assentit antequā huiusmodi necessitatem connexionis per demonstrationem cognoscat. Similiter etiam ex parte uolūtatis. Sunt enim quædam particularia bona, quæ non habent necessariam connexionem ad beatitudinē quia sine his potest aliquis esse beatus, & huiusmodi uoluntas non de necessitate inhæret. Sunt autem quædam habentia necessariam cōnexionem ad beatitudinem, quib⁹ scilicet homo Deo inhæret, in quo solo vera beatitudo consistit. Sed tamen antequam per certitudinem diuinæ visionis necessitas huiusmodi connexionis demonstretur, uoluntas non ex necessitate Deo inhæret, nec his, quæ Dei sunt. Sed uoluntas uidentis Deum per essentiam, de necessitate inhæret Deo, sicut nunc ex necessitate uolumus esse beati. Patet ergo, quod uoluntas non ex necessitate vult quæcūque uult.

AD PRIMVM ergo dicendū, quod uoluntas in nihil potest tendere nisi sub ratione boni. Sed quia bonum est multiplex, propter hoc non ex necessitate determinatur ad unum.

AD SECVNDVM dicendum, quod mouens tunc ex necessitate causat motum in mobili, quando potestas mouentis excedit mobile, ita quod tota eius possibilitas mouēti subdatur. Cum autem possibilitas uoluntatis sit respectu boni uniuersalis & perfecti non subijcitur eius possibilitas tota alicui particulari bono. Et ideo non ex necessitate mouetur ab illo.

AD TERTIVM dicendum, quod uis sensitiua non est uis collatiua diuersorum, sicut rō, sed simpliciter aliquid unum apprehendit. Et ideo secundum illud unum determinate mouet appetitum sensitiuum. Sed ratio est collatiua plurium, & ideo ex pluribus moueri potest appetitus intellectiuus, s. uoluntas & non ex uno ex necessitate.

APPENDIX.

EX articulo hēs primo qūo per rationem tanquam in radice reiicias hæreses Caluini, Lutheri, Albanensium, Trinitariorum dicentium; Liberi arbitrii non est homo. Item Liberum non esse hominis arbitrium. Item Liberum hominis arbitrium nullum esse. Item Liberum hominis arbitrium est potentia passiua, non actiua, & de necessitate mouetur ab appetibili. Vide q. 83. art. 1. Cum enim hic probet sanctus Doctor, q̄ uoluntas non quæcunque uult, ex necessitate uult, patet, quod illorum omnium hominis uoluntariam libertatem negantium fundamentum subruit, & catholicum libertatis humanæ fundamentum iacit. 2 Secundo habes quomodo per rationem tanquām in radice ostendas, prædictos errores merito damnari a scripturis. Eccles. 15. Deus ab initio constituit hominem, & reliquit eum in manu consilii sui. Adiecit mandata, & præcepta, si uolueris mandata conseruare, conseruabunt te: Apposui tibi aquam, & ignem, ad quod uolueris porrige manum tuam. Ante hominem uita & mors, bonum & malum. Quod placuerit ei, dabitur illi. Item a Daniel. 13. Angustiæ mihi sunt undique, & quid eligam ignoro. Si enim hoc egero, mors mihi est, si autem non egero, non effugiā manus uestras, sed melius est mihi absq; ope incidere i manus homi nū quā derelinquere legem Dei mei. Sic ergo Susanna, post uerba hæc, eligendo vnam partem, altera reiecta, tū uerbis, tum factis monstrauit & se esse liberā, & actiue ad assentiendū concurrere, & de necessitate libertatem suam non moueri ab appetibili tanto, quamuis esset maximum scilicet euitare mortem uiolentam, & grandem honestatis infamiam. Item a Concilio Arausicano capitulo decimotertio. Arbitrium uoluntatis in primo homine infirmatum non, nisi per baptismi gratiam, potest reparari. Hæc ibi. Non dicit Concilium esse extinctum, sed infirmatum. Item a Concil. Triden. sess. 6. cap. 1. omnes homines usque adeo seruos fuisse peccati, ut non inde liberari per uim naturæ, aut literam legis Moysi surgere possent, tametsi in eis liberum arbitrium minime extinctum esset, uiribus licet attenuatum & inclinatum. Item canone quarto: Si quis dixerit, liberum hominis arbitrium a Deo motum & excitatum nihil cooperari assentiendo Deo excitanti atque uocanti, quo ad obtinendam iustificationis gratiam se disponat ac præparet, nec posse dissentire, si uelit, sed uelut inanime quoddam nihil omnino agere, mereque passiue se habere, anathema sit. Item cano. quinto. Si quis dixerit, liberum hominis arbitrium, post Adæ peccatum, amissum & extinctum esse, aut rem esse de solo titulo, immo titulum sine re, figmentum, denique a Sathana inuectum in Ecclesiam. Anathema sit. Hæc ibi. Sed de libero arbitrio aliās ex professo in suis locis. 3 Tertio uides, quomodo ex his uicissim doctrina hæc Angelica declaretur, atque confirmetur.

Comm. Cardinalis Caietani.

TItulus clarus.

¶ In corpore una conclusio responsiua quęsito negatiue. Voluntas non quæcunque uult, ex necessitate uult. Probatur ex proportione intellectus & uoluntatis sic. Voluntas inhæret fini, & his quæ sunt ad finem proportionaliter, ut intellectus principiis & conclusionibus, sed intellectus necessario quidem assentit principiis & conclusionibus demonstratis, non autem cōtigentibus, aut indemonstratis. ergo uoluntas necessario quidem inhæret fini & necessario ac euidenter connexis fini, non autem cōtingenter, aut incerte connexis. non ergo omnia ex necessitate uult. Maior ex 2. Phy. stabilita est, minor patet distinguendo duo genera conclusionum, s. contingentium & necessarium & rursus necessariarum, demonstratarum, & demonstrabilium quidem, sed non demonstratarum. Et similiter ex parte uolitorum fiat distinctio, & omnia clara sunt in litera.

¶ Veruntamen aduerte ad intellectum literæ, quod quatuor appetibilia S. Tho. numerat, beatitudinem, Deum, ea quibus Deo inhæremus, & quę Dei sunt. Quæ aliter ordinanda sunt secundū se, & aliter quo ad nos. Nam secundum se, Deus ipse habet primo rationem finis & beatitudinis, deinde ea quibus Deo inhæremus, deinde beatitudo in communi, ea autem quæ Dei sunt, ad finem, non finis sunt. Quo ad nos uero, beatitudo in communi primo habet finis rationem, & deinde Deus, & ea quibus Deo inhæremus, quia nos beatitudinem appetimus naturaliter, Deum autē per inuestigationem. Et huius ratio est, quia obiectum uoluntatis integratur ex duobus, s. bonitate & apparentiā, bonum enim cognitum tantummodo est appetibile, & propterea quamuis Deus sit in se maius & eminentius uniuersale bonum quam beatitudo in communi, quia tamen non est euidens & apparens nobis sub tali ratione sicut beatitudo, ideo in litera cum fine, beatitudine scilicet, coordinatur, cum differentia tamen apparentis & non apparentis, & inter ea quæ sunt ad finem quodammodo numeratur. Vnde ei tria necessario attribuuntur. Et quod in eo sola uera beatitudo consistit, atque illi connexa necessario appetantur illo uiso & hæc spectant ad rationem finis. Et quod uoluntas non necessario inhæret illi, nec his quæ illius sunt, nisi postquam uidetur & hoc spectat ad rationem non apparentis. Et quod ea quib. Deo inhęremus sunt ut conclusiones necessariam, occultam tamen cōnexionem habentes cum beatitudine, & hoc spectat ad rationem eius,

eius, quod est ad finem. Ita, ut non Deus ipse numeretur inter ea, quæ sunt ad finem, sed apparentia eius, & coniunctio ipsius nobiscum, & propterea notanter in litera inter ea, quæ necessariam habent connexionem cum beatitudine, sicut conclusiones cum principio, non numeratur Deus, sed ea quibus Deo inhæremus.

¶ Aduerte secundo, quod cum ex parte intellectus quatuor enumerauerit litera, s. principia, conclusiones contingentes, demonstratas, & demonstrabiles, & tot idem dixerit esse in uoluntate, tria tantum in uoluntate numerauerit, s. beatitudinem ut finem, & eligibilia ad utrumlibet ut contingentia, & diuina ut necessaria demonstrabilia, quartum autem, s. necessaria ut demonstrata omisit, non quia nulla sunt, sed quia manifesta sunt, ut esse, uiuere, nosse, negatio mali, &c. Hæc enim & similia necessitate naturali appetimus quo ad specificationem actus, quemadmodum beatitudinem, quamuis minus quam beatitudinem, propter quod per accidens appetunt aliqui, occidentes se, non uiuere.

¶ Circa illam probationem, s. quod uoluntas non necessario inhæret Deo in speciali, occurrit dubium ex duplici capite. Primo ex Scot. in 1. d. 1. q. 4. qui non propositionem in se, sed in comparatione ad rationes pro alia conclusione, s. quod uoluntas necessario inhæret ultimo fini in uniuersali, impugnat illam dicens, quod rationes illæ si acceptantur, concludunt contra hoc, sed quoniã illæ rationes hic non ponuntur a S. Tho. sed alibi. & unico uerbo respondetur Scoto, quod. s. ex defectu apparentiæ diuinæ bonitatis hoc prouenit, ideo omittantur hic. Secundo ex doctrina S. T. qua tenet, quod omnis creatura diligit naturaliter plus Deũ quã seipsam, ex hoc enim arguitur sic. Voluntas nostra naturaliter diligit bonũ propriũ. ergo Deũ, tenet sequela, q a naturaliter plus diligit Deũ q̃ se. & loquimur de Deo in speciali, sic. n. est principiũ naturalis esse omnium, & naturaliter diligi dicitur ab omnibus.

¶ Ad hoc dupliciter dici potest. Primo, quod æquiuocatur ly naturaliter, ubique, quoniam hic sumitur naturaliter, ut distinguitur contra libere, ut patet ex dictis, cum autem dicitur quod omnis natura intellectualis naturaliter plus diligit Deum quam se, sumitur naturaliter ut distinguitur contra supernaturaliter. Intendunt enim doctores, quod non solum ex infusa charitate, sed ex natura inclinamur ad Deum plus quam nosipsos amandum, quamuis diuersimode, quia natura ad illum inclinat ut principium naturæ, sed charitas ut principium cœlestis patriæ. Secundo dici potest, quod etiam sumendo uniuoce hic & ibi naturale, adhuc saluatur intentum, quia cum loquimur de amore elicito, semper supponitur cognitio, eo quod incognita diligere nequaquam possumus, & propterea omnis inclinatio uoluntatis ad amandum, est ad cognitum. Vnde quælibet creatura intellectualis inclinatur naturaliter ad plus amandum Deum cognitum, quam se cognitã. Sed quoniam ipsamet est sibi naturaliter euidens, ideo simpliciter naturaliter se amat, Deus uero non naturaliter est creaturæ euidens, & ideo in litera dicitur, quod non naturaliter amatur. Vnde consequentia opposita est neganda. Et ad probationem distinguẽdum est de Deo cognito, uel non cognito. Et hæc intellige extendendo literam ad Deum, ut est omnis esse principium naturale, quoniam si euidens esset, naturaliter amaretur plus, quam uiuere & esse proprium.

¶ Circa id quod supponit conclusio ista, s, quod omne uolitum, aut amatur, ut finis, aut ad finem, dubium occurrit ex Scoto in primo, d. 1. q. 3. & in 4. dist. 49. q. 10. quod enim hoc hic supponatur, patet ex eo, quod aliter non euacuaretur sufficienter quæsitum, quæritur enim hic, an omnia de necessitate uoluntas uelit, & respondetur tantum de fine, & eo quod propter finem amatur, quasi omnia amentur aut ut finis, aut ad finem. Si namque tertium esset appetitorum genus, satisfactum non esset quæsito, quod autem dubium hoc sit, ex contraria Scot. opinione habetur. Distinguit ergo primo in communi ipse triplex genus appetitorum, scilicet finem, & ad finem, & neutrum, & probat. Primo, quia uoluntati potest offerri tripliciter bonum, s. propter se, propter aliud, & absolute, primum habet rationem finis, secundum ad finẽ, tertium neutrius. Secundo in speciali arguit, quod non quicquid appetitur, appetitur propter hunc finem, qui est beatitudo. Primo quia uoluntas potest uelle aliquid non propter beatitudinem ut ly non, tenetur pure negatiue. Tum, quia non quandocunque uoluntas uult aliquid, intellectus cogitat de beatitudine, ergo nec ipsa uult propter beatitudinem. Tum, quia intellectus potest cognoscere, & offerre aliquid ut in se bonum, nõ ut ad beatitudinẽ, ergo & uoluntas potest uelle absolute illud. Secundo, quia uoluntas potest uelle aliquid, non propter beatitudinem, ut ly non, tenetur contrarie, ut patet incerte tenente beatitudinem in Deo &c. & sciente fornicationem contrariari, & tamen uolente fornicationem.

¶ Ad euidentiam huius ambiguitatis sciendum est, quod id quod facit dubitare in re hac, est, quia quædam sunt quæ absolute uelle aut nolle dicimus, quę tamen in ordine ad finem aliter uoluntas appetit, ut patet de proiectione mercium in mare, hanc enim nauta nolle dicitur, & tamen attento fine, salute scilicet, quæ ex alleuatione nauis speratur, uult. Vnde uidetur, quod proiectio mercis sit obiectum nolitionis, nec ut finis, nec ut ad finem, & similiter accidit in aliis huiusmodi. Veruntamen si diligentius consideremus, non est hoc tertium genus appetibilium, sed latet ibi quidam appetendi modus, participans modum quo appetitur finis, & modum quo amatur quod est ad finem, & ideo medius non per abnegationem, ut Scotus dixit, sed per participationem, si tamen sic in hac materia loqui licet, appetuntur siquidem hæc ut ad finem, non formaliter, sed uirtualiter. Ideo namque Christus & Martyres uolebant uitam, & non mori absolute, quia hæc absolute consonant beatitudini, quam naturaliter appetunt, quod est uirtualiter propter finem appetere. Et rursus appetuntur hæc ut finis, pro quanto habent hanc conditionem finis, & propter bonum, aut malum proprium in eis amantur uel refutantur, & non ut actualiter relata in aliud. Quocirca, quia medium modo huius, modo illius extremi induit rationem, ideo sapientis erit lectoris discernere, quomodo iuxta diuersa proposita hæc amari, aut odio haberi dicantur. Ex his autem patet responsio ad Scot. nam quamuis sit aliquod bonum secundum propriam bonitatem, non tamen sine dependentia a primo bono, & non solum ita in re & appetibilitate ex parte rei, sed proportionaliter quo ad nos, ita quod licet multa sint a nobis appetibilia propter proprias bonitates, non tamen sine dependentia ad primum appetibile a nobis, quod est beatitudo in communi, sicut nullum complexum est cognoscibile sine dependentia ad prima cognita a nobis. s. prima principia, propter ordinem essentialem omnium ad primum. Falsum est ergo inueniri tertium appetibile per abnegationem utriusque, nec intellectus potest proponere absque actuali, uel uirtuali, seu implicita dependentia ad beatitudinem, & similiter nec uoluntas potest aliter uelle. Nec obstat de fornicatore ex proposito, &c. Quoniam nihil refert bonum uel apparens in ordine ad beatitudinem absolute, putat enim nonnihil beatitudinis participare, faciendo quod vult. At si inferatur inferendo, igitur præter finem, & ad finem est neutrum, siue illud sit medium per abnegationem, siue per participationem, dicendum est, quod secundum ueritatem simpliciter loquendo, quodlibet quod actualiter appetitur, aut ut finis, aut ut ad finem appetitur, quoniam & mortem recusant martyres propter esse & ipsam acceptant propter Christum, & similiter nauta mercis iacturam recusat propter bonum tuendum, & illam uult propter euasionem, & sic de aliis.

¶ Circa illa uerba literæ. s. quod uoluntas uidentis Deum, necessario inhæret Deo dubium occurrit ex Scoto in primo d. 1. q. 4. & consistit uis rationis suæ in hoc, Voluntas Pauli uidentis & nõ uidentis Deum, eodem modo se habet, & non uidendo contingenter inhæret Deo. ergo etiam uidendo contingenter inhæret. Antecedens probatur, quia statuit æqualẽ charitatem in uidente, & non uidente. Et si diceretur, quod uoluntas non eodem modo se habet in uidente & non uidente, propter ipsam differentiam quæ est inter uisum & non uisum, contra. Deus uisus a seipso cognito, & uiso, non differt nisi sicut magis & minus approximatum obiectum, ergo non differt penes necessario & contingenter amari, sed penes magis & minus amari. Antecedens hoc patet, & consequentia probatur, quia maior & minor approximatio agentis, nõ facit necessarium uel contingens sed magis uel minus, ut patet.

¶ Ad hæc breuiter dico, quod uoluntas non eodem modo se habet, quoniã aliter se habet respectu uisi, & non uisi, & quia hæc spectant per se ad obiecti differentiam, eo quod bonum cognitum & non bonum absque cognitione, est obiectum uoluntatis. Et falsum est, quod uisum & non uisum differant tantum sicut magis & minus in eadem specie, immo differunt sicut res diuersarum rationum obiectiuarum, ita quod Deus uisus est obiectum diuersæ rationis obiectiuę a seipso cognito citra uisionem. Quod si quis nõ penetrat ex hoc percipiat effectu, quod uisus beati, non uisus, nõ. Constat enim quod beatus est alterius rationis a non beato. Cætera Adam argumenta uide, si uis in Capreolo in primo distinctione prima, quæstione tertia.

Scot 4. s. d. 49. q. 4.
Cap. 1. d. 2. q. 1. con. 2.

409
3. d. 27. q. 1.
a. 4. & uer.
q. 22. a. 11.

SVP. Q. LXXXII.
ART. III.

CONC. Secundũ se, & simpliciter, in-

ARTICVLVS III.

Vtrum uoluntas sit altior potentia quam intellectus.

AD TERTIVM sic proceditur. Videtur, quod uoluntas sit altior potentia quam intellectus. Bonum enim & finis est obiectum uoluntatis. Sed finis est prima & altissima causarum. Ergo uoluntas est prima & altissima potentiarum.

intellectus est altior, & nobilior uoluntate, secundum quid autem & per comparationem ad alterum uoluntas inuenitur interdum altior intellectu.

¶ Prae.

¶ P R O B. Quia propria ratio potentiæ ſm ſeipſam eſt ſecundum ordinem ad obiectum. Et obiectum intellect⁹ eſt ſm ſe, ac ſimpliciter, altius quam obiectum uoluntatis (patet ex aſſignatione obiectorum utriuſque.) Secunda autem pars.ſ. ſecundum quid &c. probatur. Quia quando res, in qua eſt bonum, eſt nobilior anima noſtra, tunc uoluntas per comparationem ad talem rem eſt altior intellectu. (Hinc melior eſt amor Dei, quam cognitio eius, in cuius ſignum Seraphin ordinãtur ſuper Cherubin, q. 108. ar. 6.) Et quando res, in qua eſt bonum, eſt infra animam, tunc etiam per comparationem ad talem rem intellectus eſt altior uolũtatè (hinc melior eſt cognitio rerum temporalium, quã amor.)

Lib. 10. Ethi. c. 7. t. 5.

¶ N O T. Obiectum potentiæ intellectiuæ dicitur ſimplicius obiecto potentiæ uolitiuæ, quia dicit rationem, ſeu radicem obiecti uoluntatis. Vnde obiectum uoluntatis includit, & ſibi proprium, & huius proprii rationem, quam ſolam rationem includebat obiectum intellectus. Voluntas.n. quid appetit? bonum. Quare appetit bonũ? Quia eſt cognitum. A quo eſt cognitum? ab intellectu. Ecce obiectum intellectus ſimplicius, & altius, quia ut cognitum mouet uoluntatem.

1ᵐ de concluſione.

Prima, altiſſima. R: In cauſando in ordine appetibilium, non in eſſendo abſolute, §. Tunc nihil &c. Nam cauſare dicit comparationem unius ad alterum, & ſimiliter finis, non autem aliquid abſolute conſideratum idest ſecundum ſe, uel ſecundum quod eſt. Et nos diximus iam, quod uo-

¶ 2 Præt. Res naturales inueniuntur procedere de imperfectis ad perfecta, & hoc etiam in potentiis animæ apparet, proceditur enim de ſenſu ad intellectum, qui eſt nobilior. Sed naturalis proceſſus eſt de actu intellectus in actum uoluntatis. Ergo uoluntas eſt perfectior & nobilior potentia quam intellectus.

¶ 3 Præt. Habitus ſunt proportionati potentiis, ſicut perfectiones perfectibilibus. Sed habitus, quo perficitur uoluntas, ſcilicet charitas eſt nobilior habitibus, quibus perficitur intellectus, dicitur enim primo, ad Corinth. 13. Si nouerim myſteria omnia, et ſi habuero omnem fidem, charitatem autem non habeam nihil ſum. Ergo uolũtas eſt altior potentia q̃ intellectus.

S E D C O N T R A eſt, quod Philoſophus in 10. Ethicorum * ponit altiſſimam potentiam animæ eſſe intellectum.

R E S P O N. Dicendum, quod eminentia alicuius ad alterum, poteſt attendi dupliciter. Vno modo ſimpliciter, alio modo ſecundum quid. Conſideratur autem aliquid tale ſimpliciter, prout eſt ſecundum ſeipſum tale, ſecundum quid autem, prout dicitur tale ſm reſpectũ ad alterum. Si ergo intellectus, & uoluntas conſiderentur ſecundum ſe, ſic intellectus eminentior inuenitur, & hoc apparet ex comparatione obiectorum adinuicem. Obiectum enim intellectus eſt ſimplicius, & magis abſolutum quam obiectum uoluntatis. Nam obiectum intellectus, eſt ipſa ratio boni appetibilis. Bonum autem appetibile cuius ratio eſt in intellectu, eſt obiectum uoluntatis. Quanto autem aliquid eſt ſimplicius & abſtractius, tanto ſecundum ſe eſt nobilius & altius. Et ideo obiectum intellectus eſt altius, quam obiectum uoluntatis. Cum ergo propria ratio potentiæ ſit ſecundum ordinem ad obiectum, ſequitur quod ſecundum ſe & ſimpliciter intellectus ſit altior & nobilior uoluntate. Secundum quid autem, & per comparationẽ ad alterum, uoluntas inuenitur interdum altior intellectu, ex eo ſcilicet quod obiectum uoluntatis in altiori re inuenitur quam obiectum intellectus. Sicut ſi dicerem auditum eſſe ſecundum quid nobiliorẽ uiſu, inquantum res aliqua, cuius eſt ſonus, nobilior eſt aliqua re, cuius eſt color, quamuis color ſit nobilior, & ſimplicior ſono. Vt enim ſupra dictum eſt, * actio intellectus conſiſtit D in hoc, quod ratio rei intellectæ eſt in intelligente, actus uero uoluntatis perficitur ex eo, quod uoluntas inclinatur ad ipſam rem prout in ſe eſt. Et ideo Philoſophus dicit in 6. Metap. * q̄ bonum, & malum, quæ ſunt obiecta uoluntatis, ſunt in rebus, uerũ & falſum, quæ ſunt obiecta intellectus, ſunt in mente. Quando igitur res, in qua eſt bonum, eſt nobilior ipſa anima, in qua eſt ratio intellecta, per comparationem ad talem rem, uoluntas eſt altior intellectu. Quando vero res, in qua eſt bonũ, eſt infra animam, tunc etiam in comparatione ad talem rem intellectus eſt altior uoluntate, vnde melior eſt amor Dei quam cognitio, econtrario autem melior eſt cognitio rerum corporalium, quã amor. Simpliciter tamen intellectus eſt nobilior, quam uoluntas.

A D P R I M V M ergo dicendũ, quod ratio cauſæ accipitur ſecundum comparationem unius ad alterum, & in tali comparatione, ratio boni principalior inuenitur, ſed uerum dicitur magis abſolute, & ipſius boni rationem ſignificat. vnde & bonum quoddam uerum eſt. Sed rurſus & ipſum verum eſt quoddam bonum, ſecũdum quod intellectus res quædam eſt, & uerum finis ipſius. Et inter alios fines, iſte finis eſt excellentior ſicut intellectus inter alias potentias.

A D S E C V N D V M dicẽdum, quod illud, quod eſt prius generatione & tempore, eſt imperfectius, quia in uno eodemque, potẽtia tpe præcedit actũ, & imperfectio pſectionem. Sed illud, quod eſt prius, ſimpliciter & ſecundum naturæ ordinem, eſt perfectius. ſic enim actus D eſt prior potentia. Et hoc modo D intellectus eſt prior uoluntate, ſicut motiuum mobili, & actiuum paſſiuo. Bonum enim intellectum, mouet uoluntatem.

D. 52. D. 770.

A D T E R T I V M dicendum, q̄ illa ratio procedit de uoluntate ſm comparationem ad id, quod ſupra animam eſt. Virtus enim charitatis, eſt qua Deum amamus.

uoluntas eſt altior ſecũdum quid intellectu, licet ſimpliciter altior ſit intellectus. Vide ſupra q. 5. ar. 2. ad primũ, & q. 16. ar. 4. ad primũ, & ſecundum, & in corpore.

2ᵐ de maiori.

Procedere. R. in eodem, non in diuerſis. §. Tunc &c. Nam intellectus, & uoluntas ſunt res diuerſæ, & ideo argumentũ, ſic gloſſatum eſt pro, non contra.

*q. 16. ar. 1. & q. 27. ar. 4. D. 222.

3ᵐ de concluſione.

Altior. R. Secundũ quid, non, abſolute. §. Tunc &c. ut patet. Vide ſecũdam partem concluſionis.

Li. 6. Met. tex. 8. to. 3.

APPENDIX.

EX articulo habes primo, quomodo per rationem oſtendas, philoſophum merito in 10. Ethic. c. 7. ſanxiſſe, altiſſimam potentiam animæ eſſe intellectũ. Scdo habes, quomodo per rationem philoſophi dictum ſano modo intelligat, & ſic intellectum contra aduerſarios ſi qui ſunt, tuearis. Tertio uides, quomodo ex hoc, ſimilibuſque locis, uiciſſim doctrina hæc Angelica iuuetur.

Vtil. pro philoſoph. 2 3

¶ N O T. Articulo præſenti deſeruit articulus in ordine 16. 102 41. 99. 163. 534. 426.

ARTI-

Comm. Cardinalis Caietani.

TItulus clarus.

¶ In corpore articuli quatuor. Primo, diſtinguitur titulus. Secundo, reſpondetur iuxta primum ſenſum. Tertio, iuxta ſm. Quarto, colligitur totalis reſponſio in ſpeciali.

¶ Quo ad primum, nobilius dupliciter, ſimpliciter, & ſm quid. Declarantur termini, nobilius ſimpliciter, i. ſm ſe, ſm quid, idest in ordine ad alterum.

¶ Quo ad ſecundum, Intellectus eſt potentia nobilior ſimpliciter, quam uoluntas. Probatur ſic obiectum intellectus eſt ſimpliciter nobilius obiecto uoluntatis. ergo. Antecedens probatur, qui eſt ſimplicius & magis abſolutum, quod probatur, quia eſt ipſa ratio boni, quod eſt obiectum uoluntatis, conſtat ènim quod ratio ſimpliciter & abſolutior eſt eo, cuius eſt ratio, conſequentia probatur, quia propria ratio potentiæ eſt ſecundum ordinem ad obiectum.

¶ Quo ad tertium. Voluntas eſt interdum nobilior ſecundum quid intellectui. nota duas conditiones. ſ. ſecundum quid, & interdum. Probatur ſic. Obiectum uoluntatis interdum inuenitur in altiori re, quam ſit obiectum intellectus. ergo uoluntas ſecundũ quid,

quid est interdum nobilior intellectu. Antecedens probatur sic. Obiectum uoluntatis est in rebus, intellectus in anima, ergo est interdum in altiore re, quam obiectum intellectus. Hoc antecedens probatur dupliciter. Ratione, quia actio uoluntatis terminatur ad res in se, intellectus uero ad rationem conceptam. Et authoritate Arist. 6. Metap. Consequentia uero hæc secunda declaratur, quia interdum res qua bonum amatur, est altior anima, ut Deus, interdum inferior, ut creatura corporalis. Prima uero consequentis principalis declaratur dupliciter. Primo exponendo quod hoc est esse nobilius secundum quid, ex ratione comparationis ad alterum, habere scilicet obiectum interdum in alteriori re. Secundo exemplo de uisu & auditu respectu rei coloratæ & rei sonoræ.

¶ Quo ad quartum, tria concluduntur scilicet amor Dei est nobilior cognitione eius. Cognitio corporalium, nobilior est eorum amore. Simpliciter autem est intellectus nobilior uoluntate.

¶ Circa rationem pro prima conclusione dubium occurrit quadrupliciter, primo, Scot. in 4 dist. 49. q. 4. arguit contra illam propositionem. Ratio ueri est nobilior ratione boni. Quia aut intendis realiter, & sic est falsum, quia sunt una res, & consequēter neutra secundum rem est altera nobilior. Aut secundum rationem consequentem opus intellectus, & sic non est ad propositum quia hoc est relatio rationis. constat enim quod relatio rationis non est formalis ratio primi obiecti intellectus, aut uoluntatis. Aut secundum rationem antecedentem opus intellectus ex natura rei & tunc oportet probare, quod illæ rationes, s. boni & ueri, addāt aliquid absoluti supra rationem entis, quoniam tunc duarum rōnum distinctarum supponitur alteram altera esse nobiliorem, quæ non sunt formaliter relatiuæ.

¶ Secundo, arguit contra illam aliam propositionem suppositam scilicet. Bonum est obiectum uoluntatis. & uerum intellectus. Primum inquit, est dubium, secundum uero est falsum, ut in primo, distinct. 3. q. 5. probatum fuit. Sed ad hoc dictum est in quæst. 16. art. 1.

¶ Tertio, arguit contra illam propositionem. Quanto aliquid est abstractius, tanto nobilius. Aut loqueris de abstractione secundum esse, aut secundum rationem. Si secundum rem, quamuis maior sit uera, minor tamen est falsa, quia ratio ueri non est absolutior ratione boni secundum rem, cum sint una res, uerum & bonum. Si secundum rationem, quamuis minor sit uera, ipsa tamen propositio maior euidens non est, quia abstractio negatio est nullam dicens perfectionem, nisi forte ratione imperfectionis negatæ, putà materiæ uel potentiæ. In proposito autem, constat quod uerum non dicitur abstractius, quia magis recedit a materia aut potentia, cum bonum a quo abstrahi dicitur uerum neque materiam neque potentiam aliquam includat, ut patet ex eo quod actui purissimo conuenit, ergo ex hoc quod abstractius est uerum, non habetur quod sit nobilius, quamuis optime habeatur, quod sit prius natura.

¶ Quarto arguit contra probationem antecedentis s. quia rō ipsa boni est obiectum intellectus, bonum autem ipsum est obiectum uoluntatis. Primo, quia falsa ac chimerica uidetur differentia ista inter bonum, & boni rationem, quod ista intellectus illud uoluntatis sit, quoniam boni ratio bonitas est, bonitas autem ratio formalis est obiecti uoluntatis. eo quod bonum inquantum bonum appetibile est. primo Ethi. ergo & bonitas & bonum ad uoluntatem spectant, immo plus. ergo est implicatio in adiecto, quod bonum sit proprium obiectum uoluntatis, & bonitas non sit obiectum illius. Secundo, quia aut nomine obiecti intendis obiectū formale, aut tantummodo esse obiectum idest terminare actum illius potentiæ, obiici illi, &c. de obiecto formali locutio est, falsū manifeste est, quod boni ratio sit obiectum intellectus: nam obiectum formale intellectus est entis, aut ueri ratio non boni. Cuius ratio est obiectum formale uoluntatis. Si autem per esse obiectū intellectus & uoluntatis, nihil aliud intendis quam terminare actus intellectus & uoluntatis intelligi, s. & amari, primo sequitur quod differentia assignata nulla est: quia hoc modo non solum boni ratio, sed bonum est obiectum intellectus, utrūque enim intelligitur, & utrumque similiter est obiectum uoluntatis, quia utrumque amatur. Secundo sequitur quod non habeatur intentū, quia ex nobilitate diuersa formalium obiectorum, iudicanda est nobilitas simpliciter & secundum se potentiarum, quæ in litera inquiritur, & non ex nobilitate partis subiectiuę obiecti, qualis est boni ratio respectu obiecti intellectus.

¶ Contra conclusionem ipsam arguit Scot. ex dictis in secunda conclusione. primo sic. Amor superiorum est nobilior cognitione eorum pertē: ergo actus uoluntatis secundum genus suum, est nobilior actus. ergo uoluntas intellectu. tenet sequela, quia si optimum est nobilius optimo. ergo & genus genere, & species specie. Secundo sic. Actus coniungens obiecto secundum nobilius esse, est nobilior simpliciter, sed actus uoluntatis respectu obiecti beatifici coniungit obiecto secundum nobilius esse, quia ut in se est, actus uero intellectus ut est in cognoscente, ergo. Probatur maior, quia actus intantum habet perfectionis rationem, inquantum coniungit obiecto perfecto, qui ergo ex genere suo coniungit obiecto secundum perfectius esse, est ex genere suo simpliciter perfectior.

¶ Circa differentiam positam inter intellectum & uoluntatē in secunda conclusione ex authoritate Arist. dubium occurrit ex Scoto ubi supra. Inquit enim quod in hoc non est differentia inter intellectum & uoluntatem, quoniam proportionaliter uterque ad extra & intra terminatur. Nam cognitio intuitiua terminatur ad rem in se, & similiter dilectio illam sequens. Et cognitio abstractiua terminatur ad rem in anima, & similiter dilectio illam sequens. ergo nulla est differentia. Authoritas uero Philos. non iuuat, quia loquitur de cognitione abstractiua, & de uoluntate desideratiua non respectu obiecti, sed respectu termini, seu effectus qui res futura est.

¶ Ad obiectiones Scoti contra illam propositionem. Ratio ueri est nobilior ratione boni, respondetur, quod ut pluries dictum est, sermo est de rationibus formalibus rerum, distinctis tamen actualiter sola ratione, ita quod ipsæ rationes non sunt ab intellectu, sed distinctio earum actualiter. Cum ergo arguitur, aut est nobilior realiter &c. dicitur, quod est nobilior formaliter, seu secundum rationem formalem præuenientem intellectus opus, tā in se quam in sua distinctione uirtuali ab alia, ut comparatio secūdum nobilitatem habeat distinctionem extremorum præuenientem. Vnde non est opus fingere distinctionem aliquam actualem ex natura rei inter eas, ad omnia enim sufficit, quod distinguuntur uirtualiter. Distingui enim uirtualiter est habere, & uendicare sibi omnia ad distinctionem pertinentia, ac si essent distincta, ut in materia de distinctione diuinorum dictū est. Nec oportet ppea supponere, aut probare, quod rationes illæ addant res absolutas supra ens, sed ad hoc ut una altera nobilior sit, sufficit quod res relatiue concepta uel conceptibilis, nobilior sit sic relatiue sumpta, quam sic etiam relatiue sumpta.

¶ Ad obiectionem contra illam propositionem. Quanto aliqd est abstractius &c. respondetur, quod propositio uerificatur de abstractione formali in communi, siue secundum rem, siue secundū rationem, cæteris tamen paribus. Non enim quantitas mathematica est nobilior simpliciter substantia sensibili, quamuis sit abstractior, quia huius natura est substantia, illius accidens. Et cum dicitur, quod negatio coniunctionis cum alio non dicit perfectionem nisi ratione imperfectionis negatæ conceditur. Et dicitur, quod quia abstractio formalis incipit ab exclusione materiæ, & continue ascendit excludendo potentialitatis gradus, signum est quod cum uentum fuerit ad eas rationes formales, quæ nullam materię, aut potentiæ rationem claudunt, quod quanto aliqua est abstractior, tanto perfectior, utpote remotior & magis distans ab his quæ potentiam claudunt. Cum enim omnes rationes formales ordinem inter se habeant, & ad unam primam, s. entis rationem abstractissimam, consequens est quod quanto aliqua ratio minus abstracta est, tanto uicinior est his quæ sunt potentialitati admistæ, & quanto abstractior, tanto ab his remotior, ac per hoc nobilior, & perfectior secundum seipsam.

Ad obiecta autem contra illam differentiam inter bonum, & boni rationem, respondetur, quod male intelligitur litera, nec penetratur intentio eius.

Ad cuius euidentiam sciendum est, quod in re qualibet sunt duo, quidditas, & existentia, non curando pro nunc quomodo distinguantur. Inter hæc autem, hanc non tam ratione quam experientia uidemus differentiam, quod quidditas est ratio rei quod intelligatur, existere, autem quod appetatur. Experimur siquidē quod sanitas nō minus intelligitur si non est, quā si est, nullus tamē appetit sanitatem nisi ut sit, aut quia est. In tantum autem propriū est existentiæ appeti, & quidditati intelligi, ut ipsa existentia non qualitercunque, sed in actu exercito in re uel in spe, sit ratio appetibilis ut sic. Ita quod nullius quod quid erat esse, etiam si ipsa existentia sit quidditas illius, desideratur, amatur, aut delectat nisi ut sit, aut quia est in actu exercito. Et similiter ipsum quod quid erat esse, non qualitercumque, sed in actu exercito ipsius quod quid est (si tamen sic loqui licet in hac re, ubi nullum est exercitium) idest ut habet rationem quidditatis idest ut non curat de actu exercito existentiæ, est ratio intelligibilis, ut sic. Ita quod, etiam si ipsam existere intelligitur, inquantum intelligitur, induit rationem quidditatis, quoniam accidit sibi ut sic exercitium existentiæ, intelligitur enim ipsum esse tale quid. Nec ideo intelligitur, quia actum habet existentiæ, quamuis ipsa existentia sit cognita.

¶ Ex hac autem differentia oritur primo, quod in primo & adæquato obiecto intellectus sint duo. s. ratio obiectiua, puta quod quid erat esse entis, & conditio obiectiua. s. ratio seu modus quidditatis, ita quod ens significat obiectum intellectus ex parte rationis obiectiuę quod quid est autem significat idem, ex parte conditionis obiectiuæ. Oritur secundo intenta differentia in litera, quod obiectum intellectus sit abstractius obiecto uoluntatis. quia quælibet res ut habet rationem quod quid est, est abstractior seipsa,

ut habet actum existentiæ, illo modo est obiectum intellectus, hoc uoluntatis. Vbi aduerte diuinum S. Tho. ingenium, quod cũ de nobilitate inter obiectum intellectus & uoluntatis tractaret, & in obiecto utroque sit considerare duo, s. rationem obiectiuam & conditionem obiectiuam, secundum quam ratio obiectiua obiectum est, & rationis obiectiuæ sint una res non solum realiter, sed formaliter, seclusis relationibus rationis, ut patet de entitate & bonitate, ad ostendendam differentem eorum nobilitatem, ad conditiones obiectiuas se conuertit, & obiecta intellectus & uoluntatis ut obiecta sunt formaliter & per se considerans, ostendit quod obiectum intellectus est abstractius idest ratio formalis obiectiua intellectus ut obiicitur intellectui, est abstractior ratione formali obiectiua uoluntatis ut obiicitur uoluntati, dato & quod illa ratio sit eadem cum ista, ita quod abstractio maior dirc & ponitur in conditione obiectiua, ac per hoc in obiecto, ut obiectum est. Ostendit autem hoc, quia obiectum intellectus est res, ut quod quid est, uoluntatis autem ut habens esse. Constat enim quod quid est, abstractius est habente esse, ita quod in ipso Deo, cuius quod quid est, est existentia, abstractior secundum rationem est existentia ut quod quid est, quam ipsamet ut est existere in actu exercito: Et sic simpliciter obiectum intellectus, est abstractius obiecto uoluntatis, formaliter loquendo. Et per hoc soluitur potissima obiectio quæ contra hanc remanserat rationem scilicet esse est abstractius quidditate, quia contrahitur per illam, in cuius signum, esse utpote abstractiuum, ponitur nomen propriissimum nomen Dei, ergo ratio formalis obiecti uoluntatis est abstractior ratione formali obiecti intellectus. Iam enim patet, quod esse dupliciter sumi potest, s. in actu exercito ipsius existentiæ, & per modum quidditatis. & quod ut exercet existentiam, addit supra seipsum ut quod quid est, & consequenter ut obiectum intellectus est abstractius, quia est obiectum uoluntatis secundum quod stat in actu exercito existentiæ: intellectus autem secundum quod rationem habet quidditatis cuiusdam in seipso.

¶ Ex his autem facile respondetur ad obiecta. Iam enim patet quid nomine obiecti intelligatur, s. obiectum ut obiectum. i. ratio obiecti cum conditione eius obiectiua. Et quid nomine ratio nis boni, s. quod quid est non solum boni ut sic, puta bonitas, sed boni qualitercumque sumpti, & quid nomine boni, scilicet ipsum bonum ut sic, quod nihil aliud est dictum, quam res in ordine ad esse conueniens. Vnde cum dicitur in prima obiectione, quod tã bonum quam boni ratio spectat ad uoluntatem, quia bonitas &c. respondetur, quod boni ratio potest accipi dupliciter, vno modo ut ratio, alio modo ut existens, & quod secundo modo spectat ad uoluntatem, primo modo ad intellectũ. Et quia de ipsa ut habet rationem quod quid est, loquebatur S. Tho. ideo uocauit causa appropriato uocabulo rationem boni.

¶ Cum uero in secunda obiectione dicitur, Aut nomine obiecti intendis obiectum formale &c. respondetur, quod nomine obiecti proprie & explicite neutrum illorum intelligimus, sed obiectum ut obiectum est, quod constituitur per conditionem obiectiuam rationis formalis obiecti. Et ideo cum arguitur falsum esse, quod ratio boni sit obiectum intellectus, dicitur quod ratio boni ut ratio est, est conditio obiectiua, ac per hoc, constituit obiectum intellectus in esse obiecti, ut patet ex dictis. Nec hoc magis conuenit rationi boni quam ueri, & cuiuscunque alterius, quoniam hoc conuenit rationi ut ratio est, sed adducta est boni ratio magis quam aliorum, quia ad ipsum fiebat comparatio. Et hęc est directe & explicite intentio literæ, ac si dixisset, quod bonum abstractiori modo offertur intellectui, quia per modum rationis & quod quid est, quam uoluntati, quia per modum ipsius entis boni, & ideo obiectum intellectus ut sic, abstractius est, quã obiectum uoluntatis ut sic. Quia tamen implicite subintelligitur in obiecti nomine, etiam ratio formalis obiectiua sic conditionata, potest de ratione illa quoque implicite tacta, saluari litera, quamuis non sit opus, dupliciter, primo. Quia ens & bonum conuertuntur, & sunt idem, & nulla est entis ratio quæ non sit boni ratio, cum ratio entis sit ratio obiectiua, ueridice quoque dici potuit, quod boni ratio est obiectum formale intellectus: boni enim ratio, non solum bonitas, sed entitas est, & qua cunque alia ratio. Dicitur secundo, & in idem redit conclusio, quod boni ratio insinuat omne quod quid est ut sic, fecit enim S. Thom. ut soliti sunt doctores, ab uno insinuare cætera. Merito autem, magis meminit rationis boni, quia respectu obiecti uoluntatis, quod bonum est, maiorem abstractionem ostendere uolebat in obiecto intellectus ita quod perinde est ac si dixisset, obiectum intellectus esse abstractius obiecto uoluntatis, manifestat, quia etiam in ipso uoluntatis obiecto id quod intellectus obiectum est, ut sic, abstractius est eo, quod uoluntati obiicitur, quoniam uoluntati obiicitur ipsum bonum, intellectui autem illius ratio. Nec fallaris ex his concipiẽdo aliud esse quod apprehenditur, & aliud quod appetitur, cum impossibile sit appeti incognitum, ac per hoc idem, & secundum idem oportet esse appetitum & cognitum, sed accipe ex his, quod idem, & secundum idem est appetitum & cognitũ. Sed sũ & rõ & conditio obiectiua cogniti ut sic, est alia a ratione & conditione appetiti ut sic, & quo ad hæc, obiectum intellectus est abstractius obiecto uoluntatis.

¶ Ad obiectiones Scoti contra conclusionem ipsam respondetur. Et primæ, negatur sequela. Et ad probationem dicitur, quod illa maxima, Cuius optimum est nobilius optimo. &c. intelligit de nobiliori & perfectiori simpliciter, non autem secundum quid, modo amor superiorum est nobilior secundum quid cognitione eorum, ut in litera dicitur, non simpliciter. Secundæ uero, distinguitur dupliciter maior. s. actus coniungens obiecto secũdum perfectius esse nobilior. primo, quoniam potest dupliciter intelligi, primo de perfectiori esse obiecti, ut obiectum est, & sic uera est sed minor falsa. s. quod actus uoluntatis iungat obiecto secundũ perfectius esse quia, ut in litera ostenditur, obiectum intellectus ut obiectum, est nobilius, quia abstractius, & consequenter perfectius ut obiectum, quia in his, idem nobilius est & melius. Alio modo, de perfectiori esse obiecti ut res est, & sic dato quod minor esset uera, maior est falsa. Secundo, quoniam potest intelligi de obiecto absolute, & sic tantummodo est ad propositum, uel in tali materia, puta superiorum, & sic non infert nisi maiorem nobilitatem secundum quid. Resoluendo igitur obiectionem, si sermo est de obiecto absolute ut obiectum est, negatur minor. Et ad probationem, quia esse in re, est perfectius quam esse in anima, respondetur primo, quod hoc non est uerum uniuersaliter, & consequenter nec absolute, ut patet de inferioribus. Secundo, quod falsum supponitur, s. quod obiectum intellectus ut sic, constituatur per esse in anima, quamuis esse in anima sit una conditio illius, actus enim intellectus coniungit obiecto absolute ut quicquid est, in se est & per hoc differt primo ab actu uoluntatis coniungenti obiecto ut exercet esse. Modo dicitur, quod licet actus coniungens obiecto secundum esse extra coniungit obiecto secundum perfectius esse, ut res est, quam actus coniungens obiecto absolute, tamen ecõtra iste coniungit obiecto secundum perfectius esse ut obiectum est, quã ille, quia secundum abstractiorem modum. Et quia nobilitas potentiarum, attenditur penes nobilitatem obiectorum, non ut res sed ut obiecta sunt, ideo simpliciter intellectus nobilior est uoluntate. Si uero sermo est de obiecto tali, puta beatifico, ut Scot. insinuat, tunc distingue uel in uia, uel in patria. Et dic, quod ratio concludit amorem talis obiecti in uia esse nobiliorem cognitione, non autem in patria, quia æque nobile immo idem est esse Dei in se, & in anima beatorum, quia secundum essentiam, immediate intelligitur, & consequenter remanet actus intellectus nobilior nobilitate sui generis, & non excessus nobilitate secundum quid, ut in uia excedebatur.

¶ Ad ea quæ contra differentiam inter intellectum & uoluntatem in secunda conclusione, ex Arist. positam obiicit Scot. dicitur, quod quia philosophus obedit rationi, cui sensus testimoniũ perhibet, & in nobis nullam experimur cognitionem intuitiuam secundum intellectum, ideo in 3 de Anima, Arist. inter obiectum intellectus & sensus, differentiam esse dixit, quod illud in anima, istud extra animam est. Vnde, sicut hoc non impugnatur, ita nec impugnari debet idem repetitum in 6. Met. in ordine ad uoluntatem, utrobique enim dicit, obiectum intellectus esse in anima. Et uerum est. Tum quia intuitiuam cognitionem non experimur. Tum quia absolute loquendo de intellectione & non tali, uel tali, puta intuitiua, intellectum ut sic, in intelligente habetur, idest res intelligitur ut unitur intelligenti, amatur uero contra, ut amans unitur amato, & hoc saluatur in omni cognitionis modo, etiam intuitiuo. Vnde, si non quo ad rem, saltem quo ad modum, semper intellectus obiectum est intra, uoluntatis extra. Et hæc est prima differentia in qua deficit Scot. Secunda est, ex parte uoluntatis, cum dicit, quod dilectio sequens cognitionem abstractiuam terminatur ad intra, manifeste experimur quod abstractiue cognoscimus balneum, & amamus illud secundum esse extra, uolumus enim extrinsecus balneari, & non balneari intentionaliter. Et cum dicit, quod hoc est respectu uoluntatis desideratiuæ, non respectu obiecti, sed termini aut effectus, rudis glo. est, quoniam hoc experimur, nõ solum respectu desiderii, quo optamus futura, sed respectu amoris, quo amamus rem absolute. Intelligentes.n. abstractiue amicum, amamus ipsum secundum esse reale suum, & non intentionale. Rursus, quod dicitur respectu termini seu effectus non obiecti, falsum est, quoniam obiectum desiderantis balneum est id, quod desideratur, quod constat esse balneum extra, quamuis hoc idem sit terminus actionis executiuæ ex desiderio peruenientis. Stat ergo solida differentia assignata, & quo ad modum simpliciter, & quo ad rem in nobis, secundum eos quos experimur actus.

¶ In responsione ad primum, nota triplicem comparationem inter bonum & uerum. Prima est secundum seipsa, & sic bonũ rõ magis dicitur ad alterum, ratio uero ueri, dicitur magis absolute. Et ex hoc soluitur argumentum, nam cum obiiceretur, illud esse nobilius quod fundat nobilissimam causalitatem, respondetur mõ quod hoc est uerum de nobilitate in ordine ad alterum, non absolute

solute in se, quia esse causam in ordine ad alterum attenditur. Secunda, secundum mutuam inclusionem, & sic unumquodque eorum materialiter sumptum, est pars subiectiua alterius, bonum enim est quoddam uerum, & uerum est quoddam bonum, quod declaratur in litera, quia uerum est bonum intellectus ad quod naturaliter inclinatur intellectus, sicut quælibet res naturaliter tendit ad suam perfectionem. Tertia secũdum nobilitatem utriusque in ratione boni, & sic dicitur, quod uerum est nobilius bonũ quocunque alio bono, quia est finis nobilioris potentiæ, quacumque alia potentia. ita quod intentio literæ est, non solum saluare quod obiectum intellectus sit nobilius obiecto uoluntatis idest uerum vt uerum, bono, ut bono, quod in prima comparatione factum est, sed ostendere quod etiam uerum ut bonum intellectus est nobilius obiecto uoluntatis, ut sic intellectus omnino inueniatur nobilior. Sed est hic locus quæstioni, quoniam falsum uidetur hoc, nam finis uoluntatis est bonum ut bonum, finis uero intellectus est quoddam bonum. Constat autem, quod nullum particulare bonum est melius ipso bono, ergo uerum & bonum, non est magis bonum quàm finis uoluntatis. Et confirmatur, quia bonum per participationem non est melius bono per essentiam, uerum autem est quoddam bonum, & consequenter per participationem bonum, bonum autem est ipsum bonum essentialiter, & uniuersaliter. ergo. Sed ad hoc est dicendum, quod in obiecto uoluntatis est considerare duo. s. rationem uniuersalem, qua. s. est totum uniuersale respectu omnis boni, & specialem rationem perficiendi, qua. s. ita respicit, & perficit talem potentiam, puta uoluntatem, quod non omnes. Quamuis enim omne bonum sit pars subiectiua boni, quod est finis & obiectum uoluntatis, non tamẽ perfectio qua unumquodque bonum perficit id cuius est bonum est pars subiectiua perfectionis uoluntatis a bono, non enim perfectio uisus a colore, est pars subiectiua perfectionis uoluntatis, ut patet. Rursus, uniuersalis ratio obiecti potest accipi dupliciter scilicet simpliciter, uel distributiue, sicut quodlibet aliud uniuersale, ut patet. Ex hoc autem dico tria. Primo, quod comparando obiectum uoluntatis ad alia, ut totum vniuersale simpliciter, tamen sic uerum est nobilius bono, ut prima species est nobilior generica ratione, quicquid sit de aliis speciebus boni, obiectis. s. aliarum potentiarum, quod pro tanto dico, quia non attingunt ad immaterialem ordinem in qua generica ratio boni eleuata residet. Secundo, quod comparando obiectum uoluntatis ad alia secundum specialem finalizationem & perfectionem, sic in obiecto uoluntatis inuenitur quædam species boni, & non omne bonum, quia non bonum oculi, nec est prima species boni, sed secunda, quod a posteriori declarauit S. Thom. in litera, quia finis nobilioris potentiæ est excellentior. ergo bonum quod est finis intellectus, est excellentius. Antecedens autem iam in corpore probatum, supponitur. Tertio, quod comparando obiectum uoluntatis distributiue ad singula sub eo contenta, sic bonum quod est obiectum uoluntatis, includit omnem boni rationem, nec ulla sit comparatio nisi inter totum & partem, uoluntas enim non solum uult sibi, sed uult intellectui & oculo, & auri, & pedi, & manui, cæterisque proprias perfectiones, & proprios modos suarum perfectionum. Nec est dubium, quod hoc modo bonum intellectus cadit sub finẽ uoluntatis, nec potest comparari illi, cum comparatio supponat distinctionem, nisi ut dictum est, sicut pars ad totum, & secundum hoc dicetur in litera sequentis articuli ad primum, quod uoluntas est altior intellectu. Et ex his patet solutio ad obiecta. Ad primum enim dicitur, quod ratio primæ speciei boni, est nobilior ipsa boni ratione. sicut prima species ratione sui generis. Talis autem est ratio boni in uero. Ad secundum negatur, quod bonum per essentiam sit proprium obiectum & finis uoluntatis. Aliud enim est dicere bonum in uniuersali, & aliud bonum per essentiã, hoc enim est omne bonum inclusiue, illud permissiue, hoc actu, illud potentia, hoc distincte, illud confuse. Si autem hæc uis, quia bonum uniuersaliter est nobilius bono particulari, iam dictum est, quod accipiendo bonum uniuersale distributiue, sic inuenitur obiectum altius, & uoluntas potentia altior sed hæc est altitudo secundum quid, quia in ordine ad aliud, & non ex natura obiecti absolute & primo. Accipiendo autem simpliciter, sic prima eius species est eo excellentior.

¶ In responsione ad secundum nota breuissimam & integerrimam glossam illius propositionis. Prius generatione est imperfectius, intelligitur prius generatione tantum. Si enim est prius generatione, & alio modo, non est imperfectius, tale autem est intellectus respectu uoluntatis, quia est prior non solum generatione sed simpliciter, ut actus potentia, ut finis, eo quod est ad finem, & hanc glo. intendit S. Tho. hic.

¶ In responsione ad tertium esto cautus, quia responsio ista nõ concedit nisi in uia, habitum uoluntatis esse nobiliorem habitibus intellectus, secus enim est in patria, lumen enim gloriæ perfectius est charitate.

¶ Cuius signum est, quod non solum non potest esse informe, sed non compatitur imperfectionem uiæ, quam tamen charitatis habitus compatitur, & quod plus est, essentia diuina, ut in quæstione duodecima, habitum est, est loco habitus intellectualis, quia uicem supplet speciei intelligibilis, non autem supplet uicem alicuius habitus aut cuiuscunque inhærentis uoluntati.

Cap. 3. d. 24. q. 1. con. 5.

SVP. Q. LXXXII.

ART. IIII.

410
1. 2. q. 9. a. 1. & q. 17. ar. 1. & ver. q. 14. a. 1. & 2. & q. 22. ar. 11.

COncl. 1. Intellectus mouet p modum finis uoluntatem.

¶ Prob. Quia bonũ intellectum est obiectum uolũtatis, & consequenter mouet uoluntatem ipsam, ut finis.

¶ Concl. 2. uoluntas mouet per modum agentis omnes animæ potentias ad suos actus, præter uires naturales uegetatiuæ partis.

¶ Prob. Quia obiectum uoluntatis est bonum, ac finis in communi, & in omnibus potentijs actiuis ordinis ordinatis illa potentia, quæ respicit finem uniuersalem, mouet potentias quæ respiciunt fines particulares (patet tùm in naturalibus, tum in politicis.) Secunda autem pars. præter &c. probatur. Quia partis uegetatiuæ naturales uires nostro arbitrio non subduntur.

ARTICVLVS IIII.

Vtrum uoluntas moueat intellectum.

AD QVARTVM sic proceditur. Videtur, quod uoluntas non moueat intellectum. Mouens enim est nobilius & prius moto, quia mouens est agens, Agens autem est nobilius patiente, ut Aug. dicit 12. super Gen. ad lit.* & Philosophus in 3. de anima. † Sed intellectus est prior & nobilior volũtate, ut supra dictum est. * Ergo voluntas non mouet intellectum.

Li. 12. sup Gen. c. 16. to. 3.
Li. 3. de aia te. 19. to. 1.
* Ar. præc.

¶ 2 Præt. Mouens non mouetur a moto, nisi forte per accidens. Sed intellectus mouet uoluntatem, quia appetibile apprehensum per intellectum, est mouens, non motum, appetitus autem mouens motum. Ergo intellectus non mouetur a uoluntate.

¶ 3 Præt. Nihil uelle possumus, nisi sit intellectum. Si igitur ad intelligendum mouet voluntas volendo intelligere, oportebit, quod etiã illud velle præcedat aliud intelligere, & illud intelligere aliud uelle, & sic in infinitum, quod est impossibile. Non ergo uoluntas mouet intellectum.

SED CONTRA est, quod Dam.* dicit, quod in nobis est percipere quamcumque volumus artem, & non percipere. In nobis autem est aliquid per uoluntatem, percipimus autem artes per intellectum. Voluntas ergo mouet intellectum.

Li. 2. Ort. fidei ca. 1. ad finem.

RESPON. Dicendum, quod aliquid dicitur mouere dupliciter. Vno modo per modum finis, sicut dicitur, quod finis mouet efficientem, & hoc modo intellectus mouet voluntatem, quia bonum intellectum est obiectum uoluntatis, & mouet ipsam vt finis. Alio modo dicitur aliquid mouere per modum agentis, sicut alterans mouet alterũ, & impellens mouet impulsum, & hoc modo uoluntas mouet intellectum, & omnes animæ uires, vt Ansel.* dicit in li. de similitudinibus, Cuius ratio est: quia in omnib. potentiis actiuis ordinatis, illa potentia, quæ respicit finem uniuersalem, mouet potentias, quæ respiciunt fines particulares. Et hoc apparet tam in naturalib. quã in politicis. Cœlum enim quod agit uniuersalem conseruationem generabilium & corruptibilium, mouet omnia inferiora corpora, quorum unumquodque agit ad conseruationem propriæ speciei, uel etiam indiuidui. Rex etiam, quia intendit bonum commune totius regni, mouet per suum imperiũ singulos præpositos ciuitatum, qui singulis ciuitatib. curã regiminis impendunt. Obiectum autem uoluntatis, est bonum

* In li. de simili. c. 2.

1^m^ de maiori. Mouens. R. Vt mouens, non, ut motum. §. Tunc nihil &c. vt patet in litera. Huic dicto scilicet quod intellectus est altior duobus modis uoluntate, & uoluntas vno tantum altior intellectu. Si addas dicta in ar. 3. videbis, quod intellectus tribus modis est altior uoluntate, uoluntas autem duobus modis altior intellectu. Vide omnia, & ne erres, habeas præ oculis distinctionem illam artic. 3. scilicet esse altius uel simpliciter, uel secundum quid. Et bene applica, ut intelligas & nobilitates utriusque, & altitudinem sensuum. D. Thomæ.

2^m de maiori. Non mouetur. R. Eodé modo mouendi, non, diuerso. §. Tunc nihil &cęt. ut patet in litera.

3^m de conclusione. Illud intelligere. R. Nisi sit primum. §. Tunc &c. Non enim (ut patet) potest procedi in infinitum, quia ante hoc primum intelligere nostrũ non datur aliud uelle, vel intelligere, sed solũ principium extrinsecũ nos mouens ad intelligẽdum, scilicet Deus.

num & finis in communi. Qualibet autem potentia comparatur ad aliquod bonum proprium sibi conueniens, sicut uisus ad perceptionem coloris, intellectus ad cognitionem ueri. Et ideo uoluntas per modum agentis mouet omnes animæ potentias ad suos actus, præter uires naturales uegetatiuæ partis, quæ nostro arbitrio non subduntur.

Ad primum ergo dicendũ, quod intellectus dupliciter considerari potest. Vno modo, secundum quod intellectus est apprehensiuus entis d & ueri uniuersalis. Alio modo secundum quod est quædam res & particularis potentia, habens determinatum actum. Et similiter uoluntas dupliciter considerari potest. Vno modo, secundum communitatem sui obiecti, prout scilicet, est apprehensiua boni communis. Alio modo, secundũ quod est quædam determinata animæ potentia, habens determinatum actum. Si ergo comparentur intellectus & uoluntas secundum rationem communitatis obiectorum utriusque, sic dictum est supra, * quod intellectus est simpliciter altior & nobilior uoluntate. Si autem consideretur intellectus secundum communitatem sui obiecti, & uoluntas secundum quod est quædam determinata potentia, sic iterum intellectus est altior & prior uoluntate, quia sub ratione entis & ueri, quã apprehendit intellectus, continetur uoluntas ipsa & actus eius, & obiectum ipsius. Vnde, intellectus intelligit uoluntatem, & actum eius, & obiectum ipsius, sicut & alia specialia intellecta, ut lapidem, aut lignum, quę continentur sub communi ratione entis & ueri. Si uero consideretur uoluntas secũdum communem rationem sui obiecti, quod est bonum, intellectus autem secundum quod est quædã res & potentia specialis, sic sub cõmuni ratione boni continetur, uelut quoddam speciale, & intellect^9^ ipse, & ipsum intelligere, & obiectum eius, quod est uerum, quorũ quodlibet est quoddam speciale bonum. Et secundum hoc uoluntas est altior intellectu, & potest ipsum mouere. Ex his ergo apparet ratio, quare hæ potentiæ suis actibus inuicem se includunt, quia intellectus intelligit uoluntatem uelle, & uoluntas uult intellectum intelligere. Et simili ratione bonũ continetur sub uero, inquantum est quoddam uerum intellectum, & uerum continetur sub bono, inquantum est quoddam bonum desideratum.

Ad secundum dicendum, quod intellectus alio modo mouet uoluntatem, quam uoluntas intellectum, ut iam dictum est. *

Ad tertium dicendum, quod non oportet procedere in infinitum, sed statur in intellectu, sicut in primo. Omnem enim uoluntatis motum necesse est quod d pcedat apprehensio, sed non omnẽ apprehensionem præcedit motus uoluntatis, sed principium consiliandi & intelligendi, est aliquod intellectiuum principium altius intellectu nostro, quod est Deus, ut etiam Aristot. dicit in octauo Ethicor. Et per hunc modum ostendit, quod non est procedere in infinitum.

APPENDIX.

* Ar. præc.

Vti. pro S. Eccl.

Ex articulo s. ex responsione ad tertium, habes primo quomodo per rationem, & auctoritatem etiam philosophi tanquam in radice reiicias hæresim Pelagii dicentis: hominem naturalibus liberi arbitrii viribus sese ad gratiam disponere ac præparare posse, ut ipsi sanctus infundatur spiritus. Item hominem suis naturalibus uiribus uerbo assentiri, promissionem apprehendere, & non repugnare spiritui sancto posse. Si enim principium consiliandi, & intelligendi est aliquod altius & extrinsecum, s. Deus, utique initium boni operis, etiam moralis pure, vel naturalis, non poterit esse a liberi arbitrii uiribus. Nam liberum arbitrium, cum sit facultas voluntatis & rationis, includit ipsum intelligere & uelle. D. Thomas ergo determinans ex ratione, quod intelligendi & consequenter uolendi primum principium est extra & supra nos: Pelagianos impugnat, & ad radicem erroris illorum securim ponens ipsos expugnat, ut patet consideranti. Secundo habes, quomodo per rationem tanquam in radice ostendas, errorem eorum recte fuisse damnatum, & quidem ex superabundanti, ab Apostolo 2. Cor. 3. Non sumus sufficientes cogitare aliquid a nobis quasi ex nobis, sed sufficientia nostra ex Deo est. Ex superabundanti, dixi, quoniam Apostolus loquitur hic non tãtum de moralibus, sed etiam de naturalibus cogitationibus, ut ex D. Thoma ibi exponente, dum philosophum pro intelligentia citat, habetur aperte. Erubescant itaque etiam ab ethnico, confundi. Item a concilio Arausicano, cap. 8. Si quis alium misericordia, alium uero per liberum arbitrium (quod in omnibus est, qui de præuaricatione primi hominis nati sunt) ad gratiam baptismi posse peruenire contendit, a recta fide probatur alienus. Quod quam sit rectæ fidei contrarium, ipse dominus probat: qui non aliquos, sed neminem ad se posse uenire testatur, nisi quem pater attraxerit. & capitulo 9. Diuini est muneris cum recte cogitamus: & pedes nostros a falsitate & iniustitia tenemus: Quoties enim bona agimus, Deus in nobis, atque nobiscum, ut operemur operatur. Hæc ibi. Itẽ a Concilio Carthaginẽsi in Epistola ad Innocentium primum Papam. Item ab ipsomet Papa Innocentio. Item a concilio Mileuitano in Epistola ad eundem Papam. Vide de his omnibus epistolis in uolumine Cõciliorum. Item ab eodem Concilio Mileuitano, capitulo quarto, quinto, sed de his latius suo loco [illegible] A R- formali. Item a & cætera, ut quæstione duodecima articulo quarto, & quæstione 23. articulo 1. & quæstione 62. art. 2. Tertio uides, quomodo ex his uicissim Angelica firmetur doctrina præsens, atque declaretur.

2

* In corp.

3

¶ Not. Articulum præsentem aliqualiter iuuat articulus in ordine 403. 409. 301. 399. 102.

Comm. Cardinalis Caietani.

Titulus. Moueat, idest reducat intellectum de potentia ad actum.

¶ In corpore tria. Primò, proponitur distinctio bimembris, & iuxta primum membrum, prima conclusio. Secundo, iuxta secunda conclusio, quæ est directe responsiua quæsito. Tertio ponitur exceptio a secunda conclusione.

¶ Quo ad primum, distinctio est ista, mouere dupliciter, finaliter & effectiue: conclusio iuxta primum membrum est, quod intellectus mouet uoluntatem finaliter, Probatur, quia bonum intellectum, est obiectum uoluntatis, mouens ipsam ut finis.

¶ Circa hanc conclusionem ea quæ dicenda essent, non oportet repetere, quoniam in q. 8. art. 2. iam dicta sunt, ubi declaratũ est, quomodo bonum intellectum mouet ut finis, & actiue quo ad specificationem actus uoluntatis.

¶ Quo ad secundum, secũda conclusio iuxta secundum membrum & responsiua quæsito est, quod uoluntas mouet intellectũ & omnes uires animæ effectiue. Probatur dupliciter, primo authoritate Anselmi, secundo ratione. In omnibus potentiis actiuis ordinatis, respiciens uniuersalem finẽ, mouet actiue, respiciẽs fines particulares: uoluntas & reliquę animæ uires sunt huiusmodi, ergo. Maior probatur inductione, etiam in naturalib. de cęlo, quã in politicis de rege. Minor habet duas partes. s. quod uoluntas & aliæ uires sint actiuæ, & quod uolũtas respiciat finem uniuersalẽ, aliæ,

aliæ particulares, prima pars non probatur, sed secunda, quia bonum in communi est obiectum & finis uoluntatis, tale autem bonum est huius uel illius potentiæ finis & perfectio, ut patet de uisu & intellectu, hæc enim non sunt uniuersale & particulare.

¶ Circa hanc rationem, aduerte, quod in litera prima pars minoris, neque exprimitur, neque probatur. Tum, quia supponitur, nulla enim uis animæ est adeo passiua, quæ facta in actu, non fit quodammodo actiua, unde & sensus exterior actiue concurrit ad eliciendum sensationem, & expresse in 2. de anima tex. 37. dicitur, quod anima ex causa actiua huius alterationis, qua est sentire. Tum, quia nihil minus habetur intentum, etiam si non omnes uires animæ sint aliquo modo actiuæ, quoniam si uoluntas mouet omnes actiuas, a fortiori mouet passiuas, uel mediantibus actiuis, a quibus mouentur passiuæ, uel applicando saltem passiua actiuis, ponendo uel amouendo obstacula, ut patet de uisu. Prima tamen responsio, est secundum ueritatem & mentem S. Thom. aduerte secundo, quod uoluntatem mouere uires animæ non quantum ad specificationem, sed quantum ad exercitium actus intelligitur, & cum magna latitudine, non enim consistit in indiuisibili obedientia illa sed aliquæ uires magis, & aliquæ minus obediunt. Sunt enim rationales, per participationem magis & minus. Vnde exteriores uires minus obediunt quam interiores, & inter interiores quanto superiores, tanto magis obedire uidentur.

¶ In responsione ad primum, diligenter recoluo dicta in responsione ad primum præcedentis articuli.

¶ In responsione ad secundum, recolito dicta in ar. 2. q. 80. ubi hæc responsio declaratur.

¶ In responsione ad tertium dubium occurrit quo ad duo. Primo, cur reducitur in litera motus animi nostri in Deum, cum in promptu esset causa proxima. s. natura in quam primus motus intellectus reducitur. Secundo quid intendit per hanc primam motionem a Deo, an scilicet generalem influxum in intellectualia in sui principio, an specialem aliquam operationem aliter in hoc quam in illo.

¶ Ad euidentiam huius obscuræ dubitationis, sciendum est, quod propter alteram duarum causarum, aut utramque posset credi necessitas reductionis talis in Deum. Primo, propter impotentiam intellectus. Secundo, propter euitationem casus. Propter impotentiam quidem, ut quia intellectus est secundum se in potentia omnino, & cum in principio præsentatur sibi obiectum, nec adest uoluntas habet sufficiens motiuum quo ad specificationem actus scilicet obiectum, sed nullum habet motiuum quo ad exercitium actus, quia adest uoluntas quæ nata est ipsum mouere quo ad hoc Vnde restat intellectus impotens ad exeundum in actum, nisi aliquod aliud adsit motiuum, & propterea poni oportet altius motiuum ad exercitium, quod dicimus Deum. Propter euitationem uero casus, quia si nec uoluntas nec aliqua superior causa ponitur mouere intellectum magis ad intelligendum quam non intelligendum, aut magis ad hoc quam illud intelligendum, a casu est omnis prima intellectio, prout s. contingit sic, aut aliter offerri obiecta &c. Sed si diligenter consideremus, neutra harum causarum ad propositam resolutionem dicit. Impotentia in primis, falso imponitur intellectui, quoniam & sensus exterior, aut saltem æstimatiua (quam clarius patet actiue operari) sufficit ex se exire in actum secundum, si reducitur in actum primum ab obiecto, nullo præcedente appetitu, ut patet de primis sensationibus brutorum. Nec est minoris efficaciæ intellectus possibilis informatus specie obiecti, quam sensus informatus specie sensibili. Vnde quemadmodum non oportet ponere altius motiuum sensuum ad primas sensationes quo ad exercitium actus, sed ipsa sensuum natura sufficit, ita nec intellectu. Sufficit enim ad hoc naturalis uis intelligendi indita animæ, mediante intellectu agente & possibili. Casualitas deinde male attribuitur, quoniam quæ ex frequenti usu proueniunt, casu nequaquam fiunt, constat autem quod uniuersale quod est proprium motiuum intellectus, ex multis rationibus, memoriis, & experientiis colligitur, ut dicitur in secundo posteriorum & procemio Metaph. nõ igitur casu sed ex frequentioribus actibus sensuum circa hoc, magis quam circa illud prouenit, quod prius intelligatur hoc quam illud. Rursus, quia frequentius sensus mouentur ab uniuersalissimis, utpote cum omnibus sensatis concurrentibus

non casu, sed ex ordine naturæ est, quod primo moueatur intellectus a communissimis, iuxta ea quæ diximus in q. de primo cognito, in commentariis de Ente & essentia: Si igitur nec impotentia, nec casus ad talem reductionem ducunt, inquirenda est alia ratio eius, cum temerarium uideatur, concordem talium tantorumque Philosophorum Arist. & D. T. sententiam inficiari. Dicendum ergo uidetur mihi, quod intellectio prima dupliciter dicitur, uno modo simpliciter prima, quam. s. puer primo habet, alio modo prima in tali ordine, quam s. in aliquo negotio tractando aliquis primo habet. Et quamuis de utraque sit hic sermo, & secundum superficiem literæ magis de prima simpliciter secundum tamen profunditatẽ, de secunda non minus intenditur, immo de ea directe loquitur Arist. in loco allegato diffusе. Reducere ergo primas simpliciter intellectiones in Deum, cogit ratio eadẽ, qua astringimur reducere omnes motus in primum motum. Ita quod sicut dicimus quod ignis non combureret cessante primo motu, ita dicimus quod motus intellectuales, qui sunt extra motus corporeos (ut patet in 3. de anima) oportet quod reducantur in primum intellectualiter motum. s. in primum intellectum in actu. Et cum motus intellectuales nostri sic ordinati, motus uoluntatis reducuntur medio motu intellectiuo, motus autem intellectus per seipsum, & quia motus intellectus ut intellectus, non est qui imperatur a uoluntate, sed qui præuenit uoluntatem, qualis est prima intellectio simpliciter, ideo prima intellectio reducitur in Deum ut uniuersale & primum principium intellectualium, non ut primum cæli motorem. Nec ad hoc exigitur aliqua specialis influentia, sed generalis est influxus in oẽs nõ solum animas nostras, sed angelicos spiritus, eadem ratione. Reduci autem primos intellectus motus in tali ordine in Deũ, eadem rõ ostendit. Si. n. motus intellectus puri. s. absque missione impulsu uoluntatis reducunt immediate in primũ intellectũ. cũ primas motiones in multis negotiis habeamus, non ex electione & discursu sed nescientes unde eas habuerimus, consequens est ut principium primũ talium intellectionum, sit ipse primus intellectus. Nec alia est hic differentia, nisi quia conceptiones primæ simpliciter sortitæ sunt Deũ principium rõne sui uniuersalis influxus in intellectualia. Cõceptiones autem primæ in tali re aduenientes (non ex electione & discursu) sortiuntur primum intellectum ut causam ratione suæ prouidentiæ quam habent de intellectualibus, ut pote de prima parte uniuersi. Et confirmatur, quia motus intellectuales non sunt deterioris conditionis, quã motus corporales, sed hi oẽs reducũtur in cãm aliquã per se sui ordinis, scilicet in primũ motũ. ergo motus intellectuales illi reducuntur in aliquã per se cãm sui ordinis. Sed ipsi sunt in ordine actuum secundorũ, sunt. n. consilium & intellectus in actu: ergo debẽt reduci in aliquid eminẽtius cõsilio & intellectu in actu, tale aũt nõ est intellectus in anima nostra. ergo est altius mouẽs ad huiusmodi consilia & intellectiones. Et hæc rõ uidetur induxisse Arist. ad hanc sententiã in li. de bõa fortuna hic allegato. Quãuis enim cãm illius intellectionis magis quã illius, poneremus præsentiam & dispositionem huius phantasmatis magis, quam illius, non per hoc saluaretur quod hic effectus tã nobilis, haberet causam per se sui ordinis. Et confirmatur, quia experimur non solũ nos habere tales intellectiones qualitercũque; sed efficaces & impetuosas, quas a superiore emanare oportet natura, cessantib. passionib. & habitib. & uoluntate. Verũ, quia aĩa nostra coniungitur motui phantasmatum & tẽpori &c. idcirco has motiones diuina exercet prouidentia, secundum naturã recipiẽtis diuersimode, mõ excitatione aut cõpositione phantasmatum, mõ confortatione luminis intellectualis, mõ interiori impulsu, & cætera. Consonum quippe his etiam quę dicuntur 12. Meta. tex. 52. est, ut singulari mõ habeat Deus prouidentiam de intellectualibus ut sic, (quia sunt in uniuerso ut filii) quam de aliis. Quamuis nostri animi in hoc parum a filiis minorentur, quod temporum uarietatibus iunguntur, & propterea casus aliquo modo in eis habeat locum. Non tamen propterea totaliter excluduntur a filiis, sed ratione immaterialis naturæ, superiores influxus intellectualium aliquo modo recipiunt. Et tanto magis, quanto magis ab his corporalib. recedũt, ut in eodem lib. Arist. dicit, & sic patet ad quæsita quod natura non sufficit ad primos actus, nec ponimus miracula, sed generalem influxum, & non solum in corporib. sed in ordine intellectuum. & specialem de eis prouidentiam.

SVP. Q. LXXXII. ART. V.

411 Sup. q. 59. a. 4. & 3. d. 17. a. 1. q. 3 & ue. q. 25. a. 3. & 3. de aia lec. 14.

CONCL. In appetitu intellectiuo. i. in uoluntate, non diuersificantur aliquę potentiæ appetitiuæ, ut sit in ipso appetitu intellectiuo alia potentia irascibilis, & alia concupiscibilis, sicut etiam ex parte intellectus non multiplicantur uires apprehensiuæ, licet multiplicentur ex parte sensus.

ARTICVLVS V.

Vtrum irascibilis, & concupiscibilis, distingui debeant in appetitu superiori.

AD QVINTVM sic proceditur. Videtur, quod irascibilis & concupiscibilis distingui debeant in appetitu superiori, qui est uoluntas. Vis enim concupiscibilis dicitur a concupiscendo, & irascibilis ab irascendo. Sed aliqua cõcupiscentia est quæ non potest pertinere ad appetitum sensitiuum, sed solum ad intellectiuum, qui est uo-

¶ PRAE. Quia uoluntas

luntas bonum respicit sub communi ratione boni, & potentia, quæ ordinatur ad aliquod obiectũ secundũ cõem rationẽ eius, non diuersificatur per differentias speciales sub illa ratione communi contentas (patet de potentia uisiua.)

*In Matt. c. 13. super illud, Simile, est regnũ cœlorũ fermento, tom. 9.

1m de maiori.

Concupiscendo, irascẽdo. ℞. Cum quadã animi concitatione; non, simplici affectu uoluntatis. §. Tunc &c. Nam concupiscentia sapientiæ, odiumq́; uitiorum simplices affectus uolũtatis designant: ideoq; non sunt in irascibili, aut concupiscibili, nisi prout quodã largo modo uoluntas potest dici irascibilis, & concupiscibilis ratione. s. affectuũ similium affectibus illarum. Vide ad fm.

*cap. 13. a med. to. 3.

2m de maiori.

Concupiscibili irascibili, ℞. i. in uoluntate large dicta concupiscibilis, irascibilis, non autẽ, in irascibili, concupiscibili proprie dictis. §. Tunc, &c. ut patet in litera.

†q. 75. ar. 5. & 8.

*l. 4. de uiribus, c. 9

3m de maiori.

Irascibilem, concupiscibilem. ℞. Identicarationali, idest uolũtati: nõ, diuersas potentias ab illa. §. Tunc &c. ut patet in litera. In hac notabis glossam de ly antequam. Vide q. 77. ar. 8. ad primum.

*Arist. 2. de anima tex. 42. ca

luntas, sicut concupiscentia sapiẽtiæ, de qua dicitur Sap. 6. Concupiscentia sapientiæ perducit ad regnum perpetuum. Est & quædam ira, quę non põt pertinere ad appetitum sensitiuum, sed intellectiuũ tantum: sicut cum irascimur contra uitia. Vnde & Hier. * sup Matth. monet, vt odium uitiorum possideamus in irascibili. Ergo irascibilis, & concupiscibilis distingui debent in appetitu intellectiuo, sicut & in sensitiuo.

¶ 2 Præt. Secũdũ ꝙ cõiter dicitur, charitas est in concupiscibili, spes autem in irascibili. Non autẽ possunt esse in appetito sensitiuo: quia non sunt sensibilium obiectorum sed intelligibilium. Ergo concupiscibilis & irascibilis, sunt ponenda in parte intellectiua.

¶ 3 Pręt. In libro de spiritu & anima dicitur,* ꝙ has potentias. s. irascibilem & concupiscibilem, & rationalem, habet anima antequam corpori misceatur. Sed nulla potẽtiæ sensitiuæ partis est animæ tantum, sed coniuncti, ut supra dictũ est. † Ergo irascibilis & concupiscibilis sunt in uoluntate, quæ est appetitus intellectiuus.

Sed contra est, quod Greg. Nissenus dicit, * ꝙ rationalis pars animę, diuiditur in desideratiuum & irascitiuũ. Et idem dicit Dama. in lib. 2. & Philoso. dicit in 3. de Anima, * ꝙ uolũtas in ratione est. In irrationali autem parte animæ, concupiscentia & ira, uel desiderium & animus.

Resp. Dicendum, ꝙ irascibilis & concupiscibilis non sunt partes intellectiui appetitus, qui dicitur uoluntas: quia, sicut supra dictum est, * potentia quæ ordinatur ad aliquod obiectum ẽm cõem rõnem, non diuersificatur per differentias speciales sub illa ratione cõi contentas. Sicut, quia uisus respicit uisibile ẽm rõnem colorati, non multiplicantur uisiuæ potentiæ, ẽm diuersas species colorum. Si aũt esset aliqua potentia quæ esset albi inquantum est album, & non inquantum est coloratum, diuersificaretur a potentia quæ esset nigri, inquantum est nigrum. Appetitus aũt sensitiuus, non respicit cõmunem rõnem boni, quia nec sensu apprehendit uniuersale. Et ideo ẽm diuersas rõnes particularium bonorum, diuersificãtur partes appetitus sensitiui. Nam concupiscibilis respicit propriam rõnem boni, inquantũ est delectabile ẽm sensum, & conueniens naturæ. Irascibilis aũt respicit rationem boni, ẽm ꝙ est repulsiuum & impugnatiuum eius, quod infert nocumentum. sed uolũtas respicit bonũ sub cõi ratione boni. Et ideo non diuersificantur in ipsa quæ est appetitus intellectiuus, aliquæ potentię appetitiuæ, ut sit in appetitu intellectiuo aliã potentia irascibilis, & alia concupiscibilis, sicut etiam ex parte intellectus non multiplicantur uires apprehensiuę, licet multiplicentur ex parte sensus.

Ad primum ergo dicẽdum, quod amor, concupiscentia, & huiusmodi, dupliciter accipiuntur. Qñq; quidem, ẽm ꝙ sunt quędam passiones: cum quadam. s. concitatione animi prouenientes, & sic cõiter accipiuntur, & hoc modo sunt solum in appetitu sensitiuo. Alio modo, significant simplicem affectum absq; passione uel animi concitatione. & sic sunt actus uoluntaris. & hoc ẽt mõ attribuuntur angelis & Deo. Sed prout sic accipiuntur, non pertinẽt ad diuersas potentias: sed ad unam tãtum potentiam, quę dicitur uoluntas.

Ad secundum dicendum, ꝙ ipsa uoluntas potest dici irascibilis prout vult impugnare malum, non ex impetu passionis, sed ex iudicio rationis, & eodem modo potest dici concupiscibilis pp desiderium boni. Et sic in irascibili & cõcupiscibili sunt charitas & spes. i. in uoluntate, ẽm ꝙ hẽt ordinẽ ad hmõi actus. Sic ẽt põt intelligi, ꝙ dr̃ in libro † de Spiritu & anima, ꝙ irascibilis & cõcupiscibilis sunt animę, antequam uniatur corpori ut tamen intelligatur ordo naturæ & non temporis, licet non sit necessarium uerbis illius libri fidẽ adhibere. Vñ patet solutio ad tertiũ.

† Aug. ca. 13. a med. to. 3.

APPENDIX.

*q. 77 a. 3 & q. 79. ar. tex. 7.

Ex articulo habes primo quõ per rationem ostendas, philosophum iure dixisse, in 3. de anima tex. 41. quod uoluntas in ratione est, in irrationabili autem parte animæ concupiscentia & ira, uel desiderium, & animus. 2 Secundo habes: quomodo per rationem sensum uerum philosophi ibi declares, declaratum probes, probatum 3 defendas. Tertio habes, quomodo per rationem ostendas, merito a scripturis attribui rationali iram, puta iram contra uitia, & etiam concupiscentiam, puta sapientiæ, & hæc attribui etiam Deo. Vt psalmus 4. Irascimini & nolite peccare. & quod contra uitia nobis irasci pręcipiat, subdit. Quę dicitis in cordib. uestris, & in cubilibus uestris cõpungimini. Hoc est. Irascimini contra uitia etiã cordialiter solum dicta. i. deliberata, & adeo contra illa irascamini, ut ex hoc ad uerã de his cõpunctionẽ, seu contritionem pertingatis. Item Roma. 1. Deo odibiles. Ecce, dicit peccatores odio haberi a Deo, iuxta illud, odio sunt Deo impius & impietas eius, Sap. 14. Itẽ psalmo 44. Concupiscet rex (.i. Deus) decorem tuum. Itẽ ps. 118. Cõcupiuit anima mea desiderare iustificationes tuas in omni tẽpore. Quarto habes ex his: quõ per rationem ostẽdas, eos errare qui talia passionum nomina Deo attribui uidentes in scripturis arbitrati sunt Deũ aut habere corpus & animam (vide q. 3. art. 1. & 2.) aut esse mutabilẽ (uide q. 9 art. 1. & 2.) uel aliquid huiusmodi, similes fere Agarenis, qui maximum errorẽ pro magna prudentia uenditarunt, dicẽtes, quod Deus non potest hẽre filium, qm̃ non hẽt uxorem, & si uxorem haberet, in seditionis periculum id caderet. Quasi ꝙ Zelotipia cõmouendus esset more hominũ extra suam uxorem appetituros (vide q. 21. ar. 2. & q. 33. ar. 1. & q. 41. ar. 4.) Licet. n. Zelotes in sacris literis uocetur sæpe Deus, concitatus, commotus, furore iratus, uel huiusmodi, tamen hæc omnia non passiones in Deo dicũt sed simplices actus uoluntaris (ut ex præsenti articulo suauissime trahitur), uel etiam propter similitudinem effectuum ad homines Zelotipos, furore commotos &c. factorum sic appellatur Deus absq; errore aliquo, ut in q. 9. ar. 2. & q. 20. ar. 1. & q. 21. art. 3. Quinto uides; quomodo ex his uicissim Angelica firmetur doctrina hæc, atque declaretur.

D. 978.

¶Not. Præsenti articulo deseruit articulus in ordine 384. 381. 384. 379. 395. 301. 330. 410.

Comm. Cardinalis Caietani.

Titulus clarus.

¶In corpore unica conclusio responsiua quæsito negatiue. Appetitus intellectiuus, seu uoluntas, non distinguitur p irascibilẽ & concupiscibilẽ. Probatur. Potentia ordinata ad bonum secundum cõem rõne, non diuersificatur penes differentias speciales illius rõnis, sed appetitus intellectiuus respicit cõem boni rõnem. ergo non distinguitur penes speciales differentias boni. Tunc ultra, sed concupiscibilis, & irascibilis distinguuntur penes tales differentias. ergo uoluntas non distinguitur per concupiscibilem & irascibilem. Maior probatur dupliciter. Primo ex uerificatione ipsius inductiuẽ in potentia uisiua, & consequenter

quenter in alijs: secundo, ex opposito: quia. s. si visus esset albi, vt sic, esset alius a visu nigri. Et tangitur hic probatio illa. Si affirmatio est causa affirmationis, &c. Si.n. respicere rationem specialem est ratio diuersitatis, non respicere specialem, erit causa non diuersitatis. Minor vero est per se nota, quia bonum intellectum est uniuersale. Propositio aūt subsumpta alterius probatur: concupiscibilis respicit rationem conuenientis, irascibilis rationem nocumenti propellendi.

¶ Aduerte hic, q̃ licet ad integritatē formalē rõnis pro cõclusione sufficerent hæc, q̃ ex litera ad hanc formã reducta sunt, ad claritatē tamen & bonitatem doctrinæ, in litera inseruntur duæ aliæ manifestationes non seorsum, sed mistæ. Vna est ex opposito, seu ex differētia inter appetitū sensitiuum & intellectiuū, non q̃ de appetitu sensitiuo minus sufficienter dictum fuerit in qõne præcedente, sed ut ostendatur ex eadem radice procedere, q̃ ille diuersificetur per has differentias, & ille non, & sic rõ ista firmior reddatur. Vnde duas maximas proposuit, se habentes sicut se habent affirmatio ad affirmationem, & negatio ad negationem primam de constante obiecti, secūda specialitate eiusdem, & consequenter duo deduxit, unitatem superioris, & diuersitatem inferioris appetitus, quia non habet obiectum illud commune, quia nec sensus illud apprehendit.

¶ Altera est, ex apprehēsiua pũia, quã in calce ponit, q̃ quēadmodū nõ apprehēsiua in parte superiori nõ multiplicat, ita nec appetitiua. Oppositū aūt est in parte inferiori, quia & apprehensiuæ, & appetitiuæ multiplicantur, licet non æquali numero, satis est proposito nostro differentia inter partē inferiorē & superiorē in multiplicatione & non multiplicatione, tam apprehensiuarū q̃ appetitiuarū, quicquid sit de numero, quē constat nõ oportere esse æqualem, quia non punitur appetitus primo pp apprehensiuarum potentiarum bona propria: sed pp ipsius animalis bonum, vt dictum est. Nec apprehensorum per se differentiæ cõstituunt, aut pariunt totidem per se differentias genericas appetibiliū: immo omnia sensu percepta, duab. tantum boni per se differentiis quas modo diximus in q. præc. comprehenduntur. & idõ duas tm̃ appetitiuas potentias in parte sensitiua distinxit supius.

SVP. Q. LXXXII.

ART. I.

CONCL. Homo est liberi arbitrij.

¶ PROB. Quia si non esset homo liberi arbitrij, frustra essent pro illo consilia, exhortationes, præcepta, prohibitiones, præmia, pœnæ. Quia homo agit iudicio, non ex naturali instinctu, sed ex collatione quadã rationis, proueniente. Et omne tale agens, (cum ratio circa contingentia, i. particularia operabilia, hēat viã ad opposita, vt patet in Dialecticis, Rhetoricis) põt in diuersa ferri.

1^m^ de maiori.

Liberi arbitrij. R. cui nihil in aliquo repugnare possit; non, cui ab aliquo in aliquo repugnari efficaciter possit. §. Tũc &c. vt patet. Ideo argumentum non concludit, q̃ homo non habeat liberum arbitriū; sed q̃ non hēat ipsum sine repugnantia efficaci: cuiusmodi est liberū arbitrium Dei. Ad intelligendum illam repugnantiam, licet non sit coactio uoluntatem necessitans, uide supra. q 81. art. 3.

412 2. q. 13. a. 6 ueri. q. 24. ar. 1. & ar. 2. cor. Et mal. q. 6. a. vnico.

2^m^ de maiori.

Velle, non velle, operari, non operari. R. Præsupposito auxilio Dei: non, sine eius auxilio. §. Tunc &c. Apostolus enim retundit ibi præsumptionem quorundam Pelagio similium, qui suo libero arbitrio tantum attribuebãt, ut sine motione gratuita Dei, & uelle, posse, & operari dicerent. De hoc errore Pelagij, cū suis damnationibus uide. q. 82. art. 4. & adde ibi concilium Arausicanum, c. 17. dicens, fortitudinem gentiliū mundana cupiditas, fortitudinem Christianorum Dei charitas, facit quæ diffusa est in cordibus nostris, nõ p uolūtatis arbitriū, sed per spiritū sanctū, qui datus est nobis, nullis meritis gratiã pūenientibus. Hæc ibi, & diligētissime pro semp contra supbiam hominū notato ultima eius verba. s. nullis meritis gratiã pūenientibus.

* li. 1. Met. ca. 2. circa med. to. 3.

3^m^ de maiori.

Causa. R. Sed non, de necessitate, prima. §. Tũc &c. liberum enim modo

QVAESTIO LXXXIII.

De libero arbitrio, in quatuor articulos diuisa.

DEINDE quæritur de Libero arbitrio.

ET CIRCA hoc quæruntur quatuor.

¶ Primò, Vtrum homo sit liberi arbitrii.

¶ Secundò, Quid sit liberum arbitrium, Vtrum sit potentia, vel actus vel habitus.

¶ Tertiò, Si est potentia, Vtrum sit appetitiua, vel cognitiua.

¶ Quartò, Si est appetitiua, Vtrū sit eadem potentia cum voluntate, vel alia.

ARTICVLVS I.

Vtrum homo sit liberi arbitrii.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur, quod homo non sit liberi arbitrii, facit quod vult. Sed homo non facit quod vult. Dr̃.n. Rom. 7. Non.n. quod volo bonum hoc ago: sed quod odi malū, illud facio. Ergo homo nõ est lib. arbit.

¶ 2 Præt. Quicunq; est lib. arb. eius est velle & non velle, operari & non operari. Sed hoc non est hois. dr̃.n. ad Rom. 9. Non est volentis, s. velle, neque currentis. s. currere. Ergo homo non est liberi arbitrii.

¶ 3 Præt. Liberum est qd̃ sui causa est: ut dr̃ in 1. Met.* quod ergo mouetur ab alio, non est lib. Sed Deus mouet voluntatem. Dicitur .n. Prou. 21. Cor regis in manu Dei & quocunque voluerit uertet illud & Phil. 2. Deus est q̃ operatur in nobis velle & perficere. Ergo homo non est liberi arbitrii.

¶ 4 Præt. Quicūq; est lib. arb. est dominus suorum actuum: sed homo non est dominus suorū actuū: quia vt dicitur Hier. 10. non est in homine via eius, nec viri est ut dirigat gressus suos. Ergo homo non est liberi arbitrii.

¶ 5 Præt. Phil. dicit in * 3. Ethico. Qualis vnusquisque est, talis finis vr̃ ei. Sed non est in potestate nostra aliqualis esse, sed hoc nobis est a natura. Ergo naturale est nobis, q̃ aliquem finem sequamur. non ergo ex lib. arb.

* li. 3. Eth. ca. 5. post mediū, t. 5 Glo. interlinearis.

SED CONTRA est, quod dicitur Eccl. 15. Deus ab initio constituit hominem, & reliquit eū in manu cõsilii sui. Gl.* in libertate arbitrii.

RESP. Dicendum, q̃ hõ est liberi arbitrii: alioquin frustra essēt consilia, exhortationes, præcepta, prohibitiones, præmia, & pœnæ.

Ad cuius euidentiã considerandū est, q̃ quædã agunt absq; iudicio, sicut lapis mouetur deorsum, & similiter oĩa cognitione carentia. Quędã aūt agunt iudicio sed non libero, sicut aĩalia bruta. Iudicat.n. ouis videns lupum, eū esse fugiendū naurali iudicio, & non libero, quia non ex collatione, sed ex naturali instinctu hoc iudicat. & simile est de quolibet iudicio brutorum aĩalium. Sed homo agit iudicio: quia per vim cognoscitiuã, iudicat aliquod esse fugiendū, vel prosequendū. Sed quia iudiciū istud non est ex naturali instinctu in particulari operabili, sed ex collatione quadam rõnis, ideo agit libero iudicio, potens in diuersa ferri. Rõ.n. circa contingentia hēt uiam ad opposita, ut patet in dialecticis syllogismis, & Rhetoricis persuasionib. Particularia aūt operabilia, sunt quædã contingētia, & ideo circa ea iudicium rationis ad diuersa se habet, & non est determinatum ad unum. Et pro tanto necesse est, q̃ homo sit liberi arbitrii, ex hoc ipso, q̃ rationalis est.

AD PRIMVM ergo dicendum, q̃ sicut sup. dictum est * appetitus sensitiuus, etsi obediat rõni, tñ põt in aliquo repugnare, concupiscendo contra illud quod ratio dictat. Hoc ergo est bonū, q̃ homo non facit cum vult, s. non concupiscere contra rationē, ut glo. Aug. ibidem dicit †.

* q. 81. ar. 3. ad 2.

† li. 3. cõt Iul. ca. 26. to. 7.

AD SECVNDVM dicendū, quod verbū illud Apostoli non sic est intelligendum, quasi homo non uelit, & non currat libero arbitrio: sed quia liberum arbitrium ad hoc non est sufficiens nisi moueatur & iuuetur a Deo.

AD TERTIVM dicendum, q̃ liberum arbitriū est causa sui motus: quia homo per liberum arbitrium seipsum mouet ad agendum. Non tamen hoc est de necessitate libertatis, q̃ sit prima causa sui, id quod liberum est, sicut nec ad hoc, q̃ aliquid sit causa alterius, requiritur q̃ sit prima cã eius. Deus igitur est prima causa mouens & naturales causas, & uoluntarias. Et sicut naturalib. causis mouendo eas, nõ aufert quin actus earū sint naturales, ita mouendo causas uoluntarias, non aufert quin actiones earū

sint

modo non fit prima causa, potest moueri ab alio: immo ab alio, id est, a prima causa, de necessitate mouetur: libere tamen: cum prima causa disponat omnia in secundis suauiter, id est, secundum modum secundarum, & adeo suauis, id est modo secundis conueniente, est semper diuina dispositio rerum, ut motus naturales non desinant propter huiusmodi motionem diuinam esse uere naturales, & liberi uere liberi.

sint voluntariæ: sed potius hoc in eis facit. operatur enim in vnoquoque secundum eius proprietatem.

4m de maiori.

Actuum. R. Quantum ad electiones eorum: non, quantum ad executiones electionum. §. Tunc &c. Loquitur enim authoritas de executionibus electionum tantum, ut in litera. Verbi gratia. Potest uelle quis in compedibus & manicis ferreis, aut quomodolibet, astrictus uelle nó astringi, uelle totaliter liberari, ex hoc tamen non liberatur. Ad liberum enim arbitrium necessario spectat uelle, non uelle; non autem posse exequi, quod vult.

5m ex philosopho.

Talis. R. Secundum illam qualitatem inclinantem liberum arbitrium; non, secundum qualitatem illam cogentem liberum arbitrium §. Tunc &c. Licet enim aliquales simus a natura; tamen, quod secundũ illam qualitatem finem nobis præstituamus, non cogimur, quam uis ad hoc per illam inclinemur, plus vel minus. Ad maiorem clarificationem dictorum in hoc articulo uide 1.2.q. 13. articulo 6. cum Elucid.

* pe. ar. 2.

Ad quartum dicendum, quod dicitur non esse in homine uia eius, quantum ad executiones electionum, in quib. homo impediri potest, velit, nolit. electiones autem ipsę sunt in nobis, supposito tamen diuino auxilio.

Ad quintum dicendum, quod qualitas hominis est duplex. Vna naturalis & alia superueniens. Naturalis aut qualitas accipi potest, vel circa partem intellectiuam, vel circa corpus & virtutes corpori annexas. Ex eo igitur quod homo est aliqualis qualitate naturali, quæ attenditur secundum intellectiuam partem, naturaliter homo appetit ultimum finem, s. beatitudinem. Qui quidem appetitus naturalis est, & non subiacet libero arbitrio, ut ex supra dictis patet*. Ex parte uero corporis, & uirtutum corpori annexarum, potest esse homo aliqualis naturali qualitate, secundum quod est talis complexionis, uel talis dispositionis, ex quacunque impressione corporearum causarum, quæ non possunt in intellectiuam partem imprimere, eo quod non est alicuius corporis actus. Sic igitur qualis vnusquisque est secundũ corpoream qualitatem, talis finis uidetur ei: quia ex huiusmodi dispositione, homo inclinatur ad eligendum aliquid, uel repudiandum. Sed istę inclinantes subiacent iudicio rationis, cui obedit inferior appetitus, ut dictum est. vnde per hæc libertati arbitrii non præiudicatur. Qualitates autem superuenientes sunt sicut habitus & passiones, secundum quas aliquis magis inclinatur in unum, quam in alterum, tamen istæ etiam inclinationes, subiacent iudicio rationis. Et huiusmodi etiam qualitates ei subiacent inquantum in nobis est, tales qualitates acquirere, uel causaliter uel dispositiue, uel a nobis excludere. Et sic nihil est quod libertati arbitrii repugnet.

APPENDIX.

Ex articulo habes primo, quomodo per rationem interimas hæreses Lutheri, Caluini, Albanensium, Trinitariorũ (De his quæst. 82. articulo secundo) negantium liberum hominis arbitrium. Item Oecolampadij, Melanchtonis; Iacobi Præpositi, Petri Abailardi, Parmenianistarum, Lutheri, Pelagij, dicentium, Liberum hominis arbitrium nullam habere in suis operationibus actiuitatem, non agere, sed pati. Item Liberum hominis arbitrium causa est non effectiua suorum actuum sed respectiua dum taxat, ut solummodo passiue se habeat. Item Libertate nihil fit, sed omnia ex necessitate eueniunt. Item Liberum arbitrium ita habere hominem, ut si uelit in Deum credat, & non credat, si illi ita uidere uideatur & placeat, & ita in eo quod credit, si uelit perseueret, uel non perseueret. Item Liberum arbitrium post peccatum est res de solo titulo, & dum facit quod in se est, peccat mortaliter (Hanc specialiter damnat Leo Decimus in bulla sua contra errores Lutheri). Item Liberum arbitrium hominis suis uiribus posse præcepta diuina implere. Contra enim hos omnes in uarijs locis iste D. Thomę articulus pugnat, eosque expugnat. Secundo habes: quomodo per rationem ostendas, recte horum errores damnari a scripturis Deuteron. 30. Considera quod hodie proposuerim in conspectu tuo uitam & bonum, mortem & malum, ut diligas dominum Deum tuum, & ambules in uiis eius, & viuas, & multiplicet te, benedicatque tibi; si autem auersum fuerit cor tuum, & audire nolueris, prædico tibi hodie &c. Item Matth. 23. Volui congregare filios tuos, & noluisti. Item Luc. 9. Si quis uult post me uenire, &c. Item Apocalypsi secundo. Dedi illi tempus pœnitentiæ, & non uult pœnitere. Item Ezech. 36. Dabo eis cor aliud, & spiritum nouum dabo eis, ut in præceptis meis ambulent, &cęt. Item ibi. Ego faciam domus Israel, non propter uos; sed propter nomen meum sanctum, quod protanastis in gentibus. Patet ergo, quod ad uolendum bonum nos mouet Spiritus sanctus, & non propter merita nostra aliquo modo pręcedentia, & consequẽter quod gratia Dei sine meritis quibuscunque nostris præuenit nos, ut bonum uelimus. Item Ezech. 18. Proijcite a uobis omnes iniquitates uestras, & facite uobis cor nouum, & spiritum nouum, Ecce, liberum arbitrium, apertissime, sicut supra 36. Gratia adiuuans liberum ipsum arbitrium in bonum. Dicit ergo, facite uobis, & Dabo uobis. Quare iubet, si ipse daturus est? Quare dat, si homo facturus est? Quia nimirum dat, quod iubet, & adiuuat, ut faciat is, cui iubet. Semper ergo in nobis uoluntas est libera; sed non semper est bona. Aut enim est a iustitia libera, quando seruit peccato, & tunc est mala, aut a peccato libera, quando seruit iustitiæ, & tunc est bona. Ex Roma. sexto. Gratia uero Dei semper est bona, & per hanc fit, ut homo sit bonę uoluntatis. Item a &c. ut quæstio. 82. articulo secundo. Item a Concilio Mileuitano cap. quarto. Hęc gratia non solum ostendit, quid appetere sciamus aut uitare, sed per eam nobis præstatur, ut quod faciendum cognouerimus, etiam facere diligamus, atque ualeamus. Cum enim dicat Apostolus, scientia inflat, charitas uero ædificat, ualde impium est, ut credamus ad eam, quæ inflat, nos habere gratiam Christi, ad eam uero quæ ædificat, non habere, cum sit utrumque donum Dei, & scire quid facere debeamus & diligere ut faciamus, ut, ædificante charitate, scientia non possit inflare. Hæc ibi. Item capit. Quicunque dixerit. Si gratia non daretur, non quidem facile, sed tamen per liberum arbitrium possemus etiam sine illa implere diuina mandata; Anathema sit. Item a Concilio Carthagin. in epistola ad Papam Innocen. I. sic; Error primo. Quod naturaliter possit implere legem qui uult, & quod Deus legem ad adiutorium dedit (quasi uidelicet sine illa naturaliter possemus scire, quid agere debeamus pro uita æterna assequenda) Error secundo. Ad perficiendam iustitiam, & Dei mandata complenda sola humana sufficere potest natura. Item a Concilio Mileuitano ad Innocentium Primum, & ab eodem Innoc. in rescripto ad idẽ Concilium, ut patet in Conciliorum uolumine locis suis. Item a &c. ut q. 82. art. 4. Tertio uides; quomodo ex his uerissim Sancti Doctoris articulus hic declaretur, atque confirmetur.

* q. 82. a. 3

Comm. Cardinalis Caietani.

Titulus clarus est.

¶ In corpore vna est conclusio responsiua quæsito affirmatiue, circa quam tria facit. Primò ponit eam, & probat ducendo ad impossibile, secundo manifestat, tertio probat a priori.

¶ Quo ad primum, conclusio est. Homo est libero arbitrio: probatur ducendo ad impossibile, quia frustra essent sex consilia &c.

¶ Quo ad secundum graduantur res in triplici ordine, quo ad hoc, quædam operantur sine iudicio, quædam cum iudicio, non collatiuo, sed naturali, quędam cum iudicio libero, prima sunt inanimata: secunda sunt bruta, tertia rationalia * inter quæ

quæ est homo. Vbi nota, quod iudicium seu arbitrium liberum, distinguitur contra naturale, naturale autem est, quod est determinatum ad vnum, agere ergo iudicio naturali, nihil aliud est, quam agere iudicio non indifferenti ad hoc & oppositum: sed determinato ad alterum oppositorum: hoc modo bruta agunt. agere autem arb. liber. est agere iudicio indeterminato ad hoc, & oppositum. Nec attenditur ista differentia in hoc, quod quando agit, iudicium liberum est indeterminatum, & naturale determinatum, quia quando exit in actum, oportet omne iudicium determinatum esse ad vnum, sed attenditur penes hoc, quod iudicium brutorum secundum se, non est indifferens ad hoc & oppositum, rationalium uero sic potentiæ enim rationales, vt dicitur 10. Meta. se habent ad opposita, irrationales verò, ad vnum tantum oppositorum.

¶ Quo ad tertium, probatur conclusio a priori sic. Ratio circa contingentia, habet viam ad opposita. ergo circa particularia operabilia. ergo non habet iudicium determinatum ad vnum. ergo habet iudicium liberum. Antecedens patet, tam in dialecticis. i. probabilib. quam in Rhetoricis, quæ sunt minus probabilia, vtpote verisimilia. Prima consequentia patet, quia particularia operabilia a nobis, manifeste sunt contingentia. Secunda verò, patet ex terminis, determinari enim ad vnum oppositum, & posse in vtrumq; oppositorum, econtrario diuiduntur. Tertia quoque patet ex terminis: quoniam nihil aliud est iudicium liberũ quam indifferens: ex quo cócluditur de primò ad ultimum, q ex hoc q homo est rationalis sequitur, est liberum arbitrium.

¶ Circa hanc rationem aduerte, q hinc habes quod prima radix libertatis est ratio, ita quod ex hoc primo inest libertas alicui, quia ratio indeterminata est, & indifferens ad hoc & oppositum, & quoniam hæc est ante omnem actum voluntatis, consequens est quod minus bene Scotus in 2. d. 38. dixerit libertatem primo quærendam in voluntate. Quamuis possit distingui quod primo est in voluntate formaliter, & primo in ratione radicaliter. Vnde ad rationem Scoti ibidem, s. quicquid intelligitur ante omnem actum uoluntatis intelligitur mere naturaliter. ergo nulla est ibi libertas, Respondetur, q antecedens quocunq; modo formetur, potest habere duplicem sensum. Primus est, quod omnis actus intellectus ante uoluntatis actum, est mere naturalis elicitiue. & sic est verum: quoniam ante uoluntatis actũ, quemcunque actum intellectus elicit, a natura, non ab electione elicit. Secundus sensus est, quod omnis actus intellectus præueniens voluntatem, est mere naturalis obiectiue. Et in hoc sensu potest dupliciter intelligi, vel quo ad conditiones positiuas, vel quo ad conditiones negatiuas, seu negatiue monstratas. Si intelligamus de conditionibus positiuis, verum est, si de negatiuis, vniuersaliter non est verum. Quoniam actus intellectus præueniens voluntatem, etsi obiectum habeat a natura oblatum, & quicquid in eo cognoscit & iudicat, naturaliter cognoscat & iudicet, habet tamen respectu contingentium operabilium, hanc negatiuam conditionem, scilicet indeterminationem, & indifferentiam iudicij respectu utriusque partis contradictionis, quę opponitur directe naturæ, quoniam natura determinat ad unum. Et hęc conditio est radix libertatis. Si enim iudicium tale esset determinatum, voluntas non posset ad quam vellet contradictionis partem declinare, sed necessitaretur a determinato iam iudicio de volendo, uel non uolẽdo hoc. Quia vero rationis iudicium circa hoc amandum, vel non amãdum ante uoluntatis actum indifferens est, & vtrinque rationes habens, suspensum stat, nec natura, nec electione determinatum sm se hinc iudicium tale & naturale non est, quo ad talẽ indifferentiam, immo naturæ repugnat, & libertatem fundat. Et sic patet quod distincto antecedente Scoti, iuxta sensum in quo uerificatur antecedens, neganda, est consequentia, in alio uero sensu, antecedens est negandum, quia falsum est, ut patet. Et si inferetur, quod aut indifferentia iudicij est naturalis, aut libera, respondendum est quod neutra est formaliter, sed est radicaliter libera, i. libertatis radix. Est enim implicatio in adiecto, dicere indeterminatio naturalis, quia si naturalis. ergo determinata ad unum, & si indifferens. ergo non naturalis. Inhæsio tamen talis indeterminati iudicij est naturalis, ut de libertate formaliter etiam dicetur in sequenti articulo.

Arg. 1. s. d. 24. q. 1. art. 1.
Tho Arg. d. 24. q. 1. ar. 3.
Capr. 2. d. 24. q. 1. con. 1. & 2.

SVP. Q. LXXXIII. ART. II.

413

2. d. 24. q. 1. ar. 1. & 2. & ueri. q. 24. ar. 4.

CONCL. Impossibile est, q liberum arbitrium, quod est principium huius actus, idest libere iudicandi, sit habitus, relinquitur ergo, quod sit potentia.

¶ PROB. Quia si liberum arbitrium est habitus, oportet quod sit habitus naturalis (naturale. n. est homini habere libertatem,) & impossibile est, q sit habitus naturalis (cum ea ad quę naturaliter inclinamur, ut de appetitu beatitudinis patet, non subsint libero arbitrio). Quia liberum arbitrium indifferenter se habet ad bene, uel male eligendum. Et habitus unus non se habet, nisi ad bene, uel male (patet de temperantia, scientia &cæt.) non autem ad utrumque. Secunda autem pars, scilicet relinquitur, ergo, quod sit potentia, patet, quoniam, si non est habitus, nec potentia cum habitu, nec actus (secundum communem usum loquendi de libero arbitrio), oportet, quod sit potentia.

* Nõ multũ remote a prin. lib.

† Enchiridij ca. 30. cir. pri. t. 3

Primum

ARTICVLVS II.

Vtrum liberum arbitrium sit potentia.

AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur, quod liberum arbitrium non sit potentia. Arbitrium enim liberum nihil, est aliud quam liberum iudicium. Iudicium autem non nominat potentiam, sed actum. Ergo liberum arbitrium non est potentia.

¶ 2 Præt. Liberum arbitrium dicitur esse facultas voluntatis & rationis. Facultas autem nominat facilitatem potestatis, quæ quidem est per habitum. Ergo liberum arbitrium est habitus. Bern. * etiam dicit, quod liberum arbitrium est habitus animæ liber sui. Non ergo est potentia.

¶ 3 Præterea. Nulla potentia naturalis tollitur per peccatum: sed liberum arbitrium tollitur per peccatum. Augustinus enim dicit †, quod homo male utens libero arbitrio, & se perdit & ipsum. Ergo liberum arbitrium non est potentia.

SED CONTRA est, quod nihil est subiectum habitus, ut uidetur, nisi potentia. Sed liberum arbitrium, est subiectum gratiæ, qua sibi assistente bonum eligit. Ergo liberum arbitrium est potentia.

RESP. Dicendum, quod quamuis liberum arbitrium nominet quendam actum secundum propriã significationem uocabuli: secundum tamen communem usum loquẽdi, liberum arbitrium dicimus id, quod est huius actus principium, s. quo homo libere iudicat. Principium autem actus in nobis est & potentia, & habitus. Dicimur enim aliquid cognoscere & per scientiam & per intellectiuam potentiam. oportet ergo, quod liberum arbitrium uel sit potentia, uel sit habitus, vel sit potentia cum aliquo habitu. Quod autem non sit habitus, neque potentia cum habitu, manifestè apparet ex duobus. Primo quidem, quia si est habitus, oportet, quod sit habitus naturalis. Hoc enim est naturale homini, quod sit liberi arbitrii. Nullus autem habitus naturalis adest nobis ad ea, quæ subsunt libero arbitrio, quia ad ea, respectu quorum habemus habitus naturales, naturaliter inclinamur: sicut ad assentiendum primis principiis. Ea autem, ad quæ naturaliter inclinamur, non subsunt libero arbitrio, sicut dictum est * de appetitu beatitudinis. Vnde contra propriam rationem liberi arbitrii est, quod sit habitus naturalis. Contra naturalitatem autem eius est, quod sit habitus non naturalis. Et sic relinquitur, quod nullo modo sit habitus. Secundo hoc apparet: quia habitus dicuntur secundum quos nos habemus ad passiones, uel ad actus bene uel male, ut dicitur in 2. Ethicor. * Nam per temperantiam bene nos habemus ad concupiscentias, per intemperantiam autem male, per scientiam etiam bene nos habemus ad actum intellectus, dum uerum cognoscimus, per habitum autem contrarium male, libero autem arbitrio indifferenter se habet ad bene eligendum uel male. vnde impossibile est, q liberum arbitrium sit habitus, Relinquitur ergo, quod sit potentia.

* q. 72. a. 1.

* li. 2. Eth. c. 6. to. 5.

AD

1m de maiori. Est. R. Secundum proprietatem uocabuli, non, secundum consuetudinem loquendi §. Liberum arbitrium enim consueuimus appellare principium huius actus, s. iudicij liberi. Tunc &c. Nam de libero arbitrio, secundum quod consuetum est hominibus loqui de illo, intelligitur conclusio. In huius signum euidens est, q. si liberum arbitrium apud nos nominaret actum, oporteret nos ponere ipsum non semper manere in homine. Absit autem ponere hoc, quoniam est hereticum. Vide ar. 1. Item q. 82. articulo 2. & 4.

2m de maiori ex Bernardo. Facultas, Habitus. R. idest potentia expedita ad operandum: non aliter. §. Tunc &c. Nam tunc non sumitur facultas, & habitus, ut distinguuntur contra potentiam; sed dicunt illam sic qualificatam ex se, non per aliquod additum, ut patet consideranti literam. Vide etiam supra art. 1. ad quartum, quid sit opus liberi arbitrij.

3m de maiori. Tollitur. R. Quantum ad id, quod naturale est, non, quantum ad aliquid aliud. §. Tunc &c. Augustinus enim perditionem liberi arbitrij sumit non quantum ad id, quod naturale est, sed ut in litera fundata in Apostolo Rom. 6. declarat. Vide art. appendicem post ly Ezech. 18.

AD PRIMUM ergo dicendum, q consuetum est potentiam significari nomine actus. Et sic per hūc actum, qui est liberum iudicium, nominatur potentia quæ est huius actus principium, alioquin si liberum arbitrium nominaret actum non semper maneret in homine.

AD SECUNDUM dicendū, quod facultas nominat quandoq; potestatem expeditam ad operandum. Et sic facultas ponitur in diffinitione liberi arbitrii. Bern. aūt accipit habitum non secundum quod diuiditur contra potentiam, sed secundum quod significat habitudinem quandam, qua aliquo modo se aliquis habet ad actum. quod quidem est tam per potentiam q̄ per habitum. Nam per potentiam homo se habet ut potens operari, per habitum autem, ut aptus ad operandum bene uel male.

AD TERTIUM dicendū, quod homo peccando, liberum arbitrium dicitur perdidisse, non quātum ad libertatem naturalē, quę est a coactione, sed quantum ad libertatem, quæ est a culpa & a miseria de qua infra in tractatu moralium dicetur in secunda parte huius operis.

¶ Not. Semper hic & ubique, quando adducitur uocula, in qua consistit Nodus argumenti, præsupponitur eam subintelligendam esse in sensu, vel affirmatiuo, uel negatiuo, secundum quod in textu illius propositionis, siue maioris, siue minoris, siue conclusionis, ex qua adducit, iacet. Verbi gratia, in proposito. Ly tollitur sumitur, cum subintellectione negationis, quia sic iacet in propositione maiori per ly nulla. Ex consequenti igitur, responsum ad illam uoculam intelligitur dari in eodem sensu. Verbi gratia. Ly quantum ad id, quod naturale est. Hoc est. Non tollitur, quantum ad id &c.

APPENDIX.

Ex articulo habes primo: quomodo per rationem radicalem ostendas; Concilia illa (de quibus articulo primo, & quæst. 82. articulo secundo 4.) cum scripturis merito sanxisse, liberum arbitrium manere semper in homine, ad bonumque, ac malum se habere. Radix enim ueritatum harum est; quia liberum arbitrium non est actus, neque habitus, sed potentia, ut declaratur in textu. Secundo habes: quomodo per rationem sano modo intelligas Concilium Arausicanum, capit. 13. Arbitrium uoluntatis in primo homine infirmatum, nisi per gratiam baptismi, non potest reparari, quod amissum, nisi a quo potuit dari, non potest reddi, unde ipsa ueritas dicit, si filius uos liberauerit, uere liberi eritis. Hæc ibi. Concilium hoc dicit expresse, liberum arbitrium per peccatum amitti, seu esse amissum. Sed hoc intellige, non iuxta sensum hæreticum, supra quæst. 82. articulo 2. & quarto & quæstio 83. articu primo reprobatum: sed iuxta sensum a D. Thoma in responsione ad tertium catholice hic explicatum. Taceo, quod ex Concilij intentione contra Pelagianos habita, & ipsius contextu habes, quod per ly amissum, intelligitur ly infirmatum, quod prædixerat. Est ergo post peccatum infirmatum, id est, quoad sanitatem amissum, quamuis nunquam quoad esse suum naturale (vt intellexit hæresis multiplex supradicta) amissum dici debeat. Si enim naturalia in dæmonibus etiam splendidissima remanserunt, ut dicit Dionys. quarto cap. de diuinis nominibus & allegatur supra. quæst. 64. articulo primo, non erit mirum, si Concilium nunquam somniauit, liberum arbitrium, quoad esse naturale, posse amitti. Ex his, tanquam regulam trahere potes illud, quod Beatus Hilarius, libro secundo de trinitate, his uerbis expressit. De intelligentia hæresis, non de scriptura, est, & sensus, non sermo, fit crimen. Hæc ille. Regulam hanc sancti Hilarij intelligas de sermone ordinate prolato (quod sem perfaciunt sacræ scripturæ, & concilia), non aliter. Nam ex uerbis inordinate prolatis incurritur hæresis, ut ait Beatus Hieronymus & citatur a Magistro sententiarum in quarto, distinct. 13. & supra quæstio. 31. articulo secundo. Tertio uides, quomodo ex his uicissim doctrina hæc Angelica declaretur, atque confirmetur.

Comm. Cardinalis Caietani.

Titulus clarus.

¶ In corpore duo. primo distinguit significationes huius nominis, liberum arbitrium. Secundo respondet quæsito vnica conclusio affirmatiue.

¶ Quo ad primum dupliciter sumitur, proprie, & ex accommodatione usus. Primo modo significat actum. Secundo, principium huius actus, & de hoc est quæstio.

¶ Quo ad secundum conclusio responsiua est. Liber. arbitrium est potentia. Probatur sic. Aut est habitus aut potentia, aut potētia cum habitu, sed nec habitus, nec potentia cum habitu est. ergo potentia. Assumptum probatur, quia principium actus in nobis, aliquod horum est, probatur, quia his dicimur ut principijs cognoscere. minor uero probatur dupliciter. primo sic. Si esset habitus, ergo esset habitus naturalis. Sed hoc est impossibile, quia naturalitas est contra rationem libertatis, & esse habitum est contra rationem naturalitatis liberi arbitrij consequentia patet, quia liberum arbitrium non acquiritur aut infunditur, sed connascitur nobiscum. Destructio consequentis quo ad primam probationem patet, quia si est naturale, ergo non subest libero arbitrio, & si subest libero arbitrio, ergo non est naturale, ut patet de assensu principiorum, & appetitu beatitudinis.

¶ Circa hanc partem duo dubia parua sunt. Primum est, quia uidetur contradictio in eodem contextu literæ, dum dicitur, & quod rationi liberi arbitrii repugnat naturalitas, & simul dicitur quod est naturalis. Secundum est, quia si liberum arbitrium non ponitur habitus naturalitas, ponitur tamen potentia naturalis, ut patet. ponitur enim in secunda specie qualitatis. ergo contra rationem eius non est naturalitas. Ad hæc duo simul dicitur, quod naturale hic sumitur, ut distinguitur contra liberum, ita quod naturale uocamus determinatum ad unum, cuius oppositum conuenit libero. Potest autem cadere naturalitas supra duo, uel supra rationem rei de qua est sermo vel supra inhæsionem illius rationis in subiecto. Et si quidem determinet inhæsionem, omnia quæ congenerantur alicui, naturalia sunt, quia non libere insunt, sed a natura determinantur ad habenda illa, & hoc modo liberum arbitrium est naturale, quia inest nobis a natura, ut in litera dicitur. Et ex hac naturalitate secundum inhæsionem infertur in litera, quod si esset habitus, esset naturalis, ut patet. Si uero determinet ipsam rationem rei, sic non omnia congenita sunt naturalia, sed aliquid naturale, & aliquid liberum, quia aliquod est determinatum ad unum, aliquod indifferens ad hoc, & oppositum, & sic naturalitas repugnat libero arbitrio. Et ideo notanter in litera dicitur. Contra rationem liberi arbitrij est naturalitas, scilicet determinans rationem, non inhæsionem, & per hoc patet etiam responsio ad secundum dubium, quia, scilicet uocatur potentia naturalis ratione inhæsionis, distinguitur tamen contra potentias naturales, & dicitur potentia libera secundum rationem potentiæ. Sed adhuc non quiescit animus. Cur simpliciter dicitur quod libero arbitrio repugnat esse habitum naturalem, & non naturalem potentiam cum utriusque naturalitas, & quo ad rationem, repugnet, quod quo ad inhæsionem, conueniat? Ad hoc dicitur, quod in habitu illæ duę naturalitates sunt inseparabiles, ita quod si est naturalis quo ad inhæsionem, est etiam naturalis, quo ad rationem, quamuis non econtra, vt patet: in potentia verò non, sed naturalitas

tas inhæsionis stat cum libertate rationis. Vnde naturalitatem habitus tanquam omnino repugnantem, liberum arbitrium excludit: potentiæ vero tamquam permissiue compatientem secū libertatem non sic excludit, & ex hoc patet responsio ad obiectionem quartam: quę posset cōtra literam moueri. Quia in hac ratione ex naturalitate inhæsionis liberi arbitrij, infertur naturalitas habitus secundum inhæsionem, & tamen probatio postmodum fit contra naturalitatem rationis, hæc.n. probatur repugnare libero arbitrio, & sic videtur inefficax processus, & in æquiuoco laborans. Iam.n. patet satisfactio, ꝙ quia in habitu naturalitas rationis euidens est, quoniam omnis habitus ad unum determinat, nulla opus erat probatione circa hoc, & ideo licuit deducta naturalitate inhæsionis, ex alia naturalitate, s. rationis, tanquam per se nota procedere, & ex naturalitate rationis inferre repugnantiam ad libertatem. Qui processus non liceret loquendo de potentia, quia illata naturalitate inhæsionis, non haberetur secunda naturalitas sicut in habitu.

¶Secundo probatur sic. Libero arbitrio indifferenter nos habemus ad bene vel male eligendum. ergo non est habitus. Tenet sequela, quia habitus est, quo bene vel male inclinamus probatur authoritate & inductione in intellectu, & appetitu.

Reg. 2. s. di. 24. q. 1. artic. 3.
Cap. 2. d. 14. q. 1. con. 3.

SVP. Q. LXXXIII.

ART. III.

414

2.d.24.q.1 a.3.& 3.d. 17.art.1.q. 3.ad 5. Et veri.q.24. art. 4 & 6. Dam.li. 2. Orth.fidei cap. 26. in prin.& li. 3 c.14.

CONCL. Liberum arbitrium est appetitiua potentia.

¶PROB. Quia proprium liberi arbitrij est electio (patet, quoniā ex hoc dicimur liberi.) Et electio (cum eius obiectum sit bonum ad finem) est principaliter actus potentiæ appetitiuę, licet ad electionē consilium prærequiratur.

1^m ex Damasceno. Commitatur. s. tanquam sequens illam: non, tanquam unum cum illa. §. Tunc &c. et in litera patet.

2^m de maiori. Iudicium, s. id est, acceptatio iudicii: non, actus iudicij. §. Tunc &c. Licet enim iudicij actus, idest, iudicium iudicatque dicat cognitiuam potētiam, a qua procedit; tamen acceptatio iudicij est per appetitum. Tunc enim vt nunc loquimur, acceptamus iudicium, quando desideramus, secundum consiliū iam iudicatum bonum procedere.

* li.3. Eth. c.2. in medio to.5.

D.816.

3^m de minori. Pertinere. s. inquantū præsupponit cognitionem de re eligenda: nō quod

ARTICVLVS III.

Vtrum liberum arbitrium sit potentia appetitiua.

AD TERTIVM sic proceditur. Videtur, ꝙ liberum arbitrium non sit potentia appetitiua: sed cognitiua. Dicit.n. Damas. * ꝙ cum rationali confestim comitatur liberum arbitrium. Sed rō est potentia cognitiua. Ergo liberū arbitrium est potentia cognitiua.

¶2 Præt. Liberum arbitrium dr̄ quasi liberum iudicium: sed iudicare est actus cognitiuæ virtutis. Ergo liber. arb. est cognitiua potētia.

¶3 Præt. Ad lib. arb. præcipue pertinet electio. Sed electio videtur ad cognitionē pertinere, quia electio importat quandam comparationē vnius ad alterum, quod est proprium cognitiuæ virtutis. Ergo liberum arb. est potentia cognitiua.

SED CONTRA est, ꝙ Philoso. dicit in 3. Ethic.* quod electio est desiderium eorum, quę sunt in nobis. Sed desiderium est actus appetitiuæ virtutis. Ergo & electio. Liberum autem arbitrium est, s̄m, ꝙ eligimus. Ergo liberum arbitrium est virtus appetitiua.

RESP. Dicendum, ꝙ proprium liberi arbitrii est electio. Ex hoc .n. liberi arbitrii esse dicimur, ꝙ possumus vnum recipere, alio recusato, quod est eligere, & ideo naturam liberi arbitrii ex electione considerare oportet. Ad electionē autem concurrit aliquid ex parte cognitiuæ uirtutis, & aliquid ex parte appetitiuę. Ex parte autē cognitiuæ, requiritur consilium, per quod diiudicatur quid sit alteri p̄ferendum. Ex parte autem appetitiuæ requiritur, ꝙ appetendo acceptetur, ꝙ per cōsilium diiudicatur. Et ideo Arist. in 6. Eth.* sub dubio derelinquit, utrum principalius pertineat electio ad vim appetitiuam, vel ad vim cognitiuam, dicit enim quod electio vel est intellectus appetitiuus, vel appetitus intellectiuus. Sed in 3. Eth. † in hoc magis declinat, ꝙ appetitus intellectiuus, nominans electionē desiderium consiliabile, & huius ratio est: quia proprium obiectum electionis est illud, quod est ad finē. hoc autē inquantum hmōi, habet rationem boni, quod dr̄ vtile. Vnde cum bonum inquantū hmōi, sit obiectum appetitus, sequitur, quod electio sit principaliter actus appetitiuæ uirtutis, vt sic lib. arbit. est appetitiua potentia.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod potentiæ appetitiuæ concomitantur apprehensiuas. Et secundum hoc dicit Damasc. quod cum rationali confestim concomitatur liberum arbitrium.

AD SECVNDVM dicendum, ꝙ iudicium est quasi cōclusio & determinatio consilii. Determinatur aūt cōsilium, primo quidē per sententiam rōnis, & secundo p acceptationē appetitus. Vnde Phil. dicit in 3. Eth. ꝙ ex cōsiliari iudicātes desideramus s̄m cōsiliū. Et hoc mō ipsa electio dr̄ quoddā iudiciū a quo nominatur liber. arbitrium.

AD TERTIVM dicendū, ꝙ ista collatio, quę importatur in noīe electionis, pertinet ad consiliū præcedens, quod est rationis. Appetitus. n. q̄uis non sit collatiuus, tamen inquantum a ui cognitiua conferente mouetur, habet quandam collationis similitudinem, dum unum alteri præoptat.

ꝙ electio sit idē, quod cognitio. §. Tunc &c. Nam licet importare formaliter comparationem vnius ad alterum, sit pertinēs proprie ad potentiam cognitiuam: tamen importare præsuppositiuē illam comparationē velut quoddam præambulum electioni, pertinet ad appetitiuam.

* li.6. Eth. c.2. cir. ha. tom. 5.
† li.3. Eth. c.2. tom. 5
D.541.

APPENDIX.

EX articulo habes primo q̄o per rationem ostendas, philosophum in 3. Eth. c.2. uirtualiter dixisse merito, ꝙ liberum arbitriū est potentia appetitiua. Dicit.n. ibi, ꝙ electio est desiderium eorum, quę sunt in nobis. Cū ergo liberi arbitrij sit eligere, seu ad id pertineat electio (vt dr̄ Dan. 13. per ly. Quid eligā ignoro. sup. q. 82. ar. 2.) patet, ꝙ per illud dictum philosophus affirmauit ꝙ liberum arbitriū est potētia appetitiua. Secundo habes: q̄o per rationē præmissam philosophi sententiam, & declares, & probes, & defendas. Tertio vides: q̄o ex hoc, similibusq; locis, vicissim Angelica firmetur conclusio.

* li.3. Eth c.3. ad fin. tom. 5.

¶NOT. Præsenti articulo deseruit aliqualiter in ordine articulus 228.330.402.398.

Comm. Cardinalis Caietani.

TItulus clarus est.

¶In corpore vnica est conclusio responsiua quæsito affirmatiue. Liberum arbitrium est potentia appetitiua. Probatur. Electio est principaliter actus appetitiuæ virtutis, ergo lib. arbit. est appetitiua potentia. Huius rationis primo probatur consequentia in litera, quia proprius actus liberi est electio, ꝙ probatur, quia ex hoc dicimur liberi, quia possumus optare vnum, altero refutato, quod est eligere. Secundò, declaratur, & probatur antecedens. Declaratur quidem, declarando primò, quod ad electionem duo occurrunt, iudicium ex parte cōsilij, & intellectus, & acceptatio seu velle iudicatum ex parte appetitus: ponendo secundo quid in hoc senserit Arist. in 6. li. Eth. & quid in tertio. Probatur vero sic. Obiectum electionis est id ꝙ est ad finem ut sic. ergo est bonum vtile. ergo electio est proprie actus appetitiuę virtutis. Antecedens hoc cum prima consequentia patet: secunda vero probatur, quia bonum vt bonum, & consequenter omnis boni species, ut sic, ad appetitiuæ potentiæ obiectum proprium spectat.

¶Circa hanc partem esset quæstio de electione, quære in prima secundæ.

Cap.

Capr. 2. d. 24. q. 1. con. 4.

SVP. Q. LXXXIIII. ART. IIII.

CONCL. voluntas, & liberum arbitrium, non sunt duæ potentiæ, sed una.

¶ PROB. Quia eiusdem potentiæ est uelle finem, ac eligere, quæ sunt ad finem, sicut eiusdẽ uirtutis est quiescere, atque moueri (supra, q. 79. ar. 8.), & uoluntas est de fine, qui propter se appetitur, ac eligere est proprie eorum, quæ sunt ad finẽ (patet ex similitudine intellectus ad rõnem.

415 Locis sup. ar. 3. induct. * li. 2. c. 22

¶ NOT. In litera notato pro semper, definitionem liberi arbitrij uniuersalem, s. quod liberum arbitrium nihil aliud est, nisi uis electiua. Ergo, quod eligat bonum, uel malũ, quod possit peccare, uel non, quod per se possit bene facere, uel non, quod semper indigeat auxilio Dei ad se mouendũ, uel non, quod non ualeat per suas uires naturales iplere, nec uelle implere mandata Dei, aut saluari, uel nõ: hæc, inquam, omnia & similia sunt extra diffinitionem liberi arbitrij ut liberum arbitrium est, sed conueniunt libero arbitrio aliunde, qa s. aut uiatorum aut cõprehensorum aut damnatorum, aut creaturarum aut Dei, liberum arbitrium est. Pelagiani ergo, Cœlestiui, Caluinistæ, & huiusmodi, ex ignorantia, ultra pertinacem malitiam, contra liberum arbitrium tot errores elatrarunt, qui breuissima hac definitione liberi arbitrij a Doctore sancto tradita possunt ultra ea quæ ar. 1. & q. 82. ar. 2. 4. & q. 19. ar. 10. & q. 59. art. 3. contra illos adducta sunt, & faciliter & efficaciter exturbari. Vide adhuc 3. part. de sal. q. 18. ar. 4. ad tertium Eiusd. quoniam multum inde iuuaberis pro libero arbitrii captu distincto, & sano.

* li. 3. Eth. cã. 2. ante med. to. 5.

* li. 3. Orth. fi dei. c. 14. a fi. med.

* q. 64. a. 2. & q. 80. artic. 2.

ARTICVLVS IIII.

Vtrum liberum arbitrium sit alia potentia a uoluntate.

AD QVARTVM sic proceditur. Videtur, quod liberum arbitrium sit alia potentia a uoluntate. Dicit enim Damas. * in lib. 2. quod aliud est thelisis, aliud vero bulisis. Thelisis autem est voluntas, bulisis autẽ videtur arbitrium liberum: quia bulisis secundum ipsum est uoluntas quæ est circa aliquid, quasi vnius per comparationem ad alterum. Ergo uidetur, ꝙ liberum arbitrium sit alia potentia a uoluntate.

¶ 2 Præt. Potentiæ cognoscuntur per actus. Sed electio, quæ est actus liberi arbitrii, est aliud a uoluntate, ut dicitur in 3. Eth. * quia uoluntas est de fine, electio autẽ de iis quæ sunt ad finem, ergo liberum arbitrium est alia potentia a voluntate.

¶ 3 Præt. Voluntas est appetitus intellectiuus. Sed ex parte intellectus sunt duæ potentiæ, scilicet agens & possibilis. Ergo etiam ex parte appetitus intellectiui debet esse aliqua potentia præter uoluntatem, & hęc non uidetur esse nisi liberum arbitrium. Ergo liberum arbitrium est alia potentia præter voluntatem.

SED CONTRA est, quod Damas. dicit in 3. quod liberum arbitrium nihil aliud est quam uoluntas.

RESP. Dicendum, quod potentias appetitiuas oportet esse proportionatas potentiis apprehensiuis, ut supra dictum est. * Sicut autem ex parte apprehensionis intellectiuæ se habent intellectus & ratio: ita ex parte appetitus intellectiui se habent uoluntas & liberum arbitrium, quod nihil aliud est quam uis electiua, & hoc patet ex habitudine, & obiectorum & actuum: nam intelligere importat simplicem acceptionem alicuius rei. Vnde intelligi dicuntur propriè principia, quæ sine collatione per seipsa cognoscuntur. Ratiocinari autem, proprie est deuenire ex uno in cognitionẽ alterius. Vnde, proprie de conclusionib. ratiocinamur, quæ ex principiis innotẽscunt. Similiter ex parte appetitus, velle importat simplicẽ appetitum alicuius rei. Vnde uoluntas dr̃ esse de fine, qui propter se appetitur. Eligere autem, est appetere aliqd propter alterum consequendum. unde propriè est eorum, quæ sunt ad finem. Sicut autem se habet in cognitiuis, principium ad conclusionem, cui propter principia assentimur, ita in appetitiuis se habet finis ad ea, quæ sunt ad finem quæ propter finem appetuntur. Vnde manifestum est, quod sicut se habet intellectus ad rationem, ita se habet uoluntas ad uim electiuam, i. ad liberum arbitrium. Ostensum est autem sup. * quod eiusdem potentiæ est intelligere, & ratiocinari, sicut eiusdem uirtutis est quiescere, & moueri. Vnde etiam eiusdem potentiæ est uelle & eligere. Et propter hoc, uoluntas & liberum arbitrium nõ sunt duæ potentiæ, sed una.

AD PRIMVM ergo dicẽdum, quod bulesis distinguitur a thelesi non pp̃ diuersitatem potentiarum sed propter differentiam actuum.

AD SECVNDVM dicendum, quod electio & uoluntas, i. ipsum uelle, sũt diuersi actus: sed tamen pertinent ad unam potentiam, sicut etiam intelligere & ratiocinari, ut dictum est.

AD TERTIVM dicendũ, quod intellectus cõparatur ad uoluntatẽ ut mouens. & iõ nõ oportet in uoluntate distiguere agẽs & possibile.

1^m ex Damasc. Aliud, aliud. ℞. Ratione diuersitatis actuum, non, ratione diuersitatis potentiarum. §. Tunc &c. ut patet in litera.

2^m de maiori. Actus. ℞. ita quod ab actib. tanquam a notioribus nobis procedimus ad causas, i. potentias suas cognoscendas, non, ita quod diuersitas actuum semper inferat diuersitatem potentiarum. §. Tunc &c. ut patet ex litera.

3^m de maiori. Appetitus intellectiuus. ℞. i. appetitus motus ab intellectu: non aliter §. Tunc &c. Nã ex eo, ꝙ immediate uolũtas mouetur ab intellectu, non uendicat sibi aliqđ agens, consequẽter nec possibile agenti corrñdens, & (ut loquimur hic) semper cõparatur ad intellectũ ut mota.

APPENDIX.

EX articulo habes primo, quomodo per rationem ostendas, merito scripturas uti noie uoluntatis pro libero arbitrio. Raro. n. liberum arbitriũ nominant isto uocabulo, sẽper aũt ferme noĩe uoluntatis. Vt, si uis ad uitã ingredi, serua mãdata. Item, uis sanus fieri? Itẽ, ꝙ uult uenire post me &c. Itẽ si uolueritis & audieritis me, bona terræ comedetis. Item Apposui tibi ignẽ & aquã, ad qđ uolueris extẽde manũ. Itẽ in lege eius noluerũt ambulare, & alia passim. Ex hoc nãq; ꝙ lib. arb. & uoluntas, sunt eadem realiter potẽtia, ideo factũ est, ut nomẽ uolũtatis pro liberi arbitrij noie, a sacris & literis & cõcilijs usurpetur. Secũdo hęs, qũo per rõnẽ sensũ ue rũ illarũ scripturarum, inquatũ p̃ nomẽ uolũtatis lib. arb. signant, & declares, & p̃bes, & defẽdas. Tertio uides, qũo uicissim ex his doctrina hæc Angelica stabilitaĩ.

¶ NOT. Huic artic. suffragaĩ in ordin. arti. 330. 403. 293. 396. 119.

D. 1084. * q. 78. a. 8

* In corp.

Comm. Cardinalis Caietani.

TItulus clarus est.

¶ In corpore vna conclusio responsiua quæsito affirmatiue. Voluntas & liberum arbitrium non sunt duæ: sed vna potentia probatur. Sicut se habet intellectus ad rationem, ita voluntas ad lib. arb. seu (quod idem est) vim electiuam; sed intellectus & ratio sunt vna potentia. ergo voluntas & lib. arb. Maior probatur dupliciter. Primo ex communi ex ratione: quia oportet appetitiuas esse proportionatas apprehensiuis, ac per hoc sicut in apprehensiuis sunt duo, ita in appetitiuis. Secundo ex specialibus rationib. horum ex parte obiectorum & actuum. Actuũ quidem, quia intelligere est simplex, & ratiocinari est discurrere, & similiter velle & eligere: obiectorum vero, quia exinde illorum primum est principij, secũdum conclusionis. horum quoque primum est finis, secundum ad finem.

¶ Constat autem ꝙ hæc proportionaliter se habent: minor vero non solum probatur, quia eiusdem est virtutis, quies & motus; sed idem medium intentam hic conclusionem inferre dr̃. Et sic duob. quoddammodo mediis, probauit intentam conclusionem, s. ex proportionalitate inter apprehensiuam & appetitiuam virtutem, & ex habitudine inter actum lib. arb. & actum uoluntatis: quia. s. se habent ut quies & motus, ut supra dictum fuit de intellectu & ratione.

SVP. Q. LXXXIIII.

ART. 1.

CONCL. Anima per intellectum corpora scit corpora cognitione immateriali, necessaria & uniuersali.

¶PROB. Quia intellectus recipit species (idest similitudines) corporum secundum modum sibi proprium (cum unumquodque recipiatur per modum recipientis) multo magis quam sensus, qui recipit speciem auri sine auro, & modus intellectus est esse immaterialiter, immobiliter, necessario, uniuersaliter (inquantum s. non est in materia. i. in intelligendo non utitur organo materiali: quę materia habet restringere formam suam, cum forma in se considerata sit communis ad multa supra q. 7. ar. 1.).

1^{m} ex Augustino. Corpora. &. Per corpora, vel similitudines corporeas, nō per similitudines immateriales, & intelligibiles. §. Ita ut dicatur, Corpora, per corpora intellectu comprehēdi non possunt: sed corpora, siue aliquod corporeum, per similitudines immateriales &c. intellectu comprehēdi possunt, Tunc &c. loquitur enim Augustinus; de his, per quæ intelligimus corpora, nō autem de reb. intellectis, ideo non est ad propositum argumentum: ut patet in litera.

Secun-

QVAESTIO LXXXIIII.

Quomodo anima coniuncta intelligat corporalia quæ sunt infra ipsam.

CONSEQVENTER considerandum est de actib. & de habitibus animæ, quantum ad potentias intellectiuas & appetitiuas. Aliæ.n. potentiæ, non pertinent directè ad considerationem theologi. Actus autē & habitus appetitiuæ partis ad cōsiderationem moralis scientiæ pertinent. Et ideo in secunda parte huius operis de eis tractabitur, in qua considerandum est de morali materia. Nunc autē de actibus & habitibus intellectiuæ partis agetur. Primò quidem de actibus. Secundò, de habitibus. In consideratione vero actuum, hoc modo procedemus. Primò namque considerādum est quomodo intelligit anima corpori coniuncta. Secundo, quomodo intelligit a corpore separata. Prima autem consideratio erit tripartita. Primo nāque considerabitur, quomodo anima intelligit corporalia quæ sunt infra ipsam. Secundo, quomodo intelligit seipsam & ea, quæ in ipsa sunt. Tertio, quomodo intelligit substantias immateriales, quæ sunt supra ipsam.

Circa cognitionem vero corporalium tria consideranda occurrunt. Primo quidem, per quid ea cognoscit. Secundo, quomodo & quo ordine. Tertiò, quid in eis cognoscit.

CIRCA primum, quæruntur octo.

Primò, Vtrum anima cognoscat corpora per intellectum.

¶Secundò, Vtrum intelligat ea per essentiam suam, vel per aliquas species.

¶Tertiò, Si per aliquas species. Vtrum species omnium intelligibilium sint ei naturaliter innatæ.

¶Quartò, Vtrum effluant in ipsam ab aliquibus formis immaterialibus separatis.

¶Quintò, Vtrum anima nostra omnia quæ intelligit, uideat in rationibus æternis.

¶Sextò, Vtrum cognitionem intelligibilem acquirat a sensu.

¶Septimò, Vtrum intellectus possit actu intelligere per species intelligibiles, quas penes se habet, non conuertendo se ad phantasmata.

¶Octauò, Vtrum iudicium intellectus impediatur per impedimentum sensitiuarum virtutum.

ARTICVLVS PRIMVS.

Vtrum anima cognoscat corpora per intellectum.

416 Ver. q. 10. 14. li. 2. c. 4.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur, φ anima non cognoscat corpora per intellectum. Dicit.n. Augu. * in 2. sol. φ corpora intellectu comprehendi non possunt: nec aliquod corporeum nisi sensibus videri potest. Dicit etiam 12. super Genes. ad literam † φ visio intellectualis est eorum, quæ sunt per essentiam suam in anima huiusmodi autem non sunt corpora. Ergo anima per intellectum corpora cognoscere non potest.

a med. t. 1. † li. 12. sup Gen. c. 15. colligitur, tom. 3.

¶ 2 Præterea. Sicut se habet sensus ad intelligibilia, ita se habet intellectus ad sensibilia. Sed anima per sensum nullo modo potest cognoscere spūalia quæ sunt intelligibilia. Ergo nullo modo per intellectum potest cognoscere corpora, quæ sunt sensibilia.

¶ 3 Præterea. Intellectus est necessariorum, & semp eodem modo se habentium. Sed corpora omnia sunt mobilia, & non eodem modo se habentia. Anima ergo, per intellectum corpora cognoscere non potest.

SED CONTRA est, φ scientia est in intellectu. Si ergo intellectus non cognoscit corpora, sequitur φ nulla scientia sit de corporibus. Et sic peribit scientia naturalis, quę est de corpore mobili.

RESP. Dicendum, ad euidentiā huius qōnis, φ primi Philosophi, qui de naturis rerum inquisiuerūt, putauerūt nihil esse in mundo præter corpus. Et quia videbant oīa corpora mobilia esse, & putabant ea in continuo fluxu esse, existimauerūt, φ nulla certitudo de rerū veritate hēri posset a nobis: Quod.n. est in cōtinuo fluxu, p certitudinē apprehendi nō pōt: q a prius labitur, q̄ mente diiudicetur sicut Heraclitus dicit, φ nō est posse aquā fluuii currētib. bis tangere, vt recitat Phil. in 4. Met.* His aūt suppeniēs Plato, vt posset saluare certā cognitionē ueritatis, a nobis per intellectū haberi, posuit prẹter ista corporalia aliud genus entiū a materia & motu separatum, quod noīabat species siue ideas, per quarū participationē, vnumquodq; istorum singularium & sēsibiliū dr̄, vel homo, vel equus, vel aliquid hmōi. Sic ergo dicebat, sciās & diffinitiones & qcquid ad actum intellectus pertinet, non referri ad ista corporalia sensibilia, sed ad illa immaterialia & separata, vt sic anima non intelligat ista corporalia, sed intelligat horum corporaliū, species separatas. Sed hoc dupliciter apparet falsum. Primò quidē; quia cum illæ species sint immateriales & immobiles, excluderetur a scientiis cognitio motus & materiæ, φ est proprium scientiæ naturalis, & demonstratio per causas mouentes & materiales. Secūdò, quia derisibile vr̄, vt dum rerum, quæ nobis manifestę sunt notitiā quærimus, alia entia in mediū afferamus quæ non possunt esse eorū substantiæ, cum ab eis differāt s̄m esse. Et sic illis substantiis separatis cognitis, non pp hoc de istis sensibilib. iudicare possemus. Vr̄ aūt in hoc Plato deuiare a ueritate: quia cum æstimaret oēm cognitionem per modum alicuius similitudinis esse, credidit φ forma cogniti ex necessitate sit in cognoscente, eo modo quo est in cognito. Cōsiderandum aūt, φ forma rei intellectæ est in intellectu uniuersaliter, & immaterialiter, & immobiliter: φ ex ipsa operatione intellectus apparet, q intelligit vl̄r & per modū necessitatis cuiusdā, modus .n. actionis est s̄m modū formæ agētis. Et iō existimauit, quod oporteret res intellectas hoc mō in seipsis subsistere. s. immaterialiter & immobiliter. Hoc aūt necessarium non est: quia ēt in ipsis sensibilib. videmus, φ forma aliō mō est in uno sensibilium, q̄ in altero, puta cum in uno est albedo intensior, in alio remissior. & cum in uno albedo cum dulcedine, in aliō sine dulcedine. Et per hūc ēt modum, forma sensibilis alio modo est in re, quæ est extra aīam, & alio modo in sensu, qui suscipit formas sensibilium absq; materia, sicut colorē auri sine auro. Et similiter intellectus species corporum, quæ sunt materiales & mobiles recipit immaterialiter, & immobiliter, secundū modum suum: nam receptum est in recipiente p modum recipientis. Dicendū est ergo, φ aīa p intellectum cognoscit corpora, cognitione immateriali, vl̄i, & necessaria.

li. 4. Met. tex. 22. t. 8

AD PRIMVM ergo dicendum, φ verbum Aug. est intelligendum q̄tum ad ea, quib. intellectus cognoscit, non autem

2m de maiori. Ita. R. Quantum ad obiectum: non, quantum ad extensionem maiorem, vel minorem obiecti. §. Tunc nihil &c. Licet enim solum intelligibilia intelligat intellectus, & sensus sensibilia; tamen sub intelligibilibus continentur etiam corporalia, cum tamen ad intelligibilia non extendantur sensibilia.

Vide literam, & nota quare: quoniã ad multa erit vtile hoc.

3m de minori. Mobilia, non eodẽ modo se habentia. R. In se, non suppositiuè. §. Tunc nihil &c. Ad hoc enim quod de rebus in se mobilibus scientiæ immobilis habeat, sufficit; quòd res ipsæ omnes supponant aliquid immobile, de quo in litera.

*Li. 22. de Ciui. Dei, c. 29. decli nando ad fi. tom. 5.

autem quantũ ad ea, quæ intellectus cognoscit. Cognoscit. n. corpora intelligendo, sed non per corpora, neque per similitudines materiales & corporeas, sed per species immateriales & intelligibiles, quę p sui essentiã in anima esse possunt.

Ad secundum dicendum, ꝙ sicut Aug. dicit * 22. de Ciuit. Dei, Non est dicendũ, ꝙ sicut sensus cognoscit sola corporalia, ita intellectus cognoscit sola spiritualia: quia sequeretur, ꝙ Deus & angeli corporalia non cognoscerent. Huius autem diuersitatis rõ est, quia inferior virtus non se extendit ad ea quæ sunt superioris virtutis: sed virtus superior ea, quę sunt inferioris virtutis, excellentiori modo operat̃. *

Ad tertium dicendum, ꝙ omnis motus supponit aliquid immobile. Cùm. n. transmutatio fit ſm qualitatem, remanet substantia immobilis: & cũ transmutatur forma substantialis, remanet materia immobilis. Rerum etiã mutabiliũ, sunt immobiles habitudines: sicut Socrates etsi non semper sedeat, tñ immobiliter est verum, ꝙ qñ sedet, in vno loco manet. Et propter hoc, nihil prohibet de rebus mobilibus, immobilem scientiam habere.

APPENDIX.

Vtilitas pro philosophis.

Ex artic. habes primò, quomodo per rationem ostendas, Philosophum meritò dixisse lib. 1. Physicor. tex. 1. se tractare velle de rebus naturalibus, quæ vt in successu libri dicit esse entia mobilia; & quod meritò de corporibus naturalibus in philosophia naturali reliqua, id est, in libris de generatione, de cœlo, de meteorologicis, de mineralibus, de vegetabilibus, de animalibus, tractat. Secundò habes: quomodo per rationem ostendas; quòd scientia illa naturalis non est superflua, & hoc probes, atque defendas. Tertiò vides: quomodo ex his dictis, factisque Philosophi vicissim Angelica iuuetur conclusio. Nam si de corporibus est scientia; corpora vtiq; possunt intelligi. Valet ergo ille articulus ad q̃stionem illam præ foribus Philosophorum naturalium assidentẽ; videlicet, verum de rebus corporeis, seu naturalibus, seu de corporibus ipsis possit esse scientia. Quod autem dico de hoc articulo pro quæstionarijs philosophantibus, simile intelligas de alijs q̃plurimis articulis in hac prima parte: vt tibi, si diligens ad hoc inuestigandum fueris, faciliter pro diuersis materijs occurret.

¶ Not. Præsenti articulo aliqualiter suffragatur articulus in ordine 362. 34. 4. 9. 415. 65. 548. 63. 541.

Pro stud. vario.

Comm. Cardinalis Caietani.

Titulus clarus.

¶ In corpore quinque. Primò, refert antiquorum opiniones. secundò, Platonis. tertiò, arguit contra opinionem Platonis. quartò, fundamentum eius examinat & destruit. quintò infert conclusionem responsiuam quæsito affirmatiuè.

¶ Quo ad primum, antiquorum positio est, quòd corporeorũ nulla est certa cognitio, quia sunt in continuo motu: & ex hoc ꝙ corporale varium nullius rei est aliqua certa cognitio, quia sola corporea entia ponebant.

¶ Quo ad secundũ, Platonis positio, quòd corporũ sensibilium secundũ seipsa non est certa scientia: sed secundum eorum ideas, quia hæc sunt materialia & fluxa, illæ autẽ sunt species horum.

¶ Quo ad tertium, dupliciter arguitur. Primò, ducendo ad impossibile, quia s. materia & motus excluderentur à scientia tam in ratione obiecti, quàm in ratione medij, & sic periret scientia naturalis, quæ & de mobili, & per principia motus est. Secundò, ducendo ad inopinabile, quòd dum horum manifestorum scientiam quærimus, aliorum quæ nescimus, scientiam inueniamus, quæ non sunt horum substantiæ, per quæ de his iudicare nequimus, & tamen iudicamus.

¶ Quo ad quartum. primò fundamentum Platonis: fundauit se Plato super tres propositiones. Prima est, quòd cognitio fit per assimilationem, primò de anima. Secundã quòd ista similatio debet esse non solum in forma, sed in modo formæ. Tertia, quòd inter intellectum & res corporales non potest esse ista assimilatio, sed bene inter animam & ideas. Et hanc tertiam propositionem probauit, quia in anima, rei cognitæ forma est immateriaIiter, vniuersaliter, & immobiliter, quod ex operatione apparet: quia experimur intelligere vniuersaliter, & necessario. operatio enim est secundum modum formæ, in corporibus autem his oppositum modo sunt formæ: in ideis autem sunt simili modo, s. vniuersaliter, immaterialiter, & absque motu: ergo.

¶ Deinde destruit hoc fundamentũ, ostendendo secundã propositionem esse falsam dupliciter. Primò, in assimilatione absolutè. Scdò, in assimilatione cognoscentis ad cognitũ: absolutè quidẽ, quia inter similia non oportet ꝙ sit similitudo modi essendi, neque intrinsecè, vt patet de intenso & remisso: neque extrinsecè, vt patet de duobus albis, altero dulci, & altero non. In cognoscente autem, quia sensus est similis sensato in forma, non in materia. ergo iuxta hunc eundẽ modum dici potest, quòd intellectus recipit species rerũ absque materia, motu & particularibus, quia vnũquodque recipitur in aliquo per modum recipientis.

¶ Aduerte hic, ꝙ (vt patet ex supradictis) illa rõ, Vnũquodque recipit per modũ suum, non sufficeret ad propositũ nisi præsupposito actiuo sufficiente: quia tamen superius ex proposito hoc declarauerat vbi de intellectu agente tractabatur. ideo supposito illis, nunc non curat sic breuiter & quasi diminutè loqui.

¶ Quo ad quintum, infertur conclusio responsiua, Anima per intellectũ cognoscit corpora cognitione immateriali, vniuersali, & necessaria. Vbi aduerte, quòd hę tres conditiones, determinãt cognitiones secundum genus proprium & in ordine ad obiectũ. Secundum genus quidem proprium, quia cognitio illa est de genere cognitionum immaterialium, vniuersalium, & immobilium, seu necessariarum, quod idem est: necessarium enim est quod mutari non potest: omnis enim intellectio in tali genere est. In ordine verò ad obiectum, quia cognitio illa immaterialiter, vniuersaliter, & immutabiliter attingit obiectum: nulla enim materia mediante, nulla conditione particularitatis intercedente, nulla mutationis specię obuiante, intelligimus species corporum, quæ secundum esse sunt materiales, particulares, & motui subiectæ.

SVP. Q. LXXXIIII. ART. II.

Concl. 1. Solus Deus per essentiã suam omnia intelligit; non autem anima humana, nec Angelus.

417 Ver. q. 10. art. 4. cor.

*Li. 10. de Trin. c. 5. circa finẽ, tom. 3.

¶ Prob. Quia ad hoc, quod per aliquid aliquis cognoscat, oportet, quòd illud aliquid habeat immaterialiter formã rei cognitæ (patet de sensu, intellectu; plantis è contrario): & sola Dei essentia immaterialiter in se habet omnia (cùm sit sola causa omnium).

¶ Not. Ex his probationem simul cũ conclusione directè quęsito respondente conficias: Et sic.

¶ Concl. 2. Anima per suam essentiam nõ intelligit corporalia.

* Lib. 3. de aia. tex. 37. tom. 2.

¶ Prob. Quia essentia animę non habet in se immaterialiter corpora (cùm non sit causa corporũ): & ad hoc, quòd aliquis per aliqd cognoscat, oportet, ꝙ illud habeat in se immate-

* c. 12. cœlest. Hier.

ARTICVLVS II.

Vtrum anima per essentiam suam corporalia intelligat.

Ad secundum sic proceditur. Videtur, quòd anima per essentiam suam corporalia intelligat. Dicit enim August. * 10. de Trinit. quòd anima imagines corporum conuoluit, & rapit factas in semetipsa de semetipsa. Dat. n. eis formandis, quoddam substantiæ suæ. Sed per similitudines corporum corpora intelligit. ergo per essentiam suam, quàm dat formãdis talibus similitudinibus, & de qua eas format, cognoscit corporalia.

¶ 2 Præterea. Philosophus dicit in 3. de anima, * quòd anima quodammodo est omnia. Cùm ergo simile simili cognoscatur, videtur, quòd anima per seipsam corporalia cognoscat.

¶ 3 Præt. Anima est superior corporalibus creaturis. Inferiora autem sunt in superioribus eminentiori modo quàm in seipsis: vt Dionys. * dicit. ergo omnes creaturæ corporeæ nobiliori modo existunt

materaliter formã rei cognitæ (idem quo ad hanc conclusionem, & probationem dicas de Angelo).

¶ Not. Vides ne, quod conclusio literæ in se virtute continebat conclusionem hãc, & probatio probationem? Sic multotiens facit sanctus Doctor: vt, & breuitate copiositatem saluet, & copiositas breuitatem nõ minuat. Hunc suum morem procedendi notato pro semper; ne millies idem inculcare, necessarium sit.

* Lib. 9. de Tri. c. 3. in fin. to. 3.

1.^m ex Augustino. Dat eis formandis qdam substantiæ suæ. &. Sicut subiectum datur, vt informetur aliquid per aliquam formam: non autem, quòd anima, vel aliquid animæ côuertatur in hanc, vel illam imaginem. §. Tûc mihi &c. Et adhuc, vltra, non erat ad propositum, quia Augustinus ibi loquitur de imaginatiua; non de intellectu: vt habes ex litera.

2^m ex Philos.° Quodammodo. &. i. in potentia: non autem, in actu. §. Tûc nihil &c. vt patet. Nã stat, quòd sit in potentia ad omnia cognoscenda, vt per illa verba significat Philosophus; & tamen non sit actu ex omnibus illis composita. Hinc consequenter: anima est in potentia tantum similis omnibus. Per id ergo, per quod fiet illis actu similis, cognoscet ipsa: quoniam (vt adductum est) simile simili, i. similitudine sua cognoscitur. Per quid autem fiat illis actu similis; ar. 6. & 7. videbitur.

* Li. 6. Metaph. tex. 20. tom. 3.

3^m ex Dionysio. Eminêtiori modo. & inquãtum scilicet communicãt in aliquo genere: non autem, quod essentia superiorũ (dempto Deo) sit perfecta similitudo inferiorum. §. Tûc &c. Nam ad cognitionem bonam de aliquo per aliquid requiritur, quòd illud aliquid sit perfecta similitudo illius: & non sufficit, quòd communicet cum illo in genere, vt patet. Ex litera scito, quòd dictum Dionysij propriè verificatur de Deo superiori, non de alijs: nisi modo largissimo de communicantia in genere, quem diximus; qui & dicitur eminentior, inquantum superiora huiusmodi sunt in seipsis minus materialia, vel omnino immaterialia.

* Lib. 1. de aia, textu 77. tom. 2.

in ipsa essentia animę q̃ in seipsis. Per suam ergo substantiam potest creaturas corporeas cognoscere.

Sed contra est, q̃d Aug.* dicit 9. de Trin. ꝙ mens corporearum rerũ notitias, per sensus corporis colligit. Ipsa autem anima non est cognoscibilis per corporis sensus. Non ergo cognoscit corporea per suam substantiam.

Respon. Dicendum, ꝙ antiqui Philosophi posuerũt, ꝙ anima per suam essentiam cognoscit corpora. Hoc.n. animis omnium cõiter inditum fuit; ꝙ simile simili cognoscitur. Existimabant autem ꝙ forma cogniti sit in cognoscente, eo modo quo est in re cognita. Econtrario tamen Platonici posuerunt. Plato.n. quia perspexit intellectualem animã immaterialem esse, & immaterialiter cognoscere, posuit formas rerum cognitarũ immaterialiter subsistere. Priores verò naturales, quia considerabant res cognitas esse corporeas & materiales posuerunt oportere res cognitas etiã in anima cognoscẽte, materialiter esse. Et ideo, vt animæ attribuerent omnium cognitionem, posuerunt eã habere naturã cõem cum omnibus. Et quia natura principiatorum ex principiis cõstituitur, attribuerunt animæ naturam principii: ita ꝙ qui dixit principiũ omnium esse ignem, posuit animã esse de natura ignis, & similiter de aere, & aqua. Empedocles autem, qui posuit quatuor elementa materialia, & duo mouentia, ex his etiã dixit animã esse constitutam. Et ita cum res materialiter in anima ponerent, posuerunt omnẽ cognitionem animæ materialem esse, non discernentes inter intell̃m & sensum. Sed hæc opinio improbatur. Primò quidem, quia materiali principio de quo loquebantur, non existunt principiata, nisi in potentia. Non autẽ cognoscitur aliquid fm ꝙ est in potẽtia: sed fm ꝙ est actu, vt patet in 9. Metaphy.* Vnde nec ipsa potentia cognoscitur nisi per actum. Sic igitur nõ sufficeret attribuere animæ principiorum naturam ad hoc, ꝙ omnia cognosceret, nisi inessent ei naturæ & formę singulorum effectuum: puta ossis, & carnis, & aliorum huiusmodi, vt Arist.* contra Empedoclem argumentatur in 1. de Anima. Secũdò: quia si oporteret rem cognitã materialiter in cognoscente existere, nulla ratio esset, quare res, quę materialiter extra animam subsistunt, cognitione carent, puta, si aia igne cognoscit ignẽ, & ignis etiã qui est extra animam, ignem cognosceret. Relinquitur ergo ꝙ oportet materialia cognita in cognoscente existere non materialiter; sed magis immaterialiter. Et huius ratio est, quia actus cognitionis se extendit ad ea quæ sunt extra cognoscẽtẽ. Cognoscimus.n. etiã ea quæ extra nos sunt. Per materiam aũt determinat forma rei ad aliquid vnum. Vnde manifestum est, ꝙ ratio cognitionis, ex opposito se habet ad rationẽ materialitatis. Et ideo quæ non recipiunt formas nisi materialiter, nullo modo sunt cognoscitiua, sicut plantæ: vt dr in 2. lib. de Anima.* Quantò aũt aliquid immaterialius habet formã rei cognitæ, tanto perfectius cognoscit. Vnde & intellectus, qui abstrahit speciem non solũ à materia: sed etiam à materialibus conditionib. indiuiduantibus, perfectius cognoscit q̃ sensus, qui accipit formam rei cognitæ, sine materia quidẽ: sed cum materialibus conditionibus. Et inter ipsos sensus, visus est magis cognoscitiuus, quia est minus materialis, vt s. dictum* est. Et inter ipsos intellectus, tanto quilibet est perfectior, quanto immaterialior.

Ex his ergo patet, ꝙ si aliquis intellectus est, qui per essentiam suam cognoscit omnia, oportet, ꝙ essentia eius habeat in se materialiter omnia, sicut antiqui posuerũt essentiam animæ actu componi ex principiis omnium materialium, vt cognosceret omnia. Hoc autem est proprium Dei, vt sua essentia sit immaterialiter comprehensiua omnium, prout effectus virtute præexistunt in causa. Solus igitur Deus per essentiam suam omnia intelligit: non autem anima humana, neque etiam angelus.

Ad primum ergo dicẽdum, quòd Aug. ibi loquitur de visione imaginaria, quæ fit per imagines corporum imaginibus formandis dat anima aliquid suæ substantię: sicut subiectũ datur vt informetur per aliquam formam. Et sic de seipsa facit huiusmodi imagines: non ꝙ anima, vel aliquid animæ conuertatur, vt sit hæc vel illa imago: sed sicut dicitur de corpore fieri aliquid coloratũ, prout informatur colore. Et hic sensus apparet ex his quæ sequuntur. † Dicit.n. quòd seruat aliquid, s. non formatum tali imagine, quod liberè de specie talium imaginum iudicet. Et hoc dicit esse mentem vel intellectum. Partem autem, quæ informatur huiusmodi imaginibus, s. imaginatiuam dicit esse communem nobis & bestiis.

Ad secundum dicendum, ꝙ Arist. non posuit animã esse actu cõpositam ex omnibus, sicut antiqui naturales: sed dixit quodammodo animam esse omnia, inquantum est in potentia ad omnia. Per sensum quidem ad sensibilia, per intellectum verò ad intelligibilia.

Ad tertium dicẽdum, ꝙ quælibet creatura habet esse finitũ & determinatum. Vnde essentia superioris creaturę, etsi habeat quandã similitudinem inferioris creaturę, prout cõmunicant in aliquo genere, non tñ completè habet similitudinem illius: quia determinatur ad aliquã speciem præter quã est species inferioris creaturæ. sed essentia Dei est perfecta similitudo omniũ quantum ad omnia, quæ in rebus inueniuntur sicut vlẽ principium omnium.

* q. 78. artic. 3.

* Lib. 2. de ala, textu 124. to. 2.

† Eodẽ loco in arg. citato.

APPENDIX.

Vtilitas pro philosoph.

EX artic. habes primò: quomodo per rationem ostendas: Philosophum merito, animam non per propriã essentiã intelligere corporalia, dixisse in 3. de anima tex. 37. sub his verbis, Anima est quodammodo omnia. Ibi namque sic dicẽdo non tãtum manifestare intendit veritatẽ, sed etiã contra errorem antiquorum loqui. Hi verò antiqui, animã esse actu omnia, ad hoc vt cognosceret omnia, posuerunt hinc adducti: quia ipsam cognoscere ista per essentiam suam ipsius credebant. Vide literam. Ex hoc ergo quòd dicit Philosophus contra antiquos, Animam non actu, sed quodammodo, i. in potentia esse omnia, notificare simul vult; quod anima nõ intelligit hęc per essentiam suam, vt antiqui dicentes, Animã esse actualiter omnia pro fundamẽto huius dicti sui præsupponebant. Secũdo habes 2 quomodo per rationẽ declares, probes, defendas, huiusmodi sensum Philosophi in præmissis verbis. Tertio vides 3 quomodo ex his vicissim Angelica conclusio inuctur.

Comm.

ARTI-

Comm. Cardinalis Caietani.

Titulus per essentiā vt rationem cognoscendi eo modo quo species intelligibilis dicitur ratio cognoscendi: ita q sola essentia animæ sit ei sufficiens ratio cognoscēdi omnia corpora.

¶In corpore quatuor: primò, ponit opiniones antiquorū: secūdò, arguit contra: tertiò, ostendit modum quo cognitum oportet esse in cognoscente: quartò, respondet quæsito.

¶Quo ad primum, quatuor narrat. Primo conclusionē responsiuam ſm antiquos, s. q anima cognoscit omnia corpora per essentiā suam. Secundò, cōe fundamentū omnib. antiquis, s. q cognitio fit assimilatione: vt patet in 1. de anima. Tertio, q̄ diuersimodè super eodem fundamento, Plato & alij fabricauerunt, q ille ab alis inchoans, posuit cognita immaterialr existere per se, vt in anima: isti à rebus inchoantes, posuerūt cognita materialiter existere in anima vt in se. Quartò, quo ad omnia extendebāt animæ similitudinem & cognitionem, scilicet per naturam, aut naturas principij, seu principiorum, quia principiata ex principijs constituuntur & cognoscuntur, & declarantur discurrendo per opiniones eorum & Empedoclis, omnia clara sunt in litera.

¶Aduerte hic, quod fundamentū illud commune verum in se est, & ideo cōmune fuit, & est sapientibus & insipiētibus: sed quia male intellectum fuit, ideo fuit occasio erroris. Namq; tam Plato q̄ alij intellexerunt de similitudine, & in forma & in modo formæ, & propterea vtrique errarunt, & in extremas inciderūt opiniones. Arist. autem distinguens similitudinem in forma a similitudine in modo illius, & videns primam sufficere ad cognitionem media via incessit, quam sectamur, putantes, quod licet requiratur similitudo inter cognoscens & cognitum in forma: stat tñ dissimilitudo in modo: immo respectu corporaliū requiritur dissimilitudo in modo formæ. Et sic vterq; processus tam à modo animæ ad res, q̄ à modo rerum ad animam, ducit ad falsum.

¶Quo ad secundum arguitur contra alios, non contra Platonem, quia ipse non ponebat animam per suam substantiam cognoscere omnia, sed per species participatas ab ideis, quamuis conueniret cum antiquis in malo intellectu illius fundamenti. Dupliciter autem reprehenduntur antiqui. Primò quo ad vltimum dictum eorum, scilicet quòd omnia cognoscuntur per naturas principiorum. Secundò, quo ad primum dictum, quòd corpora sunt in anima materialiter. Contra primum arguitur. Ratio cognoscendi oportet, quòd sit actu cognitum, quod probatur ex eo, quòd etiam potentia cognoscitur per actum. 9. Met. & non econuersò: sed principium materiale non est actu suum principiabile, sed potentia. ergo.

¶Nota, quòd maior intelligitur de esse actu formaliter, vel eminenter naturam illius cogniti: neutrum autem potest conuenire principio materiali.

¶Contra secundum verò, quia si res deberet materialiter esse in anima ad cognitionem, ratio nulla esset quare res extra non cognosceret.

¶Sed est hic locus quæstionis, vnde valet ista consequentia facta, videtur enim nulla, quoniam ratio esset in promptu, quare ignis extra non cognoscit, & intus cognoscendi est ratio, quia interior est in anima, cuius natura est cognoscitiua, exterior non. Si quæratur autem, quare anima est cognoscitiua, nulla est ratio, nisi quia ipsa est ipsa, sicut nec quare homo est homo. Ad hoc est dicendum, quòd consequentia facta est optima, & fundatur super hoc. Esse cognoscitiuum, sequitur esse immateriale, vt in q. 14. dictum fuit, & modo replicabitur. Vnde si ignis interior est materialis, sicut exterior, aut vterque, aut neuter est cognoscendi ratio, quia eiusdem sunt virtutis, naturæ, & modi, nec alter magis exit latitudinem materialis, quàm reliquus, & ideo par est ratio. Nec suffragatur dicere, quòd interior est in natura cognoscitiua, quia est implicatio in adiecto, quia esse in natura cognoscitiua, est esse in natura immateriali, quod repugnat materiali, & quamuis quærere, quare cognoscitiuum est cognoscitiuum, sit quæstio nulla, quærere tamen, quare talis substantia est cognoscitiua, & talis non, est quæstio subtilissima. Vnde & in secundo de Anima redditur ratio, quare plantæ non cognoscunt, quia s. sunt materiales.

¶Quo ad tertium conclusio est. Cognitum oportet esse in cognoscente immaterialiter, & probatur quadrupliciter. Primo infertur per locum à diuisione ex dictis, aut enim materialiter, aut immaterialiter oportet res in cognoscente esse: sed non materialiter, vt probatum est: ergo immaterialiter. Secundò firmatur ratione sic. Actus cognitionis se extendit ad ea quæ sunt extra cognoscentem. ergo non est per materialem naturam, sed immaterialem: antecedens patet, quia experimur nos cognoscere, quæ extra nos sunt. consequentia probatur, quia materia determinat ad vnum.

¶Aduerte, quòd ratio ista est subtilissima, & est eadem cū antedicta in q. 14. ar. 1. & fundatur super duas propositiones. Prima est, quod cognoscens non est tantū ipsum, sed alia: hoc.n. est idē quod dicere, quòd actus cognitionis se extendit ad ea, quæ sunt extra cognoscentē: oportet siquidem cognoscentē esse non solū seipsum, sed illa quæ extra ipsum sunt, quæ cognoscit. Secunda est, quod per materiā res arctatur & determinatur ad vnū: cuius signū manifestum est, q natura quæ infima agendi est ratio vtpote materialis, ad vnū determinatur, & quāto magis à materia receditur, tanto minus ad vnū res determinatur. Vnde & plantarū principiū, ad multa quodammodo se habet, supra naturā se eleuans, dum mouet ad diuersas positiones &c. Ex his.n. sequitur q cognoscitiuū oportet à materia eleuari: vtpote non determinatū ad vnum, i. esse proprium: sed extendens se ad essendum etiā alia, quod est oppositæ conditionis ad materialia: immateriale igitur oportet omne cognoscitiuū esse, ac per hoc cognoscendi rationē. Tertiò probatur ab effectu, quia s. q̄ recipiunt formas tantū materialiter, nullo modo cognoscunt, vt plantæ. Quartò, ex gradibus cognoscentium, quia quanto aliquid immaterialius habet formam rei cognitæ, tanto perfectius cognoscit: vt patet de sensu, & intellectu, & de visu & alijs sensibus, & vno intellectu respectu alterius intellectus.

¶Quo ad quartū, conclusio responsiua quæsito est vna exclusiua. Solus Deus cognoscit omnia per essentiā suam. Probatur sic. Si aliquis intellectus cognoscit omnia per suam essentiam, oportet quod eius essentia sit immaterialiter omnia: sed sola essentia diuina est huiusmodi. ergo. Conditionalis probatur dupliciter. Primo infertur ex dictis, vt patet: secundo ex authoritate antiquorum. Minor verò probatur, quia Dei proprium est esse omnia virtualiter, vt & 5. Met. c. de perfecto, dicitur.

¶Sed occurrit dubium hic, quia quæstio præsens est de cognitione omniū corporum, & non de cognitione omniū simpliciter. Responsio autem literæ, est de cognitione omniū simpliciter: non igitur conueniens videtur. Ad hoc breuiter dicitur, quod, vt apparet & ex supradictis tractatu de angelis, & hic ex responsione ad tertium, par est ratio de continentia virtuali omnium corporum, & omnium rerum, quia eadem est ratio repugnantiæ respectu vtriusque, quia s. actus limitatus non continet perfecte vltimas differentias extranearum specierum, & dico extranearum, propter differentias proprietatum & passionum, quas perfecte forte claudunt in se quidditates à quibus fluunt; sed illę non sunt species extraneæ quàmuis distinctæ. Si enim quidditas aliqua limitata contineret differentias vltimas corporum, nulla esset ratio quare aliqua limitata prohiberetur continere differentias omnium rerum, saltem inferiorum se, quoniam iam cessaret ratio limitationis. Vnde, propter identitatem rationis in litera eleuatur responsio respectu omnium, & sufficienter satisfit respectu omnium corporum vtrobique.

ARTICVLVS III.

Vtrum anima intelligat omnia per species sibi naturaliter inditas.

AD TERTIVM sic proceditur. Videtur q anima intelligat omnia per species sibi naturaliter inditas. Dicit enim Greg.* in hom. Ascensionis, q homo habet cōe cū angelis intelligere. Sed angeli intelligunt omnia naturaliter per formas inditas. vnde in lib. † de caus. dicitur, quòd omnis intelligētia est plena formis. ergo & anima habet species rerum naturalium inditas, quibus corporalia intelligit.

¶ 2 Præte. Anima intellectiua est nobilior q̄ materia prima corporalis: Sed materia prima est creata à Deo sub formis ad quas est in potentia. Ergo multo magis anima intellectiua est creata à Deo sub speciebus intelligibilibus; & sic anima intelligit corporalia per species sibi naturaliter inditas.

¶ 3 Præt. Nullus potest verum respondere; nisi de eo, quod scit. Sed aliqs etiam idiota non habens scientiam acquisitam respondet verū de sin-

SVP. Q. LXXXIIII. ART. III.

CONCL. Oportet dicere: quod anima cognoscitiua sit in potentia tàm ad species, id est similitudines, quæ sunt principia sentiendi; quàm ad species, i. similitudines, quæ sunt principia intelligendi (ergo non intelligit per species naturaliter inditas).

¶PROB. Quia anima cognoscitiua est quādoque cognoscens in potentia tantum (.i. ad actionem, illam, cognitionem scilicet, se habet tantum in potentia quandoque), tàm secundū sensum, quàm secūdum intellectum: Et oportet, quòd aliquid eo modo se habeat ad formam, quæ est actionis principium, quo se habet ad actionem illā (patet de moto sursum).

¶NOT. Semper supponitur hic, & vbique; quòd forma, quę actionis, id est cognitionis est

418 Ver. q. 10. artic. 6. & quolib. 8. ar. 3. Et opusc. 3. c. 81. *Hom. 29. in Euang. nō remotę à princ. † Propos. 10. in prin. & inter opera Arist. tom. 3.

est principium, sit similitudo rei cognoscendæ recepta in potentia cognoscitiua.

*Declinando ad medium illius.

1m ex Gregorio. Intelligere. R. Sed nō eminentiā intelligendi. §. Tunc nihil &c. Nam intelligere non vendicat sibi species naturaliter inditas; sed eminentia intelligendi: vt patet in litera.

* Lib. 3. de aīa, textu 14. tom. 2.

2m de minori. Formis. R. Substantialibus. §. Tunc nihil &c. Quoniam non est similitudo in eo, pro quo adducitur. Nam formæ intelligibiles sunt accidentales respectu animæ.

3m de maiori. Scit. R. Vel prius, vel tunc primum. § Tunc nihil &c. Idiota n. non scit prius, sed tūc primū illa, quæ respōdet. Hoc autē procedit ex eo, quod ab interrogāte actualiter, dum interrogando procedit de principijs communibus per se notis ad conclusiones, docetur. Per processum nanq; ab huiusmodi principijs ad propria, siue proponēdo, siue ordinate interrogando, generat de nouo scientia in animo addiscentis: vt patet in litera. Et hinc noueris, quod bene interrogare est quoddā docere: & cōsequenter Christum Dominum, dum vides in medio Doctorū eos prudenter interrogantem, eos humiliter docentem agnosce, Luc. 2.

* Lib. 3. de aīa, textu 14. tom. 2.

APPENDIX.

Vtilitas pro philosoph.

Ex artic. habes primò: quomodo per rationē monstres, Philosophum 3. de anima tex. 14. iure de intellectu dixisse, quòd est sicut tabula rasa in qua nihil est depictū. Hoc est. In intellectu nullæ sunt species innatæ, qui bus res intelligat. Secūdò habes: quomodo per rationē huiusmodi sensum Philosophi declares, probes, defendas. Tertiò vides: quomodo ex hoc, similibusq; locis Angelica vicissim iuuetur conclusio.

gulis, si tamen ordinatè interrogetur, vt narratur in Menone Platonis * de quodam. Ergo antequàm aliquis acquirat scientiam, habet rerum cognitionem, quod non esset nisi anima haberet species naturaliter inditas. intelligit igitur anima res corporeas per species naturaliter inditas.

SED CONTRA est, quādo Philosophus dicit in 3. de anima, * de intellectu loquens, quòd est sicut tabula in qua nihil est scriptum.

RESP. Dicendum, quod cum forma sit principium actionis, oportet vt eo modo se habeat aliquid ad formam, quæ est actionis principium, quo se habet ad actionem illam: sicut si moueri sursum est ex leuitate, oportet quòd in potētia tantum sursum fertur, esse leue solum in potentia, quod aūt actu sursum fertur, esse leue in actu. Videmus autem, quod homo est quandoque cognoscens in potentia tm̄ tam fm̄ sensum, q̄ fm̄ intellectum. Et de tali potentia in actum reducitur, vt sentiat quidem per actiones sensibilium in sensum, vt intelligat autē per disciplinam, aut inuentionem. Vnde oportet dicere, quod anima cognoscitiua sit in potentia, tam ad similitudines, quæ sunt principia sentiendi, q̄ ad similitudines, quæ sunt principia intelligendi. Et propter hoc Arist. * posuit, quod intellectus, quo anima intelligit, non habet aliquas species naturaliter inditas: sed est in principio in potentia ad huiusmodi species omnes. Sed quia id, qd̄ habet actu formam, interdum non potest agere fm̄ formam pp aliquod impedimentum sicut leue, si impediatur sursum ferri: propter hoc, Plato posuit quod intellectus hominis naturaliter est plenus omnibus speciebus intelligibilibus: sed per vnionē corporis impeditur, ne possit in actum exire. Sed hoc non vr̄ conuenienter dictum. Primò quidem, quia si habet anima naturalem notitiā omnium, non videtur esse possibile, quod huius naturalis notitiæ tantam obliuionem capiat, quod nesciat se huiusmodi scientiam habere. Nullus.n.homo obliuiscitur ea, quæ naturaliter cognoscit: sicut, quod omne totum sit maius sua parte, & alia huiusmodi. Præcipuè autem hoc videtur esse incōueniens si ponatur esse animæ naturale corpori vniri, vt supra habitum * est. Incōueniens enim est, quòd naturalis operatio alicuius rei totaliter impediatur per id, qd̄ est sibi secundum naturam. Secundò, manifestè apparet huius positionis falsitas ex hoc, quòd deficiente aliquo sensu deficit scientia eorum, quæ apprehenduntur secundum illum sensum, sicut cœcus natus nullam potest habere notitiam de coloribus. Quod non esset, si intellectui animæ essent naturaliter inditæ omnium intelligibiliū rationes. Et ideò dicendum est, quòd anima non cognoscit corporalia per species naturaliter inditas.

*q. 76. ar. 1

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd homo quidem conuenit cum angelis in intelligendo: deficit tamen ab eminentia intellectus eorum, sicut & corpora inferiora, quæ tantum existunt, fm̄ Gregorium * deficiunt ab existentia superiorum corporum. Nam materia inferiorum corporum, non est completa totaliter per formam: sed est in potentia ad formas, quas non habet: materia autem cœlestium corporum est totaliter completa per formam: ita, quod non est in potentia ad aliam formam, vt suprà * habitū est. Et similiter intellectus angeli est perfectus per species intelligibiles secundum suam naturam: intellectus autem humanus est in potentia ad huiusmodi species.

* Loco citato in argum.

* q. 66. artic. 2.

AD SECVNDVM dicendum, quod materia prima habet esse substantiale per formam; & ideo oportuit, quòd crearetur sub aliqua forma: alioquin non esset in actu. Sub vna tamen forma existens, est in potentia ad alias. Intellectus autem non habet esse substantiale per speciem intelligibilem. & ideò non est simile.

AD TERTIVM dicendū, quòd ordinata interrogatio procedit ex principiis communib. per se notis ad propria. Per talem autē processum scientia causatur in anima addiscentis. Vnde cum verum respondet de his quibus secūdò interrogatur, hoc non est, quia prius ea nouerit, sed quia tunc ea de nouo addiscit. Nihil.n. refert vtrum ille qui docet proponendo, vel interrogando, procedat de principiis communibus ad conclusiones. Vtrobique.n. animus audientis certificatur de posterioribus, per priora.

ARTI-

Comm. Cardinalis Caietani.

Titulus clarus, omnia corporalia.

¶ Sed circa ordinē huius tituli, statim oritur dubiū, quia videtur diminutus progressus iste, & omissa vna quæstio valde difficilis: An s. anima intelligat per species. In hac.n. quæstione sunt diuersæ opiniones, & hoc loco erat tractanda. Ante nāq; q̄ inquiratur, an per species congenitas influxas aut acquisitas, stabiliendum erat, qd̄ intelligit per species. Dicerent.n. alij, quod neque per substātiam propriam, neque per speciem aliquā intelligit anima, sed ipse actus intelligendi est similitudo quodammodo obiecti.

¶ Ad hoc videtur mihi dicendum, quod D. Tho. subtilius intuitus vidit in hac quæst. quæ omissa dr̄, latere duo quæsita. Primū est, an dentur in intellectu nostro species intelligibiles. Secundū, an dentur species intelligibiles præuiæ actibus. Et primam quidem quæstionē omitti oportuit, quia communis animi conceptio omnium antiquorū & posteriorum est, quòd cognitio fit per assimilationē, idem autē intendimus per species intelligibiles, & similitudines: nec in hoc est diuersitas opinionū, & si fuisset hoc quęrēdum debuisset ante primū artic. in hoc dubiū verti. Secundā verò quæstionē in qua sunt diuersæ opiniones, hic tractare nō debuit, sed in loco suo. Tanget autem eam in q. sequenti art. 2. Vnde patet, quòd nihil omissum est. nullus.n. negat in anima cognoscēte, esse similitudinē cogniti. Sed an illa similitudo pręueniat actum, aut sit actus, aut terminet actum alterius est quæstionis. Vnde in litera supponitur in quærendo communiter concessum, cognitionem fieri per assimilationem, & quæritur vnde ista assimilatio proueniat. Nec obstat prædictis, si ante art. secundum, sequentis quæstionis vtetur litera specie intelligibili pro principio. Tum, quia ex tractatu de angelis hoc semipatet. Tum, quia nihil prohibet supponere probandum, præsertim in breui.

¶ In corpore tria: primò respondet quæsito, negatiuè. Secūdò, refert opinionē oppositam Platonis. Tertiò arguit contra illam.

¶ Quo ad primum, conclusio est. Anima non intelligit per species inditas. Probatur ratione & authoritate, ratio est ista. Homo quandoque est cognoscens in potentia tantum, tam secundum sensum, quàm secundum intellectum, & reducitur in actum quo ad sensum per actiones sensibilium, & quo ad intellectum per disciplinam, aut inuentionem. ergo secundum se est in potentia ad similitudines, quæ sunt principia sensationum & intellectionum. ergo non habet eas inditas. Antecedens patet experientia: Consequentia verò probatur: quia eo modo aliquid se habet ad formā, quæ est principium actionis, quo ad actionē ipsam, quod declaratur in leuitate, & ferri sursum, quia quod est in potentia ad vnum,

ad vnum, est in potẽtia ad reliquum, & quod in actu vnius, etiam in alterius est actu.

¶ Circa hanc rationẽ aduerte, quòd in ea sunt duo manifesta, & tertium ambiguitatem habet aliquam. Patet in primis, quòd in probatione consequentiæ non est sermo de quocũque modo: sed de his duobus, s. actu & potentia: ita quòd propositio assumpta, quòd vnumquodque eodem modo se habet ad formam principiantem actionem, & actionem ipsam intelligitur quo ad hoc, quod est habere actu vel potentia. Patet secundo, quòd hæc propositio est uera in formis, quæ sunt principia naturalia, & deductis impedimentis. In naturalibus quidem, quia ipsæ statim cum sunt operantur, nec prius duratione sunt, & postea principiant actionem, vt patet in elementis: deductis autem impedimẽtis, quia si per accidens contingit formam impediri, ipsa actu habebitur, & actio in potentia, vt patet in leui detento deorsum, sed hoc est per accidens, vt in litera dicitur: per se autem propositio ista est verissima. Sed ambiguum est, an ista propositio sit vera in formis principiantibus voluntarie. si enim in his dicatur vera, obstat quia experimur falsum esse, ꝙ forma voluntarie exeat in actũ statim cum est, immo habemus multas tales, secundum quas non operamur actu. Si autem dicatur, ꝙ non tenet nisi in formis, quæ sunt principia naturalia, frustra ad propositũ adducta videtur, quoniã similitudines intelligibiles operantur, & cessant ab opere secundum imperium nostræ voluntatis. Et hoc præcipue secundum doctrinam S. Thomę, qui ponit species intelligibiles conseruari in intellectu etiam quando non intelligimus.

¶ Ad hoc breuiter dicitur, ꝙ propositio assumpta tenet in omnib. formis tam naturalibus q̃ voluntarijs: sed propositio restringenda est ad potentiam essentialem, & actum sibi correspondentem. Ita quòd sensus est, quod vnumquodque ita se habet ad formam, quæ est actionis principium, sicut ad actionem, quo ad hoc, quod si est in potentia essentiali ad operationem: est etiam in potentia essentiali ad formam, & si non, non: & sic cessat instantia, quia nunquam aliquis est in potentia essentiali ad intellectionem, & in actu habet speciem intelligibilem: immo hoc implicat, quia si actu habet, ergo potest cum vult intelligere. Et si potest cum vult, ergo non est in potentia essentiali, sed accidentali tantum, vt patet ex 8. Physicorum, & 2. & 3. de anima. Patet autem hanc esse mentem literæ, quia ex potentialitate qua experimur nos nõ posse intelligere ad libitum quæ volumus, infert non esse nobis inditas habituales species rerum. Si enim essent inditæ, intelligeremus omnia cũ vellemus, vt experimur in his, quorum sensum habuimus.

¶ Quo ad secundum refert duo: primò obuiationem, qua non obstante præmissa ratione, Plato tenuit oppositum. Secundò opinionem ipsam. Opinio est pars affirmatiua quæsiti. Obuiatio ad rationem est positio impedimenti, scilicet vnionem ad corpus.

¶ Circa oblationẽ ad rationem præmissam dubium occurrit, quia videtur S. Tho. numerare species intelligibiles inter formas naturaliter agentes, quæ i. ideo non agunt, quia impediuntur. Cùm tamen constet eas agere voluntarie: intelligimus enim cum volumus.

¶ Ad hoc breuiter dicitur, quòd habere impedimentum, commune est formis naturaliter & voluntarie agentibus. Nec in hoc differunt: sed differentia est, quia naturales non impeditę agunt statim, voluntariæ ad libitum. Vnde ex hoc quòd species intelligibiles impeditæ poni dicuntur, & ideo non posse exire in actum, non sequitur. ergo numerantur inter naturales formas, sed est sophisma consequentis.

¶ Quo ad tertium arguitur dupliciter contra Platonem. Primò, quia ponitur effectus, scilicet obliuio sine causa sufficienti, & probatur, quia experimur nos non obliuisci eorum, quæ naturaliter nouimus: scilicet, Omne totum est maius sua parte: etsi vnio ad corpus est naturalis, vt probatum est, & præcipuè hoc procedit, quia non solum ponitur effectus sine causa, sed ponitur contrarius effectus prouenire ex causa: vtpote ex vnione naturali prouenire impedimentum naturalis operationis. Secundò, quia carens sensu, caret scientia sensibilium illius, vt patet, & habetur primo Posteriorum. ergo non est indita omnium scientia. Si enim scientia omnium inesset animæ ex se ex multa excitatione, & expergefactione circa sensibilia quatuor sensuum, cęci anima posset quandoque vti omnibus speciebus quas habet, & consequenter colorum: quod experimur falsum. Et patet sequela, quia sensibilia non requiruntur nisi ad excitandam animam apud eos, & experimur reminiscentiam fieri ex quodam in quiddam. ergo à fortiori sic fiet reminiscentia intellectualis.

ARTICVLVS IIII.

Vtrum species intelligibiles effluant in animam, ab aliquibus formis separatis.

419 Locis supra art. 3. notatis.

AD QVARTVM sic proceditur. Videtur, quòd species intelligibiles effluãt in animam ab aliquibus formis separatis. Omne enim quod per participationem est tale, causatur ab eo, quod est per essentiam tale: sicut quod est ignitum, reducitur sicut in causam in ignem. Sed anima intellectiua secundum quòd est actu intelligens participat ipsa intelligibilia. intellectus enim in actu, quodammodo est intellectum in actu. Ergo ea quæ secundum se, & per essentiam suam sunt intellecta in actu, sunt causę animæ intellectiuæ, quòd actu intelligat. intellecta autem in actu per essentiam suam, sunt formæ sine materia existentes. Species igitur intelligibiles, quibus anima intelligit, causantur à formis aliquibus separatis.

¶ 2 Præterea. Intelligibilia se habent ad intellectum, sicut sensibilia ad sensum. Sed sensibilia, quæ sunt in actu extrà animam, sunt causæ ipsorum sensibilium, quæ sunt in sensu, quibus sentimus. Ergo species intelligibiles, quibus intellectus noster intelligit, causantur ab aliquibus actu intelligibilibus extrà animam existentibus. Huiusmodi autem non sunt, nisi formæ à materia separatæ. Formæ igitur intelligibiles intellectus nostri, effluunt ab aliquibus substantiis separatis.

¶ 3 Præt. Omne quod est in potentia, reducitur in actum per id quod est actu. Si ergo intellectus noster prius in potentia existens, postmodum actu intelligat, oportet, ꝙ hoc causetur ab aliquo intellectu qui semper est in actu. hic autem est intellectus separatus. ergo ab aliquibus substantiis separatis causantur species intelligibiles, quibus actu intelligimus.

SED CONTRA est, quia secundum hoc, sensibus non indigeremus ad intelligendum: quod patet esse falsum, ex hoc præcipuè, quòd qui caret vno sensu, nullo modo potest habere scientiam de sensibilibus illius sensus.

RESPON. Dicendum, quòd quidam posuerunt species intelligibiles nostri intellectus procedere ab aliquibus formis, vel substantiis separatis. Et hoc dupliciter. Plato enim sicut dictum * est, posuit formas rerum sensibilium per se sine materia subsistentes, si formam hominis, quam nominabat per se hominem: & formam, vel ideam equi, quam nominabat per se equum, & sic de aliis. Has ergo formas separatas ponebat participari, & ab anima nostra, & à materia corporali: Ab anima quidem nostra, ad cognoscendum: à materia verò corporali, ad essendum: vt sicut materia corporalis per hoc, ꝙ participat ideam lapidis, fit hic lapis; ita intellectus noster per hoc, quòd participat idea lapidis, fit intelligens lapidem. Participatio autem ideæ, fit per aliquam similitudinem ipsius ideæ in participante ipsam, per modũ quo exemplar participatur ab exemplato. Sicut igitur ponebat formas sensibiles, quæ sunt in materia corporali effluere ab ideis, sicut quasdam earum similitudines, ita ponebat species intelligibiles nostri intellectus, esse similitudines quasdam ideatũ ab eis effluentes. Et propter hoc, vt suprà dictum * est, scientias & definitiones ad ideas referebat. Sed quia contra rationem rerum sensibilium

*Ar. 1. huius quæst.

*Ar. 1. huius quæst.

SVP. Q LXXXIIII. ART. IIII.

CONCL. Species intelligibiles, quibus anima nostra intelligit, non effluunt à formis separatis.

¶ PROB. 1. Quia, si species intelligibiles nostræ effluerẽt à formis separatis (siue secundũ Platonem, siue secundum Auicennam, accepis); tunc non posset sufficiens ratio assignari, quare anima nostra corpori vniatur (cum non sufficiat excitatio illa, immo ipsa inferat impedimentũ prouenire ex vnione animæ ad corpus: cùm anima non vniatur ꝑpter corpus, sicut nec forma est propter materiã). 2. Quia si natura animæ est, vt intelligat per species ab intelligentia agente effluxas; tunc anima poterit intelligere ea, quorum sensum non habet, ex receptione specierum ipsorum ab intelligentia illa (vt cæcus colores): id quod experientia docet esse falsum.

Primum

1^m de maiori.

Causatur. R. Vel immediate, vel mediate. §. Tunc nihil &c. Quòd enim mediantibus formis sensibilium, à quibus colligimus scientiam, causentur in nobis à prima causa per essentiam tales species intelligibiles, nō est contra conclusionem: vt patet in litera.

* Li. 7. Metap. à tex. 44. vsque ad 58. tomo 3.

2^m de maiori.

Sicut. R. Quantum ad causare: non, quantum ad modum causandi. §. Tunc nihil &c. Nam licet sensibilia causent sensationem, & intelligibilia intellectionē: tamen sensibilia modo, quo extra animam sunt, sensationem causant; intelligibilia autem modo, quo extra animam sunt, non possunt causare intellectionem. Nam intelligibilia in actu extra animam non sunt: quo tamen solo modo, i. vt in actu, intellectioné causant.

* Vt refert Aristot. 1. Met. textu 6. & 25. tomo 3.

¶ NOT. In litera scito: præsupponi intelligibilia non posse esse nisi sensibilia, inquantum s. per sensum omnis nostra cognitio etiam insensibilium procedit. Præsupponitur autem rectè hoc; propter illa inconuenientia vitanda, quæ in corpore dicta sunt: maximè, ne in vanum anima intellectiua iungi corpori videatur.

3^m de antecedente. Id quod est actu. R. Vel coniunctum, vel separatum. §. Tunc &c. Huiusmodi enim est intellectus agens coniūctus: non autem, aliqua forma separata; nisi Deus modo dicto in responsione ad primum.

APPENDIX.

Vtilitas pro Eccle. S. Dei.

EX artic. habes primò, quomodo per rationem retundas errorem Algazelis (Directo. Inquisit. 2. par. quæst.

lium est, quòd earum formæ subsistant absque materiis, vt Aristoteles * multipliciter probat; ideò Auicen. hac positione remota, posuit omnium rerū sensibilium intelligibiles species, non quidem per se subsistere absque materia, sed præexistere immaterialiter in intellectibus separatis. A quorum primo, deriuantur huiusmodi species in sequentem: & sic de aliis vsque ad vltimum intellectum separatum: quem nominat intellectum agentem. A quo, vt ipse dicit, effluunt species intelligibiles in animas nostras, & formæ sensibiles in materiam corporalem. Et sic in hoc Auicennas cum Platone concordat, quòd species intelligibiles nostri intellectus, effluunt à quibusdam formis separatis, quas tamen Plato dicit per se subsistere. Auicen. verò, ponit eas in intelligentia agente. Differunt etiā quantum ad hoc, quòd Auicen. ponit species intelligibiles non remanere in intellectu nostro postquàm desinit actu intelligere: sed indiget, vt iterato se conuertat ad recipiendum de nouo. Vnde, non ponit scientiam animę naturaliter inditam sicut Plato, qui ponit participationes idearum immobiliter in anima permanere. Sed secundum hanc positionem, sufficiens ratio assignari non posset, quare anima nostra corpori vniret. Non enim potest dici, quòd anima intellectiua corpori vniatur propter corpus: quia nec forma est propter materiam, nec motor propter mobile: sed potius econuersò. Maximè autem videtur corpus esse necessarium animæ intellectiuæ ad eius propriam operationem, quæ est intelligere: quia secundum esse suum à corpore non dependet. Si autem anima species intelligibiles secundum suam naturam apta nata esset recipere per influentiam aliquorum separatorum principiorum tantum, & non acciperet eas ex sensibus non indigeret corpore ad intelligendum: vnde frustra corpori vniretur. Si autem dicatur, quòd indiget anima nostra sensibus ad intelligendum, quibus quodammodo excitetur ad consideranda ea, quorum species intelligibiles à principiis separatis recipit, hoc non videtur sufficere: quia huiusmodi excitatio non videtur necessaria animæ, nisi inquantum est consopita secundū Platonicos quodammodo, & obliuiosa propter vnionem ad corpus: & sic sensus nō proficerent animæ intellectiuę nisi ad tollendum impedimentū, quod animæ prouenit ex corporis vnione. Remanet igitur quærendum, quæ sit causa vnionis animę ad corpus. Si autem dicatur secundū Auicen. quòd sensus sunt animę necessarii, quia per eos excitatur, vt conuertat se ad intelligentiam agentem, à qua recipit species: hoc quidem non sufficit: quia si in natura animæ est, vt intelligat per species ab intelligentia agente effluxas, sequeretur, quòd quādoque anima possit se conuertere ad intelligentiam agentem ex inclinatione suæ naturæ, vel etiam excitata per aliū sensum, vt cōuertat se ad intelligentiā agentem, vel recipiendum species sensibilium, quorū sensum aliquis non habet. Et sic cęcus natus posset habere scientiam de coloribus, quod est manifestè falsum. Vndè dicendum est, quòd species intelligibiles, quibus anima nostra intelligit, non effluunt à formis separatis.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd species intelligibiles quas participat noster intellectus, reducuntur sicut in primam causam in aliquod principium per suam essentiam intelligibile, s. in Deum. Sed ab illo principio procedūt mediantibus formis rerum sensibilium, & materialium, à quibus scientiam colligimus, vt Dionysius * dicit.

* c. 7. de diuin. no. inter princ. & med.

AD SECVNDVM dicendum, quòd res materiales secūdum esse quòd habent extra animā, possunt esse sensibiles actu: non auté actu intelligibiles. Vnde non est simile de sensu & intellectu.

AD TERTIVM dicendum, quòd intellectus noster possibilis reducitur de potentia ad actum, per aliquod ens actu, i. per intellectum agentem, qui est virtus quædam animæ nostræ, vt dictum * est: non autem per aliquem intellectum separatū, sicut per causam propriam proximam: sed fortè sicut per causam remotam.

* q. 79. artic. 4.

4.) dicētis: quòd tota nostra perfectio & scientia prouenit ab intelligentia decima, siue Angelo; qui etiam dicitur donator formarum. Si enim tota nostra scientia ab illa intelligentia procedit: secundum Algazelem, profluent ab eadem species intelligibiles in animam nostram. Contra hunc igitur errorem articulus præsens, & pugnat, & ipsum expugnat. Secundò habes: quomodo per rationem ostendas, hunc meritò vniuersaliter damnatum dici ab ipsomet Inquisitorum Directorio, in principio quæstionis sic dicente. Antiqui Philosophi, vt Platonici, Stoici, &cęt. Aristoteles, Auicenna, Auerroes, Algazel, &c. multos errores, & hæreses contra fidem sanctam nostram posuerunt; quod patet prosequendo, vt sequitur. Et post enumeratis multis, ad errores Algazelis veniés, prędictum errorem numero vndecimo ponit. Item à Verit. aur. &c. vt quæstio. 8. artic. 3. Item à scripturis Psalmi 93. Qui, Deus, docet hominem sciētiam. Et, Ecclesiastici primo. Omnis sapientia à Domino Deo est. &, Iacobi primo. Omne datum optimum, & omne donum perfectum à Domino Deo est descendens à patre luminum. & passim huiusmodi multa. Hæc dicta suscipiantur contra errorem illum in plano sensu. Quomodo verò à Deo sint species nostræ intelligibiles; & tamen vitentur inconuenientia in corpore artic. deducta &c. patet ex responsione ad primum. Tertio vides: quomodo ex his vicissim Angelica firmetur conclusio.

¶ NOT. Illum articulum iuuat vtcumque articulus in ordine 34. 416. 394. 418. 443. 379. 361.

Pro stud. var. coor.

ARTI-

Comm. Cardinalis Caietani.

TItulus clarus.

¶ In corpore quinque. Primò, proponit opinionem tenentem affirmatiuam, dupliciter: & refert Platonis viam. Secundò, Auicennæ. Tertiò, in quo isti conueniunt, & differunt. Quartò, arguit vtrumque. Quintò, respondet quæsito negatiue.

¶ Quo ad primum, tria de Platone: primò, ideas sensibiliū subsistentes. Secundò, duplicem participationem earum, materialiter & intelligibiliter. Tertiò, corollarium, ideo scientiam dicebat idearum non sensibilium. Et nota ibi, quòd quemadmodum nos Aristot. sequentes, quia species ex sensibilibus in animam prouenire fatemur, scientiam de ipsis sensibilibus esse dicimus: ita Plato, quia species ab ideis, scientiam de ideis posuit.

¶ Quo ad secundū, tria ex Auic. Primo, naturas sensibiliū immateriales non per se, sed in intellectib. separatis. Secundò, deriuationē ordinatam earum, à primo vsque ad vltimum. Tertiò, nomen & officium illius vltimi: nomen intellectus agens officiū: quia ipse influit formas sensibiles dupliciter: materiæ corporalis materialiter, & animæ nostræ intelligibiliter.

¶ Quo

¶Quo ad tertium: conuenientia in vno: quòd vterque ponit species intelligibiles animæ nostræ effluere à formis separatis: & sic respondet quæsito affirmatiuè differentia in tribus. Primò, quia Plato formas separatas dicit subsistentes, Auicen. in intelligentiis. Secundò, quia Plato ponit immobiliter recipi influxum in anima, Auicen. mobiliter: immo tantum dum actualiter influit. Tertio, quia ex hoc Plat. scientiam ponit ingenitam animæ. Auicen. vero non, sed acquiri de nouo successiue.

¶Quo ad quartum, quatuor. Primò, proponit impossibile, quod sequitur ad vtrumque, s. quòd anima frustra vniretur corpori. Secundò, probat sequelam sic, Anima non vnitur corpori propter corpus, sed propter animam, quia s. corpus necessarium est ad eius propriam operationem, quæ est intelligere: sed secundum viam vtramque, hæc operatio non eget corpore: ergo anima frustra vnitur corpori. Maior, quo ad primam & secundam partem probatur: quia nec forma est propter materiam, & hoc contra positionem Auicen. nec motor, propter mobile: & hoc contra Plat. sed econtra. Quo ad tertiam verò relinquitur per se nota, loquendo de anima intellectiua vt sic, immo innuitur eius probatio: quia intelligere est propria operatio eius à corpore non pédens: quasi dicat, Anima aut eget corpore quo ad esse, & hoc non: aut quo ad operari: & hoc non, quia intelligere est operatio à corpore non pendens. Minor vero probatur: quia si anima naturaliter accipit species à substantiis separatis, nulla restat indigentia sensibilium ad intellectionem. Tertiò, refert responsionem Plat. & refellit. Responsio est, quòd sensibilia requiruntur ad excitandam animam ad considerandum ea, quorum habet species. Repulsio est, quòd hoc non respondet quæsito: quoniã excitatio ponitur ad auferendum quasi soporem conuenientem animæ ex vnione ad corpus, & non ex se. Vnde cum ex se non sit sopita, cur vnitur corpori, vt incurrat talem soporem?

¶Quartò, refert responsioné Auic. & refellit. Responsio est: quòd sensibilia sunt necessaria ad excitandã animam ad conuersionem ad intelligentiã agentem. Repulsio est: quia si ex natura sua aïa est receptiua ab intelligentia agente, ergo quæ ex sola natura conuertetur absq; excitatione, vel saltē excitata tam à visibilib. poterit se conuertere ad species audibilium, & econuerso: sed vtrumque est falsum: quia cęcus natus nescit colores. vide in secundo contra Gentiles circa probationem consequentiæ contra Auic.

¶Quo ad quintum, concludendo, respondet quæsito negatiuè: vt patet in calce corporis.

¶In respon. ad tertium esto cautus: nec intelligas intellectiuum recipere species ab intellectu agente, qui est potentia animæ nostræ: sed recolito illius distinctionis: qua in specie intelligibili consideratur intelligibilitas actu, & determinatio &c. sat fuit hic excludere, quod nec etiam quo ad intelligibilitatem reducitur intellectus possibilis de potentia ad actum ab intellectu aliquo separato, tanquàm à proximo agente.

Aegid. 2 s.d.36.q.1.ar.1. Tho. Arg.d.36.ar.3.

SVP. Q. LXXXIIII. Art. v.

420 Inf. q. 83. art. 3. ad 1. Et ver. q. 8 art. 7. ad 6. Et q. 10. art. 1. corp. & ad 6. & art. 8. cor.

CONCL. I. Anima in statu præsentis vitæ non potest videre omnia in rationibus æternis, sicut in obiecto cognito; Sed sic in rationibus æternis cognoscunt omnia beati.

¶PROB. Quia anima nostra pro pręsenti statu non potest uidere Deum per essentiam, nec consequenter omnia in ipso tanquàm in obiecto cognito: sed solum beati (suprà q. 12. art. 8. 10. 11.)

¶CONCL. 2. Necesse est dicere: quòd anima humana omnia cognoscat in rationibus æternis, sicut in cognitionis principio.

¶PROB. Quia anima nostra per participationem diuini luminis, quod est lumen ingenitum (?) à summo toto cognitionis principio nobis datum, omnia cognoscit (ex Psalmo): Et in huiusmodi lumine increato continentur rationes æternæ.

*Li. 83. qq. q. 46. à medio illius, tom. 4.

¶CONCL. 3. Non per solam participationem rationum æternarum de rebus notitiam habemus.

† Lib. 12. cófes. c. 25. à medio illius, tom. 1.

¶PROB. Quia præter lumen in nobis intellectuale, exiguntur species intelligibiles à rebus acceptæ ad scientiam de materialibus habendam, (vt patet).

1^m de maiori.

In quo. R. Sicut obiecto cognito: non, sicut principio cognitionis. §. Tunc nihil &c. Non enim cognoscit anima nunc in rationibus æternis sicut in obiecto cognito, secundum conclusioné primã: sed sicut in cognitionis principio (vt dixit conclusio secunda).

* Lib. 2. de doct. Christia. c. 39. in fin. tom. 3.

ARTICVLVS V.

Vtrum anima intellectiua cognoscat res omnes in rationibus æternis.

AD QVINTVM sic proceditur. Videtur, quod anima intellectiua non cognoscat res omnes in rationib. æternis. Id enim in quo aliquid cognoscitur, ipsum magis & per prius cognoscitur. Sed anima intellectiua hominis in statu præsentis uitæ non cognoscit rationes ęternas: quia non cognoscit ipsum Deum in quo rationes æternæ existunt, sed ei sicut ignoto coniungitur: vt Dionys. dicit in 1. c. mysticæ theologiæ. ergo anima non cognoscit omnia in rationibus æternis.

¶2 Præt. Rom. 1. dr, quod inuisibilia Dei per ea quæ facta sunt conspiciũtur. Sed inter inuisibilia Dei numerantur rõnes ęternæ. Ergo rationes æternæ p creaturas materiales cognoscuntur, & non econuersò.

¶3 Præte. Rationes æternæ nihil aliud sunt quàm ideæ. Dicit enim August.* in lib. 83. qq. quòd ideę sunt rationes stabiles rerum in mente diuina existentes. Si ergo dicatur, quod anima intellectiua cognoscit omnia in rationib. æternis, redibit opinio Platonis, qui posuit omné scientiam ab ideis deriuari.

SED CONTRA est, quod dicit August.† 12. confes. Si ambo videmus verũ esse qd dicis, & ambo videmus verũ esse quod dico, vbi quæso id videmus? Nec ego vtiq; in te, nec tu in me: sed ambo in ipsa, quę supra mentes nras est, incommutabili veritate. Veritas auté incommutabilis in æternis rationib. continetur. ergo anima intellectiua omnia vera cognoscit in rationibus æternis.

RESP. Dicendũ, quod sicut Aug.* dicit in 2. de doctr. Christ. qui Philosophi vocantur, si qua fortè vera, & fidei nostræ accõmoda dixerunt, ab eis tanquàm ab iniustis possessorib. in vsum nostrum vendicáda sunt. Habent. n. doctrinæ Gentiliũ quædã simulata, & superstitiosa figmenta, quæ vnusquisque nostrũ de societate Gentiliũ exiens, debet euitare: & ideo Aug. qui doctrinis Platonicorũ imbutus fuerat, si qua inuenit fidei accõmoda in eorum dictis, assũpsit: quę verò inuenit fidei nostræ aduersa, in melius cõmutauit. Posuit auté Plato,* sicut s. dictũ est, † formas rerum per se subsistere à materia separatas, quas ideas vocabat, per quarũ participationé dicebat intellm nostrum omnia cognoscere: vt sicut materia corporalis per participatioué ideæ lapidis fit lapis; ita intellectus noster p participationem eiusdem ideæ cognosceret lapidem. Sed quia videtur esse alienum à fide, quòd formę rerum extra res per se subsistant absque materia, sicut Platonici posuerunt: dicentes per se vitam, aut per se sapientiã esse, quasdam substantias creatrices: vt Dion.* dicit 11. c. de diu. nom. ideo Aug. in lib. 83. qq. posuit † loco harum idearum, quas Plato ponebat, rationes omniũ creaturarum in mente diuina existere, sm quas omnia formant: & sm quas etiam anima humana omnia cognoscit. Cũm ergo quæritur, vtrum anima humana in rationib. æternis omnia cognoscat, dicendũ est, quod aliquid in aliquo dicitur cognosci dupliciter. Vno modo sicut in obiecto cognito, sicut aliquis videt in speculo ea, quorum imagines in speculo resultant: & hoc modo anima in statu præsentis vitæ, nõ potest uidere omnia in rationibus æternis: sed sic in rationibus æternis cognoscunt omnia beati qui Deum vident, & omnia in ipso. Alio modo dicitur aliquid cognosci in aliquo sicut in cognitionis principio: sicut si dicamus quod in Sole videntur ea, quæ videntur per Solem: & sic necesse est dicere, quod anima humana omnia cognoscat in rationibus æternis: per quarum participationé omnia cognoscimus. Ipsum. n. lumen intellectuale, quod est in nobis, nihil est aliud quàm quædam participata similitudo luminis increati, in quo continentur rationes æternæ. Vnde in Psal. 4. dicitur. Multi dicunt, Quis ostendit nobis bona?

2^m ex Apostolo Roman. 1.

Per ea. R. Tanquàm à quibus species intelligibiles accipimus: nõ, tanquàm à quibus lumen intellectuale habemus. §. Tunc &cæt. Aeterna enim sunt nobis cognitionis principiũ, per rationem intellectualis luminis, nõ creaturæ: licet creaturæ sint nobis principiũ cognitionis per subministrationem specierum intelligibilium. Iccircò æterna sunt, tanquàm cognitionis principiũ effectiuum: creata velut principiũ materiale.

Tertium

* Vt patet ex lib. 1. Metap. tex. 6. in Arist.
† Art. præced.

* Cap. 11. aliquantulum à medio.
† Lib. 83. quęstio. q. 46. to. 4. D. 192. & 193.

Cui

3^m conclusionis illatio Si ergo &c.

R. Negatur illatio. §. Nam Plato aliter posuit ideas, q̃ ibi Augustinus; quoniã per solã idearum participationẽ posuit Plato nos habere de rebus notitiam, contra qđ militat conclusio 3 cũ probatione. Vide in corp. art. circa declinationem remote à principio de opinione August. quomodo sectando fidẽ dixet, in lib. 83. qq. à Platone. Pro meliori captu in hoc articulo dictorum, vide q 12. art. 11. ad 3.

* Lib. 4. de Trin. c. 16. tom. 3.

Cui quæstioni Psalm. respondet dicens, Signatum est super nos lumen vultus tui Domine. Quasi dicat, Per ipsam sigillationem diuini luminis in nobis omnia demonstrantur. Quia tamen præter lumen intellectuale in nobis exiguntur species intelligibiles à rebus acceptæ, ad scientiam de rebus materialibus habendam, ideo non per solam participationem rationum æternarum de rebus notitiam habemus: sicut Platonici posuerunt, quòd sola idearũ participatio sufficit ad scientiam habendam. Vndè Augustinus * in 4. de Trinitate, nunquid quia Philosophi documẽtis certissimis persuadent æternis rationibus omnia temporalia fieri, propterea potuerunt in ipsis rationibus perspicere: vel ex ipsis colligere, quot sunt animalium genera, quæ semina singulorum? Nonnè ista omnia per locorũ ac tẽporum historiam quæsierunt? Quòd autem August. non sic intellexerit, omnia cognosci in rationibus æternis, vel in incõmutabili veritate quasi ipsæ rationes æternæ videantur: patet per hoc quod ipse dicit * in lib. 83. quæst. ꝙ rationalis anima non omnis & quæcumque, sed quæ sancta & pura fuerit, asseritur illi visioni, s. rationum æternarum esse idonea; sicut sunt animæ bonorum. Et per hæc patet responsio ad obiecta.

* q. 46. non procul à fine.

APPENDIX.

Vtilitas pro Eccle. S. Dei.

EX articulo habes primò: quomodo per rationem ostendas, rectè dici a Psalmo 4. Signatum est super nos lumen vultus tui Domine, & à Deo Exo. Non videbit me homo, & viuet. & ab Apostolo Rom. 1. Inuisibilia Dei per ea, quæ facta sunt, intellecta conspiciuntur. Secundò (2) habes: quomodo per rationem explices eorum verum sensum: Psalmi quidem, quòd scilicet lumen intellectuale nostrum est deriuatum à Deo, & consequenter ꝙ Deus per tale lumẽ in nos à seipso deriuatum est principium cognitionis nostræ (vt dicit conclusio secunda): Exodi verò, quod Deus pro nostro præsenti statu non est obiectũ cognitionis nostræ (vt dicit conclusio prima): Apostoli autem, ꝙ ad cognitionem nostram intellectualem coexigitur species abstracta, ex his sensatis (vt habet tertia conclusio). Tertiò (3) vides quomodo ex his vicissim Angelicæ conclusiones stabiliantur, atque declarentur.

¶ Not. Præsenti vtcumque seruit articulo in ord. articulus 419. 34. 336. 442. Pro stud.

Comm. Cardinalis Caietani.

TItulus in corpore declaratur.

¶ In corpore duo. Primò declaratur origo tituli, & titulus ipse. Secundò, respondetur quæsito.

¶ Quo ad primum duo inducuntur. Primò, regula in cõmuni circa Philosophorum doctrinã seruanda, & tam quo ad bene, q̃ quo ad male dicta ex Aug. Secundò inducitur quomodo ipse August. hanc regulam seruauit in hac materia circa doctrinam Platonicam: accepit enim rationes æternas, & mutauit modũ essendi earum: & sic patet sensus tituli, & eius origo: omnia clara sunt in litera. Aduerte tamen, ꝙ positio Plat. propter duo, extranea iudicatur à fide. Primò, quia ponebat sapientiam & vitam, & alia huiusmodi, quæ sunt perfectiones simpliciter, per se subsistere, & nõ solum naturas sensibilium, s. bouis, equi, leonis, &c. sequitur enim quod daretur vita infinitæ perfectionis, & simpliciter sapientia infinita &c. extra Deum. Et insinuatur in litera, vbi ad inueniendum hoc, adducuntur exemplariter hæ perfectiones simpliciter. Secundò, quia ponuntur istæ formæ creatrices, cum solius Dei sit creare, hoc in litera etiam exprimitur.

¶ Quo ad secundũ, respondetur sub distinctione duorum sensuum, quos potest habere quæstio, tali ordine. Primò, ponit conclusio responsiua sub vno sensu. Secundò, ponit alia conclusio rñsiua sub alio sensu, & probatur. Tertio ostenditur, ꝙ prima conclusio est de intentione Aug. Distinctio est, cognosci omnia in rõnib. æternis dupliciter, s. obiectiuè, vel causaliter. Prima cõclusio est. In rationibus æternis obiectiue, sm statum præsentem, anima non cognoscit omnia, sed bone anima beata: illa ex se est euidens. Secunda conclusio est, In rationibus æternis causaliter, sed non solis, anima nunc cognoscit omnia. Probatur quo ad primam partem, quia omnia cognoscit lumine naturali. ergo rationibus æternis. Probatur consequentia, quia hoc nihil aliud est quam participatio diuini luminis, in quo sunt illæ. Probatur hoc authoritate Psal. Signatũ est &c. deinde probatur quo ad secundã partem, s. non tamen solis, dupliciter: ratione, quia præter lumẽ requiruntur species intelligibiles à rebus sumptæ: & authoritate August. in 4. de Trin. Quòd autem prima conclusio sit de mente August. eius authoritate in lib. 83. qq. probatur.

Sco. 1. s. d. 48. q. vnica.
D. Bon. 1. s. d. 47. q. 3.

SVP. Q. LXXXIIII. ART. VI.

421

CONCL. 1. Ex parte phantasmatum intellectualis operatio à sensu causatur.

¶ PROB. Quia phantasmata à sensu accipiunt, circa quæ intellš agens operaẽ per modũ abstractionis: vt fiãt intelligibilia in actu; & sic, in intellẽn possibilẽ ipsis receptis, operatio intellectualis sequatur.

¶ CONCL. 2. Non potest dici: quòd sensibilis cognitio sit totalis, & perfecta causa intellectualis cognitionis: sed magis quodãmodo est materia causę.

¶ PROB. Quia phantasmata non sufficiunt immutare intellectum possibilem: sed oportet quòd fiant intelligibilia actu per intellectum agentem. Vt: Non sufficiunt colores ad immutandum visum: nisi præuentente lumine illustrante illos).

Primum

a Vert. q. 10. artic. 6. Et opusc. 3. c. 81. & 82.
* q. 19. in princ.

ARTICVLVS VI.

Vtrum intellectiua cognitio, accipiatur à rebus sensibilibus.

AD SEXTVM sic proceditur. Vr, ꝙ intellectiua cognitio nõ accipiatur à rebus sensibilibus. Dicit. n. Aug. * in lib. 83. qq. quòd non est expectanda synceritas veritatis à corporis sensibus. Et hoc probat dupliciter. Vno modo per hoc, ꝙ omne quod corporeus sensus attingit, sine ulla intermissione tẽporis commutatur: quod autem non manet, percipi non põt. Alio modo per hoc ꝙ omnia, quæ per corpus sentimus, etiam cum non adsunt sensibus, imagines tamẽ eorum patimur: vt in somno, vel furore. Non autem sensibus discernere ualemus, vtrũ ipsa sensibilia, vel imagines eorum falsas sentiamus: nihil aũt percipi potest quod à falso non discernitur. Et sic concludit, quòd nõ est expectanda veritas à sensibus. Sed cognitio intellectualis est apprẽhẽsiua ueritatis. Non ergo cognitio intellectualis est expectanda à sensibus.

¶ 2 Præt. Aug. dicit 12. super Gen. ad lit. * Non est putandũ facere aliquid corpus in spiritum, tanquàm spiritus corpori facienti, materiæ vice subdatur. Omni n. modo præstantior est, qui facit ea re de qua aliquid facit. Vnde concludit, quòd imaginem corporis non corpus in spiritu, sed ipse spiritus in seipso facit. Non ergo intellectualis cognitio à sensibus deriuatur.

* Lib. 12. c. 16. in med. tom. 3.

¶ 3 Præt. Effectus non se extendit vltra virtutẽ suæ causæ. Sed intellectualis cognitio se extendit vltra sensibilia: intelligimus. n. quędã, quæ sensu percipi non possunt. Intellectualis ergo cognitio non deriuatur à rebus sensibilibus.

SED CONTRA est, quòd Philosophus probat * 1. Metaphys. & in fine † Poster. quòd principium nostrę cognitionis est a sensu.

RESPON. Dicendum, ꝙ circa istam quæstionẽ triplex fuit Philosophorum opinio. Democritus. n. posuit, quòd nulla est alia causa cuiuslibet nostræ cognitionis, nisi cum ab his corporibus, quæ cogitamus, veniunt atque intrant imagines in animas nostras, vt Aug. † dicit in epist. sua ad Dioscorum. * Et Arist. etiam dicit in lib. de som. * & vigil. ꝙ Democritus posuit cognitionem fieri per idola & defluxiones. Et huius positionis ratio fuit: quia tam ipse Democritus q̃ alii antiqui naturales, non ponebant intellectum differre à sensu, vt Arist. dicit † in lib. de Anima. Et ideo, quia

* Li. 1. Metap. c. 1. t. 1.
† Li. 2. Poste. tex. 27. tom. 1.
† Aug. e. 2. epist. 56. à medio.
* Lib. de diuin. per so. cap. 2. ante med. to. 2.
† Lib. 1. de Ani. tex. 150. & 151. tom. 2.

1^m ex August.

Expectanda. R. Totaliter, non originaliter §. Tunc &c. Nam etiam quod intellectiua cognitio originetur a sensibus (ut prima conclusio dixit): non sufficit tamen sensitiua cognitio immutare intellectum possibilem sine intellectus agentis auxilio (ut secunda conclusio habet), & hoc tum propter rationem adductam in probatione, tum propter rationẽ istam duplicem Augustini ab argumento recitatam: adeo quod illud argumentũ est confirmatio bona cõclusionis. Quomodo autem intellectus agens illum defectum duplicem, quo fit ne sensitiua possit esse causa totalis intelligendi, tollat: vide in litera, quæ hoc ab eo fieri per modum abstractionis in corpore dictæ præsupponit. Vide q. 79. ar. 3. 4.

D. Iiai

art. 4. & 5. præcedentibus.

li. 12. c. 24. in med. t. 3

2^m ex August.

In spiritu. R. i. in imaginatiua, non aliter. §. Et hoc secundum Platonem. Tunc &c. Non. n. est ad propositum, cum loquamur de cognitione intellectiua, & argumentum de imaginatiua, & secundum Platonem. sit.

li. 2. de aia, tex. 152. tomo 2.

Item ex eodem.

Facit. R. Post primam immutationem imaginatiuæ a sensibilibus in actu, non, absque prima immutatione præmissa. § Et hoc secundum res ueritatem ab Aristotele positam. Tunc nihil &c. Nã de cognitione tantum intellectiua nos loquimur. Vide literam, & simile quid sup. ar. 2. 1.

3^m de maiori.

Causa. R. Totalis, non partialis. §. Tunc &c. Nam sensitiua cognitio, &c. ut in litera, & conclusione secunda.

li. 2. de gener. tex. 56 & seq. Vtilit. pro S. Eccl.

li. 1. de aia, tex. 12. t. 2.

APPENDIX.

EX articulo habes primo: quomodo per rationem demonstres: philosophum recte in 1. Met. tex. 1. & lib. 1. posteriorum tex. 27. dixisse, quod principium nostræ cognitionis est a sensu. Secundo habes: quõ per rationem uerum sensum prædictæ philosophicæ sententiæ intelligas, intellectum probes, probatum defendas. Tertio uides, quomodo ex his aliisque similibus iacis sim Angelica præsens doctrina nititur.

¶ NOT. Præsenti articulo seruit articulus in ordine 417. 364. 416. 369. 570. 391. 415.

li. 3. de aia, tex. 19. t. 2. 3

q. 79. ar. 3. & 4. Pro studio var.

quia sensus immutatur a sensibili, arbitrabantur omnem nostrã cognitionem fieri per solam immutationem a sensibilibus. Quam quidẽ immutationem Democritus asserebat fieri per imaginum defluxiones. Plato uero econtrario, posuit intellectum differre a sensu, & intellectum quidem esse uirtutẽ immaterialem organo corporeo non utentem in suo actu. Et quia incorporeum, non põt immutari a corporeo, posuit cognitio intellectualis non sit per immutationem intellectus a sensibilibus, sed per participationẽ formarum intelligibiliũ separatarum, ut dictum est. * Sensum etiam posuit uirtutem quandã per se operantem. Vnde nec ipse sensus cum, sit quædam uis spiritualis immutatur a sensibilibus: sed organa sensuum a sensibilib. immutantur. Ex qua immutatione, anima quodammodo excitatur, ut in se species sensibilium formet. Et hanc opinionem tangere uidetur Aug. * 12. super Gen. ad lit. ubi dicit quod corpus non sentit, sed anima per corpus, quo uelut nuncio utitur ad formandum in seipsa quod extrinsecus nunciatur. Sic igitur secundum Platonis opinionem neq; intellectualis cognitio a sensibili procedit, neque etiam sensibilis totaliter a sensibilibus rebus, sed sensibilia excitant animam sensibilem ad sentiendum, & similiter sensus excitant animam intellectiuam ad intelligẽdum. Arist. * aũt media uia processit. Posuit. n. cũ Platone intellectum differre a sensu. Sed sensum posuit propriam operationem non habere sine communicatione corporis, ita quod sentire non sit actus animæ tantum, sed coniuncti. Et similiter posuit de omnibus operationib. sensitiuæ partis. Quia igitur non est inconueniens, quod sensibilia, quæ sunt extra animam, causent aliquid in coniunctum: in hoc Arist. cum Democrito concordauit, quod operationes sensitiuæ partis causentur per impressionẽ sensibilium in sensum, non per modum defluxionis, ut Democritus posuit, sed per quandam operationem. nam & Democ. oẽm actionẽ fieri posuit per influxionẽ atomorũ ut patet in primo de * gener. Intellectũ uero posuit Arist. † habere operationẽ absq; cõicatione corporis. nihil autem corporeum imprimere potest in rem incorpoream. Et iõ ad causandã intellectualem operationem secundum Arist. non sufficit sola impressio sensibilium corporum, sed requiritur aliquid nobilius, quia agens est honorabilius patiente, ut * ipse dicit. Non tamen ita quod intellectualis operatio causetur ex sola impressione aliquarũ rerum superiorum, ut Plato posuit sed illud superius, & nobilius agẽs, quod uocat intellectum agentem, de quo iam supra diximus, * quod facit phantasmata a sensibus accepta intelligibilia in actu, per modum abstractionis cuiusdam. Secũdum hoc ergo, ex parte phantasmatum intellectualis operatio a sensu causatur. Sed quia phantasmata non sufficiunt immutare intellectum possibilem, sed oportet quod fiant intelligibilia actu per intellectum agentem, non potest dici, quod sensibilis cognitio sit totalis, & perfecta causa intellectualis cognitionis, sed magis quodammodo est materia causæ.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod per uerba illa Aug. datur intelligi, quod ueritas non sit totaliter a sensibus expectanda. Requiritur enim lumen intellectus agentis, per quod immutabiliter ueritatem in rebus mutabilibus cognoscamus, & discernamus ipsas res a similitudinibus rerum.

AD SECVNDVM dicendum, quod Augustinus non loquitur de intellectuali cognitione, sed de imaginaria. Et quia secundum Plato. opinionem, uis imaginaria habet operationem, quæ est animæ solius, eadem ratione usus est Augustinus, ad ostendendum, quod corpora non imprimunt suas similitudines in uim imaginariam, sed hoc facit ipsa anima, qua utitur Aristot. * ad probandum intellectum agentem, esse aliquid separatũ, quia scilicet agens est honorabilius patiente. Et procul dubio oportet secundum hanc positionem in ui imaginatiua ponere, non solum potentiam passiuam, sed etiam actiuam. Sed si ponamus secundum opinionem Aristotelis, * quod actio uirtutis imaginatiuæ sit coniuncti, nulla sequitur difficultas, quia corpus sensibile est nobilius organo animalis, secundum hoc quod comparatur ad ipsum, ut ens in actu ad ens in potentia, sicut coloratum in actu ad pupillam, quæ colorata est in potentia. Posset tamen dici, quod quamuis prima immutatio uirtutis imaginatiuæ sit per motum sensibilium, quia phantasia est motus factus secundum sensum, ut dicitur in libro, * de Anima, tamen est quædam operatio animæ in homine, quæ diuidendo, & componendo format diuersas rerum imagines, etiam quæ sunt tam sensibus acceptæ. Et quantum ad hoc, possunt accipi uerba Augustini.

li. 3. de aia, tex. 19. t. 2.

li. 2. de aia, tex. 151. & 155. usque ad fi lib. & li. de somno, & vig. c. 1. tom. 2.

li. 2. de aia, tex. 161. t. 2.

AD TERTIVM dicendum, q. sensitiua cognitio non est tota causa intellectualis cognitionis. Et ideo non est mirum, si intellectualis cognitio ultra sensitiuam se extendit.

ARTI-

Comm. Cardinalis Caietani.

TItulus clarus.

¶ In corpore quatuor. Primo Democriti, secundo Platonis, tertio Arist. opinionem tractat, quarto respondet quæsito iuxta opinionem Aristot.

¶ Quo ad primum quatuor refert. Primo, q. cognitio inest omnib. a sensibilib. Secundo quod a solis. Tertio, quod per defluxionem. Quarto radicem, quia intellectum ponebat eiusdem ordinis cum sensitiua parte omnia patent in litera.

¶ Quo ad secundum quatuor. Primo, oppositionem radicis prędictæ. Secundo, quod intellectualis non a sensibilibus nisi excitatiue. Tertio, quod sensitiua non a sensibilibus nisi quo ad organa, sed a seipsa. Quarto radicem huius, quia sentire posuit opus proprium animæ.

Quo ad tertium tria. Primo, conuenientiam & differentiam eius

tius circa radicem, tam cum Plat. quã Demo. ubi duo. Primo, intellectus discretus a sensu, cum Plato. contra Democ. Secundo, operatio sensitiua non animæ tantum, sed coniuncti, cum Democ. contra Plat. Secundo quoad cognitionem sensitiuã, ubi duo. Primo, quod fit sufficienter a sensibilib. contra Plat. cum Demo. q3 coniuncti &c. Secundo, quod non per defluxionem, sed immutationem contra Democ. Tertio, quoad cognitionem intellectiuã, ubi duo. Primo, quod ad eam requiritur agens superius sensibilib. cum Plato. contra Demo. Secundo, q ipsa non fit a solo illo agẽte, sed & phantasmatibus per modum abstractionis, contra Plat.

¶ Quo ad quartum conclusio respõsiua est. Intellectualis cognitio fit a sensibili, non sicut a perfecta & totali causa, sed magis sicut a materia causæ. Probatur prima pars, quia fit a phãtasmate. Secunda uero, quia etiam ab intellectu agente. Tertia autem, quia phantasma fit actu intelligibile ab intellectu agente: conditio autem materiæ est, esse in potentia tale.

¶ Aduerte hic, quod quæ hic discutienda essent de modo concursus phantasmatis cum intellectu agente ad intelligendum, superius discussa sunt. Diuina tamen hic uox notãda est, quod phantasma magis materia causæ, quam causa sit.

Ferr. 2. cont. c. 59. 72.
Cap. 1. d. 5. q. 1. con. 3.

ARTICVLVS VII.

Vtrum intellectus possit actu intelligere per species intelligibiles, quas penes se habet, non conuertendo se ad phantasmata.

AD SEPTIMVM sic proceditur. Videtur, quod intellectus possit actu intelligere per species intelligibiles, quas penes se habet: non conuertendo se ad phantasmata. Intellectus. n. fit in actu per speciem intelligibilem qua informatur. Sed intellectum esse in actu, est ipsum intelligere. Ergo spẽs intelligibiles sufficiunt ad hoc, quod intellectus actu intelligat, absque hoc, quod ad phantasmata se conuertat.

¶ 2 Præt. Magis dependet imaginatio a sensu, quam intellectus ab imaginatione. Sed imaginatio potest imaginari actu, absentib. sensibilibus. Ergo multo magis intellectus potest intelligere actu, non cõuertendo se ad phantasmata.

¶ 3 Præt. Incorporalium non sunt aliqua phantasmata, quia imaginatio tempus, & continuum non transcendit. Si ergo intellectus noster non posset aliquid intelligere in actu, nisi conuerteretur ad phantasmata, sequeretur, quod non posset intelligere incorporeum aliquid, quod patet esse falsum. Intelligimus enim ueritatem ipsam, & Deũ & angelos.

SED CONTRA est, quod Philosophus dicit in [a] tertio. de Anima. quod nihil sine phantasmate intelligit anima.

RESPON. Dicendum, quod impossibile est intellectum secundum præsentis uitæ statum, quo passibili corpori coniungitur, aliquid intelligere in actu [d] nisi conuertendo se ad phantasmata. Et hoc duob. indiciis apparet. Primo quidẽ, quia cũ intellectus sit uis quædam non utens corporali organo, nullo modo impediretur in suo actu per læsionem alicuius corporalis organi, si non requireretur ad eius actum, actus alicuius potentiæ utentis organo corporali. Vtuntur autem organo corporali sensus, & imaginatio, & aliæ uires pertinentes ad partem sensitiuam. Vnde manifestum est, quod ad hoc quod intellectus actu intelligat, non solum accipiendo scientiam de nouo, sed etiam utendo scientia iam acquisita, requiritur actus imaginationis & cæterarum uirtutum. Videmus enim quod impedito actu uirtutis imaginatiuæ per læsionem organi, ut in phreneticis, & similiter impedito actu memoratiuæ uirtutis, ut in lethargicis: impeditur homo ab intelligendo in actu etiã ea, quorum scientiam præaccepit. Secundo, quia hoc quilibet in seipso experiri potest, quod quando aliquis conatur aliquid intelligere, format sibi aliqua phãtasmata per modum exemplorum, in quibus quasi inspiciat quod intelligere studet. Et inde est etiam, quod quando aliquem uolumus facere aliquid intelligere, proponimus ei exempla, ex quibus sibi phantasmata formare possit ad intelligendum. Huius autem ratio est, quia potentia cognoscitiua proportionatur cognoscibili. Vnde intellectus angeli, qui est totaliter a corpore separatus, obiectum proprium est substantia intelligibilis a corpore separata, & per huiusmodi intelligibilia, materialia cognoscit. Intellectus autem humani, qui est coniunctus corpori, proprium obiectum est [d] quidditas, siue natura in materia corporali existens, & per huiusmodi naturas uisibilium rerum, etiam in inuisibilium rerum aliqualem cognitionem ascendit. De ratione autem huius naturæ est, quod in aliquo indiuiduo existat, quod non est absque materia corporali, sicut de ratione naturæ lapidis est, quod sit in hoc lapide, & de ratione naturæ equi est, quod sit in hoc equo, & sic de aliis. Vnde natura lapidis, uel cuiuscumque materialis rei cognosci non potest complete, & uere, nisi secundum quod cognoscitur, ut in particulari existẽs. Particulare autem apprehendimus per sensum, & imaginationem. Et ideo necesse est ad hoc, quod intellectus intelligat suum obiectum proprium, quod conuertat se ad phantasmata, ut speculetur naturam uniuersalem in particulari existente. Si autem proprium obiectum intellectus nostri esset forma separata, uel si formæ rerum sensibilium subsisterent non in particularibus secundum Platonicos, non oporteret, quod intellectus noster semper intelligendo conuerteret se ad phantasmata.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod species conseruatæ in intellectu possibili, in eo existunt habitualiter quando actu non intelligit, sicut supra dictum est. * Vnde ad hoc quod intelligamus in actu, non sufficit ipsa conseruatio specierum, sed oportet quod eis utamur sedm quod conuenit rebus, quarum sunt species, quæ sunt naturæ in particularibus existentes.

AD SECVNDVM dicendum, q etiam ipsum phantasma est similitudo rei particularis. unde non indiget imaginatio aliqua alia similitudine particulari, sicut indiget intellectus.

AD

SVP. Q. LXXXIIII. ART. VII.

CONCL. Impossibile est intellectum, secũdum statum præsentis uitæ, quo passibili corpori coniungitur, aliquid intelligere in actu, nisi conuertendo se ad phantasmata.

¶ PROB. 1. Quia experimur, quod impeditis actibus uel imaginatiuæ uel memoratiuæ, impedimur ab intelligendo actualiter etiam ea, quæ prius sciebamus, & hoc non contingeret (cum intellectus non utatur organo, nisi ad intellectus actum requireretur actus alicuius potentiæ organicæ, id est imaginationis, aliorumque sensuum interiorum, nomine cõmuni phantasia uocatorum. Secundo quia signũ huius est, quod quando quis conatur ad intelligendum aliquid, format sibi aliqua phantasmata per modum exemplorum, in quibus quasi inspiciat, quod intelligere studet, & quod quando uolumus facere, aliquem aliquid intelligere, proponimus ei exempla, ex quibus sibi phantasmata formare possit ad intelligendum (horum omnium ratio est: quoniam obiectum intellectus nostri, ad differentiam Angelici, est quidditas rei materialis, quæ in particularibus existit, sicut, & anima nostra pro præsenti statu est in materia.)

422 Inf. q. 89. ar. 1. & 2. & 3. q. 11. art. 2. & q. 61. ar. 2. cor. & 2. cõ. c. 59. & 72. cor. 7. & li. 4. c. 31. fin. & 1. cor. 13. le. 3

li. 3. de aĩa tex. 30. tomo 2.

D. 190.

1m de minori.

Actu. B. Secundo, non primo. §. Tunc nihil licet. Nam in actu primo est per conseruationem specierum iam mediante phantasmate præceptarum, & hæc conseruatio potest fieri sine phantasmate post specierum receptionem, nec hoc uocatur intelligere, sed scire: in actu autem secundo est per exercitium illarum specierũ, quod dicitur intelligere, & hoc sine phantasmate non potest.

2m de maiori.

Dependet. B. Quantũ ad originem phantasmatum, non quantum ad usum illorum. §. Tunc &c. Nam sine nouo phantasmate potest illo uti, quo habet, cũ omne phantasma sit quoddam particulare, quod non est de intellectu sic, quoniam species habita ab intellectu

D. 758.

q. 79. ar. 6. & 7.

tellectu non est particularis, cum ab ipsis particularibus sit abstracta Et ideo indiget particulari, tanquam quodam speculo exemplari, cui conferatur.

3^m conclusio.

Elicitur ex c.1. de diu. nomi.

Si ergo intellectus noster, &cæt. Incorporeum aliquid. 8. Nisi per comparationẽ aliquam ad corpora quorum sunt phantasmata. §. Vt in textu. Tunc nihil &c. Nam hoc non est falsum: quod scilicet, incorporea taliter intelligamus.

AD TERTIVM dicendum, φ incorporea, quorum non sunt phātasmata, cognoscuntur a nobis per comparationem ad corpora sensibilia, quorum sunt phantasmata, sicut ueritatem intelligimus ex cōsideratione rei circa quam ueritatem speculamur. Deum autem, ut Dionys. dicit, cognoscimus ut causam, & per excessum, & per remotionem. Alias etiam incorporeas substantias in statu præsentis uitæ cognoscere non possumus, nisi per remotionem, uel aliquam comparationem ad corporalia. Et ideo, cum de huiusmodi aliquid intelligimus, necesse habemus conuerti ad phantasmata corporum, licet ipsorū non sint phantasmata.

ARTI-

APPENDIX.

EX articulo habes primo: quomodo per rationem ostendas philosophum in 3. de anima, tex. 30. recte dixisse, quod ania nihil intelligit sine phantasmate. Secundo habes: quo uerum sensum philosophi ibi declares, declaratū probes, probatum defendas. Tertio udes, quo ex hoc loco, atq; similib. uicissim Angelica iuuetur conclusio.

Vtilit. pro S. Eccl.

¶ NOT. Præsenti articulo deseruit aliqualiter articulus in ord. 423. 424. 419. 394. 398.

Pro studio var.

Comm. Cardinalis Caietani.

TItulus clarus.

¶ Conuerti .n. ad phantasma, nihil aliud significat, nisi uti phantasmate actualiter ad tale opus.

¶ In corpore tria facit. Primò proponit conclusionem responsiuam, negatiuè quidem, sed cum quibusdam limitationibus. Secundo, manifestat eam quoad quia est, ex duob. indiciis. Tertio, assignat illius propter quid.

¶ Quoad primum conclusio est ista. Intellectus coniūctus corpori passibili, non potest intelligere nisi conuertendo se ad phantasmata, ubi nota duas limitationes. Prima, quod non est hic sermo de intellectu nostro absolute, aut secūdum statum separationis a corpore, sed de eo ut coniunctus est corpori. Secunda est, φ non loquimur de eo, ut coniunctus est corpori glorioso, ut in resurrectione erit, sed corpori passibili.

¶ Quoad secundum manifestatur sic conclusio. Primo, ex impeditione intellectus proueniente a parte sensitiua. Secundo experientia, tam in docendo seipsum, quam in docendo aliū, utrumq; siquidem pertinet ad usum specierum & omnia clara.

¶ Quo ad tertium, ostenditur a priori non sic esse, sed quare sic est. Vnde est ratio dicens propter quid tantum, & non dicens simul quia est, & propter quid est: est ergo ratio talis. Proprium obiectum nostri intellectus est natura habens esse, in particulari sensibili, ergo intellectus ad hoc, ut cognoscat suum obiectū oportet ut conuertatur ad phantasma. Antecedēs probatur sic. Quidditas rei materialis, est proprium obiectum, ergo. Assumptum hoc iam patet, & consequentia hæc probatur, quia de ratione talis quidditatis est, esse in particulari materiali. Consequentia autē principalis fundatur super tres propositiones. Prima est, quod potentia cognoscitiua est proportionata cognoscibili, proprio. s. & cōnaturali, quæ declaratur ad propositum in angelis & nobis, ex differentia inter obiectum angelicum & nostrum. Secunda est, quod natura rei materialis non potest uere & perfecte cognosci, nisi cognoscatur ut in particulari existens, & probatur, quia de ratione talis naturæ est, esse in particulari Tertia est, quod intellectus noster non cognoscit particulare, nisi ut continuatur cum uirib. sensitiuis, & hæc accipitur ut per se nota. Ex his autem liquere potest consequentia. Si obiectum & potentia proportionata sunt iuxta primam propositionem, & obiectum tam quo ad esse quam quo ad cognosci, claudit in se duo, scilicet naturam & indiuiduum oportet, quod potentia habeat unde utrumque attingat, & cum non habeat unde particulare cognoscat nisi ut coniunctus phantasmati, reliquum est, ut quicquid est rei materialis, exigat intellectum, ut coniunctum phantasiæ, ut potentiam sibi proportionatam, quod erit in illa consequentia assumptum. Deinde manifestatur eadem consequentia ab opposito, quia. s. si obiectum nostri intellectus esset separata substantia, puta angelus, aut quod quid est sensibilium, subsisteret absque particularib. materialib. ut Plato putauit, non opus esset conuersione ad phantasma, ac per hoc, si negatio est causa negationis, affirmatio est causa affirmationis, & econuerso. Sed sunt hic multæ ambiguitates.

¶ Dubium est primo circa antecedens, quia quidditas rei materialis non est obiectum intellectus, sed ens. Et ad hoc sunt argumenta Scoti in primo dist. 3. q. 3.

¶ Dubium secundo est circa illam propositionem. De ratione naturæ sensibilis est, esse in particulari. Hoc enim uidetur falsum, quoniam esse in particulari est modus naturæ, ut superius in tractatu de personis habitum est. Constat autem quod modus essendi, posterior est quidditate, non ergo est de ratione seu diffinitione naturę sensibilis esse particulari, siue signato, siue uago.

¶ Dubiū tertio est circa secundam propositionem, quoad duo. Primò, quoad cognitionem, quia aut est sermo de cognitione intuitiua, quæ apud S. Th. uocatur scientia uisionis, aut de cognitione abstractiua, quæ apud nostros uocatur scientia simplicis intelligentiæ. Non de prima, ut patet, quia exigeretur quod intellectus uideret naturam non solum in aliquo particulari, sed in hoc exteriori sensibili sicuti est. ergo de secunda, sed ad secundam perfecte habendam sufficit cognoscere quod quid erat esse rei secundum omnia prædicata quidditatiua, usque ad ultimam differentiam inclusiue, ut patet esse autem in particulari, non est prædicatum quidditatiuum alicuius naturæ sensibilis. ergo natura sensibilis potest perfecte cognosci absque quod cognoscatur ut existens in particulari.

¶ Deinde dubium est circa ly, ut existens in particulari, aut ens denotat rem obiectā, aut modum obiecti ut obiicitur. Si n. denotat rem obiectam, sensus est, φ natura sensibilis non perfecte cognoscitur, nisi cognitio terminetur & ad modum existendi illius, ita quod & modus naturæ cognoscatur. Si uerò denotat modum obiecti ut obiectum est, tunc est sensus, φ natura sensibilis nō cognoscitur perfecte nisi modus essendi eius, s. in particulari, sit etiā modus repræsentandi, seu obiiciendi illam. Neutro autem sensu uera, aut efficax est proposito ista, & contra primum sensum præcedens argumentatio militat, & tamen dato quod esset uera propositio iuxta illum sensum, non infert intentum, quoniam cum tā natura quam modus eius sint res uniuersales, ut patet in q. de potentia, q. 9. potest natura sub tali modo cognosci ab intellectu, absque cognitione singularis propter quod hic dicitur requiri phantasma, & confirmatur, quia indiuiduum uagum ab intellectu cognoscitur. constat autem quod de ratione hominis non est esse in hoc signato homine, sed in aliquo forte. ergo. Contra secundū uero sensum est, quia sequeretur quod natura sensibilis ab intellectu separato a corpore non posset perfecte cognosci, quia illi nō potest offerri ut existens in particulari, ita quod existere in particulari sit quo obiicitur, quia nec in particulari extrinseco, quia supponimus intellectus separatos non accipere scientiam a reb. nec in particulari imaginato, quia separatus non esset a corpore, si imaginatio ministraret illi.

¶ Dubium quarto est circa quartam propositionē. An intellectus noster cognoscat per seipsum singulare. Sed quia de hoc erit inferius ex proposito quæstio, ideo illuc usque differatur.

¶ Dubium 5. est circa uim rationis ex duplici capite. Primo, quia ex ui eius non sequitur, omnem cognitionem intellectus egere phantasmate, sed perfectam tantum, quia enim obiectum non potest perfecte cognosci nisi ut existens in particulari, ideo phantasmate opus esse dicitur. Quando ergo imperfecte obiectum cognoscendum est, nulla monstratur necessitas phantasmatis. Et sic hęc ratio peccat ad conclusionem uniuersalem, afferens causam particularem. Secundo, quia ex ui istius rationis, ita sequitur de intellectu coniuncto corpori possibili, sicut de coniuncto corpori impassibili, quoniam ex natura obiecti & natura potentiæ procedit, constat enim eandem esse naturam obiecti sensibilis tunc, & nunc, & similiter eandem naturam potentiæ, sed de corpore glorioso hoc negatur, ergo ex hac parte peccat ratio adducens causam uniuersalem ad conclusionem particularem. Et confirmatur, quia istam rationem locum habere uult S. Th. etiam de intellectu coniuncto corpori sano, scilicet in statu innocentię, ut patet inferius in q. 94. art. 2.

¶ Ad primū dubium dictū fuit in q. 12. ar. 4. & alibi. Sco. namq; male interpretatus mentem S. Th. arguit contra eum, quidditatē, enim rei sensibilis obiectum non quodcunque, sed naturaliter proportionatum intensiue ponimus intellectus nostri, quia nihil potest naturaliter intellectus cognoscere quidditatiue, nisi naturas sensibilium. Et pro statu isto non solum est intēsiue, sed extensiue obiectum intellectus, quia nihil potest intellectus noster naturaliter intelligere, nisi in ordine ad quidditatem sensibilem,

Quicquid .n. de Deo, aut angelis naturaliter attingimus, causalitatis, aut excellentiæ, aut negationis respectu sensibilium, conditione vestitum cognoscitur, ut experimur. Vnde & ipse Scotus a veritate coactus dicit, q. quidditas sensibilis est intellectus nostri pro statu isto obiectum in ratione motiui, quamuis minus philosophicè loquens, neget in ratione terminatiui: ut patet ex dictis. Sed non est in uerbis facienda uis, modo de reb. constet. Quid autem sit obiectum intellectus, id est ratio formalis, quod aliquid sit intelligibile, non est præsentis intentionis, ubi de intelligibili in hoc statu, & non simpliciter est quæstio.

¶ Ad secundum dubium dicitur, utendo duplici distinctione, prima est de ly esse in particulari: quod potest sumi dupliciter, s. radicaliter uel formaliter. secūda est de ly esse de ratione alicuius, quod contingit dupliciter. Vno modo simpliciter. Alio modo, ut modus intrinsecus, seu essentialis. Et tunc dico tria. Primò quòd esse in particulari est radicaliter simpliciter de ratione sensibilis naturæ. Secundo, q. esse in particulari formaliter, est de ratione naturæ, ut modus. Tertio, q. in proposito sumitur esse in particulari utroq; modo, & similiter esse de ratione, singula singulis applicando. Primum ex differentia inter Platonem & Arist. apud Peripatheticos est, ut per se notum. Plato .n. posuit solam bouinā formam esse quidquid erat bouis, & illam per se absque carnib. & ossibus, &c. ac per hoc ponens naturam bouinam uniuersaliter subsistentem, negabat de ratione eius esse, particulariter subsistere. Arist. autem posuit, quod bouina natura non potest abs; carnibus & ossibus subsistere, sed necessario oportere esse in carnib. & ossibus, quamuis non his, aut illis determinatè, ac per hoc posuit radicem huius modi, qui est particulariter subsistere, idest carnes & ossa, idest materiam esse de ratione naturæ sensibilis. Et propterea dixi, quòd particulariter existere, radicaliter sumptū, est simpliciter de ratione naturæ sensibilis. hoc enim nihil aliud est, quàm materia esse de ratione naturæ sensibilis. Et ex hoc patere iam facile potest secundum. Constat enim quod particulariter, aut uniuersaliter existere, modi naturæ sunt ualdè inter se diuersi, & quod posteriores sunt naturaliter naturis ipsis: prius nāque est homo quàm homo aliquis, aut homo idealis: & quòd non aduentitii, aut accidentales modi sunt, sed ex substantiali ratione naturæ deriuantes, non accidens superadditum, sed substantiam eandem prædicant cum natura, cuius sunt quàmuis alio modo. Non enim homo aliquis aliam naturam substantialem, aut accidentalem addit supra hominem, sed hominē dicit hoc modo existentem. tertium uero ex sequentibus manifestum erit.

¶ Ad tertium dubium, quo ad primam dubitandi rationem dicitur, quod sermo præsens procul dubio est de cognitione abstractiua, quidditatiua tamen, & quod naturæ sensibilis quidditas, non perfectè cognoscitur ignorato suo substantiali modo essendi: & quamuis modus sit aliqualiter posterior quidditate, non tamē potest quidditas perfectè, absque eius cognitione penetrari.

¶ Ad cuius euidentiam scito, quod aliquid esse posterius aliquo coniuncto sibi, contingit multipliciter. In proposito tamen logicè, & metaphysicè loquēdo, dupliciter accidit. Primo, quia illud conuenit ei extra primum modum per seitatis: & sine tali potest perfectè prioris natura cognosci quidditatiuè. Secundo, quia illud cōuenit ei infra primum modum perseitatis, & a tali posteriori perfecta cognitio quidditatiua dependere potest, ut patet de perfecto & imperfecto: hæc enim prædicata sunt rerum, intra primum modum per se, nec absque eis habetur complete quidditatiua cognitio. Vnde Aristot. 1. celi. Primum prædicatum quod inuestigat de mundo, est ly, perfectum. Et Diuus Th. post simplicitatem, quæ pertinet primo ad quod quid esse rei, statim de perfectione Dei quæstionem subdit in princi. huius operis: cum ergo modus essendi particulariter sit substantialis ei cuius est: nec aliam rem, aut rationem formalem supperaddat naturæ, sed eandem dicat alio modo: extra prædicati primi modi nequaquam continetur. Ac per hoc, sine eius cognitione perfectè natura cognosci non potest. Et confirmatur, quia modus ille non est simpliciter posterior natura, sed aliqualiter. Non simpliciter quidem: quia cum omne prius reducatur ad illum modum, scilicet a quo non conuertitur consequentia, ut patet in 5. Metaph. & constet, quod si est homo, est homo aliquis, quamuis non hoc, & econuerso, consequens est, quod natura non sit prior simpliciter modo isto substantiali. Dico autem, quod si est homo, est homo aliquis, non eo modo quo sequitur, si est homo, est risibilis: sed eo modo, quo in nullo instanti naturæ uerificari potest de aliquo quod sit homo, & tamen non adhuc sit homo aliquis. Quamuis .n. prius natura generetur homo quam risibile, & quodammodo, quàm hic homo: non tamen quā homo aliquis: ut patet apud Peripateticos. Aliqualiter tamen est prior: quia secundum abstractionem intellectus, homo prius est, quàm homo aliquis.

¶ Quoad secūm verò dubitandi occasionem dicitur, q. ly, ut existens in particulari, denotat rem cognitam. Et ad primā obiectionem contra hoc iam patet rñsio ex nunc dictis. Ad secundam verò dicitur, q. licet modus ille sit uniuersale quoddam: principium tamen illius est singulare, ut S. Th. dicit in loco allegato, & ppea absq; singulari apprehensione, cognosci perfectè nequit. Quāuis possit arguitiue cogitari naturam habere modum essendi particulariter ex cognitione naturæ, & modi essendi particulariter in cōmuni: sed hæc non generant perfectam notitiam naturæ, tali modo existentis. Impossibile est .n. ignorato principio, plene nosse principiatum. Hēt quoq; se singulare ad talem modum, ut terminus: ignoto autem termino, sciri plene nequit terminatum.

¶ Ad quintum autem dubium dicitur, q. arg. ex primo capite deficit in consideratione conditionum immaterialis cognitionis. Cum .n. intelligere sit operatio immaterialis, & consequēter a corpore & corporeis conditionib. sese eleuans, si intellectio perfecta alicuius obiecti in aliquo intellectu adeo depressa, atque obligata corpori est, ut phantasmate egeat corporeo, a fortiori intellectio imperfecta, cui minus debetur eleuatio a materialib. conditionibus, magis alligata erit phantasmati. Experimur enim in nobis, quod quantò perfectius contemplamur, tanto purior redditur a phantasmatib. cognitio, quamuis totaliter denudatam non habeamus. Oportet igitur, in omni nostra cognitione phātasma concurrere, si perfecta absque phantasmate fieri nequit. Iuxta illud. De quo minus uidetur inesse &c.

¶ De materia aūt quæ tangitur in argumēto ex 2. c. scito diuersas esse opiniones. Scot. n. in 1. d. 3. q. 3. & in di. 45. q. 2. consentiens conclusioni principali .s. quod nihil sine phātasmate intelligimus, dissentit in medio. uult .n. quod hoc non insit intellectui nostro ex se absolute, quia sic anima separata non intelligeret, nec ex hoc quod coniunctus est corpori, quia sic aīa in corpore glorioso egeret phantasmate, sed quod hoc inest, aut in pœnam peccati originalis. iuxta illud Aug. 15. de trin. c. 27. Quæ cā, ut ipsam lucem fixa acie uidere non possis, nisi infirmitas, & quis eam tibi fecit, nisi iniquitas? aut propter ordinem potentiarum naturalium hoc habentem, quod una potentia attingente obiectū: aliæ quæ natæ sunt illud attingere coattingūt idem. Diuus autem Tho. ut hic & alibi patet, tenet hoc esse naturalæ aīæ coniunctæ corpori passibili, ex parte obiecti relatiud potentiam, sub tali modo essendi. Ita quod, quia obiectum habet in se illa duo supradicta, s. naturam & particularitatē, & intellectus coniunctus nō pōt utrumq; percipere, nisi ministerio sensus alterum cognoscatur: inde est indigentia phantasmatis. Ad obiecta uero in oppositū dicitur, quod hoc est naturale aīæ nostræ ex mō essendi, s. in coniunctione ad corpus. vnde conueniebat ēt in statu innocentiæ. Et cum infertur. ergo conuenit etiam animæ in corpore glorioso, negatur consequētia, qm̄ de statibus purè naturalib. loquimur, & non de miraculosis. Et si infertur, quod glorificatio non aufert naturam, sed perficit, rñdetur, quod conditiones naturales dicētes imperfectionem hoc mo. do, s. quarum oppositæ sunt perfectiones simpliciter, & possunt salua integritate naturæ auferri: glorificatio auferendo perficit, ut patet de passibilitate corporis. Talis est autem obligatio ad phantasmata. Nec habet locum ratio præsens in statu corporis glorificati: qm̄ deest secunda conditio ex parte intellectus, s. quod ipse non potest per seipsum cognoscere singulare. Hæc .n. cōdō etsi vera sit de intellectu coniuncto s̄m naturalem statum, falsa tamen est de eo secundum statum glorificati corporis, quoniam potest quicquid, & eodem modo intelligere, & quod & quo modo pōt aīa separata. Verum ratio assignata a Sco. nihil ualet: imò potius oppositum infert, quia una potentia animæ intensa in opere suo: aliæ ab operando impediuntur, ut experientia testatur, intentio ergo operationis intellectus non erit phantasiam, immo deijcit quantum est ex hoc. Et præterea ex hoc .n. haberetur uniuersaliter, quod sine phantasmate nihil intelligimus, ut patet. Nec est eadem ratio, aut maior, de imperfecta intellectione, ut nos dicebamus. Ratio uero ex peccato originali, non est naturalis: hoc autē est naturale, ut mori &c.

SVP. Q. LXXXIIII. ART. VIII.

423
2. 2. q. 154. ar. 5. corp. & q. 172. a. 1. & uer. q. 12. ar. 3. & 3. de aīa lec. 7.

CONC. Impossibile est: quod sit in nobis iudicium intellectus perfectum cum ligamento sensus, per quem res sensibiles cognoscimus.

¶ PROB.

ARTICVLVS VIII.

Vtrum iudicium intellectus impediatur per ligamentum sensus.

AD OCTAVVM sic pceditur. Videtur, q. iudicium intellectus non impediatur per ligamentum sensus. Superius .n. non dependet ab inferiori, sed iudicium intellectus est supra sensum. Ergo iudicium intellectus non impeditur per ligamentum sensus.

¶ 2 Præter. Syllogizare est actus

¶ PROB. Quia impossibile est dare iudicium perfectum de re aliqua nisi ea omnia quæ ad rem illam pertinent, cognoscantur, præcipueque, si ignoretur terminus, ac finis iudicii (patet cacu-

Contra iudicium temerarium nota primam propositionē antecedentis.

intellectus, in somno autē ligatur sensus ut dicitur in lib. de * som. & vig. Contingit tamen quandoq; ꝙ aliquis dormiens syllogizat. Ergo non impeditur iudicium intellectus per ligamentum sensus.

li. de som. & vig. c.1.

Sed contra est, quod in dormiendo, ea quæ contra licitos mores contingunt, nō imputantur ad peccatum, ut Aug. in * 12. super Gene. ad literam dicit. Hoc autem non esset si homo in dormiendo liberū usum rationis & intellectus haberet. Ergo impeditur rationis usus per ligamentum sensus.

li. 12. c. 15. tom. 3.

Respon. Dicendum, ꝙ sicut dictum est, * proprium obiectum intellectui nostro proportionatū, est natura rei sensibilis. Iudicium autem perfectum de re aliqua dari non potest, nisi ea omnia, quæ ad rem pertinent cognoscantur, & præcipuè si ignoraretur id, quod est terminus & finis iudicii. Dicit autem philosophus in tertio. * de cœlo, quod sicut finis factiuæ scientiæ est opus, ita naturalis scientiæ finis est, quod uidetur principaliter secundum sensum. Faber enim nō quærit cognitionem cultelli nisi propter opus, ut operetur hunc particularem cultellum. Et similiter naturalis, non quærit cognoscere naturam lapidis & equi, nisi ut sciat rationes eorum, quæ uidentur secundum sensum. Manifestū est autem, quod non posset esse perfectum iudicium fabri de cultello, si opus ignoraret. Et similiter non potest esse perfectum iudicium scientiæ naturalis de rebus naturalibus, si sensibilia ignorētur. Omnia autem, quæ in præsenti statu intelligimus, cognoscuntur a nobis per comparationem ad res sensibiles naturales. Vnde impossibile est, quod sit in nobis iudicium intellectus perfectum cum ligamē to sensus, per quem res sensibiles cognoscimus.

ar. præced.

li. 3. de cęlo, text. 61. tom. 2.

Ad primum ergo dicendum, ꝙ quamuis intellectus sit superior sensu, accipit tamen aliquo modo a sensu, & eius obiecta prima, & principalia in sensibilibus fundantur. Et ideo necesse est, quod impediatur iudicium intellectus ex ligamento sensus.

Ad secundum dicendum, ꝙ sensus ligatur in dormientib. propter euaporationes quasdam & fumositates resolutas, ut dicitur in * li. de somno, & uigil. Et ideo secundū dispositionem huiusmodi euaporationum, contingit esse ligamentū sensus maius, uel minus. Quando enim multus fuerit motus uaporum, ligatur non solum sensus, sed etiam imaginatio: ita ut nulla appareant phantasmata, sicut præcipue accidit, cum aliquis incipit dormire post multum cibum & potum. Si uero motus uaporum aliquantulum fuerit remissior, apparent phantasmata, sed distorta, & inordinata, sicut accidit in febricitantibus. Si uero adhuc magis motus sedetur, apparent phantasmata ordinata, sicut maximè solet contingere in fine dormitionis, & in hominibus sobriis, & habentibus fortem imaginationem. Si autem motus uaporum fuerit modicus, non solum imaginatio remanet libera, sed etiam ipse sensus cōmunis ex parte soluitur, ita ꝙ homo iudicat interdū in dormiendo ea, quæ uidet somnia esse, quasi diiudicans inter res, & rerum similitudines. Sed tamē ex aliqua parte remanet sensus cōis ligatus. Et ideo licet aliquas similitudines discernat a reb. tamen semper in aliquibus decipitur. Sic igitur per modum quo sensus soluitur, & imaginatio in dormiendo, liberatur iudicium intellectus: non tamen ex toto. Vnde illi qui dormiendo syllogizant, cum excitantur, semper recognoscunt se in aliquo defecisse.

li. de som. & vig. c.1.

QVAE-

---

exemplo, & authoritate philosophi,) & omnia, quæ in præsenti statu intelligimus, cognoscuntur a nobis per comparationem ad hunc terminum, scilicet ad res naturales (patet: cum obiectum intellectui nostro proportionatum sit natura rei sensibilis. Necesseque sit intelligentem phantasmata speculari, supra ar. 7.) quarum cognitio perfecta tollitur per ligamentum sensus (ut patet.)

¶ Corol. Ergo nos intelligendo phantasmata semper speculari, est omnia quæ intelligimus, cognoscere per comparationem ad res sensibiles.

1^m de maiori.

Non dependet. ℞. Secundum se, non quantum ad accipiendum quandoque aliquid ab eo. §. Tunc nihil &c. Nam impedimentum, ligato sensu, prouenit intellectuali iudicio nō ex eo, quod intellectus non sit secundum se admodum nobilior sensu: sed ex eo, quod intellectus accipit aliqd a sensu, & sua obiecta principalia fundamentaliter sunt in sensu.

2^m de minori hypothethica.

Syllogizat. ℞. Cū aliquo defectu plus, & minus, non autem, sine omni defectu §. Tunc &c. Nam talis defectus in dormientis syllogizatione prouenit ex ligamēto sensus plus, & minus, ut in litera patet.

APPENDIX.

Vtilit. pro S. Eccl.

Ex articulo habes primo: quomodo per rationem reiicias errores primo Adelphij, secundo Suencfeldij, tertio Enthusiastarum dicentium, primo Somniorum phantasias uocandas, esse prophetias. Item secundo somniis, & uisionib. esse attendendum (adeo que huic errori mordicus inhęserat, ut prę somniis, & uisionib scripturam sacram nihil faceret. Vide Prateolum). Item tertio hūc morem seruantium, ut somno semetipsos tradētes somniorū suorum phantasias prophetias appellent. Cū. n. in somno ligetur sensus (ut patet) & ligato sensu impeditur (naturaliter loquendo) intellectus iudiciū, patet, ꝙ hic articulus tales esse errores aperit, & ut errores eliminat. Secundo habes: quō per rōnem ostendas, hos oēs in persona Dormitantiorum quorundam sibi similium iā olim merito fuisse dānatos ą sacris literis. Vt Hiere. 23. Ecce ego cibabo eos absinthio, & potabo eos felle. A prophetis. n. Hierusalem egressa est pollutio super oēm terrā. Hæc dicit Dñs exercitium. Nolite audire verba prophetarum, qui prophetant uobis & decipiunt uos. Visionē cordis sui loquuntur, non de ore Dñi. Dñt his, qui blasphemant me, pax erit uobis: & omnib. qui ambulāt in prauitate cordis sui, dixerunt, non ueniet super uos malum. Non mittebam prophetas, & ipsi currebant, non loquebar ad eos, & ipsi prophetabant, &c. Audiui quę dixerunt prophetę prophetātes in noīe meo mendacium, atq; dicentes. Sōniaui. Vsquequo illud est in corde prophetarum uaticinātium mēdacium, & prophetantium seductiones cordis sui? Qui uolūt facere, ut obliuiscatur populus meus noīs mei propter somnia eorū, quæ narrant. Propheta, qui hēt somnium, narret somniū, & qui hēt sermonem meū, narret sermonem meū uere. Quid paleis ad triticum, dicit Dñs? Nunquid non uerba mea sunt quasi ignis ardens, dicit Dñs, & quasi malleus conterens petram? Propterea ecce ego ad prophetas, dicit Dñs qui furātur uerba mea. Ecce ego ad prophetas ait dñs: qui assumūt linguas suas & aiūt dicit Dñs. Ecce ego ad prophetas somniantes mendacium, dicit Dñs &c. Hæc ibi. Tetigit falsam prophetarum intētionem pessimam ibi. Qui nolunt facere ut obliuiscatur, &c. & hī, ad uiuū depinxit eos. Tetigit prophetarum sanctorū: quib. Iob 33. Nume. 12. Iohelis 2. in somniis reuelauit multa Deus, magnum discrimen ad prophetas illos fictitios, ibi. Quid paleis ad triticum &c. His. n. uerbis Deus Suencfeldij contundit præsumptuosam mentem clamantis, Deū nos hodie æque docere (ut olim prophetas) uisionib. & somniis: ac illis iccirco attendendum. Quid (inquiebat Deus Suencfeldianam hanc deductionem damnās.) paleis ad triticum? Nunquid non uerba mea sunt &c. Ac si aperte dixisset. Sōnia prophetarum uestrorū sunt nihili pendenda, & ad cibandū rōnales homines, prius (ut paleæ) inutilia meorū aūt prophetarū somnia, ut quę a me sint eis immissa, nō sic: sed opposito mō se hñt, uepote tritico, qui cib. homini conuenientissimus est, assimilata. Illa uestra non cōterunt petrina corda peccatorum ad salutiferam conuersionem in Deum: neque sunt apta ad inflāmandum in charitate. At contrario modo meorum prophetarum se habent somnia: cum sint, & quasi ignis ardens ad accendendū frigida hominum pectora in amorem cęlestium, & quasi malleus ad conterendum quæque dura sibi obsistentia. Item a scripturis Deuteron. 13. si Propheta qui somnium uidisse dicat, surrexerit in medio tui &c. Lege capitulum. Fictor somniorum interficietur, &c. Item Eccles. 5 Vbi sunt multa somnia, plurimæ sunt uanitates. Item Eccl. 34. multos errare fecerunt somnia. Cæterum prophetæ sancti quare non impediebantur per somnium, non est præsentis loci discutere. sufficiat nunc supradictum ly. Quid paleis ad triticū? & quod supernaturaliter hoc eis præstabatur. De hoc uide a simili supra, q. 1. ar. 9. ad secundum. & 2. 2. q. 95. ar. 6. & Magistrum Chrysostomum Iauellum in Epitomate super Arist. De somno, & uigilia. Tertio uidēs, quomodo ex his uicissim firmetur conclusio.

Comm. Cardinalis Caietani.

TItulus clarus.

¶ In corpore una conclusio responsiua quæsito affirmatiuè. Iudicium intellectus impeditur ligato sensu. Probatur sic. ignotis pertinentib. ad rem, & præcipuè fine, seu termino iudicii, necesse est iudicium impediri: sed ligato sensu hoc accidit. ergo, maior patet, & minor probatur, quia ligato sensu, ignoratur particulare, quod est terminus iudicii. Quod probatur tripliciter. Primo rõne, quia proprium obiectum nostri intellectus, est natura sensibilis. Secundo authoritate Aristo. in tertio, cœli. Et tertio, quia omnia quæ cognoscimus, discernimus in ordine ad sensitiua.

¶ In responsione ad secundum nota quatuor gradus ligamenti sensitiuæ partis.

¶ Nota hic diligentissimè, & cautissime, quod quia iudiciū intellectuale ideo fallitur ligato sensu, quia non potest resoluere quod iudicat, in particulare sensibile: consequens est, quod multo magis intellectuale fallatur, quando despiciuntur particularia, nec est curæ, ut habeat iudicium rationis testimonium a sensibilibus. Et propterea in plurimos contingit labi errores, qui a superioribus inchoant iudicium, & ordinant doctrinas suas inconsultis sensibus. Vnde patet quod philosophorum Aristo. numquam a sensibus recedens, semper iuxta ueritatem iudicauit.

Scot. 1. 5. d. 3. q. 3.
Mairo. 1. 5. d. 3. q. 2.
Baccoz. 5. d. 3. q. 1.

SVP. Q. LXXXV.

ART. I.

CONCL. Necesse est dicere, quod intellectus noster intelligit materialia abstrahendo a phantasmatibus.

¶ PROB. Quia necesse est dicere, quod proprium intellectus est cognoscere formā in materia quidē corporali indiuidualiter existentem, non tamen prout est in tali materia (cum intellectus licet sit uirtus aīæ existentis indiuidualiter in corpore: non tamen actus organi sit: obiectumque cognoscibile proportionari debeat potentiæ cognoscitiuæ,) & cognoscere id, quod est in materia indiuiduali, nō prout est in tali materia, est abstrahere formam a materia indiuiduali, quā repræsentant phantasmata.

¶ COROL. Ergo intelligentem phantasmata intueri est ipsum intueri formam in materia indiuiduali repræsentatam in sensib. interiorib. & ipsum abstrahere a phantasmatibus est eum cognoscere formam in tali materia repræsentatā a sensu, non prout est in materia indiuiduali. Primum conuenit nobis intelligentibus necessario ex eo, quod intellectus noster est in materia indiuiduali existēs nunc. Secundum necessario nobis cōuenit ex eo, quod intellectus noster non utitur organo corporali in intelligendo. Vtrumque autem conuenit nobis ex eo, quod obiectum cognoscibile proportionari oportet uirtuti cognoscitiuæ. Qui ergo alterum prædictorum negaret intellectui nunc conuenire negare conuinceretur, quod obiectum, & potentia, & consequenter finis, & ea, quæ sunt ad finem, nō necessario debent proportionari. Quo quid stolidius, etiā apud mediocriter eruditos?

424 Inf. q. 87. art. 2. ad 2. & q. 101. a. 1. & 3. q. 61. ar. 2.

QVAESTIO LXXXV.

De modo & ordine intelligendi, in octo articulos diuisa.

DEINDE considerādum est de modo & ordine intelligendi.

ET CIRCA hoc quæruntur octo.

¶ Primo, vtrum intellectus noster intelligat abstrahendo species a phantasmatibus.

¶ Secundo, vtrum species intelligibiles abstractæ a phantasmatibus, se habeant ad intellectum nostrum, ut quod intelligitur, uel sicut id, quo intelligitur.

¶ Tertio, vtrum intellectus noster naturaliter intelligat prius magis uniuersale.

¶ Quarto, vtrum intellectus noster possit multa simul intelligere.

¶ Quinto, vtrum intellectus noster intelligat componendo, & diuidendo.

Sextò, vtrum intellectus possit errare.

¶ Septimò, vtrum unus possit eandem rem melius intelligere, quam alius.

¶ Octauò, vtrum intellectus noster per prius cognoscat indiuisibile, quam diuisibile.

ARTICVLVS I.

Vtrum intellectus noster intelligat res corporeas, & materiales per abstractionem a phantasmatibus.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur, quod intellectus noster non intelligat res corporeas, & materiales, per abstractionem a phantasmatibus. Quicunque enim intellectus intelligit rem aliter quā sit, est falsus. Formæ autem rerum materialium, non sunt abstractæ a particularibus, quorum similitudines sunt phantasmata. Si ergo intelligamus res materiales per abstractionem specierum a phantasmatibus, erit falsitas in intellectu nostro.

¶ 2 Præt. Res materiales sunt res naturales, in quarum diffinitione cadit materia. Sed nihil potest intelligi sine eo, quod cadit in diffinitione eius. Ergo res materiales non possunt intelligi sine materia: sed materia est indiuiduationis principium. ergo res materiales non possunt intelligi per abstractionem uniuersalis a particulari, quod est abstrahere species intelligibiles a phantasmatibus.

Primum

¶ 3 Præt. In 3.* de Anima dicitur, quod phantasmata se habent ad animam intellectiuam, sicut colores ad uisum. Sed visio non fit per abstractionem aliquarum specierum a coloribus, sed per hoc, quod colores imprimunt in uisum. Ergo nec intelligere contingit per hoc, quod aliquid abstrahatur a phantasmatibus, sed per hoc, quod phantasmata imprimunt in intellectum.

li. 3. de ai, tex. 18. t. 2.

¶ 4 Præt. Vt dicitur in 3.* de Anima, intellectiua anima sunt duo, scilicet intellectus possibilis, & agens. Sed abstrahere a phantasmatibus species intelligibiles non pertinet ad intellectum possibilem, sed recipere species iam abstractas: sed nec etiam uidetur pertinere ad intellectum agentem, qui se habet ad phantasmata, sicut lumen ad colores, quod non abstrahit aliquid a coloribus, sed magis eis influit. Ergo nullo modo intelligimus abstrahendo a phantasmatibus.

li. 3. de ais, tex. 17. & 18. to. 3.

¶ 5 Præt. Philosophus in 3.* de Anima dicit, quod intellectus, intelligit species in phantasmatibus. non ergo eas abstrahendo.

li. 3. de ais, text. 3 2. & 39. tom. 2.

SED CONTRA est, quod dicitur in tertio.* de Anima, quod sicut res sunt separabiles a materia, sic circa intellectum sunt. Ergo oportet quod materialia intelligantur, inquantum a materia abstrahuntur, & a similitudinibus materialibus, quæ sunt phantasmata.

li. 3. de ais, tex. 11. t. 2.

RESPON. Dicendum, quod sicut supra dictum est,* obiectum cognoscibile proportionatur uirtuti cognoscitiuæ. Est autem triplex gradus cognoscitiuæ uirtutis. Quædam enim cognoscitiua uirtus, est actus organi corporalis, scilicet sensus. Et ideo obiectum cuiuslibet sensitiuæ potentiæ est forma, prout in materia corporali existit. Et quia huiusmodi materia est indiuiduationis principium, ideo omnis potentia sensitiuæ partis, est cognoscitiua particularium tantum. Quædam autem uirtus cognoscitiua est, quæ neque est actus organi corporalis, neque est aliquo modo corporali materiæ coniuncta sicut intellectus angelicus. Et ideo huius uirtutis cognoscitiuæ obiectum, est forma sine materia subsistens. Etsi enim materialia cognoscant, non tamen nisi in immaterialibus ea intuentur, uel in seipsis, uel in Deo. Intellectus autem humanus medio modo se habet. non enim est actus alicuius organi, sed tamen est quædam uirtus animæ, quæ est forma corporis, ut ex supra dictis patet.* Et ideo proprium eius est cognoscere formam, in materia quidem corporali indiuidualiter existentem, non tamen prout est in tali materia. Cognoscere uerò id, quod est in materia indiuiduali, non prout est in tali materia

q. 84. ar. 7. & q. 80. artic. 1.

D. 188.

q. 76. ar. 1.

materia, est abstrahere formam a materia indiuiduali, quam repræsentant phantasmata. Et ideo necesse est dicere, quod intellectus noster intelligit materialia, abstrahendo a phantasmatibus, & per materialia sic considerata in immaterialium aliqualem cognitionem deuenimus: sicut econtra, Angeli per immaterialia, materialia cognoscunt.* Plato uero attendens solum immaterialitatem intellectus humani, non aūt ad hoc q̃ est corpori quodammodo unitus, posuit obiectum intellectus, ideas separatas, & quod intelligimus, non quidem abstrahendo, sed magis abstracta participando, ut sup. dictum est.*

D. 752. & 9.

li. 12. Meta. in Aristot. tex. 6.

q. 84. ar. 1.

Ad primum ergo dicendū, quod abstrahere contingit dupliciter. Vno modo per modum cōpositionis, & diuisionis, sicut cū intelligimus aliquid non esse in alio, uel cē separatum ab eo. Alio modo, per modum simplicitatis: sicut cum intelligimus unum, nihil considerādo de alio. abstrahere igitur per intellectum ea, quæ fm rem non sunt abstracta fm primum modū abstrahendi, non est absque falsitate. Sed secundo modo abstrahere per intellectū, quæ non sunt abstracta secundum rem, non habet falsitatem, ut in sensu apparet. Si.n. dicamus colorem non inesse corpori colorato, uel esse separatum ab eo, erit falsitas in opinione, uel in oratione. Si uero consideremus colorem & proprietatem eius, nihil considerantes de pomo colorato, uel sic, quod intelligimus uoce exprimamus: erit absque falsitate opinionis, & orationis. pomum.n. non est de ratione coloris. Et ideo nihil prohibet colorem intelligi, nihil intelligendo de pomo. Similiter dico, quod ea quę pertinent ad rationem speciei cuiuslibet rei materialis, puta lapidis, aut hominis, aut equi, possunt considerari sine principiis indiuidualib. quæ nō sunt de ratione speciei. Et hoc est abstrahere uniuersale a particulari, uel speciem intelligibilē à phantasmatib. considerare, s. naturam speciei absq; consideratione indiuidualium principiorum, quæ per phantasmata repræsentantur. Cum ergo dicitur, q̃ intellectus est falsus, qui intelligit rem aliter quam sit, uerū est, si ly aliter, referatur ad rem intellectam. Tunc.n. intellectus est falsus, qñ intelligit rem esse aliter quam sit. Vnde falsus esset intellectus, si sic abstraheret speciem lapidis a materia, ut intelligeret eam non esse materiā, ut Plato posuit. Non est autem uerum quod proponitur, si ly aliter, accipiatur ex parte intelligentis. Est enim absque falsitate, ut alius sit modus intelligentis intelligendo, quam modus rei in essendo, quia intellectū est in intelligente immaterialiter per modum intellectus, non autem materialiter per modum rei materialis.

D. 760.

Ad secundum dicendum, q̃ quidam putauerunt, qđ spés rei naturalis sit forma solum, & q̃ materia nō sit pars speciei. Sed scdm hoc in diffinitionibus rerum naturalium non poneretur materia. Et ideo aliter dicendum est, quod materia est duplex, s. communis & signata, uel indiuidualis. Communis quidem, ut caro & os, indiuidualis autē ut hæ carnes & hæc ossā. Intellectus igitur abstrahit spém rei naturalis a materia sensibili indiuiduali, non aūt a materia sensibili communi. Sicut speciem hominis abstrahit ab his carnib. & his ossib. quæ non sunt de ratione speciei, sed partes indiuidui, ut dicit in 7.* Met. & ideo sine eis considerari potest. Sed species hominis non pōt abstrahi per intellectum a carnib. & ossib. Species autē mathematicæ possūt abstrahi per intellectum a materia sensibili, non solū indiuiduali, sed ēt communi; non tamen a materia intelligibili communi, sed solum indiuiduali. Materia enim sensibilis, dicitur materia corporalis, secundum quod subiacet qualitatib. sensibilibus, s. calido & frigido, duro, & molli, & huiusmodi. Materia uero intelligibilis dicitur substantia, fm quod subiacet quantitati. Manifestum est autem, q̃ quantitas prius inest substantiæ quam qualitates sensibiles. Vnde quantitates (ut numeri dimēsiones, & figuræ, quæ sunt terminationes quantitatū) pñt cōsiderari absq; qualitatib. sensibilib. quod est eas abstrahi a materia sensibili, non tñ possunt considerari sine intellectu substantiæ quantitati subiectæ, qđ esset eas abstrahi a materia intelligibili communi. Possunt tamen cōsiderari sine hac uel illa substantia, quod est eas abstrahi a materia intelligibili indiuiduali. Quædam uero sunt, quæ possunt abstrahi etiam a materia intelligibili communi, sicut ens, unum, potentia, & actus & alia huiusmodi, quæ etiam esse possunt absque omni materia, ut patet in substantiis immaterialibus. Et quia Plato non considerauit quod dictum est de duplici modo abstractionis, omnia quæ diximus abstrahi per intellectum, posuit abstracta esse secundum rem.

li. 7. Meta. text. 34. & 35. com. 3.

Ad tertium dicendum, quod colores habent eundem modum existendi, prout sunt in materia corporali indiuiduali, sicut in potētia uisiua. & ideo, possunt imprimere suā similitudinem in uisum. Sed phantasmata cum sunt similitudines indiuiduorum, & existant in organis corporis, non habent eundem modum existendi, quem habet intellectus humanus, ut ex dictis patet*. & ideo non possunt sua uirtute imprimere in intellectū possibilem. Sed uirtute intellectus agentis, resultat quædam similitudo in intellectu possibili ex conuersione intellectus agentis supra phātasmata, quæ quidem est repræsentatiua eorum, quorum sunt phantasmata solum quantum ad naturā speciei. Et per hūc modum dicitur abstrahi spés intelligibilis a phantasmatib. non quod aliqua eadem numero forma, quæ prius fuit in phantasmatibus, postmodum fiat in intellectu possibili ad modum, quo corpus accipitur ab uno loco, & transfertur ad alterum.

*in cor. ar. & art. 7. q. præced.

Ad quartum dicendum, q̃ phantasmata, & illuminantur ab intellectu agente, & iterum ab eis per uirtutem intellectus agētis species intelligibiles abstrahuntur. Illuminātur quidem, quia sicut pars sensitiua ex coniunctione ad intellectum efficitur uirtuosior, ita phantasmata ex uirtute intellectus agentis redduntur habilia, ut ab eis intentiones intelligibiles abstrahantur. Abstrahit autem intellectus agens species intelligibiles a phantasmatibus, inquantum per uirtutē intellectus agentis accipere possumus in nostra consideratione naturas specierum sine indiuidualibus conditionibus, secundum quarum similitudines intellectus possibilis informatur.

Ad quintum dicendum, quod intellectus noster, & abstrahit species intelligibiles a phantasmatib. inquantum considerat naturas rerum in uniuersali: & tamen intelligit eas in phantasmatibus, quia non potest intelligere ea, quorum species abstrahit, nisi conuertendo se ad phantasmata, ut supra dictum est.*

*q. præc. art. 6.

1m de maiori.

Intelligit. R. Per modum compositionis, & diuisionis, non per modum simplicis considerationis. §. Tunc &c. Secundo.n. modo tantum abstrahit intellectus, non primo, & ideo ly aliter se tenet ex parte intellectus intelligētis, non ex parte rei intellectæ. Et sic abstrahentium non est mēdacium.

2m de maiori.

Materia. R. Sensibilis cōis, uel intelligibilis communi, non sensibilis indiuidualis, neque intelligibilis, indiuidualis. §. Tunc &c. In intelligendo enim res naturales, siue physicé, siue mathematice intelligātur, non fit abstractio a materia communi, sed indiuiduali.

3m de maiori.

Sicut. R. Quantum ad repræsentationem sui ipsorum in conspectu illarum potentiarum, non quantum ad impressionem suam in illas potentias. §. Tunc &c. Coram intellectu enim possibili phantasmata repræsentata, nō nisi per abstractionem uirtute intellectus agētis factam, possunt imprimere suam similitudinē in ipsummet possibilem, id quod non accidit in sensu. Differentiæ huius causam, uide in litera.

4m de minori.

Sicut. R. Quantum ad illuminationem, non quantum ad abstractionem. §. licet enim, lumen coloribus non nisi illuminationem intuat, tamen intellectus agens respectu phantasmatum, & illuminationem, & abstractionem habet. Tunc nihil &cæt. Nam, ly sed nec etiam uidetur pertinere ad intellectum agentem negatur.

5m ex Philos.

Species in phantasmatibus.

tibus. 2. Abſtractas iam ab eis, non autem, non abſtractas. 5. Tunc nihil &c. ut in litera.

APPENDIX.

Vtilit. pro philoſ.

EX articulo habes primo: quomodo per rationem oſtendas: Philoſophum in 3. de anima tex. 14. recte dixiſſe, quod ſicut res ſunt ſeparabiles a materia, ſic circa intellectum ſunt. Secundo 2 habes, quomodo per rationem uerum ſenſum Philoſophi ibi declares, declaratum probes, probatum defendas. Tertio uides, 3 quomodo ex hoc, & ſimilibus locis uiciſſim Angelica iuuetur concluſio.

¶ No r. Præſentem articulum vtcumq; iuuat art. in ord. 391. 442. 58. 369. 353. 422. 416. 425. 79. 61. 430. 365. 421. 392. 90. Pro ſtudio var. conc.

Comm. Cardinalis Caietani.

TItulus.

¶ Circa titulum occurrit ſtatim dubium, quia uidetur ſuperfluus articulus iſte, aut impertinens. In quæſtione ſiquidẽ præcedente, determinatum eſt, an a'a intelligat per ſpecies acceptas a ſenſibilib. &c. igitur aut ſuperflue repetitur, aut tractanda erãt hęc ibi. & tenet ſequela, quia nihil aliud eſt abſtrahere a phantaſmatibus, quam recipere a ſenſibus, & egere illis in uſu.

¶ Ad hoc breuiter dicitur, ꝙ præſens articulus, bene diſtinctus & ordinatus eſt. Diſtinctus quidẽ, quia aliud eſt formaliter quęrere & ſcire: an hẽamus intelligibiles ſpẽs a ſenſibilib. & phãtaſmatib. & aliud, an intelligamus abſtrahendo. Hoc. n. includit, & modũ quo hñr ſpecies a phantaſmatib. ſ. per abſtractionem, & modum quo intellectus attingit res ſenſibiles, ſ. denudãdo eas a conditionib. phantaſiatis. illud uero hoc in ſe non claudit, niſi uirtualiter. Sed quæſtiones cum ſint æquales numero his quæ uere ſcimus, diſtinguendæ ſunt penes quæſita formaliter, non uirtualiter. Ordinatus uerò, quia ut patet in diuiſione q̃ōnis præcedentis, tota ꝓcedens q̃ō quærit formaliter de his, per quæ intelligimus, ut ſic: iſta uero de modo & ordine, quo intelligimus, & ideo ab uniuerſaliſſimo modo incępit, ſ. abſtractione a phantaſmatib. hic. n. modus communis eſt omni noſtræ intellectioni, ut patebit.

¶ In corpore duo primo reſpondet quæſito. Secundo, refert opinionem Plat. oppoſitam in calce.

¶ Quoad primum, concluſio rñſiua affirmatiuè eſt hæc. Intellectus noſter intelligit materialia abſtrahendo a phantaſmatib. Vbi primo nota, ꝙ abſtrahere a phantaſmate, quandoque ſignificat operationem intellectus agentis, quandoque operationem intellectus poſſibilis. Intellectus agentis quidem, quando dicitur, quod abſtrahimus ſpecies intelligibiles a phantaſmatib. Intellectus vero poſſibilis, quando dicit quod cognoſcimus quod quid eſt hominis, abſtrahendo ab hoc, & illo homine. Tantum autem intereſt inter abſtractionem utramq;, quòd abſtractio illa, eſt realis productio rei abſtractæ. ſ. ſpeciei intelligibilis. iſta autem ſolum eſt expoliatio rei abſtractę, non per realem denudationem, ſed per negationem actionis, ſeu conſiderationis, ut in reſponſione ad primũ clare patet in litera. Et quoniam ſecunda eſt effectus primæ, & eiuſdem rationis cum ea, ut patebit, ideo præſens concluſio de utraque intelligitur indiſtincte.

¶ Deinde probatur concluſio. Intellectus noſter ſic nõ eſt actus corporis, quod tamen eſt uirtus animæ exiſtentis in corpore. ergo proprium eius eſt cognoſcere formam in materia hac, non prout eſt hac in materia. Hoc eſt abſtrahere a phantaſmatib. ergo. Antecedens ſupponitur ex dictis, & declaratur diſtinguendo triplicẽ gradum uirtutis cognoſcitiuæ, ſ. actum corporis, non actum corporis, & quodammodo ſic, & quodammodo non. Conſequentia verò probatur ratione: quia obiectum proportionatur uirtuti cognoſcitiuæ. Et confirmatur diſtribuendo proportionata obiecta ſingulis gradibus cognoſcentium.

¶ Nota, quod maxima illa. Obiectũ proportionatur virtuti cognoſcitiuæ, abſq; dubio tenet quoad cognitionem & eleuationẽ a materia, quicquid obiici poſſit de aliis conditionibus. Impoſſibile namque eſt, quod uis corporea poſſit in aliquid ſupra corporea eleuatum, & rurſus, ut uis incorporea ſit naturaliter obligata ad corpora. Et propterea intellectus noſter medio modo ſe habens, ad medio modo ſe habentia, ut ad propria obiecta ſe extendit.

¶ Sed occurrit dubitatio hic: quia falſum uidetur quod aſſumptum eſt & habetur in litera, quod. ſ. conſiderare naturam exiſtentem in hac materia, non prout eſt in hoc, eſt abſtrahere a phantaſmatib. Angeli in primis, intelligunt quãdoq; quod quid eſt alicui rei materialis, non intelligendo ipſum ut in hoc, & tamen non abſtrahunt. nos quoque, ſi uera eſſet opinio Platonis, nihilominus intelligeremus quod quid erat eſſe hominis, non intelligendo hũc uel illum, & tamen non abſtraheremus. ergo. Ad hoc dicitur, q̃d dictum illud eſt ueriſſimum, modo ſanè intelligatur, ſ. per ſe primo. Angeli, ut in litera dicitur, non cognoſcunt materialia per ſe primo, ſed res ſeparatas a materia, & in illis illarumque connaturalibus ſpeciebus materialia percipiunt. Noſtri quoque acies intellectus (ſi uera eſt Platonis opinio) ad quidditates ſeparatas. ſ. per ſe hominem, & per ſe bouem primo terminatur, & non ad naturã exiſtentem in Socrate non prout eſt in Socrate. Vnde in litera utraque obiectio excluditur. Prima, cum obiectum proprium intellectui Angelico datur. Secunda cum Plat. opinio refertur. de cuius opinione tria refert. Primum ex parte animæ, quod naturã intellectus, non modum eſſendi conſiderauit. Secundum, ex parte obiecti: quod propterea poſuit obiectum res ſeparatas & immateriales, & ſic actus intellectus noſtri apud eum, primo terminatur ad ideas. Tertium, ex parte modi, de quo eſt quæſtio, ſcilicet, quod non abſtrahendo, ſed potius abſtracta participando intelligimus.

¶ In reſponſione ad ſecũdum eſſet quæſtio, an materia ſit pars quidditatis rei naturalis, ſed quia hoc ad quæſtionem hanc nihil refert, & alibi tractatum eſt, ideo tranſeo:

¶ In reſponſione ad quartum difficile occurrit dubium, an illuminatio intellectus agentis ſuper phantaſmata aliquid poſitiuum ponat in eis. Quibuſdam. n. uidetur, quod ſic, per uerba literæ: aiũt namque, phantaſmata ſuſcipere quandam intentionalem uirtutẽ per modum fluentis, quia redduntur formaliter habilia ab abſtractionem. Et confirmatur, hoc quia regulariter eſt apud S. Th. q̃d inſtrumentum impotens ad principalem effectum, ſumit a principali agente intentionem, qua inſtrumentaliter poſſit in illum. Cõſtat autem, phantaſma ſe habere ad intellectum agentem ut inſtrumentum &c. aliis uero uidetur hoc impoſſibile, quia uis illa, aut eſt de ordine materialium, aut immaterialium. ſi materialium, ergo erit hæc & particularizata ut phantaſmata: non ergo erit propterea phantaſma habilius. ſi immaterialis, ergo non erit ſubiectiuè, in phantaſia, quia quicquid eſt ibi ſubiectiue, eſt particularizatum ut ipſa, cum unumquodque recipiat ꝑ modum recipientis.

¶ Mihi autem non propter has rationes, ſed propter rerum ordinem, & literæ uerba diligentius perſpecta, uidetur quod illuminatio iſta nullam rem addendo, habilitet.

¶ Ad cuius euidentiam ſciendum eſt, quod ut in litera dicitur, pars ſenſitiua tria ſortitur gradatim, ex cõiunctione ad intellectũ. Primò, redditur uirtuoſior: ſecundo, habilis ab abſtrationem: tertio, ab ea abſtrahitur ſpecies intelligibilis. Et primum quidem cõuenit ipſis uiribus ſeu potentiis ſenſitiuis ex hoc, quod naturaliter connatæ ſunt, cum intellectiuo: quemadmodum vegetatiuum redditur uirtuoſius ex coniunctione ad ſenſitiuum. Vnde vegetatiuum in animali generat carnem, & ſenſitiuum in homine poteſt particularia conferre. Secundum uero, quia naturæ ordo expoſcit, ut ſi natura naturæ, & potentia potentiæ coniuncta uigoratur, quod multa magis actus actui coniunctus uigoretur. Idcirco 3 hoc ex actuali aſſiſtentia phantaſiæ in miniſtrando intellectui agẽti ſortitur, phantaſmata enim habilia fieri & eſſe ad hoc ut abſtrahatur ſpecies ab eis, nihil aliud eſt quam ipſa fieri, & eſſe in ſummo ſpiritualitatis gradu circa intelligibilem ordinem, & hoc conuenit eis cum ordinata ſunt actualiter ſumme diſpoſita ut cooperentur intellectui agenti: hoc autem eſt, cum intellectus agens conuertitur ſuper ea, illuminando ea, non formaliter, ſed obiectiue, ſicut colores illuminantur. Phantaſia ergo, exiſtente in actu ſecundo, & ordinando rite ſua phantaſmata, intellectus agens aſſiſtit illis & ſit illis propinquus: immo coniunctus cõiunctione qua lumen coniungitur colori, & ſic illuminantur phantaſmata obiectiue, & hac obiectiua illuminatione, attingunt ſummum ſpiritualitatis gradum, & ſic redduntur & ſunt habilia, ut ex eis ſpecies intelligibilis abſtrahatur, quod eſt tertium inter ea quæ aſſequitur pars ſenſitiua, quæ abſtractio nihil aliud in productione ſpeciei eſt, quam uti ipſis phantaſmatib. quoad naturam repræſentatam, & non quoad indiuidualia. Sic autem eſſe, & ſecundum ueritatẽ, & apud S. Th non eſt difficile uidere. Secundum ueritatem quidem, quia ordo rerum exigit, ut ſupremum infimi attingat infimũ ſupremi: ac per hoc natura ſenſitiua in ſui ſupremo, i. in cogitatiua in actu, perueniat ad ſummum ſpiritualitatis & actualitatis gradum: cum latitudine tamen quadam infra ordinem intellectualium. Et confirmatur, quia natura horret ſuperflua, nec ſuperaddit intentiones his, quæ poſſunt per ipſas res perfici: immo eſt addere intentiones intentionibus, quia phantaſmata ipſa intẽtiones ſunt: Secundum mentem uero S. Th. apparet, quoniam docens illuſtrari phantaſmata, dicit hoc eſſe, quemadmodum pars ſenſitiua uigoratur ex coniunctione ad intellectũ, ubi conſtat nihil aliud ſuperaddi &c. Nec obſtat regula de inſtrumentalib. agentib. quoniam de ſecretis his, ut poſſumus, loquimur, non enim eſt ibi proprie inſtrumentum, cum phantaſma (ut ſupra dixit) non tam eſt cauſa ſpeciei, quam cauſa materiæ.

Fert.

ARTICVLVS II.

Vtrum species intelligibiles a phantasmatibus abstractæ, se habeant ad intellectum nostrum sicut id quod intelligitur.

425 4.cont.c.11. & uer.q.2. a.6. cor.fi. & po.q.7. a.5.cor. & q.8.ar.1.& opu.3.ca. 85.

AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur, quod species intelligibiles a phantasmatibus abstractæ, se habeant ad intellectum nostrum, sicut id quod intelligitur. Intellectum enim in actu, est in intelligente, quia intellectum in actu est ipse intellectus in actu. Sed nihil de re intellecta est in intellectu actu intelligente, nisi species intelligibilis abstracta. Ergo huiusmodi species est ipsum intellectum in actu.

¶ 2 Præt. Intellectum in actu oportet in aliquo esse, alioquin nihil esset. Sed non est in re quæ est extra animam, quia cum res quæ est extra animam, sit materialis, nihil quod est in ea, potest esse intellectum in actu. Relinquitur ergo, quod intellectum in actu, sit in intellectu, & ita nihil est aliud quam species intelligibilis prædicta.

Li.1. periher. c.1.t.1. ¶ 3 Præt. Philosophus dicit in * 1. Periher. quod uoces sunt notæ earum, quæ sunt in anima, passionum. Sed uoces significant res intellectas, id enim uocem significamus quod intelligimus. Ergo ipsæ passiones animæ, scilicet species intelligibiles, sunt ea quæ intelliguntur in actu.

SED CONTRA, Species intelligibilis se habet ad intellectum, sicut species sensibilis ad sensum. Sed species sensibilis non est illud quod sentitur, sed magis id quo sensus sentit. Ergo species intelligibilis non est, quod intelligitur, sed id, quo intelligit intellectus.

RESPON. Dicendum, quod quidam posuerunt quod uires quæ sunt in nobis cognoscitiuæ, nihil cognoscunt, nisi proprias passiones, puta quod sensus non sentit nisi passionem sui organi. Et secundum hoc, intellectus nihil intelligit nisi suam passionem, scilicet speciem intelligibilem in se receptam. Sed hæc opinio, manifeste apparet falsa ex duobus. Primo quidem, quia eadem sunt quæ intelligimus, de quibus sunt scientiæ. Si igitur ea quæ intelligimus, essent solum species, quæ sunt in anima, sequeretur quod scientiæ omnes non essent de rebus, quæ sunt extra animam, sed solum de speciebus intelligibilibus, quæ sunt in anima, sicut secundum Platonicos omnes scientiæ sunt de ideis, quas ponebant esse intellecta in actu. Secundo, quia sequeretur error antiquorum dicentium, omne quod videtur, esse uerum. & similiter quod contradictoriæ essent simul ueræ. Si enim potentia non cognoscit nisi propriam passionem, de ea solum iudicat. Sic autem uidetur aliquid secundum quod potentia cognoscitiua afficitur. Semper ergo iudicium potentiæ cognoscitiuæ erit de eo, quod iudicat scilicet de propria passione secundum quod est, & ita omne iudicium erit verum. puta si gustus non sentit nisi propriam passionem, cum aliquis habens sanum gustum iudicat mel esse dulce, verè iudicabit. Et similiter si ille, qui habet gustum infectum, iudicet mel esse amarum, uere iudicabit. uterque enim iudicabit secundum quod gustus eius afficitur. Et sic sequitur, quod omnis opinio æqualiter erit uera, & vniuersaliter omnis acceptio. Et ideo dicendum est, quod species intelligibilis se habet ad intellectum, ut quo intelligit intellectus. Quod sic patet. Cum enim sit duplex actio, sicut dicitur nono * Metaph. una quæ manet in agente, ut uidere, & intelligere, & altera quæ transit in rem exteriorem, ut calefacere, & secare, utraque fit secundum aliquam formam. Et sicut forma secundum quam prouenit actio tendens in rem exteriorem, est similitudo obiecti actionis, ut calor calefaciens est similitudo calefacti, similiter forma secundum quam prouenit actio manens in agente, est similitudo obiecti. Vnde similitudo rei uisibilis est secundum quam uisus uidet, & similitudo rei intellectæ, quæ est species intelligibilis, est forma secundum quam intellectus intelligit. Sed quia intellectus, supra seipsum reflectitur, secundum eandem reflexionem intelligit & suum intelligere, & speciem qua intelligit. Et sic species intelligibilis secundario est id quod intelligitur. Sed id quod intelligitur primo, est res cuius species intelligibilis est similitudo. Et hoc etiam patet ex antiquorum opinione, qui ponebant simile simili cognosci. Ponebant enim quod anima per terram quæ in ipsa erat cognosceret terram quæ extra ipsam erat, & sic de aliis. Si ergo accipiamus speciem terræ loco terræ secundum doctrinam * Arist. qui dicit, quod lapis non est in anima, sed species lapidis, sequetur quod anima per species intelligibiles cognoscat res, quæ sunt extra animam.

Li.9. Met. te.16. to.3.

Li.3.de ai a te.38.to.2.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod intellectus est in intelligente per suam similitudinem. Et per hunc modum dicitur, quod intellectum in actu est intellectus in actu, inquantum similitudo rei intellectæ est forma intellectus, sicut similitudo rei sensibilis est forma sensus in actu. Vnde non sequitur, quod species intelligibilis abstracta sit id quod actu intelligitur, sed quod sit similitudo eius.

AD SECVNDVM dicendum, quod cum dicitur intellectum in actu, duo importantur, scilicet res quæ intelligitur, & hoc quod est ipsum intelligi. Et similiter cum dicitur uniuersale abstractum, duo intelliguntur, scilicet ipsa natura rei, & abstractio seu uniuersalitas. Ipsa igitur natura cui accidit uel intelligi, uel abstrahi, uel intentio uniuersalitatis, non est nisi in singularibus, sed hoc ipsum quod est intelligi, uel abstrahi vel intentio uniuersalitatis est in intellectu, & hoc possumus uidere per simile in sensu. Visus enim uidet colorem pomi sine eius odore. Si ergo quæratur ubi sit color, qui uidetur sine odore, manifestum est quod color, qui uidetur, non est nisi in pomo. Sed quod sit sine odore perceptus, hoc accidit ei ex parte uisus, inquantum in uisu est similitudo coloris, & non odoris. Similiter humanitas quæ intelligitur, non est nisi in hoc, uel in illo homine, sed quod humanitas apprehendatur sine indiuidualibus conditionibus, quod est ipsum abstrahi, ad quod sequitur intentio uniuersalitatis, accidit humanitati, secundum quod percipitur ab intellectu, in quo est similitudo naturæ speciei, & non indiuidualium principiorum.

Ferr.4.cont.c.11. Scot.1.5.d.3.q.7. Cap.in prolo.q.4.in resp. ad 7.comp.com.

SVP. Q. LXXXV.

ART. II.

CONC. 1. Species intelligibilis se habet ad intellectum, ut quo intellectus intelligit.

¶PROB. Quia forma, secundum quā prouenit actio manens in agente, est similitudo obiecti, non obiectum (patet de similitudine uisibilis, & de forma in actione transeunte.) Quia si species intelligibilis esset, quod primo intelligit, tunc & scientiæ non essent de rebus extra animam existentibus, & sequeretur error antiquorum ponentium esse uerum omne quod uidetur. (Hinc est magnus error, ut patet ex contradictoriarum uerificatione, ponere, quod species intelligibilis sint id, quod primo intelligitur.

¶CONCL. 2. Species intelligibilis est id, quod secundario intelligitur, sed id, quod intelligitur primo est res, cuius species intelligibilis est similitudo.

¶PROB. Quia intellectus reflectitur in seipsum. Et secundum hanc reflexionem intelligit suum intelligere, ac speciem, qua intelligit, seu intellexit. Secūda autem pars scilicet, sed &c. præsupponitur clara ex prima conclusione.

1^m de maiori.

Est.℞. Per suam similitudinem, non, per seipsum. §. Tunc &c. Sic enim tantum sequitur, quod species intelligibilis sit similitudo eius, quod actu intelligitur, ut habetur ex litera.

2^m minor. Sed nō est in re, quę est extra animā. ℞. Negatur. §. Ad probationem dicitur, quod res intellecta potest cōsiderari & secundum esse crassum, & secundum quod abstractione uelli tur. §. Tunc nihil &c. Sic enim res, quæ intelligitur, est extra animā, & in intellectu, sed alio & alio modo considerata, ut in litera. In qua bene nota tam, quod ibi legis, quam pulchrum exemplum de colore pomi, &c.

Tertium

3m ex Philosopho. Passionum. B. idest eorum conceptuum, quos intellectus sibi format ad iudicandum de rebus exterioribus, non autem specierum intelligibilium. §. Tunc &c. Sic enim uoce significamus, mediis conceptibus formatis ab intellectu, exteriores res, & consequenter exteriores res sunt ea, quæ intelliguntur, non autem species intelligibiles, prout in litera.

Ad tertium dicendum, quod in parte sensitiua inuenitur duplex operatio. Vna secundum solam immutationem & sic perficitur operatio sensus, per hoc quod immutatur a sensibili. Alia operatio est formatio secundum quod uis imaginatiua format sibi aliqd idolum rei absentis, uel etiam nunquam uisæ, & utraque hæc operatio coniungitur in intellectu. Nam primo quidem consideratur passio intellectus possibilis secundum qd informatur spē intelligibili. Qua quidem formatus d format secūdo uel diffinitioné, uel diuisionem, uel compositionem, quę per uocem significatur. Vnde ratio quam significat nomen, est diffinitio, & enunciatio significat compositionem & diuisionem intellectus. Non ergo uoces significant ipsas species intelligibiles, sed ea quæ intellectus sibi format ad iudicandum de rebus exterioribus.

APPENDIX.

Vtilit. pro S.Eccles.

EX articulo habes primo, quomodo per rationem ostendas, philosophum merito uirtualiter dixisse, speciem intelligibilem non esse id quod primo intelligitur sed rem extra, quando contra antiquos inuectus in lib physicorum dixit, non omne, quod uidetur esse uerum, esse uerum. Item & philosophum merito dixisse, speciem ipsam esse quo intelligitur, & consequenter quod secundario intelligitur, quando ait tertio, de anima text. 38. quod lapis non est in anima, sed species lapidis. Secundo habes, quomodo per rationem huiusmodi dictorum Philosophi sensum uerum declares, declaratum probes, probatum defendas. Tertio uides, quomodo ex his, similibusque locis, uicissim iuuentur Sancti Thomæ conclusiones.

¶ NOTATIO. Pro præsenti artic. facit art. in ord. 416.113. 81.432. 418.417.280.436. 282.

A R-

Comm. Cardinalis Caietani.

TItulus clarissimus est, si notetur attente, ly quod intelligitur, ut distinguitur contra quo intelligitur.

¶ Et est sermo de intellectione directa, propter hanc enim est quæstio.

¶ In corpore duo facit. Primo, tractat opinionem affirmatiuā impugnando illam. Secundo, respondet quæsito.

¶ Quo ad primum duo. Primo refertur opinio in communi & in speciali. In communi quidem quia, nulla uis nostra perceptiua cognoscit nisi suam passionem. In speciali uero, quia intellect⁹ non intelligit nisi speciem intelligibilem, & sic ipsa est id quod directe & primo intelligitur. Secundo, impugnatur dupliciter. Primo, quia sequeretur quod scientia non esset de rebus extra, & declaratur sequela ex simili apud Platonicos. Secundo, quia omnia quæ uidentur, essent uera, etiam contradictoria, & probatur sequela, quia res uisa, non esset nisi passio uidentis, omnia patent in litera.

¶ Quo ad secundum ponuntur tres conclusiones pro euacuatione huius materiæ. Prima est, species intelligibilis est quo intellectus intelligit. Secunda est, species intelligibilis est quod secundario intellectus intelligit. Tertia est, res cuius species intelligibilis est similitudo, est quod primo intellectus intelligit. Prima probatur sic, intelligere est actio immanens. ergo fit secundū aliquam formam. ergo secundum similitudinem obiecti. Antecedēs probatur ex 9. Metaph. distinguendo duplicem actionem, prima consequentia relinquitur per se nota de utraque actione, quia cōmune est omni agenti, agere secundum quod est actu, & ut dicitur 3. phy tex. 17. semper æstimabitur species mouere. Secunda uero, probatur ex proportionali similitudine inter actionem immanentem & transeuntem. Secunda uero conclusio probatur ex eo, quod intellectus est potentia reflexiua super seipsum, ac per hoc, super ea quæ in ipso sunt immo prius reflectitur ordine generationis super speciem, & ultimo super se, sed ordine intentionis & causalitatis, primo reflexio est super se, quia enim est super se reflexiua potentia, ideo etiam super sua, & eadem est reflexio super sua & se, eo modo quo est eadem generatio animalis, & hominis, ita quod sicut prius generatur animal quam homo, & tandem uni eo actu numero simul generatur Socrates animal, & homo existens, ita prius reflectimur super speciem intelligibilem, & tandē simul eodem actu intelligimus intellectum perfectum specie, ut materiam forma, aut potius potentiam proprio actu, & idem est iudicium de specie & actu intelligendi, illa enim est ut potentia, respectu actus secundi.

¶ Tertia autem conclusio simul cum prima probatur ex authoritate Arist. ex dictis antiquorum manifestata, duo ponebant antiqui, obiectum, scilicet terram extra & principium, scilicet terram intus. in uno reprehenduntur ab Arist. scilicet in terra interiori, non omnino, sed quo ad modum essendi, quia non terra, sed terræ species est in anima, restat ergo obiectum, idest id quod cognoscitur esse rem extra, & speciem illius, esse principium intelligendi illam, quod est primæ & tertiæ conclusionis sententia.

¶ In responsione ad primum & secundum, esset tractanda materia de intellectu in actu, & intellecto in actu. Sed ne idem pluries repetatur, in commentariis librorum de anima uide diffuse, uel fiet quæstio specialis.

¶ In responsione ad tertium tria occurrunt. Primo notandum, quod hic fundat S. Thom. distinctionem uerbi a specie intelligibili, super testimonio partis sensitiuæ, quicquid enim perfectionis inuenitur in inferioribus dispersum totum unitum eminentius præinuenitur in superiori ordine. Et propterea, cum sensitiua perficiatur dupliciter, scilicet secundum immutationem ab obiecto, & secundum formationem a seipsa, pars intellectiua, cui primum, quod alicuius imperfectionis est non repugnat, secundum consequenter sibi uendicat, id autem quod intellectus in se format, uerbum dicitur in prima operatione, & in secunda compositio & diuisio, &c.

¶ Secundo occurrit dubium, quia hoc in loco expresse dicitur, quod sensus exterior secundum solam immutationem ab obiecto operatur & consequenter pure passiue sensus uidetur sentire, cuius oppositum determinatum est.

¶ Tertio, occurrit dubium circa principale intentum, quia ex hac responsione non satisfit difficultati tactæ in argumento, quia licet ex hac responsione euadatur, quod uoces non significent species intelligibiles, non tamen euaditur quin significent illas conceptiones, seu formationes immo hoc asseritur. Et si ita est, cum istæ sint animæ passiones, & entia in anima, sequitur, quod id quod primo intelligitur, & significatur uocibus & cætera est res in anima, & consequenter scientia non primo est de rebus extra, & sic redit oppositum determinationis factæ in corpore articuli.

¶ Ad primam dubitationem, facillime patet ex litera responsio. Non enim ibi dicitur, quod aliqua pars sensitiua perficiatur sola immutatione, sed dicitur, quod operatur secundum solam immutationem. Vbi manifeste præter immutationem, operatio ponitur.

¶ Est igitur differentia non in operando actiue, uel passiue, sed in operando secundum solam formam, quæ producitur ab extra, & secundum formam quam ipsamet uirtus sensitiua sibiipsi parit.

¶ Ad tertium autem dubium dicitur, quod ex ultimis uerbis literæ apparet responsio. Tam enim species intelligibiles quam conceptiones formatæ, possunt dupliciter sumi, uno modo secundum quod res sunt quædam in anima, sic de neutris est sciētia, nisi reflexa.

¶ Alio modo secundum, quod sunt rerum imagines aut intentiones, & sic inter eas hæc est differentia, quod species, ut imagines sunt quibus intellectus intelligit, ut in corpore dictum est conceptiones autem ut intentiones sunt quas intelligit, & hoc ideo quia species præsentat intellectui rem, ut comprincipium intelligendi, conceptus autem præsentat illam obiectiue. Significari autem & sciri res extra primo, & conceptiones non ut res, sed ut intentiones sunt rerum extra, idem est, quia idem est motus animæ in imaginem ut imago est, & in rem, ut dicitur in de Memoria & reminiscentia.

In

SVPER

ARTICVLVS III.

Vtrum magis uniuersalia sint priora in nostra cognitione intellectuali.

426 AD TERTIVM sic proceditur. Videtur, quod magis uniuersalia non sint priora in nostra cognitione intellectuali. Quia ea quæ sunt priora & notiora secundum naturam, sunt posteriora & minus nota secundũ nos. Sed uniuersalia sunt priora secundum naturam, quia prius est a quo non conuertitur subsistendi consequentia. Ergo uniuersalia sunt posteriora in cognitione nostri intellectus.

¶ 2 Præt. Composita sunt priora quo ad nos, quam simplicia, sed uniuersalia sunt simpliciora. Ergo sunt posterius nota quo ad nos.

¶ 3 Præt. Philosophus dicit in 1.* Physi. quod diffinitum prius cadit in cognitione nostra quam partes diffinitionis. Sed uniuersaliora sunt partes diffinitionis minus uniuersalium, sicut animal est pars diffinitionis hominis. Ergo uniuersalia, sunt posterius nota quo ad nos.

Li.1.Phys. te.5.to.3.

¶ 4 Præt. Per effectus deuenimus in causas & principia. Sed uniuersalia sunt quædam principia. Ergo uniuersalia sunt posterius nota quo ad nos.

SED CONTRA est, quod dicitur in * 1. Physic. quod ex uniuersalibus in singularia oportet deuenire.

Li.1.Phy. te.4.to.2.

RESPON. Dicendum, quod in cognitione nostri intellectus, duo oportet considerare. Primo quidem, quod cognitio intellectiua aliquo modo a sensitiua primordiũ sumit. Et quia sensus est singularium, intellectus autem uniuersalium necesse est quod cognitio singularium quo ad nos, prior sit quam uniuersalium cognitio. Secundo oportet considerare, quod intellectus noster, de potentia in actum procedit. Omne autem quod procedit de potentia in actum prius peruenit ad actum incompletum qui est medius inter potentiam & actum, quam ad actum perfectum. Actus autem perfectus ad quem peruenit intellectus, est scientia completa, per quam distincte & determinate res cognoscuntur. Actus autem incompletus est scientia imperfecta, per quam sciuntur res indistincte sub quadam confusione. Quod enim sic cognoscitur, secundũ quid cognoscitur in actu, & quodammodo in potentia. vnde Philosophus dicit in * 1. Physic. quod sunt primo nobis manifesta & certa, confusa magis. Posterius autem cognoscimus, distinguendo distincte principia, & elementa. Manifestum est autem, quod cognoscere aliquid in quo plura continentur, sine hoc quod habeatur propria notitia uniuscuiusque eorum, quæ continentur in illo, est cognoscere aliquid sub confusione quadam. Sic autem potest cognosci tam totum uniuersale, in quo partes continentur in potentia, quam etiam totum integrale, utrumque enim totum, potest cognosci in quadam confusione sine hoc, quod partes distincte cognoscantur. Cognoscere autem distincte, id quod continetur in toto uniuersali, est habere cognitionem de re minus communi. sicut cognoscere animal indistincte, est cognoscere animal, inquantum est animal, cognoscere autem animal distincte, est cognoscere animal inquantum est animal rationale uel irrationale, quod est cognoscere hominem uel leonem. Prius igitur occurrit intellectui nostro cognoscere animal, quam cognoscere hominem, & eadem ratio est, si comparemus quodcunque magis uniuersale ad minus uniuersale. Et quia sensus exit de potentia in actum, sicut & intellectus, idem etiam ordo cognitionis apparet in sensu. Nam prius secundum sensum diiudicamus magis commune, quam minus commune, & secundum locum, & secundum tempus. Secundum locum quidem, sicut cum aliquid uidetur a remotis, prius deprehenditur esse corpus, quam deprehendatur esse animal, & prius deprehenditur esse animal, quã deprehendatur esse homo, & prius homo, quam Socrates uel Plato. Secundum tempus autem, quia puer a principio prius distinguit hominem a non homine, quam distinguat hunc hominem ab alio homine, & ideo pueri a principio appellãt omnes uiros, patres, posterius autem determinant unumquemque, ut dicitur * in 1. Physic. Et huius ratio manifesta est, quia qui scit aliquid indistincte, adhuc est in potentia, ut sciat distinctionis principium, sicut qui scit genus, est in potentia, ut sciat differentiam, & sic patet quod cognitio indistincta, media est inter potentiam, & actum. Est ergo dicendum, quod cognitio singulariũ est prior quo ad nos, quam cognitio uniuersalium, sicut cognitio sensitiua quam cognitio intellectiua. Sed tam secundum sensum quam secundum intellectum, cognitio magis communis est prior, quam cognitio minus communis.

Li.1.Phy. te.3.to.2.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod uniuersale dupliciter potest considerari. Vno modo, secundum quod natura uniuersalis, consideratur simul cum intentione uniuersalitatis. Et cum intentio uniuersalitatis (ut scilicet unum & idem habeat habitudinem ad multa) proueniat ex abstractione intellectus, oportet quod secundũ hunc modum, uniuersale sit posterius. Vnde in 1. * de Anima dicitur, quod animal uniuersale, aut nihil est, aut posterius est. Sed secundum Platonem, qui posuit uniuersalia subsistentia, secundum hanc considerationem uniuersale esset prius, quam particularia, quæ secũdum eum non sunt nisi per participationem uniuersalium subsistentium, quæ dicuntur ideæ. Alio modo, potest considerari quantum ad ipsam naturam, scilicet animalitatis uel humanitatis, prout inuenitur in particularibus. Et sic dicendum est, quod duplex est ordo naturæ. Vnus, secundum uiam generationis & temporis, secundum quam uiam, ea quæ sunt imperfecta & in potentia, sunt priora. & hoc modo magis commune est prius secundum naturam, quod apparet manifeste in generatione hominis & animalis. Nam prius generatur animal quam homo, ut dicitur in libr. * de generatione animalium. Alius est ordo perfectionis siue intentionis naturæ, sicut actus simpliciter est prius secundũ naturam quam potentia, & perfectum prius quam imperfectum. Et per hunc modum, minus commune est prius secundum naturam, quam magis commune, ut homo, quam animal. Naturæ enim intentio non sistit in generatione animalis, sed intẽdit generare hominem. [illegible]

Li.1.Phy. te.5.to.2. — Li.1.de aĩa tex.8.to.1. — D. 1021. — Li.2. de generatione animaliũ. c.3.tom.4.

SVP. Q. LXXXV.

ART. III.

CONCL. Cognitio singularium, est prior, quo ad nos, quam cognitio uniuersaliũ, sicut cognitio sensitiua est prior, quam intellectiua, sed tam secundum sensum, quam secundũ intellectum cognitio magis communis est prior, quam sit cognitio minus communis.

¶ PROB. Quia cognitio sensitiua est singularium, intellectiua uniuersalium, & cognitio intellectiua in nobis a sensitiua primordium sumit (supra q.84. art. 6.) Quia procedenti de potentia ad actum occurrit prius actus medius idest incompletus, quam actus ulterior idest perfectus (patet) & tam intellectus, tum sensus procedit de potentia ad actum (ut patet,) atque commune magis est magis confusum, idest ut sic imperfectum, minus commune est magis distinctum idest ut sic perfectum (patet de animali respectu suarum specierum, de toto integrali, de communi sensibili, & secundum locum, & secundum tempus.)

¶ NOT. Facit hoc ad quæstionem de primo cognito, quæ in primo physicorum text. 3. tractari solet.

1m de maiori.

Secundum naturam. R. idest secundum intentionem naturæ, non secundum uiam generationis naturæ idest naturalis. §. Tunc &c. Nã sic minus uniuersalia, puta species, sunt magis priora secundum naturam idest secundum intentionem naturæ, qũ sint perfectiora, & transitur ad priora secundũ naturam uia generationis, cum dicitur in minori, quod uniuersalia sunt priora secundum naturam, & quod prius est a quo non conuertitur consequentia essendi. Bene nota in litera distinctionem intentionis uniuersalitatis. Huiusmodi enim intentio est, unum, & idem habere habitudinem ad multa. Quæ distinctio in libro prædicabilium maxime

ximè (ultra quod alibi) tibi proderit supra modum.

2m de maiori.

Composita. R. In potentia, non in actu. §. Tunc &c. Nam vniuersalia sunt magis composita in potentia, idest ad plura se extendunt sub se, tanquam sub potestate suę prædicationis contenta, quam minus vniuersalia. Et transitur ad compositionem actualem, cum dicitur in minori, quod vniuersalia sunt simpliciora, & consequenter quod minus vniuersalia sunt compositiora. In litera scito quod compositum in potentia ibi dicitur vniuersale ut totum, compositum in actu ibi dicitur vniuersale ut pars.

3m ex Philosopho.

Partes. R. Secundum quod partes diffinitionis, non, secundum quod in seipsis considerantur. §. Tunc &c. Nam vniuersalia, sm quod absolute in se sūt prius cognoscuntur, quam minus vniuersalia, alioquin non notificarent, seu postea non definirent minus vniuersalia. Et transitur in minori ad vniuersalia secundū quod sunt partes diffinitionis, cum dicitur, quod animal est pars diffinitionis hominis. vnde etiam, ad secundum.

4 de maiori.

De-

D. 969.

Ad secundum dicendum, quod vniuersale magis commune, comparatur ad minus commune, vt totum & vt pars. Vt totū quidem secundum quod in magis vniuersali d non solum continetur in potentia minus vniuersale, sed etiam alia, vt sub animali non solum homo, sed etiam equus. Vt pars autem, secundum quod minus commune, continet in sui ratione non solum magis commune, sed etiam alia, vt homo non solum animal, sed etiam rationale. Sic igitur animal cōsideratum in se prius est in nostra cognitione quam homo: sed homo est prius in nostra cognitione quam quod animal sit pars rationis eius.

Ad tertium dicendum, quod pars aliqua dupliciter potest cognosci. Vno modo absolute, secundum quod in se est, & sic nihil prohibet prius cognoscere partes, quam totum, vt lapides quam domum. Alio modo secundum quod sunt partes huius totius, & sic necesse est quod prius cognoscamus totum quam partes. Prius enim cognoscimus domum quadam confusa cognitione, quam distinguamus singulas partes eius. Sic igitur dicendum est quod diffinientia absolute considerata, sunt prius nota quam diffinitum, alioquin non notificaretur diffinitum per ea, sed secundum quod sunt partes diffinitionis, sic sunt posterius nota. Prius enim cognoscimus hominem quadam confusa cognitione, quam sciamus distinguere omnia quæ sunt de hominis ratione.

Ad quartum dicendum, quod vniuersale secundum quod accipitur cum intentione vniuersalitatis, est quidem quodammodo principium cognoscendi, prout intentio vniuersalitatis consequitur modum intelligendi, qui est per abstractionem. Non autem est necesse, quod omne quod est principium cognoscendi, sit principium essendi, vt Plato existimauit, cum quandoque cognoscamus causam per effectum, & substantiam per accidentia. Vnde vniuersale sic acceptum secundum sententiam Arist. non est principium essendi neque substantia ut patet in *7. Metaph. Si autem consideremus ipsam naturam generis & speciei, prout est in singularibus, sic quodammodo habet rationem principii formalis respectu singularium. Nam singulare est propter materiam, ratio autem speciei sumitur ex forma. Sed natura d generis comparatur ad naturam speciei magis per modū materialis principii, quia natura generis sumitur ab eo quod est materiale in re: ratio vero speciei ab eo quod est formale, sicut ratio animalis a sensitiuo, ratio vero hominis ab intellectiuo. Et inde est, quod vltimæ naturæ intentio est ad speciem, non autem ad indiuiduum neque ad genus, quia forma est finis generationis, materia vero est propter formam. Non autem oportet, quod cuiuslibet causæ vel principii cognitio, sit posterior quoad nos, cum quandoque cognoscamus per causas sensibiles, effectus ignotos quandoque autem econuerso.

Deuenimus. R. Quandoque non, semper. §. Tunc nihil &c. ut patet. licet enim vniuersalia sint principio eo modo quo in litera declaratur, tamen per ea deuenimus in cognitionem minus vniuersalis ut ex ad secundum & tertium patet.

D. 751.

APPENDIX.

Ex articulo habes primo, quomodo per rationem ostendas, philosophum iure in primo physicorum, tex. 4. dixisse, quod ex vniuersalioribus ad singularia oportet procedere. Cui dicto si iunxeris id q̃d in contextu prędixit, quod scilicet a notioribus quoad nos est naturaliter procedendum, clare uidebis, ipsum cō notasse in his, quod vniuersalia in nostra cognitione priora sunt. Secūdo habes quomodo per rationem uerum hunc suum sensum declares, probes, tuearis. Tertio uides, quomodo ex hoc similibusque locis utcumque Angelica innuetur conclusio.

Vtilit. pro S. Eccles.

Li. 7. Met. te. 45. to. 3

D. 670.

¶ Not. Pro isto articulo facit articulus in ordine 425. 34. 380. 581. 427. 371. 264. 488.

AR-

Comm. Cardinalis Caietani.

Titulus absolute sumendus est ut iacet, nec est arctandus. Et hoc bene nota propter quæstiones modernorum de primo cognito, de quo uide si uis diffusam quæstionem in commentariis de Ente & essentia. ubi contra eum, qui hunc articulum quo ad quinque impugnauit, disputatum est. Intelligendus est ergo titulus hic absolute. Et quoniam intellectui nostro directe non occurrit nisi aut uniuersalius aut minus uniuersale, consequens est, q̃ hic quæritur, quid absolute prius cognoscatur ab intellectu, magis aut minus uniuersale. Dico autem absolute, & non in tali ordine puta cognitionis confusæ aut distinctæ, & consequenter hic est quæstio de primo cognito & hic soluitur. Nec putes me aut immemorem: aut retractare quod scripsi in commentariis, quoniam & illud uerum est. s. quod hic non quæritur, nec tractatur, de primo cognito in tali ordine, scilicet cognitionis confusæ actualis. & hoc uerum est, scilicet quod hic quæritur de primo cognito absolute.

¶ In corpore quinque sunt. Primo ad bonitatem doctrinæ cōparatur cognitio uniuersalis cognitioni singularis. Secundo, uniuersalioris ad minus uniuersale secundum intellectum. Tertio eorundem secundum sensum. Quarto redditur ratio ordinis utriusque. Quinto, epilogus dictorum fit.

¶ Quo ad primum conclusio est Cognitio singularium est quo ad nos, prior cognitione, uniuersalium. Probatur: quia sensitiua est prior intellectiua.

¶ Quo ad secundum conclusio est. Notitia uniuersalioris est prior notitia minus uniuersalis. probatur. Omne exiens de potentia ad actum prius peruenit ad actum incompletum medium inter potentiam & actum perfectum, quam ad actum perfectum, sed intellectus est exiens de potentia ad actum, & intellectus actus perfectus est notitia distincta, actus uero incompletus, & medius, est notitia cōfusa. ergo prius indistincte quam distincte cognoscit. Tunc ultra cognoscere uniuersalius distincte est cognoscere minus commune, cognoscere uero uniuersalius indistincte, est cognoscere magis commune: ergo prius cognoscitur magis commune, quam minus commune. Maior est per se nota, minor probatur dupliciter, & ratione, quia cognoscere aliquid confuse, est cognitio secundum quid, & quodammodo in potentia, & authoritate philosophi in 1. Physic. Antecedens uero ulterioris processus probatur. Tunc ex ratione cognitionis confusæ, quia. s. in hoc stat quod cognoscatur aliquid in quo plura continentur sine propria singulorum notitia. Tum ex applicatione huiusmodi cognitionum ad totum uniuersale & ad totum integrāle. Tum, tertio explanatione huiusmodi cognitionum in toto uniuersali, puta animali & homine.

¶ Quo ad tertium conclusio est. Prius secundum sensum iudicamus magis commune, quam minus commune. Probatur ratione eadem: quia scilicet sensus exit de potentia ad actum. Explanatur deinde duplicem prioritatem, localem & temporalem. Confirmaturque authoritate 1. Phy. ultima prioritas. Aduerte hic, quod cum dicitur sensum prius cognoscere magis commune, quam minus commune, exponendum est non de ipsis communibus in seipsis, sed in suis indiuiduis, idest cognosci prius indiuiduum rei magis communis, quam indiuiduum minus communis, ut hoc corpus quam hoc uiuum, & hoc animal quam hūc hominem.

¶ Quo

Quo ad quartum redditur ratio secundi & tertii simul, quia, scilicet cognitio indistincta, media est inter potentiam & actum, quod probatur, quia sciens, aliquid indistincte, adhuc est in potentia ut sciat distinctionis principium, quod manifestatur exemplo generis, & differentię, animalis & rationalis.

¶ Quo ad quintum patet epilogus primi, secundi, & tertii.

¶ Circa hunc processum occurrit dubium, quo ad principale intentum, uidetur enim processus iste sophisticus, & peccare secundum accidens. Ad cuius euidentiã recolendum est, qđ ut in litera dicitur magis & minus commune possunt comparari diuersimode ad inuicem sub ratione totius & partis, nam uniuersale ut sic, est totum, & minus uniuersale est eius pars subiectiua. Et tamen minus uniuersale, est totũ diffinibile, & uniuersalius est eius pars diffinitiua. Et rursus, uniuersalius & minus uniuersale possunt cõparari adinuicem absolute, puta, animal ad hominem, & econuerso, non considerando in eis rationem aliquam cuiuscunque, totius aut partis. Ex his autem dubitandi ratio merito consurgit, quoniam ex processu literæ nihil aliud habetur, nisi quod res prius naturali ordine cognoscitur confuse, quam distincte, & hoc est uerissimum. Et sub hac propositione consequenter infertur optime quod totum uniuersale prius cognoscitur quam pars eius subiectiua ut sic, & similiter quod totum diffinibile prius cognoscitur quam pars eius diffinitiua ut sic, & utrobique eadem est ratio, quia, s. cognitio totius præueniens notitiam partium, est confusa quæ naturaliter est prior distincta. Sed ex hoc non habetur, quid absolute sit prius cognitum, magis, an minus uniuersale, i. res sub stracta maiori uniuersalitati, an minori, totius enim processus est comparatiuus rerum, ut uestitę sunt his intentionibus, s. totius & partis &c. Et ex hoc duo errores in hoc articulo apparent. Primus est quem diximus, s. quod nescitur de ordine cognitionis rerum absolute. Secundus est ualde maior, quia non respondetur quæsito, nam ut patet ex dictis, hinc ita habemus, quod minus uniuersale prius cognoscitur quam magis uniuersale, sicut econuerso, diuersimode illa comparando sub ratione totius & partis.

¶ Ad hæc respondetur ordine præpostero, & ad hoc ultimo adductum inconueniens, negatur, quod pari ratione habeatur, quod minus commune sit prius cognitum, magis communi, nam ordo notitiæ, inter totum uniuersale & partem subiectiuam ex una parte, & ordo notitiæ, inter totum diffinibile, & partem diffinitiuam ex alia parte, non est uniformis. Sed ille est ordo simpliciter, iste secundum quid. Nam pars diffinitiua non dependet secundum se in cognosci, a toto diffinibili, secundum quod est pars illius, possum enim prius perfecte nosse quid est animal, & postmodum nosse, quod animal est pars diffinitiua Pygmæi. Pars uero subiectiua, simpliciter dependet in cognosci a notitia uniuersalioris, ut de se patet. Licet ergo cognitio totius, utrobique præcedat notitiã partis, non tamen quamlibet notitiam. Sed notitia totius uniuersalis præuenit cognitionem simpliciter partis subiectiuę, non solũ inquantum pars huius est, & ideo magis hinc habetur, quod communius sit prius notum, quam econuerso. Ordo enim cognitionũ simpliciter, magis attendendus est & prior naturaliter est, quam secundum quid. Ad id uero quod primo obiicitur similiter negatur, quod hinc non habeatur, quid absolute prius cognoscitur. Ex hoc namque, quod docemur uniuersalius esse prius notum minus uniuersali, non solum secundum quid, id est, inquantum est pars subiectiua uniuersalioris, sed simpliciter idest inquantum est talis res (prius notum autem dico, ordine generationis, & potentiæ ad actum:) dicere cogimur consequenter, quod notitia uniuersalioris quantumcunque perfecta secundum id quod actualiter in ipso clauditur, est potentialis ad cognitionem minus communis, ac per hoc naturaliter præcognoscitur magis commune nõ solum ut totum, sed absolute, quam minus commune. Nec est sophisma accidentis, aut figurę dictionis ab uniuersaliori ingredi ad rem quæ nominatur uniuersalior, sed est declaratio occulti, quasi causæ a manifestiori effectu. Ex hoc enim quod uniuersalius est notius partibus potestatiuis suis, declaratur, quod res denominata uniuersalior, est notior rebus denominatis a minore uniuersalitate, immo si rectius loqui uolumus, cum in litera traditur iste ordo, nomine magis uniuersalis, intelligitur res ipsa & secundum se, & ut totum, & non tantum, ut totum. Et similiter nomine minus uniuersalis, ut patet in litera, & explanatur in responsionibus argumentorum. Quia ergo res denominata uniuersalior, est naturaliter nobis notior, consequens est: quod simpliciter primum notũ nobis, sit res denominata uniuersalissima, puta ens. Et aduerte, ꝙ hæc ratio si acuto subiiciatur ingenio, ualde efficax est, pro primo cognito, ostendit enim uniuersalius prius naturaliter obiici intellectui nostro, quantum est ex parte obiecti & intellectus, quam minus commune, quia medium naturaliter est. Ostendit etiam quod hunc naturalem ordinem, sensuum, ministeria non mutant aut impediunt, immo quod ad eum conferunt, nam in sensu, idem secundum naturam ordo comprobatur. Ac per hoc & ex parte intellectus & sensus, naturalis, ordo habet quod magis commune præueniat, absolute loquendo, non in hoc uel illo ordine. ergo &c.

Ferr. 1. cont. c. 55.

SVP. Q. LXXXV.

ART. IIII.

427 Sup. q. 12. a. 10. con. & q. 58. ar. 2. cor. & 2. d. 3. a. 4. & 3. d. 14. a. 2. q. 4 & 1. con. c. 55. & ue. q 8. art. 14. & quoli. 7. ar. 1.

CONCL. Intellectus potest multa simul intelligere per modum unius, non autem multa per modum multorum.

¶ PROB. Quia multa possunt repræsentari intellectui per unam speciem intelligibilem; & quæcunque intelliguntur sub una specie, simul intelliguntur (patet de Deo intelligente simul omnia.) Secunda autem pars. s. non autem &c. probatur. Quia impossibile est idem subiectum perfici simul pluribus formis unius generis (patet de corpore respectu colorum, ac figurarum:) & omnes species intelligibiles sunt unius generis (cum sint perfectiones unius subiecti idest unius potentię intellectiuæ.)

¶ COROL. Ergo intellige quid sit intelligere per modum unius quod est sub una specie intelligibili, & quid sit intelligere per modum multorum quod est sub diuersis speciebus intelligibilibus. Et omnia facile capies.

ARTICVLVS IIII.

Vtrum possimus multa simul intelligere.

AD QVARTVM sic proceditur. Videtur, quod possimus multa simul intelligere. Intellectus enim est supra tempus. Sed prius & posterius ad tempus pertinent. Ergo intellectus non intelligit diuersa secundum prius & posterius, sed simul.

¶ 2 Præt. Nihil prohibet diuersas forma non oppositas simul eidem actu inesse, sicut odorem & colorem pomo. Sed species intelligibiles non sunt oppositæ. Ergo nihil prohibet intellectum unum simul fieri in actu, secundum diuersas species intelligibiles. & sic potest multa simul intelligere.

¶ 3 Præter. Intellectus simul intelligit aliquod totum, ut hominem, uel domum. Sed in quolibet toto continentur multæ partes. Ergo intellectus simul multa intelligit.

¶ 4 Præt. Non potest cognosci differentia unius ad alterum, nisi simul utrumque apprehendatur, ut dicitur in lib. * de anima & eadem ratio est de quacunque alia comparatione. Sed intellectus noster cognoscit differentiam unius ad alterum. Ergo cognoscit multa simul.

Li. 1. de aĩa te. 148. t. 1.

SED CONTRA est, quod dicitur in * lib. Topic. quod intelligere est unum solum, scire uero multa.

Li. 2. Top. ca. 4. in declaratione loci 33. t. 1.

RESPON. Dicendum, quod intellectus quidem potest multa intelligere per modum unius, non autem multa per modum multorum. Dico autem per modum unius vel multorum, per vnam vel plures species intelligibiles, nam modus cuiusque actionis, consequitur formam, quæ est actionis principium. Quæcunque ergo intellectus potest intelligere sub una specie, simul intelligere potest, & inde est, quod Deus omnia simul uidet per vnum, quod est essentia sua. Quæcunque uero intellectus per diuersas d species intelligit, non simul intelligit. Et huius ratio est, quia impossibile est, idem subiectum perfici simul pluribus formis unius generis, & diuersarum specierum, sicut impossibile est, quod idem corpus secundum idem, simul coloretur diuersis coloribus, uel figuretur diuersis figuris. Omnes autem species intelligibiles sunt unius generis quia sunt perfectiones unius intellectiuæ potentię, licet res, quarum sunt species, sint diuersorum generum. Impossibile d est ergo, quod idẽ intellectus simul perficiatur diuersis speciebus intelligibilibus, ad intelligendum diuersa in actu.

D. 765.

D. 19.

AD

1^m de maiori. Tempus. ℞. Corporalium, non, spiritualium §. Tunc nihil &c. Nam de tempore spiritualium, non corporalium, loquimur nunc, & spiritualium, tempus habet sua prius, & posterius.

2^m de maiori. Non oppositas. ℞. nec eiusdem generis. §. Tunc &c. Nõ licet species, etiam oppositorũ, ut in intellectu, non sint oppositæ, sunt tamen omnes eiusdem generis. Vide etiam in corpore.

3^m de conclusione. Multa. ℞. p modũ unius idest per unam formam intelligibilem, non, per modum multorũ idest per plures formas. §. Tunc nihil &c. ut patet. Quomodo partes utroque modo, & consequenter simul, & non simul, cognosci possunt, uide in litera.

Li. 8. c. 2. & 22. 10. 2.

4^m ex Philoso Vtrumque. ℞. sub ratione unius, non sub ratione diuersorum ut sic. §. Nam tunc non comparantur ad inuicem, si sub una specie intelligibili utraque nõ simul intellectuui comparanti repræsentarentur. §. Tunc nihil &c. ut patet ex conclusione.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod intellectus est supra tempus, quod est numerus motus corporalium rerum. Sed ipsa pluralitas specierum intelligibilium, causat uicissitudinem quandam intelligibilium operationum, secundum quam una operatio est prior altera. Et hanc uicissitudinem Augu. nominat tempus, cum dicit * 8. super Gene. ad literam, quod Deus mouet creaturam spiritualem per tempus.

AD SECVNDVM dicendum, quod non solum oppositæ formæ, non possunt esse in eodem subiecto, sed nec quæcunque formæ eiusdem generis, licet non sint oppositæ, sicut patet per exemplum inductum de coloribus & figuris.

APPENDIX.

AD TERTIVM dicendum, quod partes possunt intelligi dupliciter. * Vno modo sub quadam confusione, prout sunt in toto, & sic cognoscuntur per vnam formam totius, & sic simul cognoscuntur. Alio modo cognitione distincta, secundum quod quælibet cognoscitur per suam speciem, & sic non simul intelliguntur.

AD QVARTVM dicendum, quod quando intellectus intelligit differentiam vel comparationem unius ad alterum, cognoscit vtrũque differentium vel comparatorum sub ratione ipsius comparationis vel differentiæ, sicut dictum est, * quod cognoscit partes sub ratione totius.

EX articulo habes primo, quomodo per rationem demonstres, philosophum, in libro secundo Topicorum, capitulo quarto, merito dixisse, quod intelligere est unum solum, scire uero multa. Secundo habes quomodo uerum huius sensum aperias, probes, ac tuearis. Tertio uides, quomodo ex hoc, similibusque locis uicissim Angelica inuetur conclusio.

In corp. Vtilit. pro S. Eccles.

¶ NOTATIO. Pro præsenti articulo aliqualiter facit articulus, in ordine. 192. 433. 93. 325. 426.

Ex cor. 2. & so. argumẽtorum. 3. elicitur.

ARTI-

Comm. Cardinalis Caietani.

Titulus clarus.

¶ In corpore tria, primo concl. & responsiua, secundo explanatio eius tertio probatio illius.

¶ Quo ad primum conclusio est, Intellectus non potest multa per modum multorum intelligere, sed unius.

¶ Quo ad secundum declaratur quid sit dicere per modum unius aut plurium, s. per unam aut plures species. Et ratio huius explanationis assignatur, quia modus actionis consequitur formam quæ est actionis principium, & confirmatur hæc explanatio ex intellectionis diuinæ modo.

¶ Quo ad tertium, probatur conclusio explanata impossibile est idem subiectum simul perfici pluribus formis eiusdem generis, sed omnes species intelligibiles sunt eiusdem generis. ergo &c. maior declaratur inductiue in corpore respectu colorum & respectu figurarum &c. Minor probatur, quia omnes sunt perfectiones unius intellectiuæ potentiæ.

¶ Circa hoc occurrunt dubia primo circa explanationẽ, quia non est uerum quod idem sit dictu intelligere multa ut multa, & per multas species, & per modum unius & per unam speciem. Cum enim ponitur differentia inter hominem & lineam, hoc fit per multas species & tamen non cognoscimus tunc multa ut multa, sed ut unum, consequentia nota, antecedens probatur, quia sensus communis, qui est uirtus longe inferior intellectu, ponens differentiam inter album & dulce discernit simul per plures species multa ut unum, ergo. Et hæc ratio militat, tam contra explanationem, quam contra responsionem ad tertium.

¶ Circa rationem assignatam præfatę explanationis, dubium quoque est, quia licet aliquis modus actionis consequatur formã, quæ est actionis principium non tamen omnis, & specialiter iste, scilicet per modum unius aut multorum: quamuis enim intensio uel remissio actionis consequatur quãtitatem intensionis formæ, ut calefactio caloris principiantis illam, non tamen est necesse. formis existentibus multis, actiones plurificari per modum plurium, cum contingat ex duabus formis & unam actionem prouenire, ut patet in actu discernendi apud sensum communem & plures actiones ad unum tendere, ut patet cum simul inducens cognoscit præmissam & conclusionem, ut dicitur in primum Posterior.

¶ Circa rationem pro conclusione dubium occurrit, tũ quia maior uidetur falsa, ut patet de speciebus albedinis & nigredinis, in eadem parte aeris ex opposito constitutis, albo & nigro secundum situm, tum quia illius probatio (inquit Scot. in 1. d. 3. q. 6. ad tertium nihil ualet, quia hic tollitur oppositio, quæ est ratio impossibilitatis. Rationes enim oppositorum non sunt oppositæ in intellectu, ut Arist. & Auer. uolunt, tum quia minor est falsa, ut patet in intellectu angelico, essentia enim sua & aliæ species non sunt eiusdem generis. Et ex hoc sequitur, quod probatio minoris allata, nihil ualet, nam tam essentia angeli quam species intelligibiles sunt perfectiones unius intellectiuę potentię, & tamen non sunt eiusdem generis. Tum, quia ex hac ratione si ualet, concluditur quod in intellectu non conseruantur undique actualiter plures species intelligibiles, quia sunt species eiusdem generis. Et si dicatur, quod quando sunt in habitu, non sunt in actu completo. Contra inquit Durandus formam informare, & dare esse formaliter, est ipsam esse in actu completo, sed hoc habet species intelligibilis cõseruata. ergo, quod si aliud requiritur ad hoc, ut sit in actu simpliciter, exprimatur illud, & si dicatur quod actualiter operari, absque ratione, immo ridiculose hoc dicitur, quia aliud est loqui de esse completo formæ in se, & aliud de actuali operatione, hoc enim est non distinguere inter actum primum & secundum, non enim minus est perfecte figura, aut color in corpore, si causant uisionem sui actualiter, quam si non.

¶ Ad euidentiam horum, recolenda sunt quæ superius in quę. 58. dicta sunt, quæ applicando his, facile liquet quid ad multa horum dicendum sit. Est enim sermo præsens de speciebus intelligibilibus ut sic, eiusdem ordinis & absolute, de his enim hoc modo uerificatur, quod idem est dictu, per modum unius, intelligibilis, ut sic, & per unam speciem, & per modum plurium, & per plures species, quoniam plures species intelligibiles, ut sic, non habentes ordinem adinuicem & absolute sumptę, de necessitate ponũt plura intelligibilia ut sic, & unitas unitatem, nec oppositum potest intelligi a percipientibus terminos. Vnde non obstat discerni quandoque inter diuersa per plures species, quia tunc non sũt plures species absolute, sed ut sunt partes quasi tertiæ speciei, quę repræsentat differentiam inter illa, propter quod in litera dicitur esse idem iudicium de cognitione partium in toto, & diuersorum in diuersitate, non negatur ergo quandoque concurrere simul plures species ad intelligendum quomodolibet, sed absolute & simpliciter, ut uniuntur autem ad unum aliud præsentandum, nõ negamus. Nec oportuit hæc in litera explicari, quia absolute prolatus sermo, absolute quoque interpretandus est. Et ex hoc, patet responsio ad secundam obiectionem, quoniam multas species ad unum obiectum concurrentes ut sic, non multas, sed unam dixerim, quia uim unius habent. Vnde, siue una intellectio, siue plures simul, ex pluribus speciebus ut ad unum sunt intelligibile ordinatæ proueniat, semper modus actionis modum formæ sequitur, quia forma se habente ut una, sequitur actio per modum unius, & se habente forma ut pluribus absolute, sequuntur actiones per modum plurium.

¶ Ad obiecta autem tertio loco contra rationem pro conclusione dicitur notando, quod quia tam sensum quam intellectum contingit dupliciter pati a sensibili, aut intelligibili, s. ut quandam rem, & ut sensum uel intellectum, patitur autem ut res est recipiendo realiter, seu imbuẽue, similitudinem rei sensibilis, aut intelligibilis, patitur uero ut sensus, uel intellectus, recipiendo obiectum, non ut causam, sed ut obiectum est, obiectiue specificans, ipsum, quia sic inquam est, ideo species intelligibilis potest dupliciter-

ter considerari, sut res, & ut intelligibilis, seu in genere est rei ut sic, & in genere intelligibili, ut sic, & si de eis ut res sunt sermo est in actu sunt suo, quando actualiter informant intellectum ut res est, si uero in genere intelligibili considerentur actu, tunc simpliciter sunt, quando intellectum ut intellectus est, actualiter informant, quod patet non accidere, nisi cum a... intellectus intelligit. In tali, enim pati consistit, sentire & intelligere, & quia forma lis est sermo omnis philosophicus, idcirco in genere intelligibili omnia sumenda hic sunt, ubi intelligendi modum uenamur. Ad obiectionem ergo de speciebus sensibilibus in medio, dicitur, quod non sunt in actu completo ut sensibiles sunt, ut patet in 2. de Anima in calce, species enim sensibiles nunquam sunt in actu, nisi in sensu in actu. Ad Scot. dicitur, ex responsione ad primum in litera, quod non oppositio, sed unigenitas specierum, prohibet illas esse simul in actu in eodem indiuisibili. Ad obiecta autem contra minorem & eius probationem, dicitur, quod non est eadem ratio de speciebus intellectus nostri pro statu isto, & de speciebus angelorum, quoniam omnes nostræ, sunt eiusdem ordinis, non autem angelicæ: & cum dicitur. ergo non sumitur unitas generica specierum ex unitate potentiæ intellectiuæ (ut in litera dicitur) respondetur, negando sequelam, & dicendo, quod & species naturales eiusdem ordinis & subordinatæ, sunt unius generis propter unitatem potentiæ, sed tamen species subordinatas nō inconuenit simul actuare, ut patet in angelis, quia se habent ut commune, & proprium & consequenter non habent rationem multorum absolute, species uero eiusdem ordinis non subordinatas, est impossibile, quia habent rationem multorum actuum unius sm idē eodē mō & simul, & quamuis essentia angeli, & species sint diuersorum generum in esse reali, sunt tamen eiusdem generis in esse intelligibili.

¶ Ad ultimo uero obiecta, iam patet respōsio ex dictis, quia. s. noster sermo est de his intentionibus rerum non in esse reali, sed in esse intelligibili in quo non esse actu eas, patet ex dictis. Vnde non fugimus de actu primo ad secundum, sed naturas talium entium penetrando, quid genus intelligibile habeat penes, quid eius actualitas attendatur, discutimus & docemus.

ARTICVLVS V.

Vtrum intellectus noster intelligat componendo & diuidendo.

428 Sup. q. 58. a. 4. & 5. & 3. d. 35. q. 2. a. 2. q. 1. corp.

AD QVINTVM sic proceditur. Videtur, quod intellectus noster non intelligat componendo & diuidendo. Compositio enim & diuisio non est nisi multorum. Sed intellectus non potest simul multa intelligere. Ergo non potest intelligere componendo & diuidendo.

¶ 2 Præter. Omni compositioni, & diuisioni adiungitur tempus præsens, præteritum, uel futurum. Sed intellectus abstrahit a tempore sicut etiam ab aliis particularibus cōditionibus. Ergo intellectus non intelligit componendo & diuidendo.

¶ 3 Præt. Intellectus intelligit per assimilationem ad res. Sed compositio & diuisio nihil est in rebus, nihil enim inuenitur in rebus, nisi res quæ significatur per prædicatum & subiectum, quæ est una & eadem, si compositio est uera. Homo enim est uere id quod est animal. Ergo intellectus non componit & diuidit.

SED CONTRA, Voces significant conceptiones intellectus, ut dicit Philos. in * 1. Perih. Sed in uocibus est compositio & diuisio, ut patet in propositionibus affirmatiuis & negatiuis. Ergo intellectus componit & diuidit.

Li. 1. periher. cap. 1. n. 1.

RESPON. Dicendum, quod intellectus humanus necesse habet intelligere componendo & diuidendo. Cum enim intellectus humanus exeat de potentia in actum, similitudinem quandam habet cum rebus generalibus, quę non statim perfectionem suam habent, sed eam successiue acquirunt. Et similiter intellectus humanus non statim in prima apprehensione capit perfectam rei cognitionē, sed primo apprehendit aliquid de ipsa, puta, quidditatem ipsius rei, quæ est primum d & proprium obiectum intellectus, & deinde intelligit proprietates & accidentia & habitudines circunstantes rei essentiam. Et secundum hoc, necesse habet unum apprehensum alii componere & diuidere, & ex una compositione & diuisione ad aliam procedere, quod est ratiocinari. Intellectus autem angelicus & diuinus, se habet sicut res incorruptibiles, quæ statim a principio habent suam totam perfectionem. Vnde intellectus angelicus & diuinus statim perfecte totam rei cognitionem habet. Vnde in cognoscendo quidditatem rei, cognoscit de re simul quicquid nos cognoscere possumus componendo & diuidendo, & ratiocinando. Et ideo intellectus humanus cognoscit componendo, & diuidendo, sicut & ratiocinando. Intellectus autem diuinus & d angelicus, cognoscunt quidem compositionem & diuisionē & ratiocinationem, non componendo, & diuidendo & ratiocinando, sed per intellectum simplicis quidditatis.

D. 752.

D. 143.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod compositio & diuisio intellectus per quandam differentiam uel comparationem fit. Vnde sic intellectus cognoscit multa componendo & diuidendo, sicut cognoscendo differentiam uel comparationem rerum.

AD SECVNDVM dicendum, quod intellectus abstrahit a phantasmatibus & tamen intelligit actu, non conuertendo se ad phantasmata, sicut sup. dictū ē * Et ex ea parte, qua se ad Phantasmata conuertit compositioni & diuisioni intellectus adiungitur tempus.

AD TERTIVM dicendum, quod similitudo rei recipitur in intellectu secundum modum intellectus, & non sm modū rei. Vnde compositioni & diuisioni intellectus, respondet quidem aliquid ex parte rei, tamen non eodem modo se habet in re, sicut in intellectu. In intellectus enim humani proprium obiectum, est quidditas rei materialis, quæ sub sensu & imaginatione cadit. Inuenitur autem duplex compositio in re materiali, prima quidem formæ ab materiam, & huic respondet compositio intellectus, qua totum uniuersale de sua parte prędicatur. Nam genus sumitur a materia communi, differētia uero completiua speciei a forma, particulare uero a materia indiuiduali. Secunda uero compositio est accidentis ad subiectum. & huic compositioni respondet compositio intellectus secundum quam prædicatur accidens de subiecto, ut cum dicitur, homo est albus. In differt compositio intellectus a compositione rei, nam ea, quæ componuntur in re, sunt diuersa. Compositio autem intellectus, est signum identitatis eorum, quæ componuntur. Non. n. intellectus sic componit, ut dicat quod homo est albedo, sed dicit quod homo est albus, idest habes albedinem, & simile est de compositione formæ & materiæ. Nā animal significat id quod habet materiam sensitiuam, rationale uero, quod habet naturam intellectiuam, homo uero qd habet utrumque. Socrates uero, quod habet omnia hæc cum materia indiuiduali. Et secundum hanc identitatis rationem, intellectus noster unum componit alteri prædicando.

* Art. 1. huius q. & 84. ar. 7.

SVP: Q. LXXXV. ART. V.

CONCL. Intellectus humanus necesse hēt intelligere cōponēdo, & diuidendo.

¶ PROB. Quia intellectus humanus necesse hēt intelligendo exire de potentia in actum. Et huiusmodi, quæ. s. exeunt de potentia in actum, non statim acquirunt sibi debitam pfectionē, sed successiue, (id qđ in intellectu est unū apprehensum componere alteri, aut diuidere ab altero, atq; ex una cōpositione, ac diuisione, ad aliam procedere, qđ est ratiocinari.

1^m de maiori.

Multorū. R. Sub una cōparatione cognitorum, non sub diuersis speciebus. §. Tunc &c. Sic. n. pōt intelligere multa simul, ut litera, & ar. 4. maxime ad 4. docet.

2^m de maiori.

Adiungitur. R. Ex parte phantasmatum, non aliter, §. Tunc &c. intellectus. n. non nisi ex ea parte, qua ad phantasmata se conuertit, admittit tps, ut in litera.

3^m de maiori.

Nihil. R. Secūdum modum

ARTI-

uum intellectus, non secundum modum rerum. §. Tunc &c. Alio enim modo licet insit utrobique compositio, & diuisio, tamen modus diuersus, quo est in re, non facit, quod ibi non sit, sicut modus diuersus, quo est in intellectu non facit, quod ibi non sit, lucratam nota pro multis.

APPENDIX.

Vtilit. pro S.Eccles.

EX articulo habes primo, quomodo per rationem ostendas, philosophum merito uirtualiter dixisse, intelligere nos componendo, & diuidendo, quando in primo Periher. tex. 1. dixit, quod uoces significant conceptiones intellectus. Si enim huic dicto iungas id quod philosophus dicit, quod propositionum alia est affirmatiua alia negatiua idest quod in uocibus apparet compositio & diuisio, uidebis apertissime philosophum ipsum sic uirtualiter sensisse in primo ... ut diximus. Secundo habes, quomodo per rationem uerum illum sensum philosophi ibi apertas, probes, tuearis. Tertio uides, quomodo ex hoc, similibusque locis, uicissim Angelica iuuetur conclusio.

¶ NOTARIO. Præsenti articulo utcunque deseruit articulus 293. 281. 294. 428.427.424.

Comm. Cardinalis Caietani.

TItulus clarus ex superius dictis in quæstio de angelis, ex quib. totus iste articulus clarus etiam redditur.

¶ In corpore una conclusio responsiua. Intellectus noster intelligit componendo & diuidendo. Probatur simul ex ratione, ex proportionalitate, ex diuersitate, ex discursu, hæc enim omnia membra tanguntur simul in hac probatione. Ratio radicalis est, quia intellectus noster procedit de potentia ad actum idest natus est naturaliter exire de potentia essentiali ad actum primum naturalem.

¶ Ex hoc namque oritur, quod intellectus noster proportionalem habet similitudinem cum rebus generabilibus, ut sicut hæc non statim, successiue suam assequuntur perfectionem, ita intellectus &c. Confirmaturque hoc ex differentia inter intellectu angelicum diuinumque & nostrum. Vterque siquidem ille proportionalis est rebus incorruptibilibus ut sic, quę statim sunt id quod sunt, & sic intelligunt statim totum simpliciter &c. Et declaratur quarto, quia paris rationis est intelligere componendo & diuidendo, & intelligere discurrendo.

¶ Sed est circa prædictum processum, dubium, quia ex ratione potentiæ prædictæ, non uidetur sequi intentum. Nam aut intendit quod intellectus sit similis generabilibus quoad modum acquirendi singulas perfectiones, aut quo ad successionem earum, aut quo ad compositionem earum. Si primo modo, sequeretur quod intellectus non naturaliter perficeretur in instanti sed successiue, quod est falsum. Si secundo modo, nihil aliud sequitur nisi quod intellectus acquirit suas perfectiones unam post aliam, quod non est discurrere, nec componere, aut diuidere, ut patet. Tertio uero modo est manifeste falsum. Communis quoque ratio dubitandi, secundum quemcunque modum est, quia ex hoc quod intellectus noster exit de potentia ad actum, nihil aliud sequitur, nisi quod non habet inditam suam perfectionem, & non quod tali aut tali modo acquirat.

¶ Ad hoc breuiter dicitur ordine retrogrado, quod ex hoc quod aliquid est naturaliter in potentia essentiali ad aliquā perfectionem, habet quod naturaliter non acquirat illam perfecte illatum, sed successiue, diuersimode tamen, iuxta naturas perfectionum & perfectibilium, & hoc patet inductiue tam in potentia respectu perfectionis substantialis, quam quantitatiuæ & qualitatiuæ. Vnde etiam lumen non acquiritur nisi medio motu locali, existente subiecto in potentia essentiali. Vnde hic modus perficiendi passiue est, sequitur ex potentia essentiali, & est intentus in litera, ita quod intendit quod ex hoc quod intellectus noster est in potentia essentiali, similis est generabilibus quo ad modum acquirendi singulas suas perfectiones completas. Et cum dicitur. ergo intellectui repugnat perfici in instanti, respondetur, quod intellectui licet non repugnet recipere & intelligere in instanti, repugnat tamen naturali modo quo perfici naturaliter debet, quod suam completam perfectionem in instanti naturaliter assequatur.

Ex cor.2.& so.argumētorum. 3. elicitur.

¶ Vbi nota duo, primo quod quamuis hæc duo mutuo se inferant, intellectum, ut rem, & intellectum ut intellectum esse in actu primo, in proposito tamen, sermo est de intellectu, ut intellectus est respectu suæ perfectionis, quæ est intellectum ut intellectum est.

¶ Secundo, quod intellectus non comparatur hic ad omnia, aut plura intellecta simul, uel successiue, sed ad unumquodque intellectum perfecte, idest secundum se, & omnia quæ uirtualiter in eo clauduntur, ita quod quidditas & passiones & accidentia & cætera eius non nisi unius intellecti loco computantur.

¶ Et sic, ex hoc quod intellectus noster ut intellectus est, est in potentia pura, habet quod intellectum perfectum bouis, uel leonis, non simul acquirat, id est apprehendat actu, sed successiue totum illud apprehendat.

¶ Hæc autem successio nihil aliud est, quam componere primo apprehensum, puta quidditatem cum reliquo, puta passionem, & hanc cum alia & cætera. Ergo. Oportet enim successionem diuersimode secundum diuersitatem materię subiectæ ponere.

SVP. Q. LXXXV. ART. VI.

429 Sup.q. 17. a.3.& 2. d. 39.q.3.a.1. & ue.q.1.a. 12. & 6. Met. le. 4. & li.9.fi. & 3. de aīa le. 11.fin. Li.6.te. 8. to:3. q.78.art.1.

COncl. Circa quidditatem rei per se loquendo, intellectus non fallitur, sed circa ea, quæ circunstant rei essentiam, uel quidditatem intellect⁹ potest falli.

¶ PROB. Quia quidditas est proprium obiectum intellectus, & manente potentia non deficit eius iudicium circa proprium obiectum (cum ad proprium obiectum unaquæque potentia ordinetur secundum quod ipsa, ac per hoc semper eodem modo se habeat circa ipsum.) Secunda autem pars scilicet, sed circa & cæt. probatur. Quia potest ordinare unum ad aliud, uel componendo, uel diuidendo, uel ratiocinando, quod in rei ueritate est ad illud incompossibile (patet de diffinitionibus incompactis, uel applicatis alicui, uel in suis partibus.)

ARTICVLVS VI.

Vtrum intellectus possit esse falsus.

AD SEXTVM sic proceditur. Videtur, quod intellectus possit esse falsus. Dicit enim philosophus in * 6. metaph. quod uerum & falsum sunt in mente. Mens autē & intellectus idem sunt, ut supra dictum † est ergo falsitas est in intellectu.

¶ 2 Præter. Opinio & ratiocinatio ad intellectum pertinent. Sed in utraque istarum inuenitur falsitas. Ergo potest esse falsitas in intellectu.

¶ 3 Præter. Peccatum in parte intellectiua est. Sed peccatum cum falsitate est, errat enim qui operantur malum, ut dicitur Prouerb. 14. Ergo falsitas potest esse in intellectu.

SED CONTRA est, quod dicit Aug. in lib. * 83. quæstione, quod omnis, qui fallitur, id in quo fallitur non intelligit. Et Philosophus dicit in lib. † de Anima, quod intellectus semper est rectus.

Li.83.q.32 in prin.t.4.

Li.3.de aīa te.51.to.2.

RESPON. Dicendum, quod Philosophus in * 3. de Anima, cōparat quantum ad hoc intellectum sensui. Sensus enim circa proprium obiectum non decipitur, sicut uisus circa colorem, nisi forte per accidens, ex impedimento circa organum contingente, sicut cum gustus febrientium dulcia iudicat amara, propter hoc quod lingua malis humoribus est repleta. Circa sensibilia uero communia decipitur sensus, sicut iudicando de magnitudine uel figura, ut cum iudicat solem esse pedalem, qui tamen est maior terra. Et multo magis decipitur circa sensibilia per accidens, ut cum iudicat fel esse mel, propter coloris similitudinem. Et huius ratio est in euidenti, quia ad proprium obiectum unaquæque potentia per se ordinatur secundum quod ipsa. Quæ autem sunt

Li.3.de aīa te.26.to.2.

1^m ex Philosopho. Falsum. ℞. Ratione diuisionis, vel compositionis, vel ratiocinationis: nō, ratione proprij obiecti per se accepti. §. Tunc &c. vt patet. Immo secundam partem conclusionis confirmat: dum falsum ratione circunstantiarum tantum in mente ponit.

2^m de minori. Falsitas. ℞. vt suprà ad primum. §. Tunc &c.

3^m ex Prouerbio.14. Errant. ℞. In applicatione ad appetibile: nō, in intelligendo absolutè proprium obiectum intellectus. §. Tunc nihil &c. De circunstantijs enim circa obiectū proprium loquitur arguens: & conclusio de proprio obiecto per se. Vide ad primum.

4^m contra. ex Augustino. Qui fallitur. ℞. Circa obiectū per accidens: non, circa obiectum per se propriū. §. Tunc nihil

sunt huiusmodi, semper eodem modo se habent. Vndè manente potentia, non deficit eius iudicium circa proprium obiectum. Obiectum autem proprium intellectus, est quidditas rei. Vnde circa quidditatem rei, per se loquendo, intellectus non fallitur. Sed circa ea, quæ circunstant rei essentiam, vel quidditatem, intellectus potest falli: dum vnum ordinat ad aliud, vel componendo, uel diuidendo, vel etiam ratiocinando. Et propter hoc, etiam circa illas propositiones errare non potest, quæ statim cognoscuntur cognita terminorum quidditate, sicut accidit circa prima principia, ex quibus etiam accidit infallibilitas veritatis, secundum certitudinem scientiæ circa conclusiones. Per accidens tamen contingit intellectum decipi circa quod quid est in rebus compositis, non ex parte organi, quia intellectus non est virtus vtens organo, sed ex parte compositionis interuenientis circa diffinitionem, dum vel diffinitio vnius rei est falsa de alia, sicut diffinitio circuli de triangulo: vel dum aliqua diffinitio est in se falsa, implicans compositionem impossibilium; vt si accipiatur hoc vt diffinitio alicuius rei, animal rationale alatum. Vnde in rebus simplicibus, inquantum diffinitionibus compositio interuenire non potest, non possumus decipi: sed deficimus in totaliter non attingendo, sicut dicitur in 9. *Metaphysic.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd falsitas dicitur esse in mente secundum compositionem & diuisionem. Et similiter dicendum est ad secundum de opinione & ratiocinatione. Et ad tertium de errore peccantium, qui consistit in applicatione ad appetibile. Sed in absoluta consideratione quidditatis rei, & eorum, quæ per eam cognoscuntur, intellectus nunquam decipitur. Et sic loquuntur authoritates, in contrarium inductæ.

nihil &c. Nam circa obiectū per accidēs, i. circa circunstans, rei essentiā potest esse error (vt in 2. parte cōclusionis, & eius probatione).

Item ex Philosopho. Intellectus. ℞. Circa propriū obiectum versans: non, circa obiectum extra proprium. § Tunc &c. vt patet in conclusione.

*Li.9. Metaph. textu 22. tom. 3.

APPENDIX.

EX artic. habes primò: quomodo per rationem ostendas, Philosophū in 3. de anima, tex. 26. meritò comparasse intellectum sensui in hoc, ꝙ sicut sensus nō fallitur circa proprium obiectum; sed circa quędā alia; sic intellectus, circa proprium obiectū non errat, sed circa non proprium. Secundò habes: quomodo per rationem Philosophi huiusscemodi dictū in vero sensu declares, probes, defendas. Tertiò vides: quomodo ex hoc, atque similibus locis vicissim Angelica iuuetur conclusio.

Vtilitas pro philosoph.

Comm. Cardinalis Caietani.

TItulus clarus.

¶ In corpore sunt duæ conclusiones responsiuæ quæsito. Prima, Intellectus circa quod quid est non fallitur, nisi per accidens. Secunda, Intellectus circa ea quæ circundant quidditatem, potest falli componendo, diuidendo, vel ratiocinando.

¶ Has conclusiones, probat dupliciter. Primo similitudine sup Arist. authoritate innixa. Secundo ratione probante in communi intentum tam in hoc, quàm in simili. Vnde quatuor in corpore articuli facit. Primo proponitur similitudo: & dicitur quòd apud Aristot. intellectus est similis sensui quo ad veritatem & falsitatem iudicij. Secundo, narrantur duo, vel tria de sensu. Primum, ꝙ respectu proprij obiecti, est verus per se. Secundum, quòd implicite insinuatum iam est, est quod per accidens respectu proprij obiecti est falsus: tale accidens est indispositio organi &c. Tertium est, quòd respectu sensibiliū cōium etiam per accidens fallit, vt patet. Tertio, assignatur ratio vniuersalis & cōis sensui & intellectui: & est, quia ordo potentiæ ad proprium obiectum, semper eodem modo se habet. Probatur: quia conuenit potentiæ secundum quòd ipsa: & potes syllogizare sic. Potentia semper eodem modo se habet ipsa manente ad proprium obiectum. ergo nunquam ab eo deficit, & consequenter non fallitur circa illud, cum falli in defectu consistat. Consequentia nota, & antecedens probatur; quia potentia per se, & secundum quod ipsa ordinatur ad proprium obiectum. ergo semper eodem modo. & tenet sequela: quia secundum quod ipsum, infert, necessarium & sempiternum, vt patet in 1. Poster. Quarto, applicatur similitudo rationis ad intellectum; & totidem dicuntur de intellectu, proportionaliter tamen. Vnde sex dicit. Primo, assignat proprium obiectū intellectus, quasi sublumendo sub ratione communi præposita. Secundo, infert primam conclusionem, similem primo dicto de sensu. Tertio, infert secundam conclusionē, similem vltimo dicto de sensu, vt patet. Quarto, ad robur primæ conclusionis ex ea reddit rationem omnis alterius infallibilitatis inuentę in intellectu, dicens, ꝙ propter hoc quia intellectus circa quidditatē non fallitur, oritur infallibilitas intellectus circa prima principia complexa: & consequenter circa omnes conclusiones scientificas. & quòd inde nascatur hoc, probatur: quia hoc conuenit eis, quia eui dentes sunt ex sola quidditate terminorum. Principia enim cognoscimus, inquantum terminos cognoscimus, vt dicitur in 1. Poster. Habent ergo principia infallibilitatem ex vicinitate ad quidditatem; quæ est proprium intellectus obiectum: proprium enim & primum intellectus obiectum est incomplexum, quod simplex terminus significat, & quia circa illud errare non potest, merito circa ea quæ sufficiens habent lumen ex illo, errare quoque non potest. Est autē hoc ad magnam primæ conclusionis firmitatem; quia tunc veram sufficientem reddimus causam accidētis alicuius, quando ex reddita causa in omnib. accidens illud dependere ostendimus. Infallibilitatis igitur intellectus causa, optime dicta est, ordo ad quod quid est: cum ex illo ostenditur omnis intellectus infallibilitas, vt hic fit. Quinto, declaratur, quō per accidens etiam intellectus circa quidditatem fallitur, sed hoc accidēs non sicut in sensu est impedimentū organi: sed compositio quidditatis, & propterea dupliciter contingit, vt patet in litera. Sexto, ad plenitudinē doctrinæ dicit, quòd circa quidditates simplices nec per se, nec per accidens fallitur: sed aut vere cognoscuntur, aut non attinguntur. & firmatur authoritate 9. Metaphys. Hoc in loco recolenda sunt quæ superius in quæst. 58. dicta sunt, cum de compositione, veritate, & falsitate in angelis esset sermo: ex illis enim patet, ꝙ cū prima operatio intellectus ex parte sua sit simplex: si ex parte quoque obiecti est incōplexio omnimoda, nulla compositio, & consequenter nulla veritas aut falsitas accidere ibi potest. At per hoc si accidit in prima operatione falsitas, hoc est ratione compositionis in obiecto: ratione cuius est ibi falsitas aut veritas virtualiter, &c. omnino enim simplex a simplici operatione non potest ex parte attingi, quàmuis à complexa operatione possit falso attingi ex parte operationis.

430

Sup. q. 12. art. 6. cor. Et 4. dist. 49 q. 2. artic. 4. ad 1. Et verit. q. 3. artic. 2. d. 11. * q. 32. in princ.

Cap. 1. d 32. q. 1. com. 2.

SVP. Q. LXXXV. ART. VII.

COncl. 1. Ex parte rei intellectæ non potest vnus eandē rem melius alio intelligere.

¶ Prob. Quia tunc in-

ARTICVLVS VII.

Vtrum vnam & eandem rem vnus alio melius intelligere possit.

AD SEPTIMVM sic proceditur. Videtur, ꝙ vnam & eandem rem vnus alio melius intelligere nō possit. Dicitur. n. in lib. * 83. qq. Quisquis ullā rem aliter quàm est, intelligit, non eam intelligit. Quare non est dubitandum, esse perfectam intelligentiam, qua præstantior esse non possit. Et ideo non est per infinitum ire quòd quælibet res intelligitur: nec eam posse aliū alio plus intelligere.

telligeret rem aliter quàm sit, vel peius, vel melius (vt patet): Et sic falleretur, ac non intelligeret, (consentit Augustinus).

¶ Concl. 2. Ex parte intelligētis vnus alio potest eandem rem melius intelligere.

¶ 2 Præt. Intellectus intelligendo verus est. Veritas autem cum sit æqualitas quædam intellectus & rei, non recipit magis & minus: non enim propriè dicitur aliquid magis & minus æquale. Ergo neque magis & minus aliquid intelligi dicitur.

¶ 3 Præte. Intellectus est id, quod est formalissimum in homine. Sed differentia formæ causat differentiam speciei. Si igitur vnus homo magis alio intelligit, videtur quòd non sint vnius speciei.

Sed contra est, quòd per experimentum inueniuntur aliqui aliis profundius intelligentes. Sicut profundius intelligit qui conclusionem aliquam potest reducere in prima principia & causas primas, quàm qui potest reducere solum in causas proximas proprias.

Respon. Dicendum, quòd aliquem intelligere vnam & eandem rem magis quàm alium, potest intelligi dupliciter. Vno modo sic, quòd ly magis, determinet actum intelligendi ex parte rei intellectę. & sic non potest vnus candé rem magis intelligere, quàm alius. Quia si intelligeret eam aliter quã sit vel melius vel peius, falleretur, & non intelligeret: vt arguit Augustinus.* Alio modo potest intelligi, vt determinet actum intelligendi ex parte intelligentis. Et sic vnus alio potest eandem rem melius intelligere, quia est melioris virtutis in intelligendo: sicut melius videt visione corporali rem aliquam, qui est perfectioris virtutis, & in quo virtus usiua est perfectior. Hoc autem circa intellectum contingit dupliciter. Vno quidẽ modo ex parte intellectus, qui est perfectior. Manifestum est enim, quòd quantò corpus est melius [d] dispositum, tanto meliorem sortitur animam. quod manifestè apparet in his, quæ sunt secundùm speciem diuersa. Cuius ratio est, quia actus & forma recipitur in materia secundùm materiæ capacitatem. Vndè cum etiam in hominibus quidam habeant corpus melius dispositum, sortiuntur animam maioris virtutis in intelligendo. Vnde dicitur in* secundo de Anima, quòd molles carne bene aptos mente videmus. Alio modo contingit hoc ex parte inferiorum virtutum, quibus intellectus indiget ad sui operationem. Illi enim in quibus virtus imaginatiua, & cogitatiua, & memoratiua est melius disposita, sunt melius dispositi ad intelligendum.

Ad primum ergo patet solutio ex* dictis. Et similiter ad secundum. Veritas enim intellectus in hoc consistit, quòd intelligatur res esse sicuti est.

Ad tertium dicendum, quòd differentia formæ, quæ non prouenit nisi ex diuersa dispositione materiæ, non facit diuersitatem secundum speciem, sed solum secundum numerum. Sunt enim diuersorum indiuiduorum diuersæ formæ, secundum materiam diuersificatæ.

* Loco citato in arg. 1.

* Lib. 2. de Aia, textu 94. tom. 2.

* In corp. art.

¶ Prob. Quia vnus est melioris virtutis in intelligendo (sicut de vidente).

1[m] ex Augustino. Aliter. ℞. Vt ly aliter stat ex parte rei intellectæ: non, vt ex parte intelligentis. §. Tunc &c. Sed est August. pro prima conclusione, vt dicebatur, in corpore.

2[m] de minori. Magis, & minus. ℞. Ex parte rei: non intelligẽtis. §. Sic enim ex parte, s. rei aliquid æquale non dicitur magis, & minus. Vnde vides: quòd nihil &c.

3[m] minor. Differẽtia formæ causat differentiam speciei. ℞. Nisi ipsa differentia formæ proueniat tantum ex diuersa dispositione materiæ. §. Tunc &c. Nam ista differentia formæ, qua vnus alio eandem rem melius intelligit, prouenit ex diuersitate solùm dispositionis materiæ: in qua recipitur anima intellectiua.

APPENDIX.

Vtilitas pro philosoph.

EX artic. habes primò: quomodo per rationem ostendas, Philosophũ, in 2. de anima, tex. 94. meritò virtualiter dixisse, quòd vnam rẽ alius alio melius intelligit, dùm ait; quòd molles carne bene aptos mente videmus. Experientia.n. ipsum dicere istud cõpulit: qua alios alijs perspicaciores in intelligẽdo aliquã rem vnam conspexit. Secundò habes: quomodo per rationem verũ sensum dicti huius Philosophi aperias, probes, tuearis. Tertiò vides: quomodo ex hoc, alijsq́; locis similibus, vicissim Angelica iuuetur conclusio.

D. 176.

ARTI-

Comm. Cardinalis Caietani.

TItulus clarus: occasionatus ex August. verbis, vt reor.

¶ In corpore respondet quæsito. cum distinctione bimembri duabus conclusionibus iuxta illa membra.

¶ Distinctio est, quòd quæstio potest habere duos sensus, s. ex parte obiecti, & ex parte potentiæ. prima conclusio est negatiua. Eandem rem non contingit melius intelligere: si ly melius, determinet actum ex parte obiecti, probatur: quia falso intelligeretur: quia aliter quàm esset, & confirmatur processu August. Secunda conclusio est affirmatiua. Eandem rem contingit melius intelligere, si ly melius, determinet actum ex parte potentiæ. probatur: quia vnus est melioris virtutis in intelligendo; & declaratur sequela e simili in visione corporali. Assumptum autem & probatur & manifestatur ex duplici capite. Primo, quia non omnes animæ humanæ sunt æquales; sed meliorum corporum meliores sunt animæ: quod probatur dupliciter, & ratione actus fiunt proportionati his quorum sunt actus; vt manifestè patet in formis diuersarum specierum, & authoritate Aristot. 2. de anima. Secundo, quia virtutes ministrantes intellectui, non sunt æquè dispositæ in omnibus; & quorum melior est dispositio, horum maior est uis intellectus opus.

¶ Circa causam primam secundæ conclusionis, scilicet inæqualitatem animarum nostrarum, aduertendum est, quòd non solum hi, qui a S. Tho. se dissentire fatentur, sed etiam Thomistæ aliqui contrariantur; adeò ut dicant non esse mentem S. Th. animarum humanarum substantias esse inæquales, cum tameo apertè hic & in corpore, & in resp. ad vltimum apertè hoc dicatur: & in 2. Sententiarum dist. 32. expressè idem scriptum sit. Vnde hos tãquàm cœcos omittentes ad aliorum rationes nostrã dirigamus aciem, Durandus. Henricus & Bernardus de Gãnaco, negando substantialem hanc inæqualitatem, contra ipsam, & eius rationem arguunt. Contra ipsam quidem dupliciter. Primo, quia substantia susciperet magis & minus proprie dicta. & tenet sequela ex 7. Phys. vbi dicitur, quòd participatio vnius formæ secundum speciem, secundum diuersos gradus, est proprie comparatio secundum magis & minus, & in Prædicamentis idem confirmatur. Secundo, quia forma indiuidualis nullam substantiam includit, præter specificam formam. ergo non est substancialiter perfectio, consequentia nota & antecedens patet, quia nec formam, nec materiam, nec compositum. Contra fundamentum uerò eius, s. quia forma proportionatur corpori melius disposito, dupliciter etiam arguitur. Primo, quia dispositiones corporis non redundant in formam non eductam de materia, qualis est anima nostra. ergo. Secundo, quia si melius dispositi corporis melior est anima, ergo anima vnius & eiusdem variabitur substantialiter iuxta variationem dispositionum corporis eiusdem, hoc est falsum. ergo probatur sequela, quia non maioris sunt efficaciæ dispositiones præuiæ ad introductionem formæ, quàm dispositiones conseruante, ipsam formam in materia: sed istæ possunt variari. ergo corpus erit peius dispositum. ergo anima quæ erat melior, efficietur peior.

¶ Ad hæc argumenta facile satisfit ab aduertentibus, qualis sit habitudo animæ intellectiuæ ad corpus; & in quo consistat suscipere magis & minus propriè dictũ. Quemadmodum enim anima in communi est coaptata corpori organico physico &cæt. & anima humana corpori reducto ad æqualitatem tangibilium, ita oportet hanc animam esse substantialiter coaptatam & commensuratam corpori ad talem gradum æqualitatis reducto. Non enim consistit in indiuisibili æqualitas complexionis requisita ad corpus humanum, vt patet ad sensum, alij enim alijs præstant bonitate tactus. Et quia anima humana, non causatur ex corpore, sed in suo tantũ fieri dependet ex corpore, non vt causa, sed vt occasione: consequens est, quòd anima hæc cum sit, sortiatur commensurationem substantialem ad corpus, sic complexionatũ vt inuenitur in illo initio, & eam semper retineat necesse est, quia intransmutabilis substantiæ est. Suscipere verò magis & minus motum, aut mutationẽ habet annexum de magis in minus, aut econuerso. Alioquin proprie nõ sumuntur; quod ex eo patet, quia nihil aliud est suscipere magis & minus quàm intendi & remitti: sed hæc sine mutatione de minus in magis, aut econuersò intelligi nequeunt. ergo. Vnde ad obiecta, & ad primum dicitur, quia seclusis modis significandi, quamuis vna res sit perfectior altera siue eiusdem, siue alterius speciei, nunquam dicitur suscipere magis & minus; nisi possit esse motus aut mutatio de magis in minus, aut econuerso, vt patet ex dictis: hoc autem non conuenit animæ intellectiuæ, quoniam commensurationem illam quam semel accepit, imperdibiliter sortita est: quia est idem realiter quod substantia sua, quæ est ingenerabilis & incorruptibilis.

¶ Ad secundũ verò dicitur, quòd proprie loquendo, hęc forma non addit supra formã substantiam, sed modum potius substãtiæ, qui

quæ est s̃m rem substantia. Commensuratio. n. huius animæ ad hoc corpus, est indiuidualis differentia, contra habet animam ad hanc; & est intrinseca huic animæ: sicut dĩa specifica est intrinseca speciei. Ad obiecta autẽ contra fundamentum, patet similiter ex dictis r̃sio. fatemur. n. q̃ dispositiones corporis redũdare in animã per substantiam, contingit dupliciter. Vno modo causaliter, alio modo occasionaliter. Et primo est impossibile respectu animæ nostræ. Secundo verò modo est necessarium, loquendo de dispositionib. vltimis pro anima inducenda. Et cũ contra hoc obijcitur, quia non sunt maioris efficaciæ præcedentes q̃ conseruantes: respõdetur q̃ ratio peccat s̃m non causam vt causam. Non. n. maior aut minor efficacia dat præuijs occasionare talẽ gradum animæ: sed status corporis disposita per eas. Ex hoc q̃ afficiunt corpus in statu illo quo occasionalis causa est animæ, habent q̃ occasionaliter concurrant ad talem commensurationem animæ. Vnde si dispositiones conseruantes, aut quæcumque aliæ infra latitudinem humanam inuenirentur in statu illo, ipsæ redundarent hoc modo in substantiam animæ: quòd autem redundantia hæc rationabilis sit, iam patet ex dictis, quia scilicet, anima essentialiter est perfectio coaptata suo perfectibili.

SVP. Q. LXXXV. ART. VIII.

CONCL. 1. Indiuisibile in actu, & indiuisibile in potentia (vt continuum) prius cognoscitur à nobis, q̃ eius diuisio.

¶ PROB. Quia huiusmodi indiuisibile, i. continuũ est indiuisum in actu, diuisum in potentia: Et cognitio confusa (hac cognosco diuisibile in potẽtia, i. partes in quadam confusione, qđ est cognoscere indiuisibile actu) est prior quã distincta (hac cognosco partes in actu: quod nõ potest esse, nisi post continui diuisionem).

¶ COROLL. Cognoscendo igitur continuũ, cognosco prius indiuisibile, q̃ eius diuisionem. Ergo prius diuisibile in actu, q̃ diuisibile actu. Ergo prius diuisibile in potentia (ob hoc facta est mentio de cognitione confusa), quàm diuisibile in actu (ob hoc meminit de distincta).

¶ CONCL. 2. Indiuisibile secundum speciẽ (vt diffinitio hominis, Bouis, &c.) est prius intell'm, q̃ diuisio eius in partes rationis (puta in diffinitionis partes, s. genus, dĩam): & iterum prius intell'm est tale indiuisibile, q̃ intellectus componat, & diuidat (puta diffinitionem cum tali diffinito).

¶ PROB. Quia intellectus secundum se intelligit huiusmodi indiuisibile, i. quidditatẽ rei, tanq̃ propriũ obiectũ: Et proprium obiectum cuiuslibet virtutis cognoscitiuæ est primò per se cognitum ab ea.

¶ CONCL. 3. Indiuisibile, & actu, & potentia (puta vnitas, pũctus) cognoscitur posterius; quàm diuisibile.

¶ PROB. Quia huiusmodi indiuisibile, i. punctus, vnitas, cognoscitur per priuationẽ diuisionis (patet de diffinitione puncti, ac vnius): & habet quandam oppositionem ad rem corporalem, cuius quidditatem primò per se intellectus cognoscit.

¶ COROL. Ergo indiuisibile existens, aliquo modo diuisibile, est pri* cognitum ab intellectu nostro; indiuisibile autẽ nullo modo diuisibile, est posterius cognitum. Ex tribus prædictis cõclusionib. hoc elicitur.

1^m ex Philos.^o

Intelligimus, scimus. R. In cõplemento sciẽtię: non semper, in accipiendo scientiã. §. Tunc &c. vt patet ex prædictis conclusionibus.

2^m de minori.

Diuisibilis. R. Inquantũ terminati, vel mensurati: non, inquantum diuisibilis. §. Tunc &c. vt ex præmissis patet.

¶ COROL. Ergo indiuisibile illud ponitur in horum diffinitione, inquantum est terminus, vel mensura; nõ inquantum est indiuisibile. Ergo formaliter loquẽdo, non materialiter (vt argumentum) negatur; q̃ indiuisibile ponatur in diffinitione diuisibilis. Formaliter ergo, pro suo more optimo, loquitur sanctus Doctor in responsis (id quod semper memoriæ tenẽdum est): & aduersarij, i. argumenta, materialiter.

3^m de maiori.

Simili. R. Similitudine conuenientiæ ad obiectum: non, similitudine naturæ ad potentiã cognoscitiuam. §. Tunc nihil &c. vt ex præmissis patet. Exemplum literæ in fine notato.

ARTICVLVS VIII.

Vtrum intellectus per prius intelligat indiuisibile, quàm diuisibile.

AD OCTAVVM sic proceditur. Vr̃, q̃ intell's per prius intelligat indiuisibile q̃ diuisibile. Dicit enim Philos. in 1.^o Phys. q̃ intelligimus & scimus ex principiorum & elementorũ cognitione. Sed indiuisibilia, sunt principia & elementa diuisibiliũ. Ergo per priùs sunt nobis nota indiuisibilia, q̃ diuisibilia.

¶ 2 Pręt. Id qđ ponit̃ in diffinitione alicuius per prius cognoscitur à nobis: q̃a diffinitio est ex priorib. & notioribus, vt dr̃ in 6.^o Top. Sed indiuisibile ponitur in diffinitione diuisibilis, sicut punctum in diffinitione lineæ. Linea. n. vt Euclides dicit, † est longitudo sine latitudine, cuius extremitates sunt duo pũcta: & vnitas ponitur in diffinitione numeri: quia numerus est multitudo mensurata p vnũ, vt dr̃ in *10. Metaph. Ergo intell's noster per prius intelligit indiuisibile q̃ diuisibile.

¶ 3 Pręt. Simile simili cognoscitur: sed indiuisibile est magis simile intellectui quàm diuisibile, quia intellectus est simplex, vt dicitur in 3. de anima. † Ergo intellectus noster prius cognoscit indiuisibile.

SED CONTRA est, quod dicitur in 3.^o de Anima, quòd indiuisibile monstratur sicut priuatio. Sed priuatio per posterius cognoscitur. ergo & indiuisibile.

RESP. Dicendum, q̃ obiectum intell's nostri s̃m præsentẽ statum, est quidditas rei materialis, quam à phantasmatib. abstrahit, vt ex p̃missis * patet. Et quia id, quod est primò & per se cognitum à virtute cognoscitiua, est propriũ eius obiectum: considerari potest quo ordine indiuisibile intelligatur à nobis ex eius habitudine ad huiusmodi quidditatem. Dicitur autẽ indiuisibile tripliciter, vt dr̃ in * 3. de Anima. Vno modo sicut continuũ est indiuisibile, quia est indiuisum in actu, licèt sit diuisibile in potentia. Et huiusmodi indiuisibile prius est intell'm à nobis q̃ eius diuisio, quæ est in partes: quia cognitio confusa est prior q̃ distincta, vt dictũ * est. Alio modo dr̃ indiuisibile s̃m speciem, sicut rõ hominis est quoddam indiuisibile. Et hoc ẽt modo indiuisibile est prius intell'm q̃ diuisio eius in partes rationis, vt s̃. dictum est.* Et iterum prius q̃ intell's componat & diuidat affirmãdo, vel negando. Et huius ratio est, quia huiusmodi duplex indiuisibile: intellectus s̃m se intelligit sicut propriũ obiectum. Tertio modo dr̃ indiuisibile, quod est oĩno indiuisibile, vt punctus & vnitas: quæ nec actu, nec potentia diuiduntur. & huiusmodi indiuisibile per posterius cognoscit̃ per priuationẽ diuisibilis: vnde pũctum priuatiuè diffinitur. Punctũ est cui pars non est. Et similiter rõ vnius est q̃ sit indiuisibile, vt dr̃ in 10. Met. Et huius ratio est: quia tale indiuisibile habet quandã oppositionem ad rem corporalem: cuius quidditatem primò & per se intell's accipit. Si aũt intell's noster intelligeret per participatiõnẽ indiuisibilium separatorum, vt Platonici posuerunt: sequeretur q̃ indiuisibile huiusmodi esset primò intellectum, quia secundũ Platonicos prius participantur à rebus.

AD PRIMVM ergo dicendũ, q̃ in accipiendo scientiã, non semper principia & elemẽta sunt priora: q̃a quãque ex effectibus sensibilib. deuenimus in cognitionẽ principiorũ & causarũ intelligibiliũ. Sed in cõplemento scientiæ semper scientia effectuum dependet ex cognitione principiorũ & elementorum: quia, vt ibidem dicit Philosophus,* Tũc opinamur nos scire, cum principia possumus in causas resoluere.

AD SECVNDVM dicendum, q̃ punctum non ponit̃ in diffinitione lineæ cõiter sumptæ. Manifestũ est enim, q̃ in linea infinita, & etiã in circulari non est punctũ nisi in potentia. Sed Euclides diffinit lineam finitã rectã: & ideo posuit punctũ in diffinitione lineæ, sicut terminũ in diffinitione terminati. Vnitas verò est mẽsura numeri. Et ideo ponitur in diffinitione numeri mẽsurati, non aũt ponitur in diffinitione diuisibilis: sed magis econuersò.

AD TERTIVM dicendum, q̃ similitudo, per quam intelligimus, est species cogniti in cognoscente. Et ideo non secundum similitudinem naturæ ad potentiã cognoscitiuam est aliquid prius cognitum: sed per conuenientiam ad obiectum: alioquin magis visus cognosceret auditum quàm colorem.

APPENDIX.

EX artic. habes primò: quomodo per rationem monstres, Philosophum 3. de anima tex. 25. meritò dixisse: q̃ indiuisibile monstratur sicut priuatio. Adde, q̃ priuatio posterius cognoscitur, q̃ habitus:

Marginal notes: 43 I Infrà q. 87. art. 3. cor. Et di. 24. q. 1. art. 3. ad 1. Et 3. de Anima, lec. 11. — * tex. 1. c. 1. — * Li. 6. Topic. c. 1. ante & post medium, to. 1. — † In princ. libri. elẽ. — * Lib. 10. Met. textu 11. tom. 3. — † Lib. 3. de ani tex. 12. tom. 2. — * Lib. 3. de ãia tex. 25. tom. 2. — * q. 84. artic. 7. — * Lib. 3. de ãia tex. 23. 24. & 25. tom. 2. — * Ar. 3. huius q. ad 3. arg. præcipue. — * Ar. 2. huius quæst. ad 3. arg. — Regula pro respõsis, & argumẽtis. — * Loco citato in arg. — Vtilitas pro philosoph.

bitur: & videbis, ipsum per hæc verba sensisse, quod indiuisibile post. rius cognoscitur, quàm diuisibile. Secundò habes: quo per rationem dictum illud Philosophi intelligas, probes, defendas. Tertiò vides: quo ex hoc loco, similibusq; Angelica vicissim iuuetur conclusio.

¶ NOT. Huic suffragatur articulo articulus in ordine 52. 422. 426. 89. 419. Pro stud. var. coor.

Comm. Cardinalis Caietani.

Titulus: per prius, ordine generationis: cætera sumunt in com.

¶ In corp. tria. Primò, ostendit radix & via veritatis quæsitæ. Secundò, respondet quæsito duplici conclusione. Tertiò, ex tertia conclusione confirmatur posita radix, & destruitur simul opinio Platonica.

¶ Quo ad primum, est hæc conclusio. Ordo quo indiuisibile cognoscitur à nobis, ex habitudine ad quidditatem sensibilem pensandus est. Probatur, quia quidditas materialis est proprium obiectum intellectus nostri hic: ergo primo cognitum, ergo ex appropinquatione ad ipsam, indiuisibile vel diuisibile erit prius notum. Omnia clara sunt.

¶ Quo ad secundum, ponitur distinctio indiuisibilis trimembris. & circa prima duo mébra ponitur prima conclusio affirmatiua, iuxta tertium, secunda negatiua. Prima ergo cóclusio est, Indiuisibile actu, tam secundum continuitatem quàm secundum diffinitionem, est prius notum opposita diuisione. Probatur vtraque pars simul dupliciter. Primò, quia cognitio confusa est prior distincta. Secundò, quia vtrumque indiuisibile, est species proprij obiecti intellectus: ac per hoc secundùm seipsum, & non per aliud prius cognitum cognoscitur. Est enim quodlibet horum quidditas quædam rei corporeæ.

¶ Aduerte hic, quòd litera in secunda parte conclusionis infert, quod indiuisibile secundùm rationem, i. incomplexum, est prius notum, etiam antequàm intellectus componat, quod quidem probatione non eget, quia prima operatio intellectus est prior secunda, & cognitio complexa necessario præexigit incomplexam.

¶ Secunda conclusio est. Indiuisibile omnino, scilicet actu & potentia est posterius notum diuisibili. Probatur dupliciter. Primò, quia hæc priuatione cognoscuntur: vt patet de puncti diffinitione & vnitatis. Secundò, quia hæc oppositionem quandam habent ad rem corpoream: quæ est proprium intellectus motiuum.

¶ Aduerte hic, quod genus hoc tertium indiuisibilium, quod solum propriè dicitur indiuisibile, dicitur opponi rei corporeæ, quia priuatiuè opponitur illi, dum hoc priuatione diuisionis reperibilis in continuo & numero, indiuisibile est, & dicitur.

¶ Quo ad tertium eliditur opinio opposita radici positæ, ex vltima conclusione. Quia enim genus hoc indiuisibilium, scilicet actu & potentia posterius experimur nos cognoscere, sequitur quòd intellectus noster non moueatur, & actuetur ab indiuisibilibus separatis: sed à quidditate sensibili. Si enim ab illis actuaretur, illa prius intelligeret. & probatur sequela, quia priora prius participantur à rebus, & consequenter intellectu. Potest quoque hæc pars introduci ad ostendendam necessitatem huius articuli, quia s. opiniones habet diuersas, secundum diuersa principia.

SVP. Q. LXXXVI. ART. I.

CONCL. 1. Singulare in rebus materialibus intellectus noster directe, & primò, cognoscere non potest.

¶ PROB. Quia intellectus noster intelligit abstrahẽdo speciem intelligibilem à materia indiuiduali, quæ est principium singularitatis in materialib. indiuiduis: Et id, quod sic à materia abstrahitur, non potest esse singulare, sed est vniuersale.

¶ COROLL. Ergo intellectus noster non est directè cognoscitiuus in rebus materialibus: nisi vniuersalium.

¶ CONCL. 2. Indirectè, & quasi per quandam reflexionem, intellectus noster potest cognoscere singularé.

¶ PROB. Quia intellectus, postquã species intelligibiles à phãtasmatib. abstraxit, si vult actu secundum eas intelligere, conuertit se necessariò ad phantasmata, in quibus species intelligibiles intelligit (3. de anima, sup. q. 85. art. 1. ad quintũ.): Et phãtasmata ipsa sunt singulariũ.

¶ COROLL. Per illam ergo reflexionẽ cognoscit singularia.

432 4. d. 50 q. 1. ar. 3. Et veri. q. 5. art. 6. & q. 6. 10. art. 5. Et de Aia ar. 20. & Quolib. 11. art. 12. & opusc. 24. c. 1. & 2. Et 3. de anima lec. 8. col. 2. & 3.

1^m maior. Qui cũ q; cognoscit compositionem, cognoscit extrema compositionis. R. Secundum quod cognoscit illam compositionem. §. Tunc &c Indirectè nãque cognoscit compositionem illã intellectus noster, dum sper reflexionem se conuertit ad phantasmata: Et sic indirectè etiã cognoscit extrema cõpositionis, i. singularia (iuxta declaratam in 2. conclusione).

* Li. 1. Physic tex. 49. tom. 2.

2^m de maiori. Dirigit. R. Non, nisi mediante apprehensione sensitiuæ partis. §. Vniuersalis. n. ratio intellectus practici nõ mouet. Tunc &c. vt patet.

¶ NOT. Quoniam ad argm hoc satisfactum videmus ex prædicto responso: ideo S. Thomas, omissa replicatione responsi, ad declarandum quędã ambigua in argumento hoc nouo tacta se cõuertit secundum morem suum optimum (vide suprà Regulam de hoc q. 40. art. 1.); relinquendo lectoribus secũdum eorum iudicium applicare respõsum primum etiam ad hoc secũdum.

3^m de minori. Singulare. R. Immateriale: non autem, materiale. §. Tunc nihil &c; vt patet ex cõclusionibus. Semper. n loquunt de singularib. materialibus; dãtes intelligere; quòd singularia immaterialia cadere possunt directe sub intellectiua cognitione nostra.

QVÆST. LXXXVI.

Quid intellectus noster in rebus materialibus cognoscat, in quatuor articulos diuisa.

DEINDE considerandum est, quid intellectus noster in rebus materialibus cognoscat.

ET circà hoc quæruntur quatuor.

¶ Primò, Vtrum cognoscat singularia.

¶ Secdò, Vtrum cognoscat infinita.

¶ Tertiò, Vtrum cognoscat contingentia.

¶ Quartò, Vtrũ cognoscat futura.

ARTICVLVS I.

Vtrum intellectus noster cognoscat singularia.

AD PRIMVM sic proceditur. Vr, quod intellectus noster cognoscat singularia. Quicumque. n. cognoscit compositionem, cognoscit extrema compositionis: sed intellectus noster cognoscit hãc compositionem, Socrates est homo, eius enim est propositioné formare. ergo intellectus noster cognoscit hoc singulare, quod est Socrates.

¶ 2 Præt. Intellectus practicus dirigit ad agendũ. Sed actus sunt circa singularia. ergo cognoscit singularia.

¶ 3 Præt. Intellectus noster intelligit seipsum. Ipse autem est quoddam singulare, alioquin non haberet aliquem actum. actus. n. singularium sunt. ergo intellectus noster cognoscit singulare.

¶ 4 Præte. Quicquid potest virtus inferior, potest superior. sed sensus cognoscit singulare. ergo multò magis intellectus.

SED CONTRA est, quod dicit Philos. in 1.* Phys. quòd vniuersale secundum rationé est notum, singulare autem secundum sensum.

RESPON. Dicendũ, quod singulare in rebus materialib. intellectus noster directè & primò cognoscere non potest. Cuius ratio est: quia principium singularitatis in rebus materialibus, est materia indiuidualis: intellectus autẽ noster, sicut s. dictũ* est, intelligit abstrahendo speciem intelligibilem ab huiusmo di materia. Quod aũt à materia indiuiduali abstrahitur, est vniuersale. Vnde intellectus noster directè nõ est cognoscitiuus nisi vniuersalium. Indirectè autem, & quasi per quandã reflexionem potest cognoscere singulare. Quia sicut suprà dictum* est, etiam postquã species intelligibiles abstraxerit: nõ potest secundum eas actu intelligere, nisi conuertendo se ad phantasmata, in quibus species intelligibiles intelligit, vt dicitur in 3.* de Anima. Sic igitur ipsum vniuersale per speciem intelligibilem directè intelligit, indirectè autem singularia, quorum sunt phantasmata. Et hoc modo format hanc propositionem, Socrates est homo. Vnde patet solutio ad Primum.

AD SECVNDVM dicendũ, quòd electio particularis operabilis est quasi conclusio syllogismi intellectus practici, vt dicitur in 7.* Ethi. Ex vniuersali autem propositione directè non potest concludi singularis, nisi mediãte aliqua singulari propositione assumpta. Vnde vniuersalis ratio intellectus practici non mouet nisi mediante particulari apprehensione sensitiuæ partis, vt dicitur in 3.* de Anima.

AD TERTIVM dicendum, quod singulare non repugnat intelligenti inquantum est singulare: sed inquantum est materiale: quia nihil intelligitur nisi immaterialiter. Et ideò, si sit aliquod singulare & immateriale, sicut est intellectus, hoc non repugnat intelligenti.

* q. 85. ar. 1.

D. 753.

* q. 84. artic. 7.

* Lib. 3. de Aia, textu 32. to. 2.

* Lib. 7. Ethicor. c. 3. tom. 5.

* Lib. 3. de Aia, textu 58. tom. 2.

AD

4m de maiori. Potest superior. s. Potest eminentiori modo; non necessariò, illo infimo. §. Sic enim omnia correspondent: vt inferior modo inferiori, superior modo superiori, & consequenter vterque modo sibi conuenientes, faciat idem. Cognosce ergo hinc; quòd argumentum sic glossatum est pro, non cōtra. Concludit enim tunc; quòd intellectus, cum sit superior, cognoscit singulare in vniuersali tantum; & consequenter directè tantum vniuersale; licet indirectè etiam singulare. Tunc nihil &c. vt patet.

AD QVARTVM dicendum, q virtus superior pōt illud, qd virtus inferior: sed eminētiori modo. Vnde id qd cognoscit sensus materialiter & concretè (qd est cognoscere singulare directè) hoc cognoscit intellectus immaterialiter & abstractè, qd est cognoscere vniuersale.

AR-

APPENDIX.

Ex articulo habes primò: quomodo per rationem demonstres, Philosophum in primo Physic. tex. 49. rectè dixisse de intellectu nostro, quòd vniuersale secundum rationem est notum, singulare autem non. Secundò habes: quomodo per rationē hoc dictum Philosophi in vero sensu declares, probes, tuearis. Tertiò vides, quomodo ex hoc, atque similibus locis, vicissim Angelicus iuuet articulus præsens.

¶ Nor. Articulum istum iuuat vtcumque articulus in ordine 424. 436. 81. 283.

Vtilitas pro philosoph. 1 3

Pro stud. var. coor.

AP-

Comm. Cardinalis Caietani.

TItulus clarus.

¶ In corpore duæ concłones rñsiuę. Prima est. Singulare materiale, intelłs nr̄ non pōt directè & primò cognoscere. Probaẗ. Intellectus intelligit abstrahēdo à materia indiuiduali. ergo directè intelłm est non singulare, sed vle. Antecedens patet, cōsequentia probatur, quo ad primā partem: quia materia indiuidualis est principiū singularitatis, quo ad secundā verò, quia abstractum ab indiuidualibus est vniuersale. Secunda conclusio est, q intellectus noster pōt intelligere singulare indirectè. Probatur. Intelligens non nisi per conuersionē ad phantasmata singularium, indirectè pōt intelligere singulare intellectus noster est huiusmodi. ergo.

¶ Circa primam conclusionem concurrunt obiectiones contra duo. Prima contra illud, s. q vle sit primo cognitum ab intellectu nostro, arguit Durand. dupłr. Tūm, quia obiectum & omnis eius per se conditio, præcedit actum potentiæ, qm̄ potentia non facit, sed supponit obiectum: sed vle non præcedit omnem actum intellectus. ergo. Tūm, quia repræsentatiuū reale & naturaliter repræsentat rem s̄m eius conditionem realem, sed vniuersalitas nō est conditio realis. ergo non repræsentatur per realē speciem &c. vt ponis. Secundò contra aliud, s. q singulare non directè, & primò intelligitur tripliciter. Primò, quia intellectus incipit vbi terminatur sensus: sed sensus terminatur ad singulare. ergo à singulari incipit. Secundo, quia vniuersale abstrahitur à singulari, vt à termino à quo. ergo singulare prius cognoscitur: abstractio. n. non nisi à noto fit. Tertio, quia singulare primò mouet intelłm. ergo primò intelligitur: consequentia nota. Antecedens probaẗ, quia actiones sunt singularium: talis. n. motio actio quædam est.

¶ Ad primum horum dr̄, falsum esse assumptum, & q intelłs. i. tota pars intellectiua nō supponit, sed facit obiectum intellectum potentia. n. actiua non prohibetur construere suum obiectum: sed arguens, quia negat intellectum agentem & species, fallitur.

¶ Ad secundum verò dr̄, q repræsentari vle, potest dupliciter intelligi: vno modo vt vltas sit conditio repræsentata, & sic non dicimus speciem repræsentare vniuersale. Alio modo vt vniuersalitas sit conditio consequens modū quo repñtatur, & hoc modo dicimus, q species intelligibilis bouis, repræsentat naturā bouinam vniuersalem, quia s. repræsentat eam, & nō repræsentat indiuiduales conditiones. Ex hoc. n. quòd sic repræsentatur, sequitur quòd vniuersalis repræsentetur, quia nec ut vna numero, nec ut multiplicata numero &c. & sic patet nullitas consequentiæ.

¶ Ad argumenta cōtra ipsam concłonem dr̄, pmittendo q in actione & passione intelłs duo ordines operationū attenduntur. Primus realis qui conuenit intellectui vt res est. Secundus intelligibilis, qui conuenit intellectui vt intellectus est. Per primum, mouetur intellectus possibilis ab intellectu agente effectiuè principaliter: ab obiecto vero in phantasmate secundariò: à specie autem intelligibili ab illis producta formaliter. Per secundum verò, perficitur ab intelligibili vt intelligibile est obiectiue: ab actu verò intelligendi formaliter. His itaque stantibus facilè patet responsio ad omnia, distinguendo, de quo ordine operationum sit sermo. In primo namque omnia sunt singularia: sed non singularia materialia nisi phantasma, & tunc patet inceptio intellectus à phantasmate. In secundo verò, obiectum est vniuersale. Singulatim ergo respondendo, ad primum conceditur totum in primo ordine: sed consequentia nihil valet, quia in illo nulla est intellectio. Si verò de intellectu, vt intellectus est loquatur, dicitur quòd intellectus incipit non ab eo in quo finit sensus, sed à proximo sibi: hoc autem est vniuersale corporeum: falsum est enim, quòd potentiarum ordinatarum posterior incipiat à termino prioris: sed bene a proximo sibi. Vnde cogitatio non à sensatis, sed elicitis intentionibus primò perficitur.

¶ Ad secundū verò dicit, falsum esse q oporteat abstractionem fieri à noto, tā de abstractione intelłs possibilis q̄ agentis, & de agente quidē patet, de possibili vero manifestū fit ex sensu: visus. n. abstrahit colorem ab odore pomi ignoto sibi: tali. n. pacto intelłs possibilis considerat vniuersale, & non particulares conditiones,

¶ Ad tertium aūt dr̄, quòd si est sermo de intellectu vt re, conceditur q primò mouens est singulare, sed non materiale: sed immateriale, s. intelłs agens: falsum. n. supponitur, s. q in tali motione obiectū sit primo mouens. Sed tunc cōsequentia nihil valet; ergò singulare primò cognoscit, quia intelłs agens & obiectū in phantasmate in hoc primo ordine non mouet obiectiuè, sed actiuę potius. Si verò est sermo de intellectu ut intellectus est, sic concesso q primò mouens sit obiectū, negatur q sit singulare: sed dr̄ quòd est natura vniuersalis, quæ obiectiuè perficit, mouet, & facit esse in actu intellectum, qm̄ illa est primo repręsentata per speciem intelligibilem, & primò intelligibilis, vt in litera dicitur.

¶ Circa secundam conclusionem dubium occurrit: quia cū omnis cognitio fiat per assimilationem, & intellectus nunquam neq; in actu recto, neque reflexo assimiletur singulari, sequitur quòd nunq̄ cognoscat ipsum. Et confirmatur, quia si intelłs intelligit singulare, siue rectè siue reflexè, sequitur. ergo format in se conceptum ipsius singularis: cum omnis intellectio in conceptu aliquo consistat, & propositio singularis formari non pōt nisi conceptus incōplexus termini singularis habeatur: sed in intellectu non pōt esse conceptus materialis indiuidui vt sic. ergo. Probatur minor, quia conceptus est similitudo expressa rei conceptæ: repugnat aūt intellectui nostro hic habere similitudinem materialis indiuidui, vt patet, quia aliter nō abstraheret ab hic, & nunc. Et nihil prohiberet ponere species intelligibiles singulariū in intellectu nostro: par. n. est ratio quo ad hoc, de similitudine impressa & expressa.

¶ Ad oppo. autem ducit demonstratio Arist. in 2. de anima dē sensu communi, quòd oportet iudicem discernentem aliqua duo, cognoscere vtrumque: sed intellectus ponit differentiam inter vniuersale, & singulare. ergo.

¶ In hac difficultate dicendum mihi videtur, & quòd intellectus cognoscit vtrumque, & quòd non format proprium conceptum singularis: sed intelligit ipsum in conceptu alterius: qui tamen est eius quodammodo. Ad quorum euidentiam sciendum est, q dupliciter experimur nos intelligere aliquid, s. in seipso, & in alio. In seipso quidem, cum cognoscendo formamus in nobis conceptum illius rei quam intelligimus, sicut cum intelligimus, graue, formamus in nobis conceptum propriæ rationis formalis ipsius grauitatis, & cum percipimus bouem, formamus in nobis conceptum propriæ differentiæ &c. In alio verò, cum vnum concipimus, & aliud in illo concepto arguimus inueniri, quod tamen quid sit non concipimus. Sicut cum concipimus sapientiam infinitam esse, rem quandam excellentissimam subesse arguimus, quid tamen sit res illa ignotū est. Sic. n. res illa, & nota quodammodo & ignota est. Nota quidē in alio, s. in conceptu sapientiæ infinitæ, ignota s̄m suam rationem formalem, & consequenter in proprio conceptu: nota arguitiuè, ignota directę: nota quantum ad quæstionem quia est, ignota quantum ad quæstionem quid est. Et hoc modo singulare materiale notū est intellectui nostro. Nunquam n. concipere nos experimur siue directè siue indirectè Socreitatem, quamuis concipiamus singularitatem in cōmuni. Si. n. conciperemus hoc album, aut hunc hominem proprio conceptu. illo intellectus vt intellectus est, esset hoc materiale signatū, & quidditatiuam cognitionem haberet singularis vt sic: cum nil aliud sit nosse quod quid erat esse alicuius, q̄ concipere illud s̄m proprium illius conceptum vt sic. Sed bene experimur quod ponimus differentiā inter Socreitatem, & quod quid erat esse hominis, inter hoc & vniuersale. Et ideò oportet q vtrūque cognoscatur: sed ad hoc sufficit cognitio arguitiua. concipientes. n. in nobis hominē & singularitatē, & quòd homo nō subsistit per se &c. arguitur & concluditur ab intellectu in rerum natura res quædā singularis &c. differens ab vniuersali sibi oblato per differentiam sibi incognoscibilem quidditatiuè, s. Socreitatem, vt de deitate exemplariter manifestum est. Concipitur ergo singulare ab intellectu nostro, non proprio, sed alieno conceptu, qui tamen est aliquo modo, s. confusè & arguitiuè eius, non repræsentatiuè, quemadmodū deitas cōcipitur in alieno conceptu, qui est tamen deitatis conceptus non repræsentatiuè, sed arguitiuè: & hoc sufficit ad ponendum differētiam inter deitatem sic cogitam, & id

D. 75ć.

quod directè concipimus. Et ppea diuus T. in corpore art. intellectũ cognoscere singulare dicit, & in rñsionibus ad colligationem partis sensitiuæ cũ intellectiua confugit, insinuans per hoc, q̃ nũquam intells hoc signatũ indiuiduum conceptu proprio, nisi in cogitatiua attingit, & q̃ per illã ipse intellectus arguitiuè attingit ad illud. Et hoc expressius indicat in q. de anima, ar. 20. in resp. ad primũ, secundo loco obiectorum, vbi dicit, q̃ illa reflexio non perficitur nisi adiunctione virtutis imaginatiuæ. Et hæc si bene perspexeris, multa obscura patefient tibi. Nec te moueat, quòd in calce corporis art. dicat, quòd intellectus cognoscendo indirectè singulare, format hanc propositionem, Socr. est homo, propterea quia formare hanc propositioné exigit formare conceptũ Socr. Perspice supradicta, & vide quod intellectus format hanc propositionem de ignota deitate, si vocaretur A. A est substantia prima &c. & tamé careret proprio conceptu ipsius A. ita intellectus format propositionem hanc, Socr. est homo, solo illo conceptu confuso, & quid nominis contentus in seipso, vt patet ex dictis.

¶ In resp. ad 4. nota duo. Primũ est, q̃ rñsio consistit in hoc, q̃ arguendo cõmittitur sophisma figuræ dictionis, à q d ad q̃uo, qm idé dr̃ esse quod cognoscitur à sensu & intellectu: sed non eodé modo, qa à sensu cõcreté, ab intellectu abstracté, & ideò cũ subsumitur, sensus cognoscit singulare, perinde est, ac si diceretẽ, quòd sensus cognoscit cõcreté: hoc. n. est cognoscere singulare, vt in lfa dicitur. Secundũ est, q̃ hic habes, q̃ aliquid defert secum species visibilis, quod visu non discernitur, & similiter species audibiles & similes: percipiunt. n. sensus obiecta sua tm̃ signate, quidditates autem & passiones eorum quæ simul vehuntur, ab altiori potentia discernuntur, quod th̃ non est alia cognoscere nisi oblata per species sensibiles: alio modo quã sensus exterior, aut vis inferior.

¶ In hoc art. aduerte, quod Scot. in 4. dist. 45. q. 3. tenet, quòd intellectus noster intelligit singulare sensibile intuitiuè, hoc album &c. quod sentitur, & sensationem ipsam: & affert pro se primam & quartam rationes, quæ in litera fiunt arguendo. sed quia soluuntur in litera, non oportet aliter laborare.

ARTICVLVS II.

Vtrum intellectus noster possit cognoscere infinita.

AD SECVNDVM sic proceditur. Vr̃, q̃ intell's noster possit cognoscere infinita. Deus. n. excedit omnia infinita. Sed intell's noster potest cognoscere Deum, vt s̃. dictum * est, ergo multò magis põt cognoscere omnia alia infinita.

¶ 2 Præt. Intell's nr̃ natus est cognoscere gñra, & spés. Sed quorundã generũ sunt infinitę species, sicut numeri, proportiones & figuræ. ergo intell's nr̃ põt cognoscere infinita.

¶ 3 Præt. Si vnũ corpus nõ impediret aliud, ab existẽdo in vno & eodẽ loco, nihil phiberet infinita corpora in vno loco esse. Sed vna spés intelligibilis nõ prohibet aliam ab existendo simul in eodé intellectu: contingit. n. multa scire in habitu. ergo nihil prohibet intellectũ nr̃m infinitorũ scientiam hr̃e in habitu.

¶ 4 Præt. Intell's cũ nõ sit virtus materiæ corporalis, vt s̃. dictũ * est, vr̃ esse potẽtia infinita. Sed virtus infinita põt esse superinfinita. ergo intell's nr̃ potest cognoscere infinita.

SED CONTRA est, quod dr̃ in 1. Phys. * quòd infinitum inquantum est infinitum, est ignotum.

RESP. Dicendũ, q̃ cũ potentia proportionetr̃ suo obiecto, oportet hoc modo se hr̃e intellr̃m ad infinitum, sicut se hẽt eius obiectũ, qd est qdditas rei materialis. In rebus aũt materialib. nõ inuenit̃ d infinitũ in actu, sed solũ in potentia fm̃ q̃ vnũ succedit alteri, vt dr̃ in 3. * Phys. Et ideo in intellectu nr̃o inuenit̃ infinitũ in potẽtia, in accipiendo. s. vnũ post aliud: qa nunq̃ intell's nr̃ tot intelligit, quin possit plura intelligere. Actu aũt vel habitu, non põt cognoscere infinita intell's nr̃. Actu quidé non, quia intell's nr̃ non põt simul actu cognoscere, nisi qd per vnã speciẽ cognoscit. Infinitũ auté nõ habet vnã speciẽ: alioquin hr̃et totã rõné totius & perfecti. & ideò nõ põt intelligi, nisi accipiẽdo partẽ post partẽ, vt ex eius diffinitione patet in * 3. Phys. Est. n. infinitũ cuius quãtitaté accipiẽtib. semper est aliqd extra accipere. & sic infinitũ cognosci nõ posset actu, nisi omnes partes eius numerent̃: qd est impossibile. Et eadẽ rõne nõ possumus intelligere infinita in habitu. In nobis. n. habitualis cognitio causatur ex actuali cõsideratione. Intelligẽdo. n. efficimur scientes, vt dr̃ in * 2. Eth. Vnde non possemus hr̃e habitum infinitorũ fm̃ distinctã cognitionem, nisi considerauissẽmus oĩa infinita, numerãdo ea fm̃ cognitionis successioné, qd est impossibile. Et ita nec actu, nec habitu intell's noster potest cognoscere infinita: sed in potentia tm̃, vt dictum * est.

AD PRIMVM ergo dicendũ, q̃ sicut s̃. dictũ † est, Deus dr̃ infinitus sicut forma, q̃ non est terminata p aliquã naturã. In rebus aũt materia lib. aliqd dr̃ infinitũ per priuationé formalis terminationis. Et quia forma fm̃ se nota est, materia aũt sine forma ignota: inde est, q̃ infinitum materiale est fm̃ se ignotum. Infinitum auté formale, qd est Deus, est fm̃ se notum: ignotum aũt quo ad nos pp defectũ intellectus nr̃i, qui fm̃ statum pñtis vitæ habet naturalé aptitudiné ad materialia cognoscẽda. Et ideo in præsenti Deum cognoscere non possumus, nisi per materiales effectus. In futuro autem tolletur defectus intellectus nostri per gloriam; & tunc ipsum Deum in sua essentia videre poterimus, tamen absque comprehensione.

AD SECVNDVM dicendum, q̃ intellectus noster natus est cognoscere species per abstractionem à phantasmatibus. Et ideò illas species numerorum & figurarum, quas quis non est imaginatus, non potest cognoscere, nec actu nec habitu, nisi fortè in genere, & in principiis vniuersalibus. quod est cognoscere in potentia & confusè.

AD TERTIVM dicendum, q̃ si duo corpora essent in vno loco vel plura, non oporteret, q̃ successiuè subintrarent locum, vt sic per ipsam subintrationis successionem numerarentur locata. Sed species intelligibiles ingrediuntur intellectum nostrum successiuè; quia non multa simul actu intelliguntur. Et ideò oportet numeratas & non infinitas species esse in intellectu nostro.

AD QVARTVM dicendum, q̃ sicut intellectus nr̃ est infinitus virtute, ita infinitũ cognoscit. Est. n. virtus eius infinita fm̃ q̃ non determinatur per materiã corporalem: & est cognoscitiuus vlis, quod est abstractum à materia indiuiduali, & per consequens non finitur ad aliqd indiuiduũ: sed quantum est de se, ad infinita indiuidua se extendit.

Margin: * q. 12. ar. 1. — * q. 79. art. 4. ad 1. — * Lib. 1. Phys. tex. 35. & li. 3. tex. 65. t. 2. — * Lib. 3. Phys. tex. 56. & 57. tom. 2. — * Lib. 3. Phys. tex. 63. tom. 3. — * Lib. 2 Ethico. c. 1. tom. 5. — * In isto artic. — † q. 7. art 1. — D. 366.

SVP. Q. LXXXVII. ART. II.

433
Inf. q. 87. art. 3. ad 1. Et opusc. 9. q. 81.

COncl. Intellectus noster non potest cognoscere infinita nec actu, nec habitu: sed in potentia tantum.

¶ PROB. Quia intell's noster nõ potest simul actu cognoscere, nisi qd per unã speciẽ cognoscit: Et infinitum (cùm non habeat rõnem totius, ac perfecti: sed partis post partẽ) nõ habet vnã speciem. Secunda aũt pars, s. nec habitu, probatur: Quia habitualis cognitio causatur ex actuali consideratione (ex 3. Ethic.); & non possumus cõsiderauisse omnia infinita numerando ea, fm̃ cognitionis successionem (cum hoc sit impossibile). Tertia auté pars, s. sed in &c. probatur. Quia intell's noster nũquam tot intelligit, quin possit plura intelligere.

1m de concl.e

Infinita. ℞. Formalia (si essent): non, materialia. §. Tunc &c. Loquitur enim articulus de infinito materiali, non de formali. Ex litera agnosce: quòd non est rõne excessus, quod alia infinita non cognoscantur, cũ sic multo magis cognoscerentur: quia magis, q̃ formalia, excedãtur (vt patet): sed est ratione hac, quòd alia nõ sunt formalia. Non ergo, quia non excedantur à Deo, non cognoscuntur: sed quia formalia non sunt.

D. 736.

2m de maiori.

Species. ℞. Per abstractioné à phãtasmatib': non, quas non abstraxit à phãtasmatibus. §. Tũc nihil &c. Nam illę species numerorũ, & figurarum, quas abstrahit à phãtasmatib. sunt finitę in actu, & habitu: licet sint infinitæ in potẽtia; quo & modo infinita cognoscere põt intells (iuxta cõclonis calcé).

3m de maiori.

Non impediret. ℞. Si p subintrationé successiuam in locũ, non numerarẽtur ipsa locata: nõ, si per subintrationé successiuã numerarent̃. §. Tunc &c. Nam species intelligibiles sic ingrediuntur intellm̃, vt successiuè, i. vna post vnã, numerent̃ semper; q̃, cũ sit contra rationem infiniti, nõ possunt esse infinitæ species in intellectu; sicut nec tũc possent esse locata infinita in vno loco. Cognosce igitur; q̃ argm̃ peccabat fm̃ non causam, vt causam. Non. n. est ex impeditione mutua (vt arguebatur): sed est ex numeratione: quòd infinita non possint esse in intellectu.

4m de maiori.

Infinita. ℞. Secundum quid. i. non terminata per corporeã naturam: non.

ARTI-

non, absolutè. §. Tunc &c. Sic.n. virtus infinita potest in infinita eo modo solū, quo ipsa est infinita : quod est cognoscere uniuersale. Nam vniuersale ex eo, ꝙ non finitur per materiam indiuidualem, restat infinitum secundum quid; inquantum s. de se est in potentia ad infinita indiuidua.

Vtilitas pro philosoph.

APPENDIX.

EX artic. habes primò : quomodo per rationem demonstres, Philosophum in 1. Phys. tex. 35. & lib. 3. tex. 65. meritò dixisse, ꝙ infinitū inquantum est infinitū, est ignotum. Secundò habes: quō per rationē verum sensum Philosophi in prædicta authoritate, à falso discernendo, explices, probes, tuearis. Tertiò vides: quō ex hoc, alijsq; similibus locis, vicissim Angelica iuuetur conclusio.

¶ Not. Articulo præsenti deseruit articulus in ordine 55. 363. 16d. 438. 427. 35. 36. 424. — Pro stud. var. coor.

Comm. Cardinalis Caietani.

TItulus clarus.

¶ In corpore sunt tres conclones: aut vna habens tres partes, s. Intell's noster, nec actu nec habitu potest intelligere infinita: sed in potentia tm̄. Et probatur in litera tali ordine: quia primò probatur pars affirmatiua, s. quòd in potentia. Secundò prima negatio, s. quòd non actu. Tertio, secunda negatio, s. quòd non habitu.

¶ Quo ad primum ratio est hæc. Obiectum intellectus nostri non compatitur infinitum nisi in potētia. ergo intellectus noster potest intelligere infinita in potentia. Antecedens probatur, quia illud est quidditas sensibilis, quæ non habet infinitatem nisi in potentia, vt patet 3. Phys. Consequentia verò probatur, quia eodem modo oporteret se habere intellectum ad infinitum, quo se habet illius obiectum, quod probatur, quia oportet potentiam proportionari obiecto proprio.

¶ Circa hanc rationem aduerte primò, ꝙ tenet: ppea quia q̄dditas rei materialis supponitur obiectū & motiuum & adæquatū intensiuè respectu intell's nostri pro statu isto, de quo est sermo: si enim intell's ab ea mouetur, & in nihil potest quod illius aliqd aliquo modo non sit vt sic, consequens est, ꝙ vnumquodque ita se habet ad cognosci à tali intellectu, quomodo se habet ad talem quidditatem: quod ergo in tali quidditate in potentia tantum inuenitur, in intellectu quoque illo potentialiter tantum inueniri oportet, & ideo infinita ut quidditas sensibilis in essendo, sic intellectus in cognoscendo, non nisi in potentia habet.

¶ Aduerte secundò, ꝙ hæc ratio non tm̄ probat partē affirmatiuam, s. quod intellectus intelligit in potentia infinita : sed negatiuam, s. quòd non actu. Veruntamen in litera ex proprijs infiniti & actus, additur ratio specialis ad partem hanc negatiuam.

¶ Quo ad secundū ergo probatur dupliciter, ex eadem tamen radice. Primo sic, Infinitū non habet vnam speciem. ergo non pōt actu cognosci ab intellectu nostro consequentia nota, quia intellectus noster non potest simul actu intelligere, nisi vnica specie repræsentata. Antecedens probatur, quia alioquin infinitum habet rationem totius & perfecti. Secundo sic, Infinitum non potest cognosci nisi accipiendo partem post partem. ergo non potest actu cognosci, nisi numerando partes: sed hoc est impossibile fieri actu. ergo non potest actu cognosci. Antecedens patet, ex diffinitione eius 3. Physic. consequentiæ sunt per se notæ.

¶ Circa primam rationē dubium occurrit. Qm̄ aut falsum assumit, aut concludit, ꝙ infinita à nullo intellectu possunt simul actu cognosci, cuius tamen oppositū superius in 14. q. diffinitū est respectu intellectus diuini. Cum.n. infinita possint dupliciter repræsentari & cognosci, s. per modum infiniti, i. per partē post partem, & per modū finiti, i. simul, vt ibidem dictū fuit. Si in antecedente est sermo de infinito per modum infiniti, verum est, & infert, ergo infinitum à nullo intellectu est cognoscibile actu. Si autem est sermo de infinito per modum finiti, sic falsum est antecedens, quia non repugnat infinitis repræsentari simul vnica specie, vt patet de specie intellectus diuini.

¶ Ad hoc dr̄, ꝙ prima facie aspicienti, ambigua occurrit intentio literæ : qm̄ si attendimus ad conclusionem intentam, constat ꝙ sermo est de infinitorum actuali cognitione quocūque modo, s. siue per modum infiniti, siue per modum finiti, dummodo distinctè infinita cognoscantur. Intendit namque concludere, quòd intellectus noster non potest actu cognoscere infinita distinctè, vt patet in calce corporis articuli, & de se notum est. Si vero attendimus ad medium terminum, sic videtur ꝙ sit sermo restrictus ad infinitum per modum infiniti, quoniā medium assumptum se tenet ex parte conditionum ipsius infiniti secundum se, quia s. habet rationem partis & imperfecti. Si.n. ex hoc repugnat sibi habere unam speciem : ergo repræsentari per vnam speciem repugnat sibi ex intrinseco: & consequenter impossibile est, quòd una specie repræsentetur cuicumque intellectui. Sed cum hoc sit falsum, quia infinita vna specie repræsentantur actu simul Deo & animæ Christi &c. consequens est, vt medium hoc intelligatur de infinito per modum infiniti : sic enim repugnat ex intrinseco repræsentari vna specie actu, & cognosci. Et manifestatur sensus iste ex secunda ratione, quæ manifeste loquitur de infinito per modum infiniti. Subtilius tamen perspicientibus ambiguitatis solutio apparet, recolendo ꝙ non de quacūque specie & cognitione, sed nostri intellectus, & naturali, pro statu isto est sermo. Ad cuius euidentiā scito primo, ꝙ infinita (sicut & quodcūq; aliud obiectū intellectus nostri) duplicem habitudinem habent respectu intellectus nostri : seu suæ speciei & cognitionis, s. causæ & repræsentati. Causæ quidem, quia scientia nostra causat & mensuratur à rebus. Repræsentati autem, quia res cognita per speciē propriam, qualis est infinitum sensibile, si cognoscitur distinctè, repræsentatur per propriam speciem. Scito secundo, ꝙ infinito repugnat ex intrinseco causare speciem sui adæquatam, & hoc, quia habet rationē partis & imperfecti, i. quia id quod actu est, aut habetur de infinitis, partis & imperfecti rationē habet, quoniam semper est extra aliquid sumere, vt dicitur in 3. Physic. Ex hoc.n. quod extra id quod actu sumitur, aut consideratur, semper restat extra aliquid infiniti, sequitur quòd nunquā totum concurrit ad causandum sui speciem, s. semper vt pars: nunquam vt completum : sed semper vt incompletum, & consequenter nunquam poterit adæquatam sui speciem causare : omne.n. totum causans adæquatam sui speciem, oportet ſm se totum causare illam. Scito tertio, quod quāuis infinito non repugnet distinctè repræsentari vnica specie, per modum finitæ absolutè loquendo, repugnat tamen sibi repræsentari sic vnica specie naturali nostri intellectus. Prima pars huius dicti, patet de infinitis cognitis à Deo. Secunda pars patet ex eo, quòd species intellectus nostri est causata à rebus: infinito aūt repugnat habere talem speciē: & vtriusque ratio est, quia infinito repugnat hr̄e vnā speciem proportionalem sibi. Si.n. proportionata est infinito, cū ipsum habeat rōnem incōpleti. ergo ipsa incōpletè repn̄tabit. Si aūt est species excessiuè repsentans, quales sunt species non acceptæ à rebus, tunc non oportet eas commensurari, & proportionari infiniti naturæ. Intendit ergo tam conclusio quàm medium de repræsentatione & cognitione infiniti distinctè, siue per modum finiti, siue per modum infiniti : respectu intellectus tamen nostri quo ad naturalia tantum, respectu cuius obiectum habet rationem non solum repræsentati, sed etiā causæ & mensuræ, quā non habet respectu speciei intellectus diuini. Et ideò, hæc doctrina non repugnat superioribus documentis. Secunda quoque ratio seruit eidem sensui, quoniā ostendit, quòd infinitū cognitione ei proportionata, qualem supponit esse nostram, quæ ab obiecto causatur, & mensuratur, nō potest cognosci actu, nisi numerando partem post partem.

¶ Circa eandē rationem aliud dubium occurrit: quia non videtur bene fundata super hoc, quòd infinitū haberet rationē totius & perfecti. Hæc.n. consequentia quæ fit in litera s. Si infinitū haberet vnā speciem, haberet rationē totius & perfecti: fundatur super istā cathegorica. Habens vnam speciem, habet rationē totius & perfecti: hæc enim constat ex prædicato antecedentis & consequentis: sed hæc est falsa, quoniā sequeretur, quòd nulla pars haberet vnam speciem, similiter nullum imperfectum &c.

¶ Ad hoc breuiter dicitur, quòd illa cathegorica si sanè intelligatur, verissima est & necessaria : cū.n. omne habens vnam speciē, adæquetur & cōprehendatur ab illa, & nihil cuius aliquid extra manet, cōprehensum aut adæquatū sit: consequens est, ꝙ quicqd vna repn̄tante specie contentū est ut cōpletum & totū se habet: alioqum aliquo irrepn̄tato remanente, non adæquaret ſm quodlibet sui. Ad obiecta verò dicitur, quòd pars & imperfectū possunt sumi dupliciter, scilicet materialiter, & formaliter. Et materialiter quidem, vna possunt specie præsentari: sed tunc habent rationem totius, quia comprehensi totaliter. Formaliter verò: impossibile est vna specie præsentari: quoniam distinctè præsentari non potest nisi quicquid est eius, repræsentetur : sed imperfectio, vt sic, & parti hoc repugnat : nam vt sic sine perfectione qua priuat, repræsentatur imperfectum, & pars sine eo cuius est pars. Vnde oportet horum plures esse species proprias.

SVP. Q. LXXXVII. ART. III.

434 — 6. Ethi. le. i. fin. Et veri. q. 25. ar. 2. ad 3.

COncl. Contingentia prout sunt contingentia cognoscuntur di- rectè à sensu, indirectè ab intellectu : rationes autem vniuersales, & necessariæ, contingentium cognoscuntur per intellectum.

ARTICVLVS III.

Vtrum intellectus sit cognoscitiuus contingentium.

AD TERTIVM sic proceditur. Videtur, ꝙ intellectus non sit cognoscitiuus contingentiū. Quia, vt dicitur in 6.* Ethicor. intellectus, & sapientia, & scientia non sunt contingentium, sed necessariorum.

*ca. 6. to. 5.

*Li. 4. Physi. tex. 120. tom. 2.

¶ Prob. Quia contingentia, vt sic, sunt singularia (cum illud quod potest esse, & non esse, se teneat ex parte materiæ: quæ est principiũ indiuiduationis); & sensus directè est singularium, quorum nõ nisi indirectè est intellectus (suprà artic. 1.). Secunda verò pars, s. rationes autẽ &c. probatur: Quia rationes vniuersales contingentium, (cùm necessitas consequatur formam) accipiuntur secundum abstractionẽ formæ à materia indiuiduali, & abstracta sic, sunt vniuersalia, quorum directè est intellectus (suprà artic. 1.)

1.m ex Philosopho. Contingentium. R. Quoad rõnes vniuersales eorũ: non semper, quo ad res ipsas. §. Nã si attendantur rationes vniuersales scibiliũ, omnes scientiæ sunt de necessarijs: si aũt res ipsæ attendantur, sic aliqua scientia est de necessarijs, aliqua de contingentibus. Tunc nihil &c. vt patet in corpore.

¶ 2 Præt. Sicut dicitur in 4. Phys. * ea quæ quandoque sunt, & quandoque non sunt, tempore mensurantur. Intellectus autem à tempore abstrahit, sicut & ab aliis conditionibus materiæ. Cùm igitur proprium contingentium sit, quandoque esse & quandoque non esse: videtur, quòd contingentia non cognoscantur ab intellectu.

SED CONTRA. Omnis scientia est in intellectu. Sed quædã sciẽtiæ sunt de cõtingentibus, sicut sciẽtiæ morales, quę sunt de actib. humanis subiectis libero arbitrio: & etiã scientiæ naturales quantum ad partem quæ tractat de generabilib. & corruptibilibus. Ergo intellectus est cognoscitiuus contingentium.

RESPON. Dicendum, ꝙ contingentia dupliciter possunt considerari. Vno modo, ſm ꝙ contingẽtia sunt. Alio modo, ſm quòd in eis aliquid necessitatis inuenitur. Nihil. n. est adeò contingens, quin in se aliquid necessariũ habeat. Sicut hoc ipsum qd est Socratem currere, in se quidem contingens est: sed habitudo cursus ad motum, est necessaria: necessariũ enim est Socratem moueri si currit. Est autẽ vnũquodq; contingens ex parte materiæ, quia contingens est qđ potest esse & non esse. Potentia autẽ pertinet ad materiã, necessitas autẽ consequitur rationem formæ, quia ea, quæ cõsequuntur ad formã, ex necessitate insunt. Materia autem est indiuiduationis principium. Ratio autem vl'is accipitur ſm abstractionem formæ à materia particulari. Dictum autẽ est suprà, * quòd per se, & directè intellectus est vniuersalium, sensus autem singularium, quorum etiam indirectè quodammodo est intellectus, vt suprà * dictum est. Si igitur contingentia, prout sunt contingentia, cognoscuntur [d] directè quidem sensu, indirectè autem ab intellectu: rationes autem vniuersales & necessariæ contingentium cognoscũtur per intellectum. Vnde si attendantur rationes vniuersales scibiliũ, omnes scientiæ sunt de necessariis. Si autem attendantur ipsæ res, sic quædam scientia est de necessariis, quædam verò de contingentibus. Et per hoc patet solutio ad obiecta.

A R. Secundum.

2.m de concl. Cùm igitur proprium contingentiũ. R. Consideratorum ex parte materiæ: non, ex parte formæ. §. Tũc nihil &c. Primo enim modo sũt contingentia: secundo autem illa, habent aliquid necessitatis. Vide in principio corporis; & nota exemplum de cursu sortis:

APPENDIX.

EX artic. habes primò, quomodo per rationem demonstres, Philosophum meritò dixisse (licet virtuale) intellectum nostrũ esse cognoscitiuũ etiã contingentium; dum scientiam & de moralibus in libris Ethicorum, & de naturalibus in libris de generatione, & corruptione tradidit. Moralia enim, cùm sint de actibus humanis libero arbitrio subiacentibus, sunt contingentia; generabilia & corruptibilia sunt contingentia: constat autem, ꝙ scientiæ sunt in intellectu. Secundo vides: quõ ex hoc dicto, factoq;, Philosophi vicissim Angelica iuuet conclusio,

*Art. 1. huius quæst.

Vtilitas pro philosoph.

*Art. 2. huius quæst.

D. 392.

Comm. Cardinalis Caietani.

TItulus clarus.

¶ In corpore tria. Primò distinguit. Secundò, respondet quæsito. Tertiò, infert corollarium.

¶ Quo ad primũ. Prima ipsa distinctio. Contingentia dupľr: vt contingentia, & vt necessarium habent insertum. Secundò distinctio probationis: quoniam nihil est adeò contingens, in quo non sit aliquid necessitatis probatur inductiuè ex cursu Socr. &c.

¶ Quoad secundũ, conclusio responsiua trimẽbris: Contingentia vt sic, directè sensu, indirectè intellectu: vt autẽ necessitatis ac vl'itatis aliquid habent directè intellectu cognoscuntur. Primò probatur quo ad primas partes simul sic. Indiuidua materialia his modis noscuntur: contingentia sunt indiuidua materialia. ergo &c. Probatur minor, quia idem s. materia est principium indiuiduationis, & contingentiæ. Probatur hoc vltimum: contingentia oritur ex potentia contradictionis, s. esse & non esse: potentia talis est ex materia. ergo. Secundò probatur quo ad vltimam partem per oppositum sic: Vniuersalia directè ab intellectu noscuntur: sed contingentia ut necessaria, sunt vniuersalia. Probatur, q̃a idem est principium necessitatis & vniuersalitatis, forma s. Et ꝙ vniuersalitatis, probatur: vniuersale fit per abstractionem à materia: oportet enim vel formam, vel materiam esse illius radicẽ: quòd verò necessitatis, probatur: quia quæ sequuntur formam, ex necessitate insunt.

¶ Corollariũ per quod habetur responsio ad obiecta est, ꝙ ly necessariũ, vel contingens cum possit sumi pro re ipsa, vel vl'i ratione rei. Si primo modo, sic. s. secatur scientia in eam quę est de necessarijs, & eam quæ de contingentibus. Si secundo modo, sic omnis scientia est de necessarijs, nec habet in hoc sensu locum diuisio illa: sed tunc fit diuisio scientiæ à sensu & opinione &c.

¶ Circa probationẽ primæ partis conclusionis dubitatur, quia falsum assumitur, seu supponitur, vel processus est ex particularibus. Tota. n. vis probationis stat in hoc, quia contingens est cõtingens propter materiã, quæ est indiuiduationis principiũ, vt patet. ex hoc. n. infertur. ergo à sensu directè cognoscitur &c. Sed hæc propositio, aut est particularis, & sic non concludit nisi particulariter. ergo quædam contingentia directè à sensu tantum noscuntur &c. cum tamen litera vniuersaliter quærat de cõtingentibus. Aut est vniuersalis, & sic est falsa, tum quia dantur contingentia immaterialia, vt patet in actibus liberi arbitrij, tum quia dantur contingentia vniuersalia, vt hominem comburi &c. neutra enim ex materia indiuiduante oriuntur, cum ab ipsa hæc abstrahant, illa verò omnino aliena sunt.

¶ Circa probationẽ vltimę partis dubitatur: quia nulla videtur esse ista differentia inter consequentia formã, & consequẽtia materiã, quo ad necessitatem & contingentiam. Quoniã consequentia materiã distinguuntur in necessaria, & contingentia: mors. n. & corruptio necessario insunt, & tamen ex materia. Et similiter consequentia formam distinguuntur in necessaria & contingẽtia: ridere. n. est operatio sequens formam, & tamen contingenter inest, non enim oportet Socr. ridere.

¶ Circa conclusionẽ principaliter intentam, totũq; articulum, dubium occurrit, quia totus iste labor ociosus vĩ, & per accidens. Ociosus quidem, quia nihil hinc hĩ nisi quòd cõtingentia in particulari per sensum, in vl'i per intellectum cognoscuntur: hoc autem & sciũ erat prius ex hoc, quòd intellectus est vniuersaliũ, & sensus singularium. Et rursus in hoc nulla dĩa est inter contingens & necessarium, quia vtraque in particulari ad sensum, in vl'i ad intellectũ spectant. Per accidens verò, quia ex vl'itate & particularitate pendet solutio, vt patet in litera: necessitas aũt & contingentia per accidens his conditionibus annexæ sunt. ergo &c.

¶ Ad euidentiã horum ex quo quid est contingentis & necessarij, procedendũ est. Contingens. n. est sit quod potest esse & non esse, necessariũ autem quod impossibile est aliter se habere, vt patet 5. Met. consequens est, quòd contingentia & necessitas entium reales non logicæ dĩæ, diuersas habeant radices: ita quòd contingentia ex potentia, necessitas verò ex actu oriatur. Cuius etiam signum est, quòd in his inferioribus in quibus plurimum est de potentia, maxime viget contingentia: in rebus verò superioribus maxime actus naturam participantibus, aut omnino non est, aut ſm quid est contingentia: simpliciter enim entia illa necessaria sunt, & tantũ habent contingentiæ, quantum potentiæ cuiusdam admistionẽ patiuntur. Vnde actus purus omnino, liber est à contingentia omnino. Verum, quia potentia in rebus materialibus, differentia substantia aut proprietas materiæ est, & actualitas ex parte formæ se tenet, ideo contingentia non simpliciter: sed sensibilium ex materia: necessitas autem ex forma oriri in litera de sensibilium cognitione tractante dicitur. Et quoniam materia vt materia est, in indiuiduis tantum sensibilibus, inueniẽ in esse reali: forma autem esse habet & perfectius absque sensibili natura admissa, idcirco contingentia indiuiduis materialibus in litera attribuitur: non ꝙ sola aut omnia indiuidua materialia sint contingentia: cum etiã in vniuersalibus materialibus debetur contingẽtia, & in cęlestibus nihil sit cõtingens: sed quia indiuidua materialia sunt primò contingentia in genere materialium, vl'ia n. eorũ cum à materia recedere incipiant, & formæ rationem indui, secundariò contingentia sunt. Et propter hoc, contingentia & singularia sensi-

sensibile connexa sunt non per accidens, sed per se, ratione proprij principij vtriusque. Nec propterea removetur quin materiam aliqua necessitas sequatur, aut formam aliqua contingētia comitetur: sed bene sequitur, q formæ nulla contingentia adiungant, nisi ratione potentiæ admistæ, & similiter materia nullius necessitatis sit causa nisi ratione actus quem participat. Materia .n. ratione potentię, cum vtranq; contradictionis partem respiciat, necessitatem non respicit, participatione vero actus, necessitatis expers non est. Et hoc dupliciter, quia vel ut participat actualitatem, inducēdo modum actus, puta quia hoc ipsum quod est esse in potentia, habet actu, & sic convenit sibi necessitas ordinis ad utramque contradictionis partem sub disiunctione, & hinc provenit necessitas corruptionis vtriusque. Vel vt participat actum per analogiam, seu proportionem ad ipsum, & sic convenit sibi necessitas dispositionum materialiū, & hic fit, ut quædam accidentia dicantur consequi materiam, ut quantitas &c. Et similiter formam, cum ratione actualitatis non consequatur potentiam contradictionis: sed potius actuale aliquid, quicquid ipsam non inseparabiliter comitatur, totum vt sic ratione potentiæ sequitur, dico autem ut sic .i. inquantum separabilis rationē habet, quantum .n. separabilitatis, tantum habet elongabilitatis ab actu, & proximitatis cum potentia. Vnde facile patet responsio ad omnia quæsita & obiecta.

¶ Ad primum ergo dubium dr̄ dupliciter. Primò, q contingentia attribuitur individuis materialibus non tantum, sed primò: non simpliciter: sed in genere sensibilium, de quorum cognitione est quæstio, & ideo non obstat quod detur contingentia & in rebus immaterialibus secundum esse ut in voluntate, & secundum rationem ut in universalibus. Secundò dr̄, quod quantum ad prẹsentem literam spectat, contingentia distinguuntur hic non tantum contra necessaria: sed etiā contra rationes contingentium, ita quod universalia contingentium in litera comprehenduntur sub rationib. contingentium & non sub ipsis contingentibus. Nec contra hoc potest obijci, q sic nulla esset differentia inter contingentia & necessaria in sensibilib. quoad cognosci, quoniam nec ipsa necessaria directe intelliguntur, sed rationes eorum. Soluitur enim hoc per interemptionem, quoniam entia necessaria ut sic, abstrahunt ab omni tempore & mutatione, cum sint impossibilia aliter se habere, ac per hoc cum ista sint consequentia materiam necessaria, quanto magis appropinquant ad materiam, tanto minus sunt necessaria. Entia vero contingentia econuerso se habent. Et propterea formaliter loquendo, negatur, q necessaria sensibilium repugnent intelligibilitati, quoniam inquantum necessaria sunt, non habent aliquam repugnantiam, immo habent proximitatem, quia scibile oportet esse necessarium, sed quod quædam necessaria sensibilia directe non intelligantur, hoc est per accidens, quia sunt particularia sensibilia: sed ipsa contingentia habent per se repugnantiam ad intelligibilitatem, quia ut contingentia sunt, ex materia sunt, quia ex potentia quæ ex materiæ differentia, rationes autem eorū, quia a materia aliqualiter abstrahunt, quanto a materia recedunt, tanto a contingentia separantur, & perceptibiles sunt ab intellectu, & propterea merito ab ipsis contingentib. distinctæ sunt in proposito. Vtraq; tamen responsio quo ad rem, in idem redit: sed pro literę intellectu, hæc explicari expedit.

¶ Ad secundum vero dr̄, q distinctio illa quæ adducitur, sane intellecta, vera est. Nec obstāt differentiæ assignatę in litera, ut .n. ex dictis patet, differentia inter consequentiā formam, & materiam in hoc q, illa necessaria, hęc contingentia sunt, intelligitur de forma ut forma seu actu, & materia ut materia seu potentia. Distinctio vero consequentium tam formam quam materiā in necessaria & cōtingentia, intelligitur de forma ut cōplectitur in se rationem actus & potentiæ, & similiter de materia ut hēt rōnem potētiæ & sapit rōnem actus aliquo mō, ut expositū est.

¶ Ad tertium aūt dr̄, q articulus iste cum suo processu, necessarius & per se est. Nec est verum, q nihil aliud hinc habeatur, nisi q contingentia in particulari per sensum, in universali vero per intellectum apprehenduntur. Sed hic habetur q contingentia absolute loquendo sensu, non intellectu apprehenduntur nisi indirecte. Vnde non discutitur hic prius notum: sed ponitur subtilis differentia inter necessarium & contingens quo ad cognosci, quia necessarium spectat ad intellectum, contingēs ad sensū, & hoc, quia contingentia in reb. sensibilib. est cōditio consequēs materiam individuantem sensibilia, necessitas aūt formam fundantē oēm universalitatem. Vnde non per accidens se habent contingentia & necessitas ad universalitatem & particularitatē, sed per se, quamuis non per se primo, sed rōne cōis radicis. Materia .n. ut materia, radix est cōtingentiæ atq; individuationis, & similiter forma ut forma, radix est necessitatis & universalitatis. Et hæc cōnexio aperte assignatr̄ in lr̄a rō cōclusionis, quare &c.

SVP. Q. LXXXVII.

ART. IIII.

ARTICVLVS IIII.

Vtrum intellectus noster cognoscat futura.

AD QVARTVM sic proceditur. Videtur, quod intellectus noster cognoscat futura. Intellectus .n. noster cognoscit per species intelligibiles, quæ abstrahuntur ab hic & nunc, & ita se habent indifferenter ad omne tempus. Sed potest cognoscere præsentia. Ergo potest cognoscere futura.

¶ 2 Præt. Homo quando alienatur a sensib. aliqua futura cognoscere pōt, ut patet in dormientibus & phreneticis. Sed qn̄ alienatur a sēsibus, magis indiget intellectu. Ergo intellectus quantum est de se, est cognoscitivus futurorum.

¶ 3 Præter. Cognitio intellectiua hominis, efficacior est quā cognitio quæcunq; brutorum animaliū. Sed, quædam animalia sunt quæ cognoscunt quædam futura, sicut corniculæ frequenter crocitantes, significant pluviā mox futuram. Ergo multo magis intellectus humanus potest futura cognoscere.

SED CONTRA est, q dicitur Eccles. 8. Multa hominis afflictio, qui ignorat præsentia, & futura nullo potest scire nuntio.

RESP. Dicendum, quod de cognitione futurorum eodem modo distinguendū est, sicut de cognitione contingentium. Nam ipsa futura ut sub tpe cadunt, sunt singularia, quæ intellectus humanus non cognoscit nisi per reflexionem, ut supra dictū est. * Rōnes autem futurorum possunt esse universales, & intellectu pceptibiles, & de eis ēt possunt esse scientiæ. Vt tn̄ cōiter de cognitione futurorū loquamur, sciendū est, q futura dupliciter cognosci possunt. Vno mō in seipsis, alio modo in suis causis. In seipsis quidem futura cognosci nō possunt nisi a Deo, cui etiam sunt præsentia dum in cursu rerū sunt futura, inquantum eius æternus intuitus simul fertur supra totum temporis cursum, ut supra dictum est * cum de scientia ageretur. Sed prout sunt in suis causis cognosci possunt etiam a nobis. Et si quidem in suis causis sint, ut ex quib. ex necessitate proveniant, cognoscuntur per certitudinē scientię, sicut astrologus pcognoscit eclipsim futurā. Si aūt sic sint in suis causis, ut ab eis proveniant ut in plurib. sic cognosci possunt per quandā coniecturam, vel magis, vel minus certam, secundum q causæ sunt, vel magis, vel minus inclinatæ ad effectus.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod ratio illa procedit

Ferr. 2 cont. c. 67.

435 Sup. q. 14. ar. 13. & q. 57. ar. 3. & 22. q. 95. ar. 1. & 1. sd. 38. ar. 5. & 2. d. 7. q. 2. ar. 1. Et 1. cō. c. 67. & ver. q. 8. a. 12. & ma. 16. ar. 7. Et op. 3. c. 135 & 136.

CONCL. 1. In seipsis futura cognosci nō possunt, nisi a Deo.

¶ PROB. Quia solius Dei intuitus simul fertur supra totum temporis cursum, & intuitui tali solum futura, dum in cursu rerum sunt futura, sunt prę sentia.

¶ NOT. Loquitur de futuris, ut futura sunt, quoniam ad talia, etiā ut futura sunt, fertur intuitus Dei, ac si essēt præsentia. Futura ergo formaliter, non tātum futura materialiter, cognoscit Deus. Nam & ego quæ futura sunt, dum erunt præsentia, cognoscam: non tamen ego quæ futura sunt, dū sunt futura, cognosco illa in seipsis, quoniam, ut sic, soli Deo præsentia sunt, ratione iam dicta. In seipsis ergo futura dum futura sunt nobis, & sibiipsis, sunt Deo præsentia. Vide sup. q. 14. a. 9. Cum Elucid. Item contra gētes lib. 1. c. 67. 68. lib. 3. cap. 158.

¶ CONCL. 2. Futura, prout sunt in suis causis, cognosci possunt etiam a nobis.

¶ PROB. Quia Astrologus, & alij, id facto suo probant.

¶ NOT. Declaratur ista conclusio propter diversum modum essendi in causa sua, vel necessario, vel contingenter (ut in litera).

1m de conclusione. Futura R, ut sunt in illis speciebus intelligibilibus, non aliter. §. Tunc &c. Species enim illæ sunt

* ar. 1. huius q.

sunt causa futurorum, & ideo, cognoscendo futura in illis cognosci mus futura, ut in caussis suis, non ut in seipsis.

2^m de maiori.

Cognoscere. ℞. per impressionem, superiorũ (aut spirituum siue bonorum siue malorum, aut corporum) non autem, ex natura animæ. §. Tunc &c. Nam loquitur conclusio cum prima, tum secunda de nostra cognitione, quã tum est de natura intellectus nostri: non aliter. Et ideo si etiam futura per diuinam reuelationem cognosceret homo, siue in uigilia, siue in somnis, ut in seipsis futura sunt, hoc non esset contra cõclusiones prædictas. Ex cõsequenti multo minus esset contra, si cognosceret, per impressioné quamcunque prædictorum, futura in causis suis.

¶ Not. Dicta in hoc responso deseruiunt intelligẽtiæ articuli octaui. quæst. 84 append. contra insanam menté ibi narratorum tritici a paleis non discernentium.

3^m de maiori.

Efficacior. ℞. non tamé magis sequens impressionem cœlestem. §. Tunc &c. Nam arguitur secundum non causam, ut causam, cũ huiusmodi futurorũ præcognitionis causa non sit efficacitas, uiuacitas, seu nobilitas cognoscitiuæ potentiæ, seu cognitionis, sed sit propitudo maior ad sequendum cœlestes impressiones. Vnde sit autem, φ quid magis, uel minus sequatur motus cœlorum, uide in litera.

D. 442. * q. 57. a. 3

cedit de cognitione, quæ fit per rationes vniuersales causarum, ex quibus futura cognosci possunt, secundum modum ordinis effectus ad causam.

Ad secundum dicendum, φ sicut Augu. dicit 12. confes. aĩa hẽt quandam uim Socratis, ut ex sui natura possit futura cognoscere. Et ideo qñ retrahitur a corporeis sensib. & quodammodo reuertitur ad seipsam, fit particeps notitiæ futurorum. Et hęc quidem opinio rõnabilis esset, si poneremus, φ anima acciperet cognitionem rerum secundum participationé idearũ, sicut Platonici posuerunt: quia sic anima ex sui natura cognosceret uniuersales causas omnium effectuum. sed impeditur per corpus. Vnde qñ a corporis sẽsib. abstrahitur, futura cognoscit. Sed quia iste modus cognoscẽdi non est connaturalis intellectui nostro, sed magis ut cognitionem a sensibus accipiat, non est secundum naturam aĩæ, φ futura cognoscat, cum a sensibus alienatur: sed magis per impressioné aliquarum causarũ superiorum spiritualium & corporalium. Spiritualium quidem, sicut cum uirtute diuina ministerio angelorum intellectus humanus illuminatur, & phãtasmata ordinantur ad futura aliqua cognoscenda, vel ẽt cum operatione dæmonũ fit aliqua commotio in phantasia, ad præsignandũ aliqua futura quæ dæmones cognoscunt, ut supra dictum est. * Huiusmodi aũt impressiones spiritualium cãrum magis nata est anima humana suscipere cum a sensib. alienatur: quia p hoc propinquior fit substantiis spũalibus, & magis libera ab exteriorib. inquietudinibus. Contingit aũt & hoc, per impressionem superiorũ causarum corporalium materialium. Manifestum est. n. φ corpora superiora imprimunt in corpora inferiora. Vnde cum uires sensitiuæ sint actus corporalium organorum, consequens est φ ex impressione cœlestium corporũ, immutetur quodammodo phãtasia. Vnde cœlestia corpora sint causa multorũ futurorũ, fiunt in imaginatione aliqua signa quorundã futurorum. Hæc aũt signa magis pcipiuntur in nocte & a dormientib. quam de die & a uigilantibus: quia, ut dr in lib. * de som. & uig. quæ deferuntur de die, dissoluuntur magis. Plus est. n. sine turbatione aer noctis, eo φ silentiores sunt noctes, & in corpore faciunt sensum propter somnum, quia parui motus interiores, magis sentiuntur a dormientibus quam a uigilantibus. Hi uero motus faciunt phantasmata ex quibus præuidentur futura.

Ad tertium dicendum, φ aĩalia bruta non habent aliqd supra phantasiam. quod ordinet phãtasmata, sicut habent homines rõnem. & ideo phantasia brutorum aĩalium totaliter sequitur impressionem cœlesté, & ideo ex motib. huiusmodi aĩalium, magis possũt cognosci quædã futura (ut pluuia, & huiusmodi) quã ex motib. hominum, qui mouentur per cõsilium rationis. Vnde Phil. dicit in * libro de som. & uigil. φ quidã imprudẽtissimi sunt maxime prǫuidentes. Nã intelligentia horum, non est curis affecta: sed tanquam deserta & uacua ab omnibus, & mota secundum mouens ducitur.

¶ Not. Pro articulo presenti facit articulus in ordine 92. 412. 288. 419. 65. 547.

APPENDIX.

Ex articulo habes primo: quomodo per rationem ostendas recte dici Eccl. 8. Multa hominis afflictio, q ignorat præterita, & futura nullo potest scire nuncio. Item Dan. 13. Deus uniuersorum cognitor, qui omnia scis, antequam fiant. Secundo habes: quo per rationem catholicũ sensum dictorum horum atq; similium explices probes, defendas. Verbi gratia. Futura in seipsis, nullo potest homo scire nuncio, creaturæ tantum cognitione prædito, & Deus scit futura in seipsis antequam fiant in seipsis. Facit hic articulus pro artic. 13. q. 14. Item pro eiusdem quæstionis ar. 6. & quidem a fortiori, Si enim Deus, (ut hic dicitur) cognoscit futura in seipsis, propria uidelicet cognitione, multo magis cognoscet quęcunq; singularia propria cognitione (ut patet). Consequẽter ergo habes, unde magis per rationem in ucharis cõtra errorem Algazelis ibi narratũ, qui cũ Auerroe dixit, Deum non cognoscere singularia in propria forma, sed quasi in uniuersali (Directo. Inquisito. 2. par. quæstio. 4.) Damnationem canonicam huius erroris, uide q 14. ar. 6. & 13. Tertio uides, quomodo ex his uicissim, atque similibus, doctrinã hæc Angelica stabilitur.

2

* li. de diu. per som. c. 2. cir. medium to. 2

Cõtra Auerroẽ, & Algazelẽ.

* li. de diu. per som. c. 2. a med. tom. 2.

3

Pro stud.

AP-

Comm. Cardinalis Caietani.

Titulus clarus est.

¶ In corpore duo. Primò respondet quæsito directe. Secũdò amplificando quæstionem, respondet uniuersaliter de cognitione futurorum.

¶ Quo ad primum est unica distinctio bimembris, cum cõclusionibus iuxta singula membra. Distinctio est, Futura dupliciter, secundum seipsa, uel secundum eorum rationes, ut de contingentibus dictum est &c.

¶ Conclusio prima. Futura ut sic, intellectu non nisi reflexe noscuntur. Probatur, quia sunt singularia.

¶ Conclusio secunda. Futurorum rationes intellectu perceptibiles sunt, & scientiæ possunt esse de eis &c. Probatur, quia uniuersales sunt. Omnia declaranda relinquuntur, iuxta distinctionem in præcedenti articulo de contingentibus.

¶ Quo ad secundum, extenditur quæstio ad omnia futura, & non solum sensibilia, & ad omnem intellectum, & non solum humanum. Atque respondetur cum distinctione trimembri, singulis conclusionibus iuxta membra singula appositis.

¶ Distinctio est, Futura dupliciter, in seipsis, uel causis suis & & his, uel necessarijs uel ut in pluribus.

¶ Conclusio prima. Futura in seipsis a solo Deo cognoscuntur propter æternitatis intuitum.

¶ Conclusio secunda, Futura in causis necessarijs a nobis, noscuntur certe, declaratur in eclipsi.

¶ Conclusio tertia, Futura in causis, ut in pluribus noscuntur per coniecturam plus, & minus, iuxta inclinationem causarum, patet ex se. Circa hæc, nihil occurrit repetendum, sed pertinentia ad primo dicta, in præcedenti articulo, pertinentia ad nunc dicta in q. 14. uideantur.

¶ In responsione ad secundum, afferuntur duæ opiniones de causa præuisionis futurorum ab anima nostra, iuxta morté præcipue. ut Gregor. uult in quarto dialog. & in somnis, ut experimur, & similiter in extasi, & uniuersaliter in alienatione a sensibus.

Prima est, quod anima ex sui natura hoc habet. Secunda est, quod anima habet hoc ex participatione superiorum causarum. Primam ex Augustin. & Platonicam dicit, & irrationabilem: quia talis modus cognoscendi, scilicet per participationem superiorum non, seu idearum, non est connaturalis animæ nostræ.

Di-

¶ Se-

Secundam declarat, primo distinguendo causas superiores, in spirituales & corporales &c. & reddendo causam, quare magis in alienatione sensuum: quia scilicet maior approximatio, seu conuersio ad spiritualia per recessum a corporalibus quo ad primas, & quia noctes silentiores, aer quietus, & in somnis parui motus interiores percipiuntur, utpote aliis non impedientibus & anima etiam non intenta, aut occupata aliis, quo ad secundas.

QVAESTIO LXXXVII.

Quomodo anima intellectiua seipsam, et ea, quæ sunt in ipsa, cognoscat, in quatuor articulos diuisa.

DEINDE considerandum est quomodo anima intellectiua cognoscat seipsam, & ea quæ in se sunt.

ET CIRCA hoc quæruntur quatuor.

¶ Primò, Vtrum cognoscat seipsam per suam essentiam.

¶ Secundò, Quomodo cognoscat habitus in se existentes.

¶ Tertiò, Quomodo intellectus cognoscat proprium actum.

¶ Quartò, Quomodo cognoscat actum uoluntatis.

ARTICVLVS PRIMVS.

Vtrum anima intellectiua seipsam cognoscat per suam essentiam.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur, quod anima intellectiua seipsam cognoscat per suam essentiam. Dicit enim Aug. * 9. de Trin. quod mens seipsam nouit per seipsam, quoniam est incorporea.

¶ 2 Præt. Angelus & anima humana conueniunt in genere intellectualis substantiæ. Sed angelus intelligit seipsum per essentiam suam. Ergo & anima humana.

¶ 3 Præt. In his quæ sunt sine materia, idem est intellectus, & quod intelligitur, vt dr † 3. de Anima. Sed mens humana est sine materia: non enim est actus corporis alicuius, vt supra dictum est *. Ergo in mente humana est idem intellectus, & quod intelligitur. Ergo intelligit se per essentiam suam.

SED CONTRA est, quod dicitur in * 3. de anima, quod intellectus intelligit seipsum, sicut & alia. Sed alia non intelligit per essentiam eorum, sed per eorum similitudines. Ergo neque se intelligit per essentiam suam.

RESP. Dicendum, quod vnumquodque cognoscibile est sm quod est in actu, & non secundum quod est in potentia, ut dr in 9. Metaphysico. sic enim aliquid est ens & verum, quod sub cognitione cadit, prout actu est, & hoc quidē manifestè apparet in rebus sensibilibus. Non. n. uisus percipit coloratum in potentia: sed solum coloratum in actu. Et similiter intellectus, manifestum est, quod inquantum est cognoscitiuus rerum materialium, non cognoscit nisi qd est actu. Et inde est, quod non cognoscit materiam primam, nisi secundum proportionem àd formam, ut dicitur in * primo Physicorum. Vnde & in substantiis immaterialibus secundum quod vnaquæque earum se habet ad hoc, quod sit in actu per essentiam suam, ita se habet ad hoc, quod sit per suam essentiam intelligibilis. Essentia igitur Dei, quæ est actus purus, & perfectus, est simpliciter, & perfecte secundum seipsam intelligibilis. Vnde Deus per suā essentiam non solum seipsum, sed etiam omnia intelligit. Angeli autem essentia, est quidem in genere intelligibilium ut actus, non tamen ut actus purus, neq; completus. vnde eius intelligere non completur per essentiam suam. Etsi enim per essentiam suam se intelligat angelus tamen non omnia potest per essentiam suam cognoscere: sed cognoscit alia a se per eorum similitudines. Intellectus autem humanus se habet in genere rerum intelligibilium, ut ens in potentia tantum, sicut & materia prima se habet in genere rerum sensibiliū. vnde possibilis nominatur. Sic igitur in sua essentia considera tus, se habet ut potentia intelligens. Vnde ex seipso habet virtutē vt intelligat, non autem ut intelligatur, nisi secundum id, quod fit actu. Sic enim etiam Platonici posuerunt ordinem entium intelligibilium supra ordinē intellectuū: quia intellectus non intelligit nisi per participationem intelligibilem. participās autem est infra participatum, secundum eos. Si igitur intellectus humanus fieret actu per participationes formarum intelligibilium separatarū, ut Platonici posuerunt, per huiusmodi participationem rerum incorporearū intellectus humanus seipsum intelligeret. Sed quia connaturale est intellectui nostro sm statū præsentis vitæ, quod ad materialia & sensibilia respiciat, sicut supra dictum * est: consequens est, ut sic seipsum intelligat intellectus noster, secundū quod fit actu per species a sensibilib. abstractas per lumen intellectus agentis, quod est actus ipsorū intelligibilium, & eis mediantib. intelligit intellectus possibilis. Nō ergo per essentiam suam, sed per actum suum se cognoscit intellectus noster, & hoc dupliciter. Vno quidem modo particulariter, secundū quod Socrates vel Plato percipit se habere animam intellectiuā ex hoc, quod percipit se intelligere. Alio modo in uniuersali, secundum quod naturā humanæ mentis ex actu intellectus consideramus. Sed uerum est, quod iudicium & efficacia huius cognitionis per quā naturam animæ cognoscimus, competit nobis secūdum deriuationem luminis intellectus nostri a ueritate diuina, in qua rationes omnium rerum continentur, sicut supra dictum est * Vnde Augustinus dicit in * 9. de Trin. Intuemur inuiolabilem ueritatem, ex qua perfectè quantum possumus diffinimus, non qualis sit vniuscuiusq; hominis mens, sed qualis esse sempiternis rationis debeat. Est autem differentia inter has duas cognitiones: nam ad primam cognitionem de mente habendam sufficit ipsa mentis præsentia, quæ est principium actus, ex quo mēs percipit seipsam, & ideo dicitur se cognoscere per suam præsentiam. Sed ad secundam cognitionem de mente habendam, non sufficit eius præsentia: sed requiritur diligēs & subtilis inquisitio. Vnde & multi naturam animæ ignorant, & multi etiam circa naturam animæ errauerunt. Propter quod Aug. dicit * 10. de Trin. de tali inquisitione mentis. Non uelut absentem se quærat mens cernere: sed præsentem quærat discernere, id est cognoscere differentiam suam ab aliis rebus, quod est cognoscere quidditatem, & naturam suam.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod mens, seipsam per se nouit, quia tandem in suiipsius cognitionem peruenit, licet

Ferr. 2, cont. c. 69.

SVP. Q. LXXXVII.

ART. I.

CONCL. Non per essentiam suam, sed per actum suum, se cognoscit intellectus noster.

¶ PROB. Quia intellectus noster virtutem non habet ex seipso, ut intelligatur, nisi secundum, quod fit in actu (cum sit in genere intelligibilium potentia pura; sicut materia in genere sensibilium): & fit in actu per species a sensibilibus abstractas uirtute luminis intellectus agentis.

1^m^ ex Augustino. Per seipsam. &c. Vt per se, distinguitur contra per accidens: non, ut distinguitur contra per aliud. §. Tunc &c. cognoscit. n. se per aliud, id est per actum suum intellectus noster, sed se non cognoscit per accidens, quasi quod cognitio sua non terminetur immediatè ad seipsum, sed primo, ad aliquid aliud, ut quod, & mediante illo ad se (ut est de colore & substantia respectu uidentis.)

Spe-

436 2. d. 6. c. 96. prin. & li. 3. c. 46. Et uer. q. 8, ar. 6. & 2. de ai. lec. 6. 6. & li. 3. le. 8

* li. 9. c. 3. in fine.

† text. 15. to. 1.

* q. 75. a. 2

* li. 3. d'ai tex. 15. t. 2.

* li. 9. Met. tex. 10. t. 3

* li. i. phys. tex. 69. t. 2

* q. 84. a. 7. ad 1. & q. 84. ar. 7.

* q. 84. a. 5

* li. 9. d' trin. ca. paulo a pri. tom. 3.

* li. 10. de tri. c. 9. t. 3.

Species enim intelligibilis (ut supra, q. 85. ar. 2.) non est, quod intelligitur primo, & ideo non obstat, quin cognitum per speciem illam sit cognitum, ut quod immediate.

2^m de maiori. Intellectualis. R. In genere rerũ; non, in genere, intelligibilium. §. Tunc &cęt. Non enim ex eo, quod aliquid est intellectualis res, seipsum per seipsum intelligit: sed ex eo, quod intellectualis uigoris actualis est. Applica, ut in litera.

3^m ex Philosopho. Quæ sunt sine materia. R. Id est, quæ sunt intellecta in actu. §. Tunc &cęt. Nam sic uniuersaliter verum est, quod intellectum in actu, licet per speciem suam intelligatur, est intellectus in actu. Nam species, siue similitudo, rei intellectæ est forma intellectus in actu, ut patet in litera.

cet per suum actum. Ipsa enim est quæ cognoscitur, quia ipsa seipsã amat, ut ibidem subditur. Potest. n. aliquid dici per se notum dupliciter. Vel quia p nihil aliud in eius notitiam deuenitur, sicut dicuntur prima principia per se nota. Vel quia non sunt cognoscibilia p accidens, sicut color est per se uisibilis, substantia autem per accidens.

AD SECVNDVM dicendum, q essentia angeli est sicut actus in genere intelligibilium. & ideo se habet & ut intellectus, & ut intellectũ. vnde angelus suam essentiam per seipsum apprehendit, non autem intellectus humanus: qui uel est omnino in potentia respectu intelligibilium, sicut intellectus possibilis: uel est actus intelligibiliũ quę abstrahuntur a phantasmatib. sicut intellectus agens.

AD TERTIVM dicendum, q uerbum illud philosophi, uniuersaliter uerum est in omni intellectu. Sicut. n. sensus in actu est sẽsibile propter similitudinem sensibilis, quæ est forma sensus in actu; ita intellectus in actu, est intellectum in actu, propter similitudinẽ rei intellectæ, quæ est forma intellectus in actu. Et ideo intellectus humanus, qui fit in actu per spẽm rei intellectæ, per eandem speciẽ intelligitur, sicut per formam suã. Idẽ autem est dicere, quod in his, quæ sunt sine materia, idem est intellectus, & quod intelligitur, ac si diceretur, quod in his quæ sunt intellecta in actu, idem est intellectus, & quod intelligitur, per hoc .n. aliquid est intellectum in actu, quod est sine materia. Sed in hoc est differentia: quia quorundam essentię sunt sine materia, sicut substantię separatę, quas angelos dicimus: quarum unaquæque, & est intellecta, & est intelligens. Sed quædam res sunt, quarum essentiæ non sunt sine materia, sed solum similitudines ab eis abstractæ. vnde & Commen. dicit in tertio de anima, quod propositio inducta non habet ueritatem nisi in substantiis separatis. verificatur enim quodammodo in eis, quod nõ uerificatur in aliis, vt dictum est.

Item ex eodem. Sine materia. R. ex qua. & in qua simul: non, ex qua tantum. §. Tunc &c. Nam anima nostra licet sit sine materia ex qua, sit tamen habet materiam in qua recipitur, scilicet corpus. Vnde philosophi dictum quodam speciali modo verificatur de substantiis separatis id est de Angelis: secundum Commentatorẽ in 3. de anima. Vide responsum secundum literæ ly, sed in hoc est differentia, quia quorundam essentiæ sunt sine materia &c. ut in litera.

APPENDIX.

EX articulo habes primo quõ per rationem ostendas, philosophum, in tertio de anima. tex. 15. recte dixisse, quod intellectus intelligit seipsum, sicut & alia. Quod si huc adiungas, intellectum intelligere alia non per seipsum, sed per eorum speciem, secundum philosophum, uidebis, quod per illud dictum affirmauit, intellectum intelligere seipsum non per seipsum, sed per speciem suipsius. Secundo habes: quomodo per rationem uerum illum sensum philosophi explanes, probes, defendas. Tertio uides: quomodo ex hoc, similibusque locis, uicissim Angelica iunctur conclusio.

¶NOT. Pro articulo præsenti facit articulus in ordine 283. 280. 81. 281. 419. 422. 435. 438. 420.

Comm. Cardinalis Caietani.

TItulus ex sæpe dictis clarus. Ly. n. per, notat rationem intelligendi qualem ponimus in specie intelligibili. Ita quod sensus est, an ipsa essentia animæ sit sibiipsi, ut species intelligibilis respectu sui, ut cognitæ.

¶In corpore unica est conclusio responsiua quæsito hñs duas partes, alteram affirmatiuam, alteram negatiuam scilicet anima nostra non per essentiam suam: sed per actum suum se cognoscit. Circa quam facit tria: Primò, probat eam quo ad utramque partem simul. Secundò, declarat partem affirmatiuam, quid scilicet sit ille suus actus, ibi. Si igitur intellectus humanus. Tertio, manifestat modos quibus anima cognoscit se per suum actum.

¶Quo ad primum ponitur talis ratio, Intellectus noster est pura potentia in genere intelligibili. ergo non cognoscit per propriam essentiam: sed per actum suum. Huius rationis altera primo ponitur ratio consequentiæ expresse, & antecedentis elicitiue. Deinde probatur antecedens, & tertio respondetur tacitæ obiectioni, ibi, Sic etiam Platonici &c.

¶Ratio antecedentis & consequentiæ simul, est hæc propositio. Vnumquodque est cognoscibile fm quod est in actu & non secundum quod in potentia. Probatur primo authoritate Arist. 9. Met. tex. 20. Secundo, ex ratione obiecti cognoscibilis, s. entis & ueri. hoc modo nulla res habet rõnem alicuius entis: aut ueri, nisi fm quod in actu rationem illius habet, uel participat &c. ergo nec rationem naturæ cognoscibilis, consequentia patet, quia nihil cognoscitur nisi ens, & uerum. Antecedens est per se notum: non. n. domus in potentia habet rationem domus, nec album in potentia, habet rationem albi. vnde non potest cognosci ut domus & album. Tertiò, inductione inchoante a sensibilibus ut cognoscuntur a sensibus, quia coloratum nõ sentitur uisu nisi sit actu coloratum, & deinde a sensibilibus, ut percipiuntur intellectu nostro, in cuius signum, materia non cognoscitur, nisi per analogiam ad formam, ex primo Physic. Et demum ad separata a materia deueniendo, quia in eis quælibet ita se habet ad hoc q sit intelligibilis per seipsam, sicut se habet ad hoc q sit actu. Et manifestatur hoc, graduando intelligentias penes actum & potentiam. Prima. n. quia est actus purus, nulli omnino potentiæ admixtus, & completus fm totam entis latitudinem, ita q sua actualitas continet omnia actu eminentissimo, quia sic inquit est in essendo, ita est in intelligendo, ita quod est intelligibilis p seipsam, continens omnia intelligibilia, & sic per essentiam suam intelligit non solum se, sed omnia alia, & nihil extra se intelligere potest. Aliarum uero intelligentiarum essentię, sunt actus, nõ tamen puri nec completi, ita q eos quia actu sunt in genere intelligibilium, ideo per seipsas intelligibiles sunt actu, eo uero: quia non sunt puri, sed potentiæ permixti, plus, & minus, ac per hoc non continent omnia intelligibilia in seipsis actu, ideo per seipsas non sufficienter cognitionem pariunt aliorum. Vltimæ autem intellectualis substantiæ essentia, pura potentia iure est in genere intelligibilium, ac per hoc nec suiipsius, nec aliorum per seipsam cognitionem nata est facere Ex his. n. habetur ratio & consequentiæ & antecedentis: consequentiæ quidem, quia si vnumquodque sicut se habet ad actum, ita ad intelligibilitatem, consequens est, si aliquid ex se nihil habet actus, nihil habet secundum se intelligibilitatis, ac per hoc intellectus, qui est purã potentia in genere intelligibilium, non est per seipsum intelligibilis. Antecedens uero, quia ex quo intellectus supremus est actus purus, & consequenter se habentes, habent aliquid actus & aliquid potentiæ, crescente semper potentia cum elongatione ab actu puro, consequens est iuxta rerum ordinem, ut vltimus intellectus pura potentia sit in illo genere. Deinde probatur antecedens specialiter authoritate Arist. 3. de anima. tex. 5. & a quid nominis, quia possibilis nominatur. Tertio respõdet tacitę obiectioni: ubi aduerte, quod obiectio cũ eius origine est hæc, Quia .n. ex dictis in litera expresse habẽtur duo. Primum, quod intellectus noster ex seipso habet uirtutem, ut intelligat. Secundum, quod intellectus noster ex seipso non habet uirtutẽ ut intelligatur, hinc fit, ut ordo intellectuum sit infra ordinem intelligibilium. Si. n. perfectio intellectus nostri quam ex se habet, sufficit ad hoc, quod intelligat, & non ad hoc, quod intelligatur, necessario sequitur, quod plus perfectionis requiritur ad hoc, quod aliquid intelligatur, quam ad hoc quod aliquid intelligat. Et qm uidebat Diuus Th. hoc ex dictis consequi, & hoc prima facie nõ est esse uerum, immo tanquam inconueniens poterat sibi obiici, ideo excludit hanc phantasiam, ostendens hoc esse acceptandum

dam vt conueniens non solum Peripatheticis (secundum quorum documenta processit) sed et Platonicis. Vnde inquit, q; et Platonici posuerunt intellectum infra intelligibile, & probat, quia intellectus non intelligit, nisi participatione intelligibilis: participans autem, constat esse infra participatum.

¶ Circa antecedens occurrit dubium, quia falsum vr, qm siue intellectus sit idem q; esse animae, siue non; oportet inquit Sco. in 1. d. 3. q. 7. vt sit in se actus quidam. Tum, quia potentia ad accidens seu operari non fundatur supra pura potentia. Tum, quia substantia animae actus est, vt in 2. de Anima dicitur, & intellectus quoque si potentia est, in ipsa essentia est, ut subiecto. ergo &c.

¶ Circa idem antecedens dubium est, an sit facienda vis in vocabulo, Intelligibilis, an ly intelligibile, sumatur communiter pro omni re immateriali. Et primum est quaerere: an intellectus noster sit pura potentia in genere intelligibilium, i. sub hoc genere quod vocatur intelligibile. Secundum vero, an sit pura potentia in genere intelligibilium, idest entium immaterialium. Refert autem plurimum, quouis modo intelligatur, quoniam iuxta primum sensum limitata est propositio, iuxta secundum verò extensa est, tam ad ordinem intelligibilium vt sic, quàm ad ordinem intellectuum ut sic. Ita quòd sensus esset, quod intellectus noster est pura potentia, & in ordine intelligibilium, & in ordine intellectuum. Est autem praeter diuersitatem sensuum ratio dubitandi; quia si intellectus noster est pura potentia in genere utroque, consequens est, quòd sicut ex se non habet rationem intelligibilis, ita non habet virtutem intelligendi: cuius oppositum in litera dicitur. Si autem in altero genere, scilicet intelligibilium est pura potentia, sequitur, quòd intellectus noster nō est infimus in ordine intellectuum: quia potest dari inferior, qui scilicet sit pura potentia in ordine intellectuum, maxime distans à primo qui est purus actus.

¶ Circa illam propositionem scilicet, quod ordo intelligibilium est supra ordinem intellectuum, dubium occurrit: quia aut intelligitur simpliciter, aut secundum quid. Non secundū quid: quia penes ordinem secundum quid non graduantur entia in vniuerso. Nec simpliciter, quia constat quod intellectus ut sic, nobilior est quam intelligibile. quoniam intellectus significat aliquid viuens: cum intelligere viuere sit, intelligibile uero abstrahit a uiuo & non uiuo. Et rursus, intelligibile est propter intellectum, sicut accidens propter substantiam, & non econuerso. Et similiter intelligibile potest esse accidens, ut patet de speciebus intelligibilibus; intellectus autem est substantia. Et confirmatur, quia ex hoc sequitur, quod quilibet intellectus ut sic, esset pura potentia, aut si datur latitudo inter eos, q; quanto intellectus est superior, tanto est magis in potentia, q; est manifeste falsum: Probatur sequela, quia si intelligibile est supra intellectū hoc non est nisi sicut actus est supra potentiam, & cum quilibet intellectus extendat se ad ens secundum communem eius rationem, consequens est, quod quilibet se habeat ad totum ens vt potentia ad actum, ac per hoc, quilibet sit pura potentia, uel si aliqua datur latitudo, cum constat quod quanto intellectus est superior, tantò plures & magis entis differentias nouit, sequetur q; altior intellectus habet ampliorem potentiam, vtpote respectu amplioris intelligibilis, & sic intellectus diuinus ut intellectus est, esset purissima potentia, quod nefas est cogitare.

¶ Ad euidentiam horum sciendum est, quod cum duplex rerum ordo in uniuerso inueniatur s. intelligibilis, & sensibilis, & ille immaterialitate, ille materia constet, uterque (ut concludit Auerr. in 3. de anima, com. 5.) diuiditur in materiam & formā; ita quod quemadmodum in genere sensibilium aliquid est ut pura potentia, & aliquid ut actus &c. ita in genere rerum immaterialium. Cum autem intelligere exigat intellectum & intelligibile, & proportio intellectus ut sic ad intelligibile, sit proportio perfectibilis ad propriam perfectionem, cum in hoc consistat intellectus in actu, quod sit intelligibile, ut supra dictis patet: consequens est, ut entia immaterialia in duos distribuantur ordines s. intelligibilium & intellectuum. Et quoniam intelligibile constat ex immaterialitate perfectiua, consequens est ut sicut res se habet ad hoc, quod sit immaterialiter perfectiua, ita se habet ad hoc, quod sit intelligibilis. Quod eīm intelligibile exigat immaterialitatem, patet ex eo qđ nullum materiale est intelligibile, nisi per abstractionem a materia. Quod uero exigat perfectiuitatem; patet ex eo quod intellectus ex hoc constituitur in actu, quia habet ipsum intelligibile. Vnde sub hoc genere qđ est intelligibile, essentia diuina est omnino ut actus purus, quia immaterialis cum sit, ita est perfectiua intellectus respectu omnis intelligibilis, quod respectu nullius habere potest rationem perfectibilis. Essentia uerò angelica, se habet ut actus quidam, sed permistus potentiae: quia sic perficit intellectum, ut sit perfectibilis per alia intelligibilia, unde quęlibet intelligentia praeter primam, intelligit aliquid extra se. Essentia uero animae nostrae, se habet ut pura potentia. Ex eo enim quod est immaterialis, continetur iuxta illud genus; sed ex eo, quod perfectiuitatem nullam habet in actu ex se, quòd manifestat receptio omnium intelligibilium in ea, & ipsius in nullo, purae potentiae locum tenet; ac per hoc infimo loco posita, terminat genus intelligibilium. Sensibilia siquidem dicuntur intelligibilia in potentia aequiuocè ab anima; anima enim est intelligibilis in potentia, ut infra genus intelligibilium contenta; res uerò sensibilis dicitur intelligibilis in potentia, ut res extra genus. Et rursus, anima dicitur intelligibilis in potentia propria, res verò sensibilis dicitur intellectualis potentia extrinseca, immo alterius generis, s. ipsius animę, quae potest facere eam intelligibilem. Vnde Auer. in lib. de sen. & sensato, pulchre dixit, quod res sensibilis transfertur de ordine in ordinem, cum fit per intellectum agentem intelligibilis actu. Quia uerò intellectus constat immaterialitate perfecta, seu perfectibili per ipsum; intelligibile, consequens est, ut unumquodque quemadmodum se habet ad hoc, quod sit per intelligibile, ut sic perfectum; ita se habet quòd intelligat. Quod enim ad intellectum exigatur quod sit immaterialis, planum est: quod uero sit perfectus, uel perfectibilis per intelligibile ex radice cognoscitiui gradus patet; ostensum est enim supra, quod ex hoc ipso, q; res est, non solum ipsa, sed alia, est cognoscitiua, & consequenter ex hoc q; res est, non solum ipsa: sed alia intelligibiliter, est intellectiua, esse autem alia intelligibiliter cū contingat & actu & potentia, nihil aliud est quàm perfectum uel perfectibile esse per intelligibile ut sic. Vnde in ordine intellectuum, diuinus intellectus, qui est ipsum totum suum intelligibile in actu secundo, est actus purus. Angelicus uerò, qui est totum suum naturale intelligibile in habitu, seu in actu primo, cum non omnia simul actu intelligat, habet rationem actus permisti potentiae, & hic est magna latitudo secundum quod quilibet intellectus est semper suum primo intelligibile, quod est propria essentia. Intellectus enim qui est actualis & uniuersalius intelligibile, est nobilior: intellectus uerò humanus, qui nullū actu intelligibile est, eo quod est sicut tabula rasa, est pura potentia in ordine etiam intellectuum: habet enim quod intellectus sit ex eo quod perfectibilis per intellegibile ut sic, quod uero in pura potentia, ex eo quod nullum actu intelligibile aut habitu, habet ex sui natura. Ex his autem facilè responderi potest ad dubia mota. Ad primum enim patet, quod stat aliquid esse puram potentiam in genere immaterialium, & tamen actum in genere sensibilium. Vnde Scot. deceptus est, ac si pura potentia in genere intelligibili esset pura potentia simpliciter in genere entium. Anima enim est actus corporis sensibilis; est autem potentia pura intelligibilis.

¶ Ad secundum uero iam patet, quod intellectus noster est pura potentia utroque ordine s. intelligibilis & intellectus; diuersa tamen ratione. Et ad obiectionem in oppositum, negatur sequela: quoniam non est par ratio de intellectu & intelligibili respectu purae potentiae; quia potentia est conditio diminuens rationem intelligibilis, non autem rationem intellectus. Et hoc, quia intelligibile habet rationem perfectiui, intellectus uero huius disiuncti, quod est perfecti, aut perfectibilis. Constat enī quod potentia minuit rationem perfectiui, non autem perfectibilis. Et ad hoc pertinet ratio, quae innuitur in litera, quia s. plus requiritur ad hoc, quod aliquid dicatur absolute intelligibile, quàm intellectus, quia ordo intellectuum est infra ordinem intelligibilium.

¶ Ad tertium dicendum, q; quamuis possit dici, quod intellectus & intelligibile se habeant sicut excedentia & excessa, quia ut sa substantia, uiuens, finis, gratia cuius &c. Illud uero actus & propria perfectio uiuentis, ut sic &c. Videtur tamen mihi, quod formaliter loquendo de intellectu, & intelligibili ut sic, superior simpliciter sit ordo intelligibilium. qm proportio intellectus ad intelligibile, est proportio uel perfecti vel perfectibilis ad ,ppriā perfectionem. Constat autem, q; duarum rōnum formaliū se habentium ut propria potentia & proprius actus, illa quae habet rōnē actus, est simpliciter nobilior. Et patet. Et confirmatur hoc authoritate Arist. 12. Met. c. 51. ubi vult, q; si Deus intelligeret aliquid extra se, q; haberet aliquid nobilius, q; a intelligere est ,ppria perfectio intellectus. Ad obiecta uero in oppositum dr, & primo ad primū dupliciter; primo q; falsū est, q; intelligibile abstrahat a uita, imo eiusdē uitae cū nobilior est intelligibile, q̄ intellectus, q; a haec ut materia, illud ut forma. Scđo dr, q; esse uiuum, esse substantiā, & alia hmōi, accidunt intellectui & intelligibili ut sic, sicut esse figurā accidit triangulo, ut hēt tres, & uniuersaliter oē quod est extra dfialem cōceptū inferioris alicuius, siue superius sit siue inferius, accidens, i. extra ratio formalis eit. eit. Vnde penes ista nō est consideranda nobilitas rerū, & ratio in prōpriu est, quia rōnes rerū pensandae sunt ex proprijs tm: q̄ conueniunt eis per se primo, & non rōne superiorū, aut inferiorum. intellectui aūt & intelligibili, ut sic, conuenit praedicta proportio, sm quam intellectus manifeste est inferior. Ad cōfirmationem uero ultimo adductā negatur sequela. Et ad probationē admissa illa negatiua s. q; intelligibile non est supra intellectum, nisi sicut actus supra potentiam. Respondetur, q; cum ordo supe-

superioritatis supponat distinctionem inter superius & inferius, consequens est, quod ubi intellectus & intelligibile sunt idem, ibi ordo præuenitur ab identitate: nec potest esse ordo secundum rem, sed rönem tantum: & qm identitas præuenit habitudinem potentiæ ad actum, quę distinctionem exigit, restat quod ordo intellectuum & intelligibilium, non nisi ubi intelligibile distinguitur aut distingueretur ab intellectu, proprie locum habet. Et ideò falsa est illa conseq. ergo quilibet intellectus se habet ad totum ens ut potentia ad actum. immo intellectus diuinus se habet ad totum ens ut actus totius entis, ut superius discussum fuit. & quanto intellectus est superior, tantò est magis in actu respectu totius entis. Quælibet.n. intelligentia est totum ens, partim in actu secundo, & partim in actu primo. Et inter eas quanto superior, plus entis est in actu secundo, & minus in actu primo, quia tanto habet uniuersaliorem essentiam, quam semper intuetur, & uniuersaliores species concomitantur. Noster autem solus intellectus est, qui est totum ens in potentia, ita quod nec in actu primo nec secundo, est aliquid eorum quæ sunt, ut dicitur in 3. de Anima. sed possibilis tantum uocatur intellectus.

¶ Quo ad secundum, ostendit quod sit ille actus, per quē intellectus noster nouit seipsum. Et hoc ostendit ex differentia inter modum intelligendi attributum intellectui à Plat. & attributū ab Arist. Ille.n. posuit, quod intelligimus per participationem idearum: iste, quod per collectionem a sensibus. & consequenter apud illum actus intellectus est participatio idearū: apud illum acceptio a sensibilibus: ac per hoc apud illum actus per quem intellectus nouit seipsum, est participatio superiorum: apud Arist. uerò, species a sensibus collecta lumine intellectus agentis & quia hoc experimur connaturale nobis pro statu isto &c.

¶ Circa hanc partem aduerte diligēter inserta uerba in litera, s. quod intellectus agēs est actus ipsorum intelligibilium, quę abstrahuntur a materia. & eis mediantibus intelligit intellectus possibilis. Remanserant enim duo dubia ardua ualde: alterum de intellectu possibili, alterū de intellectu agente. De possibili quidē, tale. Res sensibilis intelligibilis in potentia, sufficienter fit ex præsētia intellectus agētis intelligilis actu, ergo intellectus possibilis sub lumine intellectus agentis fit intelligibilis in actu. ergo aīa nostra per seipsam, seipsam nouit. Prima cōsequentia probatur: quia si id quod est in potentia remotiori potest secluso omni alio a tali agente fieri tale in actu. ergo id quod est in potentia minus remota. sed constat rem materialem esse intelligibilē in potentia remotiori, quam sit intellectus possibilis, quia quamuis utrumque sit intelligibile in potentia, intellectus tamen est intra genus intelligibilium, res autem materialis, extra. Si igitur phantasma sensibile cum intellectu agente sat est ad faciendum intelligibile in actu, cur non hoc intelligibile, quod est intellectus possibilis, una cum agēte ad hoc sat est cum sit spiritualior? De agente uero, quia si intellectus agens est pars potestatiua aīę (vt superius determinatum est) cum ipse non sit pura potentia, sed sit actus in genere intelligibiliū (vt patet hic, & in 3. de aīa) cur ipse per seipsum non intelligitur ab anima, & sic aīa per seipsam. i. absque oi extraneo obiecto intelligit seipsam? Ambo siquidem hæc dubia, his pauculis uerbis intertectis, diuinus ille intellectus exclusit: dum patefecit ordinē, quo intellectus agēs, actus est & perfectio possibilis. Recolendum est, quod ad hoc quod aliquid sit intelligibile in actu, exigitur quod possit perficere intellectū obiectiue: alioquin intelligibile in actu non est, & propterea eo modo quo aliquid se habet ad perficiendum intellectum obiectiue, ita se habet ad hoc, quod sit intelligibile in actu: duobus autem modis contingit hoc fieri s. mediate, & immediate, & qđ immediate quidem pōt, constat qđ per seipsum intelligibile est in actu, quod uero mediate non nisi mediante illo, qđ est naturaliter medium, ut de se patet. Vnde quia intellectus agens respū intelligibilium materialiū est actus immediate: respectu uero intellectus possibilis est actus mediantibus intelligibilibus rerum materialiū, ut in litera dr, ideo res sensibiles possunt immediate absque alio obiecto medio perficere intellectum obiectiue, ipse autem seipsum, non. Et similiter, quia intellectus agens non perficit obiectiue intellectum possibilem immediate, sed mediantibus intelligibilibus materialium, quorum primo est actus, ideo nec ipse per seipsum absque alio medio obiecto intelligitur: omnia ergo soluuntur ex ordine mediationis in litera assignato.

¶ Quo ad tertium, modos duos, quibus intellectus per suum actum se nouit, ostensurus, tria dicit. Primo, modos ipsos. Alter terminat quæstionem an est, alter quæstionem quid est. Secūdo, rñdet tacitæ obiectioni ex authoritate Aug. dicens, quod nouimus quid est anima per ueritatem diuinam: æquiuocatio enim ostenditur in ly per, qm ly per actum suum; denotat habitudinem medij termini: ly uero per ueritatem primam, denotat habitudinem causæ primæ, a qua est ois efficacia iudicij, &c. Tertio. pro declaratione quoq; doctrinæ Aug. addit differentias inter has cognitiones ad propositum, quòd ad primam sufficit aīa præsens suo actui, ad secundam exigitur ualde diligens inquisitio, qm ut 1. de Anima dicitur, omnino penitus difficillimorum est aliquam de ea fidem accipere.

¶ In respōsione ad secundum occurrit, quod restabat dub. qm̄ s. stat simul, quod aīa sm̄ substantiam sit pura potentia, & qđ sm̄ unam eius, & ab ea uirtutem s. intellectum agentem, sit actus in eodem genere: impossibile .n. est ut uis alicuius naturæ excedat naturam a qua sufficienter fluit. Ad hoc dr̄ negando quod intellectus agens sit actus in genere intelligibili, nec oppositum dr̄ in litera, aut in 3 de aīa. Ad cuius euidentiam scito primo, qđ aliud est esse actum in genere intelligibili, & aliud esse actum in respū intelligibilium materialium; primum importat esse actū absolute & simpliciter, sm̄ uero per cōparationem: in litera aūt & in lib. de aīa secundum S Th. affirmatur sm̄ & non primū. Et qm̄ hoc est difficile scito secundo, qđ cum intellectus agens ponatur ut lumen quoddā, dupliciter imaginamur aliquid illuminare. uno mō sic, quod in se sit lux quædā & ex ea emanet lumen diffusum in alia, ut patet de luce solari &c. Alio modo ut in se non sit lux: sed sic habeat tm̄ naturā actumq; luminis s. esse quo alia vīr. Quod illuminat primo modo est uisibile dupliciter s. per se, & ut aliorū lumen. Qđ uero secundo tm̄ modo illuminat, nō est uisibile in actu per se: sed ut rō aliorū. Ad propositū ergo, si intellectus agēs ponit̄ separantis à possibili, est lux primo modo, & est actu intelligibilis. Si uero ponit̄ pars pōtētiua aīæ, sic est lumen secundo mō tm̄. Ex illuminare secundo mō non pōt inferri esse in se lucem aut uisibilē actū sine alio uisibili ut patet. Et quia hanc scđam uiā sequi (ut ex supradictis patet) rōni congruit & Arist. uerbis cū posuit intellectū agentē actū ut lumen & habitū aliorū, & non lucidū in se, ideo dico quod intellectus agēs non est actus in gn̄e intelligibiliū: quia non est obiectiue pfectio intellectus sm̄ se; sed ut aliorum lumen, quāuis sit actus horū, s. intelligibiliū materialiū. Et si inferetur, aut est actus, aut potentia in gn̄e intelligibili: rñdeatur quod proprijssime loquendo neq; intelligibilis in potentia, neq; in actu: sed ut actus intelligibiliū in actu. Quod non in potentia, patet ex eo, quod non eget faciente ipsum de potentia intelligibili actum intelligibilem, quod et non in actu ex eo patet, quod experimur non esse sufficiens perfectiuum intellectus nostri obiectiue quod tm̄ exigitur ad intelligibile in actu. Quod aūt ut actus aliorum experientia docet: & sic nihil obstat naturæ substantiali ipsius aīæ: stat .n. quod ipsa sit pura potentia in genere intelligibilium: & quod in genere intellectiuum (quia est infima inter intellectuales substantias) habeat uim intellectiuam non unitam, sed partitam: ita quod scđm unam sui partem s. receptiuam, quæ est intellectus possibilis, est pura potentia in genere utroq; secundum alteram uero partem s. actiuam ad actum simpliciter non ascendit, sed quia in suo supremo substantialiter attingit infimum superioris s. intelligentiarum in summa sua uirtute tm̄ actualitatis manifestat, ut non ut lux sed ut aliorum lumen actus inueniatur, hæc enim omnia naturæ uniuersique ordini consonant &c.

SVP. Q. LXXXVII.

437 ART. II.

12. q. 49. art. 1. Et 22. q. 4. ar. 1. corp. Et 3. d. 23. q. 1. art. 2. Et uer. q. 10. ar. 19. Et quol. 8. ar. 4. cor.

† cap. 3. in med. to. 3.

CONCL. necesse est: quod habitus per actum suū cognoscatur.

¶ PROB. Quia nihil cognoscitur, nisi secundum, quod est actu: Et actus habitus est actus, non autem habitus est actus.

Primo

ARTICVLVS II.

Vtrum intellectus noster cognoscat habitus animę per essentiam eorum.

AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur, quod intellectus noster cognoscat habitus animæ per essentiam eorum. Dicit enim Aug. † 13. de Tri. Non sic vr̄ fides in corde in quo ęst, sicut anima alterius hominis ex motibus corporis videtur: sed eam tenet certissima scientia, clamatque conscientia. Et eadem ratio est de alijs habitibus animæ. Ergo habitus animæ non cognoscuntur per actus: sed per seipsos.

¶ 2 Præt. Res materiales, quæ sunt extra animam, cognoscuntur per hoc, quod similitudines earum sunt præsentialiter in anima. Et ideo dicuntur per suas similitudines cognosci. Sed habitus animæ præsentialiter per suam essentiam sunt in anima. Ergo per suam essentiam cognoscuntur.

¶ 3 Præt. Propter quod unumquodque tale, & illud magis. Sed res aliæ cognoscuntur ab anima propter

habi-

habitus, & species intelligibiles. Ergo ista magis per seipsa ab anima cognoscuntur.

Sed contra. Habitus sunt principia actuum, sicut & potentiæ. Sed sicut dicitur * 2. de Anima priores potentiis secundum rationem actus & operationes sunt. Ergo eadem ratione sunt priores habitibus. Et ita habitus per actus cognoscuntur sicut & potentiæ.

Respond. Dicendum, quòd habitus quodammodo est mediũ inter potentiam puram & purum actum. Iam autem dictum est, * quod nihil cognoscitur nisi secundum quod est actu. Sicut ergo inquãtum habitus deficit ab actu perfecto, deficit ab hoc ut non sit per seipsum cognoscibilis: sed necesse est, quod per actum suum cognoscatur: siue dum aliquis percipit se habere habitum per hoc, quòd percipit se producere actum proprium habitus, siue dum aliquis inquirit naturam & rationem habitus ex consideratione actus. Et prima quidem cognitio habitus, fit per ipsam præsentiam habitus: quia ex hoc ipso, quod est præsens, actum causat, in quo statim percipitur. Secunda autem cognitio habitus fit per studiosam inquisitionem, sicut supra dictum est de mente. *

Ad primum ergo dicendum, quod etsi fides non cognoscatur per exteriores corporis motus, percipitur tamen etiam ab eo in quo est, per interiorem actum cordis. Nullus enim fidem se habere scit, nisi per hoc, quod se credere percipit.

Ad secundum dicendum, quod habitus sunt præsentes in intellectu nostro, non sicut obiecta intellectus quia obiectum intellectus nostri secundum statum præsentis uitæ est natura materialis: ut supra dictum est: * sed sunt præsentes intellectu, ut quibus intellectus intelligit.

Ad tertium dicendum, quod cum dicitur, Propter quod vnumquodque illud magis: veritatem habet, si intelligatur in his quæ sunt unius ordinis: puta in vno genere causæ. Puta si dicatur, quòd sanitas est desiderabilis propter uitam, sequitur, quòd uita sit magis desiderabilis. Si autem accipiantur ea quæ sunt diuersorum ordinum, non habet veritatem. Vt si dicatur, quod sanitas est desiderabilis propter medicinam, nõ ideo sequitur, quod medicina sit magis desiderabilis: quia sanitas est in ordine finium, medicina autem in ordine causarum efficientium. Sic igitur si accipiamus duo, quorum utrumque sit per se in ordine obiectorum cognitionis; illud propter quod aliud cognoscitur, erit magis notum: sicut principia conclusionibus. Sed habitus non est de ordine obiectorum inquantum est habitus nec propter habitum aliqua cognoscuntur sicut propter obiectum cognitum sed sicut propter dispositionem, uel formam, qua cognoscens cognoscit, Et ideo ratio non sequitur.

ARTI-

1m ex Augustino. Certissima scientia. R. habita mediante actu interiori cordis: non, per se ipsam fidem sine isto actu. §. tunc &c. ut patet.

¶Not. De fide, qua quis etiam, quod non sit in charitate dicitur & est Christianus, intelligas loquutum hic Augustinũ: quæ quidem fides licet non sit in eo uiua, est tamẽ vera. Vnde Concilium Triden. sess. 6. cano. 28. Si quis dixerit; amissa per peccatum gratia, simul & fidem amitti; aut fidem, quæ remanet, non esse ueram fidem, licet non sit viua; aut eum, qui fidem sine charitate habet, nõ esse Christianum: Anathema sit. Hæc ibi. Hunc B. Augustini catholicum sensum volui te annotasse: nè quãdo incautus, quasi B. Augustino innixus, incidẽres in hæresim Caluini dicentis; fides qua iustificatur homo, cuilibet potest esse certa. Damnatur enim hæc hæresis ibid. cap. 9. in calce. Quilibet, dum seipsum, suaq; propriã infirmitatem, & indispositionem respicit, de sua gratia formidare, & timere potest: cum nullus scire valeat certitudine fidei, cui non potest subesse falsum, se gratiam Dei esse consecutum. Hæc ibi. Caue etiam: ne ex dicto illo. B. Augustini inferas hæresim Lutheri dicentis, fides si sit firma, & fixa, qualiacumque sint opera hominis, semper certus erit de sua salute. Damnatur enim hæresis hæc ibi cap. 11. Nemo sibi in sola fide blandiri debet, putans fide sola se hæreditatem consecuturum, etiam si Christo non compatiatur, ut & conglorificetur. Hæc ibi. Concilium id probat duabus auctoritatibus. B. Pauli & una B. Petri Apostolorum. Vide tu.

*lib. 2. de ãia tex. 27. tom. 2.

* art. præc.

*art. præcep.

2m de minori. Per suam essentiam sunt. R. tanquam ea, quibus intellectus intelligit: non, tanquam obiecta intellectus. §. tunc nihil contra. Nam res exteriores sunt per suas similitudines in anima præsentialiter, tanquam obiecta intellectus: & ideo est alia ratio de his rebus, & de habitibus.

3m de maiori. Propter quod. R. existens eiusdem ordinis cum illo alio: non, existens alterius ordinis ab illo. §. tunc nihil cõtra. Nam habitus, & res cognitæ per illos, sunt diuersorum ordinum; secundum quod in anima sunt utraque (ut in litera). Vbi bene nota glossam propositionis huius Philos. Propter quod unumquodque &cet. quoniam ad multa ualebit.

*Quæst 8. art. 7.

APPENDIX.

Ex articulo habes primo: quomodo per rationem ostendas, Philosophum 2. de anima tex. 27. rectè dixisse, quod potentijs sunt priores secundum rationem actus, & operationes. Id quod est, ac si dixisset, quod potentiæ cognoscuntur per actus. Huic dicto si iunxeris, quod eadem ratione (cum & potentiæ, & habitus, sint principia actuum) actus sunt priores secundum rationem, habitibus, uidebis, quod Philosophus ibi 2. de anima, virtualiter dixit, quod habitus etiã cognoscuntur per actus. Secundo habes quomodo per rationem hoc vltimum dictum philosophi in uero sensu exponas, probes, tuearis. Tertio vides: quomodo ex illo, similibusque locis, inuetur vicissim Angelica conclusio.

Vtil. pro philosoph.

2

3

Comm. Cardinalis Caietani.

Titulus clarus.

¶In corpore duo. Primo conclusio responsiua. Secundò distinguit modos cognoscendi habitum.

¶Quo ad primum, conclusio habens duas partes est ista. Habitus non per seipsum, sed per actum cognoscitur. Probatur, Quod non est actus, non cognoscitur nisi per actum: sed habitus non est actus. ergo non nisi per actum cognoscitur. Maior patet ex præcedenti artic. Minor probatur: quia habitus est medium inter potentiam & actum.

¶Circa hanc partem dubium est. Tum quia hoc contradicit superioribus, in quibus dictum est, quod species intelligibiles sunt actu intelligibiles habitus enim intellectus, aut est ipsa species, aut idem est iudicium de specie, & habitu, quo ad esse actu, uel potentia. Tum quia si ex hoc quod habitus est actus admistus potentiæ infertur, ergo non est actu intelligibilis. sequeretur quod nihil esset actu intelligibile nisi actus purus; quod repugnat etiam dictis.

¶ Ad hoc breuiter dicitur, quod quia medium utroque extremorum nomine uocatur, sicut utriusque rationem participat secundum compositionem ad diuersa; idcirco species modo dicuntur intelligibilia in actu, & hoc cum comparantur sensibilibus, & intellectui possibili, quæ sunt intelligibilia pura potentia. Modo dicitur intelligibilia in potentia; & hoc cum his comparantur quæ simpliciter sunt in actu; contingit enim eis utrumque habere, quia medium tenent inter actum & potentiam. Ad secundum uero dicitur, quod male percipitur ratio literæ; non enim ex hoc, quod aliquid habet potentiæ, admistum res, ideo negatur intelligibilis in actu; sed ex eo quod in genere intelligibili medium est inter potentiam & actum. Aliud enim est esse medium inter puram potentiam & purum actum, & aliud est esse medium inter actum & potentiam. Hoc enim est communius & est à quo non conuertitur consequentia. essentia enim angeli media est inter purum actum & puram potentiam: est tamen simpliciter actus & non media inter potentiam, & actum. Quamuis omne medium inter potentiam & actum, sit etiam medium inter puram potentiam & purũ actum, ut patet. Quo ad secundum, concludit duo. Primo

mod os

modos duos cognoſcendi habitum per actum ſcilicet, quoad quæſtionem, quid eſt. Deinde ponit differentiam. quia ad primum ſufficit præſentia ad ſecundum requiritur diligens inquiſitio, ut prędictum eſt de potentijs.

SVP. Q LXXXVII.

ART. III.

438 Ordo in intelligendo. 2. contra c. 73.

CONCL. Id, quod primò intelligitur ab intellectu humano eſt ſuum obiectum (.i. natura rei materialis). Secundariò cognoſcitur ipſe actus, quo cognoſcebatur obiectũ; & tertiò per actum cognoſcitur ipſe intellectus.

¶PROB. Quia unũquodque cognoſcitur ſecundum quod ſic, eſſe actu) ſecundariò actus ipſe (cum ſit actu ex eo, ꝙ in obiectum terminatur, quo remoto nõ poteſt ipſe actus exiſtere; tertio potentia intellectus (cum ab obiecto, mediãte actu, informetur; ſine qua forma, cum ipſa det eſſe, potentia non eſſet actu).

* Lib. 1. de aĩa tex. 116 & ſeq. to. 2

¶Corollarium. Ergo ſi actus intellectus, ideſt intelligere, eſſet obiectum primum; tũc intelligeret primò actũ ſuũ. Hac rãtione Deus non intelligit ſecundario ſuum intelligere: quia cum ſit identice ſua eſſentia, eſt primũ eius obiectum ſecundum rem; quoniam ſua eſſentia eſt primũ eius obiectum. Simili ratione Angelus non intelligit ſecundariò ſuũ intelligere (ſecũdariò: inquam .i. altero actu a primo), quia intelligere eſt quodammodo eius primum obiectũ, quod eſt eius eſſentia. Licet enim intelligere non ſit idem re cum Angeli eſſentia (vt in Deo) q. 54 art. 1. 2 eſt tamen idem concomitanter; quia eſt inſeparabilis perfectio ſuæ eſſentiæ ab intelligere ſuam eſſentiam. q. 55. art. 1. cum q. 56. art. 1. Cum ergo ſimul, & uno actu intelligatur ab Angelo res cum ſua perfectione; ſequitur, quod Angelus intelligit actum ſuum primo. Deus ergo actum ſuum intelligit primo, quia eſt & ſuum primum obiectum, & primo actu intelligitur; Angelus autem actum ſuum intelligit primo, non quia ſit ſuum primum obiectum, ſed quia primo actu intelligitur: Homo uero actum ſuum intelligit ſecundario, quia & non eſt ſuum primum obiectum, & primo actu non intelligitur.

* Li. 10. de Trin. c. 10. & 11.

*art. 1. & 2. huius q.

Deus, Angelus, Homo, intelligunt diuerſimode.

* Li. 9. Metaph. text. 16. to. 3.

* Quæ. 84. art. 1.

ARTICVLVS III.

Vtrum intellectus cognoſcat proprium actum.

AD TERTIVM ſic proceditur. Videtur, ꝙ intellectus non cognoſcat proprium actum. Illud enim propriè cognoſcit, ꝙ eſt obiectum cognoſcitiuæ uirtutis. Sed actus differt ab obiecto. Ergo intellectus non cognoſcit ſuum actum.

¶ 2 Præt. Quicquid cognoſcitur, aliquo actu cognoſcitur. Si igitur intellectus cognoſcit actum ſuum, aliquo actu cognoſcit illũ, & iterum illum alio actu. Erit ergo procedere in infinitum, quod videtur impoſſibile.

¶ 3 Præterea. Sicut ſe habet ſenſus ad actum ſuum, ita & intellectus. Sed ſenſus proprius nõ ſentit actum ſuum: ſed hoc pertinet ad ſenſum communem: ut dicitur in * libro de anima. Ergo neque intellectus intelligit actum ſuum.

SED CONTRA eſt, quod Aug. dicit * 10. de Trinit. Intelligo me intelligere.

RESPON. Dicendum, quod ſicut iam dictum eſt. * Vnumquodque cognoſcitur ſecundum quod eſt actu. Vltima autem perfectio intellectus eſt eius operatio: Non enim eſt ſic actio tendens in alteſa, quæ ſit perfectio operati: ſicut ædificatio ædificati, ſed manet in operante, ut perfectio & actus eius, ut dicitur in * nono Metaph. Hoc igitur eſt primum, quod de intellectu intelligitur, ſcilicet ipſum eius intelligere. Sed circa hoc diuerſi intellectus, diuerſimodè ſe habent. Eſt enim aliquis intellectus ſcilicet diuinus, qui eſt ipſum ſuum intelligere. Et ſic in Deo idem eſt, quod intelligat ſe intelligere & quod intelligat ſuam eſſentiam, quia ſua eſſentia eſt ſuum intelligere. Eſt etiam alius intellectus, ſcilicet angelicus, qui non eſt ſuum intelligere, ſicut ſupra dictum eſt: * ſed tamen primum obiectum ſui intelligere eſt eſſentia. Vnde etſi aliud ſit in angelo ſecundum rationem, quòd intelligat ſe intelligere, & quod intelligat ſuam eſſentiam, tamen ſimul & uno actu utrumque intelligit: quia hoc quod eſt intelligere ſuam eſſentiam, eſt propria perfectio ſuæ eſſentiæ, Simul autem & uno actu intelligitur res cum ſua perfectione. Eſt autem alius intellectus, ſcilicet humanus, qui nec eſt ſuum intelligere, nec ſui intelligere eſt obiectum primum ipſa eius eſſentia, ſed aliquid extrinſecum, ſcilicet natura materialis rei. Et ideo id, quòd primo cognoſcitur ab intellectu humano, eſt huiuſmodi obiectum, & ſecundario cognoſcitur ipſe actus quo cognoſcitur obiectum: & per actũ cognoſcitur ipſe intellectus, cuius eſt perfectio ipſum intelligere. Et ideo Philoſophus * dicit, quod obiecta præcognoſcuntur actibus, & actus potentijs.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd obiectum intellectus eſt cõmune[d] quoddam, ſcilicet ens & uerum, ſub quo comprehenditur et ipſe actus intelligendi. Vnde intellectus poteſt ſuum actum intelligere: ſed non primo, quia nec primum obiectum intellectus noſtri ſecundum præſentem ſtatum eſt quodlibet ens & uerum, ſed ens & uerum conſideratum in rebus materialibus, ut dictum eſt; * ex quibus in cognitionem omniũ aliorum deuenit.

AD SECVNDVM, quòd ipſum intelligere humanũ, non eſt actus & perfectio naturæ intellectæ, ut ſic poſſit uno actu intelligi natura rei materialis & ipſum intelligere; ſicut [d] uno actu intelligitur res cum ſua perfectione. Vnde alius eſt actus, quo intellectus intelligit lapidem & aliusd eſt actus, quo intelligit ſe intelligere lapidem, & ſic deinde. Nec eſt inconueniens intellectũ eſſe infinitũ in potentia, ut ſupra dictũ eſt.*

AD TERTIVM dicendũ, quod ſenſus proprius ſentit ſecundum immutationem materialis organi à ſenſibili exteriori. Non eſt autem poſſibile, quod aliquid materiale immutet [d] ſeipſum, ſed unũ immutatur ab alio, & ideo actus ſenſus proprii percipitur per ſenſum communem. Sed intellectus noſter non intelligit per materialem immutationẽ organi; & ideo non eſt ſimile.

1^m de maiori.

Obiectum. ℞. Primo, uel non primo. §. Tunc nihil &c. Actus enim eſt obiectum, inquantũ obijcitur intellectu, ut intelligatur, licet non primo; ſed ut in litera. Inde trahas, quod actus, ut actus, differt ratione a ſeipſo, ut obiectum. Nam actus, ut actus, producitur ab intellectu, actus, ut obiectum, inſpicitur ab intellectu.

2^m de concluſione vltima.

Procedere in infinitũ. ℞. in potentia; non, in actu. §. Tunc nihil &c. Nam procedere in infinitum in potentia nõ eſt impoſſibile; ſed procedere in infinitum in actu. Vide q 46. art. 2. ad ſeptimum.

* Lib. 2. de aĩa tex. 33. to. 2.

D. 752.

3^m de maiori.

Ita ℞. quantum ad productionem actus; non, quantum ad cognitionem ipſius. §. Tunc nihil contra. Non enim diſputamus, an producatur proprius actus ab utroque; Sed, an cognoſcatur. Rationem diuerſam cognoſcendi; uidem litera; Et ſcito breuiter, ipſam uelle & dicere, quia intellectus eſt ſpiritualis, ſenſus autem corporalis, & nullum corporale reflectitur ſupra ſeipſum, ſicut ſpirituale.

*Q. 84. 2. 7

D. 103. & 138.

D. 829.

APPENDIX.

EX articulo habes primo; quomodo per rationem oſtendas, Philoſophum 2. de anima tex. 33. merito dicere, quod obiecta præcognoſcuntur actibus & actus potentijs, & con equenter dicere, quod intellectus noſter intelligit actum ſuum. Secundo habes, quomodo per rationem iſtud philoſophi dictum in uero ſen ſu exponas, probes, defendas. Tertio uides quomodo ex hoc, ſimilibusque locis, viciſſim iuuetur concluſio.

¶ NOT. Præſenti articulo aliquas fert ſuppetias articulus in ordine 437. 113. 275. 422. 370. 436. 473. 433.

Vtil. pro philoſoph.

* Q. præc. art. 2.

D. 1123.

2

3

Pro ſtudio varietate coornãdo.

Pri-

Comm.

Comm. Cardinalis Caietani.

Titulus clarus.

¶ In corpore duo. Primo respondet quæsito unica conclusione. Secundo, ostendit diuersos modos in diuersis intellectib. ad cognoscendum proprium actum.

¶ Quo ad primum conclusio est. Primũ quod de intellectu intelligitur, est ipsum eius intelligere. Probatur sic. Intellectus est actu simpliciter per intelligere ergo primum quod intelligitur de eo est intelligere. Antecedens probatur: quia intelligere est ultima perfectio intellectus probatur, quia non est actio transiens, sed immanens. consequẽtia probatur, quia vnumquodq; intelligitur secundum quod est actu.

¶ Quoad secundum assignantur tres modi diuersi quib. diuersimode se habent tres intellectus. s. diuinus, angelicus, & humanus, circa cognoscendum ipsum intelligere. Et de diuino quidem dicit, quod omnia ibi sunt idem. De angelico uero, quod simul, & eodem actu intelligere potest essentiam suam, & intelligere suum. De nostro uero, quod prius intelligit actum suum quam se. Ratio eadem est utriusque, secundum affirmationem & negationem, quia. s. primum obiectum intelligere angelici, est essentia angeli, nostri uero non, sed aliquid extraneum.

¶ Quo fit, ut intelligere illud sit essentiæ ut obiecti, & ut subiecti, nostrum uero sit essentiæ ut subiecti non obiecti, exterioris rei uero, ut, obiecti non subiecti, & propterea sicut eodem actu quo cognoscitur subiectum, cognoscitur & sua perfectio puta coloratum ita eodem actu quo cognoscitur essentia, cognoscitur etiam ut intelligens. Et quia prima cognitione cognoscitur essentia angeli, quia est primum obiectum sui intelligere. ideo eadem prima cognitione cognoscitur ipsa ut intelligens, quod est cognoscere suum intelligere. Et per oppositum de nostro intellectu quia primum obiectum nostri intelligere nõ est nostra essentia, sed quod quid naturale, ideo obiecta apud nos ante actus, nihil ante potentias cognoscuntur.

¶ Circa ea quæ dicuntur, notato tria. Primo, quod cum quæstio esset de intelligere nostro tantum, conclusio tamen responsiua data est uniuersalis respectu omnis intelligere & intellectus, & hoc, tum ad bonitatem doctrinæ, tum ad ostendendum, quod una eademq; est radix, unde prouenit intellectionis cognitio omnibus, quia. s. est perfectio propria intellectus ut sic. Secundo, quod cum per conclusionem responsiuam ostensus est ordo quo intelligere cognoscitur in comparationem ad intellectum. & ea quæ in eo sunt, & manifestum esset, quod intelligere tenet primum locũ in cognosci inter omnia quæ intus sunt, propterea quia est actus simpliciter, eleganter in secunda parte corporis, ostenditur ordo simpliciter, an. s. intelligere sit primum inter cognita simpliciter, sicut est primum inter cognita pertinentia ad intus. Et manifestatur quod in Deo est primum simpliciter in angelo, licet nõ sit primum, eodem tamen actu, & simul cognitum cum primo, in homine autem est de secundario reflexeq; cognitis. Tertio, quod hic est sermo de intelligere tam quoad quæstionem an est, quam quo ad quæstionem quid est, in nobis. n. utrumque reflexa cognitione habemus, superiora uero utrumque recto & primo intuitu conspiciunt. Sicut si nos simul intueremur subiectum & passionem, & quo ad an est, & quo ad quid est. Intuendo enim essentias suas, intuentur intelligere proprium: uel quia idem ut in Deo, uel quia illius perfectio ut in angelo. Nos autem cum intelligimus lapidem cum nostrum intelligere lapidis perfectio non sit, ac per hoc non pertineat ad completum intellectum lapidis apprehensiue nostram intellectionem, nullo modo illam intelligimus, nisi posterius modum reflectendo nos super opere nostro.

¶ Circa differentiam in litera assignatam inter angelum, & Deum, occurrit dubium. Quia dicitur, quod in Deo est omnino idem, scilicet re & ratione, intelligere se & intelligere suam essentiam, in angelo uero etsi sit idem re, est tamen aliud secundum rationem, hoc enim expresse habetur in litera ex parte angeli, & implicite per locum ab opposito ex parte Dei. Et tamen uidetur manifeste falsum, quia sicut intelligere Dei, & eius essentia distinguuntur ratione, ita intelligere essentiam, & ipsum intelligere distinguentur ratione. Ad hoc potest dupliciter responderi. Primo, quod licet intelligere Dei & essentia quo ad nos distinguantur ratione, secundum se tamen, ut in Deo sunt una met ratio, & quia hic est sermo de cognitione, qua ipse Deus seipsum nouit, ut in se est. ideo intelligere eius quo intelligit suum intelligere uti est in se, est omnino idem quod intelligere essentiam, quia ipsum intelligere subsistens est, quod quid erat esse Dei, non est autem sic in angelo, ut patet. Secundo dicitur, quod intelligere esse aliud, uel idem ratione, potest dupliciter intelligi. Vno modo, ita quo aliter oritur ex alietate formali & reali. Alio modo ex alietate formali tantum. Modo dicitur, quod licet tam in Deo quam in angelo intelligere quo intuentur suam essentiam & suum intelligere sit idem re, in angelo tamen est aliud ratione correspondente diuersitati formali, & reali inter intelligere & essentiam; in Deo autem est idem, non quia non sit aliquo modo aliud secundum rationem, sed quia non est aliud ratione fundata in distinctione reali obiectorum. s. intelligere & essentiæ diuinæ. Prima, uerior ac profundior. Secunda uero, famosior & facilior.

¶ Circa intelligere nostrum dubium occurrit. Quia ut in litera dicitur, est intelligibile in actu, cur nõ statũ positũ in intellectu intelligitur. nihil enim aliud requiritur ad hoc, quod aliquid intelligatur nisi quod sit intelligibile in actu, & positum in actu secundo in intellectu, sed hæc conueniunt nostro intelligere. ergo &c. Ad hoc breuiter dicitur, q ad hoc quod aliquid intelligatur actu ab hoc intellectu plus requiritur quam quod in se sit intelligibile in actu. Exigitur namque quod sit præsens huic intellectui non qualitercumque, sed obiectiue modo licet intelligere sit actu intelligibile, & præsens intellectui formaliter non tamen obiectiue, quando directe intelligimus, & ideo non potest tunc intelligi. Quare autem in directa intellectionem ipsum non sit præsens obiectiue, iam dictum est, quia scilicet, intellectus noster per se primo perfectibilis obiectiue a quidditate sensibili, & non a substantia animæ, ex hoc enim est, quod intelligere nostrũ neque primum obiectum. ut in Deo, neque aliquid primi obiecti, ut in angelo est, & consequenter, quod non sit in primo ordine intelligibilium a nobis.

ARTICVLVS IIII.

Vtrum intellectus intelligat actum uoluntatis.

439 AD QVARTVM sic proceditur. Videtur, quod intellectus non intelligat actum uoluntatis. Nihil enim cognoscitur ab intellectu nisi sit aliquo modo præsens in intellectu. Sed actus uoluntatis non est præsens in intellectu, cum sint diuersæ potentiæ. Ergo actus uoluntatis non cognoscitur ab intellectu.

¶ 2 Præt. Actus habet speciem ab obiecto. Sed obiectũ uoluntatis differt ab obiecto intellectus. ergo & actus uoluntatis speciem habet diuersam ab obiecto intellectus. Non ergo cognoscitur ab intellectu.

¶ 3 Præt. Aug. in lib. *10. confes. attribuit affectionibus animæ, quod cognoscuntur, neque per imagines, sicut corpora, neque per præsentiam, sicut artes, sed per quasdam notiones. Non uidetur autem, quod possint esse aliæ notiones rerum in anima, nisi uel essentiæ rerum cognitarum, uel earum similitudines. Ergo impossibile est, q intellectus cognoscat affectiones animæ, quæ sunt actus uoluntatis.

li. 10. conf. c. 14. cir. fi. præcipue.

SED CONTRA est, quod Aug. dicit * 10. de Trin. Intelligo me uelle.

li. 10. & Trin. c. 10. & 11. tom. 3.

RESPON. Dicendum, quod sicut supra dictum est, *actus uoluntatis nihil aliud est, quã inclinatio quædam consequens formã intellectã. sicut appetitus naturalis est inclinatio consequens formã naturalem. Inclinatio autem cuiuslibet rei est in ipsa re per modum eius. Vnde inclinatio naturalis est naturaliter in re naturali, inclinatio aũt quæ est appetitus sensibilis, est sensibiliter in sentiente, & similiter inclinatio intelligibilis quæ est actus uoluntatis est intelligibiliter in intelligente sicut in principio, & in proprio subiecto, unde & Philosophus hoc modo loquendi utitur in * 3. de anima, q uoluntas in rõne est. Quod autem intelligibiliter est in aliquo intelligente, consequens est ut ab eo intelligatur. Vnde actus uoluntatis intelligitur ab intellectu, & inquantum aliquis percipit se uelle, & inquantum aliquis cognoscit naturam huius actus, & per consequens naturam eius principii quod est habitus, uel potentia.

q. 57. ar. 1.

li. 3. de ani. tex. 42. & 1.

SVP. Q. LXXXVII. ART. IIII.

COncl. Actus uoluntatis intelligitur ab intellectu.

¶ Prob. Quia actus uoluntatis est intelligibiliter in intelligente (cum actus ipse sit inclinatio intelligibilis ac cuiusque rei inclinatio sit in re per modum ipsius rei), & quod est intelligibiliter in aliquo intelligente ab eo intelligitur, ut ex terminis patet.)

Primum

1^m de maiori. Præsens. ℞. Saltem subiecto. §. Tunc nihil &c. In eodem enim subiecto, idest, anima, radicantur istæ diuersæ potentiæ. Et ideo diuersitas uoluntatis ac intellectus non obstat quin actus unius sit præsens alteri, immo quia & ipsæ potentiæ sint sibiipsis præsentes. Vt sunt habitantes in eadem domo.

2^m minor. Obiectum uoluntatis differt &c. ℞. ita, quod se inuicem includunt, non ita quod se inuicem non includat. §. Tūc &c. Ex hoc enim quod se inuicem includunt obiecta, sequitur, quod ea, quæ sunt uoluntatis cadūt sub intellectu, & econuerso.

3^m ex August. Notiones. ℞. i. per hoc quod ipsæ affectiones sunt principiatæ ab intellectu. §. Tunc &c. Nam & actus uoluntatis, ut hēs in corpore, sunt principiati ab intellectu, cū cōsequantur ad formā intellectā & consequenter minor, s. non uidetur aūt, qd' possint &c. negatur.

Ad primum ergo dicendum, ꝙ ratio illa procederet, si uoluntas & intellectus, sicut sunt diuersæ potentiæ, ita etiam subiecto differrēt. Sic. n. quod est in uoluntate, esset absens ab intellectu. Nunc autem cum utrumq; radicetur in una substantia aīę. & vnum sit quodāmodo principium alterius, consequēs est ut quod est in uoluntate, sit etiam quodammodo in intellectu.

Ad secundum dicendum, ꝙ bonū & uerū, quæ sunt obiecta uoluntatis & intellectus, differunt rōne, uerūtamen unū eorum continetur sub alio, ut sup. dictum est, *nā uerum est quoddam bonū, & bonum est quoddam uerum. Et ideo quę sunt uoluntatis, cadunt sub intellectu, & quæ sunt intellectus, possunt cadere sub uoluntate.

Ad tertium dicendum, ꝙ affectus animæ non sunt in intellectu, neq; per similitudinē tm̄, sicut corpora, neq; per præsentiam ut in subiecto sicut artes, sed sicut principiatum in principio, in quo habetur notio principiati. Et ideo Aug. *dicit affectus animæ esse in memoria per quasdam notiones.

APPENDIX.

Ex articulo habes primo, quomodo per rationem ostendas, philosophum tertio, de anima. tex. quadragesimosecundo, recte dixisse, quod uoluntas in ratione est, ac per hoc, quod uoluntatis actus ab intellectu intelligitur. Secundo habes: quomodo per rationem illud expressum philosophi dictum exponas simulque cum implicito dicto probes, ac tuearis. Tertio uides: quomodo ex hoc, ac similibus locis, uicissim Angelica iuuetur conclusio.

Vtilit. pro philosoph. q. 82. ar. 2. ad 2. & q. 16. a. 4. ad 1.

li. 10. cōfes. c. 14. to. 1.

Comm. Cardinalis Caietani.

Titulus clarus.

¶ In corpore duo. Primo respōdet quæsito, secundo distinguit modos, ut supra.

¶ Quoad primum, conclusio respōsiua est. Actus uoluntatis cognoscitur ab intellectu: probatur; actus uoluntatis nihil aliud est quam inclinatio consequens formam intellectam ut sic. ergo est in intelligente intelligibiliter. ergo intelligitur ab eo. Antecedēs est per se notum. Prima consequentia probatur, ex proportionalitate, & ratione. Ratione quidem, quia unumquodque est in eo cuius est, secundum illius in quo est. ergo quod sequitur intellectū ut sicut in ipso, est in ipso intelligibiliter. Proportionalitate uero teste rationis, quia sicut appetitus cōsequens formam naturalem inest naturaliter, & sensibilis consequens formam sensatam inest sensibiliter, ita intelligibilis cōsequens formam intellectam intelligibiliter. Deinde declaratur sensus consequentis quo ad modū, & dicit, actus uoluntatis est in intelligente intelligibiliter duob. modis. s. & eo modo quo operatio est in principio actiuo, & eo modo quo operatio est in suo obiecto a quo speciem hēt. & confirmatur modus loquendi, ex authoritate Arist. in 3. de Anima.

¶ Aduerte hic, quod intelligens habet causalitatem respectu uolitionis in duplici genere causæ, s. efficientis, quia operationes vitales sunt effectiuæ a supposito uiuente cuius sunt, & finalis, quia obiectum uoluntatis est bonum cognitum, constat autem obiectū esse finem uoluntatis. Nec hęc insunt per accidens intelligenti, quoniam, & bonum cognitum ut cognitum est, est finis, & obiectum uoluntatis. Vnde incognita dirigere non possumus, & ab intelligente: ut sic quamuis mediate procedit amor, ut patet. Secunda consequentia relinquitur per se nota, sicut & est.

Quoad s̄m distinguuntur duæ cognitiones ut superius, i. quoad qōnē an est, quæ terminatur ad particulare, & quoad qōnē quid est, per quam uenamur etiam habitus, & potentiā uoluntatis &c.

SVP. Q. LXXXVIII. Art. 1.

Concl. Secūdum statum uitæ præsentis, nec per intellectum possibilem, nec per agētem possumus intelligere substantias immateriales secundū seipsas.

¶ Prob. Quia substantiæ immateriales secundum seipsas non cadunt sub sensu, & uterque intellectus s̄m statum præsentis uitæ ad sola ea extenditur, quę cadunt sub sensu (cum sine phantasmate nihil intelligat aīa, secundū philosophū,) agendo, scilicet in illa, uel recipiendo.

QVAESTIO LXXXVIII.

Quomodo anima humana cognoscat ea, quæ supra se sunt, in tres articulos diuisa.

Deinde considerādum est quomodo anima humana cognoscat ea, quæ supra se sunt. s. immateriales sub̄as.

Et circa hoc quæruntur tria.

¶ Primo, vtrum anima humana secundum statum præsentis uitæ possit intelligere substantias immateriales (quas angelos dicimus) per seipsas.

¶ Secundo, vtrum possit ad earum notitiam peruenire, per cognitionem rerum materialium.

¶ Tertio, vtrum Deus sit id, quod primo a nobis cognoscitur.

ARTICVLVS PRIMVS.

Vtrum anima humana secundum statum uitæ præsentis, possit intelligere substantias immateriales per seipsas.

440 2. con. c. 50 & li. 3. cap. 81. 41. 42. 43. 44. 45.

Ad primum sic proceditur. Videtur, quod anima humana secundum statum uitæ pręsentis possit intelligere substantias immateriales per seipsas. Dicit. n. Aug. in * 9. de trin. Mens ipsa sicut corporearum rerum notitias per sensus corporis colligit, sic incorporearum rerum per semetipsam. Huiusmodi autem sunt substantiæ immateriales. Ergo mens substantias immateriales intelligit.

¶ 2 Pręt. Simile simili cognoscitur. Sed magis assimilatur mens humana rebus materialib. quā immaterialib. cum nostra mens sit immaterialis ut ex supradictis patet. † Cum ergo mens nostra intelligat res materiales, multo magis intelligit res immateriales.

¶ 3 Præt. Quod ea quæ sunt s̄m se maximè sensibilia, non maximè sentiantur a nobis, prouenit ex hoc ꝙ excellentiæ sensibilium corrumpunt sensum. Sed excellentiæ intelligibilium nō corrumpunt intellectum, ut dicitur in * 3. de anima. Ergo ea quæ sunt secundum se maxime intelligibilia, sunt etiam maxime intelligibilia nobis, sed cum res materiales non sint intelligibiles, nisi quia facimus eas intelligibiles actu abstrahendo a materia, manifestum est, quod magis sint secundum se intelligibiles, substantię, quæ secūdum suam naturam sunt immateriales. Ergo multo magis intelliguntur a nobis quam res materiales.

¶ 4 Præt. Cōmentator dicit in secundo Metaph. ꝙ si substātiæ abstractæ non possent intelligi a nobis, tunc natura ociose egisset, quia fecit illud, quod est naturaliter in se intellectum, non intellectū ab aliquo. Sed nihil est ociosum, siue frustra in natura. Ergo substantię immateriales possunt intelligi a nobis.

¶ 5 Præt. Sicut se habet sensus ad sensibilia, ita intellectus ad intelligibilia. Sed uisus noster potest uidere omnia corpora, siue sint superiora & incorruptibilia, siue sint inferiora, & corruptibilia. Ergo intellectus noster potest intelligere omnes substantias intelligibiles & superiores & immateriales.

Sed contra est, quod dicitur Sapien. 9. Quæ in cœlis sunt, quis inuestigabit? In cęlis autem dicuntur hm̄oi substan-

46. 6. & de anima, art. 16. & opus. 42. c. 6. c. 2. in fin. tom. 2. q. 89. ar. 2. ad 4.

li. 3. de aīa tex. 7. t. 2.

substantiæ esse, secundum illud Matth. 18. Angeli eorum in cœlis &c. Ergo non possunt substantiæ immateriales per inuestigationem humanam cognosci.

RESPON. Dicendum, quod secundum opinionem Platonis, substantiæ immateriales non solum a nobis intelliguntur, sed etiam sunt prima a nobis intellecta. Posuit. n. Plato * formas immateriales subsistentes, quas ideas uocabat, esse propria obiecta nostri intellectus, & ita primo & per se intelliguntur a nobis. Applicatur tamen animæ cognitio reb. materialib. secundum quod intellectui permiscetur phantasia & sensus. Vnde quanto magis intellectus fuerit depuratus, tanto magis percipit immaterialium intelligibilem ueritatem. Sed secundum Arist. sententiam quam magis experimur, intellectus noster secundum statum præsentis uitæ naturalem respectum habet ad naturas rerum materialium. unde nihil intelligit nisi conuertendo se ad phantasmata, ut ex dictis patet. * Et sic manifestum est, quod substantias immateriales, quæ sub sensu, & imaginatione non cadunt, primo, & per se secundum modum cognitionis nobis expertum intelligere non possumus. Sed tamen Auerroes in commen. 3. de Anima ponit, quod in fine in hac uita, homo peruenire potest ad hoc, quod intelligat substantiam separatam per continuationem, uel unionem cuiusdam substantiæ separatæ a nobis, quam uocat intellectum agentem. qui quidem, cum sit substantia separata, naturaliter substantias separatas intelligit. Vnde cum fuerit nobis unitus, sic ut per eum intelligere possimus, intelligemus & nos substantias separatas, sicut nunc per intellectum possibilem nobis unitum intelligimus res materiales, ponit autem intellectum agentem sic nobis uniri. Cum. n. intelligamus per intellectum agentem, & per intelligibilia speculata, ut patet cum conclusiones intelligimus per principia intellecta, necesse est quod intellectus agens comparetur ad intellecta speculata, uel sicut agens principale ad instrumenta, uel sicut forma ad materiam. His enim duob. modis, attribuitur actio aliqua duob. principiis. Principali quidem agenti & instrumento, sicut sectio artifici & serræ, formæ autem & subiecto, sicut calefactio calori, & igni. Sed utroque modo intellectus agens comparabitur ad intelligibilia speculata, sicut perfectio ad perfectibile, & actus ad potentiam. Simul autem recipitur in aliquo perfectum, & perfectio sicut uisibile in actu & lumen in pupilla. Simul igitur in intellectu possibili reperiuntur intellecta speculata, & intellectus agens, & quanto plura intellecta speculata recipimus, tanto magis appropinquamus ad hoc, quod intellectus agens perfecte uniatur nobis, ita quod cum omnia intellecta speculata cognouerimus, intellectus agens perfecte unietur nobis, & poterimus per eum omnia cognoscere materialia & immaterialia, & in hoc ponit ultimam hominis felicitatem. Nec refert, quantum ad propositum pertinet, utrum in nullo statu fœlicitatis intellectus possibilis intelligat substantias separatas per intellectum agentem, ut ipse sentit, uel ut ipse imponit Ale. intellectus possibilis numquam intelligat substantias separatas propter hoc quod ponit intellectum possibilem corruptibilem, sed homo intelligit substantias separatas per intellectum agentem. Sed prædicta stare non possunt.

Primo quidem, quia si intellectus agens est substantia separata, impossibile est, quod per ipsam formaliter intelligamus. Quia id quod formaliter agens agit, est forma, & actus agentis, cum omne agens agat inquantum est actu, sicut supra dictum est * circa intellectum possibilem.

Secundo, quia secundum modum prædictum, intellectus agens si est substantia separata, non uniretur nobis secundum suam substantiam, sed solum lumen eius, secundum quod participatur in intellectis speculatiuis, & non quantum ad alias actiones intellectus agentis, ut possimus per hoc intelligere substantias immateriales, sicut dum uidemus colores illuminatos a sole, non unitur nobis substantia solis, ut possimus actiones solis agere, sed solum nobis unitur lumen solis ad uisionem colorum.

Tertio, quia dato quod secundum modum prædictum uniretur nobis substantia intellectus agentis, tamen ipsi non ponunt quod intellectus agens totaliter uniatur nobis, secundum unum intelligibile uel duo, sed secundum omnia intellecta speculata. Sed omnia intellecta speculata deficiunt a uirtute intellectus agentis, quia multo plus est intelligere substantias separatas, quam intelligere omnia materialia. Vnde manifestum est, quod etiam intellectis omnib. materialibus, non sic uniretur intellectus agens nobis, ut possemus intelligere per eum substantias separatas.

Quarto, quia intelligere omnia intellecta materialia, uix competit alicui in hoc mundo, & sic nullus uel pauci ad fœlicitatem peruenirent, quod est contra Philosophum in * 1. Ethicor. qui dicit, quod fœlicitas est quoddam bonum commune, quod potest peruenire omnib. non orbatis ad uirtutem. Est etiam contra rationem, quod finem alicuius speciei ut in paucioribus consequantur ea, quæ continentur sub specie.

Quinto, quia Philosophus dicit expresse in * 1. Eth. quod fœlicitas est operatio secundum perfectam uirtutem. Et enumeratis multis uirtutibus in * decimo, concludit fœlicitas ultima consistens in cognitione maximorum intelligibilium est, secundum uirtutem sapientiæ, quam posuerat in * sexto, esse caput scientiarum speculatiuarum. Vnde patet, quod Aristot. posuit ultimam fœlicitatem hominis in cognitione substantiarum separatarum, qualis potest haberi per scientias speculatiuas, & non per continuationem intellectus agentis a quibusdam confictam.

Sexto, quia sup. ostensum est, * quod intellectus agens non est substantia separata, sed uirtus quædam animæ ad eadem actiue se extendens, ad quæ se extendit intellectus possibilis receptiuè. Quia ut dicitur in † 3. de anima, intellectus possibilis est, quo est omnia fieri, intellectus agens, quo est omnia facere. Vterque ergo intellectus se extendit secundum statum præsentis uitæ ad materialia sola, quæ intellectus agens facit intelligibilia actu, & recipiuntur in intellectu possibili. Vnde secundum statum præsentis uitæ, neque per intellectum possibilem, neque per intellectum agentem, possumus intelligere substantias separatas immateriales secundum seipsas.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod ex illa authoritate Augustini haberi potest, quod illud, quod mens nostra de cognitione incorporalium rerum accipere potest, per seipsam cognoscere possit. Et hoc adeo uerum est, ut etiam apud Philosophum * dicatur, quod scientia de anima est principium quoddam ad cognoscendum substantias separatas. Per hoc enim quod anima nostra cognoscat seipsam, pertingit ad cognitionem aliquam habendam de substantiis incorporeis, qualem eam contingit habere, non quod simpliciter & perfecte eas cognoscat cognoscendo seipsam.

AD SECVNDVM dicendum, quod similitudo naturæ non est ratio sufficiens ad cognitionem, alioquin oporteret dicere, quod Emp. dixit, quod anima esset natura omnium. ad hoc, quod

Apud Aristo. li. 1. Meta. tex. 10.

q. 84. ar. 7.

Li. 3. te. 36.

q. 79. ar. 3.

1^m ex August.

Per semetipsam. i. cognitam per actum sui sensatum (sup. q. 87. ar. 1.) non, per semetipsas §. Tunc &c. ut patet. Ideo D. Th. se trãsfert ad ostendendum, quomodo anima per semetipsam, i. suimet cognitionem, cognoscat incorporeas res. Quasi dicat. Argumentũ patenter non est contra propositum, tamen, ne omnino sileamus, declaremus mentem Augustini. Disce ex litera quod ex eo, quod anima intelligit se immaterialem, intellectualem, &c. infert, dicens, ergo a fortiori, substantiæ abstractæ sunt immateriales intellectuales, &c. Hoc in sensu dixit Albertus Magnus, quod liber de aia est utilis ad cognitionem substantiarum separatarum (in Prooemio de anima.)

li. 1. Ethic. cap. 9. ante med. to. 5.

2^m de maiori.

Simile. i. Similitudine intentionali, non, similitudine naturæ §. Tunc nihil

lib. 1. Eth. c. 10. to. 5. li. 10. Eth. c. 7. & 8. to mo 5.

li 6. Eth. c. 7. tom. 5.

q. 79. ar. 4

li. 3. de aia tex. 18. t. 2

Elicitur ex te. 2. li. 1 de anima, t. 2.

nihil &c. immo pro. Nam materialia possunt fieri sic similia intellectui per uirtutem intellectus agentis, non autem immaterialia: cum illorum, inquantum huiusmodi, non sint phantasmata. Memento antiquorum philosophorum deliramenta multa hinc processisse: quia propositionem hanc absque uero sensu adducebant. quam muta animalia, norunt: in his corrumpuntur. Cuius Apostoli uerax sententia quotidie per experientiam cognoscitur. Pro quo uide etiam supra ad secundum in Elucid. quam nihil æstimanda, & secundum seipsa, & secundum sapientes esse sanxerit sacra synodus omnia dicta hæreticorum, & ex superbia intellectus prædicta hoc illis contingere pro certo teneas, & caueas.

Valde perfundum. Scripta hæreticorum quanti valeant.

Vide igitur quàm malum sit habere bonas literas cum sensu falso: contra hæreticos, qui bonas literas, i. sacram scripturæ literã falso sensu induunt. Id non mirum, si ipsi ex hoc (sicut antiqui philosophi ex illo) in multa deliramenta, & (ut uerbis septimæ generalis synodi, i. Concilii Nicæni secundi utar) in puerilia ludibria, furiosaque dicta, ac scripta misere cadant. Sic enim sanctũ illud Concilium canon. 9 omnia hæreticorum scripta, dictaq; uocat. Crediderim ego, hanc inde congruentem uenisse nomenclaturam, quòd sicut puerorum ludibria sunt, & secundum rei ueritatem & secundum uiros perfectos derisibilia solutuq; facilia, quãuis aliter pueris ipsis uideatur, ita hæreticorum dogmata iudicanda in rei ueritate ueniant.

omnia cognosceret. Sed requiritur ad cognoscendum, ut sit similitudo rei cognitæ in cognoscente, quasi quædã forma ipsius. Intellectus autem noster possibilis secundum statũ præsentis uitæ est natus informari similitudinibus rerum materialium a phantasmatibus abstractis, & ideo cognoscit magis materialia quam substantias immateriales.

AD TERTIVM dicendum, quòd requiritur aliqua proportio obiecti ad potentiam cognoscitiuã, ut actiui ad passiuum, & perfectionis ad perfectibile. Vnde, quòd excellẽtia sensibilia non capiantur a sensu, nõ solum ratio est, quia corrumpunt organa sensibilia, sed etiã quia sunt improportionata potentiis sensitiuis. Et hoc modo substantiæ immateriales sunt improportionatæ intellectui nostro secundum præsentem statũ, ut non possint ab eo intelligi.

AD QVARTVM dicendum, quòd illa ratio Commentatoris multipliciter deficit. Primo quidẽ, quia non sequitur, quòd si substantiæ separatæ non intelliguntur a nobis, nõ intelligantur ab aliquo intellectu, intelligũtur. n. a seipsis, & a se inuicem. Secũdo, quia nõ est finis substantiarum separatarũ ut intelligantur a nobis. Illud autem ociosè & frustra esse dicitur, quod non consequitur finem ad quem est, & sic nõ sequitur substantias immateriales esse frustra, etiam si nullo modo intelligerentur a nobis.

AD QVINTVM dicendum, quòd eodem mõ sensus cognoscit & superiora & inferiora corpora. s. per immutationem organi a sensibili: non autẽ eodem modo intelligũtur a nobis substantiæ immateriales, quæ intelligũtur per modũ abstractionis, & substantiæ immateriales, quæ non possunt sic a nobis intelligi, quia non sunt earum aliqua phantasmata.

ARTI-

4^m^ Commẽtator. Si substantiæ absolutæ non possunt intelligi a nobis. R. nec ab aliquo alio, & nostrũ intelligere eas, esset finis illarum substantiarum, non aliter. §. Tunc &c. ut patet in litera. Ex qua agnosce, Auerroem aut non cõsideralle ly frustra a philosopho diffinitũ, aut contra omnem rationem uoluisse inferiora esse finem superiorum.

5^m^ de maiori. Intelligibilia. R. quorum secundum se sunt phantasmata, non aliter. §. Tunc nihil &c. Nam & sensus nõ extenditur nisi ad ea, quæ suam similitudinem intentionalem, iuxta regulam sensationis, possunt in seipsum imprimere. Et hæc solum dicitur sensus per seipsa cognoscere. Applica tu ad intellectum. Non ergo ipsas potest nunc intelligere.

3^m^ de maiori prima. Corrumpunt. R. & non sunt proportionata potentiis sensitiuis, §. immo quia non sunt proportionata illis, ideo corrumpunt illas, quoniam sunt corruptibiles. Tunc &c. Nam etiam in substantiis immaterialibus maxime de se intelligibilibus inuenitur improportio respectu nostri intellectus. Et ideo non intelliguntur, non tamen corrumpunt intellectum, quia intellectus non est corruptibilis. Authoritas autem philosophi dicens, quod intelligens maius intelligibile confortatur ad minora intelligenda, loquitur tantum de magis intelligibili contento in genere proportionatorum. Ex litera scito ad similitudinem sensus, & intellectum suo modo corrumpi in tentando intelligere improportionata sibi intelligibilia. Huius exemplum uides in Hæreticis. Hi namque ita ex hac intellectus sui præsumptione opprimuntur a gloria intelligibilium, ut postmodum nec, quæ ante pedes eorum sunt, intelligant. Quam eorum intellectus corruptionem Iudas Apostolus in epistolæ suæ cap. unico his uerbis depinxit. Hi quæcumque quidem ignorant, blasphemant, quæcumque autem naturaliter, tamquam

Quõ corrumpatur incorrupti bilis intellectus.

APPENDIX.

EX articulo habes primo, quomodo per rationem ostendas, philosophum in 2. Met. tex. 1. recte dixisse, quod intellectus noster se habet ad ea, quæ sunt manifestissima in natura, sicut oculus nicticoratum ad lumen solis: hoc est, intellectus noster non cognoscit substantias abstractas secũdum seipsas. Si enim huic suo dicto iunxeris illud 3. de anima te. 4. quod intellectus omnia intelligit, & illud ibi tex. 30. quod nihil intelligit anima sine phantasmate: uidebis, quod in Metaphysica ibi sensit philosophus, quòd non possunt huiusmodi immaterialia, utpote phantasmate secundum se carentia intelligi a nobis secundum seipsa. Secundo habes: quomodo per rationem sensum illum philosophi probes, atque defendas. Tertio uides: quomodo ex hoc, similibus locis, uicissim Angelica iuuctur conclusio.

Vtilit. pro S. Eccl.

Comm. Cardinalis Caietani.

TItulus: per seipsa, i. non per naturas sensibilium aut species earum, siue hoc contingat per proprias species (ut Plato dixit) siue per continuationem quandam (ut Auer. fingit) siue quouis alio modo.

¶In corpore quatuor. Primo opinio Plat. Secundo, Arist. Tertio Auer. Quarto inuehitur contra Auerroem.

¶Quo ad primum duo dicuntur. Primo principalis conclusio Platonica est substantiæ immateriales cognoscuntur a nobis. Primò probatur, quia ideæ sunt prima obiecta nostri intellectus. Secundò redditur ratio, quare sensibilibus se immisceat intellectus. Et dicitur, quod est propter phantasiam & sensum, quę immiscẽtur intellectioni, & probatur a signo, quia intellectus quanto purior, tanto magis superiora percipit.

¶Quoad secundum conclusio. Arist. est. Substantias immateriales non possumus per se primo intelligere. Probatur: quia intellectus noster primo respicit naturas sensibilium cuius signum est, quia sine phantasmate nihil intelligimus. Et quia hoc magis experimur, restat confutata opinio Plato. seu affirmatiua, quo ad ly primo, & non simpliciter. Hoc enim insinuãt literæ uerba, intẽdendo conclusionem Arist. Et merito, quia Arist. mouit hanc q. in 3. de anima tex. 36. & non soluit, sed dixit posterius esse perscrutãdum. Vnde eius sententia non expresse habetur de reliqua quæstionis parte, de qua Auer. in 3. de anima con. 36. diffuse disputat.

¶Quoad tertiũ, opinio Auer. ponitur in quatuor propositionibus. Prima est suppositia. s. quod intellectus agens sit substantia separata naturaliter intelligens alias. Secunda, quod per intellectiua specularia intellectus agens nobis unitur ut forma, sic, quod quanto plura adepti fuerimus intellecta, tanto perfectius unitur, & adeptis omnib perfecte est nobis unitus. Tertia est quando intellectus agens est perfecte in nobis unitus, tunc per ipsum intelligimus quicquid ipse intelligit. Quarta, quod in hoc consistit ultima nostra fœlicitas. Adiungit in fine his, quod nõ refert ad propositum, an Alexand. an Auer. sustineatur opin. quo ad differentiam inter nos, & intellectum possibilem.

¶ Secunda propositio probatur ex unitate operationis propriæ, intellectui agenti communicatę primis intellectis. i. primis principiis. Et si uis diffuse hæc uidere, uide in 3. contra Gen. in loco proprio de fœlicitate. Et si hæc ad formam redacta inquiris, uide in commentariis nostris de Ente & essentia. Nolo enim eadem replicare, ibi omnia hæc clare posui.

¶Quoad quartum, ponuntur sex rationes contra Auer. Quarũ primæ duæ, procedunt ex prima propositione. Tertia autem, ex fine secundę propositionis. Quarta, ex quarta. Quinta, ex tertia. Sexta autem, ex ipsa ratione intellectus agentis &c. In responsione ad quartum essent multa dicenda nisi dicta essent in commentariis prædictis, tractando hanc quęstionem.

SVP. Q. LXXXVIII. ART. II.

CONCL. Per substantias materiales non possumus perfecte intelligere substantias immateriales.

¶ PROB. Quia substantiae immateriales sunt omnino alterius rationis a quidditatib. rerum materialium. Et in his, quę sunt omnino alterius rationis quantumcumque intellectus noster abstrahat quidditatē rei materialis a materia, numquam perueniet ad aliquid simile, idest aequale substantiae immateriali.

¶ NOT. Exemplum sit de Alchimista. Hic per quantumcumque subtiliationē argenti, nunquam ad producendum perfectum aurū perueniet, quoniam argentum est diuersae rationis ab auro, & dato, quòd sic ꝑduceret uerum aurū, numquam tamen in tanta perfectione quanta est aurum uerum, quoniam ars imitatur naturam, sed non adaequat, propter quod nec Salomon in omni gloria sua uestitus est sicut unum ex istis. Math. 6.

44 F Locis sup. ar. 1. inductis.

cap. i. circa med.

Ars sęper deficit a natura.

Dam. li. 2. cap. 3.

1^m ex Dionys.

Excitari. R. aliqualiter non perfecte. §. Tunc &c. Nam de perfecta tantum coelestium cognitione, per materialium manuductionem est sermo in conclusione. Vnde ad hoc significandum ibi positum est ly perfecte, quasi ꝑ hoc insinuatum sit, q, in earum cognitionem non totaliter perfectā nos posse per sensibilia conduci, gratis admittimus. Exemplum sit de Aristotele, qui sic de eis multa cognouit.

cap. 1. non multū ꝑcul a prin.

li. 3. tex. 36

2^m de minori

Scientiae, & diffinitiones. R. per uiam remotionis, uel alicuius habitudinis ad res materiales sumptae, non, per uiam apprehensionis quidditatis earum. §. Tunc nihil &c. Nam diffinitiones, ac scientiae, per uiam remotionis, uel habitudinis ad res materiales, non faciunt nos cognoscere perfecte res, quae sic diffiniuntur atque sciuntur, ut patet Ex litera sciro, qd' oia post mo-

ARTICVLVS II.

Vtrum intellectus noster per cognitionem rerum materialium possit peruenire ad intelligendum substantias immateriales.

AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur, quod intellectus noster per cognitionem rerum materialium, possit peruenire ad intelligendum substantias immateriales. Dicit enim Dionys.* primo cap. coelest. Hier. quod non est possibile humanae menti ad immaterialem illam sursum excitari coelestium Hierarchiarum contemplationem, nisi secundum se materiali manuductione utatur. Relinquitur ergo, quod per materialia manuduci possimus ad intelligendum substantias immateriales.

¶ 2 Praet. Scientia est in intellectu. Sed scientiae, & diffinitiones sunt de substantiis immaterialibus. Diffinit. n. Damas.* angelum, & de angelis aliqua documenta traduntur, tam in theologicis quam in philosophicis disciplinis. Ergo substantiae immateriales intelligi possunt a nobis.

¶ 3 Praet. Anima humana est de genere substantiarum immaterialiū. Sed ipsa intelligi potest a nobis per actum suum, quo intelligit materialia. Ergo & alię substantiae immateriales intelligi possunt a nobis per suos effectus in reb. materialibus.

¶ 4 Praet. Illa sola causa per suos effectus comprehendi non pōt, quae in infinitum distat a suis effectib. Hoc aūt solius Dei ē propriū. Ergo aliae subīae immateriales creatae intelligi pñt a nobis per materiales.

SED CONTRA est, quod Dion. dicit * primo capit. de diu. nom. quod sensibilibus intelligibilia, & compositis simplicia, & corporalibus incorporalia apprehendi non possunt.

RESPON. Dicendum, quod sicut Auer. narrat in * 3. de anima, quidam Auenpace nomine posuit, quod per intellectum substantiarū materialium peruenire possumus secundum uera philosophiae principia ad intelligendū substātias immateriales. Cū. n. intellectus noster natus sit abstrahere quidditatē rei materialis a materia, si iterum in il la quidditate sit aliquid materię, poterit iterato abstrahere; & cū hoc in infinitum non procedat, tādem peruenire poterit ad intelligibilū aliquā quidditatē, quae sit omnino sine materia. Et hoc est intelligere substantiā immaterialē. Qd quidē efficaciter diceretur, si substātiae materiales essent formae, & spēs horū materialiū, ut Platonici posuerunt. Hoc autem non posito, sed supposito, ꝙ substantiae immateriales sint omnino alterius rationis a quidditatib. materialium rerū, quātūcum que intellectus noster abstrahat qd ditatem rei materialis a materia, nunquam perueniet ad aliquid simile substantiae immateriali. Et iō per substantias materiales nō possumus perfecte substantias immateriales intelligere.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod ex reb. materialib. ascendere possumus in aliqualem cognitionē immaterialium rerum, non tamen in perfectam, quia non est sufficiēs comparatio rerum materialium ad immateriales, sed similitudines, si quae a materialibus accipiuntur ad immaterialia intelligēda, sunt multum dissimiles, ut Dio. dicit* 2. coelest. hier.

AD SECVNDVM dicendum, ꝙ de superioribus rebus in scientiis maximè tractatur per uiam remotionis. Sic enim corpora coelestia notificat Aristot.* per negationem proprietatum inferiorum corporum. Vnde multo magis immateriales substantiae a nobis cognosci non possunt, ut earum quidditates apprehendamus. Sed de eis nobis in scientiis documenta traduntur per uiam remotionis, & alicuius habitudinis ad res materiales.

AD TERTIVM dicendum, ꝙ anima humana intelligit seipsam per suum intelligere, quod est actus proprius eius, perfecte demonstrans uirtutem eius, & naturam. Sed neque per hoc, neque per alia, quae in rebus materialibus inueniuntur, perfecte cognosci potest immaterialium substantiarum uirtus & natura, ut huiusmodi non adaequant earum uirtutes.

AD QVARTVM dicendum, quod substātiae immateriales creatae, in genere quidem naturali non conueniunt cum substantiis materialib. quia non est in eis eadē ratio potentiae & materiae, conueniunt tamen cum eis in genere logico, quia etiam substantiae immateriales sunt in praedicamento substantiae, cum earum quidditas non sit earum esse, sed Deus non conuenit cum rebus materialibus neque secundum genus naturale, neque secundum genus logicum, quia Deus nullo modo est in genere, ut supra dictum est.* Vnde per similitudines rerum materialium aliquid affirmatiue potest cognosci de angelis secundum rationem communem, licet non secundum rationem speciei, de Deo autem nullo modo.

modū praedicata a uia habitudinis praemissae ordinata, quę attribuūtur substantiis illis, nō faciunt nos illas cognoscere perfecte, licet uideantur, & sint, praedicata quidditatiua. Illa namque praedicata qd ditatiua tunc non cognoscimus, ut in se, sed tantum, ut dependent ex habitudine illa ad res materiales. Sic fit in 8. physicorum a philosopho, qui tamen in Metaphysica asserit nos nō cognoscere posse perfecte substantias illas abstractas. In octauo siquidem physicorum per uiam remotionis, ex eo. s. quod non mouetur physicè in primi motoris cognitionem uenit philosophus, qua remotione supposita, illi attribuit postmodum aliqua praedicata quidditatiua, s. esse aeternum, & c. ad remotionem illam consequentia.

De notitia philosophi circa abstracta.

c. 2. parum ab med. & a. medio. li. 1. de coelo, tex. 17. 18. & 19. t. 2

3^m conclusionis illatio.

Ergo &c. R. Valeret illatio, si substantiarum effectus in his materialibus essent eis adę quati, nunc autem negatur. §. Nam adaequatus tantum, ut actus animae respectu cognitionis animae, ducere potest in notitiam perfectam causae, alioquin in imperfectam tantum. Ex litera elicias effectum illum dici adaequatum, quo non potest causa perfectiorem producere, licet forsan plures tales (ut de patre habente plures filios) effectum aūt inadaequatum e contra. Vterque illorum effectuum ducit in cognitionem causae suae quo ad an est, solus autem adaequatus in qd' quid est. Hinc per diffinitionem filii, puta quod est animal rationale, uenio in cognitionem quidditatiuam patris sui, quod scilicet est animal rationale, nō autem per diffinitionem pulicis ab eodem patre producti. Ergo omnis effectus ducit in cognitionem causae, sed diuersimode.

De qualitate cognitionis per effectū adaequatum & inadaequatum.

D. 464.

q. 3. ar. 5.

4^m de maiori.

Comprahendi. R. secundum rato-

rationem communem & secundum rationem speciei simul: non secundum rationem communem tantum. §. Tunc nihil &c. Nam Angeli, etiam quod in infinitum a nobis non distent, cum sint in eodem genere logico, non possunt a nobis cognosci secundum rationem communem, & secundum rationem speciei simul, quoniam in genere physico cum istis materialibus, per quæ illos cognoscimus, non conueniunt: licet possint a nobis secundum rationem communem tantum cognosci (ut habes in litera).

APPENDIX.

Vtilit. pro S.Eccl.

EX articulo habes primo, quomodo per rationem ostendas, philosophum tacto suo recte sensisse, substantias abstractas non posse totaliter perfecte cognosci a nobis per ista materialia, dum 2. de celo tex. 17. 18. 19. per negationem proprietatum corporum inferiorum notificat corpora celestia. Quasi facto ipso dixerit. Si corpora superiora non possunt notificari totaliter secundum quod sunt (si enim possent, notificassem ego hic in proprio de eis tractatu), sed tantum imperfecte, per uiam. s. remotionis uel habitudinis ad corpora inferiora, multo minus utique per ista materialia poterunt quidditatiue, idest perfecte totaliter cognosci substantię penitus incorporales. Patet consequentia. Secundo habes: quomodo per rationem huiusmodi sensum philosophi facto ostensum declares, probes, tuearis. Tertio uides: quomodo ex hoc, & similibus locis, uicissim Angelica iuuetur conclusio.

2

3

¶ Nor. Pro articulo præsenti aliqualiter facit art. in ordine 338. 438. 444. 18.

Pro studio var.

Comm. Cardinalis Caietani.

TItulus clarus.

¶ De cognitione perfecta, idest quidditatiue completa substantiarum immaterialium.

¶ In corpore duo. Primo, opinio Auẽpace. Secundo, improbatio eius, & simul conclusionis respõsiuæ probatio. Quoad primũ. Auenpace (ut refert Auerroes in com. 36. 3. de aĩa) tenuit partem affirmatiuam quæstionis, & probat rationem in litera positam clarissime, sic. Abstrahendo a materia aut est procedere in infinitum, & hoc non, aut deuenitur ad quidditatem puram, sed talis est quidditas substantiæ immaterialis, ergo &c.

¶ Quoad secundum, conclusio responsiua est negatiua Per substantias materiales non possumus perfecte cognoscere substãtias immateriales. Probatur simul improbando fundm̃ Auempace sic. Quidditas alterius rationis ab omni abstrahibili & denudabili a materia, non potest perfecte sciri per res materiales, sed substantiarum immaterialium natura est alterius rationis &c. Minor est per se nota apud Peripateticos. Maior uero probatur, quia si affirmatio est cum affirmationis, negatio est causa negationis, constat, quod similitudo inter quidditatem abstrahibilem, & quidditatẽ separatam secundum rem, est ratio, & fundamentum quare illa cognita, ista cognosci inferatur. ergo si non est similitudo, non erit cognitio, sed non est similitudo nisi apud Platonicos, ponentes naturas subsistentes, esse naturas sensibilium differentes tantum in modo essendi. ergo &c.

¶ Aduerte Nouitie, quod inter nos & Sco. non est in re hac differentia, nisi forte in uerbis. Conuenimus enim, quod pro statu isto non cognoscimus cognitione perfecta usque ad ultimas differentias substantias immateriales, & quod cognoscimus de eis multa prædicata communia substantialia tam affirmatiua, quam negatiua, &c. puta quod sunt substantię immateriales, actus &c. Sed nos Peripatetico sermone utentes dicimus, quod tota quam habemus, cognitio est quia est, & quid non est &c. & quod nõ cognoscimus de eis quid sunt, quoniam cognitio per communia, cognitio quia est, primo posteriorum appellatur. Illi uero, quia cognoscimus prædicata pertinentia ad q̃onem quid est, topici lingua utentes dicunt, quod cognoscimus quid sunt, imperfecte tamen. Vnde est quæstio omittenda, quia, de uerbis tantum &c.

Ferr. 2. cont. c. 81.

SVP. Q. LXXXVIII. ART. III.

442

2. Cõtra c. 81. & uer. q. 8. a. 7. ad 6. & q. 10. art. 6. ad 6. & ar. 7. co. fin. & quo. 7. q. 2. ar. 1. cor. De uerate lig. ex c. 3. tom. 1.

COncl. 1. Deus non est primum quod a nobis cognosci tur, sed magis per creaturas in Dei cognitionem uenimus.

¶ Prob. Quia non possumus pro nunc intelligere primo substãtias creatas immateriales (supra ar. 1.) & Dei cognitione istarum cognitio facilior est.

¶ Concl. 2. Primum quod secundum statum præsentis uitæ cognoscitur a nobis, ẽ q̃ditas rei materialis.

¶ Prob. Quia rei materialis quidditas ꝑ nunc est obiectum intellectus (supra q 84. ar. 7 & q. 85. ar. 1. & q. 87. ar. 2. ad secundũ,) & obiectum potentiæ est, in quod potentia primo fertur (supra q. 84. ar. 7. & q. 87. a. 3.)

1m de maiori.

In quo, per quod. s. Tanquam in obiecto: tanquam per obiectum, non autem, tanquam in causa, uel per causam efficientem, i. dantem robur ad cognoscendum. §. Tunc &c. Non .n. est simile de principiis conclusionum, & de Deo. Nam principia concurrunt, & ut quo uidemus alia, & ut quod uidetur. Vnde principia dicunt causæ conclusionis, nõ tm̃ efficientes, sed etiã materiales (1 primo Posteriorũ.) Hinc est q̃d cognitio conclusionis pendet nõ tm̃ ex principiis, sed ẽt ex cognitione principiorũ (1. physic. tex. 1.) cognitio uero nostra pendet ex Deo, & intellectu agẽte, nõ aũt ex cognitione Dei, aut intellectus agentis. Exẽplũ. Videmus colores per Solẽ, non tamen uidens colores uidet necessario spheram Solis. Ad videndum igitur intelligibiliter non est necessarium, quod cognoscatur Deus. supra q. 12. art. 11. ad tertium.

ar. præce.

D. 485.

2m de maiori.

Propter qd'. s. eiusdẽ ordinis existens, nõ diuersi. §. Tunc &c. Nã ꝑ Deũ, ut primã causam cognitiuę uirtutis cognoscimus, non propter ipsum, ut cognitũ ut in litera patet.

ARTICVLVS III.

Vtrum Deus sit primum quod a mente humana cognoscitur.

AD TERTIVM sic proceditur. Videtur, quod Deus sit primũ quod a mente humana cognoscitur. Illud.n. in quo omnia alia cognoscuntur, & per quod de aliis iudicamus, est primo cognitum a nobis, sicut lux ab oculo, & principia prima ab intellectu. Sed omnia in luce primæ ueritatis cognoscimus, & per eam de omnib. iudicamus, ut dicit Aug. in li. de Trin.* & in lib. de uera reli. Ergo Deus est id quod primo cognoscitur a nobis.

¶ 2 Præt. Propter quod unumqđque & illud magis. Sed Deꝰ est cã omnis nostræ cognitionis, ipsæ.n. est lux uera, quæ illuminat omnẽ hominem uenientem in hunc mundum, ut dicitur Io. i. Ergo Deus est id quod primo & maxime, est cognitum nobis.

¶ 3 Præt. Id quod primo cognoscitur in imagine, est exemplar quo imago formatur. Sed in mente nostra est Dei imago, ut Aug. dicit. Ergo id quod primo cognoscitur in mente nostra, est Deus.

SED CONTRA est, q̃d dicit Io. 1. Deum nemo uidit unquam.

RESPON. Dicendum, quod cum intellectus humanus secundũ statum præsentis uitæ non possit intelligere substantias immateriales creatas, ut dictum est,* multo minus potest intelligere essentiã substantiæ increatæ. Vnde simpliciter dicẽdum est, q̃d Deus non est primum, quod a nobis cognoscitur, sed magis per creaturas in Dei cognitionem peruenimus secundum illud Apostoli ad Rom. 1. Inuisibilia Dei, per ea quæ facta sunt, intellecta conspiciuntur. Primum autem quod intelligitur a nobis secundũ statum præsentis uitæ, est quidditas rei materialis, quæ est nostri intellectus obiectum, ut multoties supra dictum est.*

AD PRIMVM ergo dicendum, quod in luce primæ ueritatis oĩa intelligimus & iudicamus, inquantum ipsum lumẽ intellectus nostri siue naturale, siue gratuitum, nihil aliud est quam quædam impræssio ueritatis primę, ut sup. dictum est.* Vnde cum ipsum lumen intellectus nostri non se habeat ad intellectum nostrum sicut quod intelligitur, sed sicut quo intelligitur, multo minus Deus est id quod primo a nostro intellectu intelligitur.

q. 84. ar. 7. & 85. ar. 1. & 87. ar. 2. ad 2.

q. 12. art. 2.

AD SECVNDVM dicendum, quod propter quod unumquodque illud magis, intelligendum est in his quæ sunt unius ordinis, ut supra dictũ est.* Propter Deum autem alia cognoscuntur, non sicut propter primum cognitum, sed sicut propter primam cognoscitiuæ uirtutis causam.

q. 87. ar. 2. ad 3.

AD

3^m de maiori. Imagine. ♣ Perfecta: non imperfecta. §. Tūc &c. ut patet in litera. Et inde noueris, quod ly primum, in argumento positum glossatur hic pro ly statim. Non enim uidens filium, qui est imago patris, uidet primum, idest ante patrem: sed statim, i. (ut in proposito sistamus) simul: iuxta illud filii. Qui uidet me uidet & patrem. Ioan. decimoquarto.

Ad tertium dicendum, quod si in anima nostra esset pfecta imago Dei, sicut filius est pfecta imago patris, statim mēs nostra intelligeret Deum. Est autem imago imperfecta. Vnde ratio non sequitur.

APPENDIX.

Vtilit. pro S. Eccles. Ex articulo habes primo: quomodo per rationem ostendas, philosophum in proœmio metaphysicæ merito dixisse, quod uniuersalia sunt difficillima ad cognoscendum, eo quod sunt a sensibus remotissima. Quasi dixerit. Deus, & substantiæ separatæ non sunt nobis primo cognita, sed rei sensatæ quidditas. Secundo habes: quomodo per rationem hoc suum dictum, & declares, & probes, & defendas. Tertio uides, quomodo ex hoc, similibusque locis, uicissim Angelica inuenitur conclusio.

¶ Not. Pro articulo præsenti facit articulus in ordine 441.112.431.437.424.222.56.65. Pro studio uar.

Comm. Cardinalis Caietani.

Titulus clarus. Primum ordine originis.

¶ In corpore duo. Primo, respondet directe quæsito. Secundo ostendit, quid sit primum cognitum.

¶ Quoad primum, conclusio est, Deus non est primum quod a nobis cognoscitur. Probatur dupliciter, primo sic, substantiæ immateriales creatæ non possunt a nobis cognosci. ergo nec Deus. Secundo sic, Deus cognoscitur a nobis per creaturas. ergo nō primo. Antecedens patet. ad Rom. primo.

¶ Quoad secūdum, conclusio est. Primum cognitum a nobis est quidditas rei materialis. Probatur, quia est proprium obiectum intellectus nostri.

¶ Aduerte hic duo. Primo, quod primitas cognitionis cum sit primitas obiectiua, quia oportet primo cognitū primo esse obiectum intellectus, & primitas obiectiua nulli conuenire possit, nisi per propriam speciem aut essentiam immediate sit cognitū, consequens est, ut id quod propriam speciem non hēt in intellectu, nec per essentiam suam immediate, obiicitur, nō possit esse primo cognitum. Ac per hoc optime argumentatur litera, ex hoc, quod substātiæ immateriales non cognoscuntur a nobis per proprias species. ergo nec Deus. ergo non primo potest cognosci.

¶ Aduerte secundo, quod cum primū dr in ordine ad cōsequētia iuxta diuersitatē ordinū rerum, diuersimode quæri pōt de primo cognito: ordinando uniuersum in tres ordines, s. quidditatis materialis, & immaterialis, & actus puri, dicitur quod primū cognitum ab intellectu nostro ordine generationis, est quidditas materialis. Si uero quæritur inter quidditates rerum materialiū quæ est primo cognita, hoc alterius inquisitionis est. Et iam de hoc scripsi in commentariis de Ente & essentia quæstionem non paruam.

QVAESTIO LXXXIX.

De cognitione animæ separatæ, in octo articulo diuisas.

Deinde considerandum est de cognitione animę separatæ.

Et circa hoc quæruntur octo.

¶ Primò, vtrum aīa separata a corpore, possit intelligere.

¶ Secundò, vtrum intelligat substantias separatas.

¶ Tertiò, vtrum intelligat omnia naturalia.

¶ Quartò, vtrum cognoscat singularia.

¶ Quintò, vtrum habitus scientiæ hic acquisitæ remaneat in anima separata.

¶ Sextò, vtrum possit uti habitu scientiæ hic acquisitæ.

¶ Septimò, vtrum distantia localis impediat cognitionem animæ separatæ.

¶ Octauò, vtrum animæ separatæ a corporibus, cognoscant ea quæ hic aguntur.

ARTICVLVS PRIMVS.

Vtrum anima separata aliquid intelligere possit.

443 3.q. 11.a.2. & 3.dis.31. q.2.a.4. & 4.d.50.q.1. ar.1. & 2.& ueri.q.19. ar.1.& 2.& de aīa art. 15.16.& 17 li.1.de aīa tex.66.t.2. q 84.ar.7. & 8. q.87.ar.8.

Ad primum sic proceditur. Videtur, quod anima separata nihil omnino intelligere possit. Dicit enim Philos. in 1. de Anima, *quod intelligere corrumpitur interius quodā corrupto. Sed omnia interiora hominis corrūpuntur per mortem. Ergo & ipsum intelligere corrūpitur.

¶ 2 Præt. Aīa humana impeditur ab intelligendo p ligamētum sensum, & perturbata imaginatione, sicut sup. dictū est.† Sed morte totaliter sensus & imaginatio corrūpuntur ut ex sup. dictis patet.* Ergo aīa post mortē nihil intelligit.

¶ 3 Præt. Si aīa separata intelligit, oportet quod p aliquas spēs intelligat. Sed non intelligit per spēs innatas, quia a principio, est sicut tabula, in qua nihil est scriptum: neq; p species quas abstrahat a reb. quia non habet organa sensus & imaginationis, quib. mediantib. spēs intelligibiles abstrahunt' reb. Neq; ēt per spēs prius abstractas & in aīa cōseruatas, quia sic anima pueri nihil intelligeret post mortē, neq; ēt p spēs intelligibiles diuinitus influxas. hæc.n. cognitio nō esset naturalis, de qua nunc agitur, sed gratiæ. Ergo anima separata a corpore nihil intelligit.

li.1. de aīa, tex.13.t.2. Sed contra est, quod Philos. dicit in 1. de Anima,* quod si non est aliqua operationum, animæ propria, non contingit ipsam separari. Contingit aūt ipsam separari. Ergo hēt aliquam operationem propriam & maxime eam, quæ est intelligere. Intelligitur ergo, sine corpore existens.

Capr.4. d.50. q. 1. con. 1.2 et 4.

Respon. Dicendum, quod ista quæstio, difficultatem habet ex hoc, quod anima quamdiu est corpori coniuncta, non potest aliquid intelligere non conuertendo se ad phantasmata, ut per experimentum patet. Si aūt hoc non est ex natura animæ, sed per accidens hoc conuenit ei ex eo, quod corpori alligatur, sicut Platonici posuerunt, de facili quæstio solui posset. Nā remoto impedimento corporis, rediret aīa ad suam naturam, ut intelligeret intelligibilia simpliciter, non conuertēdo se ad phantasmata, sicut est de aliis substantiis separatis. Sed scdm hoc non esset aīa corpori unita pp melius aīæ, si peius intelligeret corpori unita quā separata, sed hoc eēt solum pp melius corporis, quod est irrationabile, cū materia sit ppter formam, & nō econuerso, si autem ponamus quod aīa ex sua natura hēat, ut intelligat conuertendo se ad phātasmata, cum natura aīæ post mortem corporis non mutetur, uidetur, quod anima naturaliter nihil possit intelligere, cum non sint ei præsto phantasmata ad quæ conuertatur. Et ideo ad hanc difficultatem tollendam considerandum est, quod cum nihil operetur, nisi inquantum est actu, modus operandi uniuscuiusque rei sequitur modum essendi ipsius, habet autem anima alium modum essendi cum unitur corpori, & cum fuerit a corpore separata, manente tamen eadem animæ natura, non ita quod uniri corpori sit ei accidentale, sed per rationem suæ naturæ corpori unitur, si-

SVP. Q. LXXXIX.

Art. v.

Concl. Propter melius animæ est ut corpori uniatur, & intelligat per conuersionem ad phantasmata, & tamen esse potest separata, & alium modum intelligendi habere.

¶ Prob. 1. Quia si animæ humanæ sic institutæ essent, ut intelligerent per modum, quod cōpetit substantiis separatis tunc non haberent cognitionem perfectam rerum, sed confusam (patet de hoīb. debilioris ingenij non potentib. intelligere perfecte per uniuersales cōceptiones sapiētū, nisi ei. singula in spāli explicentur) & hoc inconueniens tollitur ab aīa si intelligat per cōuersionē ad phantasmata (sicut tollitur ruditas ab idiotis, si inducātur ad sciam per exēpla) existēs in corpore. Secunda aūt pars. s. th &c. probatur. Quia hoc, quod possit esse separata, patet sup. q.75.ar.6. Tertia aūt pars. s. & alium &c. probatur. Quia post hanc vitam aīa habebit alium modū essendi, & consequenter operandi (cum nihil operetur nisi inquātum est actu, seu nisi eo modo, quo est actu.)

1^m ex Philoso pho. Intelligere. R. Est motus cõiuncti: non, absolute sumptum. §. Tunc nihil &c. Aliud est enim loqui de intelligere, secundum suppositionẽ antiquorum: aliud uero secundum propriã sententiam (ut ex textu patet).

Item ex eodem. Intelligere. R. Cum conuersione ad phãtasmata: non intelligere absolute. §. Tunc &c. Nã licet intelligere tali modo corrumpatur, corrupto quodam interius, i. corrupto phantasmate. (Hoc est. Licet modus intelligendi totaliter, idest cum phantasmate, corrumpatur) tamen intelligere nostrum, ut intelligere, nunquam corrũpitur (ut in litera.) Et hinc agnosce, quod philosophus in his uerbis tetigit alium modum intelligendi habẽdum post ab anima. Posuit enim animam immortalem, ut supra scripsimus, quæst. 75. articulo sexto, ex consequenti, cum dicit ly intelligere corrumpitur interius quodam corrupto, monstrare liquido uult. quod anima post separationem habebit intelligere modo alio, quam nunc habeat. Constat siquidẽ philosopho: quod nihil potest esse ociosum in natura. Vide secundum responsum literæ ly uel potest dici &c.

2^m de maiori. Intelligendo. R. Sic, id est cum conuersione ad phantasmata, non, absolute. §. Tunc &c. Non enim poterit tũc impediri ab intelligendo, perturbato sensu: quando intelliget sine aliquo sensuum adminiculo. Vide responsionem secũdam ad primũ.

D. 133. 3^m de minori. Neque etiam per species prius abstractas, & in anima conseruatas: neque etiam per species intelligibiles diuinitus influxas. R. Negatur utraque pars. §. Ad probationes singularũ dicitur, quod nihil ualent. Intelligent enim per species iam abstractas conseruatas adulti (unde pro istis nega- tur

cut nec leuis natura mutatur cum est in loco proprio quod est ei naturale, & cum est extra proprium locum qui est ei præter naturam. Animæ igitur secundum illum modum essendi, quo corpori est unita, competit modus intelligendi per conuersionem ad phantasmata corporum, quæ in corporeis organis sunt. Cum autem fuerit a corpore separata, competit ei modus intelligendi per conuersionem ad ea quæ sunt intelligibilia simpliciter, sicut, & aliis substantiis separatis. Vnde modus intelligendi per conuersionem ad phantasmata, est animæ naturalis, sicut & corpori uniri, sed esse separatã a corpore, est præter rationem suæ naturæ, & similiter intelligere sine conuersione ad phantasmata, est ei præter naturam. Et ideo ad hoc unitur corpori, ut sic operetur secundum naturam suam. sed hoc rursus habet dubitationem. Cum enim res sem per ordinetur ad id quod melius est (est autem melior modus intelligendi per conuersionem ad intelligibilia simpliciter, quam per conuersionem ad phantasmata) debuit sic a Deo institui animæ natura, ut modus intelligendi nobilior, ei esset naturalis, & non indigeret corpori propter hoc uniri. Considerandum est igitur, quod etsi intelligere per conuersionem ad superiora sit simpliciter nobilius, quam intelligere per conuersionem ad phantasmata, tamen ille modus intelligendi prout erat possibilis animæ erat imperfectior, quod sic patet. In omnibus enim substantiis intellectualibus, inuenitur uirtus intellectiua per influentiam diuini luminis. Quod quidem in primo principio est unum & simplex, & quanto magis creaturæ intellectuales distant a primo principio, tanto magis diuiditur illud lumen, & diuersificatur, sicut accidit in lineis a centro egredientibus. Et inde est quod Deus per suam essentiam omnia intelligit, superiores autem intellectualium substantiarum, etsi per plures formas intelligant, tamen intelligunt per pauciores d & magis uniuersales, & uirtuosiores ad comprehensionem rerum propter efficaciam uirtutis intellectiuæ, quæ est in eis. In inferioribus autem sunt formæ plures & minus uniuersales, & minus efficaces ad comprehensionem rerum, inquantum deficiunt a uirtute intellectiua superiorum. Si ergo inferiores substantiæ haberent formas in illa uniuersalitate, in qua habent superiores, quia non sunt tantę efficaciæ in intelligendo,

non acciperent per eas perfectam cognitionem de rebus, sed in quadam communitate, & confusionę. quod aliqualiter apparet in hominibus. Nam qui sunt debilioris intellectus, per uniuersales conceptiones magis intelligentium, non accipiunt perfectam cognitionem, nisi eis singula in speciali explicentur. Manifestum est autem inter substantias intellectuales secundum naturæ ordinem, infimas esse animas humanas. Hæc autem perfectio uniuersi exigebat, ut diuersi gradus in rebus essent. Si igitur animæ humanæ sic essent institutæ a Deo, ut intelligerent per modum qui competit substantiis separatis, non haberent cognitionem perfectam, sed confusam in communi.

Ad hoc ergo quod perfectam, & propriam cognitionem de rebus habere possent, sic naturaliter sunt institutæ, ut corporibus uniantur, & sic ab ipsis rebus sensibilibus propriam de eis cognitionem accipiunt. Sicut homines rudes ad scientiam induci non possunt, nisi per sensibilia exempla. Sic ergo patet, quod propter melius animæ est, ut corpori uniatur, & intelligat per conuersionem ad phantasmata, & tamen d esse potest separata, & alium modum intelligendi habere.

Ad primvm ergo dicendum, quod si diligenter uerba Philosophi discutiantur, Philosophus * hoc dixit ex quadam suppositione prius facta, scilicet quod intelligere sit quidam motus coniuncti, sicut & sentire. Nondum enim differentiam ostenderat inter intellectum & sensum. Vel potest dici, qđ loquitur de illo modo intelligendi, qui est per conuersionẽ ad phantasmata. de quo etiam procedit secunda ratio.

Ad tertivm dicendum, quod anima separata non intelligit per species innatas, nec per species quas tunc abstrahit, nec solum per species conseruatas, ut obiectio probat, sed per species ex influentia diuini luminis participatas, quarum anima fit particeps, sicut & aliæ substantiæ separatæ, quamuis inferiori modo. Vnde tam cito cessante conuersione ad corpus, ad superiora conuertitur. Nec tamen propter hoc cognitio uel potentia non est naturalis, quia Deus est author, non solum influentiæ gratuiti luminis, sed etiam naturalis.

tur ly nec per species prius abstractas &c.) sed pueri intelligent tunc per species diuinitus influxas. Negatur autem, quod cognitio hæc per influxas, non sit naturalis. Nã Deus est author influentiæ luminis naturalis, & non tantum influentię luminis gratuiti. Scito: supponi hic ex illa influentia tam cita, phantasmate cessante, quod Deus non deficit in necessariis. Necessarium enim, est quod anima separata intelligat, ne detur ociosum in natura. Et alio modo, nisi per huiusmodi influxũ specierum, naturaliter tunc intelligere nõ potest anima præsertim pueri. Dico ly præsertim, quia non nisi per influxas ipsa intelliget, cum tamẽ adultorũ, & per influxas, & per abstractas prius, conseruatas intelligere diuersa possint animæ. Vide art. 5. 6. 8.

APPENDIX.

Vtilit. pro S. Eccl.

Ex articulo habes primo, quomodo per rationem ostendas philosophum 1. de anima tex. 13. merito dixisse, quod si anima habet operationem propriã (de intelligere loquebatur, ut ex successu patet) utique separabilis, est, & si non habet, nõ. Hoc est secundum illum, concludere, quod anima separata intelligit, immo quod non potest separata, nisi tũc intelligat. Operatio. n. propria & soli, & semper conuenit, rei. Secũdo habes: quomodo p rationem hoc ex dicto suo a seipso conclusum in uero sensu declares, probes, tuearis. Quod autem, secundum illũ, sit separabilis anima, non est nũc directe ad propositum, licet uerũ sit supra q. 75. artic. 2. notation. ante appen. & 6. quoniam sufficit pro nunc probare hoc dictum philosophi, quod .s. anima separata intelligat. Tertio uides: quo ex hoc, aliisque similibus locis, uicissim Angelica iuuetur cõclusio.

D. 185.

Eodẽ li. 1. de Aia. te. 12. tom. 2.

2

3

Pro studio var.

¶ Hor. Pro præsenti articulo facit articulus in ordine 422. 423. 384. 576. 353. 282

Comm

Comm. Cardinalis Caietani.

Titulus clarus.

¶ Hoc tamen in eo aduerte, quod supponitur hic, animam dari separatam a corpore, & quæritur de hac operatione, quæ est intelligere.

¶ In corpore quatuor. Primo, ostendit in quo est ratio difficultatis in hac quæstione. Secundo, ostendit modum soluendæ quæstionis. Tertio, auget difficultatem. Quarto soluit, ibi, considerandum.

¶ Quo ad primum duo dicit, effectum certum, & causæ incertitudinem. Effectus certus est modus intelligendi, scilicet per conuersionem ad phantasmata, hoc enim in nobis experimur, quod sine phantasmate nihil intelligimus, sed quare sic intelligimus, an scilicet causa huius sit natura animæ, an potius alligatio animæ ad corpus ambiguum est, & inde prouenit difficultas nostræ quæstionis. Si enim causa huius est non natura animæ, sed hoc conuenit ei per accidens, scilicet propter alligationem ad corpus, ut Plat. posuit, aut propter dispositionem ex sensibilibus, ut Auic. dixit, facilis quidem est solutio quæstionis nostræ, ut patet Sed obstat, quia sic unio animæ ad corpus non esset propter melius animæ, contra illud principium, Materia est propter formam. Si uero causa huius est natura animæ, licet saluetur hoc principium, non tamen solui potest quæstio mota, quoniam cum nunquam anima perdat suam naturam, nunquam intelliget sine phantasmate, & sic separata erit ociosa. Vndique ergo restat difficultas.

¶ Aduerte hic, quod S. Thom. breuitati studens, omisit opinionem mediam quæ est Auic. quia eam superius reprobauerat, cum de scientia nostra esset quæstio. Et quia quo ad propositum in idé redit, cum Pla. quoniam apud utrunque unio animæ ad corpus non est propter melius, quoniam anima seipsa apud utrumque habilis est ut proportionatam sibi perfectionem a substantiis immaterialibus suscipiat. In cuius signum, anima separata ab infante omnia perfecte nouit, non ergo unitur corpori propter melius, si tamen distincte contra eam procedere placet, uide in quæstione, de Anima q. 15.

¶ Circa hanc partem primam occurrit dubium, quia insufficiens uidetur distinctio supposita in litera, scilicet quod oportet animam intelligere aut per conuersionem ad phantasmata, aut per conuersionem ad superiora. Stat enim quod intelligat tertio modo, s. per conuersionem ad obiecta cognoscibilia, quæ cunque sint illa, siue corporea, siue incorporea. Et hic modus, & est cõmunior utroque, & est naturalis animę in omni statu, & sic ex hoc quod anima intelligit per conuersionem ad phantasmata, non consurgit tanta difficultas huius q. eo quod phantasmata sunt quędam obiecta intellectus, ut patet in 3. de Anima. Quod autem detur hic tertius modus intelligendi, s. per conuersionem ad obiecta corporea præter phantasmata, probat Scot. in 4. distin. 45. q. 2. tripliciter.

¶ Primo, quia quicquid potest phantasma cum intellectu agente, potest etiam obiectum, cuius est phantasma cum eodem. Secundo, quia aliter natura animæ esset uilissima, probatur sequela, quoniam ipsa ex intrinsecis, etiam extrinsecis concurrentibus obiectis, in nullam posset operationem, cum tamen lapis possit ex intrinseco in proprium opus puta descendere. Tertio, quia pluralitas non est ponenda sine necessitate, sed nulla necessitas cogit ponere istam mediationem specierum a Deo uel angelis, quia ipsa natura animæ sufficit, cum obiectis ad actuandum seipsam. ergo &cæt.

¶ Ad hoc breuiter dicendum est, quoniam materia ista superius fuit discussa, quod distinctio posita est sufficientissima, & apud philosophos est ut principium, & est a naturæ solicitudine demonstratum. Vt quid enim natura tot præparationibus quidditates sensibilium, spirituales magis per sensus continue redderet si obiecta extra sat esset cooperari intellectui agenti.

¶ Ad primam ergo obiectionem negatur assumptum, & ad probationes eius superius responsum fuit.

¶ Ad secundam uero dicitur, quod ratio peccat. Primo, quod nulla est uilitas alicuius naturæ passiuę, si non concurrentib. propriis actiuis non reducatur in actum. Modo obiecta corporea extra, sunt intelligibilia in potentia, actiua autem respectu possibilis sunt intelligibilia in actu. qualia sunt phantasmata illustrata, non lapis illustratus, quia lapidi propter esse in summo gradu materialitatis repugnat illustrari, non autem phantasmati. quod in summo gradu spiritualitatis est. Peccat secundo, quia unumquodque tunc uidetur uile, quando concurrentibus his quæ sui generis sunt, non posset in proprium opus, non autem si non posset concurrentibus rebus aliorum generum, modo anima separata est de genere substantiarum intellectualium, & non corporum, & ideo uilis esset si cum substantiis separatis non intelligeret, non autem si cum corporibus. Peccat tertio, quia, ut dicitur in 2. cęli, non est uilius quod pluribus extraneis eget ad suum opus illo, quod nullo eget extraneo, quando opus egentis plurib. est altioris ordinis, hoc uero inferioris, ut patet ibi, modo constat quod intelligere quod est finis & opus animæ, est longe altioris ordinis quam sit bonum lapidis & aliorum inferiorum, & ideo dato quod anima ualde multis extraneis egeret, & alia non, propterea non sequeretur uilitas animæ. Peccat quarto, quia imaginatur arguens modum intelligendi per conuersionem ad superiora, esse extra ordinem naturalis perfectionis ipsius animę, ac si ponamus quod anima separata cum omnibus sibi naturaliter cooperantibus non possit intelligere, ac per hoc ponatur destituta propria operatione, & quod quasi ex quadam largitate superiora impartiantur ei species.

¶ Sed hęc puerilia sunt, ut enim in responsione ad ultimum in litera dicitur, cooperatio superiorum ad formationem animæ, naturalis est, & cum primum anima separata est, conuertitur naturaliter ad superiora tanquam ad propria perfectiua illius pro statu illo. Vnde patet responsio ad tertiam, nulla enim ponitur superfluitas, immo est summa necessitas ponendi talem modum intelligendi, eo quod aliter non posset anima de nouo aliquid naturaliter nosse.

¶ Circa eandem partem occurrit dubium ex alio capite. Quia stante sufficientia distinctionis, nulla uidetur nasci difficultas, ut propter hoc anima uideretur uniri corpori non propter melius. Ad hoc enim facillime posset dici cum Scoto, ubi supra, quod animam uniri corpori propter melius, potest dupliciter intelligi. Vno modo propter melius sibi, alio modo propter melius composito. Et licet anima non uniretur corpori propter suum melius, unitur tamen propter melius hominis, & sic non oportet tantam solicitudinem, quanta in hoc articulo assumpta est, propter hoc assumere. Et confirmatur hoc: quia partes sunt propter totum, cuius esse & perfectio absque earum unione haberi non potest.

¶ Ad hoc breuiter dicitur, quod licet ista fuga prima facie appareat rationabilis, perspicientibus tamen philosophiæ principia fuga uidetur. Verum quippe est partes esse propter totum, & uniri propter melius totius, cum hoc tamen necessario exigitur, ut uerum etiam sit, quod materia sit propter formam, & quod unio partium sit etiam propter melius formæ, super hoc autem consurgit difficultas quæstionis. Et confirmatur: quia si uniuersaliter corpus est propter animam, ut materia propter formam, maxime debet esse propter formam, quæ habet proprium operari, cui non communicat materia nec compositum, quoniam hæc maxime habet rationem optimi & finis, sed anima intellectiua est huiusmodi. ergo de ea maxime uerificari debet, quod uniatur propter melius, non solum compositi, sed proprium, & sic stat difficultas in suo arduo.

¶ Quo ad secundum dicit quatuor. Primo, quod stat animam habere duos modos operandi, s. cum phantasmate & sine phantasmate, & hoc probat sic. Anima habet duos modos essendi actu, ergo duos modos operandi. Antecedens supponitur, quia habet quandoque esse coniunctum corpori, & quandoque separatum ab eo.

¶ Consequentia probatur ex eo, quod unumquodque operatur secundum quod est actu, idest operatio sequitur esse in actu. ergo & modus operandi modum essendi in actu. Secundo ibi, manente tamen, excludit obiectionem prætactam in difficultatione quæstionis, dicens stare hæc duo simul, s. & quod uniri corpori sit ex natura animæ, & quod natura animæ non mutatur habendo alium modum essendi, hoc enim est, quod difficultatem faciebat. Si ex natura sua anima uendicat sibi corpus, quo pacto manente eadem natura, poterit absque corpore operari: Manifestat autem hæc stare simul exemplo a naturalibus, grauia enim & leuia non mutant naturas suas, & tamen aliud conuenit eis, cum sunt in propriis locis, & aliud cum sunt extra propria & naturalia loca. Tertio declarat quales sint isti modi tam essendi quam operandi quo ad naturalia ibi. Animæ igitur. & concludit, quod esse in corpore & intelligere cum phantasmate est naturale animæ, esse uero separatum & intelligere per conuersionem ad superiora, est ei præter naturam. Quarto ex hoc applicat ad propositum concludendo, quod anima unitur corpori propter melius, quia propter naturalem modum intelligendi consequendũ.

¶ Circa hanc secundam partem dubium occurrit circa illam consequentiam. Anima habet duos modos essendi, s. coniunctum & separatum. ergo duos operandi, s. per conuersionem ad phantasmata & superiora. Videtur enim inefficax. Quoniam cum operatio modificetur & ex parte operationis & ex parte obiecti, uerũ quidem est quod modus operandi ex parte operantis causetur ex modo essendi, sed rationi non consonat, quod modus operandi ex parte obiecti, causetur ex modo essendi operantis. In proposito autem constat, quod hi modi, s. per conuersionem ad phantasmata & per conuersionem ad superiora se tenent ex parte obiecti, ut patet. ergo diuersitas horum modorum non rite infertur ex diuersitate modi essendi ipsius animæ. Sed bene potuisset inferri ex tali diuersitate diuersus modus operandi, puta ut quod, & ut quo. Vnde Scot. in 4. d. 45. q. 2.

¶ Ex hoc inquit quod anima est separata a corpore in essendo,

do, non sequitur quod sit separata a corpore ut obiecto in operando, ita enim potest separata sicut coniuncta corpori, obiecto copulari operando. Praeterea inquit, si ex esse separato aia conuerteretur ad superiora, sequeretur quod anima separata, esset capacior influentiae superioris, quam anima coniuncta corpori glorioso, sed hoc est falsum. ergo &c.

¶ Ad haec dicitur, quod quemadmodum in litera dicitur, cum unumquodque operatur secundum quod est actu, consequens est quod iuxta modum essendi, sit etiam modus operandi, ita quod uariato modo essendi, oportet uariari modum operandi s'm id, quod ex modo essendi causabatur, & hoc est proculdubio uerum.

¶ In proposito autem dico, quod hi modi, licet pertineant ad obiecta, non tamen pure, immo radicaliter se tenent ex parte modorum essendi intelligentis, ita quod negandum est, quod hi modi non se teneant ex parte operantis.

¶ Ad cuius euidentiam breuissime recolito, quod ex hoc, quod anima intellectiua est forma immaterialis, & tamen in materia, ut dicitur in 2. Phy. tex. 26. nascitur quod proprium perfectiuum eius est partim immateriale, & partim in materia, intelligibile enim in actu, quod est perfectiuum animae in phantasmate & intellectu agente existens, immateriale & in materia quodammodo est, ut ex dictis patet. Cessante ergo tali modo essendi ipsius animae, necesse est cessare illius effectum, scilicet esse perfectibilem a tali perfectiuo, scilicet partim materiali & partim immateriali, & consequenter succedente alio modo essendi, scilicet omnino sine materia, cõsentaneum est, ut succedat alter effectus, s. quod sit perfectibilis ab his quae omnino sunt sine materia. Et sic hi modi quamuis concernant diuersitatem ex parte obiecti, nascuntur tamen ex parte operantis, immo ex modis essendi operantis. Cuius signum est, quod apud philosophos, omnis substantia intellectualis separata naturaliter a corpore, nihil accipit a corporibus.

¶ Ad primum uero eorum quae dicit Sco. iam patet, quod separatio in essendo infert separationem in operando, & iam superius, ostensum est, quod impossibile est separatum aliquid, pati a corpore impressionem aliquam intelligibilem &c.

¶ Ad ultimum uero dicitur, quod est impertinens. quoniam de naturali cognitione & conditione animae est sermo, status aũt animae in corpore glorioso, miraculosus est. Vnde nihil obstat proposito, si anima coniuncta tali corpori sit magis, aut non minus capax talis influentiae. Non enim quaerimus, quid Deus per miracula possit, sed quid rerum ordini absque miraculis congruat. unde non sunt miraculosa inferenda.

¶ Circa hanc partem dubium est, quia in litera dicitur, quod intelligere per conuersionem ad superiora, est praeternaturale animae. Hoc enim uidetur falsum. Tum quia praeternaturale exorbitat a naturali, ac per hoc non potest esse perpetuum nec diuturnius naturali, constat autem hunc modum intelligendi esse, & diuturniorem alio, & perpetuum secundum naturae cursum. Tum, quia praeternaturale non nascitur ex natura rei, cui est praeternaturale, ut patet, constat autem quod ex natura animae humanae nascitur uterque modus essendi successiue in ea. ergo uterque modus intelligendi. ergo neuter est praeternaturalis.

¶ Ad euidentiam huius difficultatis scito, quod est duplex modus dicendi. Alter sequentium Auic. & dicentium, quod uterque modus essendi & intelligendi est naturalis animae successiue, nam esse in corpore est naturale ei in principio, esse uero extra, est naturale ei in fine, quemadmodum homini inest duplex modus uiuendi, s. in utero materno in principio, & extra uterum in fine, seu post principium, & secundum hanc uiam facile solui uidentur omnia. Derelicta tamen est a S. Thom. quia ut ex dicendis apparebit, profundius scrutatus est naturam animae. Est ergo alter modus dicendi qui habetur in litera, quod scilicet unus est naturalis, & alter praeternaturalis. Vbi scito, quod praeternaturale non est idem, quod contra naturam, sed est communius quid & superius ad id, quod conuenit alicui contra naturam, & supra naturam, & extra naturam, & quomodolibet aliter, quam secundum propriã naturam, in proposito autem sumitur praeternaturale pro eo, qđ est supernaturale, non miraculose, sed supra naturam propriam ipsius animae.

¶ Ad cuius euidentiam scito, quod quemadmodum ignis habet duos motus, alterum naturalem, s. quo mouetur sursum, alterum praeternaturalem, idest supra propriam naturam, quo mouetur circulariter, sequens motum diurnum, & iste praeter naturalis est perpetuus, & conuenit ei, secundum quod participat naturam superiorem coelestem, s. quae participatio conuenit ei ex eo, quod obtinet primatum in sphaera elementari, semper enim supremũ infimi attingit infimum supremi, ut dicitur in 7. c. de diu. no. Ita in proposito anima intellectiua, quia est suprema forma in materia existentium secundum sui principium, participat aliquid de natura substantiarum separatarum, & secundum seipsam absolute aliquid aliud uendicat sibi proprium, secundum enim propriam naturam ut sic, uendicat sibi esse in corpore, & intelligere per conuersionem ad phãtasmata, quoniam est essentialiter pars, se-

secundum uero quod participat substantias separatas, habet quod sit ẽt extra corpus, ut illae sunt, & intelligat per conuersionẽ ad intelligibilia simpliciter, ut illae intelligunt, & sic ille modus est simpliciter naturalis animę, hic uero praeternaturalis. Nec inconuenit, quod huiusmodi praeternaturale sit diuturnius aut perpetuũ: quoniam non ea ratione dicitur praeternaturale, quia exorbitet a natura, quia non est contra illam, sed quia est supra illam, ut patet manifeste in motu circulari ignis, qui indefesse semper ei actu cõuenit, motus autem sursum non conuenit ei semper actu. Nec inconuenit etiam tale praeternaturale in nasci ex natura ipsius rei, non absolute sed secundum quod participat in sui supremo naturam superiorem, ut patet in motu circulari ipsius ignis, qui innascitur ex hoc, quod ignis est in illo loco, esse autem in illo loco cõuenit ex hoc, quod est supremum inter elementa, esse autem supremum inter elementa habet annexum hoc, quod participet naturam superiorem, cęlestem s. &c. ergo de primo ad ultimum, &c. ita in proposito ex hoc, quod anima humana est immortalis, & infima inter intellectuales habet duo.

¶ Et quod exigat corpus medium inter contraria, & consequẽter corruptibile, & quod possit remanere sola. Sed primum ex propriis habet ex quibus habet quod ratiocinetur, & colligat sciẽtiam ex sensibus. Secundum uero, ex participatione superiorum in sui supremo, ex qua etiam nunc habet, quod intelligat principia, & quod quid est. Et quoniam hoc profundioris perscrutationis, & rationi magis est consonum, quamuis difficilius, ideo D. T. hanc semper tradidit ubique doctrinam, nec unquam uoluit Auicennae facilitatem sectari.

¶ Quo ad tertium obiicitur contra dicta, ex cõparatione istorum modorum intelligendi, quo ad nobilitatem sic: Intelligere p conuersionem ad superiora est nobilius, quam per conuersionem ad phantasmata. & uterque modus conuenit animae per praedicta ergo ille magis affirmandus est naturalis animae, quam iste, & tenet sequela, quia unumquodque semper naturaliter ordinatur ad melius de possibilibus, tunc ultra: ille modus est naturalis aiae ergo anima non eget unione ad corpus, propter consequendum suum naturalem modum intelligendi.

¶ Quo ad quartum, soluit, distinguendo antecedens, & dicendo, quod intelligere per conuersionem ad superiora est nobilius, & melius simpliciter, sed non animę, & ideo, cum unaquęque res naturaliter ordinetur, non in melius simpliciter, sed in melius sibi, consequens est, quod anima non ordinatur naturaliter ad intelligendum per modum substantiae separatae, quod est melius simpliciter, sed ad intelligendum per conuersionem ad phantasmata, quod est melius sibi: & ideo naturaliter unitur corpori propter melius ipsius animae, ut prius dicebatur. Primam partem huius distinctionis, s. Intelligere per conuersionem ad superiora, est nobilius simpliciter, quam per conuersionem ad phãtasmata: litera relinquit ut per se notam. Secundam uero, s. quod non sit melius animae, probat. Modus cognoscendi quo cognitio confusa habetur ab aliquo, minus bonus est, modo quo habetur cognitio distincta ab eodem, sed ai illo modo confuse, isto distincte cognoscit. ergo iste sibi melior. Probatur minor, quia ille modus est improportionatus uirtuti intellectiuę animae per excessum. Probatur hoc sic, modus proprius substantiis superioribus est improportionatus inferioribus, iste est proprius substantiis superioribus, quae scilicet naturaliter sunt separatae. ergo est improportionatus animae. Probatur maior sic. Vis intellectualis quãto magis recedit a primo, tanto magis diuersificatur. ergo intellectus quanto superior, tanto magis per unum, aut pauciores uniuersaliores, & efficaciores species intelligit. ergo modus superioris est improportionatus inferiori, q a p plures minus uniuersales & minus efficaces debet intelligere, & propterea si secundũ species superioris intelligeret, non posset penetrare quod in eis est. Antecedens nunc assumptum declaratur exemplo linearum, egredientium a centro, consequentia uero non probatione, sed manifestatione eget, & dupliciter declaratur. Primo, quia inde prouenit, quod Deus per unum quod est ipse oia intelligit, utpote habens uim intellectualem maxime unitam, & successiue superiores praestant inferioribus in paucitate & uniuersalitate specierum propter efficaciam intellectualis luminis. Intellectiua enim uis quanto maior est, tanto minus partitur in intelligibilia, & consequenter paucioribus speciebus eget. Secundo declaratur in hominibus, experimur enim in nobisipsis, quod praestanti ingenio fulti, paucissimis perceptis, multa sciunt, & econuerso, rudiorem animam sortiti, multis adhibitis, & syllogismis, & exemplis, & de articulationibus rerum usque ad minima, uix illa tantum comprehendunt, nec in illis alia nosse possunt, quo fit ut nullum ex se iudicium habeant de rebus. Minor autem, s. quod iste modus sit naturalis substantiis superioribus quae naturaliter sunt separatae, probatur ex eo, quod animae humanae sunt ultimae inter substantias intellectuales ex hoc enim sequitur. ergo, ultimus modus intelligendi est ei connaturalis, & non penultimus, sed infra istum datur inferior, s. per conuersionem ad phantasmata: ergo ille nõ aiae sed superiori est connaturalis, animae uero ultimus, ut sic uniuersi

perfectio

perfectio omnes gradus essendi habeat &cæt. Reliqua sunt per se nota.

¶ Circa hanc quartam partem dubitatur. Cum enim dicitur quod modus intelligendi per conuersionem ad superiora est nobilior, aut intelligitur positiue, aut permissiue. Si permissiue, non oportet esse uerum nisi particulariter, & nihilominus uana est tanta solicitudo literæ, ex nobilitate illius modi exorta. Si positiue, ergo uniuersaliter uerum est, & tunc sequitur implicatio in litera dum dicitur quod ille est uniuersaliter nobilior, & subditur quod ille in anima nostra est imperfectior, si enim in anima nostra est imperfectior, ergo non uniuersaliter ille modus est perfectior, & si uniuersaliter, ergo & in anima.

¶ Ad hoc breuiter dicitur, quod positiue est perfectior. Et cũ dicitur, ergo uniuersaliter, concedatur. Et cum dicitur, ergo in anima negetur argumentum, quia est sophisma figuræ dictionis, dum ab intellectione per conuersionem ad intelligibilia, descenditur ad intellectionem per conuersionem ad intelligibilia improportionata huic intellectui. Et ideo nulla est in litera contradictio, quoniam prius dixit quod est simpliciter, idest sine additione aliqua nobilior, & hoc est uerum uniuersaliter, deinde subditur, ꝙ ille modus, ut est possibilis animæ nostrę, i. non simpliciter, sed qualificatus ordine ad intellectum ita debilem, est imperfectior. Et propterea glossando literam diximus, quod ille modus est nobilior in se & absolute, non tamen animæ, non quod ille modus in anima retineat nobilitatem in se, sed quia in anima non ponitur ille modus absolute, sed conditionatus conditione diminuente, s. in proportione & in commensuratione specierum ad intellectum. Quod autem ille modus absolute sit nobilior, ex eo patet, quod purior est: lumen enim non admistum tenebris nobilius est tenebroso seu umbroso, sed ille modus est in puro lumine, quia in solis intelligibilibus in actu puris consistit, iste uero est in lumine obũbrato, quia consistit in respectu ad intelligibilia obumbrata phãtasmatum, ergo ille nobilior. Et ex hoc patet defectus Scoti in 4. dist. 45. q. 2. ad secundum, ubi negat intellectionem sine phantasmate esse perfectiorem positiue, & adducit rationem satis leuẽ: quia agens quod potest cum instrumento & sine agere, non propterea perfectius positiue agit, quia sine instrumento agit. Hæc enim ratio nihil pro se facit, quoniam constat, quod cæteris paribus, modus agendi sine instruto, est nobilior modo agendi cum eodem. Vnde laudamus artifices qui paucioribus instrumentis rem perficiunt, & multo magis si cum uno, & si cum nullo.

¶ Præt. Operatio ex genere suo incorporea, quamuis permittatur admisceri quoquomodo corpori, quanto elongatur a corporeo instrumento, tanto perfectior positiue, quia magis accedit ad sui generis perfectionem, sed intelligere secundum omnes est huiusmodi. ergo &c. Deceptus autem uidetur Scotus quia non uidit sophisma prædictum latere, cum dicitur, quodlibet intelligere per conuersionem ad intelligibilia simpliciter, est nobilius. ergo tale conueniens animæ est nobilius.

¶ In responsione ad tertium aduerte, quod ibi sumitur naturale, ut distinguitur contra miraculosum, sic enim influxus ille est naturalis, quamuis non sit naturalis secundum propriam naturam ipsius animæ, ut in corpore articuli dictum est.

¶ Nec putes influxum istum dici diuinum, quia sit a Deo immediate, quoniam fit mediantibus angelis, ut patet in quæstione, de Anima, quæstione 20. sed quia sunt resultationes quædam specierum diuinarum, quæ sunt factrices rerum secundum omnia, quæ in eis sunt, tam formalia, quam materialia.

Cap. 4. d. 50. q. 1. tom. 5.

ARTICVLVS II.

Vtrum anima separata, intelligat substantias separatas.

AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur, quod anima separata non intelligat substantias separatas. Perfectior enim est anima corpori coniuncta, quam a corpore separata, cum anima sit naturaliter pars humanæ naturæ, quælibet autem pars perfectior est in suo toto. Sed anima coniuncta corpori non intelligit substantias separatas, ut supra habitum est.* Ergo multo minus cum fuerit a corpore separata.

¶ 2 Præt. Omne quod cognoscitur, uel cognoscitur per sui præsentiam, uel per suam speciem. Sed substantiæ separatæ non possunt cognosci ab anima per suam præsentiam, quia nihil illabitur animæ nisi solus Deus. Neque etiam per aliquas species quas anima ab angelo abstrahere possit, quia angelus simplicior est quam anima. Ergo nullo modo anima separata potest cognoscere substantias separatas.

¶ 3 Præt. quidam Philosophi posuerunt in cognitione separatarum substantiarum consistere ultimam hominis fęlicitatem. Si ergo anima separata potest intelligere substantias separatas, ex sola separatione consequitur fęlicitatem, quod est inconueniens.

SED CONTRA est, ꝙ animæ separatæ cognoscunt alias animas separatas, sicut diues in inferno positus uidit Lazarum & Abraham, Luc. 16. Vident etiam & Dæmones & angelos animæ separatæ.

RESPON. Dicendum, quod sicut August. dicit in 9. de Trin.* Mens nostra cognitionem rerum incorporearum per seipsam accipit idest cognoscendo seipsam, sicut supra dictum est.† Per hoc ergo quod anima separata cognoscit seipsam, accipere possumus qualiter cognoscit alias res separatas. Dictum est autem,* quod quamdiu anima corpori est unita, intelligit conuertendo se ad phantasmata. Et ideo nec seipsam potest intelligere nisi inquantum fit actu intelligens per speciem a phantasmatibus abstractam, sic enim per actum suum intelligit seipsam, ut supra dictum est. Sed cum fuerit a corpore separata, intelliget non conuertendo se ad phantasmata, sed ad ea quæ sunt secundum se intelligibilia, unde seipsam per seipsam intelliget. Est autem commune omni substantiæ separata quod intelligat id quod est supra se, & id quod est infra se, per modum suæ substantiæ. Sic enim intelligitur aliquid secundum quod est in intelligente. Est autem aliquid in altero per modum eius in quo est. Modus autem substantiæ animę separatæ, est infra modum substantiæ angelicæ, sed est conformis modo aliarum animarum separatarum. Et ideo de aliis animabus separatis perfectam cognitionem habet, de angelis autem imperfectam & deficientem, loquendo de cognitione naturali animæ separatæ. De cognitione autem glorię est alia ratio.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod anima separata est quidem imperfectior, si consideretur natura corporis, sed tamen quodammodo est liberior ad intelligendum, inquantum per grauedinem & occupationem corporis a puritate intelligentiæ impeditur.

AD SECVNDVM dicendum, ꝙ anima separata intelligit angelos per similitudines diuinitus impressas, quæ tamen deficiunt a perfecta repræsentatione eorum, propter hoc, quod animæ natura est inferior quam angeli.

AD

SVP. Q. LXXXIX.

ART. II.

434

COncl. Anima separata de aliis animabus separatis perfectam cognitionem habet, de Angelis autem imperfectam, loquendo de eius cognitione naturali.

¶ Prob. Quia hoc commune est omni substantiæ separatæ, quod intelligat id, quod est supra se, atque id, quod æquale sibi, atque id, ꝙ est infra se, secundum modum suæmet substantiæ. Et modus substantiæ animæ separatæ est infra modum substantiæ Angelicæ, conformisque modo aliarum animarum separatarum.

1^m de maiori.

Perfectior. R. perfectione naturæ, non perfectione quadam i. libertate ad intelligendum. §. Tũc &c. Quod enim est perfectius. i. liberius ad intelligendum, superiora potest cognoscere quæ non potest, si est tantum perfectius secũdum naturam specificam.

2^m de maiori.

Speciem. R. abstractã a cognito, uel influxam a Deo: §. Tũc nihil &c. ut patet in litera. Pro literæ capitu scias, quod ideo anima, & consequẽter modus quicunque essendi animæ, est infra Angelum, eiusque modum, quoniam anima, etiam separata, naturaliter respicit suam materiam, cum tamen Angelus non, q. 50. ar. 2. & q. 51. ar. 1. Vniuersaliter enim uerum est, quod tanto magis, uel minus, est aliquid nobile, quanto magis, uel minus, elongatur a materia.

Tertium

---

3. q. 11. a. 1. ad 2. & de anima, art. 17. cor. fin. & ad decimum. & a. 18. ad 17.

*q. 88. a. 1.

Lib. 9. de Tri. c. 3. in fi. tom. 3.

q. 88. ar. 1.

Art. præc.

q. 78. ar. 1. & 3.

3^m de antecedente. Cognitione. s. perfecta, uel per gratiam, uel per naturam, non aliter §. Tunc &c. Non enim omnes animę, quæ separantur, habēt gratiam, nec aliqua earum naturali cognitione cognoscit Angelos perfecte. Et ideo non sequitur, quod animæ ex sola separatione acquirant fęlicitatē, tum quia non cognoscunt perfecte Angelos tum, quia etiam si perfecte illos cognoscerent, non essent ultimam fęlicitatem adeptæ. Nam in cognitione solum essentiæ Dei consistit beatitudo nostra. prima secundæ quæst tertia, articulo octauo.

D.274.

Ad tertium dicendum, quod in cognitione substantiarum separatarum quarumcunque, non cōsistit ultima hominis fœlicitas, sed solius Dei, qui non potest uideri nisi per gratiam. In cognitione uero aliarum substantiarum separatarū est magna fęlicitas, etsi non ultima si tamen perfecte intelligantur. Sed anima separata naturali cognitione non perfecte eas intelligit, ut dictum est. *

APPENDIX.

Ex articulo habes primo: quomodo per rationem ostendas, merito esse dictum Luc. 16. quod Diuitis anima uidebat animam Abrahæ, & Lazari. Item Matth. 25. quod ibunt damnati cum diabolo, eiusque Angelis in infernum, iusti autem in uitam æternam, proculdubio si non cum bonis Angelis. Vbi & reinuicem, & diabolos, & sanctos Angelos, animas separatas cognituras, insinuatur. Secūdo habes, quomodo per rationem scripturas has, quo ad cognitionem præmissam animarum separatarum, exponas, probes, tuearis. Tertio uides, quomodo ex his locis, atque similibus, uicissim Thomistica hæc doctrina firmetur.

2 3 In cor. art.

¶ Not. Præsenti articulo deseruit articulus in ordine 440. 443. 436. 438.

Comm. Cardinalis Caietani.

IN titulo intelligat quidditatiue de tali enim cognitione est dubium.

¶ In corpore unica est conclusio responsiua, habens duas partes. Anima separata habet de animabus perfectam cognitionem naturalem, de angelis uero imperfectam & deficientem. Probatur sic. Anima separata seipsam per seipsam cognoscit. ergo reliqua incorporea per modum, quo sunt in ipsa. ergo per modum ipsius animæ. ergo alias animas perfecte, angelos uero imperfecte. Antecedens probatur, quia non intelligit conuertendo se ad phantasmata. Prima uero consequentia probatur authoritate Aug. uolentis quod mens nostra rerum incorporearum notitiam per seipsam accipiat. Secunda uero consequentia probatur, quia unumquodque intelligibile est in intelligente, per modum ipsius intelligentis. & constat quod intelligitur per modum quo est in eo, & inde emanauit illa maxima, quod Commune est omni substantiæ separatæ intelligere tam superiora quam inferiora per modum substantiæ suæ. Tertia uero consequentia, quo ad utramque partem probatur, quia modus substantiæ animæ, est conformis modo aliarum animarum separatarum, & infra modum substantiæ angelicæ.

¶ Circa antecedens, dubium magnum occurrit, quoniam anima nostra est pura potentia in genere intelligibilium, ut Auer. & S. Thom. ex Arist. dixerunt, quomodo per seipsam intelligi potest. Intelligibili enim in potentia pura, repugnat per seipsum intelligi, quoniam conditio intelligibilis in actu, est esse perfectiuum per seipsum, idest, sine alio obiecto medio ipsius intellectus, ut de se patet. Et sic uidetur duplex peccatum, in hoc processu accidere. Primo, obliuionis doctrinæ datæ. Secundo fallaciæ secundum non causam ut causam, non enim causa quare anima nunc non nouit se, est conuersio ad phantasmata, sed intelligibilitas eius in potentia, cuius effectus est naturalis cōuersio ad phantasmata, ut ad proprium perfectiuum & actuatiuum, unde soluta conuersione ad phantasmata, si intellectus non est actuatus, remanet intelligibilis in potentia ut erat, & consequenter non per seipsum, sed per aliquem actum, puta a superioribus susceptum debet fieri & esse intelligibilis in actu. Et si ex sola separatione a corpore est intelligibilis in actu. ergo prius erat etiam intelligibilis in actu, quantum est in se, quamuis nobis non esset intelligibilis nisi in potentia remota propter naturaliter habere prius ordinem ad phantasmata, sed hoc destruit doctrinam 3. de Anima Arist. dicentis, quod nullam habet naturam &c. & manifeste contradicit doctrinę supra datæ.

¶ Ad hoc est dicendum, quod anima nostra secundum propriā naturam est intelligibilis in pura potentia, & quod cū separatur, fit intelligibilis in actu absque aliquo extraneo influxu, & ideo merito tunc intelligitur per seipsam, & nunc non.

¶ Ad quorum euidentiam recolenda sunt prædicta, & applicāda ad propositum. Anima nostra, ut dictum fuit, habet in se propriam naturam ut sic, & habet participatiue aliquid de natura substantiarum immaterialium. Et ex propria quidem natura cū uendicet sibi unionem ad corpus, liquet, quod habet quod sit infima intellectualis substantia, non solum gradu, sed in modo essendi, utpote exigens modum essendi proprium formis materialib. s. esse in corpore per informationem. Et quia uniuscuiusque dispositio in entitate, est etiam quantum est in se, eius dispositio in intelligibilitate, oportet quod ex hac eadem radice proueniat, quod anima sit infima in modo intelligibilitatis, ac per hoc sit in telligibilis in pura potentia: Et quia talem modum essendi exigit propter bonum suum, ex eadem radice pullulat conuersio ad phātasmata tam secundum intellectum possibilem, quam agentem, & consequenter quod intellectus agens non sit actus ipsius intellectus possibilis, nisi mediantibus intelligibilibus sensibilium &c. & consequenter quod anima non cognoscat se, nisi per actum suum &c. Hæc enim omnia ex eadem radice oriuntur. s. ex propria natura animæ, ut sic. Et quia ad propriam naturam animæ spectat modus essendi in corpore, & intelligendi per phantasmata, ideo hęc in litera & alibi attribuuntur modo essendi uel intelligendi tanquam notioribus proprietatibus occultæ causæ. Ex eo uero, quod participatiue sapit de natura substantiarum separatarum, non habet infimum modum essendi, & consequenter nec intelligibilitatis, sed habet superiorem modum essendi, s. separatum a corpore, & consequenter superiorem modum intelligendi tam actiue, quam passiue, ita tamen, ut sicut modum essendi similem superioribus non ab initio sibi uendicat actu, sed potestate tantū, ita & modum intelligibilitatis similem superioribus non statim, sed ordinate post modum essendi ordine naturæ sortiatur. Et idō notanter dixi, quod ipsa est intelligibilis in pura potentia ex propria natura, & quod sit in separatione intelligibilis in actu: Quomodo autem hoc fiat, non uidetur difficile, si aduertimus quod quemadmodum ex natura propria animæ fluit simpliciter conuersio ad corpus & phantasmata secundum omnes uires suas, ita ex participatione superiorum, cum incipit actu sortiri modum essendi separatum, ex consequenti ex eadem radice sortitur conuersionem omnium uirium suarum ad seipsam, principium enim aspectus omnium substantiarum separatarum, est primo respectu suimet: Et propterea ipsa inquantum sapit naturam earum, hanc conformitatem sortitur, ut primo conuertatur in seipsam, ac per hoc intellectus agens ex eadem radice conuertitur ad illustrandū primo substantiam animæ, & sit actus illius ut obiecti, & intellectus possibilis ut potentiæ, & sic substantia animę de se intelligibilis in pura potentia, fit intelligibilis in actu per seipsam sine alio obiecto, aut specie per conuersionem luminis intellectus agentis super ipsam, quæ conuersio consequitur separationem, quę cōsequitur non naturam animæ propriam, sed superiorum participatam in anima. Et sic patet, quod nec obliuionem passus est D. Thomas, nec fefellit eum sophisma, quoniam naturalis conuersio ad phantasmata causa uere est, quare non intelligimus animam per seipsam, sed per actum suum, quamuis talis conuersio non sit causa primaria, sed secundaria, ut patet ex dictis. Et quia hoc iam dixerat superius in loco proprio, non oportebat sic explicare, quoniam consequentia intelligenda sunt prout discussa sunt in antecedentib. in locis propriis.

¶ Circa primam consequentiam aduerte, quod quamuis authoritas Aug. loquatur de anima nostra in statu isto, subtilissime tamen ad propositum applicata est.

¶ Cum enim aliqua ordinarie se consequuntur, sic semper posterius commensuratur priori, ut ultimum commensuretur primo. Vnde, quia in præsenti statu cognoscimus animam, per actū & obiecta, & deinde incorporea cognoscimus per animam, oportet, ut cognitio rerum superiorum tanta sit, quanta potest oriri ex prima cognitione, quam. s. ex sensibilibus habemus. Sed si prima cognitio esset cognitio animæ, cognitio superiorum non commensuraretur nisi ipsi animæ, & idcirco ex hoc qd' anima per se ipsam nouit seipsam, coassumpta illa propositione Aug. quod per seipsam nouit incorporea, optime infertur in litera, quod nouit incorporea omnia secundum quod sunt in ea. Ex eo enim quod per seipsam nouit, constat quod perfecte comprehendit se, ex eo uero quod ex seipsa alia nouit, sequitur quod cognitio aliorum non arctatur nisi ad modum quo in ipsa sunt, & non ad aliquam aliam priorem cognitionem, & sic excluditur duplex arctatio, quā nunc patimur, s. ad imperfectam cognitionem animæ de seipsa, & ad priorem cognitionem sensibilium.

¶ Circa secundam consequentiam duo occurrūt. Quia aut intendit

tendit quod anima cognoscit incorporea per propriam substantiam tanquam per rationem cognoscendi, aut tanquam per obiectum præcognitum, aut tanquam per uirtutem cognoscitiuam. Si primo modo, optime procedit consequentia, sed expresse contradicit responsioni ad secundum in litera, ubi dicitur, quod anima separata cognoscit angelos per species influxas, non ergo propria substantia est ei ratio cognoscendi eos. Nec oportet species im perfecte repræsentare, sicut substantia animæ repræsentat eos, ut patet in ipsis angelis, in quibus ideo superadditur species etiam respectu inferiorum, ut suppleatur quod deest substantiæ. Si secũdo modo, aut ista erit cognitio discursiua, sicut per medium cognitum nouimus conclusionem, aut redibit primum membrum, q; substantia sit etiam ratio intelligendi, ut diximus de substantia angeli, quando intelligunt naturaliter Deum per suas substantias absque discursu, intuendo Deum in se, ut in speculo, utrumque horum non consonat, hoc enim nunc reprobatũ est: discursus autẽ non habet locum in proposito apud S. Tho. Si autem tertio modo, uanus est totus conatus corporis articuli. Iam enim liquidũ erat hoc, quod anima quicquid cognoscit per propriam substantiam, nouit ut per primum operandi principium intrinsecum, sed quod ex hoc resoltet imperfectio cognitionis, non probatur, nec authoritas Aug. esset ad propositum, quæ de anima ut cognita, loquitur.

¶ Ad hoc est dicendũ, q; omnib. illis modis uerificatur aliam p modũ suę substãtiæ intelligere, & inferiora & æqualia, & superiora directe, nihilominus proposito primus & secundus deseruiunt, ita quod substantia animæ concurrit, ut obiectum & species sm se incompleta, per superadditam autem speciem completa, complemento apto nato inueniri in ea.

¶ Vbi aduerte, quod dupliciter contingit intellectum aliquem per speciem intelligere. Vno modo, immediate aspiciendo repræsentatum per illam speciem, sicut cum per speciem in oculo immediate respicimus coloratũ. Alio modo, immediate aspiciendo ipsam speciem, & mediante ipsa, repræsentatum per illam, ut patet, cum Deus intelligit alia a se intuendo essentiam suam, quæ est species omnium. In primo modo, species habet rationem speciei tantum. In secũdo uero, tenet locum speciei & obiecti, prius natura, non tempore noti, in quo aliud relucet obiectum. Vtroq; autem modo cognoscendo, cognitio commensuratur modo substantiæ cognoscentis. Quod sic patet. Cognoscens habere speciẽ cogniti nihil aliud est, quam esse ipsum cognitum in esse intentionali, cum multis autem modis contingat, cognoscentem esse unũ atque idem cognitum, (quoniam multam habet latitudinem modus essendi, quo cognoscens est cognitum, alio namque modo, angelus est lapis, & alio modo, Deus est lapis, & alio modo, anima est lapis,) & diuersitas illa non est ex parte rei cognitæ, qa una & eadem est, ex parte ergo cognoscentis est naturæ, quę diuersitatem tantam habet, ita quod modus quo cognoscens est cognitum, commensuratur cognoscentis substantiæ. Et sic si substantia cognoscens est altioris ordinis, quam cognitum, consequens est, ut sit illud altiori modo quam sit in seipso, & quia esse altius & superioris ordinis præhabet unitius, quicquid habent inferiora dispersa, efficacius est illud esse, ad cognoscendum inferius obiectum, quam si æquale sibi esset. Si uero substantia cognoscens sit inferioris ordinis, quam obiectum, tunc est illud imperfectiori modo, quam sit ipsum in se, ac per hoc esse non poterit comprehendere illud, quamuis magis uel minus perfecte poterit ipsum nosse iuxta proportionem defectus sui ab illo. Iuxta modum ergo gradus, & perfectionis substantiæ cognoscentis, est modus essendi cognitorum in illa, iuxta modum autem essendi illorum in ea est cognitio. igitur de primo ad ultimum, cognitio commensuratur substantiæ cognoscentis. Quod ut clarius percipiatur, exemplariter declaretur, cum anima separata comprehendit seipsam, cum inter perfectiones suas sit non solum quod ipsa est sic imitans substantias immateriales in natura, & modo essendi, sed etiam quod ipsa est intentionaliter Gabriel, Raphael, Michael &c. comprehendendo suam perfectionem, uidet se & ut ipsa est, & ut alia est, & sic uidet per seipsam & speciem superadditam in ratione obiecti & speciei simul. Manifestum est autem, quod impossibile est hoc modo plus nosse de aliis, quam habeat ex modo quo ipsa anima est alia, non enim nouit alia hoc modo nisi quia seipsam nouit sic esse illa, & sic par est iudicium quo ad hoc, si per solam substantiam, & speciem superadditam, cognitio fiat. Cum uero anima per speciem additam immediate tendit in Gabrielem, species in illa non est efficacior quam in prima cognitione fuerat, cum speciei tantum locum teneat, prius autem speciei & obiecti simul, nec alia ratione Gabrielem cognoscere facit, nisi quia est id quo cognoscens est ipse Gabriel. Tantum autem facit formaliter cognoscentem esse Gabrielem, quantum cognoscens capax est. Capacitas autem illius est sm modum substantiæ suæ, cognitio igitur & ista substantiæ cognoscentis commensuratur.

¶ Et sic patet responsio ad quæsita & obiecta, quia nulla est cõtradictio in litera, dum substantia animæ species & obiectum, & species superaddita ponitur quandoque ut ratio cognoscendi tantum, quandoque etiam ut obiectum, ut dictum est & cætera. Et iuxta hunc modum, potest anima separata omnia, quæ nouit simul intelligere, secundum quod superius de angelis dictũ est.

¶ Circa hanc quoque partem aduerte, quod licet ad cognoscendum quidditatiue alias animas separatas, anima non egeat specie superaddita, quia sua substantia ad hoc sufficit, ad cognitionem tamen aut est, & ad cognitionem pertinentem ad locutionem & auditionem exigitur species superaddita, quoniam hęc non repræsentantur per substantiam intelligentis animæ.

¶ Et ideo simpliciter concedendum est, quod una anima intelligit aliam per speciem. Vnde Sanct. Thom. indistincte hic hic de eis loquitur, & in quæstione, de Anima, q. 20. dicit, quod anima Lazari nosse potuit animam Abrahæ, sicut alias substantias separatas.

Cap. 4. d. 50. q. 1. concl. 3.

SVP. Q. LXXXIX.

ART. III.

CONCL. Animæ separatæ de omnibus naturalibus cognitionem habent, non certam, & propriam, sed communem, & confusam.

¶ PROB. Quia animæ separatę cognoscũt per species influxas, sicut Angeli, & Angeli cognoscunt omnia naturalia (ex Augustino.) Secunda autem pars s. non certam &c. probatur, Quia modus iste per species cognoscendi non est totaliter proportionatus animæ (cũ natura animæ sit infra Angelum, cui modus iste est naturalis, & cognoscere per modum non totaliter cognoscẽti proportionatum est cognoscere in communi, atque confuse.

¶ NOT. Supra art. 1. dictum pro faciliori captu est hic applicandum, quod animæ naturale est uniri corpori, & consequẽter quod modus cognoscendi per conuersionem ad phantasmata est modus animę naturalis, item qđ esse separatum a corpore est præter rationem suæ naturæ, & consequenter quod modus intelligendi sine phantasmate est præter naturam animæ. Non ergo ille modus animę separatæ est totaliter secundum naturam, sed nec contra naturam, licet præter.

Primum

ARTICVLVS III.

Vtrum anima separata omnia naturalia cognoscat.

445 De anima, art. 15. cor. fi. & ad 19. & art. 18. & a. 20. co. fi.

AD TERTIVM sic proceditur. Videtur, quod anima separata omnia naturalia cognoscat. In substantiis enim separatis sunt rationes omnium rerum naturaliũ. Sed animæ separatæ cognoscũt substantias separatas. Ergo cognoscũt omnia naturalia.

¶ 2 Præt. Qui intelligit magis intelligibile, multo magis potest intelligere minus intelligibile. Sed anima separata intelligit substantias separatas, quæ sunt maxima intelligibilium. Ergo multo magis potest intelligere omnia naturalia, quę sunt intelligibilia minus.

SED CONTRA, In Dæmonib. magis uiget naturalis cognitio quã in anima separata, Sed Dæmones non omnia naturalia cognoscunt, sed multa addiscunt per longi temporis experientiam, ut Isidorus dicit. * Ergo neque animæ separatæ omnia naturalia cognoscunt.

Lib. 1. de sum. bon. cap. 12. post med.

¶ 3 Præt. Si anima statim cum est separata, omnia naturalia cognosceret, frustra homines studerent ad rerum scientiam capescendam, hoc autem est inconueniens. Non ergo anima separata omnia naturalia cognoscit.

RESPON. Dicendum, quod sicut supra dictum est, * anima separata intelligit per species separatas, quas recipit ex influentia diuini luminis, sicut & angeli, sed tamen quia natura animæ est infra naturam angeli, cui iste modus cognoscendi est naturalis, anima separata per huiusmodi species non accipit perfectam rerum cognitionem, sed quasi in communi & confusam. Sicut igitur se habent angeli ad perfectam cognitionem rerum naturalium per huiusmodi species, ita animæ separatæ ad imperfectam & confusam. Angeli autem per huiusmodi species cognoscunt cognitione perfecta omnia naturalia, quia omnia, quæ

Ar. 1. huius quęst.

Deus

1^m^ illatio conclusionis. Ergo &c. R. Negatur illatio. §. Nam ad cognoscendum ea, quæ cognoscit Angelus per species, non sufficit cognoscere Angelum.

¶ Nota. Nec obstat si arguatur, quod illas species Angeli uidet anima uidendo Angelum. Nam ipsas uidet, ut quasdam res, nō tamen, quomodo eis utatur Angelus, & dato, quod sic uideret, ipsa nesciit illis speciebus uti per hoc, quod illas uidet. Simile argumentum cum solutione, ui de sup. q. 57. art. 4. ad 2.

Li. 2. c. 8. to. 3.

Deus fecit in propriis naturis, fecit in intelligentia angelica, ut dicit August. super Genes. ad lit. * Vnde & animæ separatæ de omnibus naturalibus cognitionem habent, non certam & propriam, sed communem & confusam.

Ad primum ergo dicendum, quod nec ipse angelus per suam substantiam cognoscit omnia naturalia, sed per species quasdam, ut supra dictum est. * Et ideo non propter hoc sequitur, quod anima cognoscat omnia naturalia, quia cognoscit substantiam separatam.

Ad secundum dicendum, quod sicut anima separata non

2^m^ de maiori. Multo magis. R. quantū ad cognitū nō tamen q̄tū ad modū cognoscendi. §. Tunc &c. modo imperfecto siquidē cognoscit, & Angelos, & omnia naturalia, anima separata. Vide literam, istiusque maxime fusiorem sensum supra quæstio. 88. articulo primo ad tertium. Quantum ad cognitum, dixi. Vt, si cognoscit magis intelligibile, ergo potest facilius cognoscere minus.

q. 88. ar. 1.

3^m^ de minori. Naturalia. R. quantum ad esse earū in causis suis, uel in reuelatione diuina, non, quantum ad esse earum in seipsis, & sine speciali reuelatione diuina cognoscibilia. §. Tunc &c. Nos enim tantum secundo modo loquimur. Ex eo autem quod ignorat de naturalibus, dæmon, quid ex causis illis contingenter accidet (supra quest. 57. art. 3.) aut quid Deus uelit de illis reuelare faciendum, uel aliquo modo disponēdum (supra q. 57. ar. 5.) non sequitur, quod ipse dæmon non cognoscat omnia naturalia secundum quod habent esse in seipsis. Recole similem argumento responsionem datam supra q. 56. art. 2. ad primum in calce, & inde melius intelliges hoc, uel hinc melius illud.

Quartum

4^m^ de maiori. Cognosceret. R. cognitione propria, nō aūt confusa. §. Tūc &c. ut patet in litera.

perfecte intelligit substantias separatas, ita nec omnia naturalia perfecte cognoscit, sed sub quadam confusione, ut dictum est. *

Ad tertium dicendum, quod Isido. loquitur de cognitione futurorum, qua nec angeli, nec dæmones, nec animæ separatæ cognoscūt nisi, uel in suis causis, uel per reuelationem diuinam. Nos autem loquimur de cognitione naturali.

Ad quartum dicendum, quod cognitio, quæ acquiritur hic per studium, est propria & perfecta, illa aūt est confusa. Vñ non sequit̄, q̄ studiū addiscēdi sit frustra.

APPENDIX.

Ex articulo habes primo: quomodo per rationem ostendas, merito de Abrahæ anima separata, & Israelis, seu Iacob, dictum Isa. 63. Abraham nesciuit nos, & Israel ignorauit nos. Cognitione uidelicet perfecta certa, distincta, & propria. Ecce sunt, qui loquuntur, de rebus naturalibus, & sic dicunt de animabus illis. Nec mihi dicas, q͠d alium sensum literalē potest habere, & per aliquos doctores habet, talis scripturę locus, quoniam hoc non infringit propositū. Scripturæ enim sacræ non tam pauper est sensus literalis, ut etiam unius & eiusdem passus, non possit esse multiplex literalis. Vide quæstione prima, articulo 10. Exemplum habes de hoc in Cathena aurea. D. Thomæ super Euangelistas, ubi passim eadem Euangelii sententia a Patribus Sanctis multiplici sensu non spirituali tantum, sed literali uestitur. Si ergo hic uel alibi sensum aliquem literalem dari scripturæ alicui, uidetis, qui non sit sensus literalis datus ab illo, uel ab illo, non ob hoc sensum ipsum (modo catholicus sit) falsum dicas, uel asperneris, ex eo, quod non est ille qui datus fuerat a b illo, uel ab illo expositore, sicut nec propter aliquem sensum tibi nouiter allatum debes istius, uel illius sensus iam datos (salua fide) asserere falsos, uel aspernari. Secundo habes, quomodo per rationem locum illum, inquantum animam separatam non omnia naturalia cognoscere, insinuat, & declares, & probes, & defendas. Tertio uides, quomodo ex hoc, similibusque locis, uicissim Angelica firmetur conclusio.

Vti. pro S. Eccl.

In cor. art.

Sensus literalis multiplex unius literæ.

2

3

Comm. Cardinalis Caietani.

Titulus. Naturalia, idest omnes quidditates rerum sensibilium.

¶ In corpore una conclusio responsiua quæsito, anima separata cognoscit omnia naturalia, in communi tamen & confuse. Probatur sic, Anima separata cognoscit per species diuinitus influxas, ut angeli, imperfecte tamen, & confuse, ergo proportionaliter se habet anima separata ad imperfectam rerum cognitionem, ut angelus ad perfectam ergo cognoscit omnia naturalia imperfecte & confuse. Antecedens supponitur quo ad primam partem ex primo art. secunda pars probatur ex medio ibidem tacto, quia modus cognoscendi proprius superiori naturæ, imperfecte conuenit inferiori, hic autem est proprius angelo, infra quem est anima. ergo, Prima consequentia est ex se euidens, quoniam cum anima & angelus conueniant in speciebus, & differant in efficacia & perspicacitate, proportionaliter se habebunt respectu repræsentatorum per illas species, sicut angeli ad efficacem, ita animæ ad effectiuam cognitionem. Secunda uero consequentia probatur ex eo quod influxę angelis species repræsentant eis omnia naturalia, & perfecte eorum in eis notitiam pariunt, ut patet per Aug. ex hoc enim optime infertur. ergo ad eadem se extendunt species influxæ animæ separatę, sed imperfecte & confuse, quod est intentum.

¶ Hic aduerte studiose, quanta solicitudine uacandum sit sciēdis rebus, quoniam anima nostra non nisi hic perficitur perfecte. Et ratio est, quia ipsa est infima inter intellectuales substantias, & exigit species dearticulatissimas, dearticulatissimæ autē sunt, quæ singulorum obiectorum sunt singulæ, obiecta autem in genere sensibilium cum sint quidditates, oportet animam habere singulas species iuxta numerum quidditatum, hoc autem ex phantasmatibus fit, non ex superiorum influxu, ubi omnia sunt unite & indistincte.

SVP. Q. LXXXIX. Art. IIII.

Concl. Animæ separatæ aliqua singularia cognoscunt, sed non omnia, etiam quæ sunt præsentia.

¶ Prob. Quia anima separata cognoscit hinc non per abstractionem, sed per species influxas, & huiusmodi species sunt quædam participatæ similitudines diuinæ essentiæ, qua Deus cognoscit et omnia singularia. Secū da autem pars. s. sed nō &c. probatur. Quia species illæ recipiuntur in anima, per modum animæ (cum omne recipiatur in aliquo p̄ modum recipiētis,) & modus tunc animæ est imperfectus quodammodo, cum sit præter rationem naturæ animæ supra ar. 1.

¶ Corol. Per huiusmodi

446 4. d. 50. q. 1. a. 3. & uer. q. 19. ar. 2. & de aia a. 15. et 20. q. 77. ar. 8. Species influxę quid sint.

q. 86. ar. 1.

ARTICVLVS IIII.

Vtrum anima separata cognoscat singularia.

Ad quartum sic proceditur. Videtur, quod anima separata, non cognoscat singularia. Nulla enim potentia cognoscitiua remanet in anima separata, nisi intellectus, ut ex supradictis patet. * Sed intellectus, non est cognoscitiuus singularium, ut supra habitū est. † Ergo anima separata singularia non cognoscit.

¶ 2 Præt. Magis est determinata cognitio qua cognoscitur aliquid in singulari, quam illa, qua cognoscitur aliquid in uniuersali. Sed anima separata non habet aliquam determinatam cognitionem de speciebus rerum naturalium. Multo igitur minus cognoscit singularia.

¶ 3 Præt. Si cognoscit singularia, & non per sensū, pari ratione om-

iusmodi. ergo species illa tantum singularia norunt animæ: ad quæ quodammodo determinantur uno quatuor modorum circa finem corporis dictorum. Vide tu.

1^m de minori. Non est cognoscitiuus singularium. ℞. Directe per uiam abstractionis. §. Supra q. 86. ar. 1. Tūc nihil &c. Nam intellectus separatæ animæ cognoscet aliter. i. per species influxas, & ideo quoniam species tales repræsentabunt et directe singularia, ut ex textu corp. colligitur) intellectus ipse cognoscere poterit directe singularia.

q. 86. ar. 1.

2^m de minori. Non habet aliquam cognitionem determinatam. ℞. Nisi uestitam determinata habitudine. §. Scilicet quadruplici dicta. Tunc nihil &c. Nam (ut patet in corpore) hoc modo habet determinatam cognitionē de singularib.

D. 472. q. 14. a. 11.

3^m maior. Si cognoscit &c. omnia singularia cognoscit. ℞. si æqualem habitudinem haberet ad

nia singularia cognoscit. Sed non cognoscit omnia singularia. Ergo nulla cognoscit.

SED CONTRA est, quod diues in inferno positus dixit, Habeo quinque fratres. ut habetur Lu. 16.

RESPON. Dicendum, quod animæ separatæ aliqua singularia cognoscunt, sed non omnia etiam quæ sunt præsentia.

Ad cuius euidentiam considerādum est, quod duplex est modus intelligendi. Vnus per abstractionē a phantasmatibus, & secundum istum modum singularia per intellectum cognosci non possunt directe, sed indirecte, sicut supra dictū est. * Alius modus intelligendi est per influentiam specierum a Deo. Et per istum modum intellectus potest singularia cognoscere. Sicut enim ipse Deus per suam essentiam, inquantum est causa vniuersalium & indiuidualium principiorum, cognoscit omnia & uniuersalia d & singularia, vt supra dictum est, † ita substantiæ separatæ per species, quę sunt quædam participatæ similitudines illius diuinæ essentiæ, possunt singularia cognoscere. In hoc tamen est differentia inter angelos & animas separatas, quia angeli per huiusmodi species habent perfectam & propriam cognitionem de rebus, animæ uero separatæ, confusam. Vnde angeli propter efficaciam sui intellectus per huiusmodi species non solum naturas rerum in speciali cognoscere possunt, sed etiam singularia sub speciebus contenta. Animæ uero separatæ, non possunt cognoscere per huiusmodi species nisi solum singularia illa, ad quæ quodammodo determinantur, vel per præcedentem cognitionem, vel per aliquam affectionem, vel per naturalem habitudinem, vel per diuinam ordinationem, quia omne quod recipitur in aliquo, recipitur in eo per modum recipientis.

AD PRIMVM ergo dicendum, ꝙ intellectus per viam abstractionis non est cognoscitiuus singularium. Sic autem anima separata nō intelligit, sed sicut dictum est. †

AD SECVNDVM dicendum, quod ad illarum rerum species, vel indiuidua cognitio animæ separatæ determinatur, ad quæ anima separata habet aliquam determinatam habitudinem, sicut dictum est. *

AD TERTIVM dicendum, ꝙ anima separata non se habet æqualiter ad omnia singularia, sed ad q̄dam habet aliquam habitudinem, quam nōn habet ad alia. Et ideo non est æqualis ratio, ut omnia singularia cognoscat.

ad omnia. §. Tunc &c. Nam anima separata non se habet &c. ut in text.

APPENDIX.

EX articulo, habes primo quomodo ꝑ rationem ostendas, merito Luc. 16. dici ab anima diuitis. Habeo quinque fratres. Item Isai. 63. Abraham nesciuit &c. ut supra in appendice art. 3. & nota, quod ibi, atque hic loquimur tantum de illarum animarum cognitione naturali, non gratuita, uel reuelata, uel gloriosa. Quasi ergo per hæc dicat Lucas & Isaias animam separata cognoscit singularia, sed non omnia. Secundo habes, quomodo per rationē scripturarum harū sensum uerum declares, probes, defendas. Tertio uides, quomodo ex his, similibusque locis, vicissim Angelica firmetur conclusio.

Vti. pro S. Eccl.

In cor. ar. 2

3

¶ NOT. Præsenti articulo utcunque seruit articulus in ordine 384. 432. 90. 450.

In cor. art. Pro studio var.

ARTI-

Comm. Cardinalis Caietani.

TItulus. Singularia seu sensibilia, de his enim est quęstio.

¶ In corpore tria. Primo proponit conclusionem responsiuam. Secundo distinguit. Tertio, declarat conclusionem propositam. In hoc tamen est differentia.

¶ Quo ad primum conclusio est. Anima separata cognoscit quędam singularia, sed nō omnia etiam præsentia, aduerte quod ultima particula posita est ad differentiam angelicæ cognitionis, dictum enim fuit superius, quod angeli naturaliter cognoscunt omnia singularia præsentia, non omnia simpliciter.

¶ Quo ad secundum, distinguitur modus intelligendi per abstractionem a phantasmate, & per influxum specierum a Deo. Inter quos ad propositum hæc differentia est, quod iuxta primum, impossibile est nosse singularia nisi indirecte, ut probatum est, iuxta secundum uero possunt cognosci, ut ostensum est de Deo & angelis. Et tangitur ratio, quia essentia diuina est præhabens in se principia indiuiduantia, & consequenter species exemplatæ ab illa repræsentare possunt eadem &c. hæc sunt superius discussa in locis suis.

¶ Quo ad tertium, declaratur conclusio & quo ad partem affirmatiuam, & negatiuam, & limitatiuam, ostendendo differentiam inter angelos, & animam in cognoscendo per huiusmodi species angeli, quia per huiusmodi species perfecte cognoscunt, quia iste modus est eis naturalis, consequens est quod per eas non solum specierum, sed indiuiduorum participantium ipsas notitiam habent, animæ uero quia per eas imperfecte cognoscunt, nec species nec indiuidua distincte norunt, nisi aliunde determinentur, quia omne quod recipitur in aliquo, recipitur per modum recipientis & sic cognoscunt aliqua & non omnia, sed ea ad quæ determinantur aliunde. Subdit quatuor modos, quibus fit ista determinatio, s. uel pręuiam cognitionem, uel affectionem, uel naturalē ordinationem, uel Dei ordinem.

¶ Circa hanc partem dubium est, unde & quomodo affectio, cognitio, & ordo, determinet ad cognitionem singularium. Aut enim species illæ repręsentant ipsi animæ singulare, aut non, si non, nihil horum largietur eis uim repræsentatiuam, ut patet. Si sic, sed non percipitur ab anima. ergo ista dant animæ uim perceptiuam, sed hoc est manifeste falsum, inest enim illa a natura. ergo & cætera.

¶ Ad hoc dicitur, quod quia, ut sępe dictum est, cognitio fit per hoc quod cognoscens est cognitum, & anima nostra secundū se non est actu, sed potentia ipsa cognoscibilis, potentia autem habet rationem determinabilis, secundum quod anima magis determinatur ad unum, quam ad aliud, consequens est, quod secundū hoc magis accedit ad esse actu unum, quam aliud. Determinatur autem anima ad aliquid unum, uel per naturæ, aut Dei ordinem in ratione actiui uel passiui &c. uel per uestigium aliquod illius in parte perceptiua, uel per affectionem in parte appetitiua, & sic determinatio huiusmodi appropriat animam ad illud, non ita quod faciat illam esse illud, sed ita quod propinquam reddat illā ad esse illud.

¶ Ex hac autem propinquitate fit ut species influxæ, quæ ideo improportionatæ dicuntur animæ, quia plures in se continent quam anima possit per eas intelligere, cum recipiuntur in anima, sic propinqua determinentur ad efficaciter actuandum ipsam animam secundum illa obiecta distincte remanente secundum alia repræsentata, confusa actuatione.

¶ Et merito: quia anima est disposita & magis determinabilis per species quo ad hæc, quam quo ad alia. Et hæc est ratio, quæ redditur in litera, dum dicitur, quia unumquodque recipitur in alio per modum recipientis, secundum modum quo dispositum est recipiens.

¶ Ad quæsitum ergo dicitur, quod species repræsentant singulare, sed non distincte huic animæ, & cum dicitur. ergo ordo iste largitur uim perceptiuam, dicitur, quod non dat uim perceptiuā, sed reddit ipsam habilem & proportionatam speciei inquantum repræsentat tale singulare, & sic facit dispositiue ipsam illud percipere.

¶ In responsione ad primum occurrit dub. superius in q. 79. a. 6. tactum, & est tale. Anima separata recordatur criminum commissorum, ergo cognoscit singularia, & singularia sunt sensibilia, & cum constet quod nouit ea per species quas secum detulit. ergo male hic dicitur, quod per species abstractas non nouit singularia.

¶ Ad

¶ Ad hoc posset breuiter dici, glossando hanc authoritatem, & cæteras similes, quod loquuntur de cognitione noua, & non recordatione, & secundum hanc uiam responsum fuit superius in quæstione prædicta. Sed quoniam hęc uia non est consona S. Thom. Tum quia hæc cognitio non posset esse nisi reflexa & in alio, ut patet in his quæ de cognitione singularium sunt dicta, reflexa autem cognitio sine singulari ad quod fit reflexio intelligi nequit, singulare autem per sensus offertur. Et ideo in quæstionibus de Anima, q. 20. in rñsione ad primũ in oppositũ dicit S. T. quod quia præfata reflexio non completur sine sensu, anima separata non cognoscit singularia ut cognoscebat coniuncta. Tum, quia unum de determinantibus species influxas ad cognitionem singularium in anima separata, est præcedens cognitio, ut quia ipsa præcedens cognitio non sufficit propter uariatum modum essendi ipsarum specierum abstractarum saltem fit præparatio & dispositio sufficiens ad hoc, quod anima per speciem influxam cognoscat quæ nouerat singularia alio modo.

¶ Et sic cum anima separata cognoscit quæ commisit, illa cognitio, est noua cognitio quo ad modum cognoscendi & species cognitorum, & recordatio ratione præcedentis, quę remansit in suo effectu, ut dispositio & præparatio ad cognoscendum illa. Et hoc modo patet, quid dicendum est ad dubium in quęstione 79. motum: quia, scilicet negandum est quod supponit, scilicet quod anima separata recordetur commissiorum sufficienter per species hinc delatas.

¶ Quod cognoscat ergo & recordetur est certum, sed de modo ambiguitas est, quæ iudicio meo, secundum S. Thom. doctrinam, sic soluenda est.

Ferr. 2. cont. c. 79.

SVP. Q. LXXXIX.

ART. V.

447 — 12. q. 67. a. 2. & 3. d. 13. q. 2. ar. 4. & 4. d. 50. q. 1. art. 2. & 2. cont. c. 79. fi. & quo. 1. q. 6, ar. 1. & quol. 12. a. 3. & 13.

CONCL. Quantũ ad id, quod aliquis præsentis scientiæ habet in inferioribus uiribus, non remanebit in anima separata habitus scientiæ hic acquisitus, sed quantum ad id, q̃ habet in ipso intellectu, necesse est, ut remaneat.

¶PROB. Quia habitus scientię, quantum ad esse suum in uiribus sensitiuis dependet quodãmodo ab eis, & illæ destructo corpore, destruentur. Secunda autem pars. s. sed quantũ &c. probatur. Quia subiectum habitus sciẽtiæ, est incorruptibile s. intellectus, ipseque habitus non habet contrarium (cum intentioni intelligibili nihil sit cõtrarium, maxime in anima separata,) & nulla forma corrumpitur, nisi per se. i. a suo contrario, uel per accidens idest per corruptionem sui subiecti (ex philosopho de longitudine uitæ.)

In prædicamento qualitatis, to. 1.

1^m ex Aposto.

Scientia. R. quantum ad actum cognitionis, quem habet per cõuersionem ad phantasmata non, quantum ad habitũ scientiæ, q formaliter est in intellectu, §. Tunc nihil &c. ut p cõclusionem patet. Sicut litera de cognitionis actu dicit comparato ad phantasmata, ita parĩ rõne intelligas & dicere noluisse de scientiæ habitu quatenus aliquo modo est in uiribus sensitiuis Vide in corp.

Circa finẽ epis. & habetur to. 3. in prin.

2^m de postcõclusionem. Videtur inconueniens. R. nisi in comparatione ad alias

ARTICVLVS V.

Vtrum habitus scientiæ hic acquisitæ, remaneat in anima separata.

AD QVINTVM sic proceditur. Videtur, quod habitus scientiæ hic acquisitæ, non remaneat in anima separata. Dicit enim Apost. 1. ad Cor. 13. Scientia destruetur.

¶ 2 Præt. Quidam minus boni in hoc mundo, scientia pollent, aliis magis bonis carentibus scientia. Si ergo habitus scientiæ permaneret etiam post mortem in anima, sequeretur, quod aliqui minus boni etiam in futuro statu, essent potiores aliquibus magis bonis, quod uidetur inconueniens.

¶ 3 Præt. Animæ separatæ habebunt scientiam per influentiam diuini luminis. Si igitur scientia hic acquisita in anima separata remaneat, sequetur quod duæ erunt formæ unius speciei in eodem subiecto, quod est impossibile.

¶ 4 Præt. Philosophus dicit in li. prædicam.* quod habitus est qualitas difficile mobilis. Sed ab ægritudine uel ab aliquo huiusmodi quandoque corrumpitur sciẽtia. Sed nulla est ita fortis immutatio in hac uita, sicut immutatio quæ est per mortem. Ergo uidetur quod habitus scientiæ per mortem corrumpatur.

SED CONTRA est quod Hieron.* dicit in epist. ad Paul. Discamus in terris, quorum scientia nobis perseueret in cœlo.

RESPON. Dicendum, quod quidam posuerunt habitum scientiæ non esse in ipso intellectu, sed in uiribus sensitiuis, scilicet imaginatiua, cogitatiua, & memoratiua, & quod species intelligibiles non conseruantur in intellectu possibili. Et si hæc opinio uera esset, sequeretur quod destructo corpore, totaliter habitus scientiæ hic acquisitæ destrueretur. Sed quia scientia est in intellectu, qui est locus specierum (ut dicitur in 3. de Anima*) oportet quod habitus scientiæ hic acquisitæ partim sit in prædictis uiribus sensitiuis, & partim in ipso intellectu. Et hoc potest considerari ex ipsis actibus, ex quibus habitus scientiæ acquiritur. Nam habitus sunt similes actibus ex quibus acquiruntur, ut dicitur in 2. Ethicor.* Actus autem intellectus ex quibus in præsenti uita scientia acquiritur, sunt per conuersionem intellectus ad phantasmata, quæ sunt in prædictis uiribus sensitiuis. Vnde per tales actus & ipsi intellectui possibili acquiritur facultas quędam, ad considerandum per species susceptas & in prædictis inferioribus uiribus acquiritur quædam habilitas, ut facilius per conuersionem ad ipsas intellectus possit intelligibilia speculari. Sed sicut actus intellectus principaliter quidem & formaliter est in ipso intellectu, materialiter autem & dispositiue in inferioribus uiribus, idem etiam dicendum est de habitu. Quantum ergo ad id, quod aliquis præsentis scientiæ habet in inferioribus uiribus, non remanebit in anima separata, sed quantum ad id quod habet in ipso intellectu, necesse est ut remaneat, quia ut dicitur in libr. de longitudine* & breuitate uitæ, dupliciter corrumpitur aliqua forma. Vno modo per se quando corrumpitur a suo contrario, ut calidum a frigido. Alio modo per accidens, scilicet per corruptionem subiecti. Manifestum est autem quod per corruptionem subiecti, scientia, quæ est in intellectu humano, corrumpi non potest, cum intellectus sit incorruptibilis, ut supra ostensum est.* Similiter etiam nec per contrarium corrumpi possunt species intelligibiles, quæ sunt in intellectu possibili, quia intentioni intelligibili nihil est contrarium, & præcipue quantum ad simplicem intelligentiam, qua intelligitur quod quid est. Sed quantum ad operationem, quia intellectus componit & diuidit, uel etiam ratiocinatur, sic inuenitur contrarietas in intellectu secundum quod falsum in propositione, uel in argumentatione est contrarium uero. Et hoc modo interdum scientia corrumpitur per contrarium, dum scilicet aliquis per falsam argumentationem abducitur a scientia ueritatis. Et ideo Philosophus in libro * prædicto ponit duos modos, quibus scientia per se corrumpitur, scilicet per obliuionem ex parte memoratiuæ & deceptionem ex parte argumentationis falsæ. Sed hoc non habet locum in anima separata. Vnde dicendum est, quod habitus scientiæ secundum quod est in intellectu manet in anima separata.

Li. 3. de aĩa te. 6. to. 2.

Li. 2. Eth. c. 1. & 2. to. 5.

c. 1. & 2. t. 5

2. q. 79. ar. 2. ad præcipue.

Li. de lõgi. & breui. uitæ, c. 2. non procul a prin. to. 2.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod Apostolus non loquitur ibi de scientia quantum ad habitum, sed quantum ad cognitionis actum, Vnde ad huius probationem inducit. Nunc cognosco ex parte.

AD SECVNDVM dicendum, quod sicut secundum staturam corporis, aliquis minus bonus, erit maior aliquo magis bono, ita nihil prohibet, aliquem minus bonum habere aliquem scientię habitum in futuro, quem non habet aliquis magis bonus sed tamen hoc quasi nullius momenti est, in comparatione ad alias prærogatiuas, quas meliores habebunt.

AD

mat prærogatiuas, quas magis boni habebunt, idest quasi nullius momenti. §. Tunc nihil &c. ut patet in litera. Ex qua elicias, ꝙ propter eandem rationem non sunt potiores nunc minus boni, quam magis boni, & multo magis non sunt potiores mali boni: etiam si docti, diuites, consolati, prosperosi, magis sint quã boni, uel magis boni. Hæc enim omnia nullius ferè momenti sunt in comparatione ad prærogatiuas etiam hic habitas a bonis, uel magis bonis, iuxta id, melius est modicum iusto, sup diuitias peccatorum multas. Psal. 36. & 83. Elegi abiectus esse in domo Dei mei magis, quàm habitare in tabernaculis peccatorum. Sic de minus bonis intelligas etiã tu dictum; per quandam tamen analogiam, respectu magis bonorum.

Iudicium Dei semp uerum hominũ aũt sæpe fallax.

AD TERTIVM dicẽdum, quòd utraque scientia non est unius rationis, Vnde nullum inconueniẽs sequitur.

3^m conclusione.

Sequeretur, quod duæ &c. Vnius speciei in eodem subiecto. ℞. Si & illa per species influxas existens, esset per conuersionẽ ad phantasmata. §. Tunc &. Sunt enim diuersæ speciei scientię illæ: quarum una est per species influxas, alia per conuersionem ad phantasmata.

4^m de Philosopho.

Corrumpitur scientia. ℞. quantum ad id, quod est sensitiuarũ uirium: non aliter. §. Tunc nihil &c. ut patet ex conclusione, sic intellige & illud 1. Corinth. 13. Scientia destrueretur.

AD QVARTVM dicendum, ꝙ ratio illa procedit de corruptione scientiæ quantum ad id, quod est ex parte sensitiuarum uirium.

APPENDIX.

Ex articulo habes primo: quõ per rationem ostendas, rectè dictũ sup. 6. clara est, quæ nunquã marcescit sapientia. Idem. enim iudiciũ est de acquisita sapientia & de sciẽtia quo ad hoc. i. quo ad remanere in aĩa separata. Secũdo habes: quõ per rõnẽ dictũ illud in uero isto sensu declares, pbes, defendas. Tertio uides: quõ ex hoc, similibusq; locis, uicissim Angelica firmeĩ cõcl.

Vtilitas Eccles. S. Dei. 1 2 3

Comm. Cardinalis Caietani.

Titulus clarus.

¶ In corpore duo. Primò, refert duas opiniones de subiecto habitus scientifici. Secundò, respondet quæsito una conclusione.

Quo ad primum de prima opinione refert tria: de secunda uerò duo. Primum ad primam opin. est ipsa positio, s. Scientia non est in intellectu, sed in uiribus sensitiuis. Secundum est ratio eius, quia species intelligibiles non conseruantur in intellectu. Tertium est. quid consequenter secundum hoc rñdendum esset quæsito, scilicet ꝙ scientia non remanet: probatur, quia destructo corpore, destrueretur. De secunda opi primum est positio, s. ꝙ scientia partim s. formaliter, est. n. in intellectu, & partim, scilicet materialiter & dispositiue, est in uiribus sensitiuis. Secundum est eius ratio, & quo ad primam partem probatur, primo, quia intellectus est locus specierũ, quo ad utramq; uero, quia habitus sunt similes actibus intellectus, ex quibus fiunt: sed illi sunt partim illic, partim hic in intellectu formaliter, & in illis dispositiue & materialiter. ergo.

¶ Quo ad secundum, conclusio responsiua est. Habitus scientiæ, secundum ꝙ est in intellectu, remanet in anima separata ꝓbatur, non corrumpitur per accidens nec per se: ergo remanet consequentia probatur authoritate Aristot. quia forma altero modo corrumpitur. Antecedens quo ad primam partem probatur, quia subiectum est incorruptibile: quo ad secundam uerò, quia eius scire caret contrario quod probatur, quia primę operationi intellectus nihil est contrarium. Et excluditur obiectio, qua posset dici, ꝙ scire. in secundo & tertio opere intellectus habet contrarium a quo per se corrumpitur, quod probatur rõne, quia uero contrariaĩ falsum; & authoritate Arist. ponentis duos modos corruptionis per se ipsius scientiæ. Hoc excludit dicens, hæc non habere locum in anima separata, ita ꝙ uis probationis consistit in carere contrario: quia primæ operationi nihil est cõtrarium. Secundo non habet ibi locum: anima. n. separata, intelligit per modum substantiarum immaterialium, non componendo aut discurrendo, sed induendo.

¶ Circa hanc partem aduerte, ꝙ nostra scientia dr per se corrumpi per deceptionem, quantum ad id, quod est in intellectu: & per obliuionem, secundum ꝙ est in partibus sensitiuis. Iam. n. dictũ est, quod est partim hic & partim ibi: ita ꝙ corruptio per obliuionem respicit per se scientiam, ut est in parte sensitiua, non ut in intellectu.

¶ In responsione ad tertium aduerte errorem Scoti, in 4. d. 45. q. 2. imponentis S. Tho. & ꝙ anima separata non intelligat per species conseruatas, quas hic accepit: sed per influxas tantum: & arguentis contra ipsum si conseruantur ex eo ꝙ duo accidentia eiusdem rationis non possunt esse in eodem, iam enim apertissime utrumque horum in hoc art. exclusit. Et cum dicit Scot. ꝙ non potest fingi differentia specifica inter speciem lapidis conseruatam hic, & influxam ibi: quia non differunt nisi in modo fiendi, sicut oculus a natura factus, & a Deo restitutus. Mirum est de ista quæstione: iam. n. millies dr in litera, ꝙ species influxę sunt uniuersaliores, quam acquisitæ hic & ppea manifestè distinguuntur specificè. Putat Scot. ꝙ quemadmodum species acquisita lapidis, habet pro obiecto adæquato lapidem, ita species influxa representans lapidem. Nos aũt dicimus ꝙ speciei influxæ obiectum adæquatum, est quid cõius, extendens se ad lapidem, & multa alia & ppea sunt diuersorum ordinum. Qualiter autẽ ex hmõi speciebus possit proportionatus eis intellectus singulorũ repræsentatorum propriam & perfectam cognitionem accipere, superius in tractatu de angelis, dictum fuit.

ARTICVLVS VI.

Vtrum actus scientiæ hic acquisitæ, maneat in anima separata.

AD SEXTVM sic proceditur. Videtur, ꝙ actus sciẽtię hic acquisitæ, non maneat in aĩa separata. Dicit. n. Philosophus in * 1. de Anima, ꝙ corrupto corpore, anima neque reminiscitur, neque amat. Sed considerare ea quæ prius nouit, est reminisci. Ergo anima separata nõ potest habere actum scientiæ, quam hic acquisiuit.

448 1. q. 67 ar. 2. Et d. 51. q. 2. art 4. cor. si. Et 4 dist. 50 q. 1 art. 2. ad 2. *Tex. 66. tom. 2.

¶ 2 Præt. Species intelligibiles non erunt potentiores in aĩa separata quam sint in aĩa corpori unita. Sed per species intelligibiles non possumus modo intelligere, nisi conuertendo nos super phantasmata, sicut supra * habitum est. Ergo nec anima separata hoc poterit. Et ita nullo modo per species intelligibiles hic acquisitas, anima separata intelligere poterit.

*q. 84. ar. 7

¶ 3 Præt. Philosophus dicit in 2. * Ethic. ꝙ habitus similes actus reddunt actibus per quos acquiruntur. Sed habitus scientiæ hic acquirit per actus intellectus cõuertentis se supra phantasmata. Ergo nõ põt alios actus reddere. Sed tales actus non cõpetunt aĩæ separatæ. Ergo aĩa separata non habebit aliquem actum scientiæ hic acquisitæ.

*Lib. 2. E. thic. c. 1. & 1. tom. 5.

SED CONTRA est, quod Lucæ 16. dicitur ad diuitem in inferno positum: Recordare, quia recepisti bona in uita tua.

RESP. Dicendum, quod in actu est duo considerare, s. speciẽ actus, & modum ipsius. Et species quidem actus consideratr ex obiecto, in quod actus cognoscitiuæ uirtutis dirigitur per spẽm, quæ est obiecti similitudo. Sed modus actus pensatur ex uirtute agentis. Sicut ꝙ aliquis uideat lapidẽ, contingit ex specie lapidis, quæ est in oculo: sed ꝙ acutè uideat, contingit ex uirtute uisiua oculi. Cum igitur species intelligibiles maneãt in anima separata, sicut dictum est, * status aũt aĩæ separatę non sit idem, sicut modo est, sequitur ꝙ fm spẽs intelligibiles hic acquisitas, aĩa separata intelligere possit q̃ prius intellexit, non tñ eodem modo, s. per cõuersionẽ ad phantasmata, sed per modum conuenientẽ aĩæ sepa-

*Ar. ꝓced.

SVP. Q. LXXXIX.

ART. VI.

CONCL. Manet quidem in anima separata actus scientiæ hic acquisitæ; sed non secundum modum.

¶ PROB. Quia manent in anima separata species intelligibiles hic acquisitæ, sed mutatur animæ status, & actus quidem ex specie obiecti specificantur, modus autem actus ex statu agentis.

Pri-

1^m Ex Philosopho. Neque reminiscitur, neque amat. R. Reminiscentia sensitiua: amore sensitiuo; non, reminiscentia nec amore intellectiuo. §. Tunc nihil &c. ut patet ex conclusione. Vide literam; & quod dicit de memoria, dic tu etiam de amore.

2^m de conclusione. Poterit. R. Ratione specierum: non, ratione mutati status. §. Tunc nihil contra: ut patet in litera. Inde scito; quod argumentum peccat secundum non causam, ut causam. Causam enim intelligendi tūc per species acquisitas sine fantasmate putat esse maiorem uigorositaté specierum futuram; & ita non est huius causa, sed mutatio status.

*q.79.ar.6

3^m de ex Philosopho. Similes. R. quantum ad speciem actus: non semper, quantum ad modum agendi. §. Tunc nihil &c. Actus enim tunc logicæ acquisitæ, erit actus logicæ, non metaphysicæ; quia per species hic logicæ acquisitas exercebitur, non per species Metaphysicæ: sed tamen modo isto i. per conuersioné ad phantasmata non exercebitur. Et litera scias: actus causaturos habitum non necessariò debere delectabiliter fieri esse delectabiliter facti (immo quandoque cum grandi uiolentia fiunt); cum tamé actus soli delectabiliter facti procedant ab habitu, & consequenter inferant habitum inesse operanti sic. i. delectabiliter. Ecce ꝙ actus causantes habitum, & à causato habitu procedentes sunt similes quantum ad speciem actus, non autem quantum ad modum agendi.

separatæ. Et ita manet quidem in anima separata actus scientiæ hic acquisitæ, sed non secundum eundem modum.

Ad primvm ergo dicendũ, ꝙ Philosophus loquitur de reminiscentia, secundum quod memoria pertinet ad partem sensitiuam; non autem secundum quòd memoria est quodammodo in intellectu, ut dictum est. *

Ad secvndvm dicendum, ꝙ diuersus modus intelligendi non prouenit ex diuersitate specierum, sed ex diuerso statu animæ intelligentis.

Ad tertivm dicendũ, quod actus per quos acquiritur habitus, sunt similes actibus quos habitus causant quãtum ad d speciẽ actus: non autem quantum ad modum agendi. Nam operari iusta, sed nõ iustè, idest, delectabiliter causat habitum iustitiæ politicæ, per quem delectabiliter operamur.

ARTI-

APPENDIX.

Ex articulo habes primo; quomodo per rationem ostendas, merito insinuatum esse a scripturis: quod actus scientiæ &c. remanebit &c. Dicitur enim animæ separatæ diuitis Epulonis Luc. 16. Recordare quia recepisti bona in uita tua: & Lazarus similiter mala. Ecce; ly recordare, dicit actum, huius scientiæ s. ꝙ receperit bona &c. Et actum quidem intellectus: cum sensitiua memoria tunc ibi non fuerit. Memoriæ igitur intellectiuæ actum dicit ly recordare: quæ memoria intellectiua est eadem potentia cum intellectu differens ab eo secundum rationem sup. q.79. art.6 & 7. Secundo habes: quomodo per rationem dictũ illud, quo ad actum scientiæ hic acquisitæ, in uero sensu declares, probes, defendas. Tertio uides quomodo ex hoc, similibusque locis, uicissim Angelica firmetur conclusio.

Vtilitas Ecclef. S. Dei.
D.59.
a
ß

Comm. Cardinalis Caietani.

Titulus clarus.

¶ In corpore unica conclusio responsiua quæsito. In anima separata manet actus scientiæ acquisitæ, sed non eodem modo. Probatur sic, Species intelligibiles remanent in anima, status uero animæ mutatur. ergo actus scientiæ remanet, & modus eius mutatur. Antecedens quo ad utramque partem patet: consequentia uero probatur quo ad primã partem: quia species actus ex obiecto pensatur: cuius similitudo & vicaria est species intelligibilis: quo ad secundam uero, quia modus actus ex uirtute seu dispositione agentis pensatur. Declaratur probatio exemplo. in visione lapidis acuta. consequens quoque declaratur quo ad secundam partem: qui s. sint isti modi, s. per conuersionem ad phantasmata, & per modum substantiæ separatæ: ab illo enim fit mutatio in hunc.

SVP. Q. LXXXIX.

Art. VII.

Concl. Distantia localis nullo modo impedit animæ separatæ cognitionem.

¶ Prob. Quia cognitio animæ separatæ est per influxum specierũ ex lumine diuino; & lumen diuinum se habet æqualiter ad propinquum, atque distans.

449
4.d.5.q.1. ar.4. & de anima, art. 20. ad 3. & 4.
* Cap. 13. tom.4.

1^m ex Augustino. Ibi sunt. R. sunt tamen propter hoc, quod ibi sunt. §. Tunc nihil &c. Nam licet animæ mortuorum ibi sint, ubi quæ hic sũt non norunt, ut dicit illa auctoritas tamen causa, quod nesciat hæc nostra, non est quod ibi sunt. i. distantia eorum localis a nobis, sed est aliquid aliud: ut in litera & art. seq.

† Cap.4.& habet to.3

2^m de maiori. Augustinus dicit R. recitando; non asserendo §. patet glossa ex 21. de ciuitate Dei. Tũc nihil &c. ut patet in litera. & scito; Platonem, quem sæpius recitat Augustinus ét tacito nomine, posuisse, Dæmones esse corporeos (vt habet ex Reuerdiss. Caiet. super ly homo est animal rationale mortale, in capitulo de differentia super librum prædicabilium Prophirij. Vide ibi tu.

ARTICVLVS VII.

Vtrum distantia localis impediat cognitionem animæ separatæ.

Ad septimvm sic proceditur. Videtur, quod distantia localis impediat cognitionem animæ separatæ. Dicit enim August. * in libro de cura pro mort. agenda, quod animæ mortuorum ibi sunt, ubi ea quæ hic fiunt, scire nõ possunt. sciunt autem ea quæ apud eos aguntur. Ergo distantia localis impedit cognitionem animæ separatæ.

¶ 2 Præterea Aug. † dicit in libro de diuinatione dæmonum, ꝙ dæmones propter celeritatem motus aliqua nobis ignota denuntiãt. Sed agilitas motus ad hoc nihil faceret, si distantia localis cognitionem dæmonis non impediret. Multò igitur magis distantia localis impedit cognitionem animę separatæ, quæ est inferior secundũ naturam, quam dæmon.

¶ 3 Præterea. Sicut distat aliquis secundum locum, ita secundum tempus. Sed distantia temporis impedit cognitionem animæ separatæ, non enim cognoscunt futura. Ergo videtur quod etiam distantia secundum locum animæ separatæ cognitionem impediat.

Sed contra est, ꝙ dicitur Luc. 16. quod diues cum esset in tormentis eleuans oculos suos, uidit Abraham a longè. Ergo distantia localis non impedit animæ separatæ cognitionem.

Respond. Dicendum, quod quidam posuerunt quòd anima separata cognosceret singularia abstrahendo a sensibilibus. Quod si esset uerum, posset dici ꝙ distantia localis impediret animæ separatæ cognitionem. Requireretur enim ꝙ vel sensibilia agerent in animam separatam, uel anima separata in sensibilia. & quantum ad utrumq; requireretur distãtia determinata: Sed prædicta positio est impossibilis: quia abstractio specierũ a sensibilibus fit mediantib. sensibilib. & aliis potentiis sensitiuis, quæ in aĩa separata actu non manent. Intelligit aũt aĩa separata singularia, per influxũ spẽrum ex diuino lumine, quod quidem lumen æqualiter se habet ad propinquum & distans. Vnde distantia localis nullo modo impedit animæ separatæ cognitionem.

Ad primvm ergo dicendum, quod Aug. non dicit, ꝙ pp hoc quod ibi sunt aĩæ mortuorum, ea quę hic sunt, uidere non possint, ut localis distantia huius ignorantiæ causa esse credatur: sed hoc potest propter aliquid aliud contingere, ut infra dicetur. *

Ad secvndvm dicendum, ꝙ Aug. ibi loquit̃ ſm opinioné illã, qua aliqui posuerunt ꝙ dæmones hñt corpora naturalr̃ sibi vnita; ſm quã positioné ét potentias sensitiuas hére pñt ad quarũ cognitionem requirit̃ determinata distantia. Et hanc opinioné ét in eodem lib. Aug. * expressè tangit; licet hanc opinioné magis recitando q̃ asserẽdo tangere videat̃, ut patet p ea q̃ dicit 21. lib. de ciuit. Dei. *

* Art. seq.
* Cap.4 & 3. cir. med.
* Lib. 21. de ciui. Dei c. 11. to. 5.

Ter- An

3m de maiori. Ita ø quantum ad distare: non, quantum ad esse actu in seipso.§. Tunc nihil &c.cognoscibilitas enim ut sic correspondet entitati actuali, non distantiæ, ut sic, uel propinquitas: & distantia solũ loco sunt actu in seipsis, distantia uero tempore non sunt actu in semetipsis.

tæ, per hoc quod dicitur Luc.16. quod diues in tormentis positus uidit Abraham a longe & Lazarum. Ecce quod cognouit a longe utrumque. Secundo habes: quomodo per rationem sensum scripturæ prædictum declares, probes, tucaris. Tertio vides: quomodo ex hoc, similibusque locis, uicissim Angelica cõclusio, præsens declaretur, atque confirmetur.

APPENDIX.

EX articulo habes primo, quomodo per rationem ostendas, recte dictum à scripturis, quod distantia localis non impedit cognitionem animæ separatæ,

AD TERTIVM dicẽdum, quòd futura quæ distant secundum tẽpus, non sunt entia in actu. Vnde in seipsis non sunt cognoscibilia, quia sicut deficit aliquid ab entitate, ita deficit à cognoscibilitate. Sed ea quæ sunt distantia secundum locum sunt entia in actu, & secundum se cognoscibilia. Vnde non est eadem ratio de distantia loci, & de distantia temporis.

¶NOT. isti articuli aliquales fert suppetias art. in ordine 422.450. 384.92.

AR-

Comm. Cardinalis Caietani.

IN titulo dubium est, cum anima separata sit incorporea, & à nullo corpore distet localiter, quomodo quæritur, vtrum distantia localis &c. Titulus enim uidetur supponere quod negatum est superius.

¶Ad hoc breuiter dicitur, quod de anima separata dupliciter loqui possumus. Primo, secundum se, Et sic nusquam est, & à nullo distat, & de ea hic non quæritur. Alio modo, ut supponitur definita ad aliquem locum, & per accidens distat ab alijs secundum distantiam sui loci ab illis: & hoc modo hic quæritur, utrũ anima separata distans suo modo, s. per accidens ratione definitionis suæ ad unum locum, impediatur propter distantiam a cognitione aliorum.

¶In corpore tria. Primò refert quandam opinionem affirmatiuam. Secundò, reprobat. Tertiò, respondet quæsito una conclusione negatiua.

Quo ad primum, opinio est, quam sequitur Sco. in 4 dist. 45. q.2. quod distantia localis impedit cognitionem animæ separatę. Probatur, Anima recipit cognitionem a rebus. ergo inter ipsam & res requiritur determinata distantia. Nec refert, utrum anima patiatur a reb. an agat in eas, uel utrumq; habeat in hac acceptione. Semper enim exigitur determinata distantia inter agens & patiens, altero saltem existente corporeo, & neutro infinito.

¶Quo ad secundum, improbatur dicta propositio quo ad suã radicem, sic Abstractio specierum a sensibilibus fit mediantibus sensibus &c. ergo non potest fieri apud animam separatam. Antecedens patet, & consequentia tenet: quia uires sensitiuæ non remanent in anima separata.

¶Contra hanc rationem dicit Scotus ubi supra, quod non cõcludit. Quia sensus, seu phantasmata, non sunt media necessario requisita ad abstractionem simpliciter, sed pro statu isto: & dicit quod antecedens est uerum pro statu isto non simpliciter. Probat autem dictum suum dupliciter. Primo, quia esse imaginabile, non est medium inter esse sensibile & intelligibile, sed cadit sub altero extremo s. sub esse sensibili. Secundò, quia stat aliqđ esse medium uni uirtuti actiuæ, quod non est medium respectu, alterius: ut patet de medio locali respectu diuinæ uirtutis: & sic, licet esse imaginabile sit medium inter sensibile extra, & intelligibile: non est respectu omnis uirtutis abstractiuę, sed respectu uirtutis imperfectæ, qualis est intellectus noster coniunctus.

¶Ad hæc iam responsum est superius in q. 55. ar. 2. quare uide ibi: quoniam declarauimus & probauimus, quod esse imaginabile est necessario medium in abstrahendo, uel in causando esse intelligibile ab exteriori sensibili, secundum naturæ ordinẽ, cui omnis creata uirtus subest: quoniam nulla virtus creata potest essentialem naturę ordinem uirtute propria præterire; quicquid diuina virtus possit.

¶Quo ad tertium, conclusio responsiua est, Anima separata æque intelligit propinquum, & distans. Probatur: Intelligit singularia per influxum specierum a diuino lumine. ergo antecedens supponitur, consequentia nota: quia lumen illud, & in se, & diffusum per species non magis respicit propinquum quã distãs.

¶Circa hanc partem quæ dicenda essent de istis speciebus: quomodo scilicet possunt causare notitiam intuitiuam, & tamen repræsentant & absentia, & præsentia: in superioribus cum de angelorum, cognitione tractaretur discussa sunt. Rationes quoq; Scoti in 4. dist. 45. quæst. 2. in fine; quod distantia localis impediat cognitionem, non oportet aliter afferre: quia supponunt animam accipere cognitionem a rebus: & de impedimento actionis & passionis loquuntur, & nihilominus superius sunt solutæ in tractatu de angelis.

SVP. Q. LXXXIX.

ART. VIII.

COncl. 1. Secundũ naturalem cognitionem animæ mortuorum nesciunt, quæ hic aguntur.

¶Prob. Quia animę separatæ non cognoscunt singularia, nisi illa, ad quæ quodammodo determinatæ sunt, vel per vestigium alicuius præcedentis cognitionis, uel affectionis, uel per ordinationem diuinam uel naturalem (supra art. 3.); Et ad ea, quæ singulariter aguntur hic non sunt aliquo modorum istorum determinatę (cum secundum ordinationẽ diuinam, ac secundum modum essendi segregatę sint a cõuersatione hic uiuentium, atq; coniunctæ cõuersationi substantiarum incorporearum).

¶Concl. 2. Animę sanctorum Deũ uidentes, secundum cognitionẽ altiorem quam naturalis sit, oia præsẽtia quę hic agũtur, cognoscunt. (unde Gregorius de his ait. Quæ intus omnipotentis Dei claritatẽ uident; nullo modo credendum est, q sit foris aliquid, quod ignorẽt.)

¶Prob. Quia animę sanctorum Deũ uidentes sunt æquales Angelis: Et Angeli non ignorant ea, quæ apud uiuos aguntur (ex Augustino etiam.)

¶Not. Conclusio illa prima est Augustini & Gregorij: secunda est tantum Gregorij expresse nec tamen contradicit Augustino asserẽti, quãuis dubitãti.

450 22. q 83. art. 4. ad 1. & 4. dist. 4 q. 3. ar. 1. ad 1. & 2. Et uerit. q. 8. art. 11. ad 12. Et de anima art. 20. ad 3.

ARTICVLVS VIII.

Vtrum animæ separatæ cognoscant ea quæ hic aguntur.

AD OCTAVVM sic proceditur. Videtur, quòd animę separatæ cognoscant ea quæ hic agunt. nisi. n. ea cognoscerent, de eis curã non haberent. Sed habẽt curã de his, quæ hic aguntur: ſm illud Luc. 16. Habeo quinq; fratres, ut testificetur illis, ne & ipsi ueniant in hunc locũ tormentorum. Ergo animæ separatæ cognoscunt ea, quæ hic aguntur.

2 Pręt. Frequenter mortui uiuis apparent uel dormientibus uel uigilantibus: & eos admonent de iis quæ hic aguntur: sicut Samuel apparuit Sauli, ut habetur 1. Reg. 28. Sed hoc nõ esset si ea quæ hic sunt non cognoscerent. Ergo ea quæ hic aguntur cognoscunt

¶ 3 Præt. Animæ separatæ cognoscunt ea, quæ apud eas agunt. Si ergo quæ apud nos aguntur, nõ cognoscerent, impediretur earum cognitio per localem distantiam quod supra negatum est. *

SED CONTRA est, q dicitur Iob 14. Siue fuerint filii eius nobiles siue ignobiles, non intelliget.

RESPON. Dicendum, quod ſm naturalem cognitionem, de qua nunc hic agitur, aiæ mortuorum nesciunt quæ hic agũtur. Et huius ratio ex dictis accipi potest. * Quia anima separata cognoscit singularia per hoc, q quodammodo determinata est ad illa: per uestigium alicuius præcedentis cognitionis, seu affectionis, uel per ordinationem diuinam. Aiæ aũt mortuorum ſm ordinationem diuinam, & ſm modum essendi segregatæ sunt a conuersatione uiuentium, & coniũctæ conuersationi spiritualium substãtiarũ, quæ sunt à corpore separatæ. unde ea quæ apud nos aguntur, ignorant. Et hanc rationem assignat Greg. * in 12. Moralium dicens: Mortui uitam in carne uiuentium post eos qualiter disponatur nesciunt: quia uita spiritus longe est a uita carnis: & sicut corporea atque incorporea diuersa sunt genere, ita

*Art. pce.

Angeli, & beatæ aiæ audiũt nos orantes, ui dent peccantes &c.

*art. 4 huius quæst.

* Lib. 12. Moral. ca. 13. in prin.

Pri-

* Cap. 13. parum à prin. to. 4.

* Eodē lib. 12. Moral. cap. 13.

* Cap. 13. & cap. 10. in prin. to. 4.

Regula.

† Cap. 13. circa prin. to. 4.

* Loco iam citato.

* Eodē lib. de cura ꝓ mor. Vtil. pro S. Eccl.

1^m maior. Nisi &c. ℞. negatur ista propositio maior. §. Sicuti patet de nobis curantibus de mortuis. Tūc nihil contra, ut patet in litera. Scito autem: non esse contra conclusionem primam, ꝙ mortui per alios ibi recitatos facta uiuentium cognoscant.

2^m de minori. Cognoscerent. ℞. per reuelationem diuinā: uel ut supra ad primū non, per seipsos. §. Tūc &c. ut patet.

¶ Not. Recole; diuū Thomam hic seruare familiarem sibi regulā de non replicando responsum, sed &c. positam supra q. 40. artic. 1. Vide tu. Item scito: ꝙ tempore Sancti Doctoris non erat adhuc ecclesiastici liber in canone: nunc autem est (secundum Concilium Tridentinum Sess. 4. decreto primo, & allegatur supra q. 1. art. 1.)

3^m de conclusione. Localem distantiam. ℞. vel propter diuersitatem status. §. Tunc nihil contra. Non enim propter primum, sed propter secundum, impediuntur.

APPENDIX.

Ex articulo habes primo; quomodo per

ita sunt distincta cognitione. Et hoc etiam Aug.* videtur tangere in lib. de cura pro mortuis agenda, dicens ꝙ animæ mortuorum rebus uiuentium non intersunt. Sed quantum ad animas beatorū, videtur esse differentia inter Grego. & Aug. Nam Gregor.* ibidem subdit. Quod tamen de animabus sanctis sentiendum non est, quia quæ intus omnipotentis Dei claritatem uident, nullo modo credendum est, quod sit foris aliquid qđ ignorent. August.* uero in lib. de cura pro mortuis agenda, expresse dicit, quod nesciunt mortui (etiam sancti) quid agāt uiui, & eorum filii, vt habetur in glo. super illud, Abraham nesciuit nos. Isa. 63. Qđ quidem confirmat per hoc, quod à matre sua non uisitabatur, nec in tristitiis consolabatur, sicut quando viuebat. Nec est probabile, ut sit facta vita fœliciore, crudelior. & per hoc quod Dominus promisit Iosiæ regi, quod prius moreretur, ne uideret mala quæ erant populo superuentura, ut habetur 4. Reg. 22. Sed Aug.† hoc dubitando dicit. Vnde præmittit. Vt uolet accipiat quisque, quod dicā. Greg. autem assertiuè. Quod patet per hoc quod dicit,* Nullo modo credendum est, Magis tamen uidetur secundum sententiam Greg. quod animæ sanctorum Deum uidētes, omnia præsentia, quæ hic aguntur cognoscant. Sunt enim angelis æquales. De quibus etiam Aug.* asserit, ꝙ ea quæ apud uiuos aguntur, non ignorant. Sed quia sanctorū aiæ sunt perfectissimè iustitiæ diuinæ cōiunctæ, nec tristant', nec rebus uiuentiū se ingerunt, nisi sm ꝙ iustitiæ diuinæ dispositio exigit.

Ad primum ergo dicendū, ꝙ aiæ mortuorum possunt habere curam de reb. viuentiū, ēt si ignorēt eorum statū, sicut nos habemus de mortuis, eis suffragia impendēdo, q̄uis eorū statum ignoremus. Possunt etiā facta uiuentium non per seipsos cognoscere, sed uel per animas eorum, qui hinc ad eos accedunt, uel per angelos seu dæmones, uel etiā spiritu Dei reuelante, sicut Aug.* in eodem lib. dicit.

Ad secundum dicendum, ꝙ hoc ꝙ mortui uiuentibus apparēt qualitercunque: uel contingit per spālem Dei dispositionem: ut aiæ mortuorum reb. uiuentium intersint, & est inter diuina miracula cōputandum: uel hmōi apparitiones fiunt per operationes angelorum bonorū uel malorum, ēt ignorantib. mortuis, sicut etiā uiui ignorantes aliis uiuentibus apparent in somnis, vt Aug.* dicit in li. prædicto. Vnde & de Samuele dici pōt, ꝙ ipse apparuit per reuelationem diuinā: sm hoc ꝙ dr Eccl. 46. quod dormiuit & notum fecit regi finē uitæ suæ. Vel illa apparitio fuit ꝓcurata per dæmones: si tñ Ecclesiastici authoritas non recipiatur pp hoc, ꝙ inter canonicas scripturas apud Hebræos non habetur.

Ad tertium dicēdū, ꝙ ignorantia huiusmodi non contingit ex locali distantia, sed propter causam prædictam.*

QVAE-

per rationem ostendas scripturam per id, quod dicitur Iob 14. insinuare quod animæ defunctorum sciūt cognitione naturali, quę apud nos aguntur. Ibi enim Iob de homine postquam per mortem ex præsenti uita emissus est, loquens ait: Si fuerint filii eius nobiles; uel ignobiles, non intelliget. Item quomodo per rationem ostendas, meritò significari ab Ecclesia quod beatorum animæ nostras actiones cognoscunt: dum frequenter nos docet sanctos ipsos interpellare, sine in Letaniis, siue in collectis, siue &c. Secundo habes, quomodo per rationem utrumque præmissorum in uero sensu declares, ꝓbes, tuearis. Docendo consequenter, quod scriptura illa non est contraria Ecclesiastico ritui, neque hic ipsi scripturæ (sicuti nec unquam inter se: si in uero sensu intelligantur): quoniam diuersimodè. cū de diuersis loquantur, accipi debent. Tertio uides quomodo ex his, similibusque locis, uicissim Angelica doctrina præsens declaretur atque confirmetur (puta, Applicando ipsum Iob in gratiā primæ & Ecclesiæ ritum in gratiam secundę, conclusionis.

* Ca. 15. in prin. to. 4.

2 Scriptura ritibus Ecclesiæ sem per cōsona & ritus scripturę, si vero sensu vetantur.

* Li. de cura ꝓ mor. agen. c. 10. paulo post princ.

3

* In corp. art.

Comm. Cardinalis Caietani.

Titulus clarus.

¶ In corpore duo. Primo, respondet quęsito. Secundo ad bonitatem doctrinæ respōdet quæsito, de cognitione etiam gratuita loquendo.

¶ Quo ad primum, est una conclusio responsiua. Animæ separatæ nesciunt naturaliter quæ hic agūtur. Probatur dupliciter. primo ratione. Animæ separatæ sunt per diuinam ordinationē segregatę a conuersatione nostra, & coniunctæ conuersationi spiritualium. ergo illa nostra nesciunt. Antecedens patet ex modo: essendi earum: consequentia probatur ex dictis, scilicet ꝙ anima separata, non nouit singularia nisi per uestigium aut affectū aut ordinem ad ea: sed de uestigio aut affectu constat, ꝙ non est ad omnia, ordo autem est ad ea quæ alterius uitę sunt ergo &c. Secundo confirmat & conclusionē & rationem, authoritatibus Gregorii & August.

¶ Quoad secundū quatuor dicit. Primò dñiam inter Greg. & Aug. Apud Gregoriū animæ sanctorum sciunt nostra, apud Augustinum non. Ratio illius est quia Deum uident illius uero, ex facto matris, & ex promissione Iosiæ. Secundo dicit, ꝙ non totaliter discrepant: quia August. dubitando. Greg. asserendo.

¶ Tertio, comparat conclusiones eorum: & præfert Gregorii sniam ratione consona Augustino, quia aiæ sanctæ ęquales sunt angelis. qui, apud Aug. sciunt, nostra. Et sic conclusio Gregor. est etiam Augustini implicite.

¶ Quarto, soluit motiua August. quia animæ separatæ non tristantur. Et per hoc rūderetur ad promissionē Iosię, si beatus statim fuisset: sed quia nō fuit, in eo locū non habet cognitio beatorū; sed naturalis tantum pro tunc sm quam non uidit qđ secutum est malū. Nec rebus nr̃is se ingerūt, nisi sm quem uidens ordinē diuinū. Et sic soluit obiectio de matre & Abrahā &c. Et fundm oium est, quia sunt perfectissimè cōiūctę diuinæ iustitię.

¶ Circa hanc secundā partem articuli dubiū est. Quia si sancti oēs vident oia quæ hic aguntur, uana in primis vr specialis quęstio: An sancti uideant orationes nostras ad se directas. Vr. n. hinc sequi, ꝙ quilibet beatus siue dirigatur ad se oratio, siue nō, eam uideat: ex quo uidet oia quæ hic fiunt. Et tamen in 4. 45. dist. disputatur. Superflue quoq; vĩr reuelationes, quæ fiunt inferioribus angelis à superioribus. Nec ēt videtur priuilegiū aiæ Christi, ut cognoscat omnia quæ nouit Deus scientia uisionis.

¶ Ad hoc breuiter dicitur, ꝙ si uerba literæ notentur, & distribuantur sano intellectu: oēs phantasiæ hmōi cessant. In litera in primis restringitur illa cognitio ad ꝑsentia singularia, & nō extenditur ad futura: quia præsentia participant speciem actu, non futura. Distribuendum est aūt ly, omnia præsentia, ut patet in 3. cōtra Gent. c. 59. & ex diuersis locis superius haberi potest: non respectu eorum, quæ pertinent ad solam uoluntatem diuinam, ut electio: & alia pertinentia ad sanctificationem creaturarum, quatia sunt ecclesiæ mysteria: de quibus sunt reuelationes in cœlestibus. Nec respectu eorum, quæ ad solam uoluntatem etiam creaturarum spectant: ut cogitationes cordium: inter quas sunt orationes nostræ. Et ideo merito de eis quæstio fit, nec omnibus innotescunt, nec respectu rationum supernaturalium ex diuina bonitate sumptarum: propter quas multi effectus fiunt: quoniam diuini ordinis sunt. Quæ tamen omnia anima Christi nouit ab initio. Et rationabile uidetur, quod omnes post iudiciū uidebunt, quæ uidet Deus scientia uisionis; Sed respectu omnium pertinentium ad naturalem ordinem uniuersi iuxta determinata superius, cum de cognitione cogitationum cordis ageretur.

Ferr.

Ferr. 2. con. c. 87.
Aegid. 2. s. d. 17. q. 1. ar. 1.
Alb. Mag. 2. d. 17. ar. 1.

SVP. Q. XC.

ART. I.

CONCL. manifestè falsum est; animam esse de substantia Dei. (ergo anima est facta).

¶ PROB. Quia anima est quandoque in potentia intelligens, accipit scientiam quodãmodo a rebus, habet diuersas potentias. q. 84. ar. 6. 7. item q. 77.): Et hæc omnia sunt aliena a substãtia Dei (Cũ sit actus purus, nihil ab alio accipiens, nullam in se diuersitatem habens).

1^m de minori.

Spirat. R. corporaliter: non aliter. §. Tunc &c. vt patet in litera: quæ etiam, quo dato per impossibile, quod Deus spirasset corporaliter animam, monstrat: hoc contra conclusionem non concludere. Non enim per hoc ostenderet, quod fecisset animam de suamet diuina substantia: licet tunc ostenderet, quod fecisset eam de aliqua re.

2^m de maiori.

451
2. d. 17. q. 1. art. 1. Et 2. cõ. c. 85. Et opusc. 3. cap. 95. & 211.

Simplex. R. pro quanto non habet materiam in sua essentia: non, φ sit suum esse. §. Tunc nihil &c. actus enim simpliciter purus non excludit tantum materiam a se, sed etiam diuersitatem essentiæ & esse.

3^m de maiori.

Pro argumẽtorum, ac rñsorũ sensu.
* q. 75. a. 5.

Differunt. R. nec diuersa sunt. §. Tunc nihil &c. Manca enim est maior: Et mens ac Deus diuersa sũt: licet non propriè differant inter se.

¶ NOT: Recole hinc, quod & alibi notatum est, pro alijs locis: quod scilicet responsia accipiuntur in sensu forma li verborum adductorũ ab argumentis in sensu improprio, seu materiali.

APPENDIX.

*Cap. 3. & 4. & habet liber iste, tom. 7. Vtil. pro S. Eccl.

EX articulo habes primo: quomodo per rationem interimas heresim Libertinorum dicentium: animas nostras nihil esse. Si enim factæ sunt (ut hic mõstratur:) profectò aliquid sunt. Item hæresim Gnosticorum, Manichæi, Prat. Apocalitæ, Brachitæ, Dicatitæ, Faustus Manichęus) dicentium: Animam rationalem ex Dei substantia extitisse, aut Dei substantiam, aut Dei naturam. Secundo habes: quomodo per rationem demonstres, has meritò fuisse damnatas a Concil. Tolet. primo, sic. Præter hãc trinitatem, nullam credimus diuinam esse naturam, uel Angeli, uel spiritus, uel uirtutis alicuius. Hæc ibi. Item a Concilio Bracarẽsi primo, sub Honorio primo Papa canone quinto. Si quis animas humanas, uel Angelos ex Dei credit substantia extitisse, sicut Manichæus & Priscillianus dixerunt, anathema sit. Hæc ibi. Item a Concilio Toletano primo confirmato auctoritate Leonis Papæ cap. 11. de regulis fidei. Credimus & animam hominis non diuinæ esse substantiæ, aut Dei patris; sed creaturam dicimus Dei uoluntate creatã. Hæc ibi. Item si quis dixerit uel crediderit, animam humanã Dei portionem, uel Dei esse substantiam: anathema sit. Hæc ibi. Quoniam uerò crebra facta est, fit & fiet, mentio de concilijs prouincialibus (quale est Bracharense, Aurelianense, & similia): ideo quãti sit facienda ipsorum

*q. 84. ar. 6 & 7. Et q. 77.

*q. 3. ar. 7. Et q. 10. ar. 1. Et q. 12. ar. 4.

*Li. 1. text. 20. & seq. tom. 2.

*Lib. 7 de ciuit. Dei c. 6 tom. 5. De auctoritate Conciliorũ prouincialiũ.

QVAESTIO XC.

De Prima hominis productione quantum ad animam, in quatuor articulos diuisa.

DEINDE considerandum est, de prima hominis productione.

¶ Et circa hoc consideranda sũt quatuor. Primò, de productione ipsius hominis. Secundò, de fine productionis. Tertiò, de statu & conditione hominis primò producti. Quartò, de loco eius.

¶ Circa productionem autem consideranda sunt tria. Primò, de productione hominis, quantũ ad animam. Secundò, quantum ad corpus uiri. Tertiò, quantum ad productionem mulieris.

CIRCA primum, quæruntur quatuor.

¶ Primò, Vtrum anima humana sit aliquid factũ, uel sit de substantia ipsius Dei.

¶ Secundò, Supposito quod sit facta, vtrum sit creata.

¶ Tertiò, Vtrum sit facta mediantibus angelis.

¶ Quartò, Vtrum sit facta ante corpus.

ARTICVLVS I.

Vtrum anima sit facta, uel sit de substantia Dei.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur, quod anima non sit facta, sed sit de substantia Dei. Dicitur enim Gen. 2. Formauit Deus hominem de limo terræ, & inspirauit in faciem eius spiraculum vitæ: & factus est homo in animã viuentem. Sed ille qui spirat, aliquid a se emittit. Ergo anima qua homo viuit est aliquid de substantia Dei.

¶ 2 Præt. Sicut supra * habitũ est, anima est forma simplex. Sed forma est actus. Ergo anima est actus purus, quod est solius Dei. Ergo anima est de substantia Dei.

¶ 3 Præt. Quæcunque sunt, & nullo modo differunt, sunt idem. Sed Deus & mens sunt, & nullo modo differunt, quia oporteret φ aliquibus differentiis differrent, & sic essent composita. Ergo Deus & mens humana idem sunt.

SED CONTRA est, φ Aug. * in lib. de orig. animæ enumerat quędam, quæ dicit esse multum aperteque peruersa, & fidei catholicæ aduersa. Inter quæ primum est, φ quidam dixerunt, Deum animam non de nihilo, sed de seipso fecisse.

RESPONDEO Dicẽdum, quod dicere animam esse de substantia Dei, manifestam improbabilitatẽ continet. Vt enim ex dictis patet, * anima humana est quandoque intelligens in potentia, & scientiam quodammodo a rebus acquirit, & habet diuersas potentias. quæ omnia aliena sunt a Dei natura, q est actus purus, & nihil ab alio accipiens, & nullam in se diuersitatem habens, ut supra probatum est. * Sed hic error principium habuisse uidetur ex duabus positionibus antiquorum. Primi enim, qui naturas rerum considerare inceperunt, imaginationem transcendere non ualentes, nihil præter corpora esse posuerunt. Et ideo Deũ dicebant esse quoddam corpus, quod aliorum corporum iudicabant esse principium. Et quia animam ponebant esse de natura illius corporis, quod dicebant esse principium, vt dicitur in primo de anima: * per consequens sequebatur, quod anima esset de substantia Dei. Iuxta quam positionem etiã Manichæi, Deum esse quandam lucem corpoream existimantes, quandam partem illius lucis animam esse posuerunt corpori alligatam. Secũdo vero processum fuit ad hoc quod aliqui aliquid in corporeum esse apprehenderunt: non tamen a corpore separatum, sed corporis formam. Vnde & Varro dixit, quod Deus est anima, mundum intuitu, uel motu & ratione gubernans ut Aug. narrat 7. de Ciuit. Dei. * Sic igitur illius totalis animæ partem, aliqui posuerunt animam hominis: sicut homo est pars totius mundi: non ualentes intellectu pertingere ad distinguẽdos spiritualium substantiarum gradus nisi secundum distinctiones corporum. Hæc autem omnia sunt impossibilia, ut supra probatum est, * Vnde manifestè falsum est, animam esse de substantia Dei.

*q. 3. ar. 1 & 8.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod inspirare non est accipiendum corporaliter. Sed idem est Deum inspirare quod spiritum facere. Quamuis & homo corporaliter spirans, non emittat aliquid de sua substantia, sed de natura extranea.

AD SECVNDVM dicendum, φ anima etsi sit forma simplex secundum suam essentiam: non tamen est suum esse, sed est ens per participationem, vt ex supra dictis patet. * Et ideo non est actus purus sicut Deus.

* q. 75. art. 5. ad 4.

AD TERTIVM Dicendum, quòd differens propriè acceptum, aliquo differt. Vnde ibi quæritur differentia, ubi est conuenientia. Et propter hoc oportet differentia esse composita quodammodo cum in aliquo differant, & in aliquo conueniant. Sed secundum hoc licet omne differens sit diuersum, non tamen omne diuersum est differens: ut dicitur in decimo Metaphys. * Nam simplicia diuersa sunt seipsis: non autem differunt aliquibus differentiis ex quibus componantur. Sicut homo & asinus differunt rationali & irrationali differentia: de quibus non est dicere, quod vlterius aliis differentiis differant.

D. 508.
* Lib. 10. Metaph. text. 24. & 25. to. 3.

sunt auctoritas, notificare nunc per semper necessarium duxi Concilium igitur Nicænum secundum, quod apud Græcos septima synodus generalis inscribitur, actione tertia, postquam de receptione synodorum vniuersalium egerat, sic de localibus, idest prouincialibus inquit. Locales autem synodos non auersamur, sed magis amamus, amplectimur, & recipimus, earum etiã diuinitus inspiratas canonicas constitutiones, correctiones, & vtiles earum legislationes summa obseruantia colimus. Hæc ibi. Et loquitur concilium absolute de omnibus synodis prouincialibus (vt patet) etiam includendo eas, quæ speciatim nõ sunt a Papa uel concilijs alijs generalibus approbatæ. Locales igitur. i. prouinciales synodi, ubicunque celebratę (modo sint sacrę, non autem profanæ) auctoritatis illius, quam a Concilio Nicęno audisti, ab omnibus Christi fidelibus habendæ sunt: ac in tali sunt pretio retinendæ. Item hæreses illas meritò damnari à sæc. ut q. 75. art. 2. & 7. Item a regulis fidei, traditis ab Augustino in libro de fide ad Petrum, c. 19 firmissimè tene, & nullatenus dubites; neque Angelos, neque quamlibet aliam creaturam eiusdẽ naturæ esse cuius est secundum naturalem Diuinitatem suam summa Trinitas, qui est unus naturaliter Deus, Pater & Filius, & Spiritussanctus. Neq; n. unius naturæ esse poterant ille qui fecit, & ea quæ fecit. Hęc ibi. Item a Confessione fidei catholicę. B. Hieron. ad Damasum Papã. Animas a Deo dari credimus, quas ab ipso factas dicimus. Anathematizantes eos; qui aias quasi partẽ diuinæ dñt esse substantiæ. Hęc ibi. Vbi & idem B. Hierony. infra dicit; hæc est fides Papa beatissime, quã in Ecclesia catholica dicimus: quamq; semp tenuimus, & tenemus. Tertio videas quo ex his vicissim Angelica cõclusio, declaretur, atq; cõfirmetur.

Comm. Cardinalis Caietani.

Titulus clarus.

¶ In corpore duo. Primo, respondet quęsito. Secundo ostendit radices erroris appositi.

¶ Quo ad primum conclusio est. Anima non est substantia Dei, sed est facta: probatur, anima est in potentia & accipit scientiam a rebus, habetque diuersitatem potentiarum. ergo non est de substantia Dei; tenet sequela, quia deitas est actus purus, nihil accipiens aliunde, & nullam in se diuersitatem habens. Aduerte hic, quod cum conclusio habeat duas partes, negatiuam tantum probat litera, quoniam affirmatiua ex illa negatiua sequitur, adiuncta determinatione superius facta, scilicet quòd omne aliud a Deo sit factum.

¶ Quo ad secundum ponit duas radices, ex quibus ortus uidetur hic error, prima est opinio ponentium tantum corpora esse, & animam de natura primi corporis, quod Deus erat: secunda est opinio ponentium, nihil esse nisi in corpore, & sic animam mundi & animam partis mundi, s. hominis partem animæ totius &c. omnia clara sunt in litera.

ARTICVLVS II.

Vtrum anima sit producta in esse per creationem.

AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur, quòd anima non sit producta in esse per creationem. Quod enim in se habet aliquid materiale, fit ex materia. Sed anima habet in se aliquid materiale, cum non sit actus purus. Ergo anima est facta ex materia, non ergo est creata.

¶ 2 Præt. Omnis actus materiæ alicuius, uidetur educi de potentia materiæ. Cum enim materia sit in potentia: ad actum, actus quilibet præexistit in materia in potentia. Sed anima est actus materiæ corporalis, ut ex eius diffinitione apparet. Ergo anima educitur de potentia materiæ.

¶ 3 Præterea. Anima est forma quædam. Si igitur anima fit per creationem, pari ratione omnes aliæ formæ. Et sic nulla forma exigit in esse per generationem. quod est inconueniens.

SED CONTRA est, quod dicitur Genes. 1. Creauit Deus hominem ad imaginem suam. Est autem homo ad imaginem Dei secundum animam. Ergo anima exiuit in esse per creationem.

RESPON. Dicendum, quod anima rationalis non potest fieri nisi per creationem: quod non est verum de alijs formis. Cuius ratio est, quia cum fieri sit uia ad esse, hoc modo alicui competit fieri, sicut ei competit esse. Illud autem propriè dicitur esse quod ipsum habet esse, quasi in suo esse subsistens. Vnde solæ substantiæ propriè & uerè dicuntur entia: accidens uero non habet esse, sed eo aliquid est: & hac ratione ens dicitur sicut albedo dicitur ens, quia ea aliquid est album. Et propter hoc dicitur in 7. Metaphysico. * q accidens dicitur magis entis quã ens. Et eadem ratio est de omnibus alijs formis non subsistentib. Et ideo nulli formæ non subsistenti, propriè conuenit fieri, sed dicuntur fieri per hoc, quod composita subsistentia fiunt. Anima autem rationalis, est forma subsistens, ut supra habitum est. * Vnde sibi propriè competit esse & fieri. Et quia non potest fieri ex materia præiacente, neque corporali, quia sic esset naturæ corporeæ: neque spirituales quia sic, substantiæ spirituales inuicem transmutarentur: necesse est dicere, quod non fiat nisi per creationem.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod in anima est sicut materiale ipsa simplex essentia: formale autem in ipsa, est esse participatum: quod quidem ex necessitate simul est cum essentia animæ: quia esse per se consequitur ad formam. Et eadem ratio esset si poneretur cõposita quadam materia spirituali, ut quidã dicunt, quia illa materia non est in potentia ad aliam formam, sicut nec materia cœlestis corporis, alioquin anima esset corruptibilis. Vnde nullo modo anima potest fieri ex materia præiacente,

AD SECVNDVM, dicendum, quòd actum extrahi de potentia materiæ nihil aliud est, quam aliquid fieri actu, quod prius erat in potentia. Sed quia anima rationalis non habet esse suum dependens a ma-

*Li. 7. Meta. text. 2. tom. 3.

*q. 75. a. 6

SVPER Q. XC.

ART. II.

COncl. Anima rationalis non potest fieri, nisi per creationẽ quod non est uerum de alijs formis.

452 Inf. q. 118. ar. 2. Et 2. dist. 18. q. 2 art. 1. & 2. Et po. q. 3. artic. 9. Et quo. 9. art. 11. Et opu. 3. c. 93. 131. 129. & 130. Et opu. 28. cap. 5.

¶ Prob. Quia anima rationalis non potest fieri ex materia præiacẽte, nec corporali (Sic enim esset naturæ corporeæ) nec spirituali sic enim spirituales substantiæ inuicem transmutarentur;) Secundo autem pars, scilicet qđ nõ &c. probatur. Quia nulli formæ non subsistenti proprie conuenit fieri; sed dicuntur fieri per hoc, qđ supposita subsistentia fiunt; & alię formæ præter rationalem non sunt subsistentes, sed in hoc similantur accidentibus.

¶ Corol. Ergo directe probat unum, & implicite intẽdit per hoc probasse etiam aliud. Probat enim expresse solum, q eis non conuenit fieri tali modo nobilissimo. s. per creationem. Quod magis explicat in responsionibus ad secundum & tertium. Ex hoc autẽ probasse, seu potius subindicasse intẽdit etiam aliud s. modum, quo fiunt large s. per eductionem de potẽtia materiæ; ut sic modus infimus conueniat rei infimæ (inter formas. s.) sicut modus nobilissimus. s. per creationem conueniebat nobilissimæ.

Pri-

1^m de maiori.

Materiale. R. Propriet non improprie §. Tunc nihil contra. Anima enim secundum ueritatem caret materialiter essentia sua fit ad modum aliqualiter materiæ, inquantum recipit esse, & esse suum fit ad aliqualem modum formæ, inquantum recipitur in alio s. in essentia. Pro captu literæ uide supra q. 50. art. 2. quod non detur materia spiritualis, ut quidam dicunt.

2^m de maiori.

Actus materiæ. R. Cuius esse dependet à materia; non, qui habet esse subsistens. §. Tunc nihil contra, ut patet in litera, quam videndo nota pro semper illam declarationẽ de ly educi de potentia materiæ. si enim quid sit hoc, memoria teneas, non ponet inchoationes formarum in materia, neque materiam per aliquid actuatam ante receptionem formę, & ex alijs huiusmodi liberaberis.

Educi de potẽtia materia.

Ter-

3^m de conclōne. Si ergo anima &c. R. Si subsisteret, non aliter. §. Tunc &c. Non enim subsistunt, ut patet in litera, corpore, &c. q. 55. ar. 3.

APPENDIX.

Vtil. pro S. Eccl.

EX articulo habes primo; quomodo per rationem interimas hæresim Seleuci, Hermias (Prat. Messaliani) dicentium; Animas non creari a Deo. Item Concordensium dicentium; Animas nouas nec creari nec infundi à Deo. Item Enthusiastarum dicentium; animas factas esse ex igne. Item Luciferianorum dicentium; Animam hominis propagatam esse de carnis substantia; Item errorem Tertullianistarum dicentium: Animam filij ex anima patris, sicut corpus ex corpore generari. Item Seleucianorum dicentium: Animam hominis non factam à Deo per filium, sed de terra esse. Item Manichæi dicentis: Adam non a Deo, sed a principe materiæ seuela fictum, & Euam similiter; sed inanimatam creatam & immobilem. Item dicentis, Adam in forma feræ fuisse creatum. Ex articulo enim patet uniuersaliter, quod anima nostra est tantum per creationem, Licet intétum primum quæstionis sit de anima primi hominis: ideo errores non tantum contra animam Adæ, sed etiam contra animam humanam cuiusq; loquentes, tanquam contra quos omnes militat conclusio articuli cum ratione sua, adducere utile fuit. Secundo habes, quomodo per rationem ostendas, uniuersas has iure esse damnatas a scripturis Genes. 1. in principio creauit Deus cœlum &c. faciamus hominem ad imaginem; & similitudinem nostram. Imago autem Dei est in homine ratione animæ sup. q. 3. ar. 1 & q. 9. art. 6. non corporis. Item cap. 5. Hic est liber generationis Adã in die, qua creauit Deus hominem; ad similitudinem Dei fecit illum, masculum & fœminã creauit eos, & benedixit illis. Item Eccl. 17. Deus creauit de terra hominem (intellige hoc quantũ ad corpus, ut in Gen. 2.) & secundum imaginẽ suam fecit illum (hoc quoad animam) &c. Itẽ a Papa Leone in Epist. ad Turibiũ Asturiensem Ep̄m. Animæ hominũ priusquam suis inspirarentur corporibus non fuere, ne c ab ullo incorporantur, nisi ab opifice Deo, qui & ipsarũ est creator, & corporũ. Hæc ibi. Item a Concilio Niceno primo, in symbolo fidei Credimus in unũ Deum omnium uisibilium, inuisibiliumq; factorem. Item ab omnibus legitimis Concilijs sequentibus de hac re tractantibus. Item a Concil. Tolet. primo &c. ut sup. art. 1. Item a B. Hieronymi confessione de fide &c. ut sup. art. 1. Nota in Concilio illo Toletano de aĩa nostra loquente ly Creaturã & ly Dei uoluntate creatã. Item a Leone Decimo in Concilio Lateranensi; Anima intellectiua est pro corporũ, quibus infundit singulariter multiplicabilis, & multiplicata, & multiplicanda. Hęc ibi in sess. 8. Ex omnibus his sese inuicem iuuantibus (quandoquidẽ una est Ecclesia, quæ in multis supposi tis loquitur) damnantur singuli errores prædicti: idque, si bene illas authoritates applicueris, conspicias. Tertio vides, quomodo ex his uicus... doctrina p̄cens declaret, a. q. cõfirmetur.

*Q. 75. a. 1

a materia corporali, sed habet esse subsistens, & excedit capacitatem materiæ corporalis ut supra dictũ est. * propterea non educitur de potentia materiæ.

AD TERTIVM dicendum, q̄ non est simile de anima rationali, & de aliis formis; ut dictum est. *

* In corp art.

Vna Eccle sia in multis supposi tis loquit.

Comm. Cardinalis Caietani.

TItulus clarus.

¶ In corpore unica conclusio rñsiua quęsito affirmatiue. Anima rationalis sola inter formas sensibilium necessario fit per creationem. Probatur, aĩa rationalis sola est subsistens. ergo sola proprie habet esse. ergo fieri, & non ex materia præiacente. ergo per creationem. Antecedens patet ex supradictis quæst. 75. Prima consequentia probatur. Primo, ex dñia inter substantiã & accidens, quia substantia propriæ dr̃ esse, accidens uero est, quo aliquid est. Secundo, ex rõne entis, quia scilicet ea rõne aliquid dr̃ ens, qua se habet ad subsistere, ut patet de albedine. Tertio auctoritate Arist. confirmatur. Secunda uero consequentia probatur, quia fieri eorundem tm̃ est, quorum esse, quia est uia ad esse. Appositio aũt ulterior probatur ex diuisione, quia aut ex materia corporali, aut spirituali. Non prima: quia sic non subsisteret, sed esset forma materialis & corporea. Nec secunda, quia sic substantiæ spirituales transmutarentur ad inuicem, & consequenter essent corruptibiles. Haberent enim materiam cõem, ex cuius potentia educerentur, sicut formę corporales habent materiam sensibilem. Vltima consequentia est per se nota.

¶ Circa primas consequentias aduerte, quod hic est sermo de esse, & fieri simpliciter, idest sine additione aliqua: & est sermo de eorum proprijs subiectis in propositione. Ita quod sensus est quod de solis subsistentibus uere & proprie prædicatur, est, & fit quia sola hæc sunt ea quibus conuenit esse ut quod, reliquis autem conuenit ut quo. Nec obstat quod animæ rationali conueniat etiam esse ut quo: quia est qua homo est, & uiuit: quia nõ conuenit ei ut quo tantum, sed ut quo, & quod simul, cæteris autem formis ut quo tantum. Vnde Aristoteles, ut Auerrois 18. comment. 12 Metaph. dicit, sola hac uia euitauit creationem formarum: quia negauit eas fieri, quia tamen & sunt & fiunt: dixit quod fiunt in quantum composita fiunt & sunt, inquantum sunt ea quibus composita sunt & ideo subtiliter Diuus Thom as ex eodem fundamento processit, subsumendo quod anima rationalis uere & proprie est, & fit, quia subsistit.

Circa ultimam consequentiam aduerte quod posteriores: de quorum numero est Scotus in 4. putantes se distinctiuus cautiusque loqui, distinxerunt quod creatio potest dupliciter sumi. Vno modo pro factione rei, nulla omnino materia supposita: & sic sumitur proprie creatio. Alio modo, pro factione rei in aliquo subiecto præiacente, non tamen de cuius potentia educatur, sed ab extra: & sic dicunt animam creari. Et licet hoc dictum non sit falsum, est tamen rude & offuscans ingenium; dum liquida ueritas occultatur; processit enim hoc ex ignorantia creationis, & fieri naturalis, penes quid distinguantur. Creari enim est ex nihilo fieri, idest ut magnus inquit Albertus, ex nihilo sui fieri. Philosophicum autem fieri, est ex aliquo sui fieri, & ideo subsistentia tantum fiunt & non formæ materiales, nec accidentia. Et ideo nihil obstat creationi simpliciter & proprie præsupponere subiectum, modo id nihil sit eius, quod proprie fit: ut contingit in productione animæ rationalis. Vndę subtilissime diuus Thomas, cum probasset quod anima rationalis proprie fit, subdidit quod non ex materia corporali, neque spirituali, quæ scilicet, sit aliquid sui, sicut materia est aliquid: quia est pars eius quod fit ex ea. Et supra hoc fundantur aliquæ consequentiæ, quod esset corporeæ naturæ. Et hoc bene nota: quoniam est Peripatetica doctrina præcipuumq; Aristotelis fundamentum.

In responsione ad secundum nota secretum aliud Peripateticum: quid scilicet, est formam educi de potentia materiæ; formam esse in potentia materiæ, est esse in ea, ut causa non actiua sed materiale: esse autem in aliquo, ut causa materiali, est habere esse dependens ab ea: cum omnis effectus à sua dependeat causa in suo genere causæ: & habere esse confusum id est indistincte in ea. Non enim in potentia materiæ distinctum esse habet forma aquæ aut ignis, sed unum est eorum omnium esse ut in ea sunt. Et merito, quia actus est distinguere, esse autem in potentia materiæ distinguitur contra esse in actu, habente ergo materia in se formam, secundum esse potentiale nihil aliud est educi formam de eius potentia, quam materiam transmutari transmutatione sufficiente, ita quod ex ui transmutationis materiæ, forma resultet, ex quo enim erat in ea secundum esse confusum, ipsa transmutatio continue appropriat & distinguit ipsam materiam ad esse illius distinctum; quoniam continue aliter, & aliter se habet secundum illud per ipsam mutationem formaliter. Et sic completa transmutatione qua præcedens compositum transmutatur in aliud compositum, resultat forma. Vnde per oppositum, fit homo, quoniam ex ui transmutationis, qua præcedens compositum mutatur in hominem; nunquam resultaret anima rationalis quoniam causalitas materiæ se non extendit ad intellectus operat: ideo, non educitur de potentia materiæ. Educi ergo formam de potentia materię, est ipsam ex ui transmutationis resultare in ea &c.

SVP. Q. XC.

ART. III.

453 Locus supra art. 2. notatis.

CONCL. Quidam posuerunt, q̄ Angeli, secundum q̄ operãtur in uirtutem Dei,

ARTICVLVS III.

Vtrum anima rationalis sit producta à Deo immediate.

AD TERTIVM sic procedit̃. Vr, q̄ aĩa rõnalis nõ sit ꝓducta a Deo imediate, sed medianti. angelis. Maior. n. ordo ẽ in spũalib. q̃ in corporalib. Sed corpora inferiora ꝓducunt per corpora superiora: vt Dionys. * dicit 4. ca. de di. No. Ergo, & inferiores spiritus qui sunt aĩe rõnales producuntur per spiritus superiores, qui sũt angeli.

¶ 2 Præt. Finis rerũ rñdet principio. Deus. n. est principium & finis rerum. Ergo & exitus rerum à

causãt aĩas rõnales, sed hoc est oĩno impossibile, & a fide alienum.

¶ PROB Quia anima rationalis non potest produci, nisi per creationem (arti. 2.): & nihil potest creare, nisi Deus, (cũ solius primi agen-

*Ca 4. par. 1. aliquantulum ante fin.

agentis sit agere nullo præsupposito,) nec etiam instrumentaliter (cum semper agens secundum præsupponat aliquid a primo agente causatum,) Not. Vide supra q. 45 artic. 5. quod nulla creatura, nec etiam instrumentaliter, potest creare: & appendicem ibi.

1m de minori ex Dionysio, Producunt. R. Per trāsmutationem: non, per creationem. §. Tunc nihil contra, ut patet ex supra.

2m ex Dionysio. Reducuntur. R. Per quandam transmutationem: nō, per creationem. §. Tūc &c. ut patet ex supra.

3m ex Philosopho. Facere. R. Per transmutationem: non per creationē. §. Tūc &c. Nō. n. ex eo, quod imperfecti sint Angeli, producere non possunt aliquid sibi simile secundum speciem naturæ: sed ex eo, quod producibile non est factibile per transmutationem; sed solū per creationem, super qua, etiam si essent perfectiores, non possunt. Ex infactibilitate ergo rei ab eis, non ex imperfectione eorum, est: quod non possunt facere sibi simile sm naturam. De corporibus autem sibi similem producentibus est alia ratio: quoniam ab eis per transmutationem materiæ similia corpora produci possunt.

* Cap. 5. eccl. Hier. par. 1. titu. de sacerdotum perfection. in princ.

principio respondet reductioni rerum in finem. Sed infima reducuntur per prima, ut Dion.* dicit. Ergo & infima procedunt in esse per prima, scilicet animæ per angelos.

¶ 3 Præterea. Perfectum est, quod potest sibi simile facere, ut dicitur in quarto Metaphys. † Sed spirituales substātiæ sunt multo magis perfectæ, quam corporales. Cum ergo corpora faciant sibi similia secundum speciem, multo magis angeli poterunt facere aliquid infra se, secundum speciem naturæ, scilicet animam rationalem.

SED CONTRA est, quod dicitur Gen. 2. quòd Deus ipse inspirauit in faciem hominis spiraculum uitæ.

RESPON. Dicendum, quòd quidam posuerunt quòd angeli secundum quod operantur in uirtute Dei causant animas rationales. Sed hoc est omnino impossibile & à fide alienum: Ostensum est. n.* quòd anima rationalis non potest produci nisi per creationem. Solus autem Deus potest creare: quia solius primi agentis est agere, nullo præsupposito: cum semper agens secundum præsupponat aliquid a primo agente, ut supra habitum est.* Quod autem agit aliquid ex aliquo præsupposito, agit transmutando; & ideo nullum aliud agens agit nisi transmutando; sed solus Deus agit creando. Et quia anima rationalis non producitur per transmutationem alicuius materiæ, ideo non potest produci nisi à Deo immediate. Et per hoc patet solutio ad obiecta. Nam quòd corpora causant uel sibi similia, vel inferiora, & quòd superiora reducunt inferiora: totum hoc prouenit per quandam transmutationem.

*art. præced

*Quæst. 65 art. 3.

ARTI-

APPENDIX.

Veil. pro S. Eccl.

EX articulo habes primo: quomodo per rationem perimas hæresim (Præst. Seleuciani) dicentium: Animas factas esse ab Angelis. Item Albanensium Messalanorum dicentium: Adam non fuisse a Deo. Item, Adam aliquid malum fuisse. Et hoc inde sequebatur. Si enim Adam, secundum illos, non fuit a Deo, a quo omnia quæ sunt, bona sunt, sequitur, quod Adam aliquid malum fuerit. Item hær. Auerrois, Algazelis (Direct. inquisitorum 2. par. q. 4.) dicentium: quod anima nostra procedit à datore formarum qui est ultima intelligentia. Item hæres. narratas in articulo primo, & secundo, inquantum aliqualiter spectant huc. Secundo habes: quomodo per rationem ostendas, has merito esse damnatas a scripturis Genes. primo. Faciamus hominem ad imaginem, & similitudinem nostram. & inf. Creauit itaque Deus hominem ad imaginem suam. Ecce anima a Deo immediate, secundum quam homo tenet imaginem Dei: ut in append. artic. secundo. Quod si forte Messaliani, uel Seleuciani quasi glossando responderent, quod loquebatur Deus, per ly faciamus, ad Angelos, & consequenter quod mediantibus Angelis Deus hominis animam creauit: tu istam eorum fugam, literæque iniustam torsionem sic retunde. Verbum ly faciamus, ad illos dixit Deus secundum planum sensum literæ; ad quorum imaginem creatus est homo: ut patet ex ly nostram. Tunc ulterius. Homo non est factus ad imaginem Angelorum, sed Dei; (cum nunquam legatur, nisi ad imaginem Dei factus; & scripturæ non tacuissent tantum beneficium nobis factum ab Angelis, quod scilicet ipsi ad suam imaginem creassent nos, si creassent, & hoc ne nos ex ignorantia inueniremur ingrati erga Angelos: quoniam scripturæ omnem a nobis ingratitudinis notam arcere conantur, ut patet:) Homo, inquam, non est factus ad imaginem Angelorum, ergo uerbum ly faciamus, non dixit Deus ad Angelos. Vis videre ad quos dixerit Deus ly faciamus: & consequenter ad quorum imaginem est anima nostra? Audi Concilium Syrmiense, pro parte qua fuit sacrum (non enim pro omni sua parte fuit sacrum: ut patet in hystoria tri part. lib. 5. capit. 6. 7.) dum tradit regulas fidei orthodoxas contra Arrium canon. 13. dicens. Si quis, quod scriptum est faciamus hominem, non patrem ad filium dicere; sed ipsum ad semetipsum asserit dixisse Deū; anathema sit. Ergo ad imaginem patris & filij hominem esse factū, vides ex Concilio isto. Et quia vbicumque nominatur pater & filius in actionibus ad extra cointelligitur secundū SS. Doctores Spiritus sanctus, tanquam nexus amborum: ideo ex Cōcilio dic, quod ly faciamus &c. locutio est patris ad filium & Spiritum sanctum, & consequenter quod homo est factus ad imaginem Dei non solum quantum ad naturā diuinam, sed etiam quantum ad Trinitatem personarum. qu. est. 93. artic. quinto. Ex D. Thoma igitur hic, & ibi, habes: quomodo per rationem ostendas: Concilium præmissum recte interpretatum fuisse ibi scripturam; & consequenter merito damnasse etiam Seleucianos dicentes. Animam hominis esse factam non per filium supra articulo secundo. Adde ad damnationem Messalianæ hæresis in principio dictæ, quod scriptura ex phrasi loquendi aperte monstrat: Deum immediate produxisse animam nostram. Dicitur enim Genes. 2. Inspirauit Deus in faciem hominis spiraculum vitæ; & factus est homo in animam uiuentem. Ecce, quod spiraculum illud uitæ est anima uiuens. Vnde & B. Chrysost. hoc idem 9. homil. super Genes. testatur sic, & ut doceat nos quod formatum illum de terra misericordia domini & rationalem animę essentiam habere uoluerit: per quam animal hoc absolutum fieret atque perfectum; Inspirauit, inquit, in faciem eius spiraculum uitæ. Vitalem dicere vult operandi efficaciam ei, qui de terra formatus est, spiraculum datum esse; & hoc substantiam animæ constitutam. Vnde subdit, & factus est homo in animam uiuentem. Hæc ille. Cui B. Eucherius Lugdunensis episcopus subscribit sic libro primo super Genesim. Quęritur utrum Deus animam insufflando fecit: an eam, quam fecerat, corpori dando potius insufflauit? Vtrumq; enim puto esse nec habere aliquid quęstionis, quomodo siue insufflando fecerit animam, siue creando donauerit, nec de aliquo statu suo, nec de seipso, sed ex nihilo, aut sufflando creauit, aut creando corpori insufflauit: non quia illud spiraculum conuersum est in animam uiuentem, sed opera tum est animam uiuentem. Hæc ille. Item à &c. ut q. 75. art. 5. & q. 8. art. 3. & q. 84. art. 5. & q. 44. art. 1. & q. 65. art. 1. & 4. & hac q. 9. art. 1. 2. Tertio vides: quomodo ex ijs vicissim Angelica hæc doctrina firmetur.

2

3

Comm. Cardinalis Caietani.

TItulus clarus.

¶ In corpore duo. Primo, respondet quęsito. Secundo soluit obiecta.

Quo ad primum simul refert opinionem contrariam: & impugnando illam, infert conclusionem intentam. Opinio opposita, est pars affirmatiua. scilicet Anima fit a Deo mediantibus angelis. Conclusio intenta est eius contradictoria, Anima fit à Deo immediate. Ratio pro hac, & contra illam est ista, Anima fit non per transmutationem, sed per creationem. ergo à Deo immediate. Antecedens patet ex præcedenti articulo. cōsequentia probatur, ex differentia inter primum agens & alia agentia: quia illius tantum est creare, & horum est transmutare tantum. Quæ differentia probatur sic. Omne agens secundum, præsupponit aliquid a primo agente ergo agit ex aliquo præsupposito. ergo agit transmutando. ergo solius primi agentis est agere nullo. præsupposito. ergo creare Omnia sunt superius in quæst. 44. discussa. Quo ad secundum, clara omnia in litera.

Ferr.

Petr.2.sen.c.81. Alb.Mag. 2.d.17.ar.2.

ARTICVLVS IIII.

Vtrum anima humana fuerit producta ante corpus.

AD QVARTVM sic proceditur. Videtur, quòd anima humana fuerit producta ante corpus. Opus enim creationis præcellit opus distinctionis & ornatus: vt suprà habitum * est. Sed anima producta est in esse per creationem: corpus autem factum est in fine ornatus, vt suprà habitum † est. ergo anima hominis producta est ante corpus.

¶ 2 Præt. Anima rationalis magis conuenit cum angelis, quàm cum animalibus brutis. Sed angeli creati fuerunt ante corpora, vel statim à principio cum corporali materia, corpus autem hominis formatum est sexto die quando & bruta animalia sunt producta. ergo anima hominis fuit creata añ corpus.

¶ 3 Præt. Finis proportionat principio. sed anima in fine remanet post corpus. ergo & in principio fuit creata ante corpus.

SED CONTRA est, quòd actus proprius fit in potentia propria. Cùm ergo anima sit proprius actus corporis, anima producta est in corpore.

RESP. Dicendum, quòd Origenes * posuit non solum animã primi hominis, sed animas omnium hominum antè corpora simul cum angelis creatas, propter hoc quòd credidit, omnes spirituales substantias, tam animas quàm angelos, æquales esse secundùm suæ naturæ conditionem, sed solum merito distare, sic quòd quædam earum corporibus alligantur, quę sunt animę hominum, vel cœlestiũ corporum: quædam verò in sui puritate secundum diuersos ordines remanent, de qua opinione s. iam diximus. * Et ideo relinquat ad præsens. August. verò in 7. super Gen. † ad lit. dicit, quòd anima primi hominis, antè corpus cum angelis est creata propter aliam rationem: * quia scilicet ponit quòd corpus hominis in illis operibus sex dierũ, non fuit productum in actu, sed solùm secundum causales rationes. quod non potest de anima dici: quia nec ex aliqua materia corporali aut spirituali præexistente facta fuit, nec ex aliqua virtute creata produci potuit. Et ideo videtur, quòd ipsamet anima in operibus sex dierum in quibus omnia facta fuerunt, simul cum angelis fuerit creata: & quòd postmodum propria voluntate inclinata fuit ad corpus administrandum. Sed hoc non dicit asserendo, vt eius verba demonstrant. * Dicit enim, Credatur, si nulla scripturarum authoritas seu veritatis ratio contradicit, hominem ita factum sexto die, vt corporis quidem humani ratio causalis in elementis mundi, anima verò iam ipsa crearetur. Posset autem vtique hoc tolerari secundum eos, qui ponunt quòd anima habet per se speciẽ & naturam completã: & quòd non vnitur corpori, vt forma, sed solùm ad ipsum administrandum. Si autem anima vnitur corpori ut forma, & est naturaliter pars humanæ naturę: hoc omnino esse non potest. Manifestum est.n. quòd Deus primas res instituit in perfecto statu suæ naturæ: secundũ quòd vniuscuiusque rei species exigebat. Anima autem cũ sit pars humanæ naturæ, non habet naturalem perfectionem, nisi secundũ quòd est corpori vnita. Vndè non fuisset conueniens, animam sine corpore creari. Sustinendo ergo opinionem August. de operibus sex dierum, dici poterit, quòd anima humana præcessit in operibus sex dierũ, secundum quandã similitudinẽ generis: prout conuenit cum angelis in intellectuali natura. Ipsa.n. fuit creata simul cum corpore. Secundum alios verò sanctos, tã anima quàm corpus primi hominis in operibus sex dierum sunt producta.

AD PRIMVM ergo dicendũ, quòd si natura animæ haberet integram speciem, ita quòd secundum se crearetur, ratio illa procederet vt per se in principio crearetur. Sed quia naturaliter est forma corporis, non fuit seorsum creanda, sed debuit creari in corpore. Et similiter est dicendum ad secundum. Nam anima si per se speciem haberet, magis conueniret cum angelis. Sed inquantum est forma corporis pertinet ad genus animalium, vt formale principium.

AD TERTIVM dicendum, quòd animam remanere post corpus accidit per defectum corporis, qui est mors, qui quidẽ defectus in principio creationis aꝺ esse non debuit.

QVÆ-

* q.47.ar.2.
† Li.7.sup Gen. c.24. & 25. & 27. tom. 3.
* Eodẽ lib. cap. 24.
* Li.7. sup Gen. c.24. in fi. to. 3.

SVPER QVAEST. XC. ART. IIII.

CONCL. Tàm anima, quàm corpus primi hominis fuerunt producta in operibus sex dierum: ita scilicet quòd simul producta fuit cum corpore.

¶ PROB. Quia anima (cùm humanæ naturæ sit pars) non habet naturalem perfectionem, nisi secũdum quòd est corpori vnita; Et Deus primas res instituit in perfecto statu suæ naturæ, secundum quòd vniuscuiusque rei species exigebat.

454
Inf. q.118. art.3. Et 3. q.6. art. 3. & 4. Et 3. d. 17. q. 2. art.2. Et 2. contra ca. 81. Et pot. q.3. ar. 10. Et opu.30. lect. 4.
† Quol.65. q.67. q 70.
* q. 66. & 70.
† Art.2. & huius q.

¶ NOT. Cũ ista conclusio fundetur super hoc, quòd anima essentialiter est forma corporis; & consequenter conclusio opposita negationem huius fundamenti inferat necessariò (stante quòd Deus primas res instituerit in perfecto statu suæ naturæ, secundum quòd cuiusque species exigebat): ideo oppositum conclusionis nostræ videtur contra Clementinæ determinationem de fide. Vide supra q. 76. artic.1. vbi recitatur Clemẽtina verbaliter.

1^m de maiori. Creationis. ℞. Rerum secundum se integram speciem habentiũ: non, rerum naturaliter partes speciei existentium. §. Tunc nihil &c. Nam anima naturaliter est pars speciei humanæ & forma corporis: non autẽ integra species, puta homo, supra q. 75. art.4.

* Ex lib. 1. Periar. c.7. & 8. to. 4.

2^m maior. Anima rationalis magis conuenit &c. ℞. Si per se speciem haberet: non, inquantũ forma corporis. §. Tunc nihil &c. Vide ad primum. Exinde scito sanctum Doctorem pro more suo loqui formaliter: Et ideo dicit, quòd anima magis conueniret cum Angelis, si haberet per se speciẽ. Scit tamen; quòd etiã si nõ haberet per se speciem (sicut non habet) magis cum eis conueniret; puta in intelligẽdo &c. Intendit ergo verba illa formaliter, i. in forma argumẽti solutioni debita; quæ de creatione est. Ad hoc enim propositum conueniret magis anima cũ Angelis, vt s. tunc cum illis simul crearetur, si haberet per se integrã speciem. Sola enim hęc conuenientia concluderet propositum argumenti: alia non. Hunc morem pro responsionum verbis ubilibet intelligendis, semper memoriæ mandato. ne per accidentalia extrà propositum materiæ subiectæ, uagans decipiaris: & ibi dubites, vbi non est opus. Quod autem de responsis dixi, intellige etiam in omnibus. Nam veri Doctoris est loqui semper in proposito, de quo agitur, tanquàm sapientis: & consequenter parum prudentis lectoris est, velle ipsius verba ad alium sensum trahere. Hoc ad intelligendum & theologiam, & philosophiam &c. valet plurimum.

Aureũ notandũ pro intelligẽdo rectè S.Doctorẽ vbique.

3^m maior. Finis proportionatur principio. ℞. Sublatis impedimentis: non aliter. §. Tunc nihil &c. Impedimenta enim quę sunt defectus corporis, faciunt hic; quòd finis non proportionetur principio, i. quòd anima non remaneat semper, sicut in corpore fuit creata.

APPENDIX.

EX artic. habes primò: quomodo per rationem interimas hæresim cuiusdam Ioãnis Episcopi Hierosolymitani (secundum B. Hieronymum in quadam epistola ad Pammachiũ aduersus errores prædicti Ioannis) dicentis; Animam primi hominis fuisse prius formatã quàm corpus. Secundò habes, quomodo per rationẽ ostendas hãc meritò damnari à scripturis Genes. 1. Creauit Deus hominẽ ad imaginem suam; ad imaginem Dei creauit illum masculum & fęminam creauit eos. Ecce: quòd anima simul cum corpore creata est, quoniã homo simul creat* narratur ad imaginẽ Dei, & in sexuum distinctione, puta masculus & fęmina. Quis modò nesciat; imaginẽ Dei esse in anima solum; & sexuum distinctionem solum esse in corpore? Anima ergo secũdum scripturæ huius testimonium, non fuit producta ante corpus. Per hanc eandem auctoritatem, vt per quã summatim primorũ parentũ narretur factio, quæ post in cap.2. fusius explicabitur, commonstratur; quòd nec etiam anima Euæ fuit producta ante suum corpus. A simili ergo ostenditur ibi: quòd nulla quorumcumque hominum anima fuit, est, vel erit producta ante propriũ corpus. Vide q. 118. artic. 3. Item dãnari à Papa Clemente in Concilio Viennensi; dum animam rationalẽ esse per se essentialiter corporis formam determinat. Si enim in prima rerum factione institutæ sunt res in statu perfecto suæ naturæ secundum quòd vniuscuiusque species exigebat (vt Doctores tenent; & ex Gen. 1. c. etiam quoad plantas, colligitur) patet

Vtilitas pro Eccle. S.Dei.

patet; quòd ponere animam rationalem tunc esse ante suum corpus productam, est dicere, animam ipsam esse in statu perfecto suæ naturæ integræ secundum speciem absque corpore; & consequenter animam ipsam non esse per se essentialiter formã corporis humani; quod est hæreticum ibi a Clemente damnatum. Vide suprà quæst. 76. art. 1. Clementinam verbaliter recitatam. Item a &c. vt q. 65. art. 2. appen. Ibi habes Concilia, & scripturas. Item a B. Hieronymo in eadem supradicta epistola; qui ex tali positione ostendit, sequi aliam hæresim, sic. Si fuit anima, antequàm Adam in paradiso formaretur, & vixit & egit aliquid; necesse est, vt aliqua causa præcesserit, cur, quæ prius sine corpore fuit, postea circundata sit corpore. Et si animæ est naturale esse sine corpore; ergo contra naturam est esse in corpore. Si contra naturam est esse in corpore; ergo resurrectio corporis contra naturam erit: sed non fiet resurrectio contra naturam: ergo, iuxta sententiam vestram, corpus quod contra naturam est resurgens animam non habebit. Hæc ille. Tertiò habes, quomodo per rationem prædicta de scripturis & Concilijs, pro quanto animam ante corpus proprium dari negant, & declares, & probes, & defendas, iuxta notationem vtilissimam positam q. 57. artic. 2. Quartò vides, quomodo ex his vicissim Angelica doctrina præsens declaretur, atque confirmetur.

¶ Nor. Præsenti articulo vtcumque seruit in ordine articulus 528. 250. 368. 356. 581.

3 4 Pro stud. var. coor.

Comm. Cardinalis Caietani.

Titulus clarus.

¶ In corpore quatuor. Primo, refert opinionem Origenis. Secundo, Augustini. Tertio, examinat illam. Quarto, respondet quæsito.

¶ Quo ad primum, apud Origenem, Omnes animæ ante corpora &c. sed superius discussum est hoc.

¶ Quo ad secundum, apud Augustinum tria. Primo conclusio, Anima primi hominis ante corpus est producta. Secundo ratio eius: quia corpus causaliter primis diebus, anima verò in seipsa producta fuit, cum non possit dici, quod fuit in causis suis producta: quia solus Deus est eius causa. Tertio, modus opinandi, scilicet, quod non assertiue hæc dixit: vt patet ex verbis eius.

¶ Quo ad tertium, examinatur hæc propositio secundum duas vias, scilicet dicentium animam per se speciem, vt Platonici, & partem speciei, vt Peripatetici. Apud primos, potest sustineri, apud secundos est impossibile: quia anima est condita in statu perfecto; ergo coniuncta corpori. tenet sequela: quia pars non est perfecta nisi in toto.

¶ Quo ad quartum, conclusio responsiua est. Anima est simul producta cum corpore. Probatur secundum vtramque viam, s. Augus. & aliorũ sanctorum de operib. sex dierum Augustini quidẽ, quia ratio ad oppositum adducta non cogit: quia anima in primis operib. poni potest producta non in seipsa, nec in suis causis, sed in suo genere, s. intellectuali natura, in qua communicat cũ angelis. Aliorum verò sanctorum, quia simul in primis operibus sunt ambo in seipsis producta apud eos.

SVPER Q. XCI. ART. 1.

Conci. Conuenienter dicitur corpus primi hominis de limo terræ.

¶ Prob. Quia corpus hominis debet esse cõpositũ ex elementis (vt accipiat de his creaturis, sicut de omnib. alijs aliquid) ita quòd elementa superiora sint secundum virtuté in eo, inferiora secundũ substantiã abundanter (aliter nõ posset esse in eo mixtionis æqualitas); & limus est secundum substantiam terra aquæ permixta.

1^m de minori.

Corporis. ℞. Quantum ad eius materiam non, quantum ad ipsum corpus. §. creando, s. illud. Tunc nihil &c. vt patet in littera. Ex qua elice, quòd corpus hominis dicitur creatum, & non creatum; creatum ratione suorũ principiorum; non creatum, sed tantum à Deo factum, ratione sui totius suprà q. 45. art. 4. maxime ad secundum.

455 2. di. 18. q. 1. art. 1. ad 5. Et artic. 3. ad 2. Et 3. dist. 3. q. 2. art. 2. corp. & ad 4.

2^m de maiori.

Nobiliora. ℞. Simpliciter: non, nobiliora, i. aptiora secundũ quid. § Tunc nihil &c. Nobilitas

QVÆSTIO XCI.

De productione corporis primi hominis, in quatuor articulos diuisa.

Deinde considerandum est, de productione corporis primi hominis.

Et circà hoc quæruntur quatuor.

¶ Primò, De materia ex qua productum est.

¶ Secundò, De authore, à quo productum est.

¶ Tertiò, De dispositione, quæ ei per productionẽ est attributa.

¶ Quartò, De modo & ordine productionis ipsius.

ARTICVLVS I.

Vtrum corpus primi hominis sit de limo terræ.

Ad primvm sic proceditur. Videtur, quòd corpus primi hominis non sit de limo terræ. Maioris enim virtutis est facere aliqd ex nihilo, quàm ex aliquo: quia plus distat ab actu non ens, quàm ens in potentia. Sed cum homo sit dignissima creaturarum inferiorũ, decuit vt virtus Dei maximè ostenderetur in productione eius. ergo non debuit fieri ex limo terræ, sed ex nihilo.

¶ 2 Præte. Corpora cœlestia sunt nobiliora terrenis. Sed corpus humanum habet maximam nobilitatem, cum perficiatur à nobilissima forma, quæ est anima rationalis. Ergo non debuit fieri de corpore terrestri, sed magis de corpore cęlesti.

¶ 3 Præt. Ignis & aer sunt nobiliora corpora quàm terra & aqua. quod ex eorum subtilitate apparet. Cùm igitur corpus humanum sit dignissimum, magis debuit fieri ex igne & ex aere, quàm ex limo terræ.

¶ 4 Præt. Corpus humanum est compositum ex quatuor elementis. Non ergo est factum ex limo terræ, sed ex omnibus elementis.

Sed contra est, quòd dicitur Genes. 2. Formauit Deus hominem de limo terræ.

Respon. Dicendum, quòd cum Deus perfectus sit in operibus suis, perfectionẽ dedit omnibus secundũ eorum modum, secũdum illud Deut. 32. Dei perfecta sunt opera. Ipse autem simpliciter perfectus est ex hoc ꝙ omnia in se præhabet, non per modum compositionis, sed simpliciter & vnitè, vt Dionys. * dicit eo modo, quo diuersi effectus præexistunt in causa secundum eius virtutem vnam. Ista autem perfectio ad angelos quidem deriuatur, secundum quòd omnia sunt in eorum cognitione, quæ sunt à Deo in natura producta per formas diuersas. Ad hominem verò, deriuatur inferiori modo huiusmodi perfectio: non. n. in sua cognitione naturali habet omnium naturalium notitiam. Sed est ex rebus omnibus quodammodo compositus, dum de genere spiritualium substantiarum habet in se animam rationalem, de similitudine verò cœlestium corporum habet elongationem à cõtrarijs per maximam æqualitatem complexionis. Elementa verò secundũ substantiam: ita tamen, quòd superiora elementa prædominantur in eo secundum virtutem, s. ignis & aer: quia vita præcipuè consistit in calido, quod est ignis, & humido, quod est aeris. Inferiora verò elementa, abundant in eo, secundum substantiam. Aliter enim non posset esse mistionis æqualitas, nisi inferiora elementa, quæ sunt minoris virtutis, secundum quantitatẽ in homine abundarent. Et ideo dicitur corpus hominis de limo terræ formatum, quia limus dicitur terra aquæ permista. Et propter hoc, homo dicitur minor mundus, quia omnes creaturę mundi quodam modo inueniuntur in eo.

* cap. 5. de diui. nom. paulò ante med.

Ad primvm ergo dicendum, quòd virtus Dei creantis manifesta est in corpore hominis: dum eius materia est per creationem producta. Oportuit autem, vt ex materia quatuor elementorum fieret corpus humanum: vt homo haberet conuenientiam cum inferioribus corporib. quasi medium quoddam existens inter spirituales & corporales substantias.

Ad secvndvm dicendum, ꝙ quàmuis corpus cęleste sit simpliciter nobilius terrestri corpore: tamen quantũ ad actus animæ rationalis est minus conueniens. Nam anima rationalis accipit notitiam veritatis quodammodo per sensus; quorum organa formari non possunt ex corpore cœlesti,

litas enim corporis est mensuranda non absolutè, sed secundum requisitionem animæ; sicut & vniuersaliter materia est propter formam. Vide literam; & ibi rationem, quare terrenum corpus est nobilius, id est aptius secundum quid, id est secundum requisitionem animæ, quàm cœleste. Notabisque etiam hanc literam contra Valentinum, qui ignorantissime (vt hinc patet) dixit hæresim hanc, quod corpus Christi erat de materia cœlorum. De qua hæresi, eiusque damnatione, susius in tertia parte suo loco.

Hæresis conuicta.

3^m de antecedente. Quatuor. &. Duobus tamen solum secundum quantitatem abundantibus, scilicet, terra, & aqua: & ab his sit, tanquàm ex abundantiori, denominatio. Tūc nihil &c. Licet. n. ignis, & aer componant: tamen, propter minorem quantitatis realis abundantiam non sic denominant. Vide conclusionis probationem.

4^m ex argum. contra. Limo terræ. &. Tanquàm ex magis apparentibus describendo: non, tanquàm cætera duo elementa ab ipsius compositione excludendo. §. Hoc. f. dixit Moyses. Tunc nihil &c. vt patet. Ex litera disce loqui tuis auditoribus iuxta capacitatem eorum, non dicendo vnquàm falsitatem; sed commodè aliquam, eis non facile capibilem, tacendo veritatem. Hoc esse docet litera officium Doctoris, Prædicatoris, &c. & si qui aliter faciunt, nesciunt quid agant: seque per hoc minus doctos, ac discipulos suos magis ignaros, aut certe minus ad proficiendum idoneos, reddunt. Meminerint bi: quòd docens & discens sunt mutuò relatiua; & consequenter quòd ad inuicem commensurari debēt modo prædicto. Quinimmo, & ipse Doctor gentium idipsum docebat; dum se discipulis conformans, lac dabat aliquibus, non escam. 1. Cor. 3. & sapientiam loquebatur inter perfectos. 1. Cor. 2. Insuper & Christus Dominus magistrorum optimus hoc ipsum facto proprio insinuauit, Ioan. 16. Multa habeo vobis dicere, sed non potestis portare modo.

Modus docendi.

cœlesti, cum sit impassibile. Nec est verum, quod quidam dicunt aliquid de quinta essentia materialiter ad cōpositionem humani corporis aduenire, ponentes animam vniri corpori mediante quadam luce. Primò enim falsum est, quod dicunt lucem esse corpus. Secundò vero impossibile est aliqd de quinta essentia, vel à corpore cęlesti diuidi, vel elementis permisceri, propter cœlestis corporis impassibilitatem. Vndè, non venit in compositionem mistorum corporum, nisi secundùm suæ virtutis effectum.

AD TERTIVM dicendum, quòd si ignis & aer, quæ sunt maioris virtutis in agendo, etiam secundùm quantitatem in compositione humani corporis abundarent: omnino ad se traherent alia, & non posset fieri æqualitas commistionis, quæ est necessaria in compositione hominis ad bonitatem sensus tactus, qui est fundamētum sensuum aliorum. Oportet. n. organum cuiuslibet sensus non habere in actu contraria, quorum sensus est perceptiuus, sed in potentia tantum: vel ita quòd omnino careat toto genere contrariorum: sicut pupilla caret colore, vt sic in potentia ad omnes colores. Quod in organo tactus non erat possibile, cum sit compositum ex elementis: quorum qualitates percipit tactus. Vel ita quòd organum sit medium inter contraria, vt necesse est in tactu accidere. Medium enim est in potentia ad extrema.

AD QVARTVM dicendum, quòd in limo terrę est terra & aqua conglutinans partes terræ & aquę. De aliis autē elementis Scriptura mentionem non fecit: tùm quia minus abundant secundum quantitatem in corpore hominis, vt dictū * est: tùm etiam, quia in tota rerum productione de igne & aere, quæ sensu non percipiūtur à rudibus, mentionem non fecit Scriptura, quæ rudi populo tradebatur.

* In corp. art.

AR-

APPENDIX.

EX articulo habes primò: quomodo per rationem destruas errorem Origenistarum (Melchior Cano de locis Theologicis lib. 12. cap. 7.) dicentium; Adæ formationem de limo terræ, allegoricè & figuratè, non historicè, esse intelligendam. Secundò habes: quomodo per rationem ostendas, hunc errorem rectè damnatum fuisse à Synodo sexta Constantinop. actio. 11. vbi inter alia dicitur; Si quis non anathematizat Arrium, Eunomium, Macedonium, Apollinarem, Nestorium, Eutychem, & Origenem, cum impijs eorum scriptis, & omnes alios hæreticos, qui condemnati sunt & anathematizati à sancta Dei catholica, & Apostolica Ecclesia, vel prædictis quatuor sanctis Concilijs: sed & eos qui similia cum prædictis hæreticis sapuerunt aut sapere noscuntur, & vsque ad finem permanserunt in propria impietate; talis anathema fit. Hæc ibi. Item à &c. vt q. 68. art. 2. Item à &c. vt q. 41. artic. 2. vbi recēsetur colluuies hæreticorum cū libris dictisque suis damnatorum. Item à scriptura, Eccl. 33. Omnes homines de solo & ex terra; vnde Adam formatus est. Item Sapien. 10. Et illum, qui primus formatus est à Deo pater orbis terrarum, eduxit de limo terræ, Gen. 2. Formauit Dñs Deus hominē de limo terræ. Hoc enim in loco pura historia recensetur, non interposita dictione aliqua, vel tenuiter figuratum sensum significante. Quòd si, vbi nulla figurata locutio profertur, locutionem figuratam afferre, excludendo historicam, quis impune posset: scripturarum sanctarum veritas deperiret; hæreticis innumeris via aperiretur; arma Catholicorum hæreses efficaciter expugnantia auferrentur; inutilia, falsa, noxia plurima, pro vtilibus, veris, proficuis expositionibus, intruderentur; & Babylone maior in dies confusio Christianis occurreret. vide quæstionem 102. artic. 1. princip. corporis. His omnibus incommodis iter præcludere volens sanctum Concilium Tridentinum sessione 4. decret. 2. canonem statuit sic. Præterea ad coercenda petulantia ingenia decreuit; vt nemo suæ prudentiæ innixus in rebus fidei & morum ad ædificationem doctrinæ Christianæ pertinentium sacram scripturam ad suos sensus contorquens, aut contra eum sensum, quem tenuit & tenet sancta mater Ecclesia (cuius est iudicare de vero sensu & interpretatione sanctarum scripturarum), aut etiā contra vnanimem consensum Patrum, ipsam scripturam sacram interpretari audeat: etiam si huiusmodi interpretationes nullo vnquàm tempore in lucem edendæ forent. Qui contrauenerint, per ordinarios declarentur; & pœnis à iure statutis puniantur. Hæc ibi. Porrò Origenis prædicta expositio cùm sit contra vnanimem consensum Patrum, cauenda est, tanquàm à Concilio hic reiecta. Quid verò, quantumque circumspectionis in huiusmodi scripturarum sanctarum enarrationibus catholicè intelligendis præstare sedulò debeamus: suprà quæst. 68. art. 1. & 2. in corporis initio ex Augustino declaratum est, & in quæst. 1. art. 9. notatione ante appen. Item damn. ab eadem sexta Synodo Constantinopolit. actio. 11. speciatim loquente de formatione corporis Adæ, Euæ, serpentis tentatione contra Origenistas, in epistola synodica (nam Actio. 13. epistola hæc à Synodo approbata est) Sophronij Patriarchæ Hierosolymitani; quam damnationem affert Melchior, vbi suprà. Tertiò vides: quomodo ex his vicissim Angelica firmetur conclusio.

Vtilitas pro Eccle. S. Dei.

Cōtra expositores pro historia scripturarum tropos cōmiscentes.

Comm. Cardinalis Caietani.

TItulus clarus.

¶ In corpore vna conclusio responsiua quæsito affirmatiuè cum vno corollario. Conclusio est, Homo conuenienter dicitur formatus de limo terrę, id est, terra aquę commista. Probatur sic. Deus est perfectus in se & suis operibus. ergo ab ea perfectio in omnes naturas deriuatur secundum earum modum. ergo in hominem per compositionem ex omnibus. ergo cum intellectu & elongatione à contrarijs permistionem æqualem ex omnib. elementis. ergo cū abundantia inferiorum elementorum fm quantitatem. ergo conuenienter ex limo terræ. Antecedēs est per se notum. Prima consequentia probatur authoritate Deuteron. Secunda verò probatur, ostendēdo modū, quo perfectio est in Deo, f. vnitè, vt in causa omnium, ex authoritate. Subintellecta. n. illa maxima, quòd quę in superiori sunt vnitè, ab inferioribus sparsim participantur gradatim, optimè infertur, quòd perfectum esse secundum omnia in Deo simpliciter existens, ad intelligentias intellectualiter deriuatur: ad hominem verò vltimam creaturarum nobilium, compositè & materialiter deuenit: & consequenter homo est omnium perfectionem habens per compositionem ex omnibus. Secunda consequentia satis clarè patet: quia aliter non possunt omnia componere vnā partialem speciem. dico aūt partialem ad differentiam vniuersi: quod vnū ens cum sit, ex omnibus constat creaturis: sed hoc est totale ens & vnū non per vnā substantialem formā, sed per ordinem. Tertia verò consequentia probatur: quia aliter non saluaretur æqualitas mistionis. probatur: quia superioribus habentib. longè plus virtutis in pari quantitate, si essent paria in quantitate, mistio non esset æqualis. oportet ergo quòd inferiora plus quantitatis habeant, ac per hoc æquam virtutē: quia in maiori quanto, est minor virtus: & sic mistio fiet æqualis, vt humana requirit complexio à contrarijs remotissima.

¶ Corol-

¶ Corollarium est, quòd homo est minor mundus. patet, quia constat ex omnibus.

¶ Caue hic, ne fallaris ex hoc articulo putans S. Thomã oblitum doctrinæ propriæ de mansione elementorum in misto: propterea, quia hic expreßè dicit elementa in homine secundùm substantiam. Aduertendum est enim ad rationem dicendi: vt autem patet in litera, dixit hoc ad differentiam corporum cęlestiũ, quæ non nisi secundùm aliquid eis simile veniunt in compositionem hominis: ipsa verò elementa secundum substantiam dicuntur componere, non distinguendo, an formaliter, an virtualiter. Rursus, dicuntur elementa componere ẜm substantiam, non formalem, sed materialem: non tantum cõem, s. materiam primam, sed propriam, seu appropriatam. Elementa enim ex vi mistionis alterata sic vniuntur in misto, q̃ materiæ eorum transeũt in materiam misti cum dispositionibus appropriatis illis elementis: puta siccitate, grauitate, humiditate &c. ita quòd illa elementa dicuntur prædominari in aliquo secundum substantiam, seu quantitatem. De quorum materia disposita plus saluatur in misto. Illa verò secundum virtutem, de quorum vi plus saluatur in eo. & hæc est directè mens huius literæ.

ARTICVLVS II.

Vtrum corpus humanum sit immediatè à Deo productum.

AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur, quòd corpus humanum non sit immediatè à Deo productum. Dicit enim August. * in 3. de Trinit. quòd corporalia disponuntur à Deo per angelicam creaturam. Sed corpus humanum formatum fuit ex materia corporali, vt dictum * est. ergo debuit produci mediantibus angelis, & non immediatè à Deo.

¶ 2 Pręt. Quod fieri potest virtute creata, non est necessarium, quòd immediatè producatur à Deo: Sed corpus humanum produci potest per virtutem creatam cœlestis corporis: nam & quædam animalia ex putrefactione generantur per virtutẽ actiuam corporis cœlestis. Et Albumasar dicit, quòd in locis in quibus nimis abundat calor aut frigus, homines non generantur: sed in locis temperatis tantum. ergo non oportuit, q̃ immediatè corpus humanum formaretur à Deo.

¶ 3 Pręt. Nihil fit ex materia corporali, nisi per aliquam materiæ transmutationem. Sed omnis trãsmutatio corporalis causatur ex motu cœlestis corporis, qui est primus motuum. Cum igitur corpus humanum sit productum ex materia corporali, videtur quòd ad eius formationem aliquid operatum fuerit corpus cœleste.

¶ 4 Præt. August. * dicit super Genes. ad lit. q̃ homo factus est secundum corpus in operibus sex dierũ, secundum causales rationes, quas Deus inseruit creaturæ corporali, postmodum verò fuit formatum in actu, sed quod præexistit in corporali creatura, secundum causales rationes per aliquam virtutem corpoream produci potest. ergo corpus humanum productum est aliqua virtute creata, & non immediatè à Deo.

SED CONTRA est, quod dicitur Ecclesi. 17. Deus de terra creauit hominem.

RESPON. Dicendum, quòd prima formatio humani corporis non potuit esse per aliquam virtutem creatam: sed immediatè à Deo. Posuerunt siquidem aliqui formas, quæ sunt in materia corporali à quibusdam formis immaterialibus deriuari. Sed hanc opinionem repellit Philosophus * in 7. Metaphys. per hoc, quòd formis non cõpetit per se fieri: sed composito, vt suprà † expositum est. Et quia oportet agens esse simile facto, non conuenit, quòd forma pura, quæ est sine materia, producat formam quæ est in materia, quæ non fit nisi per hoc, quòd compositum fit. Et ideo oportet, quòd forma quæ est in materia, sit causa formæ quæ est in materia secundum quod compositum à composito generatur. Deus autem, quãuis omnino sit immaterialis, tamen solus est, qui sua virtute materiam producere potest creando. Vnde ipsius solius est formam producere in materia absque adminiculo pręcedẽtis formæ materialis. Et propter hoc, angeli non possunt trãsmutare corpora ad formam aliquam, nisi adhibitis seminibus quibusdam, vt August. * dicit in 3. de Trin. Quia igitur corpus humanum nunquam formatum fuerat, cuius virtute per viam generationis aliud simile in specie formaretur, necesse fuit, quòd primum corpus hominis immediatè formaretur à Deo.

AD PRIMVM ergo dicendum, q̃ etsi angeli aliquod ministerium Deo exhibeant in his quæ circa corpora operantur: aliqua tamen Deus in creatura corporea facit, quę nullo modo angeli facere possunt: sicut, q̃ suscitat mortuos, & illuminat cęcos. Secundum quam uirtutem, etiam corpus primi hominis de limo terræ formauit. Potuit tamen fieri, vt aliquod ministerium in formatione corporis primi hominis angeli exhiberent; sicut exhibebunt in vltima resurrectione, pulueres colligendo.

AD SECVNDVM dicendum, q̃ animalia perfecta quæ generantur ex semine, nõ possunt generari per solã virtutem cęlestis corporis, vt Auic. fingit: licèt ad eorũ generationem naturalẽ cooperetur virtus cęlestis corporis; prout Philosophus dicit in 2. Phys. * q̃ homo generat hominem ex materia, & Sol. Et exinde est, quòd exigitur locus temperatus ad generationẽ hominum & aliorum animalium perfectorum. sufficit autẽ virtus cęlestiũ corporum ad generandũ quædam animalia imperfectiora ex materia disposita. Manifestum est. n. q̃ plura requirunt ad productionem rei perfectæ, quàm ad productionem rei imperfectæ.

AD TERTIVM dicendũ, q̃ motus cęli est causa transmutationum naturalium; non tamen transmutationum, quæ fiunt præter naturæ ordinem & sola virtute diuina, sicut quòd mortui resuscitantur, quòd cęci illuminantur. Quibus est simile, quòd homo ex limo terræ formatur.

AD QVARTVM dicendum, q̃ secundũ rationes causales in creaturis, dicitur aliquid præexistere dupliciter. Vno modo, secundùm potentiam actiuam & passiuam: vt non solum ex materia præexistenti fieri possit; sed etiam vt aliqua præexistens creatura hoc facere possit. Alio modo, secundùm potentiam passiuam tantùm: vt s. de materia præexistenti fieri possit à Deo. Et hoc modo secundum August. † corpus hominis præexistit in operibus productis secundum causales rationes.

ARTI-

SVPER Q. XCI. ART. II.

CONCL. Prima formatio humani corporis non potuit esse per aliquã virtutẽ creatã; sed immediate à Deo.

¶ PROB. Quia angeli non possunt transmutare corpora ad formã aliquam nisi adhibitis quibusdam seminibus (ex Augustino): & nullum corpus humanum anteà formatũ fuerat, cuius adhibitis seminibus aliud corpus formaretur.

¶ NOT. Supponit probatio, & rectè: quòd virtus illa creata, si interuenisset, nulla alia fuisset aptior; nisi Angelica, vtpote qualibet inter creatas virtutes maior. Ac si probatio illa etiã virtualiter dixerit. Si ipsa virtus Angelica nõ potuit ad hoc interuenire; multò minus aliqua alia tunc.

1^m ex August. Per angelicam creaturam. ℞. Ministerium aliquod in fiendis exhibentem: non autẽ, omnia ibi à Deo facta cooperantem. §. Tunc nihil &c. Licet enim potuerit angelus tunc colligere, puta pulueres corporis formandi: non tamen potuit formare corpus (vt dicit conclusio).

2^m minor. Sed corpus humanum &c. ℞. Negatur illa propositio absolute, in proposito. §. Aliud enim est de corporibus imperfectorum, aliud de perfectorum, animalium. Item aliud est loqui de de cooperatione cœlestium, aliud de operatione illorum respectu corporum perfectorũ. Item aliud est de corpore humano fiendo p generationem; aliud de ipso fiendo non per generationem. Conclusio autem loquitur de hominis, qui est animal perfectissimũ, formatione; non per generationem: & argumentum ad animalium imperfectorum per generationẽ fiendorũ transilit. Vnde non tangit propositũ: tantum abest, vt illud infringat.

3^m de minori. Transmutatio corporalis. ℞. Quæ fit naturaliter: non autẽ miraculose. §. Tunc nihil &c. Nam miraculũ est simile, q̃ homo &c. vt in tex.

4^m de minori. Secundum causales rationes. ℞. Secundum poten-

456 Infra q. 92 art. 4.
* Lib. 4. de Trinit. c. 4. tom. 3.
* Ar. præc.
* Li. 9. sup Gen. c. 24. tom. 3.
D. 642.
* Li. 7. Metaph. tex. 26. 27. & 32. tom. 3.
† q. 65. art. 4. & q. 90. art. 2.
* Lib. 3. de Trin. c. 9. tom. 3.
* Libro 2. Phys. tex. 26. tom. 2. D. 213.
† Loco citato in arg.

potentiam actiuam, & passiuam simul: non, secundum potentiam passiuam tantum. §. Tunc nihil &c. Augustinus enim loquitur de fieri secundum causales rationes secundo modo, non primo.

APPENDIX.

Vtilitas pro Eccle. S. Dei.

EX art. habes primò: quomodo per rationẽ interimas hæreses recitatas q. 90. ar. 3. videlicet Adã non fuisse à Deo; & Adam aliquid malum fuisse. Item recitatas q. 44. ar. 1. & q. 90 ar. 2. q. 65. art. 1. & q. 92. art. 4. videlicet, Humanũ corpus esse à dæmone, & creationẽ vniuersæ carnis non opificium esse Dei, sed diaboli. Itẽ, Adam non à Deo, sed à Principe materia seu ela fictum. Item hæresim Aristotelis (Direct. Inquis. 2. p. q. 4.) dicentis: hominem primum non est dare. Præsentis. n. articuli ratio præsupponit, primũ hominẽ datum fuisse: & primum illũ à Deo esse productum; consequenterq; esse bonũ, cum omne opus Dei bonum sit. Secundò [2] habes: quò per rationem, vltra illas articulorũ præmissorũ, ostendas; has iustissime fuisse damnatas à &c. vt in articulis præallegatis adducitur. Tertio habes: quomodo per rationem demonstres, [3] rectè scripturas denotasse virtualiter saltem, quod primi hominis corpus est immediate à Deo productum. Denotarunt verò sic Eccles. 17. Deus creauit de terra hominem. Ad creationem. n. creatura nulla concurrere potest; nec etiam instrumẽtaliter: vt dicitur quæst. 45. art. 5. Præterea, quia Deus ingratitudinem detestatur; quid factum fuisset tunc à scripturis, si angeli ad productionem primi corporis humani concurrissent, vide quæst. 90. artic. 3. appen. Quartò habes: quomodo per rationem omnia præ- [4] missa, siue sint Concilia, siue scripturæ, siue summi Pontifices, pro quanto Adami corpus esse & à Deo & immediate, declarare possis, probare pariter, atque tueri. Quintò vides: quomodo ex [5] his vicissim Angelica doctrina hæc declaretur, atque cõfirmetur. Pro stud. var. coor.

¶ Not. Præsenti artic. seruit artic. in ord. 455. 336. 452. 354.

Comm. Cardinalis Caietani.

TItulus clarus.

¶ In corpore vnica conclusio responsiua quæsito. Corpus hominis primo fuit à Deo immediate formatum. Hæc conclusio postquam proposita est in litera, probatur tali ratione. Corpus hominis non potest formari, nisi aut à Deo immediate, aut à semine humano per viã generationis: sed in prima formatione nullum præcessit humanum corpus à quo per viam generationis formari potuisset corpus primi hominis. ergo est formatum immediatè à Deo: huius rationis in litera: primo tractatur maior, deinde subditur minor, & infertur conclusio.

¶ In tractando maiorẽ, primo ponitur opinio illius contraria. Deinde improbatur, deinde excluditur obiectio quædã, & deinceps ponitur ipsa maior, & deducit vnum corollarium.

¶ Opinio contraria est, quod quidã putauerunt hanc disiunctiuam assumptã insufficientem, ac per hoc falsam, ponentes tertiũ agens immediatum, s. formas immateriales. & hi sunt Auic. & Plat. ante ipsum, & multi sequaces, dicẽtes formas materiales deriuari immediate à formis sine materia: corporalia autem agentia esse dispositiua agentia tantũ. Improbatio est. Forma non fit nisi rõne cõpositi, ergo non fit à forma immateriali. Antecedens supponit ex dictis: quia esse & fieri, non est nisi subsistentium. consequentia probatur. Compositum fit à composito, ergo non fit à forma immateriali. ergo nec forma quæ solum fit ad factionem ipsius compositi. Antecedens probatur; quia factum & faciens oportet esse similia: consequentia est per se nota ex eodem fundamento, tam prima quàm secunda, quia forma immaterialis nec est similis composito, nec formæ in materia.

¶ Obiectio autẽ exclusa est, quia si ista ratio concludit, sequitur quod nec Deus possit esse causa proxima compositi, aut formæ materialis: & patet sequela, quia Deus ipse est forma immaterialis, ac per hoc non est inter formam materialem aut compositũ, & ipsum, similitudo. Excluditur. n. hæc obiectio ex hoc, quòd Deus est non quomodolibet forma immaterialis, sed sic excellenter ut etiam materiæ causa existat: ac per hoc compositum est ei simile, etiam ratione materiæ, quod non potest dici de aliis. Et sic habemus maiorem. Ex quo. n. habemus hæc tria, s. quod forma immaterialis non est immediata causa formæ materialis, & quod compositũ est causa immediata: & quod Deus ex sua excellentia, qua continet etiam materiam, potest esse causa immediata: colligitur maior, quod corpus humanũ, & vniuersaliter omnis res materialis aut à Deo aut à composito immediate formatur. Deducuntur autem hinc duo corollaria. Primum, quòd solius Dei est absque adminiculo præcedentis formæ, transmutare materiam ad formam. Secundum, quod angeli non possunt transmutare materiam nisi adhibitis actiuis, passiuis: vt August. dicit. Minor autem manifesta subdita patet cum conclusione: quare &c.

SVPER Q. XCI. ART. III.

COncl. Deus constituit corpus hominis in optima dispositione secundum conuenientiam ad talem formam, & ad tales operationes.

457 1. 2. q. 164. art. 1. ad 1. Et mal. q. 5. artic. 5. cor. Et de aia ar. 8.

¶ Prob. Quia quilibet artifex intẽdit (consequenter hoc facit, quantum potest) inducere operi suo dispositionẽ optimam secundũ comparationem ad finem suum: & Deus respectu creaturarũ est tanquàm artifex, ac quæcumque intendit facere facit; finis autem humani corporis primus est anima rationalis, operationesq; eius (cum materia fit propter formã, ac instrumenta, propter actiones agentis).

¶ Not. Vide (& hoc semper etiam alibi obserua) probationes antecedentis huius hypothetici in tex. corporis.

I[m] de maiori.

Sensum, & motum. &. Secundum conuenientiam ad animam rationalem, & ad eius operatio-

ARTICVLVS III.

Vtrum corpus hominis habuerit conuenientem dispositionem.

AD TERTIVM sic proceditur. Videtur, quòd corpus hominis non habuerit conuenientem dispositionem. Dum enim homo sit nobilissimum animalium, corpus hominis debuit esse dispositũ optimè ad ea quæ sunt propria animalis, s. ad sensum & motum. Sed quædam animalia inueniũtur acutioris sensus, quàm homo, & velocioris motus: sicut canes melius odorant, & aues velocius mouentur. ergo corpus hominis non est conuenienter dispositum.

¶ 2 Præt. Perfectum est, cui nihil deest. Sed plura desunt humano corpori, quàm corporib. aliorum animalium, quæ habent tegumenta & arma naturalia ad sui protectionem, quæ homini desunt. ergo corpus humanum est imperfectissimè dispositum.

¶ 3 Præt. Homo plus distat à plantis, quàm ab animalibus brutis. Sed plantæ habent staturã rectam: animalia autem bruta pronam. ergo homo non debuit habere staturam rectam.

SED CONTRA est, quòd dicit Eccl. 7. Deus fecit hominẽ rectum.

RESP. Dicendum, quòd omnes res naturales productę sunt ab arte diuina. Vndè sunt quodammodo artificiata ipsius Dei. Quilibet autem artifex intendit suo operi dispositionẽ optimam inducere, non simpliciter, sed per comparationem ad finem. Et si talis dispositio habet secum adiunctum aliquem defectũ, artifex non curat. Sicut artifex, qui facit serram ad secandum, facit eam ex ferro, vt sit idonea ad secandum: nec curat eam facere ex vitro, quæ est pulchrior materia: quia talis pulchritudo, esset impedimentum finis. Sic igitur Deus vnicuique rei naturali dedit optimam dispositionẽ, non quidem simpliciter; sed secundum ordinem ad proprium finem. Et hoc est, quod Philos. * dicit in 2. Physic. Et quia dignius est sic, non tamen simpliciter, sed ad vniuscuiusque substãtiam. Finis autem proximus humani corporis est anima rationalis, & operationes ipsius. Materia enim est propter formã, & instrumenta propter actiones agentis. Dico ergo, quòd Deus instituit corpus humanum in optima dispositione, secundum conuenientiam ad talem formam, & ad tales operationes. Et si aliquis defectus in dispositione humani corporis esse videtur, considerandum est, quòd talis defectus sequitur ex necessitate materiæ ad ea, quæ requiruntur in corpore, vt sit debita proportio ipsius ad animam, & ad animæ operationes.

*lib. 2. tex.

rationes: non aliter. §. Tunc nihil &c. Bonitas enim olfactus, acutior visus, auditus, velocior

AD PRIMVM ergo dicendum, quod tactus, qui est fundamentum aliorũ sensuum, est perfectior in homine, quàm in aliquo alio animali. Et propter hoc oportuit, quod homo haberet temperatissimam complexionẽ inter omnia animalia. Præcedit etiã homo omnia alia animalia, quantum ad vires

cior cursus sunt absolutè meliora: sed non sunt meliora secūdum conuenientiam ad animam rationalem, & ad operationes eius, i. non sunt conuenientia ita sini huic, sicut horum sensuum, & motuum, alia dispositio. Vt in litera. Exempli gratia. Artifex non facit serram de vitro, quamuis sit pulchrius, quàm ferrum; quia vitrum non deseruit fini suo intento, sicut ferrū: vt in textu corp.

* q. 78. artic. 4.

2^m de maiori.

Nihil. ℞ De requisitis pro talis rei perfectione: non aliter. §. Tunc nihil &c. Nihil.n.deest homini de requisitis ad perfectionem eius: Licet cornua &c. non habeat. Pro qua re sciendum, quod in rebus creatis pfectio rei maior vel minor est, quanto magis, vel minus, cōuenit fini rei: Et ideo nihil tunc deest de perfectione, quando nihil deest de requisitis ad talem finem; vt in litera. Ex quo scito; quod multū deesset perfectioni hominis, si naturaliter haberet tegumēta, & alia in argumento adducta: quoniā complexionem minus bonam pro seruitio animæ rationalis dicerent. Idem dicas ad primum suprà. Vnde argumentum illud primum, & hoc secūdum, sic glossata stant pro cōclusione; non contra.

* q. 84. artic. 7.

3^m de minori.

Rectam. ℞. Consideratam secundū dispositionem oppositam dispositioni totius mundi: nō, s^m dispositionem congruā dispositioni eiusdem. §. Tunc nihil &c. immo p.o. Nam dispositio staturæ aliorū animaliū medio modo se habet ad dispositionem totius mundi: vnde minus distat ab hominis statura, quæ est secundum congruitatem ad totum; quam statura plantarum, quæ est per oppositū ad mundi situalem dispositionem. Magis.n.distāt extrema inter se; q̄ media ab extremis. Vide literā: & inde circa eius principiū, & ex isto discurrendo per locum à simili considera, quòd staturę qualitas data est homini, immo & cuique rei, secūdum conuenientiā quoque ad finem cuiusque proprium.

Statura hominis, & aliorum.

* Lib. 3. de aīa, textu 38. tom. 2.

ad vires sensitiuas interiores: sicut ex supradictis * apparet. Ex quadā aūt necessitate contingit, quod quantū ad aliquos exteriores sensus, homo ab aliis animalibus deficiat: sicut homo inter omnia animalia habet pessimum olfactum. Necessarium enim fuit, quòd homo inter omnia animalia respectu sui corporis haberet maximum cerebrum. Tum, vt liberius in eo perficerentur operationes interiorum virium sensitiuarum, quæ sunt necessariæ ad intellectus operationem: vt suprà dictum * est. Tum etiam, vt frigiditas cerebri temperaret calorē cordis, quem necesse est in homine abundare ad hoc, quòd homo sit rectæ staturę. Magnitudo autem cerebri propter eius humiditatem, est impedimentum olfactus, qui requirit siccitatem. Et similiter potest assignari ratio, quare quædam animalia sunt acutioris visus, & subtilioris auditus, quàm homo, propter impedimentum horum sensuum. Quod necesse est consequi in homine, ex perfecta complexionis ęqualitate. Et eadem etiam ratio est assignanda de hoc, quòd quædam animalia sunt homine velociora: cui excellētiæ velocitatis repugnat æqualitas humanæ complexionis.

AD SECVNDVM dicendum, quod cornua & vngulæ, quæ sunt quorundam animalium arma, & spissitudo corii, & multitudo pilorum, aut plumarum, quæ sunt tegumenta animalium, attestantur abundantiæ terrestris elementi; quæ repugnat æqualitati & teneritudini cōplexionis humanæ: & ideo hęc homini non competebat. Sed loco horum habet rationē & manus, quibus potest parare sibi arma, & tegumenta, & alia vitę necessaria, infinitis modis. vnde & manus, in 3. de anima, * dicitur organum organorum. Et hoc etiam magis competebat rationali naturæ, quæ est infinitarum conceptionum, vt haberet facultatē infinita instrumenta sibi parandi.

AD TERTIVM dicendum, quod habere staturam rectā, conueniens fuit homini propter quatuor. Primò quidem, quia sensus sunt dati homini non solum ad vitæ necessaria procuranda, sicut aliis animalibus, sed etiam ad cognoscendum. Vnde cum cætera animalia nō delectentur in sensibilib. nisi per ordinem ad cibos, & venerea, solus homo delectatur in ipsa pulchritudine sensibilium secundū seipsam. Et ideo, quia sensus præcipuè vigēt in facie, alia animalia habent faciē pronam ad terram, quasi ad cibum quærendum, & prouidendum sibi de victu: homo verò habet faciem erectam, vt per sensus, & præcipuè per visum, qui est subtilior, & plures differentias rerum ostendit, libere possit ex omni parte sensibilia cognoscere, & cœlestia, & terrena, vt ex omnibus intelligibilem colligat veritatem. Secundò, vt interiores vires liberius suas operationes habeant, dum cerebrum, in quo quodammodo perficiuntur, nō est depressum: sed super omnes partes corporis eleuatum. Tertiò, quia oporteret, quod si homo haberet pronam staturā, vteretur manibus loco anteriorū pedum: & sic vtilitas manuum ad diuersa opera perficienda cessaret. Quartò, quia si haberet pronam staturā, & vteretur manibus loco anteriorum pedū, oporteret, quod cibū caperet ore. Et ita haberet os oblongū, & labia dura & grossa, & linguam etiam duram: ne ab exterioribus læderetur, sicut patet in aliis animalibus: & talis dispositio omnino impediret locutionem, quæ est proprium opus rationis. Et tamen homo staturā rectā habens, maximè distat à plantis. Nā homo habet superius sui, i. caput versus superius mundi, & inferius sui versus inferius mūdi. Et ideò est optimè dispositus s^m dispositionem totius: plantæ verò habent superius sui, versus inferius mundi, nā radices sunt ori proportionales, inferius aūt sui versus superius mundi. Animalia verò bruta medio modo: nā superius animalis est pars, qua accipit alimentum: inferius autem est pars, qua emittit superfluum.

AR-

APPENDIX.

Vtilitas pro Eccle. s. Dei.

EX articulo habes primo, quomodo per rationem dissipes heresim phreneticam Manetis Manichęi dicentis; Adam in forma feræ fuisse creatum. Crediderim ego: misellum hunc Manetem, vltra insaniam simmeę familiarem iuxta nomen suum, vidisse feras habere cornua, arma, tegumenta naturaliter, quæ homines non habent; feras esse velocioris cursus, validioris fortitudinis, vigilantioris odoratus, vel aliorum similium, quàm sit homo; feras magis assimulari homini, quàm plantas staturæ rectæ existentes; & ex omnibus his simul vel seiunctim visis argumentatum fuisse apud se efficaciter; quòd primus homo nō erat staturæ rectæ, neque corpore naturaliter nudatus, inermis, ac imbecillis: sed pronæ staturæ atque formæ ferarū quo ad prædicta similis. Argumenta hæc Manetis, vel alia (si tamen habuit) quàm sint derisibilia soluruque facilia, Diuus Thomas, hæreticalium machinarum vbique pro Dei Ecclesia gloriosus destructor, in præsenti perspicacissime docet. Quo fit: vt & ignorantissimos in his, quæ docuerunt, agnoscat fuisse hæresiarchas: Et Concilium septimum generale, quod Nicęnum secundum etiam dicitur, hæreticalia dogmata cano, quod rectissimè vocasse ludibria puerilia, somnia dicta, ac scripta. Vide tu: & sic verbaliter locutum sanctum Concilium inuenies. Secundo habes: quomodo per rationem ostendas, prædictam hęresim iure damnatam à scripturis Ecclesiast. 7. Deus fecit hominem rectum. Si rectum: ergo rectę staturæ. si rectum; ergo conuenientis dispositionis etiam corporalis. Conuenientis &c. ergo non feriнæ. Nam beluina dispositio non conuenit rationali animæ (vt patet in litera): & materia est propter formam, id est, secundum requisitionem formæ disponenda. Item damnatam à Genes. 2. Non est bonum hominem esse solum, faciamus ei adiutorium simile sibi. Formatis igitur &cæt. Appellauitque Adam nominibus suis cuncta animantia, & vniuersa volatilia cœli, & omnes bestias terræ. Adæ verò non inueniebatur adiutor similis eius. Hæc ibi. Ecce: quod omnes feræ tum syluestres tum domesticæ nominibus proprijs ab Adamo insigniuntur; & tamen nulla illarum vocatur homo, id quod significatur per ly Adæ non inueniebatur similis eius. Non ergo aliqua ferarum habebat formam similem Adamo: alioquin inter feras inuenisset aliquod adiutorium simile ipsi. Consequenter igitur Adamus non habebat formam feræ: vt mentitur prædicta hæresis. Taceo: quod si Adam ante peccatum ferinam formam habuisset, & post peccatum humanam (vt nos habemus); sequeretur apertissime; quòd ipse reportasset commodum de peccato suo contra ly miseros facit populos peccatum Prouerb. 14. & contra commune adagium, quod ex malo non nisi malum. Clarum est enim quod figura humana, quam nos habemus, est melior ac pulchrior; quàm figura ferina. Nec potest dici, quod Adam post peccatum non habuerit figuram humanam: quia generauit Seth ad imaginem & similitudinem suam, Genes. 5. qui vtique

Destructor hæresū D. Thomas.

Ludibria puerilia, quæ.

Seth

Seth habuit figuram humanam, non beluinam. Præterea sequeretur: nos esse melioris figuræ vtpote rectæ, quàm parens ille noster: quod est absurdum. Tertiò habes: quomodo per rationem præmissas scripturas, pro quanto ponunt corpus Adami habuisse bonam dispositionem, declares, probes, defendas. Vide quæst. 57. artic. 2. appen. notationem vtilissimam. Quartò vides: quomodo ex his, similibusq; vicissim Angelica firmetur conclusio, atque declaretur.

Comm. Cardinalis Caietani.

Titulus clarus. Nomine dispositionis, intelligendo dispositiones qualitatiuas, & quantitatiuas, & membrales, &c.

¶ In corpore duo simul fiunt: respondetur enim quæsito conclusione affirmatiua; & excluditur obiectio quædam. Conclusio responsiua est, Deus instituit corpus humanum in optima dispositione, secundum conuenientiam ad animam rationalem, & eius opera. Probatur sic: Quilibet artifex intendit dare effectui suo dispositionem optimam, non simpliciter, sed secundum conuenientiam ad finem proprium illius effectus. ergo Deus dedit optimam dispositionem rebus naturalibus secundum conuenientiam ad proprios fines. ergo corpori humano secundum conuenientiam ad talem formam, & illius opera, scilicet animam rationalem, & opera eius. Antecedens est per se notum, & declaratur in artifice serræ. Prima consequentia probatur, ex eo quòd Deus est artifex rerum naturalium. Et confirmatur authoritate Aristotelis. Secunda verò ex eo, quòd corpus humanum est vnum naturalium, & illius finis proprius est anima rationalis cum suis operibus: quod probatur, quia materia est propter formam, & hoc quo ad animam: & instrumenta sunt propter actiones, & hoc quo ad opera. Obiectio autem est ista. Optimum dicitur, quia vel est omni alio melius, vel saltem nihil est melius ipso simpliciter, vel in tali ordine, vt patet: sed id in quo inuenitur defectus aliquis, potest esse melius, quia posset esse sine defectu. ergo quod est cum defectu, non est optimum: sed dispositio rerum naturalium habet multos defectus annexos. ergo non est optima. Hanc obiectionem ex eadem radice simul excludit, quia scilicet nullus artifex curat de defectibus consequentibus necessitatem materiæ idoneæ ad finem proprium. ergo nec Deus respectu materialium; ergo nec respectu corporis humani. Siqui igitur sunt in corpore humano defectus, non sunt ab actore electi, sed ex necessitate materiæ emergunt. Totus processus est clarus.

S. Bon. 2. s. d. 17. q. 3. ar. 1. Scc. 2. s. d. 17. q. 1. Riccar. 2. s. d. 17. q. 2. Aegid. 2. s. d. 17. q. 2. ar. 2.

SVPER Q. XCI. ART. IIII.

458 Sup. q. 72. art. vnico, corp fin. & ad 3. & 4.

Concl. Conuenienter vtitur scriptura in productione hominis speciali modo loquendi, ad ostendendũ, quòd alia facta sunt propter hominem.

¶ Prob. Quia homo factus est ad imaginem Dei, ac per consequens tanquàm Dominus aliarum creaturarum, ac per cõsequens tanquã magis intentum quid à Deo: & ea, quæ principaliter intendimus, cum maiori deliberatione, ac studio facere consueuimus.

*Art. 2. huius quæst.

¶ Coroll. Ergo cum in scripturis dicitur, quòd manus Domini fecerũt nos; ibi sumitur manus, pro maiori studio, ac deliberatione, quo ad effectum. Cõsule q. 10. artic. 3. & q. 1. artic. 9. & q. 3. art. 1. & 2.

1^m illatio conclusionis. Ergo &c. R. Negatur illatio. §. Esset autem vera tunc: si homo non haberet imaginem Dei, sicut nec alia; & consequenter dominium super alia. Hæc responsio trahitur ex conclusione, eiusque probatione, in corpore dictis.

*Li. 7. sup Gen c. 24. tom. 3.

2^m de concl. e Incõuenienter dicitur. R. Angelis: non, diuinis personis. §. Tunc nihil &c. Est enim homo immediatè factus à Deo; licet immediatè factus sit à tribus personis diuinis: quoniam ipsę personæ tres sunt tantum vnus numero Deus. Ex litera disce: quàm conformiter ad Concilium Syrmiense pro parte, qua fuit sacrum, exponens ly faciamus &cęt. loquatur sanctus Doctor. vide q. 90. ar. 3. appen.

*Li. 6. sup Gen. c. 12. tom. 3.

3^m conclusionis illatio. Inconuenienter ergo &c. R. Negatur illatio. §. Ratio est, quia verba subiuncta, scilicet in animã viuentem, sunt expositio præmissorum, vt patet in litera. vide q. 90. art. 3. appen.

¶ Not. Propter hic dicta, atque probata, quòd scilicet corpus Adami non fuit prius tempore formatum, quàm anima sibi infusa; cautè legendus est Alfonsus Castr. tit. Anima, 3. contra Philastrum Brixiensem. Castrus enim prius formatum dicit Adami corpus, postea verò animam creatam, eique infusam; contrariam Brixiensis opinionem erroneã reputans, & (vt sibi videtur) ex scripturis probans. His tamẽ scripturis sanctus Thomas Angelico suo ingenij acumine vnico verbo satisfacit: dum in calce huius responsi dicit: Per spiraculum ergo vitę intelligitur anima; vt sic, quod dicitur inspirauit in faciem eius spiraculum vitæ, sit quasi expositio eius quod præmiserat. Nam anima est corporis forma. Hæc ibi. Cũ quibus, ad maiorem & erroris confutationem, & ve-

Error vitandus.

*Lib. 13. c. 24. tom. 5.

ARTICVLVS IIII.

Vtrum conuenienter corporis humani productio in Scriptura describatur.

Ad quartvm sic proceditur. Videtur, quòd inconuenienter corporis humani productio in Scriptura describatur. sicut enim corpus humanum est factum à Deo, ita & alia opera sex dierum. Sed in aliis operibus dicitur: Dixit Deus, fiat, & factum est. ergo similiter dici debuit de hominis productione.

¶ 2 Præt. Corpus humanũ à Deo immediatè est factum; vt suprà * dictum est. ergo inconuenienter dicitur, Faciamus hominem.

¶ 3 Præt. Forma humani corporis est ipsa anima, quæ est spiraculum vitæ. Inconuenienter ergo postquam dixerat, Formauit Deus hominem de limo terræ, subiunxit, Et inspirauit in faciem eius spiraculum vitæ.

¶ 4 Præt. Anima quæ est spiraculũ vitæ, est in toto corpore, & principaliter in corde. Non ergo debuit dicere, quòd inspirauit in faciem eius spiraculum vitæ.

¶ 5 Præterea. Sexus masculinus & fœmininus pertinẽt ad corpus, imago verò Dei ad animam. Sed anima secundùm August. * fuit facta antè corpus; Inconuenienter ergo, cum dixisset, Ad imaginem suam fecit illum, addidit, Masculum & fœminam creauit eos.

In contrarivm est authoritas Scripturæ.

Respon. Dicendum ad primum, quòd sicut Aug. * dicit in 6. super Genes. ad lit. non in hoc pręeminet homo in aliis rebus, quòd Deus fecit ipsum hominem, quasi alia ipse non fecerit, cum scriptum sit: Opera manuum tuarum sunt cœli. & alibi, Aridam fundauerunt manus eius: sed in hoc quòd ad imaginem Dei factus est homo. Vtitur tamen Scriptura in productione hominis speciali modo loquendi, ad ostendẽdum, quòd alia propter hominem facta sunt. Ea enim quæ principaliter intendimus, cum maiori deliberatione & studio consueuimus facere.

Ad secvndvm dicendum, quòd non est intelligẽdum Deum angelis dixisse, Faciamus hominẽ, vt quidam peruersè intellexerunt: Sed hoc dicitur, ad signandam pluralitatem diuinarum personarum, quarum imago expressius inuenitur in homine.

Ad tertivm dicendum, quòd quidã intellexerunt corpus hominis prius tempore formatum, & postmodũ Deum formato iam corpori, animam infudisse. Sed contra rationẽ perfectionis primæ institutionis rerum est, quòd Deus vel corpus sine anima, vel animã sine corpore fecerit; cum vtrũque sit pars humanæ naturæ. Et hoc etiam est magis inconueniens de corpore, qđ dependet ex anima, & non econuerso. Et ideo ad hoc excludendũ, quidam posuerunt, quòd cum dicitur, Formauit Deus hominẽ, intelligitur productio corporis simul cũ anima: quod autem additur, Et inspirauit in faciem eius spiraculum vitæ, intelligitur de spiritusancto; sicut & Dominus insufflauit in Apostolos dicens, Accipite spiritum sanctum, Io. 20. Sed hæc expositio, vt dicit August. * in lib. de Ciuit. Dei, excluditur per verba scripturæ. Nam subditur ad prædicta. Et factus est homo in animam viuentem. Quod Apostolus 1. ad Cor. 15. non ad vitam spiritualem: sed ad vitam animalem refert. Per spiraculum ergo vitę intelligitur anima,

& veritatis puræ manifestationem, coassumas totum responsi textum, maxime ly sed contra rationem &c. vsque ad ly & non econuerso. Ex his ergo patet: quòd corpus Adæ dicitur formatum, i. anima informatum simul: non ante animam factum; & quòd Genes. non est pro Castro.

4m de antecedente. Est, & principaliter.

R. Sed tamen manifestantur operationes vitæ magis in facie hominis, quam alibi. §. Tunc nihil &c. vt patet. Nam intendit hic scriptura à manifestioribus facere denominationē: vt ex litera colligitur.

5m de minori.

Secundum Augustinū.

vt sic quod dicitur, Inspirauit in faciem eius spiraculū vitæ, sit quasi expositio eius quod præmiserat: nam anima est corporis forma.

AD QVARTVM dicendum, quòd quia operationes vitæ, magis manifestātur in facie hominis propter sensus ibi existentes; ideo dicit, in faciem hominis inspiratum esse spiraculum vitę.

AD QVINTVM dicendum, q̄ sm Aug.* omnia opera sex dierū simul sunt facta. Vndè animam primi hominis, quam ponit simul factam cum angelis, non ponit factam ante sextam diem; sed in ipso sexto die ponit esse factam & animam primi hominis in actu, & corpus eius secūdum rationes causales. Alij verò Doctores ponunt & animam & corpus hominis factum sexto die in actu.

* Li. 4. sup Genes. ad lit. c. 34.

R. Recitantē; non, asserentem. §. suprà, q. 90 art. 4 Tunc nihil &c. vt patet. Nam simul cum corpore producta est (vide suprà, & hic ad tertium); regulandum ergo est responsum literæ huius, iuxta illam q. 90. art. 4. Recole hic laudabilem illum morem B. Thomæ (hunc tibi aliàs pro semper annotauimus): quòd s. solet non replicare responsiones ad argumenta similia nouiter adducta, quando ex responsis, vel doctrinis iam parùm anteà datis possunt haberi; sed tunc, ipsis datis præsuppositis & subintellectis, solet se applicare ad aliquam declarationem maiorem dicti alicuius in argumento; nè aliquid ibi adductum relinquat intactum, aut obscurum, quando ipsius notitia ampliori viderit opus esse. Id quod & obseruasse Doctorem ipsum nunc in proposito per te cognoscere potes: si diligentiùs inspexeris. Eapropter nos, morem præmissum sancti eiusdem scienter attulimus ex à se prædictis responsum formale; quale nunc legisti.

¶ NOT. Potuit Augustinus, super ly secundum causales rationes, habere hunc sensum, quòd corpus primi hominis fuerit sic actu formatum à Deo, vt ex materia præiacente ordine naturæ fieret. Quasi diceret, Sexto die cum Angelis simul actu productus est totus homo, sic tamen: quòd anima non ex præexistente aliquo facta est; corpus verò ex materia, in qua secundum causales rationes præexistebat, factum est. Quem sensum si Augustino tribuimus, vt tribui forsan potest; tunc ex propria sententia ipsum hoc dixisse fateri possumus. Vide propter ly masculum &c. in argumento adductum, suprà quæst. 90. art. 4. append.

APPENDIX.

Vtilitas pro Eccle. S. Dei.

EX articulo habes primò, quomodo per rationem ostendas, rectè fuisse dictum ab æterna sapientia Prouerbiorum 8. Iusti sunt omnes sermones mei: non est in eis prauum quid, neque peruersum. Recti sunt intelligentibus: & æqui inuenientibus scientiam. Hæc ibi. Hoc, inquàm, pro quanto conuenienter productionem hominis describi implicitè dicit; à sacris literis potes ex præsentis articuli ratione demonstrare, meritò fuisse dictum. Vide etiam quæstionem 74. artic. 1. append. In authoritate præmissa Prouerbiorum, quæ (vt patet) de diuinis eloquijs vniuersalissime loquitur, nota diligenter ly Recti sunt intelligentibus: nec vnquā tibi excidat è memoria, hoc dici contra hæreticos. Taxantur enim per id illi de ignorantia in omnibus his; quæ de scripturis, vel mutilando multum aut parum, vel addendo multum aut parum, vel ad libitum suum sensum extorquendo, vel quomodolibet aliter insaniendo, pro magna sapientia sibi placentes effutiunt. Ideò enim sacros ipsos sermones vel mutilant, vel addentes augent, vel pro libito extorquent, vel aliàs vastant: quia sermones hi non videntur eis recti, aut saltem parum vel minus recti, quàm velle se fingunt nouatores prædicti. Audiuimus modò quid dicat scriptura; Non est (inquit) in eis prauum quid, neque peruersum. Cur ergo aliquibus prauum quid in eis videtur; aut peruersum? Putas ne scripturas vel mutilarent, vel aliter alterarent; nisi eis viderentur continere aliquid aliquo modo prauum, peruersum, minus iustum, minusve rectum? Cur scripturas sacras, neque etiam in puncto minimo, catholici addendo, aut minuendo, aut sensibus propriis ab Ecclesia Sancta Apostolica diuersis exponendo, alterare non audent? Quia profectò quicquid in scripturis diuinis (de quibus quæst. 1. artic. 1.) vident; totum, prò recto, pro ordinato, pro conueniente, pro iusto, pro bono & æquo, firmissime tenent. Quid ergo? Catholici intelligentes se esse facto suo ipso ostendunt, & hæretici factis illis ignorantes se declarant: quandoquidem sermones Diuini recti sunt intelligentibus, & consequenter non recti sunt ignorantibus. Hoc irrefragabile auctoritatis præsidium non tantum contra hæreticos, sed etiam contra Iudæos, Paganos, Turcas, & (breuiter) contra quoscumque dementes, fantasticos, illusores, qui minus quàm debent de scripturarum Maiestate sentiunt, facit: quoniam omninò semper, vbique, respectu cuiuscumque, verum est ly Recti sunt intelligentibus. De varia scripturarum alteratione ab hæreticis, vide art. 1. quæst. 1. append.

Aurea notanda contra hęresiarchas, & eorum credentes; aliosq; cęcutiētes in lumine scripturarum.

2 Secundò habes: quomodo per rationem scripturas ipsas, quatenus conuenienter à Moyse descriptam dicunt hominis formationem, & declares, & probes, & tuearis.

3 Tertiò vides; quomodo ex his, atque similibus, vicissim Angelica doctrina hæc declaretur, atque confirmetur.

Comm. Cardinalis Caietani.

TItulus clarus.

¶ In corpore vna conclusio responsiua. Scriptura vtitur speciali modo loquendi in productione hominis. Probatur, excludendo falsam causam, & assignando veram. Falsa quidem est causa huius, quòd solus homo sit à Deo, & hoc ex Augustino. Vera autem, quia solus homo est ad imaginem Dei: ex qua deducitur conclusio sic, Solus homo est ad imaginem Dei factus. ergo alia facta sunt propter ipsum. ergo ipse est principaliter intentus. ergo speciali modo loquendi, debet eius productio insinuari. Omnia sunt clara, & vltima consequentia probatur: quia ea quæ principaliter intendimus cum maiori deliberatione & studio facere consueuimus: ac per hoc, hæc maior diligentia debuit insinuari speciali tractatu de productione ipsius. Aduerte nouitie, quòd hic comparatur homo ad ea, quæ explicitè facta scribuntur in principio Genesis: inter illa enim principatum tenet homo. Angeli enim non numerantur.

Alb. Mag. 2. d. 18. ar. 1.

QVÆSTIO XCII.

De productione mulieris, in quatuor articulos diuisa.

DEINDE considerandum est, de productione mulieris.

ET circà hoc quæruntur quatuor.

¶ Primò, Vtrum in illa rerum productione, debuerit mulier produci.

¶ Secundò, Vtrum debuerit fieri de viro.

¶ Tertiò, Vtrum de costa viri.

¶ Quartò, Vtrum facta fuerit immediatè à Deo.

ARTICVLVS I.

Vtrum mulier debuerit produci in prima rerum productione.

AD PRIMVM sic proceditur. Vr, quòd mulier non debuit produci in prima rerum productione. Dicit enim Philosophus in lib. de generatione animaliū,* q̄ fęmina est mas occasionatus. Sed nihil occasionatum & deficiens, de-

* Lib. 2. de gener. animaliū c. 3. nō procul a fine, to. 4.

SVPER Q. XCII. ART. 1.

COncl. Necessariū fuit: fœminam fieri (sicut scriptura dicit) in adiutorium viri.

¶ COROLL. Ergò (ad literam tituli) in prima rerum productione debet produci fœmina.

¶ PROB. Quia homo ordinatur ad nobilius opus vitæ, quàm sit generatio, id est, ad intelligere: Et vbi ordinatur aliquid ad nobilius vitę opus, quàm sit generatio, ibi oportet distingui suppositaliter virtutem actiuam generationis, quæ est secundum sexum masculinū, à virtute illius passiua, quæ est secundum sexum fęmininum.

459 Opusc. 73. c. 17.

¶ NOT. Vide in litera; quare in diuersis diuersimodè virtutes hæ coniungantur vel distinguantur: & hinc agnosce nobi-

nobilius esse intendere cōtemplationi quā generationis: & consequenter virginitatem secundum se esse præferendam matrimonio. Et Aristoteles ergo naturali ratione ductus hoc ipsum radicaliter asseruit tunc: quādo statuit, intelligere esse nobilissimum op° uitæ, & in actu concubitus rationem nil posse actualiter intelligere. Vide philosophum in libr. de anima, quo ad intelligere, & in 6. Ethic. quo ad actum concubitus, & hinc ēt per ethnici authoritatem in hac parte refectam, Erubescere faciat impietatem Iouiani nuptias uirginitati coæquantis.

In Pastorali, par. 2. c. 6. parum aprinc. habetur in sē tent.

li. 12. c. 16. in med. t. 3

1^m de minori.

Nihil occasionatum, deficiens. R. Secūdum intentionem naturæ uniuersalis, non secundum intentionem naturæ particularis. §. Tunc nihil, &c. Nam fœmina non est quid occasionatum, aut deficiens, secundum intentionem naturæ uniuersalis, sed tantum particularis. Et ideo ab auctore uniuersali Deo debuit tunc produci. Ex litera cognosce, authoritatem philosophi sic glossatam, & consequenter argumentum, stare pro conclusione, non contra conclusionem.

2^m de minori.

Minoris. R. Iconomice, uel ciuiliter, non seruiliter. §. Tunc nihil &c. Per statum .n. innocentiæ non excludebatur inæqualitas hominum secundum maiorem rationis discretionem, iuxta quā attenditur dignitas ciuilis, licet excluderetur ipsorum inæqualitas, secūdum usum seruilem: quæ per peccatum introducta est.

¶ Not. Cum ex litera habeatur, quod dignitas ciuilis attenditur secundum discretionem rationis, colligendum hinc est, quod ad regendum alios eligendi sunt sapientiores, atque prudētiores pro tali ministerio uel officio, alioquin electores non esse tutos in conscientia, iuxta Concil. Trid. Sess. 24. de reor. cap. 1.

3^m maior. Occasiones pecca-

buit esse in prima rerum institutione. Ergo in illa prima rerū institutione mulier producēda nō fuit.

¶ 2 Præter. Subiectio & minoratio ex peccato est subsecuta, nam ad mulierem dictum est post peccatum Genes. tertio. Sub uiri potestate eris. Et Greg. dicit * quod ubi nō delinquimus, omnes pares sumus. Sed mulier naturaliter est minoris uirtutis & dignitatis, quam uir, sēper enim honorabilius est agens, patiente, ut dicit August. 12. super Gen. ad lit. † Ergo non debuit mulier produci in prima rerum productione ante peccatum.

¶ 3 Præt. Occasiones peccatorum, sunt amputandæ. Sed Deus præsciuit quod mulier esset futura uiro in occasionem peccati. Ergo non debuit mulierem producere.

Sed contra est, quod dicitur Gen. 2. Non est bonum homini nem esse solum, faciamus ei adiutorium simile sibi.

Respond. Dicendum, quod necessarium fuit fœminam fieri, sicut Scriptura dicit, in adiutorium uiri, non quidem in adiutorium alicuius operis, ut quidam dixerunt. cum ad quodlibet aliud opus conuenientius iuuari possit uir per alium uirum, quam per mulierem, sed in adiutorium generationis. Quod manifestius uideri potest, si in uiuentibus modus generationis consideretur. Sunt enim quædam uiuentia, quæ in seipsis non habent uirtutem actiuam generationis, sed ab agente alterius speciei generantur, sicut plantæ, & animalia, quæ generantur sine semine ex materia conuenienti per uirtutem actiuam cęlestium corporum. Quędam uero habent uirtutem generationis actiuam & passiuam coniunctam, sicut accidit in plantis, quæ generantur ex semine, non enim, est in plantis aliquod nobilius opus uitæ, quam generatio. Vnde conuenienter omni tempore, in eis uirtuti passiuæ coniungitur uirtus actiua generationis. Animalibus uero perfectis cōpetit uirtus actiua generationis, secundum sexum masculinum, uirtus uero passiua secundum sexum fęmininū. Et quia est aliquod opus uitæ nobilius in animalibus quam generatio, ad quod eorū uita principaliter ordinatur, ideo non omni tēpore sexus masculinus fœminino coniungitur in animalibus perfectis, sed solum tempore coitus, ut imaginemur per coitum, sic fieri unum ex mare & fœmina, sicut in planta, omni tempore coniunguntur uis masculina & fœminina: etsi in quibusdam plus abundet una harū, in quibusdā plus altera. Homo autem adhuc ordinatur ad nobilius opus uitæ, quod est intelligere. Et ideo adhuc in homine debuit esse maiori ratione distinctio utriusque uirtutis, ut seorsum produceretur fœmina a mare, & tamen carnaliter coniungerentur in unum, ad generationis opus. Et ideo statim post formationem mulieris, dicitur Gen. 2. Erunt duo in carne una.

Ad primum ergo dicendum, quod per respectum ad naturam particularem, fœmina est aliquid deficiens, & occasionatum, quia uirtus actiua quę est in semine maris intendit producere sibi simile perfectum, secūdum masculinum sexum. Sed quod fœmina generetur, hoc est propter uirtutis actiuæ debilitatem, uel propter aliquam materiæ indispositionem, uel etiam propter aliquam trāsmutationem ab extrinseco, puta a uentis australibus, qui sunt humidi, ut dicitur in lib. de generatione animalium. * Sed per comparationem ad naturam uniuersalem, fœmina non est aliquid occasionatum, sed est de intentione naturæ ad opus generationis ordinata. Intentio autem naturæ uniuersalis dependet ex Deo, qui est uniuersalis auctor naturæ. Et ideo instituendo naturam, non solum marem, sed etiam fœminam produxit.

Ad secundum dicendum, ꝙ duplex est subiectio. Vna seruilis, secundum quam præsidens utitur subiecto ad suiipsius utilitatem. & talis subiectio introducta est post peccatum. Est autem alia subiectio œconomica vel ciuilis: secundum quam præsidens utitur subiectis ad eorum utilitatem & bonum. & ista subiectio fuisset etiam ante peccatum. Defuisset. n. bonum ordinis in humana multitudine, si quidam per alios sapientiores gubernati non fuissent. Et sic ex tali subiectio ne naturaliter fœmina subiecta est uiro, quia naturaliter in homine magis abundat discretio rationis. Nec inæqualitas hominum excluditur per innocentiæ statum, ut infra dicetur. *

Ad tertium dicendum, ꝙ si omnia ex quibus homo sumpsit occasionem peccandi, Deus subtraxisset a mundo, remansisset uniuersum imperfectum. Nec debuit bonum commune tolli, ut uitaretur particulare malum, prętertim cum Deus sit adeo potens, ut quodlibet malum possit ordinare in bonum.

peccatorum sunt amputādę. R. Quando nō tollitur bonum commune. §. Tunc &c. ut patet in litera. Ex qua intellige, quam prudenter sit a Deo permissum, qd' infideles sint in mundo, immo quod necesse sit hæreses esse 1. Corin. 11. & necesse sit ut ueniant scandala Matth. 19. Vide etiā q. 22. ar. 2. secundum.

¶ Not. Quia in authoritate Genesis adducta in argum. contr. dicitur, quod Eua erat adiutorium simile Adamo. i. simile in specie ideo hinc exclusam apertissime noueris insania plenam hæresim Manetis Manichæi dicentis. Euā non a Deo sed a principe materia Seuela fictam, inanimatam creatam, & immobilem. Si. n. erat similis in specie humana, utique erat & ipsa animata anima intellectiua, & mobilis, sicut Adamus. Vnde clarius de utroque quoad hoc dicitur Eccle. 17. Creauit ex ipso adiutoriū simile sibi, consilium, & linguā & oculos & aures & cor dedit illis Deus excogitandi, & disciplina intellectus repleuit illos.

Hæresis Manetis dan. persc.

APPENDIX.

Ex articulo habes primo quomodo p rationem ostendas, recte esse dictum Gen. 2. non est bonum hominem esse solum, faciamus ei adiutorium simile sibi. Hic. n. loquitur Deus de prima institutione rerum, & de muliere fienda in adiutorium viri. Viri, inquā .i. mariti, ne sensib. alienis extorqueatur scripturæ huius sententia (ut solet ab indoctis & instabilib. 2. Pet. 3.) Nā Adamus fuit maritus Euę, & Eua eius uxor, ut in cōtextu Gen. apte docetur. Secūdo habes: q̄ro per rationem prædictum scripturæ locum aliosq; similes, pro quanto mulierem fieri debere indicāt in prima rerū institutione, & declares, & probes, & defendas. Tertio uides, quomodo ex his uicissim Angelica conclusio stabiliatur.

Vtilit. pro S. Eccl.

2 li. 4. c. 2. t. 4

3

Comm. Cardinalis Caietani.

Titulus clarus.

¶ In corpore una conclusio responsiua quæsito affirmatiue. Necesse fuit feminam fieri. Probatur: necesse fuit dari uiro adiutorium ad generationis opus, ergo necesse fuit fieri feminã. Consequentia probatur ex eo, q̃ femina ad generationem adiuuat, & ad nullam aliud opus est necessaria, quod probatur contra quosdam, quia uir potest ad quodlibet aliud melius per uirum quam per feminam adiuuari. Antecedens uerò probatur, ostendendo quod uir solus non sufficit ad generationis opus perficiendum, & consequenter cum sit generatiuus, eget adiutorio. ostdit autem hoc, graduando uiuentia penes agere & pati ad generationẽ ſm tres uel quatuor gradus. Primus habentium uirtutem passiuam tm̃, quæ. s. ex cęlo fiunt tm̃. Secundus, habentium passiuã & actiuã in eodem, ut plantæ habentes semina. Et ratio coniunctionis est, quia hoc est earum nobilissimum opus. prouidit .n. natura ut in nobilissimo non deficiat. Tertius, habentium actiuam, & passiuã diuisam secundum sexum, ut in animalibus perfectis, & in his sunt duo, diuersitas sexuum, & commistio quandoque. Primum est, quia habent excellentius opus. Secundum est, ut assequantur generationem habentes pro tunc quod plantæ semper. Quartus ergo, uel supremus ordo tertij gradus est, ut generatiua, tamen sortita excellentissimum omnium opus, s. (intelligere) habeant maxime diuersitatem sexuum cum temporali commistione. Et hæc quidem maxima diuersitas insinuatur in hoc, quod deorsum describitur factio mulieris a productione uiri, cũ in cæteris animantib. simul factus uterque sexus commemoretur. Commistio in eo quod subditur. Et erunt duo in carne una. Ex his patet ratio antecedentis taliter. Natura uiuens generatiua sortita excellentissimam operationem. s. intelligere, exigit maximam sexus diuersitatem, cum eorum quandoque commistione, natura humana est huiusmodi. ergo. Solus ergo uir non sufficit, sed oportuit dari sibi adiutorium ad generationis opus.

¶ Circa probationẽ consequentiæ dubium occurrit. Non.n. uidetur uerum qđ ibi dicitur. s. quod ad oẽ opus, melius uiro per alium uirum adiutorium præstatur, quam per feminam, excepta generatione. inquit.n. Ari. in 3. Oeconomicorum, quod alia sunt propria opera uiri, & alia uxoris in domo. Et in sequenti articulo expresse dicitur, quod in humana spẽ mas & femina coniungũtur, non solũ ad generationem, sed ad domesticam uitam, in qua alia sunt maris, alia feminæ opera. Constat aũt, quod unumquodque opus melius fit per eum, cui est proprium, quam per aliũ. Igitur præter generationem alia sunt, quæ per fœminam melius parantur, quã per virum: iuxta illud. Vbi nõ est mulier, ingemiscit æger. Ad hoc est dicendũ cum duplici distinctione, prima, quod aliud est loqui de uxore in cõparatione ad maritum, & aliud absolutè de femina & uiro. Secunda est, quod aliud est loqui de femina, & uiro, cæteris parib. & aliud est loqui de femina, sic affecta, aut erudita, uel assueta &c. Sermo siquidem est literæ, de femina & uiro absolutè. Arist. & articulus sequens loquuntur de femina in comparatione ad maritũ. Et uerũ est, qđ multa sunt in domestica uita, quæ non solũ melius fiunt per uxorẽ, sed simpliciter nõ decẽt maritũ, quin potius nec scire debet talia, ut ibidem dicitur. Sed ex hoc non sequitur, quin illa melius fierent per unũ, aut plures alios uiros: ex hoc.n. quod melius per ipsam quam per maritũ fit: non sequitur. ergo melius, q̃ per uirum. Multa quoq; sunt opera, quæ melius sperantur a muliere, q̃ a uiro, ratione affectus maioris, cõsuetudinis, instructionis &c. & propter hoc. Vbi non est mulier, ingemiscit æger. Et secundum hoc, mas & femina in hominib. iunguntur ad opera uitæ domesticæ, quia maximum uinculum amicabilis & perpetuæ coniunctionis reddet magis idoneam feminã uxorem ad hmõi opera, quã uirum, cum quo non est rõ tanti uinculi. Stat ergo solidum dictum literæ ex Aug. acceptum.

Aeg. 2. 5. d. 18. q. 2. ar. 3.
Ricca. d. 18 q. 1. art. 3.
D. Bona. d. 7. ar. 1. q. 2.

ARTICVLVS II.

Vtrum mulier debuerit fieri ex uiro.

AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur, quod mulier non debuit fieri ex uiro. Sexus.n. communis est homini & aliis animalib. Sed in aliis animalib. feminæ non sunt factæ ex marib. Ergo nec in homine fieri debuit.

¶ 2 Præt. Eorum quæ sunt eiusdẽ speciei, eadem est materia. Sed mas & femina sunt eiusdem speciei. Cũ igitur uir fuerit factus ex limo terræ ex eodem debuit fieri fœmina, & non ex uiro.

¶ 3 Præt. Mulier facta est in adiutorium uiro ad generationem. Sed nimia propinquitas reddit personam ad hoc ineptam. Vnde personę propinquæ a matrimonio excluduntur, ut patet Leu. 18. Ergo mulier non debuit fieri ex uiro.

SED CONTRA est, q̃ dicitur Ecclesia. 17. Creauit ex ipso, scilicet uiro, adiutorium sibi. s. mulierem.

RESPON. Dicendum, quod conueniens fuit mulierem in prima rerum institutionẽ ex uiro formari, magis quam in aliis animalib. Primo quidem, ut in hoc quædam dignitas primo homini seruaretur: ut secundum Dei similitudinem eẽt, & ipse principium totius suæ speciei, sicut Deus est principium totius uniuersi. Vnde & Pau. dicit Act. 17. q̃ Deus fecit ex uno, omne genus hominum.

Secundo, ut uir magis diligeret mulierem, & ei inseparabilius inhæreret, dum cognosceret eam ex se esse productam. Vnde dicitur Gen. 2. De uiro sumpta est. Quamobrem, relinquet homo patrem, & matrem, & adhærebit uxori suæ. Et hoc maxime necessarium fuit in specie humana, in qua mas & fœmina commanent per totam uitã. quod non contingit in aliis animalibus.

Tertio, quia, ut Philosophus dicit in 8. Ethic. *mas & fœmina coniunguntur in hominibus non solũ propter necessitatem generationis, ut in aliis animalibus, sed etiã propter domesticam uitam, in qua sunt aliqua opera uiri, & fœminæ, & in qua uir est caput mulieris. Vnde conuenienter ex uiro formata est fœmina, sicut ex suo principio.

Quarta uero est ratio sacramentalis. Figuratur enim per hoc, quod ecclesia a Christo sumit principiũ. Vnde Apostolus dicit ad Ephe. 5. Sacramentum hoc magnum est: ego autem dico in Christo & in Ecclesia. & per hoc patet responsio ad primum.

AD SECVNDVM dicendum, q̃ materia est qua aliqđ fit. Natura autem creata hẽt determinatũ principium, & cum sit determinata ad unũ, ẽt hẽt determinatum processum, unde ex determinata materia producit aliquid in determinata specie. Sed uirtus diuina, cum sit infinita, potest idem secundum speciem ex quacumque materia facere, sicut uirum ex limo terræ, & mulierem ex uiro.

AD TERTIVM dicendum, q̃ ex naturali generatione contrahitur quædam propinquitas quæ matrimoniũ impedit. Sed mulier non est producta a uiro per naturalem generationem, sed sola uirtute diuina. unde Eua non dicitur filia Adæ. Et propter hoc ratio non sequitur.

li. 8. Ethic. c. 12. nõ remote à fi. tom. 5.

SVP. Q. XCII.

ART. II.

460 CONCL. Conueniens fuit: mulierem in prima rerum institutione ex uiro formari; magis in alijs animalibus.

¶ PROB. 1. Quia conueniens fuit, ut primo homini dignitas similis Deo (hac ipse est principium totius suæ speciei, sicut Deus totius uniuersi) seruaretur magis, quã in aliis animalibus. Secundo quia conueniens fuit magis, quã in aliis animalibus, maior dilectio uiri ad mulierem (cum per totam uitã simul consortes commaneant.) Quia conueniens fuit, hoc propter domesticæ uitæ opera, (cum hoc non fit in aliis animalib.) Quarto quia conueniens fuit hoc, propter figurandum, quod Ecclesia a Christo sumit principium, (quod in aliis animalib. nõ erat figurandum.)

1ᵐ conclusio.

Ergo nec &c. ℞. Nisi in homine attenderentur multa, quæ in aliis non sunt. §. Tunc nihil &c. Vide in probatione conclusionis illa multa, de quibus responsum hoc loquitur.

2ᵐ de maiori.

Eadem. ℞. Considerata per respectum ad naturam creatam producentem aliquid in illa specie, non necessario, per respectum ad uirtutem increatã producentẽ illud. §. Tunc &c. ut in litera patet.

3ᵐ de minori.

Propinquitas. ℞. Ex generatione naturali proueniens: non aliter. §. Tunc nihil &c. ut patet in litera.

APPENDIX.

EX articulo habes primo; quomodo per rationem ostẽdas, recte

Veilit. pro S. Eccl.

recte dictum Eccl. 17 Creauit ex ipso adiutorium simile sibi. Loquitur enim ibi de Deo; qui ex primo uiro fecit mulierem similẽ ei, utpote in eadem specie humana existentem. Item 1. Corin. 11. Non enim uir ex muliere est, sed mulier ex uiro. Item Act. 17. Deus qui fecit mundum & omnia quæ in eo sunt, fecit ex uno oẽ genus hominũ inhabitare super uniuersam terram. Si ergo Deus fecit (ut uere fecit) ex homine uno omne genus hominum; utique dicere per hoc scriptura uoluit, quod ex uiro facta est a Deo mulier. Et cum omnia a Deo conuenienter fiant: dixisse etiam scriptura ipsa uoluit, quod facta est sic conuenienter. Hanc ob rem pro semp lumas uniuersalissimam regulam, quæ est hæc. Quandocumque scriptura dicit, Deum fecisse, facere, uel facturum esse aliquid, est: ac si diceret, illud esse, fuisse, esse, uel fore conuenienter factum. Nam (ut diximus) omnia quæ a Deo fiunt, quatenus ab eo fiũt, conuenientia sunt. Similem regulam dicas de scripturis diuinis: uidelicet. Quicquid in his scripturis est, anteponitur, postponitur, repetitur, tacetur, docetur &c. conuenienter ibi est, anteponitur, postponitur, repetitur, tacetur, docetur &c. quatenus a scriptura pendet. Quare? Quia scriptura diuina, i. canonica doctrina (hæc ponitur ar. 1. q. 1. appen.) est quædam impressio diuinæ scientiæ, q. 1. art. 3. Secundo habet, quomodo per rationem scripturas illas omnes: pro quanto conuenientem fuisse asserunt factionem mulieris ex uiro, & declares, & probes, & defendas. Tertio uides: quo ex his uicissim Angelica conclusio stabilitatur, atq; declaretur.

Regulæ duæ uniuersalissimæ, pro semper notandæ. 2 3

Comm. Cardinalis Caietani.

Titulus clarus.

¶ In corpore una conclusio responsiua quæsito affirmatiuè. Mulier conuenienter ex uiro formata est, magis quam fœmina cuiusq; aialis ex eo. Qđ probatur quadrupliciter. Primo, ex parte dignitatis uiri. Secundo, ex parte amabilitatis mulieris. Tertio, ex parte finis secundarii, scilicet domesticæ uitæ. Quarto, ex parte sacramenti. Omnia patent.

Aeg. 2. s. d. 18. q. 1. ar. 3. Riccar. dist. 18. q. 1. ar. 3. D. Bon. d. 7. ar. 1. q. 2. Cap. 2. d. 18. q. 1. con. 4. et d. 19. q. 1. con. 1. Pet. de Pal. 2. s. d. 18. q. 1.

461 2. d. 18. q. 1. art. 1. & 1. cor. 7.

SVP. Q. CXI ART. III.

Conci. Conueniens fuit, mulierem formari de costa uiri.

¶ Prob. 1. Quia inter uirum, ac uxorẽ debet esse socialis coniunctio, (ideo non de pede, nec de capite &c) Secũdo quia hæc formatio debuit esse figura Christi, de quo formanda erat ecclesia (de latere enim Christi &c.)

li. 10. c. ult. cir. fi. to. 3.

1m pars minoris. Quod si &c. Additio &c. R. Nisi additio facta fuisset ad præexistentem materiã costæ. §. Tunc &c. ut in litera patet.

2m de antecedente. Superfluũ. R. Quo ad speciem, non quoad indiuiduum. §. Tunc &c. Simpliciter .n. superfluum secundum spẽm ẽm quid autem est superfluum secundum indiuiduum, quasi illud ad uniuersalem intentionem, hoc ad particularem, pertineat. Sicut ergo non fuit inconueniens, immo conuenientissimum, quod fœmina, quæ tamen est præter intentionem particularem naturæ, in prima formatione fieret propter hoc, quod est de intentione uniuersalis naturæ supra art. 1. ad primum, ita non fuit inconueniens, immo conuenientissimũ, quod costa, quæ tamen est de superfluo quoad particulare indiuiduũ in prima formatiõe fieret propter hoc, quod erat de necessario multiplicandæ speciei sm intentionẽ naturæ uniuersalem (ut singula tunc singulis correspõderet.) Vide literam. Et inde clarius, quod dictum est, dicas sic. Costa illa fuit, de perfectione Adæ, ut principium erat speciei, non ut indiuiduum in se cõsideratũ. Erat ergo de perfectione etiam indiuidui, non ut indiuidui in se, sed ut indiuidui talis, idest principii speciei. Nulla ergo superfluitas culpanda, si aliquid est necessariũ mihi secundum unam cõsiderationem, & non secundum aliam. Vide 3. q. 31. ar. 5. ad secundũ.

Pro ueritate costæ, & respõsi militat.

D. 968.

3m de maiori. Costa. R. Non necessaria ad multiplicandam speciem, non autem, ex qua necessario multiplicatur species. §. Tũc &c. Non enim est idem iudicium de costa illa, & nostris quo ad dolorem: sicut nec de utrisque

li. 4. Phys. tex. 84. t. 2.

ARTICVLVS III.

Vtrum mulier debuerit formari de costa uiri.

Ad tertium sic proceditur. Videtur, ꝙ mulier nõ debuerit formari de costa uiri. Costa .n. uiri fuit multo minor quam corpus mulieris. Sed ex minori nõ potest fieri maius, nisi uel per additionem, quod si fuisset, magis ex illo addito mulier formata diceretur quam de costa, uel est per rarefactionem quia (ut dicit Aug. super Gen. ad lit.*) non est possibile ut aliquod corpus crescat, nisi rarescat. Non autem inuenitur corpus mulieris rarius quam uiri ad minus in ea proportione, quam habet costa ad corpus Euæ. Ergo Eua non fuit formata de costa Adæ.

¶ 2 Præt. In operib. primo creatis non fuit aliquid superfluum. Costa ergo Adæ fuit de perfectione corporis eius. Ergo ea subtracta remansit imperfectum, quod uidetur incõueniens.

¶ 3 Præt. Costa non potest separari ab homine sine dolore. Sed dolor non fuit ante peccatum. Ergo costa non debuit separari a uiro, ut ex ea mulier formaretur.

Sed contra est, quod dicitur Genes. 2. Aedificauit dominus Deus costam, quam tulerat de Adã in mulierem.

Respon. Dicendum, quod conueniens fuit mulierem formari de costa uiri. Primo quidem, ad significandum quod inter uirum, & mulierem debet esse socialis coniunctio. Neque enim mulier debet dominari in uirum, & ideo non est formata de capite. Neque debet a uiro despici tamquam seruiliter subiecta, & ideo non est formata de pedibus. Secundo, propter sacramẽtum, quia de latere Christi dormiẽtis in cruce fluxerunt sacramenta, idest sanguis, & aqua, quibus est Ecclesia instituta.

Ad primum ergo dicendum, quod quidam dicunt, per multiplicationem materiæ absque alterius additione formatum fuisset corpus mulieris, ad modum quo Dominus quinque panes multiplicauit. Sed hoc est omnino impossibile multiplicatio enim prædicta, aut accidit secundum transmutationẽ substantię ipsius materiæ, aut scdm transmutationem dimensionum eius, non autẽ scdm transmutationem substantiæ ipsius materiæ. Tũ quia materia in se considerata, est omnino intransmutabilis, utpote existens in potentia, & habens solam rationem subiecti. Tum etiam quia multitudo & magnitudo sunt præter essentiam ipsius materiæ, & ideo nullo modo põt multiplicatio materiæ intelligi, eadẽ materia manente absque d additione, nisi per hoc quod maiores dimensiones accipiat. Hoc autem est rarefieri. s. materiam eandẽ accipere maiores dimẽsiones, ut Philo. dicit in 4. Phy. *Dicere ergo materiam multiplicari absque rarefactione, est ponere contradictoria simul. s. diffinitionẽ absque diffinito. Vnde, cum nõ appareat rarefactio in talib. multiplicationibus, necesse est ponere additionem materiæ, uel per creationẽ, quod probabilius est, uel per conuersionem. Vnde Aug. *dicit super Ioan. quod hoc modo Christus ex quinque panibus satiauit quinque millia hominum, quomodo ex paucis granis producit multitudinẽ segetum, quod fit per conuersionem alimenti. Dicitur tamen uel ex quinque panib. turbas pauisse, uel ex costa, mulierem formasse, quia additio facta est ad materiam præexistentem costæ, uel panum.

Trac. 24. in Io. to. 9.

Ad secundum dicendum, quod costa illa fuit de perfectione Adæ, non prout erat indiuiduum quoddam, sed prout erat principium speciei, sicut semen est de perfectione generantis, quod operatione naturali cum delectatione resoluitur. Vnde multo magis uirtute diuina corpus mulieris potuit de costa uiri formari absque dolore, & per hoc patet solutio ad tertium.

vtrisque est idem iudicium, quoad esse pro semine ad multiplicationem speciei. Pro dictorum captu ampliori uide veritates aureas super legem ueterem, Genes. 1. concl. 15. per totum.

APPENDIX.

Vtilit. pro S. Dei.

EX articulo habes primo: quomodo per rationem reiicias errorem Origenistarū (ut refert Melchior Cano de locis Theol. l. 12. c. 7. ubi etiam erroris huius damnationem a generali sexta synodo act. 11. factam narrat (dicentium: Euæ formationem de costa Adæ intelligendam esse allegoricè & figuratè, non autem historicè. Item errorem cuiusdam proprio sensui plus nimio innixi (sub correctione tamen Ecclesiæ Romanæ ut ait tum indicando libros suos super Genesim &c. Clementi VII. Papæ, tum in lib. 1. principio) dicentis: Costam Adæ, ex qua Eua dicitur formata, nō reipsa intelligendam, sed secundum mysterium: non quidem per allegoriam, sed per parabolam. Vel sic. Genesis narrationē de formatione Euæ de costa Adæ non iuxta literam esse intelligendā, sed secundum mysterium, non quidem per allegoriam, sed per parabolam. Vtrouis enim modo dicatur reditur in idem. (Præt. Thomas de Vio.) Secundo habes: quomodo per rationem ostendas, errorem hunc merito intelligi reprobatum a Papa Innocen. III. extra, de diuortiis c. Gaudemus sic. Hæc ibi. Cum ab initio una costa in unam fœminam sit conuersa. Pontifex enim costam conuersam dicens in fœminā, clare monstrat: secundum rei ueritatem illam scripturam Genesis iuxta literam esse intelligendam. Item a contextu ipsius Genesis reprobatur. Nam Adam uisa muliere, edoctus a Spiritussancto, quid factum fuerat, ait: Hoc nunc os ex ossibus meis, & caro de carne mea. Vbi maxime pondera ly nunc: ut docent Veritates aureæ super legem veterem, Genes. 2. concl. 15. in pro Eccl. Sancta Dei. Vide q. 91. ar. 1. & loca ibi citata. Taceo, quòd ab uniformi sententia omnium (quos uiderim) sanctorum patrum damnata intelligitur, dum eum locum ipsi secundum literam exponunt, non secundum parabolam. Ex quo ipsorū facto conclude, quòd a scriptura sacra, quando non innuit sensum parabolicum, non debet tolli sensus historicus. Vide q. 1. articulo nono, not. ante appen. Tertio uides, quomodo ex his uicissim firmetur conclusio Angelica.

Comm. Cardinalis Caietani.

TItulus clarus.

¶In corpore una conclusio responsiua quæsito affirmatiue. Conueniens fuit mulierem formari de costa uiri. Probatur dupliciter. Primo, ex parte coniunctionis socialis non denominatiuæ, ex quacunque parte. Secundo ex parte sacramenti omnia clara sunt.

¶In responsione ad primum aduerte, quod quia materia præuenit actus omnium prædicamentorum, ut dicitur 7. Meta. nec est quid, nec quale, nec quantum, sed omnia in potentia, idcirco præter essentiam materiæ est & magnitudo & multitudo quæ ad prædicamentum quantitatis pertinent: præter essentiam autem eius sunt hæc in actu, non in potentia. Verum non est putandum materiam existentem sub quacumque dimensione, esse in potentia ad quantamcumque dimensionem, sed est certus limes ultra quē nec in potentia extenditur. Et propterea communiter & bene dicitur, quod licet in essentia materiæ non detur maius aut minus, multitudo, uel paucitas, datur tamen in ea plus & minus, ita quod plus materiæ est sub pedali terræ, quam sub pedali ignis: hoc patet ex rationibus rari & densi, quoniam hoc habet multum materiæ sub paruis, illud parum sub magnis dimensionib. Et propterea, materia existens sub costa, non erat in potentia ad quantamcumque quantitatem. Et rursus, licet fuerit in potentia ad quantitatem maiorem mulieris, non tamen seruata densitate debita ad corpus muliebre, & ideo oportuit plus materiæ haberi a corpore longe maiori, & non longe rariore.

SVP. Q. XCII. ART. IIII.

COncl. Solus Deus, & uirū de limo terræ, & mulierē de costa uiri, potuit formare.

¶Prob. Quia generare hominē ex alia quacumque materia, præterquam ex semine uiri, uel fœminæ, est præter ordinem naturæ (cum hæc sit determinata ad unum quod pro nunc est talis generandi modus): & solus Deus (cum sit naturæ institutor) potest præter ordinem naturæ res in esse producere.

462 Sup. q. 92. ar. 1.

li. 3. de Tri. c. 4. tom. 3.

1^m de maiori.

Productum. R. Generatione naturali: non, præter naturam. §. Tunc &c. vt patet ex supradictis.

2^m de maiori.

Per angelos. R. Ministerium aliquod etiam nobis quandoque ignotum, exhibētes quoad aliquid: non semper, quoad omnia. §. ut hic. Tunc &c. vt patet in litera, & simili argumento sup. q. 91. art. 2. ad primū. Quo ad omnia .n. non concurrerunt angeli, quia per ipsos nō fuit formatū corp⁹ mulieris de costa uiri.

lib. 9. c. 15. tom. 3. lib. 6. super Gen. ca. 15. parum a princ. to. 3.

ar. 1 huius quæst.

Tertium

ARTICVLVS IIII.

Vtrum mulier fuerit immediate formata a Deo.

AD QVARTVM sic proceditur. Videtur, quod mulier nō fuerit immediate formata a Deo. Nullum enim indiuiduum ex simili secundum speciem productum, fit immediate a Deo. Sed mulier facta est de uiro, qui est eiusdem speciei cum ipsa. Ergo non est facta immediate a Deo.

¶2 Aug. dicit 3. de Trin.† quod corporalia dispensantur a Deo per angelos. Sed corpus mulieris ex materia corporali est formatum. Ergo est factum per ministerium angelorum, & non immediate a Deo.

¶3 Præt. Ea quæ præexstiterunt in creaturis sēdm rationes causales, producuntur uirtute alicuius creaturæ, & non immediate a Deo. Sed secundum causales rationes, corpus mulieris in primis operibus productum fuit, ut Aug. dicit 9. super Gen. ad lit.* ergo non fuit producta mulier immediate a Deo.

SED CONTRA est, quod Aug. dicit in eodem lib. Formare uel ędificare costam ut mulier esset, non potuit nisi Deus, a quo uniuersa natura subsistit.

RESPON. Dicendum, quod sicut supra dictum est,* uniuscuiusque speciei generatio naturalis, est ex determinata materia. Materia autem ex qua naturaliter generatur homo, est semen humanum uiri uel fœminę. Vnde ex alia quacūque materia indiuiduum humanæ speciei generari non potest naturaliter. Solus autem Deus, qui est naturæ institutor, potest pręter naturæ ordinem res in esse producere. Et ideo, solus Deus potuit uel uirum de limo terræ, uel mulierem de costa uiri formare.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod ratio procedit quando indiuiduum generatur ex simili secundum speciē, generatione naturali.

AD SECVNDVM dicendum, quod sicut Aug. dicit 9. super Gen. ad lit.* An ministerium angeli exhibuerunt Deo in formatione mulieris, nescimus, certum tamen est, quod sicut corpus uiri de limo non fuit formatum per angelos, ita nec corpus mulieris de costa uiri.

AD TERTIVM dicendum, q̄ sicut Aug. in eodem li. dicit.* Non habuit prima rerum conditio, ut fœmina omnino sic fieret, sed tamen hoc habuit, ut sic fieri posset. Et ideo secundum causales rationes præexistit corpus mulieris in primis operibus, non secundum potētiam actiuam, sed secundum potentiam passiuam tātum, in ordine ad potentiam actiuam Creatoris.

3^m de maiori.

Secūdum rationes causales. R. Consideratas secundum potentiam actiuam, & passiuam simul: non secundum potentiam passiuam tm. §. Tunc &c. Nam corpus mulieris in primis Dei operib. productū est secundum rationes causales passiue tantū acceptas: & passiue quidem in ordine solum ad potentiam actiuam creatoris.

APPENDIX.

EX articulo habes primo, quomodo per rationē reiicias hæresim Albigensium dicentium, diabolū creare omnia corpora. Itē Manichæorum dicentium: corpus suapte natura malum, ideo a malo principio factum. Item Paternianorum, Venustianorum, dicentium: Corporis humani inferiores partes nō a Deo, sed a diabolo esse factas. Item Patricianorum in speciali dicentium: Humanū corpus esse a dæmone. Si enim demonstrat ratio huius articuli, quod Deus immediate creauit corpus mulieris, patet, q̄ saltē a simili vniuersaliter demōstratū relin-

Vtilit. pro S. Eccl.

lib. 9. c. 15. parum a prin. to. 3.

li. 9. c. 18. parum a medio tom. 3.

relinquit; quòd corpus humanum quo ad partes omnes etiam inferiores est factum a Deo, & non a diabolo, & cõsequenter quod corpus suapte natura non est malum, & quod diabolus non est factor omnium corporum. Secundo habes, quomodo per rationem ostendas, has omnes merito damnatas tum a symbolo fidei, Apostolorum, stolorum, patrum Nicœni, Constantinopolitani, Ephesini, omniumque subsequentium Conciliorum fidem protestantium. Vide in speciali damnationes huiusmodi hæresum sup. q. 65. ar. 1. ne toties repetatur idem. Tertio uides: quomodo ex his uicissim Angelica firmetur conclusio.

Comm. Cardinalis Caietani.

Titulus clarus.

¶ In corpore una conclusio responsiua quæsito affirmatiue. Solus Deus mulierem de costa uiri potuit formare. Probatur. Solus naturæ institutor pōt præter naturæ ordinem res in esse producere. ergo solus Deus potest corpus mulieris de costa uiri formare. Antecedens patet, consequentia probatur: quia corpus mulieris est præter naturæ ordinem formatum, quod probatur sic. Generatio cuiusque speciei est ex determinata materia. ergo corporis humani naturalis generatio, est ex semine humano, ergo productio ex quacumque alia materia, non est naturalis. ergo formatio corporis ex costa, non est naturalis: omnia clara sunt.

Ferr 4. cont. c. 26.
Aegid. i. 5. d. 3. q. 1. 2. prin. & 2. 5. d. 20 q. 1. art. 1.
Alb. Mag. 2. d. 16. ar. 1.

QVAESTIO CXIII.

De fine, siue termino productionis hominis, in nouem articulos diuisa.

DEINDE considerãdum est, de fine, siue termino productionis hominis, prout dicitur factus ad imaginem, & similitudinẽ Dei.

ET CIRCA hoc quæruntur nouem.

¶ Primò, vtrum in homine sit imago Dei.

¶ Secundò, vtrum imago Dei sit in irrationalibus creaturis.

¶ Tertiò, vtrum imago Dei sit magis in angelo, quam in homine.

¶ Quartò, vtrum imago Dei sit in omni homine.

¶ Quintò, vtrum in homine sit imago Dei per cõparationem ad essentiam, uel ad personas diuinas omnes, aut unam earum.

¶ Sextò, vtrum imago Dei sit in homine secundum potẽtias, aut secundum habitus, aut actus.

¶ Septimò, vtrum per comparationem ad omnia obiecta.

¶ Octauò, vtrum imago Dei inueniatur in homine solum secundum mentem.

¶ Nonò, De differentia imaginis, & similitudinis.

ARTICVLVS I.

Vtrum imago Dei sit in homine.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur, quod imago Dei non sit in homine. Dicitur. n. Isa. 40. Cui similem fecisti Deũ, aut quam imaginem ponetis ei?

¶ 2 Præt. Esse Dei imaginem, est proprium primogeniti, de quo dicit Apostolus ad Colos. 1. Qui est imago Dei inuisibilis primogenitus omnis creaturæ. Nõ ergo in homine inuenitur Dei imago.

¶ 3 Præt. Hilar. dicit in li. de syno. * quod imago est eius rei ad quam imaginatur species indifferens. Et iterum dicit, quod imago est rei ad rem coæquandã indiscreta, & unita similitudo. Sed non est species indifferens Dei, & hominis, nec potest esse æqualitas hominis ad Deũ. Ergo in homine non potest esse imago Dei.

SED CONTRA est, quod dicitur Gen. 1. Faciamus hominem ad imaginem & similitudinẽ nostrã.

RESPON. Dicendum, quod sicut Aug. * dicit in li. 83 qq. ubi est imago, continuo est & similitudo, sed ubi est similitudo, nõ continuo est imago. Ex quo patet, quod similitudo est de ratione imaginis, & imago aliquid addit supra rationẽ similitudinis, s. quod sit ex alio expressum. Imago enim dicitur ex eo, quod agitur ad imitationem alterius. Vnde ouum, quantumcumque sit alteri ouo simile & æquale, quia tamen non est expressum ex illo, non dicitur ad imaginem eius. Aequalitas autem nõ est de ratione imaginis, quia, ut Aug. * ibidem dicit, Vbi est imago, non continuo est æqualitas, ut patet in imagine alicuius in speculo relucente. Est tamen de ratione perfectæ imaginis: nam in perfecta imagine non deest aliquid imagini, quod insit illi de quo expressa est. Manifestum est autem, quod in homine inuenitur aliqua Dei similitudo, quæ deducitur a Deo, sicut ab exemplari, non tamen est similitudo secundũ æqualitatem, quia in infinitum excedit exemplar hoc, tale exemplatum, & ideo in homine dicitur esse imago Dei, non tñ perfecta, sed imperfecta. Et hoc significat Scriptura, cum dicit hominem factum ad imaginẽ Dei. Præpositio. n. ad, accessum quendam significat, qui competit rei distanti.

AD PRIMVM ergo dicendum, ꝙ Propheta loquitur de corporalibus imaginibus ab homine fabricatis. & ideo signanter dicit. Quam imaginem ponetis ei? Sed Deus ipse sibi in homine posuit spiritualem imaginem.

AD SECVNDVM dicendum, quod primogenitus omnis creaturæ est imago Dei perfecta, perfectè implẽs illud cuius imago est. Et ideo dicitur imago, & nunquã ad imaginem. Homo uero, & propter similitudinem dicitur imago, & propter imperfectionẽ similitudinis, dicitur ad imaginem. Et quia similitudo perfecta Dei non potest esse nisi in identitate naturæ, imago Dei est in filio suo primogenito, sicut imago regis in filio sibi connaturali: in homine autem sicut in aliena natura, sicut imago [illegible] gis in nummo argenteo, ut patet per Aug. * in lib. de decem chordis.

AD TERTIVM dicendum, ꝙ cum unum sit ens indiuisum, eo modo dicitur species indifferens quo una. Vnum autem dicitur aliquid, non solum numero, aut specie, aut genere, sed etiam secundum analogiam uel proportionem quandam, & sic est unitas uel conuenientia creaturæ ad Deum. Quod autem dicit rei ad rem coæquandam, pertinet ad rationem perfectæ imaginis.

SVP. Q. CXIII.

ART. I.

CONCL. In homine est imago Dei, non tamen necessario perfecta, sed imperfecta.

¶ PROB. I. Quia in homine inuenitur aliqua Dei similitudo, quæ deducitur a Deo tanquam ab exemplari, & aliquid dicitur imago alicuius ex eo, quod agitur ad imitationem eius (patet ab oppositis, de ouo non dicto ad imaginem alterius oui, cui tamẽ est simile). Secunda autẽ pars. s. non tamen &c. probatur. Quia æqualitas nõ est d̄ rõne imaginis, ut imago (ex Augustino.) Tertia autẽ pars. s. sed imperf. probatur. Quia præpositio, Ad, significat accessum quendam, qui rei distanti competit, & hoc significat de homine scriptura dicens, hominem factum ad imaginem Dei.

1m ex Psal. Imaginẽ. R. Corporalem, non aliter. §. Tunc &c. ut patet. Non enim sibi negatur, qđ Deus non possit ponere sibi spiritualem imaginem in nobis.

463
12. in pl. & 1. d. 3. q. 3. & 2. d. 16 art. 3. & 4. con. c. 26. & uerit. q. 10. a. 7. cor.

2m de maiori. Imaginem. R. Omnino perfectam, non imperfectam. §. Tunc &c. ut patet. Nota in litera differentiam locutionis scripturarum de hoc, & exemplum ex Augustino.

Hilari⁹ li. de Syno. in 2. f. a principio libri.

3m ex Hilar. Species indifferens. R. idest, species una, uel numero, uel specie, uel genere, uel analogia quadam. §. Tunc nihil &c. Quandam enim unitatem secundum analogiam ponimus inter Deum exemplar, & hominem exemplatum.

Itẽ ex Hilar. Imago. R. totaliter pfecta, non imperfecta. §. Tunc &c. ut patet in conclusione.

li. 83. qq. q. 51. circa fi. to. 4.

li. 83. qq. q. 74. in hoc. tom. 4.

c. 8. au [illegible] diũ habetur hic liber, to. 9.

APPENDIX.

EX articulo habes primo, quomodo per rationem ostẽdas, recte

Vtilit. pro S. Eccl.

rectè in scripturis dictum: quòd imago Dei est in homine; puta Gen. 1. faciamus hominem ad imaginem & similitudinem nostrã; & alibi. Secundo habes: quomodo per rationem huiusmodi loca scripturarum in sensu catholico intelligas, intellectaque defendas. Tertio uides: quomodo ex his similibusque locis uicissim Angelica præsens conclusio declaretur, atque confirmetur.

Comm. Cardinalis Caietani.

Titulus, Dei, quoad naturam, non artem.

¶ In corpore duo. Primo, incipit ostendere, quid requiratur ad rationem imaginis, tam perfectæ, quam imperfectæ. Secundo respondet quæsito affirmatiuæ.

¶ Quoad primum, tres conditiones imaginis uenatur. Primo, quod sit similitudo, ex authoritate Aug. Secundo, quod sit deducta ex illo, probatur ex quid nominis, quia imago dicitur ex eo, quod imitatur alterum, & ab opposito, quia ouum non dicitur imago oui &c. Tertio, quod sit aut non sit cum æqualitate. & penes hoc differt perfecta imagine: ex authoritate Aug. & ratione, quia perfectæ imagini nihil deest imaginati.

¶ Quoad secundum, conclusio est. In homine est imago Dei imperfecta. probatur dupliciter. Primò, ex assignatis conditionibus imaginis sic. In homine est aliqua Dei similitudo deducta ab eo, non secundum æqualitatem. ergo in eo est imago Dei imperfecta. Antecedens quo ad primam partem, est per se notum, quoad secundam, probatur, quia homo est exemplatus a diuina natura quoad tertiam probatur, quia in infinitum Deus excedit hominem: consequentia tenet, ex conditionibus imaginis. Secundo, probatur cõclusio ex authoritate Scripturæ dicentis, hominem ad imaginem Dei, quia ly, ad, exprimit imperfectionem. probatur, quia importat accessum ergo distantiam. Accessus. n. non nisi distãtis est.

¶ Circa hanc partem occurrit dubium in probatione cõsequentiæ. Si. n. ualet: sequitur. ergo in boue: imò, ergo in lapide est imago Dei, patet sequela, quia oẽs illæ conditiones saluantur in omni creatura respectu Dei, ut patet discurrendo per singulas. Et si dicatur, ut in articulo sequenti dicitur, quod istę conditiones non sufficiunt ad rationem imaginis. ergo sophisma consequentis cõmissum est hic, in hac ratione, a superiori ad inferius affirmatiue: inferendo, est similitudo deducta non secũdum æqualitatem. ergo imago. Antecedens enim est superius ad imaginem ut patet. ergo &c. Ad hæc dicitur quod cum quæstio sit nõ tam de re quã de authore, nec cadere potest in sapientis cuiusquam mentem, ut in consequentibus immediate se eiusdem quęstionis articulis, oblitus sui fuerit tantus author: distinguendum est, quod imago potest sumi dupliciter. Vno modo proprie, alio modo communiter, & quod in hoc articulo usus est imaginis uocabulo communiter: in secundo uero proprie, & ideo nullum sophisma commissum est. Et quod hæc sit mens literæ, colligitur ex calce corporis sequentis articuli, ubi dicit, solæ creaturæ intellectuales proprie loquendo sunt ad imaginem Dei, insinuans distinctionẽ præfatam de communiter & proprie. Ratio autem quare diminute in hoc articulo imaginem acceperit, fuit ut reor triplex. Prima, quia non incurritur inconueniens in conclusione imaginis in homine, eo quod secundum rem saluatur in eo etiam reliqua conditio perficiens imaginis rationem. Secunda est, ut a communiorib. etiam conditionib. ad speciales, procederet disciplina: non diuersarum quæstionum. sed eiusdem quæstionis secundum diuersos articulos, non. n. tam exacta in primo articulo requiritur doctrina, sed sat est si successiue per alios articulos natura quæsiti discutitur perfecte. Tertia, quia ambiguitas imaginis proprie dictæ habebat specialem difficultatem ut in argumentis articuli sequentis patet, & ideo reseruata est speciali artic.

Ferr. 4. con. c. 20.
Aug. 1. 5. d. 3. q. 1. ar. 1.
Alb. Mag. 2. d. 16. ar. 2.

SVP. Q. XCIII. ART. II.

464
2. d. 16. 2. 2. & 3. d. 2. q. 1. ar. 1. & d. 10. q. 2. a. 2. q. 1. corp. & 4. con. c. 20 fi. & 1. cor. 11. lec. 2. ca. 2. par. 1. nõ remote a fine.

Concl. Solæ rationales creaturæ, propriè loquendo, sunt ad imaginẽ Dei.

¶ Prob. 1. Quia solæ creaturæ rationales assimilantur Deo secundum ultimam differentiam, quæ potest eẽ inter Deum, atq; creaturas (cum solæ hõi intelligant ex Augustino): & ad rationẽ imaginis, requiritur quod sit similitudo saltem secundum aliquod spẽi (ex Hila.) Secundo. Quia irrationalia assimilãtur Deo tantum, secundum aliquod communissimũ (s. esse,) uel cõmune (s. uiuere,) & assimilari alicui tantum secundũ genus, uel accidens cõmune, non sufficit ad hoc: quod aliquid dicatur ad imaginem eius (exemplum de uerme de albo.)

c. 4. aliquãtulum a princ.

¶ Not. Probatio prima firmat exclusiuam conclusionẽ quo ad exponentem affirmatiuam: secunda firmat eandem quoad exponentem negatiuam (ut patet considerãti.)

li. 3. metro. 9. parum a princ.

li. 6. c. 12. circa med. to mo 3.

1m ex Dionys. Con-

ARTICVLVS II.

Vtrum imago Dei inueniatur in irrationalibus creaturis.

Ad secundum sic proceditur. Videtur, quod imago Dei inueniatur in irrationalib. creaturis. Dicit. n. Dio.* in li. de di. no. Habẽt causata causarum suarũ contingentes imagines. Sed Deus est causa nõ solum rationaliũ creaturarum, sed ẽt irrationalium. Ergo imago Dei inuenitur in irrationalib. creaturis.

¶ 2 Præt. Quanto est expressior similitudo in aliquo, tanto magis accedit ad rationem imaginis. Sed Dion.† dicit 4. c. de diui. no. quod radius solaris maximè habet similitudinem diuinę bonitatis. Ergo est ad imaginem Dei.

¶ 3 Præt. Quanto aliquid est magis perfectum in bonitate, tãto magis est Deo simile. Sed totum uniuersum est perfectius in bonitate, quam homo, quia etsi bona sint singula, tamen simul omnia dicuntur ualde bona Gen. 1. Ergo totum uniuersum est ad imaginem Dei, & nõ solum homo.

¶ 4 Præt. Boet.* in lib. de conso. dicit de Deo. Mundum mente gerens, similique imagine formans. Ergo totus mundus est ad imaginem Dei, & non solum rationalis creatura.

Sed contra est, quod dicit Aug. 6. super Gen. ad lit.* Hoc excellit in homine, quia Deus ad imaginem suam hominem fecit propter hoc, quod dedit ei mentem intellectualem, qua præstat pecoribus. Ea ergo, quæ non habent intellectũ, non sunt ad imaginem Dei.

Contingentes imagines. s. 1. imagines secũdum quid, seu improprie dictas, non autem imagines simpliciter seu propriè. §. Tunc nihil &c. Nam conclusio proprie tantum loquitur de imagine etiam uerbaliter (ut ibi exprimitur).

Secundum

Respon. Dicendum, quod non quælibet similitudo, etiam si sit expressa altero, sufficit ad rationem imaginis. Si. n. similitudo sit secundum genus tantum, uel secundum aliquod accidens cõmune, non propter hoc dicetur aliquid esse ad imaginem alterius. Non. n. posset dici, quod uermis qui oritur ex homine, sit imago hominis propter similitudinem generis. Neque iterum potest dici, quod si aliquid fiat album ad similitudinem alterius, quod propter hoc sit ad eius imaginem, quia album est accidens cõmune plurib. specieb. Requiritur autem ad rationem imaginis, quod sit similitudo secundum speciem, sicut imago regis est in filio suo, uel ad minus secundum aliquod accidẽs proprium speciei, & præcipue secundum figuram, sicut hominis imago dicitur esse in cupro. Vnde signanter Hila.* dicit, quod imago est species indifferens. Manifestum est autem, quod similitudo speciei attenditur secundum ultimam differentiam, assimilantur aũt aliqua Deo, primo quidem, & maxime communiter, inquantum sunt. Secundo uero, inquantum uiuunt. tertio uerò, inquantum sapiunt uel intelligunt. Quę, ut Aug.* dicit in lib. 83. q. ita sunt Deo similitudine proxima, ut in creaturis nihil sit propinquius. Sic ergo patet, quod solæ intellectuales creaturæ propriè loquendo, sunt ad imaginem Dei.

In li. de Synod. in 2. f. a prin. lib.

lib. 83. q. Q. 51. i me dio, tom. 4.

Ad primum ergo dicendum, quod omne imperfectũ est quædam participatio perfecti. Et ideo etiam ea quæ deficiunt a ratione imaginis, inquantum tamen aliqualẽ Dei similitudinem habent, participant aliquid de ratione imaginis. Et ideo Dio. dicit, quod causata habent causarum contingentes imagines, idest, quantum contingit ea habere, & non simpliciter.

Ad

2m de maiori. Similitudo. R. quantum ad dignitatem naturæ, non quantū ad causalitatem. §. Tunc nihil &c. ut patet in litera.

3m de maiori. Perfectum. R. Intensiue, & collectiue, non extensiue & diffusiue. §. Tunc &c. ut patet in litera. Hanc, scito, uelle inferre sic pro formali solutione, esse perfectum, nisi sit intēsiue, non sufficit ad rationem imaginis, licet sufficiat ad rationem similitudinis.

Item de conclusione. Totū uniuersum. R. Secundum aliquam partem suam non secundum totum §. i. non secundum oēs partes suas. Tunc &c. stat enim quod solum homo in his inferioribus sit ad imaginem Dei, & quod totum vniuersum secundū aliquam partem, non secundum omnes, sit ad imaginē Dei. Vide responsum secundum ly uel dicendum, quod pars non diuiditur contra &c.

4m ex Boetio. Imagine. R. i. similitudine, qua artificiatum imitatur speciem artis, non autem a similitudine quodammodo naturali. §. Tunc &c. ut patet. Hinc scito: aliud esse dicere, omnis creatura est imago rationis exemplaris, seu ydeæ, in mente diuina existentis, & aliud, omnis creatura est imago Dei. Primum uerissimum est, secundum falsissimum.

AD SECVNDVM dicendum, quod Dionys. assimilat radium solarem diuinæ bonitati quantum ad causalitatem, non secundum dignitatem naturæ, quæ requiritur ad rationem imaginis.

AD TERTIVM dicendum, ꝙ uniuersum est perfectius in bonitate q̃ intellectualis creatura, extēsiuè & diffusiuè. Sed intēsiuè & collectiuè similitudo diuinę perfectionis, magis inuenitur in intellectuali creatura, quæ est capax summi boni. Vel dicendum, ꝙ pars non diuiditur contra totum, sed cōtra aliā partē. Vnde cū dicitur, ꝙ sola natura intellectualis est ad imaginem Dei, non excludit' quin uniuersum secundum aliquā sui partem sit ad imaginem Dei, sed excluduntur aliæ partes uniuersi.

AD QVARTVM dicendum, ꝙ imago accipitur a Boet. ſm rationē similitudinis, qua artificiatum imitatur speciem artis, quæ est in mente artificis. Sic autem quęlibet creatura est imago rationis exēplaris, quam hēt in mente diuina. Sic aūt non loquimur nunc de imagine, sed secundum ꝙ attenditur secundum similitudinem in natura, pro ut. s. primo enti assimilantur omnia inquantum sunt entia, & primæ uitæ, inquantum sunt uiuētia, & summæ sapientiæ, inquantum sunt intelligentia.

APPENDIX.

Vtilit. pro S. Eccl. EX articulo habes primo: quomodo per rationem interimas hæresim Gnosticorum, & Manichæorum dicentium bestias omnes rationis esse capaces, immo Bruta omnia ęque ut hominē non solum sentire uerum etiam intelligere. Secundo habes, quomodo per rationem ostendas, hanc merito damnari a scripturis sanctis, ut supra q. 75. art. 3. Item uniuersaliter a Concilio Lateranensi sub Martino primo canon. 17. Si quis secundum sanctos patres consonanter nobiscum eadem credens non respuit & anathematizat animo & ore omnes nefandissimos hæreticos, quos respuit & anathematizat cum omnibus impiis eorum scriptis, usq; ad unum apicem sancta Dei catholica & apostolica ecclesia, hoc est, sanctæ & uniuersales quinque Synodi & ipsi omnes consonanter probabiles Ecclesiæ patres. Dicimus autem Sabellium, Arrium, Eunomium, Macedonium, Apollinarem, Polemonem, Euthychem, Dioscorum, Thimotheum, Elurum, Seuerum, Theodosium, Cholutum, Themistium, Paulum Samosetanum, Chodorū, Theodorum, Nestorium, Periam, Origenem, Didymum, Euagrium, & compendiose alios omnes hæreticos, qui a catholica Ecclesia reprobi atque abiecti sunt, quorum dogmata diabolicæ operationis sunt genimina, & eos, qui similia, cum his usque ad finē sine pęnitentia sapuerunt, aut sapiunt, uel sapient. & infra, Anathematizamus, & eos, qui nobiscum consonanter non respuunt, & anathematizant prædictos hęreticos, eorumque scripta. Hæc ibi. Quis modo nesciat Manichæos etiam tanquam hæreticos, ab Ecclesia Sancta Dei reprobatos? Audiamus autem Augustinū in libro de fide catholica, de talibus ab Ecclesia pulsis, sub exemplo quorundam, uniuersaliter sic dicentem. Cum Cęlestius, atque Pelagius in Ephysina Synodo sint damnati: quomodo poterunt illa capitula recipi, quorum dānantur authores? Hæc ibi. Quia igitur Manichæi ac Gnostici ab Ecclesia damnantur (ut patet): ideo nō possunt, secundum Augustinum eorum capitula recipi: &, secundum prædictum Concilium, eorum scripta usque ad unum apicem sunt ab omnibus fidelibus sub pęna anathematis anathematizanda. Cæterum de scriptis Origenis prænominati, Ecclesia in libro Decreti distinctione decimaquinta. Sancta Romana, seipsam limitat sic: item Origenis nonnulla opuscula quæ Beatus Hieronymus non repudiat, legenda suscipimus: reliqua autem omnia cum authore suo dicimus esse respuenda. Hæc ibi. Item specialiter a regulis uerę fidei. (Hic liber est Augustini de fide ad Petrum) cap. 21. sic, firmissime tene, & nullatenus dubites, in omni creatura, quam spiritualem, atque corpoream summa Trinitas fecit, solos spiritus angelicos, & humanos intelligendi facultatem diuinitus accepisse: cæteros uerò spiritus brutorum animalium rationalem intelligentiam non accepisse, & ob hoc omnino habere non posse. Propter quod dicitur hominibus: nolite fieri sicut equus, & mulus, quibus non est intellectus. Et ideo nec animas pecorum in homines, nec animas hominum in pecora, posse, aliquando transire. Hæc ibi. Facit pro q. 75. articulo 6. Tertio uides: quomodo ex his uicissim Angelica firmetur conclusio, atque declaretur. 3

Coluuies hæreticorum damnatorum.

Comm. Cardinalis Caietani.

TItulus imago Dei proprie dicta.

¶In corpore duo. Primo, complet rationem imaginis proprie dictæ. Secundo, respondet quæsito.

¶Quoad primum dicit duo, alterum negatiuum, alterum affirmatiuum. Negatiuum est. Non quælibet similitudo deducta ab alio, sufficit ad rationem imaginis. Probatur, quia nec similitudo secundum genus, ut patet de uerme respectu hominis, nec secundum accidens cōe, ut patet de albo, non respectu albi formaliter, sed respectu subiecti quod per accidens denominatur album. Affirmatiuum est, quod requiritur, aut similitudo secundum spēm, vt patet in filio respectu patris, aut secundū propriū spēi & præcipue figuram, ut patet in denario, & probatur authoritate Hilarii.

¶Quoad secundum, conclusio responsiua hæc est, Solæ intellectuales creaturę proprie loquendo sunt ad imaginem Dei. Probatur. Solæ creaturæ intellectuales assimilantur Deo, ut intelligit & sapit. ergo solæ creaturæ intellectuales assimilantur Deo, secundū quasi ultimam differentiam ergo solæ assimilantur secundum speciem. ergo solæ sunt ad imaginem. Antecedens patet, & prima cōsequentia declaratur, graduando res secundum similitudinem ad Deum in tres gradus. Et probatur authoritate Augustini dicentis nullum gradum esse proximiorem Deo, quam sit intellectiuus, tenent ergo locum ultimæ differentiæ, cæteræ consequentiæ sunt euidentes.

Aegid. i. 5. dist. 3. q. 2. prim. prin.

SVP. Q. CXIII. ART. III.

465 i. d. 3. q. 3. ar. 1. ad 4. & 2. d. 16. art. 3. & 3.

COncl. Simpliciter concedendū est, Angelum esse magis ad imaginem Dei, quàm homo, hominē autem esse magis, secundum quid.

ARTICVLVS III.

Vtrum angelus sit magis ad imaginem Dei, quàm homo.

AD TERTIVM sic proceditur. Videtur, quod angelus non sit magis ad imaginem Dei, quam homo. Dicit. n. Aug.* in sermone de imagine, quod Deus nulli alii creaturæ dedit, qd sit ad imaginem suam nisi homini. Non ergo uerum est, quod angelus magis dicatur ad imaginē Dei, quā homo.

¶2 Præt. Scdm Aug.† in lib. 83. q. Homo ita est ad imaginem Dei, ut nulla interposita creatura formetur a Deo. & ideo nihil est illi

¶PRIM. 1. Quia angelum habere per fectiorem naturam intellectualem homine, concedendum est, & id, in quo primo simpliciter consideratur ratio diuinæ imaginis, est esse natura

d. 2. q. 1. a. 1. q. 1. & 2 cor. & pl. In serm. 27. de uer Apo. c. 10. & de uerb. Dñi, serm. 63. q. 51. in me. dio.

turæ intellectualis. Secunda uero pars, scilicet hominem autem, &c. probatur. Quia in homine inuenitur hęc Dei imitatio, quod unus est ab alio, anima hominis est in toto suo corpore, ac parte qualibet, sicut Deus est in singulis mundi partibus, ac in toto mūdo, sicut in Deo est generatio, & secundum hæc, atque similia cōsideratur secundario secundum quid (prępresupposita illa prima imitatione) ratio diuinæ imaginis.

1^m ex Augus.

Creaturæ. ℞. Inferiori, non absolute. §. Tunc nihil &c. ut patet.

2^m ex Augus.

Coniunctius. ℞. Secundum genus naturæ intellectualis. §. Tunc nihil &c. Non enim datur aliqua natura dignior, Deoque coniunctior, natura intellectuali, qua homo insignitus est, datur tamē gradus maior, Deoq; proximior in tali natura, quam sit gradus talis naturæ in homine. Ex litera intellige conclusionem, quod scilicet Angelus est magis ad diuinam imaginē, quam homo, non quia habeat naturam secundum genus meliorem homine, sed quia naturæ eiusdem cum homine secundum intellectualitatis genus, hēc gradum meliorem.

3^m de minori.

Non intenditur, nec remittitur. ℞. In indiuiduo, neque indiuiduis, in diuersis speciebus suis. §. Tunc nihil &c. Vnum enim Angelū dicimus magis intellectualem, quam alterum, cum quilibet illorum sit species supra quæstione quinquagesima, articulo quarto. Et adhuc magis, quam hominem, licet sint omnes substantiæ. Vide literam. Et nota pro semper illius maxime glossam.

conjunctius. Sed imago Dei dicitur aliqua creatura inquantū Deo coniungitur. Ergo angelus non est magis ad imaginem Dei, quam homo.

¶ 3 Præt. Creatura dicitur ad imaginem Dei inquantum est intellectualis naturæ. Sed intellectualis natura non intenditur nec remittitur, non enim est de genere accidētis, cum sit in genere substantiæ. Ergo angelus non est magis ad imaginem Dei, quam homo.

Sed contra est, quod dicit Greg.* in quadā Homi. quod angelus dicitur signaculū similitudinis, quia in eo similitudo diuinæ imaginis magis insinuatur expressa.

(Ho. 34. in euāg. inter principium & medium eius.)

Respon. Dicendum, quod de imagine Dei loqui dupliciter possumus. Vno modo, quantum ad id in quo primo consideratur ratio imaginis, quod est intellectualis natura, & sic imago Dei est magis in angelis, quā sit in hominibus, quia intellectualis natura perfectior est in eis, ut ex supradictis patet. Scdo, potest considerari imago Dei in homine quantum ad id in quo scdario consideratur. prout.l. in homine inuenitur quædā Dei imitatio, inquātum.s. homo est de hoīe, sicut Deus de Deo, & inquātum aīa hoīs est tota in toto corpore eius, & iterum tota in qualibet parte ipsius, sicut De⁹ se habet ad mundum. Et fm hæc & similia, magis inuenitur Dei imago in homine, quā in angelo. Sed quātum ad hoc, non attenditur per se ratio diuinæ imaginis in homine, nisi præsupposita prima imitatione, quæ est secundum intellectualē naturam, alioquin etiam animalia bruta essent ad imaginem Dei. Et ideo, cum quantum ad intellectualē naturā angelus sit magis ad imaginem Dei, quam homo, simpliciter concedendum est, angelum magis esse ad imaginem Dei, hominē autem secundum quid.

(q. 62. ar. 6. & q. 75. artic. 7.)

Ad primum ergo dicendum, quod Aug. excludit a Dei imagine alias inferiores creaturas intellectu carentes, non autem angelos.

Ad secundum dicendum, ꝙ sicut ignis dicitur esse subtilissimū corporum, fm suā speciem, cum tñ unus ignis sit alio subtilior, ita dicitur, ꝙ nihil est coniunctius Deo, q̄ mens humana, secundum genus intellectualis naturę, quia sicut ipse supra pręmiserat. Quæ sapiunt, ita sunt illi similitudine proxima, ut in creaturis nihil sit propinquius. Vnde per hoc non excluditur, quin angelus sit magis ad Dei imaginem.

Ad tertium dicendum, ꝙ cum dicitur, quod substantia non recipit magis & minus, non intelligitur, quod una species substantiæ non sit perfectior quam alia, sed, ꝙ unum, & idem indiuiduum non participet suam speciem quandoque magis, quandoque minus. Nec etiam a diuersis indiuiduis participatur species substantiæ, secundum magis & minus.

gelus est magis ad imaginem Dei, quam homo, probatur a fortiori, ꝙ Angeli sunt, & sunt aliquid. Hanc damnatam inuenies supra q. 61. ar. 1. Secundo habes: quo per rationē ostendas, hanc iure fuisse damnatam ab Ezech. 28. Tu signaculū similitudinis. In hoc.n. loco allo quitur Angelum, uocans eū signaculum similitudinis Dei: p hoc denotans, qđ in Angelo est imago expressior Dei, quam in homine. Tanto autem magis hæc expositio huic dicto Ezechielis data amplexanda est, quanto Gregorii, Papæ, Doctoris, & Sācti, est, qui in ho. 34. super Euangelia ait, qđ Angelus dicitur signaculum similitudinis, quia in eo similitudo diuinę imaginis magis insinuatur expressa. Vide tū, ne occasionaliter ex hac ueritate incidas in hæresim Angelicorū qui moti forsan ex hac expressa imagine Angelorum ad Deum crederentesque ipsos Deo per hoc æquales, dixerant: Angelos, & non solum Deum, esse colēdos. Itē ne in hæresim Algazelis. Direct. inquis. 2. p. q. 4.) qui & ex hac ipsa forsan eorum excellentia motus eis plus nimio tribuit dicens. Angelus ultimus est a quo tota nostra perfectio, & intelligentia pueniit, & in cuius cognitione tota nostra beatitudo consistit & in cuius separatione tota pœna animæ nostræ consistit. Nam cōtra expressam scripturam diceres primum, cum Deut. 10. secundū explanationem Christi Matt. 4. nostrum cuilibet dictum sit, Dominum Deum tuum adorabis, & illi soli seruies. Secundum autem contra Io. 17. Hæc est uita æterna, ut cognoscant te solum uerum Deum, & quem misisti Iesum Christum. Si solum ergo nostra beatitudo consistit in cognoscendo Deum uerum, & Christum, patet, quod non in cognitione Angeli, nisi forsan (quod absit) in abyssum huius perfidiæ rueres dicendo, Angelum esse uerum Deum aut Saluatorem Christum. Cæterum, cum suo loco de his hæresibus incidet sermo directus, abundantius damnabuntur. Tertio uides: quomodo ex his uicissim firmetur conclusio.

¶ Not. Præsenti art. deseruit art. in ord. 316. 266. 368.

APPENDIX.

(Vtilit. pro philosoph.)

Ex articulo habes primo, quomodo per rationem interimas hæresim Libertinorum dicentium, Angelos nihil esse. Item Dosithæi dicentis, Angelos non esse. Si enim probatur hic, quod Angelus

Pro studio

Comm. Cardinalis Caietani.

Titulus clarus.

¶ In corpore una conclusio bimembris. Angelus est simpliciter magis ad imaginē Dei, homo aūt est magis fm quid, probatur quoad utramq; partem simul. Angelus est similior Deo secundū intellectualem naturam, ergo fm id in quo primo consideratur ratio imaginis, homo uero est similior Deo fm quædā. s. cōicationē naturæ, præsentiam animæ in toto & partib. ergo scđm ea in quibus secundario attenditur ratio imaginis. ergo non per se. ergo non simpliciter, sed secundum quid. Antecedens tam pro angelo quam pro homine est euidens, prima uero consequentia declarātur distinguendo, quod de imagine dupliciter, quoad principale, & secundarium. Secunda uero de homine probatur, quia aliosi bruta essent ad imaginem Dei, cum in eis saluentur hæc similia. Non ergo hæc pertinent ad imaginem, nisi quia in natura intellectuali. ultimæ consequentiæ patent ex terminis.

Arg. 1. 5. d. 3. q. 1. a. 2. prin.

SVP. Q. XCIII. ART. IIII.

466 1. d. 3. lec. 2. in lit. & ue

Concl. Imago creationis est in omnibus hominibus. Recreationis in iustis tantum; Glorificatę similitudinis in beatis solum.

(ri. q. 10. ar. 1. ad 3. & po. q. 9. art. 9. corp.)

ARTICVLVS IIII.

Vtrum imago Dei inueniatur in quolibet homine.

Ad quartum sic proceditur. Videtur, quod imago Dei nō inueniatur in quolibet homine. Dicit enim Apostolus 1. ad Cor. 11. quod uir est imago Dei mulier autem est imago uiri. Cum ergo mulier sit indiuiduum humanæ spēi,

¶ Pro 2. Quia omnes

omnes homines habent aptitudinem naturalem ad intelligendum, atque amandum Deum (cum huiusmodi aptitudo sit ipsa natura mentis.) iusti tantum intelligunt amantque actu uel habitu imperfecte Deum (cum huiusmodi consistant in conformitate gratiæ:) beati solum cognoscunt amantq; actu perfecte Deum (cum in similitudine gloriæ consistant: huiusmodi est perfecte cognoscere atq; amare actu Deũ.) Et primum illud uocatur prima imago, secundum secunda, tertium tertia, (cum imago dicat imitationem, ac imitari Deum maxime attendatur quantum ad hoc, quod Deus intelligit ac amat seipsum.)

Imitari Deum, quid sit.

Art. 1. huius quæst.

¶ Not. Ex prima propositione cathegorica huius antecedẽtis hypothetici colligitur uerus sensus B. Augustini in libr. de prædestinatione sanctorum dicentis. Posse habere fidem, sicut posse habere charitatem, naturæ est hominum, habere autem gratiæ est fidelium. Hoc enim est, ac si planius, seu apertius Augustinus dixisset. Omnes homines habent aptitudinem naturalem ad intelligẽdum etiam per fidem, & ad amandum etiam per charitatem, Deum (nõ quod fides uel charitas possit esse homini naturalis: sed quia homo habet naturam talem, ut possit ei diuinitus & fides ad intelligendũ supernaturaliter Deũ, & charitas ad amandũ supernaturaliter Deũ, infundi:) fideles autem soli habent actualiter ex gratuito Dei dono fidem & charitatem idest hoc, quod intelligant supernaturaliter, & ament supernaturaliter, Deum. Vide quam dilucide, breuiterque ex eo, quod quilibet homo habet imaginem Dei, innuerit D. Thomas mentem Sancti Augustini.

non cuilibet indiuiduo conuenit esse imaginem Dei.

¶ 2 Præt. Apostolus dicit Rom. 8. quod, illos quos Deus præsciuit conformes fieri imagini filii sui, hos prædestinauit. Sed non omnes homines prædestinati sunt. Ergo non omnes homines habent conformitatem imaginis.

¶ 3 Præt. Similitudo est de ratione imaginis, ut supra dictum est.* Sed per peccatum fit homo Deo dissimilis. Ergo amittit Dei imaginem.

Sed contra est, quod dicitur in Psal. 38. Veruntamen in imaginem pertransit homo.

Respon. Dicendum, quod cum homo secundum intellectualem naturam ad imaginem Dei esse dicatur, secundum hoc est maxime ad imaginem Dei secundum quod intellectualis natura Deum maxime imitari potest. Imitatur autem intellectualis natura maxime Deum quantum ad hoc quod Deus seipsum intelligit & amat. Vnde imago Dei tripliciter potest considerari in homine. Vno quidem modo secundum quod homo habet aptitudinem naturalem ad intelligendum & amandum Deũ. Et hæc aptitudo consistit in ipsa natura mentis, quæ est communis omnibus hominibus. Alio modo secundum quod homo actu uel habitu Deum cognoscit & amat, sed tamen imperfecte. Et hæc est imago per conformitatem gratię. Tertio modo secundum quod homo Deum actu cognoscit et amat perfecte. Et sic attenditur imago secundum similitudinem gloriæ. Vnde super illud Psalm. * 4. Signatum est super nos lu. vul. tui. Do. Glo. distinguit triplicem imaginem scilicet creationis, & recreationis, & similitudinis. Prima ergo imago inuenitur in omnibus hominibus. Secunda in iustis tantum. Tertia uero solum in beatis.

Ps. 4. in gl. ordina. & sumitur ex Cassiodoro.

Ad primum ergo dicendum, quod tam in uiro quam in muliere inuenitur Dei imago quantum ad id, in quo principaliter ratio imaginis consistit, scilicet quãtum ad intellectualem naturam. Vnde Gen. 1. cum dixisset, Ad imaginem Dei creauit illum scilicet hominẽ, subdidit, Masculum & fœminam creauit eos. Et dixit pluraliter eos (ut August.* dicit) ne intelligatur in vno indiuiduo, uterque sexus fuisse coniunctus. Sed quantum ad aliquid secundarium, imago Dei inuenitur in uiro secundum quod non inuenitur in muliere, nam uir est principium mulieris & finis, sicut Deus est principium & finis totius creaturæ. Vnde, cum Apostolus dixisset, quod uir imago & gloria est Dei, mulier autem est gloria uiri, ostendit quare hoc dixerit, subdens. Non enim uir est ex muliere, sed mulier ex uiro, & uir non est creatus propter mulierem, sed mulier propter uirum.

Li. 3. super Gen. c. 22. in fin. to. 3.

Ad secundum & III. dicendum, q illæ rationes procedũt de imagine, quæ est secundum conformitatem gratiæ & gloriæ.

1^m ex Apostolo. Imago uiri. R. Quantum ad aliquid secundarium imaginis, non, quantum ad principale imaginis. §. Tunc nihil &c. Nam quantum ad principale, quod in imagine consideratur, mulier est imago, idest ad imaginem Dei. Ex litera addisce, per contextus scripturæ uerum sensum catholicum intelligere scripturarum, per contextum doctorum intelligere ueraciter sensum illorum, & breuiter sic de reliquis dicito, præcipuusque scopus tibi sit, ad intelligendum textũ, inspicere contextum, quoniam (ut aiunt) media sciuntur per antecedentia & sequentia, & liber librum aperit. Taceo, quod expositioni per contextum ueræ intellectum nulla præstat expositio immo huic tãquam genuinæ magis digniori, atque principaliori aliæ quæcunque omnes cædunt. Vnde Clemens Papa dist. 37. Relatum. Sunt (inquit) multa uerba in scripturis diuinis, quę possunt trahi ad eum sensum, quem sibi unusquisque sponte præsumpserit, sed non oportet. Non enim sensum extrinsecus alienum, & extraneum debetis ǫrere, ut quoquomodo ipsum ex scripturarum auctoritate confirmetis, sed ex ipsis scripturis sensum capere ueritatis oportet. Et ideo oportet scientiam ab eo discere, qui eam a maiori bus secundum ueritatẽ sibi traditam seruat, ut & ipse possit eam, quã recte susceperit, competenter asserere. Hæc ille. Tu pro semper nota hæc & pro te, & contra hæreticos.

Contextus expositio textus optima.

Regula uniuersalis Papa.

2^m ex Apostolo. Imagini. R. Gratiæ, & gloriæ, non naturali tantũ. § Tunc nihil &c. ut patet. Imago illa primo in conclusionis probatione dicitur imago naturalis, secunda gratiæ, tertia gloriæ. Vide ibi.

3^m de minori. Dissimilis. R. Dissimilitudine gratię uel gloriæ, non dissimilitudine naturali. §. Tunc nihil &c. Peccator enim mortaliter, nõ amat Deum nec actu, nec habitu, quamuis aptitudine naturali, & ideo fit dissimilis Deo secundum gratuita dona, non sm naturalia.

APPENDIX.

Ex articulo, habes primo quomodo p rationem ostendas, esse recte dictum in scriptura Genes. 1. Masculum & fęminam creauit eos, postquam pręmiserat. Ad imaginem Dei creauit illum, s. hominem. Hoc est. Imago Dei, ad quam factus est homo, inuenitur & in masculo & in fęmina, atque ideo in quolibet homine. Nam si fęminæ, cui minus uidetur inesse imaginem Dei, imago ipsa inest, multo magis cuilibet masculo inerit. Nam (iuxta regulam phylosophi si de quo minus uidetur inesse, & illi, de quo magis uidetur inesse inerit Et si fęminæ primæ inest, a simili cæteris fęminis inerit. Secundo habes, quomodo per rationem, scripturam illam sic catholice intellectam defendas, eamque cum aliis scripturæ locis apparenter dissonis concordare scias. Tertio uides, quomodo ex his, uicissim Angelica declaretur, & firmetur conclusio.

Vti. pro S. Eccl.

¶ Not. Articulo præsenti deseruit art. in ord. 463. 66. 464.

Comm. Cardinalis Caietani.

Titulus clarus.

¶ In corpore una conclusio trimembris. Imago creationis est in omnibus hominibus, recreationis in iustis tantum, similitudinis uero, solum in beatis. Probatur simul distinctio. Graduatio & applicatio harum imaginum ad assignata subiecta dupliciter, ratione & authoritate. Ratio est. Homo est ad imaginem secundum intellectualem naturam. ergo est magis & maxime ad imaginem secundum quod magis, aut intellectualiter Deum imitatur. ergo secundum quod magis intelligit, & amat Deum ergo tripliciter s. ex natura, gratia, & gloria. Et sic prima omnibus, secunda iustis, tertia beatis conuenit. Antecedens patet cum prima consequentia. Secunda uero probatur, quia hoc est summum & primũ intellectualitatis in Deo, quod s. intelligit & amat se, & hoc est supremum, ad quod potest omnis intellectualis natura pertingere quod intelligat & quiescat in primo intelligibili, & patet utrum que. 12. Meta Tertia uero consequentia, distinguendo lumen triplex &c. patet, & omnia clara sunt. Sed nota quod in primo membro

bro nomine aptitudinis naturalis, non intelligo aptitudinem ut distinguitur contra habitum aut actum, quoniam ad hoc primũ membrum spectat non solum posse intelligere & amare Deum, sed etiam intelligere & amare tam actualiter quam habitualiter, loquendo de cognitione & amore in puris naturalibus sed intelligo aptitudinem naturalem, ut distinguitur contra supernaturalem tantum. Fecit autem specialem mentionem in primo membro de aptitudine, & in secundo de actu & habitu, ad insinuandum quod notitia & affectio, ex natura extendit se usque ad aptitudinem, gratiæ uero usque ad habitum tantum, & consequenter gloriæ ad actum tantum. Authoritas uero est glossæ super Psalmum, & clara est.

S. Bona. 1 s.d.3.q.3. Ale. p.p su q.6 1.mem.3. ar.1. Scot.1.s.d.1.q.9. Ruccar.1.s.d.3.q.1.art.2. Duran. circa 1. p. 3.d. q.1. Mairo 1 s.d.3.q.4. Bacco.1.s.d.3 q.3.

467 Sup. art. 6. cor. & uer. q.10. art.3. corp. & q. 15. ar. 1 1. c.1. a med.

ARTICVLVS V.

Vtrum in homine sit imago Dei quantum ad trinitatem personarum.

AD QVINTVM sic proceditur. Videtur, quod in homine non sit imago Dei quantum ad trinitatem diuinarum personarũ. Dicit enim August. in libr. * de fide ad Pet. Vna est sanctæ trinitatis essentialiter diuinitas & imago ad quã factus est homo. Et Hilar. † in 5. de Trin. dicit, quod homo fit ad communem trinitatis imaginem. Est ergo in homine imago Dei quantum ad essentiam & non quantum ad trinitatem personarum.

¶ 2 Præt. In lib. * de ecclesi. dog. dicitur, quod imago Dei attenditur in homine secundum æternitatem. Damasc. † etiam dicit, quod hominem esse ad imaginem Dei significat intellectualem, & arbitrio liberum, & per se potestatiuũ. Greg. † etiam Nissenus dicit, quod cum scriptura dixit hominem factum ad imaginem Dei, tale est ac si diceret, humanam naturam omnis boni factam esse participẽ. Bonitatis enim plenitudo diuinitas est. Hæc autem omnia non pertinent ad distinctionem personarũ, sed magis ad essentiæ unitatem. ergo in homine est imago Dei, non secundum trinitatem personarum, sed secundum essentiæ unitatem.

¶ 3 Præt. imago ducit in cognitionem eius cuius est imago. Si igitur in homine est imago Dei secundum trinitatem personarum, cum homo per naturalem rationem seipsum cognoscere possit, sequeretur, quod per naturalem cognitionem posset homo cognoscere trinitatem diuinarum personarum, qd est falsum, ut supra ostensum est.*

¶ 4 Præt. Nomen imaginis non cuilibet trium personarum conuenit, sed soli filio. Dicit enim Aug. in * 6. de Trin. quod solus filius est imago patris. Si igitur in homine attenderetur Dei imago secundũ personam, non esset in homine imago totius trinitatis, sed filii tantum.

SED CONTRA est quod Hila. dicit in * 4. de Trinit. Per hoc, quod homo dicitur ad imaginem Dei factus, ostendit pluralitatem diuinarum personarum.

RESPON. Dicendum, quod sicut supra habitum est, * distinctio diuinarum personarum non est nisi secundum originem, uel potius secundum relationes originis. Nõ autem est idem modus originis in omnibus, sed modus originis uniuscuiusque est secundum conuenientia suæ naturæ. Aliter enim producuntur animata aliter innanimata aliter animalia atque aliter plantæ. Vnde manifestum est, quod distinctio diuinarum personarum est secundum quod diuinæ naturæ conuenit. Vnde esse ad imaginẽ Dei secundum imitationem diuinæ naturæ, non excludit hoc, quod est esse ad imaginem Dei secundum repræsentationem trium personarũ sed magis unum ad alterum sequitur. Sic igitur dicendum est in homine esse imaginem Dei, & quantum ad naturam diuinam, & quantum ad trinitatem personarum. Nam & in ipso Deo in tribus personis una existit natura.

Et per hoc patet responsio ad duo prima.

AD TERTIVM dicendum, quod ratio illa procederet, si imago Dei esset in homine perfecte repræsentãs Deũ. Sed sicut Au. dicit * 15. de Trin. maxima est differentia huius trinitatis, quæ est in nobis, ad Trinitatem diuinam. Et ideo (ut ipse ibidem dicit) trinitatem quæ in nobis est, uidemus potius quam credimus, Deum uero esse Trinitatem, credimus potius quam uidemus.

AD QVARTVM dicendum, quod quidam dixerunt in homine esse solum imaginem filii. Sed hoc improbat Aug. in * 12. de Trin. Primo quidem per hoc, ꝙ cum filius secundum æqualitatem essentiæ filius sit patri similis, necesse est si homo sit factus ad similitudinem filii, quod sit factus ad similitudinem patris. Secundo, quia si homo esset factus solum ad imaginem filii, non diceret pater. Faciamus hominem ad imaginem & similitudinem nostram, sed tuam, cum ergo dicitur, Ad imaginem Dei fecit illum, non est intelligẽdum quod pater fecit hominem solum ad imaginem filii qui est Deus (ut quidam exposuerunt) sed intelligendũ est ꝙ Trinitas Deus fecit hominem ad imaginem suam idest totius Trinitatis. Cum autem dicitur quod Deus fecit hominem ad imaginẽ suam, dupliciter potest intelligi. Vno mõ, ꝙ hæc præpositio, ad, designet terminum factionis, ut sit sensus, Faciamus hominem taliter, ut sit in eo imago nostra. Alio modo, hæc præpositio, ad, potest designare causã exemplarem, sicut cum dicitur, Iste liber est factus ad illũ. Et sic imago est ipsa essentia diuina, quæ abusiue imago dicitur, secundum quod imago ponitur pro exemplari, uel secundum quod quidam dicunt, diuina essentia dicitur imago, quia secundum eam una persona aliam imitatur.

AR-

SVP. Q. XCIII. ART. V.

CONCL. In homine est imago Dei, & quantum ad naturã diuinam, & quantum ad trinitatem personarum.

¶PROB. Quia esse ad imaginem Dei secũdum imitationem diuinæ naturæ non excludit hoc, scilicet esse ad imaginem Dei secundum repræsentationem personarum, immo unum, alterum includit (cum distinctio personarum sit secundum originem ac modus originis cuiusque rei sit secundum conuenientiam suæ naturæ.) Quia in ipso Deo in tribus personis realiter distinctis, una numero existit natura.

1^m ex Augustino, Hilarius.

Imago, Imaginem. B. Non excludens, non excludentem, personas, immo, includens, includentem, personas. §. Tunc &c. Vt patet ex dictis in conclusionis probatione.

2^m de minori.

Non pertinent. B. Impertinent ad distinctionem personarũ, inquãtum unum alterum includit, §. Tũc nihil &c. Negatur enim illa propositio, pro quanto hęc dicta ab illis Sanctis ad distinctionem personarum non pertinere, asserit, id quod non dicunt illi Sancti.

3^m de antecedente. Imago. B. perfecte repræsentans, non, imperfecte. §. Tunc nihil &c. ut patet. Loquitur. n. argumentum de perfecta cognitione eius, cuius est imago, non de quacunque, puta quoad attributa tantum, iõ datur glossa hæc, & optime intento satisfacit. Vide supra q. 32. ar. 1.

4^m de conclusione. Secundum personam. B. Vt ly secundum designat causam exemplarem, non, terminum factionis. §. Tunc nihil &c. Nam, ut ly secundum, designat terminũ factionis, homo dicitur factus ad imaginem personarum, quia in homine est imago trinitatis omnium personarum. Et ideo in hoc sensu, in quo tantum loquimur, negatur consequentia, scilicet ly si igitur &c. non esset in homine imago totius trinitatis, sed filii tantum. Non. n. ly secundum, ut in homine attenditur imago Dei secundum personam, dicit causam exẽplarem, (ut argumentũ putauit.

APPENDIX.

EX articulo habes primo, quomodo per

Hil. li. 5. de Tri. in fin. pri. folii a princ. lib.

c. 88. hẽtur inter ope Aug. to. 3. Dam. li. 2. ca. 11. non multum a prin.

li. de creati hominis c. 9. 18.

q. 32. art. 1.

Lib. 6. de Tri. c. 2. circa med. to. 3.

Libr. 4. de Trin. circa medium.

q. 40. ar. 2.

Lib. 15. de Tri. 6. c. 3.

Lib. 12. de Tri. c. 5. & 6. to. 3.

per rationem ostendas, Concilium Toletanum undecimũ merito sensisse, naturam diuinam non excludere personas, nec una persona aliam, immo includere, & idcirco nobis ex sua sententia merito tenendum insinuasse, quod in homine per hoc, quod dicitur ad imaginem Dei factus, est imago Dei etiam quantum ad trinitatem personarum. Concilii uero prædicti uerba sunt hæc. Tres ergo illas unius atque inseparabilis naturæ personas sicut non confundimus, ita separabiles nullatenus prædicamus, quandoquidem hoc nobis dignata est ipsa Trinitas euidenter ostendere, ut in omnibus, quibus uoluit singillatim personas agnosci, unã sine altera etiam non permittat intelligi. Nec enim pater absque filio cognoscitur, nec sine patre filius inuenitur. Relatio quippe ipsa uocabuli personalis, personas separari uetat. Hæc illud, in publica pronunciatione fidei catholicæ. Homo igitur, ſm Conciliũ, aut non est ad imaginem Dei, aut si est, est etiam ad imaginem trinitatis personarum. Sed primum, s. quod est ad imaginem Dei, est uerissimum: ergo & secundum. Secundo habes, quomodo per rationem sensum Concilii præmissum defendere contra friuolas argumentationes possis. Nota quoque, quod illa Concilii uerba faciunt ad multa supra a Sancto Doctore determinata in tractatu de Summa Trinitate, & ad materiam de beatitudine, puta ꝗ beatitudo nostra consistit non tantum in cognitione unitatis diuinæ naturæ, sed etiam trinitatis personarum. Vt, si forte aliqui hactenus senserint contrarium, ad publicam fidei Concilii huius pronunciationem ipsi eidem (ut par est) resipiscentes conformentur. Tertio uides, quomodo ex his uicissim Angelica doctrina declaretur, atque confirmetur.

2 — Pro intellectu sano multorum cõtra errores.

3

¶ Nos. Præsenti articulo deseruit art. in ord. 18. 181. 211.

Pro stud.

Comm. Cardinalis Caietani.

Titulus clarus.

¶ In corpore duo primo, ostendit quomodo se habeant adinuicem imago naturæ, & personarum. Secundo respondet quæsito.

¶ Quo ad primum conclusio est. Imago naturæ non excludit imaginem personarum, sed potius infert illam. Probatur sic. Distinctio diuinarum personarum est secundum originem seu originis relationes. ergo est secundum quod conuenit naturæ diuinæ. ergo imitatio naturæ non excludit, sed causa potius imitationem personarum. ergo &c. Antecedens supponitur ex antedictis. Prima consequentia probatur, quia modus originis uariatur secundum quod exigit diuersitas naturarum, quod manifestatur ex differenti origine inanimatorum & animatorum, & rursus plantarum & animalium. Modus ergo diuinæ originis est secundum ꝗ natura diuina exigit. ergo & distinctio personarum, cætera sunt per se nota.

¶ Aduerte hic, quod hæc quæ dicuntur, procedunt ex altera propositione credita & altera scita, quæ enim pertinent ad unitatem naturæ & imaginem eius, sunt scita, ea uero, quæ ad pluralitatem personarum & imaginem earum ut sic, sunt credita, & ideo cum dicitur quod imago trinitatis sequitur ad imaginem naturæ intelligendum est, ut creditum non ut scitum, sicut & trinitas ipsa respectu naturæ diuinæ.

¶ Quo ad secundum conclusio responsiua est: In homine est imago Dei & quantum ad naturam diuinam & quantum ad trinitatem personarum. Probatur, quia in ipso Deo una natura existit in tribus personis.

¶ Aduerte hic, quod conclusio supponit esse in homine imaginem Dei quo ad diuinam naturam, & intendit tantum probare, quod sit etiam quo ad trinitatem personarum. Vnde uis probationis consistit in duabus propositionibus scilicet, quod natura diuina est trina suppositaliter, & quod in hominem est imago naturæ diuinæ. Ex his enim optime infertur, ergo in eo est imago trinitatis, quia illa imago infert illam ut in prima parte huius articuli decisum est.

Ferr. 4. cont. c. 26.
S. Bona. 1. 5. d. 3. q. 3.
Alens. p. p. su. q. 61. mem. 3. ar. 1.
Scot. 1. 5. d. 3. q. 9.
Riccar. 1. 5. dist. 3. quest. ar. 2.
Duran. circa 2. par. 3. q. 91.
Mairo 1. 5. d. 3. q. 4.
Bacco. 1. 5. d. 3. q. 3.

468 — 1. d. 3. q. 3. & 1. d. 16. 2. 3. & 4. cõt. c. 26.

ARTICVLVS VI.

Vtrum imago Dei sit in homine solum secundum mentem.

AD SEXTVM sic proceditur. Videtur, quod imago Dei non sit in homine solum secũdum mentem. Dicit. n. Apostolus 1. ad Corint. 11. quod uir est imago Dei. Sed uir non est solum mens. Ergo imago Dei non attenditur solum secundum mentem.

¶ 2 Præt. Gen. 1. dicitur. Creauit Deus hominem ad imaginem suã, ad imaginem Dei creauit illum, masculum & fœminã creauit eos. Sed distinctio masculi & fœminæ est secundum corpus. Ergo secundum corpus attenditur Dei imago in homine, & non secundum mentem tantum.

¶ 3 Præt. Imago præcipue uidetur attendi secundum figuram. Sed figura ad corpus pertinet. Ergo imago Dei attenditur in homine etiã secundum corpus & non secundũ mentem tantum.

¶ 4 Præt. Secundum August. 12. super Gen. ad literam, triplex uisio inuenitur in nobis, scilicet corporalis, spiritualis siue imaginaria, & intellectualis. Si ergo secundum uisionem intellectualem, quæ ad mẽtem pertinet, est aliqua Trinitas in nobis, secundum quam sumus ad imaginem Dei pari ratione & in aliis uisionibus.

SED CONTRA est, quod Apostolus dicit ad Eph. 4. Renouamini spiritu mentis uestræ, & induite nouum hominem. Ex quo datur intelligi, quod renouatio nostra q̃ fit secundum noui hominis indumentum, ad mentem pertinet, sed ad Colos. 3. dicit, Induentes nouũ hominem, qui renouatur in agnitionem Dei secundum imaginem eius, qui creauit eum. Vnde renouationem, quæ secundum noui hominis indumentum, attribuit imagini Dei. Esse ergo ad imaginem Dei pertinet solum ad mentem.

RESPON. Dicendum, quod in omnibus creaturis sit aliqualis Dei similitudo, in sola creatura rationali inuenitur similitudo Dei ꝑ modum imaginis ut supra dictum est * in aliis autem creaturis per modum uestigii. Id autem in quo creatura rationalis excedit alias creaturas, est intellectus, siue mens. Vnde relinquitur quod nec in ipsa rationali creatura inuenitur Dei imago nisi secundum mentem. In aliis uero partibus si quas habet rationalis creatura, inuenitur similitudo uestigii, sicut & in cæteris rebus quibus secundum partes huiusmodi assimilatur. Cuius ratio manifeste cognosci potest, si attendatur modus quo repræsentat uestigium, & quo repræsentat imago.

SVP. Q. XCIII.

ART. VI.

CONCL. In homine est similitudo Dei per modũ imaginis secundum mentẽ sed secundum alias partes eius per modum uestigii.

¶ PROB. Quia homo secundum mentem repræsentat, secundum quandam similitudinẽ speciei, diuinam naturam (inquantum intelligit ac amat,) ac trinitatem personarum (inquantum inuenitur in mente processio quædam uerbi secundum intellectum, ac processio amoris secundum uoluntatem,) & modus, quo repræsentat imago, est repræsentare secundum similitudinẽ speciei. Secunda autem pars s. sed ſm alias &c. probatur. Quia homo secundum alias partes repræsentat, per modũ effectus non pertingentis ad similitudinem speciei, diuinam naturam (pro quanto in eis apparet quoddam uestigium intellectus producentis, si earum rectissima dispositio consideretur,) ac trinitatem personarum (pro quanto earum esse modificatum demonstrat, quod sint a quodam principio, earum species demonstrat uerbum facientis, sicut forma domus conceptionem artificis, ordo earum, quo ordinantur ad bonum, demonstrat amorem producentis, sicut usus ædificii uoluntatem artificis,) & modus, quo repræsentat uestigium, est ita repræsentare suã causam, ut non pertingat ad similitudinem speciei repræsentandã (patet de impressionibus animalium, cineris, desolatione terræ.)

Li. 12. c. 7. & 24. to. 3.

Art. 1. & 2. huius q.

¶ COROL. Ergo secundum alias partes homo conuenit cum animalibus aliis, cum & ipsa per modum uestigii tantum repræsentent diuinam naturam, & trinitatem personarum supra q. 55. ar. 7.

Primum

1m ex Apostolo. Vir. ℞. Secundum aliquam sui partē consideratus, non secūdum quamlibet. §. Tūc &c. ut patet etiam ex conclusione articuli.

Art. huius quæst.

2m minor. Distinctio masculi. &c. ℞. Vera propositio, sed non ad propositū. §. Vnde nihil &c. Dicitur enim ly masculum & fęminam creauit eos, non ut imago Dei secundum distinctionem sexuum attendatur, sed ad ostendendum, quod imago Dei utrique sexui est communis, consequenter ergo ad tollendum errores in litera narratos ac similes, non ad seminandum illos. Ex litera per contextum Apostoli addisce & tu penetrare, seu modum penetrandi, uerum sensum in scripturis sanctis, & in aliis. Vide supra articulum quartum, ad primum.

Art. 1. huius quæst.

3m de maiori. Attendi. ℞. Per modū uestigii, non imaginis proprie. §. Tunc nihil &c. Licet enim figura corporea hominis sit per modum uestigii (ut declaratur in litera) ad imaginem Dei, sola tamen mens est ad imaginem proprie, i. per modum imaginis.

* q. 45. a. 7.

4m illatio conclusionis. Si ergo sēm uisionem &c. pariæ. ℞. Negatur illatio. §. Non enim pari sed multum dispari, ratione repręsentatio trinitatis inuenitur in aliis uisionibus ut patet in litera. Ex qua quoque notabis, quam uera sit secunda pars conclusionis supra quę hominem secundū alias partes a mente dicebat repræsentare trinitatem per modum uestigii. Vnde hæc esse potest alia probatio huius particulę conclusionis, quantum ad partes hominis in responso dictas pertinet.

APPENDIX.

Vti pro S. Eccl.

Ex articulo, habes primo quomodo per rationem interimas hæresim quorundam innominatorum (ut refert Augustinus lib. de hæresi. Ad Quoduultdeum, c. 76.) dicentiū: imaginem Dei, ad quā factus est homo, corpori, non animæ, esse impressam. Secundo habes, quomodo per rationem (ultra ea, quę ad hanc reuincendam faciunt, dicta in q. 75. ar. 1. & q. 3. ar. 1. & q. 93. art. 2.) ostendas, hanc merito damnari ab Ecclesia in decretis 24. q. 3. Quidam. Ibi namq; damnata hæresi Anthropomorphitarum, Deum membra humana habere, ponentium, cointelligitur condemnari omnem illam positionem, quæ secum necessario trahit hæresim illorum. Vide regulam de hoc uniuersalē. q. 76. ar. 4. Quis est autem adeo cęcus, ut ipsorum innominatorum positionem secum trahere necessario hæresim Anthropomorphitarū, non uideat. Si n. imago

go. Imago enim repræsentat secundum similitudinem speciei, ut dictum est, * ut uestigium autem repræsentat per modum effectus, q sic repręsentat suam causam, quod tamen ad speciei similitudinem non pertingit. Impressiones enim quæ ex motu animalium relinquūtur dicuntur uestigia. Et similiter cinis dicitur uestigium ignis, & desolatio terrę uestigium hostilis exercitus. Potest ergo huiusmodi differentia attendi inter creaturas rationales, & alias creaturas, & quantum ad hoc, quod in creaturis rationalibus repręsentatur similitudo diuinæ naturæ, & quantum ad hoc, quod in eis repræsentatur similitudo Trinitatis increatæ. Nam quantum ad similitudinem diuinę naturæ pertinet, creaturæ rationales uidentur quodammodo ad repræsentationem speciei pertingere inquantum imitantur Deum, non solum in hoc quod est, & uiuit, sed etiam in hoc, quod intelligit, ut supra dictum est. * Aliæ uero creaturæ non intelligunt, sed apparet in eis quoddam uestigium intellectus producentis, si earum dispositio cōsideretur. Similiter, cum increata trinitas distinguatur secundū processionem uerbi a dicente, & amoris ab utroque, ut supra habitum est, * in creatura rationali, in qua inuenitur processio uerbi secundū intellectum, & processio amoris secundum uoluntatem, potest dici imago trinitatis increatę per quandam repræsentationem speciei. In aliis autem creaturis non inuenitur principium uerbi, & uerbum, & amor, sed apparet in eis quoddā uestigium, quod hæc inueniantur in causa producente. Nam hoc ipsum, quod creatura habet substantiam modificatam & finitam, demonstrat, quod sit a quodam principio. Species uero eius demonstrat uerbum facientis, sicut forma domus demonstrat conceptionem artificis, Ordo uero demonstrat amorem producentis, quo effectus ordinatur ad bonum, sicut usus ædificii demonstrat artificis uoluntatem. Sic igitur in homine inuenitur Dei similitudo per modum imaginis secundum mentem, sed secundum alias partes eius per modum uestigii.

Ad primum ergo dicendum, qđ homo dr̄ imago Dei, non quia ipse essentialiter sit imago, sed quia in eo est Dei imago impressa secundum mentem, sicut denarius dicitur imago Cæsaris, inquantum habet Cæsaris imaginē. Vnde non oportet, quod secundū quamlibet partem hominis accipiatur Dei imago.

Ad secundum dicendum, sicut August. dicit 12. de Trin. * q̇dam imaginem trinitatis in homine posuerunt, non secundum unū indiuiduum, sed secundum plura, dicentes, quod uir patris personam intimat, filii uero personam, qui de uiro ita processit ut de illo nascere tur, atque ita tertia personam uelut Spiritum sanctum dicunt esse mulierem, quæ ita de uiro processit, ut non ipsa esset filius aut filia. Quod prima facie absurdum uidetur. Primo quidem, quia sequeretur, quod Spiritussanct. esset principium filii, sicut mulier est principium prolis, quæ nascitur de uiro. Secundo, quia unus homo non esset nisi ad imaginem unius personæ. Tertio, quia secūdum hoc Scriptura de imagine Dei in homine, mentionem facere non debuisset, nisi producta iam prole. Et ideo dicendum est, quod Scriptura, postquam dixerat, Ad imaginem Dei creauit illū, addidit, Masculum & fœminam creauit eos, non ut imago Dei secundū distinctiones sexuum attendatur, sed quia imago Dei utrique sexui est communis, cum sit secundum mentē, in qua non est distinctio sexuum. Vnde Apost. ad Col. 3. postquam dixerat, Secundum imaginem eius qui creauit illum, subdit. Vbi non est masculus & fœmina.

Lib. 12. de Trin. c. 5. to mo 3.

Ad tertium dicendum, quod quamuis imago Dei in homine non accipiatur secundum figuram corpoream, tamen quia corpus hominis non solum inter terrenorum animalium corpora non pronum in aluum prostratum est, sed tale est, ut ad contemplandum cœlum sit aptius, magis in hoc ad imaginem & similitudinem Dei quam cætera corpora animaliū factū, iure uideri potest, ut Aug. dicit in lib. 83. qq. * Quod tamen non est sic intelligendum, quasi in corpore hominis sit imago Dei, sed quia ipsa figura humani corporis repræsentat imaginem Dei in anima per modum uestigii.

Lib. 83. q. q. 51. to. 4.

Ad quartum dicendum, q tam in uisione corporali quam imaginaria inuenitur quædam trinitas, ut Aug. dicit in li. de Trin. * In uisione enim corporali est quidem primo species exterioris corporis. Secundo uero, ipsa uisio quæ fit per impressionem cuiusdam similitudinis prędictę speciei in uisum. Tertio, est ibi intentio uoluntatis applicans uisum ad uidendum, & eum in re uisa detinens. Similiter etiam in uisione imaginaria inuenitur primo species in memoria reseruata. Secundo, ipsa imaginaria uisio quæ prouenit ex hoc, quod acies animæ idest ipsa uis imaginaria informatur secundum prædictam speciem. Tertio uero, inuenitur intentio uoluntatis coniungens utrūque. Sed utraque trinitas deficit a ratione diuinæ imaginis. Nā ipsa species exterioris corporis, est extra naturam animæ. Species autem quę est in memoria, etsi non sit extra animam, est tamen aduentitia animæ. Et ita utrobique deficit repræsentatio connaturalitatis, & coæternitatis diuinarū personarum. Visio uero corporalis, non procedit tantum a specie exterioris corporis, sed simul cum hoc a sensu uidētis. Et similiter uisio imaginaria non solum procedit a specie quæ in memoria conseruatur, sed etiam a uirtute imaginatiua. Et ita per hoc non repræsentatur conuenienter processio filii a solo patre. Intentio uero uoluntatis, quæ coniungit duo prædicta, non ex eis processit, neque in uisione corporea neque in spirituali. Vnde non conuenienter repræsentatur processio Spiritussancti a patre & filio.

Ex lib. 9. c. 6 & li. 11 c. 2. to. 3.

SVPER

imago Dei impressa corpori est, non animæ: patet de necessitate concludendum fore, quod Deus corpus seu membra humana habet. Item a Gen. 1 Ad imaginem Dei creauit illum, masculum & fœminam creauit eos. Si hominis corpus est ad imaginem Dei, nunquid Deus, cum sit unus, erit masculus & fœmina simul? Absit blasphemia tanta, ut Deum, uelut monstruosum, dicamus Hermaphroditum. Horrendum igitur, soloque etiam auditu execrandum uehementer, hæreticale hoc dogma, quod scilicet imago Dei, ad quam factus est homo, corpori non animæ impressa sit. Concludendum est itaque, quod scriptura ibi damnat hanc hæresim. Postquam enim dixit, ad imaginem Dei creauit illum, addit, masculum & fœminam creauit eos, ut ostendat, quod imago Dei utrique sexui duobus suppositis distincto est communis, & consequenter quod imago ipsa est secundum mentem, in qua nõ est distinctio sexuum, & ille sensus tanto magis, ut catholicus, est amplectendus, quantum est ab Apostolo ad Coloss. 3. magis expressus. Induentes (inquit) nouum hominem, qui renouatur in agnitionem Dei, secundum imaginem eius, qui creauit illum, ubi non est masculus, neque fœmina. Ideo enim postquam dixerat, secundum imaginem eius, qui creauit illum, subinfert, ubi non est masculus & fœmina, ut aperte ex cõtextu uerborum pateat, imaginem Dei ibi esse, ubi non est distinctio sexuum, idest in mente, non in corpore. Tertio uides, quomodo ex his uicissim Angelica conclusio declaretur, atque confirmetur. 3

Comm. Cardinalis Caietani.

Titulus, secundum mentem tantum Dei, tam quo ad naturam quam trinitatem.

¶ In corpore una conclusio bimembris. In homine inuenitur Dei similitudo per modum imaginis secundum mentem, secundum uero alias eius partes per modum uestigii. Probatur, Imago repræsentat secundum similitudinem speciei, uestigium uero non pertingendo ad similitudinem speciei suæ causæ. ergo imago Dei inuenitur in sola rationali creatura, uestigium uero in cæteris. ergo imago Dei inuenitur in rationali creatura secundum id, in quo excedit cætera, uestigium uero Dei in eadem, secundum alias partes. ergo in homine inuenitur Dei similitudo per modum imaginis secundum mentem, secundum uero alias eius partes, per modũ uestigii. Antecedens quo ad primam partem, patet ex dictis. Quo ad secundam declaratur in uestigio animalium ignis, & exercitus. Prima uero consequentia, fundatur super quatuor. Primum est expressum & præmissum scilicet quod in omnibus creaturis est aliqualis Dei similitudo. Secundum est implicite subiunctum scilicet quod similitudo Dei aut est per modum imaginis, aut uestigii. Tertium est differentia inter imaginem & uestigium & hæc assumpta in antecedente. Quartum est quod sola intellectualis natura pertingit ad similitudinem quasi specificam ipsius Dei. Et hoc licet supponatur quodammodo ex primo articulo exprimitur hic distinguendo & applicando ad imaginem & uestigium ad diuinam naturam, & trinitatem duobus differentiis. Prima. Rationalis est similis specifice naturæ diuinæ ac per hoc, per modum imaginis cætere ex dispositione earum significant, quod Deus est intellectualis. ergo uestigium naturę Dei. Secunda. Rationalis est similis specifice trinitati: quia principium uerbi &c. ergo in ea imago trinitatis, reliquæ innuunt ex modo & specie & ordine, quod in Deo sint principium uerbi, uerbum, & amor utriusque. ergo uestigium.

¶ Ex his manifeste patet, tota prima consequentia explicata quo ad ly Dei, s. naturam & personas.

¶ Circa differentiam assignatam inter imaginem & uestigium, occurrit dubium ex Scoto in prima distinct. 3. quæstione quinta. Nulla creatura repræsentat Deum secundum conceptum speciei specialissimæ: sed solum secundum conceptus communes. ergo differentia assignata nihil ualet. Antecedens patet & consequentia est euidens in hoc stat tua differentia, quod imago ad speciem uestigiũ non. Ad hoc breuiter dr, quod quicquid sit de ãtecedẽte intellecto de specie specialissima repræsentantis, quia in proposito est sermo de specie repræsentati, ad quam pertingit imago, non militat contra sensum assignatum, quia in speciei in his, quæ non sunt in specie qualis est Deus, non intelligimus proprie speciem nec differentiam: sed ultimum gradum in illa natura inuentum, ut patet ex dictis. Vltimus autem, ut per August. probatur, est intellectiuus, & propterea in hoc optime consistit differentia inter imaginem, & uestigium Dei, quod illa fundatur super imitationem speciei, idest ultimi gradus, i. naturæ intellectualis: istud uerò super repręsentationem, quod talis gradus sit in Deo, & nõ super assimilari sibi in illo.

¶ Reliqua pertinentia ad differentiam inter uestigium & imaginem, tractata sunt superius in 45. q. ar. 7. &c.

SVP. Q. XCIII. ART. VII.

CONCL. 1. Primo. & principaliter, attenditur imago trinitatis in anima, secundum actus.

469 1. d. 3. q. 4. art. 1. & q. 5. & ueritate q. 10. art. 3. Li. 11. c. 26. non longe a princ.

¶PROB. Quia imago trinitatis in mente attenditur principaliter secundum illud, qđ maxime accedit (prout possibile est) ad repræsentandum speciem. i. (ut large de specie, in proposito, loquamur) processiones diuinarũ personarum (cum ad rationem imaginis, pertineat aliqualis repræsentatio speciei:) & act[us] maxime accedit ad repræsentandum speciem diuinarum personarũ (cum sine actuali cogitatione in anima nostra non possit produci uerbum, neque amor.)

c. 4. tom. 3. Libr. 10. de Trin. c. 11. tom. 3.

¶CONCL. 2. Secundario, & quasi ex cõsequenti, imago trinitatis potest attendi in anima secundum potẽtias, & præcipue secundum habitus.

PROB. ¶PROB. Quia principia actuum sunt habitus præcipue, ac potentiæ: & unumquodque uirtualiter est in suo principio.

Libr. 9. de Tri. c. 6. t. 3

1m ex Augustino. Imaginem Dei, &c. u. Vt ipsa imago ad alia animalia cõparatur, & in seipsa consideratur; non autem ut in seipsa tantum consideratur. §. Tunc &c.

ARTICVLVS VII.

Vtrum imago Dei inueniatur in anima secundum actus.

AD SEPTIMVM sic proceditur. Videtur, quod imago Dei non inueniatur in anima secundum actus, dicit enim Aug. 11. de Ciui. Dei* quod homo factus est ad imaginem Dei, secundum quod sumus & nos esse nouimus, & nostrum esse ad nosse dirigimus. Sed esse nõ significat actum. Ergo imago Dei non attenditur in aĩa secundum actus.

¶2 Præt. Aug. in 9. de Trin.† assignat imaginem Dei in aĩa secundum hæc tria, q̃ sunt mens, notitia, & amor. Mens aũt non sigñat actũ, sed magis potentiã, uel ét essentiam intellectiuæ animæ. Ergo imago Dei non attenditur secundum actus.

¶ 3 Præt. Aug.* 10. de Trin. assignat imaginem Trinitatis in anima secundum memoriam, intelligentiam & uoluntatem. Sed hæc tria sunt uires naturales animæ, ut Magister dicit 3. di. 1. lib. sent. Ergo imago attenditur secundum potẽtias & non secundum actus.

¶4 Præt. Imago trinitatis semper manent in anima. Sed actus non semper manent. Ergo imago Dei non attenditur in anima secundũ actus.

SED CONTRA est, q̃ Aug.* 9. de Tri. assignat trinitatem in inferiorib. animæ partib. secũdũ actualem uisionem sensibilem & imaginariam. Ergo & Trinitas quæ est in mente, secundum quam homo est ad imaginem Dei, debet attẽdi secundum actualem uisionem.

RESPON. Dicendum, quod sicut sup. dictum est,* ad rationem imaginis pertinet aliqualis repræsentatio speciei. Si ergo imago diuina debet accipi in anima, oportet q̃ secũdũ illud principaliter attendatur, quod maxime accedit (prout possibile est) ad repræsentandum speciem diuinarum personarum. Diuinæ aũt psonæ distinguuntur secũdũ processioné uerbi a dicente, & amoris connectentis utrumque. Verbũ aũt in aĩa nostra sine actuali cogitatione esse nõ potest, ut Aug. dt * 14. de Tri. Et iõ primo d & principaliter attenditur imago trinitatis in mente secundum actus, prout s. ex notitia quã hẽmus cogitando interius, uerbũ formamus, & ex hoc in amorẽ prorũpimus. Sed quia principia actuum sunt habitus & potentiæ, unumquodque autem uirtualiter est in suo principio secundario, & quasi ex consequenti, imago trinitatis potest attendi in anima d secundum potentias, & præcipue secundum habitus, prout in eis s. actus uirtualiter existunt.

Art. 2. huius q. Lib. 14. de Trin. c. 7. a med. to. 3. D. 721. D. 271.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod esse nostrum ad ima-

imaginem Dei pertinet, quod est nobis proprium supra alia animalia, quod quidem esse competit nobis, inquantum mentem habemus & ideo eadem est hæc Trinitas cũ illa, quam Augustinus ponit in * 9. de Tri. quæ consistit in mente, notitia, & amore.

AD SECVNDVM dicendum, quod Aug. hanc Trinitatem primo adinuenit in mente. Sed quia mens, etsi se totam quodammodo cognoscat, etiam quodammodo se ignorat prout scilicet est ab aliis distincta, & sic etiam se quærit, ut Aug. consequenter probat in * 10. de Tri. ideo, quia notitia non totaliter menti coæquatur, accipit in anima tria quædam propria mentis scilicet memoriam, intelligentiam, & uoluntatem, quæ nullus ignorat se habere, & in istis tribus potius imaginẽ trinitatis assignat, quasi prima assignatio sit quodammodo deficiens.

AD TERTIVM dicendum, quod sicut August. probat * 14. de Tri. Intelligere dicimur, & uelle, seu amare, aliqua, & quãdo de his cogitamus, & quando de his non cogitamus. Sed quando sine cogitatione sunt, ad solam memoriam pertinent, quæ nihil est aliud secũdum ipsum, quam habitualis retẽtio notitiæ & amoris. Sed quia ut ipse * dicit, uerbum ibi esse sine cognitione non potest, cogitamus.n. omne, quod dicimus, etiam illo interiori uerbo, quod ad nullius gentis pertinet linguam, in tribus potius illis imago ista cognoscitur, memoria scilicet, intelligentia, & uoluntate. Hanc autem nunc dico intelligentiam, qua intelligim⁹ cogitantes, & eam uoluntatem siue amorem uel dilectionem, quæ ipsam prolem, parentemque coniungit. Ex quo patet, quod imaginem diuinæ Trinitatis potius ponit in intelligentia, & uoluntate actuali, quam secundum quod sũt in habituali retentione memoriæ. Licet etiam quantum ad hoc, aliquo modo sit imago trinitatis in anima, ut ibidem dicitur, & sic patet, quod memoria, intelligentia, & uoluntas non sunt tres uires, ut in sententiis dicitur.

AD QVARTVM dicendum, ꝙ aliquis respondere posset per hoc, quod Aug. dicit * 14. de Tri. ꝙ mẽs semper meminit, semper se intelligit & amat. Quod quidam sic intelligunt, quasi animæ adsit actualis intelligentia, & amor suiipsius, sed hũc intellectum excludit per hoc, quod subdit, quod non semper se cogitat discretam ab his, quæ non sunt quod ipsa. Et sic patet, quod anima semper intelligit & amat se, non actualiter, sed habitualiter. Quamuis dici possit, quod percipiendo actum suum seipsam intelligit, quandocunque aliquid intelligit. Sed quia non semper est actu intelligens, ut patet in dormiente, ideo oportet dicere, q̃d actus etsi non semper maneant in seipsis, manent tamen semper in suis principiis s. potentiis & habitibus. Vnde Aug. dicit * 14. de Trinit. Si secundum hoc, facta est ad imaginem Dei aĩa rõnalis, ꝙ uti rõne atq; intellectu ad intelligẽdũ & conspiciẽdum Deum põt, ab initio quo esse cœpit, fuit in ea Dei imago.

Si consideretur enim tantum in seipsa imago Dei. secundum s. rationem imaginis, proculdubio attenditur secundũ actus, iuxta probationẽ primæ conclusionis factam: si autem, ut comparatur ad bruta, secundum s. quod differentia est ab eis, sine dubio attenditur secundum substantiam, i. inquantum sumus: si comparationi iungatur & considerare imaginẽ ut in seipsa, tũc partim ſm substãtiã parti, ſ actus, attẽdetur. Iuxta primã cõsiderationem dicemus, ꝙ Dei imago in homine consistit in notitia ut est a mente, & in amore, iuxta secundam autem dicemus, quod cõsistit in esse mentali, i. secundum quod sumus intellectualis naturæ, iuxta tertiam uero dicemus, quod consistit in esse mentali simulque in notitia, & amore. Iuxta has diuersas tres, siue seiunctas, siue tacite saltem coniunctas, considerationes uaria dixisse in hac materia doctores, inuenies. unde ad eorum ueram intelligentiam capescẽdam te semꝑ per considerationes prædictas regulabis.

Ca. citatio in arg. 2.

Lib. 10. de Tri. c. 3. & 5. to. 3.

Lib. 14. de Tri. c. 7. to. 3.

eo. c. 7. lib. 14. to. 3.

2m de maiori.

Assignat. R. Quodãmõ deficienter. §. Tunc nihil &c. ut patet. Vnde non mirum, si Aug. idẽ, quasi non totaliter de illa assignatione contẽtus, aliam postmodum adducat, ut in litera.

3m de maiori.

Memoriam intelligentiam, uoluntatem. R. Secundum ꝙ sumuntur pro actuali suo exercitio, non, secundum quod sunt in habituali intentione memoriæ. §. Tunc &c. Nõ enim tunc, i. prout accipiũtur pro actuali exercitio suo, sunt (iuxta hanc gloss. ex Aug. 14. de Trin. tractatu) uires tres, sed potius sunt actus uirium illarum, ut in litera.

4m de minori.

Actus. R. In seipsis, non in suis principiis. §. Tũc &c. Nam habitus & potentiæ, saltem inquantum sunt naturalia quędam, semper manent, & ideo actus eorum, ut in eis, semper manet. Vide literam, & probationẽ secundę conclusionis.

D. 866.

APPENDIX. Ex articulo, habes primo quomodo ꝑ rationem ostẽdas, Apostolum recte, postquam nos ad renouandum in nobis imaginem Dei inuitauerat, dixisse. Induite ergo uiscera misericordiæ benignitatem, humilitatem, modestiã &c. Super omnia hæc charitatem habere &c. Quasi dixerit. His actibus uel saltem habitib. maxime uero actu, uel saltem habitu Charitatis, renouatur imago Dei in homine. Non renouaretur autem ſm actus uel saltem habitus, nisi imago ipsa attenderetur secundum actus, uel saltem habitus (ut consideranti patet.) Secundo habes, quomodo per rationẽ hunc Apostoli sensum defendas, & si qua forte uideantur in contrarium. huic non dissonare demonstres. Tertio uides, quomodo ex his uicissim Angelicæ firmentur conclusiones.

Lib. 14. de Tri. c. 7. ad fi. & c. 7. t. 3.

¶ Nor. Præsenti articulo seruit in ord. art. 464. 168. 395.

Comm. Cardinalis Caietani.

Titulus clarus.

¶ In corpore una conclusio trimembris, responsiua quæsito, imago trinitatis in mente primo attenditur secundũ actus uerbi & amoris, secundario autem ex consequenti secundum potentias, & præcipue habitus. Probatur prima pars. Imago est repræsentatiua speciei ergo primo attenditur in mente, secundum q̃d maxime appropinquat ad speciem trinitatis. ergo secundum q̃d accedit ad repræsentandum processionem uerbi a dicente, & amoris connectentis. ergo secundũ actus. Antecedẽs iam patet, prima consequentia est per se nota, secunda uero probatur, q̃a secũdum talem processionẽ constituitur trinitas. ultima autem probatur, quia uerbum sine actuali cognitione non est, ut Aug. dicit. Secunda uero pars probatur, quia conditiones effectus sũt & suorum principiorum pro quanto virtualiter sunt in eis: constat aũt potentias & habitus esse principia actuum. ergo quæ cõueniunt actibus conueniunt etiam quodammodo potentiis & præcipue habitib. quia proximioris principii ratione habent, & sic patet tertia pars uerba literæ, quia limitant potentias & habitus, quod non qualitercunque, sed ut uirtualiter se habent ad actus, sic sunt partes imaginis, non ut passiones, aut proprietates &c. Et hęc in solutione argumentorum patet.

¶ In responsione ad quartum aduerte, quod enim ibi dicitur, posse dici, ꝙ anima seipsam intelligit percipiendo actum suum, q̃cunque aliquid intelligit, interpretandum est de cognitione an est: hoc.n. mõ seipsam sẽper intelligit, modo se op̃ari ꝑcipiat.

Aegid. 1. 5. d. 3. q. 3. a. 2.

SVP. Q. XCIII.

ART. VIII.

470

1. d. 3. q. 4. a. 4. & uer. q. 10. art. 7.

CONC. Imago Trinitatis attenditur in anima secundum quod fertur uel nata est ferri in Deum indirecte & mediate.

¶ PROB. Quia Imago Trinitatis attenditur in anima secundum aliquid repræsentans per-

Art. præc.

ARTICVLVS VIII.

Vtrum imago diuinæ trinitatis sit in anima solum per comparationem ad obiectum, quod est Deus.

AD OCTAVVM sic proceditur. Videtur, quod imago diuinæ trinitatis sit in anima, non solum per comparationem ad obiectũ, quod est Deus. Imago enim diuinæ trinitatis inuenitur in anima (sicut dictum est*) secundum quod uerbum in nobis procedit a dicente, & amor ab utroque. Sed

personas repræsentatio ne speciei, secũdum pos sibilitatem creaturæ, & consequenter attenditur imago illa in homine secundum uerbũ conceptum de Dei notitia, atque amorem exinde deriuatum. Secunda autem pars s. indirecte &c. probatur. Quia si cernimus hoc scilicet, quod mens sui meminit, se intelligit, se amat, cernimus in imagine sua Trinitatem (ex Augustino,) & hoc, est ferri mediate, ac indirecte, in Deum (alia patent.)

Lib. 12. de Tri. c. 4. in prin. to. 3.

1^m de maiori.

Verbum, amor. R. Verbum de Deo actu conceptum, Amor exinde deriuatur. Vel saltem, Verbum & amor relata in potentia ad Deum. §. Tunc &c. Vt patet ex probationibus conclusionis, & ex calce corporis, cum argumento sed contra.

2^m ex Augustino.

Trinitatem. R. Aliquam, non, imaginem Trinitatis. §. Tunc nihil &c. Nunc enim quærimus de imagine Trinitatis, non de quacunque Trinitatis repræsentatione, ut patet in conclusione cum probatione. Licet autẽ in illa parte rationis, quæ deriuatur a parte temporalium, trinitas aliqua inueniri possit, non tamen ibi imago diuinæ trinitatis inueniri potest. Nam imago ipsa semper manet in homine, huiusmodi autem notitia temporalium aduentitia est animæ (ut dicitur in tex.)

Libr. 14. de Trin. c. 11. in fi. to. 3.

Ar. 2. & 7. huius q.

3^m de antecedente.

Intelligamus, amemus. R. cognitione, amore, Charitatis: non, cognitione amore naturalibus. §. Tunc nihil &c. Vt patet. Secundum. n. actus naturales in conclusione loquitur. Hoc etiam, quod mens ad intelligendum, ad amandum, Deum pót ratione uti naturale est. Adeo quod & potentia ad intelligẽdum amandumque Deum, & actus etiam ipse naturalis dilectionis, cognitionisque Dei nobis naturaliter adest. Nobis, inquam, omnibus, siue hæc imago Dei ita sit abolita &c. ut in litera. Vide ar. 4. not. ante ad primum.

Art. præc.

Quartum

hoc inuenitur in nobis secundum quodcunque obiectum. Ergo secũdum quodcunque obiectum, inuenitur in mente nostra imago diuinæ Trinitatis.

¶ 2 Præt. August. dicit in * 12. de Trin. ꝙ cum quærimus in anima trinitatem, in tota quærimus, & nõ separantes actionem rationalem in temporalib. a contemplatione æternorum. Ergo ſm temporalia obiecta inuenitur imago trinitatis in anima.

¶ 3 Præt. Quod Deum intelligamus & amemus, conuenit nobis secundum gratiæ donum. Si igitur secundum memoriam, intelligentiam, & uoluntatem seu dilectionem Dei, attendatur imago trinitatis in anima, non erit imago Dei in homine secundum naturã, sed secundum gratiam. Et sic non erit omnibus communis.

¶ 4 Præt. Sancti qui sunt in patria, maxime conformantur imagini Dei secundum gloriæ uisionem. Vnde dicitur 2. Cor. 3. In eandem imaginem transformamur a claritate in claritatem. Sed secundum visionem gloriæ temporalia cognoscuntur. Ergo etiam per comparationem ad temporalia Dei imago attenditur in nobis.

SED CONTRA est, quod Aug. dicit * 14. de Trin. quod non propterea est Dei imago in mente, quia sui meminit, & diligit, & intelligit se, sed quia potest etiam meminisse intelligere, & amare Deũ a quo facta est. Multo igitur minus ſm alia obiecta attenditur imago Dei in mente.

RESPON. Dicendum, quod (sicut supradictum est *) imago importat similitudinem utcunque pertingentem ad speciei repræsentationem. Vnde oportet, quod imago diuinæ Trinitatis attendatur in anima secundum aliquid quod repræsentat diuinas personas repræsentatione speciei, sicut est possibile creaturæ. Distinguuntur autem diuinæ personæ, ut dictum est, * secundum processionem uerbi a dicente, & amoris ab utroque. Verbum autem Dei nascitur de Deo secundum notitiam suiipsius, & amor procedit a Deo secundum ꝙ seipsum amat. Manifestum est autem, quod diuersitas obiectorum diuersificat speciem uerbi & amoris. Non enim idem est specie in corde hominis, verbum conceptũ de lapide & de equo: nec idem specie amor. Attenditur igitur diuina imago in homine, secundum uerbum conceptum de Dei notitia, & amorem exinde deriuatum, & sic imago attenditur in anima secundum quod fertur, uel nata est ferri in Deum. Fertur autem in aliquid mens dupliciter. Vno modo, directe & immediate. Alio modo, indirecte & mediate, sicut cum aliquis uidendo imaginem hominis in speculo, dicitur ferri in ipsum hominem. Et ideo Aug. dicit in * 14. de Tri. qd mẽs meminit sui, intelligit se & diligit se. Hoc si cernim⁹ Trinitatem, nondũ quidẽ Deum, sed iam imaginem Dei. Sed hoc est, non quia fertur mens in seipsam absolute, sed prout per hoc, ulterius potest ferri in Deum, ut patet per authoritatem supra inductã. *

AD PRIMVM ergo dicendum, quod ad rationem imaginis nõ solum oportet attendere, quod aliquid procedat ab aliquo, sed etiam quid a quo procedat. s. ꝙ verbum Dei procedit a notitia de Deo.

AD SECVNDVM dicendum, quod in tota quidem anima inuenitur aliqua trinitas, non quidem ita, quod præter actionem temporalium & contemplationem æternorum quæratur aliquod tertium, quo trinitas impleatur, prout ibidem subditur, sed in illa parte rationis, quæ deriuatur a parte temporalium, etsi trinitas inueniri possit, non tamen imago Dei potest in ueniri, ut postea dicitur: quia huiusmodi temporalium notitia aduentitia est animæ, & habitus etiã ipsi quibus temporalia cognoscuntur, non semper adsunt, sed quãdo que quidem præsentialiter adsunt, quandoque autem secundũ memoriam tantum, etiam postquam ad esse incipiunt. Sicut patet de fide, q̃ temporaliter nobis aduenit in præsenti, in statu autem futuræ beatitudinis iam non erit fides, sed memoria fidei.

AD TERTIVM dicendum, ꝙ meritoria Dei cognitio & dilectio non est nisi per gratiam. Est tamẽ aliqua cognitio & dilectio naturalis, ut supra habitum est. * Et hoc etiam ipsum naturale est, qđ mens ad intelligendum Deum ratione uti potest, secundum quod imaginem Dei semper diximus permanere in mente, siue hæc imago Dei ita sit abolita, quasi obumbrata, ut pene nulla sit, ut in his qui non habent usum rationis, siue sit obscura atque deformis, ut in peccatoribus, siue sit clara & pulchra, ut in iustis, sicut Aug. dicit * 14. de Trin.

AD QVARTVM dicendum, quod secundum uisionum gloriam temporalia uidebuntur in ipso Deo, & ideo huiusmodi temporalium uisio ad Dei imaginem pertinebit. Et hoc est qđ Aug. dicit * 14. de Trin. quod in illa natura cui mens fœliciter adhærebit, immutabile uidebit omne qđ uidebit. Nam & in ipso uerbo increato sunt rationes omnium creaturarum.

Lib. 14. de Tri. c. 4. t. 3

Lib. 14. de Trin. c. 14. cir. fi. to. 3.

4^m de minori.

Temporalia cognoscuntur. R. In ipso Deo ui so: non, in seipsis extra Deum. §. Tunc &c. ut patet in litera.

APPENDIX.

Ex articulo habes primo, quomodo per ratioñe interimas hæresim ignorantissimi est impiissimi Caluini dicentis. Humanum genus a Deo creatum potissime ad perpetuã damnationem, & interitum. Si enim imago diuinæ trinitatis est solũ per comparationem ad obiectũ, quod est Deus, patet, quod creare hominem ad imaginem Dei, est idẽ, quod creare hominem ad cognoscendum & amandum Deum, & consequenter est idem, quod creare illum ad uitam æternã. Nã cognoscere & amare Deum est uia ad salutem æternam. Vnde & B. Augustinus penetrans quid importetur per ly creauit Deus hominem ad imaginem suam, dixit (ut uerissimum est) Deus fecit creaturam rationalem, ut summum bonum intelligeret, intelligendo amaret, amando possideret, & possidẽdo frueretur. Per rationem igitur præsentis articuli patet, quod homo quilibet (quantum est ex natura sibi a Deo data) est creatus ad perpetuã uitam, & gaudium. Secundo habes quomodo per rationem ostendas, hanc rite damnatam a scripturis, & multipliciter, supra q. 24. 1. & q. 23. 1. q. 19. 6. Vide ibi, & satisfactus eris. Tertio uidebis, quomodo ex his uerissim Angelica firmetur conclusio, & declaretur.

¶ NOT. Præsenti art. deseruit in ord. art. 469. 464. 468. 466. u.

Lib. 14. de Tri. c. 8. nõ lõge a pri. tom. 3. Vti. pro S. Eccl.

In arg. sed contra.

a

3 Art. 4. huius q.

ARTI-

Comm. Cardinalis Caietani.

Titulus clarus.

¶ In corpore duo. Primo, respondet quæsito una conclusione affirmatiue. Secundo, distinguit modos eius.

¶ Quo ad primum, conclusio est. Imago trinitatis attenditur in anima secundum quod fertur, aut nata est ferri in Deum, notitia, & amore &c. Probatur. Imago est similitudo repræsentans speciem ergo imago trinitatis in anima est secundum repræsentationem speciei diuinarum personarum. ergo secundum repræsentationem uerbi de ipsius Dei notitia, & amoris suipsius. ergo secundum quod anima Deum intelligit & amat, actu uel potentia. Antecedens patet cum prima consequentia, secunda uero probatur ex hoc, quod uerbum Dei, & similiter amor in ipso Deo, ab ipso Deo, ut obiecto specificantur, ut patet ex dictis supra. Vltima uero consequentia probatur ex hoc, quod diuersitas obiectorum uariat speciem uerbi & amoris. Et probatur in litera inductiue, ac per hoc, uerbum in aia de Deo obiectiue, & uerbum de quacunque alia re differunt specie, & consequenter a specie diuini uerbi, quod de Deo est: uerba de cæteris rebus recedunt, & dissimilia sunt secundum speciem obiecti, uerbum autem in anima de Deo, ut obiecto, conuenit in specie obiecti cum diuino uerbo, & propterea ipsum maxime repræsentat speciem uerbi diuini, & simile est dicendum de amore.

¶ Quo ad secundum ponitur duplex modus, quo anima fertur in Deum. s. immediate, & mediate. Immediate dum de ipso speculamur, & ipsum amamus. Mediate dum ipsum in anima nostra contemplamur & amamus. Primus modus est, ut uisio rei in se secundus, ut uisio in speculo. Facta est autem hæc distinctio propter B. Aug. authoritatem, ut patet in litera.

Aegid. 2. s. d. 16. q. 1.

SVP. Q. XCIII.

ART. IX.

471 | 1. d. 28. q. 2. a. 1. co. & 2. d. 16. ar. 4. & 1. cor. 11. & 2. cor. 4.

CONCL. 1. Similitudo; prout est in pluribus existens, quam imago, attenditur secundum ea quę sunt communiora proprietatibus naturæ intellectualis, secundum quas proprie attenditur imago.

quæst. 51.

¶ PROB. Quia similitudo sic accepta consideratur ut præambulum ad imaginem, & ut est communius quam imago.

¶ CONCL. 2. Si militudo dicitur ad dilectionem uirtutis pertinere.

¶ PROB. Quia similitudo, ut subsequens ad imaginem hic accipitur, & subsequens dicit quandam imaginis perfectionem (cum dicamus, imaginem alicuius esse similem, uel non similem ei cuius est imago, inquantum perfecte uel imperfecte repræsentat ipsum.)

Art. 4. huius q.

¶ COR. Ergo similitudo subsequens attenditur secundum uirtutes, quibus decoratur imago. Duobus autem modis prædictis similitudo cōparatur ad imaginem, quia est reducti ue de transcendentibus cum unum in qualitate similitudinē causet (ut colligitur ex tex. prin.)

1^m de minori.

Similitudo. R. Vt præambulum ad imaginē: non, ut subsequens imaginem. §. Tunc &c. Nūc enim, quando dicitur ly homo factus ad imaginem & similitudinē Dei, accipitur similitudo ut subsequens imaginem, sicut etiam ly similitudinem ponitur post ly imaginem. Gen. 1. Huiusmodi autem similitudo non est genus ad imaginem, sed est

Li. 83. qq. q. 51. nō remotea pri. to. 4.

Li. 5. Met. te. 20. t. 3.

ARTICVLVS IX.

Vtrum similitudo ab imagine conuenienter distinguatur.

AD NONVM sic proceditur. Videtur, quod similitudo ab imagine non conuenienter distinguatur. Genus enim non conuenienter distinguitur a specie. Sed similitudo comparatur ad imaginem, ut genus ad speciem, quia ubi est imago, ibi est continuo similitudo, sed non conuertitur, ut dicitur in lib.* 83. qq. Ergo inconuenienter similitudo ab imagine distinguitur.

¶ 2 Præt. Ratio imaginis attenditur non solum per repræsentationem diuinarum personarum, sed etiam secundum repræsentationem diuinæ essentiæ, ad quam repræsentationem pertinet immortalitas, & indiuisibilitas. Non ergo conuenienter dicitur, quod similitudo est in essentia, quia est immortalis & indiuisibilis, imago autem in aliis.

¶ 3 Præt. Imago Dei in homine ē triplex. s. naturæ, gratię, & gloriæ, ut supra habitum est.* Sed innocentia & iustitia ad gratiam pertinent. Inconuenienter ergo dicitur, quod imago accipitur secundum memoriam, intelligentiā & uoluntatem, similitudo autem secundum innocentiam & iustitiam.

¶ 4 Præt. Cognitio ueritatis ad intelligentiam pertinet, amor autem uirtutis ad uoluntatem, quæ sunt duæ partes imaginis. Non ergo cōuenienter dicitur, quod imago sit in cognitione ueritatis, similitudo in dilectione uirtutis.

SED CONTRA est, quod Aug. dicit in lib.* 83. qq. Sunt qui non frustra intelligunt duo dicta esse ad imaginem & similitudinem, cū si una res esset, unum nomen sufficere potuisset.

RESPON. Dicendum, quod similitudo quædam unitas est, unū enim in qualitate similitudinem causat, ut dicitur in * 5. Met. Vnū autem, cum sit de transcendentib. & commune est omnib. & ad singula potest aptari, sicut & bonum & uerū. Vn̄, sicut bonū alicui rei particulari potest comparari, ut præambulū ad ipsam, & ut subsequēs, prout designat aliquam pfectionē ipsius, ita ēt est de comparatione similitudinis ad imaginē. Est. n. bonum præambulum ad hoiem, secundum quod hō est quoddam particulare bonum. Et rursus bonum subsequit ad hoiem, inquantum aliquem hominem specialiter dicimus esse bonū, pp pfectionē uirtutis. Et similiter similitudo consideratur ut pāmbulum ad imaginē, inquantum est cōius quam imago, ut supra dictū est.* Cōsideratur ēt ut subsequēs ad imaginem, inquantū significat quādā imaginis perfectionē. Dicimus. n. imaginē alicuius eē similē, uel nō similem ei, cuius est imago, inquātum perfectè uel imperfectè repręsentat ipsum. Sic ergo similitudo potest ab imagine distingui dupliciter. Vno mō prout est pāmbula ad ipsam, & in plurib. existēs, & sic similitudo attenditur secundum ea, quæ sunt cōiora proprietatib. naturæ intellectualis secundum quas proprie attenditur imago. Et secundum hoc dr̄ in lib.* 83. qq. quod ipūs, i. mens, ad imaginē Dei nullo dubitante factus est. Cætera aūt hominis, s. quæ ptinent ad inferiores partes aiæ, uel ēt ad ipsū corpus, ad similitudinē facta eē, aliqui uolunt. Secūdū hoc ēt in lib.* de quantitate aīę dr̄, quod similitudo Dei attenditur in aia, inquantū est incorruptibilis. Nam corruptibile & incorruptibile sunt differentiæ entis cōis. Alio mō, pōt considerari similitudo, secūdū quod signat imaginis expressionem & pfectionē. Et secūdū hoc Damas.* dr̄, quod id qd̄ est secundū imaginē, intellectuale significat, & arbitrio liberū p se pōtiuū. Qd̄ aūt secundum similitudinē uirtutis, secundum quod hoi possibile est hr̄e similitudinē. Et ad idem refertur, quod similitudo dicitur ad dilectionem uirtutis pertinere, non. n. est uirtus sine dilectione uirtutis.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod similitudo non distinguitur ab imagine, secūdum communem rationem similitudinis. Sic enim includitur in ratione ipsius imaginis, sed secundum quod aliqua similitudo deficit a ratione imaginis, uel etiam est imaginis perfectiua.

AD SECVNDVM dicendum, quod essentia animæ ptinet ad imaginem, prout repræsentat diuinam essentiam secundum ea, quæ sunt propria intellectualis naturæ, non autem secundum conditiones consequentes ens in cōmuni, ut est esse simplicem, & indissolubilem.

Li. 83. qq. 51. cir. fin. to. 4.

Ca. 2. to. 1.

Dam. li. 2. c. 12.

est ostensiua pfectionis, uel defectionis, imaginis (ut ex conclusione secunda cum sua probatione habetur.)

2^m conclusionis illatio.

Non ergo conuenienter dicitur &c. R. negatur illatio. §. Nam distingui possunt ea, quæ significant idē, sed non secundum idē, imago autem & similitudo significant idem, inquantū utraque sunt in essentia animæ, sed non secundum idem, inquantum essentia animæ pertinet ad imaginem prout repræsentat &c. ut in litera. Ex qua per ly non autem secū dum &c. insinuatur, quod de antecedente negandum est, quod ad rationem imaginis, ut præcise imago est, pertineat indiuisibilitas, & immortalitas: dicendum autē est, quod ista duo tanquam conditiones consequentes ens in communi, pertinent ad similitudinem rationem. Nam similitudo attenditur in anima secundum ea, quę sunt communiora &c. (ut in prima conclusione.)

Art. 1. huius quæst.

Tertium

A R-

3^m^ de minori. Innocentia, iustitia. R. Secundum se acceptæ: non, secundum earum tantum semina. §. Sic enim, secundum semina sumptæ, insunt animæ naturaliter. Tunc nihil &c. Nam vnum & idem ad diuersa pertinebit, secundum quòd diuersimodè consideratur. Vt: Innocentia, & iustitia secundum se consideratæ pertinent ad similitudinem (& sic intelligitur secūda conclusio articuli): consideratæ verò secundum earum tantum semina pertinebunt ad imaginem. Ex litera ergo scias; negandam tunc esse illationem hanc. f. inconuenienter ergo dicitur &c. Faciunt hæc ad art. 4. notation. ante ad primum.

4^m^ de maiori. Cognitio. R. Et dilectio veritatis: non, dilectio virtutis, vt sic. §. Tunc &c. vt patet in litera. Vide conclusionem secundam, & corp. finem.

AD TERTIVM dicendum, quòd etiam virtutes quædam naturaliter insunt animæ, ad minus secūdùm quædam earum semina: & secundùm has, posset attendi similitudo naturalis. Quàmuis non sit inconueniens, vt id, quod secūdùm aliquam rationem vnā dicitur imago, secundùm aliam dicatur similitudo.

AD QVARTVM dicendum, quòd dilectio verbi, quòd est amata notitia, pertinet ad rationem imaginis: sed dilectio virtutis pertinet ad similitudinem, sicut & virtus.

APPENDIX.

Vtilitas pro Eccle. S. Dei.

EX articulo habes primò: quomodo per rationē ostendas, scripturam sacram meritò, virtualiter insinuasse; quòd similitudo, & imago, distinguuntur; & consequenter quòd conuenienter distinguuntur: quoniā quicquid scriptura sacra facit, cum ipsa sit quædam impressio diuinæ scientiæ (q. 1. artic. 3) conuenienter facit. Vide q. 92. art. 2. appen. regulas. Insinuauit autem id Genes. 1. per ly ad imaginem & similitudinem. Nihil. n. superflui continet canonica scriptura: cum hoc, etiam apud Philosophos, vitiosum sit; vt alibi dictum est. Nè igitur vitiosum qd à sacris literis commissum admittamus: fatendum est, ipsas tali suo dicto significasse: imaginem & similitudinem distingui. Hoc illudest (vt recitatur in arg. contr.) quod B. August. lib. 83. quæst. q. 51 dixit: Sunt qui non frustrà intelligunt, duo dicta esse, ad imaginem & similitudinem: cùm, si vna res esset, vnum nomen sufficere potuisset. Hæc D. Augustini verba intellige sic; si vna res omnino esset, & re & ratione idem esset. Vide hic in corpore, & ad secundum de imaginis & similitudinis differentia. Secundo habes, quomodo per rationem prædictam scripturam ac similes, quatenus distinctionem imaginis à similitudine innuunt, declares, probes; &, quantum expediens pro veritate fuerit, defendas. Tertiò vides; quomodo ex hoc, talibusq; dictis, vicissim Angelica conclusio stabiliatur.

2 3

¶ NOT. Præsenti articulo suffragatur vtcumque articulus in ordine 463. 466.

Pro studio var. coor.

Comm. Cardinalis Caietani.

TItulus istius articuli occasionatus est ex verbis Genes. 1. vbi dicitur, Faciamus hominem ad imaginem & similitudinem nostram.

¶ In corpore vna conclusio responsiua quæsito bimembris. Similitudo dupliciter potest distingui ab imagine. Vno modo, vt præambula ad ipsam. Alio modo, vt subsequens & perficiens ipsam. Probatur, & declaratur primò veritas distinctionis. Secundò explanantur singula membra. Distinctio probatur sic, Vnum est commune omnibus, & potest ad singula aptari, sicut bonum & verum. ergo & similitudo, ergo vt bonum se habet vt præambulum, & subsequens respectu particularis boni, ita etiam similitudo se habere potest ad imaginem, vt præambula, & vt subsequens. Antecedens probatur, quia est transcendens sicut illa. Prima consequentia verò probatur, quia similitudo sequitur vnum, & probatur ex 5. Metaphysic. Secunda verò consequentia probatur, quia æqua est vtrobique ratio. Communitas enim & perfectio respectu huius faciunt, quòd bonum habeat se vtroque modo. Vtraque autem conditio inuenitur in similitudine respectu imaginis, quia & communior est. non enim omnis similitudo est imago, & vt perfectio eius sumitur, alioquin non diceremus imago, similis, ad commendandam eius perfectionem. Deinde explanantur singula membra singillatim. Et primò primum, ex duabus authoritatibus August. Secundò, secundum, iuxta authoritatem Damasc. omnia clara sunt.

Aegid. 2 sē. d. 23. q. 2. ar. 1. Capr. 2. d. 23. q. 1. con. 1. & 2.

QVÆSTIO XCIIII.

De statu & conditione primi hominis quantum ad intellectum, in quatuor articulos diuisa.

DEINDE considerandum est, de statu, vel conditione primi hominis. Et primò, quantum ad animam. Secundò, quantum ad corpus.

¶ Circa primum considerāda sunt duo. Primò, de conditione hominis quantū ad intellectum. Secundò, de conditione hominis quantum ad voluntatem.

CIRCA primum, quæruntur quatuor.

¶ Primò, Vtrum primus homo viderit Deum per essentiam.

¶ Secundò, Vtrum videre potuerit substantias separatas, id est angelos.

¶ Tertiò, Vtrum habuerit omniū scientiam.

¶ Quartò, Vtrum potuerit errare, vel decipi.

ARTICVLVS I.

Vtrum primus homo per essentiam Deum uiderit.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur, quòd primus homo per essentiam Deum viderit. Beatitudo enim hominis in visione diuinæ essentiæ consistit. Sed primus homo in paradiso conuersans, beatam & omnium diuitem habuit vitam, vt Damasc. dicit in * 2. lib. Et August. † dicit in 4. de Ciuit. Dei. Si homines habebant affectus suos quales nunc habemus, quomodo erāt beati in illo inenarrabilis beatitudinis loco, i. paradiso? Ergo primus homo in paradiso vidit Deum per essentiam.

¶ 2 Præt. Aug. * dicit 14. de Ciuit. Dei, quòd primo homini non aberat quicquā, quod bona voluntas adipisceretur. Sed nihil melius bona voluntas adipisci potest, quàm diuinæ essentiæ visionem. Ergo homo per essentiam Deum videbat.

¶ 3 Præterea. Visio Dei per essentiam est, qua videtur Deus sine medio & sine ænigmate. Sed homo in statu innocentiæ vidit Deum sine medio, vt Magister dicit in 1. dist. 4. lib. Senten. Vidit etiam sine ænigmate, quia ænigma obscuritatem importat: vt Augustinus * dicit 15. de Trinit. Obscuritas autem introducta est per peccatum. Ergo homo in primo statu vidit Deum per essentiam.

* cap. 11. † Aug. lib. 14. de ciui. Dei, c. 10. * lib. 14 de ciu. Dei, c. 10. nō longe à princ. tom. 5. * Li. 15. de Trinit. c. 9. tomo 3.

SVPER Q. XCIIII. ART. 1.

COncl. 1. Primus homo non vidit Deum per essentiā secundum communē statum illius vitæ; nisi fortè dicatur, quòd viderit in raptu, quando Deus immisit soporem in Adam.

¶ Prob. Quia videntes Deum per essentiā sic in amore Dei stabiliuntur, quòd in æternum peccare non possunt (cum hoc modo se habeat ad Deum intellectus videntis diuinam essentiā, sicut quilibet homo se habet ad beatitudinem): Et primus homo peccauit (vt patet). Secunda autem pars, f. nisi fortè &c. et. supponitur clara.

472 22. q. 5. ar. 1. & 2. cor. Et 2. d. 23. q. 2. art. 1. Et ver. q 8. ar. 1. p tot. & artic. 2. car.

¶ Coroll. Ergo, secundum hunc textum; glossari potest, & debet prima categorica antecedētis hypothetici pmissi, dicendo. Videntes non in raptu, sed in permanēti actu, Deum per &c. Nam videre eū potest aliquis in raptu (vt hic supponitur); & tamen postea peccare mortaliter. Sic enim postea peccauit Adam.

¶ Not. Pro ly sicut quilibet homo se habet ad beatitudinem, scilicet naturaliter, & ex necessitate. Vide 1. 2. q 1. art. 7. & q 10. art. 1. 2.

¶ Concl. 2. Primi hominis cognitio erat quodammodo media inter cognitionem præsentis status, & cognitionem patriæ.

¶ Prob. Quia primi hominis cognitio non impediebat per res exteriores à clara, ac firma cōtemplatione intelligibiliū effectuum, quos ex irradiatione primæ veritatis percipiebat siue naturali, siue gratuita (cum Deus fecerit hominē rectū; rectitudoque hominis consisteret in hoc): & multò eminentius videtur Deus per intelligibiles effectus, quàm per sensibiles, atq; corporeos (cū quantò aliqua creatura est Deo similior, tantò per eam Deus clariùs videat).

1m de maiori. Beatitudo. ℞. Perfecta totaliter; non, secundum quendam modum naturalem. §. Tunc nihil &c. Nam primus homo habebat solum beatitudinem secundo modo. Sic Damascenus in argumento adductus intelligitur; & Augustinus expresse dicit.

2m ex Augustino. Bona. ℞. Id est ordinata. §. Tunc &c. vt patet in litera.

3m ex Magistro. Deum sine medio. ℞. Demonstrationis: non autem, omni absolute. §. Tunc nihil &c. Ad illã enim maiorem dicitur; quòd visio Dei per essentiam est, qua Deus videtur sine medio omni, q. 12. artic. 2. Alioquin illa visio non esset immediata, & per consequẽs non esset perfecte beatifica; quod est inconuenientissimum, atque falsissimum (vt patet ibidem quęst. 12. etiam artic. 5.) Argumentum ergo ex eo, quòd non intelligit Magistrum, errat.

D. 897.

Item de maiori. Etiam sine ęnigmate. ℞. Consecuto ex peccato: non autẽ, verificato de qualibet creatura secũdum quòd cõparatur ad immensitatem diuinę claritatis. §. Vt in litera declaratur ly similiter etiam considerandum est &c. vsque in finem. Tũc &c. Nam ad illam maiorem dicitur: quòd visio Dei per essentiam est, qua Deus videtur sine ęnigmate sumpto aliquo istorum modorum, i. neque per obscuritatem ex peccato consecutam, neque per effectum creatum. Consequenter ergo dicitur: quod illa maior sic gloßata (vt in respõso formali) non est contra propositum.

Paradisus est, esse in gia Dei.

¶ Not. Per articuli præsentis doctrinam in vero sensu intelligere tibi datur authoritas Ezechiel. 28. tu signaculum similitudinis, plenus sapientia, perfectus decore, in delitijs paradisi Dei fuisti. Omnis lapis pretiosus operimẽtũ tuũ &c. Posui te in monte sancto Dei: in medio lapidum ignitorum ambulasti, perfectus in vijs tuis. Hæc ibi. ergo dicta intellige proportionaliter ad Adam: quòd scilicet per hæc significatur, ꝙ angelus postea malus, antequã peccaret, vidit Deũ nobiliori modo, quàm homo; non autem, quòd ipse angelus tũc viderit Deum per essentiam. Alioquin postea non peccasset mortaliter: cũ tamen peccauerit; Propheta subdente ibid. Donec inuenta est iniquitas in te; in multitudine negociationis &c. A qua negociatione, licet Angelus ipse apostata nunq̃ liberandus sit; Psalmista tñ 90. homini promittit liberationẽ per auxiliũ diuinũ sic, Non timebis à negocio perambulante in tenebris. Negociatio. n. illa angeli fuit supbia multo labore nitẽs se erigere, & per practicam (vt aiunt). i. persuasionem multam, trahere secum cæteros ad sequelam suæ superbiæ. Secundum illud Isa. 14. Conscendam in cęlum &c. similis ero altissimo. & illud Apocal. 12. Draco trahebat tertiã partem stellarum. Qui draco (vt diximus) nunquàm ab ista negociatione sua, & consequenter nec à pęna, exibit. Nam superbia eius etiam nunc perambulat in tenebris, i. nititur per desiderium continuũ, quamuis sciat hoc sibi esse impossibile, erigere se ad tantam altitudinem, qua sit similis altissimo, i. qua sit Deus (iuxta Psal. 73. Superbia eorum, qui te oderunt, ascendit semper). Vide q. 62. artic. 1. 3. & quæst. 63. artic. 3. 8. & q. 64. art. 2.

*Li. 11. sup Gen. ad literã, c. 33. circa prin. tomo 3.

*Li. 11. super Genes. c. 18. paulò à princip. tom. 3.

SED CONTRA est, quòd Apostolus dicit 1. ad Cor. 15. quòd non prius quod spirituale est, sed quod animale. Sed maximè spirituale est videre Deum per essentiam. Ergo primus homo in primo statu animalis vitæ, Deum per essentiam non uidit.

RESPON. Dicendum, quòd primus homo Deum per essentiam non vidit secundum communem statum illius uitæ: nisi forte dicatur, quòd viderit eum in raptu, quando Deus immisit soporem in Adam, vt dicitur Gen. 2. Et huius ratio est, quia cum diuina essentia sit ipsa beatitudo, hoc modo se habet intellectus videntis diuinã essentiam ad Deum, sicut se habet quilibet homo ad beatitudinem. Manifestum est autem quòd nullus homo potest per uoluntatem a beatitudinẽ auerti. Naturaliter[d] enim & ex necessitate homo vult beatitudinem, & fugit miseriam. Vnde nullus videns Deum per essentiam, potest voluntate auerti a Deo, quod est peccare. Et propter hoc omnes videntes Deum per essentiam, sic in amore Dei stabiliuntur, quòd in æternum peccare non possunt. Cum ergo Adam peccauerit, manifestum est, quòd Deum per essentiam non videbat. Cognoscebat tamen Deum quandam altiori cognitione quàm nos cognoscamus, & sic quodammodo eius cognitio media erat inter cognitionem præsentis status, & cognitionem patriæ, qua Deus per essentiam videtur. Ad cuius euidentiã considerandum est, quòd uisio Dei per essentiam diuiditur contra uisionem Dei per creaturam: quanto autem aliqua creatura est altior & Deo similior, tanto per eam Deus clarius videtur, sicut homo perfectius videtur per speculum, in quo expressius imago eius resultant, & sic patet, quòd multo eminentius videtur Deus per intelligibiles effectus, quàm per sensibiles & corporeos. A consideratione autem plena & lucida intelligibilium effectuũ impeditur homo in statu præsenti per hoc, ꝙ distrahitur à sensibilibus, & circa ea occupatur. Sed sicut dicitur Eccles. 7. Deus fecit hominem rectum. Hæc autem fuit rectitudo hominis diuinitus instituti, vt inferiora superioribus subderentur, & superiora ab inferioribus non impedirentur. Vnde homo primus non impediebatur per res exteriores a clara & firma contemplatione intelligibilium effectuũ, quos ex irradiatione primæ ueritatis percipiebat, siue naturali cognitione siue gratuita. Vnde dicit Augustinus in * 11. super Genes. ad literam, quòd fortassis Deus primis hominibus antea loquebatur, sicut cum angelis loquitur ipsa in commutabili ueritate illustrans mentes eorum, etsi non tanta participatione diuinæ essentiæ quantam capiunt angeli. Sic igitur per huiusmodi intelligibiles effectus Dei, Deum clarius cognoscebat quam modo cognoscamus.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd homo in paradiso beatus fuit non illa perfecta beatitudine in quam transferendus erat, quæ in diuinæ essentiæ uisione consistit. Habebat tamen beatam vitam secundum quẽdam modum: vt August. dicit * 11. super Gen. ad lit. inquantum habebat integritatem & perfectionem quandam naturalem.

AD SECVNDVM dicendum, ꝙ bona voluntas est ordinata voluntas. Non autem fuisset primi hominis ordinata voluntas, si in statu meriti habere voluisset, quod ei promittebatur pro prœmio.

AD TERTIVM dicendum, quòd duplex est medium. Quoddam, in quo simul uidetur, quod per medium uideri dicitur: sicut cũ homo uidetur per speculum, & simul videtur cũ ipso speculo. Aliud medium est, per cuius notitiam in aliquid ignotum deuenimus: sicut est medium demonstrationis. & sine tali medio Deus uidebatur: non tamẽ sine primo medio. Nõ enim oportebat primum hominem peruenire in Dei cognitionẽ per demonstrationem sumptam ab aliquo effectu, sicut nobis est necessarium, sed simul in effectibus præcipuè intelligibilibus suo modo Deum cognoscebat. Simil'r etiã est considerandum, quòd obscuritas quæ importatur in nomine ænigmatis, dupliciter potest accipi. Vno modo, secundum quòd quęlibet creatura est quoddam obscurum, si comparetur ad immensitatem diuinæ claritatis. Et sic Adam videbat Deum in ænigmate, quia uidebat Deum per effectum creatum. Alio modo potest accipi obscuritas quæ consecuta est ex peccato, prout scilicet impeditur homo a consideratione intelligibiliũ per sensibilium occupationem. & secundum hoc non uidit Deum in ænigmate.

APPENDIX.

Vtilitas pro Eccle. S. Dei.

EX artic. habes primò: quomodo per rationem ostẽdas, rectè dictũ fuisse ab Apostolo 1. Cor. 15. nõ prius quòd spirituale est, sed prius quod animale. Inquantum s. ibi virtualiter insinuatur; ꝙ primus homo in statu illo primo non vidit Deum per essentiam. Maximè namque spirituale quoddã est videre Deũ per essentiam. Item Ioan. 1. Deum nemo vidit vnquam. Si nemo, i. nullus homo: ergo nec Adamus. Et nota: quòd loquitur ibi euangelium de videre Deum per essentiam. Vnde subdit de visione vnigeniti dicens; vnigenitus, qui est in sinu patris, ipse enarrauit (. s. nobis). Item 1. Tim. 6. Deus habitat lucẽ inaccessibilem: quem nullus hominum vidit, sed nec videre potest. Et hic est sermo de visione per essentiam; vt dicamus. Quem nullus hominũ viuens (iuxta illud Exo. 33. Non videbit me homo, & viuet) vidit, sed nec eum per essen-

D. 75.

essentiam videre potest viribus naturalibus. Vires enim naturales extenduntur ad cognoscendum Deum tantum per naturales effectus: secundum illud Roman. 1. quod notum est Dei, manifestum est in illis. Hoc est. Quod naturaliter cognoscibile est de Deo; patet, quia Philosophi per vires naturales existẽtes in illis cognouerunt. Et quomodo (inquis). i. per quã viam, ad talẽ de Deo cognitionem venerunt? Per effectus creatos naturales, respondet idem Apostolus ibi: inuisibilia enim (ly. n. reddit rationem talis notitiæ) per ea, quæ facta sunt, intellecta conspiciuntur, sempiterna quoque eius virtus & diuinitas. Ne autẽ, per ly diuinitas, intelligeres Deum sic per essentiã cognosci; dixit illud ad Timotheũ, quod allegatum est. Secundò habes: quomodo per rationem præmissas authoritates, pro quanto primum hominem virtualiter innuunt non vidisse Deum per essentiam declares, probes, & quantũ expedit pro tali veritate defendas. Tertiò vides: quomodo ex his vicissim Angelica hæc doctrina consolidetur, ac declaretur.

Comm. Cardinalis Caietani.

Titulus clarus.

¶ In corpore duo. Primò, directè respondet quæsito Secundò, ad bonitatem doctrinę ostendit, qualem cognitionem primus homo de Deo habuit.

¶ Quo ad primum, conclusio responsiua est negatiua. Primus homo, non vidit Deum per essentiam secundũ communem statum illius vitæ. hæc conclusio primo declaratur quantum ad vltimam particulam, quare sit addita, quia s. posset aliquis dicere, quòd de speciali gratia, Adam vidit Deum per essentiam, quando in soporem venit. Deinde probatur. Videntes Deum per essentiam, se habent ad ipsum, sicut quilibet ad beatitudinem. ergo sunt stabiliti in amore eius. ergo non possunt peccare: sed Adam peccauit. ergo non vidit Deum per essentiam. Antecedens probatur, quia diuina essentia est ipsa beatitudo. Prima consequentia probatur, quia nullus potest beatitudinem nolle, aut eius oppositum, s. miseriam velle: secunda vero est per se nota, quia peccare est auerti à Deo.

¶ Aduerte, quòd quia ex visione Dei per essentiã optimè nascitur impeccabilitas durante visione, vt superius probatũ fuit: in proposito, vbi de statu primi hominis tractatur, optime etiam sequitur, quòd si erat in statu videntis Deum per essentiam. ergo erat in statu impeccabilis: & ideo subtiliter litera non momentaneam visionem, sed statum videntis Deum per essentiam perspiciens, dicit, quòd videntes, in æternum peccare non possunt. Et sic excluditur obiectio de peccato Pauli, & Moysi præcipue.

¶ Quo ad secundum, est vna conclusio. Primus homo cognoscebat Deum altiore cognitione, quàm nos, media scilicet inter cognitionem patriæ, & huius exilij. Probatur: Cognitio plena & lucida Dei in effectibus intelligibilibus, est altior cognitione eius per effectus sensibiles. ergo est altior nostra, ac media inter cognitionem patriæ, & nostram. Sed talis conueniebat primo homini: ergo &c. Prima propositio probatur sic. Visio Dei per essentiam distinguitur contra visionem per creaturam. ergo visio Dei per creaturam altiorem & Deo similiorem est altior & clarior. ergo cognitio in effectu intelligibili est altior ea, quæ est per effectum sensibilem. Vis primæ consequentiæ consistit in hoc, quòd radix distinguendi visionem Dei per essentiam à visione eius per creaturam, est differentia secundum perfectum & imperfectum, quia illa scilicet tanquàm perfecta, distinguitur contra hanc, tanquàm defectiuam. Et propterea quanto creatura est altior, tanto & minus defectiua, & minus recedit à visione per essentiam. Prima autem consequentia principalis. s. ergo est altior nostra, probatur, quia nos à sensibilibus circa quæ occupamur, distrahimur, vt non plene ac lucide intelligibiles effectus contemplemur. Minor autem, s. quòd talis esset primi hominis cognitio, probatur dupliciter. primo ex rectitudine eius, qua inferiora subdebantur superioribus, cuius oppositum est in nobis: secundo ex authoritate August. Nota quòd distinguit litera modo quo ad hoc inter naturalem & gratuitam cognitionem primi hominis de Deo, quoniam vtraque erat altior, & quodammodo angelica magis quàm humana, vt patet ex authoritate August. & in responsione ad tertium.

ARTICVLVS II.

Vtrum Adam in statu innocentiæ Angelos per essentiam viderit.

473 2. d. 23. q. 2. artic. 1. cor. Et veri. q. 8. art. 5. & q. 4. artic. 6. corp.

AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur, quòd Adam in statu innocentiæ angelos per essentiam viderit. Dicit enim Gregorius * in 4. Dialog. in paradiso quippe assueuerat homo verbo Dei perfrui, bonorum angelorum spiritibus cordis munditia, & celsitudine visionis interesse.

* Cap. 1. in princ.

¶ 2 Præt. Anima in statu præsenti impeditur à cognitione substantiarum separatarum ex hoc, quòd est vnita corpori corruptibili, quod aggrauat animã, vt dicitur Sap. 9. Vndè & anima separata substantias separatas videre potest, vt s. dictum * est. Sed anima primi hominis non aggrauabatur à corpore, cum non esset corruptibile. ergo poterat videre substantias separatas.

* q. 89. ar. 2.

¶ 3 Præt. Vna substantia separata cognoscit aliam cognoscendo seipsam, vt dicitur in lib. de causis. Sed anima primi hominis cognoscebat seipsam. ergo cognoscebat alias substantias separatas.

* In ppos. 13. est hic lib. inter opera Arist. tomo 3.

SED CONTRA. Anima Adæ fuit eiusdẽ naturæ cum animab. nostris. Sed animæ nostrę non possunt nũc intelligere substantias separatas. ergo nec aĩa primi hõis potuit.

RESPON. Dicendum, quòd status animæ hominis distingui potest dupliciter. Vno modo, secundum diuersum modum naturalis esse. Et hoc modo distinguitur status animæ separatæ à statu animę coniunctę corpori. Alio modo, distinguitur status animæ secundũ integritatem & corruptionem, seruato eodem modo essendi sm naturam. & sic status innocentiæ distinguitur à statu hominis post peccatũ. Anima. n. hominis in statu innocentiæ erat corpori perficiendo & gubernando accõmodata, sicut & nunc. Vnde dicitur primus homo factus fuisse in animam viuentem, i. corpori vitam dantem, s. animalem. Sed huius vitæ integritatem habebat inquantum corpus erat totaliter animæ subditum, in vllo ipsam impediens, vt s. dictum * est.

* Art. præced.

Manifestum est autẽ ex præmissis, quòd † ex hoc, quòd anima est accommodata ad corporis gubernationẽ & perfectionem secundum animalem vitam, competit animæ nostræ talis modus intelligẽdi, qui est per conuersionem ad phantasmata. Vndè & hic modus d intelligendi, etiam animæ primi hominis competebat. Secundum autẽ hunc modum intelligendi, motus quidã inuenitur in anima, vt Dionys. * dicit 4. c. de diuin. nom. sm tres gradus. Quorum primus est, sm quòd à rebus exteriorib. aggregatur anima ad seipsam. Secundus autem est, prout anima ascendit ad hoc, quòd vniatur virtutibus superiorib. vnitis, s. angelis. Tertius autẽ gradus est, sm quòd vlterius manuducitur ad bonũ, quòd est s. omnia, s. Deum. Secundũ igitur primũ processum animæ, qui est à rebus exteriorib. ad seipsam, perficitur animæ cognitio, quia. s. intellectualis operatio animę, naturalem ordinẽ habet ad ea, quę sunt extra, vt s. dictũ * est. Et ita per eorũ cognitionem perfectè cognosci potest nostra intellectualis operatio, sicut actus per obiectum, & per ipsam intellectualem operationem perfectè potest cognosci humanus intellectus, sicut potentia per proprium actum. Sed in secundo processu non inuenitur perfecta cognitio. Quia cum angelus non intelligat per conuersionem ad phantasmata: sed longè eminentiori modo (vt s. dictum * est) prædictus modus cognoscendi, quo anima cognoscit seipsam, non sufficienter ducit in angeli

† q. 84. artic. 7.

* c. 4. par. 1. inter prin. & med.

* q. 84. artic. 6.

* q. 55. artic. 2.

SVPER Q. XCIIII. ART. II.

CONCL. Anima primi hominis nõ poterat videre Angelos per essentiam; sed tamẽ excellentiorem modũ cognitionis habebat de eis, quàm nos habeamus.

D. 70.

¶ PROB. primò: Quia anima primi hominis erat accommodata ad corporis gubernationẽ ac perfectionem secundum animalem vitam (ex Genes. ly factus est homo in animã viuentem): & animæ sic accommodatæ competit tantùm modus intelligendi per cõuersionem ad phantasmata, quæ non sunt angelorum. Secunda autem pars, s. sed &c. probatur: Quia eius cognitio erat magis certa, ac fixa, circa interiora intelligibilia, quàm cognitio nostra (cùm animæ eius corpus esset totaliter subditum in nullo eam impediens).

Primum

1^m ex Gregorio. Perfrui, interesse. ℞. Eminentius quã nos; non, per essentiam illorum. §. Tunc nihil &c. vt patet in fine corporis. Vide artic. 1. ad primum. Nam vterque illorum Doctorum, s. Gregorius & Damascenus, tendunt per sua verba ad ostendendum excellẽtiam cognitionis Adæ supra nos: non au tẽ, vt argumẽta volunt.

2^m maior. Ex hoc &c. ℞. Et ex hoc, quòd obiectum connaturale ei nõ sunt substantiæ separatæ. §. Maior ergo hæc erat mutila; inquãtum non adducebat omnes causas impeditiuas cognitionis talis. Tunc nihil &c. Nam in primo homine erat hoc secundum; licet non primũ: vt in litera. Quòd illa propositio maior rectè glossata sit, patet per hoc: quòd anima separata à corpore totaliter non cognoscet perfectè angelorum essentias, q. 89. art. 2.

* Loco citato in argum. 1.

angeli cognitionem. Multò autem minus tertius processus ad perfectam notitiam terminatur. Quia etiam ipsi angeli per hoc, quòd cognoscunt seipsos, non possunt pertingere ad cognitionẽ diuinæ substantiæ propter eius excessum. Sic igitur anima primi hominis nõ poterat quidẽ videre angelos per essentiam, sed tamen excellentiorem modũ cognitionis habebat de eis, quàm nos habeamus: quia eius cognitio erat magis certa & fixa circa interiora intelligibilia, quàm cognitio nostra. Et propter tantam eminẽtiam dicit Gregorius,* quòd intererat Angelorum spiritibus.

3^m de maiori. Cognoscit. ℞. Per modum suiipsius; non aliter. §. Tũc &c. Nam multò minus anima coniuncta, etiam Adami, potest cognoscere essentiam angelorum per cognitionem suiipsius. Vnde negatur consequentia illa, s. vna substantia &c. ergo anima primi hominis per hoc, ꝙ cognoscebat seipsam, poterat cognoscere substantias separatas. Signum huius veritatis est; quòd nec animæ separatæ naturaliter cognoscunt perfectè substantias separatas: vt in q. 89. art. 2.

APPENDIX.

Ex articulo habes primò, quomodo per rationem ostendas, & quidem à fortiori, rectè à Philosopho dicta esse, quæ suprà narrata sunt, q. 88. art. 1. & 2. appen. Si. n. primus homo, de quo vtique tum ratione puritatis vitæ, tum ratione perfectę humanæ sciẽtię magis videbatur, ꝙ cognosceret angelorum essentiam, ipsam non cognouit: multò minus intellectus cuiuscumque hominis pro statu præsenti naturale cognoscet, aut per materialia adducetur ad cognoscendum, angelorum essentiam seu quidditatem. Consequenter ergo per huius articuli rationem * multò magis rectè fuisse illa Philosophi dicta, quibus ipse veritates illas de hominibus insinuabat, ostendi possunt. Secundò habes: quomodo per rationem sensum Philosophi inibi per talia sua dicta narratum à fortiori declares, probes, tuearis. Tertiò vides: quomodo ex præmissis vicissim Angelica iuuetur conclusio.

Vtilitas pro philosophia.

* In corp. art.

2

3

¶ Not. Præsenti articulo aliqualiter suffragatur articulus in ordine 444. 472. 422. 281. 438. 440.

Pro studio var. coor.

Vndè patet solutio ad Primum.

Ad secvndvm dicendum, ꝙ hoc, ꝙ anima primi hominis deficiebat ab intellectu substantiarum separatarum, non erat ex aggrauatione corporis: sed ex hoc, ꝙ obiectum ei connaturale, erat deficiens ab excellentia substantiarum separatarum. Nos autem deficimus propter vtrumque.

Ad tertivm dicendum, ꝙ anima primi hominis non poterat per cognitionẽ suiipsius pertingere ad cognoscẽdas substantias separatas, vt s. dictum * est: quia etiã vnaquæque substantia separata cognoscit aliam per modum suiipsius.

Comm. Cardinalis Caietani.

Titulus per essentiam, i. quidditatiuè intelligere.

¶ In corpore duo. Primo respondet quæsito directè. Secundo ad bonitatem doctrinæ ostendit qualem cognitionem habuit primus homo de angelis.

¶ Quo ad primum, conclusio est negatiua. Primus homo non potuit videre angelos per essentiam. Probatur: Primus homo naturaliter cognoscebat per conuersionem ad phantasmata. ergo non poterat uidere angelos per essentiam. Antecedens probatur distinguendo statum animæ dupliciter, scilicet secundum diuersos modos essendi, & de his suprà dictum est. & secundum integritatem & corruptionem eiusdem modi essendi. Et de hac diuersitate est modo sermo, & ideo assignatur conuenientia & differentia inter hæc membra. Conueniunt in hoc, quòd in statu naturæ tam integræ quàm lapsæ, anima est accommodata corpori secundum animalem vitam. Probatur authoritate; Quia factus est homo in animam viuentem. Differunt in hoc, quòd corpus erat totaliter animæ subditum, & non impediens in statu illo, nunc impedit. Ex his enim patet antecedens. Si enim primus homo habuit animam accommodatam corpori secundũ animalem vitam, vt in conuenientia dictũ est. ergo intelligebat per conuersionem ad phantasmata, hic enim modus intelligendi ex illo essendi modo nascitur. Et nota illud verbum, secundũ animalem vitam, quoniã excludit obiectionẽ de anima corporis glorificati. Illa. n. non est accommodata corpori ad perficiendum ipsum ꝭm vitam animalem: quoniam tunc non viuet amplius vita animali, sed vt Apostolus dicit, Seminatur animale, & resurget spirituale. Appellatur enim animalis uita, quæ elemento, cæterisq; necessariis eget, de qua inferius erit sermo.

¶ Consequentia probatur intelligendo, ꝙ per phantasmata anima mouetur secundũ tres gradus, & nullus eorũ terminatur ad perfectã cognitionem, nisi primus. ergo non põt videre angelos. Assumptum quo ad primã partem probatur ex Dionys. & explanantur qui sunt illi gradus: primus ad animam, secundus ad angelos, tertius ad Deum. Secunda pars singillatim quo ad singula membra probatur. Et primo, ꝙ primus ad perfectã, i. quidditatiuam cognitionem termini, i. animæ ducit, ex proportione medij: quia obiecto actus, actui potentia, potentiæ substantia commensuratur. Secundò, quòd secundus non, ex improportione medij ad terminum, quia s. prima media non sunt adæquata nisi substantiæ naturaliter intelligenti per phantasmata, & similiter ipsum proximum medium, s. substantiæ animæ non adæquat substantiã superiorem modo naturaliter intelligentẽ: sed angelus non intelligit per phantasmata. ergo ex anima visa non videtur. Tertio probatur, ꝙ tertius minimè perficitur propter excessum termini, s. Dei, non solũ super animam, sed etiã super angelum, qui etiam visus non sat esset, vt duceret seipsum in visionem Dei ob illius infinitum excessum. Quo ad secundum, conclusio est. Primus homo habebat excellentiorem cognitionis modum de angelis, quàm nos. Probatur ratione: quia fixior erat & certior circa intelligibilia. Et confirmatur authoritate Gregorij.

Cap. 2. d. 23. q. 1. con. 3.

SVPER Q. XCIIII. ART. III.

474

1. d. 23. q. 2. artic. 2. cor. Et verit. q6. 18. ar. 3. & 4.

Concl. 1. Primus homo sic institutus est à Deo; vt haberet scientiam omnem rerum, in quibus natus est instrui.

¶ Prob. Quia homo potest esse principium aliorum per instructionem naturaliter scibiliũ omnium per hoc, quòd habet scientiã illorum omnium scibilium: & res primitus institutæ sunt in statu perfecto, in quo possent esse principia aliorum (patet).

* Non multũ à princ. 1. lib. to. 3.

¶ Concl. 2. De supernaturalib. homo primus tantam cognitionem à Deo accepit; quanta erat necessaria ad gubernationem vitæ humanæ secundum statum illum.

¶ Prob. Quia homo primus productus est in statu perfecto, in quo posset gubernare vitam suam, ac aliorum; Et ad gubernationem talem requiritur cognitio etiam superexcedẽtium

ARTICVLVS III.

Vtrum primus homo habuerit scientiam omnium.

Ad tertivm sic proceditur. Videtur, ꝙ primus homo non habuerit scientiam omnium. Aut enim habuit talem scientiam per species acquisitas, aut per species connaturales, aut per species infusas. Non autem per species acquisitas. Huiusmodi enim cognitio ab experientia causatur: vt dicitur in * primo Metaph. Ipse autem non tunc fuerat omnia expertus. Similiter etiam, nec per species connaturales, quia erat eiusdem naturæ nobiscum: anima autem nostra est sicut tabula, in qua nihil est scriptum, vt dicitur in * 3. de Anima. Si autem per species infusas, ergo scientia eius quam habebat de rebus non erat eiusdem rationis cum scientia nostra, quam à rebus acquirimus.

* Lib. 3. de aia, tex. 14. tom. 2.

¶ 2 Præterea. In omnibus indiuiduis eiusdem speciei, est idem modus cõsequendi perfectionem. Sed alii homines nõ statim in sui principio habent omnium scientiam, sed eam per tẽporis successionem acquirunt secũdum suum modum.

tium naturalem notitiam, (cum vita hominis ordinetur ad finem etiã supernaturalem).

¶ Not. De hac vltima parte antecedentis hypothetici, vide quæstio. 1. art. 1.

¶ Concl. 3. Primus homo non cognouit cogitationes hominũ, futura contingentia, & quædam singularia.

¶ Prob. Quia talia nec naturali hominis studio cognosci posšũt; nec sunt necessaria ad gubernationem vitę humanæ. Pro meliori hactenus dictorũ notitia, vide Veritates aureas super legem veterem, Gen. 2. concl. 12. 14.

1m illatio conclusionis. Ergo &c.

℞. Negatur illatio. §. Vt exẽplo pulcherrimo in litera adducto patet.

2m de maiori.

Indiuiduis. ℞. Excepto primo indiuiduo. Vel. Indiuiduis vt indiuiduis; non, vt indiuiduo primo. §. Tunc &c. Adã enim non tm̃ indiuiduũ humanũ, sed primũ erat. Ex litera dicas; ꝙ primo homini data est scientia omniũ, nõ quia homo, sed quia primus. Hoc modo & in alijs similib. te regules. Verbi gratia. Primo homini datũ est generare ex coita, non quia homo, sed quia primus; data est iustitia originalis & pro alijs, nõ quia homo, sed quia primus; ipse causauit peccatum originale in posteros, non quia homo, sed quia primus &c. & sic ad illam maximam, scilicet in omnibus indiuiduis eiusdem speciei est idẽ modus procedendi sic, vel sic, satisfacies in omnibus.

D. 1107.

3m de maiori.

Cognitionẽ. ℞. Cuius homo vnus alteri põt esse principiũ. §. Tunc &c. Nam merendi nõ põt esse principiũ vnus homo alteri; sicut est sciendi. Dixit aũt primæ concl. ꝓbatio: ꝙ ideo data est omniũ scientia Adamo, vt filios quosque suos instruere posset, i. quia aliorum erat principium quo ad instructionem. Cũ ergo nõ esset principiũ aliorũ quoad meritũ; non necesse fuit, vt hẽret gratiam in summo ad merendũ pro alijs.

ergo nec Adam statim formatus habuit omnium scientiam.

¶ 5 Præt. Status præsentis vitę homini conceditur, vt in eo proficiat anima & quantum ad cognitionẽ, & quantum ad meritum. Propter hoc. n. anima corpori videtur esse vnita. Sed homo in statu illo profecisset quantum ad meritum. ergo etiam profecisset quantum ad cognitionem rerum. Non ergo habuit omnium rerum scientiam.

Sed contra est, ꝙ ipse imposuit nomina animalibus, vt dicitur Gen. 2. Nomina autẽ debent naturis rerum congruere. ergo Adã sciuit naturas omnium animaliũ, & pari ratione habuit omnium aliorum scientiam.

Respon. Dicendũ, ꝙ naturali ordine perfectũ præcedit imperfectum, sicut & actus potentiã: quia ea quæ sunt in potentia, non reducuntur ad actum, nisi per aliqđ ens actu: & quia res primitus à Deo institutæ sunt, non solũ vt in seipsis essent, sed etiam vt essent aliorum principia, ideo productæ sunt in statu perfecto, in quo possent esse principia aliorum. Homo autẽ potest esse principium alterius, nõ solum per generationem corporalẽ, sed etiã per instructionem & gubernationem. Et ideo sicut primus homo institutus est in statu perfecto quantum ad corpus, vt statim posset generare, ita etiã institutus est in statu perfecto d quantum ad animam, vt statim posset alios instruere & gubernare. Non potest autem aliquis instruere nisi habeat scientiam. Et ideo primus homo sic institutus est à Deo, vt hẽret omniũ scientiã, in quibus homo natus est instrui. Et hęc sunt omnia illa, quæ virtualiter existunt in primis principiis per se notis, quæcũque. s. naturaliter homines cognoscere possunt. Ad gubernationẽ autem vitæ propriæ & aliorũ, non solũ requiritur cognitio eorum quæ naturalr̃ sciri possunt, sed etiã cognitio eorum quæ naturalem cognitionem excedunt: eo ꝙ vita hominis ordinatur ad quendam finem supernaturalem: sicut nobis ad gubernationem vitæ nostrę necessariũ est cognoscere quæ fidei sunt. Vnde & de his supernaturalibus tantam cognitionem primus homo accepit, quanta erat necessaria ad gubernationem vitæ humanæ sm statum illum. Alia verò, quæ nec naturali hominis studio cognosci possunt, nec sunt necessaria ad gubernationem vitæ humanæ, primus homo non cognouit: sicut sunt cogitationes hominum, futura contingentia, & quædam singularia, puta quot lapilli iaceant in flumine, & alia huiusmodi.

Ad primum ergo dicẽdum, quòd primus homo habuit scientiam d omnium per species à Deo infusas: nec tamen scientia illa d fuit alterius rationis à scientia nostra, sicut nec oculi quos d cæco nato Christus dedit, fuerunt alterius rationis ab oculis quos natura produxit.

Ad secundum dicendum, ꝙ Adam debebat aliquid habere perfectionis, inquantum erat primus homo, quod cæteris hominib. non competit: vt ex dictis [a] patet.

Ad tertium dicendum, ꝙ Adam in scientia naturalium scibilium nõ profecisset quantũ ad numerũ scitorum, sed quantũ ad modum sciendi: quia quæ sciebat intellectualiter, sciuisset postmodum per experimentum. Quantũ verò ad supernaturalia cognita profecisset etiam quantum ad numerũ per nouas reuelationes, sicut & angeli proficiunt per nouas illuminationes. Nec tamen est simile de profectu meriti & scientię: quia vnus homo non est alteri principium merendi, sicut & sciendi.

A R-

APPENDIX.

Ex ar. habes primò: qũo per rationem ostẽdas rectè dixisse scripturã Gen. 2. omne, ꝙ vocauit Adã aĩæ viuentis, ipsũ est nomẽ eius: appellauitq; Adã noĩb' suis cuncta aĩantia, & vniuersa volatilia cęli, & omnes bestias terræ. Quasi diceret, Adã habuit cognitionẽ omniũ istorũ: alioquin noĩbus propriæ cuiuscũq; naturę cõuenientib. non appellasset ea; qđ patet esse falsum. Nã omne, ꝙ vocauit Adã aĩæ viuentis, ipsum est nomen eius, i. nomẽ cuique ab Adã impositum naturę cuiusq; cõueniebat. Et naturas ergo, & ꝓprietates, quorũcũq; cognouit Adam: qm̃ noĩa tũc rebus verè congruẽtia dicuntur, qñ naturis rerũ ac proprietatib. corrñdent (vt patet). A simili igit̃ aliorũ omniũ naturalr̃ scibiliũ scientiã habuisse Adamũ vr̃ ꝑ hoc dixisse scriptura. Cõsequẽter ergo nec visione corporali caruit, qa tũc defuisset ei vna scientia (ex Philos. lib. Poster. dicẽte: cui deficit vnus sensus, deficit vna sciẽtia): & hoc contra quorundã hæresim. Vide q. 101. art. 1. appen. Secũdo habes: qũo per rationẽ sensum ipsum talis scripturæ prędictũ declares, probes, & quãtum expedit pro veritate defendas. Tertiò vides, qũo ex hoc vicissim atq; similib. consolideẽ Angelici Doctoris conclo prima.

Vtilitas pro Eccle. S. Dei.

D. 545. D. 764. D. 1111. D. 1180. Et 1183.

[a] In corp. artic.

Comm. Cardinalis Caietani.

Titulus clarus.

¶ In corpore est vna conclusio rñsiua trimembris. Primus homo habuit scientiã omnium naturaliter scibiliũ, supernaturalium verò quantum opus erat ad vitæ regimen, neutra verò nesciebat. Probatur hæc conclusio tali ordine. Primo. n. probat quo ad omnes partes per cõe medium, quod est radix omnium membrorum: deinde singillatim ex illo medio singula membra deducuntur. Est autem processus iste. Perfecta naturaliter sunt priora imperfectis. Ergo res omnes institutæ sunt à Deo in statu perfecto. ergo homo institutus est in statu, in quo posset statim esse aliorum principium per instructionem & gubernationem. Tunc vltra erat principium per instructionem. ergo habebat omnium instruibilium scientiam. ergo omniũ quæ virtualiter continentur in primis principijs. ergo omniũ naturaliter scibilium. Et similiter erat principium per gubernationem. ergo habebat cognitionem supernaturalis finis, ergo & mediorum, reliquorumq; supernaturalium, tantam, quanta opus fuerat, notitiam habebat. Rursus: homo institutus est in statu perfecto, in quo &c. ergo eorum quæ neutra sunt, cognitionem non habuit.

¶ Antecedens declaratur & probatur. Declaratur, ꝙ de prioritate qua actus est prior potentia est sermo: probatur, quia ea quæ sunt in potentia, non reducuntur ad actum &c. Prima cõsequentia probatur, quia res institutæ sunt à Deo non solum vt essent, sed vt aliorum principia essent. Hoc enim est esse in statu priori & perfecto. Secunda verò consequentia probatur & confirmatur, quia homo potest esse aliorum principium omnibus his modis. Confirmatur verò, quia sicut homo, quia potest esse principium per generationem, factus est perfectus secundum corpus, vt statim posset generare: pari ratione, quia potest esse ratione animæ principium per instructionem & gubernationem, factus est perfectus secundum animam, vt statim posset instruere & gubernare. Aliæ verò singulares consequentiæ declarantur. Prima quidem, quia instructio sine scientia fieri nequit. Secunda verò, quia in vniuersis his homo natus est naturaliter instrui.

instrui. Tertia est per se nota. Prima quoque consequentia quo ad aliam partem probatur, quia homo ordinatur ad finem supernaturalem. Secunda sequitur ex hac manifestè. Et confirmatur ex statu præsenti, quo ea quæ sunt fidei, nosse oportet. Ad tertium denique membrum consequentiæ probatio supponitur ex apposito, quia s. sicut Deus non deficit in necessarijs, ita nõ abundat superfluis in institutione rerum: sed notitia taliũ neutraliũ erat superflua, vt patet de notitia cogitationum, & futurorum & occultorum indiuiduorum &c. ergo. hæc. n. eo quia necessaria nec parti speculatiuæ, nec parti practicæ erant, vt patet ex dictis, superflua esse pro statu illo relinquuntur.

¶ In responsione ad primum notato, quod non omnis scientia infusa distinguitur specie ab acquisita, sicut nec est eiusdem speciei cum acquisita. Sed acquisitio & infusio concurrunt quandoque per accidens, & hoc est quando illamet forma potest vtroque modo haberi, & tunc sunt eiusdem speciei. Talis autem erat scientia Adæ & nostra, sicut & oculi cęci nati & nostri. Quãdoq; verò concurrunt vt per se propriæ viæ ad tales terminos, & tunc semper sunt diuersarũ specierum. Talis est autem scientia animæ separatæ & animæ coniunctæ, quia illa per infusionẽ tantum haberi potest. Spectandum autem est magis cum de diuersitate scientiæ agitur ad obiectũ, & si obiectum est eiusdẽ rationis, ipsa quoque scientia est eiusdem rationis. Scientiæ autem Adæ & nostræ omnino est idem obiectum formale, sicut si esset acquisita, scientia autem animæ separatæ, & animæ Christi obiectum est vniuersalius & altius, & ideo alterius sunt rationis à nostra, non ex sola infusione, vt ignorantes garriunt, sed ex formali ratione obiecti ipsarum specierum.

ARTICVLVS IIII.

Vtrum homo in primo statu decipi potuisset.

AD QVARTVM sic proceditur. Videtur, quòd homo in primo statu decipi potuisset. Dicit enim Apostolus 1. ad Timot. 2. quòd mulier seducta in pręuaricatione fuit.

¶ 2 Præterea. Magister* dicit 21. distin. 2. sentent. quòd ideò mulier non horruit serpẽtem loquentem: quia officium loquendi cum accepisse à Deo putauit. Sed hoc falsum erat. ergo mulier decepta fuit ante peccatum.

¶ 3 Præterea. Naturale est, quòd quantò aliquid remotius videtur, tantò minus videtur. Sed natura oculi non est contracta per peccatum. ergo hoc idem in statu innocentiæ contigisset. Fuisset ergo homo deceptus circa quantitatem rei visæ, sicut & modo.

¶ 4 Præterea. Augustinus* dicit 12. super Genes. ad literam, quòd in somno adhæret anima similitudini tanquàm ipsi rei. Sed homo in statu innocentiæ comedisset, & per cõsequens dormiuisset, & somniasset. ergo deceptus fuisset adhærendo similitudinib. tanquã rebus.

¶ 5 Præterea. Primus homo nesciuisset cogitationes hominum, & futura contingentia, vt dictum* est. Si igitur aliquis super his sibi falsum diceret, deceptus fuisset.

SED CONTRA est, ꝙ August.* dicit. Approbare vera pro falsis, non est natura instituti hominis; sed pœna damnati.

RESPON. Dicendum, quòd quidam dixerunt, quòd in nomine deceptionis duo possunt intelligi, scilicet qualiscumque existimatio leuis, qua aliquis adhæret falso tanquàm vero, sine assensu credulitatis: & iterum firma credulitas. Quantum ergo ad ea quorum scientiam Adam habebat, neutro istorum modorum homo decipi poterat ante peccatum. Sed quantum ad ea, quorum scientiam non habebat, decipi poterat, largè accepta deceptione pro existimatione qualicumque sine assensu credulitatis. Quod ideò est dictum: quia existimare falsum in talibus, non est noxium boni: & ex quo temerè assensus non adhibetur, non est culpabile. Sed hæc positio non conuenit integritati primi status: quia, vt Augustinus dicit* 14. de Ciuitate Dei, in illo statu erat deuitatio tranquilla peccati, qua manente, nullum malum omnino esse poterat. Manifestum est autem, quòd sicut verum est bonum intellectus, ita falsum est malum eius, vt dicitur † in sexto Ethicorum. Vnde non poterat esse, quòd innocentia manente, intellectus hominis alicui falso acquiesceret quasi vero. Sicut enim in membris corporis primi hominis erat quidem carentia perfectionis alicuius, puta claritatis, non tamen aliquod malum inesse poterat: ita in intellectu poterat esse carentia notitiæ alicuius, nulla tamen poterat ibi esse existimatio falsi. Quod etiam ex ipsa rectitudine primi status apparet. Sed quãdiu anima maneret Deo subdita, tamdiu in homine inferiora superioribus subderentur, nec superiora per inferiora impedirentur. Manifestum est autem ex pręmissis,* ꝙ intellectus circa proprium obiectum semper verus est. Vndè ex seipso nunquã decipitur: sed omnis deceptio accidit in intellectu ex aliquo inferiori, puta phantasia, vel aliquo huiusmodi. Vndè videmus, ꝙ quando naturale iudicatorium non est ligatum, non decipimur per huiusmodi apparitiones: sed solum quando ligatur, vt patet in dormientibus. Vndè manifestum est, ꝙ rectitudo primi status, non compatiebatur aliquam deceptionem circa intellectum.

AD PRIMVM ergo dicendum, ꝙ illa seductio mulieris, etsi non præcesserit peccatum operis, subsecuta tamen est peccatum internæ elationis. Dicit enim Aug. 11.* super Genes. ad literam, quòd mulier verbo serpentis non crederet, nisi iam inesset menti eius amor propriæ potestatis, & quædam de se superba præsumptio.

AD SECVNDVM dicendum, quòd mulier putauit serpentem hoc accepisse loquendi officium, non per naturam, sed aliqua supernaturali operatione: quamuis non sit necessarium authoritatem Magistri Sentent. sequi in hac parte.

AD

Aegid. 2. s. d. 23. q. 2. ar. 4.

SVPER Q. XCIIII. ART. IIII.

CONCL. Rectitudo primi status non cõpatiebatur aliquam deceptionem circa intellectum.

¶ PROB. primò: Quia manifestum est, quòd rectitudo primi status erat, vt quamdiu anima maneret Deo subdita, tamdiu in homine inferiora superioribus subderentur, nec superiora per inferiora impedirentur; & manifestum est, quòd omnis deceptio accidit in intellectu non ex seipso, sed ex aliquo inferiori (cùm intellectus circa proprium obiectũ semper sit verus). Secundò, quia sicut in membris primi hominis erat quidem carentia alicuius perfectionis, puta claritatis, non tamen aliquid malum inesse poterat; ita in intellectu poterat quidem esse carentia notitiæ alicuius, nulla tamen poterat ibi esse existimatio falsi.

¶ COROLL. Ergo ex prima probatione conclusioni iuncta habes; quòd prima pęna, quã incurrunt non subditi Deo, est quòd decipiuntur, seu deceptioni patent. Hoc patet in hæreticis: quorum deceptio tanta est, vt decipi se non credant; immo maximè se rectè sapere firmiter teneant.

1m de maiori. Seducta. R. Post peccatum internę electionis: non, ante omne peccatum. §. Nam illa seductio mulieris etsi præcessit peccatum operis, id est comestionis pomi; subsecuta tamen est peccatum &c. vt in litera. Ex qua diligenter nota: quòd amor proprius est radix omnis mali in homine; Et quòd ab oppositis, odiũ sui ordinatum est causa omnis boni. Quod sane Apostolus ostendebat, quando dixit 2. Timoth. 3. In nouissimis diebus instabũt tẽpora periculosa; & erũt homines seipsos amantes, cupidi, elati, blasphemi, parentibus non obedientes &c. habentes speciem pietatis, virtutem autem eius abnegantes. Hæc ibi. Vbi ideo ante omnia vitia, & etiam hæresim (per ly habentes speciẽ pietatis &c.) enumerata, ponit primo loco ly erunt homines seipsos amantes: vt ostendat, amorem proprium esse radicem omnis mali, & periculi.

2m de maiori. Accepisse. R. Supernaturali operatione; non, per naturam. §. Tunc nihil &c. Nam circa naturalia loquitur conclusio. Vel melius dicendum, quòd loquimur vniuersaliter in conclusione; & ad Magistrum sentẽtiarum non astringimur in hoc. Vide quęstio. 45. artic. 5. & q 95. artic. 1. quartum: quòd non tenemur sequi Magistrum sentẽtiarum in omnibus, quæ ipse de suo profert.

Tertium

Marginal notes:

475 2. dist. 23. q. 2. art. 3. Et verit. q. 18. artic. 6.

* In fine 2. paragr. O quã bonũ est subditum esse Deo: & ꝙ malum est nõ esse sub ditũ Deo.

* Li. 12. c. 2. circa fin. & c. 20. to. 3.

Prima pena: & valde notandum.

* Art. præced.

* Lib. 3. de lib arbit. c. 12. circa fi. tom. 1.

Origo periculorum & malorum.

* Li. 14. de ciuita. Dei, c. 10. ante med. to. 5.

† Li. 6. Eth. c. 2. & li. 6. Met. tex. 5. tom. 5. & tom. 3.

Magister sententiarum.

* q. 85. artic. 7.

* Li. 11. super Genes ad lit. c. 30. parũ à medio, tom. 3.

3^m^ conclusio 2^a^. Fuisset ergo homo deceptus &c. ℞. Nisi per rationem subuentũ ei fuisset. §. Tunc nihil &c. vt patet in litera. Ex hac dicit: quòd per auxilium diuinum speciale, si per Adam non stetisset (vt ad quintũ habes); subuentum tantò magis Adamo fuisset; quãtò maior tũc deceptio imminebat.

Vnde modis omnibus exhorreas hæresim Caluini lib. 3. instit. cap. 27. sect. 4. dicentis; Adam diuina prædestinatione & voluntate prolapsus est; item sect. 7. Decretum fuisse à Deo vt periret, & peccaret Adã; item sect. 8. Hominem non sola pmissione Dei, sed eius ordinatione interitum sibi accersisse. Hæc ex Francisco Feuardentio. Cæterum vide in appendice sequẽti nunc harum blasphemiarum iustissimã damnationem. Similis est Caluinus Theodoro Mopsuesteno; vt in q. 105. art. 4. appen.

AD TERTIVM dicendum, ꝙ si aliquid repræsentatũ fuisset sensui vel phantasię primi hominis aliter quàm sit in rerum natura, non tamen deciperetur, quia per rationem veritatem diiudicaret.

AD QVARTVM dicendum, ꝙ id quod accidit in somno, non imputatur homini: quia non habet vsum rationis, qui est proprius hominis actus.

AD QVINTVM dicendum, ꝙ alicui dicenti falsum de contingentibus futuris, vel cogitationib. cordium, homo in statu innocentiæ non credidisset ita esse: sed credidisset, quòd hoc esset possibile. & hoc non esset existimare falsum. Vel potest dici, quòd diuinitus ei subuentum fuisset, ne deciperetur in his, quorum scientiam non habebat. Nec est instantia quam quidam afferunt, quòd in tentatione non fuit ei subuentum ne deciperetur, licèt tũc maximè indigeret. Quia iam præcesserat peccatum in animo, & ad diuinum auxilium recursum non habuit.

4^m^ de conclusione. Deceptus. ℞. Deceptione: non humana. §. Tunc nihil &cæt. Loquitur enim articuli conclusio de deceptione hominis: non semihominis. Videtur ergo litera non habere pro inconuenienti: quòd Adam potuisset decipi in somno ante peccatum. Vnde & non sine causa dicit conclusio ly circa intellectum.

5^m^ conclusio. Si igitur aliquis &c. deceptus fuisset. ℞. Si ei credidisset; non, si aliter vel per rationem sibi insitam, vel per nouum Dei auxilium, credidisset. §. Tunc &c. vt patet. In calce literæ ad instantiam quorundam nota; quòd ante peccatum in animo, Adam non fuit dignus subueniri; quia non habuit recursum ad diuinum auxilium. Ideò hoc addidit sanctus Thomas: & vt vndecumque satisfaceret instantiæ; & vt ostenderet, iustissimè permissum à Deo fuisse peccatum Adæ; & ipsum Adam non posse de suo casu in peccatum prætendere excusationem, (aliàs potuisset forsan dicere Adam ipse: ego recursum habui ad Deum pro auxilio, ne caderem in peccatũ); & quòd si veraci animo, vt par est, recurrisset ad Deum, non lapsus fuisset. Quis enim inuocauit Dominum; & despexit illum? Ecclesiastici 2. Respicite (inquit etiam ibi) filij nationes hominum; & scitote: quia nullus sperauit in Domino, & confusus est. Simile quid ei, quod hic sanctus Thomas dixit de Adam, annotatum reliquit scriptura sacra de Iosue & principibus; quando de hoc, quòd à Gabaonitis decepti fuere, tractans inquit, & os Domini non interrogauerunt, Iosue cap. 9. Ac si dixisset. Radix, quare tantus amicus Dei Iosue cum suis à Gabaonitis deceptus fuit est hæc, quòd os Domini non interrogauerunt, i. ad diuinum auxilium in tali facto recursum non habuerunt. Totam itaque culpam fuisse ipsius Adæ in sui deceptione; & nullo modo Dei, monstrauit sanctus Doctor per verba præmissa in calce responsionis dicta. Pro quo textu melius intelligendo, vide Veritates aureas super legem veterem, Genes. 2. conclusio. & cap. 3. concl. 12. 13. 14. 21.

Non recurrere ad Deum est via ad errores; & contrà i. recurrere ad ipsum est via ad salutem.

¶NOT. Quia in articuli huius responsione ad primũ & secundum fit mentio de serpente: ideo hic, & alibi, vbi de serpente fit sermo, caue diligenter; nè incidas in errorem Origenistarum (Melchior Cano de locis Theologicis lib. 12. c. 7.) dicentiũ; Adæ formationem de limo terræ, & Euę de costa eius, ac serpentis tẽtationem allegoricè & figuratè, non historicè, esse intelligendum. Quòd enim illud sit error, patet ex August. 13. de ciu. Dei, vniuersaliter de intelligentia scripturarum similium loquente. Vide q. 102. art. 1. in princ. corporis. Damnatur iste error à Synodo 6. act. 11. Vide suprà, q. 91. art. 1. appen. & q. 92. art. 3.

APPENDIX.

EX articulo habes primò, quomodo per rationem interimas hæresim Caluini plusquàm blasphemè dicentis; Adæ peccatũ fuisse occulto Dei decreto ordinatũ. Vel (& horribilius loquendo); quòd Deus ipsum Adam crearit non modo vt interiret, sed ꝙ illum ab æterno ad exitiũ prædestinarit, ideoque illũ necessariò peccare oportuerit. Hæc Caluini horrendissima blasphemia videtur ẽt includere hęreses duas Trinitariorum impijssimè dicentium; Nullus peccat volendo aliqualiter aliter, quàm Deus velit eum velle. item, Peccans conformat voluntatem suam voluntati beneplaciti Dei, sic quòd ille vult sicut Deus vult eum velle. Vides enim in articulo ratione optima stabilitum; quòd quamdiu anima maneret subdita Deo, tamdiu decipi peccareve non potuisse: tantum abest, vt Deo ascribatur Adæ peccatum. vel quòd vt Adam peccando suam voluntatem voluntati beneplaciti Dei conformauerit. Audis ex Augustino adducto, quòd in illo statu erat deuitatio tranquilla peccati, qua manente, nullum malum esse poterat: tantum abest, vt Adam necessariò peccare oportuerit, vel vt ad exitium à Deo creatus fuerit. O vocem sanè ingratissimam; tanta mala pro tantis bonis (quæst. 94. 95. 96. 97. 102.) in illo statu diuinitus Adæ collato aggregatis altissimo retribuentem? De his Caluinistis benè prophetauit Moyses, Deuteron. 32. sub persona Israelis ingrati eos ita redarguens: Generatio praua, atque peruersa, heccinè reddis Domino popule stulte, & insipiens? Specialiter verò etiam per dicta irrefragabilia in responso ad quintum, quomodo deturbare meritò possis turbatorem Catholicæ veritatis Caluinum, apertè vides. Secundò habes: quomodo per rationem ostendas; prædictas hæreses iure optimo damnari à scripturis Gen. 2. In quacumque die comederis ex eo, morte morieris; & 3. Quia comedisti de ligno ex quo præceperam tibi ne comederes: maledicta terra in opere tuo: In laboribus &c. Spinas &c. comedes herbas &c. In sudore &c. donec reuertaris in terrã &c. quia puluis es &c. Vt quid tantam pœnam Adæ, etiam pro suis posteris (vt experimur quotidie) peccatum originale contracturis, Deus iustissimè infligit: nisi quia Adam faciendo voluntatem propriam non fecit voluntatem Dei, immo ei contrafecit; non secundum Dei ordinem, atque decretum, immo contra vtrumque voluntariè ac liberè, fecit? Etenim in naturalibus, vel etiam necessariis, neque meremur, neque demeremur: etiã Philosopho teste. Nunquid iniquus est Deus: qui infert iram? Absit. Alioquin quomodo iudicabit Deus hunc mundum? Rom. 3. Item damnari à Sap. 10. Illum, qui primus formatus est, custodiuit, & eduxit à delicto suo. Non ergo ex defectu custodiæ Dei; ergo nõ ex culpa Dei vel minima, processit; quòd Adam peccauit (immo comminatus est ei utramque mortem, ne peccaret): neque secundum voluntatem beneplaciti Dei fuit Adæ peccatum. Alioquin non eduxisset illum à delicto suo. Item damnari à Veritatibus aureis &c. vbi suprà: & etiam cap. 3. conclus. 20. 22. 23. 24. Item à dictis in 1. 2. q. 79. art. 1. 3. Item vniuersaliter damnari à &c. vt q. 19. art. 9. & 6. Item q. 23. art. 1. & q. 24. art. 1. & q. 93. artic. 8. & q. 49. art. 2. Tertiò vides: quomodo ex his vicissim Angelicus consolidetur præsens articulus, atque declaretur.

Vtilitas pro Eccle. S. Dei.

2

3

Comm. Cardinalis Caietani.

TItulus clarus.

¶In corpore duo. Primò, opinio affirmatiua: secundò negatiua simul probatur improbando oppositam.

¶Quo ad primum tria dicit hæc opinio. Primò, quòd deceptio sumitur dupliciter, s. pro leui existimatione simplici eius qđ non est, vel pro existimatione & assensu credulitatis. Secundum est, quòd primus homo neutro modo decipi potuit respectu scitorum. Tertium est, ꝙ primus homo respectu non scitorum potuit primò decipi. probatur, quia hoc non erat noxium homini nec culpabile, quia sine temerario assensu.

¶Quo ad secundum, conclusio est responsiua quæsito, Primus homo nullo modo decipi potuit tam respectu scitorum ꝗ nescitorum. Probatur dupliciter, primò, ex integritate primi status. Secundò, ex rectitudine eiusdem: Ex integritate quidem sic, In illo statu nullum malum esse poterat. ergo intellectui eius nõ poterat inesse falsum. Antecedens patet ex authoritate Augustini. Consequẽtia probatur, primò, quia falsum est malum intellectus, quod probatur ex 6. Ethic. quia verum est eius bonum. Deinde confirmatur ex proportionali bono & malo in membris corporeis, sic, Quemadmodum tunc cum negatione alicuius boni circa membra, puta claritatis, non stabat inhęsio alicuius mali, ita in intellectu ponenda est negatio scientiæ aliquorũ: non tamen deceptio aliqua. Et nota bene hanc confirmationem, quia de directo confutat motiuum opinionis oppositæ, quæ ex nescientia quorũdam concedebat deceptionem aliqualem circa illa. Et per hęc satisfactum etiam est rationi eius, quia iam ostensum est, ꝙ omne

falsum est malum intellectus; & consequenter noxium illi.

¶Ex rectitudine verò arguit sic, Quamdiu anima erat subdita Deo, inferiora hominis erant subdita superioribus absque omni turbatione. ergo inferiora intellectu erant illi subdita. ergo non poterat decipi. Antecedens patet cum prima consequentia: secunda verò probatur, quia intellectus non decipitur nisi ex aliquo inferiori. quod probatur dupliciter. Primò à priori, quia semper est verus circa proprium obiectum. ergo ex se semper est verus. ergo si decipitur, est ab alio non superiori; ergo inferiori. Secundo à signo, quia videmus, quòd in apparitionibus, seu phantasijs, quando naturale iudicatorium est solutum non decipimur. Cum verò ligatur somno aut infirmitate &c. fallimur.

¶Circa hanc rationem occurrit dubium, quoniam nō videtur verum, quòd intellectus semper decipiatur ex aliquo inferiori: quoniam intellectus componendo & diuidēdo & discurrendo versatur per se circa verum & falsum: nec in his actibus est semper verus, vt ex superius dictis patet. Igitur ex se quandoque est falsus, & non ex phantasia, aut aliquo huiusmodi.

¶Ad hoc breuiter dicitur, quòd nomine intellectus hic nō intelligo potentiā intellectiuam absolutè, sed ipsam vt habet intelligendi officium. Est.n. hoc supremū in ipsa potentia intellectiua, vt patet ex antedictis. Intellectus autem vt sic, habet pro obiecto incōplexum vt sic, circa quod semper est verus. Et qm̄ in ordine ad proprium obiectū semper est verus, consequens est, ꝙ ex se sit semper verus. Ratio nāque propria in ordine ad propriū obiectū constituta: ipso autē existente vero ex se, cum ad ipsum spectet omne iudicium, qm̄ & principium omnis compositionis, & finis omnis resolutionis est, quod quid est, oportet si falsum interuenit, aliunde accidere. Omne aliud autem siue componendi & diuidendi officium, siue discursus, siue phantasia, &c. inferius est. Omnis igitur deceptio ex aliquo inferiori est. Vnde notanter in litera dicitur: ex aliquo inferiori, puta phantasia vel aliquo huiusmodi, nō curando quicquid illud esset. Quòd autem sic accipiatur intellectus in proposito, ex eo patet quod dicitur, quòd circa proprium obiectum semper est verus: hoc enim, vt clarè liquet, de intellectu quantum ad intelligendi officium, vt distinguitur contra officium componendi & discurrendi, interpretatur. Posset quoque expeditius dici, ꝙ nomine phantasiæ intellexit ipsam cum concomitantibus, & quia intelligere componendo & discurrendo est vnum de concomitantibus eam, vt patet ex eo, quòd animæ separata intelligit per modum substantiarum separatarum; ideo omnis deceptio dicta est prouenire ex phantasia &c.

Aegid. 2. s.d. 29. q. 2. ar. 2.
D. Bon. d. 29. ar. 2. q. 1.
Riccar. d. 29. q. 1.
Tho. Arg. d. 29. q. 1. ar. 3.
Cap. 2. d. 29. q. 1. con. 1.

QVAESTIO XCV.

De his, quæ attinent ad voluntatem primi hominis, gratia scilicet et iustitia, in quatuor articulos diuisa.

DEINDE considerādum est de his, quæ pertinent ad voluntatē primi hominis.

¶Et circà hoc consideranda sunt duo. Primò quidem, de gratia & iustitia primi hominis. Secundò, de vsu iustitiæ quantum ad dominium super alia.

CIRCA primum quæruntur quatuor.

¶Primò, Vtrum homo creatus fuerit in gratia.

¶Secundò, Vtrū in statu innocentiæ habuerit animæ passiones.

¶Tertiò, Vtrum habuit virtutes omnes.

¶Quartò, Vtrum opera eius fuissent æquè efficacia ad merendum, sicut modo sunt.

ARTICVLVS I.

Vtrum primus homo fuerit creatus in gratia.

AD PRIMVM sic proceditur. Vr̄, ꝙ primus homo nō fuerit creatus in gratia. Apostolus enim 1. Cor. 15. distinguēs Adam à Christo dicit: Factus est primus Adam in animam viuentem: nouissimus autem in spiritum viuificantem. Sed viuificatio spiritus est per gratiam. ergo hoc est proprium Christi, quòd fuerit factus in gratia.

¶2 Pręt. Aug. dicit in lib.* de quęstionib. veteris & noui testamenti, ꝙ Adam non habuit spiritumsanctum. Sed quicūq; habet gratiam, habet spiritumsanctum. ergo Adā non fuit creatus in gratia.

¶3 Pręt. Aug. dicit in lib.* de correptione & gratia, ꝙ Deus sic ordinauit angelorum & hominum vitam, vt prius in eis ostēderet, quid posset eorū liberum arbitrium, deinde quid posset suæ gratiæ beneficiū, iustitięq; iudicium. Primò ergo, condidit hominem & angelum in sola naturali arbitrii libertate, postmodum ei gratiam contulit.

¶4 Præt. Magister dicit in * 23. dist. lib. 2. sent. quòd homini in creatione datum est auxilium per quod stare poterat: sed non poterat proficere. Quicumque autem habet gratiam potest proficere per meritum. ergo primus homo non fuit creatus in gratia.

¶5 Præt. Ad hoc quòd aliquis accipiat gratiam, requiritur consensus ex parte recipientis: cum per hoc perficiatur matrimonium quoddam spirituale inter Deum & animam. Sed consensus in gratiam esse non potest, nisi prius existentis. ergo homo non accepit gratiam in primo instanti suæ creationis.

¶6 Præt. Nam plus distat à gratia, q̄ gratia à gloria: quæ nihil est aliud, q̄ gratia consummata. Sed in homine gratia præcessit gloriā. ergo multò magis natura pręcessit gratiā.

SED CONTRA. Homo & angelus æqualr̄ ordinantur ad gratiā: sed angelus est creatus in gratia: dicit.n. Aug.* 12. de Ciu. Dei, ꝙ Deus simul erat in eis, condens naturā, & largiens gratiam. ergo & homo creatus fuit in gratia.

RESP. Dicendum, ꝙ quidam dicunt, ꝙ primus homo non fuit creatus in gratia, sed tamen postmodū gratia fuit sibi collata antequā peccasset. Plurimæ autem sanctorum authoritates attestantur hominem in statu innocentię gratiam habuisse. Sed quòd fuerit cōditus in gratia, alii dicūt, videtur requirere ipsa rectitudo primi status, in qua Deus hominem fecit, secundum illud Ecclesiast. 7. Deus fecit hominem rectum. Erat enim rectitudo secundum hoc, quòd ratio subdebatur Deo, rationi verò inferiores vires, & animæ corpus. Prima autem subiectio erat causa & secundæ & tertiæ. Quamdiu enim ratio manebat Deo subiecta, inferiora ei subdebantur, vt Augustinus* dicit. Manifestum est autem, quòd illa subiectio corporis ad animam, & inferiorum virium ad rationē non erat naturalis, alioquin post peccatū mansisset, cum etiam in dęmonibus data naturalia post peccatū permanserint, vt Dion. dicit* 4. c. de diu. nom. Vnde manifestum est & illa prima subiectio, qua ratio Deo subdebatur, non erat solum secundum naturā, sed secundum supernaturale donum gratię: non.n. potest esse, ꝙ effectus sit prior quàm causa. Vnde Aug. dicit * 13. de Ciu. Dei: ꝙ posteaquàm præcepti facta transgressio est, confestim gratia deserente diuina, de corporum suorum nuditate confusi sunt. Senserunt.n. motum inobedientis carnis suę, tanquàm reciprocam pęnam inobedientiæ suę. Ex quo datur intelligi, si deserente gratia, soluta est obedientia carnis ad animam, quòd per gratiam in anima existentem inferiora ei subdebantur.

AD PRIMVM ergo dicendum, ꝙ Apostolus illa verba inducit ad ostendendū esse corpus spirituale, sicut corpus animale:

* di. 24. li. 2. circa princ. dist.

* Lib. 12. de ciuit. Dei, c. 9. à med. tom. 5.

* Colligit ex libro de natu. & gratia, c. 15. & de correct. & grā, c. 11. tom. 7.

* c. 4. par. 4. parū à medio.

* Li. 13. de ciuit. Dei, cap. 13. in princ. to. 4.

* Li. qq. no. & vet. test. q. 123. t. 4.

* c. 10. circa med. habet hic liber, tom. 7.

SVPER Q. XCV. ART. I.

CONCL. Manifestum est, quòd illa prima subiectio, qua rō Deo subdebatur, non erat solum secundum naturā, sed secundum supernaturale donum gratię.

¶PROB. primò: Quia manifestum est, quòd illa subiectio, qua ratio Deo subdebatur, post peccatum remansisset, si fuisset solum naturalis (cum etiam in dęmonibus post peccatum, dona naturalia remanserint); & manifestū est, quòd illa post peccatū non remansit. Secunda autem pars, s. sed secundum &c. probat: Quia non potest esse, quòd effectus sit prior quàm causa: & supernaturalis subiectio rationis existens in Adam erat effectus gratiæ gratum facientis (alioquin inobedientia inferior nō fuisset effectus desertionis gratiæ).

476 22. q. 5. art. 1. corp. Et 2. d. 20. q. 2. artic. 3. corp. Et d. 29. q. 1. art. 2. Et quol. 1. artic. 8. corp.

1^m ex Apostolo. In animam viuentem. R. Id est vitam corpori dantem; non aliter. §. Vide infrà quæst. 97. art. 1. Tunc nihil &c. Nihil enim dicit Apostolus ibi aduersus prædictam conclusionem. Nam conclusio dicit, quòd Adam fuit spiritualis secundū animam: & Apostolus ibi dicit, quòd Adam non fuit spiritualis secundum corpus: cùm talis spiritualitas, secundum corpus scilicet, inceperit in scdo Adam, id est

animale: quia vita spiritualis corporis incępit in Christo, qui est primogenitus ex mortuis: sicut uita corporis animalis incępit in Adã. non ergo in verbis Apostoli habetur, quod Adam non fuit spiritualis secundum animam, sed quod non fuit spiritualis secundum corpus.

Ad secundum dicendum, ꝙ sicut Aug. dicit in eodem lib. * nõ negatur, quin aliquo modo fuerit in Adam spiritus sanctus, sicut & in aliis iustis: sed quod non sic fuerit in eo, sicut nunc est in fidelibus qui admittuntur ad perceptionem hæreditatis æterna statim post mortem.

* Loco citato 1 arg.

Ad tertium dicendum, ꝙ ex illa authoritate Augustini non habetur, quod angelus vel homo prius fuerit creatus in naturali libertate arbitrii, quam habuisset gratiam: sed quod ostendit quid in eis posset liber. arb. ante confirmationem, & quid postmodum consecuti essent per auxilium gratiæ confirmantis.

Ad quartum dicendum, quod Magister loquitur secũdum opinionem illorum, qui posuerũt hominem non esse creatum in gratia, sed in naturalibus tantum. Vel potest dici, quod etsi homo fuerit creatus in gratia, non tamen habuit ꝙ ex creatione naturæ posset proficere per meritum, sed ex superadditione gratiæ.

Ad quintum dicendum, quod cum motus uoluntatis non sit continuus, nihil prohibet etiam in primo instanti suæ creationis, primum hominem gratiæ consensisse.

Ad sextum dicendũ, quod gloriam meremur per actum gratiæ, nõ autem gratiam per actum naturæ: unde non est similis ratio.

AR-

id est in Christo domino. Illa ergo auctoritas non infringit, immo nec tangit propositum conclusionis.

2^m ex Augustino. Non habuit. ℞. Taliter, vt statim post mortem admitteretur ad uitam æternam; non absolute. §. Tunc &c. Non enim negatur ab Augustino, quod Adã habuerit gratiam, immo expresse in illo libro affirmatur: sed negatur, quod habuerit illã ad talem effectum executioni mandandum. Nam ante peccatum non fuisset mortuus Adam, sed sine morte translatus tempore opportuno ad uitam ęternam: post peccatum vero fuit post mortem, vsque ad Christi mortem, translatus in lymbum sanctorum Patrũ: hincque post Christi mortem in uitam æternam q. 12. art. 1. appẽd. ex Papa Benedicto. Patet ergo, quod Adam (siue ante, siue post loquaris) non habuit gratiam ad executionem huius effectus, vt scilicet post mortem statim in uitam æternam ascenderet. Per gratiã vero habitam ipsũ meruisse uitam æternam, inferas ex dictis quæst. 63. articulo quinto ad quartum & artic. 6. ad tertium. Homo enim non uidetur habendus minor in hoc, quam Angelus postea diabolus.

3^m ex Augustino. Gratiæ. ℞. Confirmantis; non, iustificantis. §. Tunc &c. Nam & nos dicimus prius fuisse Angelorum bonorum meritum, sicut malorum demeritum, & hominum peccatum, quam beneficium gratiæ confirmantis absolute angelos bonos, sicut iustitiæ punientis malos, & quam beneficium gratiæ redimentis homines a peccato, quæ redemptio est uelut quædam labentium confirmatio ad resistendum casui præterito per pœnitentiam, & futuro per cautelam. Velut quædam confirmatio, dixi, non absolute confirmatio: quia licet quoad sensum præmissum firmet nos aduersus peccatum: non tamen inde fit, quod homo in gratia nunc existens sit ita confirmatus aduersus peccatum, vt non possit amplius peccare, & quandoque de facto peccet. Vnde Concil. Trident. sess. 6. canon. 23. si quis hominem semel iustificatum dixerit amplius peccare non posse, nec gratiam amittere, atque ideo eum qui labitur & peccat nunquam vere fuisse iustificatum, aut contra posse in tota uita peccata omnia etiam venialia vitare, nisi ex speciali Dei priuilegio, quemadmodum de B. Virgine tenet Ecclesia, Anathema sit. Hæc ibi.

4^m ex magistro. Dicit. ℞. Secundum opinionem ponentium, Adam fuisse creatum in puris tantum naturalibus. §. Tunc &c. ut patet. Vide in corpore de reprobatione huius opinionis.

Item ex magistro. Proficere non poterat. ℞. ex creatione; nõ, ex superadditione gratiæ. §. Tunc &c. vt patet ex litera. Concordat hæc concilio Arausicano c. 19. dicenti: natura humana, etiam si in illa integritate, in qua est condita, permaneret, nullo modo seipsam, creatore suo non adiuuante seruaret. Vnde cum sine gratia Dei salutem non possit custodire, quam accepit, quomodo sine Dei gratia poterit reparare, quod perdidit? Hæc ibi. Ex consilio hoc etiam innuitur, quod Adam ante peccatum fuit in gratia, ut salutem, id est innocentiam salutarem, quam a Deo creatore acceperat, custodire posset. Consequenter ergo, secundum Conciliũ hoc, Adam habuit: vnde stare posset: contra Trinitarios. Vide appen. articuli huius inf. Contra hos etiam facit concilium Arausicanum sub Papa Leone primo celebratum, quod in canon. 1. 13. & 25. insinuat primum hominem rectum, illæsa uoluntatis libertate, a Deo creatum: sed per peccatum liberum ipsius Adæ arbitrium fuisse infirmatum. Item in Concilio Lateranensi sub Martino primo, consultatione quinta habetur, quod Adam propria spontaneaque voluntate præceptum diuinum transgressus est. Item sexta synodo sub Agathone Papa, acti. 8. Athanasij magni probatur sententia, quæ dicit: Adam rationali, & liberrima a prauis cogitationibus natura, voluntateq; liberum Dei manu in principio conditum fuisse.

5^m de maiori. Consensus. ℞. instantaneus: non, continuus. §. idest requirens tempus. Tũc &c. Non enim stante glossa, requiritur necessario, quod prius existat quis, antequam gratiæ consentiat: sed sufficit, quod simul coexistat, dum gratiam recipit ei consentiendo.

6^m de maiori. Distat. ℞. Distantia meriti: non semper, distantia temporis. §. Tunc &c. Potest enim simul tempore dari natura, & gratia: quia non præexigitur, quod naturæ actus mereatur gratiã. Nec enim potest. Gloriam verò cum mereamur per actum gratiæ: non est simile, ꝙ pro simili ab argumento adducitur.

APPENDIX.

Ex articulo habes primo, quomodo per rationem euellas errorem Trinitariorũ dicentium; Adam in statu innocentiæ nunquam habuit, vnde posset stare. Si namque in gratia creatus est (ut articuli probatio monstrat), vtique habuit unde posset stare, quoniam gratia potest resistere peccato, vt nunc ex concilio monstrabitur. Si etiam in gratia creatus non est, sed tamen ante peccatum gratiam habuit (ut, qui recitantur in litera dicunt), adhuc in statu innocentię aliquando habuit unde posset stare. Positio igitur Trinitariorum prædicta est contra omnes Theologos: quorum quidam Adamum in gratia creatũ, quidam post creationem tantum gratiam ante lapsum habuisse, afferunt, quoniam ipsa Trinitariorum positio, Adamum ante lapsum nunquã in gratia fuisse, vult. Quod si dicas, non hoc vult positio, sed quod gratia, in qua aliquando fuit Adam, non potuisset in Adam resistere peccato, adhuc positio illa est contra omnes Theologos (cum minima gratia peccato resistere possit) & consequenter fugienda. Nam & scholasticorum omnium communi sententiæ in re graui refragari uelle, temerarium est, & scholæ omnium Theologorum concordi de fide, aut moribus, contradicere, si hæresis non est, hæresi proximum est (vt probat Melchior Cano de locis Theologicis lib. 8. cap. 4.) sacri enim Doctores ideo nobis dati sunt, ne in errores contra fidem uel mores nos laberemur: Apostolo teste Ephes. 4. Ipse dedit quosdam quidem Apostolos, quosdam autem Prophetas, alios uero Euangelistas, alios autem pastores & Doctores &c. ut iam non simus paruuli fluctuãtes, & circunferamur omni uento doctrinę in nequitia hominum, in astutia, ad circunuentionem erroris. Ex hoc Apostoli dicto nonne patet, quod sacri Theologi atque Doctores a Deo dati fuere, ne circunferamur, instar puluis, quem proijcit uentus a facie terrę, omni uento doctrinæ ad circunuentionem erroris? Quocirca impossibile non absque causa uidetur vt illi omnes concorditer errent: qui, ne alij errarent, a Deo missi sunt. Cæterum ad prædicti erroris damnationem canonicam propius accedamus. Secundo igitur habes: quomodo per rationem ostendas, hunc merito fuisse damnatum a scripturis Eccle. 7. Deus fecit hominem rectum. Quam rectitudinem, quid esset, uides in corpore articuli, ex Augustino. Item a Conc. Triden. sess. quintæ decreto primo. Si quis Adam non confitetur, cũ mandatum Dei in Paradiso fuisset transgressus, statim sanctitatem & iustitiam, in qua positus erat, amisisse, incurrisseque pro offensa præuaricationis huiusmodi iram & indignationem Dei Anathema sit. Hæc ibi. Ecce: quod secundum concilium, Adam erat positus in sanctitate & iustitia. Habebat ergo, unde stare posset. Consequentia patet per idem concil. sess. 6. c. 15. inquiẽs. Quæ diuinæ legis doctrina a regno Dei non solum infideles excludit, sed & fideles quoque fornicarios, adulteros, molles, masculorum concubitores, fures, auaros, ebriosos, maledicos, rapaces, cæterosque omnes, qui lethalia committunt peccata, a quibus

bus cum diuinæ gratiæ adiumento abstinere possunt, & pro quibus a gratia Christi separantur. Hęc ibi. Cum ergo, secundum concilium, homines in statu naturæ corruptę possint a mortalibus peccatis per Dei gratiam abstinere, multo magis homo in statu innocentiæ per Dei gratiam, quam (secundum idem concilium, ut supra) habebat, poterat abstinere a peccato, & consequẽter habuit, vnde stare posset. Item idem concil. eadem sess. cano. 22. art. Si quis dixerit, iustificatum uel sine speciali auxilio Dei in accepta iustitia perseuerare posse, vel cum eo non posse, Anathema sit. Hęc ibi. Quibus subsumas tu, quod primo homini iā in statu innocentiæ sanctitatem atque iustitiam habenti auxilium Dei speciale præsto fuit secundum illud Sap. 2. illum, qui primus formatus est, custodiuit. Loquitur hic textus de sapientia diuina, & de custodia speciali. Alioquin nil peculiare uideretur dicere factum circa primum hominem, cum Deus custodia communi custodiat omnes. Transeo, quod illud Genes. 2. posuit Deus Adam in paradiso, ut operaretur, & custodiret illum, exponitur a Doctoribus nonnullis sic. Vt ipse. s. Deus custodiret illum Adamum. Poterat quidem Deus etiam extra paradisum custodire hominem, sed uoluit quoque exterius occasionē præbere Adamo, qua monstraretur omnibus quod speciale auxiliū diuinum Adamo ipsi aderat. Habuit ergo Adam tunc, unde stare posset, etiam in hoc sensu. i. in sanctitate & iustitia accepta perseuerare. Sed abnuit, & libere quidem. Alioquin si omnino non potuisset stare. i. saltem peccato resistere, non peccasset. Vnde Augustinus libro tertio de libero arbitrio c. 18. Hoc breuissime tene, quęcunque ista causa est uoluntatis, si non ei potest resisti, sine peccato cęditur, si autem potest, non ei cædatur, & non peccabitur. Hęc ille. Pro meliori dictorum captu uide 1. 2. quęst. 109. ar. 8. Vide etiam Veritates aureas super totam legem veterem, Genes. quarto concl. septima, ut nullum cogi ad peccatum, ita quod non possit ei resistere, cognoscas a fortiori. Tertio uides: quomodo ex his uitissim Angelica consolidetur doctrina hæc, & declaretur. 3

Comm. Cardinalis Caietani.

Titulus clarus, in gratia gratum faciente.

¶ In corpore duo. Primo, recitatur quędam opinio. Secundò, examinatur & respondetur simul quęsito.

¶ Quo ad primum, duo referuntur ex opinione. Primum est, quod primus homo non est creatus in gratia. Secundum est, quod primus homo habuit gratiam antequam peccaret, hęc de primo.

¶ Quo ad secundum, examinantur singula. Et primo, secundū approbatur, quia multi sancti hoc sonant, deinde primum reprobatur ex ratione rectitudinis primi status, & sic directè respondetur quęsito affirmatiuè. s. quod primus homo fuit creatus in gratia. probatur sic. Primus homo fuit factus in statu recto, in quo. s. ratio Deo, inferiores uires rationi, & animę corpus subdebatur, & prima subiectio erat ratio secundę, & secunda tertię. ergo fuit factus in subiectione inferiorum supernaturali. ergo in subiectione rationis supernaturali, quod est esse factum in gratia. Antecedens quo ad primam partem probatur authoritate Eccl. 7. quo ad secundam, authoritate August. Prima consequentia probatur, quia subiectio illa si fuisset naturalis, remansisset post peccatum, quia non abstulit naturam. Et confirmatur ex dęmonum naturalibus. Secunda uero consequentia probatur ratione, quia effectus non potest esse potior causa. Et confirmatur tota ratio authoritate Aug. dicentis inobedientiam inferiorum esse effectum desertionis diuinę gratię. Si enim negatio est causa negationis, affirmatio erit causa affirmationis. Et sic gratia subdens Deo rationem, erat ratio quare inferiora superioribus erant subdita, super quod tota ratio stat.

¶ Circa hunc locum aduerte, quod Scotus in 2. distin. 29. q. 1. quamuis teneat nobiscum quod ad subiectionem talem, exigebatur aliquando donum supernaturale, discordat tamen in hoc, quod illud donum supernaturale, non uult esse gratiam gratum facientem, seu charitatem, ut patet in responsione ad quartum. Nec ullam ad hoc rationem adducit, nisi quia non oportet donum illud esse principium meriti. Posset tamen pro eo adduci, quia iustitia originalis stare potest cum peccato mortali, gratia autem gratum faciens nequaquam. Assumptum probatur ex eo quod Eua post peccatum mortale adhuc erat in illo statu, vt patet ex eo, quod non erubescat, cum tamen esset nuda. Ad hoc breuiter dicitur, quod non est doctrina S. Th. ꝙ iustitia originaliter sit idem quod gratia, sed quod gratia gratum faciens, de qua est sermo, sit velut radix iustitiæ originalis. pro quanto subdit supremum hominis Deo, vt patet hic, & inferius q. 100. art. 1. ad secundum. Et propterea facti in iustitia originali, concluduntur etiam facti in gratia, quasi iustitia originalis fuerit quasi gratia quædam gratis data, fundata super gratia gratum facientę. Quomodo autem stetit cum peccato mortali, communis est difficultas, quia talis gratia concessa fuerat vsque ad peccatum exclusiue siue fuerit cum gratia gratum faciente, siue non. Et dicendum mihi videtur, quod per primum peccatum in mente, siue in opere, perdita gratia, perdita quoq; iustitia est originalis, non simpliciter, i. totaliter. sed quo ad aliquid. Simpliciter uero admenda reseruabatur peccato Adæ s̄m ordinē diuinæ prouidentiæ, ea rōne, vt donum naturæ a principio naturæ primo auferretur de quo principium naturæ inuestiuerat. Nec obstat, q̄a potuisset Adam post Euæ peccatum non peccare, quoniam præscientia casus in ratione ordinis fuit. Et hoc cōsonat proportioni dictæ submota. n. radice possunt aliquamdiu rami uiuere.

SVP. Q. XCV. ART. II.

Concl. 1. Omnes illæ passiones, quæ respiciunt malum in Adam non erant.

¶ Prob. Quia in statu innocentiæ nullum malum aderat, nec iminebat (ex Augustino).

¶ Concl. 2. Passiones, quæ respiciunt bonum non habitum, & nunc habendum, non erant in Adam.

¶ Prob. Quia nullum bonum aberat, ꝙ cuperet bona uoluntas pro tunc habendum (ex eodem)

¶ Concl. 3. Passiones boni præsentis (ut gaudium, amor), uel futuri suo tempore habendi (ut desiderium, spes non affligens,) fue-

477 veri. q. 26. art. 8. con. & ad 6.

ARTICVLVS II.

Vtrum in primo homine fuerint animæ passiones.

Ad secvndvm sic proceditur. Videtur quod in primo homine non fuerint animæ passiones. Secundum enim passiones animæ contingit, quod caro concupiscit aduersus spiritum. Sed hoc non erat in statu innocentiæ. ergo in statu innocentiæ non erant animæ passiones.

¶ 2 Præt. Anima Adæ erat nobilior quam corpus. Sed corpus Adæ fuit impassibile. Ergo nec in anima eius fuerunt passiones.

¶ 3 Præte. Per virtutem moralem comprimuntur animæ passiones. Sed in Adam fuit uirtus moralis perfecta. ergo totaliter passiones excludebantur ab eo.

Sed contra est, quod dicit Augustinus * 14. de Ciuit. Dei, quod erat in eis amor imperturbatus in Deum, & quædam aliæ animę passiones.

Respon. Dicendum, quod passiones animę sunt in appetitu sensuali, cuius obiectum est bonum & malum. Vnde omnium passionum animi, quędam ordinantur ad bonum, vt amor, & gaudium: quędam ad malum, vt timor, & dolor. Et quia in primo statu nullum malū aderat, nec imminebat, nec aliquod bonum aberat quod cuperet bona uoluntas pro tempore illo habendum, ut patet per Aug. * 14. de Ciuit. Dei, omnes illæ passiones quæ respiciunt malum in Adam non erant, ut timor, ut dolor, & huiusmodi. Similiter nec illę passiones, quę respiciunt bonum non habitum, & nunc habendum, vt cupiditas ęstuans. Illę uero passiones, quę possunt esse boni pręsentis, ut gaudium & amor, uel quę sunt futuri boni suo tempore habendi, ut desiderium & spes non affligens, fuerūt in statu innocentię, aliter tamen quam in nobis: nam in nobis appetitus sensualis, in quo sunt passiones, non totaliter subest rationi. Vnde passiones quandoq; sunt in nobis pręuenientes iudicium rationis, & impedientes: quandoque uero ex iudicio rationis consequentes, prout sensualis appetitus aliqualiter rationi obedit. In statu verò inno-

* Li. 14. c. 10. nō procul a prin. to. 5.

* lib. 14. de ciu. Dei c. 10. tom. 5.

fuerunt in statu innocentiæ: aliter tamen quam in nobis.

¶Prob. Quia nullum bonum aberat, quod cuperet bona voluntas: & bonum præsens, ac futurum suo tempore habendum, cupere potest bona voluntas (patet) Secunda autem pars. s. aliter &c. probatur. Quia in nobis quandoque passiones sunt præuenientes iudicium rationis, ac ipsum impedientes, & in statu illo non nisi iudicium rationis erant consequentes, ac ipsi totaliter obedientes, (patet ex modo appetitus sensualis nunc, atque tunc.)

innocentiæ, inferior appetitus erat rationi totaliter subiectus. Vnde non erant in eo passiones animæ, nisi ex rationis iudicio consequentes.

Ad primum ergo dicendū, quod caro concupiscit aduersus spiritū per hoc, quod passiones rationi repugnant. quod in statu innocentiæ non erat.

Ad secundum dicendum, quod corpus humanum in statu innocentiæ erat impassibile, quantum ad passiones, quæ remouent dispositionem naturalem, ut infra dicetur.* Et similiter anima fuit impassibilis, quantum ad passiones, quę impediunt rationem.

Ad tertium dicendū, quod perfecta uirtus moralis non totaliter tollit passiones, sed ordinat eas. Temperati enim est concupiscere sicut oportet, & quæ oportet, vt dicitur in * 3. Eth.

1m de maiori. Passiones. R. Vt rationi repugnantes: non, vt passiones naturales. §. Tūc &c. patet in litera.

2m de conclusione. Passiones. R. rationē impedientes, & dispositionē naturalem remouentes: non aliter. §. Tunc &c. Nam & corpus erat passibile passionibus perfectiuis. infra quæstio. 107. artic. 2.

3m de maiori. Comprimuntur. R. Per hoc, quod a uirtute illa morali ordinantur, non, per hoc quod totaliter ab ea tollantur. §. Tunc &cæt. vt patet. Ex litera scias: te esse tunc in passionibus ordinatum, quando secundum eas afficeris sicut oportet, & ad obiecta, quæ oportet: Et te esse inordinatum quando in uno illorum secundum passiones deficis: scilicet, vel in obiecti conuenientia, vel in modo ad illud tendendi.

Ordinatio in passionibus quādo.

APPENDIX.

Ex articulo habes primo: quō per rationem concordare ualeas dicta hæc, & similia. Videlicet. Legitur Gen. 2. de Adamo, factus est homo in animam uiuentem. Si in animā uiuētem, cum anima excelléter uiuens, i. intellectiua nō inueniatur in inferiorib. nisi coniuncta sensitiuis potentiis atq; iō passionibus: ergo insinuauit per hoc scriptura, quod in primo homine fuerunt animæ passiones. Ex alia parte passiones animæ dicuntur passiones peccatorum Rom. 7. cum essemus in carne passiones peccatorum, quæ per legem erant operabātur in mēbris nostris, ut fructificarent morti. Item passiones animæ dicuntur desideria carnis, quibus (.s. inordinate sumptis) caro concupiscit aduersus spiritū. Gal. 5. Passiones igitur animæ in statu innocentiæ habuit Adam per illam Gen. authoritatem: & non habuit eas per authoritates alias. Nam in statu innocentiæ non erant peccata, neque mors; neq; caro spiritui rebellis erat. Quomodo itaq; stent hæc scripturę dicta simul, ex articuli ratione monstrare licet, vt prædictum est. Secundo habes: quomodo per rationem huiusmodi scripturas, quatenus in Adam ponunt uel non ponunt animæ passiones, declares, probes, & in vero sēsu tuearis. Tertio vides quō ex his, similibusq;, vicissim Angelica doctrina psens cōsolidetur.

Vtilitas p Ecclesi S. Dei.

* q. 97. a. 2.

* li. 3. Eth. c. 11. ad fi. to. 5.

2

3

¶Not. Præsenti artic. seruit aliqualiter art. in ord. 412. 485.

AP-

Comm. Cardinalis Caietani.

Titulus clarus.

¶In corpore duo. Primò, respondet quæsito de ipsis passionibus. Secundò de modo earum.

¶Quo ad primum, vnica distinctio cum sub distinctione, & conclusionibus iuxta singula membra. Distinctio est, Passionum animæ, aliæ circa bonum, alię circa malum. Earum quæ circa bonum, aliæ circa bonum habitum, vel suo tempore habendum, alię circa bonum non habitum, & tamen tunc habendum. Probatur distinctio, quia passiones omnes sunt in appetitu habente pro obiecto bonum & malum. Iuxta primam distinctionem est conclusio negatiua. Passiones circa malum non erant in statu innocentię. Probatur authoritate Augustini quia tunc nullum aderat. Iuxta secundam duæ conclusiones, Prima. Passiones circa bonum non habitum, ut tamen nunc habendum non erant in illo statu. Probatur eadem authoritate, quia nullum bonū aberat quod cuperet bona voluntas. Secunda. Passiones circa bonum habitum. aut tempore suo habendum, erant ibi. Relinquitur per se nota, quia hæ sunt naturales, & nullū malū ponunt.

¶Quo ad secundum, ponitur talis distinctio. Passionum duplex est modus, per modum præuenientis & impedientis, & per modum consequentis, & obedientis. Probatur distinctio in nobis ex eo, quod appetitus sensitiuus non est totaliter subditus rationi, & quodammodo rationi obedit in nobis. Et iuxta hanc distinctionem ponitur una conclusio. Passiones in illo statu non erant ut præuenientes sed vt obedientes. Probatur, quia appetitus sensitiuus ibi totaliter erat rationi subditus.

¶Circa primam conclusionem aduerte, quod Scotus in secundo distin. 29. quæst. 1. dicit, quod, fortè non oportet illam conclusionem tenere, eo quia visus potuisset triste visibile, & auditus triste audibile offendere, & consequenter appetitus sensitiuus tristari de obiecto dissono, sicut de consono delectabili gaudet. Ad hoc breuiter dicitur, quod occurrentibus in proportionatis, aut tristibus sensibilibus, non fuisset fixa acies sensus in ea, ac per hoc, nulla subsecuta fuisset tristitia. Fuisset enim a tristitijs, & doloribus sicut a terroribus status ille præseruatus, ita quod sicut occurrentibus terribilibus non fuissent territi, ita oblatis tristibus non doluissent per auersionem, &c.

ARTICVLVS III.

Vtrum Adam habuerit omnes uirtutes.

478 2. d. 19. a. 3 & ad primū. Et in exp. lit. 3.

Ad tertium sic proceditur. Videtur, quòd Adam non habuerit omnes uirtutes. Quędam enim uirtutes ordinantur ad refrænandam immoderantiam passionum, sicut per temperantiam refrænatur immoderata concupiscentia & per fortitudinem immoderatus timor. Sed immoderantia passionum, non erat in statu innocentiæ. Ergo nec dictæ uirtutes.

¶2 Præterea. Quædam uirtutes sunt circa passiones respicientes malum, ut mansuetudo circa iras, & fortitudo circa timores. Sed tales passiones non erant in statu innocentiæ, ut dictum est.* Ergo nec huiusmodi uirtutes.

¶3 Præter. Pænitētia est quædam uirtus, respiciens peccatum prius commissum. Misericordia etiā est quædam uirtus respiciens miseriam. Sed in statu innocentiæ non erat peccatum, nec miseria. Ergo neque huiusmodi uirtutes.

¶4 Præterea. Perseuerantia est quædam uirtus. Sed hanc Adam non habuit, ut sequens peccatum ostendit. Ergo non habuit omnes uirtutes.

¶5 Præterea. Fides, quædam uirtus est. Sed hæc in statu innocentię non fuit: importat enim ænigmaticam cognitionem, quę perfectioni primi status repugnare uidetur.

Aeg. 2. f. d. 19. q. 1. art. 3. D. Bon. d. 29. q. 1. ar. 1. Dur. d. 19. q. 2.

SVP. Q. XCV. ART. III.

Concl. 1. Homo in statu innocentiæ aliqualiter habuit omnes uirtutes.

¶Prob. Quia homo in statu innocentię habuit rectitudinem talē, vt ratio totaliter subderetur Deo, inferiores uires rationi. Et uirtutes nil aliud sunt quam perfectiones, quibus ratio ordinatur ad Deū, atque

Virtutes quid sint.

atque inferiores uires, disponuntur secundum regulam rationis.

¶ Concl. 2. Virtutes, quę de sui ratione nullam imperfectionem important, in statu innocentiæ fuerunt & quantum ad habitum, & quantum ad actum.

¶ Prob. Quia huiusmodi uirtutes nullam de sui ratione imperfectionem important.

¶ Concl. 3. Fides, & spes esse poterant in primo statu & quâtum ad habitum, & quâtum ad actum.

¶ Prob. Quia imperfectio importata in ratione talium virtutû erat respectu eorum supernaturalium, quæ clare non uidentur, ea quę præsentialiter non tenentur, & huiusmodi imperfectio non repugnabat illi primo statui (cum status ille non se extenderet ad hoc, quod Deum per essentiam videret quæst. 104. articulo primo ac eum haberet cum fruitione finalis beatitudinis).

¶ Concl. 4. Virtutes quarum importata imperfectio repugnat perfectioni primi status (ut pœnitentia, Misericordia, dolor) erant in Adam secundum habitum, non secundum actum.

¶ Prob. Quia actus imperfectionis importatæ in huiusmodi uirtutibus repugnabat perfectioni primi status (cum huic repugnaret dolor culpa, miseria).

1^m de maiori.

Ordinantur. ℞. per accidens: non, per se. §. Tûc &c. Non enim exigitur, vt quod est de ratione alicuius virtutis per accidens, sit in habente illam virtutem, sed sufficit, quod in eo sit id, quod est de ratione per se. Vt intelligas. ly per se, & ly per accidens (loquendo in proposito uirtutum) vide literam.

2^m de minori.

Tales passiones. ℞. Id est passiones respicientes malum in eodem subiecto: non, respicientes malum in altero tâtum. §. Tunc &c. Primæ namque non erant ibi, nisi secundum habitum tantum, secundæ erant ibi etiam secundum actum, ut patet in litera. In qua etiam a ly unde, & uirtutes, quę circa tales passiones &c. usque in ad finem, sint tibi quædam declarationes.

Ter-

3^m de conclusione.

Huiusmodi uirtutes. ℞. secundum actum; non, secundum habitum. §. Tunc &c. ut patet ex conclusione quarta.

4^m de minori.

Hanc. ℞. Vt est circunstantia uirtutis: non, ut est uirtus, §. Tunc &cæt. Prima enim conclusio dixit, quod habuit omnes uirtutes. Et non dixit, ꝙ habuerit omnes circunstantias omnium uirtutum.

5^m minor.

Sed hæc &c. ℞. Falsa est illa minor. §. ut patet per concl. 3. Ad probationem. ex q. 94. ar. 1. tertium dicitur, quod illa enigmatica cognitio non repugnabat primo statui, ut patet ibi.

APPENDIX.

Ex articulo habes primo, quomodo per rationem euellas errorem Trinitariorû (supra art. 1.) dicentiû quod Adam in statu innocentiæ nunquam habuit, unde stare posset si enim Adam omnes uirtutes habuit, ut articulus dicit, utique habuit unde stare posset, ut patet. Non solû ergo articulus primus, sed etiam hic tertius, errorem hunc expugnat.

2 Secundo habes, quomodo per rationem ostendas, hunc meritò damnari a &c ut sup art. 1.

3 Tertio habes: quomodo per rationem monstres, Concilia & cætera (ut ibi) pro quanto ponunt saltem uirtualiter omnes uirtutes in Adam, recte sentire, eorumq; ueros sensus, & declarare & probare atque tueri ualeas. Dixi ly saltem uirtualiter, quia cum gratia trahat secum omnes uirtutes, ueluti mater suas filias (ut constat ex 1. 2 q. 65. ar. 3 & q. 110. art. 3. 4.) ponens gratiã in aliquo ponit per hoc in eo oẽs uirtutes ẽt ꝙ nihil aliud exprimat.

4 Quarto uides quô ex his uicissim Angelica doctrina consolidet & declaret.

Sed contra est, quod Augustinus* dicit in quadam Homil. Princeps vitiorum, vincit Adam de luto terræ ad imaginem Dei factum, pudicitia armatum, temperantia compositum, claritate splendidum.

*Aug. i cõcióe ad cathecumenos cõtra Iudeos, paganos, & Arriã. c. 3. cir. mediû, tom. 6.

Resp. Dicendum, quod homo in statu innocentiæ aliqualiter habuit omnes uirtutes. Et hoc ex dictis patet esse uerum. Dictû est enim supra,* quod talis erat rectitudo primi status, quod ratio erat Deo subiecta, inferiores autem uires rationi. Virtutes autem nihil aliud sunt, quam perfectiones quædam, quibus ratio ordinatur in Deum, & inferiores uires disponuntur secundum regulam rationis, vt magis patebit, cum de virtutibus agetur.* Vnde rectitudo primi status exigebat, ut homo aliqualiter, omnes uirtutes haberet.

*Ar. 1. huius q.

*12. q. 63. ar. 2.

Sed considerandum est, quod virtutum quædam sunt, quæ de sui ratione nullam imperfectioné important, ut charitas & iustitia. Et huiusmodi virtutes fuerunt in statu innocentiæ simpliciter, & quantum ad habitum, & quâtum ad actû. Quædam vero sunt, quæ de sui ratione imperfectionem important, uel ex parte actus, vel ex parte materiæ. Et si huiusmodi imperfectio non repugnat perfectioni primi status, nihilominus huiusmodi uirtutes poterant esse in primo statu, sicut fides, quæ est corû quæ non uidentur, & spes, quę est eorum quæ non habentur. Perfectio d enim primi status non se extendebat ad hoc, quod uideret Deum per essentiam, & ut habetur cum fruitione finalis beatitudinis. Vnde d fides & spes, esse poterant in primo statu, & quantum ad habitum, & quantum ad actû. Si uero imperfectio, quæ est de ratione virtutis alicuius, repugnat perfectioni primi status, poterat huiusmodi uirtus ibi esse secundû habitum, & non secundum actum vt patet de pœnitentia, quæ est dolor de peccato commisso, & de misericordia, quæ est dolor de miseria aliena. Perfectioni autem primi status repugnat tam dolor, quam culpa & miseria. Vnde huiusmodi uirtutes erant in primo homine secundum habitum, & non secundum actum: erat enim primus homo sic dispositus, ut si peccatum precessisset, doleret, & similiter si miseriam in alio uideret, & pro posse repelleret, sicut philosophus dicit in 4.* Eth. quod uerecundia quę est de turpi facto, contingit studioso, solum sub conditione. est enim sic dispositus, quod uerecundaretur si turpe aliquid committeret.

D. 68.

D. 73.

*li. 4. Eth. c. vlt. in fi to. 5.

Ad primum ergo dicendû, ꝙ accidit temperantiæ & fortitudini, quod superabundantiam passionum repellat, inquantum inuenit passiones superabundantes in subiecto. Sed per se conuenit huiusmodi uirtutibus, passiones moderari.

Ad secundum dicendum, ꝙ illæ passiones ad malum ordinatæ repugnant perfectioni primi status, quæ habent respectum ad malum in ipso qui afficitur passione, vt timor, & dolor. Sed passiones quæ respiciunt malum in altero, non repugnant perfectioni primi status. Poterat enim homo in primo statu habere odio malitiã Dęmonum, sicut & diligere bonitatẽ Dei. Vnde & uirtutes quæ circa tales passiones essent, possent esse in primo statu & quantum ad habitû & quantum ad actum. Quæ uero sunt circa passiones, respicientes malum in eodem subiecto, si circa huiusmodi solas passiones sunt, nõ poterant esse in primo statu secundum actum, sed solum secundum habitum, sicut de pœnitentia, & misericordia dictum est.* Sed sût quædam uirtutes, quæ nõ sunt circa has passiones solum, sed etiam circa alias, sicut temperantia, quæ non solum est circa tristitias, sed ẽt circa delectationes, & fortitudo, quæ non solum est circa timorem, sed etiam circa audaciam & spem. Vnde poterat esse in primo statu actus temperantiæ, secundum ꝙ est moderatiua delectationum, & similiter fortitudo, secundû ꝙ est moderatiua audacię, siue spei, non autem secundum ꝙ moderatur tristitiam & timorem.

*In cor. a.

Ad tertium patet solutio ex his, quæ dicta sunt.

Ad quartum dicendum, quod perseuerantia dupliciter sumitur. Vno modo, prout est quædam uirtus, & sic significat quendam habitum, quo quis eligit perseuerare in bono, & sic Adam perseuerantiam habuit. Alio modo, prout est circunstantia uirtutis, & sic significat cõtinuationem quandam uirtutis absque interruptione. & hoc modo Adam perseuerantiam non habuit.

Ad quintum patet responsio per ea, quæ dicta sunt.

*In cor. ar.

Comm.

Comm. Cardinalis Caietani.

Titulus clarus.

¶In corpore vna conclusio responsiua quæsito habēs duas partes. Homo in statu innocentiæ habuit aliqualiter omnes virtutes. Probatur primo, quod habuit omnes uirtutes. Secundo declaratur ly aliqualiter, quod est declarare modum habendi. Primum probatur ex rectitudine primi status sic. Ratio hominis erat subiecta Deo, & rationi inferiores vires. ergo in eo erāt omnes uirtutes. Antecedens patet, consequentia probatur, quia uirtutes nihil aliud sunt, quam perfectiones subdentes superiora Deo, & inferiora rōni. Secundum declaratur, distinguēdo virtutes in duplicem ordinē, s. earum quæ imperfectionem nullam continent, & hę fm habitum & actum inerant, & quæ imperfectionem important, & hæ duplices sunt, quia quarundā imperfectio illi statui non repugnabat, & hæ similiter inerant secundū habitum & actum, vt fides & spes: quarundam uerò illi statui repugnabat, vt pœnitentia & misericordia. Et hę secundum habitū non secundum actum erant, quia malum, & consequenter dolor & culpa non fuissent. Omnia clara sunt: & ex 4. Eth. de verecundo habitualiter, confirmantur.

Arg. 2. sēd. 24. q. 1. art. 4. Riccar. d. 24. q. 1.

SVP. Q. XCV. ART. IIII.

COncl. 1. Efficaciora fuissent hominis opera in statu innocentiæ, quam post peccatū, si attendatur quantitas meriti ex parte gratiæ.

479 [2. d. 29. a. 4]

¶Prob. Quia gratia tunc copiosior fuisset, nullo obstaculo in natura inuento.

¶Concl. 2. Similiter etiam fuissent efficaciora opera tunc, quam nunc, si consideretur absoluta quantitas operis.

¶Prob. Quia homo cum esset maioris uirtutis, maiora opera fecisset.

¶Concl. 3. Si consideretur quantitas proportionalis, maior inuenitur ratio meriti post peccatum, propter hominis imbecillitatem.

¶Prob. Quia opus paruum excedit magis potestatem imbecillis, qui cum difficultate operatur, quam opus magnum potestatem eius qui sine difficultate operatur.

1^m de maiori.

Quæ magis. R. Nō semper, ad plura. §. Datur enim gratia magis his, qui magis indigent illa sed non semper magis his, qui ad plura indigent ea. Alioquin semper magis daretur grauioribus peccatoribus, quam minoribus, cum ad plura indigeant grauiores, puta ad pluriū peccatorum remissionem, & ad infirmitatis sustentationem respectu plurium periculorū peccandi. Tunc &c. Falsa est. n. minor, s. quod nos indigeamus magis gratia, quam primus homo, licet indigeamus illa ad plura, quam primus homo secundū ꝙ declaratur in textu.

2^m de maiori.

Meritum. R. Accidentale: non substantiale. §. Tunc &c. ut patet in litera. Immo argumentū stat, ceu probatio eius, pro tertia conclusione. Ex textu pro semper bene nota, quod aliqd magnum reputatur facere bona, & prompta voluntas ob præparationem feruentē, quam habet, etiam ꝙ actu nō faciat illud. Vide ibi huius dicti rectam intelligentiam.

3^m de maiori.

Resistenda. R. sine gratia: non, cum gratia. §. Tunc &c. loquimur siquidem de Adā in gratia, & consequenter auctoritas illa, magistri non tangit propositum. Ex litera notabis, quod resistere tentationi est semper bonum: licetnō sit semper meritorium. Item ex eadem nota (quod homo primus, etiam sine gratia, poterat resistere tentationi. Ergo ex hoc magis error conuincitur. Trinitariorum dicentium, Adam nunquam habuisse unde stare posset si dicatur tunc stare, quando resistit tentationi, si autem & gratiam habuit iuxta prædicta ar. 1. utiq; facilius potuit

ARTICVLVS IIII.

Vtrum opera primi hominis fuerint minus efficacia ad merendum, quam opera nostra.

AD QVARTVM sic proceditur. Videtur, quod opera primi hominis fuerint minus efficacia ad merendum, quam opera nostra. Gratia enim ex Dei misericordia datur, quæ magis indigentibus subuenit magis. Sed nos indigemus magis gratia, quam primus homo in statu innocentiæ. Ergo copiosius infunditur nobis gratia: quæ cum sit radix meriti, opera nostra efficaciora ad merendum redduntur.

¶ 2 Præt. Ad meritum requiritur pugna quædam, & difficultas. Dicitur enim 2. ad Timo. 2. Non coronabitur, nisi qui legitimè certauerit. Et Philosophus dicit in 2. * Eth. ꝙ uirtus est circa difficile & bonum. Sed nunc est maior pugna & difficultas. Ergo & maior efficacia ad merendum.

[* li. 2. Eth. c. 3. ad fin. to. 5.]

¶ 3 Præterea. Magister dicit 24. dist. * 2. lib. Sen. quod homo non meruisset, tentationi resistendo. nunc autem meretur, qui tentationi resistit. Ergo efficaciora sunt opera nostra ad merendum, quam in primo statu.

[* Nō procul a prin. d. 24.]

SED CONTRA est, quia secundum hoc, homo esset melioris conditionis post peccatum.

RESPON. Dicendum, quod quantitas meriti ex duobus potest pensari. Vno modo, ex radice charitatis & gratiæ. Et talis quantitas meriti respondet præmio essentiali, quod consistit in Dei fruitione. Qui enim ex maiori charitate aliquid facit, perfectius Deo fruitur. Alio modo, pensari potest quantitas meriti ex quātitate operis. Quę quidem est duplex. s. absoluta, & proportionalis. Vidua enim quę misit duo æra minuta in gazophylatium, minus opus fecit quantitate absoluta, quam illi, qui magna munera posuerunt, Sed quantitate proportionali, uidua plus fecit secundum sentētiam Domini, quia magis eius facultatem superabat. Vtraque tamen quantitas meriti respondet præmio accidentali, qd est gaudium de bono creato. Sic igitur dicendum, quod efficaciora fuissent hominis opera ad merendum in statu innocentiæ, quā post peccatum, si attendatur quantitas meriti ex parte gratiæ, quę tunc copiosior fuisset, nullo obstaculo in natura humana inuento. Similiter etiam, si consideretur absoluta q̄titas operis: quia cum homo esset maioris virtutis, maiora opera fecisset. Sed si consideretur quantitas proportionalis, maior inuenitur ratio meriti post peccatum propter hominis imbecillitatem. Magis enim excedit paruum opus potestatem eius, qui cum difficultate operatur illud, quam opus magnū potestatem eius, qui sine difficultate operatur.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod homo post peccatum ad plura indiget gratia, quam ante peccatum, sed non magis, quia homo etiam ante peccatum d indigebat gratia ad uitā æternā consequendā quę est principalis necessitas gratiæ. Sed homo post peccatū super hoc indiget gratia, etiam ad peccati remissionem, & infirmitatis sustentationem.

AD SECVNDVM dicendum, quod difficultas & pugna pertinēt ad quantitatem meriti, secundum quantitatem operis proportionalē vt dictum est. * Et est signū promptitudinis voluntatis, quæ conatur ad id, quod est sibi difficile: promptitudo autem uoluntatis causatur ex magnitudine charitatis. Potest autem contingere, quod aliquis ita prompta voluntate faciat opus aliquod facile, sicut alius difficile, quia paratus esset facere, etiam quod sibi esset difficile. Difficultas tamen actualis, inquantum est pœnalis, habet etiam quod sit satisfactoria pro peccato.

[* In cor. a. D. 74.]

AD TERTIVM dicendum, quod resistere tentationi, primo homini non fuisset meritorium, secundum opinionem ponentium quod gratiam non haberet, sicut nec modo est meritorium non habenti gratiam. Sed in hoc est differentia, quia in primo statu nihil erat interius impellens ad malum, sicut modo est. Vnde magis tunc poterat homo resistere tentationi sine gratia, quam modo.

potuit resistere tentationi, quam si nunquam gratiam habuisset. Pro saniori captu literæ huius uidetur primam secundæ quæst. 109. ar. 8. per totum, ne per incuriam uerum præsentis textus sensum cum falso confundas.

APPENDIX.

Vtilitas Ecclef. S. Dei.

EX articulo habes primo: quo per rationem ostendas, scripturam sacram recte uirtualiter, tamquam ab opposito, dixisse quod opera hominis in statu ante peccatum fuissent magis meritoria, quam post peccatum. Dixit autem modo prædicto illud tūc, quando de operibus peccatorum loquens aiebat Sap. 3. Vacua est spes illorum, & labores sine fructu, & inutilia opera eorum. Quasi dicat. Ex peccatis nullus reportatur fructus, nulla utilitas, sed uacuitas quædam & nihilum. Item Eccl. 6. Non te extollas in cogitatione animæ tuæ, ne forte elidatur virtus tua per stultitiam, & folia tua comedat, & fructus tuos perdat, & relinquaris uelut lignum aridum in heremo. Quasi dicat. Ex peccato præsertim extollentiæ cordis, id est superbiæ eliditur virtus hominis, folia bona fructusque perduntur, stultitia causatur, & ariditas instar deserti relinquitur, & consequenter ex peccatis nullus reportat fructus, nulla utilitas, sed uacuitas quædam & nihilum. Item Rom. 6. quem fructum habuistis tunc in illis, in quibus nunc erubescitis? Nam stipendia, peccati, mors. Quasi dicat. Clarum est, quod uos ex peccatis uestris nullum reportastis fructum, immo confusionem magnam erubescere vos facientem, & mortem. Idem & hoc significare uoluit Isaia. 1. qui derelique runt dominum confundentur, confundentur ab Idolis (Idola sunt singula illa, quæ peccatores sibi, derelicto Deo uero statuūt pro ultimo fine, ut sunt illa, quibus peccatur mortaliter), quibus sacrificauerunt, & erubescetis super hortis quos elegeratis, cum fueritis uelut quercus defluentibus folijs, & uelut hortus absq; aqua. Et erit fortitudo uestra, ut fauilla stuppæ, & opus uestrum quasi scintilla, & succendetur utrumque simul, & non erit, qui extinguat. Hucusque Isaias, excepta parenthesi. Quasi (ultra id, quod supradictum est) per ultima uerba damnum ex peccatis ueniens concludendo dicat. Ex peccatis fortitudo peccantium operaque taliter comburuntur, idest citissime consumuntur atque radicitus, ut nullum remedium humanum pro extinguendo tali incendio sufficiat. Ecce, quanta ruina ex peccatis, quam ideo non sine causa, impietatem peccati, uocauit psal. 31. Tu, inquit, remisisti impietatem peccati mei. Hoc est. Ruina excitata a peccato meo tanta est, tantumq; attulit dāmū, ut nullus, nisi tu, his malis a peccato causatis succurrere possit, ita, ut a præcipitando semper in peius peccatorem ipsum desistant. Nunquid non & Lucas c. 7. hoc idem significauit, per hæc uerba, Accessit Iesus & tetigit loculum, hi autem, qui portabant, steterunt? Vtique. Nam mortuus peccatorem, mors peccatum, portatores mortui impietatem prædictam peccati, mystice repræsentabant. Vide 1. 2. q. 109. articulo 8. & notato in textu corpus peccati impietatē scilicet quod peccator in mortali existens non potest stare diu, quin in aliud mortale cadat. Quam impietatem & in eodē sensu, licet sub alijs uerbis, tetigerat, olim Psalmus 124. Declinantes autem in obligationes, ac si dixisset, quod peccatum primū cuiusque est obligatio quædam ad cadendum iterum in aliud id. obligat quasi, idest ferē constringit peccatorem ipsum ad malum, taliter, ut diu continere se non possit, ne denuo in aliud & plerumque in deterius cadat, nisi citò per dignam pœnitentiam illud primum diluatur. Peccatum ergo mox, ut factum fuerit, incipit crudeliter persequi, & continue persequitur, peccatorem ipsum, qui fecit illud, nec unquam a tali persecutione cessat, donec totaliter præcipitet eum, iuxta illud psalm. 50. Peccatum meum contra me est semper. En; quanta impietas peccati. Sed ad rem nostram. Cum igitur scriptura sacra nullam ex peccato, quantum est de natura peccati, utilitatem, immo damnum maximum prouenire testetur, patet, quod ipsa per antedicta uoluit fateri, quod homo post peccatum non est factus melioris conditionis quam prius, imo quod nec remansit conditionis æqualis. Consequenter ergo inferre uoluit, quod opera hominis in statu innocentiæ fuissent efficaciora ad merendum, quā opera post. Hoc autem, quomodo recte a scripturis fuisse dictum ostendere per rationem ualeas, habes ex articulo (ut in principio dictum est). Secundo habes: quomodo per rationem scripturas illas, pro quanto præmissum de merito operum hominis sensum concludunt, & declares, & probes, & pro ueritate defendas. Tertio uides, quomodo ex his, atque similibus articuli huius doctrina Angelica uicissim declaretur, atque confirmetur.

Quā maxima incommoda, minusq; maximas patiū tur continue peccatores a peccato suo.

Comm. Cardinalis Caietani.

TItulus clarus.

¶In corpore duo. Primò distinguit. Secundò iuxta singula distinctionis membra respondet.

¶Quo ad primum, Quantitas meriti ex duplici causa oritur, scilicet gratia, & quantitate operis. Et quia hęc est duplex, scilicet absoluta & proportionalis, fit triplex radix, gratia, quantitas operis absoluta, & quantitas proportionalis: patent in litera omnia.

¶Quo ad secundum, sunt tres conclusiones. Prima est, Opera primi hominis erant efficaciora ex parte gratiæ. Probatur: quia maior gratia, probatur, quia nullo obstaculo impedita. Secunda conclusio est. Opera primi hominis erant efficaciora ad meritū ex quantitate operis absoluta. Probatur, quia maiora opera fecisset: probatur, quia maioris virtutis erat. Tertia est. Opera primi hominis erant minus efficacia ex quantitate proportionali operum. Probatur, quia opera hæc parua magis excedunt potestatem nostram, quam illa magna potestatem illius, probatur, quia nos cum difficultate hęc, ille sine difficultate illa, & radix est, quia nos imbecilles, ille sanus, & robustus.

SVP. Q. XCVI.

ART. I.

COncl. 1. In statu innocentiæ ante inobedientiam nihil primo homini repugnabat, quod naturaliter deberet ei esse subiectum.

¶Prob. Quia inobedientia ad hominem eorum, quæ naturaliter debent ei esse subiecta, subsecuta est in pœnam eius, eo quod ipse fuit inobediens Deo.

¶Concl. 2. Naturalis est subiectio aliorum animalium ad hominem.

¶Prob. Quia imperfectiora sunt in vsum perfectorum (patet in pla-

QVAESTIO XCVI.

De dominio, quod homini in statu innocentiæ competebat, in quatuor articulos diuisa.

DEINDE considerandū est de dominio, quod competebat homini in statu innocentiæ.

ET CIRCA hoc quæruntur quatuor.

¶Primò, Vtrum homo in statu innocentiæ animalibus dominaretur.

¶Secundò, Vtrum dominaretur omni creaturæ.

¶Tertiò, Vtrum in statu innocētiæ omnes homines fuissent æquales.

¶Quartò, Vtrum homines hominibus dominarentur in illo statu.

ARTICVLVS PRIMVS.

Vtrum Adam in statu innocentiæ animalibus dominaretur.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur quod Adam in statu innocentię animalibus non dominabatur. Dicit enim Augustinus 9. super * Genesim ad literam, quod ministerio Angelorum animalia sunt adducta ad Adam ut eis nomina imponeret. Non autem fuisset ibi necessarium angelorum ministerium, si homo per seipsum animalibus dominabatur. Non ergo in statu innocentiæ habuit dominium homo super alia animalia.

480 2. d. 44. q. 1. art. 3. Et opusc. 10. li. 3. c. 9.

* c. 14 ante med. to. 3.

¶2 Præt. Ea quę adinuicem discordat, non recte sub uno dominio congregantur. Sed multa animalia naturaliter adinuicem discordant, sicut ouis, & lupus. Ergo omnia animalia sub hominis dominio non continebantur.

¶3 Præt. Hier. dicit, quod homini ante peccatum non indigenti,

plantis, animalibus, homine), & homo est q d perfectum, alia animalia sunt imperfecta. Quia diuina prouidentia inferiora semper p superiora gubernat, & homo est quid superius alia animalia quid inferius. Quia illud, quod est per participatione, subditur ei, quod est p essentiam seu vniuersaliter, & in homine est prudentia uniuersalis, in aliis animalibus, est per participationem.

¶ Not. Pro dictorũ & sequẽtiũ ẽt in ar. 2. ampliori notitia uide veritates aureas super totam legem ueterem, Gen. 1. concl. 21.

1^m de minori.

Dominaretur. R. Et posset facere omnes effectus circa illa. §. Tunc &c. Non enim de ratione domini alterius a Deo est, ꝙ possit facere omnes effectus in subditos, sed tantum effectus illos, ad quos sua potestas se extendit, ut patet.

2^m maior. Quæ adinuicem &c. R. Negatur ista propositio. §. Exẽplum pro negatione ꝙ iusta sit, uide in Dei ꝓuidentia. & etiam apud homines circa animalia domestica, vt in litera.

3^m ex Hieron.

Dominationẽ. R. quoad vsum necessitatis corporalis: non, quoad vsũ experimentalis cognitionis summendæ de naturis eorum §. Tunc &c. sufficit enim quod & animalium dominiũ & vsum aliquem dominij habuit ante peccatum, etiam quod omnẽ vsum dominij circa animalia non habuerit ꝓpter hoc, quod tali vsu non indigebat, ut in litera.

4^m de minori.

Ad habentem rationẽ. R. Vel quandam participationem rationis, secundum existimationẽ naturalem. §. Tunc &c. Nam alia animalia habent quandam participationem rationis &c. ut in litera. Hoc etiam dicit philosophus in proemio libri primi metaphysicæ.

genti, Deus animalium dominationem dedit. Præsciebat enim hominem adminiculo animalium adiuuandum fore post lapsum. Ergo ad minus vsus dominij super animalia, non competebat homini ante peccatum.

¶ 4 Præterea. Proprium domini esse uidetur præcipere. Sed præceptum non recte fertur, nisi ad habentem rationem. Ergo homo non habebat dominium super animalia irrationalia.

Sed contra est, quod dicitur Gen. 1. de homine, Præsit piscibus maris, & uolatilibus cæli, & bestiis terræ.

Resp. Dicendum, quod sicut supra dictum est, inobedientia ad hominem, eorum quæ ei debent esse subiecta, subsecuta est in pœnam eius, eo quod ipse fuit inobediens Deo. Et ideo in statu innocẽtiæ, ante inobedientiã prędictam, nihil ei repugnabat quod naturaliter deberet ei esse subiectũ. Omnia autem animalia sunt homini naturaliter subiecta: quod apparet ex tribus. Primò, ex ipso naturæ processu. Sicut enim in generatione rerum intelligitur quidam ordo, quo proceditur de imperfecto ad perfectum, nam materia est propter formam, & forma imperfectior propter perfectiorem, ita etiam est in vsu rerum naturaliũ. Nam imperfectiora cedunt in vsum perfectorum. Plantæ enim vtuntur terra ad sui nutrimentum, animalia vero plantis, & homines plantis & animalibus: unde naturaliter homo dominatur animalibus. Et propter hoc Philos. dicit in 1. * Polit. quod venatio sylueftriũ animalium est iusta & naturalis, quia per eam homo vendicat sibi quod est naturaliter suum. Secundò, apparet hoc ex ordine diuinæ prouidentiæ, quæ semper inferiora per superiora gubernat. Vnde cum homo sit supra cætera animalia, vtpote ad imaginem Dei factus, conuenienter eius gubernationi alia animalia subduntur. Tertiò, apparet idem ex proprietate hominis & aliorum animaliũ. In aliis enim animalibus inuenitur secundum æstimationem naturalem quædam participatio prudentiæ ad aliquos particulares actus, in homine autem vniuersalis prudentia, quæ est ratio omniũ agibilium. Omne autem quod est per participationem, subditur ei quod est per essentiam & uniuersaliter. Vnde patet, quod naturalis est subiectio aliorum animalium ad hominem.

* li. 1. Poli. ca. 5. to. 5.

Ad primum ergo dicendum, quod in subiectos multa potest facere superior potestas, quæ non potest facere inferior. Angelus autẽ est naturaliter superior homine. Vnde aliquis effectus poterat fieri circa animalia uirtute angelica, qui non poterat fieri potestate humana, s. quod statim omnia animalia congregarentur.

Ad secundum dicendum, ꝙ quidam dicunt, quod animalia, quę nunc sunt ferocia, & occidũt alia animalia, in statu illo fuissent mansueta, non solum circa hominem, sed etiam circa alia animalia sed hoc est omnino irrationabile. Non enim per peccatum hominis natura animalium est mutata, vt quibus nunc naturale est comedere aliorum animalium carnes, tũc vixissent de herbis, sicut leones & falcones. Nec gloss. Bedæ * dicit Genes. primo quod ligna & herbæ datæ sunt omnibus animalibus & auibus in cibum, sed quibusdam. Fuisset ergo naturalis discordia inter quædam animalia. Nec tamen propter hoc subtraherentur dominio hominis, sicut, nec nunc propter hoc subtrahuntur dominio Dei, cuius prouidentia hoc totum dispensatur. Et huius prouidentiæ homo executor fuisset, ut etiam nunc apparet in animalibus domesticis. Ministrantur enim falconibus domesticis per homines gallinæ in cibum.

* Beda in Gen. ca. 1. 3

Ad tertium dicendũ, quod homines in statu innocentiæ non indigebant animalibus ad necessitatem corporalem, neque ad tegumentum, quia nudi erant, & non erubescebant nullo instante inordinatæ concupiscentię motu, neque ad cibum, quia lignis paradisi uescebantur, neque ad uehiculum, propter corporis robur, indigebant tamen eis ad experimentalem cognitionem sumendam de naturis eorum. Quod significatum est per hoc, quod Deus ad eum animalia adduxit, ut eis nomina imponeret quę eorum naturas designant.

Ad quartum dicendum, quod omnia animalia habent quandam participationem prudentię, & rationis secundum æstimationem naturalem, ex qua contingit ꝙ grues sequuntur ducem, & apes obediunt regi. Et sic tũc omnia animalia per seipsa homini obediuissent, sicut nunc quædam domestica ei obediunt.

D. 1077.

APPENDIX.

Ex articulo habes primo, quomodo p rationem ostendas, recte Gene. 1. de homine fiendo dictum fuisse. Vt præsit piscibus maris, & uolatilibus cœli, & bestijs terræ, omnique reptili, quod mouetur in terra. Vbi dominium hominis super omnia animalia designatur. Item Eccl. 17. hoc idem designãdo dicitur, Deus creauit de terra hominem &c. posuit timorẽ illius super omnem carnem, & dominatus est bestiarum & uolatiliũ. Quin & per eandem rationem ostendere potes, Philosophum recte in prędicamentis dixisse. Nos sumus quodammodo domini omniũ. Secundo habes, quomodo per rationem præmissum scripturæ sensum & intelligas, & declares, & probes. Tertio uides: quomodo ex his, atque similibus uicissim Angelica consolidetur doctrina & declaretur.

Comm. Cardinalis Caietani.

Titulus clarus.

¶ In corpore vna conclusio responsiua quæsito affirmatiuè, Adam in statu innocentię dominabatur animalibus. Probatur Omnia naturaliter subiecta sunt homini. ergo in statu innocentiæ illi obediebant, quod est intentum. Consequentia probatur, quia ante inobedientiam Dei, nulla erat subditorum inobedientia, quia probatur, quia istorum inobedientia est effectus illius primæ inobedientiæ. Antecedens autem probatur tripliciter. Primò ex processu naturæ. Imperfectiora subsunt perfectius q d ditatiuè & virtualiter. Secundò, ex ordine diuinæ prouidentię, quia inferiora per superiora gubernat. Tertiò, ex proprietatibus vtriuſ-

vtriusque, quia quod est per partem tale, subest naturaliter ei, quod est vniuersaliter tale, animalia sunt prudentia secundum partem, id est, ad aliquid homo vniuersaliter. ergo.

¶ Circa hęc dicta occurrit dubitatiuncula, quoniam hic dicitur, quod dominium super animalia est naturale homini. hic etiam dicitur, quod perditum est tale dominium per peccatum: constat.n. naturalia non esse ablata per peccatum, quin ex hac ratione paulo superius probatum est, quod subiectio virium inferiorum rationi, non erat naturalis, quia non remansit post peccatum. Par autem est hic ratio.

¶ Ad hoc breuiter dicitur, quod distinguendū est inter subiectionem & obedientiam: subiectio enim & animalium homini, & virium inferiorum rationi, est naturalis, obedientia vero vtrorumque & si nihil erat super naturalis, gratia enim perficiebat naturam, & quod natura subiecerat, gratia obsequens reddebat. Sic igitur vtrobique obedientia perdita, quia supernaturalis ablata, subiectio naturalis remansit cum pugna, & ad vtrumque insinuandum in littera dicitur, quod id quod naturaliter est subiectum homini, tunc non repugnabat, vbi expresse ambo explicata sunt.

ARTICVLVS II.

Vtrum homo habuisset dominium super omnes alias creaturas.

AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur, quod homo non habuisset dominium super omnes alias creaturas. Angelus.n. naturaliter est maioris potestatis, quam homo. Sed sicut dicit Augustinus * tertio de Trinitate, materia corporalis non obediuisset ad nutum etiam sanctis Angelis. Ergo multo minus homini in statu innocentiæ.

¶ 2 Præt. In plantis non sunt de viribus animæ; nisi nutritiua, & augmentatiua, & generatiua. Hęc autem non sunt natæ obedire rationi, vt in vno & eodem homine apparet. Ergo cum dominium competat homini secundum rationem, videtur quod plantis homo in statu innocentię non dominaretur.

¶ 3 Præterea. Quicunque dominatur alicui rei, potest illam tē mutare. Sed homo non potuisset mutare cursum cęlestium corporum. Hoc enim solius Dei est, ut Dionysius dicit in episto. * ad Policar. Ergo non dominabatur eis.

SED CONTRA est, quod dicitur Genes. 1. de homine: Præsit vniuersæ creaturæ.

RESPON. Dicendum, quod in homine quodammodo sunt omnia. Et ideo secundum modū, quo dominatur his, quæ in seipso sunt, secundum hunc modum competit ei dominari aliis. Est aūt in homine quatuor considerare, s. rationem, secundum quā conuenit cum Angelis, vires sensitiuas, secundum quas cōuenit cum animalibus, vires naturales, secundū quas conuenit cum plantis, & ipsum corpus, secundum quod conuenit cum reb. inanimatis. Ratio aūt in homine habet locum dominantis, & non subiecti dominio: Vnde homo angelis non dominabatur in primo statu. Et quod dicitur omni creaturæ, intelligitur quę non est ad imaginem Dei. viribus autē sensitiuis, sicut irascibili & concupiscibili, quæ aliqualiter obediunt rationi, dominatur aīa imperando. vnde in statu innocentiæ animalib. aliis per imperium dominabatur. Virib. autem naturalibus & ipsi corpori homo dominabatur, non quidem imperando, sed utendo. Et sic etiam homo in statu innocentiæ dominabatur plantis & rebus inanimatis, non per imperium vel immutationem sed absque impedimento utendo eorum auxilio. Et per hoc patet responsio ad obiecta.

SVP. Q. XCVI. ART. II.

481 Locis sup. ar. 1. notatis.

CONCL. 1. Homo in primo statu Angelis non dominabatur.

¶ PROB. Quia homo dominatur alijs secundum modum, quo dominatur his, quę in seipso sunt (cum in homine sint quodammodo omnia), & ratio, secundum quam conuenit cum Angelis, in homine habet locum dominantis, non autem subiecti dominio.

¶ CONCL. 2. Homo tunc dominabatur per imperium animalibus alijs.

¶ PROB. Quia homo dominatur alijs, secundum modum, quo dominatur existentibus in seipso (cum sit quodam modo omnia); & irascibili ac concupiscibili, secundum quas conuenit cum animalibus, dominatur imperando (cū obediant aliqualiter rationi).

¶ CONCL. 3. Homo tunc plantis & inanimatis dominabatur non per imperium, vel immutationem; sed absque impedimento, vtendo eorum auxilio.

¶ PROB. Quia homo dominatur alijs secundum modum, quo dominatur existentibus in seipso (cum sit quodammodo omnia): & viribus naturalibus atque corpori, secundum quas conuenit cum plantis ac inanimatis dominatur non imperando, sed vtendo.

1^m ex Augustino. Non obediuisset. ℞. secundum quemcunque modum; non, secundum aliquem. §. puta motum, vt quæst. 110. articulo tertio. Tunc &c. Nec enim dicimus, quod homo dominetur alijs secundum quemcunque modum: sed secundum aliquem, vt patet in conclusionibus. Argumentum sic glossatum est pro conclusione, non contra, vt etiam de multis alijs (quamuis non semper annotetur) alibi contingit. Quædam nihilominus quandoque annotantur: vt studiosis aperiatur via ad inquirendum similia, etiam quando tacētur Hoc, & in varijs alijs materijs, regulis, tractatibus, notationibus & c. diligenter obseruādum est, ideoque aperiendi sunt oculi a studentibus ipsis, vt ex paucis addiscant atque sciant conijcere atque addere multa.

2^m de minori. Obedire rationi. ℞. Imperanti: non, vtenti. §. Nam ratio his vtitur. Tunc &cęt. vt patet ex conclusione tertia.

3^m Dominatur. ℞. quocunque modo vult: non, secundum modum determinatum ad hoc se non extendentem. §. Tunc &c. vt patet. Vide conclusiones omnes: quoniam his declaratur & quibus, & quo modo, rebus dominabatur homo.

*li. 3. ca. 8. circ. mediū & pręcipue, c. 3

*Nō procul a fin. epist.

APPENDIX.

Vtilitas Eccles. S. Dei.

EX articulo habes primo: quomodo per rationem ostendas, Gene. primo de homine fiendo recte dictum fuisse. Vt pręsit vniuersæ terrę. Nota, quod ly terræ, excludit Angelos ab illa præsidentia, qua homo constituitur ibi dominus. Item quomodo ostendas, recte de homine dictum Eccle. 17. Deus dedit illi potestatem eorum quæ sunt super terram. Item Sapien. x. Et illum, qui primus formatus est a Deo pater orbis terrarum, custodiuit. Vbi vides, quod Adam vocatur pater orbis terrarum, tanquam dominus legitimus, non tyrannicus. Dominus enim est etiam pater subditorū, inquantum secundum leges iustas atque ideo ex amore confectas eos regit atque gubernat: tyrannus autem non est pater subditorum suorum, sed iniusta nouerca. Secundo habes: quomodo per rationem huiusmodi scripturas, inquantum dicunt dominium hominis super creaturas, & in sensu sano intelligas, & declares, & probatas tuearis. Tertio uides: quomodo ex his, similibusque, vicissim Angelica doctrina præsens declaretur, atque confirmetur.

Comm. Cardinalis Caietani.

TItulus clarus.

¶ In corpore una conclusio trimembris. Homo non dominabatur Angelis, sed animalibus imperando, plantis uerò & inanimatis, utendo absque impedimento probatur. Omnia sunt quodammodo in homine, ergo dominium hominis respectu aliorum est iuxta dominium inuentum in ipso homine. ergo non dominabatur Angelis, sed animalibus imperando, & reliquis absque impedimendo utendo. Antecedens probatur; quia in homine sunt quatuor quibus cum omnibus communicat, ratio, sensus, vegetatio, & corpus. Prima consequentia est satis rationabilis, quoniam unicuique conuenit præesse, uel subesse secundum con-

conformitatem ad gradum suum. Et nota, quod non solum de domi nio, sed de modo dominii agitur in consequentia, ut manifeste explicatur in sequenti consequentia. Secunda uero consequentia quo ad primam partem primo probatur, quia ratio in homine est sub ratione dominantis, & nulli in eo seruientis. Deinde respondetur tacitæ obiectioni, quia s. Gen. 1. dicitur de homine, quod præsit omni creaturæ, glosat, nō ad imaginem Dei. Quo ad secundam partem, probatur, quia ratio præest uiribus sensitiuis per imperium. Quo ad tertiam uerò, quia ratio præest parti uegetatiuæ & corpori, non imperando, nec immutando, ut patet, sed utendo absque resistentia, habet enim dominium despoticum.

SVP. Q. XCVI. ART. III.

CONCL. 1. Necesse est dicere, aliquam disparitatem fuisse in primo statu, saltē quantum ad sexum.

¶PROB. Quia sine disparitate sexus generatio non fuisset.

¶CONCL. 2. Similiter quantum ad ætatem.

¶PROB. Quia alij ex alijs generarentur, & geniti alios generarent.

¶CONCL. 3. Quantum ad animam diuersitas, fuisset & secū dum iustitiam, & secundum scientiam.

¶PROB. Quia homo non operabatur ex necessitate, sed ex libero arbitrio, & liberum arbitrium habet, ut magis uel minus homo possit animum applicare ad hoc uolendum, faciendum, cogitandum.

¶CONCL. 4. ex parte corporis poterat esse multiplex etiam disparitas.

¶PROB. Quia corpus humanum nō erat totaliter exemptum a legibus naturæ, quin ex agentibus exterioribus aliquod auxilium, seu commodum, reportaret magis, uel minus, & ex exterioribus agentibus, puta dispositione diuersa aeris, diuerso stellarum situ, diuersis cibis, fit, ut aliqui sint robustiores, maiores, pulchriores, melius cōplexionati, quam alii, (patet).

1^m ex Grego. Pares. R. Parilitate iustitiæ pœnaliter coercentis: non aliter. §. Tunc &c. etsi enim dispares fuissent iustitię bonitate, ut tertia habet conclusio: tamen non iustitię pœnalitate, cum pœna locum ibi non haberet.

2^m de maiori. Dilectionis. R. Secundum quod æqualis: non, secundum quod præcise est dilectio. §. Sic enim similitudo sufficit ad causandam dilectionem, unde auctoritas dicit ly omne simile, non ly omne æquale. Tunc &c. Ad hoc. n. quod se inuicem in statu innocentiæ abundanter diligerent sufficeisset similitudo in reliquis, & æqualitas, in innocentia: nec requirebatur æqualitas in reliquis.

3^m de maiori. Cessante. Causa. R. Secundum omnem modum suum causandi: non, secundum aliquē uel aliquos modos tantum causandi. §. Tunc &c. Cessaret. n. tunc Deus secundum modum puniendi, i. non punisset, & natura secundum modum defectus inse considerari: non tamen secundum alios modos causandi, ut declarat litera.

ARTICVLVS III.

Vtrum homines in statu innocentiæ fuissent æquales.

AD TERTIVM sic proceditur. Videtur, quod homines in statu innocentiæ omnes fuissent ęquales. Dicit enim Gregor.* quod ubi non de linquimus, omnes pares sumus. Sed in statu innocentiæ non erat delictum. Ergo omnes erant pares.

¶ 2 Præt. Similitudo & æqualitas est rō mutuæ dilectionis, s̄m illud Eccle. 13. omne animal diligit sibi simile, sic & oīs homo proximum sibi. In illo autem statu inter homines abundat dilectio, quæ est uinculum pacis. Ergo omnes fuissent pares in statu innocentiæ.

¶ 3 Præter. Cessante causa, cessat effectus. Sed causa inęqualitatis inter homines uidetur nunc esse ex parte quidem Dei, quod quosdam pro meritis prǽmiat, quosdam uero punit, ex parte uerò naturæ, quia pp naturæ defectum, quidam nascuntur debiles & orbati, quidam autē fortes & perfecti: quę in primo statu fuissent.

SED CONTRA est, quod dr̄ Rom. 13. Quæ a Deo sunt, ordinata sunt. Ordo autē maximè uidetur in disparitate consistere. Dicit. n. Augu. * 19. de Ciu. Dei, Ordo est parium, dispariumque rerum sua cuique loca tribuens, dispositio. Ergo in primo statu, qui decentissimus fuisset disparitas inueniretur.

RESP. Dicēdum, quod necesse est dicere aliquam disparitatē in primo statu fuisse ad minus quantum ad sexum, quia sine diuersitate sexus, generatio nō fuisset. Similiter ē quantum ad ætatem. Sic. n. quidam ex aliis nascebantur nec illi qui miscebant, steriles erant. Sed & secundum aīam diuersitas fuisset, & quantum ad iustitiam, & quantum ad scientiā. Non enim ex necessitate homo operabatur, sed per liberum arb. ex quo rō habet, quod homo possit magis & minus animum applicare ad aliquid faciendum, uel uolendum, uel cognoscendum, unde quidam magis profecissent in iustitia & scientia, quam alii. Ex parte etiam corporis, poterat esse disparitas. Nō enim erat exemptū corpus humanum totaliter a legibus naturę, quin ex exterioribus agentibus, aliquod commodum aut auxiliū reciperet magis & minus, cum etiam & cibis, eorum uita sustentaretur. Et sic nihil prohibet dicere, quin s̄m diuersam dispositionem aeris & diuersum sitū stellarum, aliqui robustiores corpore generarentur, quam alii & maiores & pulchriores, & melius complexionati: ita tamen quod in illis, qui excederentur, nullus esset defectus siue peccatum, siue circa animam, siue circa corpus.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod Greg. per uerba illa intendit excludere disparitatem, quæ est secū dum differentiam iustitiæ & peccati, ex qua contingit quod aliqui pœnaliter sunt sub aliis coercendi.

AD SECVNDVM dicendum, quod æqualitas est causa quod dilectio mutua sit æqualis. sed tamē inter inæquales potest esse maior dilectio, quam inter æquales, licet nō æqualiter utrinque respondeat. Pater. n. plus diligit filium naturaliter, quā frater fratrem, licet filius non tantundem diligat patrem, sicut ab eo diligitur.

AD TERTIVM dicendum, quod causa disparitatis poterat esse ex parte Dei, non quidem ut puniret quosdam, & quosdam præmiaret, sed ut quosdam plus, quosdam minus sublimaret, ut pulchritudo ordinis magis in hominibus reluceret. Et etiam ex parte naturæ poterat disparitas causari secundum prædictum modum, absque aliquo defectu naturæ.

APPENDIX.

EX articulo habes primo, quomodo per rationem conuellas, errorem Almarici dicentis, si Adam & Eua in iustitia permansissent, nullam fuisse sexuū differentiam, sed æque ac Angelorum multiplicatio fuisset hominū. Secundo habes: qūo per rationē ostendans hunc esse merito damnatum extra de sum. Tri. & fi. cat. Dānamus. Ibi. n. sic ab Innocentio Papa dr̄. Reprobamus ē, & condemnamus peruersissimū dogma impij Almarici, cuius mentē sic pater mēdacij excæcauit, ut eius doctrina non tā hæretica quā insana sit censenda. Hæc ibi. Vbi nota s̄m contextum & dominū Franciscū Pegnam siue Peniā Scholiatorē Dir. Inquisit. 2. p. scho. 1. quod per ly dogma, intelligitur uniuersaliter quodcunq; eius dogma, uti & subiungit abiq; limitatione ly ut eī doctrina &c. Positio igitur andicta de sexuū indifferētiā, cum sit doctrina Almarici, ibi cō dēnata iure intelligitur. Ibi dānatum a scriptura Gen. 1. Masculū & fęminā creauit eos. Hic nāq; tanquam in principijs denotatur, quod disparitas quantum ad sexum fuisset in principiatis suis filiis in statu innocentiæ in quo principia ipsa tūc erāt. Tertio habes: quomodo per rationem ostendas, prędictum Concilium atque scripturam pro quanto sexuum differentiam in hominibus generandis in statu innocentię ponunt (pro tanto. n. & Almarici error solum adductus est, pro quanto ipsam negabat) & intelligas & declares & in uero sensu probando tuearis. Vide notationem utilissimam de similibus, sup. q. 57. ar. 2. circa finē appendicis insertam. Item damnatum a Veritatibus aureis super totam legem ueterē Genes. 1. concl. 23. Quarto habes; quomodo per rationem mōstres, Apostolorum meritoriè tualiter tanquam in radice dixisse, quod homines in statu innocentiæ geniti non fuissent æquales. Sic autem dixit hoc Rom. 13. Quæcunque a Deo sunt, ordinata sunt. Nam

Marginal notes: 482 Sup. q. 92. art. 1. 2. Et if. a. 4. cor. — * In sentē. habetur in pastorali. par. 2. c. 6. parū a pri. — * li. 19. c. 13 non multū a prin. t. 5. — Vtilitas Eccles. Dei. — 3 — 4

Nam in disparitate ordo consistit, cum secundum Augustinum 19. de Ciu. Dei c.13. ordo sit parium, dispariumque rerum, sua cuique loca tribuens, dispositio. Qui ergo dicit quæ sunt a Deo ordinata sunt, is radicaliter dicit, quod res ipsæ a Deo existentes sunt dispares. Quinto vides: quomodo ex his, ac similibus, vicissim doctrina præsens consolidetur, & declaretur.

5

Comm. Cardinalis Caietani.

Titulus clarus.

¶ In corpore duo. Primò respondet quo ad necessarium: secundò, quo ad possibile.

¶ Quo ad primum, conclusio responsiua quæsito affirmatiua de necessario. Necesse est aliquam disparitatem inter homines in statu innocentiæ fuisse. Et probatur quo ad duo, s. sexum, & ætatem. Sexum quidem, quia aliter generatio non fuisset: ætatem uero, quia semper priores, maiores filijs.

¶ Quo ad secundum tria dicit. Primo quod inæqualitas fuisset quo ad animam. Secundo quo ad corpus. Tertiò ostēdit, quō ista inæqualitas se habebat ad malum. Secundū animā inæqualitas ponitur possibilis, & quo ad intellectum ratione scientiæ, & quo ad voluntatem ratione iustitiæ, quia liberum erat applicare se magis & minus ad sciendū vel operandum. Secundum corpus vero, ponitur inæqualitas possibilis ratione melioris complexionis, pulchrioris, robustioris, &c. quia corpus humanum magis & minus participasset, vel talem cœli influxum, vel tales naturæ causas &c. omnia clara sunt. Demum nulla inæqualitas in his qui minus habebant esse poterat: quæ haberet rationem mali, defectus, aut peccati, siue spectātium ad animam, siue ad corpus, & per hoc omnis obiectio excluditur.

ARTICVLVS IIII.

Vtrum homo in statu innocentiæ homini dominabatur.

AD QVARTVM sic proceditur. Videtur, quod homo in statu innocentiæ homini non dominabatur. Dicit enim Augu.* 19. de Ciu. Dei, Hominem rationalem ad imaginem suam factum non uoluit Deus nisi irrationalibus dominari, non hominem homini, sed hominem pecori.

¶ 2 Præt. Illud quod est introductum in pœnam peccati, non fuisset in statu innocentiæ. Sed hominem subesse homini, introductū est in pœnam peccati: dictū est.n. mulieri post peccatum, Sub potestate uiri eris, ut dicitur Gen. 3. ergo in statu innocentiæ non erat homo homini subiectus.

¶ 3 Præter. Subiectio libertati opponitur. Sed libertas est unum de præcipuis bonis, quod in statu innocentiæ non defuisset, quando nihil aberat quod bona uoluntas cupere posset, ut Augusti. dicit * 14. de Ciuit. Dei. Ergo homo homini in statu innocētiæ non dominabatur.

SED CONTRA, Conditio hominum in statu innocentiæ, non erat dignior quam conditio angelorum. Sed inter angelos quidam alijs dominantur, vnde & vnus ordo dominationum uocatur. Ergo non, est contra dignitatem status innocentiæ, quod homo homini dominaretur.

RESPON. Dicendum, quod dominiū accipitur dupliciter. Vno modo, secundum quod opponitur seruituti. & sic dñs dicitur cui aliquis subditur, vt seruus. Alio modo accipitur dominium, secundum quod cōmuniter refertur ad subiectum qualitercunque. & sic etiam ille, qui habet officium gubernandi & dirigendi liberos, dominus dici potest. Primo ergo modo accepto dominio in statu innocentiæ homo homini non dominaretur, sed secundo modo accepto dñio, in statu innocentiæ homo homini dñari potuisset. Cuius ratio est: quia seruus in hoc differt à libero, quod liber est cā sui, ut dr in prin.* Meta. seruus aūt ordinatur ad aliū. Tunc ergo aliquis dñatur alicui ut seruo, quando eum cui dominatur ad propriam utilitatē sui, i. dominantis, refert. Et quia vnicuiq; est appetibile proprium bonū, & per cōsequens contristabile est unicuique, quod illud bonū quod deberet esse suum, cedat alteri tm̄, ideo tale dominium non potest esse sine pœna subiectorum. Propter quod, in statu innocentiæ non fuisset ad tale dominium hominis ad hominē. Tunc uero dominatur aliquis alteri ut libero, quādo dirigit ipsum ad proprium bonum eius, uel ad bonum cōe. Et tale dominium hominis ad hominem in statu innocentiæ fuisset pp duo. Primò, quia homo naturaliter est aīal sociale. Vnde homines in statu innocentiæ Socialiter uixissent. Socialis aūt uita multorum esse non posset, nisi aliquis præsideret qui ad bonum cōe intenderet. Multi.n. per se intendunt ad multa, unus uero ad vnum. Et ideo phi los. dicit in prin. Politic. Quandocunque multa ordinantur ad unū, semper, inuenitur unum ut principale & dirigens. Secundò, quia si vnus homo habuisset super alium supereminentiā sciæ & iustitiæ, inconueniens fuisset, nisi hoc exequeretur in utilitatem aliorum, secundum quod dicitur 1. Pet. 4. Vnusquisque gratiam quam accepit, in alterutrum illā administrantes. Vnde Augu. dicit 19.* de Ciu. Dei, quod iusti nō dominandi cupiditate imperant, sed officio consulendi, hoc naturalis ordo præscribit, ita Deus hominē condidit. Et per hoc patet responsio ad omnia obiecta, quæ procedunt de primo modo dominij.

*li. 1. met. nō longe a prin. to. 3.

*lib. 19. de Ciu. Dei, c. 14. in fi. to. 5.

SVP. Q. XCVI. ART. IIII.

CONCL. Homo tunc homini nō dñabatur dominio, cui rñdet seruitus, sed dominio, cui rñdet subiectio.

¶ PROB. Quia tunc dominatur quis alicui vt seruo, quando vtitur eo ad utilitatem tantū sui dominantis, i. quando bonum, quod déret esse subditi, dominans facit cedere in proprium commodum (cū seruus ordinetur ad alium), & tale dominium habet rationem pœnæ (cū sit contristabile cuique amittere suum bonum) quæ repugnat statui primo. Secunda aūt pars .s. sed dominio &c. probatur. Quia tunc dominatur quis alicui vt subdito libero, quando dirigit ipsum ad propriū bonum eius qui dirigitur, cum liber sit causa sui, ac ad bonum commune, & talis directio subditi conuenit statui innocentiæ (propter duo. s. vt in litera.)

¶ COR. Ergo seruire Deo est summa libertas. Nam Deus dominatur homini, vt libero dirigens. s. hominem ad bonum hominis, & ad bonum cōe. Ergo rectè dixit Apostolus contra inscios: Vbi spiritus dñi ibi libertas. 2. Cor. 3. Ergo, qn̄ promittit Deus i scripturis se fore dñm uel Deū aliquorū, tunc promittit per hoc eis summam libertatē. Vt est illud Apoc. 21. & ipsi populus eius erūt, & ipse Deus cum eis, erit eorum Deus. Itē Exo. 3. Dominus Deus Hebræorum. Itē ibi, Ego sum Deus Abraham, Deus Isaac, Deus Iacob. Itē Daniel. 9. Nō erit populus eius, qui eum negaturus est loquitur de Deo humanato, quem Iudæorū populus pro suo domino negauit corā Pilato. Quasi diceret Daniel. Iudæi libertatem summā, qua Deo seruientes fruebātur, ob negationem Regis Messiæ, amittent. Ergo esse populum Dei, est summa fœlicitas.

487 22. q. 164. ar. 2. cor. & ad pri. 36. 2. di. 44. q. 1. ar. 3. Et op. 20. li. 2 c. 9. uol. 1. & li. 3. c. 9. fi. & c. 11. fi.

* c. 15. non longe a prin. to. 5.

* c. 10. to. 5

1^m ex August.

Dominari. R. Per modū quo alicui quis dominatur ut seruo: non, per modum quo dominatur ut libero. §. Tūc &c. ut per conclusionē patet. Et nota ex corpore circa calcem, quod dominari alteri homini secundo mō, vt exprimitur in probatione secūdæ partis conclusionis est a Deo naturæ nīæ insertum, vocaturq; ordo naturalis, remota cupiditate dominādi. Vnde fit, vt sit inconueniēs quod aliquis gratia, quā accepit a Deo, in aliorum commodū non administret. V.g. Habet qs supereminentiā uel sciētiæ uel iustitiæ vel &c. Ille parum secundum, immo præter, cōscientiam agit, nisi hoc in cæterorū utilitatē exequatur.

Notandū.

2^m de minori.

Subesse. R. Per modū serui: non, per modum liberi. §. Tūc &c. ut ex cōclusione patet. Et nota, quod sicut (unde ad primū) naturalis ordo requirit, ut qs doctus vel alias supereminens aliquo dono cōicet veldoctrinā uel donū aliud alteri, ita ēt reqrit, ut alter indoctus, uel alias minor adocto illo vel alias supeminēte libēter doctrinā, consiliū, aliudue auxiliū tanq̄ inferior requirat, & incipiat & de suscepto ei grās agat.

Ordo naturalis.

3^m de maiori.

Subiectio. R. per modū serui,

seruil, i. coacta, non per modum liberi, i. voluntaria. §. Tunc &c. vt patet ex conclusione.

¶NOTA. Pro semper hoc responsum memorare contra hæreticos millies hoc argumento ad nauseam vsque nobis inculcantes, similesque diaboli tentationes ex superbia prouenientes vt suam inobedientiam ad Sanctam Romanam Ecclesiam, aliosque superiores subordinatos prætextu Christianæ libertatis excusent, ac nos ad eandem inobedientiam pertrahant. Ecce subiectio voluntaria in statu liberrimo, id est innocentiæ. Non subijci ergo voluntarie; quibus homines secundum Deum tenentur constituit eos in statu libertati opposito, in statu peccati, in statu miseriæ, sicut e contra subijci voluntarie quibus secundum Deum tenemur, nos in statu libertatis, in statu iustitiæ, in statu fœlici constituit. Hæc est libertas, qua Christus nos liberauit, Galat. quarto. Hæc est, de qua dicitur Galat. quinto fratres in libertatem vocati estis, tantum ne libertatem in occasionem detis carnis, sed per charitatem spiritus seruire inuicem. Hæc est, de qua, princeps Apostolorum, Petrus postquam ad obedientiam prælatorum nos abunde inuitauerat, ait. Quasi liberi, & non quasi velamen habentes malitiæ libertatem: sed sicut serui Dei. 1. Petr. secundo. Ac si dicat. Est quædam libertas, quæ non est vere libertas, sed est velamen malitiæ sub nomine libertatis (Quid contra libertatem vanissimam hæreticorum clarius, & magis appositè?); iterumque est alia libertas, quæ est vera, in quam scilicet vos vocati estis, & est propria seruorum Dei, quæ consistit (ut audistis ex ipso meo contextu) in esse subiectum omni humanæ creaturæ propter Deum, siue Regi, siue ducibus, siue alijs dominis vestris, ac Prælatis, non tantum bonis, & modestis, sed etiam discolis. Quando igitur argumentum dicta pro maxima propositione quod subiectio libertati opponitur in æquiuoco laborat, & per talem æquiuocationem, tanquam in ea insidias parans, vult decipere incautos. Nomen ergo subiectionis, & libertatis in duplicem subiectionem & libertatem e scripturis edoctus cum Sancto Doctore seca, vt obmutescere facias imprudentium, hominum ignorantiam, quia sic est voluntas Dei, eodem Petro ibi testante. Pro ampliori captu doctrinæ articuli huius de libertate errorumque contrariorum damnatione, vide Veritates aureas super totam legem veterem, Genes. tertio concl. secunda, & numero quarto conclusion. tertia, & compend. Albert. Magn. libr. 5. capitulo 2. scholia.

APPENDIX.

EX articulo habes primo: quomodo per rationem aptissimè damnatam eludas uitam Sarrabaitarum qui in libertatis spiritu viuunt sub habitu monachorum sub prætextu libertatis, hi tanta facinora committunt, ut B. Augustinus (teste Prædolo) uitam eorum tanquam execrandam interdicat Christianis. Ex articulo igitur hoc tali ratione euinces. Si maioribus subijci, ab maiorib. subijci, ab eisq; secundum Deum gubernari, non erat contra statum, immo statui quadrabat innocentiæ, utiq; nolle subijci maioribus, eisque secundum Deum gubernari statum dicit noxium peccati, & miseriæ. Quid huic rationi porrò inferorum respondebunt? Muta profecto fient labia dolosa, & impij in tenebris conticescent. Secundo habes: quomodo per rationem ostendas, prædictam libertatem falsam merito damnatam intelligi & esse a sacris literis, dum ad oppositum eius feruentissime nos commonendo inducunt dicentes Eccl. sexto. Fili a iuuentute tua excipe doctrinam, & vsque ad canos inuenies sapientiam. In opere ipsius exiguum laborabis, & cito edes de generationibus illius. Quam aspera est nimium sapientia indoctis hominibus, & non permanebit in ea excors. Audi fili mi, & accipe consilium intellectus & ne abijcias consilium meum. Inijce pedem tuum in compedes illius, & in torques illius collum tuum: subijce humerum tuum, & porta illam, & ne acidieris in uinculis eius. In nouissimis enim inuenies requiem in ea, & conuertetur tibi in oblectationem. Et erunt tibi compedes eius in protectionem fortitudinis, & bases uirtutis, & torques illius in stolam gloriæ. Decor enim uitæ est in illa, & uincula illius alligatura salutis. Hæc ibi. Vincula ergo sapientię, idest Dei, sunt alligatura salutis; compedes eius fortitudo uirtutis: torques illius stola gloriæ. Ergo, ab oppositis, libertas illa falsa (Hæc est libertas ab his uinculis, compedibus, torque) est alligatura mortis, est eneruatio uirtutis, est indumentum ignominię. Nam libertas uera est: ad quam nos ibi hortabatur ecclesiasticus. Item damnatam a Concilio Senonensi, in eius præfatione, sic. Qua in re liquido ostendit, quam ignarus, quamque in diuinis scripturis parum esset exercitatus. Intelligere siquidem debuerat ex apertissimis Sacræ Scripturæ documentis, quod uera libertas Christianorum, qua fideles Christus liberauit, non libertas est carnis, sed spiritus, per quam mortificatur caro cum suis concupiscentijs, spiritus autem uiuificatur. Aduersatur enim prorsus libertati spiritus libertas carnis, ut præclare sub typo Isaac & Ismael Saræ, & Agar, ad Galatas Apostolus deducit. Hæc ibi. Ex concilio igitur patet, quod ignari admodum sunt scripturarum sanctarum, illi qui nomine libertatis Christianæ utuntur in relaxando habenas carni, uel (ut breuiter dicam) in uiuendo pro suo libito. Loquitur ibi concilium contra Arrium, qui ieiunia ab Ecclesia indicta nolebat seruari, nec Sacris Ecclesiæ legibus obtemperari, ne legi uiderentur fideles obnoxii, & per consequens in seruitutem redigi Christiano populo minus conuenientem. Vnde contra illum ait; Qua in reliquido ostendit, quam ignarus &cæt. Item damnatur a &c. ut in notatione post ad tertium. Item damn. a facto Dei Genes. secundo. Postquam enim animam libertate præditam in Adami corpus inspirauit mox iam in Paradisum translato præcepit. Ex ligno scientiæ boni, & mali ne comedas. Nunquid non liber est Adam? Nunquid non sua libertas a Deo? Vtique. Cur ergo eum ligat præcepto, & quidem sub pœna mortis? En tentatio prima diaboli ad Euam. Genesis tertio. Cur præcepit vobis Deus &cæt. idest cur uestram libertatem ligauit? A quo sane diabolo homines nequam, tanquam a suo patre, tentationem hanc mutuant, ut e paradiso cœlesti Christianos excludant, quemadmodum sic diabolus primos parentes e terrestri simul excluserat. Non ergo nouum quid nobis afferunt Aerius Lutherus, Sarrabaitæ, ac similes, sed quod in antiqui serpentis officina uiderunt, hoc instaurare conantur. Ad rem demum secundi Genes. eos. Dat præceptum Deus Adamo, quem iam iam fecerat liberum, ut facto isto aptissime demonstret, salubria præcepta non esse contra libertatem hominibus a Deo datam, immo etiam libertatē ideo hominibus datam, ut libero animo præceptis sibi a Deo impositis obediant, & sic operando paradisum sibi custodiant. Tertio uides: quomodo ex his uicissim Angelica doctrina præsens declaretur atque confirmetur.

Hic libi... Deus... (margin)

Vilitas Eccles. S. Dei.

Comm. Cardinalis Caietani.

TItulus clarus.

¶In corpore tria. Primò, proponuntur conclusiones responsiuæ. Secundò, probatur negatiua. Tertio, affirmatiua.

¶Quo ad primum duo: distinctio bimembris & conclusiones iuxta singula membra. Distinctio est. Dominium duplex, vt distinguitur contra seruitutem, & vt contra subiectionem qualitercunque. Prima conclusio. Dominium primo modo non erat in statu innocentiæ. Secunda conclusio, Dominium secundum, erat in illo statu:

¶Quo ad secundum, probatur prima conclusio negatiua, scilicet Dominium primum importat ordinationem subditi ad bonum domini. ergo tristitiam subditi. ergo pœnam. ergo non fuisset tunc. Antecedens probatur ex differentia inter seruum & liberum primò Metaph. quia, scilicet liberum est propter se, seruus propter aliud, idest dominum. Prima consequentia probatur, quia tristabile est vnicuique proprium bonum propter alterum tantum oportere agere. Probatur, quia naturaliter amatur ad oppositum, scilicet propter seipsum. Secunda consequentia est per se no. & similiter tertia.

¶Quo ad tertium, probatur conclusio affirmatiua, & duo sunt. Primò, describitur natura talis dominij & dicitur quod est ordinatiuum subditi ad ipsius subditi vel commune bonum, quia est ad liberos, quæ sunt propter se. Secundo probatur dupliciter primo. Homo erat animal sociale; ergo opus erat vno dirigente, & intendente commune bonum. Antecedens patet, consequentia probatur dupliciter, primò quia multa, multa per se intendunt, & vnum, vnum; secundo authoritate Aristotelis. Secundo probatur conclusio, ex disparitate hominum. Aliqui præstassent scientia & iustitia. ergo gubernassent alios. Probatur consequentia, authoritate Petri Apostoli. & Augustini &cæt.

S.Bona. 2.5.d.19.q.1.ar. 1.2.
Scot. 2.5.d.19.q.2.
Riccar.2.5.d.19.q.1.
Alb.Mag.1.2.d.19.ar.1.

QVAESTIO XCVII.

De his, quæ pertinent ad statum primi hominis quantum ad indiuidui conseruationem, in quatuor articulos diuisa.

DEinde considerandum est de his, quæ pertinent ad statum primi hominis secundum corpus.

Et primò, quantum ad conseruationem indiuidui. Secundò, quantum ad cõseruationé speciei.

CIRCA primum, quæruntur quatuor.

¶ Primò, Vtrum homo in statu innocentiæ esset immortalis.

¶ Secundò, Vtrum esset impassibilis.

¶ Tertiò, vtrum indigeret cibis.

¶ Quartò, vtrum per lignum uitæ, immortalitatem consequeretur.

ARTICVLVS I.

Vtrum homo in statu innocentiæ esset immortalis.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur, quod homo in statu innocentiæ, non erat immortalis. Mortale enim ponitur in diffinitione hominis. Sed remota diffinitione [illegible] aufertur diffinitum, ergo si homo erat, non poterat esse immortalis.

¶ 2 Præt. Corruptibile & incorruptibile genere differunt, vt dicitur in 10. Meta.* Sed eorum quę differunt genere, non est transmutatio inuicē. Si ergo primus homo fuit incorruptibilis, non posset homo in statu isto esse corruptibilis.

¶ 3 Præt. Si homo in statu innocētiæ fuit imortalis, aut hoc habuit per naturam, aut per gratiam. Sed non per naturam, quia cū natura eadem maneat secundum specié, nunc quoque esset immortalis. Similiter nec per gratiam: quia primus homo gratiam per pœnitentiam recuperauit, secundum illud Sap. 10. Eduxit illum a delicto suo. Ergo immortalitatem recuperasset, quod patet esse falsum. Non ergo homo erat immortalis in statu innocentiæ.

¶ 4 Præt. Immortalitas promittitur homini in præmium, secundū illud Apocal. 21. Mors ultra non erit. Sed homo non fuit conditus in statu prēmii, sed ut prēmium mereretur. Ergo homo in statu innocentiæ non fuit immortalis.

SED CONTRA est, quod dicitur ad Rom. 5. quod per peccatum intrauit mors in mundum. Ergo ante peccatum homo erat immortalis.

RESPON. Dicendum, quod aliquid potest dici incorruptibile tripliciter. Vno modo ex parte materiæ eo, s. quod, vel non habet materiam, sicut Angelus, vel habet materiam, quæ non est in potentia nisi ad unam formam, sicut corpus cœleste, & hoc dicitur secundum naturam incorruptibile. Alio modo dicitur aliquid incorruptibile ex parte formæ, quia. s. rei corruptibili per naturam inhæret aliqua dispositio, per quam totaliter a corruptione prohibetur, & hoc dicitur incorruptibile secundum gloriam: quia ut dicit Augustin. In episto.* ad Dioscorum, Tam potēti natura Deus fecit animam ut ex eius beatitudine redundet in corpus plenitudo sanitatis, & incorruptionis uigor. Tertio modo dicitur aliquid incorruptibile ex parte causæ efficientis. Et hoc modo, homo in statu innocentiæ fuisset incorruptibilis, & immortalis. Quia (vt Augu. dicit in lib. de Qu.* no. & uet. testa.) Deus enim hominem fecit, qui quamdiu nō peccaret, immortalitate uigeret, ut ipse sibi author esset aut ad uitam, aut ad mortem. Non enim corpus eius erat indissolubile per aliqué immortalitatis uigorem in eo existentem, sed inerat animę uis quædam supernaturaliter diuinitus data, per quam poterat corpus ab omni corruptione præseruare, quandiu ipsa Deo subiecta mansisset. quod rationabiliter factum est, quia enim anima rationalis excedit proportionem corporalis materiæ, ut supra dictum est,* conueniens fuit, ut in principio ei uirtus daretur, per quam corpus conseruare posset supra naturam corporalis materiæ.

AD PRIMVM ergo, & SECVNDVM dicendum, quod rationes illæ procedunt de incorruptibili & immortali per naturam.

AD TERTIVM dicēdum, quod uis illa præseruandi corpus a corruptione, non erat animæ humanæ naturalis, sed per donum gratiæ. Et quamuis gratiam recuperauerit ad remissionem culpę, & meritum gloriæ, non tamen ad amissæ immortalitatis effectum, hoc. n. reseruabatur Christo, per quem naturæ defectus in melius reparandus erat, ut infra dicetur.*

AD QVARTVM dicendum, quod differt immortalitas gloriç, quæ promittitur in præmium, ab immortalitate quæ fuit homini collata in statu innocentiæ.

* Text. 26. tom. 3.
* Est epist. 56. aliquātulū ante med. illius to. 2.
* Hic li. habetur t. 4. & incipit, Quid sit Deus. quæ. 19. in prin.
* q. 76. ar. 1.
* p. q. 1. a. 2.

SVP. Q. XCVI.

ART. 1.

COncl. parte causæ efficientis homo in statu innocentię erat immortalis.

¶ Prob. Quia inerat animæ uis quædam diuinitus supernaturaliter donata, per quā uim poterat corpus ab omni corruptione præseruare, quādiu ipsa anima Deo subiecta uoluntarie, mansisset (hoc esse rationabiliter factum patet ex conuenientia excessus animæ humanæ supra proportionem materiæ.)

¶ Cor. Ergo illa immortalitas neque erat naturalis (Cum homo primus haberet materiam de se corruptibilem). neque fuit gloriosa) cum non esset indissolubile corpus eius per aliquem immortalitatis vigorem, ut dispositionem quandam, in eo existentem); sed quasi medio se habens.

4 q 4 2.d.19.q 2 articu.4. & Mal.q.5.a.5. cor.

1^m de maiori.

Mortale. R. Per naturā: non aliter. §. Tunc &c. Neq; enim primus homo etiam ante peccatum desiit esse mortalis per naturam, licet aliunde esset ante peccatum immortalis (ut patet ex probatione cōclusionis, corrolario, & ex ad tertium.)

2^m de maiori.

Incorruptibile. Corruptibile. R. Per naturā: non aliter. §. Tunc &c. licet enim si homo fuisset incorruptibilis per naturā, non fuisset post corruptibilis, ab incorruptibilitate tamen aliunde causata potuit transmutari, sublata. n. re, unde immortalitas illa causabatur, corruptibilitas sequuta est: (ut sub exemplo dicamus, sublata columna saxum in alto sustentante, cadit saxum).

3^m conclusio.

Ergo immortalitatem recuperasset. R. si recuperasset gratiam ad amissæ immortalitatis effectum. §. Tunc &c. Nam gratia: non recuperauit Adam ad prædictum effectum: sed ad remissionem personalis culpæ, & consequutionem glorię. Ex litera ergo uidetur, quod gratia illa, quæ dicitur iustitia originalis, qua mediante immortalis præseruabatur Adam, vel fuerit realiter idē, cum gratia iustificante, differens tamen ab ea secundum quandā ampliorem extensionem. Vel, si non idem, fuerit saltem radix iustitiæ originalis pro quanto subdit supremum hominis Deo. Vnde licet ualeat ista consequentia, hic habet iustitiam originalem, ergo habet gratiam gratificantem vide q. 95. art. 1. & ibi Caietanum: non tamen valet hæc, iste habet gratiam iustificantem, ergo habet iustitiā originalem. Et hoc uel quia gratia gratificans, est quid aliud a iustitia originali, uel quia gratia gratificans, ut gratia talis, non extenditur ad causandum effectū immortalitatis corporalis, & nullius rebellionis carnis ad spiritum, ad quos tamē effectus duos causandos iustitia originalis, ut iustitia talis, extenditur. Differūt ergo uel secundum se, tanquam res a re, uel secundum effectus, tanquam res eadem uno modo considerata includens plures effectus quā alio modo. Quoad illam secundam differentiam (si tibi placet) sumere potes exemplū de intellectu speculatiuo, & practico: qui non sunt duę reales potētiæ a sese differentes, sed una tātum a seipsa formaliter seu ratione differens. Vide q. 79. ar. 11. & bene applica proportionaliter.

4^m de maiori.

Immortalitas. R. Gloriæ: non. innocentiæ tātum. §. Tunc &c. Nam mortalitas tantum innocentiæ differt ab immortalitate gloriæ, ut patuit in textu cor. Homo. n. erat immortalis tunc effectiue, non autem formaliter. i. ex parte formæ (ut ibidem).

APPENDIX.

Ex articulo habes primo: quomodo per rationē intérimas hæresim Pelagij dicentis, q̃ Adam, etiam si non peccasset, nihilominus mortuus fuisset: & (sub alijs verbis) quod Adam nō ex culpæ demerito, sed conditione naturæ, mortuus est. Secūdo habes: quomodo per rationem ostendas, hanc rectè damnari a scripturis Sap. 2. Deus creauit hominem inexterminabilem, inuidia autem diaboli mors introiuit in orbem terrarum. Hoc est. Ratione peccati, quod homo alias inexterminabilis fecit ad suasionem diaboli ex inuidia procedentem, mors corporalis introiuit & in hominem illum primum & in omnes alios. Item Gene. 2. In quacunq; die comederis ex eo morte morieris. licet. n. ibi loquatur princi paliter de morte spirituali, qua anima repulsa gratia mortua dicitur, tamen secundario loquitur de morte corporali. In cuius signum ipsemet Deus, qui mortem comminatus fuerat Adamo inobedienti, postquam de nuditate erubuerat (id quod mortem animę per iustam gratię subtractionem denotabat), dixit puluis es & in puluerem reuerteris: quod profectò p mortem corporalem fit. Vnde si quos doctores probatos inueneris præsentem Genesis locum de morte spirituali, & non corporali, exponentes: hos intellige esse tantum locutos de principali morte ibi per comminationem intenta, ac si dixerint. Hic locus non de morte corporali principaliter deponendus est, sed de spirituali, a qua postmodum mors corporalis secundario per diuinam comminationem intenta processit, velut effectus a causa propria. Nec obstat, q̃ illo eodem die Adam non fuit corporaliter mortuus: quoniam sufficit ad comminationis intelligentiam, q̃ illo die addictus sit necessitati moriendi corporaliter, & vltra hoc quod illo tunc inceperit mori. Ab illo. n. die inceperunt computari dies mortis corporalis eius, & sic indesinenter ac necessario incępit deficere paulatim vita & proficere mors: donec totaliter deficiente vita succederet perfectus mortis iam olim inchoatæ profectus. Pro quibus melius intelligendis, ét in damnationem hæresis prædictæ, vide Veritates aureas super totam legem veterem, Gen. 2. concl. xi. & cap. 3. concl. 20. Item 1. a articulorū nu. 457. & 2. 2. ar. n. 796. Item Rom. 5. Per vnum hominem peccatum intrauit in mundum, & per peccatū mors: & in omnes homines mors pertransiit. Ecce de morte corporali distinctè loquitur, quam a peccato Adami dicit originatam, & ad omnes homines, qui in Adamo peccauerunt, deriuatā. Itē Rom. 8. Corpus quidem mortuum est propter peccatum, spiritus vero viuit propter iustificationem. Quasi dicat Peccatū Adami adeo est uera causa mortis corporis, ut etiā iustificati nunc, licet uiuant in spiritu, mortui sint in corpore. Ecce. Apostolus adhuc de corpore uiuentū dixit, corpus mortuū est vt hinc scias, illud in scripturis etiam dici mortuum, quod est & mortis necessitati addictum, & actualitati mortis per subtractionem horarum vitalium successiuè indefesso cursu obuiam tendens atq; indies magis vicinum. Hoc ergo Apostoli dictum responsionem ad obstaculum super, ly morte morieris in illo die, præmissam monstrat esse scripturalem. i. sensui scripturarum conformem, & bonam. Apostolus item iustificatos dicit ibi viuere spiritu, & carne mortales, ut hinc noueris, gratiam post peccatum originale cuicunque homini datam valere quidem ad remissionē personalis culpæ, sed non extendi ad effectum immortalitatis corporeæ Adamo prius collatæ recuperandum. Vide ergo: quam conformiter ad scripturas senserit Angelicus noster doctor in respō so ad tertium. Item damnari hæresim a Concilio Mileuitano per Innocentium Papam confirmato ca. 1. sic. Placuit omnibus episcopis, qui fuerunt in hac sancta synodo constituere hęc, quę in præsenti Concilio definita sunt: Vt quicunq; dicit, Adā primum mortalem factum ita, vt siue peccaret siue non peccaret, moreretur in corpore, hoc est, de corpore exiret non peccati merito, sed necessitate naturæ; Anathema sit Hæc ibi. Ex concilio igitur dic, quod illud Sap. 1. Deus mortem non fecit, intelligitur sic. Deus non fecit mortem quoad causam proximam. i. non fecit proximam mortis causam. i peccatum. Item damn. a concilio Arausicano. Dum. n. canon. 2. mortem corporis dicit esse pœnam peccati Adæ, insinuat, Adam ex demerito culpæ corporaliter occubuisse, ac ideo quod nisi peccasset, mortē corporis non incurrisset, & consequenter damnat contrarium. Item damn. a Conc. Trid. sess. quinta sic. Si quis Adam non confitetur per offensam præuaricationis incurrisse iram & indignationem Dei, atq; ideo mortem, quam antea illi cōminatus fuerat Deus, & cum morte captiuitatem eius qui mortis tenebat imperium, hoc est, diaboli, totumque Adam per illam præuaricationis offensam secundum corpus & animam in deterius commutatum fuisse, Anathema sit. Hæc ibi. Concilium ergo Trid. idem insinuat, quod Arausicanum & scripturæ omnes præmissæ. Tertio uides: quomodo ex his uicissim Angelica doctrina præsens confirmetur & declaretur.

Comm. Cardinalis Caietani.

Titulus clarus.

¶ In corpore vna conclusio responsiua quæsito homo in statu innocentię erat incorruptibilis effectiuè non formaliter. Hęc conclusio primo declaratur, secundò probatur. Declaratur distinguendo incorruptibile tripliciter, ex parte formæ, ex parte efficientis: primò modo, naturæ: secundò, gloriæ, tertiò, innocentiæ conuenit, omnia clara sunt in litera, probatur dupliciter. Primo authoritate Aug. Secundò suasoria adaptatione, quia anima excedit materiā corporalē, ut materia concors aiæ fieri posset.

¶ Circa conclusionem hanc, aduerte, quod Scot. in 2. d. 19. q. 1. relata hac opinione, impugnat eam nulla ratione ductus, sed quia se non uidere fatetur, quod qualitas in anima posita possit præseruare corpus passibile, quin patiatur a contrario, constat autem, quod passio magis facta corrumpit, ergo, &c.

¶ Ad hoc breuiter dicitur, quod si Scot. ocularia reuerentiæ ad beatum Augustinum habuisset, uidisset utique quod homo erat sibi author uitę, quamdiu anima erat subdita Deo. Cum enim hæc credita ex facto pendeant, & supernaturali uirtute egeant, de his nulla maior ratio authoritate diuina est, per se uel per sanctos suos.

SVP. Q. XCVII. ART. II.

485 2. d. 19. ar. 3. & di. 24. q. 1. a. 3. & d. 29. ar. 3. cor.

Concl. Passione perfectiua homo tunc erat passibilis & secundum animam, & secundum corpus, passione autem corruptiua erat impassibilis secundum animam, & secundum corpus (sicut & immortalis).

¶ Prob. Quia homo in statu innocentiæ poterat dormire, sentire, intelligere. Secunda uero pars. s. passione autem &c. probatur. Quia homo poterat passionē sicut & mortem prohibere; si absq; peccato perstitisset.

ARTICVLVS II.

Vtrum homo in statu innocentiæ fuisset passibilis.

AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur, quod homo in statu innocentię fuisset passibilis. Sētire. n. est pati quoddam. Sed homo in statu innocentię fuisset sensibilis. Ergo fuisset passibilis.

¶ 2 Præt. Somnus passio quædam est. Sed homo in statu innocentiæ dormiuisset, secundum illum Gen. 2. Immisit Deus soporē in Adam, ergo fuisset passibilis.

¶ 3 Præt. Ibidē subditur, q̃ tulit vnam de costis eius. Ergo fuisset passibilis etiam per abscissionem partis.

¶ 4 Præt. Corpus hominis molle fuit. Sed molle naturaliter passiuum est a duro. Ergo si corpori primi hominis obuium fuisset aliquod corpus durum, ab eo passum fuisset. Et sic primus homo fuit passibilis.

SED CONTRA est, quia si fuisset passibilis, fuisset corruptibilis. Quia passio magis facta abiicit a substantia.

RESPON. Dicendum, quod passio dupliciter dicitur. Vno modo propriè, et sic pati dicitur quod a sua naturali dispositione remouetur. Passio. n. est effectus actionis. In reb. autem naturalibus contraria agunt & patiuntur adinuicem, quorum vnum remouet alterum a sua naturali dispositione. Alio modo dicitur passio cōiter, sm quamcunque mutationem, ét si pertineat ad perfectionē naturæ, sicut intelligere vel sentire, dicitur pati quoddā. Hoc igitur secundo modo, homo in statu innocentiæ passibilis erat, & patiebatur, & secundum animam & secundum corpus. Primò autem modo, dicta passione, erat impassibilis, & secundum animam & secundum corpus, sicut & immortalis. Poterat enim passionem prohibere, sicut & mortem, si absque peccato perstitisset.

1m de maiori. Pati. ℞. Perfectiuum: non a naturali dispositione remotiuum. §. Tunc &c. ut ex conclusione patet.

2m de maiori. Passio. ℞. Perfectiua (.i. ad bonum naturæ ordinata): non destructiua. §. Tunc &c. ut patet in litera. De somno moderato: non de immoderato ipsum loqui intelligas. Moderatus autem a natura uel a &c. non errante ordinatur: immoderatus a uoluntate uel a ratione errante gubernatur.

3m de conclusione. Passibilis. ℞. passione non remouente hominem a naturali dispositione. §. Tunc &cæt. ut patet per exemplum de semine in litera.

4m minor. Naturaliter molle passiuum est a duro. ℞. Nisi a læsione præseruetur. §. Tunc &c. ut patet in litera dupliciter. Ex qua dic; ꝙ nos pro hac prouidentia duplici in omnib. nis nostris tum interioribus tum exterioribus assequenda continue Deum totis, quoad fieri potest, medullis cordialib. exorare debemus inuocato etiam ad hoc omnium sanctorum, tum uiuorum tum mortuorum, bracchio salutari.

Et per hoc patet responsio ad duo prima. Nam sentire & dormire, non remouent hominem a naturali dispositione, sed ad bonum naturæ ordinantur.

Ad tertium dicendum, quod sicut supra dictum est, * costa illa fuit in Adam, inquantum erat principium humani generis, sicut semen in homine, inquantum est principium per generationem. Sicut igitur decisio seminis non est cum passione, quæ remouet hominem a naturali dispositione, ita etiam est dicendum de separatione illius costæ.

* q.92.a.3 ad 2. argu.

Ad quartum dicendum, ꝙ corpus hominis in statu innocentiæ poterat præseruari, ne pateretur læsionem ab aliquo duro, partim quidem per propriam rōnem, per quam poterat nociua uitare, partim ēt per diuinam prouidentiam, quę sic ipsum tuebatur, ut nihil ei occurreret ex improuiso, a quo læderetur.

APPENDIX.

Ex articulo habes primo, quomodo per rationem ostendas, ꝙ merito Concilium sextum Constātinopolitanum act. 8. sanxit. Adamum fuisse tunc impassibilem. sic. n. ait. Si autē & Adam subiacebat talibus cogitationibus, antequam inobediens fieret Dei mandato, quō ignorabat bonum & malum? Rationalis quippe erat, natura liberrima a talibus cogitationib. experientiā mali nesciens, tantummodo bonum sciēs, & quidem uniformis fuerat. Hæc ibi. De cogitationibus peccabilibus loquitur conciliū, atq; ideo pœnalibus. cum (teste Augustino) omnis inordinatus animus sibiipsi pœna sit, ordinante sic domino. Cui Augustino consonat Iob c. 7. dominum sic allocutus. Quare posuisti me cōtrarium tibi, & factus sum mihimetipsi grauis? Addit Conciliū, quod Adam erat bonum tantummodo sciens, maliq; experientiam nesciens, & quidem uniformis. i. non transiens ab experiētia boni aliqā ad experientiā uel paruulā mali: antequam inobediens fieret Dei mandato. Neq; ergo exteriori, neq; interiori, aliqua passione afflictiua afficiebatur Adam, ſm concilium. Itē eadem actione synodus eadem inquit. Qñ Adam in prīcipio formauit De⁹, nunqd congenitum dedit ei peccatum? Quid ergo iā opus erat mandati? Qūo ergo eū condēnauit peccante? Qūo aūt & ante præuaricationē ignorabat bonū, & malum Adam, quē formauit Deus ad incorruptionē, & imaginem suę æternitatis? Fecit eum natura impeccabilem, & uoluntate liberum. Hæc ibi. Ecce, quod synodus habet pro inconuenienti, quod Adam ante præuaricationē ignoraret per speculationem, quamuis non quod per experientiam, bonum & malum. s. differentiam boni & mali. Tantummodo. n. tunc experiebatur bonum, differentiam uero boni & mali experimentaliter nesciuit, nisi post comestionem pomi, quod iō prænominatum fuerat pomum scientiæ boni & mali. Addit & synodus, quod Adā ad incorruptionem & imaginem æternitatis formatus a Deo fuerat, ut ostendat, ipsum hominem ab omni afflictiua passionem tunc alienum. Nam talis passio corruptio quędā est subiecti, & ab æternitatis effigie distollens, cum æternitas in uniformitate bonorū consistat. Quod aūt subinfert synodus, ꝙ Deus fecit Adamum natura impeccabilem, intelligit secundum præcedentem contextum, quod Deus non dedit naturæ Adami congenitum peccatum, qñ cum formauit. Natura itaq; impeccabilis dr: quia nō est natura peccator neq; natura malus (contra hæresim Albanensium dicentē, quod Adam fuit aliquid malum sup. 90. ar. 3. & q. 91. ar. 2.) licēt postea per uoluntatem suam libere ipse peccauerit. Ac si ergo dixisset synodus. Fecit eū natura existente sine peccato, natura immuni a peccato, natura bona tñ uoluntate liberum ad peccandum & non peccandū. Secundo habes, quō per rōnem ostendas, præmissum conciliū, pro q̄to primū hoiem tūc impassibilē fuisse dicit, & declares & pbes & in uero sēlu tuearis. Tertio quō ex his uicissim Aug. cōcilio stabiliaš.

2

3

Comm. Cardinalis Caietani.

Titulus clarus.

¶ In corpore clarissime distinguit de passione, & iuxta utrumque membrum singulis conclusionibus respōdet quæsito. Distinctio est, Passio dupliciter, proprie & communiter, illa remotiua a naturali dispositione, quia effectus actionis quæ a contrario est hæc perfectiua naturæ Prima conclusio, Passione communiter homo erat passibilis, & anima & corpore, quia sentiebat &c. Secunda conclusio. Passione propriè homo erat impassibilis, & anima & corpore, quia uirtute animæ prohibebat passionem sicut & mortem.

¶ Aduerte hic ꝙ Sco. ubi supra, tenet oppositum nulla tamen rōne, nisi quia non ur̄ sibi ꝙ innocentia excluderet oē pati proprie dictum. Et posset pro eo argui, quia omne agens in agendo repatitur, sed corpus hominis agebat in cibum ergo repatiebatur ab eo. ergo non excluditur omnis passio proprie a statu innocentiæ. Ad hoc dicetur inferius in sequenti articulo in responsione ad secundum.

Ferr 4. cont. c. 28.
Alb. Mag. ubi sup. ar. 6.

SVP. Q. XCVIII. ART. III.

Concl. Homo the habuit uitam animalem cibis indigentē.

¶ Prob. Quia in illo statu aīa cōicauit corpori id, qđ est animę ut anima (cum dicatur hō factus in animam uiuētē. i. uitā corpori dātē) & in his inferiorib. cōicare tale quid corpori psupponit uti cibis, siue indigentiā ciborum (cum prę supponat partē aiæ uegetabilem). Pri-

486

3. d. 19. a. 2 ad 1. & 3. Et 4. cōtra cap. 82. Et Mal. q. 5. a. 5. ad 8. & 9. Et op. 3. ca. 133.

ARTICVLVS III.

Vtrum homo in statu innocentiæ indigebat cibis.

Ad tertium sic proceditur. Videtur, ꝙ homo in statu innocentiæ non indigebat cibis. Cibus. n. necessarius est homini ad restaurationē deperditi. Sed in corpore Adæ nulla fiebat deperditio, quia incorruptibile erat. Ergo non erat ei cibus necessarius.

¶ 2 Præter. Cib. est necessarius ad nutriendum. Sed nutritio non est sine passione. Cum ergo corpus hominis esset impassibile, non erat ei cibus necessarius, ut dicitur.

¶ 3 Præ. Cib. dr̄ esse nobis necessarius ad uitæ cōseruationem. Sed Adam aliter uitam poterat conseruare, quia si nō peccaret, nō moreret̄. Ergo cib. nō erat ei necessarius.

¶ 4 Præter. Ad sumptionem cibi sequitur emissio superfluitatum, quæ habent quandam turpitudinem non conuenientem dignitati primi status. Ergo uidetur, quod homo in primo statu cibis non uteretur.

Sed ↄ, qđ dr̄ Gen. 2. De oī ligno ꝙ ē ī paradiso comedetis.

Resp. Dicēdum, ꝙ homo in statu innocentiæ habuit uitā aīalē cibis indigentē. post resurrectionē uero hēbit uitā spūalē cibis nō indigētē. Ad cuius euidētiā cōsiderādū est, ꝙ aīa rōnalis, & aīa est, & spūs. Dr̄ āt esse aīa ſm illud qd est sibi cōe & aliis aīab. ꝙ est uitā corpori dare. Vñ dr̄ Gen. 2. Factus est hō in aīam uiuētē, i. uitā corpori dantē. Sed spūs dr̄ ſm illud ꝙ est ,ppriū sibi nō aliis aīab. ꝙ. s. hēat uirtutē intellectiuā immaterialē. In primo igitur statu, aīa rōnalis cōicabat corpori id ꝙ cōpetit ei inq̄tū est aīa: Et iō corpus illud dicebatur aīale, inq̄tū. s. hētuitā ab aīa. Primū āt principiū uitæ in istis inferiorib. ut dr̄ in li.* de aīa est, aīa uegetabilis, cuius opera sunt alimēto uti, & gñare, & augeri. Et ideo hæc opera hoi in primo statu competebāt. In ultimo uero statu post resurrectionē, aīa cōicabit quodāmō corpori ea q̄ sunt sibi propria, inq̄tū est spūs. Immortalitatē quidē quantū ad oēs impassibilitatem uero, & glīam & uirtutē, q̄tū ad bonos, quorū corpora spūa-

1m minor. In corpore Adę nulla fiebat deperditio. ℞ Negatur præpositio illa. §. Ad probationem dr, ꝙ licet quæuis deperditio contraponatur incorruptibilitati corporis, quæ ẽm aliquam corporis dispositionem attenditur: non tamen deperditio quæuis (puta deperditio aliquo humidi per calorem absq; totali eius consumptione) derogat incorruptibilitati corporis, quæ ẽm vim quandam animę attenditur. Prima incorruptibilitas non erat in statu innocentiæ: sed secunda. Vide art. 4. & 1. huius quæstionis.

* q. 19. hf hic li. to. 4. & incipit, Quid sit Deus to. 4 * art. 1. huius q.

2m de minori. Passione. ℞. Cibi assumpti: nõ, corporis cibati. §. Tunc &c. Ex hoc n. ꝙ cib. assumptus erat passibilis, non sequitur, ꝙ corpus cibatum, in quod conuertebatur cibus, esset passibile, nisi passione pfectiua. Sed perfectiua passio non erat cõtra incorruptibilitatẽ illius status, a. 2.

3m de maiori. Nobis. ℞ Et Adamo. §. Tunc &c Non n. Adam aliter, sine cibo. s. aliquo, poterat vitam conseruare. Nã si peccasset, moriebatur, & si non se cibasset, peccasset, agendo videlicet contra pręceptum affirmatiuum Dei, De omni ligno paradisi comede. Gen. 2. Quar-

4m de antecedente. Quæ habent quandam turpitudinem non conuenientẽ dignitati primi status. ℞. nisi aliter diuinitus fuisset prouisum. §. Tunc &c. fuisset enim prouisum tunc a Deo, ne aliqua ex hoc indecentia pro statu illo sequeretur.

lia dicentur. Vnde post resurrectionẽ hoĩes cibis nõ indigebunt. Sed in statu innocẽtię eis indigebant.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod sicut dicit Aug. in lib. de Qõ. * vete. & no. testa. Quomodo immortale corpus habebat, quod cibo sustentabatur: immortale. n. nõ eget esca, neq; potu. Dictum est. n. supra, * ꝙ immortalitas primi status erat secundum vim quandam supernaturalem in anima residentem, non aũt ẽm aliquam dispositionem corpori inhærentem. Vnde per actionem caloris aliquid de humido illius corporis poterat deperdi. Et ne totaliter consumeretur, necesse erat per assumptionem cibi homini subueniri.

AD SECVNDVM dicendum, ꝙ in nutritione est quædam passio, & alteratio, s. ex parte alimenti, ꝙ conuertitur in substantiam eius, ꝙ alitur. Vnde ex hoc non potest concludi, ꝙ corpus hominis fuerit passibile, sed ꝙ cibus assumptus erat passibilis, quamuis & talis passio esset ad perfectionem naturæ.

AD TERTIVM dicendũ, quod si homo sibi non subueniret de cibo, peccaret, sicut peccauit sumendo vetitum cibum. Simul enim sibi præceptum fuit, vt a ligno scientiæ boni & mali abstineret, & ut de omni alio ligno paradisi uesceretur.

AD QVARTVM dicendum, ꝙ quidam dicunt, quod homo in statu innocentiæ non assumpsisset de cibo, nisi quantum fuisset ei necessarium. Vnde non fuisset ibi superfluitatum emissio. Sed hoc irrationale videtur, quod in cibo assumpto non esset aliqua fœculentia, quæ non esset apta, vt conuerteretur in hominis nutrimentum, vnde oportebat superfluitates emitti. Tamen fuisset diuinitus prouisum, vt nulla ex hoc indecentia esset.

APPENDIX.

Vtilitas Eccles. Dei.

EX articulo habes primo: quomodo per rationem ostendas, recte per scripturã sfuisse denotatum, ꝙ in statu innocentię Adamus indigebat cibis. Fuit autẽ hoc denotatum tunc: qñ Gen. 2. præcipiẽtẽ Deũ primo homini refert, vt ex oĩ ligno paradisi comedat. In statu nãq; innocentiæ tunc erat Adamus, vt patet: & comedere absque ol necessitate peccatũ gulę esse vr. Cũ ergo Deus nec directe nec indirecte sit author peccati 1. 2. q. 79. a. 1. patet, ꝙ nõ præcepisset Adamo vt comederet, nisi aliqua necessitas comedendi Adamo affuisset. Primo itaq; homini comestionem præcipere, est, ac si facto ipso affirmaret, primũ hoiem cibis tũc indiguisse. Secũdo 2 hẽs: quõ p rõnẽ scripturã illã, pro q̃to ꝑmisũ sẽsũ isinuat, declares, ꝓbes, ẽm veritatẽ tuearis. Tertio vides: quõ 3 ex his uicissim Angelica doctrina ꝑsens declaretẽ, atq; cõfirmet.

Comm. Cardinalis Caietani.

TItulus clarus.

¶In corpore duo. Primò, ponitur differentia inter statum innocentiæ & resurrectionis. & in differentia proponitur conclusio responsiua quęsito. Secũdò probatur vtraq; pars differẽtiæ.

¶Quo ad primum, differentia est inter vtrũq; statum; quia in statu innocentię erat vita aĩalis egens alimento, in statu futuro erit uita spiritualis non egens alimentis, prima. n. pars differentiæ, est conclusio responsiua quæsito affirmatiue.

¶Quo ad ẽm, probatur utraq; pars sic. Aĩa humana est aĩa & spiritus. ergo, ut aĩa congruebat primo statui, ergo ẽm id qđ cõuenit omni aĩato. ergo ẽm opera partis vegetatiuę alere, augere, generare &c. Et rursus ergo: ut spiritus conuenit vltimo statui. ergo ẽm id, ꝙ est proprium ei. ergo ẽm immortalitatem, impassibilitatẽ, & gloriã, &c. igitur in primo statu erat vita aĩalis cũ alimentis, in ultimo spiritualis sine eis. Antecedens est per se notũ. Prima consequẽtia ꝓbatur authoritate Genesis secũdo. Factus est homo in aĩam viuentẽ, & fundantur sup rõne: quia primum primo rñdere debet. Secunda vero probatur, quia aĩa, ut anima cõis est omni uiuẽti. Tertia vero probatur, quia primum in omni uiuente apud nos est pars vegetatiua. Aliæ consequentiæ ex alia parte patent per locum ab opposito.

¶In responsione ad primum, nota ultima uerba. i. & ne totaliter cõsumeretur, ex hoc. n. insinuatur, ꝙ aliqua deperditio humidi fiebat in illo statu, de qua uide in articulo sequenti.

¶In rñsione ad ẽm, nota duas rñsiones, primã, ꝙ corpus hoĩs nõ patiebatur in nutritione. sc̃dam, ꝙ patiebatur, sed pfectiue. Prima saluatur quo ad repassionẽ, qua oẽ agens repatitur, & hoc pp uirtutẽ aĩæ. Sc̃da id passionis ꝙ accidit corpori ex nutriri, qcqđ sit illud, manifestat quale sit ex hoc ipso ꝙ dicit: quale eẽt pati. si nutriri consisteret in pati. Vñ in materia sequẽtis articuli notadæ sunt ambæ, & sic solutũ est dubiũ præcedentis articuli.

SVP. Q. XCVIII. ART. IIII.

COncl. Lignum uitæ quodammodo immortalitatem causabat: non autem simpliciter.

487 2. d. 29. a. 1 ad 5. & 6. Et 3. d. 16. q. 1. ar. 3. ad 5. Et Mal. q. 5. art. 5. ad 8. & 9.

¶Prob. Quia lignũ uitę habebat uirtutem fortificandi uirtutẽ speciei contra debilitatẽ prouenientẽ ex admixtione extranei, & huiusmodi fortificatio dat immortalitatẽ quodãmodo, inquantũ prohibet corruptionem, usq; ad determinatum tempus secunda uero pars. s. non autem &c. probatur. Quia nec uirtus quæ inerat animæ ad conseruandum corpus, cãbatur ex ligno uitæ, nec ẽt lignũ ipsum poterat immortalitatis dispositionem hanc corpori præstare, ut nunq̃ dissolui posset, (cum esset finitæ uirtutis.)

* ar. pced. ad 2.

ARTICVLVS IIII.

Vtrum homo in statu innocentiæ, per lignum uitæ immortalitatem consecutus fuisset.

AD QVARTVM sic proceditur. Videtur, ꝙ lignum uitæ non poterat esse causa immortalitatis. Nihil. n. potest agere vltra suam speciem. effectus. n. non excedit causam. Sed lignum uitę erat corruptibile, alioquin non potuisset in nutrimentum assumi, quia alimentum conuertitur in substantiam nutriti, vt dictum est. * Ergo lignum vitæ incorruptibilitatem, seu immortalitatem conferre non poterat.

¶ 2 Præt. Effectus qui causatur a virtutibus plantarum, & aliarum naturalium rerum, sunt naturales. Si ergo lignum vitæ immortalitatem causasset, fuisset illa immortalitas naturalis.

¶ 3 Præter. Hoc videtur redire in fabulas antiquorum, qui dixerunt, quod dii qui comedebant de quodam cibo, facti sunt immortales quos irridet philosophus in 3. * Metaph.

* li. 3. Met. tex. 15. t. 3.

SED CONTRA est ꝙ dr̃ Gen. 3. Ne forte mittat manum suam, & sumat de ligno uitæ, & comedat & uiuat in ęternum.

¶Præterea. Aug. in lib. de q. * vete. & no. testa. dicit, Gustus arboris vitæ corruptionem corporis inhibebat. Denique & post peccatum potuit insolubilis manere, si permissum esset illi edere de arbore uitæ.

* q. 19. cir. med. habetur hic lib. t. 4. inc. qd sit Deus.

RESPOND. Dicendum, quod lignum uitæ quodammodo immortalitatem causabat, non autem simpliciter.

1m de conclusione. Immortalitatem. R. simpliciter: non, secundum determinatum tempus. §. Tunc &c. Conferre enim immortalitatem secundo modo non est ligno illi quamuis corruptibili, agere ultra suã speciem, licet conferre immortalitatem simpliciter esset supra uirtutem alicuius corruptibilis.

2m de conclusione. Immortalitatem. R. simpliciter, non, scdm qd §. 1. ad determinatum tempus. Tunc &c. Cum enim Deus possit (ut patet) dare uirtuté naturalem uni rei plus in longinquum tempus præseruandi a corruptione, quã alteri, nihil prohibet dicere, q illa immortalitas, inquantũ ex ligno causabatur modo dicto, esset naturalis, licet absolute non esset naturalis.

* li. 1. tex. 34. & 39.

3m antecedẽs. Hoc uidetur radice in fabulas antiquorũ &c. R. Si poneremus, lignũ immortalitatem perpetuam, i. simpliciter, dare: non autem si ponamus, ipsum lignũ dare immortalitatem tantũ secundum quid. §. Tũc &c. Illi namq; fabulosi immortalitatem simpliciter, i. perpetuam dari ex cibo a seipsis ficto ponebant, & iccirco irridẽtur merito a philosopho. Potest & aliter dici, q quicquid sit de mente illorum fabulosorũ, non debemus metiri diuina humanis, id est, (ut in proposito dicatur) narrata in diuinis scripturis per narrata, & multo minus per confi cta in scientijs humanis. Absit. n. a cordibus hominum, maximeque fidelium, ueritaté syncerarn in omnib. profitentium, talis rerum adinuicem comparatio. Quæ. n. conuentio lucis ad tenebras? Audi Dominum de comparatione talium somniorum ad ea, quæ diuinitus, edocentur, populos ignaros dure corripientem his uerbis. Qui paleis ad triticum? Nunquid non uerba mea sunt quasi ignis ardens, & quasi malleus conterens petram; Hier. 23. Ergo huiusmodi fabulæ, tanquam irrationabilium pabulum, relinquendæ sunt, quoniam paleæ sunt. Et narrata in scripturis cum sensu catholico, amplectẽda, tanquam rationalium hominum nutritioni aptissima, qm triticum sunt. Taceo, q huiusmodi humanitus conficta a diuino eloquio, tanquam ab igne ardente, sunt exurenda, & uelut a malleo, sunt conterenda. Exemplum huius habes passim a D. Thoma: dum phanatica errantium multorũ somnia in argumentis ex sculpta per suas Angelicas respõsiones diuinis scripturis innixas tanquam per ignẽ exurit, & uelut per malleũ conterit.

* lib. 14. de ciu. Dei c. 26. cir. pri. tom. 5.
† q. 19. in fi. t. 4 hétur hic li. & incipit. Quid sit Deus.

4m contra ex Gen. uiuat in æternum. R. per lignum impediens modo dicto corruptioné: non per lignum dans incorruptibilitaté simpliciter. §. Tunc, &c. ut patet ex dictis.

5m ex August. Inhibebat. R. ad tẽpus determinatum; nõ, pro semper. §. Tunc &c. Dictum est. n. sæpius, & concessum, q lignum uitæ causabat immortalitatem secundũ qd: non autem simpliciter.

plicite r. Ad cuius, euidentiam considerandum est, quod duo remedia ad conseruationem uitæ habebat homo in primo statu, contra duos defectus. Primus enim defectus est deperditio humidi per actionem caloris naturalis, qui est animæ instrumentum. Et contra hunc defectum subueniebatur homini per esum aliorum lignorum paradisi, sicut & nunc subuenitur nobis per cibos, quos sumimus. Secundus autem defectus est quia ut philosophus dicit 1. * de generatione, Illud quod generatur ex aliquo extraneo, adiunctum ei quod prius erat humido præexistenti, imminuit uirtutem actiuam speciei. sicut aqua adiuncta vino, primo quidem conuertitur in saporem vini; sed secundum quod magis & minus additur, diminuit vini fortitudinem: & tandem vinum fit aquosum. Sic igitur videmus, quod in principio uirtus actiua speciei est adeo fortis, quod potest conuertere de alimento non solum qd sufficit ad restaurationem deperditi, sed etiam quod sufficit ad augmentum. Postmodum vero quod aggeneratur, non sufficit ad augmentum, sed solum ad restaurationem deperditi. Tandem vero in statu senectutis nec ad hoc sufficit. Vnde sequitur decrementum, & finaliter dissolutio corporis. & contra hunc defectum, subueniebatur homini per lignum uitæ. Habebat enim uirtutem fortificandi uirtuté spei, contra debilitatem prouenientem ex admistione extranei. Vnde Augustinus dicit in decimoquarto, * de Ciuitate Dei, quod cibus aderat homini ne esuriret, potus ne sitiret, & lignum uitę ne senectus eum dissolueret. Et in libr. de qu. † uet. & no. test. dicit, quod uitæ arbor medicinæ modo corruptionem hominum prohibebat. Non tamen simpliciter immortalitatem causabat, quia neque uirtus, quæ inerat animæ ad conseruandum corpus, causabatur ex ligno uitæ. Neque etiam poterat immortalitatis dispositionem corpori præstare, ut nunquam dissolui posset. Quod ex hoc patet: quia virtus cuiuscunque corporis est finita. Vnde non poterat virtus ligni vitę ad hoc se extendere, ut daret corpori uirtutem durandi tempore infinito, sed usque ad determinatum tempus. Manifestum est enim quod quanto aliqua uirtus est maior, tanto imprimit durabiliorem effectum. Vnde, cum uirtus ligni vitę esset finita, semel sumptum præseruabat a corruptione usque ad determinatum tempus, quo finito, uel homo translatus fuisset ad spiritualem uitam, vel indiguisset iterum sumere de ligno uitę.

Et per hoc, patet responsio ad obiecta. Nam primę rationes concludunt quod non causabat incorruptibilitatem simpliciter. Alię uero concludunt, quod causabat incorruptibilitatem impediendo corruptionem, secundum modum prędictum. *

* In cor. a.

QVAE-

APPENDIX.

Ex articulo habes primo, quomodo p rationem ostendas, q merito illud lignũ uocatum est Gen. 2, lignũ uitæ. Non. n. sine causa uocatum est sic, licet & alia ligna, quę tũ hoc nomine insignita non sunt, sustentarent aliq̃to tempore uitam, & multo magis, quam nostra cibaria. Habebat ergo quid singulare in sustentando uitam præ dictum lignum, ut res ipsa nomine suo conuenire posset. Quid autẽ esset illud singulare, q præ alijs habebat, in articulo addiscere potes, & cõsequentes uidere, qũo talis scriptura intelligenda sit, ne forte erraret quis. Secundo habes, quomodo per rationem ueri sensum in illa scriptura inclusum declares, & probes, & tuearis. Tertio uides: quomodo ex his, atque similibus uerissim doctrina Angelica præsens declaretur, atque confirmetur.

Comm. Cardinalis Caietani.

Titulus clarus.

¶ In corpore vna conclusio responsiua bimembris. Lignum uitæ causabat immortalitatem quodammodo, non simpliciter. Primo, probatur quo ad primam partem: quia habebat uim fortificatiuam uirtutis specificæ, contra defectum prouenientem ex admistione extranei. Declaratur hoc, distinguendo duplicem defectum in corpore nutribili, scilicet deperditionem humidi, & debilitationem uirtutis ex admistione, ut patet ex primo de generatione. Deinde probatur duplici authoritate Augu. Secundo probatur, quo ad secundam partem dupliciter. Tum, quia uirtus animæ non inerat a ligno uitæ. Tum, quia uirtus finita non potest causare effectum durationis infinitæ. Probatur, quia quanto maior est uirtus, tanto imprimit durabiliorem effectum. Virtus autem ligni uitę, sicut cuiusque corporis, finita erat. ergo. Tertio, declaratur modus, quo uerificatur utraq; pars, & est conseruatio per lignum uitæ, usque ad certum tempus, & deinde, aut iterata comestione iterum conseruaretur &cæt. aut translatus fuisset in uitam spiritualem qualis erit post resurrectionem. Circa utrumque istorum defectuum dubium occurrit, quoniam si in statu innocentiæ uterque fuisset, iam fuisset ibi passio proprie dicta, deperditio siquidem humidi cum fiat actione calidi manifeste in passione proprie dicta consistit. Debilitatio quoque uirtutis ex admistione extranei, aperte naturam remouet a naturali suo robore, igitur &c.

¶ Circa effectum ligni uitæ, dubium occurrit ex Scoto, in secundo distinctio. 19 quæstio. prima. Arguit enim contra hoc quod lignum uitę erat conseruatiuum uirtutis specificæ. & causabat immortalitatem. & mouetur tali ratione. Vis conuersiua alimenti in Adam, etiam conuertendo lignum uitæ in substantiam suam, debilitabatur aliquantulum, quia omne agens Physicum, agendo debilitatur, & patet in exemplo Aristotelis primo de generatione, de uino, cui apponitur aqua. ergo secunda uice iterum debilitaretur, & sic tandem defecisset. Non. ergo poterat hoc modo immortalitas haberi &cæt.

¶ Ad

¶Ad primum dubium, videtur mihi distinguendum, & dicendum de primo defectu quòd fuisset actu, sed non sub ratione defectus: secundus autem fuisset tantum in potentia. Ad cuius euidentiam notandum est, quòd passio propriè dicta pro tanto statui innocentiæ repugnabat, pro quãto corpus hominis à naturali dispositione remouebat, & non absolutè. Et propterea notanter in litera art. 2. descripta fuit passio non per corruptionem absolute, sed per remotionem corporis à naturali dispositione. Vnde, si qua abiectio contrarij esse potuit absque remotione corporis humani à naturali dispositione sua, hoc non repugnabat statui innocentiæ. Nec propterea corpus humanum dicebatur propriè pati, eo quòd ipsum nihil perdebat naturalis dispositionis: quamuis aliquid eius, puta humidum, pateretur propriè. In proposito autem inter deperditionem humidi, & debilitationem virtutis tantum interest, quòd deperditio humidi non necessario remouet corpus à naturali dispositione, vt patet in pueris, immo talis passio est ad perfectionem naturæ, vt in responsione ad secundum præcedenti articulo S. Tho. dixit. Debilitatio autem virtutis, manifeste naturam suam à sua naturali integritate remouet. Vnde eadem ratione opponitur statui innocentiæ qua senectus, quæ in tali debilitate consistit. Vnde cum in litera dicitur, quòd lignum vitæ occurrebat huic defectui, interpretãdum est, non qui fuit, sed qui fuisset, nisi lignum vitæ præuenisset, ita quòd succurrebat huic defectui præueniendo, non, restaurando, vt Scot. intellexit. & sic nullum inconueniens sequitur.

¶Ad secundum dubium dicitur, quòd, vt patet ex dictis etiam recitatis ab ipso Scoto, causam immortalitatis ponit litera duplicem: alteram ex parte animæ, & alteram ex parte corporis. Ex parte animæ, vim quandam, qua corpus agendo in nutrimentum, non repatiebatur ab eo. Alteram ex parte corporis, & ista est lignum vitæ, habens virtutem conseruandi ad certum longum tempus. Vnde iungendo has duas causas simul ex sumptione ligni vitæ, nulla debilitatio sequebatur, quamuis debilitatio in nobis sequeretur ex ligno illo. Vnde non viueremus immortales per illud, sed longo valde tempore. Propter quam diuturnitatem dictum est, eijciendo Adam, Ne fortè sumat de ligno vitæ, & viuat in æternum, iuxta morem Scripturæ quo vocantur diuturna æterna, vt montes æterni.

Alb. Mag. 2 d. 20. ar. 1.

SVPER Q. XCVIII. ART. I.

CONCL. In statu innocentiæ fuisset generatio ad multiplicationẽ humani generis.

¶PROB. 1. Quia, si generatio in statu innocentiæ non fuisset, peccatum hominis, ex quo tantum bonum (multiplicationis scilicet hominum) consecutũ est, videretur fuisse necessarium valde. 2. Quia intentionẽ naturę principalem cassari, etiam in statu innocentiæ, est inconueniens; & de intentione principali naturæ erat, vt multitudo indiuiduorum humanorum generaretur (cùm ex parte animæ homo sit incorruptibilis; incorruptibiliaque sint per se intenta a natura etiam quãtum ad indiuidua).

488 1. d. 20. q. 1. art. 1.

1m ex Philos.°

Generationi corruptio est contraria. ℞. Id est, generatio debetur rebus corruptibilibus secundum naturam illarum: non autem, generatio esse non potest vbi nõ est corruptio. §. Sic enim exponenda in sensu vero est illa authoritas (Hic idẽ subintellige semper alibi in similibus locis post paragraphum: etiam quòd nihil de hoc ibi specialiter diceretur). Tunc nihil &cæt. Licet enim contraria, si dentur in rerum natura, sint circa idem: tamen non est necessarium illa semper dari, maximè quando per præseruationẽ, vel aliquod huiusmodi, impeditur vnum illorum contrariorũ dari; sicut accidit in proposito. Ex litera scias: quòd ex hoc, quòd generatio debetur rebus corruptibilibus, sequitur; quòd generationi corruptio est cõtraria, & è conuerso. Data ergo est illa glossa respondendo, quamuis a longe esse uideatur: quoniam & est ad mentem Philosophi, & ad radicem tendit propositionis expressæ (vt patet textum respõsalem diligẽter consideranti).

°Li. 5. Physic. tex. 51. Et lib. 8. text. 26. tomo 2.

°Lib. 5. Ethimolog. c. 4.

D. 664.

2m de maiori.

Ad hoc vt conseruetur in specie. ℞. Vel a hoc, vt multiplicentur indiuidua illa, quæ secundum unam partẽ sunt naturaliter corruptibilia, & secundum aliam incorruptibilia; §. Tunc nihil &c. Nõ enim obstat id, quod affertur de indiuiduis, q̃ ex hoc, quòd in perpetuũ durant, non multiplicantur: quoniam illa indiuidua secundũ nullam partem sunt corruptibilia naturaliter; & per conse-

QVÆSTIO XCVIII.

De pertinentibus ad conseruationem speciei, in duos articulos diuisa.

DEINDE considerandum est de his, quæ pertinent ad conseruationem speciei. Et primò, de ipsa generatione. Secundò, de conditione prolis genitæ.

CIRCA primum quæruntur duo.

¶ Primò, Vtrum in statu innocentiæ fuisset generatio.

¶ Secundò, Vtrum fuisset generatio per coitum.

ARTICVLVS I.

Vtrum in statu innocentiæ fuisset generatio.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur, quòd in statu innocentiæ non fuisset generatio. Generationi n. corruptio est contraria, vt dicitur in 5. Physic.° Contraria autem sunt circa idem. In statu autem innocentiæ non fuisset corruptio. ergo neque generatio.

¶ 2 Præt. Generatio ordinatur ad hoc, quòd conseruetur in specie, quod secundũ indiuiduũ conseruari non potest. vndè & in illis indiuiduis quæ in perpetuum durant, generatio non inuenitur. Sed in statu innocentiæ homo in perpetuũ absq; morte vixisset. ergo in statu innocentiæ generatio non fuisset.

¶ 3 Præt. Per generationẽ homines multiplicantur. Sed multiplicatis dominis, necesse est fieri possessionum diuisionem, ad euitandã confusionem dominii. Ergo cũ homo sit institutus dominus animalium, facta multiplicatione humani generis per generationẽ, secuta fuisset diuisio dominii: quod videtur esse contrariũ iuri naturali, secundum quòd omnia sunt communia, vt Isid.° dicit. Non ergo fuisset generatio in statu innocentiæ.

SED CONTRA est, quod dicitur Genes. 1. Crescite, & multiplicamini, & replete terram. Huiusmodi autem multiplicatio absque noua generatione fieri non potuisset, cum duo tãtum fuerint primitus instituti. Ergo in primo statu generatio fuisset.

RESP. d Dicendũ, quòd in statu innocẽtiæ fuisset generatio ad multiplicationem humani generis, alioquin peccatũ hominis fuisset valde necessariũ, ex quo tantum bonum consecutum est. Est ergo considerandũ, quòd homo sm suam naturam est constitutus quasi mediũ quoddam inter creaturas corruptibiles, & incorruptibiles. Nã anima eius est naturaliter incorruptibilis, corpus verò naturaliter corruptibile. Est autẽ considerandum, quòd alio modo intentio naturę fertur ad corruptibiles & incorruptibiles creaturas. Id autem per se videtur esse de intentione naturę, quod est semper & perpetuum. Quod autẽ est solum sm aliquod tẽpus, non videtur esse principaliter de intentione naturę, sed quasi ad aliud ordinatum, alioquin eo corrupto, naturæ intentio cassaretur. Quia igitur in rebus corruptibilibus nihil est perpetuum & semper manens nisi species, bonum speciei est de principali intentione naturæ, ad cuius conseruationem naturalis generatio ordinatur. Substantiæ verò incorruptibiles manent semper non solum secundum speciem, sed etiam secundũ indiuidua, & ideò etiã ipsa indiuidua sunt de principali intentione naturæ. Sic igitur homini ex parte corporis, quod corruptibile est secundum naturam suam competit generatio. Ex parte verò animæ, quæ incorruptibilis est, competit ei quod multitudo indiuiduorum sit per se intenta à natura, vel potius à naturæ authore, qui solus est humanarũ animarum creator. Et ideo ad multiplicationem humani generis, generationem in humano genere statuit, etiam in statu innocentiæ.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd corpus hominis in statu innocentiæ quantum erat de se, corruptibile erat, sed potuit præseruari à corruptione per animam. Et ideo non fuit homini subtrahenda generatio, quę debetur corruptibilibus rebus.

AD SECVNDVM dicendum, quòd generatio in statu innocentiæ, etsi non fuisset propter conseruationem speciei, fuisset tamen propter multiplicationem indiuiduorum.

AD

consequens nec per generationem naturalem multiplicabilia. Aliud namque iudicium debet esse, & est, de indiuiduis in argumento adductis: & de indiuiduis, seu de multiplicatione indiuiduorum, de quibus intendit articuli conclusio. Nam humana indiuidua sunt secundum naturam suam, etiam in statu innocentiæ, corruptibilia quo ad partem sui, id est, secundum corpus: vt dicitur in litera ad primum, & q.97. artic. 1. corp. Ideo à negatione multiplicationis indiuiduorum totaliter secūdum naturam suam incorruptibilium velle cōcludere negationem multiplicationis indiuiduorum hominis est magnum vitium in scientijs.

Ad tertium dicendū, φ in statu isto multiplicatis dominis, necesse est fieri diuisionē possessionum, quia cōmunitas possessionis est occasio discordiæ, vt Philosophus dicit in* 2. Polit. Sed in statu innocentiæ fuissent voluntates hominū sic ordinatæ, φ absque omni periculo discordię communiter vsi fuissent (secundum φ vnicuique eorum competeret) rebus, quę eorum dominio subdebantur, cum hoc etiam modo apud multos bonos viros obseruetur.

3m conclusio. Ad euitandam confusionem ergo &cęt. ℞. Si aliquod periculum discordiæ fuisset ex hoc, quòd omnia habita essent in communi. §. Tunc &c. vt patet in litera. Ex qua disce: religiones obseruantiales retinere vestigium, quo ad viuere in communi, status innocentiæ seu paradisi terrestris. Vnde non mirum; si à Deo tum in spiritualibus tum in corporalibus prosperantur tales, quamdiu viuunt in communi: &, si ex seipsis in vtrisque deficiunt, cùm à viuere in communi ad viuere in particulari transeunt. Nam ipsum viuere in communi specialis effectus est Spiritussancti: vt ex Actuum Apostolorum cap. 4 aperte colligitur. Postquàm enim ibi dictum est, Repleti sunt omnes Spiritusancto, subinfertur ly multitudinis autem credentium erat cor vnum, & anima vna; nec quisquàm eorum, quæ possidebat, aliquid suum esse dicebat; sed erant illis omnia communia. Ecce: quòd ampliori gratia Spiritussancti & charitate confortati Apostoli decreuerunt ipsum viuere in communi. Hinc, quia Spiritussanctus non irridetur, non mirum: si illi, qui tale viuere in communi defraudare tentarunt (vt Anania & Saphira; Actuum 5.), atrocissimas pœnas, ad terrorem etiam exemplumque aliorum, iussu Apostolorum principis iustissime luerunt. A fortiori ergo videant sibi illi, qui vitam communem (vt religiosi) ex voto elegerunt, ne quando ab ipso viuere in communi deflectant, vel illud defraudent aut per vitium proprietatis, aut per furtum rei communis; siue rei ad vsum alterius à superioribus applicatæ, aut per &c. quoniam si his, qui sine voto solemni (quod legatur) in communi viuentes, à tali viuere postea declinarunt; Deus non pepercit; timendum vtique magis, ne forte nec illis parcat, qui votiuam suipsorum de communi victu electionem ostendunt; multoque magis eis, qui hanc offendere, seu contristare non verentur. Voluerunt ergo Apostoli (vt ad rē, vnde diuertit, sermo reuertatur), præmissā vitam tunc statuendo, ad paradisi terrestris imaginem quandā atq; innocentiam nos reuocare; & nihilominus formam quandam paradisi cœlestis adhuc in terra degentes in seipsis ac nobis exprimere: quandoquidem & in terrestri paradiso (vt litera responsi docet) omnia erant, fuissentque, communia; & in cœlesti omnia sunt, eruntque communia, Psal. 86. Sicut lætantium omnium habitatio est in te. Ratio dictorum est: quia ad viuendum in communi sine discordia, requiritur ordinata voluntas.

Quomodo religio obseruantialis præfert paradisū.

APPENDIX.

Ex articulo habes primò, quomodo per rationem ostendas, meritò scripturam insinuasse, quòd generatio fuisset in statu innocentiæ. Insinuauit autem Genes. 1. sic; Crescite, & multiplicamini, & replete terram. Verba enim hæc dixit Deus Adamo & Euæ in statu innocentiæ existentibus. Nec verisimile est, quòd per huiusmodi verba voluerit Deus multiplicationem hominum fieri post peccatum potius, quam ante peccatum (si tamen in iustitia perstitissent): quoniam tunc viderentur homines multum commodum ex suo peccato reportasse, & suum peccatum videretur valde necessarium fuisse. Multiplicatio autem huiusmodi per generationem fit. Secundò habes: quomodo prædictam scripturam, pro quanto generationem in statu illo primo innocentiæ innuit futurā, declares, probes, & in bono sensu defendas. Tertiò vides: quomodo ex his, similibusq; vicissim Angelica consolidetur doctrina hæc.

Vtilitas pro Eccle. S. Dei.

¶ Not. Præsenti articulo in ordine articulus seruit 367.424. 145.426.464.264.

Pro studio var. coor.

Comm. Cardinalis Caietani.

Titulus clarus.

¶ In corpore vna conclusio responsiua quæsito. In statu innocentiæ fuisset generatio ad multiplicationem generis humani.

Probatur dupliciter: primò ducendo ad inconueniens, quòd peccatum fuisset necessarium valde, propter tantū bonum. Secundò, Homo est secūdum animam incorruptibilis, & secundum corpus corruptibilis. ergo est medium secundum naturam inter creaturas corruptibiles & incorruptibiles. ergo ex parte corporis conuenit naturaliter generatio, ex parte animæ, quòd multitudo indiuiduorum sit per se intenta. Ergo ad multiplicationem humani generis, etiam in statu innocentiæ, statuta est generatio. Antecedens supponitur, & prima consequentia est clara. Secunda verò quo ad vtramque partem declaratur, & probatur ex differentia inter creaturas corruptibiles, & incorruptibiles, in hoc quòd corruptibiles non sunt per se intentæ secundum indiuidua, sed secundum speciem, incorruptibiles verò & secundum indiuidua & secūdum speciem. Quæ differentia probatur ex hoc, quòd intentio naturę per se est ad perpetuum, & non ad temporale. Probatur, ducendo ad inconueniens, quia alioquin cassaretur intentio naturæ temporali deficiente. Ex hac autem differētia implicite habetur alia, quòd in rebus corruptibilibus generatio est naturaliter instituta propter speciem, quia ipsa sola est perpetua, in incorruptibilibus non oportuit generationem esse. Ex his autem manifestè patet consequentia quo ad vtramque partem, & clarum est.

¶ Sed sunt hic quædam dubia. Primo circa primam probationem, quoniam illud quòd infertur pro inconuenienti, non est inconueniens, præsertim secundum doctrinam S. Tho. quoniam incarnatio filij Dei, quæ est maximum bonum, ex peccato consecuta est, ita quòd peccatum fuit ad hoc necessarium, iuxta illud Greg. ò certe necessarium Adæ peccatū &c. Ergo multo minus est incōueniens, quòd propter bonum multiplicationis humanæ, fuerit peccatum necessarium.

¶ Ad hoc breuiter dupliciter respondetur. Primò, quòd bona sunt duplicis ordinis. Quædam supponentia malum, vt pœnitentia, patientia, martyrium, &c. quædam verò omnifariam bona. Et ad prima quidem opus est esse mala, ad secunda verò oportere fieri mala inconueniens est. Multiplicatio autem humani generis est de genere bonorum omniquaque: pertinet enim ad ipsam perfectionem specificam, incarnatio autem verbi Dei, quamuis secundum se sit etiam bonum omniquaque, & ideo simpliciter non oportebat occasionari ex peccato, vt tamen reuelata est nobis per sanctos, est de genere bonorum supponentium mala, quoniam reuelata est non nisi vt redemptrix, ac per hoc captiuorum, ac per hoc peccatorum &c. & hoc ex ordinatione diuina, quantum scimus.

¶ Secundò dicitur, quòd aliud est loqui de qualitate boni, & aliud de quantitate. Quamuis enim ad tale bonum possit opportunum esse peccatum, non tamen ad tantum, quoniam si bonum aliquod extat absque peccato, inconueniens est quòd quantitas eius peccato egeat, & sic autem est in proposito: quoniam multiplicatio generis humani, supposito iam homine in statu innocentiæ, dicit maioritatem boni, stando infra limitem humanæ bonitatis, & non plus. Incarnatio autem filii Dei eleuat naturam in aliam boni rationem, & ideo hic dicit tale bonum, quamuis maximum, multiplicatio verò dicit tantum bonum. Vnde in litera notanter dicitur, inconueniens esse tantum bonum consequi ex peccato.

¶ Circa probationem, quòd temporale non sit per se de intentione naturæ, dubium occurrit, quia non videtur valere, quoniam non sequitur, quòd illo cessante cassaretur naturæ intentio, sed φ completa fuerit. Ad hoc breuiter dicitur, quòd cum præsens sermo non sit de natura particulari huius agentis, puta Socratis, aut Plat. quoniam constat, talia agentia vt sic, particularia per se facere & intendere, vt patet 12. Metaph. tex. 11. sed de natura vniuersali, consequens est, quòd ratio adducta efficax sit: quoniā si vniuersalis naturæ intentio ad corruptibile per se intenderet, ex vna parte illo desinente, naturæ vniuersalis intentio non amplius saluaretur, & ex alia parte, quia est vniuersalis, ac per hoc intendens ad vniuersale bonum: Ergo intentio cassa, vana, frustraque est; nihil enim conferre poterit vniuerso, corrupto illo particulari per se intento.

¶ Circa rationem allatam in litera pro conclusione, aduerte miram subtilitatem processus, quia cum generatio non est de numero entium propter se, sed propter aliud, ut patet, & finis proprius generationis sit conseruatio esse specifici: & in proposito. hic finis nō poterat assignari, perspexit in esse specifico rationem finalizandi

finalizandi generationem, & cum ostendisset quod est perpetuitas (vt Arist. expresse 2. de Anima dixerat, tex. 34.) ostendit talem rationem inueniri in singulis indiuiduis humanis ex parte animæ, ac per hoc ipsa indiuidua ex parte animæ, possunt esse per se fines generationis, quemadmodum in reliquis ipsa species propter eandem rationem: & sic cum generatio naturalis sit, & appareat in homine, dempto illo fine, s. conseruatione speciei propter statum innocentiæ. restat alius finis, non alia, sed eadem finalizandi ratione, s. multiplicatio indiuiduorum perpetuorum.

¶Circa finem generationis in statu innocentiæ assignatũ, dubium occurrit, quoniam hic expresse dicitur, quod multiplicatio generis humani est finis per se intentus, superius autem in q. 47. artic. 3. ad secundum, expresse tenetur, quòd nullum agens intendit per se multitudinem numeralem, & probatur, quia est infinita: quomodo ergo stant hæc simul? Ad hoc breuissime dicitur; quòd hæc dicta si formaliter perspiciantur, suam aperiunt veritatem. Multitudo siquidem numeralis repugnat per se intentioni, quia non habet in se vnde possit per se intendi, caret. n. finitate, sine qua impossibile est aliquid per se intendi, vt patet 2. Metaph. Multitudo autem numeralis perpetuorum potest per se intendi, quia ex ly perpetuorum, finita conuincitur multitudo, ac per hoc intendibilis per seipsam: constat. n. quòd perpetua per se spectant ad perfectionem vniuersi. Eorum autẽ quæ per se exiguntur ad integritatem alicuius finiti, numerum oportet esse taxatum & certum, alioquin nec quantitas totius esset certa, siue de quantitate molis, siue perfectionis accipiatur: non ergo repugnat multiplicationem indiuiduorum humanorum perpetuorum ponere per se intentam, vt finem generationis, quoniam vsque ad certum prædestinatorum numerum complendum erat futura, & non in perpetuum.

Aegid. 2. sẽ. d. 20. q. 1. ar. 2.
Capr. 2. d. 20. q. 1. con. 1. & 2.
Alb. Mag. vbi suprà.

ARTICVLVS II.

Vtrum in statu innocentię fuisset generatio per coitum.

489
2. dist. 20. q. 1. art. 2.

AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur, quod in statu innocentiæ nõ fuisset generatio per coitum. Quia, vt Damasc.* dicit, primus homo erat in paradiso terrestri, sicut angelus quidam. Sed in futuro resurrectionis statu, quando erunt homines Angelis similes, Neque nubent, neque nubentur, vt dicitur Matthæi 22. ergo neque in paradiso fuisset generatio per coitum.

* Damasc. li. 2. orth. fidei, cap. 11. & lib. 4. c. 25.

¶ 2 Præterea. Primi homines in perfecta ætate conditi fuerunt. Si igitur in eis ante peccatum generatio fuisset per coitum, fuissent etiã in paradiso carnaliter coniuncti. Quod patet esse falsum, secundum Scripturam.

¶ 3 Pręt. In coniunctione carnali, maximè efficitur homo similis bestiis, propter vehementiam delectationis. Vnde etiam continentia laudatur, per quã homines ab huiusmodi delectationib. abstinent. Sed bestiis homo comparatur propter peccatum, secundũ illud Psal. 48. Homo cum in honore esset, non intellexit, comparatus est iumentis insipientibus, & similis factus est illis. Ergo ante peccatum non fuisset maris & fœminæ carnalis coniunctio.

¶ 4 Præt. In statu innocentiæ nulla fuit corruptio. Sed per coitum corrumpitur integritas virginalis. Ergo coitus in statu innocẽtiæ non fuisset.

SED CONTRA est, quòd Deus ante peccatũ masculum & fœminã fecit, vt dicitur Genes. 1. & 2. Nihil autem est frustra in operibus Dei. Ergo etiam si homo non peccasset, fuisset coitus, ad quem distinctio sexuum ordinatur.

¶ Præt. Gen. 2. dicitur: Mulier est facta in adiutoriũ viri. Sed non ad aliud nisi ad generationem, quæ fit per coitũ, quia ad quodlibet aliud opus, conuenientius adiuuari posset vir per virum, quàm per fœminam. ergo in statu innocentiæ fuisset generatio per coitum.

RESPON. Dicendum, quod quidã antiquorũ Doctorum considerantes concupiscentiæ fœditatẽ, quæ inuenitur in coitu in isto statu, posuerunt quod in statu innocentię non fuisset generatio per coitum. Vndè Greg.* Nisse. dicit in lib. quem fecit de homine, quòd in paradiso aliter fuisset multiplicatum genus humanum, sicut multiplicati sunt angeli absque concubitu per operationem diuinæ virtutis. Et dicit, quòd Deus ante peccatũ fecit masculum & fœminam, respiciens ad modum generationis, qui futurus erat post peccatũ, cuius Deus præscius erat. Sed hoc nõ dicitur rationabiliter. Ea. n. quæ sunt naturalia homini, neque subtrahũtur, neque dantur homini per peccatum. Manifestum est autem, quod homini secundum animalem vitam, quam etiam antè peccatum habebat, vt s. dictũ* est, naturale est generare per coitum, sicut & cæteris animalibus perfectis. Et hoc declarãt naturalia membra, ad hunc vsum deputata. Et ideo nõ est dicendum, quod vsus horum membrorum naturalium non fuisset ante peccatũ, sicut & cæterorũ membrorum. Sunt igitur in coitu duo consideranda, secundum præsentem statum. Vnum, quod naturæ est, s. coniunctio maris & fœminæ ad generandum. In omni. n. generatione requiritur virtus actiua & passiua. Vndè, cum in omnib. in quibus est distinctio sexuum, virtus actiua sit in mare, virtus verò passiua in fœmina, naturæ ordo exigit, vt ad generandum conueniant per coitum mas & fœmina. Aliud autem quod considerari potest, est quædam deformitas immoderatæ concupiscentiæ, quæ in statu innocentię non fuisset, quando inferiores vires omnino rationi subdebantur. Vndè August. dicit in * 14. de Ciuit. Dei, Absit, vt suspicemur non potuisse prolem fieri sine libidinis morbo. Sed eo voluntatis nutu mouerentur illa membra quo cætera, & sine ardore & illecebroso stimulo, cum tranquillitate animæ & corporis.

* Lib. 8. de prouiden. cap. 5. & in lib. de Homine c. 18. Chrys. homil. 18. in Gen. August. Dam. lib. 4. de Ed. c. 25. Ethim. Psal. 50.

* q. præce. art. 3.

* li. 14. c. 26. ante med. tom. 5.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd homo in paradiso fuisset sicut angelus per spiritualem mentem, cum tamen haberet vitam animalem quantum ad corpus. Sed post resurrectionem erit homo similis angelo, spiritualis effectus, & secundum animam, & secundum corpus. Vndè non est similis ratio.

AD SECVNDVM dicendum, quod sicut Aug.* dicit 9. super Gen. ad literam. Ideò primi parentes in paradiso non coierunt, quia formata muliere, post modicum propter peccatum de paradiso eiecti sunt. Vel quia expectabatur diuina

* lib. 9. c. 4. in princip. tom. 3.

SVPER Q. XCVIII. ART. II.

CONCL. 1. Non est dicendum; quòd vsus membrorum genitalium naturaliũ non fuisset ante peccatum; sicut & cæterorũ membrorum.

¶ PROB. Quia non est dicendum, quòd ea, quę naturalia sunt, dentur homini per peccatum, subtrahanturque illi per innocentiã: nec est dicendum, quòd homini secundum animalem vitam (hanc habebat homo etiam ante peccatum q. 97. art. 3.) non sit naturale generare per coitum (patet ex alijs animalibus, nec nõ ex membris ad hoc deputatis).

¶ CONCL. 2. Non fuisset coitus cum libidinis morbo tunc in generando prolem; sed eo voluntatis nutu mota fuissent genitalia mẽbra, quo cætera, & sine ardore, & sine illecebroso stimulo, cũ tranquillitate animæ & corporis.

¶ PROB. Quia immoderatæ concupiscentiæ deformitas in statu innocẽtiæ non fuisset. Secunda aũt pars, s. sed eo &c. probatur: Quia inferiores vires tunc rationi subdebantur omnino.

¶ NOT. Ideircò Augustinus 14. de Ciuit. Dei, signanter dicit ly Absit; vt suspicemur, non potuisse prolẽ fieri sine libidinis morbo.

1^m ex Damasceno. Sicut. &. Quantum ad mentẽ; non, quantũ ad corpus. §. Tunc &c. Nam generare competit homini quãtum ad corpus; non quantum ad mẽtem. Vnde quando homines, etiã quantum ad corpus, erunt similes Angelis, vt promittitur Matthæi 22. tunc cessabit hominum generatio.

2^m conclusio. Si igitur in eis ante &c. carnaliter coniuncti. &. Nisi fuisset tam modicum tẽpus ante egressum è paradiso; vel nisi etiam expectassent auctoritatem diuinã specialem quo ad determinatum tempus de hoc. §. Vt scilicet Deus postea diceret eis, Multiplicamini puta cras per coniunctionem; sicut antea vniuersaliter, sine temporis determinatione ad incipiẽdum coniunctionẽ mutuam, dixerat eis, Multiplicamini. Tunc nihil &c. vt patet.

Tertium

3m de maiori. In coniunctione carnali. ℞. Immoderata: non, moderata. §. Tunc nihil &c. In coniunctione enim carnali pro illo statu innocentiæ non fuisset quicquam homini immoderatum: vt per secundam conclusionem patet.

Item de maiori. Laudatur. ℞. Propter remotionem inordinatæ libidinis: non propter defectum fecunditatis. §. Tunc nihil &c. Vt patet in litera. Ex qua deridere potes nebulones illos, qui fecunditatem proponunt volentibus caste viuere; vt à proposito desistant: quasi quòd ipsi castitatem elegerint, laudabilemq; consequenter dicant, propter defectum fœcunditatis; cum tamen castitatem ipsam & eligant & laudent, omnibusque laudabilem (vt re vera est) commendent, propter remotionem inordinatæ libidinis. Tales ergo nebulones suasionibus suis & semetipsos ignaros esse, & scopum castitatem cingentiũ non attingere, & se forsan minus esse continẽtes, ostendunt. Porrò si literæ rationem de continentia diligenter ponderas: quis (dices), nisi stultus & porcus, continentiam nunc non laudabit?

diuina authoritas ad determinatũ tempus commistionis, à qua acceperunt vniuersale mandatum.*

Ad tertium dicendum, q̃ bestiæ carent rõne. Vndè fm hoc, homo in coitu bestialis efficitur, quia delectationem coitus & feruorem concupiscentiæ ratione moderari non potest. Sed in statu innocentiæ nihil huiusmodi fuisset: quod ratione non moderaretur, non quia esset minor delectatio secundum sensum, vt quidam dicunt (fuisset enim tantò maior delectatio sensibilis, quanto esset purior natura, & corpus magis sensibile) sed quia vis concupiscibilis non ita inordinatè se extulisset super huiusmodi delectatione regulata per rationem, ad quam non pertinet, vt sit minor delectatio in sensu, sed vt vis concupiscibilis non immoderatè delectationi inhæreat. Et dico immoderatè, propter mensuram rationis. Sicut sobrius in cibo moderatè assumpto, non minorem habet delectationẽ quàm gulosus, sed minus, eius concupiscibilis super huiusmodi delectatione requiescit. Et hoc sonant verba Augustini,* quæ à statu innocentiæ non excludunt magnitudinem delectationis, sed ardorem libidinis, & inquietudinem animi. Et ideo continentia in statu innocentiæ non fuisset laudabilis, quæ in tempore isto laudatur, non propter defectum fœcunditatis: sed propter remotionem inordinatæ libidinis. Tunc autem fuisset fecunditas absque libidine.

Ad quartum dicendum, q̃ sicut Aug.* dicit 14. de Ciu. Dei, in illo statu nulla corruptione integritatis infunderetur gremio maritus vxoris. Ita. n. potuit vtero coniugis, salua integritate fœminei genitalis, virile semen immitti, sicut nunc potest eadem integritate salua, ex vtero virginis fluxus mẽstrui cruoris emitti. Vt enim ad pariendum non doloris gemitus, sed naturalis impulsus fœminea viscera relaxaret, sic ad concipiendum non libidinis appetitus, sed volũtarius vsus naturam vtramque coniungeret.

QVAE-

4m de minori. Per coitum. ℞. Cautatum ab appetitu libidinis: non, à voluntariò tantum vsu discreto & vndique circumspecto. §. Tunc nihil &c. Nam parentes nostros in illo innocentiæ statu non libidinis appetitus, sed voluntarius vsus coniunxisset: vt dicitur in litera. Quam bene, cum allato ibi exemplo, considerans vide: quàm apte consonant hæc secundæ conclusioni præmissæ.

* Inducta in fi. corp. art. illius.

* Lib. 14. c. 26. parum ante med. tom. 5.

APPENDIX.

Vtilitas pro Eccle. S. Dei.

Ex articulo habes primò, quomodo per rationem conuellas errorem Adamæorum credentium; nuptias nunquam futuras, si Adam non peccasset. Mouebantur hi ad hoc astruendum ex eo; quod antequàm Adam peccasset, aut e paradiso eiectus esset, nunquàm vxorem cognouerit. Item errorem Armenorum & Almarici dicentium; Adam & Eua, si in iustitia permansissent, non coiuissent vnquàm. Vnde & addebant, Si Adam & Eua in iustitia permansissent, humana species non fuisset per commixtionem propagata; sed aliter (puta vt Angelorum) multiplicationem hominum futuram. Item (quæ Almarici solius maior est insania) si Adam & Eua in iustitia permansissent, nullam fuisse sexuum differentiam. 2 Secundò habes: quomodo per rationem ostendas, insaniam Almarici iustissime damnari Gen. 1. Ad imaginem Dei creauit hominem, Masculum & fœminã creauit eos. Ecce in statu innocentię sexuum differentia. Item dãnari à Christo Matth. 19. Non legistis; quia qui fecit hominem ab initio, masculum & fœminam fecit eos? Item a Marc. 10. Ab initio autem creaturæ masculum, & fœminam fecit eos Deus. Adiunge his dicta inferius ex Genes. 2. ab Adamo cum declaratione; & apertè videbis, q̃ etiã in posteris fuisset sexuum differentia. Item à Papa Innocentio III. in Concil. generali extrà de sum. Trin. & fide catho. Damnamus, dicitur sic: Reprobamus etiam & condemnamus peruersissimum dogma impij Almarici, cuius mentem sic pater mendacij excęcauit, vt [illegible] doctrina non tam hæretica quàm insana sit censenda. Vbi Papa per dogma intelligit doctrinam, & per doctrinam (cum sine distinctione loquatur) omnem doctrinã: vt bene annotauit Doctor Pegna Directorij Inquisitorum scholiator, prima par. scholio primo. Quia igitur tota Almarici doctrina ibi damnatur: ideo errores Armenorũ prædicti, cum sint Almarico communes, per hãc decretalem dãnati esse cointelliguntur. Ad specialiora tamen descendendo hos ostẽdes per rationem iure damnari à Genes. 2. Non est bonum hominem esse solum, faciamus ei adiutorium simile sibi. Mulier ergo facta est in adiutoriũ viri; quasi quòd vnus vir nõ posset esse in tale, quod Deus intendebat, adiutorium viri. Ergo facta est in adiutoriũ, quòd est generatio per coitũ. Nam ad hoc sola mulier potest esse in adiutorium viri: cum tamẽ ad alia quæque magis iuuetur vir per alium virum, quàm per mulierem. De generatione ergo per talem modũ intendebatur à Domino, quãdo dicebat; Faciamus Adæ adiutorium simile sibi. Hoc verò dixit Deus de illis in statu innocentiæ; vt hinc generationẽ tali modo fiendam (nisi peccatum præuenisset) in statu etiam illo designaret. Item damn. à Genes. 2. Relinquet homo patrẽ suum & matrem, & adhærebit vxori suæ, & erunt duo in carne vna. Hoc dixit Adam inspiratus à Deo (vt ex Matth. 19. habetur) de seipso, & de suis posteris coniugibus. Et licet Adamus non habuerit patrem hominem, neque matrem: tamen de seipso etiã id verificatur, conditionaliter scilicet (sicut & de hominibus nunc vxoratis, quorum mater ac pater mortui sunt): quia, si hos habuisset, hos in causa matrimonii reliquisset. Erunt, inquit, duo in carne vna. Cum ergo non sint coniuges in vna carne duo, nisi pro quanto ad vnam prolem generandã tali modo iniuntur; & Adam cũ Eua esset in statu innocentiæ, & (quòd satis vrget) de coniunctione in tali statu intelligeret, quando verba præmissa dixit (non enim Adam fuit præscius sui casus in peccatum): liquet, q̃ coniungi taliter etiam tunc fuit de intentione Adami. Quòd autem illa verba, Erunt duo in carne vna, significent coitum: patet ex 1. Corin. 6. Nam ibi dicitur; An nescitis, quoniam qui adhæret meretrici, vnum corpus efficitur? Erunt, inquit, duo in carne vna. Ecce: q̃ Apostolus illam sententiam exponit de actu etiam fornicario: licet ex illo sæpius non sequatur proles. Quia tamen coniunctio illa ex natura sua ordinatur ad prolem generandam: ideo de commixtis etiã sic nefarie verificatur ly Erunt duo in carne vna. Item iustissime damnari à Veritatib. aureis super legem veterem, Gen. 1. concl. 23. 3 Tertiò habes: quomodo & Conciliũ & scripturas, pro quanto generationem tunc futuram astruunt per coitum & declares, & probes, & in vero sensu defendas. Vide art. 1. appen. & q. 96. ar. 4. & q. 99. ar. 2. 4 Quartò vides: quomodo ex his vicissim Angelica doctrina præsens declaretur, atque confirmetur.

Comm. Cardinalis Caietani.

Titulus clarus.

¶ In corpore tria. Primò, opinio recitatur Gregorii Nisseni. Secundò improbatur. Tertiò, respondetur quæsito.

¶ Quo ad primum, quatuor refert. Primò, quorundam, & specialiter Gregorij opinionem quòd non per coitum. Secundò, rationem eius propter fœditatem illius. Tertiò, quòd fuisset tamen multiplicatio hominum virtute diuina sicut angelorum. Quartò, exclusionem obiectionis, quoniam in statu innocentiæ erat distinctio sexuum, quòd hoc fecit Deus præscius futuri casus.

¶ Quo ad secundum, reprehenditur opinio hæc, quia naturalia per peccatum neque ablata, neque diminuta sunt: sed hoc est vnum de naturalibus: probatur dupliciter. Primò, quia hoc est naturale omnibus animalibus perfectis. Secundò, ab effectu, quia natura dedit homini membra ad hunc vsum. Inconueniens est aũt horum membrorum naturalẽ vsum non fuisse sicut aliorum.

¶ Quo ad tertium, conclusio responsiua est, Generatio fuisset per coi-

per coitum quo ad coniunctionem maris & fœminæ, non autem quo ad immoderatam concupiscentiam. Probatur conclusio dupliciter: primo ratione, secundo authoritate. ratio assignatur distinguendo in coitu illa duo, & assignando radices proprias eorum, ratio enim coniunctionis est coniunctio virtutis actiuæ cum passiua, ex hac enim probatur prima pars conclusionis sic. Generatio fuisset per applicationem virtutis actiuæ ad passiuam. ergo per coniunctionem maris & fœminæ, probatur sequela, sequela, quia vbicumque est distinctio sexuum, virtus actiua est in mare, & passiua in fœmina. Radix verò immoderatę concupiscentiæ est inobedientia virium inferiorum ad rationis moderamen, ex qua arguitur sic. In statu illo vires inferiores omnino subdebantur rationi. ergo non fuisset coitus quo ad concupiscentiam immoderatam, authoritas est Augustini, assignantis etiam modum quo.s. membra alia voluntario vsu applicantur ad sua officia.

SVPER Q.XCIX. ART. I.

COncl. Pueri mox nati tunc non habuissent sufficientē virtutem ad mouendum membra ad quoslibet actus; sed ad actus pueritię conuenientes, puta ad sugendum, & huiusmodi.

¶Prob. Quia naturale est pueris vt mox nati non habeant virtutem ad mouendū membra (ex naturali humiditate cerebri plus in homine, quàm in alijs, proportionaliter magni); & in omnibus asserēdis sequi debemus naturas rerum, saluis illis, quæ auctoritate diuina traduntur. Secunda autem pars, s. sed ad &c. probatur: Quia in statu innocētię mēbra corporis deficere non poterant ordinatæ hominis voluntati (patet ex rectitudine illius status); & ordinata voluntas hominis est, quę tendit in actus sibi pro tempore conuenientes.

¶Coroll. Ergo vbi authoritas diuina est, sequimur eam; vbi autem non est, sequimur naturas rerum, in iudicando. Et hoc fit regula vniuersalissima. Per authoritatem diuinam intelligit textus scripturam canonicam (de hac vide q. 1. art. 1. appen. ex Concil. Triden.) sm sanctę Ecclesię sensum acceptam 2.2.q.5.ar.3. cum Elucid.

490
2. d. 20. q. 2. art. 1. Et veri. q. 18. ar. 7. ad 4.
* Lib. 1. de peccatorū meritis & remissio. c. 38. ad fin. tomo 7.
Regula iudicādi vniuersalissima.

1^m ex August.

Infirmitas. R. Quantū ad actus pro tempore conuenientes: non aliter. §. Tunc nihil &c. vt patet. Immo argumentum sic glossatum est in fauorem secūdæ partis conclusionis.

2^m illatio conclusionis.

Ergo multo magis &c. R. Negatur illatio. §. Nam ille vsus membrorum non prouenit ex nobilitate, vt credit argumentum, & in quo sensu consequētia ipsa valeret: sed ex alia causa pullulat, vt in litera. Et ideo argumentatio illa est fallacia secundū non causam, vt causam.

3^m de maiori.

Non posse cōsequi desiderabile propositum. R. Si desideretur haberi: non aliter. §. Tunc nihil &c. Pueri.n. non desiderassent illud, si secundū conuenientiam status sui haberi nō potuisset; nec ipsis taliter desiderantib. fuisset ab aliquibus illud denegatum: cum omnib. inesset ordinata voluntas.

4^m de maiori.

Correspondere. R. In illis hominibus, in quibus vtrique defectus dantur: non in aliis. §. Tunc &c. Nam in statu innocentiæ ...

QVÆSTIO XCIX.

De conditione prolis generādæ quantum ad corpus, in duos articulos diuisa.

DEinde considerandum est de conditione prolis generādæ. Et primò, quantum ad corpus. Secundò, quātum ad iustitiam. Tertiò, quantum ad scientiam.

Circa primum quæruntur duo.

¶ Primò, Vtrum in statu innocentię pueri mox geniti, habuissent perfectam virtutem corpoream.

¶ Secundò, Vtrum omnes fuissent nati in sexu masculino.

ARTICVLVS I.

Vtrū pueri in statu innocentiæ, mox nati, virtutem perfectam habuissent ad motum membrorum.

AD primum sic proceditur. Videtur, q̄ pueri in statu innocentiæ mox nati, virtutem perfectam habuissent ad motum membrorum. Dicit enim Aug. in lib. * de bap. paruul. q̄ infirmitati mētis, congruit hæc infirmitas corporis, quæ s. in pueris apparet. Sed in statu innocētię nulla fuisset infirmitas mentis. Ergo neque talis infirmitas corporis fuisset in paruulis.

¶ 2 Præt. Quędā animalia statim cum nascuntur, habent virtutem sufficientē ad vsum membrorum. Sed homo est nobilior aliis animalibus. ergo multò magis est naturale homini, quòd statim natus virtutem habeat ad vsum membrorum. & ita videtur esse pœna ex peccato consequens.

¶ 3 Præt. Non posse consequi delectabile propositum, afflictionem inducit. Sed si pueri non habuissent virtutem ad mouendum membra, frequenter accidisset, q̄ non possent consequi aliquod delectabile eis propositum. Ergo fuisset in eis afflictio, quæ non poterat esse ante peccatum. non ergo in statu innocentiæ defuisset pueris virtus ad mouendum membra.

¶ 4 Pręt. Defectus senectutis videtur correspondere defectui pueritiæ. Sed in statu innocentiæ non fuisset defectus senectutis. Ergo neque etiam defectus pueritiæ.

Sed contra est, q̄ omne generatum prius est imperfectum quàm perficiatur, sed pueri in statu innocentiæ fuissent per generationem producti. Ergo à principio imperfecti fuissent, & quantitate & virtute corporis.

Respon. Dicendum, quòd ea quæ sunt supra naturam, sola fide tenemus, quod autem credimus, authoritati debemus. Vndè in omnibus asserendis sequi debemus naturam rerum, præter ea, quæ authoritate diuina traduntur, quæ sunt supra naturam. Manifestum est autem naturale hoc esse, vtpotè & principiis humanæ naturæ competens, quòd pueri mox nati, non habeant sufficiētem virtutem ad mouendum membra. Quia homo naturaliter habet cerebrū maius in quantitate, secundum proportionem sui corporis, quàm cætera animalia. Vndè naturale est, quòd propter maximam humiditatem cerebri in pueris, nerui qui sunt instrumenta motus, non sunt idonei ad mouendum membra. Ex alia verò parte nulli catholico dubium est, quin diuina virtute fieri possit, vt pueri mox nati, perfectam virtutem habeant ad motum membrorum. Constat autem per authoritatem Scripturæ, quòd Deus fecit hominem rectum. & hæc rectitudo consistit (vt August.* dicit) in perfecta subiectione corporis ad animam. Sicut ergo in primo statu non poterat esse in membris hominis aliquid, quod repugnaret ordinatæ hominis voluntati, ita membra hominis deficere non poterant humanæ voluntati. Voluntas autem hominis ordinata, est quæ tendit in actus sibi conuenientes. Non sunt autem iidem actus conuenientes homini secundum quamlibet ætatem. Dicendum est ergo, quòd pueri mox nati, non habuissent sufficientem virtutem ad mouendum membra ad quoslibet actus, sed ad actus pueritiæ conuenientes, puta ad sugendum vbera, & ad alia huiusmodi.

* Habetur in lentē. in li. de natu. & grã. cap. 15. Et de corrept. & grat. c. 12. tom. 7.

Ad primum ergo dicendum, quòd August. loquitur de ista infirmitate, quæ nunc in pueris apparet, etiā quantum ad actus eorum pueritiæ conuenientes, vt patet * per ea quæ præmittit, quòd iuxta se iacentibus mammis, magis possunt esurientes flere, quàm sugere.

* Aug. loco citato in argum. 1.

Ad secundum dicendum, q̄ hoc, q̄ quædā animalia statim nata habent vsum membrorum, non est ex eorum nobilitate, cum quædam animalia perfectiora hoc non habeant: sed hoc eis contingit ex siccitate cerebri, & quia actus proprii talium animalium sunt imperfecti, ad quos etiam parua virtus sufficere potest.

Ad tertium patet solutio per ea, quę dicta sunt in corpore. Vel potest dici, q̄ nihil appetiuissent nisi ordinata voluntate conuenisset res secundum statum suum.

Ad quartum dicendum, q̄ homo in statu innocentiæ generatus fuisset, sed non fuisset corruptus. Et ideo in statu illo potuissent esse aliqui defectus pueriles, qui consequuntur generationem, non autem defectus seniles, qui ordinantur ad corruptionem.

ARTI-

innocentiæ non fuisset datus defectus senectutis; cum tamen ibi datus fuisset aliquis defectus puerilis. Nam defectus senectutis correspondet corruptioni, quæ ibi non erat: puerilis autem generationi, quæ ibi erat.

APPENDIX.

Vtilitas pro Eccle. S. Dei.

EX articulo habes primò: quomodo per eius rationem ostendas, rectè ad propositum etiam puerorum in statu innocentiæ scriptum esse, Ecclesiast 3. Omnia tempus habent. & ibid. 8. omni negocio tempus, & opportunitas. Quamuis enim de hominibus, negocijsq; post peccatum Adæ ad literam principaliter loquatur: tamen ad illos de statu innocentiæ possunt etiam decenter applicari, propter regulam in principio corporis dictam, quæ est hæc in sententia. Vbi nihil certi authoritas diuina nobis tradit de aliqua re tunc sequenda, attendenda est conditio, seu natura rerum in iudicando sic, vel sic de illa re. Cùm ergo conditio rerum sit, quod nerui nimis humefacti redduntur infirmi ad motum pro tempore humectationis ipsius (vt de neruis diu aqua infusis) atet, quod non stant); & nerui in pueris sint ab humiditate cerebri abundanter infusi: patet, quod, secundum conditionē infantilis ætatis loquēdo, tempus illud non est commodum, & naturaliter aptum ad perfectam motionē membrorum. Igitur per ly omnia tempus habent, & omni negocio tempus & opportunitas, innuere videtur scriptura; quod de pueris tunc iuxta tempus illorum esset in dicendum, & consequenter quod tunc non habuissent perfectum motum membrorum. Secundo habes: quomodo per rationem scripturas similes, pro quanto prædictum sensum innuunt, & intelligas, & declares, & probes. Tertiò vides, quomodo ex his, atq; similib. Angelica vicissim doctrina præsens declaret, atq; confirmetur.

Comm. Cardinalis Caietani.

TItulus clarus.

¶ In corpore vna conclusio responsiua bimembris. Pueri mox nati, habuissent virtutem motiuam membrorum sufficientem, non ad quoslibet actus, sed conuenientes pueritię. Probatur conclusio sic. Ex natura pueri non habent sufficientē vsum membrorum, ex authoritate autem Scripturæ, habuissent illū quo ad conuenientia pueritiæ tantum: ergo &c. In litera, primo probatur consequentia ex illa regula, In naturalibus debemus sequi naturam rei, insuper naturalibus autem authoritatem Scripturę, quia hęc sola fide tenemus, quæ authoritati Scripturæ innituntur. Deinde probatur prima pars antecedentis. Homo habet naturaliter cerebrum maius cæteris animalibus. ergo habet in pueritia neruos non idoneos ad mouendum membra. ergo non habet sufficientem naturam motiuam. Antecedens patet ex anatomia &c. intellectum proportionaliter ad corpus. Consequentia prima probatur, coniuncta illa alia propositione, quòd homo habet cerebrum humidissimum, & quòd ætas infantilis est plenissima humiditatis. ex his enim sequitur, quòd cū in maiori quanto naturæ & ætatis humidæ sit maior humiditas, quòd sit excellens humiditas ad neruos; experimur autem sensu neruos infusos diu in aqua ineptos esse. vt licet & proportionaliter in corpore vt sint firmi, & ducant spiritus vitales. Secunda vero consequentia probatur: quia nerui sunt instrumenta naturæ ad mouendum membra, cuius signum est, quòd patientes in neruis, efficiuntur immobiles secundum illa membra. Deinde probatur secunda pars. Homo factus est rectus corpore subdito animæ. ergo membra hominis non poterant deficere a recta hominis voluntate. ergo non ab actibus conuenientibus, ergo in pueritia obedirebant ad actus conuenientes tantum pueritię. Antecedens pro prima parte probatur authoritate Scripturæ; pro secunda, authoritate expositionis Augustini. Prima vero consequentia manifeste patet, vtpote inferrens particularem ex vniuersali, & nihilominus in litera confirmatur, quoniam sicut ex illa subiectione, membra quo ad esse nihil habebant repugnans voluntati, ita quo ad operari: Et est argumentum à fortiori, quia vsus membrorum est de genere voluntarij, non autem esse eorundem, & propterea, si esse eorum consonat voluntati, quanto magis vsus? Secunda verò consequentia probatur, quia voluntas ordinata est respectu actuum conuenientium tantum. Tertia verò consequentia probatur: quia non omnes actus sunt conuenientes cuilibet ætati, sed pueriles tantum pueris.

Aegid. 2 s.d.20.q.2.ar.1.

SVPER Q. XCIX. ART. II.

491 2. d.20. q. 2.ar.1.ad 1. Et quolib. 3.q.11. Et quol. 5. q. 5.art.1. * lib.2.c.3. tom.4.

COncl. In statu innocentiæ vterque sexus per generationē productus fuisset.

¶ Prob. Quia diuersitas sexus pertinet ad perfectionem humanæ naturæ (patet ex diuersitate graduum in vniuerso); & nihil qd pertinet ad cōplementum humanæ naturę, defuisset in statu innocentię.

1^m de minori.

Innaturale. R. Secundū intentionē naturæ vniuersalis: non, secundum intentionē particularis. §. Tunc &c. Nā fœmina dicit quid innaturale, seu mas occasionatus; quia est præter intentionem &c. vt in litera.

2^m de maiori.

Vel propter defectum virtutis, vel propter indispositionē materiæ. R. Vel propter aliquod accidens extrinsecū, vel propter aliquam conceptionem animæ. §. Tūc nihil concluditur ab arguente: cùm sit insufficiens in diuidēdo. Vltra enim illa duo, quæ adducit ducit, alia etiam duo per responsum dicta inquiruntur.

3^m de maiori.

Hominum, R. Viuentis vita animali, cuius est generare, non aliter. §. Tunc &c. Nam proles genita.

ARTICVLVS II.

Vtrum in primo statu fœminæ natæ fuissent.

AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur, quod in primo statu fœminæ natæ non fuissent. Dicit enim Philos.* in 2. lib. de Generat. animalium, quod fœmina est mas occasionatus, quasi præter intentionem naturæ proueniens. Sed in statu illo nihil euenisset, innaturale in hominis generatione. Ergo fœminæ natę non fuissent.

¶ 2 Præt. Omne generans generat sibi simile, nisi impediatur, vel propter defectum virtutis, vel propter indispositionem materię, sicut parnus ignis non potest comburere ligna virida. In generatione autem vis actiua est in mare. Cùm igitur in statu innocentiæ nullus fuisset defectus virtutis ex parte maris, nec indispositio materiæ ex parte fœminæ, videtur quòd semper masculi nati fuissent.

¶ 3 Præterea. In statu innocentiæ, generatio ad multiplicationem hominum ordinabatur: Sed sufficienter homines multiplicari potuissēt per primum hominem & per primam fœminam, ex quo in perpetuum victuri erant. Ergo non fuisset necessarium, quòd in statu innocentiæ fœminæ nascerentur.

SED CONTRA est, quod sic natura processisset in generando, sicut eam Deus instituit. Sed Deus instituit marem, & fœminam in natura humana, vt dicitur Gen. 1. & 2. Ergo etiam in statu illo fuissent mares & fœminæ generati.

RESPON. Dicendum, quod nihil eorum quæ ad complementum humanæ naturæ pertinet, in statu innocentiæ defuisset. Sicut autem ad perfectionem vniuersi pertinent diuersi gradus rerum, ita etiam diuersitas sexus est ad perfectionem humanæ naturę. Et ideo in statu innocentiæ vterque sexus per generationem productus fuisset.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd fœmina dicitur mas occasionatus, quia est præter intentionem naturę particularis, non autem præter intentionem naturæ vniuersalis, vt suprà dictum* est:

*q. 92. ar. 1 ad 1.

AD SECVNDVM dicendum, quod generatio fœminæ non solum contingit ex defectu virtutis actiuæ, vel indispositione materiæ, vt obiectio tangit, sed quandoque quidem ex aliquo accidenti extrinseco, sicut Philos. dicit in lib.* de Animalib. quòd ventus septentrionalis coadiuuat ad generationem masculorum, australis verò ad generationem fœminarum: quandoque etiam ex conceptione animę ad quam de facili immutatur corpus. Et præcipuè in statu innocentiæ hoc esse poterat, quando corpus magis erat animæ subiectum, vt s. secundum voluntatem generantis distingueretur sexus in prole.

* Lib. 4. de gener. anial. c. 2. tom. 4.

AD TERTIVM dicendum, quòd proles fuisset genita viuens vita animali, ad quam sicut pertinet alimento vti, sic etiam generare. Vndè conueniebat quòd omnes generarent, & non solum primi parentes. Ad quod consequens videtur, quòd tot fuissent generatæ fœminæ, quot & mares.

ARTI-

genitâ, cum generare debuisset collaterali coniuge vti opus habebat. A patre autem & matre abstinuisset generans, iuxta illud Genes.2. quamobrem relinquet homo patrem & matrem: ergo neque patre Adamo, neque matre Eua pro adiutorio ad successiue prolificandum vsus fuisset generans. Consequenter igitur masculus genitus fœminam sororem habuisset simul, vel successiue, genitam ab eodem patre & matre: cum qua sorore matrimonio vsus genuisset. Et cum proles ista generare etiam deberet tempore suo, & à patre suo proximo ac matre, propter authoritatem præmissam Genesis, abstinere in casu matrimonii debuisset; sequitur quòd sororem suam de nouo genitam pro vxore haberet. Videtur ergo consequens; quòd tot fœminæ natæ fuissent, quot & mares. Argumentum verò fallitur ex eo, quòd credit Adamum generaturum tunc esse homines infœcundos, vel generationi actiuæ non vacaturos.

APPENDIX.

Vtilitas pro Eccle. S. Dei.

EX articulo habes primò, quomodo per rationem ostendas, rectè virtualiter à scripturis esse dictum, quòd in statu innocentiæ fuissent genitæ mulieres. Fuit autem hoc dictum Gen.2. Relinquet homo patrem suũ & matrem, & adhærebit vxori suæ. Cùm.n. neque Adam, neque Eua haberet patrem & matrẽ, quos relicturi essent, clarum esse videtur: ꝙ præmissa auctoritas, quo ad hoc, loquitur de posteris, qui patrem Adamum & matrẽ Euam habituri erant; & sic successiuè de aliis, qui vltra Adamũ, Euamq́; parentes alios proximos fuerant habituri. In posteris itaque verificandum erat, ꝙ adhærerent vxori suæ: & consequenter fœmina ab Adam & Eua generanda erat, cui tanquàm vxori masculus ab eis genitus adhæreret; & sic successiuè de aliis posteris. Et nota quòd Adam loquitur ibi de posteris pro statu innocentiæ: quoniam non fuit ipse præscius sui casus, iuxta SS. Doctores. Pro clariori, explicatiorique captu præmissorũ; vide Elucid. in respõ. ad 3. Secundò habes: quomodo per rationem prædictũ sensum virtualiter à Genesi conclusum, & intelligas, & declares, & probes. 2 Tertiò vides: quomodo ex his, similibusque, vicissim Angelica doctrina hæc declaretur, atque confirmetur. 3

Comm. Cardinalis Caietani.

TItulus clarus.

¶ In corpore vna cõclusio responsiua affirmatiuè. In statu innocentiæ fuissent natæ fœminæ. Probatur: in illo statu fuisset quicquid spectat ad complementum humanæ naturæ, ergo fuisset producta diuersitas sexuum, ac per hoc fœminæ. Antecedens est per se notum: consequentia probatur: quia sicut ad perfectionẽ vniuersi pertinet diuersitas graduum, ita ad perfectionem humanæ naturæ diuersitas sexuum.

Scot. 2. s. d. 20. q. 1.
Riccar. 2. s. d. 20. q. 3.
Duran. 2. s. d. 20. q. 5.
Aeg. 2. s. d. 20. q. 1. art. 4.

QVÆSTIO C.

De conditione prolis generãdæ quantum ad iustitiam, in duos articulos diuisa.

DEinde considerandum est de conditione prolis generandæ quantum ad iustitiam.

CIRCA hoc quæruntur duo.

¶ Primò, Vtrum homines fuissent nati cum iustitia.

¶ Secundò, Vtrum nascerentur in iustitia confirmati.

ARTICVLVS I.

Vtrum homines fuissent nati cum iustitia.

AD PRIMVM sic proceditur. Vi, ꝙ homines non fuissent cum iustitia nati. Dicit.n. Hugo* de S. Vic. ꝙ primus homo ante peccatũ generaret quidẽ filios sine peccato: sed nõ paternę iustitiæ hęredes.

¶ 2 Præterea. Iustitia est per gratiam, vt Apostolus dicit ad Rom. 5. Sed gratia non transfunditur, quia sic esset naturalis, sed à solo Deo infunditur. Ergo pueri cum iustitia nati non fuissent.

¶ 3 Pręt. Iustitia in anima est. Sed anima non est ex traduce. Ergo nec iustitia traducta fuisset à parentibus in filios.

SED CONTRA est, ꝙ Ansel. dicit in lib. † de conceptu Virgin. ꝙ simul cum rationalem haberẽt animam, iusti essent, quos generaret homo, si non peccaret.

RESP. Dicendum, quòd naturaliter homo generat sibi simile secundum speciem. Vnde quęcũque accidentia consequuntur naturam speciei, in his necesse est, quòd filii parentibus similentur, nisi sit error in operatione naturæ, qui in statu innocẽtię non fuisset. In accidentibus aũt indiuidualib. nõ est necesse, quòd filii parentibus similentur. Iustitia autẽ originalis, in qua primus homo cõditus fuit, fuit accidẽs naturæ speciei non quasi ex principiis speciei causatum, sed tantũ sicut quoddã donum diuinitus datũ toti naturæ. Et hoc apparet: quia opposita sunt vnius generis: peccatum aũt originale, quod opponitur illi iustitiæ, dr̃ esse peccatum naturæ, vnde traducitur à parente in posteros. Et propter hoc etiam filii parentibus assimilati fuissent, quantum ad originalem iustitiam.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd verbum Hug. est intelligendum non quãtum ad habitum iustitiæ, sed quantum ad executionem ad actus.

AD SECVNDVM dicendum, ꝙ quidam dicunt, ꝙ pueri non fuissent nati cũ iustitia gratuita, quę est merendi principium, sed cum iustitia originali. Sed cum radix originalis iustitiæ, in cuius rectitudine factus est homo, consistat in subiectione supernaturali rõnis ad Deũ, quæ est per gratiam gratum facientem, vt s̃. dictũ * est, necesse est dicere, ꝙ si pueri nati fuissent in originali iustitia, ꝙ etiã nati fuissent cũ gratia: sicut & de primo homine s̃. diximus,* quòd fuit cũ gratia conditus. Non tamẽ fuisset propter hoc gratia naturalis: quia non fuisset transfusa per virtutem seminis, sed fuisset collata homini statim cum habuisset animam rationalem. sicut etiam statim cum corpus est dispositũ infundit̃ à Deo anima rationalis, quæ tamen non est ex traduce. Vndè patet solutio ad tertium.

AR-

SVPER Q. C. ART. 1.

COncl. Filii parentib. assimilati fuissent quantũ ad originalem iustitiam; id est in ea nati fuissent.

¶ Prob. Quia filii assimilantur parẽtibus in accidentibus consequentibus naturã speciei (cum homo generet sibi simile in specie) nisi sit error in operatione naturæ, qui in statu innocentiæ nõ fuisset: & iustitia originalis fuit accidẽs naturæ humanæ speciei (vt patet ex opposito suo i. peccato originali), sicut quoddam donum doti naturæ datum.

492 ı. q. 81. art. 2. corp. 6. Et 2. di. 30. q. 2. art. 3. Et di. 33. q. 2. artic. 1. corp. Et Ro. 5. lec. 3.

* Lib. 1. de Sacramen. par. 6. c. 13 circa med.

Iustitię habitus qũque, vbinõ est actus.

1ᵐ ex Hugone. Iustitiæ. ℞. Quãtum ad executionem actus: non, quantũ ad habitũ. §. Tunc &c. Nam concl͂o intelligit; ꝙ nati fuissent in originali iustitia quantũ ad habitum iustitiæ, non quantũ ad actũ pro illo tunc. Dictum est enim q. 99. ar. 1. ꝙ pueri mox nati nõ habuissent perfectũ vsum membrorũ corporalium: & consequenter à simili, vel à fortiori, ꝙ non habuissent vsum liberi arbitrii. Sicut ergo tũc habuerunt liberum arbitrium, sed non vsum; & sicut nũc baptizati pueri habent gratiã, sed non executionem gratiæ: ita filii tunc nascerentur, sm̃ Hugonem, non habentes executionem iustitiæ paternæ. Non tamen inde sequitur: quòd, secundum eum, nascerentur carentes illa iustitia quo ad habitum. Vidit Hugo in Adã patre nostro & habitũ & actum iustitiæ esse: &, ne sic tãtundẽ in pueris mox natis futurã esse iustitiã crederes, ait; Illos non fore iustitiæ prĩnæ hęredes. Hoc est: Illos mox natos non habituros actum iustitiæ cũ habitu: sicut illorũ pater cũ habitu etiã actum habebat. Et hoc quidẽ correspondenter, ad ætatẽ corporis. Nam pater Adam ætatẽ satis adultam habuerat in sui primordio: isti verò infantilem satis habebant.

† Cap. 10. post med. illius.

D. 2006.

2ᵐ minor. Gr̃a non transfunditur. ℞. Negatur hæc propositio; loquendo de his qui geniti fuissent in statu innocentiæ. § Ad probationem; negatur, quòd ideo esset naturalis. Ratio est: quia gratia non transfunderetur virtute seminis generantis. Quia verò data fuisset immediatè virtute Dei, cùm primùm anima rationalis dabatur: ideo transfundi gratia dici poterat; licet (vt dictũ est) non esset naturalis. In litera notabis; quòd gratia gratificans, tanquàm radix, sequitur necessariò ad iustitiam originalem, i. ꝙ si quis iustitiam originalẽ habet, necesse est dicere, quòd simul habeat gratiã gratificantem. Hinc vide; quàm bene dictũ sit de gratia & iustitia istis; suprà quæst. 95. artic. 1. & q. 97. artic. 1. tertium; & simul, hinc agnosce; ꝙ pueri tunc nati fuissent in gratia, sicut & in iustitia.

* q. 95. artic. 1.

* q. 95. artic. 1.

3ᵐ minor. Anima non est ex traduce. ℞. Verissima propositio; si, per ly ex traduce, intelligatur virtus seminis

minis generantis. §. Non enim anima virtute seminis generatur, vel producitur: sed immediate à Deo creatur, q 90. art. 2. 3. Hac tamen veritate minoris stante, nihil est contra articuli conclusionem: vt patet ex responso ad secundum. Nam gratiam transfundi, siue traduci, siue esse ex traduce, non dicitur; quasi quòd sit virtute seminis transfusa, siue traducta: sed quia statim ad dationem animæ rationalis gratia fuisset collata.

APPENDIX.

Vtilitas pro Eccle. S. Dei.

EX articulo habes primò: quomodo per rationem ostendas, meritò insinuatum fuisse à Concilio Tridentino sess. quinta, decreto primo, quòd pueri in statu innocentiæ fuissent nati in iustitia originali. Ibi enim sic dicit: Si quis Adæ præuaricationem sibi soli, & non eius propagini, asserit nocuisse; acceptam à Deo sanctitatem & iustitiam, quam perdidit, sibi soli & nō nobis eum perdidisse: aut inquinatum illum per inobedientiæ peccatū mortem & pœnas corporis tantum in omne genus humanum transfudisse, non autem & peccatum, quod mors est animę: anathema sit. Hæc ibi. Ecce, secundum Concilium; quòd Adamus perdidit nobis sanctitatem & iustitiam, quam acceperat. Ergo si eam nobis non perdidisset (quod erat in statu ante peccatum); nos in sanctitate illa & iustitia, secundum Concilium, nati fuissemus. Alioquin quomodo intelligi posset, Adamum per peccatum perdidisse nobis iustitiam illam; si ante eius peccatum nos non fuissemus hæredes illius iustitię, ac per hoc in illa nascituri? Clara sunt omnia ex litera plana ipsius Concilij. Nota etiam ibi duo illa verba, scilicet sanctitatem & iustitiam: quæ duo & eodem ordine præmiserat in primo anathemate (nam suprà relatum, est secundum) dicens, Si quis Adam primum hominem non confitetur, cum mandatum Dei transgressus fuisset, statim sanctitatem & iustitiam amisisse, incurrisseque &c. Porro, si superfluitatem (vt decet) à Concilio tanto relegare volumus: fatendum videtur, quod per duo illa verba duas res aliquo modo distinctas intelligit. Per sanctitatem itaque gratiā nos Deo gratificantem, atque ideo Sanctos reddentem, tanquàm iustitiæ originalis radicem, accipere possumus: quemadmodum per aliud verbum, s. iustitiam, accipimus, etiam syllabis inhærentes, iustitiam primo parenti collatam: quam dicimus originalem propter rationē in corporis textu dictam. Si Adam ergo non tantum iustitiam, sed & sanctitatem nobis perdidit: patet, stante prædicta declaratione terminorum, q (secundum Concilium) nati fuissent in statu innocētię pueri non tantum in originali iustitia, sed etiam in gratia Deo gratificante. Notabis quoque ad hoc ex Concilio argumentum à fortiori; & dices: Si post inobedientiā transfundit Adamus in nos peccatum & pœnas multiplices (vt vere transfundit): ergo ante inobedientiam, si generasset, genuisset prolem cum iustitia originali. Promtior.n. quo ad effectū est Deus ad gratias largiendum, q̄ ad castigandum: & consequenter si iusto Dei iudicio exigēte ab Adamo peccatore peccatum transfusum in filios est, multo magis liberalitate Dei sic exigente ab Adamo iusto iustitia transfunderetur in posteros. Hoc idem argumentum ex Concilio Arausicano, immo & reliqua à Tridentino dicta, habes sub breuioribus verbis cano. 2. ibi enim dicit: Si quis soli Adæ præuaricationem suam, & non etiam eius propagini asserit nocuisse: Aut certe tantum mortem corporis (quæ pœna peccati est), non autem & peccatum (quod mors est animæ) per vnum hominem in omne genus humanum transisse testatur, iniustitiam Deo dabit. Hæc ibi. Quasi ergo diceret Concilium Arausicanum. Peccatum Adæ, vltra q peccatum in nos transfudit & mortem corporis, nocuit eius propagini. Hoc autem nocumentum fuit: quod geniti essemus non tantum sine peccato & morte corporis; sed etiam cum iustitia originali & gratia gratificante. Secundò habes: quomodo præmissa Concilia, pro quanto sensum prædictum insinuant, & intelligas, & declares, & probes. Tertio vides, quomodo ex his vicissim Angelica consolidetur, & declaretur conclusio.

2

3

Comm. Cardinalis Caietani.

TItulus clarus.

¶ In corpore vna conclusio responsiua. Homines fuissent nati cum iustitia. Probatur, Homo generat sibi simile secundum speciem: ergo secundum accidentia: ergo secundum iustitiam originalem. Antecedens patet. Prima consequentia probatur. Ex differentia inter accidentia speciei & indiuidui: quia secundum illa assimilatio secluso errore, qui in statu innocentiæ locum non habet: secundum verò indiuidualia accidentia non opus est assimilari. Secunda verò consequentia probatur dupliciter: primò ex ipsa iustitia originali. Secundo ex eius opposito. Ex ipsa quidem, quia erat accidens speciei. Sed quoniam hoc potest malè intelligi, distinguitur accidens speciei dupliciter. Vno modo, consequens principia naturæ. Alio modo, collatum naturæ, & sic est hic. Ex opposito verò, quia peccatum originale est peccatum naturæ, ac per hoc per generationem naturæ traducitur, ergo & iustitia originalis est naturæ. & probatur sequela: quia opposita sunt vnius generis, id est, habent idem genus subiectum, & eandem generationem opposito modo.

¶ In respon. ad secūdum aduerte, q cum iustitia originalis, pro gratia gratis data, sit principaliter in animam: non plus talis iustitia pro quanto est in anima, traduceretur à generante, quàm anima ipsa, quam constat produci à Deo immediate.

ARTICVLVS II.

Vtrum pueri in statu innocentiæ nati fuissent in iustitia confirmati.

AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur, q pueri in statu innocentiæ nati, fuissent in iustitia confirmati. Dicit enim Gregorius 4. Moraliū,* super illud Iob. Somno meo requiescere. si parentem primum nulla putredo peccati corrumperet, nequaquam ex se filios gehennæ generaret: sed hi, qui nunc per Redemptorem saluandi sunt, soli ab illo electi nascerentur. Ergo nascerentur omnes in iustitia confirmati.

¶ 2 Præterea. Anselmus † dicit in libro, Cur Deus homo, quòd si primi parentes sic vixissent, vt tentati non peccassent, ita confirmarentur cum omni propagine sua, vt vltra peccare non possent. Ergo pueri nascerentur in iustitia confirmati.

¶ 3 Præterea. Bonum est potentius, quàm malum: sed propter peccatum primi hominis consecuta est necessitas peccādi in his, qui nascuntur ex eo. Ergo si primus homo in iustitia perstitisset, derivaretur ad posteros necessitas obseruandi iustitiam.

¶ 4 Præt. Angelus adhærens Deo aliis peccantibus, statim est in iustitia confirmatus, vt vlterius peccare non posset. Ergo similiter & homo, si tentationi restitisset, confirmatus fuisset, sed qualis ipse fuit, tales alios generasset. Ergo & eius filii confirmati in iustitia nascerentur.

SED CONTRA est, q August. dicit * 14. de ciuitate Dei, Tunc fœlix vniuersa esset humana societas, si nec illi, scilicet primi parentes, malum in posteros traiicerent: nec quisquam ex stirpe eorum iniquitatem committeret, quę damnationem reciperet. Ex quo datur intelligi, quòd etiam si primi homines non peccassent, aliqui ex eorum stirpe potuissent iniquitatem committere. Non ergo nascerentur in iustitia confirmati.

493 2. dist. 20. q. 2. art. 3. ad 5. & 7. Et mal. q. 5. art. 4 ad 5. Et quol. 5. q. 5. ar. 1.

* Lib. 4 moral. cap. 36. nō procul à princ.

† Li. 1. c 18. à medio illius.

* Li. 14. de Ciuit. Dei, c. 10. à medio, to. 5.

SVPER Q. C. ART. II.

COncl. Non videtur possibile; quòd pueri tunc nascerentur in iustitia confirmati.

¶ PROB. Quia manifestum est, quòd pueri in natiuitate sua non fuissent maioris perfectionis, quàm sui parentes in statu generationis: & parentes quamdiu generassent nō fuissent in iustitia confirmati (patet, quia tunc clarè secundum legē communem, vidissent Deū; cessassetq; mox in ipsis vita animalis).

¶ NOT. Diuus Thomas priuilegiū speciale duplex, vnum per remotionem à peccato, alterum per adhæsionē bono, attribuit Beatæ Virgini matri. Primum ponit 3. par. quęst. 57. artic. 4. alterum in hoc q. 100. art. 2. per primū ponitur, quòd ipsa nec mortaliter, nec etiā venialiter vnquàm peccauit: per secundū autem, quòd erat confirmata in iustitia, & gratia; Primum expressè affirmat Conciliū Tridētinum sess. 6. can. 23. Si quis hominē semel iustificatum dixerit amplius peccare nō posse, nec gratiam amittere; atque ideo eum, qui labitur & peccat, nunquā vere fuisse iustificatum: aut contrà posse in tota vita peccata omnia etiam venialia vitare, nisi ex speciali Dei priuilegio; quemadmodū de Beata Virgine Maria tenet Ecclesia: anathema sit. Hæc ibi. Idē sub aliis verbis prædixit Concilium Constantinopolitanum sextum, actio. 11. vbi in Epistola Sophronii, quæ à Synodo act. 13. recepta est, legitur sic. Credo; q Deus verbum vnigenitus patris filius vterum intactū virginitatis ingressus Matris sanctæ, præclaræq; & quę Dei sunt sapiētis, & ab omni conta-

Cōcilia de B. Virg.

RESP. Dicendum, quòd non videtur possibile, quòd pueri in statu innocentiæ nascerentur in iustitia cõfirmati. Manifestum est enim quòd pueri in sua natiuitate non habuissent plus perfectionis, quàm eorum parentes in statu generationis. Parentes autem quamdiu generassent, non fuissent confirmati in iustitia. Ex hoc enim creatura rationalis in iustitia confirmatur, quòd efficitur beata per apertam Dei visionem, cui viso non potest non inhærere, cum ipse sit ipsa essentia bonitatis, à qua nullus potest auerti, cum nihil desideretur, & ametur, nisi sub ratione boni. & hoc dico secundum legem communem: quia ex aliquo priuilegio speciali secus accidere potest, sicut creditur de Virgine matre Dei. Quàm cito autem Adam ad illam beatitudinem peruenisset, ꝙ Deum per essentiam videret, efficeretur spiritualis & mente & corpore, & animalis vita cessaret, in qua sola generationis vsus fuisset. Vndè manifestum est, quòd paruuli non nascerentur in iustitia confirmati.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd si Adam non peccasset, non generaret ex se filios gehennę, ita s. quòd ab ipso peccatum contraherent, quod est causa gehennę. Possent tamen fieri filii gehennæ per liberum arbitrium peccando. Vel si filii gehennæ non fierét per peccatum, hoc non esset per hoc, quia essent in iustitia cõfirmati, sed propter diuinã prouidentiam, per quã à peccato cõseruarentur immunes.

AD SECVNDVM dicendum, ꝙ Ansel. hoc non dicit asserendo, sed opinando. Quod patet ex ipso modo loquendi, cum dicit: Videtur quòd si vixissent &c.

AD TERTIVM dicendum, ꝙ ratio ista non est efficax, quamuis per eam Anselmus motus fuisse videatur, vt ex eius verbis apparet. Non enim sic per peccatum primi parentis eius posteri necessitatem peccandi incurrunt, vt ad iustitiam redire non possint: quod est tantum in damnatis. Vnde nec ita necessitaté non peccandi transmisisset ad posteros, quòd omnino peccare non possent: quod est tantùm in beatis.

AD QVARTVM dicendum, ꝙ non est simile de homine, & angelo. Nam homo habet liberum arbitriũ vertibile, & ante electionem, & post: non autem angelus, sicut suprà dictum* est, cum de angelis ageretur.

* q.64. artic.2.

QVÆ-

contagione liberatæ & corporis & animæ & intellectus, incarnatus qui erat incarneus. Hæc ibi. Licet autem Conciliorum verba hæc secundum illud, quòd scilicet B. Virgo mater Dei fuerit confirmata in gratia, expreßè non dicant: tamen implicite ad hoc magis declinant, quàm ad oppositum. His verò si iunxeris Diuum Thomam hic secundum illud expressè dicentem; fateberis, tutò dici ab omnibus posse, quod B. Virgo ex speciali priuilegio in vita præsenti fuit confirmata in gratia; & consequenter quòd nec etiam peccare venialiter potuit. Quis priuilegium tantum non admiretur; & priuilegio illi de pręseruatione ab originali non præponat: quantò admodum dignius est confirmari in gratia, quàm præseruari à miseria? Magis ergo & valde magis Beatam Virginem sanctus Doctor deuoté laudauit, confirmatam illam in gratia adhuc mortalem fuisse dicendo: quàm si ab actu contrahendi originale dixisset. Cæterùm an ly creditur, quod circa de confirmatione in iustitia textus hic dicit, sumi debeat pro fide catholica ad salutem necessaria, vel pro fide humana satis probabili; aliorum esto iudicium, præsertimq; sanctæ Romanæ Ecclesiæ; cui omnia sua D. Thomas iam moribundus (anno Domini 1270.) commendauit: & quæ doctrinam huius olim tanquàm veridicam solemniter approbauit (vt in secunda probatione De altitud do. Thom. patet in huius primæ partis Summæ frontispicio).

Cõfirmata est in gr͞a B. Virgo adhuc viués in corpore mortali.

1m ex Gregorio. Ex se. ℞ Quantum est de se: non, quantum est ex libero arbitrio filiorum. §. Tunc nihil &c. Aliud enim est generare ex se filios qui aliunde fiunt filij gehennæ: aliud est generare ex se, quantum est de se, filios gehennæ; communicando scilicet eis per generationem peccatum gehenna dignum faciens. Ideo signanter Gregorius dixit ly ex se. Quasi dixerit, Si tunc Adam generasset filios, generasset vtique ex se; sed si generasset filios gehennæ, non generasset ex se tales. Ex consequenti Adam, quantum est de se, solum electos tunc generaret, atque saluandos. Nam formaliter (vt tantum Doctorem decet) loquitur Gregorius. Quod, vt ab oppositis melius intelligas, vide in nunc post peccatum ab Adamo generatis. Generat enim Adam ex se nunc filios gehennæ; quia in prolem à seipsa, iuxta seminalem quoque rationem, descendentem peccatum originale generando transfundit; vt claré habes in Concilio Tridentino sessione 5. In statu ergo innocentiæ non sic fuisset: quia in filios non transfudisset id, quod ipse non habebat, sed id quod habebat; hoc est, non peccatum, sed iustitiam. Vide art. 1. appendicem.

2m de antecedente. Dicit. ℞. Opinando: non, asserendo. §. Tunc nihil &cęt. Ex litera nota: quòd quamuis ly videtur, quando dicitur tantum modestiæ causa (vt plerumque S. Thomas, Aristotelesque facit) assertionem re uera dicat, id est tanti valeat, ac si diceretur ly est: támen quandoque dubitationem in loquente significat (vt in hoc loco). Legentibus ergo talia, opus est discretione magna; videndo scilicet bene contextum, materiam tractatam, tractantis in loquendo consuetudinem, & alia huiusmodi: vt percipiant ex circumstantijs, quomodo stet ly videtur in locis occurrentibus. Hæc an notanda vbique dixerim occasione vltimorum verborum respõsi in textu, scilicet ly Videtur quòd si &c. Vbi ad demonstrandum, quòd responsum datum, de loquendo opinatiué solum, non est voluntarium, sed extractum veraciter è verbis Anselmi, dicitur: Anselmum ipsum ad illa verba in argumento adducta apponere ly videtur. Ex quo loco etiam pro semper aduerte: quòd in argumentis quandoque non exprimitur tota authoritas, vel tota propositio, vel tota diuisio; ex quibus, si exprimerentur omnia paterent insidiæ arguentis; vt in argumento præsentis responũ non apponitur ly videtur, quod est de auctoritate Anselmi; & hoc fit ad decipiendum ignaros parumque cautos, dum exprimitur quod sonat cõtra veritatem, & tacetur quod est pro veritate. Hinc discito, vt impugnes & expugnes, modum docendi & argumentandi hæreticorum. Nam (vt aliàs dictum est) argumenta in hac summa adducta contra veritatem sunt multotiés hæreticorum; quando videlicet veritas ab eis impugnata est veritas de fide: sicut tunc responsa sunt catholicorum. Quem modum ergo docendi & argumentandi habent hæretici, vel aliàs falsa dolosè suadentes? Proferunt hi de authoritatibus, de scripturis, de propositionibus, de &c. illud solũmodo, quod videtur esse pro se cum quòd re vera non esset; & astuté silentio premũt de ipsismet authoritatibus &c. illud, quod est contra se, etiã quòd re uera esset de textu authoritatis &c. vel contextu vel de tacento manifesto authoris, vel huiusmodi. Ideo videte fratres, quomodo caute ambuletis: quoniã dies mali sunt, Ephes. cap. 5 & maximè nunc: quoniam antichristi multi, & multi pseudoprophetæ exierunt in mundum. 1. Ioan. cap. 2. 4.

Not. vniuersalis de ly videtur.

Vide astutias vulpinas hæreticorum; ne decipiaris.

* Li. 1. Cur Deus homo, c. 18. à medio.

3m de minori. Necessitas peccandi. ℞. Ita vt ad iustitiam redire possint: non, ita vt ad iustitiam redire non possint. §. Tunc nihil &c. Nam & hoc modo necessitatem iustitiæ transmisisset Adam in posteros: vt á iustitia habita, per liberum ipsorum arbitrium cadere potuissent. Neque enim tunc innocentes viatores illi fuissent æquales comprehensoribus, qui á iustitia deficere non possunt; sicut nec nunc peccatores viatores damnatis, qui à peccatis resilire non possunt, adæquantur. Ad illam maximam, bonum est potentius quàm malum, dicitur: quod re uera est, seruata capacitate subiecti recipientis bonum. Patet autem; quòd subiectum viatoris non est capax, secundum communem cursum: vt beatis similetur in hoc, quod peccare non possit. Litera tamen sumit necessitatem peccandi prout talis necessitas cadit tãtum super peccato originali. Homo enim de necessitate post peccatum Adæ contrahit de se peccatum originale; sed tamen alia vitare potest.

4m conclusio prima. Ergo similiter & homo &c. ℞. Si homo habuisset liberũ arbitrium naturaliter inuertibilem post electionem. §. Tunc &c. Neque enim habuit, neque habet, neque habebit, homo prædictã inuertibilitatem: quin semper vsque ad mortem possit secundum electionem suam mutari in bonum & malum.

APPENDIX.

Ex articulo habes primò: quomodo per rationem ostendas, rectè ab Apostolo fuisse virtualiter insinuatum, quòd pueri in statu innocentiæ non fuissent nati in iustitia confirmati. Id autem sic insinuauit Rom. 11. si radix sancta, & rami. Hoc est. Qualis radix; tales & rami, vt à radice dependent. Puta: si radix sancta, & rami erunt sancti; si infecta, & rami infecti; si in sanctitate confirmata, & rami in sanctitate confirmati; si in sanctitate non confirmata, & rami in sanctitate non confirmati. Modò nullus est, qui dubitet; Adamum fuisse radicem filiorum suorum etiam in statu innocentiæ, si tunc genuisset: & Adamum tunc non fuisse in sau-

Vtilitas pro Eccle. S. Dei.

in sanctitate confirmatum, vt ex suo sequenti lapsu patuit. Dicens ergo Apostolus, si radix sancta, & rami, dicere voluisse videtur (si ad propositum de Adamo generante ipsum suauiter trahamus): si radix Adamus fuisset, antequam generasset, in sanctitate confirmatus, generasset filios in sanctitate confirmatos; si non, non; & quia radix ipse non fuerat in sanctitate confirmatus, ideò filios in sanctitate non confirmatos genuisset. Item rectè à Concilio Tridentino hoc idem fuisse insinuatum virtualiter: dum in sess. quinta decreto primo dicit; Adam acceptam à Deo sanctitatem & iustitiam perdidisse non tantum sibi, sed etiam nobis. Vbi ex Concilio clarè vides, quòd Adam nō perdidit nobis sanctitatem quamcumque, sed sanctitatem, quam ipsemet habebat; & consequenter q; non perdidit nobis sanctitatem confirmatam, sed sanctitatē amissibilem; & consequenter q; si etiā in statu, quo acceptā illam iustitiā adhuc retinebat, generasset, filios in sanctitate non confirmatos nō generasset. Alioquin ipse Adamus perdidisset nobis sanctitatem & iustitiam, non quam acceperat (cum hæc esset amissibilis), sed quam nō acceperat: quod est contra supradictum Concilium. Quia igitur sanctitatem acceptā nobis perdidit: ideo tunc ante peccatū pueri ab eo nati fuissent (secundū Concilium) in gratia amissibili non in gratia confirmati. Faciunt quædam hic dicta ad art. 1. huius quæst. & vice versa. Secundò habes: quam derisibiles sint per rationem illi, meritoq; ab Ecclesia in Conciliis multis damnati, qui homines post peccatum Adami habētes gratiam volunt ipsos eam habere inamissibiliter; vnde & peccantem actualiter aliquando nunquā habuisse Dei gratiam ex hoc, quòd eam amisit, inferentes contendunt. Si.n. in statu innocētiæ neque Adam habuit, neq; geniti ab eo habuissent gratiā inamissibilem, sed in ipsa amissibili tantum nati fuissent: quomodo nunc in statu per peccatum vitiato sit consequens, vel saltem verisimile, q; secundum communem legem homines, qui habent semel gratiam, eam inamissibiliter habeant? Tertiò habes: quomodo per rationē Apostolum & Concilia supradicta, pro quanto pueros tunc non nascituros dicunt in gratia confirmatos, & intelligas, & declares, & probes. Quartò vides: quomodo ex his, similibusque vicissim Angelica consolidetur conclusio præsens, atque declaretur.

Cōtra hereticos sine gr̃a, de gratia perperam garrientes. 2 3 4

Comm. Cardinalis Caietani.

Titulus. Confirmati .i. impeccabiles omnino, & non solū moraliter, ita q; non possunt cadere à iustitiæ rectitudine.

¶ In corpore una conclusio responsiua Pueri in statu innocentiæ non fuissent nati, confirmati in iustitia. Probatur. Parentes quamdiu generassent, non fuissent confirmati in iustitia. ergo pueri non fuissent nati confirmati. Consequentia probatur: quia pueri non plus perfectionis habuissent in sua natiuitate, quam parētes quando eos generauerunt, quoniam effectus non excedit causam. Antecedens probatur. Confirmati non possunt non inhærere Deo, aut auerti ab eo. ergo de lege communi sunt beati per apertam Dei uisionem. ergo habent uitam spiritualem mente & corpore. ergo non generant: & sic status generationis & confirmationis repugnant; quia ille ad animalem, ille ad spiritualem uitam pertinet. Antecedens patet ex terminis. Consequentia probatur ex prima quidem parte, quia uisio Dei ipsam essentiā bonitatis offert: ex secunda uerò, quia nihil amatur, nisi sub ratione boni. Secunda uerò consequentia cum tertia est per se nota.

¶ Circa probationem antecedentis dubium occurrit, quia in litera non probatur de confirmatis quòd sint beati, sed econuerso, quòd beati sunt confirmati: hoc enim probant media allata. Ex hoc enim quòd Deus est essentia bonitatis sequitur, quòd clarè uidentes non possint non inhærere sibi, & similiter quòd non possint auerti; quia ad aliquod bonum diuerterentur: in eo autem est omne bonum. ergo beati sunt necessariò confirmati, sed non ualet econtra, & tamen sua conuertens erat probanda.

¶ Ad hoc dicitur, quod dum in litera probatur, quòd beati sunt confirmati, reducitur effectus confirmationis in propriam causam, s. beatitudinem: ita quòd intentio expressa literę non est probare illam propositionem absolute, sed inquantum est reductiua effectus prædicati in propriam causam in subiecto positam. Constat autem, quod si effectus ponatur, quòd ponitur eius propria causa, & econuerso subiliter est ostensum, & quòd beati sunt confirmati, & quòd confirmati sunt beati. Et ut Nouitij intelligant, quis ex ista: Beati sunt confirmati, absolute & formaliter non sequatur sua uniuersalis conuertens ex ipsa tamen causaliter intellecta causalitate propria, optime sequitur à priori sua conuertens. Et si quis obijciat, quod in litera probatur quidē, quòd beatitudo est causa confirmationis, sed non propria, facile respondetur. Tum quia sermo formalis de propria causa accipitur, cum scientia procedat ex proprijs. Tum, quia apud Theologos hoc est per se notum de lege communi, quoniam in hoc differt comprehensor à uiatore, s. in posse, non posse peccare. Tum, quia apud Philosophos constat, q; sola bonitatis essentia sufficit ad replendum, ac retinendum uoluntatem in uero bono, quoniam cuilibet alteri, utpote particulari bono, malum aliquod annecti potest. Et propterea undique constat, quod impeccabilitas uoluntatis beatitudinis proprius effectus est.

QVÆSTIO CI.

De conditione prolis generandę quantum ad scientiam, in duos articulos diuisa.

DEINDE considerandum est de conditione prolis generandæ quantum ad scientiam.

Et circà hoc quæruntur duo.

¶ Primò, Vtrum pueri nascerentur in scientia perfecti.

¶ Secundò, Vtrum statim post natiuitatem habuissent perfectum vsum rationis.

ARTICVLVS I.

Vtrum in statu innocentiæ pueri nati fuissent in scientia perfecti.

494 2. dist. 20. q. 1. art. 1. ad 3. & art. 2. p totū. Et veri. q. 18. art. 7.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur, q in statu innocentiæ pueri nati fuissent in sciētia perfecti. Qualis enim fuit Adam, tales filios generasset: sed Adam fuit in scientia perfectus, vt suprà dictum est. * Ergo filii nascerentur ab eo scientia perfecti.

¶ 2 Pręt. Ignorātia ex peccato causatur, vt Beda † dicit: sed ignorantia est priuatio scientiæ. Ergo ante peccatum pueri mox nati omnem scientiam habuissent.

¶ 3 Præt. Pueri mox nati iustitiam habuissent: sed ad iustitiam requiritur scientia, quę dirigit in agēdis. Ergo scientiam habuissent.

SED CONTRA est, q anima nostra per naturam est sicut tabula rasa, in qua nihil est scriptum, vt dicitur in 3.* de Anima: sed eadem animæ natura est modo, quæ tunc fuisset. Ergo animæ puerorum in principio scientia caruissent.

RESP. Dicendum, quòd sicut suprà * dictū est, de his quæ sunt supra naturā, soli authoritati creditur. Vndè vbi authoritas deficit, sequi debemus naturæ conditionem. Est autem naturale d homini, vt scientiā per sensus acquirat, sicut suprà dictum * est: & ideo anima vnitur corpori, quia indiget eo ad suam propriā operationem: quod non esset, si statim à principio scientiam haberet non acquisitam per sensitiuas virtutes. Et ideo dicendum est, q pueri in d statu innocentię non nascerentur perfecti in scientia, sed eam in processu temporis absque difficultate acquisiuissent inueniendo, vel addiscendo.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd esse perfectum in scientia, fuit indiuiduale accidens primi parentis, inquantum s. ipse instituebatur, vt pater, & instructor totius humani generis. Et ideò quantum ad hoc, non generabat filios similes sibi, sed solùm quantum ad accidentia naturalia, vel gratuita totius naturæ.

AD

* q. 94. artic. 3.
† Cap 2. ad Rom. non remotè à princ. to. 3. & in Gen. cap 1.
* Lib. 3. de aia tex. 14. tom. 2.
* q. 99. ar. 1.
D. 593.
* q. 55. art. 2. & q. 84. art. 6.
D. 740.

SVPER Q. CI. ART. 1.

COncl. Pueri tunc nō fuissent nati in scientia perfecti; sed eam processu temporis absque difficultate acquisiuissent vel inueniendo, vel addiscēdo.

¶ Pr. 2. Quia naturale est homini, vt sciētiam per sensitiuas vires acquirat (cum ideò anima vniatur corpori); & vbi deficit diuina authoritas (sicut hic) debemus sequi naturæ conditionem. Secunda autem pars, s. sed eam &c. patet à simili ex suprà q. 99. art. 1.

1m de maiori. Tales. R Quantum ad accidētia naturalia, vel gratuita totius naturæ: non, quantum ad accidentia indiuidualia. §. Tunc nihil &c. Nam perfectio scientiæ in Adam fuit accidens indiuiduale, inquantum scilicet erat primus in toto genere humano. Quòd si illa perfectio scientiæ ei collata fuisset, vt accidens naturale, puta risibilitas; vel vt accidēns gratuitum totius naturæ, i. etiam pro tota sua posteritate, puta vt iustitia originalis; illam scientię perfectionem transfunderet cum natura in posteros. Secun-

Iustitia originalis accidens erat gratuitum totius naturæ humanæ.

2m ex Beda. Ignorantia. ℞. Non tamen, nescientia. §. Tunc nihil &c. Nam in pueris mox natis non fuisset ignorantia, i. carentia eius, quod pro tempore illo debet haberi (ex simili suprà q. 99. art. 1.) sed in eis fuisset nescientia aliquorum, quæ tunc non nouissent. Cùm enim nescientia sit pura negatio, ignorantia autem priuatio; patet, quod nescientia non derogasset statui innocentiæ; sed ignorantia.

3m de minori. Scientia. ℞. Vniuersalium principiorum iuris. §. Ad directionem enim in agendis nõ requiritur de necessitate scientia aliorum: sed ad hoc sufficit scientia vniuersalium principiorum iuris. Tunc nihil &c. Nam pueri illi licet primam scientiam prædictam non habuissent pro tempore illo; habuissent tamen secundam (vt patet à simili suprà q. 99. artic. 1.), hoc est vniuersalium principiorum & iuris, & aliorum pro tunc ad directionem in agendis requisitorum.

Sciẽtia ad rectè viuẽdum requisita.

Ad secundum dicendum, quod ignorantia est priuatio scientiæ, quæ debet haberi pro tempore illo: quod in pueris mox natis non fuisset. Habuisset enim scientiam, quæ eis competebat secundũ tempus illud, vnde ignorantia in eis non fuisset; sed nescientia respectu aliquorum, quam etiam Dionysius ponit in angelis sanctis, in secundo cœlestium Hierarch. *

Ad tertium dicendum, quod pueri habuissent sufficientẽ scientiam ad dirigendum eos in operibus iustitiæ, in quibus homines diriguntur, & vniuersalia principia iuris, quam multò plenius tunc habuissent, quàm nunc naturaliter habemus; & similiter aliorum vniuersalium principiorum.

*Post medii illius.

APPENDIX.

Vtilitas pro Eccle. S. Dei.

Ex articulo habes primò, quomodo per rationem à responsis argumentorum tactas, interimas heresim quorundam innominatorum (vt refert Philaster) dicentium: primos parentes ante peccatum fuisse cæcos, atque tunc primo videre cœpisse, cùm de pomo vetito comederunt. Si enim ignorantia, & à simili cæcitas corporalis, est pœna peccati (vt ex responso ad secundum habetur): & Adam habuit scientiam omnium rerum (vt in responso ad primum, & suprà q. 94. artic. 3.) & in statu innocentiæ non poterat esse carentia alicuius rei tunc naturaliter habendæ (vt ex ad secundum hic, & suprà q. 94. art. 4. & quæst. 99. artic. 1.) patet per has tres rationes D. Thomæ efficaces, quòd Adam, & Eua non fuerunt cæci ante peccatum. Quòd si addas, visionem corporalem esse magnum bonum: & pro inconuenienti haberi à D. Thoma (q. 98. art. 1.) quòd ex peccato, quantum est de natura peccati, consequatur quis aliquod bonum: tunc etiam aliam hæresis prædictæ partem, quòd scilicet post comestionem pomi vetiti tunc primo videre cœperunt, per rationem confutabis. Pro qua re, s. quòd ex comestione pomi, & vniuersaliter ex peccato vt sic, non reportetur commodum, immo grande incommodũ; vide q. 95. art. 4. appen. & Veritates aureas super totam legẽ veterem, Gen. 3. concl. 22. Secundò habes: quomodo per rationem ostendas, hanc meritò damnatam fuisse à sacris literis Ecclesi. 17. Deus creauit de terra hominem, creauit ex ipso adiutorium simile sibi; consilium & linguam, & oculos & aures, & cor dedit illis excogitandi, & disciplina intellectus repleuit illos. Ecce, scriptura teste, quod Deus primis parentibus dederat oculos, procul dubio ad videndum; & disciplina intellectus repleuit illos. Ergo tum oculo corporali, tum oculo intellectuali, videbant, & cognoscebãt: & cõsequenter nõ fuisse tunc illos cæcos declarat scriptura. Item meritò damnatã à Genes. 3. Vidit igitur mulier, quòd bonum esset lignum ad vescendum, & pulchrum oculis, aspectuque delectabile; & tulit de fructu illius, & comedit. Audis ne; mulierem, antequàm comederet, vidisse; & vidisse oculis atq; aspectu, procul dubio corporali? Vidit, inquit, lignum quòd esset & bonum ad vescendum, & delectabile aspectu, & pulchrum oculis, id est ex pulchritudine delectabili oculis visa cognouit mulier coniectando; quòd lignum tam pulchrum, & tam delectabile esset bonum ad vescendum: quamuis ex præcepti transgressione oculis intellectualibus considerata cognosceret ipsummet lignum esse malum ad vescendum. Est ergo ac si diceret scriptura. Corporali visu non caruerunt primi parentes ante peccatum: immo neque corporalis visus exercitio. Tertiò consequenter habes: quomodo per rationem ostendas, illud (Genes. 3. Et aperti sunt oculi amborum, & cognouerunt se esse nudos) non debere intelligi hoc modo; quòd scilicet ante peccatum essent corporaliter cæci. Sed quo, inquis, modo hoc intelligi debet? Audi Beatum Augustinum 14. de ciuitate Dei, cap. 16. sic exponentem. Patebant oculi eorum: sed adhuc non erant aperti, hoc est, non attenti; vt cognosceret, quid eis indumento gratiæ præstaretur; quando membra eorum voluntati repugnare nesciebant. Qua gratia remota, vt pœna reciproca inobedientia plecteretur: extitit in motu corporis quædam impudens nouitas, vnde esset indecens nuditas: & fecit attentos, reddiditque confusos. Hinc est, quod posteaquàm mandatum Dei aperta transgressione violarunt, scriptum est de illis: Aperti sunt oculi amborum &cæt. Aperti sunt, inquit, oculi amborum, non ad videndum; nam & antea videbant: sed ad discernendum inter bonum quod amiserant, & malum in quod ceciderant. Hæc Augustinus. Hinc intellige illud Genes. 2. Erat vterque nudus; & non erubescebat. Pro dictorum autem ampliori notitia, vide Veritates aureas illas, Genes. 3. concl. 9. Quartò vides: quomodo ex his vicissim Angelica hæc doctrina consolidetur.

Comm. Cardinalis Caietani.

Titulus clarus.

¶In corpore vna conclusio. Pueri non nascerentur perfecti in scientia, sed absque difficultate eam acquisiuissent. Probatur. Naturale est homini non habere scientiam congenitam, sed acquirere eam ex sensibus. ergo in statu innocentiæ non nati fuissent scientes &c. Antecedens probatur, quia anima vnitur corpori propter indigentiam illius ad hoc opus. Consequentia verò probatur, quia vbi authoritas Scripturæ non opponitur, naturalia asserenda sunt.

SVPER Q. CI. ART. II.

Concl. Pueri tunc mox nati non habuissent perfectũ vsum rationis, sicut habituri erant in ætate perfecta: habuissent tamen vsum perfectiorẽ, quã nunc; quantum ad ea, quæ ad eos pertinebãt pro statu illo (sicut & de vsu membrorum superius est dictum).

495 2. dist. 23. q. 2. art. 2. cor. Et veric. q. 18. art. 8.

¶ Prob. Quia pueri in statu innocentiæ habuissent impedimentum virium sensitiuarum propter nimiam humiditatem cerebri: & ligato sensu, seu impeditis viribus sensitiuis, homo perfectum vsum rationis nõ habet (cùm rationis vsus dependeat quodammodo ex vsu virium sensitiuarum). Secunda autem pars, s. habuissent tamen &c. patet ex q. 99. art. 1.

ARTICVLVS II.

Vtrum pueri mox nati habuissent perfectum vsum rationis.

Ad secundum sic proceditur. Videt quod pueri in statu innocentiæ mox nati habuissent perfectum vsum rationis. Nunc. n. pueri perfectũ vsum rationis non habent propter hoc, quòd anima per corpus aggrauatur: hoc autẽ tunc non erat, quia, vt dicitur Sapien. 9. Corpus quod corrumpitur, aggrauat animam. Ergo ante peccatum & corruptionem à peccato subsecutam, pueri mox nati perfectũ vsum rationis habuissent.

¶ 2 Præt. Quędã alia animalia mox nata habent naturalis industriæ vsum, sicut agnus statim fugit lupũ. Multò ergo magis homines in statu innocentiæ mox nati habuissent vsum perfectum rationis.

Sed contra est, quod natura procedit ab imperfecto ad perfectũ in omnibus generatis. Ergo pueri non statim à principio habuissent perfectum vsum rationis.

Respon. Dicendum, quòd sicut ex supradictis * patet, Vsus rationis dependet quodammodo ex vsu virium sensitiuarum: vnde ligato sensu, & impeditis inferioribus viribus sensitiuis, homo perfectum vsum rationis non habet, vt patet in dormientibus, & phreneticis. Vires autem sensitiuæ sunt virtutes quædam corporalium organorum: & ideò impeditis eorum organis, necesse est, quòd eorum actus impediantur, & per consequens rationis vsus. In pueris autem est impedimentum harum virium propter nimiam humiditatem cerebri. Et ideò in eis non est perfectus vsus rationis, sicut nec aliorum membrorum: & ideò pueri in statu innocentiæ non

* q. 84. artic. 7.

1m ex Sapien. Quod corrumpitur, aggrauat animam. R. Idest corruptibile naturaliter, & corruptione ex peccato subsecuta simul: Aggrauat animam, i. impedit vsum rationis secundum quamcumque ætatem. §. Tunc authoritas ista non facit ad propositum: quoniam non probat minorem intentam, hoc autem tunc non erat: quæ negari intelligebatur, & pro clariori notitia negatur. Licet. n. anima non haberet tunc corpus corruptibile naturaliter ex corruptione per peccatum subsecuta, & consequenter ipsa in vsu suæ rationis per corpus non impediretur tunc secũdum quamcumque ætatem: tamen anima habebat in illo statu corpus, q̃tum erat de natura corporis corruptibile, quamuis de facto non fuisset corruptum homine non peccante, q. 97. artic. 1. & q. 98. artic. ad primum, & consequenter ipsa in vsu perfecto suæ rationis per corpus impediebatur tunc secundum aliquam solummodo ætatem. Hæc vltima impeditio rationis attendebatur iuxta impotentiam virium sensitiuarum, modo supradicto, q. 99. ar. 1. Stant ergo simul: quòd corpus corruptibile naturaliter, & ex peccato, non aggrauabat animam in statu innocentiæ; & quòd corpus naturaliter solum corruptibile aggrauabat animam tunc: vt ostensum est.

*q. 99. ar. 1.

2m de antecedente. Vsum. R. Aliqualem: non, omnino perfectum. §. Tunc &cæt. Nam de vsu rationis puerorum non quocumque, sed perfecto, loquitur cõclusio. In litera ly & tamen in homine est speciale &c. intelligitur sic, ad propositum solutionis argumenti radicitùs. Si alia animalia adducta industriæ naturalis vsum etiã omnino perfectum haberent mox nata; negaretur adhuc illa consequentia, scilicet ergo homines in statu innocentiæ mox nati &cæt. Ratio, quòd rectè negaretur, est: quia in homine est speciale impedimentum ex abundantia humiditatis cerebri, quod non est sic in alijs.

non habuissent perfectum vsum rationis, sicut habituri erant in perfecta ætate. Habuissent tamen perfectiorem quàm nunc, quantum ad ea quæ ad eos pertinebant, quantum ad statum illum, sicut & de vsu membrorum superius est dictum.*

Ad primvm ergo dicendum, ꝙ aggrauatio accidit ex corruptione corporis in hoc, quòd vsus rationis impeditur quantum ad etiam quę pertinent ad hominem secundùm quamcumque ætatem.

Ad secvndvm dicendum, ꝙ etiã alia animalia non habent ita perfectũ vsum industriæ naturalis statim à principio, sicut postea. Qđ ex hoc patet, ꝙ aues docent volare pullos suos, & similia in aliis generib. animalium inueniuntur. Et tamen in homine est speciale impedimentũ propter abundantiã humiditatis cerebri, vt suprà* dictũ est.

*q. 99. ar. 1.

APPENDIX.

Vtilitas pro Eccle. S. Dei.

EX articulo habes primò; quomodo per rationem ostendas, meritò fuisse virtualiter à Philosopho dictum, quòd pueri naturaliter vsum perfectum rationis non habent; & consequenter à simili dictum ab eodem, si statum innocentiæ hucusque tractatum cognouisset, quòd pueri mox nati in statu illo non habuissent naturaliter perfectum vsum rationis. Id verò dixit Philosophus virtualiter in hæc verba, Nihil intelligit anima sine phantasmate 3. de anima textu 30. propter quod & ait in primo Meta. cap. 1. & in secundo Poster. tex. 27. quòd principium cognitionis nostræ est à sensu. Intellectiua enim cognitio, de qua ibi principaliter loquitur, est à sensu hoc modo: quòd res à sensu exteriori sensata transmittitur ad sensus interiores, qui communi nomine vocantur phantasia: vnde illæ res sensatæ sic in illa receptæ vocantur phantasmata. Super hæc postmodum phantasmata fertur lumen intellectus agentis, sicut lumen Solis super colores parietis affixos, ex cuius illustratione magis subtilantur ita; vt (quod patet per exemplum de coloribus exterioribus à Sole illustratis, respectu oculi eos tunc inspicientis) eliquetur similitudo quædam ex illis, quæ similitudo pertingẽs vsque ad intellectum possibilem sit forma eius; & tunc dicitur species intelligibilis, mediante qua intellectus ipse intelligit; sicut mediante specie visibili, forma facta oculi, oculus videt; & mediante forma sua vnumquodque agens agit. Ex his patet dictum superius Philosophi, quòd principium intellectiuæ cognitionis nostræ est à sensu, & quòd anima nihil intelligit sine phantasmate. Per hæc, inquiebam, dicere voluit Philosophus: quòd pueri mox nati non habent perfectum vsum rationis naturaliter. Ratio est: quia sicut in aqua non potest bene imprimi similitudo fixa alicuius rei, sed in aliquo spissiori atque solidiori subiecto imprimitur (vt patet de cera in qua sigillum recipitur, licet non in aqua); ita in cerebro puerili, cum sit humiditate superabundans tunc, & minus solidum non possunt bene imprimi res exterius sensatæ; & consequenter nec phantasia, cum sit in cerebri cellulis (vt dicitur 1. de anima) phantasmatum impressionem, quæ sufficiat ad iuuamen intelligendi, retinere aut vix aut nullatenus potest. Hinc vides: radicem non habendi vsum perfectum rationis esse humiditatem nimiam cerebri; quam cum Diuus Thomas in calce responsi tertii posuerit, omnia fere supradicta breuiter declarasse dicendus est. Naturaliter, dixi superius; quia & Philosophus de naturali tantum cursu, vtpote à se noto, loqui intendebat; & miraculosè potest à Deo fieri, vt puerulus etiam in ventre matris vsum perfectum rationis habeat. Nec obstat prædicto cursui naturali, quod pueruli illi fuissent in statu innocentiæ: quoniam gratia non destruit naturam, sed in esse naturali dimittit, seu conseruat. Exemplum. Videmus nos; quòd pueruli nunc baptizati, licet gratiam Dei atque sanctitatem puram, i. etiam sine mixtione peccati venialissimi habeant, neque vsum neque perfectum vsum rationis habent. Secundò habes: quomodo per rationem prædictas Philosophi authoritates, pro quanto pueris etiam in statu innocentiæ mox natis perfectum vsum rationis denegant, & intelligas, & declares, & probes. Tertiò vides: quomodo ex his atque similibus, vicissim Angelica doctrina præsens iuuetur.

2

3 Pro stud.

¶ Not. Huic articulo seruit articulus in ordine 422. 490.

Comm. Cardinalis Caietani.

Titulus clarus.

¶ In corpore vna conclusio bimembris. Pueri non habuissent perfectum vsum rationis, sed ad opera puerilia idoneum. Probatur prima pars. Organa virium sensitiuarum ex nimia humiditate fuissent impedita. ergo ipsæ vires sensitiuæ. ergo vsus rationis. Antecedens patet. Prima consequentia probatur: quia actus earum pendent ex organis, quia sunt actus eorum. Secunda consequentia probatur; quia vsus rationis pendet ex viribus sensitiuis, vt patet in phreneticis, & dormientibus. Secunda pars: quia par ratio est de vsu rationis & membrorum, de quibus superius dictum est, quòd fuissent idonea ad actus pueritiæ, & non simpliciter. Ex eadem siquidem radice, f. humiditate nimia cerebri, vtrumque nascitur.

Alb. Mag. 2. d. 17. ar. 4.

SVPER Q. CII. Art. I.

Concl. Conueniens fuit; vt in orientali parte à Deo institueretur paradisus terrenus.

¶ Prob. Quia conueniens erat, vt in nobilissimo loco totius terræ paradisus constitueretur: & huiusmodi locus nobilissimus est oriens (cùm sit pars dextera cœli). Secunda autem pars, f. terrenus, probatur: Quia tamquàm de corporeo loco historiam scriptura narrat quando de illo paradiso loquitur (vt videre est in Gen. 2.); & in his, quæ per modum narrationis historicæ scriptura tradit, in primis pro firmo fundamento, fidelissima veritas historiæ tenenda est.

¶ Not.

QVÆSTIO CII.

De loco hominis, qui est paradisus, in quatuor articulos diuisa.

DEinde considerandum est de loco hominis, qui est paradisus.

Et circà hoc quæruntur quatuor.

¶ Primò, Vtrum paradisus sit locus corporeus.

¶ Secundò, Vtrum sit conueniens locus habitationis humanæ.

¶ Tertiò, Ad quid homo in paradiso positus fuit.

¶ Quartò, Vtrum in paradiso debuit fieri.

ARTICVLVS I.

Vtrũ paradisus sit locus corporeus.

AD primvm sic proceditur. Videtur, quòd paradisus non sit locus corporeus. Dicit. n. Beda, † ꝙ paradisus pertingit vsque ad lunarem circulũ: sed nullus

496

22. q. 84. art. 3. ad 3. Et 2. d. 17. q. 3. art. 2. Et 3. dist. 9. q. 1. artic. 3. q. 3. ad 3. †2. ad Corin. 12. super illud, Raptus est in paradisum, to. 3.

locus terrenus talis esse potest, tũ quia contra naturam terræ esset, quòd tantùm eleuaretur: tum etiam quia sub globo lunari est regio ignis, qui terram consumeret. Non est ergo paradisus locus corporeus.

¶ 2 Præterea. Scriptura commemorat quatuor flumina in paradiso oriri, vt patet Genes. 2. Illa autem flumina quæ ibi nominantur, alibi habent manifestas origines, vt patet etiam per Philosophum in lib. Meteor. * ergo paradisus non est locus corporeus.

¶ 3 Pręt. Aliqui diligentissimè inquisierunt omnia loca terræ habitabilis, qui tamen nullam mentionem faciunt de loco paradisi. ergo non videtur esse locus corporeus.

¶ 4 Præt. In paradiso describitur lignum vitæ esse: sed lignum vitæ est aliquid spirituale. dicitur enim Prouer. 3. de Sap. quòd est lignum vitæ his, qui appręhendunt eam. ergo & paradisus non est locus corporeus, sed spiritualis.

¶ 5 Præterea. Si paradisus est locus corporalis, oportet quòd & ligna paradisi sint corporalia: sed hoc non videtur, cum corporalia ligna sint producta tertio die. De plantatione autem lignorum paradisi legitur Genes. 2. post opera sex dierum. ergo paradisus non est locus corporeus.

Sed contra est, quod Aug.* dicit 8. super Gen. ad lit. Tres sunt de paradiso generales sententiæ, Vna eorum, qui tantũmodo corporaliter paradisum intelligi volunt: alia eorum, qui spiritualiter tantũ: tertia eorum, qui vtroque modo paradisum accipiunt, quam mihi fateor placere sententiam.

Resp. Dicẽdum, ꝙ sicut Aug.* dicit 13. de Ciu. Dei. Quæ cõmodè dici possunt de intelligendo spiritualiter paradiso, nemine prohibẽte dicantur, dum tamen & illius historiæ fidelissima veritas, rerum gestarum narratione cõmendata credatur. Ea.n. quæ de paradiso in scriptura dicuntur, per modũ narrationis historicæ proponuntur. In omnibus aũt quæ sic Scriptura tradit, est pro fundámento tenenda veritas historiæ, & desuper spirituales expositiones fabricandæ. Est ergo paradisus, vt Isid.* dicit in lib. Etymolog. locus in Orientis partibus constitutus, cuius vocabulũ à Gręco in Latinum vertitur Hortus. Conuenienter autẽ in parte Orientali dicitur situs: quia credendum est, quòd in nobilissimo loco totius terræ sit constitutus. Cùm autem Oriens sit dextera cęli, vt patet per Philosophum in 2. de cœl.* dextera autem est nobilior quàm sinistra, conueniens fuit vt in Orientali parte paradisus terrenus institueretur à Deo.

Ad primum ergo dicendũ, ꝙ Bedæ verbum non est verum, si fm sitũ manifestum intelligatur. Potest tamen exponi, ꝙ vsque ad locũ lunaris globi ascendit, non fm situs eminentiá, sed fm similitudinem: quia est ibi perpetua aeris temperies, vt Isido.* dicit: & in hoc assimilatur corporibus cęlestibus, quę sunt absque contrarietate. Magis tamen fit mentio de lunari globo, quàm de aliis sphæris: quia lunaris globus est terminus cœlestium corporum versus nos: & Luna etiam est magis terræ affinis inter omnia corpora cœlestia. Vnde & quasdam tenebras nebulosas habet quasi accedens ad opacitatem. Quidam autem dicunt, quòd paradisus pertingebat vsque ad lunarem globum, id est, vsque ad medium aeris interstitium, in quo generantur pluuiæ, & venti, & huiusmodi: quia dominium super huiusmodi euaporationes maximè attribuitur Lunæ: sed secundum hoc locus ille non esset conueniens habitationi humanæ: tum quia ibi est maxima intemperies: tum quia non est temperatus complexioni humanæ, sicut aer inferior magis terræ vicinus.

Ad secundum dicendum, ꝙ sicut August.* dicit 8. super Gen. ad lit. Credẽdum est, ꝙ locus paradisi à cognitione hominũ est remotissimus: flumina autem, quorum fontes noti esse dicuntur, alicubi esse sub terras, & post tractus prolixarum regionum, locis aliis erupisse. Nam hoc solere nonnullas aquas facere, quis ignorat?

Ad tertium dicendum, ꝙ locus ille seclusus est à nostra habitatione aliquib. impedimentis vel montiũ, vel mariũ, vel alicuius æstuosæ regionis, quę pertrásiri non potest. Et ideo scriptores locorũ de hoc loco mentionem nõ fecerunt.

Ad quartum dicendum, ꝙ lignum vitæ est quædá materialis arbor sic dicta, quia eius fructus, habebat virtutem conseruandi vitam, vt suprà dictum * est. Et tamen aliquid significabat spiritualiter, sicut & Petra in deserto fuit aliquod materiale, & tamen significauit Christum. Similiter etiam lignum scientię boni & mali materialis arbor fuit, sic nominata propter euentum futurum: quia post eius vsum homo per experimentum pœnæ didicit quid interesset inter obedientiæ bonum, & inobedientiæ malum: & tamen spiritualiter potuit significare liberum arbitrium, vt quidam dicunt.

Pro intell. scr. & euitandis erroribus.

¶ Not. Vniuersalissima. Diligẽtissimè atq; grauissimè ponderãda sunt verba Diui Augustini in principio corporis adducta. His namq; libratis benè atque seruatis facile videbimus: vnde multi (de quibus nunc aliquos pro exemplo) emerserunt errores; eosque ac similes Dei gratia adiuti vitabimus in vniuersum.

Exempla. Error de costa q. 92. art. 3. in appendice recensitus: Error de formatione Adami ex limo terræ, q. 91. art. 1. Error de serpentis tentatione, q. 94. arti 4. Item errores circa formam & ueritatem Eucharistiæ (hi recensentur in 3. p. de Sacramentis, quæstionib. & articulis cõtra illos correspõdentibus) scilicet, Hoc est corpus &c. Hic est calix sanguinis &c. pluresque huiusmodi, vnde originem traxerunt? Hinc: quia scilicet hanc circa intelligentias historiarũ sacrarũ regulã Augustini non obseruarunt errantes prædicti. Voluerunt nãque sine veritate historiæ, allegorias sibi, vel alias figuratas locutiones effingere: & consequenter, ceu absque fundamento ædificantes, derisui omnium sapientum vilissimè (veluti quo ad hoc ignorantissimi) patuerunt. Vide q. 91. ar. 1. appendicem: & loca inibi citata.

** Lib. 2. in duob. vlt. cap.*

** Lib. 8. in princ. lib. tom. 5.*

1m ex Beda.

Lunarem circulum. ℞. Similitudinarie acceptum; non, secundum situs eminentiam. §. Tunc nihil &cæt. Non enim obstat, quippiam terrenũ pertingere vsque ad illum locum similitudinariè dictum: quamuis obstaret, aliquid terrenum illuc usque secundum situs eminentiam naturaliter assurgere. Ex litera addisce: quomodo sub metaphoris rerum notarum describere possimus cõditiones rerum ignotarum. Et hinc noli mirari; si sub parabolis. rerum nobis cognitarum describuntur in testamento tum veteri tum nouo res nobis ignotæ cum suis conditionibus. Vide ergo; vt sensum tunc parabolicum à non parabolico discernas. De hac re consulas quæst. 1. art. 9. & 10.

** Lib. 13. c. 21. in fine, tom. 5.*

** Li. 14. Etym. c. 13. circa prin.*

** Lib. 2. de Cęlo, tex. 15. tom. 2.*

Secun-

2m de minori.

Origines. ℞. Sub terra ante ex paradiso protractas: non, primas secundum rei veritatem. §. Quamuis illæ origines alibi nobis manifestæ possint dici primæ quantum ad cognitionem sensuum nostrorum. Tunc nihil &cæt. Nam quando scriptura flumina ipsa è paradiso oriri testatur, loquitur de ipsorum origine primò prima secũdum rei veritatem: non de eorundem origine iam post subterraneas protractiones nostris sensibus primitus manifesta. Quòd autem sub terris protractio istorum fiat, antequàm nobis appareant, cognosci potest. & ex hoc, quòd flumina illa (secundum scripturam Genes. 2.) circumeunt terrarum multas regiones; & ex hoc, quòd locus paradisi, vnde primò egrediuntur, est à nostra sensili notitia remotissimus.

** Li. 14. Etymol. c. 13.*

3m de antecedente.

Habitabilis. ℞. A nobis; non, absolute. §. Tunc &c. Locus enim ille, cum sit corporeus in terra firma, est habitabilis absolutè; sed à nostra habitatione seclusus. Conijce tu ex ly à nostra habitatione seclusus aliquibus &c. ꝙ paradisus ille est tãtum nobis communiter per fidem notus; & consequẽter quòd argumentum est de scriptoribus tantũ via naturali communi loquentibus. Dixi, ly communiter: quia ly Enoch, & Heliæ, & fortè alicui alteri, aliter quàm per fidem paradisus ille est notus; tamen particularium horum cognitiones, maximè cum priuilegiatæ sint, non contrariantur dicto in litera, scilicet quòd ille locus seclusus sit à nostra habitatione, & scriptoribus locorum terræ habitabilis innominatus.

** Li. 8. c. 7. ad fi. to. 5.*

Q̃o notus paradisus nobis.

** q. 97. artic. 4.*

4m de minori.

Lignum vitæ. ℞. Accẽptum quo ad suum spirituale significatum: non, acceptum quo ad suum esse materiale. §. Tunc nihil &c. Nam conclusio de paradiso terrestri quantum ad literam sumpto (vt ex principio corporis habes); & consequenter

de fluminibus eius, & lignis omnibus in eodem sensu, loquitur. Ex litera responsionis disce: quòd ex rebus terrenis & materialibus designari possunt, & figurari quodammodo per metaphoras cœlestia & spiritualia; dum tamen fidelissima historiæ veritas pro fundamento stabili teneatur.

5m de minori.

Legitur. R. Per recapitulationem: non aliter. §. Vnde istam recapitulationem quandam esse, notat litera Gen. dicens, Plantauerat dominus paradisum à principio. Quasi dixerit: Iam, antequam in hoc secundo capite Gen. commemoraretur, plantatus erat paradisus, & consequenter eius ligna. Tunc &c. Nam post opera sex dierum fit mentio lignorũ paradisi; non quia tunc primò producta sint, sed quia tertia die cũ alijs lignis iam producta fuerant (id quod, vt diximus, habetur ex ly plantauerat). Siue modò in actu (secundũ alios), siue in potentia seminalium rationum (secundum Aug.) die tertia producta fuerint; nihil obstat solutioni argumenti (vt patet).

* Li. 5. sup Gen. ad lit. c. 5. Et lib. 8. cap. 3.

Quando productus paradisus,

AD QVINTVM dicendum, quod secundum Aug.* tertio die productæ sunt plantæ non in actu, sed secundum quasdã rationes seminales: sed post opera sex dierum productæ sunt plantæ tam paradisi, quàm aliæ in actu. Secundum alios verò sanctos oportet dicere, quòd omnes plantæ productæ sunt in actu tertio die, & etiam ligna paradisi. Sed quod dicitur de plantatione lignorum paradisi post opera sex dierum, intelligitur per recapitulationem esse dictum. Vnde litera nostra habet: Plantauerat Dominus Deus paradisum voluptatis à principio.

APPENDIX.

Vtilitas pro Eccle. S. Dei.

EX articulo habes primò, quomodo per rationem ostendas, meritò scripturam virtualiter insinuasse, quòd paradisus iste sit locus corporeus. Insinuauit autem hoc tunc, quando Genes. quinto dixit, Facti sunt omnes dies Enoch 365. anni, ambulauitq́; cum Deo, & non apparuit, quia tulit eum Deus. Item quando 4. Reg. 2. dixit, Ecce currus igneus & equi ignei, & ascendit Helias per turbinem in cœlum. Item quando ait, Hebr. 11. Enoch translatus est, ne videret mortem, & non inueniebatur, quia trãstulit illum Deus. In locis enim istis (secundum expositionem sanctorum Patrum) Heliam & Enochum in paradisum, ab Adamo pro statu innocentiæ inhabitatum, fuisse translatos: testatur sacrum eloquium. Nec obstat, quòd in cœlum dicatur Helias euectus: quoniam cœlum ibi stat pro loco eminentiori alijs locis sensibilibus, vel pro cœlo aereo, vel pro re aliqua similitudinem habente cum cœlo. Nam locus paradisi huius [illegible] sibi locis eminentior, cum sit aere temperatissimo, purissimoq́; circumfulgens: & in locum illum portatus est Helias medius curru & equis igneis per aerem, Helisæo admodum superiorem. Vnde & locus ipse propter similitudinem, quam habet cũ cœlo, dictus est à Beda pertingere vsque ad lunarem globum (vt in responso ad primum patet). Locum itaque illum esse nunc habitationem hominũ mortalium, per auctoritates præmissas dixit scriptura: & consequenter illum esse quid corporeum per eadẽ notificauit. Scit enim; quod quæcumque sunt à Deo, ordinata sunt: & per consequens, quod locus & locatum debent proportionari. Cùm ergo locata ipsa, scilicet Helias & Enoch, sint corporea, & (quod magis viget) mortalia; mortalibusque rebus non sit proportionatus locus spiritualis tantùm: patet, quòd his auctoritatibus sacra scriptura subtiliter docuit, quòd paradisus Adamo pro statu innocentiæ ad habitandum collatus est locus corporeus. Quòd autem Enoch & Helias sint adhuc mortales, patet Apoc. 11. vbi à Deo dicitur. Dabo duobus testibus meis, & prophetabunt diebus mille ducentis sexaginta amicti saccis: Hi sunt duæ oliuæ, & duo candelabra in conspectu Domini stantes &c. & cum finierint testimoniũ suum; bestia faciet aduersus eos bellum, & vincet illos, & occidet eos, & corpora eorum iacebunt in plateis ciuitatis magnę &c. Hęc Apocalypsis. Per hos verò duos testes, Heliam & Enochum intelligunt SS. Patres, atque Doctores.

2 Secundo habes: quomodo per rationem huiusmodi auctoritates in principio dictas, pro quanto locum paradisi dicunt corporeum, & intelligas, & declares, & probes.

3 Tertiò habes consequenter, ex auctoritatibus scilicet huiusmodi: quomodo illud dictum Marcionis, Enoch apud inferos manere, eo quòd ad Christum non accesserit, & pro hæresi cognoscas, & pro tali condemnes. Sed de hoc art. sequenti ad tertium fusius. & in Veritatib. aureis super legem veterem, Genes. 5. conclus. 5.

4 Quartò vides: quomodo ex his vicissim Angelica conclusio præsentis articuli consolidetur.

Comm. Cardinalis Caietani.

TItulus clarus.

¶In corpore vna conclusio habens duas partes. Paradisus est locus in Orientis parte constitutus. Prima pars, s. quod sit locus, probatur: quia ea quæ de paradiso traduntur, per modum historiæ narrantur. & confirmatur authoritate Aug. ponentis differentiam inter intellectum historicum & spiritualem quo ad hoc, & similia. Secunda verò pars probatur authoritate Isidori, & confirmatur ratione: quia nobilior locus in nobiliori cœli plaga est. ergo in dextra; ergo in Oriente. patent omnia.

¶In respon. ad primum, nota authoritatem literæ, & rationem contra id quod cõmuniter dici videtur, s. quod paradisus sit supra locum pluuiarum. Dispositio siquidem illius aeris intemperata est valde humanæ complexioni, quoniam abundat calido & subtilitate. Vnde ad montium cacumina eleuata supra pluuias, in quibus cineres inueniri dicuntur in primo Meteororum, spongiis olei aerem ingrossantibus, vti dicunt accedentes.

Sco. 2. s. d. 17. q. 2.
Riccar. 2. s. d. 17. q. 5.
Aeg. 2. s. d. 18. q. 1. art. 1.

ARTICVLVS II.

Vtrum paradisus fuerit locus conueniens habitationi humanæ.

AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur quod paradisus nõ fuerit locus cõueniens habitationi humanæ. Homo. n. & angelus similiter ad beatitudinem ordinantur: sed angelus statim à principio factus est habitator loci beatorum, s. cœli empyrei. Ergo etiam ibi debuit institui habitatio hominis.

¶2 Præt. Si locus aliquis debetur homini, aut debetur ei ratione animæ, aut ratione corporis. Si ratione animæ, debetur ei pro loco cęlum, qui videtur esse locus naturalis animæ, cum omnibus insitus sit appetitus cœli. Ratione autem corporis non debetur ei alius locus, quàm alijs animalibus. ergo paradisus nullo modo fuit locus conueniens habitationi humanæ.

¶3 Præterea. Frustra est locus, in quo nullum locatũ continetur: sed post peccatum paradisus non est locus habitationis humanæ. ergo si est locus habitationi humanæ congruus, in vanum videtur à Deo institutus fuisse.

¶4 Præt. Homini, cum sit temperatæ complexionis, congruus est locus temperatus: sed locus paradisi non est locus temperatus. dicitur enim esse sub æquinoctiali circulo, qui locus videtur esse calidissimus, cùm bis in anno Sol transeat super summitatem capitum eorum, qui ibi habitant. Ergo paradisus non est locus congruus habitationi humanæ.

SED CONTRA est, quod Damasc.* dicit de paradiso, quòd est diuina regio, & digna eius, qui secundum imaginem Dei erat, conseruatio.

* Lib. 2. orthod. fidei, c. 11.

RESPON. Dicendum, quòd sicut suprà* dictum est, homo sic erat incorruptibilis & immortalis, non quia corpus eius dispositionem incorruptibilitatis haberet, sed quia inerat animæ vis quædam ad præseruandum corpus à corruptione. Corrumpi autem potest corpus humanum & ab interiori, & ab exteriori. Ab interiori quidem corrumpitur per consumptionem humidi, & per senectutem, vt suprà dictum* est: cui corruptioni occurrere poterat primus

* q. 97. artic. 4.

* q. 97. artic. 4.

SVPER Q. CII. ART. II.

497 2. d. 29 art. 5. corp. Et opusc. 3. c. 192.

COncl. Manifestũ est; quod paradisus est locus conueniens habitationi humanæ, secundum primæ immortalitatis statum.

¶Prob. Quia manifestum est; quòd locus corruptionem prohibens, tum ab interiori, tum ab exteriori, est conueniens habitationi humanæ secundũ primæ immortalitatis statum (cum immortalitas illa esset per corporis prçseruationem à corruptione): & paradisus corruptionẽ prohibebat tum ab interiori (ratione lignorũ comestabiliũ) tum ab exteriori (ratione aeris tẽperatissimi, tenuissimi, purissimi, odoriferi maxime, ac floridissimi). Pri-

1m de maiori. Beatitudinem. ℞. Vt dicit esse extra omnem mutabilitatem: non, vt dicit supremum corporalium locorum. §. Tunc nihil &c. In cœlo enim empyreo, tanquàm in supremo locorum corporalium, creatus est angelus: non tanquàm in loco extra omnem mutabilitatem. In huius signum: habitatorum ibi, id est Angelorum, fuit maxima in principio mutabilitas, & secundum electionem boni ac mali; & secundum motum ipsorum localem. In litera igitur dictum, quòd scilicet cœlum empyreum est extra omnem mutabilitatem, intelligetur quo ad seipsum; Nam illud non mouetur; quàmuis alij cœli moueantur. Ratione autem, qua est extra omnem talem mutabilitatem habet quãdam similitudinem cum beatitudine; non autẽ cum angelis naturaliter tantum consideratis: quoniam beatitudo in summa stabilitate consistit, angeli naturaliter non. Ob id non est locus creationis Angelorum ratione huius, vt dicitur in litera: Licet ratione, qua est supremũ corporum, sit congruus locus creationis ipsorum. Alioquin viderentur angeli esse creati beati ex hoc, quòd sunt creati in cœlo empyreo: Sicuti ex hoc dicuntur, & sunt creati præsidentes toti creaturæ corporeæ.

* Li. 2. orthod. fid. c. 11. nõ longè à princ.

*Li. 3. c. 4. tom. 3.

2m de minori. Ratione corporis non debetur ei alius locus, quàm alijs animalibus. ℞. Nisi corpus præseruari posset à corruptione per animam. § Vnde videmus: ꝙ post peccatum; quando s. anima nõ habuit amplius facultatem in se præseruandi corpus à corruptione, locus homini datus est; qui erat communis alijs animalibus. Tunc nihil &c. Nam in statu innocentiæ poterat corpus hominis ab anima sine corruptione seruari. Iccircò & ratione corporis præseruandi, & ratione animæ præseruatricis, paradisus erat tunc conueniens humanæ habitationi.

3m maior. Frustra est &c. ℞. Nisi locus ordinaretur etiam ad alium finem, quem attingeret. §. Nam frustra dicitur esse illud, quod ordinatum ad finem non attingit finem; & consequenter illud, quod ordinatum ad multos fines si non attingit aliquem illorum, est frustra: non autem aliter. Sufficit enim quòd attingat vnum illorum finium, etsi non omnes, ad hoc vt simpliciter non sit frustra. Tunc &c. Nam paradisus, tãquàm ad plures fines, ordinabatur & ad locatum, & ad manifestandum diuinam benignitatem erga homines; & ad hoc vt nostram miseriam, quanta esset, cognosceremus post eius amissionem: quorum finium trium paradisus ipse amisit vnum tantum, scilicet locatum; immo nec locatum absolutè propter Enoch & Heliam, sed secundum quid, i. locati frequentiam. Ex litera reijcies hæresim Marcionis de Enoch in art. 1. appen. narratam. Si. n. creditur esse in paradiso illo: vtique non manet apud inferos; nec accusari potest de hoc, ꝙ ad Christum ad inferos descendentem non accesserit. Ibi. n. non aderat; cum adhuc sit viuus, secundum scripturam Gen. 5. & Hebr. 11. & Apo. 11. vide suprà ar. 1. appen. Item non potest esse apud inferos damnatus: quoniã scriptura in omnibus locis allegatis eum placuisse Deo vsque in finẽ testatur. Vsque in finem, dixi; quia licet hoc ad literam expressam ibi non dicatur: tamen ex eo, ꝙ scriptura vitam ipsius Enoch narrare intendit, & de iustitia eius mentionem faciens, nihilque prorsus in cõtrarium vnquàm adducens ad terminandũ processum vitę eius (siue ante translationem, siue post ipsam, loquamur) venit, intelligimus; quòd, in bono ipsum Enoch finisse vitã suam, scriptura omnibus præmissis consideratis insinuare voluit. Siue ergo per ly inferos intendat Marcion infernũ damnatorum, siue infernum sanctorum Patrum (quem lymbum vocant): sua positio contra scripturam, & consequenter hæretica est. Ex litera quoque notato ꝓ semper illud, s. quod non dicitur id frustra simpliciter, quod aliquem finem assequitur; etiam quòd alios quosdã ad quos ordinabatur, non attingat. Hinc videbis clare: quòd satisfactio Christi adhuc in infinitum superabundans in die iudicij non erit frustra remanens post diẽ illum vsque in sempiternum etiã quòd finẽ hunc, s. saluationẽ damnatorum, non assequatur. Nam per hoc in æternum manifestabitur, & benignitas maxima Dei etiam versus iniquos homines damnatos; & quòd non ex penuria precij fuit quòd iniqui non saluarentur, sed ex eo quòd ipsi noluerunt precio illo bene vti; & per hoc iusto Dei iudicio magis cruciabuntur intelligentes, quòd precium erat tam sufficiens ad saluandum seipsos, cuius tamen abundantiæ vtilitatem pro seipsis renuerunt accipere; & ad multa alia valebit prędicta remansio. Simile proportionaliter dicas de satisfactionibus martyrum &c. ex quibus, cum illis Christi, constat indulgentiarum Ecclesiæ thesaurus. Item de in æterna vita diuersitate sexuum remanente: quoniam hinc opificis ars laudabitur; licet generationi vltra nõn seruiat. Nec de nuditate titillatio vel minima erit (Absit hoc); nec erubescentia: quoniam non solum innocentia, & maior quam in primis parentibus, erit; sed etiam animalis homo, & vita, pertransijt. Item simile de &c. Vide q. 101. artic. 1. append. & Addition. q. 81. art. 3. 4.

De ly frustrà.

Cõtra Marcionem.

* Li. 2. orthod. fid. c. 11. nõ longè à prin.

De ly frustrà.

* Li. 2. Meteor. ca. 5. tom. 2.

4m minor. Locus paradisi non est locus temperatus. ℞. Negatur. §. Ad probationem dicitur: quòd illi qu dicunt paradisum esse &c. vt in textu.

primus homo per esum ciborum. Inter ea verò quæ exteriùs corrumpunt, præcipuũ vr esse distemperatus aer: vnde huic corruptioni maximè occurrit per temperiẽ aeris. In paradiso autẽ vtrũq; inuenitur. quia, vt Damas.* dicit, est locus tẽperato & tenuissimo & purissimo aere circumfulgens, plãtis semper floridis comatus. Vnde manifestũ est, quòd paradisus est locus conueniens habitationi humanę secundum primæ immortalitatis statum.

Ad primvm ergo dicendũ, ꝙ cœlũ empyreum est supremũ corporalium locorum, & est extra omnem mutabilitatem. Et quantũ ad primũ horum est locus congruus naturæ angelicæ: quia, sicut Aug.* dicit in 3. de Trin. Deus regit creaturam corporalem per spiritualem. Vnde conueniens est, ꝙ spiritualis natura sit supra omnẽ corporalem cõstituta, sicut ei præsidens. Quantũ autẽ ad secundum, conuenit statui beatitudinis, qui est firmatus in summa stabilitate. Sic igitur locus beatitudinis congruit angelo sm naturam suam, vnde ibi creatus est. Non autem congruit homini sm suam naturam, cum non præsideat toti corporali creaturæ per modũ gubernationis, sed competit ei solum ratione beatitudinis. Vnde nõ est positus à principio in cœlo empyreo: sed illuc transferendus erat in statu finali beatitudinis.

Ad secvndvm dicendum, ꝙ ridiculum est dicere, ꝙ animæ, aut alicui spirituali substãtiæ sit aliquis locus naturalis: sed per congruentiam quandã aliquis specialis locus creaturæ corporali attribuitur. Paradisus. n. terrestris erat locus congruens homini & quãtum ad animam, & quantum ad corpus, inquantum s. in anima erat vis præseruandi corpus humanum à corruptione: quod nõ competit alijs animalibus. Et ideò, vt Damas.* dicit, in paradiso nullũ irrationalium habitat: licèt ex quadã dispensatione animalia fuerint illuc diuinitus adducta ad Adam, & serpens illuc accesserit per operationem diaboli.

Ad tertivm dicendum, ꝙ non propter hoc locus est frustra, quia non est ibi hominũ habitatio post peccatũ: sicut etiã non frustra fuit homini attributa immortalitas quędam quam conseruaturus non erat. Per huiusmodi enim ostenditur benignitas Dei ad hominem, & quid homo peccando amiserit: qu mais, vt dicitur, nunc Enoch & Elias in illo paradiso habitent.

Ad qvartvm dicendum, ꝙ illi qui dicunt paradisum esse sub circulo æquinoctiali, opinãtur sub circulo illo esse locum temperatissimum propter æqualitatem dierũ & noctium omni tempore. Et quia Sol nunquam multum ab eis elongatur, vt sit apud eos superabundantia frigoris: nec iterũ est apud eos, vt dicunt, superabundantia caloris, quia etsi Sol pertranseat super eorum capita, non tamen diu moratur ibi in hac dispositione. Arist. tamẽ in lib. Meteor.* expressè dicit, ꝙ regio illa est inhabitabilis propter æstũ, quod videtur probabilius: quia terræ, per quas nunquã Sol pertransit nisi in directum capitis, sunt intemperatæ in calore propter solam vicinitatem Solis. Quicquid autem de hoc sit, credendum est, paradisum in loco temperatissimo constitutum esse, vel sub æquinoctiali, vel alibi.

AR-

APPENDIX.

Ex articulo habes primò: quomodo per rationem ostendas, meritò scripturam virtualiter dicere, quòd paradisus erat locus habitationi humanæ conueniens. Hoc verò tunc dicit: quando 2. Gen. ait: Tulit Dominus Deus hominem, & posuit eum in paradiso voluptatis. scit. n. scriptura: quòd Deus nihil inconuenienter, immo ꝙ omnia conuenientissimè facit. Nec obstat si dicatur, hoc ex parte hominis fuisse inconueniens, licet ex parte

Vtilitas pro Eccle. S. Dei.

Dei (vt tactum est) fuerit conuenientissimum: quoniam hocipsum, quod obijcitur, negatur. si enim locus paradisi fuisset inconueniens habitationi humanæ ex parte hominis: nonne mox expositione hac patet, quòd pœna quædam parentibus primis fuisset iste locus? Hoc verò absurdum est: quòd in statu innocentiæ pœna fuerit homini data, antequàm committeret culpam: vt patet quæst. 94. artic. 4. & quæst. 95. art. 2. & quæst. 96. artic. 4. & quæst. 97. artic. 2. Expressum etiam voluisse videtur scriptura, quòd in statu illo innocentiæ nihil erat pœnale homini: quando post primorum parentum formationem & paradisi inhabitationem Gen. 2. subiunxit; Erat vterque nudus, & non erubescebant. Ac si dicatur. Nec etiam rubor, qui est quædam pœna, in statu ille erat: sed omnia homini, sine aliquo incommodo, erant pacatissima atque decentissima. Ex hoc dicto scripturæ (vt paulisper digrediamur) nunquid non tibi apertissimum relinquitur: quòd ex nuditate hominum sexu diuersorum in cœlesti patria non consurget aliquis vel minimus rubor, nec minima indecentia, nec minima carnis titulatio, nec minima impuritatis vmbra vel cogitatio? Ecce: parentes nostri primi videbant se inuicem nudos (non enim erant cæci, nec ignorantes, q. 101. artic. 1.) non tamen de hoc erubescebant. Quare? Quia gratia innocentiæ nuditatem ipsam corporalem pro indecenti aliquo ipsos apprehendere, vel inde mali quippiam excogitare, non sinebat. Cùm igitur gratia & innocentia admodum maior hominibus aderit, quod vtique in cœlesti paradiso perpetua erit: quomodo tunc erubescent, aut mali quippiam, vel vmbratice suspicabuntur beati, ex eo; quòd nudi sunt? Absit à sapientum cordibus sinistra hæc cogitatio. Sed animalis homo non percipit ea, quæ sunt spiritus Dei: stultitia enim est illi, & non potest intelligere; quia spiritualiter examinatur 1. Cor. 2. Faciunt hæc ad appendicis quędam dicta in calce art. 2. suprà. Secundò habes: quomodo per rationem scripturam præmissam, ly tulit Dominus Deus &c. pro quanto paradisum terrestrem dicunt fuisse homini congruam habitationem, & intelligas, & declares, & probes. Tertiò vides: quomodo ex his, similibusque, conclusio Angelica vicissim declaretur, atque confirmetur.

2

3

Comm. Cardinalis Caietani.

Titulus clarus.

¶ In corpore vna conclusio. Paradisus est locus conueniens habitationi humanæ secundum primum primæ immortalitatis statum. Probatur, Homo habebat corpus corruptibile quidem ex se, sed præseruandum à virtute animæ à corruptione. ergo habebat corpus corruptibile ab intrinseco & extrinseco. ergo egebat remedio alimentorum & aeris temperati. ergo conuenientissimè habitabat in paradiso. Antecedens supponitur. Prima consequentia & est per se nota, & probatur: quia poterat corrumpi per consumptionem humidi, & debilitationem virtutis & ab aere, reliquisque extra. Secunda verò patet, quia sunt propria remedia contra illos defectus. Vltima autem probatur: quia in paradiso concurrebat vtrumque remedium, vt patet ex authoritate Damasceni.

ARTICVLVS III.

Vtrum homo sit positus in paradiso, vt operaretur, & custodiret illum.

AD TERTIVM sic proceditur. Videtur quòd homo non sit positus in paradiso, vt operaretur, & custodiret illum, quod enim introductum est in pœnam peccati, non fuisset in paradiso in statu innocentiæ: sed agricultura introducta est in pęnam peccati, vt dicitur Genes. 3. ergo homo non fuit positus in paradiso, vt operaretur ibi.

¶ 2 Præterea. Custodia non est necessaria, vbi non timetur violentus inuasor: sed in paradiso nullus timebatur violentus inuasor. ergo non erat necessarium vt paradisum custodiret.

¶ 3 Præt. Si homo positus est in paradiso, vt operaretur, & custodiret ipsum, videtur sequi quòd homo factus sit propter paradisum, & non econuerso: quod videtur esse falsum. Ergo homo non est positus in paradiso, vt operaretur, & custodiret illum.

SED CONTRA est, quod dr̄ Gen. 2. Tulit Dominus Deus hominē, & posuit illū in paradiso voluptatis, vt operaretur, & custodiret illum.

RESPON. Dicendum, quod sicut Aug. dicit* 8. super Gen. ad lit. verbū istud dupliciter potest intelligi. Vno modo sic, quod Deus posuit hominem in paradiso, vt ipse Deus operaretur, & custodiret hominē. operaretur, inquam, iustificando ipsum, cuius operatio si ab homine cessct, continuo obtenebratur, sicut aer obtenebratur si cesset influentia luminis: vt custodiret verò ab omni corruptione & malo. Alio modo potest intelligi, vt homo operaretur, & custodiret paradisum. Nec tamen illa operatio esset laboriosa, sicut post peccatum: sed fuisset iocunda propter experientiam virtutis naturæ. Custodia etiam illa non esset contra inuasorem, sed esset ad hoc quòd homo sibi paradisum custodiret, ne ipsum peccando amitteret: & hoc totum in bonum hominis cędebat. Et sic paradisus ordinatur ad bonum hominis, & non econuerso: Et per hoc patet responsio ad obiecta.

*Li. 8. c. 10. tom. 3.

SVPER Q. CII. ART. III.

498

COncl. Hominem fuisse in paradiso positum, vt operaretur, & custodiret illum (quod est dictum Genes. 2.) intelligitur dupliciter.

¶ Coroll. Ergo aliud in superficie literę quæri videbatꝰ: & aliud sub illa cortice quo ad sensum quærebatur. Hoc enim intendebatur principaliter quæri, quod nunc conclusum est licet titulus sonaret aliter.

¶ Prob. Vt Deus operaretur illum, scilicet hominem, iustificando; atque custodiret illum, scilicet hominem, præseruando ab omni malo: & vt homo operaretur iocundè illum scilicet paradisum: atque custodiret sibi illum scilicet paradisum, ne peccando amitteret ipsum.

¶ Not. Hinc disce tu modum, quo tibi collata à Deo beneficia custodias; qui est sancta obedientia. Memento etiam præmissi Corollarij semper pro multorum dictorum Thomisticorum vera intelligentia.

1m maior. Quod introductū est in pęnā peccati, non fuisset in statu innocētię. R. Non fuisset tūc eo modo, quo in pœnam peccati introductū est; non aliter. §. Tunc &c. Agricultura. n. modo laborioso exercenda introducta est post peccatū, & ante peccatum erat modo iocundo exercenda. Delectatur enim quisque in experiētia virtutis naturæ suæ, vt sic. Hinc colligito intelligentiā faciliorem dicti illius de beatis in patria, Isa. 40. Current, & non laborabunt: ambulabunt, & non deficient. Nunquid ipsos ociosos fore putandum? Neutiquā. Opera ergo illorū, puta amare, laudare Deum &c. sine labore, immo cū maxima iocunditate, erunt in æternum. Si. n. in statu minoris innocentiæ, qualis fuit status Adam ante peccatū, laboriosa non fuissent, immo iocunda, opera Adamo: multò vtique magis in statu maioris innocentiæ, qualis est cōpręhensorum, iocunditate oia plena erunt. Hinc quoque discito: quòd vere canitur de viatorib. statui primo innocentiæ vtcumque similibus, pro quanto sunt in gratia Dei; quod in labore requiescunt, quod in æstu temperiem sentiunt, quòd in fletu solatiū habent. Hoc enim significat Ecclesia, cum de Spiritusancto eos inhabitante per gratiā in sequentia Pentecostes ait: In labore requies, in æstu tēperies, in fletu solatium.

Opera in statu innocentiæ, & simili facta.

2m de maiori. Violentus inuasor. R. Vel callidus persuasor. §. Tunc &c. Licet enim in paradiso terrestri nō timeretur violētus inuasor: tamē periculum erat de callido persuasore, tum s. diabolico serpente, tum hominis sub specie boni infida voluntate (vt rei probauit euentus).

3m de maiori. Si homo positus esset in paradiso, vt operaretur & custodiret illum. R. In paradisi culti & custoditi bonum finaliter: non, in hominis operantis & custodientis bonū finaliter. §. Tunc &c. Nam cultus & custodia, qua homo operari debebat & custodire paradisum, redundabat finaliter in bonum ipsius hominis. Licet enim bonum sit terræ, quòd colatur, quod custodiatur: tamen bonum illud ordinatur in bonum cultoris & custodis (vt patet). Cùm ergo finis non sit propter ea, quæ sunt ad finem; sed è conuerso: clarum ex dictis relinquitur, quòd homo cultor & custos paradisi non erat propter paradisum; sed paradisus propter hominem. Exemplum. Custoditur, & prouidetur, homo à Deo: nunquid propter hoc est homo maior, aut nobilior, quam Deus; vel Deus est propter hominem, & non e conuerso? Absit. Quare? Quia licet custodiri hominem & prouideri à Deo sit bonum hominis: tamen hoc bonum hominis ordinatur ad bonum Dei, s. ad declarandam bonitatem eius.

Duplex finis custodiæ.

APPENDIX.

Ex articulo habes primo: quomodo per rationem scriptura Genes. vestitam destruas errorem Anthiasistarum dicentium: operationem manuum, uti malignam, esse reijciendam. Vides enim hic, quod Deus volebat, Adamum operari paradisum, idest paradisi terram, ne remaneret ociosus, colere, & consequenter operationi manuum insistere. Non ergo, uti maligna, est a bonis operatio manuum reijcienda: alioquin nec Deus hanc approbasset, nec ipsam velut statui innocentię congruentem Adamo iniunxisset. Quid? Per ipsam manuum operationem paradisum sibiipsi homo custodiebat, & seipsum in illo conseruabat. Vt operaretur, inquit, & custodiret illum. Non tantum, vt operaretur, ait. Sed, vt custodiret illum, adiunxit, per hoc innuere volens, quod operatio ipsa manualis erat uia bona ad custodiendum sibi paradisum & conseruandum se in illo. Secundo habes: 2 quomodo a fortiori damnatam merito per eandem rationem & scripturam uideas hæresim Beguinarum & Begardorum dicentium: opera nulla bona debet facere homo, cum ad ultimum statum perfectionis uenerit. Item imperfecti hominis esse, in operibus uirtutum se exercere. Ecce enim quod primus homo est in statu perfectionis ultimo (accipiendo vltimum, secundum quod Begardi accipiunt, idest potens haberi in uia. Nam uentosi hi hæretici ad statum perfectionis se uenisse arbitrabantur) quimmo in statu illo innocentiæ nunquam a uiatoribus puris totaliter recuperato, & tamen illi Deus opus bonum faciundum mandat, illum sese in operibus uirtutum exercere præcipit. Non enim solum operatio manuum per ly operaretur intelligenda est: sed etiam operatio uirtutum, quasi dicat, ut operaretur opera conformia paradiso. Credendum namque uidetur: quod ex multiformi pulchritudine paradisi uisa primus homo contemplaturus esset pulchritudinem, magnitudinem, bonitatem &c. ac beneficia plurima Dei, & quod horum omnium contemplatio, ut ab homine debita fieri, a Deo sub ly operaretur, intenta fuerit, & quod ad hunc finem, ut prædicta similiaq; contemplaretur homo, ipsum in paradiso posuerit. Immo quo magis contemplatio premissa nobilior, fini ultimo, idest beatitudini, in quam transferendus erat, propinquior atque similior, est, eo magis de intentione Dei sub ly operaretur inclusa illam contemplationem esse, ratio dictat. Tertio habes: quomodo per 3 eandem rationem scripturamq́ue merito hæresim Lutheri intimas dicentis, opera bona propria, ut a Spiritussancto piorum corda inhabitante, esse peccata. Ecce, Adam propriam & bonam a Spiritussancto actus, operationem facit, uel facturus erat, & hoc illi Deus iusserat. Nunquid Deus peccata præcipit? Absit. Nunquid Adam antequam uel animi contra Deum elatione, vel pomi comestione peccaret, peccauit? Nouum prorsus, & a sæculo non auditum. Nunquid Adam mandanti Deo ut operaretur obediens, aut obedire intendens, peccauit? Quis, nisi in reprobum maxime sensum datus, hoc dicat? Homo enim gratia vestitus Deo obediens, uel certe veraciter obedire volens, ex hoc meretur uitam æternam, tantum abest, vt tunc peccet. Cæterum suo loco de operibus adducentur concilia sacra contra prædictos errantes. Item damnantur a Veritatibus aureis super totam legem ueterem Gen. 2. conclu. 6. 7. Porrò in damnationē prædictorum maiorem, ex omnibus conclude, quod opera bona sunt necessaria ad salutem, quod quando apertè uides, Adamum innocentem debere & hoc ex diuino mandato operari, ut paradisum sibi custodiat. Quarto uides: quomodo ex his uicis- 4 sim Angelica doctrina præsens declaretur atque confirmetur.

Comm. Cardinalis Caietani.

Titulus clarus.

¶ In corpore duplex expositio illorum uerborum. Omnia clara sunt.

ARTICVLVS IIII.

Vtrum homo factus fuerit in paradiso.

AD QVARTVM sic proceditur. Videtur, quod homo factus fuerit in paradiso. Angelus enim in loco suę habitationis creatus fuit, s. in cœlo empyreo, sed paradisus fuit locus congruus habitationi humanæ ante peccatum. ergo uidetur quod in paradiso homo debuit fieri.

¶ 2 Pręter. Alia animalia conseruantur in loco suæ generationis, sicut pisces in aquis, & animalia gressibilia in terra, unde producta sunt, homo autem cōseruatus fuisset in paradiso, ut dictum est. * Ergo in paradiso fieri debuit.

¶ 3 Præt. Mulier in paradiso facta fuit: sed uir dignior est muliere. ergo multo magis uir debuit fieri in paradiso.

SED CONTRA est, quod dicitur Gen. 2. Tulit Deus hominem, & posuit eum in paradiso.

RESPON. Dicendum; quod paradisus fuit locus congruus habitationi humanæ quantum ad incorruptionem primi status. Incorruptio autem illa non erat hominis secundum naturam, sed ex supernaturali Dei dono. Vt ergo hoc gratiæ Dei imputaretur, non humanæ naturæ, Deus hominem extra paradisum fecit, & postea ipsum in paradiso posuit, ut habitaret ibi toto tempore animalis uitæ postmodum cum spiritualem uitam adeptus esset, transferendus in cœlum.

AD PRIMVM ergo dicendnm, quod cœlum empyreum est locus congruus angelis quantum ad eorum naturam, & ideo ibi sunt creati. Et similiter dicendum ad secundum. Loca enim illa congruunt animalibus secundum suam naturam.

AD TERTIVM dicendū, quod mulier facta fuit in paradiso non pp dignitatem suam, sed pp dignitatem principii, ex quo corpus eius formabatur, quia similiter & filii in paradiso fuissent nati, in quo parentes iam erant positi.

QVAE-

SVP. QV. CII.

ART. IIII.

496 CONCL. Deus hominem primum extra paradisum fecit, & postea ipsum in paradiso posuit.

¶ PROB. Quia paradisus erat locus conueniens incorruptioni hominis (supra articulo 2.) & incorruptio illa non aderat homini secundum naturam, sed ex supernaturali dono Dei.

¶ NOT. In litera cōsidera bonitatem diuinam, super ly, ut habitaret ibi toto tempore &c. ut scias donū Dei, Ioan. 4. & de hoc bene dicas Deum toto tempore, imo in æternum & ultra. * q. 97. a. 4

1^m de maiori. Habitationis. R. Secundum suam naturā: non aliter. §. Tunc &c. Vide sup. articulo secundo cōclusionem de homine dicentem ly secūdum primæ immortalitatis statum. Quasi dicat. Erat paradisus hominis habitatio non secundum naturam, sed secundum gratiam, & ideo quod homo inhabitaret paradisum gratiæ Dei imputandum erat, non humanæ naturæ. Ex litera ista, & supra articulo secundo contra Pelagium, Cœlestium, Melanchtonem, Rabbi Moysem, hominem sine gratia posse saluari, erronee dicentes, infer sic. Si paradisum terrestrem habere, non conuenit homini per naturam, sed per Dei specialem gratiam, ut patet radicaliter ex scriptura. Gen. 2. quomodo a sapiente aliquo fingi, uel dici vel intelligi unquam poterit, quod homo non in statu innocentię, ut Adam, sed in statu corrupto, possit per naturam, idest per naturæ suæ uires, acquirere paradisum cęlestem? Aut etiam quomodo per naturā acquirere gratiam? Et enim gratia Dei, est maior, quam sit in seipso paradisus terrestris, & consequenter habere Dei gratiā est maius, quā esse in paradiso terrestri. Aut ēt quō mandata omnia Dei, ut decet, per naturam solam obseruare obseruantia tali, qua possit quis paradisum cœlestem promereri vel obtinere? Foris ergo canes, foris gratię Dei destructores, & inuidi. Damnationes alias horum, vide q. 12. ar. 4. & q. 82. ar. 4. & q. 23. ar. 1. & q. 62. ar. 2. D. 416.

2^m de maiori. Conseruantur. R. Secundum suam naturā: non aliter. §. Tūc &c. vide ar. 3. supra ly custodiret, s. Deus hominem. Quasi dicatur: Hominis conseruatio in paradiso fuisset ex speciali Dei gratia; non secundum naturam hominis, ut sic. Ex litera dic a fortiori, quod homo in statu corruptę naturæ in gratia Dei constitutus non potest seipsum in ipsa gratia conseruare nisi ex speciali auxilio Dei. Etenim esse in gratia Dei est maius, quam esse in paradiso terrestri. Vide ad primum in Elucida. contra hęreses.

3^m de maiori. Facta fuit in paradiso. R. Propter principii, ex quo formabatur, dignitatem: non

non, propter suam ipsius mulieris. §. Tunc &c. vt patet. Iam erat Adam positus in paradiso, antequam Eua ex eo formaretur: & ideo ipsa in paradiso facta fuit. Quia ergo principium, ex quo erat ibi: formata est & illa ibi: non quia formanda erat ibi, antea fuit positum principium ibi. Vide literam. Et ex hoc, quod digniores Adamo non futuri erant filii, licet essent nascituri in paradiso: patet liquido, quod ex dignitate Euæ non fuit, quod in paradiso fieret.

APPENDIX.

Ex articulo habes primo, quomodo per rationem ostendas, recte dictum a Gene. secundo fuisse, plantauerat autem Dominus Deus paradisum uoluptatis, in quo posuit hominem, quem formauerat. Dicit enim per hoc scriptura, quod primus homo fuit factus extra paradisum, non in paradiso. Vide aliqua supra artic. 2. huius. Secundo habes: quomodo per rationem scripturam prædictam, pro quanto Adamum dicit non in paradiso factum, & intelligas, & declares, & probes. Tertio uides: quomodo ex hac, similibusque, vicissim Angelica doctrina declaretur, atque confirmetur.

Comm. Cardinalis Caietani.

Titulus clarus.

¶ In corpore vna conclusio. Homo est factus extra paradisum, & deinde positus est in eo transferendus post uitam animalem in cœlum. Hæc conclusio probatur quo ad primas partes simul: vltima autem relinquitur pro constanti. Probatur autem sic. Paradisus est locus conueniens homini ratione immortalitatis illius. ergo est conueniens gratuitis. ergo attribuitus diuinæ gratiæ. ergo non in eo factus est homo, sed deinde in eo positus. Antecedens supponitur ex secundo articulo. Prima consequentia probatur, quia immortalitas illa non ex natura, sed dono gratiæ erat. Secunda vero est per se nota; quia vnumquodque propriæ causæ attribuendum est. Vltima autem probatur ex opposito: quia si factus in eo fuisset homo, uideret locus eius & natura, cum vnumquodque naturaliter in naturali suo loco fiat deductis impedimentis, quæ in prima rerum factione non habent locum. non ergo in eo factus, sed per gratiæ donum deinde est in eo positus, vtpote inconuenientissimo loco naturæ gratificatæ. Merito autem vltima pars relinquitur pro constanti, quia habitatio habitanti respondere debet: paradisus autē & cœlum in hoc manifeste differunt, quod ille ad uitam animalē deseruit: istud vitæ omnino spirituali, vtpote immutabili, cōgruit. Et propterea dum homo vita degebat animali, habitator erat paradisi: cum in uitam transferebatur spiritualem, cœlum inhabitare conuenientissimum erat, ut status post resurrectionem ostendit.

Ferr. 3. cont. c. 64.

SVP. Q. CIII.

ART. 1.

Concl. Quod mūdus non gubernetur ab aliquo, est impossibile ex duobus.

¶ Prob. Quia ordo certus rerum, quo in rebus naturalibus prouenit quod melius est aut semper aut frequēter, monstrat manifeste, hanc positionem esse impossibilem. Quia diuina bonitas, cui tanquam omnium rerum optimæ productrici nō conuenit res productas ad finem perfectū non adducere (cum optimi sit, optima adducere), clare demonstrat huius positionis impossibilitatem.

1^m de maiori.

Finem. ℞. Vel a seipsis cognitum, uel ab illarum gubernatore cognitum. §. Tunc &cæt. Præter rationalia. n. cognoscentia per se finē, idest rationem finis, & eorum, quæ sunt ad finem: alia per alium, s. per sui gubernatorem tantum cognoscunt finem. Nota de prouidētia Dei exemplum pulchrum sagittæ in litera & hinc ēt agnosce, quod opus naturæ est opus intelligentiæ non errantis, i. Dei, id quod & aliqui philosophorum dixerunt.

2^m de maiori.

Quæ

500 1. C. q. 91. a. 1. cor. & 1. d. 1. q. 1. ar. 1. & 3. contra c. 64. & ver. q. 5. a. 2. & 3. cor.

QVAESTIO CIII.

De gubernatione rerum in communi, in octo articulos diuisa.

Postquam præmissum est de creatione rerum, & distinctione earum, restat nunc tertio considerandum de rerum gubernatione. Et primo in communi. Secundo in speciali de effectibus gubernationis.

Circa primum, quæruntur octo.

¶ Primò, Vtrum mundus ab aliquo gubernetur.
¶ Secundò, Quid sit finis gubernationis ipsius.
¶ Tertiò, Vtrum gubernetur ab vno.
¶ Quartò, De effectibus gubernationis.
¶ Quintò, Vtrum omnia diuinæ gubernationi subsint.
¶ Sextò, Vtrum omnia immediate gubernentur a Deo.
¶ Septimò, vtrum diuina gubernatio cassetur in aliquo.
¶ Octauò, vtrum aliquid diuinæ prouidentiæ contra nitatur.

ARTICVLVS I.

Vtrum mundus gubernetur ab aliquo.

Ad primum sic proceditur. Videtur, quod mundus non gubernetur ab aliquo. Illorum. n. est gubernari quæ mouentur, uel operantur propter finem: sed res naturales, quæ sunt magna pars mundi, non mouentur, aut operantur, pp finem, quia nō cognoscunt finem. ergo mūdus non gubernatur.

¶ 2 Præt. Eorū est proprie gubernari, quæ ad aliquid mouentur: sed mundus non videtur ad aliquid moueri, sed in se stabilitatem habet, ergo non gubernatur.

¶ 3 Præt. Id quod in se habet necessitatem, qua determinatur ad vnum, non indiget exteriori gubernante: sed principaliores mundi partes quadam necessitate determinātur ad vnum in suis actibus, & motibus. Ergo mundus gubernatione non indiget.

Sed contra est, quod dicitur Sap. 14. Tu aūt pater gubernas omnia prouidentia. & Boet.* dicit in libro de consol. O qui perpetua mundum ratione gubernas.

Resp. Dicendum, quod quidam antiqui philosophi gubernationem mundo subtraxerunt dicentes, oīa fortuito agi. Sed hæc positio ostēditur esse impossibilis ex duobus. Primò quidē ex eo quod apparet in ipsis rebus. videmus. n. in rebus naturalib. prouenire, quod melius est, aut semp. aut in plurib. quod non contingeret, nisi per aliquā prouidentiā res naturales dirigerentur ad finem boni, quod est gubernare. vñ ipse ordo certus rerū manifestè demōstrat gubernationē mundi: sicut si quis intraret domū bene ordinatā, ex ipsa domus ordinatione, ordinatoris rōnē ppēderet, vt ab Arist.* dictū Tullius introducit in li. de natura deorū. Scdo aūt apparet idē esse cōsideratione diuinæ bonitatis, per quā res in esse productæ sunt, ut ex supradictis patet.† Cū. n. optimi sit optima producere, non conuenit summæ Dei bonitati, quod res productas ad pfectū nō perducat. vltima aūt perfectio est vniuscuiusque in consecutione finis. vñ ad diuinā bonitatē pertinet, vt sicut pduxit res i esse, ita ēt eas ad finē d pducat, qđ est gubernare.

Ad primum ergo dicendū, quod aliquid mouetur, vel operatur propter finē dupliciter. Vno mō sicut agens seipsum in finē, ut homo, & aliæ creaturæ rōnales; & talium est cognoscere rationē finis, & eorū quæ sunt ad finē. Aliquid aūt operari, vel moueri propter finem, quasi ab aliquo actum, vel directum in finem, sicut sagitta mouetur directa ad signum a sagittante, qui cognoscit finem, non aūt sagitta. Vnde sicut motus sagittæ ad determinatum finem demonstrat aperte, quod sagitta dirigitur ab aliquo cognoscēte: ita certus cursus naturalium rerū cognitione carentiū manifestè declarat mundū rōne aliqua gubernari.

Ad secundum dicendum, quod in omnibus rebus creatis

* li. 3. Metr. 9. i pri.

* Arist. li. 12. Metap. tex. 5 2. t. 3

† q. 19. a. 4. & q. 44. ar. 1. & 2.

D. 622.

Quæ ad aliquid. Mouentur. R. vel ex nihilo sunt. §. Tunc &c. Nam totus mundus est ex nihilo, etiam quantum ad illud, quod in mundo est stabile. Aduerte ex litera, quod motus quandoq; sumitur modo fusiori, quando.s.sumitur pro operatione. Et in hoc sensu dici potest, quod omnis res creata est mobilis: quoniam omnis res operatur, cum nihil sit ociosum in natura.

3^m maior. Id, quod in se habet necessitaté, qua determinatur ad vnũ, non indiget exteriori gubernante. R. Nisi illa necessitas sit impressa rebus ipsis ab exteriori gubernante. §. Tũc &c. vt patet. Immo illa huiusmodi necessitas rerum non cognoscentiũ aperte declarat, quod ab aliquo cognoscente finé diriguntur, ut optime litera docet. In qua pro semper notabis exemplum pulchrum de prouidentia vsq; ad calcem. Vide etiam dicta ad primum.

* q. 104. a. 1.

creatis est aliquid stabile, ad minus prima materia, & aliquid ad motum pertinens, vt sub motu ét operationem comprehendamus. Et quantum ad vtrumque, res indiget gubernatione: quia hoc ipsum, quod in rebus est stabile, in nihilum decideret, quia ex nihilo est, nisi manu gubernatoris seruaretur, ut infra patebit. *

Ad tertium dicẽdum, quod necessitas naturalis inhærens reb. quę determinantur ad vnum, est impressio quædam Dei dirigentis ad finem sicut necessitas qua sagitta agitur, ut certum signum tédat, est impressio sagittantis, & non sagittæ. sed in hoc differt, quia id qđ creaturæ a Deo recipiunt, est earũ natura. Quod autem ab homine rebus naturalibus imprimitur prę ter earum naturam, ad uiolentiam pertinet. Vnde sicut necessitas uiolentiæ in motu sagittę demonstrat sagittantis directionem, ita necessitas naturalis creaturarum demonstrat diuinæ prouidentiæ gubernationem.

APPENDIX.

Vtilitas & Eccles. S. Dei.

Hinc habes primo: quomodo per rationem interimas hæresim quorundam Iudæorum, qui Basmothæi uocantur, (ut refert Papa Clemens lib. 6. constitutionum Apostolicarum capitulo 6.) tollentium prouidentiam, affirmando fortuito casu omnia constare. Secundo habes: quomodo per rationem ostendas hanc recte damnari a scripturis Sap. 14. Tu autem pater gubernas omnia tua, vel tua autem pater prouidentia omnia gubernat. Item a &c. ut quæst. 8. ar. 3. & q. 22. articu. 2. Vide ibi pulchra, & multas prædictt errorũ damnationes. Nam prouidentia & gubernatio in idem redeunt: & ideo dicta ibi qõ. 22. ad hanc quæstionem etiam faciunt. Tertio habes: quomodo per rationem scripturã præmissam cum similibus, pro quanto mundum ab aliquo gubernari fatentur, & intelligas, & declares, & probes. Quarto uides: quomodo ex his uicissim Angelica doctrina præsens declaretur, atque confirmetur.

2 3 4

¶ Not. Præsenti articulo seruit vtcumque articulus in ordine 118. 115. 237. 113. 508.

Prostudio var. coor.

Comm. Cardinalis Caietani.

Titulus clarus.

¶ In corpore duo. Primò refertur opinio falsa, secundo improbatur, & simul respondet quæsito.

¶ Quo ad primum duo referuntur, opinio, & eius ratio. Opinio est tenens partem negatiuam, s. quod mundus non gubernatur ab aliquo. Ratio est, quia omnia sunt fortuita.

¶ Quo ad secundum dupliciter ostenditur opinio impossibilis. Primo ex modo operandi naturalium sic. In rebus naturalibus semper, aut in plurib. prouenit melius. ergo ab aliqua prouidentia diriguntur ad bonum. ergo gubernantur ab aliquo. Antecedens patet. Consequentia uero prima probatur, quia ordo manifestat ordinantem, ut patet in domo, & authoritate Aristo. apud Tullium. Secunda consequentia patet ex quid nobis gubernationis. Secundo ex parte causæ actiuæ sic, Diuinæ bonitatis est producere res. ergo ad perfectum ducere. ergo ad consecutionem finis. ergo gubernare. Antecedens supponitur. Prima consequentia probatur, quia optimi est optima producere. Secunda uerò, quia ultima perfectio cuiusque consistit in consecutione finis. Tertia autem patet ex quid nominis.

¶ Nota hic duo. Primo, quod cum sint tres opiniones, altera dicens omnia causalia, altera omnia necessaria, & alia media, quædam necessaria, & quędam causalia, & hæc sola sit uera; non allata est opinio dicens oia necessaria, sed tñ dicens cãlia: quia ista negat gubernationem, illa uero ponendo omnia determinata, gubernationẽ affirmat, ut patet ex responsione ad secundũ. Nota secundo, quod prima ratio literæ non solũ contradictoriũ opinionis recitatæ probat, sed rationem illius confutat, dum naturalia euenire semper, aut frequenter ait. constat enim casualia extra semper & frequenter uersari. ex 2. Physico.

ARTICVLVS II.

Vtrum finis gubernationis mundi sit aliquid extra mundum.

501 12. q. 1. ar. 8 & 1. con. c. 17. 25. & 27. 6.

Ad secundum sic proceditur. Videtur quod finis gubernationis mundi non sit aliquid extra mundum existens. Illud enim est finis gubernationis rei, ad quod res gubernata perducitur, sed illud ad quod res aliqua perducitur, est aliquod bonum in ipsa re sicut infirmus perducitur ad sanitatem, quæ est aliquod bonum in ipso. Ergo finis gubernationis rerum non est aliquod bonum extrinsecum, sed aliquod bonum in ipsis rebus existens.

¶ 2 Præt. Phil. dicit 1. Eth. * quod finium quidam sunt operationes, quidam opera, i. operata, sed nihil extrinsecum a toto uniuerso potest esse operatum, operatio autem est ipsis operantibus, ergo nihil extrinsecum potest esse finis gubernationis rerum.

* li. 1. Ethi. c. 1. to. 5.

¶ 3 Præt. Bonum multitudinis uidetur esse ordo & pax, quæ est tranquillitas ordinis, vt Aug. dicit 19. De ciuitat. Dei, † sed mundus in quadam rerum multitudine consistit. Ergo finis gubernationis mundi est pacificus ordo, qui est in ipsis rebus non ergo finis gubernationis rerum est quoddam bonum extrinsecum.

† lib. 19. de Ciui. Dei, c. 13. tom. 5

Sed contra est, quod dicitur Prouerb. 16. Vniuersa propter se operatus est dominus, ipse auté est extra totum ordinem vniuersi. ergo finis rerum est quoddam bonum extrinsecum.

Respon. Dicendum, quod cũ finis respondeat principio, non potest fieri ut principio cognito, quid sit rerum finis ignoretur. Cũ igitur principium rerum sit aliqd extrinsecum a toto vniuerso, scilicet Deus, ut ex supra dictis patet, * necesse est, quod etiam finis rerũ sit quoddam bonum extrinsecum & hoc ratione apparet. Manifestũ est enim quod bonum habet rationem finis. Vnde finis particularis alicuius rei, est quoddam bonum particulare: finis autem uniuersalis rerum omnium, est quoddam bonum vniuersale. Bonum autem uniuersale est, quod est per se & per suam essentiam bonum, quod est in ipsa essentia bonitatis, bonũ

Ferr. 3. con. c. 17. 25.

SVP. Q. CIII. ART. II.

Conc. Illud bonum, quod est finis totius uniuersi, oportet, quod sit extrinsecum a toto uniuersu.

¶ Prob. Quia principium totius uniuersi est aliquid extrinsecũ scilicet Deus, & finis debet necessario respõdere principio. Quia finis uniuersalis omnium rerum est quoddam bonum uniuersale (sicut finis rei particularis est bonum particulare). i. quod est per essentiam suam bonũ, & in tota uniuersitate rerũ creatarum nullũ bonũ est, quod non sit participatiue bonum (ergo non per essentiã bonũ, ergo particulare bonũ.

* q. 19. ar. 4 & q. 44. ar. 1. & 2.

Pri-

autē particulare est, quod est participatiue bonum. Manifestum est autem, quod in tota vniuersitate creaturarum [d] nullum est bonū, quod non sit participatiuè bonum. Vnde illud bonum, quod est finis totius vniuersi oportet, quod sit extrinsecum a toto vniuerso.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod bonum aliquod consequimur multipliciter. Vno modo sicut formam in nobis existentem, vt sanitatem, aut scientiam. Alio modo vt aliquid per nos operatū, sicut ædificator consequitur finem faciendo domum. Alio modo sicut aliquod bonum habitum, vel possessum, vt ille qui emit, consequitur finem possidendo agrum. Vnde nihil prohibet illud, ad quod perducitur vniuersum, esse quoddam bonum extrinsecum.

AD SECVNDVM dicendum, quod philosophus loquitur de finibus artium, quarum quædam habent pro finibus operationes ipsas, sicut citharistæ finis est citharizare. Quædam vero habent pro fine quoddam operatum, sicut ædificatoris finis non est ædificare, sed domus. Contingit autem aliquid extrinsecum esse finem non solum sicut operatum, sed etiam sicut possessum, seu habitum, vel etiam seu repræsentatum: sicut si dicamus, quod Hercules est finis imaginis, quæ fit ad eum repræsentandum. Sic igitur potest dici, quod bonum extrinsecum a toto uniuerso est finis gubernationis rerum sicut habitum & repræsentatum: quia ad hoc vnaquæque res tendit vt participet ipsum, & assimiletur ei quantum potest.

AD TERTIVM dicendū, quod finis quidem vniuersi est aliquod bonum in ipso existens, s. ordo ipsius vniuersi, hoc aūt bonū non est vltimus finis, sed ordinatur ad bonū extrinsecum, vt ad vltimū finē: sicut et ordo exercitus ordinatur ad ducem, ut dicitur in 12. Met.

1^m de maiori. Ad quod. R. Tanquam formam in re illa producta existentem: vel tanquam aliquid per rem illam operatum, vel tanquam aliquid ab illa re habitum, seu possessum. §. Tunc &c. Licet enim bonum, ad quod res producitur primo modo, sit in re ipsa (vt arguitur) tamen aliis duobus modis est extra rem, vt patet in litera. Conclusio autē intendit de fine tertio modo consequendo: vt consideranti relinquitur apertum. Neque enim operamur nos Deum, neque ipse est in nobis tanquam forma inhærens: sed tamē est a nobis hominibus pro nostro summo bono habendus, & possidēdus: vltra quod tum a nobis, tum ab omni re mundi est participatus & repræsentatus.

2^m ex philosopho. Finium. R. Artium: non aliter. §. Tunc &c. Non. n. loquimur de fine aliquo artium: sed de fine rerum omnium creatarum. Ex quo relinquitur, quod conclusio per hoc quod dicitur Deum esse finem gubernationis mundi, non intendit asserere Deum esse, vel operationem, vel operatum factum a mundo: licet per hoc intendat, quod Deus sit finis rerum omnium mundi sicut ab omni re & participatus & repræsentatus; vt patet in litera. Vide ad primum, quod etiam in alio sensu dicitur finis aliquarum rerum gubernatarum, tanquam ab eisdem rebus habitus, ac possessus (vt a beatis).

3^m de maiori. Bonum. R. Proximum: non, vltimum. §. Tunc &c. Bonum enim illud intrinsecum, s. pacificus ordo rerum mundi, ordinatur ad bonum extrinsecum, s. Deum. Nam bonum illud est participatio quædam diuinæ bonitatis, & sapientiæ, ac repræsentat ipsam; vt habes in litera, & ad secundum.

APPENDIX.

Vtilitas p Eccles. S. Dei.

EX articulo habes primo, quomodo per rationem ostendas, recte dictum virtualiter a scripturis, quod finis gubernationis mundi est aliquod extra mundum existens. Dixit autē hoc tunc: quando Prouer. 16. ait, vniuersa propter semetipsum operatus est Dominus. Quis enim nesciat, Deum esse quid extrinsecum mundo? supra quæst. 3. articulo 5. Item, Secundo habes; [2] quomodo per rationem ostendas, philosophum recte dixisse in 12. metaph. quod finis gubernationis mundi est aliquod extra mundum, s. Deus, dum ibi ait, vnus ergo princeps, a quo dependet cœlū & tota natura. Omnes enim expositores eius cōueniunt in hoc, quod ab illo principe tota natura dependet in ratione finis, secundum philosophorum. Tertio habes: quomodo per rationem prędictas, & scripturę, & philosophi auctoritates (necnon si, quæ sunt similes: ad quod vbique intelligito, atque teneto), in quantum finem mundi ponūt aliquod extrinsecum, & intelligas, & declares, & probes. [3] Circa præmissa tamen diligenter vide, ne erres, intelligendo bonas literas in sensu falso. Caueto igitur in his sensum Almarici, qui (vt refert Ioan. de Turrecremata li. quarto de Ecclesia capitulo 35.) dicebat: Deus ideo dicitur finis omnium, quia omnia reuersura sunt in ipsum, ut in Deo immutabiliter quiescant, & vt vnum indiuiduum atque incommutabile in eo permanebunt. Hūc eius errorem merito damnauit Papa Innocentius III. in Concilio generali apud Lateranum celebrato. Extra de summa Trinit. & fid. cath. Damnamus. Vbi de tota doctrina Almarici (vt alibi explicauimus) in calce dicitur, reprobamus etiam & condemnamus peruersissimum dogma impii Almarici, cuius mentem, pater mendacij sic excæcauit, vt eius doctrina non tam hæretica quam insana censenda sit. Hæc ibi. Et reuera quis sani capitis sensum prædictum Almarici, delirium quoddam prorsus a ratione alienum non affirmet? Consule quæst. 44 articulo 4. Item. Quarto vides: quomodo ex his, similibusque doctrina hæc Angelica vicissim iuuetur. [4]

¶NOTAT. Huic articulo seruit articulus in ordine 18. 309. 234. 33. 34. Pro studio var. coor.

Comm. Cardinalis Caietani.

Titulus clarus.

¶In corpore vna conclusio. Finis gubernationis mundi est bonum extrinsecum a toto vniuerso. Probatur dupliciter. Primo, Principium rerum est extrinsecum ab vniuerso. ergo finis. Antecedens patet ex dictis. Consequentia probatur, quia finis respondet principio & s̄m esse, & s̄m cognosci. Secūdo finis vniuersalis omnium rerum est bonum vniuersale. ergo est bonum per essentiam. ergo non est aliquod infra vniuersum. ergo est bonum extrinsecum a toto vniuerso. Antecedens probatur dupliciter. Primo, quia finis habet rōne boni: secundo, quia finis particularis alicuius est bonum particulare. Prima consequentia probatur ex differentia inter bonum vniuersale, & particulare: quia illud ipsa bonitatis essentia, hoc participatiue bonum. Secūda consequentia probatur, quia nihil est in vniuerso nisi participatiue bonum. vltima est per se nota.

SVP. QV. CIII. ART. III.

CONCL. Necesse est dicere, quod mundus ab vno gubernetur.

502. 1.d.1.q.1.a. 1.& ver.q. 5.ar. 2.

¶PROB. Quia necesse est dicere, quod mundi gubernatio sit optima (cum finis gubernationis sit aliquod optimum supra ar. 2.) & optima gubernatio est, quæ fit per vnum (cum vnitas pertineat ad rationem bonitatis quod patet ex desiderio omnium, atque ex eorum repugnantia cōtra diuisionem). Quia necesse est dicere quod id, ad quod tendit intentio

ARTICVLVS III.

Vtrum mundus gubernetur ab uno.

AD TERTIVM sic proceditur. Videtur, quod mundus nō gubernetur ab vno. De causa. n. per effectus iudicamus, sed in gubernatione rerum apparet, quod res non vniformiter gubernantur & operantur, quędam enim sunt contingentia, quædam vero ex necessitate, & secundum alias diuersitates. ergo mundus non gubernatur ab vno.

¶2 Præter. Ea quæ gubernantur ab uno, a seinuicem non dissentiūt nisi propter imperitiam, aut insipientiam, aut impotentiam gu-

tio multitudinem gubernantis est vnitas, siue pax (cum res sine vnitate esse non possit), & vnitatis causa melior est id, quod est per se vnum, quam multi vniti: patet ex philosopho.

1m maior. De causa per effectus iudicamus. R. Non semper tamen per difformitatem effectuum iudicamus sic de causa. §. Si enim effectus, puta motus in mobili est, iudicamus, quod causa. i. motor mobilis reperitur, sin autem difformitas est in effectu, puta motus nō vniformis in mobili, vel mobilibus, non oportet iudicare, quod causa sit multiplex, puta motores sint diuersi. Potest namque ista difformitas effectuum prouenire aliunde, puta ex recipientibus vnum, eundemque influxum causę, cum unumquodq; recipiatur per modum recipientis. Tunc &c. Nam sic accidit in proposito, ut patet in litera.

¶ Not. Ex litera collige, quod non ualent istę consequentiæ. Rerum creatarum aliæ sunt corruptibiles, aliæ icorruptibiles, aliæ corporeæ, aliæ incorporeę & huiusmodi. ergo duo sunt ipsarum creatores unus corruptibilis, alius incorruptibilis, unus corporeus uel malus, alius incorporeus uel bonus, & huiusmodi. Ratio, quod non ualeant, est: quia licet de mobilibus & creaturis non sit idem iudicium pro quāto mobile supponit subiectum, creatura vero non (cū fiat ex nihilo), tamen de ijsdem est par iudiciū in hoc, quod ex difformitate effectuum non potest necessario semper inferri difformitas in causa, nec multitudo causarum, quamuis de causa iudicemus per effectus modo prædicto in responsione. Vide quæst. secundo artic. 2. & q. 12. art. 11. 12.

* q. 13. a. 8.

* li. 3. ps. u.

2m de maiori. Dissentiunt. R. Quantum ad finem ultimum: non semper, quantum ad finē cuique proximum. §. Tunc &c. Conueniunt enim omnia illa gubernata in uno fine ultimo, cum tamen fines proximos diuersos habere possint, ut in litera. Vide 1. 2. q. 1. ar. &c.

3m ex Eccles. Melius est. R. In particularibus bonis: non, in eo quod est essentialiter bonum. §. Tunc &c. Loquitur enim conclusio de bono illo uniuersali, non de particulari. Quasi dicat. Mundus gubernatur ab uno per se bono, per se sapiente, per se &c. idest infinitæ bonitatis, infinitæ sapientiæ, infinitæ, &cęt. Non ergo a pluribus talibus potest gubernari; tum quia non sunt plura talia, tum quia esset hoc superfluum. Si enim ab uno infinite bono, sapiente &c. gubernatur, superfluum, & consequenter malum, erit quicquid pro gubernando in parem societatem addideris, ut patet.

Regnum monarchicum, an Respublica melior.

¶ Not. Ex litera uidetur, si profundius inspiciatur, quod in gubernationibus pure humanis pluralitas principatuum sit melior cęteris paribus, quam unus tantum princeps, idest quod melior sit Respublica, quam Dominium singulare, puta Marchionis tantum, Ducis tantum (si tamen cætera sint paria). Nā in gubernando secundum Rempublicam, bona plura particularia conueniunt ad regendum, & consequenter id quod vnus nō aduertit pro bono regiminis, alius aduertit, in dominio autē singulari vnum tantum bonum particulare, puta Marchio, Dux, est ad regendum. Nec obstat, philosophi dictum, s. quod melius disponuntur res per unum principem, quam per pluralitatē principatuum. Hoc enim uerificatur de principe infinitæ per seipsum sapientiæ, infinitæ iustitiæ, infinitæ &c. vt in ad tertium dictum est, in cuius signum, quod, s. philosophus intenderet de tali, est, quod in 12. Metaphysicæ, vbi præsertim de Deo agitur, id protulit. Quasi ergo dixisset. Melius est esse vnū principē, qui est Deus, quam plures Deos. Habet enim talis princeps, cum sit sapientiæ infinitæ, & infinitæ &c. omnem circumspectionem quam quilibet singularis uel etiam omnes simul de republica possunt habere, immo & maiorem: insuper ultra hoc habet unitatē essentialem, idest essentialiter est vnus, id qđ multum facit ad finem regiminis, qui est unire multitudinē gubernatam in bono. Melius enim uniūtur plura in uno per unum, ut sic, quam per multa, ut sic cum pluralitatem non vniant multa, nisi ut sunt quodammodo unū. Et licet possit istud singulare dominium se ipso meliorari plus uel minus, quanto magis uel minus bono prædicto particulari regenti, idest, Marchioni, Duci adiungentur boni alii consiliarij, boni zelatores, boni &c. Tamē his non obstantibus, uidetur adhuc de mente huius literæ esse, quod sit melior, cæteris paribus, Reipublicæ dominium, quoniam plura uidēt oculi, quam oculus, & magis afficitur aliqs de Republica ad bonum consilium dandum, ad bene zelandū, ad &c. pro ipsa Republica, cū eam apprehendat, tanquam bonum sibi proprium, utpotē existens pars intrinseca ipsius tanquam sui intimi totius, quam aliquis bonus consiliator, bonus zelator, bonus &cæt. pro particulari alterius puta, Marchionis, Ducis, &c. regimine (utpote apprehendens hoc non tam sibi intrinsecum totum, sicuti esset Respublica). Et hoc ultimum de comparatione affectuum in tali materia, est ualde ponderandum pro supradictorum de melioritate principatuum recta intelligentia. Pro quo, etiam semper præ oculis super omnia habendum est illud granum salis, quod ideo huic disputationi frequēter apposuimus, uidelicet, Cæteris paribus. Dixi supra. ly pure humanis: quia aliud est loqui de primatu Petri Apostoli, aut successoris sui, in gubernando ecclesiam, quoniam hoc regimen ad regimen diuinum potius pertinet, quam humanum. Cum principalis Episcopi, qui in proposito Christus est & Vicarij sui, qui Petrus cum successoribus est, unus sit quodammodo forus. Ad quod innuendum ait dominus Petro, quodcunque ligaueris super terram erit ligatum & in cęlis, & quodcunque solueris super terram, erit solutum & in cęlis. Quia igitur princeps Christus infinitæ bonitatis, infinitæ sapientię, infinitæ potentiæ est, & ipse per Vicarium suum specialiori modo suam regit Ecclesiam, ideo principatus hic & Monarchicus, & optime plus quam omnia regimina institutus est. Additur, quod ipse dominus rogare pro Petro, consequenter pro cæteris eius successoribus, dignatus est, ut non deficiat fides eius. i. ut non erret in determinando ea, quæ fidei sunt, ac morum fidei congruentium, id quod est rogare, ut Petrus non erret in regendo fideles, Cū itaque in omnibus exanditus sit Christus pro reuerentia sua, se-

* li. 10. Meta. 16. li. t. 3

De primatu Petri.

Matth. 16.

Luc. 22.

bernantis, quæ a Deo sunt procul, sed res creatæ a seinuicem dissentiunt, & contra seinuicem pugnant, ut in contrariis apparet. non ergo mundus gubernantur ab vno.

¶ 3 Præterea. In natura semper inuenitur quod melius est, sed melius est simul esse duos, quam unum, vt dicitur Eccle. 4. ergo mundus non gubernatur ab vno, sed a pluribus.

SED CONTRA est, quod vnum Deum, & vnum Dominum confitemur, secundum illud Apost. 1. ad Corin. 8. Nobis est unus Deus pater, & dominus vnus, quorum vtrumque ad gubernationem pertinet: nam ad dominum pertinet gubernatio subditorum, & Dei nomen ex prouidentia sumitur, vt supra dictum est. * ergo mundus gubernatur ab uno.

RESPON. Dicendum, quod necesse est dicere, quod mundus ab vno gubernetur. Cum enim finis gubernationis mundi sit qđ est essentialiter bonum, quod est optimum, necesse est, quod mundi gubernatio sit optima. Optima autem gubernatio est, quæ fit per vnum. Cuius ratio est, quia gubernatio nihil aliud est quam directio gubernatorum ad finem, qui est aliquod bonum, vnitas autem pertinet ad rationem bonitatis, vt Boet. * probat in tertio de consol. per hoc, quod sicut omnia desiderant bonum, ita desiderant unitatem, sine qua esse non possunt. nā vnumquodque intantum est, inquantum unum est. Vnde videmus, quod res repugnant suæ diuisioni quantum possunt, & quod dissolutio vniuscuiusque rei prouenit ex defectu illius rei. Et ideo id, ad quod tendit intentio multitudinem gubernantis, est vnitas, siue pax, vnitatis autem causa per se est vnum. Manifestum est enim, quod plures multa vnire & concordare non possunt, nisi ipsi aliquo modo vniantur. Illud autem quod est per se unum, potest esse causa vnitatis conuenientius quā multi vniti: vnde multitudo melius gubernatur per vnum, quam per plures. Relinquitur ergo, ꝙ gubernatio mundi, quæ est optima, fit ab uno gubernante. Et hoc est quod philosoph. dicit in 12. Metaph. * Entia nolunt disponi male, nec bonum pluralitas principatuum, vnus ergo princeps.

AD PRIMVM ergo dicendū, quod motus, est actus mobilis a mouente. Difformitas ergo motuū est ex diuersitate mobilium, quā requirit perfectio uniuersi, vt supra dictum est, * non ex diuersitate gubernantium.

* q. 79. ar. 1. & 2.

AD SECVNDVM dicendum, ꝙ contraria etsi dissentiant quantum ad fines proximos, conueniūt tamen quantum ad finē ultimum prout concluduntur sub uno ordine vniuersi.

AD TERTIVM dicendum, ꝙ in particularib. bonis duo sunt meliora quam unum, sed ei quod est essentialiter bonum, non potest fieri aliqua additio bonitatis.

sequitur, quod Petrus, vt Papa, non possit in prędictis errare; & consequenter quod ipse, vt sic, a spiritu veritatis semper in præmissis ducatur. Petri ergo primatus, quamuis monarchicus, est optimus: quia potius diuinus, quam humanus est. Non igitur idé iudicium de monarchico purè humano (de quo in litera) faciundum est, & de monarchico Petri, de quo (cum sit Christi, vt præfertur) dictum proportionaliter est, Regnum meum non est de hoc mundo.

APPENDIX.

Vtilitas p Eccles. S. Dei.

EX articulo habes primo, quomodo per rationem ostendas, dictum meritò fuisse à scriptura, quod mundus gubernatur ab uno. Hoc autem dixit de Deo. Iob 34. sic: Quem constituit alium super terram, aut quem posuit super orbem, quem fabricatus est? Item subtiliter in Psal. 17. sic: Quis Deus præter dominũ aut quis Deus præter Deum nostrum? Hoc siquidem nomen Deus, est nomen gubernationis. Deducitur enim ly Deus secundum Damascenum lib. 1. c. 12. a Theyn, quod est curare, & fouere uniuersa, vel a Ethyn, quod est ardere: vel a Theaste, quod est considerare omnia. Ergo ly Deus est nomen prouidentiæ, cum hæc omnia scilicet curare, fouere, ardere, considerare, connotent operationem circa aliquid sic uel sic gubernandum. Hinc infer: quod cum Deus non possit non esse Deus, nõ potest fieri, quod Deus non habeat omnium rerum gubernationem, idest necesse omnino est, quod mundus gubernetur ab uno, scilicet a Deo. Ex qua illatione uidere etiam mediocriter eruditis immo & insipientibus, datur, quam toto cœlo, totaque terra turpiter errauerint, ac errando ignorantia proprie uocis sese laborare ostenderint illi: qui Deum non habere prouidentiam de omnibus dubitarunt uel posuerunt. Vide quęstio 22. articulo secundo. Hoc enim est dubitare, Deum esse Deum, uel ponere, Deum non esse Deum. Qua dubitatione uel positione quid ignorantius, quid irrationalius, quid stolidius? Secundo habes: quomodo per rationem scripturas præmissas, ac similes, pro quanto mundũ ab vno gubernari statuunt, & intelligas, & declares, & probes. Tertio vides: quomodo ex his, similibusque, uicissim Angelica doctrina hæc declaretur, atque confirmetur.

2

3

¶ NOT. Articulo præsenti vtcumque suffragatur articulus in ordine 53. 250. 249. 259. Pro studio var. coor.

Comm. Cardinalis Caietani.

TItulus clarus.

¶ In corpore vna conclusio. Mundus gubernatur ab uno. Probatur dupliciter, primo ratione. Finis gubernationis mundi est bonum per essentiam, ac per hoc optimum. ergo gubernatio mundi est optima. ergo est ab uno. Antecedens patet cũ prima consequentia: secunda uero fundatur super duas propositiones. Altera est, q omnis gubernatio intendit unitatem: secunda est, quod unitas melius causatur per unum, quam per multos. Ex his manifeste consequentia tenet: quoniam gubernatio optima; quia gubernatio est ad vnum ex prima propositione: quia optima est ab uno ex secunda propositione. Prima propositio probatur in litera sic. Gubernatio est directio ordinatorum in finem. ergo bonum, ergo vnum. Probatur hæc ultima sequela primo authoritate Boetij: secundo rõne eius ex naturali appetitu, qui æquè est ad bonum & unũ, quod declaratur tum a priori, quia est ad esse, tum a posteriori, quia resistit diuidenti: tum etiam a posteriori, quia dissolutio, quæ opponitur unitati, prouenit ex defectu in esse: Secunda uerò propositio probatur, quia unitatis per se, causa est per se unum, quod manifestatur ex eo, quia multi non causant unum, nisi inquantum aliquo modo uniuntur. Conuenientius autem unumquodq; fit per propriam causam, quam per causam per accidens ergo. Secundo confirmatur authoritate Arist. hanc rationem paucis uerbis tangentis.

SVP. Q. CIII. ART. IIII.

COncl. 1. Ex parte finis est unus tantum effectus gubernationis, scilicet assimilari Deo. 503

¶ PROB. Quia effectus gubernationis sicut cuiuslibet actionis, ex fine pensari debet (cum per operationem pertingatur ad finem), Et finis gubernationis mundi in se est tãtum unus (cum sit bonum essentiale, cui omnia assimilari appetunt.)

¶ CONCL. 2. Ex parte eorum, quibus creatura ad Dei similitudinem perducitur, duo sunt effectus gubernationis, s. conseruatio rerum in bono, & motio earum ad bonum. *Ar. præc.

¶ PROB. Quia effectus gubernationis attendi potest secundum ea, quibus creatura ad Dei assimilationem pducitur, & ista in generali accepta sunt duo, s. creaturam in se esse bonam, atque mouere aliam creaturam ad bonitatem, cum Deus cui assimilari cupimus sit bonus, causaque bonitatis aliis. *ca. 12. de diu. no. pa rũ an med.

¶ CONCL. 3. Effectus gubernationis in particulari considerati sunt nobis innumerabiles.

¶ PROB. Quia id patet. Vide tu argumẽtum tertium, q sit pbatio huius conclusionis.

ARTICVLVS IIII.

Vtrum effectus gubernationis sit unus tantum, & non plures.

AD QVARTVM sic proceditur. Videtur, q effectus gubernationis mundi sit vnus tantum, & non plures. Effectus enim gubernationis esse videtur id, quod per gubernationem in rebus gubernatis causatur: hoc autem est vnũ, s. bonum ordinis, vt in exercitu patet. ergo gubernationis mundi est vnus effectus.

¶ 2 Præt. Ab vno natum est vnũ tantum procedere: sed mũdus gubernatur ab vno, vt ostensum est. * ergo & gubernationis effectus, est unus tantum.

¶ 3 Pręter. Si effectus gubernationis non, est vnus tantum propter vnitatem gubernantis, oportet q multiplicetur sm multitudiné gubernatorum, hæc auté sunt nobis innumerabilia. ergo gubernationis effectus non possunt comprehendi sub aliquo certo numero.

SED CONTRA est, q Dion. * dicit, q deitas prouidentia & bonitate perfecta, omnia continet, & seipsam implet: gubernatio autem ad prouidentiam pertinet. ergo gubernationis diuinæ sunt aliqui determinati effectus.

RESP. Dicẽdum, q effectus cuiuslibet actionis ex fine eius pẽsari põt: nã per operationé efficitur, vt pertingatur ad finem. Finis aũt gubernationis mundi est bonũ essentiale, ad cuius participationé, & assimilationem oĩa tendũt. Effectus igitur gubernationis põt accipi tripliciter. Vno mõ ex parte ipsius finis, & sic est vnus effectus gubernationis, s. assimilari sũmo bono. Alio mõ põt considerari effectus gubernationis sm ea, quib. ad Dei assimilationem creatura perducitur, & sic in generali sunt duo effectus gubernationis. Creatura. n. assimilatur Deo q̃tum ad duo, s. q̃tum ad id, q Deus bonus est, in quãtũ creatura est bona, & quãtũ ad hoc, q Deus est aliis cã bonitatis, inquantũ una creatura mouet aliá ad bonitaté. vnde duo sunt effectus gubernationis, s. conseruatio rerũ in bono, & motio earũ ad bonũ. Tertio mõ pt cõsiderari effectus gubernationis ĩ particulari, & sic sũt nobis ĩnumerabiles.

AD PRIMVM ergo dicendũ, q ordo uniuersi includit in se & conseruationem rerum diuersarum a Deo institutarum, & motionem earum, qa sm hæc duo inuenitur ordo in reb. sm. s. quod vna est melior alia, & secundum q una ab alia mouetur. Ad alia duo patet responsio patet p ea q̃ dicta sunt *. * In cor. 2.

1m de minori. Vnũ. R. Nominaliter: non, inclusiue. §. Tunc &c. Ly ordo, enim est unum tantum nomen: sed includit duo, quæ in secunda conclusione dicta sunt.

2m maior. Ab uno natum est unum procedere. R. Si processio cõsideretur ex parte illi unius, non, si considere tur ex parte illarum rerum, quibus illi uni assimilatio fit. §. Tunc &c. Primo enim modo currit conclusio prima licet secundo secunda. Ly processio, in responsio formali dicta sumitur largissime, ita quod assimilari alicui dicatur etiam processio. Vide primam conclusionem, illa duo, quibus illi uni assimilatio fit, de quibus loquitur responsio, sunt ea, quæ explicantur in probatione conclusionis secundæ.

3m de conclusione. Ergo gubernationis effectus.

fectus. B. In speciali sumptus, non, in generali. §. Tunc &c. Hoc enim modo currit conclusio tertia.

APPENDIX.

Ex articulo habes primo: quomodo per rationem ostendas, recte de Deo omnium gubernatore dictum fuisse. Sapient. 6. Aequaliter est illi cura de omnibus. Ac si aperte, ad propositũ dicat. Gubernationis, seu curae, quam de mundi rebus vniuersis habet Deus, finis non est alius, & alius, sed vnus & idem. Vide q. 20. ar. 3. ad primum, & q 44. ar. 4. vt inde iuueris ad huius & sequentium rectam intelligentiam & applicationem in proposito illo. Item de Sapientia, quae Deus est, omnium artifice per intellectumque gubernatrice merito dictum Sap. 7. Est in illa spiritus intelligentiae sanctus, unicus, multiplex. Quasi, in proposito, dicat. Gubernationis diuinae sapientiae, qua per intelligentiam mundum sancte regit, finis est & vnicus & multiplex. Item de Deo, postquam Sap. 14. dixerat quod omnia sua prouidentia gubernat, dictum recte ibi, quoniam dedisti in mari viam & inter fluctus semitam firmissimam, ostendens quoniam potens ex omnibus sanare, etiam sine rate aliquis adeat mare. Sed, ut non essent vacua sapientię tuae opera, propter hoc etiam & exiguo ligno credunt homines animas suas, & transeuntes mare per ratem liberati sunt. Sed & ab initio, cum perirent superbi gygantes, spes orbis terrarum ad ratem confugiens remisit saeculo semen natiuitatis, quae manu tua erat gubernata. Benedictum est enim lignum, in quo fit iustitia. Haec ibi. Quasi, ad propositum applicando, dicatur. Gubernationis seu prouidentiae, qua Deus omnia regit, multi sunt effectus. Puta, saluari tuto itinere pedestri inter medios fluctus maris, est effectus diuinae gubernationis, homines etiam per ratem saluari inter fluctus maris est effectus eiusdem gubernationis, superbos gygantes in diluuio perire, est etiam eius effectus, humani generis semen per ratem in eodem diluuio per totum orbem terrarum propagandum esse praeseruatum, est effectus gubernationis eiusdem, ex his factum esse, vt benedicatur lignum per quod fit iustitia, idest lignum iustos ab iniustis discernens. Hoc fuit lignum archę Noe, & est lignum crucis ab archa ipsa lignea figuratum, est effectus diuinae gubernationis. Quod si pergas legendo totum capitulum illud, aliasque scripturas, uidebis ex scripturis ipsis colligi, quod effectus gubernationis mundi sunt ferme innumerabiles, ut dicit tertia conclusio. Secundo habes: quomodo scripturam Sapient. 6. pro quanto finem gubernationis attruit vnum, per rationem primę conclusionis intelligas, declares, probes, & Sapien. septimo pro quanto multos esse diuinae gubernationis effectus dicit, per rationem secundae conclusionis, & Sapien. 14. pro quanto innumeros fere, per rationem tertię conclusionis. Tertio uides: quomodo ex his, similibusque uicissim Angelica doctrina declaretur, atque confirmetur.

Comm. Cardinalis Caietani.

Titulus clarus.

¶ In corpore vna conclusio trimembris. Effectus gubernationis principalis est vnus, generales sunt duo, in particulari sũt nobis innumerabiles. Haec cõclusio probatur, & declaratur. Probatur autem, & quantum ad ipsam trimembrem distinctionem sic. Effectus operationis est pertinctio ad finem. ergo effectus actionis ex fine pensari potest. ergo effectus gubernationis mundi ex bono per essentiam accipi potest. ergo tripliciter sumi potest, scilicet & ex parte ipsius finis, & ex parte fundamenti in generali & particulariter. ergo principalis est vnus, generales sunt duo, & particulariter innumerabiles. Antecedens patet cum prima consequentia & secunda: quia assimilatio ad summum bonum est id, ad quod omnia gubernata tendunt. Tertia vero consequentia cum sit de possibili, manifesta fit ex sufficientia ordinis ad finem. Aut enim ipsa est consecutio finis, & sic est effectus ex parte ipsius finis se tenens, quoniam ipse effectus est idem finis cum fine extrinseco, sicut idem est finis apud auarum, puta pecunia & possessio eius, aut ex parte fundantium istam consecutionem, & sic numerantur iuxta numerum eorum, per quae finem assequuntur, & hoc quidem in generali finitum est, in particulari uero sine numero. Vltima autem consequentia probatur explanando, quod primum est assimilatio ad summum bonum, in secundo loco sunt conseruatio in bono, & motio ad bonum, in tertio conseruatio huius in hoc bono, hęc motio huius ad hoc bonum.

¶ Aduerte hic, quod quia gubernatio non facit res gubernandas, sed supponit eas, ideo non creatio, sed conseruatio ponitur primus gubernationis effectus. Et quia naturaliter res prius in se conseruatur, quam promoueatur ad bonum: ideo secundus effectus ponitur motio ad bonum, sub qua comprehenditur actio post conseruationem. Et nota, quod semper utitur boni nomine in hac materia, ut formaliter loquatur, ut conuenit, gubernatio enim non est, quae ad bonum ut sic, non intendit.

ARTICVLVS V.

Vtrum omnia diuinae gubernationi subdantur.

AD QVINTVM sic proceditur. Videtur, quod non omnia diuinae gubernationi subdantur. Dicitur enim Eccle. 9. Vidi sub Sole nec velocium esse cursum, nec fortium bellum, nec sapientium panem, nec doctorum diuitias, nec artificum gratiã, sed tempus casumque in omnib. quae autem gubernationi alicuius subsunt, non sunt casualia. ergo ea quae sunt sub Sole, non subduntur diuinę gubernationi.

¶ 2 Praeterea. Apost. 1. ad Corinth. 9. dicit, quod non est Deo cura de bobus, sed vnicuique est cura eorum quae gubernantur ab ipso. non ergo omnia subduntur diuinae gubernationi.

¶ 3 Praet. Illud quod seipsum gubernare potest, non videtur alterius gubernatione indigere, sed creatura rõnalis seipsam gubernare potest, cum habeat dominium sui actus, & per se agat, & non solum agatur ab alio, quod ui detur esse eorum quę gubernantur. ergo non omnia sunt diuinae gubernationi subdita.

SED CONTRA est, quod Augustinus dicit 5. de Ciuitate Dei, * quod Deus non solum coelum & terram, nec solum hominem & angelum, sed nec exigui & contempti bilis aiam̃tis viscera, nec auis pennulam, nec herbae flosculum, nec arboris folium sine suarum partium conuenientia derelinquit. omnia ergo eius gubernationi subduntur.

RESPON. Dicendum, quod secundum eandem rationem, cõpetit Deo esse gubernatorem rerum, & causam rerum, quia eiusdem est rem producere, & ei perfectionem dare, quod ad gubernantem pertinet. Deus autem est causa non quidem particularis unius generis rerum, sed vniuersalis totius entis, ut supra ostensum est. * vnde sicut nihil potest esse quod nõ sit a Deo creatum, ita nihil potest esse, quod eius gubernationi non subdatur. Patet etiam hoc idẽ ex ratione finis. Intãtum enim alicuius gubernatio se extendit, inquantum se extendere potest finis gubernationis. Finis autem diuinę gubernationis est ipsa sua bonitas, ut supra ostensum est.

Marginalia: 1 (ad "Secundo habes"); 3 (ad "Tertio uides"); 101; Sup q. 22. a. 2. & 3. & 1. d. 39. q. 2. ar. 2. Et 3. con. c. 64. 94. & 113. & ver. q. 5. ar. 2 & 4. Et op. 3. c. 124. 132. & 133.; * li. 5 c. 11. cir. finem.; * q. 44. ar. 1. & 2.

Ferr. 3. con. c. 1. 64.

SVP. Q. CIII. ART. V.

CONCL. Impossibile est, quod aliquid entium subtrahatur gubernationi diuinae.

¶ PROB. Quia impossibile est aliquid minimum esse, quod non sit a Deo creatum, cum Deus sit causa uniuersalis totius entis, & secundum eandem rationem competit alicui esse gubernatorẽ rei alicuius, atque causam eius (cum eiusdem sit rẽ producere, ac ei perfectionem dare). Quia intantum se extendit alicuius gubernatio, in quantum se potest extendere finis gubernationis, & finis diuinae gubernationis se extendit ad omnia etiã minima

nima(cum nihil sit, quod non ordinetur in diuinam bonitatem quæ est finis gubernationis.)

1m de minori. Non sunt casualia. R. Respectu illius causæ superioris gubernantis: non, respectu intentionis particularis agentis. §. Tunc &c. Nam nihil est casuale respectu illius, cuius gubernationi vniuersali subduntur, scilicet Dei, quamuis respectu particularis alicuius gubernātis possit quippiam esse casuale, inquantum, scilicet subterfugit intentionem eius. Huius autem oppositum est ratio, quod nihil omnino potest esse casuale respectu Dei: quia videlicet impossibile omnino est, quod aliquid vel minimum subterfugiat, immo etiam possit subterfugere intentionem Dei quæstio. 19. artic. 6.

* ar.præc. & q.44.ar.4.

† q.44.a.4

¶NOTA. Scito, quod casus in rebus infert res gubernari a Deo. Nisi enim res haberent esse, non haberent aliquam intentionem, si uero nullam haberent intentionem, non posset in eis esse casus: cum casus præsupponat intentionem rerum, & sit postea præter eam. Manifestum autem est, quod si res non gubernarentur a Deo, deciderent in nihilum, idest, in non esse. Dic ergo. Si a Deo nō gubernarentur creatæ, ipsa desinerent omnino esse, idest nullatenus essent, si nō essent, nullam haberent intentionem, si nullam haberent intentionem, non possent facere, & nihil posset fieri, præter suā ipsorum intentionem, quod est esse casuale, vel fortuitum: ergo, a primo ad ultimum, si a Deo res non gubernarentur, non posset esse casuale in rebus (non quod aliquid respectu Dei possit esse casuale: sed propter rationem præmissam).

* Vnde cum nihil esse possit, quod non ordinetur in diuinam bonitatem, sicut in finem, vt ex supradictis patet, † impossibile est quod aliquod entium subtrahatur gubernationi diuinæ. Stulta igitur fuit opinio dicentium, quod hæc inferiora corruptibilia, vel etiam singularia, aut etiam res humanæ non gubernantur a Deo. Ex quorum persona dicitur Ezech. 9. Dereliquit dominus terram.

‖ AD PRIMVM ergo dicendum, quod sub sole dicuntur esse ea, quæ secundum ortum solis generantur, corrumpuntur. In quibus omnibus casus inuenitur, non ita quod omnia quæ in eis fiunt, sint casualia, sed quia in quolibet eorum aliquid casuale inueniri potest, & hoc ipsum quod aliquid casuale inuenitur in huiusmodi rebus, demonstrat ea alicuius gubernationi esse subiecta. Nisi enim huiusmodi corruptibilia ab aliquo superiori gubernarentur, nihil intenderent, maxime, quę non cognoscunt, & sic non eueniret in eis aliquid præter intentionem quod facit rationem casus. Vnde ad ostendendum, quod casualia secundum ordinem alicuius superioris causæ proueniunt, non dicit simpliciter, quod vidit casum esse in omnibus sed dicit tempus & casum, quia, scilicet secundum aliquem ordinem temporis, casuales defectus inueniuntur in his rebus.

AD SECVNDVM dicendum, quod gubernatio est quædam mutatio gubernatorum a gubernante. Omnis autem motus est actus mobilis a mouente, ut dicitur in tertio Physicorum * Omnis autem actus proportionatur ei cuius est actus, & sic oportet quod diuersa mobilia diuersimode moueantur, etiam secundum motionem vnius motoris. Sic igitur secundum vnam artem Dei gubernantis res diuersimode gubernantur secundum earum diuersitatem. Quædam enim secundum suam naturam sunt per se agentia tanquam habentia dominium sui actus. Et ista gubernantur a Deo non solum per hoc, quod mouentur ab ipso Deo in eis interius operante, sed etiam per hoc quod ab eo inducuntur ad bonum, & retrahuntur a malo per præcepta & prohibitiones, præmia & pœnas: hoc autem modo non gubernantur a Deo creaturæ irrationales, quæ tantum aguntur & non agunt. Cum ergo Apostolus dicit, quod Deo non est cura de bobus, non totaliter subtrahit boues a cura gubernationis diuinæ, sed solum quantum ad modum, qui proprie competit rationali creaturæ.

* li.3.phy. tex.18.

AD TERTIVM dicendum, quod creatura rationalis gubernat seipsam per intellectū & voluntatem, quorum vtrumque indiget regi & perfici ab intellectu & voluntate Dei. Et ideo supra gubernationē, qua creatura rationalis gubernat ipsam tanquam domina sui actus, indiget gubernari a Deo.

2m ex Apostolo. Cura. R. Existens secundum modum proprie competentem rationali creaturæ: non, secundum modum competentem bobus. §. Tunc &c. Nam vniuscuiusque bouis, quantūcunque magni vel parui, Deus habet curam exactissimam, secundum modum tamē boui illi competentem. Exemplum. Gubernator homo alicuius rei, si sit sapiens, gubernat illam rem secundum quod competit naturæ illius rei: vnde sic faciendo illam conseruat, & faciendo aliter, eandem destrueret. Non enim gubernat auem fœno, funibus, aratro, acutiori stimulo, magno stabulo: sed alio modo, qui sit conueniens aui (ut patet) Alioquin ipse gubernator auis & insipiens iudicaretur, & auem destrueret, non conseruaret. Itē rex habens sub se diuersarum conditionum populos suauiori modo guberat hos, rigidiori illos, mediocri alios, & sic gubernando populos (salua conscientia) pro diuersitate conditionis illorum iudicatur, & est, sapiēs: populosque subditos in pace conseruat, necnon a rebellione faciliter præseruat. Cū igitur Deus sit sapiens, immo ipsa sapientia infinita, gubernat omnia creata secundum modum vnicuique illorum creatorum conuenientem. Hoc voluit innuere ibi Apostolus, ubi e regione hominib. a Deo gubernatis locutus subintulit, Nunquid cura est Deo de bobus? Quasi dicat Non sicut de hominibus de quibus in contextu sermonem habui.

3m de maiori. Potest. R. Non præsupposito alicuius alterius auxilio: non autem, præsupposito. §. Tunc &c. Nam homo ad hoc, quod seipsum gubernare possit, indiget semper auxilio alicuius alterius, idest auxilio diuino. Non enim homo est suarum actionum prima causa, licet sit earum causa: sed prima causa, & hominis, & omnium est Deus, sine qua causa secundę moueri seu agere non possunt. Vnde Hieronymus, in confessione fidei ad Damasum Papam, quam in Ecclesia catholica dicit se didicisse, semper tenuisse ac tenere, inquit. Liberū sic confitemur arbitriū ut dicamus nos semper Dei indigere auxilio: Cum ergo Hieronymus non apponat limitationem, puta nos indigere semper auxilio Dei ad agendum, ad patiendum, & huiusmodi, sed absolute dicat, nos semper indigere illo, fatendum veraciter est, quod (secundum ipsum) auxilio illo indigemus etiam ad cogitandum, ad loquendū, ad volendum, & (breuiter) ad omnia quæcunque sint illa, dempto peccato ut peccatum est.

Hier. de fi de. Liber. arb.

APPENDIX.

EX articulo habes primo: quomodo per rationem disijcias totaliter, atque pessundes hæreticas phantasias multorum supra q. 22. artic. 2. recitatas. Nam prouidētia, & gubernatio in idem tandem redeunt (ut patet). Adde pro ratione stultas (ut huius articuli verbis vtar) has ostendente illud, quod ar. 3. in appē. dictum fuit. Secundo habes; quomodo per rationem ostendas, illas omnes fuisse merito damnatas a scripturis &c. vt supra q. 22 ar. 1. 2. & q. 14. art xi. Item a dictis in 1. 2. articulorum nume. 498. & a Veritatibus aureis super totam legē veterem, Gen. 17. conclusio. 1. & Exod. 2. concl. 2. & Leuitic. 25. conclusion. 5. Item Tertio habes, quomodo scripturas huiusmodi, &c. ibi narrata, pro quanto omnia subdi statuunt gubernationi diuinæ, & intelligas, & declares, & probes. Tunc autem facilius ac melius hoc ipsum facies, si his declarationibus addideris Augustinum quinto lib de ciuitate Dei capitulo 11 sic dicentem, Deus non solum cœlum & terram nec solum hominem & Angelum, sed nec exigui & contemptibilis animantis uiscera, nec auis pennulam, nec herbæ flosculum, nec arboris folium, sine suarum partium conuenientia derelinquit. Per quam sententiam uult Doctor egregius Augustinus hæreticorum acerrimus impugnator & expugnator clarissimam hanc ueritatem explanare atque tueri quod omnia, quæcunque sint illa, diuinæ gubernationi subduntur. Quarto vides: quomodo ex predictis uicissim Angelica conclusio præsens consolidetur, & declaretur.

2

3

4

¶Not. Articulo præsenti suffragatur articul. 234. 235. 505. 237. 554. 455.

Ter- Comm.

C omm. Cardinalis Caietani.

TItulus clarus.¶In corpore duo. Primo ponitur cóclusio respó nsiua quæsito, secundo retunditur error.

¶Quo ad primũ conclusio est, Oĩa diuinæ gubernationi subduntur. Probatur dupliciter, primo ex parte causæ efficientis. Eiusdẽ est rẽ producere, & ei perfectionẽ dare. ergo ſm eandẽ rõnẽ conuenit Deo esse cãm rerũ, & gubernatorẽ earũ. ergo cõ uenit ei esse gubernatorẽ uniuersalẽ totius entis. ergo nihil esse pt, q eius gubernationẽ subterfugiat. Antecedẽs patet cũ prima consequentia, secunda uero probatur ex eo, q Deus est cã uniuersalis totius entis, tertia quoque ex eo, q nihil esse põt, qđ nõ sit causatũ a Deo. Secundo ex parte finis. Gubernatio se extẽdit secundum extensionem proprii finis. ergo diuina gubernatio se extendit iuxta extensionem suæ bonitatis. ergo ad omnia. Antecedens est per se notum, alioquin non esset proprius finis. Prima consequentia probatur, quia diuina bonitas est finis quod prius gubernationis mundi ut patet ex dictis. Vltima uero probatur, quia nihil esse potest, quod non ordinetur in diuinam bonitatem ut finem, oportet enim ipsam per essentiam bonitatem finalizare respectu bonorum omnium.

¶Quoad secundum infertur per modum corollarii, stultã eẽ opinionem triplicem, s. inferiora, uel singularia uel humana subtrahentem gubernationi, & assertur Ezechiel.

¶Circa hoc errores, essent multa, dicenda de Auer. & Auic. sed quoniam superius cum de diuina prouidentia tractaretur, dicta sunt multa, & inferius in hac eadem quæstione aliquid dicetur, hic non oportet immorari.

ARTICVLVS VI.

Vtrum omnia immediate gubernentur a Deo.

AD SEXTVM sic proceditur. Videtur q omnia immediate gubernentur a Deo Greg. enim Nysenus * reprehẽdit opinionem Platonis, qui diuisit prouidentiam in tria. Primam quidẽ primi Dei qui prouidet reb. cœlestibus, & vniuersalib. & omnibus. Secundã vero prouidẽtiã esse dixit secundorũ deorũ, qui cœlũ circumeũt, s. respectu eorũ, quæ sunt generatione, & corruptione. Tertiã vero prouidẽtiã dixit quorundũ dœmonũ, qui sunt custodes circa terrã humanarũ actionum. ergo vr quod oĩa immediate ea Deo gubernentur.

¶2 Præt. Melius est aliquid fieri p unũ, quã per multa, si sit possibile, ut dr in 8. Phys. * sed Deus põt per seipsum absque mediis causis omnia gubernare. ergo uidetur, quod omnia immediate gubernet.

¶3 Præt. Nihil in Deo est deficiẽs & imperfectũ: sed ad defectum gubernatoris ptinere vr, q medianti bus aliquib. gubernet. sicut rex terrenus, quia nõ sufficit ad oĩa agenda, nec ubiq. est præsens in suo regno, pp hoc oportet, q hẽat suæ gubernationis ministro. ergo Deus immediate omnia gubernat.

SED CONTRA est, q Aug. dicit in 3. de Trin. * Quemadmodum corpora grossiora. & inferiora per subtiliora & potentiora quodã ordine reguntur: ita oĩa corpora per spiritũ uitæ rõnalẽ, & spiritus uitæ rõnalis desertor atq. peccator per spiritum uitæ rationalẽ pium & iustũ, & ille per ipsum Deum.

RESP. Dicendũ, q in gubernatione duo sunt cõsideranda, s. ratio gubernationis, quę est ipsa prouidentia, & executio. Quantũ igitur ad rationẽ gubernationis pertinet Deus immediatẽ omnia gubernat quantũ aũt pertinet ad executionẽ gubernationis, Deus gubernat, q̃dã mediantib. aliis, cuius ratio est: quia cũ Deus sit ipsa essentiã bonitatis unũquodque attribuendũ, est Deo ſm sui optimũ. Optimum aũt in oi genere, uel rõne, uel cognitione practica, qualis est rõ gubernationis, in hoc cõsistit, q particularia cognoscantur, in quibus est actus. Sicut optimus medicus, est qui non cõsiderat sola uniuersalia sed qui põt ẽt considerare minima particulariũ. & idẽ patet i cæteris. Vñ oportet dicere, q Deus oĩum ẽt minimorũ particulariũ rationẽ gubernationis habeat. Sed cũ per gubernationem res, quæ gubernãtur, sint ad perfectionẽ ducendę, tãto erit melior gubernatio, quanto maior perfectio a gubernãte reb. gubernatis communicatur. Maior aũt pfectio est, quod aliquid in se sit bonum, & ẽt sit alii causa bonitatis, quã si esset solum mõ in se bonũ. Et ideo sic Deus gubernat res ut quasdam aliarum in gubernando cãs instituat. Sicut si aliquis magister, discipulos suos, nõ solũ sciẽtes faceret, sed ẽt aliorũ doctores.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod opinio Platonis reprehenditur, quia ẽt quantum ad rationẽ gubernationis posuit Deum non immediate omnia gubernare, q patet p hoc, q diuisit in tria prouidẽtiam, quæ est ratio gubernationis.

AD SECVNDVM dicendum, quod si solus Deus gubernaret, subtraheretur perfectio causalis a rebus, unde non totum me-

---

Ferr. 3. con. c. 76. 77.

SVP. Q. CIII. ART. VI.

505 Sup. q. 22. art. 3. & 3. con. c. 76. 77. 83. & 94. & op. 3 ca. 133.

* li. 8. & est de prouidẽtia, c. 3.

* li. 8. phy. tex. 48. t. 2

* li. 3. ca. circa prin. t. 3

De operib. cõtr. hęret.

COncl. Quantum ad rationem gubernationis, Deꝰ gubernat immediate oĩa: Quãtũ aũt pertinet ad executionem gubernationis, gubernat quædam mediantibus aliis.

¶Prob. Quia vnũquodque attribuẽdum est Deo secũdũ sui optimũ (cum sit essentia bonitatis), & optimũ in cognitione practica, q̃ est rõ gubernationis, ẽ cognoscere particularia, in quibus, est actu (exẽplũ de medico.) Secunda aũt pars, s. quãtũ aũt, & c. probat. Quia tanto est melior gubernationis executio, quanto maior pfectio a gubernante reb. gubernatis cõicatur (cũ p gubernationẽ res gubernatæ sint ad pfectionẽ pducendæ), & maior perfectio gubernatorũ est q aliquid in se sit bonũ, sitque cã bonitatis in aliis, quam si solũ esset in se bonũ (exemplum de magistro.)

¶Not. Hẽs hoc in loco radicẽ doctrinæ sanæ, qua ualeas hæreticorũ laboriosa somnia de opibus, de meritis, & de aliis huiusmodi, non fiendis ſm illos & deludas merito & reiicias & spernes. Cũ. n. tanto melior, ut diuinę gubernationis executio quanto maior pfectio a gubernãte Deo reb. gubernatis cõicatur (id qđ sani capitis cuique & notum, est) & maior pfectio gubernatorum sit, q saluentur, sintq; causa meritoria suę ppriæ salutis, q̃ quod solũ saluẽtur (ut ex se patet) sequitur utiq; quod ponentes opera nostra necessaria ad salutẽ, & propriæ salutis meritoria, meliorẽ p hoc ponunt diuinæ gubernationis pro nostra salute executionem, quam si ponerent oppositũ de operibus ipsis, similiter p hoc ponunt passionẽ Christi magis efficacẽ, nobisque salutiferam, quam si ponerent oppositũ de operib. ipsis. Ratio horum omniũ est, quia opera meritoria nostra sunt dona Dei principaliter, & passionis Christi secũdario. Sunt ergo iniurii Deo, & passionis eius, qui oppositum de operibus ipsis dicunt eius, quod Sancta Ecclesia Romana docet, & ultra hoc, se ualde ignaros circa operum intelligentiam ostendunt.

1m ex Gregorio.

Prouidentiam. R. id est rationem gubernationis, non, executionem eius tantum. §. Tunc, & cæt. Nam & nos, cum Gregorio reprehẽdimus Platonem in conclusione dum diximus, quod quantum ad rationem gubernationis, Deus immediate omnia gubernat: Accipit enim Plato prouidentiam, ut rationem gubernationis sonat. Taceo, quod & in multis aliis ibi errauit Plato, quoniam pro nunc sufficit soluisse argumentum.

2m de maiori.

Possibile. R. Aeque bene: non, absolute. §. Tunc & c. Est enim possibile, Deo exequi per se immediate gubernationem, sed non æque bene, stante ordine isto, fieri potest. Nam dignitas causalitatis boni in aliud tolleretur (tunc a creatura ut patet in litera).

¶Cor. Ex hac ad secundum responsione patent a simili proportionaliter duo, & quod Deus posset absolute absq; concurrentia operum nostrorum meritoriorum saluare nos adultos, & quod hoc non facit, quia hoc non esset melius, præsertim stante ordine maiestatis suæ in scripturis expresso. Tolleretur enim tunc dignitas concausalitatis respectu tanti boni, videlicet salutis proprię, a creatura, & consequenter bonitatis diuinę liberalitas hæc, qua nobis opera meritoria donat, ea in nobis per gratiam suam operando, non appareret, cum tamen omnia fecerit Deus propter semetipsum. idest ad bonitatem suam communicandã & manifestandam. Quod ergo adultos absq; operũ meritis nõ saluet, nõ est ex impotentia Dei aut

aut ex insufficientia passionis Christi, vel efficacia minori (ut hæresis suspicatur vel potius malitiosè fingit, se suspicari) sed est ex bonitate Dei amplius creaturę communicanda & manifestanda, quam bonitatem in scripturis expressit. Qui ergo operibus meritoriis detrahunt, homini dignitatem præmissam diuinitus collatam per hoc inuident, eamque ab ipso auferre conantur, ultra quod bonitati diuinæ nequiter aduersantur. Qua de re in eos illa est, idest nequam esse debet, quia ego bonus sum? Matth. vigesimo.

melius fieret per unum, quod fit per multa.

Ad tertium dicendum, quod non solũ pertinet ad perfectioné regis tereni quod excutoré hẽat suæ gubernationis, sed ẽt ad regis dignitaté quia ordine ministrorum potestas regis pclarior redditur.

AR-

3^m^ de minori. Gubernatoris. ℞. Per se exequi non potentis: non, per se exequi potentis. §. Tunc &c. Nam Deus per se absque ministris exequi potest. Vnde non adhibet sibi ministros propter defectum suum a ministri supplendum: sed propter dignitatem suam manifestandam, & propter antedicta in notatione & Corollario. Dominus vero terrenus sibi ministros adhibet propter vtrumque, s. & ad defectum suum supplendum in argumento tactum, & ad suam dignitatem declarandam.

¶ Corol. Ex litera ergo ista prædictis, adde, quod qui ministros, vel in operibus bonis faciendis, vel in sacramentis exercendis, vel in peccatoribus conuertendis, uel in fide moribusque per prædicationem propagandis, atque dilatandis, uel in æterna salute nobis aliisque consequenda, uel in reliquis huiusmodi (puta intercessiones sanctorum pro nobis) Deo auferre contendunt, hi dignitatem Dei in cognitione hominum minuere ipso facto conantur, & sic primæ petitioni orationis Dominicæ, scilicet sanctificetur nomen tuum, & consequenter primo desiderio nostræ salutis, contradicunt. Veh illis, qui Deum sic impugnant, licet uerbis pro Deo se stare mentiantur astute.

AP-

APPENDIX.

Ex articulo habes primo: quomodo per rationem ostendas, merito scripturam ponere vtrumque, scilicet & quod Deus immediate omnia, gubernat, & quod non omnia immediatè. Primum intendebant tunc, quando dixit Roman. xi. Quis cognouit sensum Domini, aut quis consiliarius eius fuit? Item 1. Cor. secundo. Quis cognouit sensum domini, aut quis instruxit eum? Item Isa. 40. quis adiuuit Spiritum domini, aut quis consiliarius eius fuit & ostendit illi? Cum quo iniit consilium, & instruxit eum, & docuit eum semitam iustitiæ, & erudiuit eum scientia, & viam prudentiæ ostendit illi? Item Iob, ubi supra quæst. 22. articulo 3. appen. Secundum scriptura intendebat tunc, quando dixit primo Corin. 3. Dei sumus adiutores. Item 1. Corin. 4. nos existimet homo, ut ministros Christi, & dispensatores mysteriorum Dei. Item 2. Corin. xi. Ministri Christi sunt, & ego. Item Rom. xi. Quamdiu sum gentium Apostolus, honorificabo ministerium meum. Item Isa. 61. vocabimini ministri Dei nostri. Item psal. 102. benedicite domino omnes virtutes eius, ministri eius qui facitis uoluntatem eius. Item 103. Qui facit Angelos suos spiritus, & ministros suos ignem urentem. Item Daniel 7. Millia millium ministrabant ei. Item in collecta, vbi sup. q. 22. appen. Secundo habes: quomodo per rationem præmissas scripturas, quod quanto gubernationem omnium esse a Deo vel immediate, vel non immediate innuunt, & intelligas, & declares, & probes. Tertio vides: quomodo ex his similibusque, vicissim Angelica hæc doctrina consolidetur, & declaretur.

reprehensio a Deo aptissime conuenit, an oculus tuus nequam

Vtilitas pro Eccles. Dei.

2

3

Comm. Cardinalis Caietani.

Titulus clarus.

¶ In corpore duo. Primò proponitur conclusio responsiua, secundo probatur quo ad vtramque partem.

¶ Quo ad primum duo sunt, distinctio concurrentium ad gubernationé, & ipsa conclusio. Distinctio est, quod ad gubernationem exiguntur duo, ratio & executio. conclusio est habens duas partes, & Deus gubernat omnia quantum ad rationem immediatè, quantum ad executionem vero, quædam mediantibus aliis.

¶ Quo ad sm conclusio probatur, primo quo ad primam partem. Ratio gubernationis attribuenda est Deo sm sui optimum ergo secundum cognitione vsque ad minima particularia. ergo Deus immediatè gubernat quo ad rationem. Antecedens probatur: quia vnũquodq; quod attribuitur Deo, ponendum est sm optimũ gradũ, & modum &c. consequẽtia uero probatur ex illa uniuersali, Optimum in omni genere cognitionis practicæ consistit in cognitione vsq; ad particularia, quę probantur rõne & inductione. Ratione, quia particularia sunt, in quib. vt in terminis & vt subiectis est actus, seu operatio rationis practicæ. Inductione uero ex differentia intermedicum cognoscenté in uniuersali, & cognoscentem uniuersaliter & particulariter. Constat .n. quod hic est optimus, & similis differentia est in omni genere artis. Deinde probatur secunda pars. Gubernatio tãto est melior, quanto maioré perfectioné gubernatis communicat. ergo diuina gubernatio sic gubernat res, ut quasdam illarum in gubernando causas instituat. Antecedens probatur, quia gubernatio est perductiua gubernatorum ad perfectionem. consequentia vero probatur primo: quia maior perfectio est, quod aliquid & sit in se bonum, & sit alijs causa bonitatis, quam in se tantum sit bonum. Secundo manifestatur exemplo magistri & discipulorum, quos faceret aliorum doctores.

¶ Circa differentiam assignatam inter partes conclusionis penes mediationem & immediationem dubium occurit, an sit sermo de mediatione & immediatione virtutis, an suppositi, uel vtriusque. Si enim est de immediatione, suppositi, falsum est, Deũ quantum ad rationem omnia immediate gubernare, cum mediet ratio humana respectu humanorum actuum &c. Si vero est sermo de immediatione virtutis, falsum est, quod Deus quantũ ad executionem mediatè gubernet, qm̃ quicquid exequitur qđcunque ens, exequitur media virtute diuina, & non econuerso ut

vt in 3. contra Gen. c 67. diffusè ostenditur. Si forte dicatur, quod in vno membro est sermo de vna mediatione, & in alio de alia sequitur quod differentia assignata non est penes idem, nisi secundum vocabulum, quod ab arte & tanta doctrina alienum esse oportet.

¶ Ad hoc dr̃, quod formaliter loquendo, de neutra mediatione est sermo, sed de mediatione propria vnicuique, s. rationi & executioni, quamuis prima pars verificetur de immediatione virtutis: secunda de mediatione suppositi. Ad quorum euidentiã sciendum, quod inter rationem rectricem, seu gubernatricem, & res rectas, esse rationem mediam contingit dupliciter, vno modo ut supplentem notitiam & regulationem rationis principaliter, vt puta, quia principalis dedit regulas vniuersales, ordinauit principalia, dedit modum &c. & inferioribus curam aliorum reliquit secundum particularia occurrentia, vt in hominibus frequẽter contingit. Alio modo vt ministram tantum rationis principalis, ut puta, quia principalis hæc agenda quo ad omnia discussa inferiori tradit exequenda, vt in ministris artium contingit, præostensis omnibus a magistris. Inter hos autẽ duos modos interest quod primo modo mediat ratio vt ratio, quia vt coniungens notitiam & regulationem vniuersale particularibus, in secundo vero mediat ratio vt minister, rationalis tamen in primo rõ principalis non se extendit ad ultima immediatè, quia non absq; media ratione ea nouit, aut regulam eorum habet. In secundo vero immediate ad ultima, quę particularia sunt, se extendit. Et quoniam in omnibus secundum propria procedendum est, ideo de ratione loquendo, de tali mediatione intellexit. Quia autem talis mediatio coincidit cum mediatione uirtutis: idcirco gratia materiæ primum membrum intelligitur de immediatione virtutis. Quemadmodum autem de media ratione distinctũ est, ita de medio executore distingui potest. Constat .n. quod inter executorem ut sic & effectum, dupliciter contingit medium executorem poni. Vno modo ad supplendam potentiam executiuam prioris, alio modo ad ministrandum tantum priori, & primum quidem per accidens se habet ad executoris rationem, qm̃ non conuenit ei nisi rõne impotentiæ, quæ accidit executori: non. n. est necesse executorem esse impotentem. Secundũ vero conuenit executori inquantum executor est, exequi .n. de ratione sua importat ministerium quoddam, ut de se patet. Vnde cũ de mediatione, vel immediatione executionis est sermo, proprie loquendo de medio non supplente, sed ministrante, est sermo, Et quia medium, vt ministrans est medium, vt suppositum, non, vt uirtus: & ideo secundum membrum de mediatione

ne suppositi gratia materiæ uerificatur. Stat ergo responsio, quod hic est termo de mediatione & immediatione propria singulis, & quod differentia inter rationem & executionem est, quod illa immediate per negationem proprij medij, ista mediate per positionem proprij medij est, nec est differentia secundum uocem tantum, aut in æquiuoco. Et quoniam proprium medium illius esset medium uirtutis, istius esset medium suppositi; ideo materialiter non formaliter ibi uerificatur de vna, & hic de alia & respicere ad hoc materiale dat causam dubitandi.

SVP. Q. CIII.

ART. VII.

CONCL. Impossibile est, quod aliquid contingat præter ordinem diuinæ gubernationis.

506 Sup q. 22. art. 2. ad 1. & 1. d. 6. a. 1. ad 3. * li. 3. prosa 12. ante med.

¶ PROB. Quia impossibile est, quod aliqd contingat, præter ordinem causæ uniuersalis totius entis, cum omnes causæ tam impeditæ, quam impedientes, reducantur necessario in primam causam, cuius sunt causæ secundæ). Et Deus est causa uniuersalis totius entis q. 44. ar. 1.

1^m de conclusione. Malum. R. Totaliter: non autem, fundatum in bono. §. Tunc &c. Ex eo enim, quod nihil in mundo est totaliter malum, patet, quod nihil potest contingere præter ordinē diuinæ gubernationis, quia tunc illud esset omnino nihil. Nā diuina gubernatio tendit ad hoc, ut res aliquo mō sint, cū & creauerit Deus, ut essent omnia, Sap. 1. In litera ly si aūt res aliqua totaliter exiret ab ordine gubernationis diuinę totaliter nihil esset, habes probationem conclusionis præmissæ ducentem ad impossibile, seu ad inconueniens, & sic. Si res aliqua totaliter exiret ab ordine, i. extra ordinē diuinæ gubernationis, illa res totaliter nihil esset: sed impossibile est, quod res aliqua, dum est, nihil sit ut patet: ergo impossibile est, quod aliquid possit contingere præter ordinem diuinæ gubernationis. Vide aliqua pro hoc loco scientia q. 14. art. 13. & q. 19. ar. 3. & q. 22. ar. 4. & q. 23. ar. 6.

2^m de antecedente. Casuale. R. Respectu illius gubernantis, secundum cuius præordinationem euenit: non, respectu alicuius alterius gubernantis. §. Tunc &c. Nam licet respectu diuinæ prouidentię nihil fiat casu in mundo, ut dicit conclusio, & Augustinus lib. 83. quæstionum, quæst. 24.) immo sic nihil possit fieri, neque fortuitum, neque casuale ut in ad primum, tamen respectu aliquarum causarum secundarum multa sunt in mundo fortuita & casualia.

3^m de conclusione primæ illatio. Si igitur nihil &c. Sequitur quod omnia ex necessitate contingant. R. Negatur illatio. §. Est. n. fallacia secundum dum non causam ut cām. Non enim

ARTICVLVS VII.

Vtrum aliquid præter ordinem diuinæ gubernationis contingere possit.

AD SEPTIMVM sic proceditur. Videtur, quod aliquid præter ordinem diuinæ gubernationis contingere possit. Dicit. n. Boetius * in tertio de consol. quod Deus per bonum cuncta disponit. si ergo nihil in rebus contingit, præter ordinem diuinæ gubernationis sequeretur, quod nihil esset malum rebus.

¶ 2 Præt. Nihil est casuale, quod euenit secundum præordinationē alicuius gubernantis. si igitur nihil accidit in rebus præter ordinē gubernationis diuinæ, sequitur quod nihil in rebus sit fortuitum, & casuale.

¶ 3 Præt. Ordo diuinæ gubernationis est certus, & immutabilis, quia est secundum rationem æternam. si igitur nihil possit contingere in reb. præter ordinem diuinæ gubernationis, sequitur quod omnia ex necessitate eueniant & nihil sit in reb. contingens: quod est inconueniens. potest igitur in rebus aliquid contingere præter ordinem gubernationis diuinæ.

SED CONTRA est, quod dicitur Hester 13. Domine Deus rex omnipotens, in ditione tua cuncta sunt posita, & non est qui possit resistere tuæ voluntati.

RESP. Dicēdum, quod præter ordinē alicuius particularis causæ aliquis effectus euenire potest, non autem præter ordinem causę uniuersalis, cuius ratio est: quia præter ordinem particularis causæ nihil prouenit ex aliqua alia causa impediente, quam quidem causam necesse est reducere in primam causam uniuersalem. Sicut indigestio contingit præter ordinem uirtutis nutritiuæ ex aliquo impedimēto, puta, ex grossitie cibi, quam necesse est reducere in aliam causam & sic vsque ad causam primā vniuersalem. Cum igitur Deus sit prima causa uniuersalis non unius generis tantum, sed totius entis, impossibile est, quod aliquid contingat præter ordinem diuinæ gubernationis. Sed ex hoc ipso, quod aliquid ex una parte uidetur exire ab ordine diuinæ prouidentię, qui cōsideratur secundum aliquam particularem causam, necesse est quod in eundem ordinem relabatur secundum aliam causam.

AD PRIMVM ergo dicendū, quod nihil inuenitur in mundo, quod sit totaliter malum, quia malum semper fundatur in bono, ut supr. ostensum est * ideo res aliqua dicitur mala per hoc, quod exit ab ordine alicuius particularis boni. Si autem totaliter exiret ab ordine gubernationis diuinæ, totaliter nihil esset.

AD SECVNDVM dicendum, quod aliqua dicuntur esse casualia in rebus per ordinem ad causas particulares, extra quarum ordinē fiunt. Sed quantum ad diuinā prouidentiam pertinet, nihil fit casu in mundo, ut August. dicit in lib. 83. quæst. *

AD TERTIVM dicendum, quod dicuntur aliqui effectus contingentes per comparationem ad proximas causas, quæ in suis effectibus deficere possunt, non propter hoc, quod aliquid fieri possit extra totum ordinem gubernationis diuinæ, quia hoc ipsum, quod aliquid contingit præter ordinem causæ proximæ, est ex aliqua causa subiectum gubernationi diuinæ.

AR

n. contingentiū ista est causa, quia, s. non subdantur diuinæ gubernationi: sed hæc est uera causa, quia, s. habent causas proximas cōtingētes. Tunc ad ly ordo diuinæ gubernationis, est certus & immutabilis, quod erat antecedens argumenti dī, quod ex eo, quod est certus & immutabilis, ideo necessario eueniunt contingentia, casualia, fortuita: Est enim certus & infallibilis ēt quoad modū, adeo quod non tantum res a Deo uolitæ eueniunt, sed etiā eo modo, quo Deus eas uoluit euenire. supra q. 22. artic. 4. s. uel necessario, uel contingenter, uel casualiter, uel fortuito, uel &cæt. Sic ergo ex antecedente illo, ordo diuinæ gubernationis est certus, & immutabilis, debet inferri oppositum eius, quod inferebatur, & sic. Si igitur nihil possit contingere in rebus præter ordinem diuinæ gubernationis, sequitur, quod nō omnia ex necessitate contingant, & consequenter quod aliquid sit in rebus contingens. Hæc autem consequentia optima est, uerum dicit, & gratis conceditur, sed non impugnat conclusionem, immo stat pro conclusione, ut ostensum, est ibi, Tunc ad ly ordo diuinæ &c. dicitur quod ex eo quod est certus &c.

D. 291. D. 837.

* q. 44. a. 3 & q. 49. a. 3

* q. 24. circ med. to. 4.

¶ NOT. Doctrinam hic narratam, quæ ex articulo quarto q. 22. plenius traditur, diligentissime præ oculis semper habeto, quotiescunque tractabis de infallibili euentū rei prædestinatæ ex eo, quod prædestinatio est certa, nec potest subterfugi a quoquam quin eueniat id quod euenturum ab æterno diuinitus est præscitum. Si enim illa bene annotaueris, facile concordabis certitudinem gratiæ prædestinationis, & infallibilitatem euentus, cum libertate liberi arbitrii nostri. Sic itaque concorditer ad præmissa dicens. Prædestinatio est infallibilis tum quo ad res prædestinatæ euentum tum quo ad modum euentus, & nihil potest subterfugere ordinem prædestinationis: ergo, quia Deus prædestinauit istum operib. mediantibus in gratia libero modo factis saluandum, ille infallibiliter modo libero operum gratia nestita faciet illisque mediantibus sic factis infallibiliter saluabitur. Ecce enthymema hypotheticum ex antecedente copulatiuo, & consequente causali, quod sub conditionali secundum logicos quodammodo continetur, quod quidem enthymema optime probat propositum, ex doctrina solummodo præmissa. Cæterum, si plura

Libertati arbitrii cō cors ostēditur infallibilitas pdestinationis

plura uoles(puta, præsentialitatem rei futuræ hic. i. apud nos, & ab æterno præuisæ in nûc æternitatis, necessitatem essendi rei liberæ, dum est, siue dum ueraciter esse uidetur, & si quæ sunt alia) ad huius ueritatis manifestationem facientia, uidebis in proprio loco, s. quæst. 22. ar. 4. & q. 23. ar. 6. iuuabit & q. 14. ar. 13. & quæst. 19. art. 3.

APPENDIX.

Vtilitas p Eccles. S. Dei.

Ex articulo habes: primo quomodo per rationem ostendas, recte insinuatum fuisse a scriptura, quod præter ordinem diuinæ gubernationis nihil potest contingere. Insinuauit autem uirtualiter tunc, quando dixit Hester 13. Domine Deus in ditione tua cuncta sunt posita, & non est qui possit resistere tuæ uoluntati. Patentissimum enim est, quod Deus non uult, aliquid præter suę gubernationis ordinem contingere, & q hoc, s. nihil posse suæ gubernationis ordinem subterfugere, monstrat, cuncta in ditione Dei omnino esse posita. Si igitur aliquid uel maximum, uel minimum, uel quomodolibet aliter existens posset diuinæ gubernationis ordinē, saltem tantillum, subterfugere, iā aliquid posset aliquo pacto resistere diuinæ uoluntati, & consequenter cuncta in ditione Dei non plene essent posita. Dicens ergo scriptura illud, q adduximus de libro Hester, dixisse uoluit q præterire nullo modo quicquam potest ordinem gubernationis diuinæ. Secundo habes: qūo per rationem scripturam hanc, 2 pro quanto nihil præter ordinem prędictum dicit posse contingere, & intelligas, & declares, & probes. Tertio vides: quomodo 3 ex hac scriptura, & similibus, uicissim Angelica doctrina hæc declaretur, atque confirmetur.

¶ Not. Articulo præsenti vtcumque seruit articulus in ordine 234. 235. 260. 254. Pro stud.

Comm. Cardinalis Caietani.

Titulus clarus.

¶ In corpore una conclusio responsiua. Impossibile est q aliquid contingat præter ordinem diuinæ gubernationis. probatur. Nullus effectus potest euenire præter ordinem causæ vniuersalis, diuina gubernatio est uniuersalis causa non in uno genere, sed totius entis. ergo nihil potest præter ipsius ordinem euenire. Probatur maior ex differentia inter causam particularem & uniuersalem in hoc, quod pręter particularem potest effectus contingere, præter uniuersalem non. Et probatur differentia, quia pręter particularem est alia causa sibi non subdita, ex qua potest effectus impediri, pręter uniuersalem uero nulla, est quia omnes causæ reducuntur in illam, & sic sub illius ordine cadit, quicquid per quamcunque causam fit, declaratur hoc exemplo indigestionis.

Ferr. 3. con. c. 64.
Scot. 2. 5. d. 28. q. 1.
S. Bona. 2. 5. d. 28. q. 1. a.
Riccar. 2. 5. d. 28. q. 2.

ARTICVLVS VIII.

Vtrum aliquid possit reniti contra ordinem gubernationis diuinæ.

Ad octavum sic proceditur. Videtur, q aliquid possit reniti contra ordinem gubernationis diuinæ. Dicit enim Isa. 3. Lingua eorum, & adinuentiones eorum contra dominum.

¶ 2 Præt. Nullus rex iuste punit eos, qui eius ordinationi non repugnant. si igitur nihil contraniteretur diuinæ ordinationi, nullus iuste puniretur a Deo.

¶ 3 Præt. Quęlibet res subiicitur ordini diuinæ gubernationis, sed vna res ab alia impugnatur. ergo aliqua sunt, quæ contranituntur diuinæ gubernationi.

Sed contra est, quod dicit Boet.* in tertio de conso. Non est aliquid, quod summo huic bono vel velit, vel possit obsistere. est igitur summum bonum quod regit cuncta fortiter, suauiterque dispo nit, vt dicitur Sapien. 8. de diuina sapientia.

Respon. Dicendum, quod ordo diuinæ sapientiæ dupliciter potest considerari. Vno modo in generali, secundum scilicet quod progreditur a causa gubernatiua totius. Alio modo in speciali, secū dum quod progreditur e causa particulari, quæ est executiua diuinæ gubernationis. Primo igitur modo, nihil contranititur ordini diuinæ gubernationis, quod ex duobus patet. Primo quidem ex hoc, quod ordo diuinæ gubernationis totaliter in bonum tendit, & vnaquęque res in sua operatione & conatu non tendit nisi ad bonum. nullus enim respiciens ad malum operatur, ut Dion. dicit. Alio modo apparet idem ex hoc, quod sicut supra dictum est,* omnis inclinatio alicuius rei vel naturalis, vel uoluntaria, nihil est aliud, quā quædam impressio a primo mouente, sicut inclinatio sagittæ ad ad signum determinatum, nihil aliud est quam quædam impressio a sagittante. Vnde omnia quæ agū tur uel naturaliter, uel voluntarie, quasi propria sponte perueniunt in id ad quod diuinitus ordinantur, & ideo dicitur Deus omnia disponere suauiter.

Ad primum ergo dicendum, quod dicuntur aliqui vel cogitare, uel loqui, uel agere contra Deum, non quia totaliter renitantur ordini diuinæ gubernationis, quia etiam peccantes intendunt aliquod bonum, sed quia contranituntur cuidam determinato bono, quod est eis conueniens secundum suam naturam, aut statum, & ideo puniuntur iuste a Deo. Et per hoc patet solutio ad secundum.

Ad tertium dicēdum, quod ex hoc, quod una res alteri contra pugnat, ostenditur, quod aliquid reniti potest ordini, qui est ex aliqua causa particulari, non autem ordini qui dependet a causa uniuersali totius.

QVAE-

SVP. QV. CIII. ART. VIII.

507 3. cō. c. 54.

Concl. Ordini diuinæ gubernationis in generali considerato nihil potest contraniti.

¶ Prob. Quia nihil in suo conatu tendit nisi ad bonū ex Dyon. & ordo diuinæ gubernationis est, ut omnia tendant in bonū. Quia omnia in suo conatu tendunt in aliquid fm suam inclinationem, s. uel naturaliter, uel uoluntarie, & omnis cuiuscunque rei inclinatio nihil aliud est, nisi quædā impressio a primo gubernante (exemplum de sagitta).

*li. 3. prosa 12. a med.

¶ Not. Ex hac conclusione negatiua relinquit D. Thomas sub intelligendā fore conclusionem affirmatiuā, quę est eius contraria iuxta diuisionē in principio corporis positā. Est autem hæc. Ordini diuinæ gubernationis in speciali, i. ordini causæ particularis executiuæ gubernationis diuinæ, aliquid potest reniti. Responsiones ad argumenta sint tibi quasi probationes, & declarationes istius affirmatiuæ conclusionis.

1^m ex Isaia. Contra dominium. R. i. contra ordinem domini in speciali consideratū: non autem contra ordinem domini in generali consideratum. §. Tunc &c. Conclusio .n. negatiua illa prior loqtur de ordine hoc in generali, non in speciali. In litera aduerte quid nominis horū, s. q contraniti in generali, i. totaliter ordinatio ni diuinę gubernationi est agendo aliquid, uel patiendo uel &c. non intendere aliqđ bonū, & q contraniti ei speciali, est cōtraniti cuidā determinato bono, intendendo tn̄ actualiter aliqđ aliud bonum. Ex hac declaratione dicto, q peccantes contra nituntur ordini illi in speciali, sed nō in generali, quia peccando & contranitūtur cuidam bono determinato, puta uirtuti huic, s. castimoniæ: & tn̄ intendunt etiā tunc actu aliquod bonum, s. vel delectabile, vel vtile, vel fm eos sic adeo cæcatos honestum. Consule de hoc Beatū Augustinū sup ps. 118. exponentem ly Beati, q est primū uerbum illius psalmi.

* ar. 1. huius q. ad 1. arg.

2^m de maiori. Ordinationi. R. Generali, & speciali, simul t non, generali tantū. §. Tunc &c. Nam illi, qui puniuntur a Deo, ordinationi eius in speciali sūptæ repugnant, & id sufficit ad hoc, q iuste puniantur. Vide in ad primū, ut intelligas qd nois de ly in generali, & speciali. Facu hoc etiam ad q. 22. art. 2. & q. 19. ar. 6.

3^m de conclusione. Gubernationi. R. Consideratę in speāli: nō, in generali. §. Quan-

5. Quando enim vna res alteri contra pugnat, ostenditur, quod aliquid reniti potest &c. vt in litera. Tunc &c. vt per conclusionem vtramque patet.

APPENDIX.

EX articulo habes primo: quomodo per rationem ostendas, scripturam sacram merito innuere, quod nihil potest contraniti ordini gubernationis diuinæ. Innuit autem virtualiter hoc tunc, quando inquit Sap. 8. Sapientia (scilicet Diuina) attingit a fine vsque ad finem fortiter, & disponit omnia suauiter. Quasi dicat. Magnam fortitudinem sapientiæ diuinæ attestatur, ex eiusque magna fortitudine procedit, quod nihil possit contraniti ordini gubernationis eius. Licet autem hoc sit verissimum, tamen ex eo, quod disponit omnia suauiter, multis videtur falsum. Operatur enim vnumquodque, vel naturaliter agitur secundũ propriam voluntatem, vel inclinationem, etiam nullo habito quandoque respectu ad diuinam gubernationem, & ex hoc videtur quibusdam, quod ordini diuinę gubernationis aliquo modo detrahant vel repugnent. Puta, operatur columba naturali inclinatione ducta, volat, nidificat, prolificat, prolem alit &c. homo aliquis, lege Dei actualiter contempta, pro suo libito effrenis in vitiorum ruinas effertur: hincque videtur quibusdam (vt supra) quod contraniti aliquid possit gubernationi diuinæ. At vero, stantibus his omnibus, falsissimum omnino est, quod ordini gubernationis diuinæ repugnare quicquam valeat. Nõ enim sine causa domino Deo dictum fuit Hester 13. non est qui possit resistere uoluntati tuæ. (Pro dictorum & dicendorum meliori captu, vide q. 19. ar. 6. & 9. Item q. 23. art. 1. & q. 24. art. 1. & q. 93. art. 8. & q. 49. art. 2.) Et quomodo poterit vnquam aliquis resistere voluntati diuinæ, quando, etiam tunc dum voluntati Dei resistere se credit, gubernationis diuinæ ordinem, vel ignorans adimplet? Ecce Maximum anthonomatice peccatum Iudęi commiserunt, dum Christum dominum crucifixerunt, & consequenter tunc maxime voluntati diuinæ (conscientia eorum teste, saltem aliqui) resistere, vel dubitarunt, vel crediderunt, & re uera in speciali restiterunt. Tunc enim maxime de illis verificatum est Beati Stephani increpatorium dictum, Act. 7. Vos semper spiritui sancto restitistis: & tamen eodem tempore ordinem in generali diuinę gubernationis ignorantes, vel etiam nolẽtes (quod eorum culpam non minuit, nec tamen Deo ipsam ascribit) impleuerunt. Mira res, mirum negocium, & tamen in veritate constans. Quam veritatem mirandam liber Actuum Apostolorum c. 4. his verbis declarat. Conuenerunt (inquit) verè in ciuitate ista, aduersus puerum sanctum tuum Iesum, quem vnxisti, Herodes & Pontius Pilatus cum gẽtibus & populis Israel, facere, quæ manus tua, & consilium tuum, decreuerunt fieri. Itẽ Act. 4. Deus, qui prænunciauit per os omnium prophetarum pati Christum suum, impleuit sic. Quomodo sic? Vos (inquit ibi supra) cum tradidistis, & negastis ante faciem Pilati, iudicante illo dimitti. Vos autem sanctum & iustum negastis, & petistis virum homicidam donari vobis, auctorem vero vitæ interfecistis. Item ca. 13. Qui habitabant Hierusalem, & principes eius hunc (s. Iesum) ignorantes, & voces prophetarum, quæ per omne sabbatum leguntur iudicantes impleuerunt. Hæc ibi. Vide ergo ex his omnibus diuinę gubernationis efficaciam maximam, omnipotentiam absque humanæ libertatis coáctione tantam, vt etiã dum conatur quis ordini gubernationis repugnare, tunc gubernationis eiusdem ordinem mirabiliter adimpleat. Et vnde hoc, inquis? Ex eo, quod de sapientia diuina supradictum est, quod scilicet disponit omnia suauiter. Ista enim suauitas dispositionis stat in hoc, quod omnia, quæ vel naturaliter, vel voluntarie agunt, in id, ad quod diuinitus, aut de beneplacito, aut de permissione ordinantur, quasi propria sponte perueniant. Dixi ly de permissione: non quia Deus ordinet aliquem ad peccandum (blasphemiam enim Caluini supra q. 94. articulo quarto damnauimus): sed quia peccatum prȩuisum & permissum ordinat in aliquod bonum ad quod bonum (vt de Iudæis supradictis loquamur) ipsi peccantes etiam nolentes, immo contranitentes, ignoranter perueniunt (puta ad hoc, vt per totum mundum clarificetur nomen Christi ab eis crucifixi). Volunt peccatum per quod ad bonum illud (faciente Deo) venitur, & bonum illud oderunt, ad quod peccatum (agente Deo) conducit. Contra vero vult Deus bonum illud, & non vult illud peccatum, immo odij: sed tamen odiendo peccatum, vult permittere peccatum, & hoc est bonum q. 19 ar. 9. Vide ibi ar. 6. & 11. pro omniũ supradictorum faciliori captu. Iuuabit et plurimum videre factum circa venditionem Ioseph quo tamen contra intẽtionem suorum fratrum vendentium peruenit ad regnum. De qua mira gubernatione vt inde ad digitum tibi veritas pręsentis doctrinæ Thomisticæ ostendatur, consule diligenter Veritates aureas super totam legem veterem, Genes. 45. conclus. 3. Immo ex easdem a capitulo 37. vsq; ad 45. inclusiue, vt uidendo singula Dei mirabilia circa Ioseph venditum, reuenditum, infamatum, carceratum, obliuioni etiam a pincerna Pharaonis traditum, agnoscas illinc repugnantiam multorum prȩter vendentes fratres interfuisse ad impugnandum gubernationem diuinam de regno a Ioseph obtinendo, & tamen nihil profecisse, quinimo eandem perduxisse, & quod magis mirandum est impulisse, ipsum Ioseph ad regnum, & tunc quidem in actu quando ad totalem impeditionem, ne repugnaret, peruenisse per repugnantiam antedictam ipsi homines pro certo tenebant. Ex his namque quanta sit huius articuli firmitas tibi ad sensum constabit. Tertio vides: quomodo ex his vicissim Angelica conclusiõ declaretur, atque confirmetur.

Comm. Cardinalis Caietani.

TItulus. Circa titulum dubium occurrit, quia hic articulus videtur superfluus, aut coincidere cum præcedente, aut saltem male ordinatus. Si. n. conclusum est, ꝙ præter ordinem diuinæ gubernationis nihil potest contingere, superfluum est sollicitari, an contra illum possit aliud fieri. Præter. n. claudit in se & præter, & contra. Superfluit ergo, aut pars est præcedẽtis, aut prius debebat quæri, vtrum contra, & deinde vtrum præter: quia stat quod non contra, & tamen præter: sed non econuerso, ut patet.

¶ Ad hoc dicitur, ꝙ iste articulus est oĩno distinctus, & optimo loco necessario quæsitus. Differt n. a pręcedente, quia ille de euentu, iste de renitentia quærit. Vnde differunt quasi sicut actus, & promptitudo ad actum. In illo enim quæritur an possit aliquid contingere præter diuinam gubernationem, hic non quæritur, vtrum aliquid possit facere contra diuinam gubernationem, sed vtrum aliquid sit renitens, i. aut non obediens, vel difficile obediens diuinę gubernationi: hoc. n. renitentia importat. Vnde post decisionem, ꝙ nihil præter diuinam gubernationem euenit, aut euenire potest, merito reliquum fuit discutere, vtrum res promptæ sint ad hoc ipsum, quod fieri diximus, idest ordinem diuinæ gubernationis implendum, an aliquæ contra renitantur, idest resistant, quamuis oppositum facere non possint.

¶ In corpore duo. Primò proponitur conclusio, secundo probatur.

¶ Quo ad primum, ponitur vna distinctio, & conclusio. Distinctio est, ordo diuinæ sapientiæ dupliciter, in generali, & in speciali. Primo modo est in gubernatore vniuersali: secundo in gubernatorib. specialibus. Conclusio est bimembris, Nihil contranititur ordini diuinæ gubernationis, in generali: sed in speciali.

¶ Quo ad fm, probatur quo ad primam partẽ dupliciter Primò. Vnaquæq; res sua operatione & conatu tendit ad bonum. ergo non contranititur diuinæ gubernationi in generali. Antecedens probatur: quia nihil operatur aspiciẽs ad malũ, ut Dion. dicit. Consequentia probatur, quia ipsa diuina gubernatio totaliter tendit in bonum. Secundò omnis inclinatio siue naturalis, siue voluntaria, est impressio quædam a primo mouẽte. ergo omnia agentia tam naturaliter, quam uoluntarie tendunt, quasi sponte, ad id ad qđ diuinitus ordinantur. Antecedẽs supponitur ex supradictis, & manifestatur exemplo impressionis in sagitta. Consequentia patet ex eisdem, & confirmatur: quia hic dicitur Deus disponere oĩa suauiter. secunda pars vt nota relinquitur.

¶ Circa distinctionem & explanationem membrorũ eius aduerte, ꝙ non materialiter, sed formaliter intelligenda sunt, ita ꝙ gubernatio in generali est, prout egreditur a gubernatore vniuersali ut sic, in speciali uero, ut egreditur a cã particulari executiua ut sic. Dico autem utrobiq; ut sic, qm̃ Deus non nisi ut gubernator totius, clauditur sub primo mẽbro, & ipsemet Deus dans præcepta moralia, ut ordinans Ecclesiam, & fm similes rationes speciales, clauditur sub secundo membro, qm̃ est ut causa particularis executiua per seipsam qñq;. Non. n. ut faciẽs aliqđ horũ, ordinat oĩa entia, sed quędam tantum, uel fm quasdã tm̃ dispositiones & hoc si notaueris, solues multas argumentationes de peccato mortali, qđ est contra Deum, & contra amicitiã, & pcepta eius immediate siue in homine, siue in angelo &c.

¶ In responsione ad primum aduerte, ꝙ peccantes mortaliter duo inspiciunt, alterum intentum, & hoc constat esse aliqđ bonum, & sic implent aliquem ordinem diuinę gubernationis. Alterum præter intentionem, & hoc est deformitas actus consistens in priuatione debiti ordinis &cęt. Et in hoc declinant a quodam determinato ordine boni, & contra illum nituntur, & sic nulla ex parte contra diuinam gubernationem in generali agunt: sed in speciali.

Ferr. 3. con. c. 65. 67. Capr. 2. d. 1. q. 2. con. 5. & 3.

SVP. Q. CIIII.

ART. I.

CONCL. Necesse est dicere, & secundũ fidem, & secundum rationem, quod creaturæ conseruantur in esse a Deo, ita ut nec ad momentum subsistere possent sine conseruatione diuina.

¶PROB. Quia omnes res dependere a Deo in esse, ita ut sine eo esse non possint, necesse est dicere secundum fidem, atque rationem (supr. quæst. 44. articulo primo ex Gregorio, Augustino in fine præsentis corporis); Et aliquid dicitur indigere conseruari ab aliquo directe, quando dependet ab ipso conseruante, ita ut sine eo esse non possit. Quia omnis effectus dependet a sua causa secundum quod est causa eius. Et Deus est rerũ causa quoad fieri, atque quoad esse (Exemplum de Sole: non de ædificatore, non de gubernante hominem, non de aqua calefacta).

508 22. q. 109. ar. 1. ad 2. & 2. 8. co. & ar. 9. ad 1. & 3. cõt. c. 65. & 67 rõne. 3. & 94. & po. q. 5. ar. 1. Et Io. 5. lec. 2

QVAESTIO CIIII.

De effectibus diuinæ gubernationis in speciali in quatuor articulos diuisa.

DEINDE considerandũ est de effectibus diuinæ gubernationis in speciali.

ET circa hoc quæruntur quatuor.

¶Primò, Vtrum creaturæ indigeant ut conseruentur in esse a Deo.

¶Secundò, Vtrum conseruentur a Deo immediate.

¶Tertiò, vtrum Deus possit aliquid redigere in nihilum.

¶Quartò, Vtrum aliquid in nihilum redigatur.

ARTICVLVS I.

Vtrum creaturæ indigeant ut a Deo conseruentur.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur, ꝙ creaturæ nõ indigeant, ut a Deo conseruentur in esse. Quod non potest non esse, non indiget ut conseruetur in esse sicut quod non potest abscedere, non indiget, ut conseruetur ne abscedat: sed quædam creaturæ sunt, quę secundum sui naturam non possunt non esse. ergo non omnes creaturę indigent, ut a Deo conseruentur in esse. Probatio medię. Quod per se inest alicui, necesse est ei inesse, & oppositum eius impossibile est ei inesse. Sicut necessarium est binarium esse parem, & impossibile est eum esse imparem. Esse autem per se consequitur ad formam: quia vnumquodque secundum hoc est ens actu, quod habet formam. Quædam autem creaturæ sunt, quæ sunt formę quædam subsistentes, sicut de angelis dictum est.* & sic per se inest eis esse, & eadem ratio est de illis, quorum materia non est in potentia nisi ad vnam formam sicut supra dictum est de corporibus cœlestibus. Huiusmodi ergo creaturæ secundum suam naturam ex necessitate sunt, & non possunt non esse. Potentia enim ad non esse, non potest fundari neque in forma, quam per se sequitur esse, neque in materia existente sub forma, quam non potest amittere, & cum non sit in potentiam ad aliam formam.

* q. 50. ar. 2. & 3.

q. 66. a. 2.

¶ 2 Præt. Deus est potentior quolibet creato agente: sed aliquod creatum agens potest communicare suo effectui vt conseruetur in esse, etiam eius operatione cessante, sicut cessante actione ædificatoris remanet domus, & cessante actione ignis remanet aqua calefacta per aliquod tempus. Ergo multo magis Deus potest suæ creaturæ conferre, quod conseruetur in esse sua operatione cessante.

¶ 3 Præterea. Nullum violentum potest contingere absque aliqua causa agente: sed tendere ad non esse est innaturale & violentum cuilibet creaturæ: quia quęlibet creatura naturaliter appetit esse. Ergo nulla creatura potest tendere in non esse, nisi aliquo agente ad corruptionem. Sed quædam sunt ad quorum corruptionem nihil agere potest, sicut spirituales substantiæ, & corpora cœlestia. Ergo huiusmodi creaturæ nõ possunt tendere in non esse, etiam Dei operatione cessante.

¶ 4 Præterea. Si Deus conseruat, res in esse hoc erit per aliquam actionem. Per quamlibet autem actionem agentis, si sit efficax, aliquid fit in effectu. Oportet igitur quod per actionem Dei conseruantis aliquid fiat in creatura: sed hoc non videtur. Non enim per huiusmodi actionem fit ipsum esse creaturæ, quia quod iam est, non fit neque iterum aliquid aliud superadditum, quia vel non continue Deus conseruaret creaturam in esse, vel continue aliquid adderetur creaturę quod est inconueniens. Non igitur creaturæ conseruantur in esse a Deo.

SED CONTRA est, quod dicitur Heb. 1. Portans omnia uerbo uirtutis suæ.

RESPON. Dicendum, quod necesse est dicere & secundum fidem, & secundum rationem, quod creaturæ conseruantur in esse a Deo. Ad cuius euidentiam considerandum est, quod aliquid conseruatur ab altero dupliciter: vno modo indirectè & per accidens, sicut ille dicitur rem conseruare qui remouet corrumpens, puta, si aliquis puerum custodiat: ne cadat in ignem, dicitur eum cõseruare. Et sic etiam Deus dicitur aliqua conseruare, sed nõ omnia, quia quędam sunt quæ non habent corrumpentia, quæ necesse sit remouere ad rei cõseruationem. Alio modo dicitur aliquid rem aliquam conseruare per se directe, quando scilicet illud quod conseruatur, dependet à conseruante, vt sine eo esse non possit. Et hoc modo omnes creaturę indigent diuina conseruatione. Dependet. n. esse cuiuslibet creaturæ a Deo, ita ꝙ nec ad momentum subsistere possent, sed in nihilum redigerentur nisi operatione diuinæ uirtutis conseruarentur esse * sicut Greg. dicit. Et hoc sic perspici potest. Omnis. n. effectus dependet a sua causa, fm quod est causa eius sed considerandũ est ꝙ aliquod agens est cā sui effectus fm fieri tantũ, & non directè fm esse eius, quod quidem cõuenit & in artificialib. & in reb. naturalibus. Aedificator. n. est causa domus quantum ad eius fieri, non aũt directe quantũ ad esse eius manifestum est. n. ꝙ esse domus consequitur formã eius. Forma aũt domus est cõpositio & ordo, quæ quidẽ forma consequitur naturalem virtutem quarundã rerum. Sicut . n. cocus coquit cibum adhibendo aliquam virtutem naturalem actiuam. s. ignis: ita ędificator facit domum adhibendo cæmentum, lapides, & ligna, quæ sunt susceptiua & conseruatiua talis cõpositionis & ordinis. vnde esse domus dependet ex naturis harum rerum, sicut fieri domus dependet ex actione ædificatoris. Et simili ratione est considerandum in reb. naturalib. quia si aliqd agens non est causa formæ inquantum hmõi, non erit per se cā esse, quod consequitur ad talem formam sed erit causa effectus fm fieri tantum. Manifestũ est aũt, ꝙ si aliqua duo sunt eiusdem spẽi, vnũ non põt esse per se causa formæ alterius, inquantum est talis forma, quia sic esset cā formæ propriæ, cũ sit eadem rõ vtriusq; sed põt esse cā hmõi formæ fm ꝙ est in materia. i. ꝙ hæc materia acquirat hanc formã. Et hoc est esse cā fm fieri, sicut cũ homo generat hoiem, & ignis, ignẽ. Et ideo qñque naturalis effectus est natus impressionẽ agẽtis recipere fm eãdem rõnem, fm q̃ est in agente, tũc fieri dependet ab agente, non aũt esse ipsius. Sed aliqñ effectus nõ est natus recipere impressionẽ agentis secundum eandem rõnem, fm quã est in agẽte, sicut patet in omnib. agentib. quę non agunt simile fm speciẽ, sicut cęlestia corpora sunt causa generationis inferiorum corporum dissimilium fm speciem. Et tale agẽs põt esse causa formę fm rõnem talis formæ, & nõ solũ fm ꝙ acquiritur in hac materia, & ideo est cā nõ solũ fiendi sed essendi. Sicut igitur fieri rei non potest remanere cessante actione agentis ꝙ est cā effectus fm fieri, ita nec esse rei potest remanere cessante actione agentis, ꝙ est causa effectus non solum fm fieri sed et fm esse. Et hæc est ratio quare aqua calefacta retinet calorem cessante actione ignis,

* li. 16. Moral. c. 18. parũ a med.

1m de minori secunda. Per se cōsequitur. ℞. Supposito influxu Dei: non aliter §. Tunc &c. Decidere namque in nihilum possunt, nisi influat continue Deus eis esse, quod est conseruare, ut patet in litera, facillimo exemplo adducto.

¶ Not. Per rationem, & huius, & literæ responsiuæ ad secundū reiicitur hæresis cuiusdā dicētis, quodlibet est Deus, &, quælibet creatura est De⁹, &, omne ens est Deus. Cum enim creatura quælibet indigeat conseruari a Deo, nec per seipsam possit se conseruare, patet, quod nulla creatura est Deus. Tunc namque creatura posset se conseruare, cuius oppositum per rationes articuli probatur.

2m minor. Aliquod creatum agens, potest communicare, &c. ℞. Negatur. §. Peccatur autem secundum non causam, ut causam. Causa enim uera, quod effectus conseruetur in esse, cessante influxu agentis, est naturalis virtus rerum ipsam rem componentium (vt patet in corpore) non autem, quod hoc sibi communicetur ab agente. Implicat enim contradictionem, quod effectus non dependeat a causa secundum, quod est causa eius. & ideo nulla causa essendi suo effectui, potest communicare ei, ut seipsum conseruet actione sua cessante. Vt cessante actione illuminantis aerem non potest fieri, quod aer, uel ad momentum remaneat illuminatus. Ratio est: quia illuminans aerem est causa luminis in aere non tantum in fieri, sed etiam in esse siue in conseruari, idest est causa non solum, quod aer fiat lucidus, sed etiam, quod sic siue conseruetur lucidus. Multo igitur magis hoc de Deo respectu ipsius esse seu conseruari creaturarum dicendum est, alioquin Deus non esset nobilissima causa, cum nobilior sit in ratione causæ, quæ est causa in vtroque, quam quæ in fieri tantum. Quod vero ædificium conseruetur cessante actione ædificatoris, est non ex potentia ædificatoris: sed ex eo, quod ædificator non est causa ædificii quoad conseruari. Quia tamen est eius causa in fieri, ideo impossibile est, quod ædificium fiat cessante actione ædificatoris. Videndum est igitur primo, quoniam modo causa sit causa effectus, & postea iudicandum, an conseruari possit effectus sine causa, nec ne.

Nota implicationē

3m de conclusione. Cessanti. ℞. Quantum ad remouendum corrumpentia: non, quantum ad influendum esse. §. Tunc &c. ut patet in respectu aliquarum creaturarum. Licet ergo text. corpor. ad hoc ut conseruentur creaturę quæuis in esse, requiratur necessario, quod Deus semper in eas influat esse: non tamen necessario requiritur respectu omnium creaturarum, quod ipse remoueat impedimenta corrumpentium: quia sunt aliquę creaturæ, contra quarum esse non agunt ulla corrumpentia nec intrinseca, nec extrinseca.

4m de maiori. Per aliquam actionem. ℞. Vel per actionis, qua dat esse, continuationem. §. Tunc nihil &c. vt patet in litera, clarissimo exemplo adducto.

ignis: non autem remanet aer illuminatus, nec ad momentum cessante actione Solis, quia s. materia aquæ susceptiua, est caloris ignis secundum eandem rationē, qua est in igne. vnde si perfecte perducatur ad formam ignis, retinebit calorem semper. Si autem imperfectè participet aliquid de forma ignis secundum quandam inchoationem, calor non semper remanebit, sed ad tempus, ꝓpter debilem participationem principii caloris. Aer autem nullo modo natus est recipere lumen secūdum eandem rationem, quam est in Sole, vt s. recipiat formā Solis, quę est principium luminis. Et iō quia non habet radicem in aere, statim cessat lumen cessante actione Solis. Sic autem se habet omnis creatura ad Deum sicut aer ad Solem illuminantem. Sicut. n. Sol est lucens per suam naturam, aer aūt fit luminosus participando lumen a Sole, non tamen participādo naturam Solis: ita solus Deus est ens per essentiam suam, quia eius essentia est suum esse, omnis autem creatura est ens participatiue, non ꝙ sua essentia sit eius esse. Et ideo Augu. † dicit 4. super Gen. ad lit. virtus Dei ab eis, quæ creata sunt regendis si cessaret aliquando, simul & illorū cessaret spés, omnisque natura cōcideret. Et in 8. eiusdem li. dicit, * ꝙ sicut aer præsente lumine fit lucidus, sic homo Deo sibi præsente illuminatur, absente autem continuo tenebratur.

† li. 4. c. 12. circ. princ. tom. 3.

* li. 8. sup Gen. ad li. c. 12. circa med. to. 3.

Ad primum ergo dicendū, ꝙ esse per se consequitur formā creaturæ, supposito tamē influxu Dei, sicut lumen sequitur diaphanum aeris supposito influxu Solis. Vnde potentia ad non esse in spiritualibus creaturis, & corporibus cœlestibus magis est in Deo qui potest subtrahere suum influxum, quam in forma, vel in materia talium creaturarum.

Ad secundum dicendum, ꝙ Deus nō potest cōicare alicui creaturæ, vt conseruetur in esse sua actione cessante, sicut non potest ei cōicare, ꝙ non sit causa illius. Intantum. n. indiget creatura conseruari a Deo, inquantū esse effectus dependet a causa essendi. Vnde non est simile de agente, ꝙ non est causa essendi, sed fieri tantum.

Ad tertium dicendum, ꝙ ratio illa procedit de conseruatione, quæ est per remotionem corrumpentis, qua non indigent omnes creaturæ, ut dictum est. *

* In cor. a.

Ad quartum dicendum, ꝙ conseruatio rerum a Deo non est per aliquam nouam actionē, sed per continuationem actionis, qua dat esse, quæ quidem actio est sine motu & tempore, sicut etiam conseruatio luminis in aere, est per continuatum influxum a Sole.

A P P E N D I X.

Ex articulo habes: primo quomodo per rationem ostendas, merito esse ab Apostolo insinuatum, quod creaturæ indigēt conseruari a Deo. Hoc autem tunc innuit sub aliis uerbis, quādo de Deo humanato dixit Hebr. 1. Portans omnia verbo uirtutis suæ. Hoc est. Portans omnia imperio suo uirtuoso. Hoc autem imperium vocatur verbū more nostro, vt facilius intelligere possimus: quia imperare solemus verbo. Verbo ergo, idest uoluntate sua efficaci conseruantur omnia, & hoc est uerbum illud dici uirtuosum, idest efficax, ac si diceretur, quod uelle suum est facere. Portari dicuntur sic omnia, ad denotandum indigētiam eorum, ut ab ipso in esse conseruentur, quemadmodum id quod portatur, ut sic, uiribus propriis pro sustentatione sui, uel ambulatione non innititur. Quasi ergo diceret apostolus. Viribus propriis nihil potest sustentari, sed cuncta omnino indigent a Deo conseruari, & quod vniuersæ creatæ uires per se non possunt facere, idest creaturam aliquam conseruare, Deus ipse facillime facit, & perfectissime. Facillime quidem, quia uerbo (dicere enim uerbum facillimū nobis est), perfectissime vero, quia uirtutis. Virtutis, inquam Anthonomatice dictę, cui scilicet uirtuti, i. fortitudini nihil potest resistere (supra quæstio 103. articulo octauo) cui omnia, uelint nolint, incuruantur & obediunt, & consequenter quę, quibuscunque in contrarium non obstantibus, perfectissimo quo vult modo uniuersa conseruat, atque tuetur. Item ab eodem Apostolo tunc, quando. Actu 17. ait. In ipso Deo viuimus, mouemur, & sumus. Hoc est. Nos a Deo conseruamur quo ad uiuere moueri & esse: & consequenter quo ad omnia, dempto peccato. Nam per uitam omnes operationes interiores per moueri omnes exteriores, intelliguntur, quandoquidem vita radicaliter est intus, & motus ad exteriora procedit. Item habes; quomodo per rationem monstres idem esse merito dictum a Concilio Arausicano capitulo decimonono. Natura humana, etiam si in illa integritate, in qua condita est, permaneret, nullo modo seipsam, creatore suo non adiuuante, seruaret. Hæc ibi. A fortiori ergo indigent secundum concilium, aliæ creaturæ conseruari a Deo, cum nobilissima creaturarum sic indigeat. Dic a simili de Angelis. Secundo habes: quomodo per rationem præmissas scripturas & concilium, pro quanto cuncta conseruari a Deo statuunt indigere, & intelligas & declares & probes. Tertio vides: quomodo ex his, similibusque uicissim Angelica conclusio, & declaretur, atque confirmetur.

Vtilitas p Eccles. S. Dei.

2

3

¶ Not. Præsenti articulo seruit articulus in ordi. 262. 265. 398. 484. 293. 44. 343. 39. 17. 44.

Pro stud.

Comm. Cardinalis Caietani.

Titulus clarus.

¶In corpore duo principaliter. Primò, proposita conclusione responsiua, distinguit de conseruatione, & iuxta duo distinctionis membra duas conclusiones ponit. Secundo prosequitur secundam conclusionem.

¶Quo ad primum, conclusio simpliciter responsiua quęsito est affirmatiua vniuersalis. s. Omnia conseruantur in esse a Deo & hoc tam fide quam ratione. Distinctio est. Conseruare dupliciter, directe, & indirecte, indirecte quidem per remotionem corrumpentium, directe uero per manutentionem dependentis a se. Conclusio prima est. Non omnia conseruantur indirecte. Probatur, quia non omnia egent remotione corrumpentiũ, quoniam quædam sunt quæ nulla habere possunt corrumpentia, ut angeli, & corpora cælestia. & cætera. Conclusio secunda est, Omnia conseruari egent a Deo directe. probatur authoritate Greg.

¶Quo ad secundum tractatur secunda conclusio ratione, & intenditur ratio talis. Effectus alicuius causæ non solum in fieri sed in esse, eget conseruari directe ab illa: sed omnis creatura est effectus dependens a Deo in fieri, & esse. ergo omnis creatura eget conseruari a Deo directe. Maior probatur ex illa maxima. Omnis effectus dependet a sua causa secundum quod est causa eius, scilicet si in fieri. in fieri, & si in esse, in esse. Minor uero ex illa, quod solus Deus est ens per essentiam: reliqua enim participatione ipsius sunt entia. Vnde ad euidentiam huius rationis in litera primo dicitur, quis sit effectus quo ad esse respectu alicuius causę, secundo quæ sit causa quo ad esse effectus ibi, Manifestum, tertio applicantur hęc ad creaturas, & Deum, & sic infertur intenta conclusio ibi, Sic autem habet.

¶Quo ad primum sunt tria, distinctio, descriptio distinctorum, & manifestatio per exempla. Distinctio est. Effectuum aliquis ab agente causatur secundum fieri, & non secundum esse directe. aliquis uero, & secundum fieri, & secundum esse directe. Et bene notato ly directe, quoniam stultum est dicere, fieri alicuius causari ab aliquo, & esse illius non, cum fieri rei nihil aliud sit, quam acquirere esse. non ergo distinguitur inter effectum in fieri tantum, & in esse & fieri simul absolute, sed subintellectu illo modo dependendi, scilicet directe. Ita quod licet omnis effectus a sua sufficiente causa habeat & fieri & esse, aliquis tamen est cuius esse non directe causatur ab agente, sed fieri tantum, esse uero concomitanter, ut domus respectu ędificatoris, aliquis uero, cuius & fieri & esse directe ab agente pendet, ut lumen a sole. Descriptiones sunt. Effectus alicuius in esse, est cuius forma per se respicitur a tali agente, Effectus in fieri tantum est, cuius, forma non per se respicitur a tali agente. Explanationes sunt in exemplo de domo in quo aperitur quomodo forma non fit directe a domificatore, sed fieri tantum, & intendit inductionem in cæteris artificialibus.

¶Quo ad secundum sunt tria, distinctio causarum, diuersa distinctorum proportio ad effectus, & manifestatio dictorum a posteriori. Distinctio est clara, Agentium quædam sunt eiusdem rationis cum effectibus, & quædam diuersarum. Diuersa proportio est secundum duo ordinate se consequentia, primo ẽm respectum ad formam, secundo secundum influentiam ad esse, uel fieri. Differunt igitur primo hæ causæ, quia causæ vniuocæ nõ pñt esse causæ per se formarum effectus sui, causæ uero ęquiuocæ possunt esse causæ per se formæ effectus. Secundo differunt, q̃a causæ uniuocæ sunt causæ tm̃ fieri effectus, causę uero æquiuocæ possunt esse causa esse effectus. *Prima* dr̃ia probatur ex illa maxima. Cã per se alicuius, est causa illius in quocunq; inuenitur ẽm eandem rõnem. ergo si cã uniuoca, puta, Socrates cãt formam humanitatis per se, dum generat Platonem, sequitur, q̃ causaret et̃ humanitatem suam, cum sit in eo eiusdem rationis. Secunda uero dr̃ia sequitur ex prima, quia ex quo causa uniuoca non causat per se formam, & aliquid causat, ergo causat applicationem seu coniunctionem formæ in materia, hoc autem est esse causam fieri effectus. Et qm̃ in causa æquiuoca non saluat forma effectus ẽm eandem rõnem, non repugnat ei esse per se causam formæ effectus, & consequenter esse causam & fieri, & esse effectus. Manifestatio aũt prędictæ diuersę proportionis fit a testimonio sensibilium in differentia inter calorem aquæ, & lumen aeris, quorum neutrum inest ab intrinseco in hoc, quod ille remanet absque conseruante, illud non. quia calor est eiusdem rationis in calefaciente & calefacto, lumen autem non, in illuminato & lucente.

¶Quo ad tertium tria, vis applicationis prædictorum explanatio eius ex proportione ad solem & lumen & authoritates Augu. Vis est, quia Deus est causa essendi omnibus directe causans esse omnium, quia est ens per essentiam, cætera sunt entia per participationem, & sic creaturę sũt effectus Dei in esse, & Deus est causa earum in esse. Explanatio, est proportio Dei ad solẽ, & creaturæ ad aerem illuminatum, quę Augu. authoritate firmatur duplici, & clare patet litera.

¶Circa distinctionem effectuum dubium occurrit de illa modificatione, s. directe. Omne enim agens, non dico disponẽs, sed perficiens, quod. s. inducit formam, agit directe sibi simile secũdum formam qua agit. ergo directe agit ad formam effectus. Probatur consequentia: quia sola forma effectus est ratio assimilationis effectus ad causam. Vnde forma præsente cessat motus, vt dicitur in primo de generatione. Non ergo distinguitur per hoc effectus in fieri ab effectu in esse, quod illius esse non directe est a propria causa, istius vero directe immo hoc fictitium videtur.

¶Circa descriptiones quoque eorundem, dubium occurrit, quid intelligatur per formam per se causari, aut respici a causa. Cum. n. sermones doctrinales sint formales oportet accipi per se vt est modus causandi actiuè, vel passiuè. sic autem inuenitur manifeste falsum, quod dr̃, quoniam forma tunc per se respicitur ab agente, quando non propter accidens respicitur, vt patet & in 1. Poste. c. de per se & 5. Metaphy. vt statua per se respicitur a statuifico, per accidens autem a Polycleto & similiter domus ab ædificatore, & sanitas a medico &cęt. Constat autem, quod multorum formæ per se, & non per accidens, fiunt ab agentibus, a quibus non dependent in esse, vt patet in exemplis datis. igitur illa ratio, seu descriptio effectus in esse nulla est.

¶Circa rationem assignatam in diuersa proportione inter cãs vniuocas & æquiuocas dubium occurrit, vñ aut quantum valet hæc conclusio. Si Socrates esset causa per se formæ in Platone, esset causa suiipsius, quia est eiusdem rationis in vtroq;. Hæc. n. fundatur super illa propositione. Causa per se alicuius formæ causat illam in quocũque inuenitur. Sed hanc esse falsissimã & ratione, & inductione manifestatur. Inductione quidem, quia sic corpora cælestia non causarent per se corpora inferiora, nec substantiæ superiores substantias inferiores, nec Deus entia: illa enim sunt corpora, hę sunt substantię & hic est ens, & sic causarent seipsa, si in quecunque illud inuenitur, oportet causare. Ratione autem, quia illa propositio destruit illam maximam. Omne agens agit per se sibi simile secundum formam quę est ratio agendi. Si enim per se agit sibi simile. ergo esse actiuum supponit in agente fundamentum assimilationis. & si ex alia parte, esse per se actiuum, exigit actiuitatem in omni, in quocunque inuenitur tale fundamentum. igitur nõ supponit, & sic hæc duo principia contradicunt. quare &c. Ad primum dubium dr̃, q̃ in ęquiuoco laborat ratio, quoniam cum dr̃ q̃ omne agens agit sibi simile, intelligitur indirecte siue in fieri, siue in fieri & esse simul. Cum vero dicitur, q̃ alicuius effectus esse non directe fit, iam non indistinctæ est sermo, sed de esse, vt distinguitur contra fieri: vnde non repugnant adinuicem. Non enim hic negatur effectum directe fieri & intendi similem agenti, sed quo ad esse non semper directe intendi & fieri.

¶Ad ẽm dubium dr̃, q̃ per se et̃ vt modus causandi, cum sumatur dupliciter. s. vt distinguitur contra per accidens, & cõtra per aliud, in proposito sumitur, vt distinguitur contra per aliud: ita quod sermo est de forma aliqua non materialiter, & sed formaliter, & de dependentia causam ad actiuam, quæ conuenit ei per se primò. Quòd enim naturæ alicuius formæ conueniat per se primo dependentia ab agente, patet de proprio respectu proprii subiecti. Homini si quidem conuenit per se primo, quod ab eo fluat risibilitas, & econuerso risibilitas exigit ex intrinseco, q̃ fit ab homine. Intentio igitur literæ est, quod forma, quæ per se primo exigit dependentiam a tali agente, est ab eo secundum esse & fieri, quæ autem non hoc exigit, est ab eo secundum fieri tantum. Et manifestatur hoc sic. Dependentia ad cãm actiuam per se primo conueniens formæ, non conuenit ei ratione sui fieri præcise, quia fieri, vt distinguitur contra esse, nec est formæ, nec necessario comitatur ipsam, alioquin cessante fieri, non maneret forma, dependentia autem illa conuenit formæ per se primo, igitur conuenit ei secundum esse. Omnis ergo forma per se primo dependens ab aliquo est effectus illius in esse, & econuerso, ut in litera dicitur, Cum enim idem sit iudicium de forma & esse, intelligi nequit, quod aliquis effectus secundum esse ab aliquo dependeat actiue & directe, & tamen non secundum formam per se primo. Si enim formæ eius non per se primo conuenit dependentia ad talem causam: sed per aliud dependet a tali agente, per separationem illius alius poterit non dependere ab ipso, & sic simul effectus erit dependens secundum esse, & non dependens secundum formam ab eodem agente, quod implicat duo contradictoria. Ad obiectiones vero in oppositum iam patere potest responsio: quia huiusmodi propositiones loquuntur indistinctè de causa per se, & effectu per se, non distinguendo secundum esse directe vel secundum fieri tantum. Potest quoque iuxta nunc dicta dari secunda responsio, quod licet in instantiis adductis, & similibus sit causa, & effectus per se ut distinguitur contra per accidens, non tamen ut distinguitur

stinguitur contra per aliud, quia sunt effectus per fieri, quod est aliud ab eis.

¶ Ad tertium dubium dicitur, quòd verum est, consequẽtiam illam fundari super illo principio, s. Causa per se alicuius causat illud in quocumque inuenitur: sed vt iam dictum, intelligitur de causa per se primò alicuius, ita quod perseitas, seu primitas se teneat ex parte vtriusque, s. tam causæ quàm effectus, proportionaliter tamen, sic quod B. conueniat per se primo dependere ab A, & A conueniat per se primo esse actiuum B. Principium autem hoc non eget probatione, sed est per se notum. Quoniam si B, conuenit per se primo dependentiæ ab A, in quocumque inuenitur, est cum tali dependentia. impossibile est enim separare aliquid ab eo quod conuenit sibi per se. Et similiter si A conuenit per se primo quòd sit actiuum B, in quocumque reperitur, est actiuum ipsius B: & sic si A & B, sunt eiusdem rationis, idem est per se primo actiuum sui ipsius, quod est impossibile in litera deductum. Instantiæ autem ad oppositum adductæ, ex litera soluuntur, in qua expressè dicitur, quòd hæc dicuntur de effectu eiusdem rationis: ita quòd sensus illius principij, Causa per se alicuius causat illud in quocumque reperitur secundum eandem rationem. Nec oportet quòd causet illud in quocumque æquiuocè, seu analogicè inuenitur. Et in promptu huius sanæ glossę causa est, quia quando aliquid conuenit alicui per se, non oportet ꝓpterea quòd conueniat suo æquiuoco, aut analogo: sed satis est, & exigitur, quòd conueniat sibi in quocumque secundum suam rationem inuenitur. Vnde si corpora cœlestia causant corporeitatem inferiorum per se, & substantiæ immateriales substantialitatem &c. patet responsio: quia non est eiusdem rationis substantia, aut corporeitas in causatis, & in huiusmodi causis. De Deo autem constat, quod est causa per se primo entis inquantum entis, & non sequitur, ergo causat ens in seipso: sed, ergo causat ens in quocumque inuenitur secundum eandem rationem, qua inuenitur in causatis. modo falsum est, quod in Deo inueniatur secundum eandem rationem, cum ipse sit ens per essentiã, cętera non: sed reliqua sunt quodammodo eiusdem rationis, inquantum entia, quia sunt entia per participationem. Et hoc bene nota, quoniam Metaphysica hæc multos latuit illustrès viros. Et ex his patet responsio ad rationem in oppositum: quoniam esse per se actiuum, supponit fundamentum assimilationis, non tamen semper secundum eandem rationem, quam effectus habebit: sed quandoque secundum altiorem, quam effectus imitabitur. Et similiter ex alia parte, esse per se actiuum, exigit actiuitatem in quodcumque, in quo fundamentum similitudinis inuenitur non qualitercũque: sed secundum eandem rationem, qua inuenitur in effectu. Et idcirco per se primo actiuum nõ repugnat omni causæ, sed vniuocæ vt sic, vt in litera dicitur. Vnde illa duo principia sane intellecta, vt decet, non contradicunt, sed consonant.

¶ Circa explanationem prædictæ differẽtiæ inter causam vniuocam & æquiuocam, dubium est de illa redditione causæ, quare aqua retinet calorem, & aer non conseruat lumen. Videtur enim quòd causa assignata falsa sit: quoniam cum aqua calefit à Sole, conseruat etiam calorem remota à Sole: & tamen non est susceptiua formæ caloris secundum eandem rationem, qua est in Sole, vt patet. Vnde si ratio esset bona, aqua calefacta à Sole non conseruaret calorem, sicut aer non seruat lumen. Potest quoque argui ex parte luminis: quoniam cum illuminatur aer à lucerna, est susceptiuus formæ illuminantis secundum eandem rationem, quia communicant in materia, & tamen non retinetur, sed dependet in fieri & conseruari à lucerna. ergo &c.

¶ Ad vtramque obiectionem eadem responsione dicitur, quòd cum iudicium de rebus non nisi ex proprijs fieri debeat, id rebus simpliciter & optimè attribuitur, quod conuenit eis proprijs causis: quod autem in ordine ad causas communes competere eis inuenitur, aut resecatur ab arte, aut propriorum iudicium non impedit. Vnde cum calor & lumen in hoc differant manifestè, quòd calor secundum esse quod habet in propria causa, quam constat esse ignem, sit secundum eandem rationem participabilis ab his inferioribus per calefactionem, & lumen secundum esse quòd habet in propria causa, quam constat esse quintam essentiã siue in Sole tantum, siue in omni parte illustrata, non sit participabile per illuminationem. Ad propria respiciens Diuus Thom. optimam rationem reddidit, quare calor remanet, & lumen non: quia s. ille secundum esse quod in propria habet causa, per calefactionem est participabilis secundum eandem rationem, lumen verò non. Vnde ad obiectiones dicitur, quòd ideo calor à Sole factus remanet, quia calor est talis forma quæ nata est à materia aeris suscipi secundũ esse quod habet in propria causa, nõ in causa communi, quæ est Sol. Et similiter lumen à lucerna, non remanet, quia lumen est talis forma, quæ non est nata haberi secundũ eandem rationem qua est in propria causa, non in lucerna. Quãuis etiam aer, nec eius materia possit per illuminationem peruenire ad habendum lumen secundum eandem rationem, qua est in lucerna, sed per aliquam aliam actionem. Et quòd hæc vera sint, ex eo patet, ꝙ tàm ab igne, quàm à Sole vterque prouenit effectus, s. calor & lumen. Sed quoniam respectu caloris Sol est causa communis, respectu luminis propria: ignis quoque respectu caloris est causa propria, respectu luminis causa est vt ignis, sed vt cum cœlesti natura communicat, vt dicitur in 2. de Anima: ideò propria causa caloris vt sic, & vt calefaciens, participabilis est secundum eandem rationem in alijs: & ideò calor in alijs conseruatur, vtpote non dependens in esse, quia eius propria causa est vniuoca alijs. Propria verò causa luminis vt sic, vt illuminans non est participabilis ab alijs secundum eandem rationem: & ideò lumen non retinetur, vtpote dependens in esse & fieri, non repugnante huic propria causa, quoniam non est vniuoca alijs. & sic patet intentio & subtilitas literæ.

ARTICVLVS II.

Vtrum Deus immediatè omnem creaturam conseruet.

509

AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur, quòd Deus immediatè omnem creaturam conseruet. Eadem enim actione Deus est conseruator rerum, qua & creator, vt dictum * est: sed Deus immediatè est creator omnium. Ergo immediatè est etiam conseruator.

*Art. præced.

¶ 2 Præt. Vnaquæque res magis est proxima sibi quàm rei alteri: sed non potest communicari alicui creaturæ, ꝙ conseruet seipsam. Ergo multò minus potest ei communicari, quòd conseruet aliam. Ergo Deus omnia conseruat absque aliqua alia causa conseruante.

¶ 3 Præterea. Effectus conseruatur in esse ab eo quod est esse eius non solum secundum fieri, sed etiam secundum esse: sed omnes causæ creatæ, vt videtur non sunt causæ suorum effectuum, nisi secundum fieri. non sunt enim causæ nisi mouendo, vt suprà habitum * est. Ergo non sunt causæ conseruantes suos effectus in esse.

*Art. præced.

SED CONTRA est, quòd per idem conseruatur res per quod habet esse: sed Deus dat esse rebus mediantibus aliquibus causis mediis. Ergo etiam res in esse conseruat mediantibus aliquibus causis.

RESPON. Dicendum, quòd sicut dictum * est, dupliciter aliquid rem aliquam in esse conseruat. Vno modo indirectè, & per accidens per hoc quod remouet, vel impedit actionem corrumpentis: alio modo directè & per se, quia ab eo dependet esse alterius sicut à causa dependet effectus. Vtroque autẽ modo aliqua res creata inuenitur esse alterius conseruatiua. Manifestum est enim quòd etiam in rebus corporalibus multa sunt, quæ impediunt actiones corrumpentium, & per hoc dicuntur, rerum conseruatiua: sicut sal impedit carnes à putrefactione, & simile est in multis aliis. Inuenitur etiam quòd ab aliqua creatura dependet aliquis effectus secundum suum esse. Cùm enim sunt multæ causæ ordinatæ, necesse est quòd effectus depẽdeat, primo quidem & principalr à causa prima, secundario verò ab omnibus causis mediis. Et ideo principaliter quidem prima causa est effectus conseruatiua: secũdario verò omnes mediæ causæ, & tanto magis, quanto causa fuerit altior, & primæ causæ proximior. Vnde superioribus causis etiam in corporalibus rebus attribuitur conseruatio, & permanentia rerum, sicut Philosophus dicit in 12. Metaphys. * ꝙ primus motus, scilicet diurnus est causa continuitatis generationis: secundus autem motus qui est per Zodiacum, est causa diuersitatis, quæ est secundum generationem & corruptionem. Et similiter Astrologi attribuunt Saturno, qui est

*Art. præced.

* Lib. 12. Met. textu 34.

SVPER Q. CIIII. ART. II.

CONCL. Deus conseruat res quasdam in esse mediantibus aliquibus causis.

¶ PROB. Quia aliquæ res etiam corporales impediunt actiones corrumpentium, (exemplum de sale) atque ab illis dependet aliquis effectus secundum suum esse, saltem secundariò (exemplum de motu diuino, atque per Zodiacum, ex Philosopho); & primo modo dicitur aliquid conseruare indirectè aliud, secundo modo directè (suprà art. 1.)

Primum

1m de maiori. Eadem actione. R. Non tamen eadem im mediatione. §. Nam Deus immediatè omnia creauit, sed in ipsa rerum creatione ordinè in rebus &c. vt in tex. Et ideo nihil contra conclusionem efficaciter adducitur.

2m de maiori. Proxima sibi. R. Non tamen causa sibi. §. Tunc nihil &c. Immo, quia res est magis proxima, siue propria, aut propinqua sibi; ideo non potest sibi communicari, vt semetipsam conseruet: quoniā non potest sibi communicari, vt sit causa suipsius. Argumentum ergo, quod credebatur contra, est pro. Ratio radicalis est; quia argumentum est fallacia secundum non causam, vt causam. Non enim propinquum esse alicui est vera causa conseruandi ipsum (vt putat arguens): sed causam esse alicui quo ad eius esse, (vt declaratur artic. I.) est vera causa conseruandi ipsum. Patet autem; quòd nihil potest esse causa suipsius; licet possit esse alterius. Consequenter ergo non potest se conseruare, sed alterum quandoque.

3m minor. Omnes causæ creatæ non sunt causæ suorum effectuum, nisi secundum fieri. R. Negatur ista propositio. §. Aliud est enim non esse causam nisi in fieri: aliud est non esse causam essendi, nisi interueniente fieri, i. interueniente aliquo modo mutationis. Hoc secundum namque conuenit quibusdam creaturis: vt patet de Sole, & alijs in tex. corp. art. I. ly, sed aliquando effectus non est natus recipere impressionem agentis secundum eandem rationem, secundum quā est in agente: sicut patet in omnibus agentibus, quę non agunt simile secundum speciem, sicut cœlestia corpora sunt causa generationis &c. & ideo tale agens est causa non solum fiendi, sed etiam essendi. Vide ibi.

qui est supremus planetarum, res fixas & permanentes. Sic igitur dicendum est, quòd Deus conseruat res quasdam in esse, mediantibus aliquibus causis.

AD PRIMVM ergo dicendum, ꝙ Deus immediatè omnia creauit: sed in ipsa rerum creatione ordinem in rebus instituit, vt quædam ab alijs dependerent, per quas secundario conseruarentur in esse, præsupposita tamen principali conseruatione, quæ est ab ipso.

AD SECVNDVM dicendum, ꝙ cum propria causa sit conseruatiua effectus ab ea dependentis, sicut nulli effectui præstari potest quòd sit causa suipsius, potest tamē ei præstari quòd sit causa alterius, ita etiam nulli effectui præstari potest quòd sit suipsius conseruatiuus, potest tamen ei præstari, quòd sit conseruatiuus alterius.

AD TERTIVM dicendum, ꝙ nulla creatura potest esse causa alterius quantum ad hoc ꝙ acquirat nouam formam, vel dispositionem, nisi per modum alicuius mutationis: quia semper agit præsupposito aliquo subiecto. Sed postquàm formam, vel dispositionem induxit in effectu, absque alia immutatione effectus, huiusmodi formam conseruat. Sicut in aere prout illuminatur de nouo, intelligitur quædā mutatio: sed conseruatio luminis est absque aeris immutatione ex sola præsentia illuminantis.

APPENDIX.

Ex articulo habes primò: quomodo per rationem ostendas, Philosophum meritò dixisse, sub alijs tamen verbis, ꝙ mediantibus causis secundis, Deus aliqua conseruat. Tunc autem id dixit; quando in 11. Metaphy. tex. 14 ait; quòd cęlum per primum motum diurnum operatur continuitatem generationis rerū inferiorum; & per motum, qui est secundum Zodiacum, operatur diuersitatem generationis & corruptionis accessu scilicet & recessu Superioribus ergo causis corporalibus attribuit, sic dicendo, conseruationem & permanentiam rerum istarum, sub vno principe Deo, de quo ipse in eadem philosophia conclusit, quòd erat tantus vt ab eo cœlum & tota natura dependeret. Cùm enim (secundùm Philosophum ipsum ac experientiam) ex ijsdem rebus conseruemur, ex quibus sumus; hoc est, per eandem rem aliquid conseruetur, per quam habet esse; & prædicta rerum inferiorum habeant (secundum illum) esse mediantibus superioribus: patet, quòd mediantibus illis conseruantur, etiam secundum ipsum. Vide aliqua pro hoc loco sacientia, quæstio. 22. artic. 3. & quæst. 103. artic. 6. append. Secundò habes: quomodo per rationem prædictam sententiam Philosophi, pro quanto res aliquas à Deo asserit mediatè conseruari, & intelligas, & declares, & probes. Tertiò vides: quomodo ex his, ac similibus vicissim Angelica muetur præsens conclusio.

¶ Nor. Isti articulo suffragatur articulus in ordine 508. 346. 568. 256. 240. 140.

Vtilitas pro philosophia.

3

Pro stud.

Comm. Cardinalis Caietani.

Titulus clarus.

¶ In corp. vna conclusio responsiua. Deus conseruat res quasdam in esse mediantibus causis. Hæc conclusio primo declaratur quantū ad ly conseruat: deinde probatur. Declaratur quidem, repetendo distinctionē de conseruatione dupliciter indirectè, & directè: & dicendo, ꝙ hic vtroque modo verificatur. Probatur autē quo ad conseruationē indirectè ex manifesto testimonio rerum corporalium, quarū multas videmus prohibere corruptionē aliquorum, vt sal respectu carnium &c. Quo ad conseruationē verò directe, probatur. Ab aliqua creatura dependet aliquis effectus secundum suum esse. ergo multæ sunt causæ essentialiter ordinatæ respectu alicuius effectus secundū esse. ergo idem effectus dependet in esse, primò quidem à Deo, secundariò ab alijs, & tantò magis, quantò causa est proximior primæ. Antecedens est per se notum. Prima quoque consequentia est manifesta ex vi præcedentis articuli, in quo decisum est, ꝙ omnis creatura dependet à Deo secundū suum esse. Secunda similiter est ex se euidens, etiam quo ad ordinem dependentiæ adiectum: qui tamen ordo specialiter confirmatur, & authoritate Arist. attribuentis primo motui conseruationem perseuerantiæ motus: motui vero secundo, alternationis: & authoritate Astrologorum dantium Saturno, qui est supremus, res fixas. ex hoc enim liquet, quòd causa quanto superior, tanto magis causat ac conseruat effectum.

¶ In respon. ad primum aduerte, ꝙ cum conclusio sit particularis, s. ꝙ quædā res conseruantur à Deo mediatè, & argumētum in oppositum concludit vniuersaliter, sed de rebus creatis, vt sic, non autem de alijs alio modo productis, facile potuisset responderi, ꝙ omnes creaturas quo ad conditiones creatas, immediatè conseruat Deus, quo ad conditiones vero aliter productas mediate. Sed quoniam in prima rerum institutione omnia fuerunt creata, etiam illa, quorum conseruatio pendet ex causis secundis, vt patet de primis indiuiduis leonum, & bonum &c. Idcirco argumentum applicatum ad primæ instituta difficilius est, vt patet, & ad intentum respicit responsio.

¶ Ad cuius euidentiā scito, ꝙ res sunt in duplici ordine, quædā sunt, quibus creari conuenit per se: quædā verò quibus conuenit per accidens. Per se aūt conuenire dico, non ꝙ exigant ꝙ creentur, sed quia exigunt ꝙ si fiunt, eorū factio sit creatio. Per accidēs verò, quæ possunt fieri per creationē, & per aliam viam. Ea quæ per se creātur, à solo Deo conseruantur, & in his est necessario verum, ꝙ eadē actio est conseruationis, & creationis. Talia sunt aūt substantiæ immateriales, & vniuersaliter ingenerabilia, & incorruptibilia. Ea verò quæ per accidens creantur, non oportet à solo Deo conseruari, & in his conseruatio non est creatio. Imaginandum est. n. ꝙ Deus creando bouem, supplet vicem omnium mediatarum causarum, quo ad hoc, ꝙ est dare sibi esse: sed statim ꝙ dedit esse, desinit supplere vicem aliarum causarum respectu boui illius, & faciet vnamquamque causam in suo ordine habere influxum super illum, ac si fuisset ab eis productus. Et sic Deus in suo ordine cū alijs causis medijs conseruat hunc bouē, quem tamen solus creauit. Et hoc est, ꝙ in hac responsione breuiter dicitur, ꝙ Deus immediatè omnia creauit, sed ordinem instituit, vt quædā ab his dependerent, à quibus conseruarentur. Hoc enim est verum quo ad creata per accidens, quæ immediate post creationem subiecit ordini causarum secundarum: & consequenter conseruandas instituit à causis secundis, & à se principaliter.

510 Ver. q. 5. articulo 2. ad 6. Et po. q. 5. art. 3. & 4. Et quol. 4. q. 3. art. 1.

ARTICVLVS III.

Vtrum Deus possit aliquid in nihilum redigere.

AD TERTIVM sic proceditur. Videtur, quòd Deus nō possit aliquid in nihilū redigere. Dicit enim Augustinus * in lib. 83. quæstio. quòd Deus non est causa tendendi in non esse: hoc autem contingeret si aliquam creaturam redigeret in nihilum. Ergo Deus non

SVPER Q. CIIII. ART. III.

CONCL. Deus creaturis, postquàm factæ sunt iam potest nō influere esse; & sic esse desisterēt: quod est eas in nihilum redigere.

¶ PROB. Quia Deus creaturæ libera voluntate cōmunicauit esse; nec aliter eas in esse conseruat, nisi inquantum eis

* q. 21. in medio.

eis continuè influit esse: & consequenter Deus potuit, antequàm res essent, eis non communicare esse; eademq; ratione, postquàm sunt, eis non influere esse.

¶ Corol. Ergo contraria conclusioni positio, quia supponeret, Deum ex necessitate naturæ res creasse (quod est hæreticum) est hæretica: sicut ista est catholica.

1^m ex Augustino. Causa. ℞. Per se: non, per accidens. §. Tunc &cæt. Licet enim Deus non sit causa per se tendendi in non esse (vt Augustinus intendit): potest tamen eius esse causa per accidens. Horum declarationem vide in littera: ex qua etiam assume sensum conclusionis articuli prædictæ.

† Lib. 1. de doct. Christ. cap. 32.

2^m de maiori. Bonitatem. ℞. Liberè agentem: non, ex necessitate. §. Tunc &c. vt patet. Intelligitur ergo August. sic: Inquantum Deus bonus est, sumus, id est, inquantum ex bonitate sua liberè voluit nos esse, sumus. Hoc dictum Augustini facit ad ostendendum, quòd non ex nostris meritis factum est; vt liberè vellet nos creare: item quòd non ex iustitia sua factum est hoc, quasi scilicet quòd de iustitia obligaretur ad dandum nobis esse; licet fuerit ex iustitia sua, inquantum reddidit sibi, nos creando, illud: quod ex bonitate sua voluerat. Sic dicitur à Psal. 24. Vniuersæ viæ Domini misericordia & veritas. Vide suprà quæstionē 21. artic. 4. Ex bonitate ergo Dei processit, quòd nos creati sumus: & consequenter ex bonitate eiusdem procedit, quòd nos in esse conseruemur.

* q. 19. artic. 4.

3^m de maiori. Actionem. ℞. Vel ab agendo cessationem. §. Tunc nihil &cæt. vt patet in textu.

potest aliquid in nihilum redigere.

¶ 2 Præt. Deus est causa rerum, vt sint, per suam bonitatem: quia vt Aug.† dicit in lib. de doctr. Christ. Inquantum Deus bonus est, sumus. sed Deus non potest nō esse bonus. Ergo non potest facere, vt res non sint. quod faceret, si eas in nihilum redigeret.

¶ 3 Præt. Si Deus in nihilum aliqua redigeret, oporteret quòd hoc fieret per aliquam actionem: sed hoc non potest esse, quia omnis actio terminatur ad aliquod ens. vnde actio corrumpentis terminatur ad aliquid generatū, quia generatio vnius est corruptio alterius. Ergo Deus non potest aliquid in nihilum redigere.

Sed contra est, quod dicitur Hierem. 10. Corripe me Domine, veruntamen in iudicio, & non in furore tuo, ne fortè ad nihilum redigas me.

Respond. Dicendum, quòd quidam posuerunt, quòd Deus res in esse produxit agendo de necessitate naturæ. Quod si esset verum, Deus non posset rem aliquam in nihilum redigere: sicut non potest à sua natura mutari. Sed sicut suprà est* habitum, hæc positio est falsa, & à fide catholica penitus aliena, quæ confitetur Deum res libera voluntate produxisse in esse, secundū illud Psal. Omnia quæcūq; voluit Dominus, fecit. Hoc igitur quod Deus creaturæ esse cōmunicat, ex Dei voluntate dependet: nec aliter in esse conseruat, nisi inquantum eis continuè influit esse, vt dictū* est. Sicut ergo anteq̄ res essent, potuit eis non cōmunicare esse, & sic eas non facere: ita postquā iam factę sunt, potest eis nō influere esse, & sic esse desisterent: quod est eas in d nihilum redigere.

Ad primum ergo dicendum, quòd non d esse non habet causam per se, quia nihil potest esse, causa nisi inquantum est ens: ens autem per se loquendo est causa essendi. Sic igitur Deus non potest esse causa tendendi in non esse, sed hoc habet creatura ex seipsa, inquantum est de nihilo. Sed per accidēs Deus potest esse causa, quòd res in nihilum redigantur, subtrahendo, scilicet suam actionem à rebus.

Ad secundum dicendum, quòd bonitas Dei est causa rerum, non quasi ex necessitate naturæ: quia diuina bonitas non dependet ex rebus creatis, sed per liberam voluntatem. Vndè sicut potuit sine præiudicio bonitatis suæ res non producere in esse, ita absque detrimento suæ bonitatis potest res in esse non conseruare.

Ad tertium dicendum, quòd si Deus rem aliquam redigeret in nihilum, hoc nō esset per aliquam actionem, sed per hoc, quòd ab agendo cessaret.

APPENDIX.

Ex articulo habes primò: quomodo per rationem ostendas, scripturam sacram meritò innuere, quòd Deus potest aliquid annihilare. Hoc verò innuit Hierem. 10. in hęc verba: Corripe me Domine, veruntamen in iudicio, & non in furore tuo; ne fortè ad nihilum redigas me. Ex hoc loco pariter colligitur; quòd sicut vnū, sic multa potest in nihilum redigere: quoniam Deus, ad quem orat Hieremias, est omnipotens, omnipotentiaq; sua portat omnia creata, (suprà art. 1. append.) non necessitate, sed libera volūtate. Eadem ergo ratione, qua vnum creatum annihilare potest, potest & omnia. Vide q. 19. art. 4. & 8. item q. 22. art. 4. & q. 25. art. 2. & 3. item q. 45. ar. 2. item q. 14. ar. 8. item q. 15. artic. 1. item q. 19. artic. 10. & fere conclusionem præsentis articuli esse contra Bezanitas, qui Deum non esse omnipotētem blasphemant: & contra Ioannem Vuicleff, qui omnia necessitate absoluta euenire dixit; & contra omnes, qui Deū de necessitate agere, aut conseruare, creaturā aliquid affirmarunt. Hæreses hæ omnes suprà dānatę sunt: & consequenter ibi damnatæ cointelliguntur quęcūque positiones decrēt, Deum non posse aliqd ad nihilū redigere. Secūdò habes: quomodo per rationē interimas hæresim cuiusdā dicentis: quòd Deus nihil potest annihilare, nec mūdum maiorare, vel minorare. Tertiò habes: quomodo per rationem ostendas, hanc meritò damnari per scripturas, & alias nunc suprà citata. Quartò habes: quomodo per rationē præmissam scripturam cum similibus, prò quanto Deum asserit posse annihilare aliquid, & in sensu sano intelligas, & declares, & probes. Quintò vides: quomodo ex hac, atque huiusmodi, vicissim Angelica conclusio articuli consolidetur, & declaretur.

Vtilitas pro Eccle. S. Dei.

* Ar. 1. & 2. huius q.

D. 896.

D. 782.

2

3

4

5

AP-

Comm. Cardinalis Caietani.

Titulus clarus.

¶ In corp. duo. Primo, error oppositus. Scdo, cōclusio rñsiua.

¶ Quo ad primum duo, primo error est, quod Deus non potest aliquid in nihilum redigere. Probatur: Deus produxit res de necessitate naturæ. ergo non potest non dare esse. Antecedens supponitur, & consequentia probatur: quia Deus non est naturæ multiplicis. Secundo reprobatio erroris authoritate Scripturæ.

¶ Quo ad secundū conclusio responsiua, Deus potest omnia in nihilū redigere. Probatur. Cōicare esse, ex libera procedit voluntate Dei. ergo & conseruare. ergo Deus potest non conseruare, qd est annihilare. Antecedens supponitur. Prima consequentia probatur: quia nihil aliud est conseruare, quàm influxum essendi continuare. Secunda verò probatur, quia sicut potest non dare esse, antequàm det, ita non continuare postquàm dedit.

Capr. 1. d. 8. q. 3. ar. 3.

SVPER Q. CIIII. ART. IIII.

511

1. d. 8. q. 3. art. 2. cor. Et po. q. 5. ar. 9. ad 1.

Concl. Simpliciter dicendum est: quòd nihil omnino in nihilum redigitur.

¶ Prob. 1. Quia naturæ rerū id ostendunt, tū immateriales (cum non habeāt potentiam ad nō esse), tū materiales (cum ēm materiam, quę incorruptibilis est, semp maneāt). 2. Quia redigere aliquid in nihilum non pertinet ad gratię manifestationē: immo diuina potētia ac bonitas magis ostēditur per hoc, quòd res in esse conseruat (patet).

Primum

ARTICVLVS IIII.

Vtrum aliquid in nihilum redigatur.

Ad quartum sic proceditur. Videtur, quòd aliquid in nihilum redigatur. Finis enim respōdet principio: sed à principio nihil erat, nisi Deus. Ergo ad hunc finem res perducentur, vt nihil sit nisi Deus: & ita creaturæ in nihilum redigentur.

¶ 2 Præt. Omnis creatura habet potentiam finitam: sed nulla potentia finita se extendit ad infinitum. Vnde in 8. Phys.* probatur, quòd potentia finita nō potest mouere tempore infinito. Ergo nulla creatura potest durare in infinitū; & ita quādoque in nihilum redigetur.

* Tex. 78. rom. 2.

1^m maior. Finis respondet principio. R. Nisi talis responsio dentia esset impeditiua eius, quod principium declarabat. §. Tunc &c. Nam si sic, vt arguitur, finis corresponderet hic principio; tunc impediretur id, quod à principio declarabatur. Hoc enim, quòd res in esse productæ sunt, postquàm non fuerunt, declarat &c. vt in litera. Ex qua dic: quòd formalis (nã formaliter intelligi solent responsa; vt aliàs dictum est) respondentia finis ad principiũ attenditur in hoc, quòd finis declaret id, quod principiũ declarabat: licet materialis respondentia esset, quæ tacta est arguẽdo. Patet ergo quòd nũc, quando in nihilũ non redigetur omnino aliquid, optimè formaliter respondet finis principio: quia per hoc, quòd conseruabit res in esse Deus, ostẽditur sua potentia & bonitas, quæ etiã ostensa sunt à principio creationis. Quòd si in nihilum redigerentur, non respõderet finis principio, sed magis contraponeretur formaliter principio; quia per finem impediretur iam declaratũ à principio. Videretur enim tunc Deus apud multos, si ad nihilum aliquid omnino redigeret, non esse tantæ potentiæ aut bonitatis, quantæ fuit in principio: vel saltem ex hoc eius facto non daretur intelligi tã apertè, sicut in principio, magnitudo suæ potentiæ & bonitatis. Argumentum ergo, si formaliter intelligatur maior, debet concludere pro nobis; id est, ergo creaturæ nõ redigentur omninò in nihilum.

Secundum hanc doctrinam quantum ad hoc, regulabis te in accidentibus superioris ordinis; puta in gratia, charitate, donis Spiritussancti, desinentibus esse in viatoribus adueniente peccato mortali: dicendo videlicet, quod tunc non rediguntur omninò in nihilum.

¶ 3 Præt. Forma, & accidentia non habent materiam partem sui, sed quandoque desinunt esse. Ergo in nihilum rediguntur.

Sed contra est, quod dicitur Eccles. 3. Didici, quòd omnia opera, quæ fecit Deus, perseuerant in æternum.

Resp. Dicendum, quòd eorum, quæ à Deo fiunt circa creaturam, quædam proueniunt secundũ naturalem cursum rerum, quædam verò miraculosè operatur præter ordinem naturalem creaturis inditũ, vt infrà * dicetur. Quę autem facturus est Deus secundum ordinẽ naturalem rebus inditum, considerari possunt ex ipsis rerũ naturis. Quæ verò miraculosè fiunt, ordinantur ad gratiæ manifestationem, secundum illud Apost. 1. ad Corinth. 12. Vnicuique datur manifestatio spiritus ad vtilitatem. Et postmodum inter cætera subdit de miraculorũ operatione. Creaturarum autem naturæ hoc demonstrant, vt nulla earum in nihilum redigatur: quia vel sunt immateriales, & sic in eis nõ est potentia ad non esse: vel sunt materiales, & sic saltem remanent semper secundum materiam, quæ incorruptibilis est, vtpotè subiectũ existẽs generationis, & corruptionis. Redigere etiam aliquid in nihilum non pertinet ad gratiæ manifestationem, cum magis per hoc diuina potentia, & bonitas ostendatur, quòd res in esse conseruat. Vnde simpliciter dicendum est, quòd nihil omnino in nihilum redigetur.

* q. seq. artic. 6.

Ad primvm ergo dicendum, quòd hoc, quòd res in esse productæ sunt, postquàm non fuerunt, declarat potentiam producentis: sed quòd in nihilum redigerentur, huiusmodi manifestationem impediret, cũ Dei potentia in hoc maximè ostendatur, quòd res in esse conseruat, secundùm illud Apostoli Hebr. 1. Portans omnia verbo virtutis suæ.

Ad secvndvm dicendum, quòd potentia creaturę ad essendũ est receptiua tantum: sed potentia actiua est ipsius Dei, à quo est influxus essendi. Vnde quòd res in infinitum durent, sequitur infinitatem diuinæ virtutis. Determinatur tamen quibusdã rebus virtus ad manendum tẽpore determinato, inquantũ impediri possunt, ne percipiant influxum essendi, qui est ab eo, ex aliquo contrario agente, cui finita virtus non potest resistere tẽpore infinito, sed solũ tẽpore determinato. Et ideo ea, quę non habent contrarium, quamuis habeant finitam virtutem, perseuerant in æternum.

Ad tertivm dicendum, quòd formæ, & accidẽtia non sunt entia cõpleta, cũ non subsistant, sed quodlibet eorum est aliquid entis. Sic. n. ens dr̃, quia eò aliquid est; & tamen eo modo, quo sunt, non omnino in nihilum rediguntur, non quia aliqua pars eorum remanet, sed remanet in potẽtia materię, vel subiecti.

APPENDIX.

Vtilitas pro Eccle. S. Dei.

Ex artic. habes primò: quomodo per rationem ostendas, scripturã meritò insinuasse, quòd non redigendum sit aliquid omnino in nihilum. Hoc verò tũc insinuauit, quando ait Eccles. 3. didici, quod omnia opera, quę fecit Deus, perseuerent in æternum. Nam per ly perseuerent in æternum, noluit denotare, quòd sine incorruptibilia, cum hoc etiam secundum experientiã quotidianã falsum sit: sed voluit designare, quod non annihilantur omnino. Vnde non te moueat, quòd ex responsione ad secundum habetur aliqua tãtum, scilicet, quæ non habent contrarium, perseuerare in æternum: quoniam aliter à sancto Thoma ibi sumitur perseuerantia in æternum, aliter à scriptura; quo fit, vt vtrumque sine contradictione verum sit. Si enim perseuerantia in æternum sumatur pro perseuerantia tantum in seipsis, sic non omnia (puta corruptibilia) sed sola incorruptibilia perseuerant in æternum; & sic solum accipit ibi Sanctus Doctor perseuerantiam: Si verò sumatur pro perseuerantia in aliquo sui, sic etiã corruptibilia perseuerant in æternum; & sic saltem prædicta scriptura accipit perseuerantiam. Dixi, ly saltem: quia, si loquamur in vniuersum, accipit Salomon perseuerantiam pro perseuerãtia, vel in seipsis, vel in aliquo sui. Vidit enim Salomon, incorruptibilia quæque duratura fore in perpetuum in seipsis, & sic ibi quatenus de incorruptibilibus loquebatur, sumpsit perseuerantiã pro perseuerantia in seipsis: vidit quoque corruptibilia semper in aliquo sui ipsorum esse in æternum permansura, & sic ibi quatenus de corruptibilibus loquebatur, perseuerantiam accepit pro perseuerantia in aliquo sui. Vtroque ergo modo vtitur Ecclesiastes hoc nomine perseuerantia: & consequenter & corruptibilia, & incorruptibilia, intelligens vtraque per ly omnia affirmat non esse redigenda in nihilum. Secundò habes quomodo per rationem prę missum scripturæ locum, pro quanto aliquid nunquàm in nihilum prorsus redigendum asserit, & intelligas, & declares, & probes. Tertiò vides: quomodo ex his, similibusque vicissim Angelica hæc doctrina consolidetur, atque declaretur.

2^m de minori. Extendit. R. Actiuè: non, passiuè. §. Id est, agendo: non, recipiendo. Tunc nihil &c. Nam, quòd res finita duret in infinitum, sequitur infinitatem influxus dantis: non virtutem actiuam finitæ rei. Finita autem res potest recipere, licet non dare, influxum infinitum, i. ad infinitam durationem, sibi à Deo datum; quãuis influxus ille sit secundum se. i. secundum quòd res est, finitus: alioquin res finita non esset capax illius. In litera notato: vnde fit, quòd influxum à Deo perseuerandi in æternum quædam non percipiant.

3^m de minori. Desinunt. R. In seipsis: non, in potentia subiecti. §. Tunc nihil &cæt. Ex eo namque; quòd non desinunt, sed remanent in potentia subiecti, patet; quòd non rediguntur omnino ad nihilum: licet in seipsis deficiant, vt quibus subiectum actualiter dicebatur tale. Desinunt igitur esse secundum modum quo esse habebant; sed non omninò: quia adhuc subiectum eorum potest recipere illa saltem eadem specie, vel genere, vel aliquo alio modo.

Secun-

Comm. Cardinalis Caietani.

Titulus clarus.

¶ In corp. vna conclusio responsiua. Nihil omnino in nihilum redigitur. Probatur. Naturæ creaturarũ respectu naturalium, & gratiæ manifestatio respectu mirabilium, ostendit quòd res non rediguntur in nihilum. ergo nihil omnino in nihilum redigitur. Antecedens quo ad primam partẽ probatur, discurrendo per naturas: quia aut materiales, & remanet materia: aut immateriales, & manet tota. Quo ad secundum verò, quia non pertinet ad gratię manifestationem annihilatio. Probatur: quia magis diuina bonitas, & potentia ostenditur conseruando. Consequentia verò probatur, distinguendo res, quæ fiunt in duos ordines, s. naturalium, & miraculosorum, & aperiendo, quòd res naturales ex naturis miraculosè ex gratiæ manifestatione pensantur, quod probatur authoritate Apostoli 1. ad Corint. 12.

¶ In respons. ad secundum esto cautus. Nec intelligas propter habere, aut non habere contrarium, res esse naturæ æternæ, aut temporalis: sed hæc est manifestatio à posteriori: quia enim cœlum, & intelligentiæ sunt talis naturæ, ideò æterno conseruantur à Deo, & exemptæ à contrarijs, & non econuerso, vt patet in primo Cœli. & similiter, quia hæc inferiora sunt talia, ideo non sunt ex se conseruabilia æterna, & sunt impedibilia à contrarijs ne sine & diuinum influxum percipiant &c.

SVPER

SVPER Q. CV.
Art. 1.

CONCL. Deus immediatè potest mouere materiam ad formam.

¶ Prob. Quia Deus potest immediatè reducere in actum materiam (cum materia, vtpote ab eo producta, suæ potestati subiecta sit): & reducere materiam in actum est mouere materiam ad formam (cum forma sit actus eius).

1m ex Philos.º

Nihil. ℞. Excepto Deo. §. Tunc nihil &c. vt patet. Ideo autem aliqua alia forma non existens in materia, etiam quòd esset forma quæuis angelica non potest mouere immediatè materiam ad formam, imprimendo s. ei formam; quia materia non continetur in virtute alicuius substantiæ creatæ. Quia ergo materia in virtute Dei côtinetur, quæst. 44. art. 1. 2. ideo ei potest immediatè imprimere formã, quam voluerit. Assimilatur verò tunc iste effectus Deo non secundum genus vel speciem; sed secundum virtualem continentiam.

512 In sq. 110. art. 2. cor.

2m de maiori.

Agens. ℞. Ex necessitate naturæ: non, per voluntatem, & intellectû cognoscentem etiã proprias rationes rerum. §. Tunc nihil &c. Nec auctoritas Philosophi tunc facit contra propositum: quoniã loquitur de vniuersali opinione cognoscête vniuersalia tantum. Hinc enim fit; quòd ista vniuersalis opinio non mouet, nisi aliqua particulari apprehensione mediâte. Quia verò Deus per intellectum suum, quo, iuncta voluntate, agit, quæst. 19. artic. 4. cognoscit etiã proprias singularesque rationes rerum: ideo immediatè potest formam hanc vel illam materiæ imprimere.

3m de maiori.

* q. 19. artic. 4.

Determinatis. ℞. A Deo: non, à seipsis tantum. §. Tunc nihil &c. Quod enim potest facere Deus per causas secundas, potest facere per seipsum; cum tota virtus causarum secundarum sit ab ipso, & ipse nõ alligauerit potentiam suã causis secundis, quin sine illis facere non possit.

QVÆSTIO CV.

De mutatione creaturarum à Deo, in octo articulos diuisa.

DEINDE considerandum est de secundo effectu gubernationis diuinæ, qui est mutatio creaturarũ à Deo. Et primò, de mutatione creaturarum. Secundò, de mutatione vnius creaturæ ab alia.

CIRCA primũ quęruntur octo.

¶ Primò quæritur, Vtrum Deus immediatè possit mouere materiam ad formam.

¶ Secundò, Vtrũ immediatè possit mouere aliquod corpus.

¶ Tertiò, Vtrum possit mouere intellectum.

¶ Quartò, Vtrum possit mouere voluntatem.

¶ Quintò, Vtrum Deus operetur in omni operante.

¶ Sextò, Vtrum possit aliquid facere præter ordinem rebus inditum.

¶ Septimò, Vtrum omnia quæ sic Deus facit, sint miracula.

¶ Octauò, De diuersitate miraculorum.

ARTICVLVS I.

Vtrum Deus possit immediatè mouere materiam ad formam.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur quòd Deus non possit immediatè mouere materiã ad formam. Sicut enim probat Philosophus in 7. Metaphysic.* forma in hac materia nihil facere potest, nisi forma quæ est in materia, quia simile facit sibi simile in materia: sed Deus non est forma in materia, ergo non potest causare formam in materia.

*Lib. 7. Metaph. text. 28. tom. 3.

¶ 2 Præt. Si aliquod agens se habeat ad multa, nullum eorum producet nisi determinetur ad vnũ per aliquid aliud: vt. n. in 3. de Anima* dicitur, vniuersalis opinio non mouet, nisi mediante aliqua particulari apprehensione: sed virtus diuina est vniuersalis causa omnium. Ergo non potest producere aliquã particularem formam, nisi medianre aliquo particulari agente.

* Li 3. tex. 58. tom. 2.

¶ 3 Præterea. Sicut esse commune dependet à prima causa vniuersali, ita esse determinatum dependet à determinatis causis particularibus, vt suprà* habitum est: sed determinatum esse alicuius rei est per propriam eius formam. Ergo propriæ rerum formæ non producuntur à Deo, nisi mediãtibus causis particularibus.

SED CONTRA est, quòd dicitur Genes. 2. Formauit Deus hominem de limo terræ.

RESP. Dicendum, quòd Deus immediatè potest mouere materiam ad formam: quia ens in potẽtia passiua reduci potest in actum à potẽtia actiua, quæ eam sub sua potestate continet. Cum igitur materia côtineatur sub potestate diuina, vtpotè à Deo producta, potest reduci in actum per diuinam potentiam. Et hoc est moueri materiam ad formam: quia forma nihil aliud est, quàm actus materiæ.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd effectus aliquis inuenit assimilari causæ agenti dupl'r. Vno modo sm eandem speciẽ, vt homo generatur ab homine, & ignis ab igne. Alio modo sm virtualem continentiã, prout s. forma effectus virtual'r continetur in causa. Et sic animalia ex putrefactione generata, & plantæ, & corpora mineralia assimilant' Soli & stellis, quorum virtute generãtur. Sic igitur effectus causæ agenti similatur sm totũ illud, ad quod se extendit virtus agentis. Virtus autẽ Dei se extendit ad formã & materiam, vt s. habitum* est. Vnde compositum quod generatur, similatur Deo sm virtualem continentiã, sicut similatur côposito generãti per similitudinẽ speciei. Vnde sicut côpositũ generans potest mouere materiã ad formam generando côpositum sibi simile, ita & Deus: non aũt aliqua alia forma non in materia existens, quia materia non continetur in virtute alterius substantię separatæ. Et ideo dæmones & angeli operantur circa hæc visibilia, nõ quidem imprimendo formas, sed adhibendo corporalia semina.

* q. 44. artic. 1. & 2.

AD SECVNDVM dicendum, quòd ratio illa procederet, si Deus ageret ex necessitate naturæ: sed quia agit per volũtatem, & intellectum, qui cognoscit rationes proprias omniũ formarum, & non solum vniuersalis, indè est, quòd potest determinatè, hanc vel illam formam materiæ imprimere.

AD TERTIVM dicendum, hoc ipsum, quòd causę secundę determinẽtur ad determinatos effectus, est illis à Deo. Vnde Deus, quia alias causas ordinat ad determinatos effectus, potest etiam determinatos effectus producere per seipsum.

APPENDIX.

EX artic. habes primò: quomodo per rationem ostendas; scripturas iure insinuare nobis, quòd Deus potest immediatè mouere materiam ad formam. Hoc autem tunc insinuauit, quando dixit Gen. 2. Formauit Deus hominẽ de limo terræ. Item, & ædificauit costam in mulierẽ. Nam Deus immediatè corpus tum hominis tum mulieris modo dicto formauit, q. 91 art. 2. & q. 92. art. 4. & côsequenter materiã ad formam immediatè mouit. Locis allegatis proderunt hic dicta, & vice uersa huic loco proderũt ibi dicta: si videantur, & bene applicentur. Hunc articulũ scito esse contra Bezanitas, & si qui sunt similes, qui Dei omnipotentiam tollũt. Clarum est enim, quòd hoc ex omnipotentia Dei est, quòd materiã virtute côtineat, & consequenter totum quod est in re suprà q. 44. artic. 1. 2. cum ex omnipotentia fit ipsum creare: itemq; patet, quòd mouere immediatè materiam ad formam præsupponit, materiã contineri virtualiter in ipso sic mouente, & consequenter omnipotentiam in sic mouẽte requirit. Vide, in responsione ad primum. Secundò habes: quomodo per rationem præmissas scripturas cum similibus, pro quãto Deum astruũt immediatè mouere materiam ad formam, & intelligas, & declares, & probes. Tertiò vides: quomodo ex his, atque similibus, vicissim Angelica doctrina psentis articuli consolidetur, & declaretur.

Vtilitas pro Eccle. S. Dei.

2

3

¶ NOTAT. Articulo huic suffragatur artic. in ord. 39. 118. 509. 24. 236. 90. 564. 510.

Pro stud.

AR-

Comm. Cardinalis Caietani.

TItulus clarus.

¶ In corpore vna conclusio responsiua. Deus potest immediatè mouere materiam ad formam. Probatur. Ens in potentia passiua potest immediatè reduci in actum à potentia actiua, quę eam in potestate sua continet: ergo materia potest reduci in actum per diuinam potentiam immediatè. ergo potest moueri ad formam à Deo immediatè. Antecedens patet. Prima consequentia probatur. Materia continetur sub diuina potentia. quod probatur: quia est producta à Deo. Secunda consequentia probatur, quia actus materiæ est ipsa forma.

SVPER

ARTICVLVS II.

Vtrum Deus possit immediatè mouere aliquod corpus.

AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur quòd Deus non possit immediatè mouere aliquod corpus. Cùm enim mouens & motum oporteat esse simul, vt probatur in 7. Physic. oportet esse contactum quendam mouentis & moti: sed non potest esse contactus Dei, & corporis alicuius. dicit.n.Dion. in * 1.cap.de diuin.nom.quòd Dei non est aliquis tactus. Ergo Deus non potest immediatè mouere aliquod corpus.

¶ 2 Præt. Deus est mouens non motum: tale autem est appetibile apprehensum. Mouet igitur Deus sicut desideratum & apprehẽsum: sed non apprehenditur nisi ab intellectu, qui non est corpus, nec virtus corporis. Ergo Deus non potest mouere aliquod corpus immediatè.

¶ 3 Præt. Philosophus probat in 8. Phys. * quòd potentia infinita mouet in instanti: sed impossibile est aliquod corpus in instanti moueri, quia cum omnis motus sit inter opposita, sequeretur quòd duo opposita simul inessent eidem, quod est impossibile. Ergo corpus non potest immediatè moueri à potentia infinita. Potentia autem Dei est infinita, vt suprà habitum * est. Ergo Deus non potest immediatè mouere aliquod corpus.

SED CONTRA. Opera sex dierum Deus fecit immediatè, in quibus continetur motus corporum, vt patet per hoc quod dicitur Genes. 1. Congregentur aquæ in locũ vnum. Ergo Deus immediatè potest mouere corpus.

RESPON. Dicendum, ꝙ erroneum est dicere Deum non posse facere per seipsum omnes determinatos effectus, qui fiunt per quamcũque causam creatam: Vnde cum corpora moueantur immediatè à causis creatis, nulli debet venire in dubium, quin Deus possit mouere immediatè quodcumque corpus. Et hoc quidem conueniens est ad ea, quę suprà dicta * sunt. Nam omnis motus corporis cuiuscumque, vel consequitur formam, sicut motus localis grauium & leuium consequitur formam, quæ datur à generante, ratione cuius generans dicitur mouens: vel est via ad formã aliquam, sicut calefactio est via ad formam ignis. Eiusdem autem est imprimere formam, & disponere ad formam, & dare motum consequentem formam. Ignis enim non solùm generat alium ignem, sed etiam calefacit, & sursum mouet. Cùm igitur Deus possit immediatè formam materiæ imprimere, cõsequens est, vt possit secundũ quem cumque motum corpus quodcumque mouere.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd duplex est tactus, s. corporalis, sicut duo corpora se tangunt: & virtualis, sicut dicitur quòd contristans tangit contristatum. Secundum igitur primum contactum, Deus cum sit incorporeus, non tangit, nec tangitur: secundum autem spiritualem contactum tangit quidem mouendo creaturas, sed non tangitur: quia nullius creaturæ virtus naturalis potest ad ipsum pertingere. Et sic intellexit Dionysius, quòd non est tactus Dei, vt scilicet tangatur.

AD SECVNDVM dicendum, ꝙ mouet Deus sicut desideratum, & intellectum. Sed non oportet, quòd semper moueat, sicut desideratum & intellectum ab eo, quod mouetur, sed sicut desideratũ & motum à seipso: quia omnia operatur propter suam bonitatem.

AD TERTIVM dicendum, ꝙ Philosophus in 8. Physic. * intendit probare, quòd virtus primi motoris non sit virtus in magnitudine, tali ratione: Virtus primi motoris est infinita. Quod probat per hoc, quòd potest mouere tempore infinito: virtus autem infinita, si esset in aliqua magnitudine, moueret in non tempore, qđ est impossibile. Ergo oportet, quòd infinita virtus primi motoris sit non in magnitudine. Ex quo patet, ꝙ corpus moueri in non tempore, nõ consequitur nisi virtutem infinitã in magnitudine. Cuius ratio est, quia omnis virtus, quæ est in magnitudine mouet, sm̃ se totam, cum moueat per necessitatem naturæ. Potentia autẽ infinita improportionabiliter excedit quamlibet potentiam finitam. Quanto autem maior est potentia mouentis, tantò est maior velocitas motus. Cùm igitur potentia finita moueat tempore determinato, sequitur ꝙ potentia infinita non moueat in aliquo tempore: quia cuiuscumque temporis ad aliud tempus est aliqua proportio. Sed virtus, quæ non est in magnitudine, est virtus alicuius intelligentis, qui operatur in effectibus, secundum ꝙ eis conuenit. Et ideo cum corpori non possit esse conueniens moueri in non tempore, non sequitur quòd moueat in non tempore.

AR-

SVPER Q. CV. ART. II.

COncl. 1. Erroneum est dicere; Deum non posse facere per seipsum omnes determinatos effectus, qui fiunt per quamcũque causam creatam.

513 Opusc. 10. art. 1. & 5.

¶ Prob. Quia hoc patet (Vide suprà ar. 1. maximè ad tertium, & q. 104. art. 2.)

¶ Concl. 2. Nulli debet venire in dubiũ: quin Deus possit immediatè mouere quodcumque corpus.

* c. 1. à medio illius.

¶ Prob. Quia nulli dubium est, quod corpora immediatè mouẽtur à causis creatis.

¶ Concl. 3. Deus potest corpus mouere secundum quemcũque motum.

¶ Prob. Quia omnis motus corporis, vel consequitur formam, vel est via ad formam: Et Deus potest immediatè imprimere formã materiæ (supra art. 1.): eiusdemque est imprimere formam, dispone re ad formam, atq; dare motum consequentem formam.

* Li. 8 Physic. tex. 79. tom. 2.

1m de maiori.

Contactum. ℞. Vel corporalem: vel virtualẽ. §. Tunc nihil &c. Virtuali enim tangit Deus creaturam tantum: licet ipse non tangatur; vt Dionysius intellexit.

* q. 25. ar. 1.

2m de conclusione pa.

Desideratum, apprehensum. ℞. Quandoque ab eis, quæ ab ipso mouentur: & semper à semetipso. §. Tũc nihil &cæt. Cum enim mouet corpora, non oportet, vt desideretur à corporibus; sed tantum à semetipso: vt habes in litera. Sic itaque Deus mouet corpora vt mouens nõ motum, & vt appetibile. Quando autem mouet intellectuales creaturas, vltra hoc quòd mouet, vt desideratũ à semetipso, mouet etiam; vt desideratũ ab illis creaturis motis. Mouet.n. intellectualia propter bonitatem suã diuinã; & intellectualia hãc bonitatem desiderãdo mouentur in Deum.

Qũo Deus mouet.

* Ar. 1. huius quæst.

3m ex Philos.o

Potentia infinita. ℞. In magnitudine existens: non, extra magnitudinem. §. Tunc nihil &c. Nam Deus est potentia infinita extra omnem magnitudinem. Ex litera cognosce defectum argumenti esse fallaciam secundũ non causam, vt causam. Nõ enim ex eo, quod infinita est producit motum in instanti: sed ex eo, quòd in magnitudine est. Potentia enim talis in magnitudine, ageret per necessitatem naturæ: extra magnitudinem, agit per intellectum agendo in effectibus secundum quòd illis competit. Quo fit: vt potentia illa agens ex necessitate naturæ moueret corpus in instanti: illa vero agens per intellectum, non.

APPENDIX.

EX artic. habes primò: quomodo per rationem ostẽdas, scripturam dicere meritò virtualiter, quòd Deus potest immediatè mouere corpus. Hoc autẽ tunc dixit: quando ex persona Dei inquit Genes. 1. Congregentur aquæ in locum vnum. Ad hoc enim mandatũ cõgregatas fuisse aquas etiam testatur dicens. Congregationesque aquarũ appellauit maria. Congregatio igitur hæc aquarum fuit immediatè à Deo facta: cum sit de operibus sex dierum Nam opera sex dierum ab ipso immediatè facta fuere ex q. 73. & 74 & 75. Particulariter verò illa aquarũ congregatio immediatæ Dei operationi tribuitur, secundum illud Iob. 38. Circũdedi mare terminis meis. Vnde & ibi in Genesi post ly congregentur aquæ in locum vnũ, mox subdebatur, & appareat arida. Ecce termini, qbus inquit Deus se circumdedisse mare: &, quòd hæc operatio immediatè fit à Deo, patet per ly terminis meis. Quasi dicat: terminis potestate mea mari impositis. Naturale enim est; ꝙ aqua vndique sit super terram (vt dicit & sanctus Thom. & Philosophi), tanquàm elementum altius; sicut naturale videmus esse, quòd aer sit vndique super aquas: tamẽ propter necessitatem finis, vt s. animalia & plantæ possent viuere super terrã, necesse fuit, terrarum aliquas partes discooperiri. Quod quidẽ licet Philosophi attribuant actioni Solis media eleuatione vaporum terram desiccantis; nihilominus potestati diuinæ à scriptura sacra tribuitur, & in Genesi & in Iob (vt dictum est). Item hoc idẽ meritò dictum

Vtilitas pro Eccle. S. Dei.

* Libro 8. Phys. tex. 78. 79. & 80. tom. 2.

dictum Hierem.5. Me ergo non timebunt, ait Dominus, qui posui arenam terminum mari? Ecce, quòd immediatè aliquid à Deo, & singulariter, factum notat scriptura per illam loquendi phrasim; Me ergo, Qui posui. Hoc autem tam insigne opus tunc fuit: quando iussit Dominus; vt congregarentur aquæ in locum vnum, & appareret arida. Porrò, quòd aqua fit corpus, patet; quòd congregari in vnum locum sit motus, patet. Per supradicta ergo scriptura docuit: quod Deus potest immediatè mouere corpus. Vide articulum 1. append. & argue à fortiori dicens: Si Deus potest immediatè mouere materiam ad formam, quod est maius; ergo multo magis potest immediatè mouere corpus, quod est minus. Secundò habes: quomodo per rationem præmissas scripturas, pro quanto Deum immediatè mouere posse astruunt corpus, & intelligas, & declares, & probes. Tertiò vides: quomodo vicissim Angelicus ex his consolidetur articulus, & declaretur.

Comm. Cardinalis Caietani.

Titulus clarus.

¶In corpore vna conclusio responsiua. Deus potest immediatè mouere quodcumque corpus. Probatur dupliciter, primò necessariò: secundò rationabiliter. primò ergo sic. Erroneum est Deum non posse per seipsum facere omnes determinatos effectus, qui fiunt per quamcumque causam creatam. ergo Deus potest immediatè mouere &c. Antecedens supponitur discussum in quæstione 25. Consequentia probatur: quia vnus effectuum creatarum causarum est mouere corpora, vt patet. Secundò, probatur sic. Omnis motus vel est via ad formam, vel consequitur ipsam. ergo est ab eodem à quo est forma. ergo potest esse à Deo. Antecedens declaratur inductione prima. Prima consequentia probatur: quia eiusdem est dare formam, & disponere ad eam, & dare consequentia, quod declaratur in igne. Secunda verò consequentia probatur: quia Dei est dare formam, vt patet ex præcedentibus.

ARTICVLVS III.

Vtrum Deus moueat immediatè intellectum creatum.

AD TERTIVM sic proceditur. Videtur quòd Deus non moueat immediatè intellectum creatum. Actio enim intellectus est ab eo, in quo est: non enim transit in exteriorem materiam, vt dicitur in 9. Metaphys.* Actio autem eius, quod mouetur ab alio, non est ab eo in quo est, sed à mouente. Non ergo intellectus mouetur ab alio: & ita videtur quòd Deus non possit mouere intellectum.

¶ 2 Præterea. Id quod habet in se principium sufficiens sui motus, non mouetur ab alio: sed motus intellectus est ipsum intelligere eius, sicut dicitur quòd intelligere, vel sentire est motus quidam, secundum Philosophum* in tertio de Anima. Sufficiens autem principium intelligendi est lumen intelligibile inditum intellectui. Ergo non mouetur ab alio.

¶ 3 Præterea. Sicut sensus mouetur à sensibili, ita intellectus ab intelligibili: sed Deus non est intelligibilis à nobis, sed nostrum intellectum excedit. Ergo Deus non potest mouere nostrũ intellectum.

SED CONTRA. Docens mouet intellectũ addiscentis: sed Deus docet hominem scientiam, sicut dicitur in Psal. Ergo Deus mouet intellectum hominis.

RESPOND. Dicendum, quòd sicut in motibus corporalibus mouens dicitur quod dat formam, quę est principium motus: ita dicitur mouere intellectum, quod causat formam, quæ est principium intellectualis operationis, quæ dicitur motus intellectus. Operationis autem intellectus est duplex principium in intelligente. Vnum, scilicet, quod est ipsa virtus intellectualis, quod quidem principium est etiam in intelligente in potentia. Aliud autem est principium intelligendi in actu, scilicet similitudo rei intellectæ. Dicitur ergo aliquid mouere intellectum siue det intelligenti virtutem ad intelligendum, siue imprimat ei similitudinem rei intellectæ. Vtroque autem modo Deus mouet intellectum creatum: ipse enim est primum ens immateriale. Et quia intellectualitas consequitur immaterialitatem, sequitur quòd ipse sit primum intelligens. Vnde cum primum in quolibet ordine sit causa eorum, quæ consequuntur, sequitur quòd ab ipso sit omnis virtus intelligendi. Similiter cum ipse sit primum ens, & omnia entia præexistant in ipso sicut in prima causa, oportet quòd sint in eo intelligibiliter secundum modum eius. Sicut enim omnes rationes rerum intelligibiles primo existunt in Deo, & ab eo deriuantur in alios intellectus, vt actu intelligant: sic etiam deriuantur in creaturas, vt subsistant. Sic igitur Deus mouet intellectum, inquantum dat ei virtutem ad intelligendum vel naturalem, vel superadditam, & inquantum imprimit ei species intelligibiles, & vtrumque tenet, & conseruat in esse.

AD PRIMVM ergo dicẽdum, ꝙ operatio intellectualis est quidẽ ab intellectu, in quo est sicut à causa secunda, sed à Deo sicut à causa prima. Ab ipso enim datur intelligenti, quòd intelligere possit.

AD SECVNDVM dicendum, ꝙ lumẽ intellectuale simul cum similitudine rei intellectæ est sufficiens principium intelligendi, secundarium tamen, & ab ipso primo principio dependens.

AD TERTIVM dicendum, ꝙ intelligibile mouet intellectũ nostrum, inquantum quodammodo imprimit ei suam similitudinem, per quã intelligi potest. Sed similitudines, quas Deus imprimit intellectui creato, non sufficiunt ad ipsum Deum intelligendum per essentiam, vt supra habitum* est. Vndè mouet intellectum creatum, cum tamen non sit ei intelligibilis, vt dictum † est.

Marginal notes: * Libro 9. tex. 16. tomo 3. — * Lib. 3. de Aia, textu 28. tom. 2. — * q. 56. artic. 3. — † q. 12. ar. 2.

SVPER Q. CV. ART. III.

514

CONCL. Deus mouet intellectum creatum, inquantum ei ad intelligendũ dat virtutem vel naturalem, vel superadditam: & inquãtum imprimit ei species intelligibiles: & vtrumque tenet, & conseruat in esse.

¶ PROB. Quia illud mouet intellectũ, quod dat principium intellectualis operationis, siue illud sit virtus intellectiua, siue similitudo rei intellectæ (cũ vtrũque illorum principiorum sit quædam forma; ac in motibus etiã corporalibus illud dicatur mouẽs, quod dat formam, quæ est principium motus).

1^m de maiori.

Ab eo. R. Sicut à causa secunda: non, sicut à causa prima. §. Tunc nihil &c. Nam actio intellectualis est à Deo, tãquàm à causa prima; vt intendit conclusio: cui non obstat quòd sit ab intellectu, tanquàm à causa secunda, vt intendit Philosophos.

2^m de maiori.

Principium sufficiens. R. A nullo dependens: non, ab aliquo. §. Tunc nihil &c. Hoc enim mouetur ab eo, à quo dependet suum principiũ in tali genere sufficiẽs. Sic est de intellectu. Eius enim principium sufficiens, quod adducitur in argumento, dependet à Deo, etiam in conseruari, quæst. 104. artic. 1. & consequenter Deus mouet intellectũ creatum, ita quòd intellectus ipse non potest se mouere nisi moueatur à Deo. Dixi ly mouere, qđ est actio quædam; ad differentiam de ly deficere, seu formaliter peccare.

3^m de maiori.

Intelligibili. R. Imprimente intellectui similitudinem sufficientem ad seipsum intelligibile intelligendum: non aliter. §. Tunc nihil &c. Nam si aliquid imprimeret in intellectum similitudinem sufficiẽtem quidem ad alia intelligendum, non autẽ ad se imprimentem intelligendum, illud imprimens absque dubio moueret intellectũ ratione dicta in conclusione: & tamen non esset ab ipso intellectu intelligibile. In plus ergo est mouere intellectum ad intelligẽdum; quàm esse intelligibile ab intellectu moto: sicut in plus est mouere intellectum ad intelligendum, quàm mouere ad intelligẽdum seipsum mouentem. Aliter ergo Deus mouet intellectum, quàm ipsum intelligibile moueat: cum primo illorum modorum Deus moueat, intelligibile autem secundo.

APPENDIX.

Vtilitas pro Eccle. S. Dei.

EX artic. habes primò: quomodo per rationem monstres, recte & scripturas, & Philosophũ ponere, Deum mouere intellectũ creatum. Id verò innuunt scripturæ Psal. 93. Beatus, quem tu erudieris

ARTI-

tis Domine. Item ibi de Deo loquens; Qui corripit gentes non arguet? qui docet hominem scientiam? Cùm ergo erudiens aliquem, seu docens, moneat (vt patet) intellectum eius ad eruditionem, seu disciplinam; & Deus per scripturas erudiat, atque doceat hominem: relinquitur, quod scripturæ per has auctoritates, ac similes insinuasse voluerunt, quod Deus mouet intellectum creatum. Item meritò Papam Cœlestinum primum id sensisse, dum in epist. ad Episcopos Galliæ, inter alia dicit sic; Omnis sancta cogitatio, & motus piæ voluntatis, ex Deo sunt. Item meritò etiā Concilium Tridentinum sess. 6. can. 4. Si quis dixerit, liberum hominis arbitrium à Deo motum & excitatum nihil cooperari assentiendo Deo excitanti: anathema sit. Hæc ibi. Concilia illa pro tanto hic adducuntur solum, pro quanto intellectum creatum, cuius est cogitare, & ad arbitrij libertatem intrinsecè concurrere (cum liberum arbitrium sit facultas rationis & voluntatis, q. 83. artic. 2. & 3. & 4) moueri à Deo, testantur. Hoc idem multa alia Concilia dixerunt: sed indicasse sufficiat. Item habes: quomodo eadem ratione ostendas meritò esse dictum etiam à Philosopho; quòd nūquàm homo per liberum arbitrium potest aliquod bonum facere sine adiutorio Dei. Ratio autem sua est: quia in ijs, quæ facimus, quærendum est illud; propter quod facimus. At non est procedere in infinitum: sed est deueniendū ad aliquid, puta ad consilium. Sic ergo hoc bonum facio, quia consilium mihi est ad hoc: & hoc est à Deo. Vnde dicit; quòd consilium bonum est ab aliquo, quod est supra hominem mouens eum ad bene operandum. Et hic est Deus; qui & homines mouet, & omnia quæ agunt ad actiones suas: sed aliter, & aliter. Cùm enim huiusmodi motus sit quoddam receptum in moto; oportet, quod hoc fiat secundum modum suæ naturæ, id est rei motæ; & ideo omnia mouet secundum suas naturas. Ea ergo, quorum natura est, vt sit liberæ voluntatis, & domina suarum actionum, mouet liberè ad operationes; sicut creaturas rationales, & intellectuales: alia autem non liberè, sed vnumquodque illorum secundum modum suæ naturæ. Hæc Diuus Thomas, super secunda ad Corinthios cap. 3. ly Non sumus sufficientes cogitare aliquid à nobis quasi ex nobis, sed omnis sufficientia nostra ex Deo est, adducens Philosophum verbaliter, vt audisti. Secundò habes: quomodo per rationē scripturas prædictas cum similibus Concilia, atq; Philosophum, pro quanto intellectum creatum à Deo dicūt moueri, & intelligas, & declares, & probes. Tertio vides: quomodo ex his, huiusmodique, vicissim Angelica doctrina præsens consolidetur, & declaretur.

a

3

¶ Not. Articulo præsenti suffragatur articulus in ordine 53. 248. 56. 285. Quærere potes in articulis citatis, seu etiam appendicibus; si fortè ibi aliqua ad præsentem appendicem facientia inuenias: & inde suffragia abundantiora petere, negocio huic suauiter (vt decet) talia applicando, vel etiam hinc pro ipsorum locorum iuuamine vicissim dicta aliqua illuc per applicationē transferendo. Memoriale hoc sit tibi pro regula vniuersalissima in omnibus, & à principio scriptis, & ad finem vsque totius summę scribēdis huiusmodi notationibus pro studio citatorijs articulorum multorum, etiam quòd nunquam alicubi replicaretur.

Pro stud.

Regula vniuersalissima.

Comm. Cardinalis Caietani.

Titulus clarus, & clarior erit in corpore.

¶ In corpore tria. Primò, declarat quid, & quotuplex sit mouere intellectum. Secundò, respondet quæsito. Tertiò, epilogat.

¶ Quo ad primum duo, primo quid. Et dicit, quod mouere intellectum est dare formam, quæ est principium intellectualis operationis. declaratur à simili in corporibus, ex quibus nomen translatū est ad intellectus: quia mouere dicitur dans formam. Secundò, quotuplex, & dicit, quod est duplex iuxta duplicem formam, s. virtutem intellectiuam, & speciem intelligibilem.

¶ Quo ad secundū conclusio responsiua bimembris est. Deus mouet intellectum creatum vtroque modo, s. dando virtutem, & dando speciem intelligibilem. Probatur prima pars, primo. Deus est primum ens immateriale. ergo primum intelligens. ergo est causa omnis virtutis intelligendi. Antecedens patet. Prima consequentia probatur: quia intellectualitas sequitur immaterialitatem. Secunda verò, primum in quolibet ordine est causa cæterorum. Deinde probatur secunda pars. Deus est primum ens, ergo in seipso omnia præexistunt intelligibiliter. ergo rationes intelligibiles omnium primo sunt in eo. ergo ab eo deriuantur in omnes intellectus. Antecedens patet. Prima consequentia probatur & quo ad præexistentiam, quia est prima causa: & quo ad modū, quia sunt in eo per modum eius: ipsum enim supponitur intellectualem esse. Secunda est ex se euidens. Tertia similiter ex illa propositione: Primum in quolibet ordine: verumtamen in litera manifestatur ex hoc, quod ab ipso deriuantur omnia in esse naturæ, vt sint.

¶ Quo ad tertium epilogus patet. Et nota, quòd lumen infusum non numeratur inter species, sed inter virtutes intellectiuas: quia non se habet, vt ratio intelligendi, sed vt efficaciā præstans intellectui, confortando & eleuando ipsum, vt supertius de lumine gloriæ dictum est.

Ferr. 3. cont. c. 89.

SVPER Q. CV. ART. IIII.

515

Inf. q. 111. art. 2. & q. 115. art. 4. Et 1. 2. q. 9. art. 6. & q. 80. ar. 1. Et 2. d. 15. q. 1. art. 3. Et 3. cōtra cap. 88. 89. 91. & 29. prin. Et verit. q6. 22. artic. 9.

Concl. Proprium est Dei mouere voluntatem, & vt obiectū, & vt dans ei virtutem volendi; sed maxime hoc secundo modo, cā scilicet interius inclinando.

¶ Prob. Quia Deus, vt obiectum sufficiens, solus mouet voluntatem (cum solus ipse sit bonum vniuersale: & solus inclinat voluntatem in bonum vniuersale (cùm dirigere ad bonum commune sit proprium eius, qui pręest multitudini).

1^m de maiori.

Mouetur. B. Contra propriam inclinationē. non, secundum illam. §. Tunc nihil &c. Mouetur enim secundum propriam inclinationē voluntas, quotiescumque mouetur à Deo: quoniam ipse Deus dat voluntati propriam ad hoc inclinationem: vt patet in textu. Vide supra artic. 3. appen. infra appendicem huius, & art. 5.

ARTICVLVS IIII.

Vtrum Deus possit mouere voluntatem creatam.

Ad quartvm sic proceditur. Vr, quod Deus non possit mouere voluntatē creatā. Omne. n. quod mouetur ab extrinseco, cogitur: sed voluntas non potest cogi. Ergo non mouetur ab alio extrinseco: & ita non potest moueri à Deo.

¶ 2 Præterea. Deus non potest facere quòd cōtradictoria sint simul vera. Hoc autem sequeretur, si voluntatem moueret: nam voluntatē moueri est ex se moueri, & non ab alio. Ergo Deus non potest voluntatem mouere.

¶ 3 Pręt. Motus magis attribuitur mouenti, quàm mobili. vnde homicidium non attribuitur lapidi, sed proiicienti. Si igitur Deus moueat voluntatem, sequitur quòd opera voluntaria non imputentur homini ad meritum, vel demeritum: hoc autem est falsum. Non igitur Deus mouet voluntatem.

Sed contra est, quod dicitur Philip. 2. Deus est qui operatur in nobis velle, & perficere.

Resp. Dicendum, quòd sicut intellectus, vt dictum * est, mouetur ab obiecto, & ab eo qui dedit virtutem intelligendi: ita voluntas mouetur ab obiecto, quod est bonum, & ab eo qui creat virtutem volendi. Potest autem voluntas moueri sicut ab obiecto, à quocumque bono, non autem sufficienter & efficaciter nisi à Deo. Non. n. sufficienter aliquid potest mouere aliquod mobile, nisi virtus actiua mouentis excedat, vel saltem adæquet virtutem passiuam mobilis. Virtus autem passiua voluntatis se extendit ad bonum in vniuersali. Est enim eius obiectū bonum vniuersale, sicut & intellectus obiectum, est ens vniuersale. Quodlibet autem bonum creatum est quoddam particulare bonum: solus aūt Deus est bonum vniuersale. Vnde ipse solus implet voluntatem, & sufficienter eam mouet vt obiectum: similiter autem & virtus volendi à solo Deo causatur. Velle autem nihil aliud est, quàm inclinatio quædā in obiectum voluntatis, quod est bonum vniuersale. Inclinare autem in bonum vniuersale est primi mouentis, cui proportionatur vltimus finis, sicut in rebus humanis dirigere ad bonum commune est eius qui præest multitudini. Vnde vtroque modo propriū est Dei mouere voluntatem, sed maximè secundo modo interius eam inclinando.

* Ar. præc.

D. 752.

Secundum

Ad primvm ergo dicendum, quod illud quod mouetur ab altero, dicitur cogi, si moueatur contra inclinationem propriam: sed si moueatur ab alio quod sibi dat propriam inclinationem, non dicitur cogi: sicut graue cum mouetur deorsum à generante, non cogitur. Sic igitur Deus mouendo

2^m^ minor. Hoc autem sequeretur si voluntatem moueret. R. Negatur ista propositio. §. Ad probationem dicitur; quòd voluntatem moueri est quidem moueri ex se, sed non est moueri non ab alio; nisi illa voluntas nō habeat principium extrinsecum, à quo dependeat. Quia ergo voluntas creata habet principium extra, à quo dependet: ideo eam moueri ex se supponit simul eam moueri ab alio. Solius itaque voluntatis diuinæ est ex se moueri, & non ab alio. Vnde potes breuius respondere dicens: quòd illa propositio, scilicet voluntatem moueri est ex se moueri, & non ab alio, verificatur solum de voluntate diuina; & consequenter quòd non probat negatum, quoniam de voluntate creata loquimur nos.

uendo voluntatem, non cogit ipsam: quia dat ei eius propriam inclinationem.

Ad secundum dicendum, quòd moueri voluntariè est moueri ex se, id est, à principio intrinseco: sed illud principium intrinsecum potest esse ab alio principio extrinseco. Et sic moueri ex se non repugnat ei, quod mouetur ab alio.

3^m^ de consequentia. Moueat. R. Ita quòd tollatur per hoc ipsam voluntatem moueri ex se: non, ita quòd statuatur per hoc voluntatem moueri ex se. §. Tunc nihil &cæt. Nam motio Dei dat voluntati motæ propriam inclinationem: vt dicitur in corpore: & adhuc si per impossibile non daret, non sequeretur argumentum, sufficit enim ad meritum, vel demeritum, quòd mouens non tollat à voluntate hoc quòd voluntas ex se moueatur. Ob hoc dicimus veraciter: quòd ille, qui per suasionem inducitur à diabolo, vel homine ad faciendum aliquod malum, peccat: etiam quòd moueatur ad hoc à suasore. Nam alius persuadens ob id non tollit huic suaso quin voluntas huius ad id, quod suadetur, ex seipsa moueatur.

Meritū & demeritū, quō fit à voluntate.

¶Not. Pro prædictorum in responsionibus ad argumenta meliori captu, aduerte verba in Lateranensi Concilio sub Papa Martino primo dicta; quæ sunt hæc. Ecce apertissimè sanctorum Patrum doctrina veneranda manifestauit nobis: quoniam velle naturæ est in eis, qui substantialiter velle à Domino percepisse noscuntur: & propterea voluntates naturales sunt, & omni necessitate carentes. Et quoniam aliter, quàm ita, sapere stultum esse definiunt Patres; dum maximè illi iam (id est antiqui & noui hæretici) minime naturalem esse dicentes voluntatem, quæ ab ipsis confitetur, sed contra naturam eandem dogmatizant, peccatorem (vt dictum est) Dominum & Deum nostrum ex hoc commentantes; & propterea sanctorum Patrum doctrinas aut apertius denegantes, aut stulte interpretantes, sine dubio conuincuntur. Hæc ibi. Item suprà immediate, sic. Sed & B. Augustinus in 5. lib. contra Iulianum Pelagianum ait: Nunquid Iuliane, quando angelus aut homo aliquid vult, non natura eorum aliquid vult? Angelus & homo naturæ non sunt? Quis hoc dicturus est, quia non sunt? Si ergo naturæ sunt Angelus & homo; certum est: quòd natura vult, quando Angelus vult, & natura vult, quod homo vult. Et iterum alibi in eodem libro. Nunquidnam, Iuliane, ab homine voluntas hominis non procedit? Quomodo autem ab homine procedit, si vtique de natura eius non procedit: dum quando & ipse homo natura est? Hæc in Concilio illo.

APPENDIX.

Vtilitas pro Eccle. S. Dei.

Ex articulo habes primò quomodo per rationem enerues ineptissimum errorem Rabbi Moysis (Direct. Inquis. 2 par q. 4.) dicentis: quòd voluntas à Deo licet mutari possit, nunquàm tamen de facto immutatur. Nam ratione articuli huius ostenditur (vt patet): quòd Deus de facto moueat ac immutet voluntatem, & non solum quòd eam mouere ac immutare possit: immo (vt patet ex responsionibus argumentorum), quòd voluntas seipsam non, nisi Deo mouente possit mouere. Et quoniam (vt reor) suam hanc positionem, ne voluntas cogi videretur, asserebat; ac super argumenta hic facta vel his similia fundabat: icircò etiam modum, quo fundamenta eius ex ratione subruas, hinc trahere licet.

2 Secundò habes; quomodo per rationem demonstres, prædictum erroneum dictum fuisse meritò damnatum à scripturis Philippens. 3. sic; Deus operatur in nobis velle & perficere. Si enim operatur in nobis, & non tantùm operari potest, velle: vtique secundum scripturas, Deus non tantum potest mouere, seu immutare voluntatem, sed etiam de facto immutat. Item Prouerbiorum 21. Cor regis in manu Domini, quocumque voluerit, vertet illud. Si quocumque vult, vertit cor regis; secundum hanc scripturam ergo multo magis, vel saltem à simili corda, id est voluntates aliorum. Item Genes. 33. Eleuans autem Iacob vidit venientem Esau, & cum eo quadringentos viros, Diuisitque &c. Currens itaque Esau obuiam fratri suo, amplexatus est eum, stringensque collum eius, & osculans eum fleuit. Vide rem mirandam. statuerat Esau interficere fratrem suum Iacob, sicut ante comminatus fuerat suprà c. 27. & ad hoc cum totis viris nunc veniebat. Quid accidit? Immutauit Dominus cor eius, dum esset prope ipsi Iacob, adeoque immutata est voluntas eius: vt non solum non occiderit, nec occidere tentarit, aut in voluntate eum occidendi perseuerauerit, sed etiam vt in oppositum amorem subitò trāsierit ita, vt nec amoris vim abscondere valens in signa multum amabilia, vt audisti, ex insperato proruperit. Multa sunt in scripturis alia, quæ Deum de facto immutare voluntatem creatam etiam in actu contrario mox ante positam (vt de Laban Gen. 31. de Paulo Actu. 9 &c.) sed prædicta sufficiant. Ait enim Concilium Arausicanum in simili proposito cap. 25. sic. Innumerabilia sunt sanctarum scripturarum testimonia, quæ possint ad probandam gratiam proferri: sed breuitatis studio prætermissa sunt: quia & reuera, cui pauca non sufficiunt, plura non proderunt. Hæc ibi.

Ad tertium dicendum, quòd si voluntas ita moueretur ab alio, quòd ex se nullatenus moueretur, opera voluntatis non imputarentur ad meritum, vel demeritum: sed quia per hoc quòd mouetur ab alio, non excluditur quin moueatur ex se, vt dictum est:* ideo per consequens non tollitur ratio meriti, vel demeriti.

** In solut. præce. arg.*

3 Tertiò habes: quomodo per rationem in responsione ad tertium insinuatam (vltra dicta, contra Caluinum, quæst. 94. art. 4 appen.) eradicare valeas hæresim impiissimi Theodori Mopsuesteni (vt refertur in Concilio quinto Constantinopolitano, confessione seu collatione quarta) blaspheme dicentis; quòd Deus peccatū docuit, & mortem introduxit. Eius autem verba sunt hæc. Quoniam autem non obaudiuit Adam, deinde subditus est morti: & factum est hoc propter inobedientiam, quod & citra inobedientiam propter vtilitatem nostram à Creatore factum est, edocti sumus omnes peccatum. Item & alibi, sic: Nec igitur mortem non sponte & præter iudicium suum intulit hominibus, neque peccato aditum ad nullam vtilitatem dedit. Hæc ille. Viderat ille (opinor): voluntatis creatæ Deum esse motorem, tanquàm primam causam causæ secundæ: & ideo, cum voluntatem creatam peccare cognosceret, peccati authorem atque doctorem credidit Deum. Prædictæ positioni sensum conformem videntur habuisse Trinitarij dicendo: quòd Deus est causa cuiuslibet modi actus, & cuiuslibet circunstantiæ productæ. Ob hoc enim, quòd per tale suum dictum Deo peccati factionem tribuere Trinitarij visi fuere: icircò hanc eorum phantasiam inter errores Trinitariorum annumerari crediderim a Gabriele Prateolo.

Deus non est author peccati.

4 Quartò habes: quomodo per rationem ostendas; prædictam hæresim, cum similibus, iustissimè damnari ab eodem Concilio in eadem confessione sic. Anathema Theodoro Mopsuesteno; Anathema illi, qui non anathematizat eum; Defensores eius Iudæi sunt; sequaces eius Pagani sunt; Theodorum Mopsuestenum omnes anathematizamus; Theodorum & conscripta eius omnes anathematizamus. Multitudo lectarum blasphemiarum, quas contra magnū Deum euomuit, iustam eius facit condemnationem. Hæc ibi. Idem Concilium in confessione 8. hoc ipsum iisdem, & pluribus verbis repetit. Item iustè damnat. à &c. vt suprà q. 19. art. 6. & 9. item q. 23. art. 1. & q. 24. artic. 1. & q. 93. art. 8. & quæst. 49. art. 2. Pro præsentis appendice articuli dicta nonnulla append. artic. 3. faciunt: quandoquidem intellectus & voluntas multam inter se connexionem habent.

5 Quintò habes: quomodo per rationem ostendas, Papam Cœlestinum primum in epist. prima ad Episcopos Galliæ meritò & dixisse, & per hoc errorem prædictum Rabbi Moy. damnasse sic. Præparatur voluntas à Domino; & vt boni aliquid agant, paternis inspirationibus suorum ipse tangit corda fidelium. Quotquot enim spiritu Dei aguntur, hi filij sunt Dei: vt nec nostrum deesse sentiamus arbitrium, & in bonis quibusque voluntatis humanæ singulis motibus magis illius valere non dubitemus auxilium. Hæc ibi. Ecce; quòd secundum Papam & voluntas remanet libera, & à Deo mouetur, & à Deo magis quàm à seipsa mouetur. Idem infra in eadem epistola, sic. Ita Deus in cordibus hominum, atque in ipso libero operatur arbitrio; vt sancta cogitatio, pium consilium, omnisque motus bonæ voluntatis, ex Deo sit; quia per illum aliquid boni possumus, sine quo nihil possumus. Quod ergo tempus (ait Zosimus Papa) interuenit; quo eius non egeamus auxilio? In omnibus igitur causis, actibus, cogitationibus, motibus, adiutor, & protector orandus est. Hæc ibi. Item Papa Innocentius primus, in epistola ad Mileuitanum Concilium, sic. Audiat Dauid dicentem, Adiutorium nostrum in nomine Domini; &, Adiutor meus esto, ne derelinquas me, neque despicias me Deus salutaris meus. Quæ incassum dixerit; si tamen in eius erat positum voluntate, quæ à Domino flebili sermone poscebat. Quæ cum ita sint, cumque in omnibus diuinis paginis voluntati liberæ non nisi adiutorium Dei legamus esse nectendum, eamque nihil posse cœlestibus præsidijs destitutam;

quonam modo huic soli possibilitatẽ hanc pertinaciter defendentes, sibimet immo plurimis Pelagius, Cęlestinusque persuadent? Hæc ibi. Faciunt prædicta etiam pro 1.2.q.109. artic.&c. sed pro tanto nunc adducuntur, pro quanto Deum voluntatem astruunt de facto non mouere. Sextò vides: quomodo ex his vicissim Angelica hæc doctrina declaretur, atque confirmetur. 6

Comm. Cardinalis Caietani.

Titulus clarus.

¶ In corpore duo. Primò, dicit quotuplex est mouere volũtatem: secundò, respondet quæsito.

¶ Quo ad primum dicit, quòd voluntatem mouere, dupliciter capitur. Vno modo sicut obiectum: alio modo sicut dans ipsam virtutem volendi. Declaratur à simili in intellectu ex præcedenti articulo. Et nota, quòd non assimilat motionem voluntatis motioni intellectus quo ad habere similitudinem ab obiecto, quę sit principium actus: quia in voluntate non est talis progressus, qualis in intellectu, sed assimilat quo ad motionem absolutè, quia. s. vterque mouetur ab obiecto, quamuis dissimiliter.

¶ Quo ad secundum, conclusio respõsiua est, Proprium est Dei mouere voluntatem vtroque modo, & maxime secundo, scilicet interius inclinando. hæc conclusio declaratur, & probatur. Primò, quo ad primum modum, scilicet motionem obiectiuam, declaratur, quòd intelligitur de motione sufficienti, & efficaci, id est, quòd ex natura obiecti sufficiat non ad alliciendum, sed ad efficaciter ducendum voluntatem in actum secundum, respectu sui, & hoc ad differentiam aliorum. Non.n.differt Deus ab aliis per hoc, quòd ipse solus possit uoluntatem obiectiue mouere, quoniam hoc potest quodlibet bonum: sed per hoc, quòd ipse solus potest sufficienti efficacia obiectiue uoluntatem mouere. Probatur autem sic, Sola uirtus actiua excedens, aut adæquans virtutem passiuam, potest sufficienti efficacia ipsam mouere. ergo solum bonum vniuersale potest sufficienter, efficaciterque uoluntatem mouere. ergo solus Deus implet uoluntatem, & sufficienter eam mouet. Antecedens patet, & prima consequentia probatur: quia uirtus passiua uoluntatis se extendit ad bonum uniuersale. quod probatur: quia est eius obiectum, quod manifestatur; quia intellectus obiectum est ens uniuersale. Secunda consequentia probatur: quia quælibet creatura est bonum particulare, Deus autem uniuersale. Deinde probatur, quo ad secundum modum mouendi, scilicet dando uirtutem uolitiuam sic. Inclinare in bonum uniuersale est primi mouentis. ergo inclinare in obiectum uoluntatis. ergo dare uelle. ergo dare uirtutem uolitiuam. Antecedens probatur: quia finis ultimus proportionatur primo mouenti: quod manifestatur exemplo in ciuilibus. Prima consequentia probatur; quia bonum uniuersale est obiectum uoluntatis. Secunda, quia uelle nihil aliud est, quàm inclinatio in tale obiectum. Tertia est per se nota: eiusdem enim est dare actum ab intrinseco, & potentiam: immo per hoc dicitur dare actum ab intrinseco, quia dat principium eius. Et nota uim huius rationis, quòd non loquitur de uelle tali uel tali, id est specificato ad tale obiectum, sed de uelle absolutè, cuius proprium obiectum est bonum, non tale aut tale, & principium est, non uoluntas sic, aut sic affecta, sed uoluntas ut sic. Et propterea, si Dei est dare hunc actum qui est uelle, oportet ut eius sit dare uoluntatem. Vltima autem pars, scilicet quòd maximè proprium Dei sit mouere secundo modo, propterea dicta est: quia mouere obiectiue uoluntatem communicatur aliis, quãuis non sufficienti efficacia. Mouere autem ab intus nulli communicatur: solus enim Deus illabi potest libero arbitrio, qui solus fecit, & conseruat illud. Ea quæ de motione uoluntatis essent hic differenda, iam determinata sunt superius.

Ferr. 3. cont. c. 66. 67.

516

3. contra cap. 66. & 67. Et lib. 4. c. 44. Et op. 3. c. 131. & 145.

SVPER Q. CV. ART. V.

Conel. Deus operatur in omni operante; sic tamen quòd ipsæ res propriã habent operationem.

¶ Prob. Quia Deus est cuiuslibet operationis causa vt finis (cùm nihil sit bonum verum, vel apparens; nisi secundum quòd participat aliquam similitudinem summi boni), vt agens (cum omnia agentia secunda agant in virtute primi), vt forma (inquantum dat, atque conseruat formas actionum; nec tantum applicat eas ad agendum, vt est de Sole, de generante, de artifice): & finis, agens, forma, se habent vt principium actionis (patet in artificibus). Secunda autem pars, s. sic tamen ꝙ &c. probatur; Quia & derogaretur potentię creantis, si tolleretur à rebus ordo causæ, atque causati: & virtutes operatiuæ inuentæ in rebus, frustra inessent ipsis, si per eas nihil operarentur (Quinimmo etiam omnes res creatæ viderentur quodammodo esse frustra; si propria operatione &c. Vt in litera).

Primum

ARTICVLVS V.

Vtrum Deus operetur in omni operante.

AD QVINTVM sic proceditur. Videtur, quòd Deus non operetur in omni operante. Nulla enim insufficientia est Deo attribuenda. Si igitur Deus operatur in omni operante, sufficienter in quolibet operatur. Superfluum igitur esset, quòd agens creatum aliquid operaretur.

¶ 2 Præt. Vna operatio non est simul à duobus operantibus, sicut nec vnus numero motus potest esse duorum mobilium. Si igitur operatio creaturæ est à Deo in creatura operante, non potest esse simul à creatura: & ita nulla creatura aliquid operatur.

¶ 3 Præt. Faciens dicitur esse causa operationis facti, inquantum dat ei formam, qua operatur. Si igitur Deus est causa operationis rerum factarum ab ipso, hoc erit, inquantum dat eis virtutem operandi: sed hoc est à principio quando rem facit. Ergo videtur ꝙ vlterius non operetur in creatura operante.

SED CONTRA est, quod dicitur Isa. 26. Omnia opera nostra operatus es in nobis Domine.

RESP. Dicendũ, ꝙ Deum operari in quolibet operãte, aliqui sic intellexerunt, ꝙ nulla virtus creata aliquid operaretur in rebus, sed solus Deus immediatè omnia operaretur, puta, ꝙ ignis non calefaceret, sed Deus in igne, & similiter de omnibus aliis. Hoc autem est impossibile, Primò quidem, quia sic subtraheretur ordo causæ & causati à rebus creatis, quod pertinet ad impotentiã creantis. Ex virtute.n. agentis est, ꝙ suo effectui det virtutem agendi. Secundò, quia virtutes operatiuę, quæ in rebus inueniuntur, frustra essent rebus attributæ, si per eas nihil operarentur: quinimmo omnes res creatæ viderẽtur quodammodo esse frustra, si propria operatione destituerentur, cũ omnes res sint propter suã operationem. Semper.n. imperfectũ est propter perfectius. Sicut igit materia est pp formam, ita forma quæ est actus primus, est pp suã operationẽ, quæ est actus secundus: & sic operatio est finis rei creatæ. Sic igitur intelligendũ est Deum operari in rebus, ꝙ tñ ipsę res propriam habeant operationem.

Ad cuius euidentiã considerandum est, ꝙ cũ sint causarum quatuor genera, materia non est principium actionis, sed se habet vt subiectum recipiens actionis effectum. Finis verò, & agens, & forma se habent vt actionis principium, sed ordine quodam. Nam primum quidem principium actionis est finis, qui mouet agentem. Secundò verò, agens. Tertiò autem, forma eius, quod ab agente applicatur ad agendum. Quàmuis & ipsum agens per formam suam agat, vt patet in artificialibus. Artifex enim mouetur ad agendum à fine, qui est ipsum operatum, puta, arca, vel lectus, & applicat ad actionem securim, quæ incidit per suum acumen. Sic igitur secundum hæc tria Deus in quolibet operante operatur. Primò quidem, secundũ rationem finis. Cùm.n. omnis operatio sit propter aliquod bonum verum, vel apparens; nihil autem est, vel apparet bonum, nisi secundum ꝙ participat aliquam similitudinem summi boni, quod est Deus, sequitur quòd ipse Deus sit cuiuslibet operationis causa, vt finis.

Similiter considerandũ est, ꝙ si sint multa agentia ordinata, semper sm agens agit in virtute primi. Nam primum agens mouet ad sm agendum. Et sm hoc omnia agunt in virtute ipsius Dei: & ita ipsa est causa omniũ actionũ agentium. Tertiò, considerandũ est, ꝙ Deus mouet non solum res ad operandum, quasi applicando formas & virtutes rerum ad operationem, sicut etiã artifex applicat securim ad scindendũ, qui tamen interdum formam securi non tribuit: sed etiam dat formam creaturis agentibus, & eas tenet in

net in esse: Vnde nó solum est causa actionum inquantú dat formá, quæ est principium actionis, sicut generans dicitur esse causa motus grauium & leuium: sed etiam sicut conseruans formas, & virtutes rerum, prout Sol dicitur causa manifestationis colorum, inquantum dat, & conseruat lumen, quo manifestantur colores. Et quia forma rei est intra rem, & tantò magis, quantò consideratur vt prior, & vniuersalior, & ipse Deus est propriè causa ipsius esse vniuersalis in rebus omnibus, quod inter omnia est magis intimum rebus, sequitur quòd Deus in omnibus intimè operetur. Et propter hoc in sacra scriptura operationes naturæ Deo attribuuntur quasi operanti in natura, secundùm illud Iob. 10. Pelle & carnibus vestisti me, ossibus & neruis compegisti me.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd Deus sufficienter operatur in nobis ad modum primi agentis: nec propter hoc superfluit operatio secundorum agentium.

AD SECVNDVM dicendum, quòd vna actio nó procedit à duobus agentibus vnius ordinis. Sed nihil prohibet quin vna & eadem actio procedat à primo, & secundo agente.

AD TERTIVM dicendum, quòd Deus non solum dat formas rebus, sed etiam conseruat eas in esse, & applicat eas ad agendum, & est finis omnium actionum, vt dictum * est.

ARTI-

1m de conclusione. Sufficienter. R. Ad modum tantum primi agentis: non, ad modum etiam secundorum agentium. §. Tunc nihil &c. Nam stant simul hæc duo: & quòd causa superior ad aliquam actionem operetur sufficienter iuxta modum superiori causæ competentem; & quòd causa inferior ordinata pro illamet actione requiratur necessario ad illammet actionem iuxta modum inferiori causæ competentem. Vide Papam Cœlestinum, & Innoc. artic. 4. in append. & quod ipsi dicunt de voluntate, cordibus, libero arbitrio, tu proportionaliter etiam applica ad omnia creata operantia: notando; quòd maximi illi Pontifices ad eandem actioné sentiunt, sufficientia salua superioris causæ, inferiorem etiá causam cócurrere. Exemplum de Sole, & homine, generantibus hominem, de influxu cęlorú, & terra, ac hominis cultura, producétibus frumentum: & de alijs huiusmodi. Nunquid, ex quo Sol sufficienter in genere suo (vt patet sapientibus) generat hominem, frumentum &c. ideo frustra est, vel etiam nó requiritur necessario, hominis actio ad generandú hominem: cultura terræ, eiusdemque actio, ad producendum frumentum?

¶ NOT. Diligentissime notato; quòd hæretici argumentum simile huic primo argumento literæ facere solent de passione Christi, de eius meritis, ad tollendum operum nostrorú necessitatem. Sed tu responsionem hanc præsenti argumento datam accipiens ad solutionem argumenti ipsorum (vt par est) applicabis: & sic astutiam eorum, vel ignorantiam, vel vtrumque simul optimè deludes; cum Achilleam (vt opinantur) suam rationem coram hominibus, etiam rusticis vanissimam esse paleam ostendes ad sensum. Quòd si adiunxeris dictum in corporis ferè principio, videlicet quod ex virtute Dei agentis est, quòd det suo effectui virtutem agendi; tunc aperte videbis: quòd ex virtute Christi merentis est, quòd in opera nostra descendat virtus merendi: Inde quoque conspicies, quòd derogát potentiæ Christi omnes, qui a creatura subtrahunt opera meritoria. Et hoc vltimum etiam contra ignorantissimam eorundem diligentiam dicentium; quòd ij, qui operum necessitatem, meritorum, & sanctorum intercessorum, &c. ponunt, derogant operibus, meritis, intercessioni &c. Christi.

2m de antecedente. Duobus operantibus. R. Eiusdé ordinis: non, diuersorú ordinú. §. Ita. s. quòd vnum operans sit primum, aliud sit secundum illi subordinatum. §. Tunc &c. Licet enim vnus numero motus non possit esse duorum mouentium eiusdem ordinis, i. ita quòd vtrumque mouens sit primum; tamen potest esse duorum, immo etiam plurium diuersi ordinis, i. ita quòd vnum sit primum, aliud secundum, aliud tertium, &c. Et consequenter vnum mobile numero, vno motu numero potest moueri à motoribus diuersis numero, sed tamen subordinatis. Vna igitur actio numero, vnius numero creaturæ, erit à Deo, & ab illa creatura: à Deo vt à primo, ab illa vt à secundo agente. Sic ergo ex hac litera intellige summorum Pontificum Cœlestini & Innocentij dicta, in art. 4. append. de bonis per liberum nostrum à Deo motum factis; & si qua, vel in Concilijs, vel in scripturis sanctis, sunt similia. E contrario de non subordinatis motoribus dictum esse fateberis, & intelliges, illud Matth. 6. Nemo potest duob. dominis seruire: item 1. Cor. 10. Non potestis calicem bibere Domini, & calicem dæmoniorum: non potestis mensæ Domini participes esse, & mensæ dæmoniorum: item 3. Reg. 18. Vt quid claudicatis in duas partes? Si Dominus est Deus, sequimini eum: si autem Baal, sequimini illum. Item Iac. 4. Si quis vult amicus fieri huius mundi, inimicus Dei constituitur. Quo contrà de subordinatis dicitur à Samuele. 1. Regú 7. Seruite Deo soli. Licet. n. secundú planá literam ly soli, dicatur ad differentiá idolorú Baalim & Astaroth: tamen secundum practicam ly soli, compatitur secum obedientiam ad ipsum Samuelem. Patet namque, quòd ij, filii Israel, etiam postquam Deo soli seruire statuerunt, Samueli obedire pro multo tempore non recusarunt. Ecce; quòd subordinatis (plurib. etiá) seruire nos non facit; quòd nó seruiamus vni soli, s. tanquàm primo; quamuis hoc de nó subordinatis verificari non possit. Hæc omnia ex litera.

* In corp. art.

3m de antecedente. Dat ei formam. R. Vel conseruat eam in esse; vel applicat eam ad agendum; vel est finis operationum rei illius. §. Tunc &c. vt patet in litera. Vide in corpore, vt intelligas hoc responsum: Et vide literam hanc, vt intelligas applicationem responsi. Inde autem scito; quòd Deus cum omnibus illis modis coniunctim sumptis est causa omnis operationis cuiuslibet rei; & quod non tantum operatur in omni creatura quodcumque opus operante (præter peccatum): sed maximè operatur. Et intimè igitur (vt in fine corporis), & maxime, sic operatur. Applica ad conclusionem pro prima parte.

APPENDIX.

Vtilitas pro Eccles S. Dei.

EX articulo habes primò; quomodo per rationem ostédas, scripturas sacras meritò innuere, quòd Deus operatur in omni operante. Hoc autem innuunt Isa. 26 omnia opera nostra operatus es in nobis Domine. Per hoc. n. voluit dicere Propheta; quòd Dominus in omni operante operatur. Nam minus vr̃ de homine, cú sit à Deo in manu sui liberi consilii relictus, quòd Deus in omni operante homine operetur: & tamen hoc, quod minus vr̃ esse, testatur Isaias esse verum. Multo igitur magis hoc esse uerum de alijs eodé tenore literæ conuincitur: quandoquidem si, de quo minus videtur inesse, inest, vtique (sm regulam logices) ei, de quo magis videtur inesse, magis inerit. Item innuunt hoc 1. Cor. 12. Diuisiones operationum sunt; idem verò Deus, qui operatur omnia in omnibus. Item Ioan. 5 Pater meus vsque modò operatur, & ego operor. Hæc enim auctoritas non de nouis operibus perfectis in specie condendis loquitur, quoniam à tali opere iam cessauit Gen. 2. sed de operando in rebus conditis, propagandis, operaturis. Quasi dixerit, Pater meus in omni opere suæ creaturæ operatur; & ego simul operor, & per consequens Spiritussanctus amborum nexus; atque ideo tota Trinitas sic operatur. Ex hac Domini sententia colligunt, & bene, Theologi; quod omnia opera Trinitatis ad extra sunt indiuisa. Vide suprà ar. 1. 2. 3. 4. appen. 2 Secundò habes; quomodo præmissas, similesque sententias, pro quanto Deum dicunt in omni operante operari, & intelligas, & declares, & probes. 3 Tertiò vides: quomodo ex his, atque huiusmodi, vicissim Angelica doctrina præsens consolidetur.

Comm. Cardinalis Caietani.

TItulus clarus.

¶ In corpore duo principaliter. Primò, excludit quendam errorem: secundò, respondet quæsito.

¶ Quo ad primum tria, unum suppositum: aliud est ipse error; tertio reprehensio. Supponitur hic quasi pro constanti, Deum operari in omnibus, sed de modo uidetur tota quæstio. Error ergo est circa modum operádi: quidam enim quos refert Auerroes 9. Metaphysic. commen. 7. dicunt Deum operari in omnibus sic, quòd nulla alia uirtus operatur aliquid ad reprehenduntur autem hi dupliciter, ducendo ad impossibilia. Primò, quia periret ordo causarum, & consequenter esset impotentia in Deo. Tenet sequela, quia impotentis est non posse facere alia cooperatiua sibi. Secundo, quia frustra essent uirtutes operatiuæ rerum, immo res omnes. Probatur prima consequentia quo ad primam partem, quia non operarentur. quoad secundam, quia imperfectú est propter perfectius in eodem. ergo actus primi propter secundos. ergo res omnes propter operationes suas. ergo operationes sunt fines rerum. ergo sine eis frustra. Antecedens patet, & consequentia nota est, & confirmatur, sicut materia propter formam, cætera sunt clara.

¶Quo ad secundũ tria facit. Primo, proponit conclusionẽ responsiuam in vniuersali, Deus operatur in omni operante sic, ꝙ ipsę res habent proprias operationes. Secundo, distinguit genera causarum, vbi dicit tria, numerum ꝙ sunt quatuor: differentiam respectu agere, quia vnum, s. materia, non principium, sed subiectum cætera sunt principia actionis, & ordinem, quia primò finis: secundò agens: tertiò forma.

¶Nota hic duo. Primo, ꝙ quia hic non egemus generibus causarum in ordine ad esse, sed ad operari, vt patet ex titulo: ideo litera non accepit formam in agente, aut in effectu, sed instrumento, quoniam forma instrumenti non est nisi propter operationem. Secundò, quòd litera distinguit genus causæ formalis ab efficiente, & alijs in ordine ad operationem. Factum est autem hoc iudicio meo, non quòd supponatur decisa hæc quæstio, an forma sit causa operationis in genere causæ formalis, sed propter duo, alterum manifestum, alterum occultum. Manifestum est, quòd causare operationem, vt forma, & vt agens, distinguuntur sicut causare vt quo, & vt quid. Occultum verò est, an omnis operatio sequens formam, sequatur eam effectiuè, finaliter, vel materialiter, & nulla sequatur eam formaliter. Consuetus enim sermo obtinuit, vt dicamus etiam causas formales in operando in his, in quibus operatio resultat ex ea, quasi esse quoddam, vt in exemplo de lumine in litera adducto patet, & in his, quæ pertinent ad intellectum contingit. Ratio autem ad oppositum videtur. Quouis autem modo sit, vt sermo præsens omnibus opinionibus superfit, distinctum est, Deum esse non causam formalem, sed causam ratione formæ principiantis omnis operationis, vt etiam operationes attributas magis formis, quàm agentibus intimè comprehenderet. Tertio, proponit conclusionem responsiuam in speciali iuxta hæc tria membra, Deus in quolibet operante operatur secundum hæc tria, s. finem, & agentem, & formam, & probat quo ad singulas partes singillatim. Et primo in ratione finis. Finis omnis operationis est bonum verum, aut apparens. ergo participans similitudinem summi boni. ergo ipsum summum bonum. Deinde similiter in ratione agentis, Primum agens mouet secundum ad agendum. ergo agit in virtute ipsius. ergo ipse est causa omnium actionum agentium. Demum secundum formam, vbi duo, primo dicit modum quomodo hoc conuenit Deo: secundo deducit duo corollaria ordinatè, Deus est causa operationum secundarũ non solum vt applicans, nec solum vt dans principia actionum: sed vt dans, applicans, & conseruans formas, quæ sunt principia actionum. ergo est causa omnium operationum secundum formam. Antecedens declaratur, & excludendo membra exemplo artificis & generantis graue: & declarando intentum exemplo Solis, & luminis respectu manifestationis. Primum corollarium est, Deus operatur in omnibus intimè. probatur. Forma est intra rem. ergo quanto vt prior & vniuersalior considerata, est interior. ergo secundum esse est intima. ergo vt est à Deo. ergo Deus intimè operatur in omnibus. Totus processus est clarus ex se, penultima verò consequentia probatur ex eo, quòd Deus est propriè causa ipsius esse vniuersalis in rebus, vt patet ex superioribus. Secundum corollarium, Operationes naturæ propterea attribuuntur Deo in Scriptura, vt in Iob 20.

Ferr. 3. cont. c. 98. 99.

SVPER Q. CV. ART. VI.

517 3. q. 43. ar. 2. corp. Et 3. contra c. 98. 99. & 161. Et po. q. 6. art. 1. Et opusc. 3. ca. 138. Et opusc. 10. ar. 1. & 17.

CONCL. 1. Si ordo rerum consideretur, prout dependet à prima causa; sic contra ordinem rerum Deus facere non potest.

¶ PROB. Quia sic faceret contra suam præscientiam, & consequẽter contra semetipsum.

¶CONCL. 2. Si consideretur ordo rerum, prout dependet à qualibet secundarũ causarum; sic Deus põt facere præter ordinẽ rerũ.

¶ PROB. Quia ordo secundarum causarum est Deo eius auctori subiectus: & Deus nõ est subiectus isti ordini (cũ potuisset alium ordinẽ instituere, possetque adhuc).

1^m minor. Hoc videtur esse contra naturã, quod est præter ordinem naturaliter rebus inditum. ℞. Si hoc fiat per actionem agentis, qui non dedit rebus ipsis inclinationem naturalem; non autem, si fiat ab agente naturalẽ inclinationem dante. §. Tunc nihil &c. Nam Deus omnibus rebus, cum sit omnium conditor, dedit inclinationẽ naturalem: & ideo per actionem Dei factum extraordinariũ cursum non est contra naturã. Exemplum (à minori) de fluxu & refluxu maris: & ex hoc exemplo agnosce, quòd facere præter cursum ordinarium non est quandoque contra naturam etiam in rebus creatis. Ecce: quòd licet cursus ordinarius aquarum sit descendere versus centrum; tamen fluere & refluere ipsarum aquarum, & consequenter non descendere ad centrum, non est contra naturam illarum, hoc faciente cœlo.

2^m de maiori. Ita. ℞ Quantũ ad vtriusque institutionẽ: nõ, quantum ad vtriusque insti-

ARTICVLVS VI.

Vtrũ Deus possit facere aliquid præter ordinem rebus inditum.

AD SEXTVM sic proceditur. Videtur quòd Deus nõ possit facere aliquid præter ordinem rebus inditum. Dicit enim Aug.* 26. contra Faustum, Deus conditor & creator omnium naturarum nihil contra naturam facit: sed hoc videtur esse contra naturam, quod est præter ordinem naturaliter rebus inditum. Ergo Deus non potest facere aliquid præter ordinem rebus inditum.

¶2 Præt. Sicut ordo iustitiæ est à Deo; ita & ordo naturę: sed Deus non põt facere aliquid præter ordinem iustitię. faceret. n. tunc aliquid iniustum. Ergo non potest facere aliquid præter ordinem naturę.

¶3 Præt. Ordinem naturæ Deus instituit. Si igitur præter ordinem naturæ Deus aliquid faciat, videtur quòd ipse sit mutabilis, quod est inconueniens.

SED CONTRA est, quod August.* dicit 26. contra Faustum, ꝙ Deus aliquando aliquid facit contra solitum cursum naturæ.

*Li. 26. cõtra Faust. c. 3 à med. tom. 6.

RESPON. Dicendum, quòd à qualibet causa deriuatur aliquis ordo in suos effectus, cum qualibet causa habeat rationem principii. Et ideo secundùm multiplicationem causarum multiplicantur & ordines, quorum vnus continetur sub altero, sicut & causa continetur sub causa: vnde causa superior non continetur sub ordine causæ inferioris, sed econuerso, cuius exemplum apparet in rebus humanis. Nam ex patrefamiliâs depẽdet ordo domus, qui continetur sub ordine ciuitatis, qui procedit à ciuitatis rectore, cum & hic contineatur sub ordine regis, à quo totum regnum ordinatur. Si ergo ordo rerum consideretur prout dependet à prima causa, sic contra rerum ordinem Deus facere non potest. Sic enim si faceret, faceret contra suam prescientiam. Si verò consideretur rerum ordo, prout dependet à qualibet secundarum causarum, sic Deus potest facere præter ordinem rerum, quia ordini secundarum causarum ipse non est subiectus, sed talis ordo ei subiicitur: quasi ab eo procedẽs, non per necessitatem naturæ, sed per arbitriũ voluntatis. Potuisset enim & alium ordinem rerum instituere. Vnde & potest præter hunc ordinem institutum agere cum voluerit, puta, agendo, effectus secundarum causarum sine ipsis, vel producendo aliquos effectus, ad quos causæ secundæ non se extendunt. Vndè & August.* dicit 26. contra Faustum, quòd Deus contra solitum cursum naturæ facit, sed contra summam legem nullo modo facit, quia contra seipsum non facit.

*Cap. citato in arg. sed cõtra.

AD PRIMVM ergo dicendum, ꝙ cum aliquid contingit in rebus naturalib. præter naturã inditam, hoc potest dupliciter contingere. Vno modo per actionẽ agentis, qui inclinationem naturalem non dedit: sicut cum homo mouet corpus graue sursum, quod non habet ab eo vt moueatur deorsum: & hoc est contra naturam. Alio modo per actionem illius agentis à quo dependet actio naturalis: & hoc non est contra naturam, vt patet in fluxu & refluxu d maris, qui non est contra naturam, quamuis sit pręter motum naturalem aquæ, quæ mouetur deorsum. Est enim ex impressione cœlestis corporis, à quo dependet naturalis inclinatio inferiorum corporum. Cùm igitur naturæ ordo sit à Deo rebus inditus, si quid præter hunc ordinem faciat, non est contra naturam. Vnde August.* dicit 26. contra Faustum, quòd id est cuilibet rei naturale, quod ille fecerit, à quo est omnis modus, numerus, & ordo naturæ.

D. 628.

* li. 26. cõtra Faustũ, cap. 3. ante med. to. 6.

AD SECVNDVM dicendum, ꝙ ordo iustitiæ est sm relationẽ ad causam primã, quę est regula omnis iustitiæ: & ideo prẹter hunc ordinem, Deus nihil facere potest.

AD

instituti relationem. §. Tunc nihil &c. Instituit enim vtrumque Deus: sed iustitiæ ordo semper in sua relatione includit primam causam, quod non semper facit ordo naturæ. Vide literam: & in corpore. Quando autem ordo naturæ includit relationem ad primam causam: tunc est simile omnino, vt habes ex conclusione prima: & ideo tunc non potest fieri contra ordinarium cursum sic consideratum, sicut nec contra ordinem iustitiæ. Vnde patet, quod argumentum stat pro prima conclusione, veluti quædam probatio eius: & quòd non infringit, immo nec attingit, intentum conclusionis secundæ.

Ordo iustitiæ.

Ordo naturæ.

Ad tertium dicendum, quod Deus sic rebus certum ordinem indidit, vt tamé sibi reseruaret, quod ipse aliquando aliter ex causa esset facturus. Vnde cum præter hunc ordinem agit, non mutatur.

ARTI-

3^m conclusio. Si igitur præter ordinem naturæ Deus aliquid faciat, videtur quòd ipse sit mutabilis. R. Nisi reseruasset sibi quando hunc ordinem instituit, quòd aliquando ex causa aliter faceret. §. Tunc nihil &c. vt apertissime patet.

APPENDIX.

Vtilitas pro Eccle. S. Dei.

Ex articulo habes primò: quomodo per rationem ostendas; scripturam meritò docere, Deum posse facere aliquid præter ordinem rebus inditum: & contra. i. quòd non potest. Docuit autem primum scriptura Iosue 10. Sol contra Gabaon ne mouearis, & Luna contra vallem Haylon: steteruntque Sol & Luna, donec vlcisceretur se gens de inimicis suis. Nonne scriptum est hoc in libro iustorum? Stetit itaque Sol in medio cœli, & non festinauit occumbere spacio vnius diei. Non fuit antea & postea tam longa dies, obediente Domino voci hominis. Ecce, quòd scriptura hunc insolitum naturæ ordinem attribuit potestati diuinæ: obediente, inquit, Deo voci hominis, id est hoc faciente Deo, quod Iosue suus famulus spe diuina innixus Soli Lunæque mandauerat. Item 4. Regum 18. Hoc signum erit à Domino, quòd facturus sit Dominus sermonem, quem locutus est. Vis; vt ascendat vmbra decem lineis, aut vt reuertatur totidem gradibus? & ait Ezechias: Facile est, vmbram crescere decem lineis, nec hoc volo, vt fiat; sed vt reuertatur decem gradibus. Inuocauit itaque Isaias Dominum: & reduxit vmbram per lineas, quibus iam descenderat in horologio Achaz decem gradibus. Ecce: quòd à Domini potentia hic inusitatus ordo naturæ factus est. Et nota, quod in cursu cælorum facta ista narrantur à scriptura: vt ex hoc à fortiori argumenteris, quod multo magis circa alia inferiora creata potest Deus ordinarium cursum mutare. Nec obstat, quod de horologio loquitur: quoniam immutatio prædicta horologij præsupponebat, tanquàm effectus suam causam, immutationé ordinarij cursus solaris. Erat. n. horologij huius vmbra per motioné Solis causata (sicut hodie videmus de horologijs, vt aiunt, ad Solé) ȝ medijs quibusdam ceu digitis lineas pro successione motus solaris demonstrantibus. Vnde in alio loco, videlicet Isa. 38. circa Solem factum esse hunc insolitum cursum tribuit, in hæc verba. Ecce ego reuerti faciam vmbram linearum, quæ descenderat, in horologio Achaz in Sole retrorsum decem lineis: & reuersus est Sol decem lineis per gradus, quos descenderat. Ecce: quòd horologium illud vocat scriptura horologium in Sole; & postquàm dixit de vmbra linearum, vt audisti, concludit, quòd Sol reuersus est decem lineis retrorsum. Quasi dicat: Immutatio facta est circa Solis ordinarium cursum, & immutatio huius tanquàm causa immutauit cursum vmbræ linearum horologij: à qua vmbræ immutatione tanquàm ab effectu notificata est nobis immutatio cursus solaris. Item in multis sacrarum literarum locis hoc idem, quòd scilicet Deus possit, immo de facto immutet, ordinem consuetum naturæ, insinuatur: vtpotè de mari rubro, Iordane, manna, ruinæ vrbis Hierico ad sonum buccinarum, &c. Docuit verò scriptura secundum illorum in principio appendicis dictorum 2. Timot. 2. Deus fidelis permanet, seipsum negare non potest; item Malach. 3. Ego Deus, & non mutor. Si enim seipsum negare non potest, & non mutatur; patet vtique: quòd ordinem consuetum naturæ, vt dependet à Deo, non potest (cùm tamen sit infinitæ virtutis) immutare. 2 Secundò habes: quomodo per rationem præmissas scripturas vtrinque adductas, pro quanto quæ diximus insinuant, & intelligas, & declares, & probes. 3 Tertiò habes: quomodo per rationem interimas hæresim cuiusdam dicentis: quòd Deus non potest mundum maiorare, vel minorare. Si enim Deus potest (vt potest) præter cursum rerum consuetum agere, patet: quòd potest mundum maiorare & minorare. 4 Quartò habes, quomodo per rationem ostendas hanc iure damnari à scripturis &c. hic suprà citatis. 5 Quintò vides: quomodo ex his vicissim Angelica doctrina declaretur, atque confirmetur.

Comm. Cardinalis Caietani.

Titulus. Possit facere, non est quæstio de potétia, sed de actu exercito ipsius: an s. de facto possit exire in actum faciendi aliquid præter ordinem inditum.

¶ In corpore duo. Primo distinguit ly ordinem: secundo, respondet quæsito. Quo ad primum quattuor sunt, distinctio ordinum, ordinatio eorum, habitudo causarum ad eos, & explanatio exemplaris. Distinctio est. Ordines multiplicantur secundum multiplicationem causarum. Probatur. Quælibet causa habet rationem principij. ergo à qualibet causa deriuatur aliquis ordo in suos effectus. ergo ordines multiplicantur secundum multiplicationem causarum.

¶ Circa primam consequentiam huius probationis dubitatur, vnde valeat. Ex hoc enim quod habet rationem principij, bene sequitur. ergo est caput ordinis inter se, & effectum: sed non sequitur. ergo ab ea est aliquis ordo in effectibus, cum non oporteat omnem causam habere plures effectus, in quibus ponat ordinem; vt patet de causis vniuocis.

¶ Ad hoc dicitur, quod cũ hic sit sermo de causa principali in aliquo ordine, & non de instrumentali, quæ non causa, sed causæ instrumentum dici debet, vt 12. Met. com. 24. dicit Alex. & in consequente duo includantur, s. pluralitas effectuum, & ordo in eis a causa: si recte perspiciamus, ordo directe infertur ex antecedente: pluralitas autem effectuum supponitur aut vniuersaliter, aut accommodè. Vnde consequentia potest habere duos sensus. Primus est supponendo, quod omnis causa habeat plures effectus, & tunc consequentia est optima: quia cum pluralitas non sit sine ordine, alioquin esset confusio, & causa habet rationem principij, à quo s. illi deriuantur, ergo ab ea est ordo illorum. Secundus est, accommodando consequens ad causas habentes plures effectus: & tunc etiam consequentia est optima, Causa est principium. ergo in causis habentibus plures effectus, à causa est ordo illorum ratione iam dicta: & ista uia est planior, & sufficit proposito. Causa enim eo quòd habet rationem principij, & negatiuè in illo ordine, & positiuè, sequitur. ergo ab ea est ordo in effectu siue ad ipsam causam, siue in seipso multiplicato, & sic vbi sunt plures effectus, aperte sequitur ordinem in eis esse, & esse à causa. Plures autem effectus dicuntur, vel plures differentiæ, vt partes organicæ viuentium respectu generantis, vel plures passiones, vt liquefactio ceræ, & induratio luti: vel plures cooperationes secundum pluralitatem inferiorum, vt generatio bouis & leonis, vt sunt à Sole: vel plures effectus ordinatè se consequentes, vt leuitas sequitur formam ignis geniti &c. & sic potuit supponi pluralitas effectuum vniuersaliter, & consequenter sustineri potest primus sensus: quoniam nulla est causa per se & principalis, quæ non sit causa saltem duorum, veluti subiecti & passionis.

¶ Ordinatio verò horum ordinum est, quod vnus continetur sub altero, probatur: quia causa continetur sub causa. Habitudo autẽ causarũ ad ordines hos est, quod causa superior non continetur sub ordine causæ inferioris, sed econuersò. Manifestatio demum est ab exemplo in politicis, in parte, & ordine domus, rectore & ordine ciuitatis, rege & ordine regni, & clara est litera.

¶ Quo ad secundũ respondetur quæsito duabus cõclusionibus, iuxta duos ordines illatos ex præmissis. Distinctio ex præmissis illata est, quod in rebus est duplex ordo, vnus ut sunt à prima causa: alter, & hic est multiplex, vt sunt à causis secundis. Prima conclusio responsiua est. Deus non potest facere contra ordiné rerum, vt dependet à prima causa. probatur ducendo ad impossibile: quia si faceret contra talem ordinem, faceret contra præscientiã suam, quod est impossibile.

¶ Aduerte hic ex tertio contra Gen. c. 98. quomodo potest dupliciter intelligi ista conclusio, s. aut quo ad res ordinatas, aut quo ad rationem ordinis. Et quod secundo modo intelligitur hic, non primo. vide ibi circa principium cap.

¶ Secunda conclusio responsiua est, Deus potest facere præter ordinem rerum, prout pendet ex qualibet secũdarum causarum. probatur, declaratur, & confirmatur. Probatur quidem. Talis ordo ei subijcitur, ut procedens ab eo per arbitrium voluntatis. ergo potest præter talem ordinem agere. Antecedens habet tres partes. Prima patet ex præmissis, quia scilicet causa superior non subijcitur inferiori ordini, sed econuerso. Secunda pro constanti supponitur, ex quo omnia sunt à Deo. Tertia uero probatur: quia potuisset aliorum ordinum instituere. Consequentia autem hic breuitatis causa relinquitur, quasi euidens: sed in tertio contra Gentiles, cap. 99. in principio probatur ex dif-

ferentia inter agens naturale, & liberum in hoc, quòd naturalê oportet agere secundum vltimum virtutis suæ, & consequenter effectum simillimum,& consequenter non potest immediatè agere effectum proprium causarum secundarum: causam verò liberè agentem non oportet sic agere, sed potest agere immediatè imperfectissimum effectum,vtendo virtute sua vt vult, vt patet in artifice perfectissimo,potente tamen,si vult,facere opus imperfectũ, quale nouitius in arte faceret. Declaratur verò ponendo duos modos,quibus Deus præter hũc ordinem facit,& patet in litera. Confirmatur autem authoritate August. non solum hæc,sed prima conclusio simul,vt patet in litera.

¶Circa vtramque conclusionem simul dubium occurrit: quia aut hic est sermo de posse Dei absolutè, & sic constat quòd potest Deus contra vtrumque ordinem, nec sequitur aliquis defectus præscientiæ diuinæ: aut est sermo de posse Dei,quo ad exercitium actus de facto: & sic etiam nulla est differentia inter utrumque ordinem: quoniam sicut Deus præsciuit primum ordinem, ita & alios: & quemadmodum si præter primum ordinem faceret, faceret contra præscientiam, ita si præter alios ordines faceret,faceret contra præscientiam suam: & sic tota litera ruere videtur.

¶Ad hoc breuiter dicitur, quòd vt in titulo patet, hic est sermo de potentia Dei secundo modo,& quòd quamuis vterque ordo fit præscitus, & institutus à Deo ab æterno:agere tamen præter primum læderet præscientiã,præter alios autem non. Ad cuius euidentiã scito, ꝙ omnis executio causæ secundæ infert executionẽ in causa prima: quia ab actione illius pẽdet omnis actio, non autem econuerso: quia potest causa prima per seipsam solam exequi, & perficere aliquid. & indè est quod fieri aliquid præter executionẽ primæ causæ est impossibile: fieri autẽ aliquid præter executionem cuiuscũque,& omnium simul causarũ secundarum, non inconuenit. Cum autem ordo rerum ad primam causam attendatur penes executionem primæ causæ, ordo autem earum ad alias causas attendatur penes executiones illarum, ratio primi ordinis in diuina præscientia oportet, ꝙ contineat quicquid per ipsam primã causam qualitercũque exequendum est:ratio autem cuiuscũque alterius ordinis in diuina præscientia,non cõtinet nisi quicquid est per talem causam exequendum. & ideo non inconuenit aliquid fieri præter istos ordines & rationes, ac præsciẽtias partiales, vt ita dixerim,eorum. Sed inconueniens manifeste esset, ꝙ præter ordinis primi rationem aliquid fieret:sic enim deficiens,aut mutabilis diuina præscientia conuinceretur: quoniam, vt dictum est, debetur tali rationi comprehensio omnium executioni mandatorum qualitercũque per primam causam,extra quæ nihil fieri de facto potest, quamuis de potentia absoluta multa possibilia restent, quæ nunquàm erunt.

Ferr. 3. cont. c. 101. 102.

ARTICVLVS VII.

Vtrum omnia quæ Deus facit præter ordinem naturalem rerum, sint miracula.

518 Po. q. 6. artic. 2. Et 2. di. 18. q. 1. art. 3. Et 3. contra ca. 101. & 102.

AD SEPTIMVM sic proceditur. Vr ꝙ non omnia quæ Deus facit præter ordinẽ naturalem rerum,sint miracula. Creatio.n.mundi, & etiam animarum,& iustificatio impii fiunt à Deo præter ordinem naturalem. nõ enim fiunt per actionem alicuius causæ naturalis:& tamen hæc miracula non dicuntur. Ergo non omnia quæ facit Deus præter ordinem naturalem rerum, sunt miracula.

¶ 2 Præt. Miraculum dicitur aliquid arduum & insolitum præter facultatem naturæ, & spem admirantis proueniens: sed quædã fiunt præter naturæ ordinem,quę tamen non sunt ardua:sunt enim in minimis rębus, sicut in restauratione gemmarum, vel sanatione ægrorum. Nec etiam sunt insolita,cum frequenter eueniant: sicut cum infirmi in plateis ponebantur, vt ad vmbram Petri sanarentur. Nec etiam sunt supra facultatem naturæ, vt cum aliqui sanantur à febribus. Nec etiam supra spem, sicut resurrectionem mortuorum omnes speramus, quæ tamen fiet præter ordinem naturæ. Ergo non omnia quæ fiunt præter naturę ordinem, sunt miracula.

¶ 3 Præterea. Miraculi nomen ab admiratione sumitur: sed admiratio est de rebus sensui manifestis. Sed quãdoque aliqua accidunt præter ordinem naturalem in rebus sensui non manifestis, sicut cum Apostoli facti sunt scientes, neque inuenientes,neque discentes. Ergo non omnia quæ fiunt præter ordinem naturæ, sunt miracula.

SED CONTRA est, quòd August.* dicit 26. contra Faustum, quòd cum Deus aliquid facit contra cognitum nobis cursum, solitumque naturæ,magnalia, vel mirabilia nominantur.

RESP. Dicendum, ꝙ nomen miraculi ab admiratione sumitur. Admiratio autem consurgit,cũ effectus sunt manifesti, & causa occulta. Sicut aliquis admiratur cum videt eclipsim Solis, & ignorat causam,vt dicitur in principio Metap. Potest autem causa effectus alicuius apparentis alicui esse nota,quæ tamen est aliis incognita. Vnde aliquid est mirũ vni, quod non est mirũ aliis: sicut eclipsim Solis miratur rusticus, non autẽ astrologus. Miraculum autem dicitur quasi admiratione plenum,quod s.habet causam simpliciter,& omnibus occultam: hæc autem est Deus. Vnde illa quæ à Deo fiunt præter causas nobis notas, miracula dicuntur.

AD PRIMVM ergo dicendum, ꝙ creatio, & iustificatio impii, etsi à solo Deo fiant, non tamẽ propriè loquendo,miracula dicuntur: quia non sunt nata fieri per alias causas, & ita non contingunt præter ordinem naturæ, cum hæc ad facultatem naturæ non pertineant.

AD SECVNDVM dicendum,ꝙ arduum dr̃ miraculum nõ propter dignitatẽ rei in qua fit,sed quia excedit facultatem naturæ. Similiter etiam insolitum dr̃, non quia frequenter nõ eueniat,sed quia est pręter naturalẽ consuetudinem. Supra facultatem autẽ naturæ dr̃ aliquid non solũ propter substãtiam facti, sed etiã propter modũ & ordinem faciendi. Supra spem etiam naturæ miraculum esse dr̃,non supra spem gratiæ.

Diffinitionis miraculi intellectus verus.

**Lib. 26. c. 3. à med. illius to. 6.*

**Li. 1. Meta. c. 2. circa mediũ tom. 3.*

SVPER Q. CV. ART. VII.

CONCL. Illa, quæ à Deo fiunt præter causas nobis notas, miracula dicuntur.

¶PROB. Quia miraculũ dicitur,quasi admiratione plenum,i.quod habet causam omnino occultam (cum admiratio consurgat ex hoc, quòd causa effectuum manifestorum est occulta; ac per cõsequens admirationis plenitudo ex hoc, quòd causa illorum omnino quibuscumque est occulta): Et Deus est causa simpliciter, ac omnib. occulta.

1m maior. Præter ordinem naturalẽ. ℞. Negatur. §. Creatio mũdi, & etiam animarum, & iustificatio impij, fiunt à Deo. Nam iustificatio & creatio,cum ad facultatem naturæ non pertineant, non fiunt præter ordinem naturæ, quando fiunt. Oporteret enim quòd fierent quandoque per actionem alicuius causæ naturalis: si dicenda forent postea, quando à solo Deo fiunt, fieri præter cursum rerum naturalẽ; & consequenter si dici veraciter ac propriè deberent miracula. Ergo maioris negatæ probatio illa, scilicet, non enim fiunt per actionem alicuius causæ naturalis,stat contra intentum probantis: vt consideranti patet. Non enim probat, quòd iustificatio & creatio sint præter ordinem naturalem, sed probat, quòd non sunt præter illum.

2m de minori. Ardua. ℞. Propter dignitatẽ rei, in qua fiũt: non, propter excessum facultatis naturalis. §. Tunc &c. In diffinitione.n. miraculi adducta ab arguente sumitur ly arduum,prout excedit facultatem naturæ,non prout dicit dignitatem rei, circa quam fit miraculum, (vt putat arguens): & consequẽter restauratio gemmarũ, ac sanatio ægrorũ, sunt ardua.

Item de minori. Insolita. ℞. Propter rarũ euẽtum; non, propter esse præter naturalem consuetudinẽ. §. Tunc &c. Nam in definitione miraculi sumitur ly insolitum,vt dicit esse præter naturalem consuetudinem,non autem,vt dicit rarum euentum (vt credit arguens): & consequẽter sanatio frequens à Petro virtute diuina est verè aliquid insolitum.

Item de minori. Supra facultatem naturæ. ℞. Propter substantiam facti: non,propter modum & ordinem faciendi. §. Tunc nihil &c. In miraculi namque diffinitione posita accipitur ly supra facultatem naturæ, vt se tenet vel ex parte substantiæ facti, vel ex parte, aut modi, aut ordinis faciendi: & consequenter sanatio à febribus modo,siue ordine in sacris literis narrato, quando pro miraculo narratur,est supra facultatem naturæ quo ad modum siue ordinem; licet non quo ad substantiam facti.

Secun- Item

Item de minori. Supra spem. R. Gratiæ: non, naturæ. §. Tunc nihil &c. Definitio namque miraculi sumit ly supra spem, pro spe naturali, non pro spe gratuita, id est infusa (vt, probando, ostendit se opinari arguens): & consequenter resurrectio mortuorum est supra spem; quoniam licet ex fide speremus eam, tamen naturæ vires omnes superat. Ex his omnibus patet: quod ideo prædictis quatuor particulis in hoc secundo argumento adductis impetebatur conclusio; quia malè intelligebatur diffinitio bona miraculi ab arguente recitata.

gratiæ, quæ est ex fide, per quam credimus resurrectionē futuram.

AD TERTIUM dicendum, quòd scientia Apostolorum quamuis secundùm se non fuerit manifesta, manifestabatur tamen in effectibus, ex quibus mirabilis apparebat.

¶ NOTAT. Ex argumento, atque responso disce: quòd non semper falsas literas afferunt hæretici, vt decipiant (Horum enim personam argumenta plerumque, vt hic, induunt): sed astutiori consilio vsi bonas, immo optimas, quandoque literas adducentes peruerso eas sensu arte quadam subtiliori donant. Quo nimirum facto, vulpeculas se rectè à sapiente dici ostendunt: in catholicos sic alloquente Cantic. 2. Capite nobis vulpes paruulas, quæ demoliuntur vineas. Prætextu enim bonarum literarum (à simili dic, de prætextu eleemosynarum &cæt.) definitionum, scripturarum, &cæt. hæretici virulentum sensum vafritie sua cooperire molientes, quo facilius decipiant, & minus appareant deceptores, nomen sibi merito vulpecularum vendicarunt. In quo etiam sensu ab Apostolo (2. Corinthiorum 11.) operarii subdoli, pseudoapostoli, transfigurantes se in Angelum lucis, (Philippens. 3.) operarii mali, (Roman. 16.) dissensiones, & offendicula præter doctrinam Apostolicam facientes, per dulces sermones, & benedictiones corda innocentum seducentes, & à coapostolo Petro (2. Petri 3.) indocti & instabiles, iure optimo vocati fuerunt. Indoctos quidem & instabiles re vera se comprobant: quando bonis literis malos & incompactos sensus obtrudunt (Quid hoc indoctius?); Et per illas in veritate velle se stare, mox autem e vestigio per hos contra veritatem se velle pugnare, commonstrant (Quid hoc instabilius?). Hæc nobis ex litera. Diffinitio enim miraculi ab arguente bona; sensus diffinitionis ab arguente malus. At Catholicus, tanquàm solius veritatis amator, nec propter bonum acceptat malum, nec propter malum recusat bonum. Verus enim filius est ipsius Emanuel; qui scit reprobare malum, & eligere bonum. Hunc tibi catholicum exprimit in præsenti responso (sicut & in cæteris) Diuus Thomas, dum allatam ab arguente miraculi diffinitionem admittens, diffinitioni sensum ab eodem fallaciter insertum ipse stans pro veritate refellit.

Hæreticorum fraus & epitheta.

Catholico rū sincera veritas.

3^m de minori. Sensui manifestis. R. Vel in seipsis, vel in suis effectibus. §. Tunc nihil &c. Nam scientia Apostolorum quamuis secundum se non &cæt. vt in textu.

APPENDIX.

Vtilitas pro Eccles. S. Dei.

EX articulo habes primò: quomodo per rationem interimas hæresim Pauperum de Lugduno (vt refert Cardinalis Turrecremata, de Ecclesia lib. 4. cap. 35.) dicentium; Miracula in Ecclesia nulla vera fieri. Item hæresim Eunomij, Eustathij, Vigilantij (vt ait Lindanus, Dubitantij sui dialog. 2.) dicentium; Miracula sanctorum fuisse dæmonum præstigias. Si enim facta præter ordinem naturalem rerum sunt vera miracula, [vt hic dicitur]: vtique in Ecclesia sunt aliqua, immo multa, miracula vera; nec sanctorum miracula fuerunt dæmonum præstigiæ. Nam in Ecclesia facta fuere, & fiunt plura præter cursum naturæ ordinarium, vt in articu. 6. append. & facta à Deo, siue per sanctos virtute diuina, sunt absque dubio vera miracula; cum Deus non sit, immo nec esse possit, testis, vel minimæ falsitatis. Secundò habes: quomodo per rationem ostendas, meritò illas damnari à scripturis Marci 16. Signa autem eos, qui crediderint, hæc sequentur; in nomine meo dæmonia eijcient, linguis loquentur nouis, serpentes tollent, & si mortiferum quid biberint, non eis nocebit, super ægros manus imponent, & bene habebunt. & infrà. Illi profecti prædicauerunt vbique Domino cooperante, & sermonem confirmante sequentibus signis. Absit autem, vt in nomine Domini qui veritas est, miracula falsa fiant; & vt ipse Dominus miraculis falsis cooperetur. Quòd si instetur de nomine miraculi, quòd scilicet in scripturis non inuenitur; quàmuis de nomine solicitari non oporteat, quādo de re nominis constat. Ecce: Moyses lib. Exod. 11. ait, Hæc dicit Dominus, media nocte ingrediar Aegyptū, & morietur omne primogenitum Aegyptiorum, &cæt. eritque clamor magnus in vniuersa terra Aegypti, qualis nec ante fuit, nec postea futurus est. Apud omnes autem filios Israel non mutiet canis ab homine vsque ad pecus; vt sciatis quanto miraculo diuidat Dominus Aegyptios & Israel. Vide in scriptura nomen miraculi; & in Synagoga quidem, quæ erat tunc Dei Ecclesia. Item Numer. 26. Et factum est grande miraculum, vt Chore pereunte, filij illius non perirent. Vide, vt suprà. Item 1. Regum 14. Factum est miraculum in castris: & accidit quasi miraculum à Deo. Item plenum est Euangelium de miraculis à Christo Domino factis: quæ tam euidentia in veritate fuerunt, vt & Iudæi ea confiteri sic esse tandem coacti suo iudicio fuerint; indeque inuidia tabefacti, ad Christi occisionem firmiter deliberandam processerint. Licet enim Iudæi coram turba, vt ei Christum odibilem, aut certe minus amabilem, honorabilemque redderent, miracula Christi virtute Beelzebub facta dicerent; vel modis alijs labefactare conarentur: tamen ipsimet inter sese, semotis turbis, aperto ore, discooperta facie colloquentes [Ioannis 11.] nihil calumniæ contra miracula eius euomuerunt; quinimmo ex ipsa notoria veritate compulsi ea magnificarunt vnanimiter asseuerantes, Hic homo multa signa facit. Non dixerunt, parua, vana, falsa, superstitiosa, inutilia, mendacia, vel deceptoria [quæ omnia falsitatis comites indiuidui sunt]: sed dixerunt, multa [& intensiue scilicet & extensiuè]; nihil penitus, de falsitate miraculorum tangentes; quam vtique non tacuissent, si uel minimum quid realitatis de hac, quam coram turbis fingebant, se habere ueraciter conspexissent. Et maximè tunc eam non tacuissent; quando ad mortem Christi unanimi uoto concludendam, necnon ipsis Nicodemo ac Ioseph efficaciter uelut iustam persuadendam, insimul conuenerant. Cæterum super omnia uicit, uincit, uincet; præualuit, præualet, & præualebit, semper ueritas. Item à Concilio Tridentino damnari meritò sessione uigesimaquinta, dum noua miracula sine maximo examine admitti non debere mandat. Per hoc enim apertè demonstrat; quòd in sancta Ecclesia solum uera, & hæc non nisi maturo consilio, admittuntur miracula. Concilij autem uerba ibi sunt ista. Statuit sancta Synodus; nemini licere, ullo in loco, uel Ecclesia, etiam quomodolibet exempta, ullam insolitam ponere, uel ponendam curare, imaginem; nisi ab Episcopo approbata fuerit: nulla etiam admittenda esse noua miracula, nec nouas reliquias recipiendas, nisi eodem recognoscente & approbante Episcopo. Qui simulatque de iis aliquid compertum habuerit, adhibitis in Concilium Theologis, & alijs pijs uiris, ea faciat; quæ ueritati & pietati consentanea iudicauerit. Quòd si aliquis dubius aut difficilis abusus sit extirpandus, uel omnino de iis grauior quæstio incidat, Episcopus antequàm controuersiam dirimat, Metropolitani & comprouincialium Episcoporum in Concilio prouinciali sententiam expectet: ita tamen, ut nihil inconsulto Romano Pontifice nouum, aut in Ecclesia hactenus inusitatum decernatur. Hæc ibi. Item Marci decimosexto: In nomine meo dæmonia eicient. &c. Item Ioannis 14. Opera, quæ ego facio, & ipse faciet. Per ly eijcient, ly faciet, uide; sanctos facere miracula; & uera per ly in nomine meo, ly quæ ego facio. Christus enim non nisi uera fecit, non uirtute dæmonum [ut suprà]. Item à constitutionibus Apostolicis Beato Papa Clemente authore: ubi cap. 1. statuunt sanctorum miracula esse Dei charismata, & consequenter non dæmonum præstigias. Tertio uides: quomodo ex his uicissim Angelicus consolidetur articulus, atque declaretur.

Comm. Cardinalis Caietani.

TItulus clarus ex articulo præcedenti.

¶ In corpore vna conclusio responsiua affirmatiuè. Omnia quæ fiunt à Deo præter causas nobis notas, miracula dicuntur. Probatur. Miraculum dicitur ab admirationis plenitudine. ergo quæ fiunt à Deo præter causas nobis notas, dicuntur miracula. Antecedens supponitur, & manifestatur quid importet, ostēdendo quid habeat ex admiratione, scilicet causam ignotam effectus patentis: & quid ex plenitudine, scilicet occultationem causæ, non respectu huius vel illius, sed simpliciter. Et hic insinuatur quædam probatio antecedentis ex differentia inter mirum & miraculum, quia illud dicitur ex parte, scilicet respectu huius, hoc non, nisi ex toto, s. respectu omnium. Consequentia probatur, quia Deus est causa simpliciter occulta. Vnde per causas nobis notas idem intendit in conclusione, quod per causas secundas, seu naturales in titulo.

ARTICVLVS VIII.

Vtrum vnum miraculum sit maius alio.

AD OCTAVVM sic proceditur. Videtur quòd vnum miraculum non sit maius alio. Dicit enim August. * in epistola ad Volusian. In rebus mirabiliter factis tota ratio facti est potentia facientis: sed eadem potentia, s. Dei, fiunt omnia miracula. ergo vnum non est maius alio.

¶ 2 Præt. Potentia Dei est infinita: sed infinitū improportionabiliter excedit omne finitum. Ergo nō magis est mirandum, ꝙ faciat hunc effectum quàm illum. Ergo vnum miraculum non est maius altero.

SED CONTRA est, quod Dominus dicit Ioan. 14. de operibus miraculosis loquens, Opera, quæ ego facio, & ipse faciet, & maiora horum faciet.

RESP. Dicendum, ꝙ nihil potest dici miraculum ex cōparatione potentiæ diuinæ, quia quodcūq; factum diuinæ potentiæ comparatum est minimum, secūdum illud Isa. 40. Ecce gentes quasi stilla situlæ, & quasi momentum stateræ reputatæ sunt: sed dicitur aliquid miraculum per comparationē ad facultatem naturæ, quam excedit. Et ideò secundum quòd magis excedit facultatem naturę, secundum hoc maius miraculum dicitur. excedit autem aliquid facultatem naturæ tripliciter. Vno modo quantum ad substātiam facti, sicut quòd duo corpora sint simul, vel quòd Sol retrocedat, aut quòd corpus humanum glorificetur, quod nullo modo natura facere potest: & ista tenent summum gradum in miraculis. Secundo aliquid excedit facultatem naturæ, non quantum ad id quod fit, sed quantum ad id, in quo fit: sicut resuscitatio mortuorum, & illuminatio cæcorum, & similia. Potest enim natura causare vitam, sed non in mortuo: & potest præstare visum, sed non cęco: & hæc tenent secundum locum in miraculis. Tertio modo excedit aliquid facultatem naturę, quātum ad modum, & ordinem faciendi. Sicut cum aliquis subito per virtutem diuinam à febre curatur absque curatione, & consueto processu naturæ in talibus: & cum statim aer diuina virtute in pluuias densatur absque naturalib. causis, sicut factum est ad preces Samuelis, & Eliæ: & huiusmodi tenent infimum locum in miraculis. Quælibet tamen horum habent diuersos gradus, secundum quòd diuersimodè excedūt facultatem naturæ. Et per hoc patet solutio ad obiecta, quæ procedunt ex parte diuinæ potentiæ.

QVÆ-

Ferr. 3. cont. c. 101.

SVPER QVAEST. CV. ART. VIII.

CONCL. 1. Nihil potest dici miraculum per comparationem ad potentiam diuinam.

¶ PROB. Quia miraculū est aliquod maximum, immo suprà facultatem potentię, (artic. 7.): & quodcumque factum diuinæ potētiæ comparatum est minimum (Isa. 40.)

519 1. 2. q. 113. art. 10. cor. Et 3. cōtra c. 101. fin. * Aliquantulum ante mediū est e. pi. 3. to. 2.

¶ NOT. Hinc habes liquidissimè, à fortiori, conclusionem directè responsiuam: & talem morem esse apud Diuum Thomam plerumque obseruatum, alibi admonuimus: vbi in respondendo plura, sed tamē breuiter, vult innuere (vt hic). Quis enim non videat; nullum miraculū per comparationem ad Deum dici maius, vel minus: si nihil omnino comparatum ad Deum miraculum dici potest?

¶ CONCL. 2. Aliqđ miraculum secundum quòd magis excedit facultatem naturæ creatæ, secundum hoc maius dicitur.

¶ PROB. Quia miraculum dicitur ex eo, quòd excedit facultatē naturæ.

¶ COROLL. Ergo, cum triplex sit huiusmodi excessus: Maximus (quo ad substantiam facti), minor (quo ad id, in quo fit), minimus (quo ad modum, atque ordinem faciendi); relinquitur: vt trib. modis aliquod miraculum dicatur maius, vel minus altero.

1m de conclusione. Non est maius. ℞. Per comparationem ad Deum; nō, per comparationem ad naturam creatam. §. Tunc &c. Non enim dictum est, quòd per comparationem ad Deum sit aliquod maius aut minus: sed per comparationem ad facultatem naturæ creatæ.

2m de conclusione. Non magis. ℞. Comparatiuè ad Deum; non, comparatiuè ad facultatem naturæ. §. Tunc &c. Nam ex eo, quòd magis miramur de vno miraculo, quàm de alio, vtpotè magis excedente facultatem naturæ, non sequitur: quòd magis miremur de vno vel minus, inquantum ad diuinam potestatem comparatur.

APPENDIX.

Vtilitas pro Eccle. S. Dei.

EX articulo habès primò: quomodo per rationem ostēdas, meritò à scriptura dictum esse, quòd miraculorū vnum est maius altero: & è contra, scilicet miraculorum nullum esse maius altero. Primum dixit virtualiter tunc, quādo Christum Dominum introducit Ioan. 14. asserentem, Qui credit in me, opera, quæ ego facio, & ipse faciet, & maiora horum faciet. Item tunc: quando Magos Pharaonis adducit Exod. 8. dicentes, Digitus Dei est hic. Item tunc: quando Simonem Magum narrat Actu. 8. sic Apostolos alloquentem; Date & mihi hanc potestatem, vt cuicumque imposuero manus accipiat Spiritumsanctum. Nisi enim vnum miraculum esse posset maius altero; non dixisset Dominus: Maiora horum, s. miraculorum à me factorum, faciet. Item nisi Magi Pharaonis miracula tunc narrata non cognouissent per experientiam esse maiora, quàm priora, vtpotè non possibilia fieri ab ipsis, qui iam priora aliquo modo fecerant; non dixissent, digitus Dei est hic. Item nisi Simon Magus Apostolorum factum illud non reputasset esse maius, quàm quædam alia ipsorum miracula, quibus forsan similia (suis tamen magicis artibus) fecerat ipse: non sic ex intenso voto precatus eos fuisset: Date & mihi hanc potestatem &c. Nonne & vides; ex his vtique magis apertè damnari hæreses in art. 7. appen. recitatas? Ecce. Clarum est: quòd Magi Pharaonis, per ly Digitus Dei est hic, miracula facta à sancto viro Moyse cōfessi sunt se credere fieri virtute diuina. Quasi apertius dixerint. Virtus diuina, per quā iste Moyses præsentia miracula operatur, nò potest attingi à virtute nostra, per quam hactenus mira quædam eius miraculis similia fecimus. Item clarum est: quòd Simon Magus, per ly date mihi hanc potestatem &c. se credere fassus est; miracula facta à sanctis Apostolis esse facta per virtutem diuinam. Ac si patentius dixisset, Potestatem vestram, qua miracula ista operamini, nō attingit potestas magica, id est diabolica, per quam ego solitus sum mira quædam vestris alijs quibusdā miraculis similia patrare. En ex ore eorum, quāuis maleficorum (tanta est vis ipsa veritatis) confessio; quòd miracula sanctorum virorum, Apostolorum, ac Mosis, Deum colentiū, sunt à superiori virtute, quàm sit magica, deriuata: & consequenter ab ijsdem maleficis promulgata damnatio contra hæreticos illos, qui miracula sanctorum esse præstigia dæmonum, & nulla esse vera miracula in Ecclesia, impudentissimè blaterarunt. Taceo; quòd à Petro inibi dicitur apertissima voce ad literam; quòd virtus, per quam faciebant illa miracula, èrat donum Dei. Sic enim ad Simonem Magum increpatoriè ex vero corde ait; Pecunia tua (hanc siquidem Apostolis obtulerat pro habenda præmissa potestate) tecum sit in perditionem, quoniam donum Dei existimasti pecunia possideri. Multo igitur minus operabatur Christus miracula sua in principe dæmoniorum Beelzebub (vt Iudæi calumniabantur): & hoc est quod ipse arguendo Phariſæos inquit: Si ego in Beelzebub eijcio dæmonia; filij vestri, i. Apostoli mei in quo eiciunt? Quasi dicat, Illi filij vestri in virtute diabolica (patet ex Magis, Mago, & Petro, suprà) non faciunt miracula, sed in virtute diuina: ergo ego, illorum magister potentior, sapientiorque illis, multò minus, & facio, & facere indigeo, & facere volo, miracula in uirtute diabolica; Hæc in gratiam artic. 7. dicta sint; in confusionem scilicet hæreticorum ibi in appen. narratorum: quandoquidem, & hinc cum occasionaliter emerserint, silentio nunc præteriri non potuerunt. Sed iam ad principium appendicis huius, finito primo. Secundum igitur, quod ibi præmissum est, dixit uirtualiter scriptura tunc: quando Gen. 18. ait, Nunquid Deo est quicquàm difficile? Item 1. Regum 14. Non est Domino difficile saluare, uel in multis, uel in paucis. Item Hierem. 32. Ecce ego Dominus Deus uniuersæ carnis; Nunquid mihi difficile erit omne uerbum? Item Sap. 12. Subest tibi Domine; cum uolueris, posse. Item 1. Machab. 3. Facile est, concludi multos in manu paucorum, & non est differentia in conspectu Dei cæli liberare in multis & paucis. Ex his, & similibus, scripturis liquidò constat, quòd respectu diuinæ potentiæ nihil est arduum: & consequenter quòd per comparationem ad Deum, cum esse arduum sit de diffinitione miraculi, scriptura nullum miraculum dari posse per hęc affirmat. Secundò habes: quomodo per rationem scripturas illas omnes, pro quanto utrumuis prædictorum concludunt, & intelligas, & declares, & probes. Tertiò vides; quomodo ex his uicissim Angelica hæc doctrina consolidetur, atque declaretur.

2

3

Comm.

Comm. Cardinalis Caietani.

Titulus clarus.

¶ In corpore vna conclusio responsiue quæsito affirmatiue. Vnum miraculum est maius alio. Probatur. Miraculum dicitur non per comparationem ad diuinam potentiam, sed facultatem naturæ excessæ. ergo vnum est maius alio. Antecedens quo ad primam partem patet, quia respectu diuinæ potentiæ quodlibet est minimum, quod probatur authoritate Isaiæ, omissa ratione de infinitate potentię diuinæ. Quo ad secũdam vero partem relinquitur per se nota, quasi per locum a diuisione. Consequentia vero probatur, quia natura secundum triplicem gradum excedi potest. Primo secundum substantiam facti: secundo secundũ materiam in qua, & tertio secundum modum faciendi &c. omnia clara sunt.

¶ Circa primum gradum miraculorum dubium occurit, quoniam hic dicitur, ꝙ excedentia facultatem naturæ secundum substantiam facti, tenent summum locum in miraculis.

¶ In responsione autem ad primum præcedentis articuli dictum est, quod creatio & iustificatio impii non sunt propriè miracula, quia non sunt nata fieri per causas secundas. igitur si ratio hæc ibi assignata est bona, excessus naturæ secundum substantiam facti minuit rationem miraculi. ergo non constituit summum gradum eorum, ut hic dicitur.

¶ Ad hoc dicitur, quod excedentia secundum substantiam facti: sunt in duplici differentia. Quædam pertinent ad communẽ influentiam, quædam vero ad specialem influxum. Pertinentia ad communem influentiam sunt, & quæ Deus ut primum agẽs quasi suprema natura facit, ut creatio, conseruatio, ordinatio uniuersi, & partium eius non aliter possibilium, quam per creationem &c. & quę Deus ut tale agens, puta glorificator manifestato nobis ordine facit, ut iustificatio impij, collatio gratiæ &c. Et hæc merito minuunt rationem miraculi, quia a Deo sunt nõ ut ignota causa. Et de his dictum est in præcedenti articulo, quod non sunt propriè miracula. Et ratio ibi assignata, quia. s. non sunt nata fieri per causas secundas, optima est, si ponderetur ly nata fieri, & applicetur negatio ad medias causas tãtum, quasi diceretur, hæc sunt de genere eorum, quę sunt nata fieri. idest, habent quasi naturalem cursum in uniuerso, & non per medias causas secundas. Oportet enim ad miraculi rationem & quod sit præter causas secundas, & non fit a Deo quasi secundum naturam, quia sic est causa nota, vt tamen sunt ista quæ pertinent ad communem influentiam. Ad specialem autem influxum Dei pertinent, quæ solus præter causas secundas secundũ ordinem sibi soli notum facit &c. & talia excedentia secundum substantiam facti naturam, sunt in primo gradu miraculorum, ut transubstãtiatio panis in corpus Christi, & incarnatio uerbi &c.

QVAESTIO CVI.

Quomodo una creatura moueat aliam, in quatuor articulos diuisa.

Deinde considerandum est quomodo vna creatura moueat aliam. Erit autem hæc consideratio tripartita, vt primo consideremus, quo modo angeli moueant, qui sunt creature pure spirituales. Secundò, quomodo corpora moueant. Tertiò quomodo homines, qui sunt ex spirituali & corporali natura compositi.

¶ Circa primum tria consideranda occurrunt. Primò, quomodo angelus agat in angelum. Secundò, quomodo in creaturam corporalem. Tertiò, quomodo in homines.

¶ Circa primum considerare oportet de illuminatione, & locutione angelorum, & ordinatione eorum adinuicem tam bonorum, quam malorum.

Circa illuminationem quæruntur quatuor.

¶ Primò, Vtrum unus angelus moueat intellectum alterius illuminando.

¶ Secundò, Vtrum vnus moueat voluntatem alterius.

¶ Tertiò, Vtrum inferior angelus possit illuminare superiorem.

¶ Quartò, Vtrum superior angelus illuminet inferiorem de omnibus, quæ cognoscit.

ARTICVLVS I.

Vtrum unus angelus illuminet alium.

520 2.d.9.a.2. Et d.11.q.2.art.1. Et ver.q.9.a.1.&1.cor.13

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur, quod vnus angelus non illuminat alium. Angeli enim eandem beatitudinem possident nunc, quam nos in futuro expectamus: sed tunc unus homo non illuminauit alium, secundum illud Iere. 31. Non docebit ultra uir proximum suum, & vir fratrem suum. Ergo etiam nunc unus angelus non illuminat alium.

¶ 2 Præt. Triplex est lumen in angelis, naturæ, & gratiæ, & glorię: sed angelus illuminatur lumine naturæ a creante, lumine gratiæ a iustificãte, luminę gloriæ a beatificante, quod totum Dei est. Ergo unus angelus non illuminat aliu m.

¶ 3 Præt. Lumen est forma quædam mentis: sed mens rationalis a solo Deo formatur nulla interposita creatura, ut Aug. † dicit in li. 83. q. Ergo vnus angelus non illuminat mentem alterius.

SED CONTRA est, quod dicit Dion. * 8. c. cœl. hierar. quod angeli secundæ hierarchiæ purgãtur, & illuminantur, & perficiuntur per angelos primæ hierarchię.

RESPON. Dicendum, quod vnus angelus illuminat alium. Ad cuius euidentiam considerandum est, quod lumen secundum quod ad intellectum pertinet, nihil est aliud quam quædam manifestatio veritatis, secundum illud ad Eph. 5. Omne quod manifestatur, lumen est. Vnde illuminare nihil aliud est, quam manifestationem agnitæ ueritatis alii tradere, secundum quem modum Apostolus dicit ad Ephe. 3. Mihi omnium sanctorum minimo data est gratia, illuminare omnes, quæ sit dispensatio sacramenti absconditi a sæculis in Deo. Sic igitur unus angelus dicitur illuminare alium, inquantum ei manifestat ueritatem, quã ipse cognoscit. Vnde Diony. * dicit 7. ca. cœl. hierar. quod theologi plane monstrãt cœlestium substãtiarum ornatus a supremis mentibus doceri deificas scientias. Cum autem ad intelligendum duo concurrant, ut supra diximus, * scilicet uirtus intellectiua, & similitudo rei intellectæ, secundum hæc duo unus angelus alteri ueritatẽ notam notificare potest. Primo quidem, fortificando uirtutem intellectiuam eius. Sicut enim uirtus imperfectioris corporis confortatur ex situali propinquitate perfectioris corporis, ut minus calidũ crescit in calore ex pręsentia magis calidi, ita uirtus intellectiua inferioris angeli confortatur ex conuersione superioris angeli ad ipsum. Hoc enim

Capr. 2. d. 11. q. 2. con. 1. & 3.
Alb. Mag. 2. d. 6. ar. 4.

† q. 51. non pro. a fine, to: 4.
* c. 8. parũ ante med. & c. 6. Eccl. hier.
* ca. 7. post med.
* q. 85. ar. 3

SVP. QV. CVI. ART. 1.

CONCL. 1. Vnus Angelus illuminat alium.

¶ PROB. Quia unus Angelus manifestam sibi ueritatem alteri notificat (ex Diony.) & illuminare in pertinentibus ad intellectum nihil aliud est, quam manifestationem agnitę veritatis alii tradere (ex Apostolo).

¶ CONCL. 2. Secundum hæc duo, s. secundum uirtutem intellectiuam, & similitudinẽ rei intellectę, unus Angelus ueritatem notam alteri notificare potest.

¶ PROB. Quia angelus superior per conuersionem suam ad inferiorem, confortat virtutem intellectiuam eius (De corporibus imperfectioribus, a simili, patet), ac ueritatem a se cognitam uniuersalibus speciebus Angelo minori particularioribus similitudinibus offert. Exemplum de doctoribus bonis ad discipulos.

¶ NOT. Ex litera ly secundo autem unus Angelus alteri manifestat &c. usque ad finẽ corporis, discant homines, qui docent alios, modum docendi.

Pri-

.n. facit in spiritualib. ordo conuersionis, quod facit in corporalibus ordo localis propinquitatis. Secundo autem vnus angelus alteri manifestat ueritatem ex parte similitudinis intellectæ. Superior enim angelus notitiam veritatis accipit in vniuersali quadam conceptione, ad quam capiendam inferioris angeli intellectus non esset sufficiens, sed est ei connaturale, ut magis particulariter ueritatem accipiat. Superior vero angelus ueritatem, quam velociter concipit quodammodo distinguit, vt ab inferiori capi possit. Et sic eam cognoscendã illi proponit, sicut etiã apud nos doctores, quod in summa capiunt, multipliciter distinguunt, prouidentes capacitati aliorum. Et hoc est quod Dion.* dicit 15. c. cæl. hier. Vnaqueq; substantia intellectualis datam sibi a diuiniore uniformẽ intelligẽtiam, prouida uirtute diuidit, & multiplicat ad inferioris sursum ductricem analogiam.

Ad primvm ergo dicendũ, quod omnes angeli, tam superiores quam inferiores immediate uident Dei essentiam, & quantum ad hoc vnus non docet alium. De hac enim doctrina propheta loquitur, unum dicit, Non docebit vir fratrem suum dicens, Cognosce dominum. Omnes enim cognoscent me a minimo eorum vsque ad maximum. Sed rationes diuinorum operum, quæ in Deo cognoscuntur sicut in causa, omnes quidem Deus in seipso cognoscit, quia seipsum comprehendit, aliorum vero Deum videntium tanto vnusquisque in Deo plures rationes cognoscit, quanto eum perfectius videt. Vnde superior angelus plura in Deo de rationibus diuinorum operum cognoscit, quã inferior, & de his eum illuminat. Et hoc est quod dicit Dion.* quarto ca. de diuinis nominibus, quod angeli existentium illuminantur rationibus.

Ad secvndvm dicendum, q̃ vnus angelus non illuminat alium tradendo ei lumen naturæ, vel gratiæ, vel gloriæ, sed confortando lumen naturale ipsius, & manifestando ei ueritatem de his, quæ pertinent ad statum naturæ, & gratiæ, & gloriæ, ut dictum est.*

Ad tertivm dicendum, q̃ rationalis mens formatur immediate a Deo, uel sicut imago ab exemplari, quia non est facta ad alterius imaginem quam Dei, uel sicut subiectum ab vltima forma completiua: quia semper mens creata reputatur informis, nisi ipsi primæ ueritati inhæreat. Aliæ vero illuminationes, quæ sunt ab homine, vel angelo sunt quasi dispositiones ad ultimam formam.

AR-

1m de conclusione. Non illuminat. R. Quantum ad visionem diuinæ essentiæ: non, quantum ad rationes diuinorum operum. §. Tunc &c. Nã conclusio non intendit, quod vnus illuminet alium quantum ad visionem diuinæ essentiæ, in quo sensu de beatis loquitur Hieremias adductus: sed intendit, q̃ vnus illuminat alium quantum ad rationes diuinorũ operum, quem sensum nõ tangit Hieremiæ ipsius auctoritas. Ex litera agnosce (& hoc in aliis locis articulorum per te videbis passim): quod hæretici, diabolus, cæterique ad decipiendum tentatores, vel suasores, vtuntur bonis auctoritatibus in malo sensu deprauatis.

2m de conclusione. Non illuminat. R. Tradendo ei lumen: non, confortando lumen naturale ac manifestando veritatem per similitudinem. §. Tunc &c. vt patet per secundam conclusionem. Hanc etiam melius intelliges ex textu præsentis responsi.

*c. 15. non multum remote ante med.

¶ Not. Omnes istæ quæstiones de angelis, & suprà q. 40. &c. præsupponunt rationabiliter, angelos reperiri, & consequenter tradunt tibi rationes multiplices, quibus efficaciter interimere possis hæresim Saducæorum, Bositheanorum, Anthiganorum; Michaelis Balbi, Dauidis Georgii (ut refert Franciscus Feuardentius) dicẽtium: nec angelos, nec dæmones esse. Etiam Libertini angelos nihil esse fingunt. Rursum, per rationes præmissas ostendendi paratur tibi uia, quod huiusmodi dementissimus error est merito damnatus à Concilio Nicæno 2. Act. 5. dum ibi sancta synodus angelos posse deberéque pingi, vt homines, sanxit, quia vt homines apparuerunt. Item a sacra scriptura passim puta Gene. 16. 19. 28. 31. 32. Exod. 14. 23. 32. 33. Iud. 2. 6. 13. 1. Paralip. 21. 2. Reg. 24. 3. Reg. 19. 4. Reg. 1. 2. 7. 19. Thob. 5. Dan. 8. 9. 10. 12. 36. 14. Iud. 13. ps. 33. 90. 102. 137. 148. Zach. 1. 2. De diabolo. Genes. 3. in specie serpentis Iob 1. 2. Leuit. 17. Deut. 32. ps. 90. 95. 105. 1. Reg. 16. 3. Reg. 22. Tob. 6. Zach. 3. Hæc de veteri testamento. Nunc de nouo aliqua. Matthæ. 1. 2. 4. 28. 13. 24. 25. Luc. 1. 2. 15. 16. 20. 22. Ioann. 5. Actu. 1. 5. 8. 10. 12. 1. Cor. 11. Galat. 3. Hebr. 1. 13. De dæmoniis. Matth. 4. 25. Luc. 8. 10. 11. 13. 22. Io. 13. Act. 5. 1. Cor. 5. 2. Corin. 12. 2. Thess. 2. 1. Tim. 1. Apoc. 20. 1. Petr. quinto. Alia multa in scripturis, & concilijs, reperies: sed ista sufficiant ad respondendum stultis iuxta stultitiam suam, ne sibi sapientes videantur.

3m ex Augustino. Formatur. R. Sicut imago ab exemplari, vel sicut subiectum ab ultima forma: non, quasi a disponente solum ad vltimam formam. §. Tũc &c. Non enim intendit conclusio, quod vnus angelus possit alterius mentem illuminare, i. lumine formare tanquam exemplatum suã imaginem, vel tãquam vltima forma suũ subiectum (sic enim solus Deus illuminati, seu format mentem, ut patet in litera), sed intendit, quod illuminat, seu format, tanquam solũmodo disponens ad ultimam formam.

*ca. 4. non multum a prin.

APPENDIX.

Ex articulo habes primo: quomodo per rationem ostendas, scripturam merito virtualiter insinuare, quod vnus angelus illuminat alium quantum ad rationes diuinorum operum. Hoc autem sic insinuat Zach. 2. Angelus qui loquebatur in me egrediebatur, & alius angelus egrediebatur in occursum eius, & dixit ad eum: Curre, loquere ad puerum istũ dicens, absque muro habitabitur Hierusalem præ multitudine hominum & iumentorum in medio eius, & ego ero ei, ait Dominus, murus ignis in circuitu, & in gloria ero in medio eius. O, o, o, fugite de terra Aquilonis, dicit Dominus, quoniam &c. Hæc ibi, & vsque ad finem capituli. Vbi vides aperte: vnum angelum illuminare alterum instruendo de quibusdam a Deo reuelatis operum rationibus. Item Apoca. 7. Vidi alterum ascendentem ab ortu solis habentem signum Dei viui, & clamauit voce magna quatuor angelis, quibus datum est nocere terræ & mari, dicens, nolite nocere terræ, & mari, neque arboribus quoad vsque signemus seruos Dei nostri in frontibus eorum. Secundo habes: quomodo præmissas scripturas cum similibus, pro quanto illuminationem insinuat vnius angeli ad alium per rationem, & intelligas, & declares, & probes. Tertio vides: quomodo ex his, atque similibus uicissim Angelica hæc doctrina declaretur, atque confirmetur.

Vtilitas pro Eccles. S. Dei.

*In cor. a.

2

3

¶ Not. Suffragatur huic articulo vtrumque, articulus in ordine 514. 531. 551.

Comm. Cardinalis Caietani.

In titulo aduerte, quod quamuis locutio angelorum sit naturaliter prior illuminatione, quoniam nihil aliud est quam locutio quædam. s. illuminatiua, illuminatio tamen est prior locutione, vt est mutatio, atque gubernationis diuinæ effectus, quoniam illuminatio per se importat actionem perfectiuam alterius, locutio autem non. Et ideo hoc in loco prius de illuminatione, quam de locutione determinatur. Potest quoque & alia ratio huius ordinis reddi, s. quod illuminatio est naturaliter prior locutione, sicut naturale animali, & hoc secundum nominis rationem, quamuis secundum suppositionem in tali materia secundum veritatem locutio sit prior illuminatione. Quæstiones. n. ordinantur secundum rationes quæsitorum in communi, & non secundum ordinem conclusionum decidendarum.

¶ In corpore tria. Primò proponitur conclusio responsiua affirmatiuè. s. Vnus angelus illuminat alium. Secundò determinat quid sit illuminare in angelis, & dicit quod est manifestare alii veritatem cognitam. Et probatur dupliciter: primo ex ratione illuminationis, quæ habetur ex authoritate ad Ephe. 4. & trahitur ex ratione luminis assignata ad Eph. 5. secundo ex authoritate Dion. 7. c. cœl. hier.

¶ Aduerte hic, quod manifestare aliquod ignotum contingit dupliciter. Vno modo per simplicem præsentationem obiecti, sicut habens pomum occultatum, proferens illud in medium, ma-

manifestat videntibus. Alio modo per adhibitionē luminis adiu uantis, vt patet alicui quod occultum erat, sicut addens candelam dicitur manifestare quod priori lumine discerni non poterat. Manifestare primo modo non est illuminare, ut de se patet: sed manifestare secundo modo est illuminare. Vnde in litera ad significandum, quod illuminare non est quodcunque manifestare, dicitur quod illuminare est manifestationem agnitæ veritatis tradere. vbi expresse vtrumque posuit de ratione illuminationis. s. offerre veritatem cognitam, & manifestationem illius, q̄d est per lumen adhibitum. Vnde & in hoc differt, vt patebit. locutio angelica ab illuminatione, quia illa obiectum simpliciter offert, ista vero obiectum simul cum lumine.

¶Tertio ponit duos modos, quibus vnus angelus illuminat alium angelum, & sic ponitur conclusio responsiua in speciali bimembris, Vnus angelus illuminat alium angelum & ex parte virtutis intellectiuæ, & ex parte similitudinis rei intellectę. Probatur primò prima pars, & secundò secunda. Prima pars probatur & declaratur sic: Virtus imperfectioris corporis confortatur ex situali propinquitate perfectioris corporis. ergo virtus intellectualis inferioris angeli confortatur ex conuersione superioris angeli ad ipsum. ergo vnus angelus illuminat alium, fortificando uirtutem intellectiuam. Antecedens declaratur exemplariter, in minus & magis calido consequentia uero probatur: quia hoc facit ordo conuersionis in spiritualibus, quod ordo ꝓpinquitatis in corporalibus. Secunda verò pars probatur sic. Superior angelus veritatem sic vniuersaliter nouit, vt improportionata sit inferiori. ergo distinguit ut ab inferiori capiatur. ergo illuminat illum ex parte similitudinis rei cognitæ. Antecedens patet ex supradictis. Prima consequentia probatur, quia connaturale est inferiori particularius recipere, & declaratur exēplo apud nos magistri & discipuli. Et cōfirmatur authoritate Dion. 14. c. Secunda consequentia est per se nota.

¶Circa primam partem conclusionis, & eius probationem occurrit dubium tactum a Durando & Aureolo, consistens in hoc. Confortatio ista aut fit per actionem vnius in alium, aut ꝑ concursum amborū ad unum communem effectum. Si per actionem, dupliciter potest intelligi, aut causando intensius lumen intellectus, aut adhibendo aliquod nouum lumen. Sed nullo horū modorum potest verificari. ergo, Quod enim ibi non sit intēsio luminis, patet ex eo, quod lumeǹ uirtutis intellectiuæ, de quo est sermo, non suscipit magis & minus, cum sit naturalis potentia in natura inuariabili. Quod etiam non causetur ibi nouum lumen secundum esse intentionale, ut quidam dicunt, ex eo patet, quod vnus angelus apud S. Th. non potest causare in alio speciē obiecti, quam constat habere esse intentionale, & esse quoddam intentionale lumen. Quod autem ista confortatio non fiat per concursum vtriusque intellectus ad intelligendum idem, patet dupliciter. Primò ex eo quod impossibile est duas intellectiuas virtutes creatas eundem actum intelligendi causare, cum intellectio sit actio immanens, nec vnum accidens possibile sit esse in duobus. Secundo ex eo quod etiam in corporalibus vnum agēs non confortatur ex concursu alterius ad idem, nisi ipsum aliq̄d recipiat ab illo concurrente. Vnde & in litera dicitur, quod minus calidum fortificatur ex præsentia magis calidi, quia crescit in calore. vbi ergo solus fit concursus ad tertium, non est fortificatio. Simili modo potest dubitari de illo ordine conuersionis in spiritualibus, posito in litera, quid sit ista conuersio, aut. s. est actiua in inferiorem, aut solum concursiua ad eundem effectum, & cætera, vt supra.

¶Ad hoc dicitur, quod conuersio & confortatio ista fit per actionem vnius in alium, & per concursum vtriusque ad idem, non per modum naturæ, sed artis cooperantis naturæ, non per influxum pertinentem ad agens naturale, sed per influxum pertinentem ad docentem vt sic.

¶Ad cuius euidentiam scito, ꝙ quantum ad propositum spectat, differentia inter ea quæ fiunt a natura, & quæ fiunt ab arte, non quacunque, sed cooperante natura, est, ꝙ illa fiunt ab agente extrinseco, ut patet in generatione rerum naturalium, ista uero fiunt partim ab extra, & partim ab intra, ut patet de sanitate adepta per curam medicorum. Nec est dubium quin hoc modo in nobis scientia per doctrinā fiat, ut inferius latius patebit. nunc verò supponatur. Scito secundò, ꝙ actio docentis ut sic, non est præbere prius aliquod lumē, & deinde offerre veritatem cognitam, sed offerre veritatem cognitam, vt illuminatam. Sic enim illuminatur intellectus ad videndam veritatem illam, & consequenter fortificatur ex participatione luminis superioris participati per receptionem illius ueritatis illuminatę. Veritas autem illustrata est, quum lumine intellectuali claret. Claret autem, quum intellectuali intuitu penetratur, & sic de primo ad ultimū cum aliquod occultum non per solam absentiam, sed ꝑꝑ difficultatem, uel excellentiā &c. ut cognitum proponitur, ut illustratum profertur Et quamuis contingat illud nō uideri ab eo, cui offertur, ꝑꝑ debilitatem intellectualis uisus, tamen quantum in se est, ut illustratum proponitur. Et hęc est prima radix illuminationis intellectualis in angelis. Profert. n. quisque superior inferiori obiectum, ut cognitum & illustratum. Et quoniā ex hoc solo non sequitur: ergo profertur obiectum, ut illustratum huic inferiori, eo quod cognitum a superiore claret ut obiectum ipsius, & non ut obiectum cuiuscunq; sicut cognitum a magistro claret ut obiectum illius, & non addiscentis plerumque. Ideo cū hac prima radice, concurrit secunda, s. particularizatio cōceptuū habilium ut percipiantur a tali inferiori, ut ēt apud nos contingit. Et sic dum angelus illuminat alium, regulariter vterque modus illuminationis coniungitur, qm̄ & obiectum proponitur illuminatum & proportionatum inferiori, ut participanti hoc nouum lumen: sed prius natura est lumen, quā diuisio. Et illud se tenet ex parte uis intellectiuæ. Est. n. intellectus ex illo, non solū potens ad hoc percipiendū, sed alia, ad quæ prius nōn se extēdebat, hæc aūt se tenet ex parte speciei. i. conceptus. Et per hæc iā patere potest rn̄sio ad obiecta, superior. n. angelus conuertit se ad inferiorē eo modo quo doctor ad discipulū, sublata tamen discursus imperfectione. Hæc autem conuersio non consistit in actione, aut cōcursu ꝑ modum naturæ, ut obiectiones ꝓcedunt sed in actione in alium per modum artis cooperatiuę naturę. Et est in superiore actiua ordinatio conceptus proprii illustrātis & commensurantis rem cōceptā inferiori. In inferiore vero est applicatio intellectus sui ad formandū in se conceptū correspondētem ofiso conceptui de eadē re, sic. n. participat superioris lumē per modū disciplinę. Sic quodā modo fit in inferiore nouum lumen ꝑꝑ participationē prædictā, qua redditur de potētia illuminatus, actu illuminatus. Sic quodāmō lumen inferioris intenditur, quia efficacior fit ad intelligendum, non ꝙ sit propriè intensio. Sic quodāmodo est duorū cōcursus ad tertiū, pro quāto doctor nihil prius dat discenti, sed ad formandū in ipso discente cōceptū uerū, propriū, & clarum, & de re illa, suū conceptū cōuertit & ordinat. Hoc. n. modo spūalia cōtinuantur, & cōfortātur, continuatione, & crescunt, & non ꝑ præuium aliquid adipisci, ut in corporalib. cōtingit. Hæc si nō credis, lege q. 9. de ueritate a. 1.

¶Ad

ARTICVLVS II.

Vtrum unus angelus possit mouere uoluntatem alterius.

521 1. 2. q. 9. a. 4 & 3. con. c. 88. & 89.

AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur quod vnus angelus possit mouere voluntatem alterius. Quia secundum Dion. sicut unus angelus illuminat alium, ita purgat & perficit, ut patet ex authoritate supradicta, * purgatio & perfectio videntur pertinere ad voluntatē. nam purgatio videtur esse a sordibus culpę, quę pertinet ad voluntatem, perfectio autem uidetur esse per consecutionem finis, qui est obiectum voluntatis. ergo unus angelus potest mouere uoluntatem alterius.

* ar. præc. arg. sed cō.

¶ 2 Præt. Sicut Dion. * dicit 7. ca. cæl. hier. nomina angelorum designant eorum proprietates. Seraphim. n. incendentes dicuntur, aut calefacientes, quod est per amorem qui ad uoluntatem, pertinet. vnus ergo angelus mouet voluntatem alterius.

* c. 7 cæl. hie. in pri. & c. 8. circ. prin.

¶ 3 Præter. Philosophus in 3. de * anima, quod appetitus superior mouet appetitum inferiorem, sed sicut intellectus angeli superioris superior est, ita etiam appetitus. ergo uidetur quod superior angelus possit immutare uolūtatē alterius.

* li. 3 d' aīa tex. 59. t. 2.

SED CONTRA. Eius est immutare uoluntatē, cuius iustificare, cū iustitia sit rectitudo uolūtatis: sed solus Deus est qui iūstificat. ergo unus angelus non potest mutare voluntatem alterius.

RESP. Dicendū, quod sicut supra dictum, est * voluntas immutatur dupliciter, uno modo ex parte obiecti, alio modo ex parte ipsius potētiæ. ex parte quidem obie

Ferr. 3. con. c. 88. 89.

SVP. Q. CVI. ART. 2.

CONCL. 1. Vnus angelus non mouet sufficienter uolūtatem alterius, nec ut obiectum, nec ut ostendens obiectum, sed inclinat eam.

¶PROB. Quia angelus nec est uniuersale bonum, nec potest demonstrare vniuersale bonum ut per essentiā videatur, & solummodo vniuersale bonū, vel etiam faciens uidere ꝑ essentiam illud, mouet suf-

* q. ꝑc. ar. 4

sufficienter voluntatem(supra 105.articulo 4.) secunda autem pars, scilicet sed &c.probatur. Quia Angelus est amabile quoddam & potest manifestare alicui bona aliqua creata, ordinata in Dei bonitatem.

¶ Not. Manifestare ipsa creata in seipsis pręcise, ac per hoc inclinare aliquam in amorem ipsorum creatorum, ut sic pręcise, conuenit Angelis apostaticis, manifestare autem illa, vt ordinantur in Dei bonitatem, ac per hoc inclinare in amorem ipsorum, ut cōducunt ad Dei bonitatem, conuenit Angelis Sanctis. Sic applica etiam conclusionē hanc ad homines respectu aliorum.

* q. pc. a. 4.

¶ Concl. 2. Ex parte ipsius potentiæ nullo modo potest uoluntas moueri, nisi a Deo.

¶ Prob. Quia operatio voluntatis est q̄dam inclinatio volentis in volitum, & hanc inclinationem solus ille immutare potest, qui potentiam volendi creaturæ contulit, cum de inclinatione etiam naturali fit sic.

1m ex Dionysio. Purgat, & perficit. ℞. Quoad intellectum: non aliter. §. Nam secundum modū illuminationis est accipienda purgatio, & perfectio, ut patet per exēplum de visu corporali in litera. Tunc &c. sup. enim articulo primo dictum est, quod Angelus vnus illuminat intellectum alterius, & consequēter quod purgat & perficit eius intellectum (ut ait nunc Dionysius,) per hoc autem non habetur, ꝙ moueat sufficienter alterius voluntatem, & consequenter non tangitur conclusio præsens.

2m de conclusione. Mouet. ℞. Suadendo: non, sufficienter mouendo. §. Tunc &c. Nam ex primæ conclusionis parte secunda expresse habetur ꝙ unus Angelus potest inclinare uoluntatem alterius.

3m ex Philosopho. Appetitum inferiorem. ℞. qui pertinet ad eandem essentiam animæ, & qui est uirtus in organo corporali; non, si careret illis conditionibus. §. Tunc &c. Nam uoluntas inferioris Angeli caret his, uel absolute, quia caret organo, vel respectiue, quia uolūtas eius non pertinet ad essentiam superioris, Vnde auctoritas illa philosophi non tangit propositum conclusionis.

cti mouet uoluntatem, & ipsum bonum quod est voluntatis obiectū, sicut appetibile mouet appetitum, & ille qui demonstrat obiectum, puta qui demonstrat aliquid esse bonum. Sed sicut supra dictum est, * alia quidem bona aliqualiter inclinant voluntatem, sed nihil sufficienter mouet uoluntatem, nisi bonum vniuersale, quod est Deus. Et hoc bonum solus ipse ostendit, ut per essentiam uideatur a beatis, qui dicenti Moysi, Ostende mihi gloriā tuā, rn̄dit, Ego ostēdā tibi oē bonū, ut habetur Exod. 33. Angelus ergo non sufficienter mouet uoluntatem neque vt obiectū, neq; vt ostendens obiectum: sed inclinat eam, vt amabile quoddam, & vt manifestans aliqua bona creata ordinata in Dei bonitatem, & per hoc inclinare potest ad amorem creaturę, vel Dei per modum suadentis. Ex parte verò ipsius potentiæ voluntas nullo modo potest moueri nisi a Deo. Operatio enim uolūtatis est inclinatio quædam uolentis in uolitum. Hanc autem inclinationem solus ille immutare potest, qui virtutem volendi creaturæ contulit, sicut & naturalem inclinationem solum illud agens potest mutare, quod potest dare virtutem, quam consequitur inclinatio naturalis. Solus aūt Deus est, qui potentiam uolendi tribuit creaturæ: quia ipse solus Deus est author intellectualis naturæ. Vnde angelus uolūtatem alterius mouere non potest.

Ad primum ergo dicendum, quod secundum modum illuminationis est accipienda & purgatio, & perfectio. Et quia Deus illuminat immutando intellectum & voluntatem, purgat a defectibus intellectus & voluntatis, & perficit in finem intellectus & voluntatis: angeli autem illuminatio refertur ad intellectum, vt dictum est: * ideo etiam purgatio angeli intelligitur a defectu intellectus qui est [d] nescientia perfectio autem, est consummatio in finem intellectus, qui est ueritas cognita. Et hoc est quod dicit Dion. * 6. cap. eccl. hierarch. quod in cœlesti hierarchia purgatio est in substantiis, & essentiis tanquam ignotorum illuminatio imperfectiorem scientiam inducens. Sicut si dicamus uisum corporalem purgari, inquantum remouentur tenebræ, illuminari uero inquantum perfunditur lumine: perfici verò, secundum ꝙ perducitur ad cognitionem colorati.

Ad secundum dicendum, ꝙ vnus angelus potest inducere alium ad amorem Dei per modum persuadentis, ut supra dictum est *.

Ad tertium dicendum, quod philosophus loquitur de appetitu inferiori sensitiuo, qui potest moueri a superiori intellectiuo, quia pertinet ad eandem naturam animæ, & quia inferior appetitus, est uirtus in organo corporali, quod in angelis locum non habet.

* ar. prec.

D. 540.

* s. 6: eccl. hier. par. 3 inter med. & fi.

In corp. a.

A P P E N D I X.

Vtilitas p Eccles. S. Dei.

Ex articulo habes primo: quomodo per rationem ostendas, quod scriptura merito insinuat circumlocutiue, Angelum nullum posse efficaciter mouere alterius cuiuscunque uoluntatem. Sic autem hoc insinuat tunc: quando Deo soli ascribit ea, quæ motionem efficacem uoluntatis concomitantur, puta conuersionem ad Deum, mutationem de impœnitentia, obstinatione duritia, in ueram contritionem: uersionem de neglectu Dei dilectionem eius, de transgressione mandatorum Dei in ueram obseruantiam legis illius, & breuiter de peccato in iustificationem. Hæc enim omnia & similia, quæ motionem voluntatis includunt, dum Deo tanquā propria attribuit, nullam creaturam, consequenter nec Angelum, posse sufficienter mouere uoluntatem alterius ostendit. Quod autem præmissa sint uera, patet singillatim per scripturas. Nam de primo dicitur Hierem. 31. Cōuerte me & conuertar, quia tu dominus Deus meus. Quasi aperte dicat, Nullus alius est dominus Deus meus, sed hoc tibi soli conuenit, ex consequenti soli tibi conuenit sufficienter mouere uoluntatem meam. Nullus ergo, nisi tu, sufficit mouere voluntatem alterius. Item Tren. quinto conuerte nos domine ad te, & conuertemur, Applica tu rationem, vt nunc supra. De præmissorum secundo Ezech. 11. hæc dicit dominus, auferam cor lapideum de carne eorū & dabo eis cor carneū. En mutatio uoluntatis hominum, quæ conuenit soli Deo, supr. q. 105. articulo quarto & in appen. Applica pro articulo præsenti, quātum conuenit. De tertio, & quarto. Eccl. 45. Dedit illi cor ad pręcepta & legem uitæ, & disciplinę. Huc referas illa dicta, quibus Deus promittens sic, uel similiter, ait, faciam ut me diligatis & in præceptis meis ambuletis. De quinto legis in Apostolo Ro ma. tertio, unus quidem est Deus; qui iustificat circuncisionē ex fide, & præputium per fidem: item octauo, Deus, qui iustificat. Quasi dicatur. Deo soli conuenit iustificare: Cum ergo iustificatio per motum uoluntatis creatæ fiat, vult dicere, quod solus Deus voluntatem alterius mouet efficaciter. Item ad idem Esai. 43. Ego sum, Ego sum ipse, qui deleo iniquitates tuas propter me. Secundo habes: quomodo per rationem præmissas auctoritates, pro quanto unum Angelum negant mouere uoluntatem alterius per hoc, quod soli Deo motionem uoluntatis alterius tribuunt, & intelligas, & declares, & probes. Tertio vides quomodo ex his, uicissim Angelica doctrina præsens, consolidetur.

a

3

¶ Not. Articulo huic suffragatur articulus in ordine 530. 515. 546.

Comm. Cardinalis Caietani.

Titulus clarus. Possit, intelligitur de potentia sufficiente, alioquin non dicitur posse nisi secundum quid.

¶ In corpore una conclusio responsiua quęsito negatiue. Vnus angelus non potest mouere voluntatem alterius. Probatur hæc conclusio tali ordine, primo distinguitur ly mouere uoluntatem, in duo membra: secundò, probatur conclusio quo ad primum membrum, & tertio quo ad secundum. Distinctio est. Voluntas potest moueri dupliciter ex parte obiecti, & ex parte potentiæ. Et rursus ex parte obiecti est duplex mouens. s. ipsum obiectum, & ostendens obiectū. Omnia clara ex supradictis. Probatio conclusionis quo ad primum membrum continet duo, primo

mo quid non possit,s.quod vnus angelus non potest mouere voluntatem alterius ex parte obiecti & arguit sic. Bonum vniuersale tantum mouet sufficienter voluntatem obiectiuè, & hoc a solo Deo ostenditur. ergo vnus angelus non potest voluntatem obiectiuè mouere. Consequentia nota est,& antecedens quo ad primam partem probatum fuit superius quo ad secundam vero insinuatur probatio ratione, & authoritate. Ratio est,quia solus Deus sufficit præsens facere obiectum beatitudinis. s. Deum,vt per essentiam videndum. Authoritas. Ego ostendam tibi omne bonum. Secundo continet quid possit angelus ex hac parte.s. quod potest inclinare voluntatem vtroq; modo,i. vt amabile,& ut ostendens amabile,quia est quoddam bonum,quo ad primum & quia potest suadere,quo ad secundum.

¶Probatio vero conclusionis quoad secundam partem.s. voluntas non potest ex parte potentiæ ab angelo, sed a solo Deo moueri est,solus Deus est author naturæ intellectualis ergo solus ipse tribuit potentiam volendi. ergo solus potest immutare inclinationem illius in volitum.ergo solus potest immutare operationem uoluntatis. ergo solus potest mouere eam ex parte potentiæ. Antecedens supponitur ex dictis.Prima consequentia relinquitur per se nota.Secunda vero probatur:Solus author naturæ,quam sequitur inclinatio naturalis,potest illam inclinationem mutare.ergo solus author intellectualis naturæ, quam sequitur inclinatio uoluntatiua,potest illam mutare. Tertia uero consequentia probatur: quia operatio voluntatis nihil aliud est, quam inclinatio voluntatis in uolitum. Vltima vero consequentia relinquitur per se nota.

¶Circa hanc rationem dubium occurrit.Quia quæstio est de motione voluntatis ad actum proprium:probatio autem procedit de motione uoluntatis ad actum extraneum. procedit.n. de mutatione inclinationis actualis ipsius voluntatis. Vnde dicet quispiam.quod licet solus Deus possit uariare inclinationem voluntatis, angelus tamen mouere ipsam uoluntatem ad aliquas suarum inclinationum actualium potest. Ad hoc dupliciter dici potest.Primo negando,quod probatio literæ loquitur, de uariatione voluntatis a proprio opere ad extraneum. Dicam.n. quod probatio fundatur super hoc tantum, quod operatio per modum inclinationis a nullo extrinseco inesse potest, nisi a datore virtutis. Hæc.n.est differentia inter operationē absolute,& operationem per modum inclinationis conuenientē, quod illa ab extra esse potest,ista non. Exemplum,Graue pōt descendere & ascendere: sed ascendere non inest sibi ut inclinatio,sed descendere sic, & ideo graue a nullo extrinseco potest per se moueri deorsum,nisi a generante. Sub hac propositione posita in litera in illis verbis Inclinationem solus potest mutare qui dat virtutem &c. posita, est minor,immo præposita. s. quod omnis operatio uoluntatis conuenit ei ut inclinatio:quia velle nihil aliud est quam inclinatio actualis uolentis in volitum. igitur uoluntas non potest educi de potentia ad actum uolendi ex parte potentiæ ab aliquo extrinseco,nisi a datore uoluntatis & hęc ratio conuincit intellectum, & est per se nota. Constat.n.quod moueri ad actualem inclinationem,ut sic, non nisi a se,aut a sui factore,a quo habitualem hēt inclinationem,esse potest,inclinationis.n. rationem habere non potest respectu alicuius,quod ab extra uenit. Si quis autem contendat ex superficie literæ & non ex ratione inclinationis,sed uariatione inclinationis,processum hunc interpretandum omnino uult, potest dari secunda responsio dicendo quod quia eiusdem rationis est moueri appetitum aliquem ex parte potentiæ ad suum actū naturalem & moueri ad oppositū, ideo ex negatione potentiæ motiuæ ad oppositum, optimè infertur negatio potentiæ motiuæ ad actualem inclinationem. Quod autem eiusdem rationis sit mouere ex parte potentiæ ad propriā inclinationem,& uariare inclinationem,ex eo patet,quod uariari inclinatio non pōt nisi uaria uirtute,quā sequitur inclinatio. Non .n.potest imaginari quod varietur inclinatio lapidis respectu motus localis,nisi facta mutatione circa grauitatē,stante.n.illa, semper motus deorsum sequitur,ut inclinatio. Alii aūt motus possunt quidem ei inesse, sed non ut inclinatio actualis. & ratio est in promptu:quia inclinatio actualis supponit habitualem, & est ab ea,ideoque non potest actualis uariari,nisi uariata habituali. Constat aūt quod uariare habitualem inclinationem est datoris naturæ,cuius est illa uirtus. Vnde non uariatur inclinatio terrę, nisi transmutata terra de graui in leue, quod sine substantiali trāsmutatione fieri nequit: Mutare igitur inclinationē ēt actualem non potest nisi dator uirtutis propter necessariam connexionē inter actualem inclinationem & habitualem, qua prohibetur agens extrinsecum attingere inclinationem actualem, nisi media habituali. Hęc aūt est ratio, quare extrinsecum agens nō potest educere appetitum aliquem de potentia ad actum secundū suū, quia.s. actus ille inest ut inclinatio, inclinatio autem ut sic,non potest ex parte potentiæ attingi nisi media inclinatione habituali, ac per hoc si aliquod extrinsecum potest educere per se habitualem inclinationem in actualem, oportet quod possit dare talem habitualem inclinationem, & sic patet quomodo prædictus processus ualet. Prima tamen expositio breuior, & formalior est.

ARTICVLVS III.

Vtrum angelus inferior superiorem illuminare possit.

522 2.d.9.ar.2 Et ueri. q. 9.ar. 3.

AD TERTIVM sic proceditur. Videtur,quod angelus inferior superiorem illuminare possit. Ecclesiastica enim hierar. deriuata est a cœlesti,& eā repræsentat, vnde & superna Hierusalem dicitur mater nostra. Gal. 4. Sed in Ecclesia etiā superiores illuminantur ab inferioribus & docentur, sm illud Apostoli 1. ad Cor. 14. Potestis omnes per singulos prophetare,vt omnes discant, & omnes exhortentur. Ergo & in cœlesti hierarchia superiores ab inferioribus possunt illuminari.

¶ 2 Præterea. Sicut ordo corporalium substantiarum dependet ex Dei voluntate,ita & ordo substantiarum spiritualium: sed sicut dictum est,* Deus quandoque præter ordinem substantiarum corporalium operatur. ergo etiā operatur præter ordinem spiritualium substantiarum illuminando inferiores, non per medios superiores. Sic ergo inferiores illuminati a Deo, possunt superiores illuminare.

* q.pc. ar. 6.& 7.

¶ 3 Præt. Vnus angelus alium illuminat,ad quem se conuertit,vt supra dictum est*: sed cum ista cōuersio sit voluntaria,potest supremus angelus ad infimum se conuertere mediis prætermissis. Ergo potest eum immediate illuminare,& ita potest illuminare superiores.

* ar.i. huius q.

SED CONTRA est,quod Dion.* dicit hanc legem esse diuinitatis immobiliter firmatam, vt inferiora reducantur in Deum per superiora.

* c.5.Eccl. hier.in tit. de sacer.perfectionib. in prin.

RESP. Dicendum, quod inferiores angeli nunquam illuminant superiores, sed semper ab eis illuminantur. Cuius ratio est,quia sicut supra dictum est* ordo continetur sub ordine sicut causa continetur sub causa. Vnde sicut ordinatur causa ad causam,ita ordo ad ordinem. Et ideo non est inconueniens si aliquando aliquid fiat præter ordinem inferioris causę ad ordinandum in superiorem causam, sicut in reb. humanis prætermittitur mandatum præsidis,ut obediatur principi. Et ita contingit, ut præter ordinem naturæ corporalis, aliquid Deus miraculose operetur ad ordinandum homines in eius cognitionem. Sed prætermissio ordinis qui debetur spiritualibus substantiis, in nullo pertinet ad ordinationem hominum in Deum, cum operationes angelorum non sint nobis manifestæ, sicut operationes visibilium corporum. Et ideo ordo, qui conuenit spiritualib. substantiis, nunquam a Deo prętermittitur quin semper inferiora moueantur per superiora,& non econuerso.

* q.pc.a.6

AD PRIMVM ergo dicendū, quod ecclesiastica hierarchia imi-

SVP .Q. CVI. ART. III.

CONCL. Inferiores Angeli nunquam illuminant superiores.

¶PROB. Quia prætermissio ordinis in substantijs spiritualibus, qui est, vt inferiora moueantur per superiora, non econuerso in nullo pertinet ad ordinationē hominū in Deū (ex immanifestatione operationum Angelorum nobis patet,) & quādo Deus prętermittit ordinem aliquem ad aliū prætermittit illū,(operando aliqd miraculose)ad ordinandū hoīes in diuinam cognitionē.

¶COR. Ergo (vult inferre tacite) remota causa remouetur effectus quę quidē eā erat ordinare hoīē in Deū, & remouetur in ꝓtermissione ordinis spūaliū substantiarum, sicut ponebāt in ꝓtermissione ordinis corporaliū.

1m de minori. Repræsentat. B. secundum

dum modum visibilem: non, secundum modum inuisibilem. §. idest, modo suo: non, modo illius, vel inquantum potest: non omnino. Tunc &c. Nam Ecclesiastica hierarchia in hoc, quod in ipsa inferiores secundum gradum quandoque illuminent superiores, non repræsentat cœlestem, etiam quod, tunc inferiores, ut superiores secundũ quid idest in tali materia, puta in scientia illuminẽt superiores simpliciter (puta secundum gradũ præsidentiæ). Ratio est: quia in cælesti hierarchia semper superioritas in scientia est etiam in gradu, immo in natura, & inferioritas naturę est etiam scientiæ, & gradus, id quod non, est sic in hierarchia Ecclesiastica præsenti.

2^m de minori. Quandoque. &. ex causa: non, sine cã. §. Tunc &cet. Nam illa causa, ob quam præter ordinem corporalium quandoque operatur, non inuenitur unquam in spiritualium ordinatione, ita, scilicet quod sit necessarium prætermittere ordinem in spiritualibus (ut patet in probatione conclusionis, & corollario.)

3^m de minori. Voluntarie & voluntate regulata: non, irregulata. §. Tunc &c. negatur, quod ex hoc possit se conuertere præter ordinem statutum, & sic patet, quod nihil est contra.

tatur cœlestem aliqualiter, sed nõ perfecte consequitur eius similitudinem. In cœl. enim hierarchia tota ratio ordinis est ex propinquitate ad Deum. Et ideo illi qui sunt Deo propinquiores sunt & gradu sublimiores, & scientia clariores, & propter hoc superiores nunquam ab inferioribus illuminantur. Sed in ecclesiastica hierarchia interdum, qui sunt Deo per sanctitatem propinquiores, sunt gradu infimi, & scientia non eminentes, & quidam in uno etiam secundum scientiam eminẽt, & in alio deficiunt. Et propter hoc superiores ab inferiorib. doceri possũt.

Ad secundum dicendũ, ꝙ non est similis ratio de hoc, ꝙ Deus agat præter ordinem naturæ corporalis & spiritualis, ut dictum est *. Vnde ratio non sequitur.

Ad tertium dicendũ, ꝙ angelus voluntate conuertitur ad alium angelum illuminandũ: sed voluntas angeli semp regulat̃ lege diuina, q̃ ordiné in angelis istituit.

APPENDIX.

Vtilitas p Eccles. S. Dei.

Ex articulo habes primo: quomodo per rationem ostendas, scripturam recte uirtualiter docuisse (supposito quodam), quod nunquam inferior Angelus illuminat superiorem. Hoc autem sic docuit, 1. Corinth. 12. Vnicuique datur manifestatio spiritus ad vtilitatem. Item Isai. 48. Ego dominus docens te utilia. Supposito .n. quod nulla esset utilitas Ecclesiæ proueniens ex hoc, quod aliquando prætermitteretur ordo Angelicę ordinationis, qua superiores illuminant Angelos inferiores, & subsumpta scriptura illa, quod. s. Deus omnia ad nostram utilitatem facit, sequi uidetur aperte, quod scriptura ibi uirtualiter doceat Angelum inferiorem nunquam illuminare superiorem. Manifestatio, inquit datur ad utilitatem. Quid est, in proposito, manifestatio spiritus, nisi diuina reuelatio? Hęc, si datur alicui, datur ei ad vtilitatem Ecclesiæ. Tolle ergo, quod nulla ex tali reuelatione huic facta sequatur utilitas Ecclesiæ, quid sequitur? Quod talis reuelatio non fiet. Semper enim uerum est, quod remoto fine remouentur ea, quæ sunt ad finem. Alioquin Deus & natura aliquid agerent frustra, quod non solum contra Theologum, sed etiam contra Philosophum, est. A fortiori vero colligis propositum prædictum ex Isaia supra. Ego inquit dominus docens te utilia. Quasi dicat si utilitatem tuam in omnibus, quæ doceo, attendo: ergo in his omnibus, quæ facio, utilitatem tuam (scilicet Ecclesiæ, cui loquitur principaliter) multo magis intendo. Nam facta (vt patet) multo magis, quam dicta, solent attendi, quamuis horum utrumque, loquendo de Deo, sit paris auctoritatis in ueritate, utpote a summo uero procedentia. Idem cum Isaia sic intellecto sensit Psalm. 67. dicens, Deus salutarium nostrorum Hoc est. Deus in omnibus, quę dicit, docet, agit, salutem nostram intendit. Docet nos, adit pro nobis, non semper illa quæ volumus, & ideo non uocatur Deus uoluntariorum nostrorum, sed semper illa, quę Ecclesiæ salutifera sunt, & ideo uocatur Deus salutarium nostrorum. Applica modo ad Angelos, ut supra. Secundo habes: quomodo per rationem scripturas dictas ac similes, pro quanto inferiorem Angelum dicunt non illuminare superiorem, intelligas, declares, & probes. Tertio uides: quomodo ex his uicissim Angelicus consolidetur articulus.

* In cor.a.

2

3

Comm. Cardinalis Caietani.

Titulus clarus. Possit, potentia naturali & ordinaria, non de potentia Dei absoluta est quęstio.

¶ In corpore una conclusio responsiua quæsito negatiuè angeli inferiores numquam illuminant superiores, sed econtra. Hæc conclusio continet duo, s. regularem ordinem inter illuminatũ, & illuminanté, quia. s. superiores sunt illuminantes, inferiores uero illuminati, & est uarietas talis ordinis in ly nunquam, & ly semper. Et quoad vtrumque ordinate probatur in litera. Primò quo ad primum, quia sicut causa ad causam, ita ordo ad ordinem. ergo sicut causa continetur sub causa, ita ordo sub ordine continetur. Deinde quo ad secundum sic, prætermissio ordinis secundarum causarum est propter ordinandum hominé in cognitione Dei, sed prætermissio ordinis in angelis non pertinet ad ordinandum hominem in cognitione Dei. ergo prætermissio in angelis nunquam. Antecedés includit duo, s. quod prætermissio ordinis secundarum causarum sit pp ordiné ad primã cãm & quod sit propter talem ordinem, s. manifestationes Dei ad homines, & quo ad utrũque probatur. Quo ad primũ dupliciter, s. rõne. quia ordo inferioris a superiori mutari potest, exemplo in humanis præceptis. Quo ad secundum verò, quia in corporalibus causis hanc solam rationem videmus. Minor uerò probatur quia operationes angelorum non sunt nobis manifestæ. Aduerte quod tota hæc ratio fundata est super hoc, quod operationis miraculosæ finis est utilitas cognitionis, & affectionis humanæ ad Deum, iuxta illud Apost. Vnicuique datur manifestatio spiritus ad utilitaté, & subditur ibi de miraculis, ut superius dictum est. Constat, n. ex dictis in quæstione præcedente quod operatio Dei præter ordinem naturalem, ad miracula spectat. uide in 3. contra Gen. in calce. 99. c. quantum ualeat hæc ratio.

Scot. 2. 5. d. 9. q. 1.
Riccar. 2. 5. d. 9 q. 2.
Mairo 2. 5. d. 12. q. 2.
Duran. 2. 5. d. 11. q. 3.

SVP. Q. CVI.

523 ART. IIII.

2. d. 9. ar. 2 & d. 11. q. 2. ar. 1. Et ver. q. 9. a. 1 * ca. 12.

Concl. Sancti Angeli, qui sunt in plenissima participatione diuinæ bonitatis, quicquid a Deo percipiunt subiectis, impartiuntur.

¶ Prob. Quia omnes creaturæ ex diuina boni-

ARTICVLVS IIII.

Vtrum angelus superior illuminet inferiorem.

Ad quartum sic proceditur. Videtur, quod angelus superior non illuminet inferiorem de omnibus quæ ipse nouit. Dicit enim Diony. * 12. c. cœlest. hier. quod angeli superiores habẽt scientiam magis uniuersalem, inferiores uero magis particularem & subiectam: sed plura continentur sub scientia uniuersali, quam sub particulari. Ergo non omnia quæ sciunt superiores angeli cognoscunt inferiores per superiorum illuminationem.

¶ 2 Præterea. Magister dicit in 11. dist. 2. sent. quod superiores, angeli cognouerunt a sæculis mysterium incarnationis: inferioribus vero ignotum fuit vsquequo completum est. Quod uidetur per hoc, quod quibusdã angelis quærentibus, quis est iste rex gloriæ, quasi ignorantibus alii respondent quasi scientes, dominus uirtutum ipse est rex gloriæ, ut Dion. * exponit 7. ca. cœl. hierar. Hoc autem non esset, si superiores angeli illuminarẽt inferiores de omnib. quæ ipsi cognoscunt. Non ergo eos illuminant in omnibus sibi notis.

* cap. 7. a med.

¶ 3 Præterea. Si omnia superiores angeli inferiorib. annunciant quæ cognoscunt, nihil inferiorib. ignotum remanet,

bonitate participant, vt bonum quod habent, in alia diffundant (patet ex ratione boni: ac ex agentibus corporalibus): Et consequenter quanto aliqua agentia magis in participatione diuinæ bonitatis constituuntur, tantò magis perfectiones suas nituntur in alios transfundere, quantum possibile est.

¶NOT. Hoc ex loco colligere datur, ꝙ transfundere bona diuinitus accepta in alios non tantum est bonũ, sed etiam est signũ bonitatis existẽtis in trãsfundente, vel etiam desiderante transfundere. Item quod desiderium transfundendi illa, non tantum actualis transfusio illorum, cum sit quoddam bonum (& quidem magnum), est a Deo. Ne ergo sis auarus in donis communicandis, quæ a Deo accepisti: quia ideo illa accepisti, ne quãdo Deus iusto suo iudicio fiat tibi auarus, idest manum suam tibi plura similia dona conferendi paulatim claudat.

*In Hom. de centum ouib. & est 34 in Euãgel. a med.

† c. 4. a medio illius.

*ar. 1. huius q. a. sed cõ.

1[m] de minori.

Plura. ℞. Vel eadem, eminentiori modo. §. Tunc &c. Nam superiorum angelorum dicitur esse uniuersalior &c. ut litera. Quam ut melius intelligas, uide finem corporis articuli.

2[m] ex Dionysio.

Ignotum. ℞. quãtum ad plenitudinem tantam cognitionis: non, quãtum ad omnimodam nesciẽtiam ipsius cognitionis §. Tũc &c. ut patet. Immo hoc manifestat magis, quod dixit litera ad primum, & in fine corporis. Vide tu.

3[m] de conclusio.

Non ergo de cætero superiores poterunt illuminare inferiores. ℞. Nisi semper noua superioribus a Deo reuelentur. §. Tunc &c. ut patet in litera. Pro hac uide q. 108. ar. 7. ad secundum. Hinc agnosce tu, qui largus es in donis tibi diuinitus datis communicandis, ꝙ in dando nõ fies pauperior, sed semper ditior. Quę contra arguę, quod in retinendo tibi soli data, fies pauperior: quoniam a Deo tibi, tanquam ex tua auaritia uoluntarie facto indigno, noua data non largientur. Vnde in vita B. Bernardi legitur, quod cum quædam, quæ super cantica excogitauerat, reseruaret ad dicendum alio tempore, venit ad eum uox dicens, quamdiu illud tenueris, aliud non accipies. Argue tu a fortiori sic. Volebat sanctus hic communicare sibi data, sed differebat, & tñ audiuit a Deo prędicta. Quid ergo, de nolentib. communicare illa, sentiendum? Item hinc agnosce, quod quidam & forsan multi excusant se a non communicando, vel a minus communicando aliis, quę habent, per argumentum tertium in textu factum, sibiipsis id applicando, quę sane excusatio quam friuola, immo quam sibimetipsis noxia, sit, demonstrat responsio literæ. Ex qua nimirum etiam trahitur, quod ij trepidant timore, ubi non est timor. De hoc vide aliquid in append. seq.

Vanus timor.

manet, quod superiores cognoscant. Non ergo de cætero superiores poterũt illuminare inferiores. quod videtur inconueniens. Non ergo superiores de omnibus inferiores illuminant.

SED CONTRA est, quod Greg. * dicit, quod in illa cœlesti patria licet quædam data sint excellenter, nihil tamen possidetur singulariter. Et Dion. † dicit 15. c. cœl. hierar. quod vnaquæque cœlestis essentia intelligentiam sibi a superiori datam inferiori communicat, ut patet ex authoritate supra inducta.

RESP. Dicendũ, quod omnes creaturæ ex diuina bonitate participant, vt bonum quod habent, in alia diffundant: nam de ratione boni est, quod se alus communicent. Et inde est etiam, quod agentia corporalia similitudinem suam aliis tradunt, quantũ possibile est. Quãto igitur aliqua agẽtia magis in participatione diuinæ bonitati constituunt, tãto magis perfectiones suas nituntur in alios transfundere quantum possibile est. vnde B. Pet. monet eos, qui diuinam bonitatem per gratiam participãt dicens 1. Pe. 4. Vnusquisque sicut accepit gratiam, in alterutrum illã administrantes, sicut boni dispensatores multiformis gratiæ Dei. Multo igitur magis sancti angeli, qui sunt in plenissima participatione diuinę bonitatis, quicqd a Deo percipiunt subiectis impartiũtur: non tñ recipitur ab inferiorib. ita excellẽter, sicut est in superiorib. Et iõ superiores sp remanẽt in altiori ordine, & perfectiorem scientiam habentes. Sicut unam & eandem rem plenius intelligit magister quam discipulus qui ab eo addiscit.

AD PRIMVM ergo dicendũ, ꝙ superiorum angelorum sciẽntia dicitur esse vniuersalior quantum ad eminentiorem modum intelligendi.

AD SECVNDVM dicẽdum, ꝙ verbũ Magistri sic est intelligẽdũ, ꝙ inferiores angeli penitus ignorauerint mysteriũ incarnationis, sed quia non ita plene cognouerũt sicut superiores: & in eius cognitione postmodum fecerunt, dum illud mysterium impleretur.

AD TERTIVM dicẽdũ, ꝙ vsq; ad diẽ iudicii, semper noua aliqua supremis angelis reuelantur diuinitus de his, quæ pertinent ad dispositionem mundi, & præcipue ad salutem electorum. Vnde semper remanet, ut superiores angeli inferiores illuminent.

AR-

APPENDIX.

EX articulo habes primo: quomodo per rationem ostendas, scripturam merito uirtualiter insinuare, superiores angelos illuminare inferiores de omnibus sibi a Deo reuelatis. Sic autẽ hoc insinuat tunc, quando Christum dominũ narrat dicentem. Gratis accepistis, gratis date Matth. x. Si enim talis accepti communicatio bona est, retentio vero pro se tantũ mala, & angeli in cœlo nõ mali sed boni sunt, utique per hoc virtualiter intelligi datur, quod superiores Angeli de reuelatis sibi omnibus illuminant inferiores. De omnibus inquam, quia scriptura illa non de hoc, uel de hoc, accepto gratis dando cum limitatione loquitur, sed indefinite de omnibus. Non enim dicit, gratis accepistis hoc, gratis hoc solum date, sed gratis accepistis, gratis date. Ex eo autem, quod hominibus viatorib. loquitur de ista pfectione, qui utique in bonitate a sanctis angelis exceduntur, intelligendum relinquitur ꝙ multo magis illud pfectionis monitum de cõprehensorib. ipsis uerificari, per hoc innuerit dominus. Itẽ idipsum insinuat ps. 39. Annuntiaui iustitiam tuam in Ecclesia magna, ecce labia mea non prohibebo domine tu scisti. Iustitiam tuam non abscõdi in corde meo, veritatem tuam, & salutare tuum dixi. Non abscondi misericordiam tuam, & ueritatem tuam, a concilio multo. Ex hac enim perfectione Dauidis, qua aliis dona sibi diuinitus collata tam longe, lateque communicabat, innuere scriptrua uidetur, quod Angeli superiores, & quidem multo magis, de uniuersis sibi a Deo reuelatis conscios faciunt suos inferiores. Ne autem id quod in argumento tertio articuli tangitur, veritatem hanc uideretur tollere mox, tanquam argumento ipsi respondens, psalmista ibidẽ connectit. Tu autem domine, ne lõge facias miserationes tuas a me misericordia tua & ueritas tua semper susceperunt me. Quasi dicat apertius & uniuersalius. Communicanti proximis dona tua domine pp amorem tuum noua semper dona misericorditer confers, & consequenter angelis cõicantibus reuelationes tuas omnes inferiorib. non est dicendum, ꝙ nouæ reuelationes a tua pietate non tribuantur. Itẽ 1. Pet. 4. auctoritas narrata in textu corp. idipsum insinuat. Alioquin sancti angeli superiores, si gratiam acceptam. i. reuelationem sibi a Deo factam inferiorib. non cõicarent, non uiderentur boni dispensatores, ꝙ est incõueniẽs imo, cũ sint Beati, est ipsis impossibile. Secundo habes, qũo præmissas, huiusmodiq; scripturas, pro quanto superiores angelos dicunt de omnib. sibi reuelatis facere conscios inferiores, & intelligas, & declares, & probes. Tertio vides: qũo ex his uicissim Angelica doctrina præsens declaretur, atque confirmetur.

2

3

¶NOT. Articulo præsenti utcunque suffragatur art. in ordine 520. 528. 329.

AP-

Comm. Cardinalis Caietani.

TItulus clarus

¶In corpore duo, Primò conclusio responsiua quæsito affirmatiuè. Secundò, ostendit differentiam remanentem inter illuminantem & illuminatum.

a

¶Quo ad primum, conclusio responsiua est. Angeli superiores illuminant inferiores de omnibus quæ nouerunt. Probatur. Omnes creaturæ ex diuina bonitate participant, ut bonum ꝙ habent, in alia diffundant. ergo pro quanto aliqua agentia magis participant diuinam bonitatem, tanto magis nituntur transfundere

fundere in alios perfectiones suas. ergo sancti angeli quicquid a Deo percipiunt. s. obiectis impartiuntur. Antecedens probatur dupliciter. Primò, quia de ratione boni est, quod se alijs communicet. Secundo, ab effectu, quia agentia corporalia quantum possunt assimilant sibi alia. Prima uerò consequentia patet ex se, iuxta illud, Sicut simpliciter ad simpliciter. Et nihilominus confirmatur authoritate Petri Apostol. Secunda autem probatur, quia sancti angeli sunt in plenissima participatione diuinæ bonitatis. Quo ad secundum differentia restans consistit in modo sciendi, & in una conclusione ponitur, s. superiores semper remanent in altiori ordine, & perfectiorem scientiam habentes. Probatur, quia inferiores non recipiunt, ita excellenter, & declaratur in magistro & discipulo.

S. Bona. 2. 5. d. 10. q. 1. ar. 3.
Scot. 2. 5. d. 9. q. 2.
Riccar. 2. 5. d. 9. q. 1.
Marro 2. 5. d. 9. 10 11. q. 1.
Aeg. 2. 5. d. 10. q. 3. art. 1.
Capr. 2. d. 11. q. 1. con. 1. & 2.
Alb. Mag. 2. d. 9. ar. 13.

SVP. Q. CVII.

ART. 1.

CONCL. In angelis est aliqua locutio unius ad alterum.

¶PROB. Quia unus angelus suę mentis conceptum per uoluntatem suam alteri manifestat, patet a simili in nobis ordinantibus conceptum nostrum ad manifestandum alteri, antequam extra manifestemus illum. Et nihil aliud est loqui ad alterum, quam conceptum mentis alteri manifestare.

1m de conclusione prima.

[522 d. 11 q. 2. a. 3. & uer. q. 9. a. 4. 5. & 7. & 1. cor. in 13.]

Minus absconditur. ℞. membrorum corpulentia: non, uoluntate. §. Tunc &c. Argumentum enim opinatur conceptum mentis uno tantum posse modo abscondi, & tamen duobus abscondi potest, ut patet in textu.

2m de maiori.

Sibiipsi loquitur. ℞. Et alteri: sed diuersimode §. sibi, concipiendo: alteri conceptum ad illum per uoluntatem referendo. Tunc &c. Nam locutio illa ultima interior, qua, s. alteri quis loquitur, solum est in Angelis; non exterior. Ex litera disce quod locutiones Angelorum, quæ tanquam exteriores narrari uidentur in scripturis puta, cum dicitur unus clamare ad alterum uoce magna, & ita, ut commota sint superliminaria templi a uoce clamantis Isai. 6.) sunt interiores quantum ad Angelos; licet quantum ad nos uideantur exteriores, inquantum Angeli tūc non propter sui indigētiam ad manifestādum sibiinuicē proprios conceptus, sed propter nostram eruditionem excitandam, formant in aera sonos magnos, & alios uel alias, secundū quod sibi placuerit. Nā materia corporalis, quantum ad motum localem, obedit Angelis ad nutum quæst. 110. articulo 3.

3m de maiori.

Excitat. ℞. Vel per signum sensibile, uel per aliquam

QVAESTIO CVII.

De locutionibus angelorum, in quinque articulos diuisa.

DEINDE considerandū est de locutionibus angelorum.

Et circa hoc quæruntur quinque.

¶Primò, Vtrum vnus angelus loquatur alio.

¶Secundò, Vtrum inferior superiori.

¶Tertiò, Vtrum angelus Deo.

¶Quartò, Vtrum in locutione angeli aliquid distantia localis operetur.

¶Quintò, Vtrum locutionem vnius angeli ad alterum omnes cognoscant.

ARTICVLVS I.

Vtrum unus angelus alteri loquatur.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur, quod unus angelus alteri non loquatur. Dicit enim Gregor. * 18. Mora. quod in statu resurrectionis vniuscuiusq; mentem ab alterius oculis membrorum corpulentia non abscondit, multo igitur minus mens unius angeli absconditur ab altero: sed locutio est ad manifestandum alteri quod latet in mente. Nō igitur oportet ꝙ unus angelus alteri loquatur.

¶ 2 Præt. Duplex est locutio. Interior, per quam aliquis sibiipsi loquitur, & exterior, per quam aliquis loquitur alteri. Exterior autē locutio fit per aliquod sensibile signum, puta uoce, vel nutu, uel aliquo corporis mēbro, puta lingua, vel digito: quę angelis competere non possunt. Ergo unus angelus alteri non loquitur.

¶ 3 Præt. Loquens excitat audientem, ut attendat suæ locutioni: sed non vr̄ ꝙ vnus angelus excitet alium ad attendēdū. hoc. n. fit apud nos aliquo sensibili signo. Ergo vnus angelus non loquitur alteri.

SED CONTRA est, ꝙ dicitur 1. Cor. 13. Si linguis hominum loquar, & angelorum.

RESPON. Dicendum, quod in angelis est aliqua locutio. Sed, sicut dicit Greg. * 2. Mora. Dignū est ut mens nostra qualitatem corporeæ locutionis excedens, ad sublimes atque incognitos modos locutionis intimæ suspendatur.

[* li. 2. Mor. c. 5. parum a prin.]

¶Ad intelligendum igitur qualiter unus angelorū alii loquatur, considerandum est, ꝙ sicut supra diximus, * cum de actib. & potētiis animæ ageretur, uoluntas mouet intellectum ad suam operationē. Intelligibile autem est in intellectu tripliciter. Primò, quidem habitualiter, uel secundum memoriā vt Augu. * dicit. Secundo aūt ut in actu consideratum, vel conceptū. Tertiò, ut ad aliud relatum. Manifestum est autem, ꝙ de primo gradu in s̄m transfertur inferius intelligibile per imperium uoluntatis. Vnde in diffinitione habitus dr̄, quo quis utitur cum uoluerit. Similiter autem de secundo gradu transfertur in tertium per voluntatem. Nam per uoluntatem conceptus mentis ordinatur ad alterum, puta, uel ad agendum aliquid uel ad manifestandum alteri. Quando mens conuertit se ad actu considerandum, quod habet in habitu, loquitur aliqs sibiipsi. nam ipse conceptus mentis interius, uerbum uocatur. Ex hoc vero, quod conceptus mentis angelicæ ordinatur ad manifestandum alteri per uoluntatem ipsius angeli, conceptus mentis unius angeli innotescit alteri, & sic loquitur vnus angelus alteri. Nihil est enim aliud loqui ad alterum, quam conceptum mentis alteri manifestare.

[* q. 82. a. 4]

[* lib. 10. de tri. c. 5. 8. 9 & 10. to. 3.]

AD PRIMVM ergo dicendum, quod in nobis interior mentis conceptus quasi duplici obstaculo clauditur. Primò quidem ipsa uoluntate, quę conceptum intellectus potest retinere interius, uel ad extra ordinare. Et quātum ad hoc, mentem unius nullus alius potest uidere, nisi solus Deus, secundum illud 1. Cor. 2. Quæ sunt hominis nemo nouit, nisi spiritus hominis qui in ipso est. Secūdo autem clauditur mens hominis ab alio homine per grossitiem corporis. Vnde cum etiam uoluntas ordinat conceptum mentis ad manifestandum alteri, non statim cognoscitur ab alio, sed oportet aliquod signum sensibile adhibere. Et hoc est quod Gregor. dicit * 2. Mora. Alienis oculis intra secretum mentis, quasi post parietem corporis stamus. Sed cum manifestare nosmetipsos cupimus, quasi per linguæ ianuam egredimur, ut quales sumus intrinsecus, ostendamus. Hoc autem obstaculum non habet angelus, & ideo quam cito uult manifestare suum conceptum, statim alius cognoscit.

[* li. 2. Mor. c. 5. paulo post princ.]

AD SECVNDVM dicendum, quod locutio exterior quæ fit per uocem, est nobis necessaria propter obstaculum corporis. Vnde non conuenit angelo, sed sola locutio interior, ad quam pertinet non solum quod loquatur sibi interius concipiendo, sed etiam quod ordinet per uoluntatem ad alterius manifestationem. Et sic lingua angelorum metaphoricè dicitur ipsa uirtus angeli, qua conceptum suum manifestat. *

AD TERTIVM dicendum, ꝙ quantum ad angelos bonos qui semper se inuicem uident in uerbo, non esset necessarium ponere aliquod excitatiuum: quia sicut unus semper

aliquā virtutē intelligibilē. & quando, si est necessariū, vt excitet. Tunc &c. vt patet in litera. Hinc conijce: quam facile sibinuicē semper loquantur Angeli beati; cum semper unus videat in alio quicquid est ad se ordinatum. Hoc & de alijs beatis intellige. Vnde & hinc illorum omnium, etiam quo ad hoc, ex sensibilibus colloquijs amici ad amicum ductus, cōtemplare consolationis magnitudinem.

semper videt alium, ita semper videt in eo quicquid est ad se ordinatum. Sed quia etiam in statu naturæ conditæ sibi inuicem loqui poterant & mali etiam angeli nunc sibinuicem loquuntur, dicendum est, quod sicut sensus mouetur a sensibili, ita intellectus mouetur ab intelligibili. Sicut ergo per signum sensibile excitatur sensus: ita per aliquam virtutem intelligibilem potest excitari mens angeli ad attendendum.

AR-

APPENDIX.

EX articulo habes primo: quomodo per rationem ostendas, recte scripturam insinuare, quod vnus Angelus alteri loquitur. Hoc autem insinuauit dicens primo Corin. 13. si linguis hominum loquar & Angelorum &c. Ad quid enim ponit linguas in Angelis: nisi ut ex hoc, tanquam ex notiori nobis, Angelorum locutionem denotet: ne lingua in cassum eis data videatur? Quod si aliquibus, puta hominibus, cum quib. tam familiariter, sicut inter se inuicem, non conuersantur loquuntur quinque multo magis sibi uicissim mutuo loqui dicendi sunt. Item idipsum insinuauit dicens Zach. 3. Angelus, qui loquebatur in me, egrediebatur, & alius Angelus egrediebatur in occursum eius, & dixit ad eum: Curre loquere ad puerum istum &c. Ecce, quod vnus Angelus, secundum scripturam, alteri Angelo loquitur. Nec mireris quod supra q. 106. art. 1. adducta est auctoritas hæc ad ostendendum, quod vnus Angelus illuminat alium. Nam omnis illuminatio est locutio, licet non omnis locutio sit illuminatio, & consequenter auctoritas, quæ pro illuminatione stat, etiam pro locutione facit. Pro antedictorum ampliori notitia, sumendo scilicet officium omne linguarum Angelicarum, notādum est, quod in cognitione mentis Angelicæ aliquid est, de quo superiores Angeli non loquuntur inferioribus neque inferiores superioribus. Et hoc est diuina essentia. Hanc. n. omnes immediate vident: iuxta illud Hierem. 31. non docebit vltra uir proximum suum, & fratrem suum dicens, cognosce dominum, omnes enim cognoscent me a minimo vsque ad maximum eorum. Item aliquid est in cognitione mentis Angelicæ, de quo superiores loquuntur inferioribus, sed non ē conuerso, & huiusmodi sunt mysteria diuinæ prouidentiæ, seu (nominando vt sup. q. 106. artic. 1.) rationes diuinorum operum. Horū nāplura cognoscunt in Deo superiores, vtpote perfectius eum videntes, quam inferiores, vnde ipsi de his instruant inferiores, seu eos illuminant, quæ instructio seu illuminatio etiam locutio dici potest. Item aliquid est in cognitione mentis Angelicæ, de quo superiores loquuntur inferioribus, & e conuerso, & huiusmodi sunt occulta cordium ex libero arbitrio vniuscuiusque dependentia. Hæc enim soli Deo patent, & his quorum sunt, iuxta id 2. Cor. 2. quæ sunt hominis, nemo nouit, nisi spiritus hominis, qui in ipso est. Quæ & de angelo dicta cointelliguntur. Hęc ergo non veniunt in notitiam alterius nisi eo manifestante cuius sunt, siue sit inferior, siue sit superior. Manifestatio autem talium fit, dum inferior angelus superiori loquitur, non per modum illuminationis, sed per modum cuiusdam significationis. In quolibet enim angelo est aliquid, quod naturaliter ab altero angelo cognoscitur. Dum ergo id, quod est naturaliter notum proponitur, vt signum eius, quod est ignotum, manifestatur occultum. Taliter autem facta manifestatio dicitur locutio, & hoc ad similitudinem hominum, qui occulta cordium manifestant alijs per quoddam exterius apparens, puta per voces sensibiles, nutus, aut per quodcunque aliud corporale. Ea igitur, quæ in angelis sunt naturaliter nota, inquantum assumuntur ad manifestationem occultorum, dicuntur voces, signa, vel nutus, & potestas, conceptū suum manifestandi hoc modo, nominatur metaphorice lingua angelorum. Secundo habes: quomodo per rationem, scripturas præmissas, pro quanto vnum angelum loqui ad alterum dicunt, & intelligas & declares, & probes. Tertio vides: quomodo ex his, atque similibus uicissim Angelica hæc doctrina declaretur, atque confirmetur.

Comm. Cardinalis Caietani.

TItulus clarus.

¶ In corpore vna est conclusio responsiua quæsito affirmatiuè, In angelis est aliqua locutio. Hanc conclusionem postquā proposuit, ostendit quam sit difficilis penetratu ex authoritate Greg. ac deinde probat, & declarat simul sic, Manifestare proprium conceptum mentis alteri, est loqui alteri: sed ordinare proprium conceptum ad manifestandum alteri, est manifestare proprium conceptum mentis alteri. ergo ordinare conceptum ad manifestandum alteri, est loqui: sed angeli ordinant quandoque sic suos conceptus ergo loquuntur. Maior est per se nota, prædicatur enim ibi diffinitum de diffinitione. Minor verò declaratur, & probatur. Declaratur quidem ostendendo quid importat ordinare conceptum ad alterum uideatur iuxta singulas partes. Ordinare est actus voluntatis, probatur, quia voluntas mouet intellectum ad actum, conceptum ad alterum, quia tripliciter potest intellectum inueniri in intelligente, habitualiter, actualiter, & relatum ad extra ut percipiatur, quia dupliciter potest referri ad extra, scilicet ad faciendum, vt patet in practicis, vel ad manifestandum, vt patet in loquente. Probatur vero tripliciter. Primò, quia translatio conceptus de habitu in actum, est loqui sibiipsi, vt patet ex verbi ratione tunc tantum formati. ergo. Secundò, quia ex ipsa ordinationem ad manifestandum innotescit alteri, ergo. Cætera non egent declaratione, cum constet angelos esse intellectualis naturæ. & in eis esse potentiam, & actum, & veritatem conceptionum & voluntatis &cęt.

¶ Circa minorem, & eius probationem aduerte, quod Scotus & sequaces, naturam intellectualem puram modo aliarum rerum iudicantes, negant hoc, & nolunt, loqui consistere in causatione intellectionis in audiente, destruuntque ordinem naturę, ponentes inferiorem agere in superiorem, & fingunt auditionē differre a visione: quia angelus audiens concurrit purè passiuè ad intellectionem, quæ est auditio &c. Tota autem vis rationū suarum supponit intellectum vnius angeli esse passiuum proportionatum respectu alterius, quod est falsissimum, cum intellectus angelicus respectu nullius creaturæ habeat rationem passiui naturalis, vt ex supradictis in tractatu de angelis patet. Quāuis intellectus inferiorum habeat rationem passiui artificialis, id est, disciplinabilis respectu superiorum, ut in præcedente patet: vnde quo ad nos vana sunt dicta Scot. in 2. dist. 9. q. 2. nec opus est alia solutione.

¶ In responsione ad tertium aduerte, quod dupliciter potest interpretari hæc responsio. Primo, ut intendat ponere aliquam specialem intentionem habentem vim excitatiuam ad audiendum. Et hoc licet demulceat aures, meo tamen intellectui non consonat, eo quod quæ dispersa sunt in inferiori, unitè poni debent in superiori, ut in litera dicitur. Secundo, ut intendat ponere in intellectuali locutione vim excitatiuam, & hoc consonat ordini rerum, ita quod conuenientia inter locutionem corporalem & intellectualem posita in litera, consistit in hoc quod vtrobique loquens habet vim excitatiuam, ille per signum aliquod sensibile, iste per aliquam uim intelligibilem. Sed differentia est, quia ibi signum sensibile est obiectum sensibile, hic verò excitatio intelligibilis est de ipsius obiecti ratione. Ordinatio enim ipsa conceptus ad alterum ut videatur, habet in se uirtutem excitatiuam ex ratione, quia facit hunc conceptum esse de pertinentibus ad illum loquitur. Oportet enim putare, quod quia omnes sensus nihil aliud sunt, quam diminutæ participationes intellectus, cum sint uires cognoscitiuæ, quorundam specialium generum, ipsæ uero totius entis intellectus ipse ubi purus inuenitur, qualis est angelicus, præhabet eminentius quicquid omnibus sensibus conuenit, ac per hoc intellectualis locutio præhabet quicquid locutio nostra, habet eminentiori modo, & consequenter unitè, & similiter auditio intellectualis. Vnde non oportet hic multiplicare entia, sed eleuare in unitatem eminenter æquiualentem omnibus, & sic omnia soluuntur.

Arg. 2 sed. io. q. 3. ar. 1. Tho. Arg. dist. 9. q. 1. ar. 4.

SVP. Q. CVII. ART. II.

CONCL. Angeli inferiores superioribus loqui possunt.

¶ PR. 2. Quia in ordine ad principium, quod est uoluntas, ad differētiam principij, quod est Deus, ipse volens est supremus: & cōsequenter ad quoscunque uoluerit potest ordinare conceptum suum, vt eis innotescat.

525

Infr. q. 117. ar. 2. cor. & ver. q. 9. ar. 5. & 1. cor. 13.

1^m ex Glosa. Locutiones, R. de aliquibus, secundū quod dependent a prima uoluntate: non, de aliquibus, secundum quod dependent a voluntate intelligentis. §. Tunc & cęt. Nam primæ illæ locutiones sunt etiam illuminationes, de quibus non tractatur hic: secundæ vero sunt solummodo locutiones, de quibus, est conclusio. Dictum est autem supra q. 106. art. 3. conformiter ad istam glossam adductam, quod Angelus inferior non illuminat superiorem.

* q. pc. a. 3.

† ar. 3. huius q.

2^m de antecedente. Manifestare. R. secundum quod est dependens a prima uoluntate; non, secundum q est dependens a uoluntate intelligentis. §. Tunc &c. Nam licet illud, quod est manifestū alicui secundum quod dependet a uoluntate sua, manifestare secundum quod dependet a uoluntate sua, sit loqui tantum: tamen illud q est alicui manifestum secundum q dependet a uoluntate Dei, manifestare secundum quod dependet a uoluntate Dei, est non tantum loqui sed & illuminare. Vtrobique ergo saluatur manifestatio alicuius ignoti, sed non eodē modo, & consequēter manifestatio est utrobique eadem materialiter, sed non formaliter.

* li. 2. Mor. c. 5. in me.

* c. 7. ame.

* ar. prec.

3^m de conclusione secunda. Pari ergo ratione omnis Angeli locutio est illuminatio. R. Si uoluntas angeli esset regula ueritatis, sicut uoluntas Dei est regula ueritatis. §. Tunc &c. Nam uoluntas angeli non est secundum se regula veritatis; sed solum Dei uoluntas. Vnde non pertinet ad perfectionem intellectus mei, cognoscere quid tu uelis, vel quid intelligis; sed solum quid rei ueritas habeat, ut dicitur in corpore. Et hoc aduerte contra curiosos nimium se intromittere uolentes de dictis, factis, uel cogitatis aliorum. Scire autem, sobrietate Apostoli seruata, Roman. 12.) quid Deus uelit circa hoc, uel illud, pertinet ad perfectionem & illuminationem mentis creatæ. Dissimilitudo igitur prædicta est ratio, quod falsa sit illa consequentia, seu illius conclusionis illatio.

ARTICVLVS II.

Vtrum inferior angelus superiori loquatur.

AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur quod inferior angelus superiori non loquatur: quia super illud 1. Corint. 13. Si linguis hominum loquar & angelorum, dicit gloss. quod locutiones angelorum sunt illuminationes, quibus superiores illuminant inferiores: sed inferiores nunquam illuminant superiores, ut supra dictum est. * ergo nec inferiores superioribus loquuntur.

¶ 2 Præterea. Supra dictum est †, quod illuminare nihil est aliud, quam illud quod est alicui manifestum, alteri manifestare, & hoc idem est loqui. Ergo idem est loqui & illuminare, & sic idem quod prius.

¶ 3 Præterea. Gregorius dicit * secundo Mora. quod Deus ad angelos loquitur eo ipso, quod eorum cordibus occulta sua inuisibilia ostendit. sed hoc ipsum est illuminare. ergo omnis Dei locutio est illuminatio. Pari ergo ratione omnis angeli locutio est illuminatio. Nullo ergo modo angelus inferior superiori loqui potest.

SED CONTRA est, quòd sicut Dionys. * exponit cœlestem hierarch. inferiores angeli superioribus dixerunt, Quis est iste rex gloriæ?

RESP. Dicendum, quod angeli inferiores ad superiores loqui possunt. Ad cuius euidentiam considerandum est, quod omnis illuminatio est locutio in angelis, sed non omnis locutio est illuminatio: qa sicut dictum est, * angelum loqui angelo nihil aliud est, quam conceptum suum ordinare ad hoc, vt ei innotescat per propriam voluntatem. Ea vero quæ mente concipiuntur, ad duplex principium referri possunt. s. ad ipsum Deum, qui est prima ueritas, & ad voluntatem intelligentis, per quam aliquid actu consideramus. Quia vero veritas est lumen intellectus & regula omnis ueritatis est ipse Deus manifestatio eius, quod mente concipitur, & secundum quod dependet a prima veritate, & locutio est, & illuminatio. Puta si vnus homo dicat alii, cœlum est a Deo creatum, vel, Homo est animal. Sed manifestatio eorum quæ dependet ex voluntate intelligentis, non potest dici illuminatio, sed locutio tantum. Puta si aliquis alteri dicat. Volo hoc addiscere, volo hoc uel illud facere, cuius ratio est quia voluntas creata non est lux nec regula veritatis, sed participans lucem. Vnde communicare ea quæ sunt voluntate creata, inquantum huiusmodi, non est illuminare. Non enim pertinet ad perfectionem intellectus mei, qd tu velis, vel quid tu intelligas cognoscere: sed solum quid rei veritas habeat. Manifestum est autem quod angeli dicuntur superiores, vel inferiores per comparationem ad hoc principium quod est Deus. Et ideo illuminatio quæ dependet a principio, quod est Deus, solum superiores angelos ad inferiores deducitur. Sed in ordine ad principium, quod est uoluntas, ipse uolens est primus & supremus. Et ideo manifestatio eorum, quæ ad uoluntatem pertinent, per ipsum volentem. deducitur ad alios quoscunque. Et quantum ad hoc, & superiores inferioribus, & inferiores superioribus loquuntur. Et per hoc patet solutio ad Primum, & Secundum.

AD TERTIVM dicendū, q omnis Dei locutio ad angelos est illuminatio: quia cum volūtas Dei sit regula veritatis etiam scire quid Deus velit, pertinet ad perfectionē & illuminationem mentis creatę. Sed non est eadem ratio de voluntate angeli, vt dictum est.

AR-

APPENDIX.

Vtilitas p Eccles. S. Dei.

EX articulo habes primo: quomodo per rationem ostendas, scripturam sacram merito dicere in sensu, quod inferior angelus alloquitur superiorem sic autem hoc dicit psal. 23. Quis est iste rex gloriæ? Angelorum enim inferiorum illa est uox seu locutio, qua inquirunt a superioribus de magnitudine Christi ascendētis. Vnde postea a superioribus illuminatis de hoc a Christo domino quem interrogarunt dicētes? Quis est iste qui ascendit de Edom tinctis uestibus Isa. 63. respondetur illis, dominus fortis & potens, dominus potens in prælio, & item dominus uirtutū ipse est rex gloriæ. Christus namque fuit potēs in prælio crucis, quando, s. cruci adiudicatus & affixus iudicium mundi potenter exercuit, quando principem mundi tunc misit foras, quando inibi a terra exaltatus omnia traxit ad seipsum; (Io. 12.) quando ibi, ut peccatorum maximus, extensus donauit nobis omnia delicta, delēs q aduersus nos erat chirographum decreti, ipsumque tulit de medio affigens illud cruci, qui in cruce spoliatus expolians principatus & potestates traduxit cōfidenter, palam triumphans illos in semetipso (Colos. 2.) quando fecit utraque unum, & medium parietem materiæ soluens, inimicitias in carne sua, legem mandatorum decretis euacuans, ut duos conderet in semetipso, in vno nouo homine faciens pacem, ut reconciliaret ambos in uno corpore Deo, per crucem interficiens inimicitias i semetipso Eph. 2. Christus quoq; fuit dominus uirtutum, qui ascendens in altum captiuam duxit captiuitatem (Psal. 67.) quādo posuit nubē ascensum suum & ambulauit super pennas ventorum. (Psal. 103.) quando cōstitutus est ad dexterā patris in cœlestib. supra omnem principatum, & potestatem, & uirtutem, & dominationem, & omne nomē, q nominatur nō solum in hoc sęculo sed etiam in futuro, & subiecta habuit omnia sub pedibus suis (Eph. 1.) Vide Diony. 7. c. cœl. Hier. & sup. q. 57. ar. 5. Secundo habes: quomodo per rationem illud psal. 23. pro quanto inferiores angelos ponit alloqui superiores, & intelligas, & declares, & probes. Tertio uides: quomodo ex Psalmo illo, ac similibus, uicissim Angelica pręsens consolidetur, atque confirmetur.

2

3

Comm. Cardinalis Caietani.

Titulus clarus.

¶ In corpore vna est conclusio responsiua quęsito affirmatiuè. Inferiores angeli superioribus loqui possunt. Hęc conclusio postquam posita est tali ordine declaratur, & probatur ex differentia inter illuminationem, & locutionē, tria faciendo. Primo, ponitur habitudo inter illas. Secundo, assignantur propria constitutiua singularum, ibi. Ea vero quæ mentem. Tertio, infertur differentia inter illas quo ad ordinem suppositorum, in qua clauditur proposita conclusio, ibi manifestum est autem.

¶ Quo ad primū, Habitudo locutionis ad illuminationē est cōioris ad minus cōmune. Omnis.n. illuminatio est locutio, sed non econuerso. probatur ex rationibus earum supra assignatis.

¶ Quo ad secundum, proprium cōstitutiuū illuminationis est dependentia ad primam veritatem proprium vero constitutiuū locutionis est dependentia a uoluntate loquentis. Declarantur hæc & probantur. Declarantur resoluendo, mente concepta, in duo principia.s. primam veritatē, & uoluntatē concipientis. Nec hęc resolutio, aut distinctio principiorū eget probatione: qm̄ cognitum ut sic, cum uerum quodam sit a prima ueritate dependere oportet a mensura essentiali extrinseca, & cum liberū quoddam sit saltē quo ad usum seu exercitium actus, ut patet ex præcedenti articulo, oportet ut a uoluntate dependeat. Probatur vero quo ad illuminationem sic. Veritas est lumē intellectus. ergo manifestatio alicuius, ut pendet a prima ueritate, est illuminatio: probatur consequentia: prima ueritas est regula omnis ueritatis. Quo ad locutionem vero eādem radicem negatiuè, quia.s. voluntas creata non est lux, nec regula ueritatis. Et confirmatur ratio pro utraque parte simul; quia non pertinet ad perfectionem intellectus, quid tu uelis, sed quid rei ueritas habet.

¶ Circa rationem hanc dubium occurrit non facile, qm̄ ratio videtur concludere oppositum intenti. Illa.n. propositio assumpta, Veritas est lumen intellectus, aut est formalis & uniuersalis, aut particularis. Si uniuersalis, omne uerum est lumen intellectus igitur manifestare quodcunque verum, est illuminare igitur loqui verū est illuminare. Et sic si angelus vnus absque dolo, dicat alteri se intelligere nunc actu quidditatem bouis: quia dicit verum, illuminaret illum, cuius oppositum in litera concluditur, Si autem est particularis, oportet dicere in qua materia est uera, & in qua non. Nec facile erit hoc figere, quoniam neq; differentia inter uniuersale & singulare adiuuat, qm̄ illuminationes sunt de singularibus. Neq; differentia inter necessarium & contingens: quoniam illuminationes sunt de contingentibus. Neq; differentia inter naturale & liberum, qm̄ illuminationes sunt de liberis, ut patet cum reuelantur angelis orationes nostræ. Vnde differentia hic assignata licet sit bona, male tn̄ probata uidetur.

¶ Circa cōfirmationem quoq; occurrit dubium simile. Quia si ad perfectionem intellectus spectat scire, quid rei ueritas hēt, aut hoc intelligitur uniuersaliter & tunc sequitur oppositum intenti. nam sequitur, ergo ad perfectionem intellectus pertinet scire, quid rei ueritas habet de meo velle, & cogitare, hoc aūt est scire quid ego uolo. ergo. Si autem particulariter, oportet assignare materiam, in qua uerificatur, & procedatur ut supra.

¶ Ad primum horum dr̄, ꝙ propositio illa est uniuersalis, sed formaliter intellecta. i. de veritate, inquantum ueritas est. Et cū infertur ex illa. ergo manifestare quodcunque uerū, est illuminare respondetur distinguendo, ꝙ manifestare uerum cōtingit dupliciter. Vno modo, formaliter, i. inquantum uerum & sic transeat. Alio modo, inquantum uolitum uoluntate, quæ non est ueritatis regula & sic negatur. Hmōi.n. manifestatio non est illuminatio sed simplex propositio seu oblatio ueri. Et ppea negatur ultima consequentia.s. ergo loqui uerum, est illuminare. Qm̄ loquens uerum, non manifestat verum vt uerum, sed ut liberum locutio.n. non aliter manifestat, nisi qua libere præsentat cōceptū. Et si instetur quod in locutione uera sunt duo, quia est ueritas proposita, & libertas, proponens, & ꝙ licet rōne libertatis non sit illi illuminatio, ratione tamen ueritatis est ibi illuminatio, si ueritas est lumen intellectus, ut litera dicit iam patet quid dicendum scilicet, quod plures requiritur ad illuminationem quam ueritatis. requiritur enim, quod sit proposita, ut ueritas, cuius signum est, quod eundem conceptum Michaelis, puta, quod ipse uult suscipere animam Martini, si Deus proponit Seraphim, fit illuminatio, si autem ipse Michael manifestet illis, est sola locutio. Deus.n. proponit verum, quia voluntas sua est regula ueritatis, Michael autem proponit quidem uerū, sed non ut uerum, sed ut uolitum a se, quem constat non esse ueritatis regulam. Vnde in litera ex hoc, quod ueritas est lumen, infertur nō quod manifestatio eius sit illuminatio, sed quod manifestatio eius, ut dependet a prima ueritate, est illuminatio.

¶ Ad secundum autem dr̄, quod uelle, aut intelligere sumitur dupliciter. Vno modo, ut distinguitur contra rem uolitam, aut intellectam. Et sic cum res uolita, aut intellecta in nullo genere causæ pendeat a uolitione, aut intellectione ut sic, ut patet cū uolumus, aut intelligimus Deū esse &c impertinens est ad perfectionem intellectus debētis intelligere res ab aliis cognitas; aut uolitas, scire quid alii circa illas uelint, aut nouerint. Alio modo ut ipsum uelle, aut intelligere est res quædam, & sic pertinet ad perfectionem intellectus, eo modo quo cogitationes cordiū pertinent ad perfectionem illius, de quibus supra tractatum est. Cogitatio.n. cordis cognita, sicut & quodlibet singulare cognitum perficit intellectū, ut perficere distinguitur contra inficere. Solum.n. falsum intellectum inficit, nō autem perficit, ut perficere distinguitur contra facere, & denotat quendā excessum, quia nō confortat intellectum, non.n. ex hoc intellectus potentior redditur ad aliorum notitiam. In præsenti litera, uelle & intelligere sumuntur primo modo, ut patet ex eo quod distinguuntur tuum uelle, & tuum intelligere contra ueritatem rei. Et ppea optimè dr̄, quod non pertinet ad perfectionem mei intellectus, cognoscere quid tu uelis, aut cognoscas, sed quid rei ueritas hēt.

¶ Obiectio aūt in oppositum facta procedit de tuo uelle & intelligere, inquantum est quædam res in se, ppea nō militat contra propositum, quamuis ēt illo modo, ut ex supradictis patet, verificetur. Nec obstat præsens litera dicens, quod ad perfectionē intellectus mei spectat, quid rei ueritas habet. Tum quia loquitur de re & distinguitur contra cognitionem & uolitionē. Tum quia non dicit, omnis rei. Tum quia sermones sunt intelligendi sm̄ subiectam materiam, & sic est subintelligenda hic distributio accommoda, ita quod sensus est, quod ad perfectionem intellectus mei pertinet scire, quid rei ueritas habet in cognoscibilibus ab intellectu meo: quę aūt sunt cognoscibilia a me, aut angelo &c. non est præsentis negotii discutere, sed discussa iam sunt.

¶ Quo ad tertiū, infertur conclusio intenta in differētia inter has ad propositum consistēte in hoc illuminatio solummodo p superiores ad inferiores deducitur, locutio uero p loquentē ad quoscunq; deducitur, siue superiores siue inferiores. Probatur ex distinctiuis præassignatis sic, illuminatio est de conceptis ut a Deo. ergo sm̄ ordinem angelorum, ut a Deo. ergo superiores ad inferiores. Añs patet ex dictis, prima consequentia nō nisi implicite habetur in litera sed pp claritatē apposita est: scđa uero probatur quia angeli dicunt superiores & inferiores per ordinē ad Deū. Quo ad aliā uero partē sic: Locutio est de cōceptis, ut a uolūtate ergo sm̄ ordinē ad uolūtatē loquētis. ergo ad quoscūq; Añcedens patet. prima cōsequētia probatur, q a in his primus loquēs hēt rōnē supremi primi principii, secūda uero est p se nota & sic patet cōclusio ꝓbata ex hoc, q a loq ut sic, nullā dicit excellentiā supra audientem, sed libertatem tm̄ ponit in loquente.

¶ In responsione ad tertium, dubiū esse posset, quia Deus pluries in Scriptura inuenitur locutus ad angelos absque illuminatione ut patet Iob 2. & 3. Reg. 22. ad hoc potest tripliciter dici. Primo, ꝙ litera loquitur de locutione enunciatiua, quæ.s. enūciat uerum, uel falsum, ut patet ex ratione reddita. Secundo & melius, quod litera loquitur de locutione proprie dicta, intellectuali tamen, Scriptura autem oppositum sonans methaphoricè locutione uti uidetur ut patet ex authoritate Greg. 2. Mor. Tertio quod etiam in his illuminatio quædam occurrit pro quāto sit manifestatio diuinæ permissionis, ꝙ adsit ad hoc, uel illud.

SVP. Q. CVII.

ART. III.

526

*Iob 4.

CONCL. 1. Nullo modo Angelus, ut locutio sit ad communicandum aliquid minus notum alteri, loquitur Deo, nec de his, quæ ad rei ueritatem pertinent, nec de his quæ dependent a uoluntate creata.

¶ PROB. Quia non potest Angelus (sicut nec aliquis) communicare aliquid ei, qui est omnis ueritatis, ac uoluntatis principium:

ARTICVLVS III.

Vtrum angelus Deo loquatur:

AD TERTIVM sic proceditur. Videtur ꝙ angelus Deo non loquatur. Locutio.n. est ad manifestandum alio alteri: sed angelus nihil potest manifestare Deo qui omnia nouit. Ergo angelus non loquitur Deo.

¶ 2 Præt. Loqui est ordinare cōceptum intellectus ad alterum, ut dictū est, sed angelus semper conceptū suæ mentis ordinat in Deum. Si ergo aliqn̄ Deo loquitur, semp Deo loquitur, qđ potest videri aliquibus inconueniens, cum aliqn̄

* Ar. 1. huius q.

Et loqui hoc modo, est communicare aliquid alteri, Deusque est omnis ueritatis, ac uoluntatis principium.

¶ Concl. 2. Angelus loquitur Deo, uel consultando diuinam uoluntatem de agendis, uel eius excellentiam, quam nunquam comprehendit, admirando.

¶ Prob. Quia Angelus accipit a Deo aliquid, & loqui hoc modo alicui est ordinare cóceptum ad aliquem, non ut manifestet ei aliquid, sed, ut ab eo circa aliquid informatio accipiatur exemplum de discipulo ergo magistrum.

1^m de maiori.

Ad manifestandum aliquid alteri. R. Vel ad hoc, ut manifestetur aliquid sibi loquenti. §. Tunc &c. Non enim primo modo loquitur Angelus Deo sed secundo, ut patet ex conclusionibus. Hinc uide, quam dirisibiles sint hi, qui dicunt, non esse orandum seu in oratione loquendum cũ Deo, utentes hoc argumento tanquam ratione Achillea. Nota pro hac re in texu exemplum quotidianum, apud etiam ignaros, de discipulo ad magistrum.

2^m de conclusione prima. Semper Deo loquitur. R. quantum ad locutionem laudis, & admirationis: non, quantum ad locutionẽ consulentem Dei sapientiam. §. Tunc &c. Non enim semper conceptum talem, hunc. s. ut de agendis circa hoc instruatur, ordinat in Deum, quia nec talem semper habet, sed tantum quando aliquid de nouo agendum occurrit, quia tunc talem habet ut ex litera colligitur.

angelus angelo loquatur. Videtur ergo quod angelus nunquam loquatur Deo.

Sed contra est, quod dicitur Zachar. 1. Respondit angelus Deo, & dixit: Domine exercituum usquequo non misereberis Ierusalem? Loquitur ergo angelus Deo.

Resp. Dicendũ, quod sicut dictum est, * locutio angeli est per hoc, quod conceptio mentis ordinatur ad alterum. Sed aliquid ordinatur ad alterum, dupliciter. Vno modo ad hoc, quod communicet alteri; sicut in rebus naturalibus agens ordinatur ad patiens, & in locutione humana doctor ordinatur ad discipulum. Et quantum ad hoc nullo modo angelus loquitur Deo: ueque de his quæ ad rerum ueritatem pertinent, neque de his quæ dependent a uoluntate creata: quia Deus est omnis ueritatis, & omnis uoluntatis principium & conditor. Alio modo ordinatur aliquid ad alterum, ut ab eo aliquid accipiat sicut in rebus naturalibus passiuum ad agẽs & in locutione humana discipulus ad magistrum. Et hoc modo angelus loquitur Deo uel consultando diuinam uoluntatem de agendis, vel eius excellentiam, quam nũquam comprehendit admirando, sicut Gregorius dicit * secundo Moral. quod angeli loquuntur Deo, cum per hoc, quod super semetipsos respiciunt, in motum admirationis surgunt.

Ad primum ergo dicendũ, quod locutio non semper est ad manifestandum alteri: sed quandoque ad hoc ordinatur finaliter ut loquenti aliquid manifestetur sicut cum discipulus quærit aliquid a magistro.

Ad secundum dicendũ. ꝙ locutione qua angeli loquuntur Deo, laudantes ipsum & admirantes, semper angeli Deo loquuntur. Sed locutione qua eius sapientiã consulunt super agendis, tunc ei loquuntur quando aliquod nouum per eos agendum occurrit, super quo desiderant illuminari.

* Art. 1. huius q.

* li. 2. Mor. 2. in med.

Deo tum locutione laudis & admirationis contemplationis, tũ locutione consultationis. Primum insinuauit Matt. 19. Angeli eorum in cælis semper uidẽt faciem patris mei qui in cœlis est. Itẽ 1. Pet. 1. In quem desiderant Angeli prospicere. Itẽ Ecclesia in sequentia. Mirantur, nec fastidiunt, in eũ, quem prospiciunt, fruuntur, nec deficiunt, quo frui magis sitiunt. Nam illud uidere faciẽ Dei, illud mirari, illud frui, illud sitire, est ipsorũ cũ Deo locutio admirationis, & laudis continuæ, ut in ad 2m. Admiratiua. n. cõtemplatio, quã de Deo semper habẽt, est laus assidua, qua Deum supra se extollũt in infinitum, & in eum ipsum sua omnia maximo cum iubilo referũt, gratias agentes de tam grandi munere omnib. creaturis supereminente. Tali locutione etiã beati homines cuiuscũque sexus, gradus ætatis, defuncti loquuntur Deo, & de ipsis sic intelligitur illud Matth. 22. Erunt sicut angeli Dei in cœlo. Et licet hæc autoritas adducatur contra Saducæos, ad ostendendum, ꝙ tunc homines non nubent, neque nubentur, sicut nec angeli, tamen & uniuersaliter intelligitur, loquẽdo de beatis hominibus ꝙ erunt sicut angeli in cęlo. i. Deũ facialiter in defessè contemplabuntur, & consequẽter modo præmisso cum Deo loquentur. In signum huius Ioannes de ciuib. supernæ Hierusalẽ loquens absolutè inquit Apoc. 21. Mensura hominis quæ est Angeli. Secundũ in principio appendicis dictorum scriptura de bonis angelis insinuauit Zach. 2. Respondit angelus, & dixit, Dominem exercituũ vsquequo non misereberis Hierusalem, & vrbium Iuda quibus iratus es? Item de malis Iob 1. & 2. quando introducit Sathan respondentem Deo, Circuiui terram &c. & postulantem ab eo licentiam damnificandi ipsum Iob in rebus, in filiis, in persona. Secundo habes: quomodo per rationem scripturas prædictas, pro quanto Angelos ponunt loqui cum Deo, & sane intelligas, & declares, & probes. Tertio vides: quomodo ex his, similibusque, uicissim Angelicus articulus consolidetur, & declaretur.

AR-

APPENDIX.

Vtilitas pro Eccles. S. Dei.

Ex articulo habes primo: quomodo per rationem ostendas, merito a scriptura esse insinuatum, quod Angeli loquuntur Deo

Comm. Cardinalis Caietani.

Titulus clarus.

¶ In corpore una distinctio bimembris cum duabus conclusionibus iuxta distinctionis membra. Distinctio est, Aliquid ordinatur ad alterum dupliciter, scilicet actiue, vel passiue. Ratio distinctionis huius quare, scilicet adducatur, assignatur in litera, quia locutio angelica in ordinatione conceptus ad alterum consistit, membra distinctione declarantur in naturalibus, & humana locutione.

¶ Conclusio prima iuxta primum membrum est negatiua, angelus non loquitur Deo ordinando conceptum respectu Dei actiuè: probatur, Deus est principium omnis ueritatis & uoluntatis. ergo sibi communicatiuè ordinari non potest conceptus aliquis de ueritate, aut uoluntario.

¶ Secunda conclusio iuxta secundum membrum est affirmatiua. Angelus loquitur de ordinando conceptum suum respectu Dei passiuè. Declaratur ex consultatione, & admiratione, & confirmatur authoritate Gregorii.

¶ Circa hanc decisionem occurrit dubium, quia distinctio posita quamuis sit bona, non tamen est sufficiens ad propositum. Datur enim tertius modus ordinis, quo conceptus ordinatur ad alterum, quando, scilicet ordinatur ad alterum solum, ut innotescat, ut dictum est fieri in simplici locutione unius angeli ad alterum, loquens enim ut sic, nihil causat in audiente secundum S. Tho. doctrinam, igitur &c.

¶ Ad hoc breuiter dicitur, quod licet ordinans conceptum suum ad alterum, ad hoc solum ut innotescat illi, non se habeat ut agens respectu audientis, quia nec agit in illum, nec præsentat illi actiuum, habet tamen se ad illum communicatiuè: quia facit præsens uisibile, quod si non faceret, esset illi absens. Et propterea dicitur communicare illi notitiam eius quod ipse concipit, Deo autem repugnat non solum pati ab angelo, sed etiam communicari sibi aliud ab illo eadem ratione, quia scilicet sibi repugnat ratio potentiæ, & imperfectioni cuiusque. Vnde hic modus comprehenditur sub primo modo in litera posito. Et ad hoc insinuandum non dicitur in litera in primo membro, quod ordinatur ut agat, sed quod ordinatur ut communicet. Declarauit autem hoc ex ratione ordinis actiui & passiui, tum ut a notioribus traderet disciplinam, tum quia communicatio manifestatiua quasi agere quoddam est reductiuè: tum quia in proposito, ut dictum est, æquiualet ipsi agere. & sic sufficienter responsum est quæsito.

AR.

Alb. Mag. 1. d. 9. ar. 13.

SVP. Q. CVII. ART. IIII.

CONCL. In locutione angeli nullum impedimentum facit distantia loci.

¶PROB. Quia locutio angeli (cum in intellectuali operatione cõsistat) est omnino abstracta a loco ac tempore, cum etiam nostra intellectualis &c.) & in in eo quod est omnino abstractũ a loco, ac tempore, nihil facit neque diuersitas temporis, neque distantia loci.

1^m de conclusione. Loqui. R. Ex parte sui loquentis: non, ex parte alterius, cui loquitur locutionem percipientis. §. Tunc &c. Nam locutio, cum sit interior operatio, est necessario in angelo loquente, & consequenter in loco determinato, vbi ipse est: sed tamen percipitur ab eo cui dirigitur quantumcunque distante. Similem similis argumenti solutionem vide supra quæst. 2. articulo quarto ad sextum, Sic ergo angel⁹ ubi est, ibi ipse operatur, ut dicit Damas. adductus, & tamen operatio sua terminatur ad illum, ubi ipse personaliter non est, ut intendit conclusio.

2^m de maiori. Propter distantiam audientis. R. Vel propter magnitudinem rei, quę dicitur, vel propter magnitudinem affectus, ac desiderii, qua dicitur. §. Tunc &c. Nam angelorum clamor ille non est vocis &c. ut in litera. Hinc recordare prædicatorum clamantium ad præsentes auditores, & de ly clama, ne cesses annuncia populo meo scelera &c. & de ly. Ad te Domine clamabo &c. Et de ly Clamaui in toto corde meo &c. ac de similibus, & his auctoritatib. applica bene duas illas expositiones in litera positas. Quando textus dicit, quod clamor ille non fuit uocis corporeæ, intellige, quantum est ex parte intrinsecæ locutionis, uel ex parte indigentię Angelorum, non quantum est ex parte facti extrinseci Angelorum locutionem interiorem significantis ad homines. Licet enim Angeli, quantum est de se, non indigeant extrinseca uoce ad denotandum suum conceptum alteri, nec propter seipsos ab inuicem audiendos tunc illam causauerint, id quod sanctus doctor intendit, tamen extrinsecum quid quasi uocem propter homines ad bonum aliquod excitandos, tunc seraphin ipsos loquentes causasse, hoc in loco non negatur. Vide supra articulo primo ad secundum.

APPENDIX.

EX articulo habes primo: quomodo per rationem ostendas, scripturam merito innuere, quod distantia localis non impedit locutionem angelorum. Id uirtualiter innuit, & quidẽ a fortiori, quando Luc. 16. narrat, ꝙ diues positus in inferno loquebatur Abrahæ a lõge existenti. Si enim anima separata, & damnata, ut erat illa diuitis, nõ impeditur propter distantiã loci, q̃n audiatur distincte ab eo, cui loqũtur, multo magis ob ipsam distantiam non impedietur angelus a locutionis auditione. Distantia, inquam loci, nõ solum meritorum, erat inter diuitis animam & Abrahæ: qm̃ infernus damnatorũ, in quo erat diues, remote distat loco a lymbo Sanctorum patrũ, in quo erat Abraham, ut declarat in additionib. q. 69. ar. 5. cor. Taceo, ꝙ hinc inferre potes, ꝙ beati in patria multo magis cognoscũt nostras orationes etiã mentales ad seipsos directas a uoluntate nostra. Beati. n. Deũ vidẽt in quo omnia ad se pertinentia uident. Et nos per uoluntatẽ nostram dirigimus ad illos cordialia nostra suspiria, ita ut uelimus, ea ipsis nota fieri, & ut notificẽtur sua beatis uiatores sunt minus indigni, quam homines dãnati. Ex parte igitur tum nostra, tum beatorum, illatio de orationib. etiam mẽtalib. prædicta tenet a fortiori. Nec obstat dictũ illud, ꝙ nullus excepto Deo cognoscit cogitationes cordis; quoniam Deus solus ex natura sua, hi uero ex voluntate Dei & cogitantis, cordium intentiones cognoscunt. Vide q. 89. artic. 7. 8. vbi dicitur, & ꝙ distantia localis non impedit cognitionem animæ separatæ, & (secundum Gregorium) ꝙ quia animę sanctæ intus omnipotentis Dei claritatem uident, nullo modo credendum est, foris esse aliquid quod ignorent. Ex his ergo dic. Si absque hoc, quod homines intendant sua acta fieri nota sanctis, iam ipsis certo nota sunt, quanto magis, si homines intenderent (ut in orationibus) quod ipsi ea cognoscerent? Vnde in 2. 2. q. 83. ar. 4. ad secundum sic dicitur. Mortui ea, quæ in hoc mundo aguntur, considerata eorum naturali conditione, non cognoscũt, & præcipue interiores motus cordis: sed beatis (ut Gregorius dicit in duodecimo Morali.) Maxime autem excellentiam eorum decet, ut cognoscant petitiones ad eos factas uel voce, uel corde. Et ideo petitiones, quas ad eos dirigimus, Deo manifestante cognoscunt. Hæc ibi. Secundo habes: quomodo prædictam Lucæ scripturam cum similibus, pro quanto distantiam localem dicit non impedire loquelas angelorum ad inuicem, & intelligas, & declares, & probes. Tertio uides: quomodo ex his uicissim Angelicus consolidetur, præsens articulus.

527 1. d. 9. ar. 2 ad 6. Et d. 11. q. 2 a. 1. ad 3. & ve. q. 9. ar. 6.

* li. 6. c. 17. & li. 2. c. 3.

ar. 1. 2. & 3. huius q. D. 767.

* art. 1. huius q.

* li. 2. Mor. ca. 6. paulo post prin.

ARTICVLVS IIII.

Vtrum localis distantia operetur aliquid in locutione angelica.

AD QVARTVM sic proceditur. Videtur, quod localis distantia operetur aliquid in locutione angelica. Sicut enim dicit Damas.* Angelus ubi est, ibi operatur: locutio autem est quædam operatio angeli. Cum ergo angelus sit in determinato loco, videtur quod usque ad determinatam loci distantiam, angelus loqui possit.

¶ 2 Præterea. Clamor loquentis fit propter distantiam audientis: sed Isa. 6. dicitur de Seraphim, quod clamat alter ad alterum. Ergo uidetur quod in locutione angelorum aliquid operetur localis distantia.

SED CONTRA est, quod sicut dicitur Luc. 16. Diues in inferno positus loquebatur Abrahæ, non impediente locali distantia. Multo igitur minus localis distantia potest impedire locutionem unius angeli ad alterum.

RESP. Dicendum, quod locutio angeli in intellectuali operatione consistit, ut ex dictis patet. * Intellectualis autem operatio angeli omnino abstracta [d] est a loco & tempore: nam etiam nostra intellectualis operatio, est per abstractionem ab hoc & nunc, nisi per accidens ex parte phantasmatum, quę in angelis nulla sunt. In eo autem quod est omnino abstractum a loco, & tempore, nihil operatur neque temporis diuersitas, neque loci distantia. Vnde in locutione angeli nullum impedimentum facit distantia loci.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod locutio angeli, sicut dictum est, * est locutio interior, quæ tamen ab alio percipitur, & p consequens ubi est angelus loquens. Sed sicut distantia localis non impedit, quin unus angelus alium uidere possit: ita etiam non impedit quin percipiat quod in eo ad se ordinatur, quod est eius locutionem percipere.

AD SECVNDVM dicendum, quod clamor ille non est uocis corporeæ, quæ fit propter distantiam loci, sed significat magnitudinem rei, quę dicebatur, uel magnitudinem effectus, secundum quod dicit Greg. * 2. Mora. Tanto quisque minus clamat, quanto minus desiderat.

AR-

Comm. Cardinalis Caietani.

TItulus clarus

¶In corpore vna conclusio responsiua quæsito negatiuè, In locutione angeli nullum impedimentum præstat distantia loci. Probatur. Locutio angeli consistit in intellectuali operatione. ergo abstrahit omnino a loco & tempore. ergo nihil operatur in ea diuersitas loci, aut tpis. ergo &c. Antecedens patet. & prima consequentia probatur, ex intelligere nostro, quia, scilicet abstrahit nisi ex parte phantasmatum, quæ ibi non sunt: secunda uero est per se nota.

Aeg.2.sd.10.q.3.art.2. Riccar.d.9.q.3.

SVP. Q. CVII. Art. v.

CONCL. Locutionem unius angeli ad alterum potest percipere unus absque aliis.

¶PROB. Quia locutionem suam potest ex aliqua causa unus angelus sua uoluntate ordinare ad unum, non ad alium. Et locutio unius angeli, non percipitur ab illo, ad quem sua uoluntate ipsa non ordinat, cum per hoc, quod ille, cuius est conceptus, &c.

528 Ver.q.9.a.6.7.

1^m de conclusione. Omnes percipiunt. R. Quantum est ex distantia loci: non, quantum est aliunde. §. Tunc &c. Licet.n. non impediantur alij angeli a locali distantia, nec cognoscât locutionem alterius angeli ad alterum tâtum: impediuntur tamê hinc quia.s. uoluntas angeli loquentis non dirigit intentionem suam ad manifestandum sibiipsis conceptum proprium.

2^m de antecedente. Communicant in uirtute intelligendi. R. nô tamen communicant in hoc, quod conceptus istius ordinetur a uoluntate illius ad hoc, ut manifestetur omnibus. §. Tûc &c. ut patet. Istud etiam argumentum est fallacia secundum non causam ut causam, sicut & primum erat. Nam causa uera intelligendi locutionem istius angeli non est communicatio omnium in uirtute intelligendi, ut putat argumentum) sed est locutionis suę ordinatio specialis facta a loquente ad eum, cui loquitur. Quemadmodum & in primo uidimus, quod causa uera percipiendi loquelam angeli non erat non impediri a locali distantia, (ut credebat argumentum) sed erat uoluntaria directio conceptus manifestandi angeli loquentis ad audientem.

3^m de maiori. Locutionis. R. respicientis principiû commune: non, respiciêtis principium cuique proprium. §. Tunc &c. Nam locutio priuata, distincta uidelicet ab illuminatione, est de ordinatis ad principium creatum, i. est de conceptib. cuique angelo proprijs, locutio autê, quæ cum illuminatione est idem, respicit principium commune omnium angelorum, i. est de rebus emanantibus a prima regula ueritatis.

ARTICVLVS V.

Vtrum locutionem unius angeli ad alterum omnes cognoscant.

AD QVINTVM sic proceditur. Videtur, ꝙ locutionê vnius angeli ad alterum omnes cognoscant. Quod enim unius hominis locutionem non omnes audiant, facit inæqualis loci distantia: sed in locutione angeli nihil operatur localis distantia, ut dictum est. * Ergo uno angelo loquente ad alterum omnes percipiunt.

* ar. præc.

¶ 2 Præt. Omnes angeli communicant in uirtute intelligendi. Si ergo conceptus mentis unius ordinatus ad alterum cognoscitur ab uno, pari ratione cognoscitur ab aliis.

¶ 3 Præt. Illuminatio est quædã species locutionis: sed illuminatio unius angeli ab altero peruenit ad omnes angelos: quia ut Diony. dicit * 15. cœl. hierar. Vnaquæque cœlestis essentia intelligentiam sibi traditam aliis communicant. Ergo & locutio unius angeli ad alterum ad omnes perducitur.

* c. 15. ante med.

SED CONTRA est, ꝙ unus homo potest alteri loqui. Multo igitur magis hoc in angelis esse põt.

RESPON. Dicendum, quod sicut supra dictum est, * conceptus mentis unius angeli percipi potest ab altero per hoc, quod ille, cuius est conceptus, sua uoluntate ordinat ipsum ad alterum. Potest autem ex aliqua causa ordinari aliquid ad unum, & non ad alterum, & ideo potest conceptus unius ab aliquo uno cognosci, & non ab aliis. Et sic locutionem unius angeli ad alterum potest percipere unus absque aliis, non quidem impediente distantia locali, sed hoc faciente uoluntaria ordinatione, ut dictum est. * Vnde patet responsio ad Primum & Secundum.

* Art. 1. huius q.

* In isto arti. & præc.

AD TERTIVM dicendum, quod illuminatio est de his, qui emanant a prima regula ueritatis, quæ, est principium commune omnium angelorum, & ideo illuminationes sunt omnibus communes. Sed locutio potest esse de his, quæ ordinantur ad principium uoluntatis creatę, quod est propriû vnicuiq; angelo, & ideo non oportet, ꝙ huiusmodi locutiones sint omnibus communes.

APPENDIX.

Vtilitas pro Eccles. S. Dei.

EX articulo habes primo. quomodo per rationem ostendas, merito scripturam uirtualiter insinuare, quod locutionem unius angeli non cognoscunt omnes alii: sed tantû angelus ille ad quem dirigitur. Hoc autem sic insinuauit tunc, quando 1. Cor. 2. quis scit hominum, quę sunt hominis nisi spiritus hominis, qui in ipso est? Quasi dicat. Clarum est, ꝙ conceptum hominis nemo nouit hominum, nisi ille ipse homo, cuius est conceptus. Consequenter ergo, si quis hominum aliorum conceptum ipsius nosse debet, opus est, ut ipse homo (semper & ubique excipitur Deus, qui reuelare immediate, quæcunque hominis, vel etiam angeli occulta potest homini illi aliquo modo loquatur, suumque conceptum patefaciat. Hic est sensus Apostoli primus, ex quo a simili intelligimus ipsum de Angelis eadem sentire, ab aliisque sentiri uoluisse, (occulta enim & futura contingentia in seipsis, cognoscere est solius Dei proprium, ut ait Papa Sixtus quintus infra quæstio. 115. articulo quarto in Elucidation. quarta, & quæstiô. 116. articulo primo. Vide ibi, quid hinc merito colligat. Nisi ergo Angelus conceptum suum notificet, nullus Angelorum nouit, & consequenter ille tantum nouit ipsum, cui eum reuelare uoluit. Supposito igitur, quod ex aliqua causa conceptum hunc non intendat reuelare, nisi duobus uel tribus, uel uni, non cognoscent omnes angeli conceptum illum. Locutionem itaque hanc angeli non omnes intelligent. Secundo habes: quomodo per rationem apostoli dictum, cum similibus, pro quanto insinuant propositû, & intelligas, & declares, & ꝓbes. Tertio uides: quomodo ex hoc, & similibus, uicissim Angelica doctrina præsens consolidetur, & declaretur.

2

3

Comm. Cardinalis Caietani.

TItulus clarus.

¶In corpore una conclusio responsiua quæsito negatiuè. Locutionem unius angeli ad alium non omnes percipiunt. Probatur, proprium conceptum mentis unus angelus potest ordinare ex aliqua causa ad alterum, & non omnes. ergo percipi potest ab uno, & non ab aliis. Antecedens probatur, quia ordinatio est uoluntaria. Consequentia probatur, quia per ordinationem percipitur, id est, fit præsens ut percipiatur.

Aeg. 2. sd. 9. q. ar. 1. Riccar. d. 9. q. 3. Alb. Mag. 2. d. 9. ar. 4. Tho. Arg. dist. 9. q. ar. 1.

SVP. Q. CVIII. ART. 1.

CONCL. 1. Si consideretur hier. ex parte principis, sic est una hierarchia tantum.

¶PROB. Quia Deus est unus princeps omniû, tum angelorû, tum hominum, qui sacrorum participes esse possunt, & hierarchia dicitur sacer principatus, nûc ex parte principis.

¶CONCL. 2 Si consideretur hierarchia ex parte multitudinis ordinatæ sub principe, oportet distingui hierarchiam humanam ab angelica, & per eundem modum in angelis distingui tres Hierarchias.

¶PROB.

QVAESTIO CVIII.

De ordinatione angelorum secundum hierarchias, & ordines, in octo articulos diuisa.

DEINDE considerandû est de ordinatione angelorum secûdum hierarchicos ordines. Dictum * enim, ꝙ superiores inferiores illuminant, & non econuerso.

Circa hoc quæruntur octo.

¶Primò, Vtrum omnes sint unius hierarchię.

¶Secundò, Vtrum in una hierarchia sit unus tantum ordo.

¶Tertiò, Vtrum in uno ordine sint plures angeli.

¶Quartò, Vtrû distinctio hierarchiarû & ordinum sit a natura.

¶Quintò, De nominibus & proprietatibus singulorum ordinũ.

¶Sextò, De comparatione ordinum adinuicem.

¶Septimò, Vtrum ordines durẽt post diem iudicii.

¶Octauò, Vtrum homines assumãtur ad ordines angelorum.

ARTICVLVS I.

Vtrum omnes angeli sint unius hierarchiæ.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur, quod omnes angeli sint unius hierarchiæ. Cũ enim angeli sint supremi inter creaturas, oportet dicere quod sint optimè dispositi: sed optima dispositio est multitudinis, secundum quod continetur sub vno principatu, ut patet per philosophum * 12. Met. & in 3. Pol. Cum ergo hierarchia nihil sit aliud, quam sacer principatus, uidetur, quod omnes angeli sint unius hierarchiæ.

¶2 Præterea. Dion. dicit in * 3. c. cœl. hier. quod hierarchia est ordo, scientia, & actio: sed omnes angeli conueniunt in uno ordine ad Deum quem cognoscũt, & a quo in suis actionibus regulantur. Ergo omnes angeli sunt unius hierarchiæ.

¶3 Præterea. Sacer principatus, qui dicitur hierarchia, inuenitur in hominibus & angelis: sed omnes homines, sunt unius hierarchiæ. Ergo etiam omnes angeli sunt vnius hierarchiæ.

SED CONTRA est, q Dion. 6. c. cœl. hier. distinguit tres hierarchias angelorum.

RESP. Dicendum, quod hierarchia est sacer principatus, ut dictũ est. * in nomine autem principatus duo intelliguntur. s. ipse princeps, & multitudo ordinata sub principe. Quia igit unus est Deus princeps non solum omnium angelorum, sed etiam hominum, & totius creaturæ: ideo non solum omnium angelorum, sed etiam totius rationalis creaturæ, quæ sacrorum particeps esse potest, una est hierarchia. Secundum quod Aug. dicit in * 12. de ciu. Dei, duas esse ciuitates, hoc est societates, unam in angelis bonis & hominibus alteram in malis. Sed si consideretur principatus ex parte multitudinis ordinatæ sub principe, sic unus principatus dicitur ẽm quod multitudo vno & eodem modo potest gubernationem principis recipere. Quæ uero non possunt ẽm eundem modum gubernari a principe, ad diuersos principatus ptinẽt: sicut sub uno rege sunt diuersæ ciuitates, quæ diuersis reguntur legibus & ministris. Manifestũ est autem quod homines alio modo diuinas illuminationes percipiunt quam angeli. Nam angeli pcipiũt eas in intelligibili puritate: homines vero percipiunt eas sub sensibilium similitudinibus, ut Dion. dicit * 1. ca. cœl. hierar. & ideo oportet distingui humanam hierarchiã ab angelica. Et per eundem modum in angelis tres hierarchiæ distinguuntur. Dictum est enim sup. † dum de cognitione angelorum ageretur, quod superiores angeli habent vniuersaliorem cognitionẽ veritatis, quam inferiores. Huiusmodi autem uniuersalis acceptio cognitionis ẽm tres gradus in angelis distingui potest. Possunt. n. rationes rerum, de quib. angeli illuminantur, considerari tripliciter. Primo quidem ẽm q procedunt a primo principio vniuersali, q est Deus. Et iste modus conuenit primæ hierarchiæ, quę immediate ad Deum extenditur, & quasi in vestibulis Dei collocatur, ut Dion. dicit * 7. c. cœl. hier. Secundo uero, put huiusmodi rationes dependent ab uniuersalibus causis creatis, quę iam aliquo modo multiplicantur, & hic modus conuenit secundæ hierarchiæ. Tertio autem modo secundum quod huiusmodi rationes applicantur singulis rebus prout dependent a propriis causis, & hic modus cõuenit infimæ hierarchię quod plenius patebit, cũ de singulis ordinib. agetur. * Sic igitur distinguuntur hierarchiæ ex parte multitudinis subiectę. Vnde manifestum est eos errare, & contra intentionem Dion. loqui, qui ponũt in diuinis personis hierarchiam, quam uocant supercœlestem. In diuinis enim personis est quidam ordo naturæ, sed non hierarchiæ. Nam ut Diony. dicit * tertio ca. cœlestis hierarchiæ ordo hierarchiæ est alios quidem purgari, illuminari, & perfici: alios autem purgare & illuminare & perficere. Quod absit ut in diuinis personis ponamus.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod ratio illa procedit de principatu ex parte principis: quia optimum est, quod multitudo regatur ab uno principe ut * Philophus in pluribus de locis intendit.

AD prio, instructuque dicimus, cæterum quæ a Sanctis Theologis, (Prophetas & Apostolos intelligit) notata sunt angelicę proprietates insignia ea nos edocti pro uiribus exponemus, omnes

---

Marginal commentary:

¶PROB. Quia homines alio modo diuinas illuminationes percipiũt, quam angeli (cum hi in puritate intelligibili, illi sub uelaminib.) & hierarchia sacer principatus dr; nunc ex parte multitudinis, inquãtum. s. uno, uel uario modo sub principe gubernatur. Secunda aũt pars. s. & per eundẽ &c. probatum. Quia ẽm triplicem diuersitatem in cognitione ueritatis diminutus illuminatę distinguuntur, (cum alii eam, ut rationes rerum depẽdent a Deo immediate, alii ut ab uniuersalib. creatis causis, alij vt a propriis causis, cõsiderent), & hierarchia nunc, ex parte multitudinis, inquantum, s. uno modo, uel uario sub principe regitur, sacer principatus dicitur.

¶NOT. Caue diligẽter errorem, qui & hæresis est inquantum gradus excellentiæ ponit in Sanctissima Trinitate, narratum circa finẽ corporis ly manifestum est eos errare & contra intentionem Dion. &c. Consule: q. 42. ar. &c. & Veritates aureas super totam legem ueterem. Exod. 20. concl. 9.

1m ex Philosopho. Principatu. 8. ex parte principis, non aliter. 5. Tũc &c. ut patet in litera. Ex hac agnosce, q philosophi intentio nõ est dicere, q malũ sit multitudinem regi diuersis legibus, secundum proportionem ipsi multitudini conuenientem, sub eodem principe.

¶NOT. Toti huic quæstioni (forsan argumẽto illi primo, & similib. innixus) opponitur Caluinus, qui lib. 1. inst. ca. 14. sect. 4. angelorũ hãc distinctionem uocat puram garrulitatẽ, falsãq; sapientiam, & Erasmus Sarcerius Annemontanus, qui in lib. suo a se inscripto, Noua methodus in præcipuos scripturæ locos, pagn. 100. vocat errorem & scholasticorum figmentum sine uerbo Dei excogitatum, asserere prelaturas & hierarchias angelorum, quę in angelos simpliciter, Archangelos, Thronos, dominationes, uirtutes, principatus, potestates, Cherubin, & Seraphin, diuidantur. Horum duorum insanas phantasias per D. Thomæ rationes multiplices in articulis sparsas, potes interimere. Quib. rationib. si iunxeris, q huiusmodi Caluini Erasmiq; positio contrariatur scripturis apertis, & patrum unanimi consensui, fatebera cum Francisco Feuardentio minorita, positionem talẽ esse hæresim. Quod cõtrarietur apertis scripturis: vide in appendicibus pluribus præsentis quæstionis. Qđ uerò Patrib. uide appendices nõnullas di cta in conciliis de hoc allegantes. De unanimi sensu patrum, cui refragari nimis dãnabile est, patet, si videris, quę tamen digito nunc breuitatis causa, ostendam. Ecce. B. Anselmus in locum illum Collos. 1. In ipso cõdita sunt omnia in cœlo, & in terra, siue throni siue &c. B. Hieronymus in locum ad Eph. 1. consedere in cœl. super omnẽ principatum & uirtutem &c. Idem lib. 2. apolog. aduersus Ruffinum. B. Gregorius Homel. 24. in Euang Item li. 4 Moral. c. 27. Item li. 4. registri, epistola 52. B. Augustinus li. ad Orosium contra Priscillianistas, & Origenistas c. 11. Indubitatã, inquit fide teneo: esse in cœlestib. Sedes, Dominationes &c. & differre inter se aliquid. Idem de cognit. veræ uitæ c. 8. Sicut, inquit, luna stellas, Sol lunam in claritate excellere cernitur, sic quilibet superior ordo angelorum inferiorem, ab Angelis usque ad Seraphin, gloria, dignitate, claritate pręcellere creditur. Ex Augustino hic nota, ordines, & hierarchias angelorum ad fidem pertinere. Item Isidorus lib. 1. de summo bono c. 12. Hilarius super psalm. 136. Sedulius presbyter, Collectaneis, in 1. c. ad Ephesios. Patres Greci. D. Chrys. in Hom. 3. cõtra Anomæos Hom. 4. in Genes. Greg. Nazianzenus, oratione secũda de theologia. Athanasius, ser. 4. cõtra Arrianos Ignatius Martyr, Epistola ad Trallianos. Methodius martyr, ser. de resurrectione apud Epiphaniũ lib. 2. Hippolytus martyr, oratione de cõsummatione mũdi. Dionysi. Areopagita Sancti Pauli Apostolo ad tertium cælum euecti discipulus, & martyr, libr. cœlest. hierarch. cap. sexto sic, Nos quidem nihil motu proprio, ...

Marginal references: 529 2. d. 9. ar. 1 & Dio. li. 1 * li. 12. met. in fi. li. & 3. Pol. c. 5. — * c. 3. ã pri. — * art. 1. huius ar. — * li. 12. c. 1. cir. pri. c. 5 — * c. 1. cœle. hier. — † q. 55. a. 3 — * c. 7. a me. ius q. — * art. 4. huius — * c. 3. circa med. — * Locis in arg. 1. citat.

omnes cœlestes substantias in 9. ordines diuinus sermo distinxit, propriisque vocabulis appellauit. Has eximius præceptor noster (Paulus est) internas tertio repertas distinctiones diuisit. Ac primam quidem hierarchiam esse ait, qua non sit præstantior altera, & Thronos, Cherubin, ac Seraphin, ordines continet: secundam asseruit, quæ Potestatibus, Virtutis Dominationibus, conficitur. tertiam item ex angelis, Archangelis Principatibusque constantem. Hæc Diony. Vide eundem ibi capit. 7. 8. 9. idipsum confirmantem.

AD SECVNDVM dicendum, quod quantum ad cognitionem ipsius Dei, quem omnes vno modo, scilicet per essentiam uident, non distinguuntur in angelis hierarchiæ, sed quantum ad rationes rerum creatarum, ut dictum est.*

AD TERTIVM dicendum, quod omnes homines sunt unius speciei, & unus modus intelligendi est eis connaturalis: non sic autem est in angelis. Vnde non est similis ratio.

2^m de minori. Cognoscunt. R. eodem modo per essentiam eius, non eodẽ modo quantum ad rationes rerum creatarum. §. Tunc &c. se cundam enim facit hierarchiæ distinctionem: non primum, ut uides in textu.

3^m de maiori, Inuenitur. R. diuersimode: non, uniformiter. §. Tunc &cæt. Cum enim non sit similis ratio de hominibus, & de angelis (ut patet in litera) nil sequitur contra conclusionem secundam, quam argumentum infringere uolebat.

APPENDIX.

Vtilitas p. Eccles. S. Dei.

EX articulo habes primo: quomodo per rationem ostendas, recte in concilio Lateranensi sub Leone decimo sess. 12. esse dictum, hierarchias angelorum esse tres. Sic. n. ibi habetur. Concilij originem a Deo opt. max. initium & formam sumpsisse, satis constat. Nam cum in principio cœlum, & terram creasset, cœlum ipsum in tres principatus, (quos hierarchias uocant) instituit ac quemlibet principatum in totidem angelorum choros distinxit. Quos cum ipse princeps & parens Deus vnitas prima lux pura, diuina & infinita, creasset, eos Deiformes spiritus, mentes. Intellectus, & intelligentiæ capaces, & quasi oculos esse uoluit, qui ad Deum ipsum conuersi, & ab eo diuinitus exerciti, lucem essentiam uitam, * & omnem perfectionẽ acciperent, & rursus ita diuini & sancti ignis imaginem præseferrent ut primus principatus sola luce diuinæ unitatis, nullis interiectis spiritibus, secundus eodẽ fulgore per primũ trãsmisso, extimus uero radiis diuinæ maiestatis ex transfusione secundi, qui secundus supremi lumine conspersus illustraretur & illustraret, purgaretur & purgaret, perficeretur & perficeret. Hic est fons diuinæ lucis, hæc origo, atque maiestas, concilii. Hæc ibi. Vbi tu huius intelligentia notabis, quod quando secundam hierarchiam mediante prima, tertiam uero mediante secunda, illustrari purgari perfici luce diuinæ maiestatis affirmatur, hoc non de uisione diuinæ essentiæ beatifica intelligendum est, quandoquidem omnes & singulæ Deum facili uisione immediate conspiciunt, sed de rationibus rerum ab ipso Deo emanantib. ut q. 106. art. 1. & 4. q. præsenti articulo isto declaratur. uide etiam ar. 2. ad tertium. Ad sane ergo percipiẽdum totum illud in concilio dictum, ne erres, declarationibus Sancti Doctoris utere: has bene, ut expedit, illi applicando. Secundo habes: quomodo per rationem dictum huiusmodi, quatenus hierarchias angelorum asserit esse tres, & intelligas, & declares, & probes. Tertio vides: quomodo ex his uicissim Angelica doctrina præsens consolidetur, & declaretur.

* in cor. ar.

¶ Not. Articulo præsenti suffragantur art. in ord. 282. 520. 534

Comm. Cardinalis Caietani.

TItulus clarus

¶ In corpore tria. Primò distinguit: secundo respondet quæsito, iuxta duo distinctionis membra: tertio reprehendit errorem quendam.

¶ Quo ad primum, distinctio est. Hierarchia potest dupliciter considerari, Vno modo ex parte principis. Alio modo ex parte multitudinis ordinatæ sub principe. Declaratur distinctio ex quid nominis hierar. dicit. n. sacrum principatum, principatus autem hęc duo prædicta claudit in se.

¶ Quo ad secundum, sunt conclusiones duæ. Prima conclusio responsiua iuxta primum modum est affirmatiua, Omnes angeli, immo omnes creaturæ rationales, sunt unius hierarchiæ ex parte principis. Probatur, quia princeps omnium, qui possunt sacrorum esse participes, quales sunt rationales creaturæ, est unus Deus gloriosus. Et confirmatur authoritate Aug. ponentis vnam ciuitatẽ angelorum & hominum bonorum, alteram malorum.

¶ Nec turberis. Nouitie, ex ista confirmatione ponente duas societates, & tamen adducta ad probandum unitatẽ societatis, in hac enim authoritate duo dicuntur. Primum, ꝙ angelorum & hominum participum sacrorum una est societas, & hoc est ad propositum. Secundum est, quod dęmonum & hominum deficientium a sacris, alia est societas, & hoc est ad complementum authoritatis allatum, & seruit aliqualiter proposito pro quanto etiam hæc mala societas est etiam una.

¶ Secunda uerò conclusio iuxta 2m modum est negatiua. Angeli nec cũ hominib. nec inter se sunt vnius hierarchiæ, sed tres inter se constituunt hierarchias ex parte multitudinis ordinatæ. Ista conclusio habet tres partes. Prima est de pluralitate hierarchiæ inter angelos & homines, secunda inter angelos, tertia est de certo numero hierarchiæ angelicę. Et probatur quo ad primam partem Vnitas principatus ex parte multitudinis est ex unitate modi passiuè gubernationis a principe, & pluralitas ex pluralitate. ergo angeli & homines non sunt unius hierarchię. Antecedens probatur inductiuè in politicis. Consequentia probatur, quia homines & angeli diuersis modis gubernantur. Probatur, quia illi illuminationib. puris, homines uero sub sensibiliũ similitudinib: ut patet ex Dion. Secunda uero pars ex eadẽ authoritate probatur inferendo eodem modo. ergo angeli inter se non sunt unius hierarchiæ. Probatur sequela, quia non eodem modo illuminantur: quia superiores uniuersalius lumen, quam inferiores recipiunt. Tertia autem pars probatur sic, Rationes de quib. angeli illuminantur, possunt in triplici gradu considerari. ergò acceptio cognitionis ergo sunt tres hierarchiæ. Consequentiæ sunt notæ ex dictis. Antecedens declaratur quia possũt sumi ut sunt a Deo, secundo ut ab uniuersalib. secundis, tertio ut a proprijs, atque applicatæ ad singula. primus modus conuenit primæ hierarchiæ. ut confirmat Diony. secundus secundæ, & tertius infimæ.

¶ Quo ad tertium errant, & contra intensionem Dionysij loquuntur, ponentes hierarchiam in diuinis personis. Probatur prima pars, quia hoc sequitur corollariè ex dictis, secunda uerò, quia hierarchia apud Dionys. quarto capitulo exigit inter supposita habitudinem purgationis, illuminationis, & perfectionis, sed hæc procul sunt a diuinis personis. ergo, &cæt. Causa erroris uidetur, quia in diuinis personis, est ordo quidam naturę, sed non hierarchiæ, sed ille &cæt.

Ferr. 3. con. c. 80.

SVP. Q. CVIII. ART. II.

530

1. d. 9. ar. 3. Et 3. có. ca. 80. & ad Ephes. le. 7.

COncl. In qualibet angelorum hierarchia. (Hæc est triplex est ordo: & quidem triplex.

¶ Proz.

ARTICVLVS II.

Vtrum in una hierarchia sint plures ordines.

AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur, quod in una hierarchia non sint plures ordines, Multiplicata enim diffinitione multiplicatur & diffinitum: sed hierarchia, ut Diony. * dicit est ordo. Si ergo sunt multi ordines, non erit una hierarchia, sed multę.

* c. 3. coeles hier. i prin.

¶ 2 Præt. Diuersi ordines sunt diuersi gradus, & gradus in spiritualibus constituuntur secũdum diuersa dona spiritualia: sed in angelis omnia dona spiritualia sunt communia, quia nihil ibi singulariter possidetur. Ergo non sunt diuersi ordines angelorum.

¶ 3 Præt. In ecclesiastica hierar. distinguuntur ordines se-

ſecundum purgare, illuminare, & perficere. Nam ordo diaconorum eſt purgatiuus, ſacerdotum illuminatiuus, epiſcoporum perfectiuus, vt Dionyſius * dicit 5. cap. eccleſiaſticæ hierarch. ſed quilibet angelus purgat, illuminat, & perficit. Non ergo eſt diſtinctio ordinum in angelis.

Sed contra eſt, quod Apoſtolus dicit ad Epheſ. 1. quòd Deus conſtituit Chriſtum hominem ſupra omnem principatum, & poteſtatem, & virtutem, & dominationem, qui ſunt diuerſi ordines angelorum, & quidam eorũ ad vnam hierarchiam pertinent, vt infrà * patebit.

Respon. Dicendum, quòd ſicut dictum * eſt, vna hierarchia eſt vnus principatus, id eſt vna multitudo ordinata vno modo ſub principis gubernatione. Non autem eſſet multitudo ordinata, ſed confuſa, ſi in multitudine diuerſi ordines non eſſent. Ipſa ergo ratio hierarchiæ requirit ordinum diuerſitatem: quæ quidem diuerſitas ordinum ſecundum diuerſa officia, & actus cõſideratur, ſicut patet, quòd in vna ciuitate ſunt diuerſi ordines ſecundum diuerſos actus. Nam alius eſt ordo iudicantium, & alius pugnantium, & alius laborantium in agris, & ſic de aliis. Sed quamuis multi ſint vnius ciuitatis ordines, omnes tamen ad tres poſſunt reduci, ſecundum quòd quælibet multitudo perfecta habet principium, medium, & finem. Vnde & in ciuitatibus triplex ordo hominum inuenitur. Quidam enim ſunt ſupremi, vt optimates: quidam autem ſunt infimi, vt vilis populus: quidam autem ſunt medii, vt populus honorabilis. Sic igitur & in qualibet hierarchia angelica ordines diſtinguũtur ſecundùm diuerſos actus, & officia, & omnis iſta diuerſitas ad tria reducitur, ſ. ad ſummum medium, & infimum. Et propter hoc in qualibet hierarchia Dionyſ. * ponit tres ordines.

Ad primvm ergo dicendum, quòd ordo dupliciter dicitur. Vno modo ipſa ordinatio comprehendens ſub ſe diuerſos gradus: & hoc modo hierarchia dicitur ordo. Alio modo dicitur ordo gradus vnus: & ſic dicuntur plures ordines vnius hierarchiæ.

Ad secvndvm dicendum, quòd in ſocietate angelorum omnia poſſidentur communiter: ſed tamen quædam excellentius habentur à quibuſdam, quàm ab aliis. Vnumquodque autem perfectius habetur ab eo, qui poteſt illud communicare, quàm ab eo, qui non poteſt. Sicut perfectius eſt calidum, quod poteſt calefacere, quàm quod non poteſt: & perfectius ſcit, qui poteſt docere, quàm qui non poteſt. Et quanto perfectius donum aliquis communicare poteſt, tantò in perfectiori gradu eſt: ſicut in perfectiori gradu magiſterii eſt, qui poteſt docere altiorem ſcientiam. Et ſecundum hanc ſimilitudinem conſideranda eſt diuerſitas graduum, vel ordinum in angelis, ſecundum diuerſa officia, & actus.

Ad tertivm dicendum, quòd inferior angelus eſt ſuperior ſupremo homine noſtræ hierarchiæ, ſecundùm illud Matth. 11. Qui minor eſt in regno cœlorum, maior illo. ſ. Ioanne Baptiſta, quo nullus maior inter natos mulierum ſurrexit. Vnde minor angelus cœleſtis hierarchiæ poteſt non ſolum purgare, ſed illuminare, & perficere, & altiori modo, quàm ordines noſtræ hierarchiæ. Et ſic ſecundum diſtinctionem harum actionum non diſtinguuntur cœleſtes ordines, ſed ſecundum alias differentias actionum.

ARTI-

¶ Prob. Quia ſi in hierarchia vna non eſſet ordo, hierarchia non eſſet hierarchia (à diffinitione patet). Secunda autem pars, ſ. & quidem &c. probatur: Quia quælibet multitudo perfecta reducitur ad tres ordines, ſ. primum, medium, atque finem (exemplum de ciuium multitudine): & quælibet hierarchia eſt multitudo perfecta (cum ſecũdum diuerſos actus ibi requiſitos, ac officia diſtinguantur (exemplum de vna ciuitate).

1^m de maiori. Diffinitione. R. Accepta quantũ ad ſenſum: non, quantum ad verba tantum. §. Tunc nihil &c. Non enim ſecundum ſenſum multiplicatur diffinitio, dicendo, Hierarchia eſt ordo, & in hierarchia vna eſt ordo multiplex: quoniam ly ordo diuerſimodè ſumitur quando diffinit hierarchiam, & quando diffinit ordinẽ in hierarchia: & conſequenter non eſt eadem diffinitio multiplicata, ſed ſunt multæ ſingillatim vna per ſe (vt ex litera colligitur).

* Cap. 5. par. in titulo de ſacer. perfectionibus, & in titulo contẽpla.

Ordo.

* Ar. 6. huius quæſt.

* Ar. præc.

2^m minor. In Angelis omnia dona ſpiritualia ſunt communia. R. Sed modo diuerſo. §. Habẽt enim Angeli omnes omnia dona; ſed vnus excellentiori modo, quàm alius: vt patet in litera exemplis pulcherrimis hoc declarante. Vnde de minori illa, ſ. in Angelis omnia dona ſpiritualia ſunt communia, patet; quòd vera eſt de reipſa donorum. ſed falſa de modo habẽdi illa. Tunc nihil &c. Ex dictis enim reſtat: vt in angelis gradus varij modo prædicto ſint, & conſequenter plures ordines.

3^m de concl.^e Diſtinctio. R. Secũdum purgare, illuminare, perficere: non, ſecundum alias differentias actionum. §. Tunc nihil &c. Nam angelorum ordines diſtinguuntur ſecundum diuerſa officia, & actus: licet quilibet angelus illuminet, purget, perficiat. Cum hac tamen reſponſione literæ notabis; quòd ordines diſtingui poſſunt ſecundum illuminare, purgare, & perficere, prout dicunt modũ illuminationis, purgationis, perfectionis. Non enim eodem modo quilibet illuminat, purgat, & perficit: vt habes ex reſponſione ad ſecundum. Non enim diſtinguuntur ſecundum iſta tria, inquantum dicunt illuminare, purgare, perficere (ſic intelligitur hic ad tertium); ſed inquantum dicunt modum, vel eminentiorem, vel minus eminentem, illuminandi, purgandi, perficiendi (ſic ibi ad ſecundum).

Illuminare, purgare, perficere.

¶ Not. Quoniam de eccleſiaſtica hierarchia, in argumento tertio fuit facta mentio, & Dionyſius adductus; ideo vt declaretur clarius, & in quo conſiſtat Eccleſiaſtica hierarchia, & ſenſus Dionyſij in verbis illis, doctrinam ſacrorum Conciliorum de hoc afferre operepretium eſt; vt inde ſibi quiſque prædictorum vtrũque per ſe faciliori ſtudio aſſumat. Dicit ergo Concil. Trident. ſeſſ. 23. Si quis omnes Chriſtianos promiſcuè noui teſtamenti ſacerdotes eſſe, aut omnes pari inter ſe poteſtate ſpirituali præditos affirmet, nihil aliud facere videtur; quàm eccleſiaſticã hierarchiam, quæ eſt vt caſtrorum acies ordinata, confundere; perinde ac ſi contra B. Pauli doctrinam omnes Apoſtoli, omnes Prophetæ, omnes Euangeliſtæ, omnes Paſtores, omnes ſint Doctores. Proinde ſancta Synodus declarat; præter cæteros eccleſiaſticos gradus, Epiſcopos (qui in Apoſtolorum locum ſucceſſerunt) ad hunc hierarchicum ordinẽ præcipuè pertinere, & poſitos à Spiritu ſancto regere Eccleſiam Dei, eoſque presbyteris ſuperiores eſſe, ac ſacramentum Confirmationis conferre, miniſtros Eccleſiæ ordinare, atq; alia pleraque peragere poſſe; quarum functionum poteſtatem reliqui inferioris ordinis nullam habent. Hæc ibi cap. 4. Item canon. 2. Si quis dixerit; præter ſacerdotium non eſſe in Eccleſia Catholica alios ordines maiores, & minores, per quos velut per gradus quoſdã in ſacerdotium tendatur; anathema ſit. Item cano. 6. Si quis dixerit; in Eccleſia catholica nõ eſſe hierarchiam diuina ordinatione inſtitutam, quæ conſtat ex Epiſcopis, presbyteris, & miniſtris; anathema ſit. Hæc ibi. Vide alia Concilia, vbi de tali materia tractant: & epiſtolam primam, verſus finem ad Orientales Epiſcopos, Papæ Iulij primi, qui ex Apoſtolo Roman. 12. declarat intentum optimè.

* c. 7. 8. & 9. ecl. hierar.

APPENDIX.

Ex artic. habes primò: quomodo per rationem demonſtres, meritò dictum in Concil. Later. ſub Leone X. & à ſcripturis virtualiter inſinuatum, quòd in vna hierarchia ſunt plures ordines angelorum. De dicto in Conc. Lateran. illo ſeſſ. 2. patet in append. art. 1. vbi dicitur, quòd Deus cœlum in tres hierarchias inſtituit; ac quemlibet principatum, ſeu quamlibet hierarchiam, in totidem choros Angelorum diſtinxit. De ſcripturis ſic legitur in ad Epheſ. 1. Et conſtituens illum ad dexteram ſuam in cœleſtibus ſuper omnem principatum, & poteſtatem, & virtutem, & dominationem; Item in ad Coloſſen. 1. ſiue throni, ſiue dominationes, ſiue principatus, ſiue poteſtates. His enim in locis monſtrat Apoſtolus plures eſſe ordines in vna hierarchia. Nam ſecundum Gregorium, dominationes, principatus, poteſtates, ſunt tres chori, ſeu ordines mediæ hierarchiæ: Et ſecundum Dionyſ. dominationes, virtutes, poteſtates, ſunt tres ordines eiuſdem. Quomodo autem vterque ſecundum diuerſam conſiderationem, verum dicat, non eſt præſentis loci enarrare; ſed art. 6. quoniam ſufficit hic ex ſcripturis vidiſſe intentum. Secundò habes, quomodo per rationem ſcripturarum, & Concilij dicta, pro quanto plures ponunt ordines in vna hierarchia, & intelligas, & declares, & probes. Tertiò vides: quomodo ex his viciſſim Angelica hæc doctrina declaretur, atque confirmetur.

Vtilitas pro Eccleſ. S. Dei.

2

3

Comm.

Comm. Cardinalis Caietani.

Titulus clarus.

¶In corpore articuli tria. Primo ostendit diuersitas ordinum in qualibet hierarchia, & sic directe respondetur quæsito. Secundo penes quid attenditur ista diuersitas. Tertio ostenditur numerus.

¶Quo ad primum ponitur conclusio responsiua. In qualibet hierarchia sunt diuersi ordines. Probatur ex ratione hierarchiæ sic. Vna hierarchia est una multitudo ordinata vno modo sub principe. ergo in ea sunt diuersi ordines. Probatur consequentia: quia aliter non esset multitudo ordinata, sed confusa.

¶Aduerte Nouitie, q ad ordinem inter aliqua sequitur diuersitas ordinum, pro quanto sequitur diuersus ordinatorum gradus, oportet enim in ordine vnum esse prius, & aliud posterius. Et sic consurgit duplex ordo, ordo priorum, & ordo posteriorum. Nec refert ad propositum, an vnum, vel plura sint in ordine priorum, aut posteriorum: sat est quòd ex hoc, q multitudo est ordinata, sequitur. ergo sunt ibi diuersi ordines iuxta diuersos ordinatorũ gradus, alioquin esset confusio.

¶Quo ad secundum diuersitas ordinum penes diuersa officia, & actus, probatur ex dispositione ordinum in politicis.

¶Quo ad tertium. In qualibet hierarchia sunt tres ordines, summus, medius, & infimus. Probatur dupliciter, primo ratione: quia omnis diuersitas ordinum penes officia &c. reducitur ad trinarium. quod probatur, tum quia multitudo perfecta reducitur ad trinarium, principium, medium, & finem, ex primo cœli, tùm quia in politicis hoc experimur, vbi optimates, nobiles, & populus sunt summi, medij, & infimi; Tùm authoritate Dionysij.

ARTICVLVS III.

Vtrum in vno ordine sint plures Angeli.

AD TERTIVM sic proceditur. Videtur, quòd in vno ordine non sint plures angeli. Dictum est enim suprà, * omnes angelos inæquales esse ad inuicem: sed vnius ordinis esse dicuntur, quæ sunt æqualia. Ergo plures angeli non sunt vnius ordinis.

¶ 2 Præt. Quod potest sufficienter fieri per vnũ, superfluum est quòd fiat per multa: sed illud quod pertinet ad vnum officium angelicũ, sufficienter potest fieri per vnum angelum, multò magis, quàm per vnum Solem sufficienter fit, quod pertinet ad officium Solis, quanto perfectior est angelus cœlesti corpore. Si ergo ordines distinguuntur secundum officia, vt dictum * est, superfluum est, quòd sint plures angeli vnius ordinis.

¶ 3 Præt. Suprà dictum est, †quòd omnes angeli sunt inæquales. Si ergo plures angeli sint vnius ordinis, puta tres, vel quatuor, infimus superioris ordinis magis conueniet cum supremo inferioris, quàm cũ supremo sui ordinis. Et sic videtur q magis sit vnius ordinis cũ hoc, quàm cum illo. Non igitur sunt plures angeli vnius ordinis.

SED CONTRA est, quòd Isa. 6. dicitur, quòd Seraphim clamabãt alter ad alterum. Sunt ergo plures angeli in vno ordine Seraphim.

RESP. Dicendum, quòd ille qui perfectè cognoscit res aliquas, potest vsque ad minima & actus, & virtutes, & naturas earum distinguere. Qui autem cognoscit eas imperfectè, non potest distinguere, nisi in vniuersali, quæ quidem distinctio fit per pauciora. Sicut qui imperfectè cognoscit res naturales, distinguit earum ordines in vniuersali, ponens in vno ordine cęlestia corpora, in alio corpora inferiora inanimata, in alio plantas, in alio animalia. Qui autẽ perfectius cognosceret res naturales, posset distinguere & in ipsis corporibus cęlestib. diuersos ordines, & in singulis aliorum. Nos autem imperfectè angelos cognoscimus, & eorum officia, vt Dion.* dicit 6. cap. cęlest. hierar. Vnde non possumus distinguere officia, & ordines angelorum nisi in cõmuni, secundum quem modum multi angeli sub vno ordine continentur. Si autem perfectè cognosceremus officia angelorum, & eorum distinctiones, perfectè sciremus, q quilibet angelus habet suum proprium officium, & suum proprium ordinẽ in rebus, & multo magis quàm quælibet stella, etsi nos lateat.

AD PRIMVM ergo dicẽdum, q omnes angeli vnius ordinis, sunt aliquo modo æquales quantum ad communem similitudinem, secundum quam cõstituuntur in ordine, sed simpliciter non sunt æquales. Vnde Dion. dicit * 10. cap. cœlest. hierar. quòd in vno & eodem ordine angelorũ, est accipere primos, medios, & vltimos.

AD SECVNDVM dicendum, q illa specialis distinctio ordinum & officiorum, secundũ quam quilibet angelus habet proprium officium & ordinem, est nobis ignota.

AD TERTIVM dicendum, q sicut in superficie quæ partim est alba, & partim nigra, duæ partes quæ sunt in confinio albi & nigri magis conueniũt secundum situm, quàm aliæ duæ partes albæ, minus tamen secundum qualitatem: ita duo angeli, qui sunt in terminis duorum ordinum, magis secũ conueniunt secundum propinquitatem naturæ, quàm vnus eorum cum aliquibus aliis sui ordinis: minus autem secundum idoneitatem ad similia officia, quæ quidem idoneitas vsque ad aliquem certum terminum protenditur.

ARTI-

Alb. Mag. vbi supra.

SVPER Q. CVIII. ART. III.

531 Locis sup art. 2. indu. * q. 47. art. 2. & q. 50. art. 4.

CONCL. Non possumus distinguere officia, & ordines angelorum nisi in communi, secundum quem modum multi angeli sub vno ordine continẽtur: si autem perfectè cognosceremus officia angelorum, & eorum distinctiones, tunc perfectè sciremus quod quilibet angelus habet suum proprium officiũ & suum proprium ordinem in rebus: & multo magis, quam quælibet stella.

¶ PROB. Quia cognoscens aliquas res imperfectè non potest eas distinguere nisi in vniuersali (exemplum de cognoscente imperfectè res naturales). Secunda verò pars, s. si autẽ perfectè &c. probat; Quia cognoscens aliquas res perfectè potest eas distinguere vsque ad minima; scilicet, & actus, & virtutes, & naturas earum distinguere, (exemplum de perfectè cognoscente res naturales).

* Ar. pręce.

† Locis in arg. citatis.

1^m de minori.

Aequalia. R. Secundum illam communem similitudinem, ob quam ponuntur in vno ordine; non aliter necessariò. §. Tunc &c. Nam omnes Angeli vnius ordinis sunt aliquo &c. vt in litera. Vide illam communem similitudinem suprà art. 1. corp. & infrà artic. 6. corp.

2^m de concl.^e

Officia. R. Propria specialiter; nõ, communia. §. Tunc &cæt. Angelos enim distingui à nobis assignatum est, per officia communia, artic. 2. & per conclusionẽ pręsentis articuli, non autem per specialia: non q re vera etiam secundum hæc specialia non distinguantur, sed q à nobis talis eorum distinctio specialis ignoratur (vt in litera). Ex hac cognosce, q si assignaretur distinctio eorum specialis, i. per specialia officia; tũc non essent plures Angeli in vno ordine: id quòd pars secunda conclusionis, s. ly si autem pfectè, cognosceremus officia angelorum &c. subintelligendum reliquisse uidetur.

* c. 6. cęlest. hierar. parũ à princ.

3^m conclusione prima.

Et sic videt quod magis sit vnius ordinis cum hoc, quàm cũ illo. R. Si in assignando ordines attenderetur conuenientia secundum proprietatem naturæ: non si attenderetur conuenientia secundum idoneitatẽ ad officia. §. Tunc nihil &cæt. Nam idoneitas ad officia vsque ad aliquẽ certum terminum protenditur: verbi gratia, quòd non transeat angelum inferioris ordinis eiusdem hierarchiæ.

* c. 4. à medio, & c. 10

APPENDIX.

Vtilitas pro Eccle. S. Dei.

EX artic. habes primò: quomodo per rationẽ monstres, à scripturis meritò esse insinuatum, q in vno ordine sunt plures angeli. Hoc autem insinuarunt Exod. 25. Duos quoque Cherubin aureos, & productiles, facies ex vtraque parte oraculi. Item Exo. 37. Fecit duos etiã Cherubin ex auro ductili. Item 3. Reg. 6. Et fecit in oraculo duos Cherubin de lignis oliuarum. Cùm enim nulla falsitas in Ecclesiastica hierarchia, præsertim iubente Deo, reperiatur: & duo Cherubin in hoc fiant ad repræsentãdum aliquid in hierarchia cœlesti; patet, quòd secundum rei veritatem, plures sunt Cherubin in cœlo, & consequenter plures Angeli in vno ordine. Item Isaiæ 6. Seraphin stabant super illud, sex alæ vni, & sex alæ alteri: & clamabant alter ad alterum. Seraphin autem sunt in vno ordine, supremo scilicet primæ hierarchiæ; artic. 5.

2 tic. 5. & 6. Item secundò habes; quomodo per rationem prædictas scripturas, pro quanto plures affirmant angelos in vno ordine, & intelligas, & declares, & probes. Tertiò vides: quomodo 3 ex his vicissim Angelicus consolidetur præsens articulus.

¶ NOT. Articulo præsenti suffragatur articulus in ordine 250. 264. 530. Pro stud.

Comm. Cardinalis Caietani.

Titulus clarus.

¶ In corpore duo. Primo est vna distinctio bimembris. Secundo sunt duæ conclusiones iuxta membra distinctionis.

¶ Quo ad primum, distinguitur, Ly ordo, dupliciter sumitur, communis, & specialis: & ponitur differentia inter eos, quia communis sequitur incompletam notitiam ordinatorum, specialis vero perfectam. Quod declaratur & ratione, quia notitia imperfecta non distinguit nisi in vniuersali, & per pauciora: perfecta uerò in singula diuidit, omnia perlustrans. Et inductione, in corporibus cœlestibus, & inferioribus gradibus rerum.

¶ Aduerte hic, quòd differentia inter istos, sicut & inter alias res, potest dupliciter assignari, s. secundum se, seu in esse: & quo ad nos, seu in cognosci à nobis. In litera vtraque differentia tāgitur, secundum se quidem, quia alter communis, alter specialis: quo ad nos verò, quia ille non cognoscitur, nisi perfectè cognitis rebus naturalibus, ille verò imperfectè notis.

¶ Quo ad secundū ponuntur duæ conclusiones respōsiuæ iuxta hos duos modos accipiendi ordinē applicatos ad angelos. Prima est, Multi angeli sunt in vno ordine nobis noto. Probatur. Nos non cognoscimus angelos, nisi imperfectè, vt Dion. dicit. ergo nobis non est notus nisi ordo communis comprehendens multos. patet sequela ex dictis in distinctione. Secunda. Quilibet angelus habet proprium ordinē nobis incognitum. Probatur prima pars à fortiori: quia quælibet stella habet proprium ordinem & officium. Secunda verò, quia propria officia ignoramus, ex quorum notitia perfecta resultat cognitio prioris ordinis.

Aegid. 2. s. d. 9. q. 2. ar. 1.

SPVER Q. CVIII. ART. IIII.

532 — 2 dist. 9. artic. 7.

CONCL. 1. Secundum respectum ad finem naturalem, distinguuntur ordines angelorum secundum naturalia dona.

¶ PROB. Quia tunc ordo multitudinis sub principatu existentis attenditur per respectum ad finem acquisibilem per facultatem naturalem, id est viribus naturalibus (hæ sunt dona naturalia).

¶ CONCL. 2. Per respectum ad finem supranaturalem, distinguuntur ordines in angelis completiuè quidem secundū dona gratuita, dispositiuè autem secundum dona naturalia.

¶ PROBAT. Quia tunc ordo multitudinis sub principatu existentis attenditur per respectum ad finem acquisibilem completiuè per dona gratuita, atque dispositiuè per dona naturalia (cum Angelis dentur gratuita dona iuxta capacitatem naturalium).

1^m de minori.

Per gratiam, non per naturam. ℞. Ex æquo cum gratia: non, inæqualiter. §. Tunc &cæt. Stat enim simul hoc: quòd sanctitas & deiformitas sit in angelis per naturam disponentem, non per naturam complentem; seu per naturam dispositiuè, nō per naturam completiuè; quæ tamen sanctitas & deiformitas est in illis per gratiam cōpletiuè. (* Parag. 2.)

2^m de minori.

A natura. ℞. Vt complemento: non, vt præambulo. §. Tunc &cæt. Vide ad primum.

3^m de maiori.

Exemplatur. ℞. Secundum quòd potest; non, perfectè. §. seu totaliter. Tunc nihil &c. Non enim in hoc est eadem ratio de hominibus & Angelis; vt patet in fine corporis.

ARTICVLVS IIII.

Vtrum distinctio hierarchiarum, & ordinum sit à natura in Angelis.

AD QVARTVM sic proceditur. Videtur quòd distinctio hierarchiarū, & ordinum non sit à natura in angelis. Hierarchia enim dicitur sacer principatus. Et in diffinitione eius Dionys. † ponit quòd deiformæ, quantum possibile est, similat: sed sanctitas, & deiformitas est in angelis per gratiam, non per naturā. Ergo distinctio hierarchiarum & ordinum in angelis est per gratiā, non per naturam.

(† c. 1. eccle. hierar. circa med.)

¶ 2 Præt. Seraphin dicūtur ardentes, vel incendentes, vt Dion.* dicit 7. c. cœlest. hierarc. hoc autē videtur ad charitatē pertinere, quę non est à natura, sed à gratia. Diffunditur enim in cordibus nostris per Spiritum sanctum, qui datus est nobis, vt dicitur ad Rom. 5. Quod non solùm ad sanctos homines pertinet, sed etiam de sanctis Angelis dici potest, vt August. dicit* 12. de ciuit. Dei. Ergo ordines in angelis non sunt à natura, sed à gratia.

(* Libro 12. c. 9. tom. 5.)

¶ 3 Præt. Hierarchia ecclesiastica exemplatur à cœlesti: sed ordines in hominibus non sunt per naturam, sed per donum gratiæ. Non enim est à natura, quòd vnus est episcopus, & alius est sacerdos, & alius diaconus. Ergo neque in angelis sunt ordines à natura, sed à gratia tantum.

SED CONTRA est, quòd Magister* dicit 9. dist. secundi senten. quòd ordo angelorum dicitur multitudo cęlestium spirituum, qui inter se aliquo munere gratiæ similantur, sicut & naturalium datorū participatione conueniunt. Distinctio ergo ordinum in angelis est non solum secundum dona gratuita, sed etiam secundùm dona naturalia.

RESP. Dicendum, quòd ordo gubernationis, qui est ordo multitudinis sub principatu existentis, attenditur per respectum ad finem. Finis autem angelorū potest accipi dupliciter. Vno modo secundùm facultatem suæ naturæ, vt s. cognoscant, & ament Deum naturali cognitione, & amore: & secundum respectū ad hunc finem distinguuntur ordines angelorum secundum naturalia dona. Alio modo potest accipi finis angelicæ multitudinis supra naturale facultatem eorum, qui consistit in visione diuinę essentiæ, & in immobili fruitione bonitatis ipsius, ad quem finē pertingere non possunt, nisi per gratiā. Vnde secundū respectum ad hunc finem ordines distinguūtur in angelis, completiuè quidem secundum dona gratuita, dispositiuè autē secundum dona naturalia: quia angelis data sunt dona gratuita secundū capacitatem naturalium, quod non est in hominibus, vt suprà dictum* est. Vnde in hominibus distinguuntur ordines secundum dona gratuita tantùm, & non secundum naturam. Et per hoc patet responsio ad obiecta.

APPENDIX.

EX artic. habes primò: quomodo per rationem ostendas, &c. Caueas tamen in hoc errorē Pelagij superseminatum &c. Vide de his omnibus q. 62. ar. 6. appen. Nam fundamentum artic. præsentis est, quòd datur gratia & gloria Angelis secundū quantitatem suorum naturalium: & ideo illuc recurrendum est; appendicem illam applicando, & quantum sufficit ipsam adaptando, ad præsens propositum. Secundò vides &c. vt ibi. 2

(Vtilitas pro Eccle. S. Dei.) (* q. 62. artic. 6.)

AR-

Comm. Cardinalis Caietani.

Titulus clarus.

¶ In corpore sunt duæ cōclusiones responsiuę quæsito. Prima est. Distinctio ordinum in angelis per respectum ad finem naturalem inest à natura. Secunda est. Distinctio ordinum in angelis per respectum ad finem supernaturalem inest completiuè à gratia: inchoatiuè verò à natura. Hæ conclusiones primò probātur quo ad id, quod supponunt ambæ supponitur in vtraque conclusione, quòd ordines angelici attendantur, & distinguantur in ordine ad finem. Et hoc probatur sic. Ordo multitudinis sub principatu existentis, est ordo gubernationis passiuæ. ergo est per respectum ad finem. patet sequela, quia de ratione gubernationis est finem respicere. Secundo repetitur distinctio de fine eorum, naturali s. & supernaturali, quæ supponitur etiam. Tertio ponitur prima conclusio absque probatione, vtpotè per se nota. Quartò ponitur secunda, quo ad primam partem, quia per solam gratiam attingi potest talis finis: quo ad secunda verò, quia angelis data sunt gratuita secundum capacitatem naturalium. Et ex hoc deducitur corollariè differentia inter angelorum, & hominum ordines in ordine ad finem supernaturalem, quod in illis est à gratia completiuè, & à natura dispositiuè: in hominibus à gratia tantum, & hoc quia hominibus non dantur gratuita secundum naturalia, quemadmodum angelis.

Ferr.

Ferr. 3.cont. c.80.
Aegid. 1.ſ.d.9.q.2.art.1.
S.Bon. d.9.ar.1.q.4.

ARTICVLVS V.

Vtrum ordines Angelorum conuenienter nominentur.

AD QVINTVM ſic proceditur. Videtur, ꝙ ordines angelorũ non conuenienter nominentur. Omnes.n.cœleſtes ſpiritus dicuntur & angeli, & virtutes, & poteſtates cœleſtes: ſed nomina communia incõuenienter aliquibus appropriantur. Ergo inconuenienter nominatur vnus ordo Angelorum, & alius Virtutum.

¶ 2 Præt. Eſſe dominum eſt proprium Dei, ſecundũ illud Pſal.99. Scitote quoniam Dominus ipſe eſt Deus. Ergo inconuenienter vnus ordo cęleſtium ſpirituum Dominationes vocantur.

¶ 3 Præt. Nomen dominationis ad gubernationem pertinere videtur. ſimiliter autem & nomen principatuum, & poteſtatum. Inconuenienter ergo tribus ordinibus hæc tria nomina imponuntur.

¶ 4 Præterea. Archangeli dicũtur quaſi principes angeli. Non ergo hoc nomen debet imponi alii ordini, quàm ordini principatuum.

¶ 5 Præt. Nomen Seraphim imponitur ab ardore, qui ad charitatem pertinet: nomen autem Cherubim imponitur à ſcientia: charitas autẽ, & ſcientia ſunt dona cõmunia omnibus angelis. Non ergo debẽt eſſe nomina ſpecialium ordinum.

¶ 6 Præt. Throni dicuntur ſedes: ſed ex hoc ipſo Deus in creatura rationali ſedere dicitur, quòd ipſum cognoſcit, & amat. Non ergo debet eſſe alius ordo Thronorum ab ordine Cherubim, & Seraphim. Sic igitur videtur, ꝙ inconuenienter ordines angelorũ nominentur.

SED CONTRA eſt authoritas ſacræ Scripturæ, quæ ſic eos nominat. Nomen.n. Seraphim ponitur Iſaię 6. Nomen Cherubim Ezec.1. Nomen Thronorum Coloſſ.1. Dominationes autem & Virtutes, & Poteſtates, & Principatus ponuntur Eph.1. Nomen autem Archangeli ponitur in canonica Iudę. Nomina autem Angelorum in pluribus Scripturæ locis.

RESP. Dicendum, quòd in nominatione angelicorum ordinum conſiderare oportet, quòd propria nomina ſingulorum ordinum proprietates eorum deſignant, vt Dionyſ. * dicit 7.c.cęleſt.hierar. Ad videndum autem quæ ſit proprietas cuiuſlibet ordinis, cõſiderare oportet, quòd in rebus ordinatis, tripliciter aliquid eſſe contingit, ſ. per proprietatem, per exceſſum, & per participationem. Per proprietatem autem dicitur eſſe aliquid in re aliqua, quod adæquatur, & proportionatur naturæ ipſius. Per exceſſum autem, quando illud quod attribuitur alicui, eſt minus, quàm res, cui attribuitur: ſed tamen conuenit illi rei per quendã exceſſum, ſicut dictum * eſt de omnibus nominibus, quæ attribuuntur Deo. Per participationem autem, quando illud quod attribuit' alicui, non plenariè inuenitur in eo, ſed deficienter: ſicut ſancti homines participatiuè dicuntur Dii. Si ergo aliquid nominari debeat nomine deſignante proprietatem ipſius, non debet nominari ab eo quod imperfectè participat, neque ab eo quod excedenter habet, ſed ab eo quod eſt ſibi quaſi coæquatum. Sicut ſi quis velit propriè nominare hominem, dicet eum ſubſtantiam rationalem, non autem ſubſtantiam intellectualem, quod eſt propriũ nomen angeli: quia ſimplex intelligẽtia conuenit angelo per proprietatem, homini verò ꝑ participationẽ. Neque ſubſtantiam ſenſibilẽ, quod eſt nomen bruti propriũ: quia ſenſus eſt minus, quàm id, quod eſt proprium homini, & conuenit homini excedenter præ aliis animalibus. Sic igitur conſiderandum eſt in ordinibus angelorum, quòd omnes ſpirituales pfectiones ſunt omnibus angelis communes, & omnes abundantius exiſtunt in ſuperioribus, quàm inferioribus. Sed cum in ipſis etiam perfectionibus ſit quidam gradus, ſuperior perfectio attribuitur ſuperiori ordini ꝑ proprietatem, inferiori verò per participationem: econuerſo autem inferior attribuitur inferiori ꝑ proprietatem, ſuperiori autem per exceſſum, & ita ſuperior ordo à ſuperiori perfectione nominatur. Sic igitur Dionyſ. exponit ordinũ nomina ſecundum conuenientiam ad ſpirituales perfectiones eorũ. Gregorius * verò in expoſitione horum nominum, magis attendere videtur exteriora miniſteria. Dicit enim, quòd Angeli dicuntur qui minima nunciant: Archangeli qui ſumma: Virtutes, per quas miracula fiunt: Poteſtates, quibus aduerſæ poteſtates arcentur, vel repelluntur: Principatus, qui ipſis bonis ſpiritibus præſunt.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd angelus nuncius dicitur. Omnes ergo cœleſtes ſpiritus, inquantum ſunt manifeſtatores diuinorum, angeli vocantur. Sed ſuperiores angeli habent quandam excellentiam in hac manifeſtatione, à qua ſuperiores ordines nominantur. Infimus autem angelorum ordo nullam excellentiam ſupra communem manifeſtationem addit: & ideo à ſimplici manifeſtatione nominatur. Et ſic nomen commune remanet infimo ordini quaſi proprium, vt dicit Dionyſ. * 5.c. cœleſt. hierar. Vel poteſt dici, quòd infimus ordo ſpecialiter poteſt dici ordo angelorum, quia immediatè nobis annunciant. Virtus autem dupliciter accipi poteſt. Vno modo communiter, ſecundum quòd eſt media inter eſſentiam & operationem: & ſic omnes cœleſtes ſpiritus nominantur cœleſtes virtutes, ſicut & cęleſtes eſſentiæ. Alio modo ſecũdum quod importat quendam exceſſum fortitudinis: & ſic eſt
proprium

* cap.7. in princ.
* q.13.ar.2.
* Hom.24. in Euang.
* Ex cap.5 elicitur à reipon.

SVPER Q. CVIII. ART. V.

5 3 3 2.diſ.9.art. 4. Et 3.cõtra ca.80.

CONCL. Dionyſius exponit ordinum nomina ſecundum conuenientiam ad ſpirituales perfectiones: Gregorius verò in expoſitione horum nominum magis videtur attendere exteriora miniſteria.

¶ COROLL. Ergo ordines angelorum (vt & in verbis reſpondeatur titulo) conuenienter nominantur; cum horum vterque ſit Sanctus, & Doctor magnus.

¶ PROB. Quia Dionyſius nominat ordinẽ ſuperiorem à ſuperiori perfectione; inferiorem ab inferiori, infimum ab infima. Secunda autem pars, ſ. Gregorius &cęt. probatur: Quia Gregorius nominat angelos à nunciando minima &c. & nunciare, facere, arcere, præeſſe, ſonant miniſteria exteriora.

Denominatur q.d, tripliciter.

¶ NOT. Diſce ex litera: quomodo denominari debeat aliquid; vt cognoſcas, an per proprietatem denominetur, an per exceſſum, an per participationem. Seraphin ergo per proprietatem dicetur ſeraphin, per exceſſum archangelus; & archangelus per proprietatem dicitur archangelus, per participationem verò ſeraphin; & ſic de huiuſmodi.

1m de maiori.

Angeli, virtutes.

Angeli. R. Inquantum ſunt manifeſtatores diuinorum; non, inquantum ſupra hanc communem manifeſtationem nihil excellentiæ addunt; nec inquantum immediatè manifeſtãt. §. Tunc &c. Sic enim communia, vt communia, non aliquibus propria dicũtur: ſed formalitas nominum eſt diuerſa diuerſis, licet materialitas nominum ſit vtriſq; eadem. Nam ſeraphin vſq; ad archangelos, omnes uocantur hoc nomine angelus; & angelus infimi ordinis vocatur hoc eodem nomine angelus: ſed diuerſo ſenſu huius eiuſdem nominis; vt habes in litera à principio vſque incluſiuè ad ly infimus ordo ſpecialiter poteſt dici ordo angelorum, quia immediatè nobis annunciant. Senſus ergo, quo infimi dicuntur angeli, eſt duplex; quia ſcilicet & nunciant immediatè diuina, & quia nihil excellentiæ ſupra manifeſtationem communem addunt in manifeſtando (puta, quòd manifeſtent ſumma; ꝙ manifeſtent, quaſi inter reliquos exiſtẽdo priores; & huiuſmodi): ſenſus verò, quo alij ordines dicũtur angeli, eſt; quia nunciant communiter, id eſt, aliquo modo, diuina. Similiter ſentiendum de hoc, quòd omnes dicuntur uirtutes; & aliqui ſpecialiter: quoniam materiale nominis eſt omnibus commune, formalitas autẽ nequaquam; vt patet in litera à ly virtus autem dupliciter &c. vſque in finem. Ex quo hoc etiã diſce quòd fortitudo vera, virtutum cœleſtium imaginem præferens, eſt viriliter inconcuſſe, & ſine aliquo inimicorum timore aggredi ad exequendum vel ſuſcipiendum diuina; quę ad vnũquemque, & ſecundum quòd ad vnũquẽque pertinent. Ad argumentum potes etiam, applicando notationem præmiſſam, dicere: ꝙ ordo infimus vocantur angeli per proprietaté, alij per exceſſum: item ꝙ medius (iuxta Dionyſium) ſecundę hierarchię, qui & primus (iuxta Gregorium) infimæ hierarchiæ vocantur virtutes per proprietatem, ſuperiores per exceſſũ, inferiores verò per participationem. Sic ergo remanet omnib. nomen idem materialiter; ſed non formaliter (vt etiã prius dicebatur).

Quid fortitudo vera.

Secun-

* c.8. inter prin. & medium.

2m de antecedente. Dominum. ℞. Per essentiam principalem; non, per participationem. §. quæ tamen participatio dicitur per proprietatē, non absolute; sed in genere angelorum. Vide notationē ante primū. Tunc &c. Nam esse dominum, vt attribuitur ordini dominationum, pendet ab esse dominū, vt attribuitur Deo: qđ Dei dominium à nullo penitus pendet. Quod autem dico de esse dominum attributo huic ordini, dictum esse intelligas etiam de esse ardenti in charitate (quod cōuenit ipsis seraphin), de esse virtuoso (quod virtutum ordini) & de omnibus alijs. Et sic ꝑ istam vnam responsionem solues multa argumenta.

* c.12. post medium.

* c.8. parū à princ.

3m de antecedente. Gubernationem. ℞. Diuerso modo sumptā secundum illos tres ordines; non, vno modo tantum. §. Tunc nihil &c. vt patet in textu. Esset autem contra; si ordinibus illis singulis gubernatio modo codē sumpta conueniret (vt putauit argumentum).

4m de antecedente. Principes. ℞. Respectu tantum angelorum infimorum; non, respectu multorum ordinū. §. Tunc &c. Nam cum ordo principatuum multos ordines, ordo autem archangelorum vnū solum, sub se habeat: diuersimode formaľr principatus hic, & ibi sumitur; & consequenter diuersimode formaliter principes hi & illi dicuntur (vt ex litera colligitur).

Principes.

*Hom. 24. in euang.

5m de maiori. Ardore, scientia. ℞. Excessiuè sumptis: nō, communiter. §. Tunc &cæt. vt patet in textu. Notato pulcherrimam declarationem pro his duobus ordinib. ibi factam.

*c. 8. cęlest. hier. ante med.

6m conclusio prima. Non ergo debet esse alius ordo Thronorum ab ordine Cherubin & Seraphin. ℞. Si throni includerent excellentiā illorum superiorum, scilicet cherubinorum, & seraphinorum: sicut hi superiores includūt excellentiam thronorum. §. Tunc &cæt. vt patet. Vide in litera excellentiam thronorū per conuenientiā ad sedes materiales declaratam: vt intelligas formalitatem responsi illam, quòd videlicet ordo cherubin & seraphin, includit q̄. sque seorsum acceptus, excellentiā perfectionis thro-

*Hom. 24. in euange. ante med.

Cherubin. Seraphin.

† c. 9. circa princ.

D. 162.

*c. 9. cęlest. hier. nō ꝓcul à prin.

proprium nomen ordinis. Vnde Dion.* dicit 8. c. cœl. hierar. quòd nomen Virtutum significat quandam virilem, & inconcussam fortitudinem. Primò quidem ad omnes operationes diuinas eis conuenientes: secundò ad suscipiendum diuina. Et ita significat, quòd sine aliquo timore aggrediuntur diuina quæ ad eos pertinent; quod videť ad fortitudinem animi pertinere.

Ad secundum dicendum, ꝙ sicut dicit Dionys.* 12. c. de diuin. nom. Dominatio laudatur in Deo singulariter per quendā excessum: sed per participationem diuina eloquia vocant dominos principaliores ornatus, per quos inferiores ex donis eius accipiunt. Vnde & Dionysius* dicit in 8. c. cœlest. hierar. quòd nomen Dominationum primo quidem significat quandam libertatem, quæ est à seruili cōditione, & pedestri subiectione, sicut plebs subijcitur, & à tyrannica oppressione, quam interdum etiam maiores patiuntur. Secundò significat quandam rigidam, & inflexibilem gubernationem, quæ ad nullum seruilem actum inclinatur, neque ad aliquem actum subiectorū, vel oppressorum à tyrannis. Tertiò, significat appetitum, & participationem veri dominij, quod est in Deo. Et similiter nomen cuiuslibet ordinis significat participationem eius, quod est in Deo, sicut nomen virtutum significat participationem diuinæ virtutis. Et sic de alijs.

Ad tertium dicendum, ꝙ nomen dominationis, & potestatis, & principatus diuersimodè ad gubernationem pertinet. Nam domini est solummodo præcipere de agendis. Et ideo Gregorius* dicit, quòd quædam angelorum agmina, pro eo quòd eis cætera ad obediendum subiecta sunt, dominationes vocantur. Nomen verò potestatis, ordinationem quandam designat, secundum illud Apostoli ad Rom. 13. Qui potestati resistit, Dei ordinationi resistit. Et ideo Dionysius* dicit, quòd nomen potestatis, significat quandam ordinationem, & circa susceptionem diuinorum, & circa actiones diuinas, quas superiores in inferiores agunt, eas sursum ducendo. Ad ordinem ergo potestatum pertinet ordinare, quæ à subditis sint agenda. Principari verò, vt Gregorius* dicit, est inter reliquos priorem existere, quasi primi sint in executione eorum quæ imperantur. Et ideo Dionys.† dicit 9. c. cœlest. hierarc. quòd nomen principatuum significat ductiuum cum ordine sacro. Illi enim qui alios ducunt, primi inter eos existentes, principes propriè vocantur, secundum illud Psalmi 67. Præuenerunt principes coniuncti psallentibus.

Ad quartum dicendum, ꝙ Archangeli secundū Dion.* medij sunt inter principatus, & angelos. Medium autem comparatum vni extremo, videtur alterum, inquantum participat naturam vtriusque. Sicut tepidum respectu calidi est frigidum: respectu verò frigidi, est calidum. Sic & archangeli dicūtur quasi principes angeli: quia respectu angelorum sunt principes, respectu verò principatuum sunt angeli. Secundum Greg.* autem dicuntur archangeli ex eo, quòd principantur soli ordini angelorum, quasi magna nunciantes. Principatus autem dicuntur ex eo, quod principantur omnibus cœlestibus virtutibus diuinas iussiones explentibus.

*Hom. 24. in euan. ante medium illius.

Ad quintum dicendum, ꝙ nomen Seraphim non imponitur tantum à charitate, sed à charitatis excessu, quē importat nomen ardoris, vel incendij. Vnde Dion.* 7. cap. cœlest. hier. exponit nomen Seraphim secundum proprietates ignis, in quo est excessus caliditatis. In igne autem tria possumus considerare. Primò quidem motum qui est sursum, & qui est continuus; per quod significatur, quòd inclinabiliter mouentur in Deum. Secundò verò virtutem actiuam eius, quæ est calidum. Quod quidem non simpliciter inuenitur in igne, sed cum quadam acuitate; quia maximè est penetratiuus in agendo, & pertingit vsque ad minima, & iterum cum quodam superexcedenti feruore. Et per hoc significatur actio huiusmodi angelorum, quam in subditos potenter exercent, eos in sublimem feruorem excitantes, & totaliter eos per incendium purgantes. Tertiò consideratur in igne claritas eius. Et hoc significat, quòd huiusmodi angeli in seipsis habent inextinguibilem lucem, & quòd alios perfectè illuminant. Similiter etiam nomen Cherubim imponitur à quodam excessu scientiæ: vnde interpretatur plenitudo scientiæ. Quod Dionys.* exponit quantum ad quatuor. Primò quidem, quantum ad perfectam Dei visionem. Secundò, quantum ad plenam susceptionem diuini luminis. Tertiò, quantum ad hoc, quòd in ipso Deo contemplantur pulchritudinem ordinis rerum à Deo deriuatam. Quartò, quantum ad hoc, quòd ipsi pleni existentes huiusmodi cognitione, eam copiosè in alios effundunt.

* ca. 7. non remotè à principio.

* cap. 7. cœlest. hierar. nō procul à princ.

Ad sextum dicendum, ꝙ ordo Thronorum habet excellentiam præ inferioribus ordinibus in hoc, quòd immediatè in Deo rationes diuinorum operum cognoscere possunt. Sed Cherubim habent excellentiam scientiæ: Seraphim verò excellentiam ardoris. Et licèt in his duabus excellentiis includatur tertia, non tamen in illa, quæ est Thronorum, includuntur aliæ duæ: & ideo ordo Thronorum distinguitur ab ordine Cherubim, & Seraphim. Hoc enim est commune in omnibus, quod excellentia inferioris continetur in excellentia superioris, & non econuersò. Exponit autem Dion.* nomen Thronorū per conuenientiam ad materiales sedes, in quibus est quatuor considerare. Primò quidem situm: quia super terram sedes eleuantur. Et sic ipsi angeli, qui Throni dicuntur eleuantur vsque ad hoc, quòd in Deo immediatè rationes rerū cognoscant. Secundò in materialibus sedibus consideratur firmitas: quia in ipsis aliquis firmiter sedet, hic autem est econuerso: nam ipsi alij firmantur per Deum. Tertiò, quia sedes suscipit sedentem, & in ea deferri potest. Sic & ipsi angeli suscipiunt Deum in seipsis, & eum quodammodo ad inferiores ferunt. Quarto, ex figura: quia sedes ex vna parte est aperta ad suscipiendum sedentem: ita & isti angeli sunt per promptitudinem aperti ad suscipiendum Deum, & famulandum ipsi.

* Exod. c. 7. cęl. hierar.

ARTI-

Regula vniuersalissima.

thronorum. Pro ampliori intelligentia & saniori huius regulæ vniuersalis in textu positę, quòd scilicet excellentia inferioris continetur in excellentia superioris & non econuerso, consule doctrinam traditam in corpore articuli à ly omnes spirituales perfectiones sunt omnibus Angelis communes &c. vsque exclusiuè ad ly sic ergo Dionysius exponit &c. Pro concordantia quoque discordiæ illorum locorum apparente notabis; quòd aliud est loqui de perfectionibus spiritualibus, aliud est loqui de excellentia in tali vel tali perfectione.

APPENDIX.

Vtilitas pro Eccle. S. Dei.

EX articulo habes primò; quomodo per rationem ostendas; scripturam sacram meritò nominare ordines angelorum seraphin, cherubin, thronos, dominationes, principatus, potestates, virtutes, archãgelos, angelos. De primo dicitur Isa. 6. Seraphin clamabant sanctus sanctus Dominus Deus exercituum. De secundo, Psal. 79. Qui sedes super Cherubin, manifestare corã Effraim, Beniamin, & Manasse. De tertio, quarto, quinto, sexto, Coloss. 1. siue throni, siue dominationes, siue principatus, siue potestates. De septimo, s. de Virtutũ ordine, Eph. 1. Constituens illum ad dexteram suã supra omnem Virtutem. De octauo, 1. Thes. 4 Ipse Dominus in iussu & in voce Archangeli, & in tuba Dei descendet de cœlo; & mortui, qui in Christo sunt, resurgent primi. De nono, Apoc. 12. Michael & Angeli eius pręliabantur cũ dracone, & draco pugnabat, & angeli eius, & non valuerunt, neque locus eorum inuentus est amplius in cœlo. Secundò habes: quomodo per rationem pręmissas, similesq; scripturas, pro quanto sic nominant ordines angelorum, & intelligas, & declares, & probes. Tertiò uides: quomodo ex his, similibusq; vicissim Angelici Doctoris articulus cõsolidet. 2 3

Comm. Cardinalis Caietani.

TItulus clarus.

¶ Angeli, & Archangeli, & cætera nomina nouem ordinum angelorum.

¶ In corpore tria. Primò ostendit viam veritatis quæsitæ inueniendæ. Secundò, viam ipsam prosequitur. Tertiò, concludit responsionem ad quæsitum, secundum duas expositiones.

¶ Quo ad primum. Via est cognitio proprietatum ipsorum ordinum. Probatur, quia nomina ordinum significant proprietates ipsorum: quod authoritate Dionysij probatur.

¶ Quo ad secundum, fiunt quatuor, distinguitur, describuntur membra, comparantur ad nominationem, & applicãtur omnia ad angelos. distinctio est modi realis. Aliquid conuenit aliquibus ordinatis tripliciter, per proprietatem, per excessum, per participationem. Descriptiones horum patent. Proportio eorum ad nominari patet: quia à conueniente modo proprietatis nominandum est, vt patet in homine. Applicatio ad angelos satis clarè quoque ponitur: quia ponitur & conuenientia in perfectionibus, & differentia in modo habẽdi, & gradus in ipsis perfectionib. habitis. Vnde prouenit, q̃ vna cõueniat magis vt proprietas Seraphim, quàm Thronis, & econuerso, & similiter vt participatum aut eleuatum.

¶ Quo ad tertium, ponuntur duæ viæ, altera Dionysij, q̃ ordines nominantur secundum conuenientiam ad spirituales perfectiones: altera Gregorij, quòd ordines nominantur secundum conuenientiam ad spiritualia ministeria, patet litera.

¶ Sed aduerte hic primò, q̃ iam habetur secundum vtramque viam responsio ad quæsita: quia vtroque modo conueniens nominatio ostenditur, ex quo secundum propria, nomina imposita sunt siue illa propria sint perfectiones in se, siue exteriora ministeria. Secundò, quod via præmissa, etsi primo Dionysij expositiuni deseruire videatur, seruit tamen secundum veritatem vtrique: quoniam etiam ministerium, seu officium angelicum, alicui conuenit vt proprium, alicui vt participanti, & alicui per excessum. Tertiò, quòd istæ opiniones non sunt contrariæ, sed potius disparatæ ad diuersa respicientes, vnde etiam stant simul. Quid tamen intersit de ordine virtutum, & principatuum, in sequenti articulo dicetur.

Aegid. 2. s. d. 9. q. 2. ar. 1. Riccar. d. 9. q. 2.

ARTICVLVS VI.

Vtrum conuenienter gradus ordinum assignentur.

AD SEXTVM sic proceditur. Videtur quòd inconuenienter gradus ordinum assignentur. Ordo enim prælatorum videtur esse supremus: sed Dominationes, Principatus, & Potestates, ex ipsis nominibus prælationem quandam habent. Ergo isti ordines debent esse inter omnes supremi.

¶ 2 Præt. Quantò aliquis ordo est Deo propinquior, tantò est superior: sed ordo Thronorum videtur esse Deo propinquissimus, nihil enim coniungitur propinquius sedenti, quàm sua sedes. Ergo ordo Thronorum est altissimus.

¶ 3 Præt. Scientia est prior, quàm amor, & intellectus videtur esse altior, quàm voluntas. Ergo & ordo Cherubim videtur esse altior, quã ordo Seraphim.

¶ 4 Præt. Greg.* ponit Principatus super Potestates. Non ergo collocantur immediatè super Archangelos, vt Dionys. † dicit.

SED CONTRA est, q̃ Dionys. ponit* in prima quidẽ hierarchia Seraphim vt primos, Cherubim vt medios, Thronos vt vltimos. In media vero Dominationes vt primos, Virtutes vt medios, Potestates vt vltimos. In vltima Principatus vt primos, Archangelos vt medios, Angelos vt vltimos.

RESP. Dicendum, q̃ gradus angelicorum ordinum assignãt & Greg.* & Dionysius quantum ad alia quidẽ conuenienter, sed quantum ad principatus, & virtutes differenter. Nam Dionysius collocat virtutes sub dominationibus, & supra potestates: principatus autẽ sub potestatibus, & supra archangelos. Gregorius autem ponit principatus in medio dominationum, & potestatum: virtutes verò in medio potestatum, & archangelorum. Et vtraque assignatio fulcimentum habere potest ex authoritate Apostoli, qui medios ordines ascendendo enumerans, dicit Ephes. 1. quod Deus instituit illum, scilicet Christum ad dexteram suam in cœlestibus supra omnem principatum, & potestatem, & virtutem, & dominationem. Vbi virtutem ponit inter potestatem, & dominationem Dionys. Sed ad Coloss. 1. enumerans eosdem ordines, descendendo dicit: Siue throni, siue dominationes, siue principatus, siue potestates, omnia per ipsum, & in ipso creata sunt. Vbi principatus ponit medios inter dominationes; & potestates, secundum assignationem Greg. Primo igitur videamus rationẽ assignationis Dion. in qua considerandum est, q̃ sicut suprà dictum* est, prima hierarchia accipit rationes rerum in ipso Deo:

Greg. homil. 24. in Euangelia. Dion. c. 7. 8. & 9. cęl. hierarc.

* Ar. 1 huius quæst.

SVPER Q. CVIII. ART. VI.

534 2. dis. 9. artic. 5.

COncl. 1. Gradus angelicorum ordinum assignant Greg. & Dion. concorditer quidem quantum ad alia; sed quantum ad principatus, & virtutes differenter.

¶ Prob. Quia Dion. sic assignat Seraphin, Cherubin, Throni, Dominationes, Virtutes, Potestates, Principatus, Archangeli, Angeli: Et Gregorius sic, Dominationes, Principatus, Potestates, Virtutes, Archangeli.

¶ Not. In responso tamen ad quartum videbis: eorum assignationes prædictas quantum ad rem ferè nihil differre: vnde secundum voces magis est ibi differentia.

Chrys. homi. 5. deincõp. diuinę naturæ.

* Hom. 24. in euang.

¶ Concl. 2. Assignatio huiusmodi ordinum facta à Dionysio inuenitur congrua.

† c. 9. cœl. hier. circa princ.

¶ Prob. Quia supremum infimi attingit infimum supremi (patet inchoando à primo ordine primæ hierarchię, vsque ad vltimum ordinem tertiæ; qui ordo nunciat ea ad quæ ratio hominis se extẽdere potest, vt litera in calce dicit; & consequenter infimum huius supremi attingitur à supremo infimi, i. creaturarum sublunarium): Et tres ordines singularum hierarchiarum subsequenter se habent secũdum gradus perfectionum suarũ ac secundum exẽpla rationabilia (patet in litera ad istius conclusionis declarationẽ pertinente à ly primo ergo videamus rationem assignationis Dionysij). Vide parũ à principio corporis ad longum.

* c. 6. & 7. cęl. hierar. & 8. & 9.

¶ Concl. 3. Assignatio etiam ordinũ, quam Greg. ponit, congruitatem habet.

¶ Prob. Quia post diffinitum præceptum eorũ, quæ agenda sunt, sequi congruẽter debet executio pręceptorum, iuxta ordinem subditorum (vide huiusmodi ordinẽ ibi ex Augustino tractum): & principatus distinctionem pręcepti agendorum, virtutes autem executionem præcepti, innuere videntur.

¶ Coroll. Ergo ex omnibus his conclusionibus (si rectè inspicias) habetur veritas dictorũ superius in conclusione articuli quinti: & sic istæ conclusiones sunt quasi probatio illius. Dicebat enim

talem ibi, quòd Dion. in assignando angelorum nomina, (intellige nunc consequenter eorũ ordines & hierarchias) attendebat ad spirituales illorũ perfectiones: Gregorius magis ad exteriora ministeria. Hoc quã verum sit, potes in tribus his conclusionibus, maxime in secunda & tertia, cõsiderare. Nam in secunda, & tertia ostenditur, quòd vterque congruè ordinauit angelicos spiritus: quod, cum diuerse ordinent, non videretur verum; nisi in suis ordinationibus diuersa attenderent (Hæc diuersa sunt illa, quę conclusio art. quinti expressit).

** Locis in prin. corp. citatis.*

1 de maiori.

Prælatorum. R. Primorum: non, secundorum. §. Tunc &c. Huiusmodi enim qui nominãtur in argumento, omnes sunt prælati quidem, sed non primi: in huius signum nomine subditos respiciente nominantur: vt ibi. Pręlati primi sunt, qui magis subijciuntur Deo: Et hi sunt, qui vicinius eum contemplantur; eique magis adhærent, seipsos tantæ maiestati incomparandos, immo & incomparabiles præ nihileitate de suo ipsorum proprio profundius, veraciusq; cognoscẽtes. Quia enim Deus est essentialiter quorũcumque prælatus; ideo qui Deo magis modo prædicto subiecti sunt, ex hoc ipso maiores p̃lati inter cæteros quoscumque efficiuntur.

**Libro 12. Meta. tex. 52. tom. 3.*

Verissima nobil. creaturæ & cõtra.

¶ Not. Ex litera cognosce semel pro semper: nobilitatem maiorem creaturarum non posse intelligi, quàm voluntarie subijci Deo: siue immediate, vt seraphin; siue mediatè vt obedientes hominibus Dei ministris propter Deum. Argue ab oppositis (sicuti & semper in talibus) sic. Ergo vilitas maior nequit intelligi; quàm non subijci Deo, id est quàm non obedire etiam infimo Dei ministro propter Deum. Argumentari autem in huiusmodi ab oppositis, sit tibi pro regula vniuersali, etiam si nullibi amplius notata esset: quoniam & speculatiuæ, & practicæ scientiæ hic modus illationis plurimum affert emolumenti. Hinc vniuersaliter perpende: quàm vilis sit libertas hære-

Regula vniuersalis vtilissima.

De vilis. libertate.

hæreticorum, & superbia regina vitiorum, immo & omnis culpa: secundum tamen magis & minus: cum inobedientia ad Deum, secundum magis & minus, sit cuiuscumque culpæ, ac libertatis schismaticæ, hæreticalis, & similis, fundamentum. Ergo seruire Deo, regnare est; non seruire autem Deo, miseria est: & quidem proportionaliter, i. secundũ magis & minus. Hoc est. Magis regnare, & minus, quantò magis & minùs seruitur Deo: item magis & minus esse miserum, quanto magis & minus non seruitur Deo; siue etiã quantò magis & minus seruitur peccato.

2m de maiori.

Propinquior. R. Modo excellentiori: non, modo quocumque. §. Tunc nihil &c. Nã modo excellentiori propinquiores Deo sunt seraphin; non tam excellẽti, Cherubin; minus excellẽti, Throni; adhuc minus, Dominationes; & sic descendendo vsque ad Angelorũ chorum. Vident tamen omnes immediate diuinam essentiam: & ideo in hoc præcisè sensu omnes Deo propinquissimi sunt. Consule art. 5. ad 6. & q. 12. art. 1. & 2. & 6.

Tertium

secunda verò in causis vniuersalibus: tertia verò secundũ determinationé ad speciales effectus. Et quia Deus est finis non solum angelicorum ministeriorum, sed etiã totius creaturæ, ad primam hierarchiam pertinet consideratio finis: ad mediam verò dispositio vniuersalis de agendis: ad vltimam autem applicatio dispositionis ad effectũ, quæ est operis executio. hæc enim tria manifestum est in qualibet operatione inueniri. Et ideo Dionys.* ex nominibus ordinum proprietates illorum considerans illos ordines in prima hierarchia posuit, quorũ nomina imponuntur per respectũ ad Deum, s. Seraphim, Cherubim, & Thronos. Illos verò ordines posuit in media hierarchia, quorum nomina designant communé quãdam gubernationem, siue dispositionem in Dominationes, Virtutes, & Potestates. Illos verò ordines posuit in tertia hierarchia, quorum nomina designant operis executionem, s. Principatus, Angelos, & Archangelos. In respectu autem ad finem tria considerari possunt. Nam primò aliquis considerat finem: secundò verò perfectã finis cognitionem accipit: tertiò verò intentionem suam in ipso defigit, quorum secundum ex additione se habet ad primum, & tertium ad vtrumque. Et quia Deus est finis creaturarũ, sicut dux est finis exercitus, vt dicitur in * 12. Met. potest aliquid simile huius ordinis considerari in rebus humanis. Nam quidam sunt, qui hoc habent dignitatis, vt per seipsos familiariter accedere possunt ad regem, vel ducem: quidã verò super hoc habent, vt & secreta eius cognoscant. alii verò insuper circa ipsum semper inhærent, quasi ei coniuncti. & s'm hanc similitudinem accipere possumus dispositionem in ordinibus primæ hierarchiæ. Nam Throni eleuãtur ad hoc, q; Deum familiariter in seipsis recipiant, s'm q; rationes rerũ in ipso immediatè cognoscere possunt: quod est proprium totius primæ hierarchiæ. Cherubim verò supereminenter diuina secreta cognoscunt: Seraphim verò excellunt in hoc, quod est omniũ supremum, s. Deo ipsi vniri. Vt sic ab eo quod est commune toti hierarchiæ, denominetur ordo Thronorũ: sicut ab eo quod est commune omnib. cœlestibus spiritib. denominatur ordo Angelorum. Ad gubernationis autẽ rationem tria pertinent, quorũ primum est, distinctio eorũ, quç agenda sunt, quod est proprium Dominationum. Secundum autẽ est præbere facultatem ad implendum: qđ pertinet ad Virtutes. Tertium autẽ est ordinare qualiter ea, quæ præcepta, vel diffinita sunt, impleri possint, vt aliqui exequantur: & hoc p̃tinet ad Potestates. Executio autẽ angelicorũ ministeriorum consistit in annunciando diuina: in executione autem cuiuslibet actus sunt quidam quasi incipientes actioné, & alios ducentes: sicut in cantu p̃centores, & in bello illi, qui alios ducunt & dirigunt, & hoc pertinet ad Principatus. Alii verò sunt, qui simpliciter exequuntur: & hoc pertinet ad Angelos. Alii verò medio modo se habent: quod ad Archangelos pertinet, vt suprà dictũ * est. Inuenitur autem congrua hęc ordinum assignatio. Nam semper summum inferioris ordinis affinitatem habet cum vltimo superioris: sicut infima animalia parũ distant à plãtis. Primus autem ordo est diuinarum personarũ, qui terminatur ad Spiritũsanctum, qui est amor procedens, cum quo affinitatem habet supremus ordo primæ hierarchiæ ab incendio amoris denominatus. Infimus autem ordo primæ hierarchię est Thronorum, qui ex suo ordine habent quandam affinitatem cũ Dominationibus. Nam Throni dicuntur secundũ Greg. * per quos Deus sua iudicia exercet: accipiunt enim diuinas illuminationes per conuenientiã ad immediatè illuminandum secũdam hierarchiam, ad quam pertinet dispositio diuinorũ ministeriorum. Ordo verò Potestatum affinitatem habet cum ordine Principatuum: nam cũ Potestatum sit ordiné subiectis imponere, hæc ordinatio statim in nomine Principatuũ designatur, qui sunt primi in executione diuinorum ministeriorum, vtpotè præsidentes gubernationi gentiũ, & regnorum, quod est primum principiũ in diuinis ministeriis. Nam bonum gentis est diuinius, q̃ bonum vnius hominis. vnde dicitur Dan. 11. Princeps regni Persarũ restitit mihi. Dispositio etiam ordinum, quam Greg. * ponit, congruitatem habet; nam cũ Dominationes sint diffinientes, & præcipientes ea, quæ ad diuina ministeria pertinent, ordines eis subiecti disponuntur s'm dispositionem eorũ, in quos diuina ministeria exercentur. Vt autẽ dicit Aug. * in 3. de Trin. Corpora quodã ordine reguntur, inferiora per superiora, & omnia per spiritualem creaturam, & spiritus malus per spiritũ bonum. Primus ergo ordo post Dominationes dicitur Principatuum, qui etiam bonis spiritibus principantur. Deinde Potestates, per quas arcentur mali spiritus; sicut per potestates terrenas arcentur malefactores, vt habetur Rom. 13. Post quas sunt Virtutes, quæ habent potestatem super corporalem naturã in operatione miraculorum. Post quas sunt Angeli, & Archangeli, qui nunciant hominibus vel magna, quæ sunt supra rationé; vel parua, ad quæ ratio se extendere potest.

** Ar. præc. ad 4.*

** Eadẽ homil. 24. in Euang.*

** Eadẽ homil. 24.*

** Lib. 3. de Trinit. c. 4. tom. 3.*

AD PRIMUM ergo dicendum, q; in angelis potius est, quòd subiiciuntur Deo, quàm q; inferioribus præsident; & hoc deriuatur ex illo. Et ideo ordines nominati à prælatione non sunt supremi, sed magis ordines nominati à conuersione ad Deum.

AD SECUNDUM dicendum, q; illa propinquitas ad Deum, quę designatur nomine Thronorum, conuenit etiã Cherubim, & Seraphim, & excellentius, vt dictum * est.

** In corp. art.*

AD

3m de antecedente. Scientia, amor. R. De inferioribus cognoscente, & amante; non, de superioribus ipso. §. Tunc nihil &c. vt patet. Nam ordines Cherubin, & Seraphin, denominantur sic: per respectum ad superiorem seipsis, i. ad Deum. Ob hoc autem non fit, quòd intellectus secundum quòd potentia quædam, non sit altior, quàm volũtas, vt potentia; sed hoc nihil ad propositum. Taceo; ꝙ in Seraphin est scientiæ plenitudo, quæ est in Cherubin, suprà artic. 5. ad textum. quia de denominatione ordinum iuxta seriem supremi & infimi, est quæsitum; non aliter.

*q. 37. artic. 3.

4m de concl.e Collocantur. R. Secundum differentiam illorum sanctorum nominalem; non, secundum differẽtiam quasi nullã realem. §. Tunc &cæt. vt patet in litera. Sit tamen etiam quomodocumque: adhuc, secundum vtrumque illorum Doctorum, conuenienter assignantur gradus ordinum (vt ex conclusionibus secunda & tertia cum suis probationibus patet).

APPENDIX.

Vtilitas pro Eccle. S. Dei.

Ex articulo habes primò: quomodo per rationem ostendas; meritò à scripturis ordinari gradus angelorum duobus modis. Vno quidem modo ponendo Virtutes supra Principatus; altero autem ponendo Principatus supra Virtutes. Primo modo gradus ordinantur ab Apostolo Ephes. 1. vbi ascendendo ait sic; Supra omnem Principatum, & Potestatem, & Virtutem, & Dominationem. Secundo itẽ ab eodem Colossen. 1. vbi descendẽdo inquit; siue Throni, siue Dominationes, siue Principatus, siue Potestates. Quasi Eph. 1. ordinans mediam hierarchiã descendendo dixerit; Dominationes, Virtutes, Potestates; & eodem ordine procedendo ad eãdem graduandam dixerit Coloss. 1. Dominationes, Principatus, Potestates. Secundo habes: quomodo per rationem huiusmodi Apostolica dicta, pro quanto diuersimode Virtutes, Principatusque ordinat, & sano sensu intelligas, & declares, & probes. Nam secunda conclusio pro assignatione illa ad Ephesios. Tertia pro ista ad Colossenses, te iuuabit. Tertio vides: quomodo ex his vicissim Angelici Doctoris articulus consolidetur.

*Locis antea citatis.

3

¶ Not. Præsenti articulo fauet attic in ordine 529. 533. 540. 162. 198. 286. 409.

Pro stud.

Ad tertium dicendum, ꝙ sicut s. dictum * est, Cognitio est, secundum ꝙ cognita sunt in cognoscente: amor autem, secundum ꝙ amans vnitur rei amatæ. Superiora autem nobiliori modo sunt in seipsis, quàm in inferioribus: inferiora verò nobiliori modo in superioribus, quàm in seipsis. Et ideo inferiorũ quidem cognitio præeminet dilectioni: superiorum autem dilectio, & præcipuè Dei, præeminet cognitioni.

Ad quartum dicendum, ꝙ si quis diligenter consideret dispositiones ordinum secundũ Dion. & Greg.* parum, vel nihil differunt, si ad rem referant. Exponit. n. Gregor. Principatuum nomen ex hoc, ꝙ bonis spiritibus præsunt: & hoc conuenit Virtutibus, secundum ꝙ in nomine virtutum intelligitur quædã fortitudo dans efficaciam inferiorib. spiritibus ad exequenda diuina ministeria. Rursus Virtutes, secundùm Greg. videntur esse idẽ quod Principatus secũdùm Dionysium. Nam hoc est primum in diuinis ministeriis, miracula facere. Per hoc. n. paratur via annunciationi Archangelorum, & Angelorum.

Comm. Cardinalis Caietani.

Titulus clarus est de graduatione ipsorum ordinũ, quis prior, & quis posterior.

¶ In corpore tria. Primò ponitur differentia inter Dionys. & Greg. Secundò, tractatur opinio Dion. Tertiò, Gregorij.

¶ Quo ad primum, tria, s. conuenientia, differentia, & fundamentum vtriusque partis ex Scriptura.

¶ Quo ad secundum, tria. Primò, qui ordines in qua hierarchia ex rationibus hierarchiarum sic, Hierarchiæ sic differunt. prima rationes in Deo: secunda in causis vniuersalibus: tertia in applicatione ad effectus. ergo prima de fine vniuersali: secunda de vniuersali dispositione: tertia de executione est. ergo ordines respicientes Deum in prima: vniuersale regimen in secunda: & executionem in tertia ponuntur. Prima sequela confirmatur; quia illa tria in omni operatione inueniuntur. Secundo. Ipsi ordines in singulis hierarchijs positi inter se graduantur ex triplici respectu ad Deum, & totidem ad regimen vniuersale, & totidem ad executionem. Tertiò, confirmatur assignata graduatio: quia supremum infimi attingit infimum supremi. Et declaratur in ordinibus summo respectu Spiritussancti, & septimo, & sexto, & quarto, & tertio: omnia clara sunt in litera.

¶ Quo ad tertium, ponitur clarè ratio ordinum infra Dominationes ex ordine eorum, circa quæ agunt, s. angelis bonis, malis natura corporali, magnis nuncijs, & paruis. Et confirmatur ordo authoritate August. omnia clara sunt.

Aegid. 2. sd. 9. q. 3. art. 1.
S. Bon. d. 9. q. 5. 6.
Riccar. d. 9. q. 7.
Tho. Arg. d. 9. q. 1. ar. 2.

ARTICVLVS VII.

Vtrum ordines remanebunt post diem iudicii.

535
2. di. 11. q. 2. art. 6. Et 4. dist. 47. q. 1. art. 2. q. 4. corp. Et 1. Cor. 15. lib. 3.

SVPER Q. CVIII. ART. VII.

Concl. 1. Distinctio graduum secũdum differentiã tum naturæ, tum gloriæ, in angelis semper remanebit.

¶ Prob. Quia differentia naturarum ab angelis incorruptis auferri non potest: & differentia gloriæ semper erit in eis secundum differentiam meriti præcedentis.

¶ Concl. 2. Executio officiorum angelicorum aliquo modo remanebit post diem iudicij, aliquo modo cessabit.

¶ Prob. Quia executio angelicorum officiorum, secundũ quòd officia ordinantur ad producendum aliquos ad finem, cessabit adepto iam fine: & executio illorum officiorum, secundum ꝙ in triumpho considerantur, remanebit adepta vltimi finis consecutione (patet exemplum de officijs ordinum militarium).

Primum

Ad septimvm sic proceditur. Videtur, quòd ordines non remanebunt post diem iudicii. Dicit enim Apostolus 1. ad Corinthios 15. quòd Christus euacuabit omnem principatum, & potestatem, cum tradiderit regnum Deo & patri: quod erit in vltima consummatione. Pari ergo ratione in illo statu omnes alii ordines euacuabuntur.

¶ 2 Præterea. Ad officium angelorum pertinet purgare, illuminare, & perficere: sed post diem iudicii vnus angelus non purgabit, aut illuminabit, aut perficiet alium: quia nõ proficient amplius in scientia. Ergo frustra ordines angelici remanerent.

¶ 3 Præterea. Apostolus dicit ab Heb. 1. de angelis, quòd omnes sunt administratorii spiritus, in ministerium missi propter eos qui hæreditatem capiunt salutis. Ex quo patet, quòd officia angelorum ordinantur ad hoc, quòd homines ad salutem adducãtur: sed omnes electi vsque ad diem iudicii salutem consequuntur. non ergo post diem iudicii remanebunt officia, & ordines angelorum.

Sed contra est, quod dicitur Iudic. 5. Stellæ manentes in ordine, & cursu suo: quod exponitur de angelis. Ergo angeli semper in suis ordinibus remanebunt.

Respon. Dicendum, quòd in ordinib. angelicis duo possunt considerari, scilicet distinctio graduum, & executio officiorum. Distinctio autem graduum est in angelis secundum differentiam gratiæ & naturæ, vt s. dictum * est. Et vtraque differentia semper in angelis remanebit. Non enim naturarum differentiæ ab eis auferri possent, nisi eis corruptis. Differentia etiam gloriæ erit in eis semper secundum differentiam meriti præcedentis. Executio autem officiorum angelicorũ aliquo modo remanebit post diem iudicii, & aliquo modo cessabit. Cessabit quidem, secundum ꝙ eorum officia ordinantur ad perducendum aliquos ad finem: remanebit autem secundum quòd conuenit in vltima finis consecutione. Sicut etiam alia sunt officia militarium ordinum in pugna & in triumpho.

* Ar. 4. huius quæst.

AD

Ad primum ergo dicendũ, quod Principatus & potestates euacuabuntur in illa finali consummatione quantum ad hoc, quod alios ad finem perducant, quia consecuto iam fine non est necessarium tendere in finem. Et hæc ratio intelligitur ex uerbis Apostoli dicentis. Cum tradiderit regnum Deo, & patri, idest cum perduxerit fideles ad fruendum ipso Deo.

Ad secundum dicendum, quod actiones angelorum super alios angelos considerandæ sunt secundum similitudinem actionum intelligibilium quæ sunt in nobis. Inueniuntur autem in nobis multæ intelligibiles actiones quæ sunt ordinatæ secundum ordinem causæ & causati, sicut cum per multa media gradatim in unam conclusionem deuenimus. Manifestũ est autem, quod cognitio conclusionis dependet ex omnibus medijs præcedentibus, non solum quãtum ad nouam acquisitionem scientiæ, sed etiam quantum ad scientiæ conseruationem. Cuius signum est, quod si quis obliuisceretur aliquod præcedentium mediorum, opinionem quidem, uel fidem de conclusione posset habere, sed non scientiam, ordine causarum ignorato. Sic igitur cum inferiores angeli rationem diuinorum operum cognoscant per lumen superiorum angelorum, dependet eorum cognitio ex lumine superiorum, non solum quantum ad nouam acquisitionem scientiæ, sed etiam quantum ad cognitionis conseruationem. Licet ergo post iudicium non proficiant inferiores angeli in cognitione aliquarum rerum, non tamen propter hoc excluditur, quin a superioribus illuminentur.

Ad tertium dicendum, q etsi post diem iudicij homines non sint ulterius ad salutem adducendi per ministerium angelorum, tamẽ illi, qui iam salutem erunt consecuti, aliquam illustrationem habebũt per angelorum officia.

ARTI-

Regula uniuersa pro scripturis catholicè intellig.

1m ex Apostolo. Euacuabit. R. quantum ad officiorum executionem, ut perducentem in finẽ aliquos, non, ut in triumpho existentem. §. Tunc nihil &c. ut patet in litera. Ex hac disce pro semper & tu, ex contextibus scripturarum uerum sensum catholicum uenari, atque confirmare, ne rerici, tamquam uoluntariũ dictum, tua glossa possis. Vnde pro huius declaratione a Papa Clemente in decretis distinct. 37. c. Relatum, habetur sic. Relatum nobis est quod quidam in uestris partibus commorantes aduersantur sacris doctrinis, & prout eis uidetur, non secundum traditionem patrum, sed iuxta suũ sensum, docere uidentur. Ideo diligenter obseruandum est, ut lex Dei, cũ legitur, non secundum propriam ingenij uirtutem, uel intelligentiam, uel legatur, uel doceatur. Sunt enim multa uerba in scripturis diuinis, quę possunt trahi ad eum sensum, quem sibi unusquisque sponte præsumpserit, sed non oportet. Non enim sensum extrinsecus alienum & extraneum debetis quærere, ut quoquomodo ipsum ex scripturarum auctoritate confirmetis, sed ex ipsis scripturis sensum capere ueritatis oportet. Et ideo oportet, scientiam ab eo discere scripturarum, qui eam a maioribus secundum ueritatem sibi traditam seruat, ut & ipse possit eam, quam recte susceperit, competenter asserere. Hæc ille. Pro supradictis semper cum tremore notato, quod igne a Domino emisso mirabiliter deuorati sunt ac mortui filij Aaron illi, qui ignem alienum, tamquam Dominum ipsum placaturi offerre Deo præsumpserunt, Leuit. 10. Quid est ignis alienus pro nunc, nisi sensus non catholicus datus a quibusdam legi diuinæ, quæ ignea dicitur Deut. 33. Caue igitur. Pro quo etiam uide Veritates aureas super totam legem ueterem, Leuit. 19. conclus. 5. & Compend. Alber. Magn. lib. 5. cap. 43. schol. & lib. 7. capit. 9. schol.

Aurea spectio Papæ contra hæreticos maximè.

2m de minori. Non purgabit illuminabit, perficiet. R. quã tum ad nouam reuelabilium acquisitionẽ, non, quantum ad iam reuelatorum conseruationem. §. Tunc nihil &c. licet enim post iudicium cesset reuelatio, noua a superioribus ad inferiores pro ministerijs circa homines exequendis, ut conclusio secunda parte priori tetigit, & consequenter cesset illuminare purgare perficere quantum ad nouam reuelationem, non tamen propter hoc frustra post diem iudicij remanebunt ordines angelici. Sufficit namque ad excludendum, quod non sint frustra, quod superiores angeli purgent, illuminent, perficiant, quantum ad iam reuelatorum conseruationem. Cum enim primo inferiores angeli rationes diuinorum operum cognoscunt per lumen angelorum superiorum, fit ut eorum cognitio dependeat a lumine superiorum & quantum ad nouam ipsius cognitionis de reuelata re acquisitionem, & quantum ad eiusdem cognitionis conseruationem, ut patet, ex notioribus nobis procedendo, ut in litera. Remoto autem primo, idest dependentis præmissæ cognitionis quantum ad nouam acquisitionem, quod remouebitur post iudicium, remanebit secundum, idest dependentia eiusdẽ cognitionis quantum ad conseruationẽ. Non enim necesse est hic ut consideranti patet, quod remoto uno illorum, remoueatur aliud. Voluit hoc ipsum forsan innuere secunda conclusio in parte secunda. Sic enim, & de militari ordine apparet in triumpho, dũ capitaneus pro capitaneo, tribunus pro tribuno, simplex miles pro simplici milite, tractatur adhuc.

3m de maiori ex Apostolo. Ordinantur ad hoc. R. usque ad diem iudicij. Et post ordinantur ad aliud. §. Tunc &c. Ad hoc enim quod non sint post frustra, etiam quo ad homines illos, non tantum quoad angelos inferiores, ut dixit 2m. rursum, sufficit, q post diẽ iudicij habeant aliquam illustrationis actionem circa homines iam eorum custodia mediante ad salutis hæreditatem capescendam adductos. Vide circa ly frustra, quæst. 102. artic. 2. ad tertium.

APPENDIX.

Ex articulo habes primo, quomodo per rationem ostendas, recte a scripturis uirtualiter esse dictum, stante expositione Doctorum, quod ordines angelorum remanebunt post diem iudicij. Sic autem id insinuatum dicentes Iudic. scilicet stellæ manentes in ordine & cursu suo, aduersus Sysaram pugnauerunt. Per stellas, enim intelliguntur Angeli secundum etiam illud Iob trigesimooctauo, cum me laudarent, astra matutina, & Isaia decimoquarto, supra astra Dei exaltabo solium meum. Vnde & in eodem libro iudicum immediate præmittitur. De cœlo dimicatum est contra eos. Quod ergo mox sequitur, scilicet stellæ manentes in ordine & cursu suo aduersus Sysaram pugnauerunt, uidetur & repetitio, ut fit in Canticis, quale est illud, & declaratio eiusdem sententiæ. Quasi dicat. Dico esse dimicatum de cęlo contra eos, quia Angeli, quorum ordines in quacumque duratione sunt fixi persistentes, aduersus Sysaram eiusque sequaces pugnauerunt. Pugnasse dicuntur Angeli, siue grando insolita modo aliquo, siue pluuia, siue fulgura, siue tonitrua per terrefacientia è cęlestibus corporibus ceciderit contra Sysarę exercitum, quoniam Angeli ipsi motores sunt cęlorum non tantum sydereorum sed etiam consequenter ętherèorum atque aereorum quæstione 110. articulo primo, obediunt ad nutum localiter, q. 110. ar. 3. & 4. ex q. 51. ar. 2. ad tertium, & q 111. ar. 3. corp. angelisque ipsis corpora, ut grando &c. Secundo habes, quomodo per rationem scripturam illam cum similib. pro quarto angelorum ordines remanere innuunt post diem iudicij. & intelligas, & declares, & probes. Tertio uides, quomodo ex hac, atque similibus uicissim Angelica doctrina præsens adiuuetur.

Vtilit. pro S. Eccles.

2

3

Comm. Cardinalis Caietani.

Titulus clarus.

¶In corpore duo. Primo distinguit, secundo respondet.

¶Quoad primum distinctio. Ordo angelicus habet duo, distinctionem graduum, & executionem officiorum. Quoad secundum, responsio consistit in duabus conclusionib. Prima est simpliciter affirmatiua. Ordines remanebunt quo ad distinctionem graduũ. Probatur. Distinctio graduum inest a differenti gratia & natura. ergo semper erit, tenet sequela, quia differentia naturæ & gratię semper erit. Probatur, quia illa tolli non potest nisi naturis corruptis, hæc est secundum præcedens meritum. Secunda est. Ordines quoad executionẽ officiorum partim remanebunt & partim non. Probatur, & declaratur utraque pars. Probatur. Remanebũt ut in fine, cessabunt ut ad finem. ergo. Declaratur exemplo, officiorum militum. Remanent, ut in triumpho cessant ut in acie.

¶In responsione ad secundũ notato diligenter, quoniam mirabile quid dicit de dependentia luminis angelici, quod quia non de naturali, sed gratuito dicitur, de quo sola fides sufficit, cum ueneratione suscipiendum est. Præstat namque in his ab excellentioribus persuaderi, quam temere secundum uires iudicare ingenij proprij.

SVPER Q. CVIII. ART. VIII.

CONCL. 1. Homines nullo modo assumi possunt ad ordines angelorum secundum conditionem naturæ consideratos. ¶ PROB. Quia semper remanebit naturarum distinctio.

¶ CONCL. 2. Homines ad ordines angelorum assumentur secundum dona gratiæ considerati.

¶ PROB. Quia homines per donum gratiæ mereri possunt tantam gloriam, ut angelis æquentur secundum singulos angelorum gradus.

¶ CONCL. 3. Non erunt duæ societates, quasi tota toti condiuisa, angelorum, & hominum, sed una utrorumque simul.

¶ PROB. 1. Quia adhærere uni Deo, est una omnium beatitudo. Secundo quia oppositum est contra Augustinum.

1^m^ de maiori. Sicut. B. Quantum ad contineri sub, non, quantum ad translationem. §. Tunc &c. Licet enim hierarchia humana possit transferri ad angelicam iuxta dona gratuita, id quod non potest fieri de una angelica ad aliam, propter rationē in textu allatam, tamē humana etiam sic trāslata, continebitur sub illa angelica secūdum conditionem naturæ.

2^m^ de antecedēte. Competunt. B. sm suā naturam, non, secundum gratiam tantū. §. Tūc &c. Nam homines nō ad gradum naturalem, sed ad gratuitum trāsferuntur. In textu nota ly secundum legem communem, & ly ex speciali dispensatione, ut scias multa scripta de sanctorum protectione erga uiatores intelligere, & non solum de angelorum. Ex textu ēt dic, q si beatis hominib. competeret secundum legem cōem custodire uiatores, sequeretur, qd ipsi essent assumpti ad ordines angelorum secūdum naturalem conditionē. Cum ergo hoc sit impossibile, & impossibile, quod secundum legem communem primum illud eis conueniat.

3^m^ de minori. Conuertantur in dæmones. B. non autem, Transferantur ad pœnam dæmonum. §. Tunc &c. Non. n. dixerunt conclusiones, q homines beati conuertantur in bonos angelos, sed q transferantur ad gloriam ordinū ipsorum angelorum. Nota quoque, q argm̄ est quasi probatio primæ conclusionis, & secundæ, sic. Quemadmodum de hominibus beādis dicimus, q assumūtur ad Angelos bonos, ita de hominib. dānandis dicēdum est, q assumuntur ad angelos malos, sed erroneū est, quod homines mali cōuertātur in dæmones, licet transferantur ad pœnam dæmonum, ergo erroneum est, per illud nostrum dictum intelligere, quod hoies boni conuertantur in Angelos, seu, quod in idem quodammodo redire uidetur, assumantur ad Angelos sm naturam, licet ad gloriam trāsferātur Angelorū.

536 2. d. 9. ar. 8.

Hierarch. q̄ uo una ad aliam.

Homi. 29. aliquantulum ante med. to. 2.

ar. præc. & ar. 4. huius quæst.

ARTICVLVS VIII.

Vtrum homines assumantur ad ordines angelorum.

AD OCTAVVM sic proceditur. Videtur, quod homines non assumantur ad ordines angelorum. Hierarchia. n. humana cōtinetur sub infima hierarchiarum celestium, sicut infima sub media, & media sub prima, sed angeli infimæ hierarchiæ numquam transferentur in mediam, aut in primam. Ergo neque homines transferētur ad ordines angelorum.

¶ 2 Præt. Ordinibus angelorum aliqua officia competunt, utpote custodire, miracula facere, Dæmones arcere, & huiusmodi, quæ non uidentur conuenire animabus sanctorum. Ergo non transferentur ad ordines angelorum.

¶ 3 Præt. Sicut boni angeli inducunt ad bonum, ita dæmones inducunt ad malum, sed erroneum est dicere, quod animæ hominum malorum conuertantur in dæmones, hoc enim Chrysost.* reprobat super Matth. Ergo non uidetur, q animæ sanctorum transferātur ad ordines angelorum.

SED CONTRA est, quod Dominus dicit Matth. 22. de Sanctis, quod erūt sicut angeli Dei in celo.

RESPON. Dicendum, quod sicut supra dictum est,* ordines angelorum distinguuntur & secundū conditionem naturæ, & secūdum dona gratiæ. Si ergo considerentur angelorum ordines solum quātum ad gradū naturæ, sic homines nullo modo assumi possunt ad ordines angelorum, quia semper remanebit naturarum distinctio, quam quidam considerantes posuerunt, quod nullo modo homines transferri possunt ad æqualitatem angelorum, quod est erroneum. Repugnat enim promissioni Christi, dicentis Lucæ uigesimo, quod filii resurrectionis erunt æquales angelis in cœlis. Illud enim quod est ex parte naturę, se habet ut materiale in ratione ordinis. Completiuum uero est, quod est ex dono gratię, quæ dependet ex libertate Dei, nō ex ordine naturæ, & ideo per donum gratiæ homines mereri possunt tantam gloriam, ut angelis æquentur secundum singulos angelorum gradus, quod est homines ad ordines angelorum assumi. Quidam tamen dicunt, quod ad ordines angelorū non assumuntur oēs qui saluantur, sed soli uirgines, uel perfecti, alii uero suum ordinē constituent, quasi condiuisum toti societati angelorum. Sed hoc est contra Aug. qui dicit* 12. de ciui. Dei, quod non erunt duæ societates hominum, & angelorum, sed una, quia omnium beatitudo est adhærere uni Deo.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod gratia angelis datur secundū proportionem naturalium, non autem sic est de hominibus, ut supra dictum est.* Et ideo sicut inferiores angeli non possunt transferri ad naturalem gradum superiorū, ita nec ad gratuitum. Homines uero possunt ad gratuitum conscendere, sed non ad naturalem.

AD SECVNDVM dicendum, q angeli secundum naturę ordinē medii sunt inter nos, & Deum. Et ideo secundum legem communē per eos administrantur non solum res humanæ, sed et omnia corporalia. Hoīes aūt sancti etiā post hanc uitam sunt eiusdē naturæ nobiscū. Vnde secundum legem cōem non administrant humana, nec reb. uiuorum intersunt, ut Aug.* dicit in li. de cu. pro mor. agenda. Ex quadam tamen speciali dispensatione interdum aliquib. sanctis conceditur uel uiuis, uel mortuis, huiusmodi officia exercere, uel miracula faciendo, uel dæmones arcendo, uel aliquid huiusmodi, sicut Aug. in eodem lib.* dicit.

AD TERTIVM dicendum, q homines ad pœnam dæmonū transferri non est erroneum, sed quidā erroneè posuerunt dæmones nihil aliud esse, quam animas defunctorum. Et hoc Chrysosto.* reprobat.

li. 12. ca. 1. cir. principium. to. 5.

ar. 5. huius quæst.

c. 13. & 16. in prin. t. 4.

lib. de cur. pro. mor. agen. c. 16. uisque ad medium.

Hom. 29. in Matth. med. to. 2.

APPENDIX.

EX articulo habes primo, quomodo per rationem in respōsione ad tertium tactā iterimas hæresim Tertulliani dicentis, aias scæleratorum hominū post mortem conuerti in dæmones. Secundo habes, quomodo per rationem ostendas, hanc merito dānari a Matt. 25. Ite maledicti in ignē æternū, qui paratus est diabolo & angelis eius. Nā ibi Christus Dñs, ut patet, ponit differentiā hoium damnatorū a dæmonib. quos damnatis hoib. pro societate horribilissima assignat, & consequenter clarum relinquit, q damnati non conuertētur in dæmones unq. Aliaquin damnati non permanerent distincti suppositaliter a dæmonib. in æternum, quod th ibi innuitur. Item a. &c. ut q. 75. ar. 6. Nam sic aīa esset aliqn corruptibilis. Vide ad hoc respuendum nonnulla. q. 75. ar. 2. 7. & q. 76. 2. 2. & q. 63. ar. 3. & bene applica. Tertio habes, quō per rationē ostēdas merito esse dictū Matt. 22 qd Sancti erunt sicut angeli Dei in cęlo, item Luc. 20. quod filii resurrectionis erunt ęquales angelis in cęlis. Quarto habes, quō in sensu uero ista dicta intelligas, declares, probes. Quinto uides, quomodo ex his uicissim Angelica doctrina pręiens cōsolidetur.

Vtilit. pro S. Eccles.

2 3 4 5

QVAE-

Tertium

Comm. Cardinalis Caietani.

TItulus clarus.

¶ In corpore tria. Primo distinguitur, secundo respondetur iuxta unum distinctionis membrum, tertio respondetur iuxta secundum membrum.

¶ Quo ad primum distinctio est. In ordinibus angelorum concurrunt duo, scilicet conditio naturæ, & dona gratiæ, ut patet ex dictis.

¶ Quo ad secundum, conclusio prima responsiua quæsito est negatiua. Homines non possunt assumi ad ordines angelorum

quo

quo ad gradum naturæ. Probatur. Semper remanebit naturarum angeli, & hominis diuersitas. ergo numquam hæc ascendet ad gradum illius.

¶Quo ad tertium, tria principaliter fiunt, destruuntur, s. duæ opiniones, & ponitur conclusio responsiua quæsito. Prima opinio est, quod homines non assumuntur ad ordines angelorum, etiam secundum gradum gloriæ, & motiuum eius est distantia naturarum. Hæc refellitur in se quidem ex authoritate euangelii, in sua autem radice ex ratione, quia distantia naturæ non concurrit, nisi materialiter, donum uero gratię completiuè. Nec hoc oportet respondere naturæ, sed libertati diuinæ.

¶Secunda uero opinio est, quod aliqui assumuntur ad ordines angelorum, ut uirgines, uel perfecti, alii non. Et hoc retunditur authoritate Aug. Conclusio aūt responsiua, quæ secundum literæ ordinem in medio harum opinionum locatur, est. Homines indifferenter ad ordines angelorum assumuntur. Probatur. Tantam gloriam mereri ex dono gratię possunt, ut angelis æquentur secundum gradus singulos angelorum. ergo.

¶Nota hic, ꝙ homines assumi ad ordines angelorum, duo includit, unum est, ꝙ constituant cum angelis unā societatē, & hoc modo omnes hoīes sancti assumuntur ad ordines angelorum, siue sint maioris gloriæ quā aliquis angelus, siue æqualis, siue minoris quā omnes angeli, ita qđ ex angelis, & holb. ēt inferiob. omnib. angelis (quorum magnā rōnabile est fore multitudinē) una integrabitur societas. Et in hoc errauit secta opinio, quæ solos perfectos quasi mistos inter angelos posuit, minus uero perfectos quā angelos quasi separatos segregauit in altam societatem. Nec aduertit, quod latitudo ordinis gratiæ, maior est latitudine ordinis naturæ, & quod non idem ponitur limes utrobique. Alterum est, quod perueniant ad gradus gloriæ, quib. potiuntur angeli. Et hoc modo non oēs homines assumuntur ad ipsos angelorū ordines, sed quidam supra ipsos, ut beata Virgo, quidā ad ipsos, ut Apostoli, & perfecti &c. & quidam infra ipsos, ut rationabiliter sunt omnes pueri post baptisma statim euolantes, & alii multi.

Aeg. 2. s. d 6. q. 2. ar. 3.
Alex. Alens. 2. i. q. 37.
Ricar. d 6. q. 5.
Alb. Mag. de statu dæmo. q. 17.

QVAESTIO CIX.

De ordinatione malorum angelorum in quatuor articulos diuisa.

DEINDE considerādum est de ordinatione malorum angelorum.

ET circa hoc quæruntur quatuor.

¶Primo, vtrum ordines sint in dęmonibus.

¶Secundo, vtrum in eis sit prælatio.

¶Tertio, vtrum unus illuminet alium.

¶Quarto, vtrum subiiciantur prælationib. bonorum angelorum.

ARTICVLVS I.

Vtrum ordines sint in dæmonibus.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur, quod ordines non sint in dæmonib. Ordo. n. pertinet ad rationem boni, sicut & modus, & species, ut Aug. dicit in lib.* de natura boni, & econtrario inordinatio pertinet ad rationē mali, sed in bonis angelis nihil est inordinatū. Ergo in malis angelis non sunt aliqui ordines.

¶2 Præt. Ordines angelici sub aliqua hier. continentur, sed dæmones nō sunt sub aliqua hierarchia, quæ est sacer principatus, cum ab omni sanctitate sint uacui. Ergo in dæmonibus non sunt ordines.

¶3 Præt. Dæmones de singulis ordinib. angelorum ceciderunt, ut cōmuniter dicitur. Si ergo aliqui dæmones dicuntur esse alicuius ordinis, quia de illo ordine ceciderunt, uidetur, quod deberēt eis attribui nomina singulorum ordinum, nūquam autem inuenitur, quod dicantur Seraphim, uel Throni, uel Dominationes. Ergo pari ratione non sunt in aliquibus ordinibus.

SED CONTRA est, quod Apostolus dicit ad Ephes. ult. quod est nobis colluctatio aduersus principes & potestates, aduersus mundi rectores tenebrarum harum.

RESP. Dicendum, quod sicut iam dictum est. * Ordo angelicus consideratur & secundum gradum naturę, & secundum gratiæ. Gratia uero habet duplicem statum, s. imperfectum, qui est status merendi: & perfectum, qui est status gloriæ cosummatæ. Si ergo considerētur ordines angelici quantum ad perfectionem gloriæ, sic dæmones neque sunt in ordinib. angelicis, neq; unquam fuerunt. Si autem considerentur quātum ad id, quod est gratiæ imperfectæ, sic dæmones fuerunt quidem aliquando in ordinibus angelorum, sed ab eis ceciderunt secundum illud quod supra * posuimus, omnes angelos in gratia creatos fuisse. Si autem considerentur quantum ad id quod est naturæ, sic adhuc sunt in ordinib. quia data naturalia non amiserunt, ut Dion. * dicit.

AD PRIMVM ergo dicendū, quod bonum potest inueniri sine malo: sed malum non potest inueniri sine bono, ut supra habitum est. † Et ideo dæmones inquantum habent naturam bonam, ordinati sunt.

AD SECVNDVM dicendum, ꝙ ordinatio dęmonum, si consideretur ex parte Dei ordinantis, est sacra: utitur enim dęmonib. propter seipsum. Sed ex parte uoluntatis dæmonum non est sacra, quia abutuntur sua natura ad malum.

AD TERTIVM dicendum, ꝙ nomen Seraphim imponitur ab ardore charitatis, nomen aūt Thronorū ab inhabitatione diuina, nomen aūt Dominationum importat libertatem quandā, quæ oīa opponuntur pctō. Et iō peccantib. angelis hmōi nomina non attribuūtur.

ARTI-

SVP. Q. CIX. ART. I.

CONCL. 1. Si cōsiderentur ordines angelici quantum ad perfectionem gloriæ, sic dæmones nec sunt in ordinibus illis, nec unquam fuerunt.

¶PROB. Quia dæmones numquam fuerunt nec sunt, nec erūt in gloria, q. 62. art. 1. & q. 64. art. &c.

¶CONCL. 2. Si cōsiderentur ordines angelorum quantum ad gratiam, sic dęmones fuerunt aliquando in ordinibus illis, sed ab eis ceciderunt.

¶PROB. Quia angeli omnes creati sunt in gratia, sup. q. 62. art. 3. & illam peccando amiserunt, sup. q. 63. artic. &c.

¶CONCL. 3. Si cōsiderentur ordines angelorum quantum ad naturam, sic adhuc dæmones sunt in ordinibus illis.

¶PROB. Quia dæmones bona naturalia non amiserunt.

1^m conclusionis illatio. Ergo i malis angelis non &c. ℞. Negatur illatio. §. Non enim idem est iudicium de solitario malo, quasi quod per se solum esse possit, & de solitario bono, ut habes in textu.

2^m de minori. Sacer. ℞. uel ex parte principis Dei ordinantis, & uoluntatis ordinatorum simul, uel ex parte principis Dei ordinantis tantum. §. Tunc &c. Nam bonorum hierarchiæ sunt sacræ ex parte utriusque, & ideo multitudo ordinata est Sācta, Deusque ordinans est sanctus, sanctus, malorum aūtē hierarchia est sacra ex parte Dei tm̄, & ideo non requiritur, ꝙ ordinati sint sancti, sed qđ ordinans tantum. Ideo negatur illa pars minoris, quod. s. dæmones non sint aliqua hierarchia, & proposito illa, cum sint ab omni sanctitate uacui, nil probat in contrarium licet sit in se uerissima.

3^m cōclusio 1. Si ergo aliqui dæmones &c. ℞. Nisi quædā nomina ordinum illorum opponerētur peccato, §. Tunc &c. ut patet in litera. Inhabitationem autem illam intellige per gratiam, & ibi uide, peccatores tanto minus esse liberos, quanto magis sunt peccatores, tantoque magis liberos, quanto magis a peccato remotos. Quæ ut recte copiosius intelligas, uide sup. q. 16. ar. 8. ad tertium, & q. 83. ar. 2. ad tertiū. & q. 108. ar. 6. not. post ad primum. Discrimē qs uel mediocri ingenio ualens esse faciendum non uideat inter libertatem, & uelamen libertatis? primo Petr. secundo, & non sine causa additum esse ly ueræ ad ly liberi? Io. 8. Prima, scilicet libertas ac uera libertas, est seruorum Dei, ut ibi a Beato Petro docetur, secunda autem, scilicet libertas uelamen malitiæ existens est familiaris tantummodo impiorum. Tantummodo, inquam, quia libertas uera, quā secundum textum importat nomen dominationum, opponitur peccato.

¶NOT. Quo nam modo libertatis nomē usurpent mali, præsertim hæretici, pro uelamine malitiæ, edocuit Apostolorum idem princeps. 2. Petr. secundo, sic. Nouit Deus, iniquos in diem iudicij re-

---

Marginalia: 537 / 2. d. 6. a. 4. & 4. d. 47. q. 1. art. 3. q. 4. / Aug. li. de natu. bo. c. 3. 4. to. 6. / art. 4. & 8. præc. q. / q. 62. ar. 3. / Libertas uera. / c. 4. de diu. no. par. 4. non remote a med. / q. 49. ar. 3. / Pingitur libertas malorum a B. Petro.

reseruare, cruciandos, magis autem eos, qui post carnem in concupiscentia immunditię ambulant, dominationemque contemnunt, audaces, sibi placentes, sectas non metuunt introducere blasphemātes. Hi uelut irrationabilia pecora naturaliter in captionem, & in perniciem, in his quæ ignorant, blasphemantes in corruptione sua peribunt, percipientes mercedem iniustitiæ. Voluptatem, existimantes Dei delitias, coinquinationis & maculæ, delitiis affluentes in conuiuiis suis, luxuriantes uobiscum, oculos habentes plenos adulterii & incessabilis delicti, pellicientes animas instabiles, cor exercitatum in auaritia habentes, maledictionis filii, derelinquentes rectam uiam errauerunt, secuti uiam Balaam ex Bosor, qui mercedem iniquitatis amauit, correptionemque uere habuit suæ uesaniæ. Subiugale mutum animal in hominis uoce loquens prohibuit prophetæ insipientiam. Hi sunt fontes sine aqua, & nebulæ turbinib. exagitatæ, quibus caligo tenebrarum reseruatur. Superba.n.uanitatis loquentes pelliciunt in desideriis carnis luxuriæ eos, qui paululum effugiunt, qui in errore conuersati. LIBERTATEM illis promittentes, cum ipsi serui sint corruptionis. A quo.n. quis superatus est, huius & seruus est. Hæc ibi. Quando ergo litera ad tertium dicit, libertatem opponi peccato, non loquitur de libertate ista quæ est uelamen malitiæ, & tantæ, sed de libertate, quæ uere libertas est. Pro ampliori etiam notitia præmissorum vide Veritates aureas super totam legem ueterem Genes. 3. concl. 2. & Numer. 4. concl. 3.

APPENDIX.

Ex articulo habes primo, quomodo per rationem ostendas, & in recto sensu intelligas, merito eē dictum a scripturis & quod in angelis malis sunt ordines, & quod ibi non sunt. Primum dixerunt Eph. 6. est nobis colluctatio aduersus principes, & potestates, aduersus mundi rectores tenebrarum harum, contra spiritualia nequitiæ i cęlestib. Illa Apostolus dicit de dæmonib. aduersus quos nobis colluctatio est. Cum ergo ipsos nominib. ordinum designet, puta principum.i. archangelorum, & potestatum, patet, quod in ipsis ordines esse dicit. Item Ro. 8. Certus sum, qd' neque mors, neque uita, neque angeli, neque principatus, neque uirtutes, neque &c. poterit nos separare a Charitate Dei, quæ est in Christo Iesu Dño nostro. Et qui sunt illi angeli, qui principatus, quæ uirtutes, de quib. ait hæc Apostolus? Non utique sancti angeli, principatus sanctęque cęlorum uirtutes. Absit.n. ut ipsi nitantur, uel niti possint aliquando, ut ibi insinuatur, ad separandum nos a Charitate Dei. Loquitur ergo ibi de dęmonib. in quib. ordines ponit angelorum, principatuum, uirtutum. Item Ezec. 28. Tu Cherub extentus, & protegens, & posui te in monte sancto Dei. In medio &c. repleta sunt interiora tua iniquitate, & peccasti, & eieci te de mōte sancto Dei, & perdidi te ☩ Cherub de medio lapidum ignitorum. Ecce ergo sex ordines in dęmonib. a scripturis expressi, Cherubin, principatus, potestates, uirtutes, Angeli, Archangeli. Nam archos dicitur princeps, & ideo Apostolum ad Ephes. diximus denotasse Archangelos per ly princeps, cum de spiritibus immundis loqueretur. Secundum autem in principio appendicis positum scripturæ dixerunt Iob 10. terram tenebrosam & opertam mortis caligine, terram miseriæ & tenebrarum, ubi umbra mortis, & nullus ordo, sed sempiternus horror inhabitat. En descriptio inferni damnatorum, in quo, & consequenter dæmonibus ibi commorantibus, nullum esse ordinem testantur. Secundo habes, quomodo per rationem prædictas scripturas pro quanto utrumque præmissorum concludunt, & intelligas & concordatē declares, & probes. Tertio uides, quomodo ex his uicissim Angelica doctrina pręsentis articuli consolidetur.

Comm. Cardinalis Caietani.

Titulus clarus

¶ In corpore duo. Primo distinguitur, secundo respondetur quæsito iuxta singula distinctionis membra:

¶ Quo ad primum distinctio est. Ordines dupliciter quo ad naturam, & quo ad gratiam. Et sic dupliciter, uel consummatam, uel meritoriam. Sunt igitur tria membra, ordo secundum naturam, secundum gratiam meritoriam, & secundum gloriam patent ex dictis.

¶ Quoad secundum sunt tres conclusiones responsiuæ. Prima, Dæmones neque sunt, neque fuerunt in ordinib. s'm statum gloriæ, & hæc patet. Secunda Dęmones non sunt, sed fuerunt in ordinib. secundum statum gratiæ meritoriæ, hoc patet expositione superius facta de angelis creatis in gratia. Tertia, Dæmones perseuerant in ordinib. secundum naturæ conditionem. Probatur, quia naturalia non sunt ablata per peccatum, ut Dionysius dicit.

Vtilit. pro S. Eccles.

Aegid. 2 s. d. 8. q. 2. ar. 3. Dur. d. 6. q. 3.

ARTICVLVS II.

Vtrum in Dæmonibus sit prælatio.

AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur, ꝙ in Dęmonib. nō sit prælatio. Omnis. n. prælatio est secundum aliquem ordinem iustitiæ, sed Dæmones totaliter a iustitia ceciderunt. Ergo in eis non est prælatio.

¶ 2 Præt. Vbi non est obedientia, & subiectio, non est prælatio, hæc autem sine concordia esse non possunt, quę in Dæmonib. nulla est secundum illud Prouer. 13. Inter superbos semper sunt iurgia. Ergo in Dæmonibus non est prælatio.

¶ 3 Præt. Si in eis est aliqua prælatio, aut hoc pertinet ad eorum naturam, aut ad eorum culpam, uel pœnam. Sed non ad eorum naturā quia subiectio, & seruitus non est ex natura, sed est ex peccato subsecuta. Nec pertinet ad culpam, uel pœnam, quia sic superiores Dęmones, qui magis peccauerunt, inferiorib. subderentur. Non ergo est prælatio in Dæmonibus.

SED CONTRA est, quod dicit gl.° 1. ad Cor. 15. Quamdiu durat mundus, angeli, angelis, homines, hominibus, & Dæmones, Dæmonibus præsunt.

RESPON. Dicendum, quod cum actio sequatur naturam rei, quorumcumque naturę sunt ordinatæ, oportet ꝙ etiā actiones subinuicem ordinentur, sicut patet in reb. corporalib. Quia, n. inferiora corpora naturali ordine sunt infra corpora cęlestia, actiones & motus eorum subduntur actionibus, & motibus cęlestium corporum. Manifestum est autem ex præmissis,° quod Dæmonum quidam naturali ordine sub aliis constituuntur, unde, & actiones eorum sub actionib. superiorum sunt. Et hoc est qđ rationem prælationis facit, ut, s. actio subditi subdatur actioni prælati. Sic igitur ipsa naturalis dispositio Dæmonum requirit, quod sit in eis prælatio. Cōuenit enim hoc diuinæ sapientiæ, quæ nihil in uniuerso inordinatum relinquit, quæ attingit a fine usque ad finem fortiter, & disponit omnia suauiter, ut dicitur Sapien. 8.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod prælatio Dæmonum non fundatur super eorum iustitia, sed super iustitia Dei cuncta ordinantis.

AD

SVP. Q. CIX. ART. II.

538 Sup. q. 63. ar. 8. & 2. d. 6. ar. 4. & 4. d. 47 q. ar. 2. q. 4.

CONCL. Ipsa naturalis dispositio requirit, quod in dæmonib. sit prælatio, conuenit etiam hoc diuinæ sapientiæ.

¶ PROB. 1. Quia quorumcumque naturæ sunt adinuicem ordinatæ, oportet, ꝙ etiā actiones illarum subinuicem ordinentur, cū actio sequatur naturā. Patet in corporibus inferioribus, ac cęlestibus, & quidam dæmonum naturali ordine sub aliis constituuntur (ex sup.) Secunda autem pars, s. conuenit &c. probatur. Quia diuina sapientia nihil in uniuerso inordinatum relinquit, cum attingens a fine usque ad finem fortiter disponat omnia suauiter.

Quō nihil in mundo inordinatum.

¶ COROL. Ergo, diuinam sapientiam attingendo a fine usque ad finem fortiter disponere oīa & suauiter, est ipsam nihil in uniuerso inordinatum relinquere. Ergo firmiter credere hoc, cum a scriptura canonica sit, est de necessitate salutis æternæ.

In gl. ord.

sup. illud. cum euacuauerit oēm prin.

1m de maiori.

Iustitiæ. s. uel platorū & Dei prælationem illam ordinantis simul, uel Dei ordinantis tantum. §. Tunc &c. ut patet in litera. Ex hoc loco scias, malis prælatis subditos teneri ad obediendum ex iustitia, etsi non illorum prælatorū iniustorum, Dei tamen illos prælatos esse uolentis ac ordinantis. Licet. n. nolit ullo modo peccata Deus, uult tñ, aliquando peccatores maiores præesse peccatoribus minoribus, ut patet hic, uel etiam peccatores præesse iustis iuxta suam ordinatissimā iustissimamque prouidentiam.

Ex iustitia obligantur & boni ad obediendū malis sibi prælatis.

ar. preced.

Secundum

2m de minori. Concordia ℞. uel amicabili inter obedientem & præcipientem, uel solum amicabili utrorumque aduersus tertium. §. Vt, s. illud tertium facilius impugnent, ideo iste præcipit, ille præcipienti obedit. Tunc &c. Nã concordia dęmonum, qua quidam aliis obediunt &c. ut in litera. Ex qua etiam notato, intentionem dęmonum obedientium esse etiam hanc, ut ab ipsis, quibus obediunt, iuuẽtur postmodum ad impugnandum homines, uel diuinam iustitiam. Vident enim isti obedientes uiribus tantis, quantis uellent, non ualere ad pugnandum contra homines, uel diuinam iustitiam, & ideo his præcipientib. se per obedientiam adiungunt, ut sibiipsis uice uersa suppetias ad suam malam uoluntatem exequendam ferant postea. Exemplum sumito de hoc in quibusdam hominibus impiis, ut experiẽtia fere quotidiana docet.

Ad secundum dicendum, ꝙ concordia Dæmonum, qua quidã aliis obediunt, non est ex amicitia quam inter se habeant, sed ex cõi nequitia, qua hoies odiunt, & Dei iustitiæ repugnãt. Est.n.proprium hominum impiorũ, ut eis se adiungant, & subiiciant ad propriam nequitiam exequendam, quos potentiores uiribus uident.

Ad tertium dicendum, ꝙ Dæmones non sunt æquales secũdum naturam. Vnde in eis est naturalis prælatio, quod in hominib. non contingit, qui natura sunt pares. Quod autem superiorib. inferiores subdantur, non est ad bonũ superiorum, sed magis ad malum eorum, quia cum mala facere maxime ad miseriam pertineat præesse in malis, est esse magis miserum.

¶Corol. Ergo quędam obedientia est peccatum mortale, & quoddam præceptum est peccatũ mortale. Ergo non omnis obedientia est bona. Item non ideo amicus est quis alteri, quia obedit ei. Item a fine malo obedientia iudicatur mala, etiam ꝙ aliunde esset bona. Eo, dæmones in suis obedientiis, quib. homines impugnant, exemplum de sathan contra Iob 1.2. uoluntatem Dei, dempto peccato, cuncta uolentis, exequuntur, & tamen eorum obedientia est semper mala, quoniam in tali obedientia a facie Domini semper egrediuntur, ut post licentiam a Deo habitam, legitur Iob 1.2.i. non bonum, quem intendit Dñs, sed malum finem intendunt. Ex responso textuali dic ad auctoritatem Prouerb. 13. quod inter superbos semper esse iurgia ad se inuicem diuersa uolentes testatur, sed non. Vnde aduersus tertium, nil per hanc contra concluditur. Nota proprietatem malorum in litera. Et hanc tu, in bonum tamen. æmulare semper, adhęrendo, s. & subiiciendo te Deo ac Sanctis, qui uiribus multum ualent, ad tuã piam intentionem exequendam, patrique spirituali atque sapientum dictis, propter Deum obediendo.

Intentio dęmonum obediẽdo.

Propriętas impiorum.

3m de minori. Sed non ad eorum naturam. ℞. Negatur. §. Ad probationem dicitur, ꝙ loquitur extra propositum. Nam ly non est ex natura uerificatur de hominibus, non autem de angelis.

Item de minori. Nec pertinet ad culpam, uel pęnam. ℞. Negatur. §. Dicendum uero est formaliter illam probationem. s. quia sic superiores dæmones, qui magis peccauerunt, inferiorib. subderentur. Nisi subdi ibi diceret minorem miseriam, ut in litera patet, Patet, igitur ꝙ arg. sic glossatum, ut respõsio formalis docuit, est contra seipsum, non contra nos. Ex hoc, n. ꝙ præesse in malis est esse magis miserum, & subdi ibi est esse min9, sequitur clare, & ꝙ superiores in culpa non debeant subdi inferiorib. & quod hoc, s. superiores in culpa præesse, pertineat ad eorum culpam ac pęnam, quorum duorum oppositum inferre intendebat argumentum.

APPENDIX.

Ex articulo habes primo, quomodo per rationem ostendas, merito a scripturis in sensu dictum fuisse, ꝙ in dæmonib. est prælatio. Hoc autem intelligi datur tunc, quando legis Matth. 9. In principe dæmoniorum eiicit dæmones. Item 12. hic non eiicit dæmones, nisi in Beelzebub principe dæmoniorum. Item Marc. 3. & Luc. 10. Quamuis, n. falsissimum sit, ꝙ Christus Dñs, ut ipse inibi quatuor rationibus efficacissime probat, in principe dæmoniorum eiicere dæmonia, tamen uerum est, quod ibi subintelligitur, quod, s. in dæmonib. sit aliquis aliorum princeps. Hoc .n. non tantum Christus non negauit, sed & se affirmare innuuit, dum Sathanæ regnum in dæmonibus reperiri contra Pharisæos ibi arguẽdo supposuit. Idẽ intelligi daẽ ab Apoc. 12. Draco pugnabat, & angeli eius. Item Matth. 25. qui paratus est diabolo & angelis eius. Nam hi uocantur angeli draconis & diaboli, qui ei, tamquam principi, subiecti sunt atque ministrant. Secundo habes, quomodo præmissas auctoritates cum similib. pro quanto prælationem ponunt in dæmonib. & intelligas, & declares, & probes. Tertio uides, quomodo ex his uicissim Sancti Doctoris articulus consolidetur, ac declaretur.

Vtilit. pro S. Eccles. 2 3

¶Not. Articulo præsenti suffragatur artic. in ord. 337, 327. *Pro stud.*

Comm. Cardinalis Caietani.

Titulus clarus.

¶In corpore una est conclusio affirmatiue rñsiua quęsito. In dęmonib. est prælatio. Probatur dupliciter. Primo. Naturæ dæmonũ sunt subordinatæ. ergo actiones eorũ sunt subinuicem ordinatæ, ergo in eis est prælatio. Antecedens patet, consequentia probatur dupliciter. Primo, quia actio sequitur naturam, ac per hoc naturam subditam sequitur actio subdita. Secundo, quia hoc testantur corpora superiora, & inferiora. Secunda uero consequẽtia probatur ex ratione prælationis, quia, s. consistit in hoc, quod actio sit subdita actioni. Secundo probatur conclusio sic, diuina sapientia attingit a fine &c. ergo nihil relinquit inordinatum. ergo congruit sibi etiam in dæmonibus ordinem prælationis, secundum naturam instituere.

ARTICVLVS III.

Vtrum in Dæmonibus sit illuminatio.

539

Ad tertium sic proceditur. Videtur, quod in Dæmonibus sit illuminatio. Illuminatio. n. consistit in manifastatione ueritatis, sed unus Dęmon potest alteri ueritatem manifestare, quia superiores magis acumine naturalis scientiæ uigent. Ergo superiores dæmones possunt inferiores illuminare.

¶ 2 Præt. Corpus quod superabundat lumine, potest illuminare corpus quod in lumine deficit, sicut Sol, Lunã, sed superiores Dæmones magis abundant in participatione luminis naturalis. Ergo uidetur quod superiores Dęmones possunt inferiores illuminare.

Sed contra. Illuminatio cum purgatione est, & perfectione, ut supra dictum est,* sed purgare non conuenit Dæmonibus, secundum illud. Eccles. 34. Ab immundo quid mundabitur? Ergo etiam neque illuminare.

q. 106. a. 2. & ar. 1. arg. sed cont.

Respon. Dicendum, ꝙ in Dæmonib. non potest esse illuminatio proprie. Dictum est, n. supra,* ꝙ illuminatio proprie est manifestatio ueritatis, secundum quod habet ordinẽ ad Deum, qui illuminat omnem intellectũ. Alia aũt manifestatio ueritatis põt esse locutio, sicut cum unus angelus alteri suum conceptum manifestat. Peruersitas autem Dęmonum hoc hẽt, ꝙ unus alium non intẽdit ordinare ad Deum, sed magis ab ordine diuino abducere, & ideo unus dæmon alium non illuminat, sed unus alii suum conceptum per modum locutionis intimare põt.

q. 106. ar. 1.

Ad primum ergo dicendum, quod non quælibet ueritatis manifestatio habet rationem illuminationis, sed solum quæ dicta est.*

SVP. Q. CIX. ART. III.

Concl. In dæmonibus non potest esse illuminatio proprie.

¶Prob. Quia peruersitas dæmonũ hoc habet, ꝙ unus aliũ ordinare ad Deum non intendit, sed ecõtra, & illuminatio proprie, est manifestatio ueritatis, secundum ꝙ habet ordinem ad Deum, cum ipse illuminet omnem intellectum.

1m de maiori. Veritatis. ℞. Ordinatæ in Deum ex intẽtione manifestãtis, nõ aliter.

In cor. ar.

§. Tunc &c. ut patet in litera. Exinde scito, dæmonem in manifestatione ueritatis, etiã dici mendacẽ, quia denominatio magis fit a fine. Qui.n. mechatur, ut furetur, magis secũdum philosophum dicendus est fur, quàm mechus, sic dæmones, quia quandocumque manifestant ueritatem, intendunt semper per hoc tandem ab ducere audientes suos a Deo summa ueritate, ideo recte etiam tunc, dicuntur mendaces. Vnde Christus de diabolo Ioan. 8. Cum loquitur ex propriis, semper est mendax. Quia, scilicet ueritati, quæ est ex natura bona, mendacii intentionem malam, quam diximus, ex propria uoluntate semper adiungit. Hoc est, quod dicitur, sup. ar. 1. ad secundum, quod dæmones abutuntur sua natura ad malum. Vide etiam art. 2. ad secundum in Corollario. & q 64. ar. 2.

Qũo diabolum sp esse mẽdacem intelligas.

q. 55. ar. 2. & 58. ar. 1.

AD SECVNDVM dicendum, quod secundum ea, quæ ad naturalem cognitionem pertinet, non est necessaria manifestatio ueritatis neque in angelis, neque in dæmonibus, quia sicut supra dictum est, * statim a principio suæ conditionis omnia cognouerunt, quæ ad naturalem cognitionem pertinent, & ideo maior plenitudo naturalis luminis, quæ est in superioribus dæmonibus, non potest esse ratio illuminationis.

2m de conclusione. Illuminare, R. idest manifestare proprium conceptum, per modum locutionis, inferioribus, non autem, facere per huiusmodi manifestationem quod inferiores proficiant in cognitione sua naturali. §. Ratio adducitur in litera. Tunc &c. Nam illuminatio nõ est sola locutio sed locutio cum profectu inferioris, cui superior loquitur, in cognitione naturali, uel supernaturali ad Deum ordinatæ, ut patet in probatione conclusionis.

¶ NOT. Responsum hoc dedit Sanctus Doctor propter exemplum de corpore adductum in arguendo, recordatus sui moris laudabilis non relinquendi quicquam intactum, secundum regulam sup. q. 40. ar. 1. quamuis de illuminatione proprie dicta satis factum fuisset ad plenum in corpore articuli. Potuisset.n. quasi repetendo, dicere, quod talis profectio, si daretur, nõ posset dici proprie reuelatio, quoniam in Deum non ordinatur a dæmonib. Verum, hoc, tamquam clarissimo, supposito maluit declarare, quod talis profectio non datur in illis, & consequenter, quod non est simile de corpore solari ad lunare, & de superioribus dæmonibus ad inferiores. Et ex hoc responso habetur, qđ in dæmonib. non tantum illuminatio proprie dicta non est, ut ait conclusio, sed quod nec illuminatio, absolute seu uniuersaliter loquendo.

APPENDIX.

EX articulo habes primo, quomodo per rationem ostendas, illuminationem in dæmonib. merito negari uirtualitar a scripturis. Hoc autem faciunt, quotiescumque affirmãt, quod dæmones sunt tenebræ. Vt est illud Ephes. 6. Rectores tenebrarum. Vide. Non tñ sunt tenebræ, sed principes tenebrarum, i. inter quascũque tenebras primarũ tenentes. Item 2. Cor. 6. Quæ societas luci ad tenebras? Vbi Apostolus per tenebras intelligit dæmonẽ, sicut p lucẽ Christũ. Vñ mox, quasi ad maiorẽ huius ueri cõfirmationẽ, replicans ait. Quæ cõuentio Christi ad Belial? Hinc ẽt peccata dicuntur opera tenebrarum, Ro. 13. quia a dæmone hominib. suggeruntur, uel quia ipse primo peccauit, uel quia faciunt peccantes esse filios diaboli, Io. 8. ipsum tamquam patrem in hoc imitãtes, uel propter hæc omnia simul. Item Thob. 4. eleemosyna nõ patietur, animam ire in tenebras. Ecce, Thobias infernum dæmonum uocat tenebras, quasi ab eius habitatoribus, qui principaliter dæmones sunt, faciens loci denominationẽ. Ad hoc significandum adduci non incongrue potest & illud Iob 10. Terram miseriæ & tenebrarum. ubi ipse quoque Iob eandem loci infernalis denominationẽ facit. His ergo, aliisque huiusmodi auctoritatib. illuminationem in dæmonib. esse, negat scriptura. Ac si dicat: si dæmones sunt tenebræ, & tenebræ plus horribiles, quam fuerint illæ in plagam Pharaonis illatæ (de quib. legitur Exod. 10. factæ sunt tenebræ horribiles in uniuersa terra Aegypti, trib. diebus nemo uidit fratrem suum nec mouit se de loco in quo erat, & de quib. præmissum fuit, quod esse debuerant tam densæ, ut palpari possent) quomodo in eis illuminatio esse potest? Item de hac re uide q. 64. art. 1. & 2. præcipue, quoniam inde multum pro præsenti negotio, si bene applices, iuuaberis. Secundo habes, quomodo per rationem scripturas prædictas, pro quanto illuminationem in dæmonib. negant esse, & intelligas & declares, & probes. Tertio uides, quomodo ex his atque similib. uicissim Angelica hæc doctrina consolidetur, & declaretur.

Vtilit. pro §. Eccles.

Comm. Cardinalis Caietani.

TItulus clarus

¶ In corpore est vna conclusio responsiua quæsito negatiuè, cum una annexa secundario. Responsiua est. In dæmonib. non est illuminatio. Probatur. Peruersitas dæmonum habet unus non ordinet ad Deum alium, sed abducat, ergo non illuminat. Probatur sequela, quia illuminatio est manifestatio in ordine ad Deum, ut patet ex differentia assignata inter duplicem manifestationẽ, s. illuminationem, & locutionem. Annexa uero conclusio est, quod .n. dæmonib. est quædam manifestatio ueritatis adinuicem. Probatur, quia est in eis locutio.

SVP. Q. CIX. ART. III.

COncl. Boni angeli super malos prælationem habẽt, & hi per bonos regũtur.

¶ PROB. Quia angeli boni sunt Deo ꝓpinquiores, cum ipso fruantur, & illæ creaturæ super alias influentiam habent, quæ sunt Deo propinquiores, cũ ordo totius prælationis sit originaliter in Deo.

¶ NOT. Vide ar. 1. ad tertium, & q. 108. ar. 6. ad primum.

1m de maiori. Illuminationes. R. inquantum ex parte ipsorum bonorum reuelantium attenduntur, non inquantum a malis eas recipientib. ad malum finem ordinantur, §. Tunc &c. ut patet declinando ad finẽ literę.

540

Vnde prælaturę.

ar. 1. huius quæst.

ARTICVLVS IIII.

Vtrum boni angeli habeant prælationem super malos.

AD QVARTVM sic proceditur. Videtur, ꝙ boni angeli non hẽant prælationẽ super malos. Prælatio.n. angelorũ ꝑcipue attẽditur fm illuminationes, sed mali angeli, cum sint tenebræ, non illuminãtur a bonis. Ergo boni angeli non sunt prælati super malos.

¶ 2 PRÆT. Ad negligentiam præsidentis pertinere uidentur, ea, quæ per subditos male fiunt, sed dæmones multa mala faciunt. Si igitur subsint prælationib. bonorum angelorum, uidetur in angelis bonis esse aliqua negligentia, quod est inconueniens.

¶ 3 PRÆT. Prælatio angelorum sequitur naturæ ordinem, ut sup. dictũ est, * sed si dęmones de singulis ordinibus ceciderunt, ut communiter dicitur, multi dæmones multis bonis angelis sunt superiores ordine naturæ. Non ergo boni angeli prelationem habent super omnes malos.

SED CONTRA est, quod Aug. dicit * 3. de Trin. quod spiritus uitæ desertor atque peccator regitur per spiritum uitæ rationalem pium, & iustum. Et Greg. * dicit, quod potestates sunt angeli, quorũ ditioni uirtutes aduersæ subiectæ sunt.

li. 3. d Tri. c. 4. paulo a principio. Greg. ho. 34. in euangel.

RESPON. Dicendum, quod totus ordo prælationis primo, & originaliter est in Deo, & participatur a creaturis, fm quod Deo magis appropinquant. Illæ. n. creaturæ super alias influentiam habent, quę sunt perfectiores, & Deo propinquiores. Maxima autem perfectio, & per quam maxime Deo appropinquatur, est creaturarũ fruentium Deo, sicut sunt sancti angeli, qua perfectione dęmones priuantur. Et ideo boni angeli super malos prælationẽ habent, & per eos reguntur.

AD PRIMVM ergo dicendum, ꝙ per sanctos angelos multa de diuinis mysteriis dæmonib. reuelantur, cum diuina iustitia exigit ut per dæmones aliqua fiant, uel ad punitionem malorum, uel ad exercitationem bonorum. Sicut in reb. humanis assessores iudicis reuelant tortoribus eius sententiam. Huiusmodi autem reuelationes, si ad angelos reuelantes comparentur, illuminationes sunt, quia ordinant eas ad Deum. Ex parte uero dæmonum non sunt illuminationes, quia eas in Deum non ordinant, sed ad expletionem propriæ iniquitatis.

AD

literæ. Ex qua tu reminiscere, hoc posse etiam dici de malis hominibus a bonis angelis custoditis per inspirationes bonas. Hinc que uide non esse culpam boni angeli custodis, si mali bene custoditi damnantur, sicque intellige ly, lux in tenebris lucet, & tenebræ eam non comprehenderunt. Ioan. primo & similia. Vide art. 2. ad secundum, cũ corollario, & q. 64. articulo 1. 2.

2^m maior. Ad negligentiam præsidentis, &c. ℞. Nisi rationabiliter permittat illa mala. §. Tunc &c. Quod enim non sit ex negligentia custodum, quod mala per subditos fiant, habes in ad primum, ubi bonis reuelationibus ui det illos uoluntarie abuti. Nam si non inspirarent custodes bona necessaria, forte uiderentur ex eorum negligentia prouenire mala in subditis. Adeo autem a negligentia custodes remoti sunt, ut præter hoc, quod rationabiliter ea permittunt, etiam ex malis patratis a subditis diligentia illorum abutentibus bona eli cere studeant, saltem per Deum ubi propriis uiribus non possunt. Ex hoc loco per rationem confutabis hæresim, quæ supra a q. 19. art. 9. append. damnata fuit, quæ erat Blasti dicentis, Deũ facere mala non tantum permissiue, sed etiam effectiue, item & multas alias similes ibi narratas, quæ etiam damnantur. q. 105. artic. 4. Item hinc confutabis illam Algazelis, prædamnatam, q. 2. art. 3. & q. 14. art. 16. & q. 22. art. 2. & q. 48. ar. 2. quæ erat, quod Deus non permittit mala fieri ut eliciat bona, sed mala in mundo proueniunt ex necessitate materiæ uel naturę.

Hæreses uitanda.

3^m de maiori. Natura. ℞. Iustitia uestitæ, si subditi sint iniusti, uel naturæ, ut sic, si subditi sint eiusdem moris cum superioribus. §. i. quod sint utrique boni, uel vtrique mali. Tunc &c. Natura enim bonorum est uestita iustitia, & malorum angelorum subditorum est destituta iustitia, licet quandoque istorum malorum natura, ut sic, sit maior, quam illorum bonorum natura, ut sic. Hæc omnia innuuntur ex litera.

AD SECVNDVM dicendum, quod sancti angeli sunt ministri diuinæ sapientię. Vnde sicut diuina sapiẽtia permittit aliqua mala fieri per malos angelos, homines, propter bona quæ ex eis elicit, ita & boni angeli non totaliter cohibent malos a nocendo.

AD TERTIVM dicendum, quod angelus, qui est inferior ordine naturæ, præest dæmonib. quamuis sũ perioribus ordine naturæ, quia uirtus diuinæ iustitiæ, cui inhærent boni angeli, potior est quam uirtus naturalis angelorũ. Vnde & apud homines spiritualis iudicat omnia, ut dicitur 1. ad Cor. 2. Et Philo. dicit in li. *Ethic. quod uirtuosus est regula, & mensura omnium humanorum actuum.

li. 3. Ethic. c. ad fin. & lib. 10. c. 5. tom. 5.

APPENDIX.

Vtilit. pro S. Eccles.

EX articulo habes primo, quomodo per rationem ostendas, merito a scripturis esse insinuatum, & quidem a fortiori, quod Angeli boni super malos angelos habent prælationem. Id autem sic insinuatur tunc, quando 1. Corinth. 10. dicitur. An nescitis, quoniam angelos iudicabimus? Quasi dicat. Hoc est clarum, & ita, ut neminem uestrum latere deceat. Angelos, inquit, iudicabimus. De angelis enim apostaticis, secundum glossam, loquitur, qui condemnabuntur a sanctis hominibus, quorum uirtute sunt uicti. Præsidentiam ergo habebunt, immo & habent nunc, sancti super dæmones, licet sint eis natura inferiores. Virtus eñi diuinæ iustitiæ, cui inhærẽt sancti homines, est multo potior, quam uirtus naturalis angelorum maxime iustitia destitutorum. Vide ad tertium, & applica huic proposito. Nonne sancti etiam in uita illuserunt diabolo, & eorum quidam etiam uisibiliter hunc tamquam sibiipsis subditum cathenis uinxerunt, ad diuersa loca traxerunt, eumque solo uisu increpatorio territum fugauerunt? Lege sanctorum, puta Bernardi, Dominici, Martini, similiumque, uitas, & quantam prælationem super malos angelos habuerint uidebis, idque intelligi uoluisse psalmum 103. Draco iste quem formasti ad illudendum ei, fatebere. Item insinuatur hæc prælatio Luc. decimo. Ecce dedi uobis potestatem calcandi super serpentes, & scorpiones, & omnem uirtutem inimici, & nihil uobis nocebit, uerumtamen in hoc nolite gaudere, quia spiritus subiiciuntur uobis. Hæc Christus dixit discipulis suis, qui & ei prædixerant, Domine etiam dæmonia subiiciuntur nobis in nomine tuo. A fortiori igitur, secundum scripturas, dæmonia subiiciũtur bonis angelis, cum hi, ultra quod sunt boni, sint natura superiores hominibus. Item præsidentia talis insinuatur in Psalm. 90. Super aspidem & basiliscum ambulabis, & conculcabis Leonem & draconem. Loquitur enim hic homini. & dicit, quod per custodiam bonorum angelorum, de quibus præmiserat ly Angelis suis Deus mandauit de te &c. homo ipse suppeditabit diabolum, hic per aspidem basiliscum Leonem draconem, iure designatum. Quod si homo bonorum Angelorum præsidio munitus dæmonibus præsidet, super hos altior ambulat, hos malos superior iuste conculcat, quanto magis Angeli ipsi beati super dæmonia prælationem, præsidentiam, regimen, obtinere dicendi sunt? Nam propter quod vnumquodque, & illud magis, recte philosopho primo posteriorum. Secundo habes, quomodo per rationem supradictas similesque scripturas, pro quanto prælationem affirmant beatorum spirituum super apostatas, & intelligas, & declares, & probes. Tertio uides, quomodo ex his uicissim Angelica hæc doctrina consolidetur, & declaretur.

¶NOT. Articulo huic fauet articulus in ordine 543. 537. 538. 540.

Comm. Cardinalis Caietani.

TItulus clarus.

¶In corpore una cõclusio responsiua quæsito affirmatiue. Boni angeli prælati sunt malis, & eos regunt. Probatur. Prælato primo conuenit Deo participatiuè autem creaturis. ergo creaturæ perfectiores habent influentiam super alias, ergo sancti angeli super dęmones. Antecedens est per se notum. Consequentia prima probatur, quia sunt Deo propinquiores. Secunda uero quia maxima perfectio, & maxime appropinquans Deo est status fruitionis, in quo sunt angeli, priuantur dæmones.

Fer. 3. cont. c. 78. 83.

SVPER Q. CX.

ART. I.

COnc. Omnia corporalia reguntur per angelos.

¶PROB. Quia uirtus cuiuslibet corporis est magis particularis, quam uirtus substãtiæ spiritualis (cum illa sit determinata ad hic, & nunc, ista uero non,) & potestas particularis gubernatur ab uniuersali, patet in humanis, in angelicis.

¶NOT. Exercetur etiam seu administratur per angelos corporalis creatura taliter, quod angeli non solum dantur omnibus hominibus, sed etiam omnibus creaturis in sua specie, puta omnibus equis in sua specie, omnibus ouibus &c. Vide Damascenum 2. uel 3. lib. c. 4.

QVAESTIO CX.

De præsidentia angelorum super creaturam corporalem, in quatuor articulos diuisa.

DEINDE considerandum est de præsidentia angelorum super creaturam corporalem.

ET circa hoc quæruntur quatuor.

¶Primo, vtrum creatura corporalis administretur per angelos.

¶Secundo, vtrum creatura corporalis obediat angelis ad nutum.

¶Tertio, vtrum angeli sua uirtute possint immediate mouere corpora localiter.

¶Quarto, vtrum angeli boni, uel mali possint facere miracula.

ARTICVLVS I.

Vtrum creatura corporalis administretur per angelos.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur, quod creatura corporalis non administretur per angelos. Res enim, quæ habent determinatum modum operandi, non indigent gubernari ab aliquo præsidente. Ideo, n. indigemus gubernari, ne aliter operemur, quam oporteat: sed res corporales habent determinatas actiones ex naturis sibi diuinitus datis. Non ergo indigent gubernatione angelorum.

Primum 2. d. 14. ar. 3. & 3. con. c. 78. & 83. & uer. q. 5. ar. 8. & op. 3. c. 125. & opus. 10. a. 1. usque ad 16. & opus. 20.

1^m de maiori.

Gubernari. R. ad habendum illum determinatum modum operandi, non, ad exercendum p motum illum modum determinatum. §. Tunc nihil &c. Nam licet res corporales habeant determinatas actiones, tamen has actiones non exercent, nisi sm quod &c. ut in litera.

2^m de conclusionis vltimæ illatio. Nō ergo est &c. R. Negatur illatio. §. Nam multa, præter actiones naturales, ponimus in corporibus inferioribus, ad quæ gubernanda non sufficiunt cęlestia etiam ab angelis mota. Vnde oportet, quod ipsi angeli immediate habeant in his curam de inferioribus, (ut patet in textu a ly sed quia nos ponimus, multa &c. usque in finē.) Porro tu ex hoc, quod D. Thom. in textu recitatam opinionē Aristotelis tanquā quo ad aliquid falsam, & diminutam (sicut & accidit inf. q. 50. art. 3.) dimittit, nec uerbum faciens pro illius aliquali, uel sustentatione vel ad sensum reductione, conuce uniuersaliter: Sanctum Doctorem ipsum non ita iurasse in uerba Aristotelis, ut nō reiiciat eum quando oportet. Veritatis enim honorem semper magis se æstimasse per hoc ostendit, quam uerba, aut ēt uerborum sensum, Aristotelis. Non ergo dixit Aristotelem tenuisse animæ immortalitatem, animæ multiplicationē ad numerum corporū, creationem proprie dictā, & alia huiusmodi: q. plus iusto fauit Aristoteli (ut nonnulli falso contendunt:) sed q. a rei ueritas, iuxta Aristotelis sententiam, sic se habebat. Alioquin sanctus ipse ibi fronte libera, (vt hic, & q. 50. a. 3. corp) reiecisset Aristotelem, sensum eius falsum interim exponēdo Fidelissimus. n. eius, sicut & quorūcunque, fuit semper interpres. Vide q. 115. a. 5. no. post ad tertium.

3^m de maiori.

Officia R. Generalia, nō specialia. §. Tunc &c. Possunt enim omnes de uno ordine esse, qui diuersas rerum species inferiorum corporum ad ministrant. Vnde pro faciliori captu unde literam in calce ly nec tamen propter hoc sequitur, quod sint plures ordines, quam nouē &c.

(Marginal notes: q. 108. art. 2. & 6. — † Lib. 3. de Trin. c. 4. — * 4. dial. c. 5. post me. — q. 55. ar. 3. & q. 108. ar. 1. — Li. 12. Me. te. 44. c. 4.)

¶ 2 Præt. Inferiora in entibus gubernātur per superiora, sed in corporibus quædam dicuntur inferiora, quædam superiora. Inferiora igitur gubernantur per superiora. Non ergo est necessarium, quod gubernentur per angelos.

¶ 3 Præt. Diuersi ordines angelorum distinguuntur secundum diuersa officia, sed si creaturæ corporales administrantur per angelos, tot erunt officia angelorum, quot sunt species rerum, ergo etiam tot erunt ordines angelorum, quot sunt species rerum, quod est contra supra dicta. * Non ergo corporalis creatura administrat p angel.

SED CONTRA est, quod Aug. dicit † 3. de Trin. quod omnia corpora reguntur per spiritum uitæ rationalem, & Greg. dicit in * 4. dia. quod in hoc mundo uisibili nihil nisi per creaturam inuisibilē disponi potest.

RESPON. Dicendum, quod tam in rebus humanis, quam in reb. naturalib. hoc communiter inuenitur, q̄ ptās particularis gubernatur, & regitur a potestate uniuersali, sicut potestas balliui gubernatur a potestate regis: Et in angelis etiam est dictum, * quod superiores angeli, qui præsunt inferiorib. habēt scientiam magis vniuersalē. Manifestum est autem, quod uirtus cuiuslibet corporis est magis particularis, quam uirtus spiritualis substantiæ: Nam omnis forma corporalis est forma indiuiduata per materiam, & determinata ad hic, & nunc, formę autem immateriales sunt absolutæ & intelligibiles. Et ideo sicut inferiores angeli, qui habent formas minus uniuersales, reguntur per superiores, ita omnia corporalia reguntur per angelos. Et hoc non solum a sanctis doctorib. ponitur, sed etiam ab omnib. Philosophis, qui incorporeas substantias posuerunt.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod res corporales habent determinatas actiones, sed has actiones non exercent, nisi secundū quod mouentur, quia proprium corporis est, quod non agat, nisi p per motum. Et ideo oportet, quod creatura corporalis a spirituali moueatur.

AD SECVNDVM dicendum, quod ratio ista procedit secundum opinionem Arist. * qui posuit, q̄ corpora cęlestia mouentur a substantiis spiritualibus, quarum numerum conatus fuit assignare secundum numerum motuum, qui apparent in corporibus cęlestibus sed non posuit, quod essent aliquæ substantiæ spirituales, quę haberent immediatam præsidentiam supra inferiora corpora, nisi forte animas humanas. Et hoc ideo, quia non considerauit aliquas operationes in inferiorib. corporib. exercери nisi naturales, ad quas sufficiebat motus corporum cœlestium. Sed quia nos ponimus multa in corporib. inferiorib. fieri præter naturales actiones corporū ad q̄ non sufficiūt uirtutes cœlestiū corporū, secundum nos necesse est ponere, quod angeli habeant immediatam præsidentiam, non solum supra cęlestia corpora, sed etiam supra corpora inferiora.

AD TERTIVM dicendum, q̄ de substantiis immaterialibus, diuersimode Philosophi sunt locuti. Plato enim posuit substantias immateriales esse rationes, & species sensibilium corporum, & quasdā aliis uniuersaliores, & ideo posuit substantias immateriales habere præsidentiam immediatam circa omnia sensibilia corpora, & diuersas. Arist. * autem posuit quod substantiæ immateriales non sunt species corporum sensibilium, sed aliquid altius, & uniuersalius, & ideo non attribuit eis immediatā præsidentiam supra singula corpora, sed solum supra vniuersalia agētiā, q̄ sunt corpora cœlestia. Auic. vero mediam viam secutus est. Posuit enim cum Pla. aliquam substātiam spiritualem præsidentem immediate sphæræ actiuorum, & passiuorum, eo quod sicut Pla. ponebat, quod formę horum sensibiliū deriuantur a substantiis immaterialib. ita etiam Auic. hoc posuit, sed in hoc a Plato. differt, quod posuit unam tantum substantiam immaterialem præsidentem omnibus corporibus inferioribus, quam vocauit intelligentiam agentem. Doctores autem sancti posuerunt, sicut & Platonici diuersas rebus corporeis substantias spirituales esse præpositas. Dicit enim Aug. in li. * 83. q. Vnaquæque res uisibilis in hoc mundo, habet angelicam ptātem sibi præpositam. Et Dam. † dicit. Diabolus erat ex iis angelicis virtutibus, quæ præerant terrestri ordini. Et Orig. * dicit super illud Nume. 22. Cum vidisset asina angelum, quod opus est mundo angelis, qui præsunt super bestias, & præsunt animalium natiuitati, & virgultorum, & plantationum, & cęterarum rerum incrementis, sed hoc non est ponendum propter hoc, quod secundum suam naturam vnus angelus magis se habeat ad pręsidendum animalib. quā plantis, quia quilibet angelus, etiam minimus; habet altiorem uirtutem, & vniuersaliorem, quam aliquod gen* corporalium, sed est ex ordine diuinę sapientiæ, quæ diuersis reb. diuersos rectores præposuit. Nec tamen propter hoc sequitur, quod sint plures ordines angelorum, quam nouem, quia sicut supra dictum est, ordines distinguuntur secundum generalia officia. Vnde sicut sm Grę. * ad ordinem potestatum pertinent omnes angeli qui habent proprie præsidentiam super dæmones, ita ad ordinem virtutum pertinere uidētur omnes angeli qui habent præsidentiā super res pure corporeas, horum enim ministerio interdum etiam miracula fiunt.

(Marginal notes: li. 83. q. 79 in prin. to. 4. — Dam. li. 2. c. 4. i prin. — Orige. in Nu. Hom. 13. — Homi. 34. in euang.)

APPENDIX.

EX articulo habes primo, quomodo per rationem ostendas, Sanctos Doctores, de quib. in fine corporis, merito sensisse, quod creatura corporalis administratur per angelos. Licet autem his verbis formaliter vsi non sint semp, tamen sententialiter sic & quidem scripturam sacram interpretantes, dixerunt. Quid SS. Augusti. & Greg. de hoc dixerint, uide in argumēto, sed contra. Quid alii per te inuenies. Nam, ut aliàs diximus, sufficit pro intento occurrēte firmare uias nostras, uel scripturis sacris, uel sanctis Conciliis, ad obstruendum os loquentium iniqua. Secundo consequenter habes, q̄ non est tutum sentire contra huius articuli decisionem. Nam Sanctis Patribus dissentire, a conciliis prohibitū est. A Lateranensi quidem sub Leone X. Sess. 11. sic. Mandamus omnib* qui hoc onus sustinent, quique in futurum sustinebunt, de prædicatorib. loquitur, ut Euāgelicam ueritatem & sanctam

(Marginal notes: Vti. pro S. Eccl. — Vide li. 12. Metap. te. 6. to. 3.)

sanctam scripturam iuxta declarationem & interpretationem doctorum, quos Ecclesia uel usus diuturnus approbauit, legendosque hactenus recepit, & in posterum recipiet, prædicent & explanent, nec quicquam eius proprio sensu contrarium, uel dissonum, adiiciant, sed illis semper insistant, quæ ab ipsius sacræ scripturæ uerbis ritè ac sanè & præfatorum doctorum interpretationibus intellectis non discordant. Hæc ibi. Itē a Papa Martino primo, in epistola synodica, sic. State ergo uos dilectissimi super uias & uidete & interrogate de semitis Domini antiquis, & uidete quæ est uia bona SS. Patrum, & ambulate in ea, & inuenietis requiem animabus uestris. Hæc ibi. Item a Cyrillo in defensione dogmatum catholicorum, potest dici a Concilio Ephesino primo, cum talis defensio & inserta sit ibi, & a Concilio ipso approbetur, sic. Omnes, quibus integrum cor est, SS. Patrum sententias sequi non detrectant. Quia & ipsi Apostolica & Euāgelica traditione suam mentem impleuerint, & ex sacris scripturis sermonem in fide rectum ac inculpatum prænunciarint, mūdi fuere luminaria sermonem uitæ continentia. Hæc ibi. Item a Consilio Constantinop. 6. can. 19. non transgredientes iam positos terminos, uel diuinorum patrum traditionem. Sed &, si ad scripturam pertinens controuersia aliqua excitata fuerit, ne eā aliter interpretentur, quam quomodo Ecclesiæ luminaria & doctores suis scriptis exposuerunt. Et maiorem ex his laudem assequentur, quam si quæ a se dicunt componant, ne, dum quandoque ad id hæsitant, ab eo, quod conuenit, excidant. Hęc ibi. Itē a Conc. Eph. 1. adducente Cyrillum, confession. 5. sic. Sequemur autem ubique SS. Patrum confessiones & dogmata, recte & indeclinabiliter discutiendo, quæ ab eis dicta sunt. Hæc ibi. Per quæ uerba proponit nobis exemplar, quod semper consequamur. Itē ab ipsomet cōc. cōfessi. 6. loquente in persona propria sic. Erit uero hoc, & ualde recte, si SS. patrum legentes libros magni eos æstimare festinemus, & probantes nosmetipsos, si sumus in fide, secundum quod scriptum est, illorum rectis & irreprehensibilibus institutis intellectus nostros optime coniungamus. Item a Concilio Triden. sess. 4. Decr. 2. canon. 2. Præterea ad coercenda petulantia ingenia &c. ut alibi q. 1. ar. 1. appen. ad ductum est. Cæterum quanti nobis facienda sit authoritas SS. patrum, patet exemplo canonum Concilii Lateranensis sub prædicto Papa Martino, Canones enim duodecim sic ibi incipiunt. Si quis secundum sanctos patres non confitetur &c. condemnatus sit. Tertio uides, quomodo ex his uicissim Angelica consolidetur doctrina, & declaretur.

Comm. Cardinalis Caietani.

Titulus clarus.

¶ In corpore una conclusio responsiua quæsito affirmatiue. Omnia corporalia reguntur per angelos. Probatur dupliciter. Primo ratione. Omnis potestas particularis regitur per uniuersalem, potestas corporea est particularis, angelica uniuersalis, ergo corporea regitur per angelicam. Maior probatur inductiue in humanis, & in angelicis. Minor probatur, quia corporea uis est hic ad materiam &c. angelica autem absoluta, & intellectualis. Secundo, authoritate sanctorum & philosophorum.

¶ In responsione ad secundum & tertium aduerte, quod angelos habere immediatam præsidentiam super corpora inferiora, contingere potest. Vno modo, ut angeli sint distributi secūdū numerum specierum ad explenda naturalia opera, & hoc fuit Platonicum, & reprobatur. Secundo modo, ut angeli sint distributi iuxta specierum quidem numerum, sed non ad opera naturalia, sed propter diuina mysteria super naturalia explenda. Et hoc cum magna reuerentia, & dexteritate interpretatur ponendum D. Tho. in litera, si sanctos doctores nominatos ibi sequi uolumus. Tertio modo ut non iuxta numerum specierum præsint, sed unus præsit omnibus inferioribus ad naturalia opera, & hoc fuit Auic. & reprobatur hic, & in art. sequenti, & alibi. Quarto modo, ut aliqui angeli sint deputati præsidentiæ corporalium non iuxta numerum specierum, sed potius secundum numerum modorum, quibus res corporeæ diuinæ subsunt regulę in ordine ad prædestinationis finem, & hæc uia iudicio meo est secundum propriam mentem S. Tho. ut colligere possum & hinc, & ex aliis locis. Vnde in responsione ad secundum assertiue ponit pluraliter angelos oportere pręsidere his corporib. pp mysteria diuina explenda, numerū āc numerum specierum recitatiue tm̄ & ad bonum motiuum reducendo, & sustentabilem ostendendo affert, & nunquam asserit ut patet ex modo loquendi. Hoc, inquit, non est ponendum propter hoc &c. Vbi se directorem magis, quam assertorem illius opinionis euidenter ostendit.

ARTICVLVS II.

Vtrum materia corporalis obediat angelis ad nutum.

542 — 12. ar. 80. 3. 2. cor. & 3. cont. c. 103. & po. q. 6. ar. 3. & ma. q. 16. ar. 9. & 10. & quol. 9. art. 10.

AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur, quod materia corporalis obediat angelis ad nutum. Maior est enim uirtus angeli, quā uirtus animæ, sed conceptioni animæ maxime obedit materia corporalis. Immutatur enim corpus hominis ex conceptione animæ ad calorem, & frigus, & quandoque usque ad sanitatem, & ægritudinem. Ergo multo magis secundum conceptionem angeli, materia corporalis transmutatur.

¶ 2 Præt. Quicquid potest uirtus inferior, potest uirtus superior, sed uirtus angeli est superior, quam materia corporalis, corpus autem sua uirtute potest transmutare materiam corporalem ad formam aliquam, sicut patet cum ignis generat ignem. Ergo multo fortius uirtute sua angeli possūt materiam corporalem transmutare ad aliquam formam.

¶ 3 Prçt. Tota natura corporalis administratur per angelos, ut dictum est, * & sic uidetur, quod corpora se habent ad angelos, sicut instrumenta. nam ratio instrumenti est, quod sit mouens motum, sed in effectibus aliquid inuenitur ex uirtute principalium agentium, quod non potest esse per uirtutem instrumenti, & hoc est id quod est principalius in effectu. Sicut digestio nutrimenti est per uirtutem caloris naturalis, qui est instrumentum animæ nutritiuæ, sed quod generetur caro uiua, est ex uirtute animæ, similiter quod secetur lignum, pertinet ad serram, sed quod perueniatur ad formam lecti, est ex uirtute artificis. Ergo forma substantialis, quæ est principalius in effectibus corporalibus, est ex uirtute angelorum, materia ergo obedit ad sui informationem angelis.

Art. præc.

SED CONTRA est, quod Augu. dicit * 3. de Tri. Non est putandum istis transgressoribus angelis ad nutum seruire hanc uisibilium rerum materiam, sed soli Deo.

Li. 3. c. 8. princ. to. 3.

RESP. Dicendum, quod Platonici [d] posuerunt formas, quæ sunt in materia, causari ex immaterialibus formis, quia formas materiales ponebant esse participationes quasdam immaterialium formarum. Et hos quantum ad aliquid secutus est. Auic. qui posuit omnes formas, quæ sunt in materia, procedere a conceptione intelligentiæ, & quod agentia corporalia sunt solum disponentia ad formas. Qui in hoc uidentur fuisse decepti, quia existimauerunt formam quasi aliquid per se factum, ut sic ab aliquo formali principio procederet. Sed sicut Phil. probat in * 7. Met. hoc, quod proprie fit, est cō positum. Hoc enim proprie est quasi subsistens, forma autem nō

Li. 7. Met. tex. 26. 27. & 38. to. 3.

Ferr. 3. con. c. 103.
Aeg. 2. s. d. 7 q. 3. a. 1.
D. Bona. d. 8. par. 1. art. 2. q. 1.
Riccar. d. 7 q. 7.
Th. arg. d. 8. q. 1. ar. 1.

SVPER Q. C X. ART. II.

CONCL. Omnis informatio materiæ est, uel a Deo immediate, uel ab agente corporali, non autem immediate ab angelo.

D. 642.

¶ PROB. Quia informatio materiæ est ab eo, quod similitudinem habet cum composito, cum agens agat sibi simile, ac solum compositū sit, id quod proprie fit, & agens corruptibile habet similitudinem cum composito, cum etiam ipsum sit compositum, ac Deus, cum totum compositum, tum quoad materiam, tum quoad formam sit in uirtute Dei, Secunda uero pars scilicet, non autem &c. probatur. Quia informatio materiæ est ab eo quod hēt similitudinem cum

cum composito. Et angelus non habet similitudinē neque actualem (ut agens corruptibile) neque uirtualem (ut Deus) cum composito materiali.

1m de maiori. Maior est. ℞. Cæteris paribus, non, si cætera sint disparia. §. Tunc &c. Nam cætera sunt disparia, quoniam uirtus illa animæ refertur ad corpus, cui anima ut forma unitur, uirtus autem Angeli non refertur ad corpora, quibus Angelus ut forma vniatur.

2m de maiori. Potest. ℞. excellentiori modo, non, eodem. §. Tūc &c. Nam uirtutem superiorem, de qua est nodus argumenti in ly potest, posse aliquo modo facere, quod facit inferior, non negamus, sed negamus illam posse hoc facere secundum modū conuenientem potentię inferiori. Sic enim singula singulis correspondēt dum superior modo superiori agit, quod agit, inferior autem modo inferiori.

3m illatio conclusionis primæ. Ergo forma substantialis, quæ &c. ℞. Negatur illatio. §. Nihil enim prohibet, ex uirtute Angelorum &c. ut in tex. Ex quo nota, quod aliud est, facere aliquos effectus in rebus naturalibus supra uirtutem agentium naturalium, & aliud est, materiam illis facientibus obedire ad nutum, ut patet exemplo coci. Argumentum ergo fallitur etiam in hoc, quia accipit ista duo pro uno & eodem. Probat enim quod angelus possit facere aliquos effectus in materia corporali, quos ipsa materia non potest, & per hoc imaginatur, se probasse, quod materia corporalis angelo obediat ad nutum. Responsio autem textualis si ad hoc formaliter applicetur, concedit primum, tanquam uerum, & negat secundum, tanquam falsum. Materiam enim corporalem obedire angelis ad nutum, non est ipsos facere posse aliquem effectum in materia illa supra uirtutem materiæ, ut putat argumentator, sed est, Angelos posse immediate reducere materiam corporalem in actum formæ substantialis. Procedit igitur argumentum ex ignorantia terminorum tituli.

dicitur ens quasi ipsa sit, sed sicut aliquid est, & sic per consequens nec forma proprie fit. Eius enim est fieri, cuius est esse, cum fieri nihil aliud sit, quam uia in esse. Manifestum est autem ꝙ factum est simile facienti, quia omne agēs agit sibi simile. Et ideo id quod facit res naturales, habet similitudinem cum composito, uel quia est compositum, sicut ignis generat ignem, uel quia totum compositum & quantum ad materiam, & quantum ad formam est in uirtute ipsius, quod est propriū Dei. Si igitur omnis informatio materiæ uel est a Deo immediate, uel ab aliquo agente corporali, non autem immediate ab angelo.

Ad primum ergo dicendum, quod anima nostra unitur corpori ut forma. Et sic non est mirum, si formaliter transmutatur ex conceptione ipsius præsertim cū motus sensitiui appetitus, qui fit cum quadam transmutatione corporali, subdatur imperio rationis, angelus autem non sic se habet ad corpora naturalia. unde ratio non sequitur.

Ad secundum dicendum, quod id quod potest uirtus inferior, potest superior, non eodem, sed excellentiori modo, sicut intellectus cognoscit sensibilia excellētiori modo quam sensus. Et sic angelus excellentiori modo transmutat materiam corporalem, quā agentia corporalia. s. mouendo ipsa agentia corporalia tanquam causa superior.

Ad tertium dicendum, ꝙ nihil prohibet ex uirtute angelorum aliquos effectus sequi in reb. naturalibus ad quæ agentia corporalia non sufficerent, sed hoc non est angelo obedire materiam ad nutum (sicut nec cocis obedit materia ad nutum, quia aliquem modum decoctionis operantur p ignem secundū aliquam artis moderationē, q̄ ignis p se nō faceret,) cū reducere materiā in actū formę substātialis, non excedat uirtutem corporalis agentis, quia simile natum est sibi simile facere.

A P P E N D I X.

Vti. pro S. Eccl.

Ex articulo habes primo, quomodo per rationem interimas hæresim quorundam innominatorum credentium, quod aliquæ mulieres uirtute dæmonum mutentur realiter in gattas, aues, canes, lepores, viperas, uel in aliquid huiusmodi, aut ꝙ aliqua alia persona uel creatura uirtute angelorum, immo cuiuscumque, præter Deum, possit mutari in aliam substantiam. Secundo habes, quomodo per rationem ostendas hanc merito fuisse damnatam a concilio acquirensi ut recitatur in decretis 26. q. 5. Episcopi. Ibi enim dicitur. Omnibus itaq; publice annunciandum est, quod qui talia credit, & his similia, fidem perdit. Et qui rectam fidem non habet, hic nō est eius, sed illius in quē credit. i. diaboli, nam de Domino nostro scriptū est, omnia per ipsum facta sunt &c. Quisquis ergo credit, posse fieri aliquam creaturam uel in melius, uel in deterius immutari uel transformari in aliam speciē uel in aliam similitudinem, nisi ab ipso creatore, quia omnia fecit & per quem omnia facta sunt, procul dubio infidelis est, & pagano deterior. Hæc ibi. Item merito damnatam a D. Augustino. in libr. de ciuit. Dei. In gentilium libris legitur, quod quædā maga Circe, socios Vlissis mutauerit in bestias. Legitur etiam de sacrificio, quod Arcades Deo suo Lico imolabāt, ex quo quicunque sumerent, in bestiarum formas conuerterentur. Sed hæc omnia magicis præstigiis potius fingebantur, quam rerum ueritate complerentur. Vt ergo ipsi errores ignorantibus manifesti fiant &cæt. Hæc ibi. Quæ uideas tu cum toto capitulo incipiente. Nec mirum. Recitatur & hoc in decretis 26. quæst. 5. Tertio habes, quomodo per rationem ostendas, philosophum merito sensisse uirtualiter, quod materia corporalis non obedit ad nutum Angelis. Sic autem hoc sensit tūc, quando octauo metaphy. text. 8. & libro septimo text. 26. 27. 32. dixit, quod formæ substantiales corporales causantur a composito simili in specie per eductionem de potentia materiæ. Per hoc enim innuit philosophus, quod angeli, qui neque compositi sunt illa compositione de qua ibi, neque his materialibus sunt similes in specie, non possunt reducere materiam in actum formæ substantialis, quod est materiam non obedire angelis ad nutum. Vid etiam quæstione 114. articulo quarto ad secundum. Quarto habes, quomodo per rationem concilium & philosophū, ꝓ quanto materiam corporalem innuunt non obedire angelis ad nutū, & intelligas, & declares, & probes. Quinto uides, quomodo ex his uicissim Angelicus articulus ille consolidetur, & declaretur.

Comm. Cardinalis Caietani.

Titulus clarus.

¶ In corpore duo. Primo opinio ad partem affirmatiuam. Secundo simul destruitur pars affirmatiua, & construitur negatiua, & sic respondetur quæsito negatiue.

¶ Quo ad primum referuntur opiniones Plat & Auic. quod materia corporalis obedit substantiis immaterialibus ad mutationem formalem.

¶ Quo ad secundum ponitur conclusio negatiua. Quod materia corporalis non obedit angelis immediate ad transmutationem formalem.

¶ Et probatur ex duabus propositionibus scilicet. Compositum ex materia & forma tantum fit, & Omne quod fit, fit a sibi simili. Ex his enim sequitur, quod transmutatio formalis est a solo composito, aut ex eminentius continente in seipsum compositum. s. materiam & formam, quod est solus Deus ut superius deducta sunt omnia.

Aegid. 2. s. d. 7. q. 3. ar. 2.
Tho. arg. d. 8. q 1. a. 1.
Capr. 2. d 7. q. 2.

SVPER Q. CX. ART. III.

543 Locis su. 2. notatis.

CONCL. Natura corporalis nata est moueri immediate a natura spirituali secundum locum.

¶ Prob. Quia natura corporalis in sui supremo attingitur a natura superiori. i. spirituali

ARTICVLVS III.

Vtrum corpora obediant angelis ad motum localem.

Ad tertium sic proceditur. Videtur, quod corpora non obediant, angelis ad motum localem. Motus enim localis corporum naturaliū sequitur formas eorum, sed angeli non causant formas corporum naturaliū ut dictum est. Ergo neque pos-

ar. præc. & q. 65. ar. 4.

ll (patet ex ordine diuinæ sapientiæ per Dyon.) & inter motus corporeos supremus est motus localis (patet ex ratione philosophi.)

1^m de maiori. Motus localis. R. Aliquis, non, omnis, §. Tunc &c. Nam in corporibus sunt alii motus præter illos, de quibus loquitur maior propositio, & ratione istorum dicit conclusio, quod corporalis natura obedit angelis, quo ad motum localem.

Pro intellectu conclusionis. li. 8. phy. a te. 54. usq; ad 60. t. 2.

2^m de minori. Causare. R. immediate, non mediante motu locali. §. Tunc &c. Immo ex hoc, quod motus localis est primus motuum, sequitur, quod angeli, cum moueant corpora localiter, possint per eum motum causare alios motus adhibendo scilicet agentia corporalia ad &c. ut in litera.

Quo possint transmutare materiam angeli.

Libr. 3. de Tri. c. 8. & 9. to. 4.

3^m conclusio. Ergo non obediunt angelis ad motum localem. R. Si Angeli haberent uirtutem ita contractam, sicut est uirtus animæ, non aliter. §. Tunc nihil, &c. Nam angeli habent uirtutem minus contractam, quam anima nostra. Ob hoc sequitur, quod possunt causare & immediate in corporibus non sibi naturaliter coniunctis motum localem, & mediante illo motu alios etiam, puta transmutare materiam, ut in ad secundum. Ex quo patet, quod non sine magna consideratione in secundi articuli conclusione appositum fuit ly immediate, quando dixit, quod informatio materiæ non potest esse immediate ab angelo.

Li. 8. Phy. te. 57. t. 2.

sunt causare in eis motum localem.

¶ 2 Præt. In † 8. Physi. probatur, quod motus localis est primus motuum, sed angeli non possunt causare alios motus, transmutando materiam formaliter. Ergo neque et possunt causare motum localem.

¶ 3 Præt. Membra corporalia obediunt conceptioni animæ ad motum localem, inquantum habent in seipsis, aliquod principium uitę, in corporibus autem naturalibus non est aliquod principium uitæ. Ergo non obediunt angelis ad motum localem.

SED CONTRA est, quod Aug. dicit * 3. de Trin. quod angeli adhibent semina corporalia ad aliquos effectus producendos, sed hoc non possunt facere, nisi localiter mouendo. Ergo corpora obediunt eis ad motum localem.

RESPON. Dicendum, quod sicut Dion. dicit 7. c. de di. no. Diuina sapientia coniungit fines primorum principiis secundorum. Ex quo patet, quod natura inferior in sui supremo attingitur a natura superiori, natura autem corporalis est infra naturam spiritualem. Inter omnes autem motus corporeos perfectior est motus localis, ut probatur in * 8. Physic. Cuius ratio est, quia mobile secundum locum non est in potentia ad aliquid extrinsecum inquantum huiusmodi, sed solum ad aliquid extrinsecum, s. ad locum, & ideo natura corporalis nata est moueri immediate a natura spirituali secundum locum. Vnde & Philosophi posuerunt suprema corpora moueri localiter a spiritualibus substantiis unde uidemus quod anima mouet corpus primo & principaliter localiter moto.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod in corporibus sunt alii motus locales, præter eos qui consequuntur formas. Sicut fluxus & refluxus maris non consequitur formam substantialem aquæ, sed uirtutem. Lunę. Et multo magis aliqui motus locales consequi possunt uirtutem spiritualium substantiarum.

AD SECVNDVM dicendum, quod angeli causando motum localem tanquam priorem, per eum causare possunt alios motus, adhibendo, s. agentia corporalia ad huiusmodi effectus producendos, sicut faber adhibet ignem ad emollitionem ferri.

AD TERTIVM dicendum, quod angeli habent uirtutem minus contractam, quam animæ: Vnde uirtus motiua animæ contrahitur ad corpus unitum, quod per eam uiuificatur, quo mediante, alia potest mouere, sed uirtus angeli non est contracta ad aliquod corpus, unde potest corpora non coniuncta localiter mouere.

ad 60. statuisset motum localem esse primum omnium motuum, sanxisse angelos, quos ipse motorem primum, quandoque uero substantias separatas appellat, mouere localiter circulo corpus cęleste. Secundo habes, quomodo per rationem in ad secundum tactam intelligere possis, quod Magi Pharaonis Exod. 7. 8. uirtute dæmonum ueros dracones, sanguinem, ranasque produxerunt, & tamen uera miracula non fecerunt. Mediante siquidem motu locali hominibus fere tunc imperceptibili potuerunt semina adhibendo dæmones coniungere actiua passiuis, ut Augustini opinio est, & sic absque miraculo illa hominibus uere mira patrare. Forsan & Antichristus, de quo dicitur, quod ueniet in signis mendacibus 2. Thessal. 2. uirtute dęmoniaca farinæ huius miracula faciet idest uere quidem mira, sed tamen falsa miracula. Mitto aliam opinionem de Magis Pharaonis Antichristo & similibus, quę est, quod illa facta sunt præstigia quædam ita quod nec uere mira, immo nec uere facta erant, neque erunt; sed solum hominibus sic apparentia, quoniam neque hic, neque alibi in summa illa expositorem scripturarum agere propositum mihi est, sed tantum relatorem & hoc pro quanto ex articulis occurrentib. patrocinium in aliquo uero sensu recipere cognoscuntur. Tertio habes, quomodo per rationem philosophi atque scripturæ præmissa loca, inquantum angelis corpora obedire dicunt quo ad motum localem: & intelligas, & declares, & probes. Quarto uides, quomodo ex his uicissim Angelica hac doctrina declaretur, atque confirmetur.

2 D. 628. 3 4

¶ NOTAT. Articulo huic seruit articulus in ordine 542. 564 517.

APPENDIX.

Vti. pro S. Eccl.

EX articulo habes primo, quomodo per rationem ostendas, merito philosophum in octauo physicorum, cum a tex. 54. usq; ad

---

Comm. Cardinalis Caietani.

TItulus clarus.

¶ In corpore una conclusio responsiua quæsito affirmatiue. Natura corporalis nata est moueri immediate a natura spirituali secundum locum. Probatur tripliciter. Primo ratione. Diuina sapientia coniungit fines primorum principiis secundorum. ergo natura inferior in sui supremo attingitur a natura superiori. ergo natura corporalis in supremo attingitur a spirituali. ergo secundum motum motum localem. Antecedens est Dion. Prima consequentia est euidens. Secunda probatur, quia natura corporalis est infra spiritualem. Tertia uero probatur, quia motus localis est perfectissimus omnium motuum, quod probatur, quia mobile localiter, ut sic, non est in potentia ad aliquid intrinsecum, sed extrinsecum tantum. Secundo, probatur authoritate Philosophorum. Tertio experientia qua corpus uidemus moueri ab anima, principaliter secundum locum.

¶ Circa hæc esset discutiendum, quomodo & unde motus localis est perfectissimus omnium motuum, sed quoniam hoc spectat ad octauum Phy. ideo uide ibi, & in q. extrauagante.

Ferr. 3. cont. c. 102. 103. D. Bona. 2. s. d. 26. q. 5. art. 1. Scot. 2. s. d. 26. q. 1. Ricar. 2. s. d. 26. q. 4. Duran. 2. s. d. 26. q. 2.

544 2. 2. q. 178. art. 4. & 3. con. c. 102. & 104. & po. q. 6. ar. 3. & 4. & ma. q. 16.

SVPER Q. CX. ART. IIII.

CONCL. Solus Deus miracula facere potest.

PROB. Quia solus Deus potest facere præter ordinem totius naturę creatæ (cum ipse sit supra naturam totam creatam, ac quicquid facit quæcunque creatura propria uirtute, fiat secundum ordinem naturæ

ARTICVLVS IIII.

Vtrum angeli possint facere miracula.

AD QVARTVM sic proceditur. Videtur, quod angeli possunt facere miracula. Dicit enim Greg. * Virtutes uocantur illi spiritus, per quos signa, & mirabilia frequentius fiunt.

¶ 2 Pręt. Aug. dicit in li. † 83. qq. quod Magi faciunt miracula per priuatos contractus, boni Christiani per publicam iustitiam, mali Christiani per signa publicæ iustitię, sed Magi faciunt miracula per hoc, quod exaudiuntur a dęmonibus, ut ipse alibi in eo. lib. * dicit. Ergo dæmo-

ar 9. & op. 3. c. 138. & opus. 11. a. 5. usque ad 19. Ho. 24. in euang. q. 79. q. 79.

naturæ creatæ,) & aliquid est miraculum ex hoc, quod fit præter ordinem totius naturæ creatæ (alioquin proiectio lapidis, ac huiusmodi esset miraculum.)

1m ex Gregorio. Per quos. R. Tanquam ministros, non tanquam principales agentes. §. Tunc &c. Nam conclusio loquitur de agente principali, i. agente per propriam uirtutem, non alterius. Quomodo autem sancti angeli dupliciter in hoc mynisterio miraculorum concurrant, declaratur in litera, ubi per ly desiderium, intellige preces quascunque. Nam desiderium pro oratione est apud Deum iuxta illud Exo. 14. Quid clamas ad me? & Psal. 9. desiderium pauperū exaudiuit Dominus.

2m ex August. Miracula. R. Secūdum quid, i. quoad nos, non simpliciter. §. Tūc &c. Nam conclusio intelligitur de miraculis simpliciter, i. ueris, ut per probationem patet, nō de his, quæ nomine solo miracula sunt, re autem uera miraculi tantum similitudinem habent. Talia sunt illa facta maleficiorum, de quibus Augustinus in argumento. Non enim habent, immo nec habere possunt, diffinitionem miraculi ea, quæ fiunt uirtute dęmonū, quæcunque sint illa, sed tantum similitudinem diffinitionis, inquantum non sunt prę ter ordinem totius naturæ creatæ, cum & uirtus dæmonum sit creata, sed sunt prężter ordinem totius naturę creatæ notæ nobis, uel omnibus, uel aliquib. Miracula tamen facta per sanctos Christianos, uel malos, ad inuocationem &c. ut dicitur in litera, dicas esse uera, sed non in uirtute propria illorum, ut in ad primum.

nes miracula possunt facere. Ergo multo magis angeli boni.

¶ 3 Præt. Aug. in eo. lib. q. 79. dicit quod omnia, quæ uisibiliter fiunt, etiam per inferiores potestates aeris huius non absurde fieri posse creduntur, sed qñ effectus aliquis naturalium causarum producitur absque ordine naturalis causæ, hoc dicimus esse miraculum, puta, cum aliquis sanatur a febre, non per operationem naturę. Ergo angeli, & dę mones possunt facere miracula.

¶ 4 Præt. Virtus superior non subditur ordini inferioris causæ, sed natura corporalis est inferior angelo. Ergo angelus potest operari præter ordinem corporalium agentiū, quod est miracula facere.

SED CONTRA est, quod de Deo dicitur in Psal. Qui facit mirabilia magna solus.

RESPON. Dicendum, quod miraculum proprie dicitur, cum aliquid fit præter ordinem naturæ, sed non sufficit ad rationem miraculi, si aliquid fiat præter ordinem naturę alicuius particularis, quia sic cum aliquis proiicit lapidem sursum, miraculum faceret, cum hoc fit præter ordinem naturæ lapidis. Ex hoc ergo aliquid dicitur esse miraculum, quod fit præter ordinem totius naturæ creatæ, hoc autem nō potest facere nisi Deus, quia quicquid facit angelus, uel quęcunque alia creatura propria uirtute, hoc fit secundum ordinem naturæ creatę, & sic non est miraculum. Vnde relinquitur, quod solus Deus miracula facere possit.

AD PRIMVM ergo dicendū, quod angeli aliqui dicuntur miracula facere, uel quia ad eorum desiderium Deus miracula facit, sicut & sancti homines dicuntur miracula facere: vel quia aliquod ministerium exhibent in miraculis, quę fiunt, sicut colligendo pulueres in resurrectione communi, vel huiusmodi aliquid agendo.

AD SECVNDVM dicendum, quod miracula, simpliciter loquendo, dicuntur, ut dictum est, * cum aliqua fiunt præter ordinem totius naturę creatæ. Sed non oīs virtus naturæ creatæ est nota nobis: ideo cum aliquid fit præter ordinem naturæ creatæ nobis notæ per virtutem creatā nobis ignotam, est miraculum quo ad nos. Sic igitur cum dœmones aliquid faciunt sua virtute naturali, miracula dicuntur non simpliciter: sed quo ad nos. Et hoc modo Magi per dœmones miracula faciunt, & dicuntur fieri per priuatos contractus: quia quęlibet virtus creaturæ in uniuerso se habet, ut uirtus alicuius priuatæ personæ in ciuitate. Vnde cum Magus aliquid facit per pactum initum cum dœmone, hoc fit quasi per quendam priuatum contractum: sed iustitia diuina est in toto vniuerso, sicut lex publica in ciuitate. Et ideo boni Christiani inquantum per iustitiam diuinam miracula faciunt, dicuntur facere miracula per publicam iustitiam, mali autem Christiani, per signa publicæ iustitiæ, sicut inuocando nomen Christi, vel exhibendo aliqua sacramenta.

AD TERTIVM dicendum, quod spirituales potestates possunt facere ea, quæ visibiliter fiunt in hoc mūdo, adhibendo corporalia semina per motum localem.

AD QVARTVM dicendū, quod licet angeli possint aliquid facere præter ordinem naturæ corporalis, non tamen possunt aliquid facere pręter ordinem totius creaturæ, quod exigitur ad rationem miraculi, vt dictum est. *

3m ex August. Fieri R. Adhibendo semina corporalia, nō præter ordinem naturæ creatæ totius. §. Tunc &c. ut patet. Vide supr. ar. 3. ad secundum &c.

4m de conclusione. Miracula. R. secundum quid, nō simpliciter. §. Tunc &c. Nam facere miraculum, est simpliciter facere præter ordinem totius naturæ creatæ, non naturę tantum particularis, puta corporalis. Vide ad 2m. & ar. 2. ad 3m.

A P P E N D I X.

Vti. pro S. Eccl. EX articulo habes primo, quomodo per rationem ostendas, inre dictum fuisse a Psal. 71. Qui facit mirabilia solus. Hoc est. Deus potest facere simpliciter mirabilia seu miracula, & nullus alius a Deo mirabilia hæc facere potest. Secundo habes, quomodo per rationem, & hanc, & similes scripturas intelligere, declarare, ualeas, & concordare cum illo Ioan. 14. Qui credit, opera quæ ego facio & ipse faciet, & maiora horum faciet. Pro concordia nā que dices, quod conclusio cum psalmo intelligunt de facere in uirtute propria, & Euāgelium de facere i uirtute aliqua aliena. Vñ in euāg. subiūgit Christus ly quia ad patrē uado. Quasi dicat. Rō quia uos facietis miracula, est mea pro uobis apud patrem sm humanitatem oratio, ad quem uado, ut uultui eius assistam ad interpellandum pro uobis Heb 7. & 9. Authoritate igit mea secundū diuinitatem qua ego cum patre exaudio meipsum secundum humanitatē facietis illa opera miraculosa uos, qui sine me nihil potestis facere Io. 15. Vñ & in li. 8. constitutionum apostolicarū a Papa Clemente primo editarum, hæc reponuntur in primo tomo Conciliorum, c. 1. dī sic. Quare nemo se efferat supra fratrem, quamuis propheta fuerit & miraculorum effector, nam si cui semel concessum est, ut non amplius numeretur inter infideles superflua est ei reliqua omnis miraculorum facultas, nā ut qq. s fit, ab amore proficiscitur, ut miracula efficiat, ab authoris potestate, quorum primū nosipsos respicit, alterū operantem Deum ob eas causas quas antea diximus. Hæc ibi. Ne autem erres in sensu uerborum illorum, s. superflua est ei reliqua omnis miraculorum facultas, supertius in eodem capitulo dicta attende, & sm ea sensum tuum in bonum dirige Signa (inquit) non nobis fidelib. dantur, sed iis qui de Græcorum & Iudæorum gente infideles sunt. Nulla enim nobis utilitas accedit. cum dęmones expelluntur, sed iis, qui ope Domini purgātur, quemadmodum quodam in loco ipse dominus erudiens nos ostendit dicens, Nolite gaudere, quod spiritus uobis obediunt, sed gaudete, quod nomina uestra scripta sunt in cęlo qm illud eius uirtute fit, hoc nostra beneuolentia & studio, accedente ipsius auxilio. Non est ergo necessarium, ut omnes fideles dęmonia eiiciant, uel mortuos excitent, uel linguis loquantur, sed is tm, cui charisma pp aliquam utilitatem concessum est, uidelicet ad salutem infidelium, cum sæpenumero conuincantur non sermonum demonstratione sed prodigiorum effectione, cum salute digni fuerint. Hæc ibi. Tertio uides quomodo ex his uicissim Angelicus consolidetur articulus, atque declaretur.

In cor. art.

In cor. art.

Comm. Cardinalis Caietani.

TItulus clarus.

¶ In corpore est una cōclusio responsiua quæsito negatiue Angeli non pñt uirtute propria miracula facere. Probatur. Miraculum est pter ordinē naturæ creatę nō alicuius sed oīs. Quicqd fit a quacūq; creatura uirtute ppria, fit pter ordinē totius naturæ creatæ. ergo nullū factū a creatura ē miraculū. Maior probat quo ad scdam partē, qa alias proiectio lapidis sursū esset miraculū Minor uero, qa fit uirtute propria, fit sm ordinem illius uirtutis.

Ferr.

Ver. 3. cont. c. 81.
Capr. 1. d. 8. q. 1. con. 2.

SVP. Q. CXI.

ART. 1.

CONCL. 1ª. Homines per angelos illuminantur.

PROB. Quia ordo diuinę prouidentiæ habet, quod actionibus superiorum inferiora subduntur, patet a fortiori, cum angeli inferiores illuminentur a superioribus.

¶CONCL. 2ª. Illuminatio, qua homo illuminatur ab angelo, attenditur secundum duo.

¶PROB. Quia illuminatio huiusmodi attenditur secundum hoc, quod intellectus humanus fortificatur per actionem intellectus angelici, id quod inter angelos superiores ac inferiores, est simile, & secundum hoc quod angeli proponunt hominibus manifestandā ueritatem sub similitudinibus sensibilium, id quod est dissimile inter ipsos angelos propter diuersum modū intelligendi hominum atque angelorum.

545 22. q. 112. ar. 1. ad 1. & 2. d. 18. q. 2. a. 2. ad 3. 4. & 5. & 3. con. c. 81 prin. & uc. q. 11 a. 1. & quol. 9. q. 4. a. 5. cor. c. 2. p. 1. & 2.

1ᵐ de maiori.

Per fidem ℞. & ut dicit habitū intellectus, & ut dicit credibilia. §. Tunc &c. Nam licet quo ad habitum, non fit ab angelo, fides tamen ipsa quoad credibilia, est ab illo. Immo sic magis est ab angelo quam ab hominibus eam prædicantibus, ut habes in textu.

gloss. interlineatis ad iūcta & ordinaria.

Item de maiori.

Illuminatur. ℞. De agendis non tantum, de credēdis. §. Tunc &c. Posito enim quod homines ab angelis non illuminarentur de fide nec etiam quo ad credibilia, adhuc illuminari possent ab eisdem de moralib. agendis. Vide secundū literæ responsum ly & tamen homines &c.

2ᵐ de minor.

Ratio naturalis, creatura. ℞. ut sic, non aūt, ut confortatæ ab aliqua superiori creatura, puta ab angelo. §. Tunc nihil &c. Licet enim immediate Deus producat rationem naturalem, & creaturam, tamen postea confortat mediante Angelo, & ra-

*q. 108. ar. 2.
†q. 106. ar. 2.

QVAESTIO CXI.

De actione Angelorum in homines, in quatuor articulos diuisa.

DEINDE considerandum est de actione angelorum in homines. Et primo, quæritur, utrum possint eos immutare sua uirtute naturali. Secundo, quomodo mittantur a Deo ad ministerium hominum. Tertio, quomodo custodiunt homines.

CIRCA primum quærun tur quatuor.

¶ Primò, Vtrum angelus possit illuminare intellectum hominis.

¶ Secundò, Vtrum possit immutare affectum eius.

¶ Tertiò, Vtrum possit immutare imaginationem eius.

¶ Quartò, Vtrum possit immutare sensum eius.

ARTICVLVS I.

Vtrum angelus possit illuminare hominem.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur, quod angelus non possit illuminare hominē. Homo enim illuminantur per fidē. Vnde Dyon.* in ecclesiastica Hier. illuminationem attribuit baptismo qui est fidei sacramentum, sed fides immediate est a Deo, secundum illud ad Eph. 2. Gratia estis saluati p fidem, & non ex uobis. Dei enim donum est. Ergo homo non illuminatur ab angelo, sed immediate a Deo.

¶ 2 Præt. Super illud Rom. 1. Deus illis manifestauit, dicit Glossa, † quod non solum ratio naturalis ad hoc pro fuit, vt diuina hominib. manifestarentur, sed Deus illis reuelauit per opus suum, s. per creaturam, sed vtramque est a Deo immediate, scilicet ratio naturalis, & creatura: Ergo Deus immediate illuminat hominem.

¶ 3 Præt. Quicunque illuminatur, cognoscit suam illuminationem, sed homines non percipiunt se ab angelis illuminati. Ergo non illuminantur ab eis.

SED CONTRA est, quod Dio. probat in 4. c. cœl. hier. quod quod reuelationes diuinorum perueniunt ad homines mediantib. angelis, vt supra dictum est. * Huiusmodi autem reuelationes sunt illuminationes, vt supra dictum est. † Ergo homines illuminantur per angelos.

RESPON. Dicendum, quod cum diuinæ prouidentiæ ordo habeat, vt actionib. superiorum inferiora subdantur, ut supra dictū est, * sicut inferiores angeli illuminantur per superiores, ita homines, qui sunt angelis inferiores, per eos illuminantur. Sed modus vtriusque illuminationis quodammodo est similis, & quodāmodo diuersus. Di ctum est enim supra, * quod illuminatio, quæ est manifestatio diuinæ veritatis, secundum duo attēditur, s. secundum quod intellectus inferior confortatur per actionem intellectus superioris, & secundum quod proponuntur intellectui inferioris species intelligibiles, quæ sunt in superiori, vt capi possint ab inferiori. Et hoc quidem in angelis fit, sm quod superior angelus veritatem vniuersalem conceptam diuidit sm capacitatē inferioris angeli, vt sup. dictū est, * sed intellectus humanus non potest ipsam intelligibilem veritatē nudam capere, quia connaturale est ei, vt intelligat per conuersionē ad phantasmata, vt su. dictum est. * Et ideo intelligibilem veritatem proponunt angeli hominib. sub similitudinib. sensibiliū, sm illud quod dr Dio.* 1. c. cęle. hie. quod impossibile est aliter nobis lucere diuinum radium, nisi varietate sacrorum velaminum circumuelatum. Ex alia verò parte, intellectus humanus, tanquam inferior, fortificatur per actionem intellectus angelici, & sm hæc duo attenditur illuminatio qua homo illuminatur ab angelo.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod ad fidem duo concurrunt. Primo quidem habitus intellectus, quo disponitur ad obediendum voluntati tendenti in diuinam veritatem. Intellectus.n. assentit veritati fidei non quasi conuictus ratione, sed quasi imperatus a voluntate. Nullus enim credit nisi volens, vt Augustin.* dicit, & quantum ad hoc, fides est a solo Deo. Secundo, requiritur ad fidem, quod credibilia proponantur credenti, & hoc quidem fit per hominem, secundum quod fides est exauditu, vt dicitur Rom. 10. sed per angelos principaliter, per quos hominibus reuelantur diuina; vnde angeli operantur aliquid ad illuminationem fidei. Et tamen homines illuminantur ab angelis non solum de credendis, sed etiam de agendis.

AD SECVNDVM dicendum, quod rō naturalis, quæ est immediate a Deo, potest p angelū confortari, ut dictum est.* Et similiter ex speciebus a creaturis acceptis, tanto altior elicit intelligibilis veritas, quanto intellectus humanus fuerit fortior. Et sic per angelum adiuuatur homo, ut ex creaturis perfectius in diuinam cognitionem deueniat.

AD TERTIVM dicendum, quod operatio intellectualis, & illuminatio, dupliciter possunt considerari. Vno modo ex parte rei intellectæ, & sic quicunque intelligit, uel illuminatur, cognoscit se intelligere, uel illuminari: quia cognoscit rem sibi esse manifestā. Alio modo ex parte principii: & sic non quicunque intelligit aliquam ueritatem, cognoscit quid sit intellectus, qui est principium intellectualis operationis. Et similiter, non quicunq; illuminatur ab angelo, cognoscit se ab angelo illuminari.

Ar. 1. q. præcedent. — q. 106. a. 1. — q. 106. ar. 1. & 3. — q. 87. ar. 7. — Cap. 1. cir. medium. — Tract. 26. in Io. euangel. aliquā tulū a pri. to. 9. — q. 106. a. 1.

& rōnē naturalem, & creaturam i. species a creatura abstractas, ut patet in textu, & ex secunda conclusione elicitur.

3ᵐ de maiori.

Illuminationem. ℞. cōsideratam ex parte rei intellectæ, non semper ex parte principii. §. Tunc nihil &c. ℞ patet in litera. Ex qua primo cognosce, non omnes, sed aliquos homines, ab angelis illuminatos percipere suam illuminationem esse ab angelo (ut patet de Ioseph in somnis illuminato ab angelo, & de tribus Magis. Matth. 1. 2. de Abraham, Gen. 22. de similibus, & de prophetis. De his enim dicitur Dan. 10. intelligentia opus est in uisione & intelligētiæ huiusmodi mediantibus angelis a Deo fiunt.) Ex eadem litera secundo cognosce, quod multa fiunt nobis beneficia, a sanctis Angelis, quę proficisci nescimus ab ipsis. Hinc beatorum illorum spirituum maximam erga nos charitatem perpende, & ex intimis erga illos gratus sine fine correspondenter esse memento.

APPENDIX.

EX articulo habes primo, quomodo per rationem ostendas scri-

Vti. pro S. Eccl.

scripturam sacram merito insinuare,quod homines ab angelis il luminantur.Hoc autem,& ipsius quidem,insinuat,quando appa ritiones factas ab ipsis ad homines, uel reuelationes , vel huiusmodi,narrat. Vt l.Thobię de Raphaele archangelo,in Dan.9. de angelo 70.Hebdomadas ei declarante, & in multis alijs locis tā prophetarum tum alibi . In signum huius illuminationis internę uel lactæ ab ipso uel hendę est,quod Angelus bonus apparens ex terius ut plurimum apparere solet cum lumine,iuxta illud Actu 12.Angelus Domini astitit, & lumen refulsit in habitaculo carceris.& Lucæ 2.Ecce Angelus Domini iuxta pastores illos,& claritas Dei circumfulsit illos , & in alijs huiusmodi locis. Nam quæ fiunt ad extra,in talibus apparitionibus signa sunt eorum,quæ in tus efficiuntur.Secundo habes, quomodo per rationem præmissa scripturarum loca,pro quanto angelos illuminare hominem in dicant,& intelligas,& declares,& probes. Terrio uides,quomodo ex his ucissim Angelica doctrina hæc declaretur,atq; cōsolidet .

2

3

¶ NOTAT. Articulo isti fauet articulus in ord. 520. 530. 525.538.541.422.

Comm. Cardinalis Caietani.

Titulus clarus .

¶In corpore duo. Primo respondet directe quæsito affirmatiue. Secundo tractat modum illuminationis.

¶Quo ad primum conclusio est . Homines illuminantur per angelos.Probatur,& manifestatur.Probatur diuinæ prouidentiæ ordo habet,ut actionibus superiorum subdantur inferiora.ergo homines angelis. Tenet sequela,quia inferiores sunt;manifestatur uero a simili. Sicut angeli inferiores illuminantur per superiores, ita homines per angelos .

¶Quo ad secundum conclusio est. Modus utriusque illuminationis est quodammodo similis,& quodammodo diuersus.Probatur & declaratur simul utraque pars.Similis quidem est quoad numerum capitum,& quo ad alterum caput.Quo ad numerum quidem capitum,quia sicut angeli illuminantur ex duobus capitibus, s.ex parte intellectus,& ex parte specierū,ita ēt homines ex duobus capitibus illustrantur ab angelis.Quo ad alterum uero caput quia eodem modo illuminatur angelus,& homo ex parte intellectus,s.per uiam confortationis descendentis ab obiecto , ut illustrato a superiori,ut superius declaratum est.Dissimilis autem est quo ad reliquum caput.s.ex parte specierum,qm angelus illuminatur propositione particularium conceptuum intelligibilium, non uero applicatione similitudinum sensibilium. Probatur ratione,& authoritate. Ratio est: quia naturale est homini cognoscere per phantasmata.Authoritas Dion. Omnia in litera clara sunt,quamuis non hoc ordine.

Ferr.3.cont.c. 88.91.
Aeg.2.5.d.8.q.2.ar. 5.
D. Bona.p. 2. d. 8. ar. 1.q 5.
Th.arg.d.8.q.1. ar.4.

546 12.q. 75. a.3.& 2.d. 8.ar.5. co. & 3. cont. c.88.91.& 92.& uer. q.12.ar.9. & mal. q. 16.art.11. P..103. & hī implici te in gl.or dinaria. Ex ca. 2. actuum ui detur haberi, & in *o.c.13. li.2.c.4. ad finem .

SVP. Q. CXI.

ART. II.

CONCL. 1ª. Solius Dei est ab interiori immutare uoluntatem hominis .

¶PROB. Quia soli* Dei est dare naturæ intellectuali uirtutem talis inclinationis, sicut & solius Dei est dare inclinationem naturalem rebus naturalibus (cum non nisi dans naturam, det inclinationem naturæ.) Vide simile de Angelo respectu alterius,q. 106.artic.2.

¶CONCL. 2ª. Ab exteriori (inquantum scilicet aliquis est causa,quod aliquid apprehendatur ut bonum ad appetendum) mouere potest uoluntatem hominis Deus, Angelus, alius homo , sed solus Deus efficaciter, Angelus autem, & homo per modum persuadentis .

Art. præc.

¶PROB. Quia solus Deus est causa efficax quod apprehendatur bonum sufficiens ad appetendum, & homo ac Angelus sunt tm̄ causa per modum persuadentis, patet ex sup.q. 106.art.5.

¶CONCL. 3ª. Angeli, inquantum concitare possunt passiones circa appetitum sensitiuū possunt mouere uoluntatem hominis,non tñ ex necessitate.

¶PROB. Quia a passione existente circa appetitū sensitiuū inclinatur uoluntas ad aliquid uolendum. Secunda autem pars.s. non tamen &c.probatur . Quia uoluntas sēper remanet libera ad consentiendum,uel resistendum passioni .

¶NOT. Huic arridet illud dictum in Cōcilio Later.sub Martino primo Papa.s.Apertissime Sanctorum Patrum ueneranda doctrina manifestauit nobis , qm̄ uelle naturæ est in eis, qui substantialiter uelle a Domino percepisse noscunt, & propterea uoluntates naturales sunt , & omni necessitate carentes. Hæc ibi. Item, ait Papa Clemens primus in Epist. tercia. Liberi sumus arbitrii. Nam si hoc esset, ut audientes ea iam non haberent in potestate aliud facere,quam audierant,uis erat quædā naturæ,p quā liberū non esset in aliā migrare sniam. Aut si rursus exaudientib. nullus uino reciperet,& hoc naturę uis erat, q̄ unā aliqd fieri cogeret & alteri parti non daret locū.Nunc aūt,quia liberum est aīo r quam uelit partem declinare iudicium,& quam probauerit eligere uiā, cōstat euidenter , inesse hominib. arbitrii libertatem. Hæc ibi.Vñ patet, qd' libera semper remanet uoluntas ad assentiendum, uel dissentiendum , res prosita,nec unquam cogitur .

q. 106.a.2.

ARTICVLVS II.

Vtrum angeli possint immutare uoluntatem hominis.

AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur, quod angeli possint immutare voluntatem hominis: quia super illud Hebr.1. Qui facit angelos suos spiritus, & ministros suos flammam ignis,dicit glossa,* quod ignis sunt,dum spiritu feruent,& vitia nostra vrunt : sed hoc non esset nisi uoluntatem immutarent.ergo angeli possunt immutare voluntatem .

¶ 2 Pręt.Beda.† dicit,quod diabolus non est immissor solum malarū cogitationum , sed etiam incensor. Dama.autem vlterius dr,q ēt est immissor.dr.n.in* 2.li.quod omnis malitia,& immundæ passiones ex dęmonib.excogitatæ sunt,& immittere homini sunt concessę. Et pari ratione angeli boni immittunt , & incendunt bonas cogitationes , sed hoc non possent facere, nisi immutarent uoluntatem. ergo immutant voluntatem .

¶ 3 Præt. Angelus,sicut est dictū,* illuminat intellectum hominis mediantibus phantasmatibus:sed sicut phantasia,quæ deseruit intellectui , potest immutari ab angelo, ita & appetitus sensitiuus,qui deseruit uoluntati,quia & ipse etiam est uis vtens organo corporali. Ergo sicut illuminabat intellectum , ita potest immutare uoluntatem .

SED CONTRA est,quod immutare uoluntatem est proprium Dei, secundum illud Prou. 21. Cor regis in manu Domini , quocunque uoluerit,uertet illud.

RESPON. Dicendum , quod uoluntas potest immutari dupliciter . Vno modo ab interiori, & sic cum motus uoluntatis non sit in aliud , quam inclinatio uoluntatis in rem uolitam,solius Dei est sic immutare uoluntatem,qui dat naturæ intellectuali uirtutem talis inclinationis. Sicut enim inclinatio naturalis non est nisi a Deo,qui dat naturam , ita inclinatio voluntaria non est nisi a Deo, qui causat uoluntatem . Alio modo mouetur voluntas ab exteriori & hoc in angelo est quidem uno modo tantum,s. a bono apprehenso per intellectum. Vnde secundum q aliquis est causa,quod aliquid apphendatur ut bonum ad appetendū, secundum hoc mouet uoluntatem. Et sic solus Deus efficaciter potest mouere uoluntatem,angelus autē , & homo per modum suadentis,ut supra dictum est. * Sed præter hunc modum etiam aliter mouetur in hominibus uoluntas ab exteriori scilicet ex passione existente circa appetitum sensitiuum.Sicut ex concupiscentia, uel ira inclinatur uolūtas ad aliquid uolendum, & sic etiam Angeli, inquantum possunt concitare huiusmodi passiones , possunt uoluntatem mouere, non tamen ex necessitate,quia uoluntas semper remanet libera ad cōsentiendum, uel resistendum passioni.

AD PRIMVM ergo dicendū, quod ministri Dei,uel homines,uel An-

1m ex glossa. Vrunt. s.per modum persuadentis,non, p modum efficaciter exterius , uel interius mouentis.

mouentis.§.Tunc &c.patet ex conclusionibus 2ª.& 3ª.Cõceditur enim quod angelus poſſit immutare hominis uoluntatem per modum perſuadentis.

2m ex Beda & Damaſc.

Incenſor, immiſſor. R. per modum pſuadentis, uel paſſionem commouentis, non, per modũ interius eas creantis. §. Tunc &c.ut patet, etiã ex ad 1m. Nota, quod dicitur diabolus immittere, inquantum operatio, quam perſuadet, fit interius, non ꝙ creet.

3m de maiori.

Fantaſmatibus. R. ſemper neceſſario concurrentibus ad noſtrum nunc intelligere. §. Tunc &c. Nam appetitus ſenſitiuus non concurrit neceſſario ad uelle nunc noſtrum, ita quod uoluntas non poſſit aliquid uelle ex iudicio rationis, non ſequendo paſſionem in appetitu ſenſitiuo, quantumlibet concitatam. Voluntas enim ſemper libera eſt, & omni neceſſitaté carens, ut patet ex dictis in notatione ante argumentum primum.

Angeli, dicuntur urere uitia, & inflammare ad uirtutes per modum perſuaſionis.

Ad secundum dicendum, ꝙ dæmones non poſſunt immittere cogitationes interius eas cauſando, cum uſus cogitatiuæ uirtutis ſubiaceat uoluntati. Dicitur tamen diabolus incenſor cogitationum, inquantum incitat ad cogitandum, uel ad appetendum cogitata per modum perſuadentis, uel paſſionem concitantis. Et hoc ipſum incendere Dama. uocat immittere, quia talis operatio interius fit, ſed bonæ cogitationes attribuuntur altiori principio, ſcilicet Deo, licet angelorum miniſterio procurentur.

Ad tertium dicendum, ꝙ intellectus humanus ſm præſentem ſtatum non poteſt intelligere, niſi conuertendo ſe ad phantaſmata, ſed uolũtas humana poteſt aliquid uelle ex iudicio rationis, non ſequendo paſſionem appetitus ſenſitiui, unde non eſt ſimile.

APPENDIX.

Ex articulo habes primo, quomodo per rationem enerues errorem Rabbi Moyſis &c.ut patet q.105.ar.4. Secundo habes quomodo &c. ut ibi. Tertio, quarto, quinto habes &c.ut ibi. Nota, quod ſcripturæ aliqđ tanquam propriũ Deo tribuere intendunt, dum affirmant, & qđ cor Regis in manu Dei eſt &c. Prouerb. 20. & quod Deus operatur in nobis uelle & perficere Philip.2. Cõſulas etiam q.106. articulo ſecundo, inde tibi pro iſto loco iuuamen aliquod relaturus. Vltimo uides, quomodo ex his uiciſſim Angelica conſolidetur doctrina & declaretur.

Vti.pro S. Eccl.

¶ Not. Articulo præſenti ſuffragatur articulus in ord.529. 545.522.521.

Comm.Cardinalis Caietani.

Titulus clarus.

¶ In corpore una diſtinctio trimembris cum ſingulis concluſionibus. Diſtinctio eſt. Voluntas poteſt immutari dupliciter, ſ.ab intrinſeco, & ab extrinſeco, & hoc dupliciter in homine, quia uel ab ipſo bono intellecto, ſeu præſentante ipſum uel a paſſione partis ſenſitiuæ. Et ſic ſunt tria mẽbra reſpectu uoluntatis humanæ.

¶ Prima concluſio eſt. Voluntas a ſolo Deo poteſt immutari ab intus. Probatur, ut ſupra, quia eius tantum immutare eſt inclinationem cuius eſt dare, &c.ut ſuperius dictum eſt q.106.ar.2.

¶ Secunda eſt, ſolus Deus mouet uoluntatem obiectiue efficaci ſufficientia. Angelos uero pſuaſione. Probatur ut in loco pdicto.

¶ Tertia eſt. Angeli poſſunt immutare uoluntatem ex parte paſſionum, non tamen neceſſitate. Probatur, prima pars, quia poſſunt concitare huiuſmodi paſſiones, ſecunda uero, quia uoluntas ſemper remanet libera, & ſic patet reſponſio ad quæſitum, quod Angelus non niſi aut ſuadendo, aut concitando immutare uoluntatem poteſt, & hoc abſque neceſſitatione.

¶ Aduerte hic, quod ſubdiuiſio facta non eſt proprie ſubdiuiſio, quoniam non multiplicatur motiuum uoluntatis in ſubdiuiſionis membris. Vtrobique.n. motiuum eſt bonum, uel apparens bonum intellectum. Sed eſt diſtinctio modorum offerendi ipſum obiectum. Poteſt enim offerri obiectum intelligibili modo, & ſic offertur uel a ſolo proprio intellectu, uel etiam ab intellectu ſuadentis. Poteſt etiam offerri ſenſibili modo, & ſic præſentatur ab intrinſeca paſſione uoluntati, nõ cuicunque, ſed humanæ, propter modum eſſendi animæ coniunctæ, & ideo in hoc differt uoluntas humana ab angelica, ut in litera dicitur.

Capr.1.d.8.q.1.con.3.

SVP. Q. CXI. ART. III.

Concl. Angelus, tam bonus, q̃ malus uirtute naturæ ſuæ imaginationem hominis mouere poteſt.

Prob. Quia apparitiões imaginariç ſiũt quandoque in nobis ex motu locali ſpirituum, atque humorum (ex philoſopho,) & q̃ ex motu locali aliquorum corporum poſſunt cauſari, ſubſunt uirtuti naturali angelorum, cum natura corporalis obediat angelo ad motum localem.

¶ Not. Semper uerba in calce corporis poſita præ oculis habeto. Vt & Angelicam uirtutem in concluſione dictam melius cognoſcas, & non omnẽ alienationem a ſenſib. extaſim bonam eſſe exiſtimes. Ex concluſione etiam notabis, quã facile ſit hominem a dæmonio decipi in oſtendendo phãtaſiæ ſeu imaginationi eius unum quid pro altero, id quod fieri ab illo in hçreticis frequenter uidemus, quandoque etiam exteriori apparitione, & locutione imaginationem hominis illudendo. Pro quo firmius tenendo, & cõcluſionis clariori notitia, ecce concilium Cõſtantinopolitanum ſextum, actio.15. Ibi enim narratur, & Prolychronius quidam presbyter & monachus interrogatus a cõcilio. quæ eſſet eius fides in diſpẽſatione incarnationis domini nři Ieſu Chriſti, dixit. Ego expoſitionem fidei meæ do in opere mortui, rogans pro eo filium Dei, ut ſuſcitet eum, ſin autẽ non ſurrexerit, ecce Concilium & Imperator, quæ eis placuerint in me faciant. Sanctum concilium dixit. Expoſitionem fidei tuæ pro ſer,

547
2.d.8.a.5. cor.& uer. q.11.ar.3. & q.12.ar. 8.& ma.q. 3.a.4. & q. 16.art.11. Li.3.de aĩa te.161.t.2

q. præc.ar. 2.& arg.1,

Li.12.t.13 a me.to.3.

q.præc.a.2

ARTICVLVS III.

Vtrum Angelus poſſit immutare imaginationem hominis.

Ad tertium ſic proceditur. Videtur, ꝙ angelus non poſſit immutare imaginationem hominis. Phantaſia enim, ut dicitur in * lib.de Anima, eſt motus factus a sẽſu ſm actum, ſed ſi fieret per immutationem angeli, non fieret a ſenſu ſm actum. Ergo eſt contra rationẽ phantaſiæ, quæ eſt actus imaginatiuæ uirtutis, ut ſit per immutationẽ angeli.

¶ 2 Præt. Formæ quæ ſunt ĩ imaginatione cum ſint ſpirituales, ſunt nobiliores formis quæ ſunt in materia ſenſibili, ſed angelus non poteſt imprimere formas in materia ſenſibili, ut dictum eſt.* Ergo põt nõ imprimere formas in imaginatione, & ita non poteſt eam immutare.

¶ 3 Præt. Aug. dicit * 12. ſuper Ge. ad lit. Commiſtione alterius ſpũs fieri poteſt, ut ea quæ ipſe ſcit per huiuſmodi imagines, ei cui miſcetur, oſtendat ſiue intelligenti, ſiue ab alio intellecta pandantur, ſed non uidetur quod angelus poſſit miſceri imaginationi humanæ, neque quod imaginatio poſſit capere intelligibilia, quç angelus cognoſcit, Ergo uidetur quod angelus non poſſit mutare imaginationem.

¶ 4 Præt. In diuiſione imaginaria homo adhæret ſimilitudinib. rerum quaſi ipſis rebus: ſed in hoc eſt quædam deceptio. Cum ergo angelus bonus non poſſit eſſe cauſa deceptionis, uidetur quod non poſſit cãre imaginariam uiſionem imaginationem immutando.

Sed contra eſt, quod ea quæ apparent in ſomnis, uidentur imaginaria uiſione, ſed angeli reuelant aliqua in ſomnis, ut patet Mat.1.& 2. de angelo, qui Ioſeph in ſomnis apparuit. Ergo angelus poteſt imaginationem mouere.

Respon. Dicendum, quod angelus tam bonus, quam malus uirtute naturæ ſuæ poteſt mouere imaginationẽ hominis, quod quidẽ ſic conſiderari poteſt. Dictum eſt.n. ſup.* quod natura corporalis obedit angelo ad motum localem. Illa ergo

ser, nam ecce mortuus præparatus est. Ille ait. in hoc est fides mea & ita mihi ostendit Deus, ut ponam eam super mortuum. Et si non surrexerit, ecce, ut prædixi. Et protulit in medio unam chartulam propria manu scriptam, & ab Antiocho religioso lectore & notario aperta & lecta est, habens his uerbis ita. Constantino a Deo coronato ac mansuetissimo magno principi ego Polychronius tanquam præsens salu to adoro. Vidi multitudinem uirorum candidatorum, & in medio uirum, cuius uirtutem narrare non ualeo, dicentem mihi, quia nouam fidem componis, festina & dic Imperatori Constantino. Non facias nouam fidem, neque acquiescas. Et ueniente me ab Heraclea Chrysopolim & stante me in solario, uidi unum terribilem candidatum ualde, & stetit coram me dicẽs, quia qui non confitet̃ unam uoluntatem, & Dei uirilem operationem, non est Christianus. Ego autem dixi, hoc & Constantinus sapientissimus Imperator præfiniuit unam uoluntatem, & Dei uirilẽ operationem. Ille aũt dixit, multum bene, & Deo placet. Sanctum concilium dixit, ut illa chartula ab eodem Polychronio iuxta propositionem suam poneretur super mortuum in præsentia concilii, & populi. Tũc Polychronius posuit super mortuum huiusmodi fidei suæ chartulã, & p plures horas perseuerans & insusurrans ei nihil horum, quę stolide ac blasphemè promiserat ualens peragere dixit, se nullatenus posse mortuum suscitare. Populus ibi præsens exclamauit dicens, nouo Simoni anathema, Polychronio seductori populi anathema. Tandem Polychronius, cum pseueraret in sua erronea fide per Sanctum Concilium, tãquam seductor populi & manifestus hæreticus, depositus est ab omni ordine & officio sacerdotali. Hæc inde. Similem ludificationem diaboli erga Raymundum Lull. uide in Directorio inquisitorum, 2. p. q. 9. & in appendice. Ex quib. omnib. confirmatur doctrina art. huius, & 4.

1^m ex philos. Factus a sensu ℞. originaliter, non semp, p xime. §. Seu formaliter. §. Tũc &c. sic. n. postquam originatũ sensu phantasma reponitur in phantasia, potest diuersimode per motum localem informari ab Angelo, ut & a nobis, nec hoc est contra rationem phantasię (ut patet in litera.)

2^m de conclusione. Formas, ℞. Nullo modo per sensum acceptas, non autem, per motum localem spirituum & humorum causatas post acceptionem a sensu. §. Tunc &c. ut patet in litera, in ad primum, & in corpore.

3^m ex August. Commixtione. ℞. per effectum in imaginatione causatum, non, p essentiam. §. Tunc &c. Angelus. n. potest tantum per effectum commisceri imaginationi, cui monstrat, quę nouit ipse, ut patet in textu.

4^m de minori. Deceptio. ℞. prouenients ex defectu intellectus, cui talia apparent, non, ex defectu angeli boni apparitionem talium facientis. §. Tunc &c. ut patet in textu. In quo notabis exemplum de Christo Domino, qñ s. multa sine expositione proponebat turbis, & hoc contra blasphemos, qui ut dicitur in Prouerbio, sus Mineruam docet, factum illud, atque huiusmodi, puta, cum finxit se longius ire, Luc. 24. & cũ uolebat præterire eos Marc. 6. & cum non sine passiuo scandalo iudæorum eis pdicabat, miracula faciebat &c. ut passim est in Euangelio, ipsi sapientiæ infimitæ uitio dant, nescientes neque quæ loquuntur neque de quibus affirmant. 1. Tim. 1. Vide sup. ar. 1. & tertiam partem D. Thom. q. 42. 43. 44. in multis locis.

quæ ex motu locali aliquorum corporum possunt causari, subsunt uirtuti naturali angelorum. Manifestũ est autem, quod apparitiones imaginariæ causantur interdum in nobis ex locali mutatione corporaliũ spirituum, & humorum. Vnde Ari. in lib. de som. & uig. assignans causam apparitionis somniorum, dicit, quod cum animal dormit, descendente plurimo sanguine ad principium sensitiuum, simul descendunt motus. i. impressiones relictę ex sensibilium motionibus quæ in spiritibus sensualibus conseruantur, & mouent principium sensitiuum, ita quod fit quædam apparitio, ac si tũc principium sensitiuum a rebus ipsis exterioribus mutaretur. Et tanta potest esse commotio spirituum & humorum, quod huiusmodi apparitiones etiam uigilantibus fiunt, sicut patet in phreneticis, & in aliis huiusmodi. Sicut igitur hoc fit per naturalem commotionem humorum, & quandoque etiam per uoluntatẽ hominis, qui uoluntarie imaginat̃ quod prius senserat, ita etiam hoc potest fieri uirtute angeli boni, uel mali, quandoque quidem cum alienatione a corporeis sensibus, quandoque autẽ absque tali alienatione.

AD PRIMVM ergo dicendũ, quod principiũ phantasiæ est a sensu ſm actum: Non enim possumus imaginari quæ nullo modo sentim⁹ uel ſm totum, uel ſm partem, sicut cęcus natus non potest imaginari colorem. Sed aliquando imaginatio informatur, ut actus phantastici motus consurgat ab impressionibus interius conseruatis, ut dictum est.*

AD SECVNDVM dicendum, ꝙ angelus transmutat imaginationem non quidem imprimendo aliquam formam imaginariam nullo modo per sensum prius acceptam. Non. n. posset facere, quod cęcus imaginaretur colores, sed hoc facit per motũ localem spirituum, & humorum, ut dictum est.*

AD TERTIVM dicendum, ꝙ commistio illa spiritus angelici ad imaginationem humanam non est per essentiam, sed per effectum, quem prædicto modo in imaginatione facit, cui demonstrat quæ ipse nouit, non tamen eo modo quo ipse nouit.

AD QVARTVM dicendum, quod angelus causans aliquam imaginariam uisionem, quandoque quidem simul intellectum illuminat, ut cognoscat quid per huiusmodi similitudines significetur, & tũc nulla est deceptio, quandoque uero per operationem angeli solummodo similitudines rerum apparent in imaginatione, nec tamen tunc causatur deceptio ab angelo, sed ex defectu intellectus eius, cui talia apparent, sicut nec Christus fuit causa deceptionis in hoc, quod multis turbis in parabolis proposuit quod non exposuit eis.

APPENDIX.

Vti. pro S. Eccl.

EX articulo habes primo, quomodo per rationem ostendas, merito a scripturam, & Concilium & summum Pontificem, insinuare, quod angelus immutare potest, ac de facto immutat, imaginatiuã hoīs. Scriptura quidem id insinuauit de bonis Angelis, qñ Mat. 1. 2. Ioseph admonitũ in somnis, & Magos, ab angelo narrat, qñ proph. Danielẽ de bestiis ascendentib. e mari, de uentis quatuor pugnantib. c. 7. & Hieremiã de uirga uigilante de olla succẽsa, c. 1. de ficub. c. 24. & Isaiam de Seraphin ad se uolãte & calculo os suũ tangẽte, c. 6. Quid? Pleni sunt prophetarũ libri uisionibus hmõi imaginariis, quæ iuxta Dion. 4. c. cæl. Hier. ueniunt ad hoĩes mediantib. angelis, cũ ipsæ sint qdã reuelationes sic factæ rerum diuinarum. Notabis aũt in his uisionib. ꝙ simul intellectus prophetæ sic uidentis illuminabat̃ de ueritate rei, qñ adhoc ꝙ qs propheta sit, intelligentia opus est in uisione. Dan. x. Conciliũ aũt id insinuauit, quãdo Polychronium ipsum, action. 18. appellauit infantilis intelligentię delusũ senẽ. Nã infantium intelligẽtia cũ non, aut uix, transcendat imaginationẽ, dici solet illa, q̃ iudicii parum uel nihil hẽt, id ꝙ phantasiæ diuino lumini non innixæ familiare est. Infantilem ergo intelligentiã uocauit concilium imaginationẽ improbã hætici. Papa uero Greg. 11. idipsum insinuauit, qñ Raymundũ Lull. a diabolo in spẽ crucifixi ei apparente turpiter delusum tanq̃ fantasticũ, & hæreticũ, tractauit. De hoc. n. Raymundo sic in directorio inqsitorum, 2. p. q. 9. legit̃. Postea Dñs Papa Greg. 11. in Concistorio & de consilio fratrum interdixit, & cõdẽnauit, doctrinã cuiusdã Raymundi Lull. Catalani mercatoris, de ciuitate Maioricarũ oriundi, laici, phantastici, imperiti, q q̃ plures libros ediderat in uulgari catalanico, qa totaliter grãmaticã ignorabat. Quæ doctrina erat plurimum diuulgata, q̃ credit̃ habuisse a diabolo, cum eam non habuerit ab hoĩe, nec humano studio, nec a Deo, cum Deus non sit author, neq; doctor hæresum & errorũ, licet ipse Raymũdus asserat in libris suis, ꝙ eam habuit in quodã monte a Christo q sibi (ut dixit) apparuit crucifixus, q putatur fuisse diabolus, & ñ Christus. Quæ doctrina durauit fere p 80. an. quousq; s. frater Nicolaus Eymerici ordinis Prędicatorum in dñio regis Aragoniæ inqsitor hæreticæ prauitatis, ex certis causis habens eãdẽ multũ suspectã de hæretica prauitate illã multo cum labore transcursit, & postea psentauit pdicto. D. Papę Greg. 20. uolumina, & cã commissa fuit Dño Cardinali Hostiensi, & de eius mãdato fuerunt p 20. & ultra magistros in Theologia diligenter examinata, & tandẽ de fratrum consilio, ut uere hæreticalia, condẽnata, & tota doctrina generaliter interdicta, q̃ cõtinebat plusq̃ qngentos articulos erroneos. Hæc ibi.

2 Secundo hẽs, qño p rõnẽ oĩa tria pdicta, s. sacrã scripturã, cõciliũ, Papã, p qto angelos posse ĩmutare imaginationẽ hoĩs dñt, & ĩtelligas & dclares, & pbes.

3 Tertio uides, qño ex his cõsolidet̃ uicissim Angelica conclusio psẽs, & declaretur.

¶ Cor. Videat ergo sibi qsq; ne fidẽ suã ponat in imaginatione cũ Polychronio & Raymũdo pdictis, ne qñ cũ illis cadat ĩ laqueũ diaboli, a quo captiu⁹ teneat̃ & circũgyret̃ & circũferat̃, ut fluctus feri maris, oĩ uẽto doctrinæ ad ipsius uersipellis diaboli uolũtatẽ

& tanq̃ puluis proijciatur à facie terræ. Sit ergo fides tua semper innixa Ecclesiæ sanctæ Dei: quæ est columna, & firmamentũ veritatis. 1. Tim. 3. aduersus quã non præualebunt aliqñ, quantũlibet multæ ac magnæ, portæ inferi. Matth. 16. De uarijs dolis, prestigijs, illusionibus, à diabolo contra homines factis: vide Papam Situm V. infrà q. 115. ar. 4. 5. & q. 116. art. 1. recitatum ab Elucid.

Comm. Cardinalis Caietani.

Titulus clarus. Nomine imaginationis intellige omnes sensus interiores.

¶ In corpore vna conclusio responsiua quæsito affirmatiuè. Angelus tam bonus, quàm malus potest naturali sua virtute immutare imaginationem. Probatur. Natura corporalis obedit angelo ad motum localem. ergo ad quæcumque possunt ex motu locali causari. ergo ad apparitiones imaginarias. Antecedens cum prima consequentia patet. Secunda probatur: quia huiusmodi apparitiones interdum causantur ex motu locali spirituum & humorum, quod probatur & in dormientibus authoritate Arist. & in vigilantibus, ex phreneticis.

¶Aduerte circa literam, quòd infertur conclusio ex prædicta ratione non nuda, sed amplius illustrata præcedentibus, & concomitantibus. Apparitio siquidem imaginaria ex tribus potest prouenire causis, scilicet ex voluntate imaginantis, ex commotione naturæ sanæ, vel ægræ, & ex commotione ab extrinseca causa, scilicet Angeli. Et ideo infertur conclusio, quod quemadmodum interdum ex prima, interdum ex secunda, ita interdum ex tertia prouenit. Et sic ratio allata infert manifestius intentum. Rursus, quia commotio, & apparitio ista dupliciter se habet ad sensus exteriores, quia scilicet quandoque retrahit ab eis, & quandoque non: ideo ad pleniorem doctrinam apposuit eam fieri quandoque comitantibus sensibus, & quãdoq; abiectis.

Aeg. 2. s. d. 8. q. 2. ar. 5. S. Bon. d. 8. p. 2. ar. 1. q. 3. Tho. Arg. d. 8. q. 1. ar. 2.

ARTICVLVS IIII.

Vtrum Angelus possit immutare sensum humanum.

AD QVARTVM sic proceditur. Videtur, quòd angelus non possit immutare sensum humanũ. Operatio enim sensitiua est operatio vitæ: huiusmodi autem operatio non est à principio extrinseco. Non ergo operatio sensitiua potest causari ab angelo.

¶ 2 Præt. Virtus sensitiua est nobilior, quàm nutritiua: sed angelus vt videtur, non potest mutare virtutem nutritiuam, sicut nec alias formas naturales. Ergo neque virtutẽ sensitiuam immutare potest.

¶ 3 Præt. Sensus naturaliter mouetur à sensibili: sed angelus non potest immutare naturæ ordinem, vt suprà dictum * est. Ergo angelus non potest immutare sensum, sed semper à sensibili immutatur.

SED CONTRA est, quòd angeli, qui subuerterunt Sodomam, percusserunt Sodomitas cæcitate, vel acrisia, vt ostium domus inuenire non possent, vt dicitur Gen. 19. Et simile legitur 4. Regum 6. de Syris, quos Elisæus duxit in Samariam.

RESP. Dicendum, quòd sensus immutatur dupliciter. Vno modo ab exteriori, sicut cum mutatur à sensibili: alio modo ab interiori. Videmus. n. quòd perturbatis spiritibus & humorib. immutatur sensus. Lingua enim infirmi, quia plena est cholerico humore, omnia sentit vt amara, & simile contingit in alijs sensibus. Vtroque autem modo angelus potest immutare sensum hominum sua naturali virtute. Potest enim angelus opponere exterius sensui sensibile aliquod vel à natura formatum, vel aliquod de nouo formando: sicut facit dum corpus assumit, vt suprà dictum * est. Similiter etiam potest interius commouere spiritus & humores, vt suprà dictum * est, ex quibus sensus diuersimodè immutentur.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd principium sensitiuæ operationis nõ potest esse absque principio interiori, quod est potentia sensitiua: sed illud interius principium, potest multipliciter ab exteriori principio cõmoueri, vt dictũ * est.

AD SECVNDVM dicendum, quòd per commotionem interiorem spirituum & humorum potest angelus aliquid operari ad immutandum actum potentiæ nutritiuæ, & similiter potentiæ appetitiuæ, & sensitiuę, & cuiuscumque potentiæ corporali organo vtentis.

AD TERTIVM dicendũ, quòd præter ordinem totius creaturę angelus facere non potest: sed præter ordinem alicuius particularis naturæ facere potest, cum tali ordini non subdatur. Et sic quodam singulari modo potest sensum immutare præter modum communem.

QVAE-

Margin: * q. 51. ar. 1. — * Art. præced. — * In corp. artic.

SVPER Q. CXII. ART. IIII.

Margin: 548 Locis suprà art. 3. inductis.

CONCL. Angelus virtute sua naturali potest sensum hominis immutare, tum ab interiori, tum ab exteriori.

¶NOT. De his deceptionibus, vide Sixtum quintum, vbi nunc sup. scilicet q. &c.

¶PROB. Quia potest angelus proponere exterius sensui sensibile aliquid, vel à natura formatum, vel ab ipsomet (vt de assumere corpus): & potest interius commouere spiritus ac humores (suprà art. 3.) ex quibus sensus diuersimodè immutentur.

Margin: *q. 110. artic. 4.

1^m^ de minori. Extrinseco. ℞. Existente sine intrinseco: non, præsupponente principium intrinsecũ. §. Tunc &c. Non. n. dicit conclusio, quòd angelus absque præsuppositione principij intrinseci hominis, quòd possit naturaliter immutare sensum humanum: sed quòd illo præsupposito & immutato (vt patet ex probatione).

2^m^ minor. Sed angelus non potest immutare virtutem nutritiuam; sicut nec alias formas naturales. ℞. Nisi nutritiua & huiusmodi vterentur organo corporeo. §. Tunc &c. Nam adhibendo motum localem. i. commouendo interius humores, atque spiritus corporeis organis annexos, potest angelus aliquid operari ad immutationem cuiuscumque talis potentiæ: vt habes in textu. Vide de hoc Papam Sixtum quintum infrà. q. 115. art. 5.

3^m^ de minori. Naturæ. ℞. Totius: non, particularis. §. Tunc &c. Nam immutare sensum humanum modo in probatione conclusionis expresso, non est immutare totius creatæ naturæ ordinem: sed alicuius particularis tantũ, id est præter ordinem consuetum illius facere.

hominis. Hoc autẽ facit Gen. 19. dicens: Ecce miserunt manum viri, & itroduxerũt ad se Loth. clauserunt ostiũ: & eos qui foris erant percusserunt cęcitate à minimo vsq; ad maximum, ita, vt ostium inuenire non possent. Hi. n. viri erant Angeli: & cęcitas illa, qua homines foris existentes percusserunt, fuit acrisia: quæ est immutatio sensus faciens non videre quod homo taliter percussus videre vult, etiam quòd alia omnia videat. Ad quã immutationẽ insinuãdam ait ibi: quòd percussi sunt cæcitate, ita, vt ostium inuenire non possent. Quasi dicat apertius. Talis cæcitas non erat absolutè cæcitas, qua nihil videtur: sed erat cęcitas respectiuè ad ostium, quod inuenire voluissent. Quia etiam nõ dicit scriptura, ita ut ostium videre non possent; sed dicit, ita ut ostium inuenire nõ possent; crediderim, ipsam per hoc signare, quòd non solum immutatus est visus, vt videre ostiũ non possent; sed etiam tactus, vt forsan quoque tangentes ostium, se illud tangere non sentirent, & sic ostium ipsum inuenire non possent. Poterant namque si visu tantum immutatus fuisset per illam cęcitatem, inuenire (vt experientia docet de verè cęcis, & de nobis in nocte non videntibus) tactu mediante ostium: & consequenter, cum nullo modo illud inuenire possent, patet: quòd illa cæcitas, seu acrisia, fuit immutatio vtriusque sensus: forsitan & sensus communis: quia tactum ostii non iudicabat esse ostii tactum, sed alicuius alterius rei. Item idipsum facit 4. Regum 6. dicens: Porrò Helisęus orauit ad Dominum dicens, Percute obsecro gentem hanc cæcitate. Percussitq; eos Dominus ne viderent, iuxta verbum Helisęi. Duxit ergo eos in Samariam. Ex scriptura hac licet non habeatur expressè, quòd angeli istam immutationem sensus hominum illorum causauerint: non inconuenit tamen, quòd habeatur implicitè. Dominus. n. quem pro cęcitate inferẽda orabat Helisęus, exequitur per angelorum ministeria tale quid: immo secundũ Gregoriũ in 4. dialog. c. 5. in hoc mundo visibili nihil nisi per creaturam inuisibilẽ dispani potest. Qualis autem, vel quãta, fuerit hæc cęcitas,

APPENDIX.

Margin: Vtilitas pro Eccle. S. Dei.

EX articulo habes primò; quomodo per rationem ostendas, meritò scripturã innuere, quòd angelus potest immutare sensum homi-

cęcitas, vide Doctores: quoniã in proposito sufficit, ꝙ ab angelo fuerit immutatio humani sensus. Secundò habes: quomodo per rationem excludas errorem Georgianorum, Dauidicorũ, Andreæ Osiandri (Prat. Antidæmoniaci, Dauidici) dicentium; nullas esse incantationes, nullaq; maleficia per dæmones concitata. Si.n.per articulum præsentem potest angelus malus sensum humanũ immutare: poterit utique & incantationes & maleficia concitare; quandoquidem his cõnectitur sæpius humani sensus immutatio.

3 Tertiò habes: quomodo per rationem ostendas prędictum errorẽ meritò profligari à Concilio Ancyrano c. 24. vbi maleficia, incantationes, illusiones ve, seu alia id genus, à diabolo cõcitari insinuat, atque à sequela dæmoniorum circa huiusmodi homines arcet in hæc verba. Episcopi, eorumq; ministri studeant perniciosam, & à diabolo inuentã maleficam artem & sortilegam penitus ex parochijs suis eradicare, & ab ecclesia eijcere. (Et infrà). Sceleratæ quædã mulieres dæmonum illusionibus seductæ nocturnis horis cum Diana paganorum Dea, & innumera multitudine mulierum credunt se equitare super quasdã bestias, & multa terrarũ spatia pertransire, quæ falsa opinione deceptæ, hæc vera esse credunt, & credendo à recta fide deuiant. Ideo sacerdotes per ecclesias sibi cõmissas populo prædicare debẽt, hæc omnino esse falsa, & à maligno spiritu talia phantasmata mentibus fideliũ irrogari. Siquidẽ Sathanas transfigurat se in Angelũ lucis: &, cum mentẽ cuiusque mulierculæ cęperit, & hanc sibi per infidelitatẽ subiugauerit, illico transformat se in diuersarũ personarum species, atque similitudines; & mentem, quã captiuam tenet, in somnis deludens modo læta, modo tristia, modo cognitas, modo incognitas, personas ostẽdens, per deuia quæque deducit. Et cũ solus spiritus hoc patitur, infidelis mens, hæc nõ in animo, sed in corpore opinatur euenire. Omnibus itaque publicè annunciandũ est: ꝙ qui talia, & his similia, credit; fidem perdit. Hæc ibi. Item merito profligari à Concil. Romano sub Greg. II. c. 13. Si quis hariolos, aruspices, incantatores, obseruauerit, aut filacterijs (Hæ dicuntur chartæ, in quibus continentur incantationes. Glo.) eorum vsus fuerit; anathema sit. Hæc ibi. Concilium ergo incantationes à diabolo cõcitari innuit: cum has ita detestatur. Notabis circa supradicta: ꝙ diabolus sensum humanũ & exterius apparitiones causando, & interius phantasiam variando, immutare potest. Pro notitia etiam, & cautela pleniori, circa illusiones prædictas videbis diligenter dicta in ar. 3. append. &c. Quartò vides: quomodo ex his vicissim Angelicus consolidetur præsens articulus, & declaretur.

Sathanas captiuam semel mentem, sæpe deludit, & multifarie.

4 Pro stud.

¶ Not. Articulo isti suffragatur articulus in ord. 267. 544. 547.

Comm. Cardinalis Caietani.

Titulus clarus.

¶ In corp. vna distinctio bimembris, & vna conclusio bimẽbris responsiua quæsito affirmatiuè secundum vtrumque membrum.

¶ Distinctio. Sensus potest dupliciter immutari ex parte obiecti, & ex parte organi. Conclusio est. Sensus ab angelo potest vtrinque immutari. Probatur: quia potest offerre obiectum, & commouere spiritus atque humores. omnia clara sunt.

Aegid. 2. s. d. 10. q. 2. art. 1.
S. Bon. d. 10. ar. 1. q. 1.
Tho. Arg. d. 10. q. 1. ar. 1.
Alb. Mag. 2. d. 10. art. 1.

SVPER Q. CXII. ART. I.

CONCL. Angeli à Deo mittuntur, in ministerium.

¶ PROB. Quia angeli per imperium diuinum de nouo incipiunt esse alicubi (puta; quando, ac vbi, aliquid est fiendum per eos circa aliquam creaturam corpoream) applicando se, suamque virtutem corpori in tali loco existenti: & is mitti dicitur, qui ab aliquo procedit, vt aliquo modo sit alicubi (ex suprà). Secunda autem pars, scilicet in ministerium, probatur: Quia actio, quam Angelus missus exercet, procedit à Deo, sicut à primo principio (cuius nutu.s. atque auctoritate hi angeli operantur), ac in Deum sicut in vltimum finem reducitur: & ratio ministri est, esse instrumentum intelligens ab alio motum, cuius actio ad aliud ordinetur.

549 Ad He. 2. lec. 6.

1^m de minori.

Actiones intellectuales. R. Consideratæ, vt consistentes in intellectu: nõ semper, vt ab intellectu imperatæ. §. Tunc &c. Nam de actionibus angelorum intellectualib. secundo modo tantum sumptis loquimur: quando in conclusione innuimus, quòd hæ determinant sibi locum.

Secun-

QVÆSTIO CXII.

De missione Angelorum, in quatuor articulos diuisa.

DEINDE considerandũ est de missione angelorum. ET circà hoc quæruntur quatuor.

¶ Primò, Vtrum aliqui angeli mittantur in ministerium.

¶ Secundò, Vtrũ omnes mittãtur.

¶ Tertiò, Vtrum illi, qui mittuntur, assistant.

¶ Quartò, De quibus ordinibus mittantur.

ARTICVLVS I.

Vtrum Angeli in ministerium mittantur.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur, ꝙ angeli in ministerium non mittantur. Omnis enim missio est ad aliquẽ determinatum locum: sed actiones intellectuales non determinant aliquem locum, quia intellectus abstrahit ab hic, & nunc. Cum igitur actiones angelicæ sint intellectuales, videtur ꝙ angeli ad suas actiones agendas non mittantur.

¶ 2 Præt. Cœlum empyreum est locus pertinens ad dignitatem angelorum. Si igitur ad nos mittantur in ministerium, videtur quòd eorum dignitati aliquid depereat: quod est inconueniens.

¶ 3 Præterea. Exterior occupatio impedit sapientiæ contemplationem. vnde dicitur Eccles. 29. Qui minoratur actu, percipiet sapientiam. Si igitur angeli aliqui mittuntur ad exteriora ministeria, videtur quòd retardarentur à contemplatione: sed tota eorum beatitudo in contemplatione Dei consistit. Si ergo mitterentur, eorum beatitudo minueretur: quod est inconueniens.

¶ 4 Præt. Ministrare est inferioris: vnde dicitur Luc. 22. Quis maior est, qui recumbit, an ille qui ministrat? nonne qui recumbit? sed angeli sunt maiores nobis ordine naturæ. Ergo non mittuntur in ministerium nostrum.

SED CONTRA est, quod dicitur Exodi 23. Ecce ego mittam angelum meum, qui præcedat te.

RESP. Dicendum, quòd ex supradictis * manifestum esse potest, ꝙ aliqui angeli in ministerium mittunt à Deo. Vt.n. suprà dictum * est, cum de missione diuinarũ personarum ageretur, ille mitti dicitur, qui aliquo modo ab aliquo procedit, vt incipiat esse vbi prius non erat, vel vbi prius erat per alium modum. Filius. n. aut Spiritus sanctus mitti dicitur, vt à Patre procedens per originẽ: incipit esse nouo modo. i. per gratiam, vel naturam assumptã, vbi prius erat per deitatis præsentiam. Dei.n. proprium est vbique esse, quia cũ sit vniuersale agens, eius virtus attingit omnia entia, vnde est in omnib. rebus, vt s. dictum * est. Virtus aũt angeli, cum sit particulare agens, non attingit totum vniuersum, sed sic attingit vnum, ꝙ non attingit aliud: & ideo ita est hic, ꝙ non alibi. Manifestum est autem per supradicta, * quòd creatura corporalis per angelos administratur. Cùm igitur aliquid est fiendum per aliquem angelum circa aliquam creaturam corpoream, de nouo applicatur angelus illi corpori sua virtute, & sic angelus de nouo incipit ibi esse: & hoc totum procedit ex imperio diuino. Vnde sequitur secundum præmissa, ꝙ angelus à Deo mittatur: sed actio, quam angelus missus exercet, procedit à Deo, sicut à primo principio, cuius nutu & authoritate angeli operantur, & in Deum reducitur, sicut in vltimum finem. Et hoc facit ratione ministerii: nam minister est sicut instrumentum intelligens. Instrumentum autem ab alio mouetur, & eius actio ad aliud ordinatur: vndè actiones angelorum ministeria vocantur, & propter hoc dicuntur in ministerium mitti.

*q. 108. artic. 6.
* q. 43. artic. 1.
* q. 8. art. 1.
* q. 110. art. 1.

AD PRIMVM ergo dicendum, ꝙ aliqua operatio dupliciter dicitur intellectualis. Vno modo quasi in ipso intellectu consistens, vt contemplatio. Et talis operatio non determinat sibi locum: immo vt Aug. * dicit 4. de Trin. etiã nos, secundum quod aliquid æternum mente sapimus, non in hoc mundo sumus. Alio modo dicitur aliqua actio intellectualis, quia est ab aliquo intellectu regulata, & imperata. Et sic manifestum est, quòd operationes intellectuales interdum determinant sibi loca.

* Lib. 4. ca. 20. paulò post med. tom. 3.

AD

Ad secundum dicendum, quod cęlum empyreū pertinet ad dignitatem angeli secundū congruentiā quandam: quia congruū est vt supremum corporum naturæ, quæ est supra omnia corpora, attribuatur: non tamen angelus aliquid dignitatis accipit à cœlo empyreo. Et ideo quando actu non est in cęlo empyreo, nihil eius dignitati subtrahitur: sicut nec regi, quando non actu sedet in regali solio, quod congruit eius dignitati.

Ad tertium dicendum, quod in nobis exterior occupatio puritatem contemplationis impedit: quia actioni insistimus secundum sensitiuas virtutes, quarum actiones cum intenduntur, retardantur actiones intellectiuæ virtutis: sed angelus per solam intellectualem operationem regulat suas actiones exteriores. Vnde actiones exteriores in nullo impediunt eius contemplationem: quia duarum actionum, quarum vna est regula, & ratio alterius, vna non impedit, sed iuuat aliam. Vnde Greg. * dicit in 2. Moral. quòd angeli non sic foris exeunt, vt internæ contemplationis gaudiis priuentur.

Ad quartum dicendū, quòd angeli in suis actionibus exterioribus ministrāt principaliter Deo, & secundariò nobis: non quia nos sumus superiores eis, simpliciter loquendo, sed quilibet homo, vel angelus inquātum adhęrendo Deo fit vnus spiritus cum Deo, est superior omni creatura. Vndè Apostolus ad Philipp. 2. dicit: Superiores sibiinuicem arbitrantes.

* Li. 2. c. 3. circa prin.

2m conclusione. Si igitur ad nos mittantur in ministerium, videtur quod eorum dignitati aliquid depereat. ℞. Si à cœlo empyreo aliquid dignitatis acciperent: non aliter. §. Tunc nihil &c. Non enim aliquid dignitatis inde angelus accipit: vt constat. Ex litera bene considerata. Et, vt hanc eandem facilius penetres, recordare naturę accidentis. Quasi enim proportionaliter se habet in proposito. Sicut enim accidens, siue adsit, siue absit, nihil de substantia ipsi substantię affert vel aufert; quod tamen, cū adest, pertinet ad quendam decorem substantiæ: sic à cœlo empyreo nil dignitatis essentiale habet Angelus, siue ibi adsit, siue inde absit: hoc est, nihil substantiale ipsi substantiæ angelicę affertur, vel aufertur ex eo, quòd est, vel non est actu in cœlo empyreo; cū tamen cœlum empyreum ad dignitatem angeli ibi actu residentis secundū quandam congruentiam pertineat, inquantum scilicet locus & locatum sibi inuicem quodammodo tunc actualiter correspondent.

3m de antecedente. Occupatio. ℞. Exercita per virtutes sensitiuas: non, regulata per solam intellectualem operationem. §. Tunc &c. Secundo. n. modo tantum exterius operantur angeli. Vnde illa auctoritas in argumento adducta de nobis tantum loquitur. Nam homo purus, quantò magis exteriora attendit, tantò magis à contemplatione internorum impeditur: & è contra. Ex coniunctione enim sensitiuæ partis & intellectiuæ in eodē supposito, id in nobis prouenit; quòd vna ad aliquid magis vel minus applicata, altera vis magis vel minus redditur inhabilis ad suam propriam operationem. Vnde vniuersaliter de potentijs hominis tritissimum est carmen; Pluribus intentus minor est ad singula sensus.

4m de maiori. Inferioris. ℞. Respectu eius, cui principaliter ministrat: non semper, respectu eius cui secundariò ministrat. §. Tunc &c. Non enim requiritur, quòd Angeli in nostrum ministerium missi sint nobis simpliciter inferiores, quibus secūdariò ministrant: sed sufficit, quòd sint Deo inferiores simpliciter, cui principaliter ministrant. Dixi ly simpliciter; quia homines aliqui possunt esse maiores secundum quid aliquibus angelis: vt colligis ex litera. Inde nota; tantam esse nobilitatem adhærere Deo, vt etiam faciat minorem secundum vnam considerationem aliquo homine, esse maiorem illo secundum aliam considerationem. Cum dicitur ibi, quòd homo potest esse superior angelo, non intelligitur hoc de viatore, vt sic, respectu comprehensoris, vt sic; quoniam minor in regno cœlorum maior est illo. Matth. 11. Luc. 7. sed intelligitur modo illo, quo declaratur in litera: quo etiam modo B. Virgo mater adhuc viuens in mundo erat superior omnibus angelicis spiritibus. Hinc intelligere potes, quantam bonitatis excellentiam seruorum Dei esse denotauit breuibus Psalmista ibi; Mihi autem adhærere Deo bonum est, Psal. 72.

APPENDIX.

Ex articulo habes primò; quomodo per rationem ostendas; meritò insinuatum esse à scripturis, quòd angeli in ministerium hominum mittuntur. Hoc autem insinuauit Exodi 33. Mittam præcursorem tui angelum, vt eijciam Chananæum, Amorręum, Etheum, Pherezeum, Eueum, & Iebuseum, & intres in terram fluentem lacte & melle. Ministerium ergo angelorū erga nos est, quòd & noxia à nobis pellunt; & salubria nobis procurant. Item 2. Paralip. 32. Misit Dominus Angelum suum; qui percussit omnem virum robustum & bellatorem, & principem exercitus regis Assyriorum. Item Tobiæ 12. Et nunc misit me Dominus, vt curarem te: & Sarram vxorem filij tui à dæmonio liberarem Ego enim sum Raphael Angelus. Quasi dicat. Quia ego sum Raphael Angelus, i. tanquàm medicina Dei, missus, ideo & tibi & Sarræ medelam adhibui. Nam tale ministeriū facit hic vel ille angelus; quia à Deo, à quo mittitur, habet virtutē talia operandi: & vicissim à tali ministerio, tāquàm ab effectu, denominatur ille spiritus. Item Malac. 3 Mittam angelū meum, & præparabit viā ante faciem meam. Secundum ergo scripturā hanc angelus, tāquàm Dei minister, viā præparat in creatura Domino venturo ad illam creaturam, iuxta illud Ioan. 14. Ad eum veniemus, & mansionem apud eum faciemus. Angeli enim ministrando nobis ministrant principaliter Deo, vt dicitur in ad quartum: ac si famulus alicuius Domini vadat ad præparandum hospitium Domino suo illuc accessuro. Item 2. Machab. 11. Cum fletu & lachrymis rogabant Dominum, & omnis turba simul: vt bonum angelū mitteret ad salutem Israel. Ex oratione ergo istorū colligendum relinquit scriptura, quod angeli mittuntur in ministerium nostrum. Nulla. n. est vana oratio in Ecclesia. 2. Machab. 12. & Deus est ille, cui nunquā sine spe misericordię supplicatur (vt dicit Ecclesia in quadā collecta): Vnde mox subsecutam angeli missionem subiungit dicens, cūque pariter prompto animo procederent Hierosolymis; apparuit pręcedens eos eques, in veste candida, armis aureis, hastam vibrans. Hic profectò erat bonus angelus, sic & apparens, & à diuino eloquio descriptus. Secundò habes: quomodo per rationem præmissa similiaque loca, pro quanto angelos astruunt in hominis ministerium mitti, & intelligas, & declares, & probes. Tertiò vides: quomodo ex his, ac similibus, vicissim Angelica hæc doctrina declaretur, atque confirmetur.

Vtilitas pro Eccle. S. Dei.

2

3

¶ Not. Articulo huic suffragatur artic. in ordine 332. 534. 226. 541. 39. 272.

Pro stud.

Comm. Cardinalis Caietani.

Titulus clarus quo ad quid nominis.

¶ In corpore vna conclusio responsiua quæsito affirmatiuè. Aliqui angeli mittuntur à Deo in ministerium. Conclusio habet tres partes, quòd mittuntur, quòd à Deo, quòd in ministerium, & singillatim probatur. Primò, quòd mittuntur, ex propria ratione missionis sic. Procedens ab aliquo, vt incipiat esse vbi vel non erat, vel non illo modo erat, mittitur: angelus est huiusmodi. ergo. Maior manifestatur repetendo supradicta de missione filij, & Spiritussancti, quibus conuenit mitti, non vbi non erant, sed nouo modo essendi vbi erant. Minor probatur, ex differentia inter agens vniuersale, & particulare sic. Proprium est agentis vniuersalis attingere totum vniuersum, & consequenter esse vbique. ergo agens particulare attingit sic vnum, quod non aliud; & consequenter est ita hic, quòd non alibi. Ergo angelus acturus aliquid circa creaturam corpoream, de nouo applicat suam virtutem ad illam. ergo incipit esse vbi non erat, omnia clara sunt.

¶ Et aduerte, quòd cum minor includat duo, scilicet angelum esse ab alio ipsum incipere esse alicubi, non fuit solicitus author de primo, sed de secundo: tum quia primum constat, tum quia in secunda parte conclusionis statim probanda includitur. Secundo igitur probatur quòd à Deo, sic. Hoc totum procedit ex imperio diuino. ergo angelus mittitur à Deo. Antecedens patet, & demonstrat ly hoc applicationem virtutis de nouo in corpus subditum, & esse ibi. Consequentia verò patet ex dictis in tractatu de missione superius, quia scilicet mittens est qui est causa inceptionis essendi alicubi simpliciter, vel nouo modo. Tertio probatur, quòd in ministerium, ex ratione ministri sic. Actio quam angelus missus exercet, est à Deo vt à primo imperante, & propter Deum vt vltimum finem. ergo angelus habet se ut instrumentum. ergo vt minister. ergo actiones Angelorum ministeria sunt. ergo ipsi in ministerium mittuntur. Antecedens patet. Prima consequentia probatur ex ratione instrumenti, scilicet ab alio, & propter aliud. Secunda probatur, quia minister nihil aliud est quàm instrumentum intelligens, cæteræ relinquuntur per se notæ.

ARTICVLVS II.

Vtrum omnes Angeli in ministerium mittantur.

AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur, quòd omnes angeli in ministerium mittātur. Dicit enim Apostolus ad Hebr. 1. Omnes sunt administratorii spiritus in ministerium missi.

¶ 2 Præt. Inter ordines supremus est ordo Seraphim, vt ex supradictis * patet: sed Seraphin est missus ad purgandum labia Prophetæ, vt habetur Isa. 6. Ergo multò magis inferiores angeli mittuntur.

¶ 3 Præt. Diuinæ personæ in infinitum excedunt omnes ordines angelorum: sed diuinæ personæ mittuntur. Ergo multò magis quicumque supremi angeli.

¶ 4 Præt. Si superiores angeli non mittūtur ad exterius ministerium, hoc non est, nisi quia superiores angeli exequuntur diuina ministeria per inferiores: sed cum omnes angeli sint inæquales, vt s. dictum * est, quilibet angelus habet inferiorem angelum præter vltimum. Ergo vnus angelus solus ministraret in ministerium missus: quod est contra id quod dicitur Daniel. 7. Millia millium ministrabant ei.

SED CONTRA est, quod Greg. * dicit referens sententiam Dionys. Superiora agmina vsum exterioris ministerii nequaquàm habent.

RESP. Dicendum, quod sicut ex supradictis * patet, hoc etiam ordo diuinæ prouidentiæ non solum in angelis, sed etiā in toto vniuerso, quod inferiora per superiora administrātur. Sed ab hoc ordine in rebus corporalib. aliquando ex diuina dispēsatione receditur propter altiorem ordinem, secundum. s. quod expedit ad gratiæ manifestationem. Quòd. n. cęcus natus fuit illuminatus, quòd Lazarus fuit suscitatus, immediatè à Deo factum est, absque aliqua actione cęlestium corporum: sed & angeli boni, & mali possūt aliquid in istis corporibus operari præter actionem cœlestium corporum, condensando nubes in pluuias, & aliqua huiusmodi faciendo. Neque alicui debet esse dubiū, quin Deus immediatè hominibus aliqua reuelare posset, non mediantibus angelis, & superiores angeli, non mediantibus inferioribus. & secūdum hanc considerationem quidam dixerunt, quod secundum communem legem superiores non mittuntur, sed inferiores tantum: sed ex aliqua dispensatione diuina interdū etiam superiores mittuntur. Sed hoc non videtur rationabile: quia ordo angelicus attenditur secundum dona gratiarum. Ordo autem gratiæ non habet alium superiorem ordinem, propter quem prætermitti debeat, sicut prætermittitur ordo naturæ propter ordinē gratiæ. Considerandum est etiam, quod ordo naturæ in operatione miraculorū prætermittitur propter fidei cōfirmationem. Ad quam nihil valeret, si prætermitteret ordo angelicus, quia hoc à nobis percipi non posset. Nihil etiam est ita magnum in ministeriis diuinis, quod per inferiores ordines exerceri non possit. Vndè Greg. * dicit, quòd qui summa annunciant, Archangeli vocantur. Hinc est, quod ad Virginem Mariam Gabriel Archangelus mittitur. Qd' tamen fuit summum inter omnia diuina ministeria, vt ibidem subditur. Et ideo simpliciter dicendum est, cum Dion. * quòd [d] superiores angeli nunquam ad exterius ministerium mittuntur.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod sicut in missionibus diuinarum personarum aliqua est visibilis, quę attenditur secundū creaturam corpoream, aliqua inuisibilis, quæ fit secūdum spiritualem effectum: ita in missionibus angelorum aliqua dicitur exterior, quæ s. est, ad aliquod ministerium circa corporalia exhibendum. & secundum hanc missionem, non omnes mittuntur. Alia est inferior secundum intellectuales effectus, prout s. vnus angelus illuminat alium. Et sic omnes angeli mittuntur. Vel aliter dicendum, quòd Apostolus inducit illud ad probandum, quòd Christus sit maior angelis, per quos data est lex: vt sic ostendat excellentiam nouæ legis ad veterem. Vnde non oportet, quòd intelligatur, nisi de angelis ministerii, per quos data est lex.

AD SECVNDVM dicendum, fm Dionys. * quod ille angelus, qui missus est ad purgandum labia Prophetę, fuit de inferioribus angelis: sed dictus est Seraphim, i. incendens æquiuocè propter hoc, quod venerat ad incendendum labia Prophetę. Vel dicendum, quòd superiores angeli communicant propria dona, à quibus denominantur mediantib. inferioribus angelis. Sic igitur vnus de Seraphim dictus est purgasse incēdio labia Prophetę, non quia hoc ipse immediatè fecerit, sed quia inferior angelus virtute eius hoc fecit. Sicut Papa dicitur absoluere aliquem, etiam si per alium officium absolutionis impendat.

AD

S. Bon. 2. s. d. 10. q. 2. ar. 2.
Sco. 2. s. d. 10. q. 1.
Riccar. 2. s. d. 10. q. 2.
Duran. 2. s. d. 10. q. 2.
Aeg. 2. sd. 10. q. 2. ar. 2.
Alb. Mag. 2. d. 10. art. 3.

* 550 2. dist. 10. art. 2.

SVPER Q. CXII. ART. II.

CONCL. Simpliciter dicendum est: quòd superiores angeli in ministerium exterius non mittuntur.

¶ PROB 1. Quia secundum ordinem diuinæ prouidentiæ superiora in angelis (sicut etiam in toto vniuerso) per inferiora administrantur: & ordo rerum secundum illam diuinā prouidentiā positus non debet prætermitti, nisi propter ordinem superiorem, secundū tamen quod expedit ad gratiæ manifestationem, (aliquando siquidem prætermittitur: vt patet in cœco. Lazaro; condensatione quadā nubium in pluuias, & huiusmodi, vt in tex.). 2. Quia ille ordo angelicus est secundum dona gratiarum: & ordo gratię non habet alium ordinē superiorem, propter quē dimitti debeat (vt ait litera). 3. Quia si iste ordo angelicus prætermitteretur nihil valeret ad fidei confirmationē (cū à nobis percipi illa prętermissio non posset): & ordinis naturæ prætermissio (in operatione. s. miraculorum) fit propter fidei confirmationem.

* q. 108. artic. 6.

* q. 108. artic. 3. arg. 1.

* Hom. 34. in Euang. paulò post medium.

* q. 110. artic. 1.

¶ COROLL. Quando ergo (vt à simili dicā) ex diuina dispensatione, vel ecclesiastica communi cōsuetudine, quæ piè creditur diuinitus emanare, prætermittitur ordinarius cursus faciendi aliquid: tunc fideliter tenendum est, quòd talis cursus mutatio fiat ad confirmationem fidei. Vt. Quare in primitiua Ecclesia mutabatur forma baptismi ordinaria, quæ est in nomine Patris, & Filij, & Spiritussancti, in formam illam, in nomine Domini Iesu, seu in nomine Iesu Christi? Quia ad confirmationē fidei hæc mutatio pro tunc expediebat. Necesse enim erat, quod nomen Christi haberet in precio, tanquàm hominib. salutiferum: id quod de facili tunc de nouiter crūcifixo, ab omnibus ferè cum detestatione etiam nominato, fieri non potuisset; nisi ad inuocationē nominis eius vidissent homines gratiam sibi conferri in baptismo, qui est totius salutis nostræ initium, vtpotè ianua omnium sacramentorum. Vides ergo: quod, ad confirmationem fidei, prætermissio formæ ordinaria fiebat. Item Ecclesia vsum cōmunicandi sub vtraque specie mutauit, ad confirmationē fidei: ne scilicet ex effusione sanguinis Christi (cuius rei periculū magis nunc est propter minorē deuotionem; quàm in nascēte Ecclesia) fides circa tantum sacramētum tepescat; & ut ex hac reuerentia augeatur. Vide Concil. Triden. sess. 21. & tertiam partem de sacramētis, q. 21. aliàs 80. art. 12. cum Elucid. De alijs huiusmodi mutationibus discurre tu.

* Hom. 34. in Euang. ante med.

1^m ex Apost. Missi. R. Missioni vel interiori, vel exteriori. §. Tunc nihil &c. vt patet in textu. Nam conclusio loquitur solum de missione exteriori: Apostolus de vtraque diuisim.

D. 161. * c. 8. cœl. hier. circa prin. & refert 2. sen. dist. 10.

Item ex Apostolo. Omnes. R. Per quos data est lex; non, omnes absolute. §. Tunc &cæt. Conclusio enim loquitur de omnibus angelis absolutè: & Apostolus de omnibus tantum accommodè, id est de omnibus talis generis; puta per quorū exterius ministerium data est lex. Vide responsum literæ secundū ly vel aliter dicendum, quod Apostolus inducit &c. Et nota: quod prima respōsio erat largior: scilicet dato etiam, quod Apostolus de omnibus absolutè loqueretur; hæc secunda textualior, & strictior.

Respon. 2.

2^m de maiori. Ordo Seraphin. R. Propriè sumptus: non, æquiuocè. §. Tunc &c. Nam Seraphin, de quo Isaias ibi in argumento fuit Seraphin æquiuocè, i. ab effectu incensionis sic denominatus: quamuis propriè, secundum substantiæ suæ dignitatem, non esset de ordine Seraphin.

* c. 13. cœl. hierar. non multū longe à princ.

Itē de minori. Seraphin est missus. R. i. angelus aliquis inferior authoritate ipsius Seraphin est missus: non autem, vnus de ordine supremo. §. Tūc nihil &c. vt patet. Ex litera nota munificentiam superioris ad inferiorem, communicantis ei propriam denominationem; & gratitudinem

Noie[illegible] nominatur alter, & quare.

nem inferioris erga superiorem, dum ei, per hoc quòd in executione officij nomine superioris se vocat, dat gloriam de opere à se facto. Quasi per hoc dicat. Ideo mittentis me nomine vocor: quia gloriam ministerij mei huius recognosco à mittente, in ipsum illam refero; & de hoc meo ministerio ei gratias etiam ab alijs nomen tale audientibus reddi volo. Hinc ad similem sensum cognosce: quare angelus, qui Moysi apparuit in rubo, qui Moysi loquebatur in monte Synà, Actuum 7. vocaretur Deus: vbi & munificẽtiam veri Dei ei proprium nomen communicantis admirare.

* In corp. ar. & q. 43.

Ad tertium dicendum, quòd diuinæ personæ non mittuntur in ministerium, sed æquiuocè mitti dicuntur, vt ex prædictis * patet.

Ad quartum dicendum, quòd in diuinis ministeriis est multiplex gradus. Vnde nihil prohibet etiam inæquales angelos immediatè ad ministeria mitti, ita tamen quòd superiores mittantur ad altiora ministeria: inferiores verò ad inferiora.

3m de minori. Mittuntur. ℞. Sed non in ministerium. §. Tunc nihil &c. Quomodo autem mittantur: Vide literam, & suprà q. 43. art. &c.

4m conclusio. Ergo vnus angelus solus ministraret in ministerium exterius. ℞. Nisi esset multiplex exterioris ministerij gradus. §. Tunc nihil &cæt. Nam in diuinis ministeriis est multiplex gradus. Vnde nihil &cæt. vt in litera.

APPENDIX.

Hinc habes primò: quomodo per rationem ostendas, Danielem meritò insinuare, quòd non omnes Angeli in exterius ministeriũ mittuntur. Hoc autẽ facit c. 7. dicens de angelis, Millia millium ministrabãt ei, & decies millies centena millia assistebãt ei. Ecce; quòd angelorũ quidã distinguuntur contra ministrantes Deo: & consequenter ex hoc patet, Danielem sentire, quòd non omnes angeli ministerio exteriori ministrant. Secundò habes: quomodo per rationem huiusmodi scripturæ dictum, pro quanto non omnes ministrare docet, & intelligas, & declares, & probes. Tertiò vides: quomodo ex eo, atque similibus, vicissim Angelica doctrina hæc declaretur & confirmetur.

Vtilitas pro Eccle. S. Dei. 2 3

¶ Not. Præsenti articulo suffragatur aliqualiter articulus in ordine 534. 226. 531. 541. 532. 511.

Pro stud. var. coor.

Comm. Cardinalis Caietani.

Titulus clarus.

¶ In corpore tria. Primo tractatur summariè ordo superioris & inferioris respectu executionis, seu ministerii. Secundo recitatur opinio pro parte affirmatiua. Tertio impugnatur, & simul respondetur quæsito negatiue.

¶ Quo ad primum quatuor dicuntur, duo de facto, duo de possibili. Primum pertinens ad factum est ordo cõmunis diuinæ prouidentiæ consistens in hoc, quòd superiora principantur, & inferiora tantum ministrant, vt patet & in angelis, & in toto vniuerso. Secundũ pertinens quoque ad factum est ordo diuinæ dispensationis consistens in hoc, quòd prædictus diuinę prouidentiæ ordo quãdoque in corporalibus non seruatur, sed superiores exequuntur per seipsos tantum propter altiorem ordinem: puta gratiæ diuinæ manifestationem. Declaratur hoc tam in Deo, quàm in angelis in prætermissione cœlestium corporum. Tertium pertinens ad possibile, est, quòd Deus potest per seipsum absque angelis mediis reuelare alicui homini aliquid. Quartum pertinens etiam ad possibile est, quòd angeli superiores absque inferioribus mediis possunt idem.

¶ Quo ad secundum, conclusio opinionis affirmatiuæ est hæc. Angeli inferiores tantum mittuntur de lege communi, superiores vero ex diuina dispensatione. Hæc conclusio non aliter probatur, nisi quòd ex prædictis deducta videtur, tanquam possibili posito in esse, nullum debeat sequi inconueniens.

¶ Quo ad tertium duo fiunt: quia primo tripliciter impugnatur præcedens opinio, quo ad secundam partem. & sic secũdo infertur conclusio negatiua responsiua quæsito. Non omnes angeli mittuntur. Prima ratio est. Prætermissio ordinis ex diuinis, dispensatione fit propter altiorem ordinem. Ordo missionis angelicæ non habet altiorem ordinem. ergo non suscipit prætermissioné. Maior patet ex dictis superioribus, & declaratur in ordine naturę & gratiæ. Minor probatur: quia ordo diuinæ gratiæ caret superiore. Talis autem ordo est secundum dona, diuinæ gratiæ. ergo.

¶ Secunda ratio est. Ordo cõmunis prætermittitur propter fidei confirmationem: in proposito nihil prodesset ad fidei confirmationé. ergo maior patet, in miraculis. Minor, quia ista prętermissio est ignota nobis. Tertia ratio est. Nihil est ita magnũ, quod per inferiores exerceri non possit. ergo non est opus, quod superiores mittantur. Antecedens probatur de annunciatione incarnationis, quod est maximum, & firmatur authoritate Gregorij. Ex his sequitur conclusio responsiua, quòd non omnes mittuntur, quia superiores nunquàm mittuntur.

¶ Aduerte hic duo, quòd prima ratio se tenet ex parte causæ efficientis. Ordo enim superior, vt agens superius, se habet respectu inferioris. Secunda verò ex parte causæ finalis. Manifestatio namque fidei finis est miraculorum &cæt. Tertia autem ex parte causæ formalis. Excellentia namque, siue dignitas ministri ad magnitudinem rei gerendæ requisita, formaliter se habet ad ipsum. Secundo, quod ex dictis patet solutio motiui partis aduersæ: quoniam prætermissio ordinis hic apparet, quòd non est possibilis potentia ordinata, sed potentia absoluta. Tali autem potentia possibili posito multa accidunt inconuenientia circa ordinem institutum, vt in proposito prætermissio vana debiti ordinis, omnia clara sunt.

ARTICVLVS III.

Vtrum omnes Angeli, qui mittuntur, assistant.

551 2. d. 10. artic. 1.

AD tertium sic proceditur. Videtur quòd etiam angeli, qui mittuntur, assistant. Dicit enim Gregorius in Hom. * mittuntur igitur angeli, & assistunt: quia etiam circumscriptus est angelicus spiritus. Summus tamen spiritus, qui Deus est, circumscriptus nòn est.

* Hom. 34. in Euang. post mediũ illius.

¶ 2 Præt. Angelus Tobiæ in ministerium missus fuit: sed tamen ipse dixit: Ego sum Raphael Angelus, vnus ex septem, qui astamus ante Deum, vt habetur Tobiæ 12. ergo angeli, qui mittuntur, assistunt.

¶ 3 Præterea. Quilibet angelus beatus propinquior est Deo, quàm Sathan: sed Sathan assistit Deo, secundũ quòd dicitur Iob. 1. Cùm assisterent filii Dei, coram Domino, affuit inter eos & Sathan. ergo multo magis angeli, qui mittuntur in ministerium, assistunt.

2. d. 10. artic. 2.

¶ 4 Præterea. Si inferiores angeli non assistunt, hoc non est, nisi quia non immediatè, sed per superiores angelos illuminationes recipiunt: sed quilibet angelus per superiorem diuinas illuminationes suscipit, excepto eo qui est inter omnes supremus. ergo solus supremus angelus assistere; quod est contra illud, quod habetur Dan. 7. Decies millies centena millia assistebant ei. ergo etiam illi, qui ministrant assistunt.

Sed contra est, quod Greg. dicit 17. Moral. * super illud Iob: Nunquid est numerus militũ eius: Assistunt, inquit, illæ Potestates, quæ ad quędam hominib. nuncianda, non exeunt. ergo illi, qui in ministerium mittuntur, non assistunt.

Aegid. 2. s. d. 10. q. 1. art. 1. Duran. d. 10. q. 2.

* Li. 17. c. 7 circa finé.

Respon. Dicendum, quòd angeli introducuntur assistentes, & administrãtes ad similitudinem eorum, qui alicui regi famulantur, quorum aliqui semper ei assistunt, & eius præcepta immediatè audiunt. Alii verò sunt, ad quos præcepta regalia per assistentes punitur: sicut illi qui administrationi ciuitatũ præficiuntur, & hi dicũtur ministrantes, sed non assistentes. Considerandũ est ergo, quòd omnes angeli diuinam essentiam immediatè vident. Et quantum ad hoc, omnes etiã qui ministrant, assistere debét. Vnde Greg. dicit in 2. Moralium, * quòd semper assistere, aut videre faciẽ Patris possunt, qui ad ministerium

SVPER Q. CXII. ART. III.

Concl. 1. Omnes etiam ministrãtes assistere dicũtur, inquantum assistentia dicit visionem immediatam diuinæ essentiæ.

¶ Prob. Quia omnes angeli diuinam essentiã immediate vident.

¶ Not. Multum tibi videre proderit, pro ampliori huius capeu, q. 12. art. 1. & 2. append.

¶ Concl. 2. Soli superiores, qui sunt primæ hierarchiæ, assistere dicuntur; inquantum assistentia dicit perceptionem immediatam diuinorum secretorum.

¶ Prob. Quia soli superiores secreta diuinorum mysteriorũ in ipsa claritate diuinæ essentię immediate uident.

* Li. 2. Moral. c. 3. circa prin.

exterius mittuntur pro nostra salute: sed non omnes angeli secreta diuinorũ mysteriorum in ipsa claritate diuinæ essentiæ pcipere possunt, sed soli superiores, per quos inferioribus denunciantur. Et secundùm hoc soli superiores, qui sunt primæ hierarchię assistere dicuntur, cuius proprium dicit esse Dionys.* immediatè à Deo illuminari. Et per hoc patet solutio ad Primum & Secundũ, quæ procedunt de primo modo assistendi.

Ad tertium, Sathan non dicitur d astitisse, sed inter assistentes affuisse describitur: quia vt Greg.* dicit 2. Moral. etsi beatitudinem perdidit, naturam tamen angelis similem non amisit.

*Li.2.Moral. c.3.parũ à med.

Ad quartum dicendũ, quòd omnes assistentes aliqua immediatè vident in claritate diuinæ essentiæ, & ideo totius primæ hierarchiæ proprium esse dicitur immediatè illuminari à Deo: sed superiores eorum plura percipiunt, quàm inferiores, de quibus illuminant alios: sicut etiam inter eos qui assistunt regi, plura scit de secretis regis vnus, quàm alius.

*c.7.cœle. hier. à medio.

1m ex Gregorio. Assistunt. ℞. Id est vident immediatè diuinam essentiam: non autem, vident immediatè secreta mysteriorum diuinorum. § Tunc nihil &c. vt ex conclusionibus patet. Gregorij ergo auctoritas illa fit tanquàm probatio conclusionis primæ.

2m Tob. Astamus. ℞. Id est, videmus immediatè essentiam diuinam; non autem, videmus immediatè secreta mysteriorum diuinorum. §. Tũc nihil &c. vt ex conclusionibus patet, & hæc auctoritas fit, tanquàm probatio primæ conclusionis.

3m de minori. Sathan assistit. ℞. Non: sed inter assistentes affuit. §. Tunc nihil &c. Nam assistere contingit vno illorum modorum per conclusiones explicatorum, quorum nullus conuenit Sathanæ; sed inter assistentes angelos adesse, est habere naturam angelicam. Non ergo assistit Sathan, quia non est eiusdem gloriæ: inter assistentes adest, quia est eiusdem naturæ.

D.247.

4m de maiori. Illuminationes. ℞. Omnes; non, aliquas tantum. §. Tunc nihil &cęt. Nam etiam assistentes, nisi sit assistentium primus, recipiunt mediantibus superioribus aliquas, licet non omnes illuminationes à Deo. Non ergo soli non assistentes mediatè illuminationes diuinas recipiunt (vt argumentum putabat): quàmuis soli non assistentes nullas illuminationes diuinas, nisi mediatè, habeant. Ad hoc igitur, quòd aliqui dicantur assistentes, sufficit; quòd immediatè videant aliqua in Deo, seu quòd de aliqua re illuminentur immediatè à Deo; etiam quòd multas alias illuminationes non, nisi mediatè, ab ipso recipiant. Hinc patet, quòd angeli assistentes possunt esse multi; quorum inter se aliqui sint inferiores, aliqui superiores, quibus mediantibus illos Deus illuminet: vt habes in litera. Ex qua acriter aduertes tu, ne vnquàm præsumas immediatè illuminari à Deo; sed illuminationem expecta humiliter à Deo, mediantibus tuis hominibus superioribus. Non enim melioris conditionis es, quàm omnes angeli Deo ministrantes; aut quàm aliqui angeli Deo assistentes. Hinc nota; quanta sit superbia hæreticorum, & vana spes, immo vana præsumptio; qua seipsos tanquàm à Deo immediatè, sine suis Prælatis videlicet, illuminandos nolunt subijcere Concilijs, Romano Pontifici, sensibus Patrum nostrorum sacræ scripturæ datis. Quin & plebeios, ac cuiussuis farinæ homines, volunt interesse Concilijs, negotijs fidei tractandis, ac morum; quasi quòd aut Angeli Deo ministrantes aliquando sine medijs superioribus à Deo illuminentur, quamuis beati existant; aut ipsi Angelis beatis superiores sint, ac Deo propinquiores. O vere detestandam insaniam. Vtinam tandem aliquando, vel ad sanctorum sobrietatem Angelorũ, sapiant: & resipiscant à laqueis illius, qui est rex super omnes filios superbiæ. Pro dictorum ampliori captu vide Veritates aureas super legem veterem, Exod. 18. conclus. 5. 6. & Deuteron. 17. concl. 7. 8. 9. & Gen. 16. conclus. 4. item ly Pro Eccle. sancta Dei, post conclus. 5. & Exod. 16. concl. 3.

Ad viuentes sub obedientia. Contra hęreticos aureũ notandum.

APPENDIX.

Ex artic. habes primò: quomodo per rationem ostendas, rectè insinuatum à Christo, quòd omnes angeli etiam ministrantes assistunt, inquantum assistere dicit visionem diuinæ essentiæ facialem, seu immediatam. Hoc autem insinuauit Matth. 19. Dico vobis, quia angeli eorum in cœlis semper vident faciem patris mei, qui in cœlis est. Ibi enim loquitur Christus de angelis ordinis infimi, quæst. 113. art. 3. puta de custodientibus homines: in cuius signum dicit Angeli eorum, id est angeli ad illorum pusillorum custodiam deputati. Si ergo hos inferiores, ait, semper esse in cœlis spiritualibus (non enim semper sunt in cœlis corporalibus, quæst. 113. artic. 6.) in contemplatione. & quæ contemplatio est faciei patris cœlestis: vtique per hoc, & quidem a fortiori, ait: quòd omnes alii ministrantes, vtpotè superiorum ordinum, faciali visione Dei fruuntur; & consequenter quòd sic assistunt. Secundò habes: quomodo per rationem ostendas, scripturam meritò innuere, quòd ministrantes non assistunt, inquantum assistere dicit immediatam receptionem diuinorum secretorum. Id verò innuit quando inferiores asserit illuminari per superiores: vt recitatur quæst. 106. artic. 1. & 4. append. Vide ibi. Si enim ministrantes viderent immediatè secreta diuina: non indigerent ipsi inferiores à superioribus illuminari. In idem itaque redit; ministrantes illuminari ab aliis, & ministrantes non assistere, id est non cognoscere immediatè, diuina secreta. Tertiò habes: quomodo per rationem præmissas scripturas, pro quanto ministrantes, vel assistere dicunt, vel non assistere, & intelligas, & declares, & probes. Quartò vides: quomodo ex his vicissim Angelica doctrina declaretur, atque confirmetur.

Vtilitas pro Eccle. S. Dei. — 2 — 3 — 4

Comm. Cardinalis Caietani.

Titulus clarus.

¶ In corpore duo. Primò declaratur, quid intersit inter assistere, & ministrare. Secundò, distinguitur de assistentia dupliciter: & sic duabus conclusionib. respondetur quæsito.

¶ Quo ad primum, tria dicuntur; primo, q̃ ista metaphoricè dicuntur de angelis: secundò, ad similitudinem, & famulantium regi &c. tertiò, q̃ assistentia cõsistit in immediata visione apud regẽ. Ministratio verò habet mediatam præceptionem.

¶ Quo ad secundum distinctio est. Assistentia, id est, immediata visio dupliciter, aut respectu Dei, aut respectu diuinorum mysteriorum in Deo. Prima conclusio responsiua affirmatiuè. Omnes ministrantes assistunt, quo ad visionem Dei. Probatur: quia omnes immediatè vident. Et confirmatur authoritate Gregorii. Secunda negatiuè. Soli superiores primæ hierarchiæ assistunt, quo ad perceptionem diuinorum mysteriorum in Deo. Probatur authoritate Dionysii, quia eius est proprium illuminari immediatè à Deo.

Aegid. 2. s. dist. 10. q. 1. art. 1.

ARTICVLVS IIII.

Vtrum Angeli secundæ hierarchiæ omnes mittantur.

Ad quartum sic proceditur. Videtur q̃ angeli secundæ hierarchiæ omnes mittantur. Angeli. n. omnes vel assistunt, vel ministrant, secundùm quod habetur Dan. 7. sed angeli secundæ hierarc. non assistunt. Illuminantur. n. per angelos primæ hierarch. sicut dicit Dionys.* 8. cap. cœlest. hierarc. omnes ergo angeli secundę hierarchię in ministerium mittuntur.

*c.8. parũ ante med.

¶ 2 Præt. Greg.† dicit 17. Moral. quòd plures sunt qui ministrant, quàm qui assistunt: sed hoc non esset, si angeli secundæ hierarchiæ in ministerium non mitterentur. ergo omnes angeli secundæ hierarchiæ in ministerium mittuntur.

†17. Mora. c.7. in fine.

Sed contra est, quod Dionys.* dicit, q̃ Dominationes sunt maiores omni subiectione: sed mitti in ministerium, ad subiectionem pertinet. ergo Dominationes in ministerium non mittuntur.

*c.8. cœle. hier. nõ lõge à princ.

Resp. Dicendum, q̃ sicut suprà dictũ† est, mitti ad exterius mini-

† Ar. 1. huius quæst.

SVPER Q. CXIII. Art. IIII.

552 2. d. 10. artic. 3.

Concl. Ad quinque ordines angelorum inferiores pertinet in exterius ministerium mitti; non ad quatuor superiores.

¶ Prob. Quia in nominibus quatuor ordinum superiorum non importatur aliqua exterior executio, quæ importatur in nominibus quinque inferiorum (patet ex suprà): Et Angeli illorum ordinum tantum in exterius ministerium mittuntur, ex quorum nominibus aliqua huiusmodi executio significatur (cum proprietates Angelorum ex eorum nominibus manifestentur, secundum Dionysium).

¶ Coroll. Ergo Seraphin, Cherubin, Throni, Dominationes, non mittuntur. Sed reliqui omnes.

Primum

1m de maiori. Ministrant. ℞. Vel sicut exequentes; vel sicut, quid exequendum sit, disponentes. §. Tunc nihil &cæt. Nam Dominationes quæ sunt de secunda hierarchia, modo tantum secundo ministrant: Et hoc ministerium non tollit, quin etiam assistant, assistentia de qua conclusio secunda articuli tertij locuta est. Aliqui enim taliter etiam assistentium illuminantur de aliquibus à Deo mediantibus superioribus: licet omnes taliter assistentes nonnulla in Deo immediate videant. Dionysius ergo ab arguente adductus sic intelligitur: quòd angeli secundæ hierarchiæ à prima illuminantur quidem, sed differenter. Hoc est. Primus ordo hierarchiæ secundæ illuminatur à prima; sic tamen quòd aliquas reuelationes, & ipse videt immediatè in Deo: reliqui autem duo ordines eiusdem secundæ illuminãtur à prima, ita quòd nullas reuelationes vidêt immediate in Deo, illuminari igitur de aliquibus tantum, mediatè à Deo stat cum assistere per secundam conclusionẽ articuli tertij exposito: licet illuminari de omnibus mediatè ab ipso distinguatur contra illud assistere. Consule artic. 3. ad quartum. Dionysius itaque dicens, quòd ordo Dominationum illuminatur modo declarato à prima hierarchia, non contrariatur conclusioni dicenti, quòd talis ordo assistit: & dicens, quòd reliqui duo illuminantur modo alio, concordat conclusioni de his dicenti, quòd non assistunt.

* Cap. 7. in prin. & c. 8. circa prin.

Verus sensus Dion.

*Hom. 34. in Euang. ante med.

*Hom. 34. in Euang. post med. illius.

2m ex Gregorio. Plures. ℞. Secundum numerum ordinum; non, secundũ numerum suppositorũ. §. Nam quinque ordines ministrant; & quatuor assistunt. Tunc nihil &c. vt patet ex decursu literæ. Ex qua etiam cognosce; quòd plures numeraliter sunt Seraphin, quàm quilibet aliorum ordinum sigillatim sumptorum; plures Cherubin, quàm quilibet inferiorum ordinum sigillatim sumptorum: & sic de reliquis: sunt tamen magis vniti in virtute, & minoris multitudinis in speciebus intelligibilibus; quanto fuerint superiores. Per hæc, & per in textu expressa, concordantur Doctorum, Platonisque placita ibi; & si qua sunt huiusmodi. Ex verbis illis circa finem, scilicet. Nec tamen hoc pro tanto dicitur, quia tantus solum &c. cognosces; quàm bene expositus fuerit sensus Alberti Magni de numero Angelorum suprà q. 50. art. 3. in notatione ante conclusionis probationem.

Concordãtur Doct.

sterium propriè conuenit angelo, secundum quòd ex diuino imperio operatur circa aliquam creaturam corporalem. Quod quidem pertinet ad executionem diuini ministerii: proprietates autem angelorum ex eorum nominibus manifestantur, vt Dionysius * dicit 7. cap. cœlest. hierarc. & ideo angeli illorum ordinum ad exterius ministerium mittuntur, ex quorum nominibus aliqua executio datur intelligi. In nomine autem Dominationum, non importatur aliqua executio, sed sola dispositio. & imperium de exequendis: sed in nominibus inferiorum ordinum intelligitur aliqua executio. Nam angeli, & archangeli denominantur à denunciando: Virtutes, & Potestates dicuntur per respectum ad aliquem actum. Principis etiam est, vt Greg.* dicit, inter alios operantes priorem existere. Vndè ad hos quandoque ordines pertinet in exterius ministerium mitti, non autem ad quatuor superiores.

Ad primum ergo dicendum, quòd Dominationes computantur quidem inter angelos ministrantes, non sicut exequentes ministerium, sed sicut disponentes, & mandantes, quid per alios fieri debeat. Sicut architectores in artificiis nihil manu operantur, sed solum disponunt, & præcipiunt quid alii debeant operari.

Ad secundum dicendum, quòd de numero assistentiũ, & ministrantium duplex ratio haberi potest. Gregorius * enim dicit plures esse ministrantes, quàm assistẽtes: intelligit enim quod dicitur, Millia millium ministrabant ei, non esse dictum multiplicatiuè, sed partitiuè: ac si diceretur, Millia de numero millium: & sic ministrantiũ numerus ponitur indefinitus, ad significandum excessum: assistentium verò numerus finitus, cum subditur: Et decies millies centena millia assistebant ei, & hoc procedit secundum rationem Platonicorum, qui dicebant, quòd quanto aliqua sunt vni primo principio propinquiora, tantò sunt minoris multitudinis. Sicut quantò numerus est propinquior vnitati, tantò est multitudine minor. Et hæc opinio saluatur quãtum ad numerum ordinum, dum sex ministrant, & tres assistunt. Sed Dionysius * ponit 14. cap. cœlestium hierarchiar. quòd multitudo angelorum transcendit omnem materialem multitudinem, vt scilicet sicut corpora superiora transcẽdunt corpora inferiora magnitudine quasi in immensum, ita superiores naturæ incorporeæ transcendunt omnes naturas corporeas: quia quod est melius, est magis à Deo intentum, & multiplicatum. Et secundum hoc, cum assistentes sint superiores ministrantibus, plures erunt assistentes, quàm ministrantes. Vndè secundũm hoc, Millia millium legitur multiplicatiuè, ac si diceretur, Millies millia. Et quia decies centum sunt mille, si diceretur, decies centena millia, daretur intelligi, quòd tot essent assistentes, quot ministrantes: sed quia dicitur millies centena millia, multò plures dicuntur assistentes, quàm ministrantes. Nec tamen hoc pro tanto dicitur, quia tantus solùm sit angelorum numerus: sed multò maior, quia omnẽ materialem multitudinem excedit. Quod significatur per multiplicationem maximorum numerorum supra seipsos, scilicet denarii, centenarii, millenarii, vt Dion. ibidem * dicit.

APPENDIX.

Ex articulo habes primò: quomodo per rationem ostendas, Papam cum Concilio rectè dixisse (si bene huc applicetur): quòd non omnes secundæ hierarchiæ mittuntur, sed tantum duo vltimi: hoc est (vt specialius loquamur) quòd, Seraphin, Cherubin, Thronis, Dominationibus, exceptis; cæteri omnes ordines Angelorum mittuntur. Id autem virtualiter dixit Papa: quando Eugenius 16. quæstio. 1. Placuit (el secondo) inquit, Sicut piscis sine aqua caret vita, ita sine monasterio monachus, Agnoscat nomen suum, Monos enim Græce, Latinè est vnus: Achos Græce, Latinè est tristis. Vnde dicitur monachus, id est vnus tristis. Sedeat itaque solitarius, & taceat; tristis; & officio suo vacet: qui mundo mortuus est, Deo antem viuit. Hæc ibi. Hoc ipsum etiam Concilium Nicænum 16. quæst. 1. Placuit (el primo) dixit in hæc verba. Placuit omnibus residentibus in sancta Nicęna Synodo; vt monachorum conuersatio & vita, secundum ethymologiam nominis, ab omnibus discrepet. Monachus enim Græce, Latinè singularis, dicitur. Vnde monachum per omnia singulariter (id est non sęculariter, glossa ibi) agere oportet. Hæc ibi. Concilium igitur hoc, & Papa Eugenius, volunt. quòd res ab ethymologia cognoscantur, atque secundum ipsam iudicium de illis reguletur; & consequenter, quòd ab ethymologia licitum sit argumentari efficaciter ad rem, de qua tractatur. Quid ergo? Ethymologiam, seu denominationem, nominum QVÆ num Angelorum, Archangelorum, Virtutum, Potestatum, Principatuum, accipias vt in litera: & videbis, quòd Papa cum Concilio per illa verba (si huc bene applicentur) voluerunt dicere; quòd ex ordinibus angelorum isti quinque mittuntur: item quòd (si horum ethymologiam sumas) Seraphin, Cherubin, Throni, Dominationes, non mittuntur. Secundò habes: quomodo per rationem prædicta Papæ, Concilijque verba, pro quanto sensum ante narratum insinuant, & intelligas, & declares, & probes. Tertiò vides: quomodo ex his vicissim Angelica iuuetur conclusio.

Vtilitas pro Eccle. S. Dei.

* c. 14. circa med.

* c. 14. cœl. hierar.

2

3

Comm. Cardinalis Caietani.

Titulus clarus.

¶ In corpore vna conclusio responsiua quæsito negatiuè. Non omnes angeli secundæ hierarchiæ mittũtur. Probatur. Exequentes tantum mittuntur: non omnes secundæ hierarchiæ exequuntur. ergo. Maior probatur: quia mitti est ex diuino imperio circa creaturam corporalem exercere. Minor verò, quia supremus ordo hierarchiæ, non exequitur: sed quinque inferiores. probatur vtrumque ex nominibus suorum ordinum. Domini est imperare, cæterorum exequi &c.

Aegid. 2. sd. 11. q. 1. art. 1.
S. Bon. d. 11. q. 1. ar. 1.
Alb. Mag. 2. d. 11. art. 2.

SVPER Q. CXIII. Art. 1.

CONCL. Necessariò fuit, quod hominibus angeli ad custodiam deputarentur: per quos regularentur, & mouerentur ad bonum.

¶ PROB. Quia in rebus agendis cognitio, atque affectus hominis multipliciter variari, ac deficere possunt, (patet): & secundum rationem diuinę prouidentiæ hoc in rebus omnibus inuenitur, quòd mobilia ac variabilia, per immobilia inuariabiliaque mouentur ac regulātur (patet in omnibus corporalibus respectu incorporabilium, ac conclusionibus respectu principiorum).

¶ NOT. Ex secunda cathegorica prẽmissi antecedentis hypothetici (sic enim vbiq; à nobis per antecedentia hypothetica probantur conclusiones) ad formalem probationem conclusionis aptati potest colligi hæc iam in q. 110. art. 1. not. post prob. supradicta veritas. s. q singulis speciebus animaliū irrōnabiliū unus Angelus pro custodia à diuina prouidētia deputatur. Nam quilibet animalia irrationalia sunt (vt patet) variabilia Vide & artic. 2. sequentem in tex. corp. ex D. Gregorio.

553 2. d. 11. q. 1. art. 1.

1^m de maiori.

Custodire. R. Sufficienter: non, deficienter. §. Tunc nihil &cæt. Nam homo per liberum arbitrium, cognitionemque legis naturalem, potest se custodire, deficienter tamen: vt declaratur in textu.

2^m de maiori.

Custodia. R. Tanquàm vniuersalis, & particularis, causa simul: non, tāquàm vniuersalis tantū. § Tunc nihil &c. Licet enim Deus tanquā vniuersalis, & particularis causa se habeat in aliquibus, inquantum scilicet non admittit causam particularem mediam, puta in infundendo virtutum habitus: tamen quibus immediatè infundit habitus, nō adest quo ad aliquid, vt causa particularis; inquantum scilicet admittit, quo ad illud aliquid, particulares causas medias.

Duplex causa valde pro multis annotāda.

QVÆSTIO CXIII.

De custodia bonorum Angelorum, & impugnatione malorum, in octo articulos diuisa.

DEINDE considerandum est de custodia bonorū angelorum, & de impugnatione malorum.

ET circà primum quæruntur octo.

¶ Primò, Vtrum homines ab angelis custodiantur.

¶ Secundò, Vtrum singulis hominibus singuli angeli ad custodiam deputentur.

¶ Tertiò, Vtrum custodia pertineat solum ad vltimum ordinē angelorum.

¶ Quartò, Vtrum omni homini conueniat habere angelum custodem.

¶ Quintò, Quando incipiat custodia circa hominem.

¶ Sextò, Vtrum angelus semper custodiat hominem.

¶ Septimò, Vtrum doleat de perditione custoditi.

¶ Octauò, Vtrum inter angelos sit pugna ratione custodiæ.

ARTICVLVS I.

Vtrum homines custodiantur ab Angelis.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur quòd homines non custodiantur ab angelis. Custodes enim deputātur aliquibus vel quia nesciunt, vel quia non possunt custodire seipsos, sicut pueri, & infirmi. sed homo potest custodire seipsum per liberum arbitrium, & scit per naturalem cognitionem legis naturalis. ergo homo non custoditur ab angelo.

¶ 2 Præterea. Vbi adest fortior custodia, infirmior superfluere videtur: sed homines custodiuntur à Deo, secundum illud Psalmi 120. Non dormitabit, neque dormiet, qui custodit Israel. ergo non est necessarium, quòd homo custodiatur ab angelo.

¶ 3 Præt. Perditio custoditi redundat in negligentiā custodis. Vnde dicitur cuidam 3. Reg. 20. Custodi virum istum, qui si lapsus fuerit, erit anima tua pro anima eius: sed multi homines quotidie pereūt in peccatum cadentes, quibus angeli subuenire possunt vel visibiliter apparendo, vel miracula faciendo, vel aliquo simili modo. Essent ergo negligentes angeli, si eorum custodiæ homines essent commissi: quod patet esse falsum. Non igitur angeli sunt hominum custodes.

SED CONTRA est, quod dicitur in Psal. Angelis suis mandauit de te, vt custodiant te in omnibus viis tuis.

RESP. Dicendum, q secundum rationē diuinæ prouidentiæ hoc in rebus omnibus inuenitur, q mobilia, & variabilia per immobilia, & inuariabilia mouentur, & regulātur. Sicut omnia corporalia per substantias spirituales, & immobiles, & corpora inferiora per superiora, quæ sunt inuariabilia secundū substantiam: sed & nosipsi regulamur circa conclusiones, in quibus possumus diuersimodè opinari p principia, quę inuariabiliter tenemus. Manifestum est autem, q in rebus agendis cognitio, & affectus hominis multipliciter variari, & deficere possunt à bono: & ideo necessarium fuit, quòd hominibus angeli ad custodiam deputarentur, per quos regularentur, & mouerentur ad bonum.

AD PRIMVM ergo dicendum, q per liberū arbit. potest homo aliqualiter malū vitare, sed non sufficienter: quia infirmatur circa affectū boni propter multiplices animę passiones. Similiter etiā vl'is cognitio naturalis legis, quæ homini natural'r adest, aliqualiter dirigit hominē ad bonum, sed nō sufficiēter: quia in applicando vl'ia principia iuris ad particularia opera, contingit hominē multipliciter deficere. Vnde dicitur Sap. 9. *Cogitationes mortalium timidæ, & incertæ prouidentiæ nostræ; & ideò necessaria fuit homini custodia angeli.

AD SECVNDVM dicendum, q ad bonum operandum duo requiruntur. Primò quidem, q affectus inclinetur ad bonū, quod quidem fit in nobis per habitū virtutis moralis. Secundò autem, q non inueniat congruas vias ad perficiēdum bonum virtutis, quod quidē Philosophus * attribuit prudentię. Quantum ergo ad primum, Deus immediatè custodit hominem infundendo ei gratiam, & virtutes: quātum autem ad secundum, Deus custodit hominem, sicut vniuersalis instructor, cuius instructio ad hominem peruenit mediantibus angelis, vt suprà habitum * est.

AD TERTIVM dicendum, q sicut homines à naturali instinctu boni discedunt propter passionem peccati: ita etiā discedunt ab instigatione bonorum angelorum, quæ fit inuisibilis per hoc, q homines illuminant ad bene agendum. Vnde q homines pereunt, non est imputandum negligentiæ angelorū, sed malitiæ hominum. Quòd autem aliqñ preter legem communem hominibus visibiliter apparent, ex speciali Dei gratia est: sicut etiam præter ordinem naturę miracula fiunt.

dias. In primo ergo sensu, causa infirmior videretur esse superflua; in vtrusque, vniuersalis scilicet, & particularis, causæ vicem supplebat Deus: in secundo autem sensu, causa infirmior, id est minus fortis admissa non est superflua (id quod accidit in proposito). Hæc doctrina bene digesta plurimum valebit contra montes caliginosos, hæreticorū videlicet supercilia, ope ribus nostris meritorijs derogantium ex eo, q passio Christi est causa sufficiens nostræ salutis. Pro meliori captu huius contra istos, vide q. 105. arti. 5. ad primum. & etiam quæst. 103. artic. 6. in notatione & corollar.

D. 1075. Contra negantes opera ex eo, q &c.

3^m maior. Perditio custoditi redundat in negligentiam custodis. R. Si cultos non faciat, ad quod tenetur, vel quod in se est, erga custoditum: non aliter. §. Tunc nihil &cæt. Nam inuisibiliter angeli illuminant, quantum debent, homines ad bonum, vide quæst. 109. artic. 4. ad secundum. Nota in textu præsenti: quòd inter miracula fermè connumerandum est, quando Angeli visibiliter hominibus apparent; inquantum hoc præter legem communem est ex speciali Dei gratia factum.

Apparitio nes.

* Sap. 9. c.

* Ex lib. 10. Ethic. c. 8. & lib. 6. ca. 12. tom. 5.

* q. 111. artic. 1.

APPENDIX.

EX artic. habes primò: quomodo per rationem ostendas, scripturam sacram merito docere; quod Angeli custodiunt homines. Hoc autem docent Gen. 32. quando Iacob vidētem angelos in sui tutelam missos aiunt dixisse, Castra Dei sunt hæc. Item quando in Psal. 33. dicunt: immittit angelus Domini in circuitu timentiū eum, & eripiet eos. Ibi n. angelorum copias, nomine singulari denotatas, in defensionē timētium Deum circūquaq; castrametari insinuant. Item quando 4. Reg. 6. inquiunt: Aperuit Dominus oculos pueri, & vidit; quia ecce mons plenus equorum, & curruum igneorum in circuitu Helisæi. Hi profectò erant agmina angelorū, qui ad protegendū Helisęum à Deo missi fuerant contra hostes illos; de quibus idem

Vtilitas pro Eccle. S. Dei.

ídem propheta dixit puero, plures sunt nobiscum, quam contra nos. Item quando Luc. 2. aiunt; Pastores erant in regione eadem vigilantes & custodientes vigilias noctis super gregem suũ: & ecce Angelus domini astitit iuxta illos, & claritas Dei circũfulsit illos, & dixit illis, Ecce euangelizo vobis gaudium magnũ &c. & facta est cum angelo multitudo militiæ cœlestis laudantium Deum & dicentium, gloria in altissimis Deo, & in terra pax hominibus bonæ voluntatis. Vide, quòd vocantur angeli militia cœlestis: quia in fauorem nostrum militant cõtra hostes nostros, dum nos contra illos custodiunt. Item Angelos regnorum ecclesiasticarumque custodes legimus, cum Daniel cap. x. de angelo Persarum, angelo Græcorum, Michaele defensore filiorum Israel, facit mentionem, cum Moyses Exod. 14. 23. 32. de angelo, cui populi Israelitici cura tunc commissa fuerat, ad longum meminit, cum Iosue cap. quinto dicitur, quòd Angelus princeps exercitus domini, castris Israelitarum præiturus, in specie viri euaginatum gladium tenentis ipsi Iosue apparuit: item cum Iudicum cap. 2. angelus Iudæorum turbas increpat, flentesque consolatur: item cum Actu cap. 16. Angelus nocturna visione speciem viri Macedonis præseferens, pro Macedonibus a se custoditis sic Paulum rogauit. Transiens in Macedoniam adiuua nos. Vide & Papam Sixtum hoc dicere, q. 115. ar. 4. append. Hinc, Ecclesiam catholicam instructam semper tenuisse merito per rationem ostendes, ac docuisse, ista duo. s. & omnibus angelis vniuersaliter mandatum fuisse, ut saluti hominum inuigilent, ideoque circa vnum hominem plures angelos aliquando curam gerere (vt supra Genes. 32. psal. 33. 4. Reg. 6. Luc. 2. patet), & multos homines, puta unum regnum, vnam prouinciam, vnam magnam ecclesiam, uni tantum angelo pro custodia esse commissam (vt supra Dan. x. Exod. 14. 23. 32. Ios. 5. Iud. 2. Actu 16. patet). Secundo habes: quomodo per rationem pręmissa loca scripturarum, pro quanto ab angelis dicunt custodiri homines & intelligas (iunctis videlicet articu. 2. 4. quæstionis 112.) in recto sensu, & declares, & probes. Tertio uides: quomodo ex his, atque similibus, uicissim Angelicus consolidetur articulus pręsens, & declaretur.

2

3

¶Not. Huic articulo deseruit articulus in ordine 568. 541. 538. 545. 13. 531.

Comm. Cardinalis Caietani.

Titulus clarus.

¶In corpore vna conclusio responsiua quęsito affirmatiuè. Necesse est homines ab angelis custodiri. Probatur. Omnia mobilia, & variabilia per immobilia, & inuariabilia mouentur, & regulantur, secundum ordinem diuinæ prouidentiæ, homines secundum cognitionem, & affectionem sunt multipliciter variabiles a bono. ergo oportet eos regulari per inuariabiles, ij sunt sancti angeli. ergo. Maior probatur inductiuè, in cœlo, & intelligentijs corporalibus, inferioribus, & superioribus notitia, conclusionum & principiorum. In his. n. continentur, & purè corporalia, & purè spiritualia, & mista ex vtrisque.

Aeg. 2 s. d. 11. q. 1. ar. 2. Riccar d. 11 q. 1. Tho. Arg. dist. 10. q. 1. ar. 4.

554 q. d. 19. q. 1 artic. 3. q. 1. cor.

SVP. Q. CXIII.

ART. II.

COncl. Singulis hominibus singuli angeli ad custodiam deputantur.

¶Prob. Quia custodia angelorum est quędam executio diuinæ prouidentiæ circa homines. Et prouidentia Dei comparatur ad singulos homines, sicut ad singulas species rerum corruptibilium (cum homines sint incorruptibiles non tantum secundum speciem, sed etiam secundum proprias formas), quibus speciebus diuersi angeli eiusdem ordinis præficiuntur (ex Gregorio).

1^m de minori.

Multorum. & Inquantum conueniunt, in unum, puta collegium: non, inquantum sunt singuli particulares. §. Tunc &cęt. Nam angelus datur homini, ut est particularis persona, non tantum quantum ad particulares actus exteriores, sed etiam quantum ad interiores, non tantum manifestos, sed etiam inuisibiles, & occultos. Pro in litera dicto ly sicuni homini debetur unus cu-

ARTICVLVS II.

Vtrum singuli homines a singulis angelis custodiantur.

AD secundum sic proceditur. Videtur quod non singuli homines a singulis angelis custodiantur. Angelus enim est virtuosior, quàm homo: sed vnus homo sufficit ad custodiam multorum hominum. ergo multo magis vnius angelus multos homines potest custodire.

¶ 2 Præterea. Inferiora reducuntur in Deũ a superioribus per media, vt Dion. * dicit: sed cum omnes angeli sint inæquales, vt sup. dictum est, † solus vnus angelus est, inter quem, & homines non est aliquis medius. Ergo vnus angelus solus est, qui immediate custodit homines.

* c. 3. Eccl. hier. in tit. de sacerd. perfect. in prin.

† q. 108. ar. 3. arg. 1.

¶ 3 Præter. Maiores angeli maioribus officijs deputantur: sed non est maius officium custodire vnũ hominem, quam alium, cum omnes homines natura sint pares. Cum ergo omnium angelorum sit vnus maior alio, secundum Diony. * videtur, quod diuersi homines non custodiantur a diuersis angelis.

* c. 5. cœl. hier.

Sed contra est, quod Hieron. † exponens illud Matth. 18. Angeli eorum in cœlis, dicit: Magna est dignitas animarum, ut vnaquæque habeat ab ortu natiuitatis in custodiam sui angelum delegatum.

† c. 18. Matth. 9.

Resp. Dicendum, quod singulis hominibus singuli angeli ad custodiam deputantur. Cuius ratio est, quia angelorũ custodia est quædam executio diuinæ prouidentiæ circa homines. Prouidentia autem Dei aliter se habet ad homines, & ad alias corruptibiles creaturas, quia aliter se habent ad incorruptibilitatem. Homines enim non solum sunt incorruptibiles, quantum ad communem speciem sed etiam quãtum ad proprias formas singulorum, quæ sunt animæ rationales: quod de alijs rebus corruptibilibus dici non potest. Manifestum est autem, quod prouidentia Dei principaliter est circa illa, quæ perpetuò manent. Circa verò ea, quæ transeunt, prouidentia Dei est, inquantum ordinat ipsa ad res perpetuas. Sic igitur prouidentia Dei comparatur ad singulos homines, sicut comparatur ad singula genera, vel species corruptibilium rerum. Sed secundum Gregor. * diuersi ordines deputantur diuersis rerum generibus, puta, potestates ad arcendos dæmones, virtutes ad miracula facienda in rebus corporeis. Et probabile est, quod diuersis specieb. rerum diuersi angeli eiusdem ordinis pręficiantur. Vnde etiam rationabile est, ut diuersis hominibus diuersi angeli ad custodiam deputentur.

* Hom. 34 in euan. ast med. illius.

Ad primum ergo dicendum, quod alicui homini adhibetur custos dupliciter. Vno modo inquãtum est homo singularis, & sic vni homini debetur vnus custos, & interdum plures deputãtur ad custodiam unius. Alio modo inquantum est pars alicuius collegij, & sic toti collegio unus homo ad custodiam præponitur, ad quem pertinet prouidere ea, quæ pertinent ad unum hominem in ordine ad totum collegium, sicut sunt ea, quæ exterius aguntur, de quibus alij ædificantur, vel scandalizantur. Angelorum autem custodia deputatur hominibus etiam quantum ad inuisibilia, & occulta, quæ pertinent ad singulorum

D. 163.

custos, & interdum plures deputantur ad custodiam unius. uide supra articulo primo append. Et licet ponamus unum uel plures angelos ad custodiam hominis, non tamen ex hoc aliqua ex parte minuitur nostra fiducia in Deum, neque positio hęc inde procedit, ut mentitur Caluinus infra in appendice adductus Pro cuius ueritate contra illum, uide similes improborum strophas ex supradictis q. 103. art. 6. in notatione & corollariis, itẽ quæs. 105. art. 5. efficaciter fugatas, quę ex sufficientia meritorium Christi ne-

gulorum salutem secundum seipsos. Vnde singulis hominibus singuli angeli & deputantur ad custodiam.

AD SECVNDVM dicendum, quod sicut dictum est*, angeli primæ hierarchiæ omnes quantum ad aliqua illuminantur immediate a Deo, sed quædam sunt, de quibus illuminantur superiores tantum immediatè a Deo, quæ inferioribus reuelant, & idem etiam in inferioribus ordinibus considerandum est. Nam aliquis infimus angelus illuminatur quantum ad quædam ab aliquo supremo, & quantum ad aliqua ab eo, qui immediate sibi præfertur. Et sic etiam possibile, est quod aliquis angelus immediatè illuminet hominem, qui tamen habet aliquos angelos sub se, quos illuminat.

*q. præce. ar. 3. ad 4.

AD TERTIVM dicendum, quod quamuis homines natura sint pares, tamen inæqualitas in eis inuenitur, secundum quod ex diuina prouidentia quidam ordinantur ad maius, & quidam ad minus secundum illud quod dicitur Eccl. trigesimotertio. In multitudine disciplinæ domini separauit eos, & ipsis benedixit, & exaltauit ex ipsis, maledixit, & humiliauit, & sic maius officium est custodire unum hominem, quam alium.

AR-

necessitatem operandi, meritorie nobis auferre moliebantur. Inde igitur eductus dices a simili, quòd sicut ponere operum nostrorum meritoriorum necessitatem cędit in maiorem gloriam Dei multis de causis, nostramque dignitatem, veramque in Christum fiduciam: ita ponere angelorum custodiam de hominibus, cædit in maiorem gloriam Dei similibus ex causis, nostramque dignitatem, ac veram versus Christum fiduciam, tantum abest, vt positio ista de angelis custodib. quam docent Sancti, cadat vel in minorem Dei gloriam, vel in diminutionem aliqualem fiduciæ nostræ in Deū. Hinc agnosces Apostolum Romanorū vndecimo iccirco dixisse, tales datos esse in reprobum sensum, ut denotaret eos rationis gustum habere peruersum, idest eos dicere malum bonum, & bonum malum, tenebras lucem, & lucem tenebras, amarum dulce, & dulce amarum, Isa. quinto. Sed veh illis (ait idem ibidem).

2m ex Dionysio. Media. R. Mediata, vel immediata, § Tunc &c. Nam sic sunt multi angeli medij inter homines & Deum. Argumentum autem tunc valeret, quando intelligeretur tantum de medijs immediatis, inferius. Hominibus namque vnus tantum angelus est immediatus. Cum ergo sint inter homines & Deum plures angeli medij (immediatum medium cum mediatis includendo) patet, quod si esset unus de ordine potestatuum, & reduceret hominem ad Deum, tunc reducerentur inferiora ad superiora per media. Ex textu responsionis bene intellecto iuuaberis multum ad ampliorem captum quæstio 106. articulo &c. de illuminationibus inter seipsos angelos factis, & quęstio 112. articulo tertio ad quartum.

3m minor. Non est maius officium, cust. u. ho. quam al. R. Negatur § Nec probatio valet, quoniam procedit de natura considerata secundum seipsam: non, secundū quod ex diuina prouidentia ordinatur uel ad maius, uel ad minus, hoc est, si consideretur homo, ut ex diuina prouidentia ad maius, vel minus ordinatur. Vide art. tertium ad primum. Porro nos consideramus nunc hominem non primo, sed secundo modo.

APPENDIX.

EX articulo habes primo: quomodo per rationem interimas pestiferum errorem Caluini, qui, ut refert R.P. Franciscus Feuardentius, Minorita, lib. 1. Institut. cap. 14. sect. 7. in dubium reuocat, an cuilibet fidelium designatus sit a Deo singularis angelus in custodiam, postea affirmatiuam cōclusionem oppugnat, impudenter vocans eam communem inter paganos sentētiam. Idem Caluinus comment. in Genes. 32. c. negans angelos singulos custodes singulis hominibus dari, adiicit, quod hoc ipsum affirmantes gratiam Dei extenuant, & se non dubitare fingit, quin diabolus hoc astu fiduciam nostram in Deum aliqua ex parte minuere conatus sit. Idem Calu. comment. in Matth. cap. 18. confirmans eundem suum errorem, ait, quod asserentes, angelum vnum huic vel illi addictum esse, cum tota scriptura pugnant. Idem comment in capitulo quinto Matth. in 12. Actuum Apostolorum, in psalm. 90. sententiam illam, quæ suum cuique singularem angelum esse custodem tradit, vocat falsum, profanumque commentum. Caluinum hunc sequuti sunt errantem errantes Bezza, Marlotanus, aliique eiusdem farinę homunciones. Per rationem, dixi, interimes ex articulo sumptam pestilentissimum errorem hunc. Si enim singulis hominibus angeli singuli pro custodibus dati sunt a Papa Sisto V. infra q. 115. articulo quarto appen. Item multo magis singulis fidelibus. 2 Secundo habes: quomodo per rationem ostendas, hunc pestiferum errorem meritò condemnatum esse, a psalm. 90. Angelis suis mandauit de te, ut custodiant te in omnibus vijs tuis. Nota ly de te, in singulari dictum: item ly in omnibus uijs, item ly tuis; quæ omnia specialitatem quandam custodiæ importāt. Super hunc psalmum Diuus Bernardus, serm. undecimo tractans hunc uersiculum ait sic. Quantam tibi debet hoc uerbum inferre reuerentiam, afferre deuotionem, conferre fiduciam? Reuerentiam pro præsentia, deuotionem pro beneuolentia, fiduciam pro custodia, caute ambula, ut cui uidelicet assistunt angeli in omnibus uijs tuis. In quouis diuersorio, in quouis angulo, Angelo tuo reuerentiam habe. Tu ne audeas illo præsente, quod, uidente me, non auderes. An præsentem esse dubitas, quem non uides? Vide: quia non solo usu rerum præsentia comprobetur. Non omnia uisui subiacent, nec corporalia quidem. Quanto magis spiritualia procul sunt ab omni sensu corporeo, & spiritualiter potius uestiganda? Si fidem consulas, ea tibi Angelicam probat præsentiam non deesse. Hæc ille. Sanctum hunc ideo attuli; quia Angelicam circa unumquemque custodiam dari, esse dogma ad fidem pertinem asserit, propterea que Caluinum esse in prædicta sua positione hæreticum probat. Item merito damnamus a Genes. 16. cum angelum domini narrat correxisse Agar tanquam a seipso specialiter custoditam, particularia quædam docuisse, de eius tum corporali tum spirituali salute solicitum fuisse. Item a Gene. uigesimosecundo, cum angelum Abrahæ destinatum introducit. Item Genesi trigesimoprimo, trigesimosecundo, quadragesimooctauo, cum angelum custodientem Iacob Patriarcham apud Laban, eique regressum in terram natiuitatis, cum eo luctantem, eumque ex cunctis malis eruisse, testatur. Item a tertio Reg. 19. de angelo Hæliæ, a Thobiæ capitulo multis de angelo Raphaele specialem curam circa Thobiam habente, a Iudith 13. de angelo sui ductore, reductore, inter Holofernis acies conseruatore, a Daniele sexto 14. de angelo sui inter leones defensore, per manum Abachuc e Iudæa portati alimoniæ prouisore. Item a Zach. primo, secundo, quarto, quinto, sexto, de angelo suo, quem ideo hac uerborum formula describit (idque decies), angelus qui loquebatur in me, ut uel sic angelum sibi peculiariter destinatum apte & commode intelligere cogereris. Item a communi Christianorum etiam ipsis Apostolis conuiuentium opinione. Hi enim unumquemq; fidelium angelum tutelarem habere arbitrabantur, nempe ab ore Apostolorum edocti, in cuius signum de Petro, quem nesciebāt pulsante (vt referebat Rode) dicebant, angelus eius est. Actu 12. Quare non dicunt, angelus est: sed, angelus eius est? Vt ex modo etiam loquendi, se non de quouis angelo, sed de angelo Petri custode, intelligere demonstrent. Item damn. a Christo Matth. 18. Angeli eorum semper uident faciem patris mei. Vnde hunc locum adducens Beatissimus vir Hieronymus ait. Quòd unusquisque nostrum habeat angelos, multę scripturæ docent e quibus illud est, nolite contemnere vnum de pusillis istis, quia angeli eorum uident faciem patris, qui in cœlis est, &, puella Rhode Petrum Apostolum nunciante, alii angelum ipsius esse credebant. Si autem hoc de minimis dicitur, & de vno homine: quanto magis de omnibus sanctis, & præcipue de Apostolis, sentiendum est? Hæc ille super 66. caput Isaiæ. Item damn. a Concilio Florentino, dum sess. 20. Epistolam Magni Basilij contra Eunomium approbat. In hac enim epistola sic habet. Alij angelorum gentibus præpositi sunt, alii fidelium singulos consequuntur, quibus singulorum tutela commissa est. Quod vero singulis fidelium adest angelus, vt pedagogus quidam, & pastor, ad uitam dirigendam, nemo contradicet, qui verborum domini recordatur dicentis, angeli eorum semper uident fa. pa. m. Hęc Basilius. 3 Tertio vides: quomodo ex his vicissim Angelicus articulus consolidetur, atque declaretur.

Comm. Cardinalis Caietani.

TItulus clarus.

¶In corpore una cõclusio responsiua quæsito affirmatiue. Singulis hominib. singuli angeli ad custodiam deputantur. Probatur. Prouidẽtia Dei principaliter est circa perpetua, ita quod circa transeuntia est, ut ordinantur ad perpetua. ergo aliter se habet ad homines, & aliter ad alias corruptibiles creaturas ergo ita se habet ad singulos homines, sicut ad singula genera, uel species corruptibilium. ergo custodia angelica similiter ad hæc se habet. ergo rationabile est, quod diuersis hominibus diuersi angeli ad custodiam deputentur. Antecedens supponitur ex superioribus. Prima consequentia probatur, quia aliter se habet homo, & aliter cætera ad perpetuitatem, quia homo est perpetuus, & specie, & indiuiduo secundum formam, illa uerò specie tantum. Secunda consequentia probatur ex eadem radice: quia quilibet homo æquiualet uni speciei, uel generi, quo ad perpetuitatem, immo præstat. Tertia uerò consequentia probatur. quia custodia angelica est executio diuinæ prouidentiæ. Vltima autẽ probatur, quia generibus diuersis secundum Greg. diuersi ordines deputantur, & secundum Aug. Dam. & Orig. singulis speciebus diuersi angeli, quod probabile hic dicitur. In his enim sic est rationi consona dicere.

¶In responsione ad tertium aduerte, ꝙ non est intentio literæ construere hanc uniuersaliter. Quod maius sit custodire unũ hominem, quam alium, cum cõtingat plures homines ad æquale æqualiter ex diuina prouidentia ordinari, sed destrueret hanc negatiuam vniuersalẽ. Non est maius custodire unum hominem quam alium. & hoc optime fit.

Alb. Mag. 2. d. 11. ar. 1.

ARTICVLVS III.

Vtrum custodire homines pertineat solum ad infimum ordinem angelorum.

AD TERTIVM sic proceditur. Videtur ꝙ custodire homines non pertineat solum ad infimum ordinem angelorum. Dicit enim Chrysosto.* quod hoc, quod dicitur Matth. 18. Angeli eorum in cœlo, &c. intelligitur, non de quibuscunque angelis, sed de supereminentibus. ergo supereminentes angeli custodiunt homines.

(* Hom. 60 in Mat. parum ante med. to. 2.)

¶ 2 Præt. Apostolus ad Heb. 1. dicit, quod angeli sunt in ministeriũ missi, propter eos, qui hæreditatem capiunt salutis. & sic uidetur quod missio angelorum ad custodiam hominum ordinetur: sed quinque ordines in exterius ministerium mittuntur, vt supra dictum est.* Ergo omnes angeli quinque ordinum custodiæ hominum deputantur.

(* q. pc. a. 4.)

¶ 3 Præterea. Ad custodiam hominum maximè videtur esse necessarium arcere dæmones, quod maximè pertinet ad potestates, secundum Gregoriũ* & miracula facere, quod pertinet ad Virtutes. ergo illi etiam ordines deputantur ad custodiam, & non solum Virtutes.

(* Hom. 34 in euan. ante med.)

SED CONTRA est, quod in psal. custodia hominum attribuitur angelis, quorum ordo est infimus, secundum Dion.*

(* c. 6. & 9. cœl. hier.)

RESP. Dicendum, quod sicut supra dictum est †, homini d custodia dupliciter adhibetur. Vno modo custodia particularis, secundum quod hominibus singuli angeli ad custodiam deputantur, & talis custodia pertinet ad infimum ordinem angelorum, quorum secundum Greg.* est minima nunciare. Hoc autem videtur esse minimum in officiis angelorum, procurare ea, quæ ad unius hominis salutem pertinent. Alia vero est custodia uniuersalis, & hæc multiplicatur secundum diuersos ordines: nam quanto agens fuerit uniuersalius, tanto est superius. Sic igitur custodia humanæ multitudinis pertinet ad ordinem Principatuum, vel fortè ad Archangelos, qui dicuntur Principes Angelorum. Vnde & Michael, quem Archangelum dicimus, vnus de principibus dicitur Dan. 10. Vlterius autem super omnes naturas corporeas habẽt custodiam Virtutes. Et ulterius etiam super dæmones habent custodiam Potestates. Et vlterius super bonos spiritus habent custodiam Principatus, uel dominationes, secundum Gregorium*.

(† ar. præc. ad 1. * Hom. 34 ante med.)

AD PRIMVM ergo dicẽdum, quod verbum Chrysostomi potest intelligi, ut loquatur de supremis in ordine infimo Angelorum. Quia, ut Dion. † dicit in quolibet ordine sunt primi, medii, & vltimi. Est autem probabile, quod maiores angeli deputentur ad custodiam eorum, qui sunt ad maiorem gradum gloriæ a Deo electi.

(* Hom. 34 in euã non multum ante med. † c. 4. cœl. hier. a me.)

AD SECVNDVM dicendum, ꝙ non omnes angeli, qui mittuntur, habent particularem custodiam super singulos homines: sed quidam ordines habent uniuersalem custodiam magis, vel minus, ut dictum est.*

(* In sol. ad arg. præc.)

AD

SVP. Q. CXIII. ART. III.

COncl. Custodia particularis hominis pertinet ad infimum ordinem angelorum.

(555 2. d. 11. q. 1. ar. 2.)

¶Prob. Quia minimum in officiis angelorum esse uidetur procurare ea, quæ ad unius hominis salutem pertinent, & infimi ordinis angelorum, est minima nunciare idest (stando in proposito) unius hominis, ut particularis persona est, salutem procurare.

1m ex Chrysost. Supereminentibus. R. in ordine infimo angelorũ: non, absolute. §. Tunc &cęt. Non enim dicit conclusio, quod ad solos infimos infimi ordinis pertineat custodia particularis hominum. sed, quod ad infimum ordinem pertinet hoc: non curando interim, an sint primi, medij, vel vltimi, ipsius ordinis. Quamuis autem sint infimi ordinis angeli ad singularium hominum custodiam deputati; tamen hinc nõ collitur illatio hæc, quod sit magna dignitas animarum custodiri ab eis, vt in articulo quinto appen. ex auctoritatis Hieronymi examine declaratur. Vide ibi: & inde agnoscas, quantam nobis dignitatem inuidit Caluinus dogmatizando, vt supra artic. secundo appen. narratur: indeque melius dicta de hoc artic. 2. ad primum intelliges.

(D. 162.)

2m ex Apostolo. Ministerium. R. Vel particulare, uel etiam vniuersale. §. Tunc &c. Nam quinque ordines in exterius ministerium sic dupliciter intellectum mittuntur, vt habes ex corpore versus finem. Vide etiam quæst. 108. articulo quinto, & sexto. Item q. 112. art. quarto, & articu. 2. ad primum. Quodcunque autem horum duorum in responso dictorum ministerium faciant, mitti dicuntur propter hos, qui hæreditatem capiunt salutis, quoniam vtrumque ministerium ordinatur aliquo modo ad hos homines. Siue enim Virtutes mittantur (sicuti mittuntur) ad mirabilia facienda, siue Potestates ad arcendum potestates aereas, siue Principatus ad totam hominum multitudinem custodiendam, vel etiam ad dirigendum bonos Spiritus, siue Archangeli ad tutelam magnæ vnius congregationis, puta Ecclesiæ catholicæ, Regni alicuius, Ecclesiarum Venetiis consistentium, & huiusmodi, siue angeli ad unius singularis hominis ducatum, omnia ministeria hæc ordinantur in salutem hominum. Et licet non capiant omnes hæreditatem salutis, tamen omnes ad hanc capescendam uocati sunt, & etiam ministeria angelorum circa reprobos tandem in bonum electorum cædunt. Nec mirum, quoniam & ipsi reprobi, vel nolentes, ad utilitatem electorum cõseruantur in esse, hisq; multipliciter seruiunt. In hoc sensu legitur pro electis dictum Roman. 8. omnia cooperantur in bonum, & 1. Corin. 3. omnia vestra sunt, siue Paulus, siue Appollo, siue Cephas, siue mundus, siue vita, siue præsentia, siue futura, omnia vestra sũt, vos autem Christi. Ad præmissum sensum dixit Apostolus Rom. 8. Quis accusabit electos Dei? idest. Quæ res ueniet tandem in dispendium electis Dei? quasi dicat. Nulla. Item Ioannes Baptista Matth. 3. Luc. 3. bonos tritico, malos paleis, assimilat. Ager in quo sunt, est mundus, Matth. 13. Considera tu quantam utilitatem multifarie afferat palea tritico florenti in agro, & hinc perpendes proportionaliter, quantam utilitatem apportent reprobi, vel quicunque mali, etiam nolentes, electis. Iure itaque de omnibus quinque ordinibus dicit Apostolus, quod mittuntur, propter hos, qui hæreditatem capiunt salutis.

Ter-

3m de antecedente. Arcere dæmones, miracula facere. R. Saltem in uirtute superiorum. §. Tanquam. s. superiorum executores. Tunc &c. Nam licet potestates, & uirtutes propria auctoritate hoc faciant solū, tamen, communicata sibi hac virtute ab illis, faciunt hæc & infimi. Vide supra quæst. 112. articulo secundo ad secundum, & in articulo illo pulchra circa communicationem huiusmodi notata.

Ad tertium dicendum, quod etiam inferiores angeli exercent officia superiorum, inquantum aliquid de dono eorum participant, & se habent ad superiores, sicut executores virtutis eorum. Et per hunc modum etiam omnes angeli infimi ordinis possunt & arcere Dæmones, & miracula facere.

APPENDIX.

Vtilitas pro Eccle. S. Dei.

EX articulo habes primo: quomodo per rationem ostendas, Concilium Florentinum Sess. 20. meritò approbare epistolam Magni Basilij contra Eunomium: quæ angelorum infimum ordinem in custodiam singulorum hominum dari, insinuat. Sic enim ait. Angeli omnes, ut appellationes unius, sic eiusdem sunt naturæ inter se, attamen alii ipsorum gētibus præpositi sunt, alij vero fidelium singulos consequuntur. Quanto autem gens vni viro præponenda est: tanto maiorem necesse est angeli, qui gentis principatum habeat, esse dignitatē dignitate eorum, quibus singulorum tutela commissa est. Hæc Basilius ibi, Confer modo tu dignitatem unius uiri cum dignitate gentis, & illam uiri esse infimam respectu gentis nullo renuēte comperies: & sic, quod ibi insinuant Basilius, immo & concilium, quod dictum est facile videbis. Secundo habes: quomodo per rationem intelligendā doceas de angelorum infimo ordine auctoritatem Psalmi 90. Angelis suis Deus mandauit de te, ut custodiant te in oībus viis tuis, & sic ly angelis, sumi proprie. Nā ꝑprie est nomen infimi ordinis, sēm Dion. Vide articulo secundo append. Tertio habes: quomodo per rationem concilium, pro quanto infimum ordinem ait mitti ad singulorum tutelam, & exponas, & declares, & probes. Quarto vides: quomodo ex his ac similibus utilīm Angelica doctrina hæc declaretur, atque confirmetur.

Comm. Cardinalis Caietani.

TItulus clarus.

¶ In corpore vna distinctio bimembris cum duabus iuxta membra conclusionibus responsiua quęsito.

¶ Distinctio est. Custodia hominum est duplex, particularis, & vniuersalis, ut patet ex responsione ad primum in pręcedenti articulo.

¶ Prima conclusio affirmatiue est. Custodia particularis hominum pertinet ad infimum ordinem angelorum tantum. Probatur. Minima, secundum Gregorium, pertinent ad infimum ordinem: sed procuratio eorum, quæ sunt ad salutem unius tantum, est minimum inter officia angelica.

¶ Secunda conclusio est responsiua negatiuè uirtualiter. Custodia vniuersalis multiplicatur secundum diuersos ordines. Primo probatur: quia quanto agens est uniuersalius, tanto est superius. Secundo explanatur ipsa multiplicatio ascendendo a multitudine humana ad omnia corpora, ad dæmones, ad Angelos, ad Archangelos, uel Principes, Virtutes, Potestates, & Principatus vel Dominationes apud Greg. Recolito hic, ꝙ litera bis memīnit ordinis, qui dicitur Principatus, primo coniungendo cum Archangelis, propter opinionem Diony. Secundo supra Potestates propter Gregorium.

Alb. Mag. ubi supra.

ARTICVLVS IIII.

Vtrum omnibus hominibus angelis ad custodiam deputentur.

AD QVARTVM sic proceditur. Videtur, quod non omnibus hominibus angeli ad custodiam deputentur. Dicitur enim de Christo, Philip. 2. quod est in similitudinem hominum factus, & habitu inuentus vt homo. Si igitur omnibus hominibus angeli ad custodiam deputantur, etiam Christus angelum custodem habuisset: sed hoc uidetur inconueniens, cum Christus sit maior omnibus angelis. Non ergo omnibus hominibus angeli ad custodiam deputantur.

¶ 2 Præterea. Omnium hominū primus fuit Adam: sed sibi non cō petebat habere angelum custodem, ad minus in statu innocentię, quia tunc nullis periculis angustiabatur. Ergo angeli non pręficiuntur ad custodiam omnibus hominibus.

¶ 3 Præterea. Hominibus angeli ad custodiam deputantur, ut per eos manuducantur ad uitam æternā, & vt incitentur ad bene operandum, & muniantur contra insultus Dæmonum: sed homines præsciti ad damnationem, numquam perueniunt ad uitam æternam, in fideles etiam, etsi interdum bona opera faciant, non tamen bene faciunt, quia non recta intentione faciunt. Fides enim intentionem dirigit, ut Aug. † dicit. Antichristi etiam aduentus erit secundum operationem Sathanæ, vt dicitur secundo ad Thessalonicen. secundo. Non ergo omnibus hominibus angeli ad custodiam deputantur.

SED CONTRA. Est authoritas Hieron. * supra inducta, qui dicit, quod vnaquæque anima ad sui custodiam habet angelum deputatum.

RESPON. Dicendum, ꝙ homo in statu uitæ istius constitutus, est quasi in quadam uia, qua debet tēdere ad patriam. In qua quidem via multa pericula homini imminent, tum ab interiori, tum ab exteriori, secundum illud Psalm. 141. In uia hac, qua ambulabā, abscōderunt laqueum mihi. Et ideo sicut hominibus per uiam non tutam ambulantibus dantur custodes, ita & cuilibet homini, quamdiu uiator est, custos angelus deputatur. Quādo autem iam ad terminū vitæ peruenerit, iam non habebit angelum custodem, sed habebit in regno angelum conregnantem: in inferno dæmonem punientem.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod Christus secundum quod homo, immediatè regulabatur a uerbo Dei: vnde non indigebat custodia angelorum. Et iterum secundum animam, erat comprehensor, sed ratione passibilitatis corporis, erat uiator. Et secundum hoc non debebatur ei angelus custos, tanquam superior, sed magis minister

† Aug. in pfatione ps. 31. non multū ante me. ẽ. 8.

* Ar. 2. huius q. ī arg. sed cōtra.

SVP. Q. CXIII. ART. IIII.

556 2. d. 11. q. 1. ar. 2.

COncl. Cuilibet homini, quamdiu uiator est, Angelus custos deputatur.

¶ Prob. Quia quilibet hō ambulat quousque veniat ad terminum, per uiam in qua multa pericula, tum ab interiori, tum a exteriori sunt (ex psalmo), & hominibus per uiā non tutam ambulantibus solent dari custodes (patet).

1m de prima conclusione Christus. R. Inquantū viator: non, secundum ꝙ homo talis, nec secundum ꝙ comprehēsor. §. Tunc &c. Nam inconueniens non est, quod ipse, vt uiator, habuerit custodem angelum, tanq̄ ministrum inferiorem. Licet enim ratione passibilitatis corporis esset minoratus ab angelis, secundum psalmistam octauo, Apostolum ad Hebręos secundo, & doctorem sanctum ibi, tamen ille qui custodiebatur, siue ut Deus siue vt homo talis, idest deitati personaliter coniuncti erat maior omnibus angelis. Ex litera dicente, ꝙ Christus habuit angelum custodem tanquam nō superiorem, sed inferiorem, uide, quod angeli custodes hominum nō sunt propter hoc dicēdi inferiores hominibus: sed ipsi remanent superiores nobis, & ut superiores nos custodiunt. Hinc noueris, multam nobis acquiri dignitatem ex hoc, ꝙ custodimur ab angelis, supra articulo secū do ad primum, nulla prorsus imminutione facta circa excellentiā dignitatis angelorum ipsorum.

Se-

Sed sibi non competebat habere angelum custodem ad minus in statu innocentiæ. R. Negatur ista. §. Ad probationem dicitur, quod nullis quidem periculis ab interiori tunc angustiabatur, sed tamen periculis ab exteriori. Hinc agnosce: angelos custodire homines sibi commissos a periculis omnibus tũ interioribus tum exterioribus, quorum vera que seorsum sunt ferè innumera.

2^m minor.

3^m de maiori.

Manuducantur, incitẽtur, muniantur. R. Et a malis, etiam nolentes, retrahuntur. §. Ne s. noceant vel sibiipsis, vel aliis, quantum volunt. Tunc &c. Diuisio enim illa argumenti, est insufficiens, ut patuit. Ex hoc, quod beneficiis communibus, vt dicitur in principio responsi literæ, non priuantur præsciti, colligitur ad planum sensum, quod homo, vt assimiletur Deo, tenetur diligere inimicos, quoad beneficia communia alius ab ipso facta. Tenetur enim ad hoc, quod non excludat inimicum suum a beneficijs alicui congregationi factis: sed quod includat, ei etiam de tali congregatione existenti beneficia talia conferendo. De beneficiis autem multiplicibus, quibus ab angelo custode & per consequens a Deo donatur, vide (si uis pulchrã doctrinam in compendio Theologicę veritatis Alberti Magni lib. 2. cap. 18. Quod quidem compendium sub nomine Alberti veneratur Episcopus Aquinas Robertus de Litio ordinis minorum pluribus in locis: dominus Franciscus Ferrariensis lib Fabrica del mondo, versic. Angelo, solennes impressiones Venetiis de an. 1485. 1481. 1476. Item celeberrimus prędicator P. Gabriel Barletta multis in locis. Vide q. 50. ar. 3.

* q. 85. a. 4

ster, tanquam inferior. Vnde dicit Matth. 4. ꝙ accesserunt angeli, & ministrabant ei.

Ad secundum dicendum, ꝙ homo in statu innocentiæ, non patiebatur aliquod periculum ab interiori: quia interius erant omnia ordinata, ut supra dictum est: sed imminebat ei periculum ab exteriori propter insidias Dæmonum, ut rei probauit euentus. Et ideo indigebat custodia angelorum.

Ad tertium dicendum, ꝙ sicut præsciti, & infideles, & etiam Antichristus, non priuantur interiori auxilio naturalis rationis: ita etiam non priuantur exteriori auxilio toti naturæ humanæ diuinitus concesso, scilicet custodia angelorum, per quam etsi non iuuẽtur quantum ad hoc, ꝙ vitam æternã bonis operibus mereantur, iuuantur tamen quantum ad hoc, ꝙ ab aliquibus malis retrahuntur, quibus & sibiipsis, & aliis nocere possunt. Nam & ipsi Dæmones arcẽt per bonos angelos, ne noceant quantum uolunt. Et similiter Antichristus nõ tantum nocebit, quantum vellet.

APPENDIX.

Ex articulo habes primo: quomodo per rationem ostendas, meritò sacram scripturam, & Papam Sistum Quintum (vide hoc infra q. 115. art. 4. ap.) innuere, quod Christus habuit angelum custodem. Hoc autem illa passim facit in euangelijs, ut de puerum Christum natum angelo pastoribus anunciante, Luc. 2. de angelo Christi translationem in Aegyptum, indeque regressum, iubente, Matth. secundo. de angelo Christum in horto confortante, Luc. 22. ita ut ex his, aliisque locis, cõcludere possimus, quod illud Matth. 4. Accesserunt angeli, & ministrabant ei, intelligatur non solum tunc in deserto factum: sed etiam per hoc denotetur vbique fuisse executioni mandatum iuxta opportunitatem negociorum circa Dominum Saluatorem occurrentiũ. Ex quo etiam loco non solum angelum vnum custodem Christo datum intelligimus: sed & plures. Si enim multis, eisque dignioribus Angelis tanquam custodibus Beatissima Virgo Maria assignata fuit (vt B. Anselmus, Bernardus, & plerique alii patres, pie admodum tradiderũt) multo magis de Christo domino id sentire nobis conuenit. Sed sicut inter illos multos vnum præ cæteris, Gabrielem scilicet, curam B. Virginis maximam ex commissione diuina suscepisse per Euangelium constat (illi etenim in conclaui cœlestium contemplationũ deditæ multa se luce conspicuum uisibiliter exhibet, eam nouo salutationis genere conuenit, atque animo solicitam, quasi in eius intima familiaritate versatus, proprio nomine sibi notissimam appellat, pauoremque ponere rogat, & obtestatur. Ipsi insuper verecunde simul & prudenter interroganti, Quomodo fierẽt, ut Virgo conciperet & pareret, dulci & familiari colloquio respondit, ac de Virginitate obortum scrupulum gratiose exemit. Luc. 1.) ita de Saluatore nostro excellentiori modo dicere possimus, & hunc intelligere angelũ Christi custodem, de quo hæc est D. Thomæ ad primum responsio. Secundo habes: quomodo per rationem ad tertium ostendas, dictum Christi Matth. 18. Angeli eorum, posse extendi ad inferendum, quod angeli etiam singillatim dantur infidelibus. Additur, quod sicut beneficium commune, quod tamen corporale est, largitur etiam reprobis, solem scilicet suum faciendo etiam oriri super malos. Matth. quinto,) multo magis de beneficio communi, quod præsertim spirituale est, idipsum sentiendum. Clarum etiam in scripturis est, quod collegio malorum datur angelus in custodiam, puta de angelo Persarum, Græcorum, Daniel. x licet expresse non habeatur ibi, quod singuli singulis custodiendis assignentur. Nihilominus ex his potest argumentari quis ad concludendum propositum, ut consideranti patet. Vide de articulo primo 2. & 3. appendices. Tertio vides: quomodo ex his, atque similibus vicissim Angelica doctrina declaretur, atque confirmetur.

2

3

¶Notat. Articulo huic deseruit articulus in ordine 554. 478. 139.

Comm. Cardinalis Caietani.

Titulus clarus.

¶ In corpore est una distinctio bimembris, cum duab. conclusionibus iuxta membra. Distinctio est Homo habet duplicem statum, scilicet uiæ, & termini. Prima conclusio respõsiua quæsito affirmatiuè est. Omnes homines in statu uiæ habent angelos custodes. Probatur. Constitutis in uia, in qua multa imminent pericula, dantur custodes, omnes homines in statu viæ sunt huiusmodi. Probatur. Minor dupliciter. Primo ratione, tum quia ab interius, tum quia ab exterius sunt inimici. Secundo authoritate psal. Secunda conclusio est. Homines in termino non habebunt custodes, sed conregnantes, aut punientes socios.

SVP. Q. CXIII.

ART. V.

Conc. Statim a natiuitate habet homo angelum ad sui custodiam deputatum.

557

¶Prob. Quia custodia angelorũ prouidetur a Deo homini, inquantum habet naturã rationalem (sup. ar. 2.) Et beneficia dati homini, inquantum homo, exhibentur ei tunc, quãdo talem naturam nascendo accipit.

Pri-

ARTICVLVS V.

Vtrum angelus deputetur homini ad custodiam a sua natiuitate.

AD QVINTVM sic proceditur. Videtur quod angelus non deputetur homini ad custodiam a sua natiuitate. Angeli enim mittũtur in ministerium propter eos, qui hæreditatem salutis capiunt, ut Apostolus ad Heb. dicit: sed homines incipiunt hæreditatem capere salutis, quando baptizantur. Ergo angelus deputatur homini ad custodiam a tempore baptismi, & non a tempore natiuitatis.

¶ 2 Præterea. Homines ab angelis custodiuntur, in quãtum ab eis illuminantur per modum doctrinæ: sed pueri mox nati non sunt capaces doctrinæ, quia non habent vsum rationis. ergo pueris mox natis non deputantur angeli custodes.

¶ 3 Præterea. Pueri in materno vtero existentes habent animam rationalem aliquo tempore, sicut & post natiuitatem ex vtero: sed cum sunt in materno utero non deputãtur eis angeli ad custodiam, vt videtur, quia neque etiam ministri Ecclesiæ eos sacramentis imbuunt. Non ergo statim a natiuitate hominibus angeli ad custodiam deputantur.

Sed contra est, quod Hier.* dicit, ꝙ vnaquęque anima

* loco citato ar. 2. huius q argu. sed contra.

anima ab ortu natiuitatis habet in custodiam sui angelum deputatum.

R E S P. Dicendum, quod sicut Orig. dicit super Matt. † super hoc est duplex opinio. Quidam enim dixerunt, quod angelus ad custodiam homini deputatur a tempore baptismi: alii vero quod a tempore natiuitatis, & hanc opinionem Hieron. * approbat & rationabiliter. Beneficia enim quæ dantur homini diuinitus, ex eo quod est Christianus, incipiunt a tempore baptismi: sicut perceptio Eucharistiæ, & alia huiusmodi. Sed ea quæ prouidétur homini a Deo, inquantum habet naturam rationalem, ex tunc ei exhibentur, ex quo nascendo talem naturam accipit. Et tale beneficium est custodia angelorum, vt ex præmissis patet. * Vnde statim a natiuitate habet homo angelum ad sui custodiam deputatum.

A D P R I M V M ergo dicēdum, quod angeli mittuntur in ministerium efficaciter quidem propter eos solos, qui hæreditatem capiūt salutis, si consideretur vltimus effectus custodię, qui est perceptio hæreditatis. Nihilominus tamen & aliis ministerium angelorum non subtrahitur: quamuis in eis hanc efficaciam non habeat, quod perducantur ad salutem. Efficax tamen est circa eos angelorum ministerium, inquantum a multis malis retrahuntur.

A D S E C V N D V M dicēdum, ꝙ officium custodiæ ordinatur quidem ad illuminationem doctrinæ, sicut ad vltimum, & principalem effectum. Nihilominus tamē multos alios effectus habet, qui pueris competunt, scilicet arcere Dæmones, & alia nocumenta tam corporalia, quam spiritualia prohibere.

A D T E R T I V M dicendum, ꝙ puer quamdiu est in materno vtero, non totaliter est a matre separatus, sed quandā p colligationem est quodammodo adhuc aliquid eius: sicut & fructus pendens in arbore, est aliquid arboris. Et ideo probabiliter dici potest, quod angelus, qui est in custodia matris, custodiat prolem in matris vtero existentem. Sed in natiuitate, quando separatur a matre, angelus ei ad custodiam deputatur, ut Hierony. dicit. *

AR-

1m de maiori: Propter eos. ℞. Principaliter. non, solos. § Tunc &c. vt patet ex corpore etiam. Nec tamen vana est custodia, etiam si plurimi custoditi, etiam baptizati, non capiant hæreditatem salutis (vt colligitur ex litera, ex articulo quarto, ad tertium). Vide articulo primo, ad tertium, & articulo tertio ad secundum. & quæst. 112. articulo secundo ad primum.

2m de maiori. Illuminantur. ℞. Et inquantum multi, alii effectus circa custoditos ab eis fiunt. §. Tunc &c. Remanente enim vno effectu, causa vana non est: ut patet. De beneficiis angelorum circa custoditos, vide articulo 4. ad secundum, & tertium.

3m de maiori. Sicut. ℞. Quantum ad habere animam rationalem: non, quantum ad esse aliquid per se a matre totaliter separatum. §. Tunc nihil &c. Vt patet in litera. Ex hac intellige probationem conclusionis. Datur (inquiebat), hoc beneficium homini: inquantum habet naturam rationalem. Intelligitur sic, inquantum habet naturam rationalem per se, totaliter separatim existentem. Hunc sensum etiam, tunc auctor tetigit: quando concludendo dixit ly quando nascendo scilicet ex vtero talem naturam accipit.

† Orig. ho 6. Matt. nō multū remote a fin. tom. 3.

* sup illud Matth. 18. Angeli eorum semper, tom. 9

* ar. 1. & 4. huius q. D. 164.

D. 165.

* Loco in arg. sed cō tra, citato.

A P P E N D I X.

Vtilitas pro Eccle. S. Dei.

EX articulo habes primo, quomodo per rationem ostendas, scripturam sacram merito innuere, quod angelus custos a natiuitate datur. Hoc autem uidetur innuere Matth. 18. Angeli eorum semper vident &c. Loquitur enim ibi de Angelis paruulorum, nec videtur maior ratio, quod detur paruulis custos potius post unum diem, mensem, vel annum a natiuitate, quando scilicet paruuli sunt per se magis accedentes ad vsum liberi arbitrii, quam mox a natiuitate, quando magis aliorum custodia egent, vtpote ab eius vsu remotiores. Immo probabilius eadem ratione est contrarium, quod & illa scriptura innuit, si adiungatur Hieronymus. Hunc ita loquentem approbat Papa Sixtus Quintus infra quæst. 15. articulo 4. app. ipsam ibi exponēs sic. Magna est dignitas animarum, vt unaquæque habeat ab ortu natiuitatis in custodiam sui angelum delegatum. Nota ly ab ortu natiuitatis, quoniam per hoc denotat Hieronymus, quod tale beneficium confertur homini inquantum homo, non inquantū Christianus, Non enim ab ortu natiuitatis vnusquisque, etiā futurus Christianus, baptismum suscipit, cum tamen vnusquisque ab illo tunc, esse homo ab aliis separatim existens, incipiat. Si ergo confertur homini, ut homo, & infidelis et est homo, sequitur per illam auctoritatem Hieronymum velle, ꝙ etiā infideli cuiq; Angelus custos ab hora natiuitatis datus sit si enim dari hoc beneficium homini, vt Christiano, sentiret, dicere potius debuisset a baptismo. Beneficia namque data homini, vt fideli, a baptismo incipiunt, saltem in potentia proxima uiæ. Sic namque dantur tunc alia sacramenta puerulo baptizato, inquantum iam per baptismum initiatur sibi via ad omnia sacramenta. Tunc ergo alia suscipit in uoto, non desiderij proprij, cum vsum liberi arbitrii, & consequenter votum huiusmodi nō habeat, sed in uoto viæ, non quia initium viæ est idoneitas quædam ac pręparatio, sicut uotum, ad tendendum in quemcumque locum ad quē uia de se conducit. Suscipere igitur in uoto tali alia sacramenta ꝓōt puerulus, & reuera sic suscipit, cum baptizatur, non autem baptismum. Hunc. n. nō attingit neque uoto desiderij proprij, neq; voto viæ, cū vtroq; careat. Nam & vsū liberi arbitrii, quo desideratur aliquid tale non habet, & nullum est sacramentū, quo via sit baptismum, quo initiatus puer possit dici baptizatus in uoto uiæ. Hinc est, ꝙ saluari non potest, puerulus, nisi baptizetur actualiter (de cons. d. 4. firmissime), & tamen, et ꝙ actualiter Eucharistiam non suscipiat, potest saluari ibid. dist. ead. Nulli est aliqua tenus. Vnde concilium Trid. Sess. 21, ca. 4. Deniq; docet, paruulos usu rationis carentes, nulla obligari necessitate ad sacramentalem Eucharistiæ communionem. Hæc ibi. Item Can. 4. Si quis dixerit, paruulis, antequam ad annos discretionis peruenerint, necessariam esse Eucharistiæ cōionem. Anathema sit. Hæc ibi. Ex præmissis igitur habes, ꝙ diuersimode, quoad pueros, intelligēdum sit ly. Nisi quis renatus fuerit ex aqua &c. Io. 3. & ly. Nisi manducaueritis carnem filii hominis &c. Io. 5. Hæc dicta sint ad rectè interpretandum D. Thomam hic in corpore, dicentem, beneficia, quæ dantur homini ex eo quod Christianus, incipiunt a tempore baptismi, sicut perceptio Eucharistiæ. Nota etiam ex Hieronymo, ly magna dignitas, quoniā non solum angelos, ut sunt natura multum nobis superiores, sed etiā ut cœlestes & diuina facie iugiter fruentes, sed etiam ut singulos singulis, non unicum plurib. nobis dari custodes, defensores, pedagogos, considerauit ibi Hieronymus: & horum omniū consiἀerationem importauit per ly magna dignitas. Nota ly animarum, ꝙ non de illis s'm gratiam consideratis loquitur, sed tantū secundum naturam (alioquin solis Christianis daretur custos, secundum Hieronymum, quod supra ex illo improbatur, & dic. Si animæ secundum naturam tantum consideratæ sunt adeo dignæ, quid de illis ipsis secundum gratiam consideratis est sentiendum? Quid de illis ipsis secundum gloriam? Ex Hieronymo itaque habes, quod Euangelium Matth. 18. Angeli eorum, &c. tales, qui dicti sunt sensus habet. Secundo habes, quomodo per rationem Euangelii locum prædictum, pro quanto innuit in natiuitate dari custodem, & intelligas & declares, & probes. Tertio uides: quomodo ex his uicissim Angelica hæc doctrina declaretur, atque confirmetur.

2

3

Comm. Cardinalis Caietani.

TItulus clarus.

¶ In corpore duo. Primo recitantur duæ opiniones circa quæsitum, scilicet ab ortu, uel a baptismo. Secundò reiicitur, ꝙ a baptismo, & probatur simul, q͛ ab ortu, distinguendo duplex genus beneficiorum, scilicet communium omnibus hominibus, & propriorum Christianis, & arguendo, quod hęc cum Christianitate, illa cum creatura rationali incipiunt. Sed custodia angelica est beneficium commune. Dubium autem quod hic remanet, quia scilicet ex ista ratione uidetur, quod angelica custodia in-

incipiat ab ortu in utero secundum animam rationalem, & non a natiuitate extra uterum, soluitur in responsione ad tertium ex hoc, quod in ortu ex utero incipit natura rationalis prolis, ut propria illi, cum prius esset sic eius, quod tamen alterius aliquid scilicet matris, & ideo extra uterum inchoat custos proprius, sicut & natura, prius existente custode communi.

Arg. 2. s. d. 11. q. 1. ar. 4. Th. arg. d. 11. q. 1. ar. 3. Alex. Alens. 1. 2. q. 22. ar. 6.

ARTICVLVS VI.

Vtrum angelus custos quandoque deserat hominem.

AD SEXTVM sic proceditur. Videtur, quod angelus custos quandoque deserat hominem, cuius custodiæ deputatur. Dī. n. Ier. 51. ex persona angelorum. Curauimus Babylonem, & non est curata: derelinquamus ergo eam. Et Is. 5. Auferam sepem eius, & erit in conculcationem. Gloss. * idest, angelorum custodiam.

¶ 2 Præter. Principalius custodit Deus, quam angelus: sed Deus aliquando hominem derelinquit, sm illud Psal. 21. Deus Deus meus respice in me, quare me dereliquisti? Ergo multo magis angelus custos hominem derelinquit.

¶ 3 Præter. Sicut dicit Dam. * angeli, cum sunt hic nobiscum, non sunt in cęlo: sed aliqñ sunt in cœlo ergo aliquando nos derelinquunt.

SED CONTRA. Dæmones non semper impugnant, sm illud 1. Petr. 5. Aduersarius vester diabolus tanqnam leo rugiens circuit, quęrens qué devoret. Ergo multo magis boni angeli semper nos custodiunt.

RESP. Dicendum, q custodia angeli, vt ex supradictis patet, * est quædam executio diuinæ prouidétiæ circa homines facta. Manifestū est autem, q nec homo, nec res aliqua totaliter diuinæ prouidentiæ subtrahitur. Inquantum. n. aliquid participat de esse, intantum subditur vniuersali prouidentiæ entiū: Sed intantum Deus sm ordinem suæ prouidentiæ dicitur hominem derelinquere, inquantum permittit hominem pati aliquem defectū vel pœnæ, vel culpæ. Similiter etiā dicendū est, q angelus custos, nunquam totaliter dimittit hominem, sed ad aliquid interdum eum dimittit, prout. s. non impedit, quin subdatur alicui tribulationi, uel etiam quin cadat in peccatum, secūdum ordinem diuinorum iudiciorum. Et secundum hoc Babylon, & domus Israel, ab angelis derelictæ dicuntur: quia angeli earum custodes non impediuerunt, quin tribulationibus subderētur. Et per hoc patet solutio ad Primum, & Secundum.

AD TERTIVM dicendum, q angelus etsi interdum derelinquat hominem loco, non tamen derelinquit eum quantum ad effectum custodiæ: quia etiam cum est in cęlo, cognoscit quid circa hominem agatur: nec indiget mora temporis ad motum localem, sed statim potest adesse.

AR-

SVP. Q. CXIII.

558 2. d. 11. . 1 ar. 4.

ART. VI.

CONCL. Angelus custos numquam totaliter deserit hominē.

¶PROB. Quia diuina prouidentia nunquam totaliter dimittit rem aliquam (alioquin res illa, non res, ac per hoc nihil, esset), Et custodia angeli est quædam executio diuinæ prouidentiæ circa homines facta (ex supra).

* gl. interli nearis ibi.

1^m ex Hieremia. Derelinquamus. R. Quātum ad aliquid; non, quantum ad omnia. §. idest, non totaliter. Tunc &c. vt ex conclusione, & corpore, patet.

* lib. 2. orth. fid. c. 3.

Item ex Isai. Auferam. R. Quantum ad aliquid; non, quantum ad omnia. §. Tunc &c. vt ex conclusione docet. & corpus.

2^m de minori. Derelinquit. R. Quantum ad aliquid; non, quantum ad omnia. §. Tunc &c. vt ex conclusione declarata docetur.

* ar. 1. huius q.

3^m de consequentia. Dereliquūt. R. Loco, non, custodia. §. Tunc nihil &c. patet in litera. Ex qua propter ly interdum, in principio dictum, conice, quod angelus custos vt plurimum manet presentialiter per quoad substantiam suam cum suo custodito in eodem loco ac inde non tantum in oculis, sed etiam in pręsentia locali, angeli tui erubesce; quicquām indignum tāta præsentia facere. Vide supra art. 2. appen. de hoc Sancti Bernardi monitum ad faciendum istud.

APPENDIX.

EX articulo habes primo: quomodo per rationem ostendas, recte scripturam sacram insinuare, quód angelus custos nunquām totaliter deserit hominem sibi commissum. Hoc autem dixit Exod. 23. Ecce ego mittam angelum meum, qui præcedat te & custodiat in via, & introducat in locum quem præparaui. obserua eum, & audi vocem eius, nec contemnendum putes, qa non dimittet te, cum peccaueris. Hæc ibi. In textu cuiusdam vetustæ bibliæ, quam ego vidi & legi, inuenitur ly Te; quamuis in nulla alia, quam vidisse meminerim, inueniatur, ideo (sub correctione omni meliori modo, quo potest, seruato) locū hunc ad propositum ostēdendum cum ly te, adduxi. Biblia hæc cum glossa ordinaria & interlineari magnis characteribus Constat, & reseruatur Venetiis in Libraria communi a sinistris conuentus Sācti Dominici de Castello. Porro, si verus textus eē ly te, sic legendus, expresse constat sacram scripturam asserere, quód angelus custos non deserit hominem peccatorem, & tunc exponitur textus sic, nec angelum contemnēdum putes, quia non dimittet te; cum peccaueris. Hoc est. Non putes angelum esse conténendum ex eo quod te peccantem nō dimittet omnino, quia nec ego contemnendus sum, cum tamen peccantem non omnino dimittam. Vnde ibi immediate sequitur, & est nomē meum in in illo. Quasi dicat. In hoc angelus conformabit se nomini meo, dū te peccantem nō omnino dimittet, & ideo non erit ex hoc contēnendus, sicut nec nomen meum ex tali patientia est contemnendum. Et quare tandé. Quia talis non dimissio tui ab angelo custode, si contemnatur, in maius iudicium cōtra te demum proueniet, sicut & meū nō dimittet nunc oīno hominē peccantem, si contemnatur, ad maius iudicium damnationis erit ipsi peccatori. Pro clariori huius notitia audi Apostolū Ro. 2. ad huiusmodi propositū loquentem; An diuinas bonitatis eius & patientiæ & longanimitatis contemnis; Ignoras? quoniam benignitas, Dei ad pœnitentiam te adducit? Secundum autem duritiam tuam, & impœnitens cor thesaurizas tibi iram, in die iræ, & iusti iudicij Dei. Proportionaliter ergo, si bonitas angeli ex eo quod non deserit omnino peccantes, contemnatur, in malum contemnentis vehementer cœdet, ideoque præmonet Deus Israelem, vt hanc angeli bonitatem non contemnat, sed vt magis hanc admiretur, & ex tali benignitate sic reuerenter considerata, ad pœnitentiam adducatur ardentius. Pro quorū notitia pleniori uide Veritates aureas super legem ueterē. Exod. 23. concl. 5. Cæterum si ly te, non sit de textu, alio tendit locus ille a præsenti articulo. Insinuat tamen scriptura in principio dictum alibi, scilicet Isai. 62. Super muros tuos Hierusalem constitui custodes, tota die ac nocte, in perpetuum non tacebunt. Si de bonis pastoribus ac prædicatoribus respectu peccantium id uerificatur, quod scilicet nō tacebunt unquam a vocandis & curandis illis, multo magis de sanctis angelis in maiori charitate iam confirmatis. Insinuat & id primo Petr. quinto; Aduersarius vester diabolus circuit quærens quem deuoret. Si nunquam diabolus ex inuidia motus desistit ab impugnatione bonorum, multo magis angelus ex charitate motus nunquam desistet a custodia etiam peccantium. Secundo vides: quomodo ex his articulus Angelicus uicissim consolidetur, atque declaretur.

Comm. Cardinalis Caietani.

TItulus clarus

¶In corpore vna conclusio responsiua quęsito negatiuè Angelus custos nunquam totaliter dimittit suum hominem. Probatur. Diuina prouidentia nullam rem totaliter derelinquit quamuis quo ad aliquid deserat permittendo ergo custodia angelica nunquam totaliter dimittit custoditum, quamuis quo ad aliquid

aliquid permissiuè relinquat. Antecedens quo ad primam partem probatur, inquantum participat aliquid de esse tantum de prouidentia diuina: sed implicat, quod aliquid sit, & deseratur totaliter ab esse ergo. Quo ad secundam uerò, quia Deus permittit incurri in aliquem defectum pœnæ, vel culpæ. Consequentia verò probatur: quia custodia angelica est executio quædam diuinæ prouidentiæ circa homines. Explanatur proinde authoritates scripturæ ex sensu conclusionis, ut patet.

¶In responsione ad tertium aduerte, q non dicitur in litera, q angelus sit simul in cœlo, & in custodito homine per effectum actualem in illo: sed quod in cœlo qñque existens, non relinquit hominem quo ad effectum: quia uigilat super illum, & statim, si opus est, subuenire potest. Vnde in litera hæc duo ponuntur, scilicet actualis cognitio eorum, quæ circa custodiendum hominem fiunt, & potentia proxima, ac expedita absque interuallo temporis medij ad subuemendum. Et propter hoc dicitur non relinquere, quo ad effectum custodiæ: sicut mater: non dicitur relinquere infantem, quando ita propriè iuxta, cum vigilans occupatur, quod statim potest illi in omnibus adesse.

Arg. 2. 5. d. 11. q. 2. ar. 5
D. Bona. d. 11. q. 3.
Riccar. d. 11 q. 6.

SVP. Q. CXIII.

559 2. d. 11. q. 1. ar. 5.

ART. VII.

CONCL. Angeli Sancti non dolét, neque de peccatis, neque de pœnis hominū.

¶PROB. Quia nihil accidit in mūdo, quod sit contrarium voluntati angelorum, cum voluntas eorum totaliter inhæreat ordini diuinæ iustitiæ, sine qua, saltem permissiue, nihil fit in mundo) & tristitia, ac dolor, non est nisi de his, quæ contrariantur uoluntati (ex Augustino*).

* Colligitur ex li. 14. de ciu. Dei c. 7. & 8. tom. 5.

1^m de minori.

Fletur. R. Proprie dictus; non, metaphorice. §. Tunc nihil &c. Nam angelis bonis, sicut & Deo, metaphoricè tantum attribuimus fletum dolorem, & similia, quæ tunc nihil aliud significant, nisi quod volunt in uniuersali hominum salutem. Hęc responsio est per applicationem anagogicam Isaiæ solam. Nam expositio siue literalis, siue allegorica, (de quibus in textu, non tangit conclusionem.)

* Hom. 11. in Nu. aliquantulū ante med. tom. 2.

2^m ex Augustino.

Nolentibus. R. Simpliciter: non semper, secundum quid tantum. §. Tunc &c. Angeli enim secundum quid tātum nolunt perditionem impij custoditi. Et illud secundum quid, nō causat aliquam in illis tristitiam, quia totaliter diuinæ iustitiæ inhærét, sicut nec in Deo qui hoc modo tantum non uult perditionem impiorum. In nobis autem quandoque nolle secundum quid tantum, causat tristitiam: quia non sumus totaliter, sicut beati, conformes diuinæ iustitiæ. Vide

* Loco citato in argu. 2.

ARTICVLVS VII.

Vtrum angeli doleant de malis eorum, quos custodiunt.

AD SEPTIMVM sic proceditur. Videtur, quod angeli doleant de malis eorū, quos custodiunt. Dicitur enim Isai. vigesimotertio. Angeli pacis amarè flebunt: sed fletus est signum doloris, & tristitiæ. Ergo angeli tristantur dè malis hominum, quos custodiunt.

¶ 2 Præterea. Tristitia est, vt Augustinus* dicit, de his quæ nobis nolentibus accidunt: sed perditio hominis custoditi est contra voluntatem angeli custodis. Ergo tristantur angeli de perditione hominum.

¶ 3 Præterea. Sicut gaudio contrariatur tristitia, ita pœnitentiæ contrariatur peccatum: sed angeli gaudent de peccatore pœnitentiam agentem, vt habetur Luc. 15. Ergo tristantur de iusto in peccatum cadente.

¶ 4 Præterea. Super illud Nume. 13. Quicquid offertur primitiarū &c. dicit gloss. Origen. *Trahuntur angeli in iudicium, vtrum et ipsorum negligētia, an hominum ignauia lapsi sint: sed quilibet rationabiliter dolet de malis, propter quæ in iudicium tractus est. ergo angeli dolent de peccatis hominum.

SED CONTRA. Vbi est tristitia, & dolor, non est perfecta fœlicitas. Vnde dicitur Apocalypsis vigesimoprimo. Mors ultra non erit, neque luctus neque clamor, neque vllus dolor: sed angeli sunt perfectè beati. ergo de nullo dolent.

RESP. Dicendum, quod angeli non dolent neque de peccatis, neque de pœnis hominum. Tristitia enim & dolor, secundum Augustinum* non est nisi de his, quæ contrariantur voluntati. Nihil autem accidit in mundo, quod sit contrarium uoluntati angelorum, & aliorum beatorum: quia uoluntas eorum totaliter inhæret ordini diuinæ iustitiæ: nihil autem fit in mundo, nisi quod per diuinam iustitiam fit, aut permittitur. Et ideo simpliciter loquendo, nihil fit in mundo contra voluntatem beatorum. Vt enim Philosophus dicit in tertio Ethicorum*. Illud dicitur simpliciter voluntarium, quod aliquis vult in particulari, secundum quod agitur, consideratis, scilicet omnibus, quæ circunstant, quamuis in uniuersali consideratum non esset uoluntarium. Sicut nauta non vult proiectionem mercium in mare absolutè, & uniuersaliter considerando: sed imminente periculo salutis hoc vult. Vnde magis est hoc voluntarium, quam inuoluntarium, ut *ibidem dicitur. Sic igitur angeli peccata, & pœnas hominum, vniuersaliter & absolutè loquendo, non uolunt: volunt tamen, quod circa hoc ordo diuinæ iustitiæ seruetur, secundum quam quidam pœnis subduntur & peccare permittuntur.

AD PRIMVM ergo dicēdum, quod verbum illud Isaiæ potest intelligi de angelis, idest nunciis Ezechiç, qui fleuerunt propter uerba Rapsacis, de quibus habetur Isai. trigesimotertio. Et hoc secundum literalem sensum. Secundum vero allegoricum, angeli pacis sunt apostoli, & prædicatores, qui flent pro peccatis hominum. Si uerò secundum sensum anagogicum exponatur de angelis bonis, tunc metaphorica erit locutio, ad designandum quod angeli uolunt in vniuersali hominum salutem. Sic .n. Deo, & angelis, huiusmodi passiones attribuuntur.

AD SECVNDVM patet solutio per ea, quæ dicta sunt*.

AD TERTIVM dicendum, quòd tam in pœnitētia hominum, quam in peccato, manet una ratio gaudii angelis, scilicet impletio ordinis diuinæ prouidentię.

AD QVARTVM dicendum, q angeli ducuntur in iudicium pro peccatis hominum, non quasi rei, sed, quasi testes ad conuincendum homines de eorum ignauia.

Vidè in corpore.

3^m de conclusio.

Ergo tristantur &c. R. Si essent capaces tristitiæ. §. Sic .n. solum. i. vbi datur capacitas rei tractatæ, valet arguere ab oppositis. Tunc &c. Nam beati tristitiæ capaces non sunt. In quibuscunque .n. reb. contingere possibilibus manet beatis vna ratio gaudii, s. impletio ordinis diuinæ prouidentiæ. Sicut ergo nihil potest, ınquā fieri in mundo, nisi q per diuinam prouidentiam fit, aut permittitur, ita nihil potest impedire gaudium prędictum in angelis, & beatis. Sic potes exponere illud Io. 16. Gaudiū vestrum nemo tollet a vobis, i. a vobis, quando eritis beati in patria, nihil neque tollet, neque imminuere poterit, gaudium vestrum.

* li. 3. Eth. c. 1. nō remote a fi. tom. 5.

* eo. lib. & c. nō remote a prin.

4^m de minori.

Tractus est. R. Quasi reus: non, quasi testis de malitia improborum. §. Tunc &c. Nam Angeli in iudicium trahuntur pro peccatis hominum nō quasi rei; sed &c. vt in litera. Sic intelligitur Origenes.

APPENDIX.

EX articulo habes primo: quomodo per rationem ostendas, meritò a scriptura sacra insinuari, q angeli sancti non dolent de malis eorum quos custodiūt. Hoc aūt insinuat Isa. 25. Præcipitabit mortem in sempiternum, & auferet dñs Deus lachrymam ab omni facie, & opprobriū populi sui auferet de vniuer sa

* In cor. a.

AR-

sa terrâ. Quem locum quasi exponens Apoc. 7. de beatis dicit clarius. Non esurient, neque sitient amplius, neque cadet super illos Sol, neque ullus æstus. Præcipitatio igitur illa mortis in sempiternum, allatio lachrymæ, & opprobrii, est nullam pati aduersitatẽ, tristitiam, ignominiam, dolorem, & si qua sunt hmôi. Quod & clarius adhuc ait Apoc. 21. Mors ultra non erit, neque luctus, neque clamor, neque ullus dolor. Licet autem illæ Apocalypsis authoritates sint de hominib. beatis iuxta contextum dictę, tamen de angelis et beatis intelliguntur, quoniam omnes conueniunt in beatitudine, & de similib. idem est iudicium, & mensura hominis, quę est Angeli Apocal. 21. Nec mirandum, quod dictum Isa. applicetur ad sanctos angelos, quoniam, si de beatis in uia, ut quibusdam placet, id aliquo modo uerificatur, multo magis de beatis in patria uerificabitur. Quo etiam modo illud in principio dictum insinuatur Prouer. 12. non contristabit iustum quicquid ei acciderit. Licet. n. hoc intellectum de uiatorib. iustis limitetur de contristatione rationem absorbente, hac siquidem contristatione numquam contristatur iustus, dum remanet iustus, tamen de compræhensorib. intellectum exponitur simpliciter de quacumque contristatione, ut ex authoritatibus Apocalyp. supra patet. Idipsum insinuatur Prouerb. 10. Benedictio Domini diuites facit, nec sociabitur ei afflictio. Exponas, ut nunc supra. Secundo habes, quo per rationem præmissas scripturas, pro quanto dolorem in Angelis custodibus negant, & intelligas, declares, probes. Tertio uides, quomodo ex his, atque similibus uicissim Angelica hæc doctrina declaretur, atque confirmetur.

2

3

Comm. Cardinalis Caietani.

Titulus clarus.

¶ In corpore est una conclusio rñsiua quæsito negatiue, quã probat primo, deinde explanat. Est ergo conclusio. Angeli non dolent de malis custoditorum. probatur. Dolor est de inuoluntario simpliciter, nihil fit in mundo inuoluntarium simpliciter angelis sanctis. ergo angeli sancti de nullo dolent. Maior probatur authoritate Augustini. Minor probatur. Ordo diuinæ iustitiæ est totaliter uoluntarius angelis. ergo nihil fit in mundo contra eorum uoluntatem. Tenet sequela, quia nihil fit, nisi secundum ordinem diuinæ iustitiæ. Explanatur deinde hæc ratio distinguendo ex 3. Ethic. uoluntarium, & inuoluntarium simpliciter, & in uniuersali, & applicando ad propositum patent omnia.

Arg. 2. 5. d. 11. q. 2. a. 5. Duran. d. 11. q. 1.

SVP. Q. CXIII. ART. VIII.

560 2. d. 11. q. 2. ar. 5.

CONCL. Vnus angelus alteri resistere dicitur, sine prẹiudicio tamen aliquo sanctitatis eorum.

¶ PROB. Quia inter eos repugnantia esse potest, qui possunt de repugnantibus diuinam uoluntatem consulere, cum concordes uoluntate possint dici discordes ratione effectuum tantum, & angeli boni de meritis sibi repugnantib. hominum s. regnorumque, custoditorum, diuinam consulũt uoluntatem, quid s. super hoc ordo diuinæ sapientiæ habeat, cum iudicia hæc atque secreta non, nisi Deo reuelante, cognoscere possint.

1ᵐ de minori.

Concordiæ. R. Sibi correspondẽti, non autem sibi non correspondenti. §. Tunc &c. Concordię enim uoluntatum, opponitur pugna uolũtatum, nõ pugna super contraria consultationum. Et illa pugna secundum Iob non est in sanctis angelis, licet ista secundum Danielem a Gregorio expositũ ibi reperiatur. Vide finem tex. corporis a ly sic igitur inquantum de contrariis meritis &c.

Exponens illa uerba Dan. citata in argu. sed contra, t. 5.

2ᵐ de maiori.

Pugna. R. Voluntatum, non, super contraria consultationum. §. Tunc &c. ut patet in ad primum.

3ᵐ de maiori. Foueat unam partem, & alius aliam. R. Vel concilium accipiat de una parte, & alius de alia. §. Tunc &c. Potest. n. de utroque diuersorum accipi consilium a Deo, sine declinatione uoluntatis ad unam partem uel ad aliã, maxime si uoluntas sit confirmata in bono hoc, q. s. solum diuinã uoluntatem uelit in huiusmodi adimpleri, sicuti sunt uoluntates omnium beatorũ. Vide in corpore. Ex cuius litera perpende, q̃ præsumptuosi sint, & uani, illi hoĩes, qui iudicia atque secreta Dei circa hoc uel illud, maxime circa prædestinationẽ & huiusmodi salutem hominum concernentia, audent propria rõne uelle metiri uel penetrare uel etiam præcipitãter inquirere, contra id Eccles. 3. Altiora te ne quæsieris, & fortiora te ne scrutatus fueris. Si enĩ Angeli non tñ natura hominibus admodum perspicaciores, sed etiã beati, secreta in articulo pręsenti descripta, Deique circa actiones humanas iudicia cognoscere non pñt, nisi Deo reuelante, quẽ pro negociorũ opportunitate cũ maxima reuerentia frequenter de his consulunt, quanta superbia, quanta præsumptio, uanitas quanta, homũciorum illorũ erit, qui ad prẹdicta, imò superiora, imò secretiora, propriis uirib. cognoscẽda aspirant? Hmôi semper sunt addiscentes, & nũquam ad sciam ueritatis peruenientes 2. Tim. 3. sequentes profanas uocũ nouitates, & falsi nois sciam 1. Tim. 6. proditores, elati, superbi, peruersi, tumidi, Ecclesiæ sanctę patrib. non obediẽtes, ingrati, scęlesti, sine spirituali affectione, sine pace. 2. Tim. 3. conuersi in uaniloquium, uolentes esse legis Doctores, non intelligentes, neque quæ loquuntur, neque de quib. affirmant. 1. Tim. 1. non acquiescentes sanis sermonib. Domini nostri Iesu Christi, neque ei, quæ secundum pietatem est, doctrinę 1. Tim. 6. Ex hac etiam litera perpende, quam uerum sit dictum a Papa Sisto V. infra q. 115. ar. 4. 5. & q. 116. art. 1. circa ignorantiam dæmonum de futuris & occultis, &c.

li. 17. Mor. cap. 7. ante medium.

Detestãda quam maxime, & ignorantię plena, hæc præsũptio hęreticorum, &c.

ARTICVLVS VIII.

Vtrum inter angelos possit esse pugna, seu discordia.

AD OCTAVVM sic proceditur. Videtur, quod inter angelos non possit esse pugna, seu discordia. Dicitur enim Iob 25. Qui facit concordiam in sublimibus, sed pugna opponitur concordiæ. Ergo in sublimibus angelis non est pugna.

¶ 2 Præter. Vbi est perfecta charitas, & iusta prælatio, non potest esse pugna, sed hoc totum est in angelis. ergo in angelis non est pugna.

¶ 3 Prẹter. Si angeli dicuntur pugnare pro eis, quos custodiunt, necesse est, quod unus angelus foueat unam partem, & alius aliam, sed si una pars habet iustitiam, constat quod alia pars habeat iniustitiam. ergo sequitur, quod angelus bonus sit fautor iniustitiæ, quod est inconueniens. ergo inter bonos angelos non est pugna.

SED CONTRA est, quod dicitur Dan. 10. ex persona Gabrielis. Princeps regni Persarum restitit mihi uiginti & uno diebus. Hic autem princeps Persarum erat angelus regno Persarum in custodiam deputatus: ergo unus bonus angelus resistit alii, & sic inter eos est pugna.

RESPON. Dicendum, quod ista quæstio mouetur occasione horum uerborum Danielis, quæ quidem Hie.* exponit, dicens principem regni Persarum esse angelum, qui se opposuit liberationi populi Israelitici, pro quo Daniel orabat, Gabriele preces eius Deo præsentante. Hæc autem resistentia potuit fieri, quia princeps aliquis dæmonum Iudæos in Persidem ductos ad peccatum induxerat, per quod impedimentum præstabatur orationi Danielis pro eodẽ populo deprecantis. Sed secundum Gregor. decimoseptimo, Moral. * Princeps regni Persarum bonus angelus fuit custodiæ regni illius deputatus. Ad uidendum igitur qualiter unus angelus alteri resistere dicitur, considerandum est, quod diuina iudicia circa diuersa regna, & diuersos homines, per angelos exercentur. In suis autem actionibus angeli per diuinam sententiam regulantur. Contingit autem quandoque, quod in diuersis regnis, vel in diuersis hominibus contraria merita, vel demerita inueniuntur, vt vnus alteri subdatur, aut præsit. Quid autem super hoc ordo diuinæ sapientiæ habeat, cognoscere non possunt, nisi Deo reuelante: vnde necesse habent super his sapientiam Dei consulere. Sic igitur, inquantum de contrariis meritis, & sibi repugnantibus diuinam consulunt voluntatem, resistere, sibi inuicem dicuntur, non quia sint eorum contrariæ voluntates, cum in hoc omnes concordent, quod Dei sententia impleatur, sed quia ea, de quibus consulunt, sunt repugnantia. Et per hoc patet solutio ad obiecta.

QVAE-

APPENDIX.

Vtilit. pro S.Eccles.

Ex articulo habes primo, quomodo per rationem ostendas, scri pturã sacram merito ponere pugnam in angelis beatis custodibus, circa tamen minimam uoluntatum ipsorum discordiam, uel sanctitatis aut beatitudinis diminutionem. Hanc autem ponit Daniel x. sic. Ex quo posuisti cor tuum ad intelligendum, ut te affligere in conspectu Dei tui, exaudita sunt uerba tua, & ego ueni propter sermones tuos. Princeps autem Regni Persarum restitit mihi uiginti & uno diebus, & ecce Michael unus de principibus primis uenit in adiutorium meum, & infra. Et nunc reuertar, ut prælier aduersum Principem Persarum. Danielem enim alloquens Gabriel dicit, se uenisse tunc, quando exauditæ sunt eius preces in conspectu Domini, sed postea tardasse ueniendo, quia Angelus, qui præerat Persarum Regno tanquam custos, sibi Gabrieli restiterat. 21. diebus, amplius autem non restitisse, siue totaliter uiam suam non impediuisse, quia Michael de primoribus existens uenit in suum Gabrielis adiutorium. Infra etiam testatur Danieli ipsemet angelus, quod uult reuerti ad præliandum cum prædicto Principe Persarum. Ergo præmissa, de qua loquutus fuerat, resistentia fuit pugna seu prælium inter se inuicem. Hæc autem dixi intelligẽda de Angelis beatis, sequendo B. Greg. 17. mor. c. 7. Item. Secundo habes, quomodo per rationem prædictam scripturam cum similib. pro quanto pugnam ponit inter Angelos custodes, & intelligas, & declares, & probes, atque cum aliis summam pacem inter illos ad inuicem scripturis attestantibus concordes. Tertio uides, quomodo ex his & similibus, uicissim Angelicus consolidetur articulus.

Comm. Cardinalis Caietani.

Titulus clarus.

¶ In corpore quatuor. Primo occasio qõnis, & est authoritas Danielis. Secundo, expositio Hieronymi, & est remotio quæstionis, quia ponit quod intelligitur de pugna inter bonũ, & malũ angelum, hic autem est quęstio de pugna inter bonos. Tertio expositio Greg. & est confirmatio quæstionis, quia de sanctis angelis inter se exponitur. Quarto rñdet quæsito una conclusione affirmatiuè. Inter angelos potest esse pugna, non discordia uoluntatum, sed contrarietate meritorum eorum, pro quib. pugnare dicuntur. Prima pars patet authoritate Scripturæ. Secunda probatur, quia uolunt omnes expleri ordinem diuinæ sapientiæ. Tertia probatur, quia merita diuersorum a diuersis custoditorum contingit esse contraria respectu prælationis adinuicem, & nescire quid Deus uelit fieri, ipsum.n. consulere de pugnantib. est pugnare hæc non repugnant beatitudini.

SVP. Q. CXIIII.

ART. I.

CONCL. I. Impugnatio ipsa, qua impugnantur homines a dæmonibus, ex dęmonum malitia procedit.

¶ COROL. Ergo conclusio præsuppositiue respondet titulo, pręsupponendo scilicet homines impugnari a dæmone.

¶ PROB. Quia impugnatio ipsa procedit ex inuidia dæmonum contra homines, & ex superbia ipsorum similitudinem diuinæ potestatis ambiente.

¶ CONCL. 2. Ordo impugnationis hominum a dæmonibus, est a Deo.

¶ PROB. Quia Deus ordinate nouit malis uti, ea ad bona ordinando.

¶ COROL. Ergo ex parte impugnationis, inquantum scilicet impugnatio ipsa diuinam ostensam, ut dictum est, includit, impugnatio non reducitur in Deum tanquam in primam causam, sed ipsamet, prout ens quoddam, & ut ex ea elicitur bonũ, reducitur in Deum, ut primam causam. Deus enim est causa omnis entis ut ens, & ex malo quocumque elicit bonum, licet non sit causa effectiua peccati alicuius, ut peccatum est, ut ostensum est supra quæst. 19. articulo nono, & quæst. quadragesimanona, articulo secũdo, & quęstio.

561 De mal. q. 3. art. 3. & art. 4.

QVAESTIO CXIIII.

De dęmonum impugnatione, in quinque articulos diuisa.

DEINDE considerandum est de impugnatione dæmonum.

ET circa hoc quæruntur quinque.

¶ Primò, Vtrum homines a dæmonibus impugnentur.

¶ Secundò, Vtrum tentare sit proprium diaboli.

¶ Tertiò, Vtrum omnia peccata hominum ex impugnatione, siue tentatione dæmonum proueniant.

¶ Quartò, Vtrum possint uera miracula facere ad seducendum.

¶ Quintò, Vtrum dæmones, qui ab hominibus superantur, ab impugnatione hominum arceantur.

ARTICVLVS I.

Vtrum homines impugnentur a dæmonibus.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur, quod homines non impugnentur a dæmonibus. Angeli enim deputantur ad hominum custodiam missi a Deo, sed dęmones non mittuntur a Deo, cum dæmonum intentio sit perdere animas, Dei autem saluare. Ergo dæmones non deputantur ad hominum impugnationem.

¶ 2 Pręter. Non est æqua conditio pugnæ, ut infirmus contra fortem, ignarus contra astutum exponatur ab bellum, sed homines sunt infirmi & ignari, dæmones autem potentes & astuti. Non est ergo permittendum a Deo, qui est omnis iustitiæ author, ut homines a dæmonibus impugnentur.

¶ 3 Preter. Ad exercitium hominum sufficit impugnatio carnis, & mundi, sed Deus permittit electos suos impugnari propter eorũ exercitium. Ergo non uidetur necessarium, quod a dęmonibus impugnentur.

SED CONTRA est, quod Apostolus dicit ad Eph. sexto, quod non est nobis colluctatio aduersus carnem, & sanguinem, sed aduersus principes, & potestates, aduersus mundi rectores tenebrarum harum, contra spiritualia nequitiæ in cęlestibus.

RESPON. Dicendum, quod circa impugnationem dæmonum duo est considerare, scilicet ipsam impugnationem, & impugnationis ordinem. Impugnatio quidem ipsa ex dæmonum malitia procedit, qui propter inuidiam profectum hominum impedire nituntur, & propter superbiam diuinæ potestatis similitudinem usurpant, deputando sibi ministros determinatos ad hominum impugnationem, sicut & angeli Deo ministrant in determinatis officiis ad bonum saltem. Sed ordo impugnationis ipsius est a Deo, qui ordinate nouit malis uti ad bona ea ordinando. Sed ex parte angelorum, tam ipsa custodia, quam ordo custodiæ reducitur ad Deum, sicut ad primum actorem.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod mali angeli impugnant homines dupliciter. Vno modo, instigando ad peccatum, & sic non mittuntur a Deo ad impugnandum, sed aliquando permittuntur secundum Dei iusta iudicia. Aliquando autem impugnant homines puniendo, & sic mittuntur a Deo. Sicut missus est spiritus mendax ad puniendum. Achab regem Israel, ut dicitur tertio Reg. ult. Pęna enim refertur in Deum, sicut in primum actorem. & tamen dæmones ad puniendum missi alia intentione puniunt, quam mittuntur. Nam ipsi puniunt ex odio, uel inuidia, mittuntur autem a Deo propter eius iustitiam.

stio. 105. articulo quarto. Item quæstio. secunda, articulo tertio, & quæst. decimaquarta, articulo decimosexto, & quæst. uigesimasecunda, articulo secundo, & quæstio. quadragesimaoctaua, articulo secundo. Item quæst. quadragesimaquarta, articulo primo, & quæstio. sexagesimaquinta, articulo tertio, quarto, & quæst. 91. articulo secundo. Vide omnino de hoc primã, secundæ, quæst. 79. articulo 1. 2.

1m de minori.

Non mittuntur. R. Nisi per-

Ad

permissiuè, quando impugnant ad peccatum, & effectiuè, quando impugnant puniendo. §. Tunc &c. sufficit. n. ad uerificandam primam conclusionem, quod a Deo mittantur aliquo illorum modorum. s. permissiuè tantum. Ex litera habetur amplior cognitio, & conclusionis, tum primæ inquantum impugnatio illa fit dupliciter, cum secundæ, inquantum Deus impugnationem illam ordinat ad iudicia sua, iustitiamque implendam, & corollarii præmissi, hanc ipsam literam uicissim coadiuuantis.

2m maior. Nō est æqua conditio pugnæ, ut infirmus. c. fo. signa. c. 5. exponatur ad bellum. R.

AD SECVNDVM dicendum, quod ad hoc, quod non sit inæqualis pugnæ conditio, fit ex parte hominis recompensatio, principaliter quidē per auxilium diuinæ gratiæ, secundario autem per custodiam angelorum. Vnde 4. Reg. 6. Elisæus dixit ad ministrum suum. Noli timere, plures. n. nobiscū sunt, q̄ cū illis.

Nisi ex parte infirmi, & ignari, fiat recompensatio. §. Tunc &c. Recompensatio. n. ex parte infirmi & ignari hominis fit magna, ut in litera. Ex qua, si terminos formaliter, ut decet, intellexeris, notabis, quod homini de sua potentia, & scientia præsumenti iustè negatur tanta recompensatio, utpote, quæ infirmo, & ignaro, i. infirmū se ueraciter tenenti & ignarum, conceditur. Hanc taliter fieri recompensationem significant scripturæ, dum dicunt Iac. 4. Deus superbis resistit, humilib. autem dat gratiam, & 1. Petr. 5. humiliamini, sub potenti manu Dei, & psal. 9. tibi derelictus est pauper, orphano tu eris adiutor, & psal. 71. animas pauperum saluas faciet, ex usuris & iniquitate redimet animas eorum, & honorabile nomen eorum coram illo. Is uero formaliter est pauper fortitudinis ac scientiæ, qui se talem reputat ueraciter, & de his principaliter intelligit D. Thomas in textu, & proportionaliter, quidem i. quod magis pauperi formaliter, maior fit recompensatio ibi descripta, & minus pauperi minor. Cardo igitur rei, & intellectus literæ, non stat principaliter in esse infirmum, ac ignarum materialiter, omnes. n. reuera sumus infirmi, ac ignari, sed principaliter stat in esse formaliter, quo sanè modo non omnes sunt infirmi atque ignari, imò quidam sunt firmi, & sapientes, inquātum se tales, uel reputant, uel minus, quam deceat, de contrario reputant.

Bonus infirmus, & ignarus quid sit.

3m de maiori. Sufficit. R. quantum est ex parte infirmitatis humanæ, non, quantum est ex malitia dæmonum. §. Tunc nihil &c. ut patet ex conclusionis primæ uerbo ly malitia dæmonum.

AD TERTIVM dicendum, quod infirmitati humanæ sufficeret ad exercitium impugnatio, quæ est a carne, & mundo, sed malitiæ dæmonum non sufficit, quę utroq; utitur ad hominum impugnationem. Sed tamen ex diuina ordinatione hoc prouenit in gloriam electorum:

APPENDIX.

Vtilit. pro S. Eccles.

EX articulo habes primo, quomodo per rationem ostendas, merito esse dictum, & a scriptura, & a concilio, quod homines a dæmonib. impugnantur? A scriptura quidem hoc dicitur Eph. 6. Non est nobis colluctatio aduersus carnem, & sanguinem, sed aduersus principes, & potestates, aduersus mundi rectores tenebrarum harum, aduersus spiritalia nequitiæ in cęlestibus. Hic enim & impugnationem nobis inferri a dæmonibus denotat Apostolus, & impugnationem ualidam, & impugnationem ex inuidia superbiaque procedentem. Colluctatio, inquit, aduersus principes tenebrarum, ecce impugnatio a dæmonibus. Aduersus potestates, mundi rectores, ecce impugnatio ualida, & tam ualida, ut in huius comparatione colluctatio cum carne & sanguine, quæ tamen in se magna est, caro enim concupiscit aduersus spiritum & spiritus aduersus carnem, hęc autem sibiinuicem aduersantur, ut non quæcumque uoltis, illa faciatis. Gal. 5. sic nulla. Aduersus spiritualia nequitiæ, ecce impugnatio procedens ex inuidia peccato spirituali, & tanta, ut plus contra nos facere desiderent, quam queant, ideo dicuntur nequitiæ. Aduersus spiritalia in cęlestib. ecce eadem impugnatio, ut procedit ex superbia peccato spirituali, qua in cęlum etiam conscendere appetunt. i. Deo cęlorum assimilari. A cōcilio uerò Africano idipsum, s. impugnentur homines a dęmonib. dicitur, de quo, immo de quib. conciliis, Cęlestinus primus Papa in epistola prima ad Episcopos Galliæ inquit. Vt ergo plenius, qui in aliquo dubitant, instruantur, constitutiones Sanctorum Patrum compendioso manifestemus indiculo. Per sanctos patres inter alia intelligere se innuit Cœlestinus concilia Africana per contextum mox præmissum sic, ita ut etiam Africanorum conciliorum quasdam snias iungeremus, quas suas utique fecerunt Apostolici antistites, cum probarunt. Has ergo sententias referens Cęlestinus sexto loco habet sic. Neminem, etiam baptismatis gratia adnouatum, idoneum esse ad superandas diaboli insidias, & ad euincendas carnis concupiscentias, nisi per quotidianum Dei adiutorium perseuerantiam bonæ conuersationis acceperit. Supponunt ergo Patres concilii, hominem impugnari a diabolo, cum de superandis diaboli insidiis tractant. Item Africanus episcopus B. Cyprianus cū collegis suis scribens ad Luciū Papam, impugnationem hominum a dæmonib. concedit, in hæc uerba. Vt ad confundendos & retundendos hæreticos ostenderet Dominus, q̄ esset Ecclesia, qui essent, quos inimicus lacesseret, qui e contra, quibus diabolus, ut suis, parceret. Neque. n. persequitur & impugnat Christi aduersarius, nisi castra & milites Christi, hæreticos, prostratos semel & suos factos, contemnit & præterit. Eos quærit deiicere, quos uidet stare. Hæc ibi. Idem quoque Afer Eps, epist. 8. ad Cornelium Papam sic. Agnoscit nec iā, quis sit sacerdos Dei, quæ sit Ecclesia & domus Christi? Qui sint serui Dei, quos diabolus infestet? Qui sint Christiani, quos Antichristus impugnet? Neque. n. quęrit illos, quos iam subegit, aut gestit euertere, quos iam suos fecit. Inimicus & hostis Ecclesię, quos alienauit ab Ecclesia & foras duxit, ut captiuos, & uictos contemnit & præterit. Eos pergit lacessere, in quib. Christum cernit habitare. Hæc ibi. Adducta sint ista ex Cypriano, tamquam quæ ultra ueritatem propriā, approbata sint a summis pontificib. quib. scribebat, utpote qui has eius epistolas ad se scriptas libenter recipiebant. Cauenda tamen, in hac materia impugnationum diabolicarum, est hæresis Caluini, dicens, quod Deo uolente & iubente diabolus mentitur in cordibus hominum. Non. n. Deus est causa peccati, seu quod diabolus tentet nos ad peccandum, ut intendebat Caluinus contra Iac. 1. Deus intentator malorum est, licet sic impugnationem permittat, ut in responsione ad primum. Vide hæresis huius damnationē etiam q. 19. ar. 9. & q. 49 ar. 2. & q. 105. ar. 4. cum Elucid. semper & 1. 2. q. 79. ar. 1. Item Addition. articulorum numero 198. & Veritates aureas super legem ueterem, Gen. 3. concl. 6. Secundo hēs, quō per rationem prædictas scripturas concilia &c. inquantū impugnari aiūt hoīes a dæmonib. intelligas, declares, probes. Tertio uides, quō ex his uicissim Angelica doctrina consolidetur &c.

2

3

Comm. Cardinalis Caietani.

TItulus clarus.

¶ In corpore una distinctio, cum una bimembri conclusione responsiua quæsito. Distinctio est. In impugnatione sunt duo, ipsa impugnatio, & ordo eius. Conclusio est. Impugnatio dæmonum est ex malitia eorum, ordo uero a Deo. Probatur, & declaratur. Probatur quidem quoad primam partem, ex inuidia profectus, & superbia impugnat. ergo. Quoad secundam uero, quia Deus utitur malis bene ordinando. ergo. Declaratur autem ex opposito, custodia, scilicet angelica. hæc enim secundum utrumque est a Deo, illa secundum ordinem tantum. Omnia clara sunt.

¶ Circa hanc responsionem dubitatiuncula est, quia titulus dubii est de quæstione, an est, utrum s. dæmones impugnent nos. Responsio autem est non ad hoc, sed causas impugnationis.

¶ Ad hoc breuiter dicitur, quod ut patet in 2. Posterio. Omnis quęstio est quæstio medii, & nihil aliud est quærere, si quadratura circuli est, quam si est aliquod medium ad ipsam. Vnde nihil aliud est quærere, si dæmones impugnent, quasi est aliquod medium, seu causa, quare nos impugnent. Et propterea responsio est ad propositum directè secundum artem sciendi, dū assignat causas, ex quib. prouenit impugnatio dæmonum contra nos. Sic. n. optime a priori ostensum est impugnationem eorum esse.

Aeg. 2. 5. d. 21. q. 1. a. 1.
Ale. Alens. 2. p. q. 117. a. 2
SVP. Q. CXIIII. ART. II.

562
22. q. 97. 2.

ARTICVLVS II.

Vtrum tentare sit proprium diaboli.

AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur, quod tentare nō sit proprium diaboli. Dicitur enim Deus tentare, secundum illud Genes. 22. Tentauit Deus Abraham, tentat etiam caro, & mundus. Et etiam homo dicitur tentare Deum,

CONCL. Proprium officium diaboli est tentare semper ad peccatum, tamquam principalis agens.

¶ PROB. Quia proprium diaboli tamquam principalis agentis

2. cor. & 2. d. 21. q. 1. art. 1. & opus. 7. c. 7.

tis est sumere experimentum de aliquo, ut sciat aliquid circa ipsum ad hoc semper, ut ei noceat in peccatum præcipitando. (patet discurrendo de homine tentante, de carne, de mundo.) Et tentare est experimentum sumere de aliquo, ad sciendum (stando in proposito) nocere ei.

1m de antecedente. Tentauit Deus, tẽtat homo hominem, tẽtat caro, mundus, tentat homo Deum. ℞. Non tamen ad malum unquam Deus. Non semper ad malum, homo tentat hominem, nec ut principalis, sed ut minister diaboli. Non tentat, ut principalis agens, & formaliter, caro, mundus. Non, ut principalis, tentat homo Deum, sed ut imitatur peccatum diaboli. §. Tunc &c. Non enim sine causa in conclusione ponitur ly semper ad peccatum, & ly tamquam principalis agẽs. Tentare autem semper dicitur diabolus ad peccatum, quia inquirit conditiones hominis ad hoc semper, ut secundum diuersas hominum inclinationes, illos ad diuersa uitia facilius, utpote iuxta pronitatem cuique familiarem procedendo, inducat. Tentat uero sic, tamquam principalis agens, quia sicut quis utitur stuppa, uel ferro ad accendendum, uel ex lapide focario eliciendum ignem, ita diabolus carnis concupiscentiis, siue etiam mũdi prosperis, tamquam stuppa, timorosis autẽ passionibus carnis, siue etiam mundi terrorib. tamquam ferro, utitur ad imittendum in nos peccatum. Propterea dicitur in fine corporis, ly quib. ẽt diabolus utitur ad tentandum. Caro ergo & mundus tentant instrumentaliter. Quomodo autem tentent materialiter, non formaliter, satis patet in litera, cum dicitur ly inquantũ potest cognosci qualis sit homo ex hoc, ꝙ sequitur concupiscentiam carnis, uel ipsi concupiscentiæ repugnat, & ex hoc, quod contemnit prospera mundi & aduersa, uel ē contra. Per contemnere autem prospera mundi & aduersa, intelligit. D. Th. non affici prosperis mundi, nec terreri aduersis, aliquo modo inordinate.

q.111.a.2. — Glo. interlinearis. ibi.

2m de maiori. Ignorantis. ℞. Vel exteriorem tantum hoĩs conditionem, aut interiorem, uel utramque simul. §. Tunc &c. Licet.n. dæmones naturaliter sciant ea, ꝗ exterius circa hoĩes aguntur, tamen interiorem hominum conditionem non cognoscunt, ut habes in litera. Vide q.57.art.4.

3m de conclusione. Immutare. ℞. per modũ mouẽtis sufficientis, non, inclinãtis. §. Tũc &c. Non.n. ad hoc, ꝙ aliquis [illegible]tare, dicatur, reqritur necessario, ꝙ moueat sufficienter, dummodo suasorie uoluntatẽ mouere possit.

& hominem. Ergo non est propriũ dæmonis tentare.

¶ 2 Præt. Tentare est ignorantis, sed dæmones sciũt quid circa hoĩes agatur. Ergo dęmones non tentant.

¶ 3 Præt. Tentatio est in uia peccatum, peccatum autem in uoluntate consistit. Cum ergo dæmones non possint uoluntatẽ hominis immutare, ut per supradicta patet, *uidetur quod ad eos non ptineat tẽtare.

SED CONTRA est, quod dicitur 1. ad Thes. 3. Ne forte tẽtauerit uos is, qui tentat. Glo.* i. diabolus, cuius officium est tentare.

RESPON. Dicendum, quod tentare est proprie experimentũ sumere de aliquo. Experimentum autẽ sumitur de aliquo, ut sciatur aliqd circa ipsum, & ideo proximus finis cuiuslibet tẽtantis est scientia. Sed quãdoque ulterius ex scientia quęritur aliquis alius finis uel bonus, uel malus. Bonus quidem, sicut cũ aliquis uult scire qualis aliquis sit uel quantum ad scientiam, uel quãtum ad uirtutum, ut eum promoueat, malus autem, quando hoc scire uult, ut eum decipiat, uel subuertat. Et per hunc modum potest accipi, quomodo tentare diuersis diuersimode attribuatur. Homo.n. tẽtare dicitur, quandoque quidẽ, ut sciat tantum. Et propter hoc tentare Deum, dicitur esse peccatum, qa homo quasi incertus experiri præsumit Dei uirtutem. Quandoque uero tentat, ut iuuet, quandoque uero ut noceat. Diabolus autem semper tentat, ut noceat in peccatum pręcipitando, & secundum hoc dicitur proprium officium eius tentare. Nam etsi homo aliquãdo sic tentet, hoc agit inquãtum est minister diaboli. Deus autem tẽtare dicitur, ut sciat, eo modo loquendi, quo dicitur scire, quod facit alios scire. Vnde dicitur Deut. 13. Tentat uos dominus uester, ut palam fiat utrum diligatis eum. Caro etiam, & mundus dicuntur tentare instrumentaliter, seu materialiter, inquantum s. potest cognosci qualis sit homo, ex hoc quod sequitur, uel repugnat cõcupiscentiis carnis, & ex hoc quod contemnit prospera mundi, & aduersa, quibus etiam diabolus utitur ad tentandum. Et sic patet solutio ad Primum.

AD SECVNDVM dicendum, ꝙ dæmones sciunt ea, quę exterius aguntur circa homines, sed interiorem hominis conditionem solus Deus nouit, qui est spirituum ponderator, ex qua aliqui sunt magis proni ad unum uitium, quam ad aliud. Et ideo diabolus tentat explorando interiorem conditionem hominis, ut de illo uitio tẽtet, ad quod homo magis pronus est.

AD TERTIVM dicendum, ꝙ dæmon, etsi non possit immutare uoluntatem, põt tñ, ut sup. dictum est, * aliqualiter immutare interiores hominis vires, ex quib. etsi non cogitur uoluntas, tamen inclinatur.

q.111.ar.3. & 4.

APPENDIX.

Vtilit. pro S.Eccles.

Ex articulo habes primo, quomodo per rationem ostendas, me ito fuisse a scriptura sacra insinuatum, quod tentare est proprium diaboli. Hoc autem insinuatum est. Matth. quarto. Accedens tentator. Loquitur enim, de diabolo Christum tentaturo, & diabolum ipsum, quasi ex officio sibi proprio describens, uocat tentatorem. Item insinuatum est idem primo Thessalon. tertio, ne forte tentauerit uos is qui tentat. Sermonem facit Apostolus de diabolo, quoniam de fide catholica, quã specialiter subuertere quærit Sathanas contextus loquitur. Misi inquit, ad cognoscendum fidem uestram, ne forte tentauerit uos is, qui tentat. Quod uero specialiter infirmare quærat Sathanas fidem catholicam in nobis, patet primo Petr. quinto, cum dicitur. Aduersarius uester diabolus circuit quęrens quem deuoret, cui resistite fortes in fide. Resisten tia enim fit inimico, quod patet in bellis etiam humanis, ibi, ubi adoritur inimicus. Cũ ergo moneat Apostolus Petrus, quod aduersario nostro resistamus fortes in fide, sequitur secundum eum, quod diabolus in omni sua assidua inquisitione ad deuorandum, intendat principaliter eneruare in nobis ipsam fidem. Secundo habes, quomodo per rationem præmissas scripturas, cum similibus, pro quanto proprium insinuant esse diaboli officium hoc scilicet tentare, & intelligas, & declares, & probes, insuper ostendas huiusmodi denominationem esse factam secundum regulas denominandi aliquid. Regula enim est, quod quando concurrunt duo, unum materiale, aliud formale, unum principale agens aliud instrumentum, tunc denominatio absoluta, uera, & propria fit a forma, & principali agente, non a materia, neque ab instrumento, nisi secundum quid. Non enim absolute simpliciter dicitur, serra fecit lectum, sed artifex, licet non, nisi mediante serra, fecerit ipsum, neque homo est animal, sed rationalis, licet non, nisi animalitate ceu materia præsupposita, sit rationalis. Quia igitur diabolus est in tentando ad peccatum tamquam principale agens, & ueluti formale quid, respectu aliorum hostium, scilicet carnis ac mundi ideo absolute, simpliciter, uero & proprie denominationem eius faciunt scripturæ, quando eum tentatorem uocant. Tertio uides, quomodo ex his similibusque, uicissim Angelicus consolidetur articulus, atque declaretur.

2 — Regula denominãdi. — 3

Comm. Cardinalis Caietani.

Titulus in corpore manifestatur.

¶ In corpore duo. Primo, in communi declaratur quid, & quotuplex est tentare. Secundo, respondetur quæsito.

¶ Quoad primum duo dicuntur, qd est tentare, s. experimentũ sumere, ut sciatur aliquid circa tentatum, & quotuplex est, & dr̃ qd multiplicatur ex parte finis. Nã quandoque fit cum solo fine proximo, qui cadit in eius diffinitione, s. scire, quandoque cum aliquo ulteriore fine, qui potest esse bonus, & malus &c.

¶ Quoad secũm conclusio responsiua est. Tentare ut noceat per petratione peccati, est proprium diaboli. Probatur ex differentia inter tentare attributum diabolo, & aliis, s. homini, Deo, & carni, ac mundo. homini quidem conuenit ad utrumlibet, s. bonum, & malum, & ad malum culpæ, non nisi ut ministro diaboli, Deo uero ad bonum tantum, mundo, uero & carni quatenus ad malum culpæ, tamen aut non actiue, sed materialiter, aut instrumentaliter, diabolo principaliter tentante.

Aeq.

Aegid. 2. sent. d. 21. q. 1. art. 2. D. Bon. d. art. 2. q. 2.

ARTICVLVS III.

Vtrum omnia peccata procedant ex tentatione diaboli.

AD TERTIVM sic proceditur. Videtur, quod omnia peccata procedant ex tentatione diaboli. Dicit. n. Dionys.* 4. c. de diu. no. quod multitudo dæmonum est causa omnium malorum sibi, & aliis. Et Damasc.† dicit, quod omnis malitia, & omnis immunditia, a diabolo excogitatæ sunt.

¶ 2 Præt. De quolibet peccatore dici posset, quod Dominus de Iudeis dicit Io. 8. Vos ex patre diabolo estis, hoc autem est inquantum ipsi ex diaboli suggestione peccabãt. Omne ergo peccatum est ex suggestione diaboli.

¶ 3 Præt. Sicut angeli deputantur ad custodiam hominum, ita dæmones ad impugnationem, sed omnia bona quę facimus, ex suggestione bonorum angelorum procedunt, quia diuina ad nos mediantibus angelis perferuntur. Ergo & omnia mala quę facimus, proueniunt ex suggestione diaboli.

SED CONTRA est, quod dicitur in lib. de Eccl.* dog. Non omnes cogitationes nostræ malæ a diabolo excitantur, sed aliquoties ex nostri arbitrii motu emergunt.

RESPON. Dicendum, quod causa alicuius potest dici aliquid dupliciter. Vno modo directè: alio modo indirectè. Indirectè quidem, sicut cum aliquod agens causans aliquã dispositionem ad aliquem effectũ, dicitur esse occasionaliter, & indirectè causa illius effectus, sicut si dicatur, quod ille qui siccat ligna, est causa combustionis eorum. Et hoc modo dicendum est, quod diabolus est causa omnium peccatorum nostrorum, quia instigauit primũ hominem ad peccandum, ex cuius peccato consecuta est in toto genere humano quędã pronitas ad omnia peccata. Et per hunc modum intelligenda sunt uerba Damasc. * & Dion. Directè autem dicitur esse aliquid causa alicuius, quod operatur directè ad illud, & hoc modo diabolus non est causa omnis peccati. Nõ, n. oia peccata committuntur diabolo instigante, sed quædam ex libertate arbitrii, & carnis corruptione. Quia, ut Origenes dicit†, etiam si diabolus non esset, homines haberent appetitum ciborum, & uenereorũ, & huiusmodi, circa quę multa inordinatio contingit, nisi per rationem talis appetitus refrænetur, & maxime supposita corruptione naturæ. Refrænare autem & ordinare huiusmodi appetitum, subiacet libero arbitrio. Sic ergo non est necessarium omnia peccata ex instinctu diaboli prouenire, si qua tamen ex instinctu eius proueniunt, ad ea complenda eo blandimento decipiuntur homines, nunc, quo primi parentes, ut Isidor. dicit.* Et per hoc patet responsio ad Primum.

AD SECVNDVM dicendum, quod si qua peccata absque instinctu diaboli perpetrantur, per ea tamen fiunt homines filii diaboli, inquantum ipsum primo peccantem imitantur.

AD TERTIVM dicendum, quod homo potest per seipsum ruere in peccatum, sed ad meritum proficere non potest, nisi auxilio diuino, quod homini exhibetur mediante ministerio angelorum. Et ideo ad omnia bona nostra cooperantur angeli, non tamen omnia nostra peccata procedunt ex dæmonum suggestione, quamuis nullum genus peccati sit, quod non interdum ex dæmonum suggestione proueniat.

SVPER Q. CXIIII. ART. III.

CONCL. 1. Diabolus est causa indirectè omnium peccatorum.

¶ PROB. Quia diabolus instigauit primũ hominem ad peccatũ. Et ex hominis primo peccato consecuta est in toto genere humano quædam pronitas ad omnia peccata.

¶ CONCL. 2. Diabolus non est directè causa omnium peccatorũ.

¶ PROB. Quia etiã si diabolus non esset, homines haberent appetitum cibi, ac uenereorum. Et circa huiusmodi appetitum multæ inordinationes contingunt ex libertate arbitrii nostri, secundum rationem non regulati, carnisque corruptione.

1^m ex Dyonis. Causa. R. Saltem indirectè. §. Tunc &c. ut ex prima conclusione patet. Vide & calcem corporis. Dicitur indirecta causa omnium peccatorum diabolus, sicut remouens prohibens est causa omnium consequentium ex tali remotione, quoniam qui causam damni dat, eo modo, quo illam dat, damnum dedisse uidetur. Exemplum si quis remoueret bonas leges, institutiones, ordinationes, uel huiusmodi, quibus stantibus homines promouerentur in bonum, & quibus remotis homines paterentur dispendium, talis esset causa indirecta tum ablationis profectus in bonum, tum incursionis in dispendiũ. Talis fuit diabolus, qui instigando hominem remouit iustitiam originalem, quæ erat prohibens peccatum, utpote sustentans hominem ne peccaret, qua stante homines fuissent in bonum promoti, & qua remota homines sunt in multiplex dispendium prolapsi.

Item ex Damasc. Excogitatæ. R. Saltem indirectè. §. Tunc &c. immo hæc auctoritas Damasceni, sicut & illa Dionysii, est quædam probatio primæ conclusionis. Dicuntur autem omnis malitia & omnis immunditia a diabolo excogitatæ indirectè, pro quanto, inquit litera, ipse instigauit primum hominem ad peccandum, ex cuius peccato consecuta est in toto genere humano quædam pronitas ad omnia peccata. De hac materia uide 1. 2. q. 80. art. 4.

2^m ex Ioan. Ex patre diabolo estis. R. Ratione saltem imitationis, non semper, ratione suggestionis. §. Tunc &c. ut patet in litera. Ex qua constanter dicito, quod peccatores dicuntur filii diaboli, non ratione creationis, ut garriunt quidam hæretici. Probat enim Christus, quod sunt filii diaboli per hoc, quod diabolus fuit homicida, & Iudæi illi erant homicidæ. Ecce, ad cęcum etiam, monstrat apertissime contextus rationem dicti asserens, quod ratione imitationis, non aũt creationis, dicuntur peccatores filii diaboli. Quod si peccatores, & tanti peccatores, idest, homicidæ, de quibus si de aliquibus uideretur, magis uideretur, non sunt filii diaboli ratione creationis, multo minus alii, quicumque sint illi, erunt. Vide, quantorum malorum sit causa non considerare cõtextum, sicut & ibi, Pater maior me est & alibi, hincque a D. Th. instructus scrutari semper assuescas contextus scripturarũ, secundum quod etiam docuit, ut supra retulimus, Papa Clemens. d. 37. c. Relatum.

3^m de maiori. Ita. R. quantum ad impugnare, & custodire, non quantum ad rerũ extensionem ex impugnatione, & custodia prouenientiũ. §. Tunc &c. Non enim omnia peccata fiunt ex suggestione diaboli, sicut omnia bona ex custodia angeli. Rationem uide in litera, & ly ideo ad omnia bona nostra cooperantur Angeli, quantũ quilibet sit obligatus Angelo suo custodi, diligenter aduerte, ne quando tam benefico protectori ingratus existas.

APPENDIX.

EX articulo habes primo, quomodo per rationẽ interimas hæresim Armenorum dicentium, nullum fuisse futurum peccatum, si dæmones non fuissẽt qui homines tentatione sua ad peccandum impellerent, quapropter dicunt, peccatum esse simpliciter a dæmone, & non a libero arbitrio. Secundo hẽs, quo per rationem ostẽdas, hanc merito dãnari a dogmatib. Ecclesiasticis, unde lib. de Eccl. dog. c. 82. sic. Non oẽs cogitationes nostrę malæ a diabolo excitãtur, sed aliquotiens ex nostri arbit. rii motu emergunt. Item a Iac. 1. Vnusquisque tentatur a concupiscentia sua abstractus & illectus. Vide, hic Apostolũ Iacobum non facere mentionem de diabolica suggestione, qñ loquitur de cuiusque pctõ, & hoc, non quia dæmonis suggestio non interueniat in patratione aliquorũ pctõrum, sed quia non interuenit in quocumque pctõ. Quasi dicat. In uniuscuiusque pctõ adest tentatio concupiscentię propriæ, sumendo concupiscentiam pro inordinato motu uoluntatis, non aũt tentatio diaboli, ideo ad hanc differentiam designandam facio mentionem de concupiscentia in pctõ cuiusque, & non de diabolo. Et re uera impossibile est, quod aliquod peccatum fiat ab homine sine tentatione concupiscentię, modo exposito, quis possibile sit, & de facto contingat, quod aliqua peccata quandoque fiunt absque tentatione diaboli. Item a Iob 4. Ecce qui seruiunt ei non sunt stabiles, & in angelis suis reperit prauitatem, quanto magis hi, qui habitant domos luteas, qui terrenum habent fundamentum, consumentur uelut a tinea? Ecce loquitur Iob ad literam de peccato malorum angelorum, comparationem inducendo inter ipsos, & fragilitatem hominum habitantium domos luteas corporum suorum, & fundamentum in terra habentium,

Marginal notes: 563. 1. 2. q. 80. art. 4. & 3. q. 8. art. 7. ad 2. & ma lac. q. 3. a. 5 c. 4. par. 4. parum a princ. li. 2. c. 4. ad finem. — Causa indirecta. — li. de eccle. dog. c. 82. habetur inter opera Aug. to. 3. cum tamẽ sit Gennadij. — Cõtextus scrutandi. — Inducta in arg. 1. — lib. 3. Periar. c. 2. in ter prin. & med. to. 4. — Vtilit. pro S. Eccles. lib. 1. de sũ. bono. c. 5. medio.

& concludit, quod fragilitas hominum, ad ruẽdum scilicet in peccatum, a quo postea uelut a tinea consumuntur, est maior. Cum igitur peccatum saltem primi angeli a nullo altero dæmone processerit, sed a suo libero arbitrio, sequitur, quod ex hoc dicto ipsi Iob detur intelligi, quod homo peccare possit solo suo libero arbitrio, remota etiam omni suggestione diaboli. Alioquin uirtus, seu uis hominum esset maior, quam primi illius angeli, quoniam hic angelus nullo alio impellente deficere potuit, & defecit, homo autem (secundum Armenos) non, nisi diabolo impellente, cadere posset. Quasi ergo per conclusionem dicat Iob. In aliquo saltem angelorum reperit prauitatem, ex solo eius libero arbitrio prouenientem, quanto magis in hominibus habitantibus corpora fragilia prauitatem ex solo humano arbitrio prouenientem poterit reperire, atque attenta eorum maiori fragilitate, reperiet à Dicunt itaque scripturæ præmissæ uirtualiter, quod diabolus nõ est causa directa omnium peccatorum, sicut e contrario Armeni dicebant. Tertio habes, quomodo per rationem ostendas, Conc. Trident. sess. quinta, merito uirtualiter sensisse, quod diabolus est indirecta causa omnium delictorum, Hoc autem sic sentire se mõstrauit, quando pronitatem illam ad peccata ex peccato originali etiam dimisso in nobis relinqui notificauit. Manere, inquit, in baptizatis concupiscentiam, uel fomitem hæc sancta synodus fatetur ac sentit, quę quidem, cum ad agonem relicta sit, nocere non consentientibus, & uiriliter per Iesu Christi gratiam repugnantibus, non ualet, quinimo, qui legitime certauerit, coronabitur. Hanc concupiscentiam, quam Apostolus aliquando peccatum appellat, sancta synodus declarat, Ecclesiam Catholicam numquam intellexisse peccatum appellari, quod uere, & proprie in renatis peccatum sit, sed quia ex peccato est, & ad peccatum inclinat. Si quis autem contrarium senserit, anathema sit. Hæc ibi. De tali concupiscentia habituali seu fomite, quod nõ sit uere, & proprie peccatum, concordat decret. de cons. dist. 4. Per baptismum Christi. Quarto hinc ex Concilio uides, propositionem illam esse suspectam, scandalosam, & erroneam, qua Erasmus, ut refert Iacob. Lop. Stunica, post suum itinerariũ, dicit. Non audio, qui mihi dicat fœdam illam pruriginem, & Veneris stimulos, non a natura, sed a peccato, profectam. Dicit enim Concilium quod illa ex peccato est, & damnat contrarium. Quinto uides, quomodo ex prædictis uicissim Angelica hæc doctrina declaretur, atque consolidetur.

3 4 5

Comm. Cardinalis Caietani.

Titulus clarus.

¶ In corpore est una distinctio bimẽbris, cum duabus iuxta membra conclusionibus responsiuis quæsito. Distinctio est. Causa alicuius dupliciter, directe, quæ scilicet directe operatur ad illud, ut domificator ad ædificandum, & indirecte, quæ scilicet operatur aliud, ad quod illud sequitur, ut scindens ligna respectu combustionis.

¶ Prima conclusio est affirmatiua. Omnia peccata hominum causantur a dæmone indirecte. Probatur primo, quia fuit causa primi peccati, ex quo secuta est pronitas ad malum. Exponuntur deinde Doctores Dionys. & Damascenus, iuxta hunc sensum.

¶ Secunda conclusio est negatiua. Non omnia peccata hominũ causantur a dæmone directe. Probatur primo. Secluso dæmone in homine sunt appetitus sensitiuus, & liberum arbitrium. ergo potest esse peccatum. Antecedens patet etiam authoritate Orig. Consequentia probatur, quia regulatio appetitus ex libero pendet arbitrio. Deinde declaratur conclusio, qm̃ particularis est quo ad particularem sibi subcontrariam, quomodo s. fiant quædam peccata nostra a dęmone directe, & dicitur, quod eo modo, quo peccatum primorum parentum.

Alb. Mag. 2. d. 7. a. 67. & 10.

SVP. Q. CXIIII. ART. IIII.

564

Concl. 1. Si miraculum proprie accipiatur, nec dæmones, nec aliqua creatura possunt miracula facere.

¶ Prob. Quia miraculum, secundum uerá miraculi rationem, excedit totam uim omnis creaturæ, & diabolus est creatura.

¶ Not. Pro meliori captu primæ partis anteced. uide q. 105. ar. 7. & q. 110. art. 4.

¶ Concl. 2. Si miraculũ large sumatur, possunt dæmones miracula facere.

li. 18. c. 18. ante med. tom. 5.

¶ Not. Sic accipit August. ly miracula, in argumen. sed cõtra.

¶ Prob. Quia diabolus potest illud, qđ facultatem humanam, cognitionemque excedit, & consequenter potest ducere homines in admirationem sui operis, plusquam homo hominem.

¶ Concl. 3. Quãuis huiusmodi opera dæmonum, mira nobis ad ueram miraculi rationem non attingant, sunt tamẽ quandoque ueræ res, licet non sp.

lib. 83. qq. 79. tom. 4.

¶ Not. Pro horum & hic sequentium notitia ampliori uide Papam Sixtum Quintum infra q. 115. ar. 4. 5. & q. 116. ar. 1. appen.

¶ Prob. Quia patet ex conclusione prima. Secunda autem pars, s. sunt tamen &c. probatur. Quia ranæ Pharaóis (Exo. 8.) i. factæ a maleficis Pharaonis, erãt uerę ranæ. ignis, turbo, Iob 1. fuerunt uerus ignis, uerus turbo. Tertia autem pars. s. licet &c. probatur. Quia secundum apparentiam tantum quædam quandoque fiunt.

q. 110. a. 4. & q. 105. art. 8.

¶ Not. Propter ly uerę, & ly quandoque, nota, q̃ omnes trãsmutationes corporalium rerũ, quæ possunt fieri per aliquas uirtutes naturales mediantib. seminib. inuentis in elementis mundi, possunt ueraciter fieri per operationem dęmonum huiõi seminib. adhibitis, ut illa, q̃ ex putrefactione fiunt. Hæc autẽ per diabolum facta erunt ueræ res, non tamen uera miracula. Illę autem transmutationes corporalium rerũ, quæ non possunt uirtute naturæ fieri, ut hominem in bestiam corporaliter transmutari, mortuum reuiuiscere, nullo modo possunt secundum rei ueritatem fieri operatione dæmonum,

Miracula falsa diaboli quotupliciter cõtingant uide Coro. seq. c. 18. decimando ad fin.

ARTICVLVS IIII.

Vtrum dæmones possint homines seducere.

Ad quartum sic proceditur. Videtur, quod dæmones non possint homines seducere per aliqua miracula uera. Operatio .n. dæmonum maximè uigebit in operib. Antichristi, sed sicut Apostolus dicit 2. ad Thess. 2. eius aduẽtus est secundum operationem Sathanæ in omni uirtute, & signis, & prodigiis mendacibus. Ergo multo magis alio tempore per dæmones non fiunt nisi signa mendacia.

¶ 2 Præt. Vera miracula per aliquã corporum immutationem fiunt, sed dæmones non possunt immutare corpus in aliam naturam. dicit enim Aug. 18. de ciuit. Dei. * Nec corpus quidem humanum nulla ratione crediderim dæmonum arte, uel potestate, in membra bestialia posse conuerti. Ergo dæmones uera miracula facere non possunt.

¶ 3 Præt. Argumentum efficaciam non habet, quod se habet ad opposita. Si ergo miracula uera possunt fieri a dęmonib. ad falsitatem persuadendam, non erunt efficacia ad ueritatem fidei confirmandam, qđ est inconueniens, cum dicatur Marci ultimo, Domino cooperante, & sermonem confirmante sequentibus signis.

Sed contra est quod Aug. * dicit li. 83. qq. quod magicis artibus fiunt miracula plerumque similia illis miraculis, quæ fiunt per seruos Dei.

Respon. Dicendum, quod sicut ex supradictis patet, * si miraculum proprie accipiatur, dæmones miracula facere non possunt, nec aliqua creatura, sed solus Deus. Quia miraculum proprie dicitur, quod fit præter ordinem totius naturæ creatæ, sub quo ordine continetur omnis uirtus creata. Dicitur tamen quandoque miraculum large, quod excedit humanam facultatem, & considerationem. Et sic dæmones possunt facere miracula, quæ, scilicet mirantur, inquantum eorum facultatem, & cognitionem excedunt. Nam & unus homo, inquantum facit aliquid, quod est supra facultatem, & cognitionem alterius, ducit alium in admirationem sui operis, ut quodammodo miraculum uideatur operari. Sciendum est tamen, quod quamuis huiusmodi opera dæmonum, quæ nobis miracula uidentur, ad ueram rationem miraculi non pertingant, sunt tamen quandoque uerę res. Sicut magi Pharaonis per uirtutẽ dæmonum ueros serpentes, & ranas fecerunt. Et quando ignis de cœlo cecidit, & familiam Iob cum gregibus pecorum uno impetu cõsumpsit, & turbo domum deiiciens filios eius occidit, quæ fuerunt opera Sathanę, phantasmata non fuerunt, ut August. dicit uigesimo de ciuit. Dei, *

monum, licet secundum apparentiam, quę & ab interiori, & ab exteriori contingere potest. Vide q.110.art.2.3.

1^m ex Apostolo. Mendacibus. ℞. Vel ratione facti apparentis, non ueri, uel ratione finis. §. Tūc &c. ut patet in litera. Ibi autem per ly uera prodigia, intellige ueras res prodigiosas, licet non uera miracula. Vide conclusiones 2.3. ¶ Corol. Dic ergo summatim, quod signa illa, quæ dæmones faciunt, dicuntur mendacia, quia uel deficiunt a uera ratione facti, uel a uera ratione miraculi, sed non rei, uel a debitó fine miraculi. Primū fit in præstigiis, quando scilicet per dæmones illuditur aspectus, ut aliud uideatur, quā est, hoc modo Simon magus fecit decollare arietem, quipostea ostēsus est uiuus, & homo quoque decollatus est, qui tamen, cum crederetur decollatus, ostensus est uiuus, & creditus est resuscitatus, & hoc faciunt dæmones commutando phantasmata, & decipiendo. Vide q.111.artic.3.4. Secundum fit, quando aliqua mira causam occultam secundum quid, id est secundum homines sed non simpliciter, habentia contingunt, ut de ranis Pharaonis dictum est, & hoc, plusquam homines, facere possunt dæmones, qui naturæ creatæ uirtutes agnoscunt magis, quæ habent determinatas efficacias ad speciales effectus. Tertium fit, quando mira facta non ordinantur ad reducendum homines in Deū, & hoc semper est in omnibus operibus diaboli, quapropter omnia opera eius uel mira, uel non mira, possunt in hoc sensu dici mendatia. Immo, quod plus est, uera miracula, si non ordinarentur ad reducendum homines in Deum, possent in hoc sensu dici mendacia. Vnde, si alicui adesset a Deo gratia miraculorum, & non uteretur eis ad hoc, miracula essent quidem uera quo ad rationem facti, & quo ad rationem miraculi, sed essent falsa quoad intentionem finis rectam eis ex sua natura debitam. Hinc patet, quod, si dæmon, per impossibilem casum, faceret uera miracula, adhuc illa dicerentur uere mendacia, ratione, scilicet intentionis suæ in his malæ. Pro Apostolo autem adducto ab arguente notabis, quod omnia signa facta ab Antichristo, & factibilia, contra fidem, omnia, inquam, & singula erunt necessario mendatia miracula, si miracula forent, etiam quoad rationem facti. Impossibile enim omnino est, quod aliquis contra fidem catholicam faciat uera miracula, quia Deus, cuius solius uirtute fiunt miracula, non potest esse testis alicuius falsitatis. Quo fit ut aliquis prædicans falsam doctrinam numquam possit facere uera miracula, licet aliquis uiuens malam uitam posset. Accidit ergo semper falsam doctrinam miraculis firmare uolentibus, ut Polychronio sup.q.111.artic.3. siue ut Caluino, eiusque discipulo, qui uolendo mortuum ficte resuscitare, de uiuo mortuum fecerunt. O grande miraculum talibus certe delusoribus dignum. Vide Addition. quæstio. nona, articulo quarto, appendix. Quod si de eiusdem Caluini uita fraudolenti, nænijs, & impostura, uidere plura uolueris, legas Stanislaum Hosium Cardinalem libro, de confessione catholicæ fidei ad hæreticorum dogmata confutanda, & Claudium Sanctesium, libro contra doctrinam Caluinianam, & Bezanam.

eod. loco proxime dicto. — *q.110.ar.2.* — *li.3.c.8.tomo 3.*

Ad primum ergo dicendū, quod sicut Aug.† dicit ibidem, Antichristi opera, possunt dici esse signa mendacii, uel quia mortales sensus per phātasmata decepturus est, ut q. non facit, uideatur facere, uel quia sint uera prodigia, ad mendacium tamen pertrahent credituros.

Ad secundum dicendum, quod sicut sup. dictum est.* Materia corporalis non obedit angelis bonis, seu malis ad nutum, ut dæmones sua uirtute possint transmutare materiam de forma in formam, sed possunt adhibere quædam semina, quæ in elementis mundi inueniuntur ad huiusmodi effectus complendos, ut August.* dicit 3.de Trin. Et ideo dicendum est, quod omnes transmutationes corporalium rerum, quæ possunt fieri per aliquas uirtutes naturales, ad quas pertinēt prædicta semina, possunt fieri per operationem dæmonum huiusmodi seminibus adhibitis. Sicut cum aliquæ res transmutantur in serpentes, uel ranas, quæ per putrefactionem generari possunt. Illæ uero transmutationes corporalium rerum, quæ non possunt uirtute naturæ fieri, nullo modo operatione dæmonum, secundum rei ueritatem perfici possunt, sicut quod corpus humanum mutetur in corpus bestiale, aut quod corpus hominis mortuum reuiuiscat. Et si aliquando aliquid tale operatione dæmonum fieri uideatur, hoc non est secundum rei ueritatem, sed secundū apparentiam tantum, quod quidē potest dupliciter contingere. Vno modo ab interiori, secundum quod dæmon potest mutare phantasiam hominis, & etiā sensus corporeos, ut aliquid uideatur aliter, quam sit, sicut sup. dictum est.* Et hoc etiam interdum fieri dicitur uirtute aliquarum rerum corporalium. Alio modo ab exteriori. Cum enim ipse possit formare corpus ex aere cuiuscumque formæ, & figuræ, ut illud assumens, in eo uisibiliter appareat, potest eadem ratione circumponere cuicumque rei corporeę quamcumque formam corpoream, ut in eius specie uideatur. Et hoc est quod Aug. dicit 18.de ciu. Dei,* q. phantasticum hominis, quod etiam incogitando, siue somniando, per rerum innumerabilium genera uariatur, uelut incorporatum in alicuius animalis effigie sensibus apparet alienis. Quod non est sic intelligendum, quod ipsa uis phantastica hominis, aut species eius eadem numero in corporata, alterius sensibus ostendatur, sed quia dæmon, qui in phantasia unius hominis format aliquam speciem, ipse etiam potest similem spēm alterius sensibus offerre.

Ad tertium dicendum, q. sicut Aug.* dicit in li.83.qq. cum talia faciunt Magi, qualia Sancti, diuerso fine, & diuerso iure fiunt. Isti faciunt quærentes gloriam suā, illi quærentes gloriam Dei. Et isti faciunt per quædam priuata commercia, illi autem publica administratione, & iussu Dei, cui cuncta creata subiecta sunt.

q.111.art.3.& 4. — *li.18. de ciuit. Dei c.18.in med. tom.5.* — *q.79. parā a me.to.4.*

2^m de maiori. Immutationem. ℞. Veram sine adhibitis rerum naturalium seminibus, non, apparentem tantum, nec ueram adhibitis rerum naturalium seminibus. §. Tunc nihil &c. ut patet in litera. Vide notationem supra ante argumenta. Ideo autem miracula dicunt rerum ueram immutationem non adhibitis illarum seminibus, quia miraculum transcendit totam uim naturę, & contra, ideo quæ, fiunt a dæmonibus per immutationem ueram rerum, fiunt adhibitis rerum seminibus, quia dęmones nequeunt facere quæ, transcendūt uim naturæ.

3^m de antecedente. Quod se habet. ℞. eodē modo, non, modo diuerso. §. Tunc &c. Nā mira a diabolo facta, etiam quod ueræ res essent, puta sanare infirmum cito adhibitis debitis rerum seminibus, diuersum finē, & diuersum ius, habent a ueris miraculis, ut patet in litera. Vide supra q.110. art.4. ad secūdum. Hæc dicta sint permittendo accipi mira pro miraculis. Alioquin si hoc nomen miraculum pro miraculo sumitur dicendum, ut sæpe dictum est, quod dæmones non possunt facere uera miracula, & propterea, quod miraculum non se habet ad opposita, puta ad falsitatem persuadēdam. Tunc enim, ut bene arguitur, sicut argumentum se habens ad opposita non habet efficaciam ad aliquod determinate ostendendum, ita miracula uera non hęrent efficaciā ad ueritatem catholicæ fidei confirmandam, quod est blasphemum & hæreticum, & utpote contra illud Mar. ult. domino sermonem confirmante sequentibus signis. Quasi dicat. Signa facta a Domino ad confirmandam prædicationem discipulorum fuerunt efficacia ad hoc, utpote tanto Domino digna, & a tanto Domino perfecta. Pro meliori quorum intelligentia, uide Veritates aureas super totam legem ueterem, Exod.7.conclus.4. & Numer.24.conclus.2.3.5.

APPENDIX.

Ex articulo habes primo, quomodo per rationem ostendas, merito esse dictum a scripturis, q. dæmones mediantibus signis magnis, atque mirandis per homines aliquos sua ipsorum uirtute factis seducent multos. Hoc autem dictum est Matth.24. surgent pseudochristi & pseudoprophetæ, & dabunt signa magna & prodigia, ita ut in errorem inducantur, si fieri potest, et electi, & q. talia signa sine uirtute dæmonis, patet Apoc.13. ubi dicitur, & uidi de mari bestiam ascendentem habentem capita septē, & cornua decem, & infra, & dedit illi draco uirtutem suam & potestatem magnam, & infra, uidi aliam bestiam ascendentem de terra, & habebat cornua duo similia agni, & loquebatur sicut draco, & potestatem prioris bestiæ omnem faciebat &c. & fecit signa magna, ut etiam ignem faceret de cœlo descendere in terram in conspectu hominum, & seduxit habitantes in terra propter signa, quæ data sunt illi facere &c. Hæc ibi. De quo & c.20. dicitur, q. diabolus ab angelo habente clauem abyssi catena magna ligatus est, & qđ postea

Vtilit. pro S. Eccles.

postea soluentur,& exiens seducet gentes Gog & Magog &c. Secundo habes, quomodo per rationem scripturas huiusmodi, pro quanto per miranda facta dæmones seducere dicunt hominem, & intelligas,& probes,& cum aliis scripturis contrarium apparenter dicentibus concordes. Circa hanc tamen hic narratam seductionem cauere semper memento sensum illum malum, quo accipiunt quidam seductionem hanc pro seductione omnino irreparabili. Nam sanctus Doctor ita sumit hic seductionem, ut hi, q. sic seducentur, possint etiam (si uoluerint, dum uiuent) per pœnitentiam reparari, & contrarium sentire est hæresis Bartholomæi Ianouesij, dicentis, ut infra, Antichristus ita peruertet oēs Christianos habentes usum liberi arbitrii, ut suis erroribus immobiliter inhærentes, nulla ratione deinceps possint ad fidem conuerti. Item Antichristus tantæ efficaciæ characterem in peruersos ab ipso imprimet, ut immobiliter in erroribus perdurantes, sint certo tandem damnandi, & p ignē e cęlo misso corporaliter morituri. Item per Antichristum Iudæi, Sarraceni, & quicunque infideles, tam paruuli, quam adulti, subuertendi post ipsius Antichristi mortem siue interitum, omnes ad fidem Christi conuertentur. At sic non erit de adultis Christianis ab eodem Antichristo seducendis. In his autem tribus Ianouesius a dęmone est deceptus, ut ostendetur, sicut & in ista sua phantasia, uidelicet, Antichristi discipulos apparituros per uniuersum orbem die Pentechostes, anno Domini 1360. Error enim iste eius per experientiam conuictus est temeritatis, atque damnatus. Tres autem primæ hæreses damnantur ab Apoc. xj. uiderunt illos inimici eorum, & in illa hora factus est terremotus magnus, & decima pars ciuitatis cęcidit & occisa sunt in terremotu nomina hominum septem millia, & reliqui in timorem sunt missi, & dederunt gloriam Deo cœli. Ecce, Apocalypsis ad literam loquitur de seductis ab Antichristo, uide capitulum, inimicis sanctorum Enoch & Heliæ occisorum ab eodem, & dicitur, quod reliqui a 7000. hominum timore bono con cussi dederunt gloriam Deo cęli, scilicet pœnitendo de malis suis. Vide finem 9. c. & ex eo dic. Ergo potuerunt, qui adorauerant dæmonia &cęt. facere pęnitentiam, alioquin non uiderentur incusandi, quod non egerunt de hoc pęnitentiam. Vide, contra huiusmodi negantes spacium pęnitentiæ uiuis etiam antea gratia donatis, sup. q. 48. ar. 4. Item a Concil. Trident. Sess. 6. cap. 14. Qui ab accepta iustificationis gratia exciderunt, rursus excitante Deo iustificari poterunt, item canon. 29. Si quis dixerit, eum qui post baptismum lapsus est, non posse per Dei gratiam resurgere. Anathema sit. Nota, quod libellos prædictarum hęresum, Bartholomæo ipso ipsas hæreses abiurante, combustus est, ut dicit Prateolus titulo suo. Tertio uides, quomodo ex prædictis uicissim Angelica doctrina pręsens declaretur, atque confirmetur. 3

Comm. Cardinalis Caietani.

Titulus clarus.

¶ In corpore duo. Primo distinguendo respondet quæsito. Secundo, ad perfectionem doctrinæ addit quoddam notabile.

¶ Quo ad primum, distinctio suprapostita reperitur. Miraculum dupliciter, proprie, & large.

¶ Primo conclusio responsiua negatiua. Dęmones non possunt facere proprie miracula. Probatur ut supra, quia miraculum proprie est præter ordinem, & uirtutem totius creaturæ.

¶ Secunda conclusio est responsiua affirmatiue. Dęmones possunt per miracula large seducere. Probatur, quia possunt aliquid, quod & facultatem, & cognitionem nostram excedit.

¶ Quo ad secundum notatur, q̃ aliud est dicere, hoc est uere miraculum, hoc est uere res quæ apparet, & quod quamuis opera mira dęmonum nunquā sint uera miracula, ut in prima conclusione dr, sunt tn̄ q̃nque ueræ res mirabiliter factæ, ut ranæ magorū, & ignis, & turbo Iob. Q̃nque autem sunt rerum phantasmata, seu similitudines tantum, ut in responsione ad secundum declaratur.

Aug. 2. s. d. 6. q. 2. ar. 4.
Alex. de Ales. p. 2. q. 311.
Dur. d. 6. q. 4.
Alb. Mag. 2. d. 6.

ARTICVLVS V.

Vtrum dæmon, qui superatur ab aliquo, propter hoc ab impugnatione arceatur.

AD QVINTVM sic proceditur. Videtur, quod dæmon qui superatur ab aliquo, non propter hoc ab impugnatione arceatur. Christus. n. efficacissime suum tentatorem uicit, sed tamen postea eum impugnauit, ad occisionē eius Iudæos incitando. Ergo non est uerum, quod diabolus uictus, ab impugnatione cesset.

¶ 2 Præt. Infligere pęnam ei, qui in pugna succumbit, est incitare ad acrius impugnandum, hoc aūt non pertinet ad Dei misericordiā. Ergo dæmones superati non arcentur.

SED CONTRA est, quod dicitur Matt. 4. Tunc reliquit eum diabolus, s. Christum superantem.

RESPON. Dicendum, q̃ quidam dicunt, q̃ dæmon superatus nullum hominem potest de cætero tentare, nec de eodem, nec de alio peccato. Quidam autem dicunt, quod potest alios tentare, sed non eundem. Et hoc probabilius dicitur, si tamen intelligatur usque ad aliquod tempus. Vnde & Lu. 4. dicitur, quod cōsummata omni tentatione diabolus recessit a Christo usque ad tempus. Et huius ratio est duplex. Vna est ex parte diuinæ clementiæ, quia, ut Chrysost. * dicit super Matth. Non tamdiu homines diabolus tentat, q̃diu uult, sed quamdiu Deus permittit. Quia & si permittat paulisper tētare, tamen repellit propter infirmā naturam. Alia ratio sumitur ex astutia diaboli, unde Amb. † dicit super Lucam, quod diabolus instare formidat quia frequentius refugit triūphari. Quod tamen aliquando diabolus redeat ad eum, quem dimisit, patet per illud, qđ dicitur Matth. 12. Reuertar in domū meā uñ exiui. Et per hoc patet solutio ad obiecta.

2m minor. Hoc autē non pertinet ad Dei misericordiam. R. Nisi faciat cum intentione prouentum, ut possit acrius impugnatus sustinere. §. Tunc &c. Nam semper illum ꝓuentum facit. Ex 1. Cor. x. Vide sup. ar. 1. ad 2m. Scito inde ēt, q̃ homini impugnando acrius, recompensatio fit in maius, quā prius fiebat, per regulam illam, sicut se hēt simpliciter ad simpliciter, ita magis ad magis, ita maxime ad maxime, li. topicorum.

In opere impfecto. homi. 20. super illud uade retro sathana, tomo 2.

Amb. in 4. ca. Luc. super illud uerbum. & reliquit eū diabolus, tom. 5. Vtiln. pro S. Eccles.

565 2. d. 6. ar. 5

SVP. Q. CXIIII. ART. V.

CONCL. Dæmon superatus potest alios tētare, sed nō eū dē, & hoc probabilius dr, si tñ intelligat usq. ad aliquod tempus.

¶ NOT. Sic iacet ĩ litera, & ordinarie cōclusiones sic recensentur, ut D. Thom. defe ratur.

¶ PROB. Quia dęmon non tentat q̃tum uult, sed quantū Deus pmittit, & Deus permittit paulisp tm̄ pp infirmā naturā. Quia diabolus instare formidat, quia frequēti⁹ triumphari refugit.

¶ NOT. Diabolum redire ad eum posse quem dimisit, est conclusio necessaria, cum habeatur ex euangelio, ut in calce literæ, sed eum redire post aliquod tps, hoc probabilius est, quam dicere, quod cito immediate. Sic intellexit conclusio per ly probabilius dicit. Quasi diceret, & hoc, s. quod non pōt tentare eundem, probabilius dr, non q dem si intelligatur absolute, sed tm̄ si intelligat usque ad aliqđ tps. Ita q̃ ipsum non posse tentare unquam eundem, est falsissimum, ex Matt. 12. Sed ipsum non posse hoc usque ad tempus, est probabilius. Nam licet in Euangelio hoc Lucas narret de Christo, quod recessit diabolus ab eo usque ad tempus, probabile tamen ualde est, ut etiam ad tentationem diaboli circa homines hoc dictum extendatur. Vide aliquid art. 1 appen.

Sensus cōclusionis ueius.

1m de maiori. Impugnauit. R. Post aliquod tempus, non subito. §. Vt patet ex euangelistis. Tunc &c. ut monstrat cōclusio.

APPENDIX.

EX articulo habes primo, quomodo per rationem ostendas merito a B. Papa Gregorio, in epistola Leādro Episcopo Spalensi (De his & similib. sup. & inf. adductis, uide corpus Conciliorū in uitis singulorum Pontificum Rom.) fuisse dictum. Quia antiqui hostis insidias scitis, qđ bellū durius cōtra uictores proponit, nūc ergo circa eundem filium suum solertius sanctitas uestra euigilet, ut bene cępta perficiat, nec se de perfectis bonis operib. extollat, ut fidē cognitā uitæ quoque meritis teneat, & quia æterni regni ciuis sit, operib. ostēdat, quatenus post multa annorū curricula de regno ad regnū trāseat. Hoc ille. Vbi patet, q̃ dęmon acrius contra uictores insurgit. Et q̃ tunc maior uigilantiæ recompensatio fienda est, magis s. opitulante Deo, ut in ad secdm. Idē Papa ad Secundinum inclusum inquit. Nō dubio, maiores te insidias hostis calidi perpeti, qui maiora contra eum bella pparasti. Tāto qp pe ille deceptionis molimina ardentius exquirit, quanto te cęlesti patriæ seruēti⁹ inhiare cognoscit. Et infra. Antiqu⁹ hostis mox ut

QVAE-

ut ociosam mentem inuenerit, ad eam sub quibusdam occasionibus locuturus accedit, & quædam ei de gestis præteritis ad memoriam reducit, audita quondã uerba indecenter cogitatiõi resonat & si qua dudum turpiter acta sunt, eorum species oculis cordis apponit, ut quem de præsentibus non ualet inquinare, de malis trãsactis uiolet. Hæc ille. Vbi uides, quod uictorem iterum aggreditur, sed, siue ille idem numero dæmon, siue alius, non explicat Pontifex. Idem Papa in epist. ad Reccaredum Regem, ait. Vigilãti sunt inter hæc studio antiqui hostis insidię cauendæ, qui quanto maiora in hominibus dona conspicit, tanto hęc auferre subtilioribus insidijs exquirit. Neque enim latrunculi in uia capere uiatores uacuos expetunt, sed eos, qui auri uascula uel argenti ferunt. Via quippe est uita præsens. Vnde tanto quisque necesse est, ut insidiantes spiritus caueat, quanto maiora sunt dona, quæ portat (& infra.) Sæpe malignus spiritus, ut bona destruat, quibus prius aduersari non ualuit, ad operantis mentem post peractam operationem uenit, eamque tacitis cogitationibus in quibusdam suis laudibus excutit. ita ut decepta mens admiretur ipsa, quam sint magna, quæ fecit. Quæ, dum per occultum tumorem apud semetipsam extollitur, eius, qui donum tribuit, gratia priuatur. Hęc ille. Vbi uides tale quid, quod prius. Secundo habes, quomodo per rationem præmissa decreta Papæ, pro quanto dæmonem insinuant non arceri totaliter a tentando uictorem prius, & recte intelligas, & declares, & probes. Tertio uides, quomodo ex his Angelica hæc doctrina declaretur, atque confirmetur.

Comm. Cardinalis Caietani.

Titulus clarus.

¶ In corpore duo. Primo, referuntur opiniones. Secundo, respondetur quæsito.

¶ Quo ad primum duæ referuntur opiniones. Prima, quod superatus dæmon semper uacabit simpliciter a tentando. Secunda quod uacabit a tentando eundem tantum.

¶ Quo ad secundum, conclusio responsiua est. Superatus dæmon uacat a tentatione eiusdem ad tempus. Probatur quod uacet, authoritate, & ratione. Authoritate tentationis Christi. Ratione, primo Chrysostomi, ex parte Dei, quia non permittit propter infirmam naturam. Secundo Ambr. ex parte dæmonis, quia refugit triumphari. Deinde probatur quo ad tempus, & non simpliciter, authoritate Matt. 12. Reuertar in domum meam. Aduerte hic quanta fuerit reuerentia D. Tho. ad sacros doctores, quod cum opinio propria, quæ est conclusio, si tertia, maluit continuare illam cum secunda, trahendo illam ad bonum sensum, ne uideretur aliis se præferre.

QVAESTIO CXV.

De actione corporalis creaturæ in sex articulos diuisa.

CONSEQVENTER considerandum est de actione corporalis creaturæ, & de facto, quod aliquibus corporibus attribuitur.

CIRCA actiones corporales quæruntur sex.

¶ Primò, Vtrum aliquod corpus sit actiuum.

¶ Secundò, Vtrum in corporibus sint aliquæ seminales rationes.

¶ Tertiò, Vtrum corpora cęlestia sint causa eorum, quæ hic per inferiora corpora fiunt.

¶ Quartò, Vtrum sint causa humanorum actuum.

¶ Quintò, Vtrum eorum actionibus dæmones subdantur.

¶ Sextò, Vtrum cœlestia corpora imponant necessitatem his, quæ eorum actionibus subduntur.

ARTICVLVS I.

Vtrum aliquod corpus sit actiuum.

566
3. cõt. c. 9.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur, quod nullum corpus sit actiuum. Dicit enim Augnst.* quod in rebus inuenitur aliquid actum, & non agens, sicut sunt corpora, aliquid agens, & non actum, sicut Deus, aliquid agens & actum, sicut substantiæ spirituales.

¶ 2 Præt. Omne agens excepto primo agente, in suo opere indiget subiecto, quod sit susceptibile suæ actionis, sed infra substantiam corporalem non est substantia, quæ sit receptibilis suæ actionis, quia hęc substantia tenet ultimum gradum in entib. ergo substantia corporalis non est actiua.

¶ 3 Præt. Omnis substantia corporalis concluditur quantitate, sed quantitas impedit substantiam a motu & actione, quia comprehendit eam, & mergitur in ea, sicut impeditur aer nubilosus a perceptione luminis. Et huius signũ est, quod quanto magis accreuerit quantitas corporis, tanto est ponderosius & grauius ad hoc, quod moueatur. Ergo nulla substantia corporalis est actiua.

¶ 4 Præt. Omne agens habet uirtutem agendi ex propinquitate ad primum actiuum, sed a primo actiuo, quod est simplicissimum, remotissima sunt corpora, quæ sunt maxime composita. Ergo nullum corpus est agens.

Fer. 3. cont. c. 99.

¶ 5 Præt. Si aliquod corpus est agens, aut agit ad formam substantialem, aut ad formam accidentalẽ, sed non ad formam substantialem, quia nõ inuenitur in corporib. principium actionis, nisi aliqua qualitas actiua, quæ est accidens. Accidens autem non potest esse causa formæ substantialis, cum causa sit potentior quam effectus. Similiter etiam neque ad formam accidentalem, quia accidens non se extendit ultra suum subiectum, ut Aug. dicit 9. de Trin. † Ergo nullum corpus est actiuum.

SVP. Q. CXV.

ART. I.

CONCL. Corpus (supponendo, quod sit actiuum, agit secundum quod est actu, in aliud corpus, secundũ quod est in potentia.

¶ PROB. Quia, quod corpus agat in corpus aliquod, sensibiliter apparet, quod illud ut in actu, hoc ut in potẽtia, rõ demonstrat, cũ unũquodque agat sm quod est in actu, patiaturque secundum quod in potentia.

Primum

Lib. 9. c. 4. paulo post princ. to. 5.

SED CONTRA est, quod Dion. 15. cap. cœle. hierar.* inter cæteras proprietates corporei ignis dicit, quod ad susceptas materias manifestat suipsius magnitudinem, & actiuus, & potens.

ca. 15. inter princip. & med.

RESPON. Dicendum, quod sensibiliter apparet aliqua corpora esse actiua. Sed circa corporum actiones tripliciter aliqui errauerunt. Fuerunt enim aliqui qui totaliter corporibus actiones subtraxerunt. Et hæc est opinio Auicebron, in libro fontis uitæ, ubi per rationes quæ tactę sunt probare nititur, quod nullum corpus agit, sed omnes actiones, quæ uidentur esse corporum, sunt actiones cuiusdam uirtutis spiritualis, quæ penetrat per omnia corpora, ita quod ignis, secundum eum, non calefacit, sed uirtus spiritualis penetrans per ipsum. Et uidetur hæc opinio deriuata esse ab opinione Platonis. Nam Plato posuit omnes formas, quæ sunt in materia corporali, esse participatas, & determinatas, & contractas ad hanc materiam, formas uero separatas esse absolutas, & quasi uniuersales. Et ideo illas formas separatas dicebat esse eas formarum, quæ sunt in materia. Secũdum hoc ergo quod forma, quæ est in materia corporali, determinata est ad hanc materiã indiuiduatam per quantitatem, ponebat Auicebron, quod a quantitate, prout est indiuiduationis principium, retinetur & arcetur forma corporalis, ne possit se extendere per actionem

actionem

1^m ex August.

Corpora ℞. Idest tota natura corporalis simul accepta, non autẽ corpora quædam respectu aliorum corporum. §. Tunc &c. Licet enim tota corporæ natura non habeat aliam naturam se inferiorem, tamen vnum corpus est inferius altero. Cõclusio autem non loquitur de tota natura corporea, quasi ipsa agat in inferiorẽ, sed de vno corpore respectu alterius (ut patet.)

2^m de minori.

Substantiam corporalem. ℞. Totam simul acceptam, nõ, aliquam respectu alterius corporalis. §. Tunc &c. Nam una particularis natura corporalis est agens, alia autem corporea particularis est susceptiua actionis eius. Vna, inquam, particularis natura corporea est agens, nisi sit materia prima, quia sicut Deus est mouẽs tantum, & non motũ, ita ex opposito materia prima est patiens tantum, & non agens. Auicebronis ergo argumentum simile nõ, nisi de materia prima, concludit, sed non est contra conclusionem nil de materia prima, quod agere possit, loquentem.

3^m de minori.

Actione. ℞. Vniuersali non particulari. §. Tũc &c. Non enim conclusio intendit, quod corpus actione vniuersali agat (cum sic agere impediat p̃ indiuiduãtem materiam,) sed intendit, quod ipsum agat actione particulari.

q.45.ar.8.

4^m minor. A principio actionis, quod est simplicissimum, remotissima sunt corpora. ℞. Negatur illa minor. §. Ad probationẽ dicitur, quod fallitur s̃m nõ causam, ut causam. Causa enim maximæ distantiæ a Deo est, nullum habere actum, non autem esse compositum. Deus nãque primo, secundum modum intelligendi, est actus, postea simplicissimus actus, non cõpositus. Remoto ergo, quod esset simplicissimus, adhuc remaneret actus. En igitur, quod esse

Li.1.de gen.er.a text. 57.usq; ad 76.com.2.

actionem in alia materia, sed solũ forma spiritualis, & immaterialis, quę non est coarctata per quantitatem, potest effluere per actionem in aliud. Sed ista ratio non concludit, quod forma corporalis non sit agens, sed quod non sit agens uniuersale. Secundum enim, quod participatur aliquid, secundum hoc est necessarium, quod ei. Sicut quantũ participatur de lumine, tantum participatur de ratione uisibilis. Agere autem, quod nihil est aliud, quã facere aliquid actu, est per se proprium actus, inquantum est actus. Vñ & omne agens agit in sibi simile. Sic ergo ex hoc, quod aliquid est forma non determinata per materiam quantitati subiectam, habet quod sit agens indeterminatum, & vniuersale. Ex hoc vero quod est determinata ad hanc materiam, habet quod sit agens contractum, & particulare. Vnde si esset forma ignis separata, vt Platonici posuerunt, esset aliquo modo causa omnis ignitionis. Sed hæc forma ignis quæ est in hac materia corporali, est causa huius ignitionis, quæ est ab hoc corpore in hoc corpus: vnde & fit talis actio per contactum duorum corporum. Sed tamen hæc opinio Auicebron superexcedit opinionem Platonis. Nam Plato ponebat solum formas substantiales separatas, accidentia uero reducebat ad principia materialia, quæ sunt magnum; & paruum, quę ponebat esse prima contraria, sicut & alii rarum, & densum. Et ratio tam Plato, quam Auicenna in aliquo ipsum sequens, ponebant quod agentia corporalia agunt secundum formas accidentales, disponendo materiam ad formam substantialem: sed vltima perfectio, quæ est per inductionem formę substantialis, est a principio immateriali. Et hęc est secunda opinio de actione corporum, de qua sup. dictum est, * cum de creatione ageretur. Tertia vero opinio fuit Democriti: qui ponebat actionem esse per effluxionem atomorũ a corpore agente, & passionem esse per receptionem eorundem in corpus patientis. Quam opinionem improbat Aristot. * in primo de Genera. Sequeretur enim quod corpus non pateretur per totum, & quod quantitas corporis agentis diminueretur ex hoc quod agit: quæ sunt manifeste falsa. Dicendum est ergo, quod corpus agit secundum quod est actu, in aliud corpus, s̃m quod est in potentia.

Ad primum ergo dicendũ, quod dictum Augustini est intelligendum de tota natura corporali simul accepta, quæ non habet aliquã inferiorem naturam infra se, in quam agat: sicut natura spiritualis in corporalem, & natura increata in creata. Sed tamen vnum corpus est infra alterum, inquantum est in potentia ad id quod habet aliud in actu.

¶ Et per hoc patet solutio ad secundum. Sciendum est tamen, q̃ cum Auicebron sic argumentatur. Est aliquid quod est mouens non motum: scilicet primus factor rerum. ergo ex opposito, est aliquid quod est motum, & patiens tantum, quod concedendum est; sed hoc est materia prima, quę est potentia pura, sicut Deus est actus purus. Corpus etiam componitur ex potentia & actu, & ideo est agens & patiens.

Ad tertium dicendum, q̃ quantitas non impedit formam corporalem omnino ab actione, sicut dictum est, sed impedit eam ne sit agens vniuersale, inquantum forma indiuiduatur, prout est in materia quantitati subiecta. Signum tamen quod inducitur de ponderositate corporum, non est ad propositum. Primo quidẽ, quia additio quantitatis non est causa grauitatis, vt probatur in quarto de cœlo, & mundo. * Secundo, quia falsum est, quod ponderositas facit tardiorem motum, immo quanto aliquid est grauius, tanto magis mouetur motu proprio. Tertio, quia actio non fit per motum localem, vt Democrit. posuit, sed per hoc, quod aliquid reducitur de potentia in actum.

Ad quartum dicendum, quod corpus non est id, quod maxime distat a Deo: participat enim aliquid de similitudine diuini esse, secundum formam quam habet, sed id quod maxime distat a Deo, est materia prima, quæ nullo modo est agens, cum sit in potentia tantum.

Ad quintum dicendum, q̃ corpus agit & ad formam accidentalem, & ad formam substantialem. Qualitas enim actiua ut calor, etsi sit accidens, agit tamẽ in uirtute formę substantialis, sicut eius instrumentum: Et ideo potest agere ad formam substantialem, sicut & calor naturalis, inquantum est instrumentum animæ, agit ad generationem carnis, ad accidens uero agit propria uirtute. Nec est contra rationem accidentis, quod excedat suum subiectum in agendo, sed quod excedat in essendo, nisi forsan quis imaginetur idem accidens numero defluere ab agente in patiens, sicut Democritus ponebat fieri actionem per defluxum atomorum.

esse corpus distat minus a Deo, qui nullũ omnino habere actũ: Minor ergo illa verificat de materia prima solum (ut in littera.)

5^m de minori secunda.

Accidens. ℞. Vt accidens, non, ut instrumentum formæ substantialis. §. Tunc enim in uirtute non sua sed formæ substantialis agit. Tunc &c. Nam sufficit, quod cã in uirtute propria agens sit potior quam effectus, & non requiritur, quod instrumentum. Non. n. calor naturalis est nobilior carne per ipsum generata, sed anima, quæ per tale instrumentum generatur carnem, est nobilior illa.

In cor. art.

Itẽ ex Augu. 9. de Trinit.

Extendit. ℞. In essendo, non in agendo. §. Tũc &c. De actione. n. sermo in præsenti est, non de esse, & consequenter quod accidẽs non se extendat in esse, ultra suum subiectum, adducitur, quoniam sufficit, quod ultra illud se extendat in agendo.

Li.4. de cęlo, & mũ. te. 9.10.2.

APPENDIX.

Ex articulo habes primo, quomodo per rationem reiicias errorem Sarracenorũ (Hic refert ab Auerroe 12. meth. tex. 18. & lib. 9. tex. 7.) ponentium, quod nulla res producta agit, sed solus Deus ad earum p̃sentiam facit actiones has uel illas. Puta Humectatio (s̃m illos) non erat actio aquæ, quasi quod aqua esset corpus actiuum immutationis, sed erat actio solius Dei, quasi quod ipse solus, ad præsentiam tamen aquæ, ageret humectationem. Talis error fuit etiam Maurorum (ut refert D. Thom. lib. 3. contra Gentiles c. 69.) Secundo habes, quomodo p̃ rationem olledas, has recte damnari a scriptura Genes. 1. germinet terra herbam uirentem; & facientem semen, lignumque pomiferum faciens fructum &c. & protulit terra herbam uirentem,

Vel. pro S. Eccl.

tem, & facientem semen, & semen, iuxta genus suum, lignumque faciens fructum, & habens unumquodque sementem secundum speciem suam, & infra. Producant aquæ reptile animæ uiuentis, & uolatile super terram, & infra, Benedixitque eis dicens. Crescite & multiplicamini &c. Similiter & ad hominem dixit. Ecce, quod scriptura tribuit actiones rebus creatis, dum ait germinet terra herbam, protulit terra herbam, item, & facientem semen, & lignum pomiferum faciens fructum, item producant aquæ reptile, item crescite, & multiplicamini. Verũ quidem est, quod Deus in omni aliquid operante operatur. q. 105. ar. 5. ad quod significandum ibi dicitur. Creauit Deus cete grandia, & omnem animam uiuentem atque motabilem, quam produxerant aquæ. Non tamen ex hac ueritate scilicet quod Deus in eis operatur, debet quis deducere falsitatem hanc, scilicet quod ipsę res non operentur actiue opera sua. Non enim ex hoc, quod Deus creauit cete grandia &c. negat scriptura, quod aquæ &c. producant, immo ambo asserit præmittens iussionem Domini, ut patet in textu recitato. Producat (inquit) terra &c. ut designet, quod Deus dat uirtutem creaturis, ut agant effectus proprios, in quarum tamen actionibus omnibus ipsemet coagit. Quis enim nesciat, quod causa prima influit, immo & magis, in effectum causæ secundæ, quam ipsamet causa secunda? Quis uero blasphemet, etiam in philosophia, quod Deus quicquam agit frustra? At Deum benedixisse creatis, inquit scriptura, & Dei benedictio (secundum Gregorium) est beneficiorum collatio, ac uirtutum multiplicatio, & quia benedicendo dixit: Crescite, & multiplicamini, consequenter dicendum est, quod per hoc significatur collatio uirtutis actiuæ, qua animata sese indiuidualiter multiplicarent. Ne igitur illa uirtus creatis sit collata in uanũ, & consequenter Deus dicatur aliquid agere frustra, fateri cogimur ex illo textu sacro, quod res creatæ uirtutibus cuique propriis actiuis agunt effectus suos. Cęterum Sarracenis & Mauris prædictis occurrerant quædam dubitationes in hac materia, etiam quod forsan scirent id quod naturalis ratio dictat, uidelicet, quod Deus nihil agit frustra: & ideo propter illas dubitationes, cum eas nescirent soluere, relicta ueritate, amplexati sunt errorem prædictum. Ex ignorantia ergo uera s. nesciendi soluere contraria, in aliam maiorem ignorantiam ceciderunt, quod est nouam falsitatem, quam dubia contraria noua suadebant, & pro ueritate imbibere & ueritati iam agnitæ præferre, & propter hãc nouiter receptã, antiquam ueritatem falsitatem nominare. Vide socordiam, contra omnem regulam etiam philosophi. Regula quippe philosophi lib. 1. Physicor. tex. 2. est, quod a notis procedere debeamus ad ignota, & hunc ordinem naturaliter nobis comparatum, asserit. Ex regula igitur hac habetur, secundum ipsum, quod nota non debent relinqui propter ignota, nec notiora propter ignotiora, itẽ quod ex notis nobis debemus glossare ignota, & non ex ignotis uelle cõmensurare nota. Hoc est, descendẽdo ad practicã. Quando nobis agnita iam aliqua ueritate, occurrit aliquod dubiũ in contrariũ, nos, non obstante noui huius dubii occursu, inconcusse priori ueritate retenta, debemus per illam soluere, aut saltem quærere soluere, aut saltem uelle soluere, aut saltem scire, quod hęc est uia soluendi, dubium occurrens, & non per dubium ipsum inuoluere, intricare, in ambiguum uocare, uel quod peius est negare ueritatem illam prius agnitam. Debemus, inquam, tunc ex ueritate iam nota dubium adueniens illustrare, & non ex dubio adueniente offuscare, uel quod deterius est, relinquere ueritatem præcognitam. Quod si aliter procedatur, fit contra ordinem naturalem, ut innuebat ibi philosophus. Si philosophi uiam hanc in scientia procedendi Sarraceni illi seruassent, & Mauri, addo, & hæretici tum præteriti, tum præsentis temporis, atque futuri, ueritatem illam naturaliter dictatam, Deus nihil agit frustra, retinuissent, eaque ducti, & ab errore suo prædicto non obstantib. nouis dubiis, abstinuissent, & dubia illa soluissent, uel saltem solubilia esse dixissent, & pro ueritate dubitationes illas non acceptassent. Quod autem dubitationes illæ sint solubiles, atque soluantur. Vide D. Th. lib. 3. contra gent. c. 69. Supradictam regulam seruemus diligentissime omnes, maxime in rebus fidei, ne quando illusionibus diabolicis, hominumque prauorum sophisticis dubiis, mens alicuius nostrum pateat, sed ut in ueritate catholica, præsertim, radicati & fundati, super Christo propitio, ad imitationem prophetæ inimicos nostros uentilemus cornu, & in eiusdem uirtute spernamus insurgentes in nos. Psalmo quadragesimotertio. Tertio 3 habes, quomodo per rationem scripturas præmissas Genesis, pro quanto aliquod corpus dicunt esse actiuum, & intelligas, & declares, & probes. Quarto uides, quomodo ex his & similibus uicissim Angelica hæc doctrina declaretur, atque confirmetur. 4

Comm. Cardinalis Caietani.

Titulus clarus.

¶In corpore quinque. Primo, in quo stat difficultas. Secundo, tractatur opinio Auicebron. Tertio. Platonis, & Auicennæ. Quarto, Democriti. Quinto, respondetur quæsito.

¶Quo ad primum duo. Quid manifestum, & quid occultum. Manifestum ad sensum est corpora agere, ut ignem calefacere experimur. Difficile autem, aut disputabile est quomodo agant, quoniam fuit circa modum agendi triplex error.

¶ Aduerte hic, corpora aliquo modo concurrere ad agendum dum nullus negat, & hoc experimur ad sensum. Sed quõ cõcurrant, an s. ut media, per quę transeat uis actiua, an ut disponentia, an ut emittentia de se atoma, an ut educentiá de aliorum potentiis &c. hoc est, quod in dubium uertitur.

¶Quo ad secundum tria. Primo, opinionem. Secundo, radicem Platonicam. Tertio differentiam eius a Platonica opinione, & omnia tam clara sunt in litera, ut non expône egeant. Ad bonitatem tamen doctrinæ circa opinionem aduerte, quod hæc opinio adeo circa modum agendi delirauit, ut talem posuerit modum, ex quo sequatur negatio ipsius actionis, & ideo in litera dr. totaliter subtraxerunt actiones corporib. Dicendo enim quod corpora in agendo concurrunt tm̃ secundum apparentiam & ut media, per quæ transit uis actiua, & non ut aliquid cooperantia manifeste incidunt in conditionem diminuentem, sicut dicendo hominem pictum.

¶Circa radicem uero Platonicam notato, quod quamuis prima facie hæc ratio uideatur continere in se duas rationes positas in tertio contra Gent. c. 69. pro Auicebron, si quis tamen diligenter consideret, non est, ita ut patet ex tertio argumento hic facto ex parte quantitatis, ut etiam fit ibi: immo hæc ratio non fuit ibi explicata, sed hic, altiorique ingenio firmata, est confutata. Consistit enim hæc ratio super esse rei actiuæ, quia s. debet esse absolutum, esse autem corporeum, non est absolutum, sed contractum: ergo Soluitur autem, & subtilius, quod esse fundat actiuitatem, sed nõ modum agendi, immo sicut actualitas rei est causa actionis, ita modus essendi in actu causat modum agendi. Et propterea cum absolutum & contractum dicant modos essendi, & non actum ipsum, ex affirmatione absoluti sequitur modus agendi uniuersaliter, & ex affirmatione contracti, modus agendi particulariter. Et sic ex negatione absoluti, non sequitur negatio actiuitatis, sed modi agẽdi s. uniuersaliter, cuius signum in litera notato, quod actio contracti est per contractum duorum corporum, hoc enim est limitati modi actionis signum.

¶Quo ad tertium, Platonis, & Auicennæ, non Auicebron, ut multi corrupti codices habent, opinio ponitur consistens in hoc, quod corpora agunt per suas formas accidentales, ut disponentia materiam: & in hoc bene dicit, & euitat stultitiam Auicebron. Et quod corpora non agunt ut educentia formas substantiales, sed dantur a formis separatis, uel intelligentia agente, & in hoc errat, ut patuit superius.

¶Quo ad quartum, opinio Democriti ualde rudis, ponit actionem fieri per defluxum atomorum ex corpore agente in patiẽs. Improbatur ex parte patientis: quia non totum pateretur ex parte agentis, quia minueretur agendo.

¶Quo ad quintum, conclusio responsiua quæsito est. Corpus agit secundum quod est actu in aliud, secundum quod est in potẽtia. Hæc conclusio satis probata relinquitur ex dictis contra Auicebron. Vnumquodque quantum participat de aliquo, tantum & participat de illius proprio, sed actus proprium est agere. ergo corpus, secundum quod est actu, actiuum est, & sic hr. quod uere agit, & modus agendi, & quid agit. s. tam accidens, quam substantiam, cũ sit actu, & secundum formam substantialem, & accidentalem.

¶Aduerte hic, quod corpus esse actiuum secundum suam substantiam, potest dupliciter intelligi. Vno modo, ut sit elicitiuum alicuius suæ propriæ actionis, puta generationis: uerbi gratia. Quia ignis generat ignem, sicut calor elicit alterationem præuiam s. calefactionem, ita substantia ignis elicit generationem substantialẽ. Et hæc est opinio Scoti posita ab eo in multis locis, s. in 1. d. 37. & in 2. d. 9. q. 2. & d. 16. q. 1. & in 4. d. 12. &c. Alio modo, ut corpus non sit per seipsum elicitiuum alicuius actionis, sed sit radix, & principium, quod qualitas sua actiua eliciat actionem assimilatiuam sibi substantialiter, uerbi gratia. Substantia ignis non elicit generationem huius ignis geniti, sed est prębens efficaciam calori suo, ut eliciat generationem, qua effectus fiat similis substantialiter igni, i. fiat ignis, quia est agens uniuocum. Et ista uia est Peripatetica, ut patet in de sensu & sensato, quam sequitur S. Tho. expresse tenens, quod creata substantia nullius actionis est proximum elicitiuum principium.

¶In responsione ad quintum est quæstio, quomodo substantia agat in substantiã & accidens in uirtute substantiæ, sed supra tractata est.

S. Bon.

S. Bon. 2. d. 18. q. 2. ar. 1.
Scot. 2. s. d. 18. q. 1.
Ricar. 2. s. d. 18. q. 3.
Duran. 2. s. d. 18. q. 2.
Bacco 2. s. d. 18. q. 1.
Arg. 2. s. d. 18. q. 2. a. 1.

ARTICVLVS II.

Vtrum in materia corporali sint aliquæ rationes seminales.

AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur, quod in materia corporali non sint aliquę rationes seminales. Ratio enim importat aliquid secundum esse spirituale, sed in materia corporali, non est aliquid spiritualiter, sed corporaliter, secundum scilicet modum eius, in quo est. ergo in materia corporali non sunt seminales rationes.

¶ 2 Præt. Aug.* dicit tertio de Trin. quod dæmones quædam opera faciunt adhibendo occultis motibus quædam semina, quæ in elementis cognoscunt, sed ea, quę per motum localem adhibentur, sunt corpora, non rationes. ergo inconuenienter dicitur, quod sunt in corporali materia seminales rationes.

¶ 3 Pręt. Semen est principium actiuum, sed in materia corporali, non est aliquod principium actiuū, cum materiæ non competat agere ut dictum est.* ergo in materia corporali non sunt seminales rationes.

¶ 4 Præt. In materia corporali dicuntur esse quædam causales rationes, quæ uidentur sufficere ad rerū productionem, sed seminales rationes sunt aliæ a causalibus, quia præter seminales rationes fiunt miracula non autem præter causales. ergo inconuenienter dicitur, quod seminales rationes sunt in materia corporali.

SED CONTRA est, quod Aug. dicit 3. de Trin.* Omnium rerum, quæ corporaliter, uisibiliterque nascuntur, occulta quædam semina in istis corporeis mundi huius elementis latent.

RESPON. Dicendum, quod denominationes consueuerunt fieri a perfectiori, ut dicitur in 2. de anima.* In tota autem natura corporea perfectiora sunt corpora uiua, unde & ipsum nomē naturæ translatum est a rebus uiuentibus ad omnes res naturales. Nam ipsum nomen naturæ, ut Philosophus dicit in 5. Metaph.* primo impositum fuit ad significandum generationem uiuentium, quæ natiuitas dicitur. Et quia uiuentia generantur ex principio coniuncto, sicut fructus ex arbore, & fœtus ex matre, cui colligatur, cōsequenter tractum est nomen naturæ ad omne principium motus, quod est in eo, quod mouetur. Manifestū est autem quod principium actiuū, & passiuum generationis rerum uiuentium sunt semina, ex quibus uiuentia generantur. Et ideo conuenienter August.* omnes uirtutes actiuas, & passiuas, quæ sunt principia generationum, & motuum naturalium, seminales rationes uocat. Huiusmodi autem uirtutes actiuæ, & passiuæ in multiplici ordine considerari possunt. Nam primo quidē, ut Aug.* dicit 6. super Gen. ad lit. sunt principaliter, & originaliter in ipso uerbo Dei secundum rationes ideales. Secundo uero sunt in elemētis mundi, vbi simul a principio productæ sunt sicut in uniuersalib. causis. Tertio uero mō sūt in iis, q ex uniuersalibus causis, sm successiones temporum producuntur, sicut in hac planta, & in hoc animali, tanq̄ particularibus causis. Quarto modo sunt in seminibus quæ ex animalibus, & plantis producuntur, quæ iterum comparantur ad alios effectus particulares, sicut primordiales causæ uniuersales ad primos effectus producendos.

AD PRIMVM ergo dicendū, quod huiusmodi uirtutes actiuæ & passiuæ rerum naturalium, etsi non possint dici rationes, secundum qd sunt in materia corporali, possunt tamen dici rationes per comparationem ad suam originem, secundum quod deducūtur a rationib. idealib.

AD SECVNDVM dicendum, quod huiusmodi uirtutes actiuæ, vel passiuæ, sunt in aliquibus partibus corporalib. quæ dum adhibentur per motum localem ad aliquos effectus complendos, dicuntur semina adhiberi per dæmones.

AD TERTIVM dicendum, quod semen maris est principium actiuum in generatione animalis, sed potest etiam dici semen id, quod est ex parte fœminæ, quod est principium passiuum. Et sic sub semine comprehendi possunt uires actiuæ, & passiuę.

AD QVARTVM dicendum, quod ex verbis Aug. de huiusmodi rationibus seminalibus loquentis, satis accipi potest, quod ipsæ rationes seminales, sunt etiam rationes causales, sicut & semen est quędam causa. Dicit enim in tertio de Trinitate,* quod sicut matres grauidæ sunt fœtibus, sic ipse mundus est grauidus causis nascentium, sed tamen rationes ideales possunt dici causales, non autem proprie loquēdo, seminales, quia semen non est principium separatum, & præter huiusmodi rationes non fiunt miracula. Similiter etiam neque præter uirtutes passiuas creaturæ inditas, ut ex ea fieri possit quicquid Deus mandauerit, sed præter virtutes actiuas naturales, & potentias passiuas, quæ ordinantur ad huiusmodi virtutes actiuas, dicuntur fieri miracula, dum dicitur, quod fiunt præter rationes seminales.

SVP. Q. CXV. ART. II.

567 2. d. 7. infr. expolit. Et d. 13. art. 1. cor. 2. d. 18 q. 1. ar. 2. & ve. q. 5. a. 9. ad 5.

CONCL. Conuenienter Augustinus omnes uirtutes actiuas, & passiuas, quę sunt principia generationū & motuum materialium, uocat rationes seminales.

Li. 5. d. tri. c. 8. to. 3.

¶ PROB. Quia principium actiuum atque passiuum generationis rerum uiuentiū sunt semina, ex quibus ipsa uiuentia generantur (patet.) Et denominationes fieri conuenienter a perfectiori, consueuerunt (ex philosopho.)

1m de maiori.

Aliquid sm esse spirituale. R. uel secundum quod in se est, vel sm quod est in sua origine. §. Tunc &c. Virtutes enim rerum naturalium, licet non possint dici rationes sm quod in se sunt, idest, in materia, dicuntur tamen rationes secundum quod origine sūt a Deo, (ut habes in textu.)

Ar. præc.

2m ex August.

Quædam semina. R. idest quasdā uirtutes actiuas, vel etiam passiuas, in partibus corporalibus existentes. §. Tunc nihil &c. Pergat ut ad primum. Nam regula hæc seruatur illa Sancto Doctori familiaris, quæ ponitur supra. q. 40. ar. 1. Circa virtutes has actiuas & passiuas caue ab errore Abailardi in appendice præsentis articuli recitato & damnato.

Li. 2. d' aia te. 49. t. 2.

3m de maiori.

Quid per materiam corporalē intelligat articulus. Li. 5. Met. te. 5.

Actiuū. R. Et passiuū. §. Tunc &c. Nam per materiam corporalem in qua dicuntur esse huiusmodi rationes, intelliguntur res generabiles (ut habes in te. corpore,) & huiusmodi rebus est principium actiuum & passiuum pro rerum diuersitate, ut patet.

4m de minori

Causalibus. R. Vt sunt in mente diuina (idest, ut sunt ydeales) non, ut sunt in materia ipsa corporali. §. Tunc nihil &c. Nam licet præter causales rationes, ut in mente diuina, non fiant miracula, fiunt tamen præter causales, ut sunt in corporibus. Similiter licet præter creatas virtutes passiuas, ut respiciunt diuinam potentiam tanquam cui in omnib. & per omnia totaliter obedisse, non fiant miracula, sed præter has, ut respiciunt correspondētes sibi actiuas creatas, fiunt miracula.

Loco citato in arg. Sed cont.

Li. 6. c. 10. & 18. to. 3. & li. 4. ca. 24.

Potentia obedientialis.

APPENDIX.

EX articulo habes primo, quomodo per rationem subtiliori modo quodam intelligas, intellectum declares, declaratum probes, dictum Deut. 32. illud, Dei perfecta sunt opera. Hoc est. Operibus suis Deus dedit uirtutes actiuas, atque passiuas, seu rationales seminales, quibus possint generare sibi simile, seu naturaliter moueri ad illud. Nam perfectum tunc vnumquodque dicimus, quando potest facere tale alterum, quale ipsum est, 4. Meteo. tex. 19. Ad hoc autē, quod fiat aliquid ab altero quale ipsum est, opus est concurrere principia actiua & passiua. Nisi enim principia generationum acti ua reperirentur, nulla res posset generare, & nisi passiua, nulla res posset generari. Dixit ergo scriptura, quod Deus operib. suis dedit illis ipsis requisita, & consequenter, quod virtutes actiuas, & passiuas dedit generabilibus per hoc, quod dixit Dei perfecta sunt opera. Nec has uirtutes non esse a Deo in rebus, infert hoc, quod diabolus illarum uirtutib. cognitis utitur ad faciendum malum, siue opera quædam, ut dicitur ex Augustino in arg. 2. quoniam, sicut Dei bonitas malis aliorum ab eis fa- ctis

Vti. pro S. Eccl.

Lib. 3. c. 9. circa prin. to. 3.

ARTI-

ctis utitur in bonum, ex eis scilicet bonum eliciendo, ita diaboli malitia bonis utitur ad malum, & hoc facit inimicus Dei, ut creata a Deo, & ut reor creatorem etiam infamet, quasi per id quod ad malum eis utitur, uelit homini suadere, uel quod Deus, eas nō creauit, sed ipse, uel quod Dei opera non sint bona. De huiusmodi infamatione, uide ar. 5. ad 1m. De usu rerum bonarum in malum a diabolo, uide q. 111. ar. 3. 4. & constitutionem Papæ Sisti. V. in q. 115. ar. 4. 5. & q. 116. ar. 1. pp. Circa usum tamen harum uirtutum actiuarum, uel passiuarum cauendum est ab errore Petri Abaylardi, ut refert. B. Bernardus, dicentis. Tentationes dęmonum in nobis fieri contactu lapidum, & herbarum, prout illorum sagax malitia nouit harum rerum uires diuersas diuersis incitandis & incendendis uitiis conuenire. Hic error excluditur ab Aug. in arg. 2. recitato per ly quędam. Non enim omnia opera faciunt dæmones adhibitis seminibus, seu uirtutib. rerum, occultis, sed quędam, & consequenter nec opus illud suum, quod est tentare, 114. ar. 1. 2. faciunt semper adhibendo uires herbarum, lapidum, uel similium, ut uelle uidetur Abaylardus. Velle, inquam, uidetur quoniam prædicta eius positio recensetur a D. Bernardo, epist. 190 inter errores Petri Abaylardi, & tamen in alio sensu ab illo, quem nunc diximus, sumpta non uidetur error. Diabolus namq; sciens Spiritum nostrum a concupiscentia carnis, tentari, & carnis uariā complexionem esse, fomenta carni iuxta complexionem cuiusque adhibere studet, tanquam principalis tentator ipsa ut instrumento utēs. q. 14. ar. 2. ut faciliori modo Spiritus hominis a carne deiiciatur: Quid facit? Prius complexionem uniuscuiusque (inquit Gregorius) antiquus aduersarius perspicit, & tunc laqueos apponit: Alius namque lętis, alius timidis, alius elatis moribus existit. Quo ergo occultus aduersarius facile capiat, uicinas complexionibus deceptiones parat. Quia enim lætitiæ uoluptas iuxta est, lætis moribus luxuriam proponit. Et quia tristitia in iram facile labitur, tristibus discordiæ poculum porrigit. Quia timidi supplicia formidant, pauentibus terrores intentat, & quia elatos extolli laudibus conspicit: eos, ad quæque uoluerit, blandis sermonibus trahit. Singulis igitur hominibus uitiis conuenientibus, insidiatur. Hæc ille, exponens illud Iob 38. Diuiditur æstus super terram. Cum ergo dęmon hominem uarie iuxta diuersam eius complexionem tentet, fatendum restat; illum posse, immo de facto, tentare hominem per lapidum uel herbarum contactum, cum multæ sint uires lapidum atque herbarum quæ diuerse diuersis hominum complexionibus quadrant. Sicut enim smaragdus & topazion, ut dicitur, ad mitigandos libidinis ardores ualet, & pyropus cordialem mœrorem expellit, ita contrariarum uirium lapidem uel herbam reperiri, possibile crediderim. Quod autem dæmon omnes has rerum uires naturales agnoscat, nemo ambigit. Quocirca nec error uidetur dicere, dęmonem per illarum rerum applicationem & contactum posse tentare homines, & de facto sic eos tentare, si a Deo permittatur. Cæterum, quod nulla fiat tentatio a dæmone sine adminiculo herbarum, & lapidum, est error, & à Beato Bernardo inter errores, ut supra, uidetur computatus. Damnauit hoc pro errore olim scriptura Genes. tertio, quando primam tentationem diaboli factam non mediis lapidibus uel herbæ, sed medio serpente, narrauit. Item Iob primo, quando Sathan tentaturum Iob introducit petere licentiam à Deo non adhibendi uires lapidum, uel herbarum, sed auferendi ipsi Sancto omnia. Item 1. Corinthio undecimo Sathanas transfigurat se in angelum lucis. Certe ad transfigurandum se in angelum lucis ut facilius decipiat, non indiget ui lapidum aut herbarū. Item in tentatione de spiritualibus uitiis idest superbia, & inuidia, quid faciunt herbæ uel lapides? Secundo uides, quomodo ex Deuteronomio uicissim Angelica doctrina hæc declaretur, atque confirmetur.

Actus diaboli in tentando.

Comm. Cardinalis Caietani.

TItulus clarus ex corpore articuli. Motus est. n. articulus hic propter uerba Augustini.

¶ In corpore duo. Quid, & quam cōuenienter significetur ratio seminalis, secundo respondet quæsito.

¶ Quo ad primum. Principia actiua, & passiua motuum, & generationum naturalium rationes seminales ab Augustino conuenienter uocantur. Probatur. Corpora uiuentia sunt perfectiora inter omnia naturalia. ergo ab eis conuenienter fit denominatio cęterorum. ergo a seminib. conuenienter nominantur principia actiua, & omnium naturalium. Antecedens patet, consequentia probatur dupliciter. Primo a priori, quia denominatio fit a perfectiori, ex secundo de anima. Secundo a posteriori, & simili ad propositum, quia nomen naturæ a natiuitate ortum ad omnium rerum naturalium connexa principia translatum est. Secunda uero consequentia probatur, quia semina sunt actiua, & passiua principia generationis uiuentium.

¶ Quo ad tertium conclusio est, quod rōnes seminalès sunt in materia corporali multipliciter. Declaratur numerando quatuor modos essendi, quos habent, in uerbo, in causis uniuersalib. corporalibus, in causis particularibus, in seminibus, ubi patet tripliciter esse rationes seminales in materia corporales.

ARTICVLVS III.

Vtrum corpora cœlestia sint causę eorum, quæ hic in inferioribus fiunt.

568
2. 2. q. 95. a. 9. & q. 96. ar. 2. ad 2. & opus. 5. ar. 3. ad 2.
Li. 2. ca. 7. circa med.

AD TERTIVM sic proceditur. Videtur, quod corpora cœlestia non sint causa eorum quæ hic in inferioribus corporibus fiunt. Dicit enim Damas.* Nos autē dicimus, quoniam ipsa, scilicet corpora cœlestia, non sunt causa alicuius eorum, quæ fiunt, neque corruptionis eorū, quæ corrumpuntur, signa autem sunt magis imbrium, & aeris transmutationis.

¶ 2 Præt. Ad faciendum aliquid, sufficit agens, & materia, sed in istis inferiorib. inuenitur materia patiens, & inueniuntur etiam contraria agentia. s. calidum, & frigidum, & huiusmodi. ergo non est necessarium ad causandum ea, quæ hic inferius fiunt, causalitatem cęlestibus corporibus attribuere.

¶ 3 Pręt. Agens agit in sibi simile, sed uidemus, qd omnia, quę fiunt hic inferius, fiunt per hoc, quod calefiunt, & frigidantur, & humectantur, & desiccantur, & aliis huiusmodi qualitatib. alterantur, quæ non inueniuntur in corporibus cœlestib. ergo corpora cœlestia non sunt causa eorū, quæ hic fiunt.

Li. 5. de ci. Dei c. 6. circa fin. to. 5.

¶ 4 Præt. Sicut Aug.* dicit 5. de ciuit. Dei. Nihil est magis corporeum, quam corporeus sexus, sed corporis sexus non causatur ex corporib. cœlestib. cuius signum esse videtur quod duorum geminorum sub vna constellatione natorum vnus est masculus, & alter est fœmina. ergo corpora cęlestia non sunt causa rerum corporalium, quæ hic fiunt.

Lib. 3. c. 4. circa prin. to. 3.

SED CONTRA est, quod Aug.* dicit 3. de Trinitate, quod corpora crassiora & inferiora per subtiliora, & potentiora quodam ordine reguntur. Et Dion.* dicit 4. cap. de diui. nomi. quod lumen Solis ad generationem sensibilium corporum cō fert, & ad vitam ipsa mouet, & nutrit, & auget, & perficit.

c. 4. par. 1. aliquantulum ante med.

RESPON. dicendum, q cum omnis multitudo ab vnitate procedat, quod autem immobile est, vnomodo se habet, qd vero mouetur multiformiter, considerandum est in tota natura, quod omnis motus ab immobili procedit. Et ideo quanto aliqua magis sunt immobilia, tanto sunt magis causa eorum, quæ sunt magis mobilia. Corpora autē cęlestia sunt inter alia corpora magis immobilia, nō enim mouentur nisi motu locali. Et ideo d motus ho-

Aug. 2. s. d. 14. quæst. 3. ar. 2.
D. Bona. dist. 14. q. 1. ar. 3.
Ricc. d. 14. q. 17.
Th. arg. d. 14. q. 1. ar. 4.
Dur. d. 14. q. 1. p. 2.
Cpr. 2. d. 14. q. 1. conc.

SVP. Q. CXV.

ART. III.

COncl. Motus horum inferiorū corporū, qui sunt multiformes & uarii, reducuntur in motum corporis cęlestis sicut in causam.

¶ Prob. Quia omnis multitudo ab unitate procedit, omnisque motus ab immobili, patet in tota natura. Et corporis cęlestis motus est tanquā quoddam unum ac immobile respectu motus horum inferiorū, cum ille motus uno modo semper, ac in eodem

D. 1075.

eodem loco se habeat nec alium motum, præter se.i.localem admittat, inferiorum autem motus non sic.

1^m ex Damasceno. Non sunt causa. R. primo, non aliter. §. Tunc &c. Licet.n. corpora cęlestia non sint causa prima inferiorum ea primitate, quam ipsis attribuebant ponêtes cęlos esse Deos, sunt tamen causa secunda, ut conclusio intendit.

2^m conclusio Non est necessarium ad causandum &c. R. Si huiusmodi accidentia.s. calidum, frigidũ, non se haberent sicut materiales dispositiones, uel si sequeremur Platonem in hoc, non autem, si sequamur ueritatem. §.i. ab Aristotele traditam. Tunc &c. ut patet in textu.

3^m de maiori. Simile. R. Secundum speciem, uel ſm continentiam uirtualem. §. Tunc &c. Nam quæcũque fiunt in inferioribus continentur uirtute in cœlestibus, ideoque ipsis assimilari dicuntur.

4^m de minori Non causatur. R. Nisi ſm diuersam dispositionẽ materiæ. §. Tũc &c. Quod enim dicit de sexib. geminorum non ostendit, quod sexus non causetur a cęlesti corpore, sed ostendit, quod non causatur ab illo, nisi ſm dispositionem diuersam materia, (ut patet in litera.) Ex qua dic, quod conclusio intelligitur sic, quod.s. cęlorum influxus sunt causa inferiorum non quomodocunque, sed concurrente dispositione materiæ. Hoc & dicere voluit philosophus ibi. Sol & homo generãt hominem. Non enim sine dispositione materiæ causa inferiori procedente cęlestia corpora agunt effectum talem, vel talem, puta hominem & huiusmodi, in his sublunaribus. Et hoc per illud dictum uoluit denotare phylosophus.

rum inferiorum corporũ, qui sunt uarii, & multiformes, reducuntur in motum corporis cœlestis, sicut in causam.

Ad primum ergo dicendũ, quod dictum Damasc. intelligendum est, quod corpora cœlestia nõ sunt primo causa generationis & corruptionis eorum, quę hic fiunt, sicut dicebant illi, qui ponebant corpora cœlestia esse Deos.

Ad secundum dicendum, quod principia actiua in istis inferioribus corporalibus non inueniũtur, nisi qualitates actiuæ elementorum, quæ sunt calidum, & frigidũ, & huiusmodi, etsi sic esset, quod formæ substantiales inferiorum corporum, non diuersificarentur, nisi ſm huiusmodi accidẽtia, quorum principia rarum, & densum antiqui naturales posuerunt, non oporteret super hæc inferiora corpora aliquod principium actiuum ponere, sed ipsa sufficerent ad agendum, sed recte considerantibus apparet, quod huiusmodi accidentia se habent, sicut materiales dispositiones ad formas substantiales naturalium corporũ. Materia autem non sufficit ad agendum, & ideo oportet super has materiales dispositiones ponere aliqd principium actiuum. Vnde Platonici posuerunt species separatas, secũdum quarum participationem inferiora corpora substantiales formas consequuntur. Sed hoc non videtur sufficere, quia species, separatæ semper eodem modo se haberẽt, cum ponantur immobiles. Et sic sequeretur, quod non esset aliqua variatio circa generationem, & corruptionem inferiorum corporum, qđ patet esse falsum. Vnde secundum Philosophum in 2.° de gen. necesse est ponere aliqđ principium actiuũ mobile, qđ per suam præsentiam, & abundantiam causet uarietatem circa generationẽ, & corruptionẽ inferiorũ corporum, & huiusmodi sunt corpora cœlestia. Et ideo quicquid in istis inferiorib. generat & mouet ad speciem, est sicut instr̃m cœlestis corporis, secundum qđ dicitur in 2.° Phy. quod homo generat hominem, & Sol.

Ad tertium dicendum, quod corpora cęlestia inferioribus corporibus non sunt similia similitudine speciei, sed inquantum sua vniuersali uirtute continent in se quicquid in inferioribus generatur secundum quem modum dicimus etiam omnia esse Deo similia.

Ad quartum dicendũ, ꝙ actiones corporum cœlestium diuersimode recipiuntur in inferioribus corporibus secundum diuersam materiæ dispositionem. Contingit autem quandoque, quod materia conceptus humani non est disposita totaliter ad masculinum sexum, unde partim formatur in masculum, partim in fœminam. Vnde & hoc introducitur ab Augustino, † ad repellandũ scilicet diuinationem, quæ fit per astra, quia effectus astrorum uariantur etiam in rebus corporeis secundum diuersam materiæ dispositionem.

A P P E N D I X.

Vti. pro S. Eccl.

Ex articulo habes primo, quomodo per rationem ostendas, merito esse a philosopho insinuatum, quod corpora cęlestia sunt causæ eorum, quæ in inferioribus fiunt. Hoc autem ab eo insinuatum est, quando 2. de Generation. tex. 56. ait. Sol & alia corpora cęlestia in adueniendo & prope esse generant, & in recedendo, & longe fieri, & corrumpunt, & si multotiens adueniendo generant, & multotiens recedendo corrumpunt, & in æquali tempore, est corruptio & generatio, quæ est secundũ naturam. Dicendo.n. Philosophus quod adueniendo &c. uel generant, uel corrumpunt, utique docet, quod ipsa cęlestia corpora sũt horum inferiorum causa. Idem insinuatur 4. de cęl. tex. 23. semper corpus, quod superius est, ad id, quod est sub ipso, ut species ad materiam se habet. Hoc etiã dictum Philosophi manifestat tibi magis id, quod in ad quartum respondebatur nunc. Idem & 9. Metaph. text. 17. ibi, postquam de corporibus cœlestibus dixerat ly. Quæ sunt necessaria sunt prima, nam si hęc non essent, nihil utique esset, postea sub intulit dicens, semper sol agit & astra & totũ cęlum, & non est timendum quod quandoque stent, neque laborant hęc agentia, nõ enim potentiam contradictionis in ipsis. Vide, quam assidua actione ipsum cęlum, secundum philosophũ sit causa eorum quæ in inferioribus fiunt. Item in libro de proprietatibus elementorum, qui ab aliquibus Aristoteli ascribitur, idem capitulo 8. insinuatur sic. Generatio, & corruptio non inuenitur in orbe cęlesti, sed in eo creator posuit causam generationis, & corruptionis. Nec ex eo, nominauerit creatorem, neges, illum librum esse Aristotelis, quoniam & ipse Aristoteles creationem tenuit, ut alibi ostensum est. Sed forsan aliunde suus esse a nonnullis negatur. Secundo habes, quomodo per rationem prædictas auctoritates philosophi, pro quanto cęlestia corpora causam ponũt eorum quæ fiunt in inferioribus, & intelligas, & declares, & probes. Tertio uides, quomodo ex his uicissim Angelica hæc doctrina iuuetur.

Li. 2. te. 56 & seq. t. 2.

Li. 2. phy. te. 26. t. 2.

De ci. Dei li. 5. c. 6.

¶Not. Præsenti articulo suffragatur articulo in ordine 34. 509. 512.

Comm. Cardinalis Caietani.

Titulus clarus.

¶In corpore una conclusio rñsiua q̃sito affirmatiue. Motus inferiorum corporũ causantur a corporib. cęlestib. Probatur. Omnis multitudo ab unitate procedit. ergo omnis motus ab immobili. ergo quanto aliqd est magis immobile, tãto est magis causa magis mobilis. ergo corpora cęlestia sunt causæ inferiorum mobiliũ. Antecedens patet, prima consequentia probatur, quia immobile uno mõ se hẽt, mobile multiformiter. Secunda uero est ex se euidens ex eadem radice. Tertia uero probatur, quia corpora cęlestia sunt magis immobilia. Probatur, q2 solo motu locali, quo ẽt non fit multiformitas in aliquo intrinseco, cætera multis motibus, alteratione, generatione, motu locali.

¶In responsione ad secundum occurrunt tres dubitationes. Prima est circa progressum responsionis, uidetur, enim diuertere a proposito. Nam primo proponitur conditionalis de proportione qualitatum actiuarũ ad formas substantiales, & deinde transitur ad gradus causandi earũdem, nec unquam reditur ad destructionem illius conditionalis, cuius tamen destructio in hac responsione sustinetur. Secunda est circa rationem assignatam in litera, quare necesse est præter corpora, inferiora ponere corpus cęleste esse actiuum effectuum inferiorum. Rõ.n. est ista. Actiones, sicut & qualitates elementares, se habent sicut materiales dispositiones ad formas substantiales. ergo oportet ponere altius actiuum & ꝓbatur consequentia, quia materia non sufficit ad agẽdum, & deinde ostenditur, quod tale agens oportet esse mobile, ac ꝑ hoc concludi esse cęlũ. Hæc aũt rõ nõ cõcludit intẽtũ, qm̃ cũ in antecedente dr̃, ꝙ hæc accidentia se habẽt, ut materiales dispositiones, põt duplicitet

dupliciter intelligi. Primo, de istis accidentibus uirtute propria. Secundo de eis, ut agunt in uirtute substantiarum naturalium inferiorum, quarum sunt. Si enim intelligitur secundo modo, falsũ est antecedens, quoniam calor ut uis ignis, introducit actiue formam ignis, apud Sanctum Thomam, quamuis ut calor disponat tãtum pro illa. Si autem intelligitur primo modo, uerum est antecedens, quia accidens uirtutẽ propria non põt agere in substantiã, sed disponere tantum, sed tunc concesso toto processu negabitur ultima consequentia, s. ergo illud aliud agens mobile est corpus cęleste. Dicam enim quod illud est substantia illius corporis, cuius qualitas agit disponendo, uerbi gratia, substantia ignis, cum generatur ignis ab igne, & substantia hominis, cum generatur homo ab homine, & sic de alijs. In hoc enim consistit difficultas secundi argumenti, quod est, Sufficientia inferiorum agentium tam ad accidentia, quam ad substantias procedit, contra necessitatem recurrẽdi ad corpus cęleste. Tertia dubitatio est circa corollarium in calce responsionis positum, s. quod omne generans inferius mouet ad speciem ut instrumentum cęlestis corporis. Aut enim hic sumitur species, ut distinguitur contra indiuiduum, & tunc restat ostendere, unde hoc efficaciter inferatur, ex dictis enim nihil apparet ad propositum tale, aut distinguitur contra dispositionem, & tunc est falsum, quia cum ignis generat ignem, non concurrit substantia ignis generantis ut instrumentum, sed ut agens principale, cuius signum euidens est quia assimilat sibiipsi effectum, hæc enim est differentia instrumenti a principali agente, quod illud ut sic facit simile alteri, hoc sibi.

¶ Ad has dubitationes alio ordine respondendum est. Primo namque ad secundam, ex cuius sensu reliquę pendent, deinde ad primam, & tertiam dicitur. Sciendum est ergo, quod duplex est principiorum actiuorum ordo, quædam enim sunt principia actiua formaliter, quædam uero uirtualiter. Actiua formaliter uoco quæ sunt principia elicitiua actionum, qualia sunt calidum, & frigidum &c. Actiua autem uirtualiter dico illa, quæ non eliciunt actiones, sed sunt, quorum uirtute actiones, eliciuntur qualia sunt omnia corpora secundum substantias. Dictum est enim superius quod substantia creata nullius actionis est elicitiuum principium & quod tamen est id, cuius uirtute qualitates, & potentiæ actiuæ agunt. Hoc autem duplex genus actiui principij in corporib. sic se habet, quod formale, sequitur uirtuale, & sic uirtuale est prius formali secundum rem, sed secundum nomen, est totum oppositum, quoniam actiuum formale adeo sibi nomen actiuitatis uendicauit ut communiter dicatur, ut in hac etiam litera dicitur quod nullũ inuenitur in istis inferioribus actiuum principium, nisi qualitas elementaris &c.

¶ Hoc igitur supposito, ad secundum dubium dico duo. Primũ standum infra ordinem actiuorum formaliter, optime uidetur sequi. Omnia actiua formaliter in istis inferioribus se habent ut materia disponentia. ergo necesse est ponere aliquod in superioribus actiuum formale, quod se habeat ut perficiens, & cum tale oporteat esse mobile sequitur. ergo est corpus cęleste. Nec potest contra hoc instari, quod tale est substantia corporis huius, quia illa non est in ordine actiuorum formaliter. Secundum est quod uniuersaliter loquendo de utroque ordine actiuorum, processus literæ etiam ualet, quod tali ordine manifestatur. Omnia hæc actiua formaliter sunt, ut materiam disponentia, ergo preter hæc oportet esse aliud actiuum formale se habens ut informans. Tunc ultra, sicut superius principium actiuum forma se habet ad inferius principium actiuum formale, ita superius uirtuale ad inferius uirtuale. Substantiæ namque rerum ex earum accidentib. innotescũt, ut in primo de anima dicitur, sed præter inferius formale oportet ponere superius formale, ergo præter inferius uirtuale, oportet ponere superius uirtuale, & sequitur amplius, quod quemadmodũ inferius formale, est ut materiale respectu superioris formalis, ita inferius uirtuale respectu superioris uirtualis. Et sic patet quod siue literam interpretamur de actiuis formaliter, quod consequentia est bona iuxta primum dictum, siue uniuersaliter, & indistincte interpretemur de actiuis: consequentia quoque est bona ex eadẽ radice, quia. s. formaliter actiua sunt tantum disponentia. Vnde ad obiectionem in oppositum dicitur, quod antecedens intelligitur de accidentibus istis, ut sunt actiua uirtute propria. Et cum dicit, quod tunc fiet recursus ad substantiam corporis, cuius est illud accidens, iam patet responsio, quod uariatur ordo actiuorum. Oportet enim habere recursum ad altius actiuum formale, ut omnis ordo actiuorum completus, & sic fit reductio ad corpus cęleste, ꝙ manifeste actionem elicit non per qualitatem materialiter se habentem ad naturam corporum inferiorum, sed per altiores proprietates qualis est lux, & influxus &c.

¶ Ad primam uero dubitationem dicitur dupliciter. Primo, ꝙ nullum inconueniens fuit, digressionem talem facere, aut relinquere destructionem illius conditionalis, quoniam per se notum est, multam esse uarietatem formarum inferiorum excedentem efficaciam qualitatum elementarium, ut patet ex operibus. Quod. n. magnes trahet ferrum, ex nulla elementi uirtute prouenit, & consequenter nec eius forma, quæ illius operis est principium &c. Secundo, quod illa conditionalis fuit destructa in litera, non formaliter breuitatis causa, sed implicite, & uirtualiter. Affirmando. n. actiua inferiora se habere, ut materialia respectu substantiarum, satis ostendit infirmitatem horum actiuorum respectu uarietatis omnium formarum substantialium horum. Si enim in potentia sunt ad formas ipsas, oportet quod sint potentia ad diuersitatem earũ, cum diuersitas formalis naturas formarum consequatur, & ab eodem habeat res esse unitatem, & diuersitatem ab alio. Consonat autem series literæ huic expositioni, quoniam cum aduersatiua coniunctione transiuit ad ostendendam impotentiam horum, ex genere causandi accidentium eorundem.

¶ Ad tertiam dubitationem dicitur, quod utroque mõ uerificari põt corollarium illud. Et primo quidẽ modo sequitur ex dictis cointellecta alia propositione tritissima, & ideo non explicata, s. ꝙ cęlum sit agens uniuersale, ex his namque bene sequitur. ergo quæcunque inferiora agunt ad speciem, agunt ut instrumenta cęlorum, quia ut superius dictum probatumque est, illa sola agunt directe, & per se naturam, quæ causant eam in quocunque adueniunt secundum eandem rationem, hæc autem impossibile est esse uniuoca, ut sunt ista. Et ideo hæc inquantum agunt ad speciem, generando indiuiduum, agunt in uirtute illorum, quorum per se est agere ad speciem. Secundo autem modo intellectum, uerum est accipiendo instrumentum, non stricte, ut arguendo acceptum est, sed large, ut: Omne mouens motum ut sic, dicitur instrumentum, hoc etenim modo corpora inferiora sunt instrumenta superiorum, quia non agunt nisi mota ab illis, & similiter accipiendo instrumentum, ut actiuum conditionis materialis, est instrumentũ actiui conditionis formalis. Cum enim omne agẽs agat i sibi simile, quantum potest, & quanto agens est superius, tanto fit formalius, consequens est, quod conditio causata in effectu a supiori agẽte, est ut formalis respectu conditionis causatæ ab inferiori. Merito autem hac rõne, inferius uocat instrumentum supioris, quia instrumenti est materiã parare, principalis uero agentis informare, & utroque mõ Sol, & hõ generant hoiem. Nec sequitur, ꝙ nõ assimiletur homini generãti, q a non ita stricte sumitur. Vnde in litera non dicitur absolute instrumentum, sed sicut instrumentum.

Arg. 2. s. d. 14. quæst. 3. ar. 3.
Th. arg. d. 14. q. 1. ar. 3.
D. Bona dist. 14. p. 2. ar. 3. q. 3.

569 SVP. Q. CXV. ART. IIII.

2. 2. q. 95. ar. 5. co. fit mal. q. 16. a. 7. ad 16. & quo. 12. ar. 5. cor. & 6. met. l. 3. con. 5. & 6. q. 110. a. 3. & a. 1. ad 1

CONCL. 1ª. Si intellectus & uoluntas essent uires corporeis organis affixæ (sicut quidam posuerunt,) de necessitate sequeretur, quod corpora cęlestia essent cã electionum, & actuum humanorum.

PROB.

ARTICVLVS IIII.

Vtrum corpora cœlestia sint causa humanorum actuum.

AD QVARTVM sic proceditur. Videtur, ꝙ corpora cęlestia sint causa humanorũ actuum. Corpora enim cœlestia, cum mouentur a spiritualibus substantiis, sicut supra dictum est, * agunt in uirtute earum, quasi instrumenta, sed illæ substantiæ spirituales sunt superiores animab. nostris. ergo uĩ ꝙ possint imprimere in animas nostras, & sic causare actus humanos.

¶ 2 Præt. Omne multiforme reducitur in aliqđ uniforme principiũ, sed actus humani sunt uarii, & multiformes. ergo uidetur ꝙ reducãtur in uniformes motus cœlestium corporum, sicut in sua principia.

¶ 3 Præt. Astrologi frequenter uera annunciant de euentibus bellorum, & in aliis humanis actib. quorum principia sunt intellectus, & uoluntas, quod facere non possent, nisi cęlestia corpora essent humanorum actuum causa. sunt ergo corpora cœlestia humanorum actuum causa.

SED CONTRA est, quod Da-

¶ PROB. Quia corpora cęlestia agunt directe, licet per accidẽs, in uires animæ, quæ sunt actus organorum corporeorum (cum oporteat, actus harum potentiarum impediri secundum impedimenta organorum. Vt oculus turbatus, necessario non bene videt.)

¶ CONC. 2ª. Impressio cęlestium corporum cũ quam immutari põt inferiores uires, minus ptingit ad uolũtatẽ, ꝗ est ꝓxima cã humanorũ actuũ, ꝗ ad intellectum.

¶ PROB.

¶PROB. Quia impreſſio corporum cęleſtium non pertingit ad intellectum ac uoluntatem, niſi indirecte ac per accidens, inquantum ſ. potentiæ illæ intellectiuæ a uiribus ſenſitiuis accipiũt. Et intellectus ex neceſſitate accipit a uirib. inferiorib. (ita. ſ. ꝙ ex neceſſitate ſequitur con ditiones illarũ, ut, turbata uel imaginatiua uel cogitatiua, turbatur de neceſſitate actio intellectus,) uoluntas autem non (inclinare ſiquidem poſſunt uolũtatem, non tamen facere, quod uoluntas ſequatur earum motũ.)

Li. 2. orth. fidei c. 7.

Art. præc.

¶CONC. 3ª. Impoſſibile eſt, quod cęleſtia corpora ſint cauſa humanorum actuũ.

¶PROB. Quia impoſſibile eſt, quod uoluntas ac intellectus ſint actus organorum corporeorum. Quia ſi cęleſtia corpora eſſent cauſa actuum humanorum, ſequeretur, quod homo naturali inſtinctu ageretur ad ſuas actiones, (ſicut cætera animalia,) ſequereturque inde quod homo non haberet liberum arbitrium.

masc.* dicit, quod corpora cœleſtia humanorum actuum nequaquam ſunt cauſa.

RESPON. dicendum, ꝙ corpora cœleſtia in corpora quidem imprimunt directe, & per ſe, ſicut iam dictum eſt,* in uires autem animæ quæ ſunt actus organorum corporeorum nõ directe quidem ſed per accidens, quia neceſſe eſt huiuſmodi actus harum potentiarum impediri ſecundum impedimenta organorum, ſicut oculus turbatus non bene videt. Vnde ſi intellectus, & voluntas eſſent vires corporeis organis alligatæ, ſicut poſuerunt aliqui dicentes, quod intellectus non differt a ſenſu ex neceſſitate ſequeretur, quod corpora cœleſtia eſſent cauſa electionum, & actuum humanorum. Et ex hoc ſequeretur, quod homo naturali inſtinctu ageretur ad ſuas actiones, ſicut cætera animalia, in quibus non ſunt niſi vires animæ corporeis organis alligatæ. Nam illud quod fit in iſtis inferioribus ex impreſſione corporum cœleſtium, naturaliter agitur. Et ita ſequeretur, quod homo non eſſet liberi arbitrii, ſed haberet actiones determinatas, ſicut & cęteræ res naturales, quæ manifeſte ſunt falſa, & conuerſationi humanæ contraria. Sciendum eſt tamen, quod indirecte, & per accidens impreſſiones corporum cęleſtium ad intellectũ, & uoluntatem pertinere poſſunt, in quantum. ſ. tam intellectus, quam voluntas aliquo modo ab inferioribus viribus accipiunt, quæ organis corporeis alligantur, ſed circa hoc diuerſimode ſe habent intellectus, & voluntas. Nam intellectus ex neceſſitate accipit ab inferioribus viribus apprehenſiuis. Vnde turbata vi imaginatiua, vel cogitatiua uel memoratiua, ex neceſſitate turbatur actio intellectus, ſed voluntas non ex neceſſitate ſequitur inclinationem appetitus inferioris. Licet enim paſſiones, quæ ſunt in iraſcibili, & concupiſcibili, habeant quandam vim ad inclinandam voluntatem, tamen in poteſtate voluntatis remanet ſequi paſſiones, vel eas refutare. Et ideo impreſſio cœleſtium corporum ſecundum quam immutari poſſunt inferiores vires, minus pertingit ad voluntatem, quę eſt proxima cauſa humanorum actuum, quam ad intellectum. Ponere igitur cœleſtia corpora eſſe cauſam humanorum actuum, eſt proprium illorum qui dicunt intellectum non differre a ſenſu. Vndę quidam eorum dicebant, quod talis eſt voluntas in hominibus, qualem in die inducit pater virorum deorumque. Quia ergo conſtat intellectum & uoluntatem non eſſe actus organorum corporeorum, impoſſibile eſt, quod corpora cœleſtia ſint cauſa humanorum actuum.

AD PRIMVM ergo dicendũ, quod ſpirituales ſubſtantiæ, quæ cęleſtia corpora mouent, in corporalia quidem agunt mediantib. cęleſtibus corporib. ſed in intellectum humanum agunt immediate illuminando. Voluntatem autem immutare non poſſunt, vt ſupra habitum eſt.*

AD SECVNDVM dicendum, quod ſicut multiformitas corporalium motuum reducitur ſicut in cauſam in vniformitatem motuum cœleſtium, ita multiformitas actuum, qui ſunt ab intellectu, & voluntate, reducitur in principiũ uniforme ꝙ eſt intellectus, & uoluntas diuina.

AD TERTIVM dicendum, quod plures d hominum ſequuntur paſſiones, quæ ſunt motus ſenſitiui appetit9, ad quas cooperari poſſunt corpora cœleſtia, pauci autem ſunt ſapientes qui huiuſmodi paſſionib. reſiſtant. Et ideo aſtrologi, vt in plurib. vera poſſunt prædicere, & maxime in communi, non autem in ſpeciali. Quia nihil prohibet aliquẽ hominem per liberum arbitrium paſſionibus reſiſtere. Vnde & ipſi aſtrologi dicunt quod ſapiens homo dominatur aſtris, inquantum ſcilicet dominatur ſuis paſſionibus.

1m de antecedente.

Agunt. ℞. In corporalia, non, in incorporalia §. Tunc &c. Nam ſubſtantiæ ſpirituales corporum cęleſtium motrices, quamuis ſint animabus humanis ſuperiores, non poſſunt in hominis uoluntatẽ, commutando. ſ. ipſam, agere, ut dicitur q. 111 ar. 2. Conſequenter ergo nec ipſi Angeli sũt cauſa humanorum actuum, cum uoluntas hominis ſit illorum cã proxima.

2m de maiori.

Multiforme. ℞. Secundum quod eſt multiforme, non aliter. §. Tũc &c. Non enim omne multiforme reducitur ad omne uniforme, ſed ad uniforme ſibi correſpondens. Vt. Multiforme corporeum ad uniforme corporeum, incorporeum ad incorporeum, ut in textu. Ad huius textus, & totius articuli præſentis, clariorem notitiam, ui de conſtitutionem digniſſimam Papæ Siſti V. quæ ponetur in appendice, quæ conſtitutio ad multa alia (puta de cognitione futurorum contingentium, occultorum, &c.) ſupra dicta, ualet. Ideo eſt diligentiſſime minutatim conſideranda, quæ partim ibi, partim articulo ſequenti, partim q. 116. ar. 1. ponetur, ſm materierum a S. Doctore tractatarum opportunitatem.

Cõſtitutio Papę Sixti V. notabiliſſima.

3m de antecedente.

Cauſa. ℞. Indirecta per accidens non autem, ut dicitur indirecta per accidens. §. Secunda concluſione præmiſſa. Tunc nihil &c. ut patet ex declaratione textus. Ex qua etiam cognoſci datur, quod argumentũ peccat in fallacia non cauſam, ut cauſam. Monſtrat. n. quod influxus cęleſtium corporum, non eſt uera cauſa effectuum ab arguente adductorum (ut ipſe putat, contra concluſionem tertiam,) ſed quod aliud eſt horum uera cauſa.

APPEN-

APPENDIX.

Vti. pro S. Eccl.

EX articulo habes primo, quomodo per rationem concluſionis tertiæ interimas hæreſes Algazelis (Direct. inquiſ. 2. p. q. 4.) dicentis, quod motus uoluntatis ſubſunt corporib. cęleſtibus, item quod corpora cęleſtia & diſpoſitiones eorum, in quibus incipimus operari, dirigunt operationes noſtras a principio uſque in finem per tantum, & per totum, ita qđ illa conſtellatio ſolum in qua & ſub qua opus incipiunt, quantumcũque opus ſit uoluntarium, dominatur a principio uſque in finem. Item quod ex conditione corporum cęleſtium futura pendent intantum, ꝙ ſi quis totam conditionem cęleſtis harmonię haberet, plene cognoſceret tam præterita, quam futura. Item hæreſim Baſſi dicentis, in ſeptẽ aſtris, & 24. literis rerum omnium perfectionem, uitam denique; & generationem omnium hominum conſiſterę. Vita ergo hominum, ſm iſtum, erat alligata aſtris. Secundo habes, quomodo per eandem rationem, tertiæ, ſ. concluſionis, oſtẽdas, has merito eſſe dãnatas a &c. q. 70. ar. 2. Item a &c. q. 82. ar. 2. & q. 83. ar. 1. 2. & q. 48. ar. 4. In harum. n. triũ quæſtionum articulis damnantur tollentes, & labefactantes liberũ arbitrium, & conſequẽter omnes hi, qui cęleſtia corpora dicunt eſſe cauſam actionum humanarum. Vt enim probatio tertiæ cõcluſionis aiebat, tales de medio tollunt liberũ arbitrium, conſequenter (dic tu) merita, demerita, uirtutes, peccata, pęnarum iuſtitiam, præmiorum condignã retributionem, conſiliorum, uiam & efficaciam, & ut ſemel dicã, totum conuictum humanum ad inuicem, quorum omnium illatio patet per ſingula conſideranti. Vide & q. 116. ar. 1. appen. cum locis ibi citatis. Item a Papa Siſto Quinto, in ſua conſtitutione anno 1586. nonis Ianuarii facta contra exercentes aſtrologiæ iudiciariæ artem, & alia quæcunque diuinationum genera, libroſque de eis legentes, ac tenentes, ſic. Nec uero ad futuros euentus & fortuitos caſus præcnoſcendos (futuris euentibus ex naturalibus cauſis neceſſario uel frequenter prouenientibus, quæ ad diuinationem non pertinent, duntaxat exceptis) ullæ ſunt uerę artes aut diſciplinæ, ſed fallaces & uanæ, improborum hominum aſtutia, & dęmonum fraudibus introductæ, ex quorum operatione, conſilio, uel auxilio omnis diuinatio dimanat, ſiue quod expreſſe ad futura manifeſtanda inuocetur, ſiue quod ipſi prauitate ſua & odio in genus humanum, occulte, etiam præter hominis intentionem ſe ingerant, & intrudãt uanis inquiſitionibus futurorum, ut mentes hominum perniciosa uani-

q. 111. a. 2.

D. 295.

vanitatibus, & fallaci contingentium prænunciatione implicentur, & omni impietatis genere deprauentur. Quæ quidem ipsis cognita sunt, non diuinitate aliqua, nec vera futurarum rerum scientia, sed naturæ subtilioris acumine, & aliis quibusdam modis: quos hominum obtusior intelligentia ignorat. Quamobrem dubitandum non est: in huiusmodi futurorum contingentium, & fortuitorum euentuum inquisitione, & præcognitione, diaboli operationem se fallaciter immiscere, vt sua fraude, ac dolis miseros homines a via salutis auertat, & laqueo damnationis inuoluat. Quæ cum ita sint, nonnulli hæc fideliter, & religiose (ut debet) non attendentes, sed curiosa sectantes, grauiter Deum offendunt: errantes ipsi, & alios in errores mittentes. Tales in primis sunt Astrologi, olim Mathematici: Genethliaci, & Planetarij vocati: qui uanam, falsamque syderum, & astrorum scientiā profitentes, diuinæque dispositionis ordinati onem suo tempore reuelandam præuenire audacissime satagentes, hominum natiuitates, seu genituras ex motu syderum, & astrorum cursu metiuntur, ac iudicant futura, siue etiam præsentia, & præterita occulta, atque ex puerorum ortu, & natali die, siue quamuis alia temporum & momentorum uanissima obseruatione, & notatione, de uniuscuiusq; hominis statu, conditione, vitæ cursu, honoribus, diuitijs, sobole, salute, morte, itineribus, certaminib. inimicitiis, carceribus, cœdibus, variis discriminibus, alijsque prosperis & aduersis casibus, & euentibus præcognoscere, iudicare, & affirmare, temere præsumunt, non sine magno periculo erroris & infidelitatis, cum Sanctus Augustinus præcipium Ecclesiæ lumen eum, qui hęc obseruat, qui attendit, qui in domum recipit, qui interrogat, Christianam fidem, & baptismum, præuaricasse affirmet, ut illos meritò Apostolus arguat, atque increpet illis verbis, Dies obseruatis, & menses, & tempora, & annos, timeo, ne fortè sine causa laborauerim in vobis. Hi igitur leuissimi & temerarii homines in miserandam animarum suarum ruinam, graue fidelium scandalum, & Christianæ fidei detrimentum, futuros rerum euentus, & quæcunque prospere, vel aduerse obuētura sunt, ac actus humanos, ea denique quæ ex libera hominū voluntate proficiscuntur, astris syderibusque ascribunt, eisque eam facultatem, vim, seu uirtutem, & efficaciam tribuunt significandi futura & ad præcognita ita inclinandi, ut sic omnino nec aliter euentura sint: atque ob eam causam iudicia de ijs rebus, omnibus facere, prognostica, prædictiones, & præcognitiones sibi assumere, & palam venditare non dubitant, quibus non pauci rudes, & imperiti, aliique nimis creduli & imprudentes tantam fidem pręstant, ut ex huiusmodi iudiciorum & prædictionū præscripto aliquid certo esse credant, aut sperent. Quorum sane & mendacium magistrorum temeritas, & infelicium discipulorum credulitas, magnopere deploranda est, qui vel diuinis literis admoniti, non intelligunt hominis præstantiam, cui cœli & stellæ & clarissima cœli sydera Sol & Luna (Deo ita disponente) non imperant, sed inseruiunt. Sic enim Moyses populum Dei, vt hūc errorem caueret, pręmonebat. Ne forte, eleuatis oculis ad cœlum, videas Solem & Lunam & omnia astra cœli, & errore deceptus adores ea, & colas, quæ creauit dominus Deus tuus in ministerium cunctis gentibus, quæ sub cœlo sunt. Sed quid sydera mirandum est homini seruire? Nonne nobilissimæ intelligentiæ, Angeli ipsi, omnes sunt administratorij spiritus in ministerium missi, propter eos, qui hæreditatem capiunt salutis? Nam rationales oues, ita diligit Deus, vt non solum episcopos (quemadmodum a S. Ambrosio scriptum est) ad tuendum gregem ordinauerit: sed etiam Angelos destinauerit. Præclare etiam S. Hieronymus ait: Magna dignitas animarum, ut unaquæq; habeat ab ortu natiuitatis in custodiam sui Angelum delegatum. Quod si Angeli homines custodiunt, quid aduersus Angelorum custodiam & tutelam astra moliri, aut efficere poterunt, quæ cum ipsis Angelis nullo modo sunt comparanda? (& infra). Nos igitur, qui pro nostro pastoralis officij munere, fidei integritatem inuiolatam conseruare debemus, & animarum saluti prospicere, quantum (diuina gratia adiutrice) possumus ex paternæ charitatis uiscerib. optamus: damnantes & reprobantes omne genus diuinationum, quæ diabolo auctore ad fidelium deceptionem a prædictis curiosis vel perditis hominib. fieri solent: cupientes præterea, sanctam illam Christianæ religionis simplicitatem, præsertim de summa creatoris Dei potestate, sapientia, & prouidentia, ab omni erroris labe integram atq; incorruptam (vt par est) retineri. & infra. Hac perpetuo valitura constitutione, Apostolica auctoritate statuimus & mandamus, ut tam contra Astrologos, Mathematicos, & alios quoscunque dictæ iudiciariæ astrologiæ artem (præterquam circa agriculturam, nauigationem, & rē medicam) in posterum exercentes, aut facientes iudicia & natiuitates hominum, quibus de futuris contingentibus, successib. fortuitisque casibus, aut actionibus ex humana uoluntate pendentibus aliquid euenturum affirmare audent, etiam si id se non certo affirmare asserant, aut protestentur), quam contra alios vtriusque sexus, qui supradictas damnatas, vanas, fallaces, & perniciosas diuinandi artes siue scientias exercent, profitentur, & docent, aut dicunt, quiue huiusmodi illicitas diuinationes, sortilegia, superstitiones, veneficia, incantationes, ac præmissa detestanda scel era & delicta (ut præfertur) faciunt, aut in eis se quomodolibet intromittunt, cuiuscunque dignitatis, gradus & conditionis existant, tam Episcopi & Prælati, superiores, ac alij locorum ordinarij, quam inquisitores hæreticæ prauitatis vbique gentium deputati (etiam si in plerisq; ex his casibus ante non procedebant, aut procedere non valebant) diligentius inquirant & procedant: atque in eos seuerius Canonicis pœnis, & alijs eorum arbitrio, animaduertant. Prohibentes omnes & singulos libros, opera, & tractatus huiusmodi iudiciariæ Astrologiæ, Geomantiæ, Hydromantiæ, Aeromantiæ, Pyromantiæ, Onomantiæ, Chiromantiæ (& infra). Et nihilominus eadem auctoritate statuimus, & mandamus: ut contra scienter legentes, aut retinentes, libros huiusmodi, seu in quibus talia continentur, similiter idē Inquisitores liberè & licitè procedant, ac procedere, & pœnis condignis punire, & coercere, possint: non obstantibus constitutionibus & ordinationibus Apostolicis, cæterisque contrarijs quibuscunque. Hæc ille ibi. Adduxi hanc pontificiam sanctionem ad longum, & quia ad multa pro summa Sancti Thomæ valet (ut supra in ad secundum, & ut videant omnes, quam (ultra quod falsa est) detestetur Apostolica sedes hanc insaniam, quod scilicet corpora cœlestia sint causa humanarum actionum. Tertio vides: quomodo ex his uicissim Angelica doctrina præsens declaretur, atque confirmetur.

¶ Not. Huic articulo seruit articulus in ordine 541. 543. 546 568. 261. 421.

Comm. Cardinalis Caietani.

Titulus, Humanorum actuum. Humani actus dicuntur, qui sunt proprij homini, in eo quod homo, in quibus differt a brutis, & hi sunt actus intellectus, & uoluntatis tam eliciti, quam imperati ut sic.

¶ In corpore tria. Primò, ostendit habitudinem corporum cęlestium ad ea, quorum sunt causæ. Secundò ea, quæ occasionaliter mouent. Tertiò, respondet quęsito.

¶ Quo ad primum tria. Primo, qualia sunt directè, & per se subdita cœli causalitati, & dicit ꝙ sunt corpora. Secundo, qualia per accidens subdita, & dicit, quod sunt uires animæ affixæ organis corporeis. Tertiò, ꝙ consequerentur, si intellectus esset altero horum modorum subditus, duo, primo, quod naturaliter omnia ageret, ut bruta: secundò ꝙ non esset liberi arbitrij.

¶ Aduerte hic duo. Primum, ꝙ in hac litera insinuatur talis distinctio. Corpora cœlestia agere aliquid, contingit dupliciter, s. causaliter, & occasionaliter, & utraque modus subdiuiditur. Nam causalitatem habere super aliud, contingit dupliciter, s. directe, & per se. Et sic habet causalitatem super corpora. Et indirecte, seu per accidens. i. per aliud. Et sic habet causalitatem super uires animæ alligatas corporeis organis, in eas. n. agit per aliud, i. per corpus, quod est earum organum, ꝙ probatur ex eo, quia impediuntur ſm impedimenta organorum, ut patet in uisu. Occasionaliter quoque moueri aliquid dupliciter cōtingit. Vno modo necessitando, & sic pertingit usque ad intellectum, alio modo inclinando tantum, & sic pertingit ad uoluntatem, ut in literæ secunda parte patet, quod per anticipationem dicendum duxi, ne introducentes secundam partem, æquiuocatio illorum terminorum, s. indirecte, & per accidens deciperet. Intendit enim litera occasionalitatem, non causalitatem. Vnde non dicit quòd indirectè, & per accidens causant, aut imprimunt, ut in prima parte dixerat; sed pertingunt, seu pertingere possunt, aperiens ex hoc, non de causalitate, quæ impressio quædam est, sed de occasione, quę propositionem sonat absque impressione, se loqui.

¶ Secundo aduerte, quod vires animæ affixę organis, & aliæ formæ naturales, sunt depressæ in materia corporali; anima verò eleuatur supra totum ordinem corporum, utpote excedens naturam, quæ est principium formale cuiusque corporei actiui, ut sic. Cuius signum est, quod natura non nisi ad unum mouet anima autem etiam uegetatiua mouet ad omnes differentias, ut patet in augmento plantarum. Et propter hanc differentiam corpora cœlestia, inquantum sunt corporalia agentia (de eis. n. nunc hic est sermo) dicuntur agere directè, & per se in corpora, idest composita ex materia, & forma, quæ non excedit naturæ rationem. In uires autem animæ organicas dicuntur agere per accidens, idest, per corpus, quia scilicet sunt altioris ordinis, quam formæ corporeæ.

¶Quo ad secundum, vt iam patet, duo dicuntur. Primò, q cęlum pertingit ad intellectum & voluntatem indirectè, & per accidens per modum occasionis, proponendo obiectum vtrique. Secundo, q differenter hoc fit respectu intellectus, & voluntatis: quia ille necessario sequitur sensus, illa non.

¶Circa hanc partem occurrit dubium, quo saluatur hæc differentia inter intellectum, & volūtatem. Aut. n. intelligitur quo ad exercitium actus, aut quo ad specificationem eiusdem. Si primo modo, falsum est, q intellectus necessitatur a sensu, cum liber sit usus intellectus. Si secundo modo, nulla est inter intellectum & uolūtatem differentia, cum vtriusq; obiectum sit vnum & idem cognitum, ex sensibilibus.

¶Ad hoc breuiter dr quod assignata differentia intelligitur quantum ad rectitudinē actus rectitudo. n. actus intellectus est naturalis. Non. n. recte intelligimus, quia volumus: sed quia agētia ad intellectionem sunt bene disposita fm naturam, phantasmata s. & intellectus agens &c. rectitudo autem actus voluntatis est libera. Ideo. n. recte uolumus, quia uolumus sic, puta, iuste, tēperate, &c. Et propterea actus intellectus necessario sequitur dispositionem sensuum, vtpote variantium obiectum suum, ad qđ habet naturalem, non liberam habitudinem, actus uero uoluntatis non necessario sequitur dispositionem partis sensitiuæ, ut pote liberæ. Ad obiectionem autem dicitur, q intelligitur quo ad specificationem actus, sed non quo ad omnia se tenentia ex parte specificationis, sed quo ad aliquid. s. Rectitudinem actus, rectitudo namque propria actus ad specificationem spectat actus. Quod autem hæc sit mens literæ, patet ex eo, quod turbationem actus intellectus ex turbatione sensus pro probatione affert. Constat enim turbationem ad obliquitatem actus pertinere.

¶Quo ad tertium conclusio responsiua quæsito, est negatiua. Corpora cœlestia non sunt humanorum actuum causa. Probatur complendo antedicta sic. Si corpora cœlestia essent humanorum actuum causa, intellectus non differret a sensu: sed constat intellectum, & uoluntatem non esse actus corporum. ergo. consequentia infertur ex dictis. Et confirmatur ex authoritate Hesiodi seu Homeri tenentis oppositum, ut patet 3. de Anima. Cætera sunt plana.

ARTICVLVS V.

Vtrum corpora cęlestia possint imprimere in ipsos dæmones.

AD QVINTVM sic proceditur. Videtur q corpora cœlestia possint imprimere in ipsos dęmones. Dęmones. n. fm certa augmēta lunæ aliquos homines vexant, qui & pp hoc lunatici dicuntur, ut patet Matt. 4. & 17. sed hoc non esset, nisi corporib. cœlestib. subiacerent. ergo dæmones subiacent actionib. cœlestibus corporum.

¶2 Præt. Nigromantici obseruāt certas constellationes ad inuocandos dęmones, non aūt per corpora cęlestia inuocarentur, si non eis subiacerēt. ergo dęmones subiacēt actionib. cœlestium corporum.

¶3 Præt. Corpora cœlestia uirtuosiora sunt, quā corpora inferiora; sed quibusdam inferiorib. corporibus dæmones arcentur, s. herbis & lapidibus, & animantib. & quibusdam sonis certis, ac vocibus, & figurationibus, atque figmentis, ut a Porphy. dictum Aug.* introducit in 10. de Ciu. Dei. Ergo multo magis dæmones subduntur actioni cœlestium corporum.

SED CONTRA est, q dæmones sunt superiores ordine naturę quā corpora cœlestia: agens autē est superius patiente, ut Aug. * dicit 12. super Gen. ad literam. Ergo dæmones non subiiciuntur actioni corporum cœlestium.

RESP. Dicendum, q circa dæmones fuit triplex opinio. Prima Peripateticorum, qui posuerūt dæmones non esse, sed ea quæ attribuuntur dæmonibus fm artem nigromanticam, fiunt virtute cœlestium corporum. Et hoc est quod Aug. 10. de Ciu. Dei, * introducit dictum a Porphyrio, quod fabricātur i terra ab hominib. potestates idoneæ siderum uariis effectibus exequēdis. Sed hęc positio est manifestè falsa: experimento. n. scitur multa per dæmones fieri, ad quæ nullo modo uirtus cœlestium corporum sufficeret, puta, q arreptitii loquuntur lingua ignota, q recitant versus, & authoritates: quas nunquam sciuerunt, q nigromantici faciunt statuas loqui, & moueri, & similia. Ex qb. Platonici moti fuerunt, vt ponerent dæmones esse animalia corpore aerea, animo passiua, vt ab Apuleio dictum Aug.* introducit 8. de Ciu. Dei. Et hæc est secunda opinio, fm quam dici posset, q dæmones hoc modo subduntur corporib. cœlestibus, sicut & de hominibus dictum est. † Sed hæc opinio ex superioribus patet esse falsa.* Dicimus. n. dæmones esse substantias intellectuales corporibus non unitas. Vnde patet, q non subduntur actioni cęlestiū corporū nec per se, nec p accidens, nec directè, nec indirectè.

AD PRIMVM ergo dicendū, q hoc, q dæmones fm certa augmēta lunæ homines vexant, cōtingit pp duo. Primo quidem ad hoc, q infament creaturam Dei, s. lunam, vt Hiero. & Chry.* dicunt. Secundò, quia cum non possint operari, nisi mediantibus naturalib. virtutibus, vt supra dictum est, † in suis operibus considerant corporum aptitudines ad effectus intentos. Manifestum est autem, q cerebrū humidissimum est omnium partium corporis, vt Aristo.* dicit. Et ideo maximè subiicitur operationi lunæ, quæ ex sui proprietate habet mouere humorem. In cerebro autem perficiuntur vires animales: & ideo dæmones secundum certa augmenta lunæ perturbant hominis phātasiam, qñ considerant cerebrum ad hoc esse dispositum.

AD SECVNDVM dicendum, q dæmones aduocati in certis constellationib. propter duo ueniunt. Primò quidē vt homines in hunc errorem inducant, q credant aliqđ numen esse in stellis. Secundò, quia considerant secundū aliquas certas constellationes materiam corporalem magis esse dispositam ad effectus, pro quibus aduocantur.

AD TERTIVM dicendum, q sicut Aug.* dicit 21. de Ciu. Dei, dæmones alliciuntur p varia genera lapidū, herbarū, lignorum, animaliū, carminum, rituū: non ut aīalia cibis, sed ut spiritus signis, inquantum. s. hæc eis exhibentur in signum diuini honoris, cuius ipsi sunt cupidi.

AR-

SVP. Q. CXV. ART. V.

CONCL. Dæmones non subduntur actionib. corporum cœlestium, nec per se, nec per accidens, nec directè nec indirecte.

¶PROB. Quia dęmones sunt substantiæ intellectuales, corporib. non unitæ, ex supra q. 50. ar. &c. & q. 51. a. &c.

1m minor. Hoc non esset, nisi corporis cœlestibus dæmones subiacerent. R. Vel nisi dæmones uellent infamare creaturam Dei, s. Lunam. Vel nisi tunc, dum augmentatur Luna, uiderent parari maiorem dispositionem sibiipsis ad commouendum humores, §. Tunc &c. Nō enim hoc fit ex eo, q adducitur ab arguente in illa minori, sed ex his duobus in responso dictis, * uel coniunctim uel seiunctim acceptis. Argumentū ergo est fallacia secundū nō causam, ut causam. Vide ar. 2. opp. de infamatione tacta in hoc textu, etiam ut ad creatorem a dæmonib. extenditur.

¶NOT. Dęmonum odium contra Deum, facit, q velint infamare creaturas, &, si has, multo magis humanas & (quod peius est) beatos in cœlo existentes, &(o infandum scelus) ipsummet Deum, & Christum, quandopermittuntur, uel etiam permitterentur.

2m de minori. Si non eis subiacerent. R. Vel si dæmones non vellent adducere homines in errorem, uel si non tunc maiorē dispositionem in materia uiderent ad effectus intentos. §. Tūc &c. ut patet in litera. Vide ad primū, cui addas & primam causam dictā ibi in textu. Et sic, pp tria dæmones uenire tunc, dices. Nec est mancus auctor, quia fm regulā suam præsupponere solet dicta in simili. Infamare uelle creaturam est uelle facere, ut credant hoies, q creatura ut sic, sit cōtraria Deo, i. q operet, uel cooperet, ad peccatū. Infamare ergo a similidie ęcū, est dicere, Deū esse cōtrarium sibi. Vt. Attribuens falsa Deo, uel re mouēs ab eo conuenientia ipsi, infamat illum. Sic faciunt hæretici. Credere, aliquod numen esse in stellis, est credere, ipsas habere in se aliqđ diuinitatis.

3m de minori. Herbis, lapidib. &c. atque figmentis. R. ut signis tantū. §. Tunc &c. ut patet in litera. Inde scito, q hoc non est ex subiectione dæmonum ad corpora cœlestia, ut argumentum credebat. Hinc dicas ergo, negromanticos, incātatores, & huiōi, habere pactū tacite.

---

570 2. d. 7. q. 3. ar. 1. ad 4. & ar. 2. ad 3. & po. q. 6. a. 3. cor. & ar. 10. Et quo. 2. a. 12

* li. 10. c. 11 a med. t. 5.

* li. 12. c. 16 cir. mediū, to. 3.

* li. 10. c. 11. post med. to. 5.

* li. 8. c. 16. parum a prin. to. 5.

† ar. præc.

* q. 51. a. 1.

* Hier. in 6. tex. ad 4. ca. Matth. Chry. Ho. 58. in Mat. in med.

† q. præce. ar. 4. & q. 110. ar. 4.

* li. de sōn. & vig. c. 5. post med. to. 5.

* li. 21. c. 6. in med. t. 5

tacite, vel expresse, honorandi dęmones in suis factis honore diuino: & consequenter hos omnes cum similib. in litera subintellectis esse idolatras in hoc. Vnde non mirum, si Augu. &c. uocet hos infideles in hoc, est si pontifex summus tam acriter contra similes excanduerit, atque sub officio Sanctę inquisitionis eosdẽ redegerit. Vide de hoc in constitutione Papæ Sisti V. & in art. 4. appen. & appendice præsentis.

¶Nor. Vide in corpore simile quid eius, q annotasti q. 110. ar. 1. secundum Sanctum Thomam. s. non sequi Peripateticorum sententias, vbi non sunt sequendæ: nec illas ad bonum sensum reducere, quæ non sunt reducendæ: immo illas impugnare, quæ sunt impugnandæ, & consequenter in omnibus fidelissimum interpretem Peripateticę doctrinę se exhibuisse, probando probãda, reprobando reprobanda, & ad bonũ sensum reducendo, quę secundum illorum mentem erant reducibilia. Hanc S. Th. fidelitatem, qua peripateticam doctrinam iuxta veritatem peripatetice mentis (modo, nunc dicto, seruato) nihil adulterando semper exposuit, Ioannes ille Picus Mirandulanus (reor) insinuare volebat, cum de more suo diceret; Tacente Thoma Aristoteles fit mutus, id quod insinuarunt forsitan & Gręci, dum Sanctũ Thomam Aristotelis animam vocarunt.

APPENDIX.

EX articulo habes primo; quomodo per rationem interimas hæresim Menandri, qui Magiæ tantum tribuit, vt angelos nullo pacto aliter vinci posse asseruerit, quam magicæ cuiusdã artis disciplina. Hæresis enim est: quia, vltra alias falsitates, ponit liberum arbitrium dæmonum posse cogi a constellationibus, sub quib. obseruatis magicæ artis professores inuocant dæmonia. Simile quid inferre voluit (opinor) Carpocrates qui magicã artem palam esse exercendam docuit, amores cæteraque conficiendo per somniorum visiones & dęmones assessores. Quod si voluit: habes, quo per rationem articuli ipsum reijcias. Cęterum Mathematicorum & maleficiorum errores & scelera multa, vide in Gabriele Prateolo tit. Mathematici, & C. de Malefi. & Mathemat. & in Constit. Papæ Sisti Quinti, sup. ar. 5. app. & ar. pręsenti, vt nunc dicetur, & q. 116. ar. 1. app. Secũdo habes: quomodo per rõnem ostendas, (quatenus supponunt dæmones non cogi per cœlestia corpora) infrascriptas auctoritates merito damnare prædictos errores. Videlicet. Auctoritatem Leuit. 19. Non declinetis ad magos, nec ab ariolis aliqd sciscitemini, ut polluamini p eos. Itẽ ibi c. 20. Anima quæ declinauerit ad magos, & ariolos, & fornicata fuerit cum eis, ponam faciem meam contra eam, & interficiam illam de medio populi sui. Item a multis concilijs in libro decretorum, 26. q. 2. 3. 4. 5. sub nominę vel magorum, uel mathematicorum, vel ariolorum, vel Sortilegorum, vel &c. Item a Papa Sisto V. in sua Constit. (vt supra ar. 4.) prænumerando magias diuersorum, dæmones per corpora, vel alias stringi (vt sit quasi declaratio amplior secundi tertijque argumenti in litera) credentium, q sic. Sunt etiam inanes quidam homines & curiosi vel impij & irreligiosi, qui futurarum & occultarum aliarum rerum notitiam adeo anxie habere student, ut ob eadem præcognoscenda & inuestiganda in diuinæ legis offensionem multipliciter incurrant. Alij enim Geomantiæ, Hydromantiæ, Aeromãtiæ, Pyromantiæ, Onomantiæ, Chyromantiæ, Necromantiæ, alijsque sortilegijs & superstitionibus, non sine dæmonum saltẽ occulta societate, aut tacita pactione, operã dare, seu illis, ac sortib. illicitis Taxillorum, granorum Triticeorum, uel fabarum iactu, uti non verentur. Alij uero aliquas pristinæ, & antiquatæ, ac per crucis victoriã prostratæ, idolatriæ reliquias retinentes quibusdam augurijs, aruspicijs, similibusue signis, & uanis obseruationibus, ad futurorum diuinationem intendunt. Alij item sunt, qui cum morte fœdus ineunt, & pactum faciunt cum inferno, q similiter ad occultorum diuinationem, ad inueniendos thesauros, vel ad alia facinora perpetranda, etiam expressa cum diabolo pactione facta, in manifestam suarum perniciem animarum, nefarias magicæ artis incantationes, instrumẽta, & veneficia adhibent, circulos, & diabolicos characteres describũt, dæmones inuocant, aut consulunt, ab eis responsa petunt, aut accipiunt: eis preces, & thuris, aut aliarum rerum suffimenta seu suffimicationes, aliave sacrificia offerunt, candelas accendunt, aut reb. sacris, vel sacris, aut sacramentalib. sacrilege abutuntur, adorationis, genu flexionis, aut quæuis alia impietatis obsequia præstant, cultum, venerationemue tribuunt, aut annulum, uel speculum, aut paruas phyalas sibi fabricant aut fabricari curant, ad dæmones in eis alligandos seu includendos (vt putant) ad responsa ab ipsis inde petenda, aut habenda. Alij præterea etiã in corporib. obsessis, vel lymphaticis, & phanaticis mulieribus, dæmones de futuris uel occultis rebus, aut factis exquirũt, ut meritò ab eis, quos dominus in Euangelio tacere imperauit, uanas mendacesque referunt responsiones. Alij quoque præstigiatores, frequentius verò mulierculæ quædam superstitionib. deditæ, in phyalis seu vasculis aqua plenis, uel in speculo accensis candelis, etiã benedictis, sub nomine Angeli sancti & albi, diabolum omniũ malorum satorem supplices adorantes, vel in unguib. aut palma manus quandoque ẽt oleo perunctis, eundem omnium fallaciarũ architectum orant, ut similiter futura, uel occulta quæuis p spectra, & apparentes imagines, seu phantasticas uisiones, sibi ostendat, aut ab eodem patre mendace diabolo alijs incantationibus, aut uarijs superstitiosis obseruationibus, futurorum, & occultorum huiusmodi ueritatem quęrunt, & hominib. prædicere contendunt. Quorum omnium, quos supra enumerauimus, consimilis impietas parem exitum habet, nimirum quod dæmonis præstigijs, ac dolis, tum qui diuinant, tum qui diuinationem expetunt, illusi ac delusi miserrime reperiuntur. Itaque, cum futuros euentus in seipsis considerare, antequam fiant, sit Dei proprium, illud necessario consequitur, vt astrologi, & alii prædicti, qui huiusmodi futura prænunciare, aut prænoscere quocunque modo (nisi Deo reuelante) audent, iniuste atque impudẽnter, q Dei est, sibi assumant & vsurpent. Sic fit, ut dum ab eis, q solius est creatoris, perperam creaturis tribuitur, diuina Maiestas grauiter lædatur, fidei integritas uioletur, & animabus pretioso Christi sanguine redemptis pestis atque exitium importetur (& infra). Nos igitur, qui pro nostro pastoralis officij munere &c. (vt sup. ar. 4.). Volentes quoq; prædictæ falsæ credulitati, ad huiusmodi illicitarum diuinationum, & superstitionum detestabili studio, & execrãdis flagitijs, atque impuritatibus occurrere, ut de Christiano populo meritò dici possit, quod de antiquo Dei populo scriptum est. Nõ est augurium in Iacob neq; diuinatio in Israel, hac perpetuo ualitura constitutione Apostolica auctoritate, statuimus &c. (vt supra art. 4.) Prohibentes omnes & singulos libros &c. (ut supra ibi) negromantiæ, artis magicæ, aut in quib. sortilegia, ueneficia, auguria, auspicia, execrabiles incantationes, ac superstitiones continentur, ac ut supra in memorato indice, uide de hoc indice q. 116. ar. 1. app. interdictos sub censuris, & pęnis in eo contentis a quibuscunque Christi fidelibus legi, aut quomodolibet retineri, sed illos episcopis & ordinarijs locorum, vel inquisitorib. prædictis præsentari, & consignari debere. Et nihilominus eadem auctoritate statuimus & mandamus, ut contra scienter legentes &c. (ut supra ar. 4.) Hæc ille. Adducta uolui ad longum prædicta, tum quia ad multa ualent singillatim ponderata, tum quia sic facilius uidere quisque potest, & quantum noceat credere dæmones cogi per astra, uel similia posse, & quantum huiusmodi noxiam credulitatem iure abominetur thronus Apostolicus. Facient etiam prædicta ad 2. 2. q. 95. ar. &c. ubi de superstitione multiplici tractatur, & ad q̃stionem ibi de idolatria, quoniam superstitio ac magia fundatur super idolatriam, ut ex literis Papalibus, supra, colligitur. Tertio habes; quomodo per rationem præmissas auctoritates, pro quãto dęmones non posse per corpora constringi. i. actioni illorum (ut sic) non subdi, indicant, & intelligas, & declares, & probes. Quarto vides; quomodo ex his omnibus uicissim Angelica doctrina præsens declaretur, atque confirmetur.

Comm. Cardinalis Caietani.

TItulus clarus.

¶In corpore tria iuxta tres opiniones relatas de dęmonibus, ita quod in, & ex tertia, respondetur quæsito.

¶Quo ad primũ opinio Peripatetica destruens quæsitũ radicaliter, & tria dicuntur. Primo, ipsa opinio, dæmones non sunt. Secundo saluatio apparentium, quod procedunt ex astris, authoritate Aug. & Porphyrij, & tangitur in problematę illo magno. Propter quid omnes uiri excellentes melancholici. Tertio, impugnatio: quia aliqui effectus apparent, ad quos non sufficiunt astra. ergo. Probatur antecedens in quatuor effectibus loqui lingua ignota: recitare quæ nunquam didicerunt, statuas loqui, easq; moueri.

¶Quo ad secundum opinio Platonica, & hic tria. Prima opinio ipsa, s. q dæmones animalia corporea de aere tamen, æterna, rationalia, passiua quo ad affectiones & c. ut patet ex Aug. & Apul. Secundo, quid respondendum esset quæsito secundum hanc opinionem, & dicitur quod eodem modo sicut de hoie, q. s. cœlum non potest imprimere, sed occasionaliter proponere. Tertiò, impugnatur, quia ex superius dictis patet, q est falsa.

¶Quo ad tertium duo. Primo ponitur tertia opinio, immo determinata sententia, s. Dæmones substantiæ sunt intellectuales non unitæ corporibus. Secundo ponitur conclusio respõsiua quęsito negatiuè. Dęmones nec per se, nec per accidens, nec directè, nec indirectè subduntur actionibus cœlestium corporũ. Hæc conclusio eo ipso probatur, quo infertur ex tertia opinione per ly vnde patet, faciendo de ipsa opinione antecedens, q supponitur ex supradictis probatum.

Ferr. 3. cont. c. 86.

SVP. Q. CXV. ART. VI.

571 3. contr. c. 86. & veri. q. 2. ar. 14. ad 3. & q. 5. ar. 5. ad 1. & 2. Et ma. q. 16. a. 7. ad 11.

CONCL. Non omnes effectus cœlestium corporum sunt ex necessitate.

¶ PROB. Quia aliqui illorum effectus habēt causam liberam impedientem (ut patet in actionib. uoluntariis hominum. quib. impedtri possunt inclinationes influxæ a cœlo tum in ipsis hominib. tum per homines in aliis:) Quia aliqui effectus sub cœlo fiunt ex concursu duarum causarum facto per accidens, & concursus talis, inquantum est per accidens, non habet causam, cum ens per accidens: non habeat causam, secundum philosophum.

¶ COR. Quod ergo ex tali per accidens cōcursu sequitur, non reducitur in causam cœlestem ex qua de necessitate sequatur. Ergo effectus celorum non ex necessitate prouenientes sunt duplices, aut quia interuenit libertas hominum, aut quia interuenit concursus per accidens duarum causarum.

1^m de maiori.

Causa. R. Vniuersali, & particulari, non, uniuersali tantum. §. Tūc &c. vt patet ex litera. Ex qua contra hæreticos nota, quod non obstantib. sufficientissimis meritis Christi saluabitur nullus, nisi sua particularia merita, quæ tamē Dei dona sunt, adiungat. Vide supra q. 113. ar. 1. & ad secundum, & in locis ibi citatis. Pro quo uide etiam Veritates aureas super legem ueterem, Num. 14. conclu. 8. 9. x.

* li. de diu. p somniū, c. 2. nō longe a princ. to. 2.

2^m maior. Effectus

agentis ex necessitate sequitur in materia, qñ materiam. R. Et materia illa, fit ad talē subiectionem bene disposita. §. Tunc &c. ut patet in litera. Peccabatur ergo in hoc, quod manca erat arguentis propositio maior adducta.

* art. 4. huius q.

3^m de minori.

Quælibet corpora. R. Non tñ quilibet concursu duorū corporum. §. Puta quando est per accidens. Tunc &c. ut patet

ARTICVLVS VI.

Vtrum corpora cœlestia imponant necessitatem his, quæ eorum actioni subduntur.

AD SEXTVM sic proceditur. Videtur, quod corpora cœlestia imponat necessitatem iis, quæ eorum actioni subdūtur. Causa. n. sufficienti posita, necesse est effectum poni: sed corpora cœlestia sunt sufficiens causa suorum effectuum. Cum igitur corpora cœlestia cum suis motib. & dispositionib. ponantur sicut ex necessitate entia, uidetur quod effectus eorū ex necessitate consequantur.

¶ 2 Præt. Effectus agentis ex necessitate sequitur in materia, quando uirtus agētis tanta fuerit, quod possit sibi subiicere totam materiā sed tota materia inferiorum corporum subiicitur uirtuti cœlestium corporum, tanquam excellentiori. Ergo ex necessitate effectus cœlestium corporum recipitur in materia corporali.

¶ 3 Præt. Si effectus cœlestis corporis non ex necessitate proueniat hoc est propter aliquam causam impedientem: sed quælibet corpora quæ impedire possent effectum cœlestis corporis, necesse est reduci in aliquod cœleste principium, cum cœlestia corpora sint causa omnium, quæ hic fiunt. Ergo cum & illud cœleste principium sit necessarium, sequitur quod necesse sit impediri effectum alterius corporis cœlestis. Et sic omnia, quæ hic contingunt, ex necessitate eueniunt.

SED CONTRA est, quod philos. * dicit in lib. de somno, & uigilia, ꝙ neque eorum, quæ in corporib. sunt, signorum cœlestium, velut aquarum & uentorum, inconueniens est multa non euenire. Sic ergo non omnes effectus cęlestium corporū ex necessitate eueniunt.

RESPON. Dicendum, ꝙ ista quæstio partim quidem, absoluta est secundum præmissa, partim autem difficultatem habet. Ostensū enim est, * quod quamuis ex impressione corporum cœlestium: fiāt aliquæ inclinationes in natura corporali, voluntas tamen non ex necessitate sequitur has inclinationes, & ideo nihil prohibet per voluntariam actionem impediri effectum cœlestium corporum, non solum in ipso homine, sed etiam in aliis rebus, ad quas hominum operatio se extendit. Sed nullum tale principium inuenitur in reb. naturalibus, quod habeat libertatē sequendi, vel non sequendi impressiones cœlestes. Vnde videtur, ꝙ in talibus ad minus omnia ex necessitate proueniant secundum antiquorundam rationem, qui supponentes omne quod est, causam habere, & quod posita causa, ex necessitate ponitur effectus, concludebant ꝙ omnia ex necessitate contingant, quam quidem opinionem refellit Aristoteles in sexto Metaph. * secundum duo, quæ ipsi supponunt. Primum enim non est verum, quod posita quacunque causa necesse sit effectum poni. Sunt .n. quædam causæ, quæ ordinantur ad suos effectus non ex necessitate, sed ut in pluribus, quæ qñque deficiunt in minori parte: sed quia huiusmodi causæ non deficiunt in minori parte, nisi propter aliquam causam impedientem, uī adhuc prædictum inconueniens non uitari: quia & ipsum impedimētum talis causæ ex necessitate cōtingit. Et ideo secundo oportet dicere, ꝙ omne quod est per se, habet causā: quod autem est per accidens, non habet causam, quia non est uerē ens, cum non sit vere vnum. Albū enim causam habet, similiter & musicum: sed album musicum nō habet causam, quia nō est uere ens neque vere unum. Manifestum est autē quod causa impediens actionem alicuius, causæ ordinatæ ad suum effectum vt in plurib. concurrit ei interdum per accidens: vnde talis concursus non habet causam, inquantum est per accidens. Et propter hoc, id quod ex tali concursu sequitur, non reducitur in aliquam causam præexistentem, ex qua ex necessitate sequatur. Sicut quod aliquod corpus terrestre ignitum in superiori parte aeris generetur, & deorsum cadat, habet causam aliquā virtutem cœlestem. Et similiter etiam quod in superficie terræ sit aliqua materia combustibilis, potest reduci in aliquod cęleste principium, sed quod ignis cadens, huic materiæ occurrat, & comburat eam, non habet causam cęleste corpus, sed est per accidens. Et sic patet, quod non omnes effectus cęlestium corporum sunt ex necessitate.

AD PRIMVM ergo dicēdum, quod corpora cœlestia sunt causa inferiorum effectuum mediantib. causis particularib. inferiorib. quæ deficere possunt in minori parte.

AD SECVNDVM dicendum, quod uirtus corporis cęlestis non est infinita. Vnde requirit determinatam dispositionem in materia ad inducendum suum effectum, & quantum ad distantiam loci, & quantum ad alias conditiones. Et ideo, sicut distantia loci impedit effectum cœlestis corporis non enim Sol eundem caloris effectum habet in Dacia, quem habet in Aethiopia ita & grossities materiæ, uel frigiditas, aut caliditas, aut alia huiusmodi dispositio impedire potest effectum corporis cęlestis.

AD TERTIVM dicendū, quod licet causa impediēs, effectum alterius causæ, reducatur in aliquod cœleste corpus, sicut in causam, tamen concursus duarum cārum cū sit per accidēs, non reducitur in cām cęlestē, ut dictū est. *

* li. 6. Met tex. 5. to. 3

* In cor. a.

APPENDIX.

EX articulo habes primo: quomodo per rationem interimas hæresim Ioannis Vuiclef dicentis: omnia de necessitate absoluta euenire. Non tantum. n. in rebus uoluntariis hoc falsum comprobatur in præsenti: sed etiam in reb. aliis, ad quas operatio hominis se extendit & in reb. ex concursu per accidens duarū causarum contingentibus. Secūdo habes, quomodo per rationem ostendas, hanc meritò dānari a &c. q. 19. ar. 8. & q. 22. ar. 4. Itē. Tertio habes: quomodo per rationem ostendas, philosophum iure significasse nobis, quod non imponunt necessitatē corpora cœlestia omnibus his, quæ ipsorum actioni subduntur. Hoc aūt significauit in libro de somn. & uig. c. 2. sic. Neque eorum, quæ in corporib. sunt signorum, cœlestium, uelut aquarum & ventorum, incōueniens est multa non euenire. Quarto uides: quomodo ex his muetur uicissim Angelica doctrina hæc.

2

3

4

patet in textu. Quādo autem talis concursus sit per accidens, cognosce ab exemplo in fine corporis diligenter cōsiderato. Item melius intelliges doctrinam hanc, & probationē secundam conclusionis, cū corollario, si uideas art. seq. in corp.

QVAE-

Comm. Cardinalis Caietani.

IN corpore quatuor. Primo, ponitur quæstio ista partim soluta, partim soluenda. Secundò, ostenditur pars soluta. Tertiò, Pars soluenda. Quartò, infertur conclusio rñsiua q̃sito in calce.

¶ Quo ad secundum, quia primũ patet, dr̃ ꝙ quæstio ista est soluta, quo ad illa subdita corpori cœlesti, quę etiam sunt subdita voluntati humanæ, s. ꝙ quo ad ista, rñdendum est quæsito negatiue. s. Corpora cœlestia non imponunt subditis humanę operationi necessitatẽ. probatur, quia potest impediri eorũ actio per voluntatem. probatur, quia non est sibi subdita, quia non sequitur necessario inclinationes passionum.

¶ Quo ad tertiũ, quatuor. Primò dr̃ in quib. est quæstio difficilis. s. ꝙ in cæteris naturalibus. Probatur, quia inter ea nullum apparet principiũ non subditũ cœlo, seu liberum. Secundum ponitur ratio ad partem affirmatiuam ex duab. propositionibus. Prima est. Omne quod est, s. de nouo, habet causam. Secunda est. Posita causa & necessitate, sequitur effectus, Tertio, examinatur ex Arist. secunda propositio, & quarto prima. Examen secundæ propositionis primo concludit esse falsum vniuersaliter: quia, s. non tenet in causis potentib. deficere, quales sunt causę naturales. Probatur, quia attingunt vt in plurib. finem intentum; & nõ semper, vt patet secundo Physi. Deinde ostendit ꝙ ista exceptio etsi obuiet illi propositioni in se & absolute, non tamen vt applicatur ad intentum, tali ratione. Cã naturalis deficiens in paucioribus. vt sic, est ex aliqua alia causa impediente ipsam a proprio effectu. ergo necessario deficit. igitur vterq; effectus. s. & intentus, & præter intentũ, necessario fit. Antecedens patet, & consequentia probatur: quia impedimẽtum ipsum ex necessitate cõtingit.

¶ Circa hoc secundæ propositionis examen. s. Posita causa, necessario est sequi effectum, dubium occurrit, ꝙ exceptio nulla sit ꝑꝑ rationem Auic. Causa de qua est sermo, non est causa insufficiens, qm̃ de ea fatuum est dicere hoc, sed sufficiens. Sufficienti aũt causa posita, & libertate causandi adempta, ut in naturalib. de quibus est sermo inuenitur, intelligi non potest ꝙ effectus nõ sequatur, & si aliud requiritur. ergo posita causa non erat sufficiens, quod enim sufficit, non exigit aliud.

¶ Ad hoc dr̃, ꝙ sermo pñs est de causa per se, & sufficiẽti. Et cum dr̃, Si ipsa posita non sequitur effectus, ergo aliud requiritur, negatur consequentia, cõmittitur. n. sophisma consequentis: põt. n. prouenire non consecutio effectus aliundè, puta, ex cõcursu alterius impedientis. Vnde non ex insufficientia combustiui oportet procedere, ꝙ non sequatur combustio, sed ex concursu alterius impedientis cõbustionem. Et si instetur contra hoc, qa talis concursus redundat in sufficientiam causæ, eo quia cã impedita non est sufficiens, patet responsio, quod ẽm veritatem non redundat in insufficientiam causæ absolutæ, sed cãlitatis actualis, cui impedimentũ pręstatur. Et forte in hoc deceptus est Auicen. qa non distinxit inter sufficientiã causæ, quæ attenditur penes actum primum, seu formam, quæ est principium agendi, & sufficientiam circunstantiarum actualis causalitatis respectu huius, nunc, hic quæ attenduntur penes diuer[illegible] occurrentia. Certum est. n. quod cãm sufficientẽ hoc secundo modo sequitur necessariò effectus: non aũt primo, & tñ de primo est sermo, cũ de causis loquimur. Et ideo exceptio Aris. vera est, ita quod quędã sunt causæ per se & sufficientes, quæ necessario inferunt suos effectus non simpliciter, sed cum limitatione. s. ut in pluribus, ac per hoc non necessariò inferunt absolute suos effectus, & hæc est una radix contingentiæ, ut in primo Perihermenias dicitur.

¶ Circa obuiationem factam in litera contra exceptionẽ Aristotel. quod licet sit vera, non tamen euacuet difficultatẽ propositam, duplex dubitatio occurrit. Prima est, quia falsum vr̃, quod causa deficiens in minori parte, deficiat semper ꝑꝑ aliquã cãm impedientem, immo hic uidetur error Stoicus. Quod sic probatur. Sicut potentia ad potentiam, ita actus ad actum, sed potẽtia deficiendi in minori parte non est a potentia susceptiua impedimenti, sed econuerso. Non. n. ideo potest causa naturalis deficere, quia potest impediri: sed econuerso, quia potest deficere, ideo potest impediri. Intrinsecum. n. est ratio extrinseci, & non econuerso. ergo actu deficere, non est ab actuali impeditione, & consequenter potest causa deficere absque causa impediente.

¶ Secunda dubitatio est ad hominem s. ad S. Tho. Si negatio secundæ propositionis ad propositum nihil confert, quia posita cã potente deficere, & cã impediente, effectus necessariò sequitur, vt quid toties replicãtur in hoc proposito istæ duæ propositiones sic examinatę? Ponuntur enim hic, & in primo contra Gent. c. 86. & in 6. Met. & in primo Perihermenias &c.

¶ Ad primam dubitationem dr̃, ꝙ assumptum literæ verũ est. s. ꝙ causa nunquam deficiat, nisi ꝑꝑ aliquam cãm impedientẽ. Ad cuius euidentiã scito, quod quemadmodũ entia generabilia habent ab intrinseco potentiã ad non esse, quæ tamen nunquam exit in actũ, nisi adsit aliquod corruptiuum, ita potentia deficiendi in agere, est ab intrinseco, & tñ non exit in actũ deficiẽdi, nisi adsit aliquid causans illũ defectũ. Et rõ utrobiq; est eadẽ, qa. s. potentia passiua nõ exit in actũ, nisi ab aliqua actiua moueatur. Posse aũt nõ esse, & deficere in actione ad potentiã passiuã ptinet, & ideo non fit absq; aliqua cã. Nec te decipiat, quod potentia ad agere est actiua, deficere aũt in actione sequitur imperfectionẽ, & iõ potentia defectiua quocunq; defectu ad potentiam passiuã reducitur, ut patet ex primo cœli. Et hæc intelligẽda sũt de defectu actionis ex parte causæ, qui est ab intrinseco, de quo est obiectio. De defectu aũt eius ex parte extrinsecorum, manifestũ est ex aliquo impediẽte prouenire, sed quõ, inferius dicetur.

¶ Ad obiectionẽ aũt oppositũ dr̃, ꝙ maior est falsa, & rõ est: quia ordo cõpositionis est cõtrarius ordini resolutionis quæ. n. sunt priora uia generationis, sunt ultima uia corruptionis. Vñ in proposito, cum entia generabilia habeant potentiã ad non esse, & ad corrũpi ab alio, & iõ possint corrũpi, quia possunt nõ esse, & non econuerso: tñ prius naturaliter est actus corruptionis, q̃ non esse, cũ non esse sit terminus corruptionis, & sic præposterus est ordo inter potentias, & actus earum. Et similiter cum agentia possint deficere, & iõ impediri: tñ prius natura impediuntur, quam deficiant, & sic optime dictum est in litera, quo ad actualem defectionem, ꝙ semper est ab aliqua cã impediẽte. Nec hic est error Stoicus. sed ꝙ potentia defectiua esset ex potentia impedibili, ut patet per Boetium in primo Perihermenias.

¶ Ad secundã vero dubitationem q̃uis facile dici possit, & bene, ꝙ quia vtraq; propositio inducitur ab aduersariis, ut integro rõ referatur, ut quales sint propositiones allatæ & in se, & ad ꝓpositũ. expedit ubicunq; hoc tractatur, utramque discutere, profundius tamen considerantibus, altius caput huius discussionis apparebit ex sequentibus.

¶ Examen autem primæ propositionis cõsistit primò in illius destructione in cõi, distinguẽdo de eo qđ est, & fit. s. ꝑ se, & per accidẽs, & ꝙ ens per se habet cãm, ens uerò ꝑ accidens, non. Et probatur, quia nõ uerè ens non hẽt verè cãm, ens per accidens est huiusmodi. probatur, quia nõ est verè unum, ut patet. Secundo in applicatione ad propositũ, distinguendo in productione effectus, qui dr̃ per accidens, ipsas causas, quarum una impeditur ab altera a concursu earum, & dicendo, quod licet ipsæ causę necessario causent, concursus tamen earum per accidens, & consequenter effectus ex illo concursu caret causa, ex qua necessario sequatur, & declaratur utrumque exemplo toto naturali.

¶ Sed sunt hic multa dubia, quæ utinam Deus illuminet.

¶ Circa hoc examen primæ propositionis. s. Omne quod est, habet cãm, dubitatio occurrit dupliciter, s. simpliciter, & ad hominẽ. Simpliciter quidẽ, quia sicut effectus quasi simplex, puta, albũ, aut calidũ, hẽt in corpore cœlesti aliq̃ ꝑ se cãm, in q̃ reducitur eius proxima causa, ita concursus cãrũ proximarũ cãtur a concursu illarũ cãrũ cœlestiũ, ut in exẽplo literæ. Cõbustibile esse in superficie terræ est tandem ab A cã cęlesti, & similiter cõbustiuũ superius genitũ, deorsumq; cadẽs est B cœlesti cã. ergo cõcursus cõbustiblis cũ cõbusto est ex cõcursu A & B. Tũc ultra sed concursus A & B est ꝑ se, & non per accidẽs. Probatur: qa in cœlo nullus est concursus per accidens, oĩa. n. sunt ibi per se, ergo concursus istorum inferiorum hẽt per se causam ẽm esse, q̃uis quo ad nos, sit per accidens, quia latet suæ connexionis perseitas. Et hæc ratio multo tempore me uinctũ tenuisse uidetur.

¶ Secunda verò dubitatio ad hominẽ est, qa in 6. Met. S. Th. examinans hæc, uĩ velle totum oppositum eius, quod dicit hic. hic nãq; omnia resoluit in hoc, quod concursus non habet causam, ibi uero saluat, quod concursus põt habere causam superioris ordinis, puta, concursus horum inferiorum potest habere causam cœlestem. Et dat exemplum de concursu herbarum in florendo. Rursus hic dicit, quod impedimentũ causæ reducitur in aliq̃ causam, ibi uerò omnia resoluit in hoc, quod impedimenta nõ habent cãm cęlestem. Et sic omnia uidentur reddi ambigua.

Ad euidentiã harũ difficultatum tria notanda cum Dei adiutorio sunt. Primum est, proportio mouentis ad mobile. Secũdũ est, reductio effectus in causas superiores. Tertium, proportio cœlestis corporis ad hæc inferiora corpora. De primo constat, quod c mouens ut sic, pręsupponat, ꝙ non faciat mobile, quod actio eius, quamuis ut egreditur ab agente sit sufficiens, & optime circunstantionata, nec impedita, ut tamen recipitur in patiente, oportet quod modificetur iuxta naturam, & modum, & dispositiones mobilis, ut patet inductiue. Et propterea accidit, quod effectus intentus a causa, non prouenit ex impedimento, non causæ agentis, sed materialis. De secundo constat quoque, quod effectus duarum subordinatarum causarum in eodem genere causæ, reducitur in causam superiorem per causam mediã, ut patet in syllogismis. Conclusio enim contingens, quamuis reducatur in præmissam contingentem, & alteram necessariam, contingentia tamen eius non reducitur in præmissam necessariam mediante alia contingente, quasi contingentia conclusionis sit a contingentia præmissæ, & contingentia pręmissæ sit ab altera præmissa necessaria: sed sat est, quod conclusio ipsa & eius contingentia reducantur in præmissam necessariam, ut modificatã in ꝑmissa contingente. Et quia ipsa modificata in contingen-

te est contingens, licet in se sit necessaria, ideo conclusio sequitur contingens, & non necessarium. Et si ipsa præmissa contingens reducenda est in necessariam, non secundum se, totam in eam reducitur: sed resoluenda est in id, quod est sibi proprium ex quo habet contingentiam; & in id quod participat in superiori, ex quo participat esse, seu causare. De tertio autē constat duæ proportiones, s. motiui ad mobile, & agentis principalis ad instrumentale, seu superioris ad inferius. patet. n. cœlum agere in hæc corpora, & cœlum cum istis corporibus causare effectiue aliquid. Sol. n. & homo generant hominem. Sed aduertendū diligenter est, ꝙ quamuis istæ duæ proportiones sint diuersorum generum: quia altera spectat ad genus efficientis, altera ad genus materiæ; & rursus altera sit inter cœlum, & hæc corpora absolute: altera verò inter cœlū, & hoc corpus in ordine ad tertium patiens, s. & effectum producendum a cœlo, & hoc proximo agente nihilominus sunt tali vinculo connexæ & ordinatæ vt prior posteriorem modificet. Connexio quidem est, quia nunquam agentia inferiora coagunt cœlo, nisi simul patiantur a cœlo, qm̄ non mouent nisi mota. Ordo verò est, quia prius naturaliter est inferiora corpora pati, & moueri a cœlo, quam coagere illi, vt patet eadem radice. Modificatio autem est, quia omne esse, & agere cuiuscunque modificatur secundum dispositiones recipientis esse, aut elicientis actionem. Omnis enim actus est illius, cuius est actus per modum illius, propter quod oportet fieri in patiente & disposito, ut dicitur in secundo de anima: sed agere corporum inferiorum cooperantium cœlo, consequitur passionem eorundem a cœlo. Esse igitur actiuū, seu actio, iuxta passionem modificatur, & propterea si passio non totaliter subijcitur corpori cęlesti, nec actio etiam totaliter reducitur in illud. His itaq; prælibatis, dico tria. Primum est, quod licet omnis effectus naturæ inferioris cum omni eius conditione naturali dependeat a cœlo ratione primi motus, tanquam a causa communissima, sine qua nihil fieret: non omnis tamen conditio effectus naturalis est reducibilis in aliquam causam cœlestem pure, siuè mediatè, siue immediatè. Probatur; quia conditio effectus proueniens ex impedimento materiæ, non reducitur in motorem, seu actiuum in illam, ut patet: sed multæ sunt conditiones in effectibus inferioribus prouenientes ex dispositinne materiæ, i. corporum inferiorum, qui sunt materia, & patiens respectu cœli. ergo. Et si dicatur cum Auicēna, ꝙ illæ dispositiones materiæ causantur ab aliquo corpore cœlesti, & sic redit idem. Ad excludendum hoc, formetur ratio non de aliqua parte cœli, sed toto simul, vt prius subsumendo: sed respectu totius cœli corpora inferiora sunt materia, & patiens. ergo habent proprias conditiones præsuppositas a toto cœlo in eo, ut actiuum est in hæc inferiora, & consequenter conditiones effectuum consequentes conditiones horum corporum ut materia sunt, non resoluuntur in actiones cœlestium corporum, sed in conditiones corporū inferiorum. Et si adiungas huic fundamento, ꝙ horum inferiorum corporum propriæ conditiones sunt posse deficere, & ab esse tā substantiali, quam accidentali, & consequenter a pati, & agere, varium & mutabile semper habere esse, contrarium habere &c. consequens est, & ꝙ influxus cœlestes in his corporibus modificentur iuxta conditiones eorum, ac per hoc effectus non oportet imitari causas cœlestes tantum, sed oportet esse tales, quales ex influxu cœli recepto & modificato in tali materia consequuntur. Et si his adiunxeris, ꝙ coagere horum inferiorum modificatur secundum proprias conditiones horum, & passionem eorundem a cœlo, consequēs erit, quod actio istorum, quamuis subordinetur actioni cœlesti, non tamen reducitur secundum omnem eius conditionem in causam aliquam cœlestem puram, sed modificatam corpori ut patienti &c. Et quoniam manifestè patet, quod posse deficere in minore parte, quod est radix casus & fortunæ, & omnis contnigentiæ in naturalibus, consequitur posse non esse, & ut vno verbo dicatur, consequitur imperfectionem propriam corporibus inferioribus, consequens est, ut contingentia vt sic, non reducantur in aliquam causam cœlestem puram, nec immediate, cum aliquid tale fit a cœlo, corporibus inferioribus pure passiuè concurrentibus, nec mediate, cum aliquid cōtingens fit a cœlo, & inferiori agente. Sed utrobique contingentia resoluitur in conditionem corporum inferiorum, differenter tamen: quia cum cœlum tantum concurrit actiue, contingentia effectus reducitur in conditionem corporum horum, tanquam in conditionem materiæ. Cum verò agentia hæc cooperantur, contingentia effectus reducitur in conditionem horum corporum, ut conditionem agentis, quod tamen comparatur ad cœlum ut patiens, vt prędictum est. Et ideo diuinum Aristotelis ingenium, & in primo Perihermenias, & in 6. Meta. & in 2. Phys. semper resoluit contingentiam naturalium in conditionem corporum inferiorum, quia s. possunt deficere. Sed de genere reductionis in 6. Met. relinquit sub dubio, an sicut ad materiam, an sicut ad agens. In secundo autem Physi. reducit ad agens, casum & fortunam, in primo autem Perihermenias reducit ad materiam, seu potentiam passi. Et omnia sunt vera, si dicta considerentur, quæ inspicere poteris radicaliter in 3. contra Gent. c. 86. Et quoniam hęc ratio destruens fundamentum Auicennæ, in hoc fundatur, ꝙ corpora inferiora sint materia, & patiens præsuppositum toti actioni cœlesti, prę̨ter probationem allatam, quia. s. omne agens per motum, aut mutationem præsupponit materiā, in quam agit, sed totum cœlum &c. Affero contra proteruos rationem, quam nec ipse Auicenna poterit inficiari ex secundo cęli, textu 17. & sequentibus. Vnde arguitur sic. Elementa spectant ad substantialem integritatem uniuersi; igitur præsupponuntur actioni cęlesti. Antecedens patet ibidem, vbi probatur quod terra naturaliter præcidit etiam primum motum cęli, & cum terra sit infimum, omnia ergo elementa naturaliter præcedunt. Nec obstat, ꝙ in primo metheorum declaratur, ꝙ difformitas elemētorum est secundum appropinquationem & elongationē a motu cęli: quoniam ibi non declaratur difformitas, quoniam stabilita erat in secundo cœli, sed talis difformitas, s. quod supremum est calidissimum &c. Et rursus talis difformitas consequitur conditionem materiæ, & non solam elongationem, aut approximationem, ut patet:

¶ Secundum verò est, ꝙ, ut iam ex dictis patere potest, impedimentum est duplex, Alterum actiuum, alterum materiale. Actiuum enim est, quod impedit actionem ex parte agentis, seu ut exit ab agente, materiale autem, quod impedit actionem, ut recipitur in passo. Et rursus materiale contingit dupliciter. Vno modo ex actione alterius agentis, sicut aquositas ligni impedit combustionem, ea enim quamuis materiale impedimentum sit, est tamen effectiue a causa pluuia, quæ madefecit lignum. Alio modo ex ipsa conditione materiæ, sicut frigiditas aquæ impedit calefactionem, cuius tamen frigiditatis non est alia causa, nisi ipsa natura aquę, quæ occurrit, ut materia calefactionis. Ex hoc clarius patet primum quod diximus, & ꝙ conditio effectuum inferiorum consequens impedimentum materiale, tenens se ex conditione ipsius materię, non ex actione agentis, non causatur a cœlo. Et hoc intendebat S. Th. in 6. Meta. Vbi contingentiam reduxit ad impedimentum materiale.

¶ Nec oppositum dr̄ hic, dicendo quod causæ non deficiunt in minori parte, nisi propter aliquam causam impediētem. Tum quia hic loquitur de defectu causæ actiuæ ex parte actionis, ut est ab agente, consequenter de impedimento actiuo, ut series literæ præsefert. Tum quia dato quod loquatur de omni modo impedimenti, non dicit ꝙ causa impediens sit causa actiua, sed absolute dicit, ꝙ est aliqua causa impediens. Vnde non solū actiua, sed potest esse materialis, ut expresse dr̄ in litera in responsione ad secundum. Et si instetur contra hanc glos. quod male litera intulit ex oppositione causæ impedientis, cum causa deficiēte in minori parte. ergo non euitatur necessitas effectus, quia ipsum impedimentum est necessarium. Respondetur & sufficiēter, & ad mentem S. Th. quod illatio illa non est facta secundū ueritatem, sed apparentiam tantum, quod ex duob. patet. Primò, quia dr̄, Videtur adhuc prædictum incōueniens non uitari. Secundò, quia in hoc eodem articulo confutat prędictam illationem in illis uerbis. Manifestum est autem quod causa impediens, actionem alicuius causę, ubi expresse ostendit, ꝙ ex illo antecedente, Agens in minori deficit propter aliquam causam impedientem, non sequitur. ergo ea quæ eueniunt in minori parte, eueniunt necessariò, quia concursus ad impediendum est per accidens, dato, quod ipsa causa impediens sit per se causa illius rei, quæ impedit.

¶ Sed adhuc non quiescit intellectus, quoniam s̄m hanc responsionem, consequentia illa non est inducta ut uera, sed ut apparens & confutanda, si sic est, cum inducatur ad examen illius propositionis posita causa ponitur effectus, & poterat confutari ex propriis, s. ex natura impedimēti materialis tenentis se ex cōditione materiæ, quare dimissa est, & confutata ex extraneis. s. ex examine alterius propositionis. s. oē ꝙ est, habet causam, quia concursus non habet causam. Rūdetur, ꝙ confutatio illa ex parte materiæ, aut est omnino eadem cū confutatione ex parte cōcursus, aut includit illam, & distinguitur ab illa, sicut inferius a superiori cū maxima difficultate. Impedimentum. n. duo dicit, s. rem quæ impedit, & relationē ad aliud, ex qua denominatur impedimentum. Et de impedimento quidē actiuo, dato ꝙ inquantum res est, habeat causam per se, sed inquantum impedit non oportet, quia impedire pertinet ad concursum, qui pōt esse per accidens. De impedimento aūt materiali si eodē modo est, quod s. inquantum res est, hēt aliquam causam necessariam, siue illa sit aliud agens, siue sit conditio materiæ, oportet dicere, quod inquantum impedimentum est, est per accidens. Et hoc est ueni re ad concursum, quia nihil aliud est dicere, quam quod cōcursus trahe agentis cum tali materia hic non habet causam, & sic impedimentum ex parte materiæ, & hic concursus, est omnino idem. Si autem impedimentum materiæ, etiam inquantum res est, in particulari sumptum non habet causam aliquam, quam necessario sequatur, tunc ex impedimento materiali dupliciter sit per accidens & ex parte concursus, & ex parte rei concurrentis.

currentis. Et sic impedimentum materiale includit impedimētum concursus, & addit, & sic distinguitur vt minus commune a magis communi. Vnde cum hoc sit valde difficile, & ambiguum, & prolixa egens discussione, & præsens opus, vt in proœmio dixit, propter Nouitios in theologia instruendos breuius, ac clarius conficiendum erat: ideo propter claritatem doctrinæ ac breuitatem transiuit ad confutandam illam illationem ex secunda propositione.

¶Nec talis confutatio est ex extraneis, immo ex proprijs impedimēti, inquantum impedimentum est; quoniam vt patet ex dictis, concursus conuenit impedimento vt sic. immò in communi loquendo, vt litera loquitur, descendere ad impedimentum inquantum materiale, & sic cōfutare illam consequentiam, erat potius a proprijs diuertere. Et hoc potest assignari pro alia ratione huius transitus, vt s. staret in proprijs impedimenti ut sic. Potest & aliter etiam ad mentem literæ dici, quod San. Tho. non absolute dixit transeundum esse ad alteram propositionem, sed cum limitatione, scilicet secundum hæc duo, quasi diceret. Si nolumus egredi hæc duo ab antiquis posita, & ab Arist. reprehensa in communi, oportet transire ad alteram. Et ratio est, quia instantia contra propositionem primo examinatam, scilicet. Posita causa ponitur effectus, non excludit formaliter illam: quoniam instantia non accipit totalem causam effectus in paucioribus. Accipit enim causam naturalem deficientem in minori parte, & tamen causa effectus in minori parte non est illa sola, sed illa cum causa impediente, quia nunquam deficit, nisi impedita. Vnde oportet dare instantiam, quod vtraque simul posita non sequatur effectus: & ideo transire oportet ad concursum, quod careat causa. Virtualiter tamen, vt patebit inferius, instantia data sufficienter falsificat illam: quia ex natura possibilis inuenta in causa deficiente, concursus illius alterius est per accidens.

¶Tertium dicendum est, quod concursus, sicut & impedimentum, est multiplex, scilicet actiuorum, vel actiui & passiui cum conditionibus eorum &c. Nec refert in proposito de quo cōcursu sit sermo. Vnde in litera in corpore articuli datur exemplum de concursu agentis, & materiæ. In responsione vero ad tertium est sermo de concursu etiam actiuorum. Vniuersaliter siquidē oportet esse verum, quod si aliqua duo concurrunt, & quodlibet illorum seorsum habeat totam seriem suarum causarum necessaria, & supremæ causæ vtriusque ordinis per se concurrant, quod oportet concursum omnium mediorum, & vltimorū effectuum necessario causari a concursu supremarum causarū: non enim possum intelligere oppositū. Sed si hæ duæ conditiones posita in antecedente non saluantur, scilicet quia supremæ causæ non per se concurrunt, aut tota series alicuius ordinis nō est necessaria, non oportet concursum proximarum causarum, aut effectuum habere causam, ex qua de necessitate sequatur. Ex prædictis autem patet iam, quod cum aliquid, quod uocamus per accidens, fit, quod tunc concurrunt duo simul, puta, in exemplo literæ combustio, & huius materiæ, puta frumenti, consumptio, & quod quamuis alterum horum reducatur in aliquod corpus cæleste, alterum quandoque reducitur in conditionem corporum inferiorum tanquam in supremam causam. Et sic cum concursus cœli, & huius corporis inferioris, quę sunt supremę causę effectuum concurrentium, non fit per se, sed possit esse per accidens: sequitur quod concursus horum effectuum non semp habet causam per se. Et similiter quamuis quandoque vterque effectus reducatur in causas cœlestes vt supremas, quia tamē tota series causarum singulorum seorsum non est necessaria, quia fit resolutio huius effectus ad supremam causam cęlestem media causa non necessaria, sed potente deficere, seu possibili, non sequitur: ergo concursus effectuum habet causam per se, aut necessariam, concursum supremarum causarum cœlestium. Et merito, quia concursus ille siderum, quamuis in se sit per se, & necessarius, vt applicatur tamen ad hos effectus, est contingens: quia applicatur mediantibus corporibus potentibus deficere sicut & singula agentia cœlestia, licet in se sint necessaria, relata tamen ad hæc inferiora sunt agentia ut in pluribus, & deficientia quandoque, quia modificantur in his corporibus potentibus deficere.

¶Et ex his patet responsio ad obiecta. Ad dubitationē enim simpliciter iam nunc dictum est, quod non semper concursus est ex concursu, ut ex causa necessaria, & quare &c. Ad dubitationem verò secundam ad hominem, primò respondetur sigillatim ad obiecta, dicendo, quod nulla penitus est contradictio quoniam ibi particulariter affirmat concursum habere causam, hic verò destruit uniuersalem, Omnis concursus habet causam per se. Similiter ibi particulariter concedit negatiuam, s. impedimentum materiale non habet causam cœlestem, |vbi duæ particularizationes sunt, prima impedimenti, secunda causæ. Hic verò assumit omne impedimentum habere causam, sed non cœlestem, aut effectiuam, nec necessariam, sed absolutè habere causam, quod patet non repugnare illi.

¶Scito tamen hic, quod ratio contingentiæ naturalium potest dupliciter assignari, vno modo ex parte complementi, alio modo ex parte radicis. Radix quidem huiusmodi contingentiæ est natura potentię inuenta in naturalibus, qua & possunt deficere in minori parte, & sunt in potentia contradictionis, ut dr primo Perihermenias. Complementum verò contingentiæ ex concursu accidentalis causarum siuè actiuę & passiuę, siue actiuarū inter se &c. Et propterea non opposita dixit, sed vtrumque assignauit in diuersis locis Diuus Thomas. In sexto siquidem Met. radicem, hic vero, & in primo Perihermenias, & in libro contra Gent. complementum tetigit.

¶In responsione ad tertium, dubium occurrit, An omnis naturalis res, accipiendo rem vt distinguitur contra concursum, habeat causam, ex qua necessariò fiat. Videtur enim litera huius articuli bis hoc concedere. s. in hac responsione, vbi vult quod effectus causæ impedientis causam naturalem a suo effectu, reducatur in aliquam causam cœlestem. Et si talis res habet causam necessariam, nulla res restat sine necessaria causa, quoniam talis res fit extra semper, & frequenter. In corpore quoque articuli dixit, quod quia causa non deficit in minori parte, nisi per aliquam causam impedientē, ideo impedimentum ipsum uidetur necessarium. Et non est negatum antecedens, sed propter concursum confutata consequentia.

¶Ad oppositum autem est ratio superius adducta, s. quando tota series causarum alicuius effectus non est necessaria effectus non sequitur necessario, sed effectus vt in paucioribus non habet seriem causarum suarum totam necessariam, quia causæ cœlestes attingunt ipsum modificatè in natura possibili ut sic, quia ut deficit in minori parte. ergo &c.

¶Ad hoc breuiter dicitur, quod cum sunt tria genera rerum quæ fiunt, quędam enim fiunt semper, & de his non est quæstio, quædam ut in pluribus, de his etiam patet, quod fiunt necessariò, non simpliciter, sed necessitate physica: quędam verò fiunt extra semper, & frequenter. Et hæc non fiunt ab una sola causa, sed a pluribus, ut in litera dicitur, s. causa deficiente in minori parte, & ab alia causa faciente illam deficere in hac parte, ita q nunquam fit talis effectus, nisi existente plurium causarum concursu, non curando modo de generibus causarum. Vnde si ambę causæ considerentur secundum se, non habebitur aliquod ens per accidens. Et si ambæ concurrant ex ea parte, qua habent naturam necessitatis, nunquam etiam fiet aliquid per accidens. Sed si concurrant ambę, aut altera ex ea parte, qua habent, vel habet naturam possibilitatis, iam concursus est contingens, & sic quicquid ex causis illis vt sic, concurrentibus fiet, contingenter fiet. Et quoniam, ut iam patet, causæ naturales habent aliquid naturæ necessariæ, & aliquid naturæ possibilitatis, ut patet ex operib. eorum, opera enim sua sunt ut in pluribus, & in frequenter, & hoc est ex natura possibilitatis. Vnde causæ penitus necessariæ non habent utraque opera, sed semper eadem agunt. Causis igitur, & rebus naturalibus, habentibus naturam possibilis, & ex ea parte, qua deficiunt in minori parte, si concursus cum sua causa ex ista parte, erit concursus contingens, & causa illa alia, quamuis in se esset necessaria, ut coniuncta tamen possibili ut sic, ad contingentiam declinat, & contingenter attingit effectum illum, qui ex utriusque concursu fit.

¶Ex his patet primo responsio ad quæsitum, quia non omnes res habent causam necessariam: quia non illa quæ fiunt extra, semper, & frequenter. Patet secundo, quomodo concursus sit complementum contingentię, & possibilitas, radix. Patet tertio ratio verborum Sancti Thomæ, & hic, & ubique, quod s. intendit, non quod omnis res, nec quòd res quæ fit in minori parte, sed quod effectus illarum duarum causarum concurrentium, non ut concurrentes sunt, sed ut seorsum sumptarum, reducantur in aliquas causas necessarias; quia nulla missio fit necessarij ad possibile, ut possibile est, quoniam omnis talis missio concursu fit plurium causarum. Sed res quæ est effectus causæ impedientis & impeditæ vt sic, non habet causam. Et hoc intendit hic, & in corpore articuli, & ubique, ut patet. Quamuis posset dici, quod litera non vniuersaliter affirmat etiam effectus causarum seorsum reduci in causas necessarias, sed hic respondet, dato quod ita esset, ut patet ex ly licet. Et rursus non loquitur, nisi de effectu causarum, quæ subduntur cœlestibus corporibus, & non de conditionibus materiæ præsuppositæ toti actioni cœlesti. In corpore quoque articuli, ut iam patet, nihil aliud habetur affirmatiue, nisi quod nulla causa actualiter deficit in minori parte, nisi propter causam aliquam impedientem, sed utrum effectus illius causæ impedientis etiam seorsum sumptæ fiat necessariò, vel non, in litera non dicitur. Nec ualet arguere negatiuè. Non confutauit hoc. ergo. Iam enim dicta est causa, quare non examinauit hoc, ex natura possibilis, & necessarij.

Perr.3.cont.c.93.
Arg.2.s.d.9.q.1.ar.4.
Bac.d.9.q.4.
Tho.Arg.d.9.q.1.ar.3.

SVP. Q. CXVI. ART. I.

CONCL. Inquantum omnia, quę hic aguntur diuinę prouidentiæ tanquam ab ea ordinata, & quasi prælocuta subduntur, fatũ ponere possumus, licet hoc nomine Sancti Doctores uti recusauerint propter eos, qui nomẽ hoc ad uim positionis siderum retorquebãt.

¶ NOT. Hi, qui hoc nomen fatum ad uim syderum errones retorquebant fuerunt (vltra eos, qui in appendice indicabuntur) Pharisæi, Pharisæi enim, vt habetur in constitutionum apostolicarum libro sexto, capitulo sexto, fortunæ & fato peccatorum actiones tribuunt.

¶ PROB. Quia omnia, quæ aguntur, per accidens etiam, in quibuscunque rebus, reducuntur in causam ea præordinantem, idest in diuinam prouidentiam. Vide circa finem corporis exemplum de sciente thesaurum absconditum instigãte rusticum hoc ignorãtem ad fodiendum sepulchrum. Secunda autem pars, scilicet licet hoc &c. probatur. Quia Augu. hoc innuit per lyinguam corrigat, atque Gregorius.

1m ex Gregor. Fatum. R. Sumptũ pro dispositione cœlestium corporum omnia directe & per se ordinante: non sumptum pro diuina prouidentia omnia directe, & per se ordinante. §. Vt declaratur in textu. Tunc &c. ut ex conclusione patet. Vide in corpore, fatum in sensu primo a formali responsione dicto esse dupliciter confutatum, & propter rationem ibi primam cognosce, quod a cordibus fidelium est abigenda hæc opinio, immo hæresis in hoc sensu, ut patet quæst. 115. art. quarto damnata. Damnare enim, ꝙ cœlestia corpora actionibus hominum dominentur, est damnare, ꝙ fatum in hoc sensu reperiatur.

2m de minori. Non

572 3. cõ. c. 93. Et op. 3. c. 140. & op. 28. c. 1.
* Paul. ante med. est Hom. 10.
† li. 5. c. 9. a med. t. 5. idem ẽt habet lib. 2. con. Faust. c. 5. ad fin. to. 6.
* li. 4. ꝓsa 4. nõ multum ꝓcul a prin.
* lib. 5. de ciu. Dei c. 9. to. 5.
† q. 22. a. 3

QVAESTIO CXVI.

De Fato, in quatuor articulos diuisa.

DEINDE considerãdum est de Fato.

ET circa hoc quæruntur quatuor.

¶ Primò, An fatum sit.
¶ Secundò, In quo sit.
¶ Tertiò, Vtrum sit immobile.
¶ Quartò, Vtrum omnia subsint fato.

ARTICVLVS I.

Vtrum fatum sit aliquid.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur quòd fatum nihil sit. Dicit enim Greg. in Homil. * Epiphaniæ, Absit a fidelium cordibus, vt fatum esse aliquid dicant.

¶ 2 Præterea. Ea quæ fato aguntur, non sunt improuisa: quia ut Aug. † dicit 5. de ciu. Dei fatum a fando dictum intelligimus. i. a loquendo, ut ea fato fieri dicantur, quæ ab aliquo determinante sunt ante prælocuta: quæ autem sunt prouisa, non sunt fortuita, neque casualia. Si igitur res fato aguntur, excludetur casus & fortuna a reb.

SED CONTRA. Quod non est nõ diffinitur: sed Boetius * in quarto de consolatio. diffinit fatum, dicens, quod Fatum est inhærens rebus mobilibus dispositio, per quã prouidentia suis quæque nectit ordinibus. Ergo fatum aliquid est.

RESPON. Dicendum, ꝙ in rebus inferioribus videntur quędam fortuna, vel casu prouenire. Contingit autem quandoque, quod aliquid ad inferiores causas relatum est fortuitum, vel casuale, quod tamen relatum ad causam aliquam superiorem inuenitur esse per se intentum. Sicut si duo serui alicuius domini mittantur ab eo ad eũdem locum vno de altero ignorante, concursus duorum seruorum, si ad ipsos seruos referatur, casualis est, quia accidit præter utriusque intentionem: si autem referatur ad dominum, qui hoc præordinauit, non est ca suale, sed per se intẽtum. Fuerunt igitur aliqui, qui huiusmodi casualia, & fortuita, quę in his inferioribus accidunt, in nullam superiorem causam reducere voluerunt. Et hi fatum & prouidentiam negauerunt vt de Tullio Augustinus * recitat in 5. de ciuitate Dei: quod est contra ea, quę superius de prouidentia dicta sũt. † Quidam verò omnia fortuita, & casualia, quæ in istis inferioribus accidunt, siue in rebus naturalib. siue in rebus humanis, reducere voluerunt in superiorem causam, idest in cœlestia corpora. Et secundum hoc fatum nihil aliud est, quã dispositio siderum, in qua quisque conceptus est, vel natus. Sed hoc stare non potest propter duo. Primo quidem quantum ad res humanas: quia iam ostensum est, * ꝙ humani actus non subduntur actioni cœlestium corporum, nisi per accidens, & indirectè. Causa autem fatalis, cum habeat ordinationem super ea, quæ fato agũtur, necesse est quod sit directè, & per se causa eius quod agitur. Secundo quantum ad omnia, quæ per accidens aguntur. Dictũ est enim supra, * quod id, quod est per accidens, non est propriè ens, neque vnum. Omnis autem naturę actio terminatur ad aliquid vnum. Vnde impossibile est quod id, quod est per accidens, sit effectus per se alicuius naturalis principii agentis. Nulla ergo natura per se hoc facere potest, quod intendens fodere sepulchrum, inueniat thesaurum. Manifestum est autem ꝙ corpus cœleste agit per modum naturalis principii: vnde, & effectus eius in hoc mundo sunt naturales. Impossibile est ergo quod aliqua uirtus actiua cœlestis corporis sit causa eorum, quæ hic aguntur per accidens, siue a casu, siue a fortuna. Et ideo dicendum est, quod ea quę hic per accidens aguntur siue in rebus naturalibus, siue humanis, reducuntur in aliquam causam præordinantem, quæ est prouidentia diuina: quia nihil prohibet id, quod est per accidens accipi, ut unum ab aliquo intellectu: alioquin intellectus formare non posset hanc propositionem: Fodiens sepulchrũ, inuenit thesaurum. Et sicut hoc potest intellectus apprehendere, ita potest efficere. Sicut si aliquis sciens in quo loco sit thesaurus absconditus, instiget aliquem rusticum hoc ignorantem, ut ibi fodiat sepulchrum. Et sic nihil prohibet ea, quæ hic per accidẽs aguntur, vt fortuita, vel causalia, reduci in aliquã causam ordinantem, quæ per intellectum agat, & præcipuè intellectum diuinum: nam solus Deus potest voluntatem immutare, ut supra habitum est. * Et per consequens ordinatio humanorum actuum, quorum principium est voluntas, soli Deo attribui debet. Sic igitur inquantum omnia, quæ hic aguntur, diuinæ prouidentiæ subduntur, tanquam per ea ordinata, & quasi prælocuta, fatum ponere possumus, licet hoc nomine sancti doctores uti recusauerint propter eos, qui ad uim positionis siderum hoc nomen retorquebant. Vnde Augustinus dicit in quinto de ciuitate Dei * Si propterea quisquam res humanas fato Dei tribuit, quia ipsam Dei uoluntatem, vel potestatem, fati nomine appellat, sententiam teneat, & linguam corrigat. Et sic Gregor. † fatum esse negat. Vnde patet solutio ad primum.

AD SECVNDVM dicendum, quod nihil prohibet aliqua esse fortuita, uel casualia per comparationem ad causas proximas, non tamen per comparationẽ ad diuinam prouidentiam, sic enim nihil temerè fit in mundo, ut August. dicit in lib. 83. quęstionum.

* q. 115. ar. 4.
* q. 115. a. 6
* q. 105. ar. 4. & q. 106. a. 2. & q. 111. ar. 2.
* lib. 5. c. 1. parum a prin. to. 5.
† Greg. loco citat. in arg. 1.
* q. 34. circ. med. to. 4.

Non sunt fortuita, nec casualia. R. Respectu eius, a quo præuisa sũt: non, respectu alterius. §. Tũc &c. vt ex corpore patet. Ibi. n. dicitur, ꝙ omnia & quocunque modo fortuita, & casualia sunt præuisa, prouisa, ordinata, & quasi prælocuta a Deo. In hoc igitur sensu diuina prouidentia est fatum, quoniam fatur omnia. Fatũ. n. dicitur a verbo isto. s. faris vel fare fatur, ꝙ est loqui, & cõsequenter id, ꝙ loquitur dici potest fatũ. Id autem, in proposito usus articuli sistendo) dicitur loqui, quod præcognoscit, prouidet, & ordinat, omnia. Dic ergo. Quid est fatum? Est illud, quod prouidet, prouidet, ordinat, omnia entia etiam quomodo cunque casualia & fortuita. Primum, quidẽ, impossibile est, syderũ cœlestium quamcunque dispositionem uere esse fatum, secundum autem diuinam prouidẽtiam (si fati nomine intendum sit ueraciter esse fatum. Pro hoc tamen melius capiendo, notabis ar. 2.

AP-

AR-

APPENDIX.

Vtilitas pro Eccle. S.Dei.

Ex articulo habes primò: quomodo per rationem interimas hęresim Bardassenis, siue Bardessanis cuiusdam (teste August. de hæres.) dicentis: fato conuersationes humanas esse attribuendas. Item hæresim Atheorum dicentium; fato omnia agi, nullamque esse Dei prouidentiam. Item hæreses Priscillianorum, & aliorum suprà quæst. 70. art. 2. & quæst. 57. artic. 3. & quæst. 115. artic. 4. recitatorum. Hi enim omnes, fati nomine à Diuo Thoma post Beatum Gregorium & Augustinum reprobato, non autem approbato, vtuntur in suis prædictis positionibus: & ideo inibi errant. Secundo habes: quomodo per rationem ostendas, meritò damnari (vt patet) illas ab omnibus scripturis, atque Concilijs; quæ liberi arbitrij esse hominem statuunt: vt in quæst. 70. artic. 2. & quæst. 82. art. 2. & quæst. 83. art. 1. 2. & quæst. 84. art. 4. & quæst. 115. art. 4. appendicibus. Noueris tamen, quòd in quæst. 70. art. 2. taxatur Bardassenes de hæresi absque limitatione hac. s. (teste Augustino) quæ limitatio est subintelligenda: quoniam non ab omnibus iste Bardassanes male audit de tali re. Quod autem dico hic de Bardassane, intelligendum volo de omnibus vniuersaliter: quòd s. nulli prorsus de meo impingo hæreses, nec hæresim in tota ista summa; sed à quopiam, vel aliquibus, ab Ecclesia saltem non improbatis (quod sciam) authoribus, relatas cum earum patronis refero. Vnde, si forsan de aliquo alicuius hæresis vel erroris patrono dissentiant aliqui, non mihi est imputandum: sed allegati videantur authores, & ipsis (quantum fas est) circa huiusmodi fides adhibeatur, vel derogetur. Item habes, quomodo per rationem eandem ostendas, iure has damnari à Papa Leone primo, in epist. ad Asturiensem Episcopum, sic. Vndecima ipsorum (de Priscillianistis loquitur) blasphemia est, qua fatalibus stellis & animas hominum & corpora opinantur astringi: per quam amentiam necesse est, vt omnibus paganorum erroribus implicati, & fauentia sibi (vt putant) sydera colere, & aduersantia studeant mitigare. Verum ista sectantibus, nullus in Ecclesia catholica locus est: quoniam qui se talibus persuasionibus dedit, à Christi corpore totus abscessit. Hæc ille. Item à Concilio Bracharensi primo, cano. 9. Si quis animas & corpora humana fatalibus stellis credit astringi, sicut Pagani & Priscillianus dixerunt; anathema sit. Et cano. 10. Si quis duodecim signa. i. sydera, quæ Mathematici obseruare solent, per singula animæ vel corporis membra dissipata credit, & nominibus Patriarcharum ascripta dicit: sicut Priscillianus dixit; anathema sit. Hæc ibi. Item à Concilio Toletano primo, de reg. fidei cathol. cap. 21. Si quis Astrologiæ, vel Mathesi, existimat esse credendum; anathema sit. Hæc ibi. Item à Papa Sisto V. in Constit. contra exercentes astrologiæ &c. (vt quæst. 115. artic. 4.) sic. Nec sanè hoc loco prætereunda est eximij Ecclesiæ Doctoris & Beatissimi Pontificis Magni Gregorij sententia, qui Priscillianistas hæreticos, vnumquemque hominem sub constitutionibus stellarum nasci putantes, magno rerum & verborum pondere confutat. Absit (inquit) à fidelium cordibus: vt aliquid esse fatum, dicant: vitam quippe hominum solus conditor, qui hanc creauit administrat. Neque enim propter stellas homo, sed stellæ propter homines factæ sunt: &, si stella fatum hominis esse dicitur, ipsis sui ministerijs subesse homo perhibetur. Vtinam insani homines hæc saperent, & intelligerent, ac Dei monitis obtemperarent in Leuitico dicentis: Non declinetis ad magos, nec ab ariolis aliquid sciscitemini, vt polluamini per eos. Neque enim quæ Christiana & vera pietas repellit ac damnat, tanto studio inuestigarent; iisdemque miserè se decipi atque irretiri paterentur. (Et infrà) Et licet iampridem regulis indicis librorum prohibitorum, ex decreto sacri Concilij Tridentini generalis confecti, illud inter cætera constitutum fuerit (hoc in regula nona est), vt Episcopi diligenter prouiderent, ne huiusmodi astrologiæ iudiciariæ libri, tractatus, & indices legerentur, vel haberentur, qui de futuris contingentibus, successionibus, fortuitisve casibus, aut iis actionibus, quæ ab humana voluntate pendent, aliquid certò euenturum affirmare audent; permissis tamen iudicijs & naturalibus obseruationibus, quæ nauigationis, agriculturæ, siue medicæ artis gratia conscripta fuissent, &c. (Vide prohibitos libros, suprà quæst. 115. artic. 4. 5.) non tamen errorum, corruptelarum, delictorum, abusuum prædictorum extirpationi vsque adeo prouisum est: quin &c. diuinationum, superstitionum variarum, sortilegiorum, omnia in nonnullis locis plena esse indies detegantur. Nos igitur qui pro nostro pastorali &c. (Vide q. 115. artic. 4. 5.) Se enim inuicem iuuant hic articulus, & nunc dicti. Item damnari à Veritatibus aureis super &c. vt quæst. 70. artic. 2. ad primum. & à 1. 2. articulorum numero 2. 60. & à secunda secundæ articulorum numero 509. 511. Tertiò vides: quomodo ex his vicissim Angelica hęc doctrina declaretur, atque confirmetur.

Notādum vtiliter pro citationib. errorum.

Comm. Cardinalis Caietani.

Titulus clarus ex quid nominis in communi vsu. Fati enim nomine causam quandam occultam, à qua nihil declinare potest, intelligere videmur.

¶ In corpore quinque. Primò ostēdit radicem difficultatis quęstionis. Secundò, refert opinionem Tullij. Tertiò, Auicennę. Quartò, veram. Quintò, respondet quæsito.

¶ Quo ad primum, duas propositiones ponit, ex quibus præsens oritur quæstio. Prima est. In rebus inferioribus apparēt quædam à casu, & fortuna. Secunda est. Aliquid relatum ad causas inferiores, est casuale, vel fortuitum, quod tamen relatum ad aliquam superiorem causam, est per se intentum. Prima suppositio patet ad sensum. Secunda verò declaratur exemplo Boetij, de concursu seruorum à domino destinatorum seorsum. Ex his enim nascitur quæstio, An fatum sit. Cum enim circa contingentia tantum fatum ponatur, sic ponitur, si omnia quæ contingentia sunt relata ad inferiores causas habent aliquam superiorem causam per se intendentem illa, fatum est, & si non, non. Et propterea ponuntur sequentes opiniones de reductione casualium in causas superiores.

¶ Quo ad secundum tria. Primò, opinio negatiua, quòd huiusmodi contingentia nullam superiorem causam habent. Secundò, corollarium, ꝙ hęc opinio & fatum, & prouidentiam diuinam negat. Tertiò, reprobatio, quia repugnat his, quæ de diuina prouidentia superius determinata sunt.

¶ Quo ad tertium, quatuor. Primo opinio affirmatiua. Omnia contingentia causantur à cœlestibus. Secundò, corollarium ad propositum. Fatum apud hos est dispositio syderum, in qua res fit, aut inchoata est, &c. Tertiò reprobatur quo ad res humanas. Causa cœlestis non directè, & per se attingit actus humanos. ergo non est causa per se ordinans eos, ergo non est causa fatalis. Antecedens patet ex dictis. Prima consequentia probatur ex eo, quòd causa ordinans aliqua, directè id quod agitur, respicit. Secunda verò consequentia probatur ex eo; quòd causa fatalis est ordinans contingentia, vt de se patet, quia per se intendit ea. Quartò reprobatur quo ad naturalia. Causa cœlestis agit vt naturale principium determinatè ad vnum. ergo non per se ad ens per accidens. Antecedens probatur, quia effectus eius in hoc mundo sunt naturales. Prima consequentia probatur, quia naturæ actio est determinata ad vnum. Secūda verò probatur, quia ens per accidens non est propriè vnū, nec ens. Et declaratur exēplo fossionis sepulchri, & inuētionis thesauri. Quo ad quartū tria. Primo sententia. Omnia quæ hic per accidens fiunt, siue naturalia, siue humana, reducuntur in regulam diuinæ prouidentiæ. Secundò probatur, quòd reducantur in aliquod intellectuale agens. Intellectus potest ad quantumcumque per accidens terminari, vt vnum appręhendendo. ergo si efficax est, potest efficere ens per accidēs, vt vnum. ergo ea. quæ ꝑ accidens hic aguntur, in causam intellectualē reducuntur. Antecedens probatur, quia format hanc propositionem. Fodiens sepulchrum, est inueniens thesaurum. Consequentia prima probatur, quia par est ratio de intellectione & ordinatione, si supponitur efficacia ad agendum, & ordinandum practicè. Secunda verò consequentia relinquitur pro constanti ex illa regula, Si negatio est causa negationis. Si enim non posse comparari vt vnū, est causa quòd ens per accidens nullam habet causam in natura. ergo posse comparari vt vnum ad intellectum est causa, vt inueniat causam in ordine ad intellectū. Quamuis possit dici, ꝙ consequentia vltima tenet de possibili, & hoc hic sufficit: quia de fato superius ostensa est conclusio, cum tractaretur de prouidentia. Tertiò probatur, quòd illud agens intellectuale est diuina prouidentia. Voluntas à solo Deo potest immutari. ergo ordinatio humanorum actuum soli Deo attribui debet. Antecedens patet ex dictis. Consequentia probatur, quia voluntas est principium humanorum operum.

¶ Circa hoc statim occurrit dubium: quia propositum fuit, & quòd naturalia, & quòd humana ad diuinam referantur prouidentiam: & tamen non est probatum, nisi de humanis. De naturalibus enim probatum tantum est, quòd ad aliquam intellectualem causam referenda sunt.

¶ Ad hoc dupliciter dici potest. Primò, quòd illa verba, Et præcipuè intellectum diuinum, non sunt iungenda tantum cum consequentibus, in quibus ponitur probatio de humanis: sed etiam cum antecedentibus, in quibus fuit probatio communis. Et hoc insinuat ly, præcipue, quasi diceret, contingentia reducuntur in aliquam causam agentem per intellectum, & præcipuè diuinū; quia ipse prima est causa, ex quo habet, quòd respiciat directè ens inquantum ens, & eius consequenter differentias, scilicet per se, & per accidens. Non fuit autem solicitus ad probandum ly præcipuè, &c. quia ex superius dictis iam constat, quòd ille intellectus efficax respectu omniū naturalium non est nisi diuinus. Alij verò intelle-

intellectus, scilicet angelici, participant hanc efficaciam respectu huius, aut illius effectus, prout ministerium eorum exigit. Secundò dicitur, quòd probando intellectum dirigentem actus humanos esse intellectum diuinum, à fortiori probauit implicitè, & virtualiter intellectum dirigentem contingentia naturalia: quoniam humani actus & sunt magis contingentes, & sunt superioris ordinis: & consequenter si actus humani à Deo solo, alia ab ipso aut

aut solo, aut principaliter regulantur: quia quicquid potest virtus inferior, potest & superior. Quo ad quintum duo. Primò, conclusio responsiua secundum rem. Fatum poni potest pro prouidentia diuina præordinante omnia, & præloquente. Secundò, quo ad nomen. Sancti recusauerunt hoc vocabulo vti propter errorem vitandum. Probatur vtrumque ex authoritate August. & ex secundo exponitur Gregorius.

Ferr. 3. cont. c. 93.

Capr. 1. dist. 4. q. 1. ar. 2. tom. 4.

573 1. d. 39. q. 2. art 1. ad 5. Et 3. contra ca. 93. princip. Et verit. q. 5. art. 1. ad 1. Et quolib. 12. artic. 5. corp. Et opusc. 3. ca. 140. & opusc. 28. c. 2. * c. 8. & 9.

SVPER Q. CXVI. ART. II.

CONCL. Fatum est in causis creatis, inquantum à Deo sunt ordinatæ ad producendos effectus.

¶ PROB. Quia ordinatio effectuum, secundum quod est in Deo, dicitur prouidentia: Et, secundum quòd ordinatio prædicta consideratur in causis mediis à Deo ordinatis ad aliquos effectus producendos, habet rationem fati (ex Boetio).

*Ar. præc.

1ᵐ de maiori.

Fati nomine appellat. R. Causaliter; non, essentialiter. §. Tunc &c. In præsenti enim articulo sermo est de fato essentialiter tantum: sicut in præcedenti erat de fato causaliter: id qđ monstrat auctoritas ista plenius ibi allata in fine corporis. Fatum ergo est diuina prouidentia, & fatum est causarum secundarum dispositio. i. ordo; sed diuersimodè. Per hâc responsionē quę dicuntur hic, & art. 1. concorda. Nam ordo syderum &c. est fatum (vt hic dicitur); & non est (vt ibi per duas rationes huius opinionis destructiuas ostenditur). In primo enim artic. tractatur de causa prima, seu originali, quæ dicitur fatum: & ideo negatur, dispositionem syderum &c. esse fatum: hic tractatur de causis medijs, primæ illi subseruientibus ad producēdum effectus ab ea præordinatos; & ideo affirmatur, dispositionem syderum &c. (vt in Boetio 4. de consol. in corpore adducto) esse fatum. Melius ergo, & sanius intel-

* Lib. 4. prosa 4. non multū procul à principio.

* q. 103. art. 6.

Cōcordia artic.

ARTICVLVS II.

Vtrum fatum sit in rebus creatis.

AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur quòd fatum non sit in rebus creatis. Dicit enim August. 5. de ciuit. Dei,* quòd ipsa Dei voluntas, vel potestas, fati nomine appellatur: sed voluntas, & potestas Dei non est in creaturis, sed in Deo. Ergo fatum non est in rebus creatis, sed in Deo.

¶ 2 Præterea. Fatum comparatur ad ea, quæ fato aguntur, vt causa, vt ipse modus loquendi ostendit: sed causa vniuersalis per se eorum quæ hic per accidens aguntur, est solus Deus, vt suprà dictum* est. Ergo fatum est in Deo, & non in rebus creatis.

¶ 3 Præt. Si fatum est in creaturis, aut est substantia, aut accidens: & quodcumque horum detur, oportet quòd multiplicetur secundùm creaturarum multitudinem. Cum ergo fatum videatur esse vnum tantum, videtur quòd fatum non sit in creaturis, sed in Deo.

SED CONTRA est, quod Boetius* dicit in 4. de consolatione, ꝙ Fatum est dispositio rebus mobilibus inhærens.

RESP. Dicendum, quòd sicut ex prædictis* patet, diuina prouidentia per causas medias suos effectus exequitur. potest ergo ipsa ordinatio effectuū dupliciter considerari. Vno modo, secundū quod est in ipso Deo, & sic ipsa ordinatio effectuum vocatur prouidentia. Secundum verò quòd prędicta ordinatio consideratur in mediis causis à Deo ordinatis ad aliquos effectus producendos, sic habet rationem fati. Et hoc est quod Boetius* dicit 4. de consol. Siue famulantibus quibusdam prouidentiæ diuinæ spiritibus fatum exercetur, seu anima, seu tota inseruiente natura, siue cœlestibus syderum motibus, seu angelica d virtute, seu dæmonum varia solertia, seu aliquibus eorum, seu omnibus, fatalis series texitur: de quibus omnib. per singula in præcedentibus † dictum est. Sic ergo est manifestum, quòd fatum est in ipsis causis creatis, inquantum sunt ordinatæ à Deo ad effectus producendos.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd ipsa ordinatio causarum secundarum, quam August.* seriem causarum nominat, non habet rationem fati, nisi secundum quod dependet à Deo. Et ideo causaliter Dei potestas, vel voluntas dici potest fatum: essentialiter verò fatum est ipsa dispositio, seu series, id est, ordo causarum secundarum.

AD SECVNDVM dicendum, ꝙ intantū fatum habet rationem causæ, inquantum d & ipsę causę secundæ, quarum ordinatio fatum vocatur.

AD TERTIVM dicendum, ꝙ fatum dicitur dispositio, non quæ est in genere qualitatis, sed secundum quòd dispositio designat ordinem, qui non est substantia, sed relatio. Qui quidem ordo, si consideretur per comparationē ad suum principium, est vnus, & sic dicitur vnum fatum. Si autem consideretur per relationem ad effectus, vel ad ipsas causas medias, si multiplicatur, per quem modum Poeta dixit, Te tua fata trahunt.

intelligis ex his dicta in art. 1. vt promittebatur ibi in fine responsi ad secundum.

* Li. 4. prosa 4. nō multū remote à princ.

2ᵐ de maiori.

Causa. R. Inquantum causæ secundæ possunt causare: non aliter. §. Tunc nihil &c. vt patet in textu.

D. 123.

3ᵐ de antecedente.

Oportet, ꝙ multiplicetur, secundum creaturarum multitudinem. R. Si consideretur per relationem ad causas secundas; non, si per relationem ad causam primam. §. Tunc nihil &c. Est enim & vnū & plura, vt patet in textu.

† q. 111. ar. 2. & art. 1. huius q. & q. 104. ar. 2.

* Lib. 2. de ciuit. Dei, c. 8. tom. 5.

¶ NOT. His tamen, quæ suprà per totum articulū veris stantibus; obseruanda semper est auctoritas B. Augustini in fine artic. primi adducta de corrigēda lingua: hoc est, non vtendo nomine fati, sed diuinæ prouidentiæ, vel consideratę in se (en articulus primus) vel con sideratæ in causis secundis (en secundus).

D. 597.

APPENDIX.

EX artic. habes primò: quomodo per rationem (quatenus medias causas in executione ordinis rerū ponit) ostendas, meritò dici à & c. q. 22. art. 4. append. & q. 103. art. 6. append. Vide ibi; & applica, quātum sufficit. Secundò habes &c. vt ibi: applicando, quātum sufficit. Tertiò vides: quomodo ex his (ibi s. dictis: &, quantum decet, applicatis) vicissim Angelica doctrina præsens confirmetur.

Vtilitas pro Eccle. S. Dei.

2

3

¶ NOT. Præsenti art. suffragatur vtrumque artic. in ord. 136. 572. 505. 546. 571. 561. 509. 332.

Pro stud.

Comm. Cardinalis Caietani.

TItulus clarus.

¶ In corpore vna conclusio responsiua quæsito affirmatiuè, cum limitatione tamen. Fatum est in causis creatis, inquantum sunt ordinatæ à Deo ad effectus producendos. Probatur sic. Diuina prouidentia per causas medias suos effectus exequitur. ergo ordinatio effectuum dupliciter potest considerari, in Deo, vel in causis medijs: sed vt in Deo, est prouidentia. ergo vt in causis medijs, est fatum. Et confirmatur authoritate Boetij.

¶ Aduerte, quòd vis rationis consistit in hoc. Fatum, vt ex

ex præcedente patet articulo, nihil aliud est, quàm causa contingentium secundum ordinem diuinæ prouidentiæ. Cùm autem ordo duplex esse habeat, in ipso Deo, & in causis medijs, oportet quòd fatum aut sit vis illa ordinans, vt est in Deo, aut in causis medijs. Sed non est: prout est in Deo: Probatur, quia sic propriè vocatur prouidentia; & quia Boetius ponit fatum in rebus creatis. ergo. Et sic ex primo articulo habemus, quòd fatum est diuina prouidentia causaliter. Ex isto autem, quòd est dispositio in causis medijs, vt subsunt diuinæ prouidentiæ, & hoc est formaliter.

Capr.

Capr. 1. d. 40. q. 1. art. 3. con. 5.

SVPER Q. CXVI. ART. III.

574 Veri. q. 5. art. 1. ad 5. Et quolib. 12. artic. 5. corp. Et opusc. 28. c. 2. & c. 3.
* Prosa 4. ante med.
† c. 3. in declaratione 24. locis.
* Al. noti.

CONCL. Fatum, secundum quòd est in causis secundis, mobile est: sed secundum quòd subest diuinæ prouidentiæ, immobilitatem sortitur: non quidem absolutæ necessitatis, sed conditionatæ.

¶ PROB. Quia dispositio secundarum causarum, vocata fatum ar. 2. non est secundũ se necessaria (ita. s. quòd omnia existentia sub illa de necessitate eueniant, ex quęst. 115. art. 6.) Secunda autem pars, s. sed secundum &c. probatur: Quia diuina prouidentia immobilis est; ita quòd si Deus hoc præsciuit, esse futurum, vtique hoc erit.

1m ex Boetio.

* Li. 4. prosa 4.

Mobilis. R. Vt est in causis secundis: non, vt in prima. §. Tunc &c. vt ex conclusione patet.

2m de minori.

Mobilibus. R. Et, vt in mobilibus fatũ est mobile; non aliter. §. Tunc nihil &c. Nam mobilia illa sunt causæ secundæ: de quibus est prima pars conclusionis articuli. Tertium maior.

ARTICVLVS III.

Vtrum fatum sit immobile.

AD TERTIVM sic proceditur. Videtur quòd fatum non sit immobile. Dicit enim Boetius * in 4. de consol. Vti, est ad intellectum ratiocinatio ad id, quod est id, qd gignitur, ad æternitatem tempus, ad punctum medium circulus: ita est fati series mobilis ad prouidentiæ stabilem simplicitatem.

¶ 2 Præt. Sicut Philosophus † dicit in 2. Topic. Motis nobis, mouentur ea quæ in nobis sunt: sed fatum est dispositio inhærens rebus mobilibus, vt Boetius dicit. Ergo fatum est mobile.

¶ 3 Præt. Si fatum est immobile, ea quæ subduntur fato, immobiliter, & ex necessitate eueniunt: sed talia maximè videntur esse contingentia, quæ fato attribuuntur. Ergo nihil erit contingens in rebus, sed omnia ex necessitate eueniet.

SED CONTRA est, quod Boet. dicit, * quòd fatum est immobilis dispositio.

RESP. Dicendum, quòd dispositio secũdarum causarum, qua fatum dicimus, potest dupliciter considerari. Vno modo secundum ipsas causas secundas, quæ sic disponuntur, seu ordinantur: alio modo per relationem ad primum principium à quo ordinantur, s. Deum. Quidam ergo posuerunt ipsam seriem, seu dispositionem causarum esse secundum se necessariam, ita quòd omnia ex necessitate contingerent propter hoc, quòd quilibet effectus habet causam, & causa posita, necesse est effectum poni, sed hoc patet esse falsum per ea, quæ suprà * dicta sunt. Alii verò econtrario posuerunt fatum esse mobile, etiam secundum quod à diuina prouidentia dependet. Vnde Aegyptii dicebant, quibusdam sacrificiis fatum posse mutari, vt Gregorius * Nyssenus dicit. Sed hoc † suprà exclusum est, quia immobilitati diuinæ prouidentiæ repugnat. Et ideo dicendum est, quòd fatum secundum considerationem secundarum causarum mobile est, sed secundum quòd subest diuinæ prouidentiæ, immobilitatem sortitur, non quidem absolutæ necessitatis, sed conditionatæ: fm quod dicimus hanc conditionalem esse veram, vel necessariam, Si Deus præsciuit hoc futurum, erit. Vnde cum Boetius * dixisset fati seriem esse mobilem, post pauca subdit: Quæ tamen ab immobilis prouidentiæ proficiscatur exordiis, ipsamq; immutabilem esse necesse est.

Et per hoc patet responsio ad obiecta.

3m maior. Si fatũ est immobile, ea quæ subduntur fato immobiliter & ex necessitate eueniunt. R. Si considerentur per relationem ad fatum ipsum immobile. i. ad Deum: non, si considerentur per relationem ad fatum mobile. i. ad causas secundas. §. Tunc nihil &c. vt patet ex dictis in conclusione. Vide articulum 1. 2.

* q. præced. art. 6.

APPENDIX.

EX articulo habes primò; quomodo per rationem ostendas &c. vel iterimas errores &c. vt suprà q. 9. artic. 1. 2. appen. & quæst. 14. ar 7. 15. appen. Vide ibi appendices quatuor illas: & bene ad propositum illud applica, quantum sufficit. & inter hæc notabis etiam; quòd tanta est Dei immobilitas; vt creata quoque, in quantum ad ipsum (modo hic dicto) relationẽ habent, immobilitatem participent, licet in seipsis mutabilia sint. Secundò habes &c. vt ibi: bene applicando ad propositum, quantum sufficit. Tertiò vides: quomodo ex his vicissim Angelica conclusio tota declaretur, atque confirmetur.

Vtilitas pro Eccle. S. Dei.
* Philo lib. 6. c. 2.
† q. 23. artic. 8.
* Lib 4. de consol. prosa 4. non multũ ante medium.
2 Nota mirum.
3

Comm. Cardinalis Caietani.

TItulus clarus.

¶ In corpore quatuor. Primò distinguit. Secundò refert opinionem Auicennæ. Tertiò Aegyptiorum. Quartò respondet quæsito.

¶ Quo ad primum, Fatum dupliciter, secundum causas medias absolutè, vel secundum eas in ordine ad diuinam prouidentiam. Probatur distinctio: quia fatum vtrumque claudit in sua ratione, cum sit dispositio in causis medijs sub diuina prouidentia.

¶ Quo ad secundum tria. Positio, Fatum quo ad primum est immobile. Ratio, quia omne quod fit, habet causam, & posita causa ponitur effectus. Et reprobatio ex præcedenti quæstione.

¶ Quo ad tertium tria. Positio, Fatum quo ad secundum, est mobile. Corollarium, Fatum potest sacrificijs mutari apud eos teste Gregorio Nysseno. Reprobatio ex superioribus, cum de immobilitate prouidentiæ diuinæ ageretur.

¶ Quo ad quartum tria. Conclusio responsiua, Fatum vt in causis secundarijs absolutè est mobile, vt à diuina prouidentia est immobile, non necessitate absoluta, sed conditionali. Declaratio vltimæ particulæ: sicut dicimus hanc conditionalem esse necessariã. Confirmatio conclusionis authoritate Boetii.

¶ Aduerte hic duo. Primo, q cum cõclusio habeat tres partes, & primæ probatio sit reprobatio primæ opinionis, secundæ verò sit reprobatio secundæ opinionis, tertiæ autem probatio & explanatio ad tractatum de scientia & voluntate diuina spectet: ideò in litera relictis primis particulis, tertiam explanandam aperuit, iuxta dicta de præscientia Dei, vbi distinctum est, quòd est duplex necessitas, absoluta, & immutabilitatis. Prima non conuenit diuinis ad extra, sed secunda tantum, quæ hic vocatur necessitas conditionalis, & alibi necessitas ex suppositione.

SVPER Q. CXVI. ART. IIII.

575 Sup. art. 1. cor. Et opusc. 3. ca. 140. & mat. 2. Et 6. Meta. lec. 3.
* Prosa 4. ante med.

CONCL. Quæcũque subduntur causis secundis, subduntur fato: quæ verò non, non.

¶ PROB. Quia fatum est ordinatio causarum secundarum ad effectus diuinitus prouisos: & aliqui effectus subduntur causis illis secundis (puta ordini syderum, elementorum &c. vt in art. 2.) aliqui autẽ non (exemplis patet in litera, in quibus etiã humanas voluntates, actus vt ab ea dependentes, intellige: quia hęc subaudiri vult sanctus Doctor tũ ex supradictis, tum ex inclusione in præsentibus: cùm iustificatio, glorificatioque includant volũtatis creatæ actum). Primum

ARTICVLVS IIII.

Vtrum omnia fato subdantur.

AD QVARTVM sic proceditur. Videt, quòd omnia fato subdantur. Dicit enim Boetius * 14. de consol. Series fati cœlum & sydera mouet, elementa in se inuicem temperat, & alterna format transmutatione. Eadem nascentia, occidentiaque omnia per similes fœtuum, seminumque renouat progressus. Hæc actus, fortunasque hominum indissolubili causarum connexione constringit. Nihil ergo excipi videtur, quòd sub fati serie non contineatur.

¶ 2 Præt. August. † dicit in 5. de ciuitate Dei, quòd fatum aliquid est, secundum quòd ad voluntatem, & potestatem Dei refertur: sed voluntas Dei est causa omniũ quę fiunt, vt August. * dicit in 3. de Trinit. Ergo omnia subduntur fato.

¶ 3 Præt. Fatum, secundum † Boetium, est dispositio rebus mobilibus inhærens: sed omnes creaturæ sunt mutabiles, & solus Deus verè immutabilis, vt suprà habitum * est. Ergo in omnibus creaturis est fatum.

SED CONTRA est, quod Boetius † dicit in 4. de consolatione,

† Lib. 5. de ciuit. Dei, c. 1. tom. 5.
* Lib. 3. de Trinit. c. 4. tom. 3.
† Prosa 4. non procul à princ.
* q. 9. art. 1. & 2.
† Lib. 4. de conso. prosa 4. ante medium.

1^m de concluſ. Nihil ergo. ℞. Eorum, quæ fiunt à Deo mediantib. illis cauſis ſecundis per Boetium narratis: non aliter. §. Tunc &c. vt ex concluſione patet.

2^m ex Auguſtino. Secundum quod ad voluntatem, & poteſtatem Dei. ℞. Vt ad primũ principium: non aliter. §. Tunc nihil &c. Non enim quicquid ſubditur primo principio, ſubditur ſemper dependentibus ab illo principio: vt patet. Vide ſuprà artic. 2. ad primum.

† Ar. 2. huius quæſt.

3^m de minori. Omnes creaturæ ſunt mutabiles. ℞. Tamen aliquę earum non procedunt à cauſis creatis illis mutabilibus, quæ dicuntur fatum. § Tũc nihil &c. vt patet. vide ſuprà artic. 1. & 2. tex. corpor.

¶ Not. In cunctis articulis qui præmiſſi ſunt, (vt etiam in notatio. art. 2. tetigimus) meméto ſemper: quod in his omnibus de fato bene determinatis poſſumus tenere ſententiam, ſed debemus corrigere linguam, ſ. non vtendo nomine fati, ſed diuinæ prouidentiæ: vel immediatè, vel mediantibus illis cauſis ſecundis, aliquid producentis. Fideles enim ab infidelibus, etiam in loquendo, ſecerni ſemper decet (quo ad fieri poteſt) hic & vbique (vt à ſimili colligitur ex q. 31. art. 2. corp.).

latione, quòd quædam, quæ ſub prouidentia locata ſunt, fati ſeriem ſuperant.

Resp. Dicendum, quòd ſicut ſuprà † dictum eſt, Fatum eſt ordinatio ſecundarum cauſarum ad effectus diuinitus prouiſos. quęcumque igitur cauſis ſecundis ſubduntur, ea ſubduntur & fato. Si qua verò ſunt, quæ immediatè à Deo fiunt, cum non ſubdantur ſecundis cauſis, non ſubduntur fato. Sicut creatio rerum, glorificatio ſpiritualium ſubſtantiarum, & alia huiuſmodi. Et hoc eſt quod Boetius dicit, quòd ea quæ ſunt primæ diuinitati propinqua, ſtabiliter fixa, fatalis ordinem mobilitatis excedunt. Ex quo etiam patet, quòd quãtò aliquid longius à prima méte diſcedit, nexibus fati maioribus implicatur: quia magis ſubiicitur neceſſitati ſecundarum cauſarum.

Ad primvm ergo dicendum, quòd omnia illa, quæ ibi tanguntur, fiunt à Deo mediantibus cauſis ſecundis, & ideò ſub fati ſerie continentur: ſed non eſt eadem ratio de omnibus aliis, vt ſuprà * dictum eſt.

* In corp. artic.

Ad secvndvm dicendum, ꝙ fatum refertur ad voluntatem & poteſtatem Dei, ſicut ad primum principium. Vnde non oportet, ꝙ quicquid ſubiicitur voluntati diuinæ, vel poteſtati, ſubiiciatur fato, vt dictum * eſt.

* In corp. artic.

Ad tertivm dicendum, quòd quamuis omnes creaturæ ſint aliquo modo mutabiles, tamen aliquæ earum non procedunt à cauſis creatis mutabilibus. Et ideò non ſubiiciuntur fato, vt dictum * eſt.

* In corp. artic.

APPENDIX.

Vtilitas pro Eccle. S. Dei.

Ex articulo habes primò: quomodo per rationem interimas hæreſim quorundam dicentium: fato omnia agi; etiam ꝙ per hoc nomen fatum intelligerent ſyderum diſpoſitionem tanquàm cauſam ſecundam, vt art. 2. declaratum eſt. Nam, etiam ſic accepto nomine fati, probatur in illo articulo, quòd non omnia fato ſubduntur: & ſic omni ex parte Angelicus Doctor vrget hæreticos. Dixi ly etiam ꝙ per hoc nomen fatũ intelligerent ſyderum diſpoſitionem tãquàm cauſam ſecundam: quoniã re vera intelligebant illam tãquàm cauſam primam; quia mox huic dicto iungebant, nullam eſſe Dei prouidentiam. Similiter dic de Priſcillianiſtis, & aliis ſup. ar. 1. damnatis ab Eccleſia, ꝙ ſ. aut cauſam primã ponebant diſpoſitioné ſyderum eſſe fatũ, aut iſti diſpoſitioni (etiã ſi eam velut cauſam ſecundam poſuiſſent) ſubiiciebant non ſubijciéda. Propter vnum ergo iſtorũ duorum damnatę ab ea ſunt omnes illæ hæreſes: vel propter vtrũque ſimul. Conſequenter ergo & habes hinc: quomodo per rationem confundas omnes ibi in art. 1. appé. recitatos errores. Secundò habes: quomodo per rationem oſtendas; has omnes hæreſes cum illa Phariſęorum in notatione immediata poſt concluſionem ibi narrata, merito fuiſſe damnatas à &c. vt in art. illius primi appendice. Vide ibi; & omnia loca in eodem loco citata. Tertiò habes: quomodo per rationem præmiſſas ibi & locis citatis auctoritates, pro quanto non omnia fato ſubijci dicunt, & intelligas, & declares, & probes. Quartò vides: quomodo ex his viciſſim Angelica doctrina hæc declaretur, atque confirmetur.

2 3 4

¶ Not. Præſenti artic. vtcumque ſuffragatur artic. in ordine 43. 44. 573. 518.

Pro ſtud.

Comm. Cardinalis Caietani.

Titulus clarus.

¶ In corpore vna concluſio reſpõſiua quæſito negatiuè. Non omnia ſubduntur fato. Probatur dupliciter. Primo ratione, Fatum eſt ordinatio cauſarum ſecundarum ad effectus diuinitus prouiſos. ergo omnia ſubdita fato, ſubduntur cauſis ſecundis. ergo ea, quæ à Deo immediatè fiunt, non ſubduntur fato. ergo non omnia ſubduntur fato. Antecedens eſt ratio fati. Conſequentiæ omnes ſunt per ſe notæ: tamen ſecunda probatur, quia talia non ſubduntur cauſis ſecundis. Tertia quoque declaratur in creatione & glorificatione ſpirituum &c. Secundò, authoritate Boetij, quæ patet. Ex hac autem probatione ponitur corollarium, quod quanto aliquid longius ſit à Deo, tanto magis fato ſubeſt. Probatur, quia magis ſubijcitur cauſis ſecundis.

Ferr. 2. cont. c. 75.

QVÆSTIO CXVII.

De his quæ pertinẽt ad actionem hominis, in quatuor articulos diuiſa.

Postea conſiderandum eſt de his, quæ pertinét ad actionem hominis, qui eſt cópoſitus ex ſpirituali & corporali creatura. Et primò conſiderandum eſt, de actione hominis. Secundò, de propagatione hominis ex homine.

Circa primum quæruntur quatuor.

¶ Primò, Vtrum vnus homo poſſit docere alium, cauſando in ipſo ſcientiam.

¶ Secundò, Vtrũ vnus homo poſſit docere angelum.

¶ Tertiò, Vtrum homo per virtutem ſuæ animæ poſſit immutare materiam corporalem.

¶ Quartò, Vtrum anima hominis ſeparata poſſit mouere corpora motu locali.

ARTICVLVS I.

Vtrum vnus homo poſſit alium docere.

Ad primvm ſic proceditur. Videtur quòd homo nõ poſſit alium docere. Dicit enim Dominus Matth. 23. Nolite vocari Rabbi. Vbi dicit gloſ.* Hieron. Ne diuinum honoré hominibus tribuatis: Eſſe ergo magiſtrum pertinet propriè ad diuinum honorem: ſed docere eſt proprium magiſtri. Homo ergo non poteſt docere, ſed hoc eſt proprium Dei.

¶ 2 Præt. Si homo alium docet, hoc non eſt niſi inquantũ agit per ſcientiam ſuam ad cauſandũ ſcientiam in alio: ſed qualitas, per quam

576
2. contra. 75. fin. Et veri. q. 11. artic. 1. Et opuſc. 19. c. 5. fin. Et mat. 23. Et Rom. 1.
* Habeť in gl. interlin. ibid.

SVPER Q. CXVII. Art. I.

Concl. Docens (ſupponẽdo, quòd homo poſſit docere alium) cauſat ſcientiam in addiſcente, reducendo ipſum de potentia in actum.

¶ Not. Vide in concluſione hac, & ſimilibus (quæ plures ſunt) copioſitatem, & breuitatem. Plus enim reſpondet, quàm per titulum ſit quæſitũ; vnde & ſub eiſdem numero verbis declaratũ relinquit ſenſum intraneũ tituli. Senſus enim intraneus, qui principaliter intendebatur, latens erat antequàm per concluſionem reſpõderet: Licet ſenſus ſuperficiarius, qui minus intendebatur, ſatis appareret. Quia igitur pro more ſuo (quem in hac prima parte ſeruatum, qui voluit, ſæpius videre potuit) D. Tho. titulorũ ſenſum aliquo modo aperit: ideo titulis declarandis de induſtria curam non adhibuimus. De induſtria, inquàm: vt hinc accenderentur lectores ad inueſtigandum in contextu ſancti Doctoris ſenſum verũ tituli ab ipſo propoſiti; & ſic eorum intellectus paulatim magis accreſceret, dum de à ſe inuentis gaudens, magis ad maiora intelligenda dilataretur; & voluntas vnà cum intellectu veſtigijs Diui Thomæ ſolidius inhæreret, dum in ſimplici eius textu veritatem neceſſariam ſui quæſiti

Quare nũquã declarãt elucidationes titulos.

aliquis agit ad faciendum sibi simile, est qualitas actiua. Ergo sequitur quòd scientia sit qualitas actiua, sicut & calor.

¶ 3 Præt. Ad scientiam requiritur lumen intelligibile, & species rei intellectæ: sed neutrum istorum potest causare vnus homo in alio. Ergo vnus homo non potest docendo causare scientiam in alio.

¶ 4 Praterea. Doctor nihil agit ad discipulum, nisi quòd proponit ei quædam signa, vel vocibus aliquid significando, vel nutibus: sed proponendo signa non potest aliquis alium docere causando in eo scientiam, quia aut proponit signa rerum notarum, aut rerum ignotarum. Si rerum notarum, ille ergo cui signa proponuntur, iam habet scientiam, & eam non acquirit à magistro. Si autem rerum ignotarum, per huiusmodi signa nihil addiscit. Sicut si aliquis proponeret alicui Latino verba Græca, quorum significationem ignoraret, per hoc eum docere non posset. Nullo ergo modo vnus homo potest alium docendo, scientiam in eo causare.

Sed contra est, quòd Apostolus dicit 1. ad Tim. 3: In quo positus sum ego prædicator, & Apostolus, Doctor gentium in fide, & veritate.

Resp. Dicendum, quòd circa hoc diuersæ fuerunt opiniones. Auerroes enim in commen. 3. de Anima,* posuit vnum intellectum possibilem esse omniū hominum, vt suprà dictum * est. Et ex hoc sequebatur, quòd eædem species intelligibiles sint omnium hominum. Et secundum hoc ponit, quòd vnus homo per doctrinam non causat aliam scientiam in altero ab ea, quàm ipse habet: sed communicat eādem scientiam, quam ipse habet per hoc, quòd mouet eum ad ordinandum phantasmata in anima sua ad hoc, quòd sint disposita conuenienter ad intelligibilem comprehensionem. Quæ quidem opinio quantum ad hoc vera est, quòd est eadem scientia in [d] discipulo & magistro, si consideretur identitas secundum vnitatem rei scitę. Eadem enim rei veritas est, quàm cognoscit & discipulus, & magister. Sed quantum ad hoc, quòd ponit esse vnum intellectum possibilem omnium hominum, & easdem species intelligibiles differentes solum secundū diuersa phantasmata, falsa est eius opinio, vt suprà habitum * est. Alia est opinio Platonicorum, qui posuerunt, quòd scientia inest [d] à principio animabus nostris per participationem formarum separatarum, sicut suprà † habitum est: sed anima ex vnione corporis impeditur, ne possit considerare liberè ea, quorum scientiam habet. Et secundum hoc discipulus à magistro non acquirit scientiam de nouo, sed ab eo excitatur ad considerandum ea, quorum scientiam habet, vt sic addiscere, nihil aliud sit, quàm reminisci. Sic etiam ponebant, quòd agentia naturalia solummodo disponunt ad susceptionem formarum, quas acquirit materia corporalis per participationem specierum separatarū. Sed contra suprà ostensum * est, quòd intellectus possibilis animæ humanæ est in potentia pura ad intelligibilia, secundum quòd Aristot. dicit in 3. de Anima. † Et ideo aliter dicendum est, quòd docens causat scientiam in addiscente, reducendo ipsum de potentia in actum, sicut dicitur in 8. Physicorum. * Ad cuius euidentiam considerandum est, quòd effectuum, qui sunt ab exteriori [d] principio, aliquis est ab exteriori principio tantum: sicut forma domus causatur in materia solum ab arte. Aliquis autem effectus est quandoque quidem ab exteriori principio, quandoque autem ab interiori: sicut sanitas causatur in infirmo, quandoque ab exteriori principio, scilicet ab arte medicinæ; quandoque autem ab interiori principio, vt cum aliquis sanatur per virtutem naturæ. & in talibus effectibus sunt duo attendenda. Primò quidem, quòd ars imitatur naturam in sua operatione. Sicut enim natura sanat infirmum alterando, dirigendo, & expellendo materiam, quæ causat morbum, ita & ars. Secundò attendendum est, quòd principium exterius, scilicet ars, non operatur sicut principale agens, sed sicut coadiuuans agens principale, quod est principiū interius, confortando ipsum, & ministrando ei instrumenta & auxilia, quibus natura vtatur ad effectum producendum: sicut medicus confortat naturam, & adhibet ei cibos, & medicinas, quibus natura vtatur ad finem intentum. Scientia autem acquiritur in homine & ab interiori principio, vt patet in eo, qui per inuentionem propriam scientiam acquirit: & à principio exteriori, vt patet in eo qui addiscit. Inest enim vnicuique homini quoddam principium scientiæ, scilicet lumē intellectus agentis, per quod cognoscūtur statim à principio naturaliter quædam vniuersalia principia omnium scientiarum. Cum autem aliquis huiusmodi vniuersalia principia applicat ad aliqua particularia, quorum memoriam & experimentum per sensum accipit, per inuentionem propriam acquirit scientiam eorum quæ nesciebat, ex notis ad ignota procedens. Vnde & quilibet docens, ex his, quę discipulus nouit, ducit eum in cognitionem eorum, quæ ignorabat, secundum quod dicitur in primo Poster. * quòd Omnis doctrina, & omnis disciplina ex præexistenti fit cognitione. Ducit autem magister discipulum ex præcognitis in cognitionem ignotorum dupliciter. Primò quidem proponendo ei aliqua auxilia, vel instrumenta, quibus intellectus eius vtatur ad scientiam acquirendam, puta, cum proponit ei aliquas propositiones minus vniuersales, quas tamē ex præcognitis discipulus diiudicare potest: vel cum proponit ei aliqua sensibilia exempla, vel similia, vel opposita, vel aliqua huiusmodi, ex quibus intellectus addiscentis manuducitur in cognitionem veritatis ignotæ. Alio modo cum cōfortat intellectum addiscentis, non quidem aliqua virtute actiua quasi superioris naturæ, sicut sup. dictum * est de angelis illuminantibus; quia omnes humani intellectus sunt vnius gradus in ordine naturæ, sed inquantum proponit discipulo ordinem principiorū ad conclusiones, qui fortè per seipsum non haberet tantam virtutem collatiuam, vt ex principiis posset conclusiones deducere. Et ideo dicitur in 1. Poster. * quòd Demonstratio est syllogismus faciens scire. Et per hunc modum ille, qui demonstrat, auditorem scientem facit.

quæsiti adinuenisset. Dixi ly aperit aliquo modo: quia quandoque declarationem prædictam in respondēdo insinuat ex tenore conclusionis applicatæ ad quęsitum (vt in præsenti): quandoque ex professo demonstrando in corpore sensum quæsiti (vt in quæst. 23. artic. 5.); quandoque in aliquo argumentorum responso (vt in q. 7. artic. &c.); quandoque ex diuisionibus factis, vel in corpore, vel in respōsis dat hoc ipsum intelligere (vt sæpius, diligenter textum inspicienti, & ad titulum conferenti, patere potest) vel quandoque &c. Quòd ergo titulos seorsum non declarauerim; æqui, bonique consulito.

¶ Prob. Quia docēs quilibet ex his, quę discipulus nouit (Hæc sunt præsertim vniuersalia principia omnium scientiarum, quæ nouit per se quisque per lumen interius intellectus agentis), ducit eum in cognitionem eorum, quæ in particulari ignorabat (ex primo Poster. ly omnis doctrina &c.): Et reducere sic aliquē, est reducere illum de potentia in actum (cum in vniuersalibus principijs contineantur in potentia conclusiones particulares, ac omnia).

1^m de conclus. prima. Magistrū. 2. Principalem primò: non, exteriorem, vel interiorē principalē secundariò. 6. Tunc nihil &c. Nam Hieronymus cū Euangelio loquitur de magistro principali primo, id est Deo: & conclusio loquit de magistro ministeriali secundariò. Dixi ly secundariò: ad differentiā magistri ministerialis primò, qui est intellectus agens cuiusque: qui intellectus per respectum ad magistrum exteriorem potest quoque dici magister principalis secundariò (ad differentiam Dei).

Ad primum ergo dicendum, quòd sicut iam dictum est, * homo docens solummodo exterius ministerium adhibet, sicut medicus sanans. Sed sicut natura interior est principalis causa sanationis, ita & interius lumen intellectus est principalis causa scientiæ: vtrumque autē bonum est à Deo. Et ideo sicut de Deo dicitur: Qui sanat omnes infirmitates tuas: ita de eo dicitur: Qui docet hominem scientiam,

Nota de titulis.

* Libro 3. tex. 5.
* q. 76. ar. 1. & 2. q. 79. art. 4. & 5.
D. 1107.
* q. 76. ar. 1. & 2. & q. 79 art. 4. & 5.
D. 1105.
* q. 84. art. 3. & 4.
* q. 79 a. 2. & q. 84. artic. 3. & 4.
† Lib. 3. de aīa tex. 14. tom. 2.
* Tex. 32. tom. 2.
D. 241.
* In princ. primi, lib. Poste. to. 1.
* q. 106. ar. 1. & q. 111. art. 1.
* Lib. 1. Poster. tex 5. tom. 1.
* In corp. artic.

2m de maiori. Docet. R. Per modum agentis naturalis: non, per modum coadiuuantis. §. vt dictum est. Tunc nihil &c. Sic enim non oportet, quòd scientia sit qualitas actiua, sed principium, quo docens dirigitur in docendo.

3m minor. Neutrum illorum potest causare vnus homo in alio.

R. Mouere tamen potest ad hoc per doctrinam. §. Tunc nihil &c. Nam ad hoc, quòd aliquis sit magister ministerialis exterior, nō requiritur illud ab arguēte in minori adductum: sed sufficit istud in responsione per literam dictum.

* Lib. 3. de aīa, tex. 5. declinando ad finem.

4m minor. Proponendo signa non potest aliquis alium docere, causando in eo scientiā.

R. Negatur. §. Nec probatio in contrarium valet: quoniam signa, quæ magister discipulo proponit &c. vt in textu. Ex quo dic; quòd non sequitur, quod discipulus iam habeat scientiam completam, antequàm acquirat eam à magistro: licet id sequeretur, si magister proponeret discipulo signa rerum ei notarum etiam in particulari. Vnde nec sequitur; quòd discipulus non addiscat à magistro. Et exemplum non est ad propositum; quoniam verba Greca huic Latino sunt ignota etiam in confuso; sed signa à magistro proposita, discipulo sunt nota in confuso, licet eidem sint ignota distinctè.

scientiam, inquātum lumen vultus eius super nos signatur, per quod nobis omnia ostenduntur.

Ad secvndvm dicendum, ꝙ Doctor non causat scientiā in discipulo per modum agētis naturalis, vt Auerr. obiicit.* Vnde non oportet, quòd sciētia sit qualitas actiua: sed est principium quo aliquis dirigitur in operando.

Ad tertivm dicendum, ꝙ magister non causat lumen intelligibile in discipulo, nec directè species intelligibiles: sed mouet discipulum per suam doctrinam ad hoc, quòd ipse per virtutem sui intellectus formet intelligibiles conceptiones, quarum signa sibi proponit exterius.

Ad qvartvm dicendū, quòd signa, quæ magister discipulo proponit, sunt rerū notarum in vniuersali, & sub quadam confusione, sed ignotarū in particulari, & sub quadā distinctione. Et ideò cum quisq; per seipsum sciētiam acquirit, non potest dici docere seipsum, vel esse suiipsius magister: quia non præexistit in eo scientia completa, qualis requiritur in magistro.

AR-

APPENDIX.

Vtilitas pro Eccle. S. Dei.

EX articulo habes primò: quomodo per rationem ostendas merito, & Philosophum, & scripturam, & Concilia, insinuasse, quòd homo potest docere alium hominem. Hoc autem insinuauit Philosophus libro primo, de partibus animalium, cap. 1. sic. Hominis probè periti officium est, iudicare perspicienter posse, quid nam rectè aut non rectè ab eo, qui docet, exponitur. Ecce: quòd, dum de homine docente alium loquitur, vnum posse alium docere testatur. Item in secundo Rhetoricę cap. 10. sic. Posse facetè dicere, aut ingeniosi est, aut exercitati; docere autem doctrinæ, aliàs forsan docti est. Hinc ipsemet Philosophus docendi munus esse dandum doctis, non alijs quibusque pro suo libito, vsus exemplo fistulatum (vt facilius hoc percipiatur) determinat in 4. Politic. lection. 10. Diui Thomæ, vel Petri de Aluernia (nam sanctus Thomas vsque ad lectionem sextam progreditur tantum, secundum aliquos: post Petrus insequitur), & sic. Danda non est prærogatiua fistularum illi, qui sit nobilior, (nihil enim melius caneret): sed oportet iis, qui in opere ipso præcellunt, illam tribuere. Aureum certè documentum, tantóque Philosopho dignum: quo seruato, facilè proficient in literis incipientes; & quo peruerso seu neglecto, facilè deficient etiā aliàs proficientes: quo seruato, salus erit studiorum; quo inuerso, ruina paulatim succedet literarum. Illud in appendicis principio dictum insinuauit etiam scriptura 1. Timoth. 2. in quo positus sum ego prædicator, & Apostolus, & doctor gentium in fide & veritate. Vbi & Apostolus innuit; quòd ipse docet ministerialiter, vtpote a Deo ibi ad officium hoc positus: de quo docendi genere articulus præsens loquitur, vt patet in ad primum. Hoc ipsum tandem insinuauit Concilium Lateranense sub Alexandro III. parte prima cap. 18. sic. Ne pauperibus, qui parentum opibus iuuari non possunt, legendi & proficiēdi opportunitas subtrahatur; per vnamquāque Ecclesiam cathedralem magistro, qui clericos eiusdem ecclesiæ, & scholares pauperes gratis doceat, competens aliquod beneficium assignetur: quo docentis necessitas subleuetur, & discentibus via pateat ad doctrinam. Hæc ibi. Item ibidem parte secunda, cap. 17. Prohibeas attentius de cætero &c. (Et infrà). Sanè, si aliquis occasione huius prohibitionis distulerit magistros congruos in locis congruis instituere, licet ibi de concessione nostra omni contradictione & appellatione cessante; ibidem viros prouidos, & discretos aliorum instructioni præficere. Hæc ibi. Item Concil. Trident. sessione 25. de reformat. Omnes ij, ad quos vniuersitatum, & studiorum generalium cura, visitatio, & reformatio pertinet, diligenter curent: vt ab eisdem vniuersitatibus canones & decreta huius sanctæ Synodi integrè recipiantur, ad eorumque normam magistri, doctores, & alij in eisdem vniuersitatibus ea, quæ catholicę fidei sunt, doceant & interpretentur; seque ad hoc institutum initio cuiuslibet anni solenni iuramento obstringant. Hæc ibi. Ex his Concilijs patet, cum doctor à doctrina docens à docere dicatur, vnum hominem ab alio doceri posse. Ex iisdem Conciliis ergo cum ea literas approbent, patet damnari errorem Licinii Imperatoris dicentis: quòd literæ appellandæ sunt virus, ac pestis. Item Quintini dicentis; literas esse abiiciendas: & spiritum viuificantem sequendum. Sub prætextu enim boni huius, s. sequendi spiritum viuificantem, cadebat Quintinus in errorē hunc, scilicet literas abiiciendas. Item ex his Conciliis damnari (vltra quòd & à Concilio Constantiensi sess. 8.) errorem temerarium Ioannis Vuiclef dicentis; quòd studia generalia, vniuersitates, collegia, graduationes, & magisteria, à Papa vel Episcopis in Ecclesiam Dei sunt vana gentilitate introducta; & non plus Ecclesiæ prosunt, quàm diabolus. Vide aliquid de damnatione similium quæst. 1. art. 5. Item secundò habes: quomodo per rationem prædictorum s. Philosophi, scripturæ, Conciliorum authoritates, pro quanto vnum hominem statuunt posse docere alium, & in vero sensu intelligas, & declares, & probes. Tertiò vides: quomodo ex his vicissim Angelici Doctoris conclusio declaretur, atque confirmetur.

Vtinā vel à Philosopho instrui detur.

2

3

¶ Not. Articulo huic seruit aliqualiter articulus in ordine 369. 370 419. 418. 520. 545. 390.

Pro stud. var. coor.

Comm. Cardinalis Caietani.

TItulus clarus.

¶ In corpore, proposito numero opinionum, tria fiunt iuxta numerum opinionum, ita quòd in tertia respondet quæsito.

¶ Quo ad primum duo. Opinio Auerr. Magister docet discipulum communicando ei eandem scientiam per hoc, quòd mouet eum ad ordinandum phantasma conuenienter &c. Probatur, quia vnus est vtriusque intellectus, & eædem sunt vtriusque species intelligibiles. Secundò, examen, & repręhensio. Examen quo ad ly eandem scientiam, dupliciter, ex parte rei scitæ, & sic est verum: aut ex parte subiecti scientis, & tunc venit repręhensio fundamenti, quia scilicet est falsum, quia non est vnus vtriusque scientis intellectus, nec eadem species, vt superius patuit.

¶ Quo ad secundum duo quoque. Primò opinio Platonis. Docere nihil aliud est, quàm excitare hominem ad considerandum ea, quorum scientiam habet. Probatur. Scientia inest ab initio animabus nostris ex participatione idearum: sed impeditur ab vsu propter vnionem ad corpus. ergo scientia non causatur de nouo per quodcumque studium. ergo discere, non est nisi reminisci. ergo docere non est nisi excitare ad vsum habitæ scientiæ, omnia patent. Secundo, repręhensio radicis: quia intellectus animæ nostræ est purè potentialis, sicut tabula rasa, vt probauit Arist. superius &c.

¶ Quo ad tertium, primo ponitur conclusio responsiua quæsito. Docens causatur scientiam in addiscente, reducendo ipsum de potentia ad actum primum. Probatur primo ex 8. Physicorum. Deinde probatur, limitatur, ramificatur, & explanatur. Probatur quidem tali ratione: Effectus qui potest fieri à natura & ab arte, fit ab arte eodem modo quo fieret à natura: sed scientia est huiusmodi. ergo fit ab arte Doctoris eo modo quo à natura: sed à natura fit reducendo seipsum de potentia ad actum scientiæ. ergo & à doctore fit reducendo alium de potentia ad actum scientiæ. Maior probatur, quia ars imitatur naturam. Et ad euidentiam eius primò distinguitur duplex genus effectuum, quidam ab intrinseco tantum, vt domus: quidam ab extrinseco & intrinseco, vt sanitas. & posset tertium poni genus, quidam ab intrinseco tantum, vt proprietates rerum naturalium. Notatur deinde identitas modi agendi respectu vtriusque agentis, declarando in sanitate. Minor probatur, quia scire nostrum fit inuentione ex vi luminis intellectus agentis, & tunc à natura, & disciplina, & tunc ab arte. Propositio verò vlterius subsumpta probatur: quia acquisitio scientiæ per inuentionem, fit procedendo de principiis notis ad cōclusiones ignotas, &c.

hoc

hoc enim eſt procedente de potentia ad actum, & procedit hæc ſuppoſito intellectu in potentia eſſentiali, vt patet. Limitatur verò, quoniam Doctor ponitur non vt cauſa principalis, ſed ut miniſter naturæ, & coadiuuans, & ſic ſcilicet miniſterialiter reducit de potentia ad actum. Et ad euidentiam huius limitationis notatur in communi ordo inter artem & naturam reſpectu illius effectus, qui poteſt eſſe ab vtraque: & dicitur, quod eſt ordo coadiuuantis principale, & quod ſemper agens principale eſt idem, ſcilicet natura. Ramificatur autem, dum diſtinguitur duplex modus, quo Doctor docet, ſcilicet auxilia præbendo propoſitionum minus vniuerſalium, ſimilium, diſſimilium, exemplorum &cæt. & confortando vi ſyllogiſticæ ordinationis propoſitionum propriarum, iuxta illud: Demonſtratio eſt ſyllogiſmus faciens ſcire. Explanatur quoque inter hæc diffuſa declaratione aſſumptarum propoſitionum &cæt. vt patet in litera.

ARTICVLVS II.

Vtrum homines poſſint docere Angelos.

AD SECVNDVM ſic proceditur. Videtur quòd homines poſſint docere Angelos. Dicit enim Apoſtolus ad Epheſios tertio. Vt innoteſcat Principibus, & Poteſtatibus in cœleſtibus per Eccleſiam multiformis ſapientia Dei: ſed Eccleſia eſt congregatio hominum fidelium. Ergo Angelis per homines aliqua innoteſcunt.

¶ 2 Præterea. Angeli ſuperiores, qui immediatè de diuinis à Deo illuminantur, inferiores angelos inſtruere poſſunt, vt ſuprà * dictum eſt: ſed aliqui homines immediatè de diuinis per Dei verbum ſunt inſtructi, ſicut maximè patet de Apoſtolis, ſecundum illud ad Hebræos 1. Nouiſſimè diebus iſtis locutus eſt nobis in filio. Ergo aliqui homines aliquos angelos docere potuerunt.

¶ 3 Præterea. Inferiores angeli à ſuperioribus inſtruuntur: ſed quidam homines ſuperiores ſunt aliquibus angelis, cum ad ſupremos ordines angelorum aliqui homines aſſumantur, vt Gregorius * dicit in quadam homilia. Ergo aliqui inferiores angeli per aliquos homines de diuinis inſtrui poſſunt.

SED CONTRA eſt, quod Dionyſius † dicit 4. cap. de diuinis nomin. quòd omnes diuinæ illuminationes perferuntur ad homines mediantibus angelis. Non ergo angeli inſtruuntur per homines de diuinis.

RESPON. Dicendum, quòd ſicut ſuprà habitum * eſt, inferiores angeli loqui quidem poſſunt ſuperioribus angelis, manifeſtando eis ſuas cogitationes, ſed de rebus diuinis ſuperiores inferioribus nunquam illuminantur. Manifeſtum eſt autem, quòd eo modo, quo inferiores angeli ſuperioribus ſubduntur, ſupremi homines ſubduntur etiam infimis angelorum: quod patet per id quod Dominus dicit Matth. 11. Inter natos mulierũ non ſurrexit maior Ioanne Baptiſta: ſed qui minor eſt in regno cœlorum, maior eſt illo. Sic igitur de rebus diuinis ab hominibus angeli nũquàm illuminantur: cogitationes tamen ſuorum cordiũ homines angelis per modum locutionis manifeſtare poſſunt: quia ſecreta cordium ſcire ſolius Dei eſt.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd Auguſtinus 5. ſuper Geneſ. ad literam, * ſic exponit illam Apoſtoli authoritatẽ. Præmiſerat enim Apoſtolus: Mihi omnium ſanctorum minimo data eſt gratia hæc, illuminare omnes, quæ ſit diſpenſatio ſacramenti abſconditi à ſæculis in Deo. Ita dico abſconditi, vt tamen innoteſceret principibus, & poteſtatibus in cœleſtibus per Eccleſiam, ſcilicet multiformis ſapientia Dei, quaſi dicat: Ita hoc ſacramentum erat abſconditum hominibus, vt tamen eccleſiæ cœleſti, quæ continetur in principibus & poteſtatibus, hoc ſacramentum notum eſſet à ſæculis, non ante ſæcula: quia ibi primitus eccleſia fuit, quo poſt reſurrectionem & iſta Eccleſia hominum congreganda eſt. Poteſt tamen & aliter dici, quòd illud quod abſconditum eſt, non tantum in Deo innoteſcit angelis, verum etiam hoc eis apparet, cum efficitur, atque propalatur, vt Auguſtinus * ibidem ſubdit. Et ſic dum per Apoſtolos impleta ſũnt Chriſti, & Eccleſiæ myſteria, angelis aliqua apparuerunt de huiuſmodi myſteriis, quæ antè erant eis occulta. Et per hunc modum poteſt intelligi, quòd Hieronymus dicit, * quòd Apoſtolis prædicantibus, angeli aliqua myſteria cognouerunt: quia ſ. per prædicationem Apoſtolorum huiuſmodi myſteria explebantur in rebus ipſis: ſicut prędicãte Paulo Apoſtolo conuertebantur gentes, de quo Apoſtolus ibi loquitur.

AD SECVNDVM dicendum, quòd Apoſtoli inſtruebantur immediatè à verbo Dei, non ſecundùm eius diuinitatem, ſed inquantum eius humanitas loquebatur: vndè ratio non ſequitur.

AD

SVPER Q. CXVII. ART. II.

[Margin: 577. 2. diſt. 11. artic. 4. Et Ephy. 3. lec. 3.]

CONCL. De rebus diuinis ab hominibus angeli nunquã illuminantur; cogitationes tamen ſuas homines, per modum locutionis, poſſunt angelis manifeſtare.

¶ PROB. Quia ſupremi homines ſubduntur etiam infimis Angelorum eo modo, quo inferiores Angeli ſuperioribus (patet ex Euangelio): & ſuperiores angeli nunquam ab inferioribus Angelis de rebus diuinis illuminantur (ex ſuprà quæſtione 106. articu. tertio). Secunda autem pars, ſcilicet cogitationes &cæt. probatur: quia etiam inferiores Angeli ſuperioribus loquuntur (ſuprà quæſtio. 107. articulo ſecundo.): Et nullus Angelorum cognoſcit naturaliter cogitationes intimas hominum (cùm ſecreta cordium ſcire ſolius Dei ſit, quæſtione 14. articu. 9. & quæſt. 57. artic. 4.)

[Margin: * q. 106. art. 1. & 3.]

[Margin: * Hom. 24. in Euang. poſt med. illius.]

1m ex Apoſtolo. Per Eccleſiam. ℞. Cœleſtem, in Principibus & Poteſtatibus conſiſtentem. §. Tunc nihil &cæt. Nam, ſi multiformis ſapientia Dei, ipſo reuelante, cognoſcitur per Eccleſiam cœleſtem, id eſt ab Eccleſia cœleſti; hoc non eſt concluſioni repugnans (vt patet), quæ dicit, quòd homo nunquam de rebus diuinis illuminat angelos. Secundum igitur hanc reſponſionẽ Eccleſia non ſumitur ab Apoſtolo pro congregatione fidelium viatorum: vt arguens in minori putaſſe, oſtendebat.

[Margin: † c. 4. par. 1. aliquantulum ante medium.]

[Margin: * q. 107. artic. 2.]

Item ex Apoſtolo. Innoteſcat. ℞. Per exhibitionem rerum à ſapientia Dei ordinatarum; non autem, innoteſcat ab inſtructione hominum, in quibus illæ res complentur, ſeu exhibentur. §. Tunc nihil &c. vt patet. Et ſimile de ſpeculo mihi repræſentante omnia, quæ ſucceſſiuè fiunt exterius. Vt. Si tranſit quis per viam, video illum per ſpeculum: quem tamen non videbam antequã tranſiret ex oppoſito ſpeculi, etiam quod haberem ſpeculum ante oculos meos. Vel etiam eſt ſimile illi, qui ex rebus ſibi obiectis per propriã inuentionem acquirit ſcientiam, nullo hominum penitus docente, ſuprà quæſt. 64. artic. 1. ad quintum, in fine. 3. parte de Saluat. quæſtio. 12. articu. 3. 4. Vide literæ ſecundum reſponſum à ly poteſt tamen &cæt. vſque in finem. Secundum igitur hoc reſponſum Eccleſia ſumitur in auctoritate Apoſtoli pro Eccleſia militante (vt putauit arguens): ſed nil concludit contra concluſionem. Aliud enim eſt, quòd homo viator doceat de diuinis Angelos (quod negat concluſio): aliud verò, quòd ex aliquibus factis circa hominem Angeli ex ſeipſis in pleniorem notitiam rerum aliquarum perueniant (quod affirmat hoc reſponſum) iuxta pręſentem ſenſum gloſſabis verba Beati Cyrilli in lib. Theſaurorum, quæ ſic habent. Seraphin, docente Paulo, aliqua didiciſſe. Nam, cum Cyrilli auctoritas hæc auctoritati Beati Hieronymi in textu adductæ eadem ſit, & ſanctus Doctor Hieronymum ſic (vt ibi legis) intelligendum aſſerat, patet: quòd etiam Cyrillum, immo & quoſcunque ſanctos, qui ſic dicerent, eodem modo intelligendos, per hoc decernit. De ſimilib. enim idem eſſe iudicium nouit: & propterea paucis multa ſe docuiſſe vult. Quod autem dico hic de Diuo Thoma, intellige etiã in alijs locis, & de alijs Doctoribus, & Philoſopho; dummodo illa, de quibus agitur, ſint verè ſimilia in eo formaliter, de quo tractatur: ne fiat error.

[Margin: Duo pulchra ſimilia ſi bene applicen.]

[Margin: * Li. 5. c. 19. circa med. tom. 3.]

[Margin: Secũda reſponſio.]

[Margin: * Loco citato in princ. corp.]

[Margin: * Sup verbum Pauli citatũ arg. 1. tom. 9.]

[Margin: Breuitas copioſa.]

2m de maiori. A Deo. ℞. Sumpto ſecundum diuinitatem: non, ſecundum humanitatem. §. Tunc nihil &c. Nam Apoſtoli inſtruebantur immediatè &cęt. vt in textu.

Tertium

3^m de maiori. A superioribus. R. Actu; non, virtute tantum. §. Tunc nihil &c. Nullus enim viator purus, quantumcumque sanctus, est maior actu angelis; licet virtute aliquis; vt in littera. Vide in corpore ly, quod patet per id, quod Dominus dicit Matth. 11. &c. Illud autem coniungendo illi responsioni videbis: quod homines viatores nõ tantum natura sunt minores angelis, sed etiam gratia: inquantum scilicet gratia comprehensorũ est actu consummata, vtpote sibi vltimo clare viso permanenter coniuncta; & gratia viatorum purorum nondum est sic actualiter consummata. Alioquin non essent puri viatores.i. ambulantes per fidem, & non per spem; etiam quod diuinam essentiã quandoque viderent per modum transeuntis (vt Paulus q.12.ar.11. qui tamen erat purus viator).

Ad tertium dicendum, q aliqui homines, etiam in statu viæ, sunt maiores aliquibus angelis, nõ quidem actu, sed virtute, inquãtum scilicet habent d charitatem tantæ virtutis, vt possint mereri maiorem beatitudinis gradũ, quàm quidam angeli habeant. Sicut si dicamus semen alicuius magnę arboris esse maius virtute, quàm aliquam paruam arborem, cum tamen multò minus sit in actu.

APPENDIX.

Ex art. habes primò: quomodo per rationem &c. vt sup. q. 106. art. 3. Et quidem à fortiori. Si n. angelum inferiorẽ posse illuminare superiorem negatur: multo magis hominẽ posse illuminare (q est, de diuinis docere) angelum, negatur. Secundo habes: quomodo per rationẽ illa omnia, pro quãto hominẽ non posse illuminare angelos innuũt, & intelligas, & declares, & probes. Terriò vides: quomodo ex his, atque similibus doctrina Angelica vicissim confirmetur.

¶ Not. Illi art. iusti agatur vtcũq; art. in ord. 520. 351. 525. 316.

Vtilitas pro Eccle. S. Dei.

2

3 Pro stud.

Comm. Cardinalis Caietani.

Titulus, Homines in statu viæ, vt patet ex tertio argumento, & eius responsione. De hominibus enim in statu patriæ nihil hic dicitur.

¶ In corpore vna conclusio responsiua quęsito negatiuè, Homines non possunt docere angelos, sed tantummodo eis loqui. Probatur. Supremi homines se habent ad infimos angelos, sicut angeli inferiores ad superiores: sed inferiores nunquam illuminant superiores, loquuntur tamen eis. ergo &c. Maior patet ex naturæ ordine, & probatur authoritate Matthæi 11. quo ad statum gratiæ. Minor ex dictis. Et quoniam homines non secundum statum gloriæ, sed secundum statum naturæ, & gratiæ huius vię sunt inferiores omnibus angelis; ideo præsens ratio in viatoribus tantum hominibus habet locum.

SVPER Q. CXVII. Art. III.

Concl. Homo per virtutẽ animę suę non potest materiã corporalem immutare, nisi mediantibus aliquibus corporibus.

578

¶ Prob. Quia angeli non possunt immutare materiam corporalem naturali virtute, nisi applicando corporalia agentia ad effectus producendos: (suprà q. 110. artic. 2.) & angeli sunt maiores hominib^9.

¶ Not. Multò minus igitur homines possunt &c. Attidet argumento facto ab appen. art. 2. videlicet: Si angelus inferior non potest illuminare superiorem: multo minus homo potest angelum.

1^m ex Gregorio. Potestate. R. Gratiæ: non, naturæ. §. Tunc &c. De naturali enim virtute tantùm loquitur conclusio: vt patet per ly per virt. animæ suæ.

2^m de minori. Immutare. R. Mediante immutatione proprij corporis: non, immediate. §. Sicut intellexisse videtur Auicẽna. Tunc &c. vt in conclusione patet. Non enim sine causa ibi appositũ est ly nisi mediantibus aliquibus corporibus. In litera diligenter verba vltima notato aduer sus striges, maleficos, & huiusmodi: ad quod facit etiam suprà q. 115. art. 5. ad tertiũ. Notato etiã ly fascinationis causam, quòd in hac responsione est sermo de fascinatione, secundum quòd aliquis ex aspectu maleuolo læditur; vt in vetulis quibusdam maxime patet, quæ irato visu, & muido aspectu,

ARTICVLVS III.

Vtrum homo per virtutem animæ possit corporalem materiam immutare.

Ad tertium sic proceditur. Videtur, q homo per virtutem animæ possit corporalem materiam immutare. Dicit. n. Greg. * 2. dialog. quòd Sancti miracula aliquando ex prece faciunt, aliquando ex potestate. Sicut Petrus qui Tabitam mortuam orando suscitauit: Ananiam & Saphirã mentientes, morti increpando tradidit: sed in operatione miraculorum fit aliqua immutatio materiæ corporalis. Ergo homines virtute suæ animæ possunt materiam corporalem immutare.

¶ 2 Præt. Super illud ad Galat. 3. Quis vos fascinauit veritati nõ obedire? dicit gl. * quòd quidã habent oculos vrẽtes, qui solo aspectu inficiũt alios, & maximè pueros: sed hoc non esset, nisi virtus animæ posset materiã corporalem immutare. Ergo homo per virtutem suæ animæ potest materiam corporalem immutare.

¶ 3 Præt. Corpus humanum est nobilius, quàm alia inferiora corpora: sed per apprehensionem animę humanæ immutatur corpus humanum ad calorem, & frigus, vt patet in irascentibus, & timentibus, & quandoque etiam hæc immutatio peruenit vsque ad ægritudinem, & mortem. Ergo multò magis anima hominis potest sua virtute materiã corporalem immutare.

Sed contra est, quòd dicit August. * in 3. de Trin. quòd materia corporalis soli Deo obedit ad nutum.

Resp. Dicendum, quòd sicut suprà dictum * est, materia corporalis non immutatur ad formã, nisi vel ab agente aliquo composito ex materia & forma, vel ab ipso Deo, in quo virtualiter & materia & forma præexistit: sicut in primordiali causa vtriusque. Vnde & de angelis suprà dictum * est, quòd materiam corporalem immutare non possunt naturali virtute, nisi applicãdo corporalia agentia ad effectus aliquos producendos. Multò igitur minus anima sua virtute naturali potest immutare materiam corporalem nisi mediantibus aliquibus corporibus.

Ad primum ergo dicendũ, q sancti dicuntur miracula facere ex potestate gratiæ, non naturæ. Quod patet per illud quod Greg.,* ibidem dicit. Qui filii Dei ex potestate sunt, vt dicit Ioannes, quid mirum si signa facere ex potestate valeant?

Ad secundum dicendũ, q fascinationis causam assignauit Auic. ex hoc, q materia corporalis nata est obedire spirituali substantię magis, q̃ contrariis agentib. in natura. Et ideo quãdo anima fuerit fortis in sua imaginatione, corporalis materia immutatur s̃m eam: & hanc dicit esse causam oculi fascinantis. Sed s̃. ostensum est,* q materia corporalis non obedit substantiæ spirituali ad nutum, nisi soli Creatori. Et ideo melius dicendũ est, q ex forti imaginatione animæ immutantur spiritus corporis coniuncti: quæ quidẽ immutatio spirituum maximè fit in oculis, ad quos subtiliores spiritus perueniunt. Oculi autẽ inficiunt aerem continuũ vsque ad determinatũ spatium, per quẽ modum specula, si fuerint noua & pura, cõtrahunt quandam impuritatem ex aspectu mulieris menstruatæ, vt Arist.* dicit in lib. de som. & vig. Sic igitur cum aliqua anima fuerit vehementer cõmota ad malitiam, sicut maximè in vetulis contingit, efficitur s̃m modum prædictũ aspectus eius venenosus & noxius: & maximè pueris, qui habent corpus tenerum, & de facili receptiuum impressionis. Possibile est etiam quod ex Dei permissione, vel etiam ex aliquo facto * occulto, cooperetur ad hoc malignitas dæmonum, cum quibus vetulæ sortilegæ aliquod fœdus habent.

AD

*2. dialog. cap. 30. in medio.

*Gl. ordin. ibid.

* Lib. 3. de Trinit. c. 8. circa prin. tom. 3.

* q. 110. artic. 2.

* q. 110. artic. 2.

* Eod. lib. &c. in argu. citato.

* q. 110. artic. 2.

* Libro de som. cap. 2. ante med. tom. 2.

* Aliàs facto.

aspectu, fascinant pueros, qui taliter ex hoc læduntur, ut infirmentur,& cibum euomant. Non est autem hic sermo de fascinatione, secundum quod dicitur ludificatio sensus, quæ per artes magicas fieri consueuit(puta, quando hominem facit magus apparere leonem,capram,uel aliud brutum, licet in ueritate non sit a forma humana mutatus,) quamuis in Apostolo possit accipi fascinatio (Gal. 3. quis uos fascinauit). & hoc, & primo modo. Primo quidem,quasi dicat Apostolus. Vos Galatæ obedistis aliquando ueritati, nunc autem minime. Ergo uidemini fascinati.i. estis sicut pueri,qui ex aliquo inuido aspectu infecti cibum acceptum euomitis. Item,quasi dicat. Vos Galatæ estis sicut homo ludificatus,qui res manifestas accipit aliter, quam sint in rei ueritate,quia uidelicet estis ludificati per deceptiones,& sophismata,ueritati non obedire,inquantum s. ueritatem uobis manifestatam,& a uobis receptam,non amplius uidetis, & obediendo recipitis. Cæterum in hoc responso (ut tactum est)fascinatio sumitur solum in primo sensu,quæ est, quando ad apprehensionẽ fortem hominis,immutatur appetitus sensitiuus,ad quam immutationem sequitur immutatio corporis & spirituũ,ut. Ad appræhensionem delectabilis mouetur appetitus sensitiuus ad concupiscentiam,& exinde corpus calescit,similiter ex appræhensione timendi frigescit,& hæc immutatio spirituum inficit maxime oculos,qui infecti rem inspectam inficiunt (ut de speculo in litera.) In obstinatis ergo in malitia,cum maxima commotio fiat,ex forti appræhensione immutatur fortiter appetitus sensitiuus, & ex hoc alterãtur quasi uenenati, corporis spiritus, quorum infectio maxime fit ex uenis ad oculos,& ex oculis inficit aerem,quo mediante transit ad rem inspectam. Hinc est, quod ex talium personarũ,quasi uenenato aspectu,pueri caro,cum sit mollis,facile inficitur,quæ infectio uocatur hic fascinatio.

q.81.ar.3.

Ad tertium dicendum, quod anima corpori humano unitur ut forma, & appetitus sensitiuus, qui obedit aliqualiter rationi,ut sup. dictum est,* est actus alicuius organi corporalis. Et ideo oportet quod ad apprehensionem animæ humanæ commoneatur appetitus sensitiuus cum aliqua operatione corporali. Ad exteriora uero corpora immutanda appræhensio animæ humanæ non sufficit, nisi mediante immutatione proprii corporis, ut dictum est.*

ARTI-

De fędere pessimo strigũ uel &c. cum diabolo.

¶Not. Propter ly cum quib. uetulæ sortilegæ aliquod fędus habent, quæ sunt ultima uerba responsi textualis, aduerte sequentem declarationem. Huius pestiferæ sectæ professores, strigæ uel lamiæ,uel sortilegæ uel maleficæ uel hæc omnia simul,plures sũt fœminæ,experientia teste,quam uiri,& propter hoc dicit litera ly maxime in uetulab. Professores hi tam uiri, quam fœminæ, corã iudicibus,ut refert,& diffusius, Alfonsus a Castro,de iu.hær.puni. c.16. tandem sponte confessi sunt quod homo, qui uel quæ hanc sectã diabolicam profiteri uult primum ab eo,a quo docetur, adducitur coram dæmone in solio quodam alto uisibiliter ad instar regis sedente. Adductus statim habet, iuxta damnatorum infernas leges,abnegare baptismum,& omnia Christianæ fidei documenta relinquere,omnia Ecclesiastica sacramenta reiicere. Crucem.B. Deiparæ Virginis, aliorumq; etiã sanctorum quorumcumque imagines.(Hinc argumentum sumito, quod uenerari sanctorum imagines bonum est. sic de cæteris,ab oppositis, in sequentib. argumẽtare) prosternere,propriisque pedib. conculcare. Hanc tamen imaginum conculcationem non oportet coram diabolo illo statim efficere,sed sufficit,ut post se facturum promittat,quam primum dabitur occasio. Deinde ipsi diabolo, uelut principi, sese perpetuo obligatum atque deuictum reddit uouens ac promittens manib. intra manus illius positis,tamquam homagium faciens, quod erit ei in perpetuum fidelis,& omnib. mandatis eius obediens. Postea, tactis scripturis super quodam libro obscuras & ignotas paginas continente, iuramento promittit,se numquam ad fidem Christi rediturum, nec diuina præcepta seruaturum,sed solum ea, quæ per ipsum principem diabolum s.mandabuntur. Promittit etiam se,quoties uocatus fuerit, uenturum ad congregationes nocturnas,& sacrificia se facturum,quæ horis illis nocturnis fieri uiderit, preces emissurum,adorationis cultum se ei exhibiturum, omnia denique alia,quæ ab aliis ibidem fieri uiderit, se facturum. Hoc uoto,atque iuramento per ipsum facto, diabolus ille in solio tanquam rex apparenter sedens statim hilarem frontem prætendens promittit homini ipsi sic stanti se daturum perpetuam,quam non habet, fęlicitatem,gaudia immensa, quascumque in hoc mundo cupit habere uoluptates,& tandem post hanc uitam multo maiora. Deinde unum dæmonem ad illius huiusmodi custodiam atq; doctrinam constituit, qui illum perpetuo comitetur, illique per omnia seruiat,& omnia,quęcumque ille desiderabit, illi tribuat. Dæmoni huic ad custodiam destinato hoc peculiare officium,inter alia,commissum est, ut quotiescumque oportuerit accedere ad ludos nocturnos,ille hoc ipsum suo clientulo.i.homini eius curæ commisso,denunciet. illumque deferat ad locum congregationis. Hic dæmon pro custodia designatus qui a pessimis illis professoribus,ut audio, uocatur Martinettus uel Martinellus, quotiescumque nocte aliqua facienda est ad ludos & uoluptates exercendas generalis eorum congregatio ante duos dies eam congregationem fiendam suo clientulo annunciat, horamque & locum ei declarat,ut cum tempus aduenerit, sit ad ueniendum paratus. Iam hora eundi appropinquante, dæmon ille Martinettus uel Martinellus uocatus,hominem ipsum uoce quadam, ad similitudinem uocis humanę, formata uocat. Hac uoce audita, mox ille clientulus uasculum unctionis sumit, & quædã sui corporis membra, unctione ex uasculo sumpta, perungit. Hoc facto domum ęgreditur, & statim prope domus ostium inuenit Martinetum suum in forma hirci expectantem, super quem sic equitaturus ascendit,manib. suis crines hirci fortiter appræhendens, ne forte propter uelocissimum hirci motum ad terram deiiciatur. Dæmon igitur in forma hirci sic illum excipiens atque per aera celerrime transuehens,ad locum usque cõgregationis defert,ubi frequens uirorum,& fęminarum, multitudo coram diabolo regis ad instar sedente concurrit. Quo postquam eorum quisque peruenit,in primis diabolo sedenti reuerentiam facit, alio tamen modo,quam nos Deo uero facere solemus. Qua reuerentia sic præstita, quandoque sacrificia ei offerunt,non tamen semper. His omnibus peractis, diabolus tamquam rex in throno fictæ maiestatis sedens iubet omnibus ut tripudient,& cantent cum gaudio,& lętitia sumentes uoluptates suas. Tunc unusquisque dæmon,in forma uiri amasii,si re uera deest,illius mulieris, uel in forma amasiæ illius uiri,manu appræhendit suam mulierem,aut uirum, ad cuius custodiam destinatus erat,& cum illa,uel illo, saltat & choreas facit. Choreis & saltationib. finitis ueniunt ad mensas lautissimis ferculis pręparatas,& ita ornatas,ut unusquisque pro libito suo illis uescatur. Conuiuiis expletis,luminaria omnia extinguuntur. Hunc morem seruat hæresis Condormientium dicendo omnibus ibi existentibus,crescite & multiplicamini,& dæmon quisquis prædictus uel in forma uiri incubi accipit suam fęminã uel in forma fęminæ succubę accipit suum uirum, & sic inuicem miscentur carnisque libidines usque ad satietatem uolitas explent cum maxima,ut aiunt, uoluptate. Demum reuertuntur omnes ad domos proprias equitando in hircis,ut prius. Alias personas quotquot possunt,ad diaboli obsequium adducere,& a Dei seruitio auertere conantur,ut diaboli imperium suo ministerio augeatur. Pueros multos,antequam baptizentur,interficere conantur, ne baptismo suscepto ad uitam ęternam peruenire ualeant. Nocte domos ingrediuntur alienas, cameras quantumlibet obseratas,dæmone illis uiam aperiente, intrant, puerorum sanguinem sugunt,ut strix auis,quandoque suffocant, multaque alia circa eos mala committunt,puta fascinationem &c. quæ ipsæ, maligno spũ instigante sciunt. Ex his patere potest, uel in toto uel in parte, fędus illarum uetularum cum dæmone,& ab eis fascinatio,cooperante eodem,de quibus in litera ad secundum.

Ad 2. arg. præced.

3^m conclusio. Ergo multo magis &c. R. si corporibus aliis uniretur ut forma & motor. §. Tũc &c. His enim non sic unitur. Et ideo nec multo magis, nec æqualiter,potest illa immutare. Hinc dic,quod argumentum accipit pro causa immutationis nobilitatem,uel ignobilitatem,cum tamen uera huiusce causa sit esse unitum modo supradicto, & iccirco cõmittit fallaciam secundum non causam,ut causam.

APPENDIX.

Vtilit. pro S.Eccles.

EX articulo habes primo, quomodo per rationem reiicias errorem Algazelis(Direct. Inquisi. 2 par.q.4.)dicentis, quod impressio animæ transit in corpus aliud,ita quod potest ipsum destruere,& interficere,per excitationem suam atque fascinationẽ. Auicenna eiusdem uidetur fuisse sententiæ. Licet non omnino sub iisdem uerbis,ut in ad secundum. Conueniunt.n.ambo in fascinatione. Secundo habes, quomodo per rationem ostendas,has illorum positiones, recte damnari ibi a Directorio Inquisitorum uniuersaliter in principio quæstionis,cuius uerba,quia iam multotiens recitata fuerunt, nunc silentio prætermittuntur. Item a concilio &c.ut q.110.ar.2.app. Quæcumque enim dãnant,quod angelis materia corporalis obediat ad nutum, damnare etiam simul intelliguntur,ut colligitur ex ad secundum, quod homo per uirtutem animæ suæ possit corporalem materiam immutare. Item ab ipsarum personarum fascinationem exercentium iudiciaria confessione, ut in notatione post ad secundum patuit. (2)
Tertio uides, quomodo ex his uicissim Anglica firmetur conclusio. (3)

Comm. Cardinalis Caietani.

TItulus. Homo ex uirtute animæ, inquantum anima est. Immutare immutationem formali corporalem naturã, directe supponit pro extrinsecis corporibus quamuis ut patebit, etiam de intrinseco aliquo modo uerificetur conclusio.

¶In corpore una conclusio responsiua quæsito negatiue. Anima sua uirtute non potest materiam corporalem immutare nisi mediante aliquo corpore. Probatur. Materia corporalis a solo Deo, aut composito ex materia & forma potest immediate mutari, ergo. Antecedens patet ex dictis. Consequentia est per se nota. & confirmatur; Angeli non possunt hoc, nisi mediante corpore. ergo multo minus anima. Antecedens patet ex primo antecedente. Consequentia nota.

¶In rñsione ad tertiũ aduerte, q ut ex illa patet, aïa nec corpus proprium directe immutare põt formali immutatione, quĩa aïa non est directe principium alicuius mutationis, ut patet discurrendo per mutationes, alterationem, augmentationem, gñationẽ. Nihil. n. horum anima facit per operationem aïalem, i. apprehensionem, aut uolitionem directe, quia non est tantę efficacię, sed ut in litera dr̃, ad apprehensionem aïæ sequitur actus appetitus sensitiui, puta, timor, quẽ concomitatur commotio alicuius humoris &c. & sic indirecte anima humana immutat corpus proprium.

Capr. 4. d. 5. q. 2. con. 1. & 2.

ARTICVLVS IIII.

Vtrum anima hominis separata possit corpora, saltem localiter, mouere.

AD QVARTVM sic proceditur. Videtur quod anima hominis separata possit corpora, saltẽ localiter, mouere. Substantiæ. n. spirituali naturaliter obedit corpus ad motum localem, ut sup. dictum est, [q. 110. ar. 3] * sed anima separata est substantia spiritualis. Ergo suo imperio potest exteriora corpora mouere.

¶ 2 Præt. In itinerario Clemẽtis† [li. 2. cir. fin. a. for. a pri. lib.] dicitur narrãte Niceta ad Petrum, q Simon magus per magicas artes pueri a se interfecti animam retinebat, per quam magicas operationes efficiebat, sed hoc esse non potuisset sine aliqua corporum transmutatione, ad minus locali. Ergo anima separata habet uirtutem localiter mouendi corpora.

SED CONTRA est, quod Philos. dicit in lib. de anima, [li. 2. de aïa tex. 26. t. 2.] * quod anima non põt mouere quodcumque corpus, sed solummodo proprium.

RESPON. Dicendum, quod aïa separata, sua naturali uirtute non potest mouere aliquod corpus. Manifestum est enim, quod cum anima est corpori unita non mouet corpus, nisi uiuificatum, unde si aliquod membrum corporis mortificetur, non obedit animæ ad motum localem. Manifestum est autem quod ab anima separata nullum corpus uiuificatur, unde nullum corpus obedit ei ad motum localem, quantum est de uirtute suæ naturæ, supra quam potest aliquid ei conferri uirtute diuina.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod substantiæ quædam spirituales sunt, quarum uirtutes nõ determinantur ad aliqua corpora, sicut sunt angeli, qui sunt naturaliter a corporibus absoluti, & ideo diuersa corpora eis possunt obedire ad motum. Si tamen alicuius substantiæ separatæ uirtus motiua determinetur naturaliter ad mouendum aliquod corpus, non poterit illa substantia mouere aliquod corpus maius, sed minus, sicut secundum philosophos, motor inferioris cœli non posset mouere cęlum superius. Vnde cum anima secundum suam naturam determinetur ad mouendum corpus, cuius est forma, nullum aliud corpus sua naturali uirtute mouere potest.

AD SECVNDVM dicendum, quod sicut dicit August. 10.* [li. 10. de ciui. Dei c. 11 a med. t. 5.] de ciuit. Dei & Chrys.† [Chris. hom. 29. in Matt. non multũ remote ante med. t. 2.] super Matth. * frequenter dæmones simulant se esse animas mortuorum ad confirmandum Gentilium errorem, qui hoc credebant. Et ideo credibile est, quod Simon Magus illudebatur ab aliquo dæmone, qui simulabat se esse animam pueri, quem ipse occiderat.

SVP. Q. CXVII. ART. IIII.

COncl. Anima separata uirtute sua naturali, non potest mouere aliquod corpus. [579 Ma. q. 16. a. 10. ad 2.]

¶ PROB. Quia uirtus naturalis animæ non se extendit ad mouendum localiter, nisi corpus a seipsa uiuificatum, patet de membro corporis mortificato, ac uiuificato, & ab anima separata nullum corpus mortuum uiuificatur. patet.

1^m de maiori.

Substantię spirituali. R. cuius uirtus non est determinata ad aliquod corpus, non cuius uirtus motiua determinata naturaliter est ad mouendum aliquod corpus. §. Tunc &c. Patet in litera applicatio, notando, quod anima separata est eiusdem naturæ, & uirtutis, cuius est coniuncta. Si coniuncta ergo naturaliter est determinata ad mouendum corpus &c. separata remanebit determinata sic.

2^m de maiori.

Animam pueri. R. idest dæmonem simulantem se esse animam pueri, non aliter, §. Tunc &c. ut patet. Ex textu. Magos multos in arte sua illudi ipsis nescientibus, a dæmone, conijcias, ut sic uerificetur de maleficis illud Prouerb. undecimo, in insidiis suis capientur iniqui, & Sapien. undecimo, per quæ quis peccat, per hæc & torquetur. Dum enim illudere satagunt aliis, illuduntur & ipsi, Deo iuste id permittente, & malitia, dæmonum exequente.

APPENDIX.

[Vtilit. pro S. Eccles.]

EX articulo habes primo, quomodo per rationem ostendas, philosophum merito dixisse lib. secundo, de anima tex. uigesimosexto, quod anima non potest mouere quodcumque corpus, sed solummodo proprium. Hoc enim in idem redit, ac si dixisset, quod anima separata non potest mouere aliquod corpus localiter. Nam proprium tunc actũ non habet, cum sit ab eo separata, & consequenter nec illud mouere potest. Nullum ergo. Quod autẽ in idem redeat &c. patet, quoniam anima separata eiusdem remanet naturę, & uirtutis naturalis &c. dic, ut ad primum. Nec obiicias, philosophum nõ tenuisse separationem animę intellectiuę, & consequenter non ualere illud deductum, quoniam, falsum est, Aristotelem ipsum nõ tenuisse separabilem esse animam intellectiuam, & immortalem, ut q. 75. artic. 2. 6. appen. dictum est. De hoc etiam uide aliquid, q. 76. art. 2. appen. Adde quod philosophus ipse loquens de forma ad literam in 12. metaph. tex. 17. ait, quæ autem est causa ut ratio, idest forma, simul incipit cum re, si autem posterius aliqua forma manet, perscrutandum est, in quibusdam enim, formis nihil prohibet, ut si est anima tale, nõ omnis, sed intellectus, Aristoteles ergo postquam dicendo quod forma, omnis incipit cũ re cuius est forma, exclusit errorem ponẽtium animam intellectiuam uel plures, ut Origenistarum error habebat, supra quæst. 65. art. 1. uel primi hominis saltem, ut Ioan. Episcopi Hierosl. q. 90. ar. 4. præcessisse propria corpora, mox excludit errorem ponentium, animam non remanere separatam post corpus defunctum, ut Arabicorũ, Hermãni Risuich, Sadducæorum, sup. q. 75. art. 2. dicendo ly posterius aliqua forma manet non omnis sed intellectus. Quid clarius, p formæ intellectiuæ immortalitate, secundum philosophum? Tenuit ergo Arist. separatam dari animam, & consequenter in idem redit suum dictum sup. de anima coniuncta & separata, ut ibi deducebatur. Sed dices instando adhuc, quod in illo textu apponitur ly forsan, legendo, sed forsan intellectus. Et ego dico, quod in quodam libro, textu eodem, legi sine forsan, sic, non oïs, sed intellectus. Et dato, quod, sicut & ipse legi, apponatur ly forsan, hoc nihil penitus obstat proposito. Nam ly forsan, ab Arist. ibi ponitur causa uel modestiæ, uel ut deserat ipse proprio tractatui de anima, ut egregie ibidem exponit Sanctus Doctor nõ autem causa dubitationis. Et ob hoc in opinionem adducor, quod ille liber de quo dicebam, sine forsan, ideo impressus est, ut nullam inesse menti Aristotelis de huiusmodi sententia dubitationem, apertius ostenderet. Quasi diceret, per tale suum factum. Ly forsan, dubitationem nullam secundum philosophum dicit, & ideo siue apponatur, siue non, attenta hac ratione, scilicet dubitationis, nihil refert. Libri huius allata ratio, quod s. nullum est hic dubium apud Aristotelẽ licet uerissima sit, tamen ob hanc non debuit alterare textum, si re uera erat cum ly forsan, sed fideliter ad mentem philosophi ipsum

QVAE- expo-

exponere cum D. Thoma. Quod enim fidelissima menti Aristotelis sit sancti Doctoris expositio, satis constat ex ipsissimo textu. Quibusdam, inquit, formis nihil prohibet. Quid, ergo, non prohibet? Quod, inquit antea, posterius maneant. Hoc erat, ait, perscrutandum de omnibus formis in materia receptibilibus. vtrum scilicet aliqua illarum formarum posterius, i. postquam desint esse actu in materia, remaneret. Ecce textus nudus. Quid huic quæsito respondet philosophus? Quibusdam (inquit) formis nihil prohibet. Vide in responsione hac nullam prorsus dubitationẽ. Pro constanti igitur tenet philosophus, quod quibusdam formis nihil prohibet, sci licet posterius manere. Hoc firmo fundamento a se iacto, mox perscrutatur, quæ nam sint illæ formæ, de quibus dixerat quod nihil prohibet &c. & quæsitum terminans dicit. Non omnis, sed forsan intellectus. Vbi patet bene consideranti, quod impossibile est, quod accipiat ly forsan, dubitatiue. Alioquin quomodo assertiue dixisset, quod quibusdam formis nihil prohibet? Si enim certum est philosopho, quod non omnis remanet, & est incertum, an intellectus remaneat, non est intelligibile, quomodo potuerit asserere, quod quibusdam formis nihil prohibet. Dixisset. n. tunc quibusdam formis forsan nihil prohibet. Nulla. n. est alia forma receptibilis in materia præter omnem, & intellectiuam. Vnde si dubitat quicquam de forma intellectiua, cum de nulla alia (teste ipso) uerificari possit ly quibusdam formis nihil prohibet, patentissimum est, etiam proteruientib. si qui sunt, ex nudo contextu considerato, quod prædicere debuisset ly quibusdam formis nihil forsan prohibet, non autem ly quibusdam formis nihil prohibet. Vt, si dicamus Aristoteli. Quomodo scis tu: quibusdam formis nihil prohibet? Et ipse respondeat. Inde hoc tantum scio, quia intellectus forsan remanet. Replicemus nos ei. Et quare dixisti prius assertiuè, quod quibusdam formis nihil prohibet, & non potius (stante responso tuo) dubitatiue, scilicet quibusdam formis nihil forsan prohibet? Nam si dubitabas de intellectu, an remaneret, de quo solum (per te) uerificari potest, quod nullam habeat prohibitionem ad remanendum, quomodo non falsum dixisti tu assertiue facendo, quod quibusdam formis nihil prohibet? Etenim de uno & eodem prius sine uacillatione aliqua affirmare, quod nihil prohibet ipsum remanere, & postea in eadem sermonis textura mox dicere, quod dubitas, utrum aliquid prohibeat ipsummet remanere. Hoc, inquam, est patens mendaciosi & falsi hominis signum, dignumque, quod illi homini nihil amplius credatur, immo etiam, quod prius credita illi reuocentur in dubium (ut patet in constitutis iudiciariis, seu a iudice factis, & testium de aliquo examinatione.) Nunquid nõ, & tu, Aristoteles, docuisti in libro fallaciarum, quod redargutio. (Hæc sibimet non constat in dictis eodem uerborum contextu) est in literario negocio non uulgare peccatum? Viden? in quantas angustias teipsum conieci sti, certificando prius id, de quo subinde te non esse certum, dixisti? Respondeat philosophus, & hac solum responsione, ex his erteis se nouerit emersurum. Ego per ly forsan. nil dubitationis de hoc apud me significare uolui, sed tantum modestiæ causa (qua pluries sub diuersis uerbis in doctrina mea utor), ly forsan, attuli, & ut per hoc incitarem animos legentium ad perscrutandum tractatum proprium de hac re, a me factum, in suo loco, idest in libris de anima. En uerissima philosophi mens, sibi constans, sibi fidem in suis dictis non derogans, sine ullo fallaciæ uitio, a D. Thoma (anima Aristotelis a Græcis iure uocato) perspicacissimè ibidem introspecta. Hunc locum pro immortalitate animæ intellectiuæ, secundum etiam Aristotelem, si diligenti mente seruaueris, quantum hallucinentur contrarium uel ambiguum de eiusdem mente somniantes, clara luce perspicies. Faciunt hæc quoque pro quæst. 75. articulo secundo, sexto, appen. Secundo habes quomodo per rationem dictum philosophi in principio huius appendicis, pro quanto animam separatam non posse dicit mouere corpora localiter, & intelligas & declares & probes. Tertio uides, quomodo ex his uicissim Angelica inuetur conclusio præsentis articuli.

Comm. Cardinalis Caietani.

Titulus clarus.

¶ In corpore est una conclusio negatiua quæsito. Anima separata sua naturali uirtute non potest mouere aliquod corpus. Probatur. Anima coniuncta non mouet corpus, nisi uiuificatum a se. ergo separata nullum corpus potest mouere. Antecedens probatur, quia membrum mortificatum non obedit ei ad motum localem. Consequentia probatur, quia nullum corpus uiuificatur ab anima separata.

¶ Circa hanc consequentiam dubium occurrit, quoniam consequentia ista supponit idem iudicium esse de aĩa separata, & coniuncta, quod non probatur. Et apparet falsum in simili consequentia. Anima coniuncta non intelligit aliquid, nisi phantasiarum. ergo separata nihil intelligit. Probatur, quia animæ separatæ nihil offertur phantasiatum. Ista consequentia dicitur non teneri, quia non est idem iudicium de anima separata, & coniuncta. ergo nec illa quæ facta est nunc, nisi probetur identitas iudicii.

¶ Ad hoc prima facie dici potest, quod quia anima separata nõ est maioris uirtutis motiuæ, quam coniuncta, idcirco consequentia tenet. Sed contra hanc responsionem sunt primo, quod non est maioris uirtutis mouere lapillum q̃ corpus coniunctum. Secũdo, quod licet anima separata non sit maioris uirtutis, est tamen alterius modi utendi illa uirtute, sicut est alterius modi essendi, & intelligendi, & propterea coniuncta mouet uiuificando, separata autem non uiuificando. Vnde dicendum est, quod consequentia fundatur super una propositione priore antecedente, & implicite declarata in illo, & explicata in responsione ad primum, & est ista. Anima humana est ex propria natura determinata ad mouendũ corpus a se uiuificatum tantum. Ex hac enim optimè ualet consequentia quoniam quod cõuenit ei ex natura, nõ uariatur ex uario modo essendi. Hæc autem clauditur, & declaratur in antecedente assumpto. Clauditur quidem quoniam cum uis motiua ut sic, respicit corpus, quia respicit mobile quod oportet esse corpus, iuxta doctrinam 6. Phys. tex. 32. & anima secundum statum coniunctionis respiciat etiam corpus, consequens est quod tota uis motiua statu coniunctionis concludatur. Declaratur autem, quia patefacto quod anima in statu coniunctionis determinata est ad corpus uiuum, palam fit, quod anima absolute est uirtutis limitatæ ad mouendum tale corpus. Et ad instantiam quæ fit de diuersitate modi mouẽdi, dicendũ est de differentia inter uirtutem motiuã, ac intellectiuam, & uolitiuam ut sic. Intellectus enim secundum totum genus suum habet pro obiecto ens inquantum ens, nec est contractus ad aliquod particulare ens siue in genere, siue in specie. Virtus autem motiua ex propria ratione habet pro obiecto certum ens, scilicet corpus mobile, & propterea intellectum coniunctum, qui non potest attingere ens nisi phantasiatum, oportet separatum habere alium modum intelligendi, quo proprium obiectum possit attigere, ex quo obiectum adæquatum suum non erat ens phantasiatum. Virtus autem motiua, cum ex genere suo ad certum ens, s. corpus, determinetur, consequens est ut secundum species suas ad certas species corporis determinetur, & sic cum suprema uis motiua ad corpus determinata, non tamen ad multitudinem, nec magnitudinem eius limitatur, quia est infinita, consequens est, quod paulatim descendendo infima uis motiua ad corpus minimum multitudine, & magnitudine determinata sit. Constat autem quod anima humana est ultimus motor inter spiritus, igitur eius uis ad corpus humanum, quod est paruissimum respectu mobilium ab angelis, & unicum, corpus humanum, scilicet uiuificatũ a se determinatur: aliter non esset ini nfimo gradu limitationis. Et propterea non potest rationabiliter distingui modus mouendi iuxta modum essendi, & intelligendi. Non enim remanet in anima separata habitudo ad obiectum potentiæ motiuæ, quia non est uniuersale sicut intellectus. Et ideo optime litera efficaciã animæ coniunctę subintelligens, efficaciam illius simpliciter quoad uim motiuam, intulit, quod non potest coniuncta.

Fer. 2. conc. c. 86.

SVP. Q. CXVIII.

ART. I.

CONCL. I. Necesse est, quod naturaliter tam anima sensitiua, quam aliæ huiusmodi formæ producantur in esse ab aliquibus agentibus corporalibus transmutantib. materiã de potentia in actum p aliquam uirtutem corpoream

QVAESTIO CXVIII.

De Traductione hominis ex homine quantum ad animam, in tres articulos diuisa.

DEINDE considerandum est de traductione hominis ex homine. Et primo, quantũ ad animam. Secundo quantum ad corpus.

CIRCA primum quæruntur tria.

¶ Primo, Vtrum anima sensitiua traducatur cum semine.

¶ Secundo, Vtrum anima intellectiua.

poream existentem in eis.

¶ Prob. Quia anima sensitiua, atque huiusmodi non possunt fieri per creationem, cum non sint per se subsistentes, q.75.art.3. sed tantum per generationem compositi sui sequuntur, & generans est simile generato.

580
1.d. 18.q. 2.art.3. et 2.cont.ca. 86.§.1. et po.q.3.ar. 11.

¶ Concl. 2. Possumus dicere, et quod anima generati causetur ab anima generantis, et quod a uirtute deriuata ab ipsa, quæ uirtus est in semine.

¶ Prob. Quia non refert dicere, quod aliquid moueatur ab instrumento uel a principali agente, et ex anima generantis deriuatur quædam uirtus actiua ad ipsum semen animalis, sicut a principali agente deriuatur quędam uis motiua ad instrumentum.

1^m de maiori.

Perfecta. ℞. ita quod per se subsistat, non aliter. §. Tunc etc. ut patet in litera. Ex qua scito illud quod plerumque diximus, maxime in regula q.40.art.1. supra, quod uidelicet. Sanctus Doctor iterare nō solet, quod ex proxime dictis potest haberi. Quia enim dixit nunc in corpore quod anima sensitiua non est per se subsistens, et hoc ibi probauit, ideo huius rei iterationem refugit.

2^m de minori.

Agit. ℞. uirtute sua tantum, non, uirtute etiam agentis equalis ad illā speciem. §. Tunc etc. Nam uirtute etiam animę sensitiuæ generantis, quæ utique est æqualis ad generandam animam sensitiuam generati agit semen, ut ex litera.

3^m de maiori.

Generans qūo generat sibi simile.

Actu. ℞. uel uirtute. §. sufficit enim quod forma generati sit uirtute in causa instrumentaria generationis, ut in litera patet. Tunc nihil etc. Nam illa maior scilicet generans generat sibi simile, intelligitur solum de principali agente, si loquatur de simili in actu, si uero debeat intelligi de instrumento, glossanda de simili in uirtute, ut patet in textu de serra, uel securi respectu formæ lecti. Inquantum, enim in eis est motio ad formam lecti, intantum forma lecti est uirtute in eis.

Quartum

¶ Tertio, Vtrum omnes animæ fuerint simul creatæ.

ARTICVLVS I.

Vtrum anima sensitiua traducatur cum semine.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur quod anima sensitiua non traducatur cum semine, sed sit per creationem a Deo. Omnis enim substantia perfecta, quæ non est composita ex materia, & forma, si esse incipiat, hoc non est per generationem, sed per creationem, quia nihil generatur nisi ex materia, sed anima sensitiua est substantia perfecta, alioquin non posset mouere corpus, & cū sit forma corporis, non est ex materia & forma composita. Ergo non incipit esse per generationem, sed per creationem.

¶ 2 Præter. Principium generationis in rebus uiuentibus est per potentiam generatiuam, quæ cum numeretur inter uires animæ uegetabilis, est infra animam sensitiuam, nihil autem agit ultra suam speciem. Ergo anima sensitiua non potest causari per uim generatiuam animalis.

¶ 3 Præt. Generans generat sibi simile, & sic oportet quod forma generati sit actu in causa generationis, sed anima sensitiua nō est actu in semine nec ipsa, nec aliqua pars eius, quia nulla pars animę sensitiuæ est, nisi in aliqua parte corporis, in semine autem non est aliqua corporis particula, quia nulla particula corporis est, quæ non fiat ex semine, & per uirtutem seminis. Ergo anima sensitiua non causatur ex semine.

¶ 4 Præt. Si in semine est aliquod principium actiuum animæ sensitiuę aut illud principium manet generato iam animali, aut non manet. Sed manere non potest, quia uel esset idem cum anima sensitiua animalis generati, & hoc est impossibile, quia sic esset idem generans & generatum, & faciens & factum, uel esset aliquid aliud, & hoc etiam est impossibile, quia supra ostensum est, quod in uno animali non est nisi unum principium formale, quod est una anima. Si autem non manet, hoc etiam uidetur impossibile, quia sic aliquod agens ageret ad corruptionem suiipsius quod est impossibile. Non ergo anima sensitiua potest generari ex semine.

SED CONTRA. Ita se habet uirtus, quæ est in semine, ad animalia, quæ ex semine generantur, sicut se habet uirtus, quæ est in elementis mundi, ad animalia, quæ ex elementis mundi producuntur, sicut quæ ex putrefactione generantur, sed in huiusmodi animalibus animæ producuntur ex uirtute, quæ est in elementis, secundum illud Genes.1. Producant aquę reptile animæ uiuentis. Ergo & animalium, quę generantur ex semine, animæ producuntur ex uirtute, quæ est in semine.

RESPON. Dicendum, quod quidam posuerunt animas sensitiuas animalium a Deo creari. Quæ quidem positio conueniens esset, si anima sensitiua esset res subsistens, habens per se esse, & operationem. Sic enim sicut per se haberet esse & operationem, ita per se deberetur ei fieri. Et cum res simplex & subsistens non possit fieri, nisi per creationem sequeretur, quod anima sensitiua procederet in esse per creationem, sed ista radix est falsa, scilicet quod anima sensitiua per se habeat esse, & operationem, ut ex superioribus patet. * non enim corrumperetur corrupto corpore. Et ideo cum non sit forma subsistens, habet se in essendo ad modum aliarum formarum corporalium, quibus per se non debetur esse, sed esse dicuntur inquantum composita subsistentia per eas sunt. Vnde & ipsis compositis debetur fieri. Et quia generans est simile generato necesse est quod naturaliter tam anima sensitiua, quam alię huiusmodi formæ producantur in esse ab aliquibus corporalibus agentibus transmutantibus materiam de potentia in actum per aliquam uirtutem corpoream, quæ est in eis. Quanto autem aliquod agens est potētius, tanto potest suam actionem diffundere ad magis distans. Sicut quanto aliquod corpus est magis calidum, tanto ad remotius calefactionem producit. Corpora igitur non uiuentia quæ sunt inferiora naturæ ordine, generant quidem sibi simile non per aliquod medium, sed per se ipsa, sicut ignis per se ipsum generat ignem sed corpora uiuentia tamquam potentiora agunt ad generandum sibi simile & sine medio, & per medium. Sine medio quidem in opere nutritionis, in quo caro generat carnem, cum medio uero in actu generationis, quia ex anima generantis deriuatur quædam uirtus actiua ad ipsum semen animalis, uel plantæ, sicut & a principali agente deriuatur quædam uis motiua ad instrumentum. Et sicut non refert dicere, quod aliquid moueatur ab instrumento, uel principali agente, ita non refert dicere, quod anima generati causetur ab anima generantis, uel a uirtute deriuata ab ipsa, quæ est in semine.

q.75.ar.3

AD PRIMVM ergo dicendum, quod anima sensitiua non est substantia perfecta per se subsistens. Et de hoc supra dictum est, * nec oportet hic iterare.

q.75.ar.3

AD SECVNDVM dicendum, quod uirtus generatiua non generat solum in uirtute propria, sed in uirtute totius animæ, cuius est potentia, & ideo uirtus generatiua plantæ generat plantam, uirtus uero generatiua animalis generat animal. Quanto enim anima fuerit perfectior, tanto, uirtus eius generatiua ordinatur ad perfectiorem effectum.

AD TERTIVM dicendum, quod uirtus illa actiua quæ est in semine, ex anima generātis deriuata, est quasi quædam motio ipsius animæ generantis, nec est anima, aut pars animę nisi in uirtute, sicut in serra uel securi non est forma lecti, sed motio quædam ad talem formam. Et ideo non oportet quod ista uis actiua habeat aliquod organum in actu, sed fundatur in ipso spiritu incluso in semine quod est spumosum ut attestatur eius albedo, in quo etiam spiritu est quidam calor ex uirtute cœlestium corporum, quorum etiam uirtute agentia inferiora agunt ad speciem, ut supra dictum est. * Et quia in huiusmodi spiritu concurrit uirtus animæ cum uirtute cœlesti, dicitur quod homo generat hominem, & Sol. Calidum autem elementare se habet instrumentaliter ad uirtutem animæ sicut etiam ad uirtutem nutritiuam, ut dicitur in * secundo, de Anima.

q.115.art. 3.ad 2.
li.2.de aīa tex.50.ita de partib. aīalium, c. 3.t.2.& 4.

AD

4m Secunda pars minoris diuisæ. Si autem non manet, hoc uidetur impossibile, &c. Dicitur quod in generato non manet, & negatur, quod hoc sit impossibile. §. Ad probationem illam, sic aliquod agens, &c. respondetur, quod non est ad propositum. Loquitur enim, si debeat uerificari omnino, de principali agēte, non de instrumentario, & semen est solum instrumentale agens. Nam sicut motio instrumenti cessat effecto iam in esse producto, ita uirtus actiua, quæ erat in semine, esse desinit dissoluto iam semine, & euanescente spiritu, qui inerat. Vnde in hoc sensu potest aliquo modo concedi, quod agens instrumentarium agat ad corruptionem suipsius, quamuis, proprie loquendo, deberet dici non sic, sed quod agens instrumentarium agit actione tali, quod finita illa cessabit. Nec hoc est inconueniens, immo conueniens, ut patet consideranti. Sic stella magorum ductrix, & columba super Christum baptizatum apparens, completis suis officiis ad quorum executionem, ut instrumenta facta fuerant, cessauerunt, seu esse amplius desierunt tertia par. de Sal. quæstio. 36. articulo septimo, de stella, & q. 39. ar. 6. ad secundum, de columba, nec tamen propter hoc dicuntur frustra fuisse, uel ad corruptionem suipsarum egisse.

li. 1. c. 2. & c. 20. to. 4.

Cessare, cō pleto suo officio, non est agere ad corruptionem sui.

AD QVARTVM dicendum, quod in animalibus perfectis, quæ generantur ex coitu, uirtus actiua est in semine maris, secundum Philosophum in lib. * de generatione animalium. Materia autem fœtus est illud, quod ministratur a fœmina, in qua quidem materia statim a principio est anima vegetabilis, nō quidem secundum actum secundū, sed secūdum actum primum, sicut anima sensitiua in dormientib. Cū autem incipit attrahere alimentū, tunc iam actu operatur. Huiusmodi igitur materia transmutatur a uirtute, quæ est in semine maris, quousque perducatur in actum animæ sensitiuæ, non ita quod ipsamet uis, quæ erat in semine, fiat anima sensitiua, quia sic idem esset generans & generatum. Et hoc magis esset simile nutritioni & augmēto, quam generationi, ut Philosophus dicit. * Postquam autem per uirtutem principii actiui, qđ erat in semine, producta est anima sensitiua in generato quantum ad aliquam partem principalē, tunc iam illa anima sensitiua prolis incipit operari ad complementum proprii corporis per modum nutritionis & augmenti. Virtus autem actiua, quæ erat in semine, esse desinit dissoluto semine, & euanescente spiritu qui inerat. Nec hoc est inconueniens, quia uis ista non est principale agens, sed instrumentale. Motio autem instrumenti cessat effectu iam producto in esse.

ARTI-

APPEN-

A P P E N D I X.

Ex articulo habes primo, quomodo per rationem ostendas, philosophum merito sensisse, quod anima sensitiua, & uegetatiua, traducantur cum semine. Hoc autem dixerim 2. de gener. animal. capit. 3. sic. Animam uegetalem, & sensualem in seminibus, & conceptib. haberi potētia statuendum est non actu. Item ibi, extrinsecus eas animas uenire, impossibile est. Item ibi declarare uolens quomodo ex semine causari possunt, ait. Inest in semine omnium, qđ facit, ut fœcunda sint semina, quod calor uocatur, idque nō ignis, nec talis facultas aliqua est, sed spiritus, qui in semine, spumosoque corpore continetur, & natura, quæ in eo spiritu est, proportione respondens elemento stellarum. Item ibi. Solis calor, & animalium non mouetur, qui in semine continetur, uerum ēt, si quid excrementi sit, quanquam a natura diuersum, principium habet uitale. Secundo habes, quō per rationem hæc dicta philosophi, pro quanto aīas uegetatiuam, & sensitiuam, statuunt causari ex semine, & intelligas, & declares, & probando a contrariis defendas. Tertio uides, quomodo ex his uicissim Angelica iuuetur præsentis art. doctrina.

Vti. pro S. Eccl.

li. 1. tex. 33 & 34.

2

3

¶Nor. Fauent art. præsenti artic. in ord. 372. 364. 568.

Comm. Cardinalis Caietani.

Titulus, cum semine, i. communicetur a generante per hoc, qđ ab eo deciditur semen, ita quod in semine uehatur anima sensitiua formaliter, uel uirtualiter.

¶In corpore, duo principaliter. Primo tractatur opinio. Secundo respondetur quæsito.

¶Quoad primum, duo. Primo, opinio ipsa tenet, enim partem negatiuam dicens. Animam sensitiuam a solo Deo fieri. Secūdo, repræhensio illius ex causis eius quod est fieri oportere per creationem s. simplicitate, & subsistentia simul. Cui. n. hæc duo sunt oportet creari, & cui non, nisi forte propter excellentiam ordinis rei factæ, ut de gratia dicitur. Ex his enim arguit. Si haberet anima sensitiua hoc, crearetur, sed quia non habet, quod probatur, quia non est incorruptibilis, ergo.

¶Quo ad secundum conclusio responsiua est affirmatiua. Aīa sensitiua causatur ab aīa generantis principaliter, & a semine instrumentaliter. Hæc conclusio includit duo. Primum, cōe animæ sensitiuæ, & cæteris formis corporalib. s. quod fit ab agente corporeo. Secundum, q̄ fit tali modo. s. per semen. Et quoad utrumque probatur. Primo, q̄ ab agente corporeo, quale est gñans, ꝓbatur ex principio pluries repetito. Forma quæ sic solū est, quia inest composito, fit ad factionem compositi, ergo ab agente corporeo, sed anima sensitiua est hmōi, ergo. Antecedens probatur, quia fieri conuenit alicui eo modo, quo esse consequentia ꝓbatur, quia oportet unumquodque fieri a simili. Minor iam patet ex dictis, ergo. Secundum uero probatur ex dīta inter agentia superioris ordinis, & inferioris sic. Inter corporalia agentia quanto uirtuosius tanto indistantius potest. ergo uiuentia possunt & sine medio agere sibi similia, ergo per semen. Antecedens probatur inductione in calido &c. Prima consequentis probatur, uiuentia sunt suprema corpora & consequenter uirtuosissima. Secunda uero probatur, quia semen est illud medium, quo generans attingit distans. Declaratur quoque in litera consequens primæ consequentiæ. Et ultimo docetur, quod nihil infert dicere animam causari ex semine, aut generante, quia se exigunt sicut agens, & instrumentum.

¶Aduerte hic, q̄ probato, q̄ aīa sensitiua fit ab agente corporeo, quia cōpositum oportet a simili fieri, satis ꝓbatū est, quod [illegible] ab aīali, quia oportet animal a sibi simili fieri. Non. n. ab alio corpore agente fieri intelligitur, quam ab sibi simili. Et probato qđ agentia quæ uiuunt, possunt per semen sibi similia producere, satis probatum est, qđ ita est de facto. In causis. n. necessariis etiam necessitate philosophica ut sic, idem est possibile, & necessarium, quo ad rerum ordinem, secus quo ad miracula.

¶Circa hanc conclusionem occurrit dubium ex Scot. in 18. d. secundi libri, ubi tenens quod semē nec est actiuum generationis substantialis, nec organizationis, sed cuiusdā præuiæ alterationis tm̄, dupliciter probat, quod semen non est actiuum animæ sensitiuæ. Primo sic. Semen aut causat animā in instanti generationis, aut ante, non ante, quia habet rationem passiui. probatur: quia est conuertibile de proximo in substantiā geniti. Nec in instanti generationis, quia tunc non est, sed conuertitur, & conuersum est simul in substantiam geniti. Secundo sic. Imperfectius non est causa sufficiens perfectioris, sed semen cum omnibus suis spiritibus est imperfectius animali genito. ergo. Et si dicatur, quod semen agit in uirtute seminantis. Contra. Nihil agit in uirtute non entis ut sic, sed animal a quo decisum est semen respectu generationis huius, est non ens, tum quia non est præsens, tum quia non esse pro tunc potest. ergo.

¶Præt. Seminans, & semen sunt causæ accidentaliter ordinatæ. ergo ad actionem seminis non concurrit uirtus seminantis. Antecedens patet, quia unum potest esse, & causare sine alio. Consequentia probatur ex differentia intra causas essentialiter, & accidentaliter ordinatas, quia illas oportet simul concurrere, ut Solem & hominem stas non, ut patrem & auum.

¶Deinde arguit, qđ semen non est actiuum organizationis, q̄a est uniforme: ab uniformi autem non procedit tanta difformitas, quanta apparet in membris partibusque animalis.

¶Ad omnia autem hæc facillimè patet responsio. Prænotandū tamen est, quod Sco. supponit, & dicit expresse debere poni, q̄ semen est unigeneū, sed non probat, & tamen cū hoc ponit ipsum cōuerti in genitum. Mihi autem ex philosophorum dictis omnino uidetur hoc impossibile, quoniam duplex apud philosophos est de paterno semine opinio. Alii enim putant nihil eius ingredi substantiam geniti, ut Arist. & S. Th. & hi quo ad hoc possunt sustinere semen esse homogeneum. Alii uero putant semen distingui in partes grossiores, & subtiliores, & qđ paternum semen secundum aliquam partem conuertitur in genitum, & secđm aliquā concurrit ut causa actiua. Et hæc est opinio Alberti, & secundum hoc manifestè ponitur heterogeneum. Et reuera propter diuersitatem, quæ est inter spiritus, & reliquas partes seminis, uidetur heterogeneum ponendum. Componitur enim ex his semen

ficut ex partibus integralibus, cum fint corpora actu exiftentia in eo.

¶ Ad primam ergo obiectionem Scoti dicitur. Semen agit in inftanti generationis & ante, nec eft uerum quod ante habeat rationem paffiui, fecundum fe totum faltem, quoniam non eft totũ conuertibile in fubftantiam geniti, fed aut fecundum partem, aut nihil. Vnde aut totum, aut pars remanet in inftanti generationis, & fic non prohibetur ex hoc agere.

¶ Ad fecundam uero optime refponfum eft Arift. 12. Metaph. tex. 40. & S. Tho. hic in corpore, & ad fcd'm. Et ad primam inftantiam in oppofitum dicitur, quod femen agere in uirtute feminantis, poteft dupliciter intelligi. Vno modo, quod fit cõftructio tranfitiua, & fic non dicimus. Alio modo intranfitiuè, i. quod eft ipfa uirtus feminantis non coniuncta, fed feparata. In hoc. n. ut in corpore articuli dicitur, excedunt uiuentia non uiuentia, quod hæc habent tantum uirtutes fuas coniunctas illa autem habent & coniunctas, & feparatas, per decifionẽ tamen a coniunctis. Ex hoc. n. fenfu patet refponfio ad inftantiam primam, quia maior licet fit uera de agente in uirtute alterius tranfitiuè, non tamen intranfitiuè, ficut eft in propofito. Ad fecundũ uero negatur antecedens. Non. n. femen, & feminans concurrunt ad genitũ, ut pater & auus, fed quemadmodum in litera dicitur, ut agens & inftrumentum agentis. Sed quoniam duplex eft inftrumenti genus, quoddam participans uirtutem ab agente deriuatam in effe permanenti, quoddam uero in effe fucceffiuo creditur & male, quod inftrumentũ participans uirtutem actiuam in effe permanenti, non fit inftrumentum, fed caufa ipfa agens, cum tamen hoc nihil referat. Non minus. n. ferra faceret fcamnum inftrumentaliter, fi artis uim, etiã artifice fubmoto retineret, ut patet in horologiis, & in molendinis, & aliis huiufmodi, quib. non oportet adeffe femper artifices, quamdiu f. uim artis impreffo ordine participant. Ad probationem autem ex conditione caufarum accidentaliter ordinatarum dicitur, quod non fufficit ad hoc, quod aliqua duo fe habeant ut caufæ accidentaliter ordinatæ, quod non fimul fint, aut caufent, fed exigitur, quod ambæ fint ueræ caufæ, & eiufdem ordinis, quorum neutrum hic faluatur, quia, ut in 12. Metaph. cõmen. 24. Alexand. dicit inftrumentum non caufa agens, fed caufæ agentis organum dici debet, & eft, quia caufa agens facit fibi fimile, inftrumentum autem non fibi, fed agenti affimilat. Diuerfitas autem ordinis inter femen, & feminantem patet ex 12. Metaph. & ad fenfum quia femen eft imperfecti ordinis rerum, & caufarum, uiuens autem ipfum a quo deciditur, perfecti eft rerum & caufarum ordinis. Vnde manifefte patet, quomodo difcerni poteft, quando duæ caufæ non fimul caufantes fe habent ut accidentaliter ordinatæ, et quando non attendendo ad conditiones has, & quare pater, & auus funt caufę accidentaliter ordinatæ, quia uterque eft eiufdẽ ordinis in effendo, & in caufando, & uterque eft uere caufa, cum uterque generet fibi fimile. Et ideo neuter agit in uirtute alterius fed femen generat non fibi, fed animali, a quo decifum eft fimile, & ens, & caufa eft inferioris ordinis, quia ens imperfectum, & caufa inftrumentalis eft.

¶ Ad tertium autem principale contra organizationem, patet refponfio ex litera, in refponfione ad fecundum, & tertium. Dato enim quod femen fit uniforme formaliter. eft difforme uirtualiter fecundum difformitatem eius a quo decifum eft, & cuius uirtus eft, ideo & agit tantã difformitatẽ, & inducit aĩam fenfitiuã.

¶ In refponfione ad tertium aduerte, quod calor cęleftis animalis, & elementaris, non eft multiplex calor, fed unus & idẽ, multiplicis agentis uim habens, prout fubiacet principio actiuo elemẽtari, animali, aut cęlefti. Et de animali quidem & elementari habetur ex fecundo de Anima, contra Empedoclem, ubi Arift. uult, calorem animalem effe principium augmenti, & non elementarem .i. ut ibi dicitur, calorem non fecundum uim elementi, fed fecundum uim animę. De cęlefti autem & uniuerfaliter habetur ex 12. Metaph. commen. 18. ubi Auer. uult, calores hos diftingui, ficut calorem ignis a calore artis. Conftat autem quod calor elementaris, & artificialis non funt duo calores, fed diftinguuntur tantum, quia ifte regulatur arte, ille abfolute agit. ergo.

¶ In rñfione ad quartũ, poffet dubitari ad hoĩem, quia in q. 3. de potentia, ar. 9. ad 16. dicitur. Virtus quæ eft in femine, remanet & aduentente anima rõnali, & fimiliter fpũs, & quæ erat corporis formatiua, efficitur regitiua, hic uero dicitur, quod non remanet.

¶ Ad hoc breuiter dicĩt, q̃ q̃a remanet formaliter, & definit materialiter. i. remanet fcd'm fpẽm, & corrũpitur fecundum numerum, ideo diuerfimode locutus inuenitur. Hic tenet, qđ corrũpitur illa uis numero, ibi uero, quod manet fecundum fpẽm, quia uis regitiua & factiua corporis exiftens in parte primo producta, puta, in corde, eft quafi eiufdem rõnis cum uirtute feminis, & pp̃terea uis feminis excellentius faluata in illa parte, q̃ in ipfo femine dr̃ manere, q̃a f. non per fe, fed per accidens corrumpitur, ficut difpofitiones inductæ pro forma generanda dicuntur manere, & non corrumpi nifi per accidens, quia in meliori effe adueniunt: Hanc autem effe mentem S. Th. patet ibi, ubi idem de hac uirtute fpiritib. & difpofitionibus iudicium effe dicit.

Fer. 2. cont. c. 86. 88.

SVP. Q. CXVIII.

ART. II.

581 Su. q. 90. a. 2. et 2. d. 18 q. 2. ar. 1. et 2. con. c. 86 88. et 89. et po. q. 3. a. 9. et quol. 12 artic. 11. et opuf. 3. ca. 94.

CONCL. Hæreticũ eft dicere, quod anima intellectiua traducatur cum femine.

¶ PROB. 1. Quia impoffibile eft uirtutẽ actiuam materialẽ extẽdere fuam actionem ad producendum effectum immaterialem, & anima intellectiua eft immaterialis: uirtus autem actiua in femine eft uirtus materialis. (q. 76. art. 3.) Secunda: quia uirtus generantis animæ agit fecũdum quod anima ipfa utitur corporeo organo in fua operatione, & cõfequẽter uirtus intellectiua, ut intellectiua, (li. 2. c. 3. t. 4) cum intellectus operatio non utatur corporeo organo, non poteft ad femen peruenire. Tertia: quia anima intellectiua eft fubfiftẽs, ut monftrat operatio, ac immaterialis, & confequentèr a Deo tantũ p creationẽ caufari poteft. Quarta: quia ponere animam intellectiuam a generante caufari, eft ponere ipfam corrumpi cum corpore, & ipfam corruptibilem effe, qđ eft hæreticum.

¶ NOT. Cum audis animam effe incorruptibilem, caue ne impingas in illum fabulofum errorem Libertinorũ, Prat. Gnoftici, dicentium. Animam omnem morientem ad Deum redire, illique reuniri. Animæ namque, moriente corpore, ab eo immortales, feparatæ, aut in purgatorio, aut in cęlo, aut in inferno, pro qualitate factorum recipiuntur, fecundum Concilii Flo. facram definitionem, quę eft feff. ultima, in literis fanctę unionis. Adducta funt uerba alibi, ideo &c. (Hær. dam per Conci.)

Primum

ARTICVLVS II.

Vtrum anima intellectiua caufetur ex femine.

AD SECVNDVM fic proceditur. Videtur, quod anima intellectiua caufetur ex femine. Dicitur enim Gen. quadragefimofexto. Cunctæ animæ, quę egreffæ funt de fœmore Iacob, fexaginta fex, fed nihil egreditur de fœmore hominis, nifi inquantum caufatur ex femine. Ergo anima intellectiua caufatur ex femine.

¶ 2 Præter. Sicut fupra oftenfum eft,* in homine eft una, & eadem anima fecundum fubftantiam, intellectiua, fenfitiua, & nutritiua, fed anima fenfitiua in homine generatur ex femine, ficut in aliis animalibus. Vnde & Philofophus dicit in libro, † de generatione animalium, quod non fimul fit animal, & homo, fed prius fit animal habens animam fenfitiuam. Ergo, & anima intellectiua caufatur ex femine.

¶ 3 Præt. Vnum & idem agens eft, cuius actio terminatur ad formam, & materiam, alioquin ex forma & materia non fieret unum fimpliciter, fed anima intellectiua eft forma corporis humani, quod formatur per uirtutem feminis. Ergo & anima intellectiua per uirtutem feminis caufatur.

¶ 4 Præter. Homo generat fibi fimile fecundum fpeciem, fed fpecies humana conftituitur per animam rationalem. Ergo anima rationalis eft a generante.

¶ 5 Pręter. Inconueniens eft dicere, quod Deus cooperetur peccantibus, fed fi animę rationales crearentur a Deo, Deus interdum cooperaretur adulteris, de quorum illicito coitu proles interdum generatur. Non ergo animæ rationales creantur a Deo.

SED CONTRA eft, qđ dicitur in lib.* de Eccl. dog. q̃ animæ rationales non feminentur per coitum. (Gẽnadius de Ecclefi. Dogm. ca. 14 habetur to. 3. inter opc. Aug.)

RESPON. dicendum, q̃ impoffibile eft uirtutem actiuam, quæ eft in materia, extendere fuam actionem ad producendum immaterialem effectum. Manifeftum eft autem, quod principium intellectiuum in homine, eft principium tranfcendens materiam, habet. n. operationem, in qua non communicat corpus. Et ideo impoffibile eft, quod uirtus, quæ eft in femine, fit productiua intellectiui principii. Similiter etiam, quia uirtus, quæ eft in femine, agit in uirtute animæ generantis, fecundum quod anima generantis eft

actus

actus corporis utens ipso corpore in sua operatione, in operatione autem intellectus non communicat corpus. Vnde uirtus intellectiui principii, prout intellectiuum est, non potest ad semen peruenire. Et ideo Philosophus in libro* de generatione animalium dicit. Relinquitur intellectus solus de foris aduenire. Similiter etiam anima intellectiua, cum habeat operationem uitę, sine corpore est subsistens, ut supra habitum est, * & ita sibi debetur esse, & fieri, & cum sit immaterialis substantia, non potest causari per generationem, sed solum per creationem a Deo. Ponere ergo animam intellectiuam a generante causari, nihil est aliud, quam ponere eam non subsistentem, & per consequens corrumpi eam cũ corpore. Et ideo hæreticum est dicere, quod anima intellectiua traducatur cum semine.

Ad primvm ergo dicendũ, quod in authoritate illa ponitur p synecdochem pars pro toto idest, anima pro toto homine.

Ad secvndvm dicendum, quod aliqui dixerunt, quod operationes uitę, quæ apparent in embryone non sunt ab anima eius, sed ab anima matris, uel a uirtute formatiua, quæ est in semine, quorum utrumque falsum est. Opera enim uitæ non possunt esse a principio extrinseco, sicut sentire, nutriri, & augeri. Et ideo dicendum est, quod anima præexistit in embryone, a principio quidem nutritiua, postmodum autem sensitiua, & tandem intellectiua. Dicunt ergo quidam, quod supra animam uegetabilem, quæ primo inerat, superuenit alia anima, quæ est sensitiua, supra illam iterum alia, quæ est intellectiua. Et sic sunt in homine tres animę, quarum una est in potentia ad aliam, quod supra improbatum est. * Et ideo alii dicunt, quod illa eadem anima, quæ primo fuit uegetatiua tantum, postmodum per actionem uirtutis, quæ est in semine, perducitur ad hoc, ut ipsa eadẽ fiat sensitiua, & tandem ipsa eadem perducitur ad hoc, ut ipsa eadẽ fiat intellectiua, non quidẽ per uirtutẽ actiuã seminis, sed per uirtutem superioris agentis. s. Dei deforis illustrantis. Et pp hoc dicit Philosophus * q intellectus uenit ab extrinseco, sed hoc stare non potest. Primo quidem, quia nulla forma substantialis recipit magis & minus, sed superadditio maioris perfectionis facit aliã spẽm sicut additio unitatis facit aliam speciem in numeris. Non est autẽ possibile, ut una & eadem forma numero sit diuersarum spẽrũ. Scdo, quia sequeretur, qd generatio aĩalis esset motus continuus paulatim procedens de imperfecto ad perfectum, sicut accidit in alteratione. Tertio, qa sequeret qd generatio hominis aut animalis non sit generatio simpliciter, qa subiectum eius esset ens actu. Si. n. a principio in materia p lis est aĩa uegetabilis, & postmodũ usque ad perfectum paulatim perducitur. erit sp additio perfectionis sequẽtis sine corruptione perfectionis pręcedentis, qd est contra rõnẽ generationis simpliciter. Quarto, quia aut id, quod causatur ex actione Dei, est aliquid subsistens: & ita oportet quod sit aliud per essentiã a forma præexistente, quæ non erat subsistens, & sic redibit opinio ponentium plures anima in corpore. Aut non est aliquid subsistens, sed quædam perfectio animæ præexistentis: & sic ex necessitate sequitur, quod anima intellectiua corrumpatur corrupto corpore, quod est impossibile. Est autem & alius modus dicendi secundum eos, qui ponunt unum intellectum in omnib. quod supra improbatum est. * Et ideo dicendum est, quod cum generatio unius semper sit corruptio alterius, necesse est dicere, quod tam in homine, quam in animalib. aliis, quando perfectior forma aduenit, fit corruptio prioris: ita tamen, quod sequens forma habet quicquid hẽbat prima, & adhuc amplius. Et sic per multas generationes, & corruptiones peruenitur ad ultimam formã substantialem tam in homine, quã in aliis animalib. & hoc ad sensum apparet in animalibus ex putrefactione generantis. Sic igitur dicendum est, quod anima intellectiua creatur a Deo in fine generationis humanæ, quæ simul est & sensitiua & nutritiua, corruptis formis præexistentibus.

Ad tertivm dicendum, q rõ illa locum habet in diuersis agentibus non ordinatis adinuicem. Sed si sint multa agentia ordinata, nihil prohibet uirtutem superioris agentis pertingere ad ultimam formam: uirtutes autem inferiorem agentium, pertingere solum ad aliquam materiæ dispositionem. Sicut uirtus seminis disponit materiam, uirtus autem animæ dat formam in generatione animalis. Manifestum est autem ex præmissis, * quod tota natura corporalis agit ut instrumentum spiritualis uirtutis, & pręcipue Dei. Et ideo nihil prohibet quin formatio corporis sit ab aliqua uirtute corporali: anima autem intellectiua sit a solo Dẽo.

q. 110. ar. 1.

Ad qvartvm dicendum, q homo generat sibi simile, in quantum per uirtutem seminis eius, disponitur materia ad susceptionem talis formæ.

Ad qvintvm dicendum, quod in actione adulterorum illud, quod est naturæ, bonum est, & huic cooperatur Deus. Quod uero est inordinatæ uoluptatis, malum est, huic Deus non cooperatur.

1m de maiori.

Animæ. R. idest homines, non autem, animæ intellectiuæ. §. Tunc nihil &c. ut patet in litera.

li. 2. de gene. animalium. ca. 3. tom. 4.

2m maior. In homine est una & eadem secundum substantiam anima intellectiua, sensitiua, & nutritiua. R. Ita quod substantia intellectiua continet uirtute, non actu, alias. §. Tunc &c. Argumẽtum enim est, ac si illa substantia esset quid aggregatum actualiter ex intellectiua, sensitiua, uegetatiua, ut patet in litera diuersimode ex opinionibus improbatis. Vide in eius fine resp. datũ.

q. 75. ar. 2.

3m maior. Vnum & idẽ agens est, cuius actio terminatur ad formam & materiam. R. si sit agens non subordinatum superiori agenti. §. Non enim est semper necesse, quod tale agens subordinatũ pertingat ad ultimam formam. Tũc &c. Ad hoc enĩ, quod ex materia & forma fiat unum simpliciter, sufficit, quod agentium subordinatorum inferius disponat sufficienter materiam pro introductione formæ, & superius causet illam formam.

4m de maiori.

Generat. R. disponẽdo sufficienter pro introductione animæ humanæ, non, introducendo ipsam. §. Tunc &c. ut patet. Literam hanc bene nota ut postea uideas, Beatam Virginẽ verè matrem esse Dei. tertia, parte de Sal. q. 35. ar. 4. Ex hoc etiam responsali textu bene illuc applicato, ut decet, melius intelliges respõsum Cyrilli ibi ad secundum. Quomodo autem ex præsenti textu possit ostendi, si bene applicetur. B. Virginẽ esse uerè matrem Dei, & quomodo applicandus sit, cum ibi fuerimus, declarabitur, filio ipso, cum matre, donante, & contrarium phantasticantes ultra sacra concilia etiam ex ethnico Aristotele, quatenus hic ancillæ possunt uocari ad arcem, confundẽtur omnino. Interim uero, ne totaliter circa hoc alterum mysteriũ ieiunus abeas, uideas, rogo, compendiũ theologicæ ueritatis, cum scholis, lib. 4. qui est de Christi humanitate, c. 10. super illud. Virtus innata materiam ministrauit. Videbis ibi pulcherrima, & efficacissima, in scholiis ad hoc propositum.

B. Virgo Maria est uerissima mater Dei q. 76. ar. 3.

li. 2. de gene. aĩalium c. 3. tom. 4.

5m de maiori.

Peccantibus. R. Quantum ad id, quod peccati est, non quantum ad id quod naturæ est. §. Tunc &c. ut in litera optime patet. Ex hac te regulabis in uidendo, quomodo sit Deus cooperans, uel non, in omni actione peccatorum, & sanius expresse intelliges q. 105. art. 5. & q. 14. art. 8. 16. & q. 49. art. 1. 2. Cum his simul stare uidebis dictum uerissimum. 1. 2. q. 79. art. 1. quod scilicet Dei, neque directe, neque indirecte est causa peccati.

APPENDIX.

Ex articulo habes primo, quomodo per rationem imò per rationes multas, interimas hæresim Luciferianorum dicentium, animam hominis propagatam esse de carnis substantia. Item Tertulliani dicentis. Animam filii ex anima patris, uelut corpus ex corpore, generari. item quorundam innominatorum sub aliis uerbis dicentium. Anima hominis producitur ex semine humano, sicut anima bruti. Item hæresim in idem, quod prius, tandem redeuntem Seleuci, Hermiæ (Prat. Messaliani) dicentium. Animas non creari a Deo. Item concordensium, Prat. Concordenses, dicentium. Animas

q. 76. ar. 1. & 2. & q. 79. a. 4. & 5

Vti. pro S. Eccl. Contra hęret. Luc. Ter. Apol. Seleu. cõcdam. a Cõcli. a scrip. &c. ex supra etiã expresse a philosopho.

2 Animas nouas nec creari, nec infundi a Deo. Secundo habes, quo modo per rationem, immo per rationes multas, probes, has meri to damnari ab omnib. illis scripturis atque conciliis, quæ animam intellectiuam determinarunt esse per se subsistentem, uel immortalem. Qua de re uide q. 75. ar. 2. 6. Vt. n. in articulo Doctor Sanctus deducit, ad positionem, quod anima humana sit ex semine, sequitur, quod anima ipsa non sit per se subsistens, nec immortalis. Vt autem alibi annotatum est, quando scripturæ, & concilia damnant unam positionem tamquam hæreticam, intelliguntur damnasse tunc eodem tenore omnes necessario illam sequentes, includentes, uel inferentes. Et hoc, pro regula uniuersali dictum, iam apertissime a ratione naturali dictatur, ut id probare non necessarium, quinimmo tanquam superuacaneum, iudicetur. Item damnari ab omnibus illis, quæ creationem animarum intellectiuarum a Deo ponunt, & animas ipsas multiplicari ad multiplicationem corporum, & ante corpora non extitisse. His enim omnibus stantibus, patet, esse necesse fateri, quod animę nouæ creantur a Deo, corporibusque infunduntur. Qua de re uide q. 76. art. 2. & q. 90. ar. 2. 3. 4. & q. 47. ar. 2. Item Tertio habes, quomodo per

3 rationem ostendas philosophum lib. 2. de Gener. animal. ca. 3. merito dixisse, mens sola extrinsecus accedit, eaque sola diuina est, nihil enim cum eius actione communicat actio corporalis. Ibi. n. ad literam philosophus per mentem intelligit animam rationalem, quoniam in illo capitulo sermonem facit de animarum origine, ut patet legenti, unde & præmiserat ly animam uegetalem & sensualem in seminib. haberi potentia, non actu, extrinsecusque eas animas uenire impossibile est. Ex contextu ergo, quia inibi sequitur ly mens sola extrinsecus accedit &c. patet, & quod mens accipitur pro alia aia s. intellectiua, & quod extrinsecus accedere est in seminib. non fieri neq; actu neq; potentia, & cōsequenter neque ex semine causari, propagari, seu traduci. Quarto habes,

4 quō per rationem ostendas, prædictos errores merito damnari & ab ethnico sola ratione naturali ducto, & hoc in maiorem confusionem illarum hæresum, licet nos fideles non credamus hoc neque alia credibilia, propter auctoritates philosophorum, sed propter firmiorem sermonem, scilicet Ecclesiæ sanctæ. Cui benefacimus attendentes, & credentes, tamquam lucernæ lucenti in caliginoso loco, donec dies elucescat, & Lucifer oriatur in cordib. nostris. Sic intellige semper, quando adducentur philosophi stantes pro fidei catholicæ credibilibus. Valent quidem hæc ad reuincendum paganorum & aliorum infidelium uanitatem, non ad eorum auctoritatem complectendam, ex decretis distin. 37. si quid ueri. Item merito condemnari hæreses illas a Veritatib. aureis super legem ueterem. Genes. 2. concl. 5. & Deuter. 1. conclus. 1. Item quinto uides, quomodo ex his omnib. atque similibus uicissim Angelica hæc doctrina consolidetur. 5

¶ Not. Articulo huic seruit articulus in ordine 369. 363. 371. 452. 372. 370. 541

Comm. Cardinalis Caietani.

IN corpore una conclusio responsiua quæsito negatiue. Hæreticum est, animam intellectiuam traduci cum semine. Hæc conclusio claudit in se duo, scilicet, & quod anima intellectiua non traducitur cum semine & oppositum est hæreticum. Vnde probatur in litera primo dupliciter. secundo utrumque simul. Et quoniam semen est instrumentum participans uirtutem agentis in esse permanenti, oportet uim seminis aliquid habere ex conditione ipsius seminis, & aliquid ex ratione formæ agentis, cuius est instrumentum, propterea in litera duplex ratio affertur. Prima tenens se ex conditione seminis. Secundo ex ratione formæ hominis, qua agit ad generationem per semen, ut sic ex parte causæ efficientis sufficienter ostendatur, quod non potest anima intellectiua per semē fieri, & demum ex parte termini, i. ipsius animæ intellectiuæ in tertia ratione non solum idem probetur, sed ad hæresim deducatur oppositum. Est ergo prima ratio. Virtus materialis non pōt terminare actionem suam ad effectum immaterialem, uirtus seminis est materialis, anima intellectiua est immaterialis ergo. Maior patet, & Minor pro prima parte, pro secunda uero probatur, quia habet operationem in qua non communicat corpus ergo.

¶ Secunda uero ratio est. Virtus seminis agit in ui animæ generantis prout aia utitur organo corporeo. ergo non agit in ui animæ, prout est intellectiua. ergo non potest producere aiam intellectiuam. Antecedens patet prima consequentia probatur, quia ut intellectiua utitur organo, secda est per se nota. Et confirmatur auctoritate Aristotelis, imō ex hac rōne redditur ratio dicti Arist.

¶ Aduerte hic quod quia posset aliquis dicere, quod etsi semen, quoniam materiale est, non possit uirtute propria producere aiam intellectiuam, tamen uirtute principalis agentis immaterialis pōt, sicut dicitur de phantasmate, quod etsi non possit producere spēm intelligibilem, tamen uirtute intellectus agentis, qui est immaterialis, potest in effectum immaterialem, idcirco D. Thomas ex hac ratione excludens talem uiam, probat quod semen non agit in uirtute agentis immaterialis ut sic. qua muis agat in uirtute formæ, quę est immaterialis. Aia. n. intellectiua licet in se sit simplex & immaterialis formaliter, quia tamen præhabet eminenter quicquid aliæ formæ materiales habēt, sicut tetragonū trigonū, iō distinguitur in seipsam, in quantum est actus corporis, & seipsam, in quātum excedit corpus. Et primo habet organa corporea secundo uero nullo utitur corporeo organo. Primo mō est principiū oīum actionū pertinentium ad partem sensitiuā, & uegetatiuam. Scdo uero modo, est principium pertinentium ad intellectionem. Vnde cum seminatio, & generatio exerceatur per corporeum organum, consequens est, quod conueniat animæ, inquantum est actus corporis, & sic est ab anima immateriali, sed non inquantum immaterialis est. Actio autem intellectus agentis, qua agit ad spēs intelligibiles, non exercetur per organum, sed est actio formæ immaterialis inquantum immaterialis est, quia non inquantum utitur organo corporeo.

¶ Tertia autem ratio probans integraliter propositam conclusionem est Anima intellectiua est substantia subsistens & immaterialis. ergo sibi debetur & esse, & fieri proprium, & per creationem solum. ergo ipsam generari per semen, est ipsam non subsistere. ergo esse corruptibilem, ergo hæresis. Antecedens supponitur, consequentia probatur, deducendo singulas partes consequentis ex singulis antecedentis sibi deberi, & esse ac fieri ex substantia, & per creationem tantum ex immaterialitate adiuncta. Si enim aliquid subsistit, est ipsum quod est, sed tam si est materialis, potest per generationem fieri, ut patet de hoc homine, & illo boue. Sed si cum substantia habeat immaterialitatem, seu quod ei æquiualet in proposito, simplicitatem, non potest nisi per creationem fieri, eo quod omnis generatio congregat inter subiectum præsuppositum & formam, & consequenter præhabet geniti materiam, & componit. Secunda uero consequentia patet ex destructione consequentis ad destructionē antecedentis primæ consequentiæ. Ponere enim animam generari, destruit ipsam solum per rationes fieri, quod erat consequens ad subsistentiam immaterialem in antecedente assumptam.

¶ Circa hanc partem occurrit dubium simpliciter, & ad hominem simul. Semen humanum disponit materiam pro anima intellectiua dispositionis necessitate. ergo agit in uirtute animæ intellectiuæ, ut sic. Antecedens patet, & consequentia patet, quia uianimæ sensitiuæ non necessitate potest intellectiuam, cum altioris sit ordinis. Et expresse hoc dicitur a S. Thom. in q. 3. de potentia articul. 9. ad 5.

¶ Ad hoc dicitur, quod animam Socr. intellectiuā, ut intellectiuam, esse actum corporis pōt dupliciter intelligi. Vno mō quod reduplicetur ratio formalis, & sic est falsum, sic. n. nullo corporeo organo utitur. Alio modo, ut reduplicetur cōdō ipsius aiæ gñantis, & sic est uerum, quoniam entitas illa immaterialis aię intellectiuæ est actus corporis. Et iuxta hoc potest & concedi, & negari, aiam rationalem generantis, habere aliquod organum: quoniam scdm conditionem habet organum, & sic semen disponit ut instrumentum animæ intellectiuæ ut sic, quantum ad conditionem, quam de facto habet, secundum uero rationē suam non debetur sibi organum. Et propterea semen in uirtute etiam animæ intellectiuæ non potest in animam intellectiua sed in dispositiones materiæ, quæ respiciunt animam inducendam non secundum suam formalitatem, qua nullo utitur corporeo organo, aut dispositione, sed secundum suam conditionem qua est perfectio, & actus corporis ut sic terminus proprius actionum respondeat principio. Quia. n. principium actionis non est aia intellectiua absolute, sed secundū conditionem qua est actus corporis, ideo terminus actionis sui instrumenti, non est anima intellectiua absolute, sed secundum conditionem, qua est actus corporis. i. secundum dispositiones & unionem, ut inferius patebit clarius non repugnant hæc dictis in litera, quæ de anima intellectiua absolute formaliter loquitur.

¶ In responsione ad tertium aduerte, quod quia positio ista distinguit corporeum generans compositum dispositum, disponendo materiam ab introducente formam, quod ab Aristotele reprobatur, destruendo ideas, quas ad hoc ponebat Plato, idcirco ne uideamur incidere in id, quod reprehendimus ab ipso Aristot. facta est exceptio de forma hominis inquantum homo, & assignata est ratio ex parte termini, quia intellectus habet operationem, in qua non communicat corpus. ergo non educit de potentia alicuius materiæ. ergo uenit deforis, & sic nullum inuentri potest corporeum agens respectu ipsius, & cum manifeste semen humanum agat, consequens est, quod disponat, & aliunde mens ueniat. Nec potest similiter fieri exceptio de aliis formis: quia

q̄a reſpectu earum inueniri pōt ſufficiens agens corporeū ꝑ trāſmutationem materiæ. Nulla.n.aliarū hēt opationem abſque organo corporalis materiæ, & idcirco merito poteſt de materiæ potentia educi, ac per hoc, non eſt opus idea S. Tho. uero hic uī alium tangere rōnē huius exceptionis ex parte agentis, q.a.ſ. Deus & naturalia agentia ſe hn̄t, ſicut agens principale, & inſtr̄ale, ideç autem & agentia naturalia ſe haberent potius ut agentia diſparata, eo quod naturalia non agunt mota ab idæis, ſed utraque ꝑ pꝛis uirtutib. non ſubordinatis inter ſe, quamuis quo ad effectus agerent, ſed oīa agunt mota a Deo ad actiones &c. ut ſupra dictū eſt, & iō non inconuenit Dei actionem terminari ad formam, & naturæ ad materiam, qm̄ non ut duo agentia, ſed ut agens & agētis inſtrumentum concurrunt, quę non duo, ſed unum completum agens conſtituunt.

¶ In reſponſione ad quartum aduerte primo, ꝙ ad hoc, ꝙ aliqd dicat̄ effectiue producere aliqđ compoſitū, nō exigitur ꝙ faciat oēs eius partes, nec reqrit̄ ꝙ faciat aliquam eius partem, ſed ſufficit ꝙ effectiue cauſet coniunctionem partiū, ex qua reſultet illud cōpoſitum. Declarantur ſingula. Primo, ꝙ non requiritur ꝙ faciat omnes partes, alioqn nullum agens naturale faceret aliqđ compoſitum, quia non facit materiam. Secđo, qđ non aliquā eius partem, alioqn dealbans artificialiter parietem, non diceretur facere parietē album, quia nec parietē, nec albedinem facit, ſed addit unum alteri. Et uniuerſaliter ſi formæ præexiſterēt ꝑ ſeipſas añ gñationē, & gñans eſſet tantæ uirtutis, ut gñando cōiungeret formam cum materia, nihilominus eſſet cā illius cōpoſiti, puta, bouis, ſi forma bouis ꝑexiſteret. Et ex hac cōditōnali patet tertiū, in quo clauduntur duo prima. Aduerte ſecđo, ꝙ in gñatione hominis ſunt duæ actiones, & duo termini intrinſeci earum. Actio quidem una eſt, ſimplex emanatio, ſeu creatio a prima cā Deo glorioſo. Altera autem eſt ſeminis, ut inſtrumentum animæ intellectiuæ mō expoſito, ſeu qđ eſt idem, hoīs generantis inquantum hō. Terminorum aūt diſtinctio ex eo patet, ꝙ aīa intellectiua in inſtāti quo fit, ſortitur duo, ſ. eſſe, q.a eſt, & modū eſſendi, q.a ineſt corpori, ſeu materiæ corporali, ut actus in eo, cuius eſt act⁹ ſubſtantialis. Talis aūt modus eſſendi, ſeu ineſſe, pōt ſumi dupliciter. Vno mō ꝑ relatione actualis unionis inter aīam & materiā. Alio mō ꝑ fundamento illius, qđ nihil aliud eſt, quā materiam eſſe actu formaliter ꝑ aīam, qđ ꝑtinet ad genus ſubſtantiæ, non relationis. Sed rurſus illud ineſſe, ſeu unio fundamentaliter pōt utrumq; accipi. ſ. ex parte formæ, q.a eſt aīam eſſe qua formaliter materia eſt actu in ſpē ſubſtantiæ humanæ ex parte materiæ, q.a eſt materiam eſſe actu per aīam &c. Vñ applicando ſingula ſingulis, dicendum eſt primo, ꝙ aīa rōnalis rōne ſui eſſe eſt terminus intrinſecus creationis in inſtāti primo, quo Socr. incipit eſſe, quo ad ſuū uero modū eſſendi, ſeu ineſſe, non terminat creationē niſi cōcomitāter, & inquātū illud ineſſe ſe tenet ex parte aīæ. Dicēdum eſt ſecundo, quod eadē aīa rōnalis quo ad ineſſe, ſeu unionem &c. ut ſe tenet ex parte materię, eſt proprius terminus actionis ſeminis humani, ita quod ab eo effectiue cauſatur per ſe, & di recte, qm̄ propria actio humani ſeminis terminatur ad hoc, qđ materia ſubſit animæ intellectiuæ deforis aduenienti, hoc enim operatur, & non fruſtra tanto tempore natura laborat. Vnde ſi proprie loqui uolumus, aīa ipſa eſt terminus creationis, unio uero aīæ & corporis, eſt terminus gñationis. Et q.a nō ex aīa rōnali nec ex materia, ſed ex unione earum reſultat tertia entitas. ſ. humanitas, apud ponentes dari tertiā entitatem, uel ſaltē ex, uel in tali unione conſiſtit compoſitum, qđ eſt hō, iō iungendo hæc cum antedictis, ſequit̄ quod quia non mediante ſuo ſemine cāt actiue coniunctionem aīæ intellectiuæ cū materia corporali, ex uel in qua unione conſiſtit compoſitū. ſ. hō, quod hō uere gñat hoīem, quamuis neutram partem faciat. Ex his tu ſolers diſputator, diſtinguendo animam quo ad eſſe, uel ineſſe, diſtinguas qđ generationem oportet hēre terminum formalem quo ad eſſe, & ſimiliter quo ad ſimilia uideas S. Thom: in q.3. de potentia, & ar.9. & inuenies hęc conſona uero.

ARTICVLVS III.

Vtrum animæ humanæ fuerint creatæ ſimul a principio mundi.

582
2.con.c.83 & 84. & Heb. 1. le. 4.

AD TERTIVM ſic proceditur. Videtur, quod animæ humanę fuerint creatæ ſimul a principio mūdi. Dicitur enim Gen. 2. Requieuit Deus ab omni opere, quod patrarat. Hoc autem non eſſet, ſi quotidie nouas animas crearet. Ergo omnes animæ ſunt ſimul creatæ.

¶ 2 Preter. Ad perfectionem uniuerſi maxime pertinent ſubſtantiæ ſpirituales. Si igitur animæ ſimul crearentur cum corporibus, quotidie innumerabiles ſpirituales ſubſtantiæ perfectioni uniuerſi adderentur, & ſic uniuerſum a principio fuiſſet imperfectum, quod eſt contra illud quod dicitur Geneſ. primo, Deum omne opus compleſſe.

¶ 3 Præt. Finis rei reſpondet eius principio, ſed anima intellectiua remanet deſtructo corpore. ergo incœpit eſſe ante corpus.

Cap. 18. & 19. eſt iter opera Au. to.3.

SED CONTRA eſt, quod dicitur in libro, * de Ecclеſ. dogm. quod ſimul anima creatur cum corpore.

RESPON. Dicendum, ꝙ quidam poſuerunt, quod animæ intellectiuæ accidat uniri corpori, ponentes eam eſſe eiuſdem conditionis cum ſubſtantiis ſpiritualibus, q̄ corpori non uniuntur. Et ideo poſuerunt animas hominis ſimul a principio cum angelis creatas, ſed hæc opinio falſa eſt. Primo quidem quantum ad radicem. Si enim accidentaliter conueniret animæ corpori uniri, ſequeretur, quod homo, qui ex iſta unione conſtituitur, eſſet ens per accidens, uel quod anima eſſet homo, quod falſum eſt, ut ſupra, oſtenſum eſt. * Quod etiam anima humana non ſit eiuſdem naturæ cum angelis, ipſe diuerſus modus intelligendi oſtendit, ut ſupra oſtenſum eſt. * Homo enim intelligit a ſenſib. accipiendo, & conuertendo ſe ad phantaſmata, ut ſupra oſtenſum eſt, * & ideo indiget uniri corpori, quo indiget ad operationem ſenſitiuæ partis, quod de angelo dici non poteſt. Secundo apparet falſitas in ipſa poſitione. Si enim animæ naturale eſt corpori uniri, eſſe ſine corpore eſt ſibi contra naturam, & ſine corpore exiſtens nō habet ſuæ naturæ pfectionē. Nō fuit autem conueniens, ut Deus ab imperfectis ſuum opus inchoaret, & ab his quæ ſunt preter naturam. Non enim fecit hominem ſine manu, aut ſine pede, quę ſunt partes naturales hominis, multo igitur minus fecit animam ſine corpore. Si uero aliquis dicat, quod non eſt naturale animæ corpori uniri, oportet inquirere cauſam, quare ſint corporib. unitæ. Oportet autem dicere, ꝙ aut hoc ſit factum ex eius uoluntate, aut ex alia cauſa. Si ex eius uoluntate, uī hoc eſſe inconueniens. Primo qdē, q.a hæc uolūtas irrationabilis eſſet, ſi nō indigeret corpore, & velet ei uniri. Si.n. eo idigeret, naturale eēt ei, ꝙ corpori uniretur, q.a natura non deficit in neceſſariis. Secundo, quia nulla ratio eſſet, quare animæ a principio mundi creatæ poſt tot tempora uoluntas acceſſerit, ut nunc corpori uniatur. Eſt enim ſubſtantia ſpiritualis ſupra tempus, utpote reuolutiones cęli excedens. Tertio, quia uidetetur a caſu eſſe, quod hæc anima huic corpori uniretur, cum ad hoc requiratur concurſus duarum uoluntatum. ſ. animæ aduenientis, & hominis generantis. Si autem præter uoluntatem ipſius corpori unit̄, & ꝑter eius naturam, oportet, quod hoc ſit ex cauſa uiolentiā inferente, & ſic erit ei pœnale & triſte, quod eſt ſecundum errorem Origenis, * qui poſuit animas incorporari propter pœnam peccati. Vnde cum hæc omnia ſint inconuenientia, ſimpliciter confitendum eſt, quod animæ nō ſūt creatæ ante corpora, ſed ſimul creantur cum corporibus infunduntur.

q.75. ar. 4.
q.55. ar. 2.
q.84. ar. 7.

Fer.2. cont.c.83.84.

SVP. Q. CXVIII. ART. III.

CONCL. Animæ nō ſunt creatæ añ corpora, ſed ſimul creātur, cum corporibus infunduntur.

¶ PROB. Quia ſi ponatur contrarium, multa inconuenienter (ut in litera diſtincte hēs) ſequuntur.

1[m] ex Geneſ.

Opere. ſ. condendi noua omnino genera & ſpecies, non, condendi aliquas alias res. §. Tūc &c. Animę enim, quæ in

Ita refert Epip. li.2. con. hæreſ. hæreſi 64. a med.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod Deus dicitur ceſſaſſe die ſeptimo, non quidem ab omni opere, cum dicatur Io. 5. Pater meus uſque modo operatur, ſed a nouis rerum generib. & ſpecieb. condendis, quæ in operib. primis nō aliquo modo præextiterint. Sic enim animæ, quæ nunc creantur, præextiterunt, ſecundum ſimilitudinem ſpeciei

in dies creantur, non sunt nouæ species, aut genera, ut in textu patet. Vide circa huiusmodi auctoritatẽ aliquid fusius supra quæstio.72.ar.primo, ad tertium.

2^m de post cõclusionem. Quod est contra illud Genes. primo. R. Negatur hoc. §. Ratio est, quia Genesis loquit de uniuersi completione, & consequenter perfectione specifica, multiplicatio autem animarum nouarum, de qua conclusio, pertinet ad perfectionem numeralem, non specificam. Non est autem inconueniens, quod aliquid sit completum formaliter, seu quo ad species, & incõpletum materialiter seu quo ad indiuidua omnia sub illis speciebus absolute continenda. Ly absolute continenda, dixerim, quia, etiã tunc in principio, uniuersum erat perfectum materiali perfectione pro illo tempore requisita, licet non absolute omnino. Omnia enim pro quacumque specie necessario pro tempore illo requisita indiuidua aderant, licet non adessent omnia absolute pro tempore futuro ad speciem quamcumque requirenda, & spectãtia. Hæc enim in dies producuntur, & perfectioni materiali adducuntur.

3^m maior. Finis rei respondet eius principio. R. Nisi aduenIat impedimentum. §. Tunc nihil &c. Remaneret, enim anima, & remansisset, cum corpore semper, nisi impedimentum, peccatum uidelicet aduenisset, quod mortalitatem corporis causauit. Non autem fuit conueniens, quod ab hoc, qđ anima manet et sine corpore, inciperet Deus opus suum, quia ex peccato nostro non debuit accipi regulatio naturæ rerum creandarum. Ad planam literam contextus patet, quod illud Sap. capitulo primo, intelligitur de causa mortis. Vt dicamus. Deus non fecit mortem, idest causam mortis, idest peccatum. Sed impii manibus, &cæt. Eam, scilicet causam mortis, scilicet peccatum.

speciei in primis operibus, in quibus anima Adæ creata fuit.

AD SECVNDVM dicendum, ꝙ perfectio uniuersi, quantum ad numerum indiuiduorũ, quotidie põt addi aliquid, non autem secundũ numerum specierum.

AD TERTIVM dicendum ꝙ hoc quod aĩa remanet sine corpore, cõtingit ꝑ corporis corruptionem, quæ cõsecuta est ex peccato. Vñ non fuit conueniens, quod ab hoc inciperet Dei opera, quia sicut scriptum est Sapien. 1. Deus mortẽ non fecit, sed impii, manib. & uerbis accersierunt eam.

APPENDIX.

Vti pro S. Eccl.

EX articulo habes primo, quomodo per rationem interimas hæresim Origenistarum, & Priscillianistarum dicentium. Animas humanas ante infusionẽ corporis peccasse, & in corpora, tanquam in carceres, inclusas fuisse. Hæc pro tanto adducitur hic, pro quanto ponit animas fuisse ante corpora. Nã si, secundũ illos ante peccarunt, ergo secundum illos, ante extiterunt. 2 Secundo habes qũo per rationem ostendas merito hanc damnari a concilio Bracarensi primo, can. 6. Si quis animas humanas dicit prius in cęlesti habitatione peccasse, & per hoc in corpora humana interiectas, sicut Priscillianus dixit, Anathema sit. Hæc ibi. Concilii huius auctoritas, sicut &c. quæ sequuntur pro tanto adducuntur, pro quanto animas ante corpora non fuisse, asserũt.

Notatio uniuersalissima pro intelligentia bonæ uolũtatis auctoris, in allegationibus quocũque mõ ubilibet factis Conciliorum maxime Tridentini.

Quando adducuntur Concilia maxime Tridentinum aliquid loquendo circa illa (puta ostendendo per rationem quod merito sic uel sic dixerunt, quomodo illorum sententia per rationem probetur, declaretur, intelligatur, defendatur, aut aliquid aliud) hoc fit non ad corroborandum concilia ipsa, cum nostra corroboratione sint maiora, sed (circa tamen ullum omnino interpretationis, commentarii, glossæ, annotationis, scholii, genus super decretis ipsius concilii seu conciliorum quocumque modo, nomine aut quæsito colore, editum) ad corroborandum fideles, eosque consolandum, & ad confundendum infideles. Quod ueluti professionem quandam atque protestationem in omnibus singulisque obedientialem erga concilium maxime Tridentinum & hic & ubique sub quocumque tenore quorumcumque scriptorum meorum semper esse ac intelligi debere prorsus intendo, ne quando (quod Deus semper auertat) contra præceptum Pii quarti, in bulla super confirmatione eiusdem concilii, egissem aut agerem. Item merito damnari a Papa Leone primo, in Epistola ad Turibium Astur. Episcopum, in qua Priscillianistarum errores damnans postquam quendam eorum retulit errorem, quo dicunt animas hominum prius in cęlo fuisse, & inde fuisse propter peccata sua delapsas, humanisque corporibus interiectas, sic uerbaliter subnectit. Quã impietatis fabulam ex multorum sibi erroribus texuerunt, sed oẽs catholica fides a corpore suę unitatis abscidit, constanter prædicans atque ueraciter, quod aĩę hominum, priusquam suis inspirarentur corporibus non fuere, nec ab ullo incorporantur, nisi ab opifice Deo, qui & ipsarum est creator & corporum. Hæc ille. Vbi nota, quod dicit Deum esse creatorem animarum nostrarum & a nullo, nisi ab ipso inspirari, idest infundi corporibus. Ergo non traducuntur ex semine, iuxta fidem catholicam. Et hoc facit pro articulo secundo appendic. Item ab eodem Leone, in Epistola ad Iulianum Episcopum Coensem contra Eutychianæ impietatis errorem, sic. Vnde quod in Origene merito damnatum est, qui animarum, antequam corporibus insererentur, non solum uitas, sed & diuersas fuisse actiones dicebat, necesse est, ut etiam in isto, nisi maluerit sententiam abdicare, plectatur. Hæc ille. Vbi damnatam merito ait phantasiam illam, quod animæ, antequam corporibus infunderentur, habuerint uitas idest extiterint. Hic enim est eius principalis scopus, quamuis etiam, ut totum Origenis errorem, narret, qui est in hac parte damnatus, de diuersis earum tunc actionibus ab eo positis mentionem faciat. In huius signum est, ꝙ præmiserat de Eutyche te loquens illa uerba. Arbitror, ta'ia loquentem hoc habere, per suasum, quod anima, quam saluator assumpsit, prius in cœlis sit commorata, quam de Maria Virgine nasceretur, eamque sibi Verbum in utero copularet. Sed hoc catholicæ mentes, auresque non tolerant, quia nihil secum Dominus de Cęlo ueniens nostrę conditionis exhibuit, nec animam enim quæ anterior extitisset, nec carnem, quæ non materni corporis esset, accepit. Hęc ille. Vbi uides, illum facere uim in extitisse animas prius, per ly nec animam quæ anterior extitisset. Introducendo igitur post hæc uerba Origenis positionem prædictam intendit principaliter ipsam inducere, pro quanto animarum præexistentiam ponebat. Item merito damnari a Concilio Constantinop. sexto acti. undecimo, quando Origenis Didimi & Euagrii discipulorum eius meminit, qui animas ante corporum constitutionem aiebant fuisse creatas, & hoc dixit esse hæreticum & deliramentum impudens. Hæc ex summa conciliorum. Item a &c. ut sup. q. 65. ar. secundo & quæst. 117. articulo 4. Tertio habes, quomodo per rationem ostendas, philosophum merito dixisse duodecimo Metaphy. text. 17. quæ autem est causa, ut ratio, simul incipit cum re. Per ly ratio, intelligit Philosophus formam. Vnde subdit, si autem posterius aliqua forma manet perscrutandum est. Quasi apertius dicat. Nulla forma est ante materiam suam, siue ante rem cuius est forma, sed omnis forma simul incipit cum re cuius est forma. i. cum sua materia, si autem aliqua forma remaneat post materiam, non est sic clarum, sed est perscrutandum. Quarto habes, quomodo per rationem ostendas, prædictum errorem iure naturali fuisse damnatum ab ethnico, & consequenter quantum confusibiles sint in hoc huius erroris patroni. Idem dicas de aliis, in quibus per philosophos poteris hæreses aliquas retundere, quæ quidem phylosophica multa sunt, licet paucula nos adduxerimus in toto opere magis attendentes ad ueritatem inconcusse roborandam per sacras scripturas & concilia, quam ad pudore suffudendum facies errantium atque mentes. In his tamen phylosophicis contra eos pro ueritate adducendis, diligenter obseruabis notationes pro cautela fidelium supra factas articulo 2. appen. in quarto loco. Quinto uides, qũo ex ꝓdictis oib. ulcissime Angelica doctrina hæc declaretur, atque confirmetur.

Comm. Cardinalis Caietani.

TItulus clarus.

¶ In corpore tria. Primo refert opinionem affirmatiuam. Secundo reprobat eam. Tertio infert responsionem ad quæsitum.

¶ Quo ad primum duo, opinio, & radix illius. Opinio est, quod animæ ab initio mundi fuerunt simul creatæ. Radix illius est in duabus propositionibus consequenter se habentibus. Prima est, quod animæ sunt eiusdem conditionis cum angelis. Secũda, quæ nascitur ex prima, est, quod animæ intellectiuæ accidit uniri corpori.

¶ Quo ad secundum tria, iuxta prædicta tria, quæ reprehenduntur ordine, quo in litera recitata sunt, & non a priori secundum naturam ad ultimum, nec ab ultimo ad primum. Secundum enim naturę ordinem, primum est animæ illa conditio, qua communicat angelo, secundo unibilitas per accidens, & tertio, quod de facto fuerit ab initio mundi. Reprehenditur ergo primo in litera unio per accidens, ducendo ad impossibile. Anima unitur per accidens. ergo aut homo est ens per accidens, scilicet si hominis nomine intelligimus compositum & cætera, aut homo est ipsa

ipsa animâ utens corpore, utrumque est falsum, ut patet ex dictis. ergo. Consequentia autem quo ad sufficientiam membrorum consequentis euidens est, quia oportet alterum horum dicere scilicet quod uel homo significat compositum, uel formam utentē materia. Quo ad uim autem illationis primi membri probatur in litera, quia compositum ex, aut, in tali unione consistat.

¶ Constat enim quod consistentia in entitate per accidens, nō sunt entia per se. Secundo arguitur altera radicalis propositio de identitate naturæ animæ, & angeli. Homo intelligit naturaliter accipiendo a sensibus, angelus non. ergo. Tertio arguitur positio. Vniri corpori aut est animę naturale, aut non naturale. Si naturale, esse sine corpore est præter naturam. ergo anima sine corpore non habet suam perfectionem naturalem. ergo non fuit conueniens produci a Deo sine corpore. Vltima consequentia probatur, Deus non inchoat opus suum ab imperfectis, quoniā non deficit in necessariis, sicut nec natura. Et declarat in homine respectu organorū suorū ergo aīa cū naturali organo suo, corpore s. fieri dēt. Si nō est naturale, aut ergo est a uolūtate ꝓpria, aut ab alia cā. Nō a uolūtate ꝓpria, tū qa esset uoluntas irrōnabilis, probatur, probatur, quia respectu superflui. probatur, quia si non superflui, sed opportuni, ergo naturalis. probatur, quia natura non deficit in necessariis. Tum quia non esset maior ratio, quod nunc, quam olim hæc anima uellet uniri. probatur, quia est supra tempus. ꝓbatur, quia est supra reuolutiones cęli. Et nota quod in consequente huius rationis ponitur duplex nouitas uolitionis, & unionis, & quamuis nouitas unionis possit reduci in nouitatem materiæ dispositæ nunc, & non prius, nouitas autem uolitionis, cum sit supra omnes corporales dispositiones, ut in litera dicitur, in quid reducetur. Tum quia unio esset casualis. probatur, quia ex concursu duarum uoluntatum non subordinatarum, nec condictarum, nec ab alia causa, quia unio esset uiolenta, redireturque. ergo Origenis. Probatur sequela, quia quod est præter naturam & uoluntatem ab extrinseco, est uiolentum, & triste.

¶ Quo ad tertium conclusio responsiua quæsito est negatiua. Animæ non sunt creatæ ante corpora, sed simul creantur, cum corporibus infunduntur. Probatur, quia aliter accidunt prædicta, quæ inconuenientia sunt.

QVAESTIO CXIX.

De propagatione hominis quantum ad corpus in duos articulos diuisa.

DEINDE considerandum est de propagatione hominis quantum ad corpus.

ET CIRCA hoc quæruntur duo.

¶ Primò, Vtrum aliquid de alimento conuertatur in ueritatem humanæ naturæ.

¶ Secundò, Vtrum semen, quod est humanæ generationis principium, sit de superfluo alimenti.

ARTICVLVS I.

Vtrum aliquid de alimento conuertatur in ueritatem humanæ naturæ.

583 2.d.30.q.2.ar.1.& 4. d.44.q.1.a2. qu.4.& quol.8.ar.5.cont.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur, quod nihil de alimento transeat in ueritatem humanæ naturæ. Dicitur enim Matth. 15. Omne quod in os intrat, in uentrem uadit, & per secessum emittitur, sed quod emittitur, non transit in ueritatem humanæ naturæ. Ergo nihil de de alimento in ueritatem humanæ naturæ transit.

Li.1.de gener.te.35.36.& 37. to.2.

¶ 2 Præt. Philosophus in * 1. de Generat. distinguit carnē ſm speciem, & secundum materiam, & dr, quod caro ſm materiam aduenit & recedit, quod autem ex alimento generatur, aduenit & recedit. Ergo id in quod alimentum conuertitur, est caro secundum materiam, & non caro secundum speciem, sed hoc pertinet ad ueritatem humanæ naturæ, quod pertinet ad speciem eius. Ergo alimentum non transit in ueritatem humanæ naturæ.

¶ 3 Præt. Ad ueritatem humanæ naturæ pertinere uidet humidum radicale, quod si deperdatur, restitui non potest ut medici dicunt, posset tamen restitui si alimentum conuerteretur in ipsum humidum. Ergo nutrimentum non conuertitur in ueritatem humanæ naturæ.

¶ 4 Præt. Si alimentum transiret in ueritatem humanæ naturæ, quicquid in homine deperditur, restaurari posset, sed mors hominis non accidit nisi per deperditionem alicuius. Posset igitur homo per sumptionem alimenti in perpetuum se contra mortem tueri.

¶ 5 Præt. Si alimentum in ueritatē humanæ naturæ transiret, nihil esset in homine, quod non posset recedere, & reparari, quia id quod in homine generatur ex alimento, & recedere, & reparari potest. Si ergo homo diu uiueret, sequeretur quod nihil, quod in eo fuit materialiter in principio suæ generationis, finaliter remaneret in ipso. Et sic non esset idem homo numero per totam uitam suam, cū ad hoc quod sit idem numero, requiratur identitas materiæ, hoc autem est inconueniens. Non ergo alimentū trā sit in ueritatem humanæ naturæ.

In libr. de uer. relig. c.40. ipria. to.1.

SED CONTRA est, qđ dicit Aug. in lib. * de uer. relig. Alimenta carnis corrupta, i. amittentia formā suam in membrorum fabricam migrant, sed fabrica membrorum pertinet ad ueritatem humanæ naturę. Ergo alimenta transeunt in ueritatem humanæ naturæ.

Li.2. Met. tex.4.10.3.

RESPON. Dicendum, quod secundum Philosophum, secundo * Metap. Hoc modo se habet unumquodque ad ueritatem, sicut se hēt ad esse. Illud ergo pertinet ad ueritatem naturæ alicuius, quod est de constitutione naturæ ipsius. Sed natura dupliciter considerari potest. Vno modo in communi ſm naturam speciei. Alio modo secundum quod est in hoc indiuiduo. Ad ueritatem igitur naturæ alicuius in communi consideratæ pertinet forma, & materia eius in communi accepta, ad ueritatem autem naturæ in hoc particulari consideratæ, pertinet materia indiuidualis signata, & forma per huiusmodi materiam indiuiduata. Sicut de ueritate humanæ naturæ in communi est anima humana, & corpus, sed de ueritate humanæ naturæ in Petro, & Martino est hæc anima, & hoc corpus. Sunt autem quædam, quorum formæ non possunt saluari, nisi in una materia signata. Sicut forma Solis non potest saluari nisi in materia, quæ actu sub ea continetur. Et ſm hunc modum aliqui posuerunt, quod forma humana non potest saluari, nisi in materia quadam signata, quæ. s. a principio fuit tali forma formata in primo homine, ita quod quicquid aliud præter illud, quod ex primo parente in posteros deriuatur, additum fuerit, non pertinet ad ueritatem humanæ naturæ, quasi non uere accipiat formam humanæ naturæ, sed illa materia, quę in primo homine formę humanæ fuit subiecta, in seipsa multiplicatur. Et hoc modo multitudo humanorū corporum a corpore primi hominis deriuatur. Et secundū hos alimentū nō conuertitur in ueritatē humanæ naturę. Sed dicunt quod alimentum accipitur, ut quoddam fomentum naturæ, i. ut resistat actioni caloris naturalis, ne consumat humidum radicale, sicut plumbum, uel stannū adiungitur argento, ne consumatur per ignem. Sed hæc positio est multipliciter irrationabilis. Primo quidē, quia eiusdem rationis est, quod aliqua forma possit fieri in alia materia, & quod possit propriam materiam deserere, & ideo omnia generabilia sunt corrūptibilia, & econuerso. Manifestum est autem, quod forma humana potest deficere ab hac materia, quæ ei subiicitur, alioquin corpus hu-

Aug.2.s.d.30.q.2.a.1. D.Bona.dist.30.q.1. Ricc.d.30.q.9. Dur.d 30.q.4. Cap.2.d.18.q.1.cont.4. Pet de Pal 2.d.10.q.3.

SVP. Q. CXIX. ART. I.

CONCL. Alimentum uere conuertitur in ueritatem humanæ naturæ, inquantum uere accipit speciem carnis, ossis, & huiusmodi partium.

¶ PROB. Quia & philosophus hoc dicit in 2°. de anima, & per hoc multa inconueniē tia. (Hæc distincte ponuntur in litera (euitantur.

Primum

1m ex Matth.

Omne. R. i. ex omni, seu omne, quoad aliquid sui, non autem, oẽ dũ totum. §. Tunc &c. ut patet. Confirmatur, simulque declaratur, gloss a responsalis ex Mat. 7. ibi, & in secessum exit purgans oẽs escas. Dñs ergo non ait, quod oẽ in os intrans uadit in secessum ſm quodcumq; sui, sed tm̃ ſm partes purgamentorum omniũ escarum. Ex literis ergo ipsis Euangelii soluit argumentum, si integre adducantur, ut dt Marcus. Nec tamen ob hoc notandus est de aliqua diminutione Matthæus (Absit,) licet tacuerit expresse aliquid, quod Marcus expresse retulit. Hoc quippe ſm familiare est diuinis scriptorib. ut qđ unus expsse, subintelligendo tñ, silet, alius expresse dicat: quandoquidẽ oẽs libri reputandi ueraciter sunt tanquam unus liber, inquantum sunt ab uno auctore. s. Deo, primum uero est ab ipsis adeo alienum, ut de eorum scriptis uniuersaliter dictum intelligatur, Apoc. 22. si quis apposuerit ad hæc apponet Deus super illum plagas; si quis diminuerit auferet Deus partem eius de libro uitæ, item Deut. 4. Non addetis ad uerbum, qđ uobis loquor, nec auferetis ex eo. Neque ergo aliquid diminuti neque superflui, continẽt librorum canonicorum scriptores, quamuis breuius alicubi vnus loquatur, uel prolixius, quã alius. Nec etiã ob hoc sunt imputandi de contrarietate, quæ est hæresis similis Appellitarum, spectatim de prophetis loquentiũ. Blasphemē. n. euomuerũt. Prophetas contraria dixisse, quoniam hoc est omnino falsum, & quia ut falsum damnatũ est hoc in quinta synodo Cõstantinopolitana collat. 7. ex Epistola Vigilii Papę ad Valentinianũ Scythiæ Episcopũ, sic. Fraternitatẽ uestrã credimus non latere, inimicos fidei Christianæ hoc semper seculari, & reprobanda molitos astutia, ut Euangelistas quatuor contraria sibi, quod absit, dixisse monstrarent, quib. a sanctis patrib. per Euangeliorum concordiæ libros est cęlesti sapientia con-

Li. 32. moral. cap. 10.

humanum corruptibile non esset. Vnde relinquitur, quod & alii in materia aduenire possit, aliquo alio in ueritaté humanæ naturæ transeũte. Secundo, quia in oīb. quorũ materia inuenitur tota sub uno indiuiduo, nõ est nisi unũ indiuiduũ ĩ una specie, sicut patet ĩ Sole, & Luna, & huiusmodi. Sic igitur non esset, nisi unum indiuiduum humanæ speciei. Tertio, quia non est possibile, ꝙ multiplicatio materiæ attẽdatur, nisi uel secundum quantitatem tantum, sicut accidit in rarefactis, quorum materia suscipit maiores dimensiones, uel etiam secundum substantiam materiæ. Sola autem eadem substantia materiæ manente, non potest dici, quod sit multiplicata, quia idem ad seipsum nõ constituit multitudinem, cũ necesse sit oẽm multitudinem ex aliqua diuisione cãri. Vnde oportet, ꝙ aliqua alia substantia materię adueniat, uel p creationem, uel p conuersionem alterius in ipsum. Vnde relinquitur, quod non pōt aliqua materia multiplicari, nisi uel per rarefactionem, sicut cum ex aqua fit aer, uel p additionem alterius rei, sicut multiplicatur ignis per additionem lignorum, vel per creationem materiæ. Sed manifestum est multiplicationem materiæ in humanis corporibus non accidere p rarefactionem, quia sic corpora hominũ pfectę ætatis essent imperfectiora, quam corpora puerorum. Nec iterum per creationem nouæ materiæ, qa ſm Gre. * omnia sunt simul creata secundũ substãtiæ materiæ, licet non secũdũ spẽm formę. Vñ relinqtur, ꝙ multiplicatio corporis humani nõ fit nisi p hoc, ꝙ alimentũ cõuertit' in ueritatem humani corporis. Quarto, quia cũ nõ differat ab aialib. & plantis, ſm animam uegetabilẽ, sequeretur qd ét corpora aialiũ, & plãtarũ nõ multiplicarentur per conuersionem alimenti in corpus nutritum, sed p quandã multiplicationem, quæ nõ pōt esse naturalis, cũ materia ſm naturam non extendatur, nisi vsq. ad certã quãtitaté, nec iterum inueniatur aliqd nãliter crescere, nisi p rarefactioné, vel cõuersioné alteri' in ipsum. Et sic totũ opus generatiuę, & nutritiuæ, quæ dicunt' vires naturales, esset miraculosum, quod est oĩno inconueniens. Vnde alii dixerunt, quod forma humana pt quidẽ fieri de nouo in aliqua alia materia, si consideretur natura humana in cõi, non aũt si accipiat' ꝑ ut est in hoc indiuiduo, in quo forma humana fixa manet in quadã materia determinata, cui primo imprimitur in generatione huius indiuidui, ita ꝙ illam materiã nunquã deserit vsque ad ultimã indiuidui corruptioné. Et hãc materiã dicũt principaliter ptinere ad ueritatem humanæ naturæ. Sed quia hmōi materia non sufficit ad quantitaté debitã, requiritur ut adueniat alia materia p conuersioné alimenti in substãtiã nutriti, q̃tũ sufficiat ad debitum augmentum. Et hanc materiam dicunt secundario pertinere ad veritatem humanę naturæ, quia non requiritur ad primum esse indiuidui, sed ad quantitaté eius. Iam uero si quid aliud aduenit ex alimẽto, non ptinet ad ueritatem humanæ naturæ, proprie loquendo. Sed hoc est incõueniens. Primo quidé, quia hæc opinio iudicat de materia corporum viuentium ad modũ corporum inanimatorum, in quib. etsi sit virtus ad generãdũ simile in spẽ non tamen est uirtus in eis ad generandũ aliquid sibi simile ſm indiuiduum, quę quidé uirtus in corporib. uiuentib. est uirtus nutritiua. Nihil ergo per uirtutem nutritiuam adderetur corporib. uiuẽtib. si alimentum in ueritaté naturæ ipsorum nõ cõuerteretur. Scdo, quia virtus actiua, q̃ est in semine, est q̃dã impssio deriuata ab aĩa generãtis, sicut sup. dictũ est. * Vnde nõ pt esse maioris uirtutis in agendo, q̃ ipsa aĩa, a qua deriuat'. Si ergo ex virtute seminis, vere assumit aliqua materia formam naturę humanæ, multo magis anima in nutrimentum cõiunctũ poterit verã formã naturæ humanæ imprimere per potẽtiã nutritiua. Tertio, quia nutrimentum, alioquin terminato augmento necessariũ non esset, sed et ad restaurandũ illud qd depditur p actioné caloris naturalis. Non aũt esset restaurõ, nisi id qd' ex alimẽto generat', succederet in locũ deperditi. Vnde sicut id quod primo inerat, est de ueritate humanę naturæ ita id qd' ex alimẽto generatur. Et iō ſm alios dicẽdum est, qd' alimẽtum d vere conuertitur in veritaté humanæ naturę, inq̃tum uere accipit speciem carnis, & ossis, & huiusmodi partium. Et hoc est, qd' dicit Phil. in 2. de Aĩa, ꝙ alimẽtum nutrit inquantum est potẽtia caro.

Ad primum ergo dicendũ, ꝙ Dñs nõ dt, qd totum quod in os intrat, per secessum emittatur, sed oportet, quod de quolibet cibo aliquid ipurum per secessum emittatur. Vel pōt dici, ꝙ quicquid ex alimento generatur, pōt etiam p calorem naturalem resolui, & per poros quosdam occultos emitti, ut Hie. * exponit.

Ad secundum dicendum quod aliqui per carné ſm spẽm intellexerũt id, qd' primo accipit speciem humanã, qđ sumitur a gene-

contradictum. Hęc ibi. Quod autem dicit de Euangelistis hic, intellige eadem rõne, etiam de omnib. scripturis sanctis, de quib. q. 1. ar. 1. ꝙ s. in cunctis concordia continent, utpote a Spiritusancto uinculi pacis auctore conscriptæ. Vide q. 1. ar. 8. Augustinũ in ad secundum.

Item ex Matthæo.

Emittitur. R. i. dest, pōt emitti, non autem, de facto mox semper emittitur. § loquendo. s. de illo, qđ generatur ex intrante in os, non de illo qđ ſm seipsum intrat in os. Iã. n. per primam rñsionem satisfactum est de illo, qđ actualiter intrat in os. Tunc &c. Nam ex intrante in os, iam aliqd conuersum est, iuxta istud 2m rñsũ in veritatem humanæ naturæ, & hoc sufficit ad præsentis articuli cõclusionem saluandam. Quod autem illud, qđ ex alimento iã in naturæ humanæ ueritatem conuersum est; possit postmodũ per calorem naturalem resolui, sicut & p eũ anteq̃ alimẽtũ per os assumeretur, id quod prius erat de ueritate humanę naturæ, resoluebatur, & per poros quosdam occultos paulatim emitti. hoc nõ destruit, ut patet, præmissam articuli conclusionem. Vide 2m respõsum in litera ly uel potest dici, quod quicqd ex &c.

q. praec. ar.

2m ex Philos.

Distinguit. R. distinctione considerationis, non distinctione realitatis. § Non. n. sunt realiter diuersę carnes, caro ſm speciem, & caro ſm materiam, sed tm̃ secundũ considerationem diuersificantur. Si. n. consideretur caro secundum speciem, i. secundum id quod formale est &c. ut in textu declinando uersus finem. Tunc nihil &c. Nã & caro ſm speciem, & caro secundum materiam, cũ sint realiter eadem caro, realiter permanent in ipso alito, iuxta conclusionem, licet eiusdem realiter carnis permanenda sit secundum considerationem unam, & secundum consideratio nem aliam aduentus sit atque recessus. Vide in textu pulchrum illud exemplum de uino cõtra non loquentes secũdum

D. 26r.

Li. 2. de aia te. 45. & 1. de gen. te. 39. tom. 2.

Mat. 15. c. 9

dum intentionem philosophi, & de fornace pro ueritate responsi quod incipit a ly & ideo aliter dicendum est, quod hæc distinctio philosophi non est &c.

3m de maiori. Humidum radicale. R. & humidum nutrimentale. §. quamuis radicale tanquam iã actu existens de ueritate humanæ naturæ, & nutrimentale tanquam uia ad suscipiendum perfecte naturam speciei. §. Tunc &c. sufficit enim ad tuendam saluandamque conclusionem articuli, quod humidum nutrimentale possit restaurari. Quid uero sit utrumque humidum, uide in textu.

Loco citato in arg. 2

4m maior. Si alimẽtũ transiret in ueritatem humanæ naturæ, quicquid in homine deperditur, restaurari posset R. Non tamen in æquali fortitudine, sicut erat prius, antequam deperderetur. §. Tunc &cæt. Mors. n. accidit pp debilem alimentorũ fortitudinem, non propter hoc, quod alimenta nõ conuertantur in ueritatem. Arguens ergo decipitur, quia credit alimẽta conuerti pari fortitudine naturæ humanæ, si conuertantur in ipsam. Exemplo uini lymphati adducto in textu clariora sunt oĩa.

Li. 1. de gener. te. 88. tom. 2.

5m de conclusione. Sequeretur. &c. R. Si alimentum per se conuerteretur in naturam humanam, non, si in ipsam præexistentem conuertatur. §. Tunc &c. Nam hoc secundo modo non generat alimentum nouam totaliter naturam humanam, sicut si per se conuerteretur in eã, sed transit in naturam præexistentem. Sic ergo remanet una numero. Quod si primo mõ cõuersio, ipsa fieret, qđ non est, iam non remaneret eadem natura humana numero. Exẽplo ignis adducto in textu clarescunt magis dicta.

rante. Et hoc dicunt semper manere, quousque indiuiduũ durat, carnem uero s̃m materiam dicunt esse, quæ gñatur ex alimento: & hãc dicunt non semper permanere, sed quod sicut aduenit, ita abscedit, sed hoc est contra intentionem Arist. * Dicit. n. ibi, q; sicut in unoquoq; habentium speciem in materia, puta, in ligno & lapide, ita & in carne hoc est, s̃m speciem, & illud secundum materiam. Manifestum est autem quod prædicta distinctio locũ non habet in reb. inanimatis, quæ non generantur ex semine, nec nutriuntur. Et iterum, cum id quod ex alimento generatur, adiungatur corpori nutrito per modum mistionis, sicut aqua miscetur uino, ut ponit exẽplum ibidẽ Philosophus, * non potest alia esse natura eius qđ aduenit, & eius cui aduenit, cum iam sit factum unum per uerã mistionem. Vnde nulla rõ est, q; unũ consumatur per calorem naturalẽ, & alterum maneat. Et iõ aliter dicendum est, quod hæc distinctio Philosophi non est s̃m diuersas carnes, sed est eiusdem carnis s̃m diuersam considerationem. Si. n. consideretur caro secundum spẽm, i. s̃m id quod est formale in ipsa, sic semper manet, quia semper manet natura carnis, & dispositio naturalis ipsius. Sed si consideretur caro secũdum materiam, sic non manet, sed paulatim consumitur, & restauratur, sicut patet in igne fornacis, cuius forma manet, sed materia paulatim consumitur: & alia in locum eius substituitur.

Ad tertium dicendum, q; ad humidum radicale intelligitur pertinere totum id, in quo fundatur uirtus speciei. Qđ si subtrahatur restitui non põt, sicut si amputetur manus, aut pes, uel aliqd hmõi. Sed humidum nutrimentale est, quod nondum peruenit ad suscipiendũ perfecte naturam speciei, sed est in uia ad hoc, sicut est sanguis, & alia hmõi. Vnde si talia subtrahantur, remanet adhuc uirtus speciei in radice, quæ non tollitur.

Ad quartum dicendum, q; omnis uirtus in corpore passibili per continuam actionem debilitatur, qa hmõi agentia etiam patiuntur. Et iõ uirtus conuersiua in principio quidem tã fortis est, ut possit conuertere non solũ qđ sufficit ad restaurationem deperditi, sed etiã ad augmentum. Postea uero non potest conuertere, nisi quantum sufficit ad restaurationem deperditi, & tunc cessat augmentũ, demũ nec hoc potest, & tunc fit diminutio: deinde deficiente huiusmodi uirtute totaliter animal moritur. Sicut uirtus uini conuertentis aquã admistam, paulatim per admistionem aquæ debilitatur, ut tandem totum fiat aquosum, ut Philosoph* exemplificat in * 1. de Generatio.

Ad quintum dicendum, qđ sicut Philosophus dicit in * primo, de Generat, quando aliquam materia per se conuertitur in ignem, tunc dicit' ignis de nouo generari. Quando uero aliqua materia conuertitur in ignem præexistentem, dicitur ignis nutriri. Vnde si tota materia simul amittat speciem ignis, & alia materia conuertatur in ignem, erit alius ignis numero. Si uero paulatim combusto uno ligno aliud substituatur, & sic deinceps, quousque omnia prima cõsumantur, semper remanet idem ignis numero, quia semper quod additur, transit in præexistens, & similiter est intelligendum in corporibus uiuentibus, in quibus ex nutrimento restauratur id, quod per calorem naturalem consumitur.

ARTI-

APPENDIX.

Vti. pro S. Eccl.

EX articulo habes primo, quomodo per rationem ostendas, philosophum merito dixisse, quod aliquid de alimento conuertitur in ueritatem naturæ humanæ. Dixit autem hoc tunc, qñ in li. 2. de gen. animal. c. 4. ait. Alimenti rõ duplex est, altera nutriendi altera augendi. Nutriens est, quod esse præbet & toti & partibus augens, quod accessionem ad magnitudinem facit. Ex philosophi ergo formalib. uerbis patet, quod alimentum præbet esse toti & partib. eaq; rõne nutrire dr. Nõ aũt esse phantasticum præbet, ut experientia testatur, sed uerum, quod non præberet, si in ueritatem naturæ animalis non conuerteretur. Item hoc idem dixit. 2, de anima tex. 46. ubi postquam ait, nihil alitur nisi participans uita, subnectit, alimentum, est aliquid animatum in potentia, per se, & non secundum accidens. Ac si aperte dicat. Alimentum potest fieri animatum ideo, quia transit in ueritatem naturæ aliti, quæ uitam participat. i. quæ est actu animata. In principio igitur alimentum, antequam conuertatur in illam, est animatum in potentia, in fine autem, postquam in eam conuersum est, animatum existit in actu. Quomodo enim alimentum esset animatum in actu, nisi ueritatem naturæ aliti indueret actu? Aut quomodo alimentum ipsum esset animatum in potentia, nisi quandoque ad hoc esse actualiter transiret? Etenim potentia naturalis, ut non sit frustra, reducenda est & reducitur, ad actum. Item idem dixit li. de iuuen. & senect. lectio. 3. secundum expositionẽ Petri de Aluernia sic. Sanguis sanguinem habentib. est ultimum alimentũ, ex quo fiunt particulæ. Et subdit. Vnam quandam operationem circa alimentum: oris uirtus exercet, alteram aũt q̃ uentris. s. uirtus, cor autẽ gratia huius oĩs aĩæ est. Vide ex philosopho quantam industriam operatur natura circa alimentum, quæ sane frustra uideretur adhiberi, nisi ex tanto suo opere commodũ magnũ natura ipsa reportaret. Primũ opus circa alimentum fit ab ipsa per uirtutem oris. Hoc dicit masticatio, 2m. per uirtutem uentriculi. Hoc dr̃ concoctio, 3m. per uirtutem cordis, hoc dicit digestio. Vnde dicit, q; cor ẽ gratia huius operis animæ, i. est cõpletiuũ tanq̃ finis, duarum p̃cedentium aĩæ operationum, seu, quod in idem redit, inducit, tã quam finis, complemẽtum duplicis operis p̃cedentis aĩç. Mediãte siquidẽ digestione per partes aĩalis proportionaliter factæ a corde, primæ duæ operationes, s. oris & uentris, suum finem ultimum consequuntur, qui est nutrire aĩal, & consequenter non reddunt inanes. Inane. n. uidet id, quod suum finem, ad quem secũdum naturam ordinatur, non acquirit. Natura ergo ostẽdit ex facto suo sic industrioso, q; alimentũ cõuertitur in alitũ. Item hoc dixit in lib. de sens. & sensa. Lec. 10. secundum expositionem D. Tho: sic. Cibi animalib. oblati, inquantum tangibilia sunt, augmentum sunt facientia & decrementum. Horum. n. causa calidum & frigidũ oblatum, hæc. n. idest calidum & frigidum, faciunt augmentum, sicut calor, & decrementum, sicut frigus. & infra. Nutrit cib. secundum quod gustabilis oblatus, omnia. n. nutriuntur dulci, uel simpliciter uel commixte. Et infra. Commiscentur alii sapores ad cibũ, ut salsum & acutum pro condimento, hoc autem fit propter contrahere dulce, eo q; nimis nutritiuum sit dulce, & supernatatiũ, quia, s. facile attrahitur per calorem. Ecce, quoties dicit philosop. cibum nutrire, & multum nutrire, augmentumque facere, q̃ oĩa adducit, ut etiam rudib. indicet, quod alimentum in ueritatem aliti conuertitur. Secundo habes, quomodo per rationem huiusmodi philosophi dicta, pro quanto ponunt conuersionem cibi in cibati substantiam, & intelligas, & declares, & probes. Tertio uides, quomodo ex his uicissim Angelicus hic iuuetur articulus.

Li. 2. te. 80

Li. 1. te. 39.

2

3

Comm.

Comm. Cardinalis Caietani.

Titulus in corpore declaratur.

¶ In corpore quatuor. Primò, declaratur titulus. Secundo, tractatur una opinio. Tertio, tractatur alia. Quarto alia respondendo quęsito.

¶ Quo ad primum, duo. Definitur.n. & distinguitur pertinere ad ueritatem humanæ naturę. Definitur.n.quod est esse de constitutione ipsius naturæ humanæ, & probatur, quia unumquodq; ita se habet ad ueritatē, sicut ad esse ex 2. Met. Distinguitur autē, quia natura dupliciter sumitur.s.in cōi,i.secundum speciem, & in particulari indiuiduo. Et consequenter, pertinere ad naturæ ueritatem & esse, dupliciter contingit, s. naturæ specifice sumptæ, uel numeraliter. Primo mō forma, & materia cōis, ut aīa intellectiua, & corpus humanum ad ueritatem naturæ humanæ spectant. Secundo modo non solum hæc anima, & hoc corpus.

¶ Quo ad secundum duo. Primo, opinio consistens in trib. propositionib. Prima est ad ueritatem humanæ naturæ ptinet tm̄ illa materia, quę est primo formata in primo hoīe. Secunda uero est, quod illa materia multiplicatur in seipsa, & sic a primo parente ad oēs deriuatur. Tertia est, quod alimentum non sumitur ut conuertatur in ueritatem naturæ humanæ, sed ut fomentum naturæ ad resistendum consumptiuo, ut plumbum argento. Secundo reprobatur hæc opinio quadrupliciter. Prima quidem propositio duab. rōnibus primis, quæ satis claræ sunt in litera. Secunda uero, & tertia simul duab. reliqs rōnib. quarum altera est. Multiplicatio materiæ aut est per rarefactionē, aut p conuersionē, aut creationem nouæ materię, sed multiplicatio humanæ materiæ in corporib. non est p rarefactionem, quia essent imperfectiora, nec, p creationem, quia oīum materia est simul creata secundum Gre. ergo per cōuersionem alimenti. Maior probatur. Multiplicatio materiæ aut attendit penes quantitatem tm̄, & sic est rarefactio, ut patet ex eius rōne, aut penes ipsam substantiam materiæ, & tunc aut penes oīno eandem substantiam materiæ, aut penes aliam, nō penes oīno eandem, quia multiplicatio sine diuisione intelligi nequit, eiusdem aūt oīno ad seipsum non est diuisio. ergo penes aliam, ergo aut per conuersionem, aut creationem, non.n. inuenitur alius modus. Vltima aūt rō est ducens ad impossibile, quia s. ex his sequitur, quod opus generatiuæ, & nutritiuæ in omnib. esset non naturale, sed miraculosum, Probatur sequela primo, quod hoc sequatur, secundo quod in omnib. Quod sequatur quidem dupliciter, primo sic. Materia secundum naturam non extenditur, nisi ad certam quantitatem sed extensio materiæ primo formatæ nō esset ad certam quantitatem. ergo. Secundo sic. Naturaliter nihil crescit nisi per rarefactionem, aut conuersionem, sed hic cresceret materia neutro modo. ergo. Quod aūt in oīb. sequatur, probatur, quia secundum partem uegetatiuam homo non differt ab aīalib. & plantis, ac propterea eadem est de omnibus ratio.

¶ Circa hanc partem occurrit unum dubium in prima probatione consequentiæ. Non.n. sequi uī ad opinionem contrariam, quod materia esse tm̄ in potentia ad quamcunq; quantitatem, qm̄ opinio ista theologizantium supponentium dari prima, & ultima indiuidua oīum uiuentium. Et ppea materia in primo indiuiduo alicuius speciei per gňationem propagandæ formata, non extenditur nisi ad certam quantitatem secundum se, quamuis incertam nobis, tantam s. quantam tot indiuidua exigunt. Cum.n. hæc indiuidua sunt finita, oportet eorū materiam esse finitam. Ad hoc dr̄, quod rōnes & opiniones sp censendæ sunt secundum id, quod conuenit eis per se, & non secundum id quod se hēt p accidens, alioquin tota philosophia, immo oīs scīa ac certitudo ruit. Constat aūt ex secundo de Aīa, quod finis per se & primarius uis generatiuæ tributæ a natura uiuētib. est perpetuum esse speciei per infinitam successionem indiuiduorum. Et propterea ex ipsa ratione uis generatiuæ naturalis; optime, & per se sequitur habitudo ad infinitatem successiuam indiuiduorum. Quicquid namque de facto sit, quantum tn̄ est ex parte uis generatiuæ, multiplicabilitas in infinitum pmouetur. Vnde iungendo huic ueritati positionem contrariam, s. esse quādam certam materiam, in qua sola oīa generabilia illius speciei saluari possunt, sequitur necessario, quod illa certa materia sit extēsibilis ultra oēm certam quantitatem, quoniam indiuidua gňabilia sunt ultra omnem certum numerum. Quotcunque namque genitis, possunt alii ex illis generari, & iterum alii ex illis, & sic in infinitum, quamuis de facto non ita futurum sit. Non euitatur. ergo inconueniens ex hac fuga, quia semper sequitur. ergo materia illa est in potentia ad quantitatem ultra omnem certitudinē quantum est ex se.

¶ Quo ad tertium, duo similiter sunt. Primo, opinio consistens in quinque propositionibus. Prima. Aīa humana uniuersaliter sūpta in cōi, non hēt unam numero certam materiam, & in hoc differt hæc opinio a præcedente, quæ ponebat unam certam materiam, quæ fuit in primo hoīe, oportere informari ab oī humana aīa. Secunda est. Anima humana hæc materiam illam, cui primo imprimitur in generatione huius indiuidui, nequit usque ad mortem deserere, & in hoc conuenit hæc opinio cum præcedentē. Apud utramque.n. ponitur id, quod initio infusionis aīæ informatur, oportere manere fixum ac stabile, usq; ad dissolutionem indiuidui. Tertia est. Sola illa materia, cui primo imprimitur aīa, pertinet ad ueritatem humanæ naturæ principaliter. Probatur; quia sola pertinet ad esse indiuidui. Quarta. Alimentum conuersum in substantiam aliti, pertinet ad ueritatem humanæ naturę secundario. Probatur, quia talis substantia est necessaria propter alimētum, & quantitatem debitam indiuidui, esse autem quantum, est esse secūdariū, igit̄. Quinta ē. Quicquid aliud ex alimēto puenit nō pertinet ad ueritatem humanæ naturæ. Secundo ponitur reprobatio huius opinionis, & directe quidem contra tertiam, & quartam propositionem, oēs rōnes allatæ tendunt, consequenter aūt etiam secundam propositionem destruunt, ut patet deducenti. Prima ergo rō est ducens ad inconueniens. Si alimentum non conuerteretur in substantiam nutriti. ergo uiuentia non possent generare aliquid sibi simile in indiuiduo. ergo nihil adderetur uiuentib. supra inanimata ex uirtute nutritiua, hoc est incōueniēs, ergo. Prima consequētia patet, quia non aliter fit ista generatio, nisi conuersione alimenti in substantiā nutriti, puta, panis in carnem, & ossa &c. Secunda uero probatur quia cum uiuentia cōincent cum inanimatis in generando sibi simile cum diuersitate īdiuiduorū, & opus nutritiuæ sit ad gňare simile īdiuiduo, si hoc adimit̄ nihil addit̄. Scd̄a rō est. Aīa nutritiua non minoris uirtutis est ui seminis. ergo pōt materiam supponere uero esse ipsius aīæ. Antecedens patet, quia cā non est minus effectu. Consequentia probatur, quia semen hoc potest, & facit. Tertia rō est. Nutrimētum est non solū ad augendū, sed restaurandum, ergo succedit loco deperditi. ergo est de ueritate humanæ naturæ. Antecedens probatur. Alioqn cessante augmento non esset opus alimento. Prima consequentia pbatur, quia aliter non restauraretur: secūda uero probatur, quia deperditum erat de ueritate humanæ naturę.

¶ Circa has rōnes, ut melius elucescant, occurrunt dubia. Primæ namque rōnis negari pōt cōnā, qm̄ secundum illam positionem. Virtus nutritiua generat in eodem indiuiduo, dum facit subām secūdariam. s. pertinētē ad perfectā q̄titatē aīalis. Ad secundā aūt dici pt, quod hoc est ex infirmitate uirtutis, sed ex cōdōne eius, quia s. est coniūcta uis aīæ iā positæ in sua uera materia. Ad tertiā quoque diceretur, quod supponit, uel assumit falsum. s. quod deperditū fuerit de ueritate humanæ naturæ. Illa.n. materia in principio informata non est deperdibilis durante indiuiduo, sed deperditur & restauratur materia pertinens ad esse secundarium.

¶ Ad euidentiam horū scito, quod id, quod facit apparentiā harum euasionū est, quia considerat̄ uis nutritiua, non absolute, sed in statu pfectus, in quo cęptum augmentū perficit, & restaurat &c. ut in pueris apparet. Sed si absolute consideret̄, uidebimus rationes literæ efficaces. Absolute autem tunc optime innotescit ex opere, cū opus eius immediate post genitū indiuiduū contēplamur. Cū.n. prima uis aīæ sit nutritiua in tēpore immediate post instans gňationis, opus eius oportet esse. Cū aūt tres aīæ uegetatiuæ uirtutes, s. nutritiua, augmentatiua, & gňatiua, ita a natura sint ordinatæ, ut semper prior & hēt opus ppriorū prius, & pparet̄ illius superfluū ad opus posterioris, ut patet de gňatiua, cui quod superest, perfecto aīali institutū est semē, ut in articulo sequenti diceretur, & in 4. Meteororum dr̄, quod cū pt aliquid gňare, perfectū est, oportet quod superfluū nutritiuæ sit materia augmentatiui, ac per hoc nutritiuū ut sic, prius respiciat ipsam consistētiā aīalis, q̄ materiam augmenti. Vn̄ immediate post instās gňationis, cum Socr. in illo primario esse genitus alat̄, & alimenti opus sit primo restaurare deperditū, deinde parare materiā augmentato, & tūc non possit aliud deperdi, nisi materia primaria, igit̄ uis nutritiua conuertit alimentum in ueram primam substantiā nutriti. Materia.n illa primaria, cum sit mista ex contrariis, humido s. & calido deperdibilis partialiter est calido consumente humidum, & consequenter restaurabilis. Et ex hoc patet defectus oīum euasionum adductarum. Prima.n. non uadit inconueniens, quia ex hypothesi aduersarii subā primaria manet seorsum a secundaria, ac per hoc nutritiua gňando substantiā secundariā non generat in eodē indiuiduo, nisi per iuxta positionē, quo ēt modo ignis ēt nutrit, & auget se igniendo iuxta posita ligna, & sic nihil excellentiæ adderetur aīatis in nutritiua. Secūda quoq; non pt stare cū hypothesi aduersarii, qui ideo ponit illā primariā materiā indeperdibilē, quia non pt unquā alia materia uere informari ab eadem aīa, ita quod in esse in illa consistat eius esse. Et cum non sit ex defectu materiæ, cum inueniat̄ materia alia, in qua potuisset semen aīam imprimere, ergo hoc est ex defectu uirtutis nutritiuæ, cuius oppositum ratio probat. Tertia autem euasio iam patet, quod nihil ualet, quia ratio non supponit, sed probat materiam primariā esse perdibilem, partialiter saltem, quia nutrimentum absolute, cuius opus apparet in principio, est ad restaurationem deperditi. ergo eius quod erat de ueritate naturæ.

¶ Quo ad quartum, ponitur conclusio responsiua quæsito simpliciter, & secundum alios. Alimentum uere conuertitur in ueritatem humanæ naturæ, probatur. Vere accipit speciem carnis, & ossis

ossis &c. ergo. Antecedens probatur ex secundo de anima. Nutrit inquantum est potentia caro &c.

¶ In responsione ad tertium aduerte primo, quod cum apud nostram uiam humidũ radicale distinguat a nutrimentali ex terminis, quia illud s. habet aiam ſm perfectiſſimum modum habẽdi, & propterea aia dr in eo radicata, hoc uero habet aiam ut imperfecte, quia ut in uia ad perfectiorem modum habendi, per humidum radicale intelligitur non aliqua fixa pars materialis, sed totum illud materiæ, in quo aia ſm eſſe perfectum manet, ut ſic. Aduerte ſecundo, quod materia, in qua aia hẽt eſſe perfectum, dupliciter pt deperdi. Vno mõ per uariationem partium, & ſic continue deperditur & reſtauratur. nec propterea dr humidum radicale deperdi. Alio modo, inquantum perfecte participat animam, & hoc contingit dupliciter, uel ſm totum aial, uel ſecundũ partem, & eſt ſermo de partib. quę peruenerunt ad ultimum eſſe quæ. s. non ſunt uia ad alias, quales partes ſunt membra, manus, pedes, caput. Et ſi materia illa ſic perdatur, tunc uere perditur humidum radicale, & aut totum aial moritur, aut membrum illud, quia eſt irreſtaurabile. Aduerte tertio, ꝙ ſanguis & cholera &c. habet duas proportiones ad corpus aialis. Altera eſt partis integralis, imperfecte tñ ad totum, altera eſt uiæ ad terminum. Habent. n. diſpoſitiones ſuas tales, & ꝙ ſunt capaces formæ totius, imperfecto tñ mõ, & ꝙ ſunt ut materia tranſiens reſpectu partium perfectius participantium naturã totius. Quẽmadmodũ elemẽta in mundo & ſunt per ſuas naturas imperfectas, partes uniuerſi imperfectæ, & ſunt per eaſdem naturas materia miſtorum. Et propterea in litera non dicit, ꝙ sãguis non participat naturã ſpeciei, ſed quod non perfecte participat. Et ſi hæc aduerteris, q̃ ex ſecundo ſententiarum d. 30. q. 2. & ex 4. d. 44. q. 1. ar. 2 ſumpta ſunt, ſolues ambiguitates inſurgentes. Quõ ſtat ſimul, quod ſanguis ſit humor nutrimentalis, & tamen ſit de ueritate naturæ. Et quõ ſtat ipſum eſſe animatum aia intellectiua, ſm tamen uim uegetatiuã, & tamen non perfecte hr̃e animam, quia datur latitudo &c. & ea quæ hic dicuntur, erunt clara applicando.

Ferr. 3. cont. c. 191.
Aegid. 2. ſ. d. 30. q. 2. a. 2.
Duran. 2. d. 30. q. 5.
Riccar. d. 30. q. 10.
Pet. de Pal. 2. d. 6. q. 7.

ARTICVLVS II.

Vtrum ſemen ſit de ſuperfluo alimenti.

AD SECVNDVM ſic proceditur. Videtur, qđ ſemen nõ ſit de ſuperfluo alimenti, ſed de ſubſtantia gñantis. Dicit. n. Dam. ꝙ generatio eſt opus naturæ ex ſubſtantia gñantis producens qđ generatur, ſed id quod generatur, generatur ex ſemine. Ergo ſemen eſt de ſubſtantia generantis.

¶ 2 Præt. Secundum hoc filius aſſimilatur patri, quod ab eo aliquid accipit, ſed ſi ſemen ex quo aliqđ generatur, ſit de ſuperfluo alimenti, nihil acciperet aliquis ab auo, & præcedentib. in quib. hoc alimentum nullo modo fuit. Ergo non aſſimilaretur aliquis auo, & pcedentib. magis, quam alijs hominibus.

¶ 3 Præt. Alimentum hominis generantis quandoque eſt ex carnibus bouis, uel porci, & aliorum huiuſmodi. Si igitur ſemen eſſet de ſuperfluo alimenti, hõ generatus ex ſemine maiorem affinitatem haberet cum boue & porco, q̃ cum patre, & alijs conſanguineis.

¶ 4 Præt. Aug. dicit 10. ſuper Geneſ. ad li. quod nos ſumus in Adã non ſolum ſecundum ſeminalem rationem, ſed etiam ſecundũ corpulentam ſubſtantiam, hoc autem non eſſet, ſi ſemen eſſet ex ſuperfluo alimenti. Ergo ſemen non eſt ex ſuperfluo alimenti.

SED CONTRA eſt, quòd Philoſophus probat multipliciter in lib. de generatione animalium, qđ ſemen eſt ſuperfluum alimenti.

RESP. Dicendum, ꝙ iſta qõ aliqualiter depẽdet ex præmiſſis. Si enim in natura humana eſt uirtus ad communicandum ſuam formam materiæ alienæ non ſolum in alio, ſed etiam in ipſo, manifeſtum eſt quod alimentum, quod eſt in principio diſſimile, in fine fit ſimile per formam communicatam. Eſt autem naturalis ordo, ut aliqđ gradatim de potentia reducatur in actum. Et ideo in his quæ generãtur, inuenimus quod primum unũ quodque eſt imperfectum, & poſtea perficitur. Manifeſtum eſt autem, quod commune ſe habet ad proprium & determinatum, ut imperfectum ad perfectum. Et ideo uidemus, quod in generatione animalis prius generatur animal quã homo, uel equus. Sic igitur & ipsũ alimentum primo quidem accipit quandam uirtutem communem reſpectu omnium partium corporis, & in fine determinatur ad hãc partem, uel ad illam. Non autem eſt poſſibile quod accipiatur pro ſemine id, quod iam conuerſum ẽ in ſubſtantiam membrorum per quandam reſolutionem, quia illud reſolutum ſi non retineret natura eius, a quo reſoluitur, tunc iam eſſet recedens a natura generantis, quaſi in uia corruptionis exiſtens, & ſic non haberet uirtutem conuertendi aliud in ſimilem naturam. Si uero retineret naturam eius, a quo reſoluitur, tunc eſſet contractum ad determinatã partẽ, & nõ hẽret uirtutẽ mouẽdi ad naturã totius, ſed ad naturã partis. Niſi forte qs dicat, q̃ eſſet reſolutum ab omnib. partib. corporis, & quod retineat naturam omnium partium. Et ſic ſemen eſſet quaſi quoddam paruum animal in actu, & generatio animalis ex animali non eſſet niſi per diuiſionem, ſicut lutum generatur ex luto, & ſicut accidit in animalib. quæ deciſa uiuunt, hoc autem eſt inconueniens. Relinquitur ergo quod ſemen non ſit deciſum ab eo, quod erat actu totum, ſed magis in potentia totum, habens uirtutem ad productionem totius corporis deriuatam ab anima generantis, ut ſupra dictum eſt. Hoc autem quod eſt in potentia ad totum, eſt illud quod generatur ex alimento, antequam conuertatur in ſubſtantiam membrorum, & ideo ex hoc ſemen accipitur. Et ſm hoc uirtus nutritiua dr deſeruire generatiuæ, quia id, quod eſt conuerſum per uirtutem nutritiuam, accipitur a uirtute generatiua, ut ſemen. Et huius ſignum ponit Phil. quod animalia magni corporis, q̃ indigent multo nutrimento, ſunt pauci ſeminis ſm quantitatem ſui corporis, & paucæ generationis. Et ſimiliter homines pingues ſunt pauci ſeminis propter eandem cauſam.

Art. præc.

AD PRIMVM ergo dicendũ, quod generatio eſt de ſubſtantia generantis in animalib. & plantis, inquantũ ſemen habet uirtutem ex forma generantis, & inquantũ eſt in potentia ad ſubſtantiam ipſius.

AD

584 SVP. Q. CXIX. ART. II.

2. d. 30. q. 2. a. 2. & 4. d. 44. q. 1. ar. 2. q. 4. & 3. cont. ca. 121. prin. & c. 122. Lib. 1. c. 8.

CONCL. Semen, nõ eſt deciſum ab eo, quod erat actu totum, ſed magis in potentia totum.

¶ NOT. Multotiens Sanctus doctor (ut alibi uiſum eſt) tradit cõcluſiones implicite tm̃ quæſito reſpondentes, ſed copioſiores, quã ſit q̃ſitum, quemadmodũ etiã nunc facit, ut conſideranti totam probationem nunc ſequentem patet.

¶ PROB. Quia, ſi ſemen eſſet deciſum ab eo, ꝙ eſt actu totum, ſemen eſſet quoddã paruum aial in actu, generatioq; aialis ex aiali non eſſet niſi per diuiſionem (ſicut lutum generatur ex luto.) Et hæc ſunt inconuenientia. Secunda aũt pars s. ſed magis &c. probatur. Quia ſemen accipitur ex alimento, antequam conuertatur in ſubam membrorũ, & hoc ſemẽ ex eo ſic ſũptum, eſt aliquid ad quandã aliam conuerſionem redactum per uirtutem nutritiuam pro ſeruitio generatiuæ, habens uirtutem ad productionem totius corporis deriuatã ab anima generantis.

Li. 10. c. 19. & 10. to. 3.

Li. 1. c. 19. tom. 4.

¶ COR. Ex hac ergo diffinitione ſeminis nonne uides aperte, & quod ſemen eſt ſuperfluum alimenti? & qđ eſt in potentia totum?

Art. præc. & q. 108. a. 3.

1^m ex Matth.

Ex ſubſtantia generantis. s. inquantum ſemẽ habet uirtutem ex forma generantis, ut pertingat ad formam rei generandæ, non, quod ſemen ſit actu ſubſtantia generantis §. Tunc &c. ut patet ex litera ipſa concluſionis: Cũ dr in textu, qđ ſemen eſt in potentia ad formam ipſius, (s. acquirendã per ipſam generationem,) intellige hoc de forma uegetali & ſenſibili, non de rationali, niſi forte diſpoſitiue, inquantum ſic generando uegetalem & ſenſilem diſponit materiam ad receptionem aiæ rationalis. Memor. n. eſſe dẽs aliorũ dictorũ ab auctore, & ſic ipſum gloſſare ex ſeipſo. Hoc tibi ſit pro uniuerſali regula ad recte intelligendum doctorum catholicorum, quib. ſtudes dicta quandoque forſan in ſpecie diuerſa

dinersa. Pro præsenti litera igitur uide.q.118.art.1.2.

2m de minori. Nullo modo. ℞. Actuali, non uirtuali. §. In quantum uirtus in semine est uirtus deriuata ab anima aui, ac præcedentium, mediante patre. Tunc &cæt. Nam assimilatio generantis ad genitum fit propter formam generantē sibi similē, nō propter materiam, ut putat arguens.

Ad secundum dicendum, qđ assimilatio generantis ad genitum non fit propter materiam, sed propter formam agentis, qđ generat sibi simile. Vnde non oportet ad hoc quod aliquis assimilet̃ auo ꝙ materia corporalis seminis fuerit in auo, sed quod sit in semine aliqua uirtus deriuata ab anima aui, mediante patre. Et similiter dicendum est ad tertium. Nam affinitas non attēditur ſm naturam, sed magis secūdū deriuationem formæ.

3m conclusio. Si igit̃ semen esset de supfluo alimenti, hō generatus ex semine hēret qhquę maiorem affinitatem cum boue, & porco, quam cū pr̃e, & aliis consanguineis. ℞. Si affinitas attenderetur ſm materiā, non si attendatur ſm deriuationem a forma §. Tunc nihil &c. Deriuatur.n.hoc semen a forma pr̃is, ut dictū est, n̄ a forma bouis, uel porci. Et iō hō genitus a patre alito ex carnibus bouis, porci, uel huiusmodi, est consanguineus patri, auo, patris affinib. est affinis, & nullam consanguinitatem, aut affinitatem habet cum boue, porco, & huiusmodi.

Ad qvartvm dicendum, ꝙ verbum Augustini non est sic intelligendum, quod in Adam actu fuerit aut seminalis ratio huius hominis propinqua, aut corpulenta eius substantia, sed utrumque fuit in Adam ſm originem. Nā & materia corporalis, q̃ ministrata est a matre, quā uocat corpulentam substantiā, deriuatur originaliter ab Adā, & similiter uirtus actiua existens in semine patris, quæ est huius hominis propinqua rō seminalis. Sed Christus dicitur fuisse in Adam secundū corpulentam substantiam, sed non secundū seminalem rōnem, quia materia corporis eius, quæ ministrata est a matre Virgine deriuata est ab Adam, sed uirtus actiua non est deriuata ab Adam, quia corpus eius non est formatum per uirtutem uirilis seminis, sed operatione Spiritussancti. Talis enim partus decebat eum, qui est super omnia benedictus Deus in sæcula. Amen.

4m ex Augustino. Fuimus. ℞. Originaliter, non, actualiter, §. Tunc nih. &c. ut ex conclusione colligitur. Vide literam notando, quid sit seminalis rō, & corpulenta sub.a, & quare sit mundissima conceptio Christi, cū tñ, ut hō fuerit in Adam. Ex hac litera uidebis, qūo catholice intelligas, sicque intellectum declares, illud Ro.1. Qui factus est ei ex semine Dauid ſm carnem, & Psal. 131. de fructu uentris tui ponā super sedem tuam, & Hebr.2. Nusquam Angelos appræhendit, sed semen Abrahæ, & alia similia dicta de Christo Domino, cui omnis honor, & gloria, & nunc, & in diem æternitatis. Amen.

APPENDIX.

Ex articulo habes primo, quomodo per rationem ostendas, merito philosophum dixisse li.1 de gen. animal cap.18. semen est excrementum alimenti utilis, atque ultimi, sanguinis uidelicet, q ultimo in membra digeritur. Item, semen concoctū, diuersum a sanguine secernitur, nam inconcoctum, aut per uim emissum, uidelicet cum ultra modum quis re uenerea utitur, cruentum iam aliquib. prodiit. Item, ut filii similes parentib. sint, ratio exigit, qm̄ simile est, ꝙ ad partes accesserit; ei quod remanet, semen enim est manus indefinita, aut facies aut aial facultate seu uirtute, quam continet. Ecce, quod philosophus semen dicit esse partes & totum in potentia, non in actu. Item c.19. nulla pars fœtus semen maris est, sicut nec a fabro quicquam secedit ad lignorū materiam. Natura enim maris semine utitur quasi instrumento, sicut artifex manu. Item li.2.c.1. semen habet animam, & est aoimal, potentia.

Vtilit. pro S.Eccles.

2 Secundo habes, quomodo per rationem prædictas auctoritates, pro quanto semen superfluum esse alimenti, uel solum potentia totum dicunt, & intelligas, & declares, & probes.

3 Tertio uides, quomodo ex omnibus his Angelici Doctoris, tota declaretur atque confirmetur conclusio.

Comm. Cardinalis Caietani.

Titulus, Superfluum alimenti. Alimentū sumitur dupliciter. Vno mō, ut iā conuersum est in substantiam nutriti, & sic non est alimentum amplius, sed substantia aliti. Alio modo, ut est in potentia proxima, ut conuertatur in eam, & sic uere dr̃ alimētum. Superfluum autem cum distinguatur contra necessarium, ex necessario innotescit. Necessarium aūt in alimento ſm naturam dr̃, ꝙ opportunum est ad restaurationem deperditi, & augmentū in his, q sunt in statu augmenti. Et sic superfluum in alimento eē dicit̃, non supfluitas ex alimento, ut fœces &c. sed illud alimenti, ꝙ uere naturā alimēti hēt, quia.s. est in potentia proxima, ut nutriat, seu conuertatur in substātiā aliti, necessarium tñ non est ad restaurationem, nec ad augmentum, sic enim est excessus quantitatis alimenti, & iō uocatur merito superfluum alimenti, i. pars alimenti non necessaria ad alendum.

¶ In corpore tria. Primo, distinguitur duplex status alimenti. Secundo, refutatur unus eius status a semine. Tertio, infertur aliter respondendo quæsito.

¶ Quo ad primum, distinctio est. Alimentum dupliciter. Vno mō, ut est in cōi potentia ꝓxima ad oīa membra. Scđo, ut est determinatum ad membra ipsa. Probat̃ ueritas distinctionis ex hypothesi ꝓcedentis articuli. Aia est cōicatiua sui in materia indiuiduo proprio. ergo alimentum in principio dissimile, in fine est simile. ergo in medio est in potentia proxima ad finem, s. formam determinatam membrorum &c. Prima consequentia probatur, qa aliter nō cōicata esset forma. Secunda uero quia naturæ ordo habet, ut gradatim ꝓcedat̃ de potentia ad actum, ꝙ declarat̃ in his q̃ gñantur. Et sic habetur tota distinctio ex prima.n. consequētia hr̃ secundus status alimenti, ex secunda uero primus.

¶ Quo ad secundum, conclusio est. Semē nō resoluitur ex alimento determinato iam ad mēbra. Probat̃, qa aut ex determinato ad aliquā partē, aut ad oīa mēbra. Nō ad aliquā partē, qa aut retinendo naturā illius partis, aut recedēdo ab illa. Nō recedendo, qa non esset semen gñatiuū alicuius similis illi parti. Probat̃, qa esset in uia corruptionis, & non generationis respectu illius. Nec retinendo, quia sic non esset assimilatiuum materiæ, nisi ad partem. Probatur, quia limitatur ad illam. Nec ad omnia membra propter duo, tum quia semen esset paruum animal in actu, tum quia generatio non esset, nisi segregatio.

¶ Quo ad tertium conclusio responsiua q̄sito est. Semen est superfluū alimētū. Probatur tripliciter. Primo, a priori, Semen est alimentū, ut est in potentia totum aial habens uirtutem ab aia deriuatam. ergo est illud, quod generatur ex alimento antequā conuertatur in substantiā membrorū. ergo est superfluum alimēti. Antecedens probat̃ p locum a diuisione, & iō in litera infert̃, Relinquitur ergo &c. Oportet.n. semen, aut esse alimentum conuertendum de proximo in membra, seu substantiam aliti, exclusiua fictione primæ opinionis supius recitatæ. Scđa uero pars antecedētis, patet ex antedictis, cōsequentiæ uero sunt euidentes. Scđo ꝓbatur ex consonantia ad alia, quia s. sic optime saluatur, ꝙ nutritiua deseruit generatiuæ. Tertio ex signo ab Arist. qm̄ aia lia multo egentia nutrimento sunt parui seminis &c.

¶ Et sic finitur tam diuini operis præsumptuosa expositio. Exigebat.n. alterum Thomam, qui qm̄ non datus est adhuc, interim has meas imaginationes quicunque pceperit, rationes doctorū examinet, & rationem, si recta est, sequatur, sin autem, corrigat, & ex his uel excitatus proficiat. Ad laudem, & gloriam omnipotētis Dei & Beatissimæ Virginis, ac D. Thom. Romæ anno salutis. 1507. Die 2. Maij. In conuentu sanctæ Mariæ super Mineruam, anno ætatis meæ. 39. Benedictus Deus, Amen.

Cuius meritis, & precibus expliciunt Elucidationes formales munere Dei, super primam suam Theologiæ Sacræ partem, per fratrem Seraphinum a Porrecta &c.

DEO GRATIAS.

EXPOSITIO PRAECLARISSIMA EXIMII MAGISTRI CHRISOSTOMI IAVELLI ORDINIS PRAEDICATORVM.

Theologi disertissimi in primum tractatum primæ partis Angelici Doctoris D. Thomæ Aquinatis,

Incipit faustè.

QVAESTIO PRIMA.

ARTICVLVS I.

Vtrum præter physicas disciplinis sit necessarium habere alias scientias.

CIRCA titulũ *necessarium*, ex fine siue simpliciter, siue ad bene esse pręter physicas non ex obiecto, sic.n. metaphysica, & supernaturalis. dicitur.n. metaphysica.i. transphysica, vel superphysica. Sed ex obiecto, & principio productiuo.s. sit de rebus diuinis, & a lumine diuino imediate causante hanc notitiam, & nõ a lumine intellectus agẽtis aliã doctrinam idest notitiam quæ secundum respectum ad Deũ docentem, dicitur doctrina, & ut respicit hominem suscipientem eam a Deo, dicitur disciplina. Vtrum autem hæc notitia sit mera fides, uel mera scientia Theologiæ, dicam infra.

Conclusio 1. *Vnde necessarium fuit homini, &c.* Ly, *necessarium*, in prima quæstione stat pro omnino necessario ex fine aliter homo nõ posset dirigere actiones suas in finem supernaturalem.

Quædam per reuelationem diuinam &c. Et aduerte q᷉ quædam per reuelationem formaliter, ut articuli fidei, quædam autem uirtualiter idest correlarie uel deductiue Nam si Deus reuelauit unum, & Trinum ex consequenti dicitur reuelata productio personarum per actiones immanentes, & distinctio per solas relationes. igitur demum. S. Thom. intelligatur utroque modo.

Conclusio. 2. *Necessarium igitur est*, ut salus, ly necessariũ, stat pro utili, & expedienti, quoniam diuinã bonitas non solum non deficit in necessariis omnino, sed abundanter procedit.

Dubium primum. *Necessarium* igitur fuit præter physicas disciplinas. Contra hanc conclusionem duplex dubium consurgit: Primum quomodo sumitur ly doctrina, an pro fide tantum. & hoc nõ, quia in articulo sequenti quærit utrum sit scientia, & concluditur q᷉ sic Constat autem quod fides non est scientia, uel pro scientia Theologiæ deducta ex principiis fidei, & hoc nõ, quia idiota non posset saluari.

Ad hoc dico quod non sumitur pro fide precisè, neque pro scientia Theologiæ præcisè, sed pro notitia reuelata in lege antiqua, & noua siue formaliter, siue uirtualiter, quæ secundum se abstrahit à fide & scientia Theologiæ sicut animal secundũ se abstrahit ab homine, & equo, & sicut animal cum determinatione uaria trahitur ad hominem, & equum, puta per differentias suas, sic hæc notitia uaria determinatione trahitur ad fidem, & scientiam. Nam si sumatur quo ad primum prima reuelata transcendentias intellectum nostrum quo ad hanc partem est fides, si quo ad reuelata uirtualiter ut declarauimus, sic erit scientia ut uidebitur in secundo articulo. Et si quęratur secundum quam partem est necessaria? Dico quod non secundum primam præcisè, nec secundum secundam præcise, sed secundum primam ut continet uirtualiter secundam. Vnde necesse est omnem idiotam esse Thelogum uirtualiter, obligatur enim credere non solum principia fidei, sed omnĩa, quæ deducuntur necessario ex his, credere dico non expresse, sed implicite.

Ad argumenta igitur patet quid dicendum sit. Nam ad primum concedo quod non sumitur pro fide præcisè, & similiter ad secundum quod non sumitur pro scientia Theologiæ præcise, sed pro notitia reuelata, ut abstrahit &c. in articulo autem sequenti descendit ad hanc notitiam, non ut abstrahit, sed ut determinatur ad conclusiones deductas ex principiis primis credibilibus, & sic determinabit quod est scientia. Vnde D. Th. doctrinaliter processit primo quærens de doctrina sacra in sua communitate sumpta, secundo de eadem contracta ad conclusiones deductas ex principiis creditis secundo quia tam conclusio, quam ratio D. Thom. pro prima cõclusione uidetur supponere falsum scilicet quod finis hominis, ad quam ordinatur. P. Visio Dei sit supernaturalis hominis ex consequenti naturaliter incognoscibilis quantumcunque pro præsenti statu cognoscatur natura animæ nostræ. Contra hoc fundamentum arguit Scot. in primo quæstione prima, prologi, ibi, contra istas rationes instatur quod iste finis comparatus ipsi animæ est naturalis licet denominatione extrinseca dicatur supernaturalis. P. quia est in obiecto supernaturali quia cognoscitur modo supernaturali, idest, lumine diuino, quod acquiritur medio supernaturali, & gratia, & charitate. Quod ergo respectu animæ sit naturalis, probat dupliciter, primo quia secundum Augustinum de prædestinatione sanctorum. Posse habere fidem sicut & charitatem naturale est hominum. Tunc sic, naturale est homini posse habere medium ad illum finem. Primo ad fruitionem Dei, ergo & posse habere illum finem. Ad hoc ut inquit Capr. in primo prologi, quæstione prima, ad argumenta cõtra secũdã & ab eo accepit expositor. Decipitur Scot. in ly naturæ credidit enim conuerti. Cum naturali, quod est falsum. Nã ad hoc quod aliquid conueniat naturæ hominũ sufficit esse intellectiuũ, ad hoc autem quod sit naturale, est necesse, ut possit reduci ad actum per agens naturale. Vnde concedo quod secundum Augustinum est naturæ hominum posse habere charitatem, & conuenit homini ut est intellectualis ad differentiã aliorum animaliũ, quibus repugnat talis finis, & talia media, quia sunt naturæ non intellectualis. Nõ autem concedo quod sit naturale, nec id intendit Augustin. Et si quæras quomodo sumitur ab Augustino, ly posse, dico quod non sumitur pro potentia naturali, sed pro obedientiali quæ dicitur non repugnantia. Homo naturaliter appetit finẽ illum ergo est ei naturalis. Confirmatur, homo naturaliter cognoscit primum obiectum intellectus esse ens, & quod in Deo perfectissime saluatur rõ entis, sed naturaliter appetit cognoscere ens, ergo ut Deum. Ad hoc dico quod nihil concludit contra nos. Nam ad primũ negatur antecedens sumendo finem illum secundum propriã rationẽ beatificam. primo Deum clare, & essentialiter uisum. Nec ipsum antecedẽs probat Scot. Ad confirmationẽ concedo totum, non enim concludit aliud nisi quod naturaliter desidero cognoscere Deum, non tamen sub ratione propria beatifica, ut reuelatum est nobis. Tertio deceptus est Scotus, quia credidit nullam supernaturalitatem conuenire potentiæ passiuæ comparatæ actui suo, sed tantum in ordine ad agens, per quod reducitur ad actum. Vnde uult cõtra actus esse uel naturalitatem, si inclinatur in illum, ut igni ascendere, uel uiolentiam, si repugnat ei ut igni moueri circulariter sub concauo

Dubiũ secundum.

lunæ nunquam autem supernaturalitatem, nisi per respectum ad agens supernaturale, si modo supernaturali reducit potentiam ad actum, nec id aliter probat. Nos autem dicimus quod etiam respectu actus datur supernaturalitas, & est quando per talem actum uel dispositionem ad ipsum trahitur recipiens ad ordinem diuinorum entium, & super statũ naturalem, & quoniam anima ex uisione diuina, & fruitione trahitur & eleuatur ad talem statum, ideo illi beatifici actus sunt sibi supernaturales ut declarabitur diffusius in q. 89. agentes de cognitione animæ separatæ.

In responsione ad secundum aduerte D. Thom. expresse nõ cõcludit ex sua rõcinatione nisi distinctionẽ Theologiæ a scientiis physicis propter media diuersa, cõsequenter tamen, & implicite concludit necessitatem. Nam si per lumen creatũ non possent haberi multæ ueritates complexæ de Deo sine quibus homo se non potest ordinare in finem, ergo nõ solũ erit alia, sed & necessaria exemplum autem de Astrologo, & physico ad ductum est præcise ad declarandum distinctionem, sed non ad declarandũ necessitatem. Et propterea Scotus in prima q. prologi, ibi ad secundum dicitur, quod diuersa &c. nihil concludit contra D. Thom. arbitratur enim q D. Thom. intendat cõcludere necessitatem ex ipsa responsione quod non est uerum principaliter, sed consequenter tantum ut diximus. Vel aliter, & melius D. Thom. in articulo duas conclusiones determinauit & in prima conclusit quod erat omnino necessaria ex fine in secunda autem quod erat utilis, & non necessaria tantum, sicut in prima. Ideo arguendo formauit duo argumenta, quorum primum est directe contra primam conclusionem, & ideo respondens sustinet necessitatem, secundum est contra secundam probans, quod non est necessaria, & quod non est alia. In ratiocinatione igitur quasi concedens quod non est necessaria, nisi sumendo necessarium pro utili immoratur ad declarandum distinctionem ab ab aliis & sic patet quod Scotus nihil cõcludit contra eum, quoniam non fuit mens sua sustinere necessitatem principaliter, sed distinctionem.

ARTICVLVS II.

Vtrum sacra doctrina sit scientia.

Circa titulum, aduerte quod cũ ex declaratione primi articuli sacra doctrina in se continet principia sua, quæ p nunc supponuntur esse articuli fidei, & conclusiones deducibiles ex eis, hic non quæritur utrum secundum se totam sit sciẽtia, quoniam de principiis non habetur scientia, sed solum pro illa parte qua continet conclusiones deducibiles ex suis principiis. Item ly scientia sumitur proprie, ut distinguitur contra alios habitus intellectuales. Item sumitur ly, doctrina sacra nõ tantum secundum se, sed ut recipitur in intellectu uiatoris, ut sit sensus. Vtrum sacer Theologus uiator ex discursu Theologico quo deducit conclusiones suas, ex articulis fidei acquirat scientiam.

Respondeo sacram doctrinam esse scientiam &c. Aduerte quod de ratione scientiæ abstracte dictæ, ut distinguitur contra alios habitus est, ut sit noticia conclusionis demõstratæ ex primo posteriorum, quæ demonstratio fit ex eo quod demonstrans copulat, & continuat conclusionem superiori habitui necessario & euidenti ipsi demonstranti uel superiori scienti, cui innitatur demonstrans, qui quidem habitus, uel est habitus principiorum uel scientia, quæ supplet uicem habitus principiorum. sicut scientia Geometrica respectu perspectiuæ habet rationem principii, & quoniam fidelis uiator discurrens copulat conclusiones Theologicas habitu superiori necessario, & ineuitabili, & euidenti non quidem ipsi uiatori, sed Deo & beatis, qui est habitus articulorum fidei, cui fidelis innititur. Ideo D. Thom. tenet hanc esse ueram. Sacra doctrina est scientia.

Sed sciendum quod duplex est genus scientiarum, &c. Aduerte quod perfecta differentia scientiæ subalternantis, & subalternatæ, stat in hoc, quod prima continuat conclusiones suas suis principiis ultima resolutione in quibus uidet immediate ueritatem suarum conclusionum, ita quod non sunt resolubiles adhuc in superiorem habitum. secunda uero continuat cõclusiones suas immediate alicui habitui scientifico, & mediante ipso principiis suis, & pro quanto inhæret tali habitui scientifico ueluti principio proximo deducit demonstratiue conclusiones suas non quidem demonstratione potissima, sed tali, qualis sufficit in scientia subalternata, ex his sequitur alia differentia. s. q scientia subalternans requirit euidentiã suorum principiorum proximorum subalternata autem non, sed sufficit q innitatur subalternanti ut principio suo, unde talis continuatio cũ tali innixu sufficit ad causandam scientiam subalternatã. istæ duæ differẽtiæ sunt cõmunes, & necessariæ omni subalternanti, & subalternatæ. Aliæ aũt non conueniũnt oĩ, p. q subalternata contrahit subiectum subalternãtis per differentiã accidentalem. Nam Deus sub rõne Deitatis est subiectũ in Theologia beatorũ, & uiatoris, ut dicemus infra. Similiter q subalternans dicat quid subalternata, quia. Non conuenit oĩ, sed tm̃ humanę habitæ per uerum discursum, qui non saluatur in Deo, nec in beato. Nõ enim dẽt admitti qđ intellectus Dei aut beati, pprie dicat pp quid de articulis fidei, nisi in hoc sensu, qđ in diuina essentia immediate intuẽtur ueritates talium articulorũ. Viator aũt acceptat ueritates, quia reuelatas, ex q. bus sequitur correlarie qđ quãtum ad conditiones p se requisitas Theologia nostra perfecte subalternata est Theologiæ beatorũ, non aũt quantum ad conditiones accidentales, siue communes solis subalternantibus physicis, & qm̃ Philosophus in primo posteriorũ non potuit inuestigare subalternationẽ, nisi in scientiis physicis, quibus tales cõditiones conueniunt. Ideo solus Theologus, ut D. Tho. subalternationem absolute attingit, sub qua constituit nostram Theologiam remouẽs omnem conditionem accidentalem, sustinet eas, quæ sunt per se, & id quidem innuit in articulo, cum dicit, Et hoc modo sacra doctrina. q. d. non quo ad omnes conditiones, sed solum quo ad duas primas supradictas. Ex his declaratis poteris soluere omnia argumenta aduersantium, quæ recitantur a Capreol. in q. prologi, & uersantur circa duas conclusiones positas in artic. Nã fere omnes negant quod sit sciẽtia licet Greg. in prima q. prologi, concedat quod sit habitus creditiuus causatus ex discursu Theologico infideli acceptanti articulos fidei. Et quia negant quod sit scientia, negant etiam quod sit subalternata. Igitur Aureolus Scot. Greg. Durand. probant quod nõ sit sciẽtia præcipue, ut reperitur in intellectu uiatorum, & quoniam eorum principalia argumenta adducuntur cõpendiose ab expositore, & soluuntur solutionibus resolutis non discordantibus a Capreol. ideo uidetur expositorem, & sufficit, quoniam satis clarius est. Similiter arguunt qđ nõ sit subalternata scientiæ Dei, quorum argumenta, & solutiones clare sunt in expositore. Tu uero aduerte hoc solum qđ qui probant eã nõ esse scientiam, fundãt se super hanc propositionem falsam, Omnis scientia est ex principiis ex se notis &c. hanc non acceptamus nisi in scientia, quæ est simpliciter perfecta, & non in subalternata, quæ vtique non est scientia nisi vt innititur superiori, & ut sic habet quandã vnitatem cum illa, & nisi habeat talẽ vnitatem non est scientia, & stante tali cõtinuatione fides est sufficiens principium huius talis scientiæ, & non aliter. Item qui probant eam non subalternari, fundant se super hanc propositionem quam non acceptamus. Omnis scientia subalternata dicit quia & subalternans quid, & contrahit subiectum per extranea, & se compatiuntur in eodem subiecto. Nam licet Capreol. & conformiter expositor laborent ad saluandum etiam has conditiones in Theologia viatori, tamen quoniam vt supra diximus istæ conditiones non sunt essentiales, sed tantum duæ, quas supra posuimus. Ideo gratis concedo q Theologia nostra non subalternatur scientiæ, siue Theologiæ Dei & beatorum, nisi quo ad cõditiones essentiales, & hæc fuit mens D. Thom. in articulo, & ideo arguentes vane laborauerunt &c. Sed quia omnis scientia pro hoc statu causatur ex aliquo discursu, ideo declarãdum est ex quo discursu causatur hæc scientia in intellectu viatoris. Vnde aduerte ut in metaph. D. Tho. infra in ar. 8. secundum Theologiam nostram ad aliquam conclusionem vtitur multiplici discursu. Nam aliquando procedit ex propositionibus metaphysicis, vt Deus est æternus. Aliquando ex propositionibus physicis, & conclusio est physicalis vt anima est actus corporis, cælum est incorruptibile. Aliquãdo ex probabilibus & conclusio est probabilis, vt Angeli sunt creati in gratia. Angeli nõ discurrunt. Aliquando ex propositionibus contentis in scriptura sacra & cõclusio est de his quæ deducuntur ex reuelatis. Aliquãdo ex propositionibus sanctorum doctorum, & etiam gentilium, & conclusio est ex his quæ deducuntur ex scriptura sacra, iuxta primum discursum causatur in nobis metaphysica scientia, iuxta secundũ physic. iuxta tertium opinio, iuxta quartum scientia Theologiæ, de qua conclusimus esse subalternatam, iuxta quintũ opinio de conclusione Theologiæ necessaria sed differenter. Nam quando proceditur ex authoritatibus sanctorum, proceditur ex propriis probabilibus, quando autem ex dictis gẽtilium, & extraneis, secundum autem quod moderno tẽpore docetur Theologia vt in pluribus procedit per primũ, secundum, & quintũ discursum, & ideo non causatur in nobis scientia Theologica, vt in pluribus, quæ nũc intẽdimus nisi vtamur quarto discursu, qui

su qui solus est ex propriis & necessariis, quoniam reuelatū ut reuelatum necessarium est &c.

ARTICVLVS III.

Vtrum sit una scientia sacra doctrina.

CIrca titulū ly, sacra *doctrina non* sumitur pro Theologia in sua communitate ut sub se continet theologiam Dei & beati, & uiatoris, constat enim quod sunt plures formaliter, sed sumitur præcise ut reuelata, & in eo sensu, quo conclusit esse subalternatam, ly, una non sumitur generice, nec indiuidualiter, sed specifice ut sit sensus. Vtrum sit una .i. indiuisibilis in plures species theologiæ, dato quod consideret de distinctis plus quam specie .p. de Deo, de Angelo, de Christo &c.

Sed secundum rationē formalem obiecti &c. Aduerte quod ratio formalis obiecti duplex est, quædam est obiecti ut res est & est diffinitio obiecti siue quidditas sua, a qua fluunt passiones propriæ, & per quā demonstrantur passiones de subiecto, & dicitur rō obiecti ex parte rei. Quædam est obiecti ut obiectum est .i. ut respicitur a potentia, & est illa sub qua attingitur a potentia sicut ratio obiecti uisus ut obiicitur ut lux est uisibile. D. Thom. accipit rationem formalem secundo. Nam dato quod ratio obiecti ut res est multiplicetur, si tamen stat athoma ratio obiecti, ut attingitur a potentia, non multiplicabitur specifice potentia, nec habitus ut patet in uisu, Et ideo dato q̄ alia sit ratio Dei, ut Deus est, & Dei ut principium creaturæ, & Dei ut redemptor, quia tamen rō sub qua attingitur Deus a uiatore in hac doctrina stat athoma, & est adæquata .i. reuelabilitas. Ideo secundū D. Tho. stat una species specialissima scientia Theologiæ in genere scientiarum. Ex hac distinctione dicitur quod species obiecti, ut obiectum est, non coincidunt. Illæ enim sunt species in genere rerum. Istæ autem sunt species in genere cognoscibilium. inde prouenit quod obiectum ut res distinguitur per species sicut sapor in amarum, dulce, ponticū ut obiectum autem .i. ut attingitur a potentia, stat indiuisibilis in plures species in genere intelligibilium, quoniam illæ non multiplicantur, nisi multiplicato modo immutandi, similiter prouenit quod obiectum ut res, stat indiuisibile in plures species, & tamen ut obiectum multiplicatur in species, quoniam multiplicantur modi, quibus potest attingi a diuersis potentiis ut idem pomum distinguitur in gustabile, appetibile, intelligibile, quoniam alia ratione attingitur a gustu, alia ab appetitu, alia ab intellectu. Stantibus prædictis uidebis soluta tria argumenta Aureoli in Capreolo in primo quæstione prima prologi contra tertiam conclusionem, quibus probat quod unitas formalis rationis ipsius obiecti, non sufficit ad unitatem habitus uel potentiæ, procedunt enim de unitate formalis rationis obiecti ut res est, sed non ut obiectum est .i. sub qua attingitur a potentia, & quoniam propositū B. Thom. intelligitur in secundo sensu, & non in primo Aureolus, aut laborat in primo ideo argumenta sua nihil ualent contra nos, licet expositor adducat ea & soluat, tu tamen uide responsionēs Capr. quoniam cōpletæ & claræ sunt, nec expositor discedit a sensu earum.

Quia igitur sacra scriptura usque ibi diuinitus reuelata &c. Aduerte quod ut recitat Capreol. in primo quæstio. tertia prologi cōtra quartam conclusionem, adducit Aureolus quatuor argumenta, quibus probat quod esse reuelatum, non est sufficiens causa unitatis unius scientiæ, & licet, ut uidebis in Capr. clare soluantur, tamē aduerte quod illa argumēta .s. primum, tertium, quartum peccant in falso supposito tacite supponit enim Aureolus quod lumen diuinæ reuelationis se habeat ad hanc scientiam tantum, ut causans sic lumen intellectus agentis est mere causam scientiam humanam, sed non sic est hic. imo diuinum lumen, & est causans & est ratio formalis ex parte nostra, sub qua attingimus diuinā. Nam interrogatus Theologus. quare hæc conclusio est uera, Deus Deum genuit, & Mūdus factus est in tempore. respondet quia reuelatum est sic a Deo, a quo non est falsum, quæ quidem ratio non ualet de intellectu agente, quoniam lumen deficiens est. Argumentum autem secundum concludit quod obiectum Theologiæ duas habet rationes formales, unum ex parte obiecti, ut res est hæc est ratio deitatis, sed ab ea non sumitur unitas specifica Theologiæ, Aliter Theologia Dei, & beatorum esset una specie cum Theologia nostra, alia ex parte obiecti, ut obiectum est, ut attingitur ab intellectu & hæc est Diuinum lumen comparatum intellectui beato, & intellectui nostro illud enim est lumen clarum, hoc autem obumbratum, & quoniam sub hac ratione stat athoma, quæ dicitur diuina reuelatio, intellectus uiatoris attingit diuinam. Ideo Theologia nostra stat una specie, sicut & Theologia beatorum, stat etiam una specie.

Sed contra rationem D. Thom. expositor mouet dubium, quoniam uidetur cadere in æquiuocationem, nam in prima propositione, scilicet unitas habitus consideranda est secundum rationem formalem obiecti ut res est, unde exemplificat in colorato respectu uisus, constat autem rationem colorati esse rationem obiecti uisus ut res est. In alia autem propositione in qua applicat se, scilicet quia igitur sacra scriptura considerat aliqua secundum quod sunt diuinitus reuelata, & sumit rationem formalem obiecti, ut obiectum est idest, ut attingitur potentia, ergo in prima propositione, & in secunda æquiuocat de ratione formali, & ex consequenti, nulla est ratio expositor in sua responsione dicit quod in prima propositione ratio formalis, obiecti. supponit indistincte pro ratione formali obiecti ut res est, & ut obiectum est, licet exemplificet de colorato quod uidetur importare rationem formalem obiecti ut res est, quoniam uult quod istæ duæ rationes se consequantur conuertibiliter sicut subiectum, & passio, ideo in alia propositione potuit subsumere rationem formalem obiecti ut obiectum est idest reuelabilitas, & non ut res est, idest, deitatem, quoniam ex deitate non potest concludi unitas specifica Theologiæ, sic nec ex reuelabilitate, uel si ex reuelabilitate concluditur unitas specifica quod etiam ex deitate, quoniam ut dicit ipse conuenientia in subiecto, conueniunt etiam in passione, hæc autem omnia sunt falsa, ergo sua responsio nulla. Ad hanc instantiam non potuit rñdere nisi dimittendo illam propositionem, quam proposuerat, scilicet quod utraque ratio se consequatur conuertibiliter. Dicit enim quod hæc non est uera, nisi quando ratio obiecti, ut obiectum est adæquatur rationi obiecti ut res est, & quoniam conuertibilitas non adæquatur deitati, sed diuino lumini. potest enim aliter cognosci Deus, quam reuelabilitate. Ideo instantia non concludit secundum ipsum. Sed non aduertit quod sic respondendo non saluat rationem D. Th [illegible] cum absumat hanc uniuersalem, unitas potentiæ uel habitus &c. Et secundum te non uniuersaliter se consequuntur conuertibiliter utraq; rō obiecti, cōtra ly, ratio obiecti non supponit indistincte pro utraque ratione & ideo dico quod D. Tho. in prima propositione, sumit rationem formalem obiecti, ut obiectum est, & sic in alia & licet exemplificet de colorato, tamen sumit coloratum secūdum se, sed ut respicitur a uisu, & ideo adiunxit quod est obiectum uisus. Non autem respicitur a uisu, nisi quia est sub tali modo immutandi .p. pure intētionaliter, & per talem modum immutandi, sumitur ratio formalis obiecti uisus ut obiectum est, sic intellecta prima propositione D. Tho. potuit conuenienter subsumere solam rationem formalem obiecti, ut obiectum est sicut fecit, potuit etiā sic formare eam. Cum igitur scriptura sacra consideret ens diuinum, ut reuelatum &c. per ly ens diuinum insinuasset rationem formalem obiecti, ut res est, & per ly, reuelatum rationem formalem obiecti, ut obiectum est, sic intellecta ratio stat in robore suo, & non est necesse cadere in responsionem expositoris, & stat litera clarior. [contra Gent.]

ARTICVLVS IIII.

Vtrum sit practica.

CIrca titulum aduerte quod *cum practica*, & speculatiua deriuantur a praxi, & a speculatiua, primo uidendum est quid sit praxis, & speculatiua, deinde quid sit scientia speculatiua, & practica. Quantum ad praxim proprie sumptam quid sit, uide Scot. in primo, quæstione quarta prologi, ibi, dico igitur, quod & ibi inuenies diffinitionem completam, quam quo ad singulas sufficienter declarat, & in hoc non deuiat a uia nostra eādem definitionem absumit Paulus Soncinas metaphy. qō. s. conformiter Scoto, declarat licet non nominet Scotum, uide quem uolueris. Speculatio autem ut distinguitur contra praxim est operatio solius intellectus, non ordinata ad aliquam operationem alterius potentiæ ab intellectu regulandam, sed gratia ipsius scire. Dico uero ordinata quia dato quod ordinaretur ad aliam operationem intellectus regulandam, propter hoc non perdit, quin sit speculatio licet remisse. Vnde licet syllogizare sit ordinatum ad regulādum intellectum in scientiis acquirendis, tamen non est extra genus speculationis omnino scientia practica proprie est, quæ est proxima, & ex prima intentione regulatiua praxis, id est, operationis subiecta uoluntati siue elicite, siue imperate, dummodo quod imperata sit elicita ab alia potentia, quam ab intellectu, aliter poneretur logyca esse practica, quod est contra D. Thom. vbi supra &c. Speculatiua autem est cuius finis proximus & principalis est speculari uel scire. Vtrum autem sit scientia practica simpliciter

ex obiecto, uel ex fine præsenti articulo est impertinens ideo pertranseo donec erimus in q. 1. & ar. 16.

Sacra tamen doctrina comprehendit sub se utranque &c. Aduerte quod hæc comprehensio non est per modum congregationis eo modo quo secūdum aliquos extrema congregantur in medio, ut calidum & frigidum in tepido, sed per modū eminentiæ, qui quomodo sit & quā rationabiliter id ponatur, uide Capreolum in prima quæstio. 2. prologi ad secundam rationem contra sextam conclusionem, ibi aliter tamen & secundum mentem B. Tho. &c. & expositor traxit ab eo si bene ad uertas, nec est laborandū sicut ipse laborat ad improbandum opinionem eorum, qui dicunt D. Thom. mentem esse, quod est comprehendens practicum, & speculatiuum per modum congregationis. Illi enim sunt rudes, & destruunt unitatem specificam huius scientiæ, quam in præcedenti articulo determinauit ideo ut rudes relinquantur. Item scias quod illam declarationem quomodo sit practica, & speculatiua non aggregatiue sed uirtualiter, & eminenter inuenies in Ioann. Baccon. in primo quæst. 4. prologi articulo quinto, & ueluti commentum uiæ nostræ &c.

Magis tamen est speculatiua, quam practica &c. Hāc conclusionem intellige sicut præcedentem, s. q̄ est magis speculatiua, quam practica, nō quia magis aggregatur ex speculatiua, sed quia una existens magis declinat ad conditiones speculatiuas eminenter, siue uirtualiter, est enim de rebus speculatiuis principaliter & sic est de practicis ordinat eas ad speculationē Dei scilicet uisionem. Sed contra primam conclusionem arguit Aureolus in Capr. primo quæst. 2. prologi contra sextam duobus mediis, quæ iam soluta uidebis ex declaratione primæ conclusionis supponit enim duo falsa. Primum est, quod scientia, ut scientia prima diuisione diuidatur in practicam, & speculatiuam, ut differentias oppositas, quæ non possunt eidem conuenire, hoc inquam est falsissimum, quoniam illa diuisio non conuenit nisi scientiæ finitæ, & causatæ lumine finito, aliter esset necesse ponere in Deo duas scientias, unam, qua cognoscit se, & aliam, qua operatur ad extra sicut artifex & quando dicit hanc esse mentem philosophi in 7. metaphysic. dico quod philosophus non potuit loqui de scientiis, nisi lumine naturali acquisitis de quib. concedo talem diuisionem. Secundum est, quod credidit D. Thom. tenere Theologiam esse speculatiuam simpliciter, & practicam secundum quid per aggregationem, quod nos non dicimus, sed per eminentiam ut exposuimus. Vnde non debemus concedere quod sit formaliter magis speculatiua, & formaliter secundum quid practica hæc enim sonant aggregationem, & compositionem per accidens. Sed quod eminenter magis æquipollet speculatiuæ, quam practicæ. Tu stabis in hac resolutione, & uitabis uariam responsionem Capreol. hæc enim est magis stricta, & tuta in uia nostra, a qua non deuiat expositor.

[margin: Secundum]

Contra secundam. s. quod non sit principaliter speculatiua immo q̄ sit omnino practica, arguunt Aureolus, & Gregorius in Capreol. primo q. 2. prologi contra sextam. Ibi tertio principaliter in uno decipitur credit enim finem Theologiæ nostræ esse præcise speculationem Dei in hac uita, & hanc esse mentem D. Thom. & quoniam melius est diligere Deum, & seruare mandata eius, quam speculari ipsum siue metaphysice, siue ex reuelatis. ideo concludit Aureolus quod est omnino practica. Sed dicimus, quod finis nostræ Theologiæ est speculatio Dei inchoata in uia, & perficienda in patria, ita quod hoc totum copulatum est finis & non præcise, altera partium, & stante huiusmodi copulato, patet quod nulli actus practici sunt excellentiores tali fine supponendo pro nunc q̄ intellectus sit nobilior uoluntate, & ex hoc uidebis solutum suum argumentum septimum, quod magis uidebatur urgere, alia autem non sunt difficilia, & diffuse soluuntur a Capreolo. Gregorius autem supponit duo falsa. Primum est quod omnes conclusiones speculatiuæ consideratæ in Theologia ordinantur ad praxim. p. dilectionem Dei, quod est falsum ut patet de ista. Relationes diuinæ constituunt personas & ista essentia non generat Secundum est etiam dato quod omnis talis cōclusio sit ordinata ad p. oximi. & non tantum occasionaliter, sicut accidit in proposito; aliter omnis scientia speculatiua esset practica, quoniam, ex proœmio commentatoris in primo physicorum est occasio bene uiuendi moraliter & ex hoc uidebis solutum primum argumentum suum, quoniam minor est falsa & probatio sua. Ideo autem concludit de proximo intento, sed non de totali fine huius scientiæ. Nam ille est, quem assignauimus contra Aureolum, scilicet illud copulatum. Potes etiam dicere quod sancti intendunt totam scripturam esse ordinatam ad dilectionem Dei. Sed secundum unam partem ut excitatiuam, & secundum aliam ut regulatiuam, & quantum ad hanc solam partem est practica. Non enim esse excitatiuum, sed esse regulatiuum operis uoluntatis constituit scientiam practicam &c.

[margin: Qui finis nostræ Theologię]

[margin: Gregorius supponit duo falsa. Primum.]

[margin: Secundum]

ARTICVLVS V.

Vtrum sit Dignior.

Circa titulum aduerte quod *sacra doctrina* potest dupliciter considerari. Primo secundum se pro. s. est sciētia diuina, & altioris ordinis quam quælibet scientia humana, & sic D. Thom. non quærit hic utrum sit dignor, quoniam constat quod sic, cum sit quædam participatio diuinæ scientiæ, & D. Thom. dicit in articulo tertio, ad secundum quod est quædam impressio diuinæ sciētiæ, potest dici sigillata a Deo in intellectu uiatoris. Secundo prout determinauit in articu. præceden. quod est pract. & speculat. &c. quærit hic utrum sit dignor. poterat enim quis dubitare, utrum ut speculatiua sit dignor omnia alia pure speculatiua, & ut practica licet secundū quod sit practica, tamen sit dignor omni simpliciter practica, &c.

Secundum certitudinem quidem &c. Aduerte quod B. Tho. non sumit certitudinem quo ad nos, nam sibi contradiceret. cōcluserat enim in articulo secundo, q̄ sacra doctrina procedit ex principiis reuelatis, quibus credit, sed sumit certitudinem secundum se, ut etiam innuit respōsione ad primum & si instas quod ergo non est scientia, quoniam secundum philosophum in primo physicorum, innata est nobis uia procedendi a notioribus nobis ad notiora naturæ. Respondeo quod hoc est uerū dummodo non tradantur nobis principia a superiori, & infallibili sciēte. Nam et perspectiuus non procedit a sibi notioribus, uel dicendum quod philosophus intendit de scientia perfecta, qualis non est scientia subalternata ut supradiximus.

Practicarum uero scientiarū illa dignior est, quæ ad ulteriorem finem &c. Aduerte quod B. Thom. fundat supradictum philosophi in primo ethicorum lectura prima, ibi in omnibus itaque Architectonicarum &c. ubi philosophus comparat adinuicem artes practicas subordinatas, & non abstracte siue disparate sumptas, nam cum in illis inferior ad superiorem sit ordinata, constat quod maior nobilitas est in suprema. In disparatis autem non oportet, nam nobilius est deputare aurum quam facere nauem, quoniam scultiua cui deseruit deputatiua auri nō subordinatur ad scultiuam, uel figuratiuam, sic, & tu intelli ge propositionem D. Thom. in subordinatis tantum &c.

Finis autem huius doctrinæ inquantum practica est beatitudo æterna, aduerte q̄ cum apud B. Tho. beatitudo sit speculatiua quia est actus intellectus. Finis autem practicæ sit operatio alterius potentiæ ab intellectu, ut supra diximus, hæc propositio nō debet exponi de fine intrinseco, sed extrinseco. idest uisione Dei, ad quem Theologia etiam ut practica ordinatur ut dictū est in art. 4. Ibi, in quibus autem. *Ad quam sicut ad ultimum finem ordinantur omnes alii fines scientiarum practicarum.* Aduerte quod Diui Thom. fundat se super dictum philosophi in primo ethicorum lect. 2 Ibi. Videbitur autem principalissima &c. ubi philosophus declarat quomodo ad scientiam nobilissimam practicam summum bonum spectat sub speciali ratione. Item aduerte quod dicit omnes fines aliarum scientiarum. q. d. quātum sit ex parte scientiarum, non autem semper quantum sit ex parte operantium, nam multi utuntur artib. practicis, & sciētiis non ordinem ad ueram beatitudinem, bene ad beatitudinem, quam inordinate sibi constituunt, hæc tamen est uera q̄ omnes scientes practici operantur propter beatitudinem ueram uel æstimatam &c.

ARTICVLVS VI.

Vtrum sit sapientia.

Circa titulum ly, *sapientia*, sumitur pro sciētia, quæ est honorabilissimorum entium, & caput omnium sciētiarum & ordinatiua, ac indicatiua de aliis, has enim conditiones attribuit sibi Aris. partim in proœmio metaph. partim in 6. ethicorum, ibi, & quidem causant has &c.

Hæc doctrina maxime scientia est &c. usque ibi, sed secundū &c. Aduerte quod B. Thom. in hac conclusione responsiua innuit distinctionem de sapientia in genere, & sapientia simpliciter, quam habemus est Arist. 5. ethicorum ibi, sapientiam autē in artibus certissimis &c. & ibi, esse autem quosdam sapientes &c. Tu uide cum, scias igitur quod sapientia in genere est quæ considerat primas cās alicuius gñis, uel in aliquo artificio. simpliciter āt est quæ considerat primas cās totius entis, & hæc est metaphy-

metaphysica secundum Aristot. sensus igitur conclusionis est quod Theologia est magis sapientia, quam quæcunque humana sapientia in genere, & etiam quam metaphysica quæ dicitur simpliciter sapientia &c.

Sacra autem doctrina propriissime considerat de Deo &c. Aduerte duos terminos, ly propriissime, & secundum quod altissima cã. Nam in his intendit differẽtiam inter metaphysicã & Theologiam, & possunt male & bene intelligi, male quidem si per ly, propriissime, intelligatur quod Theologia cõsiderat ꝓdicata diuina non solum communia Deo, & aliis abstractis, sed etiam propriissima. Metaphysica autem tantum communia, hoc enim est falsum, quoniam esse finem extrinsecum vniuersi, & esse actionem eius, & esse penitus independens in omni genere causæ sunt propriissima Dei, & tamen inuestigata sunt in 12. Metaphysices.

Item si ly, *secundum quod est altissima causa &c.* Dicat rõnẽ formalem obiecti in hac sciẽtia male intelligitur si ly, propriissime intelligatur quo ad conditiones proprias, & particulares. p. quod est finis totius uniuersi uniuersalis, sed, naturæ intellectualis sub particulari ratione .p. ut clare uisus. Similiter ꝙ cũ independentia stat productio personarum in Deo, similiter ꝙ ex actione sua immanenti producuntur verbum, & amor. Nã has conditiones sola Theologia reuelata attingit, & ideo bene dicit ad differentiam metaphysicæ humanæ quæ propriissime de Deo considerat. Item ly, secundum ꝙ est altissima causa, debet intelligi consequenter. Nã quia Theologus cõsiderat Deũ, vt Deus est, & a deitate prouenit altissima, ut uniuersalissima causa, & intimius quam metaphysicus, quoniam ipse non cõsiderat Deum, ut subiectum nec Deum sub ratione Deitatis.

ARTICVLVS VII.

Vtrum Deus sit subiectum in hac scientia.

Circa titulũ aduerte ꝙ hæc propositio, *Deus est subiectum &c.* Dupliciter potest intelligi, primo abstracte, idest, nõ descendendo ad aliquam rationem particularem Dei, & sic cõmuniter conceditur quod est subiectum in hac scientia. Denominatur enim Theologia a Deo, sed hæc assignatio subiecti in scientia est confusa, & non sufficiẽ secundo determinate. idest assignando rationem formalem ex parte Dei, & non solum ex parte nostra hæc enim est reuelabilitas ut diximus in articulo tertio, & sic est uaria opinio sub qua ratione sit subiectum, & in hoc sensu D. Thom. format articulum.

Ad cuius notitiã aduerte ut bene notat Scot. in primo q. 3. prologi, ibi ex his directe respondeo ad secundam quæstionem &c. quod Deus potest quadrupliciter intelligi. primo sub prædicato respectiuo ad extra ut Deus inquam & primũ mouens inquantum creator, inquantum prouisor, inquantum redemptor secundo sub prædicato habente modũ qualitatis, & passionis ut Deus inquantum bonus, vel iustus, tertio sub prædicato communi ut Deus inquantum ens primum actus simplex &c. Quarto sub ratione formali quidditatiua ut Deus inquantum Deus uel sub ratione deitatis, quæ est ratio formalis Dei ut res est quærit igitur B. Thom. utrum Deus sit subiectum in hac scientia sub sua ratione formali quidditatiua an in primo uel in secundo, uel in tertio sensu.

Proprie autem illud assignatur obiectum alicuius habitus vel potentia &c. usque ibi *vel habitus &c.* Aduerte quod Be. Tho. in primo sententiarum q prima prologi articulo quarto assignat tres conditiones subiecti. s. uniuersalitatem, prædicationẽ distinctionem, & principalitatem, ut uidere poteris & sic uidetur innuere illic quod omne subiectum in scientia debet esse aliquod commune sub se continens inferiora, nec ideo prædicatur. unde illic ex hac conditione posuit ens reuelabile diuinum uel reuelatum esse subiectum in Theologia, sed in præsenti articulo melius considerans aduertit illam conditionem non esse necessariam, sed tantum hanc, quod omnia considerata in scientia habeant habitudinem ad ipsum & sic dimisit illam, ex quibus sequitur quod licet obiectum uniuscuiusque potentiæ, sit aliquid commune, non tamen hoc est necesse de obiecto scientiæ, potest enim esse aliquod non multiplicabile ut Deus, & si dicas quare ergo B Thom. loquitur de obiecto & de obiecto potentiæ uniformiter, dico quod illa uniformitas per se non intenditur nisi quo ad hanc conditionem, obiectum potentiæ est illud, sub cuius ratione omnia referuntur ad potentiam, & hæc eadem saluatur necessario in obiecto cuiuscunque scientiæ, illa autem communitas non est necessario requisita &c. Vnde sequitur quod Deus uere sit subiectum scientiæ sub ratione Dei. Aduerte quod hæc conclusio impugnatur a Gregorio cuius tria argumenta, licet petant idem soluuntur & formantur a Capreolo in prima quæstio. 4. prologi post solutionem argumentorum Aureoli contra S. Thom. sextam quæstionem & quoniam Capreolus clare soluit, nec alio modo sciuit soluere expositor, ideo tu uide Capreolum, sed aduerte quod cum Capreolus se resoluat ad hoc, quod licet Deus sit subiectũ Theologiæ nostræ sub ratione deitatis quæ est ratio obiecti ut res est, tamen contrahitur per rationem reuelabilitatis sub qua tantum cognoscuntur a nobis, & ideo non sequitur quod possumus cognoscere omnia cognoscibilia a Deo, propterea postquam solueris argumenta Grego. ut solues argumenta Aureoli in primo quæst. 4 prologi contra quintam, & sextam quæstionem in Capreolo in quibus probat quod reuelabile nõ potest esse ratio formalis obiecti huius scientiæ. Non adduco illa, quoniam Capreo. ibi clarus sufficiens est.

Cũ tota scientia uirtute contineatur in principijs &c. Aduerte quod in hac continentia uirtuali difformitas est inter Scot. & Beat. Tho. Nam Scot. in pri. quæst. 3. prologi. ibi, secundo dico quod ratio primi subiecti est &c. dicit quod conditio necessario requisita ad hoc, quod aliquis sit primum, idest, adæquatũ subiectum in aliqua scientia est ut in se ipso, id est, in sui ratione diffinitiua contineat uirtualiter, sufficienter & simpliciter omnes ueritates pertinentes ad talem scientiam, idest, quod ratio subiecti sit adæquata, & sufficiens causa, per quam probentur propriæ passiones inquantum sunt propriæ huius uel illius, & quoniam quælibet species disparata habet proprias passiones, quæ non continentur in ratione alterius speciei, immo repugnant sibi sicut propriæ passiones hominis, repugnant asino, stante illa continentia uirtuali requisita secundum ipsum ad subiectum scientiæ, tenet consequenter quod duarum specierum disparatarum, sunt duæ scientiæ specificæ distinctæ & sic tot sunt geometriæ specie distinctæ quot sũt species figurarum quoniam secundum ipsum figuratiua Geomet. sumpta non continet adæquate & sufficienter quæstiones demonstrabiles de triangulo, ut distinguitur a quadrato, sed B. Th. qui tenet quod non solum duarum specierum disparatarum sed distinctarum genere, in rerum natura est una sciẽtia specie ut diximus supra in articulo tertio. dummodo stet athoma ratio obiecti ut obiectum est tenet hanc continentiam esse conditionem requisitam ad primum subiectum scientiæ non adæquatæ sufficienter &c. ut exposui de Scot. sed radicaliter tantum. idest ut prima & uniuersalis radix, puta ꝙ in numero qui est subiectum Arithmeticæ contineantur utiliter omnes passiones specierum numeri ut in tertio fundamento, idest, adæquato tamen cuilibet speciei & quoniam ratio numeri ut numerus est, non est sufficiens, & adæquatum medium ad probandum passionem binarii ut distinguitur a ternario, ideo est necesse si numerus debet continere sufficienter & proxime ueritatem huius quæstionis, binarius est primo per par. quod contrahatur per differentiam ad ipsum binarium, & tunc est verũ quod numerus contractus ad ipsum binarium continet uirtualiter, adæquate & proxime ueritates binarii. Idem dico contractus ad quamlibet aliam spẽm numerorum, sed hæc continentia non est necessaria, secundum B Thom. in subiecto primo alicuius scientiæ, sufficit. n. illa communis radicalis. Aduerte tamẽ ꝙ nec ab illa, nec ab ista cõtinentia pendet unitas specifica scientiæ, sed a ratione formali athoma obiecti ut obiectũ est ut determinauimus in tertio articulo. Scot. autem ubi supra duplici medio probat intentum suum primo sic.

Obiectum primum continet propositiones immediatas, nã talium propositionum subiectum continet prædicatum ex cõsequenti euidentiam totius propositionis, propositiones autem immediatæ conclusiones continent, ergo subiectum propositionum immediatarum continet omnes ueritates illius habitus.

Ad hoc dico quod propositiones immediatæ sunt duplices quædam primæ ut diffinitio lineæ, & numeri, quædam proximæ ut definitio trianguli binarii &c. & ex primis non concluditur passio specifica ad subiecto specifico, ut patet, sed bene ex primis quando sunt conuertibiles cum subiecto, ex his dico ad argumentum quod prima propositio est falsa de propositionibus immediatis proximis, de quibus intendimus quod ex his deducantur passiones specificæ. Si autem Scotus intẽdit de immediatis non proximis, concedo eam, sed nego secundam, quoniam in eis non continentur conclusiones specificæ, nisi sint in prima, & communi radice &c.

Secundo sic, primum obiectum, id est, adæquatum, se habet ad habitum, ut causa adæquata ad effectum, sed non est causa adæquata nisi contineat uirtualiter totum effectum, ergo &c.

Secundum

Ad hoc nego Maiorem si stat obiectum primum in sua cõmunitate.

municate, quoniam ut sic non adæquatur quæstionibus speci-ficis sicut figura non adæquatur triangulo ex consequenti ra-tio figuræ non est adæquatum ut sufficiens medium ad con-cludendam proprietatem trianguli de triangulo, si autem con trahatur ad speciem, concedo q̃ sic habet ad habitum non se-cundum se totum, sed pro hac, uel pro illa quæstione ut causa adæquata, sed apud nos obiectum sic contractum non est pri-mum obiectum in scientia quæ specie est una, immo in sua cõ munitate sumptum, dummodo sub una ratione formali ut est obiectum, attingatur ab intellectu nostro, quoniam Sco. non considerat hanc duplicem rationem de qua locuti sumus in ar ticulo 3. ideo deceptus est in unitate specifica habitus scietifici.

ARTICVLVS VIII.

Vtrum sit argumentatiua.

Circa titulum Argumentatiua, idest sufficiẽter probatiua quæstionum suarum, & solutiua oppositarum, neque.n. vera scientia esset, si non posset sufficienter soluere. signum.n. ueritatis est solutio dubitatorum. Hæc doctrina non argumen tatur ad probãda sua principia, quæ sunt articuli fidei, &c. Ad-uerte quod ly, sua principia probanda, intelligendum est de monstratiue, quoniam constat q̃ B. Thom. & alii. & August. in lib. de Trinit. conantur declarare rationibus persuasiuis Tri-nitatem esse in Deo, & quod incarnatio est possibilis, & plures alios articulos, & quod nullus articulus implicat contradictio nem, cum tamen stat quod sint principia, quoniam ex eis, vt ex principiis Theologicis deducit q̃tiones suas discursu Theo logico, & per hoc uidebis solutum primum, secundum, tertiũ, quartum argumentum Aureoli, qui probat, articulos fidei es-se quæstiones, u.de ea in cap. 1. primo quæst. 1. prologi contra quintam quæstionem. Quintum suum argumentum, funda-tur super illud primæ Petri. 3. Parati reddere rationẽ de ea, q̃ in nobis est fide, & spe, sed reddere rationem de fide non pos-sumus nisi probando articulos fidei quæ sunt quæstiones, & nõ principia. Ad hoc dico quod per ly, rationem, B. Petrus nõ intendit probationem articulorum fidei per medium natura-le sicut Aureolus arbitratur, sed per medium diuinum quod est esse reuelatũ, q. d. si quis petat a nobis quare tenemus Deũ esse incarnatum, parati sumus reddere rationem, quia reuela-tum est a Deo, a quo non põt esse falsum, & hæc est ratio op-tima, quoniam ut diximus in 3. articu. lumen diuinæ reuelatio nis est ratio formalis ex parte nostra sub qua attingimus tra-dita in hac scientia.

Si vero aduersarius nihil concedat &c. usq; ibi, contra fidem &c. aduerte q̃ ideo non habet viam ad probandum, quia pro-batio debet esse ex euidentiori & notiori & certiori, & ideo si non concedat argumentum, non est uia ad probandum, sed ta men habet uiam ad respondendum. quia responsio non requi rit talem euidentiam, qualem probatio, sed sufficit ostendere q̃ probatio uel medium assumptum non cogit intentum meũ dato casu quod nesciam suum oppositum esse uerum, & hoc modo ut in plurimum doctores soluunt rationes contra fidẽ, quæ quidem solutiones licet non sint semper ex creditis, põt tamen esse Theologicæ, quia aliqua latitudo stat in solutioni-bus, quæ nõ stat in discursu Theologico, quoniam ut diximus probatio requirit euidentiam uel acceptationem alicuius prin cipii solutioni autem sufficit euidentia, uel ostensio per distin-ctionem, aut alio modo quod medium assumptum non cogit, intellectum &c.

Cum.n. fides infallibili ueritati innitatur &c. vsque in finẽ aduerte q̃ omnes credentes fidem esse ueram, & uero cõsonat uerum, indicant omne argumentum contra fidem esse falsũ, & per consequens solubile, non tamen omnes possunt soluere, sed qui exercent se ad inuestigandum defectum, & sic exercẽt sed doctores & B. Tho. non dicit q̃ sciant soluere, sed q̃ sciunt esse solubilia eo q̃ firmissime teneant oppositum esse uerũ q̃a à Deo reuelatũ, unde dato q̃ Theologus vt Theologus sit po-tens ad soluendum, non tamen hic, uel ille, & propterea non monstro, venit aliquod argumentum fieri contra fidem, quod nullus signatus Theologus posset soluere, quoniam forte pro aliquo tempore nullus habet complete habitũ Theologiæ sic ut & sentit D. Thelorot. in 2. sentẽtiarum in illa q. 5. creator ge neris humani in solutione argumenti.

Vtrum tamen sacra doctrina & ratione humana, &c. Aduerte q̃ licet B. Th. in prosecutione responsionis, non nominet gradũ in quo debeat locari probatio sumpta a ratione humana, tñ de bet locari in extranea, sic ut locauit authoritates philosophorũ sunt enim eiusdẽ ordinis, quia lumine naturali licet alterum ut necessarium alterum ut probabile. lumẽ autem naturale sic ut est extraneum a scia reuelata ut reuelata. Authoritas autẽ sanctorum & sacrorum doctorum, & sacræ scripturæ ideo locã tur inter propria, qui sunt sub lumine diuino. Nã S. sancto in-spirati loquuti sunt sancti homines Dei, non tamen pro æqua li gradu, & ideo B. Tho. distinxit ens in necessarium, & contin gens. Sed dices cur doctores Theologiæ tñ in morãtur in rõ-nibus naturalibus, & præcipuæ B. Tho. si sunt extraneæ ab hac scia. R̃sio est, ut condescendant imbecillitati nostri intellectus qui naturaliter ex his ascendit ad diuina, & iste modus est si-bi naturaliter inditus, ut ostendat sapientibus seculi, q̃ hæc non sunt adeo repugnantia intellectui ut ipsi existimant, im-mo quod consona sunt, & nullum in rationabile continent sic B. Thom. in quatuor lib. contra Gentiles conatur ostendere, & B. Augustin. in libro de Trinitate.

ARTICVLVS IX.

Vtrum debeat vti metaphoris.

Circa titulum, aduerte primo q̃ metaphora proprie sũpta non uerificatur de eo de quo dr̃ secundum propriũ si-gnificatũ, sed secundũ aliud simile tñ. Aduerte secundo q̃ cũ Arist. in secundo posteriorum in tractatu qui incipit si autem disputa. in metaphoris &c. prohibeat disputationes, & diffini-tiones per metaphoras primo aspectu uidetur inconueniens hanc nobilissimã scientiam Dei ut metaphoris, & ideo B. Th. notanter mouet articulum ut ostendat quod licet, id esset vi-tium in scientiis humanis non tamen in hac &c.

Conueniens est sacra scriptura &c. Aduerte q̃d ly, cõueniens non debet interpretari solum pro utili cõiter sumpto, i. pro eo quod solum confert, sed pro necessario, non quidem simplici-ter dicto, sed pro ut illud sine quo cum maxima difficultate aliud cõsequimur uel saltem pauci potest dici necessarium sic ut etiam dicimus in primo articulo pro secunda quæstione, & hæc expositio consonat dicto Dionisii quod absumitur in pro bo. Nã impossibile non est correspondens ly, conueniens com-muniter dicto ut patet. Accepit aũt Dionysius ly, impossibile non simpliciter dictum sed eo modo, quo etiam diximus de necessario. Item hæc expositio consonat responsioni ad primũ ubi dicit, quod non solum propter utilitatem, sed etiam pro-pter necessitatem utitur metaphoris &c.

ARTICVLVS X.

Vtrum contineat plures sensus.

Circa corpus aduerte in cuius *potestate est ut non solum uo ces &c. Sed res ad significandum.* Aduerte q̃d B. Tho. vt sentire esse proprium solius Dei accommodare res ad significã dũ & non solũ voces quod quidẽ est uerum, si sumantur res uniuersaliter traditæ cõsiderandæ in aliqua scia, qualis est hæc scia. Nã si sumantur res specialiter non inconueniit q̃d ẽt ho-mo accommodet rẽ a se factam ad significandam aliam, sicut il li, qui dicunt amico suo cum facere tale quid & ad te misero intelliges hoc uel illud significare per ipsum, ex his sequi coe relatiẽ quod non inconuenit authorem alicuius sciæ humanæ in aliquo tradito posse exponi multiplici sensu licet nõ quo ad totam doct. nisi forte constet quod totam doctrinam sub meta phoris uelauerit ut philosophi primi tractãtes diuina, neq;.n. metaphora est intẽta ut primum significatum. Potes ẽt dicere q̃d nec uniuersaliter, nec particulariter hõ põt accõmodare rẽ ad significandum ex proprietate rei, qñ nõ est author rei quo ad substantiã neq; naturalis, nec artificialis &c. Non est incõue niẽs ut dicit Aug. &c. usque in finem. Aduerte q̃d idẽ tenet in q. de potẽtia q. 4. a. 1. ibi oĩs ueritas, q̃ post diuinæ scripturæ. Tñ tñ nota q̃d una litera non cõprehendit plures sensus literales æque primo intẽtos ab authore, sed quodã ordine ita q̃d pri-mo intentus est unus, qui simpliciter est literalis & de hoc in-tendit Beat. Thom. in responsione ad primum cum dicit. Cum omnes fundentur super unum, a quo solo, scilicet literali põt trahi argumentum & quod B. Thom. sentiat hos sensus com-prehendi quodam ordine manifestat in q. de potentia q. quar-ta. 1. ibi non est incredibile Moysi, & illic dicit quod sub una se rie literæ, idest, sub quodam ordine designantur plures sensus qui sunt sensus authoris, quis autem sit primo intentus ab au-thore quærendum est alio loco scripturæ, ut innuit B. Tho. in respõsione ad primum quod si nõ põt haberi propter multitu dinẽ expositionũ recurrendũ est ad caput ecclesiæ ut caput est.

Quæstio

QVÆSTIO II.

ARTICVLVS I.

Vtrum Deum esse sit per se notum.

Circa titulum, aduerte q ly *per se notum* conuertitur cum ly, se euidens & ly, per se euidens conuertitur cū propositione immediata. Nā ut inquit philosophus in primo posteriorum immediata propositio est qua non est altera prior per quam scilicet fiat euidens seu demonstretur. Intendit ergo B. Thom. utrum hæc propositio Deus est, sit ex se ipsa & immediate euidens.

Et ex hoc enim aliqua propositio est per se nota &c. Aduerte, q proprie loquendo D. Thom. non intendit hanc esse proprie diffinitionem propositionis per se notæ, quoniam diffinitum esset in plus. Nam stat plures propositiones esse sufficienter euidentes sine alia & tamen prædicatum non esse de ratione subiecti ut quando negatur prædicatum a prædicato. Nec enim quantitas est de ratione substantiæ, sic ut sunt propositiones notæ ad sensum ut totum est maius sua parte & sic de aliis maximis mathematicis & in naturalibus sicut ista. Motus est. Ignis est calidus. Nam licet prædicatum non sit de ratione subiecti, uane tamen demonstrarentur cum sint notissime. Dicendum igitur est quod B. Thom. intendit assignare causam, per quam infallibiliter fit propositio per se nota, & est quando prędicatum est &c. Non tamen intendit hanc solam esse ut declarani. Est tamen hæc causa talis conditionis quod quotiens ponitur redditur propositio per se nota, sicut esse sensitiuum infert infallibiliter esse uegetatiuum, non tamen adæquate, stat enim esse uegetatiuum sine sensitiuo.

Contra hanc propositionem arguit Aureolus, sed nihil valent stante declaratione prædicta argumenta Aureoli. Credit enim B. Tho. hic definire propositionem, per se notam uel saltem adducere causam adæquatam quod non est uerum, & id potest concedi quod omnes propositiones, quas adducit, sint per se notæ pro quanto non possunt intellectui per euidentiores declarari, sed sufficit sensus, vel experientia.

Gregorius quoq; arguit, & conatur destruere causam adductam a B. Thom. arguens quod dantur plures conclusiones in quibus prædicatum est de ratione subiecti, & tamen non sunt per se notæ, sed decipitur quoniam credit non dari propositionē per se notam, nisi sit nota cuilibet potenti uti ratione, sic enim ipse definit in primo d. 2. q. 1. propositionem per se notā. Vnde apud ipsum propositio p se nota in sua maxima uniuersalitate sumpta cōuertitur cum cōmuni animi cōceptione. sed apud B. Thom. ut patet in articulo hoc est falsum aliter non posuisset distinctionem propositionis per se in secundum se, & quo ad nos, & ideo fantasia Gregorii apud nos nihil est.

Propositio quidem quātum sit in se erit per se nota non tamen &c. Aduerte quod B. Thom. ex hoc innuit eādem numero propositionem posse esse per se notam uni, & non aliter, uel secundum se, non tamen uiatori, quam quidem identitatem intellige quo ad terminos, non autem quo ad conceptum uel conceptus. Nam si idem conceptus essent in omni intellectu talis ꝓpositio esset omni uel nulli cognita, & quoniam ex terminis & re significata propositio habet identitatem materialem tantum, ex unitate autem conceptus formalem, ideo intelligat ly: eandem propositionem quoad identitatem materialem, sed non quo ad formalem. Etenim si quæras unde est quod propositio habens duos conceptus secundum unum est per se nota, & non secundum alterum, Respondeo quod hoc prouenit quia contingit alterum istorum conceptuum esse ex propriis, & intrinsecis rei significatæ, alterū autē esse extrinsecis, uel a posteriori, & ideo intellectui habenti primum conceptum erit euidens, non autem habenti secundum. Hinc est quod Deum esse est per se notum, Beato non autem uiatori ex his uidebis soluta duo argumenta Aureoli in Capre. d. 2. quæstio. 2. cōtra secundam.

Dico igitur quod hæc propositio Deus est &c. vsque ibi in finem articuli. Aduerte ut diximus quod ly, hæc propositio debet intelligi quoad identitatem materialem, & nō quoad formalem & quod ideo est non per se nota nobis quia aliomodo intelligitur a beato. p. in ipsa diuinitate & aliomodo a nobis quia in ipsa creatura & propter hoc argumenta Aureoli in primo Capituli d. 2. q. 2. contra tertiam quæstionem nihil concludunt. Credit enim quod nos teneamus eādem formaliter ita quod sub eodem conceptu sit nota beato & nobis supposito quod habeamus eundem conceptum quem habet beatus de Deo. Aduerte tamen quod aliud falsum supponit in secundo suo argumento, quod beatus resoluat hanc in priorem. s. Deus est in hāc, actus purus est ut sic arguat actus purus est ergo Deus est propterea credit hanc Deus est esse mediatam cum beato quam uiatori ex consequenti non per se notam. Fallitur inquam quoniam talis resolutio nō stat in intellectu beati, sed intuetur eam immediate in diuina essentia si intuentur, prima principia in cognitione terminorum. Argumenta autem Gregorii contra eandem quæstionem in Ca. Vbi supra fundantur in falso de quo supra diximus. s. quod omnis propositio per se nota sit nota omni utenti ratione hoc supra reprobauimus. ex consequenti non probat nisi quod hæc Deus est, non est nota omnibus, cum hoc tamen stat quod sit nota secundū se &c.

Aureolus supponit duo falsa.

Primum.

Secundum.

In responsione ad secūdum aduerte ut scias quomodo hæc descriptio, id quod est excedens oē cogitabile attribuitur huic quod dico Deus. Quod descriptiones sunt in triplici differētia, Quædam dantur, his quibus repugnant existentia, ut descriptio contradictoriorum uacui infiniti impossibili, & non uerificantur de descriptis, nisi secundum esse obiectiuum idest, ut apprehenduntur ab intellectu, Quædam dantur de his quę apprehenduntur ab intellectu & ut sic abstrahunt ab existentia, & non existentia, ut homo est nobilissimum animalium. Rosa est pulcherrima florum. Quædam autem dantur de his, quæ apprehenduntur ab intellectu & inquantū existunt ut cælum est primū generans & causæ generationis perpetuæ descriptio allegata a B. Tho. de Deo non ponitur in primo ordine, quoniam cōstat non existentia repugnare Deo. Nec in tertio quoniam tunc argumētum concluderet. s. quod Deum esse est per se notum. Nam hæc esset ut communis animi conceptio Deus est quid existens in rerum natura quo maius excogitari non potest. Sed ponitur in secundo ordine, nam intellectus cogitās de ly, Deus inuenit has conditiones sibi esse attribuendas siue existat siue non, sicut cogitās de perfectissimo duce vel legislatore, attribuit sibi, quod est iustissimus prudentissimus &c. Dato etiam quod nullus talis esset in natura & propterea sic ut hæc consequentia non ualet perfectissimus dux est ille qui est iustissimus &c. ergo talis est in rerum, natura sic nec ista Deus est quo maius &c. ergo est in rerum natura & hæc fuit intentio B. Thom. in responsione ad secundum. Nam cum dicit non tamen propter hoc sequitur innuit quod hæc descriptio locatur in secundo ordine & cum dicit nec potest argui quod sit &c. innuit quod non locatur in tertio ordine, & ideo non est per se nota.

Sed contra hoc instatur ab aliquibus sic ergo adhuc stat argumentum, nam si hæc descriptio locatur in secundo ordine, & non in tertio ergo Deus non est id, quo maius probatur consequentia maius enim est quod apprehenditur & est, quam quod apprehenditur tantum, sed si locatur in secundo ordine, tantū ut apprehenditur in tertio autem apprehendit & est &c. Ad hoc nego consequentiam ad probat, nego illam comparationem. Non enim valet, nisi id, quod apprehenditur, locetur tantum in primo ordine sicut uacuum & infinitum &c. si autē locatur in secundo non ualet, quoniam licet expresse non ponat existentiam non tamen negat eam, stat enim quod existat licet non sit euidens cogitanti, euidentia autem uel in euidentia existentiæ ipsi cogitanti non ponit maioritatem, uel minoritatem in re ex parte rei.

In responsione ad tertium aduerte quod B. Thom. acceptat hanc consequentiam factam in argumento. Nulla ueritas est ergo uerum est nullam ueritatem esse, & ratio acceptationis est quia ad propositionem de inesse sequitur modalis de uero vel falso nam bene sequitur. Nullus homo est lapis ergo uerū est nullum hominem esse lapidem & hoc immediate sequitur ex illa.

Scotus autem in primo d. 2. q. 2. respondens ad tertium principale non considerans hanc regulam de modali negauit prædictam consequentiam, dicens quod ad hanc nulla ueritas est sequitur hanc ergo non est uerum aliquam ueritatem esse, & non sequitur hæc ergo uerum est nullam ueritatem esse. Nos autem dicimus utrāque sequi sed immediate illam modalem hāc autem tanquā æquipollentē uniuersali negatiuæ secundū regulas æquipollentiarum propositionem. Nam nulla ueritas est, & aliqua ueritas est sunt contradictoriæ, si autem ponatur negatiua sic non est uerum aliquam ueritatem patet quod æquipollent. Quod autem illa modalis nō sequatur probat Scotus, quia ueritas aut accipitur fundamētaliter aut pro ueritate intellectus componentis uel diuidentis, sed neutro modo pōt accipi, nō fundamētaliter quia si nulla ueritas est nulla res fundans remanet. Fundamentum enim ueritatis est entitas rei ergo ex illa negatiua nō sequitur illa affirmatiua uerum est &c. Nam si uerum est, ergo aliqua ueritas est quoniam esse uerū, & esse aliquam ueritatem æquipollent si ergo nulla ueritas est,

Scotus

sequitur ueritatem fundamentaliter non esse, nec potest sumi formaliter, quia nullus intellectus est remanes posito q. nulla ueritas sit ergo ex illa negatiua non sequitur prædicta affirmatiua modalis &c.

Ad hoc dico quod ex negatione sequitur affirmatio prædicta, & per consequens stat aliqua ueritas, nam bene sequitur, verum est nullam ueritatem esse, ergo ueritas est nullam. s. ueritatem esse & cum quæritur quomodo sumatur in hac affirmatiua ueritas, dico quod sumitur fundamentaliter, & cum arguitur quoniam nulla res fundans remanet, ergo &c. negatur conseq. nam licet omnis propositionis modalis de uero, tam dicto, quam de modo affirmatiuæ fundamentum sit entitas rei ut hominem esse animal est uerum, tamen negatiuæ, de dicto fundamentum est non esse rei ut hominem non esse lapidem, est uerum, sic in proposito nullam esse ueritatem est uerum fundamentum est non esse ueritatem. Deceptus est ergo Scot. quia credidit omnis propositionis ueræ tam affirmatiuæ quam negatiuæ esse, uel entitatem rei esse fundamentum, quod nos non concedimus nisi in affirmatiuis quorum termini sunt positiui ad differentiam istarum, non ens est non ens non homo est non homo &c.

ARTICVLVS II.

Vtrum Deum esse sit demonstrabile.

DVplex est demonstratio, una quæ est per causam &c. Aduerte quod B. Tho. fundat se in primo posterior. lec. 25. secundum signationem B. Thom. sed ly, per causam non sumitur abstracte sed pro causa proxima, & immediata nobis notiori quam effectus, nam illic Arist. tenet quod demonstratio quę est per causam remotam est demonstratio quia ut uidere potetis, alia est per effectum &c. Aduerte quod philosophus illic docet facere demonstrationem per effectum conuertibilem siue adæquatum, & per conuertibilem. B. Thom. in litera ly per effectum, accidit indistincte, & cum applicat in proposito necesse est ut intelligat de non conuertibili, & non adæquato, quoniam in creatis non datur effectus adæquatus diuinæ omnipotentiæ. differentia autem demonstrationis per effectum adæquatum, & nō adæquatum stat in hoc, quod per effectum adæquatum non solum concluditur causam præexistere, sed causa in sufficienter cognoscitur ita quod comparatur talis cognitio, cognitioni quidditatiuæ, ut potest elici ex B. Thom. infra in quæstio. 88. articul. 2. ad 7. per effectum autem inadæquatum concluditur causam præxistere, quæ quidem cognitio ual de imperfecta.

In respon. ad primum de *Præambula ad articulos fidei &c.* Aduerte quod B. Thom. non intendit omnia quæ possunt sciri de Deo cognitione naturali esse secundum se præambula, idest, priora articul. fidei in se acceptis. hoc enim esset falsum, nam aliqua præcedunt vt Deum esse, & esse vnum præcedunt Deum esse trinum, quoniam trinitas fundatur, in essentia vna. Aliqua autem subsequuntur ut Deum esse creatorem uel principium efficiens omnium, quoniam prædicata respectiua sub sequuntur absoluta, ut sua fundamenta. Intendit igitur quod omnia sunt præambula ut ueniunt in cognitionem nostram & comparantur ad articulos fidei non in se acceptos, sed ut creduntur a nobis. Vnde ut sic sunt ergo dispositio accepandi articulos fidei, unde dicit B. Tho. quod sicut natura deseruit gratiæ, sic cognitio naturalis deseruit fidei. Sed dices, ergo artic. fidei non sunt prima principia in hac doctrina, quoniam secundum te habent propositiones has præambulas in cognitione nostra, Deus est Deus, est vnus &c. Respondeo nego consequentiam ad probandum non sequitur, quoniam non ponuntur præambula eodem lumine quo accipiuntur articuli fidei. Deinde illud præambulum non est necessarium simpliciter ut declarans. B. Thom. in secunda ratione ibi nihil tamen prohibent &c.

In responsione ad secundum *Quia quæstio quid est sequitur quæstionem an est, &c.* Aduerte quod B Thom. fundat se super philosophum in secundo posteriorum lectura prima, ibi quædam autem alio modo quærimus, ubi dicit philosophus quod cum quærimus de aliquo. p. de Deo, uel centauro per secundum adiacens cognoscentes quia est, postea quærimus quid sunt, ut quid est Deus, quid est homo, sed quia significatum nominis præsupponitur cuilibet quæstioni, ideo in nostro intellectu iste est ordo ut prius statuamus, & sciamus quid nominis, secundo ex quid nominis scrutemur si est per secundum adiacens. Tertio ex si est scrutemur quid rei. Quarto ex quid rei scrutemur si est, uel quia est, per tertium adiacēs & est quādo scrutamur passiones de subiecto, per quod quid est deducetes, & hunc ordinem seruauit infra B. Tho. ut declarabitur in articulo sequentis quæstionis.

ARTICVLVS III.

Vtrum Deus sit.

CIrca titulum occurrit dubiū, quia statim uidetur iste articul. inconueuienter motus, nam si in qualibet scientia supponitur de subiecto quid, & quia ex primo posterior. & B. Tho. conclusit Deum esse subiectum in hac scientia, ergo incōueuienter quæritur, an Deus sit.

Ad quod ultra responsiones duas quas adducit expositor, quarum prima est quod hæc scientia probat suum subiectum per accidens non per se, per accidens quidem, quia non participamus tantum de lumine diuino a quo est hæc scientia quod possit nobis constare Deum esse, cuilibet autem scientiæ prohibetur probare se suum subiectum, esse, per accidens autem non officit, quoniam ea quæ sunt per accidens, non repugnant arti.

Secunda est quod hęc scientia probat suum subiectum esse non per medium diuinum & sibi proprium supponitur enim ex reuelatione iuxta illud Exodi tertio, qui est. Sed per medium extraneum, & naturale ut patet in rationib. huius articuli, licet autem sit contra artem probare subiectum ex propriis, non tamen extraneis.

Tu potes addere quod mens philosophi est de subiecto suppositi, quia est dummodo possit esse per se notam sensui, uel intellectui, qualia sunt subiecta scientiarum naturalium, & cum hæc sit altioris ordinis non inconueniens quod scrutetur suum subiectum esse eo, quod non constat sensui, nec intellectui, & sicut diximus in quæst. præcedenti quod hæc scientia ut diuina, habet multa priuilegia super alias, ut quod est simul pract. & specul. ex obiecto, & non inconuenit, ut probet suum subiectum esse a posteriori tamen &c.

Quantum ad rationes B. Thom. Aduerte quod licet expositor teneat has rōnes nō efficaciter concludere expresse Deum esse quoniam prima & secunda non deducunt nisi ad primum corpus, idest, coelum, & animam intellectiuam. & similiter aliæ non concludunt, sed tantum concludunt quædam prædicata quæ pro ueritate sunt propria Deo non curando quomodo uel qualiter sint, tamen sequendo doctrinam Capreoli 1. d. 3. quæstio. 1. melius est quod sustineas has esse sufficiētes, supponendo unum quod. s. non fuit necesse B. Tho. in quolibet suo libro in quo recitat aliquas rationes vniformiter ad ultima resoluere, unde qui in primo contr. Gent. cap. 13. primam rōnem huius articuli usq; ad suprema deducit ex Aristotele, ideo sufficit sibi in hoc articulo tangere fundamentum, qui inuenus ne fieret inutilis repetitio, resolutionem supremam quærendam esse in primo contr. Gent. 13. Et ideo si Gregorius hoc cōsiderasset, uel librum contra Gent. vidisset, non ita hanc rationem primam contempsisset dicens quod non deducit nisi ad animam cœli vel motorem coniunctum, similiter ratio secunda quæ deducit ad vnum primum efficiens optime sustinetur à Capreolo, ubi supra, & declarat quomodo completur in secundo contra Gen. 13. Vide tu illum. Tertia uero & quarta & quinta sufficienter concludunt vt formantur in articulo & sustinebimus contra Aureol. examinando propositiones singularum rationum. In prima ratione postquam resolueris eam sicut B. Tho. in primo contr. Gent. 13. quæst. per totum sustine bis duas propositiones prima impossibile est, ergo q. secūdum idem & eodem modo aliquid moueat se ipsum, & moueatur Scotus 1. d. 2. q. 10. tenet oppositum in intellectu & uoluntate & in animato augente se, & in graui mouente se & in aqua calida infrigidante seipsam eius argumenta recitantur à Capreolo 2. dis. 9. quæst 1. contra primam, & ab eodem facillime soluuntur, licet enim probent quod aliquid est mouens & motum non tamen idest uerum penitus secundum idem uide eum. De hac tamen materia diffusius loquemur in tractatu de Angelis in q. 53. articulo primo &c.

1. propositio.

2. propositio.

Secunda est *mouentia non mouent, nisi quia sunt mota a primo &c.* Et aduerte quod coincidit cum illa, quæ ponitur in ratione secunda primum est causa medii &c. equipollet huic causa media pendet a prima quæ proposito potest habere triplicem sensum. primo quod causa media, vt media & sic non est uera, quoniam non est de ratione medii ut medium pendere ab aliquo primo, sed tamen ab hinc, & inde siue mediate inter

tur duo extrema, secundo quod causa media ut causa, & sic nõ est uera, quoniam non est de ratione causæ ut causa pẽdere ab aliquo primo aliter omnis causa esset dependens. tertio quod causa media ut causa media & sic est uera, est enim causa media ratione causalitatis non a se, ergo causalitatis, id est, uirtutem causandi recipit ab alio, ut priori, & quidem si illud 1. causat a se, ergo erit primo causa, & si non est a se, ergo est a priori & sic ascendendo, uel datur primum uel tota ista complexio causarum frustrabitur, ideo enim causant ut compleant causationem suam in effectum, sed si mediæ tandem non reducantur ad primum non complebitur causatio sua. ideo ne euacuentur omnes causalitates in natura necesse est, ut causa media inquantum causa media producatur a prima. & si dicas quod remota prima omnes causæ essent mediæ. ergo non necessario pendent a prima, respondeo, nego antecedens immo nulla esset causa, nec effectus ut ait Beatus Thom. in secunda ratione ibi, sed si procedatur in infinitum, usque ibi efficientes mediæ &c. & dicit Aristotel. in secundo metaphysico. tract. sexto nihil est toto primum, nec ex toto causa illa, sed contra Beatus Thom in secundo metaphysices, exponens textu sexto. concedit illud antecedens. dicit enim si proceditur in infinitum omnes causæ sunt mediæ. respondeo quod sumit ly, causas, non quo ad causalitatem, sed quo ad denominationem secundum communem modum loquendi, sed pro rei ueritate nulla causa remaneret, & hæc fuit mens illius philosophi illic.

In secunda ratione postquam resolueris eam ut Capreolus in prima distinctione, tertia quæstione, primo articulo, & est defensio præuiæ rationis. Beatus Thom. cõtra Aureolum. Declarabis illam propositionem, nec est possibile quod aliquid sit causa efficiẽs sui ipsius, quia sic esset primus seipso, & aduerte, quod hæc ratio est San. Augustini in decimo de Trinitate, ubi inquit, Si quid enim se ipsum gigneret se ipso prius & posterius esset &c. Hæc quidem ratio quantum ad ly, prius & posterius, alio modo uerificatur in productione, in qua productum essentialiter distinguitur a producente, & alio modo, quãdo utrumque est coessentiale ut indiuiduis. nam in primo modo ly, prius ista pro prioritate durationis, uel saltẽ naturę ut in coæuis. In secundo modo stat solum pro prioritate causalitatis, & dicitur prius a quo diffusè tractabitur de Trini. Nam si omne producens esset prius duratione uel natura suo producto uitare nõ possemus, quin talis prioritas esset in diuinis inter personas. Intelligatur enim dictum contra Beat. Tho. indistincte non præcise primo modo.

Producẽs est prior producto Aut causalitatis prioritate aut durationis naturæ.

In tertia ratione sunt propositiones impugnatæ ab Aureolo, ut recitat Capreolus ubi supra. Prima est, quod est possibile non esse, quandoque non est &c. Aureolus dat instantiam de elemẽtis, quæ correlatiua sunt, ut patet, & tamen sunt æterna etiam secundum fidem; quoniam terra, in æternum stat & cætera.

Ad hoc dico, quod si mundus esset æternus, & generatio esset æterna, nulla pars elementi signata esset æterna ex secundo de generatione, & sic esse uerum dicere, quod ideo terra corrumperetur, nec est æterna, nisi per æquiualentiam, quoniam si in una parte orbis partes terræ trãsmutantur in aquã in alias partes aquæ in terra & sic tali uicissitudine elementa seruantur in æternum ab authore uniuersi. secundum fidem autem dico quod elementa non seruantur æterna, nisi secundum potentiam diuinam, qua etiam cessabit generatio. unde sibi derelicta per actionem contrarii approximati, & non impedita corrumperentur, &c.

Secunda omne necessarium habet causam suæ necessitatis, uel non habet &c. Aduerte quod Aureolus & fortius Gregorius in secundo distinction. prima, quæstione prima negant hanc, & dicunt philosophum non concedere necessarium habere aliquam causam efficientem & quando sibi adducitur ex philosopho in quinto metaphysic. in capitul. de necessario, & complexo, dicit Gregorius quod intelligunt de complexis, ut sunt quæstiones, sed quod etiam loquatur de incomplexis declarauit in duodecimo metaphysic. in quæstio. 45. uide illic ultimam resolutionem, quam si non uideris, non proficient tibi allegationes, quas adducit Capreolus. ubi supra pro defensione prædictæ propositionis. In quarta ratione, impugnatur ab Aureolo hæc propositio. Quod autem dicitur maxime tale in aliquo genere &c. dat instantiam de albedine, quæ est maxima in genere coloris, & ideo non est causa omnium colorum, ut patet. Tu igitur aduerte primo quod ly, maxime, non stat pro aliqua specie alicuius generis, sumendo genus stricte pro aliquo uniuoco diuisibili in differentias oppositas, sed stat pro aliquo primo & perfectissimo, cui primo cõuenit ratio formalis alicuius generis, id est alicuius communis saltem communitate uniuoca, uel analoga, & hoc dico quoniam sumpto genere proprissime dicto & nõ alio modo ratio Beat. Tho. in proposito non concluderet, quoniam apud ipsum nec ens, nec aliud transcendens est uniuocum, nec uere genus, est ergo sensus. Quod primum & perfectissimum, cui primo conuenit ratio formalis alicuius communis, ita quod in se contineat omnes perfectiones illius communis, & non solum, quia magis participat de illis, est causa effectiua omnium aliorum cui conuenit talis ratio. Aduerte secundo, secundum Beat. Thom. in quæstio. de potentia Dei. quæstione septima, articulo quarto. Quod accidentium licet proxima mensura sit aliquod accidens p. perfectissima species illius generis, non tamen est primo prima sed hæc est substantia maximæ entitatis & de mensura, primo prima quæ dicitur primo proxima, quæ dicitur primo primum, & perfectissimum intelligitur illa maxima. Quod est maxime tale &c.

Ex his ad instantiam de albedine, dico quod non ualet. quoniam non est primo primum, ut mensura colorum. sed mensura proxima, ut homo est mensura proxima, omnium animalium, unde sicut homo non est causa effectiua omnium animalium, sed id, quod est primũ in entitate sic albedo non est causa effectiua omnium colorum, sed quod est primo, primum ita esse.

Non tamen obstat concedere Aureolo, quod albedo est causa omnium colorum non quidem quo ad entitatem ratione dicta, sed quo ad cognitionem pro quanto maxime participat lucem, & cognoscimus alias species coloris, tanto perfectiores, quãto magis participant de albedine, & tanto imperfectiores quãto magis distant, & hoc habet inquantum est proxima mensura & prima species coloris, sed ex hoc non infringitur supradicta maxima.

In ratione quinta, impugnatur ab Aureolo in Capreolo ubi supra hæc propositio. Ea autem, quæ non habent cognitionem & cæt. Dicit Aureolus quod hæc potest negari. nam dicetur q͂d omnia talia dirigũtur, in finem, & inclinantur ex suis formis, & qualitatibus inter se, sicut lapis inclinatur & dirigitur in centrum sua grauitate, sed hæc responsio non euacuat, quoniam illæ formæ non sufficiunt, ut bene, & ordinatæ dirigantur, sicut requirit unitas ordinis in uniuerso, & quod contraria in unum ordinem complectantur, sed requiritur moderator extrinsecus, qui tali, & tali modo dirigat, ut seruetur perfectio totius uniuersi. & de hoc uide Beatum Thomam, tertio contra Gentiles sexagesima quarta, & accipe rationem quintã & sextam, in quibus Beat. Thom. virtualiter euacuat responsionem Aureoli.

In responsione ad primum. Aduerte quod illa propositio in argumento, quæ est conditionalis, si unum contrariorum fuerit infinitum, totaliter destruet reliquum, uera est, & respectu sui obiecti, quoniam secum non compatitur aliquem gradum sui oppositi, ut patet de maxime calido, cum quo non stat aliquis gradus frigidi, & respectu alterius subiecti existẽtis sub opposito, in quo agit ut assimilet illud sibi, ut si summe calidum, summa calefaciat aquam frigidam, totaliter destruet frigiditatem. Duo autem casus dantur, in quibus non totaliter destruitur oppositum.

Primus est, si alterum infinitum agat & destruat oppositum non naturaliter, sed uoluntarie, & quantum expedit.

Secundus est, si totum unum contrarium non potest recipi in alio subiecto in quo est oppositum, ut si calor ignis esset infinitus, & non posset recipi in aqua nisi finite. Non inconuenit in aqua cum calore remanere aliquem gradum frigiditatis suppono enim pro nunc duo contraria in gradu remisso se compati, de quo inferius determinabitur. Et quoniam in proposito, bonum infinitum idest Deus, est agens uoluntarium, increatum, & sua bonitas non potest tota recipi in altera natura. Ideo Beat. Tho. in responsione ex utroque intendit negare illam conditionalem assumptam ex primo, ibi Deus cum sit summe bonus &c. Ex secundo ibi hoc contra ad infinitam bonitatem pertinet &c. Potest tamen utrumque dictum ad uoluntatem referri, præcipue quia in secundo utitur ly permittitur.

Quæstio

QVAESTIO III.

ARTICVLVS I.

Vtrum Deus sit corpus.

Circa titulum aduerte quod licet B. Tho. de Deo, quem conclusit in articulo præcedēti existere, possit quærere, an sit ens quod est accidens, uel ens, quod est substantia, tamen statim illis prætermissis quærit an sit corpus, quoniam communis animi conceptio est apud omnes tenentes Deum esse, quod est quid ualde nobile, & independens, & firmum, ex consequens est substantia, & ideo quærit an sit corpus, quoniam considerata nobilitate aliquorum corporum, ut cœlestium apud aliquos posset credi quod sit corpus.

Aduerte secundo quod ly, *corpus*, stat pro qualibet substantia quantitate diuisibili siue sit composita ex materia, & forma siue non, ut fingunt illi, qui negant materiam a cœlo &c.

Respondeo dicendum absolute Deum non esse corpus &c. Aduerte quod ly, absolute, intendit negare Deum esse corpus, non solum quia non est substantia sub quantitate, sed quia nullam conditionem corporeitatis habet, ita quod nec est actus corporis extensus ad differentiam cuiuscunque formæ extensæ. Nō autem quæritur hic utrum possit esse forma corporis, qualis est anima rationalis, ut ipsemet dicit in primo contra gen. 2 .... & ad hoc dicendum.

In prima ratione nullum corpus mouet non motum &c. Aduerte quod hæc rō correspōdet primæ quā formauit in quæst. præcedenti in articulo tertio, ubi probauit quod est deuenire ad unum mouens immobile, & constat quod illa ratio procedit de motu locali, & sic ad mentem philosophi & B. Thom. in primo contra gent. 20. & est sua ratio septima applicat ad motum localem. Et dicit nullum corpus mouetur localiter nisi moueatur, quoniam mouens, & motum oportet esse simul; & applicata igitur hac propositione ad motum localem nullam habet instantiam apparentem, si autem sumeretur in quolibet motu uniuersaliter, uidetur esse instantia de magnete ad quem manentem motum trahit ferrum, & aqua frigida stans infrigidat aerē, & obiectum stans immutat potentiā, siue uisum, siue tactū &c.

In secunda ratione, *necesse est id, quod est primum ens in actu*. Aduerte quod hæc propositio extrahitur ex 9 metaphy. 13. & ex 12. textu 32. &c.

In tertia ratione. *Corpus uiuum nobilius est corpore non uiuo*. Aduerte quod aliqui instant de cœlo, quoniam saltem secundum theologos & præcipue Beat. Thom. infra in q. 70. Cœlum est non animatum, ergo uidetur ex hac propositione pomum, & uermis sint nobiliora cœlo, quod uidetur derisibile. Nam cō muniter dicitur diuinum corpus & Aristo. in secundo cœli. textu. secundo dicit bene esse appellare ipsum diuinum corpus, & immortale &c. Ad hoc iam respondimus in 12. metaph. quæst. 25. & breuiter nunc dicendum est primo ad mentem philosophi: 2o. secundum ueritatem.

Quantum ad philosophum, si teneatur quod apud ipsum cœlum est uere animatum, argumentum, ut patet, nihil ualet, si autem teneas, quod non est uere animatum, distinguendum est de ly, nobilius, quoniam potest esse nobilius, uel quantum ad gradum essendi, uel quantum ad modum essendi gradus essendi est esse, uiuere, sentire, & modi sunt possibile, necessarium corruptibile, incorruptibile potentia, actus, causa effectus. Ex his dico ad instantiam quod forma, & cœlum se habent in nobilitate, ut excedentia, & excessa. Nam in gradu essendi forma est nobilior, in modo autem essendi, cœlum est nobilius, quoniam necessarium incorruptibile uniuersalis causa conseruans respectu suorum inferiorum, & animatorum, & si dicas quod Aristoteles, in secundo physicorum textu quadragesimo quinto appellat cœlum diuinum inter sensibilia, comparans etiam animalibus & plantis, ergo est simpliciter nobilius. Ad hoc dico qđ maiores etiam laudes attribuit in primo secundi de cœlo, dicit enim ipsum esse diuinum, & immortale, & impossibile, & inalterabile, quas tamen laudes non concludit ex animatione. Nam ideo ea nondum mentionem fecerat. Incipit enim hæc considerare in secundo libro, text. septimo. ubi agit de differentiis localibus, & tamen has laudes sibi attribuit in textu. tertio & secundo, & ipsemet declarat hæc sibi competere, quoniam ingenitum, & incorruptibile, & quoniam est æterni motus, & æternæ actionis, in qua arguitur quoddam diuinum, & quoniam antiqui attribuunt cœlum locum esse Deorum, ideo inquit Arist. ponit ipsum solum inter corpora esse immortale, patet igitur quomodo nobilius est, & in quo sensu, & si non sit animatum, & quoniam secundum ueritatem, & B. Thom. non est animatum, ideo ad instantiam non respondeo, aliter quam in prædictis immediate.

ARTICVLVS II.

Vtrum sit compositus ex materia, & forma.

Circa titulum aduerte quod si omnes concederent compositionem ex materia, & forma non posse esse sine quantitate, ex consequenti omne tale corpus esse: hic articulus superflueret, sed quoniam Auicebron tenet in spiritualibus, materiam & formam, ideo propter ipsum hic articulus est necessarius.

Primo quidem quia materia est id, quod est in potentia. Aduerte quod hæc prima ratio fundatur in duodecimo metaph. text. 30. ibi oportet igitur esse principium &c. Et infert immediate, amplius igitur, tales oportet esse substantias sine materia & B. Thom. commentans dicit. Nam materia est in potentia, quasi dicat, repugnat quod sit tamen actus, & habeat materiam, quoniam sequerentur contradictoria &c.

Secundo quia omne compositum ex materia et forma etc. Aduerte quod hæc ratio fundatur in primo physicorum, textu. 81. ibi existente enim quodam diuino, ubi philosophus declarat, quod ex tribus principiis naturalibus, materia est sicut naturæ recipiens, priuatio sicut maleficium. forma autem ut diuinum, quoniam dat esse & bonitatem, & perfectionem rei, unde bene sequitur quod ex quo non est bonum per materiam, quod non sit secundum se totum bonum, & sic non esset bonum per essentiam.

Tertio, quia unumquodque agens agit per suam formam. Aduerte quod hæc ratio in libro 9. metaphysic. textu 13. ibi semper enim ex potentia ente fit actus ens ab actu ente. ubi uult philosophus quod agens agat quia est actu. contra, si se toto est actu se primo agit & non per partem, & sic erit primum agens: si autem non, se toto, sed parte est actu, non erit primo agens &c. Et sic secundum hoc fundamentum, ratio B. Thom. concludit, & scias quod ly, forma uel per suam formam sumitur non pro forma physicali quæ dicitur in formam, sed pro forma metaphysica, quæ dicitur actus, secūdum quod substantiæ simplices dicuntur formæ abstractæ. Nam si intenderet de forma physica, præcisè conclusio in articulo esset falsa, s. est igitur per essentiam formæ &c.

Quod igitur primum est et per se agens patet quod sit primo, et per se forma etc. Aduerte quod ly, primum, excludit agens primus a quo recipiat uirtutem agendi per ly, per se excludit agens per aliud tam extrinsecum, quam intrinsecum. Nam rex agens per gubernatores agit per aliud & agens per partem, ut homo uidens per oculum intelligens per animam agit per aliud. Est enim pars aliud a toto. Intendit ergo quod illud, quod est primum in ordine agentium, & non agit per aliud cōmodo quo expositum est, oportet quod sit primo & per se forma, & ratio huius est, quoniam si est primum, est & non per aliud agens contra se toto est actu, quoniam se toto agit, si se toto est actu, ergo totum quod est actus, est contra primo & per se est forma, id est actus. Et propositio sic intellecta non habet instantiam, nam quod dicunt aliqui solem esse primum illuminatiuum, & tamen non est primo lumen, non ualet quia etsi sit primum in ordine illuminatum; non tamen in ordine agentium simpliciter. Nunc enim loquimur de primo agente simpliciter prætereà licet sit primum illuminans, non tamen est illuminans per se ut ly, per se excludit omnino per aliud. Nam lumen est aliud a sole, & manifestum est quod per lumen illuminat.

In responsione ad tertium. *formæ, quæ sunt simpliciter receptibiles in materia etc.* usque ibi *primum subiectum*. Aduerte quod indiuiduo duplex indiuisio competit. Prima negatio diuisionis in plura distincta realiter, quia a diuisione reali diuiditur homo in Socratē & Platonem &c. Et albedo in hanc, & in illam albedinem, & hanc indiuisionem trahit a materia positiue, uel negatiue. positiue quidem respectu formarum receptibilium in materia. sic enim hæc positiuè albedo, quia est in hac materia. Negatiue autem respectu formarum non receptibilium in materia, quoniam enim non habent, materiam, unde multiplicentur, remanent per seipsas singulares & indiuisæ, & hæc consideratio indiuidui realis est, & talis est in responsione ad tertium.

Scđa est negatio diuisionis, qua diuidunt superiꝰ inferiora,

& hæc

& hæc cōpetit indiuiduo ut stat sub specie specialissima, & est consideratio logica, & hæc indiuisio originatur ex prima. nam ex eo, quod forma recipitur in hac materia, vel nō est receptibilis, sequitur quod non est plurificabilis in plura: ex consequētia sequitur quod non est prædicabilis de multis. Et hæc indiuisio est formale constitutiuum indiuidui sub specie sicut indiuisio quædam formalis constituit specialissimum sub genere. sed de hac indiuisione non facit mentionem B. Thom. in responsione, quoniam non oportebat, sed tantum de prima. Et propterea Durandus credens dici indiuiduum per solam negationem diuisionis in inferiora decipitur: quia hæc originatur ex prima & illa ut diximus originatur ex materia, vñ ipse considerat indiuiduum solum logice, sed B. Tho. solum realiter. propterea non præualet contra nos hæc sufficiant pro respōsione ad tertium. Infra autem plenius tractabimus de principio indiuiduationis, &c.

ARTICVLVS III.

Vtrum Deus sit sua essentia.

Circa titulum aduerte primo quod Deus licet sit terminus communis, prædicatur enim de hoc Deo, sicut homo de hoc homine, tamen hic non sumitur ut communis, sed ut hic Deus, quem posuimus esse subiectum in hac scientia ut sit sensus, utrū hic Deus sit sua deitas, sicut si quæreremus utrum hic homo sit sua humanitas. Aduerte secundo, quod cum decisio fiat in articulo per distinctionem, vel per idētitatem inter suppositum & naturam, insinuat quod ly, Deus est suppositum, quod utrque est uerum, si sumatur suppositum metaphysicum & nō Theologicum. Nam apud metaphysicum suppositum est singulare completum in natura indistinctum in se, & distinctum a quolibet alio, quod non est ipsum omnes autem hæ conditiones conueniunt ly, Deo sumpto pro hoc Deo considerato metaphysice ex lumine naturali. Apud Theologum uero ut dicetur in tractatu de Trinitate est singulare constitutum relatione diuina, & in hoc sensū quæritur in quæst. 39. artic. 1. utrū suppositum. p. pater sit essentia diuina, sed tale est acceptatum ex sola reuelatione suppositum autem metaphysicū. i. hic Deus, manifestatum est lumine naturali, & quoniam consideratio de Deo est quæst. metaphysicis in hoc primo.

In rebus compositis ex materia et forma necesse est, quod differant suppositum & natura. Aduerte ut scias uniuersalē differentiam inter suppositum & naturam.

Item materialib. & in abstractis, si qua ponitur, quod potest imaginari quadrupliciter ut clare exposuimus in nostro resolutorio de unione uerbi in determinatione primi dubii.

Primo quidem quod differant secundum rationem logicam idem secundum modum significandi, sicut abstractum, & concretum quomodo & quod habens & habitum, modo totius, & modo formæ. & hæc differentia seruatur in omni natura etiā in Deo, differt enim sic Deus & deitas ut patet, sed hæc nō infert distinctionem realem, aliter ens, & entitas distinguerentur realiter, quantum tamen ualeat talis differentia in Deo declarabitur in tractatu de Trinitate, ubi ostendetur hāc concedendam. Deus generat, hanc autem abiiciendam. Deitas generat.

Secūdo quod differūt ut res duæ distinctæ numero, & subiecto. Ita qđ una non sit in altera sicut differūt Socrates & Plato, & sic in nulla natura hoc modo differunt. Constat enim qđ suppositum includit naturam, ut suum formale.

Tertio, quod differant, quia suppositum includit in sua ratione formali si diffiniatur aliquid, quod non includit natura uel essentia, & quia suppositum cōnotat aliquid, quod non connotatur a natura, & utroque modo in rebus compositis ex materia & forma differunt suppositum, & natura p hic homo & humanitas. Nam hic homo si diffiniatur includit materiam signatam, & connotat esse. suppositum enim est id, quod est. Natura autem ut humanitas excludit materiam signatam, & includit tantum materiam in cōmuni. Nec connotat esse, quoniam est id, quo est, & non quod est.

Quarto, quod differant, quia suppositum connotat esse, & operationem, quæ licet sint ipsius suppositi, tamen distinguuntur realiter ab ipso. Natura autem non connotat ea: quoniam Natura in abstracto, nec est id, quod est, nec operatur & sic in quolibet creato abstracto differunt suppositū & natura, ut declarat B. Th. in secundo quolibet. quæst. 2. art. 2. ad primum, ut bene recitat Capreo. in 1. dist 4. quæst. 2. in cōclusione. 4. ex his differentiis B. Thom. in articu. non tangit primam nec secundam relinquens quasi manifestas: nec quartam, quoniam hic intendebat adducere solam differentiam intrinsecam, qualis est tertia, quarta autem est extrinseca, idest ex connotatio, quam tamen completam doctrinam uoluit addere in quolibet. Vnde locus ille in quolibet completo omnino præsentem articulum. Nam ex eo solo concluditur esse proprie Dei non habere aliquam differentiam realem inter suppositum & naturam, ex articulo autem præsenti, quo concluditur de Deo, potest concludi etiam de quolibet abstracto, sic etiam conclusit in sę primo metaphysic. super text. 41. & est sua lectu. undecima, & id quidem rationabiliter fecit, quoniam Aristot. de omnibus abstractis quasi de uno genere loquitur.

Vnde hæ carnes, & hæc ossa &c. usque ibi, idem homo & humanitas. Aduerte quod licet in hac propositione & propter hoc non est totaliter idem homo &c. ponat ly, homo, qui est terminus specificus, & tamen non sumit ipsum, ut stat specifice, sed pro supposito, & indiuiduo uage sumpto, alioquin egrederetur propositum. Nam comparatio hominis, ut homo est ad humanitatem non est comparatio suppositi ad naturam, sed comparatio huius uel illius hominis intelligitur, quia ly, homo, sicut ly, Deus in titulo qui stat pro hoc Deo, ut diximus, sed humanitas significatur ut par formalis hominis. Aduerte quod B. Tho. in hac propositione insinuat duplicem differentiam inter humanitatem ut naturam & hominē ut suppositum.

Prima est quia homo ut suppositum includit plura. s. materiam indiuidualem.

Secunda est quæ sequitur ex prima, quia homo signatur ut totum, Natura autem ut pars, quia ut principium formale, & hæc differentia, est secundum modos habendi, quæ quoniam communis est in omni re inter suppositum, & suam naturam ut supra diximus, ideo non est principaliter hic intenta, sed ponitur in materialibus, ut signum, quod causatur ex primo.

Pro uniuersali resolutione, & definitione præsentis articuli, aduerte quinque.

Primo, licet B. Thom. in toto articulo competat suppositum, ad naturam specificam, ut hunc hominem ad humanitatem, declarans quomodo differunt realiter, tamen ex doctrina sua possumus habere quod etiam inter suppositum, & naturam indiuidualem significatam in abstracto est differentia realis, nam suppositum connotat esse, & operationem suam, & includit propria accidentia, non ut partes, sed ut determinatiua & singularizātia, & hæc non connotantur ab hac humanitate, quoniam nō est, quod est, nec est quod indiuiduatur, sed significatur ut principium formale ipsius indiuidui. Ex hoc uidebis solutum argumentum Berardi in Capreo. 1. d. 4 quæstio. 2. contra secundam conclusionem, & est secundum in ordine.

Secundo aduerte licet ut dicit B. Thom. Natura puta humanitas comprehendat in se principia diffinientia, quæ ex sui natura prædicantur de diffinito; tamen non possunt prædicari sub nomine abstracto, quoniam homo non est humanitas, prædicātur autem sub nomine concreto, ut Socrates est homo, & propterea Aureolus ut recitat Capreolus, ubi supra contra secundam quæstionem, uolens probare quod natura non comprehendit principia differentia, quia natura non prædicatur in recto de concreto. p. de homine, illa etiam prædicantur in primo mō, per se nihil concludit, quia licet non prædicantur sub nomine abstracto, tamen bene sub concreto, nec oppositum dixit B. Tho. in artic. &c.

Tertio, aduerte quod quando dicit Bea. Thom. in articulo, quod in eo, qui est includuntur materia indiuidualis, & accidentia designantia hanc materiam, Non intendit quod eadem ratione includantur, sed materia includitur, ut pars: accidentia uero ex quibus causatur sua indiuiduatio importat ut determinatiua, & non ut sui partes propter quod suppositum nō est per accidens, sicut homo albus. Ex hoc uidebit soluta argumenta Aureoli recitata a Capreolo. in prima distinctione quadragesima secūda, quæstione secunda, cōtra secundam quæstionem.

Quarto, aduerte quod licet suppositum connotet esse, non tamen importat, & includit ipsum in ratione sua quidditatiua, & ideo potest considerari abstrahendo ab existētia. Ex hoc uidebis soluta argumenta Aureoli in Capreolo, prima distinc. 42. questione secunda contra quartam quæstionem, credidit nos tenere quod includatur in ratione suppositi & excludatur a ratione naturæ.

Quinto, aduerte quod philosophus in septimo metaphysic. a capite secundo, usque ad uigesimumsecundum ex intentione probat, quod in entibus per se, ut in homine, in animali &c. non autem in entibus per accidens ut in homine albo:

idem

idem ſunt quid eſt,& id, cuius eſt,& probat multiplici ratione, ſed ſi aduertas,inuenies quod Philoſophus intendit agere cõtra Plat. qui ponebat quod quid eſt hominis,id eſt per ſe hominem ſeparatum a ſingularibus,& per conſequens diuiſum, ſicut rem a re, quam diuerſitatem nõ ponimus nos. immo qđ quid eſt, eſt intrinſecum ei cuius eſt. Philoſophus igitur ,pbat quod non eſt ſeparatum nec aliud,immo quod eſt idem. quod utique eſt uerum quantum ad ea, quæ conueniunt naturæ ſpecificæ per ſe, ut Socr. & homo, & quæ conueniunt per ſe homini, conueniunt per ſe Socr. licet non primo Cum ſit tamen ſtat quod Socr. ſua ratione addat quid reale.ſ. materiã hanc ſuper hominẽ ut homo eſt & connotet multa, puta eſſe & accidentia quæ non connotantur ab ipſa natura, immo ab ipſa ſumpta in abſtracto præſcinduntur,ab ipſa uero ſumpta in concreto,nec expreſſe connotantur nec præſcinduntur,ſed uirtualiter connotantur,nam ideo hæc eſt uera, homo eſt quia Socr. aut Plato eſt.

Ex quibus uidebis ſoluta argumenta. Scoti recitata a Capreolo primo d.4.q.2. contra tertiam quæſtionem, quæ dicit eſſe ſumpta ex philoſopho, & uidebis quod concludunt identitatem quo ad prædicata quæ per ſe inſunt naturæ communi, ſed non quo ad prædicata indiuidualia, & quo ad connotata & ideo pro certo quod nullus arguens contra hanc uiam noſtram ex his qui recitati ſunt,penetrauit ſenſum B. Th. ideo facile eſt reſpondere.

ARTICVLVS IIII.

Vtrum in Deo ſint idem eſſentia & eſſe.

Circa titulum aduerte, quod ly, *eſſentia*, ſumitur pro ſignificato definitionis,& ly, eſſe pro exiſtentia,& eſt ſenſus, utrum id, quod eſt Deus,& exiſtentia Dei ſint idem. ita quod hæc ſit uera Deus eſt ſua exiſtentia, ſicut eſt ſua bonitas & uita &c.

Aduerte ſecundo quod hæc quæſtio de identitate eſſentiæ & eſſe in uniuerſali eſt metaphyſica, nec ſic pertractatur hic. ſed tantum applicando ad ipſum Deum,& propterea pro præſenti articulo non eſt neceſſe adducere argumenta recitata a Capreol. 1. d. 8. quæſt. 1.

Quicquid eſt in aliquo, quod eſt præter eſſentiam etc. uſque ibi, *cauſatur ab igne etc.* Aduerte quod hæc diſtinctio,ſic debet intelligi,quicquid eſt in aliquo, uel eſt cauſatum ab intrinſeco, principio & extrinſeco ſimul ab intrinſeco quidem naturali ſequela,ab extrinſeco autem uere productiue,& hoc dico propter neceſſaria principia quæ licet apud D.Th. cauſẽtur a principiis eſſentialibus reſultant & ſic quodammodo actiue ut ipſe dicit in q. 77 art 6. ad ſecundum, & tertium,tamen uere, & proprie productiuę ſunt ab eo,a quo res ipſa producitur, nam dãs formam dat conſequentia formæ niſi eſt cauſatum tãtum a principio extrinſeco,ſicut ſunt accidentia communia.

Impoſſibile eſt autem quod eſſe ſit cauſatum tantum &c Aduerte quod dicit tantum,quoniam non negat, quoniam in eo,in quo diſtinguitur eſſentia ab eſſe cauſatur eſſe ab eſſentia, ita quod fluat ab ipſa,nam ſi paſſio fluit & quod eſt intimius fluet quale eſt eſſe. unde ſicut natura rei reſpectu ſuæ paſſionis eſt cauſa quodammodo actiua,& ſuſceptiua, ſic proportionaliter ſe habet ad ſuam eſſe. Dato ergo quod ſic ca uſatum ab intrinſeco tamen principium intrinſecum,non ſufficit quoniam nihil eſt ſibi ſufficiens cauſa eſſendi,& ideo dicit tantum. Hinc patet quod Ant. Andreæ in 9. metaphy. q. 3. in prima quæſtione errauit. Vult .n. qđ forma ſubſtantialis ſit ſufficiens & totalẽ principium ſuæ paſſionis. p. quod forma ignis ſufficienter in ſuo ſubiecto, id eſt in igne cauſet caliditatem,& leuitatem, remoto quocunque calefaciente, & leuificante extrinſeco.& ratio ſua eſt hæc.

Quicquid eſt præter eſſentiam alicui eſt productũ ab extrinſeco uel itrinſeco & extrinſecum.

Ignis ex calore ſuo habet potentiam leuificandi. proprium enim calidi eſt leuificare,& ipſe ignis eſt receptiuus leuitatis, cum ſit proprietas ſua,ergo poteſt in ſe ipſo cauſare leuitatem.

Ad hoc dico quod non ſufficit ignem eſſe leuificatiuum ex calore & leuificabilem ad hoc quod in eo cauſetur leuitas, ſed neceſſe eſt leuificantem diſtingui realiter a leuificabili, eo qđ ſicut nihil eſt ſibi ſufficiens cauſa eſſendi,ſic nec ſeipſum reducendi a potentia ad actum & hoc ut principium uniuerſale tenemus,apud Ariſtot. & Bea. Thom.& quoniam Scot. tenens idem agere in ſeipſo non ſeruat hanc diſtinctionem realem, nec Anto. Andreæ,ideo ratio ſua apud nos nulla eſt. Vnde ut diximus agens producens ignem producit proprietates ignis, quoniam ſtat diſtinctio realis inter producens ignem,& productum ignem.

Ignis non eſt cã ſufficiẽs ſui caloris,ſed generãs ignẽ.

Eſſe eſt actualitas omnis formæ uel naturæ. Aduerte quod ly, actualitas,poteſt dupliciter exponi,per uerbum eſt. ut eſt ſecũdum ad iacens,ut anima eſt,lapis eſt,quod autem nulla natura præter Deum ſit tantæ actualitatis quod poſſit actu ſeipſa præciſe exiſtere niſi ei imprimatur hæc actualitas,quæ dicitur eſſe a primo exiſtente & authore naturæ,uide Capreol. 1. d. 8. q. 1. in prob. 5. quæſtionis, & eſt allegatio domini Aegydii in primo quodlibet. q. 7.& in hoc ſenſu B.Th. intendit qđ eſſe eſt actualitas omnis formæ,unde dicit in articulo, non enim bonitas ſignificatur in actu niſi ,put ſigni cauſa eſſe.ſ. per propoſitionem de ſecundo adiacente.

Eſſe eſt actualitas omnis fortunæ.

Oportet igitur quod ipſum eſſe comparetur ad potentiam &c. uſque ibi *ad primo.* Aduerte quod B. Th. in artic. de hac conſequentia cito ſe expedit.& ideo ut perfecte reſolueretur in ſecũdo cont. Gent. 53.& 54. duo pertractat, Primo probat reſolutis rationib. quod eſſe eſt actus,& eſſentia eſt potentia ut uidebis in c. 53. Secundo declarat quod non eadem ratione dicitur eſſe & eſſentia actus,& potentia,qua ratione materia eſt potentia, & forma actus, nam ut uerificantur de materia & forma ſumuntur potentia, & actus phyſice,ut autem uerificantur de eſſentia,& eſſe ſumũtur metaphyſice prout omne perfectibile dicitur potentia,& omne perfectius dicitur actus. Vide Fu. c. 54. clarum & reſolutum,& quaſi commentum huius articuli.

Potẽtia & actus dupliciter.

Phyſicæ & Metaphyſicæ.

Sicut illud. quod habet ignem,& non eſt ignis &c. uſque in finem rationis. Aduerte quod hæc ratio uidetur fundari ſuper hoc principium tacitum,quod habet aliquid & non eſt illud eſt tale per participationem. Sed hoc principium uidetur falſum. Nam ſol habet lucem,& non eſt lux,cum ſit qualitas & tamen eſt falſum,quod ſit lucidus per participationem, quoniam eſt primo lucidus & cauſa omnis luminis,ergo ratio, B. Th non concludit. Ad hoc dico qđ aliquid eſſe tale per eſſentiã contingit dupliciter. Primo quando tale prædicatum,conuenit ex ſe,& a ſe,ita quod excludat quodcunque agens ſiue ſuperioris ordinis ſiue eiuſdem ordinis, & tale prædicatum non poteſt ei conuenire per eſſentiam niſi ſit illud. Nam ſi nõ illud prædicatum ut dictum eſt in prima ratione erit cauſatũ uel ab intrinſeco,uel ab extrinſeco,ex conſequẽti non conueniet ei per eſſentiam, hoc modo, Sed per participationem. Secundo quando tale prædicatum congenit ei primo ita quod non eſt cauſatum in eo per aliquod agens eiuſdem ordinis licet nõ inconueniat eſſe cauſatum ab agente ſuperioris ordinis, ſicut eſſe calidum conuenit hoc modo per eſſentiam igni quia conuenit ei primo ut expoſuimus & in hoc ſenſu,non eſt neceſſe rem eſſe illud prædicatum,quod conuenit ei per eſſentiã, ſed ſufficit quod conueniat ei non mediante aliquo eiuſdem ordinis. Dico igitur B. Thom. fundat rationem ſuam ſuper illud principium intellectum in primo ſenſu,ſed inſtantia adducta de ſole,ſiue de igne. inclinat pro ſecundo ſenſu, ideo non infringitur ratio B Thom. &c.

Aliquid eſſe tale p eſſentiam cõtigit dupliciter.

In reſponſione ad ſecundum, *Alio modo ſignificat compoſitionem propoſitionis etc.* Aduerte quod Bea. Thom. fundauit hanc diſtinctionem in 5. metaphyc. capi. de ente. ibi amplius autem & eſſe.

Aduerte iterum quod illud eſſe ſignificans compoſitionem, aliud ſignificat in compoſitione tertii adiacentis præcipue ſubſtantialis, aliud in compoſitione ſecundi adiacentis reſpectu poſitiui,& id dico,ad differentiam negatiui aut priuatiui, ut cum dicitur cæcitas eſt. Nam in compoſitione tertii adiacentis præcipue ſubſtantialis ſignificat habitudinem prædicati ad ſubiectum. per accidens autem ſignificat exiſtentiam. Accidit enim hominem exiſtere ad hoc quod hæc ſit uera. homo eſt animal,ſed in ſecundo adiacente ſignificat per ſe & habitudinem prædicati ad ſubiectum & exiſtentiam ſubiecti in poſitiuis. Neque enim hæc poteſt eſſe uera,lapis eſt, niſi lapis exiſtat, unde in ſecundo adiacente eſſe uerum quod ſignificat in compoſitione fundatur ſuper exiſtentiam rei, ex conſequenti ſi cognoſco eſſe tali propoſitione,cognoſco eſſe rei non abſtracte,ſed vt fundat ueritatem propoſitionis. Quando igitur dicit B. Thom. quod non poſſumus ſcire eſſe Dei, ut ſignificat actum eſſendi. ſicut nec eſſentiam, intendit ſcire abſtracte & in ſe ut eſt prædicatum quidditatiuum in primo per ſe, eſt enim de ratione Dei ut diximus in quæſt. 2. artic. 1.& quando dicit quod cognoſcimus eſſe Dei ſolum ſecundo: Non intendit, qđ noſtra cognitio terminetur ſolum ad eſſe uerum quod dicit relationem rationis, ſicut enim terminatur in propoſitionibus de tertio adiacenti ut diximus. ſed intendit quod licet terminetur ad eſſe,ſiue ad exiſtentiam,tamen non terminatur, niſi ut fundat ueritatem propoſitionis,ſiue ut correſpõdet. q. An. eſt & non. q. quid eſt.& quod hæc ſit intentio B. Thom. patet cũ dicit & hoc ſcimus ex effectibus. Nam ex tertio articul. ſecundæ quæſtionis concluſimus ex effectu,primum motorem efficiens

ciens existere, hunc autem dicimus Deum, ergo intellectu attingimus existentiam Dei, vt fundat hanc, Deus est: ex his patet quod obiectio Scoti in primo dist. 3. quæst. 2. ibi. Nec oportet distinguere, de, si est, &c. non est alicuius ualoris contra B. Tho. Credit enim B. Tho tenere, quod in hac propositione, Deus est, cognoscimus tantum ueritatem propositionis, & non cognoscimus existentiam Dei, hoc autem est falsum, quoniam vt dicit B. Thom. respondēs Deum existere concluditur ex effectibus.

ARTICVLVS V.

Vtrum Deus sit in aliquo genere.

CIrca titu. Aduerte quod non quæritur de genere subiecti, uel obiecti: nam constat quod continetur sub ente ut est subiectum metaphysices, nec de genere prædicabili communiter dicto prout analogum potest dici genus, sic substantia ut substantia communis finitæ & infinitiuæ, corporeæ, & incorporeæ, potest dici genus licet in uia nostra substantia in sua maxima communitate, non dicatur uniuoce ut declarabitur cum soluemus argumenta Gregorij, sed quæritur de genere predicabili proprie dicto. i. uniuoco quod sit uere genus generalissimum uel subalternum.

Sed contra genus est prius secundum intellectum eo quod in genere continetur etc. Aduerte quod ly, secundum intellectum, sumitur in parte rei siue secundum rationem metaphysicam quæ fundatur in natura rei, & non solum ex parte nostri modi apprehēdendi: aliter propositio minor esset falsa. prius enim apprehendimus ens & substantiam quam ipsum Deum, & prius sapientiam ut sapientia quam sapientiam infinitam, & tamen, ex parte rei nec ens, nec substantia est prior Deo cum sit omne eius omnis substantia perfectionaliter, unde uerificatur illa minor, sicut uerificatur apud philosophum in 7. metaphy. tex. 21. loquens de quod quid est, & de eo cuius est, ibi. At uero nō solum sunt unum, s. re sed etiam eadem ipsorum ratio similiter enim ly, ratio pro ratione obiectiua & non pro formali p̄cise ex parte nostri intellectus: nam esse diffinitum & esse diffinitionem distinguūtur ratione ex parte nostri intellectus licet non ex natura rei &c.

Alio modo per reductionem vt principia et priuationes etc. Aduerte, quod hæc reductio non est eiusdem rationis respectu principiorum & respectu priuationum. Nam principia ut pūctus & unitas sunt uere entia realia licet ut indiuisibilia, & tō uere reducuntur ad genus prædicabile quod est pars subiectiua entis extra animam ex 6. metaphy. text. 4. Priuationes autē cum sint negationes ex consequenti non entia, nō ita proprie & intrinsece, sed potius extrinsece reducuntur ad genus prædicamentale. idest gratia oppositi habitus contrarie negant, unde sicut datur de nominatio intrinseca & exintrinseca: sic in proposito datur reductio intrinseca respectu principiorum & extrinseca respectu priuationum.

Semper autem a quo sumitur differentia, usq; ibi similiter manifestum est &c. Aduerte quod hæc propositio potest dupliciter intelligi: primo quod id à quo sumitur genus sit potentiale distinctum realiter ab eo, à quo sumitur differentia, ut ab actu, & hæc non est mens B. Thom. quoniam sensitiuum, & intellectiuum non sunt in eodem distincti realiter ut patet infra quæst. 75. artic. 3 Secundo quod eadem res sit à quo sumitur genus & differentia, sed ut fundat conceptum generis est uere possibilis, & determinabilis, & ut fundat conceptum differētiæ est, ut actus & determinans. Vnde licet sit identitas realis stat tamen distinctio rationis fundamentalis potentiæ, & actus & propterea ex natura rei potest dici eadem natura determinabilis, & determinās, possibilis, & actualis, & quoniam omne ex natura rei possibile est imperfectum, ideo omne cōtentum in genere, ut sic imperfectum est. propter quod Deus non est in genere, dico igitur quod B. Thom. intendit dictum suum in secundo sensu, ut ipsemet declarat in q. 76. artic. 3. ad quartum, uide eum. Hinc patet quod argumenta Gregorii in Capreol. in primo dist. 8. q. 2. contra tertiam quæstionem, nihil concludunt. Arguit enim contra dictum B. Thom. supponens quod B. Thom. teneat ipsum in primo sensu quod est falsum ut declaraui, ideo non aliter soluo ea. Vide tu Capre.

Si Deus esset in aliquo genere oportet quod ens ēt genus eius etc. Aduerte quod B. Thom. intentio in hac ratione est hæc. Cum quælibet res collocetur in genere per essentiā suam, illud erit genus Dei: si ponitur in genere, quod significat essentiam simpliciter. idest illimitate, qualis est essentia diuina, & suum esse: sed nullum assignatum sub ente significat essentiam illimitate, sed determinate, ut patet de quolibet generalissimo. sunt enim partes entis subiectiuæ, unde substantia non continet in se essentiam quantitatis, nec quantitas essentiam qualitatis, solum autem ens uniuersalissime sumptum, & nominaliter significat essentiam uniuersalissime, & participialiter sumptum significat esse uniuersalissime. Cum ergo diuina essentia, & diuinum esse, sint omnis essentia, & omne esse perfectionaliter, ergo optime sequitur quod si Deus esset in genere, tantū ens esset genus suum.

Ex hac ratione sic formata & intellectu uidebis solutum argumentum Greg. in Capreol. 1. distin. 8. quæstio. 2. cōtra quartam quæstionem, & est quartum in ordine. Nam ens nominaliter sumptum non significat illimitate essentiam creaturæ, & immediate sicut significat essentiam Dei, similiter dico de ente participialiter sumpto, ut significat esse: & ideo dato qđ de facto significet essentiam rei creatæ, non sequitur quod sit genus &c.

Ostendit autem philosophus in 3. metaph. etc. usq; ibi, unde relinquitur, &c. Aduerte quod hæc probatio fundatur sup duo, quæ defendimus in nostris quæstionibus metaphysicis in 3. & in 4. libr. primum est quod differentia est extra rationem formalem generis, & econuerso. secundum est quod ens prædicatur formaliter de omni contento sub ipso, & tam de differentiis ultimis quam de passionib. suis, & ideo ne fiat inutilis repetitio, recurre ad illa &c.

Omnia quæ sunt in genere cōmunicant in quidditate, uel essentia, etc. vsque ibi. illius hominis. Aduerte quod B Thom. non intendit quod conueniunt in quidditate uel essentia, quasi qđ unitate reali conueniant in natura generis, neque enim datur unitas realis apud B Thom. nisi unitas singularis siue uniuersalis. Vnde sicut duæ species differunt realiter in esse, idest non solum differunt esse specifico & esse actualis existentiæ, sed ēt non conueniunt quidditatiue in ipso, quoniam, ut reponuntur in genere, abstrahunt ab esse existentiæ, non tamen ab essentia cum prædicatur de eis in primo modo per se. Et scias cum dicit differunt autem secundum esse intendit principaliter de esse existentiæ ad quod ultimate deducit differentia ex intentione naturæ. Ideo enim rationale adueniens animali constituit hominem ut sit pars uniuersi ex consequenti ut existat, ex his uidebis solutum argumentum Greg. in Cape. in primo d. 8. q. 2. contra quartam quæstionem & est ultimum in ordine procedit enim ac si B. Thom. intenderet communitatem in essentiam secundum unitatem realem, quod non fuit intentū B. Tho. Videbis solutum etiam argumentum expositoris, qui arguit quod uidetur B. Thom. per æquiuocationem peccare, quoniam in antecedenti, cum dicit: differunt autem secundum esse &c. accipit ly, esse pro esse specifico. In consequenti autem, cum dicit & sic oportet quod quæcunque sunt in genere, differant in esse &c. stat ly esse pro essentia, ergo &c. Sed ut diximus in antecedenti sumit principaliter, & prima intentione ly esse pro existere, sicut & in consequenti, quoniam est ultimum intentum propter quod constituitur species, & indiuiduum, ideo non est æquiuocatio.

Et sic oportet quæcunque sunt in genere etc. usque ibi, essentia. Aduerte primo quod B. Th. nō dicit quæcunq; sunt in genere componuntur ex esse, & essentia, quoniam natura animalis & lapidis præcise sumptæ ut abstrahunt ab esse sunt in genere, & tamen ut sic non componuntur ex esse, & essentia, sed dicit quod differt esse ab essentia. i. omne, quod ponitur in genere tale est, qđ si essentia comparetur ad esse suum, differunt realiter. & si inuenias B. Th. dicendū qđ repositū in genere cōponitur ex esse, & essētia sic intelligas, qđ habet essentiam uel est essentia, componibile est cum suo esse, itaque proprie est compositio cum his: ex his uidebis sola argumenta Greg. in primo d. 8. q. 2. contra secundam quæstionem, & sunt 4. & 5. in ordine. Aduerte 2. quod hæc propositio, *et sic oportet quod quæcunque &c.* est cōsequēs illatū ex illo antecedente quæcūq; sunt in genere etc. Sed difficile est uidere, qūo sequitur realis distinctio in essentia & esse, ex illo antecedente. Nam si cōmunicatio in essentia esset secundum unitatem realem, & differentia in esse secundum distinctionem realē, utique consequentia esset manifesta, sed iam dictū est, quod sicut distictio i esse, ita & distinctio in essentia est realis. Alia enim est natura animalis in homine, alia i asino, sicut aliud & aliud esse Cum igitur illa unitas in essentia sit tm̄ formalis, & distinctio esse sit formalis, conueniunt. n. in distinctione reali, tam in essentia quam i esse, qa si in esse nō cōueniunt cōcepti quidditatiuo, cum nō sint de rōne eorum, ut diximus non uſ sequi distinctio realis inter essentiam & esse, alioquin inter genus et differētias esset distinctio realis species enim cōueniunt formaliter in genere, et differunt formaliter differentiis, ergo cōsequentia B. Tho. uidetur nulla.

Repositum in genere cōponitur ex esse & essentia. i. differt in eo esse ab essētia.

Ad hoc

Ad hoc dico quod regulariter consequẽtia non tenet, ut patet in instantia de genere & differentia: sed in præsenti materia ualet. Nam quodcunque illud, in quo plura conueniunt formaliter, est uere actuabile, & perfectibile per illud in quo plura differunt formaliter ex conuenientia & differentiã formali, infertur distinctio realis inter ea, sic est in proposito. Nam in quibuscunque essentia est de suo conceptu quidditatiuo, non autẽ esse, essentia uere, & realiter perficitur suo esse, ut declarauim^9 supra, quoniam nullius creati essentia sibi sufficit ad existendũ. Dico igitur, quod consequentia B. Tho. ualet ex antecedente: quæcunque sunt in genere, conueniunt formaliter in essentia uere perfectibili, & differunt in esse uere perfectiuo, ergo in eis differt realiter essentia, & esse. Et si dicas, quod genus determinatur differentiis, ex consequenti actuatur, ergo sequitur qđ differat realiter ab eis. Respondeo hæc determinatio est logica ideo non sequitur sicut in proposito.

Quod autem Deus non sit in genere per reductionem, &c.

Aduerte quod Capreol. in 1. dist. 8. q. 2. in prob. secũdæ quæstionis ibi, *sciendum tamen quod oppositum &c.* tenet quod dixerit, & tenuerit oppositum, existens Iuuenis in 1. d. 8. quæstio. 4. ar. 2. ad 3. & in q. de potentia, q. 7. ar. 8. ad 7. & concordat ipsum, sed dicit standum esse in summa. Expositor autem sic concordat eum, quod est in genere reductiue, est duplex, quoddam ut principium contentum, & determinatum ad tale genus & sic negat in hoc artic. Deum esse reductiue in genere: quoddam autem continens generis, & tale non est necesse, ut sit determinatum præcise ad unum genus. potest enim esse principiũ plurium generum, & sic concedit in primo sententiarum & q. de potentia Dei, Deum esse in genere reductiue, nec hoc negaret in præsenti artic. hæc concordia potest admitti. Verum tamen sententia Capreol. est apparens, quoniam si aduertas B. Thom. iisdem exemplis. s. puncto, & unitate quibus declarauit negatiuam in præsenti artic. utitur in primo sententiarum & clarius in q. de potentia ad declarandam affirmatiuam, ergo in eo sensu in quo negat hic Deum esse in genere reductiue, sicut punctum, & unitatem affirmat in q. de potentia. Dicit enim illic, potest dici, quod sit in genere substantiæ per reductionem sicut principium, & sicut punctum est principium quantitatis continuæ, & sicut unitas in genere numerorum, hæc ille. Possumus ergo dicere cum Capreol. quod standum est in Summa &c. Postquam substinueris rationes B. Thom. pro prima quæstione. s. Deus non est in genere, uidebis Capreol. ubi supra contra quartam quæstionem, & inueniens tria argumenta prima in ordine, quibus arguit directe contra quæstionem, uerum quia Capreol. clare & sufficienter soluit ea, ideo uide tu illa, & aduerte quod omnia peccant in hoc fundamento quod substantia, spiritus, pater, agens. &c. dicantur uniuoce de Deo, & creatura, super omnia nota tertium quod fundatur in Arist. 12. met. a text. primo usq; ad textum 3. &c. in ratione ad 2. Aduerte duo. primum quia in præsenti artic. tenet Deum nullo modo esse in genere, ideo simpliciter negat in hac ratione ad secundum Deũ esse mensuram homogeneam, ita quod sit eiusdem generis cum suo mensurato, nec per se nec reductiue. In q. autem de potentia, quæstio. sept. art. 3. ad 7. soluens argumentum idem, quia tenet, quod Deus est reductiue in genere, ut principium generis, concedit quod est eiusdem generis mensura cum mensurato reductiue, tamen ex consequenti quod possit dici homogenea reductiue, uerumtamen standum est ut diximus, In Summa.

Secundo, Aduerte quod licet B. Thom. saluet Auerr. in q. de potentia Dei in eodem loco, quoniam concedit Deum esse primum in genere substantiæ, tamen in præsenti responsione non curat de intentione eius. sed in illis uerbis, dicitur tamen mensura &c. declarat secundum ueritatem, quomodo debeat intelligi propositio illa. Quod autem talis declaratio sit ad mentem Auerr. uel non, non curat & propterea licet arguens adduxerit ipsum, tamen respondens non nominat eum, quasi innuens, quod negat eum in sensu, quo ipse loquitur, loquitur enim de mensura homogenea, unde uult quod sicut albedo est mensura omnium colorum, sic primus motor omnis substantiæ, & propterea non placet mihi Expositor in hoc, quod conatur declarare quod B. Tho. respondens in illis uerbis. *Dicitur mensura &c.* loquitur ad mentem commentatoris, quod non est uerum. constat enim inspicienti totum commentatorũ septimum in x. met. quod talẽ homogeneitatem ponit cõmentator inter Deũ, vt mensurã, & alias substantias, qualis est inter unitatem, & numerum, inter albedinem, & alios colores, quæ homogenitas non est illa, quam ponit expositor in 2. membro suæ distinctionis cum dicit, & hoc modo Deus est mensura homogenea coordinationis. De hac autem mensura quæ attribuitur primæ causæ, ordinem quæstionem in x. met. & est 7. in ordine.

ARTICVLVS VI.

Vtrum in Deo sint aliqua accidentia.

Circa titu. Aduerte, quod hic quæritur de accidenti prędicamentali, cuius est inhærere, & facere compositionem in subiecto. Non autem hic quæritur de accidenti prædicabili. i. prædicamento accidentali, constat enim quod reperitur ĩ Deo hoc enim est per accidẽs. Essentia est pater, ut tractabitur in tractatu de Trinitate, aliter non posset committi in Deo fallacia accidentis &c.

Forma simplex non potest esse subiectum &c. Aduerte qđ Boetius in lib. de Trinitate, non loquitur de forma simplici in tota sua latitudine, sed de simpliciter simplici, qualis est Dei essentia & propterea nõ verificatur nisi de Deo. nã substãtiæ abstractæ & si sint simplices simplicitate opposita cõpositioni ex materia & forma, nõ tñ simpliciter simplices, quoniam actio sua nõ est substãtia eorum, & ideo possunt habere cõpositionẽ cum his.

Subiectum comparatur ad accidẽs, sicut potentiam ad actũ &c. Aduerte, qđ hæc rõ fundat̃ in 12. met. text. 51. ibi, *Nã si non intelligi est.* Sicut potẽtia ad actũ & pfectibile ad perfectionẽ &c. *Licet id quod est aliquid possit habere adiunctum.* Aduerte, quod B. Th. intẽdit hãc cõparationẽ, sicut se habent albedo, & albũ ad hoc, q̃ est esse aliud, quã ipsum, sic se habent esse abstracte sumptũ & id, quod habet esse, siue ens concretum. i. compositum ex essentia & esse, sed albedo est tantum albedo, album autem non est solum album, sed potest esse dulce, & graue, & lapis, ergo esse est tantum esse. i. omne quod est, est ipsum, & tantum cõcretũ non est solũ esse, sed & est. cum ergo Deus sit esse suum, sequitur, quod omne, quod est in Deo sit ipse Deus, ergo accidens non est in Deo &c.

Omne, quod est per se, est prius eo, quod est per accidens. &c. Aduerte quod B. Th. intẽdit a Deo excludere oẽ accidẽs & primo accidẽs, per accidens. i. quod facit propositionem p accidens, deinde, accidens per se, & supponit q̃ in Deo nõ sit prius & posterius, aliter non seruaretur omnimoda immutabilitas in Deo. Adueniente enim posteriori aliter se haberet, & super hoc fundamentum tacitum, fundat totã rationem suam. Constat enim q̃ cum accidẽs per se naturali sequela emanet a principiis essentialibus prius est accidenti per accidens tanquam extraneo.

In responsione ad primum. Aduerte q̃ illa propositio physica in primo physicorũ text. 27. Quod uere est nulli accidit, inducitur ab Arist. cõtra Parmenidem, & intendit q̃ id, quod ex natura sua est substantia in quocũque inueniatur uniuoce dictũ non potest esse accidens, sicut nec id, quod est accidens ex natura sua in quocũque inueniatur uniuoce põt esse substantia, patet qm̃ secundũ doctrinã nostrã. Nomen cõe Deo, & creaturæ est analogũ. non concludit. sicut concluderet contra Scotum.

Quod uere est nulli accidit uniuoce acceptum.

In rñsione ad secũdũ. *Principia accidentium reducuntur ad principia substantiæ.* Aduerte quod hæc rñsio fundat̃ in 7. met. esse finẽ ubi vult philosoph^9, q̃ substãtia nõ producat̃ nisi a substãtia præexistente in actu sed quãtum ad quale producitur in esse non quali, aut quanto præsupposito in actu, sed tantum in potentia, & propterea secundum ipsum principium accidentis tam receptiuum, quam effectiuum erit substantia, & uniuersale effectiuum erit prima substantia, quæ dicitur prima causa similiter principium primum formale accidentium erit substantia. quoniam qualitates non agunt nisi in uirtute substantiæ uel formæ substantialis.

ARTICVLVS VII.

Vtrum Deus sit omnino simplex.

Circa tit. Aduerte ly, *omnino simplex*, excludit omnino cõpositionẽ intrinsecam, ut sit sensus uerum Deus in sui substantia non contineat aliqua plura distincta realia absoluta, ut præseruemus diuinas personas, & non est intentio sua excludere compositionem extrinsecam, i. cum alio sibi extrinseco, aliter art. sequens esset superfluus, ut uidebis &c.

Omne compositum est prius suis componentibus. & dependens ab eis, &c. Aduerte, quod hæc rõ fundatur in 5. met. in ca. de toto, ubi, habetur, quod totum ex partibus resultat, ex consequenti comparatur ad partes, ut effectus ad causam. ergo est posterius & dependens, & in 7. physicorum textu secundo, quod motus totius pendet ex motu partium ly, posterius sufficit, quod uerificetur tempore uel natura considerando totum & partes quo ad entitates, non autem ut relatiua sunt, sic enim sunt simul natura licet dependens sufficit quod uerificetur pro aliquo genere causæ saltem materialis uel formalis, uel utroque modo.

Omne corpus cum habet &c. Aduerte quod ly, causam stat pro causa actiua, fundatur hæc ratio princ. 8. meta. text. ultimo ubi. quare cum nulla alia etc. ubi uult philosophus, quod

in

in compositione oportet assignare agens, in cuius actione ex partibus diuersis.p.potentia & actu fiat unum.

In composito oportet esse potentiam & actum &c. Aduerte qđ hæc rõ fundatur in 7.met. tex.49.ibi,duo nanq; sic actu nunq̃ sunt unum, ubi philosophus arguit contra Platonem deducẽs quod necesse est omnium componentium alterum esse potentiam, alterum uero actum,ut clarius manifestatur in 8.libro text.ultimo uel utrunque est potentia ut partes lineæ componentis lineam. Aduerte tamen quod licet utroque modo fiat unum per se tamẽ multum differunt,ut declarauimus in 8.metaph.q.27.uide tu ad placitum.

In responsione ad primum.*est autem de ratione causati quod sit aliquo modo compositum &c.* Aduerte quod ly causati stat ex eo,quod terminat actionem agentis,& dicitur causatum ut ꝙ & est illud,quod habet esse completum in se, ut homo lapis &c.nam sumendo causatum communissime prout se extendit ad materiam ad formam,& accidentia,non est uerum quod talia sunt composita,ut determinat B.Th.in 1.d.8.q.5.arti.primo, unde respondens ad primam q.probat aliquam creaturam esse omnino simplicem,quia forma est creatura,& tamen est simplex & in uariabilis,ex diffinitione sua, dicit hæc ratio procedit de creaturis,quæ non habent esse completum,quæ non cõponuntur ex aliis,quales sunt formæ & accidentia. Ex his patet quod si Scot.in 1.d.8.q.1.ibi iuxta hoc quæro, Vtrum aliqua creatura sit simplex,aduertisset hanc decisionem B.Thom.non impugnasset responsionem B.Th.datam hic ad secundum, probat.n.Scot quod partes alicuius causati sunt causatæ.p.materia,& forma,& tamẽ nõ sunt cõpositæ aliter esset processus i infinitũ,uel dabitur causatũ non cõpositum.hoc idem argumentũ format B.Th.in 1.d.8.q.5.art.2.& est tertium in ordine, & respondens dicit ꝙ concludit de eo, quod non habet esse completum.quod solet dici concausatum .sed B.Th.intẽdit de proprie & per se causato,ergo instantia Scoti non ualet,&c.

In responsione ad secundum.Aduerte qđ B.Th.intendit nec compositionem, nec simplicitatem absolute sumptas esse pfectiones simpliciter. Alter simplicitas in quolibet ente,ut ens esset melior cõpositione & sic forma esset melior composito & nobilior,& res quanto minus composita tanto nobilior esset,& ex consequenti elementum esset nobilius elementato, sed intendit, quod simplicitas cũ tali conditione est nobilior simpliciter,quæ autẽ sit illa conditio,sunt de hoc uariæ opiniones.

Robertus Holco.in 2.sententiarum.q.6. respondens ad primum dubium dicit quod requiritur quod res,cui inest simplicitas,non sit composita ex his,nec sit componibilis cum altero. p.cum accidentibus,sed hoc non consonat doctrinæ.B. Th. sequeretur.n.quod in solo Deo esset perfectio, qui solus non est componibilis alteri,ut patet. in artic sequenti,& tamen in lib. de ente.& essentia,c.2.tenet quod licet tam substantiæ compositæ quam simplices.i.abstractæ habeant essentiam,tamen simplices habent uerori modo,secundum quod etiam habent nobilius esse, hæc ille uult ergo simplicitatem esse perfectionẽ in qualibet substantia abstracta.

Scotus autem in 1.d.8.q.1.ad primum tenet quod est perfectio simpliciter dummodo excludat compositionem uel componibilitatem ex acto,& potentia uel ex perfectione,uel imperfectione,sed quia talis conditio saluatur in solo Deo. ideo dicendum est ad Scotum sicut ad hoc: Aduerte tamen quod Scotus tenet in progerssu simplicitatem,ut simplicitas est esse pfectionẽ simpliciter. licet in multis naturis repugnet, & conatur glossare definitionem Anselmi suo modo contra quem expositor super li.de ente,& essentia,super c. 2. sufficienter se habet, nec uolo immutare eum &c. Est igitur tertia opinio,quæ est ipsius expositoris in eodẽ loco,& stat in hoc,simplicitas si adiungatur subsistentiæ,& naturæ eius tota perfectio apta est dare in diuisa.i.non resultare ex partibus integralibus , nec essentialibus,dicit perfectionem simpliciter,propter primam conditionẽ excludo formas materiales naturales,accidentia , & materiam propter secundam,excludo omnia corpora a cœlo usque ad elementum inclusiue , & hanc sententiam ut ueriorem & magis conformem B.Th.sustinet.

Causatum ut quod ẽ habet esse in se completum.

Simplicitas quomodo sit perfectio simpliciter.

Prima opinio.

Secũda opinio.

Tertia opinio.

Propria conditio. Siplicitas subsistẽtiæ & naturæ, cuius tota pfectio apta est stare indiuisa, i.non resultare ex partibus integralib. nec essentialib. dicit perfectionẽ simpliciter.

ARTICVLVS VIII.

Vtrum Deus in compositionem aliorum ueniat.

Circa titulum, Aduerte ad hoc,ꝙ aliquid faciat cõpositionem cum altero in significato proprio, necesse est quod sit forma substantialis uel materia prima in compositione substantiali,uel sit forma accidentalis , uel subiectum in compositione accidentali . Nam unio secundum operationem uel assistentiam , uel indistinctionem situs non facit compositionem. Quidam.n.posuerunt quod Deus esset anima mundi &c. Aduerte quod ex his fuit Mercurius Termegistus in Pimãdro,in quo sequitur Platonem in Timæo,quoniam apud eos diffinitur anima ex motu,quicquid habet uirtutem motricem dicitur anima apud eos , & quoniam Deus mouet mundum siue ipsum uniuersum,ideo dicitur anima mundi . ex sua tamen positione non sequitur quod faciat compositionem,qm ut declarauimus in ti.unio secundum operationem, & assistentiã non facit cõpositionem,& ad hoc,&c.reducitur qđ quidã dixerũt Deũ esse animã primi cœli &c. Hic uĩ esse cõmentator in 12.met.cõ.44. In quo appellat primũ motorem,motorem omniũ,& applicat ipsum primo cœlo,& hos motores appellat formas & secundũ eos in comment. 36.ponit cœlum animatum.ergo sequentes intelligentiæ sunt animæ sequentium cœlorum.secundum ipsum, sic Deus est anima primi cœli,uerum secundum Auer. non facit compositionem talem,qualem exposuimus in titu.arti.quoniam apud ipsum repugnat principium intellectiuum esse formam dantem esse materiæ ex tertio de anima cõm.5. ut diffusius pertractabitur.in q.76 art.1.ideo pro nunc transeo.

Mercur. Termegistus. Deus est aia mundi. Vnio secundũ assistentiam , uel operationẽ non facit compositionem Auerrois. Deus est anima primi cœli.

Nec sicut principiũ formale, nec sicut principium materiale &c. Aduerte ꝙ B.Th.determinat se ad reprobãdũ tertiũ, & quartũ errores,considerans,qđ prima & secunda opinio,siue ueræ siue falsæ sint nõ intẽdũt uerã componibilatem, ideo relinquit eas.

Primo quidem quia supra diximus Deum esse causã efficientẽ &c. Aduerte qđ B.Th. in hac ratione hanc cõditionalem supponit,si Deus compositionem alicuius uenit , ut forma, uel ut materia tale erit effectus Dei, sed consequens est impossibile. ergo & antecedens. consequentia probatur ex præcedentibus, quoniam dictum est,omnium esse causam efficiẽtem .ergo omnium extra ipsum falsitatem uero consequentis probat in hac ratione declarans,quomodo forma agentis non incidit in idem numero omni effectui,nec materia in idem specie,qđ est principium apud philos.uniuersaliter acceptatum .

Quod autem uenit in compositionem , non primo & per se agit, sed magis &c. Aduerte quod prima oppositio.s. Quod aũt uĩ patitur instantiã de anima intellectiua,quæ uenit in compositionẽ, & tñ respectu intellectionis est primo & per se intelligens cum sit essentialiter a sola anima ad differẽtiã aliorũ operationum. Et iõ quomodo uerificatur de anima , & de coniuncto magis proprie,quã de anima declarabitur in q.75.art.6. pro nunc sufficit quod ratio B. Th. concludit Deum non esse formam omnium rerũ,ut dicebat tertia opinio. Constat.n.ꝙ non est forma lapidis,quoniam cum illa forma non habeat operationem per se ut ad sensum patet . sed omnis operatio lapidis sit operatio compositi,nõ potest esse primo,& per se agens quale est Deus.

Anima est primo, & per se intelligens.

Item aduerte , ꝙ per ly, *sed magis compositum* . non intendit B.Th. affirmare aliquod compositum esse primo & per se agẽs concludit enim oppositum in art. 2.in 3. ratione,sed loquimur comparatiue.q.d.si deberet admitti qđ forma uel suum cõpositum,sit primo & per se agens esset magis concedendũ de composito,quoniam est, quod agit, forma autem quo agit , tamen de neutro simpliciter concedendum est &c.

QVAESTIO IIII.

ARTICVLVS I.

Vtrum Deus sit perfectus.

Circa titu. Aduerte quod ly,perfectus potest tripliciter accipi, primo quod sit pfectus substantialiter,i. qđ sit ens pfectissimum,& in optimo mõ essendi,ꝙ est eẽ maxime actu sicut esse maxime in potẽtia est impfectissim⁹ modus 2.quod sit perfectus attributaliter.i.quod in se contineat perfectiones omnes, ut bonitatem sapientiã &c. 3.quod secundum unumquodque attributum , sit perfectus.i. quod omne attributum contineat in se perfectissimo modo .

Perfectum dupliciter substantialiter, & attributaliter.

In ti. intendit de perfecto in 1. mõ. Nã esse substãtialiter perfectũ prius est quã esse supradictũ, sicut pri⁹ est esse. Socr. perfectũ substãtialiter,quã esse doctũ,sapiẽtẽ,iustũ &c. Ad hoc aũt , quod De⁹ substãtialiter sit perfectus quatuor cõditiones requiruntur simpliciter,& absolute.primo quod nihil pertinẽs ad substantiã,siue essentiã suã deficiat sibi.secũdo quod nõ possit sibi fieri additio , tertio quod nihil sit perfectius eo , quarto quod nihil possit esse perfectius ipso. Et id breuiter tetigit philosophus in 5.meta. c.de perfecto,ubi dicit commentator,perfecta uniuersaliter sint illa,in quibus nihil inuenitur per quod dicantur imperfecta aut extrinsecũ,& hæc dispositio primi principii.s. Dei. In secundo autem argumento aget de perfecto in secundo sensu. De tertio autem sensu non formaliter agit in hac quæstione , sed potest reduci ad tertium articulum , ut

Ad hoc ꝙ De⁹ sit perfectus substantialiter quatuor requiruntur.

uide

videbitur sicut philosophus narrat &c. Aduerte quod Arist. in 12. metaph. textu 4. postquam concluserat Deum esse optimū, & fœlicissimum, adducit opinionem Pythagoræ & Leucippi, qui tenebant prima principia esse imperfecta, & sumebant signum ex seminibus plantarum, quæ sunt imperfectiora his quæ nascuntur ex eis, ut pote quia animata sunt tantum in potentia, sed ut inquit illic Aristo. decipiuntur quia semen non est primum principium, sed illud, a quo producitur semen. Et uide tu illic. B. Thom. autem adducit fundamentum uniuersale, in quo philosophi prius conueniebant, ut habetur in primo physicorum & in primo metaphy. quod. s. non est aliquod principium rerum nisi materiale. unde dicit Aristote. in primo metaphysi. in principio opinionum recitatarum. Primi igitur philosophi ea sola principia existimarūt, quæ sub ratione materiæ collocantur &c. In responsione ad secundum aduerte quod illa fuit opinio Pythagoræ, & Leucippi ut recitat philosophus in 12. metaphysi. tex. 40. & responsio, quam B. Thom. adducit, est responsio philosophi illic. &c.

In responsione ad tertium. Aduerte quod B. Tho. nō negat quin esse sit communissimum, sed negat quod sit communissimum recipiens, hoc. n. est imperfectissimum, quoniam unumquodque in tantum est recipiens, inquantum est potentiale, & propterea materia prima est imperfectissima. cōcedit ergo qđ est communissimum receptum. sed ex hoc non sequitur quod sit imperfectissimum immo oppositum, quia receptum actuat, & perficit & consequenti perfectio est. Hinc patet quod ratio, Scoti in primo dist. 2. q. 1. ibi. Non enim esse est perfectissimus effectus, nullius est efficaciæ, sic enim arguit. Quod includitur in multis non potest esse perfectius quocunque illorū in quo includitur: sed esse includitur &c. cum sit communissimum, ergo &c. Patet quod hæc ratio coincidit cum arg. B. Tho. & ideo eadem responsione soluitur. Nam maior non est uera nisi de communissimo recipiente, esse autem communissimum receptum, quia est actualitas omnium. scias tamen quod ratio Sco. ad plenum soluitur q. 45. arti. 5. ubi sustinebitur quod esse est effectum solius Dei, ideo pro nunc sufficit.

ARTICVLVS II.

Vtrum in Deo sint perfectiones omnium rerum.

Circa titulum, aduerte primo qđ perfectio proprie est id, quod pertinet ad bonitatem rei, & significatur termino qualitatiuo, ut sapientia, bonitas, uita, intellectus &c. Aduerte secundo quod perfectiones rerum sunt duplices, quædam simpliciter dictæ, quas melius est in unoquoque inesse quam non inesse, quædam limitatæ, ut risibilitas in homine, fortitudo in leone. In titulo sumitur ly, perfectiones indistincte non descendendo ad has uel illas. Tertio aduerte quod perfectiones possūt in esse, Aliquando formaliter, ut Deus formaliter est sapiens, quædam uirtualiter uel eminenter. i. quamcunque perfectionem dicat risibilitas in homine, calor in igne, lux in sole totum est in Deo uirtualiter. In titulo ly, sint, stat indistincte.

Perfectio duplex simplex & limitata.

In Deo sunt perfectiones omnium rerum. unde & dicitur uniuersaliter perfectus etc usque ibi in 5. metaphys. Aduerte quod ly, uniuersaliter perfectus, alio modo intelligendum est secundū mentem commētatoris, alio modo secundum ueritatem. Nam quoniam commentator, tenet Deum esse finitæ uirtutis dicit quod est uniuersaliter perfectus prout continet omnes perfectiones cuiuscunque generis, quæ sunt actu in rerum natura, & quoniam illæ, ut sic finitæ sunt, ideo Deus secundum ipsum est uniuersaliter perfectus, finite tamen secundum ueritatem non est uniuersaliter perfectus, quia continet perfectiones omnium generum. non solum actu existentes sed possibiles produci, tales aūt sunt infinitę in potentia. quia nō tot, quia plures possunt a Deo produci, ut declarabitur infra, ideo Deus est uniuersaliter perfectus, & infinite. Igitur licet B. Thom. adducat dictum commentatoris in 5. met. capitulo de perfecto, non tamen intelligendum est ad mentem commentatoris, sed secundum ueritatem &c. *Praexistere autem in uirtute causæ agentis.* & usque ibi. *inmanentum huiusmodi est perfectio.* Aduerte primo quod ly, perfectiori modo, potest dupliciter intelligi, primo cōparando effectum ad causam efficientem præcise. & sic non est uerum nisi in causa æquiuoca, aliter B. Thom. sibi contradiceret in litera, Dixerat enim quod si agens est uniuocum, quicquid perfectionis est in effectu, etiam est in causa effectiua, sed secundum eandem rationem, ergo non perfectiori modo, sed æqualiter. secundo comparando effectum ad causam suam efficientem, & causam materialem, & sic dictum B. Thom. est uerum tam in causa efficienti uniuoca quā æquiuoca, intendit enim quod licet contineatur effectus tā in causa efficienti quam in materia. tamen in efficienti perfectiori modo non essentialiter, sed ex principalitate, & independentia, sicut exponitur dictum philosophi & commentatoris in 7. metaphysi. textu & com. 7. cum dicitur quod forma est prior & magis ens cōposito, quod utique est uerum principaliter, & independenter, non tamen essentialiter, quoniam compositum est id, quod est. forma uero quo.

Formaliter, & uirtualiter.

Forma est prior, & magis ens cōposito. glosa principalitate & independentia nō essentialiter.

Nam compositum ē id, qđ est, forma aūt quo.

Aduerte secundo quod ly, *causæ agentis*, non debet intelligi de quacunque causa agente, sed de causa principali, ad differentiam instrumentalis, quale est semen plantarum & animalium, & instrumenta in artificiali. Nec enim tanta perfectio inuenitur in semina, quāta in animali genito, cū illud sit aīatū tātū in potētia, hoc aūt actu. Itē debet intelligi de causa efficienti per se, & non accidentaliter, quoniam ut accidentalis nō influeret in effectum, & hæc est doctrina commentatoris in 12. metaph. com. 24. in fine, cum dicit ista igitur propositio uerificatur tribus conditionibus. s. in agente non instrumento, in propinquo non in remoto, in agente essentialiter non accidentaliter &c.

Cum ergo Deus sit prima causa etc. Aduerte quod per ly, prima innuit quod sit æquiuoca. Nam si est prima causa effectiua omnium rerum, ergo rerum diuersarum rationum cōtra æquiuoca, patet consequentia hæc ex diffinitione causæ æquiuocæ, & uniuocæ, & quoniā p primā intēdebat æquiuocā, ideo infert quod oportet omnium rerum perfectiones præexistere i Deo secundum eminentiorem modum.

Quomodo perfectiones diuinæ distinguuntur.

In responsione ad primum, *& si quæ sunt diuersa, et opposita in seipsis in Deo sunt ut unum etc.* Ex his habemus in uia B. Th. quod perfectiones diuinæ non distinguuntur realiter, cum autem non sint synonima aliter esset nugatio dicere, Deus iustus fortis, sapiens, & de eis uerificenter contradictoria, nam intellectus diuinus intelligit, & uoluntas non intelligit, ergo necesse est q aliquo distinctionis distinguant, & qm hęc. q. satis uulgata est, & a multis pertractata, ideo resolute procedens tria tantum perstringam. primo opinionem B. Th. secundo opinionē Greg. & soluam argumenta sua. tertio opinionem Scoti, & soluam rationes suas.

Quantum ad primum opinionem B. Th. perfecte habemus in 1. d. 2. q. 1 ar. 3. dico quod stat in sex. primo quod non distinguitur realiter, & in hoc concordant omnes, quoniam pluralitas absolutorum destruit omnimodam simplicitatem, secundo non sunt synonima, & in hoc concordant omnes ne fiat nugatio tertio quod distinguuntur ratione. ita quod alia est ratio sapientiæ, alia iustitiæ. Intelligo autem per rationem, id quod intellectus apprehendit de significatione huius nominis sapientia & huius nominis bonitas, & harum rōnum subiectum quidem est intellectus, fundamentum autē & cā est diuina essētia quæ sufficientissime correspondent, nec intellectus pōt unico conceptu eam sufficienter apprehēdere, nisi intellectus diuinus. Dico igitur quod distinguuntur rōne, non solū ex parte intellectus, sed ex parte rei, & hanc conclusionem sufficienter probat S. Th. clare in 1. d. 2. q. 1. art. 3. ibi. Quantum uero ad quartam &c. Diffusius autem Capr. in 1. d. 8. q. 4. in probatione secundæ quæstionis, ibi adducit quatuor rationes. uide tu.

1. nō distinguūtur realiter.
2. nō sunt synonima.
3. distinguūtur rōne.
4 non plus distinguuntur quā ratione sumpta ex parte rei.

Capre. ad 8. q. 4.

Quarto non distinguuntur plus quam ratione sumpta ex parte rei. i. cui correspondet natura rei, quoniam apud B. Tho. non datur distinctio nisi realis., autem rationis, & non distinguuntur realiter ut conceditur, ergo non plus quam ratione.

Quinto non solum istæ rationes plurificantur ex extrinseco. i. ex eo, quod in creaturis cognoscimus has perfectiones distinctas, & sic de eis distinctas rationes formamus quas Deo attribuimus, sine tamen diffinitione reali diuersarum perfectionum: sed etiam ex intrinseco. i. ex plenitudine, & excedentia diuinæ perfectionis, quæ nec uno conceptu, nec uno noīe sufficienter manifestari pōt. Vnde dixit B. Th. in 1. d. 2. q. 1. ar. 3. ibi. *Sed tamen si intellectus uidens Deum &c.* qđ ēt necesse. Beato si de essentia diuina formaret cōceptū, multiplicare cōceptus, & noīa propter cām dictā, unde secundum Chrysostomū. Quidā Angeli laudāt Deū ut maiestatem, & quidā ut bonitatem, &c.

5. Istæ nō plurificant tantum ex extrinseco sed ēt ex intrinseco ex plenitudines diuinę pfectionis.

Quod istæ rōnes nō plurificantur solū, ex cōnotato in creaturis. i. ex eo, quod diuersus effectus causat in creaturis. p. quod Deus dicitur bonus quia cōmunicat se creaturis, q dicitur iustus, quia præmiat uel ponit iusta, iuxta opera &c. sed q a istæ perfectiones uerissimæ sunt in Deo, & licet sint unū, tñ conceptibiles pluribus rōnibus ab intrinseco. i. ex correspōdentia, & æquiualentia diuinæ essentiæ, q̄ in se continet eas Et sicut sapiētia in creaturis distincta, a Iustitia fundat distinctā rōnem a rōne iustitiæ: ita diuina natura & nobiliori modo stante sua simplicitate fundat distinctas rationes, equipollet enim ex sufficienti distinctissimis & etiam oppositis realiter. Hæc est summa distinctionis B. Tho. & eius intentionis, quam intendimus defensare contra Gregor. & Scot. Illi enim sunt principaliores

6 Nō distinguunē tantū cāliter quia diuersos effect⁹ causant sed quia uerissimi sunt ī Deo & q̄uis sint unum tñ cōceptibiles sunt pluribus rōnib.

liores. Et sciat quod illi tenent extrema, ut uidebis, & B. Tho. medium contra rationabilius, nã Sco. quod formaliter ex natura rei, ac intrinsece: Greg. extrinsece per connotata.

Quantum ad Gregorium, aduerte quod in 1. dist. 8. q. 2. ar. 3. in principio, quia tenet quod non distinguantur ex natura rei contra Scot. nec ratione ad sensum B. Thom. præponit distinctionem trium membrorum, & in secundo articul. adducit quartum membrum, ego autem sic ordino eum breuiter. Aliqua possunt distingui ratione quadrupliciter, primo quia sunt distinctæ rationes uel conceptus, sicut conceptus hominis & lapidis, ut sunt formati ab intellectu, & sic attributa non distinguuntur ratione, quoniam non debent conceptum, sed rẽ significatam, quæ est perfectio & res æternaliter existens.

Secundo, quia sunt plura, & uniuscunque est propria distincta ratio, sic homo & capra distinguuntur ratione, & hoc modo attributa non distinguũtur ratione, quoniã falsum est, q̃d sint plura, immo quid unũ simplicissime in Deo, hæc enim est identica, bonitas est iustitia.

Tertio quia aliquid unum potest concipi distinctis rationibus, & inquantum concipitur una ratione, ac fundat eam, differt a se ut fundat & concipitur sub alia ratione, & in hoc sensu dicit Gregor. intelligitur quæstio, & ponit quæstionem negatiuam, quam probat pluribus rationibus; & quoniam hic est sensus B. Thom. ideo uolo soluere eas, sed prius pono quartũ membrum.

Quarto quia alia est ratio unius a ratione alterius, hæc tamen alietas rationum non ex diuersitate rei significatæ, sed præcise ex diuersitate extrinsecus connotatorum siue incomplexe, siue complexe significatorum, ut sol alia ratione dicitur calidus, quia causat calorem in extrinseco, p. in aqua, & alia ratione dicitur siccus, quia causat &c. istæ tamen rationes non significant diuersa in sole, quia eadem fundamenti qualitate causat, hos diuersos effectus. In hoc sensu tenet Gregor. & non aliter quod attributa distinguãtur ratione in Deo. p. dicitur Misericors, quia liberat nos a malo, dicitur bonus, quia se ipsum communicat nobis. Hanc suam imaginationem non probat ratione, nisi quia apparet sibi quod non alio modo saluentur inconuenientia. p. quod in Deo non sit multiplicitas absolutorum. Fundat autem seipsum supra dictum Magistri in 4. dist. 46. in c. sed quomodo inquit. Vbi Magister sic arguit. Iustitia Dei, & misericordia sunt idem, quia sunt essentia Dei, ergo non sunt alia opera Iustitiæ, & alia opera misericordiæ, & respondens, magister dicit his locutionibus nõ diuersitas rei subiacentis, sed uarietas sensuum & effectuum in creaturis monstratur; hæc ille. Ecce inquit Grego. quod dicit uarietatẽ non sumi ex parte rei diuinæ, sed ex parte effectuum, ergo diuersitate præcisa, connotatorum extrinsece. Hoc est totum fundamentum Gregor. qui si B. Thom. aduertisset in primo d. 2. q. q. 1. articul. 3. Ibi, qui contra dixerunt quod pluralitas &c. Non tantum magnificasset se, nam Beat. Thomas illic excusat hanc opinionem, & dicit quod est uera inquantum ad occasionem multiplicãdi has rationes. Nam quia intellectus noster ex creatis in Deum ascendit, & aduertit has perfectiones distingui re & ratione in creaturis, & quod causantur a Deo, ideo prima occasio multiplicandi has rationes sumpta est ex effectib[us] cõnotatis, sed ut dicit Beat. Tho. hæc non est totalis causa multiplicandi has rationes. Nam & si nullam creaturam fecisset Deus, in se talis est, ut posset fundare omnes has rationes. Dicendum ergo est: Magister non tangit totalem causam, sed solũ causam quæ fuit prima occasio in nostro intellectu multiplicare has rationes.

Nunc igitur adducam præcipuas rationes quibus ꝓbat Gr. tertium membrum distinctionis, in quo stat sensum B. Thom. esse falsum & soluam eas, licet easdem Capreol. adducat, & soluat in primo d. 8. q. 4. contra secundam. Compendiose igitur procedens propono fundamenta.

Vna res ut æquipollet distinctis realiter pt fundare diuersos cõceptus ut est una. i. nõ adequatum Lux solis.

Primum est, stat aliquam rem esse unã simpliciter, æquipollere tamen pluribus distinctis realiter, inquantum una est apta fundare unum conceptum sibi adæquatum inquantum æquipollet distinctis, est apta fundare plures conceptus, quorum nullus adæquatur ei, sed quilibet partitur rem illam non realiter, sed obiectiue, uel secundum quod fundat hunc conceptum, ex qua partitione, potest dici res plurificata obiectiue, inquantum est obiectum unius conceptus distinguitur a se ipsa, ut est obiectum alterius conceptus, stante tamen semper sua unitate reali. Exemplum patet in luce solis, quæ ut una, apta est concipi adæquate una conceptio, ut autẽ æquipollet calori, & siccitati, & humiditati, est apta fundare plures: & inquantum fundat conceptum caloris distinguitur a seipsa, ut fundat conceptum siccitatis, & huius distinctionis causa æquipollentia ipsius lucis ad plures qualitates. Intellectus autẽ partialiter concipiens complet hanc distinctionem, ex hoc fundamẽto, tenemus has propositiones uerificari contra Greg.

Prima aliqua ratio, siue conceptus non adæquatus, sed partialis est alicuius rei, & non est eiusdem rei prout diuersimode æquipollet multis, patet ratio principii, est ratio puncti, ut incheat & non est ratio puncti, ut terminat.

Secunda, eadem res fit plura entia rationis. Non quod res una realis mutetur in plura entia rationis, sed quia una res æquipollens, multis præsentata intellectui inadæquate secundum utrumque efficitur fundamentum plurium inadæquatorum conceptuum pene quot sunt conceptus, tot possunt dici obiecta correspondentia.

Tertia, una res, ut fundat conceptum adequatum est una in se, sed fit plures obiectiue partialiter in intellectu.

Quarta, hæc propositio res distinguitur ratione a se ipsa, est uera in hoc sensu, res ut habet ordinem ad hanc rationem. p. punctus ut habet ordinem ad rationem principii qui ordo est habitudo fundati, ad fundamentum distinguitur a se ipso, ut habet ordinem ad aliam rationem. p. finis, distinctione quadã non secundum se, sed ad intellectum.

Quinta, licet accidentia non distinguant rem aliquam a seipsa, tamen diuersæ rationes distingunt, quoniam accidentia licet inhæreant rei, nunquam sunt ipsa res rationes autem sicut & species intelligibiles, sunt ipsa res in esse intelligibili. & ideo si rationes partiales multiplicantur & ipsa res multiplicatur obiectiualiter, partialiter.

Sexta, licet distingui secundum rem non conueniat enti rationis sumendo ly, distingui secundum rem pro distinctione reali, tamen enti reali conuenit distingui re & ratione, ut homo differt ab asino re, & defectiue, & ideo dato quod nullum ens rõnis differat re á se ipso, tamen non inconuenit ens reale distingui ratione a se ipso. Ex his propositionib. simul cum fundamento, uidebis soluta sex argumenta Gregorii, quæ cum recitentur a Capreolo ubi supra, nolo aliter adducere. uide tu illa &c.

Tertium fundamentum, dato quod aliqua res æquipolleat multis, & fundet plures rationes, quarũ una nõ est alia, immo aliquando sunt rationes oppositæ, tamen non est necesse concedere quod distinguatur ratione a se ipsa, sed sufficit dicere, quod est una secundum rem, & distinguuntur secundum rationem, idest fundat distinctas rationes, & hęc uia uidetur probabilior, quoniam distinctio alicuius a se ipso importat distinctionem intrinsecam in esse rei, quod non est totum ideo, nec re, nec ratione. Præterea ut inquit Capreol. si non sequitur Pater & Filius distinguuntur realiter, & Pater & Filius sunt eadem res, ergo eadem res distinguitur realiter a se ipsa, sed bene sequitur, ergo in eadem restat distinctio realis sic in proposito non sequitur, ergo in eadem re stat distinctio rationis. Ex hoc fundamento patet, quod argumenta Gregorii non tangunt uiam nostram, quoniam dato quod eadem res habeat plures rationes, hæc tamen consequentia non ualet, quasi eadem res distinguatur ratione a se ipsa. Et omnia argumenta sua tendunt ad probandum falsitatem consequentis, quam iuxta hanc responsionem concedimus, sed negamus consequentiam, & si sic responderis, Gregor. concordat nobiscum, quantum ad hoc, dicit enim distinctio. 8. quæstio. 2. articu. 1. ibi ad aliud de agere, & pati &c. Dici potest, quod scilicet attributa differunt ratione, quoniam ratio secundum unum, non est illa ratio, quæ est secundum aliquid nomen. sic tamen semper remanent, quod res illa non re, nec ratione differt a se ipsa, sed rationes adinuicem, & nomina á se ipsis, & rationibus differunt. hæc ille, & sufficiat quantum ad uiam Gregorii.

Quantum ad uiam Scoti, aduerte, quod eandem distinctionem tenet, ut dicit ipse in primo distinctio. 8. quęst. 3. ibi, ista autem non identitas formalis &c. inter diuina attributa, & inter essentiam, & proprietatem in patre scilicet inascibilitatem, & paternitatem, hanc autem distinctionem ponit mediam inter distinctionem rationis, & distinctionem realem, ita quod est maior distinctione rationis, & minor distinctione reali. Tria igitur agenda sunt: primo ponentur omnes distinctiones formalitantium Scot. quas ordinaui infra in quæst. 28 artic. 2. Secundo declaranda est distinctio ex natura rei, quam tenet Scot. ubi supra inter diuina attributa, in quo sensu, potest acceptari in uia nostra, & in quo non. & consequenter possumus arguere contra Scot. in sensu, in quo acceptat eam, hæc uidebis a nobis resoluta in quæstio. 28. articu. 2. Tertio resoluẽdæ sunt principales rationes Scoti quibus sustinet distinctionẽ ex natura rei, inter diuina attributa. Tu igitur aduerte quod Capreol. in 1. dist. 8. contra primam adducit 6. rationes. nõ quidẽ q̃d omnes sint Scoti formaliter, sed partim Scoti, partim sequẽ

tium ipsum, & si aduertes inuenies, quod omnes rationes illæ concludunt attributa non distingui præcise ratione sumpta ex parte intellectus collatiui, quod & nos concedimus, & quando infertur primo distinguuntur, ex natura rei, negabis hanc consequentiam ad sensum, quem tenet Scotus de distinctione ex natura rei, quam declaraui infra in quæst. 28. articul. 2. sed inferes tu, contra distinguuntur ratione ex parte intellectus, & ex parte rei: ut declaraui supra in declaratione opinionis B. T. uerum quia Capreol. non recitat rationem Scot. nisi distin. 8. quæst. 3. ibi, ad quæ respondeo, & dico quæ tamen est principale motiuum suum, ideo adduco eam, soluo, sic igitur dicit Scot. Inter diuinas perfectiones est distinctio, præcedens intellectū omnimodo, & est illa, quod sapientia est in re. p. in Deo ex natura rei, & bonitas est in re ex natura rei, & sapientia in re formaliter, non est bonitas in re: his uerbis proponit quæstionem suam. quomodo autem intelligat sapientiam in re formaliter non esse bonitatem in re: declarat infra: dicens est igitur aliqua non identitas formalis sapientiæ & bonitatis, in quantum earum essent distinctæ diffinitiones, si essent diffinibiles. diffinitio autem, non tantum indicat rationem causatam ab intellectu, sed quidditatem rei, est ergo non identitas formalis ex parte rei, hæc ille, ex quibus constat quod cum diffinitio apud ipsum indicet quidditatem, & duæ perfectiones diuinæ si diffinirentur primo modo, haberent distinctas diffinitiones, quod duæ perfectiones important duas quidditates, quas concedit esse formalitates in re, consequenti duas entitates absolutas præcedentes intellectum omnimodo & distinctione eas dicit esse distinctas ex natura rei. quam nos Thomistæ in tali sensu negamus, quoniam non concedimus talem distinctionem formalitatum quidditatis entitatis in diuina essentia. Hanc igitur quæstionem sic declaratam probat tali modo, sapientia in communi non est formaliter bonitas in communi. ergo sapientia infinita non est formaliter bonitas infinita, quasi distinguuntur ex natura rei. Antecedens patet, includere formaliter, est includere aliquid in sua ratione essentiali, ita quod sic diffinitio includentis assignaretur inclusum esset diffinitio sua, uel pars diffinitionis, constat autem quod bonitas in communi non est diffinitio, nec pars diffinitionis sapientiæ in communi, ergo &c. Consequentia autem sic probatur, infinitas addita alicui non aufert rationem formalem eius, quoniam in quocunque producto inueniatur, remanet ipsum formaliter, sicut in omni gradu albedinis, conseruatur albedo ex consequenti ratio formalis albedinis. ergo si sapientia in communi non est formaliter bonitas in communi, cum sapientia infinita sit uere sapientia, & bonitas infinita sit uere bonitas, sequitur quod sapientia infinita non includit formaliter bonitatem infinitam, ergo distinguuntur formaliter.

Scot. qd̄ inter diuinas perfectiōes sit distictio ex natura rei.

D. Th. negat distinctionē formalitatum ī diuina essentia. Probatio Scot.

Ad hoc respondeo primo, quod apud B. Thom. sumendo distingui formaliter, prout idem est, quod habere distinctas rationes formales intellectu fundatas, tamen in re argumentum non concludit, nisi quod sicut sapientiæ in communi, & bonitatis in communi est alia, & alia ratio formalis, sic de sapientia infinita, & bonitate infinita, sed tunc negatur ultima consequentia, quasi distinguuntur ex natura rei, sed bene sequitur, quasi distinguuntur rationibus sumptis ex parte rei. Secūdo si ly, distingui formaliter sumitur prout idem est quod habere distinctas formalitates in re, ex consequenti apud Scot. distinctas quidditates, nego consequentiam, ad probationem, cum dicitur, infinitas &c. nego illam probationem quando ab eo, cui additur aufert uniuocationem sicut in proposito in uia nostra, quoniam sapientia in communi non est quid uniuocum ad sapientiam infinitam, & finitam, & ideo non est mirum si sapientia infinita immutat rationem formalem sapientiæ in communi, nam in non uniuoco, non stat una uere ratio formalis communis suis contentis, & quoniam Scot. tenet uniuocationem talium communium nominum, ut prædicamenta de Deo & creatura, ideo apud ipsum argumentum est apparens, sed non apud nos. Tertio sumendo ly, distingui formaliter, in eodem sensu, nego consequentiam, ad probationem dico, quod illa propositio infinitas &c. non est uera nisi in re que est infinita in aliquo genere p. linea infinita, uel albedo infinita, in re autem, quæ est simplicitas, & in ratione entis infinita, illa propositio est falsa, quoniam talis res una existens continet in se omnem gradum entis, & omnem perfectionem, unde sapientia infinita est bonitas infinita, & iustitia, ita quod dicit eandem formalitatem. idest quidditatem loquendo ad sensum Scoti de formalitate.

In responsione ad tertium argumentum. in articulo aduerte quod B. Thom. intendebat sic arguere a superiori ad inferius affirmatiue non ualet, sed ens est superius ad uiuens & sapiens, sicut esse ad uiuere, cum igitur Deus sit, ipsum esse nō valet, ergo est uiuens &c. respondeus intendit negare quod arguitur sic, quoniam Deus non est esse contrahibile per uiuere, sed est esse subsistens in se continens omnem gradum essendi sine contractione, pro tota tamen responsione, uide expositore quoniam text. B. Thom. bene exponit.

ARTICVLVS III.

Vtrum aliqua Creatura possit dici similis Deo.

Circa titulum, aduerte duo. primo quod intentio primi articuli huius quæstionis, diximus in tertio hoc articulo, intendit quærere utrum Deus ita sit perfectus, secūdum quamlibet perfectionem, quod nulla creatura sit similis. p. qd̄ Deus tantum habeat sapientiam quod quæcunque inueniatur in creatura, non possit ei comparari. Vnde intentio sua non est principaliter quærere de perfectione creaturæ, sed de quantitate cuiuscunque perfectionis diuinæ in comparatione ab perfectionem creaturæ. Aduerte secundo quod dicit aliqua Creatura, vt præseruet se a diuinis p̄sonis inter quas stat æqualitas p̄fectionis, ut dicemus in tractatu de Trinitate, uel ut dicit expositor ut præseruet se ab alio Deo, quoniam nondum probauit impossibilitatem plurium Deorum, sed id reseruatur in quæstio. 11. tunc enim patebit quod nec alius Deus potest esse similis Deo, quoniam similitudo supponit possibilitatem extremorum.

Cum omne agens agat sibi simile, inquantum est agens usque ibi. fortius agentes. Aduerte quod hæc propositio sumpta est ex se primo metaphys. textu 30. ubi inquit philosophus, Palam uero ex dictis. quia modo quodam omnia fiunt ex uniuoco, & in 12. metaphysi. textu 13. dicit postea quæque substantia ex uniuoco fit, quæ quidem propositiones non uerificātur simpliciter, nisi ut dicit complexor, in 12. metaphysic. com. 13. in fine, in causa per se ad differentiam accidentalis, non enim inter musicum ædificantem & domum est similitudo, nec uniuocatio, ratione musici, & ideo dicit B. Thom. quod est simile, inquantum est agens. idest quantum ad illud quod est sibi ratio agendi, hoc autem in ædificatore est, ars ædificandi, siue domus in mente, & in causa principali ad differentiam instrumentalis, & in causa proxima, ad differentiam remotæ, siue uniuersalis. In aliis autem productionibus per se sufficit quod aliquis gradus similitudinis seruetur qui ponitur in articu. p. si similitudo uirtualis, ut inter solem calefacientem, & aquam calefactam, uel similitudo in forma generica p. quod al. generat al. Corpus generat corpus, & hoc intendit B. Thom. cum dicit, *sit secundum similitudinem generis, uel similitudo* in forma siue perfecte analogice dicta de causa & effectu, & hęc sola seruatur secundum doctrinam nostram inter Deum, & Creaturam: nam ens causat ens, bonum causat bonum, sapiens causat sapientem &c. & quoniam in hoc gradu similitudinis non est determinata proportio inter causam & effectum. ideo tenet infimum locum &c. In responsione ad quartum, Aduerte pro authoritate Dyonisii duo, primo quod in loco hoc, ea dicuntur esse unius ordinis, quæ ita se habent, quod unum non necessario præcise, & formaliter pendet, siue causatur ex altero, ut duo alba, duo realia eiusdem figuræ, & inter hæc stat mutua similitudo, & æqualitas. dixi non necessario præcise, & formaliter, quoniam dato quod unum causetur ab altero, hæc causatio erit materialis & accidentalis Nam licet homo per se generet hominem, tamen humanitas Socr. formaliter sumpta, non causatur formaliter ab humanitate p. Platonis, sed & per oppositum, illa dicuntur diuersorum ordinum, quæ ita se habent quod unum necessario præcise, & formaliter pendet ab altero, & non econuerso, sicut in speculabilibus, scientia pēdet a scibili, imago ab imaginato, Creatura a primo agente & quātum ad relationem situatur in tertio modo relatiuorum posito ab Aristotel. in 5. metaphys. & inter hæc non stat mutua similitudo, sed tantum ex parte dependentis, ad independens. Aduerte secundo quod cum dicit: *non autem in causa, & causato,* non accipit causam & causatum absolute, & uniuersaliter, quoniam esset falsum, quod inter nullam causam, & causatū sit mutua similitudo. diximus enim quod quando sunt eiusdē speciei stat mutua similitudo, ut inter Socratem generātem & Platonem genitum, sed accipit causam, & causatum, quando causatum per se formaliter pendet a causa, sicut homo a sole. Imago, ab imaginato, effectus a prima causa. tunc enim semper sunt diuersorum ordinum, & ideo non stat mutua similitudo inter causam & causatum, sed tantum causati ad causam: uel potes dicere breuius, quod tunc causa & causatum sunt eiusdem

Agens est similis effectui quoad rationē agēdi in cā p̄ se propī qua principalis effectus est similis secūdū eandē rōnē suæ causæ nō ī aliis. Illa unius ordinis æque dicuntur, quorū unū nō necessario, nec præcise & formaliter pēdet exaltero, diuersorū e cōtra imago ab imaginato scientia a scibili. Humanitas sō cātur formaliter ab humanitate Platonis sed quia ē hæc cā & causatū eiusdem ordinis.

eiusdem ordinis, quando causa est causata ab aliquo alio, quod est eiusdem speciei, uel generis cum causato eiusdem causæ, ut quoniam Socrat. Pater prolis est causatus ab aliquo qui est eiusdem speciei cum Platone, ideo stat inter secundum causã & causatum, mutua similitudo, sed tunc sunt diuersorum ordinum, quando causa licet, sit causata uel possit esse, non tamen ab aliquo quod sit eiusdem speciei aut generis cum suo causato. licet enim imaginatum possit esse causatum, non tamen ab aliquo quod sit in genere imaginis, & licet sol sit causatus, non tamen ab aliquo quod sit in genere suorum causatorum, & in his non est mutua similitudo quasi multo magis id seruatur in Deo, & hæc expositio est ad mentem Dyonisii.

QVAESTIO QVARTA.

De bono in communi.

ARTICVLVS I.

Vtrum ens & bonum sint idem.

Bona dupliciter cõsiderantur secũdũ ordiné transcendentiũ & sic. 1. ens 2. unu. 3. aliquid 4. Res. 5. uerum. 6. bonum Alio mõ secũdũ ordiné boni ad perfectũ. Ordo qõnum de Deo ut uenit in cognitionem nostram.

CIRCA ordinem huius quæstio. ad præcedentes aduerte quod dupliciter potest considerari ens, & bonum primo quo ad rationes suas formales, secundum ordinem transcendentium, & sic quæstio hæc & sequens non essent recte ordinatæ, nam cum post ens ante quodcunque transcendens concipiamus unum, ut docet B.Thom. in 4. metaph. & post unum concipimus aliquid, & post aliquid concipimus rem, & post rem concipimus uerum, & ultimum bonum, ut declaraui in tractatu par quem formaui de ordine transcendentium, patet quod prius prædicatum uerificatum de Deo, post ens erit unum. secundo, secundum ordinem boni ad perfectum, de quo in q. præsenti tractauit, & sic recte ordinatur, quoniam sicut dicit B Thom. aliquid sicut perfectum est, sic bonum est, cum igitur consideratio perfecti non compleatur nisi ex consideratione boni, recte subsequitur, hæc qõ. Sed dicens contra quæstio, 3. & 4. male ordinatæ sunt, non. n. ad esse Dei immediate, sequitur simplicitas uel perfectio, sed unitas, & ueritas, quo enim ordine hæc uerificantur de ente in communi uerificantur applicatã primo enti, ergo &c.

Ad hoc dico quod B. Thom. non intẽdit ordinare has quæstiones iuxta ordinem proprietatis entis, nec ipsius Dei, sed ut uenit in conceptionem nostram, uenit autem ut dicit Be. Th. ordinans quæstionem septimam, potius remotiue, quam affirmatiue, & ideo incepit a negatione compositionis attribuens sibi simplicitatẽ, deinde a negatione imperfectionis attribuens ei suum oppositum, ad quod sequitur bonitas.

Sunt idem secundũ rem, sed differunt secundum rationẽ tantũ. Aduerte quod ly, secundum rationem, tantum, dupliciter potest exponi, primo quod secundum rationem tantum sumptã præcise ex parte intellectus ratiocinantis, secundo ex parte rei significatæ, in primo sensu est falsum, in secundo est uerum, nam eadem natura, quæ est ens, & bonum alio modo fundat rationem entis, alio rationem boni ut declarabitur. Intendit igitur quod ex parte rei distinguuntur tantum ratione, & nullo modo realiter ad differentiam aliquorum, quæ distinguuntur ratione, & aliquo modo realiter, ut quando idem comparatur ad seipsum ut minus includens ad magis includens. nam Socrates albus differt a seipso, ut Socrates est præcise & ratione, & re idem Dyonisius supra de supposito, & natura in materialibus, quoniam igitur res ut bona nihil reale addit ad seipsã ut ens est, sed tantum respectu rationis ut dicemus, ideo dicit B.Th. quod differunt ratione tantum.

Quæstio triplex.

Ratio boni in hoc cõsistit quod sit aliquod appetibile. Circa hãc propositionem tria inuestiganda sunt. Quomodo primo appetibilitas sit de ratione boni, secundo si conuertatur cum bono, tertio si facit bonum esse relatiuum.

Appetibilitas nõ est prædicatũ quidditatiuũ boni, sed propria passio.

Quantum ad primũ, aduerte ut recitat Capreol. 2. dist. 34. quæstio. ad secundum contra secundam quæstionem quod illa appetibilitas non est prædicatum, quidditatiuum & essentiale ipsius boni, sed consequens ut propriã passio, sicut uisibilitas consequitur colorem, & quando B.Thom. dicit quod ratio boni consistit &c. intelligendum est quod appetibilitas est de ratione boni ut identificata a posteriori & ex denominatione extrinseca. s. in ordine ad appetitum, & non sic, quod sit differentia essentialis ideo enim aliquid est appetibile quia bonum, & non est econuerso, sicut aliquid est risibile, quia homo & non econuerso, & quod hæc ratio boni sit conueniens declarat B. Thom. in primo ethycorum, exponens textum. Bonum est qđ omnia appetunt, ubi dicit Thom. quod cum bonum & uerum sint transcendentia, ex consequenti, prima quæ cadunt in nostra apprehensione non possunt notificari per priora, sed a posteriori. Aduerte tamen quod dicit expositor, si appetibile sumatur fundamentaliter, idest pro re quæ est fundamentum appetibilitatis, sic potest sustineri quod sit de ratione formali & quidditatiua, & non solum notificatiua, & dicit hanc esse intentionem Beat. Thom. in artic. sed cum Beat. Thom. in hoc artic. fundet se supra philosophum in primo ethycorum, quasi uidetur quod in eo sensu teneat appetibilitatem esse, de ratione boni, in quo illic declarauit præcipue, cum illic dicit quod prima non possunt notificari per priora, sed per posteriora ut causæ per effectus, quasi nec in hoc articulo potest notificari per priora.

Bonum uerum uel apparens cũ appetibili conuertit.

Quantum ad secundum. Aduerte quod apud S.Thom. sunt æqualis prædicationis bonum & appetibile, sumendo bonum pro eo, quod est uel æstimatur bonum, ita quod malum ut malum non est appetibile, contra quod tamen arguit Scotus, ut de eum in 2. dist. 43. quæst. 2. ibi utrum uoluntas creata, ut recitat Capreol. in 2. dist. 34. q. 1. contra secundam quæstionem, sic apprehendatur odium Dei, ab aliquo intellectu creato non errante, & per consequens non apprehendat illud, sub aliqua ratione boni, sed mali tantum, quæro aut uoluntas, potest uelle illud aut non, si sic habetur intentum. si non, ergo oportet rationem esse prius excæcata ita. l. quod iudicet esse bonum Deum odisse. sed hoc est inconueniens, quoniam secundum articulos Parisienses stante ratione recta in uniuersali & particulari actu, & habitu uoluntas, potest peccare, ergo potest odisse Deum, ratione non excæcata.

Scot. Stante rõne recta nõ peccat uoluntas oportet. n. in rõne sit defect? aut obliquitatis aut inconsiderationis.

Ad hoc dico, quod non potest uelle illud stante ratione recta, & concedo, quod oportet rationem prius excecari, & ad articulos Parisien. dicitur quod non acceptantur nisi in hoc sensu, quod uoluntas habet potentiam peccandi, non tamen de facto exibit in actum peccati, nisi ex defectu rationis, quid defectus sit aut obliquitas, aut inconsideratio, &c. ut manifestius erit cum loquemur de peccato Angeli.

Relatiuũ duplex secundũ esse & hoc non dicit nec perfectionem, nec imperfectionẽ, & secundũ dici, & hoc dicit quo ad absolutiuũ.

Quantum ad tertium. Aduerte secundum doctrinam Beat. Thom. de ueritat. 7. q. 21. articul. 6. quod relatiuum est duplex quoddam est, cuius significatum est respectu ut pater, filius &c. Et tale non dicit perfectionem, nec est perfectiuum appetitus, nec est conuertibile cum ente, quia non omne ens est respectiuum, quoddam est, cuius significatum est absolutum, sed ad ipsum consequitur respectus, ut scientia, imago & mensura, & tale potest dicere perfectionem ratione absoluti importati. Ex his dico, quod appetibile non facit bonum esse relatiuum, primo modo sed secundo modo, & dicitur relatiuum, secundum dici uel quia conceptum, conceptu relatiuo, licet sit quid absolutum. Ex hic uidebis soluta omnia argumenta in Capreol. in secundo. distinc. 34. quæstio. 1. contra primam quæstionem, concludunt enim de relatiuo in primo sensu. ideo non ualet contra nos.

Appetibile facit bonũ relatiuum secundum dici.

ARTICVLVS II.

Vtrum bonum secundum rationem sit prius quam ens.

Prius rõne. i. apprehensione. Rationes formales multæ cum in eadem rei, natura fundetur ut hõ fundat rõnẽ entis. & boni & substantiæ, hõ ut ens pri? intelligibilis est quã ut bonus uel ut substantia & sic eẽ Deus ut ens quã ut bonus & ita ens est primum inter se.

CIrca titulum. Aduerte, quod esse prius ratione, esse prius apprehẽsione, ut sit sensus, cum eadem res sit apta concipi, ut ens, & ut bona, quæritur ante prius concipiatur sub ratione entis, uel sub ratione boni, ita quod talis ordo sit non solum ex parte intellectus concipientis, sed ex parte rei fundamentaliter.

Et sic est primum intelligibile. Aduerte quod expositor contra hanc propositionem sic arguit, si ens est primum intelligibile uel ex se, uel quo ad nos, si quo ad nos non satisfit quæsito. Vertitur enim in dubium, an ratio entis sit prior secundum se quam ratio boni, & non quo ad nos. si secundum se, contra datur intelligibile prius Deo scilicet ipsum ens, sed hoc contra dicit his, quæ dixit in quæst. 3. articul. 5. ibi. non est prius Deo, neque secundum intellectum &c. Ad hoc dico quod hæc proposito ens est primum intelligibile, potest dupliciter accipi primo quod ly, primum dicat ordinem ad alias rationes formales, quæ sunt aptæ fundari, in eadem natura rei. p. homo fundat rationem entis. & boni, & substantiæ, uerum est dicere qđ homo ut ens est prius intelligibilis, quam ut bonus &c. uel quam ut substantia, & sic in hoc ordine est uerum absolute, qđ ens est primum intelligibile, & uerificatur etiam in Deo: nam cum diuina natura fundet rationem entis & boni prius fundare intelligitur ut ens, quam ut bona, quia bonum fundatur in esse, & hunc sensum intendit Be. Thom. in articu. dum dicit

primo in conceptione intellectus cadit ens. Secundo quod ly, primum dicat ordinem, ad alia intelligibilia, quæ sunt contenta sub ente, p. homo Angelus Deus cœlum, & tunc distinguo de talibus intelligibilibus, quoniam quoddam est participans esse, uel ens, ut omne intelligibile creatum, quoddam autem est ipsum totum ens perfectionaliter, & contentiue, siue æquipollenter: & huiusmodi est solus Deus, & in hoc sensu propositio Beat. Tho. est uera in ordine solum ad intelligibilia participantia esse, non autem in ordine ad Deum, & sic patet quod B. Thom. non contradicit sibi, nam cum dicit supra quod non est prius Deo, secundum intellectum sumit ly, non in ordine ad intelligibilia, & nõ in ordine ad rationes formales, quæ ordine quodam fundantur super ratione intelligibilium. cũ autem dicit hic quod ens est prius intelligibile, intendit in ordine intelligibilium, non abstracte, sed participatur ens & sic excluditur Deus.

Comparã do intelligibilia inter se quæ sub ente continentur primũ. Intelligibile est Deus comparãdo rõnes formales unũquodque prius ĩtelligitur inquantũ ens, q. Entis rõe cõparatur ad aliquas rõnes formales, prior ẽ aliis secundũ rõnem ex parte rei Comparãdo ãt ea quę sũt sub ente ĩter se primũ intelligibile est Deus qui ẽ ipsũ esse cũ alia habent esse participatum.

Aduerte quod quæstionem huius articuli, potes etiam aliter probare, & sic conceptus entis est absolutus, conceptus boni est relatiuus, ergo ille est prior, quoniam relatiuum fundatur in abstracto, quia conceptus boni addit super conceptum entis, quia bonum est, cui debetur esse appetibile: ens autẽ est cui debetur esse.

In responsione ad tertium. aduerte quod B. Thom. intẽdit primam radicem cuiuscunque appetitus fundari in aliquo esse perfecto uel uere, uel apparenter. ideo enim appetimus, ut perficiamur, omne autem perfectum est, quod apprehenditur non admixtum grandi miseriæ, accidit autem, quod tale esse consequi non possumus, sed aliud esse admixtum miseriæ aduenit nobis. p. licet appetam esse liberum, tamen subiicior esse seruili, & si apprehendimus, non posse uitare seruitutẽ, non desinam esse, ideo ut fugiam seruitutem appeto non esse, appeto autem non esse in seruitute, quia appeto esse liberum, & damnatus appetit non esse in pœnis, quia appetit esse beatum & ideo Be. Thom. benedicit quod esse est per se appetibile, nõ esse uero per accidens tantum, inquantum. s. quoddam esse, p. perfectum appetitur.

Primo, sed contra hoc aliqui arguunt probantes quod non esse nullo modo est appetibile, quoniam si est appetibile magis quam esse in aliquo casu. p. in miseria quasi est eligibile, qđ falsum patet, consequentiæ falsitas probatur quicunque dicit malle hoc, quam aliquid eligit secundum Augustinum in lib. de lib. arbitr. cap. 13. sed non esse non est aliquid, ut patet cum sit non ens, ergo non est eligibile.

Secundo, sic omnis electio est aliquid melius, sed non esse non est melius, quam esse ut patet ergo.

Tertio. sic dicit B. Augustin. ubi supra qđ quisque eligit ratione appetendum necesse est, ut cum ad illud peruenerit etiã melior fiat, sed nullus efficitur melior ex non esse, quam ex esse, ut patet, ergo &c. Ad hoc dupliciter respõderi potest, primo quod omnia argumenta, concludunt de eligibili per se, tale. n. est aliquid, & quid melius saltem extimatiue, & reddit appetẽtem meliorem, sed de eligibili per accidens, quale est nõ esse, quoniam suum oppositum est adiunctum miseriæ, prædicta argumenta non concludunt, quoniam omnes maiores sunt falsæ, secundo potest dici iuxta doctrinam D. Roberti Olchot. in 4. sententiarum. q. 7. iuxta finem, quod appetitus, & electio potest cadere super incomplexum, ut appeto panem, scientiã &c. & potest cadere super infinitum uerbi, ut appeto currere, uel ædificare, quoniam cadis super incomplexum, tale est aliquid & bonum &c. quando autem cadit super infinitum non est necesse quod cadat super aliquid, quoniam nulla res est currere in mente secundum terministas, & quoniam non est sicut non currere est infinitiuum, ideo potest esse eligibile, & tamen non est aliquid uerumtamen sequere primam responsionem, quoniam melior est.

Eligibile p se est aliquid melius & reddit appetẽtẽ meliorẽ. Nõ aũt de eligibili per accidens.

ARTICVLVS III.

Verum omne ens sit bonum.

OMne ens inquantũ est ens, est bonum, Aduerte quod ly, inquantũ est ens debet exponi, inquantũ est existens dicit enim subsequẽter. Omne ens inquantũ est ens est actu, ex quibus insinuatur quod bonum non conuertitur cũ ente sumpto in tota sua latitudine, sed tantum cum ente reali actu, unde entia, rationis non dicuntur bona, nec entia in potẽtia non in ordine ad esse, & propterea B. Thom. respondens ad tertium non concedit materiam primam esse bonam, nec in potentia, nec mathematica esse bona, ut considerãtur a mathematico. Item aduerte quod licet probet intentum eadem ratione, qua probauit quæstionem primi articuli, ordine retrogrado, non tamen committit circulum, quoniam prima est a posteriori, appetibile enim est passio boni, secunda est a priori quoniam esse actu est ratio formalis esse participaliter sumpti quod solum conuertitur cum bono.

Bonũ non conuertit cũ ente sũptis in totã latitudinem, sed tãtũ cũ ente reali actu existẽte nõ entia eius in potentia non sunt bona nisi in ordine ad esse.

In responsione ad primum, aduerte quod responsio stat in hoc illa, quæ addunt supra ens sunt duplicia. quædam addunt modos generales, ut transcendentia, quædam modos speciales ut generalissima & subalterna &c. nullum autẽ addit differentiam ex 3 metaphysic. prima non contrahunt ens, sed tantum secunda, & quoniam bonum est inter prima, ideo licet addat, non tamen contrahit, quomodo autem & quo ordine transcẽdentia addunt super ens modos generales, uide B. Thom. in q. de uerit. q. 1. articu. 1. ibi unde oportet quod omnes aliæ conceptiones.

Quæ addunt supra ens duplicia sunt quædam modos generales quædam modos spãles entes ista cõtrahunt non illa.

In responsione ad quartum, sunt tria examinanda, primo quomodo hæc ratio Beat. Thom. ualeat, mathematica, ideo non sunt bona quia non subsistunt separata, nam a simili: uidetur quod nec naturalia sint bona. p. homo leo, quia non subsistunt separata, ut uolebat Plato, sed habent tantum esse i singularibus sensibilibus. hoc autem est falsum, ut patet, ergo ratio Beat. Thom. non ualet. Ad hoc dico quod mathematica, dupliciter accipiuntur primo secundum se, & ut res sunt, & quoniam ut sic sunt termini rerum naturalium, & habent esse actu in substantia, ut in subiecto, ideo sunt bona, sicut etiam qualitates inhærentes substantiæ, sed in hoc sensu. non loquitur de eis. Beat. Thom. nec philosophus in tertio metaphysicæ textu. 3. immo sub hoc sensu Beat. Tho. in 3. metaphysices in fine lect. 4 cõcedit quod in eis est bonum, & idem probat philosophus lib. 11. secundo accipiuntur ut sunt subiectum metaphysices & ut sic dicuntur abstracta, & separata a materia apud Pythagoram, secundum esse, apud Aristotel. & ueros mathematicos, secundum rõnem tantum, quoniam nec de ratione lineæ, nec huius lineæ est aliqua materia sensibilis, & in hoc sẽsu principaliter loquitur de eis B. Tho. & Aristote. in 3. metaphysices. textu. 3. & ut sic separata cum non subsistant, nec ponant aliquod esse in rerum natura non sunt bona, ex his dico quod instantia de naturalibus nulla est, quoniam nec secundum se, nec ut cadunt sub consideratione physica, sunt abstracta secundum esse, nec secundum rationem, & ideo ad hoc, qđ sint bona etiam ut cadunt sub consideratione physica, non est necesse quod subsistant, ad hoc autem quod mathematica ut cadunt sub consideratione mathematici sint bona, cum ut sic sint separata esset necesse, ut subsisterent, sicut sunt metaphysicalia ut intelligentiæ, quæ & secundum se, & ut cadũt sub consideratione metaphysica subsistunt separata, & quoniam Pythagoras censebat idem de metaphysicis & mathematicis. ideo secundum eos ut separata erant bona quia subsistunt, secũdo quomodo hæc consequẽtia, ualet, abstrahunt a materia, & motu, ergo abstrahunt a ratione finis: nam in immaterialibus, & immobilibus, ut in substantiis separatis datur finis ex 12. metaphysic. tex. 36. mouet autem ut amatum, ergo consequentia B. Thom. non ualet.

Ad hoc dico quod cum consequentia Beat. Thom. fundetur super textu philosophi in 3. mataphysi. ex 3. ubi inquit finis autem cuiusdam actus est finis, sed actus omnes cum motu quærere, in immobilibus non contingit hoc esse. neque esse aliquid author. non est vera nisi in sensu, in quo propositiones philosophi adductæ sunt ueræ, licet autem prima sit uera absolute, scilicet finis cuiusdam actus. id est alicuius operationis est finis, tamen secunda non est uera, nisi de actionibus materialibus, scilicet actus omnes cum motu, sumendo motũ pro motu physico & ex consequenti, hæc propositio, quæ abstrahunt a motu, abstrahunt a fine, nõ est uera, nisi de fine acquisibili motu physico, nam intelligens gratia alicuius intelligit, & tamen ibi non est motus naturalis, sed metaphysicus qui est actus perfecti, unde & tertia propositio non est uera nisi de fine & bono acquisibili motu naturali scilicet, quærere in immobilibus non contingit &c. & sic sequitur quod ratio Beat. Thom. concludit in mathematicis non esse bonum, & finem acquisibilem per huiusmodi motum, & breuiter omnes propositiones Beat. Thom. hic in quibus ponitur motus aut mouens, intelligendæ sunt de motu physico, & si tu uidebis in Beat. Thom. in 3. metaphysices lect. 4. circa finẽ. ibi hãc autem quæstio. Aristotel. inuenies declarationem philosophi esse ueram de fine, & bono, ut exposuimus. sed dices, ergo nec Aristotel. nec Beat. Thom. sufficienter probat bonum, & finẽ non esse. in mathematicis ex quo potest esse finis, & bonum sine motu physico.

Ad hoc respõdet uirtualiter. B. Thom. in eodem loco, & intendit.

tendit, quod in entib. immobilibus, quæ tamen sunt principia mouentia ut intelligentiæ, datur in eis finis, & bonum gratia enim alicuius mouentis, dato quod non mouentur. Item si darentur aliquæ substantiæ seperatæ, ut Ideæ Plato. & nos ponimus angelos quod licet non sunt principia mouentia respectu alicuius determinati mobilis, tamen intelligunt, & uolunt, in eis erit bonum, & finis ex solo motu metaphysico. Cum igitur mathematica non moueant, nec moueantur, nec intelligant nec uelint, non potest eis inesse finis nec bonum ex motu physico nec metaphysico, & propterea Aristot. & B. Thom. probantes, quod in eis non est bonum ex motu physico, sufficienter probant intentum quoniam cum non sint entia metaphysica, constatque alio modo non potest eis inesse bonũ & finis.

3. Quomodo Beat. Thom satisfacit argumento nam uidetur sic arguere, in nullis mathematicis est bonum, omnia mathematica sunt entia, ergo quędam entia non sunt bona, argumentum est in Felapton, & maior est philosophi & 6. constat. sunt enim subiectum mathematicæ, quod autem non est non contingit scire ergo. Ad hoc dico quod B. Thom. occupans se ad declarandum Authorem & determinans quod non subsistũt, ut mathematica innuit non esse concedendum simpliciter, sed tantum in hoc sensu mathematica sunt entia separata secundum rationem, & tunc bene concludit, ergo quædam entia nõ ut entia, sed ut separata secundum rationem non sunt bona, & hæc consequentia est uera, quoniam licet ut entia .i. ut secundum se considerata habeat esse actu, uel potentia, ut alia accidentia naturalia, tamen ut separata secundum rationem, idest secundum nullum modum abstractionis, nec existunt nec existere possunt ideo non est in eis bonum, & hanc responsionem intendebat B. Thom. cum dixit non est autem inconueniens, quod in aliquo ente secundum rationem, idest sic considerato ab intellectu non sit bonum, quoniam sub tali consideratione non est natum existere, & tamen non sequitur quod sit non ens, quoniam sub alio modo est aptum existere, p. ut est terminus corporis naturalis. & hoc ideo est, quia ratio entis est prior ratione boni.

ARTICVLVS IIII.

Vtrum bonum habeat rationem causæ finalis.

ADuerte quod in tribus articulis comparans bonum ad ens, locutus est de bono secundum quid, in hoc autem & sequentib. de bono simpliciter ut patebit in declaratione.

Circa titulum aduerte quod potest habere triplicem sensũ. primo utrum bonum, & causa finalis sint idem, & sic non quæritur hic quoniam hoc constat, & est concessum ab omnib. in cuius signum Aristoteles in 2. physicorum, & in 5. metaphysices commento de causa cum loquitur de causa finali, adiungit bonum, inquit. n. alia uero. s. causa ut finis, & bonum aliorum super quod dicit commentator complementum. & bonum & largitas non inueniuntur in rebus, nisi per causam finalem, & ideo quod caret causa finali caret bono: hæc ille.

2 Vtrum bonum habeat rationem fundamentalem causæ finalis, idest utrum bonum sit fundamentum propter quod aliquid fit, hæc enim est ratio causæ finalis ex 5. meta. & sic quidem sensus est uerus & intentus ab Arist. & B. Th. in 5. meta. commẽto de causis ibi. nam cuius causa optimum & finis aliorum. & B. Tho. illic inquit, quod enim agit, agit per se loquendo propter bonum, sed ut apparet in determinatione huius articuli, non uidetur esse sensus hic intentus.

3 Vtrum. Bonum habeat rationem causæ finalis, idest utrũ bonum conueniat cum causa finali, siue cum fine in prædicato formali complente rationem finis, ita quod ratio boni, sit ratio finis. & hic sensus est B. Thom. in hoc articulo, nam in art. 1. dixit rationem boni consistere in hoc, quod aliquid sit appetibile, & in præsenti articulo dicit hoc autem, idest esse appetibile habet rationem finis, nam ut dicit in responsione ad primum appetitus est quasi quidam motus ad rem, ut appetibilem bone concluditur quod cum appetibile habeat rationem finis formaliter, & bonum sit quid appetibile formaliter bonum habebit rationem finis, aut causæ formalis formaliter hæc est determinatio. B. Thom. in p. p. arti. usque ad ibi, sed tamen ratio boni.

Sed tamẽ ratio boni. Aduerte usque in finem articuli quod intendit declarare quomodo sit potentiale bonum habere rationem causæ finalis, cum causa finalis habeat rationem primi inter omnes causas ex 5. metaphys. & 2. physicorum, & bonum habeat rationem ultimi ex articul. 1. ad primum ubi dixit. bonum dicit rationem perfecti, quod est appetibile, & per consequens dicit rationẽ ultimi. hæc ille. & ideo intẽdit distinctionem implicite, quam expresse posuit in 5. metaph in commento de causis declarans causam finalem, quomodo habeat rationem ultimi & primi: est igitur distinctio hæc bonum & finis dupliciter considerantur. s. in esse, & in causare, quo ad esse habet rationem ultimi, & declarat ibi, uidemus enim qđ id, quod est primum quoad causare habet rationem primi, & declarat ibi in causando, aut primum inuenitur.

Videmus enim quod id, quod est primum in causando, ultimum est in causato. Aduerte quod sensus huius est id, quod est bonum in ordine causalitatis, est ultimum in ordine generationis, uel productionis in esse, & quoniã hæc propositio est metaphysicalis & uniuersalis, & quia prius in Deo, non potest declarari nisi exemplariter ex his uel illis uisibilibus, unde B. Thom. declarat ex ordine inuento in igne, in quo uidemus in ordine essendi formam ignis esse priorem calore ignis, sequitur enim naturalis sequela, & tamen in ordine causandi prius ignis calefacit, p. aquam, aquam introducat formam suam in materia aquæ. ergo si generis est quod primum in causando posterius est in esse producto. sed uidetur hoc principium esse falsum, quia aũt intelligitur absolute, & uniuersaliter & sic est falsum, quoniam bonitas diuina est prima in causando quicquid enim de eis agit propter suam bonitatem agit, & prima in essendo cum sit in producta, præterea patet quod est falsum in exemplo adducto de igne, nam sic forma ignis, prior est in essendo, quam calor ignis ita prius causat formaliter ignem .i. facit, quod ignis est ignis formaliter, quam ignis calefaciat, aut intelligitur particulariter & sic licet sit uerũ. p. in sanatione, in qua sanitas est prima in causando, & ultima in esse, tamẽ non satisfit quæstio, hic enim quæritur de causalitate boni, ut boni. & non tantum respectu boni huius, uel illius.

Ad hoc dicitur, quod illud principium intelligitur abstracte: sed instantiæ procedunt ex malo intellectu ac si B. Thom. intendat quod id, quod est primum in causando, illud idem numero sit ultimum in essendo, sed hic non est sensus B. Tho. quoniam instantia de diuina bonitate concluderet, sed intendit quod siue numero, siue specie, siue genere, siue analogia sit ultimum in essendo, & hoc est uniuersaliter uerum, nam in Deo, ratio pp quam agit est bonitas sua, & sic est prima in causando. ideo autem agit ut producat bonitatem in creatura quæ bonitas & eadem analogice cum bonitate Dei, & hæc est posterior in esse ut patet similiter. Instantia de igne non ualet quoniam cum dicitur id, quod est primum in causando non intelligitur de causalitate formali, quæ est respectu formæ cõstituẽtis suum compositum tale formaliter, sed de causalitate effectiua, & finali, ut patet in articul. quæ seruatur respectu alicuius, agentis aliquid aliud, uel saltem ab eo distinctum realiter, ut agens est, quæ quidem causalitas finalis simpliciter, prior, est effectiua & formali. Nam forma ignis nõ facit ignẽ formaliter, sed facit producta ab aliquo efficiente, produxit autem efficiens propter aliquod bonum, ut finem intentum. p. propter operationem, uel propter conseruationem speciei, uel propter perfectionem uniuersi, hæc est responsio expositoris, quæ non uidetur B. Th. nam ut patet in art. ibi, sed tamen ratio boni præsupponit &c. non loquitur de bono, nec ex consequenti de fine absolute, sed ut producuntur actione agentis, cum igitur bonorum, & finiũ aliquid præsupponatur non existens in rerum natura, ut thesaurus inueniẽdus aliquod autem producitur per actionem agentis, dico quod illud principium primum in causando ens sufficit, ut uerificetur quando tale primum producitur in esse per actionem agentis, & hæc uidetur intentio B. Thom. in 5. meta. cõm. de causis, quod tacta declaratione causæ finalis, inquit sciendum autem est quod licet finis sit ultimus in essendo in quibusdam, in causando tamen est prior. hæc ille, ergo secundum ipsum primum in causando & ultimum in essendo, non sunt æqualis ambitus & sic patet quod instantia de bonitate Dei, non ualet, instantia autem de igne saluatur ut supra, & stante hac sententia patet quod illud principium uerificatur respectu eiusdem secundum naturam, sed dices ergo B. Thom. non comparat bonum, ut bonum ad alia, sed tantum bonum productum, uel producibile ab aliquo agente, sed hoc uidetur falsum, quoniam. q. hæc est de bono in communi.

Ad hoc dico licet ex principali B. Thom. hic pertractet de bono in communi, tamen non inconuenit quod aliquos articulos formet ad abundantiorem doctrinam, de bono in particulari, uel particulariter, nam distinctio de bono, quam pertractat in 5. artic. conuenit proprie secundum Augustinum bono creato, & distinctio pertractata in 6. articulo proprie conuenit bono habendo. licet ut dicit B. Thom. bono in communi etiam possit attribui, sic dico in proposito licet

illud principium possit saluari, uniuersaliter iuxta sensum datum ab expositore, tamen uerius apparet in sensu a nobis dato. nec repugnat B. Thom. ut adduxi in 5. metaph. sic dicendũ mihi occurrit. Tu uero tene quod placuerit.

Bonum in triplici gradu.

Vnde ergo esse oportet in causato usque in finem articul. Aduerte quod hæc declaratio distincta in triplici gradu fundata est in artic. 1. in responsione prima, & intendit. In primo gradu cum dicit formam per quam est ens bonum secundum quid ut dixit supra. In secundo gradu cum dicit, secundum quod est perfectum in esse intendit bonum substantialiter id est cum habet uirtutem productiuam est bonum bonitate debita naturæ suæ, quo ad ea, quæ conueniunt ei per se & primo & secundo modo. In tertio gradu cum dicit, consequitur ratio boni per quam in ente, intendit bonum simpliciter, quo ad omnia debita rei, tam substantialiter, quam accidentaliter tunc enim ut dixit in articul. 1. ad primum dicitur res perfecta simpliciter, & ibi dicit quod perfecto finitur in ente per rationem boni id est per habere omnia sibi conuenientia. Aduerte ultimo quod ex quo B. Thom. conclusit bonum habere rationem causæ finalis, possumus elicere rem, ex eodem esse bonam, & ex eodem esse causam finalem. Est autem bona ut patet ex primo articu. propter esse quod est prima actualitas, ergo est causa finalis propter suum esse reale, appetitur enim ut habeatur realiter, est tamen uerum quod non completur hæc causalitas nisi tale esse in intentione, & apprehensione sit. unde est conditio sine qua non. Quod autem esse in intentione non sit finis patet, quoniam infirmus non desiderat sanitatem cognitam, & cognitam, quæ est in mente medici, sed sanitatem realem, quam tamen non appeteret nisi apprehenderet. Hinc patet deceptio Pauli Soncinatis. in 5. metaph. quæstio. 3. quia nesciuit distinguere inter causam finalem, & esse conditionem causæ finalis. credebat enim hanc consequentiam ineuitabilem esse, causa finalis non est res, quo ad esse in executione, sic enim habet rationem effectus, ergo est quo ad esse in intentione. Verum datur medium scilicet quo ad esse reale possibile produci uel acquiri, & in hoc stat causalitas finalis, adiuncta conditione prædicta. s. quod apprehendatur, & quoniam de hoc ordinaui quæstionem in secundo physicorum recurre illuc.

Rẽ ex eodẽ esse bonam & causam finalẽ est autem propter esse quæ est prima actualitas.

Esse in natura est ratio finis, in intentione conditio sine qua nõ, ĩ executione effect⁹.

ARTICVLVS V.

Vtrum ratio boni consistat in modo specie, & ordine.

CIrca titul. Aduerte quod ly, bonum nõ sumitur abstracte sed pro bono creato, nam in q. de uer. q. 21. art. 6. sic proponitur. Vtrum bonũ creaturæ &c. & hæc fuit intentio Augustini, ut patet in lib. de natura boni, & ratio est in promptu, quoniam diuinum bonum, existens illimitatum non potest subiici modo siue mensuræ, ponderi, & numero &c.

Item ly bonum stat pro bono concreato, & non creato scilicet quod est bonum, ut quod, non ut quo. ut patet in artic. in responsione ad secundum, & in q. de ueri. ubi supra. in responsione ad septimum aliter modi esse modus, speciei esset species in infinitum.

Item consistere in modo, specie & ordine dupliciter potest intelligi. primo ut in partib. integralibus suæ propriæ materiæ sicut ratio hominis consistit in carnib. ossib. &c. secundo ut in partibus essentialib. & quidditatiuis, sicut ratio hominis consistit in animali, & rationali expositor dicit intentionem. B. Th. esse in primo sensu, & non in secundo tu tamen uide q. de ueri. quæstio 21. art. 6. 8. ubi B. Thom. declarans quomodo necessario, in his tribus modis consistat ratio boni creati dicit quod sicut non potest Deus facere hominem, qui non esset animal rationale, sic nec bonum &c. ergo potest interpretari intentio B. Thom. etiam in secundo sensu, & uidetur magis consonum declarationi, quam facit August. in lib. de uera religione, ubi inquit quælibet res modum habet, quoniam unum est, & speciem, quoniam distinguitur a cæteris, & ordinem, quoniam rerum ordinem non excedit, hæc ille, patet autem quoniam unum & distinctio, & non excedens sunt prædicata essentialia. ergo &c.

Respondeo dicendum, quod unumquodque bonum dicitur &c. Aduerte quod B. Tho. in declaratione horũ trium aliã expositionem dat hic aliam in 1. secundæ quæstio. 85. ar. 4. aliã in q. de uer. q. 21. 6. art. quæ omnes sunt bonæ adaptiones, nec multum laborandum est in his, si tamen cupis reducere ad unam in sententia. Vide expositorem ad placitum. Capr. autẽ in primo dist. 3. q. 3. in 4. quæstione acceptat omnes, ut conuenientes, nec quantum ad hæc patimur impugnationes. Itẽ aduerte q̃ sup & hæc tria fundatur uestigium Trinitatis. & solet inuestigari quomodo sint unum, uel distinguantur respectu eius in quo sunt unum, & comparata inter se, sed locus determinandi hoc erit. 1. q. 93. quæ determinatur a Capr. in 1. d. 3. q. 3. in probat. 4. quæstionis, uide ad placitum.

Præ exigitur autem ad formam determinatio, & usque ibi per modum &c. Sed cõtra stãte hac declaratione modi sequitur, q̃d in bono creato abstracto, ut est angelus non sit modus, quoniam non possunt in eo designari determinata efficientia, cum sint a solo Deo qui est interminatus & infinitus, & cum careant omni materia, ex qua, & in qua non possunt assignari principia materialia. ergo.

Ad hoc dico q̃ propositio B. Tho. primo & euidenter hẽt locum in bono creato sensibili siue naturali, secundario uerificatur etiam in abstracto, & cum arguitur quod sunt a solo Deo, vt efficiente interminato dico quod cum B. Th. dicit determinatio principiorum efficientium, potest dupliciter expon. Primum quod sit determinatum efficiens uel secundum se, uel ut est efficiens huius, & sufficit secundam partem esse ueram. & verificatur de Deo: cum enim producit Gabrielem per Ideam Gabrielis non potest per eandem Ideam aliud producere, unde efficitur determinatum eius producens. Secundo potest exponi ly, determinatum pro certo efficiente quæcunque enim per se producuntur ita ab hoc, quod non ab alio producãtur & sic uerificantur de Deo, qui est certum & distinctum p̃ducens, efficiens ipsius Angeli, & iuxta hunc sensum obiectio tendit æquiuoco, neque enim determinatum agens in hoc sensu opponitur agenti interminato. i. infinito, sed incerto, & uario quale assignatur effectui fortuito, similiter obiectio de materia non ualet, non enim B. Tho. sumit principia materialia, pro uera materia. sed pro vera materia uel subiecto & natura perfectibili suo esse, & talis superadditur qualitatibus & affectionibus. & secunda pars saluatur in Angelo.

In respõsione ad primum, Aduerte quod ex ea habes bonũ non conuerti cum ente abstractæ sumpto, sed ut perfecto idest ut existente actu sicut supra declarauimus in art. 3.

Bonum nõ cõuertitur cum ente abstracto, sed existente.

ARTICVLVS VI.

Vtrum conuenienter diuidatur per utile delectabile honestum.

CIrca hunc articulum nõ cadit difficultas. Aduerte solum quod hæc diuisio boni est diuisio totius in partes subiectiuas, & fundatur in 5. Ethicorum, in ca. quod incipit. Differũt autem hæc adinuicem specie, vbi inquit philosophus. Tres. n. amicitiæ, species sunt æquales numero amabilibus.

QVAESTIO VI.

ARTICVLVS I.

Vtrum esse bonum conueniat Deo.

CIRCA quæstionem huius articul. Aduerte quod B. Thom. doctrinaliter procedens, & breuitati studens non curauit probare eam, nisi ex fundamento posito in q. præcedenti. s. ex distinctione boni, & intendit hanc rationem, quælibet res creata appetit suam perfectionem perfectio huiusmodi est effectus primi agentis secundum quod cõmunicat suam perfectionem creaturæ, ergo quælibet res appetit primum agens, ergo est appetibile, ergo bonum, hoc autem est Deus ut patet in secunda q. articul. 3. ergo &c. hanc autem propositionem perfectio autem est forma effectus &c. usque. ibi similem sibi declarauimus in q. 4. ar. 3. uide ad Philosophũ, poteris autem tu eandem quæstionem multipliciter probare ad maiorem doctrinam, & primo ex ratione Philosophi. in 12. metaph. textu 37. ibi. at uero &c. quod bonum ubi declarat q̃d coordinatio intelligibilium, & appetibilium correspondent, ergo primum intelligibile est primum appetibile, sed primum mouẽs est primum intelligibile cum sit maxime actu ergo &c. secundo ex. 12. metap. tex. 52. ibi perscrutandum autem est, ubi concludit uniuersum habere bonum intrinsecum idest ordinem, & bonum separatum, quod est ipsius uniuersi, prius finis ut dictum est. tertio ex fundamẽto posito. in q. præcedent. art. primo vbi inquit unumquodque in tantum est appetibile inquantum est perfectum, sed ex q. 4. Deus est perfectus, ergo bonus. quarto ex fundamento posito in eodem. q. artic. ubi inquit unumquodque intantum est perfectum inquantum est actu, sed Deus est maxime actu, ergo maxime perfectus ex q. 2. artic. 5. ergo non solum bonus, sed maxime bonus, ut has rationes tangit B. Thom. in primo contra gentiles. capitul. 36.

In respon-

In responsione ad primum confirmatur id,quod dixit in q. præcedenti art. 5.ubi declarauimus diuisionem boni, & materiam speciem & ordinem non conuenire nisi bono causato. In responsione ad secundum, Aduerte quod B.Thom.in q.de ueri.q. 22. art. 2. format totum illum articulum ad propositum huius solutionis, declarans quomodo causa efficiens secunda non influit in effectu agendo, non influente causa prima sicut nec secundi fines influunt in effectu agendo, nisi primus finis, qui est Deus,influat,hoc autem influere,est desiderari.unde tu illic de desiderio implicito,& explicito.

ARTICVLVS II.

Vtrum Deus sit summum bonum.

Circa titul. Aduerte ly. *summum* debet exponi iuxta regulã superlatiui *Deus sit bonum et non sit aliud a Deo ita bonum sicut ipse etc* Nõ autem debet sic exponi *et non sit aliud melius* Deo,cum hoc enim staret aliquid æquale ei in bonitate,quod B.Thom.intendit hic excludere.

Respõdeo dicendũ quod Deus est summũ bonum simpliciter etc. Aduerte quod philosophus simpliciter innuit distinctionem de summo bono,quoniam aliud est summum in aliquo genere.p. fœlicitas dicitur summum bonum in genere bonorum humanorum ex primo ethicorum, ubi dicit philosophus summum bonum,& fœlicitas non irrationabiliter uidetur esse ex iis bonis,quæ sunt huius uitæ.s.humanæ,aliud est summum abstracte & est illud, de quo dicit philosophus in primo ethicorum ad mentem Platonis. Quidam autem existimauerunt præter hæc multa bona aliud esse secundum se ipsum,quod est omnibus causa essendi bonum. & hæc ille, & tale bonum quærere Deo,intendit hic B.Thom.Vnde asserunt hoc principiũ quod etiam fuit Platonis.s.sicut enim bonum Deo attribuitur inquãtum omnes perfectiones &c.

Similitudo autem effectus contra causam quidem uniuoca. usq; *ibi propter hoc dicitur summum bonum*. Aduerte quod si attẽdas ad exemplum solum datum a B.Thom.s.de calore solis, hæc ratio non concluderet Deum esse formaliter summum bonum sic nec posset concludere solem esse formaliter summe calidum,sed tantum uirtualiter,& ideo hæc ratio supponit determinationem præcedentis articul.s.quod Deus est bonus formaliter deinde declarat in præsenti articulo, quod cum sit causa non uniuoca omnium, excellentissime ei conuenit bonum formaliter,nam non inconuenit perfectionem effectus inueniri in causa æquiuoca & formaliter,& uirtualiter, ut lux & diaphaneitas cœlo: aliquando autem tantum uirtualiter,semper tamen siue hoc, siue illo modo excellentius reperitur in causa, quam in effectu.

In responsione ad secundum, Aduerte quod in hac difficultate,*bonum est, quod omnia appetunt ly,*bonum posset tripliciter intelligi.primo pro uno,primo,& uniuersali bono,quale est fœlicitas & sic diffinitio esset clara,sed hæc non fuit intentio philosophi in primo Ethicorum.sed de bono in communi.secundo pro bono communi stante distributiue.i. pro huiusmodi, & illo bono, & sic definitio esset falsa quoniam ut dicit hic B.Thom.unumquodque bonum non appetitur ab omnibus, ut patet.

Tertio pro bono communi communiter tento, non quod bonum commune.i.uniuersale appetatur,quoniam uniuersale ut uniuersale non est perfectiuum appetitus,sed quia si aliquid appetitur ad hoc ideo appetitur,quia continet aliquam bonitatem,siue ueram,siue existimatam,quod ideo benedixit expositor,quod si conuertatur manifestius, sic id,quod omnia appetunt,ideo appetunt, quia est bonum,& teneat ly,omnia diuisiue.

In responsione ad tertium *siquidẽ in sunt in diuersis generibus, nullo modo sunt comparabilia.* Aduerte quod hæc responsio fundatur in 7. physicor.tex.29.& 31.ubi philosophus non admittit comparationem inter ea,quæ sunt diuersorum generum secũdum magis,& minus,non enim congrue dicitur, quod acus est subtilior oleo,nec inter ea,quæ sunt unius generis,& differunt specie,non enim congrue dicitur album esse magis coloratum nigro,sed comparatio proprie inueni tur respectu alicuius specialissimi.ut A.est magis album quam B.

Sed aduerte quod propositio B.Thom.quæ etiam est philosophi ut dixi,debet intelligi, quo ad prædicata, in quibus distinguuntur genere.p.acus, & oleum dicuntur subtilia æquiuoce, ita quod subtilitas dicta de acu,differt genere a subtilitate dicta de oleo,uel aere,uel uoce &c. Et ideo in ea non possunt comparari cum hoc tamen stat quod sint comparabilia in aliquo prædicato dicto de eis uniuoce.p. in frigiditate uel aliqua specie coloris:neque enim respectu illius distinguuntur genere,sed sunt eiusdem speciei specialissimæ ut acus,& oleum, inquantum frigida.

QVAESTIO VI.

ARTICVLVS III.

Vtrum esse bonum per essentiam sit proprium Deo.

Circa titu. Aduerte q̃ ly per essentiam opponitur ei,quod est,per participationem,& distinguitur in hoc quoniam tale per essentiam est primo & per se,& a se perfectissime tale, per non superaddita,quod autem est tale per participationem, est suppositis conditionibus.

Tale per essentiam.

Item ly,proprium stat quarto modo,& æquipollet exclusiue,ut proprium est homini esse risibile, ergo tantum homo est risibilis. Item ly per essentiam quando stat parte prædicati exponitur cum conditionib.prædictorum, & hoc dico,quoniam cum stat a parte subiecti, idem significat quod per intrinseca uel per sui naturam,uel non per addita, & sic potest conuenire aliis,quam Deo respectu alicuius prædicati substantialis, licet non respectu ly,boni,nam quælibet res per essentiam suam est una,& Socrates per essentiã suam est homo,hæc tamen est falsa quælibet res est una per essentiam,quoniam non est una cũ conditionibus prædictis, est ergo sensus tituli utrum solus Deus sit per essentiam bonus idest per intrinseca & non per superaddita,non autem quærit utrum sit bonus per essentiam a parte prædicati quoniam ut sic æquipollet summo bono, de quo egit in artic.præcedenti.

Tale per participationem.

Hæc autem triplex perfectio nulli creaturæ cõpetit. Aduerte q̃ B.Thom. in prima perfectione supponit duo, primo quod in quolibet creato distinguuntur essentia & esse: sed discutiendũ est infra,cum loquemur de Angelis.Secundo quod nulla essentia creata ex se habet perfectionem,nec comparata alteri essentiæ est perfectior vel imperfectior: sed omnem perfectionem trahit ab esse.Hoc autem impugnat Scotus in primo,quoniam finitum, & infinitum entitatiue conueniunt rei in esse quidditatiuo:ergo in primo modo per se: ergo ante omne esse actualis existentiæ, quoniam res in primo modo per se abstrahunt ab esse,ergo &c.

Ad hoc iam respõdi in tractatu,quem ordinaui de transcendentib.& nunc breuiter dico iuxta doctrinam B.Thom.positã in q.5.art.9.ad tertium ubi non concedit materiam primã esse bonam,nisi ut habet ordinem ad esse, quod essentiæ rerũ si præcise sumantur,non dicunt aliquam perfectionem, nec sunt graduandæ secundum maiorem uel minorem perfectionem, & sic nego, quod finitum & infinitum entitatiue conueniant eis in primo modo per se si præcise sumantur. quoniam radix omnis perfectionis est esse,si autem sumantur in ordine ad esse,p.quia hæc est apta nobilius existere. illa autem ignobilius, concedo,quod una põt dici perfectior altera,non quidem formaliter,nisi actu existat,sed fundamentaliter & si arguas,quod apud philosophum in 5. met. tex.2. naturæ rerum sunt sicut numeri. ergo &c. Dico,quod dictum philosophi non uerificatur nisi in ordine ad esse. Aduerte etiam,quod in secunda perfectione supponit in nullo creato substantiam esse immediatum principiũ opereris,sed id dilucide infra cum loquemur de potẽtiis adimæ,quærentes.utrum anima sit potentia sua.

ARTICVLVS IIII.

Vtrum omnia sint bona bonitate diuina.

Circa titul. *bonitate diuina* non construitur in ratione causæ efficientis,constat enim quod sic quoniam a primo bono est omne bonum,sicut a primo ente est omne ens:sed construitur in ratione causæ formalis,& denominantis, ut sit sensus,*omnia sunt bona &c.*sicut aqua est calida calore,& homo est sciens scientia,& corpus locatum loco.

Aliquid ab extrinseco denominari. Aduerte denominationem esse extrinsecam q̃n id, a quo fit denominatio nõ inest rei est nominatæ.intrinsecam aut esse, q̃n opposito modo exemplum primi:lapis est uisus uisione quæ non est in lapide,sed in uidente,& lapis est locatus loco,qui est in locante exemplum secundi. Aqua est calida calore,& homo humanitate est homo.

Denominatio duplex extrinseca & intrinseca.

Et quamuis hæc opinio irrationabilis. Aduerte quod ibi intẽdit

ponere discordiam,& concordiam Aristotelis cum Platon. & intendit quod discordant in positione specierum naturalium separatarum , ex consequenti negat Aristoteles quod indiuidua denominentur ab illis,quia a non ente non fit denominatio. concordat autem,quod detur unum per se bonum separatum,ad quod omnia ordinantur, ut ad ducem , a quo pendet omne bonum in entibus particularibus, ut patet in 12. metap. text. 52.sed contra Aristoteles in 1. Ethicorum improbat Platonem ponentem fœlicitatem consistere in quodam per se bono,separato,quod secundum Platonem est causa omnis boni, ergo non concordat cum eo.

Ad hoc respondit B Thom.in primo Ethicorum lect. 5. uel 6.super text.qui incipit.*Tenentes autem opinionem hanc.*& dicit Aristotel.non intendit reprobare Platonem,quantum ad hoc, quod ponebat unum bonum separatum,a quo dependent omnia bona,nam ipse Aristoteles id concessit in 12.metaphy.improbat autem eum quantum ad hoc, quod ponebat unum bonum separatum,esse quandam ideam communem omnium bonorum,hæc ille.Idea autem secundum Platonem,ut sibi attribuit Aristoteles dicit rationem & essentiam communem omnium eorum quæ participant.Ideam,& ideo facto,hoc fundamento , Aristoteles illic triplici ratione probat non dari hanc Ideam boni:primo quia quæ habent unam Ideam , sunt unius ordinis,ita quod in eis non,est prius & posterius:sed omnia bona non sunt unius ordinis,cum quædam sint substantia , quædã qualitas,quædam actio &c.secundam & tertiam rationẽ ui de tu ad placitum in 1.Ethic. in eodem text. & eadem lect.

Idea Platoni. quid.

A primo igitur per essentiam ente,& bono,&c. vsque in finem articu.Aduerte quod hic ponit determinationem suam ad mẽtem etiam Aristotelis,& intendit distinctionem ex qua soluantur quæstiones,distinctio est hæc,omnia possunt dici bona bonitate diuina dupliciter . primo denominatione causali extrinseca quæ denominatio potest fieri a causa exemplari,& effectiua,& finali,secundo denominatione causali intrinseca quæ potest fieri a materia & forma, dicimus enim gladium ferreum , quia constat ex ferro, & hominem animatum quia habet animam.

Bona bonitate diuina dupliciter causaliter extrinsece intrinsece realiter.

Prima Conclusio omnia possunt denominari bona bonitate diuina in primo sensu est enim bonitas diuina exemplar , & efficiens,& finis omnis bonitatis. sed diuersimode fit hæc denominatio, nam secundum causam exemplarem fit per ly , ad ut omnia sunt bona ad bonitatem diuinam, id est ad similitudinem tamen deficientem bonitatis diuinæ,secundum autem causam efficientem fit per ly,a : secundum vero causam finalẽ fit per ly,propter.

Causa exẽplaris,ad cã effectiua a, causa finalis propter. In relatiuis fit formalis de noiatio a forma extrinseca.

Secunda Conclusio. Nullum potest denominari bonum bonitate diuina in secundo sensu,quoniam in absolutis , non est denominatio formalis nisi a forma intrinseca dante esse ipsi denominato,uanum enim est dicere , quod sit homo albus albedine agni,sed bonum est quid absolutum , bonitas autem diuina est extrinseca ab omni creato,ergo, & propterea B. Tho. concludit, quod unumquodque est bonum bonitate sibi inhærente,dixi autem in absolutis,quoniam non inconuenit in relatiuis. Dicitur enim urina sana , ut signum ex relatione signi ad sanitatem in animali & locatum dicitur ex relatione continentiæ passiua ad locum,& mensuratum, ex relatione ad mensuram.

Res dĩtur bonæ bonitate diuina extrinseca. Non tñ dicuntur bonæ bonitate diuina formaliter.

QVAESTIO VII.

ARTICVLVS I.

Vtrum Deus sit infinitus.

CIRCA titul.ly,*Deus* propriissimo significato pro natura diuina in concreto,ut sit sẽsus utrũ id,qđ est Deus,ly , *Infinitum*,dupliciter,scilicet quantitatiue,& perfectiue constat quod ibi nõ quæritur in primo sẽsu,quoniã omnis corporeitas remota est a Deo supra quæstione 3.art.primo.ergo finitas & ifinitas cõsequẽtes corporeitatẽ.

In secundo sensu autem iterum dupliciter,quoniam perfectiue substãtialiter,& perfectiue attributaliter.Infinitũ primo modo est illud,cuius natura & esse non terminatur ad aliquos limites,nec gradus entis,sed permanet omnino interminatum. Infinitum autem secundo modo est illud,cuius perfectiones superaddita sunt illimitatæ,vt si Socrates haberet potentiã motiuam infinitam uel scientiam infinitam,in hoc art.B.Tho.intẽdit de infinito perfecto,primo modo ut patet ex productionem quæstionis suæ,& correspondet.q.4.art.1. de infinito autẽ perfectiue,secũdo modo quæretur in q.25.cum loquemur de potentia Dei actiua quæ se habet ad essentiam,ut perfectio superaddita,non re quidem cum sint idem, sed secũdum rõnem sũ igitur ibi sit sermo de infinitate tantum perfectionali substantiali,non oportet ut hinc soluas argumenta quæ adducit Capreo. 1.d.43.q.2.contra quintam & sextam . probant enim qđ non habeat potentiam productiuam infinitam , nec infinitam motiuam,ex consequenti,quod non est infiniti uigoris. soluentur autem in q.25.art.2. Nunc autẽ sufficit,ut soluas argumẽta quæ recitantur ibidem a Capr.contra tertiam,tangũt enim propositum & propositionem.Bea.Tho.ut dicemus.

Infinitũ dupliciter effectiue substantialiter & perfectiue att..butaliter.

Omnes antiqui philosophi,&c. Aduerte ut patet 3.physi. tex. 26.ibi,de natura autem omnes,quod ly.omnes nõ stat absolute,sed pro illis,qui posuerunt tantum unum primum principiũ omnium entium ut Thales,aquam &c.nam illic expresse dicitur,*finita autem facientium elementa*.puta qui ponunt duo tantum,aut quatuor,ut Empedocles,nullus infinita ponit,quoniã ut illic dicit B. Thom. distinctio elementorum contrariari uidetur eorum infinitati .

Forma uero finitur per materiam inquantum &c. Aduerte, qđ hæc finitio non sit,quia materia det aliquid formæ , quoniam causalitas materię est tantum recipere,sed ideo sit,quia eo ipso, quod forma recipitur in materia non habet omnem modũ perfectionis sibi debitum.secundum rationem suæ speciei,limitatur enim ad capacitatem sui susceptibilis,prout & quodlibet accidens ad capacitatem sui subiecti . Item fit, non quia forma extra materiam fit apta esse infinita secundum essentiam & secundum esse,cum sit ab alio producta,sed quia extra materiã nil pertinens ad perfectionem suæ speciei sibi deesset,in materia autem non habet totum illud, & hoc est ex defectu materiæ,quæ non potest ipsum sustinere,unde sequitur. quod forma non recepta in materia sit infinita secũdum quid, quia una existens,habet totam suam amplitudinem sibi debitam. Et quę recipitur in materia,non est infinita simpliciter, nec secundum quid,immo penitus artata ex gradu singularitatis, sumpto ex materia,ex his uerbis soluta argumenta Aure.in Capr. 1.d.43. q.1.contra tertiam in primo loco,neque.n.intelligit Bea.Tho. Credidit siquidem B. Tho. tenere formam non receptam in materia habere naturam infinitam simpliciter: similiter & esse,& quod materia finiatur recipiens formam,dans finitatẽ ei & in natura & in esse,ac si nullam finitatem haberet ex se,& si bi intrinsecam sicut materia nullã habet esse ante aduentũ formæ:Sed hæc tam absurda non somniauit B.Thom. immo eius sententia fuit,quam adduximus,censor miter Capr.ubi suprà.

Forma autẽ non perficitur per materiam usq; ibi,habet rõnẽ perfecti . Aduerte quod intendit finitatem formæ ex materia dicere imperfectionem quod quidem est uerum sumendo formam metaphysice prout conuertitur cum actu,nam intelligẽtia,non finita per materiam una existens & completa hẽt omnẽ pfectionẽ suã,quæ utiq; artaretur si uniret materiæ ut forma naturalis,nõ autẽ est uerũ de forma tali,puta cui nõ cõpetit esse,nisi per esse cõpositi,ut sunt formæ naturales, uel quæ non est,producta gratia sui,sed ut compleat tertiam naturam, dato quod habeat esse per se qualis est anima intellectiua.

Illud autem,quod est maxime formale omnium est ipsum esse . aduerte ꝙ B.Th.licet inceperit determinationẽ suã a forma,& ã finitate formæ & infinitate eiusdẽ per receptionem, & nõ receptionẽ in materia.tñ nunc rõnabiliter. transit ad esse ut maxime formale.& rõ huius est,quia si stetisset in infinitate formæ ex eo.ꝙ non recipitur in materia,non maiorẽ infinitatem conclusisse de Deo,quam de Angelo.quæ est infinitas secundũ quid . dato enim quod aliqua forma non finitaretur per receptionem in materia , potest infinitari intrinsece per differentiam per quam trahitur ad determinatum gradum entis , ut patet de Angelis. ut igitur concluderet infinitatem simpliciter de Deo,transiuit ad infinitatem,quæ debetur esse non recepto in aliqua essentia,hæc autem est infinitas simpliciter,quoniam cum esse ut esse dicat perfectionem non potest imaginari , quod dicat perfectionem limitate , nisi adiungatur limitatio essentiæ ut esse hominis,esse leonis, & propterea Beat Thom. concludit Deum infinitum simpliciter ex irreceptibilitate diuini esse in essentia,sicut concluserat infinitatem,secundum quid alicuius formæ ex irreceptibilitate eius in materia : hinc uidebis quod Scot.in prima distincti. 2. q. 2. ibi,*ultimo ostenditur* non impugnat B.Thom. quo ad sensum.credit enim B Tho. in præsenti ar.concludere infinitatem Dei:ex hac ratione præcise,forma finitur per materiam, ergo forma quæ non recipitur in materia,est infinita: talis est Deus,ergo,sed ut diximus: hæc nõ fuit mens eius, quoniam ut inquit Scotus.si hæc ratio

conclu-

concluderet infinitatem simpliciter, omnis Angelus esset infinitus simpliciter, & propterea ex sua natura quælibet forma & entitas habet intrinsece tantam uel tantam perfectionem, ut præintelligitur omni comparationi sui ad aliam essentiam in qua est apta recipi, uel non recipi, ergo intrinsece finitur, uel non finitur, & nõ solum per comparationem ad alterum. Dico igitur quod B. Thom. ex forma non recepta in materia concludit infinitatem secundum quid, sed ex esse non recepto conclusit infinitatem simpliciter, & secundum quid, sed contradicet Scotus. Quælibet entitas habet gradum intrinsecum suæ perfectionis in quo est infinita, si gradus est infinitus vel finita, si finitur, ergo esse habet in se finitatem, vel infinitatem, etiam non comparando ad alterum, puta ad essentiam, ergo falsum est, quod esse habeat finitatem, ex eo, quod recipitur in essentia & infinitatem ex eo, quod non recipitur in ea sed est per se subsistens.

Ad hoc dico, quod licet esse in se sit tantæ perfectionis, puta finitæ, uel infinitæ, etiam non comparatum ad essentiam, vt receptibile uel non receptibile in ea tamen talis finitas, vel infinitas non innotescit nostro intellectui, nisi per recipi, uel non recipi in essentia, hæc enim consequentia est clara nobis. hoc esse est interceptũ, ergo est infinitum, & econuerso. Vnde ratio B.Tho. est ratio a signo, & non a priori, & quæ conueniens est nostro intellectui pro hoc statu ad pertractandum diuina modo metaphysicali, congruit enim quod sicut conclusimus Deum esse ab effecto & a posteriori sic concludamus, Deum esse infinitum a signo. Ad argumentum igitur, concedo totum, sed non est contra nos, quia B. Thom. non intendit dicere primam & præcisam causam infinitatis ipsius esse consistere in irreceptibilitate in alio sed quod signum infinitatis est ipsa irreceptibilitas, sicut suum oppositũ est signum finitatis, unde patet quod Scot. decipit seipsum, credens B.Thom. in toto hoc articu. procedere a priori, cum tamen procedat a signo. Si autem uis tenere, quod procedat a priori, dic, quod licet forma & esse sint intrinsece tantæ perfectionis, tamen hæc tanta perfectio sumitur ab extrinseco, quoniam ordinem habent ad alterum, sicut potentia sumit unitatem, & distinctionem & perfectionem ab obiecto, & actum a termino; Vnde illa propositio Scoti non habet ueritatem nisi in entibus. quæ sunt gratia sui, & non sunt intenta propter alterum, constat autem, quod forma & esse sunt intenta propter alterum.

In responsione ad tertium, Aduerte, quod intendit negare illam consequentiam quod ita est hic, quod non alibi, est finitum secundum locum, ergo quod ita est, hoc &c. & ratio est, quia omne, quod ita est hoc, quod non alibi, terminatur loco distincto realiter a locato, sed non omne, quod ita est hoc, quod non aliud, terminatur aliquo principio quo distinguatur ab alio potest enim seipso distingui à quolibet alio, sicut albedo subsistens distingueretur seipsa ab omni albedine recepta in subiecto, & propterea dato, quod non sit omnis alia albedo formaliter, licet sit perfectionaliter, non tamen sequitur quod sit finita ad aliquem gradum albedinis, sic in proposito, dato, quod Deus distinguatur a lapide, & homine, non tamen est necesse, quod sit finitus secundum, substantiam, quoniam se ipso distinguitur, lapis autem distinguitur a Deo principio contractiuo naturæ lapidis ad certum gradum puta differentia specifica, & ideo licet omnia distincta a Deo finirentur secundum substantiam non tamen Deus, qui sub differentia non arctatur.

ARTICVLVS II.

Vtrum aliquis præter Deum possit esse infinitum per essentiam.

Circa titul. ly, *infinitum per essentiam* dupliciter põt exponi primo ut sit idem quod habere infinitam perfectionem in sua essentia, & sic non quæritur hic, quoniam in q. 6. art. 3. conclusit quod esse summũ bonum ex consequenti continere in se perfectionem infinitam est proprium Dei. Secundo ut sit idem quod habere essentiam suam interminatam, siue illa essentia sit materiæ suæ, siue compositi, siue formæ, intẽdit ergo utrum sit, uel possit esse aliquid in rerum natura siue materiale siue immateriale, quod habeat essentiam, non limitatã ad certos terminos qualis est diuina essentia. In corpore articuli nota Capreo. difficultates. Quantũ ad argumenta, aduerte quod in responsione ad primum intendit negare hanc consequentiam. Virtus Dei est infinita, ergo potest producere effectum infinitum, & declarat quare, stante infinitate virtutis, nõ potest &c. Aduerte tamen quod per illam propositionem. *Cum quantitas virtutis, &c.* intendit probare consequentiam, & respondens non facit mentionem de illa probatione: quoniam infra in quæst. 25. ostendetur quod virtus infinita deprehenditur non solum ex producto, sed ex modo producendi, puta ex nullo subiecto.

In responsione ad secundum intendit concedere infinitatem secundum quid, non autem secundum essentiam, quoniam tam Angelus, quam anima sunt terminatæ naturæ ad terminatum gradum essendi.

In responsione ad tertium per formas naturales intendit, quas potest inducere agentes naturales præcise, nam respectu Dei habet tãtum potentiam obedientialem, de qua loquimur.

ARTICVLVS III.

Vtrum possit esse aliquid actu infinitum secundum magnitudinem.

Circa tit. ly *posset* stat pro potentia non solum naturali sed etiam logica, ut sit sensus. Vtrum non implicet contra dictionẽ esse aliquid &c. ly, *secundum magnitudinem* stat præcise per magnitudinem molis, nam de finitate magnitudinis uirtualis quæretur infra in quæst. 25.

Aliud est esse infinitum secundũ essentiã, et secundum magnitudinem. Aduerte quod esse infinitum secundum essentiam est habere essentiam, non limitatam ad aliquem gradum entis, sed contentiuam omnis entis, ex consequenti, nõ contractam ad genus, & differentiam.

Esse infinitum secundum magnitudinem est habere quantitatem non terminatam ad aliquẽ gradum uel mensuram. Differunt aũt istæ duæ infinitates, qm̃ non repugnat vnam inueniri sine alia, nam in Deo dat prima & non secunda. In corporeis autem si aliquid esset actu infinitum, puta Aer, daretur secunda & non prima. vt explicat B.Thom. de aere infinito.

Nõ tamẽ esset infinitum secundum essentiam, quia essentia sua &c. Sed contra Aer infinitus uel ignis haberet virtutẽ caloris infinitam, quoniam in 8. physicor. text. 51. in magnitudine infinita est uirtus infinita, sed virtus infinita requirit essentiam infinitam. emanat enim ab essentia & radicatur in ea, ergo non potest excedere eam &c.

Ad hoc dico, ꝙ aliud est ignẽ esse infinitum secundũ essentiã infinitam, nã ad veritatẽ primi requiritur ꝙ habeat essentiam nõ limitatã ad aliquẽ gradũ entis, sed sit omne ens æqualiter. Ad veritatem aũt secundi sufficit, ꝙ illa essentia sit illimitata aliqua illimitatione, puta quo ad quantitatem. Ad argumentũ ergo dico ad minorẽ ꝙ est vera de infinitate magnitudinis, non autẽ de infinitate quo ad gradus entis & sic B. Tho. concederet essentiã ignis posse dici infinitã, non tamen ignem esse infinitum secundũ essentiam. Et rationem adducit, dicens, quia essentia sua esset terminata ad aliquam speciem. Vtrum autem secundum philosophum sit necesse virtutem existentẽ in magnitudine infinita esse infinitam intensiue, dicam in q. 25. ar. 2.

Corpus est magnitudo completa dupliciter sumitur. Aduerte, ꝙ hic non diuiditur corpus quoniã vltra physicum, & mathematicum assignatur metaphysicum, quod dicitur esse ipsum compositum ex materia, & forma substantiali, vt præuenit aptitudinem sui ipsius ad quantitatem, & motum; sed diuiditur corpus, vt potest esse subiectum finitatis, vel infinitatis, non quod est, aut esse potest subiectum, nisi ratione quantitatis, quoniam finitum & infinitum sunt passiones quantitatis ex 1. physicor. corpus, autem vt sufficienter diuiditur in physicum & metaphysicum: quoniam metaphysicum præuenit quantitatem, mathematicum dicit ipsam trinam dimensionem, & physicum dicit complexum ex materia, & forma naturali, existens sub trina dimensione.

Nam omne corpus naturale &c. Aduerte quod hæc ratio sumitur ex 1. physi. tex. 36. contra Anaxag. & ex 2. de anima tex. 41. ibi *omnium natura constantium,* & in vtroque loco exponẽs B.Thom. vtitur eadem quasi ratione, vt hic: Tu tantum aduerte quod philosophus præcipue in secundo de anima intendit de animatis, ꝗ positione uagẽtur qđ in eis est terminata magnitudo, ex consequenti non põt dari animatum infinite magnũ.

Sed B.Tho. in præsenti art. accipit hanc vniuersalem, quod tam in animatis quam in non animatis non potest dari infinitum secundum magnitudinem: ex consequenti in omni corpore naturali dabile est maximum.

Cum igitur ad formam substantialem consequantur accidentia vsq; ibi *uterque* Aduerte primo ꝙ ſm viã nostrã in eo instãti, in quo forma introducitur in materia, cõcomitanť eã ꝓpriæ qualitates, & pp ea q̃titas, vt cõseruatiua ipsius formæ in materia, originan-

originantur à forma, vt a suo principio licet recipiãtur in cõposito, ut in subiecto, ita quod forma potest dici causa horum accidentium, & ipsa sunt effectus formæ.

Aduerte secundo, quod consequentia B.Thom. fundatur in hoc, determinata causa, & limitata ad spẽm, causat terminatos effectus & quo ad numerum, & quo ad gradum, aliter effectus excederet virtutẽ causæ. Sed omnis forma naturalis est determinata ad speciem, ut patet, ergo causat determinata sua accidentia, & dispositiones quo ad numerum & gradum, ergo determinatam quantitatem, quo ad gradum, puta bicubitum, vel tricubitum, sicut & determinatam qualitatem, puta ut calorem, ut quatuor frigus vt duo.

Vnde omne corpus naturale habet determinatam quantitatem &c. Aduerte quod dicit omne corpus naturale quod i habet esse per se & separatũ, existens diuisum actu à quocũque alio, vt hic lapis, hic homo, siue sit homogeneum, ut hæc aqua siue hæterogeneum ad differentiam partium corporum naturalium inexistentium, & quæ non dicuntur habere determinatam formam, nec per se esse, sed participant formam, & esse totius, in his enim non datur terminata magnitudo in maius & in minus: Vnde solet dici quod in naturalibus datur maximum & minimum tam in homogeneis quam in hæterogeneis, separatum & per se existens, non tamen inexistens, & id pertractauimus in q. nostris super 1. physicorum, vnde recurre illuc, & in Capreo. in 2 distinct. 19. q. 1. concl. 1. Verum quia B. Thom. in tota p. parte non ita ad propositum loquitur de minimo & maximo, sicut hic & Scot. in 2. distinct. 2. quæst. 9. ibi *sed contra hanc responsionem &c.* Laborat ad probandũ, q etiã non datur in homogeneis minimum existens, sicut nec inexistens, & philosophus in secundo de anima tex 41. uidetur concedere ignem augmentabilem infinitum ex consequẽti non dari maximum ignem, ideo quantum ad minimum adduco argumenta Scot quæ recitantur à Capreo. in 2 dist. 19. q. 1. contra primam & illa, quę directe probat, non dari minimum separatim existens, incipiunt ibi, *Dicitur forte quod licet non sit aliqua caro.* & quoniam Capreo. clare, & complete soluit ea, ideo uide tu solutiones eius, quas formalizauit expositor super pręcedente articulo non recedens a sententia Capreoli, ideo ad libitum uide quem uolueris, quia claræ sunt.

Quantũ autem ad dictum in secundo de anima, quod non detur maximus ignis scias quod illud dictum exposui in quæstionibus nostris super lib. de anima, & est quæst. 15. in ordine, ubi post expositionem commentatoris, & Aegidii teneo, quod philosophus non intendit de eodem igne numero, sed de aggregato ex pluribus ignibus, qui licet videatur vnus, non tamen est vere vnus, igitur vide illam q. in qua non discedo à mẽte expositoris in præsenti articulo.

Necesse est quod ad determinatam formam sequantur terminata accidentia inter quæ est quantitas. Contradicit B.Th. in 5 metap. c. de ente, accidens consequens materiam, est quantitas; accidens consequens formã est qualitas, ergo hic male computat quantitatem inter accidentia consequentia formam.

Ad hoc dico, quod sicut materia est propter formam, sic omnia accidentia, quæ insunt materiæ ante aduentum formæ, sunt propter formam introducendam, & per consequens quãtitas. Ideo autem dicit in 5. metaphysic, quantitatem consequi materiam, quoniam primo diuidit materiam, & quoniam in nullo reperitur secundum viam nostram, in quo non sit materia, qualitas autem ideo consequitur formam, quia remota materia, adhuc qualitas reperitur, vt patet in substantiis intellectualibus. Et quoniam qualitas est vt instrumentum formæ in agendo, non autem materiæ, quantitas autem, quoniã non est actiua, & multum habet de possibilitate, ideo ex hac ratione dicitur consequi materiam, vtpote potentiam & non actum.

Corpus autem infinitum non posset habere motum naturalem rectũ. Aduerte quod hæc ratio potest trahi ex primo cœli text. 62. vbi probat Aureolus, quod corpus infinitum non potest moueri motu recto. Sed aduerte quòd B. Thom. & philosophus loquuntur de corpore infinito, secundum omnem dimensionẽ, constat enim quòd cum occuparet omnem locum nõ posset moueri ad aliquem locum extrinsecũ sibi, si autem daretur corpus infinitum secundum longitudinem ex vtraque parte, & finitum secundum latitudinem non occuparet oẽm locum, secundum latitudinem patet, quod tale esset mobile motu recto, ergo posset transferri per motum in latus in alium propinquum, vel distantem. Si vero daretur corpus infinitum secundum longitudinem ex vna parte, puta ex parte orientis, & finitum ex parte occidentis, esset immobile ex vtraque parte motu recto in longum, & quidem ex parte orientis patet quoniam occupat omnem locum in longum sibi correspondentẽ, quod etiam ex parte occidentis probatur quoniam si moueretur uersus occidentem, ergo relinquet aliquam partem loci uersus orientem, & sic non erit infinitum, quod est contra positum.

Sed contra hoc arguitur, creet Deus corpus graue infinitum ex parte sursum, & finitum ex parte deorsum, ita quod stet suspensum a terra per vnam lanceam, & relinquatur naturæ suæ, tunc quæro aut descendet, aut non, si sic, habetur intentum, si non, ergo uiolentum erit perpetuum. Præterea corpus finitum graue positum in illo spatio descendet: ergo & infinitum, quoniam pono per casum, quod sint eiusdem speciei.

Ad hoc dico, quod non descendet, quoniam stante casu, non daretur sursum respectu illius corporis sursum enim est uersus cœlum, & non extra cœlum, per consequens non daretur deorsum omnis autem descensus est a sursum deorsum, ex consequenti non erit uiolentum si non erit sursum, quod autem dicitur de corpore finito graui, non ualet, quoniam ultra hoc, quod esset eiusdem speciei, respectu ipsius seruatur sursum, & deorsum, quod non seruatur respectu corporis infiniti, & ideo non est eadem ratio. *Et similiter etiam secundum motum circularem.* Aduerte quod hæc ratio est philosophi in primo cœli. textu. 35. & est prima in ordine, sed aduerte quod Gregorius in p. dist. 44. quæstio. 4. artic 3. ibi *ex hac conclusionem infero quod philosophus non demonstrauit &c* licet concedat demonstrationem factam de motu recto, tamen hanc de motu circulari conatur soluere, & dicit ad illam consequentiam, pro tractis duabus lineis, sequitur quod infinita distantia pertransiretur. Infinitum spatium esse per transitum, potest intelligi dupliciter, primo quod certa pars successiue pertranseuntis commensuret se infinitis partibus spatii sibi æqualibus quarum una sit prima & aliqua ultima pertransita, & sic concedit consequens esse impossibile, sed negat consequentiam quoniam dicit ipse, inter nullas lineas sic protractas intercipitur distantia infinita, signatis quibuscunque duabus lineis, sic egredientibus a centro, siue cubitalibus, siue bicubitalibus, & sic in infinitum, repugnat enim inter duo signata extrema dari distantiam infinitam. Secundo nulla pars pertranseuntis successiue commensurat se infinitis partibus & æqualibus, sed finitis, quibuscunque enim & quocunque una se commensurat, alia remotior a centro pluribus se commensurat, & alia ad huc remotior pluribus & alia ad hoc pluribus, & sic in infinitum cum remoueantur a centro infinite, & tunc negat, consequens esse impossibile, & concedit conclusionem hoc est enim pertransire infinita syncategorematice, quod non inconuenit, vt communiter conceditur, sed non aduertit Gregorius quod dato tali corpore infinito & protractis lineis, sequitur spatium interceptum esse finitum & infinitum categorematice, finitum quidem quodcunque signatur inter duas partes, determinate acceptas illarum duarum linearum egredientium a centro infinitum autem, considerata tota distantia, ex quo lineæ illæ continuæ protenduntur, sine fine, ex quo sequitur quod pertransitur spatium finitum sumpta quæcunque parte signata in spatio, siue diuisim, & pertransitur spatium infinitum sumpto toto spatio intercepto, siue coniunctim, licet in infinito non proprie uerificetur totum, fuit igitur mens philosophi, quod pertransiretur spacium finitum in infinitum, & spatium infinitum sumptum totum, siue coniunctim. Gregorius autem cõsiderauit hoc spatium partialiter. id est secundum omnem partem signabilem seorsum, & non considerauit totalitatem illius, & propterea credidit se soluisse rationem philosophi, declarans, quod quælibet certa pars est finitæ quantitatis, sed ex hoc non sequitur, quin illud spatium sit coniunctum infinitũ, & ut sic pertransitum, licet diuisim nõ, & ut patet philosophus intendit de toto spatio, & non diuisim, ideo responsio eius tendit contra sensum philosophi. Et aduerte, ut dicemus infra in tota hac materia Gregorius seipsum decipit semper arguendo & soluendo non ponens differentiam inter seorsum diuisum, & coniunctum.

De corpore esse mathematico eadẽ ratio est. Aduerte qđ Gregorius in 1. d. 4 art. 1. ibi *secunda conclusio quod possibile est, esse aliquam magnitudinem* probat contra intentum B.Thom. quatuor mediis, quæ recitantur a Capr 1. d. 43. q. 1. cõtra tertiam ibi, *secundo loco arguit contra eandem conclusionẽ.* sed ut uidebis in Capr. peccat primo in hac consequentia, finis non aufert rationem magnitudinis, ergo non repugnat magnitudini potenti existere actu: nos autem negamus consequentiam, quoniã infinitas repugnat actui & infinitas magnitudinis prohibet collocari in aliqua specie quãtitatis, quod autem non est locabile, in aliqua specie, potest existere. Reliqua tria, ut uidebis in Capr. peccant arguendo a sensu diuiso ad coniunctum.

In respon-

In responsione ad primum, Aduerte quod philosophus in tertio physicorum tex. 71. ibi *non remanet ratio &c.* soluit eãdé obiectionem, & respõdet eisdem propositionibus quibus Beat. Thom. utitur hic.

In responsione ad primum, Aduerte quod argumentum ui detur fundatum in 1. physicorum tex. 14. ubi dicit Arist. cõtra Melissum, infinitum in quantitate est, Item infiniti ratio congruit quantitati, & propterea necesse est ut responsio B. Thom. tendat ad sensum philosophi, non est autem sensus philosophi illic concedere, quod infinitum possit inueniri in quãtitate de facto, hoc enim negat tertio libr. sed contra Melissum qui ponebat ens infinitum, facit hanc cõsequentiam, si infinitum est, ergo quantum est, & hoc ideo quia hæc conditionalis est uera, si datur infinitum, non datur nisi in quãtitate, substantia.n. & qualitas non possunt esse infinitæ, nisi per accidens .i. ratione quantitatis patet autem, quod ex illa consequentia non potest inferri, ergo infinitum potest esse; aliter ex hac consequentia, datur uacuum, datur circa locum posset inferri, ergo uacuum potest esse, quod tamen repugnat philosopho 4. Physic.

In responsione ad tertium, Aduerte quod hæc respõsio trahitur ex 3. physicorum tex. 67. & uerba B. Thom. illic sunt clariora, inquit enim manifestum est autem ex iis, quæ dicta sunt lib. 2. quod totum habet rationẽ formæ .i. perfecti & partes rationem materiæ, cum ergo in magnitudinibus a toto itur ad partes per diuisioné, rationabile est, quod ibi nullus terminus inueniatur, qui non transcendatur per infinitam diuisionem, sed in additione itur à partibus ad totum, quod habet rationẽ formæ & terminantis, unde rationabile est, quod sit aliqua determinata quantitas, quam infinita appositio non transcendit, hæc ille. Aduerte secundo, quod Beat. Thom. in fine respõsionis intendit hanc consequentiam, per additionem ascenditur ad totum, siue ut ad formam, ergo non inuenitur infinitũ in additione magnitudinis; Circa quod nota, quod antecedẽs debet sic intelligi, accedere ad totum uel ut ad formã simpliciter sine admixtione potentiæ, & hoc dico, quoniam in numeris materialibus, licet omnis numerus sit ut formã, & ex consequenti additio in numeris materialibus fit ad formam, tamen propter hoc non impeditur, quin additio in numeris fit in infinitum, quoniam ista additio non est nisi cum admixtione potentiæ .idest diuisionis ex parte continui, necesse est enim fieri additionem in numeris, ex additione continui ex tertio physicorum, & quoniam diuisio tendit in infinitum, sicut & appositio in numeris, ergo infinitas in numeris potius est ex parte materiæ & potentiæ quam ex parte formæ in magnitudine autem simpliciter ex parte formæ. Et ideo si cõsequenter B. Th. trahatur ex illo antecedenti, sic intellecto, erit bona, quantũ autem ad consequens illius consequentiæ, nota, quod non est absolute intellectum, nam philosophus in 3. physicorum tex. 59. & 60. ponit infinitum in magnitudine secundum appositionem sicut & secundum diuisionem, & B. Thom. in multis locis concedit idem, præcipue in tercia parte quæstio. 6. art. 12. ad 1. Vbi ait si loquamur de quantitatibus mathematicis cuilibet finitæ potest fieri additio, quia ex parte quantitatis finitæ nõ repugnat additio. hæc ille. Tu igitur limita ipsum consequẽs dupliciter primo ut limitat philosophus in tertio physicorũ text. 60. scilicet quod non excedat quamcunque determinatam magnitudinem, dummodo fiat additio per partes proportionales in infinitum, ut illic declarat philosophus, & B. Tho. uide eum. secundo quod non inuenitur infinitum in additione magnitudinis, stando præcise in ratione continui, & hoc dico, quoniam si induit rationem discreti, non inconuenit, nam ut bene inquit Capreol. in 1. di. 43. q. 1. in probatione quartæ cõclusionis sicut quocunque numero dato, potest dari maior, ita quacunque magnitudine denominata a numero potest dari maior, & supra bicubitam dari tricubitã, & quadricubitã &c. in infinitum, & hæc etiam est ratio, quod species figuratũ quæ denominantur a numeris, tendunt in infinitum, si autem stemus præcise in ratione continui, est impossibile, quoniam ille accessus est ad totum, & ad formam, quæ habet rationem terminantis. Sed Aureol. ut recitat Capr. 1. distinct. 43. quæstio. 1. contra quartam probat, quod est impossibile simpliciter magnitudini, ut induit rationem discreti, ita addere, quod excedat omnem terminatam magnitudinem, quoniam secundum ipsum de facto esset dabilis magnitudo infinita actu, nam in tali magnitudine erunt possibilitates infinitæ distinctæ numeraliter per quas magnitudo potest crescere in infinitum, puta per unam possibilitatem, etiam cresceret bicubita, per aliam ut tricubitam, sed ex omnibus istis possibilitatibus, potest integrari una totalis possibilitas, quæ ab aliqua potentia potest reduci ad actum, ergo est dabilis magnitudo, infinita actu.

Ad hoc concedo illas infinitas possibilitates, sed nego quod ex eis possit integrari &c. immo dico quod necesse est, si vna ponitur in actu, aliam esse possibilem poni, ita quod non nisi successiue sunt punibiles in actu, ideo per nullam potentiam possunt simul poni actu, quoniam repugnat ex natura rei infinitas actu in magnitudine.

ARTICVLVS IIII.

Vtrum possit esse multitudo infinita in rebus.

In titul. stat *multitudo* absolute & est sensus, vtrum possit esse multitudo, siue in abstractis siue in reb. materialibus, & in hoc eleuat se super Aristotelem, quoniam 3. physicorum loquitur tantum de materiali multitudine, quæ causatur ex diuisione continui.

Dicitur enim multitudo infinita per se. &c. usque, ibi, *si infinito tempore*. Aduerte quod multitudo infinita per se in hoc loco, æquipollet causis infinitis, essentialiter subordinatis; & multitudo per accidens infinita æquipollet causis accidentaliter ordinatis, & inter has triplex est differentia; prima est, q᷑ in essentialiter ordinatis causa secunda, ut causat, i. inquantum habet virtutem causandi, pendet a prima in accidentaliter uero ordinatis, non licet in esse uel in alio aliquo modo possit dependere, secunda in essentialiter ordinatis est causalitas alterius rationis, quia superior est perfectior in causalitate, & essentialiter. In accidentaliter uero ordinatis non; nam omnes mallei sunt eiusdem rationis in causando gladium, & omnes homines in generando hominem. tertia omnes causæ essent aliter subordinatæ simul necessario requiruntur ad causandum, alioquin aliqua causalitas per se deficeret effectui; In accidentaliter uero subordinatis non; patet enim quod non est necesse uno malleo percutiente, omnes malleos percutere.

Per hunc igitur modum posuerunt. Aduerte q omnes conuenerunt. non posse dari infinitam multitudinem in essentialiter ordinatis. statim enim constat, ut deducit philosophus in 7. metaphy. quod omnis causalitas tolleretur, quoniam in his secunda dependet a prima in causando, & media non causat, non mota a prima ut declarauimus in 2. q. articul. 3. in infinito autem non datur primum & hanc rationem etiam tangit Auicenna in lib. 5. suæ metaphy. cap. 1. ubi concludit esse statũ in causis essentialibus non autem accidentalib. Vnde dicit in fine eiusdem capitul. non est opus nobis ostendere finitionem nisi in rebus quæ sunt per essentiam causæ, & in 6. cap. dicit nõ nego causas non essentiales procedere in infinitum immo de facto debere hoc, &c.

Quia omnem multitudinem oportet. Aduerte q nõ dicit species multitudinis sunt species numerorum, qm̃ non est necesse, species communioris adæquari specieb. minus cõis, ut patet de corpore animato, & de animali. multitudo aũt communior est quam numerus, quoniam addit super ipsam mensurationem per unum, sed dicit q sunt secundum species numerorũ. q.a. s. proportionatur specieb. numerorum, qm̃ non possumus cognoscere species multitudinis nisi a denominatione facta per species numerorum, ut pote notiores, uel potes dicere, q multitudo, & numerus sunt cõuertibilia, sed differũt secundum rationẽ magis & minus cõtracti sicut ratio entis, & ratio unius.

Item aduerte, q ratio B. Th. sumpta est ex 3. physic. tex. 55. vnde inquit philosophus neque possibile est quantitatem esse infinita quantũ.n. aliquid erit aut bicubitũ, aut tricubitũ hæc quidẽ significat quantũ & Cõmentator expresse dicit, impossibile est q infinitum dicatur quantum simpliciter, nisi secundũ quod habet aliquam speciem quanti. v.g. bicubiti, aut tricubiti, quantum.n. non inuenitur nisi in suis speciebus hæc ille. Est igitur ratio B. Th. ratio philosophi & Commentatori differẽs solum in hoc, q philosophus loquitur de quanto in magnitudine, & B. Tho. trahit ad multitudinem. sed hoc non impedit: quoniam si omnis magnitudo est in aliqua specie magnitudinis determinata a numero. pari ratione omnis multitudo, sed aduerte quod Greg. 1. d. 44. q. 4. ar. 2. ibi *ad aliam probationem dico quod usque* quoniam non obligat se philosopho, dicit hãc rationem non concludere, quoniam quantitas prima diuisione diuiditur per finitam & infinitam, & utraq; in species suas, sed species finitæ denominãtur a numero, nõ aũt species infinitæ, unde cõcedit hãc consequentiã, ergo erit in aliqua specie quãtitatis, sed negat hanc, ergo in aliqua denominata a numero.

Sed contra, cum omnis species dicat aliquid determinatum sub suo genere, quoniam species rerũ sunt sicut & numeri, qui uariantur per additionem, & subtractionem, ergo omnis species quãtitatis siue finitæ, siue infinitæ dicit quid determinatum, ergo si datur quantitas infinita, non erit in aliqua specie, unde

vnde patet quod reſponſio Greg. non poteſt ſtare.

Præterea non dantur duæ ſpecies æquales ſub eodem genere, ergo una erit maior altera, ergo neutra erit infinita. Alii dicunt, quod ratio D.Th. & philoſophi non eſt neceſſario, quoniam philoſophus ſibi contradiceret, nam in 5. Metaphy. ca. de quanto dicit pluralitas quidem finita eſt numerus, ergo ſecundum ipſum non omnis pluralitas eſt numerus, ſed tantum finita quaſi excipiens infinitam, ergo non eſt neceſſe oẽm quantitatem continuam ſiue diſcretam eſſe in aliqua ſpecie numeri, ut uidetur dicere in 3. phyſicorum.

Ad hoc dico, quod intentio philoſophi in 5. metaphyſi. non eſt excipere pluralitatem infinitam a finita, quaſi quoddã poſſibile eſſe determinauit enim oppoſitum 3. phyſicorũ, ſed quo ad menſurationem quaſi dicat, pluralitas finita eſt numerus i. menſurabilis, ad differentiam infinitæ, quæ ſi daretur nõ eſſet numerus: & hæc conditionalis vtique eſt vera: ſed ex ea non poteſt haberi, quòd philoſophus excipit quantitatem infinitã vt poſſibile eſſe, & eſt ſimile huic: omnis locus naturalis eſt conſeruatiuus: per quam propoſitionem excipio vacuum, non vt poſſibile eſſe, ſed quoniam ſi eſſet, non conſeruaret: ſic applica in propoſito.

Item omnes multitudo in rerum natura exiſtens. Aduerte ꝙ B. Th. intendit hanc conſequentiam omnis multitudo &c. eſt creata, & omne creatum ſub certa intentione creantis comprehenditur. ergo ſub certo numero, conſequentiam probat, quoniam agens in uanum nil operatur, ergo &c. Quoad primã partem antecedentis aduerte, quod ly, rerum nõ ſtat uniuerſaliſſime, ſed pro rebus terminantibus productionem creãtis, & actu exiſtentibus, ad differentiam rerum cõcauſatarum quibus proprie non conuenit eſſe ut accidentia communia, partes materiales, forma materialis, excepta anima intellectiua, & ad differentiam rerum præteritarum, ut ſit ſenſus omnis multitudo rerum per ſe exiſtẽtium, præſentium in rerum natura, eſt creata ideſt pendet effectiue a Deo, dato etiam, quod ad aliquarum productionem concurrunt agentia ſecunda.

Secunda pars antecedentis quantum ad ly, ſub certa intẽtione, intelligitur de certa intentione finis intrinſeci, & non ſolũ extrinſeci, ita ꝙ quicquid Deus creat, & producit nõ ſolũ creat propter bonitatem ſuam uel propter integritatem uniuerſi, ut fines extrinſecos, ſed propter proprium finem, qui eſt propria operatio ipſius rei, qui enim aufert propriã operationem rei, remouet rei naturam ex ſecundo cœli, & hoc dico, quoniam ex intentione finis extrinſeci, tantum non valeret conſequentia, ergo ſub certo numero &c. Sed tantũ hoc valeret, ergo omnis multitudo rerum exiſtentium eſt creata propter aliquem finẽ, ex intentione autem proprij, & intrinſeci finis bene ſequitur, ergo in certo numero: quoniam agens multos effectus ad proprios, & diſtinctos fines ſi non intendit determinatum numerum, non totaliter comprehenditur ſub intentione agentis: ergo agens primum vane & præter intentionem aliquid operatur, puta ꝙ ſint tot, vel tot.

Item propoſitio aſſumpta ad probationẽ conſequentiæ, non enim agens &c. debet intelligi de primo, & vniuerſali agente, qualis eſt Deus, reſpectu cuius nihil eſt vanum, nec à caſu, vt dicemus infra non autem eſt vera de agẽte, indiſtincte ſumpto, aliter non ſeruaretur fortuna, & caſus. Sed contra hanc rationem dici poſſet, quod cõcludit de multitudine creatorum, eſſentialiter & per ſe ordinatorum, quam neceſſe eſt eſſe in certõ numero, non autem in ordinatis per accidens, quales ſunt animæ intellectiuæ: ſic forte reſponderet Auicenna.

Sed hæc reſponſio non valet, quoniam ſub illo antecedente, omne creatum ſub certa intentione creantis, quo ad intrinſecum finem comprehenditur, optime ſubſumitur, omnis multitudo eſſentialiter & accidentaliter ordinata: licet. n. in animabus vna comparata alteri, non ordinentur per ſe, tamẽ omnes comparatæ Deo creanti, ſunt ordinatæ per ſe: quoniam per ſe intentæ & ad per ſe intentos fines proprios productæ.

Impoſſibile eſt ergo eſſe multitudinẽ infinitam actu etiam per accidens. Sed contra hanc concluſionem duo inſurgunt primo doctrina B. Th. ſecundo argumento Greg. nam B. Th. in 2. contra Gent. 81 dicit non repugnare principiis philoſophi, dari infinitum in actu. i. non eſſentialiter ordinatis ſubſtantiis ſeparatis, quoniam philoſophus in 3. phyſic. & in primo cœli non loquitur niſi de infinito materiali.

Præterea B. Tho. in quæſt. 46. artic. 2. concedit mundum potuiſſe produci ab æterno: ergo animæ potuerunt ab æterno eſſe, & cum ſint incorruptibiles, & multiplicentur ſecũdũ corpora, nunc eſſent actu infinita ſaltem ex parte vnius extremi.

Ad primum dico, quòd loquitur ad mẽtem philoſophi, hic autem ſecundum ſententiam propriam: vnde dato, quod Ariſtotel. concordaret cum Auicenna, & Alga. in ſeparatis, tamen hic B. Th. non aſſentiret eis, quoniam in pri. parte determinat ex propria ſententia.

Ad ſecundum de infinitate animarum. Aduerte quod Bea. Tho. infra in q. 46. art. 2. formauit, idem argumentum, & poſtquam recitauit opiniones multas, dicit ex propria ſententia, quod hæc ratio eſt particularis propter quod hæc conſequentia non ualet, mundus eſt æternus, ergo homo, ſtat enim primas partes mundi, ſ. quinque prima corpora eſſe æterna, non tamen hominẽ, nec poſſe eſſe, quoniam ſequeretur dari impoſſibile. ſ. animas infinitas actu. Vnde ad argumentum B. Tho. negat primam conſequentiam. Et ſi dicas, pono quod diuina uoluntas determinauerit hominem producere ab æterno, ſicut & mundum, ergo homo erit æternus & ſic animæ erunt infinitæ actu.

Ad hoc dico cum Herueo in 2. diſtinct. 1. quæſtio. 1. artic. 3. ibi ad ſecundum quod illo caſu poſito, cum teneamus infinitum in actu omnino impoſſibile, animæ migrarent de corpore in corpus, uel deſinerent eſſe in morte, Deo ſubtrahente influentiam ſuam ab eſſe actu, nam licet eſſe animæ non dependeat a corpore, tamen dependet a conſeruatione Dei, & ſi dicas hoc non decuiſſet. Reſpondeo, licet non deceret ſecundum hunc ordinem, quem nunc uidemus in rebus, tamen dato illo caſu alius ordo, & curſus fuiſſet in rebus poſſibilis Deo, per quem Deus ſufficienter remuneraſſet hominem bonum pro hac uita, & malum puniſſet. 2. Greg. ut recitat Capr. 2. d. 43. q. 1. ar. 2 contra tertiam, in primo loco format tria argumenta contra concluſionem B. Tho. Verum quia peccãt per ſenſum diu ſum,, & compoſitum ſicut & cauſa poſita ſupra, cõtra concluſionem de infinitate magnitudinis ideo non adduco ea, uide tu Capr. vel expoſitorem qui & eodem modo ſoluit ut Capr. ſed compendioſius.

In reſponſione ad primum. Aduerte, quod tracta eſt ex 3. phyſicorum tex. 57. ibi, *Non oportet, autem.*

QVAESTIO VIII.

ARTICVLVS I.

Vtrum Deus ſit in omnibus rebus.

CIRCA titul. Aduerte quod ly. *Deus* ſtat pro ſubſtãtia ſua, ut ſit ſenſus, utrum Deus ſit ſecũdum ſuam ſubſtantiam in omnibus rebus, & ideo conſonat. quæſtionis præteritæ, in qua pertractatum eſt utrũ Deus ſecundum ſubſtantiam ſit infinitus, unde hic articulus eſt conſequens ad art. 1. quæſt. præcedentis, nam bene ſequitur, Deus eſt infinitus ſecundum ſubſtantiam, ergo eſt in omnibus rebus, ſecundum ſubſtantiam, quoniam proprium eſt infiniti eſſe in omnibus aliter non eſſet infinitum ſimpliciter. Non ergo quæritur in hoc articulo de uirtute uel potentia Dei ſed id quæretur in 3. artic.

Oportet omne agẽs coniungi ei, in quod immediate agit &c. Aduerte ꝙ B. Th. per ly, *agens* intendit agens proximũ & per ly, immediate intendit immediatione ſuppoſiti, & nõ ſolum uirtutis, aliter enim ſi intelligeret de quocunq; agẽte abſolute, & de immediatione indifferẽter, falſo fundaret ſe ſuper dictum philoſophi in 7. phyſicorum tex. 9. Dicit enim philoſophus primum autem mouens, unde eſt prius motus eſt ſimul cum eo, quod mouetur, & B. Th. exponens dicit per ly, primum intendit ut diſtinguitur contra remotum, quod non eſt immediatũ mobili, patet ergo quod intẽdit de primo. i. proximo & immediato ſuppoſitaliter. Præterea ſi intelligeret de agẽte & immediatione indifferẽter. B. Th. non concluderet intentũ, patet. n. quod hæc conſequentia non ualeret, omne agẽs cõiungit &c. ergo Deus ſecundum ſubſtantiam, uel ſecundum ſeipſum eſt in omnib. reb. ſufficeret, enim quod eſſet uel ſecũdũ ſubſtantiã. uel ſecundum ſuam uirtutem in reb. ſicut ſol eſt in inferiorib. ſecundum uirtutem, non autem ſecundum ſeipſum.

Cum autem Deus ſit ipſum eſſe per eſſentiam oportet, quod eſſe creatum ſit proprius effectus eius. Aduerte quod B. Th. infra queſtio. 45. articul. 5. adducit hanc eandem propoſitionem, ſcilicet eſſe eſt proprius effectus cauſæ prius & uniuerſaliſſimæ & quoniam Scot impugnat eam ex propoſito de creatione, ideo differo uſque ad q. illam totalem defenſionem pro nunc ſufficit declarare mentem Bea. Thom. in præſentia articulo. Dico igitur quod non intendit Deum eſſe ſolam cauſam ipſius eſſe creati, nam omne generans deducitur ad eſſe ex quinto phyſicorum per diffinitionem generationis, ſed intendit quod ſolus Deus eſt primo & per ſe cauſa eſſe creati, dico primo quia dat omnia

dat omnia, quæcunque pertinent ad esse, agentia uero non causant totum, non enim producunt materiam dico per se, dupliciter. primo quia propria uirtute, causæ uero secũdæ non propria uirtute. Secundo quia respectu cuiuscunq; creati agit per se tertio modo, nam immaterialia sunt a solo Deo, & materialia quo ad materiam primam. patet ergo quod in omni creato Deus se ipso solo producit esse, uel secundum totum, uel secũdum partem. Et propterea dicitur proprie effectus Dei. Itẽ aduerte, quod B. Thom. intendit hanc consequentiam, Deus est ipsum esse per essentiam, ergo solus Deus est causa, primo & per se esse creati, ergo esse est proprius effectus Dei, secunda consequentia patet, prima autem sic probatur calidum per essentiam ut ignis est primo & per se causa omnis calefacti, ergo a simili cum sit Deus esse per essentiam, ut ignis, est primo & per se esse creati, & propterea dicit B. Thom. sic ignire est proprius effectus ignis, suppletur, quia est primo & per se ab igne: si autem aliis conuenit, est quia agunt uirtute ignis.

Esse autem est illud, quod est magis intimum cuilibet. Aduerte q̃ esse dicitur magis intimum, quia est fundamentum omniũ aliarum perfectionum, & est actualitas omnis formæ & naturæ ut dicit B. Thom. in q. 3. art. 4. non enim bonitas aut humanitas significatur in actũ, nisi per esse, ut bonitas est, homo est: & quoniam fundamẽtum est omnium, ideo, uniuersalius est, licet enim plura careant multis gradibus essendi, non tamen ipso esse, aliter nullo modo existerent.

Vnde oportet, quod Deus sit in omnibus rebus, secundum seipsum idest, secundum substantiam suam, ex consequenti esse præsentem secundum substantiam cuilibet rei creatæ, & deducitur ex hoc, quod Deus est proximum agens respectu esse creati, proximum autem agens simul est cum suo effectu, sed contra hanc quæstionem insurgit Scot. multipliciter, primo q̃ illa propositio, omne agens proximum est simul cum eo, in q̃ immediate agit, est falsa. Secundo quod propositio philosophi adducta a Bea. Th. in 7. physicorum, *motum & mouens &c.* non ualet in hoc proposito tertio, quod ex toto processu articuli non potest B. Tho. inferre hanc consequentiam, Deus est, in omnibus rebus.

Quantum ad primum. Aduerte quod Scot. in 1. disti. 37. q. vnica ibi *quando autem agens*, arguit dupliciter, primo quia sol per suam formam substantialem est proximum & immediatũ agens aurum in uisceribus terræ & tamen non est simul cum auro, ut patet, ergo agens proximum potest agere ad distans. Dicetur forte, quod non arguit per formam suam substantialem, sed per radiũ siue lucem, quam necesse est attingere effectum productum.

Sed contra dicit Scot. substantia non est nisi à substantia, aliter effectus esset nobilior sua causa, ergo radius non est productiuus substantiæ auri.

Ad hoc dicitur secundum doctrinam nostram, nulla forma substantialis est immediatum principium actionis, sed qualitas sua est ut organum ipsius, in cuius uirtute agit, unde licet sit primum principium, non tamen proximum, & cõcedimus substantiam non esse nisi a substãtia ut principio primo, & esse a non substantia, ut principio proximo, nec inconuenit effectum esse nobiliorem causa sua, non quidem principali, sed organica, secundo quod agens proximum non possit agere in distans, quin prius agat in præsens, & sibi unitum, est propter alteram duarum conditionũ, uel quia in ipso agente sunt duæ potentiæ subordinatæ actiuæ, ut in sole illuminatiua & generatiua sic autem sunt subordinatæ, quod non potest generare puta ranam, quin prius illuminet medium, & ideo licet sit ꝓximum agens respectu ranæ, tamen non producet ranam sibi distãtem, nisi prius illuminet omnia intermedia usque ad terram, uel quia uirtus agentis est deficiẽs, & non introducit formam substantialem, nisi prius alteret, sed neutra harum conditionum necessario requiritur in omni agente proximo, sed agens primum ut Deus neutrum habet, ut patet, ergo propositio assumpta est falsa, oportet omne agens proximũ coniungi secundum se ipsum in id, quod immediate agit.

Ad hoc dicit expositor quod non est propter aliquam illarum conditionum necessario, sed propter imperfectionem, negatiue pertinentem ad uirtutem actiuam, quia scilicet uirtus cuiuslibet agentis naturalis est limitata, & ideo reseruatur hoc soli Deo, hæc ille.

Sed contra, si hoc reseruatur soli Deo propter illimitationẽ uirtutis suæ, ergo Deus potest agere in aliquod distans, quod est falsum, quoniam non necessario esset in omnibus rebus: cuius oppositum tenet B. Thom. consequentia uero probatur, quoniam secundum te in hoc differt agens naturale & Deus: quòd agẽs naturale est limitatæ uirtutis, & ideo non potest in distans: ergo si Deus est uirtutis illimitatæ, poterit in distans: &

propterea dico cum Capr. 1. dist. 37. quæstio. 1. contra primam ad tertium quod non est propter aliquam illarum conditionum: sed est, quia agens est quodammodo actus ipsius passi, & passum est quodammodo in potentia ad ipsum agens: actus autem & potentia de sua ratione sunt indistantes ex 9. metap. unde repugnat agenti proximo ut agens proximum est, distare a suo immediate passo, unde constat quod Scot. in hoc non fuit bonus metaphysicus.

Quantum ad secundum, Aduerte quod Scot. in 1. distin. 37. quæstio. vnica respondens ad argumentum in oppositum fundatum super illud, 7. physicorum mouens, & motum sunt simul, dicit dictum philosophi esse uerum in agentibus naturalibus quæ agunt per qualitates naturales, uel suas formas substantiales, quæ non sunt principia agẽdi in remotum, nisi sint aliæ formæ concurrentes, quæ sunt principia agẽdi in propinquum, ita autem non est de uoluntate Dei, qua omni præsens agit, ergo non ualet in proposito. Ad hoc dicimus, quod imaginatio Scot. decepit eum, imaginatur enim in abstractis, posse esse duplicem præsentiam, & duplicem rationem præsentialitatis, primam uocat præsentiam substãtialem siue secundum substantiam, qua uult substantiam abstractam ante omnẽ uirtutis suæ applicationem posse fieri præsentem, siue coniunctã alicui loco, uel alicui rei, & huius præsentiæ rationem dicit esse ipsammet substantiam, secũdam uocat præsentiam uirtualem, qua substantia abstracta coniungitur effectui suo propter applicationem suæ potentiæ, in qua præsentia non est necesse substantiam secundum seipsam fieri præsentem, & hoc modo poneret solem esse presentem mineræ auri, licet secundum illam non sit presens, sed ut declarabitur in tractatu de Angelis, hæc imaginatio est falsa, quoniam licet sit uerum substantiam fieri præsentem alicui, non tamen est ratio suæ præsentialitatis, sed ratio huiusmodi est quantitas in corporeis, uel applicato uirtutis in ratione agentis in abstractis, propterea licet ex applicatione uirtutis a quodcunque passum non posset inferri præsentia agentis secundum substantiam, potest tamen inferri ex applicatione ad aliquid passum, in quod immediate agit, quoniam talis applicatio: est ratio formalis præsentiæ Angeli secundum substantiam, quæ non stat, sine effectu formali, unde sicut in corporeis ex unione quãtitatis ad aliquem locum infertur præsentia substantiæ corporeæ, sic ex unione uirtutis ad passum immediatum, infertur præsentia substantiæ ipsius agentis, & ideo considerans philosophus, dixit uniuersaliter, primum autem mouens, idest, proximum & immediatum est simul cum eo, quod mouetur & quod intendit id uerificari abstracte in omni agente proximo, & immediato, patet in eodem lib. 7. text. 12. ubi idem ostendit seruari etiam inter sensum, & obiectum motiuum sensus, & tamen ibi non est motus, nec actio, nisi intentionalis. Vnde patet quod Scot. potius innixius suæ imaginationi, quam rationi restrinxit dictũ philosophi.

Quantum ad tertium, Aduerte quod Scotus in 2. distinc. 2. quæstio. 6. ibi contra conclusionem huius opinionis, argumentatur, Primo quod sic ponens contradicat sibiipsi &c. probat quod ex toto processu non concludatur intentum, & arguit sic, ex eo, quod Deus est primum efficiens & mouens, tu concludis, quod est in omnibus rebus, quæro igitur aut intendis concludere, quod est præsens omnibus. idest, efficiens & mouens omnia, & tunc tu petis principium, quoniam idem sunt medium a te assumptum, & conclusio, & non loqueris ad propositum debes enim concludere, Deum esse præsentem omnibus rebus, inquantum est infinitus, quoniam in 1. q. introduxisti conuenire infinito esse in omnibus & non concludere, q̃ sit agens in omnibus Aut intendis concludere illam præsentiã in omnibus, quæ competit Deo, inquantum est immensus, & infinitus, & tunc per medium tuum assumptum ex operationibus Dei in omnibus secundum esse, sequitur præsentia Dei in omnibus quæ competit Deo, inquantum est immensus. ergo prius naturaliter erit præsens inquantum immẽsus, quam inquantum operans, & hoc concludis ex hoc, quod est in omnibus per operationem, sicut ex posteriori igitur ultra præsentiam per operationem, substantialem tenes præsentiam in abstractis, quam tamen negasti in tractatu de Angelis, ubi tenes, q̃ incorporea non possunt esse in loco, nisi per operationem, unde patet quod tibi contradicis. Ad hoc dico, quod B. Th. intendit concludere secundum scilicet substãtia Dei infinita est præsens omnibus ex eo, quod operatur in omnibus, & nego, q̃ hoc sit cõcludere a posteriori, immo ꝓbatio procedit ex ratione formali sicut enim quantitas dimensiua est ratio formalis, qua corpus est in hoc, uel in illo loco. sic in abstractis se habet operatio uel applicatio uirtutis. Vnde licet quo ad entitatem quantitas si posterior substãtia similiter in abstractis operatio,

tamen

tamen quo ad præsentialitatem est prior, est enim ratio præsentialitatis. Tenet igitur B. Thom. substantiam Dei immensam esse præsentem omnibus sed non ex se ipsa, sed ex operatione: & hæc probatio ut diximus est a priori. Nego igitur Sco. illam consequentiam, ergo prius naturaliter erit præsens inquantũ immensus quã inquantum operans credit enim ibi esse duas præsentialitates quarum una sit secundum substantiã immensam, alia secundum operationem, posterior illa, sed hoc est falsum, quoniam ibi non est nisi præsentia, & ratio præsentialitatis, quæ sumitur ex operatione, unde non sunt duę præsentialitates propriæ sicut nec ibi lapis est præsens huic loco secundũ substantiam, & secundũ quantitatem, nam ly, secundum substantiam dicit locatum, & ly, secundum quantitatem dicit rationem locatiuam, patet ergo quod Beat. Thom. sibi non contradicit, sed Scot. non intellexit eum.

In responsione ad tertium nota duas propositiones, prima *nullum agens &c.* ly, *distans*. stat pro distantia suppositali, quasi dicat, si agens non agit in passum per media, necesse est quantumcunq; sit uirtuosum, ut suppositaliter sit præsens suo passo & ratione designauimus in articu. contra Scot. non stat pro distantia naturali, quæ est differentia agentis, & passi in naturis propriis, nam secundum hunc agens quanto uirtuosius, tanto in magis distans secundum natura agit. quoniã trahit passum de potentia ad actum, & quanto uirtuosius trahit ex maiori potentia, sicut generans substantiale ex ente in pura potentia, & primum agens ex nihilo, quod in infinitum distantius, est, nec stat pro distantia situali, quoniam hæc non seruatur inter quodlibet agens & suum passum, cum contingat utrunq; esse incorporeum, aliquando autem agens tantum.

Secunda hoc autem ad maximam uirtutem Dei *&c.* usque ibi *in omnibus agit* ly, immediate, potest exponi quo ad uirtutem, & simpliciter est uera, quoniam nullum agens secundum agere nisi uirtute primi. Sed hæc immediatio nõ est intẽta hic a B. Th. in hoc ar. loquitur.n. de præsentia substãtiæ Dei in omnibus põt igitur exponi de immediatione secundũ suppositũ, & sic dẽt intelligi cũ dicit q̃ immediate in omnibus agit, sed alio modo uerificatur in creatione, alio modo in productione naturali nam quod creatur, totũ est a Deo immediate. quod autem producitur naturaliter, secundum partem est a Deo immediate, quoniam materia prima est a solo Deo & propterea aduerte, q̃ B. Th. non dicit. Deum agere immediate in omnibus quo ad omnia requisita ad eorũ esse, sed dicit indistincte, agit in omnibus ex consequenti concludit, q̃ Deus a nulla re, quæ uel creatur, uel producatur naturaliter, distat suppositaliter.

ARTICVLVS II.

Vtrum Deus sit ubique.

Circa titu. Aduerte, quod si Deus esset infinitus corporaliter constaret, quod existeret in omni loco, quoniã occuparet omnem locum, sed quoniam est incorporeus, & corpora non sunt in loco, ideo, dato quod ex sua infinitate incorporea sit in omni re ut operans, & efficiens uniuersale, tamen nõ constat, quod sit in omni loco, cum leges loci repugnent ipsi Deo, ideo ex proposito mouet hunc articulum nec superfluit ad præcedentem.

Cum locus sit res quædam &c. Aduerte, q̃ intendit sic distinguere, locus capitur dupliciter primo ut res habẽs esse, puta q̃titatis, & talem perpetuitatem puta uirtutem locatiuam, & cõseruatiuam, sic Deus est in loco, sicut in lapide & in homine, ut efficiens in suo immediato passo, uel effectu, ut conclusum est in primo art. & sic Deus non est aliter in loco, quam sit in aliis rebus. Secundo ut locus est, i. ut receptiuus locati, & replebilis ab eo, & sic distinguendum est de repletione, quoniã alia est formalis, alia effectiua, formalis competit quanto, sua enim quantitate occupat locum, & hæc non competit Deo, cum sit non quantus effectiue ut competit illi agenti quod dat corpori quantitatem, quæ formaliter replet locum, & quoniam tale agens primum est ipse Deus, ideo dicitur esse in omni loco, ut locus est replens effectiue omnem locum, in tantum q̃ esse sic in loco, non est esse in loco simpliciter, sed secundum quid & propterea licet B. Thom. concedat Deum esse in omni loco ut res est simpliciter, non tamen in omni loco, ut locus est, nisi secundum aliquid, ut expositum est.

In responsione ad secundum, *Et hoc modo substantia in corporea ut Deus, & Angelus & anima* usq; in finem, Aduerte, q̃ non est intentio B. Th. concludere indifferenter tam de Angelo quam de Deo, quod possit esse in uno & in pluribus, locis sibi enim contradiceret in tractatu de Angelis, sed cõcludit, quod ex parte substantiæ incorporeæ, ut incorporea est nihil repugnat, propter quod non possit esse in uno, & in pluribus locis, si autem repugnat alicui substantiæ incorporeæ, non est quia incorporea est aliter repugnaret etiam Deo, sed quia est talis incorporea limitatæ uirtutis.

In responsione ad tertium aduerte, quod respõsione format sic stat in hoc, quod est totum, quantitatiuum si alicubi, est, neque secundum, totum, neque secundum partem est extra locũ illum, quoniam terminatur loco, quod autem est totũ, prout idem est, quod perfectum, si alicubi est, nil eius est extra, quin ibi etiam sit totum, cum sit impartibile, igitur cũ Deus sit totum non quantitatiuum: sequitur quod non terminatur, loco, propter quod nihil impedit quin possit esse in alio loco, dũ modo, quod ubicũque est, totus sit, unde illa propositio quod est totum alicubi nil eius est extra locum illum solum in hoc sensu uerificatur in corporeis. s. incorporeum, quod est totum alicubi nil est extra, quin ibi sit totum.

ARTICVLVS III.

Vtrum Deus sit in omnibus per essentiam præsentiam, & potentiam.

Circa titu. *esse per essentiam in omnibus* est esse immediate, in qualibet re immediatione suppositi, esse per præsentia, est penetrare oĩa per operationem suã. *Esse per potẽtiam*, est esse in omnibus immediatione uirtutis, ita quod nullum agens agat nisi uirtute Dei, & nihil producatur, nisi uirtute Dei.

Deus dicitur esse in aliqua re dupliciter. Aduerte quod intẽdit sic distinguere, Deus dicit esse in aliqua re medio generali, & modo speciali. Modum generalem exemplificat dicens, modo causæ agentis, quod tamen exemplum non æquipollet modo generali, aliter non posset subdiuidere infra modum generalem in essentiam & præsentiam, esse enim per præsentiam nisi aliud addatur, non est esse modo causæ agentis: Modum specialem exemplificat de anima siue creatura rationali, quæ habet cognitionem Dei ex gratia, quod tamen exemplum non æquipollet huic modo speciali, quo .s. Deus est in cratura rationali, ut obiectum cognitum &c. est enim in dæmone, & intellectu philosophi gentilis, non tamen per gratiam.

Alio modo sic obiectum operationis &c. Aduerte quod Aureolus ut recitat Capr. primo dist. 37. q. 1. contra tertiam quæstionem, contra hunc modum specialem in declaratione arguit tripliciter. primo sic. Deus est i paruulis baptizatis, speciali modo. s. per gratiam, & tamen non sicut cognitum aut desideratum, cum non habeant usum rationis.

Ad hoc dicitur, quod sufficit Deum esse in eis ut cognitum & desideratum actu, uel habitu, & quoniam in baptismo recipiunt habitũ fidei, & charitatis, ideo hoc speciali modo Deus est in eis habitu, ut obiectum operationis immanentis in operante habitu, licet non actu, & sufficit.

Secũdo Deus est in Demone, & in infideli, ut obiectũ cognitum &c. ut in philosopho extra fidem.

Tertio est speciali modo in aliquibus etiã sine gratia, B. T. ergo maledicit, quod hoc habeat creatura per gratiam.

Ad hoc potest dici quod B Tho. non intendit de omni notitia, quæ potest haberi de Deo, tantum de notitia, quæ causatur per donum sapientiæ, & quando filius mittitur inuisibiliter, & hoc non est in creante gratia.

Potest etiam dici quod licet intendat de omni notitia, tamen non exemplificat de omni, sed tantum de hac specie, scilicet quæ habetur ex gratia, quæ præcipue meretur dici cognitio Dei, ut radix dilectionis, & charitatis. 3. non adduco quoniam nullius est ponderis.

Fuerunt ergo aliqui scilicet Manichæi &c. Aduerte quod hæc opinio tangitur etiam a commentatore in 12. metaph. commenta. 52. ubi dicit, quod aliqui posuerunt duos, Deos Deum creantem bona, & Deum creantem mala.

Contra hos, ergo oportet dicere, quod Deus sit in omnibus per suã potentiam &c. Aduerte quod Aureolus ubi supra in Capre. arguit contra B. Tho. sic tu ponis Deum esse in omnibus per potentiam, sicut rex in toto regno per potentiam, ergo Deus nõ est realiter in omnibus per potentiam, sed tantum metaphorice sicut Rex, non enim alio modo est Rex in toto regno, nisi qui ia subditi apprehendunt mandatum Regium, & aliqui potẽti a Rege exequimur ipsum mandatum, ex consequenti potentia regis non stat nisi respectu rationis, hoc autem est falsum de Deo, ergo est male assignatus hic modus a B. Tho.

Ad hoc dico quod B. Thom. non intendit per illam similitudinem

tudinem concludere potentiam Dei in rebus esse eiusdem rationis cum potētia regis, sicut nec diuinum dominium est eiusdem rationis cum dominio humano, sed intendit assignare differētiam inter modum essendi per essentiam, & modum essendi per potentiam in Deo proportionaliter sicut in Rege, & ad hoc tendit similitudo inducta, & non ultra.

Fuerunt uero alij qui licet crediderunt. Aduerte q. hic fuit Commentator qui in 12. metaphysi. comme. 37. in fine dicit, quod Deus non habet curam de indiuiduis, nisi ut communicant tantum in aliqua proprietate speciei. & e conuerso si dicit quod Deus non scit omnia, nisi inquātum sunt entia, & sic sequitur quod non habet prouidentiam de omnib. in singulari. & commento 52. comparat ea, quæ sunt sub cœlo seruis, & bestiis, quæ sunt in aliqua domo, de quib. paterfamilias non habet curam, nisi pro quanto ordinantur ad bonum domus.

Et contra hos oportet quod sit in omnibus per præsentiam Aureolus, ubi supra in Capreo. arguit quod Beat. Tho. hunc modum male assignauerit, dicit enim Beat. Thom. per præsentiam vero suam dicitur aliquid esse in omnibus, quæ in prospectu eius sunt.

Sed contra inquit Aureolus, ergo Deus est in essentia sua, cum sit in eius prospectu, præterea per cognitionem, non est cognoscens in cognito, sed econuerso, quia fit per assimilationē, ergo per præsentiam Deus debet dici præsens omnib. quia omnia sunt in ipso intelligibiliter.

Ad primū dico, q. non inconuenit dicere, Deum esse in essentia sua hac ratione, quia penetrat ipsam sua comprehensione.

Ad secundum dico, quod vtrumque est uerum, & cognitum est in cognoscente, quo ad similitudinem, & cognoscens est in cognito, præcipue per cognitionem intuitiuā perfectam, qua penetrat intima cogniti.

Fuerunt alij qui licet dicerent omnia ad Dei prouidētiam &c. Aduerte hic fuit Plato, qui in Timæo introducit Deū alloquētem cœlites. i. intelligentias, motrices celorum ut producāt hominem, & alia inferiora ne sint incorruptibilia, existimauit. n. Plato, q. quicquid est a Deo immediate sit incorrupubile, & præterea animam nostram dicit esse incorruptibilem, & diuinum semen. Platonem sequutus est Auicen. in lib. 9. suæ metaphysicæ cap. 5. qui posuit quod a primo non est nisi unum, eo quod nulla multiplicitas est in eo, & contra ipsum proprijssime loquitur Beat. Thom. in præsenti artic. error Auicen. improbabitur infra, cum loquemur de multitudine, & distinctione rerum in q. 47.

Et contra hos oportet dicere, quod sit in omnibus per essentiam. Aureolus ubi supra in Capre. arguit quod B. Th. male assignauit hunc modum, dicit enim B. Th. est in omnibus per essentiā inquantum adest in omnibus, ut causa essendi.

Sed contra dicit Aureo. modus essendi per potentiam distinguitur a mō essendi per essentiā, sed adesse omnibus ut cā essendi est modus essendi per potentiam, ergo non per essentiam.

Ad hoc dico, q. uterq; modus fundatur super operationem Dei, sed modus potentiæ super operationem mediāte alio supposito ut agente secundo licet immediatione uirtutis, modus autem per essentiam, super operationē immediatione suppositi & uirtutis, & sic intellexerit B. Th. cum dixit inquantū adest omnibus ut causa essendi eo modo, quo conclusum est in 1. artic. quoniam in omni re uel operatur totū immediate, uel aliquid ad ipsam pertinens. puta animam ut in homine uel materiam, ut in aliis inferioribus homine, nego igitur minorem argumenti, non enim est uera, nisi addatur ut causa essendi immediatione suppositi & uirtutis.

In responsione ad primum, *etiam sola gratia facit singularem modum.* Aduerte q. B. Th. innuit se locutū fuisse in art. de notitia gratuita, & non uniuersaliter, propterea facit copulatū, cognitum, & amatum, sed d ces ergo Deus non est speciali modo in philosopho gentili, quod tamen uidetur absonum, dico q. B. Thom. hic ut Theologus non multum æstimat illam cognitionem habitam ex sensatis tātum, & multis erroribus admixtam, quæ non meretur comparari gratuitæ, quæ est principiū dilectionis, & charitatis diuinæ, ideo non proprie facit singularem modum existendi Deum in rebus, licet igitur in articulo ad argumentum Aureoli dupliciter respondere possit, Tu tamen sequere primam.

ARTICVLVS IIII.

Vtrum esse vbique sit proprium Dei.

Circa titul. ly, proprium, sic debet exponi. s. cōueniat Deo, nulli alii a Deo, & æquipollet soli Deo.

Dico autem esse ubique primo quod secundum se totum &c. Aduerte quod hæc declaratio fundatur in 5. physicorum, textu 1. ubi agitur de mouente & mobili, *ergo & secundum partes & secundum accidens.* Vide tu, sic igitur esse ubique primo & per se conuenit Deo, & est proprium Dei. Aduerte quod licet B. Th. probet conuenire Deo esse ubique, & primo, & per se, non tamen quod sit rei proprium. i. quod nulli alteri cōueniat, & hoc fecit ut dicit expositor, quoniam per se manifestum est. dato. n. quod solus Deus sit infinitus, essentialiter, & quo ad uirtutem operandi, sequitur quod solus sit ubique primo. 1. secundum se totum. potest enim dici, quod id sufficienter probat, respondens argumentis in oppositum quibus arguitur id non conuenire soli Deo.

QVAESTIO VIIII.

ARTICVLVS I.

Vtrum Deus sit omnino immutabilis.

PRIMO *quia supra ostensum est.* Aduerte q. hæc prima ratio fundatur in 3. physicorum super tex. 60. ubi philosophus ostendit id, quod mouetur manere secundum aliquid. i. secundum substantiam, & transire secundum aliquid. s. respectu termini a quo.

Quia omne, quod mouetur motu suo. Aduerte quod hæc rō potest trahi ex 9. physic. tex. 32. ubi habet philosophus omne, qđ mutatur, se habet aliter nunc, quam prius sed id non conuenit Deo, cum habeat in se omnem perfectionem actu.

In responsione ad primum, Aduerte quod intendit sic distinguere, motus duplex. s. actus perfecti, & actus imperfecti, prius est in Deo, & de eo intelligit August. alter nō est, & de eo intendit in articulo. Motus autem qui est actus perfecti, idem est quod actio immanens & talis dicitur actus perfecti, quia actio immanens est perfecta, & completa, non ordinata ad aliquid melius ipsa actione, quoniam uel actio ipsa est finis agentis, uel si quid per ipsam actionem producitur, ut per intelligere uerbum, & actus morales habitus, tale productum iterum ad actionem ordinatur, ut plenius declarauimus in q. 27. artic. 1. Actio autem transiens dicitur actus imperfecti, quia non est ex se, sed est uia ad acquirendam perfectionem, unde diffinitur per hoc, quod est esse actu existentis in potentia, & de iis plenius diximus in quæst. metaphysic. in quæstio. 11. & quæstio. 12. ubi signaui uiam Ioannis Bacconis, in secundo distinc. 25. q. 2. in fine.

ARTICVLVS II.

Vtrum esse immutabile sit proprium Dei.

Circa tituli, ly, *immutabile* stat ut i primo articulo pro omnino immutabili, unde proponens conclusionem in articulo, & concludens dicit. *Vnde cum Deus nullo istorum modorū sit immutabilis proprium eius est esse omnino immutabile,* ly, pprium si exponitur, conueniat Deo, & nulli alteri a Deo, & supponēs affirmationem ex 1. art. immoratur in toto hoc articulo ad declarationem negatiuæ.

Omnes enim creatura antequam esset, usqe ibi, *in esse producere &c.* Aduerte quod B. Th. nō tenet dari nisi potētiā passiuā, & actiuam, & ideo Scot. qui tenet mediam. s. potentiam obiectiuam non acceptat hanc distinctionem ut sufficientem. Verum defensionem S. Th. ponemus in q. de anima, cum loquemur de potentiis, utrum sint idem cum substantia animæ, nam locus proprius est illic: & Scot. loquitur in illo proposito.

Dico autem potentiam passiuam secundum quā, usque ibi, *uel in consequendo finem.* Aduerte quod per ly, perfectionem in essendo, intendit esse actuale substantiale sibi debitum, & perfectum ex concomitantibus, ly, *perfectionem in consequendo finem,* intendit operationem perfectam, ad quam. ut ad finem rex producitur.

Si igitur naturaliter, mutabilitas rei secundum potentiā ad esse sic non in omnibus. Aduerte quod ex immutabilitate essendi, sequitur impossibilitas non essendi & ex hac infertur necessitas essendi, ergo secūdum B. Tho. aliquod creatum est impossibile non esse, & est necessarium ex consequenti ens productum diuiditur in necessarium & possibile, ut igitur sciamus fundamentum B. Thom. Aduerte quod in q. de potentia, q. 5. arti. 3. adducit duas sententias. s. Auicen. & commentatoris, Auicēna quidem

quidem tenet, q omne ens productum est possibile esse,& non esse,& ideo solum Deum ponit necesse esse. Commentator uero ut habetur in 12.metaph.comment.51.tenet quod necessariorum quoddam est per se,quoddã per aliud, quod est ex se, improductum est,quod autem est ex alio,productum est. Ex his duabus sententijs B Thom.sequitur eam,quæ uidetur Cõmentatoris,ut rationabiliorem,aduerte tamen, quod dissentit in hoc,q Commentator non concedit necessarium est alio nisi in motu,eo quod motus est a mouente,cõcedit igitur motum cœli esse necessarium ex alio,idest ex mouente,non tamen concederet in permanentibus necessarium ex alio, unde dicit in 12.metaphy.commen.41.æternum autem esse necessarium ex alio, eo quod necessariorum quoddam est necessarium per se, & quodam necessarium ex alio, non est uerum nisi in motu cœli tantum.

Quod autem aliquid sit possibile in sua substantia, & per aliud sit necessarium in causa,impossibile est,motus autẽ possibile est,ut sit necessarium ex alio,& possibilis ex se,causa in hoc est,quod esse habet ex alio idest,ex motore, hæc ille.sed Beat. Thom.intendit quod etiam in permanentibus, ut in corpore cœlesti,& in abstractis sit necessariũ, pendens ex alio, ut patet hic in artic.& in q.de potentia,ubi supra:Scot.uero,ut patet in 1.dist.8.q.4.ad secundum in fi,q.sequitur Auicen.Vnde tenet quod repugnatiens productum distinguit per necessarium & possibile,sed omne productum est possibile,posito quod libere agat ad extra,uel necessarium,posito quod Deus agat de necessitate naturæ. Sed hæc eius opinio impugnabitur,cum loquemur de uoluntate Dei,Vtrum sit causa rerum,nunc autẽ sufficit defensare B.Thom.contra Aureolum,cuius argumẽta sunt in Capreo.1. d.8.q. 3. contra secundam Tu igitur scias, quod septem argumenta eius peccant per ignorantiam distinctionis de possibili,& impossibili & necessario ut bene notat Capreol. ibidem. Possibile est duplex scilicet logicum & naturale,logicũ est,quod siue ponatur,siue non,non sequitur contradictio, ut Sortem currere,est possibile,naturale autem est quod in se habet principium quo potest non esse,ut omnia cõposita ex contrarijs,impossibile duplex.s.logicum & naturale,logicum est, cuius oppositum implicat contradictionem, ut hominem esse asinum,est impossibile: naturale est in quo non datur principium intrinsecum quo possit deficere,ut cœlum non esse, est, impossibile,possibili naturali necessarium duplex,logicum, & naturale,siue metaphysicum,logicũ est, quod æquipollet Impossibili non esse,impossibilitate logica, metaphysicum est quod æquipollet impossibili non esse impossibilitate naturali, siue reali:inter hæc autem talis stat differentia, quod possibile logicum non est respectu alicuius potentiæ intrinsecæ, sed tantum dicit non repugnantiam,possibile autem naturale dicit potentiam intrinsecam, quæ res potest esse,& non esse, Impossibile & necessarium logice non subiiciuntur alicui potentiæ intrinsecæ nec extrinsecæ,quoniam nulla potentia potest in id,quod implicat contradictionem. Impossibile autem & necessarium reale non negant impotentiam intrinsecam. Vnde respectu causæ extrinsecæ conseruantis per subtractionem influxus generalis,impossibile non esse,& necesse esse, potest deficere esse.Si autem detur ens, quod utraque impossibilitate sit impossibile,& utraque necessitate sit necesse,id penitus est indefectibile,qualis est solus Deus, & ideo meretur solus dici omnino necesse esse: Ex his dico,quod B.Thom.intendit rerum creatarum,aliquam esse possibilem naturali possibilitate, aliquã necessariam necessitate metaphysicali,ex consequenti impossibile ad non esse impossibilitate metaphysicali,nullam autem necessariam logice, nec impossibilem ad non esse logice, immo omnem possibilem logice.argumenta autem Aureol.ut uidebis in Capreol.concludunt de impossibilitate,& necessitate logica,& possibilitate logica,& ideo nec ualet cõtra sensum Bea. Thom. Argumẽtum uero octauum, quoniam præclare dubiũ petit ideo uolo adducere.Sic igitur arguit, Aut conseruatur a Deo,quia est defectibilis in se,aut quia nõ est defectibilis in se: non secundum,quod enim non est defectibile in se, non indiget conseruante.cum possit permanere perse, ergo datur primum,ergo possibilis non esse in se,ergo nõ necessaria in se,ergo non est necessaria logice,neque metaphysice.

Ad hoc dico,quod utraque est uera alia,& alia ratione,nam non est defectibilis in se, pro quanto non habet principiũ intrinsecum suæ defectionis,puta compositionem ex contrarijs, uel materiam cum priuatione,& est defectibilis in se,pro quãto est talis naturæ,quæ non habet esse a se,sed acquirit esse ab alio,& perseuerat in esse manutẽtione sui agentis. Vnde illud & simpliciter,& omnino indefectibile, quod habet esse ex se, & hoc tantum non indiget cõseruante,ut Deus. Ad argumentum ergo dico,quod ideo conseruãtur, quia est defectibilis in se, non per principium intrinsecum defectionis,sed quia est talis naturæ, quæ non habet esse ex se, sed ab alio: & cum arguitur: ergo est possibilis, non esse in se, nego consequentiam quoniam non est defectibilis per principium intrinsecum,similiter alia consequentia nõ ualet:ergo non est necessaria logice, nec metaphysice:logice quidem concedo, quia non habet esse ex se,ex consequenti non implicat contradictionem, ipsam non esse: metaphysicã autem nego, quoniam caret principio suæ defectionis intrinseco: hæc est uia Beat.Thom.quam reputamus Peripateticam, secundum quam necessarium & possibile debet sumi penes causas proximas & intrinsecas, ut dicemus, cum loquemur de uoluntate Dei, quomodo est causa rerum.

In responsione ad secundum, Aduerte q B.Tho.perfunctorie transit,quoniam de Angelis nondum tractatum est: sufficit ergo pro nunc soluere argumentum,unde autem Angelus sortiatur immobilitatem electionis, & cuius electionis, dicemus cum loquemur de uoluntate Angeli. Item quomodo in Angelo beato ultra immutabilitatem loci, remaneat uariatio secundum intellectionem obiectorum naturalium, dicemus cum loquemur de intellectu Angeli.

In responsione ad tertium, Aduerte quòd intendit formas esse uariabiles,non quia ipsæ uarientur per se,sed per accidens puta uariato subiecto,uariatur accidens, quia desinit unum accidens, & aduenit alterum. idem intellige de materia prima, & formis sibi inuicem succedentibus in ea. Vnde solet dici, quòd forma licet non sit subiectum uariationis:sed tamen terminus,a quo,aut ad quem.

QVAESTIO X.

ARTICVLVS I.

Vtrum æternitas bene diffiniatur à Boetio.

SICVT *in cognitionem simplicium oportet nos uenire per composita.* scilicet prius cognoscere conditiones compositorũ & earum opposita attribuere simplicibus,ita in cognitionem æternitatis oportet nos venire per tempus,scilicet assignare conditiones temporis, & rei mensuratas per tempus, & earum opposita attribuere æternitati,& rei æternæ.

Cum enim in quolibet motu sit successio. Aduerte,quòd hæc declaratio sumitur ex 4.Physicorum,tex. 100.& 101.ubi philosophus declarat, quòd tunc apprehendimus tempus, quando in motu apprehẽdimus partem & partem,& unam succedere alteri,& posteriorem ad priorem,ut diffusius illic uidere poteris.

Quod nihil aliud est,quam numerus prioris, & posterioris in motu Aduerte,quod ly,numerus stat pro mensura,& est formale in tempore ly, *prioris,& posterioris*,stat pro materiali & quoniã numerare est opus animæ. inde videtur quòd tempus non habeat suum esse completum nisi per animã, sed de hoc iam formaui quæstionem.in 4.physi.recurre illuc, quoniam hic est uelut impertinens.

Sic igitur ratio temporis consistit usq; ibi *consistit ratio æternitatis &c.* Aduerte quod ly,in apprehẽsione potest dupliciter exponi, primo ut idem sit quod in apprehendere & in cognoscere respectu nostri intellectus,& sic non est uerum, quod in tali actu cognoscendi uniformitatem diuini esse, consistat ratio completa æternitatis, nam cum illa apprehensio habet rationem formalem proportionaliter, sicut numero in tempore sequeretur quod sicut tempus non habet esse completum, nisi per animam,sic nec æternitas, quod uidetur absurdum, cum sit attributum, & diuina perfectio, quæ nullo modo pendet a nostro intellectu:secundo,ut sit idem, q ratione uniformitatis,sumendo rationem non formatam a nostro intellectu, sed ex parte rei,quasi dicat sicut ratio prioris,& posterioris in motu est ratio tẽporis ex parte rei, sic ratio uniformitatis diuini esse est ratio æternitatis, & hoc est uerum, & intentum Beat. Thom.Sed quæritur quando dicit Beat.Thom.quod in apprehensione uniformitatis &c. Vtrum ly, uniformitas in definitione æternitatis habeat rationem formalis aut materialis, necesse est enim ut proportio naturaliter tempori inueniamus formale,& materiale in definitione æternitatis.Capr. in 1.distinc.9.q. 1.art.2.ad secundum Aureoli,contra primam dicit quod stat pro materiali,& uult quod sicut ratio tẽporis cõpleatur per hæc duo s. numerus prioris & posterioris. ita ratio æternitatis compleatur per hæc duo. s. unitas, ut habet rationem mensuræ, & opponitur numero, & uniformitas diuini

uini esse,& primum est formale, secundum autem materiale, oppositum difformitati motus,& fundat se super B. Thom. in 1. distin. 20. quæstio. 2. ad 1. ubi dicit permanentium actus secundum quod intelligitur in ratione unitatis, quæ habet rationem mensuræ, complet rationem æternitatis, hæc B. Thom.& Capre. per ly, permanentiũ actus intelligit vniformitatem esse diuini.

Expositor tenet, quod stat pro formali, quoniam in scientia semper formalis intellectus præponitur materiali, quando æque saluari potest, & dicit quod Capr. committit nugationẽ, dicendo æternitatem esse vnitatem vniformitatis diuini esse, quoniam non differunt vniformitas & unitas, nisi ut genus,& species, est enim uniformitas species unitatis, ergo sicut est nugatio, dicere animal homo, sic in proposito,& dicit quod B. T. primo sententiarum pro eodem suscepit unitatem pro quo & hic suscipit uniformitatem, scilicet pro formali in æternitate, sed in primo sententiarum assignauit genus remotum scilicet unitatem, hic autem genus proximum scilicet uniformitatẽ,& propterea secundum ipsum declaratio posita in prima parte est melior,& magis propria.

Sed hæc obiectio parum ualet, falsum est enim quod semper committatur nugatio, quando apponitur species generi. potest enim apponi vt contractiua generis, vt cum dicitur animal appositiue homo currit: sicut posset dici in proposito: sed aliud est quod Capr. dum format diffinitionem æterniatis declarat se virtualiter quomodo sumat vniformitatem, non enim accipit ipsam in abstracto & in recto, vt credit expositor, sed in obliquo,& in concreto proportionaliter diffinitum temporis, vnde sic dicit: sicut ratio temporis est numerus prioris & posterioris in motu, sic ratio æternitatis est unitas diuini esse non difformis, nec uariabilis, hæc ille, & sic patet quod non committit nugationem & optime declarat rationem æternitatis per oppositas conditiones temporis, ut docuit agendum B. Thom. in præsenti articulo, sequendo uiam Capreoli uidebis soluta quatuor argumenta Aureol. quibus probat, quod æternitas non consistit in ratione uniformitatis, sicut nec ratio tẽporis in ratione difformitatis,&c. Omnia enim concludunt, quod vniformitas non est ipsum formale, sicut nec difformitas in motu item quod præcisa uniformitas non perficit rationem æternitatis, quod & nos concedimus, & ideo non adduco ea, uide tu in Capreolo, 1. dist. 9. quæst. 1. arti. 2. contra primam in primo loco.

Item ea dicuntur mensurari tempore quæ. vsq; ibi *finem habere potest.* Aduerte quod ly, *principium & finem* nõ intelligitur quo ad tempus rei, quasi quod omne mensuratum tẽpore incipiat esse, & desinat esse in tempore, aliter cęlum non esset æternũ, nec posset esse, nec esset incorruptibile, sed intelligitur quo ad durationem, pro quanto mensuratur tempore, mensurantur autem inquantum existunt sub motu, intendit ergo quod ea mensurantur tempore, quæ ut existunt sub motu, habent principium & finem sui motus in tempore, principium autem & finis motus sumunt a principio & fine existentiæ uel magnitudinis rei mobilis. Existentiæ quidem ut in omnibus generabilibus & corruptibilibus in quibus datur alteratio. Magnitudinis uero, ut in omnibus mobilibus, motu locali, aliter tamẽ, & aliter in mobili motu recto,& in mobili motu circulari, nã in primo datur principium & finis distincta formaliter,& realiter, in secundo uero sufficit distinctio secundum rationem; idem enim punctus est principium & finis in motu circulari,& hoc intendit B. Thom. cum dicit & *hoc ideo, quia in omni eo, quod mouetur.* Sed contra, si ea solum mensurãtur tempore, quæ ut existunt sub motu, habent principium & finem sui motus in tempore, sequitur quod cęlum ut motum non mensuretur tempore.

Ad hoc negatur consequentia, quoniam licet totalis motus secundum philosophum non inceperit in tempore, tamẽ quælibet circulatio incipit & terminatur in tẽpore, & hoc sufficit ut mensuretur tẽpore unde uerum est dicere, quod totus motus cœli mensuratur tempore exponendo sic. quia nulla est circulatio, nec erit, quæ non mensuretur tempore, non tamen totus ut totus, quoniam si esset æternus, esset infinitus, ex consequenti immensurabilis.

Quod uero est immutabile omnino. Sicut nec successionẽ, idest uariationem & difformitatem habet in se, ita nec principium nec finem scilicet nec in esse, nec in magnitudine, nec quacunque alio modo potest habere,& scias, quod tota hæc ratio fundata est in 4. physicorum tex. 117. ubi inquit philosophus, necesse est omnia quæ sunt in tempore contineri sub tempore, ut quæ sunt in loco sub loco hæc ille, & paulo infra ponit correlatiuum dicens, quare manifestum est quoniam quæ semper sunt secundum quod semper sunt, non sunt in tempore neque enim continentur sub tempore, neque esse eorum mensuratur tempore

Sic ergo ex duobus notificatur &c. usque in finem articuli. Aduerte quod Boet. tres partes insinuat, prima interminabilis uitæ, secunda tota simul, tertia & perfecta possessio,& B. Thom. reddit rationem primæ & secundæ, sed non tertiæ expresse, quoniam hanc declaraturus erat in responsione ad quintum, potes etiam dicere, quod tertia nõ distinguitur a secũda, quod enim totum simul perfectum est, unde & in tertio physicorũ totum & perfectum sunt idem: apposuit autem Boetius perfecta, causa maioris expressionis & ornatus.

ARTICVLVS II.

Vtrum Deus sit æternus.

N*Ec solũ est æternus, sed est sua ęternitas, cũ tamẽ nulla alia res sit sua duratio.* Aduerte, quod ex his uerbis trahũtur tria, primo quod Deus est sua æternitas, secundo quod nulla alia res est duratio, tertio elicitur, quod æternitas potest dici duratio, ideo ante primum probat secundum, & intendit hoc medium, nulla alia res a Deo, sumendo rem pro existente, ut quod est suum esse, ergo nec est sua duratio. Antecedens supponitur & probatur consequentia. Magis distat duratio a re durante, quam esse rei, ergo si esse rei quod est proximius, non est idem cum re, nec duratio, ergo magis distat, ex hoc secundo probatur primum, quoniam esse Dei est ipse Deus, ergo est sua æternitas, nam si negatio est causa negationis, affirmatio est causa affirmationis: Quantum ad tertium, quod æternitas sit duratio.

Aduerte quod duratio formaliter dicit manentiã siue moram in esse: sicut autem diuersificatur ipsum esse, sic & ipsa mora. Est igitur quoddam esse omnino immutabile & uniforme, ut esse diuinum, est aliud esse coniunctum mutationi, siue substantiali, & accidentali ut in corruptibilibus siue accidentali tantum, ut in superioribus corporibus, & in abstractis, duratio igitur diuini esse, quoniam est proportionata illi, caret omni prioritate & posterioritate, ante & post, maioritate & minoritate,& omni distensione, sed est sicut indiuisibile,& unitas.

Duratio uero esse creati compatientis secum aliquam uariationem aliquo modorum, ut dixi secum habet omnes has conditiones, maior & minor, prior & posterior, sed diuina duratio habet has tantum eminenter, uel ut dicit Capreol. in 1. dist. 9. quæstio. 2. ad primum Aureoli in 4. loco duratio diuina, potest dici mensura, non quia inferat prius & posterius, sed quia attingit omnes alias durationes,& non exceditur, sed excedit eas sine omni distensione, ex hac declaratione uidebis soluta argumenta Aureoli in Capr. ubi supra, omnia enim probant quod duratio includit diuisionem & ante & post, quod non est uerum de duratione ut duratio est, sed tantum de duratione esse non omnino immutabilis aut secundum se aut ratione adiuncti, de duratione autem diuini esse cum sit alterius rationis & ordinis, non uerificatur hæc nisi eminenter.

In responsione ad primum nota quod B. Thom. in 4. physicorum textu. 104. & est lectio 18. adducit eandem sententiam quam & hic,& incipit *ex hac autem consideratione de facili potest accipi intellectus ęternitatis.*

Aduerte secundo, quod B. Thom. ut patet ibidem non aliter intendit, nunc suo fluxu causare tempus quam punctum suo fluxu causare lineam, constat autem quod punctus non potest realiter fluere, quoniam ex 6. Physicorum, nullum impartibile potest per se moueri. ille igitur fluxus est imaginatus & apprehensus tantum,& ideo dicit B. Thom. ibidem, imaginemur secundum Geometras, quod punctus motus faciat lineam, ex consequenti causat lineam non realiter, sed apprehensiue in nostro intellectu, quoniam nõ possemus cognoscere solam longitudinem, nisi imaginemur tale indiuisibile se habere ac siflueret: ex consequenti, non realiter causat tempus, sed apprehensiue in nostro intellectu realiter enim causatur tempus a quo causatur primus motus, quoniam uel est idem realiter cum primo motu, uel est passio eius, ab eodem autem causatur subiectum,& passio quodam ordine,& propterea dicit B. Th. quod causatur in nobis apprehensio temporis ex fluxu non reali, sed imaginato ipsius nunc,& non dicit quod causatur realitas temporis, eodem modo intelligendum est, quod nunc stans, idest apprehensum ac si staret, causat non realiter æternitatem, quoniam cum sit attributum diuinum est improducibilis, sed apprehensiue, apprehendimus enim quod sicut nunc si flueret, causaret durationem fluentem, ita si stat, cau-

sat durationem permanētem,& indiuisibilem, qualis est æternitas,causa igitur notificatiue, sed non realiter. Aduerte tertio quod Aureolus,ut recitat Capr.in 1.dist.9.quæst.1.ar.2.in 3.loco arguit contra hanc propositionē,*nunc stans causat æternitatem.*& principaliter arguit,quod non possit concipi,nec apprehendi nunc ut stans, immo est implicare contradictionē dicere,nunc stans,sicut si dicerem motus permanens, & eius principale fundamentum est, quia credit quod instare, accedere, adesse, & non posse bis demonstrari, sunt de ratione quidditatiua instantis, ut instans est:sed nos dicimus, quod instans, ut instans, non dicitur vniuoce de instanti temporis & æternitatis,& quod illæ conditiones non conueniunt nisi instanti temporis, nec philosophus aut Commentator cognouerunt nisi hoc instans,sed hoc solum est de consideratione physica,si autem quæres,quæ ratio formalis instantis,ut instans est. Respōdeo,quod est esse indiuisibile quid in omni duratione, nec plura sunt de ratione eius formali, ideo argumenta Aureoli non ualent contra nos. Aduerte quarto, quod arguit contra hoc, nunc stans causat æternitatem,ut recitat Capreol.ibidem in secundo loco, sed non est necesse ea adducere, peccant enim sicut præcedentia in hoc fundamento quod imaginatur, nunc, & nunc esse uniuoca ad nunc temporis & æternitatis & durationem omnem includere successionem & distensionē,ex consequenti, quod omnis duratio causata ab ipso nunc,sit extensa successiua,sicut esse causatum a puncto est extensum permanens,sed ut iam diximus de ratione formali durationis est tantum manentia in esse, quod autem sit successiua vel non, hoc pendet ab esse mensurato,sicut tempus ex motu habet successionem & prius & posterius, & propterea nūc stans causat durationem stante,quæ est mensura esse omnino stantis.idest diuini,nunc autem fluens causat durationem fluentem, quæ autem differentia sit inter nunc æternitatis,& nunc æui, cum utrumque uideatur stans,dicam infra. patet igitur quod Aureolus laborat in æquiuoco.Et si dicas sicut se habet pūctus ad lineam, sic nunc ad durationem, sed punctus non potest causare lineam inextensam, ergo nec nunc durationem inextensam,& non successiuam qualem ponis æternitatem. Ad hoc dico, quod similitudo non ualet nisi in hoc, quod sicut punctus est quid indiuisibile causatiuum lineæ, si nunc est quid indiuisibile causatiuum durationis, in præsenti autem applicatione,non ualet, quoniam punctus ut punctus,est uniuocum, & ideo non causat lineam diuersarum rationum ,puta extensa,& non extensa, nunc autem est non uniuocum ad nunc principium temporis, & ad nunc æternitatis, ideo non est par ratio de puncto,& de nunc.

ARTICVLVS III.

Vtrum esse æternum sit proprium Dei.

CIrca tit.Aduerte,quod æternum ut patet ex ar.1.duo includit,scilicet immutabilitatē & interminabilitatē, quæ potest esse ex parte utriusque extremi,ut si ponatur motus cœli non incœpisse, nec desinere, uel ex parte alterius extremi, ut si ponatur cœlum incœpisse,& tamen non desinere,uel ecōuerso.B.Tho. in tit.intendit de æterno quoad utramque conditionem simul,& propterea respondens ponit conclusionem per exclusiuam. quantum enim ad interminabilitatem patet, quod conuenit alteri a Deo ut cœlo & Angelo,licet de facto ex parte unius extremi,tamen de possibili ex parte utriusque, & philosophi tenent de facto mūdum æternum,& tempus æternum:quod tamen ueritas fidei non concedit.

Quædam igitur quantum ad hoc etc & usque ibi, *æternitas Angeli*, Aduerte quod licet indesinentia in esse conueniat terræ, & alijs elementis,& Angelis, non tamen eadem ratione: quoniam Angeli nullomodo quo ad esse substantiale desinunt esse:elementa vero cum habeant materiam subiectam priuationi,secundum partes desinunt esse, cum ad inuicem transmutentur ex secundo de generatione,& perseuerant secundum totum,idest per æquiualentiam tantum, ut exposuimus supra in quæst. 2. artic, 3. defensantes B. Thom.contra Aureolum: in defensione tertiæ responsionis: post cessationem autem motus cœli terra conseruabitur in esse sine termino durationis, & secundum partes, & secundum totum ex diuina virtute: & pro statu illo propriè verificatur dictum scripturæ: terra in æternum stat.

In responsione ad secundum: *vnde tamen in inferno non est uera æternitas,sed magis tempus.* Aduerte quòd ex hac responsione duo eliciuntur,primum est, quòd æternitas ex principali importat immutabilitatem, eo quod est mensura esse omnino vniformis, & propterea ex sola interminabilitate nō datur uera æternitas.Secundum est, quòd post motum cœli adhuc dabitur tempus in inferno, ergo non omne tempus est mensura primi motus, quale autem sit hoc tempus, an continuum an discretum,dicemus,cum loquemur de motu Angeli.

In responsione ad tertium. Aduerte quod intendit implicite necessarium esse duplex,s.incomplexum,ut Deus,cœlū,Angelus,& de hoc negandum est,esse æternum ꝙ sit necessarium ab intrinseco & ab extrinseco,qualis est solus Deus ut diximus in q.præcedenti.articu.2.Et complexum, ut propositiones per se & principia prima, & tale necessarium concedit omne æternum non quo ad esse,sed quo ad ueritatem. sunt enim immutabilis ueritatis ad differentiam propositionum contingentiū. quarum ueritas mutabilis est. Vnde propositio categorica in materia contingenti reducta ad modalem,significatur per ly possibile,ut Socratē sedere, est possibile, per quod notatur ꝙ modus ueritatis importatus per talem modalem,est mutabilis de uero in falsum,& è conuerso.Categorica autem in materia naturali & per se reducta ad modalem significatur per ly necesse, ut hominem esse animal, est necesse, per quod mutatur ꝙ modus ueritatis importatus per talem modalem, est immutabilis, ex consequenti æternus,& hoc est, quod dicit B. Thom. quod necessarium, scilicet sumptum in propositione modali significat quendam modum ueritatis, sicut possibile sumptum eodem modo,ex quo tamen non habetur ꝙ illud extra Deum sit æternum, quoniam ueritas propositionis est tantum in intellectu,ergo, ueritas æterna est in intellectu æterno, qui est Dei solus intellectus.

ARTICVLVS IIII.

Vtrum æternitas differat a tempore.

S*I tamen prædicta differentia &c.* vsq; ibi,& finem in tēpore. Aduerte quod hanc propositionem declarauimus in 1.art, huius quæst.quare illic, *Vnde si motus cœli &c.* & usq; *totā durationem*, Aduerte quod Sco.in 2.distin.2.q 3.ibi *conceditur cōsequens propter illam rationem.* Improbat dictum B.Tho.dupliciter,primo sic, aliquid esse in tempore est sicut aliquid esse in numero,sed non est de ratione existentis in numero quod excedatur a numero, sed sufficit, quod quælibet pars numerati excedatur a tali numero,quia ipsum numeratum est maius suâ parte,& ipsum totum adæquatur suo numero,ergo a simili nō est de ratione existentis in tempore,quod excedatur a tempore,sed quod sit uariabile, & habeat aliam & aliam dispositionem, & quod quælibet eius dispositio excedatur a tempore, igitur cum primus motus,dato quod esset æternus,habeat q̄libet circulationem,quæ excedatur a tempore,licet secundum se totum non excedatur, se adæquetur potest dici mensurari tempore.secundo sic cuilibet mensuræ uniformi assignandum est primum,& adæquatū suum uniforme adæquatum,sed tempus æternum est mensura vniformis, cum secundum omnes partes sit successiua & regularis ergo assignandum est sibi adæquatum mensuratum vniforme,hoc autem non potest imaginari,nisi totus motus cœli,ergo.

Ad hoc dico quod fundamentum Scoti est contra philosophum in 4.physicorū.tex.117.dicit sic, quoniam autē sicut est in numero sic est in tempore, accipiatur ad plus tempus omnī eo,quod est in tempore.hæc ille,& subdit,unde necesse est omnia quæ sunt in tempore,contineri sub tempore ex quibus habemus,quod omne mensuratum tempore exceditur a tempore: sed secundum Scot. Totus motus æternus non solum quo ad singulas partes mensuratur tempore, sed ut totus, ergo necesse est,ut tempus excedat non solum singulas partes,sed etiā totum,ergo non sufficit adæquari,quod ponit Scot.& hæc est intentio Commentatoris super eundem text.Vnde inquit omne quod est in tempore, tempus excedit in duobus extremis. quod autem dicit Scot. de numero,quod non est necesse excedere numeratum, sed sufficit adæquare, falsum est sumendo numerum in tota sua latitudine,quoniam cum numerus tendat in infinitum, potest dari maior numerus quocunque applicito cuilibet numerato. Vnde dicit Commentator super eundem text.& omne, quod est numeratum in aliquo numero, numerus excedit ipsum in duobus extremis. Fallitur autem Scot. quoniam non considerat totam latitudinem numerorum, qui crescunt in infinitum, sed hunc numerum, puta x.applicatum x.lapidibus,ne hoc constat, quod non est necesse excedere suum numerum, sed ideo nihil est. ad hoc enim quod decem lapides mensurentur numero,necesse est, ut adæquetur suo numero.s.x.& ultra hoc,quod detur maior numerus quam

rus quàm x. ex his igitur dico ad primum Scoti quod tam in numero quam in tempore non sufficit adæquatio, sed requiritur excedentia, & quo ad singulas partes, & quo ad totum secundum mentem philosophi & Cómentatoris, ideo Scotus in hoc deuiat a philosopho. Ad secundum dico, quod sufficit cuilibet mensuræ assignare suum adæquatum mensuratum, quod sit mensurabile aut secundum totum, aut secundum partes singulas. Et hoc sufficit, & sic concedimus totum primũ, motum æternum mensurari tempore, & si dicatur, ergo totus motus, ut totus, erit sine mensura, concedo, quoniam infinitũ est inmensurabile. Et si dicas, quod esse creatum, uel creabile est constitutum in aliqua mensura, concedo quo ad determinatum gradum entitatis, non autem quo ad extensionem, ut patet si daretur linea infinita uel cresceret in infinitum.

In responsione ad secundum, *nunc temporis est idem subiecto.* idest, ut est quoddam ens, *in toto tempore, sed differens ratione* id est ut apprehẽditur in cõtinuo fluxu, aliter, & aliter se habet, & sic causat tempus, sicut mobile manẽs idem secundum substantiã, & uariatum secundum diuersa ubi causat motum &c. Aduerte quod eandem sententiam ponit B. Thom. in 4. physicorum text. 104. & incipit ibi, *ipsum autem nunc est quidem sicut idem &c.* Sed contra hanc responsionem arguit Scot. in 2. d. 2. q. 2. ad hoc et sunt duæ rationes philosophi, sed antequam ad ducam argumenta, propono quod ipse deceptus fuit in duob. qa non agnouit differentiam inter nunc extrinsecũ & intrinsecum: nam extrinsecum est tantum vnum, & correspondet mobili ut mensura, & non est substantia mobilis, sed unitas ipsius ut sub motu, & non continuat nec terminat tempus, sed causat ipsum suo fluxu imaginarie, sed non realiter, sicut punctus fluens causat lineam, intrinsecum autem plurificatur, sicut plurificantur mutata esse in motu, & sic mutata esse nõ sunt aliud, quã diuersa esse ipsius mobilis vt est sub motu, qm semper aliter se habet, ita nũc intrinseca sunt diuersa esse ipsius nunc extrinseci fluentis imaginarie, & correspondenter mutatus esse, ut mensuræ suis mensuratis, & hæc nunc intrinseca continuant & terminant tempus. In hac igitur responsione B. Tho. quando dicit quod est idem nunc subiecto in toto tempore, intendit de nunc extrinseco, quando dicit, quod est diuersum ratione, intendit quod est diuersum secundum diuersa esse acquisibilia sibi, vt causat tempus, & talia diuersa esse, sunt nunc intrinseca sicut diuersa esse ipsius mobilis, vt est sub motu sunt diuersa mutata esse.

Secundo deceptus est, quia credidit omne diuisibile esse actu terminum alicuius continui, uel partem alicuius discreti: quod non est uerum de indiuisibili causante suo fluxu extensionem, siue permanentem, siue successiuam, quod dicitur indiuisibile extrinsecũ, propositio igitur assumpta à Scoto non est uera nisi de indiuisibili intrinseco: Ex his uidebis statim soluta argumenta eius quæ recitantur etiam a Capreol. in 2. d. 2 quæst. 2. contra secundam & 12. & 13. in ordine, & quoniam ipse soluit iuxta declarationem hic præmissam, ideo non adduco ea, tu vide.

In responsione ad tertium *esse uero rerum corruptibilium &c.* usque ibi *æternitate sed tempore.* Aduerte quoniam idem regitur in articulo sequenti, ideo illic defensabitur contra Heruetum & Scot.

ARTICVLVS VI.

Vtrum Aeuum differat a tempore.

Circa tit. Aduerte quod licet proponat dubium de æuo & tempore tamen respondens pertractat differentiam æui ab æternitate & tempore, qualis est differentia medii ab extremis, ex hoc enim res. &c. usq; ibi esse transmutabilẽ. Aduerte ꝙ ratio fundatur super quartum physicorum in text. 119. ubi inquit philosophus de mensuratis, & tempore, tabefacit tempus, & ueterascunt omnia sub tempore, quæ scilicet habẽt esse transmutabile, unde infert philosophus illic, quod quæ sunt semper, ut sunt semper, non sunt in tempore.

Vt ex transmutabilitate &c. usque *esse transmutabile.* Auerte ꝙ ratio fundatur supra 4. physicorum tex. 99. ubi philosophus docet, quod prius & posterius primo inueniuntur in magnitudine, secundo in motu, tertio in tempore, ita quod ex primo sequitur secundum, & ex secundo tertium, & sic patet, quod ex uariatione, quæ est in motu sequitur uariatio in tempore, ut in sua propria mensura, ex quo sequitur quod si mensuratum non habet prius & posterius, nec ipsius mensura habebit ita quod sicut affirmatio est causa affirmationis, ita negatio est causa negationis.

Sed aduerte quod Scot. in 2. dist. 2. quæst. 1. ibi, *ad argumentum contra illam propositionem ad primum: quod probat contradictionem sequi &c.* conatur soluere hanc rõnem, & dicit ꝙ illa propositio, *ex transmutabilitate mensurati*, nõ est necessario uera, quia stat esse innouationem & diffinitionem partium in duratione alicuius, & tamen non in existentia uel in esse illius, cuius est talis duratio, & ponit exemplum de carne, quæ si non haberet partem & partem sub eadẽ quantitate permanente, tamen & esset alietas partium in ipsa extensione formaliter. i. in ipsa quantitate, cum de ratione quãtitatis sit, posse diuidi in partes absque distinctione partium, i. corporis, cui accidit extẽsio talis. Et cum probatur, quod non est distinctio in mensura nisi fuerit in mensurante, per philosophum in 4. physicor. inquit Scot. Dico, quod bene sequitur si partes temporis sunt aliæ, & partes motus sunt aliæ, sicut sequitur ab effectu ad causam, sed non est necesse, quod in quibuscunq; partes durationis sunt aliæ, quod aliqua distinctio partium prior, et sit causa huius distinctionis, quia illa, quæ alicui est secunda, in alia potest esse prima, exemplum huius est ignis, qui calefacit & exsiccat propter accidentia distincta in eo. i. propter calorem & siccitatem, ita quod distinctio harum actionum est secunda, supponens distinctionem accidentium in igne, ut priorem, tamen non est necesse hunc ordinem seruari in omnib. nam in sole est utraque actio, & tamen non reducitur ad priorem distinctioné accidentium cum eadem qualitate, puta luce, ut æquipollet calori, & siccitati, licet utramq; causet actioné, sic inquit Scotus dicendum est in proposito.

Sed quod hæc solutio non possit stare patet hic: si mensura est habens partes, & mensuratum sit indiuisibile, ergo nõ certificabit mensuratum, quoniam ex 10. metaphysico. tex. 36. *metrum cognatum est* . i. unius generis cum mensurato, propter quod inquit philosophus magnitudinem magnitudine metimur. sed diuisibile & indiuisibile nõ sunt cognata, nec proportionata ut patet, ergo &c. igitur mensura nõ potest habere partes nisi & mensuratum habeat, aliter non erit mensura. Vnde patet ꝙ Scot. contradicit philosopho in x. metaph. exemplum autem suum de carne non est ad propositum, dato enim quod caro non haberet partes, & quantitas secundum se habet partes, tamen non poterit dici stante illo casu, quod caro sit mensura, & quantitas sit eius mensura, cum non proportionentur diuisibile & indiuisibile, exemplum de igne non ualet quoniã actiones ignis & accidentia sua, quæ sunt principia earum actionum non ordinantur sicut mensura, & mensuratum, & ratio non inconuenit ab altiori principio diuiso prouenire immediate plures actiones, stando autem in proposito de mensura, & mensurato, non conueniet in aliqua natura quod partes mensuratæ supponant partes mensurati ut priores, sicut effectus supponit causam, unde patet quod Scot. conatus reprobare propositionem B. Thom. cum sit etiam philosophi in 4. physicorum ut diximus, reprobat etiam philosophum, & satis inepte.

Quidam autem sic recedunt. usque *rerum corruptibilium.* Aduerte quod Henricus in 2. quodl bet. quæst. 12. tenet, ꝙ esse rerum corruptibilium non mensuratur tempore, sed nunc temporis discreti, & probat duplici medio, primo sic: sicut esse substantiæ incorruptibilis est totum, sic & esse substantiæ corruptibilis, sed illud non mensuratur tempore, etiam secundum B. Tho. sed æuo, ergo nec istud. Secundo sicut tempus est mensura successiui diffinitur enim per esse, mensuram motus, sed esse substantiale rei corruptibilis non est de genere successiuorum, immo permanentium: ergo non mensuratur tempore. Ad hæc dico, quod ad hoc quod aliquid mensuretur tempore, sufficit hanc desiunctiuam esse ueram quod est successiuum, uel subiectum mutationis, quo tendit & disponitur ad non esse: si est successiuum, est primo mensuratum tempore, si est subiectum mutationis quo disponitur ad non esse, est secundario mensuratum tempore. Ex his dico ad primum ad maiorem, licet utrumque sit totum simul, prout neutrum acquiritur per partem post partem, tamẽ esse rei corruptibilis est subiectum mutationis alteratiuæ propter qualitates actiuas, & passiuas, sed illud non: ideo non est eadem ratio, dico autem alteratiuæ ad differentiam motus localis, nam esse substantiæ cœlestis est coniunctum motui locali, & tamen non mensuratur tempore, sed æuo, quoniam motus localis ut sic, non ut uia ad non esse.

Ad secundum dico quod concludit esse substãtiale rei corruptibilis non primo mensurari tempore, quoniam tempus est prima mensura motus, cum hoc tamen stat, quod est secundario mensuratum, i. ratione mutationis annexæ, qua disponitur

ad non esse, & ideo ad insinuandum hanc differentiam Beat. Thom. in articulo utitur disiunctiua cum dicit quod esse eorum, .c. subiectum transmutationis, uel in transmutatione consistit est.

Item aduerte quod Sco. in distinct. 2. quæstio. 4. ibi, *Concedo conclusionem &c.* tenet quod esse substantiæ corruptibilis mensuretur æuo, & soluit rationem, cui uidetur inniti D. Thom. quod mensuretur tempore, & quidem quod mensuretur æuo fundat se super hoc suum principium. Quæcunque existentia actualis cui repugnat acquiri per partem, post partem, ex consequentia est manens, quam diu manet, eadem mensura mensuratur secundum esse, substantia corruptibilis est talis. quam diu manet, esse substantiæ incorruptibilis est tale, & actiones Angelicæ sunt tales, quam diu manent: ergo eadem mensura mensurantur. Sed esse substantiæ incorruptibilis mensuratur æuo, ergo & esse substãtiæ corruptibilis. Nec obstat inquit Sco. quod alterum sit corruptibile, alterum non dummodo existentia dum manet sit eiusdem rationis, puta quod sit permanens & non partibiliter acquisibilis, quoniam perpetuitas, & corruptio, & annihilatio non uariant mensuram formaliter stante existentia eiusdem rationis dum manet.

Ad hoc dico, quod Maior assumpta nisi aliter exponatur, est falsa aliter esse diuinum & esse hominis eadem mensura mensurarentur, dico igitur, quod non est uera, nisi ultra illas conditiones addatur hæc, & a principio intrinseco. non est transmutabilis essentialiter & sic concessa maiore, nego minorem, ergo ad esse rei corruptibilis, & quo ad operationes Angelicas, quoniam ex se & ab intrinseco sunt defectibiles cum substantia corruptibilis includat materiam subiectam priuationi & operationes naturales Angeli sunt potẽtia actiua creata quæ ex sui natura aliquãdo est in potentia, aliquando in actu, unde patet quod ratio Scoti est nulla nec concedimus perpetuitatem a principio intrinseco, & corruptibilitatem a principio extrinseco nõ uariare mensuram. Ratio cui uidetur inniti, B. Thom. præcipue in articul. præcedenti, in responsione ad tertium, est hæc, quies ex quarto physicor. mensuratur tempore, igitur illa, quorum esse est cum motu, quando non sunt in motu, mensurantur tempore, sicut si essent in motu tales substantiæ corruptibiles & esse earum &c.

Ad hoc Scot. dicit quod bene sequitur quies mensuratur tempore, ergo & motus, quia est priuatio motus, ergo si priuatio mensuratur multo magis habitus, sed non sequitur inquit Scot. ergo existentia rei corruptibilis. permanentis mensuratur tempore, quoniam talis permanentia est extra genus successiuorum. sed Scot. non tendit ad sensum Beati Thom. nam intendit Beat. Tho. probare, quod esse rei corruptibilis mensuratur tempore, non præcise sumptum, sed ut adiunctum transmutationi alteratiuæ qua res corruptibilis disponitur ad non esse. Scot. autem formans illam consequentiam, ergo existentia rei permanentis &c. accipit ly, existentiam secundum se præcise, & sic concedimus quod consequentia non sequitur si autem sic formasset, ergo existentia rei corruptibilis vt coniuncta transmutationi mensuratur tempore, uidisset ueritatem consequentiæ quam intẽdit Beat. Thom. & aduerte quod ratio Beat. Thom. fundata est in 4. physicor. text. 118. ubi philosophus declarans, quomodo tempus est mensura non solum eorum quæ mouentur actu, sed quæ mutabilia sunt, inquit mensurabit autem tempus, quod mouebitur & quiescens, secundum quod hoc quidem motum illud autem quiescẽs, hæc ille, ex quo habetur, quod cum omne quiescens sit mutabile, si omne quiescens mensuratur tempore, & omne mutabile, ut sic mensurabitur tempore, & tunc Beat. Thom. assumit hanc minorem sed esse rei corruptibilis est mutabile, ut constat, & ideo bene concludit. ergo mẽsuratur tempore, præcipue quia est mutabile ex principio intrinseco, ut diximus supra patet igitur quod Scot. impugnans Beat. Thom impugnat philosophum.

In responsione ad primum duæ sunt propositiones defendendæ, primo *Creatura spirituales quantum ad affectiones &c.* Secunda *quantum ad visionem gloria participant æternitatem.*

Cõtra primam, aduerte quod Sco. in 2. distinct. 2. quæst. 4. duplici uia arguit, primo probat quod mensurentur æuo, secundo quod non tempore, quantum ad secundum sic arguit, quæ habent uniformem modum mouendi, dum manet, habent mensuram eiusdem rationis, licet unum diutius maneat quam aliud: hæc fundamenta uidentur supra doctrinam B. Thom. in prima parte quæstio. 10. in præsenti articul. ubi distinguit tres mensuras penes tria esse rerum: ergo quæ habent esse, eodem modo mensurantur eadem mensura, sed operatio Angeli habet eundem modum essendi, quem habet existentia Angeli quoniam est indiuisibilis licet tota simul sicut esse Angeli, cum sit motus, qui est actus perfecti & non actus existẽtis in potentia, ergo licet, non tantum durat quantum esse Angeli mensurabitur æuo, sicut esse Angeli: Nec ualet inquit Scot. si dicatur, quod non mensuratur æuo, quia operatio non semper erit, & tamen esse Angeli semper erit, quoniam etiam si Angelus cras nihilaretur, mensuraretur, æuo, ergo.

Ad hoc dico, quod maiore concessa, minor est falsa. nam ad hoc, quod operatio Angeli habeat eundem modum essendi, quem habet existentia ipsius, non sufficit, quod utrunque sit indiuisibile, & non partibiliter fiat, sed quod vtrumq; ex suo principio intrinseco sit indefectibile, quod autem sit defectibile a principio extrinseco, hoc non impedit, puta quod sit annihilabile, non modo esse Angeli, est indefectibile ex suo principio intrinseco, quoniam ut sic, est necessarium ut docuimus supra, operatio autem vtroque modo est defectibilis de principio extrinseco, patet sicut omne creatum, de principio autem intrinseco, probatur, quoniam omnis potentia actiua creata ex sui natura est in potentia ad operationem suam, sicut perfectibile ad suam perfectionem, ergo quantum sit ex sua naturalitate potest habere operationem suam, & non habere eam, ex consequenti operatio eius naturaliter defectibilis est, dixi quantum ex naturalitate potentiæ, ut præseruem me a uisione beatifica, de qua dicam, & ab intellectione, qua Angelus intelligit se ipsum. hæc enim est perpetua propter continuam præsentiam obiecti, & non propter potentiam intellectiuam Angeli, cum secundum se sit in potentia ad omem actum secundum, ut dicemus in tractatu de Angelis patet igitur quod ratio Scoti non ualet. Arguit, quod, non mensuretur tempore, sed quoniam B. Thom. intendit de tempore discreto de quo est specialis locus infra quæst. 57. de motu Angeli, an fiat in instanti, & Scot. principaliter intendit reprobare tale tempus, ideo differo huiusmodi argumenta vsque ad illum locum: nam & Capreol. in illo proposito adducit in 2. dist. 2. quæstio. 2. contra tertiam.

Contra secundam, Aduerte quod Scot. in 4. distinct. 49. quæstio. 9. ibi *de secundo dubio, scilicet qualis sit &c.* tenet, quod uisio beatifica mensuratur æuo, sicut esse Angeli, & aliæ operationes suæ: & contra B. Thom. arguit quod non mensuretur æternitate participata. primo sic, substantia Angeli immutabilior est operatione sua beatifica, ergo si substantia sua mensuretur æuo, & operatio eius beatifica, consequentia nota: Antecedens probatur, quoniam substantia sua est fundamentum operationis, ergo nobilior, & permanẽtior. Præterea ly, beatifica se habet ad operationem beati, sicut forma, uel qualitas, uel modus operationis ad substantiam eiusdem operationis, sed qualitas aut modus non est immutabilior eo cui accidit, quoniam quod est per se, immutabilius est, eo quod est per accidens, ergo si beati operatio ut est operatio agentis creati secundum substantiã mensuratur æuo, & ut stat sub ly, beatifica, mensuratur æuo. Præterea mensuratum æternitate, est indefectibile, & penitus immutabile ex definitione æternitatis. quam supra posuimus. Sed nulla operatio creata est indefectibilis, potest enim non conseruari a Deo, & potest etiam annihilari, ergo & operatio beatifica ex consequenti non mensuratur æternitate.

Ad horum euidentiam. Aduerte tria, primo quod Beat. Thom. nec hic, nec in 3. contra gent. 61. dicit absolute operationẽ beatificam mensurari æternitate, secundum quod participat æternitatem, & intendit quod secundario & mensuratur æternitate, quasi dicat, æternitas est mensura primo quidem diuini esse, & diuinæ operationis, deinde secundario uisionis beatificæ, unde æuiternitas, & æternitas participata est eadem mẽsura, sed distingui ratione solum penes primum & secundum mensuratum unde non est concedendum, quod æuum sit idẽ quod æternitas participata: Nec obstat quod B. Thom. dicit in quinto quodlibet. quæstio. 4. articul. 1. quod æuum est quædam æternitatis participatio, intendit enim per participationem, deriuationem, sicut & tempus deriuatur ab æuo secundum Boetium.

Aduerte secundo, quod cum æternitas mensura diuini esse sit, nihil potest mensurari æternitate, nisi fiat diuini, & supernaturalis ordinis. Vnde omne naturale mobile mensuratur tempore, omne naturale in mobile ut sic mensuratur æuo sicut esse cœli & Angeli & animæ, & quoniam beatus in suo intellectu pro forma intelligibili habet diuinam essentiam, ex consequenti eleuatur ab ordine naturali ad ordinem diuinum, ut plenius loquemur in quæstio. 12. ideo operatio, quæ elicitur ab intellectu sic eleuato efficitur operatio non naturalis, sed supernaturalis, & dicitur diuina, sicut beatus dicitur diuinus, ex consequenti non est mensurabilis, nisi mensura diuina.

Aduerte

Aduerte tertio quod ly, operatio beatifica dicatur immutabilior quacunque operatione elicita a creatura, propter omnimodam præsentiam, & sufficientiam obiecti beatifici, tamen defectibilis est, quoniam omne productum est defectibile ex subtractione uniuersalis influxus Dei, & indefectibilior quam sit substantia ipsius beati, cum sit minoris entitatis, quoniam non ratione immutabilitatis præcise, sed quia est actio diuini ordinis, conuenit ei sic mensurari, ex his patet solutio ad obiectiones Scot. Ad primam nego consequentiam quam reputat esse notam, dato enim quod substantia beati esset immutabilior, tamen est in ordine entium naturalium, actio autem beatifica in ordine entium diuinorum, & ideo consequentia non ualet. Ad secundam supponit falsum, scilicet quod ly, beatifica in ordine entium diuinorum sit conditio accidentalis, adueniens illi operationi, sed hoc non est uerum, immo est ut differentia per se distinguens talem operationem essentialiter ab omni operatione naturali, & ex tali differentia efficitur diuini ordinis, & propterea considerare talem actionem secundum se, deinde ut stat sub ly beatifica, est falsa imaginatio, sicut imaginatus est Scotus, unde nego, quod sit apta secundum se mensurari æuo, quoniam non potest abstrahere a ly, beatifica, sicut homo, non potest abstrahere a rationali. Ad tertiam dico, quod maior non est uera de primo mensurato, secundum autem mensuratum potest esse defectibile dummodo non fiat diuini ordinis.

In responsione ad secundum *æuum est totum simul.* Aduerte quod Capreol. in 2. distinctio. 2. quæstione 2. cōtra quintā, adducit 12. argumenta, quibus aliqui defensant opinionem B. Bonauenturæ tenentes, quod in æuo sit successio, siue prius & posterius, ex consequenti non est totum simul ex quibus arguens ut uidebis quarum fundat super dictum Hiere. & secūdum sic per dictum Augustini solu untur hac responsione Beat. Tho. Verum est enim quod licet æuum, in se non habeat successionem ex consequenti nec præteritum, nec futurum, tamen secum compatitur successionem ratione operationum ipsius æui terni, & ideo licet æuiternum secundum esse substantiale non cadat nec sub præterito, nec sub futuro, tamen ut operans cadit sub his differētiis, quoniam uerum est dicere, quod aliqua operatio est præsens aliqua præterita & hac de causa ut dicit Beat. Thom. differt æuum ab æternitate.

In responsione ad tertium, aduerte, quod per hanc responsionem uidebis solutum primum argumentum & vndecimū, & duodecimū recitata a Capreolo ubi supra, & Capreo. in responsione ad primū ibi, *I um quia, si illa responsio non placet &c.* optime declarat responsionem hic datam a B. Thom. & exposi tor imitatur uerba Capreol. de coexistentia actuali uel potētiali, ut uidebis.

In responsione ad quartum, *Duratio æui est infinita, quia nō finitur tempore.* Aduerte quod ex hac responsione soluitur argumentum secundum recitatum a Capreol. ubi supra, & intendit hanc distinctionem infinitum dupliciter, positiue, & negatiue, primum repugnat creaturæ, non autem secundum. Quid sit utrumque, uide in Capreol. ubi supra in responsione ad secundum, & quoniam æuum est infinitum negatiue, quia non habet potentiam in se, per quam possit desistere hodie, non cras, nec post cras, & sic in infinitum, ideo nullum sequitur inconueniens, sed aduerte quod argumentum tertium recitatum a Capreol. ubi supra est sicut replica cōtra responsio. Beat. Thom. probat enim quod si æuum est infinitum negatiue, & sit infinitum positiue & arguitur sic, negatio infinitorum defectuum arguit positionem infinitarum perfectionum, ergo si in æuo est infinitas negatiue, sequitur in eodem infinitas positiua.

Ad hoc bene respondet Capreol. quod æuum includit negationem infinitorum defectuum eiusdem rationis. id est qui omnes sunt eiusdem speciei, & distincti solo numero, ut non posse deficere hodie, cras, post cras &c. omnes enim partes temporis sunt eiusdem speciei, ex consequenti ponit infinitas perfectiones distinctas solo numero, puta, posse esse hodie, cras, post cras, &c. sed hæc non est infinitas positiue simpliciter, sed tantum secundum quid, quam non negamus in creatis vt diximus, in quæstio. 7. articu. 2. Tu tamen vide Capreol. quoniā diffusior, & clarior, ideo nolo immorari. similiter nota quod argumentum sextum recitatum a Capreol. vbi est velut replica ad hanc respon. immediate datam, & intēdit probare, quod sit infinitum positiuo simpliciter, & arguitur sic, si esset aliqua creatura, quæ haberet in se perfectiones omnium creaturarum &c. Vide Capreol. & aduerte, quod dupliciter potest respondere, primo negare consequentiam, quia perfectiones omnium creaturarum, non sunt eiusdem rationis, & ideo licet ex inclusione talium perfectionum concluderetur infinitum simpliciter, non tamen in æuo, quoniam omnes perfectiones quas includit, sunt eiusdem rationis, secundo responde vt dicit Capreol. quód argumentum concluderet, si æuum actu existeret omni parti temporis futuri, sicut æternitas, quód enim commensuretur actu alicui infinito, necesse est vt sit actu infinitum, sed æuum non coexistit actu toti tempori futuro, licet actu coextiterit toti tempori præterito: & ideo nō sequitur, quód sit actu infinitum positiuè simpliciter.

Vltimo aduerte, quod argumenta quintum & nonum, & decimum recitata a Capreol. vbi supra, inducūtur ad probandum, quód æuum non est totum simul: & tangunt hoc vnum, Deus potest creare Angelum: deinde annihilare, deinde recreare. Præterea Deus potest creare vnum Angelum ante aliū. Præterea Deus potest destruere Angelum: Quæro ergo an in instāti, in quo est, aut in alio: non in eo, in quo est, quoniam sequerentur contradictoria, ergo in alio, ergo in æuo sunt duo instantia, ergo non est totum simul.

Ad hoc dico, quód supponitur vnum falsum, scilicet, quod creatio & recreatio & destructio Angeli mensuratur æuo, similiter quod ratione æui possit vnus Angelus creari ante alium, hæc omnia sunt falsa, sed dicimus quod mensurantur instantibus temporis discreti, in quibus stat successio sine quantitate: & propterea non est aliud dicendum ad tria argumenta: nam cum loquemur de Angelis, tunc declarabitur, quod in Angelis datur aliquid mensuratum æuo tantum, vt esse suum aliquid instanti temporis discreti, vt actiones instantaneæ, qualis est creatio, intellectio, aliquid tempore continuo, vt motus localis, si est continuus, vel tempore discreto, si motus est discontinuus.

ARTICVLVS VI.

Vtrum sit tantum vnum æuum.

Circa titu. ly æuum, sumitur propriè: ly, *vnum*, stat pro vno numeraliter: probat. n. vnitatem æui per comparationem ad vnitatem temporis, quam dicit esse numeralem ex vnitate numerali primi motus, quicunque sit ille.

Ratio vnitatis temporis est unitas primi motus. Aduerte, quod tempus dupliciter consideratur: primo modo propriè, & sic tantum numerus primi motus dicitur tempus ut declarabitur, secundo modo communiter: & sic numerus cuiusque successionis potest dici tempus, & cum omnis motus habeat suam propriam successionem, sequitur quod omnis motus habeat suum proprium tempus communiter dictum: & id concedit Beat. Thom. in 2. distinctio. 12. quæstio. 1. articulo quinto ad tertium vt videbis: in præsenti autem articulo intendit inuestigare vnitatem temporis propriè dicti, cuius vnitas pendet ab vnitate primi motus, & hoc fundatur in 1. physicor. textu 132. vbi inquit philosophus. Si igitur prima mensura omnium proximorum, circulatio, quæ regularis, maximè mensura: & Commentator in 4. physicor. commento 99. inquit omnes conueniunt in hoc, quod tempus sequitur motum cœli, vt dicitur in decimo metaphysicor. Aduerte quod philosophus illic in text. 4. declarat per expositionem astrologiæ, omnem motum iudicari per primum motū. Vnde inquit, quapropter in astrologia tale vnum principium & metrum, motum enim regularem & velocissimum supponunt eum, qui est primi cœli, per quem alios iudicant hæc ille.

Si ergo tempus vsque *recipit unitatem* Aduerte quod hæc etiam fuit intentio Commentatoris in quarto Physicor. commento 132 vbi inquit, tempus igitur sequitur hunc motū, & esse motus accipitur in definitione eius, & ipsum mensurat illum non secundum quod numerus mensurat numeratum, sed secundum quod mensurat aliquid quod est forma. id est, quod est de ratione formali illius, alios uero motus mensurat secundum quod numerus mensurat numeratum, scilicet, quod numeratum non accipitur in definitione numeri, hæc ille. & intendit, quod alii motus sunt mensurati sed non sunt subiectum ipsius, & ideo non cadunt in definitione eius. Ad primum uero comparatur ut mensura, & ut propria passio, & ideo definitur per ipsum & habet unitatem ab eo, sicut accidens trahit unitatem uel pluralitatem a suo subiecto. Contra prædicta arguit Aureolus multipliciter ut adducit Capreol. in 2. distinct. 2. quæstione 3. contra primam conclusionem probans, quod tempus consequitur omnem motum, ut subiectum suum, & non solum motum cœli, nolo illa adducere, quoniam omnia probant de tempore communiter dicto, de quo non intendimus hic, nihil autem concludit de tempore proprie dicto, quoniam in solo illo est successio regularissima, &

aduerte quod tempus per ſe cõſequitur motum primum qui cunque ſit ille,hoc dico, quoniam datur , quod ſi motus primi cœli ceſſaret, propter hoc non deſtrueretur tempus ſimpliciter , ſed conſequeretur alium primum motum in quocunque corpore poni &cæte. Aduerte enim quod Capreol. reſpondens tangit de identitate uel diſtinctione temporis & motus, & an ſit eadem ſucceſſio in tempore & in motu , ſed hæc pertinent ad quartũ phyſicor.& illic ordinaui.quæſtion.ſuper hoc uide tu.

Secundum autem ſecundam opinionem. vſque in finem . Ad euidentiam huius concluſionis tria conſideranda ſunt , primo a quo trahit æuum unitatem,ſecundo quod eſt illud æuiternũ,in quo eſt ſubiectiue,tertio quid dicit æuum in tali æuiterno,an ſit eſſe ipſius , uel quid ſuperadditum . Quantum ad primum,aduerte quod Beat. Thom. hic ſtudens breuiter tangit medium,& ratione vnitatis æui in hoc , quod dicit *quod eo vnumquodque menſuretur*. Sed fecit proportionem inter tempus & æuum , & declarat , quod ſicut tempus ſortitur vnitatem a primo motu ſimpliciſſimo uniformi , & perfectiſſimo , quoniam per ipſum & ut menſura homogenea menſurat omnem alium motum ex decimo metaphyſico. textu 4. ita cum æuiterna ſint unius generis inquantum menſurabilia,& in eis detur primum medium & infimum ſecundum doctrinam Dionyſii,æuum trahit unitatem a duratione ſiue ab eſſe primi & ſimpliciſſimi æuiterni,quo menſuratur eſſe cæterorum æuiternorum.

Sed contra , quod non ſit unum æuum tantum, quod ſit in primo æuiterno, multipliciter arguit Aegidius ut adducit Capreol.in ſecunda diſtinctio. 2. quæſtion. 2. contra ſextam concluſionem,ſed ut uidebis pro maiori parte fundatur in quibuſdam falſis.

Primo quod Deus poteſt creare æuiternum ſimplicius,ergo æuum non eſt in primo æuiterno producto , hæc conſequentia non ualet ſicut nec in tempore , ut diximus ſupra , ſufficit enim quod æuum ſit in primo æuiterno , quodcunque ponatur,nam nunc eſt in primo producto, ſi autẽ produceretur ſimplicius,eſſet in illo.

Secundo quod Deus eſt mẽſura omnis ſubſtantiæ,ergo omnis eſſe,& hoc utique eſt uerum de menſura hæterogenea,ſed nunc agimus de homogenea.

Tertio quod menſura eſt a menſurante:ſed æuiternum primum non eſt cauſa aliorum ergo &c. & patet quod illa maior eſt falſa de cauſa effectiua , ſufficit quod ſit cauſa ut formalis , & ſecundum cognitionem.

Quarto quod omnia æuiterna ſunt eiuſdem rationis , cum ſint perpetua,ergo æuum non eſt magis in uno,quam in alio, antecedens eſt falſum quo ad ſimplicitatem & uniformitatem , & penes has conditiones ponitur æuum in primo in quo nobiliori modo inueniuntur reliqua leuia ſunt , vſque ad decimumtertium.ideo uide tu. Durandus autem ut recitat Capreol. ubi ſupra,arguit tripliciter , & primo quod cætera æuiterna non menſurentur in comparatione ad primum , ſecundo & tertio,quod nullum æuiternum ſit menſurabile per mẽſuram unigenam, primo igitur ſic arguit Duratio & quantitas durationis cuiuslibet æuiterni eſt notior ex ſua propria ratione quam in comparatione ad alterum , ergo non poteſt menſurari per comparationem ad aliquod primum , conſequentia nota, quod menſura debet eſſe notificatiua menſurati. Antecedens probatur , quoniam propria ratio æuiterni eſt, non poſſe deficere : & ex hac ratione cõſtat,quod eius duratio eſt perpetua, ergo non poteſt magis conſtare per comparationem ad alterum,ex conſequenti uane menſuratur per alterum æuiternum.

Ad hoc dico, quod decipitur Durandus ignorans menſuratum per æuum , nec enim etiam eſſe perpetuum præciſe , ſed hoc totum eſſe perpetuum tantæ uel tantæ ſimplicitatis , & uniformitatis , hoc autem non poteſt cognoſci , niſi per comparationem ad aliquod primum , ſicut magis , & minus calidum non agnoſcitur niſi per comparationem ad primum calidum.

Secundo ſic,infinita duratio non habet menſuram,quia infinito repugnat menſurari, ſed cuiuslibet æuiterni duratio eſt infinita ſaltem a parte poſt,ergo.

Ad hoc dico quod maior non eſt uera,niſi de duratione ſucceſſiua,quæ nõ eſt tota ſimul,non ſic eſt duratio æuiterni,quoniam in ea pars non ſuccedit parti,& cum probat,quoniam repugnat infinito menſurari,dicitur quod hæc non eſt uera, niſi de infinito materiali & de infinito formali,quod eſt infinitum ſimpliciter & poſitiue , ſicut eſt Deus. De infinito autem ſecũdum quid & negatiue qualis eſt duratio æuiterni,quæ ideo dicitur infinita quia non finitur tempore , non eſt uera , aliter Angelus non menſuraretur aliqua menſura nec æternitate nec æuo,nec tempore.

Tertio omne menſurabile habet rationem quanti , duratio æuiterni ſecundum ſe non eſt quanta cum ſit tota ſimul , ergo. Ad hoc dico , quod Maior non eſt uera niſi de menſurabili , menſura extenſa,cum ipſum eſſe æuiternum ſit indiuiſibile,& totum ſimul. Vnde potius habet rationem unitatis,quã numeri, ſicut diximus de æternitate licet deficiat , ab ea quoniam ſecum compatitur prius & poſterius, & conſequenti numerum,& propterea non concludit argumentum.

Quantum ad ſecundum aduerte quod B. Thom. in quodlibet.quæſt. 7.determinat, quod eſt ſubiectiue in æuiterno ſimpliciori ſecundum ſubſtantiam & ſecundum operationem beatificam, eo quod illud ut ſic erit primum & perfectiſſimum inter æuiterna , ſicut ſubiectum temporis & corpus ſimpliciſſimum ſecundum ſubſtantiam , & ſecundum motum , quale eſt primum cœlum, & aduerte quod Beat. Thom. ſumit ly *ſimpliciori* ſecundum ſubſtantiam, & ſecundum operationem beatificam coniunctim,& non diuiſim,nam ſi diuiſim ſufficeret, lucifer damnatus eſſet ſubiectum æui, quoniam poſito quod ſit prior abſolute eſt ſimplicior ſecundum ſubſtantiam. *ſimiliter anima Chriſti* cum cauſa ſit perfectior in actione beatifica omni æuiterno,eſſe ſubiectum æui.

Sed contra,æuum eſt menſura naturalis,ergo erit ſubiectiue in quo eſt natura ſimplicior dato, quod non ſit beatus. Ad hoc dico, quod licet tempus ſit menſura naturalis,& tamen nõ cõpleatur niſi per opus animę eſt quarto phyſicorum,ſic non inconuenit , quod æuum compleatur per actionem gratuitam , quoniam per ipſum primum æuiternum maxime propinquat ęternitati, ex conſequenti efficitur ſubiectum æui, quod deriuatur ab æternitate.

Quantum ad tertium, Aduerte iuxta Capreol in 2. diſtinctio. 2.quæſtio. 2.in reſponſione ad primum & ſextum factum contra ſecundam partem concluſionis quod æuum non eſt accidens in primo æuiterno,alioquin cum per ipſum menſurentur omnia æuiterna , menſura eſſet indignior menſurato , ex conſequenti non eſt ſubiectiue in eo,ut accidens in ſuo ſubiecto,ſed eſt eſſe primi æuiterni,quod diſtinguitur realiter ab eſſentia eius,& comparatur ad ipſam ſicut actus ad potentiam. Sed aduerte, quod tale eſſe tripliciter conſideratur primo abſolute, & ſic dicitur eſſe & actus eſſentiæ , ſecundo ut non raptim tranſit,ſed eſt rata , & ſic dicitur ratio, durare enim formaliter eſt manere in eſſe. Tertio ut induit rationem unitatis, & ſimultatis,& ſic dicitur æuum,unde æuum formaliter nõ eſt aliud niſi unitas uniformis eſſe ſubſtantialis ſecum compatiẽtis prius & poſterius ſecundum operationem, & ſic in hoc diſtinguitur ab æternitate.

Ex his uidebis ſoluta omnia argumenta quæ recitantur a Capreolo, in ſecunda diſtinctione 2 quæſtione ſecunda. contra ſecundam partem concluſionis ſextæ , omnia enim probant , quod æuum non addit aliquid abſolutum diſtinctum realiter,a ſubſtantia primi æterni,quod tamen ſtat,quod addit aliquid,quod comparatur ad ſubſtantiam,ſicut actus nõ potentiam.

Sed aduerte,quod ſi æuum eſt eſſe primi æuiterni, uidetur ut inquit Scot.& tenet in ſecunda diſtinctione 2.quæſtione tertia quod primum æuiternum non menſuretur æuo,quoniam menſura notior eſt menſurato,ex decimo metaphy. Sed idem non eſt notius ſeipſo.&c.

Ad hoc dico,non inconuenit idem eſſe notius ſeipſo,diuerſa ratione , ſicut qui tenent motum cœli & tempus eſſe idem, dicunt quod motus , ut numeratus notior eſt ſeipſo, & ideo , ut ſtat ſub numero,menſurat ſeipſum,ſic in propoſito eſſe primi æuiterni ut habet rationem unitatis,eſt notius ſeipſo, & ut ſic eſt menſura ſui ipſius,quoniam inter menſuram , & menſuratum ſufficit diſtinctio formalis, utrum autem tempus, & motus diſtinguentur realiter , uide in quarto phyſicorum vbi ordinaui particularem quæſtionem, huic autem propoſito eſt impertinens.

In reſponſione ad primum,aduerte quod Beatus Thomas intendit de æuo proprie dicto,nam de communiter dicto poteſt concedi dictum Eſdræ , quoniam æuum communiter dictum eſt vnitas , ſiue ſimultas eſſe tranſmutabilis ſubſtantialiter , talis autem ſimultas ſeruatur in quolibet æuiterno , ut patet, æuum autem proprie dictum eſt unitas primi eſſe primi æuiterni , in quo ut ſimpliciori menſurentur alia eiuſdem generis,

In reſponſione ad ſecundum, aduerte quod intendit , licet cœlum & Angelus differant genere phyſico , non tamen genere menſurabilium,quoniam menſurabile graduatur ſecundum triplex eſſe ſcilicet tranſmutabile omnino . Intranſmutabile

bile substantialiter tantum intransmutabile, omnino. Quæcunque conueniunt in primo mensurantur tempore, quæ in secundo, æuo, quæ in tertio, æternitate, & id fuit unum de argumentis adductis a Capreolo in secunda, distinctione secunda, quæstion. secunda contra sextam conclusionem, & est octauum in ordine.

In responsione ad tertium, Aduerte quod intendit duo posse considerari in æuiternis, primo quod conueniant in esse intransmutabili, & hoc est per se requisitum, ut mensurentur æuo, secundo quod simul incœperint, & hoc est per accidens, quoniam dato, quod non simul incœperint, adhuc stat esse intransmutabile ex consequenti mensuratur æuo, & hoc fuit vnum ex argumentis Aegidii contra unitatem æui, ut adducit Capreol. ubi supra & est quintum in ordine.

In responsione ab quartum, *non requiritur quod illud unũ sit causa omnium.* Oppositum videtur dixisse supra in quæstione secunda, articulo tertio cum dixit, quod est maxime tale in aliquo genere, est causa omnium illius generis, & explicat de causa effectiua. Sed quod est mensura, est maxime tale, quoniã est primum illius generis ex 10. metaphysicorum, textu secundo. ergo &c. Ad hoc dico, quod supra locutus est de mensura primum prima quæ in se continet absolute omnes perfectiones alicuius communis &c. ut illic exposuimus. hic autem loquitur de mensura proxima quæ dicitur esse prima species alicuius generis, & hanc non est necesse esse cãm effectiuam, sed cuasam cognoscendi omnem gradum perfectionis illius generis secundum maiorem, uel minorem propinquitatem ad illud primum, concedo igitur, quod mensura primo prima ipsius Angeli quæ est diuina substantia, est causa effectiua, non autẽ proxima, quale est æuum, sicut albedo respectu aliorum colorum, & aurum ad alia metalla comparatum, sufficit enim quod hæc sint causa cognoscendi.

QVAESTIO XL.

ARTICVLVS I.

Vtrum unum addat aliquid supra ens.

Circa hanc quæst. antequam deueniam ad articulum duo inuestiganda sunt, primo quare B. Tho. tractans de unitate diuina, primo tractat de unitate per comparationem ad ens, & ad multa, cum hæc præcise ad metaphysicum pertineãt secundo quare B. Thom. ponit hanc quæstionem de unitate undecimam, cum ens prius diuidatur per unum & multa, quã per simplex & compositum, perfectum, & imperfectum, &c. ergo post secundam quæstionem in qua conclusit existentiam Dei, debuit inuestigare de unitate.

Quantum ad primum, dico, quod hoc fecit, quia in hoc tractatu agit de primo separato modo metaphysico inuestigando scilicet eius prædicata quidditatiua & proprietates, doctrina autem metaphysicalis requirit quod consideratio communis præcedat. Vnde Aristot. ante 12. metaphysic. posuit librum quintum ubi agit de terminis primis metaphysicalibus inuestigans quotupliciter dicantur. Sed dices cum Bea. Thom. agat de Deo ut est perfectus, ut infinitus ut immutabilis. ut sciens, ut uolens &c. Cur ergo prius nõ agit de his in communi sicut de uno?

Ad hoc dico, quod Beat. Thom. ideo non agit nisi de transcẽdentibus ut bono, uno, uero, & ratio est: quia hæc sunt prima simpliciter, quorum notitia simpliciter supponitur in omni cognoscibili, & ideo prius debent notificari in communi. Sed dices, hæc notificata sunt in metaphysicis. ergo &c. Respõdeo non ita clare, resolute, & unite, & ideo Beat. Thom. instruens nouitios, bonum existimauit tradere prius in communi horum trascendentium cognitionem: Quantum ad secundum dico, ut dixi in quæst. de bono, quod iste tractatus non ordinatur secundum ordinem, diuisionem, diuisionis entis, sed ut Deus uenit in cognitione intellectus uiatoris, & hoc sic, ut dixit Beat. Thom. introducens quæstionem tertiam potius remotiuè quam affirmatiue uia ergo remotionis inuestigauit pluraliter, ut prædicata quidditatiua simplicitatem perfectionem infinitatem, immutabilitatem, ad quam sequitur æternitas, nunc autem imitans Aristotelem in duodecimo metaphysicor. agit de unitate, ut opponitur pluralitati, sic enim processit philosophus in 12. Nam incipiens a textu 3. usq; ad 36. inuestigat, & probat, quod datur aliqua substantia æterna, immaterialis, quæ est actus. A textu autem 36. usque ad 42. inuestigat perfectionem eius, quomodo scilicet est primum intelligibile, primum appetibile, penitus immobile, impassibile, inalterabile, indiuisibile, A tex. autem 42. usque ad tex. 51. agit de unitate & pluralitate eius, A textu 51. usque in finem agit de operatione eius intellectuali, & quomodo disponit uniuersum, sicut dux exercitum.

Vnum non addit supra ens rem aliquam, sed tantum negationem diuisionis. Aduerte quod hic intendit de uno trascendenti, & non de numerali. De illo namque loquitur in responsione ad primum.

Aduerte secundo, quod Beat. Thom. non immoratur ad probandum quasi supponens ut clarum, quod addit tantum indiuisionem quæ non est aliqua natura, & ideo uide in quarto metaphysic. super textu 36. qui incipit *si igitur ens, & unum idem &c.* ubi philosophus adducit duas rationes ad hoc propositum, prima incipit ibi, *Idem enim numero homo, & ens homo* & stat in hoc quæ uni tertio sunt eadem, inter se sunt eadem, & secunda incipit ibi, *amplius autem cuiusque substantia.* & utrãque formalizat Beat. Thom. exponens illum text. uide tu, & conformat se commentatori in commẽto 3. super eundem textum.

Sed aduerte quod Scotistæ præcipue Anton. Andreas in 4. metaphysic. quæstione 3. dupliciter insurgit contra Bea. Tho. & commentatorem, primo conatur soluere secundam rationem B. Tho. quam etiam tangit in solutione primi in hoc articul. ibi, *si enim aliquid aliud esset una,* & dicit quod peccat per fallaciam figuræ dictionis, mutando quo in quod. Sed quod hæc solutio non ualeat, declaraui in 4. metaphy. in quæst. nostris, & est quæst. 4. & uide in ea ibi istam rationem reprobat Anton. Andreas dicens, & non discedo a sensu expositoris in hoc in responsione ad primum. Secundo tenet quod formale in vno est positiuum, ex consequenti addit positiuum supra ens: non tamen illud additum, est distinctum realiter ab ente, quoniam apud ipsum passio non distinguitur realiter a suo subiecto, quod igitur dicat formaliter positiuum, probat in eademque ibi, *dimissa igitur opinione.* & arguit quadrupliciter & postquam formauit rationes suas, adducit solutionem, quæ est ad mentem B. Thom. scilicet quod unum duo dicit, scilicet, materiale, & hæc est entitas, & formale, & hæc est negatio diuisionis. Ratione materialis, dicit perfectionem, & suscipit magis & minus, & non ratione sui formalis. Sed contra hanc solutionem arguit, quia unum est passio entis, ergo uel ratione entis, uel ratione supperaditi: non ratione entis, quia idem non est passio suiipsius, ergo ratione additi, ergo additum est positiuum. sed ad hoc negatur diuisio, ut insufficiens. Dicimus enim quod ens, ut stat sub indiuisione, est passio entis. Tu igitur uide rationes eius in nostris quæstionib. in 4. metaphysic. quæst. 8. ibi, *esse uiam Scotisticam.* Easdem recitat expositor in hoc argum. & sigillatim soluit, solutiones eius uide ad placitum.

In responsione ad primum, *Pythagoras enim & Plato &c.* Aduerte quod Aristoteles in 3. metaphysic. textu 16. adducit has opiniones, & Beat. Thom. in lec. 12. eiusdem lib. in fine lectionum, declarans quid dicendum sit secundum ueritatem, facit quasi eandem determinationem quam & hic, uide tu è contrario Auicenn. & aduerte quod intentio Auicennæ potest haberi ex tertio libro suæ metaphysic. capit. 3. ubi inquit, unitas est intentio, quæ est accidens. sed quoniam hoc est propositum metaphysicale, & totum pertractaui in 4. metaphysi. q. 7. ubi adduxi plures textus Auicennæ, & rationes eius, & solui, ideo recurre illuc.

Sed unum quod est principium numeri addit aliquid supra ens, esse unum, quod est principium numeri, quod sit illud accidens de genere quantitatis pertractaui in 4. metaphysicor. quæstio. 8 ibi, *esse unum numerale.* Illic defendimus uiam Capreol. & reprobauimus sententiam Pauli Soncinatis. ideo recurre illuc.

In responsione ad secundum aduerte, quod Beat. Thom. non curauit de maiori, scilicet omne quod diuidit aliquod commune, addit supra illud, quoniam de addito realiter, est manifeste falsa, sed sufficit, quod in ratione eius includat aliquid siue positiuum, siue priuatiuum, quod non includit ipsum commune diuisum, sic unum & etiam multa addunt super ens, alterum quidem indiuisionem, alterum autem diuisionem. Immoratur igitur circa minorem, declarans qualis est hæc diuisio entis in unum & multa, & intendit quod non est diuisio ex æquo, sicut par, & impar diuidunt numerum, talis enim est natura diuisionis ex æquo, quod unum extremum non participat de altero, immo excludit, sed multa participant uno, quoniam nulla sunt ab eo diuisa, quin habeant

aliquam indiuiſionem, ut declarat D. Tho. ſuper Dionyſium. Eſt igitur diuiſio nō ex æquo, ſed ſimpliciter quidem in unū, quare omne quod eſt, eſt unum, & quanto magis eſt ens, tanto magis eſt vnum, ut patet in ſeparatis aſcendendo, & ſecundum quid in multa, eo quod multa præciſe, non continētur ſub ente, niſi ut habent aliquam unitatem, & huius ſignum eſt, quod aliquid unum nullo modo multa eſt ens, nulla autem multa niſi aliquomodo ſint unum, ſunt ens. Ex quibus patet, quod licet unum uideatur eſſe pars diuiſi, tamen adæquatur diuiſio, & conuertitur cum eo, quoniam multa non ſunt alia pars diuiſi, niſi ſapiant naturam unius, ſicut poſſumus dicere, quod ſanum ſimpliciter diuiditur in ſanum, quod eſt animal. & ſecundum quid in ſanum, in urinam, quoniam id non dicitur ſanum, niſi in ordine ad animal, & propterea ſanum, adæquatur animali.

ARTICVLVS II.

Vtrum vnum, & multa opponantur.

Circa titul. Aduerte quod ly *multa* vniuerſaliter. ideſt tā in tranſcendente quam in quantitate.

Nam vnum quod eſt principium numeri, & aduerte quod Beatus Thom. hic ſtudens breuitati, aſſignat inter vnum principium numeri, & multa in quantitate, ſolam oppoſitionem relatiuam, ſed in primo diſtinct. 24. quæſt. art. 1. tertio ad quartum declarat quomodo poteſt habere oppoſitionem relatiuā, & contrariam, & etiam nullam, prout eſt conſtituens multitudinem.

Vnum uero, quod conuertitur cum ente, & aduerte quod licet tam hic, quam in primo diſtinct. 24. quæſtio. 1. ubi ſupra inter unum tranſcendenter, & multa tranſcendenter non aſsignat niſi oppoſitionem priuatiuam, tamen poteſt aſsignari oppoſitio relatiua prout unum eſt principium ſiue menſura numeri tranſcendenter, poteſt etiam aſsignari nulla oppoſitio, ſi ſumatur ſine præciſioni conformiter, ut dicit de uno principio numeri: oppoſitionem uero priuatiuam non intelligas puram, quoniam unum non eſt mera priuatio: & ideo philoſophus in 10. metaphyſic. text. 9. reducit hanc oppoſitionem ad contrariam, ut uidebis.

Sed dices ergo Beat. Thom. in hoc articulo eſt diminutus, quoniam non aſsignat omnes modos oppoſitionis inter unum & multa. Ad hoc dico, quod Beat. Thom. ſufficit aſsignare modos famoſiores, & notiores, imitans philoſophū in 10. metaphyſic. qui tantum duos aſsignauit: nam oppoſitionem relatiuam, ut inter menſuram, & menſurabile aſsignauit in 10. lib. text. 71. ibi, *opponitur autem unum multis ut metrum*, oppoſitionem autem priuatiuam aſſignauit in tex. 6. ibi, *opponuntur autem unum, & multa*: aliis autem ſufficit ut aſſignauit in primo ſententiarum.

In reſponſione ad primum aduerte quod primo immoratur ad declarandum ueritatem illius minoris. *Sed omnis multitudo eſt quodammodo vnum*. & intendit hoc ideo eſſe quia tranſcendentia dicunt actus ſiue formas generales, quæ cum ſupponantur omnibus fundant ſuas priuationes: nam malum fundatur in bono, & multitudo, quæ dicit priuationem unitatis, fundatur in uno, quoniam omne, quod eſt aliquo modo unum eſt. Non ſic autem reperitur in formis ſpecialibus, quoniam non ſupponuntur omnibus, & propterea licet tenebra fundetur in ente, puta in aere, non tamen in luce, ſicut ergo iſta eſt uera: Malum eſt quoddam bonum, ratione ſubiecti, ſic, omnis multitudo eſt quoddam vnum, quia includit aliquam indiuiſionem, ut multa numero, indiuiſionem in ſpecie &c. vt dixit in primo articulo. ad ſecundum: Deinde illam maiorem, *nullum oppoſitum prædicatur de ſuo oppoſito*. eſſe ueram tantum, quando utrumque eſt ſimpliciter tale, puta bonum ſimpliciter, non eſt malum ſimpliciter, cum hoc tamen ſtat, quod malum ſimpliciter eſt bonum ſecundum quid, & ſimiliter multa ſimpliciter, ſunt unum ſecundum quid. Aduerte tamen, quod nunc loquimur de oppoſitis tranſcendentibus utrum autem in oppoſitis ſpecialibus, unum ſecundum quid prædicetur de altero ſimpliciter tali, puta quod hæc ſit uera, album ſimpliciter, eſt nigrum ſecundum quid, non determino pro nunc: ſpectat enim ad illud, vtrum contraria ſe compatiantur in gradibus inæqualibus, quā calidum ut 8. frigidum ut 2.

In reſponſione ad ſecundum, Aduerte duo, primo quod idem argumentum format in primo diſtinctio. 24. quæſtion. 1. articulo tertio, & reſpōſio formalis ſtat in hoc, quod unum vt componit, non opponitur. Nam ut componit, non dicit priuationem diuiſionis, quam ponit multitudo, ſed dicit priuationem diuiſionis in ſeipſo, nam unum eſt, quod in ſe indiuiſum eſt, & ut componit multitudinem, ſecundo quod illa propoſitio Beat. Thom. *non quod unitates conſtituant multitudinem ſecundum id, quod habent* &c. uſque ibi, *de entitate* &c. ſic habet. intelligi, vnum ratione indiuiſionis præciſe eſt negatio.

Negatio autem non poteſt eſſe pars alicuius entis poſitiui, ſicut nec negatio domus eſt pars domus, igitur erit pars, prout vnum dicit unitatem non abſtracte, ſed ut ſtat ſub indiuiſione: ex conſequenti ratione entitatis eſt par, ſed conditio ſine qua non, eſt ipſa indiuiſio, ſicut lapis eſt pars domus, ut ſtat ſub hac negatione, quod non eſt habens in ſe formam domus.

In reſponſione ad tertium, Aduerte quod hoc argumētum eſt philoſophi in 10. metaphyſic. textu 20. & reſponſio Beati Thomæ, eſt reſponſio philoſophi in eodem textu, ibi, *uno quidem modo ſi fuerit multitudo habens excedentiam* &c. Et ſic cōcludit philoſophus. ſic igitur ſunt multa, ut ipſa duo, ut autem multitudo habens excedentiam non ſunt.

In reſponſione ad quartum. Aduerte primo, eandem reſpōſionem habes a Beat. Thom. in 4. metaphyſic. ſupra textum quartum in lect. tertia, ibi, *faciendum eſt autem quod quamuis vnum importet*, & in 10. metaphyſic. ſuper textum 9. ubi philoſophus declarat, quomodo multitudo ratione, ideſt cognitione noſtra eſt prior uno quoniam ſenſibilior: & Beat. Thom. illic adducit duo dubia quorum ſecundum eſt argumentum quartum huius articuli & reſpondet ut hic licet diffuſius, ita quod ex illa intelligas hanc. Aduerte ſecundo quod in illa propoſitione, *vnde oportet quod diuiſio ſit prior vnitate non ſimpliciter*. ut ly, *non ſimpliciter* ſit ad differentiam prioritatis, quam habet unum comparatum multitudini, nam vtrumque dicit aliquam naturam ut patet & inter ea non conuertitur ſubſiſtendi conſequentia, ergo unum prius eſt ſimpliciter multitudine. diuiſio autem cum ſit negatio, non dicit aliquam naturam, nec datur in rerum natura ſecundum eſſe reale ens diuiſum plus vno, & tamen non inconuenit in rerum natura dari unū, nō data multitudine, ergo diuiſio nō eſt ſimpliciter prior vno, ſed ſecundum rationem noſtræ apprehenſionis, quod quomodo ſiat declarabo poſt pauca. Sed contra, habitus eſt prior ſimpliciter priuatione, ſed diuiſio eſt habitus, & indiuiſio, quæ importatur per unum eſt priuatio, ergo &c.

Ad hoc dico, quod maior non eſt uera, niſi de habitu importanti aliquid poſitiuum, qualis non eſt negatio: unde ſufficit talem habitum eſſe priorem in eſſe cognoſcibili: nec eſt intentio Be. Thom. quod diuiſio ſit uere habitus. Sed eſt ut habens; & ideo ſufficit, ut ſit prior, uel re, vel cognitione noſtra.

Sed multitudo etiam ſecundum rationem &c. Aduerte q; intendis multitudinem, ut multitudinem eſſe poſteriorem unitate, & re, quia principiata ſunt ex uno, & ratione, ideſt appræhenſione: quia non apprehendimus aliqua duo eſſe multa, niſi prius apprehendamus unumquodque eſſe indiuiſum in ſeipſo ex conſequenti vnum. Multitudo autem, ut importat diuiſionem, prior eſt apprehenſione, ut nunc declarabo.

Sed diuiſio cadit in intellectu, & ipſa negatione entis &c. Aduerte, quod ly, *diuiſio* vt dicit Bea. Thom. in quarto metaphyſic. lect. 3. non ſtat pro diuiſione quantitatiua, illa enim eſt determinati generis, ſed pro diuiſione formali, ſiue metaphyſic. Quæ quidem poteſt eſſe duplex, prima inter ens, & non ens & hæc ſeruatur in omni conditione. ſecundo inter unum ens eſt aliud ens, prima dicitur diuiſio ſecundum extrema contradictionis, ſecunda dicitur diuiſio inter extrema poſitiua, exemplum primæ homo eſt homo, & non eſt non homo exemplum ſecundæ, homo eſt homo, & non eſt lapis. Sed hæc ſecunda adhuc eſt duplex, quoniam quædam eſt negato inter duo extrema poſitiua, ſiue etiam non ſint in rerum natura, ſiue tantum unum illorum ſit, ut roſa generanda non eſt, pomum generandum, uel roſa exiſtens, non eſt pomum generandum: Quædam autem eſt relatio realis inter duo extrema poſitiua, quorum utrumque eſt in rerum natura, ut Deus nō eſt cœlum. Aduerte igitur quod cum Beat. Thom. dicit *ſed diuiſio cadit in intellectu* &c. intendit de diuiſione formali, quæ eſt inter extrema contradictionis], & de diuiſione formali inter extrema poſitiua. Quorum tamen utrumque non eſt neceſſe in rerum natura, ita quod ſic procedimus ad conceptum vnius, primo apprehendimus quod hoc eſt ens ſecundo quod non eſt non ens, tertio quod non eſt illud, uel illud ens puta lapis generandus, ex conſequenti eſt indiuiſum in ſe, & diuiſum a quolibet alio ente, poſſibili poni, ergo eſt unum, in quarto autem gradu ſic attingimus conceptum multitudinis hoc eſt ens exiſtens indiuiſum in ſe, & hoc eſt ens diuiſum in ſe, quod hoc non eſt illud, cum tamen utrumque ſit in rerum

naturis: ergo sunt duo: Sed hic sunt duo dubia. primum est quod Beatus Thom. dicit, secundo quia hoc ens non est illud ens: ergo diuisio entis ab ente est in secundo gradu, & non in tertio ut dictum est.

Ad hoc dico quod in ly, secūdo complexus est duos modos distinctos formaliter scilicet, distinctos inter extrema contradictionis, & inter extrema positiua, quorum tamen utrumque non est necesse esse in rerum natura, unde in 4. meta. lect. 3. dicit unum, quod conuertitur cum ente, importat priuationem diuisionis formalis, cuius prima radix est opposito affirmationis & negationis, in declaratione autem quam fecimus, distinximus primum & secundum pro euidentiori doctrina, ex consequēti secundus assignatus a D. Thom. erit tertius in ordine, quoniam ipsum non expresse posuit.

Secūdum dubium est, quare diuisionis est relatio inter duo extrema, positiua, existentia, non est de ratione unius, cum dicatur illud esse unum, quod est indiuisum in se, & diuisum a quolibet alio.

Ad hoc dico, qd hoc ideo est, quia accidit ipsi enti uni, ut unum est, quod ponatur alterum, non ipso posito, nam Deus ante mundum erat unus, & tamen non diuisus hac diuisione a quocunque alio: quia nihil aliud erat, & cum dicitur *quia de ratione unius est &c.* Respondeo quod ly, diuisum a quolibet alio stat pro diuisione inter extrema, quorum unum sufficit esse in rerum natura, aliud possibile sit esse. unde ante mundum hæc erat uera, Deus est indiuisus in se, & diuisus a quolibet alio possibili esse.

ARTICVLVS III.

Vtrum Deus sit unus.

Circa tit. aduerte quod ly, *unus* opponit plurificabili quocunque modo, siue specie, & æquipollet huic. Vtrum possint esse plures Dei.

Circa ratione Beat. Thom. non cadit difficultas stantibus fundamentis iactis. quod in Deo sit idem penitus, suppositum & natura. & quod est uniuersaliter perfectus, & quod est ordinans omnia &c. tu tamen aduerte quod Scot. in 1. distinctione secunda, quæstione tertia conatur probare idem septem rationibus, quas ut singulares sibi attribuit, sed quod non sint magnæ efficaciæ, conatur ostendere Ioann. Baccon in 1. distincti. 2. quæstio. 1. uerum quia solūt etiam uirtualiter secundam rationem Beat. Tho. Ideo uide in 12. meta. q. nostram penultimā ubi plenius de hoc pertractauimus.

ARTICVLVS IIII.

Vtrum Deus sit maximè unus.

IN hoc articulo non cadit difficultas, nisi in responsione ad primum cum dicit *tamen secundum quod eius oppositum recipit magis.* ex his uidetur innuere, quod indiuisio recipit magis non secundum se, sed pro ut diuisio, quæ est ei opposita, recipit magis, & minus.

Sed contra: diuisio uel est negatio uel relatio, ut diximus in articul. sed neque negatio, neque relatio recipiunt, &cæ. cum abstrahant a perfectione, & imperfectione.

Ad hoc dico, quod Beat. Thom. non sistit in diuisione, ut est negatio, uel relatio, sed eam reducit ad fundamentum suum, quo comparatum alteri potest dici magis & minus diuisum, ab eo ut homo minus diuiditur ab asino, quam a planta, & a planta minus quā a lapide, sicut ergo relatio recipit magis, & minus secundum fundamentum: *illud, est magis simile, quod est magis album sit diuisio &c.* propterea Beat. Thom. non dicit diuisionem suscipere magis, & minus pro quanto est maior diuisio, uel minor, sed pro quanto aliqua sunt magis, uel minus diuisa uel nullo modo.

QVAESTIO VII.

ARTICVLVS I.

Vtrum intellectus creatus possit videre Deum per essentiam.

Circa titul. ly, *creatus* stat in tota sua latitudine, siue Angelicus siue humanus, ly, *possit*, stat abstracte per potentiam quæ sit in seipso, uel per potētiam extrinsecam per quam deducatur in hanc sublimitatem, ly, *uidere Deum quidditatiue* est cognoscere eius prædicata propria, substantialia, & non sistere in prædictis communibus tunc enim completur quod quid est. ex 7. metaphysicor. quando ultimam differentiam attingimus: id autem fieri non potest ex doctrina Beat. Tho. nisi per effectum adæquatum, aut per speciem sufficienter repræsentatiuam obiecti, aut per ipsum obiectum, quod per se ipsum uniatur intellectui: igitur si aliquis horum trium modorum erit intellectui creato possibilis, poterit uidere Deum per essentiam sine autem, non.

Sed quod est maxime cognoscibile &c. usque ibi. *supra intellectum*, & aduerte quod per ly, *excessum supra intellectū*, intendit hanc difficultatem uel impossibilitatem prouenire præcise ex parte intelligentis.

Hoc igitur attendentes quidam etc. Aduerte quod inter eos non fuit Auicenn. ipse enim libro nono, suæ metaphysicæ capitul. tertio. dicit quod causa prima est desiderata ab omni intelligentia ut motor uniuersalis. Desiderium autem in separatis est intellectuale, & in capitulo quarto dicit, quod Prima intelligentia producta intelligit simpliciter principium, quod est prima causa, & intelligit seipsam, in eodem metaphysicor. titul. tenet, quod est commune cuilibet intelligentiæ, intelligere suum producens, ut principium proprium: ergo B. Thom. ut bene dicit expositor, non intendit arguere contra Auicenn. neque enim Auicenn. erat fidelis, unde uane obligasset ipsum ad fidem, quod tamē facit, cum dicit. *quod est alienum. a fide.* intendit igitur arguere contra aliquos Christianos, qui erant illius sententiæ.

Si nunquam essentiam Dei uidere potest intellectus creatus, & usque ibi alienum a fide. Aduerte quod hæc consequentia non concederetur a puro philosopho, qui diceret cum Aristotel. decimo Ethicorum quod ultima fœlicitas consistit in cognitione Dei, non faciali, sed qualis potest haberi ex effectibus, & ex studio scientiarum speculatiuarum præcipue ex metaphysica, & propterea Bea. Thom. id considerans in tertio contra Gent. probat contra philosophos, quod non consistit in cognitione Dei, quæ habetur communiter, neque per demonstrationem, neque per fidem, neque per scientias speculatiuas, ut uidere poteris in commētar. 38. 39. 40. & quadragesimo primo. obligat autem prædicta consequentia fidelem, quoniam acceptat scripturam, in qua dicitur, uidebimus eum, sicuti est.

In ipso enim est ultima perfectio etc. Aduerte quod falsitatē consequentis manifestat dupliciter. primo, quia est contra fidem, secundo manifestat ratione, cuius assumptum est hæc propositio supposita ut uera, quod Deus est primum principium productiuum creaturæ rationalis, quam propositionem dicit expositor esse creditam, & ex hac credita deducit consequentiam.

Sed hoc dictum non est Thomisticum: quoniam Beat. Th. infra quæstion. 44. articul. 1 probat etiam de mente Platon. & Aristotel. esse aliud a Deo esse productum ab ipso. Itaque sub fide cadit solum productio in tempore, & non ab æterno. igitur propositio illa non est necessario credita, ex consequenti deductio Beat. Thom. est ex principio demonstrabili, nec inconuenit aliquam rationem concludere apud fidelem, quæ procedit non solum ex ali quo credito, sed etiam ex ali quo naturaliter cognito.

Si igitur intellectus creaturæ rationalis pertingere non possit etc. usque in finem, Aduerte quod Beat. Thom. uidetur intendere naturale desiderium inesse creaturæ intellectuali uidendi diuinam essentiam, quod tamen non uidetur uerum. primo quia finis beatificus esset nobis naturalis, & tamen dixit i quæstion. 1. articul. 1. quod homo ordinatur in finem excedentem rationem omnem, & facultatem naturalem, ergo finis ille est supernaturalis.

Præterea hoc est incidere in sententiam Scoti, qui uult finē beatificatum esse naturalem, licet denominatione extrinseca dicatur supernaturalis, vt declaraui in quæstio. 1. super primū articulum, cuius tamen argumentum illic solutum est, & negatum quod uisio diuina substantialis sit nobis naturalis.

Præterea si hæc cognitio esset nobis naturalis, haberemus i nobis naturalia principia quibus possumus illam consequi: uanum enim est arbitrari aliquid naturaliter ordinari in aliquē finem, unde dicit philosophus in secundo cœli, si astra essent mobilia motu progressiuo, natura dedisset eis organa ad talem motum, unde dicit sic in text. 50. irrationale uidetur, nullum organum ipsis dedisse naturam ad motum, nihil enim ut contingat. id est qualecūque facit natura, hæc ille. Ex his igitur uidetur, quod non insit nobis naturale desiderium uidendi diuinam

uinam essentiam, cuius tamen oppositum intendit. B. Thom. in hac secunda ratione,& manifestius in 3. contra gen. 50. pro totum.

Ad euidentiam horum præpono quod tota hæc quæstio est mere Theologica,& conatur Beat.Thom.procedere ex reuelatis,& acceptatis a fideli propterea rationes eius & si non philosopho,tamen fideli efficaces sunt. Secundo quod cum sola natura intellectualis sit illa,quæ est cognoscitiua Dei,& Deus dupliciter cognoscibilis sit,scilicet,ut causa,& in se , id est , secundum essentiam suam, & ut est causa dupliciter , primo ut causa uniuersalis , secundo ut causa particularis quorundam effectuũ , qui nõ possunt esse nisi a solo Deo ut gratia,&c.Nã ipsa natura intellectualis alio modo consideratur a philosopho, alio modo a Theologo , ut docet Beat.Thom.in secundo contra gentil.capit.quarto. Nam a philosopho consideratur ut est talis naturæ,ut habet tales proprietates,consequentes naturam , ut potest sic operari , & tantum operari ex principiis actiuis suis intrinsecis , a Theologo consideratur ut creata est a Deo ad ipsum Deum , ut obiectum beatificum , & hoc notum est Theologo ex reuelatis, ex his dico, quod considerato homine secundum philosophum , nihil est sibi naturale , nisi in quod potest per mera principia actiua sibi intrinseca:ex consequenti dicet Philosophus , quod cum desiderium absolute sit possibilium , homo non desiderat scire nisi quæ potest cognoscere per intellectum agentem & possibilem constat autem , quod posita tota uirtute intellect⁹ agẽtis , non potest pertingere ad speculationem diuinæ essentiæ , ex consequenti non habet desiderium naturale ad hoc,considerato autem homine,ut ordinatur in Deum, ut in obiectum beatificum:sicut sibi in scriptura reuelatum est,dicet Theologus quod naturaliter desiderat illam speculationem,quoniam cum credat se esse creatum ad illum finem : nulla alia cognitio,quam habeat de Deo quietat eum . Vnde licet cognoscat Deum esse creatorem omnium , & prouisorem, & ipsum solum esse auctorem gratiæ & sanctificantem creaturas rationales,tamen non quiescit,nisi sciat intrinsece qualis est hic creator,& quæ sit substantia eius, ex consequenti habeat facialem cognitionem.

Ad obiectiones igitur,dico ad primam , quod Beatus Thomas in principio articuli , dicit finem beatificum esse supernaturalem homini absolute considerato , & quia trahit hominem ad statum diuinum , ut diximus illic qui est status supernaturalis.

Ad secundam nego quod id sit incidere in sententiam Scoti , quoniam uult ipse talem finem esse naturalem , quocunque modo homo consideratur:nam ut diximus in primo articul.uult Sco.nullam supernaturalitatem conuenire potentiæ passiuæ comparatæ actui suo,& in hoc deceptus est,ut illic ostendimus.

Ad tertiam nego consequentiam . ad probationem. non ualet nisi in eo , quod est naturale alicui abstracte considerato , & ad hoc præcise tendit intentio philosophi in secundo cœli , ubi loquitur de motu conuenienti cœlo , ut cœlum est : non autem ualet in eo , quod est naturale alicui propter ordinem ad alterum . nam calor naturalis naturaliter generat carnem , non inquantum calor , sed ut coniunctus est animæ , & ideo non est necesse quod in se habeat , & ex se uirtutem generandi carnem , sed id sibi confert anima , sic Deus confert homini ut ordinatio in Deum , gratiam,& lumen,quo pertingit ad speculationem diuinæ essentiæ.

Sed contra Beatus Thom.in tertio contra gentil capit.quinquagesimo probat absolute quod substantia intellectualis separata,desiderat naturaliter uidere diuinam essentiam , ergo non solum inquantum ordinatur in Deum . ut in finem beatificum.

Ad hoc dico , quod cum Beat.Thom. in secundo libro contra gentil. quarto , determinasset , non considerari creaturam a Theolog.nisi ut ordinatam in Deum , aliter Deus non esset subiectum adæquatum in hac scientia , non fuit sibi necesse,totiens replicare idem , sed semper debent sermones eius intelligi circa hanc materiam,in eo sensu,in quo dixerat i secundo lib.

Vnde simpliciter concedendum est quod beati &c. Aduerto, quod hæc conclusio infertur ex illis consequentiis , beati uident effectus Dei, ergo desiderant uidere causam , ergo essentiam Dei,ex his duabus prima est formaliter uera,secunda autem ualet de materia,quoniam ut inquit Beat.Thom.in 3.contra gentil. capit. 50.ex hoc quod substantiæ separatæ cognoscunt omnium rerum substantias , quarum uident Deum esse causam,non quiescit earum naturale desiderium , nisi etiam ipsius Dei substantiam uideant.Dixi autem quod ualet de materia,quoniam absolute non tenet,aliter concluderet etiam de puro philosopho,nam ex quo cognoscit effectum primæ causæ,puta motum æternum,desiderat scire primam causam , & tamen non sequitur ut supra diximus quod naturaliter desideret scire essentiam suam, cum non habeat facultatem perueniendi ad talem statum .

In responsione ad quartum proportio dicitur dupliciter, & aduerte quod hæc distinctio trahitur ex quinto metaphysicor. in capit.de ad aliquid,ubi philosoph.dicit quod inter quoscunque numeros est determinata proportio , quoniam omnes numeri mensurabiles sunt una communi mensura,scilicet unitate aliquoties replicata,sed non inter omnes quantitates continuas est determinata proportio,quia non omnes sunt mensurabiles una communi mensura,ut costa,& diameter quadrati, licet autem non sit inter eos determinata proportio , est tamen proportio aliqua , quoniam autem sunt inæquales aut æquales,aut una est continens , aut altera est contenta, continens autem est quid tantum,& amplius,sed hoc est indeterminatum,inquit philosophus.Ad propositum Be.Thom.applicat illam indeterminatam proportionem ad Deum,& creaturam quoniam uera est,creaturam esse inæqualem Deo, & contineri in Deo excessu tamen indeterminatio.eandem proportionem ponimus inter causam illimitatam , & effectum limitatum.Inter potentiam determinate perfectibilem, & actum potentem perficere in infinitum. Et quoniam sic Deus se habet ad creaturam ut effectum & intellectum creatum,ut perfectibilem determinatum, Deus autem ut omnibus potens perficere in infinitum. Ideo stat proportio inter Deum & intellectum creatum,licet indeterminata tanquam inter costam , & diametrum.

ARTICVLVS III.

Vtrum essentia Dei ab intellectu creato per aliquam similitudinem uideatur.

Circa titu.ly.*per aliquam similitudinem*,stat abstracte & nõ solum ex parte uidentis , uel solum ex parte rei uisæ , principalis tamen intentio est de similitudine ex parte rei uisæ , quoniam omnis cognitio uidetur fieri per assimilationem.

Si autem esset una et eadem res,& usq; ibi,*et formam per quam* Aduerte quod in hac conditionali sic intendit,si aliquid produceret potentiam uisiuam,& ab eadem uideretur, potentia uisiua esset effectus eius , & imprimeret ei formam per quam,uel sub qua potentia uisiua uideret . Itaque ly,*formam* stat a parte uidentis , & hæc forma esset lumen impressum oculo,sicut apparet in oculo cæci,& tunc uidens duplici forma uideret authorem potentiæ uisiuæ,primo uideret potentia uisiua,quæ est quoddam lumen,omne enim manifestatiuum & cognoscitiuum lumen est.secundo uideret lumine in ipso oculo.

Manifestum est autem. & usque ibi,*sequitur ergo.*Aduerte quod dixit de potentia uisiua , applicat ad intellectum,& intendit quod cum Deus sit autor potẽtiæ intellectiuæ,& possit ab ea intelligi,necesse est,quod producat eam,ut quoddam lumen, & ultra hoc quod imprimat ei quoddam lumen,quo eleuetur &c.ita quod creatura intellectualis, uidet Deum duplici lumine,scilicet naturali,id est ipso intellectu & supernaturali impresso,de quo dicemus infra.sed utrumque lumen Be.Thom. comprehendit sub uirtute intellectuali, & sic talis uirtus non est solus intellectus , sed intellectus cum lumine impresso. Si aũt uirtus uidendi in cæco est potentia uisiua, cum tali lumine impresso in organo uisus,quomodo potest in tenebris illustrari medium?

Sed ex parte rei uisa,quam necesse est, & scias quod ut adducit Capr. in 4.dist.49.q.5.contra primam, Aureolus arguit cõtra conclusionem,deinde soluit tres rationes,quas Beat. Tho. hic adducit.

Cõtra conclusionem sic arguit actus quo ut adducit diuina essentia est expressiua similitudo eiusdem essentiæ : hanc probat pluribus dictis Augustini ut uidebis,& ratione , quoniam per uisionem ponitur diuinã essentia in esse apparenti & conspicuo ante intellectum beati.ergo est similitudo, & repræsentatiuum ipsius essentiæ,& deinde subsumit,quod cum talis actus sit quid creatum , est quid limitatum,& finitum, ergo g̃ incon-

Inconuenit aliquam speciem creatam esse repræsentatiuam essentiæ infinitæ.

Ad hoc dicitur ad mentē Capreoli: maiorem esse falsam. Ad dicta Augustini dicimus qđ uisio nec cognitio est expressa similitudo obiecti, ut uisio est, sed hoc habet ratione principii ipsius, quæ est species repræsentatiua quæ in actu beatifico non est nisi diuina essentia: quæ est ut forma intelligibilis. Ad probatio. nego similiter, quod actus ipse secundum se ponat in esse apparenti diuinam essentiam hoc enim habet ex principio actus, ut dixi, & ex uerbo, siue conceptu formato. quando per actum intelligendi formatur, & hoc dico: quoniam beatus non format uerbum de diuina essentia, ut dictum est.

Ad primam rationem Bea. Tho. dicit Aureol. quod aliqua species potest dici inferioris ordinis dupliciter, primo transitiue ut sit sensus, species quæ est repræsentatiua rei inferioris ordinis, non est principium cognoscendi clare rem superioris ordinis: ut per speciem repræsentatiuam corporis, nō possum clare cognoscere substantiam separatam, & in hoc sensu propositio est uera: & hæc fuit intentio Dionysii, & ex hoc infertur, quod per nullam speciem repræsentatiuam creaturæ pōt clare cognosci diuina essentia. Secundo intransitiue ut sit sensus per nullam speciem, quæ essentialiter uel secundum esse est inferioris ordinis quam sit suum obiectum potest cognosci: & sic propositio est falsa, quoniam species lapidis est inferior quo ad esse quam substantia lapidis. cum sit accidens: & tamen sufficienter per ipsam cognoscitur lapis, quoniam in repræsentari adæquatur lapidi, sic dicit in proposito, licet omnis species creata sit inferior quo ad esse quam diuina essentia, tamen non sequitur quod in repræsentare sit inferior, ex consequenti non conuenit finitum repræsentare infinitum.

Ad secundam dicit hanc consequentiam non ualere, omnis species creata non est suum esse, ergo non potest repræsentare diuinam essentiam quæ est suum esse, quoniam dicit ipse. hoc est per accidens in specie, sicut est per accidens, quod subsistat nam dato, quod non subsistat, adhuc est repræsentatiua subsistentis, sicut species Archangeli impressa in intellectu Angeli a simili, dato quod nō sit suum esse, adhuc potest esse repræsētatiua essentiæ quæ est suum esse.

Ad tertiam dicit sicut ad primam, quod non inconuenit aliquid determinatum esse repræsentatiuum essentiæ infinitæ, licet sit inferius quo ad esse, & secundum aliquam determinatam rationem.

Sed Aureolus deceptus est, ignorans quid sit speciem esse inferioris ordinis ad mentem B. Thom. propter quod aduerte, quod species quæ est principium formale cognoscendi aliquid, dupliciter considerari potest, ut ens quoddam, secundo ut species est, ut est ens accidit sibi. quod sit substantia, uel sit accidens, potest enim utrumque esse diuisim, nam substantia Angeli est species sui intellectus qua seipsum intelligit, & species lapidis est accidens similiter accidit sibi quod sit inferioris ordinis quo ad ens esse reale, quam suum obiectum hoc enim impedit quin sit sufficiens principium cognoscendi suū obiectum, ut patet, quod species lapidis ut ens, licet sit accidens, & lapis substantia, tamen sufficit ad cognoscendum lapidem quidditatiue. Vnde hæc consequentia non ualet: species lapidis est inferioris ordinis, quo ad esse reale, quam substantia lapidis, ergo non est sufficiens principium cognoscendi lapidem, secundo consideratur ut species est, & sic ei conuenit esse similitudinem eius, cuius est species, & secundum quod est similitudo, sic est principium cognoscendi in similitudine: Nā quædam est similitudo alterius tantum secundum genus, ut species animalis non indicat hominem, nisi in genere, quædā est similitudo secundum speciem specialissimam; ut species hominis indicat hominem secundum speciem, inter has duas est conuenientia, & differentia, conueniunt quidem in hoc, quod utraque est inferioris ordinis, ut entia sunt quam sint sua repræsentata, disconueniunt autem, quoniam prima ut species est, est inferioris ordinis. quoniam non complete indicat: secunda autē ut species est, est eiusdē ordinis, quoniam æquipollet secundum esse intelligibile quidditati hominis, & hanc latitudinem ordinum Beat. Thom. intendit ut per se diuersificat speciem, ut species est &c. intendit in prima ratione quando dicit, *per nullas similitudines inferioris ordinis, prout scilicet similitudines sunt, & non ut entia sunt &c.* Aureolus autem credidit Bea. Thom. intelligere de inferiori ordine ut entia sunt, ideo eius solutio non ualet. Sed dices unde est, quod non potest dari species creata eiusdem ordinis cum essentia diuina ut spēs est, ex quo non impedit, si etiam sit inferioris ordinis, ut ens est. Respondeo, ut dicit B. Tho. in hoc art. omnis species creata, ut species repræsentat suum obiectum sub aliqua determinata ratione. puta sub ratione substantiæ, uel uidentis, uel boni &c. Diuina autem essentia interminate cōtinet omnia, & ideo nulla species ut species creata plene indicat eam. Vnde sicut species sensibilis ut species est inferioris ordinis ad naturam uniuersalem intelligibilem, sic & quælibet species creata comparata uniuersalitati, & immensitati diuinæ essentiæ. patet igitur, quod ratio Be Thom. prima stat in suo robore, similiter secūda: solutio nō ualet credit enim quod Beat. Thom. intendit esse necesse, quod hæc species ut ens est sit suum esse, sicut Dei essentia & suum esse: sed hæc nō est intentio: quoniam ut diximus est præter accidens. quod species ut ens sit eiusdem ordinis cum suo obiecto: sed intendit, quod nulla species creata est sufficienter repræsentatiua diuinæ essentiæ. & rationem assignat, quoniam diuina essentia est suum esse: ex consequenti est omne ens perfectionaliter: ex consequenti est uniuersalissimum repræsentabile: omnis autem species creata, ut species est, repræsentat illam sub aliqua ratione particulari, ut diximus & ideo non potest esse sufficiens principium cognoscendi tantam excellentiam.

Similiter tertia solutio non ualet, peccat enim in eo, quod est per accidens credens B. Th. tenere qđ sit necesse speciē, ut ens esse eiusdem ordinis cum obiecto, ut per eam quidditatiue cognoscatur: sed hoc non tenet: quia id est per accidens: sed dicit ideo esse, quia essentia Dei est obiectum uniuersalissimū: ergo eius species ut species debet esse uniuersalissima. hoc autem non conuenit speciei creatæ: quia quicquid repræsentat, sub aliqua particulari ratione repræsentat: propter quod bene sequitur, qđ sola Dei essentia sit sui ipsius adæquata & perfecta species.

In responsione ad primum, Aduerte quod exponit ly; *similes* ex parte uidentis, quoniam lumen gloriæ quod est diuinū lumen, & essentiale in Deo, participatur a beato, in quo uidet Deū, sicut Deus uidet seipsum lumine suo: ratione ergo luminis beatus est similis Deo, sed in 3. cōtra Gent. cap. 51. ibi *secundum autem hanc visionē &c.* exponit ly, *similes* ex parte speciei quæ se tenet ex parte rei uisæ, quæ est ipsamet diuina essentia. Intēdit igitur, quod erimus Deo similes, quoniam sicut uidet seipsum per essentiam suam. sic per eandem uidemus eum: ex consequenti eadem essentia erit quo & quod respectu intellectus creati & diuini.

In responsione ad tertium duo declaranda sunt, primo propter quod Dei essentia. potest per se ipsam esse forma intellectus non autem aliæ essentiæ creatæ, secundo quid sit Dei essentiam facere intellectum in actu &c.

Quantum ad primum, Aduerte quod Beat. Thom. in 3. cōtra Gent. capit. 51. *ibi hoc autem sic &c* dicit causam huius esse quia sola Dei essentia est ipsa ueritas, ex consequenti ipsa actualitas in genere intelligibilium. Vnde per se ipsam potest esse forma intellectus, non quidem secundum esse reale, quoniam ut supra in quæstio. 3. artic. ultimo uisum est diuina essentia, non uenit in compositionem alicuius, sed secundum esse intelligibile. Ita quod perfectiori modo constituit in actu intellectum beati, qualibet specie intelligibili, species enim hæret intellectui, & illum perficit. Nulla autem essentia creata quantumcunque sit forma, & per se subsistens, ut Angelus, est ipsa ueritas, sicut nec suum esse, nam sic res se habet ad esse, ita ad ueritatem, sed est res uera, ex consequenti non est se ipsa actualitas in genere intelligibilium, ergo oportet, qđ per speciem mediam actuet intellectum extrinsecum. Dico autem extrinsecum, quoniam ut diximus in tractatu de Angelis essentia Gabrielis cum intelligit seipsum, efficitur forma sui intellectus. In præsenti autem responsione dicit causam huius esse, quia sola Dei essentia est suum esse, ergo se ipsa dat omne esse alteri, quod sibi non repugnat, repugnat autem, quod det esse reale, quoniam haberet rationem partis & imperfecti, ut dictum est in quæst. 3. artic. ultimi non repugnat autem quod det esse intelligibile, quoniam est ipsa actualitas in genere intelligibilium, nec aliqua imperfectio ponitur in Deo, non enim formæ intellectus ut est principium intelligendi conuenit per se, sed per accidens inhærere intellectui alioquin Angelus non intelligeret seipsum per seipsum, potest ergo dari forma intellectus absque hac imperfectione, ex consequenti non repugnat Dei essentiam per seipsam actuare intellectum, & quoniam nulla essentia creata est suum esse, ideo per seipsam non dat omne esse, quod potest dari alteri, sed per speciem mediam.

Sed dices, si ipsam dat esse intellectui sibi intrinseco, quare etiam non in extrinseco.

Respondeo id prouenit ex determinato ordine, quem habet ad intellectum sibi intrinsecum, sicut determinatum motiuum ad determinatum mobile, sed Dei essentia, ut pote illimitata

unitata actualitas in genere intelligibilium, sicut mouere potest in genere entium omne mobile.

Quantum ad secundum, Aduerte quod cum Dei essentia uniatur intellectui beato, ut diximus sicut species intelligibilis, eo modo, quo species intelligibilis facit intellectum in actu, sic existimari potest de diuina essentia: Tripliciter autem species facit id: primo, ut qualitas inhærens & actuans suum subiectũ sed non facit ut species, sed ut tale ens, puta forma accidentalis. hoc igitur modo diuina essentia non facit intellectum in actu: quoniam imperfectionis est ut diximus, secundo aut forma comparata intellectui ut materiæ in genere intelligibilium constituens ipsum in actu primo .i. faciens ipsum intelligenté in habitu, sicut se habet species lapidis in intellectu philosophi dormientis: & hoc modo diuina essentia non facit intellectum beati in actu, hoc enim est actuare imperfecte, & admixtione potentiæ, & beatus potest non actu frui Deo, quod non admittimus in doctrina B. Thom. Tertio ut forma comparata materiæ dans ei completum esse in genere intelligibilium, hoc auté completum esse est ipsum intelligere, & sic essentia Dei facit intellectum i actu, quia facit perfectissime intelligere intellectũ. Vnde sicut forma cœli unita materiæ, facit ipsum perfecte existere actu in genere entium. sic Dei essentia unita intellectui ut forma, facit ipsum existere actu, & hoc existere actu est ipsi' intelligere: quod est esse essentiale ipsius intellectus ut intellectus est: Dico, ut intellectus est, quoniam si cõsideretur ut ens cui inhæret talis actio, id est ei accidentale. Et aduerte, quod ignorantia huius distinctionis intellectus ut tale ens, & intellectus ut intellectus, est causa multarum deceptionum i hac materia, ut magis patebit infra, & præcipue cum loquemur de anima intellectiua.

Ex determinatione huius articuli patet, qđ si B. Tho. negat posse dari speciem productam, quæ sit principium uidendi diuinam essentiam, multo magis negabit beatum posse producere conceptum ex uisione illa, in quo reluceat diuina essentia, sed de hoc loquemur in tractatu de Trinitate, ubi distinguemus de uerbo totali, & de partiali.

ARTICVLVS III.

Vtrum Dei essentia possit uideri oculis corporalibus.

IN hoc articulo non cadit difficultas, ideo ptranseo. Aduerte solum illud, quod dicitur in responsione ad secundum *sicut nunc oculi nostri uident alicuius uitam &c* usque in finé. nõ intendit quod sicut uita est sensibilis per accidens a uisu, & p se a cogitatiua, quæ cognoscit non sensatum ex sensato. De ratione enim sensibilis per accidens est, ut ab aliqua potentia cognoscatur per se, ut declarant B. Th. in 2. de anima super text. 65. ibi, *sciendum est igitur quod ad hoc quod aliquid sit sensibile per accidens &c.* sic Deus est cognoscibilis per accidés a uisu, & p se ab intellectu, cognoscitur autem per accidens a uisu, ad secundum argumentum: *quoniam per se uidet corpore sicut glorificata &c.* in quibus adesse Deum, uel gubernantem deprehendit sic substantiam Socratis dico me uidere, qa uideo figuram, cui subest, ipsius substantia. Itẽ aduerte quod responsio ad tertium, clarior & diffusior ponitur in artic. 11. huius quæstionis, & est responsio ad primum ex dicto Dionysii, uide tu.

ARTICVLVS IIII.

Vtrum intellectus creatus per sua naturalia Dei essentiam uidere possit.

CIrca titul. ly, *per sua naturalia* stat præcise, & excludit omne donũ gratuitum quasi dicat, Vtrũ intellectus creatus sit tantæ uirtutis, quod per se ipsum, & omne medium naturale, quod aptũ est habere, quales sunt species abstractæ a rebus possit uidere Dei essentiam.

Cognitio enim contingit, secundum quod cognitum est in cognoscente, & aduerte quod cognoscens dupliciter sumitur, primo secundum substantiam suam, secundo ut cognoscens est: Est autem cognoscens secundum quod unitur cognito, unitur autem secundum quod habet in se speciem cogniti. Igitur cognoscens est cognoscens, non quia est talis substantia, sed quia est actuatus specie cogniti, & iuxta hunc sensum intelligendæ sunt propositiones Bea. Tho. Et in prima quidem sic, cognitio contingit secundum quod cognitum est in cognoscente actuato specie cogniti, secunda sic. cognitum autem est in cognoscente secundum modum cognoscentis, idest secundum quod repræsentatur cognoscenti per speciem, quam in se habet, tertia sic, unde cuiuslibet cognoscentis cognitio est secundum modum naturæ suæ, non simpliciter sumptæ, sed ut constituitur in actu primo per specié cogniti, quarta sic. Si igitur modus essendi rei cognitæ, excedat modum naturæ cognoscentis actuati quacunque specie ipsius rei cognitæ, oportet quod cognitio, scilicet perfecta, & quidditatiua illius rei cognitæ excedat naturam, idest sit supernaturalis ipsi cognoscenti.

Sic intellectis propositionibus B. Thom. uidebis quod Sco. in 4. distinct. 49. q. 11. ibi. *Respondeo ad primum rationem primæ opinionis &c.* Frustra laborat contra B. Tho. Conatur enim ex propositionibus B. Thom. quas suo modo exponit arguere cõtra ipsum, & primo probat hanc conditionem esse falsam. *Si modus essendi alicuius rei &c.* inquit enim quod si hæc conditionalis est uera, ergo nullus angelus inferior cognoscet quidditatiue superiorem, quoniam superior excedit inferiorem in essendo.

Præterea Beatus etiam cum quantocunque lumine gloriæ non uidebit essentiam Dei, quoniam excedit in infinitum secundum modum essendi, cum sit intellectus beati finitus, & cum lumine gloriæ: essentia aũt Dei infinita, secundo dicit rationem B. Thom. deficere, quia non est in forma, & si reducatur ad formam, duæ propositiones erunt falsæ, sic enim reducentur. Si modus cognitionis est secundum naturam, cognoscentis, ergo nulla cognitio naturalis excedit modum naturæ cognoscentis. Igitur nulla cognitio naturalis est de obiecto, cuius natura excedat modum naturæ cognoscentis: cum ergo modus cognitionis sit secundum modum cognoscibilis, si modus essendi rei cognitæ excedit modum essendi ipsius cognoscentis, illa cognitio erit supernaturalis Dicit Scot. sic arguendo, argumétum tenet, sed duæ propositiones sunt falsæ .s. hæc, modus cognitionis est secundum modum cognoscibilis. & hæc, nulla cognitio naturalis est de obiecto, cuius natura excedit modum naturæ cognoscentis, quoniam stat, cognitionem esse naturalem, & tamen obiectum excedere ipsum cognoscentem, aliter imperfectius nunquam cognoscet perfectius cognitione naturali. Vltimo credit Scot. quod Beat. Tho fundet se super hoc principium, necesse est inter obiectum & potentiam cognoscitiuam esse proportionem æqualitatis, quo ad modum essendi, si debet seruari cognitio naturalis, sed inquit Scot. hoc est falsum, sufficit enim quod inter ea seruetur proportionalitas actiui, & passiui, etiam si sint maxime dissimilia in modo essendi, ut patet in materia & forma, & quoniam obiectũ habet rationem motiui, & intellectus rationem mobilis, ideo stat. cognitionem de obiecto excedente modum essendi ipsius cognoscentis esse naturalem.

Ad hæc facile est respõdere, stante declaratione propositionum, quam præmisimus.

Ad primam obiectionem nego consequentiam, ad probationem dico, quod licet Angelus superior excedat inferiorem in essendo, comparando ens enti, substantiam substantiæ, non tamen excedit comparando inferiorem, ut cognoscentem ad superiorem ut cognitus est, cum cognoscens, ut actuatur specie cogniti, & quoniam illa species repræsentatiue adæquatur cognito, ideo Angelus inferior ut cognoscens adæquatur, & non exceditur a cognito, decipitur autem Scot. quoniam non considerat cognoscens, & cognitum formaliter, sed tantum materialiter.

Ad secundum dico ad consequentiam, quod si intendit de diuisione naturali, de qua hic loquimur, conceditur consequétia, & nego falsitatem consequentis, hæc enim est conclusio Bea. Thom. quod beatus non potest uidere naturaliter diuinã essentiam, si autem intendit de diuisione absolute siue naturali, siue supernaturali, nego consequentiam, quoniam lumen gloriæ eleuat intellectum, & diuina essentia efficitur species intellectus beati, ita quod est sufficientissime repræsentatiua sui ipsius, ex consequenti proportionabiliter intellectus beati constitutus est in actu, & ueluti Deus effectus ad diuinam uisionem &c.

Quantum ad illud quod dicit Scot. rationem B. Thom esse in propositionibus non syllogizatis, dicimus, qđ facile ad formam reducitur & pro nunc sustinemus formalizationem Scoti, licet propositiones aliquas inutiliter immisceat, & sustinemus hanc esse uerã, *modus cognitionis est secundum modum naturæ cognoscibilis*, sumendo ly, *cognoscibilis* formaliter, omne enim cognoscibile est cognoscibile per aliquam speciem sui repræsentatiuam, uel per se ipsum, qualis igitur erit species, talis erit cognitio: igitur si species perfecta, & cognitio perfecta erit, si species imperfecta, & cognitio diminuta erit. Patet igitur,

tur, quod hæc est uera, omnis cognitio est secundum modum naturæ cognoscibilis, repræsentatæ per speciem, uel per seipsam quantum sit ex parte naturæ cognoscibilis, & hoc dico, quoniam stat speciem esse sufficienter repræsentatiuam obiecti cognoscibilis, & tamen cognitio non erit secundum modum speciei ex parte cognoscentis, cui forte improportionatur talis species, ut dicemus de anima separata, quæ non cognoscit perfecte substantias separatas, licet impressas in se habeat earum species: similiter hæc est uera. *nulla cognitio naturalis est de obiecto cuius natura &c.* sumẽdo ly. *cognoscentis* formaliter. idest ut actuati specie cogniti, & quoniam diuina essentia excedit intellectum beati: quacunque specie creata actuati, ideo uisio illa est supernaturalis: cum autem dicit Scot. quod perfectius nunquam cognosceretur ab imperfectiori naturaliter: nego consequentiam, sicut etiam dixi in solutione primæ obiectionis. Requiritur tamen, quod perfecti⁹, & imperfectius sit eiusdem generis in genere cognoscentium, & hoc dico propter animam intellectiuam, quæ non potest cognoscere naturaliter separatas substantias perfecte, & quidditatiue siue separata, siue coniuncta, quoniam in latitudine cognoscentium anima ipsa, ut cognoscens distinguitur genere a substantiis separatis, ut patet in præsenti articulo, in quo B.Thom. assignat triplicem gradum cognoscentium, & dicit esse connaturale animæ cognoscere materialia, & Angelo separata, & Deo seipsum. Quod autem ultimate dicit B.Thom. fundatur super illud principium, necesse est inter obiectum, & potentiam esse æqualitatem uel similitudinem in modo essendi: falsum est: nec id habetur ex D.Thom. Vnde dico, quod B.Thom. intendit duas conditiones esse necessarias ad cognitionem naturalem: prima est quod cognitum non excedat ipsum cognoscens, ut cognoscens est. idest ut actuatum cognitũ.

Quod autem excedatur a cognoscente quo ad substantiam non impedit: nam Angelus cognoscit lapidem. similiter quod cognitum excedat substantialiter ipsum cognoscens, non impedit dummodo sint eiusdem generis, ut dixi, ut excipiatur anima intellectiua, quæ non potest cognoscere separata naturaliter sed vel præter naturam, vel supra naturam. Angelus autem cognoscit Archangelum. Secunda est, quod inter obiectum, & potentiam cognoscitiuam seruetur proportio proxime motiui, & proxime mobilis quæ nunquam seruatur, nisi obiectum præsens fiat potentiæ, aut seipso, aut specie &c. & potentia cognoscitiua fiat ipsum cognitum in esse intelligibili ex huiusmodi præsentatione, & unione: unde negandum est ipsi Scot. quod inter obiectum excedens potentiam cognoscitiuam, & ipsam potentiam absolute seruetur proportio motiui, & mobilis, nisi accedentibus conditionibus prædictis: existimauit autem Scot. quod quoniam obiectum intellectus est ens, ut ens: ideo omne ens quidditatiue. & naturaliter sit intelligibile ab intellectu creato: sed id non acceptamus in uia nostra. Item quoniam apud ipsum nulla datur supernaturalitas respectu potentiæ passiuæ, quod tamen reprobauimus in 1. quæstio. artic. 1. Vnde per intellectum connaturale est nobis cognoscere naturas, quæ quidem non habent esse nisi in materia &c. Aduerte quod B.Tho. graduat hic tres intellectus non penes diuersa obiecta adæquata, quoniam omnis intellectus ut intellectus pro obiecto adæquato habet ens uniuersale ut dicit B.Thom. infra quæstio. 79. articul. 2. sed penes prima cognita quidditatiue naturaliter: nam obiectum primum intellectus nostri coniuncti est quidditas materialis; intellectus autem Angelici est quidditas immaterialis, cuius tamen esse non est subsistens. Intellectus autem diuini est essentia Dei cũ his tamen stat, quod intellectus noster coniunctus attingit ens in uniuersali, & omnem gradum entis. etiam ipsum Deum aliquo gradu cognitionis naturalis, & si nõ quidditatiue, de quo hic est sermo.

In responsione ad primum scias, quod illa similitudo refulgens in Angelo, in qua uidet Deum, est essentia ipsius Angeli ut patebit infra cũ loquemur de Angelo, in q. 56. ar. 3. ubi B. Tho. dicit expresse, uide tu ad placitum.

In rẽsponsione ad tertium, *Sed intellectus noster uel Angelicus qui secundum naturam a materia aliqualiter eleuatus est etc.* Aduerte quod ly, qui, refert intellectum nostrum, & non Angelicum, quoniam ille omnino a materia eleuatus est, ut dicemus infra. Nec est necesse quod referat utrumque, quoniam loquitur disiunctim.

ARTICVLVS V.

Vtrum intellectus creatus ad uidendum Dei essentiam aliquo lumine indigeat.

CIrca titul. ly, lumine stat pro omni eo, vel sub quo diuina essentia manifestatẽ intellectui creato ly, *indigeat* stat absolute, ita quod nõ aliter potest. Quæritur ergo, utrum sit necesse Deum infundere intellectui alicui creato, aliquam qualitatem sub qua manifestatur Dei essentia, & hanc qualitatem dicimus lumen.

Omne, quod eleuatur &c. usque ibi, *ad talem formam &c.* Aduerte qđ Durandus ut adducit Capr. in 4. distin. 49 q. 4. cõtra secundam: & est eius argumentum secundum, conatur destruere hanc maximam, super quam B.Thom. ubique fundat se. s. *Omne illud, quod eleuatur ad recipiendum aliquam formam supernaturalem, necesse est quod disponatur aliqua dispositione supernaturali.* quoniam ut inquit in q. de uerit. q. 8. art. 3. ultim. dispositio ad formam, & forma ipsa sunt unius ordinis in hoc qđ si unum est supernaturale, & reliquum,

Contra inquit Durandus, illa dispositio supernaturalis est forma: quæ cognitio aut recipitur in subiecto naturali immediate aut per aliam dispositionem supernaturalem: non secundum: quia esset processus in infinitum: ergo primum. ergo eadem ratione forma supernaturalis poterit recipi immediate in subiecto naturali, sicut illa dispositio.

Ad hoc bene dicit Capreol. & ab eo accipit expositor, quod in illa maxima *licet ad recipiendum aliquam formam supernaturalem* intelligit de forma principali, ad quam consequendam ordinatur actio, & non de qualibet forma dispositiua. ad argumentum ergo dico, quod illa dispositio supernaturalis recipitur in subiecto immediate, quia non est necesse dispositionis esse dispositionem: nego autem, quod eadem ratio & forma est principalis: quoniam etiam in materialibus forma substantialis recipitur mediantibus dispositionibus, dispositiones autem non necessario requiruntur præuias dispositiones.

Cum autem intellectus creatus, & usque ibi *forma intelligibilis*, sufficit quod det esse intellectui, ut intellectus est in genere intelligibilium, hoc autem esse est ipsum intelligere, ut diximus supra, est igitur forma intelligibilis, quia facit intellectum actu intelligere, sic forma accidentalis, puta albedo in genere entium facit subiectum albere. Aduerte tamen, quod non est dicenda simpliciter & secundum eandem rationem forma intelligibilis sicut species impressa, quoniam hæc dat formaliter esse intellectui, ut subiecto, & hoc imperfectionis est. Deinde facit intellectum intelligere, & hoc secundum seruatur in diuina essentia.

Vnde oportet quod aliqua dispositio supernaturalis, &c. usque ibi, *in tantam sublimitatem &c.* Aduerte, quod ly, *supernaturalis* dupliciter potest intelligi, primo quod secundũ suam entitatẽ sit altioris naturæ quam illud, cui supradditur, & sic non est uerum, quod dispositio hæc sit supernaturalis, quoniam est accidens, quod est inferioris entitatis ipsa anima intellectiua, quæ est substantia, quia est maioris efficaciæ, & uirtutis quam illud præcise, cui additur, & quia a solo agente diuino effluit, & sic hæc dispositio est supernaturalis, quoniam eleuat animã ad diuinum ordinem, ad quem non potest tota sua facultate: & quia solus Deus est author huius dispositionis. Aduerte tamen quod hæc secunda conditio non facit ipsam supernaturalem nisi denominatione extrinseca, aliquin anima intellectiua esse forma supernaturalis. cum sit a solo Deo: Dicitur igitur supernaturalis intrinsece, quia est principium effectus uincentis totam facultatem naturæ creatæ, ut dicemus soluentes argumenta aduersantium.

Et hoc augmentum uirtutis intellectiuæ &c. usque ibi *uocamus etc.* Aduerte, quod Durandus ut adducit Capre. in 4. distinctio. 49. quæstio. 4. contra secundam & est eius argumentum primum, arguit contra hoc augmentum sic, hoc augumentum uirtutis intellectus non est nisi confirmatio. hæc autem non fit nisi duobus modis, primo per intensionem eiusdem uirtutis, ut quando calor ut tria, efficit calor ut quinque, secundo per coniunctionem alterius consimilis agentis, ut si luminoso A. adiungatur luminosum B. neutro modo lumen gloriæ auget nec confortat intellectum, non primo modo, patet, quoniam intellectus qui est proprietas animæ, nõ est forma intensibilis, nec secundo modo, quoniam lumen ipsum esset intelligens partiale, sicut luminosum B. illuminans partiale. quo &c.

Ad hoc negatur diuisio, quoniam non primo modo ut expresse tenet B.Thom. in 3. contra 53. ibi, *contingit quod dupliciter alicuius uirtus fortificari.* & nec secundo modo, ut bene probat Durandus, sed tertio modo quando est, exponit B. Thom. in 3. contra gent. in eodem loco, & intendit hoc augmentum fieri per appositionem nouæ formæ, quia actiuum eleuatur ad operandum aliquam actionem, in qua non potest, stans præcise in limitib. naturæ suæ, sic augetur aer: cũ recipitur lumen.

quo

quoniam per receptionem luminis potest illuminare, quod non potest ut aer: eodem modo, augetur secundũ aliquos phãtasma per receptionem alicuius uirtutis ab intellectu agente, secundum quam eleuatur ad comproducendum speciem intelligibilem, tamen quid de hoc tenendum sit in uia Beat. Tho. dicemus in tractatu de anima.

In responsione ad primum plura tangit, Primo quod hoc lumen est necessarium: sicut etiam dixit in artic. Secundo quod non est necessarium ut essentia diuina fiat actu intelligibilis, sicut dicimus, lumen intellectus agentis necessarium, ut materialia fiant actu intelligibilia, & hoc secundum concessum est ab omnibus. Tertio quod est necessarium ut intellectus fiat potens ad intelligendum Dei essentiam. Circa quod aduerte & non dicit, *ut fiat potens ad recipiendum intellectionem diuinæ essentiæ*, quoniam ex se receptiuus est postquam actuatus est diuina essentia ut forma intelligibili. Dicit autem, *ut fiat potens ad intelligendum*, idest exeundum in actum secundum: uerum quia actus secundus, præsupponit actum primum: ideo secundum Beat. Thom. lumen hoc est necessarium, ut intellectus recipiat diuinam essentiam ut formam intelligibilem, qua constituatur in actu primo: hoc licet non expresserit in hac responsione, tamen expressit in corpore, ut ibi, *cum autem intellectus creatus &c.* & diffusius in 3. contra gent. capit. 53. igitur solum ipsum ponitur ut constituatur in actu primo, & ut exeat in actum secundum, Quarto hoc lumen gloriæ est habitus. unde dicit *per modum suæ potentiæ sit potentior ad operandum &c.* per habitum, ergo secundum ipsum uisio diuina non potest intelligi pro hoc lumine, antecedit enim ut dispositio eleuatiua.

Sed contra hoc multi insurgunt, & primo Sco. in 4. distin. 49. quæstio. 11. ibi, *respondeo ergo ad duas quæstiones*, & licet teneat charitatem esse necessariam ad beatitudinem: non tamen lumen gloriæ, & principalia eius motiua sunt hæc: si hoc lumen est necessarium uel propter receptionem uisionis, uel propter eleuandam uisionem: non primum, quia habitus non est ratio recipiendi actum, etiam in uia. sed potius econuerso, quoniam habitus generatur ex actibus: sed hoc lumen ponitur ut habitus: ergo &c. non secundum: quoniam quanto obiectum est magis in se lux, tanto minus de lumine requiritur ut uideatur: sed diuina essentia est maxime lux in se, ergo nihil de lumine requirit, ut uideatur. Aliud medium non adducitur a Scoto in illo loco contra S. Thom. nam argumentum secundum, quod adducit Capreol. in 4. distinctio. 49. quæstio. 4. contra secundam, scilicet. Quod omnipotentiæ passiuæ correspondet actiua Scot. soluit ipsum, dicens. quod est uerum, non tamen est necesse illam actiuam esse in natura creata, quoniam & materia propria est naturaliter receptiua animæ intellectiuæ: non tamen aliqua creatura est productiua eius. Tu tamen potes negare intellectum esse in potentia passiua quo ad beatitudinem pro actu primo & secundo: Nã non constituitur in actu primo, nisi quia sibi unitur diuina essentia ut forma: quæ unio ut diximus non fit nisi mediante lumine.

Argumentum autem tertium Scoti recitatum soluemus, cũ examinabitur responsio tertii argumenti positi in artic. Nunc igitur sufficit soluere argumentum adductum. Concedo igitur, quod non ponitur lumen propter primum, præcipue quo ad receptionem actus secundi. Sed est propter secundum: ad improbationem, concedo totum: non enim concludit aliud, nisi quod nullum lumen requiritur ex parte obiecti quo fiat uisibile, cum Dei essentia sit maxime uisibilis, sed ex hoc nõ probatur quin sit necessarium ex parte intellectus ut fortificans, & eleuans ipsum.

Durandus etiam ut adducit Capreol. in 4. dis. 49. quæstio. 4 contra secundam adducitur plura media ad negandum hãc necessitatem, inter quæ est tertium & quartum & quintum, sed quintum nullius est efficaciæ: tertium autem soluetur cum examinabitur responsio tertii argumenti in articu. 4. igitur tale est. B. Thom. in 4. dist. 49. tenet quod beatitudo potest communicari homini existenti in puris dispositionibus uiæ, & ita non habenti lumen gloriæ: ergo non est necessarium, aliter sibi ipsi contradicit.

Ad hoc respõdet Capreol. ubi supra, & facto longo processu tandem concludit ex eo, quod habetur in quæstio. de uerit. q. 13. art. 2. & in 2. 2. quæst. 185. ar. 3. ad secundum, mentem Bea. Thom fuisse, quod Deus potest communicare huiusmodi uiatori miraculose beatitudinem, sine lumine glorię impresso per modum habitus, non tamen sine lumine gloriæ impresso per modum passionis. sic enim B. Tho. exposuit se ipsum in q. de uerit. & in 2. 2. ubi supra.

Aureolus autem, ut adducit Capr. in 4. dist. 49. q. 4. cõtra secundam ibi, *quarto loco propono quatuor dubia &c.* & sic arguit Deus immediate potest facere, quicquid facit mediante creatura: sed mediante lumine creato facit, quod intellectus uideat Deum, ergo hoc immediate facere poterit. ergo tale lumen non est necessarium.

Ad hoc respondet ipsemet Aureol. sed responsio non ualet apud nos. Tu igitur responde, ut Capre. quam responsionem formaliter recipit expositor, & stat in hoc. illa maior est uera quo ad entitatem rei, nõ ad relationem, & denominationem: nam ad hoc quod dicatur Socrates uidere Deũ, necesse est uisionem illam esse actionem immanentem, ex consequenti productam ab ipso Socrate: licet igitur Deus possit immediate producere illam entitatem uisionis, non tamen per eam denominaretur Socrates uidere.

Aduerte quod Aureolus ut adducit Capre. in hac materia multipliciter arguit, sed plura eius argumenta non militant contra uiam nostram, sicut illa quibus probat, non esse ponendum hoc lumen ad uigorandum intellectum agentem: nos enim non dicimus hoc. Illa autem, quibus probat idem ex parte intellectus possibilis partim nullius sunt efficaciæ, partim soluuntur eodem modo: & argumenta Scot. & Duran. Tu igitur nota argumenta ipsius, quæ recitantur a Capre. in quinto loco, quibus conatur ostendere, quod concesso lumine hoc, quoniam in scriptura expresse ponitur, ut etiam B. Thom. allegat in corpore articuli. non tamen est necesse hoc lumen esse habitum, nec quid distinctum ab ipsa uisione, sed semper ponitur pro ipsa uisione, uel pro obiecto scilicet Dei essentia quæ uere est lux, & in hoc sensu dicit esset interpretandas omnes authoritates, in quibus est mentio de hoc lumine, præcipue decretalis tertia, extra de hæreticis, cap. ad nostram. Verum quod talis expositio non sit ad mentẽ authoris, Capreol. diffuse ostẽdit, nec ego uolo in hoc immorari, uide tu ad placitum, & in illis inuenies, quomodo decretalis illa fundata est supra doctrinam B. Thom. & Alberti, & aliorum, qui posuerunt hoc lumen, ut habitum &c.

In responsione ad secundam, Aduerte quod licet neget hoc lumen esse similitudinem diuinam. & in artic. 1. huius quæst. dixerit, hoc lumen esse similitudinem ex parte potentiæ uisiuæ, tamen non sibi contradicit, quoniam in articu. 2. intendit hoc lumen esse similitudinem non repræsentatiuam Dei, sed deriuatam a diuino, & essentiali lumine, quasi dicat sic intellectus Dei in lumine suo essentiali uidet seipsum, sicut intellectus creatus in lumine deriuato ab illo diuino lumine, uidebit Deum.

In responsione uero ad secundam, negat ipsum esse similitudinem non abstracte, sed in qua Deus videatur, ex consequẽti non est similitudo repræsentatiua.

In responsione ad tertiam, aduerte primo quod Scot. & Aureol. & Durandus uirtualiter faciunt idem argumentum, ut adducit Capreol. ubi supra, & tamen nullus recitat solutionẽ Beati Thom. quæ tamen maxime doctrinalis est, Aduerte secundo quod Beat. Thom. intendit negare illud assumptum scilicet *illud quod est creatum etc.* & ratio negationis est, quia tale creatũ deberet esse naturale alicui, esset necesse ut flueret à natura talis rei: nam ex 2. physi. tex. 5. secundum naturam sine naturale est, quod fluit a natura, ut igni ferri sursum, ut inquit Aristo. impossibile est autem hoc lumẽ fluere à natura creata: quoniam cum sit ens diuinum, & ordine diuino, non est aptum fluere nisi à natura diuina, & ideo esset necesse, ut inquit Beat. Thom. quod natura creata transferretur in naturam diuinam, sicut exemplificat de dispositione ad formam ignis.

Sed positio, quod non possit esse naturale alicui creato, ad hoc instat Durandus probans quod non est sufficiens medium ad illam uisionem: quoniam quantumcumque lumen infundat intellectui adhuc stat distantia infinita inter intellectum sub tali lumine, & Dei essentiam: ergo non sufficienter eleuat intellectum.

Ad hoc dico, quod B. Thom. ante Durãdum formauit hoc argumentum, & respondẽs concedit antecedens, & negat consequentiam, quoniam inquit per illud lumen fit ut essentia Dei uniatur intellectui ut forma intelligibilis, & intendit iudicio meo, quod lumen hoc non est considerandum ut accidens uel qualitas, uel tale ens in tanto gradu entitatis, quoniam ut sic, nullam habet proportionem ad illam infinitam essentiam: sed considerandum est, ut similitudo diuini luminis essentialis, quo Deus uidet se, & ut sic est de ordine entiũ supernaturalium, & est dispositio uelut connaturalis, ac propria ad formam supremam intelligibilem in esse intelligibili: ita quod sicut calor, & siccitas sunt connaturales dispositiones materiæ ad formam ignis, licet sint inferioris entitatis, quoniam accidentia sunt: forma autem ignis est substantia, sic &

&c & hoc lumen ad Dei essentiã. Ex his patet, quod omnia argumenta de distantia infinita, siue excessu infinito diuinæ essentię super hoc lumen peccant in hoc, quod considerant, cuius ordinis sit, sic enim potest argui de gratia, & charitate, & actu meritorio, quasi non considerentur ut sunt de ordine entium diuinorum, & ut sic dignam faciunt creaturam intellectualem uitæ æternæ, non possent esse condigna media ratione entitatis suæ, cum sint accidentia.

QVAESTIO VI.

Vtrum uidentium Deum, unus alio perfectius uideat.

CIrca hunc articul. nõ cadit difficultas. Tu tamen nota q̃ B.Thom. hanc conclusionem affirmatiuam in præsenti articulo breuiter probat, supponens inæqualitatem charitatis, & non aliter, & propterea in 3. lib. contra gent. cap. 58. p toto tum, probat eandem triplici ratione. primo, quia datur summum, uidens Deum, qui est ipsemet, comprehendens seipsũ: ergo datur magis, & minus uidens, cõsequentia est nota ex 10. lib. metaphysic. &c. Secundo quia lumen gloriæ est similitudo diuini intellectus; quia per ipsum efficimur deiformes. non incõuenit autem aliquid magis, & minus assimilari Deo: ergo, tertio non omnes æqualiter præparant se ad finem, quoniam præparatio est per uirtutes, quæ non sunt æquales in omnibus, ut constat, ergo non omnes æqualiter uident Deum.

In responsione ad tertium, *sed per diuersam facultatem intellectus non quidem naturalẽ, sed gloriosam &c.* Sed cõtra B.Th. infra in quæst. 62. art. 6. dicit concludendo: uidetur q̃ Angeli qui habuerunt meliorẽ naturam, habuerunt plus de gratia, & de gloria, ergo diuersitas uidendi Deum prouenit ex diuersitate facultatis naturalis.

Ad hoc dico, q̃ B.Th. non illud tenet de Angelo, ut necessariũ, sed ut ꝓbabile, unde dicit in principio artic. *rationabile est &c.* supposito etiam, quod in hoc ut est certũ nõ sibi cõtradicit, quoniam hic loquitur de immediata causa diuersitatis & per se, quæ est diuersa participatio luminis tã in homine, quam in Angelo, infra uero in loco allato non adducit causam immediatam, sed remotam uel potius occasionem, quantum ad Angelos, & ideo non est contradictio.

ARTICVLVS VII.

Vtrum uidentes Deum comprehendant ipsum.

CIrca determinationem articuli non cadit difficultas, ideo pertranseo. Tu tamen nota in responsione ad tertiũ, *non quidem ita quod totus modus obiecti &c.* usque ibi. *modus cognoscentis &c.* intendit, quod ideo non uidetur totaliter, quia modus, quo est cognoscibilis, non adæquatur modo quo cognoscens creatum cognoscit ipsum, modus enim ille infinitus est, hic autem finitus. & est simile huic. Sol non uidetur totaliter ab oculo meo, quia ipse summe uisibilis est, sed oculus meus uidet ipsum remisse, quia caligantes.

ARTICVLVS VIII.

Vtrum uidentes Deum omnia in Deo uideant.

CIrca titu. ly, omnia stat uniuersalissime & distribuit pro quolibet siue absoluto, siue respectiuo, siue i actu, siue in potentia tam naturali, quam obiectiuali, & ly, in Deo, stat obiectiue, ita quod in eo uiso, illucescant omnia uidenti.

Sic igitur uidentur omnia in Deo sicut effectus in causa sua &c. Aduerte quod multipliciter possumus imaginari res creatas esse in Deo: Primo sicut res in speculo, & hunc modum uidetur ponere Augustinus in libro de uidendo Deo, cum dicit, Deus est speculum uoluntarium, & si uult, uidetur, si non uult non uidetur. Secundo sicut conclusiones in vniuersali principio. Tertio sic effectus in sua causa productiua sufficientissima uerum esse sicut in speculo, non proprie, sed tantum metaphorice uerificatur de Deo, ut docet Beat. Thom. in quæstio. de ueritate. quæst. 12. artic. 6. eo quod de ratione speculi est, quod repræsentatum in eo sit ab alio impressũ, uel a speculo reflexũ, istæ autem conditiones non conueniunt diuinæ essentiæ, ut patet, ideo B. Tho. qui hic loquitur de proprio modo essendi in Deo, noluit hunc modum ponere, quoniam a sensu metaphorico non trahitur ualida ratio, secundum autem potest, prout trahitur ad tertium, quoniam ex secundo physicorum præmissæ causæ effectiuæ conclusionis efficienter. Igitur Beat. Thom. assignauit modum essendi res in Deo, cum dicit, *sic effectus in causa*, quoniam nullus alius est proprius nisi reducatur ad istũ ex quibus patet, quod ratio Beati Thom. non peccat per fallaciam consequentis siue arguendo a superiori ad inferius affirmatiue, nam res esse in Deo proprie, & esse in Deo ut effectus in causa conuertibiliter se habent, & non ut superius, & inferius.

Sed dices, quomodo ergo uerificatur dictũ Augu. Deus est speculum uoluntarium. Respondeo dicitur speculum propter hanc solam conditionem, quia distincte, & non confuse res in se, & secundum proprias rationes repræsentat, & iuxta hanc repræsentationem distincta sumitur ratio ideæ, ut patebit infra, dicitur uoluntarium ratione uisionis; quoniam stat in uoluntate sua exhibere se intellectui creato. & etiã se subtrahere. Dicitur etiam uoluntarium ratione reuelatorum, posito enim quod uideatur Dei essentia a Gabriele, adhuc est in potestate uoluntatis diuinæ reuelare ei plura aut pauciora, siue nulla eorum, quæ mere ex Dei uoluntate pendent, ut ꝓdestinatio Socratis, hora iudicii, iustificatio Pauli &c. Quantum autem ad ea, quæ naturaliter & ex necessitate relucens in diuina essentia; alia ratio est, nec de his intendit Augustinus &c.

Sed res in Deo sunt vnitissimæ, & indistinctæ, sicut effectus indistincti sunt in uirtute causæ, nec vnquam sunt distincti, nisi quando habent esse in propria natura, ergo non potest dici speculum, quia distincte continet res, immo indistincte.

Ad hoc dicitur; quod utraque est uera, scilicet res in Deo continentur indistincte, quantum sit ex parte rei, quoniam nullam pluralitatem ponunt in Deo, & continentur distincte, quantum sit ex parte repræsentatarum rerum: sic enim repræsentantur, ac si essent distinctæ una alia, quoniam secundum propriam rationem uniuscuiusque, & propterea dicitur speculum æquipollenter, quoniam sicut res in speculo apparẽt ut distinctæ sunt actu abinuicem, sic apparent in Dei essentia, ac si essent distinctæ, quod autem sint actu indistinctæ, non compatitur diuina simplicitas. est igitur speculum remota imperfectione.

Sed manifestum est, aliqua causa quanto perfectius uidetur, tãto plura &c. Aduerte q̃ licet Bea. Thom. non dicat expresse. & econuerso tamẽ subintelligi debet, intendit enim sic arguere. Quanto causa perfectius uidetur, tanto plures effectus in causa uideri possunt, & e conuerso, sicut patet de principio & conclusione: quia quanto perfectius principium ipsum uidetur, tanto plures conclusiones uidentur in eo: ergo potẽs uidere omnes effectus in causa prima, põt comprehẽdere ipsam, sed nullus intellectus creatus potest secundum, ergo nec primum. Ratio hæc impugnatur a Scoto quãtum ad illud antecedens, *Quanto causa perfectius uidetur &c.* A Durando, & Gothofredo. Quantum ad illud de principio & conclusione, & iterum a Scoto & Aureolo, & Gothofredo quãtum ad illam cõsequentiam *ergo potens uidere omnes effectus in causa prima, potest comprehendere ipsam &c.*

Scotus igitur in 3. dist. 14 quæst. 2. *ad secundum, quæstio dicitur &c.* soluit hanc rationem dicens in ea esse fallaciam consequentis, quia licet perfectius repræsentant causata, non tamen econuerso, quia potest stare cognitio principii, non aucta in se pluribus conclusionibus ex ipso elicitis, & similiter erit de causa & effectibus pluribus cognitis, quod autem hoc sit uerum, probat tripliciter, & incipit ibi, *præterea illud exemplum de quæstione ex principio &c.*

Primo causa inquantum causa, nullam perfectionem accipit a causato, quia naturaliter est prior: ergo cognitio principii ut est causa cognitionis cõclusionis nullo modo perficitur, nec augetur per cognitionem quæstionis.

Secundo accipio aliquod principium vt notum in aliquo gradu, & quęro. utrum per ipsum sic pręcise cognitum possit aliqua conclusio cognosci, quod post deductam conclusionem maneat in intellectu cognitio principii non aucta: aut non, si sic habetur propositum, si non, ergo hoc principium in tali gradu præcise cognitum non est principium, quia secundum se nullius conclusionis est principium: quod tamen est falsum, quoniam esset principium & non principium.

Tertio ex primo posterior. de subiecto ꝓcognoscitur quid est, & ratio huius est: quia in quidditate subiecti uirtualiter includitur tota ratio scientiæ, nec ipsum quid subiecti acquiritur per demonstrationem, sed totaliter supponitur, sed per de-

per demonstrationem solum acquiritur cognitio passionum inhærentium ipsi subiecto: ergo ita erit de conclusione respectu principii quod cognitio principii totaliter præsupponitur demonstrationi: ex consequenti non acquiritur perfectior, ex eo, quod plures conclusiones demonstrantur per ipsum: stat ergo cognitio principii non aucta in se, dato quod plures & plures conclusiones eliciãtur, ex eo similiter potest stare cognitio causæ nõ aucta in se, dato quod plures & plures effectus uideãtur in ea, vel ex ea: ergo assumptum Beati Thom. non ualet econuerso.

Antequam respondeamus Scoto, declarandum est, quomodo illud assumptum tenet, ita quod ualet econuerso: Aduerte igitur primo, qđ cognitio causæ & cognitio effectus ex natura rei pendet a cognitione causæ. Aduerte secundo, qđ causa naturalis secundum se determinate, tot producit effectus stans sub certa dispositione uel gradu: nec potest in plus, si non uariatur. Nam omne agens naturale non mutatum semper facit idem, & si quid de nouo agit, quod prius non poterat, mutatum est. Ex his dico quod intentio Beat. Thom. illo assumpto hæc est: certa cognitio causæ est causa naturalis certorum effectuum, puta cognitio causæ ut quatuor facit naturaliter cognoscere quatuor effectus & non plus. ergo si in ea cognoscuntur plures: puta 10. necesse est cognitionem causæ mutatam esse in maius: probatur consequentia: quoniam agens naturale quamdiu manet idem, facit idem, & non aliud nisi mutetur: ergo bene sequitur qđ secũdum qđ plures & plures effectus cognoscuntur in causa etiam ipsa perfectius, & perfectius cognoscatur, & sic patet qđ assumptum tenet, & e conuerso & quod hæc duo sunt consequenter se habentia: causa perfectius uidetur, ergo effectus plures in ea videntur, & econuerso, ut dicit Capreol. in 4. dist. 49. q. 6. ad obiecta Aureoli contra primũ ibi, *dicitur ergo &c.* Sic sequitur, Socrat. est homo: ergo est risibilis, & econuerso.

Aduerte tertio, quod licet cognitio plurium effectuum inferat perfectionem cognitionem causæ, non tamen illa perfectior cognitio causæ causatur de necessitate a cognitione plurium effectuum: sed sufficit præsupponere ipsam: ita quod si debeam cognoscere hora præsenti decem effectus solis, necesse est, & præsupponere in intellectu meo cognitionem solis in tanto gradu, & si hora sequenti duodecim effectus necesse est præsupponere maiorem cognitionem solis &c. deinceps. sed dices: si non causatur hæc maior cognitio causæ a cognitione effectuum de necessitate, a quo causatur; Respondeo quod causatur a maiori unione causæ cum intellectu meo, siue sit unio, per speciem propriam, siue per essentiam causæ: & quoniam id non aduertit Scot. sed credidit Beat. Thom. tenere, quod si assumptum ualet, e conuerso cognitionem effectus de necessitate causare cognitionem causæ, ideo conatus est arguere contra Beat. Thom. ex his ergo facile soluuntur omnia obiecta.

Ad primum concedo totum, neque enim dicit B. Thom. cognitionem principii perfici effectiue a cognitione conclusionis. Idem intelligere de causa, & effectu, sed intendit quod perfectior cognitio principii præsupponit cognitionem nouæ cõclusionis, quæ prius non cognoscebatur. Idem dico de causa, & effectu.

Ad secundum dico, quod est principium alicuius conclusionis illius scilicet cui correspondet, ut causa naturalis sufficiens, & non est principium alterius nouæ conclusionis, nisi augeatur in intellectu meo cognitio ipsius principii, & cum infertur, ergo hoc principium ut in hoc gradu cognitio nõ est principium, nego hanc consequentiam, sed debet sic inferre, ergo non est principium alicuius alterius cognitionis nouæ &c. & tunc concedo consequentiam, & nego falsitatem consequentis.

Ad tertium dico ut ad primum, aliud est enim præsupponere maiorem cognitionem principii ad deductionem vel inspectionem plurium conclusionum nouarum, in eodem principio & maiorem cognitionem principii causari ex demonstratione plurium conclusionum in primo sensu intendit Beat. Thom. in secundo sensu arguit Scot. Ideo non tangit mentem Bea. Thom.

Gothofredus autem, & Durandus ut adducit Capreol. in 4. distinct. quadragesimanona, quæstio sexta, contra primam conclusionem reprobant exemplum adductum de principio & cõclusionibus & dicunt, quod non est simile essentiæ diuinæ, & rebus visis in ea, & vterque tangit eandem rationem, quæ stat in hoc: per principium vniuersale syllogisticum non repræsentatur intellectui aliqua particularis conclusio in actu, & determinate ante pertractationem, uel per scrutationem principii: sed tantum in virtute, & in potentia, & ideo potest cognosci principium ignorata conclusione, inquit Gothofredus; Durandus autem dicit, & in idem redit, nisi facta applicatione, & subsumptione sub ipso, sed solum in uniuersali & in potentia, sed in essentia Dei repræsentãtur creaturæ actu, & distincte, idest secundum, proprias rationes simul absque quacunque deductione, & applicatione: ergo non repræsentantur res in diuina essentia sicut conclusiones in principiis. Ad euidentiam huius aduerte, quod Beat. Thom. intẽdit duo in illo exemplo primo quod principium demonstratiuum cõsideretur ut principium conclusionum. idest, ut sic productiuum cognitionis conclusionũ in intellectu meo, & ut sic est causa uere actiua, & continua suarum cõclusionum, sicut essentia Dei est cã actiua contentiua rerum. In hoc igitur sunt similia, & non debet considerari principium ut præcise quædam propositio uera, quoniam ut sic, non est formaliter principium: secundo quod, siue cognoscantur conclusiones in principio ut sic, intellectus noster discurrens necesse est perfectiorem cognitionem de principio supponere in intellectu, ita quod ut diximus ad Scot. secundum quod intellectus meus magis penetra principium ut principium plures conclusiones cognoscam in eo, uel ex eo & in hoc est simile de diuina essentia, quoniam quanto perfectius uidetur, tanto plures effectus uidentur in ea. Ex his dico ad argumentum, quod tam Gothofredus quam Durandus decipiuntur in hoc, quod non aduertunt differentiam esse inter cognoscere conclusionem in principio, & cognoscere ex principio, nam proposito Gothofredi & Durandi habet ueritatem, quo ad cognoscere conclusionem ex principio, quoniam alio actu fertur intellectus super principium & alio super conclusionem ex principio deductam: & ideo stat quod prius cognoscam principium quam conclusionem etiam tempore, ut uult philosophus in primo posterior. ut scio omnem mulam esse sterilem, non tamen hanc, quia forte nondum subsumpsi, hanc esse mulam, ex consequenti non scitur determinate, ergo nisi per applicationem, & subsumptionem, ut in hoc bene dicit Durand. sed Beat. Thom. intendit de cognitione conclusionis in principio, & tunc falsum est, quod conclusio contineatur & cognoscatur tantum in potentia, immo actu, & determinate, quoniam intellectus uno actu fertur in principium & conclusionem, ut patet per Beat. Thom. infra in quæstio. quinquagesima octaua, artic. tertio, & in hoc modo cognitionis impossibile est cognoscere principium & ignorare conclusionem, eo tamen modo quo penetratur principiũ: quoniam igitur in diuina essentia uidentur res, & non ex diuina essentia: optime Beat. Thom. assimilauit hanc uisionem cognitionis qua uidentur conclusiones in principio secundum quod penetratur principium, sed dices Beat. Thom. non exemplificat de cognitione conclusionum in principio sed ex principio ut patet in ly, ergo stat argumentum Durandi & Gothofredi.

Ad hoc dico quod cum utraque cognitio in & ex principio clare habeatur ex Bea. Thom. ut patet in quæst. de ueri. quæst. octaua, artic. 15. & determinatione huius artic. incœpit per uidere effectum in causa, & non ex causa, eius principalis intentio fuit loqui de cognitione conclusionis in principio ut sit similitudo inter uisionem rerum in Dei essentia, & conclusionum in principio nec obstat quod Bea. Thom. dicit in litera ex principio, quoniam ly, *ex principio* non semper implicat discursum, siue applicationem, sed aliquando causalitatem tantum, siue enim uideatur cõclusio in principio, siue reducatur ex principio, uerum est utroque modo, principium esse causam cognitionis conclusionis productiuam ex ly, ex consequenter apponi potest causæ effectiuæ. Vnde dico quod Bea. Tho. per ly, *ex principio* intendit causalitatem tantum, & tale, ex, commune est cognitioni in principio, & ex principio per deductionẽ. Quod si quis sustinere uoluerit, Beat. Thom. sumere ly, *ex principio* ut implicat discursum, sicut uidetur expresse tenere in q. de ueri t. q. 8. ar. 10. ibi. *Quæ est eleuatoris intellectus &c.* & loquitur de Deo cognoscente omnia per essentiam suam. uide tu, potes dicere quod Beat. Tho. per ly, *ex principio* arguit a posteriori ut inquit expositor. uide tu eum in præsenti ar. ubi incipit. *nec obstat* quod litera.

Postremo Scot. & Aureolus & Gothofred. conãtur improbare hanc consequentiam Beat. Thom. si intellectus creatus posset uidere omnes effectus, in causa primo prima, comprahenderet eam. Scot. namque in 3. distinc. decimaquarta, quæst. 2. ibi, *contra rationem huius positionis arguit sic &c.* improbat eam dupliciter.

Primo sic, ipsi a. cõueniat b. & c. ordinate, ita quod b. sit tota ratio respectu c. si intelligens b. non comprehendit a. multo minus intelligens c. comprehendet a. exemplum de subiecto & definitione eius, & passione: Nam si intelligens rationale,

non

non compræhendit hominem, multo minus intelligens risibile, compræhendit hominem: sed in Deo esse infinitum intensiue, & esse infinitum extensiue, in quo infinita possibilia relucent, se habent ordinate, ita quod quia est infinitus intensiue infinite relucent in eo, & potest infinita producere: sed non e cõuerso. Sed cognoscens ipsum ut infinitum intensiue, non comprehendit ipsum, ex dictis in q. præcedenti: ergo multo minus cognoscens infinita relucẽtia in eo, siue eius infinitos effectus, non comprehendit eum.

Secundo sic; cognoscens unum effectum in uerbo, non comprehendit illum effectum, nec comprehendit uerbum ut est causa illius: ergo quotcumque effectus cognoscat, nullum eorum compræhendit, nec uerbum ut est causa alicuius eorum. igitur multo magis, nec simpliciter compræhendet causam: & si omnes eius effectus cognoscat: hæc Scot. Aureolus quoque, ut adducit Capreol. in 4. distinction. 49. quæstion. 6. contra tertiam inter reliqua, quæ multa sunt, tangit etiam hæc motiua Scoti. Vnde sic arguit: infinitas intensiua intimior est in Deo, quam infinitas extensiua, potest enim infinita, quia est intensiue infinitus, sed cognoscens infinitatem intensiuam non comprehendit eum: aliter omnis beatus comprehenderet eum, cognoscit enim ipsum esse creatorem: ergo habere uirtutem infinitam intensiue: ergo cognoscens infinitatem extensiue, quod est cognoscere infinitos effectus comprehendit eum: præterea omnes creaturæ in essendo non adæquant Dei infinitatem, ergo nec si ponantur omnes cognosci, adæquant eius cognoscibilitatem.

Godofredum autẽ adducit Capreolus ubi supra, & Aureolus cum eodem concordans dicit, ideo non tenere consequentiam B. Thom. quia quantitas cognitionis potest attendi & extensiue penes numerum cognitorum, & intensiue penes maiorem limpiditatem: licet autẽ intellectus creatus uideat tot in Deo, quot ipse Deus, quantũ ad quiddditatem rerum creatarum, non tamen uidet æquali limpiditate: quia Deus uidet se & relucentia in infinita limpiditate, intellectus autem creatus finitas, & unus beatus uidet limpidius alio: ergo dato quod omnes beati uideant omnes effectus in Deo, non sequitur qđ comprehendant eum: quia comprehensio dicit limpidissimam & totalem cognitionem. His conatur infringere consequentiã B. Thom.

Ad primum Scot. quoniam etiam est primum Aureoli respondeo, ad utrumque simul. & primo adduco responsionem expositoris, quæ stat in hoc si b. & c. ordinate insunt ipsi a, eodem modo essendi, puta quia utrũque inest formaliter ut rationale & risibile insunt formaliter homini, uel utrumque causaliter, sed non formaliter, ut calefactiuum, & exsiccatiuum esse, inest causaliter, uel eminenter tantum in sole: in hoc casu propositio maior Scoti est uera, bene enim sequitur quod sic per cognitionem rationalis non comprehendo hominem, nec per cognitionem risibilis. Similiter si per cognitionem calefactiui non comprehendo solem, nec per cognitionem exsiccatiui, si autem b. inest formaliter, & c. causaliter, dato quod b. sit ratio ipsius c. propositio maior Scoti non est uera, ut patet in sole, quoniam esse luminosum primum inest soli formaliter, esse autem productiuum omnium inferiorum, inest causaliter, stat autem quod cognoscam solem esse luminosum primum, & tamen non comprehendam ipsum, si autem cognoscerẽ ipsum, ut productiuum omnium inferiorum, distincte & secundum proprias rationes comprehenderem ipsum: quoniam per effectum adæquatum sufficienter, & quidditatiue cognoscitur perfectio causæ, hoc autem esse productiuum omnium inferiorum & c. est effectus adæquatus soli, ut supponitur. Vnde sequitur quod comprehendatur: & quoniam sic accidit in proposito quod infinitas intensiue inest Deo formaliter, illa autem, scilicet extensiua tantum causaliter siue eminẽter. Ideo non sequitur quod si cognoscens primam, non comprehendit Deum, quod nec & cognoscens secundam. sed dices, unde est quod cognoscens primam, non comprehendit, sed ille, qui secundam? Respondeo hoc ideo esse, quia eo cognito, quod est formaliter in Deo, Deus ut Deus est, in se uidetur. Vnde ex cognitione infinitatis intensiuæ cognoscitur Deus ut trinus, & unus, ad nullos gradus entis limitari, nulla perfectione simplici carens, sed hoc ut patet non est Deũ comprehendere: aliter omnis beatus comprehenderet. Cognitis autem omnibus uirtualiter, & causaliter contentis, per cognoscere infinitatem extensiuam, cognoscuntur omnia latentia in causa: huiusmodi autem latentia non possunt cognosci nisi intime & omnino penetretur causæ perfectio, hoc autem est comprehendere. patet igitur, quod rationabiliter comprehenditur per secundam infinitatem & non per primam.

Capreol autem in 4. distinctio. 49. quæstion. 6. ad primum Aureol. contra primam, ibi, *dicitur secundo, quod prima consequentia &c.* dicit, licet infinitas intensiua sit intimior in Deo, quo ad esse, non tamen secundum rationem & nostrum modum intelligendi: & hoc intelligendo quia uniuersitas creabilium, uel totum ens creabile & possibile produci est obiectum adæquatum diuinæ uirtuti & potentiæ, ut potentia est. (potentia enim ut potentia respicit obiectum) Ideo per talis obiecti adæquati perfectam cognitionem comprehensibilis est diuina uirtus, & potentia creatiua inquantum potentia est, & comprehensa tali uirtute comprehenderetur diuina essentia sicut per propriam, & adæquatam passionem, quod non contingeret per cognitionem infiniti intensiuæ, quoniam non addit super essentiam nisi negationem limitationis. talis autem negationis cognitio non est sufficiens medium comprehensionis: obiectum autem adæquatum alicui potentiæ est sufficiens, & ideo bene stat, quod per cognitionis infinitatem extensiue comprehendam Dei uirtutem, ex consequenti essentiam: non autem per infinitatem intensiuam. sic respondet expositor, & Capreol. Tu uero potes negare Scoto, & Aureolo, quin cognoscens infinitatem intensiuam, comprehendat Dei essentiam, dummodo cognoscat eam tantum quantum cognoscibilis est: est autem infinitæ cognoscibilitatis, quoniam est infinitæ entitatis, & actualitatis: & cum dicit Scot. se probasse in quæstio. præcedenti, quod cognoscens infinitatem intensiuam non comprehendit Dei essentiam, Dico quod bene probauit intellectum, qui absolute fertur super infinitatem Dei, non comprehendere Deum, quoniam hoc conuenit omni beato, aliter non quietaretur intellectus: tamen non probauit, quod intellectus, si feratur infinite super Dei infinitatem, non comprehendat eum. Idem dico ad Aureol. ideo neganda est propositio minor Scoti & Aureoli.

Ad secundum Scoti, nego hanc consequentiam, cognoscens unum effectum & duos & tres, & centum: & sic deinceps, non comprehendit uerbum, ut est causa illorum: ergo cognoscens omnes effectus producibiles a uerbo, uel per uerbum, non comprehendit uerbum, arguit enim a diuisim ad coniunctum, siue ab obiecto inadæquato, ad obiectum adæquatum diuinæ potentiæ, Constat autem, quod hæc consequẽtia non ualet, per cognitionem obiecti inadæquati non comprehenditur potentia: ergo nec per cognitionem obiecti adæquati.

Ad primam Aureol. respondendum est, ut ad primam Scoti: ad secundam autem nego consequentiam, licet enim non adæquant quo ad esse, tamen omnes simul sumptæ adæquant diuinam uirtutem & potentiam in ratione potentiæ: sicut eius adæquatum obiectum: neque enim potest plura producere quam possint produci: per obiectum autem adæquatum comprehenditur uirtus producentis, dato quod deficiat a nobilitate ipsius uirtutis quo ad esse, sicut per cognitionem omnis producibilis a sole, comprehenditur uirtus solis, licet omne tale producibile sit ignobilius quo ad esse, quoniam est corruptibile, uirtus autem solis est incorruptibilis, ex perfecta autem cognitione uirtutis, & potentiæ agentis ascendit intellectus ad perfectam cognitionem naturæ & essentiæ eiusdem, sicut ex prima & adæquata proprietate.

Ad solutionem consequentię B. Thom. quam adducunt Godofredus & Aureolus, dico, quod decepti sunt non ponentes differentiam inter cognoscere omnes effectus in se ipsis, & cognoscere eos in prima causa: nam quando in seipsis cognoscuntur maiori, & minori limpiditate cognosci possunt, secundum quod per species suas diuersimode actuant intellectum: Quando autem cognoscuntur in causa prima, non solum quot sint in numero, sed quantum quisque perfectus est cognoscuntur. Id autem non potest cognosci nisi sciendo, & quo gradu perfectionis possunt a causa prima produci, & iterum id non potest scire, nisi omnino penetretur perfectio primę causæ, quod est comprehendere ipsam: nego igitur, si omnes effectus uiderentur in prima causa, quod possint uideri magis, & minus limpide, immo infinita limpiditate ex omnimoda penetratione eiusdem, & quoniam id est proprium Dei, ideo solus uidet omnia in seipso, & aduerte quod hæc responsio fundata est in, contra capitul. 56. ibi, *sed si diligenter considerentur, non est eiusdem rationis*, usque in finem capitis.

In responsione ad quartum, aduerte primo, quod B. Tho. uidetur concordare cũ Auicen. lib 9. suæ met. cap. 7. ubi inquit perfectio rationalis animæ est, ut fiat sæculum intelligibile, & describatur in ea uniuersitas orbis, & forma totius, & ordo in-

tellectus in toto,& subdit & ut incipiens a principio totius pro cedat ad substantias excellentiores spirituales absolute: deinde ad spiritales pendentes aliquo modo, deinde ad animas moue tes corpora, & postea ad corpora celestia, & ut hæc omnia sint descripta in anima secundum dispositiones & uires earum quousque perficiatur in ea dispositio uniuersi,& sic transeat in seculum intellectum instar esse totius mundi: hæc ille. Aduerte 2. quod B. Thom. ibi, *cognoscere autem alia singularia etc.* breuiter,& truncate se expedit de his,quæ non est necesse beatum cognoscere,& ideo uide in tertio contra capitul. 59. ibi, *primo quidem quantum ad ea*,& usque in finem,& illic inuenies quod non est necesse,immo nec possibile quantumcunque beatum intellectum cognoscere omnia, quæ Deus facere potest, sed nec facit, nec facturus est. Item nec omnium rerum factarum rationes. item nec ea, quæ pendent ex mera uoluntate Dei ut prædestinatio,electio, hora iudicii, &c. hæc enim omnia non possunt cognosci nisi comprehendatur Dei essentia, ut inquit illic B. Thom.& tu uide ad placitum. Quomodo autem anima Christi excellentius & uniuersalius uideat res in uerbo quam quilibet alius beatus,non est præsentis propositi. In responsione ad secundum aduerte, quod licet hic concedat minorem,tamen in quæstio. de uerit. quæstio. 8. articulo 4. & quæstio. 12. articulo 6. negat eam, declinans potius ad modum essendi, sicut effectus in causa: quoniam sicut res in speculo ut supra diximus quod tamen Deus sit speculum saltem improprie. concedit, & quoniam argumentum huius articuli indistincte subsumit Deum esse speculū, ideo ponit admittere minorem,quoniam quocumque modo sit speculum,cum non cōprehenditur,non est necesse omnia uideri in eo.

ARTICVLVS IX.

Vtrum ea quæ uidentur in Deo a uidentibus diuinam essentiam per aliquas similitudines uideantur.

Circa titul. Aduerte quod licet in articu. 2. determinauerit diuinam essentiam non posse uideri per aliquam similitudinem, quoniam nullum creatum est sufficienter repræsentatiuum tantæ celsitudinis,& infinitatis: tamen hæc ratio cessare uidetur quo ad creata uisa in diuina essentia: cum enim omne creatum sit finitum, repræsentabile est aliqua specie finita,& propterea quærit *utrum ea quæ uidentur*, item aduerte quod ly, *per aliquas similitudines* intendit formas intelligibiles productas realiter a Dei essentia.

Vnde secundum illam cognitionem &c. usq; in finem articuli. Aduerte quod resolutio stat in hoc, si uidentur per aliquas similitudines,uel illæ similitudines sunt in ipsis uidentibus. uel in diuina essentia sicut species in speculo: non quia res uiderentur in se ipsis & non in alio: nunc autem loquimur de uisione in alio,non secundo,quia pluralitas absolutorum non stat in diuina essentia. Formę autem intelligibiles sunt entia absoluta, cum sint principium actionis, connotant tamen respectum ut scientia & scibile. Sed dices, omnia uidentur per unā similitudinem, sicut potest creari Angelus, qui omnia intelligat per unam speciem, contra hæc similitudo uel est ipsa diuina essentia,quæ sufficienter repræsentat se, & alia,& sic habetur intentum,uel est distincta,& hoc est impossibile, quoniam ex diuina essentia, & ipsa similitudine fieret compositio sicut ex intellectu Angeli & eius specie: hoc autem repugnat diuinæ simplicitati,& propterea B. Tho. concludit quod uident per solam diuinam essentiam, ut gerit uicem formæ intelligibilis repræsentantis se,& alia.

ARTICVLVS X.

Vtrum uidentes Deum simul uideant omnia, quæ uidēt in Deo.

Ad cuius euidentiam cōsiderandū est, *quod in Deo non &c.* Aduerte quod eandem rationem sub eisdem propositionibus adducit in quæst. 85. articulo 4. loquens de intellectu nostro,& illic inuenies defensionem contra Scot. & Aureol. ideo uidebis illic.

Si autē omnes intelligantur una specie simul intelliguntur &c. Aduerte quod hæc conditionalis non est uera de necessitate, sed de possibili: hæc enim est falsa. Quæ una specie intelliguntur,necesse est simul intelligi: stat enim quod applicem intellectum ad intellectionem partium præcise, quando actuatur intellectus specie domus, ut est quoddam totum, sufficit autem quod sit formaliter uera de possibili. Quod autem in uisione Dei sit uera, de facto,& de necessitate est propter omnimodam & simul tantam perfectionem, quæ est de ratione actus beatifici,& ideo B. Thom. 3. contra capitu. 60. forte aduertens, quod hæc ratio non concludat de facto ex forma sed ex materia tali, propterea adducit alias rationes, quibus directe probat in illa uisione nullam esse uisorum successionem quas tu uide ad placitum.

Vnde simul,& non successiue uidentur: Aduerte qđ sub hac conclusione continetur omnis intellectus creatus, etiam intellectus animæ Christi,quod quidē non placet Scoto in 3. d. 14. in quæst. 2. ibi, *sed ista uia tertia non placet*, uult enim quod anima Christi uidens Dei essentiam habeat omnia sibi præsentia habitualiter, siue in actu primo, quo, scilicet Dei essentiam. Dicit enim quod actus, quo, uidet uerbum, primo est actus prim' præsens, quo sibi relucent omnia, quæ lucent in uerbo, & hoc quia uerbum est manifestatiuum ut speculum uoluntarium repræsentans omnia ipsa: tamen anima Christi non potest simul omnia recipere in cognitione sua actuali, sed quodlibet sigillatim, & ita potest uidere quodcunque de numero infinitorum ad quod se conuertit, quod igitur non omnia simul actualiter uideant, probat dupliciter.

Primo experimur, quod attentio circa plura obiecta est minus perfecta: ergo uidetur impossibile, potentiam finitam pfecta attentione uidere infinita simul.

Secundo si actualiter uideret infinita perfectio animæ Christi in infinitum excedere perfectionem alterius animæ, quod ui detur inconueniens. Deinde confirmat intentū suum per Auicenn. in sexto naturalium parte quarta, c. 2, ubi inquit, in sapientia creatoris non est occultatio secundum receptacula, quia scilicet, licet uerbum omnia repræsentet, tamen anima non potest recipere nisi sigillatim.

Ad primum dico, assumptum non esse uerum: nisi quando plura obiecta uidentur in seipsis, ut plura sunt, & per proprias species: quando etiam uidentur in alio, non ut plura, sed ut unum uidentur ex consequenti est una omnium uisio & attentio.

Ad secundum admissa pro nunc consequentia, nego, quod hoc sit incōueniens: quoniam anima Christi, ut est anima Christi, est diuinum intelligens ex unione ad diuinum suppositum ita quod potest dici ut sic, de ordine diuinorum entium: licet inquantum anima, sit tātum de ordine rerum creatarum. Constat autem quod ea, quæ sunt de ordine diuino, ut sic, excedunt improportionaliter ea, quæ sunt inferioris ordinis: sic lumen gloriæ excedit incomparabiliter lumen naturale, non quidem quo ad esse, cum utrumque sit finitum, sed quo ad uirtutem, & efficaciam, ut supra diximus. Idem intellige de anima Christi, ut est talis anima. Scot. autem ideo decipitur, quia considerat animam Christi ut est eiusdem speciei cum alia anima, & non speculatur altius.

Ad dictum Auicenn. dico quod non deseruit huic proposito diuisione rerum in uerbo: loquitur enim illic de anima coniuncta, quomodo in somnis recipit cognitiones rerum occultarum; & dicit, sed occultatio talium est secundum receptibilia, aut quia sunt infusa corporibus. aut quia sunt inquinata ab his, quibus deprimuntur deorsum, cum hoc autem oriantur ab his actionibus, merentur uidere quod est illic, &c. patet autem, quod hæc quandoque non ualet, anima demersa in corpore paulatim & in somnis recipit cognitionem occultorum a Deo, uel ab Angelis: ergo anima uidens Deum. recipit successiue uisionem eorum, quæ relucent in uerbo: Vnde Scotus in uniuersaliter adducit dictum Auicen.

Sicut corpus non potest figurari simul diuersis figuris etc. Et aduerte quod hanc similitudinem sustinebo infra in quæstione octuagesima quinta, articulo quarto. ubi declarabo, quod tenet, ut dicit Beat. Tho. in prima secundæ, quæstione 54. articulo primo ad ultimum, ratione terminationis, quoniam sicut figura terminat corpus, ita species intelligibilis determinat intellectum existere sub actu secundo. Vnde sicut non potest unum corpus terminari simul multis figuris, sic nec idem intellectus in actu secundo determinari multis speciebus, immo, patet, quod Scotus in 2. dist. 3. quæst. 1. notorie improbat hanc similitudinem propter hoc quod species non est figurans, & quia species in intellectu non habent oppositionem: adducit enim non causam, ut causam, quod si considerasset quomodo assimilatur in hoc, quod est terminare, non ita leuiter impugnasset.

ARTICV-

ARTICVLVS XI.

Vtrum aliquis in hac uita sit uidere Deum per essentiam

Circa tit.ly,*in hac uita*.i.stante unio animæ & corporis, & non exponatur pro ueente uoperante opera sensuũ quoniam in responsione ad secundum,dic, *sed non uteretur sensibus corporeis &c.*ly,*possit* non stat ablute, sed posit absq; diuino miraculo ly:*uidere* stat indistinctiue per modum habitus,siue per modum transeuntis,ut textur de Moyse.

*Respondeo dicendum,quod ab homine puro &c.*hoc dicit ad differentiam Christi qui pro hac uita fuit super beatus, *nisi ab hac uita mortali &c.*hoc dicit ad differentiastatus hominis post resurrectionem,quando in carne mea.i .existens uiuus,uidebo Deum &c.

Vnde impossibile est animæ hominis secundum hanc uitam &c. ly,*impossibile* stat sicut hic impossibile est mortuum resurgere, quod tamen sit possibile diuina uirtute ex miraculo,& nõ stat pro eo,quod implicat contradictionem, quoiam hoc nulli potentiæ subest,& tamen in responsione ad secũdum tenet esse factum de Paulo.

*Et huius signum est quod anima nostra &c.*Aduerte qd Scot. in 4.dist.45.quæst. 2. ibi,*quæ adducuntur pro confirmatione &c.* reprobat hæc signa.Sed ego defendam B.Thom.in quæst.89. art.1.& tu quære illic,quoniam est locus ad propositum.

ARTICVLVS XII.

Vtrum per rationem naturalem Deum in hac uita cognoscere possimus.

Circa titul.ly,*per rationem naturalem*, stat ꝓ cognitione rerum naturaliũ acquisibili per lumen naturale, & est sensus,utrum per cognitionem rerum naturalium possimus cognoscere Deum ly,*cognoscere* stat indistincte,siue per essentiam siue quia est : & aduerte quod eadem est determinatio huius articuli cũ determinatione illius quæstionis infra,in q.88.artic. 1.& 2.& 3.in quo quæritur, utrum anima coniuncta possit intelligere separata,& utrum primum intelligibile pro hac uita sit ipse Deus.Et quoniam Sco. & sequaces eius,præcipue Antonius Andreas in 2 metaphysic.quæst.3.uidetur tenere contra determinationẽ Beati Thomæ,de cognitione quidditatiua separatorum.Ideo uide in nostris q.libr. 1. metaphysic. quæstio.3. illic inuenies declarationem positionis Bea. Thom. & Sco. & quomodo non dissentiunt in sententia,& quomodo argumenta Scoti quæ recitat Capr. in 1. dist. 2.quæst.1.contra quintam laborant in æquiuoco. Concludunt enim quod possumus cognoscere quidditates separatas, non tamen quidditatiue.Quomodo autem hæc differant,declaraui illic,uide tu ad placitum.

Ex sensibus autem non potest usq; ad hoc, *intellectus noster pertingere,quod Dei essentiam uideat.*Aduerte quod Scot. quocunque modo declinet a uia Beat.Thom.quo ad cognitionem substantiarum immaterialium , saltem in hac eadem conclusione quo ad Deum concordat. unde Antonius Andreas in q.prædicta inquit,illa cognitio uisionis, quam beati habent in patria , est nobis forte impossibilis pro hoc statu &c. ex consequenti non possumus pro hac uita per rationem naturalem uidere Deum.

ARTICVLVS XIII.

Vtrum per gratiam habeatur altior cognitio Dei quam per rationem naturalem.

Circa titul.ly,*per gratiam*, stat pro eleuatione facta homini a Deo non secundum communem ordinem naturæ, sed ex gratia speciali , ut quando nobis loquitur per Prophetas aut filium,&c.est sensus , utrum cognitio de Deo habita per reuelationem,altior sit.

Respondeo dicendum quod per gratiam perfectior cognitio. Aduerte quod in tit proponitur altior,in cõclusione perfectior,in responsione ad secundum plenior,quæ quidem excellentiæ nõ uerificantur ex modo cognitionis,quoniam ex modo illa perfectior est,quæ euidentior est , & propterea cognitio primorum principiorum perfectissima est ex modo.

Secundum hæc cognitio innititur fidei , quæ aufert euidentiam a credente : ergo ex modo non uerificantur illæ excellentiæ,sed uerificantur ex parte obiecti,pro quanto de Deo per gratiam cognoscimus altiora,& occultiora prædicata, puta,quia Trinus,& unus,quia sanctificans , quia beatificans , & hæc non possumus cognoscere per rationem naturalem, & ratione hæc diximus in quæst.prima quod sacra doctrina meritissime dicitur sapientia, quoniam attingit occultissima & eminentissima prædicata Dei,in qua non potest metaphysica naturalis , ut declaraui in quæstio. 1. artic. 6. corrollarie sequitur quod cognitio de Deo habita per gratiam ex modo est infima : ex obiecto autem , prout declarauimus , est perfectissima .

QVAESTIO XIII.

ARTICVLVS I.

Vtrum aliquod nomen Deo conueniat.

Secundum *philosophum uoces sunt signa intellectuum,etc.* usq; ibi,*conceptionem intellectus.*Aduerte quod dicit , *uoces esse signa intellectuum*,& nõ dicit similitudines: quia inter uocẽ significatiuã præcipue ad placitũ & eius significatũ non attendit aliqua similitudo,sed sola ratio siue uolũtas instituẽtis,sicut i multis aliis signis,ut Tuba est signũ belli. dicit *intellectũ* & tamẽ tex.philosophi,habet *passionum*,quæ duo licet stent ꝓ eodẽ,scilicet pro cõceptionib. tamẽ alia ratione dicuntur intellectus aliæ passiones, dicuntur quidẽ intellectus prout sunt termini actus intelligendi,& dicũtur passiones prout causantur a re, ut a fundamẽto ueritatis,& recipiuntur in intellectu.omnis autem receptio potest dici passio,ex tertio de anima.dicit quod intellectus sunt eorum similitudines,& non dicit sunt notæ,sicut dixerat de uocibus , quoniam naturaliter repræsentant res , unde conceptus dici solent imago,& uerbum,cuius ratio est manifestatiuum eius,cuius est imago, siue uerbum, unde remota omni institutione humana, diffinitio repræsentat diffinitum:dicit quod uoces significant res mediante conceptione intellectus,quod utique est uerum: sed cum quadam latitudine:nam uoces significatiuæ aut sunt cõmunes,ut homo,lapis, animal,aut singulares,ut Socr.Plato: si sunt communes,significant naturam communem , quæ non habet communitatem realem extra singularia ut uoluit Plato,sed communitatem secundum rationem . quæ non ponitur nisi per intellectum concipientem : necesse est igitur ut intellectus prius concipiat hominem , inquantum homo est,quam enunciet per uocem. Si sunt singulares,significant naturam singularem,quam necesse est prius apprehendi per rationem particularem,id est per imaginatiuam uel cogitatiuam , & de ea formare conceptum singularem,& deinde sic apprehensam significare per uocem,nam Aristotel.in 2.de anima,text.9. uult quod non omnis sonus animalis sit uox: Necesse est prius imaginari,& apprehendere id quod per uocem exprimendum est, & illa apprehensio siue conceptus singularis potest dici intellectus . pro quanto etiam cogitatiua apud Aristotelem aliquando dicitur ratio,aliquando intellectus passiuus ex tertio de anima text.28.

*Secundum igitur quod aliquid a nobis cognosci potest.sic a nobis potest nominari.*Aduerte qd Scot.in 1.distinct.22.quæst.unica improbat hanc propositionem . dicit enim,quod ly,*nominari* simpliciter potest accipi,primo ut idem est quod imponere nomen ad significandum aliquid , secundo ut idem , est quod uti nomine imposito ab alio: si sumatur secundo modo,falsum est,quod eo modo de necessitate nominemus aliquid quo cognoscimus, potest enim aliquis uti nomine distinctius significante rem , quam ipse intelligat , ut quia est altioris ingenii, intelligit distincte aliquam naturam , puta solem,& ei nomen imponit:uulgares autem utuntur eodem nomine , licet non distincte tam perfecte intelligat ipsum solem , & quantum ad hoc bene dicit Scotus:ex consequenti sequitur quod si Deus imponeret sibi nomen, uel Augustinus qui distinctius cognoscit ipsum Deum , uiator posset uti tali nomine , si sibi reuelaretur , licet non intelligeret ita distincte primo nominatam , si autem sumatur primo modo , Scot. licet sub dubio relinquatur , & conditionaliter , patet cum dicit ,

si autem ista propositio esset uera, quod nullum nomen potest alicui imponi distinctius, quam intelligatur, hæc tamen est falsa, quod nullus potest uti &c. tamen arguit quod non sit vera sic, si nihil potest per nomen significari distinctius quam intelligatur nullum nomen impositum a uiatore significaret aliquid de genere substantiæ: sed de genere actionis, aut accidentium: probatur consequentia, quoniam non cognoscimus naturam substantiæ, nisi in conceptu communi entis: ergo non distincte, & præterea nõ cognoscimus distincte, nisi aliquas proprietates aut actiones alicuius substantiæ, puta de igne lucem, calorem, calefactionem, & de lapide duritiem, & læsionem pedum: ergo si aliquid nominatur sicut cognoscimus, ista nomina, ignis, & lapis non significabũt distinctas substantias, sed proprietates aut actiones: quod patet esse falsum.

In hoc non bene dicit Scot. quoniam si intellectio est causa nominationis, & perfectius nomino quam intelligo, effectus erit perfectior causa sua. Præterea talis nominatio potius esset a casu, quam a proposito. & posset esse erroris occasio, ut puta aliter nominem ipsus rem, quam forte sibi conueniat: Ad argumẽtum igitur Scoti nego consequentiam. ad primam probationem nego assumptum. Immo cognoscitur propositio concepta, & per propriam speciem. Decipitur autem Scot. quoniam tenet substantiam non cognosci per propriam speciem, sed per speciem accidentium suorum: cuius oppositum determinaui in 7. metaphysic. quæst. 6. Ad probationem, nego similiter assumptum, nam ut declaraui in 7. metaphysic. quæst. 5. talis seruatur ordo in nostro intellectu, primo quando intellectus possibilis actuatus specie substantiæ, per ipsum cognoscitur subiectum quo ad prædicata confusa essentialia: secundo quia nostra distincta cognitio recipit a sensu, qui est cognoscitiuus accidentium propriam sensus consurgo ad cognoscendum accidentia propria lis, uel talis substantiæ: tertio ex his accidentibus notis deuenio in cognitionem distinctam ipsius substantiæ, & in tertio actu nominamus substantiam nomine significante substantiam distincte, sicut cognoscimus. Vnde nego, quod huiusmodi nomina lapis, & ignis significent accidentia uel actiones, licet imponantur ab eis: sed ut dicemus infra distinguuntur, id, a quo id, cui nomen imponitur, utrum autẽ in scriptura sacra, uel apud Habræos sint aliqua nomina significantia distincte diuinam essentiam, ut probabile dicit Sco. esse tenendum. quid autem tenendum secundum B. Thom. dicam in articul. 9. huius q.

N*am tamen ita quod nomen significans ipsum &c.* usque ibi, *dicimus te [illegible] essentiam &c.* Aduerte quod nomen significans rem secundum quod est in se, est illud, quod significat rem quo ad prædicata substantialia non solum communia; sed propria & intrinseca, ut homo. nomen autem significans rem ut est sub actione, uel sub respectu ad alterum, uel sub negatione non significat rem secundum quod est in se: quoniam diuina nomina imponuntur ab actione, uel respectu uel negatione, ut magis declarabitur infra: ideo nullum significatur Deum ut est in se idest quo ad prædicata quidditatiua propria.

TRACTATVS REVEREN. P. MAGISTRI CHRYSOSTOMI IAVELLI ORDINIS PRAEDICATORVM.

De Prædestinatione, de qua agit Beat. Thom. in prima parte.

QVAEST. XXIII.

Queritur utrum sit assignanda aliqua ratio, pro qua Iacob est prædestinatus a Deo, & Esau reprobatus.

DIMISSIS argumentis usque in finem, sic procedam. primo declarabo titulũ; secundo ponam quoddam notandum ut præuium toti quæsito; tertio ponam opin. Scot. quarto ponam opinio. San. Thomæ, cui concordant Herue. Greg. & Capreol. quinto ponam opinio. quam intendo sustinere. sexto declarabo quod hanc opinio. tenet D. Thom. in 1. sentent. nec sibi contradicit in prima parte. quæst. 23. septimo declarabo, quod hanc uiam solennes doctores sequuntur. octauo declarabo, quod hæc uia non est contra magistrum, nec contra August. nec contra scripturam sacram. nono declarabo quomodo ex hac uia facile uitantur omnia inconuenientia, quibus uidetur argui iustitia, & impietas in Deo. decimo soluam quædam argumenta fortiora tam Scoti quam S. Thomę, & Gregorii contra hanc uiam.

ARTICVLVS I.

De declaratione.

ACtus prædestinationis, & reprobationis dupliciter cõsideratur, primo ut est a Deo agente, uel pro ipso actu diuini intellectus adiuncto actu diuinæ uoluntatis, & sic nullus sapiẽs dicit quod habet causam, nec finalem nisi diuinam uolũtatem, nec efficientem, nisi Dei intellectum & uolontatem, quæ non sunt realiter causæ, sed tantum secundum rationem, eo, quod actus diuini intellectus & voluntatis non distinguuntur realiter etiam apud philosophum, secundo consideratur ut terminatur ad hoc passum, seu ad hoc obiectum, quod est persona prædestinata, ut hæc: & sic apud doctores ex parte creaturæ causa quæritur, propter quam prædestinatio cadat super nunc & reprobatio super illum: cum omnes homines ex natura sua sint æque capaces fælicitatis, & miseriæ, & in hoc sensu pertractandum est pręsens quæsitum.

ARTICVLVS II.

De Notando præuio quæsito.

ADuerte quod hæc propositio utrum aliquid sit causa, uel ratio prædestinationis in secundo sensu vsque adhuc remanet indeterminata, ex scriptura, & indeterminata apud intellectum nostrum. Quod potest sic persuaderi; si aliquis determinauit eam, maxime videtur fuisse Paul. qui hoc negotium assumpsit, scribens ad Romanos, & tamen incipiens a capi. 8. & 9. vsque ad finem xi. facit prolixam, & formalem disceptationẽ demum reliquit totum ferme inscrutabile, dicens. O altitudo diuitiarum &c. Nec ualet quod dicunt aliqui Paulum quidem sciuisse, sed reprehendisse præsumptuosos, qui uolunt ea intelligere, quorum non sunt capaces.

Euasio quorũdam

Contra, quia loquitur ex natura ipsa rei, quæ non potest humano intellectu perscrutari, declarat uerba eius immediate pręcedentia, cum dicit, & conclusit Deus omnia in incredulitate, ut omnium misereatur, constat autem quod credulitas dicit in euidentiam. Item illic adducit dictum Isaiæ Prophetæ, cap. 4. complectens omnem intellectum creatum, & non solum rudes, dicit. Quis nouit sensum domini: Nec valet, quod dicunt alii, quia apostolus occupatus erat circa difficilia declaranda, quæ in noua ecclesia occurrebãt, puta de articulo incarnationis, Resurrectionis. Eucharistiæ, ideo quæstio prædestinationis quæ communis erat in antiqua lege, & noua, & etiam philosophis loquentibus de Prouidentia, non est ab eo discussa. Hoc inquã non satisfacit, quoniam si apostolus non assumpsisset hoc argumentum, discutiendum in tota doctrina sua, eorum dicta aliquam apparentiam haberent. cum autem scribens ad Roma. id ex proposito disputet, & adducat quantum ratio inuestigare potest, ita quod quasi uictus pondere tantæ rei, & recognoscens humanam imbecillitatem, dicat, O homo quis es, qui disputas cum Deo tuo: apparet quod dictum eorum non est uerisimile. Irrationabile enim uidetur de aliquo difficili pertractare, & in fine totum indiscussum relinquere, si rationem habet ad illud sustinendum. Igitur quod Paulus id determinate non potuerit, nec Augustinus, nec Magister sentent. nec San. Thom. nec Scot. id consequuti sunt: sed quilibet illorum illũ sẽsum sequutus sit, qui rationabilior sibi uidebatur. Ex quibus infero, quod illam opin. nos sequi decet, quæ uidetur magis, & apertius seruare rectitudinem diuinam, sustentare spem fidelium, fugere occasiones desperationis, defensare certitudinẽ prædestinationis cum libertate arbitrii.

Im pbatio

Euasio aliorum.

ARTICVLVS III.

De Opinione Scoti.

ADuerte qđ Scot. 1. distinctio. 41. quæstio. 1. Ibi, potest aliter dici &c. tenet, qđ ex parte prædestinati nulla est causa aliquo modo prior ipsa prædestinatione, sed bene est ex parte reprobati, quam dicit esse peccatum finale præuisum. Et primum sic probat, uolẽs alicui finẽ, uult & ea, quæ sunt ad finẽ, quia qui propter finem alia vult, primum uult ei finem, quã aliquid ordinatorum ad finem. Cum igitur in toto processu quo creatura beatificabilis perducitur ad perfectum finem, finis ultimus sit beatitudo perfecta, Deus uolẽs huic aliquid huius ordinis prius uult huic creaturæ beatificabili finem, & quasi posterius uult ei alia, quæ sunt in ordine eorum, quæ pertinent ad ipsum finem: sed gratia, & fides, & merita, & bonus usus liberi arbitrii ad hunc finem sunt ordinata, licet quædam remotius, quædam propinquius: ergo Deus prius uult isti bea-

beatitudinem quam aliquid istorum, & primo uult ei quodcunque illorum quam præuideat ipsum habiturum quodcunque illorum: igitur propter nullum illorum præuisum uult ei beatitudinem, secundum autem probat sic. Damnatio non uidetur bona, nisi quia iusta, eo, quod secundum Augustin. super Gene. Non prius est Deus ultor, quam homo peccator efficitur. n. esse crudelitatis damnare aliquem non præexistente in eo aliqua culpa, igitur si a simili non uult Deus aliquem punire pri⁹, nisi videat ipsum peccatorem: Non igitur prius actus uoluntatis diuinæ circa Iudam oblatum ei in puris naturalibus est uelle damnare Iudam; sed uidetur, quod oporteat offerri Iudã uoluntati diuinæ sub ratione peccatoris, antequam uelit damnare ipsum: ergo cum reprobare sit velle damnare, reprobatio ex parte reprobati habet pro causa peccatum finale, præuisum.

Reprobatio.

Verum si diligenter consideretur processus Scoti deficit in hoc, quia vel est necesse quod ponat vtrumque esse ex nuda voluntate diuina, vel vtrumque esse ex aliquo præuiso, immo non potest effugere, stante responsione sua data ad instantiam factam de Petro, & Iuda, oblatis Deo in puris naturalibus quod reprobatio non deducatur ad eandem uoluntatem nudam Dei. Sic enim arguit contra seipsum: Petrus & Iudas æquales in naturalibus uoliti a Deo in esse existentiæ, in illo instanti, in quo offeruntur Deo, siue diuinæ uoluntati in existentia naturali, & æquales: Deus per se uult primo Petro beatitudinem, quæro tunc quid vult Iudæ, si damnationem, habeo propositum: quia tunc reprobat, sine omni ratione: si beatitudinem, ergo prædestinat. Ad hanc instantiam sic respondet. dici potest quod in isto primo instanti nihil vult Iudæ, sed tantum est ibi negatio uolitionis gloriæ: & similiter quasi in secundo instanti naturæ quando Petro vult gratiam, adhuc nullus actus positiuus uoluntatis diuinæ est contra Iudam, sed tãtum negatiuus. In tertio autem instanti quando uult permittere Petrum esse de massa perditionis, & hoc siue per peccatum originale siue actuale, tunc vult permittere Iudam similiter esse filium perditionis: & hic est primus actus positiuus uniformiter quidem esse Petrum & Iudam, sed ex illo actu est uerum illud, Iudas erit finalis peccator: positis illis duabus negationibus, scilicet, quod non uult ei dari gratiam, nec gloriam. In quarto instanti offertur Iudas voluntati diuinæ, vt finalis peccator, & tunc vult iuste punire, & reprobare Iudam. hæc est responsio eius. Ex qua deduco oppositum contra eum, primo sic: In primo instanti offeruntur uolũtati diuinæ Petrus, & Iudas vt æquales, & æque capaces fœlicitatis vt sunt naturæ intellectualis: ergo quod Petro velit fœlicitatem, Iudæ autem nihil uelit, uidetur irrationabile cum Deus non sit acceptor personarum, ergo dicendum est, quod in primo instanti uult utrique fœlicitatem quantum sit ex voluntate antecedenti, & ex se. nõ autem quod prædestinet Iudam, cum prædestinatio non dicat simplicem actum voluntatis, sed efficax propositum. Secundo sic ideo offertur Iudas finalis peccator in quarto instanti. quia in tertio instanti non uult permittere ipsum esse de massa perditionis, & quia in secundo instanti non uult ei dare gratiam, & quia in primo instanti non uult ei fœlicitatem: ergo in toto hoc processu non fit resolutio nisi ad diuinam uoluntatem, ut ad primam causam. & sic patet, quod etiam ex parte reprobati non assignatur aliqua causa nisi Dei uoluntas, ergo ex processu Scoti vel utriusque erat assignanda causa, uel neutrius. Rationem autem eius, quam formauit ex parte prædestinati, soluemus infra, & declarabimus, quod ille bonus usus liberi arbitrii non compræhendatur sub ordine mediorum ad salutem sed antecedit.

Euasio.

ARTICVLVS IIII.

De opin. S. Thom.

ADuerte quod S. Tho. in p. p. q. 23. articulo 5. ponit quod nulla est assignanda causa, quare prædestinatio cadat super Petrum, & reprobatio supra Iudam, nisi diuina uoluntas, & ex parte prædestinati. Et eius ratio stat in hoc, si aliqua est causa, hoc maxime erit præscientia boni usus liberi arbitrii, sed hoc est falsum &c. conceditur consequentia, falsitas autem probatur, bonus usus liberi arbitrii est effectus diuinæ prædestinationis: ergo nõ est causa: consequentia clara, est quoniã effectus & causa ut sic opponuntur: Antecedens probatur. Primo sic: talis usus semper est gratia ergo est effectus prædestinationis consequentia: patet, probatur antecedens. Talis usus uel est a gratia tantum. uel a libero arbitrio tantum, uel ab utroque. Si primum, habetur intentum, si secundum, contra, causa secunda nullum habet actum, exclusa causa prima, sed liberum arbitrium comparatur ad gratiam, ut causa secunda ad primam, ergo se ipso tantum non potest habere bonum usum. si dicatur tertium, iterum habetur intentum, quia quando unus effectus est a causa secunda, & a causa prima, est unus numero, ut patet in actu generandi, qui est ab homine, & a sole, ergo non condistinguitur talis actus, ut est a libero arbitrio & a gratia.

Probatur antecedens primo.

Secundo sic, Quicquid est in homine ordinans ipsum ad salutem, totum compræhenditur sub effectu prædestinationis, etiam ipsa præparatio ad gratiam, quæ non fit nisi per auxilium diuinum. sed bonus usus liberi arbitrii ordinat hominem in salutem: ergo continetur sub effectu diuinæ prædestinationis. Ex parte uero reprobati nullam adducit rationem, nisi quandam similitudinem in naturalibus, & artificiatis quam gratia breuitatis omitto. uide ibi ad tertium.

Probatur antecedens secundum.

ARTICVLVS V.

De opinione Authoris.

EST autem alia uia, quæ ponit rationem ex parte prædestinati, & reprobati, & hæc ratio, ex parte prædestinati est vsus bonus liberi arbitrii moralis antecedens gratiam, ut dispositio congrua, non tamen condigna, ad gratiam, & elicita a liberi arbitrii motu a Deo non solum ut uniuersali mouente, sed influente in nobis particulare auxilium, quo sumus sufficientes, etiam remota gratia, producere bonos actus morales, vt temperate uiuere, iusta agere, defendere patriam, subuenire oppresso, & iste bonus usus, ut præuisus a Deo in Iacob, est ratio quod prædestinetur, & ex opposito malus usus arbitrii lib. moralis moti a Deo, ut vniuersali motore reddens hominem indignum gratia, est ratio, quod Iudas reprobetur. Declaro singulas partes.

Primo dicitur bonus vsus moralis, quoniam talis vsus dupliciter consideratur. Primo vt est actus talis potentiæ, & sic habet bonitatem naturalem. Actiua enim potentia naturaliter actu suo perficitur cum ordine ad ipsum ex nono metaphysicor. ergo actus eius naturaliter bonus est, cum sit perfectiuus potentiæ.

Secundo consideratur vt est actus egrediens a tali potentia, puta libera, quæ est sui domina, & sic a tali potentia trahit bonitatem moralem, & malitiam, si enim fit secundum rectam rationem, & debitas circunstantias, est bonus moraliter, & meretur retributionem, Si autem fit opposito modo, est malus moraliter, & meretur pœnam. Quoniam igitur liberum arbitrium est potentia sui domina, potest habere bonum, & malum usum moraliter, ex quo sequitur quod omnis potentia naturalis actiua possit habere bonum vsum bonitate naturæ, non tamen bonitate moris: eo, quod est terminata ad vnum, 9. metaphysic. & secundo ethi. Dico secundo actus elicitus a libero arbitrio ante gratiam, quoniam liberum arbitrium informatum gratia, potest quidem habere bonum vsum, qui altioris ordinis est quam bonus usus præcedens gratiam, ille enim moralis est, alter autem gratuitus, & dicitur actus meritorius ex condigno vitæ æternæ, & quia est a gratia, quæ est effectus prædestinationis, ideo talis vsus est sub effectu prædestinationis, & per consequens non potest esse ratio prædestinandi Iacob, cum sequatur prædestinationem. Dico igitur ante gratiam ad differentiam illius, qui producitur ex gratia, quoniam ille non sequitur, sed precedit prædestinationem Iacob, sicut quædam congruitas, ut dicemus infra, & propter hoc distinguitur hæc uia ab opinione Henrici: ille enim recitat Scot. primo distinctio. 41. quæstio. 1. ibi igitur iste probans, hanc opinio. posuit bonum vsum liberi arbitrii vt liberum arbitrium est informatum gratia, esse causam prædestinationis, quod patet ex eius declaratione, sic enim dicit. licet gratia principaliter operetur in bonis actibus, tamen liberum arbitrium cooperatur, quod patet per augmentum, cum ait, adiuua nos, &c. qui enim adiuuatur, etiam per se ipsum operatur aliquid. Quando igitur offertur gratia peccatori, si recipit oblatam gratiam, & ei secundum usum liberi arbitrii bene cooperatur, meretur habere gratiam secundum vlteriorem gradum, hæc ille: Patet igitur, quod loquitur de bono vsu supposita gratia, quod nos non dicimus, patet enim quod sic non est distinctum id, quod est ex prædestinatione ab eo, quod est ex libero arbitrio, informato gratia. Vnde contra eum concludit ratio Sancti Thom. & Scot. supra adducta, qua probant, quod cum sit sic effectus prædestinationis, non potest esse causa prædestinationis. Dico tertio

tio

tio moto à Deo, non solum ut uniuersali mouente. pro quo scias, ut notat S. Thom. prima secundæ, quæstione 109. articulo secũdo. Deus respectu boni actus eliciendi a libero arbitrio potest infundere triplex auxilium uniuersale: sic causa prima vniuersaliter influit in causam secundam, qui influxus modificatur in causa secunda, secundum naturam causæ secundæ, aliter enim recipitur in causa naturali, aliter in causa libera, sic enim in causa naturali, quod cooperatur ei determinate ad unum, causæ autem liberæ cooperantur ad opposita, secundum quod determinant se, & hoc auxilium uniuersale est necessarium in omni actu lib. arbitrii tam bono quam malo, mouens enim secundum supponit motionem primi mouentis. Secundo potest infundere auxilium speciale ad eliciendum actum mortaliter bonum & hoc est necessarium tempore naturæ corruptæ propter deordinationem tantam in uiribus animæ ex culpa orig. mali: unde tempore illo sufficiebat generale auxilium ad eliciendum actus bonos morales. unde Sanc. Thom. ubi supra, ibi adducit exemplum de actu potentiæ in sano, & infirmo.

Tertio potest influere auxilium speciale supernaturale ad eliciẽdum actum meritorium, & condignum fœlicitate, & hæc est gratia gratum faciens, siue charitas. Dico igitur, moto a Deo ut declarauimus, quod non sufficit motio uniuersalis: eodem enim modo, & non aliter moueret ad bonum, & malum actum moralem, quod non debet attribui prouidentiæ diuinæ, & est necessaria motio supernaturalis, aliter nec infidelis nec peccator posset agere bonum actum moralem, cuius oppositum uidemus ad sensum.

Quarto est dispositio ad gratiam congrua, sed non condigna. Pro quo aduerte, quod cum gratia comparetur ad animam, sicut perfectio ad suum perfectibile, non communicatur animæ nisi disposite, dispositionis autem se inquantum non reddit se indignam; Non reddit se indignam, inquantum mota a Deo uniuersali, & particulari auxilio, præparat se per bonos actus morales. Sunt igitur tales actus disponentes animam ad gratiam, sed non ex condigno, quoniam isti actus non excedunt ordinem naturalium. Gratia autem cum sit supernaturalis, non sunt proportionales gratiæ, sufficiens enim dispositio ad formam, & forma uidenter esse eiusdem ordinis: patet igitur, quomodo bonus usus moralis est dispositio ad gratiam. Dico quinto, quo sumus sufficientes, quoniam cum iste bonus usus non sit meritorius, sumendo meritum, in proprio significato, non est necesse, quod eliciatur à gratia, sed sufficit, quoad illud duplex auxilium supra dictum. Præterea plures legimus apud philosophos & Romanos, qui licet Idololatriæ; tamen moribus ornati fuerunt, uidelicet de Socrate, & Catone. Relinquo declarationem mali usus moralis, cum habeat conditiones oppositas bono usui morali. His consideratis declaro, quomodo talis usus est ratio prædestinationis, & malus reprobationis. Considerandum est, quod licet diuinus intellectus & diuina uoluntas non multiplicent actus suos, tamen secundum nostrum modum intelligendi ibi potest assignari aliqua pluralitas secundum rationem. Vnde talis processus potest sic considerari. In primo instanti rationis intellectus Dei apprehendit Iacob, & Esau, ut sunt naturæ intellectualis, esse æque capaces fœlicitatis, & sic oportet eos æquales esse diuinæ uoluntati, quibus diuina uoluntas æque uult fœlicitatem. In secundo instanti rationis diuinus intellectus apprehendit Iacob. & Esau quibus est uolita fœlicitas quod cum sint liberæ naturæ & defectibiles, indigent lege, & mandatis affirmatiuis, quibus moueantur in bonum, & prohibitionis, quibus arceantur a malo, & diuina uoluntas determinat inserere eis legem naturæ per lumen intellectus agentis, quo discernant quid agendum, & quid non secundum rectam rationem. Adhiberet etiam legem scriptam, prout sapientia diuina indicat. In tertio instanti rationis apprehendit diuinus intellectus quod Iacob, & Esau, non possunt moueri ad bonum, nisi mouentur a Deo, & diuina uoluntas determinat eos mouere duplici auxilio uniuersali, & speciali, uniuersali quidem ut agant, prout eis libet, specialiter autem, ut bene agant moraliter, In his tribus instantibus omnia sunt uniformia circa Iacob, & Esau, eo, quod nulla inæqualitas est adhuc in eis, & usque adhuc Deus non est prædestinans, nec reprobans, & illa tria assignata non continentur sub prædestinatione, sed sunt præparatoria. In quarto instanti diuinus intellectus præuidet Iacob acceptaturum in se tale auxilium utrunque quo reddetur sufficiens ad producendum bonus actus morales, & uiuendum secundum legem & mandata, præuidet autem Esau recepturum solum uniuersale auxilium, quo utetur non in bonum, sed in malum, declinans a lege & mandatis. Tunc diuina uoluntas uult Iacob fœlicitatem uoluntate consequenti & efficaci, quam in primo instanti uoluerat uoluntate antecedenti, & Esau non uult eam uoluntate consequenti quam tamen uoluerat ei uoluntate antecedenti, sed quod in eo manifestetur iustitia punitiua per damnationem æternam, & cum in hoc quarto instanti Iacob. & Esau præsciantur inæqualiter, ideo ibi incipit electio, eligit quidem Iacob, & respuit Esau. In quinto instanti diuinus intellectus apprehendit quod isti boni actus mortales non sunt condigna media ad fœlicitatem, ideo præconcipit dandum tertium auxilium Iacob, scilicet gratiam, qua producat actus meritorios, ut condignos ad fœlicitatem, & uoluntas diuina præparat conferre tale auxilium, eo quod Iacob, ex secundo auxilio se idoneum reddidit, & ibi completur prædestinatio Iacob, uoluntate efficaci & infallibili. Vnde illa idoneitas est ratio, sine qua non prædestinaretur. Cuius ratio congruitatis est ille bonus usus moralis præcedens tertium auxilium & subsequens secundum, ex parte autem Esau diuinus intellectus præuidet malum usum moralem, eo quod non acceptat secundum auxilium, propter quod iudicat, non ei conferendam gratiam, eo, quod indispositum se reddit, & diuina uoluntas proponit sibi non conferendam gratiam, ex quo sequitur induratio & excæcatio, qui sunt effectus reprobationis, & ibi completur reprobatio Esau uoluntate efficaci, & infallibili, quæ non cecidisset in Esau, si seipsum non indisposuisset ex malo usu morali lib. arbitrii. Non ergo imputandum est Deo, si aliquis reprobetur sed sibi, quoniam obicem sibi ponit, & sic patet quod prædestinatio & reprobatio habent causam seu rationes congruitatis sine qua non ponerentur, ergo non sunt reducenda ad nudam diuinam uoluntatem: & hæc quidem conclusio potest multipliciter persuaderi.

Ordo, quo constituitur et fit prędestinatio secũdum nostrum intelligẽdi modum

Primo sic; in duobus omnino æqualibus electio nominari non potest, sed Deus Iacob eligit, & Esau non: ergo necesse est ut præsententur diuino intellectui & uoluntati, inæquales; sed nulla est inæqualitas in eis priusquam moueantur per auxilium speciale ad bonum mortale, ut declarauimus, cum ergo prædestinatio supponat bonum usum moralem, & malum, supponit aliquam inæqualitatem: ergo non est reducenda ad nudam uoluntatem, & scias, quod hæc ratio adeo videbatur apparens S. Thom. quando scribebat super sententias, quod concessit talem inæqualitatem in prædestinatis, & reprobatis, ut infra declarabimus.

Secundo sic; in omni operatione misericordiæ diuinæ occurrit iustitia: ergo aliqua conuenientia & congruitas ponitur ex parte prædestinati, quę non est ex parte reprobati: & sic non est nuda uoluntas diuina.

Tertio si non est aliqua ratio in facultate nostra, qua mouemur ad bonum, et ad malum, quomodo saluatur dictum Eccles. 15. Deus adducit homini mandata et præcepta sua, si uolueris mandata seruare, seruabunt te. Apposuit tibi aquam, et ignem: ad quod uolueris, porrige manum tuam. Ante hominem mors, & uita. bonum, & malum: quod placuerit ei, dabitur illi: ecce quod in ultimis uerbis non solum declaratur quomodo bonus usus moralis, et malus sunt in facultate nostra, sed quomodo Deus obsequitur placito uoluntatis nostræ.

Quarto tota doctrina prophetarum et euangelicarum fauet uiæ huic. Si enim non est nostrum, nec est aliqua ratio ex parte nostri: quid conferunt exhortationes prophetarum, quæ ut in pluribus fiunt per conditionales, in quorum antecedente ponatur uoluntas creata, & in consequenti uoluntas diuina, ut designetur quod uoluntas diuina subsequitur uoluntati creatæ, non quod uoluntas creata possit in aliquo priori exire in actum suum, non cooperante ei uoluntate diuina, hoc enim repugnat causæ secundæ, sed quia diuina uoluntas, ut declaretur libertas uoluntatis creatę, se habet in consequenti ad illam, sicut consequens ad antecedens. In naturalibus autem determinate ad suum se habet ut antecedens ad consequens, unde in uoluntariis hæc consequentia ualet, si Iacob uult orare, Deus uult ipsum saluare, in naturalibus autem non sic, non enim dicimus, si planta appetit producere fructum, Deus id appetit, sed e conuerso. Ad propositum ergo quomodo saluabitur hæc conditionalis, si quos mihi ministrauerit, honorificabit eum pater meus, & illud Malach. 3. Reuertimini ad me, et ego reuertar ad uos, Item ibidem, Conuertimini, et scietis quid sit iustum, et impium. ex quibus corollarie infero, quod tota doctrina et exhortatio ad bonum non est ad aliud ordinata nisi quod homo recipiat in se auxilium, per quod præparatur ad tertium, et operetur secundum ipsum, sic enim saluatur infallibiliter, ex parte autem Dei semper et in omnibus pro quolibet statu infunditur, unde et Paulus dicebat, Nõ est distinctio Iudæi, et

Græci:& in actibus. In omni genere qui operatur iustitiam, acceptus est Deo. Hęc dicta sint pro hac uia, quam reputamus rationabiliorem.

ARTICVLVS VI.

Hic declarandum est, quod S. Tho. in 1. distin. 41. art. 3. in fine, non discedit ab hac uia, licet enim non nominet bonum usum, dicit tamen, quod opus bonum præcedens gratiam est dispositio, & illa est ratio prædestinationis, sine qua non, unde sic ait ad duplicem effectum diuinæ prædestinationis diuersimode se habet operatio nostra: quia opus meritorium informatum gratia est causa meritoria gloriæ: sed opus præcedens gratiam non est causa meritoria eius: sed tantum dispositio quædam: unde patet quod prædestinatio non habet causam ex parte actus uolendi, sed habet rationem ex parte effectus secundum quem rationalis & iusta dicitur. Item in eodem articulo, in responsione ad primum exponens verba Ambros. illis miserebor, quem præscio ad me toto corde esse reuersurum: sic dixit ex his uerbis Ambros. designatur solum quædam dispositio, ut hoc intelligatur non de opere sequenti gratiam: quod est dispositio ad eam. Illi enim Deus proponit dare gratiam, quem præscit se ad gratiam præparaturum: non tamen propter præparationem, quæ non est sufficiēs causa gratiæ. Vult tamen quod ille habeat gratiam, quia præparauit se ut ly, quid quod est coniunctio, denotet dispositionem & non causam: hæc ille. Item eodem art. ad secundum responsum quod fuerat tale. Inæqualia non sunt danda æqualibus. Sed homines sunt naturæ æquales ad percipiendam gratiam: ergo &c. Respondet sic: ex parte effectus accipitur causa ex opere hominum quod desertionem causat in eis: ut si quæratur a iusto iudice, quare uis plus dare huic quam illi, diceret quia iste magis dignus est, est autem magis dignus improprie propter dispositionem quandā qua præparauit se. Hec est mēs S. Thom. quam non reuocauit, nec expositores eius, nec defensores reprehendunt eam. Nec arbitrandum est talem doctrinā sibi contradicere in p. p. Vnde uidetur dicendum quod in prima parte, non prædestinationis causam negauit ex parte nostra nisi quæ est condigna ut gratia & bonus usus consequens gratiam: & dispositio sufficiens ad gratiam: ut destrueret errorem Pelagii: Patet igitur quod hæc nostra uia potest sustineri etiam ad mentem S. Thom.

CAPITVL. VII.

Solemnes doctores sequitur hanc uiam, quod scilicet prædestinatio habet causam uel rationem congruam ex parte nostra. primus est Augustinus qui supra Malach. & lib. 83. quæstio. 68. q. dicit. Voluntas Dei iniusta esse non potest, uenit enim de occultissimis meritis. quia ipsi peccatores: tam propter generale peccatum unam massam fecerint, non nulla tamē inter eos est diuersitas: præcedit enim aliquid in his peccatorib⁹, qui quamuis non sint iustificati, digni tamen efficiuntur iustificatione, ut præcedit in aliis peccatorib. quo digni sunt obtusione. hæc ille. Nec dicendum est ut dicit Magister in 1. dist. 41. quod retractauit se in lib. retractationum, ubi quædam alia ad istam materiam pertinentia retractat. Hoc in quam non est uerum propter tria.

Augustinus. *Euasio.* *Improbatio.*

Primo quia in toto illo lib. de illa authoritate nihil habetur. Secundo quia non est similis sententia priorum, quam retractat, & istorum, ergo retractat eam in suo simili, ut credit Magister.

Tertio quia in primo retractationum retractat, seu declarat quoddam dictum immediate sequens uerba nunc allegata, & ista nullo modo: quod non est uerisimile ipsum tacere uoluisse, si uoluisset illa retractare: ergo non retractat. Aduerte tamen quod de occultis meritis, non est exponendum de meritis proprie dictis, quæ sunt effectus gratiæ, sed de meritis communiter dictis sicut dicitur apud morales quod in actibus liberis meremur, & demeremur, non autem in naturalibus. Secundus D. Bonauentura in primo distinctio. quadragesima prima quæstione prima, qui sic dicit cum quæritur. Vtrum electio, uel probatio in Deo motiuam habeat rationem, hoc non intelligitur quantum ad uoluntatem diuinam. Et si quæratur causalis ratio, uel meritoria, Respondetur dari non posse: si autem quæratur ratio congruitatis, & decentiæ, Respondent quidam quod ipsa Dei uoluntas est sibimet ratio, nec est alia ratio, quare hunc eligit: illum uero non: nisi quia sibi placet, & ideo quia sibi placet iustum, & rectum est sed cauendum est, ne dum uolumus uoluntatem Dei magnificare, derogemus ei. Si enim non esset alia ratio nisi quia placet, certe non occulta diceretur, & mirabilis, sed uoluntaria, & manifesta: cum quilibet capiat hanc rationem, & propter hoc dicendum, quod propter illud, æternam rationem, aliquā habet non per essentiam, quia essentialiter est idem, quod Deus: sed propter connotatum scilicet, quare cadit super illum & non super hunc. quid autem sit illud, non est omnino cognitum, nec omnino incognitum: hæc ille: Et in sequentibus conatur ostendere, quæ ratio motiua huius in generali, & in speciali: ergo secundum ipsum aliqua ratio assignari potest ex parte prædestinati & reprobati, quæcunque sit illa: & sic non est assignanda pro totali ratione nuda uoluntas Dei. Tertius est Thom. de Argen. qui in primo distinctione quadragesima sic dicit. bonus usus liberi arbitrii præuisus, ut in eo perseuerabit Petrus usque in finem uitæ suæ est ratio congruitatis prædestinandi eum malus autem usus præuisus in eo perseuerabit Plato, est ratio reprobādi eum. Quartus est Ioann. Baccon. qui in 1. 41. sic dicit Deus non prædestinat aliquem, quia uoluit præcise, propter aliquam congruentiam in prædestinato scilicet quia uidit bonum usum liberi arbitrii eius, qui usus est in potestate prædestinati & contingens: & ideo prædestinatio huius est contingens & necessaria solum ex suppositione. Dico enim quod bonus usus liberi arbitrii potest contingere dupliciter. primo quod sit bonus bonitate moris quæ est in potestate nostra ex naturalibus supposita influentia generali qua bonitate operationes uirtutum moraliū, de quibus determinant philosophi bonæ sunt: secundo quod sit bonus bonitate supernaturali quæ dicitur bonitas gratuita per quam aliquis dicitur gratus, & acceptus Deo. Primo modo intelligo quod bonus usus liberi arbitrii præcognitus est causa prædestinationis ex congruo, non ex condigno: secundo modo est effectus prædestinationis, ut probat authoritas Pauli ad Ephes. Gratia Dei saluati estis per fidem, non ex uobis. Dei enim donum est: & 1. ad Tim. primo, misericordiam Dei consequutus sum. & ad Tit. 3. nō ex operibus iustitiæ, que fecimus nos &c. multi alii sunt huius opi. quos breuitatis causa omitto.

Bonauentura. *Ratio prædestinationis duplex.* *Causalis, & congruitatis meritoria, & decentia,* *Thom. de Argen.* *Ioan. Bac.*

CAPITVL. VIII.

Hic declarandum est quomodo hæc uia non est contra Magistrum sententiarum, nec Augustinum nec sacram scripturam. & quidem quod non sit contra Magistrum. patet prima distinction. quadragesimaprima ubi per totum negat aliquod meritum præcedens uel præscitum esse causam prædestinationis, sic enim concludit: cum igitur gratię, quæ est effectus prædestinationis, & quæ opponitur homini ad iustificationem nulla sint merita: multo minus ipsius prædestinationis quia ab æterno elegit Deus quos uoluit, aliqua possunt existere merita; hæc ille, & infra Non ergo propter fidem aut aliqua merita elegit aliquos ab æterno, sed gratuita bonitate sua elegit, ut boni essent. Similiter de Augustin. dicendum est. unde omnia dicta Magistri & Augustini debent declarari, quod pro inconuenienti habent meritum esse causam prædestinationis, ita quod electio & prædestinatio non sit secundum gratiam sed debitum, hoc enim est contra apostolum dicentem. Reliquię per electionem factæ sunt, sed si des formata, & formanda, & bonus usus liberi arbitrii meritorius, pertinent ad debitum, non prout ly, debitum, dicit obligationem sed condignum: ideo Magister, & Augustinus pro inconuenienti habent, quod Iacob fuerit dilectus, quia crediturus, uel habiturus bonum usum liberi arbitrii: quod utique uerum est de bono usu meritorio, cum hoc tamen stat quod Iacob fuerit electus de congruo ex præcognitione boni usus liberi arbitrii, ut est bonus bonitate morali: Nec in hoc sensu loquuntur Magister & Augustinus: ergo patet quod hæc uia non est contra eos. Quod autem non sit contra doctrinam sacram, declaratur eo, quod doctrina Prophetarum & Euangelistarum, uidetur declinare ad hanc uiam: nam ut diximus supra, per conditionales, ut in pluribus loquuntur in quib. si datur antecedens, in quo ponitur uoluntas nostra, Deus necessitate consequentiæ quodammodo se obligat exequi consequens respectu boni in retributione, & materiali in pœna: unde dicitur Isaiæ primo Quærite iudicium, subuenite oppresso, defendite uiduam & uenite, & arguite me, si fuerint peccata uestrā, ut coccinum, quasi nix dealbabuntur. & Dauid in Psal. si custoderint filii tui. t. n. & m. Vnde patet quod reducere omnia in uoluntatem Dei abstracte debilitatur spes fidelium

sum,& multi retrahunt se dicentes, si Deus uult me saluare, quomodocunque faciam saluabor, si autem vult damnare, non euadam. Et ideo rationabilior uidetur uia præmissa, si bene cõsideretur, sed uidetur hæc uia contradicere Apostolo: Nam ad Romanos nono assimilat nos uasis figuli, ergo sicut ex mera uoluntate figuli hoc uas ordinatur in honorem, illud uero in cõtumeliam, sic Iacob ex mera uoluntate Dei ordinatur in salutem, & Esau in damnationem. Item dicitur secund. ad Timo. 2. In magna domo non solum sunt uasa aurea, & argentea, sed lignea, & fictilia, & quædam quidem in honorem, quædam vero in contumeliam, hæc ille, ibi ergo si similitudo Apostoli ualet, necesse est, quod sicut illa diuersitas uasorum pendet a uoluntate gubernantis domum, ita etiam hæc diuersitatis hominum, quorum aliqui ordinantur in honorẽ, & infœlicitatem & aliqui in contumeliam, idest in damnationem pendeat ex uoluntate Dei.

Ad primum respondeo, quod uoluntas Dei nulli legi subiicitur, vnde quodcũq; uult, iuste uult: Vnde si uellet omnes saluare, & omnes damnare, non esset iniustus. Ex hoc tamen non sequitur quod Deus sicut figulus abstracte huic uelit salutem, illi autem damnationem, sed similitudo solum est in hoc, si figulus non errat, nec iniuste agit, uolendo hoc uas fieri in honorem, illud autem in contumeliam, sic Deus non peccaret, si vellet omnes homines saluos facere, uel damnare, uel hunc saluare etiam sine suis meritis, & illum abstracte damnare. Non vult tamen de facto, nisi sub conditione, puta quia seruant, vel non seruant legem suam.

Ad secundum dico quod illa authoritas non tangit propositum loquitur enim Paul. de diuersitate fidelium pro præsenti ecclesia in qua congregantur boni, & mali secundum diuersos gradus, & quod illa magna domus sumitur pro præsenti ecclesia patet per uerba, quæ immediate sequuntur, dicit enim, si quis emundauerit se ab istis, erit uas in honorem sanctificatum, & utile domino, ad omne opus bonum paratum. Patet igitur quod hæc non possunt intelligi de prædestinatione, & reprobatione quæ sunt immutabiles: Nullus enim reprobatus potest fieri uas in honorem. Intelligunt ergo de uiatoribus peccantibus, qui possunt emendari & fieri utiles in ecclesia per gratiam.

CAPITVL. IX.

HAc via etiam uitiantur omnia inconuenientia quæ reducuntur ad hæc: Primum si Deus creauit me æqualem Petro in naturalibus, & ex mera uoluntate sua Petrum eligit, & me respuit, nonne personarum acceptor est? & sic arguitur iniustus. Hoc autem inconueniens ad uiam prædictam non sequitur: quoniam electio non fit, nisi in quarto instanti, in quo præsentantur diuinæ uoluntati, ut inæquales, ut diximus supra: secundo si patri non licet generare, & nutrire filium, ut interficiat eum, multo minus uidetur rationabile Deo aliquã animam creare, ut damnet, uel in æternum cruciet. Quomodo enim impius est, qui tam pius in scripturis prædicatur. Hoc inconueniens non sequitur ad prædictam uiam: Non enim imaginandum est sicut uiri scelesti imaginati sunt, quod scilicet Deus sciuit me primo futurum malum, secundo licet hoc præscierit, uoluit tamen me creare, tertio dedit mihi præcepta, quæ sciebat me non seruaturum, ut damnaret me, & sic faciunt Deum crudelem, hæc imaginatio est profana, & iniqua. sed sic imaginandum est, Deus secundum nostrum modum intelligendi uoluit homines creare ad bonum, & nullum ad malum, secundo dedit eis legem, ut moueret ad bonum, tertio uidit aliquos moturos se ad bonum auxilio suo, quod nulli deest: & aliquos ad malum, quos uult prohibere, ut sic prouisor conseruans naturam quarto prædestinat hos, & reprobat illos pro eo tempore, quo cognoscit eos decessuros in bono & in malo. Non ergo cõcedendum est, quod Deus creat aliquos ad damnationem, uel ad iustitiam punitiuam ex mera sua uoluntate, sed ex eo, quia ipse sibi obicem ponit, & facit se indignum, ex eo quo sequitur quod iustitia punitiua non est uolita a Deo, nisi conditionaliter & aliquo supposito ex parte nostra, tertio uitantur omnia incommoda, & inconuenientia quæ deducit Aureolus arguens apud Capreol. in 1. distinct. 41. quæsti. contra primam partem septimæ cõclusionis, quæ reducunt ad quatuor. primo si Deus pro libito suæ uoluntatis aliquem reprobat, ergo delectatur in pœnis, & efficitur impius, secundo si pro sua nuda uoluntate hunc prædestinat, illum reprobat, ergo præbet occasionem desperandi, tertio sequitur, ꝙ qui saluatur necessario saluatur, & qui reprobatur similiter. Voluntas enim Dei efficax infallibiliter impletur, quarto si ex mera uoluntate, ergo uoluntate diuina, & non aliunde prouenit determinatus numerus prædestinatorum & reprobatorũ. Hæc inconuenientia ex præmissa uia non sequũtur, nec etiam apparentes, ut consideranti patet. Nec est opus, quomodo sequantur declarare: per se enim patet.

CAPITVL. X.

NVlla etiam ratio militat contra istam uiam, & primo ratio Scoti supra adducta non concludit. Nam bonus usus meritorius ut effectus prædestinationis sicut & gratia licet sit ordinatus ad salutem, non tamen eodem modo bonus usus moralis præcedens gratiam: Ille enim præuius est toti effectui prædestinationis, & ratio est, quia causatur ab auxilio, secundũ quod indifferenter Deus omnibus influit: Meritorius autem causatur a tertio auxilio, quod non omnibus influit, sed se præparantibus. secundo ratio prima S. Thom. stat in robore suo, loquitur enim de bono usu supposito quod procedat ex gratia, quæ est tertium auxilium.

Secunda uero ratio, quæ sic dicit, quod etiam bonus usus ordinat hominem in salutem, ergo est effectus prædestinationis. Dico quod uerum est de bono usu meritorio, de bono autem usu morali non est uerum. Sed est præuisus, nec de isto intelligit Diuus Thom. Et si dicas, immo quia dicit quod præparatio ad gratiam est ab auxilio diuino. Respondeo, si accipitur ly, auxilio diuino, pro auxilio secundo, uerum est, si uero pro tertio, nego. Item concesso, quod accipiat auxilium pro tertio auxilio, Dico quod ly, præparatio ad gratiam, nõ intelligitur ad gratiam simpliciter, sed ad ulteriorem gradum gratiæ acquirendum.

Tertio sic arguit Scot. Deus non præuidit hunc bene usurũ libero arbitrio, nisi quia ordinat ipsum bene usurum: si ergo offeruntur duo æquales uoluntati diuinæ, quare ordinat hunc bene usurum, illum autem non: & ratio huius non potest assignari, nisi uoluntas diuina, tunc sic, prædestinatio est ex hoc bono usu, & ille est ex uoluntate diuina tantum, ergo prædestinatio est ex uoluntate diuina tantum.

Hoc argumentum peccat multipliciter, primo supponit q diuina uoluntas adiuuet hunc bene usurum, illum autem non. hoc est falsum: immo omnes ordinat ad bene uiuendum, sed quod non omnes bene utantur, est, quia non recipiunt primum & secundum auxilium, & hoc imputatur eis. Secundo peccat quia supponit diuinam uoluntatem eodem modo, & eadem ratione esse causam boni usus moralis, & causam prędestinationis, quod est falsum, est enim causa boni usus, ut mouens naturaliter, moraliter, & est causa prædestinationis ut mouẽs super naturaliter & gratuitè.

Quarto sic arguit Sco. Pueri baptizati, & deinde decedentes prædestinantur: & tunc saluantur: & tunc non prædestinantur propter bonum usum præuisum, ergo.

Huic argumento nolo respondere, sicut aliqui, qui dicunt quod isti pueri licet nunquam sint habituri bonum vsum si moriantur post baptismum, tamen si uixissent, habuissent: & ideo Deus respiciens ad hoc, eos prædestinauit. hæc responsio non placet Augustino in libro de prædestinatione sanctorum: & ideo aliter respõ. quod sicut hæc propositio, omnes qui prædestinantur, prædestinantur ex bono usu liberi arbitrii præuiso, non debet intelligi uniuersaliter, sed in his qui saluãdi sunt in proprio merito. Et si quæras, quæ est ratio prædestinationis in his paruulis? Dico quod sic non est in eis meritum proprium quo saluantur, sed merito Redemptoris, sic bonitate diuina prædestinantur, eo quod propter nullum in eis repertum offeruntur æquales diuinæ uoluntati, unde diuina uoluntas ordinat omnes tales ad salutem sua bonitate, & alieno merito.

Quinto sic arguunt aliqui, multi philosophi habuerunt bonum usum moralem, ut Socrates Pythagoras &c. & tamen nõ fuerunt prædestinati, cum essent alieni a Deo &c.

Hoc argumentum nil concludit: primo si habuerunt, forte non perseuerauerunt: secundo dico, quod si fuerunt Idololatræ, non habuerunt bonum usum moralem, quoniam in moralibus circunstantia debiti finis principalior est: Vnde nec uirtutes morales, nisi secundum quid & imperfecte habuerunt: tertio dico, quod falsitas consequentis non apparet: forte enim fuerunt saluati, & prædestinati, si uiderunt secundum dictamen rectę rationis, ut tenet Sanct. Thom. in secundo sentent.

Sexto arguitur aliquibus dictis Sancti Augustini sic, si Deus prædestinat aliquos propter bonum opus præuisum, eo quod hoc

hoc maxime erit propter actum credendi; accidentem enim ad Deum oportet credere, sed hoc est contra Augustinum in primo retractationum cap. 13. vbi retractans se, dicit, quod credimus, nostrum est: quod operemur bonum, illius est, qui credentibus dat Spiritum sanctum, profecto non dicerem; Si iam fidem ipsam inter Dei munera scirem reperiri, quæ dantur eodem spiritu; hæc ille, ergo nullum opus bonum præuisum, quod sit in facultate nostra est ratio prædestinationis secundo. sic dicit Augustinus in libro de prædestinatione; Non quia futuros nos tales præsciuit Deus, elegit, sed vt essemus tales per ipsam electionem gratiæ suæ gratificauit nos in dilecto filio suo.

Ad primum dictum Augustini dico, q; actus credendi est duplex. Quidam est actus talis ex gratia, quidam ex libero arbitrio per auxilium secūdum Augustinus loquitur de primo sensu, ut patet ex uerbis ipsius, dicit enim de fide, quod est donum spiritus sancti, & hæc est fides uiua, & hanc concedimus non esse rationem, sed effectum prædestinationis.

Ad secundum dictum dico quod sic si intelligendum, Deus enim non eligit quia sciebat nos facturos tales ex meritis, sed eligit nos ut essemus tales ex meritis, & de hoc nihil negamus cum hoc tamen stat, quod eligit nos, quia præsciuit nos futuros tales, puta accepturos auxilium suum, & præparaturos nos bonis actibus moralibus, qui non ex condigno, sed ex congruo disponunt nos ad gratiam, per quam elicimus actus meritorios, in fœlicitatem æternam ordinatos, cuius obiectum est Deus gloriosus, Amen.

Testor Deum optimum maximum cui nihil absconditum, quo studio, quo tremore, qua reuerentia hoc perdifficile opus agitauerim. Et quoniam non mihi conscius sum, An quod quæsiui assequutus fuerim, ideo totum orthodoxæ fidei correctioni committo, ne oppressus rei pondere dum nitor stare, tradar in præceps.

FINIS.

EXPOSITIO SVPER TRACTATVM DE TRINITATE,

Primæ Partis D. Thomæ.

NON est mea intentio in hac expositione formalizare articulos D.Tho. hoc enim per se potest exercitatus, & ingeniosus studens: Nec quoscunque articulos scrutari, plures enim sunt, in quibus immorari superfluum esset, sed intendo exponere propositiones dubias, & obscuras, aliquando mouendo dubia, aliquando interpretando, & desensare D. Thom. contra impugnatores suos. Vt ergo doctrina clarior habeatur, propono ordinem, quem D. Thom. seruauit; & iuxta talem ordinem diuidam hoc nostrum expositorium. Ordo talis est secundum doctrinam Aristo. in 1. Posteriorum, In omni scientia supponitur subiectum, de quo primo considerantur sua principia. Secūdo ipsum subiectum in communi: unde ens mobile, uel corpus mobile simpliciter est subiectum in octo libris de physico audito. tertio considerantur partes subiectiuæ ipsius subiecti, ut cœlum, elementa, mixta, & in aliis libris naturalibus. quarto considerantur proprietates ipsius subiecti, eiusdem enim scientiæ est, considerare subiectum, & proprias passiones ex 4. Metaphysic. commen. 7. unde considerans ens, inquantum ens, considerat unum, & multa &c. Conformiter Beat. Thom. processit in hoc tractatu, nam subiectum eius est persona, non quidem metaphysicè sed Theologicè sumpta, quæ sumitur pro supposito relatione sola, & non aliquo absoluto in esse communicabili constituto, quæ quidem persona ex relatione supponitur, de huiusmodi autem persona, primo considerantur principia sua constitutiua, & distinctiua, quæ quidem sunt relatio, origo, ita tamen quod immediatum, & completum est relatio, ut dicemus: secundò consideratur ipsa persona in communi, non descendendo ad aliquam particularem: tertio considerātur ipsæ personæ in particulari quasi partes subiecti, iterum consideratur persona in communi consideratione comparatiua, puta comparando personam essentiæ & relationi, & actui notionali. quarto considerantur proprietates personarum quæ sunt æqualitas, similitudo, missio, &c.

Iuxta igitur talem ordinem diuidemus præsens expositorium in quinque partes. In prima agetur de processione, & relatione. In secunda de persona in communi, consideratione absoluta. In tertia de personis in particulari. In quarta de persona in communi consideratione absoluta. In quinta de proprietatib. personarum. Pars prima continet duas quæst. primam de processione, secundam de relatione. Circa articulum primum, primæ quæst. sic procedemus.

QVAESTIO XVII.

ARTICVLVS I.

Vtrum in Deo sit processio.

A*LII vero hanc processionem acceperunt secundum quod causa dicitur procedere.* Aduerte quod tunc dicitur causa procedere in effectum: quoniam non in sui natura aliquid producit, sed sibi præexistenti copulat aliquid de nouo productum, ex quo & ipsa causa denominatur talis, licet in se non sit talis, ut patet in mysterio incarnationis, & de hoc uide B. Th. in 4. contra, q. 5. & in hoc sensu loquebatur Sabellius, ut patet in artic.

Sed cum omnis processio sit secundum aliquā actionem. Aduerte, quòd Durandus, & plures alii, quos recitat Capreol. in 1. distin. 27. q. 2. contra primum tenent, quòd repugnet actioni immanenti esse productiuam, fundantes se super dictum philosophi in 9. metaphys. commen. 16. sed tu exponas dictum philosophi sicut Capreol. ubi supra ad secundum Gerardi, & ad primum Durandi, quam expositionem sequitur expositor, & est quasi formaliter Ioann. Bacon. in 1. distin. 27. quæst. 1. in fine ibi, *dico quòd supra reprobans*, & stat in hoc: omnis operatio transiens habet aliquid operatum, ad quod ordinatur, vt ad finem & complementum ultimum quod est melius ipsa operatione, ut patet comparando ædificationē domui: operatio autem immanens non necessario habet operatum, vt patet in sensu, uel si habet, non est finis talis operationis vltimo intentus: immo tale operatum ordinatur ad ipsam operationē immanentem, eliciendam vt patet in habitibus moralibus generatis ex actibus, qui ad consimiles actus eliciendo ordinantur. Intentum ergo philosophi est non negare operatum omne per operationem immanentem, aliter negaret habitum moralē fieri ex frequentatis actibus. & sic sibi contradiceret: sed negare operatum, quod sit finis, & vltimum intentum in tali operatione, sicut est in actione transeunte.

Quicunque intelligit ex eo, quod intelligit &c. quæritur si hæc propositio est vera, & sic scita, vel tātum credita. Expositor tenet, quod non est vniuersaliter vera, quia beatus non format verbum adæquatum, licet possit concedi de uerbo partiali, ut tenet etiam Capreol. ubi supra ad 8. & dicit expositor, quod nec Angelus intelligens se, format uerbum, quia superflueret, cum habeat suam essentiam semper sibi præsentem, sed hoc uidetur esse contra Beat. Thom. 4. contra cap. 3. ibi, *perfectior igitur est uita intellectualis in Angelis*, vsque ibi, *quæ quidem in nobis &c.* ideo teneo cum Capreolo, ubi supra, respondeo ad secundum, factum tertio loco contra eandem conclusionem quod omnis intellectio elicita, directa, perfecta. uel imperfecta terminatur ad uerbum, quia non completur nisi producto uerbo, sicut non completur sensatio exterior, nisi in sensu communi. dico autem elicita: quoniam si per omnem intellectionem absolute possemus concludere produci uerbum, ergo naturaliter possemus concludere uerbum esse in Deo, & uerbum producere uerbum. Deus enim est intelligens, & uerbum est intelligens. Dico *directa*: aliter dum intelligo meum intelligere, perducerem aliud uerbum a primo, & sic in infinitum. Dico *siue perfecta, siue imperfecta*: quoniam obiectum non representatur intelligenti nisi in uerbo, unde sicut repræsentatio aliquando est perfecta, aliquando imperfecta, sic & uerbum, quorum utrumque correspondet suo intellectui. sicut effectus causis suis. Quod autem dicit Expositor quod in Angelis superflueret, nego consequentiam. Ad probationem dico, quod essentia non semper est eis præsens in esse intellectiuo ultimato. Cum autem secundo quæritur vtrū hæc propositio sit tantum credita, uel scita, dico, quod in creato intelligente, in quo est elicita intellectio, est uniuersaliter uera, & scita, in Deo autem non est scita, ita quod per intelligere diuinum possimus concludere esse productum uerbum distinctum realiter ab intelligente, quoniam illud intelligere, non distinguitur realiter ab intelligente, & ideo philosophus hoc non potest comprehendere, potest dici tunc, quod ideo etiam est scita, quantum ad productionem secundum nostrum modum intelligendi, ut scilicet sicut per nostram intellectionem distinctam realiter a nobis producitur uerbum realiter distinctum ab intelligente, sic per intellectionem diuinam distinctam tantum ratione ab intelligente producitur uerbum, uel aliquid per modum uerbi distinctum tantum ratione ab ipso intelligente, & hoc non negasset philosophus, ex quibus patet, quod ratio Beati Thomæ, non concludit demonstratiue, sed imitatiue, quod autem per intelligere diuinū producatur uerbū distinctum realiter, &c. est tūm creditum.

Ex eius notitia procedens. Circa hanc propositionem sunt tria dubia: primum est, si notitia. idest intelligere est productiuum uerbi, & uidetur quod non: aliter filius produceret uerbum. Aduerte quod Scotus, qui tenet actum intelligêdi, ut est actio immanens, non esse actionem productiuam: ponit in intellectu diuino duos actus intellectus, primum uocat operatiuum: secundum autem uocat productiuum, & licet uterque sit actus intellectus, tamen tantum primum dicit esse actum intelligendi, quo nihil producitur ex 9. metaphysic. Vnde ipse absolute negat uerbum produci per actû intelligendi, & hanc eius imaginationem uidebis in quodlibet. q. 1 a. 2. ibi, *uel potest breuiter dici ad istam secundam probationem &c.* quia tamen imaginationem sufficienter improbat expositor: uideas tu eum. Demû fundamentum eius de actu intelligendi, quod non sit productiuus, destructum est in declaratione præcedenti. Dimissa imaginatione Scoti, dicendum est secundum uiam Beati Thom. q intelligere absolute non est productiuum uerbi, sic enim argumentum de filio concluderet, sed intelligere expressiuum, quod est ipsum dicere, est productiuum uerbi, propterea notanter dixit Beat. Thom. in fine huius articuli a dicente, quod manet in ipso, quomodo autem distinguatur intelligere, & dicere, & quid dicere addat super intelligere, pertractabimus infra.

Secûdum dubium est, an uerbum procedat ex notitia actuali, uel habituali, & uoco notitiam âctualem prout intellectus est sub actu secundo, notitiam autem habitualem prout actua lis est actu primo tantum.

Ad hoc dico, quod in uia Beati Thom. non potest simpliciter responderi, sed quod stat ex utraque posse procedere, nam uerbum complexum conclusionis procedit ex notitia actuali præmissarum, necesse est enim prius intelligere præmissas, & uerbum complexum principiorum primorum ex notitia actuali terminorum. Verbum autem incomplexum termini simplicis ex noticia tantum habituali. aliter esset processus in infinitum, & non daretur prima intellectio: unde patet, quod resoluendo primum uerbum est ex notitia tantum habituali, nec argumenta Durandi, quæ recitat expositor sunt contra hanc determinationem alicuius ualoris: uide eum.

Tertium dubium est si uerbum productum ex notitia, idest actu intelligendi, distinguitur realiter ab ipso actu, expositor tenet partem affirmatiuam, & concordat cum Capreol. in distinc. 27. quæst. 2. ad 1. contra primam in 2. loco. Item idem tenet Herueus in 2. quodlibet. q. 8. ibi, *Quantum autem ad illud, quod est principale &c.* & adducit argumenta quæ etiam recitâtur, a Capre. ubi supra. Sed non curabis solutiones Heruei, nâ de actione immanente tenet opinionem Scoti inconsuetam, ideo sequere responsiones Capr.

Non ergo accipienda est processio, sicut in corporalibus &c. uidetur quod B. Tho. ex hac propositione teneat processionem ad extra inueniri solum in corporalibus, quod est falsum, cum Deus producat entia creata processione ad extra. Dicit expositor, q Beat. Tho. non intendit eam inueniri tantum in incorporalib. sed propter suam imperfectionem inueniri etiam in corporalibus. Tu tamen potes dicere, quod B. Tho. non loquitur hic in articulo de processione diuina simpliciter, sed de prima quæ quidem non est ad extra, sicut illa prima quæ inuenitur in corporalibus, immo necesse est hanc procedere ab illa intranea, quoniam agens per intellectum prius concipit in se, quam producat ad extra.

AATICVLVS II.

Vtrum aliqua processio in Deo possit dici generatio.

ET *in eadem natura existens, quia in Deo idê est intelligere, & esse &c.* Aduerte dicit expositor, q hæc ratio pluries in hac prima parte est repetita. sed in 4. contra 11. subtilissime exponitur, dicit enim quod ideo sequitur uerbum esse: eiusdê naturæ in Deo cum dicente, quia in communi loquendo esse uerbi, est intelligi, & id in quocunque intelligere, & intelligi sunt idem, si intelligere est accidens, & ipsum uerbum est accidens, si autem intelligere est substantia, & ipsum intelligi identificatum ipsi intelligere, ut ipsum uerbum, cuius esse est intelligi, erit substantia: cum igitur in Deo intelligere sit substantia, & identificetur ipsi intelligi, ipsum uerbum erit substantia: si bene aduertis, tota uis rationis Beati Thom. in 4. contra gent. fundatur in hac propositione *esse uerbi & ipsum intelligi &c.* quæ uidetur esse falsa, primo quia intelligi nihil ponit in re intellecta, sed est denominatio extrinseca, sicut uideri nihil ponit in uerbo, sed esse uerbi, aliquid ponit in uerbo, quia esse rei est sibi intrinsecum: ergo esse uerbi, non est ipsum intelligi. Præterea eadem intellectione intellectus intelligit, & res intelligitur, sed illa intellectio dat esse intellectui: facit enim ipsum esse perfectum in actu secundo: ergo non potest dare esse uerbo, quod est res intellecta, tenendo quod distinguatur realiter ab actu intelligendi, & ab intellectu; aliter duo distincta existerent eodem esse etiam increatis, cum hic loquatur Beat. Thom. de ipso uerbo simpliciter.

Ad euidentiam igitur propositi scito, quod de intellectu contingit loqui dupliciter, similiter de re intellecta & ex consequenti de uerbo, nam intellectus consideratur ut res, & natura quædam, sic esse suum non est ipsum intelligere, sed esse qualitatis, uel substantiæ: uel consideratur ut natura cognoscitiua; sic comparatur ad ipsum intelligere, ut potêtia ad actum, & per ipsum intelligere constituitur in actu non in genere entium, sed in genere cognoscitiuorum, & sic intelligere est esse ipsius intellectus & constitutiuum eiusdem in genere cognoscitiuo; eandem distinctionem scias seruari in sensu, ita quod proportionaliter sentire est esse ipsius sensus: similiter res intellecta dupliciter consideratur, primo, ut res, puta homo, uel lapis, sic esse eius est esse substantiæ, secundo ut actu, & complete obiectû intellectui sic esse eius consistit in esse intellecto quod commune est ipsi intelligi, nam sicut constitutiuum intellectus in esse cognoscitiuo est ipsum intelligere, sic constitutiuum rei intellectæ in esse intellecto est intelligi: res autem intellecta in esse intellecto est intelligi: & eadem est ipsum uerbum, nam dicit Beatus Thom. in 4. contra 11. quod licet uerbum hominis non sit homo, est tamen homo intellectus: patet igitur quomodo accipiendum est, quod esse uerbi est ipsum intelligi, sicut esse intellectum est ipsum intelligere. Ex his patet quid dicendum sit ad obiecta: laborant enim in æquiuoco.

Ad primum igitur dico, quod licet intelligi nil ponat in re intellecta, ut res est, ad differentiam actionis transeuntis quæ aliquid ponit in passo, ut res est, ponit tamen in re intellecta sub esse intellecto; efficitur enim perfectio conceptus, qui est res intellecta, ut sui termini; præterea ex eo, quod intellectio terminatur ad conceptum, prouenit similitudo ad rem intellectam, ergo ponit aliquid in re intellecta.

Ad secundum dico quod non inconuenit idem esse perfectionem, & actum, & esse plurium diuersa ratione, nam eadem actio transiens est actio agentis, ut principij, & partium ut subiecti; & idem esse, est esse compositi & partium, sic eadem intellectio est perfectio; & esse intellectus ut subiecti, & conceptus, ut termini intrinseci & speciei intelligibilis ut principij.

ARTICVLVS III.

Si est alia processio à generatione verbi.

SEcundum autem opinionem voluntatis inuenitur in nobis quædam alia &c. Dubitatur, utrum per actum uoluntatis aliquid intrinsece producatur proportionaliter, quod sit terminus, sicut per actum intellectus producitur conceptus: & quidem Beat. Thom. hic in articulo persunctorie transit, tenens tamen partem affirmatiuam, quam infra in quæst. 37. artic. 1. sufficienter declarat; licet tale productum careat proprio nomine, & signetur tantum nomine actionis; vt amor, impulsus, inclinato &c. Vtrum autem possit signari termino, uel nomine non importante modum actionis, dicemus tunc; sed omissis argumentis Scoti, quæ recitat, & soluit Capreol. 1. distinct. 10. quæst. 1. contra primam. Tertio loco arguitur, quod hoc repugnat B. Thom. nam in q. de verit. q. 4. art. 2. ad 7. ponens differentiam inter intellectum & uoluntatem, dicit, quod in uoluntate nihil procedit nisi per modum operationis, secus autem est in intellectu, quasi dicat aliquid procedit per modum operationis ut intellectio & aliquid per modum operati uel termini ut conceptus: in uoluntate autem nil procedit per modum termini; ergo videtur quod B. Thom. non ponit aliquid procedere per actum uoluntatis, sicut proportionaliter fit in intellectu uel B. Tho. sibi contradicit.

Expositor dicit dictum Beati Tho. intelligendum esse non secundum rem, sed secundum modum significandi; quia illud productum actu uoluntatis non potest significari: nisi nomine

ne importante operationem, secus est de operatione per actū intellectu. Tu tamen aduerte quod videtur Beat. Thom. in authoritate illa penitus negare uelle per actum uoluntatis aliqd realiter produci, & non solum, quod nō sit significabile nomine proprio; & ideo Capreol. in 1. distin. 10. quæstio. 1. ad 1. Scoti. Tertio loco contra primam dicit dictum Beat. Thom. intelligendum esse secundum rem, non quidem uniuersaliter, sed in hoc, quod uoluntas per actum suum non producit suum obiectum, sicut intellectus producit uniuersale, nec per actum suum producit similitudinem sui obiecti, sicut intellectus qui producit uerbum, quod est similitudo rei intellectæ: non igitur B. Thom. sibi cōtradicit. Quæ autem expositio sit magis ad mentem B. Tho. relinquo pro nunc alterius iudicio: hoc tamen unum scito, quod Beat. Thom. illic ualde clare loquitur, & difficile est sustentare, quomodo neget omne productum per operationem uoluntatis: tu tamen considera.

Secundum quam amatum est in amante. Aduerte q. Capre. 1. distin. 10. quæstio. 1. contra primam, primo loco adducit argumenta Aureoli, quibus improbat hunc modum, & eadem recitat expositor, & respondet conformiter ut Capreol. vbi supra & sufficit.

Vnde præter processionē uerbi ponitur processio, quæ est processio

Quæritur, si illud procedens dēt signari ex actu, uel ex termino, idest, utrum sit ipse actus amandi uel terminus. Ad hoc dico secundum doctrinam B. Thom. in q. de verit. q. 5. artic. 2. ad septimum, debet signari ex parte uolūtatis, & ratio B. Thomæ est ubi supra, quia inter operationem diuinam, & uoluntatem non est distinctio realis, non enim est actio elicita. omnis enim talis est perfectio operantis. sed inter rem, quæ est a suo principio, & ipsum principium, est distinctio realis: aliter non seruaretur distinctio realis, inter diuinas personas: igitur tale procedens debet accipi pro termino, ut seruetur distinctio realis inter procedens, & id, a quo procedit.

Argumenta Scoti quibus probat, quod debet accipi pro operatione, nullius sunt difficultatis. Vide ea in Cape. 1. dist. 10. q. 1. contra primam tertio loco.

Circa eandem propositionem quæritur: si ille terminus productus, qui est persona procedens, producitur ex actu uoluntatis, uel ex actu naturæ secundæ, ut tenet Durandus: sed licet Capreol. in 1. distinct. 10. quæstio. 1. contra primam, id pertractet contra Durandum, tamen locus proprius erit in 5. artic. præsentis q.

Pro responsione ad tertium data a D. Thom. notanda sunt tria, prima, in quo genere causæ res cognita est causa amoris, dicit B. Th. nil potest amari, nisi sit in intellectu conceptum.

Ad hoc dico, q. res cognita dupliciter consideratur, primo, ut res habens suam bonitatem, sic est causa finalis ipsius actus amandi: amare enim est motus appetitus ad rem ut bonam: secundo ut cognitā, sic est causa efficiens desiderium & actum uoluntatis: unde dicit Commentator 12. meta. com. 36. balneū in anima est agens desiderium, & hoc ideo, quia notitia obiecti concurrit effectiue ad actum uoluntatis simul a uoluntate ut determinauimus in quæst. Metaphys.

Secundo notandum, quod licet res intelligibilis, & intellectus cócurrant ad actum intelligendi sicut res intellecta, & uoluntas ad actum uolendi, tamen differunt in duobus, primo quod tam res intelligibilis quam intellectus ut res sunt, concurrunt: res autem intellecta, & uoluntas non sic, sed uolūtas, ut res, & res intellecta, ut intellecta, nō enim nisi intellecta mouet uoluntatem. Secundo differunt in hoc, quod res intelligibilis, & intellectus non integrant unum totale agens intellectionis, quoniam tota substantia intellectionis est a solo intellectu: res autem intellecta concurrit tātum determinatiue, ut tenet Capreol. in 1. distin. 35. quæstio. 1. ad 10. contra primam conclusionem. Secundo loco res auté cognita, & uoluntas concurrunt effectiue ad uolitionem, & possunt dici integrare unū totale agens, non quod utrumque eadem ratione concurrat: sed quia utrumque ratione sibi debita effectiue cócurrit sicut Sol, & homo integrant unum agens ad generationem hominis utroque concurrente, iuxta rationem sibi propriam, unde patet, quod expositor in duobus non bene considerauit: primo quando dixit, quod conceptus producitur ab utroque in ui unius efficientis completi, in hoc enim sibi contradicit in q. præced. a. 1. ibi, *cognoscens autem, recipiens cognitum.* illic enim tenet, q. tantum specificatiue concurrit. Secundo quando dixit, *amor, autem producitur à uoluntate, & re amabili cognita nō ut integrantibus &c.* non enim impedit, ut declarauimus, quin integrent unum totale agens, licet utrumque concurrat sua propria & distincta ratione.

Tertio, Notandum quod Scot. in distin. 12 ex illis uerbis, secundum quendam ordinem interpretatus est ordinem prioris & posterioris quasi quod B. Thom. teneat unam processionem priorem esse alia, & sic distinguantur, & contra talem interpretationem arguit tripliciter ut recitat Expositor. uerum quia eius interpretatio est falsa, ideo argumenta non militant contra nos nam per ordinem B. Thom. signat tantum ordinem originis, ut declarabitur infra, & in q. 42. negabit omnem prioritatem inter diuinas personas.

Circa eandem responsionem, Aduerte, quod ex illa propositione, *sicut potest attenditur quidam ordo*, vsque in finem respōsionis elicitur per quid apud S. Thom. istæ processiones distinguuntur realiter, nec in toto hoc tractatu aliud distinctiuum assignat, nisi ordinem originis inter duas personas procedentes, qui consistit in hoc, quod prima persona procedens sit ab uno tantum: secunda autem à duobus, quod quomodo debeat intelligi, declarabo in defensione tertiæ conclusionis.

Vt igitur habeatur plena resolutio de huiusmodi distinctiuo, pono tres conclusiones iuxta doctrinam B. Thom. in q. de potentia quæst. 10. art. 2. prima conclusio, processiones diuinæ non distinguuntur se ipsis.

Secunda, non distinguuntur sufficienter ex suis principiis formalibus, quæ sunt intellectus, & uoluntas.

Tertio distinguuntur sufficienter ex terminis productis, ut includunt ordinē originis. Istas conclusiones uidebis in Capr. 1. dist. 13. q. 1. cum probationibus suis: sed aduerte, quod multi impugnant eas potius, quia non attingunt sensum B. Tho. quam aliquid efficaciter concludant.

Vt igitur defendatur conclusio prima contra Scotum, & Aureol. Aduerte, q. omnia absoluta habent distinctiuum intrinsecum sicut constitutiuum, & tale sumitur ab intrinseco. s. ab essentia, si est natura simplex uel forma ut in cōpositis, & hoc ideo quia absolutum ex sua ratione non dependet ab alio, omnia autem relatiua, & ordinata ad alterum, habēt suum distinctiuum intrinsecum sicut suam entitatem, & unitatem: sed illud tale sumitur ab extrinseco ad quod habet habitudinem, & sine quo nō esset, similiter sua entitas, & unitas trahitur ab extrinseco, & quia motus, actio, habitus, & relatio dicunt habitudinem, & ordinantur ad alterum, ideo trahunt distinctionem, & unitatem, & entitatem ab his, ad quæ ordinantur. Ex hac declaratione uidebis soluta argumēta Aureoli & Sco. in Capr. ubi supra, contra primam, Credunt enim B. Th. ponere distinctiuū processionum extrinsecum, quod non est uerum, immo earum distinctiuum est extrinsecum, sed ad differentiam absolutorū sumitur ab extrinseco, tu tamen solue dupliciter, & tertiū Aur. & illud Scot. ens, & unū conuertuntur. sed quælibet res est una sua entitate, & sic distincta ab alia, ergo a seipsa, hoc soluitur eadem distinctione, licet enim cuiuslibet rei principium distinctiuum sit intrinsecum, non tñ est necesse q. sumatur ab intrinseco, si est res relatiua, qualis est processio, & motus &c. Aduerte q. Capr. non inuenit hunc terminū, s. principiū distinctiuum sumptū ab extrinseco: cū tñ tale principiū sit intrinsecum, ideo argumēta Aur. & Scoti satis inuolute soluit. Tu igitur per talē distinctionem resolute solues, & postq̄ solueris oia argumenta Scoti præter quintū declarabis quô hæc consequentia ualet, supra quā fundat se B. Th. in q. de potentia q. 10. art. 2. ad 5. Motus sumit distinctionem a termino, ergo & processio, & omnis actio, hāc n. conatur infringere Scot. & est eius argumētū quintū, cōtra primā in Capr. ubi supra. Tu aût dices cū Capr. q. hęc consequentia, & similitudo tenet, non pp identitatem motus cum termino: sed quia motus dicit habitudinē potētialem ad ulteriorē gradū: & ideo necesse est, q. suum distinctiuum sumatur ab extrinseco: cum sit de genere eorū quæ respiciunt aliud: idem dico de processione, & omni actione, ut actio est.

Contra secūdā cōclusionem arguit Henric. probās q. distinguitur per principia formalia: sed hæc non est necesse soluere, nā B. Th. non negat quin sic distinguantur, sed dicit in q. de potentia ubi supra, q. hoc non sufficit, nisi aliud addatur, distinctio. n. rōnis non est sufficiens causatiua distinctionis realis.

Contra tertiā conclusionē arguit Sco. & Aur non intelligētes sensum B. Tho. credunt eum sentire quod ideo generatio & spiratio passiua distinguuntur aliter, quia una est ab uno supposito, uel a duob. & non alia rōne, sed hæc nō est mēs B. Tho. nā bene aduertit, q. esse ab uno, uel duobus non arguit productionē diuersarum rōnum necessario: potest. n. ignis A. esse ab vno igne, & ignis B a duobus, & tamē sunt duæ productiones eiusdē speciei. Itē ignis A. pōt esse idē numero, & a duobus si alter copuletur priori. & ideo argumēta Scoti q̄ laborant circa hoc non sunt soluenda. Sed dico, quod mens Beati Tho. fuit, quod distinctio, formalis, & realis processionum integratur ex tribus primo, distinctio formalis processionum prouenit ex distinctione formali principiorum, scilicet intellectus, & uoluntatis. Secūdo, distinctio realis processionum prouenit proxime

xime ex reali distinctione terminorum productorum. scilicet geniti & spirati. resolutiue autem termini distinguuntur realiter ex ordine originis inter eos, qui stat in hoc, quod genitus sit ab uno solo generante: Spiritus autem, ut amor sit a generante, & genito, non sub ratione generantis, & geniti, sed spirantiui, & propterea Beat. Thom. infra tenebit, quod nisi esset ordo originis inter filium, & spiratum, non distinguerentur realiter, & quia Scot. tenet oppositum, ideo tenet, quod se ipsis primo distinguuntur huiusmodi processiones, & sunt primo diuersę: cum tamen sit instantia aperta contra eum, quoniam conueniunt in processione, & in materialitate, & multis aliis. Hæc sufficiant quo ad distinctiuum diuinarum processionum.

ARTICVLVS IIII.

Vtrum processio amoris sit generatio.

Intellectus fit in actu per hoc quod res intellecta est in intellectu, sed Aduerte q ly, *in actu* sumitur pro actu secundo & ly, *similitudinem* sumitur pro specie expressa, quæ est terminus intellectionis, & dicitur uerbum; nam diximus supra, quod intelligere est esse intelligentis in esse cognoscitiuo, ergo per ipsum fit actu perfecte, & per consequens fit actu per uerbum ut terminum, in quo completur intellectio.

Voluntas autē fit in actu &c. vsque ibi, *in rem uolitam.* Aduerte quod ly, *in actu* stat pro actu secundo proportionaliter sicut in intellectu ly, *inclinatione* stat pro inclinatione actuali, quam diximus tractum uoluntatis ad rem uolitam, nam inclinatio habitualis est ipsa uoluntas, quæ se ipsa habitualiter inclinatur in obiectum uolitum, eo quod est apetitus, de cuius ratione est tendentia in alterum.

Non per hoc quod aliqua similitudo. Aduerte quod licet illa inclinatio non sit similitudo, tamen ad eam requiritur similitudo vt principium & causa talis inclinationis, mouens voluntatem in obiectum, & ideo ex 8. Ethico. similitudo est causa amoris.

Quia omne agens generat sibi simile. Contra ex hoc arguo, quod processio uoluntatis potest dici generatio, nam si omne agens generat sibi simile, sic omne agens agit sibi simile, sed uoluntas est agens, ergo.

Expositor respondet, quod non omne agens agit sibi simile, nisi principium quo agit sit res, si autem sit res, ut cognita non agit, quale est ipsum, sed quomodo uult, & quia principium, quo uoluntas agit non est res, ut res, sed ut cognita sicut diximus in art. præcedenti, ideo non sequitur intentum.

Tu tamen potes aliter respondere, quod non est eadem ratio de generante, & agente, quia de ratione generantis in uiuētibus est producere sibi simile ex diffinitione generationis data in art. 2. sed non est de ratione agentis ut agens est, producere sibi simile, ut patet de agēte æquiuoco. Constat autem quod Beat. Thom. sumit illam propositionem. *Omne generans.* &c. in eo sensu, quem proposuerat in 2. art. & ideo bene stat generās generare sibi simile in uiuentibus non tamen omne agens in uiuentibus agere sibi simile.

Processio autem, quia attenditur secundum rationem uolūtatis &c. vsq; in finem. Expositor accipit q si per illam inclinationē actualem fit uoluntas in actu secundo, q illa processio uoluntatis possit dici fieri secundum similitudinem, & per cōsequens erit generatio: nam sicut species expressa intellectus est secundum similitudinem, sic inclinatio actualis ipsius uoluntatis est ab inclinatione habituali: ergo est secundum similitudinem.

Ad hoc dico qđ hoc nō sufficit, sed esset necesse ut sicut species impressa, & expressa, est similitudo rei intellectæ sic utraq; inclinatio esset similitudo rei uolitæ, qđ nō est uerū & ideo processio uoluntatis non pōt dici fieri secundum similitudinem.

Et ideo, quod procedit per modum amoris, non procedit ut genitum. Aduerte q B. T. intendit ideo spiratum non esse genitū, quia generatio est secūdum similitudinem spiratio aūt secūdū inclinationem: ex quibus sequitur, quod utraque processio distinguitur sua propria ratione formali, & differentia intrinseca tam per similitudinem, & inclinationem, ut per prædicata quidditatiua distinguuntur, & sic uidetur quod distinguuntur se ipsis quia suis rationibus formalibus, cuius tamen oppositum determinauimus in art. 3. de mente B. Tho. in q. de potentia q. 10. art. 2.

Ad hoc dico, quod B. Tho. non negauit quin distinguantur seipsis. i. distinctiuo intrinseco: sed negauit, quod distinguantur se ipsis. i. quod illud distinctiuum ita sit intrinsecum, quod non sumatur ab extrinseco: & ideo nulla est contradictio.

Contra cōclusionē huius articuli sunt duo arguentes: prior est Aureolus in Capr. 1. dist. 27. quæst. 2. contra tertiam, probat. n. quod spiritus s. potest dici genitum; primo, quia non procedit ut amor, sed potius ut amans in esse donato. Secundo, dato, quod sit amor, est amor diuinus, ergo est similis producenti: patet consequentia: quia dicit B. Tho. infra, q. 35. art. 2. quod ratione amoris diuini est similitudo, & præterea amor est impressio secundum B. Tho. infra, in q. 35. art. 1 secundum quam amatum est in amante, sicut intellectum in intelligente, ergo sicut procedens ab intellectu potest dici genitum, sic procedēs a uoluntate.

Ad primum & secundum responde. ut Capreol. ad secundū autem tu responde, & dic, quod amor diuinus tripliciter consideratur: primo ut amor, & sic nō est similis, quia ut sic est inclinatio. Secundo ut amor diuinus, nec sic est similis, quia ut sic est inclinatio diuina. Tertio ut ille amor est ens diuinum, & sic est similis, quia ut ens diuinum est similis, & eiusdem naturæ cum producente, sed ex hoc non sequitur quod sit similis ex sua productione sicut est uerbum: B. Thom. autem cum dicit infra, quod de ratione amoris diuini est similitudo, intendit tantum in tertio sensu, & ratione uerbi est similitudo in primo secundo & tertio sensu, & ratione primi habet quod dicatur genitum, non autem ratione tertii.

Secundus arguens est Greg. in 1. dist. 13. q. 1. ubi allegat tres opiniones uolentes rationem assignare cur spiritus s. non potest dici genitus, & omnes improbat: tertia autem est B. Tho. & arguit contra eum dupliciter. primo, quia est æque incognitum nobis, spiritum s. esse amorem, sicut quod sit uerbum patris, & filii. Secundo, quia in Deo non distinguitur ex natura rei intelligere, & uelle, ergo conuenienter possumus dicere quod spiritus s. procedit per actum intellectus, sicut, & uerbū, & sic potest dici genitus.

Ad primū nego assumptū, immo ex doctoribus præcipue a B. Greg. quod spiritus s. amor est & ex Augustino de Trinit.

Ad secundum dico, quod licet non distinguantur ex natura rei, distinguuntur tamen ratione ex parte rei, cuius fundamentum est in Deo, & hoc sufficit. Suasit autem sibi Greg. hoc argumentum concludere, quoniam tenet quod attributa non distinguantur, nec ex natura rei, nec ex ratione, ut uisum est supra q. 4. artic. 2.

ARTICVLVS V.

Vtrum sint plures processiones, quam duæ.

Circa tit. ar. Aduerte, quòd hic quæritur de pluralitate formali, specifica, & reali, & non de pluralitate numerali tantum, nam infra in q. 41. art. 6. queret de pluralitate numerali personarum sub eadem specie, cum inuestigabitur utrum generare possit terminari ad plures filios.

Processiones in diuinis accipi non possunt. Aduerte quòd ratio huius fundamenti est hæc; si processio in diuinis esset secundū processionem ad extra, aut diuina essentia partiretur: nō enim producens & productum ad extra sunt eiusdem naturæ numero: sed tantum specie, ut patet in omnibus creatis, aut productū nō esset ens diuinum, sed creatura, ut ponit Arrius de filio Dei, ut ergo pductū remaneat cōsubstātiale, necesse est id fieri pductione immanēti, cuius terminus est intrinsecus pducēti.

Quæ manent in agente &c. Aduerte, quod ex hoc habes apud B. Th. esse de rōne actionis immanentis, ut sit subiectiua in agēti, ut in hoc distinguantur a transeunte, quia perfectio est subiectiue in eo, cuius est perfectio: actio immanens est pfectio agentis ex 9. met. aduerte q cōtrariū huius tenet Paul. Sonc. in 9. meta. q. 10. & probat dupliciter: primo sic sequitur, quod in Deo non sit actio immanens, quoniā nihil est in eo subiectiue.

Ad hoc dico, quòd sufficit hanc conditionalem esse uerā: si Deus intelligeret sicut intellectus creatus, suum intelligere esset subiectiue in eo. Secundo sic pōt Deus causare intellectionem lapidis, & imprimere illam in intellectu Socratis constat autem quod hæc intellectio esset actio immanens, & tamen nō est subiectiue in suo agente, qui est Deus, ergo &c.

Ad hoc dico duo: primo, quod illo casu dato, non est actio immanens, quoniam ut dicit B. Th. hic actio immanens manet in agente. dico secundo, quod illa intellectio, ut res, potest causari a Deo; non autem vt denominat Socratem intelligentem, ideo nego casum.

Nam sentire, quod etiam uidetur, vsque ibi *in sensum &c.* Aduerte, qđ actio simpliciter immanens ex parte obiecti requirit duo, primò, qđ nō sit immutatiua obiecti ad extra, sicut actio trāsiens immutat, saltē nō repugnat ei immutare: immanenti autem, ut immanens repugnat, tunc enim fieret transiens, unde visio, ut visio, & intellectio, non immutāt obiecta visa aut intellecta.

tellectu, secundo quod potentia operatiua non immutetur immediate ab obiecto exteriori: unde actio sensus interioris magis est immanens, quam actio sensus exterioris: & ideo, quia intelligere habet utramque cōditionem, similiter uelle: propterea sunt simpliciter actiones immanentes: sentire autem propter defectum secundæ medio modo se habet, non.n. hæc sensibilia immediate agunt in intellectu, sicut agunt in sensu.

Contra determinationem huius art. quæ stat in hoc, qđ psonæ diuinæ productæ producantur per actionem intellectus & uoluntatis, & non aliter insurgit Durandus, tenens qđ producūtur actibus naturæ secundæ uel ex ui naturæ secundæ, sed antequam soluā argumenta eius, declaro in quibus deceptus est: dico igitur, qđ in tribus. Primo quia credit in aliqua productione ipsam naturam esse principium proximum, quod nos negamus, immo est tantum principium primū ex diffinitione naturæ in 2. physico. proximum autem est uel potētiæ naturalis ut in rebus corporeis, uel intellectus & uoluntas in intellectualibus. Secundo non distinguit inter productionem transeuntē, & immanentem: nam in prima stat esse productionem, secluso actu intellectus & uoluntatis: non autem in secunda.

Tertio q̄a credit, qđ sicut natura est prior itellectu, sic actus naturæ sit prior actu intellectus ac per consequens productio prior productione: sed hoc est falsum, quoniam sunt causæ subordinatæ: quarum est una actio: non enim Sol prius producit hominem, quam homo, nec producunt hominem distinctis productionibus. Stantibus his, uidebis argumenta in Capr. in 1. dist. 10. q. 1. contra tertiam in secundo loco: ex quibus secundū iam sæpe solutum, supponit enim actionem immanentem nō esse productiuam, cuius oppositum sustinuimus in 1. art. similiter quartum non habet fundamentum, immo contradicit dictis sanctorum. Tu igitur solues resolute primum & tertium.

Primum est tale, actus naturæ secundæ couenit ipsi naturæ, secluso actu intellectus & uoluntatis: sed producere sibi simile in subiecto est actus naturæ secundæ, ergo &c.

Ad hoc concedo minorem, quando communicatur natura per actionem transeuntem, ut in corporalibus, nego autē eam quando communicatur per actionem immanentem, ut in proposito: nam ut sic natura non potest esse proximum principiū, nisi ut habet rationem intellectus & uoluntatis.

Secundum, *Qualis est ordo inter aliqua, distincta realiter talis est inter distincta secundum rationem* &c. Ad hoc dico, q̄ illa cōparatio potest esse uera, & falsa: uera quidem, si intelligatur inter distincta realiter, est ordo realis, sicut inter distincta secundum rationem est ordo rationis, sed hoc ad propositum nihil confert: falsa autem, si intelligatur, q̄ qualis est ordo inter distincta realiter, quo ad productionem, talis est inter distincta secundum rationem quo ad productionem: nam in primis seruantur productio quo ad actionem transeuntem, & ideo potest saluari ex ui naturæ, & ex potentia naturali, ut principio proximo secluso actu intellectus & uoluntatis, ut bene exemplificat Durandus de parte in humanis, & calorem distinctis autē secundum rationem, nō potest dari productio, nisi per actionem immanentem, cuius principium proximum est ipse intellectus & uoluntas, & ideo nō potest saluari ex ui naturæ precisē, nisi adiuncto actu intellectus si iterum instetur, quod sicut se habet natura ad intellectum, sic actus naturę ad actum intellectus, sed natura est prior intellectu, ergo actus naturæ est prior actu intellectus.

Respondeo negando minorem in ratione causalitatis, sunt enim ut duæ causæ subordinatæ, quarum productio est indistincta, & ideo uanum est comparare actum naturæ ad actum intellectus, cum sit unus actus sicut Solis, & hominis generātis patet igitur fundamenta Durandi esse in sufficientia.

QVAESTIO XXVIII.

ARTICVLVS I.

Vtrum in Deo sint aliquæ relationes reales.

PRO resolutione huius primi articuli, antequam ad literam deueniam, sex discutienda sunt, primo si aliqua relatio est realis, secūdo si relatio sufficiēter diuiditur per mutuam & non mutuam tertio quid requiritur ad mutuam: & non mutuam, quarto de fundamento relationis quotuplex sit: quinto de prædicamento relationis, an in se contineat omnem relationem realem, sexto de identitate uel distinctione relationis a fundamento.

Quantum ad primum facio tria, primo quod aliqua relatio est realis: hanc probabo, ut B. Th. in q. de potentia q. 7. ar. 9. eandem probat Greg. in 1. di. 28. q. 2. contra primam: eandem probat ad mentem philosophi Ioan. Baccon. in 1. di. 25. q. 1. artic. 2. ibi, *teneo cum Arist.*

Secundo ponenda est opinio Aureol. qui negat dari relationem realem, cuius argumenta etiā recitat Capr. in 1. dist. 30. q. 1. contra primam eius, tamen chimericam imaginationem & sensum eius opinionis uidebis in Ioan. Baccon. ubi supra, artic. 2. in principio.

Tertio declarata imaginatione eius, adducenda sunt argumenta eius, quibus arguit contra omnes tres modos: licet recitentur a Greg. & Io. Baccon. & Capr. omnes q; soluant modo suo: tu tamen sequere Capr. ut habeas responsiones Thomisticas: Præter omnia, quæ formantur contra primum modum, nota illud de similitudine, & æqualitate, & tenendo q̄ relatio non distinguatur a fundamento, dico quod Deus non potest conseruare qualitates, non conseruando similitudinem, quia sunt idem: tenendo autem quōd distinguantur, nego, quod omne prius possit conseruari sine posteriori, quando naturaliter concomitatur, & potest dici originari ab illo formaliter. Sic est in proposito: positis enim qualitatibus, naturaliter concomitatur similitudo, vel dissimilitudo.

Deinde nota illud de duplo, & triplo, & dic, quōd nō sequitur, quia illæ partes binæ non sunt aliter diuisæ: relatio autem realis requirit extrema actu: per idem patet an illud de toto, & partibus cum non sint distinctæ actu a toto.

Deinde nota quartum principale, & dic, quod unitas rationis naturæ communis stante diuersitate suppositorum in esse est fundamentum similitudinis, ita quod vnitas illa est fundamentum non præcisē, sed adiuta ex diuersitate suppositorum. Gregorius autem dicit, quōd res singulares, ut indistincte specialiter diuersæ sint numeraliter fundant has relationes: & hęc positio magis seruat realitatem fundamenti.

Inter illa, quæ format contra secundum modum, nota illud de paternitate quo probat, quod non habet productiuū, & dic cum Capr. quod producitur a patre, & etiā filio, quod tamen intellige per concomitantiam, sed aduerte, quod hæc responsio non placet Paulo Sonc. in 5. metaphys. q. 25. in responsione argumentum, & quidem quod filius non producat paternitatem in patre arguit sic, nullum agens naturale producit &c.

Ad hoc dico, quod supponit unum falsum. s. filiū causare paternitatem, actione propriē dicta, hoc non est verum, sed tantum causat per modum resultantiæ. Vnde de tali resultantia negantur omnes eius propositiones assumptæ.

Secundo arguit sic, uel filius producit eadem actione, qua pater, dico, quod eadē, & quod pr, & filius possunt dici modo suo duæ causæ partiales, & nego quin eadē actio possit esse a duobus agentibus partialibus, vt tractus nauis, nec eius ꝓbatio habet veritatem, nisi in agentibus localib. & præcipue disparatis.

Tertio arguit: agere præsupponit esse &c. dico quod hæc nō est vera vniuersaliter nisi secundum intellectum, & propterea non admittitur nisi in agere proprie dicto, & vlterius dico cū Greg. quod illa propositio non est vera nisi in consequentia: nā bene sequitur hoc agit, ergo est, & tamen non valet, hoc est, ergo agit, & hoc modo agere præsupponit esse. Quod autem pater non producat in se paternitatem, sic arguit. Quælibet productio prius &c. dico, quod hoc assumptum nō est uerum, nisi in agere proprie dicto, & in agente abstracto, vt ignis prius calefacit, quam rarefaciat, sic igitur sustine responsionem Capreol.

Deinde nota illud Aureoli, quo probat paternitatem non habere fundamentum reale permanens, & tu dic quod fundamētum est potentia generandi, vt fuit sub actu, & ille actus remanet in habitu vel virtute, & hoc sufficit. Et aduerte quod Capreol. non ad plenum soluit. Paul. autem Sonc. in eadem q. adducit idem argumentum & soluit, & negat actum generandi esse fundamentum, non tamen adducit, quod sit illud fundamentum: ideo non satisfacit.

Inter argumenta contra tertium modum nota illud de sciētia & obiecto quo sic arguit: ens reale non dependet a non ente &c.

Ad hoc Gregorius, & Ioan. Baccon. negant maiorem in respectiuis, & dicunt quod sufficit illam rem possibilem esse. Capreol. dicit, quod relatio realis non saluatur nisi existente obiecto, ita quod si est scientia de obiecto in esse quidditatiuo, & obiectum non existat, erit tantum relatio rationis, tu tamen potes dicere, quod est relatio realis, potentialis, vel aptitudinalis, prout obiectum illud potest existere, & hoc melius est.

Quantum ad secundum dico, quōd sufficienter diuiditur genere, vel in vtroque extremo est idem fundamentum specie,

cie, sic est mutua primi modi, vel in utroque extremo est fundamentum secundum mutuam inclinationem, sic est mutua secundi modi, uel est fundamentum tantum in uno extremo, uel licet sit in utroque, non tamen est inter ea mutua inclinatio ex natura rei, nec mutua dependentia secundum perfectionem, sic se habent Deus, & Creatura, & sic est nõ mutua & est tertius modus, & hæc excipio a Capreolo in 1.dist.30. q.1.ad 2.Aureoli contra secundam conclusionem.

Quantum ad tertium, ꝙ tria requiruntur in mutua, primo ꝙ extrema sint actu distincta secundo, qđ in utroq; extremo sit fundamentum per quod extrema rei mutuo referantur, tertio ꝙ sint eiusdem ordinis, quod non est exponendum eiusdẽ generis, vt putat Areol. nos dicere: nam inter cœlum, & lapidem producta est mutua relatio secundi modi, tamen non est eiusdem generis ex 10.metaphysic. sed exponitur sic, dicuntur esse eiusdem ordinis, quando in vtroque extremo est fundamentum eiusdem rationis vt in primo modo vel mutuo se perficiunt, & hoc est commune cuilibet agenti, & passo naturali, inter quæ est actio media, ex qua prouenit aliqua perfectio agenti & passo. Ad non mutuam autem requiritur tantum prima conditio, & ꝙ fundamentum sit saltem in uno extremo, & hoc sufficit. Ex his uidebis soluta argumenta Aureoli in Capr. 1.dist.30 q.1. contra secundam.

Quantum ad quartum dico, quòd uel possumus loqui de modis fundamenti vel de entitate sua, si primo modo, sic sunt tantum duo modi. s. modus quantitatis, qui constituit primum modum, & modus actionis, uel potentiæ constituit secundum modum. Si vero loquamur de entitate fundamenti sic dico, ꝙ substantia fundatur, vt in creatione, in distinctione substantiali numerali, & specifica, similiter quantitas fundatur, vt in æqualitate, & qualitas, vt in similitudine, & actio, vt inter agens, & passum, & potentia actiua, & passiua, vt inter calefactiuum, & calefactibile, de quibus omnibus dicemus infra.

Quãtum ad quintum. Aduerte, quòd Paul. Sonc. pertractat hoc in 5. metaphy. q.32. & tenet disputatiue partem affirmatiuam, tu autem sine dubio tene eandem, & ratio huius est, quia ens finitum sufficienter diuiditur in decem prædicamenta, nec huic conclusioni est aliqua obiectio forte nisi quia si teneatur fundamentum identificari relationi, sequitur substantiam esse in prædicamento accidentis, cum prædicamentum relationis, sit prædicamentum accidentis. sed quod hoc non obstet declarabitur in 6. proposito cum agemus de fundamento, & relatione.

Maior ratio eorum, qui tenent oppositum est hæc: relatio quæ continetur in prædicamento relationis fundatur in accidente: ergo quæ fundatur in substantia, erit transcendens.

Sed hoc non cogit, quia non est necesse relationem prædicamentalem fundari in re, quæ sit accidens, sed quæ habeat modum accidentis, puta quantitatis, vel actionis, sic substantia fundat relationem vt induit modum vnitatis vel potentiæ actiuæ aut passiuæ, ut dicemus in 6. proposito.

Quantum ad sextum, aduerte, ꝙ proprius locus discussionis est in ar.2. huius q. in respon. ad 2. & ideo differendum est donec illuc perueniamus.

In his quæ dicuntur ad aliud &c. vsque ibi, *& non secundum rem* videtur, ꝙ hæc comparatio quam facit de relatione, ad alia genera, falsa sit, aut non recta, nam si B. Th. recte cõparare vult ad aliquid quantitati, & qualitati & aliis prædicamentis, ergo sicut accipit quantitatem pro genere i. prędicamento, similiter qualitatem, sic ly, ad aliquid, accipit pro prædicamento relationis, ergo vel comparatio non est recta, vel dicet falsum, quoniam nullum ens rationis est in prædicamento.

Respondeo, ad aliquid, & alia prædicamenta dupliciter considerantur, primo, quo ad suam propriam rationem formalem, qua ab inuicem formaliter distinguuntur, secundo quo ad rem significatam, cui talis ratio applicatur, primo modo relatio non dicit aliquid reale, sed abstrahit: alia autem prædicamenta ex sua ratione formali, dicunt ens reale secundo modo tam relatio quam alia prædicamenta dicunt aliquid reale. In art. Bea. Tho facit comparationem iuxta primum modum, & non iuxta secundum, vt patet in litera: dicit enim *alia genera, ut quantitas secundum proprium ratione dicunt aliquid reale &c.* vnde ad argumentum dico, ꝙ comparatio est recta, & non dicit falsum, & cum probatur, quoniam nullum ens rationis est in prædicamento: dico quod fit transitus a notione formali ad rem significatam, ideo non valet.

Quod non inuenitur in aliis generibus. intelligas sic quod nõ inuenitur in aliis generibus simpliciter, licet inueniatur diminute ex sua ratione formali, nam relatio rationis ex suo formali, s. ly, ad aliquid, est simpliciter relatio: sed substantia intellecta nõ est simpliciter substãtia, similiter in aliis: sicut homo imaginatus non est simpliciter homo.

Significat aliquid alicui inhærens. Contra actio ex suo formali non significat aliquod inhærens sed egressum. Respondetur ꝙ B. Tho. hic loquitur proprie de prædicamentis absolutis: sex autem principia ex suo formali sunt respectiua, & ideo idem iudicium est de eis, sicut de relatione, quod s. quo ad modum significandi qui est modus respectiuus non dicunt aliquid reale, sed bene quo ad rem significatam.

Aliquando vero respectiuus significatiuus per ea &c. usque ibi *ad genus.* Ex his videtur tenere B. Tho. quod omnis relatio sit per opus solius intellectus, contra quod arguit Scot. in 1. dist. 45. uoluntas habet pro obiecto existens & non existens, quod potest comparari ad aliquod ad quod ex natura rei non comparatur, ergo potest causare relationem rationis.

Respondeo illa relatio non erit actualis, nisi actu apprehendatur ab intellectu comparante: quoniam esse entis rationis stat in intelligi. & ideo ratio Scoti concludit quod erit tantum causaliter a uoluntate, sicut etiam dexteritas columnæ causatur a mea potentia motiua sic ordinata ad columnam, sed istæ relationes nunquam fient actuales, nisi intellectus apprehendat eas & comparet extra adinuicem.

Cum aliquid procedit. Aduerte quod Herueus in 1. dist. 26. q. 1. art. 1. circa finem adducit rõnem formalem ad hanc cõclusionem, & stat in hoc extrema sunt distincta actu, quæ sunt pater, & filius, fundamentum est reale in utroque s. essentia: ut principium cõmmunicatiuum in patre, & essentia ut communicata in filio, & extrema sunt eiusdem ordinis naturæ diuinæ, & se mutuo ex natura rei respicientia, ergo inter ea est relatio realis mutua, quæ est relatio producentis & producti.

Pro rñsione ad primũ: vide in 1. dist. 26. art. 1. ad secundũ ubi est clarior responsio, ad quę accedit expositor si bñ cõsiderabis.

Pro rñsione ad quartum scias, qđ triꝑliciter relatio põt consequi oppositionẽ intellectus: primo cõparãdo intellectum ad rem intellectam & quidem si intelligat seipsum relatio rationis, quoniam extrema sunt indistincta: si uero intelligat aliud, ut terminat scientiam, uel actum intelligendi, est relatio realis non mutua, secundo comparando rẽ intellectã alteri intellectæ: ut hominem animali, sic est relatio rationis penitus. tertio comparando intellectum ad uerbum productum, sic est relatio realis mutua, qualis est inter producens, & productum.

ARTICVLVS II.

Vtrum relationes sint ipsa essentia diuina.

Circa hunc ar. quoniam habemus agere cum Scoto, qui tenet qđ cum identitate reali inter essentiam & relationẽ stat distinctio non solum rationis, sed etiam ex natura rei: pro vniuersali ergo resolutione, sic procedam, primo præmitto omnes distinctiones, quas tenent Scotistæ: secundo quæram si cũ identitate reali inter essentiã & relationẽ stat distinctio ex natura rei, tertio quærã si hæc identitas est cõuertibilis, uel non.

Quantum ad primum, aduerte, quod Stephanus Brulifer in tractatu formalitatum ponit septem distinctiones, prima distinctio rationis est illa, quæ fit per intellectum collatiuũ præcise, vt Socrates est Socrates: nam Socrates in prædicato differt a seipso ut posito in subiecto, dicit autem præcise ut excludat distinctionem rationis, quæ est ex parte rei ratiocinabilis, quam putat esse eandem cum distinctione ex natura rei.

Secunda distinctio ex natura rei est, quæ est inter duo extrema, de quib. verificantur prædicata contradictoria præter opus intellectus, & talis distinctio est inter totum, & partes, nam totum est constitutum, & non constituens, partes autem constituentes, & non constitutæ.

Tertia distinctio formalis est, cũ aliqua duo nõ sic se habent qđ unũ prædicatur de altero in primo modo per se, sic subiectum, & proprietas distinguuntur formaliter qm̃ proprietas ꝑdicatur de subiecto non in primo, sed in secundo modo per se.

Quarta distinctio realis est inter duo extrema, quorũ unum potest ab altero separari saltem per diuinam potentiam, ut subiectum, & accidens absolutum.

Quinta distinctio essentialis est inter duas essentias, quarum põt ab alia, altera separari, ut Socrates, & albedo eius, & nota ꝙ licet in creaturis sint qualis prædicationis distinctio realis, & distinctio essentialis, non tamen in diuinis, quoniam licet personæ diuinæ distinguantur realiter, non tñ essentialiter.

Sexta distinctio se totis subiectiuè est cũ duo extrema sunt distincta realiter, & actu existunt, nec possunt in uno conuenire, ut duo indiuidua eiusdem speciei, & quęcunque oppositionem habent, & hæc distinctio est alia a distinctione reali, quoniam in illa sufficit separatio potentialis, in hac autem requiritur

uitur actualis, unde anima & corpus licet distinguantur realiter, non tamen se totis subiectiue, quia conueniunt in uno supposito.

Septima distinctio se totis obiectiue, est, cũ duo extrema nõ conueniunt in uno conceptu quidditatiuo, ut duæ differentiæ specificæ, & ens, & non ens, & secundum uiam Thomisticam duo prædicamenta, Deus, & creatura, quæ in nullo conceptu quidditatiuo uniuoco conueniunt, hæc est summa distinctionum apud Scotistas.

Quantum ad secundum, Aduerte, ut patet in art. ibi, *& non differunt nisi secundum intelligentiã rationum &c.* mens B. Tho. est quod tantum ratione differant, quia apud eum non datur distinctio nisi aut realis, aut rationis: ab omnibus autem conceditur, quod non distinguitur realiter, ergo ratione, & quia apud Scotum inter distinctionem realem, & rationis, datur distinctio ex natura rei, ideo pro opinione Scoti dico tria, primo distinctionẽ de distinctione ex natura rei, secundo arguo contra Scotum, tertio soluam rationes eius.

Aduerte igitur, quod distinctio ex natura rei, potest intelligi esse duplex, prima actualis: ita quod dentur duo, quorum unum est actu distinctum ab altero ante omne opus intellectus: secunda uirtualis, ita quod sit talis res, quæ ut fundat unũ conceptum partialem per respectum ad intellectum creatum, non fundat alium, & sic dicitur res distingui a se ipsa, correspondẽter & dicitur distinctio rationis ex parte rei, dico autem conceptum partialem, quoniam totalis, uel adæquatus diuinæ essentiæ, est tantum unus, & illum conceptum tota essentia, & totaliter sumpta fundat. Ex hac distinctione, Aduerte quod Scotus sumit distinctionem ex natura rei in primo sensu, ut declarabitur ex eius rationibus, nos autem negamus, & concedimus in secundo, eamque uocat Beat. Thom. in 1. distinctio. 3 rationis, ex parte rei rationabilis. Post a distinctione distinctionis ex natura rei, arguo contra Scotum, quod non distinguatur essentia & relatio ex natura rei in primo sensu, & arguo quadrupliciter, supponendo illas proprietates quas dicit distingui ex natura rei ab essentia, esse realitates uel entitates.

Primo essentia diuina est esse quod fundat, ad quod non dicitur relatiue, sed fundat proprietates, ergo est proprietas. ergo non distinguitur ab eis ex natura rei: probatur consequentia, quoniam quod distinguitur aliquo ex natura rei, non est illud ex natura rei.

Secundo, ex quibuscunque & qualitercunque distinctis ex natura rei est aliquid unum, alterum eorum est actus, alterum de potentia: hæc propositio est Scoti in 1. distinct. 33. quest. 2. in reportationibus Parisiensibus, sed secundum te persona est quid unum ex essentia & proprietate distinctis ex natura rei, ergo alterum est potentia, alterum est actus, quod repugnat summæ simplicitati, ergo &c.

Tertio, pater habet aliquam entitatem communicatam filio, & aliquam non communicatam: ergo istæ entitates sunt actu plures: ergo persona patris non est simpliciter simplex.

Quarto, omnis res qualitercunque distincta ab alia, uel est informans, uel est informata, uel subsistẽs per se: hæc est Scoti ubi supra. uide has rationes in Gregorio, in 1. distinct. 33. q. 1. ar. 1. ibi *his non*.

Vltimo restat soluere rationes Scoti, quas adducit Cap. in 1. dist. 33. quæst. 1. contra tertiam.

Prima, pater ante omne opus intellectus habet in primo signo originis &c. Respondeo negando minorẽ, & dico quod ad tollendam contradictionem sufficit distinctio rationis ex parte rei, præcipue, quando res illa æquipollet duobus specifice distinctis, ut idem punctus signatus in linea æquipollet principio & fini, ex consequenti principio & non principio.

Secunda, illud, quod secundum aliquid sui &c. Respõdeo. Capr. negat maiorem, & dicit non esse inconueniens quod idem sit principium conuenientię & disconuenientiæ in diuerso genere, sed diuersa ratione, nam essentia ut essentia, est principium conuenientiæ essentialis, sed essentia ut relatio, est principium disconuenientiæ relatiuæ.

Tertia, beatus intuendo Capreo. dicit quod uidet ea, ut indistincta, sed tamen, ut potentia fundare diuersos conceptus respectu intellectu creati, & sic magis distinguitur quam per modos concipiendi, hæc enim distinguuntur solum ex parte intellectus, illa autem distinguibilia sunt ratione ex parte rei.

Quarta, dicit Augustinus &c. Capr. concedit, quod est aliquid ratione distinctum, sed non ex natura rei in primo sensu.

Quinta, quia Augustinus &c. Capr. dicit non eodem formaliter, sed tamen eodem realiter, & est natura rei.

Quantum ad secundum principale propositum, utrum essentia & relatio sint idẽ conuertibiliter: ergo tunc sunt æqualis prædicationis: quod est falsum, nam filiatio est essentia, non tamen filiatio est paternitas. Si inconuertibiliter, tunc insurgit Aureol. in Capre. dist. 33. quæst. 1. post responsionem argumentorum Scoti contra tertiam conclusionem, & quoniam tenemus, quod sunt idem inconuertibiliter, & ideo pro responsione ad argumenta Aureoli præmitto tria notanda.

Primum aliquid est inconuertibile alteri, quia est inadæquatum ei, & excedens etiam, & maius secundum rem, & primum se habet ut totum, secundum ut pars. & hoc modo non est inconuertibilitas ibi cum essentia sit simplicissima & relatio. Est autem aliquid inconuertibile alteri, quia unum comparatum alteri se habet, ut commune prædicatum, alterum uero ut proprium, licet sint idem re: sicut animal & homo dicuntur idem inconuertibiliter, quia non sunt æqualis prædicationis: & hoc notando uidebis soluta 1. 2. 3. 4. 6. septimum Aureoli.

Secundum notandum: aliud est, duo relatiua dici ad conuertentiam, aliud esse conuertibilia, nam primum significat, quod mutuo se referunt, ut essentia est idem paternitati, & e conuerso. secundum significat æqualem prædicationem, quæ non seruatur in omnibus etiam relatiuis. Nam licet genus, & species dicantur ad conuertentiam, non tamen sunt æqualis prædicationis, & per hoc solutũ uidebis argumentũ quintum.

Tertium notandum. ideo essentia est commune prædicatum quia ex sua infinitate æquipollet omni cõtento in Deo, & quia relatio ut relatio, non est formaliter infinita, nec primo nisi ut est idem essentiæ: ideo ex se non habet, quod æquipolleat omni contento in Deo, & propterea non est commune prædicatum ut essentia, & per hoc solutum uidebis argumentum 8. Argumentum quod formatur de prædicatis contradictoriis, & est 6. in ordine, non ualet in re simplici, stante distinctione ex parte rei.

Quod autẽ per hoc non infringitur ars syllogistica, nec primum principium, ut putat Aureolus in eodem loco, & sunt duo eius argumenta ultima, declarabitur in artic. 4. huius q. in responsione ad primum.

In responsione ad secundum, in artic. propter illam propositionẽ, *id quod inuenitur in creatura præter* usq; ibi, *una res est*. Videtur multis, quod relatio sit distincta a fundamento, & quoniam supra reliquimus id pertractandum hic, ideo ut uideatur diuersorum sententia, & nostro iudicio aliquid determinetur, sic procedam, primo propono uarias de hoc sententias, secundo intendo sequi mentem Heruei, & declarare id esse cõsonum philosopho, & comm. tertio soluam rationes quæ sunt contra mentem Herue, quarto exponam aliqua dicta, & philosophi, & B. Th. in quibus tenentes oppositum fundant se.

Quantum ad primum, aduerte quod sunt tres sententiæ solemnes, duæ extremæ, tertia media, extrema prima est Capr. in 1. dist. 30. quæst. 1. art. 1. & expositoris in præsenti art. isti tenẽt omnem relationem realem esse distinctam a fundamento, & hanc esse mentem B. Tho. extrema secunda est Heruei, & Gregorii: isti tenent sententiam contrariam, tertia media est Scoti, qui in 2. dist. 1. q. 5. & in quodlibet q. 2. tenet omnem respectum extrinsecum distingui a suo fundamento: ex quo enim separabilis est quia extrinsecus secundum doctrinam ipsius distinguitur realiter. respectum autem intrinsecum ponit esse eundem, sed hanc pro nunc dimittimus, quoniam controuersia hæc uersatur inter Thomistas, ideo uidendum est quid sit ad mentem B. Thom. an. 1. an. 2. Sic enim loquitur ut uideatur in diuersa trahi.

Quantum ad secundum quod ut dixi intendo sequi mentem Heruei, quam reputo esse mẽtem B. T. primo pono distinctionem de relatione, deinde ad conclusionem adduco rationem.

Distinctio est hæc, relatio dupliciter consideratur, ut notat Herueus in 1. di. 3. q. 2. art. 1. uel quantum ad id, quod dicit in recto, & intrinsece. sic est idem cum fundamento: hæc enim est identice, albedo est similitudo, secundo quantum ad id, quod dicit in obliquo ex connotato qui est terminus, sic distinguitur realiter, nam fundamentum non includit terminum, relatio autem cum sit ad alterum, includit ipsum. Quod autẽ relatio in primo sensu sit idem cum fundamento re, non quidem formaliter, quoniam fundamentum est ad se, relatio autem ut relatio ad alterum, probabis per rationem Heruei, ubi supra, fundata in 5. physicor. & sic incipit in Herueo. *Hoc autem non uidetur mihi posse stare.* Aduerte quod expositor hic conatur soluere rõnem Heruei: & dicit quod relatio est incomplete in fundamento, & quod cõpletur ex sola positione termini, & sic põt aduenire de nouo sine mutatione eius, in quo est, & adducit exemplum de actione, quæ ponitur ex sola positione passi.

Sed contra de relatione actiua ante terminum, uerum est dicere quod non est actio in subiecto secundum ipsum, & post

positionem termini est actu in eo, ergo mutatum est subiectũ, cum se habeat aliter, quam prius ex positione termini, exemplum autem quod adducit de actione, nõ iuuat: nam ideo posito passo, sequitur actio, quia productiue est ab agente, & recipitur in passo, sed relatio nõ est producta in subiecto & recepta in termino: ideo non est simile.

Quod autem hæc uia sit secundum philosophum, & Commentatorem, vide Ioan. Bacco, in 1. distin. 28. q. 1 3. ubi probat hoc ex quatuor.

Primo ex Commẽtatore in de substantia orbis & in primo physicorum com. 70. de potentia materiæ.

Secundo quoniam philosophus 5. physicorum com. 10. peteret principium, si non essent idem.

Tertio de habitu in 7. physicorum. com. 17.

Quarto de inhærentia accidentis in 7. met. text. 5.

Quantum ad tertium pro solutione rationum fortiorum quæ militant contra hanc, nam præmitto tres distinctiones.

Prima de distinctione prædicamentorum, & dico quod prædicamenta, ut res, non est necesse, ut distinguantur realiter, aliter actio & passio non essent duo prædicamenta: ut prædicamenta autem, idest ut stant sub ratione formali, necesse est ꝙ distinguantur formaliter, ita quod sub una ratione formali res una non ponitur in distinctis prædicamentis.

Ex hac distinctione videbis solutam rationem illam, relatio & fundamentum, sunt in duobus prædicamentis, ergo res duæ: patet quod consequentia non ualet, sed sufficit quod una res sub distinctis rationibus formalibus sit in distinctis prædicamentis, & si iterum arguitur: quoniam ex 9. metaphysic. distinctio entis in decem prædicamenta est distinctio entis realis: ergo quodlibet prædicamentum est ens reale, ergo sunt decem res: ergo omnia prædicamenta distinguuntur realiter.

Respondeo concedo vsque ad hanc consequentiam. ergo sunt decem res, hæc enim potest habere duos sensus: prior est sunt decem res, quia omne prædicamentum signatum est res, & sic consequentia est uera, sed nego ultimam. secundus est, sunt decem res, quia omne prædicamentum signatum comparatum alteri est res, & distincta res, & sic nego consequentiam. quam si concederem, necessario sequeretur ultima: exemplum habemus in perfectionibus diuinis, nam de qualibus uerificatur quod est res, non tamen sunt distinctæ res, sed sufficit quod distinguantur rationibus formalibus.

Secunda distinctio relatio potest comparari ad subiectum, & ad fundamentum: si ad fundamentum non distinguitur realiter, nisi ex connotato, si ad subiectum iterum distinguo, quia vel fundatur in accidenti, sic distinguitur realiter a suo subiecto, sicut distinguitur accidens fundans: si in substantia, dico quod non habet subiectum, sed est ipsum subiectum, ut creatio passiua est ipsa creatura identice: ex hac distinctione euacuabo rationem expositoris fundatam super B. Thom. hoc in responsione.

Tertia distinctio accidens est duplex, primum ut inhærens: secundum ut id, quod est extra rationem alicuius: quantum ad primum modum aliqua relatio est accidens ut fundata in qualitate, aliqua non, ut relatio fundata in substantia, quantum ad secundum modum: omnis relatio est accidens respectu sui fundamenti: quoniam est extra rationem suam, non enim de ratione albedinis est similitudo, ex hac distinctione solues rationem, quam allegat Herueus primo dist. 3. quæst. 1. art. 1. ibi ad rationem &c.

Quãtum ad quartum scias, quod expositor adducit plures authoritates Beat. Thom. quibus uidetur concludi relationem distingui a fundamento, prima est hic in articulo in responsione ad secundum in primo dist. 33. q. 1. art. 1. & clarius quam hic, dicit enim in prima parte, quod est alia res præter id, quod continetur.

Ad hoc dico, quod Beat. Thom. comparat relationem, non ad fundamentum, sed ad suum subiectum, quod signatur nomine relatiuo, & concedo quod comparata suo subiecto est alia res, dummodo sit fundata in accidente, puta in potentia actiua uel actione, & hoc dico, quoniam si fundantur in substantia, ut prædixi, non distinguitur nec a fundamento, nec a subiecto: unde aduerte quod Beat. Thom. in 1. distinctio. 33. quæstio. 1. articu. 1. in fine corporis non loquitur nisi de relationibus consequentibus actionem creatam, quæ distinguuntur a subiecto, quod est substantia, non tamen tales relationes distinguuntur ab actione in qua fundantur, & quod sit mens eius loqui de relationibus, quæ fundantur in actione, patet ex hoc, quod proportionaliter loquitur de relationibus diuinis consequentibus diuinam actionem immanentem. Authoritas quam adducit ex quæstio. de potentia debet intelligi, & non potest saluari nisi de distinctione formali, aliter actio, & passio non essent duo prædicamenta. Authoritas quæ dicit omnem relationem in creaturis esse fundatam in substantia non debet intelligi nisi de accidente secundo modo: nec idest extraneum a doctrina Beat. Thom. nam esse creaturæ apud ipsum est accidens, quod utique non est uerum nisi de accidente secundo modo. Authoritas etiam philosophi in 12. metaphys. ponentis distinctorum prædicamentorum. distincta principia, quomodo non concludat intentum licet expositor in plurimum ponderet vide Ioan. Baccon. in 1. distinctio. 28. quæstio. 1. articul. 4. ibi *ad primum diceret*: & tu uide signanter in 12. metaphys. quæstio. 9. hæc sufficiant pro relatione & fundamento.

ARTICVLVS III.

Vtrum relationes in Deo distinguantur.

EX *eo, quod alicui attribuitur*, vsque ibi, *rationalis*. Aduerte quod ly, *omnia sunt de ratione illius*. debet intelligi de his quæ sunt de ratione formali, & absolutissima & non de ratione contracta, quod ut tale in tali natura inuenitur: hoc dico, quoniam in nomine principii, prout est in creatura contractum importatur prioritas, & tamen non est in Deo, ut dicemus infra: quoniam prioritas non est de ratione principii, ut principium est, sed de ratione relationis est oppositio ut relatio est: ideo &c.

Secundum quam aliquid alteri opponitur relatiue. Aduerte, ꝙ secundum Beat. Tho. quod oppositio relatiua differt in duobus ab aliis oppositionibus, & quia illa duo non dicunt imperfectionem, ideo hæc oppositio seruatur in Deo, quæ sint illa duo uide in quæstione de potentia conclusione 7. articul. 8. ad quartum.

Oportet ergo quod realiter sit ibi opposita &c. Aduerte quod B. Thom. supponit ex præcedẽtibus relationem intrinsece esse in Deo consequentem actionem immanentem, ita ꝙ vtrumq; correlatiuum est in Deo, quia pater est Deus, & filius Deus, & ideo bene sequitur quod oppositio relatiua sit in Deo, quantum autem ad relationes ad extra ut dominus non est necesse oppositionem esse in Deo, quoniam unũ extremum est Deus: alterum autem extra Deum.

Vnde oportet quod in Deo sit distinctio vsq; ibi, *pẽ relatiuã &c.* Aduerte quod relationes diuinæ dupliciter possunt comparari. Primo ad essentiam sic non sunt plures, nec distinctæ realiter, quia essentia diuina est omne, quo fundat, aliter non esset simplicissima. Secundo inter se sic sunt distinctæ realiter, & Beat. Thom. intendit sic probare: formaliter in Deo est relatio realis ex primo articulo, ergo oppositio realis, probetur consequentia, quid de ratione relationis est respectus unius alterum, ergo oppositio quia in hoc consistit oppositio relatiua, tunc sic, est oppositio realis ergo distinctio realis, quia distinctio est de ratione oppositionis, cum nihil sibi opponatur, ergo in Deo est realis distinctio relationum.

In responsione ad secũdum: *Quæcunque uni sunt eadem &c.* Aduerte quod Capreol. in 1. dist. 2. q. 2. in prima conclusione hanc tripliciter exponit; inter quas pono duas, & ego addo tertiam quæ nunquam fallit.

Prima quæ duo sunt eadem tertio ita quod utrumq; sit de ratione tertii, sunt eadẽ inter se, ut Socrates, animal, homo, ex quo sequitur quod si duo sunt eadem tertio, & non sunt de ratione tertii: non sunt eadem inter se, ut motus, actio, & passio, essentia, filiatio, paternitas.

Contra hanc arguit Aureol. Qualis est unitas extremorum in medio, talis est inter se, sed paternitas, & filiatio sunt eadem realiter essentia: ergo sunt eadem inter se, quod tamen est falsum. Capreol. negat maiorem, similiter expositor & dicit Capreol. quod non tenet, nisi duobus seruatis. s. uel quod identitas extremorum in tertio sit conuertibilis identitas, qualis non seruatur inter relationes & essentiã ut diximus supra; uel quod replicetur ipsum medium, sic paternitas est eadem essentia & filiatio eadem essentia: ergo filiatio est paternitas secundum essentiam, & sic non sequitur inconueniens, si ly, secundum essentiam ponit in conclusione.

Secunda, quæ duo sunt eadẽ tertio, ratione illius quo sunt eadem inter se, & non plus, ut actio, & passio, & motus, nam quia identificatur motui, ideo in ratione motus sunt eadem inter se, sic etiam quia paternitas, & filiatio identificantur essentiæ, ideo in ratione essentiæ & non plus identificantur inter se, non tamen sequitur quod si sunt eadem essentiæ essentialiter, & realiter, quod sint idem realiter inter se, quoniam comparatæ essentiæ non habent oppositionem, sicut comparatæ adinuicem.

Tertia

Tertia quam ego adduco, est hæc, illa regula ualet: quoties extrema ut respiciunt medium & ex se inuicem non habēt oppositionem, quod si ut respiciunt seinuicem habeant oppositionem, nunquam ualet absolute, & simpliciter ratione primi ualet, hic homo est animal, Socr. est animal, ergo Socrat. est homo. ratione secundi non ualet, quoniam Socrat. & homo non sunt opposita ex suis rationibus formalibus ratione secūdi nō ualet, hæc nigredo est color, albedo est color, ergo albedo est nigredo, quoniam sunt contrariæ, sicut non ualet hæc, actio est motus passio est motus: ergo actio est passio, quoniam dicunt rationes formales oppositas: sicut non ualet, in Deo paternitas est essentia, filiatio est essentia, ergo filiatio est paternitas, quoniam sunt duæ species relationis disparatæ oppositæ, & quoniam in simili materia solent formari multæ sophisticationes per syllogismum expositorum, ut notat Capreol. ubi supra, & per regulam antepraedicamentalem, quando alterum de altero prædicatur, ideo quo ad syllogismum expositorium aduerte, quod non ualet in Deo, nisi in terminis essentialibus, non autem in personalibus, quoniam ly, Deus respectu terminorū personalium non est singulare sumptum singulariter, immo est communis, sub se continens plura supposita, & hoc solum est repetibile in Deo. Illa aūt regula ante prædicamentalis non ualet de forma, nisi in prædicatis, quorum unum est superius essentialiter ad alterum, ut in linea prædicamentali, uel quando tres termini sunt conuertibiles: patet autem, quod istæ conditiones non seruantur inter paternitatem, & filiationem & essentiam. Quomodo autem non infringatur primum principium Capreol. sufficienter determinat, ubi supra, & nos infra id resoluemus.

ARTICVLVS V.

Vtrum sint tantum quatuor relationes.

S*ecundum philosophum in 5. metaphysic.* usque ibi *& uniusmodi &c.* Aduerte quod prima diuisio relationis est p mutuā & non mutuam quæ est tertii modi. quæ nunc definitur: nec de ea mentionem facit B. Thom. quoniam proposito non deseruit, loquimur enim de relatione intrinseca in Deo, quæ est mutua ex supradictis, relatio autem mutua apud philosophū diuiditur in relationem modo unitatis, uel numeri, & hic est primus modus, & in relationem modo potentiæ, siue nudæ, siue uestitæ actu, nudæ quidem ut calefactiuum, & calefactibile. sub actu, ut calefaciens, & calefactum in præsenti, uel in præterito, ut pater, & filius, & hic est secundus modus,

Relatio omnis fundatur super quantitatem, uel super actionē uel passionem &c. Aduerte quod propositio philosophi intelligitur quantum ad modum fundandi, & non quantum ad rem fundātem, ut declarauimus supra, & Bea. Thom. exposuit sic in 5. metaphysi. c. pe. Ad aliquid.

Cum autem quantitas non sit in Deo &c. Aduerte quod licet quantitas non sit in Deo, tamē modus quantitatis est in Deo: quia quanta est potentia, & perfectio patris, tanta est filii. unde infra, su p talem quantitatis modū assignabiliter, dat̄ æqualitas diuinarum personarum, tamen super talem modum non potest fundari relatio realis mutua, de qua nunc est sermo, quoniam cum paternitas, & filiatio sint distinctæ realiter, & relatio trahat distinctionem a fundamento, est necesse, quod fundamēta paternitatis, & filiationis sint distincta realiter, potentia autem patris non distinguitur realiter a potentia filii, ideo licet illa potentia habeat modum quantitatis, tamen ex sua unitate non potest fundare distinctas relationes.

Vnde relinquitur quod relationes reales. usque ibi, *sed &c.* Aduerte quod B. Thom. in 1. d. 26. q. 2. art. 1. uidetur tenere, quod fundantur super naturā diuinam. i. essentiam dicit enim paternitas, & filiatio habent fundamentum in re. s. ipsam naturam diuinam, ergo non fundantur super actionem, ut dicit hic.

Respondeo totale fundamentum diuinarum relationum nō est essentia præcise, aliter non distinguerentur realiter cum essentia, ut essentia sit penitus indistincta, nec sunt diuinæ actiones præcise, quoniam sibi ipsi contradiceret hic, & in primo senten. sed est diuina natura sub actione, & passione. puta in patre, ut eam communicat filio, fundatur paternitas in filio, ut eam accipit a patre, fundatur filiatio, & hoc insinuat Be. Th. in primo, in ea dem loco: dicit enim sic paternitas, & filiatio habent fundamentum in re. s. naturam ipsam, quæ communicatur secundum communicationem naturæ: haec ille, unde patet quod illic assignatur totale fundamentum, sed hic in prima parte assignauit ex parte formali, ratio enim, quæ essentiā fundat, est communicatio, & hæc est determinatio etiam Capreoli, in 1. distinct. 31. quæst. 1, ad secundum Scoti, contra secundam partem conclusionis.

Contra conclusionem Beati Thomæ, qua concludit, quod sunt tantum quatuor relationes reales, consurgit dubium: quoniam uel comparantur ad essentiam, & sic sunt unum, uel paternitas, & filiatio distinguuntur a spiratione actiua, & sic sunt quinque uel non distinguuntur ab ea, & sic sunt tres tantum.

Ad hoc dico, quod relationes diuinæ tripliciter considerantur. primo ut comparantur ad essentiam, & sic sunt unum in essentia, ut diximus supra: secundo ut cōparantur inter se ut non suppositæ: puta comparatur paternitas spirationi actiuę: similiter filiatio, & sic sunt tantum tres, quia cum non opponantur, se enim compatiuntur in eodem supposito, ut patet, non distinguuntur realiter ab inuicem, tertio comparantur adinuicem ut sunt oppositę, puta paternitas filiationi, & spiratio actiua, spirationi passiuæ, & sic sunt quatuor, & non plus, quia in omni oppositione sunt duo extrema distincta, cum igitur in Deo ad intra sit duplex oppositio, scilicet patris ad filium, & spirantiū ad spiratum, sunt quatuor relationes realiter distinctæ ut sunt oppositæ ad inuicem.

In responsione ad tertium, aduerte quod responsio stat in hoc, nunc loquimur de relationibus realibus quæ sunt consequentes productionem realem. Ideæ non sunt tales, sed potius respectus intellecti ab intellectu diuino: sunt enim imitabilitates diuinæ essentiæ cognitæ, adeoque Imitabilitates, licet sint quia diuinam essentiam realissimæ imitatur creatura: tamen non sunt relationes reales, quia essentia diuina, & creatura non sunt eiusdem ordinis, unde Idea dicit relationem tertii modi ad ideatum, eo, quod ideatum realiter pendet ab Idea, & non e conuerso, unde Beat. Thom. ad argumentum poterat unico uerbo respondere, quod supponit falsum, scilicet Ideas esse respectus reales.

QVAESTIO XXIX.

ARTICVLVS I.

De distinctione persone.

IN *omnibus generibus tum speciali modo.* Aduerte quod ly *generibus*, stat p generalissimis: quoniā i omni genere subalterno nō est necesse inueniri uniuersale, & particularia multiplicata sub illo genere, secūdū eos, qui tenēt metaphysicā esse unā genere, & tā sub se non continet multas metaphysicas specie Itē qui tenent materiā Lunæ, & materiam Solis non esse eiusdem rationis: dicunt Solem distingui genere a Luna, & tamen nec Sol, nec Luna multiplicatur.

Substantia enim indiuiduatur per se ipsam, expositor dicit id debere intelligi formaliter, puta substantia ut substantia, & nō uniuersaliter, quoniam esset falsum in substantia materiali, quę secundum Beat. Thom. indiuiduatur per quantitatem, tu tamen potes saluare, quod sit uera uniuersaliter in hoc sensu, omnis substantia indiuiduatur per se ipsam: uel seipsa tantum, ut immateriales: uel aliquo sui, id ē materia sui parte, & sic uerificatur, in omni substantia materiali, & in hoc est differentia ab accidentibus, quorum nullum, ut accidens indiuiduatur se ipso, nec aliquo.

Sed accidentia indiuiduantur per subiectum Hoc uidetur esse falsum de quantitate, cui primo conuenit diuisibilitas, ergo indiuiduari per seipsam: dicit enim philosophus in quinto metaphysicos quantum est, quod diuiditur in ea, quæ insunt, quorum singulum natum est esse hoc. Expositor dicit propositionem debere intelligi de accidenti, ut accidens est, & non ut hoc, puta quantitas, uel linea. sed tu dic, quod cum distingui supponat esse, licet distinctio primo conueniat quantitati, tamen esse non ex se, conuenit ei, cum sit accidens cuius esse est inesse. unde nec ut accidens, nec ut hoc accidens potest absolui a subiecto, dictum autem philosophi non cogit. licet enim quantum sit aptum per se diuidi in partes, quarum quælibet est apta esse hoc, tamen non dicit quod sit apta esse hoc per se ipsam.

Dicitur enim hæc albedo inquantum est in hoc subiecto. Contra, hæc conditionalis est uera si hæc albedo esset in quantitate se-

parata, adhuc esset hæc, ergo non necessario indiuiduatur per subiectum.

Respondeo dato illo casu, quantitas haberet uicem subiecti, & si esset uerum, quod non indiuiduatur per seipsam. Sed quæritur, si accidentia diffiniuntur per subiectum, aut subiectum impeditur intrinsece aut extrinsece: si intrinsece, ergo subiectum esset de essentia accidentis, & sic accidens non esset unum per se. Si extrinsece, ergo indiuiduantur per seipsa intrinsece.

Respondeo, & dico quod recipiunt subiectum extrinsece, nego illam consequentiam, ergo indiuiduantur per se ipsa intrinsece. quoniam sicut sunt accidentia non ex se, sed ex subiecto, sic non possunt indiuiduari nisi per subiectum.

Aduerte quod expositor tangens principium indiuiduationis in substantia materiali, uolens se retractare de eo, quod dixerat super de ente, & essentia, ubi dixerat hæc uerba, *Capacitas materiæ respectu huius quantitatis, ita quod non illius est potentia receptiua talis quantitatis, quæ non distinguitur re a materia, sed ratione &c.* Intendit dicere duo: primo quod non acceptat illud dictũ: nam dicit ipse, sequeretur quod principiũ indiuiduationis esset aggregatum ex materia & accidenti, quoniam illa potentia est in genere quantitatis: sed certe quantum ad hoc non erat necesse, quod se retractaret, nam illa propositio, actus, & potentia sunt in eodem genere, non est uera, nisi de potentia, & actu, quem primo respicit potentia, ut tenet Capreol. in prima distinctio. tertia quæstio. tertia articulo secũdo, ad quartam instantiam Scoti factam contra primam rationem Beati Thomæ, modo nego quod potentia materiæ primo respiciat quantitatẽ, imò primo formam substãtialem secundario quantitatem, & alia accidentia. patet ergo quod illa consequentia nulla est, scilicet *sequeretur &c.* & eius probatio falsa est, illa enim potentia est in genere substantiæ, sicut materia prima, non enim potentia ad quantitatem est in genere quantitatis nisi primo respiciat quantitatem, quod non contingit in hoc proposito.

Secundo dicit, quod materia prima, ut præhabens in se fundamentaliter quantitatem, & non actu, quoniam generatio Socratis ad substãtiam Socratis determinatur, primo ergo in hoc priori est hoc ens, ergo unũ, ergo indiuiduũ, & tamẽ in hoc priori non est quantitas actu, ergo &c.

Ad hoc dico: primo, quod illud prehabere, non sufficit ad distinctionem uirtualem quantitatiuam, quoniam materia prima, & ipsamet ut sic fundamentaliter, tamen præhabet quantitatem, non est realiter. nisi pura potentia, sed pura potentia nõ est realiter, nisi pura potentia, sed pura potentia non distinguit sed actus ex 7. metaphysico. dico secundo quod quantitas actu est, quæ distinguit numeraliter quantitatiue, & ad argumentum, quod etiã fuit Scoti, dico quod in illo priori Socrates est hoc ens, & unum, & distinctum formaliter primo metaphysic. & hoc hẽt a forma sua substantiali, qua constituitur hoc ens. & per consequens unum, & distinctum, non est autem necesse, ut in illo priori sit distinctum quantitatiue, sed sufficit quod in posteriori naturæ, in quo quantitas consequitur formam substantialem, unitas quantitatiua consequitur unitatem transcẽdentem.

Sed cõtra in illo priori, in quo unitur forma materiæ, est necesse, ut materia sit actu distincta, ergo habet quantitatem, quęro ergo aut quantitatem consequentem formam introducendam, & hoc non, quia illa subsequitur, aut quantitatem, quæ fuit sub forma sua, ergo sufficit, quod sit distincta, quia habet quantitatem fundamentaliter, & non actu.

Ad hoc dico, quod in illo priori est quanta actu, quantitate formæ corrumpendæ, nam licet corrumpatur cum forma, non tamen est quæ primo. unde aduerte, quod in illo priori naturę sicut corrumpenda forma habet primum non esse, sic forma generanda habet primum esse, & sicut cum primo esse in materia formæ generandæ, stat in illo priori nondum esse quantitatis sequentis, sic in illo priori, cum primo non esse formæ corrumpendæ, stat adhuc esse suæ quantitatis, quoniam secundario corrumpitur, & si dicas, ergo forma substantialis non aduenit materiæ nudæ, nego consequentiam, quoniam sufficit, quod in uno instanti temporis forma corrumpenda cum omnibus suis accidentibus habeat non esse, & forma generanda cum accidentibus habeat esse, illa autem diuisio instantis temporis in plura instantia naturæ, non est diuisio realis, sed secundum rationem.

Et ideo in prædicta diffinitione personæ. Aduerte quod B. Th. in quæstio. 9. articulo 2. distinctius quo ad omnes particulas declarat diffinitionem personæ, & sub eisdem uerbis declarat eãdem Herueus. in 1. d. 23. q. 1. artic. 1.

In hac, ponitur substantia indiuidua. Aduerte ut differat persona ab essentia diuina, & a natura unita uerbo, & ab anima separata, & a partibus substantiæ, quod ly, *indiuidua* substantia debet exponi pro per se subsistenti incommunicabili. & completo, in specie, ratione primi, nec natura assumpta in Christo, nec partes substantiæ sunt persona, ratione secundi diuina essentia, licet sit hæc essentia non est persona: ratione tertii anima separata non est persona, nec materia signata.

In responsione ad tertium in qua uidetur San. Thom. negare personam esse nomen secundæ intentionis, & ut expresse habetur in prima distinct. 25. quæstio. 1. articu. 1. negat esse nomen secundæ intentionis. sed nomen rei, cui accidit aliqua intentio, scilicet particularitas, inuestigandum est, quare non est nomen secundæ intentionis, & sic procedam, Primo declarabitur quid sit prima, & secunda intentio. Secundo ponam argumenta Aureoli, quibus intẽdit probare, nullum existens in intellectu esse formaliter intentionem, sed tantum rem obiectã intellectui & declarabo an militent contra nos. Tertio ponam duas conclusiones de hoc nomine persona. Quarto ponam argumenta eorum qui tenent quod est nomen secundæ intẽtionis & soluam.

Quantum ad primum scias, quod Capreol. de mente Beati Thomę, in 4. distinctio. 23. q. 1. in probatione primę conclusionis tenet intentionem primam esse primum conceptum immediate fundatum in re, quem dicimus rei definitionẽ: secundam autem esse secundum conceptum in re, mediante primo conceptu, ut conceptus speciei, ex quibus sequitur quod cum omnis conceptus formatus ab intellectu sit ens reale, quando subiectiue est in intellectu, tam prima quam secunda intentio apud Capreol. erit ens reale, quod tamen non uidetur uerum, quoniã uniuersaliter tenetur, & a Beato Thoma in 4. metaphysicor. quod intentiones secundæ sunt ens rationis, de quibus proprie est logica, cuius subiectum est ens rationis, & ideo subtilius procedendo adducam mentem Heruei, quam non reputo contrarium Beato Thomæ sed potius eiusdem resolutionem.

Aduerte igitur quod ut dicit Herueus in tractatu de intentionibus, tam prima quam secunda intentio sumitur dupliciter, scilicet obiectiue, & formaliter. Intentio prima obiectiuè est res intelligibilis, ut obiecta, & præsentata intellectui in quã intelligendam tendit intellectus actuatus specie, & ad quam ordinat actum intelligendi, & conceptum & eiusdem similitudines, & sic prima intentio idem est quod obiectum actu præsentatum per speciem, siue sit substantia, siue accidens. Intentio primo formaliter est conceptus formatus ab intellectu de re obiecta, quæ dicitur diffinitio uel ratio rei obiectæ & intellectæ, & fundatur immediate in re, ut in fundamento suæ ueritatis. Unde animal rationale comparatur ad hominem, ut prima intentio formaliter ad primam obiectiue.

Secunda intentio obiectiue est respectus rationis, qui consequitur rem, ut est obiecta intellectui: quod quidem sic contingit ut declarat Herueus in tertio quodlibet. quæstio. 1. cum intellectus quidditatem rei in uniuersali intelligit, non intelligit eam, ut respicit singularia, sed ut abstrahit ab eis, & sit in quadam communitate, & indistinctione obiicitur intellectui: secundum autem quod est sic obiecta, & cognita per primam intentionem formalem, intellectus aduertit quod eam consequitur quidam respectus dictus indistinctio uel communitas, eo, quod, ut sic intellecta est communis suis inferioribus, & hic respectus est ens rationis: consequitur enim rem, non ut habet esse ad extra, sed ut est obiecta intellectui sine conditionibus indiuidualibus, & hic respectus dicitur secunda intentio obiectiue, quæ est fundamentum secundi conceptus ut dicam. sicut prima obiectiue est fundamentum primæ formaliter.

Secunda intentio formaliter est secundus conceptus formatus ab intellectu de re, ut stat sub illo respectu rationis, & immediate fundatur in illo respectu uirtute tamen rei sic obiectæ: nam postquam intellectus, aduertit quod natura rei sic obiectæ communis est suis inferioribus, secundum prædicationẽ format conceptum generis, si est communis pluribus speciebus uel conceptum speciei, si est communis pluribus indiuiduis, & hæc dicitur secunda intentio formaliter: ex his elicito duas cõclusiones, prima est.

Conceptus intellectus non diuiditur in primam & secundam intentionem obiectiue. Patet, quoniã intentio prima obiectiue non fit per opus rationis, siue intellectus, immo supponitur actui, siue intelligatur substantia, siue accidens. Similiter secunda intentio obiectiue non est producta ab intellectu, nec est subiectiue in intellectu, cum sit ens rationis, quod in nullo est subiectiue, nec ab aliquo productiue, ut declarat Herueus, ubi supra: concedit autem, quod conceptus intellectus est productus

ab

ab intellectu per actum ſuum &c.

Conceptus intellectus conuenienter diuiditur in intentionẽ primam & ſecundam ſumptas formaliter. Patet quia omnis conceptus, uel fundatur in mente, uel in re obiecta intellectui, ſic eſt prima intentio, quæ dicitur definitio, uel fundatur immediate in illo reſpectu qui dicitur diſtinctio, uel communitas. aut in re ut ſtat ſub tali reſpectu, & ſic eſt ſecunda intentio formaliter, quæ eſt ens reale, eſt enim in prædicamento qualitatis in prima ſpecie, ſic actus intelligendi, & habitus ſcientificus: ex his omnibus patet, quod prima intentio, tam obiectiua quam formaliter eſt ens reale: ſecunda autem obiectiue eſt ens rationis: ſed formaliter eſt ens reale, patet igitur, quid ſit prima & ſecũda intentio.

Quantum ad ſecundum, aduerte quod Capreol. in 1. diſtin. 23. quæſt. 1. contra primam adducit xiiii. argumenta Aureoli quibus intendit probare nullum exiſtens ſubiectiue intellectu eſſe intentionem formaliter, ſed tantum res, ut obiicitur intellectui, nos autem tenemus rem obiectam eſſe intẽtionem obiectiue tantum, ideſt id, ad quod tendit intellectus, ſpeciem uero intelligibilem eſſe, actum intelligendi, & conceptum eſſe intentiones formaliter, quia ſunt tendentiæ quibus tendit intellectus in obiectum, inter quas conceptus dicitur ſimpliciter intentio, ut te minus intellectionis. Argumenta autem Aureoli ordine retrogado accepta a 14 uſque ad 8. excluſiue concludunt rem obiectam eſſe intẽtionem, & non aliud, quod nos concedimus, ſumendo intentionem, obiectiue.

Ad octauum, quod fundatur in dicto Commẽtatoris dico, quod non accipit intentiones intellectus pro re obiecta, ſed pro ſpecie intelligibili, quam concedimus eſſe intentionem formaliter.

Ad ſeptimum dico quod logica eſt de ſecundis intentionibus obiectiuis, & formalibus, & cum dicit Auicenna adiunctis primis, intelligendũ eſt, ut fundantur in primis, ne ſecundæ ſint Chimericæ, & per idem patet ad ſextum.

Ad quintum dico, cum diffinitur genus, non diffinitur intentio, aliter nulla natura realis diceretur genus, ſed diffinitur natura, ut ſtat ſub ſecunda intentione obiectiua: & nego quod poſſit diffiniri ſine actu intellectus, & cum dicis, ergo actus intelligendi eſt, qui prædicatur, nego conſequentiam: ſed dico, quod actus intelligendi eſt cauſa, quod aliquid actus prædicatur: nam prædicari eſt per actum intellectus aliquid alicui attribui.

Ad quartum nego conceptũ uniuerſalitatis fundari in conceptu animalitatis, ſicut accidens in ſubiecto, ſed fundatur in natura cognita ut indiſtincta, non ut in ſubiecto, ſed ut in eo, a quo trahit ſuam uirtutem: ſed prima & ſecunda intentio formaliter ſumptæ fundantur in intellectu ut in ſubiecto.

Tertium & ſecundum nullam habent apparentiam, ſed ad primum dico, quod obiectum non poteſt dici intentio: quia ꝓ ipſum non tendit intellectus in aliud ſed poteſt dici intentionis uel tendentiæ terminus, eo quod ſpecies, actus intelligendi & conceptus dicuntur intentio, immo eſt e conuerſo, & ideo obiectum non meretur dici intẽtio niſi ſecundum quid ideſt terminatiue uel obiectiue, quod pro eodem ſumitur.

Quantum ad tertium ſit prima cõcluſio: *perſona non ſignificat ſecundam intentionem.* Patet, quia perſona ſignificat ſuppoſitum ſubſtantiæ cum dignitate, ſed intentio ſecunda non importat dignitatem, ut patet, præterea ſecunda intentio eſt ens rationis ſi ſumatur obiectiue, uel conceptus ſecundus ſumpta formaliter, ergo perſonæ diuinæ ſunt ens rationis uel conceptus intellectus creati: quod eſt hereticum.

Secunda concluſio: *perſona ſignificat rem, cui conuenit ſecunda intentio, ſcilicet ſingularitas.* hanc tenet B. Thom. in primo diſt. 25. quæſt. 1. arti. 1. uide eum, & adducitur a Capreolo, in 1. diſt. 23. q. contra tertiam plures arguunt, quod ſignificat intentionem, & eorum ueriora argumenta ſunt hæc. primum perſona diffinitur per intentionem quæ eſt ly: indiuidua, ergo ſignificat intentionem. Ad hoc reſpondet ut B. Tho. in arti. in reſponſione ad tertium.

Secunda opponitur intentioni, quia ut indiuidua opponitur ſpeciei, & generi, ergo ſignificat intentionem. probatur conſequentia: quia oppoſita debent eſſe eiuſdem generis. Ad hoc nego antecedens, immo opponitur ſubſtantiæ non ſubſiſtenti ut eſt anima, & partes ſubſtantiæ, & ſubſtantiæ uniuerſales, ut homo in communi.

Tertium, quod plurificatur in Deo non dicit rem, ſed intentionem: uel ſic, quod eſt cõmune ſecundum rem, eſt unum numero ſed perſona non eſt una numero, ergo &c. Ad hoc reſpõde, ut Heru, 1. diſtinct. 33. quæſtione 1. articulo 1. ad ſecũdum.

Quartum, perſona eſt ſuppoſitum, ſuppoſitum ſignificat intentionem ergo & perſona; Ad hoc nego argumentum: ſicut hic Socr. eſt homo: homo eſt ſpecies. ergo &c. nam bene ſtat, quod importetur idem nomine ſuppoſiti & perſonæ, ſed nomine perſonæ, ut nomine primæ intentionis & nomine ſuppoſiti nomine ſecundæ intentionis.

ARTICVLVS II.

Vtrum perſona ſit idem, quod Hypoſtaſis.

CIrca hunc articulum non ſunt difficultates, tu tamen tria notabis, primo quod in creatis hæc quatuor ſunt idem, ſed non conuertibiliter, perſona Hypoſtaſis: omnis enim perſona eſt Hypoſtaſis, ſed non e conuerſo: quoniam perſona dicit ſubſtantiam primam in natura intellectuali. Hypoſtaſis autem dicit ſubſtantiam primam, in omni genere ſubſtantiæ. Hypoſtaſis, ſubſiſtentia, omnis enim Hypoſtaſis eſt ſubſiſtentia, ſed non e conuerſo, ut patet de anima intellectiua ſubſiſtentia, eſſentia, omnis enim ſubſiſtentia eſt eſſentia, quia eſt aliqua natura, ſed non e conuerſo, nam humanitas eſt eſſentia, & tamen non ſubſiſtit cum ſit ut quo, & communicabilis, bene patet quod hæc ꝑ ordinem ſe habent, ut ſuperius, & inferius.

Nota ſecundo, quod in diuinis eadem quatuor ſe habẽt ita, quod tres primæ ſunt idem conuertibiliter, cuius ſignum eſt, quod prædicatur in Deo pluraliter, eſſentia autem non eſt idẽ conuertibiliter, cum prędicetur tantum in ſingulari. Nota tertio quod ſiue ſint idem re conuertibiliter, vel non in creatis, & in diuinis differunt ratione, quoniam alio modo diffinitur perſona, alio modo Hypoſtaſis.

ARTICVLVS III.

Vtrum perſona conueniat Deo.

P*Erſona ſignificat id, quod eſt perfectiſſimum.* uſque ibi *natura* &c. Contra hanc arguitur, natura ſpecifica perfectior eſt indiuiduo, cum ordinetur ad illum, ſed perſona eſt indiuiduum ergo.

Præterea ſequitur quod diſtinctio in Deo ſit perfectiſſima, cum diſtincta, quæ ſunt perſonæ diuinæ ſint perfectiſſimæ ſecundum B. Thom. hic, quod tamen eſt falſum cum in Deo ſit diſtinctio realis minima.

Ad primum dico, quod indiuiduum ut indiuiduum eſt imperfectius natura cum ſit per illam, ſed indiuiduum ut primo & per ſe ſubſiſtens & perfectius ipſa natura, quæ non exiſtit niſi per indiuiduum: ſic B. Thom. dicit perſonam eſſe perfectiſſimam.

Ad ſecundum dico, quod ratione diſtinctorum eſt diſtinctio perfectiſſima: quoniam ſunt ſuppoſita diuina, ratione autem principii diſtinctiui non eſt perfectiſſima: quoniam diſtinctiuũ eſt ipſa incommunicabilitas, quæ abſtrahit a perfectione & imperfectione ſicut relatio.

Sed contra, ergo perſona ſecundum totam rationem nõ dicit quid perfectum quoniam non ſecundum incommunicabilitatem, ergo non poteſt concludi eſſe in Deo ex perfectione diuinæ eſſentiæ.

Ad hoc dico, quod non cõcluditur eſſe in Deo ex uniuerſali perfectione diuinæ eſſentiæ. ex incommunicabilitate ſed ex ſubſiſtentia in natura diuina, ad quam ſequitur incommunicabilitas.

Non tamen eodem modo. Aduertę q̃d perſona increatura eſt admixta multiplici imperfectioni, primo ſubſtat accidentibus ſecundo ponit diſtinctionem abſolutam ab alia perſona cum diuerſitate eſſentiæ. tertio diſtinctiuum perſonę createę eſt abſolutum, nullum horum ponit perſona diuina.

Vltimo aduerte, quod B. Thom. in quæſt. de potentia quæſtione 9. artic. 3. probat perſonam conuenire Deo clarius quã hic, & includit eam rationẽ, perſona ex parte naturæ dicit perfectionem, quia dicit naturam intellectualem ex parte modi eſſendi dicit perfectionem qui modus eſt per ſe ſubſiſtere in tali natura, ergo cum omne dicens perfectionem ſit attribuendũ Deo, perſona conuenit ei.

ARTICVLVS IIII.

Vtrum perſona ſignificet relationem uel eſſentiam.

CIrca hunc articulum, aduerte primo, quod de perſona diuina dantur duæ diffinitiones. prima eſt Ricardi, in qua

ponitur relatio in recto, dicit enim persona est diuinæ naturæ incommunicabilis existentia, secunda est aliorum Theologorum, in qua natura ponitur in recto, & relatio in obliquo: persona est hypostasis, idest substantia prima proprietate distincta, & ideo conuenienter quæritur, utrum diffinitio sit uera, uel si utraque est uera, utra tamen sit magis propria.

Circa igitur hunc artic. duo agenda sunt, primo declarandæ sunt aliquæ propositiones in articul. secundo defendanda est mens S. Thom.

Quantum ad primum. *Circa significationem huius nominis* usque ibi *significat*. Aduerte, quod hoc nomen persona conuenit cum absolutis, quoniam de qualibus persona prædicatur, nec secundum nomen ad aliud refertur, immo, est ad se, conuenit etiam cum relatiuis, quoniã plurificantur, & in plurali prædicantur.

Vnde quibusdam uisum est. hic est Magister Sen. in primo distinctio, 15.

Et ordine concilii, hoc fuit concilium Nicenum.

In singulari numero, potest sumi pro absoluto, & pro relatiuo. Nam cum dicitur, pater est persona, ly persona potest uerificari de essentia, non pater identice est essentia, & de relatione, quoniam pater est paternitas.

Quidam uero dixerunt quod significat essentiam in recto, usque ibi *concesserunt*. Aduerte, quod in quæst. de potentia quæst. 9. artic. 4. improbat utramque opinionem, sic si dicit essentiam in recto, non potest prædicari in plurali: non enim sunt tres essentiæ, & tamen sunt tres personæ: si autem relationem in recto, ergo non dicitur ad se, immo erit formaliter relatiuum quod tamen est falsum: non enim persona est alicuius persona, hic defendit utrumque, & concordantia uidebimus infra.

Sicut in natura humana significat hac. Aduerte quod in quæst. de potentia quæst 9. articul. 4. dicit hoc esse materiale significatum personæ humanæ: formale autem est esse subsistens distinctum in natura humana, & ideo difficile est concordare.

Vnde est subsistens sicut essentia diuina subsistit. Aduerte quod relatio diuina sequidem est subsistẽs cum sit identice essentia diuina, sed non significatur ut subsistens, idest modo subsistẽtis, nisi cum accipitur in concreto, sicut deitas non significatur ut subsistens, idest ut quod est nisi concretiue, ut Deus.

Persona diuina significat relationem usque ibi *quam natura diuina &c.* Aduerte quod modo substantiæ, & ut subsistentis, idẽ sunt: est enim sensus, quod significat relationem in concreto, cum enim dicitur quod persona est quod subsistens distinctum in natura diuina per ly, subsistens distinctum significatur relatio in concreto, puta pater, quæ quidem in concreto sumpta habet rationem distincti, & in abstracto habet rationem distinguentis.

Et secundum hoc uerum est usque ibi *per modum Hypostasis*. Aduerte quod ut melius consideres: determinat se aliter, quã in q. de potentia, & in signum soluit per hæc uerba rationem, quam adduxerat, quod non significat relationem in recto, quando eum arguit quod non diceretur ad se, respondetur, quod si diceret relationem modo relationis non diceretur ad se, sed quia dicit relationem modo substantiæ: idest modo absoluti licet in se sit res relatiua, ideo significatur, ut dicitur ad se.

Similiter etiam significat essentiam in recto usque ibi, *distincta*. Aduerte quod propter hoc soluit rationem, qua probauit in q. de potentia, quod non dicat essentiam in recto, nam non dicit essentiam modo essentiæ: qui est modus abstracti communis sed modo subsistentiæ uel Hypostasis, idest sub ratione substantiæ primæ. & ideo potest prædicari in plurali.

Quantum ad secundum principale antequam deueniam ad impugnatores propono tria dubia in uia Thomistica sine argumentis, primo propter quod persona diuina dicit essentiam & relationem, secundo si potest alterum, uel utrumque dicere in recto modo abstracto, tertio quid dicat formaliter, & quid materialiter.

Ad primum respon. ut Heru. 1. distinct. 23. quæst. 13. in prima conclusione, ubi inuenies quod cum de ratione personæ sit subsistens distinctum incommunicabile, ratione subsistentis includit essentiam, ratione autem distincti includit relationem: unde qui negat includere essentiam negat rationem personæ: similiter qui negat includere relationem: quoniam aufert incõmunicabilitatem.

Ad secundum responde ut Heru. in eodem loco in conclusione secũda ubi inuenies quod neutrum in abstracto, eo quod signum modo abstracti habet rationem quo: persona autem habet rationem quod, unde si diffiniretur persona diuina, & utrumque includeret in abstracto, poneretur utroque in obliquo, sic persona est quid subsistens in natura diuina distinctum proprietate.

Ad tertium difficile est respondere propter uarietatẽ dictorum B. Thom. nam in quæst. de potentia, quæstio 9. art. 1. uidetur dicere quod significet relationẽ materialiter, Hypostasim autem formaliter in 1. p. in artic præsenti.

Ad cuius euidentiam. Videtur declinare ad hoc, quod significet relationem formaliter modo tamen substantiæ, nam persona significat formaliter quid distinctum in natura intellectuali: patet autem quod distinctum non cadit super essentiam sed supra relationem in concreto sumptam, quod dico quoniam in abstracto signata, habet rationem distinguentis.

Ad hanc difficultatem respondit Herue. ubi supra, in conclusione tertia conatur conciliare B. Thom. sed non ualet, si bene aduerteris. Expositor dicit, quod in prima parte rem altius cõsiderauit innuens quod hic se retractat: tu tamen potes dicere quod relatio in Deo dupliciter consideratur: primo, ut indiuiduatiua, & sic est ut materiale, quoniam omne indiuiduatiuum habet rationem materiæ in uia B. Thom. Secundo, ut est quasi actus etiam forma trahens essentiam ad personam secundum modum intelligendi, ut differentia trahit genus ad speciem, sic est ut formale: primo modo B. Thom. considerauit relationem in q. de potentia. secundo autem modo in 1. p. & sic potest concordari.

Quantum ad impugnatores exteros, duo sunt præcipui. Aureol. & Scot. Aureolus quidẽ arguit contra duas propositiones in art. & eius argumenta recitat Capreol. in 1. distinct. 23. quæst. 1. contra tertiam opinionem, cõtra quam primo arguit est hæc in articul. *Similiter etiam significat essentiam in recto inquantum est hypostasis*. Contra hanc tripliciter, primo: Persona est subsistens distinctum, essentia non est quid distinctum: ergo persona non est essentia.

Secundo, constitutum non significat constituentia in recto, non enim homo est anima, ergo.

Tertio, quod significatur in recto nomine personæ uere plurificatur: in Deo essentia non plurificatur, ergo: Aduerte quod Capre. soluit hæc argumenta per distinctionem de significato formali & materiali, & accipit significatum formale personæ id ad quod significandum est impositum, & hoc est subsistens distinctum, significatum autem materiale accipit id, sine quo subsistens non esset, quia sine essentiale & relatione illud non esset ideo tam essentiam quam relationem significata in abstracto ponit de significato materiali personæ. Ex hac distinctione ad primum concedit totum, & dicit concludere, quod essentia in abstracto, non est persona de significato formali, tunc enim esset necesse essentiam esse distinctam.

Ad secundum & tertium per idem. Tu tamen clarius dicere potes, quod Aureolus fallitur, putans Bea. Thom. dicere personam esse essentiam in recto, sumẽdo essentiam in abstracto, quod est falsum: nam ut prædiximus neutrum in abstracto dicit in recto.

Ad tertium per idem, Nam quod significatur ut in recto, significatur ut formale: Concedo maiorem: sed hoc non est essentia in abstracto, sed subsistens distinctum, & hoc plurificatur.

Secunda propositio, contra quam arguit est hæc, *& secundum hoc uerum est quod persona significat relationem in recto ut subsistentem*. Cõtra hanc tripliciter, ut refert Capreol. ubi supra secundo loco.

Constituens non significatur per constitutum in recto, sed relatio ut subsistens est constituens, ergo.

Ad huius maiorem dico, quod est uera, sumpto constituente in abstracto, non autem in concreto, & nego minorem, nã relatio ut subsistens est constitutum, & habet rationem, quod.

Secundo dicit B. Thom. in q. de potentia, quæst. 9. artic. 4. quod persona significat formaliter subsistens distinctum, materialiter autem relationem & essentiam, ergo non significat in recto relationem, aliter esset suum significatum formale, quod ipse neget. Ad hoc dico, quod B. Thom. in quæst. de potentia considerauit relationem in abstracto, ut habet rationem principii indiuiduatiui, & sic est, ut materiale, sed in 1. parte sumit in concreto, ut habet modum substãtiæ sic est formale, & sic ponitur in recto in diffinitione personæ.

Tertio ratio ut subsistens, uel est quid partiale respectu personæ, uel totale, si primo modo, non significatur in recto, si secundo, ergo sic persona est quid constitutum ex essentia, & relatione, sic relatio ut subsistens dicit quid constitutum ex essentia & relatione, & sic nõ ponitur in recto, nec ut relatio, nec ut subsistens.

Ad hoc dico, quod est totale ex parte rei, sed non secundũ

rationem

rationem, & cum arguit, *ergo sicut persona &c.* nego consequentiam, non enim concretum dicit constitutum ex multis, sed formam in subiecto, sic relatio diuina in concreto, puta paternitas dicit patrem in natura diuina.

Scotus autem in 1. dist. 23. tenet, quod persona ex sua ratione formali non dicit nisi incommunicabilitatem, licet ex adiuncto dicat rationalem, & essentiam, quoniam illa incommunicabilitatis est negatio: uult quod persona, ut communis tribus, nō dicat nisi conceptum negatiuum communem tribus, quia non sequitur aliquod positiuum commune tribus, eo quod ab ultimis distinctis, & distinctiuis non potest abstrahi aliquod cōmune positiuum, aliter non essent primo diuersa, potest tamen abstrahi commune negatiuum, ut Asinus & Equus conueniunt in non homine: similiter eorum differentiæ, non tamen in aliquo positiuo, ut sunt disparatæ species, sed B. Tho. reducit incommunicabilitatem communem tribus, ad essentiam, ut est hypostatis, ad relationem, ut subsistentem, ita quod Hypostasis & subsistens distinctum, sic conuenit tribus, sicut incommunicabilitas, immo consequitur ad illa.

Argumenta Scoti, sumpta partim ex dist. 23. partim ex 25. sunt tria.

Primum probat, quod non dicat relationem ex sua ratione formali. Relatiuum superius dicitur ad illud, ad quod dicitur relatiuum inferius, licet non primum, exemplum, nam duplum est duplum dimidii, sic duplum multiplex dimidij, sed persona non dicitur ad illud, ad quod pater dicitur, non enim dicitur persona, filii persona, ergo &c.

Ad hoc eius propositio assumpta est uera tantum, quando utrumque relatiuum significatur modo relatiuo, sed si alterum, puta superius significatur modo absoluti, non est vera, constat autem, quod persona sic significatur: ideo non concludit, nec exemplum suum, utraque enim significatur modo relatiuo, quod non contigit in proposito.

Secundum probat, quod nec significat substantiam, & Hypostasim, quia ly Hypostasis, est indifferens ad absolutum, & relatiuum: persona autem est quid relatiuum in Deo.

Ad hoc licet Hypostasis, ut Hypostasis sit indifferens, non tamen ut diuina, immo re est respectiua.

Tertium probat, quod nullum positiuum quidditatiue possit tribus esse commune, ut prædicatum in quid: ab ultimis distinctiuis, & ultimis distinctis nihil positiuè potest abstrahi: sed personæ diuinæ sunt ultimo distinctæ, cum sint ut species specialissimæ disparatæ in genere relationis, ergo.

Ad hoc, maior non est uera, nisi quando ultima distincta, & distinctiua significantur sub ultimis conceptibus, significate personam diuinam sub conceptu paternitatis, & filiationis, modo constat quod cum dico personam diuinam, non dico hanc personam, & ideo eius ratio non ualet.

QVAESTIO XXX.

ARTICVLVS I.

CIRCA hunc articul. non cadit difficultas, nisi in responsione ad quartum de duplici numero, ubi inquit Beat. Thom. *Numerus absolutus non est nisi per acceptionem intellectus nostri,* usque ibi, *nisi in intellectu*. Nam tunc uidetur quod tantum sit ens rationis, cum sit per opus solius intellectus. & tamen Arithmetica, ita est de numero absoluto, ergo scientia realis pro subiecto habebit ens rationis, quod est inconueniens.

Ad hoc dico duo, primo quòd licèt non habeat esse nisi per intellectum, non tamen sequitur quòd sit ens rationis, ut distinguitur contra ens reale, aliter scientia esset ens rationis, & omnis habitus in intellectu.

Dico secundò, quod Arithmetica non est de illo, sed de applicato, licèt non consideretur ut applicatus, quoniam abstrahit a materia secundum rationem, sed non secundum esse, sic Geometria est de linea, quæ est in corpore naturali ex secundo physicorum: licet non consideretur, ut est in tali, uel tali corpore.

ARTICVLVS II.

Vtrum in Deo sint plures personę quam tres.

CIrca hunc articulum duo sunt agenda, primo proponuntur duo notabilia circa probationem, & sufficientiam triū personarum, secundo monebo quædam dubia circa aliquas propositiones hic in artic.

Primo aduerte, quod probatio conclusionis stat in hoc formaliter, si personæ diuinæ sunt plures, quam tres, est propter quatuor relationes, quarum quælibet deberet personam constituere: sed hoc non est necesse: quoniam spiratio actiua non habet oppositionem ad paternitatem, nec ad filiationem, ergo nec distinctionem, ergo non constituit personam distinctam a patre, & filio, & sic remanent tantum tres constituentes, ergo tantum tres personæ.

Secundò, Aduerte quòd Heruæus. in prima distinctione 10. quæstione 2. articulo 4. adducit modum, quo B. Tho. in quæst. de potentia, quæstione 9. articulo 9. assignat sufficientiam triū personarum, & stat in hoc. Personæ diuinæ multiplicantur ex modo procedendi: & hoc dupliciter, quia uel per non procedere. & sic est pater, & non possunt esse plures improductæ, quoniam cum non includerent ordinem originis, non distinguerentur realiter. & ut dicit Hilarius, si essent plures improductę, essent plures dij, uel per procedere, & hoc dupliciter, uel per modum intellectus, sic est verbum, vel per modum uoluntatis, sic est Spiritussan. & non possunt esse plures actiones immanentes, ergo sunt tantum tres personæ, sed dicit illic Heruęus hæc uia præcise sumpta non est efficax: quoniam quod procedit per modum intellectus, & uoluntatis, magis distinguuntur, ut sic, quàm intellectus & uoluntas, quæ cum non distinguantur nisi ratione: nec personę distinguerentur nisi ratione. Vnde sicut supra dictum est, quod ad distinctionem realem processionum non sufficit distinctio formalis principiorum productiuorum, sed ordo originis prout procedens est a generante, & genito: sic diuersus modus procedendi non sufficit ad distinctionem realem personarum, nisi coassumptis relationibus oppositis, & propterea uia posita in præsenti articulo est efficax, aliæ autem sunt adaptationes.

Quantum ad primum principale, Aduerte, quædam propositiones dubiæ sunt in articulo quas est necesse uentilare.

Prima, *si quæ relationes non sunt oppositæ, ad eandem personam pertinent.* Contra, paternitas & spiratio passiua non sunt opposita, quia Pater. & procedens non sunt correlatiua, ergo stante propositione B. Thomæ, utraque poterit esse in patre, & sic patri non repugnat produci.

Ad hoc. Expositor respondet, quod licèt non opponantur relatiue ratione relationis, quia non sunt correlatiua, tamen opponuntur relatiue ratione originis, quia de ratione procedentis est, quod sit a generante, & genito, prout processio amoris est ex processione intellectus, & non econuerso, & propter talem ordinem originis stat realis distinctio inter paternitatem, & filiationem.

Tu autem clarius potes dicere, quòd etsi præcisè sumptæ nō opponuntur relatiue, tamen aliquo subintellecto, scilicet origine opponuntur, nam pater a quo est persona procedens, opponitur procedenti, & ideo quia inter patrem, & spirantem non cadit origo, quia non necesse spirans, ut spirans est a patre, aliter spirans esset ab altero, sed ut hic spirans, puta filius, propterea paternitas, & spiratio actiua non opponuntur, nec præcisè sumptæ, nec cum aliquo subintellecto, & ideo eidem personæ conueniunt.

Oportet ergo uel una, quæritur, cur B. Thom. proponit disiunctiuam, & tamen tantum primam partem discutit, scilicet vel vna earum conuenit vtrique & relinquit illam, vel una uni, vel altera alteri.

Ad hoc dico, quod ex discussione primæ partis apud ingeniosos sequitur manifestatio secundæ: nam discutit, quod una scilicet processio non potest conuenire patri, & filio, quoniam repugnat generanti, & genito esse procedentes, ex eadem sequitur manifestè hanc copulatiuam esse falsam: una scilicet spiratio actiua conuenit patri, & alia scilicet processio, conuenit filio, uel e conuerso: nam determinatum est repugnare filio procedere, similiter filio spirare patrem.

Tertia non autem potest esse, vsque ibi *alteri eorum.* Quæritur cur B. Thom. proponit negatiuam cum duplici parte, & tamen primam tantum prosequitur relinquens secundam, s. *uel alteri eorum.*

Ad hoc dico; quòd ostenso, quomodo repugnat copulatim patri & filio procedere, quoniam generatio non est ex processione, sed e conuerso, statim infertur apud ingeniosum, quod disiunctim repugnat alteri eorum.

Relinquitur ergo, usque in finem. Quæritur cur B. Tho. concludit, quòd spiratio conueniat patri, & filio, cum tamen solū probauerit, quod processio non conuenit patri, & filio; non enim ex hac negatiue uidetur sequi hæc affirmatio, spiratio

actiua, conuenit, patri, & filio: stat enim cum illa negatiua quod conueniat soli patri.

Ad hoc dico, quod non concludit absolute illam affirmatiuam, ex negatiua, sed ultra hoc adducit proprium medium, ibi utpote nullam habent oppositionem; nam ex eo, quod non opponitur, sequitur utrique conuenire, quæcunque enim conueniunt patri, conueniunt filio remota oppositione relatiua, ut dicemus infra loquentes de Spiritu sancto.

ARTICVLVS III.

Vtrum termini numerales ponant aliquid in diuinis.

Circa hunc art. primo considerantur propositiones B. Tho. secundo ponam defensionem impugnantium. Quantum ad primum: *Magister in Sen.* vide tex. Magistri in 1. dist. 24. in principio: *& hanc consequitur numerus qui est species quantitatis.* Aduerte quod hæc intentio fundata est in 3. physicorum textu 65. ubi sic habetur, *non separatus hic numerus a decisione continui*, sed in immaterialibus non est decisio continui ergo non inuenitur in eis. Præterea quantitas non est eiusdem rationis in separatis & materialibus cum illa sit perfectionalis, hæc autem dimensiua ergo numerus causatus ex diuisione non est eiusdem rationis in his, & in illis. Præterea B. Tho in 3. physicorum lec. 11. ibi, *est autem duplex diuisio*, assignat differentiam inter numerum quantitatiuum, & numerum transcendentem, quoniã quantitatiuus tendit in infinitum ex Arist. 3. Physicorum, transcendens autem, quia est numerus naturarum non cum sint determinatæ species in uniuerso.

Alia est diuisio formalis quæ fit per oppositas formas. Aduerte quod B. Thom. in 4. metaphysic. lect. 2. non dicit quod fiant per diuersas formas, sed per diuersas entitates, prout una non est alia, unde in separatis licet non sit forma proprie dicta, tamen talis diuisio est, quia sunt distinctæ quidditates, & possunt dici formæ uel actus metaphysici, & hæc diuisio præcedit omne accidens rei, *Et talem multitudinem solam contingit esse in rebus materialibus.* Aduerte propter ly, *solam*, quod in separatis, quia nõ est quantitas, ideo est sola unitas, & multitudo transcendens, quia in corporeis est duplex quantitas, scilicet dimensiua & perfectionalis, ideo in eis est duplex unitas, & duplex multitudo scilicet quantitatiua, & transcendens, ut uidebis in Capreolo in prima distinctione 24. quæstio. 1. ad secundum Gregorii, cõtra primam.

Alij uero eandem multitudinem usque ibi quod est quantitas. Aduerte, quod licet B. Thom. hanc opinionem hic pertranseat, tamen in quæstio. de potentia, quæstio. 9. art. 7. ibi. *sed illud non est simile*, eam improbat, & stat in hoc, quia omnes species quãtitatis ex ratione speciei dicunt imperfectionem, quia consequuntur materiam, & sunt inseparabiles a materia secundum esse *species autem qualitatis &c.* uide eum.

Nos autem dicimus quod termini numerales. Ratio huius est quia numerus quantitatiuus, est numerus materialis, nullum autem materiale prædicatur de Deo nisi metaphysice.

Huiusmodi autem unum. Aduerte quod B. Tho. in 4. metaph. contra Commentatorem in lect. 2. probat, quod tale unum transcendens non addit aliquod positiuum, primo, quia esset processus in infinitum: secundo, quia illud additum esset distinctum ab ente, ut ens est, ergo esset non ens, & per consequens non positiuum.

Eadem ratione uidentur res multæ multitudo sic accepta significat res illas. Aduerte quod B. Tho. in quæst. de potentia, quæst. 9. art. 7. ibi, *& similiter multitudo*. Clarius dicit quod multitudo addit diuisionem supra ens, supposita indiuisione circa vnum quodque, quod est pars multitudinis, ita quod multitudo dicit duplicem negationem, dicit enim negationem diuisionis circa unumquamque earum, intelligendum est, de distinctione unius ab altero, in hoc enim completur ratio multitudinis.

Numerus autem qui est species quantitatis &c. similiter unum usque, ibi, *numeri* hanc licet ponat tantum in prima parte, tamen in quod de potentia Dei, q. 9. art. 7. ibi *quod quidem unum*, & ratio eius stat in hoc, quia est in determinato genere accidẽtis, puta in quantitate, ergo dicit aliquid supra rem, quæ dicitur una, uel numerata.

Quid autem sit illud quod addit, uide Capreolum. in 1. dist. 25. quæst. 1. in probatione primæ conclusionis, ibi. *Quæ autem res sit.* Sed aduerte quod Paulus Sonc. in 10. metaphysic. quæst. 3. improbat Capreolum, qui tenet hãc unitatem esse non continuitatem nec quantitatem continuam, sed esse indiuisum, quod dat talis quantitas subiecto suo. Paulus autem non uult, quod sit illud esse, sed ipsa continuitas, & probat dupliciter, primo sic: quantitate continua lapis est indiuisus in se, & diuisus a quolibet alio, ergo illa est unitas lapidis. Secundo sola quantitate continua posita in lapide, & quolibet alio remoto, lapis A. facit numerum cum lapide B. ergo illa est unitas lapidis.

Ad primum, nego antecedens: dico enim, quod supposito, quod quantitas continua non daret esse indiuisum lapidi, non posset dici indiuisus in se, & indiuisus ab alio. Vnde huius indiuisionis quantitas continua est principium remotum, ratio propria est illud esse indiuisum, unde meretur dici unitas.

Ad secundum, per idem nego antecedens, quia secluso esse indiuiso non faciet numerum, qui non erit unus. unde si Paulus aduertisset conditiones, quas attribuit continuitati posse æquè bene attribui ipsi esse indiuiso non insurgeret contra Capreol. Tu igitur tene cum Capreolo. In responsione ad primum & secundum in artic. quæ uidentur concludere quod termini numerales ponant aliquid in Deo. Aduerte, quod ly, ponere aliquid in Deo, dupliciter exponitur: primo, quia dicit aliquid positiuum in Deo, sic termini numerales ponunt aliqui quid in Deo positiuum, & attribui dicuntur Deo, quia essentia quæ ut indiuisa dicitur una, & ut est principium intelligendi dicitur intellectus.

Secundo quia addunt aliquid positiuum super essentiam sic non ponunt aliquid in Deo, sed in creatis, in quibus est compositio substantiæ & accidentium pro responsione ad tertium aduertẽ, ut dixit B. Tho. supra in quæst. 11. art. secundo ad quartum, multitudo ut constituta ex unitatibus est posterior uno: ut autem includit diuisionem qua priuatur unum, est prior uno, nam in primo signo apprehendimus, quod A. est ens, & in secũda quod A. non est. B. & in tertio A. est indiuisum, & B. in se, & tunc apprehendimus, quod A. est unum, & B. est unum, & in quarto apprehendimus quod A. & B. constituunt multitudinẽ quia primo apprehendimus diuisionem in secundo signo quæ clauduntur in ratione multitudinis, patet, quod ratione diuisionis multitudo est prior uno. Quantum ad secundum principale, aduerte, quod tres propositiones articuli sunt impugnatæ.

Prima: unde talis numerus, quæ est species quantitatis, non inuenitur nisi in rebus materialibus. Contra hanc argumentatur Gregor. in 1. distinctione duodecimaquarta quæstione prima articulo secundo contra secundam. ut autem uideas argumenta quæ sic soluta, primo pono phantasiam eius, secundo declaro in quo decipitur Capreol. recitat in primo, dist. 24. quæst. 1. ar. 2. in 1. conclusione.

Circa primum scias, quod mens eius stat in hoc. Vnum est duplex, scilicet unum simpliciter, & est illud, quod est indiuisibile actu & potentia, qualia sunt abstracta, & unum secundum quid, puta actu, licet sit diuisibile in potentia ut omnia composita materialia, primum unum componit numerum simpliciter: & secundum unum numerum, secundum quid, cuius partes sunt unitates secundum quid, ut duo lapides, sic expositis terminis tenet ipse, quod unum simpliciter, & numerus simpliciter non sunt nisi abstractis, quia sunt indiuisibilia actu & potentia, numerus autem ut unum, secundum quid in compositis tantum.

Circa secundum scies, quod fallitur propter hoc, quia non distinguit inter unitatem, & unum denominatiue, nam unitas dicit diuisionem simpliciter, res autem, quæ est una, non est necesse, quod dicat indiuisionem simpliciter, stat enim quod sit diuisibile, licet actu non sit diuisum, & ideo si consideraueris, inuenies quod argumenta eius non concludunt de uno, sed de unitate.

Item scias, quod multitudo est quid superius ad numerum formalem, siue metaphysicum, & numerum quantitatiuum, sicut analogum, & omnes passiones, ac proprietates, & nomina specierum, quæ uerificantur de numero quantitatiuo, prior uerificatur de multitudine, unde paritas, & imparitas, & perfectio, & superexcedentia binarius, ternarius, &c. non sunt conuenientes solum modo quantitatiuo, sed multitudini, & sic paritas, & aliæ proprietates, ut prædicantur de duobus angelis, & duobus lapidibus est prædicatio analoga, & ex hac declaratione uidebis soluta eius argumenta recitata a Capreolo in 1. d. 24. q. 1. contra secundam, in secundo loco.

Secunda huiusmodi unum sicut supra dictum est. Contra hanc arguit Scotus, ut refert Capreol. in 1. distinct. 24. quæstio. 1. cõtra tertiam, sed aduerte, ipsum decipi in hoc, quod credit mentem nostram esse, illam indiuisionem esse ipsum unum, quod utique falsum est, immo tenemus entitatem rei, ut stat sub indiuisione, esse unitatem & sumptã pro toto, & non tantum pro indiuisione est passio entis, & ut sic est mensura, & est perfectio,

fectio prædicatur de Deo,& constituit multitudinem,propterea argumenta illa procedunt ex malo intellectu, ut uidebis: ideo non militant contra uiam B. Tho.

[Tertia numerus autem,qui est species quantitatis.] Cōtra arguit Gregorii in Capreolo 1.d.24.q.1.cōtra primam. Aduerte ipsum decipi in hoc,qđ credit rē sola sua subiecta esse indiuisam in se,& diuisam ab alia,& sic se ipsa esse unam,sicut sua entitate est ens, quod tamen non est uerum, nisi unitate transcendenti:si autem dēt esse una quantitatiua,requiritur quantitas,& esse quantitatis indiuisum.Secundo decipitur,quia credit illam unitatem, si est distincta a re,una non posse causari, nisi ex alteratione,& generatione, quod tamen non est uerū, immo sola copulatio sufficit,sicut sola diuisio causat multitudinem. Tertio decipitur in subiecto talis unitatis;credit n.si est distincta a re una, quod debeat esse subiectiue in aliqua parte,quod non est uerum:immo eius subiectum adæquatum est tota res una,& in hoc differt unitas a puncto de quo dicit Cōmentator in 5.Metaph.comm.12. indiuisibile in quantitate si non habet situm,est principium numeri,si habet,est punctū. & propterea dicitur quod unitas est simplicior puncto, quoniam abstrahit a situ,non quod sit extra continuum, sed quia non determinat sibi aliquod signabile in continuo,ex his soluta apparebunt tibi eius argumenta.

ARTICVLVS IIII.

Vtrum persona sit nomen commune Tribus.

Circa hunc ar.primo examinabūtur propositiones aliquæ, secundo defendam conclusionem contra Aureol.

[Primo,Quidam dixerunt, quod est communitas negatiue.] Aduerte,quod inter hos fuit Scotus, ut patet in 1.d.23. cuius sensum recitaui in q.29.art.4.& solui rationem eius,de ultimis distinctiuis,& distinctis.

[Secunda,Quidam dicunt,quod est communitas intentionis.] Inter hos est Henricus, cuius argumenta recitata a Capreolo in primo d.23.q.1.contra secundam supra soluimus,in q.29.quarto.

[Tertia nō sicut consequens,& species, sed sicut indiuiduū vagum.] Aduerte quod ly consequens,& species,non sumitur pro secunda intentione, sed pro re, cui attribuitur intentio, idem dico de indiuiduo uago,& est ac si diceret,non sicut nomen generis,ut animal,nec sicut nomen speciei,ut homo,sed nomen indiuidui uagi,ut aliquis homo.

[Quarta nomina enim specierum & generum.] Aduerte quod nomen generis,& speciei,naturam communem semper non ut est in hoc,uel in illo,nomen autem indiuidui uagi importat naturam communem,non ut communis est,sed ut indiuiduata,& per se subsistens, sed non explicat, indiuiduantiam:nomen autem indiuidui signati dicit naturam communem indiuiduatam, & explicat principia indiuiduantia, puta hanc carnem &c. & propterea est sub ultimo conceptu,& ultima determinatione, & ideo non potest de pluribus prædicari.

[Quinta hoc tamen interest.] Aduerte quod indiuiduum uagum ex parte naturæ,dicit distinctionē in natura, & in modo existendi,indiuiduum autem uagum ex parte modi existēdi,dicit indistinctionem in natura, & distinctionem ex parte modi existendi,qui est modus relationis, ut per se subsistentis in Deo primum indiuiduum uagum inuenitur in creatis, & non secundum,in Deo autem secundum, & non primū,quia stat essentia indistincta in tribus.

Indiuiduũ uagum duplex ex parte naturæ,& ex parte modi.

[Sexta,hoc autem nomen persona.] Hæc conclusio responsiua cuius ratio debet sic formari, persona diuina dicit subsistens distinctum in natura diuina. stante indistinctione naturæ, & hæc ratio personæ conuenit uniuoce Tribus, ergo est communis Tribus, ut indiuiduum uagum ex parte modi existendi.

Quantum ad Aureolum, Aduerte,quod deceptus est. Primo,quia idem iudicauit de persona, aliqua persona, & hac persona,sicut de homine, aliquo homine, & hoc homine, & tamen iudicium est falsum, quoniam homo significat naturam communem simpliciter, ut species,persona autem non naturam communem,sed subsistens distinctum, & ideo persona,& aliqua persona sunt indiuiduum uagum. Decipitur secundo, quia existimauit personam esse indiuiduum uagum, sicut Deus,quod est falsum,quia ly,Deus,est indiuiduum uagum ex parte naturæ,persona autem ex parte modi existēdi tantū. Decipitur tertio,quia credidit non posse signari indiuiduum uagum nisi per nomen speciei, uel naturæ cum signo particulari,quod est falsum de indiuiduo uago ex parte modi existendi,quod tamen recipitur in Deo tantum. Pro responsione ad tertium in articulo,quod Ioann.Baccon.in primo,d.24.q.1.ibi[sed sine assertione.]tenet,quod relatio est prædicatum uniuersale,ut consequens ad paternitatem,& filiationē. Sed dicit,quod uniuersale potest accipi dupliciter, primo,pro natura partita,& distincta in singularib.& determinata ad certum gradum, secundo pro communi prædicato quidditatiuo uniuoco distinguibili per differentias suas formales, primo modo non est uniuersale in Deo:quia illæ conditiones includunt imperfectionem,& in hoc sensu B.Tho. negat uniuersale in Deo.dicit .n. in fine responsionis, quodlibet uniuersale prędicatur de pluribus secundum esse indifferentib. secundo modo relatiuo modo potest dici uniuersale ad filiationem,& paternitatem,de persona autem dicit,quod non est uniuersale nec primo nec secundo modo,quia uniuersale est prædicatum essentiale,& non existentiæ,ergo,&c. De Deo autem dicit,quod cum prædicatur de personis,non est uniuersale quoniam uniuersale prædicatur formaliter de suo inferiori,& nō tantum identice. Deus autem non prædicatur formaliter de personis,puta patre,& filio,quoniam relatiuum nō diffinitur per absolutum,ut sic,& hęc omnia probabiliter,& disputatiuè possunt teneri,etiam in uia B. Tho.

QVAESTIO XXXI.

ARTICVLVS I.

Vtrum filius sit alius à patre.

Circa articulum primum,non cadit difficultas. Circa secundum duo agenda sunt, primo ordinare terminos, quos uitare,& quib.uti debemus contra Arrium & Sabellium,secūdo inuestigandum est,quomodo alius,alia,aliud,uerificentur in Deo:& hinc mouebo dubium.

Quantum ad primum,ut ordo pateat oculis,designo sicut.

Confitenda contra Arrium.	Identitas personarum in essentia.	Simplicitas personarum in essentia.	Aequalitas personarum in essentia.	Similitudo personarum in essentia.
Vitanda contra Arrium.	Diuersitas personarum vel differentia in essentia.	Diuisio personarum in essentia.	Disparitas personarum in essentia.	Alienitas personarum uel difformitas.
Confitenda contra Sabellium.	Pluralitas personarum.	Distinctio personarum.	Discretio uel ordo personarum.	Consortium personarum.
Vitanda contra Sabellium.	Singularitas personarum.	Indistinctio personarum significatā, per ly unicum.	Confusio personarum.	Solitudo personarum.

Qvantum ad secundum, Aduerte,quod si Alius teneatur adiectiuè, idest, adiungatur substantiuo in eodem casu, & propositio fiat de termino personali, erit uera, si de termino essentiali, erit falsa, & utriusque declarationem vide

vide in Heru. in 1.d.9. quæst.1. in principio clarius, & resolutus est, si autem teneatur in omni genere substantiui alius dici distinctionem in persona, alia distinctionem in proprietate, aliud distinctionem in essentia, & hanc assignationem posuit B.Th. in 1.d.9.q.1.art.1.

Sed quæritur, an B.Th. concederet, quod possit substantiuari, in omni genere, & supposito. Quod si non: utrum hoc sit ex proprietate sermonis, & ex significatio rei: an tantum ex impositione patrum.

Ad primum dico, quod B.Th. in 1.d. ut supra non uult, quod substantiuetur in omni genere, sed tantum in neutro: quia est sicut informe, & cōmune, ideo attribuitur essentię, masculinum autem, & fœmininum, sicut formatum.

Ad secundū dico, quod ex logica, qua utimur in creatis, non potest concludi ex significato rei, quod magis debeat substantiuari in neutro genere, quam in alio, quia in omni genere in creatis importat distinctionem essentialem, non.n. in eis inuenitur distinctio realis, sine distinctione essentiali. Vnde cum dicitur, Socrates est alius a Platone, & stat alietas in supposito & in essentia: ex logica autem, qua utimur in Deo, quo stat distinctio realis, sine distinctione essentiali, dico, quod cōuenienter substantiuatur in neutro, & sic significat essentiam. Nā ex eo, quod in determinata est, & communis, ideo conuenienter attribuitur ei neutrum genus, ut indeterminatum, non autem conuenienter in masculino, quoniam substātiuum dicit suam significationem absolutam; ergo diceret alietatē simpliciter, & non tantum in supposito. Aduerte tamen ut dicit Herue. in 1. distin.9. art.1. quod hæc attributio non potest conuenire ei ex rei significato, sed potius ex usu, & adaptatione patrū fundantium se super conuenientiam dictam inter essentiam, & neutrum genus, quæ tamen conuenientia non cogit: potest enim sustineri, quod licet neutrum ex modo significandi sit indeterminatum, quia non dicit determinatum sexum, tamen quantum ad rem significatam dicit quid determinatum. Itē potest sustineri, quod alius, alia, aliud, significet alietatem tam substantiue, quam obiectiue, quod autem significat hanc, puta in supposito uel illam, ut in essentia, non habet a se, sed ex adiuncto.

ARTICVLVS III.

Vtrum dictio exclusiua sit apponenda essentia, &

ARTICVLVS IIII.

Vtrum dictio exclusiua sit apponenda termino personali.

Vterque articulus ex cōnexione pertractandus est simul: & facio tria. Primo declaro aliquas propositiones in 3. art. secundo, pono regulam exclusiuæ, cum suis corollariis, tertio uidebo, quomodo potest uerificari in Deo tam in essentialibus, quam in personalibus.

Prima dicitur autem dictio cathegorica. Aduerte apud logicos terminus cathegoricus est ille, qui tam ex propositione quam extra, aliquid per se significat: siue sumptum in concreto, siue in abstracto.

Secunda, dictio uero significata. Aduerte primò, quod apud logicos terminus syncathegoricus est ille, qui nec in propositione, nec extra aliquid significat, sed tantum habet officium in propositione, aut uniuersalizandi, aut distribuendi, aut copulandi, aut confundendi, ut signa uniuersalia, particularia, dictio exclusiua: exceptiua &c. Aduerte secundo, illa uerba *quę important ordinem*, id est quæ dictione syncathegorematica cognoscimus. quomodo autem uerificatur prædicatum de subiecto, an uniuersaliter, an particulariter, an conueniat soli subiecto, & hoc non indicat dictio exclusiua.

Tertia in responsione ad primum. *Non excludit solitudinem absolutam, & multominus respectiuam.* i. dato quod Angeli essēt tamen non consequitur Deum habere consortium, nec cum alio Deo, sic.n. tolleretur solitudo absoluta nec in seipso propter diuinas personas, nisi ponerentur. Vnde positis angelis, & remoto alio Deo, & remotis diuinis personis absolute, & respectiue, Deus remaneret solitarius.

Quarta, in responsione ad secundum. Aduerte, quod argumentum, erat fundatum super hanc propositionem. *Quicquid adiungit termino essentiali in diuinis, potest prædicari de qualibet persona*, quæ quidē propositio non est uera uniuersaliter, nisi in terminis attributalibus. unde illa est falsa formaliter, pater est solus Deus, sic enim debet intelligi pater solus est Deus, si autem exponitur sic, pater est Deus, & nō est aliud, nisi Deus, ergo pater est solus Deus, dico quod est impropria, & sic argumentum non concludit.

Quinta, in responsione ad quintum [ut sophistæ dicunt dictio exclusiua immobilitat terminum, cui adiungitur.] Aduerte, quod in hoc contradicit Paulo Veneto, qui in tractatu de suppositionib. uult dictionem exclusiuam confundere mobiliter, utrum tamen in aliquo sensu descensus ualeat, dicam in puncto sequenti.

Quantum ad secundum, sequendo uiam Heruęi in 1.d. 21. quæstio.1. articulo 1. per totum, pono talem regulam, quam reputo Thomisticam: Dictio exclusiua excludit esse, quod ita est diuisum a subiecto, [quod non includit subiectum, nec includitur à subiecto, sicut sint duo supposita, & duo opposita.] ut opposita: quibus, ut sic, repugnat simul in esse. Huic regulę annectes quatuor corollaria.

Primum corollarium. Omnia relatiua, quæ requirunt distinctionem suppositorum ut dominus, seruus, Pater, filius, ita se habent, quod exclusiua addita uni, excludit reliquum a consortio prædicati. si autem non exigunt distinctionem suppositorum, unum non excludit reliquum, posito.n. Socratem mouere seipsum, & tamen mouens seipsum currat, non sequitur, quod motus a seipso non currat.

Secundum, dictio exclusiua addita termino, non excludit ea, quæ includuntur in ratione termini, dummodo non faciat distinctionem in supposito. Ratione primi: exclusiua addita toti, non excludit partem. Ratione secundi dico, quod licet unum corollarium includat in ratione sua alterum corollarium, tamen quia exigunt distinctionem suppositorum dictio exclusiua addita uni, excludit reliquū, licet ex esse unius inferatur alterum esse ex his. pater, consequentia illam Pauli Veneti esse falsam. tantum pater est, ergo, non tantū pater est: quoniam prima non ualet, tantum pater est, ergo pater est, quia multiplicat tantum patrem esse, & patrem esse, nam per ly enim, excluditur esse suppositum aliud a patre, & in secunda, pater est, infertur filius est, & cum probat, quoniam ab exclusiua ad suam præiacentem ualet consequentia, nego in terminis relatiuis, quæ requirunt distinctionem suppositorum, & hæc est doctrina philosophi in primo physicorum textu octauo ibi, [non enim amplius principium,] & ubi reprehendens antiquos, Parmenidem & Melyssum, dicentes, quod est tantum unū ens, & illud est principiū, dicit, quod qui ponunt tantum unum ens, negant principii rationem, quoniam principium alicuius est principium. est ergo sensus philosophi quod hæc consequentia implicat, est tantum unum ens, & illud est principium, ergo principium est, quæ utique consequentia non alia ratione implicat, nisi quia dictio exclusiua, omne aliud suppositū excludit: ergo consequentia Pauli contradicit doctrinæ Aristot.

Tertium, quod debuit esse secundum in ordine. Dictio exclusiua addita termino, non excludit suum superius, nec suum inferius, nec differentiam, nec suum accidens, quia terminus ille ad nullum talium habet oppositionem, & ideo non excludit. Vnde ly, tantum additum homini, non excludit Socratem, nec animal, nec rationale, nec accidentia, quæ sunt in homine.

Quartum, dictio exclusiua apposita termino, qui habet superius, & inferius, infert superius: inferius autem nec includit, nec excludit illatiue, sed abstrahit. Vnde in hoc tantum homo currit, infertur ergo tantum animal currit, ergo tantum rationale, non autem infertur, ergo tantum Socrates currit, nec negatiua, sed contracurrere, & non currere sunt contradictoria, ergo necesse est, alterum uerificari de Socrate. Respondeo, licet sit necesse alterum uerificari, non tamen ut sequuntur ex illo antecedente, nec ex illo sunt contradictoria sed ex se.

Item quæritur, Cur dictio exclusiua addita termino cōmuni, non infert terminum discretum cum dictione exclusiua, non enim sequitur tantum homo currit, ergo tātum Socrates currit. Respondeo, hoc est, quia dictio exclusiua non aufert cōmunitatem a termino, quin sit superius. Vnde sicut arguere a superiori ad inferius affirmatiue non ualet, sic a termino cōmuni cum dictione exclusiua non ualet.

Iterum non ualet dictio exclusiua immobilitat terminum cui apponitur, ne fiat descensus sub eo cum dictione exclusiua, & quod dixi de termino communi, & discreto intelligendo de integrali ex parte sua, non .n. sequitur tantum domus est alba, ergo fundamentum est album, tamen bene sequitur tantum domus est quanta, ergo fundamentum est quantum.

Quantum

Quantum ad tertium ut uideamus quomodo dictio exclusiua verificatur in Deo, & quomodo non sic procedat in diuinis. Dictio exclusiua potest apponi in diuinis nominaliter, & aduerbialiter: nominaliter solus Deus creat, aduerbialiter solum vel tantum Deus creat. si nominaliter, non ponitur proprie nisi ex parte subiecti. Si autem ex parte prædicati, est impropria, ut hic, pater est solus Deus, Similiter ista, Trinitas est solus Deus: sic exponitur Trinitas est Deus, qui est solus Deus, ita ly, qui referat Deum, & nō patrem. Si aduerbialiter, potest poni ex parte subiecti, ut tantum Deus creat, & ex parte prædicati, siue post copulam immediate siue in fine totius prædicati. exemplum primi, pater est tantum Deus. Exemplum secundi pater est Deus tantum, & sic exponitur, pater est Deus, & non est non Deus, uel non est nisi Deus: ergo &c. Sed nominaliter uel aduerbialiter: uel apponitur termino essentiali ex parte subiecti, & prædicati, ut tantum, uel solus pater generat, & sic patet per exponentes, quod utraq; est propria, & uera, uel formantur mediæ, itaque propositio componitur ex subiecto essentiali, & prædicato personali, ut tantum Deus est pater, sic potest esse uera, & falsa. vera, si ly pater stat pro illa persona, quæ est pater, ergo, &c. Si autē stat pro relatione, est falsa: quoniam secunda exponens est falsa, quoniam homo est pater, qui est alius a Deo. Aduerte tamē quod si hæc propositio absolute accipiat, ab antiquis Theologis sumebatur ly pater per antonomasiam, ut tantum Aristot. est Philosophus, vel componitur ex subiecto personali, & prædicato essentiali, & hoc dupliciter, uel quod dictio exclusiua apponatur subiecto, vel prædicato aduerbialiter. si primo modo, ut hic, tantum pater est Deus, dico, quod est falsa, quoniam secunda exponens est falsa, ut patet, nisi fiat per terminum neutrum, sic & nullū aliud a patre est Deus. Sed quia hæc secunda exponens est insolita, ut etiam dicit B. Thom. in quarto articulo huius quæstionis, ideo simpliciter neganda est. si secundo modo, ut hic, pater est tantum Deus, uel Deus tantum, dico quod applicata patri, & tertiæ personæ, est uera, quoniam secunda exponens est uera, scilicet pater, & tertia persona sunt tantum Deus, qui non sunt nisi Deus, applicata filio est falsa, quia secunda exponens est falsa, non solum enim Deus est sed etiam homo ex unione ad nostram creaturā, & sic patet quomodo uerificantur propositiones exclusiuæ in Deo, & quomodo non.

QVAESTIO XXXII.

ARTICVLVS I.

Vtrum Trinitas possit naturali ratione cognosci.

Circa hūc articulum scias, quod Scotus in prima distin. 2. q 7. ibi, *quia sicut dixi pluralitas &c.* format quinq; rationes quas non soluit: licet alias quorundam doctorum soluat, quibus probat, quod possumus naturaliter concludere personam producentem, & productam in eadē natura numero quæ est in Deo: quicquid de ratione eius formali est primum productiuum illud, in quocunque inueniatur & a se, & sine imperfectione in eo est principium productiuum notitiæ genitæ, & quia concessa maiore, ad minorem posset dici, quod ad productionem notitiæ genitæ non solum requiritur intellectus habens obiectum præsens, sed qui sit perfectibilis, & receptiuus notitiæ genitæ, quod repugnat in Deo, ideo probat Scotus hāc responsionem non euadere argumentum sic esse perfectibile, & receptiuum dicit imperfectionem, quia denotat potentiam passiuam in productiuo. Sed hæc imperfectio non est de ratione formali principii productiui, aliter omne productiuum esset imperfectum, ergo non repugnat dari principium productiuum sine his imperfectionibus. ergo intellectus habens obiectum præsens, dato quod non sit receptiuus, nec perfectibilis, adhuc est productiuus notitiæ genitæ.

Ad hoc diceret philosophus, quod licet sufficiat obiectum esse præsens intellectui, ad hoc, quod aliquis sit intelligens, non tamen ad hoc, quod sit intelligens productiuum, sed requiritur, quod notitia producta distinguatur realiter, & essentialiter a producente, nam ut ipse Scotus dicit respondendo ad tertium ibidem oportet probare communicationem in unitate naturæ esse possibilem, quod non potest nobis constare ex sensatis: & ideo ad maiorem dico, quod non sufficit illud, non concurrunt aliæ conditiones requisitæ ad productionem realem, inter quas est distinctio essentialis, & quia hæc repugnat simplicitati diuinæ, ideo philosophus reputaret impossibilem talem productionem. Posset & dici, quod requiritur perfectibilitas, & receptibilitas, & cum arguit Scotus quod hæc dicunt imperfectionem, concedo in actione immanenti, quæ est perfectio agentis: nego autem in actione transeunte, vt respondeatur obiectioni de agenti liberali, nam liberalitas est ad alterum, & concederet philosophus Deum dum agit ad extra, non perfici, non sic autem esset, si produceret realiter actum intelligendi, uel uerbum, & cum dicit Scotus, ergo omne principium productiuum esset imperfectum, concedo respectu actionis immanentis, in quo sensu nunc loquimur, & propterea philosophus hoc inconueniens fugere existimauit, dicens intellectionem Dei esse eius substantiam.

Secunda, in uiuentibus producens tanto est perfectius quanto productum est sibi magis unitum, sed Deus est producens perfectissimum simpliciter, ergo suum primum productum est sibi unitissimum simpliciter, ergo in eadem natura numero quia hæc est magis unicas.

Ad hoc dico, quod fundatur in falsa, supponit enim quodlibet uiuens posse producere sibi uniuocum, quod non conceditur, nisi in generabilibus, eo quod primum uiuens est infinitum, si ergo produceret sibi uniuocum, tale esset infinitum, quod repugnat producto, & quia implicat dari plura infinita simpliciter ideo &c.

Tertia, obiectum ut est in memoria est producens seipsum, vel est ratio producendi seipsum in intelligentia. ubi ergo obiectum & memoria sunt idem simpliciter, obiectum est ratio producendi seipsum simpliciter, sed in Deo obiectum & memoria sunt idem simpliciter, ergo.

Ad hoc diceret philosophus, quod obiectū in memoria non est ratio producendi seipsum in intelligentia, nisi secundum esse cognitum, & non secundum esse naturale, sic lapis in memoria est ratio producendi conceptum lapidis qui non est lapis, sed lapis cognitus. Idem diceret illam propositionem assumptam non esse veram, nisi in illo intellectu qui realiter elicit intellectionem, quod Deo repugnat.

Quarta, prima productio competit primo producenti: sed productio naturalis est prima productio, ergo competit primo producenti, licet non ad extra: quia illa est per uoluntatem, diceres, quod non esset ex modo uoluntatis idem cū libertate contradictionis, sed ex uolūtate, ut natura, nam licet philosophus ponat Deum agere ad extra per intellectum, & uoluntatem, tamen agit ex necessitate naturæ.

Quinta, Relationes mouentis, & moti conueniunt eidem naturæ limitatæ, nam uoluntas uult se, ergo relationes producentis, & producti conueniunt eidem naturæ, probatur consequentia: quia utræque relationes sunt in secundo modo relatiuorum.

Ad hoc dico, quod negatur antecedens respectu eiusdē; nam uoluntas actuata notitiā obiecti uult se, uel alia a se: & hæc uolitio recipitur in uoluntate nuda: non sunt autem idem realiter & præcise uoluntas nuda, & uoluntas actuata notitia obiecti. Vnde hoc argumentum in uia nostra non est difficile, sed bene in uia Scoti, qui uult quod uoluntas seipsam præcise se deducat de potentia ad actum.

Dico secundo, quod potest negari consequentia, quoniam mouens, & motum non necessario requirunt distincta supposita sicut requirunt producens, & productum quod autem possint esse distincta supposita in unitate essentiæ non possumus ex creatis accipere, immo oppositum.

Scias autem quod aliqui Scotistæ aliter formāt primam rationem Scoti, & sic producens perfectissimum producit productum perfectissimum, productum perfectissimum est productum in unitate naturæ, quoniam maximè intimum est producenti, sed Deus est producens perfectissimum, ergo.

Ad hoc dico, quod philosophus negaret minorem quasi implicantem contradictionem, nec concederetur nisi reuelata, & si instas, ergo Deus nō potest producere perfectissimum perfectione possibili. Aliqui etiā concederent, quod Deus non potest producere perfectissimum, quod potest: quia quocunque producto potest perfectius producere, & sic patet, quod istæ rationes non concludunt, & aduerte quod secunda responsio est tacta ex Olchot. In secundo Sententiarum.

ARTICVLVS II.

Vtrum ponenda sint Notiones in Deo

Circa

Circa primum, aduerte titulum quod Notio, quantum ad id, a quo nomen imponitur, est illud, quod est principium cognoscendi, alterum ut rationale est notio hominis: applicando autem ad diuina quatuor sunt de ratione notionis. Primo, quod significetur nomine abstracto: nam principium formale, siue in essendo, siue in cognoscendo habet rationem, quo: secundo quod pertineat ad originem, quoniam personæ diuinæ non distinguuntur, nisi origine, ex consequenti non cognoscuntur nisi origine. Tertio quod dicat dignitatem: nam persona dicit dignitatem, ut patet ex supradictis de persona. Quarto quod sit proprium rei, quæ per ipsam cognoscitur: nã ex principio communi non habetur cognitio nisi confusa: nunc autem loquimur de distincta cognitione personarum. & aduerte quod expositor adducit hæc pro declaratione tituli, quæ tamen assumpsit ex Beato Thoma in prima, distinct. vigesima sexta, quæstio. 2.3.

Sed sicut ostensum est supra. Aduerte quod Beat. Thom. ideo pertractauit de uerbo ad uerbum supra in quæstio. 13 1. secundum. Quia sicut intelligimus, sic nominamus. Aduerte quod Aureol. credit ex his mentẽ Bea. Thomæ fuisse abstractum, & concretum non differre, nec distingui in Deo ex parte rei, sed præcise ex nostro modo intelligendi: quia tamen non est sensus Beati Thomę immo quod illa distinctio rationis habet fundamentum ex parte rei, talis est enim essentia diuina, quod sufficientissime æquipollet abstracto & relatiuo, & ideo fundat utriusque conceptum: facta hæc interpretatione falsa, super eam fundat argumenta sua, quæ etsi non militant contra Bea. Thom. & ideo non est curandum de eis: uide tu tamen ea ad placitum in Capreolo, distinct. uigesimanona, quęstio. prima, contra primam, ibi similiter contra eandem, & aduerte, quod responsio expositoris est responsio Capreoli, quæ etiam est clarior.

Primo quidem hæreticorum instantia. Cõtra hanc arguit Gregorius unico medio, ut patet in Capreolo, ubi supra, & est argumentum sextum, & aduerte quod responsio Capreoli resoluitur per responsionem expositoris quæ stat in hoc præcipue secunda & tertia Bea. Thom. intendit declarare non quomodo sit unitas uel Trinitas in Deo, sed interrogat quomodo personæ distinguuntur. debemus habere responsiuum proprium: constat autem quod ex dicto Augustini quod adducit Gregorius non habemus. Item interrogatiuum, ut quomodo debet habere responsiuũ, ut quo: & hæc fuit intentio Beati Thom. & ideo Gregorius non satisfacit interroganti, si remouet abstracta. *Non autem unum relatione*. Aduerte quod Gregorius ut refert Capreol. ubi supra, soluit hanc rationem Beati Thom. & dicit posse responderi, quod in parte est quidem una relatio secundum rem, sed illi competunt duæ rationes quibus trahitur ad distinctas species relationis, & sic ut induit ratione paternitatis, correspondet filiationi, ut autem induit rationem spirationis, correspondet processioni. Et cum arguit B. Tho. quod sequeretur filium & Spiritum sanctũ referri eadem relatione ad patrem: negat consequentiam: nam secundum ipsum Plato albus, & Socrates niger referuntur ad Petrum album, in quo est tantum una relatio: & tamen illi referuntur ad Petrum distinctis relationibus, ut patet, quoniam similitudine, & dissimilitudine.

Et tu considera, quod hæc responsio est apparens, nec Capreol. improbat eam nisi in hoc, quod dicit paternitatem, & spirationem esse unam relationem, & tamen reponi in distinctis speciebus relationis, quod uidetur impossibile; quoniam si reponitur in distinctis speciebus relationis, distinguitur differentiis specificis rationalis, ergo non potest dici una relatio sicut Isosceles, & æquilaterus, non possunt dici unus triangulus. Tu tamen aduerte quod expositor super illam propositionem in art. *Necesse dicere, quod duæ relationes &c* usque ibi, *firmi*. mouet duo dubia, in quorum primo resolutionem declarat, quod propositio Beati Thomæ debet intelligi de duabus relationibus adæquatis, ut excludamus paternitatem, & maternitatem, quæ ut partiales correspondent uni filiationi: eam secundo declarat quod licet duæ relationes in patre non distinguantur realiter, tamen æquipollent distinctis realiter, & sensus propositio B. Tho. debet sic intelligi, si ex opposito eis non correspondeant duæ relationes distinctæ realiter, vel æquipollenter,

In responsione ad secundum, *& ideo ea, quæ habent ordinem ad actum*. sed contra sapientia & intellectus ita sunt abstracta sicut notiones, ergo si eis repugnat ex modo significandi, quod de eis non prædicantur oĩa, quæ pertinent ad actum, sic repugnat sapientię, & intellectui, & tamen Beat. Thom. dicit in hac responsione, quod sapientia creat, ergo sibi contradicit. Ad hoc respondet expositor, & intendit, quod licet sapientiæ repugnet ex modo significandi, sicut etiam relationi, non tamen ex sua ratione formali, quia cum significetur ut forma absoluta ei non repugnat, immo competit esse principiũ actionis, proprietati autem relationis repugnat, ex modo significandi, & ex ratione sua formali, quia relationi repugnat esse principium actionis sicut esse terminum.

ARTICVLVS III.

Vtrum sint quinque notiones.

Et sic ex hac parte eius intentio est innascibilitas. Ad hoc, quod constet innascibilitatem esse notionem, quinque agẽda sunt. Primo quid importet ingenitum. Secundo quia uidetur esse priuatio, super quid fundetur Tertio quod primat, ut ponitur notio patris, &c. Quarto probandum est quod sit notio. Quinto soluenda sunt argumenta Aureoli.

Quantum ad primum & secundum & tertium & quartum, inuenies omnia resoluta in Heru. in prima distinctio. uigesimaoctaua, quæstio prima, quæ adeo clara sunt, ut non indigeant declaratione. primum est ibi, *Alia est opinio, quæ uerior est*. secundum ibi, *Quantum ad secundum duæ sunt opiniones*. tertium ibi, *sed adhuc restat ostendere, quid primat*. quartum ibi, *Quantum ad quartum dicendum quod ingenitum est propria notio patris*. Quantum ad quintum, aduerte quod Capreol. in prima distin. 28. quæstio, prima, adducit plura argumenta Aureoli & aliorum, quod primo quidem probat Aureol. quod ingenitum significet formaliter positiuum. quod est contra mentem nostram: nam licet supponat positiuum ut fundamentum formaliter, tamen dicit priuationem, unde omnia argumenta Aureoli quæ recitat illic Capreol. contra primam, bene concludunt, quod dicit materialiter uel fundamentaliter positiuum: si autem intelligat formaliter, negandæ sunt omnes maiores.

Secundo aliqui arguunt quod ingenitum conuenit essentiæ, ex consequenti dicit meram negationem, & non priuationem, quorum rationem adducit Capreol. ubi supra, contra secundam conclusionem, sed tu responde ut Heru. in distinct. vigesimaquinta, quæstio. prima, artic. 1. ibi, & sic accipiendo ingenitum soli patri conuenit. Vnde negandum est ingenitum conuenire essentiæ, ut stat sub illis conditionibus, quas adducit Heru.

Tertio aliqui arguunt, ut recitat illic Capr. contra tertiam, quod ingenitum fundatur super essentiam, eo quod etiam si auferatur a Deo pluralitas personarum, adhuc Deus diceretur ingenitus. sed tu responde ut Heru. ubi supra, ibi, & quando dicitur, quod date,

Quarto arguit Aureol. ut refert Capreol. ubi supra, contra tertiam, probando quod non fundatur super uniuersalem authoritatem principii. sed eius argumenta, ut bene notat Capreol. æquiuocant de uniuersali principio, prout est prædicatũ attributale, & prout est prædicatum notiale. Nam primo modo est prædicatum metaphysicale, quod uerificatur in Deo etiam remota Trinitate. secundo autem modo est prædicatũ merè Theologale, quod supponit necessario pluralitatem personarum, & ideo Aureol. non considerans hanc distinctionem, deceptus est, ut uidebis in solutionibus Capr.

Quinto arguit Aur. ut refert Capr. ubi supra, contra quintam, quod licet ingenitum sit notio patris, omnino tamen ex hoc, quod dicat dignitatem, sed solutiones ad argumenta eius claræ sunt, & resolutæ à Capr. uide eas: & stant in hoc, quod dicit dignitatem non ex suo formali, sed ex suo fundamento quod est esse vniuersale principium intellectus & extra productorũ & producibilium.

Innotescit notione communis spirationis. Contrà: nòn dicit aliquid speciale, cum sit commune prædicatum de patre, & filio, ergo vel conditiones notionis sunt malè assignatæ, uel communis spiratio non est notio. Ad hoc dico, quòd si considerentur pater, & filius in ratione suppositi, sic est quid commune eis, & non speciale, & per consequens non esset notio: si autem in ratione spiratiua sic est quid speciale, quoniam spirant una uirtute numero Spiritum sanctum, & sic non distinguuntur.

Sed adhuc quæritur, sicut communis spiratio est notio patris, & filii, utrum inspirabilitas possit dici notio vtriusque uel saltem patris aut filii, quod Aureol. apud Capreol. 1. distinct. 28. quæstio. 1. contra quintam arguit pro affirmatiua, & est quartum & quintum argumentum. similiter Scotus in 1. dist. 28. quæst. ultimum argumentum respondens primæ conclusioni

sioni, uidetur declinare ad partem affirmatiuam, quia sicut esse ingenitum, idest improductum, est proprium patris, ita esse inspiratum est proprium filii: ergo sicut illa negatio est notio in patre, ita hæc erit notio in filio.

Ad argumenta Aureoli respondet Capreol. & stat in hoc, licet inspirabilitas dicat dignitatem in filio, tamen quia est commune patri & filio, & per consequens non est aliquid speciale, ideo non est notio, non sic autem est de ingenito, idest improducto.

Sed aduerte, quod hæc responsio uidetur nõ sufficere: nam si ex communitate inspiratio non est notio, nec suum oppositum, quod est spiratio, ex eadem causa erit notio.

Et ideo expositor respondens Scoto, melius dixit, fundans se super responsione ipsius Capreoli ad primum Aureoli ubi supra contra quintam, quod non est propter communitatem, sed quia negatio regulariter non dicit dignitatem, aliter cum Spiritussanctus sit innatus, poneretur & septima notio. quod autem negatio, puta ingenitum, sit dignitas in patre, & non in filio, hoc est propter fundamentum, quod scilicet est uniuersalis authoritas, in qua fundatur ipsum genitum, ut supra diximus: & quia hoc omnino est in filio, nec in tertia persona, ideo negatio in eis non dicit dignitatem, & per consequens nõ est notio filii inspirabilitas.

In responsione ad tertium, *neque tamen ad inuicem præsententur*, scias, quod Scotus in quolibet. quæstio. 5. art. 2. circa finem, ibi, *circa tamẽ materiã*. arguitur contra hanc dupliciter, primo sic; quæ differunt ratione, non de se inuicem prædicantur, ergo hæc falsa, sapientia est bonitas, quam tamen tu concedis, nam secundum se ratione differunt.

Secundo exemplum adductum de attributo est contra te, sicut attributum sapientiæ non est attributũ bonitatis, sic nec notio paternitatis est notio spirationis, ergo sicut cum prima stat quod sapientia est bonitas, sic cum secunda stabit, quod paternitas est spiratio.

Ad hoc respondens expositor, & bene, dicit, ideo paternitas, & spiratio, non de se inuicem prædicantur, quia non solum differunt ratione, sed quia dicunt diuersas rationes disparatas, & distinguuntur differentiis specificis relationis, & ideo non possunt concipi ut una relatio, sed ut duę species in tali genere, quæ ut sic de se inuicem prædicari non possunt, non sic autem est de sapientia, & bonitatẽ, nisi cõcipiantur sub ratione attributi.

Ad secundum autem responsio stat in hoc, paternitas, nec sub ratione paternitatis, nec sub ratione notionis, potest prædicari de spiratione: sapientia autem licet sub ratione attributi non prædicetur ex bonitate, tamen secundum se prædicatur per ea, & ideo non est simile, & sic negatur consequentia.

ARTICVLVS IIII.

Vtrum liceat contrariè opinari de notionibus.

AD *fidem aliquid pertinet dupliciter*. Aduerte q ea, quæ sunt fidei, consistunt in triplici gradu. Quędã sunt quibus statim quæ offeruntur intellectui obligatur intellectus assentiri, & accedere consensus uoluntatis tali quod assensus dicitur fidei, & talia sunt in primo gradu, ut articuli fidei. Quidã autẽ sunt quibus statim nõ obligatur intellectus assentiri, nisi postquam ei constiterit, quod a Deo reuelata sunt, quibus si tunc non assentitur, efficitur infidelis, quoniam non credit Deo reuelanti, & hæc sunt in secundo gradu, & sunt quæ continentur in scriptura sacra præter articulos fidei, ut quod Salomon sit filius Dauid, & Isaac filius Abraham.

Quædam autem sunt quibus intellectus nõ obligatur assentiri, nisi postquam ei constiterit quod sunt determinata ab ecclesia, tunc enim obligatur, eo, quod reducuntur ad illud, credo in unam Sanctam ecclesiam catholicam: & hæc sunt in tertio gradu, ex quibus patet, quod de contentis in primo gradu pro nullo instanti licet contrarie aut contradictorie opinari. De his autem quæ sunt in secundo gradu aut tertio, licet, antequam constet quod ad ea sequitur aliquod contrarium fidei.

Hoc ipsum induceret hæresim maxime si pertinacia adiungatur. Aduerte q expositor uult plura requiri ad hæreticum quam ad hæresim, quoniam secundum eum, ad hæresim sufficit error in intellectu esse ea, quæ sunt fidei in aliquo graduum. Ad hæreticum autem requiritur pertinacia ultra talem errorem, sed in hoc non uidetur bene sentire: nam Beat. Thom. in secunda secundæ, quæstio. 11. art. 1. tenet, quod differentia constitutiua hæresis est pertinacia, & ipsemet expositor tenet idem illic. & ratio est in promptu, quoniã hæresis dicit electionem, in qua stat consensus uoluntatis, vel secundum aliquos dicitur hæresis ab hæreo; hærere autem dicit determinationem voluntatis, & consensus determinatio æquipollet pertinaciæ, ut cadit in diffinitione hæresis, non enim sumitur hic pertinacia pro obstinatione, illa enim constituit tantum impœnitentem hæreticum, sed pro expresso consensu, quoniam sic vt expressus consensus circa ea quæ sunt fidei, constituit fidelitatem, ita oppositus consensus constituit infidelitatem, cuius vna species est hæresis.

Sic igitur dicendum, quòd esse notiones. Aduerte quòd B. Tho. ex illis uerbis, *aliqui opinati sunt*, loquitur in præterito, & ideo non immerito quæritur, si etiam nunc liceat contrariè opinari de notionibus sicut tempore primitiuæ ecclesiæ, scias igitur q Scotus in 1. dist. 28. quæst. 1. ad tertium, ibi, *& ita sicut posteriores*, videtur declarare, quod sic, & ratio eius est, quia primi non plene posuerunt quod postremi, uel moderniores adhuc melius inuestigauerunt, & sic posuerunt sextam notionem, scilicet inspirabilitatem, de qua B. Tho. non facit mentionem nec affirmatiue nec negatiue.

Videtur tamen tutius dicendum, quòd nunc non licet: quoniã res optime examinata est, & stante ratione data de notione, patet ratio quare nõ debeat admitti, q inspirabilitas sit sexta notio, quam rationem assignauimus in articulo præsenti respondendo ad argumentum Scoti. ideo hæc via tutior est.

Sed iterum quæret aliquis quare Ambrosius non admittit ingenitum esse notionem patris, ut patet in 1. dist. 28. Dico ad hoc cum Magistro, inde ibidem, & cum Scoto, vbi supra, quod hæc rõ fecit, ne fideles simplices deciperentur ab hæreticis: nam ly, ingenitum, non dicitur ad aliud, sicut genitum, & genitor: supposito enim quod pater nõ genuisset, adhuc põt dici ingenitus, & ideo uidetur esse absolutum: nullum autem absolutum est proprium alicuius personæ: postquam autem inuestigatum est, quod reducitur ad relatiuũ quia negat relationẽ, i. generationem sumptam pro quacunque productione, quæ negatio fundatur super uniuersali, & ideo tale principium potuit a posterioribus poni notio sine periculo.

QVAESTIO XXXIII.

ARTICVLVS I.

Vtrum Pater sit principium filii.

HOc *nomen principium, nihil aliud significat &c.* usque in finem corporis. Aduerte quod Beat. Thom. non accipit principium secundum aliquem modum positum a philosopho in 5. met. nisi forte tertiũ modum, qui est de principio extrinseco: puta effectiuo a quo incipit rei generatio, sed accipit modum communissimum ad quem philosophus reducit omnes alios modos, cum dicit *omnium igitur principiorum commune principium esse. Vnde aut fit aut est, aut cognoscitur*, & hoc insinuat Beat. Thom. cum dicit *omne id, unde, a quo &c.*

In respõsione ad primũ *principium communius est quam causa*. sed contradicit philosophus in 4. met. tex. 3. quod unum, & ens sunt conuertibiliter idem, sicut principium & causa, ergo.

Ad hoc dico, quod philosophus in 4. met. non accipit principium uniuersalissime, sed contractum ad principium productiuum, quod quia in omnibus creatis distinguitur a principiato essentialiter, ideo posuit illud conuerti cum causa, nõ enim potuit comprehendere principium productiuum coessentiale suo producto. licet autem in creatis principium productiuum conuertatur cum causa, non tamen principium uniuersalissime sumptum; & nam & apud philosophum principium lineæ est punctus, non tamen causa in aliquo genere causæ.

Prima pars rei dicitur principium, sed non causa. Sed contra, omnis pars componẽs, uel est materialis, uel formalis, ergo est causa materialis, uel formalis, & per consequens propositio B. Thomæ est falsa.

Ad hoc dico, quod B. Tho. truncatè allegatur, non enim dicit simpliciter, quod prima pars rei non sit causa, sed facit hanc disiunctiuam primus enim terminus uel etiam prima pars rei est principium sed non causa, sufficit autem huius disiunctiuæ primam uel secundam partem esse ueram, constat autem primam esse ueram: quoniã punctus est primus terminus lineæ, & est principium & non causa, & sic patet, quod argumentum non militat, concludit enim uerum, nec B. Thom. intendebat oppositum cum loquitur disiunctiue.

Quæritur

Quanto autem aliquid remotius est communius. Aduerte q Cap. in distin. 29. contra secundam adducit Aureol. dicentem hanc propositionem esse ueram, si tale communius, conuenit Deo, sed dicit ipse quod non magis conuenit, quam causa, quia nullus modus principii assignatus a philosopho competit Deo, ut patet: ergo.

Ad hoc dicitur, quod licet nullus modus particularis conueniat Deo, tamen ratio communissima principii conuenit ei ut declarauimus in primo articulo, nullus autem modus causae nec eius communissima ratio conuenit Deo, importat enim distinctionem essentialem a suo causato.

In responsione ad secundum. *sed hoc non est in usu* sed contra, principium est relatiuum formaliter, & non potest concipi nisi conceptu relatiuo, ergo dicitur ad conuertentiam, ergo simpliciter principium est principium.

Ad hoc dico, quod ut refert magister in 1. *distinctio. 26. ibi. Quidam tamen putant.* Augustin. in 5. de Trinitate negat omne relatiuum dici ad conuertentiam, quoniam in multis nō inuenitur terminus quo sibi uicissim correspondeant, & praecipue in Deo, nam uidetur referri ad minorem, & tamen nō est tutum dicere filium minorem patre: unde in hoc fallit regula logicae de relatiuis ad conuertentiam, si applicatur ad diuina, unde illic particulari logica opus est.

ARTICVLVS II.

Vtrum pater sit nomen proprium diuinae personae.

Circa hunc articulum, Aduerte, q ly, pater, non ut est cōmune Deo, & creaturae, sed ut sumitur in Trinitate attributū primae personae, ly, proprium significat idem, q substantiale, ut sit sensus. Vtrum ly, pater attributum primae personae sit nomen substantiale, uel accidentale, nam indiuiduum apud nos potest nominari nomine substantiali, quod imponitur a principio substantiali praecipue a forma & nomine accidentali impositi ab accidenti. exemplum primi, Socrates, & Plato: exemplum secundi crispus, rubeus, Sophronisci filius.

Nomen proprium, idest substantiale cuiuslibet personae. Aduerte q haec propositio fundata est super illam regulam, quae tenet in omnibus proportionaliter, nomē proprium generis significat id per quod distinguitur genus a quolibet, ut sensitiuū est proprium nomē animali. Idem intelligitur de proprio nomine speciei, ut rationale in homine, similiter in indiuiduo, si sciremus principia indiuiduantia huius, & illius hominis.

Id autem per quod distinguitur. Aduerte quod per ly, *distinguitur*, intelligendum est hypostatice, nam distinguitur etiam innascibilitate, sed non ut distinctio hypostatica, quia cum sit priuatio, non constituit personam.

Vnde proprium nomen patris est hoc nomen, pater. Cōtra, hoc nomen pater aut significat illud distinctius patris formaliter, & expresse, aut potentialiter, sicut genus significat sua contenta potentialiter si primum, contra: Pater significat paternitatē, quae non distinguitur, immo conuenit cum aliis patribus saltem analogice. si secundum, ergo homo esset proprium nomē Socratis, & Platonis, quia non excludit eos, licet non expresse includat: & hoc dubium mouet expositor.

Ad hoc dico, q non erat necesse huiusmodi dubium mouere, quia in litera sumitur ly, *Pater* ut constituitur suppositaliter paternitati, tanquam forma substantiali indiuiduali, ut dicemus infra, q personae diuinae constituuntur personae relationibus subsistentibus, quae tantum in Deo sunt, & ex quibus sufficienter distinguuntur personae abinuicem.

Vnde nego quod per talem paternitatem conueniat cū aliis patribus: paternitas enim in eis est accidens, unde pater non est nomen substantiale nisi in Deo.

ARTICVLVS III.

Vtrum in diuinis pater dicatur prius ut personaliter sumitur.

Circa hunc articulū pro titulo aduerte, q ly, personaliter, denotat q aliqñ sumitur personaliter aliquando essentialiter, ut pater noster qui es. & ly, dicitur, intelligitur quo ad praedicationē, nō quo ad esse: constat enim q perfectius est esse patrem diuinae personae, quam patrem creaturae: sed requiritur an ratio patris conueniat Deo per prius respectu diuinae personae quā patri creaturae: ly *prius* dicit expositor quod stat pro prioritate naturę, & ego dico, q pro prioritate naturae, & durationis, & perfectionis, & secundum omnes modos procedit B. Thom. in articulo: Nam prioritatem durationis ponit ad quartūdo, sed contra prioritatem perfectionis ponit in corpore comparando filiationem creaturae ad filiationem personae diuinae, prioritatem naturae ponit in responsione ad primum, eo quod filius diuinus est principium creaturae.

In responsione ad primum, *Communia quae important respectum ad creaturam*, de his respectiuis communibus consequentibus actionem immanentem, ut Deum cognoscere creaturā, loquemur in q. sequenti, ar. 3. contra Scotum.

In intellectu enim personae patris includitur Deus, sed non. Aduerte q ly, *Deus* sumptū in recto, nō est in intellectu patris, q absolutum non praedicatur in recto praedicatione quidditatiua, & formali de respectio, cū sint opposita, & sic negauimus supra in quaest. 30. Quarto hanc esse formalem. Pater est Deus sed bene hanc, Pater est persona, si autem ly, *Deus* sumatur in obliquo, sic est uerum quod est de intellectu patris diuini, nam pater est quid subsistens paternitatem distinctam in Deo. Pater autem nō est de intellectu Dei, nec in recto, nec in obliquo sic debet intelligi propositio B. Thom.

Persona procedens in diuinis usq; ibi, creaturarum. Quomodo sit uerum personam producentem esse principium productionis creaturae, declarat B. Thom. infra q. 45. art. 6. Tu tamen aduerte q Scotus arguit contra B. Tho. ut recitat Capr. 1. dist. 1. q. 2. contra secundam, sed non tāgunt sensum B. Thom. sed Henri. tenet enim Henricus quod personae diuinae sunt principiū productionis creaturae ratione propriorum, & contra hoc tendunt argumenta Scoti, sed B. Thom. tenet ratione appropriatorum, puta filius, ut sapientia, nec contra hoc militant, ideo non sunt curanda. Verumtamen de his plenius loquemur illic ubi est articulus proprius, & expositor promittit se illic locuturum, sed cito, & truncate transit.

ARTICVLVS. IIII.

Vtrum esse ingenitum sit proprium patri.

Circa hunc articulum quae spectant consideranda esse ingenitum, diximus, cum locuti sumus de notionibus in quaestio. 32. artic. 3. ubi secuti sumus decisionem Herui, & dedimus defensionem contra Aureolum, & alios impugnantes, uide illic.

QVAESTIO XXXIIII.

ARTICVLVS I.

Vtrum uerbum in Deo sit nomen personale.

CIRCA hunc articulum aduerte primo, quod praesupponit notitiā uerbi nostri, ex nostro enim imitatiue ad diuinum imitatiue ascendimus. de nostro autem satis dixi in quaest. 27. artic. 1. & praecipue quinque; primo quod non est species intelligibilis, nec actus intelligendi, sed terminus ipsius intellectionis. Secundo, quod in nobis producitur per actum intelligendi: nec obstat, quod sit actio immanens, & soluimus argumenta Durandi. Tertio, quod in nobis distinguitur materialiter ab actu. Quarto, q producitur a notitia aliquando actuali, aliquando habituali, resoluendo ad uerbum primum. Quinto, quod eius necessitas stat in duobus. Primo, ut obiectum sit sufficienter praesens intellectui in esse cognito. Secundo, ut intellectio sit perfecta. His suppositis ad literam articuli transeundum est.

Vtrum uerbum sit personale: pro titulo, aduerte, quod ly, *uerbum*, stat pro sua ratione formali, quae est haec, uerbum est quid procedens ad intra ex notitia concipientis. Quaeritur ergo si sub hac ratione uerificatur de aliqua persona ex suo proprio significato, & non solum ex accommodatione uel similitudine.

Manifestius autem usq; ibi, mentis conceptum. Aduerte, quod hic ordinat modos, quibus dicitur uerbum secundum ordinem non naturae, sed nostrae cognitionis. & primus est uerbum uocis, secundus est conceptus, tertius est imaginatiu uocis, si uox proferatur sine imaginatione, & intentione significandi, non est uox significatiua, ex secundo de anima, textu 89. inquit enim philosophus illic, uox est ab anima cum imaginatione, est enim sonus significatiuus.

Sic igitur primo usque ibi, quartum ad formandum, hic ordinat modos uerbi, secundum ordinem naturae, & sic primo modo est

verbum intellectus, secundo verbum vocis, tertio verbum in imaginatione.

Vnde uerbum secundum quod proprie accipitur in diuinis non sumitur essentialiter, sed personaliter tantum. Aduerte quod Bea. Thom. hic concludit verbum in diuinis dici personaliter tantum quia de ratione eius est processio, sed in quæst. de verit. quæst. quarta, articu. secundo, soluit hanc rationem, & dicit ꝙ aliquid potest procedere secundum rem, & aliquid secundum rationem: si secundum rationem, est essentiale, sicut intelligere, & operari in Deo: si secundum rem, est personale, & ideo q̃a posset dici verbum procedere secundum rationem: non videtur clarum verbum dici tantum personaliter. Vt autem videamus quando verbum dicit processionem secundum rem, & quando secundum rationem, Beat. Thom. in eodem articul. ponit hanc diffinitionem, & intendit, quod verbum nostrum comparatum ad intelligentem, idest ad intellectum actuatum obiecto, & ad actum intelligendi, dicit processionem realem: realiter enim exprimitur ab intelligente, & realiter terminat actum intelligendi elicitum a nostro intellectu. In Deo igitur, si verbum comparetur ad actum intelligendi, cum non sit elicitus realiter ab intellectu diuino, quia esset eiusdem perfectio, non dicit processionem nisi secundum rationem, & sic est essentiale, sicut intelligere: si autem comparetur ad intellectũ paternum, vt productum ad suum producens, sic dicit processionem secundum rem, & sic est personale deinde B. Thom. in eodem art. ibi, *sed hoc non erit secundum proprium.* Determinat quod quia verbum diuinum non comparatur nostro proprie nisi, vt respicit intelligentem, vt producentem, & nõ ut est effectus actus intelligendi, & vt sic semper dicit processum realem, concludit, quod si proprie sumatur in diuinis non dicitur, nisi personaliter.

Ex quibus sequitur, quod Bea. Tho. non se retractet in proprietate, immo in quæst. de verit. fortificat intentum suum, declarando quomodo sua ratio potest solui, & quomodo stat in robore suo, excludendo processum secundum rationem. Vnde expositor non bene hunc passum pertractat, iudicans quod se retractet.

In responsione ad primum, aduerte illam consequentiam quam format contra Origenem, *sed necesse est si ponatur verbum.* stat enim probatio consequentiæ in hoc. Verbum metaphoricum est illud, quod manifestatur proprio verbo, sicut quod efficitur a Rege dicitur verbum Regis, vel manifestat vt signum exterius verbum intrinsecum: ergo ex metaphorico verbo diuino concluditur verbum proprie dictum in Deo.

In responsione ad secundum. *Intellectus autem ipse secundum quod est per speciem intelligibile.* Aduerte, quod ly, *absoluta,* sic debet exponi, consideratur abstracte, idest non ut producens, sed ut productiuus uerbi, idest ex eo, quod intellectus intelligit actu, non dicitur producens, sed ens actu in esse cognoscitiuo, quoniam intelligere est esse intellectus ut intellectus est: nam diximus supra, quod intellectus in ordine intelligibilium est pura potentia, vt materia in genere entium, & sic per esse ens constituitur in actu, sic per intelligere intellectus constituitur in actu, vt intellectus. Vnde intelligere non dicit emanationem, sed potius intrinsecum permanens: sicut esse rei est intimum sibi. & quod dicit expositor illud dictum, *similiter intelligere non est similitudinarium, sed expressiuum,* non capio nisi intendat dicere expressiuum, uel determinatiuum, sic sicut se habet esse in animo ad ens actu in anima: sic intelligere ut tale esse ad intellectũ in actu, ut tale ens actu in genere intellectiui; aliter non intelligo, quid intendat.

In responsione ad tertium, aduerte quód uerbum dici, est uerbum produci, & est proprium filii sicut dicere, uerbum est proprium patris, sed dici uerbo, est manifestari uerbo, & hoc conuenit toti Trinitati, & creaturæ, quæ manifestatur diuino uerbo ut dicemus in tertio artic.

Quæ tamen si dicere, & intelligere differunt. Aduerte quód intelligere importat habitudinem ad obiectum, & ideo ubi intelligens, & intelligere, & intellectum sunt penitus unum non importatur realis productio per ipsum intelligere; dicere autem importat duplicem habitudinem, unam & principalem ad uerbum; nam dicere est uerbum proferre, & hæc est producentis, & producti, quæ est realis mutua, alia est ad rem intellectam, quæ manifestatur uerbo ipsi intelligenti; & ex his sequuntur duo corollaria; primum quod tantum una persona dicit, omnes tamen intelligunt, & dicuntur uerbo. Secundum est, quod in quibus intelligere est elicitum, & distinguitur realiter ab intelligente, ut in nobis sunt idem conuertibiliter intelligere, & dicere saltem intelligere directe, nam tale intelligere ut diximus supra, sine uerbo non perficitur, sicut sensatio exterior non perficitur sine sensu communi; & sic apud B. Th. cum beati eliciant intellectionem, nõ repugnat, ꝙ producant uerbum, saltem partiale, ut diximus supra, & similiter Angeli dum intelligunt se; unde illa propositio B. Th. posita in 1. ar. quæst. 27. *Omne intelligens inquantũ intelligens &c.* est uera uniuersaliter de omni intelligente intellectione elicita directa.

Vltimo aduerte, quod Aureol. in Capr. 1. dist. 27. q. 2. contra secundam, in tertio loco probat duobus mediis, ꝙ intelligere & dicere in Deo non sunt idem: quod nos etiam concedimus intelligendo de non identitate rationis, addit enim supra intelligere respectum originis uel expressionem, ideo non est necesse illa argumenta soluere.

ARTICVLVS III.

Vtrum nomine uerbi importetur respectus ad creaturas.

Qvoniam articulus secundus clarus est, ideo ad tertium me transfero; *Deus enim cognoscendo se, cognoscit omnem creaturam.* Aduerte quód Beat. Thom. hic ponit radicem, unde fit, quod intellectus creatus producit multa uerba; intellectus autem diuinus unum tantum. & radix huius est, quia Deus cognoscendo se, cognoscit omne extra se; non sic autem aliqua creatura, quia non est omne ens contentum, & perfectionaliter, & ideo primum uerbum formatum ab intellectu creato, puta Angelico non dicit respectum, nisi ad essentiam ipsius intelligentis utpote, adæquatum per ipsum repræsentatiue. Deinde format alia uerba, quibus cognoscuntur, & repræsentantur alia, unde sequitur quod cum Deus unicum uerbum formet in quo intelligit se, & alia extra se, quod uerbum illud dicit respectum ad omne dicendum per ipsum, & cum creatura dicatur, ergo dicit respectum ad creaturam.

In respõsione ad primum, *sed importatur in eo quod pertinet ad naturam.* Aduerte quod in quæst. de uerit. q. 4. art. 5. id clarius explicat nam dicit, quod uerbum est sapientia genita; ly, *genita,* dicit proprietatem personalem, & refert tantum generans, & sic non dicit respectum, nisi tantum ad dicentem ly, *sapientia,* est abstracta sicut scientia, & dicit respectum ad scibile, uel scitum, & quia scitum sapientia diuina non solum est Deus, sed & creatura, ideo ratione abstracti quo pertinet ad naturam uel essentiam dicit respectum ad creaturam scitam, ita tamen quod principaliter dicit respectum ad Deum scitũ, secundario autem ad creaturam. Si uis ergo primum argumẽtum soluere, formaliter neganda est maior, nam si ultra respectum ad creaturam dicit respectum originis, personaliter dicitur, quantum ad respectum originis, & dicetur essentialiter, ut habet rationem manifestatiui & causatiui: si enim est sapientia, & ars diuina, quæ sunt abstracta.

Tertium autem argumentum sic soluatur, cum dicitur, *uerbum importat respectum ad id a quo procedit &c.* hoc q.dé est uerum, sed non explicat omnem respectum importatum per uerbum, nam dicit respectum ad dicentem, & ille est respectus ꝓcessionis, & respectum ad dictum, idest manifestationem uerbo, & hic est respectus uerbi ad creaturam: sed hic nõ est respectus processionis sed manifestationis.

In responsione ad quartum, *Nomen uerbi simpliciter impositum est.* Aduerte quod aliter sentit in quæst. de verit. quæstio. quarta, art. quinto, ibi in *relatiuis autem nominibus,* nam quæ quod sit relatiuum secundum dici, quod principaliter dicit, abstractum, secundario autem respectum, sed melius sensit in summa, quoniam uerbũ formaliter dicit emanationem a dicente, ergo principaliter respectum ad dicentem, & sic principaliter est relatiuum.

Vltimo aduerte, quod uidetur sibi contrarius in 1. sentent. distinct. 27. quæstio. secunda, articu. 3. sed si considerabis ultima uerba ibi: *si tamen uerbum &c.* cum in p. p. dicat ꝙ semper dicit respectum ad creaturam inquãtum habet rationem manifestatiui, & idem teneat in fine illius articuli, in 1. senté. patet quod non est sibi contrarius Capr. in 1. dist. 27. quæst. 2. contra secundam adducit tria argumenta Aureol. quibus probat uerbum dicere respectum ad creaturam ex sua proprietate, & non ex essentia, sed aduerte ly, *ex sua proprietate* pro suo respectu quo refertur ad dicentem, & quo constituitur, negandæ sunt consequentiæ eius in tribus argumentis. Si autem accipitur pro aliquo sibi proprio ex sua ratione, in quantum significatur nomine uerbi, de cuius ratione est esse notitiam, uel sapientiam: conceduntur omnia argumenta eius, non sunt contra intentionem nostram: nam cum infert, ergo non dicit respectum

respectum ratione essentiæ concedo, quod non ratione essentiæ ut essentia est, sed ratione essentiæ, ut induit rationem notitiæ, vel sapientiæ.

Contra determinationem Bea. Tho. insurgit Scotus in 1. distin. 1. q. 1. art. 2. qui tenet quod ex ui productionis suæ uerbũ non dicit respectum ad creaturam, sed quasi accidentaliter. Pro defensione igitur uiæ nostræ contra ipsum, sic procedam: primo declarandum est, in quibus conuenimus, & in quibus differimus.

Nota igitur quod in duobus conuenimus, primo, quod uerbũ dicit respectum ad creaturam propter dictum Augustini q Bea. Tho. adducit in art. ibi, *sed contra*. Secundo quod hic respectus est rationis: est n. sicut expressiui ad expressum, & cum sit uerbum ad extra, scilicet ad creaturam est rationis, sicut respectus dominii in Deo.

In duobus etiam differimus, primo in modo, idest uerbum ex ratione productionis suæ, qua producitur a patre, respiciat creaturam, quasi accidentaliter, nam Beat. Thom. tenet primũ & Scotus secundum ut declarabo. Secundo differimus in causa, nam causa quare uerbum ex ui productionis suæ respicit creaturam est quia producitur cognitione apprehensiua, & totali diuinæ essentiæ, secundum Beat. Thom. in qua cognitione includitur, & cognitio creaturæ, causa autem quare apud Scotum non respicit nisi quasi accidentaliter est, quia non producitur nisi cognitione essentiæ, ut essentia est, ut declarabo. Vt igitur uideamus imaginationem Scoti, & defendamus Beat. Thom. in primo propono eius intentionem, secundo mentem Beat. Thom. Tertio adduco rationes eius, & soluo.

Quantum ad primum, scito quod ponit duplicem ordinem in diuinis, naturæ & originis nam in secunda distinc. 1. quæstio. prima artic. secundo, ponit duo instantia naturæ, & in primo instanti ponit originem personarum, in secundo originem creaturarum, in esse cognito, & primum instans diuidit in tria signa originis. in primo signo ponit primam personam perfectam habentem memoriam perfectam diuinæ essentiæ superquam fertur intellectus paternus simpliciter non productiue, & tali intentione pater beatus est ex se: In secundo autem signo fertur super essentiam productiue, & producit filium communicando ei uoluntatem secundam: in tertio autem signo uoluntas fertur super essentiam amando eam infinite: & sic pater, & filius producunt amorem infinitum, qui est tertia persona, & secundum hanc imaginationem, uerbum productum est in primo instanti naturæ, & tamen creatura nondum cognita est: in secundo instanti naturæ, ponit intellectum diuinum, & uoluntatem comparari ad obiectum secundarium, scilicet ad creaturam in esse cognito, & ibi similiter assignat tria significata originis, nam in primo, dicit patrem intelligere lapidem, & sic producit lapidem in esse cognito, quod est quasi uerbum finitum diuinum: in secundo filius intelligit lapidem, quia non a se: in tertio Spiritus sanctus intelligit lapidem: ecce quod creatura est cognita: in secundo instanti naturæ, & uerbum in primo: ergo, non ex ui productionis suæ respicit creaturam. hæc est imaginatio Scoti, cuius rationes ponam infra.

Quantum ad secundum mens Bea. Thom. est quod uerbum producetur ex cognitione totali, & comprehensiua diuinæ essentiæ, de cuius cognitionis totalis ratione est, ut cognoscatur in primo instanti, non solum ut essentia, sed ut contentiua personarum & creaturarum, & ideo Beat. Thom. negaret illam imaginationem de primo & secundo instanti non solum: immo argueret contra eum, sicut & arguit Gregorius in prima distinctio. nona, quæstio. prima, secundo ibi: *ex his infero &c.*

Primo sic, intellectio, qua Deus intelligit se, & intelligit creaturam est penitus eadem, ergo una non prior & alia posterior natura, quia prius & posterius natura arguunt distinctionem.

Secundo sic, prius natura potest esse sine posteriori ex quinto Metaphysic. quia non conuertitur subsistendi consequentia: sed Deus non potest intelligere se, quin intelligat creaturam: aliter Deus non esset Deus, nam eius intellectio non esset perfectissima, ergo nec eius substantia: & sic non esset Deus.

Quantum ad tertium, Scotus, ubi supra tripliciter probat intentum suum primo sic, si uerbum procedit ut uerbum diuinæ essentiæ, & omnis intelligibilis a Deo, similiter Spiritus Sanctus produceretur ut amor diuinæ essentiæ & omnis intelligibilis Deo, sed hoc est falsum, quoniam uel creatura necessario amaretur uel Spiritus sanctus, non necessario produceretur; quorum utrumque est impossibile.

Ad hoc dico, quod non est inconueniens, creaturas ut continentur in Deo, & sic cognoscuntur, simul natura cum essentia necessario amari: licet ut habent extra ad extra non necessario, quia nec necessario producuntur. Posset etiam negari cõsequentia, quia cognitio & dilectio sunt motus oppositi. nam quod creatura cognoscatur, non est necesse ut sit: ut autem ametur, necessario supponit esse uel requirit: amat enim Deus, dũ largitur eis esse.

Secũdo sic, Si uerbum procederet de omnibus cognitis a patre, cum & ipsum uerbum sit unum ex cognitis: ergo procederet ex uerbo.

Ad hoc dico, quod necesse est dicere, uerbũ procedere ex verbo, non quidem ut uerbum est, sed ut cognitum in diuina essentia, nam si concedimus uerbum procedere ex creatura, ut cognita in essentia, multo magis id concedimus, unde quod reputat inconueniens, nihil est.

Tertio sic, inter personam diuinam, & creaturam nulla est relatio realis, sed uerbi ad id, de quo gignitur, est relatio realis: ergo verbum ex sua productione non dicit respectum ad creaturam cognitam: aliter ad eam haberet respectum realem.

Ad hoc dico, quod id, de quo aliquid gignitur est duplex: primum ut productiuum, secundum ut obiectum, sicut scientia gignitur de intellectu & de re scibili, respectu primi semper seruatur, respectu secundi non est necesse, ut patet inter scientiam, & scibile, & quia uerbum procedit, uel gignitur de creatura, ut de obiecto secundario: ideo non ualet ratio Scoti, quæ concludit, quod solum inter uerbum, & id, de quo ut principio productiuo gignitur, est respectus realis, motus, ut ad partem, tanquam ad principium productiuum; patet igitur, quomodo imaginatio Scoti leuiter fundata est, nec est magnifacienda cum sit propinqua locutioni magis, quam rationi.

QVAESTIO XXXV.

ARTICVLVS I.

Vtrum imago dicatur in Deo personaliter.

CIrca articulum primum, *requiritur ad rationem imaginis similitudo.* Aduerte quod non sufficit quæcunque origo in eadem specie aliter Spiritussanctus esset imago, cum sit eiusdem naturæ cum patre, & oriatur a patre, sed necesse est, ut hæc origo terminetur per se ad eandem speciem, scilicet, quod ex sua origine hoc habeat, nam si habet eandem speciem, & non ex ratione processionis, hoc erit per accidens respectu suæ processionis, & non dicetur imago, & ideo spiritus S. non potest dici imago, ut declarabitur in artic. seq.

Ad hoc ergo quod uere, usq; ibi, *in signum speciei.* Aduerte q Aureol. in Capreol. 1. distin. 27. contra sextam arguit contra hoc, quia soli Carpentarii facerent imagines.

Ad hoc respondet expositor ut Capreol. ubi supra inuenies diffusiorem responsionem corroboratam allegatione B. Tho. in quæst. de verit. quomodo creatura intellecta in Deo producit seipsam ad extra, sicut domus in anima seipsam extra animam, in 7. metaph.

In responsione ad secundũ *species prout ponitur ab Hilario*. Aduerte q Hilarius per speciem intendit propriam formam eius, quod est imago tracta a propria forma illius, cuius est imago: essentia autem non est propria forma patris, nec filii, sed communis; ideo secundum esse non potest dici imago, sed secundum propriam, quæ est filiatio vel dictio passiua, ut significatur nomine verbi,

ARTICVLVS II.

Vtrum nomen imaginis sit proprium filij.

CIRCA secundum articulum aduerte, quòd eius resolutio pendet ex quæst. 27. artic. 4. ubi determinatum est, q processio amoris non potest dici generatio, nec natiuitas, per consequens procedens persona non potest dici natus; ergo ex sua processione non potest dici similis; ergo nec imago. insuper pendet ex quæstio. 34. art. secundo ubi determinatum est, verbum, esse proprium nomen filii, quia dicit emanationem ab intellectu, & per consequens similitudinem ex ratione suæ produ-

productionis: ergo & imaginem, & cum hoc non cõpetat spiritui sancto, ideo formaliter non potest dici imago, licet identice, quoniam est eiusdem naturæ cum patre & filio.

Pro responsione ad primum, dico, quod spiritus sanctus dicitur a Damasceno imago filii, non ex sua productione formali, sed quia conuenit cum filio in natura diuina conuenientia numerali, quia non potest dari maior.

Pro responsione ad secundum, dic, quod ad rationem imaginis formaliter duo requiruntur, primo conuenientia in natura, secundo quod talis conuenientia sit ex sua formali productione, utrumque inuenitur in filio, sed in spiritusancto tantũ primum, & ideo non sequitur quod sit imago.

Scias tamen quod Aureol. in Capreol. in 1. distin. 27. quæst. 1. contra sextam, conatur probare spiritumsanctum posse dici proprie imaginem. Sic Spiritus sanctus procedit ut amor diuinus, sed inquantum amor diuinus est similis: propositio prima est concessa ab omnibus, secunda autem est B. Thom. hic in articulo. *patet ergo &c.*

Ad hoc argumentum respondimus supra in quæst. 27. ar. 4. uide illic, & aduerte quod responsio Capreol. est ualde truncata, nec argumentum bene euacuatur, nisi in responsione quã dedimus supra.

QVAESTIO XXXVI.

ARTICVLVS I.

Vtrum Spiritus Sanctus sit nomen proprium alicui personæ.

CIrca hunc articulum non est immorãdum nisi quod quæri solet, si ly, spiritus sanctus in aliquo sensu est nomen proprium alicui personæ ex suo proprio significato. & non solum ex accommodatione.

Ad hoc respõdet Heru. in primo distinct. 10. quæstio. 2. ubi dicit Spiritus sanctus posse imponi a duobus, primo a subtilitate, uel immaterialitate tam formaliter, quam effectiue, & sic non est proprium, immo est commune tribus, est tamen appropriatum tertiæ personæ. cum de eius productionis ratione sit motio, & inclinatio, sicut de ratione uerbi est similitudo.

Sed contra B. Thom. negat simpliciter in artic. esse nomen proprium, sed tantum accomodatum.

Respondeo, nego quod simpliciter neget, immo in respõsione ad secundum dicit, quod si Spiritus sanctus intelligatur quasi spiritus, in ipso nomine potest intelligi relatio, & sic erit personale.

Item potest dici, quod non negat, nisi sumendo spiritum a spiritualitate, uel immaterialitate. Vnde dicit in corpore articuli, quod ex propria significatione conuenienter persona procedens, ut amor, spiritus nominatur.

ARTICVL. II.

Vtrum Spiritus sanctus procedat à filio.

CIrca hunc articulum sic procedam, primo declarabo dubium circa titul. Secundo, defensabo rationes Beati Tho. ponendo fundamenta eius: deinde soluam rationes impugnantium.

Quantum ad primum expositor dubitat, quod Beat. Thom. mouet dubium, an Spiritus sanctus procedat a filio, & tamen determinat aliud, quia scilicet non distingueretur ab eo, cum, tamẽ sit dubia, primum inter Græcos & Latinos, secundum tãtum inter Latinos.

Respondet ipse dupliciter, primo quod non sunt duo quæsita, sed primum est quæsitum, secundum autem est ratio quæsiti, quia scilicet non distingueretur, nisi procederet. ad eandem autem scientiam pertinet quæsitum, & ratio. Secundo dicit, quod titulus debet sic intelligi. Vtrum spiritus sanctus procedat a filio per se, & necessario, ita quod sit de suo cõstitutiuo, & distinctiuo formali, & sic determinat quæsitum, & hęc declaratio est melior; nam Beat. Thom. intendit ad ultimam resolutionem accidere, quæ est hæc, non potest saluari distinctio realis trium personarum, nisi spiritus sanctus procederet a filio, & ideo hic in prima p. in qua breuitati studebat, noluit diuisim hæc dubia pertractare, quod tamen fecit in quæstio. de Verb. quæstio. 10. quæres primum in artic. 4. secundum in 5.

Quantum ad secundum in quo stat tota uis, aduerte quod B. Tho. format tres rationes, in prima sunt sustinendæ duæ ꝓpositiones.

Prima, omnis distinctio in diuinis realis est solum per oppositionem relatiuam: Secunda, si relationes non oppositæ sufficiunt ad hoc, ergo pater est duæ personæ.

In secunda ratione hæc est sustinenda. Amor necessario procedit ex uerbo.

In tertia hæc est sustinenda. In his, quæ distinguuntur realiter & formaliter in sua productione seruatur ordo. Sed antequam defendam, utile est proponere fundamenta, super quæ sustentatur B. Thom & sunt duo.

Primum, filiatio præcise & totaliter distinguit filium a patre, quocunque alio circumscripto. & patet ex Beat. Thom. in quinto quolibet. quæstio. 4. articul. 2. & intendit sic, unumquodque sufficienter distinguitur a quolibet sui generis per formam propriam. Sed filius, & pater sunt eiusdem generis relatiui, ut patet, & filiatio est propria forma filii constitutiua: ergo.

Secundum, filiatio non est sufficiens distinctiuum filii a spiritu sancto. Patet ex B. Thom. in quæst. de potentia, quæst. 10. art. 5. intendit sic, quæ conueniunt in una natura, non distinguuntur realiter abinuicem, nisi per aliquam oppositionẽ, sed inter filium, & spiritum sanctum cõuenientium in una natura non potest prædicari oppositio sufficienter distinctiua, nisi relatiue: nam contradictoria non sufficit, quia non magis eos distingueret, quam ens, a non ente.

Item hæc est per distinctionem affirmationis & negationis qua necesse est reduci ad distinctionem affirmatiuam, sicut ueritas propositionis negatiuæ ad affirmatiuam, ergo contradictoria non sufficit. oppositio autem priuatiua non sufficit, quia hẽt locum in Deo, & dato quod haberent, adhuc non sufficit, quia reducitur ad contradictoriam, cum priuatio contraria nõ proprie seruatur inter filium, & spiritumsanctum, primo, quia non sunt eiusdem generis relatiui, filiatio, & spiratio, consequuntur enim actum intelligendi, & uolendi, qui reducuntur ad intellectum & uoluntatem, & prout istæ potentiæ distinguuntur genere, ut cognoscitiuũ, & appetitiuum, ex primo de anima. Præterea in omni oppositione contraria alterum extremum se habet ut perfectum, alterum ut imperfectum. Vnde Arist. in 10. met. reducit primam contrarietatem ad habitum, & priuationem. hæc autem non seruatur in personis diuinis, in quibus non est ordo perfectionis, sed tantum originis. relinquitur ergo quod distinctionum sufficiens sit oppositio relatiua quæ in Deo non potest esse nisi secundum originem, ergo ultra filiationem requiritur spiratio actiua in filio. Positis his fundamentis generalibus pro defensione primæ rationis in art. sic procedo. primo adduco fundamenta ex quibus soluũtur rationes impugnantium, secundo recito argumenta Scoti, & soluo, similiter declaro solutiones, quibus soluit rationes B. Thom. nullas esse: deinde 3. adduco argumenta principalia Aureoli, & soluo.

Quantum ad primum aduerte quod primum fundamentũ Thomisticum est Beati Thomæ in quæst. de potentia quæs. decima, art. 5. ad primum secundum & tertium. Origines filii & Spiritus sancti non essent diuersę, nec incompossibiles realiter, nec per consequens distinguerent realiter, sed tantum secundum rationem, nisi spiritus sanctus esset a filio, eo quod de ratione generationis est esse ab uno, de ratione autem processionis esse a duobus. ex hoc fundamento sequitur quod filius, & spiritussanctus distinguũtur sufficienter per generari, & spirari, dummodo seruetur distinctio realis inter ea, quæ non seruatur, nisi ratione dicta.

Secundum fundamentum est hoc, et habetur in Heru. in 1. distin. 11. quæstio. 1. & est eius tertia ratio, & expositor imitatur illud, relationes diuinæ, quæ solæ multiplicant personas, & constituunt, & distinguunt, non constituunt, nec distinguunt in esse in se, id est in esse absoluto, sed in esse ad aliud, id est ad suum correlatiuum, & hoc habetur ex propria ratione relationis. quocunque autem alio modo distinguant, puta disparare. hoc non faciunt ex propria ratione relationis, sed ex communibus sibi, & distinctiuis absolutis. ex hoc fundamento sequitur quod relatio diuina sicut non constituit nisi in esse relatiuo ex sua propria ratione, sic non distinguit nisi in ordine ad suum correlatiuum. distinctiuum autem absolutum sicut constituit simpliciter in esse, sic absolute distinguit a quocunque alio absoluto: unde filiatio non distinguit nisi in ordine ad patrem. quod autem distinguat a Spiritu sancto, hoc non habet ex sua propria ratione, quia non dicit ordinem ad ipsum.

Tertium fundamentum eſt, inter diuinas perſonas eſt diſtinctio realis non abſoluta ſed relatiua tantum: diſtinctio autem relatiua tantum non eſt a relatione, niſi ex propria ratione relationis, ex qua habet quod non diſtinguit niſi in ordine ad ſuum correlatiuum. ponere autem quod duæ relationes diſparatæ diſtinguant, hoc non prouenit ex ratione relationis ſed ex eo, quod conſiderantur vt duæ formæ abſolutæ diſparatæ, quod eſt præter intentionem quæſiti: hic enim quæritur de diſtinctione formali relatiua inter diuina ſuppoſita, & ideo qui tranſeunt ad oppoſitionem diſparatam, egrediuntur materiã propoſitam, & diuertunt ſe ad illud, quod eſt commune diſtinctiuo & abſtracto.

Quantum ad ſecundum, aduerte quod principalia argumenta Scoti ſunt hæc, primum: Quocũque aliquid conſtituitur in eſſe, eodem diſtinguitur, a quolibet non tali: quia apud Porphy. eadem differentia eſt conſtitutiua, & diſtinctiua, ſed filius filiatione &c.

Ad hoc nego maiorem: quando diſtinctiuum diſtinguitur tãtum relatione, & diſtinctiuum eſt relatiuum habens diſtinguere ex ſola ratione relationis, & ſic diſtinguit tantum ſuo correlatiuo. Eius quidẽ maior eſt uera de diſtinctiuo abſoluto ex ſecundo fundamento ſupra poſito, & quoniam Scotus credit idẽ eſſe iudicium de diſtinctiuo abſtracto, & relatiuo, cuius ſignificatum eſt quod ſemper exemplificat de abſtracto, ut de rationalitate & animalitate, ideo fuit deceptus. Vnde tres replicæ, quas format poſt primum principale, nihil ualent, procedunt enim de diſtinctiuo abſtracto.

Secundum, ſi pater non ſpiraret, adhuc realiter diſtingueretur a Spiritu ſancto paternitate, ergo ſi filius &c. Ad hoc nego illam conditionalem, quam nec probauit, nam diſtingueretur ſecundum rationem, quia diſtinctio realis inter diuinas perſonas, non eſt niſi diſtinctiue relatiua, quæ non poteſt fieri a relatione niſi in ordine ad ſuum correlatiuum, & cum pater non eſſet correlatiuum, Spiritus ſanctus, ſtante illa cõditionali, non diſtingueretur niſi ratione. decipitur autem Scotus quia inter diuinas perſonas, ponit diſtinctionem diſparatam, quæ non poteſt fieri a relatione ut relatio & nos nõ acceptamus eam.

Tertium, Circunſcripto quocunque alio, generatio paſſiua, & ſpiratio paſſiua ſunt diſtinctæ realiter, ergo non poſſunt terminari ad eandem perſonam: conſequentia patet, quia impoſſibile eſt unam perſonam accipere eſſe ex duabus diſtinctis ſufficientibus, & totalibus productionibus, alioquin a nulla acciperet eſſe, ut bene probat ipſe. Antecedens autem habetur pro manifeſto, ſtante diſtinctione principiorum formalium intellectus & uoluntatis.

Ad hoc negatur antecedens ex fundamento ſupra poſito: & probatio non ualet, quoniam ex diſtinctione rationis intellectus & uoluntatis non poteſt fieri diſtinctio realis emanationũ, ut determinauimus ſupra quæſtio. 19. art. 3. ad tertium: ſed requiritur ordo originis, ita quod proceſſio ſit a generatione, & procedens a genito.

Quartum id, quo diſtinguitur filius a Spiritu ſancto eſt de intrinſeca ratione filii, ſed ſpiratio actiua non eſt de ratione intrinſeca, ergo maior patet indiſtinctiue, id quo diſtinguitur A, a B, eſt de intrinſeca ratione, ſimiliter in aliis. & ratione, quia aliter non poſſet ſuſtineri, quin in Chriſto diſtinguatur humanitas perſonaliter a uerbo, diceret enim aliquis, quod diſtinguitur per aliquid quod tamen non conſtituit perſonam.

Ad hoc maior poteſt dupliciter intelligi, primo ſic: id quo aliquid diſtinguitur, & eodem perſonaliter conſtituitur eſt de ratione intrinſeca ratione eius, & ſic eſt uera, & totum conceditur, quia non eſt contra nos.

Secundo ſic, id, quo aliquid diſtinguitur ita quod eſt id, quo ponitur perſona in eſſe perſonali diſtincto, & ſine quo non ſeruaretur in eſſe diſtincto, eſt de ratione intrinſeca formali ipſius, negatur iſta, & conceditur minor.

Ad probationem maioris ad inductionem dico, quod non probatur niſi in primo ſenſu: nam bene ſequitur A, diſtinguitur per aliquid a B. & eodem conſtituitur, ergo eſt de intrinſeca ratione &c. Sed in alio ſenſu non ualet. Ad rationem nego conſequentiam; quoniam in abſolutis diſtinctiuum eſt etiam conſtitutiuum ſimpliciter: unde non eſt eadem ratio de duab. perſonis, & de humanitate, ac de uerbo.

Hæc ſunt potiora argumenta eius, poſt quæ uidendum eſt quomodo conatur ſoluere rationem Beat. Tho. & eius fundamenta.

Aduerte igitur quod primum fundamentum Beat. Thom. eſt authoritas Boetij, ſcilicet ſola relatio multiplicat Trinitatem, ſed ſi filius non ſpirat inter ipſum, & Spiritum ſanctum, nulla eſſet relatio, ergo non diſtinguerentur.

Ad hoc dicit Scotus, ſufficit dictũ Boetii eſſe uerum in hac diſiunctiua, ſola relatio oppoſita relationi, vel relatio comparata relationi diſparatæ, & dat exemplum de albedine &c. conſtat autem inter filium, & Spiritum ſanctum eſſe relationem diſparatam.

Sed hæc reſolutio nõ tendit ad propoſitum, quia relatio ut diſparata non diſtinguitur relatiue, de qua ſola hic loquimur: ſed diſtinguitur more diſtinctiui abſoluti, quod non admittitur a nobis, & ideo exemplum de albedine eſt extra propoſitum.

Secundum fundamentum eſt hæc: conſequentia in artic. ſi duæ relationes non oppoſitæ diſtinguunt perſonas: ergo pater eſſet duæ perſonæ. Dicit Scotus, nego conſequentiam, quia nõ eſt eadem ratio: non enim inconuenit unum agens diſtinctis productionibus dare diſtinctis productis diuerſa eſſe: inconuenit autem idem productum accipere diuerſa eſſe ex productionibus diſtinctis, quia unius producti eſt tantum unum eſſe. Expoſitor dicit hanc ſolutionem non eſſe ad propoſitum, quoniã B. Thom. intendit de relationibus, Scotus autem loquitur de productionibus, ſed id parum obſtat Scoto, nam cum relationes fundentur in productionibus, ut uidebimus infra, dicere poteſt Scotus, ſicut duæ productiones actiuæ ſimul ſtant in eodem producente, ne duæ relationes non oppoſitę, & ſic non eſt euacuata ſolutio Sco.

Tu ergo dic, ſuppoſito, quod filius non ſpiraret, Pater non daret pluribus diſtinctis realiter plura eſſe, eo quod in Deo repugnat eſſe diſtinctas productiones ſine ordine originis, & cũ dicit, *non inconuenit unum agens &c.* Dico, quod etſi non inconueniat alicui agenti, cuius productum diſtinguitur eſſentialiter, inconuenit tamen agenti Deo ad intra, cuius productum ſola oppoſitione relatiua diſtinguitur a producente: patet igitur quod ſolutiones Scoti ſunt inualidæ. Sed aduerte, quod a quibuſdam aliis arguitur contra illam declarationem, in art. ideo paternitas, & ſpiratio actiuæ non conſtituunt duas propoſitiones, quia non ſunt oppoſitæ.

Primo ſic, paternitas, & ſpiratio paſſiua conſtituunt duas perſonas, & tamen non ſunt oppoſitæ, ergo dictum Beati Thomæ eſt falſum.

Secundo ſi duæ non oppoſitæ conſtituunt, ergo duæ oppoſitæ conſtituunt, quod eſt falſum, quoniam ſpiratio actiua opponitur paſſiuæ, & tamen ſpiratio actiua non conſtituit perſonam.

Ad hoc dimiſſa obſcuritate expoſitoris, dico ad primum, nego minorem ratione adiuncti, paternitas enim quia ſibi unitur ſpiratio actiua, opponitur ſpirationi paſſiuæ, non eſt autem eadem ratio de paternitate, & ſpiratione actiua, quoniam nec formaliter, nec ratione adiuncti opponuntur.

Ad ſecundum nego falſitatem conſequentis, nam licet ſpiratio actiua actu non conſtituat, tamen ei competit conſtituere, & conſtitueret, niſi præueniretur a paternitate eo quod ſpirare, ſupponit generare, ſicut uelle, ſupponit intelligere.

Quantum ad tertium ſcias, quod hæc ſunt potiora argumẽta Aureoli contra Beat. Tho. ut adducit Capr. in 1. diſt. 11. q. 1. partim in 1. partim in 2. art.

Secundum, ſi ſpiratio actiua diſtinguit filium à Spiritu ſancto, ergo pater, & filius ſunt una perſona, quia ubi eſt unum diſtinctiuum perſonale, ibi eſt unum diſtinctiuum. ſed patris & filii per ſe eſt unum diſtinctiuum perſonale a Spiritu ſancto, ſcilicet ſpiratio actiua, ergo. Capreol. ad hoc negat conſequentiam; ad probationem negat ex unitate diſtinctiui concludi unum diſtinctum, quando diſtinctiuum eſt communicabile, qualis eſt ſpiratio actiua communis patri, & filio, & dat exemplũ de anima, uide tu.

Expoſitor autem negat idem niſi ſit diſtinctiuum conſtitutiuum, ſi autem ſit diſtinctiuum, quia licet non conſtituat, tamen ſeruat perſonam in eſſe diſtincto, qualis eſt ſpiratio actiua reſpectu filii, negatur ex unitate diſtinctiui concludi unum diſtinctum.

Tertio, effectus formalis numeratur numeratione formæ, ita quod ſi forma eſt una effectus eſt unus, ſed principium diſtinctiuum eſt ſicut forma, & diſtinctũ ſicut effectus, ergo ſi una ſpiratio actiua diſtinguit patrem, & filium a Spiritu ſancto, pater et filius ſunt una perſona diſtincta.

Ad hoc dico maiorem non habere ueritatem, niſi in forma abſtracta uel conſtitutiua, et ſi ſit relatiua, uel quando forma eſt incommunicabilis, uel quando effectus ſignificatur nomine ſubiectiuo: ſi autem ſignificetur nomine adiectiuo, non ualet, quoniam adiectiua trahunt pluralitatem a ſuppoſito, & non a forma, et quoniam ſpiratio actiua non eſt forma abſolu-

absoluta nec constitutiua, nec incommunicabilis, nec ly distinctum est substantiuum, ideo non concluditur intentum.

Quartum, impossibile est vnam personam simplicissimam duobus personaliter, vel duabus personalitatibus distingui, sicut vnum simplex quale, duabus qualitatibus, sed filius, &c.

Ad hoc dico, ipsum supponere falsum scilicet filiationem & spirationem esse duas personalitates, licet enim personaliter distinguant, non tamen sunt duæ personalitates, quia filiatio distinguant, non tamē sunt duę personalitates, quia filiatio distinguit, & constituit, est personalitas, & personaliter distinguit, quia autem spiratio conseruat personam distinctam, ideo dicitur distinguere personaliter, sed non est personalitas, quam non constituit.

Quintum, si generari, & spirari non sunt incompossibiles, nisi propter spirare, quæro in quo genere causæ dat ei illam incompossibilitatem, non potes dicere nisi formaliter, quod est falsum, quia generari, & spirari essent idem formaliter, quod etiam est falsum, cum se habeant ut actio, & passio, & cum vnum sit in patre, non alterum.

Ad hoc dico, quod dat formaliter, sicut albedo dat huic subiecto incompossibilitatem existendi sub nigredine. Ad probationem nego consequentiam, aliter albedo, & subiectum essent idem formaliter quod est absurdum, & hæc responsio est Cap. quam ad literam acc pit expositor.

Sextum: spirari non dat incompossibilitatem generari, & spirari secundum rem, ergo &c. probo consequentiam. Quod conuenit rei diuinę, conuenit ei formaliter, & ex se, ergo.

Præterea, si dat incompossibilitatem secundum rem, ergo vel inquantum generari, & spirari sunt in filio, idem uel simul sunt in filio, uel quia generari est præuium ad spirare, neutrum horum est, quia essentia est idem cum spirare in filio & simul & præexigitur ipsi spirare, & tamen non dat incompossibilitatē inter filium & Spiritum sanctum.

Ad hoc dicit Capreol. negatur antecedens, ad primam probationem negatur antecedens, nam similitudo in natura eadem conuenit Spiritui sancto, & tamen hoc modo habet ex se formaliter, ut Spiritus, id est ut amor.

Ad secundam, diuisio est insufficiens. dicit Capr. & ratio est, quia spiratio aduenit genito constituto, & supple tu, & ut relatio talis conseruat constitutum distinctum.

Expositor autem dicit, quod hoc est, quia in eis includitur ordo originis, quod non est uerum, nisi de generari, & spirari, sed Aureol. loquitur de spirare, quomodo dat incompossibilitatem generari & spirari, ideo sequere Capreol. Instantia uero de essentia non ualet, quia non est ut relatio seruans in esse distincto.

Septimū est, quod distinguitur generari, & spirari suis rationibus formalibus quod sæpe negatum est.

Aliud argumentum fit ab aliquibus, ut Capreol. recitat, respondens ad tertium Aureol. in primo distinctio. 11. quæst. 1. & est tale, non magis repugnat filiationem stare cum spirare, & cum suo opposito quam repugnet spirationem actiuam stare cum paternitate, & filiatione, sed hoc non repugnat, ergo nec illud Capreol. dicit non esse æqualem rationem, quia spiratio actiua non est proprietas constitutiua, ideo potest stare, cum distinctis suppositis, sed filiatio est proprietas constitutiua incommunicabilis. ideo non potest stare condistincta a spirare, puta in patre, & spirari, puta in Spiritu sancto, nisi eidem uniatur ipsum spirare per quod habet oppositionem ad ipsum spirari, sufficit quantum ad impugnationem extraneorum.

Sed aduerte quod Beat. Thom. in prima distinctio. 10. quæstio. 1. articul. 5. ibi ista autem duo videntur fauere Scoto, sic enim arguit in corpo. artic. diuersi modi producendi distincti non possunt terminari ad idem productum specie: hanc probat in natura & arte, non enim uult idem specie posse produci arte & natura, nec idem specie ex propagine, & ex putrefactione sed generare & spirare sunt diuersi modi producendi specie distincti, hanc relinquit pro constanti, ergo impossibile est quod quocunque alio remoto, filius, & Spiritus sanctus distinguerentur realiter, & specifice relatiue, etiā supposito, quod filius non spiraret.

Respondeo, quod stantibus diuersis modis, non possunt conuenire eidem, sed nego quod generare & spirare remaneant diuersi modi, si Spiritus sanctus non procederet a filio, quoniam de ratione spirationis est, ut fit a duobus, aliter non esset amor amicitiæ inter patrem, & filium: unde cum dicitur esse ab alio per spirationem in ly: alio includitur, filius, quoniam, ut sic: est unum cum patre in uirtute spiratiua.

Quod autem Beat. Thom. non concedat idem specie posse produci ex propagatione & ex putrefactione. Aduerte, quod oppositum tenet in 7. metaphysicor. super textu. 23. & sic uidetur sibi oppositus.

Hanc conciliaui in 7. metaphysicor. quæstio. 16. & hic breuiter tango. scias igitur quod diuersi modi producendi, qui sunt ab eodem agente, uel distinctis agentibus, tamen disparatis, nō terminantur ad idem specie, sicut agere per naturam, & agere per artem: diuersi autem modi producendi, quorum unus est ab agente uniuersali tantum, & alius ab uniuersali, & particulari, simul possunt terminari ad idem specie, sicut calor a Sole, & calor ab igne influente Sole. Beat. Thom. in 1. sentent. supponit, quod si duo producerentur, unum ex semine, alterum ex putrefactione ab eodem agente, uel disparatis agentibus, non essent eiusdem speciei, puta si homo ex putrefactione generat uermem, & ex semine filium, hæc duo non possunt esse eiusdem speciei. idem eueniret, si generaret duos filios, vnum ex putrefactione, alterum ex semine, si tamen Sol ex putrefactione generaret hominem & homo ex semine hominem, essent eiusdem speciei: quoniam agens particulare non proprie condistinguitur contra agens uniuersale in 3. metap. supponunt, quod producitur ab agentibus non disparatis, sed subordinatis qualia sunt agens, uniuersale, & particulare. In primo sensu patet quod filius, & Spiritus sanctus procedunt a patre, & ideo seruata diuersitate reali modorum producendi, quam ponimus non seruari, nisi stante ordine originis inter filium, & spiritum sanctum, impossibile est quod terminetur ad unum productum, impossibile: hæc sufficiant quantum ad sustentationem primæ rationis.

Pro sustentatione autem secundæ, duo occurrunt, primo, An hæc secunda sit necessaria, uel tantum probabilis. secundo si est hæc propositio articuli est uera, *Necesse est quod amor sit a uerbo procedens.*

Quantum ad primum, tenet expositor quod est probabilis, quia non est euidens amorem notionalem esse necessario a cōceptu notionali, posset enim quis dicere, quod pater intelligens essentiam suam sine expressione producit amorem notionalem.

Sed quia qualis ordo seruatur inter essentialia, talis dēt seruari inter notionalia, ideo sicut Pater intelligendo se essentialiter amaret essentialiter, ita si amat se notionaliter, intelligit se notionaliter, quod est producere uerbum.

Tu tamen potes dicere, quod est necessaria ex uno supposito scilicet uerbum notionale esse in Deo. quod tenetur ex fide, tūc enim necesse est, amorem esse a uerbo.

Quantum ad secundum dupliciter arguitur contra prædictam propositionem: primo sic, potest aliquid intelligi & non formari uerbum ut patet in beatis, ergo potest amari sine uerbo.

Secundo hæc consequentia non ualet, non possum intelligere sine sensu, ergo sensus est principium productiuum intellectionis, ergo similiter nec ualet, ista res non potest amari sine uerbo uel conceptu, ergo uerbum est productiuum amoris.

Ad primum dicit expositor negatur antecedens de intellectione naturali ad differentem beatificæ, & quia Deus naturali intellectione intelligit se, ideo producit uerbum.

Tu autem aduerte quod licet intellectione supernaturali nō producatur uerbum, tamen illa æquipollet uerbo, & ideo beatus potest amare Deum, licet hic amor non nisi æquipollenter producatur a uerbo.

Ad secundum dicit expositor & bene, quod D. Tho. non facit illam consequentiam ita rudem, sed facit eam supposito qđ bonum cognitum sit productiuum amoris, & motiuum appetitus ex tertio ad anima & 12. meta. bonum autem cognitum in esse cognito est ipse conceptus.

Pro sustentatione tertiæ rationis, contra illam propositionē. *In illis in quibus est distinctio non solum materialis semper inuenitur in multitudine productorum aliquis ordo.*

Aliqui arguunt dupliciter, primo sic: Deus potest producere plures Gabrieles sine ordine, quia immediate, & tamen distinguuntur non materialiter, cum sint substantiæ immateriales, ergo.

Secundo Deus si produceret omnia sine media causa, produceret sine ordine, ergo propositio illa est falsa. expositor respondit modo suo, sed tu aduerte quod responsio eius est in quæstio. de potentia. quæstio. 10. articulo 5. & responsio Beati Thomę *Vbi autem inuenitur prima differentia.* stat in hoc, licet Deus posset producere plures Gabrieles, sine ordine prioris, et posterioris durationis, quia in eodem instanti posset et sine ordine causarum, tamen non sine ordine perfectionis supposito,

Posito, quod distinguantur specie, sic enim se habēt ut duæ species numerorum, quarum una addit alteri. In diuinis autem nō potest assignari nisi ordo originis, quia omnis alius ordo dicit imperfectionem, & ideo cum genitum, & spiratum distinguantur realiter, & formaliter, necessario includunt ordinē originis. Vltimo in fine articuli, ibi, *unde etiam ipsi Græci etc.* reprehēdit Græcos, sed uidetur non bene reprehendere, nam Beat. Tho. ex hoc antecedente. *Spiritus sanctus est a patre per filium*, deducit, ergo procedit a filio, quæ tamen consequentia non uidetur ualere, nam hæc non est uera. Visio fit per lumen, ergo procedit a lumine, procedit enim a uisu productiue &c. nō a lumine. Similiter consequentia Beati Thomæ prædicta non erit uera.

Ad hoc dico, quod est uera in hac materia, licet non absolute, quia in diuinis nullus ordo causalitatis potest saluare, nisi ordo originis qui designatur per ly. a, uel ab.

In responsione, ad primū, *Regulariter etiam* usque ibi, *distinguuntur.* cadit dubium, quia si hæc uera, solus pater spirat, & tamen non excluditur filius, ita hæc est erit uera, Solus pater est Deus, quia ly Deus, pater, & filius non opponuntur, & tamen supra in quæstio. 31. 4. dixit hanc esse falsam. nisi exponatur neutro in genere. & tunc licet sit uera, non tamen est extendenda.

Respondeo, supra locutus est secundum rationem formalē exclusiuæ. ut consideratur a logicis, hic autem accipit secūdum modum scripturæ sacræ, quam non oportet arctare ad illas regulas, ut diximus supra, loquentes de exclusiuis, & de Syllogismo expositorio.

ARTICVL. I. ET III.

Vtrum Pater spiret per filium.

IN hoc articulo aduerte quod ideo difficilis est, quia hæc propositio, *Pater spirat per filium*, potest esse uera & falsa, uera, si ly, *per*, dicat medium suppositum, & est sicut ista, *Rex agit per Baliuum*, falsa autem si ly, , dicat medium uirtutem, & est sicut ista *Baliuus operatur per Regem*, nō enim ly, *per Regem* significat medium suppositum, sed primam uirtutem per quam Baliuus agit. falsum est autem, quod Pater spiret per filium, tanquam propriam uirtutem.

In responsione ad secundum *licet aliquando dicatur principaliter*, usque in finem. Aduerte quod eodē sensu potest dici Spiritus sanctus spirari magis a patre, quam a filio, sicut conceditur, patrem esse maiorem filio. Cōcedimus quidem qa pater quicquid habet, habet a se, non tamen filius minus habet, quia totū, quod est patris, communicatur idem numero ipsi filio, sicut pater magis spirat a se, non tamen filius minus spirat, quia eadem uirtute spirat.

Quomodo autem intelligatur illa propositio, *propter quod unumquodque & illud* uide Herueu. in primo distinctio. 12. quæstio. secunda.

In responsione ad tertium, *unde non fuit prius genitus filius quam Spiritus sanctus procederet*. Aduerte quod Scotus in primo distinctio. 12. questio. 12. tenet oppositum, & dicit duo, primo, quod Pater non spirat priusquam filius, licet habeat uirtutem spiratiuam a se, quoniam in primo spiratiuo non est aliquis ordo, & quoniam filius spiraret spiratum, quod est absurdum.

Secundo dicit, quod Pater prius generat quam spiret, & sic genitum est prius spirato, cum spiretur a genito, & hoc dicit esse ordinem principiorum, scilicet intellectus & uoluntatis, & cū uoluntas supponat intellectum, & per consequēs actus actum, & similiter terminus terminum. Vnde imaginatur ipse patrem in primo signo habere utramque fœcunditatem a se, in secundo signo habet actum primæ fœcunditatis, & producit filium, communicando ei uirtutem spiratiuam sicut esse, & alia, in quibus pater non apponitur, & in hoc secundo signo non est spiratum. In tertio signo est actus secundæ fœcunditatis a patre & filio. cum aliquo tamen ordine, non quod pater primus spiret, sed quia spirat a se filius autem non a se, sed accipit a patre, & hanc suam imaginationem non aliter probat, in qua tamen uidetur ponere huius in quo est filius, prius etiam in quo non est Spiritus sanctus.

Sed contra hanc imaginationem arguit Greg. in primo, distinct. 9. questio. 1 secundo ibi *in hic dictis plura falsa continentur.* Et primo, contra illud dictum, quod pater in primo signo non generat, sed potest generare, & præcipua eius media sunt duo.

Primum filius erit non coæternus patri, quoniam in primo signo Pater, & est pater, & non est filius, ergo filius habet initiū saltem secundum intellectum, quod est contra Augu. qui dicit extra omne initium, quod dici aut intelligi possit credendum est genitam esse sapientiam.

Secundum, secundum Scotum, Pater in primo signo a se habet omnem entitatem absolutam, & relatiuam; quia nihil habet a filio ergo generationem actiuam, ergo in primo signo generat.

Deinde arguit contra hæc signa, & primo, sic cum dicitur Pater habet aliquid in primo signo, & aliquid in secundo. per ly, primo & secundo intelligitur aliqua duratio, & sic est contra sanam doctrinam, de coæternitate personarum, uel intelligitur tātum per primum signum id est haberi a se, & per secundum haberi ab alio, & tunc est contradictio expressa in Scoto, nam dicit ipse, quod Pater non prius spirat quam filius. Contra, pater spirat a se, ergo prius spirat, & filius non spirat a se, ergo posterius: cum ergo sequatur contradictio manifesta in Scoto, sequitur quod accipiebat illa signa, ut dicunt quandam durationem, quod innuit illud uerbum positum a Scoto, cum dicit tunc filius spiraret. Nō ly tunc, est signum durationis, & cum illa prioritas durationis non debeat admitti spiratum &c. illa signa non sunt acceptanda. secundo, si cum dicitur hoc est in primo signo, ly signo, pro aliquo supponit, aliter frustra esset, si pro aliquo, uel illud est Deus, uel in Deo, uel non est Deus, nec in Deo, nō secundum, quia sine eo adhuc esset Trinitas; non enim pendet Deus a non Deo. Non primum: quia illud est uel essentiale uel notionale, si essentiale, supponit pro essentia, & tunc erit sensus, essentia est in primo signo, id est, essentia est in essentia eadem erit de notionali, sed hęc ad rem non conferunt, ergo uel ut falsa, uel ut inutilia relinquantur.

In responsione ad quartum *non semper recipitur conuersio*. Aduerte quod ad illam conuersionem duo requiruntur, primo quod utrumque producens sit liberum, id est, habeat dominiū super actum suum, quod est omne producens intellectuale. Si autem secundum sit purum instrumentum, non fit conuersio. Vñ hęc est falsa, calamus scribit per scriptorem, sed hoc non sufficit, cum enim pater & filius sint producentes intellectuales, si aliud non requiritur, fieret conuersio: Requiritur ergo secundo ordo suppositorum, & ordo uirtutum, ita quod sicut sunt distincta supposita, sint distinctæ uirtutes, & quia hęc conditio est inter Regem, & Baliuum, ideo ualet conuersio: alia est enim numero uirtus remanens in Rege, & communicata Baliuo, quia in creatis nullū idem numero est in distinctis suppositis: quia autem hęc conditio non est in patre, & filio, ut patet, ideo non ualet conuersio.

ARTICVLVS IIII.

Vtrum Pater, & filius sint unum principium Spiritussancti.

QVidam tamen dicunt hanc esse propriam. Aduerte qđ Grego. in primo, dist. 12. quæst. 1. tenet hanc opinionem, & dicit hanc propositionem non esse tenendam de uirtute sermonis, sed in sensu, quem intendebant sancti doctores, ipsi quidem intendebant remouere à patre, et filio omnem imperfectionē inuentam in duobus creatis agentibus, concurrentibus per se ad vnum effectum. hoc autem commune est eis, quod difformiter agunt, quia uel distincta uirtute, uel unum magis quam alterum, uel vnum post alterum, & sic difformiter, & diuerso modo agunt, & quia pater & filius non sic, immo uniformiter, ideo dicunt Patrem & filium esse unum principium, id est, uno modo principiare, & hanc dicit esse mentem Magistri & cæt. uide eum. Quod autem non sit propria, probat Grego. in primo quæstio. quia ly, *principium*, uel supponeret pro notione communi, & hoc non, quia notio est id, quod spirat uel persona aliqua, & hoc non; quia quacunque persona demonstrata falsum est dicere, Pater, & filius sunt vnum principium, id est una persona, uel per essentiam, & hoc non, quia sicut non generat, sic non spirat.

Sed simili modo posset pater duo principia. Aduerte quod Beat. Thom. non intendit reprobare illum modum ut falsum. uerum est enim quod uniformiter spirāt, quia eadem uirtute numero: sed intendit quod non sufficit ille modus, nam si po. est saluari illa propositio, ut propria saluanda est, & ideo declarat quomodo sit propria ibi, *& ideo dicendum est.*

Licet hoc nomen principium, & usque ibi *in creatis*, Aduerte quod si ly *Deus* tenetur adiectiue, est habens deitatem, & substantiue

substantiue, idest res, quæ est Deus, sic ly, *principium* adiectiue quidem, idest, habens proprietatem, uel uirtutem spiratiuam, substantiue autem, & idest, id quod est principium ibi tenetur substantiue, & quia substantiue supponunt, necesse est quod in hac propositione, *Pater & filius &c*. pro aliquo supponat. pro quo autem dicam, cum soluam argumenta Gregorii.

In solutione, ad primum *inquantum sunt unum in uirtute &c.* vsque in fine. Aduerte quod Aureolus, & Scotus, & Hericus impugnant hanc responsionem. Aureoli uult, quod non ut unum quia negatio non ratio formalis actus realis, nec vt plures, quia pluralitas cum sit multitudo dicit negationé quæ est diuisio, ergo &c.

Præterea Pater perfectissime spirat, & tota spiratione est a patre, & filius accipitur a Patre & non e conuerso: ergo spirant inquantum sunt plures. Scotus tenet idem, & sunt eædem rationes eius cum Aureo.

Pro solutione attende, quod Aur. esse illud, *ut unum* decipitur: quia Be. Thom. non intendit de formali quod est negatio sed de substrato, ut stat sub formali, intendit enim quod spirát ut unum, idest, ut habent uirtutem spiratiuam indiuisam omnibus modis.

Item esse illam pluralitatem eodem modo. Intendit enim pro substratu sub formali, idest spirat inquantum sunt distincta supposita. similiter decipitur ipse, & Scotus in illa perfecta spiratione, nam potest dupliciter accipi: primo quo ad principium spiratiuum, secundo quo ad conditionem requisitam ex parte suppositorum spirantium, quæ est distinctio; ratione primi: est perfectissime, & totaliter a patre ratione secundi, non qui repugnat patrem esse duo supposita, & dicas, ergo Pater accipit aliter aliquid a filio, uel indiget filio, uel est imperfectus, uel impotés sine filio, negandæ sunt omnes consequétiæ quia filius nec formaliter, nec effectiue aliquid dat patri, sed bene conceditur, quod Pater habet aliquid, quod non haberet nisi esset filius: sicut habet paternitatem, quam non haberet, nisi filius esset, & similiter si filius non esset, non spiraret pater, quia de ratione spirationis est, quod fit a duobus. Ex his uidebis soluta omnia argumenta Scoti & Aureo. quæ recitantur a Capreo. in prima distinct. 11. quæstio. 1. secundo loco contra quartam.

Henricus autem tenet, quod pluralitas necessario requiritur ex parte principii spiratiui. tenet enim, quod nexus duarum uoluntatum, & concordia, & mutuitas amandi sunt de ratione principii, spiratiui, & quoniam omnia argumenta eius concludunt de ratione principii spirantis, quod nos concedimus, (necesse est enim, ut supposita spirantia sint unum, & concordia & mutua in eodem amore numero, ideo nó indigent alia solutione. Vnde negandæ sunt omnes illæ conditiones, si applicentur principio quo.

Solutiones Capreo. in eodem loco claræ sunt. uide.

In responsione ad secundum, *non tamen sequitur, quod propter &c.* usque ibi, *suppositorum*. Contra ad pluralitatem formæ plurificantur substantiua secundum B. Thom. sed in patre sunt duæ formæ, scilicet uirtus generandi, & uirtus spirádi, ergo Pater potest dici duo principia.

Expositor respondens recitat opinionem dicentium, inter quos est Capreol. ut uidebimus infra, ꝙ minor est uera quando illæ duæ formæ distinguuntur realiter, & hoc non seruatur in uirtute generandi, & in uirtute spirandi cum non sint opposita ideo dicunt, quod ratio concludit.

Contra hoc arguit Expositor, & bene, quoniam stat, Socraté habere in se plures artes realiter distinctas, & tamen nó est plures artifices, ipse igitur respondens dicit, distinguendum est de substantiuo in abstracto, & in concreto & dicit maiorem non esse ueram nisi in substantiuo abstracto. In concreto auté duo inquiruntur, scilicet diuersitas formæ & distinctio habentium formas. Hæc responsio ualet, sed necesse non fuit adducere illam distinctionem, quoniam cum adiectiuum semper teneatur in concreto, substantiuum ei correspondens debet intelligi in concreto, & ideo dico, quod cum Be. Thom. dicit substantiua plurificari secundum formas, Adiectiua supposita regulariter intelligit in concreto.

In responsione ad quartum. *hoc quod dico principium, non habet*. Contra hoc arguit Greg. ut adducit Capreol. in prima distinction, 12. quæstio. prima, post solutionem factam in pedem quæst. &c.

Primo arguit quod ly, *principium*, non supponat confuse tantum, & hoc tripliciter, primo suppositio confusa fit per signum omne, ut omnis homo est animal, uel per aliquod syncathegorema, ut per distinctionem exclusiuam, sicut hic comedi panem tantum, vel tantum panem. licet in hac, pater, & filius sunt unum principium, neutrum est ergo.

Secundo per simplicem conuersionem hæc consequentia ualet, filius sunt vnum principium, ergo vnum principium sunt pater, & filius, sed in hac secunda ly, *principium* nó stat nisi determinate, ergo nec in prima, tertio sic in suppositione, confusa licet descendere disiunctim non mutato subiecto, id autem non potest fieri hic; falsum est enim, quod Pater & filius sint hoc uel hoc principium, sicut non sunt hæc uel illa principia.

Ad primum dico quod ly, *principium* supponit confuse ratione illius sincathegorematis, & quod constituit subiectú copulatum, ideo iunctim tantum, & non diuisim, & ideo est necesse, ut sumatur vt vnum in ly, *principium*.

Ad secundum idem, & nego quod ly, *principium* in secundo stet determinate: quia subiecta taliter supponunt, qualiter exigunt prædicata, & quia hoc prædicatum, Pater, & filius requirit suppositionem confusam, in ly, *unum principium* ideo non supponit determinate sicut in ista, *homo est species* ly, *homo* non supponit determinate, nec personaliter, quia ly, *species* non compatitur hoc.

Ad tertium, licet Capreolus concedat descensum disiunctű respectu, ly, *principium*, tamen melius est dicere, quod cum detur suppositio confusa mobilis, & immobilis in hac propositione stat ly, *principium* immobiliter: quia respectu principii non dantur in Deo plura singularia, ad quæ possit fieri descensus, & quod detur confusa immobilis patet in hac, *semper erit homo*, & in hac *materia non potest esse sine forma*, & in hac *ubique est corpus*.

Deinde probat, quod illud dictum Bea. Thom. quod principium supponit pro duabus personis, similiter sit falsum: quia non minus erit concedenda ista, pater & filius sunt principia, sicut ista sunt personæ.

Præterea terminus in plurali numero magis proprie supponit pro pluribus coniunctim, quam in singulari, unde in ista, Socrates, & Plato sunt homines, ly, homines magis proprie supponit pro plurib. quam si dicerem, sunt homo. Præterea si supponit pro duabus personis simul, ergo stabit terminate, sicut in hac, Socrates, & Plato sunt homo, nam licet descendens, ut patet apud logicos.

Ad primum, nego consequentiam, ideo enim, Pater, & filius sunt personæ, quia proprietates personales sunt duæ, & quia uirtus spiratiua non multiplicatur; ideo non sunt duo principia.

Ad secundum, nego illud assumptum, non enim uerum est, nisi quando termini in plurali significant plures formas, ut ly, homines, & ly, personæ, non sic autem est ut diximus de ly, principia, quoniam in Deo non inueniuntur, sub eo plura singularia.

Ad tertium negatur consequentia, non licet descendere determinate, nisi quando multiplicatur forma in pluribus suppositis. Sic respondit Capreol. ad argumenta Gregorij.

Sed tu potes dicere, quod Beat. Thom. non intendit ly, *principium*, supponere pro duabus personis simul, ut personæ sunt, sed pro duabus, ut conueniunt in uirtute spiratiua. Argumenta autem Gregorii non habent apparentiam, nisi in sensu, sed Beat. Thom. intendit secundum, ideo nihil contra eum.

In responsione ad sextum, *potest concedi quod pater, et filius, sunt idem principium*. Aduerte quod B. Thom. in prima dis. 29. q. 1 artic. quarto, ad ultimum, sustinet, quod potest concedi, ꝙ sunt idem principium, & non sunt idem.

Nam si ly, *idem*, aufert distinctionem uirtutis spiratiuæ, & distinctionem suppositorum, non debet concedi quod sint idem principium. Si autem aufert distinctionem uirtutis spiratiuæ, stante distinctione suppositorum, debet concedi, & hanc uiam tenet determinate in prima parte hic, cum dicit, quod ly *principium*, supponit pro duabus personis indistincte, id est personis distinctis, ut conueniunt in uirtute spiratiua, & respectu illius sunt indistinctæ.

In responsione ad septimum determinat, quod non possunt dici duo spiratores, cuius oppositum tenet in 1. distinctione. 11. quæstione prima articul. 4. & ratio eius illic est quia quando substantiuum importat formam non modo formæ, sed formam quæ est operatio, cum operatio respiciat supposita, potest plurificari substantiuum, dato quod forma quæ est opinio non plurificetur, & ideo quia spiratio importat operationem, uidetur quod stante unitate spirationis, & distinctione suppositorum, possint dici duo spiratores: Verum aduertens hic, quod ex hac ratione possent dici duo creatores, cum creatio sit operatio, ideo dicit absolute substantiuum non plurificari nisi plurificata forma, siue sumatur forma modo

formæ uel modo operationis, & sic standum est in prima parte, & negandum est substantiuum posse plurificari etiam quando denominatur ab operatione nisi operatio ut habet uicem formæ, multiplicetur, unde autem sit quod substantiua trahunt distinctionem a forma & adiectiua a suppositis, ac pluralitatem Beat. Thom. adducit rationem in prima quæstion. 39. tertio, & illic defensabitur contra Aureo.

QVAESTIO XXXVII.

ARTICVLVS I.

Vtrum Amor sit proprium nomen spiritus sancti

S*It igitur in quantum in amore*. Aduerte ut refert Capreo. prima distincti. 32, quæsti. 1. articul primo contra quintã in quarto loco arguit contra distinctionem datam de amore essentiali, & personali, & decipitur, quia credit quod secundum Beat. Thom. sint duo amores distincti realiter. quod est falsũ, immo est distinctio, secundum rationem in amorem conceptum absolute qui dicitur essentialis, & in amorem conceptum relatiue, qui dicitur personalis: quod tamen ex uirtute sermonis non est quid personale ex acommodatione, nisi dicatur amor spiritus.

Sicut sapientia genita efficitur proprium nomen filii, & ex hoc solues argumenta Aureo. quæ procedunt contra distinctioné realem amoris, quam non addmittimus in Deo.

Ita quod intelligatur amor procedens. Aduerte, quod Aureol. adducit illic Capreo. in quinto loco probat amorem non posse dici procedentem in Deo, nec productum quocunque modo sumatur, & decipitur: quia essentia & amor personalis sint idem: credit quod sicut repugnat essentiæ, produci uel capere esse, sicut amor personali quod non ualet quia amor personalis dicit relationem subsistentem, qua est quid distinctum, & subsistens, & qua potest terminare productionem, tales autem conditiones non seruantur in essentia, ideo non est similis ratio.

In responsione ad secundum. *Spiritus sanctus est amor patris in filium, &c.* Dubitatur cum amor sit terminus actionis immanentis, sicut uerbum, ergo permanet in producente, ergo non tendit in alterum, Ad hoc respondet Heru. in prima disti. 10. quæst. 2. in solutione primæ quæst. & stat. in hoc, dico quod non est amor patris in filium, ut in subiectum, sic enim esset actio transiens spiratio, sed est in filium, ut in obiectum, ut uisio est in uisibili, ut in obiectum, & uolitio in uolitum ut in obiectum.

In responsione ad tertium. *Spiritus sanctus dicitur esse nexus*. Aduerte quia dicitur esse nexus, non quod in eo uniatur in unita, sed quia importat mutuam inclinationem, qua pater inclinatur in filium, & e conuerso, quæ inclinatio est terminus mutuæ dilectionis spiratæ, & esset simile, si Socrates, & Plato mutua spirarent unum amorem subsistentem, quousque essent amans, & amatus, & hæc est mens Heru. in 1. disti. 10. quæstio. 1. in solutione secundæ quæst.

ARTICVL. II.

Vtrum Pater, & filius diligant se spiritusancto.

E*T dicunt hanc esse retractatam.* Contra hoc arguit B. Tho. in 1. distinc. 32. quæst. 1. ibi *sed hoc non uidetur conueniens.* Quia appropriatur Spiritus sanctus. Contra hoc arguit Beat. Thom. in primo ubi supra ibi. Hoc etiam non uidetur conueniens.

Construitur in habitudinem signi. Contra hoc arguit B. Tho. ibidem dupliciter. & prima probatio stat in hoc: omnis creata perfectio est signum perfectionis existentis in Deo, cum si ab illa, ergo amor creatus est signum dilectionis existentis in Deo cum sit ab illa, ergo amor creatus est signum dilectionis, inter patrem, & filium, ergo eodem modo hæc creatura Pater, & filius, diligunt se amore creato, & similiter sunt bonum bonitate creata. Secunda stat in hoc; Pater diligit Spiritu sancto, ergo amore aliquid diligitur formaliter, sicut calore calefit formaliter.

In habitudine causæ formalis. Contra hoc arguit B. Thom. ibidem dupliciter, & prima ratio intendit de forma signata modo formæ, & non modo actionis, nam lapis denominatur uisus uisione non inhærenti sibi, sed nec modo formæ est uniuersaliter uera: nam denominatur locatum a loco, qui est inhærenter in locante, & ideo apposuit secundam rationem de forma.

Quidam uero in habitudine effectus formalis. Aduerte quod B. Thom. in primo ibidem attribuit hanc Hugoni de sancto Victore, hic, & in primo: nam in primo uult quod agens denominetur tantum a forma quæ est principium agendi ut agas uel a calefactione. ut ignis dicitur moueri sursum, & leuitate, & motu, & sic concludit quod Pater denominatur diligens spiritu sancto, non ut forma, scilicet ut actio de sumendo spiritum sanctum pro amore notionali sumpto, ut est procedens & ut significatur modo actionis, sed hic melius considerans, innuit tertium denominans, scilicet effectum, qui est terminus actionis. Nam hæc est uera, planta floret uirtute germinatiua, vt principio & floritione, vt actione egrediente, & floribus, vt terminus actionis. Sic hæc denominatio, Pater diligit filium potest fieri a tribus, primo a principio ut forma, & cum illa sit communis patri, & filio erit essentia vel uirtus spiratiua, secundo a productione, & hæc erit spiratio. tertio a termino, & hæc erit persona spirata, hæc ergo est uera, Pater diligit filium essentia, ut habet rationem amoris essentialis, & spiratione spiritus sancti.

In solutione ad secundum, Aduerte quod calor est in primo in eodem articulo ad Tertium. & stat in hoc, ly, *generare, & spirare*, & dicunt actionem egredientem, & non determinatum effectum, ideo non fit denominatio in eis ab effectu, sed in ly, *diligere, & dicere*, duo includuntur, scilicet actio, & effectus determinatus, est enim notionaliter diligere, amorem emittere, & dicere uerbum est producere, ideo in his fit denominatio ab actione, & a termino producto.

In responsione ad tertium dubitare contingit. Verũ sicut est uerum, quod Pater diligit se & non spiritusancto, ita sit uerũ quod spiritus sanctus diligit se spiritu sancto. Ad hoc respondit B. Thom. prima dist. 32. quæstio. prima secundo ad quartum, uide eum.

Contra determinationem, & Probi conclusionis instat Aureo. & Scotus, & Durandus; uerum antequam soluantur argumenta eorum, pono aliqua fundamenta quibus apparebit quo modo non attingunt sensum B. Thom.

Primum, Illa propositio in articulo in qua dicitur, quod *Aliquid potest construi in habitudine effectus formalis*, dupliciter potest intelligi, primo quod ille effectus sit secundum rẽ effectus formaliter, sicut lucere est effectus formalis ipsius lucis, & sic Beat. Thom. non intendit hic. patet enim quod uestimentũ & flos non sunt sicut effectus formalis, immo ly, flos, est effectus causæ efficiens, secundo quod ille effectus qui secundum rem est effectus non formalis, tamen ut denominans est ac si esset forma. Vnde sicut illa est uera. paries albet albedine, ita hæc est uera, arbor floret flore, excepto quod albedo re, & denominatione est forma, in hac autem flos est effectus re, quo ad denominationem autem est forma, ex hoc fundamento uidebis soluta duo prima argumenta Aureoli in Capreolo, in distinctione trigesima secunda, quæstione prima, articulo primo, contra quintam, licet enim uestimentum & flos, non sint secundũ rem effectus causæ formalis, sed potius efficientis, tamen ut denominant, dicuntur effectus formales quia denominant ac si essent formæ.

Secundum, Illa propositio in articulo *quando effectus clauditur in intellectu actionis*, dupliciter potest intelligi, primo, ut specificans actionem sicut ædificium includit ædificium, ut intelligatur quod ædificare non est absolute agere, sed agere hoc, & sic B. Th. nõ intendit hic, nam hæc est falsa, Plato ædificat ædificio, & generat genito, secundo includitur ut coniunctus suæ actioni, uel productioni, uel dicit Capreol. prout uerbum significans talem actionem dicit emissionem actionis, & effectum uel terminum actionis, sicut dicere significat proferre, quæ est actio, & uerbum, quod est terminus productionis, & de hos intendit Beat. Thom. quod denominatio potest fieri ab effectu ut forma, et inter hæc computatur florere: nam significat producere florem & diligere notionaliter. nam significat spirare amorem, et si dicat, unde habent uerba hæc tale significatum et non alia. Respondeo: quia sic imposita sunt, et si dicas, quomodo differunt ab aliis importantibus actionem simpliciter, uel specificatiue tantum. Respondeo secundum Capre. quod differunt ex eo, quod accusatiuus rectus ab eis non semper est effectus productus, ut patet, cum dico, Socrates dicit historiam, non est necesse historiam esse factã a dicente, similiter cum dico Pater dicit se uerbo, non est sensus, quod producat se,

cat se, sed manifestat se, in illis autem accusatiuus rectus a verbo dicit productum, ut Socrates generat filium, ædificat domum.

Ex hoc fundamento soluuntur duo argumenta Aureoli, quæ etiam sunt Scoti ad literam, primum est in actu spirandi & generandi includuntur spiratum & genitum, & tamen hæc est falsa, Pater spirat spiritu, generat genito, ergo & ista Pater diligit spiritusancto.

Respondeo, ly, *spiritu*, & ly *genito*, non includuntur in uerbo, nisi in primo sensu, sicut ędificium in ædificare, nos autem inté dimus in secundo sensu.

Secundum est, ædificare, includit ædificium, & tamen hæc est falsa, Socrates ædificat ædificio.

Respondeo, vt ad præcedens vt ex fundamento dato.

Tertium ly, *florere*, dupliciter potest considerari, primo ut æquipollet isti, *esse floridum*, sicut calere esse calidum, & lucere esse lucidum, & sic est uerbum neutrum, & ex significato, & ex modo significandi, & tunc ablatiuus rectus non dicit terminum productionis: cum enim dico, ignis calet calore ly, calor cum sit intrinsecus igni, non est productus ab igne, sed habet rationem principii & causæ formalis uel efficientis, secundo æquipollet isti, emittere flores, sic est uerbum actiuum ex suo significato licet neutrum ex modo significandi, & tunc ablatiuus rectus dicit terminum actionis, ut arbor, floret flore.

Ex hoc fundamento soluo tria argumenta Aureoli, quæ continentur in ultimo argumento Scoti. Credunt enim Beat. Thom. accipere, ly *florere*, ut neutrum, pro *emittere flores*, & dato casu, quod acciperetur ut neutrum, adhuc similitudo tenet, quo ad denominationem, nam sicut ista est uera, arbor floret, ita ista, Pater diligit spiritu sancto licet non esset similitudo quo ad rem, sed quantum ad hoc hic non quæritur. Tu tamen stabis in prima responsione.

Quartum. Prædicto in quo denominatur agens, a sua actione, uel effectu aliquando est conuersiua, aliquando non. quando enim distinguitur realiter agens, & obiectum actionis, non est, nec potest esse conuersiua super agens: hæc enim est falsa, Ignis calefacit se calefactione, uel calore, quoniam calefaciens, & calefactum non coincidunt in idem realiter, & hoc est uniuersale in actione transeunte in passum. quando autem agens, & obiectum esse sunt idem, tunc potest esse cóuersiua super agens, & hoc reperitur in actione immanenti, hæc enim est vera, Socrates intelligit se intellectione, & dicit se uerbo, & amat se amore producto a uoluntate sua.

Ex hoc fundamento soluitur tertium argumentum Scoti, quo arguit non conuersiuam super agens, dato casu, quod talis prædicatio uel denominatio esset uera, exemplificans de igne calefaciente. Non enim sequitur, quod si in actione transeunte non sit conuersiua, quod similiter non fiat in actione immanenti, qualis est ipsum diligere.

Durandus autem in primo distinctio. 32. tenet hanc esse falsam formaliter. Pater diligit spiritum sanctum siue se ipsum, siue filium, sumendo ly, *diligere* notionaliter. & eius rationes sunt duæ.

Prima, accusatiuus super quem cadit actus notionalis, est terminus productionis, ergo si hæc est uera, Pater diligit filium spiritusancto, Pater spirat filium.

Secunda, Quicquid uerificatur de aliquo, cum determinatione, uerificatur de eo sine determinatione, dummodo determinatio non si detrahens, Vnde sicut ista est uera, Socrates est homo doctus, ita illa, Socrates est homo, ergo si hæc est uera, Pater diligit filium spiritusancto, & ista erit uera, Pater diligit filium notionaliter, ergo Pater spirat filium, quod est manifeste falsū.

Ad primam nego antecedens, quando uerbum notionale significat actionem, & terminum inclusum in actione ut exposuimus. Talia sunt dicere. & intelligere, esset autem uerum antecedens de ly, *generare & spirare*.

Ad secundam, nego antecedens, quando determinatio est formaliter, & per se requisita, non enim ualet, uideo lapidem uisu, ergo uideo lapidem, etiam remoto uisu, sic enim est in proposito. quoniam ly, *spiritu sancto*, requirit per se ad hoc, quod hæc sit uera notionaliter, Pater diligit filium spiritusancto, nā si non opponatur, erit uera essentialiter.

QVAESTIO XXXVIII.

ARTICVLI. I. ET II.

Vtrum donum sit personale, & conueniat soli spiritui sancto.

QVONIAM isti duo articuli connexi sunt, simul pertractabuntur, & primo dicemus ad articul. Secundo defendabitur tota materia huius quæstionis.

Quoad articulum primum pro Titul. aduerte, quod non quæritur, utrum necessario & per se sit nomen personale sicut uerbum imago. & spiritussanctus in ui unius dictionis, de quibus, diximus supra, quod dicuntur tantum personaliter, sed ly, *donum*, in scriptura, & in doctoribus inuenimus dici essentiam, quam Pater donat filio, & de filio, quem pater donat nobis, & de spiritusancto: nam dicitur donum Dei altissimi, ergo ex natura sua non est personale. Quæritur ergo, Vtrum secundum aliquam significationem possit trahi ad personale. Vnde Beat. Thom. introducens quæstionem dicit, *Vtrum Donum possit esse personale*, quasi dicat, constat quod est nomen essentiale, sed quęritur trahi ad personale.

Quantum ad primum articulum. Aduerte, quod ex eo non habes aliud nisi quod Donum ex ea ratione qua recipit donantem, ut producentem, & ut sic, includit originem, potest dici personale, sed quia origo communis est filio, & spiritui sancto, ideo exposito articulo non habetur quod sit magis competens filio, quam spiritusancto, nec econuerso. In responsione ad secundum *essentia dicitur esse donum Patris*. ut scias, quomodo donum conueniat essentię & filio, & spiritui sancto. unde Herue. in prima distinctio. 18. ubi ponit tres conditiones doni propriissime accepti, prima quod sit res apta dari alicui, ita quod sit eius correlatio non est donum, non enim pater potest dare paternitatem suam alteri. Similiter nulla forma substantialis, indiuidualis, nec proprietas consequens illam formam potest esse donum secundum quod sit in auctoritate dantis, quæ in diuinis est per originem tantum. tertia, quod illa res libere & gratuite det, & hoc habeat ex modo suæ originis. Ratione primi competit essentiæ cuilibet, ratione secundæ & primæ conuenit filio, qui datus est nobis. Ratione trium simul conuenit tantum spiritui sancto, ratione cuius etiam filius datus est nobis.

Quantum ad secundum articulum, Aduerte quod non solum probat donum notionale esse primum nomen spiritussancti, sed esse primum donum, eo, quod donum importat liberam, gratuitam, & beneplacitam dationem, quæ cum his conditionibus prouenit ex solo amore, quocunque alio remoto, & quoniam spiritussanctus procedit & ratio. prima & radix omnis doni, inde est quod per spiritumsanctum cętera donantur, sicut a primo Patre, omnis paternitas. & a primo uerbo, omnia uerba, & a primo dono, omnia dona.

Quantum ad defensionem totius huius materiæ contra multipliciter arguitur, duo sunt resoluenda: primo, si est uerum, quod spiritussanctus procedat ut amor, secundo, an dicat respectum donabilitatis ad creaturas ex sua proprietate personali, sicut supra quæsiuimus etiam de uerbo, & quoniam quantum ad primum, tenemus partem affirmatiuam cum Beato Thoma hic in articulo secundo, dicit enim cū spiritusanctus procedat ut amor, ideo adducam principaliora argumenta Aureoli ut recitat Capreol. in prima distin. 18. quęst. 1. contra tertiam.

Secundum, si spiritus sanctus procedit ut amor, ergo est spiritus quo est amor, quod est falsum, quoniam cum amor sit beatificus, eodem esset beatus quo est spiritus, eodem bonus, & Deus, quę omnia sunt falsa, cum sit beatus, & bonus, & Deus ex essentiali, & non notionali.

Ad hoc concedo consequentiam, quod est spiritus, & amor personalis inquantum terminat productionem modo uoluntatis, & nego falsitatem consequentis. Ad probationem nego amorem procedentem esse beatificum, immo ille est essentialis, qui ut sic habet rationem attributi, & perfectionis. Vnde non eodem amore formaliter est beatus ut Spiritus: quoniam essentiali est Beatus, & personali est Spiritus,

Secundum isti dixerunt alibi, scilicet in quæst. præcedenti articulo 1. quod procedit ut impressio, qui amatum est in affectu amantis, hic autem dicit, quod procedit ut amor, ergo sibi contradicunt.

Ad hoc, Beat. Thom. pro eodem accipit impressionem illã, & amorem productum, sed ut magis explicet declarat amoré per hunc Terminum impressio.

Tertium sic procedit ut amor, quæro uel amor essentialis, uel ut amor personalis, non primo, quoniam specialem causalitatem haberet super creaturam illam, scilicet quæ conuenit amori essentiali. sed hoc est falsum, quoniam trium personarum est tantum una causalitas, Non secundum: quoniam non procederet ut primum donum: esse enim primum donum attribuitur amori essentiali, quo omnia alia donantur.

Ad hoc procedit utroque modo, ut, amor quidem essentialis, idest eo modo procedendi, quo procedit amor essentialis secundum rationem, procedit Spiritussanctus secundum rem: & cum arguitur. ergo haberet specialem causalitatem super creaturam: nego consequentiam, sed bene sequitur quod habet specialem rationem: quoniam in agente per intellectum verbum, una ratione concurrit: & amor alia ratione, puta ut motiuum & inclinatiuum. Vt personalis autem concedo, quod procedit, & nego illam consequentiam, ergo non procedit, ut primum donum, & cum probatur: quoniam esse primum donum conuenit amori essentiali, dico quod non conuenit amori essentiali absolute sed incluso personali: nam sicut diximus supra, quod verbum dicit respectum ad creaturam ratione notitiæ essentialis, ut coniuncta est personali, puta inquantum est notitia genita, si donum dicit amorem essentialem coniunctum huic, quod esse procedentem, & sic essentiale trahitur ad personale, & ratio huius est, quia donum & terminus medius inter essentialia & personalia etiam est quasi constitutus ex utroque: nam ut respicit donantem, dicit originem, ut respicit rem, cui donatur, dicit amorem, et ratione primi est personale, ratione secundi est essentiale.

Quantum ad secundum uidendum est, si Spiritus sanctus sub nomine doni dicit respectum donabilitatis ad creaturas intellectuales ex sua proprietate constitutiua an ex alio. Et ad resolutionem propositi noto quinque.

Primum Donum dicit tria, priorem donabilem, & hoc denominatiue scilicet scibili scientia denomintiua, secundo respectum donabilitatis qui est aptitudo, qua est aptum dari alteri ut sit eius, qui etiam dicitur respectus receptibilitatis in altero. Tertio respectum ad donantem, qui est respectus quasi cuiusdam passionis, uel auctoritatis inquantum est in facultate donantis. Quamuis autem hos duos respectus includat, prius tamen formaliter importat respectum donabilitatis: Nam eius ratio formalis est hæc: donum est, quod est aptum dari alteri ut sic eius respectum autem ad donantem importat secundario uel suppositiue: supponitur enim quod sit in facultate alicuius, per quam fiat alterius, ex quo hoc non est ei ex eius uirtute.

Secundum. Applicando hæc ad donum diuinum personale, dico, quod res denominata primo donum est amor, eo quod est radix liberæ dationis. Respectu autem ad donantem est relatio constitutiua illius personæ, quæ dicitur processio modo uoluntatis. Respectus donabilitatis, est respectus rationis ad creaturas: sicut respectus manifestatiui in uerbo, & significat hæc tria & ordine, quo diximus de dono in communi in præcedenti notando, et sic donum diuinum personale primo & formaliter dicit respectum donabilitatis ad creaturas intellectuales.

Tertium. Ex res quę est Spiritussanctus, scilicet significata nomine Spiritussancti importat primo processionem, ut constitutiuam, secundo amorem, tertio donabilitatem, quæ consequitur amorem, sicut filius importat primo filiationem secundum notitiam ut essentiale inclusum, tertio manifestatiuum, quod consequitur notitiam, in nomine autem uerbi formaliter hæc significantur opposito ordine, quia primo manifestatiuum, secundo notitia, tertio emanatio, sic in nomine doni, primo donabilitatem, secundo amorem, tertio, processionem.

Quartum. Dico quod non dicit respectum donabilitatis ad creaturas ex sua proprietate personali, sed ex amore essentiali adiuncto proprietati personali, & ratio huius est, quia nulla persona præcise respicit nisi suum productiuum. Vnde uerbum, ut persona præcise non respicit nisi donatorem. ergo sicut uerbum ratione notitiæ essentialis respicit creaturã ut manifestatiuum eius, sic donum personale ratione amoris essentialis inclusi respicit creaturam intellectualem sub ratione donabilis.

Quintum. Vt soluantur argumenta Aureoli contra hanc determinationem quę recitatur a Capreolo in 1. distinct. 18. q. 1. 1. contra tertiam. Dico, quod a re diuina signata uno nomine ad eandem significatam alio nomine non ualet consequentia: quia signata sub uno nomine minus includet, & sub alio magis. Et propterea hæc non ualet, res, quæ est filius, signata nomine filii, non dicit respectum ad creaturam ergo signatum nomine uerbi, non dicit respectum ad creaturam: & ratio quod non ualeat, est, quia filius formaliter non dicit illum & notitiam, a qua habet, quod sit manifestatiuum creaturæ. Sic non ualet hæc, Res quæ est Spiritussanctus, signata nomine Spiritussancti, non dicit respectum ad creaturam intellectualem: ergo signata nomine doni non dicit, & ratio huius est, quia ly Spiritus sanctus non dicit formaliter nisi proprietatem, quæ est spiratio passiua, qua respicit præcise spirantem, sed ly, donum, ultra illam dicit amorem a quo trahit respectum donabilitatis ad creaturam.

Ex his patet, quod argumenta Aureoli laborant in æquiuoco: credit enim Beat. Thom. tenere, quod donum primo & formaliter dicat proprietatem constitutiuam Spiritussancti, quod declarauimus esse falsum, ex consequenti non habet respectum donabilitatis ad creaturas ex proprietate personali, & hæc concludunt omnia argumenta eius: ex hoc tamen non sequitur, q si non dicit respectum ad creaturam, ex sua proprietate personali, quod etiam non dicat ex sua ratione formali, ut stat sub hoc nomine donum. Nam donum dicit formaliter aptitudinẽ donabilitatis & hoc habet ut diximus, ex amore, qui est radix omnis doni, & primum donum.

Aduerte etiam quod argumentum eius tertium, quartum, quintum, & nonum, peccant in hoc, quod nescit distinguere de dono essentiali & personali: nam quando Spiritus S. donat se ipsum, dicitur donum essentiale, quia non est a se ipso, nec sui ipsius per originem, sed per identitatem. similiter quando pater donat filium nobis, est essentiale: quia filius implicat originem. non tamen esse, quæ est per modum amoris, quæ est radix omnis doni, ideo non est necesse eius argumenta aliter soluere,

QVAESTIO XXXIX.

ARTICVLVS I.

Ostensum est enim supra quod diuina simplicitas usq; ibi *quã persona*. Aduerte, quod consideratio huius identitatis nõ coincidit cum ea, quam fecit B. Thom supra in quæstio. 3. artic. 3. nam illic accipit suppositum & personam metaphysice ut sumit philosophus, & tale suppositum dicit quod singulare completum in natura intellectuali indistinctum in se, & distinctum a quolibet alio principiis indiuiduantibus. ut hic homo, uel esse essentia, ut in separatis, quæ se ipsis indiuiduantur, & quia Deus se ipso distinctus est a quolibet alio, sic potest dici suppositum & persona metaphysice, hic autem accipit suppositum, & personam pro constituto, & distincto relatione, quod negaret metaphysicus, & ideo potest formari duplex quęsitum. primum, An in Deo metaphysice sint idem essentia & suppositum, & quæsitum fuit supra, quæstio. 3. articul. 3. secundo, An theologice sunt idem, & sic quæritur hic ut quoddam ualde difficile.

Relatio autem ad essentiã comparata non differt re, sed ratione tantum Circa hanc propositionem cadunt duo dubia, primum est, si est uerum quod differant tantum ratione, & non ex natura rei: secundum si sunt idem realiter, quomodo stat quod relatio plurificetur, & non essentia. Verum primum fuit discussum supra q. 28. art. 2. & argumentatum est contra Scotum ex Grego. & soluta fuerunt argumenta Scoti in Cap. 1. d. 33. q. 1. contra tertiam. & solutiones expositoris sunt solutiones Capr. secundum autem determinauimus illic per Heru. 1. d. 33. q. 1. articulo 4. & per B. Thom. 1. dist. 33. q. 1. art. 1. ideo circa huiusmodi dubia non est amplius hic unmorandum.

In respõsione ad secundũ. *inquantum essentia, & persona:* Aduerte quod Capr. adducit plura argumenta Aureoli cõtra hãc responsionem, ex quibus expositor recitat & soluit tantum primum; ut autem defensio sit perfecta, uolo soluere omnia.

Pro rñsione ad primum, Aduerte q responsio, quam adducit expositor hic, & reprobat, est prima rñsio Capreo. & accipit affirmationem & negationem in actu exercito, pro propositione affirmatiua & negatiua, quas constat fabricari per intellectum, & affirmatio & negatio non uerificantur ante opus intellectus. Verum quia affirmatio & negatio possunt accipi

pro

pro fundamento uel significato talium proportionum .f. esse, & non esse, & hæc non pendent ab intellectu, quoniam nullo intellectu considerante, homo est homo, & homo nō est lapis, ideo aduertens Capreo. primam non sufficere, dedit aliam responsionem, quæ incipit ibi *potest etiam sibi dari pro causa distin ctio rationis*. hæc est eadem cum ea, quam dat expositor, & approbat, & ideo non fuit laudabile, expositoré ita reprehendere Capreol. deinde incidere in eandem sententiam ultimatam cū Capreolo.

Pro responsione ad secundum, & quartum, aduerte, quod Aureolus decipitur in hoc, quod credit omnem rem concepti bilem pluribus rationibus posse dici compositam secundam rationem, quod non est uerum, nisi de eo, in quo sunt plures rationes ut fundamenta suæ ueritatis. Sic in Deo, in quo fundatur ratio essentiæ & ratio relationis; Vnde non cogimur dicere, Deum compositum re, nec ratione, sed esse multiplicem ratione fundamentaliter, & non subiectiue.

Pro respōsione ad tertium, aduerte, quod cum distinctio rationis uirtualis, quæ est æquipollens distinctioni actuali, præcedat omnem actum intellectus, illa est sufficiens ad tollendam contradictionem, unde neganda est minor intellecta de distinctione æquipollente distinctioni actuali, qualis est distinctio uirtualis, ut nos intelligimus.

Pro responsione ad quintum & sextum, aduerte, quod decipitur non distinguens inter intellectum comprehensiuū Dei, & non comprehēsiuum, qualis est intellectus creatus: nam respectu intellectus comprehensiui argumenta concludunt, sicut n. essentia & personæ comparatæ essentiæ non ponunt in numerum, si per diuinum intellectum formatur tantum una adæquata ratio, & non possunt esse plures, quæ ratio est diuinum uerbum. Sed respectu intellectus non comprehēsiui hæc consequentia non habet apparentiam, essentia & personæ non ponunt in numerum, nam neutra ratio formata ab intellectu nō comprehensiuo adæquatur rei intellectæ.

Pro responsione ad sextum, Aduerte q decipitur: quia ignorat quid sit conceptum secundum addere supra primum, hoc enim non est aliquod trium modorum, quos ponit Aureo. sed est eandem rem aliter exprimi per unum conceptum, & aliter per alterum, puta exprimi absolute, & ex primi relatiue.

ARTICVLVS II.

Vtrum sit dicendum tres personæ sunt vnius essentiæ.

CIrca articulum hunc non cadit difficultas dummodo ly, personæ, considerentur, ut habentes, & ly, *unius essentiæ*, ut res habita, hic tamen aduerte pro totali resolutione, quod Herue. in 1. d. 34. q. 2. ponit quatuor conclusiones.

Prima, conuenienter dicitur una essentia est trium personarum, quoniam in hac est habitudo rei habitæ ad habētes, sicut est uera hæc, una humanitas specifica est trium hominum.

Secunda, conuenienter dicitur, Tres personæ sunt unius essentiæ, quoniam in hac est habitudo conuersa, scilicet habentium ad rem habitam.

Tertia, Non conuenienter dicitur, Tres personæ sunt unius Dei propter diuersum modum significandi essentiæ, & Dei, nam Deus, cum sit cōcretum, significat suppositum, & sic ut habens, non potest autem habere rationem habentis, nisi ut possidentis, uel domini, uel producentis, quæ omnia sunt falsa in Deo, in quo non proprie seruatur possessio, nec dominium, nec auctoritas, nec productio super tres personas. Non enim pater est productus.

Quarta, Nō conuenienter dicitur tres personæ sunt essentiæ, nisi addatur vnius, uel simplicis, quoniam genitiuus simpliciter dictus, non consueuit construi in habitudinem habiti, est determinandus per alium genitiuum, ut Socrates est unius oculi, igitur si diceretur absolute essentiæ, ly essentia haberet rationem habentis: & si autem apponatur unius essentiæ, sensus est tres personæ sunt indiuisæ in essentia habita, uel conuenisse in essentia.

ARTICVLVS III.

Vtrum nomina essentialia prædicentur singulariter de tribus personis.

CIrca Titulum scias, quod ly, *essentialia*, debent intelligi in concreto, & non in abstracto, clarum est enim quod tres personæ sunt una deitas, & una essentia, ex præcedentibus, non autem ita clarum est, quod non possint dici plures substantiæ, uel subsistentes, uel æterni.

Cuius ratio est, quia nomina substantiua significant aliquid per modum substantiæ, Recordare quod in quæstio. 36. articulo quarto posuit differentiam inter pluralitatem substantiuorum & adiectiuorū, & dixit illa plurificari ex pluralitate formæ, hæc autem ex pluralitate suppositorum, sed illic non assignauit rationem, hic autem assignat, igitur hæc ratio defensanda est. Nam q nomen substantiuum non plurificetur, plurificata forma, arguitur.

Primo, quia stat eundem hominē habere plures artes, & tamen non dicerentur plures artifices.

Secundo, arguit Aureol. & Scot. ut recitat Capreol. 1. distin ctio. 22. quæstio. 1. in principio argumentorum, Adiectiuum significat solam formam. Album enim puram qualitatem significat ita debet plurificari ex forma sicut nomen substantiuum, & magis.

Præterea est argumentum Scoti 1. q 12. terminus numeralis ponit significatum suum quæ est pluralitas consignificatorū sui terminabilis, sed significatum sui terminabilis, siue adiectiui, siue substantiui, est forma, ergo ponit pluralitatem formæ, tam in substantiuo quam in adiectiuo, nec hoc impedit diuersus modus significandi, quoniam tam substantiuum quam adiectiuum, habent idem significatum.

Præterea, non solum adiectiua, sed etiam uerba, & participia plurificantur secundum supposita, ergo ratio assignata non est efficax, nam conuenit alteri.

Ad primum sufficienter respicit expositor, & stat in hoc, nomen substantiuum concretum, & nomen adiectiuum conueniunt in hoc, quod utrumque ad sui pluralitatem requirit distincta supposita. differunt autem, quoniam substantiuum requirit distinctionem suppositorum, & distinctionem formæ, adiectiuo uero sufficit distinctio suppositorum: & ideo instantia de duplici arte in eodem homine, nihil ualet, cum nō sit in eo distinctio suppositorum.

Ad primum Aureo. dico, quod licet adiectiuum significet solam formam, non tamen secundum se, sed connotando subiectum more accidentis, substantiuum autem significat formam secundum se, & quoniam adiectiuum significat formā alio modo significandi quam substantiuum, ideo conuenienter dicitur multiplicari, non multiplicata forma.

Ad secundum, nego quod primum significatum substantiui concreti, & adiectiui sit forma, immo suppositum uerum: quia substantiua ex modo significandi sunt ut substantiua, consequēter significant formam secundum se: & sic important utrisque, adiectiuum autem, quoniam significat more accidentis, non significat formam secundum se, & propterea non est necesse ad pluralitatem adiectiuorum plurificari formam, & cum dicit, q non obstat diuersus modus significādi, nego, quoniam ex diuerso modo significandi diuersificantur propositiones scd̄ m ueritatem, & falsitatē, ut patet, cum dicitur, Deitas generat. & Deus generat, nam licet sint idem, tamen prima est falsa, secunda uera, ex solo modo significandi.

Ad tertium dico, quod cum verba, & participia significent actum, & actus respiciat supposita, dicuntur in singulari, uel plurali, secundum exigentiam suppositorum, Vnde si suppositum est unum uerbum, uel participium, dicuntur de eo in singulari, ut Plato scribit, uel est scribens. si autem supposita sint plura, dicitur uerbum, uel participiū de eis plurali. ut Socrates, & Plato scribunt, uel sunt scribentes. Vnde patet, qd̄ regula B. Thomæ est sufficiens, quia non solum uerificatur pro adiectiuis, sed etiam pro uerbo, & participio.

ARTICVLVS IIII.

Vtrum hæc sit uera, Deus generat Deum.

CIrca hunc articulum faciunt difficultatem tres propositiones positæ in articulo, contra quas arguit Aureolus, ut patet in Capreolo prima distinctione quarta, quæstio prima. 3.

Prima, Hoc *nomen Deus, ex modo significandi habet ut proprio possit supponere pro persona*. Contra hanc sic arguit Aureolus, Deus semper supponit pro habēte Deitatem, sed habens deitatem est suppositum: ergo semper supponit pro supposito, & nō aliquando pro essentia.

Præterea dicit Be. Thom. in artic. *Deus ex modo significādi* habet

habet quod proprie possit supponere pro persona, sicut homo: sed semper retinet eundem modo significandi, scilicet ut habés deitatem, ergo semper supponit pro persona.

Ad hæc est duplex responsio, prima est Capreoli, qui dicit Aureol. non intelligere sensum B. Thom. credit enim quod B. Thom. teneat Deum supponere aliquando pro essentia, idest, deitate in abstracto, aliquando pro persona.

Sed hæc non est mens eius, sic enim argumentum concluderet, & quoniam ly, *Deus* semper supponit pro habente deitatem, & non pro deitate habita: sed Beat. Thom. intendit quod aliquando pro essentia in concreto, quod resignatur per ly, *Deus*, & hoc respectu prædicati conuenientis Deo etiam per impossibile remotis personis, sicut hic Deus creat aliquando pro persona, idest pro subsistente in natura diuina, & hoc precipue respectu prædicati non conuenientis Deo nisi ratione suppositorum vt Deus generat, uel spirat. Aureol. autem credit Beat. Thom. intendere quod aliquando supponat pro essentia in abstracto, quod non est uerum, ideo argumentum non concludit.

Secunda responsio est expositoris, quæ stat in hoc, sub Deo datur duplex singulare, scilicet hic Deus, & sub ly, *Deus* datur Pater & filius, & Spiritus sanctus, & hoc tantum reperitur in Deo: quoniam in eo solo in una essentia inueniuntur distincta supposita, ergo ly, *Deus* aliquando supponit pro hoc Deo præcise, & non pro patre, aut filio, & tunc dicitur supponere pro essentia in concreto, ut Deus creat, aliquando supponit pro hoc supposito contento sub ly, hic Deus, ut Deus generat, & ad argumentum Aureol. negat minorem, quoniam stat quod supponat præcise pro hoc Deo, qui ut sic abstrahit a suppositis. Et scias quod expositor non approbat dictum Capreoli, qui tenet, quod Deus nunquam supponat pro essentia, quin etiam pro persona distincte, uel indistincte. Dicit enim expositor, quod formatur aliqua propositio, in qua ly, *Deus*, non potest supponere pro persona, neque distincte, neque indistincte, sed pro habente deitatem sicut in ista, Deus creat: nam remotis personis, per impossibile, adhuc est uera. & ista, Deus, & pater, & filius, & Spiritus sanctus, ly, Deus stat pro natura communi in concreto, & in ista, Deus non generat, ly, Deus stat pro habente deitatem: & ideo Beat. Thom. negat eam; si enim ly, Deus staret pro persona, esset propositio indefinita, & sic esset uera, quoniam aliqua persona non generat. Potes tamen saluare Capreol. & dicere quod primarie quidē, uel consequenter supponit pro persona, etiam quando stat pro essentia in concreto: nam hęc consequētia ualet gratia materię: Deus creat, ergo pater, & filius creat, quoniam opus ad extra est commune tribus.

Secunda propositio, quandoque ergo hoc nomen Deus supponit pro essentia, ut Deus creat. Contra hanc arguit Aureol. actio est suppositi, & non naturæ, nisi ut principii quo, creatio est actio, ergo ly, Deus stat pro supposito & non pro essentia.

Capreol. & expositor respondent conformiter, & stat in hoc, ꝙ deceptus fuit Aureol. in ly, essentia, credit enim qd̄ sumatur a Beat. Thom. in abstracto, & tamen sumitur in concreto. i. pro habente deitatem. & ad argumentum concedo, quod creatio est actio in bono sensu, & est suppositi metaphysic ꝙ est hic Deus, sed non suppositi Theologici, nisi concomitanter. Tertia propositio uel tres, ut cum dicitur Regi seculorum. Contra arguit Aureol hoc repugnat secundæ propositioni, ergo sibi contradicit, probatur antecedens, quia illi debetur honor qui regit, & creat, sed in hac, *Deus creat*, ly Deus, secundum te supponit pro essentia, ergo, & in hac *soli Deo*

Ad hoc dicit Capreol. & expositor, quod in utraque ly, Deus stat pro habente deitatem, et consequenter pro tribus personis, sed quod in ista *soli Deo honor etc* Beat. Thom. dicat ly, Deo supponere pro tribus personis, fecit propter argumentum, quo ut dixit Beat. Thom. supra in quæst. 31. art. 3. ad secundum exposuit hanc exclusiuam pro tota Trinitate. Quod autem dixit in hac, Deus creat, stare pro essentia, ideo dixit, non quia consequenter non stet pro tribus personis: sed quia potest stare præcise pro habente deitatem, & non pro aliquo supposito ut ibi, Deus non generat.

In responsione ad tertium, sunt tres propositiones dubiæ. *Prima. Aliter se habet hoc nomen Deus ad supponendum pro persona, & hoc nomen homo* nam dicit expositor quod hæc differentia, uel est ratione personæ determinate, uel indeterminate & arguit quod neutro modo. Videtur deinde respondens dicit, qd̄ est ratione personæ determinatæ, quia ly Deus secūdum se reddit propositionem definitam.

Sed hæc responsio non uidetur tangere intentum B. Thom. non enim comparat Deum ad hominem in sumendo pro persona determinate, uel indeterminate, Sed quærit vnde est; quod homo simpliciter sumptus semper stat pro persona indeterminate, & nunquam pro natura communi sumpta in concreto nisi ratione adiuncti, ut in hac, homo est species, Deus autem simpliciter sumptus, semper supponit pro natura in concreto, nunquam autem pro persona siue determinate, siue indeterminate, nisi ratione termini personalis, vt Deus generat. Vnde dicendum est, quod huiusmodi differentia sumitur ex parte unitatis & pluralitatis naturæ, eo, quod essentia diuina stat penitus indistincta: humanitas autem partitur partitione suppositorū, & propterea stat ly Deus ex sua natura pro essentia concretiue, & ly homo pro suppositis.

Secunda propositio, *Vnde per se supponit pro natura communi.* Aduerte quod in hac propositione uidetur B. Thom. coincidere cum opinione reprobata in articulo, cum dixit, *Quidam dixerunt quod hoc nomen Deus, proprie & secundum naturam supponit pro essentia*, Expositor dicit, quod in articulo loquitur de potentia suppositali qua potens est supponere pro essentia in concreto. in responsione autem ad tertium loquitur de actuali suppositione, ideo non sibi contrarius est. Sed quoniam Beat. Thom. simpliciter reprobauit illam opinionem, melius est dicere, quod non coincidit, ex eo quod illa opinio tenebat, Deū secundum se supponere pro natura in abstracto, & sic reprobauit eam B Thom. In responsione ad tertium tenet, quod secundum se supponit pro natura in concreto, quod negabat illa opinio, & sic non coincidit.

Tertia Propositio, *Vnde datur intelligi, quod generatio repugnet diuinæ naturæ.* Sed contra hanc arguit Aureol. & Durand. & Greg. Aureo. quinque mediis, sed primum non habet apparentiam, ut uidebis, credit enim, quod in hac, *Deus non generat*, ly Deus, stet pro essentia, in abstracto, quod sæpe diximus esse falsum.

Pro responsione ad secundum sequere expositorem, cuius responsio stat in hoc, quod licet affirmatio & negatio reducantur ad idem genus rei, non tamen ad idem genus principii cognoscendi.

Pro responsione ad tertium sequere expositorem, & dic, quod in ista, *omnis Deus generat*, Deus non stat pro suppositis relatiuis, sed pro suppositis metaphysicis, quæ sunt, hic Deus & hic Deus &c. sic sunt cōtradictoriæ, & hæc est uera, *hic Deus generat*, & hæc est falsa, *Deus generat*.

Pro respōsione ad quartum, dic ut Capreol. quod ista, *Deus non generat*, æquipollet uniuersali negatiuæ, scilicet nihil existens Deus generat & ideo nego quod sit indefinita.

Pro responsione ad quintum sequere secundam responsionem Capreol. ibi. *potest etiam aliter dici.* & aduerte quod expositor in fine suæ expositionis eodem modo respondet. hæc prædicta argumenta sunt in Capreolo, 1. d. 5. q. 1. ibi. *sed restat adhuc dubium*, & scias quod Capreol. non adducit eorum argumenta, sed bene expositor: & tu responde, ut ipse, quia illic clarius est, aduerte, quod omnes peccant in hoc, quod credunt hanc esse indefinitam. *Deus non generat*, cum tamen dicamus nos quod æquipollet uniuersali negatiuæ sicut ista, *homo non uiuit*, uel *homo non est lapis* equipollent enim illi, *nil quod est homo, uiuit, uel nil, quod est homo, est lapis.*

ARTICVLVS I.

Vtrum hæc sit uera, essentia generat essentiam.

Circa hunc articulum aduerte primo pro titulo quod ibi non quæritur, Vtrum generatio conueniat essentiæ, ut principio quo, uel ut termino formali, de hoc enim quæretur infra, cum loquemur de potentia generandi sed ut principio quod, ita quod hęc sit uera. *Essentia generat*, sicut ista, *Pater generat.*

Pro defensione pono duas conclusiones, prima, essentia nec generat, nec generatur, hanc probat Gregor. nil enim se ipsum producit, sed inter essentiam & ipsamet essentiam nulla est penitus distinctio, nec absoluta, nec relatiua.

Secunda conclusio. Essentia diuina, nec per se, nec per accidens generatur. hanc tenet B. Thom. hic in responsione ad secundum, & probatur sic: Quod non per se quia generatio per se ex suppositi. quia est id, quod est, & in creatis. unde in proœmio metaphysicæ, non generatur homo nisi quia generatur hic homo. Quod non per accidens, patet, quia tunc per accidens non generetur, quando est distincta ind stincta supposi tis, ex eo enim quod hoc suppositū, puta Socrates incipit esse, ex consequenti eius humanitas incipit esse, sed in Deo eadem penitus

penitus est essentia in tribus, ergo nec per se, nec per accidens essentia sumpta in abstracto generat.

In responsione ad primum: Aduerte quod Gregorius format idem argumentum in prima distinctio. quinta, quæstio. prima, & est octauum argumentorum, & respondet conformiter, sicut hic Beat. Thom. & defendit magistrum contra Ricardum, uide eum, & iterum scias, quod Capreol. in 1. distin. 5. quæstio. prima, contra tertiam adducit super idem quartum quintum & sextum argumentum & respondet pręcise ut Gregor. uide.

In responsione ad secundum, & *ideo natura diuina in filio non generatur neque per se neque per accidens.* Aduerte, quod ut Capreol. adducit in prima distinctio. quinta, quæstio. prima, contra tertiá Aureol. contra hanc arguit duodecim mediis.

Primum quidem est illud, quod format hic Bea. Tho. in tertio loco, & ego respondebo, cum declarabo solutionem B. Tho. hic ad tertium.

Secundum est tale: generatio realis est a re reali ad rem realem, sed in parte &c. Ad hoc quod in parte est res, quæ est suppositum, & res, quæ est essentia non quidem distinctè realiter, sed ratione ex parte rei, similiter est in filio: generatio quidem est a re, ut suppositum est, & ad rem ut suppositum non ut essentia in abstracto. Vnde argumentum æquiuocat de reali.

Tertium licet eadem persona non possit esse generans, & genita: eadem tamen essentia potest esse generans, & genita; alioquin Pater & filius non essent idem essentialiter, ergo essentia patris est generans, & filii genita.

Ad hoc nego antecedens, & comprobatur: quoniam aliter Pater & filius non essent idem essentialiter, nego hanc consequentiam: stat enim q pater sit idem essentialiter cum filio, in quantum sunt duæ personæ unius & indistinctæ essentiæ: & tamen q essentia non generet, nec generetur, quia generatio est a supposito ad suppositum.

Quartum quintum sextum, petunt idem, probant enim q de mente doctorum hæc est concedenda, *essentia filii est genita.* & per Magistrum, & per Ricardum, ergo non est tutum negare eam simpliciter.

Ad hoc respondebis, ut B Th. hic ad primum & ad Ricardú dic, quod authoritas Magistri præponitur Ricardo, & quod fuit confirmata per illam decretalem, de summa Trinitate, & fide catholica.

Septimum omnis filius est genitus, essentia est filius, ergo essentia est genita.

Octauum petit idem.

Ad hæc dicit Capreol. secundum Bea. Thom. quod in utroque committitur fallacia, quia mutatur modus prædicandi: nam in septimo argumento maior est de modo prædicandi per se formaliter, in minore autem per accidens, hæc enim est per accidens formaliter *essentia est filius*: licet per se identice, & ideo Capreol. ibi assignat fallaciam figuræ dictionis, & accidentis.

Sed contra hanc responsionem arguit Grego. ut Capreol. recitat: sed aduerte quod Gregor. non attingit mentem nostram. nos enim non dicimus, quod ex quocunque modo diuerso prædicandi, fiat fallacia, sed solum, quando transitur a modo unius prædicati ad modum alterius: ut cum mutatur quid in aliquid, uel e conuerso, sic est ibi, nam maior est de modo prædicandi ad aliquid, minor uero de modo prædicandi quid, idest de modo absoluto, essentia enim est filius identice, & non relatiue, nec enim dicimus, quod ex quocunque modo prædicandi per se, & per accidens fiat fallacia accidentis, sed solum quando duo sunt idem identice, & non omnibus modis, & aliquod prædicatum attribuitur uni, ut distinguitur ab altero: illudmet prædicatum attribuitur alteri, ac si non distingueretur ab eo, sic est in proposito, ut patet, quando autem sunt duo identice, & non omnibus modis, & aliquod prædicatum attribuitur qui, ut non distinguitur ab altero, tunc non est fallacia accidentis, ut patet hic: omne animal, ergo omnis homo est albus nam ly, album indistinctè conuenit animali & homini, sed ly generare non indistinctè conuenit patri, & essentiæ, immo ut distinguuntur ratione ex parte rei.

Nonum essentia est filius genitus, ergo est genita. Tenet consequentia a coniunctis ad diuisa sine termino distrahente.

Ad hoc dico, quod illa conditio sine termino distrahente non sufficit, sed est necesse quod adiectiuum absolute prædicetur de subiecto etiam remoto determinatiuo, puta altera parte distincti, ut hic Socrates est homo albus, ergo est albus: ualet, quia hęc est uera simpliciter, *Socrates est albus*, etiá si per impossibile poneretur, quod non esset homo, hæc auté non ualet, remoto filio, *essentia est genita*, nam filius est præcisa ratio, quod genitum conueniat essentiæ, & ratio remoto filio, nó est uera.

Decimum. Nascens est essentia, ergo essentia est nascens per conuersionem. Ad hoc illa conuersio non est bona, quia nascens in antecedente stat substantiue in secúda adiectiue, sed dicatur sic, ergo essentia est aliquod nascens, & est uera identice, summendo ly aliquod nascens, pro supposito.

Vndecimum & duodecimú pertranseo: patent enim ex præcedentibus.

In responsione ad tertium aduerte, quod hoc idem argumentum in substantia recitat Capreol. ubi supra, & est primum Aureol. & respondens dicit ad tollendum contradictionem sufficere distinctionem rationis non qualemcunq;, sed quæ fundatur in distinctione reali, hoc sic intellige quæ fundatur in aliquo æquipollenti distinctioni reali, talis quidem est diuina essentia, quæ realiter est communis pluribus suppositis, ut essentia & realiter est propria ut suppositum. Dixi autem æquiuollenti, quoniam non est necesse huiusmodi esse distincta realiter: licet in creaturis id inueniatur, in quibus tamé est distinctio, æquipollens aliquando sufficit ut patet in puncto, quod uere dicitur principium, & non principium, quia æquipollet duobus, quorum unum est tantum principium, & alterum tantum finis.

In responsione ad quintum, Aduerte duo, quod ferre suppositum est constituere ipsum: & non supponere constitutum, & hoc faciunt substantiua: ná Socrates cóstituitur Socrateitate, & pater in Deo paternitate. Adiectiua autem non constituunt, sed constitutum supponunt, & ideo non dicuntur ferre suum suppositum, sed suum significatum ponunt circa suppositum constitutum. Significant enim modo accidentis, quod accidens supponit subiectum, ut ly, generans supponit constitutum suppositum, propterea non uerificatur de essentia ut sic.

Secundo, Aduerte quod hæc propositio est falsa *essentia est generans*, sumendo eam in abstracto, nam sumpta in concreto esset uera iuxta doctrinam præcedétis articuli, nam uerum est quod habens deitatem generat, & ideo hæc fuit concessa, *Deus generat.* Sed B. Tho. in præsenti articulo intendit de essentia in abstracto gratiæ &c.

ARTICVLVS III.

Vtrum persona possint prædicari de nominibus essentialibus.

IN responsione ad primum, hoc nomen Deus, per se habet, quod stat pro essentia. Contra: Hoc uidetur contradicere quarto articulo huius quæstion. dixit enim quod supponit p habente deitatem, ergo non pro essentia. & tu responde, quod hic per ly, essentia, non intendit essentiam in abstracto, sed in concreto, quæ exponitur per ly, *hic Deus*, vnde hæc propositio Deus est Trinitas, æquipollet huic, hic Deus in se cótinet tria supposita, & non potest uerificari in creatis, in quibus patitur natura ex pluralitate suppositorum.

In responsione ad secundum. *Vnde sicut est per se: pater est Deus, ita ista, Deus est pater, & nullo modo per accidens* Contra: ergo in hoc argumento Deus est pater, filius est Deus, ergo filius est pater, non committitur fallacia accidentis, probatur cósequentia, quoniam minor est per se, ut patet, & maior est per se, ut dicit hic B. Tho. &c.

Ad hoc dico, cum B. Th. dicit q ita hæc est per se Deus est Pater, sicut ista pater est Deus, ly per se non summitur formaliter sed idétice, ita quod fit comparatio in perseitate identica tátum, & non in formali: nam hęc, Pater est Deus, est per se, & formaliter, & identice: hæc, autem Deus, est Pater per se tátum identice, quando dicit B. Tho. quod nullo modo est per accidens, sumit ly, *nullo modo*, in tali genere perseitatis identice, & non ualet.

Ad argumentum ergo dico, quod est fallacia, quoniam maior non est per se nec identice: minor autem identice, & formaliter, si autem debet uitari fallacia, debet maior esse per se formaliter.

Articulus septimus & octauus non patiuntur difficultatem.

QVAESTIO XL.

ARTICVLVS I.

Vtrum relatio sit idem, quod persona.

Quidam enim dixerunt, proprietates non esse personas. Aduerte quod hæc opinio est Gilberti, & quæ tacta fuit in quæstio. trigesimanona, artic. primo, Sed circa eius recitationem in hoc articulo dubitat expositor, dicit enim quod in quæstio. 39. artic. primo attribuitur Gilberto, quod tenuerit proprietates esse personas, hic autem attribuitur sibi oppositum, ut patet in litera D. Thom. ergo Beat. Tho. non fideliter adduxit opinionem Gilberti.

Ad hoc respondet expositor, quod hic non recitat opinioně Gilberti, sed potius adducit id, quod sequitur ex opinione eius: sequitur enim quod ly, relationes sunt assistentes, quod non sint essentia, & per consequens non sint personæ, supra vero tantum recitauit.

Sed tu dic, quod non constat ex q. 39. artic. 1. Gilbertum tenuisse relationes tantum assistens. Sed hoc non ita clarum est in prædicto articu. Ideo dubium expositoris est insufficienter fundatum.

Hanc ergo identitatem alij considerantes. Aduerte quod hæc opinio est Præpositiui, quam tetigimus supra in q. 32. artic. 2. qui negabat tales proprietates, quas diximus notiones, & uolebat exponi abstractum pro concreto. Sed contra ipsum arguit B. Th. in illomet articulo, & illic rationes B. Th. defensauimus contra Greg. uide tu.

Oportet dicere proprietates esse in personis. Contra hāc propositionem arguitur, quoniam ly, in, uel tenetur transitiue, uel intransitiue, si primum, ergo cedit opinio Præpositiui, qui dicebat, ideo proprietates esse in personis, quia sunt ipsæ personæ. Si secundum, ergo nihil est transitiue in alio, nisi sit distinctum ab eo, sed proprietates non distinguuntur a personis, ergo non sunt in personis.

Ad hoc scias primum quod Greg. in 1. dist. 27. & 28. quæst. 5. fundauit totam phātasiam suam super hanc rationem. Vnde tenet, quod ly, in, stat intransitiue: sed Beat. Thom. & Scotus tenent, quod stat transitiue, eo quod proprietas est in persona, sicut forma in supposito transitiue, & secundum rem: in Deo autem est transitiue, secundum rationem tantum, quoniam proprietates significantur ut quo, & suppositum ut quod, & licet intransitiue secundum rem, & secundum rationem requiratur distinctio realis, tamen intransitiue secundum rationem sufficit distinctio rationis: & propter hoc deceptus est Gregor. qui credebat talem transitionem repugnare diuinæ simplicitati.

Ad argumentum ergo dico, quod qualis est constructio trāsitiua, talis est distinctio, & quia inter proprietatem, & personā est constructio transitiua solum secundum rationem, sufficit distinctio rationis ex parte rei. De imaginatione Gregorii plenius uidebimus articulo sequenti.

ARTICVLVS II.

Vtrum personæ distinguantur relationibus.

Circa hunc articulū primo examinabimus propositiones eius, secundo defensabimus determinationem B. Th. cōtra Greg. & Scotum, & Aureol.

Quantum ad primum, propositio examinanda est hæc. *Inueniuntur autem in diuinis personis duo*, vsque ibi, *ut paternitas.* Circa propositionem dubitatur, si præter originem, & proprietatē quæ sunt relatiua potest teneri, quod distinguantur, aliquibus absolutis.

Aduerte igitur, quod Scotus in 1. dist. 26. q. 1. pertractans tertiam opinionem, licet non teneat determinate, dicit tamen, quod non uidetur repugnare fidei: sic teneretur, primo quia scriptura non dicit oppositum, dato enim quod nominet personas semper nominibus relatiuis, tamen non negat, quin possint nominari terminis absolutis. & si dicas, ut ergo Saluator noster non reuelauit illos terminos? Respōdit Scotus, quia forte essent nobis incomprehensibiles: fundat autem se super dictū Salomonis Prouerb. 30. quod in nomen eius, & quod nomen filii eius, &c.

Constat ergo quod filio conuenit aliud nomen, aliter uanē quæreret Salomon, quod sit nomen filii eius.

Fundamentum, quod accipit a Bonauentura est hoc secundum ipsum. Persona dicit essentiam & substantiam, ergo persona est quid absolutum, quia essentia, & substantia est quid absolutum, sed hæc facile soluuntur, & ad dictum Salomonis, dicimus, quod non inconuenit filio conuenire aliud nomen a priori, quod nos nescimus, sicut Deo conuenit nomen ineffabile a priori, & tamen quod illud nomē filii sit etiam relatiuū. Vnde hæc consequentia non ualet, secundum Salomonē conuenit aliud nomen, ergo illud absolutum est, ergo constituitur absoluto.

Quantum uero ad dictum Bonauenturæ respondetur, q. intendit personam dicere essentiam ut suum materiale, in quo fundatur, ad substantiam, idest, hypostasim, quæ quidem est relatio subsistentis, ut suum formale significatum: nego autem utrumque esse absolutum, cum ly substantia, idest, hypostasis sit relatio.

Origo, & relatio quæ quidem, quamuis non differant. Aduerte quod licet B. Th. in hoc articulo, concludat quod relatio & nō origo constituat, tamen non peruenit ad ultimam determinationem, quam facit in articulo quarto, non. n. est uerum, quod relatio, ut relatio, constituat, immo constitutum supponit ut relatio, sed relatio ut proprietas. i. ut se habet sicut forma indiuidualis: hic autem B. Tho loquitur indistincte, de relatione, quoniam sufficit ut concludat conuenientius constitui personas per relationem quam per originem.

Differunt tamen secundum modum significandi. Aduerte quod hic modus distinctus significandi non est grammaticalis, puta abstractum, concretum, quo, & quod, nam tam origo quam relatio nomine abstracto significatur, sed & metaphysicalis, quia habent distinctam rationem formalem, nam origo significatur ut egrediens, & uia: Relatio uero, ut forma intrinseca.

Relatio uero per modum formæ. Aduerte quod relatio significat per modum formæ, non tamen denominanter, sic. s. ut origo denominantur originans, sed per modum formæ insistentis realiter in eo cuius forma, quoniam relatio licet quo ad formale sic ad alterum, tamen, ut res est in altero, entitas. n. paternitatis est in patre, entitas autem originis est uia in aliud ab alio.

Si autem relationes, uel proprietates constituunt. Cōtra si cōstituunt, inquantum sunt persona, ergo omne, quod est persona constituit, sed tam origo quam essentia sunt persona, ergo & origo, & essentia constituunt personam, quod est falsum, & contra B. Thom.

Ad hoc dico, quod B. Tho. non intendit ex hoc solo inferre quod constituant in quantum sunt persona sed simul cum aliis conditionibus requisitis ad cōstitutiuum. Quæ sunt duæ, primo quod sit proprium, & ideo essentia non constituit, secūdo quod significetur ut intrinsecum, & non ut egrediens, & ideo origo non constituit.

Aduerte, quod *in ratione prima assumit illam propositionē necesse est intelligi eorum distinctionem fieri per aliquod intrinsecum* & ex illa adducit expositor quod distinctiuū Socratis, & Platonis non est quantitas, quasi non sit de intrinseca ratione eorū, sed ut diximus supra contra eum, licet pro distinctione metaphysicali quantitas non sit intrinseca illis: distinguuntur enim entitate suis formis, a quibus habent esse, & per consequens diuersa esse. tamen pro distinctione quantitatiua est quantitas de ratione intrinseca eorum, non enim distinguuntur numeraliter quantitatiue, nisi quantitate.

Aduerte in secunda ratione illa propositio, *sed oportet quod ipsa distinguentia* habet intelligi non de uniuersaliter distincti uo, aliter communis spiratio constitueret patrem, & filium, cū distinguat ipsos a spiritu sancto, sed de distinctiuo præuento a priori constitutiua, unde concedo, quod nisi communis spiratio præueniretur a paternitate, & filiatione, constitueret patrem & filium, qui tamen constituerentur ut unum suppositum, cum non haberent in casu dato oppositionem relatiuam adinuicem.

In responsione ad primum, Aduerte quod responsio stat in hoc, personæ diuinæ dupliciter consideratur, primo secundum se, & sic non aliquo addito, sed se ipsis distinguuntur nobis significare modo suppositi, & ut distinguuntur in modo significandi a natura diuina abstracte sumpta, & sic dico, quod secundum rationem, licet non secundum rem distinguuntur, & constituuntur relationibus.

In responsione ad tertium, Aduerte quod Beat. Thom. intendit concedere distinctionem relatiuam esse primam in ordine entium, quia inuenitur in primo ente, sine imperfectione aliqua, in quo non inueniuntur aliæ oppositiones, eo quod

eo, quod includunt imperfectionem, ut diximus supra. non tamen intendit concedere esse primam in ordine distinctionum; quoniam in hoc ordine, illa est prima quæ est maxima, & illa est maxima quæ ponit maximam distinctionem inter extrema, quæ maxima distinctio, non est in suppositis diuinis, immo minima, & id in ordine distinctionum hæc distinctio est minima.

In responsione ad quartum, Aduerte, quod stat in hoc, negatur quod ly, *aliud* importet aliquid prius distinctum sed dico, quod importat suum correlatiuum simul tamen natura; nec est necesse omne diffiniens esse prius suo diffinito, nisi in abstractis: in relatiuis autem sufficit simultas naturæ, cum sint de mutuo intellectu, bene tamen requiritur quod diffiniens nunquam sit posterius suo diffinito.

Quantum ad secundum principale ponetur defensio contra Gregor. 2. contra Scotum. tertio contra Aureolum.

Quantum ad Gregor. faciam tria, primo ponam mentem eius, secundo mentem Bea. Thom. Tertio eius rationes soluam.

Circa mentem Gregor. Aduerte, quod ipse in 1. distinct. 26. & 27. quæstio. 1. artic. 2. in prima conclusione tenet, quod cōsiderata omnimoda simplicitate diuinæ personæ, esset tenendum, quod constituuntur & distinguuntur se ipsis præcise, & non aliquo sui, dubitans ne, ly, aliquo sui, repugnet tantæ simplicitati: nam ly, aliquo, uel aliquid sui, præcise sumptum, uel est ipsa persona, uel non, sed aliquid personæ non. Primum quia idem non potest esse constitutiuum, & constitutum alio quin idem esset prius, & posterius: & causa, & causatum; propterea concludit, quod si apud doctores inueniatur, quod pater constituitur paternitate, non est sumenda ly, paternitas, pro relatione formaliter, sed ut æquipollet huic complexo, quia genuit filium: nō secundum, quia persona diuina non esset simplicissima.

Circa mentem Bea. Tho. Aduerte, ut notat Capreol. in distinctio. 26. quæstio. 2. artic. 5. Greg. contra primam, diuina relatio, non constituit personam, ut pars integralis, nec essentialis, ut forma patris, nec ut differentia indiuidualis, fluens a forma patris, sed ut forma totius constituit suppositum, & dicitur constitutio formalis, quia suppositum dicitur ab illa formaliter tale, & tunc dico, quod primus & secundus & tertius modus repugnant simplicitati, quia constituens non dicit totum, sed quartus modus non repugnat. quia constituens dicit totum, quia est sicut forma totius, distinguitur autem a constituto in modo significandi, sumptum enim abstracte habet rationem quo, & concretum habet rationem quod, & per consequens constituti.

Quantum ad argumenta eius, quæ recitantur a Capre. ubi supra, & sunt quatuor, non est respondendum aliter, quia concludunt in 1. 2 & 3. sensu, qui non sunt sensus B. Thom. nec alicuius Catholici, non autem concludunt in quarto, in quo præcise est mens B. Thom.

Similiter aduerte quod Aure. argumenta adducta a Capr. ibidem statim post solutionem argumentorum Gregor. non sunt soluenda nisi in 4. articu. huius quæstio. ibi enim declarabitur, quod relatio ut relatio, præcise non constituit, sed ut relatio diuina, est forma incommunicabilis in se continens uirtualiter uicem omnium principiorum indiuidualium, ut dicemus in illo art.

Quantum ad mentem Scoti, Aduerte, quod tenet non repugnare, quin in Deo sit aliquod suppositum absolutum, & per consequens non constitutum relatione: & eius fundamentum est, quia per se subsistere dicit perfectionem, ergo non est negandum a diuina natura, quia se ipsa subsistat, præterea intellectus naturaliter cognouit Deum esse indistinctum in se, & distinctum a quolibet alio se ipso, ut attingit metaphysicus, ergo remota relatione ab intellectu, adhuc est suppositum in Deo absolutū, sed Scotus laborat in æquiuoco, loquitur enim de supposito metaphysico, de quo Beat. Thom. loquutus est supra in quæstion. 3. articul. 3. hic autem loquitur de supposito Theologico, quæ quidem supposita distinguuntur suis rationibus formalibus; nam Metaphysicum dicit duo, scilicet subsistens & distinctum se ipso, uel aliquo sui absoluto quodlibet supposito altero, & hoc modo hic Deus est suppositum, & hic homo Theologicum etiam dicit duo, subsistens, & distinctum a quolibet supposito in eadem natura numerali, inseperabilia sunt plura supposita, sed hæc distinctio non est nisi per relationes, quoniam cum distinctio fit per abstracta, non stat unitas essentiæ.

Argumenta uero eius non oportet soluere, quoniam concludunt de supposito metapysicali, de quo hic non loquimur.

Quantum ad mētem Aureoli, Aduerte, quod recitat Capr. ubi supra contra secundam, dicit duo contra B. Thom. hic primum est, quod relationes non constituunt, secundum est quod origines possunt constituere, & soluit rationem B. Thom. positam in art. qua dicit, quod origo non constituit, quia significatur ut egrediens, & uia.

Primum quidem dicit credens relationem subsequi personam, & ipsam productionē, quia fundatur super eam, nec acceptat illam distinctionem de relatione ut relatio, ut constitutiua, quoniam ut constitutiua, uel est quid absolutum, uel relatio, non primum, quia persona constitueretur aliquo absoluto, ergo est relatio, ergo ut relatio constituit per se, sed ut relatio subsequitur personam, ergo non constituit.

Ad hoc respondet Capreol. sustinens distinctionem datam. Ad improbationem dicit, quod secūdum rem est res relatiua, sed ut concipitur relatiue, idest ad aliud, constituit personam in esse relatiuo, facit enim quod Pater dicatur ad filium; ut autem concipitur modo abstracto, idest ut forma incommunicabilis, constituit personam in esse hypostatico.

Ad argumentum ergo conceditur, quod constitutiuum est res relatiua, sed ut constituit, non concipitur, ut relatiua, sed ut res absoluta, uel modo absoluti. hæc responsio quantum ualeat examinabitur articulo quarto huius quæstio. Nam expositor non acceptat eam, ego tamen sustinebo, & defensabo Capreol. Secundum autem quod origines possint constituere, & quod tamen ratio Bea. Thom. non ualeat, sic declarat Aureol. Productiones elicitæ non possunt constituere terminum, quia sunt uia ad illum: sed productiones non elicitæ non habent has conditiones, non enim egrediuntur, nec sunt uia ut patet. immo sunt intrinsecæ ipsi producenti, & termino producto, ergo secundum modum nostrum intelligendi possunt concipi ut intrinseca constituentia, & magis proprie quam relatio, quam consequitur ad eas.

Ad hoc respondit Capreol. & responsio stat in hoc. nos non quærimus de distinctiuo, & constitutiuo personæ secundum se, quia cum sit simplicissima se ipsa distinguitur, & constituitur, sed de distinctiuo secundum quod persona præsentatur nostro intellectui: & quia productiones diuinas non concipimus secundum se, sed more productionum in creatis, ideo licet non sint elicitæ, nec egredientes, tamen non concipiuntur a nobis nisi more elicitæ, & egredientis, & quia sub hac ratione non sunt conceptæ, ut intrinsecæ, ideo non possunt esse principium constitutiuum.

Ad argumentum ergo dicitur, quod non sufficit quod non sunt elicitæ, sed etiam quod concipiuntur non elicitæ: & ideo hæc eius consequentia non ualet. Productiones diuinæ non sunt elicitæ, ergo possunt cōcipi, ut principia constitutiua, hæc inquam non ualet, quoniam etsi non sint elicitæ, tamen non concipiuntur nisi more elicitæ, & per consequens habent modum extrinseci, & sic non possunt constituere.

ARTICVLVS IIII.

Vtrum abstractis relationibus remaneant personæ.

Dvplex fit abstractio per intellectum. Circa duplicem nostrā actionem aduerte, quod prima est qua abstrahitur totum uniuersale a partibus subiectiuis, non enim ponit eas, nisi determinetur per differentias suas, ut animal non ponit hominem nisi determinetur per rationale. Secunda est, qua abstrahitur forma a materia, præcipue apud metaphysicum, secundum cuius abstractionem formæ mathematicæ, id est, figura, linea, &c. abstrahuntur ab omni materia sensuali, non secundum rem, sed secundum rationem; differentia inter eas est hæc, iuxta primam abstractionem, abstractum, id est totum uniuersale permanet, sed non remanet pars subiectiua, remota differentia, qua determinatur totum uniuersale ad ipsam partem: Iuxta secundam utrumque remanet, quoniam accidit illi formæ, ut apprehenditur ab intellectu esse in materia sensibili, sed non accidit homini esse rationale, & ideo in intellectu non permanet ratio hominis, remoto rationali.

Si igitur loquamur, quo fit, id est, comparando essentiam ad personas, ut cōmune ad particularia, sicut animal ad species. remotis proprietatibus, non remanent personæ, & ratio est, quia remotis differentiis, remouentur species, & remanet tantum natura, ut communis, sed proprietates sunt ut differentiæ, personæ, ut species, ergo.

Si uero loquamur secundum modum abstractionis formæ a materia. Aduerte quod proprietates non personales comparantur

tur ad personas, quasi aduentitiæ, & posteriores secundum intellectum, nam spiratio actiua supponit secundum intellectum patrem & filium. Cum ergo non sit necesse, remoto posteriori remoueri prius, stat quod remota per intellectum spiratione actiua, adhuc remaneat pater & filius.

Sed remota proprietate personali per intellectum. Aduerte quod proprietates personalis, est, sicut forma totius, qua constituitur suppositum in esse formaliter, & ideo est de ratione suppositi, unde sicut implicat, quod remoueatur per intellectum humanitas, & remaneat homo, sic implicat, remoueri paternitatem, & remanere patrem.

Remotis proprietatibus non personalibus, remanet intellectus hypostasum. Aduerte, quod hęc indefinita est uera, remanet intellectus hypostasum, quia aliquarum, puta patris & filii, non tamen remanerent distinctæ realiter a spirato, quia spiritus non distinguitur relatiue nisi a spirante. unde dubium, quod mouet expositor, nullum est, non enim dicit Beat. Thom. quod remanerent distinctæ, sed tantum quod remanerent: supra uero agens de Spiritu sancto dixit, quod si non procederet a filio, nō remaneret distinctio realis inter eas, & ideo nulla est repugnātia in dictis D. Thom.

Sed ferunt sua supposita secum, inquantum sunt persona. Aduerte, ut dicit expositor, quod hæc propositio est uera in omni substantia simplici in qua quod quid est, non differt ab eo cuius est, nam talis natura simplex, puta deitatis fert secum hūc Deū id est, ponit se in supposito, sic dicerem de Angelo, quoniam angeleitas se ipsa supposítatur, & talis modus constituendi suppositum designatur per ly, in quantum est ipsum, per hoc enim distinguitur a modo, quo forma patris constituit suppositum, quoniam constitutio hæc est realis, & constitutum, & constituens distinguuntur realiter, sed in nō simplici, non dicimus absolute, quod Angeleitas, uel deitas constituant suppositum, sed quod constituunt, inquantum sunt ipsum, ut denotetur, quod hæc constitutio est secundum modum intelligendi, & constituens, & constitutum distinguantur tantum secundum modum significandi.

Sed sicut dictum est, aliqui dicunt. Aduerte quod hæc opinio deficit in duobus, primo quia credit originem posse habere rationem constitutiui, quod est falsum, cum significetur modo egredientis ex actu, o præsenti, ergo sibi repugnat, ut sic, esse, constitutiuum personæ, nec etiam hypostasis. secundo quia distinguit inter hypostasim diuinam, & personam, cum nulla sit distinctio: Nam hypostasis diuina est quid subsistens in natura intellectuali, & hæc est distinctio personę. unde si hæc distinctio deberet saluari, esset necesse quod ab hypostasi diuina auferretur natura intellectualitas, & non a persona proprietas ut dicit B Thom.

In responsione ad secundum, aduerte, quod illa consequentia sequeretur, quod filius non esset aliquis, potest habere duplicem sensum, primo quod absolute non est aliquis, & sic neganda est, secundo quod nō esset ille aliquis, quod Pater, & sic concedenda est, nec nos dicimus oppositum, nam cum habet proprium constitutiuum, distinctum a paternitate, est esse aliquis qui distinctus a Patre.

ARTICVLVS IIII.

Vtrum actus notionales præintelligantur proprietatibus.

Circa articulum hunc aduerte, quod ex illa distinctione in articulo relat onis, ut relatio est, & relatio ut cōstitutiua oritur inter Thomistas dubium, utrum relatio sub ratione relationis, uel inquantum est diuina essentia constituat. & inuenio hic duas vias, prima est Capreoli & Heruei, secunda est expositoris, uolo ergo utranque declarare, deinde ostendam uera sit rationabilior.

Quantum ad mentem Capreoli, scias, quod in primo distin. 26. qu æstio. prima, in prob. tertiæ conclusionis attribuit relationi diuinæ duo officia: primo distinguit eius extrema in esse relatiuo, & constituit in esse relatiuo: facit enim, quod mutuo referuntur, ut paternitate pater dicitur ad filium, & hoc est commune omni relationi mutuæ, siue sit accidens, siue substantia, & hoc facit ea ratione, qua est relatio, scilicet dici & referri ad aliud, secundo distinguit & constituit personaliter, uel suppositaliter, & hoc non facit inquantum relatio realis, quia sic conueniret omni relationi, sed inquantum diuina relatio, sed nec hoc facit ratione relationis: quia ut sic, non habet nisi distinguere, & constituere in esse relatiuo, quod est dici ad alterum, nihil enim potest ultra speciem suam et præcisa ratione suæ speciei, facit ergo hoc, inquantum est diuina essentia concepta, ut subsistens, incommunicabilis, intellectualis. Hæc est mens Capreoli, cui cōcordat Herueus primo distin. 26. quæst. 1. art. 3. ibi *secundum etiam facultet.* et dicit, quod relatio ut relatio, non constituit ea quæ referuntur, sed supponit constituta, sed relatio diuina ut est ens subsistens, habet constituere.

Sed contra dicit Heru. cum illud quod est in Deo, remota ratione relationis, sit absolutū tantum, ergo uidetur quod suppositum constituatur absoluto, quod est inconueniens, quoniā conueniunt in absolutis.

Respondet Heru. quod ratio relationis potest remoueri ab aliquo dupliciter, primo negatiue, ut cum remouetur rationale a bruto, hæc enim est uera, brutum non est rationale, & sic illud a quo remouetur relatio, non est relatiuum, sed absolutum, & hoc modo non potest remoueri ratio relationis a constitutiuo, sic enim argumentum concluderet. Secundo abstractiue, & est quando aliquid secundum se est indeterminatum ad rationale, & irrationale, & potest determinari ad utrumque, sic dico, quod diuina relatio inquantum est ens diuinum, & altissimi ordinis, habet quod possit concipi modo relatiuo, & modo absoluto ut forma subsistens communicabilis, ita quod habeat in se omnes conditiones, quas habent formæ constitutiuæ singularis in creatis in se, tamen si sit res relatiua, sed concepta relatiue, distinguat relatiue, id est, in esse relatiuo. concepta autem absolute more indiuidualis formæ substantialis distinguat in esse hypostatico, & sic ad argumentum nego consequentiam, licet enim concipiatur non relatiue, est tamen in se res relatiua, quæ res est identice diuina essentia, quæ æquipollet rei absolute, & relatiue.

Sed contra si identice est diuina essentia, & concipitur absolute sicut & concipitur diuina essentia, ergo nec re, nec ratione distinguitur a diuina essentia.

Ad hoc nego consequentiam, licet enim utraque concipiatur absolute, tamen utræ rationes differunt, quoniam ratio essentiæ est sicut ratio naturæ communis, & ratio relationis, puta paternitatis, ut constituit, est sicut ratio formæ indiuidualis, unde se habent ut ratio humanitatis, & ratio Socrateitatis.

Quantum ad mentem expositoris scias, quod tenet relationem ut formaliter est talis relatio, & ut distinguitur ab essentia, constituere personam, & id probat ex artic. secundo, & 3. huius quæstionis. uolens autem concordare dicta Beat. Thom. in de potentia, & in primo sent. quæ sunt hic quatuor, primū. *relatio constituit inquantum est diuina essentia.* secundum est *inquantum est diuina.* tertium. *inquantum subsistens.* quartum *inquantum persona diuina.* dicit quod non est idem dicere, Relatio habet aliquid inquantum est idem essentia, & habet aliquid inquantum est diuina essentia, nam in prima significat iudicem, id est, quod habetur non a se, sed ab essentia ut a radice, & quamuis hoc non habeat, est tamen formaliter illud, puta relatio diuina est res realis, est subsistens, est ens diuinum, hæc non habet ut relatio, alioquin omnis relatio haberet illa, sed hæc trahit ab essentia, & quamuis hæc non habeat a se, per se tamen & formaliter conueniunt ei, non enim inconuenit aliquid esse per se tale, & formaliter, & tamen non haberi a se, sicut moueri deorsum per se conuenit lapidi, non tamen a se hoc habet, sed a generante, sicut in proposito relationi diuinæ personali quæ distinguitur ab essentia, conuenit per se, & formaliter, quod sit res subsistens incommunicabilis, licet hoc trahat ab ipsa essentia præcise, sed inquantum distinguuntur ab ea, ut relatiuum ab absoluto, & ex his uult concordare dicta Beat. Thom. dicit enim quod illa quatuor dicta significant tantum radicem, illa autem quæ dicit in hac quæstione, significant rationem formalem, quasi diceret Beat. Thom. licet relatio non habeat a se, quod constituat, sed hoc trahat a diuina essentia ut a radice, tamen sibi per se & formaliter conuenit constituere, inquantum distinguitur ratione ab ipsa essentia. ex his dicit ipse, patet quod argumenta Aureoli recitata a Capreolo, in primo distin. questio. 1. contra tertiam laborant in æquiuoco: nam cum improbat dictum Beat. Thom. scilicet quod constituit inquantum est subsistens, credit quod Beat. Thom. sumit ly, subsistens, formaliter, pro eo quod existit, et hoc non est uerum. sic enim argumenta concluderent, quia cum tale subsistens sit ipsum suppositum, sequeretur suppositum constituere suppositum, sed Beat. Tho. sumit ly subsistens, ut distinguitur contra inhærens, quasi dicat, relatio diuina constitui, quia non est accidens, sed subsistens, licet non significetur modo subsistentis, i. non ut quod est, sed ut quo. Similiter cum improbat dictum B. Tho. scilicet

quod

quod constituit ut essentia, laborat in æquiuoco. credit enim quod dicatur est essentia præcise, & formaliter, quod est falsum: sic enim concluderet, nam ut essentia præcise non habet rationem incommunicabilis, sed communis, & sic non distingueret, nec constitueret. Vnde Beat. Thom. intendit dicere, quod ly, *ut essentia*, non facit prædicationem formalem, sed radicalem, quasi dicat, quia relatio est eadem res cum essentia, ideo ab essentia trahit conditiones, quibus potest constituere & distinguere, cum hoc tamen illæ conditiones, scilicet esse subsistentem, & incommunicabilem, conueniunt ei formaliter & per se, ut diximus: similiter expositor declarat, quod Scotus in primo distin. 26. impugnans illam distinctionem de relatione ut relatio est, & ut constitutiua non intellexit B. Tho. credit enim quod Beat. Thom. per ly, *ut relatio*, per ly *ut constitutiua*, intendant duas rationes, eo quod non potest imaginari quomodo eadem res præcedat, & subsequatur constitutionem.

Nos autem dicimus quod Beat. Thom. intendit eandem rem quæ secundum duas rationes dicitur subsequi & præcedere, nam paternitas ut exercita, subsequitur, ut concepta, præcedit.

Dicitur ut exercita. idest, ut exercet officium relationis, quod est distinguere relatiue, & facere, quod relata ad inuicem referantur, sic enim a Beat. Thom. dicitur ut relatio, id est, ut stat sub tali officio. Dicitur ut concepta, idest, inquantum consideratur, ut est res realis diuina, subsistens incommunicabilis, sic præcedit constitutionem, quia ut sic est ut forma indiuidualis, & sic constituit in esse hypostatico. Et aduerte, quod hæc declaratio expositoris conuenit cum ea quam fecit Capreol. ubi supra in proba. tertiæ conclusionis, ibi, *relinquendo igitur*.

Quantum ad argumenta Scoti, & Aureol. recitata a Capreo. in prima distin. 26. quæstio, prima, contra tertiam, quibus probant quod relatio non constituit, scias quod concludunt de relatione exercita, sed non de relatione ut concepta modo formæ hypostaticæ, ideo transeant: quoniam laborant in æquiuoco.

Posita mente Capreol. & expositoris considerandum est utrum sit rationabilior, & ideo quod expositor non habuit mentem Capreo. Credidit enim quod Capreol. diceret, quod relatio constituat, inquantum est præcise, essentia diuina, & non distinguuntur ab inuicem ratione, puta ratione relatiua, & ratione abstracta, quæ est ratio essentiæ, sed hoc non dixit Capreol. nec intendit: quoniam apud ipsum stat, quod relatio constituat ut distinguitur ratione ab essentia, & tamen ratio talis relationis ut constituit, non sit relatiua immo abstracta, & hoc habet diuina relatio, scilicet quod possit concipi relatiue & abstracte, ut est relatio diuina, & ens diuinum, quod æquipollet abstracto & relatiuo: deceptus est autem expositor, quia credit esse impossibile relationem posse concipi abstracte & illam rationem abstractam, non coincidere cum ratione essentiæ, quod tamen non est necesse: quoniam ratio essentiæ est sicut ratio communis, & ratio relationis, ut constituit, est sicut ratio formæ indiuidualis. Vnde uidetur mihi Capreol. uia rationabilior: quoniam relatio diuina quantumcunque sit subsistens ex sua ratione relatiua non habet distinguere, nisi in esse relatiuo quod consequitur productionem, nec ex consequenti habet ut sic constituere, nisi in esse relatiue, cum nihil agat ultra speciem suam, standum est ergo in uia Capreo. quæ est etiam Herueci, ut prædiximus.

QVAESTIO XLI.

ARTICVLVS I.

Vtrum actus notionalis attribuatur personæ.

IN *diuinis personis attenditur distinctio secundum originem*. Contra hoc non concordat cum dictis in quæstio. præcedenti artic. secundo, ubi dixit originem non distinguere, quia non constituit, cum significetur per modum egredientis. Ad hoc B. T. non negauit absolute, immo dixit in eodem artic. *licet enim distinguatur in utroque modo &c.* sufficit ergo quod ea, quæ dicit in hoc art. 1. uerificentur, principaliter uel secundario: & secunda pars est uera, quoniam personæ distinguuntur his modis, qui ab alio, & a quo alius.

In responsione ad primum. Aduerte quod minor sumpta in argumento, *scilicet actio est unum de decem generibus*, non habet ueritatem in Deo, de actione immanente, quæ est actio notionalis, quæ ut sic est relatio, licet differat ab ea secundum modum significandi, & ideo non mutatur in substantiam secundum modum prædicandi, & sic uerificatur dictum Boetii, illæ enim actiones notionales cum sint relationes, excipiuntur.

In responsione ad secundum. *Actus notionales secundum modum significandi differunt tantum à relationibus.* Aduerte quod Aureol. ut recitat Capreol. in prima distinc. 27. quæstio. prima contra tertiam, impugnat hoc dictum, similiter alii, ut recitat idem in eodem loco, ibi, *tertio arguunt alii*, sed aduerte, quod Aure. decipitur in uno, & alii in alio. Nam Aureol credit Bea. Thom. tenere, quod illa res, quam dicit esse actionem & relationem in se, & in sua existentia contineat fluxum, & esse quiatum, dicatur relatio. Sed hæc imaginatio est falsa, quoniam omnem fluxum & egressum realem, sicut actionem elicitam remouemus a Deo propter imperfectionem implicitam, sed dicimus quod concipi modo fluxus, & modo esse quieti, non inconuenit illi rei diuinæ, quæ æquipollet ueræ actioni, & ueræ relationi. Dico autem sic concipi, ut præsentatur nostro intellectui, qui non potest concipere diuina nisi more rerum creatarum: Secus autem esset si conciperetur conceptu sibi adæquato, unde patet quod argumenta eius non attingunt sensum Beat. Thom. Alii autem decipiuntur, quia idem iudicium faciunt de actione immanente & transeunte, & quia iudicant de generare diuino, quod est actio immanens sicut de transeunte, credunt paternitatem esse in patre, & generare in filio, quia actio transiens ponitur subiectiue in passo, & per consequens, quod non sint idem realiter, sed hoc fundamentum est falsum, nam sola actio est in passo, quæ infert ex se passionem, & hæc est potentialis qualis non est actio diuina. Item decipiuntur, quia credunt esse impossibile, quod fundamentum & fundatum sint idem re, sed sufficit quod distinguatur ratione.

ARTICVLVS II.

Vtrum actus notionales sint voluntarij.

CIrca articulum duo principaliter agenda sunt primo, discutere an actus notionales sunt uoluntarii, an necessarii, an naturales sumendo actus notionales pro generatione, & spiratione, secundo examinabuntur propositiones articuli.

Quantum ad primum, propono distinctiones de necessario, & naturali, & uoluntario, deinde adducam conclusiones, & declarabo discrepantiam opinionum in eis, & concordiam.

Necessarium primo dicitur illud, quod non potest aliter esse, & dicitur necessitas immutabilitatis, uel ineuitabilitatis, sicut apud philosophum, intelligentiæ necessario mouent cœlum, secundo sumitur pro uiolento, cuius necessitas sumitur uel est ab extrinseco. Item sumitur pro indigentia ut necesse habeo pecunia, uel libro: ex hac ponuntur duæ conclusiones.

Prima conclusio, generatio & spiratio diuina sunt necessariæ in primo sensu. hanc probat Greg. in 1. dist. 6. q. 1. artic. 1. ibi, *tertia conclusio est*, & rationes eius principales sunt duæ: prima, filius necessario semper fuit, ergo pater necessario genuit, antecedens probatur, quia filius est Deus. sed Deus necessario fuit, & est, ergo &c.

Secunda, Impossibile est fuisse aliquando Deum sine uerbo perfecto, aliter imperfectus fuisset, ergo necessario produxit filium.

Secunda conclusio est: Pater non genuit filium necessario in secundo sensu: patet hæc, quia stultum est ponere uiolentiam in Deo; Item quod nec indigentia, patet, quia illud quo aliquid indiget, est perfectiuum eius: Sed pater omnem perfectionem habet a se, ergo &c. Aduerte tamen ut recitat Gregor. illic: quidam dicunt patrem indigere filio, quia si filius non esset, pater non esset; sed rudes sunt: aliud est enim dicere, quod filius est conditio, sine qua pater non esset, &c. aliud est dicere, patrem indigere filio, nam hoc, quia dicit imperfectionem, illud autem non, alioquin pater imperfecte spiraret, quia requiritur filius, & Deus, ut creator perficeretur ex creatura, quoniam ipsa requiritur ad hoc, quod sit creator, cum sint correlatiua, quorum unum includit reliquum formaliter.

Naturaliter

Naturaliter sumitur dupliciter, primo ut excludit conditionem, sicut lapis naturaliter mouetur deorsum, sic nullus dicit productionem diuinam essentialem: secundo ut distinguitur contra contingenter produci. Sic dico, quod filius, & tertia persona producuntur naturaliter: hanc probat Beat. Th. in articulo, ponens differentiam inter uoluntatem & naturam, cuius probatio examinabitur infra. Item probatur sic apud Gregor. ubi supra in secundo articulo. Pater non electiue produxit filium, sed necessario ex præsenti conclusione, ergo naturaliter probatur consequentia per differentiam quæ ponitur inter potentiam electiuam siue rationalem, & naturalem.

Item pater produxit filium & Spiritum sanctum consubstantiales, ergo naturaliter: probatur consequentia, quoniam productio subiecti in eadem natura est naturalis: aduerte tamen quod licet utraque persona producatur naturaliter, solus tamen filius producitur naturaliter, & modo naturæ, sed Spiritus sanctus licet naturaliter, modo tamen uoluntatis, & hoc sufficienter declarat Capr. in primo, distin. 9. q. 1. in probatione quartæ conclusionis ponens ex B Th. triplicem differentiam inter productionem intellectus, & productionem uoluntatis.

Scias etiam, quod Aureol. in Capreol. ubi supra, format multa argumenta, quibus probat non esse magis de ratione uoluntatis produci a duobus, quam de ratione intellectus, sed laborat in æquiuoco, non enim intellexit Beat. Tho. nam Beat. Th. intendit, quod esse a duobus, non quocunque modo, sed incluso ordine originis inter illa duo ita quod secundum sit a primo, est de ratione producti uoluntate, ut declarauimus supra agentes de Spiritu sancto, & de distinctione inter generationem, & spirationem, ideo argumenta illa ut impertinentia transeo.

Voluntas sumitur tripliciter: antecedens, qua aliquid prius est uolitum generari, quã generetur; & subsequẽs, qua aliquid prius generatur, deinde uolitum est, quod sit genitum, & concomitans, qua aliquid simul est uolitum generari, & generatũ: & hæc dupliciter, quia uel contingenter, uel complacenter; ex hac distinctione quæ etiam est Greg. vbi supra ar. 3. pono tres conclusiones.

Prima. Pater non genuit filium uoluntate antecedenti, hãc tenet Capreol. in 1. dist. 9 quæstio. 1. in probatione sextæ conclusionis. Vide eum, & Gregorium, ubi supra, & probatur ex Augustino, quia dicit, sapientiam genitam uolũtas præire non potest. Præterea Pater necessario & naturaliter producit filium, ergo quocunque signo uoluit, produxit. aliter contingenter produxisset.

Huic cõclusioni non assentit Scotus, qui ponit prioritatem originis, nec expositor, immo tenẽt partem affirmatiuam. Ad eorum igitur mentem aperiendam aduerte, quod uoluntas antecedens ad suum uolitum dupliciter comparari potest: primo ut ad obiectum, secundo, ut ad principiatum: & hanc distinctionem ponit Bea. Thom. in 1. distin. 6. quæstio. 1. artic. 2. quam & assumit expositor: dicunt igitur quod uoluntas patris non comparatur ad filium genitum, ut principium ad principiatum, hoc enim modo producentur creaturæ, & per consequens uoluntas patris in hac comparatione non cadit super filium, nec antecedenter, nec consequenter, sed dicunt quod cadit in secundo sensu: Si enim genuit, filium uoluit generare, & quantum ad hoc dicunt non esse inconueniens, patrem prius uoluisse producere quam produxerit, saltem prius secundum nostrum intelligendi modum. Et Scotus quidem uult, quod prius in aliquo signo originis, quem reprobauimus supra agentes de Spiritu sancto, & infra in quæst. quadragesimatertia, artic. 2.

Fundamentum autem expositoris est, quoniam intelligere, & amare, & uelle, ut essentialia sunt, præcedunt secundum intellectum, intelligere, & amare, & uelle, ut notionalia, nam essentialia communia sunt tribus, ergo Pater prius intellexit essentialiter generationem filii, & uoluit eam, ut obiectum bene placens, ergo genuerit.

Fundamẽtum Scoti est, quia Pater in primo signo habet intellectionem, & uolitionem, quæ sunt perfectiones simpliciter, & in illo non habent generationem filii, quoniam eam habet in secundo signo, ergo in primo signo uoluit producere filium, & in secundo produxit, & sic saluatur uoluntas antecedens, uerum quia supra reprobauimus hæc bona, & infra ut diximus ideo pertranseo usque ad q. sequentem.

Quãtum autem ad expositorem dico duo, primo nõ quod recte arguit cõtra Capreolum, nam Capreolus in primo dist. sexta, quæstio. prima, in probatione sextæ conclusionis credit absolute & sine distinctione repugnare Beat. Tho. tenere hanc uoluntatem antecedentem, respectu generationis filii, adducens dictum Beat. Thom. in quæstio. de potentia, quæstio. quinta. Sed expositor dicit quod non repugnat, nisi sumendo uoluntatem & uolitum in ratione principii & principiati, & dicit, quod dictum Bea. Thom. in quæstio. de potentia, debet intelligi præcise de uoluntate in ratione principii, & mihi uidetur idem propter prioritatem essentialium ad personalia secundum nostrum modum intelligendi. Dico secundo, quod non est approbandus in hoc, quod simpliciter concordat cum Scoto, quoniam Scotus in signis originis aliquid plus intendere uidetur, ut diximus supra, & dicemus quam secundum nostrum modum intelligendi, & ideo Gregor. ut posuimus supra, merito arguit contra eum, ut contra uiam, periculosam.

Conclusio secunda. *Pater non produxit filium uoluntate subsequenti*, hæc est concessa ab omnibus, & tamen potest sic probari, quoniam mutatio esset in uoluntate diuina, uel in consideratio in intellectu: primum quidem patet, quoniam eo instanti, quo produxit, uel uoluit producere, uel noluit, si uoluit, ergo non uoluntate subsequenti, si noluit, & tamen produxit, ergo mutans est a nolle, ad uelle. Secundum etiam patet, quoniam si in illo instanti, in quo produxit, non uoluit producere, sumendo ly, non uelle, pro negatione actus, & non pro actu negatiuo, ergo inaduertenter produxit, quod est uanum dicere de Deo.

Tertia conclusio. *Pater produxit filium uoluntate concomitante non tamen contingenter, sed complacenter*. prima pars patet, quoniam filius est coæternus patri, ergo quocunque instanti uoluit producere, produxit, neq; enim pater est prior in quo, ut dicemus in quæstione sequenti in ipso filio, secunda pars patet, quia tunc non necessario, tertia patet, quia pater summo sibi complacuit in generatione filii. Matth. tertio, cap. hic est filius &c.

Hinc descendendum est ad literam artic.

Voluntas & natura secundum hoc differunt causando. Aduerte hanc differentiam, quod ut Beat. Thom. innuit stat in quatuor, sed tria in causando, quartum in essendo, quod est hoc, agentis naturalis est tantum una forma, qua habet esse, & dato quod haberent plures, complet tamen unam totalem, agentis autem uoluntarii sunt plures, quæ sunt plura uolita cognita, etiam disparata, quibus constituitur in esse appetibili, sicut in intellectu plures species, quibus constituitur in actu primo in esse intelligibili, prima autem differentia in causando est, quod naturale agens est determinatum ad unum, non autem uoluntarium, immo potens est in opposita, & hæc differentia sequitur ex præcedenti, quoniam omni agenti formæ propria est ratio agendi. Secũda est, quod naturale agens agit tale quale est ipsum uoluntarium, aut tale quale uult esse, & hæc differentia sequitur ex præcedẽti, quia effectus assimulatur formæ agentis. Tertia est, quod naturale agens est principium eorum quæ non possunt nisi sic se habere, uoluntarium autem eorum qui possunt sic, & aliter se habere, & hæc differentia sequitur ex prima & secunda.

Effectus assimilatur formæ agentis per quam agit. Quærit quomodo hæc sit intelligenda assimilatio, non potest terminari ad formam tantum, & non ad modum essendi, ut patet in artificiatis, in quibus artificiatum ad extra assimilatur formæ in mẽte artificis, prout imitatur eam, sed non secundum modum essendi; nam extra habet esse materiale, in mente autem immateriale, potest etiam terminari ad utrumque, ut patet agente naturali, & in suo effectu præcipue uniuoco.

Respondetur, quod est intelligenda quo ad utrumque dummodo modus formæ sit ille, qui est per se ratio agendi, sed hic modus aliter est in agente naturali, & aliter in agente uoluntario, nam in agente naturali, est modus essendi, quoniam si est uniuocum deducto impedimento assimilat sibi effectum in forma, & in tali gradu essendi, quale est ipsum, puta intense calidum, intensum calorem producit. In agente autem uoluntario modus per se agendi non est modus essendi, puta materialis uel immaterialis, sed modus uolendi, puta artifex potest producere domum quadratam, rotundam &c. Et isti sunt modi per se, quibus necessario assimilatur artificiatum, nam artifex non solum producit domum, sed illius modi & figuræ qualiter disposuit sua uoluntate; unde dico, quod licet artificiatum non assimiletur formæ in mente artificis quo ad modum essendi immaterialem, sufficit quod assimiletur modo uolendi, & modo cognoscendi, qui per se requiruntur in agente uoluntario.

Natura est eorum, quæ non possunt nisi sic esse. Contra ergo, natura est principium corruptibilium, quod est manifeste falsum. expositor enim respondet modo suo: sed tu dic, quod

ly, nisi

ly, *nisi sic esse*, non est intelligendum, ratione ipsius esse præcise, sed ratione modi producendi, quia agens naturale non habet nisi unum modum agendi, & ideo effectus eius deducto impedimento non potest nisi vno modo, esse dato, quod illud esse esset corruptibile, agens autem uoluntarium, potest diuersimode agere ex sua apprehensione, & libertate agendi, & ideo effectus eius licet sit corruptibilis, potest tamen hoc, & alio modo produci, & sic & alio modo esse, ut patet de artifice, qui potest domum diuersimode & diuersarum figurarum producere.

In responsione ad tertium, cuius responsio stat in hoc, Spiritus sanctus est amor, qui est uolütatius, idest, uoluntate productus, sed non modo uoluntatis, qui est modus ad opposita, sed modo naturæ, qui est modus determinatus: duæ sunt propositiones dubiæ.

Prima est uoluntas, inquantum est natura quadam aliquid naturaliter uult. Contra hanc adducit expositor argumēta Scoti, quibus probat, quod agere modo naturæ, & agere libere, non possunt eidem potentiæ conuenire, sed hic non est proprius locus discutiendi hoc; nam in quæstio. 82. articu. 1. ubi quæritur, an uoluntas ex necessitate aliquid uelit, id pertractabitur ad plenum.

Secunda propositio, *Vnde naturaliter procedit, quamuis per modum uoluntatis.* Contra hæc duo uidentur repugnare, nam ly, *per modum uoluntatis.* importat modo ad utrumlibet, hoc autem non stat cum ly, *naturaliter.*

Ad hoc dico, quod ly, *naturaliter* dupliciter exponitur primo pro determinate, & necessario agere. secundo secundum similitudinem agentis. In productione filii stat *naturaliter* utroque modo. In productione Spiritus sancti, stat tantum primo modo. Item ly, *modo uoluntatis* dupliciter exponitur, primo libere', idest contingenter, secundo per modum inclinationis, & non secundum similitudinem: Dico igitur quod Beat. Thom. sumit ly, *naturaliter* in primo sensu, & ly *modo uoluntatis.* in secundo sensu, quæ ut sic non repugnat, quasi dicat, procedit determinate, & necessario per modum inclinationis, sicut uolitio beatitudinis. eodem modo respondendum est ad argumentum expositoris quo probat, quod si Spiritus sanctus procedit a uoluntate, ut habet modum naturæ, quod non sufficienter distinguetur eius productio a productione filii. nam & filius procedit modo naturæ. Ad hoc inquam patet solutio: sed Spiritus sanctus tantum secundum primam conditionem.

In responsione ad quartum, aduerte, quod ad formam argumenti illa minor, uerbum procedit a dicente per uoluntatem, si ly, per, dicit principium, neganda est, si concomitantiam, concedenda, sed non est contra intentum, negamus enim actum notionalem esse a uoluntate, ita principio, & non aliter.

ARTICVLVS III.

Vtrum actus notionales sint de aliquo.

P*Ars enim substantia hominis generantis transit in substantiam geniti*, Aduerte, quod hæc propositio non uidetur alio modo uerificari, nisi quod per semen decisum a generante transit in substantiam geniti. Sed huic uidetur contradicere Beat. Thom. infra in quæst. 115. artic. 1. quarto, ubi dicit, quod virtus actiua seminis desinit esse, dissoluto semine, & euanescente Spiritu, si ergo dissoluitur semen, non transit in substantiam geniti.

Ad hoc dico, quod semen non est uniforme in partibus, nã habet aliquas partes grossiores, quæ simul cum materia ministrata a matre, transeunt in substantiam geniti, & iter partes spiritualiores, in quibus complantatur spiritus genitiuus, & in hoc spiritu est uirtus actiua seminis, & dico, quod peracto officio suo, partes illæ subtiliores resoluuntur, & spiritus euanescunt. Vtrumque ergo est uerum, quod semen transit in substantiam geniti, & sic remanet quoad partes grossiores, dissoluitur autem quoad partes subtiliores. Quoad partes grossiores Beat. Thom. est exponendus hic: quoad partes spiritualiores est exponendus infra quæstio. 118 art. 1. unde sibi nõ contradicit.

In responsione ad primum, *non autem principium materiale.* Aduerte quod Beat. Thom. negat simpliciter essentiam diuinam esse materiam, nec habere aliquam conditionem materiæ quod tamen concessit, ut notat Capreol. in 1. distinctio. 5. quæstio. prima, in probat. quartæ conclusionis, sed melius est ut stemus in summa, quia nulla conditio attributa essentiæ cogit nos, ut patebit statim respondendo argumentis Durandi, & Henrici. ætas igitur, quod Durandus distinxit conditiones materiæ, inter quas aliquæ imperfectionem dicunt, ut esse ens in potentia, recipere esse a forma, transmutari de forma in formam, esse principium corruptionis, & secundum has essentia diuina, non potest dici materia. Aliæ autem sunt, quæ non dicunt imperfectionem, ut esse quidem intrinsecum genito: præexistente genito manere idē in tota generatione, esse illud, de quo genitum generatur. Et quoniam illæ conditiones uerificātur de essentia diuina in productione filii, ideo tenet, quod secundum eas potest dici materia. sed uide Capreol. ubi supra, a quo expositor extraxit pene omnia, quæ dicit in hoc proposito, & uidebis has conditiones ita posse conuenire principio formali, sicut materiali, ideo non magis concludunt diuinam essentiam habere rationem principii formalis, quod concedit hic Beat. Thom. quam principii materialis. Henricus autem format plura argumenta, quæ concludunt cum argumentis Durandi præter octauum, nonum, & decimum, & illa solues ut Capreol. ubi supra, cuius solutiones magis formales sunt, quam illæ expositoris.

ARTICVLVS IIII.

Vtrum in Deo respectu actuum notionalium, sit potentia.

PRo uniuersali resolutione huius articuli, tria discutienda sunt. primum est, an respectu actionum essentialium, dato, quod in Deo non esset productio ad intra, ut tenent philosophi, sit necesse ponere potentiam actiuam in Deo, pro hoc uide Heru. in 1. distinctio. septima, articul. primo, in principio, & illic inuenies, quod potentia realis, qua est reale principium alicuius producti ad intra, nõ poneretur in Deo: quoniam intelligere, & uelle diuinum, non distinguerentur, nisi ratione, a Deo intelligente, & non essentialiter producta, nec elicita: potentia autem quæ stat pro non repugnantia terminorum, esset in Deo: nam omne quod conuenit alicui potest sibi attribui, & dicitur possibile illi, & quia esse in intelligente, cõuenit Deo, ideo ut sic, potest dici, quod in Deo est potentia intelligendi, & aduerte, quod hæc est potentia, quam appellat philosophus, in 9. metaphysic. comm. 2. metaphoricam, ut in geometricis, linea est in potentia ad quadratum, & logicam potentiam: quæ omnia, quæ non implicant contradictionem dicuntur possibilia, quæ autem implicant, dicuntur impossibilia.

Secundum est utrum respectu actuum notionalium, & essentialium ad extra, ut est generare, & creatio detur in Deo potentia realis productiua, & dico quod sic de mente Heru. ubi supra, & Beat. Thom. in articul. præsenti. & ratio utriusque est hæc, ubi est realis productio & reale producens, & reale productum, ibi est reale principium, ergo producens producit, sed in Deo hæc sunt ex relatione, ergo &c. Sed contra hoc sunt quatuordecim argumenta Aureol. in Capreol. 1. distinctio. septima, quæstion. prima, contra primam conclusionem, quæ omnia peccant in dupl[i]ci supposito falso, primum est, quod credit a nobis poni potentiam realem productiuæ productionis quod est falsum: nam in Deo non sunt realiter elicitæ, sed ponimus talem potentiam respectu termini producti, qui est realis, & realiter distinctus, & realiter productus a producente, & sic ex hoc inuenies soluta argumenta eius, primum, secũdum, tertium, nonum, decimum, undecimum, duodecimum. secundum est quia credit, quod potentia generandi secundum omne quod includit, dicat perfectionem simpliciter, quod est falsum: quoniam ut dicemus, dicit essentiam & relationem, & ratione essentiæ, tantum dicit perfectionem simpliciter, & ut sic est communis tribus personis, ratione autem relationis non dicit perfectionem, nec imperfectionem, & ideo non est necesse essentiam, sub tali relatione, puta paternitate esse in filio, nec sequitur aliquam perfectionem esse in patre, quæ non est in filio, sed bene sequitur quod perfectionem patris esse in filio alio modo, & ex hoc soluuntur residua argumenta ipsius Aureoli. Secundum igitur est tale, negatio potentiæ generandi non infert impotentiam, non enim secundum Augu. hæc consequentiã valet, filius non generat filium, ergo impotentia est in filio, ergo ex opposito, potentia generando non infert potentiam,

Ad hoc respondit Capreol. ubi supra, & dicit ibi esse falaciam figuræ dictionis, quia ex ad aliquid infertur quid. nam ly, potentia generandi est ad aliquid, ly, autem potentia est quid absolutum.

Sed expositor rectius dicit, quod si est negatio potentia generandi, non infert potentiam simpliciter, quia talis dicit imperfectionem: sic potentia generandi non infert potentiam simpliciter, quia cum hęc sit perfectio simpliciter aliqua esse in patre, quæ non esset in filio, cum hoc tamen stat, quod potentia generandi infert potentiam, ut sic, idest ut est principium actus notionalis.

Duodecimum fundatum est super philosophum. 12. met. tex. 30. ubi negat potentiam a substantia separata æterna, & Comm. in com. 30. dicit esse æternum est actio pura, & quod est actio pura, non habet potentiam: ergo.

Ad hoc dico quod philosophus intendit de potentia passiua, dicit enim quod omne tale contingit non esse, eo quod ponitur potentia contradictionis, & dato, quod loqueretur de potentia actiua intelligendum est de potentia, qua agens de nouo exigit de potentia ad actum, non autem de potētia semper coniuncta actui, cum teneat primum esse infiniti uigoris, & semper mouere.

Tertium, dubium est si potentia productiua est in Deo respectu actuum notionalium, uel essentialium ad extra. utrum sit in Deo cum illa ratione assignata à philosopho in 5. met. qua dicitur, quod est principium transmutandi in alio inquantum aliud.

Respondeo aliquid est de ratione potentiæ productiuæ simpliciter sumptæ, & aliquid de ratione potentiæ contractæ ad creaturam: nam sumpta absolute, non dicit nisi principium communicandi naturam alicui a se distinctio realiter; de ratione autem potentiæ contractæ est ut natura communicata distincta sit realiter in producente, & producto, & quod producens communicet transmutando subiectum. Ratione primi sensus, tantum saluamus in Deo, & dico quod philosophus nō diffinit potentiam productiuam absolute, sed contractam in creaturis, procedens a sensu.

ARTICVLVS V.

Vtrum potentia generandi significet essentiam vel relationem.

PRo titul. huius articu. Aduerte, quod in ratione potentiæ productiuæ in creatis duo includuntur, primo respectus: nam non potest concipi nisi in ordine ad actum, ex 9. meta. 2. includitur res, cui attribuitur talis respectus, puta qualitas, ut calor in igne. Quæritur ergo, si in Deo potentia generandi includat similiter absolutum & respectum? An tantum absolutum, an tātum respectum? ut igitur plene resoluatur pono tres conclusiones.

Prima conclusio. Non dicit tantum respectum. Hanc probat Heru. & bene in 1. dist. 7. q. 1. 1. ibi. *Secunda talis est.*

Secunda conclusio: potentia dicit in recto essentiam, sub ratione alicuius attributi, puta intellectus aut naturæ fecundæ. hanc probat Beat. Thom. in articu. ibi, *Nam illud proprie dicitur.*

Tertia conclusio; Potentia non dicit præcise essentiam, nec essentiam ut paternitas est, sed essentia, ut determinata a paternitate, hanc probat Beat. Thom. in artic. ibi, *Sic igitur dicendum est.* Est autem probatio partis in hoc, potentia generandi ponitur in patre, & non in filio, ergo non est præcise essentia, secunda aut sic genitum non assimilatur patri in paternitate. aliter pater patrem produceret, ergo non est essentia, ut est paternitas, tertia aut sic, natura communis nō constituitur principium proprium huius producentis, ly ut aliquo determinetur quod sit proprium ipsius producentis: non enim humanitas est proprium principium generationis in Socrate, nisi inquantum efficitur hæc humanitas ex principiis indiuidualibus, sed essentia est natura communis, non est autem aliquod proprium patri nisi paternitas, ut forma indiuidualis constitutiua, ergo potentia generandi dicit essentiam determinatam ad paternitatem, non quidem ut relatio est. sic enim subsequitur generare, sed ut constitutiua patris ad sensum datum in conclusione præcedenti.

Nunc defensandæ sunt prædictæ conclusiones, & quidem D. Bonauentura, qui tenet, quod paternitas est principium generandi in patre, ex consequenti potentia generandi dicit puram relationem.

Adducuntur autem a Capreol. in 1. distinctio. 2. quæstio. 1. contra secundam conclusionem, & reducuntur ad quinque principalia.

Primum. Idem est principium essendi, & operandi. Paternitas est principium essendi in Patre, ergo & operandi, sed non est operatio, ergo &c.

Ad hoc dicitur, Maior est falsa, nisi intelligatur de principio essendi specifico, & in eo sensu conceditur maior, & negatur minor.

Secundum. Sicut se habet operatio essentialis, &c.

Ad hoc negatur similitudo quia essentiæ ut absolutæ non repugnat esse principium agendi repugnat autem personalitati, ut relationi & formæ indiuiduali.

Tertium. Non magis repugnat &c.

Ad hoc ego quod non magis repugnat, nam quia relatio diuina potest concipi, ut forma indiuidualis, habet quod sit principium constituendi, ex hoc autem, quod est indiuidualis sit conditio, & modus agentis, quia uniuersale, nisi determinetur, non agit.

Quartum: Generatio infert distinctionem inter generans, & genitum, ergo idem est principium distinctiuum, & generatiuum, sed paternitas est distinctiua, ergo &c.

Ad hoc nego consequentiam, sufficit enim quod principiū generatiuum inferat distinctionem, non tamen est necesse, ꝙ coincidat, cum distinctiuo indiuiduali.

Quintum. Nulla propria operatio.

Ad hoc dico, quod propria ratio patris, ut est generans, est essentia uin patre, & non essentia præcise, nec paternitas præcise.

Vltimo adducit dictum Augustini, eo pater est pater quo generat: sed est pater paternitate, ergo &c.

Ad hoc dico, quod dictum Augustini est uerum sumpto formaliter ly, *eo* & ly, *quo*: nam denominatur pater ut generās paternitate. Si autē ly, eo formaliter, & ly, *quo* elicitiue, sic dictū Augustini est falsum, sic enim esset sensus, Pater est pater paternitate, & paternitate, ut principio genuit, quod nos non cōcedimus.

Contra secundam autem dupliciter arguitur, primo a Gregor. in prima distinctione septima, quæstione prima, articul. secundo, dicit enim illam propositionem assumptam in articul esse falsam, scilicet potentia est illud, *quo agens agit*: nam ex ea sequitur quod forma substantialis sit potentia, quod est contra Beat. Thom. qui non concedit in creatis principium actionis esse substantiam: Item dicit non esse ueram, nisi quando id, quo agens agit, distinguitur realiter ab eo, & a termino producto, cuius est principium, constat autem quod si potentia generandi, est essentia non distinguitur realiter a patre, nec a filio, sed hæc parum ualent in uia Beat. Thom. nam propositio assumpta est absolute dicta, & ideo potest uerificari tā de potentia prima, quam de proxima, unde licet nulla forma substantialis in creatis sit proximum principium essendi, est tamen primum. Vnde in secundo de anima dicitur principiū quo uiuimus &c.

Ad aliud autem dicitur, quod uerum est eius assumptum, quando producens, & productum distinguuntur absolute, & non tantum relatiue ut in creatis.

Sed nec etiam est uerum in diuinis potentiam realiter distingui a producente, quando productum realiter distinguitur a producente, alioquin potentia creatiua realiter distingueretur a Deo.

Secundo. Contra eandem arguit expositor, uide tu eum, deinde declarabis tu, & dices, quod propositio Beat. Thom. uerificatur tam de potentia remota, quam de proxima, & de omni eo, quo agens agit, quod sit intrinsecum agenti, ut forma eius, siue substantialis, siue accidentalis, cui tamen competat ex natura sua esse principium actionis, & dico hoc ad differentiam figuræ, & quantitatis, & relationis, quæ non sunt ex se actiua, nec inconueniens unius agentis esse plures potētias, respectu eiusdem actus subordinatas, quales sunt forma substantialis, & eius potentia naturalis, esset autem inconueniens, si darentur duæ potentiæ eiusdem ordinis, puta duo uisus, uel duo intellectus compossibiles in eodem homine.

Contra tertiam conclusionem arguit Henric. & Scot. & Durandus, licet non contra sensum nostrum: Nam Henric. probat quod essentia absolute sumpta, non est potentia generandi, quod & nos concedimus, Dicimus enim cum Capreolo, & expositore quod non est essentia ut essentia, sed essentia ut in hoc, puta in patre est potentia generandi, similiter dicimus ad argumenta Scoti, quibus probat, quod essentia

nuda

nuda nisi, ut est intellectus fœcundus, vel uoluntas fœcunda non est principium productionis, hæc enim sunt ad mentem nostram. Similiter concedimus Durando, quod sola essentia non generat, sed concurrit paternitas, non sicut duo principia productiua, ut ipse finxit. sed paternitas est conditio sine qua non, uel modus qua non determinatur essentia ad talem productionem, sicut natura specifica determinatur ad agendum per principia indiuiduatia, non enim humanitas generat, sed humanitas, ut in hoc.

Aduerte iterum quod Beat. Thom. videtur sibi contradicere hic, & in primo distinctione 7 quæst. 1. secundo. nam illic tenet quod essentia, ut est paternitas, est potentia generandi, hic autem dicit, quod nec essentia, inquantum est idem relationi.

Ad hoc respexit expositor quod absolute se retractat hic, tu tamen potes eum concordare sicut Herueus in primo distinctione septima, quæstione prima articulo secundo, ibi *ad secundum dicendum*, & stat hoc, quod Beat. Thom. in primo non accipit ly, ut reduplicatiue, sed coniunctiue; ut sit sensus, essentia ut paternitas, idest, adiuncta paternitati, est potentia generandi. & sic tenet in prima parte, improbat illam opinionem, nisi pro quanto dicebat essentiam ut relationem formaliter esse potentiam generandi.

ARTICVLVS VI.

Vtrum actus notionalis ad plures personas terminari possit.

PRo titul. aduerte quod hic quæritur de pluralitate rationali sub eodem actu numerali, puta si generatio potest terminari ad plures filios, & iste articulus non coincidit cum articulo secundo, quæstione trigesima. in quo determinatum est, quod non possunt esse nisi tres personæ. nam illic quæritur de pluralitate formaliter, & specifica hic autem quæritur, utrum sub una specifica productione possint assignari plura producta eiusdem rationis. Totus iste articulus patitur impugnationes, & primo rationes Beati Thomæ, quæ sunt quatuor: secundo ipsa conclusio impugnabitur.

Prima ratio impugnatur ab Aureol. & Scoto, & adducit Capreol. in primo distinctione septima, quæstione secunda, contra primam, sed omnia argumenta Aureoli peccant in fundamento falso: credit enim Beat. Thom. in illa propositione. *forma unius speciei non multiplicantur per materiam.* sumere materiam, ut est pars compositi, quod est falsum, non concedit accidentia spiritalia, puta scientiam indiuiduari, & multiplicari, sicut multiplicatur intellectus receptiuus ipsius, sicut multiplicantur albedines per multiplicationem subiectorum, & ideo argumenta eius non tangunt mentem B. Thom. Accipit enim materiam pro omni subiecto, uel receptiuo relati, uel aliquo realiter perfectibili, ita quod uis rationis stat in hoc, omnis multiplicatio numeralis in eadem specie est propter materiam, partem compositi, uel propter aliquod receptiuum perfectibile habens vicem materiæ, sed hæc non sunt in diuinis, ut patet, ergo &c. Scotus ipse subtilius penetrans rationem Beati Thomæ, & aduertens, quod per materiam saltem intendebat subiectum receptiuum, & uoluit, quod quæcunque distinguuntur numero, distinguantur etiam subiecto.

Contra hoc arguit multipliciter, probans quod plures formæ accidentales distinctæ solo numero sunt in eodem subiecto, & primo arguit de formis realibus absolutis, ut plura lumina in eadem parte aeris, secundo respectiuis, ut plures paternitates in eodem patre, tertio de speciebus intentionalibus in medio, & in organo etiam in intellectu.

Capreolus & expositor concordant simul, & negant in omnibus productis pluralitatem realem, & ad argumentum de luminibus dicit Capreolus, quod est tantum unum lumen productum a pluribus partialibus luminosis, & dicit expositor, quod est tantum unum secundum esse, sed plura secundum dependentiam, quia scilicet dependet a pluribus luminosis, intelligas tu de dependentia partiali & non totali.

Ad argumentum de relationibus concorditer respondet, quod non sunt plures, & licet terminus partialis deficiat, quia est hic, uel ille filius. non tamen deficit relatio, nisi deficiat terminus totalis adæquatus, qui est filius in se.

Ad argumentum de speciebus intentionalibus concordant, quod non sunt plures secundum rem, sed tantum in repræsentando, & tu quidem concordabis cum eis in duobus primis in tertio autem non, sed distingues, ut Beat. Thom. de ueritate quæstione octaua, articulo decimoquarto. Nam illæ species possunt considerari, ut sunt in actu imperfecto, idest, in fieri, & in actu perfecto, idest, in esse completo: secundo modo Beat. Thom. negat tam formas reales unius generis, quam intentionales, esse simul in eodem subiecto, quia oporteret eandé potentiam passiuam simul ad diuersos actus terminari, quod est impossibile, sicut eandem lineam, ex una parte ad plura puncta terminari; primo autem modo concedit tam in realibus, quam in intentionalibus, nam de realibus dicit cor. articulus, cum aliquis dealbatur, in toto dealbationis tempore albedo est ut in fieri, & nigredo, ut in corrumpi; de intentionalibus autem concedit in responsione ad secundum, factum de speciebus intentionalibus causatis in eadem parte medii, & respondens dicit, quod illæ species sunt in aere, ut in fieri, sunt enim ut in medio deferente, hæc ille. Expressius id ponit super de sensu, & sensato sec. ultima, super textu qui incipit, *igitur secundum quod indiuisibile*, vbi sic dicit, cuius simile uideri potest in diaphana, quod ex una, & eadem parte sui immutatur ab albo, & nigro, quia immutatio est non materialis, sed nec est secundum esse materiale. hæc ille.

Ad omnia ego argumenta facta de speciebus intentionalib. concedo, quod possunt esse plures in eodem subiecto, uel receptiuo ad sensum expositum, nego autem quod id sit iudicium de formis realibus, siue absolutis, siue respectiuis, de quibus nunc loquimur: sed dices, quod hæc determinatione contradicit Bea. Thom. nam in quinto metaph. primo de diuersis dicit in fine, impossibile est plura accidentia eiusdem speciei esse in eodem subiecto: ad hoc dico, quod philosophus in illo cap. toto loquitur de diuersis realiter, & materialiter. unde & Beat. Thom. illic semper exemplificat de materialibus; stat ergo quod propositio uerificatur de formis secundum esse suum naturale, sic enim considerantur a metaphysico, & non de formis intentionalibus quarum esse est determinatum.

Secunda responsio patitur duplicem calumniam, prima ex illa propositione, *Deus intelligit, & uult omnia unico actu.* Nam ly, vnicus actus, uel unus re, uel distinctus re, uel ratione, si unus re, ergo filius qui pducitur actu intellectus, & Spiritus sanctus qui producitur actu uoluntatis, erunt una persona, nam si uia est una, & terminus erit unus: si distinctus re, ergo filius & Spiritus sanctus sunt distincti re, sumendo rem absolute: si distinctus ratione, ergo filius & Spiritus sanctus distinguuntur tantum ratione.

Expositor ad hoc respondet suo stylo, sed tu resolute dices, quod sunt unus re identice identitate essentiæ, sicut personæ productæ sunt identicæ identitate essentiæ; sed quia distinguuntur formaliter, & includunt ordinem originis, ideo ex his duobus integratur sufficiens distinctiuum inter personas productas; unde dico, quod illa tria membra assignata sunt in sufficientia, sed si addatur, si actus intellectus & uoluntatis distinguuntur ratione, & includuntur ordinem originis, ergo filius & Spiritus sanctus distinguunt tantum ratione, & tunc negatur consequentia, quia ex ordine originis trahitur distinctio realis inter personas productas, & hoc quidem argumentum est ualidum contra uiam Scoti, sed contra uiam nostram est debile, secundo patitur calumniam ex Scoto, qui dicit hanc rationem fundari super hanc propositionem, ubi non potest esse nisi unum intelligere, non potest esse nisi unum uerbum, sed hæc propositio non est uera, quoniam ex unitate formæ absolutæ, non sequitur unitas formæ relatiuæ, sed intellectio est quid absolutum in Deo, & uerbum est forma relatiua.

Ad hoc dico, quod B. Thom. non intendit illam propositionem sic ruditer, sed eius fundamentum est hoc, ubi non potest esse nisi unus numero actus intelligendi adæquatus intelligenti, non potest esse nisi unum uerbum, & hæc sunt uera simpliciter, quia ex una numero adæquata actione uniuoca, non, potest sequi nisi unus terminus taliter actio non esset vnum recipiens unitatem, & distinctionem ex termino sibi adæquato.

Tertia ratio patitur calũniam, ex illa propositione. Natura autem determinatur ad unum: nam ly, *ad unum*, non potest uerificari ad unũ numero, ut patet in limitatis materialibus, nec ad unum modum producendi, ergo &c.

Ad hoc dico, quod ly, *ad unum* ſtat pro formaliter uel ſpecifice, ſub quo non contingit dare plura numero, ex parte naturæ præciſe, ſed ex parte recipientium, quæ cum non habeant locum in Deo, & perſonæ diuinæ procedant naturaliter, ut diximus ſupra, quælibet earum procedit, una formaliter, & materialiter; & in hoc diſtinguitur productum naturaliter, a producto uoluntarie, ut notat expoſitor.

Quarta ratio fundatur, ſecundum expoſitorem ſuper hanc propoſitionem. Omnis res diuina, continet in ſe omnem perfectionem repetibilem infra latitudinem illius ſecundum rationem formalem. Contra quam dupliciter arguitur. primo filius in Deo, ideo eſt unus tãtum, quia tota filiatio diuina in eo continetur, ergo eadem ratione productum diuinum erit tantum unum, quia in eo continetur tota productio diuina.

Ad hoc nego conſequentiam, quia filiatio dicit unam rationem formalem ſpecificam implurificabilem: productio autem dicit unam rationem formalem genericam, ſub qua ſtant plures rationes formales ſpecificæ, ex conſequenti productio eſt plurificabilis, non autem filiatio.

Item ſic arguit Scotus, Sicut filius eſt perfectus filius, ita eſt perfectus Deus, ſed cum hoc, quod eſt perfectus Deus, ſtat quod deitas inueniatur, in alio ſuppoſito, ergo ſic erit de filiatione.

Ad hoc expoſitor negat, ſimilitudinem, & bene, nam alio modo eſt perfectus Deus, & alio modo perfectus illius, licet enim habeat perfecte deitatem, non tamen habet eam omnibus modis, quibus poteſt haberi, nam ſub habere deitatem, ſtant plures modi formales habendi eam ut habere a ſe, ab alio & hoc dupliciter, eſt autem ita perfectus filius, quod habet perfecte filiationem, & omnibus modis, quibus poteſt haberi, cũ enim dicat rationem formalem ſpecificam, non ſtant ſub ea, niſi plures modi numerales, qui non ſunt repetibiles in natura communicata per generationem perfecte, & ſecundum ſe totam.

Contra concluſionem autem artic. multa argumenta recitat Capreo. in prima diſtinctione ſeptima quæſtione ſecunda, circa finem ibi, *contra omnes iſtas concluſiones*, ſed argumenta ſunt leuia, & ſolutiones Capreol. ſunt claræ, ideo uide ad placitum.

QVAESTIO XLII.

ARTICVLVS I.

Utrum æqualitas ſit inter diuinas perſonas.

CIrca hunc articulum præmittendum eſt in quo fundatur metaphyſica identitas, æqualitas & ſimilitudo, & hoc complere uidebis in Heru. in prima diſtin. 19. quæſt. prima artic. primo, a principio uſque ibi, prout igitur. ſecundo præmittendum eſt, quomodo cum eſſentia diuina ſit tantum una poteſt fundare hæc tria, Identitatem, æqualitatem, ſimilitudinem inter diuinas perſonas, & hoc uidebis in Heru. ubi ſupra, ibi *prout igitur*, ex quibus ſequitur corrolarie, quod ad hoc, quod aliquid fundet ſimilitudinem, non eſt neceſſe, ut ſit uera qualitas, ſed concipiatur modo qualitatis. unde duæ formæ eiuſdem ſpeciei, ut duæ humanitates cauſant ſimilitudinem inter Socraté, & Platonem, ſimiliter non eſt neceſſe, quod fundans æqualitatem ſit quantitas, ſed habeat modum quantitatis, Ex his præmiſſis ponitur concluſio reſponſiua.

Perſonæ diuinæ ſunt æquales, hanc probabis ut B. Thom. hic & ſtat ratio in hoc, quod perſonæ diuinæ non ſunt inæquales, ergo ſunt æquales, Aduerte quod hæc conſequentia non uidetur ualere, conſtat enim, quod duo puncta non ſunt inæqualia non tamen ſequitur quod ſint æqualia, cum ſint non quanta, & ideo ſcias, quod conſequentia hæc, conflatur ex antecedente habente duas partes, quarum prima eſt, quod perſonæ ſunt quantæ quantitate uirtutis, cum ſint perfectæ. Alia eſt, non ſunt inæquales in tali quantitate, & tunc optime infertur ergo ſunt inæquales. Obiectio autem de punctis nõ ualet, quia, non ſupponitur quantitas: eandem concluſionem probat Heru. ubi ſupra articulo ſecundo, & non diſcedit a mente Beati Thomæ, uide eum. Poſita concluſione & defenſabili ratione eius, duæ adhuc propoſitiones ſuſtinendæ ſunt, quibus fundat ſe Beat. Thom. & Heru prima eſt, quod in æqualitate non requiritur commenſuratio niſi in creaturis, quarum perfectio terminata eſt, ſecunda eſt, quod æqualitas requirat negationem maioritatis, & minoritatis, ut innuit B. Thom. in primo artic.

Contra primam arguit. Aur. in Capreo. prima diſt. 19. q. 2. contra primam, arguit ergo ſic, Omnia æqualia ſunt coæquata, ergo ſunt commenſurata.

Item ſicut finitum ad infinitum ſe habet, ſic infinitum ad infinitum, ſed prima commenſurantur, ergo & ſecunda.

Sed hæc argumenta leuia ſunt, non enim ualent niſi in his, in quibus ſunt diſtinctæ quantitates ſine exceſſu, in Deo autem, in quo ſunt plura ſuppoſita conuenientia penitus in eadem quantitate numerali ſine exceſſu, & defectu, talis æqualitas non eſt proportio, nec commenſuratio, nec æquatio quantitatum, ſed tantum unitas in quantitate ſine exceſſu, & defectu.

Contra ſecundam arguit ſic; negatio non fundat relationẽ realem, ergo æqualitas non fundatur ſuper negationem maioritatis &c.

Ad hoc nos non dicimus, quod illa negatio ſit fundamentum, ſed eſt conditio, ſine qua quantitas non fundaret æqualitatem.

In reſponſione ad primum aduerte, quod Beat. Thom. concedit perſonas diuinas poſſe dici æquales, & ſimiles, ut conueniunt in perfectione diuina, contra quod arguit Aureo. in Capre. diſt. 19. contra ſecundam, cuius motiuũ principale eſt hoc, Similitudo, & æqualitas ſunt diſtinctæ relationes, ergo requirunt diſtincta fundamenta, ergo ſi eſſentia diuina fundat identitatem, non poteſt fundare æqualitaté, & ſimilitudinem. Sed non aduertit Aureol. quãcunque diſtinctionem ponimus in relationibus, quod eam ponimus in fundamentis. Nam quia in creatis iſtæ relationes poſſunt eſſe realiter diſtinctæ, ideo poſſunt eis aſſignari diſtincta fundamenta, puta ſubiectum, quantitas, qualitas. Sed quia in Deo iſtæ tres relationes diſtinguuntur tantum ratione, ideo eſſentia diuerſimode concepta ſufficit ad fundandum eas, ut ſupra declarauimus ex ſententia Heru.

In reſpõſione ad tertium, Aduerte quod B. Thom. tenet de ratione æquationis eſſe motum ad alterum, uel accipere quantitaté ab altero, ut patet in Deo, nam filius accipit a patre, & non econuerſo. Contra hoc arguit Aure. ubi ſupra in Capreo. contra tertiam.

Eius autem motiuum ſtat in hoc linea a, adæquatur b, & tamen non eſt neceſſe quod b, moueatur ad a, nec accipiat aliquid ab a.

Ad hoc dicit Capreol. quod argumentum non ualet, arguit enim ſic, adæquatio non requirit has conditiones in creatis, ergo nec in Deo. patet, quod conſequentia nõ ualet, quia adæquatio in creatis, & in Deo non eſt uniuoca, ſed analoga: melius tamen eſt, ut dicas cum expoſitore, quod b. accipit ab a, ſaltem tantum deſignationem artificis, ſicut imago Cæſaris accipit, & ſic a Cæſare imaginatio in mente artificis, ſimiliter datur motus ſecundum talem imaginationem, trahitur enim imago ad imaginem imaginati.

Pro reſponſione ad quartum quæ requireret articul. per ſe, hæc agenda ſunt: primo ponitur concluſio negatiua *æqualitas non eſt relatio realis, ſed rationis*, prima pars probatur, æqualitas in Deo, dicit duo, unitatem eſſentiæ, & diſtinctionem ſuppoſiti per relationes tantum, ex parte eſſentiæ, non poteſt eſſe realis, quia idem ad ſe ipſum nõ refertur realiter nec ex parte ſuppoſitorum quin cum diſtinguantur ſolis relationibus, relatio eſſet fundamentũ relationis, & ſic eſſet proceſſio in infinitum & hæc omnia habes in Capreolo, ſecunda diſtinctio. 31. quæſt. prima in proba. tertiæ concluſionis. ſecunda pars patet a ſufficienti diuiſione.

Secundo Declarandum eſt, ut frangatur argumentum Aureol. in quo ſenſu ſit relatio rationis: non enim eſt ſicut relatio eiuſdem ad ſe ipſum, cum extrema ſint realiter diſtincta. Unde dico cum Capreol. in reſpõſione ad primum Aureol. contra ſecundam partem tertiæ concluſionis, quod relatio rationis ſit quatuor modis: primo quando neutrum extremum eſt in rerũ natura &c. uide tu, & tunc dico, quod æqualitas in Deo, eſt relatio rationis. Tertio modo, ſicut oppoſitio relatiua eſt relatio rationis inter paternitatem, & filiationem, ſicut æqualitas eſt relatio rationis inter duas perſonas ut conueniunt eadem perfectione ſine exceſſu, & defectu, & tunc concedas Aureol. omnia argumenta ſua ſed tamẽ hæc conſequentia non ualet, æqualitas diuina non eſt relatio rationis, ſicut eiuſdem ad ſe ipſum, ergo non eſt relatio rationis. arguunt enim ab inferiori ad ſuperius

ſuperius

superius negatiue.

Nunc transeo ad mentem Scoti.

Tertio, ut respondeatur Scoto, qui tenet æqualitatẽ in Deo esse relationem realem, dico duo: primum est, quod ultra omnes conditiones assignatas a Scoto requiritur, quod extrema sint apta fundare relationem realem, & hoc deficit hic, qa supposita sunt relatiua, quibus non competit, ut relatiua sunt, fundare relationem: quia relationis non est relatio. deinde requiritur, quod si ponatur fundamentum reale, illud distinguatur realiter in utroque extremo, quia relatio trahit unitatem, & distinctionem a fundamento: & ideo cum in diuinis suppositis sit indistincta perfectio, sequitur quod inter ea non sit relatio æqualitatis realis. Dico secundo, quod æqualitas potest dici realis dupliciter, primo a fundamento reali, secundo a relatione reali. ratione primi dico, quod inter personas diuinas est æqualitas realissima, & prima & perfectissima: quia est in eis omnimoda indistinctio diuinæ perfectionis, & in hoc sensu exponendi sunt doctores ponentes realem æqualitatem in Deo. In secundo autem sensu negandum est æqualitatem realem etiam in Deo: nam sicut negamus Deum esse realiter relatiue dominum, & tamen concedimus esse realem dominum propter relationem potentiæ negatiuam, quæ est in eo, sic negamus personas diuinas esse realiter relatiue æquales propter realem indistinctam perfectionem.

Ex his uidebis soluta omnia argumenta Scot. in Capreo. in 1. distinctio. 31. quæstion. 31. & sunt argumenta ultima: tu tamen inter omnia considera secundum & sextum & ad secundum responde conformiter Capreolo, & expositori, dic quod relationes non hypostaticæ præexigunt distincta fundamenta & distincta supposita, hypostaticæ autem non, sed ferunt secum, ut declarauimus supra in quæstion. 40. articul. secundo, & tertio, quære illic, sed aliquis posset arguere, quod est pluralitas relationis realis cum unitate fundamenti: nam sint A. B. C. & A. B. sint alba, C. sit nigrum, tunc si B. est realiter simile ipsi A, & realiter dissimile. C &c.

Ad hoc, sustinendo, quod relatio sit idem cum fundamento nego, quod illæ relationes sint plures realiter, nisi ex connotato extrinseco, concedo autem, quod sunt plures formaliter, sed tunc nego, quod fundamentum sit unum formaliter, nam ad aliud, & ad aliud est extremum comparatum, fundat similitudinem, & dissimilitudinem.

Ad sextum autem Capreol. negat casum, deinde amisso casu, negat consequentiam, quia licet non distinguantur in albedine, tamen distinguuntur absolute inquantum sunt plures species. Sed hoc non seruatur in personis diuinis.

Sed aduerte, quod cum similitudo fundetur in superficie, non ut superficies est distincta ab alia, sed ut est alba, illa distinctio de entitate absoluta superficierum non uidetur conferre ad hoc, quod dicantur realiter relatione similes, & ideo respõde aliter cum expositore, & negabis consequentiam simpliciter, nisi forte comparando partem albedinis alteri parti cum sint extensæ secundum extensionem superficies, sic enim posset dici pars parti similis, sed sumendo totam albedinem indistincte, neganda est consequentia, nec etiam hæc consequentia ualet. Duæ albedines distinctæ numeraliter fundant realem relationem similitudinis, ergo una albedo existens in duabus superficiebus fundat realem similitudinem. nam illæ in Deo fundant, quia sunt distincta fundamenta, hæc autem non: quia ponit distinctionem in fundamenta, quæ tamen est cõditione necessario requisita ad mutuam relationem realem in uia Bea. Tho. & si iterum arguas, quod æqualitas fundatur super unitate quantitatis, ergo ubi est maxima unitas quantitatis, quæ est unitas numeralis, erit maxima & perfecta æqualitas, sed in diuinis personis est talis unitas, ergo.

Ad hoc dico quod si conclusio argumenti intelligatur de perfectissimæ æqualitate ex parte fundata, conceditur solũ, & non est contra nos, ut supra diximus. Si intelligatur de æqualitate ut est relatio, distinguo illud assumptum, quia uel intelligitur, de unitate simpliciter, & sic nego illud de uirtute specifica stante distinctione numerali cum negatione excessus, & defectus. quæ sunt conditiones necessario requisitæ, sic concedo assumptum, sed nego consequentiam.

ARTICVLVS II.

Vtrum persona procedens sit coæterna suo principio.

IN hoc articulo nullum declarandum occurrit nisi illa propositio in corpo. arti. *Sic filius Dei successiue generatus esset &c.* Nam ut dicit expositor, & bene, hæc consequentia non pendet ex hac propositione, ubicunque est successio, ibi est materia, est enim falsa, quia in intellectu Angeli est successio, tamen ibi nõ est materia, sed dico quod pendet ex hac, ubi est productio substantiæ successiua, ibi est materia, & hæc est manifeste uera.

ARTICVLVS III.

Vtrum in diuinis personis sit ordo naturæ.

VT præsens articulus plene soluatur in quo Beat. Thom. omnino negat prioritatem in diuinis, sic procedo. primo declaro, si in aliquo sensu potest tolerari prioritas in diuinis, secũdo descendam ad uiam Gregorii, & Ioannis Bacc. & Scoti, tertio declarabo si Bea. Thom. hic sufficienter probauit non esse prioritatem in diuinis.

Quantum ad primum aduerte, quod prius & posterius dupliciter summuntur, primo pro aliqua mensura existentiæ rei, uel dependentia rei a re, stante simultate durationis. exemplũ primi, Pater in creatis est prior filio, exemplum secundi, subiectum est prius sua proprietate, secundo prout dicunt extrema originis, ut sic sensus A est prius B. quia A producit B. & non econuerso, primus modus dicitur prius, in quo, secundus modus dicitur prius a quo.

Quantum ad secundum scias, quod Grego. & Ioann. Bacco. in primo distinctio. 6. quæstio. 1. tenet in diuinis prius a Quo, & dicitur prioritas causalitatis, uel productiuitatis, unde tenent patrem esse priorem filio, quia est principium filii, & non ecõuerso. Negant autem prius in quo nisi secundum nostrum modum intelligendi, quia prius intelligimus agens esse, quam ipsum operari & uterque ponit se contra Scotum, qui uidetur concedere, & in absolutis, & in relatiuis prius in Quo, in absolutis quidem: nam in quolibet. quæstio. prima, tenet patrem in primo signo intelligere se, in secundo signo procedere uerbum, in tertio signo intelligit creaturam in essentia sui. In notionalibus autem patet in prima distinctio. quæstio. secunda, tenet enim patrem in primo signo habere utranque fœcunditatem, in secundo producere uerbum, & dare ei uirtutem spirandi, tertio signo spirare, ergo in primo signo Pater est, & filius non est, in secundo filius est, & spiritus sanctus non est, & sic patet quod ponit prius non solum a quo, sed etiam in Quo. Contra quem arguendum est sicut supra argumentati sumus ex uia Gregorii, cum loqueremur de spiritu sancto. Nec est uerum quod dicit hic expositor, scilicet quod Scotus non discordat a Beat. Thom. nisi in uerbis, & hoc conatur sic declarare, quoniã Scotus accipit prius origine esse id, a Quo est alius, & ipsum a nullo uel esse producens a se, posterius autem origine est esse productum ab alio, uel esse producens non a se, & sic secundum expositorem Scot. non tenet prius in Quo, sed prius a Quo, quod nec B. Thom. negaret.

Verũ quod Scotus teneat prius in Quo, patet ex uerbis suis prima distinctio. 11. quæstio. secunda ubi declarat quod Pater non prius spirat, quam filius, quia tunc sequitur, filium spirare, iam spiratum. Ex quibus deducit Gregorius in prima distinctio. 8. quæstio. 1. secundo, quod accipit ly, prius in Quo, & non prius a Quo: aliter sibi ipsi contradiceret, nam cũ dicit Pater in primo signo spirat, Pater & filius in tertio signo spirant, uel ly, primo signo, stat pro spirare a se, uel pro signo durationis, si secundo modo habeo intentum, si primo modo, ergo Pater spirat in primo signo, & non in tertio, quia spirat a se, & sibi contradixit.

Præterea isti termini tunc, iam, quibus utitur Scotus sunt pertinentes ad durationem, ergo tenet prius in Quo, ideo tenendum est, quod Scotus tenuerit prius in Quo in distinctio. 12. & prius a Quo in distinctio. uigesimaquinta, quęst. 3. & in quolib. quæstio. 4. & sic patet, quod in uerbis, & sensu dissentit Beat. Thom.

Quantum ad articulum, scilicet utrum Beat. Thom. sufficienter probauerit, nullam prioritatem esse in diuinis personis. Insurgunt tria dubia, primo contra illam propositionem quam assumit in responsione ad secundum, neque ex parte naturæ, nec ex parte relationum, una persona potest esse prior alia, neque secundum naturam, neque secundum intellectum.

Primum dubium est ex Scoto, in prima distinct. 28. quæst. 3 dicit enim, quod Beat. Thom. sibi ipsi contradicit, nam supra in quæstio. 40. articulo quarto, dicit, quod Paternitas ut constitutiua patris, præintelligitur actioni sed generatio actiua

præintelligitur filio, ergo & Pater a quo est generatio actiua præintelligitur filio, & sic saltem secundum intellectum una persona est prior altera, cuius oppositum dicit hic, ergo sibi contradicit.

Ad hoc respicit Capreol.in prima distinct.6.quæstio.1.primum Scoti,contra sextum ibi,*sed tunc uidetur esse contradictio*, stat in hoc.pater ut pater formaliter non præintelligitur filio: quia sunt correlatiua, sic intendit hic Beat.Thom.Pater sicut suppositum a quo generatio egreditur,est prior filio secūdum intellectum,sicut Socrates,ut pater,non est prior filio secundū intellectum, Socrates autem ut suppositum uel ut hic homo præsupponitur generationi, & filiationi, & filio secundum intellectum,& sic de patre loquutus est supra,unde nulla est contradictio.

Expositor non discendit ab hac responsione, sed addit,quod si sumatur pater,& filius ut res sunt,cum sint una res, non est prioritas inter eos:si autem sumuntur ut correlatiua, similiter est,si autem cōcipiatur pater,ut hypostasis,a qua,est generatio filii,præintelligitur filio,hic Beat.Thom.loquitur,ut res sunt & correlatiua, supra autem loquutus est quo ad modum concipiendi,non correlatiue.

Secundum dubium est, quia non uidetur S.Tho.sufficienter probasse non esse prioritatem inter diuinas personas, nam tantum probauit de personis correlatiuis propter simultatem relationem, & unitatem naturæ,sed contingit assignare personas nō correlatiue sumptas puta Pater & spiritus sanctus,ergo non inconuenit inter eas, ut sic esse prioritatem, quoniam simultas relationum cessat.

Ad hoc dico,quod comparando personas, ut non correlatiuas non inconuenit inter eas esse prioritatem secundum intellectum: nam ut diximus præcedenti dubio, si persona patris ut hypostasis præintelligeretur filio:neque etiam inconuenit,quod præintelligatur Pater spirato, & generatio spirationi & si dicas,ergo B.Thom.in hoc articulo est diminutus, nego: quoniam hic non assumpsit ut principale propositum ad probandum simultatem secundum intellectum, sed simultatem naturæ,quæ concluditur,ex indistinctione naturæ,& simultatem relationum. Ad maiorem tamen doctrinam in responsione ad secundum,declarat quomodo non est prioritas secundū intellectum,scilicet quando sumuntur ut correlatiua, sit inter eas talis prioritas,ut prædiximus.

Tertium dubium est, quod etiam apud B.Thom.dicitur cōcedi prioritas naturæ inter patrem & spiratum, & non solum prioritas secundum intellectum. Nam dicit in prima distin. 9. quæst.2.articulo primo, tertium.si esset aliquis, qui eodē esset aliquis, & eodem esset aliquid, omnino esset simul naturaliter cum eo,ad quod diceretur,hæc ille. Tunc sic arguitur ab opposito,si aliquis esset aliqs uno principio,& alio principio distinguitur ab alio est naturaliter prior eo. Sed Pater est pater paternitate, & distinguitur spiratione, a spiritu sancto, ergo est realiter prior spirato.

Ad hoc dico, quod illa propositio sumpta ab opposito non ualet nisi illa duo principia sint distincta realiter,sicut propositio Beat.Thom.supponit eodem omnino principio, idem constitui, & dici ad alterum, uel distingui ab eo modo, nego minorem,constat enim apud Beat. Thom. paternitatem, & spirationem actiuam non distingui realiter in patre, unde argumentum non concludit maiorem prioritatem, quam distinctio inter paternitatem,& uirtutem spiratiuam,sed hæc est distinctio rationis, ergo & illa erit prioritas rationis, & non naturæ,quia non solum Beat.Thom. sed & Scotus & communiter Theologi negant. Scias igitur, quod hoc dubium adeo ligauit intellectum unius nostri Baccalaurei,quod de mente Be. Thom.concedebat prioritatem naturæ inter personas nō correlatiue sumptas,qui si hanc solutionem intellexisset, non fuisset sic forte ligatus.

Vltimo scias quod Ioann.Bacc.in prima distinctio.sexta, q. prima, adducit plura argumenta quibus uidetur cōcludi prioritas in quo, inter diuinas personas:quæ uolo hic soluere, ne sint occasio sinistræ opinionis.

Argumentum primum philosophi in quinto meta.capi. de prior.dicit priora, & posteriora dicuntur tanquam existente quodam principio,in unoquoque genere, tunc sic.

Principium est in diuinis, puta pater, ergo est prius posterius.

Ad hoc iam respondit Diu. Thom.in quæstion.33. articulo primo ad tertium,uide illic.Præterea Aureolus dicit,quod philosophus non attingit rationem principii, nisi indistinctis essentialiter,ut sunt creata, & ideo dictum philosophum hoc nullum est.

Secundum. Ordo est in diuinis,ergo prius,tenet consequentia apud Augustinum,de triplici habitaculo; ubi dicit,tunc uidebimus, quomodo pater est præcedens filium non tempore, sed origine.

Ad hoc dico quod Augustinus per præcedentiam originis non intendit, nisi productionem patris, quasi dicat uidebimus Patrem a nullo esse,filium autem a Patre.

Tertium,Cōcedimus in diuinis ex natura rei primam,& secundam personam:ergo priorem,& posteriorem.

Ad hoc dico,quod ly,prima exponitur, quæ a nullo, & ly, secunda,quæ ab alio,& ly,tertia,quæ ab aliis: & sic prima, & sic secunda, & sic tertia, non concludunt,nisi prius a quo, sed non in quo.

Quartum, secunda processio est posterior prima, ergo datur prius & posterius, antecedens probatur: Dualitas est prior Trinitate,non enim conuertitur subsistendi consequentia, sed prima processio stat Dualitate, secunda autem in Trinitate, ergo.

Ad hoc nego antecedens, ad probationem dico, quod absolute loquendo, & in uniuersali est uerum, sed in tali natura,qualis est diuina,non ualet,quoniam ei repugnat, sicut absolute loquendo, Omne corpus potest diuidi, tamen hoc corpus puta cœlum non potest diuidi,quoniam tali naturæ repugnat diuidi.

Secundum, Filius in esse filiationis potest esse sine spirare, spiritus sanctus, non potest esse sine spirare, ergo filius potest esse sine spiritu sancto,ergo est prior.

Ad hoc dico, quod licet filius possit esse secundum filiationem, sine spirare,tamen non potest distingui a spiritu sancto sine spirare,& filius quo ad distinctionem a spiritu sancto pendet a spirare. Vnde nō potest esse,ut sine spirare. Argumentum autem haberet apparentiam si posset esse filius, & distingui a spiritu sancto,sine hoc,quod spiraret.

ARTICVLVS V.

Vtrum filius sit in patre, & econuerso.

SEcundum essentiam enim Pater est in filio, quia communicat suam essentiam filio. Contra hunc primum modum arguit Aureolus in Capre.prima distinctione nona,quæstione prima, contra tertiam, primo loco tribus mediis, sed peccat in duobus,primo quia credit nos tenere,non alio modo filium esse in patre,quam essentia filii sit in patre,quod non est uerum,nam essentia est ratio essendi,filius autem est ille,qui est in alio,sed dicimus,quod filius non esset in patre,nisi una essentia esset in duobus,unde non essentia ut essentia, sed ut communis duobus est ratio essendi filio in patre,& est simile,ut dicit Capreo. de modo essendi in loco,nā quod Socrates sit in loco,ratio essendi est sua corporeitas,ipse autem locatus.

Secundo,peccat quia non considerauit, quod modus essendi includit unionem duorum & distinctionem secundum rem,aut secundum rationem, & quia filius unitur patri in essentia & distinguitur ab eo personaliter,similiter quia essentia distinguitur ratione a patre,& se habet ut forma habita, pater autem habens,adeo dicimus proprie filium esse in patre, & essentia patris esse in patre,false autem dicimus, filium esse in filio,& improprie patrem esse in essentia sua, ex his uidebis soluta argumenta eius.

Vnde sequitur quod cum essentia patris sit in filio, quod in filio sit Pater, expositor dubium mouet super hanc,quærens an Beat. Thom. ita efficaciter conclusisset patrem esse in filio ratione essentiæ, ex hoc antecedente essentia patris est filius, sicut conclusit ex illo, essentia patris est in filio, & uidetur quod melius conclusisset, quoniam ex identitate reali conclusisset in existentiam realem, ex hoc autem quod dicit essentiam patris esse in filio,non signatur nisi relatio rationis,ex qua non uidetur efficaciter concludi inexistentia realis,qua una persona sit in alia.

Ad hoc dico, quod secundum rem nihil refert scientiæ, ex hoc, siue ex illo antecedente propositum concludere, secundum autem modum formalem refert, nam formalius est ex inexistentia inferre inexistentiam, quam ex identitate inexistentiam:& instantia adducta non ualet, quoniam nec illa identitas,nec illa inexistentia personæ in personam,est relatio realis,nec etiam diximus de æqualitate,licet concedamus ex reali fundamento, quæ est unitas diuinæ essentiæ illam identitatem,& inexistentiam esse realem.

Secundum etiam relationes manifestum est unum oppositorū relatiue esse in altero. Contra hunc secundum modum arguit Aureolus, Henricus, Durandus, in Capreo.ubi supra, sed omnes

peccant

peccant in hoc, quod non considerauerunt modum essendi in alio secundum relationem esse idem, quod includit in ratione alterius oppositi. Vnde non uerificatur alio modo relatiuum esse in relatiuo, quam diffiniens esse in definito, sic subiectum est in accidente & habitus in priuatione. Arguētes autem ete debant B. Thom. intelligere de modo essendi secundum rem sicut intellexerat in modo præcedenti ex parte essentiæ, & tamen si considerassent uerba Beat. Tho. aduertissent quod dici: hic esse in altero secundum intellectum, quasi dicat non secundum rem, sed secundum diffinitionem.

Secundum originem etiam manifestum est, quod processio uerbi.

Cōtra hūc tertium modum arguit Aureol. in Capreolo, ubi supra in tertio loco, sed peccat in tribus, primo q̄a credit filiū esse in patre, sicut productum in producente, quando producitur actione transeunte, q̄ā est tantum potentialiter in eo antequam producatur, cum autem productum est, est extrinsecum ab eo quo ad esse, quod autē producitur in actione immanente semper est intrinsecum ipsi producenti, & ideo ille modus sit imperfectus, hic tamen est perfectissimus. secundo peccat, quia credit, quod sicut in creatis dicuntur recipere, principiatum est in principio, & econuerso, sicut filius est in patre, sicut originatum in originante, non possemus dicere e conuerso, sed hæc similitudo non tenet in proposito, quia filius est in patre, ut originatum in originãte Pater autem est in filio, ut est uerbum, sicut manifestatum in manifestante, & ideo hic stat reciprocatio, non autem in creaturis, licet etiam concedatur in eis causam esse in effectu, sicut repræsentatum, uel sicut simile in suo simili, & in suo repræsentãte: tertio peccat, quia credit, quod si pater est in filio, ut manifestatum in manifestante, non alio modo sit Pater in filio, quam totum uniuersum sit in filio ut est uerbum, quod tamen est falsum, nam mundus est in uerbo manifestatiue, Pater autem in filio & manifestatiue & essentialiter, cum sint unius essentiæ, quod non uerificatur de uerbo & de mundo.

QVAESTIO XLIII.

ARTICVLVS I.

Vtrum alicui persona conueniat mitti.

CIRCA hunc articulum, aduerte, quod missio sumpta absolutissime sic describitur per Capre. primo distin. 15. quæstione 1. in solutione primi argumenti contra primam.

Missio est exitus alicuius ab aliquo ad aliquem terminum, ut de nouo incipiat esse uel nouo modo.

Aduerte etiam, quod species missionis diuersificant per ly, exitus, nam secundum quod diuersificatur, & sic ille diuersificatur.

Nam est aliquis exitus per imperium, aliquis per cōsilium, aliquis per motum localem, ut cum prohibens mittit lapidem de loco ad locum, aliquis per originem, ut cum arbor mittit flores applicando ad diuinam personam: sola hæc ultima species potest ei conuenire, quoniam omnes aliæ imperfectionem includunt, hæc autem non: unde diuina missio & exitus personæ a persona per originem, in eadem natura, & acceptio eiusdem uirtutis ad aliquid agendum in creatura intellectuali, puta ad sanctificandum, ex his uidebis soluta argumenta Aureol. in Capreol. in primo, distinct. 19. quæst. 1. contra secundam & tertiam.

ARTICVLVS II.

Vtrum missio sit æterna, uel temporalis tantum.

CIrca hunc articulum est dubium ex eo, quod Beat. Tho. concludit, missionem esse tantum temporalem, quia de ratione eius est ut dicat terminum temporalem, idest, effectum nouum in creatura, ex quo uidetur sequi quod missio sit quid essentiale, operari enim ad extra est opus essentiale, quia commune tribus, hoc autem est falsum, quoniam si esset essentiale quid, conueniret etiam patri mitti, quod est falsum.

Respondeo non est purum essentiale, nec primū notionale, sed mixtum, nam ut dicit originem, est notionale, ut dicit nouum effectum in creatura essentiale, & sic commune Trinitati toti, & ad argumentum cum dicitur, quod conueniret etiam patri, nego consequentiam, quæ tamen esset uera, si diceret purum essentiale, sicut creare, non ualet autem in mixtis sicut sapientia est essentiale, & ly, genita, personale. Et si quæras ly, missio quid importat principaliter, dico quod importat essentiale, quoniam ille nouus effectus est sicut differentia distincti ua missionis a processione æterna.

Et si arguat quod non potest esse notionale quo ad processionem, quoniam filio, & Spiritui sancto non est aliqua communis notio, cum non procedat eodem modo.

Respondeo, quod ly, notionale, non sumitur pro notione proprie dicta, quæ debet esse proprietas, & particulare principium cognoscendi personam, sed sumitur pro omni respectante ad originem, & ut sic distinguitur contra essentiale. Vnde conuenientius diceretur personale, quam notionale, non enim omne personale est notionale proprie dictum, nam esse ab alio & a quo alius, sunt personalia, non tamen notionalia cum non dicant aliquod proprium sed commune, in quo plures personæ conueniunt.

Quædam uero cum habitudine ad principium important terminum temporalem, ut missio, & datio, Et in responsione ad tertiū, *Missio importat processionem æternam, & addit effectū temporalē.* Contra has arguit Aureol. in Capreo. 1. dist. 3. q. 2. cōtra quartam, & est eius quartum argumentum, quod est tale. Si missio super processionem æternam, quæ dicit relationem realem originis, addit effectum tēporalem, ergo addit ex tempore respectum rationis ad creaturam, ad quam mittitur, & in qua causatur donum gratiæ: sed hoc est falsum, consequentia patet falsitas consequentis probatur, uisioni coloris existentis in pane ante consecrationem, non addit respectum rationis uisio eiusdem coloris post cōsecrationem, prout sub eo stat corpus Christi, sed addit solam participationem eiusdem coloris ad corpus Christi, prout stat sub illis speciebus. ergo a simili Spiritus sanctus procedens æternaliter in dona gratuita, in quibus immutabiliter complacet Deus, dicitur temporaliter procedere in animam, prout anima de nouo participat illa dona, & ita non dicit aliquem respectum rationis ex tempore, sed solam participationem illorum donorum a creatura intellectuali.

Ad hoc nego falsitatem consequentis, ad probationem nego quin nouus respectus consurgat in illa uisione, quando terminatur ad colorem post consecrationem, quoniam prius erat uerum dicere hanc uisionem terminari est corpus panis, nunc autem ad corpus Christi, ergo aliam habitudinem nunc habet quam prius, similiter nego quin Spiritus sanctus de nouo non habet respectum rationis ad creaturam participantem gratiā, quoniam est uerum dicere, Spiritus sanctus nunc gratificat hanc creaturam, & ante non gratificabit, ergo de nouo respicit eam, ut gratificatam, quam ante non respiciebat. Vnde ad nouam infusionem gratiæ consurgit nouus respectus mutuus, sed ex parte diuinæ personæ est respectus rationis, & ex parte creaturæ est realis, & sic tenemus implicare contradictionem, creaturam de nouo participare gratiam, & non consurgere nouum respectum ad gratificantem, sicut implicat aquam de nouo recipere calorem ab igne, & non consurgere respectum causalitatis inter aquam & ignem.

ARTICVLVS VI.

Vtrum Missio inuisibilis sit solum secundum gratiam gratum facientem.

CIrca hunc articulum, aduerte, quod B. Tho. intendit duas conclusiones prima est.

Quoties datur gratia gratum faciēs, ultra probationē B. Th. hic, quā examinabo infra, probabis ratione Gregorii in 1. dist. 16. q. 1. in probatione secundæ conclusionis, & stat in hoc, cuicūque datur Spiritus sanctus, efficitur de numero electorū, q̄a secundum Paulum, quicunq; Spiritu Dei aguntur, hi filii Dei sunt. Sed nullus carens gratia, efficitur de numero electorum, ut patet, ergo nulli carenti gratia datur persona diuina, si ergo persona datur, & gratia gratum faciens datur.

Secunda conclusio. *Si datur gratia gratum faciens, datur & persona diuina.* hanc ꝓbat Greg. supra quasi eodē medio cōuerso, *s.* Qui habet grām, est de numero electorū scdm Paulū, q̄a gratia instificati, sed qui non habet Spiritum sanctū, non est de numero electorum, ad Ro. 9. Qui non habet Spiritum Christi, non est eius, ergo qui non habet personam, non recipit gratiam, & sic patet, quod inseparabiliter se habent, & in hac determinatione conueniunt omnes de potentia Dei ordinaria, non autem absoluta. Nam Gregorius in eodem loco in conclu-

sione tertia & quarta tenet, quod de potentia Dei absoluta potest persona sine omni dono. Vt igitur tota hæc materia resoluatur pono rationem eius, deinde soluam.

Ratio eius est hæc. Omne dabile a Deo homini potest dari non dato quocunque alio distincto realiter ab eo, sed donum gratiæ est distinctum realiter a Spiritu sancto, ergo potest dari homini non dato non gratiæ. minor patet. Maior probatur tripliciter, primo, quia non uidetur implicare contradictionem, secundo, quia omne factibile a Deo, potest fieri quocunque alio distincto essentialiter ab eo non facto, ergo similiter omne dabile &c. tertio quia omne dabile a Deo potest dari, quocunque alio non dato, antecedens patet, quia causa prima sibi sufficientissima est, consequentia probatur. Sumo A. B. Si Deus non potest dare A nisi cum B. uel hoc est quia A, necessario dat B. uel quia B. necessario sequitur ad A. non primum, quia non necessario dat A. ergo nec B. necessario datur ab A. non secundum, quia B. condaret ipsum A. quod est contra antecedens.

Respondeo. ad hoc nego maiorem, ad primam probationem dico quod implicat, quia Spiritus sanctus nō potest esse dilectio formalis creaturæ. Ad secundam nego antecedens, ut patet de materia & forma, nego etiam consequentiam quam nego probauit, quia non sunt eiusdem rationis factio & datio.

Ad tertiam nego consequentiam. Ad probationem dico, quod est propter primum, & secundum, sed propter primum conditione, nam licet Deus non necessario dat A, tamen hæc est uera, Si Deus dat A. necessario dat B. quia inseparabiliter se habet ad A. Est etiam propter secundum, & nego quod B. condaret A. non enim requiritur ut condans, sed ut dispositio, sine qua non daretur A. & simile est in creaturis, licet enim dispositiones necessario requirantur ad receptionem formæ, non tamen comproducunt formam, sic est in proposito, quare &c. Nunc superest examinare aliquas propositiones articul. inter quas est hæc. *super istum modum autem communem. &c* usque, ibi. *in amante.* Contra hanc conclusionem arguit Aureol. Capreol. primo distinct. 14. quæstion. 1. contra quartam, probans tripliciter, quod ratio missionis non consistit in hoc, quod diuina persona procedat in mentem, ut cognitum, & amatum.

Primo, sic procedere in mentem ut cognitum & amatum, est commune toti Trinitati, quia per gratiā tota Trinitas diligitur, ergo missio conuenit toti Trinitati, & per consequens Patri, quod est falsum.

Ad hoc nego antecedens. nec ualet hæc consequentia, tota Trinitas est in mente, ut cognita, ergo procedit in mentem: nam procedere in mentem supponit processionem amoris æternam, quæ repugnet patri & filio, & conuenit tantum Spiritui sancto.

Secunda, Processio temporalis Spiritus sancti, debet habere aliquem ordinem ad processionem æternam eiusdem; sed Spiritus sanctus, non procedit æterna litera patre, & filio, ut cognitum & amatum. ergo &c.

Ad hoc nego argumentum: nam concedendo maiorem, debet ne subsumi minor: sed procedere in mentem, ut cognitum & amatum, non dicit aliquem ordinem ad processionem æternam, Spiritus sanctus procedit ut amor, & sic ut ratio omnis doni ex eo prouenit, quod conferatur donum gratiæ creaturæ, qua diligit ipsum Deum. Resoluit ergo processio temporalis in æternam, sicut effectus in primam radicem.

Tertio, Si procedere in mētem est esse, uel fieri in mente, ut cognitum, & amatum, ergo res dum incipiunt intelligi, & amari, procedunt in mentem, quod est falsum: nam ex eo, quod Sol intelligitur, non procedit in mentem.

Ad hoc arguens decipitur, ignorans quid sit procedere in mentem in proposito, ut cognitum, hoc enim est non solum recipi in mentem, sic enim argumentum concluderet, sed originari ab altero æternaliter, & recipit in altero temporaliter, ut amatum, & cognitum, & tunc nego consequentiam, licet enim res dum intelligitur recipiatur in mentem, non tamen est necesse ipsam originari ab altero; diuina autem persona semper originatur cum non transeat in præteritum.

Iterum esse eandem propositionem in qua dicitur *Deum esse, ut cognitum &c.* Dubitat expositor, quia stat peccatorem Philosophum cognoscere, & amare Deum, & tamen non erit in gratia.

At B Thom. intendit de amore, & cognitione, ut terminantur ad Deum in se obiectum beatificum, & non de amore terminato ad Deum sub specie alicuius effectus puta inquantum creator, &c. uel conseruans &c. phylosophus quidem cognoscit, & amat Deum in secundo sensu, & non in primo, & siquidem aliqui inuenti sunt qui amauerint primo modo, dico ꝙ fuerunt in gratia, & potuerunt saluari, quoniam in omni gente, qui operatur iustitiam, acceptus est illi.

Sic igitur nullus alius effectus &c. usq; ibi *gratum faciens.* Cōtra, malus Christianus potest per fidem cognoscere, & amare Deum, ut obiectum beatificum, ergo non per solam gratiā &c.

Ad hoc nego, quod amat debitis circunstantiis positis in ar. per quas fiat templum Dei: quoniam non super omnia amat. Vnde dico, quod B. Thom. intendit de amare sic circonstantionato, dato casu, quod non sic ad plenum exprimeret, nam hoc intendit, cum dicit, *Sed etiam habitare in ea, sicut in tēplo.* Iterū circa eandem propositionem dubitatur; nam B. Tho. facit hanc illationem ex præmissis. *Sic igitur nullus alius effectus.* & tamen non proposuit in præmissis causam sufficientem, nō enim hæc consequentia ualet, Deus est speciali modo in creatura rationali, ergo nullus alius effectus est causa huiusmodi, nisi gratia gratum faciens, constat enim quod per fidem, & prophetiam, & alia dona est speciali modo distinctio a tribus generalibus modis, ergo &c.

Ad hoc dico, quod B. Thom. per ly, *specialem modum*, intēdit modum quo creatura eleuatur in Deum, cum illis circunstantiis, puta quod attingat Deum in se, quod fiat templum Dei, & hoc nō potest facere fides, nisi informata gratia, nec alia dona, & ideo illatio B. Thom. est ualida, si antecedens complectatur oēs conditiones præmissas: consequentia uero quia formata est instantia facta, ideo non ualet: quia non, totum ponitur antecedens, sicut nō valet hæc, Socrates est animal, ergo est uisibilis, quia ly, *animal* non est totū formaliter, quod est Socrates, sed hæc ualet. Socrates est animal rationale, ergo est uisibilis.

ARTICVLVS IIII.

Vtrum patri conueniat mitti.

CIrca hunc articulum nihil noui, nec difficile occurrit: supposito enim quod missio importet processionem, cōstat patrē non mitti, potest tamen dici quod dat, & donat se creaturæ dono essentiali, sed non dono personali, ut declaratum est supra quæst. 37.

ARTICVLVS V.

Vtrum filio conueniat inuisibiliter mitti.

CIrca hunc articulum, Aduerte primo, quod licet B. Tho. proponat tantum de filio, tamē probat tam de filio, quā de Spiritu sancto, si considerentur quantum ad primam rationem missionis sunt una, uel sic, quoniam filius non mittitur nisi ex amore, quo creatura diligitur a Deo. Amor autē primo conuenit Spiritui sancto, & ideo est primum donum, & ideo omnium donorum. Vnde est ratio, quod filius detur nobis, ut diximus supra quæstio. 36. si considerentur secundum se, distinguuntur realiter, quoniam & processiones, & dona eorum distinguuntur realiter.

In responsione ad tertium: *una non potest esse sine alia.* Aduerte ꝙ Aureo. in Capreo. 1. di. 16. q. 1. tertio contra tertiam, arguit contra hanc, sed decipitur in hoc, quod credit filium missum ad similitudinem remansisse cum eo existente in peccato, hoc enim est falsum, loquendo de missione, cuius est tantū gratia gratum faciens, ut loquuti sumus in art. 3.

ARTICVLVS VI.

Vtrum Missio inuisibilis fiat ad omnes, qui sunt participes gratiæ.

CIrca hunc articulum aduerte, quod B. Th. nō concludit simpliciter missionem fieri ad omnes participes gratiæ, seu tantum ad eos, in quibus est gratia, & ipsa innouatur, quæ innouatio potest esse tribus modis: primo quod proceden. desierit esse per peccatum, deinde quod mouetur per cōuersionem: secundo quod per intensionem, ut in uiatore, semper existente in gratia, & proficiēte in actibus meritoriis: Tertio per extēsionem tantum, puta quia gratia existens semper sub tali gradu, est principium plurium effectiuum. In quibuscunque ergo est aliquis motus talium innouationum: potest dici fieri noua missio: & quia omnis pura creatura est talis etiā beata pro tertio modo, ideo dempto Christo, qui non est pura creatura, pōt concludi, nouam missionem fieri ad omnes,

ARTICVLVS VII.

Clarus est.

ARTICVLVS VIII.

Vtrum aliqua persona mittatur nisi ab ea, a qua procedit.

CIRCA hunc articulum. Aduerte, q̄ Aureo. Scotus in Capreo. prima distinctione 16. quæst. prima, secundo tenent quod de ratione ipsius mittere est producere, & ipsius mitti est produci, quibus datis ex primo articulo huius quæst. sequitur necessario, quod persona non mittatur, nisi ab ea, a qua producitur, & super hoc fundamentum innituntur omnia argumenta eorum, ut videbis; sed apud B. Thom. distinguendum est de missione: nam dupliciter consideratur; primo propriissimè & sic continet tres conditiones: prima quod persona missa sit originata, secunda quod origin[e]tur a mittente, tertia quod ponat nouum effectum in creatura intellectuali, & secundum hunc primum sensum definita est missio in primo artic. huius quæstio. & secundum eam non mittitur persona, nisi a producente ipsam: secundo consideratur communiter, & sic includit tantum duas conditiones; primo quod persona missa, sit originata siue a mittente, siue ab alia, & defectu huius pater non potest dici missus, secundo quod ponat nouum effectũ in creatura, & secundum hanc acceptionem loquitur B. Thom. in hoc artic. quando concedit filium mitti a se, & a Spiritu sancto, & econuerso. Ex his patet, q̄ mittere, & mitti abstrahunt a primo & secundo sensu, & possunt determinari ad hunc, vel ad illum, & in sua ratione vniuersali non excludunt originari in recto, nisi contrahantur ad primum sensum omnia argumenta Scot. concludunt in primo sensu, sed non in secundo, de quo in hoc artic. loquitur B. Tho. & hic sit finis ad sanctissimæ & indiuiduæ Trinitatis honorem.

Explicit expositio supra tractatum de Trinitate in primam partem B. Tho. per Fratrem Chrysostomum Iauellum de Casali ordinis Prædicatorum, sacræ Theologiæ professorem, studij Bononiensis Regentem.

DEO GRATIAS.

DIVI THOMAE AQVINATIS DOCTORIS ANGELICI,

De Præscientia, & de Prædestinatione TRACTATVS.

PROLOGVS.

INSTANTISSIME rogastis me, charissime frater, vt vobis aliquem tractatum breuem facerem in stylo facili, de prescietia, & predestinatione diuina, per quem possetis aliquibus quæstionibus & obiectionibus, quæ de ipsis cõiter fiũt ab hominib. respondere. Vnde vestræ instantiæ pro posse satisfacere cupiens, aggressus sum facere, auxilio Dei preuio, quod rogastis.

Scire tamen debetis, quod ab antiquis Philosophis, & etiam ab ecclesiæ doctorib. & magistris tam antiquis, quàm modernis, hæc quæstio fuit multipliciter & subtiliter ventilata. Quorum ego profundissimas & perplexas rationes euitans, leuiores aliquas & vestræ capacitati accommodas prælegi, non tñ quæ penitus satisfacere possint in hac profundissima, & insolubili quæstione. Nã secundum Apost. ad Rom. 11. incomprehensibilia sunt iudicia Dei, & inuestigabiles uiæ eius, quis enim cognouit sensum Domini, aut quis consiliarius eius fuit? &c.

Sunt autem hæc quæ in hoc opusculo perstringuntur.

Primò quid sit præscientia, & prædestinatio Dei, & in quo a se inuicem differant.

Secundo, quid sit reprobatio Dei, & quis prædestinationis & reprobationis effectus.

Tertio, vtrum præsciẽtia Dei sit causa rerum præscitarum, vel res causa præscientiæ.

Quarto, vtrum præscientia Dei necessitatem eueniendi rebus imponat.

Quintò, vtrum prædestinatio certitudinem habeat.

Sextò, vtrum predestinatis necessitatem imponat.

Septimò quare Deus fecit hominẽ, quem sciebat esse damnandum.

CAP. I.

Quomodo ista quatuor, scilicet scientia, præscientia, prouidentia, & prædestinatio se habeant in Deo.

SCiendũ est igitur, quod ista quatuor, videlicet sciã, præsciã, prouidentia, & predestinatio, diuersimodè, siue diuersis respectib. de Deo dicũtur, & habent se per additionẽ vnius ad alterũ.

Scientia.n. siue sapientia de oibus est, s. de bonis & malis, de præteritis, præsentib. & futuris, & non tñ de tpalibus, sed ẽt de æternis. Non.n. ita scit Deus ista tpalia, vt seipsum nesciat, sed ipse solus seipsum perfectè nouit, cuius scientiæ comparatione omnis creaturæ scientia imperfecta est.

Præscientia vero addit super scientiam quandam præcognitionem, est enim de futuris tantum, sed de omnibus, de bonis, scilicet & de malis.

Prouidentia verò includit in se præsciam, & addit supra ipsam quandam præparationem, siue promotionem in finẽ vltimum. Est.n. de rebus præcognitis faciendis, siue gubernãdis, vñ & prouidus dr, qui bene coniectat de conferentib. ad finẽ vltimum consequendum, & de his, quæ ipsum põt impedire. Prouidentia ergo dicitur, quæ rebus præscitis, & ordinatis tribuit ea, quæ ordinem conseruent, & propellit oẽm inordinationẽ.

Prædestinatio aũt in suo intellectu includit non solum præscientiam, sed ẽt prouidentiã, & addit supra eã aliquid, s. quendam spẽalem modum, tam ex parte prædestinatorum, quàm ex parte ipsius finis, quàm ẽt ex parte prædestinantis. Cũ.n. prouidentia Dei sit oium rerũ, & specialiter quodammodo rerũ habentium voluntatem, prædestinatio includit in se prouidentiam secundum illum specialem modũ, quo est hominũ, & hñtium uoluntatem. Est.n prædestinatio de hominibus saluandis.

Item cum prouidentia respiciat ordinem vniuscuiusq; boni ad quemlibet finem, prædestinatio est tantum respectu eorũ, quæ hõ ex naturalib. suis consequi non põt, sed sunt eleuata supra facultatem humanæ naturæ. Est.n respectu gloriæ, quæ est in pfecta Dei fruitione, & respectu grãæ promouẽtis in ipsã gloriã. Vñ dicit Dam. quod pdestinatio est eorũ, quæ nõ sũt i nobis.

Item licet prouidentia sit promotio, vel directio alicuius in finem, prædestinatio tamen includit in se prouidentiam cum quadam speciali acceptatione, & electione voluntatis. Quãuis enim prædestinatio præsupponat actum cognitionis, nominat tamen actum voluntatis eligentis, ad ea quæ sola gratuita voluntate conferuntur. Vnde dicitur Rom. 8. Quos præsciuit, prædestinauit conformes fieri imaginis filii sui, & Eph. 1. Prædestinauit nos in adoptionem filiorum secundum voluntatis suæ propositum; sic igitur de essentia prædestinationis est prẽscientia & uoluntas aliquorum.

Ex prædictis itaque manifestum est quid sit prẽscientia & prædestinatio Dei, & in quo a seinuicem differant. Est enim præscientia Dei, certissima præcognitio omnium futurorum, tam bonorum, quam malorum. Prædestinatio uero secundum Aug. in lib. de Prædest. sanctorum, est gratiæ præparatio, i. diuina electio, qua elegit eos quos uoluit ante mundi constitutionem, ut ait Apost. Eph. 1. Vel secundum diffinitionem magistralem, prædestinatio est præparatio gratiæ in præsenti, & gloriæ in futuro. Vnde patet quod prædestinatio sine præsciẽtia esse non potest, sed sine prædestinatione præscientia esse potest, prædestinatione quippe Deus ea prẽsciuit, quę fuerat ipse facturus, sed præsciuit Deus etiam quæ non est ipse facturus, idest omnia mala, prædestinauit enim eos, quos elegit, reliquos autem reprobauit, i. ad mortem æternam præsciuit.*

*Alias per uentuto præsciuit.

CAP. II.

Quid sit reprobatio, & quid prædestinationis, ac reprobationis effectus.

SIcut autem prędestinatio Dei, proprie est præscientia, & præparatio benefi. iorum Dei, s. gratiæ in præsenti, & gloriæ in futuro, ita reprobatio Dei est præscientia malitiæ in quibusdam non finiendæ, & præparatio pœnę non terminandæ, ut dicit Aug. in lib. de Bono perseu. Reprobatio enim Dei, qua ab æterno, non eligendo, quosdam reprobauit, secundum duo consideratur quorum alterum præscit, & non præparat, s. iniquitatem siue malitiam, unde Aug. ad Prosperũ, & Hilarium, Hæc quidem regula inconcusse tenenda est, peccatores in peccato præscitos esse, non præparatos, pœnam autem esse præparatam. Præparauit enim Deus malis (ut ait Fulgent.) ignem æternum, illis utique, quos non præparauit ad facienda peccata.* Præparauit enim Deus quod diuina æquitas redderet, nõ quod humana iniquitas admitteret. Non enim sicut prępparauit sanctos ad iustitiam prosequendam, sic prępparauit iniquos ad iniustitiam admittendam, quia prauitatis operator nunquam fuit.

*Alias, illis itaq; quos iuste pparauit ad luẽda supplicia, nec tñ prẽparauit ad facienda peccata.

Prædestinatio quantum est de se, non tantum importat sciẽtiam, sed etiam uoluntatem & potentiam. Sed quoniam causalitas gratię & gloriæ attribuitur proprie voluntati vt efficienti, scientię autem ut dirigenti, potentię vero vt exequenti, ideo etsi prædestinatio importet illa tria, tamen principaliùs est in genere uoluntatis, & ideo ab Aug. diffinitur prędestinatio per illa tria. Primo per id quod respicit potentiam, in lib. de Fide ad Petrum, Prædestinatio est gratuitæ donationis præparatio. Secundo per id quod respicit scientiam, in li. de bo. perseuer. Prędestinatio est præscientia beneficiorum Dei. Tertio per id quod respicit uoluntatem, & propriissime in li. de Prædest. sanctorum. Prędestinatio est propositum miserendi. Prædestinationis autem effectus est, appositio illius gratię, qua in præsenti iustificamur, atque ad recte uiuendum & in bono perseuerãdum adiuuamur, & qua in futuro beatificamur. Quem quidẽ effectum notificat Apostolus Rom. 3. Vt iustificati gratia, ipsius hęredes simus secundum spem uitę æternæ. Et sicut prædestinationis effectus est gratię appositio, ita reprobationis effectus est quodammodo priuatio siue subtractio gratiæ. Quæ interdum in Scriptura obduratio & excæcatio dicitur. Vnde Apost. ait Rom. 9. Cuius uult miseretur, & quem uult indurat, misericordiam appellans prædestinationem (ut ait Aug. ad Xystum) & præcipue prædestinationis effectum, i. gratiæ appositionem, obdurationem uero gratiæ priuationem. Hic ẽt de excœcatione dicitur 2. Cor. 4. quod Deus huius sæculi excæcauit mẽtes infidelium, quod una glossa de Deo uero exponit.

Sciendum tamen est, quod quia bonum subiacet prouidentiæ Dei ut causatum, & ordinatum, ideo prædestinatio est idẽ quod causa gratiæ, & gloriæ ad quã gratia ordinatur. Sed quia malum non subiacet prouidentiæ, ut intentum, uel causatum

(cum

(cum omnis defectus accidat præter intentionem, sed soli subiacet ei, vt præscitum & ordinatum, sicut dictum est, ideo reprobatio est tantum præscientia culpæ & non causa, sed pœnæ per quam culpa ordinatur, est præscientia & causa. Vnde Augu. dicit ad Xystum, Non obdurat Deus immittendo malitiam, sed non impertiendo gratiam, sicut nec digni sunt. Quibus.n. non impertitur, nec digni sunt, nec merentur. Idem ad Simplicianum dicit. Non est intelligendum, q Deus ita induret, quasi quemquam peccare cogat, sed tantum quibusdam peccatorib. misericordiam iustificationis suæ non largitur. Et ob hoc eos indurare dicitur, quia non eorum miseretur, non quia impellit vt peccent. Eorum autem non miseretur, quibus gratiam non esse præbendam æquitate occultissima, & ab humanis sensibus remotissima iudicat, quam non aperit, sed admiratur Apostolus, dicens. O altitudo diuitiarũ sapientiæ & scientiæ Dei, &c. Rom. 11.

C A P. I I I.

Vtrum scientia, vel præscientia Dei sit causa rerum præscitarum,

CONsequenter considerandum est, vtrum scientia, vel præscientia Dei sit causa rerum præscitarum, vel res futuræ sint causa præscientiæ Dei. Et ut melius veritas appareat producantur in medium aliqua argumenta.

Circa primam partem sic proceditur. Videtur q præsciētia Dei sit causa rerum præscitarum. Nam omne id quod antecedit aliud, & ipso posito, ponitur ipsum, est causa illius, vt patet per diffinitionem causæ. Causa est ad cuius esse sequitur aliud. Sed diuina præsciētia præcedit omne futurum, & ea posita, ponuntur futura, respectu quorũ est, & ea remota remouentur futura, quia nec futura fuissent, nisi ea Deus præsciuisset, alias ignorantia poneretur in Deo, quod est absurdum. Ergo præscientia videtur esse causa præscitarum rerum.

Alias ratio

Adhuc. Sicut voluntas Dei est ipse Deus, ita & sciētia eius. Sed voluntas Dei absolute est causa omnium volitorum, vnde dicit Psal. Omnia quæcunque voluit Dominus fecit. Ergo scientia eius debet dici causa omnium scitorum.

Huic etiam sententiæ Aug. attestari uidetur in. 15. lib. de Trin. sic dicens. Vniuersas creaturas & spirituales, & corporales, non quia sunt, nouit eas Deus, sed ideo sunt, quia nouit. Nõ enim nesciuit, quæ fuerat creaturus, quia ergo sciuit, creauit, non quia creauit sciuit.

In contrarium est, quia, si præscientia esset causa præsciti, cũ Deus præsciat omnia mala, esset causa omnium malorũ, & per consequens esset actor omnium malorum, quod falsum est.

Sciendum est ergo circa istam materiam, quod scientia siue præscientia Dei potest considerari dupliciter, Vno. modo secundum propriam rationem. Et sic cum præscientia nihil aliud dicat nisi præcognitionem, non importat aliquam causalitatem, alias omnis scientia, uel præscientia causa esset rerum præscitarum, quod falsum est. Videmus.n. quod præscientia medici qui certitudinaliter nouit infirmum breui moriturum, non est causa mortis infirmi, præscientia etiam speculatoris, qua uidet hominem euntem per uiam, in qua paratus est leo ad deuorãdum, non est causa perditionis illius, & huiusmodi. Alio modo potest considerari inquantum est sc. ētia artificis operantis res præscitas. Et sic habet rationem causæ respectu rei operatæ p artem, unde secundum modum quo scientia artificis operātis per artem suam est causa artificiati, consideranda est causalitas scientiæ diuinæ. Est ergo iste progressus in productione artificiati. Primo scientia artificis ostendit finem. Secundo uoluntas eius intendit finem illum ostensum. Tertiò uoluntas imperat actum, per quem educatur opus. Quarto scientia dirigit illum actum. Quintò circa opus quod per actum educitur, scientia artificis ponit formam conceptam.

Sic igitur scientia artificis se habet, ut ostendens finem, ut dirigens actum, & ut informans opus operatum. Et ideo constat q quicquid defectus uel deuiationis a forma artis, uel a fine accidit in effectu, nõ reducitur in sciam artificis sicut in causam, et si defectus ille fuerit præscitus ab eo. Patet et, q principalitas causalitatis consistit penes uoluntatem, quæ imperat actum. Vnde manifestum est, q scientia, uel præscientia Dei causalitatem non hēt respectu mali, quod est deuiatio a forma, & a fine, sed tantum respũ bonorũ, scđm q consequuntur formã diuinæ artis, & finē. Nõ tñ ita qđ respũ eorũ dicat pfectã rōnē cāsalitatis, nisi secundum quod adiungitur uoluntati. Et ideo dicit Mag. Sniatum, quod scientia beneplaciti est causa rerum.

Ad primum ergo dicendum est, quod aliquid potest aliud se qui dupliciter. Vno modo per modum productionis, secundum quod unum producitur ab alio. Et sic id ad cuius esse sequitur aliud, est uere causa eius in essendo. Alio modo per modum cõsecutionis. Et sic id ad cuius esse sequatur aliud, non est causa in essendo, sed solum in consequēdo. Et omne tale dicitur esse causa sine qua non. Et talis causa dicitur esse scientia uel præscientia diuina, si tamen scientiam ad simplicem notitiã referamus. Si uero scientiæ sit adiuncta uoluntas (quæ dicitur sciētia beneplaciti, tunc est causa omnium, quæ fecit Deus.

Ad secundum dicendum, quod uoluntas habet completam rationem causæ, inquantum obiectum eius est finis secundum rationem boni, qui, l. finis est causa causarum. Vnde & uolūtas imperiũ habet super alias uires animæ. Et ideo uoluntas Dei absolute dicitur causa rerum, sed de scientia non est ita, sicut patet per prædicta. Licet.n. in Deo sit una res, tamen aliquid attribuitur uni, quod non attribuitur alteri, & ideo ratio non procedit.

Ad tertium dicendum, quod Aug. loquitur de scientia beneplaciti, sicut patet. Agit.n. de bonis tantum, f. de creaturis, quas Deus facit. Quas quidem nouit non solum scientia simplicis notitiæ, sed etiam scientiæ beneplaciti.

Licet autem scientia, uel præscientia Dei aliquo modo sit causa rerum scitarum (ut dictum est) nullo tamen modo res possunt esse causa scientiæ, uel præscientiæ Dei. Non.n. Deus accipit cognitionem a reb. sicut nos accipimus, sed seipsum intelligit, & cognoscit. Quãuis igiť res nō pscirētur nisi essent futuræ, non tñ ideo præsciuntur, quia futuræ. Si.n. hoc esset, tunc temporale esset causa æterni, & creatum causa creati, & ex creaturis penderet scientia Creatoris. Et ideo dicit Aug. in 15. lib. de Trin. Vniuersas aũt creaturas & spirituales, & corporales, nõ quia sunt, ideo nouit, sed ideo sunt, quia nouit.

Cum ergo dicitur, Res non præscirentur, nisi essent futuræ, non notatur ibi causa, nisi forte sine qua non, sed importatur solum consequentia unius ad alterum.

C A P. I I I I.

Vtrum præscientia Dei necessitatem eueniendi rebus imponat.

EX prædictis colligi potest, quod præscientia Dei necessitatem eueniendi reb. non imponit. Si.n. præscientia Dei accipiatur pro simplici notitia futurorum, certum est, quod ipsa non est causa rerum præscitarum, ut ex iam dictis apparet, & ideo licet præsciat res futuras, non tamen eis necessitatē imponit. Vnde Aug. super Io. Deus (inquit) futurorum præscius per Prophetam prædixit infidelitatem Iudæorum, sed non fecit. Non.n. ideo quenquam ad peccandum cogit, quia futura hominum peccata prænouit, illorum.n. præsciuit peccata, non sua. Si autem scientia Dei accipiatur pro notitia beneplaciti, similiter necessitatem rebus contingentibus non imponit. Omnia enim sic cognoscit esse futura, sicut uentura sunt, & cuncta quæ contingenter eueniunt, (ut illa quæ sunt a libe. arbi. & a casu, & a fortuna) sic præscit esse futura cōtingenter, sicut etiã præscit modum contingentiæ, secundum quem sunt. Vnde sicut erroneum est dicere, quod humani actus, & euentus præscientiæ, & ordinationi diuinæ non subsint, ita erroneum est dicere, quod ex præscientia, uel ordinatione diuina humanis actibus necessitas ingeratur. Tolleretur.n. libertas arbitrii, legũ utilitas, consiliandi opportunitas, solicitudo bene uiuendi, & pœnarum præmiorumque iustitia.

Sed contra hoc obiicitur. Dictum est supra, quod præscientia beneplaciti est causa rerum. Sed omnis causa necessaria inducit necessario effectum, posita enim causa necessario ponitur effectus, nisi sit deficiens in minori parte. sicut est causa naturalis. Cum ergo præscientia Dei non sit deficiens, uidetur quod id quod præscitum est Deo sit necessarium.

Amplius. Omne quod Deus præscit, est uerum, quia scientiæ Dei falsum subesse non potest. Sed (ut dicit Philosophus in primo Perihér.) omne quod est quando est, necesse est esse. Ergo si præscitum est modo uerum, necesse est nunc esse uerum. Sed futurum est præscitum. Ergo necessarium est futurũ esse. Ergo de necessitate eueniet.

Præterea, Ponatur, quod Deus præscit aliquid in partem affirmatiuam, ut Socratem currere. Tunc sic. Aut est possibile Socratem non currere, aut non est possibile. Si non est possibile ipsum non currere, ergo ab æquipollenti necesse est ipsum currere, & sic habetur propositum. Si autem possibile est ipsum non currere, ponatur ergo (possibile enim est secundum Philosophum, quo posito non sequitur inconueniens) sed positum erat, quod Deus præsciret Socratem currere, ergo præscit esse futurum quod non est futurum, omnis autem talis scientia falsa est, ergo scientia uel præscientia Dei falsa erit, quod est impossibile. Relinquitur ergo, quod Socratem non currere, non sit possibile, sed necessarium.

Item, Si Deus præscit Socratem currere, aut est possibile aliter euenire, aut non est possibile. Si non est possibile aliter euenire, ergo necessarium est sic euenire sicut præscitum est, & sic habetur propositum. Si autem possibile est aliter euenire,

re, quam Deus præscit, ergo diuina præscientia est fallibilis, & incerta, quod est falsum.

Adhuc secundum Philosophum in lib. Priorum, ex maiori de necessario, & minori de inesse, sequitur conclusio de necessario. Inde sic, Omne præscitum a Deo necesse est esse verū. Sed Socratem currere est præscitum a Deo, ergo necesse est esse verum. Et sic idem quod prius.

Item, in omni vera conditionali si antecedens est necessariū absolute, & consequens est necessarium absolute, quia ad antecedens semper sequitur consequens, & ad necessarium nunquā sequitur nisi necessarium, sicut ad uerum numquam sequitur falsum, quamuis ad falsum aliquando sequatur uerum, ut probatur in primo Priorum. Sed in hac cōditionali. Necesse est Socratem currere, si est præscitum a Deo, antecedens est necessarium absolute, tum quia omne præscitum est necessarium, tū quia omne æternum est necessarium. Ergo Socratem currere est necessarium absolute.

In contrarium est authoritas Augustini sumpta a simili in lib. de libero arb. dicentis. Sicut tu memoria tua non cogis esse facta, quę præterierunt, sic præscientia non cogit fieri, quæ futura sunt.

Item potest ostendi per rationes ducentes ad impossibile Si enim præscientia Dei necessitatem reb. imponeret (sicut dictū est) tolleretur libertas arbitrii. periret consiliandi opportunitas, frustra bonis præmia, & malis supplicia ponerentur, inutile boni præmiarentur, & mali punirentur, laus, & uituperium deperiret, (quia ut dicit Hiero. nemo peccat in eo, quod uitare non potest) peccata nostra ad authorem bonorum omnium referentur, nec speculandi aliquid, uel deprecandi ratio ulla esset.

Respon. dicendum, quod propter huiusmodi difficultates duplex fuit error circa istam materiam. Quidam enim propter ordinem causæ ad causatum dixerunt, quod cum præscientia Dei sit causa rerum, & sit immutabilis, rebus necessitatem imponit, & ideo abstulerunt liberum arbitrium. & peccatum. Et hæc positio fuit hæretica, & iniqua, quia destruit bonos mores. Alii uero propter ordinem scientiæ ad scitum, dixerunt q̄ cum scientia sit certa cognitio ex ipsa ratione certitudinis, requirit determinationem in re scita. Sed in futuris contingentibus non est alterum determinate uerū, & ideo de eis certa cognitio esse non potest, nisi quando sunt. Cum autem Dei cognitio sit certissima, & infallibilis, negauerunt Deum de futuris contingentib. præscientiam habere, cogitantes intellectum diuinum ad modum intellectus nostri cognitionem accipere. Et hæc similiter positio hæreticæ fuit & impia, quia derogat uoluntati diuinæ. Et ideo positio uera & catholica est (quæ Deū honorat, & bonos mores conseruat) quòd in Deo est certissima præscientia futurorum omnium, nec tamen reb. contingentibus necessitatem imponit. Q̄uo aūt hoc esse valeat, si percipi potest. Manifestum est, q̄ quando sunt multæ causę ordinatæ, effectus vltimus non sequitur causam primam in necessitate, vel contingentia, sed causam proximam, quia virtus causæ primę recipitur in causa secundum modum causæ secundæ, nam omne quod recipitur in aliquo, est in eo secundum modū recipientis, & non secundum modum recepti. Effectus.n. ille non procedit a causa prima, nisi secūdum q̄ virtus causæ primæ recipitur in causa secūda, vt patet in fructificatione arboris, cuius causa remota siue prima est motus Solis, proxima vero est virtus generatiua plantæ. Fructificatio aūt impediri pōt per impedimentū virtutis gñatiuæ, quis motus Solis inuariabilis sit. Similiter & scia Dei, licet sit inuariabilis cā oium, effectus tñ producuntur ab ipsa per operationes cāru̅m secundarum. Et ideo mediantibus causis secundis necessariis producit effectus necessarios, & mediantibus causis secundis contingentibus producit effectus contingentes.

Sed adhuc manet dubitatio maior de infallibilitate diuinæ præscientiæ, quia licet prima causa possit stabilis esse cum defectu causæ secundæ (sicut motus cœli cū sterilitate arboris) scia tñ Dei nō pōt stare cū defectu cāæ secundæ, non.n. pōt esse, q̄ Deus sciat simul hūc hoiem currere, & ipse deficiat a cursu. Et hoc est pp certitudinē scientiæ ipsius. Ad hoc ergo q̄ sit certa scientia, oportet inuenire aliquam certitudinem in re scita.

Sciendum est igitur, q̄ antequam res sit, non hēt esse, nisi in causis suis, sed causæ quędam sunt ex quibus necessario sequitur effectus, quæ impediri nō pñt. Et in istis causis hēt effectus esse certū, & determinatū, adeo quod pōt ibi fieri demōstratio, sicut est ortus Solis, & eclypsis Solis & Lunæ, & hmōi. Quædā aūt sunt, ex quib. sequuntur effectus in maiori parte, sed tñ deficiunt in minori. Vñ in istis causis effectus futuri non hñt certitudinē absolutam, sed quandam in quantum sunt magis determinatæ cāæ ad vnum, quā ad aliud. Et ideo per istas cās pōt accipi scia coniecturalis de futuris. Quæ tantò magis est certa, quantò sunt cāæ magis determinatæ ad vnū, sicut est cognitio medici de sanitate infirmi, ac morte futura, & iudicium astrologi de ventis, & plunijs futuris. Quædā verò causæ sunt, quæ se hñt ad vtrumlibet. Et in istis causis effectus futuri nullā hñt certitudinē, vel determinationē. Et ideo contingentia ad vtrūlibet, in causis suis nullo mō cognosci pñt, sed qñ iam efficiuntur in rerum natura, tunc hñt in seipsis eē determinatū. Et iō qñ sunt in actu, certitudinaliter cognoscūtur, vt patet de eo qui videt Socratē currere, quia tunc certā cognitionē hēt de cursu ipsius, nā Socratem currere dum currit, necessarium est. Intellectus autem diuinus ab æterno intuetur in vnumquodq; contingentium, non solum prout est in causis suis, sed prout est in esse suo determinato, nisi enim hoc esset, aliter cognosceret rē postquam est, quàm antequam fieret, & sic ex euētibus rerum aliquid accresceret cognitioni eius. At verò cognitio Dei non causatur a rebus sicut nostra, sed potius ipsa est causa rerum cognitarum.

Scientia ergo Dei cum sit uera, & perfecta eo modo quo res futuræ sunt, eas euenire cognoscit. Et ideo ab æterno vno intuitu uidit singula tempora, & cunctos hominum actus, & rem talem esse in hoc tēpore, & in hoc deficere. Patet igitur quod præscientia Dei perfecte, & inuariabiliter cognoscit res futuras prout eueniunt, nec tamen rebus contingentibus necessitatem imponit.

Ad primum ergo dicendum, quod effectus non trahit necessitatem a causa prima, sed solum a causa proxima, ut dictum est. *Vbi sup. ad primum.*

Ad secundum dicendum, quod dictum Philosophi intelligitur de eo, quod aliquid in actu ponit circa subiectum, quod postquam positum est, impossibile est non esse positum. Sed uerum de futuro nihil ponit circa subiectum, quia non est uerum pro præsenti, sed solum pro futuro, & ideo nullam habet necessitatem.

Ad tertium dicendum, quod duplex est necessitas, s. absoluta, & conditionata, siue respectiua. Necessitas absoluta, quæ opponitur contingentiæ dicitur necessitas consequentis, quæ est causis necessariis. Necessitas autem conditionata est ex suppositione, siue conditione, & dicitur necessitas præsentiæ. Et hæc non opponitur contingentiæ, quia non est ex causis necessariis absolute. Nam aliquod contingens necessario sequitur facta suppositione, ut si ponatur, quod Socrates currit, necessario sequitur quod moueatur.

Dicendum est ergo, quod actus diuinæ cognitionis transit super contingens (etiam si futurum sit nobis) quia ei semper est præsens, sicut transit uisus noster super ipsum cum est præsens. Et quia omne quod est, dum est, necesse est esse, quod tamen absolute non est necessarium, ideo in se consideratum est contingens, sed relatum ad Dei cognitionem est necessarium, quia ad ipsam refertur, secundum quod est in esse actuali, cum æternitati omnia sint præsentia. Non enim Deus uidet tantum hanc rem respectu præcedentis temporis esse futuram, & respectu futuri esse præteritam, sed uidet id tempus in quo est præsens, & rem esse præsentem in hoc tempore. Vnde omnino simile est, si ego uideam præsentialiter Socratem currere, quod quidem in se contingens est, sed relatum ad uisum meum, est necessarium. Vnde secundum distinctionem posita dicendum est, quod præscitum est necessarium necessitate consequentiæ siue conditionata, & non necessitate consequentis siue absoluta.

Ad quartum dicendum, quod infallibilitas, & certitudo præscientiæ Dei, prouenit ex hoc, quod rem uidet semper, ut præsentem, sicut dictum est. Non tamen ex hoc, quod res præscita necessitatem absolutam acquirit, sed conditionatam solum, ut iam patuit.

Ad quintum dicendum, quod ista propositio, Omne scitum a Deo necesse est esse, est duplex. Pōt enim esse de dicto, & sic est composita, & est uera, quia hoc dictum est necessarium, s. scitum a Deo est uerum. Vel potest esse de re, & sic est diuisa, & falsa, hanc enim rem, quæ ponitur scita a Deo, non est necesse fieri, quia contingenter fit. Et similiter conclusio duplex est: Huius autem distinctionis ratio est, quia potest istud sumi secundum conditionem, quæ subiacet diuinæ scientiæ, & hoc est secundum quod habet esse determinatum in actu, & sic necessitatem habet. Vel potest illa res sumi sine ulla conditione, & sic non est necessarium, quia potest considerari prout est in causis suis antequam fit in actu, & ibi non habet necessitatem, nec ibi tantum est scita a Deo futura esse, non.n. scit Deus effectū contingentē eē determinatū in sua causa, quia esset falsa scientia, cum in causa sua non sit determinatus. *Vbi sup. ad quintum.*

Ad sextum dicendum, quod ad hoc argumentum quidam sic respondent, & dicunt, quod hoc antecedens, s. esse præscitum a Deo, est necessarium, nec tamen consequens est necessarium, quia illa regula intelligitur tantum in illis conditionalibus in quibus antecedens est causa consequentis. Sed quia regula illa non probatur a Philosopho ex ratione causalitatis, sed ex ratione consequentiæ (secundum quam ex necessario sequitur neces-

necessarium, siue sit causa, siue effectus) ideo aliter pôt dici, q antecedens est necessarium, absolute tamen ista res nõ ponitur subiacere diuinæ sciæ, nisi dum in actu, secundum qđ determinationem, & certitudinē hēt, ipsam. n. necesse est eē dum est. Et ideo similis necessitas inferenda est in consequente, vt. s. accipiatur ipsum qđ est Socratem currere, secundum q est in actu, & sic determinationem, & necessitatem hēt. Vñ patet, q si sumat Socratē currere, secundum hoc q ex ante sequitur, necessitatē hēt, nō. n. sequitur ex ante, nisi secūdum q subiiat diuinæ sciæ, cui subiicitur prout consideratur pñtialiter in suo eē actuali, vñ sic ēt sumendū est cōsequens. Et hoc mō patet, q consequēs necessarium est, necesse est. n. Socratem currere dū currit.

Vbi sup. ad sextum, circa finem.

C A P. V.

Vtrum prædestinatio habeat certitudinem.

Post hæc etiam de prædestinatione restat inuestigare. De qua hic ad præsens, præter ea, quæ dicta sunt, duplex consideratio erit.

Prima quidem, vtrum prædestinatio certitudinem habeat.

Secunda, vtrum necessitatem imponat.

Ad primū ergo sic proceditur. Videtur quòd prædestinatio certitudinem nō habeat. Dicitur. n. Apoc. 3. Tene qđ habes, ne alius accipiat coronā tuā. Aut hoc intelligitur de corona pñtis iustitiæ, aut de corona gloriæ. Sed nō de corona pñtis iustitiæ, quia gratia quam quis hēt eo peccante destruitur, nec de subiecto in subiectū mutatur. Ergo intelligitur de corona gloriæ. Sed gloria non est alicuius in statu vitæ, nisi secundum quod est ei prædestinata. Ergo videtur, quod vnus possit accipere qđ alij prædestinatum est, & sic prædestinatio certa non erit.

1. dis. 40. q. 3. ar. 3. vnico.

Præterea, Greg. in Mor. dicit, quod alijs cadentib. in eorū locum alii succedunt. Sed locus gloriæ non potest dici eorum, nisi quia est ei prædestinatus, ergo idem quod prius.

Item in Psal. dicitur: Deleantur de libro vitæ, & cum iustis non scribantur. Sed non potest deleri de libro, nisi quod ibi scriptum est. Cum ergo prædestinatio sit liber vitæ, vt q aliqs a prædestinatione possit deficere, & ita certitudinē non habebit.

Amplius, Eorum, quæ nō sunt determinata, nec in se, nec in causis suis non pôt esse certitudo. Sed motus liberi arb. (qđ est cā ad utrumlibet) non sunt determinati nec in se, nec in causis suis antequam sint. Cum igitur effectus prædestinationis explicatur motib. liberi arbit. qui sunt opera meritoria, sequitur quod prædestinatio nullam certitudinem habeat.

In contrarium est authoritas D. August. in libro de Correptione, & gratia dicentis: Certus est numerus electorum, qui non potest minui, nec augeri.

Cap. 13.

Præterea, 2. Tim. 2. dicitur, Nouit Deus qui sunt eius. Cum ergo diuina cognitio sit certa, & infallibilis (vt supra dictū est,) & prædestinatio in sui ratione præscientiam includat, prædestinatio certa erit.

Respondeo dicendū, quòd cum diuina cognitio perfecta sit, certa est, & infallibilis. Et ideo non solum numerus prædestinatorum Deo certissimus est (licet incertus sit nobis) sed ēt numerus reproborum. Sciendum tamen est, quòd secundum statum præsentis iustitiæ, quidam habentes gratiam, perdunt eā, dum in peccata labuntur, & eis cadentib. in eorum locum alii admittuntur, dum opera ipsorum in charitate facta, quæ sibi, & aliis proderant (secundum quod charitas omnia merita sanctorum cōia facit) ipsis peccātib. eis prodesse desinunt ad æternæ vitæ meritum, eorum aūt fructus in illis manet, qui in gra perseuerant. Non tamen ita, quòd eadem gratia numero quæ in vno erat, ipso peccante, in alium transmutetur. Vnde secundum statum præsentis iustitiæ, nūquam ecclesia destruitur existentib. in gratia, quia quibusdā peccantib. in gratiam alii a Domino aduocantur. Et totum est certissimū apud Deum, vnde Apoc. 3. super illo verbo. Tene qđ habes, &c. dicit glo. cum sit Deo certus numerus suorum si quis labatur, alius misericordia in locum eius subinducitur, sicut per superbiam Iudæorū gentilitas subintrauit.

Vbi sup. ad primū, & secundum.

Et per hoc patet responsio ad primum, & secundum argū.

Ad tertium dicēdum, quod prædestinatio dicitur liber vitæ secundum quod in eo dicitur aliquid scribi, non solū quantum ad præsentem iustitiam, sed ēt quantum ad futurā gloriam, & sic nullo modo pôt dici aliquis deleri de libro vitæ. Sed illud, quod est ibi scriptum quantum ad præsentem iustitiam tantū, dicitur deleri, non mutatione facta ex parte libri, ut in eo aliquid fuerit, quod postmodum non sit, sed ex parte illius qui in eo scriptus erat [illegible] quantum scilicet ipse mutatur a statu præsentis iusti[illegible].

Vbi sup. ad quartum.

Ad qua[illegible] dicēdum, quod contingens futurum, (ut motus liberi ar[illegible] qua[illegible] [illegible]minatum in causa sua, est tamen deter[illegible] secundum quod est in actu. Et sic subiac[illegible] certitudini [illegible], sicut supra dictum est de futuris contingentibus [illegible] præcedenti capite.

C A P. VI.

Vtrum prædestinatio necessitatem imponat.

Deinde inuestigandum est, vtrum prædestinatio necessitatem imponat. Et videtur quod sic, quandocunque. n. aliqua causa est tantæ virtutis ad producendum effectum, quòd impediri non pôt, necessitatem & coactionem inducit. Sed prædestinatio (quæ est causa salutis hominum) voluntatem Dei nominat, quæ impediri non pôt. Vnde dicitur Hester 13. Nō est qui tuæ possit resistere voluntati. Ergo prædestinatio necessitatem imponit. Cui rei videtur attestari Apost. Rom. 9. dicens, Cuius vult miseretur, & quem vult indurat. Et Psalm. Omnia quæcunque voluit Dominus, fecit.

Præterea. Nulla voluntas ligata, vel impedita ad eliciendum proprium actum, est libera sed coacta. Sed voluntas humana p prædestinationē ligatur & impeditur ad eliciendum actū proprium, quod est velle, vt videtur dicere Apost. ad Ro. 9. dum dicit: Non est uolentis nec currentis, sed miserentis Dei. Interli. non est uolentis, s. velle, & currentis, s. currere, i. operari. Ergo voluntas humana per prædestinationem cogitur. Et sic idē qđ prius. Hoc idem confirmatur per id quod dicitur Phil. 2. Deus est qui operatur in nobis, & velle, & perficere pro bona uoluntate, s. sua, vt dicit Interli. Ergo talis erit vnusquisque qualem vult Deus, cū nihil possit, nisi quod Deus vult. Ad idem ostendendum valet id quod dicitur Ioan. 6. Nemo potest venire ad me, nisi Pater, qui misit me, traxerit eum.

Vlterius videtur, quòd Deus sit causa reprobationis, & excæcationis, sicut est causa prædestinationis, & eodem modo reprobatis necessitatem imponat.

1. dis. 40. q. 4. art. 2.

Primo per id quod dicit Apost. 2. Cor. 4. Deus huius sæculi excæcauit mentes infidelium, & una gl. exponit hoc de Deo vero. Ergo ipse est causa excæcationis.

Ad idem est quod dicitur Rom. 9. Cuius vult miseretur, & quem vult indurat.

Amplius, secundum Philosophum in posteriorib. si affirmatio est causa affirmationis, & negatio est causa negationis. Et velle diuinum est causa, quod iste habeat gratiam, quia scilicet ipse Deus vult. Ergo videtur, quòd non velle Dei, sit causa, qua re ille gratiam non habeat. Sed hoc est obduratio. Ergo ex parte Dei accipienda est causa obdurationis.

Præterea, Sicut dicit Philosophus in 2. Phys. id quod per sui præsentiā est cā salutis nauis i. gubernator, per sui absentiā est causa periculi. Sed Deus per sui præsentiam in anima est causa gratiæ. Ergo per sui absentiam est causa obdurationis.

Sed contra, Nullus iuste culpatur vel laudatur punitur, vel remuneratur de eo, quod ipsi necessitatē, & coactionē ingerit, & cuius cā in ipso non est. Sed hō iuste laudatur vel culpatur, punitur uel remuneratur de his, quæ ab eius uoluntate procedunt. Ergo prædestinatio voluntati hominis necessitatem non ingerit, & obdurationis causa non existit.

Respondeo dicendum ad primam quōnem, quòd licet prædestinatio certitudinē hēat, non tñ illa certitudo necessitatem saluandis imponit, sicut. n. supra dictum est in primo c. Prædestinatio in suo intellectu includit præsciam, voluntatē, & prouidentiam. Prouidentia aūt quāuis sit oium, (vt dictum est) non tamen oia necessario eueniunt, sed secundum conditionem proximarū causarū, quarū naturas, & ordinē prouidentia non destruit, sed conseruat. Præscia ēt non imponit necessitatē rebus, nec inquātum est cā, cum sit cā prima cuius conditionē effectus non sequuntur, sed cāæ proximæ. Nec inquantū certitudinē, & determinationē hēt, quia illa certitudo diuinæ præsciæ attenditur non secundum quod res est in suis causis (in quib est, vt possibile futurum tm̄) sed secundum quod hēt esse determinatum in actu, prout est præsens, & non futura, vt supra expositū est c. 4. Voluntas ēt cū sit cā vniuersalis, & prima oium rerū, nō excludit oēs proximas causas rerum. Nec hoc est ex insufficiētia voluntatis, sed ex ordine sapientiæ ipsius, quæ effectus mediantib. aliis causis prouenire disposuit, ut sic ēt causandi dignitas creaturæ cōicaretur. Vnde diuinæ uoluntatis efficacia exigit, ut non solum fit quod Deus vult, sed ēt ut hoc mō fit sicut Deus vult illud esse. Et ita patet quòd certitudo prædestinationis nullam necessitatem saluandis imponit.

1. dis. 40. q. 3. artic. 1. corp. post medium.

1. q. 19. art. 7. ad 2. & 1. cō. c. 86. ratione 1. & lib. 3. 2. ad medium.

Ad primum ergo dicendum, quod quamuis Dei voluntas sit immutabilis & inuincibilis, non tamen sequitur, quòd ois effectus eius sit necessarius necessitate absoluta, quam habet res a causa sua proxima, sed solum necessitate conditionata, sicut etiam de præsentia dictum est.

Ad authoritatē aūt Apostoli qui dicit. Cuius vult miseretur, &c. dicendum est, quod Apostolus intendit quod Deus nō prædestinat aliquē, uel infundit ei gratiā coactus, quasi ex necessitate naturæ, vel iustitiæ, vel ex meritis præcedentib. alicuius, sed ex mera liberalitate volūtatis suæ. Et quod ita debeat intelligi, patet per literam præcedentem de Iacob & Esau, de quib. ibi dicitur, Cum enim nondum nati essent, aut aliquid boni egissent, aut mali, vt secundum electionem propositum Dei

maneret,

maneret, non ex operibus, sed ex vocatione dictum est ei, quia maior seruiet minori.

Authoritas ẽt Psalmistæ non cogit dicere, ꝙ voluntas Dei necessitatem imponat, sed quod semper infallibiliter impleatur. Sciẽdũ tñ est, ꝙ Deus dicitur velle aliquid dupliciter. Vno mõ propriè, & sic dicitur velle aliquid cuius uoluntas verè in eo est, & qđ sibi cõplacet. Et hæc dicitur voluntas beneplaciti, quæ semper in omnib. infallibiliter adimpletur. Et de hac loqtur Psal & Isa. 4. Oĩs voluntas mea fiet. Alio mõ dicitur velle aliquid metaphoricè, i. per similitudinẽ, eo ꝙ ad modũ volẽtis se hẽt inquantum præcipit, vel consulit, prohibet vel permittit aliquid. Et hæc dicitur voluntas signi, quæ non semper impletur. De qua dicit Apost. 2. ad Tim. 2. Qui vult oẽs hoĩes saluos fieri. Cum tñ oẽs salui non fiant, sed multi damnentur. De hac ẽt dicitur Matt. 33. Quoties uolui congregare filios tuos, quẽadmodũ gallina cõgregat pullos suos sub alas suas, & noluisti.

1. dist. 8. ar. vl. cor. post pricipium.

Ad aliud dicendum, quod voluntas humana per prædestinationem non ligatur, nec impeditur ad eliciendũ propriũ actũ, sed iuuatur. Ideo aũt dicit Apostolus, ꝙ nõ est volẽtis velle, nec currentis currere, sed miserentis Dei, quia nemo põt per conatum propriæ uoluntatis consequi gratiã, uel per naturalia propria opus gratuitũ elicere sine diuino auxilio. Vnde ipse Christus dicit Io. 3. Sine me nihil potestis facere. Cuius rõ est, quia licet voluntas hoĩs libera sit, tñ hanc libertatem non hẽt nisi a Deo, qui est cã efficiens hmõi libertatis. Et sicut dr̃ in libro de causis, Oĩs cã primaria plus est influens sup suũ causatũ, q̃ causa secunda, quia virtus, & eẽ cãæ scđæ totũ est a cã prima, & sic actus, & operatio causæ secundæ reducitur in causam primam, cuius virtute operatur. Et per hunc modum dicit Apost quod Deus operatur in nobis velle & perficere.

At id vero quod dicitur, Nemo põt venire ad me, nisi Pater meus traxerit eum, dicẽdum ꝙ homo trahitur tripliciter, aliqñ. n. trahitur violentia, sicut Susanna trahebatur ad mortẽ, vt dicitur Dan. 13. & Eleazarus trahebatur ad supplicium, vt dr̃ 2. Mach. 6 Et de hac tractione dicitur Prouer. 24. Qui trahuntur ad interitũ, liberare, ne cesses. Aliqñ vero trahitur hõ amore, vel delectationib. allectus, vel beneficiis prouocatus, sicut trahitur puer ouo uel pomo sibi oñso, vñ dicit̃, Trahit sua quemque voluptas. De hac tractione dr̃ Oseæ 11. In funiculis Adã trahã eos, in vinculis charitatis. Et Cant. 1. Trahe me, &c. & Io. 12. Si exaltatus fuero a terra, oĩa trahã ad meipsum. Aliqñ aũt trahitur timore supplicij territus, sicut trahũtur qui timent supplicia. De hac tractione dicitur Iac. 2. Nonne diuites per potentiam opprimunt vos, & ipsi trahunt vos ad iudicia. Tractio ergo illa, de qua loquitur Chr̃s (vt oñdit glos.) non est uiolentiæ, nec necessitatis, nec metus, sed voluntatis desiderij.

Ad secundã qõnem dicendũ, ꝙ reprobatio in suo intellectu tria includit, s. æternã præsciam meritorum, tẽporalẽ obdurationem, siue excæcationẽ, & finalẽ dãnationẽ. Præscia meritorũ cãm non hẽt, cum. n Deus nõ accipiat cognitionẽ a rebus, sicut nos accipimus, sed ex seipso res intelligat & cognoscat, nullo modo res futuræ possunt dici causa præscientiæ Dei, sicut supra in fine tertii capituli dictum est.

Item cum præsentia secundum propriam rationem nõ aliud dicat nisi simplicem notitiam futurorum, non importat aliquã causam, & ideo futurorum, & præcipue malorum causa eẽ non potest, sicut supra, 3. c. dictum est. Et secundum hoc reprobatio est tantum præscientia culpæ, sed non causa

Secundum autem & tertium, i. temporalis obduratio & finalis damnatio, duplicem cãm hñt, unã ex parte hominis per modum meriti, aliam ex parte Dei per modum iustitiæ, culpæ merito pœnam adhibentis. Obduratio. n. qñque dicitur actus uoluntatis obstinatæ in malo, cui pertinaciter adhæret. Et sic constat ꝙ obdurationis cã non est Deus, sed hõ, sicut nec alterius actus peccati inquantum deformis est. Aliqñ aũt obduratio dr̃ ipsa priuatio gratiæ, quæ ẽt excæcatio dicitur, quia gratia est quoddã lumen aĩę, & perfectio quędã habilitans ipsam ad bonũ. Aliquem aũt carere gratia, ex duob. contingit, tum quia ipse non uult recipere, tum quia Deus non ei infundit, vel non vult infundere. Horum aũt duorum talis est ordo, ut secundũ non sit nisi ex suppositione primi. Cum. n. Deus nihil uelit, nisi bonũ, non vult aliquem gratia priuare, nisi secundum, ꝙ bonũ est, sed quod aliquis careat gratia, non est bonũ simpliciter. Vñ hoc absolutè consideratum, non est uolitũ a Deo. Est tamẽ bonum, ut careat gratia, si eam habere non uult, uel si negligẽter ad eã habendam se præparat; quia iustum est, & hoc mõ est uolitum a Deo. Patet ergo quod hmõi defectus absolutè cã prima est ex parte hominis qui gratia caret, sed ex parte Dei non est cã huius defectus, nisi ex suppositione illius, quod est causa ex parte hominis. Et per hunc modum quandoque inuenitur Deus causa excæcationis uel obdurationis, non quidẽ immittendo malitiam, sed nõ impertiendo gratiam, sicut nec digni, vt dicit Aug. Si. n. non necessario impertitur, in ipso est imperiri, & non impertiri, vnde eius quod est non impertiri, aliquo mõ causa est. Obduratio igitur ex parte hoĩs hẽt rõnem culpę, sed ex parte Dei hẽt rationem iustitiæ. Similiter finalis damnatio habet duplicem causam, s. ex parte hominis, commissionẽ culpæ, & ex parte Dei, illationem pœnæ.

Et per hoc patet respõsio ad primas duas auctoritates, quòd Deus excæcat mentes infidelium, non impertiendo malitiam, sed iuste subtrahendo gratiam. Similiter, Obdurat quem vult: quia non cogitur cuiquam indigno conferre gratiã. Nec est cõtra uoluntatem Dei, sed secundum voluntatem ipsius, quòd aliquis pro merito malitiæ suæ obduretur, inquãtum obduratio dicit pęnam iusto iudicio culpæ obstinationis illatam.

Ad tertium dicendum, quod effectus non sequitur, nisi concurrentib. omnib. causis, sed ex defectu vnius causæ tñ cõsequitur negatio effectus. Dico igitur quòd causa gratiæ sicut agẽs, est ipse Deus, & sicut recipiens, ipsa anima per modũ subiecti, & materiæ. Et ideo quia formæ inductę non est causa materia, neque subiectum, nisi sit tale subiectum, ex cuius principijs fluit accidens (quale accidens non est gratia) ideo non dicitur simpliciter anima causa gratiæ, sed recipiens tñ; Deus aũt est causa, dicitur tamen anima causa malitiæ. Nec oportet quod omnis defectus incidat ex parte agentis, sed põt incidere ex parte recipientis. Et ita est in proposito, ipsa. n. anima est causa obdurationis, inquantum obduratio culpam dicit.

Ad quartum dicendum. quòd Deus quantum est in se, nulli est absens, sed homo a Deo præsente se absentat, sicut se absentat a præsenti lumine, qui claudit oculos. Et ideo non est simile quod pro simili ponitur.

CAP. VII.

Quare Deus creat hominem, quem præscit esse damnandum.

VLtimò considerãdum est, quare Deus facit hominẽ, quem præscit esset damnãdum. Sunt. n quidam vesani, qui Deo in hoc iniquitatis maculam imponere non verentur, dicentes eum iniquum, & impium, qui opus suum facit ad intolerabiles, & interminabiles cruciatus.

Rationes igitur adducendæ sunt ad tantam vesaniam refrænandam, & Dei iustitiam demonstrandam. Et primò ostendendum est, quòd uoluntas Dei facientis hoĩem quem præscit esse damnandum, non est iniqua. Deinde ponendæ sunt rõnes probabiles, quare Deus facit hominem quem præscit esse damnandum. Sciendum est itaque, quod ratio quare Deus hoc facit, est sua volũtas, quæ causa est omnium quæ ab eo fiunt, vnde dicit Aug. in 3. lib. de Trin. Non nisi Dei voluntas causa prima est sanitatis, ægritudinis, præmiorum atque pœnarũ, gratiarum, & retributionũ. Hæc igitur sola est unde ortum est quicquid est. Voluntas aũt eius iniusta, vel iniqua esse non põt. Ex duob. n. contingit voluntatem alicuius a rectitudine deuiare, videlicet aut ex ignorantia, aut ex affectione peruersa. Quæ quidẽ duo in Deo esse nõ possunt. Cum. n. sit summe sapiens, ignorãtia in eum non cadit. vnde dr̃ Iob 12. Apud eum est sapiã & fortitudo, & ipse hẽt consiliũ, & intelligentiam. Et ideo clamat Apost. Rom. 11. O altitudo diuitiarum sapiæ & sciæ Dei, &c. Hic etiã Iob 9. dr̃ Sapiens corde, & fortis robore. Item cũ oĩs artifex naturaliter diligat opus suum, impossibile est opificẽ oĩum odire aliquã creaturam, & ideo affectio inordinata in eo esse nõ põt. Vnde dr̃ Sap. 11. Diligis oĩa quæ sunt, & nihil eorum quæ fecisti, nec ẽt odiens aliquid constituisti, aut fecisti. Ex his ergo apparet Dei uolũtatem creatricẽ oĩum iustissimam fore, nec maculã aliquam iniquitatis habere. Et hoc est quod dicitur Deut. 13. Deus fidelis, & absque vlla iniquitate iustus, & rectus. Item Abac. 1. Mundi sunt oculi tui, ne videas malum, & respicere ad iniquitatem non poteris. Et ideo dicit Ps. Iustus dñs, & iustitias dilexit, quantum ad ornatissimam affectionem æquitatẽ vidit vultus eius, quantum ad perfectissimã cognitionẽ. Licet autẽ Deus sit rectissimus, & nihil odiat eorum, quæ fecit: dr̃ tamen odire aliqua metaphoricè, non inquantum ab ipso procedunt, sed inquantum egrediuntur a regula rectitudinis suæ. Illud. n. quod non esse volumus, odire dicimur, vnde cum mala fiãt cõtra regulam rectitudinis eius (quia sunt priuatio modi, spẽi, & ordinis, vt dicit Aug.) ea vult non esse, & ideo malos odio hẽre dicitur. Vnde Sap. 14. Odio sunt Deo impius, & impietas eius: Dicitur ẽt odire illos quorum punitionem vult. Sic. n. ad modũ odientis se hẽt. Et ideo dicit Ps. Odisti oẽs qui operanĩ iniquitatem, perdes oẽs qui loquuntur mendaciũ. Quia vero diuina uoluntas est cã rerũ oĩum, ipsa cãm hẽre nõ põt. Volũtati. n. cã uolendi est, finis aũt diuinæ volũtatis est sua bonitas, ipsa. n. bonitas Deo est cã volẽdi. Et iõ dicit Aug. in lo 83. qõnũ, quòd voluntate eius cã quærenda nõ est: nam ut idem dicit in li. contra Manichæos. Qui dicit, quare Deus [illegible] celũ, & terram, maius aliquid quærit, q̃ sit voluntas Dei, [illegible] aũt maius inueniri põt. Quamuis aũt [illegible] voluntas [illegible] n hẽat aliquid creatum, nihilomi[illegible] quæ [illegible] endi rõ assignari uel bonitas ipsiu[illegible] ad bonitat[illegible], uel sapiæ ipsius pulchritudinem [illegible]. Si. n. nulla posset [illegible] diuinæ bonitatis rõ assignari, [illegible] in quendam errorem declipare

Cap. 15.

*Alias, nisi quia.

sitre dicentium omnia procedere a Deo secundum simplicem voluntatem, vt de nullo oporteat reddere rationẽ quare* Deus vult. Quod diuinæ scripturæ manifeste contrariatur, quę Deũ perhibet secundum suæ sapientiæ omnia fecisse, secũdum illud Ps. Omnia in sapientia fecisti, &c. Et Eccl. 1. dicitur, ꝙ Deus effudit sapientiam suam super omnia sua. Aug. et in li. 11. super Gen. ad lit. dicit: Mouentur quidam dicentes cur creauit Deus, quos futuros malos præsciebat? Et respondens dicit, quia præuidit quid boni de malis eorum esset facturus; si enim eos fecit, ut in eis relinqueret vnde & ipsi aliquid facerent, quo quicquid etiam culpabiliter eligerent, illum de se laudabiliter operantem inuenirent.

Compescamus igitur humanam temeritatem, quæ Deo iniquitatis maculam imponere non veretur, & approbantes diuinam iustitiam, assignemus aliquas rationes, quare Deus creat hominem quem præscit esse damnandum. Sit igitur prima ratio talis ex parte diuinæ liberalitatis. Melius est esse aliquid cũ aliquo defectu, quàm non esse simpliciter. Cum autem in peccatore damnando duo sint; videlicet natura, quæ bona est, & culpa quæ mala est, non debuit Deus propter culpam subtrahere naturam, aliàs liberalitatem suam subtrahere videretur. Sicut videmus, quod bonus artifex arcam facit, quam etiam præscit aliquam maculam contracturam. Et hæc ratio potest colligi ex illo verbo Apost. Timot. 2. Si non credimus, ille fidelis permanet, negare seipsum non potest. Si autem objiciatur, quod artifex si sciret arcam in breui comburendam, eam non faceret, respondendum est, quòd si artifex sciret etiam in ipsa combustione sua sapientiam relucere, & arcam in igne non deficere, nõn propter hoc se subtraheret a factione ipsius. Vnde cum Deus sciat etiam in damnatis suam iustitiam, & suam sapientiam relucere (dum culpam per supplicium punit) conuemens est, ut propter hoc non se subtrahat.

Secunda ratio sumitur ex parte diuinæ prouidentię. Bonũ n. totius est melius, quam bonum particulare. Nam bonum particulare ordinatur ad bonum uniuersale, sicut imperfectũ ad perfectum. Ad ordinatam ergo prouidentiam pertinet potius promouere & conseruare bonum uniuersale, quã bonum particulare, & aliquãdo propter bonum uniuersale, particulare negligere, imo aliquando contra, particulare propter uniuersale facere. Sicut ad conseruationẽ reip. principes & rectores suspendunt latrones & interficiunt homicidas. Cum igitur natura humana per generationem propagetur & conseruetur, si Deus hominem dãnandum propagari uel nasci non sineret, uel aĩam nõ infunderet, ordinẽ generationis humanæ destrueret. Et sic bono uniuersali particulare præponeret, & rectitudo suæ prouidentiæ cassaretur, quod penitus est absurdum. Congruum est igitur, ut pp generalius bonum fiat homo & dãnãdus, Deo aliquid melius prouidente, ut dicit Apostolus ad Hebr. 11.

Tertio ratio sumitur ex parte diuinæ prouidentiæ & reuerentiæ simul. Nam quanto magis rector auget rempub. & ipsos reip. conseruatores gloriosius promouet, & potioribus donis remunerat etiam cum suppliciis aliquorum, deprimendo, s. & cruciando eorum aduersarios & reip. destructores, tanto laudabilior redditur. Cum igitur gloriam beatorum augeat, consideratio tormentorum hostium suorum, quæ ipsi Dei beneficio euaserunt, congruum fuit ut Deus etiam homines conderet quos sciebat esse damnandos. Beatis .n. accrescit gloria de perditione malorum, tum quia gaudent de uindicta eorum, iuxta illud Psal. Lætabitur iustus cum uiderit uindictam. Tum quia ipsi eorum supplicia euaserunt, & propter hoc in gratiarum actiones & laudem & reuerentiam exuberant Creatoris. 2. Mach. 2. De magnis periculis a Deo liberati magnifice gratias agimus ipsi. unde dicitur Psalm. Lætetur mons Sion, & exultent filiæ Iudæ, propter iudicia tua Domine. Et ideo dicit Aug. super Genes. Frustra dicitur. Non debet Deus creare quos præsciebat malos futuros, sciebat enim eos bonis pro futuros & iuste pro mala uoluntate puniendos. Hanc rationem innuit Apost. Rom 9. dicens uolens Deus ostẽdere iram & notam facere potentiam suam, sustinuit in multa patientia uasa iræ, apta in interitum, ut ostenderet diuitias gloriæ suæ in uasa misericordiæ, quæ præparauit in gloriam.

Si autem obiiciatur, quod nullus debet procurare propriam reuerentiam, & aliorum utilitatem cum dispendio aliorum, respondendum est, quod hoc uerum esset, si fraudulentia, uel aliqua iniustitia committeretur, sed quando iustitia non deseritur, sed seruatur, (ut in proposito fit, sicut ostensum est supra) semper debet bonorum utilitas procurari.

Quarta [illegible] ex parte diuinæ potentiæ, & sapientiæ simul [illegible] potens & ueritatem diligens, debet occ[illegible] potentiam [illegible] impotentiam simulare, ne infirmus [illegible]. Item nullus bonus artifex debet occultare [illegible] simulare, ne inscius uideatur. Vnde dicitur Eccle. [illegible], qui celat insipientiam suam [illegible] homo, [illegible] sapientiam suam. Si ergo Deus non fecisset quem sciebat esse damnandum, potuisset inscius & impotens reputari, & quod plus posset malitia, quam diuina potentia uel sapientia. Cuius contrarium scriptũ est Sap. 8 Sapientia uincit malitiam, attingit .n. a fine usque ad finem fortiter, & disponit omnia suauiter.

Hanc rationem tangit Apost. Ro. 9 cum dicit. An non hẽt potestatem figulus luti, ex eadem massa facere aliud quidẽ uas in honorem, aliud uero in contumeliam?

Si autem obiiciatur, quod nullus dẽt ostendere potentiã suã in alicuius iniuriã, respondendum est, ꝙ Deus ex hoc nulli facit iniuriã, uel iniustitiam, nec homo de Deo iuste conqueri potest. nam quicquid boni hẽt, a Deo hẽt. s. esse suum. Malitiã autem habet a seipso, ut sup. ostensum est. Vnde dicit Aug. sup Gen. loquens de futuris damnandis. A se habent uoluntatem malam, a Deo naturam bonam, & iustam pęnam. Quod autẽ homo de bono conqueratur, iniustum est, & ideo dicit Apost. Ro. 9. Nunquid iniquitas est apud eum? absit, & subditur. Nunquid dicit figmentum ei qui se finxit, quid me fecisti sic? Et Isa. 45. Væ qui contradicit factori suo testa de Lamiis terræ, nunquid dicit lutum figulo suo, quid facis?

Si autem obiiciatur, quod damnatus vellet potius non esse, quam sic esse. iuxta illud Mat. 26. Bonum erat illi si natus non fuisset homo ille, ergo iniustitia fit illi, respondendum est, quod licet damnati vellent potius non esse, non tamen absolute uellent non esse. Nullus enim potest simpliciter appetere destructionem sui esse, propter naturalem appetitum cuiuslibet rei ad esse. Cum autem esse absolutum sit melius, ꝙ cõdẽnatũ, non debuit Deus pp appetitum cõdẽnatũ, absolutum esse cassare.

Quinta ratio sumitur ex parte humanæ arrogantiæ. Si enim Deus non fecisset aliquem hominem damnandum, humana pꝛsumptio salutem suam propriis meritis, & non Dei gratię ascripsisset, dum credidisset per virtutem propriam, & suis naturalibus, uel ex suis operibus se posse saluari. Hæc ratio tangitur Roma. 9. cum dicitur, ut secundum electionem propositum Dei maneret, non ex operibus, sed ex uocante dictum est, &c. Vnde Tit. 3. dicitur, Non ex operibus iustitiæ, quæ fecimus nos, sed secundum miam suam saluos nos fecit. Et iõ ad humiliandam humanam superbiam loquitur Iob. 40. dicens. Nunquid irritũ facies iudicium meum, & condemnabis me, ut tu iustificeris? Et si habes brachium sicut Deus, & si uoce simili tonas, circunda tibi decorem, & in sublimi erigere, & esto gloriosus, & ego confitebor, quod saluare te possit dextera tua.

Sunt etiam nonnulli, qui secundũ suam dementiam, diuinã prouidentiam reprehendunt, dicentes, quod Deus talem hominem facere debuit, quod omnino peccare non posset, sequentes potius suam fatuam conceptionem, quam diuinę prouidẽtiæ rectissimam rationem. Si .n. Deus creasset hominem talem quod peccare non posset, plura inconuenientia sequerentur.

Primum inconueniens est, quod libertas arbitrii tolleretur, & per consequens natura, & nobilitas hominis cassaretur. Nobilitas .n. hominis in hoc consistit, quod liberam habet electionẽ, dum ad vtrumlibet flecti põt. Quod quidẽ animalia bruta quæ carent ratione, non habent, licet sensum, & sensualitatis habeãt appetitum. Vnde dicere, quod Deus facere debuisset hominem qui peccare nõ posset, simile est, ac diceretur, qꝺ debuisset eum facere animal brutũ, uel aliquid aliud minus nobile. Talib con tingit sicut dicit Psal. Homo cum in honore esset, non cognouit seipsum, comparatus est iumentis insipientibus, & similis factus est illis. Hominis ergo nobilitas, quam contulit ei Deus, est quod habet arbitrii libertatem, per quam potest ad utrumlibet flecti, habens discretionem boni & mali. Vnde dicitur Eccles. 15. Deus ab initio constituit hominem, & reliquit illũ in manu consilii sui. Et subditur, Ante hominem uita, & mors, bonum, & malũ, quod placuerit ei, dabitur illi. Et ideo dicit Psal. Minuisti eum paulo minus ab angelis. &c.

Aliud inconueniens est, quod meritorum & præmiorũ ratio & iustitia deperiret. Nullus .n. meretur de eo cuius causa & libertas in ipso non est. Vnde dicit Poeta. Quid meruere boues, animal sine fraude dolove. Vnde ratio merendi ex parte nostra est ex libertate arbitrii. Et cũ omne pręmium causetur ex merito, cui respondet, si meritum non esset sublata libertate arbitrii, præmium non daretur, scdm illud Apost. 2. Non coronabitur, nisi qui legitime certauerit. Ad hoc ergo ut cœleste præmium hoi daretur oportuit, ut meritũ præcederet causatũ ex conatu arbitrii, cui tale præmium datur, sicut dicit Apost. 2. Timo. 4. Bonum certamen certaui, cursum consummaui, fidem seruaui, in reliquo reposita est mihi corona iustitiæ, quam reddet mihi Dominus in illa die iustus iudex &c.

Tertium inconueniens est, quod bonitati, & perfectioni uniuersi detraheretur. Nam perfectio uniuersi consistit in hoc, quod omnes gradus bonitatis creaturæ communicabiles continet. Si autem natura humana a suo gradu translata, in altiorem per Dei prouidentiam mutaretur, quamuis aliquod bonum humanæ naturæ accresceret, tamen bonitati

nitati vniuersi aliquid detraheretur, dum non omnes gradus bonitatis impleti essent: illo gradu ex quo natura humana trāslata esset, vacuo remanente. Cum autem bonum vniuersi excedat bonum particulare, cuiuscunq; naturæ creatæ (sicut etiam bonum gentis excedit bonum singularis hominis, vt in 1. Eth. dicitur) debuit Deus humanam naturā facere qualem fecit. s. quæ peccare posset, vt omnes gradus bonitatis impleret. Vnde dicitur Deut. 32. Dei perfecta sunt opera.

Quartum inconueniens est, quia impediretur illud ex quo apparet Deus laudabilis. Nam in peccatis apparet etiam Deus multum laudabilis, dum per misericordiam parcit, & per iustitiam punit. Cum ergo id ex quo apparet Deus laudabilis, nō debeat impediri, non debuit Deus omnino impedire peccatū, faciendo hominem qui peccare nō posset, vt perpetuò dici posset illud. Psal. Magnus Dominus & laudabilis nimis, &c.

Quintum inconueniēs est, quia si homini daretur quòd peccare non posset secundum conditionem suæ naturæ, arbitrij libertate seruata, quædā contradictionis implicatio sequeretur. Arbitrium.n. ideo dicitur liberum, quia ad vtrumlibet flecti potest; potest enim aliquid facere & non facere, & potest facere bonum, & malum. Si ergo haberet liberum arbitrium ad peccandum, & peccare non posset per naturam, duo contradictoria essent simul, quod est impossibile.

Si autem obiciatur de arbitrio diuino, uel angelico, quòd cum sit liberum, peccare non potest, dicendum est, quòd Deus non habeat esse causatum, vel dependens ab aliquo, secundum conditionem suæ naturæ, deficere nunquam potest, nec quantum ad esse, nec quantum ad rectitudinem bonitatis; & ideo peccare non potest. Sed quælibet creatura habet esse dependens, & causatum ab alio, s. a Deo, & ideo secundum conditionem suæ naturæ quælibet creatura deficere potest, & quantum ad esse, & quātum ad rectitudinē voluntatis. Vnde dicit Greg. quòd omnia tenderent in nihilum, nisi manu Conditoris tenerentur. Et ideo quibuscunque confertur, vt in bono sic confirmentur, vt peccare non possint, hoc non habent per naturam, sed per Dei gratiam: per quam filii Dei efficiuntur, & quodammodo diuinæ naturæ consortes, secundum illud Psal. Ego dixi, dij estis, & filij excelsi omnes.

Patet igitur ex præmissis quòd omnia, quæ a Deo fiunt, & bona & ordinata sunt. Et ideo dicitur Genes. primo. Vidit Deus cuncta quæ fecerat, & erant valde bona. Apost. etiam dicit Rom. 13. Quæ a Deo sunt ordinata sunt.

PRAEDICT. EPILOGVS.

Non posse naturaliter ab homine sciri, quare Deus in particulari hunc prædestinet, & hunc vel illum reprobet.

QVAMVIS autem superius inductæ sint rationes ad ostendendum, quòd nulla iniustitia apud Deum est, ex eo quod facit hominem quem præscit esse damnandum, vnusquisque tamen caueat diligenter, ne nimis incautus præsumat assignare causam in speciali, quare hunc vel hos determinate Deus eligat, & illum vel illos non eligat. Hoc enim nullus mortalium scire potest, nisi forte Deus vellet hoc alicui specialiter reuelare. Vnde dicit Augustinus. Cur potius hunc vel illum Deus liberet, vel non liberet, scrutetur qui potest, tam magnum profundum iudiciorum Dei, verumtamen caueat præcipitium. Item quare hunc trahat, & illum non trahat, noli diiudicare, si non uis errare. Et Rom. duodecimo. Non plus sapere, quàm oportet sapere, sed sapere ad sobrietatem. Qui enim hoc præsumeret perscrutari, Deo non præstaret obsequium, sed sibiipsi iudicium generaret: iuxta illud Prouerb. vigesimoquinto. Sicut qui mel multum comedit, non est bonum; sic qui perscrutator est maiestatis, opprimetur a gloria: illo scilicet disponente a cuius narratione cunctæ linguæ deficiunt. Qui & ipse consummatio sermonum existens, est rex regum, & dominus dominantium, cuius potestas non auferetur, & regnum non corrumpetur in sęcula sęculorum. Amen.

Insignis Angelici Doct. D. Tho. Aquin. de diuina Præscientia, & Prædestinatione Tractatus, per Io. Daniel. sacræ paginæ Bacchalarium Louanien. studiosissime reuisus, & correctus explicit.

Laus Vni, & Trino.

1.004.100[12]

TABVLA
PRINCIPALIVM LOCORVM,
Quæ sunt visa animaduersione
IN CHRYSOST. IAVELL. COMMENTARIIS SVPER PRIMAM PARTEM S. THOMAE.

Prior numerus indicat paginam, posterior columnam.

H Cęlo

Essentia

Q

R

Relationes

S

T

V

Ver-

F I N I S.

Series Chartarum.

A B C D E F G H I K L M N O P Q R S T V X Y Z.

Aa Bb Cc Dd Ee Ff Gg Hh Ii Kk Ll Mm Nn Oo Pp Qq Rr Sf Tt Vu Xx Yy Zz.

Aaa Bbb Ccc Ddd Eee Fff Ggg Hhh Iii Kkk Lll Mmm Nnn Ooo Ppp.

ABCDEFGH.

Omnes sunt Quaterniones, præter H qui est, Duernio.

VENETIIS, APVD IVNTAS.

M. D. X C V I.